sc.15.P1.3.

37
22 F
14

HUGONIS
DE SANCTO CHARO
S. Romanæ Eccleſiæ Tituli S. Sabinæ
PRIMI CARDINALIS
ORDINIS PRÆDICATORUM,
TOMUS SEPTIMUS.

In Epiſtolas D. Pauli, Actus Apoſtolorum, Epiſtolas ſeptem Canonicas, Apocalypſim B. Joannis.

OPUS ADMIRABILE OMNIBUS Concionatoribus, ac Sacræ Theologiæ Profeſſoribus perneceſſarium, in quo declarantur ſenſus omnes, Litteralis ſcilicet, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus, maxima cum ſtudentium utilitate.

EDITIO ULTIMA PRÆ CETERIS RECOGNITA,
a mendis expurgata, priſtinoque candori reſtituta.

VENETIIS, MDCCLIV.
Apud Nicolaum Pezzana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO S. HIERONYMI IN OMNES EPISTOLAS SANCTI PAULI.

PRimum quæritur, quare poſt Evangelia, quæ ſupplementum Legis ſunt & in quibus nobis exempla, & præcepta vivendi pleniſſime digeſta ſunt, voluerit Apoſtolus has Epiſtolas ad ſingulas Eccleſias deſtinare? Hac autem cauſa factum videtur, ut ſcilicet initia naſcentis Eccleſiæ novis cauſis exiſtentibus præmuniret, & ut præſentia atque orientia reſecaret vitia, & poſt futuras excluderet quæſtiones, exemplo Prophetarum, qui poſt editam legem Moyſi (in qua omnia Dei mandata legebantur) nihilominus tamen doctrina ſua rediviva ſemper populi compreſſere peccata, & propter exemplum vivendi libros ad noſtram etiam memoriam tranſmiſerunt. Deinde quæritur cur non amplius quam decem Epiſtolas ad Eccleſias ſcripſerit? Decem ſunt enim cum ea quæ dicitur ad Hebræos (nam reliquæ quatuor ad diſcipulos ſpecialiter ſunt porrectæ.) Ut oſtenderet novum non diſcrepare a Veteri Teſtamento, & ſe contra legem non facere Moyſi, ad numerum primorum Decalogi mandatorum ſuas epiſtolas ordinavit, & quot ille præceptis a Pharaone inſtituit liberatos, totidem hic epiſtolis a Diaboli, & idololatriæ ſervitute edocet acquiſitos. Nam & duas tabulas lapideas duorum Teſtamentorum figuram habuiſſe viri eruditiſſimi tradiderunt. Epiſtolam ſane, quæ ad Hebræos ſcribitur, quidam Pauli non eſſe contendunt, eo quod non ſit ejus nomine titulata, & propter ſermonis ſtilique diſtantiam; ſed aut Barnabæ juxta Tertullianum, aut Lucæ juxta quoſdam, vel certe Clementis diſcipuli Apoſtolorum, & Epiſcopi Romanæ Eccleſiæ poſt Apoſtolos ordinati. Quibus reſpondendum eſt, ſi propterea Pauli non erit, quia ejus non habet nomen, ergo nec alicujus erit, quia nullius nomine titulatur. Quod ſi inconveniens abſurdumque eſt, ipſius magis eſſe credenda eſt, quæ tanto doctrinæ ſuæ fulget eloquio. Sed quoniam apud Hebræorum Eccleſias quaſi deſtructor Legis falſa ſuſpicione habebatur, voluit tacito nomine de figuris Legis, & veritate Chriſti reddere rationem, ne odium nominis in fronte prætitulati utilitatem excluderet lectionis. Non eſt ſane mirum ſi eloquentior videatur in proprio, ideſt, Hebræo, quam in peregrino, ideſt, in Græco quo ceteræ epiſtolæ ſunt ſcriptæ, ſermone. Monet etiam quoſdam, quare Romanorum epiſtola in primo ſit poſita, cum eam non primo ſcriptam ratio manifeſtet. Nam hanc ſe proficiſcentem Jeroſolymam ſcripſiſſe teſtatur, cum Corinthios, & alios jam ante ut miniſterium quod ſecum portaturus erat, colligerent, litteris adhortatus ſit. Unde & intelligi quidam volunt ita omnes Epiſtolas ordinatas, ut prima poneretur, quamvis poſterior fuerit deſtinata, ut per ſingulas Epiſtolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant, ut non intelligerent Dei ſe gratia, & non ſuis meritis eſſe ſalvatos, & ob hoc duo inter ſe populi conflictarent. Idcirco illos indigere aſſerit † corrigi, vitia Gentilitatis prio- *al. † confirmari.* ra commemorans. Corinthiis autem jam dicit ſcientiæ gratiam eſſe conceſſam, & non tam omnes increpat, quam cur peccantes non increpaverunt, reprehendit, ſicut ait: Auditur inter vos *1. Cor. 5.* fornicatio, & iterum: Congregatis vobis cum *ibid. 6.* meo ſpiritu, tradere hujuſmodi Satanæ. In ſecunda vero laudantur, & ut magis ac magis proficiant, commonentur. Galatæ vero jam nullius criminis arguuntur niſi hujus tantum, quod calliddiſſimis Pſeudo-apoſtolis crediderunt. Epheſii ſane nulla reprehenſione, ſed multa laude ſunt digni, quia fidem Apoſtolicam ſervaverunt. Philippenſes etiam multo magis collaudantur, qui nec audire quidem falſos Apoſtolos voluerunt. Coloſſenſes autem tales erant ut cum ab Apoſtolo viſi corporaliter non fuiſſent, hac laude digni haberentur. Etſi corpore, inquit, abſens ſum, ſed *Col. 2.* ſpiritu vobiſcum ſum gaudens, & videns ordinem veſtrum. Theſſalonicenſes nihilominus in duabus Epiſtolis omni laude proſequitur, eo quod non ſolum fidem inconcuſſam ſervaverint veritatis, ſed etiam in perſecutione civium fuerint conſtantes inventi. De Hebræis vero quid dicendum eſt, quorum Theſſalonicenſes, qui plurimum laudati ſunt, imitatores facti eſſe dicuntur? *1. Theſſ. 2.* Sicut ipſe ait: Et vos fratres imitatores facti eſtis Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Judæa: eadem enim paſſi eſtis & vos a contribulibus veſtris, quæ & illi a Judæis. Apud ipſos quoque *Heb. 10.* Hebræos eadem commemorat dicens: Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.

Prologus ſpecialis in Epiſtolam ad Romanos.

ROmani ſunt, qui ex Judæis, & Gentibus crediderunt. Hi ſuperba contentione volebant ſe alterutrum ſuperponere. Nam Judæi dicebant: Nos ſumus populus Dei, quos ab initio dilexit, & fovit: Nos circumciſi ex genere Abraham ſanctis deſcendimus ex ſtirpe, & notus retro apud Judæam tantum Deus. Nos de Ægypto ſignis Dei, & virtutibus liberati, mare ſicco pertranſivimus pede, cum inimicos noſtros graviſſimi fluctus involverent. Nobis pluit manna Dominus in deſerto, & quaſi filiis ſuis cœleſte pabulum miniſtravit. Nos die noctuque in columna nubis ignisque præceſſit, ut nobis in invio iter oſtenderet. Atque [ut cætera ejus circa nos immenſa beneficia taceamus] Nos ſoli digni fuimus Dei legem accipere, & vocem Dei loquentis audire ejuſque cognoſcere voluntatem. In qua lege nobis promiſſus eſt Chriſtus: ad quos etiam ipſe ſe veniſſe teſtatus, eſt dicens: Non veni niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael: cum vos canes potius quam homines appellaverit. Æquum ne ergo eſt, ut idola hodie deſerentes quibus ab initio deſerviſtis, nobis comparemini; & non potius in Proſelytorum locum ex Legis auctoritate, & conſuetudine deputemini? Et hoc ipſum non merebamini, niſi quia larga ſemper Dei clementia voluit vos ad noſtram imitationem admittere. Gentes etiam e contrario reſpondebant: Quanto enim majora erga vos Dei beneficia narraveritis, tanto majores vos criminis reos eſſe monſtrabitis; ſemper enim his omnibus extitiſtis ingrati. Nam ipſis pedibus quibus aridum mare tranſiſtis, ludebatis ante idola, quæ feciſtis: & ipſo ore quo paulo ante ob necem adverſariorum Domino cantaveratis, ſimulacra vobis fieri popoſciſtis; illis oculis quibus venerando Deum in nube, vel igne conſpicere ſolebatis, ſimulacra intuebamini. Manna quoque vobis faſtidio fuit; & ſemper in deſerto contra Dominum murmuraſtis, ad Ægyptum, unde vos manu valida eduxerat, redire cupientes. Quid plura? Ita patres veſtri crebra provocatione Dominum irritaverunt, ut omnes in eremo morerentur, nec plures ex Senioribus eorum, quam duo homines terram repromiſſionis intrarent. Sed quid antiqua replicamus, cum etiamſi illa minime feciſſetis, de hoc ſolo nemo vos dignos venia judicaret, quod Dominum Chriſtum Prophetarum ſemper vobis vocibus repromiſſum, non ſolum ſuſcipere noluiſtis, ſed etiam morte peſſima peremiſtis: quem nos ut cognovimus, ſtatim credidimus, cum nobis de eo antea non fuerit prædicatum. Unde probatur, quod idolis ſervivimus, non obſtinationi mentis, ſed ignorantiæ deputandum. Qui enim cognitum illico ſequimur; olim utique ſequeremur, ſi antea cognoviſſemus. Sic autem vos de generis nobilitate jactatis, quaſi non morum imitatio magis, quam carnalis nativitas filios vos faciat eſſe Sanctorum. Denique Eſau, & Iſmael cum de ſtirpe ſint Abrahæ, minime tamen in filiis reputantur. His taliter altercantibus Apoſtolus ſe medium interponens ita partium dirimit quæſtiones, ut neutrum eorum ſua juſtitia ſalutem meruiſſe confirmet, ambos vero populos & ſcienter, & graviter deliquiſſe: Judæos quidem quod per prævaricationem Legis Deum inhonoraverit: Gentes vero quod cum cognitum de creatura creatorem ut Deum debuerunt venerari, gloriam ejus in manufacta mutaverint ſimulacra. Utroſque etiam ſimiliter veniam conſecutos æquales eſſe veriſſima ratione demonſtrat, præſertim cum in eadem Lege prædictum ſit, & Judæos, & Gentes ad Chriſti fidem vocandos eſſe, oſtendat. Quamobrem viciſſim eos humilians, ad pacem & concordiam cohortatur.

Explicit Prologus. Incipit Argumentum.

ROmani ſunt pars Italiæ. Hi præventi ſunt a falſis Apoſtolis, & ſub nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti in Legem, & Prophetas erant inducti. Hos revocat Apoſtolus ad veram, & Evangelicam fidem, ſcribens eis a Corintho per Phœben miniſtrum Eccleſiæ Cenchreenſis.

Explicit Argumentum.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Poſtillam ſuper Epiſtolas S. Pauli.

PROLOGUS.

BEniamin lupus rapax mane comedet prædam & veſpere dividet ſpolia *Gen.* 46. Paulus ſignificatur per Benjamin propter ſeptem rationes. Primo quia de ejus tribu fuit: *Phil.* 3. Circumciſus octavo die de genere Iſrael, de tribu Benjamin. Secundo propter nominis interpretationem, & mutationem: factus eſt enim de filio ſiniſtræ filius dextræ, & de Saulo Paulus *Act.* 9. Tertio propter modum naſcendi, quia dum naſceretur, periit mater ejus; & in converſione Pauli periit Synagoga, mater ejus ſpiritualis. Quarto propter angariam nativitatis, quia uterque natus eſt abortivus. 1. *Cor.* 15. Tanquam abortivo viſus eſt & mihi. Quinto propter formam actionis, quia ſicut in ſacco Benjamin inventus eſt ſcyphus argenteus Joſeph; ita in perſona Pauli inventa eſt ſapientia & eloquentia multa nimis. Unde 2. *Cor* 4. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Sexto propter Prophetiam, quia quod prophetatum eſt de Benjamin, Benjamin lupus rapax, &c. B. Paulo convehit, quia in mane juventutis ſuæ Sanctos perſecutus eſt, ſed in veſpere converſionis ſuæ ad Dominum, ſpolia a Diabolo erepta diviſit per diverſa officia. Septimo propter modum apparendi, quia Joſeph apparuit Benjamio tanquam iratus; ita Chriſtus Paulo *Act.* 9. quando eum excæcavit, & in terram proſtravit. De iſto lupo dicitur *Iſa.* 40. Habitabit lupus cum agno. *Gloſ.* ideſt, Paulus cum Anania. Lupus enim fuit propter rapacitatem. Rapuit enim prædam Dei de ore Diaboli. Fuit autem non ſolum lupus, ſed & leo. De quo *Prov. ult.* Leo fortiſſimus animalium, ad nullius pavebit occurſum. Paulus enim neminem expavit. *Rom.* 8. Certus ſum enim quod neque mors, neque vita, neque Angeli, &c. De hoc leone dicitur *Jud.* 14. De comedente exivit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, & non potuerunt per tres dies propoſitionem ſolvere. Comedens de Paulus, qui ſub Gamahele Legem ſibi incorporavit, & Evangelium non ab hominibus, ſed a Deo didicit. *Gal.* 1. Vel comedens, quia quaſi maxilla filios incorporavit Eccleſiæ: *Gal.* 4. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Chriſtus in vobis. De hoc comedente exivit cibus ſanctæ prædicationis. 1. *Cor.* 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, & non ſolum cibus, ſed & potus. 1. *Cor.* 2. Lac potum dedi vobis, non eſcam. Fortis fuit ad portandum onera Eccleſiæ. *Act.* 9. Vas electionis mihi eſt iſte ut portet, &c. Non ſolum fortis fuit iſte leo, ſed & audax ad perſequendum Pſeudo-apoſtolos. 2. *Cor.* 11. In quo quis audet, audeo & ego. De hoc forti egreſſa eſt dulcedo, quia mel & lac ſub lingua ejus. *Cant.* 4. & *Pſalm.* 80. De petra melle ſaturavit eos, ideſt, Gentes, & *Deut.* 32. Ut ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo. De forti ergo egreſſa eſt dulcedo, ideſt, de Paulo doctrina iſtius libri. Per dulcedinem ergo mellis intelligitur cauſa ſuſcepti operis: quæ triplex eſt ſecundum triplicem effectum mellis; quippe quod amaritudinem reprimit, a putrefactione cuſtodit, & mundificat. Et Apoſt. ad hoc ſcribit Epiſtolas, ut virtute fidei declarata, onera Legis & diſtinctionem evacuet, & fulgura Prophetarum ideſt, comminationes in pluviam vertat promiſſionum Evangelicarum, & a pravitate hæreticæ doctrinæ nos cuſtodiat, & ut ſolvendo quæſtiones corda fidelium a multis ſcrupulis errorum evacuet; Modus agendi eſt talis, ut in omnibus Epiſtolis falſa removeat, & veritatem commendet. Per hoc quod non potuerunt ſolvere per tres dies expoſitionem, notatur difficultas hujus libri, in quo excitatur attentio. Tantæ enim difficultatis eſt quod ſignacula, ideſt, difficultates & obſcuritates ejus non poterant aperiri per tres dies, ideſt, nec per cognitionem naturalem, nec per acquiſitam, ideſt, per artem, nec per datam, ideſt, per gratiæ illuminationem. De hac triplici cognitione habetur. *Prov.* 22. Ecce deſcripſi eam tripliciter. Non igitur reſtat niſi ut apud Samſonem lacrymas fundamus; ut diligenter ſtudeamus, ut aremus in vitula ejus, ut habeamus expoſitionem hujus libri.

Paulus ſignificatur per Benjamin propter ſeptem rationes.

EJUSDEM

EJUSDEM REVERENDISS. PATRIS & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Prologi ex verbis SS. Doctorum in Epiſtolas S. Pauli collecti.

E X P O S I T I O.

PRincipia rerum, &c.] Præponitur autem huic libro prologus ex verbis Auguſtini, Hieronymi, Origen. Haymonis, Ambroſ. collectus. Et notandum ſecundum Corbolienſem, quod in prima parte procemii aperitur cauſa compoſitionis. In ſecunda, cauſa frequentationis. In tertia, ratio numeri Epiſtolarum. In quarta, ratio ordinis, quia non ordinantur ſicut fuerunt compoſitæ una poſt aliam. In quinta, materia generalis. In ſexta materia ſpecialis, ſcil. hujus Epiſtolæ primæ, & ubi fuerit ſcripta, & unde fuerit miſſa, & quibus, & qualiter fuerit ſcripta, & quis modus eſt, & ordo tractandi. Primo ergo conſideranda eſt cauſa hujus operis in procemio. Verba Magiſtri.

PRincipia *a* rerum requirenda *b* ſunt prius, ut eorum notitia plenior poſſit haberi. *c* Tunc enim demum *d* facilius poterit *e* cauſæ ratio *f* declarari, ſi *g* ejus origo diſcatur. Si ergo *h* Epiſtolarum ſcripturæ poſt Evangelium editæ modum, *i* & rationem oſtenderimus, poterit videri verum quod dicimus. *k* Sciendum igitur, quod ſicut in Veteri Teſtamento poſt legis Moſaicæ eruditionem, ubi culturæ *l* divinæ mandata continebantur, Prophetica doctrina fuit neceſſaria, quæ *m* rediviva populi peccata ſuppliciorum denunciatione *n* compeſceret, atque *o* eumdem populum bonorum repromiſſionibus ad obediendum ac ſerviendum Deo *p* viventi commoveret: ita in Novo Teſtamento poſt Evangelium (in quo Chriſtianę *q* religionis ordo, & perfectę *r* ſanctitatis doctrina traditur) Epiſtolarum Pauli, & aliorum perutilis ſecuta eſt doctrina, ut Eccleſiam Dei contra hęreticas pravitates prę-muniret, & ſuborientia vitia reſecaret, & poſt *ſ* futuras quęſtiones excluderet. Hi *t* ſunt panni qui ad trahendum Jeremiam de lacu *u* funibus circumligati ſunt. Epiſtolarum ſiquidem doctrina Legis, & Prophetię atque Evangelii conſonis teſtimoniis velut triplici fune *x* circumligata de *y* lacu ignorantię, & infidelitatis peccator ad lucem *z* gratię, & veritatis *a* educitur. *b* Inter omnes vero epiſtolarum Scriptores Paulus in tribus, & pluribus forte excellit, ſcilicet in operis profunditate, in fidei aſſertione, & in gratię commendatione ſeu ſpei ſublevatione. In operis profunditate, *c* quia hoc opus, & ceteris prolixius, & ad intelligendum difficilius eſt. In fidei aſſer-

a Principia] i. cauſæ. *b* Requirenda] quare ſint: quia ſcire eſt cauſam rei noſſe.
c Tunc enim demum] i. habita notitia principiorum quoniã ſunt. *d* Facilius poterit cauſæ ratio] i. cauſa rationabilis quare, ſcil. ſic ſunt. Sed hæc expoſitio videtur eſſe litteræ extorſio, & præcipue quoniam principium, & cauſa idem ſunt: Unde
a Principia rerum] i. cauſæ quæ ſunt de eſſe, ſcil. materia, & forma.
e Cauſæ ratio] i. cauſa finalis, quæ radicat materiam, & formam. Secundum Corbolienſ.
a Principia rerum] i. cauſæ. *e* Cauſæ ratio] i. utrum ſit illa cauſa rationabilis.
f Declarari] utrum ſit rationabilis cauſa, vel non *g* Si ejus origo] i. ſi qualiter ſit compoſita, diſcatur: q.d. Scito quare aliquid ſit compoſitum, ſtatim ſcitur quare ſic ſit compoſitum.
h Si ergo:] Verba ſunt Ambroſii, vel forte poſtea incipiunt, ibi [Sciendum igitur, &c.] *i* Modum & rationem] i. rationabilem modum vel modum quoad ſpeciem: rationem quoad finem.
k Sciendum igitur, &c.] Ecce cauſa ſuſceptionis operis & origo, ut modificet Legem & Prophetas, & Evangelium. *l* Culturæ divinæ mandata] i. præcepta moralia. Vel, i. præcepta de credendo, ſperando, & diligendo Deum: quia ut dicit *Aug. princ. Enchiridii*. Hæc enim maxime, i. fides, ſpes, charitas, imo vero ſola in religione ſequenda ſunt, & prius ſupra dicit: Diximus colendum Deum, ſed fide, ſpe, & charitate. *m* Rediviva populi peccata] i. iterum, & iterum naſcentia.
n Compeſceret,] *Rom.* 5. Lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Ergo non compeſcuit, ſed potius irritavit concupiſcentiam. Item *Rom.* 7. Occaſione accepta per Legem revixit peccatum. Sol. Lex intentione Legislatoris compeſcuit, ſed occaſione irritavit concupiſcentiam.
o Atque eumdem populum, &c.] i. iteratis promiſſionibus. In hoc quod dicit pluraliter [repromiſſionibus] & ſingulariter [denunciatione] innuit quod frequentius in ſermonibus blandiendum eſt quam terrendum. Unde *Luc.* 16. Ejice primum trabem, & *ibi Gl.* Raro, & nonniſi ex magna neceſſitate objurgationes ſunt admiſcendæ. Sed contra 2. *Tim.* 4. Argue, increpa, obſecra. Ibi ponuntur duo ad terrorem; unum tantum ad promiſſionem. Item *Jer.* 1. Ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Ibi ponuntur quatuor ad terrorem; duo ad promiſſionem. Sol. Hujus eſt illud 2. *Tim.* 2. Servum Dei non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes: & hoc ſecundum diverſas perſonas. Perfectis enim aut numquam aut raro litigandum eſt increpationibus, vel comminationibus. Quod autem dicit *Gl. Luc.* 6. Ibi objurgatio dicitur correctio cum clamore, & quadam indignatione. Et ad illud *Jer.* 1. dicendum, quod non mittebatur ad perfectos, ſed ad quaſi obſtinatos, ad quos oportet plus uti comminationibus quam promiſſionibus. [Bonorum repromiſſionibus] i. temporalium, ut dicit Poſtilla. Unde *Iſa.* 1. Si hæc feceritis, bona terræ comedetis, & per ea æterna deſiderabitis. Unde *Aug.* 4. *de doctr. Chriſtiana*. Regno terreno Veteres regnum cęleſte imaginabantur, & prænunciabant. Sed contra: Si lex promittebat temporalia, propter terrena poteſt quis ſervire Deo; ſed tunc quæro: Motus ille aut eſt charitatis, aut naturæ, aut vitii, quia non ſunt plura principia in nobis? Sed non eſt charitatis, quia ipſa ſervit Deo propter ſe, & ſuper omnia eum diligit: Nec eſt naturæ, quia natura non ſervit Deo, ſed culpæ. Ergo eſt vitii. Solut. Potuerunt Deo ſervire ex charitate propter temporalia, ut ly [propter] non dicat finem in quo quieſcatur, ſed quo
p Deo viventi] ad differentiam idolorum, & hominum mortuorum, quos homines colere ſolebant.
q Chriſtianæ religionis ordo,] i. Chriſtiana religio ordinata. *r* Et perfectæ ſanctitatis] quoad conſilia de quibus *Matt.* 5. & 19. *ſ* Futuras quæſtiones excluderet,] ſicut dicitur 1. *Cor.* 6. *t* Hi ſunt panni] *Jer.* 38. Ubi ſic exponitur: Lacus vorago peccatorum; funes præcepta panni Sanctorum exempla. *Greg.* Facta præcedentium recolamus, & gravia non erunt, quæ ſuſtinemus. Sed panni iſti ſunt veteres, quia Veterum: vel quia tanquam putrida a nobis projecta, & ab uſibus noſtris ſeparata ſunt exempla Sanctorum. Sed hic alio modo introducitur:
t Hi ſunt panni] ſcil. Epiſtolæ Pauli. *u* Funibus] præceptis legis, & Prophetarum & Evangelii.
x Triplici fune] *Eccl.* 4. *y* De lacu ignorantiæ,] propriæ. *z* Gratiæ,] contra ignorantiam.
a Et veritatis] contra infidelitatem. *b* Inter omnes vero epiſtolarum Scriptores] Secunda pars eſt cauſa frequentationis. *c* In operis profunditate, quia hoc opus & ceteris prolixius & ad intelligendum difficilius eſt.] 2. *Petr.* 3. In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles depravant. Sed nonne Canonica Joannis, imo totum opus Joannis difficilius eſt? Ut videtur, difficilius eſt. Item ſuper illud *Marc.* 3. Impoſuit eis nomina Boanerges, dicit *Gloſ.* id eſt, filius tonitrui, quorum unus intonans vocem theologam, quam prius nemo edere noverat, emiſit: quam tanto pondere gravidam reliquit, ut ſi aliquanto plus intonare voluiſſet, nec ipſe mundus capere potuiſſet. Item circa *princ. Joannis in Gloſ.* ille comparatur aquilæ volanti, quia volavit altius ceteris. Item ipſemet Apoſt. dicit 2 *Cor.* 4. Quia ſi opertum eſt Evangelium meum, in his, qui pereunt, opertum eſt, ergo aliis non eſt difficile. Sed hoc ſolvitur tripliciter. Primo ſicut in Poſtillis dicitur, quod Evangelium Joannis profundius eſt quantum ad quædam capitula, ſed Epiſtolæ Pauli profundiores quantum ad totam textus ſeriem. Secundum Corbolienſem, ſic: Hoc opus eſt profundius, & difficilius ad intelligendum ceteris Epiſtolis aliorum: unde concedit, quod Evangelium

Joannis difficilius eſt. Tertio modo poteſt dici, quod duplex eſt difficultas: quædam rei, aliæ ſententiæ. Unde *Aug. in l. de doctr. Chriſt.* Quando involvitur res manifeſta, in difficultate ſententiæ ſuavior fit, ſicut illud *Cant.* 4. Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ aſcenderunt, &c.

Alia eſt difficultas ſententiæ, ſed non rei, quia res eſt manifeſta. Difficultate ergo rei profundius eſt Evangelium Joannis quam Epiſtolæ Pauli, ſed Epiſtolæ difficultate ſententiæ profundiores. *a* Quia Paulus in lege, &c.] aliis expeditior. Sed nonne & alii? cum dicatur *Luc. ult.* Quod omnibus aperuit ſenſum, ut intelligerent Scripturas, & *Matth* 13. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, &c. Sol. hujus in principio, ad Hebræos. Quia etſi omnes habuerunt revelationem: tamen Paulus cum hoc erat exercitatus in Lege, & Prophetis; & ideo magis expeditus erat in docendo. Sicut patet in duobus, quorum unus ſemper fuit in gratia, & exercitatus in bonis operibus; alius ſemper in peccatis, ſed datur ei æqualis gratia: conſtat; quod ille expeditior eſt ad opera virtutum, qui exercitatus eſt in eis. *b* Baſis] *Exod.* 26. & 3. *Reg.* 7. Fundamentum ſub ædificio prædicationis ſuæ, ut auctoritate Veteris Teſt. ſuam muniret doctrinam, ſicut in tabernaculo baſis ſupponebatur columnæ.

tione, quia *a* Paulus in Lege, & Prophetis peritus, ad fidei Catholicæ aſſertionem congrua auctoritatum Legis, & Prophetiæ induxit teſtimonia, ut eſſet baſis *b* ſub columna. In gratiæ commendatione ſeu ſpei ſublevatione, quia contra *c* ſuperbos, & arrogantes, & de ſuis operibus præſumentes, pro commendanda Dei gratia *d* fortiter, *e* prudenter, *f* atque acriter *g* dimicavit: quæ nimirum in illo evidentior & clarior apparuit, quia inter alia opera vehementer Eccleſiam Dei perſecutus, pro *h* quo ſummo fuit dignus ſupplicio, pro *i* maledictione conſecutus eſt gratiam, & pro *k* damnatione ſuſcepit miſericordiam, in quo ipſo ſpes noſtra plurimum ſublevatur. Sicut enim cum *l* audivimus David homicidam, & adulterum per pœnitentiam prophetiæ recuperaſſe *m* ſpiritum, omnis veniæ diffidentia peccatori tollitur: ita cum Saulum prius Eccleſiæ *n* perſecutorem, poſtea factum Apoſtolum, & prædicatorem advertimus, non modicum ſpes noſtra attollitur. Inde eſt quod in Eccleſia hæ Epiſtolæ *o* plus ceteris frequentantur, ut Pſalmi David magis aliis Prophetiis. Sciendum *p* vero eſt quod quatuordecim ſcripſit

c Contra ſuperbos, &c.] Contra Manichæos maxime, dicentes quod bonis operibus poteſt quis ſibi primam gratiam mereri. Contra quos *Phil.* 2. Deus operatur in nobis velle, &c.

d Fortiter,] per conſtantiam.

e Prudenter,] per rationes.

f Acriter] per comminationes.

g Dimicavit:] 1. *Cor.* 15. Si ego contra beſtias Epheſi pugnavi. *h* Pro quo ſummo] ideſt, valde magno: ne videatur majori dignum quam Diabolus.

i Pro maledictione] non notat cauſam, ſed commutationem [pro] ideſt, loco maledictionis.

k Pro damnatione] 1. *Tim.* 1.

l Audivimus David] 2. *Reg.* 12.

m Prophetiæ recuperaſſe ſpiritum,] Unde dicit *Pſ.* 50. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, &c. Sed ſecundum hoc videtur, quod ſicut cetera bona per pœnitentiam recuperantur, ita prophetia & donum faciendi miracula. Sol. Per pœnitentiam, non merito condigni, ſed congrui. *n* Perſecutorem,] *Act.* 9. *o* Plus ceteris frequentantur,] Eadem ratione, & libri Salomonis debent frequentari, cum multum peccaverit, & poſtea pœnituerit. Sol. De pœnitentia ejus videntur contradicere Sancti: ut habetur in *Gloſſ.* ſuper *Ezech.* 24. Fili hominis, pone cor tuum &c. & *Matth.* 3. & in *Eccl. in princ.* Ibi dicunt *Gl.* quod pœnituit. Sed contra 3. *Reg.* 22. ibi: Verumtamen Excelſa non abſtulit. *Gloſſ.* Oſtenditur Salomon nunquam perfecte pœnituiſſe. Sol. Non eſt certa Eccleſia de ejus pœnitentia, & ideo non ita frequentantur.

p Sciendum vero eſt, &c.] Tertia pars, ubi oſtenditur ratio numeri.

q Decem ad Eccleſias,] ad Romanos unam; ad Corinth. duas; ad Gal. unam; ad Eph. unam; ad Philip. unam; ad Col. unam; ad Theſſ. duas; ad Heb. unam.

r Quatuor ad perſonas,] Ad Timotheum duas, ad Titum unam, & ad Philemonem unam.

ſ Summa contineri] Quod autem pluſquam quatuordecim ſcripſit, teſtatur in *fin. ad Col.* his verbis: Facite ut in Laodicenſium Eccleſia legatur, & eam quæ Laodicenſium eſt, vos legatis. Unde *Greg. in Moral.* 15. *lib.* Paulus Apoſtol. quamvis 15. Epiſt. ſcripſit; ſancta tamen Eccleſia non amplius quam quatuordecim tenet, ut ex ipſarum epiſtolarum numero oſtenderet, quod Doctor egregius Legis & Evangelii ſecreta timaſſet.

Epiſtolas, decem *q* ad Eccleſias, quatuor *r* ad perſonas, ſub hujuſmodi myſteriis inſinuatione, ut ſcilicet in hoc opere utriuſque Teſtamenti ſumma *ſ* contineri monſtraretur: per denarium namque Vetus Teſtamentum ſignatur; quaternarius vero Novi Teſtamenti nota eſt. Ideo itaque decem & quatuor ſcripſit, ut utrique Legi ſe conſentire inſinuaret, *t* atque *u* æmulorum *x* calumniam dilueret, ipſum Legis Dei per Moyſen datæ deſtructorem fore calumniantium *y* eumque in odium Judæorum trahentium: *z* quos placatos habere volens, *a* decem ad *b* Eccleſias ſcripſit. Et ſicut *c* Moyſes Iſraelitico populo a Pharaonis & Ægyptiorum ſervitute educto decem mandatorum doctrinam tradidit: ita & Apoſtolus Dei Eccleſias a Diaboli poteſtate, & idololatriæ ſervitute redemptas, decem Epiſtolarum doctrina informaret. Ideo *d* etiam decem & quatuor ſcripſit, ut duorum Teſtamentorum concordiam, atque convenientiam ſignaret, quam Moyſes in *e* duabus tabulis lapideis ſimul junctis (quibus Legis Decalogus inſcriptus erat) *f* oſtendit. *g* Monas quoque noſter

u Æmulorum] i. Judæorum. Secunda cauſa eſt, quia quidam imponebant ei, quod erat contrarius Legi; quia prædicabat ceſſationem cæremoniarum. Unde lege ſic: *t* Atque] ideo, ſupple, ſcripſit: *x* Ut calumniam] i. falſi criminis impoſitionem.

y Eumque] vel eundem. *z* Quos] Judæos. *a* Decem] epiſtolas. *b* Ad Eccleſias] ſeptem. [Decem] ut honoraret Judæos, quia denarius pertinet ad Decalogum quem ipſi ſervabant. *c* Et ſicut Moyſes, &c.] Ad idem eſt illud *Jo.* 1. Lex per Moyſen data eſt. Item *Gal.* 3. Lex ordinata per Angelos in manu mediatoris. *Gl.* Per Moyſen & alios Miniſtros Dei.

Sed contra: *Deut.* 4. Oſtendit Dominus vobis pactum, i. Legem, non dicit: Ego. Et quidam libri ibi habent *Interl.* Dominus non Moyſes, ſed pro nihilo, quia ly [Dominus] eſt in textu. Item *Exod.* 20. cum data eſt Lex, dicunt: Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Hoc dicunt poſt dationem Legis, i. Decalogi. Ex quo relinquitur, quod Dominus dedit Legem. Item *Deut.* 10. Scripſit in tabulis juxta illud quod prius ſcripſerat. Ubi movet *Auguſt.* quæſtionem de his quæ dicit Dominus Moyſi *Exod.* 34. Scribe tibi verba hæc. Et videtur ſibi contradicere Dominus eo quod videtur alibi dicere, quod Moyſes ſcripſerat decem mandata, alibi quod imo Dominus proprio digito. Item alibi videtur quod Moyſes fecerit duas tabulas; alibi quod Dominus ei dederat eas. Et ſolvit, quoniam quaſdam fecit Dominus, & illas dedit Moyſi, quas fregit ipſe Moyſes in deſcenſu montis, ſed poſtea fecit alias Moyſes; ſed in utriſque ſcripſit Dominus decem mandata. Unde quod hic dicitur quod Moyſes dedit Legem, intelligitur quantum ad legalia, & judicia quæ dedit Moyſes. *Exod.* 20. Vel dedit, i. explanavit. Vel dedit miniſterio quod accepit, ut daret. *d* Ideo etiam] Hæc tertia ratio videtur eſſe eadem cum prima. Sed dicendum quod aliud eſt oſtendere quod Lex & Evangelium conveniunt, ſicut in hac tertia ratione dicitur & aliud quod in hoc opere utriuſque Teſtamenti continetur ſumma, cum interim poſſet liber ille continere contraria ſibi invicem quantum ad convenientiam. *e* In duabus] quæ ſignificabant duo Teſtamenta, & eorum conjunctio eorum concordiam. *f* Oſtendit.] *Exod.* 24. & 31. *g* Monas quoque] Monas quandoque eſt fem. gen. & idem eſt Græce quod unitas Latine; & ſecundum hoc nomen eſt eſſentiale, ſecundum quod dicitur in *Hym.* Gloriam trinæ Monadi canamus. Et quandoque eſt

maſcu-

Digitized by Google

ideſt, Chriſtus idem *a* in cœna *b* cum Diſcipulis Paſcha *c* celebrans *d* figuravit. *e* Ibi etenim *f* lapis reprobus, *g* quem geſſit *h* angulus, *i* mira præſtans in oculis noſtris, panem *k* ſupercœleſtem cum typico agno conjunxit, finiens *l* Vetus, inchoans Novum. Per agnum etenim qui in Veteri Lege ſolemnis *m* hoſtia erat, *n* & panem, qui Novæ *o* Legis ſacramenti forma *p* eſt, duo Teſtamenta figuravit; atque illa duo conjungens prædictorum Teſtamentorum conſonantiam declaravit. Eſt enim rota *q* in medio rotæ, ſicut vidit Ezech. Ex prædictis itaque patet myſterii evidentiſſima ratio, qua Epiſtolas quatuordecim conſcripſit: & diſtincte decem ad Eccleſias, quatuor ad perſonas direxit. Unde quorumdam *r* inſania percutitur dicentium Epiſtolam, quæ ad Hebræos ſcribitur, non fuiſſe Pauli, ſed Barnabæ, vel Clementis, vel Tertulliani, vel Lucæ: quos in hunc errorem occaſio deduxit hujuſmodi, quia nec ſalutatio ejus nomine intitulata præſcribitur, *ſ* & longe facundiore, & ſplendidiore ſtilo quam ceteræ edita eſt. Quibus ſufficienter reſpondetur hoc modo: quia ſi ideo non eſt dicenda Pauli, quod nomen ejus in titulo non habet: ergo nec Barnabæ, *t* nec alicujus prædictorum, cum nullius eorum nomine prætitulata ſit. Nec ob id quoque Pauli non eſſe putanda eſt, quia diligentius *u* eſt ſcripta: cum naturale *x* ſit unicuique plus valere in ſua lingua quam in peregrina. Illa enim Hebraice, ceteras vero ſcripſit Græce: nomen vero ſuum ideo premittere noluit, quia Hebręis odioſus erat, eum Legis deſtructorem arbitrantibus. Quocirca *y* de Legis *z* atque *a* cęremoniarum abolitione tractaturus, recte nomen ſuum ſubticuit: *b* ne pręſcriptionis *c* invidia utilitatem ſequentis excluderet lectionis. Eſt itaque, & illa Epiſtola Pauli, ſicut & alię. De ordine *d* quoque Epiſtolarum quæri ſolet, quare non eo ordine ſint diſpoſitę quo ab Apoſtolo editę: quod conſtat non eſſe, cum Epiſtola, quę Romanis ſcribitur, prima ponatur: quę tamen ante alias omnes non eſt ſcripta. Epiſtolam enim quę ad Corinthios *e* ſcribitur, ante iſtam ſcripſiſſe videtur: quia hanc de Corintho ſcripſiſſe evidenter monſtratur ex eo quod dicit: Commendo *f* vobis Phœben ſororem noſtram miniſtram Eccleſię, quę eſt Cenchris. Cenchris enim dicitur locus Corintho vicinus, imo portus ipſius Corinthi. Ex hoc ergo apparet de Corintho ſcripta: & ex eo quod dicit: Salutat vos Cajus hoſpes meus, de quo *g* ſcribens Corinthiis commemorat dicens: Gratias ago Deo meo, quod neminem veſtrum baptizavi niſi Criſpum, & Cajum. Hęc ergo *h* Epiſtola, ad intelligendum ceteris difficilior, *i* in qua & Apoſtolus videtur perfectior. *k* primatum obtinuit in corpore Epi-

maſculini generis: & tunc ſupponit perſonam, & eſt idem, quod unus. Subſtantivum tamen invenitur perſonaliter ſumptum, & feminini generis; & ita ſumit *Mercurius*, cujus ſententia ponitur *in lib. Aug. contra quinque hæreſes*. Monas monadem genuit, & in ſe ſuum reflexit ardorem, ideſt, Sp. Sanctum. Sed dicitur, quod ibi ſumitur improprie femininum pro maſculino. Unde idem eſt, ac Unus unum genuit. Et ſimile dicit *Auguſt. in 7. lib. de Trinitate 2. cap.* Pater & filius ſimul una ſapientia, quia una eſſentia: & ſigillatim ſapientia de ſapientia, ſicut eſſentia de eſſentia: ergo eſſentia generat eſſentiam. Et dicitur, quod ibi ſumitur eſſentia pro ente, ut ſit ſenſus, ideſt, ens de ente. Similiter, & in illo *Mercurii*.

a In cœna] *Jo.* 13.

c Celebrans] i. comedens.

b Paſcha] ideſt, agnum Paſchalem. *Matth.* 26.

d Figuravit] i. manifeſtavit.

e Ibi] i, in cœna.

f Lapis reprobus,] i. Chriſtus ſignificatus per lapidem reprobatum a Judæis.

g Quem geſſit] per fidem utriuſque populi.

h Angulus,] ideſt, Eccleſia quæ continet in ſe duos parietes. *Epheſ.* 2.

i Mira] quando panem in corpus tranſubſtantiavit.

k Panem ſupercœleſtem] ideſt, corpus ſuum, & eſt ſumptum *Matt.* 6.

l Finiens Vetus,] Ergo in cœna finivit Vetus; & ita ex tunc non debuerunt obſervari legalia. Contra; Nondum erat dictum illud *Joann.* 19. Conſummatum eſt. Solutio habetur *Galat.* 2. ubi ſunt hæc verba, quæ hic ſunt.

m Solemnis] propter juge ſacrificium, quia illud fiebat in maxima ſolemnitate, ut Phaſe. *n* Erat,] *Exod.* 19. *o* Qui Novæ Legis] ideſt, cujus panis ſpecies eſt.

p Forma ſacramenti Novæ Legis] i. corporis Chriſti quod eſt ſacramentum unitatis Eccleſiæ. Vel ſic [Panem,] i. corporis Chriſti [qui eſt forma ſacramenti:] intranſitiva conſtructio, i. forma, quæ eſt ſacramentum [Novæ Legis] i, unitatis Eccleſiæ. *q* Rota in medio rotæ,] *Ezech.* 1. Novum eſt in Veteri per præfigurationem; Vetus eſt in Novo per explanationem & figuratum impletionem; utrumque in utroque per veritatis identitatem. *r* Unde] i. per hoc myſterium apparet, quod non ſunt tantum tredecim Epiſtolæ, imo quatordecim.

ſ Præſcribitur,] quod conſuetudo erat ejus, ut patet in aliis Epiſtolis, quibus præmittebat ſalutationem.

t Nec Barnabæ,] Sed non videtur ſufficere hæc ratio: quia ſecundum hoc Epiſtola Joannis non eſt Joannis, quia non præmittebat ſalutationem aliquam in ea: & præterea poterat eſſe conſuetudo Barnabæ & alicujus alterius, quod non præmittebant ſalutationem: & ita non ſequitur, [Ergo nec Barnabæ, &c.] Et dicendum, quod ratio iſta probabilis eſt, non neceſſaria.

u Quia diligentius] i. ſplendidiore ſtilo. Sed quid eſt quod dicit Apoſtolum plus valere in lingua ſua, cum omnes Apoſtoli habuerint notitiam omnium linguarum? Sol. Plus valere ad redarguendum malos, & promovendum bonos: quia quilibet melius cognoſcit vitia, & mores patriæ ſuæ, quam alienæ; ipſe autem ſcribit arguendo, & obſecrando. *x* Cum naturale ſit unicuique plus valere] ad loquendum expeditius: ſicut expeditius ſe habet ad opera virtutis magis exercitatus in eis, quam cui de novo data eſt gratia. *y* Quocirca] i. ideo: *z* De legis] Legem appellat cæremonias. Et expone, *Inf. 18.*

a Atque] pro [&] Vel per legem judicia; per cæremonias ritum ſacrificiorum. *b* Subticuit:] in *Epiſt. ad Hebræos*. *c* Præſcripti nominis] i. ante ſcripti. Contra: Nonne bene ſciebant eſſe Pauli? Ergo ſive præſcriberetur nomen, ſive non, non legerent eam. Sol. Ipſum nomen plus exaſperaſſet eos: vel, aliqui neſciebant eſſe Pauli. *d* De ordine, &c.] Quarta pars de cauſa ordinis. *e* Epiſtolam enim quæ ad Corinthios] Exilis videtur hæc ratio *Orig.* quia potuit de Corintho ſcripſiſſe Romanis antequam ſcriberet Corinthiis: ſed ponit *Orig.* quod prius ſcripſit Corinthiis, quam veniret ad eos. Sed validior ratio poteſt ſumi ex hoc, quod Apoſtolus [ſicut habetur *in fine: 1. Cor.* 16.] monet Corinthios ad faciendum collectas pro Sanctis, qui erant in Jeruſalem, & *in fine hujus Epiſtolæ* 15. dicit ſe deferre eas jam factas. Ex quo aperte, ſequitur quod Apoſtolus prius ſcripſit primam ad Corinthios quam iſtam. *f* Quod dicit: Commendo vobis *inf.* 16. *Inf. 18.* *1. Cor. 7.*

g De quo ſcribens] *1. Cor.* 1. *h* Hæc ergo Epiſtola,] Hæc eſt prima cauſa, ſcil. quare præponatur hæc Epiſtola aliis Epiſtolis, nempe difficultas Epiſtolæ; ſecunda, dignitas Romanorum; tertia, quia hæc Epiſtola eſt contra opinionem Manichæorum. *i* Difficilior,] Ergo difficilior eſt quam illa ad *Hebræos*. Sed nonne loquitur ibi de æternitate, & Trinitate, & unitate, ſicut *in princ.* patet? Qui cum ſit ſplendor, &c. Sed dicendum [ſicut ante dictum eſt] quia iſta difficilior eſt profunditate ſententiæ; illa difficilior eſt rei profunditate. *k* Perfectior,] Sed hoc non eſt, niſi quia eſt profundior; ergo ſecundum hoc Beatus Hilarius perfectior fuit, quam Beatus Martinus. Sed dicendum eſt quod anima habet duplicem perfectio-

ſtolarum : non quod prius ab Apoſtolo ſit ſcripta, ſed cauſa dignitatis Romanorum, qui tunc temporis *a* univerſis Gentibus imperabant. Interpretantur Romani, ſublimes ſive tonantes; quia illo tempore quo Apoſtolus hanc Epiſtolam eis miſit, cunctis Gentibus dominabantur : ideoque ſublimiores erant omnibus populis; & intonabant præcepta publica & *b* privata; eorumque *c* fama omnium hominum reſonabat in ore. Haymo autem ab *d* Athenis Apoſtolum ſcripſiſſe Romanis *e* dicit his verbis : Ab Athenis civitate Græcorum ſcripſit Apoſtolus Romanis hanc Epiſtolam: quos non ipſe, non Petrus non aliquis duodecim Diſcipulorum primum inſtruxit, ſed quidam Judęorum credentium qui fide Chriſti ab Apoſtolis percepta venientes Romam, ubi Princeps Orbis reſidebat, cui erant ipſi ſubjecti, quę apud Jeroſolymam didicerant, Romanis evangelizaverant. Attende diligenter quod Haymo dicit Apoſtolum ab Athenis ſcripſiſſe : Origenes vero de Corintho. Item inſpice quod idem Haymo ait Petrum Romanis primum non prędicaſſe; cum Eccleſiaſtica hiſtoria ſic contineat : Claudii temporibus clementia Divinę providentię Petrum ad urbem Romam deducit. Iſte adveniens primus in urbe Roma Evangelii Chriſti clavibus *f* Januam regni *g* cœleſtis aperuit. Hieronymus quoque ſuper Epiſtolam ad Romanos ubi ſcriptum eſt : Ut aliquid impertiar vobis gratię ſpiritualis, ſic ait. Romanos Petri prędicatione fidem tenentes confirmare ſe velle Paulus dicit, non quod minus *h* accepiſſent a Petro, ſed ut duobus Apoſtolis atteſtantibus atque Doctoribus, eorum corroboraretur fides. Harum itaque auctoritatum conflictum qui videtur, dirimentes dicimus Petrum primum prędicaſſe Romanis quantum ad alios Apoſtolos, ſed non primum quantum ad omnes credentes. Item dicimus, *i* Athenis Epiſtolę vel partem ſcripſiſſe, Corinthi vero perfeciſſe, atque inde Romanis eam deſtinaſſe. Vel potius ideo prima ponitur, quia *k* primum gradum erroris deſtruit, ſcilicet ſuperbiam omnium malorum radicem; *l* ſicut ſcriptum eſt: Initium omnis peccati ſuperbia eſt, quę natione *m* cęleſtis ſublimium mentes inhabitat, ſub cinere, & cilicio latitans : quę Romanos adeo occupaverat, ut inter ſe altercantes, & ſe ſibi invicem pręferentes, diſſenſiones & ſchiſmata facerent. Erant enim Romani *n* de Judęis, & Gentibus ad Chriſtum converſi. Judęi autem propter ſanctos Patres, a quibus originem ducebant, & propter Legem quam ſoli inter ceteras Gentes acceperunt, Gentiles credentes deſpiciebant, dicentes ſe propter obſervantiam Legis, & cui ſervierant, meruiſſe accipere gratiam Chriſti, & *o* fidem Evangelii, & propter merita operum Legis ſibi veniſſe Evangelium Domini noſtri Jeſu Chriſti : atque his inflati Gentibus ſe pręferebant dicentes : Nos de genere *p* Abrahę ſumus, cui primum facta *q* fuit promiſſio; Nos populus peculiarii *r* Dei ſumus; Nos *ſ* De Ægypto forti manu, & mirabilibus ſignis Deus eduxit; Nos ſicco veſtigio *t* mare rubrum tranſire fecit; in deſerto *u* manna pavit; aquam *x* de petra produxit; atque (aliis ſuo ſilentio relictis) Nos ſoli digni fuimus Legem Dei accipere, & ejus voluntatem cognoſcere. Ad

fectionem, ſcil. in ſcientia, & virtute : ſed perfectio ſcientiæ non eſt perfectio niſi ſecundum quid, unde ab ea non dicitur quis perfectus proprie : hic autem fit mentio de perfectione ſcientiæ.

a Univerſis Gentibus] intellige pro maxima parte, non quod omnibus : quia ultra Caucaſum montem fama Romanorum non venerat.

b Privata;] quantum ad privilegia.

c Eorumque fama] 1. *Mach.* 8.

d Ab Athenis] Ponit hic contrarietatem *Haymonis* & *Origenis* de loco, in quo ſcripſit Apoſtolus hanc Epiſtolam. Quidam dicunt quod partem Epiſtolæ ſcripſit de Corintho.

e Romanis] Dicitur *in Evangelio Nazaræorum* quod audientes famam de Chriſti prædicatione & miraculis, miſerunt nuncium ad eum, & impediti aliis negotiis, quando venit Jeroſolymis, audierunt quod crucifixus jam erat; & audiens multa mala de Pilato adduxit eum Romam; & tunc venerunt illi Judæi, qui Romanos in fide inſtruxerunt, ſicut ab Apoſtolis didicerunt : & hoc eſt quod hic tangitur.

f Clavibus] *Matth.* 16.

g Januam aperuit.] Ergo eis primo prædicavit; non ergo Judæi. Solut. Aperuit, quia poteſtatem ligandi & ſolvendi habebat, quod illi non.

h Non quod minus] Ergo ſuperflue venit. Sol. Non minus quantum erat ex parte docenti, ſed minus quantum erat ex parte ipſorum : quia non tenuerant perfecte doctrinam fidei.

i Item dicimus] Ecce ſolvit ad aliud, ubi ſcilicet ſcripſit Epiſtolam hanc.

k Vel potius ideo prima ponitur, quia primum gradum, &c.] Tertia cauſa quare hæc Epiſtola ponitur prima.

l Radicem; ſicut ſcriptum eſt: Initium omnis peccati ſuperbia] *Tob.* 4. *Eccleſ.* 10. Sed contra. 1. *Tim.* 6. Radix omnium malorum cupiditas. Ad hoc autem ſolvitur, quia ſuperbia ideo dicitur Initium omnis peccati; quia primum peccatum Diaboli fuit ſuperbia, a quo occaſionem & ortum habuit omne aliud peccatum. Alii dicunt quod intelligitur de generibus ſingulorum, & non de ſingulis peccatis, ideſt, non eſt aliquod genus peccati quod non oriatur aliquando ex ſuperbia. Sed contra hanc ultimam ſolutionem objicitur, quia ſuper illud *Eccleſ.* 10. Initium omnis peccati, &c. dicit *Gloſſ.* Guloſi intemperati, ebrioſi, luxurioſi, &c. & hujuſmodi quæ cupiditas facit, ſine ſuperbia eſſe non poſſant. Et ſequitur : Quæ [ſcilicet cupiditas, & ſuperbia] non duo mala, ſed unum, a qua omnia mala trahunt initium. Ergo ex utroque eſt quodlibet peccatum. Solut. Superbia quandoque large ſumitur, quandoque ſtricte. Prout ſtricte ſumitur, dicitur amor propriæ excellentiæ; & tunc non eſt cauſa, vel initium omnis peccati : niſi per occaſionem : vel ſi de generibus ſingulorum, verum eſt. Et ſimiliter cupiditas aliquando ſtricte ſumitur pro philargyria; & eo modo verum non eſt, quod eſt radix omnium malorum. Vel large ſumitur utrumque ſecundum quod dicit *Aug. in* 10. *libro de Trinitate*, quod peccatum eſt averſio ab incommutabili bono, & converſio ad bonum commutabile. Primum eſt ſuperbia large, ſecundum cupiditas. Sic omne peccatum eſt cauſaliter ex ſuperbia, & ex cupiditate : quæ prout ſic ſumuntur non ſunt diverſæ in eſſentia [ſicut dicit *Gloſ.*] ſed ratione tantum : ſicut averſio illa, & converſio unum ſunt eſſentialiter.

m Natione cœleſtis] quia primo orta eſt in Angelis.

n Romani de Judæis] *Act.* 2. Et advenæ Romani, cohabitatione ſcil. tantum.

o Et fidem Evangelii,] i. quam docet Evangelium.

p Genere Abrahæ] *Matt.* 3. *Jo.* 8. Semen Abrahæ ſumus.

q Facta fuit promiſſio] *Gen.* 15. & 22. ſcil. de Chriſto naſcituro ex eo.

r Peculiaris] ideſt, ſpecialis; & dicitur a peculio, quod eſt poſſeſſio empta de pecudibus; ſive proventus pecudum. Aliter dicitur res data uxori in dotem, quam multum zelat uxor : & ideo quia Dominus ſimiliter zelabat Judæos, dicitur populus peculiaris Domini, & eſt ſumptum a *Deuter.* 14. Ut ſit ejus populus peculiaris, & *Exod.* 19. Eritis mihi in peculium de omnibus Gentibus.

ſ Nos de Ægypto] *Exod.* 12.

t Mare rubrum] *Exod.* 14.

u Manna] *Exod.* 16.

x De petra] *Exod.* 17.

a Non

nos quoque ſpecialiter Dei filius venit, ut ipſe in Evangelio ait: Non *a* ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael. Gentiles autem e contra dicebant: Quanto plura beneficia vobis exhibita memoratis, tanto *b* vos deteriores eſſe oſtenditis. Eiſdem ſiquidem pedibus quibus mare tranſiſtis, ante *c* idola poſtea ſaltaſtis, quæ & propriis *d* manibus feciſtis: & illo ore quo paulo ante de ſubmerſione Pharaonis & Ægyptiorum laudes *e* Deo perſolveratis, idola adoraſtis. Præterea Manna cœlitus *f* datum in deſerto faſtidiſtis, *g* cupientes redire in Ægyptum ad ollas carnium. Sæpe etiam Deum in iram *h* irritaſtis. Ad ultimum Chriſtum in Lege & Prophetis promiſſum occidiſtis. Nos itaque vobis digniores ſumus qui ſtatim ac de Chriſto audivimus, in eum credidimus, unde per Prophetam Dominus ait: Populus quem non cognovi, ſervivit mihi: in auditu auris obedivit mihi: Unde conſtat nos non ex induſtria, ſed ex ignorantia deliquiſſe. Si enim Prophetas, aut Apoſtolos ante habuiſſemus, idola *i* non coluiſſemus. Quia autem de generis nobilitate vos jactatis, ſi qua talium gloria *k* eſt, tunc Iſmael & Eſau poſſunt pariter gloriari, cum de eiſdem parentibus ſint nati. His itaque altercantibus Apoſtolus ſe medium *l* interpoſuit, omnes illorum contentiones hinc inde dirimens, & quaſi bonus *m* concionator voce ſonora illos alloquens, ad unam omnes concordiam adduxit, oſtendens nullos *n* illorum ſuis meritis *o* eſſe ſalvatos: quia omnes & Judæi & Gentiles ſub *p* peccato tenebantur, ſed per gratiam Dei liberati ſunt. Pro *q* altercatione itaque prædicta ſcribit Romanis, confutans modo Gentiles, modo Judæos, docens eos humiliari, ut omnia attribuant gratiæ Dei, & oſtendens omnibus gratis veniſſe gratiam fidei *r* & Evangelii Chriſti: quam propterea *ſ* & gratiam vocari *t* oſtendit, quia non *u* quaſi debitum juſtitiæ reddita eſt, ſed gratuito data. Quid enim eſt gratia? gratis data, donata, non reddita. Si enim tibi debebatur antequam gratiam haberes: merces tibi reddita eſt, non gratia donata. Merito itaque hæc Epiſtola prima ponitur: quia omnium malorum (ut prædictum eſt) radicem perimit. Aſſignatis rationibus operis, numeri, & ordinis Epiſtolarum; explicato quoque unde & quare Apoſtolus Romanis ſcripſerit, ſupereſt de materia, & intentione, & modo tractandi exequi. Generalis *x* omnium Epiſtolarum materia eſt doctrina *y* Evangelii. Intentio eſt monere ad obediendum Evangelicæ doctrinæ. Præter hæc autem in ſingulis proprias intentiones & materias requirimus. Prima itaque Epiſtola materiam habet Romanorum *z* vitia, atque gratiæ Dei dona, *a* ad quæ eos hortatur. Intentio eſt vitia eorumdem increpare, & ad veram pacem & fraternam concordiam ſub manu *b* gratiæ humiliare. Modus tractandi talis eſt: More ſcribentium epiſtolas, ſalutationem præmittit, in qua tria facit. *c* Commendat

a Non ſum miſſus] *Matth.* 15. Sed contra *Gen.* 49. Ipſe erit expectatio Gentium. *Gloſſ.* Non tantum Judæorum. Sol. Miſſus fuit ad Judæos ſpecialiter & perſonaliter; ad Gentes autem per Apoſtolos pervenit notitia ejus. Unde *Marc. ult.* Prædicate Evangelium omni creaturæ.

o Suis meritis eſſe ſalvatos:] Ergo nullus meretur ſalvari: quod verum eſt de ſalute gratiæ, quæ nihil aliud eſt quam juſtitia, quam [ut conſtat] nullus ſibi meretur: ſed & ſalus gloriæ, & hanc meretur quis operibus ex charitate factis.

b Tanto vos deteriores] Unde *Gregor.* Non eſt tanti gaudii excelſa tenuiſſe, quanti mœroris eſt de excelſis cecidiſſe.

c Ante idola ſaltaſtis] *Exod.* 32. Sed contra. *Ibi* dicitur: Fecit ex eis vitulum conflatilem: & ita idolum, & non idola. Item ſup. illud quod ibi dicitur: Iſti ſunt Dii tui Iſrael, dicit *Gl.* Pluraliter, cum unus vitulus tantum factus ſit ad ſimilitudinem bovis, ſc. Apis, quem in Ægypto colunt. Solutio: Pluraliter dicitur hic, quia ipſi Judæi pluraliter dixerunt: Iſti, ſunt dii tui Iſrael. Quare autem ſic dixerunt, habetur *ibid. in Gloſſ.* Quia qui idola colit, pluribus vitiis ſe ſubdit: Et iterum, quia nutriti fuerant in Ægypto inter idolatras, qui plura idola colebant; & ideo conſueti erant quodlibet idolum nominare & invocare pluraliter.

d Quæ &] illi Judæi [propriis manibus.] Contra *Exod.* 22. Fecit Aaron ex eis.

e Laudes.] *Exod.* 15.

f Cœlitus datum,] *Exod.* 16. *Num.* 11.

g Faſtidiſtis,] *Num.* 11.

h In iram.] Ira Dei dicitur vindicta ejus in malos.

i Idola non coluiſſemus.] cujus ſignum eſt facilitas credendi.

k Si qua talium gloria eſt,] ſcil. de generis nobilitate, quaſi dicat: Nobilitas ſola eſt animi, quæ moribus ornat, & *Hieron.* Mundanam nobilitatem non naturæ præſtitit æquitas, ſed ambitio cupiditatis. Sed videtur quod proficiat quandoque eſſe de bonis parentibus: quia dicit Dominus *Exod.* 20. Ego ſum Deus zelotes, &c. Filii ergo puniuntur propter malos parentes: ergo prodeſt habuiſſe bonos parentes. Ad idem illud *Exod.* 32. Recordare Domine Abraham, Iſaac, & Jacob, &c. Solutio: Intelligendum eſt quod hic dicitur de nobilitate ſanguinis, quæ revera nihil prodeſt malis filiis: ſed nobilitas animorum quandoque prodeſt, ſicut objectio eſt.

l Apoſtolus ſe medium] per epiſtolam.

m Concionator] qui diſcordantes ad concordiam revocat.

n Nullos illorum] hoc proprie eſt contra jactantiam Judæorum.

p Sub peccato] *inf.* 3. Omnes quidem peccaverunt, & egent gloria Dei.

q Pro altercatione] dirimenda.

r Gratiam fidei,] i. fidem, quæ eſt gratia & doctrina Evangelii, quæ gratis data eſt eis.

ſ Quam propterea] *Gl.* 1. Quia gratis datur. *inf.* 11.

u Non quaſi debitum] Sed contra *Jo.* 1. Dabit gratiam pro gratia, i. vitam æternam, & hanc contingit mereri, ergo gratia meretur. Item *inf.* 6. Gratia Dei vita æterna. Et ſumitur nominative ly [gratia.] Item qua ratione dicis, quod poteſt aliquis mereri vitam æternam? Non videtur niſi quia conventionem nobiſcum Dominus fecit, *Matth.* 20. De denario diurno, i. vita æterna, ſi laboremus in vinea ſua: ſed Dominus fecit nobiſcum conventionem de gratia danda ſimiliter, ſi faciamus quod in nobis eſt. Unde dicit *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo; ſi quis aperuerit mihi, [quod eſt facere, quod eſt in ſe] intrabo & cœnabo [quod eſt gratiam dare.] Ergo eadem ratione meretur quis gratiam quam gloriam. Sol. Hoc nomen gratia quandoque large ſumitur, quandoque ſtricte. Stricte ſecundum quod dicitur gratis data; & ſecundum hoc privat meritum præcedens. Large ſumitur, quando dicitur gratia gratum faciens, vel gratis faciens operari: vel quia id ex quo eſt, gratis fuit datum; ſic autem dicitur vita æterna. Sol. ad illud, ego ſto ad oſtium & pulſo, &c. dicendum quod hoc non eſt conventio, ſed prædictio.

t Et gratiam vocari oſtendit] *inf.* 11.

x Generalis omnium] Sexta pars.

y Doctrina Evangelii] quam Paulus hic explicat, [In ſingulis] Epiſtolis.

z Romanorum vitia,] de quibus extirpandis.

a Gratiæ Dei dona] de quibus acquirendis. De his eſt & tota Theologia propter beatitudinem: & ideo una ſcientia, una ars, ab unitate ſubjecti & finis. *Joan.* 20. Hæc autem ſcripta ſunt ut credaris, &c.

b Sub manu gratiæ humiliare] i. ſub Deo per opus gratiæ. 1. *Pet. ult.* Humiliamini ſub potenti manu Dei.

c Commendat enim perſonam] ibi [Paulus Apoſtolus ſervus]

a Nego-

a Negotium,] ibi: Segregatus in Evangelium.
b Auctorem] ſc. Chriſtum, ibi [Qui factus eſt, &c.]
c Utriuſque patris,] ideſt, Judæorum & Gentilium altercantium.
d Oſtendit juſtitiam,] quoad gratiam.
e Et ſalutem,] quoad gloriam.
f Utrique,] ſine perſonarum acceptione.
g Ut a Lege,] i. ab obſervantia legalium.

Explicit expoſitio Prologi Doctorum in Epiſtola Beati Pauli.

Rever. in Chriſto Patris & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c. Poſtilla ſuper Epiſtolam Beati Pauli ad Romanos incipit.

enim perſonam ſuam, & negotium, *a* & auctorem *b* negotii, in quibus congrue captat benevolentiam. Poſt ſalutationem vero, utriuſque *c* partis vitia arguit, oſtendens Gentiles a naturali ratione, & Judæos a Lege exorbitaſse. Deinde pluribus modis oſtendit *d* juſtitiam & ſalutem *e* æque utrique *f* eſse non per Legem, ſed per fidem Jeſu Chriſti; ut a Lege *g* eos tollat, & in ſola fide Chriſti eos conſtituat. Circa finem vero moralis ſubditur inſtructio: atque in actione gratiarum finem tenet Epiſtola. Præmittit autem ſalutationem dicens.

Explicit Prologus Doctorum.

INCIPIT EPISTOLA B. Pauli Apoſtoli ad Romanos.

C A P. I.

PAulus *h* ſervus Jeſu Chriſti *i* vocatus *k* Apoſtolus

E X P O S I T I O C A P. I.

PAulus *h* ſervus Jeſu, &c.] Littera dependet uſque ibi [Omnibus, &c.] Præmittit autem more ſuo ſalutationem, in qua commendat ſe a nomine, cum dicit [Paulus,] a conditione, ibi [Servus Jeſu Chriſti,] a dignitate, ibi [vocatus Apoſtolus,] ab officio, ibi [Segregatus,] Non autem commendat ſe ad oſtentationem, ſed ad reprimendum ſuperbiam & arrogantiam Romanorum quibus ſcribit. Dicit ergo: *i* Vocatus Apoſtolus] i. ad hoc ut eſſet Apoſtolus vel ad Apoſtolatum; vel per excellentiam Apoſtolus vocatus, ſicut David, Propheta; & Roma, Urbs: vel ut hoc dicat ex humilitate, q. d. Ego habeo nomen Apoſtoli, non rem.
a Segregatus] a Spiritu S. *b* In Evangelio,] i. ad hoc ut Evangelium Dei prædicaret. Segregatus autem fuit dupliciter. Primo a numero infidelium: unde *Gal.* 1. Qui me ſegregavit ab utero. Item ſegregatus fuit a grege fidelium, unde *Act.* 13. Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos, &c. dico, [Omnibus, &c.] mandat ſalutem, ſupple. [Vobis pax] ſupple, ſit. Myſtice. [Paulus] diminutivum eſt de parvis, & eſt idem quod modicus, & interpretatur ſecundum *Gloſſ.* quietus, admirabilis: ſecundum *Remigium*, os tubæ, vel os eorum, ſeu electum mirabile. Per humilitatem fuit modicus; per manſuetudinem quietus; per Dei electionem admirandus; os tubæ, &c. per prædicationem & doctrinam excellentem. Quomodo autem fuit modicus prædixit *Iſ.* 11. Puer parvulus minabit eos, & *inf.* 56. Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortiſſimam. *Interl.* Minimus, ut Paulus. Et quia talis fuit, impletum eſt in eo illud *Iſ. ult.* Super quem requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, &c. Voluit autem hic vocari ille ſtrenuus Prædicator ad innuendum quod hoc debet habere quilibet Prædicator. Debet ergo eſſe Paulus per humilitatem. *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, &c. & in *eod.* 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus. Item debet eſſe manſuetus per patientiam, unde *Pſ.* 91. Bene patientes erunt. Item per Dei electionem fuit admirandus: Unde *Eccl.* 43. de eo dicitur vas admirabile opus Excelſi, de quo *Act.* 9. Vas electionis eſt mihi iſte, &c. Et ſic Prædicator debet eſſe admirabilis per ſanctitatis excellentiam. Quod ſignificatum eſt, 1. *Reg.* 14. Factum eſt miraculum in caſtris, &c. de Jonatha ſcil. qui ſolus cum armigero irruit in exercitum inimicorum ſc. & cædebat eos cum arcu & ſagitta. Sic prædicator debet occidere in bono, ita quod miraculum ſit in facie Eccleſiæ. Item Paulus fuit os tubæ per prædicationem, quod ſignificatum eſt *Judic.* 6. Spiritus Domini replevit Gedeon, qui clangens buccina convocavit vel congregavit domum Abiezer. Gedeon interpretatur tentatio humilitatis, quia ad hoc tentatus fuit Paulus, ut humiliaretur. Unde 2. *Cor.* 12. Et ne magnitudo revelationum extollat me, &c. Abiezer interpretatur patris mei ſanctificatio; & ſignificat omnes ſanctificatos & vocatos per gratiam, pro quibus orat Dominus *Jo.* 17. Pater ſanctifica eos in veritate. Sic Prædicator debet eſſe os tubæ, ut convocet ad bellum contra Diabolum & peccatum: unde ei dicitur *Iſ.* 58. Quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum; & in *eod.* 40. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem. At quidam habent quaſi fiſtulam, qui prædicant ut moveant ad riſum, & placeant hominibus [Servus Jeſu Chriſti.] Ecce felix conditio, *inf. eod.* [Teſtis eſt mihi Deus cui ſervio in ſpiritu meo:] contra hypocritas, qui tantum corpore. Similiter debet eſſe Prædicator ſervus Jeſu Chriſti quod magnum eſt. Nam cum dicatur, ſervus Regis, pars Comitis: ſervus ſummi Regis eſt ſuper omnes Imperatores; & maxime qui ſervit ei ad convertendas animas. Unde *Iſ.* 49. Parum eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob.
i Vocatus,] i. electus a Domino: unde *Gal.* 1. Vocavit me per miſericordiam ſuam; ſic debet eſſe Prædicator vocatus contra intrudentes ſe: quia *inf.* 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? *k* Apoſtolus] i. miſſus ſive legatus: unde 2. *Cor.* 5. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, & *Abd.* Auditum audivimus a Domino, legatum miſit ad Gentes, & eſt thema in ejus feſto. Sic debet eſſe Prædicator legatus: cujus officium determinatur *Jer.* 1. Ut evellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.

Expoſitio Gloſſæ. *b* Paulus ſervus, &c.] *Gloſſ.* Si vis ipſius nominis, i. ſignificatio ſive interpretatio. Ratio impoſitionis, i. rationabilis impoſitio, i. quare fuit ei impoſitum Paulus, quod eſt Hebraicum origine. Contra: Super illud *Act.* 9. Saulus autem multo magis convaleſcebat, &c. *Gl.* Petrus & Paulus Latina vel Græca ſunt nomina: quia Hebræi [p.] non habent: ergo ſicut Paulus non eſt nomen Hebraicum terminatione, ita nec origine. Sol. Hebraicum dicitur origine propter modicam differentiam quam habet elementum, a quo incipit in Hebræo a [p.] Vel ſic expone quod eſt Hebraicum, i. cujus æquipollens eſt Hebraicum. Geminæ virtutis, ſcilicet modicitatis, i. humilitatis, & quietis; ergo quies eſt virtus. Contra: Quies nihil aliud eſt quam pax mentis, ergo pax eſt virtus. Sed contra: *Inf.* dicit quod pax eſt tranquillitas mentis, & ſimiliter ſuper illud *Matth.* 5. Beati pacifici. Sed remorſus conſcientiæ ex quolibet peccato eſt: ergo pax mentis quæ ei opponitur, eſt ex qualibet virtute, & ita non eſt virtus. Sol. Hic appellatur quies manſuetudo; ſecundum quod dicitur *Matth.* 5. Beati mites, ubi dicit *Gloſſ.* Mitis eſt, qui timore vel odio, vel ira non afficitur: generali appellatione. Paulus enim eſt nomen appellativum ſecundum ſe quod idem eſt quod manſuetus. Et nota quod *Gloſſ.* aſſignat poſtea quatuor rationes propter quas dictus eſt Paulus, ſc. ad oſtendendum ejus humilitatem, mentis ejus mutationem, prædicationis ſtrenuitatem, & quod ſervavit morem aliorum Apoſtolor. quorum nomina mutata fuerunt. Ait *Beda* ſuper actus apoſtolicos, *Act.* 13 Et Pauli vocabulum, *Act.* 13. Contra: De eo dicitur *Act.* 9. Paulus autem, &c. hic fuit tredecimus annus ante illam ſegregationem; & ita non tunc accepit nomen illud, imo jam vocabatur Paulus. Sol. duplex eſt. Una dicendo quod illud *Act.* 9. dictum eſt per anticipationem. Vel poteſt eſſe quod *Luc.* dicit *Act.* 9. Paulus, &c. pro tempore, ſc. quando ſcripſit ea quæ ibi dicit; jam revera vocabatur Paulus. A Saule perſecutore, de quo 1. *Reg.* 18. 19. 20. Sed illi qui impoſuerunt nomen quid ſciebant de Saule? Dicendum quod imponens ei nomen non habuit reſpectum ad Saulem, ſed ſic divinitus procuratum eſt propter myſterium: quia ſicut Saul perſecutus eſt David, ita Paulus Eccleſiam. Unde ſic dictus eſt propter ſimilitudinem miniſterii: & forte imponens ei nomen, reſpectum habuit ad Saul: quia dicitur *Phil.* 3. De tribu Benjamin. Et ſuper illud *Act.* 8. Saulus vaſtabat Eccleſiam, dicit *Gl.* A Saule perſecutore qui rex fuit Iſrael de tribu Benjamin: & juxta Antiquorum conſuetudinem minores a majoribus nomina trahunt. Juxta condictum Apoſtolorum, quod fuit *Act.* 16. quando venit ad Apoſtolos Jeroſolymis: ſecundum hoc ergo miſſus fuit ab Apoſtolis. Sed contra: *Gal. in princ.* Ele-

A ctus

▲ *a* Segregatus

a Segregatus] ſicut habetur *Gal.* 1. & *Act.* 13. Similiter & Prædicator duobus modis debet eſſe ſegregatus. Primo ab utero matris ſuæ: contra quod *Ezech.* 16. In die ortus tui non eſt præciſus umbilicus tuus. Prædicator velut ſol oritur, quando radios prædicationis emittit, ſed ſi tunc adhuc tenet eum concupiſcentia, poteſt ei dici. In die ortus tui, &c. Item debet eſſe ſegregatus a grege, ut reſpectu ejus dicatur populus grex: unde ſuper illud 1. *Tim.* 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe: dicit *Hier.* Ut talis eligatur cujus comparatione ceteri grex dicantur. 1. *Reg.* 10. Stetit Saul electus in medio populi, & altior fuit univerſo populo ab humero & ſurſum. b in Evangelium.] Unde *Act.* 13. Segregate mihi Saulum & Barnabam in officium, ad quod, &c. Et ſimiliter Prædicator ad hoc debet ſeparari. *Jer.* 33.

a ſegregatus b in Evangelium

a Quod

Expoſitio Gloſ. A ctus non ab hominibus, neque per hominem. *Gl.* Neque miſſus. Item per textum ad *Gal.* 2. poteſt hoc probari ſcil. quod antequam veniſſet ad Apoſtolos; eſſet Apoſtolus Gentium, dicit enim: Poſt annos autem quatuordecim, &c. cum audiſſent quod mihi traditum eſt Evangelium præputii, ſicut & Petro circumciſionis. Item. *Act.* 13. Segregate mihi Saulum & Barnabam, &c. quod fuit dictum multo tempore antequam veniret ad Apoſtolos. Sol. Juxta Apoſtolorum condictum, i. approbationem eorum. Minimum Apoſtolorum. 1. *Cor.* 15. Sic autem ſe voluit nominari: quia dicitur *Pr.* 29. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Non ob aliud hoc nomen. Non videtur hæc ſententia ad præcedentem pertinere, dicendum, quod imo ratione finis qui ſequitur, primo Saulus, poſtea Paulus, & pro hoc tantum adducitur non quaſi jactantia: hæc eſt prima cauſa impoſitionis nominis. Immutatum: hæc eſt ſecunda cauſa. Poſt eas, tentationes: Paſſus eſt, hæc tertia cauſa. Porro ex more, quarta cauſa. Ipſo nomine novi, ut ex novitate nominis oſtenderetur novitas ſpiritus: ſecundum quod ipſe dicit *Gal.* 2. Vivo ego jam non ego & 1. *Reg.* 10. Mutaberis in virum alterum. Ut Cephas, *Jo.* 1. & *Marc.* 3. ubi vocatur Petrus, & idem eſt quod Cephas. Tonitrui, *Marc.* 3. Eccleſia jam in conſuetudinem duxit ut quos in cathedra Petri. Ex hoc *Græci* arguunt quod Petrus & Paulus æqualis fuerunt poteſtatis, & quod non debet ſucceſſor Pauli ſubeſſe ſucceſſori Petri, ex quo nomen fuit mutatum Paulo ſicut & Petro. Sed iterum objicitur: Si hæc conſuetudo in eis qui in cathedra Petri ſubſtituuntur, ut nomina eorum mutentur: quare non ſimiliter inolevit de illis qui in cathedra Jacob & Joannis quod nomina eorum mutata fuerunt? Sol. Omnis Eccleſia Romanæ Eccleſiæ ſubjecta eſt quia Petro omnium Apoſtolorum cura eſt commiſſa; ut dictum eſt ei *Luc.* 22. Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos, & *Matt.* 16. Et tibi dabo claves regni cœlorum; quia hoc dictum eſt omnibus aliis in perſona ipſius. Quod objicitur a *Græcis*, Paulo mutatum fuit nomen ſicut & Petro, verum eſt, ſed non quando commiſſa fuit ei cura, imo poſtea commiſſa eſt: & ideo non mutantur nomina eorum, qui ſubſtituuntur in ſede ejus. Sed quare non ſimiliter de aliis? Ad innuendum quod omnes Prælati Eccleſiæ ſunt ſub jugo Domini Papæ. Apud Cyprium, ſicut habet *Act.* 13. Ideo etiam ad confuſionem hominis, quem Diabolus devicit, ipſe Diabolus homo dicitur ab homine devicto. *Matt.* 13. Inimicus homo hoc fecit. Sed eadem ratione videtur quod Chriſtus debeat dici Diabolus quia Diabolum devicit: & ſimiliter a peccato Peccatum. Sed dicendum, quod quando nomina victoribus imponuntur a devictis, hoc eſt aut ad confuſionem devictorum, aut ad gloriam & magnificentiam eorum qui illos devicerunt. Si autem Chriſtus diceretur Diabolus non ex hoc confunderetur Diabolus, imo honoraretur, quia dignior eo ſuo nomine vocaretur; nec etiam ex hoc magnificaretur Chriſtus eo quod nulla ſit comparatio fortitudinis Diaboli ad fortitudinē Chriſti. Ut Salomon qui Eccleſiaſtes & Idida vocatus eſt, & Matthæus qui Levi dictus eſt, *Matt.* 9. & 10. *Luc.* 5. Sicut ſcriptum eſt in actibus Apoſtolorum *Act.* 13. Vas electionis, *Act.* 9. Non enim accepiſtis ſpiritum, *inf.* 8. Et idem alibi, *Gal.* 4. Itaque jam non eſt ſervus ſed filius. Jam non dicam, *Jo.* 15. Si ergo id, quod dicit ſe ſervum Chriſti Jeſu, omni libertate nobilior; quia ſervire Deo regnare eſt. Quod nomen ab Angelo fuit impoſitum, *Luc.* 1. Ad idem *Luc.* 2. Vocatum eſt nomen ejus, Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo, &c. Sed contra: Super illud *Luc.* 1. Paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum *ibi Gl.* Vocabis, non impones, quia ei impoſitum eſt ab æterno, ergo & Angelus non impoſuit. Si dicat ab æterno impoſitum in præſcientia Dei quæ eſt æterna; eadem ratione dicendum eſſet quod cuilibet impoſitum eſt nomen ab æterno. Sol. Impoſitum fuit ab Angelo prout acta factus eſt Salvator ſecundum humanam naturam: tamen ab æterno convenit ei res hujus nominis Jeſus, in quantum eſt Deus, ſecundum quod Jeſus nominat rem ſuam in habitu. In veteri Teſtamento Reges ſicut Saul 1. *Reg.* 10. & David 1. *Reg.* 16. & Sacerdotes *Lev.* 8. Sed Jeſu factum eſt proprium. Sed contra: Super illud *Matt. in princ.* Liber generationis Jeſu Chriſti ibi *Gl. marginalis*: Chriſtus nomen officii, non naturæ: ſi autem eſt nomen officii, non eſt proprium, ut patet in hoc nomine, Sacerdos. Item conſtat quod non eſt ei proprium ſecundum deitatem, ergo ſecundum humanitatem. Et ſimiliter hoc nomen Jeſus; ergo hoc nomen, Jeſus, & hoc nomen, Chriſtus proprie ſignificant idem; & ita alterum eſt ſuperfluū. Sol. Non dicit quod Chriſtus factum ſit ei nomen proprium; ſed dicit tantum proprium, i. quaſi ſubſtantiale, quia ſemper ei convenit. Ab inſtanti enim conceptionis fuit unctus, nec amittere potuit illam unctionem; aliis autem fuit adjectivum, i. accidentale quia aliquando non fuit in eis res ejus, ſed poſtea: alii enim non ſtatim ut nati fuerunt Reges & Sacerdotes. Ad aliud dic, quod Jeſus eſt nomen humanitatis; Chriſtus vero proprietatis. Et eſt hoc ſacramenti nomen, l. ſacri ſecreti, videlicet unctionis ſpiritualis: unde *Col.* 1. Myſterium abſconditum a ſæculis. A lege factorum, i. a lege Moyſi, prout erat in factis, i. de legalibus obſervantiis. Unam Dei & hominis perſonam contra hæreticos, ſed nonne Jeſus & Chriſtus ſunt nomina ejus ſecundum quod eſt homo? Quomodo ergo per hoc oſtenditur una perſona Dei & hominis? Sol. Illi hæretici dicebant quod Chriſtus erat duæ perſonæ in quantum Deus & homo; & quod ad hoc innuendum vocatus fuerat duobus nominibus. Sed dicendum quod non propter ſignificationem illorum intelligitur gemina natura in Chriſto, ſed propter geminam impoſitionem. Vel in Jeſu quod eſt proprium ejus in quantum eſt homo, intelligitur humana natura; per Chriſtum, quod idem eſt quod unctus, divina eſſentia intelligitur; unctus enim paſſionem ſignificat: & quia paſſio eſt affectus illatioque actionis, quodammodo intelligitur unctio, actio, & unctio actio eſt Deus vel divina eſſentia, ideo per hoc nomen, Chriſtus, intelligitur divina natura; quia vero unius hominis nomina, ideo duæ naturæ unam perſonam teſtantur. Qui enim ſe humiliat, *Luc.* 18. Tanquam ſibimet. *Heb.* 5. Et æterna electione, & pro, i. exponit dupliciter. Secundum propoſitum, & temporali miſſione. A Chriſto miſſi. Ipſe, *Act.* 13. Alii, *Luc.* 10. & *Marc. in fin.* Vocati ſunt. *inf.* 8. Quos vocavit, &c. Vel legati, 2. *Cor.* 5. Pro Chriſto legatione, &c. Ab utero Synagogæ, *Gal.* 1. Ubi locum Doctoris, ergo erat Doctor. Contra: erat adoleſcens, ut habetur in lapidatione Stephani: ergo nondum habebat triginta annos, ergo nec locum Doctoris: quia ſuper *Ezech. in princ.* dicitur, Hebræorum traditio monſtrat: niſi enim quis apud eos ſacerdotalis miniſterii ætatem, i. 30. annos compleverit, nec principium Geneſis, nec Cantica, nec finem Ezechielis legere permittitur; & donec iſta legere poſſit, non eſt Doctor. Sol. Adoleſcens erat, ſed tamen jam in fine 30. annorum quando incipit ætas virilis, vel locum Doctoris, i. talis erat in ſe quod poſſet Doctor eſſe. Separatus in Evangelium, *Gal.* 1. *Act.* 13. Diſſimulavit, i. diſceſſit, & habetur ſimile *inf. eod.* ſuper illud, Ira Dei de cœlo, &c. *Gl.* Impietas in eis apparet, dum hæc videntes diſſimulant a veritate, i. deſcendunt. Lex non potuit, *Heb* 7. Unde, i. de qua ſegregatione in Actibus Apoſtolorum, 13. Apoſtolus Gentibus totius Orbis. Sed quomodo hoc, quia omnibus non prædicavit? Sol. Hoc dicitur, quia omnibus potuit prædicare ubicumque veniret, ſed non alii Apoſtoli, vel quia ejus prædicatio fuit generalior prædicatione aliorum Apoſtolorum, & plus dilatata quam alterius Apoſtoli prædicatio. Inde Evangelium. Evangelium large ſumitur, ſecundum quod dicitur bona nunciatio facta proprio ore Salvatoris: & dicitur proprie tunc ab Eu quod eſt bonum, & angelus, i. nuncius, & ſecundum hoc in principio hujus nominis Evangelii debet eſſe diphtongus, & ita peccant qui dicunt Evangelium. Prima Eva interpretatur furor; angelus, nuncius: quaſi nuncius furoris, & ſic non ſequitur expoſitionem hujus nominis Evangelii. Sol. Utrumque bene dicitur, & ſecundum ultimum modum mutatur [u] vocalis in, v, conſonantem; ſicut cum dicitur, caveo cautum, tamen remanet ſignificatio. [Quod ante promiſerat.] Nota quod in expoſitione hujus clauſulæ, [Qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem] Primo intendit *Gl.* multiplicem ponere diverſitatem inter æternam Chriſti generationem & temporalem. Secundo oſtenditur naturarum pluralitas, & perſonæ unitas. Tertio ratio, quare potius dicitur factus ex muliere quam natus, & ibi movet quæſtionem, utrum debeat concedi, Chriſtus eſt creatura, ſine determinatione. Quarto, quare dicitur factus de ſemine David ſpecialiter in Evangelio Joannis, *Joan.* 4.

Quia

Δ *a* Quod ante promiſerat.] Epiſtolæ ſuæ præmittit ſalutationem ut dictum eſt in qua fit interpoſitio ad commendandum Evangelium quod prædicavit quatuor modis. Ab auctoritate, & temporis antiquitate, ibi [Promiſerat] ipſe Deus pater: ecce auctor. In hoc quod dicit [promiſerat] notatur temporis antiquitas. Item a teſtibus cum dicit: [Per prophetas.] Item a materia cum dicit [de filio ſuo.] *d* In ſcripturis Sanctis] Prophetarum. *f* Qui factus

Dei, (quod *a* ante promiſerat *b* per Prophetas *c* ſuos in ſcripturis *d* Sanctis) de *e* filio ſuo, qui *f* factus eſt ei ex *g* ſemine David ſecundum *h* carnem :

eſt] homo [ei] ad honorem ejus. *h* Secundum carnem] hoc dicit contra quoſdam hæreticos qui crediderunt eſſe puram creaturam. *b* Promiſerat] Unde 1. *Pet.* 1. De qua ſalute exquiſierunt atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetarunt. Promiſit autem Deus pater filium ſuum venturum, quinque rationibus. Prima, ut patres illius temporis expectatione promiſſi conſolarentur. *Iſ.* 40. Conſolamini, conſolamini popule meus, propter quod revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro ſalutare Dei *Mich.* 4. Nunc quare mœrore contraheris? nunquid non eſt rex tibi? Secunda ratio eſt ut deſiderium Antiquorum per hoc inflammaret. Unde *B. Bern.* ſuper illud, Oſculetur me, &c. Compungor & confundor in memetipſo & vix contineo lacrymas, ita tædet temporis & torporis horum miſerabilium temporum. Cur namque noſtrum tantum generat gaudium hujus gratiæ exhibitio, quantum accenderat veteribus Sanctis deſiderium ſola promiſſio? Unde *Iſ.* 64. Utinam dirumperes cœlos & deſcenderes, &c. Tertia ratio eſt, ut qui futurus erat, magnus reputaretur *Iſ.* 8. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtilo hominis, i. ut homines poſſint intelligere. Liber iſte eſt Sac. ſcriptura adventu Salvatoris depurata. Quarta ratio eſt, ut nullus poſſet ſe excuſare per ignorantiam, ſi veritatem non reciperet *Hab.* 2. dicit, ſcribe viſum & explana eum ſuper tabulas ut percurrat qui legerit eum. Quinta ratio eſt, ut in figuris non ſiſterent, ſed per eas ad promiſſum irent. *Oſ.* 12. In manu Prophetarum aſſimilatus ſum, & *Heb.* 10. Lex eſt umbra futurorum, dicit ergo de adventu Salvatoris. *a* Quod ante, &c.] ut non reputetur furtivum & inventio. *Nu.* 24. Quis victurus eſt quando iſta faciet Dominus? & per *Pſ.* dicit ipſe Dominus: Non erit in te Deus recens. *c* Per Prophetas] hoc ſubjungit, ut ejus promiſſioni firmiſſime crederetur. *Iſ.* 55. Feriam vobiſcum pactum ſempiternum, i. promiſſionem ſtabilem. *d* In ſcripturis Sanctis] hoc dicit, ne dubitemus de promiſſione quin ſit facta. *e* De filio] *Iſ.* 9. Puer enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis & *Luc.* 1. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, ſicut locutus eſt ad Patres noſtros, &c. *g* Ex ſemine David hoc dicit, quia promiſſus fuerat ei, unde: De fructu ventris tui; &c.

Δ *a* Qui

Gloſ. A Quia alius eſt, qui ſeminat, &c. Seminaverũt Prophetæ promittendo, Apoſtoli meſſuerunt promiſſum filium recipiendo. Unde *Jer.* 31. litera noſtra. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ſeminabo domum Iſrael, & domum Juda ſemine hominum. Et item *Iſ.* 55. Non ex ſe mendacium, *Jo.* 8. Ethnicis, ab ethnos quod eſt gens, i. tales quales ſunt geniti. Sacramentum, i. ſacrum ſecretum. Bene addit [Sanctis.] Videtur quod imo ſuperflue addat, quia Scriptura per antonomaſiam dicitur ſancta. Unde ſuper illud ad *Tit.* 1. Quidam ex illis proprius illorum, &c. *Gl.* Cum tacitis nominibus illorum dicitur: ſicut ſcriptum eſt, de ea ſcriptura intelligitur in qua eſt auctoritas Dei. Ergo non oportet addere [Sanctis.] Ad idem eſt illud *Hier.* Litteras neſcit, qui ſacras ignorat; ergo per literas litteræ Sanctæ intelliguntur. Sol. Bene addidit, [Sanctis,] quia ſcribebat Gentilibus, qui adhuc alias litteras reputabant magnas. Sicut in terra iſta non additur, Rex Franciæ, ſi tamen in alio loco diceretur de eodem oporteret addere, Rex Franciæ. Ad filium ducunt. *Jo.* 5. Scrutamini Scripr. Non adoptivus imo eſt filius per gratiam, quia gratuito factus fuit homo; ergo eſt filius per adoptionem. Quod non concedunt, quia filius adoptivus dicitur, qui de non filio fit filius, ut qui prius fuit filius iræ, poſtea fit filius Dei per gratiam: ſic nunquam Chriſtus. Sed contra: *Jo.* 20. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. *Gl.* Non dicit communiter noſtrum, quia differenter; ergo differenter dicitur pater Chriſti & noſtrum: ſed noſtrum dicitur per gratiam: ergo non eſt pater Chriſti per gratiam. Præterea ſi eſt filius per gratiam, cum per ipſum operetur pater gratiam, ergo eſt ſui ipſius filius. Eadem ratione filius Sp. ſancti, quod videtur *Gl.* ſuper *Iſ.* 11. Et aſcendit ſuper eum Spiritus Domini. Ibi *Gl.* in Evangelio Nazaræorum habetur, cum aſcendiſſet Dominus de aqua, deſcendit fons omnis ſpiritus, & requievit ſuper eum, dixitque: Expectabam te fili: ergo cum pater non deſcenderit, ſed Spir. ſanctus: Spir. ſanctus videtur ſic locutus, & vere: ergo Chriſtus filius eſt Spir. ſancti. E contra *Aug. in Ench.* illud movet, quomodo dictum ſit natus de Spir. ſancto cum filius nullo modo ſit Spir. ſanctus. Sol. Verum eſt, quod eſt filius per gratiam Patris, & Spir. ſancti. Quod dicit *Aug.* quod nullo modo eſt filius Spir. ſanctus. Intelligit, quod cum dicitur, Natus de Spir. ſancto, innuit quod [de] non tenetur materialiter, ſed effective, q.d. Nullo modo eſt filius, ſicut in his inferioribus dicitur [filius,] qui de ſubſtantia patris, & matris portionem accipit. Ad *Gl. ſuper Jo.* quæ dicit, quod differenter dicitur pater Chriſti, & noſtrum: verum eſt, quia per naturam, Chriſti, noſtrum autem per gratiam, vel Chriſti per gratiam ſine menſura in quantum homo; noſtrum autem per gratiam cum menſura, & ſic differenter. Commendatio auctoritatis, imo commendatio a materia, & non auctoritatis: quia ſi primo commendatio a materia, quia de filio, ergo cum hoc de filio commendatio erit a materia. Sol. Filius eſt auctor, ideo quia indiviſa, & inſeparabilia opera Trinitatis. Non ſecundum divinitatem hoc dicit ſed ſecundum carnem. Secundum Sp. ſanctum. Nota, hæc appellatio [Spir. ſancti] duobus modis ſumitur. nempe conjunctim ſive dictionaliter, & tunc eſt nomen tertiæ perſonæ in Trinitate; vel diviſim ſive orationaliter & tunc eſt nomen eſſentiæ, & eſt ſenſus, Deus eſt Sp. ſanctus, i. Deus eſt ſanctus & eſt ſpiritus. Quia Deus ſpiritus eſt, *Jo.* 4. 2. *Cor.* 3. Et verbum caro factum eſt. Quare non ſimiliter dicitur Verbum anima factum, cum animam aſſumpſit ſicut carnem? Sol. Duæ ſunt rationes. Una: quia nomine carnis mulier intelligitur, ad innuendum, quod ſubſtantiam humanam ſolum ex matre accepit: vel hoc dicit ad majorem expreſſionem contra Hæreticos, qui dicebant, quod carnem phantaſticam acceperit. Ut jam unus ſit, perſonaliter ſcil. Impietati hæreticorum *Arrianorum*, ſc. ſuam divinitatem, quod ſcil. ſit infectus: Qua eſt Verbum. Ergo divinitate eſt Verbum. Contra: Imo filiatione; ideo occurrit *Gloſ.* dicens, qua, i. in qua. Neque ante omnia factus eſt, quia ſic ante ſe factus eſſet. Item non omnia per ipſum facta eſſent. Aſſumpto convertibili, i. mutabili quantum eſt de ſe. *e* Ex ſemine David] i. ex portione carnis, quæ fuit vice ſeminis. Filius Dei erat, non dicit quid, ſed quis erat Filius hominis, i. B. Virginis, natus ſecundum veritatem naturæ, i. habens veritatem divinæ naturæ. Vel appellatione, tantum filius Joſeph appellatione. In utraque nativitate: Æquivoce ſumitur nativitas ſimul & ſemel, quia nativitas ſecundum tempus dicit quaſi quoddam accidens: nativitas æterna dicit identitatem eſſentiæ. Filius ſimiliter æquivoce dicitur, Unus filius. Dupliciter filiatio dicitur, Filius dictio numeralis addita ſubſtantivo non dicit numerum accidentium, ſed ſuppoſitorum. Unde cum unum ſupponitur, vere unus filius, non duo dicitur: unus enim filiationum dicit modum accidentis, & ideo ly [unus] non dicit unitatem illius, ſed ſuppoſiti, quod eſt idem ſecundum quod dicitur filius Virginis, & filius Dei. Semel, i. perfecte. De ſua natura, i. de ſe dans ei ſuam naturam. Veram habet ille Deus humanam naturam, contra *Manichæos*. Id quod prius non erat, i. homo, quod prius legitur ex parte appoſiti, quia ille homo fuit ab æterno, tamen non fuit homo ab æterno q.d. *Gl.* Factus eſt aliquid & prius non erat illud. Et eſt argumentum, quod Chriſtus ſecundum quod homo eſt quid: quia id & quid reſpondent ſibi invicem. Unde ſi eſt id, eſt quid contra illam opinionem, quæ dicit quod non eſt quid, ſed aliquo modo ſe habens in quantum homo. Sed hæc opinio exſufflata eſt tanquam hæreſim ſapiens. Sed objicitur; ſecundum quod homo eſt quid, quod non eſt Deus pater, & ſecundum quod Deus eſt quid, quod eſt pater: ergo Chriſtus eſt quid & quid; ergo eſt duo, quod concedit una opinio. Sed ſecundum opinionem, quæ dicit quod eſt unum ſolvitur ſic, non eſt quid & quid, ſed unum quid tantum. Quod objicit, ſecundum quod homo eſt quid, quod non eſt Deus pater, &c. ergo eſt quid & quid. Non ſequitur, quia hoc quid eſt illud quid, & copulativa conjunctio exigit diverſitatem. Rationalem animam contra quoſdam hæreticos dicentes quod loco animæ habuit divinitatem, ſed ſecundum hoc videtur quid duo fuerit homo filius Dei: quia habuit carnem, habuit animam. Sol. In ea plenus homo. quia carnem ſuſcepit humanam & rationalem animam, ſupple, invicem unita. Semel ex patre, ſemel ex matre. Illud ſemel variatur. Semel de patre, i. perfecte; ſemel de matre, i. una vice. Integritatem virginitatis. Argumentum quod Maria non conſenſit in carnalem copulam ſimpliciter, ſic enim virginitatis integritas non eſſet penitus obſervata: conſenſit tamen ſub conditione, ſcilicet ſi Deo placeret; ita non amiſit integritatem mentis. Integritatem virginitatis. Contra *Luc.* 2.

Δ Omne

Digitized by Google

a a Qui prædeſtinatus eſt] Dixerat: Qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem, oſtendens per hoc ipſum eſſe verum hominem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei, id-eſt: Ille idem qui eſt verus homo, eſt verus filius Dei per naturam. Et hoc eſt ; [Qui prædeſtinatus eſt,] ideſt, prævisus, vel prælectus a Deo.

qui a prædeſtinatus eſt b filius Dei c in virtute

b Filius Dei] ideſt, ad hoc ut eſſet filius Dei. c In virtute,] ideſt, in æqualitate, & ita ejuſdem eſſentiæ & poteſtatis cum Deo patre. Alii autem homines non ſunt filii per naturam, ſed per gratiam. Notandum autem ſecundum *Orig.* quod vera littera eſt [deſtinatus,] & hoc dicit, quia prædeſtinatus dicitur de eo qui non eſt, deſtinatus autem de eo qui eſt. Unde ait, obſervandum ſane quod non dicit: Qui prædeſtinatus eſt filius Dei; ſed qui deſtinatus eſt filius Dei. Et nemo putet nos de hoc ſermonem curioſius quam res patitur, perſcrutari: quamvis enim in Latinis exemplaribus [prædeſtinatus] ſoleat inveniri, tamen ſecundum quod interpretationis veritas habet, deſtinatus ille qui eſt; prædeſtinatus ille qui non eſt. Hæc ſunt nobis dicta propter eos, qui in unigenitum filium Dei impietatem loquuntur, & ignorantes differentiam deſtinati & prædeſtinati putant eum inter eos qui cum ante non fuerint, prædeſtinati ſunt, ut eſſent. Secundum eum ſic legitur littera, Filius Dei deſtinatus eſt. Et nota quod prædeſtinatus quandoque ſumitur abſolute, ut hic. Iſte eſt prædeſtinatus, & tunc determinat effectum intra ſe, & eſt ſenſus: Ille prævisus eſt a Deo, ideſt, præparatus ad habendam gratiam in præſenti, & gloriam in futuro; & ſignificat divinam eſſentiam connotando effectum gratiæ & gloriæ. Quandoque autem ſumitur reſpective, & tunc non determinat effectum intra ſe, ſed extra: ſed tamen exigitur quod illud quod eſt extra, ſit in futuro ex gratia, ſic ſumitur, qui prædeſtinatus eſt filius Dei. Et in utraque iſtarum ſumptionum verum eſt quod Chriſtus eſt prædeſtinatus; & etiam hæc, Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei. Et non valet, ille homo prædeſtinatus eſt ut ſit filius Dei: ergo filius Dei prædeſtinatus eſt ut ſit ille homo. Prima enim vera eſt, quia ille homo habet ex gratia ut ſit filius Dei: hæc autem, Filius Dei eſt prædeſtinatus ut ſit ille homo, non poteſt eſſe vera, quoquomodo intelligatur. Si enim ſic intelligatur, Filius Dei inquantum filius Dei prædeſtinatus eſt ut ſit ille homo, non eſt vera, quia nulla gratia facta eſt filio Dei eo quod eſt ille homo, imo potius injuria. Si vero intelligatur ſic, Filius Dei, ideſt, ille qui homo eſt, filius Dei prædeſtinatus eſt ut ſit ille homo, falſum eſt, quia ille homo non habet ex gratia quod ſic ſit homo a natura. Similiter non ſequitur: Unio humanitatis ad divini-

A tatem

A Omne maſculinum adaperiens vulvam, &c. *Ambr. in originali.* Vulvam ſanctificavit alienam ut naſceretur Propheta; hic matris ſuæ vulvam aperiens, ut immaculatus exiret. Item *Auguſt.* Oblatum eſt ſacrificium, quia qui natus eſt, aperuit vulvam. Item nacta occaſione quidam auſi ſunt prædicare quod aperta porta exivit: ſed male cum clauſa porta eum exiiſſe dicat *Greg. ſuper Joa.* 20. Cum ſero eſſet, & fores eſſent clauſæ. Moli corporis ubi erat divinitas, clauſa oſtia non obſtiterunt, ſicut & natus fuit de virgine. Item *Ezec.* 44. Porta hæc clauſa, &c. Quod autem hic dicitur apertam eſſe vulva, intelligitur non quantum ad matris diviſionem, ſed quoad fructus productionem, quod oſtendi poteſt ex auctoritate *Gen.* 30. Aperuit Dominus vulvam Rachel, quæ concepit & peperit, dudum enim aperta erat per carnis diviſionem, ſed hic aperuit per fructus productionem. Item *Gen.* 20. Concluſerat Dominus omnem vulvam domus Abimelech. Unde etiam ſeipſu. Ergo eadem ratione ſi aliquis habeat duas ſcientias, ſcilicet Logicam & Grammaticam, ſi plus ſciat de una quam de altera, erit ſcientior ſe. Nam ſicut duæ diverſæ quantitates ſe habent ad faciendum majus, & qualitates ad faciendum alterius modi: ita ſubſtantiales differentiæ ad faciendum aliud: ergo cum Chriſtus habeat diverſas differentias ſubſtantiales, ſecundum quod homo & ſecundum quod Deus, ipſe eſt aliud a ſe. Formam ſervi *Philip* 2. Habitu minor, ideſt, humana natura, quam quaſi habitu aſſumpſit, & dicitur habitus per metaphoram, ſicut habetur *Philip.* 2. Factus eſt ex muliere, ideſt, de muliere. Forma Dei accepit formam ſervi. Argumentum quod tantum aſſumpſit naturam. Utrumque eſt Deus: ergo Chriſtus utrumque, ergo duo. Sol. ideſt, in utraque natura exiſtens eſt homo & eſt Deus. Illo ſcilicet Deo, ideſt Chriſto & ſic [Deo] appoſitive jungatur cum illo qui eſt Deus: quia cum hoc nomen ſit proprium, improprie eſſet dictum, ſicut ille Deus, & præterea ſecundum hoc oporteret concedere tres Deos eſſe, quia ille Deus, demonſtrato patre, non eſt ille Deus demonſtrato filio, &c. Creandus, ideſt, oriundus. Hic autem Deus, ideſt, hic qui eſt Deus, ut ly [hic] demonſtret perſonam. In ſuam accepit, ideſt, in unitatem perſonæ. Non enim accepit perſonam hominis, ſed naturam. Sed quia perſona accepit naturam, conceditur: Hic filius Dei eſt homo; ergo quia natura divina accepit naturam humanam, hæc eſt vera, Divina natura eſt humana. Sol. Hæc eſt falſa, Divina natura eſt humana: ſed hæc Divina natura eſt homo, conceditur a quibuſdam, non quia dicunt divinam naturam eſſe incarnatam, ſed filium Dei, & ubi inveniunt ſcriptum, quod divina natura accepit humanam, exponunt, ideſt, filius Dei aſſumpſit humanam naturam ut ſibi ineſſet, & ideo illa falſa eſt. Alii dicunt quod divina natura aſſumpſit humanam ut ſecum eſſet, & hi dicunt quod Chriſtus eſt duo. Illi vero qui dicunt quod eſt unum, concedunt quod divina natura eſt homo. Solus tamen filius accepit hominem: ſicut patet in tribus puellis, quarum duæ induunt tertiam omnes tres induunt, tamen una tantū induitur. Sive in unitate perſonæ ſuæ. Non in unitate ſeu in ſingularitate, ſic ut abſorpta ſit humana natura, remanente tantum divina. Incarnatio quomodo facta ſit. Sed incarnari eſt operari, & ſignificat divinam eſſentiam: ergo incarnatio eſt operatio Trinitatis, & ita divinam eſſentiam ſignificat: ſed incarnatio eſt facta, ergo divina eſſentia eſt facta. Sol. Incarnatio dicitur facta ratione connotati: ſicut ly [proceſſio] ſignificat divinam eſſentiam, tamen ratione connotati dicitur temporalis. Atque hoc totum, ideſt, hæc perſona in duabus naturis exiſtens. Propter Deum, ideſt propter divinam naturam. Quæ æqualis, ideſt, ſecundum quam. Utrumque autem, neutraliter ſecundum illam opinionem quæ dicit, quod Chriſtus eſt duo: nulla enim opinio dicit quod Chriſtus ſit duo maſculine: quia hoc eſt hæreticum. Chriſtus eſt Deus anima rationalis, & caro, ideſt, homo compoſitus ex anima rationali & carne. Ut totum dicatur, ideſt, habens utramque naturam. Exinanitio, *Philip.* 2. Inconverſe enim quia neutra in alteram eſt converſa. Inalterabiliter, quia neutra eſt alterata. Nec humana natura converſa in divinitatis naturam, ideſt, nec mutata eſt natura humana in divinam: nec ita factum eſt ut penitus non eſſet, ſicut cibus in naturam nutriti. Aut in non exiſtentiam, ſicut gutta aquæ mixta vino maxima quantitate. Compoſita natura, ſicut modo ex aqua & melle, nec eſt tamen aqua nec eſt mel: vel ſicut electrum ex cupro & auro. Unde *Jo. Damaſc.* Non eſt in Chriſto communem ſpeciem reperire. Jam erat totus. Sed contra: Nonne ei acceſſit pes vel caput vel aliud membrū quod prius non erat ei? ſic ergo prius totus non erat. Sol. Pes vel caput & hujuſmodi per ſe non inſunt filio Dei, ſed per hominem. Unde licet ante aſſumptionem non eſſet totus homo, erat tamen tota perſona, ſcilicet Filius Dei: & totum ibi idem eſt quod perfectum. Sciendum tamen, &c. Determinat æquivocationem hujus nominis [factus:] quod dictum de Deo quandoque connotat perſonam & ſignificat incarnatum, ut Deus eſt factus homo: quandoque connotat eſſentiam, & ſignificat creatum, ut, Deus factus eſt refugium. Non utique creationis, ideſt, non quod Deus ſit creatus. Sed nobis fit refugium: q. d. Notat quid creatum non in Deo, ſed in nobis. Alio loco. *Gal.* 4 Significavit, vel figuravit. Non humano ſemine, ideſt, non eo modo quo ſeminari ſolet caro hominis. Sanguinis coagulo, *Sap.* 7. Quærens autem utrum, &c. *Magiſter*, hic loquitur ſecundum opinionem ſuam: dicebat enim Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quod homo, unde nec creaturam. Unde inducit auctoritatem *Auguſt.* dicentis ipſum non eſſe creaturam. Sed nota quod male inducit: quia *Aug.* de Chriſto ſecundum quod Deus, loquitur contra Arrianum, qui dicebat Chriſtum eſſe creaturam. Sed in hoc non creditur Magiſtro. Aliud ſimiliter eſt in quo non adhæret ei communis Doctorum opinio, in hoc ſcilicet quod charitas in nobis nihil aliud eſt quam ſanctus Spiritus. Tertium in quo ei non creditur eſt hoc, ſcilicet quod ex operibus Legis cæremonialibus nullus juſtificatur. Et dicendum quod ſi ex charitate fiant, juſtificare poſſunt, ut [ex] notet cauſam præparatoriam vel adminiculam. Secunda opinio de charitate habetur in 1. *lib. Sent.* & *infr. ead.* 3. ſuper illud. Quoniam ex operibus Legis. Dici creatura. Probatur quod creatura. *Eccleſ.* 1. Prior omnium creaturarum eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab ævo. Item *ibid.* Creavit eam in Spiritu Sancto &c. & 24. Ab initio & ante ſæcula, &c. *Iſa.* 45. Cum Dominus creavit eum, non ſcandalizabatur ad nomen creaturæ. Item *Auguſt. in lib.* 1. *de Trinit.* Chriſtum factum creaturam, per quam facta eſt omnis creatura, a nte omnem creaturam oportuit eſſe. Propter nativitatem, ſuppſe, dicitur: Verbum caro factum. Infectus vero ſecundum deitatem; factus, &c. ergo Chriſtus eſt factus & infectus: ſed eadem ratione eſt homo & non homo, ſumpto hoc termino [non homo] infinite. Sed ſi hoc eſt, ergo

A Chriſtus

Auguſtin. Gloſſ.

Gal. 4.

▲ tatem eſt prædeſtinata: ergo unio divinitatis ad humanitatem eſt prædeſtinata. *a* Secundum ſpiritum, &c.] Hoc legitur tripliciter. Primo ſic: [Qui verus homo prædeſtinatus eſt,] præelectus vel prævisus [Filius Dei in virtute;] i. ad hoc ut eſſet filius Dei per naturam æqualis patri. Et quod ipſe Christus homo ſit filius Dei in virtute apparet per duo. *a* Secundum Spiritū ſanctificationis,] i. quia conceptus eſt per Spiritum operatione Spiritus ſancti.

ſecundum *a* Spiritum ſanctificationis, *b* ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti *c* Domini noſtri,

Apparet etiam *b* Ea reſurrectione mortuorum,] ideſt ex hoc quod fecit mortuos reſurgere. Mortuorum dico. *c* Domini] ideſt, quos fecit ſecum reſurgere. Secundo modo ſic: [Qui] Chriſtus prædeſtinatus, &c.] præelectus ut eſſet filius Dei in virtute, quod probatur [ſecundum Spiritum ſanctificationis,] ideſt, pro hoc quod dedit Spiritum ſanctificantem, quod non poſſet facere niſi eſſet filius Dei & æqualis virtutis cum eo. Probatur etiam [ea reſurrectione mortuorum] in anima, quia fecit eos reſurgere in anima, quod ſolus Dei eſt. Mortuorum dico, qui erent [Domini noſtri] Jeſu Chriſti: ſicut dicuntur infirmi eſſe illius Medici a quo ſolo poſſunt ſanari. Tertio modo ſic: [Qui,] ideſt, cujus humanitas prædeſtinata eſt, ideſt, præelecta [Filius Dei in virtute,] ideſt, ut aſſumeretur a filio Dei æquali in virtute Deo patri, [Secundum Spiritum ſanctificationis,] ideſt, per operationem Spiritus ſancti facta eſt illa aſſumptio. Quarto modo ſic, ut hoc referatur ei quod ante dictum eſt, [Qui factus eſt ei ex ſemine David.] Factus dico, [ſecundum Spiritum ſanctificationis,] ideſt, ſecundum operationem Spiritus ſanctificantis homines. [Et prædeſtinatus filius Dei in virtute, ex reſurrectione mortuorem,] ideſt, quæ virtus eſt ad hoc ut poſſit homi- ▲

[illegible] ▲ Chriſtus eſt res aliqua quæ non eſt homo, quod falſum eſt, quia non eſt res niſi Deus vel filius Dei. Sol. Infectum non privat factionem a filio Dei, ſed ponit in eo naturam ſecundum quam non eſt factus: ſicut injuſtitia non privat omnino judicium, ſed ponit judicium contrerium juſtitiæ. Hæc eſt falſa, Chriſtus eſt non factus, quia in ea privatur ſimpliciter factio, & ſimiliter hæc eſt falſe, Chriſtus non eſt homo. Ex ſtirpe David. Sed hæc non habetur niſi quia Maria Joſeph nupſit qui erat de ſtirpe David; & non licebat permiſceri tribus. Sed non videtur: quia David qui fuit de tribu Juda, habuit Michol in uxorem filiā Saul qui fuit de tribu Benjamin. Solutio: Revera non promiſcebantur tribus quando devoluta erat hæreditas ad mulierem. Unde cum B. Virgini devoluta erat hæreditas, non potuit nubere niſi viro de tribu ſua: hæreditas autem ad ipſam fuit devolura, quia non habuit fratrem. Promiſſio Abrahæ, *Gen.* 15. & 22. Qui & criminoſus 2. *Reg.* 11. Quid ſit prædeſtinatio. De prædeſtinatione *Pſ.* 68. Deleantur de libro, &c. in *Gloſ.* Item *Phil.* 4. Quorum nomina. Item *Eph.* 1. & 2. Ipſius factura. Hic *infr.* 8. Quos prædeſtinavit, &c. Utrum de re quæ ſemper fuit, &c. ideſt, utrum de re quæ eſt Deus; vel de re quæ eſt homo, ideſt, utrum prædeſtinatus ſit in quantum eſt filius Dei; vel in quantum eſt homo, & utrum de perſona, ideſt, utrum ſecundum quod eſt perſona, ſit prædeſtinatus; vel in quantum eſſentia. Prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio; large ſumitur hic gratia, ad gratiam & gloriam: ſicut *Joan.* 1. Redde gratiam pro gratia. Sed objicitur: Bona aut ſumitur pro bonis vitæ præſentis, aut pro bonis vitæ futuræ, ſi pro bonis vitæ præſentis, ſcilicet, fide, ſpe & charitate; ſed Judas hæc habuit, ergo prædeſtinatus fuit; ſi pro bonis vitæ æternæ, ergo nullus poteſt eam mereri: ergo vitam æternam non meretur quis ex condigno, quod eſt cōtra Sāctos. Sol. Bona copulat utraque: ſed notatur quod hæc determinatio [ſine meritis] poteſt determinare ly [præparavit] & ſic vera: vel ly [bona gloriæ vel habende,] quod ſubintelligitur, & ſic falſa, quia illa bona homo meretur: ſed præparatio eſt ſine meritis. Quos præſcivit conformes fieri, ideſt, ut aſſimilarentur filio ſuo qui eſt imago patris. Item hic quærit *Cantuar.* Si prædeſtinatus habuit gratiam, & poſtea cadat ab illa, utrum illa gratia fuerit effectus prædeſtinationis. Et ad ultimum ſolvit quod ita. Præparavit, ideſt, ab æterno ordinavit. Præclariſſimum lumen, ideſt, exemplum: quaſi dicat, quod ſine meritis præparavit Dominus illa. Manifeſtiſſimum exemplum habemus in Chriſto. Mediator, *Gal.* 4. 1. *Tim.* 2. Ille enim homo: ergo iſte homo aſſumptus fuit ut eſſet unigenitus filius Dei: ergo ille homo & unigenitus filius Dei ſunt duo: ergo Chriſtus eſt duo. Imo ſic exponitur & bene: Ille homo aſſumptus, ideſt, humana natura ſic aſſumpta, ut eſſet, &c. Sic ergo filius Dei eſt humana natura, quod falſum. Ideo dicitur quod iſte terminus (homo) ſemel æquivoce ſumitur quoad hunc terminum (aſſumptus) pro corpore & anima: quoad hoc quod eſſet unigenitus filius Dei pro toto homine ſecundum ſe. Simile, *Hic ſitus eſt Phaeton, currus auriga paterni.* Deo Verbo, intranſitive. Ex quo eſſe cœpit: ergo ille homo cœpit eſſe filius Dei. Sol. Dicitur quod poteſt intelligi compoſitive ſic. Hoc cœpit eſſe verum: Ille homo eſt filius Dei. Vel poteſt intelligi cum reduplicatione. Ille homo in quantum homo cœpit eſſe filius Dei. Simile *Prov.* 12. Verte impium & non erit, ſupple, impius. Ex Virgine Maria, & ita filius ejus erat, ideſt, filius Virginis natus eſt ex Deo patre: ergo Deus pater generavit filium Virginis: ſed quicquid generavit, ab æterno generavit: ergo filius Virginis eſt ab æterno. Solut. Prima vera eſt; ſed hæc, Deus generavit ab æterno, eſt duplex: quie [ab æterno] poteſt determinare (generavit) & ſic vera: quia Deus ab æterno generavit illum qui eſt filius Virginis: vel poteſt determinare (filium Virginis) ſic falſa: quia Deus eſt ex ſubſtantia patris ante ſæcula genitus; & homo eſt ex ſubſtantia matris in ſæculo natus, non ab æterno. Libera voluntas. Contra: Liberior videtur quando poteſt eam flectere ad bonum, & ad malum, quam quando ad bonum tantum: ſed quilibet homo hoc poteſt: ergo liberiorem habet voluntatem quam Chriſtus. Sol. Non dicitur liberior poteſtas, quia plura poſſit, ſed quia melius. Unde *Cantuar.* ponebat inſtantiam quod ſic: Natus iſte poteſt deoſculari plantas ſuas, quod non poteſt iſte erectus homo; ergo magis potens eſt natus iſte quā erectus. Alii ponunt in clando, qui poteſt claudicare & hoc naturaliter vel cum voluerit, rectius & elephantice qui ſemper rectus incedit. Gratia diffunditur; ergo in quantum homo dat gratiam. Solut. Ideo dicitur nobis dare gratiam, quia meruit nobis gratiam. Chriſtus ergo qui eſt caput, ſecundum quod homo dicitur membris diffundere gratiam, quia eam nobis meruit in humanitate: Sicut gratia homo ille ab initio factus eſt Chriſtus. Sed Chriſtus eſt nomen ejus in quantum homo: ergo homo ille factus eſt homo ex gratia. Contra: A natura. Sol. Chriſtus interpretatur unctus: unde in Chriſto intelligitur unctio, quam habuit ille homo per ineffabilem unionem deitatis cum natura humana, & conſtat quod illa unio illius hominis fuit in gratia, non ergo dicitur ille homo factus Chriſtus ex gratia ratione humanitatis, ſed ratione unionis illius cum deitate. Hic purus homo renatus eſt, *Joan.* 3. De Spiritu, ideſt, operatione Spiritus ſancti. Ut nullum haberet peccatum, propter unionem divinitatis cum humana natura factam. Avi. *Sup parum* dixit, quod peccare non poterat propter unionem humanæ naturæ cum divina, & quia fomitem non habebat cum non fuerit genitus per concupiſcentiam. Vel origine contrahere, ut originale peccatum. Perpetrare actuale ſcilicet, ideſt, qui fecit illam unionem propter quam factum eſt. Præcedentibus, non dicit cohærentibus: quia dum juſtificantur, merentur remiſſionem peccatorum. Ex mala voluntate bonam: ergo facit de peccato meritorium. Sol. ideſt, de male volentibus facit bene volentes. Et illum ergo, & nos prædeſtinavit. Conjunctim, falſa; diviſim, vera. Caput noſtrum, *Eph.* 1. Corpus ejus *inf.* 12. Hic, ideſt, ut faceret illum hominem filium Dei, & nos filios per gratiam. Sedens, &c. Prædeſtinatio Sanctorum, ideſt, qua Sancti prædeſtinantur in Sancto Sanctorum, *Dan.* 9. Humana igitur merita, ex quo ſcilicet homines prædeſtinantur per gratiam non præcedentibus meritis. Hic quantum ad juſtificationem. Quæ perierunt per Adam. Contra: Nonne antiqui Patres merebantur vitam æternam? Ergo merita habebant. Sol. Perierunt per Adam quoad efficaciam, quia quantumque quis mereretur vitam æternam, nunquam haberet eam actualiter niſi filius Dei incarnaretur; vel forte niſi alio modo ſolveretur debitum obligationis pro originali. Vel hoc dicit pro tanto, quia per Adam intravit peccatum ad nos, & peccatum contrariam eſt merito. Præcedentia merita, ſingularis illius generationis, quibus ſcilicet meruit æternam generationem, vel etiam temporalē qua natus eſt de B. Virg. Gratis tributum, ut ſic naſceretur ex B. Virg. vel ex Deo patre. Ille facit in nobis principium fidei, ſine præcedentibus meritis, & ſimiliter facit in nobis fidem: ſed principium rei non eſt res ipſa; ergo principium fidei non eſt fides: ſed principium fidei eſt prima gratia; ergo fides non eſt prima gratia. Sol. Ibi poteſt eſſe conſtructio tranſitiva, & tanc principium fidei eſt gratia animæ gratis data, qua ſuſcitatur homo ad faciendum bonum. Alii dicunt quod tranſitiva cōſtructio eſt, & ſic eſt fides principium aliarum virtutum. Perfectiorem Jeſum. *Hebr.* 12. Et conſummatorem Jeſum. Vult eam, prædeſtinatorum ſcilicet, quomodo ſcilicet ſit ſine meritis præcedentibus. In illo inveniat & ſeipſum, ideſt, quomodo prædeſtinatus eſt ſine meritis præcedentibus. Ut qui ſuſcepit, & quod ſuſcepit. Ex hoc ſequitur Chriſtum eſſe duo. Dicunt quidam, quo (&) ſumitur pro (cum) ut ſit ſenſus: Qui ſuſcepit cum eo, quod, &c. *Ovidius 2. Met.*

A Vel

▲ ſit homines facere reſurgere. a Per quem accepimus] Adhuc eſt de interpoſitione, in qua incępit commendare auctoritatem, quę incępit *ſup.* ibi (Quod ante promiſerat) Hic adhuc commendat eum a liberalitate, dicens. (Per quem) tantum, & talē (accepimus) Vel (Per quem) i. a quo: quia ab ipſo debet accipi Apoſtolatus, & omnis dignitas: & propter ipſum accipi debet

Per quem a accepimus b gratiam Apo-

ab eo. Unde *Pſ.* 2 Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, &c. & *Jo.* 10. Qui non intrat per oſtium, &c. poſtea ſubdit: Ego ſum oſtium. Et propter ipſum, i. amorē ipſius debet accipi. Unde *Jo. ult.* Simon diligis me plus his, &c. & ſubjungit, ergo paſce oves meas. Sed hoc non poſſunt dicere, qui propter honorem proprium aſſumunt. Unde *Matt.* 23. Nolite vocari ab hominibus Rabbi Nec ille, qui emolumentum temporale quęrit: *Mal.* 1. Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia mea, & incendat altare meum gratuito? b Gratiam, & Apoſtolatum] Nota ordinem. Primo gratiam, i. remiſſionem peccatorum: ſecundo Apoſtolatum, i. poteſtatem Apoſtolatus: quia debet eſſe & gratioſus hominibus, & immunis a peccato, qui ad dignitatem debet promoveri, quod ſignificatum fuit *Lev.* 8. ubi filii Aaron primo lavantur, & capilli raduntur per contritionem, & lacrymarum effuſionem, & eleemoſynarum largitionem. Inde induuntur veſtimentis Pontificalibus i. honeſta, & præclara converſatione, ut poſſit dici de quolibet illud *Eccl.* 44. Non eſt inventus ſimilis illi, &c. Tertio inunguntur illo unguento, de quo *Pſ.* 132. Sicut unguentum in capite, hæc eſt donorum, & gratiarum exuberatio. Quarto datur eis poteſtas offerendi, i. dignitas prælationis. Similiter *Lev.* 21. Nullus habens maculam, etiamſi ſit de genere Aaron, debet accedere ad offerendum. Similiter 3. *Reg.* 5. Præcepit Rex, ut tollerent lapides grandes, & pretioſos, & quadratos, & ponerent eos in fundamento.

▲ a Ad

Expoſitio Gloſ. a Vel dici poteſt, quod (&) tenetur zeugmatice, ut intelligatur geminatū, ita ut qui ſuſcepit, ſit perſona una in Trinitate; & quod ſuſcepit, ſit eadem perſona. Homine aſſumpto, i. natura humana, Unius perſonæ veritatem, ſc. ut non ſit niſi una perſona in utraque natura. Deinde videamus quid prædeſtinatio, & cujus, & quomodo. Et utrum de perſona, &c. i. utrum Chriſtus ſecundum quod homo, an ſecundum quod Deus ſit prædeſtinatus. Illud prædeſtinandum erat, quod nondum erat: ſed filius Dei ſemper fuerat, ille homo non ſemper; ergo ille homo erat prædeſtinandus filius Dei. Sed contra dicit *Aug.* Quicquid convenit filio Dei per naturam, convenit illi homini per gratiam; & e converſo. Sed illi homini convenit per gratiam eſſe filium Dei: ergo & filio Dei; ergo filius Dei eſt filius Dei per gratiam; & ita filius Dei eſt prædeſtinatus filius Dei. Sed contra; filius Dei eſt filius Dei a natura; non ergo a gratia. Qui prædeſtinatus eſt, ab æterno eſt prædeſtinatus: ergo filius Dei eſt prædeſtinatus ab æterno filius Dei eſſe, aut inquantum homo, aut inquantum filius Dei: non inquantum filius Dei; ergo inquantum homo eſt prædeſtinatus ab æterno eſſe filius Dei, aut ſecundum humanitatem quam habet, aut quam habuit, quia nomen ſumptum cum verbo, vel participio præteriti temporis ſupponit pro his, quæ ſunt vel quæ fuerunt; ergo prædeſtinatus eſt ab æterno eſſe filius Dei, ſecundum humanitatem, quam habet, vel habuit: ſed nec habet nec habuit humanitatem ab æterno; ergo ſecundum illam non eſt prædeſtinatus ab æterno. Solut. Conceditur, quod filius Dei ab æterno prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei inquantum homo: & non ſequitur, ergo aut ſecundum humanitatem quā habet, aut quam habuit; quia prædeſtinatus reſpectum habet ad futurum, ratione cujus ampliatur ad ſupponendum pro futuro: unde debet addi, aut ſecundum humanitatem, quam habiturus fuerit, & cum dicitur, filius Dei ab æterno prædeſtinatus eſt filius Dei, fit ſuppoſitio, quaſi jam facta ſit unio. Quidam tamen dicunt, quod hæc, filius Dei prędeſtinatus eſt, ut ſit filius Dei, impropria eſt, eo quod filius Dei, nihil creatum dicit, cui poſſit ineſſe prædeſtinatio: unde ſic eſt intelligēdam, i. ille homo, qui eſt filius Dei, eſt prædeſtinatus, ut ſit filius Dei ut hęc: iſte puer creavit ſtellas, i. iſte qui eſt puer. Sed dicendum quod hoc verbū (ſit) dicit unionē humanitatis ad deitatē. Quiſquis igitur filium Dei prędeſtinatum negat, hunc eundem filium hominis negat, 1. *Jo.* 2. In hac *Gl.* cavendum. Ante tempora prędeſtinatum, i. prævifum. Inquantū Deus: ergo deitatę eſt filius. Non ſequitur: quia (Inquantum) non dicit cauſam, ſed unitatis expreſſionem. Ita inquantum homo: ergo omnis homo. Reſpondeo. Homo coarctatur pro hoc homine, Vel aliter, (inquantum) dicit cauſam, ſed non unitatis expreſſionem: ſed ſecundum hoc debet concedi, inquantum non homo eſt Deus, quia exiſtens homo eſt Deus. Scriptum eſt 1. *Jo.* 1. Et *Eccl.* 1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante ævum. Natura filius, i. naturalis. Spiritum adoptionis, *Rom.* 8. Quando credidimus, i. gratiam credendi ſuſcepimus. Quia non natura, i. naturalis, id eſt ejuſdem naturæ. Quando non eadem, i. non eandem naturam. Neque enim filius eſt omnino natura, cui alia, &c. cum enim ſubſtantia Patris, ut indiviſibilis, ſi de ſua ſubſtantia generavit filium, dedit ei eandem ſubſtantiam, & totam. Si non quod ſo ſe ſubſtantiæ, &c. ergo pater genuit divinam eſſentiam, ergo. Expone: ſi non, &c. i. ſi non genuit filium ejuſdem ſubſtantię, & naturę: vel ei non generando dedit. Clarifica filium *Jo.* 17 Origine, contra *Neſtorium*: Veritate. contra *Sabellium*. Nativitate contra *Arium*. Non creatione, ſecundum divinam eſſentiam. In hoc etiam ſc. quod ſit filius Dei gratia. Ita ſane, quia ipſe Chriſtus inquantum homo eſt filius Dei per gratiam unionis. Aſſumptus eſt homo, i. hominis natura. Quæri ſolet, &c. Argumentum tale eſt: Chriſtus ſecundum quod homo eſt prædeſtinatus, ut ſit filius Dei: ſed ipſe eſt quicquid ad quod eſt prædeſtinatus; ergo Chriſtus ſecundum quod homo eſt filius Dei, quod falſum eſt, ſed dicendum quod hæc eſt duplex, Chriſtus, ſecundum quod homo prædeſtinatus eſt, ut ſit filius Dei, eo quod hæc determinatio [ſecundum quod homo] poteſt referri ad ly [eſt] primo poſitum, & ſic vera eſt: vel ad ly [ſit] & ſic falſa eſt: quia eſt ſēſus, Chriſtus eſt prędeſtinatus, ut ſit ſecundum quod homo filius Dei. Conditionem humanæ naturæ, ut cum dicitur, ſecundum quod homo paſſus eſt, i. ex conditione, qua erat homo. Vel naturæ divinę, ut Chriſtus, ſecundum quod Deus fecit mirabilla. Chriſtus ſecundum quod homo, &c. i. ille, cujus natura unita eſt in eadem perſona cum filio Dei: Judicabit, auctoritate. Quæri ſolet, &c. Idem ac ſi quæreret. Utrum Jeſus inquantum iſte homo ſit perſona. Quia ſic, videtur, Jeſus inquātum Jeſus eſt rationalis creatura individua ſubſtantia; ergo Jeſus inquantum Jeſus eſt perſona. Item Socrates ſuis accidentibus maxime individuantibus, eſt perſona, quia collectio illa accidentium, quæ non eſt in alio reperire, ipſum diſtinguit ab omni alio maxime; ergo facit in eo perſonalitatem: ſed in Jeſu eſt collectio accidentium, ſecundum quam ab omni alio diſtinguitur Jeſus; ergo Jeſus inquantum Jeſus eſt perſona prima. Præterea dicit *Jo. Damaſ.* quod characteriſtica idiomata determinativa ſunt hypoſtaſeos, i. perſonarum: collectio autem accidentium eſt characteriſticum idioma: ergo determinativū perſonæ: ſed Jeſus inquantum Jeſus dicit homini collectionem; ergo eſt determinativum perſonæ; ergo perſona. Præterea ſi quæratur: Quis eſt iſte? Reſpondeo, Jeſus, & [quis] quærit de perſona; ergo Jeſus ſignificat perſonam, & videtur ut prius. Item ſeparetur per impoſſibile divinitas a Jeſu in quantum Jeſus, conſtat, quod Jeſus erit homo per ſe; ergo perſona: ſed addita divinitate habet quęcunque prius habebat, & prius erat perſona, ergo modo eſt perſona, ergo Jeſus inquantum Jeſus eſt perſona: Contra: Si perſona, ergo creata, vel increata: ſi creata, & tres ſunt increatæ; ergo quaternitas eſt in perſonis, ſi increata, ergo Deus ergo Jeſus inquantum Jeſus eſt Deus, ergo inquantum homo Deus. Pręterea ſi eſt perſona, quæcunque ſit, ſive creata, ſive increata; ergo illa perſona diſtincta eſt ab omni alia perſona, ergo a filio Dei, cum ſit perſona, & ita redit quaternitas. Solut. Revera Jeſus inquantum Jeſus non eſt perſona. Ad primum dic, quod individuum, prout cadit in ratione perſonæ, importat triplicem diſtinctionem ſingularitatis, ſic anima individuum poteſt dici. Incommunicabilitatis, ſic Socrates. Item dignitatis, quando duæ naturæ, in aliquo, & ſecundum digniorem diſtinguitur; ſic Jeſus inquantum Jeſus non eſt perſona, quia non eſt dignior natura, ſecundum quam Chriſtus diſtinguitur, ſed filiatio increata Per hoc etiam ſolvitur ſecundum, quia humanitas non eſt illud, ſecundū quod maxime diſtinguitur Chriſtus. Ad tertiū dic, quod *Jo. Dam.* loquitur de perſonis increatis. Ad quartum dic, quod [quis] non ſemper quærit de perſona, ſed aliquando de natura, ut, quis natat in mari? piſcis, ad ult. dic, quod ſeparata divinitate, Jeſus eſt perſona, quia habet naturam humanam cum privatione rei dignioris ſibi conjunctæ, & hoc facit ipſum perſonam, ſed conjuncta, vel unita divinitate habet quæcunque prius habebat, licet non habeat illam privationē, quia non eſt quid, unde cum illa privatio quodāmodo faceret ipſum perſonā, jam non eſt perſona. Et ſolet poni exemplū. Decanus abſcētē Epiſcopo eſt major chori, ſed pręſente Epiſcopo, non eſt major perſona, tamen habet quęcunq; prius habebat. Ergo eſt tertia in Trinitate, vel alia. Non ſequitur ſecundum illos, qui dicunt, quod Chriſtus eſt duo, i. eſſentia divina, & humana. Sicut non ſequitur, Chriſtus ſecundum quod homo eſt eſſentia divina vel alia: ſimiliter non ſequitur. Chriſtus ſecundum quod homo eſt aliquid, ergo vel quod eſt Deus, vel quod non eſt Deus. Inquantū homo eſt, non dicitur perſona, quia non eſt inquantū homo perſonali proprietate diſtinctus a patre, & Spiritu S. quia inquantū homo non eſt genitus a patre, &c. Sed eandē ratione, de quolibet homine poteſt dici, quod non eſt perſona: quia Socrates inquantū Socrat. non eſt genitus a patre, ergo Socrat. inquantū Socrat. non eſt perſona, & *Poſt.* bene concedit, quod non valet hæc ratio: qui ſuſcepit, & quod ſuſcepit, ly [&] ponitur pro [cum ſicut quādoq; [cum] ponitur pro [&] ut ibi Socrates cum diſcipulis ſuis pertractat de naturali Philoſophia, & eſt ſenſus, ille qui ſuſcepit una eſt in Trinitate perſona, & quod ſuſcepit, i. cum, quod ſuſcepit, i. cum homine, cujus naturā ſuſcepit. Movet nos quoque &c. Hæc eſt quęſtio, utrum hoc concedi debeat, ille homo eſt aſſumptus, quod videtur, quia dicit *Pſ.* 64. Beatus homo, quem elegiſti, & aſſumpſiſti. Item ille homo denominatur vere a proprietatibus corporis, ut albus; & proprietatibus animæ, ut rationalis; ergo multo magis debet denominari a proprietatibus utriuſq; partis; ergo cum utraque pars ſit aſſumpta, ille homo eſt aſſumptus. Item non videtur negari, niſi quia

▲ aſſumptus

▲ *a* Ad obediendum fidei]ut faciamus vos obedire fidei, l. Deo per fidem: vel Evangelio, quod prædicat fidem. 1. *Pet. ult.* Paſcite eum, qui in vobis eſt, gregem Domini, &c. non ut dominantes in Clero, ſed forma, &c. quaſi non ad obediendum vobis, ſed Deo: quod ſignificatum eſt *Jud.* 8. Dixeruntque omnes filii Iſrael ad Gedeon: Dominare nobis tu, & filii tui, quia liberaſti nos de manu Madian.

ſtolatum ad obediendum *a* fidei

Et utinam multi reſponderent ſicut ipſe, dicens: Non dominabor veſtri, nec dominabuntur veſtri filii mei: ſed dominabitur vobis Dominus. Et *Luc.* 22. Reges gentium dominantur eorum; ſic autem non erit inter vos. ▲ *a* In omni-

Expoſitio Gloſſ.

▲ aſſumptus exigit diverſitatem, & ille homo eſt idem cum filio Dei. Sed ſimiliter verbum [faciendi] exigit diverſitatem: & tamen hæc conceditur, Chriſtus fecit ſeipſum; ergo eadem ratione Chriſtus aſſumpſit ſeipſum; & ita ille homo eſt aſſumptus. Sol. Non eſt concedenda. Unde ubicumque invenitur, quod ille homo eſt aſſumptus, intelligendum eſt, i. humana natura eſt aſſumpta. Ad illud: Beatus homo, quem aſſumpſiſti, i. ille, cujus naturam aſſumpſiſti. Ad aliud dicendum, quod totum denominatur a proprietatibus partium, quæ conveniunt partibus, inquantum una differt ab alia, vel a ſuo toto. Si quis dixerit, atq; crediderit. Hoc dicit *Aug. in ſer. de fide ad Petrum* contra quoſdam hæreticos, dicentes: Filium Dei non aſſumpſiſſe veram humanam naturam, nec verum hominem fuiſſe. Per hoc autem patet, quomodo perſona aſſumpſit perſonam, i. filius Dei, quando aſſumpſit humanam naturam, aſſumpſit illam privationē dignioris, quæ cum accidentalibus proprietatibus faceret hominem illum eſſe perſonam. Item quæri ſolet, utrum, &c. Revera ille homo ſemper fuit, ſed non ſemper fuit homo, quod nondum habuit ipſe idem filius hominis; ergo filius Dei habuit, quod non habuit ille homo. Quid eſt illud? Non niſi ſemper eſſe, vel eſſe filium Dei. Et hoc eſt falſum, quia ille homo ſemper fuit, & eſt filius Dei. Sol. Quid nondum habuit filius hominis, quod non habuit idem exiſtens filius hominis: ſed iſte homo ſemper fuit filius Dei, i. ut ly [homo] cadat ex parte ſuppoſiti. Ille clarificatus. *Jo.* 17. 1. *Tim.* 2. Nec ipſe mediator, intellige ex parte appoſiti. Homo Chriſtus Jeſus; ergo ille eſt recens. Non ſequitur, quia ſenſus eſt, i. ille homo non ſemper fuit homo, tamen homo ille ſemper fuit. Alibi legitur in principio *Mat.* ſenſus non verba, quod puer ille creavit ſtellas: invenitur ſimile, ut legitur de ſtella, quam viderunt Magi. Ego principium. *Jo.* 8. Retragantes, i. contradicentes: Inquantum homo eſt. Oſtendit *Magiſt.* quod *Aug.* loquitur cum determinatione. Glorificavit aſſumendo, vel a mortuis ſuſcitando, ut eſſet caput. *Eph.* 1. Nec originem traheret per unionem ad divinitatem. Nec voluntate perpetraret peccatum, i. ut nullum peccatum haberet originale, vel actuale. Ut ex mortali natura, i. ut ipſe exiſtens in natura mortali clarificaret in immortalem, i. fieret immortalis ſecundum illam, vel in Reſurrectione. Ex Spiritu S. conceptus, effective, non materialiter. Ut dicimus illum patrem; ergo Spiritus S. non eſt pater Chriſti. Contra: *Iſa.* 11. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. *Gl. in Evangelio Nazaræorum*, quod Hebraice ſcriptum eſt, ita habetur: Factum eſt, cum deſcendiſſet Dominus de aqua, deſcendit omnis fons ſpiritus, & requievit ſuper eum, & dixit ei: Expectabam te, fili, in omnibus Prophetis, ut venires, & requieſcerem in te? tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in ſempiternum. Ergo Spiritus S eſt pater Chriſti. Sol. Non eſt pater ejus per generationem, quia ſic eſſent duo patres; pater, & Spiritus ſanctus: ſed eſt pater ipſius per gratiam, & creationem, & eſt tota Trinitas. Nec etiam propter hoc ſequitur, quod ſint tres patres, quia hoc modo pater ſignificat divinam eſſentiam, quæ una eſt, & ſeipſa creat omnia, & dat gratiam eis, quibus dat. Multa corpora. *Mat.* 27. Proprium nomen, quando dixit: Domini noſtri Jeſu Chriſti. Pro nomine, quod ejus, vel ſuorum. Vel ita ab illo. Secunda eſt expoſitio. Eſt enim duplex reſurrectio, de *Apoc.* 20. Surge, qui dormis. *Eph.* 5. Poteſt etiam. Tertia expoſitio. Ut & ipſa vere dicatur prædeſtinata, humana natura. Summa ſubjectio, i. prædeſtinatum eſt, ut humana natura tamen ſubveheretur, ut uniretur filio Dei. Humilius licet non habuit, ad cuſtodiam, & conſervationem humilitatis factus eſt homo ex corruptibili parte corruptibiliorum elementorum, ſc. terræ, & aquæ, i. ex limo: limus enim corruptio eſt, & putredo terræ, & aquæ. Sed contra: *Aug. de arb.* Sententię non ſentientibus præponuntur. Sol. De libero arbitrio fieri poteſt, ut corpori unius animæ corpus aliud non anteferatur. Sed ad hinc non videtur ſolutio, cum hoc particulariter intelligatur, etſi unum huic non anteferatur, tamen aliud poterit anteferri. Ideo dic, quod corpus humanum, licet aliis anteferatur qualitate naturæ, poſtponitur tamen qualitate vitii. Sed contra: Nonne & alia animalia, quæ ex corruptione naſcuntur, ex hoc non præponuntur corpori humano? Reſpondeo, quod imo, ſi iſta conſiderentur, ſcilicet vitium carnis, naturæ vilitas, paſſibilitas is anguſtia, ideſt vehementia. Et ad mortem crucis. *Phil.* 2. Non de verbo loquitur, cum dicit: Qui prædeſtinatus eſt, ſupra inquantum Verbum: ſed de homine inquantum homo. Qui non erat, ſupple homo. Et ſanctificavit, ipſum hominem: ergo ſanctum fecit de non ſancto. Reſpondeo. Sanctificavit ipſum, i. carnem de qua ſuit factum corpus ejus. Ex ſemine mulieris, ex carne habente virtutem ſeminis: vel quæ fuit in Virgine ſeminaliter a parentibus ſuis. Ex eo quod fecit mortuos reſurgere, &c. ergo ſecundum quod filius Dei ſuſcitavit mortuos. Contra. Super illud *Jo.* 5. Quæcumque enim ille facit, hæc & filius ſimiliter facit, &c. ibi *Gloſſ.* oſtendit reſurrectionem corporum ſecundum quod eſt filius hominis, & in *eod.* ſuper illud. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio: *ibi* dicit *Aug.* Per Verbum filium Dei fit animarum reſurrectio; per Verbum factum in carne filium hominis fiet corporum reſurrectio. Item *Pſ.* 142. Domine exaudi orationem meam, auribus, &c. *Gl.* Per verbum Domini creatio, per Verbum hominem recreatio, i. redemptio: quia per ipſum hominem pretium noſtræ redemptionis. Item ſi Deus dedit herbis, & lapidibus poteſtatem ſanandi infirmitatem corporum, quare non potuit alicui creaturæ dare, ut Chriſto poteſtatem faciendi reſurgere corpora inquantum homo? Solut. jam habebit alterum ordinem certiorem, quia in illo eſt improprietas, ibi prædeſtinatus eſt, i. cujus humanitas eſt prædeſtinata: in illo autem modo nulla eſt improprietas. Ero illorum Deus. *Ezech.* 37. *Jer.* 31. Ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum, ideſt præſcitus, vel prævisus. Diffidentia illorum, qui viderunt eum pati. Diſcipuli dubitaverunt. *Matth.* 26. Tunc Diſcipuli relicto eo fugerunt. Cum exaltatus per reſurrectionem: Quia ejus reſurrectio, &c. ergo non reſurgeremus, niſi reſurgeret Chriſtus: quod etiam videtur per illud 1. *Cor.* 15. Si autem non reſurrexit, &c. Contra. Nonne etiam ſi non reſurgeret? Videtur, quia juſtus eſſet Deus: ergo remunerator bonorum, & punitor malorum in corpore, & anima; & hoc nonniſi in reſurrectione: ergo ſi etiam Chriſtus non reſurgeret, nihilominus reſurgeremus. Præterea Abraham, & ſancti Patres meruerunt vitam æternam: ergo non potuerunt fraudari: ergo ſive Chriſtus reſurgeret ſive non, eis daretur vita, & nonniſi in Reſurrectione: ergo etiam ſi Chriſtus non reſurgeret, & inde ut prius. Sol. Quidam dicunt, quod verum eſt, quod reſurgeremus, quia Chriſtus reſurrexit quia quando reſurrexit, dedit pauperibus neceſſitatem reſurgendi in corpora. Unde iſti dicunt, quod auctoritates prædictæ veræ ſunt ad literam, quod ejus reſurrectio cauſa eſt noſtræ reſurrectionis, & ſecundum hoc corporum reſurrectio erit naturalis. Alii dicunt, quod miraculoſa. Quod autem dicit hic *Gl.* Ejus reſurrectio noſtram facit reſurrectionem, dicendum, quod loquitur de noſtra reſurrectione glorioſa, cujus cauſa eſt Chriſti reſurrectio; cauſa, dico, motiva: & hoc dupliciter quantum ad Deum Patrem, & quantum ad nos. Quantum ad Deum Patrem: ſicut quando aliquis rex facit ſuum filium novum militem, ex hoc ipſo movetur ad faciendos multos alios milites cum eo: ſimiliter ex hoc, quod Deus Pater facit filium ſuum reſurgere, movetur inde, ut & nos faciat reſurgere. Ejus etiam reſurrectio cauſa eſt noſtræ reſurrectionis, quantum ad nos: quando enim homo videt, & credit, quod Chriſtus ita glorioſe reſurrexit, accingit ſe ad imitandum eum, ut ſimiliter reſurgat. Ad id quod dicit *Aug. ſup. Jo.* 5. Per Verbum factum in carne filium hominis fiet reſurrectio, verum eſt motive, ut dictum eſt. Similiter ſolve alias medietates. Quia reſurrexit, cauſa exemplaris. In anima, & corpore, faciliter poteſt exponi. Ejus reſurrectio noſtram facit reſurrectionem, i. virtute propria qua reſurrexerit, facit nos reſurgere, & in anima, & in corpore, ſcilicet, divinitatis virtute. Qua operatus eſt, & vivus, quia manſit eadem virtus in eo mortuo, & vivo. Quod contulit auctor Deus Pater, per quem remunerabitur. Sed quare potius dicitur hic de patientia, cum potius de charitate debet dici? Unde 1. *Cor.* 13. Si charitatem non habuero, nihil mihi prodeſt, & ibidem. Charitas omnia ſuſtinet. Item quare de fide non dicitur, de qua *Hebræor.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo? Solut. Ideo dicit ſpecialiter patientiam, quia patientia multum valet in agone contra perſecutiones, & tribulationes, quas ſuſtinuerunt Apoſtoli, & alii in prædicando. Unde *Pſalm.* 91. Bene patientes erunt, ut annuncient. Præterea, cum dicit hic de patientia, intelligitur de aliis virtutibus: Sed quia patientia ſpecialiter requiritur in Prædicatore; ideo de ipſa dicitur ſpecialiter. *Prov.* 21. Doctrina viri per patientiam noſcitur. *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Pſalm.* 9. Patientia pauperum non peribit in finem. Et legationem prædicandi. Notatur, quod miſſio duorum ſupra ſeptuaginta Diſcipulorum fuit ante Paſſionem; ſed miſſio Apoſtolorum, de qua hic loquitur, fuit poſt paſſionem, *Matth. ult.* De hac vero legatione habetur 2. *Corinth.* 5. Pro Chriſto legatione fungimur, & *Epheſ. ultim.* Pro quo legatione fungor. Ut nemo audeat, &c. niſi prius cum ceteris gratiam, &c. ergo nullus debet mitti ad prædicandum, ſi ſciatur quod non habeat gratiam, nec ipſe debet ire, ſi ſciat ſe non habere. Sed *Jerem.* 15. Si converteris, convertam te: ubi dicit *Gloſſ.* Si converteris populum a peccatis, convertam te ſimiliter a peccatis. Sed ibi ſolvit *Interl.* quæ dicit: Convertam te de tribulatione ad lætitiam. Sed iterum *Jerem.* 23. Si nota feciſſent verba populo meo, avertiſſem eos a via ſua mala.

▲ Sol.

Digitized by Google

a in omnibus gentibus *b* pro nomine ejus, *c* in quibus eſtis, *d* & vos vocati *e* Jeſu Chriſti: omnibus qui ſunt Romæ *f* dilectis Dei *g* vocatis ſanctis. *h* Gratia vobis & pax *i* a Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto.

A *a* In omnibus gentibus] Hoc dicit, quia ipſe fuit Apoſtolus gentium. *Gal.* 2. Creditum eſt mihi Evangelium præputii, ſicut & Petro circumciſionis. Vel [In omnibus gentibus] i. Gentilibus, & Judæis cum eis habitantibus. Et hoc dicit, ad innuendum, quod Prælati, & Prædicatores officium prædicationis habentes, non debent credere ſe eſſe conſtitutos ſuper unam Eccleſiam tantum. *Eſth.* 4. Dicit et Mardochæus: Ne putes, quod animam tuam tantum liberes, quia in domo Regis es præ omnibus Judæis. Si enim hac vice tacueris, &c. *infr. eod.* Græcis, & Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum. Et nota, quod dicit [gentibus] ideſt, ſicut gentes viventibus, ideſt, peccatoribus, pro quibus præcipue ſubſtituuntur, & Prædicatores proprie talibus debent prædicare, contra quoſdam, qui volunt prædicare, niſi ſanctis viris. *b* Pro nomine ejus,] dilatando, non pro fama propria. Unde *Pſal.* 33. Magnificate Dominum mecum. Et *Eccl.* 42. Nonne Dominus fecit ſanctos, enarrare omnia mirabilia ſua? Propter hoc *Pſalm.* 67. Laus ejus in ore meo. Vel [Pro nomine,] ideſt, vice ejus. *Pſal.* 67. Venient legati ex Ægypto. Et ſequitur: Tunc Æthiopia præveniet manus ejus Deo. *Abdiæ in fine*. Aſcendent ſalvatores in montem Sion, ideſt, in prælationem Eccleſiæ, judicare montem Eſau, ideſt, peccatores. *c* In quibus] ideſt, de numero, quorum eſtis.

d Et vos vocati,] ad fidem. *e* Jeſu Chriſti,] ideſt, a Jeſu Chriſto, more Græcorum, qui loco ablativi utuntur genitivo. Vel, ideſt, ad hoc, ut ſitis Jeſu Chriſti. Et eſt multiplex vocatio, quæ notatur *Prov.* 1. Vocavi. Et eſt prima verbo, de qua dicitur: Vocavi & renuiſtis. Secunda, beneficio, ibi: Extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Tertia, inſpiratione, ibi: Deſpexiſtis omne conſilium meum. Quarta flagello, ibi: Et increpationes meas neglexiſtis. *Eſdr* 30. Erunt aures tuæ audientes vocem poſt tergum monentis, ideſt, Prædicatoris. Sed hic loquitur de interiori vocatione. *Pſalm.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus. *Amos* 5. Qui vocat aquas maris, quæ a ſole attrahuntur, ſuperius, ſic ſol juſtitiæ cor labile. *Job* 14. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi. Vel [Jeſu Chriſti,] ideſt, ut ſitis ejus, 1. *Cor.* 6. Non eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno, &c. Nunc revertere ad litteram. [Paulus, &c. ſegregatus in Evangelium Dei omnibus, &c.] Loco ſalutis dicit. [Gratia vobis, &c.] *f* Dilectis Dei,] id eſt, a Deo, ideſt, qui diligunt Deum, non eo quod Deus nos diligit, & nos eum. *g* Vocatis ſanctis,] quia diligit, vocat; quia vocat, ſancti ſunt. Unde 1. *Cor. ult.* Qui non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, anathema ſit. Unde 2. *Joan.* Nec ave dixeritis. *h* Gratia,] ideſt, remiſſio peccatorum. *i* Pax,] tranquillitas mentis. Hæc debent Prælati nunciare ſubditis, ut gratias agant Deo, pacem habeant cum proximo. Ideo dicunt Epiſcopi: Pax vobis, verſi ad populum. Propter hoc dicuntur Angeli in nativitate dixiſſe: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus. Sic debet facere omnis, qui vocatus eſt in prælationem. Quærit autem *Gl.* Quare non facit mentionem de Spiritu S. Et ſolvit, quia per

* dona

Expoſitio Gloſſæ. ▲ Sol. Si ſciatur, quod ſit ſine gratia, non debet mitti ad officium prædicationis publicæ. Ordinem cauſæ, quia gratia eſt cauſa Apoſtolatus, ideſt, quaſi dignitas Apoſtolatus debeat conferri alicui. Ubi? in omnibus gentibus. In Actis habetur, quod Petrus tantum miſſus fuit ad Judæos. Unde: Qui operatus eſt Petro, &c. Dicendum, quod Paulus principaliter fuit miſſus gentibus, per accidens autem Judæis quantum ad eos, qui mirifice & honorifice verbum Domini ſuſceperunt. Notatur etiam, quod ſecundum primam lecturam, dicit gentes illos ſolum, inter quos Judæi habitabant. In ſecunda lectura ſumit gentes generaliter. Cohabitatione, non ſolum ritu. Obedire fidei, ideſt, credere articulis fidei, Fides enim eſt obedientia intellectus in obſequium Chriſti, 2. *Cor.* 10. Ejus Vicarii, ideo dicit Dominus Papa, quod eſt Vicarius Chriſti. Quia ſine lege, ideſt, ſine legali obſervatione. *f* Dilectis Dei,] ideſt, dilectis a Deo. Imo aliis, quam dilectis a Deo, quia ſupra in *Gloſſ.* Ubi aſſignat quare prima ſit hæc Epiſtola, dicit ſe ſcribere eis quos ſuperbia occupaverat, ſed tales non ſunt dilecti, ergo aliis, quam dilectis a Deo ſcribit.

Sol. Scribit dilectis Dei, ſed dativus regitur acquiſitive in bono.

: Unde ſcribit dilectis, quaſi ad utilitatem dilectorum a Deo, aliis etſi ſcribat, ſcribit ad utilitatem.

Sed quæritur etiam, quare dixit dilectis, & non diligentibus Deum, quia ſi diligimus Deum, & Deus nos diligit. Unde *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo.

Sol. Magis exprimitur Dei gratia pro dilectis. In hoc enim innuitur, quod prior nos dilexerit, non propter merita. Simile *Gal.* 4. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti eſtis a Deo. Ut nos eum dilecti diligeremus. Eſt autem duplex dilectio Dei. Una prædeſtinationis qua dilexit nos ante mundi conſtitutionem. Unde *Malac.* 1. Jacob dilexi, Eſau autem odio habui. Alia præſentis juſtificationis. *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo. *g* Vocatis ſanctis,] Ideo vocati, ut ſitis Jeſu Chriſti, ideſt, ſancti, ergo quia vocati ſancti, ideo aut vocatione exteriori, aut interiori; ſi exteriori, ergo ſine fide, quod non contingit; ſi interiori, interior eſt ſanctificatio, ſequitur quod ideo ſancti, quia ſancti. Dicendum, quod quia vocati, ideo ſancti, & utraque vocatione, ſed diverſimode. Secundum vocationem exteriorem, quia notat cauſam præparatoriam. Nam quia vocati prædicatione exteriori, præparamus nos ſecundum vocationem exteriorem, quia notat cauſam efficientem, quia ipſe Deus per gratiam, quam dat interius, cauſa eſt ſanctificationis noſtræ. Unde duplex eſt vocatio, exterior per prædicationem, & interior per gratiæ infuſionem. Et utraque eſt cauſa noſtræ ſanctificationis, ideſt, plenæ juſtificationis, ut dictum eſt. Qui prius fuerat impius. Nota dicit: Qui prius fuerat impius, & non qui eſt; ergo qui non eſt impius, ſit pius; ſed cum ſit pius, dimittitur peccatum, & tunc non eſt peccatum, ergo dimittitur peccatum, quod non eſt. Præterea, ſi verum eſt, quod hic dicit, eadem ratione dici poteſt, quod Paulus, qui prius fuerat impius, modo ſit pius, quod non videtur. Sol. Peccatum dimittitur, quando non eſt, quia in omnibus ſimplicibus, & quæ non habent admiſtionem contrarii ſi ſit, eſt; & ſi deſtituitur, non eſt. Unde in eis differt fieri, & eſſe ſolum ſecundum accidens; quia fieri eſt eſſe primo, deſinere eſſe, ſive deſtitui eſt eſſe ultimo. Quod autem dicit de Paulo, non poteſt dici, quod ei dimittantur modo peccata, quia nunc primo non eſt dicere, non ſunt peccata Pauli. Sed adhuc objicitur, inter inſtans, in quo dimittitur peccatum, & inſtans, in quo infunditur gratia tempus totum, ſed tunc non eſt impius, quia dimiſſum eſt peccatum, nec pius, quia nondum infuſa gratia, ergo eſt aliquod tempus quo nec eſt pius, nec impius. Ideo dicunt, quod inſtans remiſſionis peccati durat uſque ad inſtans infuſionis gratiæ, nec eſt ſumere inſtans in quo ſit dicere nunc ultimo eſt peccatum. Dicimus quod idem eſt inſtans remiſſionis peccati, & infuſionis gratiæ. Hujus gratiæ merita. Sed ſi hujus gratiæ merita non præcedunt, ergo remiſſionem peccati merita non præcedunt, hujuſmodi gratia juſtificat, & ita remittit peccata, ex quo ſequitur quod non meretur remiſſionem. Sed contra eſt, quod contritione meremur remiſſionem peccati. Ideo dic merita nulla præcedunt, ſupple tempore, ſed natura. Illa enim quatuor, quæ ad juſtificationem impii currunt, ſimul tempore ſunt, ſed natura præcedunt ſe invicem, & altero illorum meremur alterum. Unde primum non meremur, ſed ipſo meremur; ſecundum nec meremur, nec ipſo meremur; tertium meremur, & ipſo meremur; quartum meremur, & ipſo non meremur. Vel dic, quod remiſſio peccati duplex, vel deletio maculæ, & ſic non præcedit meritum, quia ſola gratia delet; vel dicitur deletio pœnæ, & hanc præcedere poſſunt merita minutatim ſecundum quantitatem contritionis. Nec iſta eſſet gratia ſi non daretur gratuita, ideſt, gratis. Sed contra, vita æterna eſt gratia *infr.* 6. Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Dic quod vita æterna dicitur gratia, quia facit gratiſſimum, vel quia meritum gratis datur qua meretur vita æterna, hic autem loquitur de prima gratia, quæ omnibus ſine meritis ſuis datur. *i* Et pax,] ſcilicet vobis, ideſt, reconciliatio ad Deum, &c. Gratia Dei eſt qua donantur nobis peccata, &c. Ergo ante dimittuntur peccata, quam reconciliemur Deo, ſed ei reconciliamur per gratiam, ergo peccatum ante dimittitur, quam infundatur gratia. Quod facit ad opinionem Porretani dicentis, quod Deus ſeipſo dimittit peccatum, & poſt infundit gratiam. Sed contra *Act.* 15. Fide purificans, &c & ita non ſeipſo. Et iterum: Si fide purificat, fides præcedit purificationem, ſicut cauſa effectum ſuum.

* dona ſua intelligitur. *a* Primum quidem,] velut bonus medicus, quia vulnera reſecanda levi manu palpanda ſunt, ut dicit *Hier.* Hoc eſt, quod primo gratias agit pro eis. *Eccl.* 11. Brevis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet, &c. Sed poſtea ſubdet aculeum redargutionis vehementis.

a Primum quidem *b* gratias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur in univerſo mundo. Teſtis enim mihi eſt Deus cui ſervio in ſpiritu meo in Evangelio

[Primum,] i. præcipue, vel, ideſt, ante omnia alia pro eis, quæ in vobis ſunt bona. *b* Gratias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum] In hoc notat, quod illa, de quibus gratias agebat eis collata fuerant a Domino Jeſu Chriſto. Deinde hic gratias agit, quia propter hoc alii facilius acquieſcebant fidei, eo quod Romani erant caput Mundi.

Sed hodie poteſt dici de illa civitate illud *Iſa.* 1. Quomodo facta eſt meretrix, &c. Et *Am.* 9. Percute cardinem, & commoveantur ſuperliminaria, quia avaritia in capite omnium. Fere dixit, percuta Cardinales. *Matth.* 23. Cum videritis abominationem ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat.

Propoſitio Gloſſa. ▲ Unde dicendum: Pax, ideſt, reconciliatio ad Deum & pro, ideſt, tranquillitas mentis, i. ſenſus ipſius reconciliationis, quandoque enim reconciliatur quis Deo, non tamen hoc ſentit. Eſt autem reconciliatio ad Deum, effectus gratiæ ſimul tempore cum illa. Vel reconciliatio eſt, quando omnino pœna dimiſſa eſt, & concupiſcentia ſopita. Ad generalem gratiam Dei pertinere, i. utrumque eſt ex gratia Dei. Et vult, quia pater.

Sed nonne, quia Deus vult, & quia pater poteſt? Ita tamen propter hoc ſic diſtinguit, quia pater eſt nomen affectus, Deus autem ſonat in potentiam proprie.

Sed objicitur, quia ſecundum hoc videtur, quod niſi eſſet Deus, non poſſet dare gratiam.

Sed nonne corpus Chriſti cum ſit ſacramentum, poteſt dare gratiam. Sacramenta enim novæ legis efficiunt, quod figuratur, unde multo magis ipſe Chriſtus poteſt.

Sol. Solius Dei eſt dare gratiam effective a cauſa efficiente. Quod objicit de Corpore Chriſti, dicendum quod ſicut cauſa large ſumitur ad quatuor cauſas, ita effectus, & efficere quandoque. Dicendum ergo, quod verbum efficiendi prout dicitur de ſacramentis reſpectu gratiæ, ſumitur pro efficientia cauſæ materialis, & ita non eſt objectio. Niſi quia ipſum donum Dei, & Spiritum ſanctum intelligamus, ergo ipſa gratia, ideſt, remiſſio peccatorum eſt Spiritus ſanctus, vel ad minus ipſa charitas eſt Spiritus ſanctus, ſicut dicit magiſter in ſententiis. Sic illud jam ſolvetur. Quoniam in donis ſuis eum comprehendit, ſicut cauſa cognoſcitur in effectu ſuo, non quia ſit donum ſpiritus, ſed hoc eſt, quia Spiritus ſanctus amor eſt, & amor eſt primum donum, in quo alia dona donantur, & idcirco in donis amor intelligitur, & ita Spiritus ſanctus. Hinc eſt etiam, quod nulla collecta dirigitur ad Spiritum ſanctum, cum enim in collectis, ſcilicet Spiritus ſancti dona poſtulentur, in quibus Spiritus ſanctus, ut dictum eſt, intelligitur; & ſic quodammodo poſtulatur id, ad ipſum collecta non dirigitur. De bono eorum gratias agit. Sed videtur, quod prius de bono ſuo gratias agere deberet, quam de bonis eorum, hæc eſt enim charitas ordinata.

Solut. Ante omnia alia pertinentia, ad eos, & ſic dicit *Gloſ. inf.* Gratias vero agere Deo eſt ſentire, &c. Ergo omnes gratias agunt, quia debent omnia bona Deo. Dic debent omnia bona, Deo, ſupple, & Deo tribunut, ſic non omnes gratias agunt. Vel dic data eſſe. ſupple ex mera liberalitate, quod non omnes credunt, imo pro meritis ſuis credunt multi ſibi eſſe data. De bono incepto, quia cœperant credere. Et eſt argumentum, quod debemus gaudere, quando infidelis uni tantum credit articulo.

Unde ſuper *Pſal.* 1. Non reſurgent impii, &c. dicit Ambr. Prodeſt imperfectis fidem ex parte tenuiſſe. Quia fides illorum, ideſt, fama fidei. Ab auctoribus traditam, ideſt, ab Apoſtolis. Audierant enim a quibuſdam fidelibus, qui venerant Romam de Jeroſolymis, & non plenarie, quia adhuc ſervabant legalia in Evangelio. Interpoſito nomine, ideſt, omiſſo, quia nondum credebant illum eſſe Deum. Gratulatur Apoſtolus. Prodeſt enim unum articulum tenere, vel credere, ut dicit Ambr. ſuper illud *Pſal.* Ideo non reſurgent impii, &c. Prodeſt perfidis in parte fidem tenuiſſe. Bonum eſt illud, quod incepiſtis. Quia de eo, ideſt, pro eo. Ante alia, bona veſtra. Nam & illi, qui crediderant in aliis terris & civitatibus. Principes ſuos, ideſt, Romanos, qui erant Domini fere totius mundi. Prompte enim.

Unde *Eccl.* 10. Qualis eſt rector civitatis, tales &c. Unde illud: *Mobile mutatur ſemper cum principe vulgus.* Non enim vox iſta, ut dicatur ſpecialiter, Deus meus, ſicut Deus Abraham. *Exod.* 3. & *Matth.* 22. Cum ergo omnium, unus ſit Deus. *Malac.* 2. Nunquid non unus Deus creavit nos? Quare ergo unuſquiſque veſtrum deſpicit fratrem ſuum? Per naturam qua creat omnia, non per gratiam qua creat aliqua. Per gratiam Deus dicitur eſſe, ideſt, per privilegium amoris, cum tamen ſit Deus omnium per creationem, & multorum per recreationem, & ſanctorum per privilegiatum amorem. Qui merito fidei, & juſtitiæ. Aut generaliter ſumitur juſtitia, aut ſpecialiter; ſi ſpecialiter, quare potius dixit, merito juſtitiæ, quam temperantiæ, vel fortitudinis; ſi generaliter, male connumeratur fidei, dicendo fidei, & juſtitiæ. Solut. Ibi nec pro generali, nec pro ſpeciali ſumitur, ſed pro opere virtutis meritorio. Duobus autem motibus meremur, interiori, qui eſt cordis, & propter hoc dixit fidei; & motu exteriori, & ideo addit juſtitiæ. Mediatorem Dei & hominum. *Galat.* 3. & 1. *Tim.* 2. Sed quare non per legem, neque per prophetiam? Nonne ſicut Chriſtus docuit gratias agere, ita lex, & prophetæ. Sed dicendum, quod hoc dicit, quia Chriſtus nobis meruit gratiam, qua habita gratias agimus, ſed non ſic lex, & prophetæ. Quia ipſe eſt miniſter beneficiorum Dei. Nonne Moyſes ſimiliter. Et videtur, quod ſic, quia per ipſum data eſt lex. *Jo.* 1. Quod fuit magnum beneficium. Item videtur, quod male dicat Chriſtum eſſe miniſtrum beneficiorum Dei, cum ſit ipſe auctor omnium unus cum Patre, & Spiritu ſancto. Reſpondeo, Chriſtus in quantum Deus eſt auctor omnium, non miniſter; in quantum homo, non eſt auctor, ſed miniſter, & Moyſes, & Apoſtoli, & alii Sancti ſimiliter ſunt miniſtri. Unde 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti. Item 1. *Cor.* 11. Miniſtri Chriſti ſunt, & ego. Sed quædam beneficia ſunt quorum miniſter fuit ſolus Chriſtus, liberatio a limbo, vocatio, & inſtructio Apoſtolorum, & hujuſmodi; & quoad iſta loquitur *Gl.* Sed facilitatem fidei, ſicut Dominus fidem Centurionis: *Matt.* 8. Non inveni tantam fidem in Iſrael, ideſt, tam facilem. Et votum, laudat. Juramentum quod fit fides, ideſt, fidelitas. Dicendis, ut eis credatur. De juramento habes 1. *Cor.* 15. in *Gl. ibi*: Quotidie morior propter gloriam veſtram. Item *Gal.* 1. Quæ autem ſcribo vobis. Item in *Pſal.* 88. Juravi, & ſtatui. Quid enim eſt per Deum, niſi teſtis eſt Deus. Unde *Aug.* dicit alibi: Jurare eſt aliquid teſte Deo aſſerere. Inde magiſtri dicunt: Juramentum eſt aſſertio alicujus rei per rem ſacram, vel habitam pro ſacra. Et qui per lapidem jurat, videtur etiam, quod ſit idololatria, cum enim juratio ſit aſſertio per rem ſacram, credit lapidem ſacrum cum non ſit, ergo idololatra. Sol. Duobus modis dicitur res ſacra, quando ſcilicet creditur habere aliquod munus, & non habet, ſic accipiunt idololatræ; vel quando inſtituta eſt ad ſignificandum rem ſacram, vel cum conſideratur res in quantum eſt creatura Dei. Qui hoc ſecundo modo jurat per lapidem, non eſt idololatria, ſed invocat rei creatorem teſtem, cum per rem ſic jurat. Si objiciat, ergo idem eſt jurare per lapidem, quod per Deum. Dic non, ſed conſequenter ſe habent, ut qui per lapidem ſic jurat, & per conſequens per Deum jurat, Creatorem lapidum. Ego dico vobis non jurare omnino. Hoc omnino duplex eſt, ſi negatio includat omnino, vera eſt. Et eſt ſenſus: Non omnino, ideſt, non pro qualibet re, vel indifferenter jurandum eſt, hoc eſt verum. Vel negatio determinat *h* jurare. Et eſt ſenſus: Dico omnino non jurare, ideſt, nulla cauſa eſſe jurandum. Et ſic accipiunt hæretici, qui dicuntur pauperes de Lugduno. Indulſit quod neceſſarium, ideſt, utile. Prohibuit, cum dixit: Nolite jurare falſum, vel ſine neceſſitate jurare. Ergo qui jurat ſine neceſſitate vel cauſa, peccat, ergo monachus cum jurat per botas peccat, niſi cauſa adſit. Ad hoc ſolvunt quidam. Prohibuit ſine neceſſitate, &c. ideſt, ſub forma prohibitionis conſuluit, ſicut illud *Matth.* 19. Vade, & vende omnia quæ habes, &c. Vel dic, quod jurare quandoque dicitur verba juratoria proferre, & tunc non oportet ſi juret ſine cauſa, quod peccet, quia quaſi adverbialiter ſumuntur verba jurandi, & valent idem, quod certe: quandoque jurare eſt Deum teſtem adhibere, & cum intentione obligandi ſe, & tunc ſi ſine cauſa jurat, peccat. Nec tamen aſſero, quod ſemper mortaliter, licet prohibeatur, ſicut quamvis concupiſcentia prohibeatur, non tamen omnis concupiſcentia mortalis, ſed quædam venialis, ſi enim ex libidine veniali

▲ eſt

Digitized by Google

filii ejus, quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, *a* obſecrans ſi quo *b* modo tandem aliquando *c* proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Deſidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos, *d* ideſt, ſimul conſolari in vobis per eam, quę invicem eſt, fidem veſtram, atque meam. *e* Nolo autem

A vos

a eſt tale juramentum, eſt peccatum veniale, ſi enim ex mortali eſt mortale. *Matth.* 5. Non jurare omnino. Expoſitio Gloſſæ. *Gloſſ.* Parvulis conceſſum eſt jurare per Deum, non ergo Paulo. Solutio: Conceſſum eſt perfectis jurare parvulis, ideſt, ad utilitatem parvulorum. Suaſit verum loqui cum dixit: Sit ſermo veſter, eſt, eſt; non, non. Non eſt enim juratio bona. Contra: *Matth.* 5. *Auguſt.* Quicquid eſt, bonum eſt, ſed juratio eſt, ergo bonum eſt. Dic quod dicit *Auguſt.* de bono naturæ intelligendum eſt. Item bonum, quod in ſe determinat utilitatem ad quam eſt bonum; malum quod in ſe determinas ſuam malitiam, ſic juratio, neque bona, neque mala. Et hoc eſt, quod dicitur: Tamen dicunt alii, quod eſt in ſe malum, non tamen ſecundum ſe ſic jurare. In ſe enim ſine cauſa malum, ſed ex ſe non determinat. Si enim jurare cogens, coactione inductiva, vel efficienti, non tamen ſufficienti. Libera nos a malo. *Matth.* 6. Sed ibi precamur nos liberari a malo culpæ, ergo jurare eſt malum culpæ, & ita eſt peccatum.

Solutio: Precamus liberari a malo culpæ, & a malo pœnæ; jurare autem quandoque eſt a malo culpæ, id eſt, ab incredulitate eorum, qui nolunt credere, quandoque a malo pœnæ, ideſt, ab infirmitate.

Eo enim, quod quandoque fuit deceptus aliquis ab illo, non vult ei credere, & ideo facit eum jurare. Libera nos a malo. *Sap.* 14. Non enim juratorum virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſuper juſtorum prævaricationem. Quod amplius eſt, ideſt, ſupra locutionem ſimplicem. Qui bene uteris juratione, ideſt, qui bene juras. A malo illius, qui exigit. Multum intereſt, qui, &c. quaſi dicat, *Gloſſ.* t. *Aug.* quandoque magnum peccatum eſt exigere juramentum, quandoque minus. Non audeo dicere. Sed quare non audet dicere, quod exigere juramentum non eſt peccatum, niſi quia opinatur, quod omnis qui exigit, peccat, ergo quod amplius eſt, ſemper eſt a malo culpæ illius qui exigit, quod non eſt verum.

Reſponſio: exigere lux eſt ſine malo. Eſt tamen humana tentatio. 1. *Cor.* 10. ideſt, levis culpa.

Homicida eſt, ſui & illius. Ergo ſi quis debet mihi centum, & ego exigo juramento, homicida ſum.

Dic quod prius debet cauſam diſterie, quam permittere proximum perjurare, ſed ſi alter facit, ſui poteſt eſſe homicida, & alterius. Semper habetis. 2. *Theſ. ult.* Sine intermiſſione orate. Deum memorem, ab effectu, ut ſciant in illis charitatem, ideſt, motum charitatis excitet in eis erga te, ideſt, ſine ſuſpicione, & ſuſpicio vix ſine peccato. Et illud dicit *Auguſt.* Non audeo dicere non eſſe peccatum. Ideſt, in voluntate, non tamen exterius in opere, ut hypocritæ. Vel in voluntate, id eſt, voluntarie non coacte, ut ſervus, quia coacta ſervitia non placent Deo. Quia enim Deus ſpiritus eſt. *Jo.* 4. Animo, ideſt, in voluntate. Moyſes ſervus, &c. *Hebr. ult.* Quantum enim diſtat ſervus a Domino, ſed Dominus in infinitum melior eſt ſervo ſuo Moyſe, ergo Evangelium in infinitum melius eſt lege. Contra: *Ezech.* 1. Rota erat in rota: ergo Evangelium in lege.

Præterea *Gloſſ.* ſuper *Matth.* 19 Si vis ad vitam ingredi, &c.

Juſtitia legis ſuo tempore cuſtodita, non ſolum temporalia, ſed & vitam conferebat æternam, ſed Evangelium non confert, niſi æterna, ergo lex melior quam Evangelium. Solutio: Secundum quod lex dicitur a ligando, aliud eſt lex Evangelii a lege Moyſi, quia lex Evangelii ligat vinculo amoris, lex autem Moyſi vinculo timoris, & in infinitum melior eſt adimpletio mandatorum ex amore, quam ex timore, ſicut amor in infinitum melior eſt, quam timor. Quia autem dicit *Beda*, quod conferebant temporalia, & vitam æternam, notatur quod quidam erant Patres veteris teſtamenti, qui pertinebant ad novum, & legem ſolum ſpiritualiter intelligebant, quoad illos conferebat lex vitam: & tunc idem erat, quod Evangelium: quidam alii erant, qui pertinebant ad vetus, & illis ſolum temporalia conferebantur, quia præcepta Domini litteraliter intelligebant, remunerabantur temporaliter. Propter utraſque ergo dicit *Beda*, quod lex non ſolum temporalia, ſed & vitam conferebat æternam. Mentibus inſpirando. *Jerem.* 31. Dabo legem meam in viſceribus eorum.

a Obſecrans,] ideſt, per obſecrationes tentans, ergo Apoſtolus tentabat Deum. Contra illud *Deut.* 6. *Matt.* 4. Non tentabis Dominum Deum tuum, &c.

Solutio: Tentans, ſicut aliquis tentat vadum, ſcilicet quando incipit agere aliquid, per quod poſſit tranſire. Sic tentabat Apoſtolus venire ad eos per obſecrationes, ideſt merito obſecrationum. *b* Si quo modo] Argumentum quod neque labor, neque anguſtia excuſare poteſt Prælatum apud Deum pro auxilio ſubditi. *c* Proſperum iter habeam,] perficiendi, quod optabat. *Iſa.* 55. Proſperabitur in omnibus, ad quæ miſi illud. In ſuo malo perpetrato, ideſt, quando Dominus permittit eos perficere mala ſua. Per Dei permiſſionem, ergo permiſſio Dei eſt cauſa malorum. B

Reſponſio: Permiſſio Dei nihil aliud eſt, quam non cohibitio a malo, quæ nullo modo cauſa eſt malorum.

Unde cum dicitur: Iſte peccat per Dei permiſſionem, ly per non eſt cauſale, ſed quaſi copulativum. Et eſt ſenſus: ille peccat, & Deus permittit. Vel poteſt dici, quod eſt cauſale, & notat voluntatem Dei eſſe cauſam alicujus boni, quod videlicet Deus inde elicit.

Unde *Aug.* Non permitteret Deus malum fieri in re ſua publica, niſi inde eliceret bonum. (Proſperum iter, &c.) Ad malum, &c. *Prov.* 2. Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, &c. Proſperitas itineris, ideſt, perfectio itineris. Exultant in proſperitatibus. *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Sed non eſt talis proſperitas a Deo. Contra: *Matth.* 5. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Solem, ideſt, proſperitatem. Sed ut dicit *Auguſt.* idem eſt fieri Deo auctore, & volente, ergo ex voluntate Dei eſt proſperitas.

Solutio: Talis proſperitas, ideſt, exultatio de tali proſperitate non eſt ex voluntate Dei. Et quod ſic debeat intelligi patet per id quod in *Gloſſ.* præcedit. Exultant in proſperitatibus ſuis. A carnali ſenſu, quia credebant ſua legalia currere cum Evangelio. Solent ad aliud referri ab hæreticis, quam intelligat ille, qui dicit: Sed confirmaretur error, propter malam intelligentiam, verbis, i. litteris. Præſens ſuaderet, &c. quia melius verbis propriis ſuadet quis, quod vult, quam litteris. Unde *Hieron.* Habet neſcio quid latentis energiæ vivæ vocis actus, & miracula efficaciora ſunt ad faciendam fidem, quam verba. Qui conſulens, ideſt Chriſtus fide ſola, abjecto onere legalium. Addita lege naturali. Ergo cum mandata Domini Papæ, & ſolutio decimarum non ſint de fide, aut de lege naturali, non tenemur ad illa.

Solutio: Lex naturalis duobus modis dicitur: Uno modo dicitur lex naturalis omne illud, quod ratio bene diſpoſita dictat eſſe ſervandum, ſic mandata Domini & Papæ & ſtatuta Patrum, & ſolutio decimarum ſunt de lege naturali. Alio modo dicitur lex naturalis illud, quod naturaliter ſcriptum eſt in mente humana, ut eſt illud *Matt.* 7. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eadem facite illis: Et ſic non ſunt de lege naturali. Præterea mandata Domini Papæ pertinent ad vitæ honeſtatem, & morum ordinationem, & pacis Eccleſiæ conſervationem, & fidei confirmationem, & ita fundata ſunt ſupra legem naturalem, & conſervativa fidei, & ita ſunt de lege naturali, & de fide.

d Ideſt ſimul conſolari in vobis,] q. d. veſtra confirmatio eſt mea conſolatio, & veſtra pariter. De non recta fide, quia credebant legalia eſſe ſervanda cum Evangelio. Aliena enim. &c. 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. Et ſi non ſentitis. Sed quomodo poteſt aliquis eſſe deſolatus, & non ſentiat? Reſponſio: Poteſt eſſe deſolatus, ideſt, cauſam deſolationis habere, & non ſentire, quia circa alia nimis eſt intentus, alias quia nimis corruptus eſt interius.

Unde ſuper *Matthæum* quædam *Gloſſ.* Nunquam ſine dolore ſunt vulnera, niſi cum vitalia undique ſunt mortua. Vel dic communem litteram, & nulla eſt objectio: Modo ego ſum deſolatus, ſicut & vos, & ſi non ſentitis me, ſcilicet eſſe deſolatum.

Quæ per dilectionem operatur. *Gal.* 5. *e* Nolo autem

Ad litter. Expoſitio Gloſſ. Sive religionis gratia. Contra: Adhuc fere omnes erant idololatræ,

* vos ignorare, &c.] Dixerat deſidero videre vos, poſſet autem dicere quis, quod propter pigritiam dimiſit venire ad eos: Reſpondet, quod non; imo non tantum deſiderat, ſed paratus eſt venire ſemper, prohibitus autem pro peccatis eorum. Unde dicit;

vos ignorare fratres, quia ſæpe *a* propoſui venire ad vos, & *b* prohibitus ſum *c* uſque adhuc, ut *d* aliquem fructum habeam in vobis, ſicut & in ceteris gentibus *e* Græcis *f* ac Barbaris, *g* ſapientibus, & inſipientibus *h* debitor ſum, *i* ita *k* quod in *l* me promptum eſt, & *m* vobis qui Romæ eſtis, evangelizare,

a Propoſui,] ideſt, poſt deſiderium firmiter deliberavi, quod plus eſt. Et ſubdit finem propter quem ad eos venire propoſuit.
b Et prohibitus ſum] a Deo ſeu infirmitate, ſeu maris tempeſtate, ſeu aliquo tali ut illi recognoſcant ſua culpa ſe eſſe indignos adventu Apoſtoli. In quo etiam innuit, quod quicquid habent, debent gratiæ Dei tantum attribuere.
c Uſque adhuc,] ideſt, continue uſque ad hanc diem.
d Ut aliquem fructum habeam,] ideſt, ut faciam vos fructificare, ſicut alias gentes, vel ut remuneter pro vobis. Sed quia poſſent dicere, non pertinet ad te de nobis dicere, imo quia
h Debitor ſum,] & ideo volo me abſolvere a debito, &c. *Act.* 13. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, &c. *e* Græcis,] in quibus comprehendit Latinos.
f Barbaris,] omnibus etiam, qui legem non habent.
i Ita] ideſt, in tantum.
k Quod in me promptum] ideſt, promptus ſum.
l Et vobis qui Romæ eſtis,] ideſt, vobis Romanis. Sed poſſet dicere quis: Ad quid ibis ad Romanos: ipſi ſunt ſapientes, & ideo ſtultitiam reputabunt prædicationem tuam, quæ eſt de paſſione Chriſti, & hujuſmodi. Et hoc erit tibi verecundum, quia 1. *Cor.* 1. Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam,

△ Sed re

Moraliter. Moraliter. *b* Prohibitus ſum] Hoc fuit propter peccata Romanorum. Similiter propter peccata populorum pluries claudit Dominus ora prophetarum. *Ezech.* 2. Adhærere faciam linguam tuam palato tuo, & eris mutus, &c, quia domus exaſperans eſt. *Jer.* 3. Polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis, quamobrem prohibitæ ſunt ſtillæ pluviarum, ideſt, Prædicatores, & ſerotinus imber non fuit, ideſt prædicatio, quæ fuit ad maturandum ſegetes, ideſt bona opera, quæ inceperunt. *Iſa.* 5. Mandabo nubibus meis, &c. *Prov.* 25. Ventus Aquilo, ideſt peccatum, diſſipat pluviam, ideſt prædicationem.
d Ut aliquem fructum] quia profectus audientium reputabitur prædicatoribus ad præmium *Cant. ult.* Mille tui pacifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus ejus. Quia fructum habebunt pro labore proprio, & pro profectu ſubditorum, quos docent *Jer.* 15. Si converteris, convertam te. Sed quem fructum quærit Apoſtolus? Nunquid temporalem? 2. *Cor.* 12. Non quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos. Non enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. Ego autem libentiſſime impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris. Modo poteſt vere dici: Omnes quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, *Phil.* 2.
h Debitor ſum,] Doctores enim, & prædicatores tenentur ſubditis ex talento commiſſo. *Matth.* 25. Nonne oportuit, &c. nummulariis, ideſt, facientibus bona opera. Sed multi vellent eſſe debitores.
e Græcis,] ideſt ſapientibus, ſed non
f Barbaris,] ideſt, idiotis. Sed Apoſtolus, qui tantus fuit prædicator, Græcis, ac Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus, non tantum eis qui prope, ſed & vobis Romanis qui non eſtis prope. Contra illos, qui ſemper prope volunt prædicare.

* *a* Non

Expoſitio Gloſſa. A necdum erat ibi locus orationis. Sol. Romam veniebant, non quod tunc Roma locus eſſet ſanctus, vel religionis, ſed quia ſic cauſa pœnitentiæ mundum circuibant aliqui Chriſtiani pœnitentes, & forte magis veniebant Romam, ut pluribus bonum exemplum oſtenderent propter majorem populi concurſum, & ita religionis gratia, non quidem Romanorum. Sed puteris culpa veſtra fieri, quod non veni ad vos. Dignos vos putetis, ergo poterant ſe facere dignos, ſed hujuſmodi dignitas non erat, niſi reſpectu gratiæ, ergo poterant mereri gratiam. Contra *Aug.* Peccator non eſt dignus pane quo veſcitur, multo minus ſe poteſt facere dignum gratia. Ad hoc dic: Ut dignos, &c. ideſt, ut non indignos. Etſi enim homo ſit in peccato, poteſt tamen multa bona facere, ut ſic non repugnet gratiæ, ſicut Corbulien. exponebat illud: Alius modus redemptionis fuit Deo poſſibilis, ideſt, non fuit impoſſibilis, quaſi ex impoſſibilitate non fuit, vel impotentia, quod non redemit nos alio modo. Qualiter autem ſe dignos efficere poſſunt, oſtendit ſubdens: A vitiis carnalibus abſtinentes.

Item dignos, ſicut vas pulchrum, & mundum dignum eſt infundi pretioſo liquore. Aliis quidem ſinat prædicare verbum Dei, &c. ſi quæratur, quare magis velit Dominus iſtis prædicari, quam illis? Hæc eſt ratio: O altitudo ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Et *Matt.* 11. Væ tibi Corozaim: Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ eſſent virtutes, &c. Non quæratur ergo a Domino, quare ibi, & ibi non. Ideo dicit *Pſal.* 35. Judicia Domini abyſſus multa. Ideo diſpenſatione ſua ſinit illis prædicare, illis non. Et eſt diſpenſatio qua Deus ordinat res in ſuo loco, & tempore, ſecundum quod videt expedire rei ſuæ publicæ. Sed hoc eſt de ſecretis Chriſti. Sed etiam quia erant inter eos. Hic habemus quod omnibus ſcripſit, tamen dixit ſupra ſe ſcribere ſolis ſanctis, ſcilicet dilectis a Deo. Omnibus, quia potens erat ſua epiſtola omnibus prodeſſe, tamen ſolis ſanctis, quia illis ad utilitatem, ſicut Chriſti paſſio omnibus profuit ad ſufficientiam, ſolis prælectis ad efficientiam. Ut vos fructificetis, in operibus virtutum, quæ ſunt fructus, quia per ea frui meremur Deo. *Galat. quinto.* Ut ego præmium pro nobis acquiram. *Infra 11.*

Sed nonne in bonis tantum meretur voluntas, quantum & opus? Ad quid ergo dicit ſe præmium pro via acquirere? Dic, quod etiamſi par charitas, par præmium, non tamen par charitas facit æquam pœnæ dimiſſionem. Et ideo ex opere Apoſtolus poſſet mereri pœnæ dimiſſionem, vel augmentum gratiæ ſicut conſtructio cœnobii magis facit ad dimiſſionem pœnæ, quam denarium dare, paribus in uno, & eodem circumſtantiis. Sed contra, voluntate, & opere plus demeretur, quam voluntate, ergo plus mereri debemus voluntate, & opere, quam voluntate. Dic non eſt ſimile, quia ex eadem radice ex qua eſt præmium, ſurgunt voluntas, & opus, ſcilicet ex charitate; malum autem ex genere, & circumſtantiis, & ideo non eſt ſimile de bono, & malo, quia malum non habet radicem unam, ſicut bonum opus meritorium, imo quantitas peccati attenditur ſecundum genus peccati, & circumſtantias. Eo enim quod malum facimus mali ſumus, ſed non eo quod bonum boni, meritum autem ſicut diximus attenditur penes radicem.

Unde Deus non attendit quantum, ſed ex quanto. Unde *Prov.* 16. Spirituum ponderator eſt Dominus: Pondus autem charitas, & ideo quanta eſt charitas, tantum eſt meritum, tamen ex opere addito voluntati, ut dictum eſt, meretur majorem dimiſſionem pœnæ, quam ex ſola voluntate; & in tantum meretur radicationem, & confirmationem charitatis, & aliarum virtutum, & quædam ſpecialia accidentalia gaudia, quæ habebunt plus in Paradiſo. Et iterum per opus dicitur augeri præmium, quia vix poteſt eſſe quin in exercitatione operis augmentetur charitas, quia augmentata augmentatur præmium.

Laceſſit, ideſt provocat. Si illi rei, vel ſibi, in illa re. Aſſentiri verbum deponens eſt. Ab eis omnis Philoſophia. Argumentum, quod omnis Philoſophia deſpicienda eſt. Hoc quidem verum eſt ſi dirigatur, & ſupponatur Theologiæ. Hæc enim ſunt vaſa aurea, & argentea mutuata ab Ægyptiis. *Exod.* 12.
g Sapientibus, & inſipientibus,] ergo eadem ratione Epiſcopus æqualiter debet ire ad viſitandos pauperes, & divites, quod verum eſt, niſi aliqua ſubſit ratio, ut ſi sequitatur a divitibus non veniat cito, citius ſcandalizantur quam pauperes.

Sapientes vero dicit, de quibus *Lucæ capit. decimoſexto.* Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt.

Miſſus ad omnes, & adeo donum omnium linguarum accepit, ut dicit Origenes ſuper hunc locum. Et ut ipſemet teſtatur 1. *Corint. capit. decimotertio*: Nulli enim gentium populo, & cetera. Ergo omnibus gentibus miſſus erat, & tamen non ivit ad omnes. Ex quo patet, quod ſi duobus debeo, & non poſſum utrique ſolvere, ſolvendo cui voluero, liberatus ſum. Non eſt verum, neque eſt vera gratia. Unde & hic eſt inſtantia illius

A argumen-

a Sed reſpondet: Propter hoc non dimittam.
b Enim] pro quia.
a Non erubeſco Evangelium.] Et non mirum.
c Virtus enim Dei eſt] ipſum Evangelium, quod prædico, ideſt in illo oſtenditur hæc tanta virtus. Virtus & ſtrenuitas diceretur ſi unus inermis decem armatos vinceret.

a Non b enim erubeſco Evangelium. c Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, d Judæo e primum, f & Græco. g Juſtitia enim Dei in h eo i revelatur, k ex fide in l fidem, m ſicut ſcriptum eſt:

Maxima ergo virtus fuit, quod Chriſtus in carne infirma devicit illum, de quo *Job* 41. Non eſt poteſtas, quæ ei valeat comparari.
d Judæo primum,] ideſt primo.
f Et Græco,] ideſt, Gentili. Vel
e Primum,] i. præcipue, & tunc determinat *h* primum *h* Judæo. Judæi enim præcipue indigebant hac ſalute, quia non credebant in Chriſtum, & quia alios ſeducebant: Gentiles vero tantum in ſe peccabant.
g Juſtitia enim Dei] Oſtendit, quomodo Evangelium eſt in ſalutem omni credenti, quia juſtitia qua juſtificat impium.
i Revelatur in eo,] ideſt in Evangelio. Vel
g Juſtitia,] qua Deus verax eſt in promiſſis.
l Revelatur in eo,] quia ibi oſtenditur qualiter noſtris temporibus reddidit, quod promiſerat in prophetis, vel ut *h* eo referatur ad Judæos, & Græcos.
h In eo] ideſt in homine.
i Revelatur juſtitia,] qua ipſum juſtificat, & qua ei reddit, quod etiam aliis promiſerat. Juſtitia dico tendens
k Ex fide in fidem,] ideſt ex fidelitate Dei promittentis, in credulitatem ejus quantum credit in Deum. Juſtitia enim qua juſtificatur impius, incipit a Deo, & terminat in hominem, qui juſtificatur per eam.

Vel juſtitia ſupple exiſtens, vel quæ eſt ex fide in fidem, ideſt, de articulo uno in alium, ut ſic ſumatur fides pro articulo fidei, ſicut in ſymbolo ſumitur: Hæc eſt fides catholica, ideſt, hi ſunt articuli fidei. Vel [Ex fide,] veteris Teſtamenti.
l In fidem,] novi teſtamenti, ideſt oſtenditur homini, quoniam eſt juſtus in hoc, quod credit ea, quæ prædicantur de veteri Teſtamento, ut quod Deus unus eſt, tendens in fidem Evangelii, in quo oſtenditur, quod Deus eſt trinus. Vel
k Ex fide] verborum, quæ nunc eſt per ſpeculum.
i In fidem,] rerum quæ erit aperte, & per ſpeciem.

Moraliter. * a Non enim erubeſco Evangelium.] Contra quoſdam, qui erubeſcunt prædicare contra faſtum mundi, propter quem nullus debet dimittere, quia filius regis cœlorum non erubuit fieri prædicator.

Tales punit Dominus, quia valde pauci nobiles ſunt boni Clerici.

Item alii erubeſcunt propter vitam præteritam. Contra quos *Act.*9. De Apoſtolo, qui continuo ingreſſus ſynagogas prædicavit Jeſum.

Et debet conſiderare illud *Pſal* 147. Mittit chryſtallum ſuam, ſicut buccellas.

Item alii, quia vident prædicationem ſuam minus acceptam. Sed debent cogitare, quia forte plus proficit prædicatio ſua in tribus, quam aliorum in viginti millibus. Debent etiam cogitare, quia facit Dominus ad bonum eorum, quia forte ſi multos haberent auditores, erigerentur in ſuperbiam, vel forte eſt peccatum eorum, qui deberent audire.

Item alii dimittunt prædicare, quia eis contradicitur, vel quia male tractantur. Contra quos dicit *Iſaiæ* 50. Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. Sed multi ſunt, ſicut Aaron, qui ſecundum hebraicam veritatem, eo quod conſpueretur a Judæis, fecit eis vitulum conflatilem, de quo *Exod. trigeſimoſecundo*.
c Virtus Dei] eſt Evangelium. Unde *Pſalm.*67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis. Virtus eſt, quia corda fidelium inflammat ad amorem Dei. *Jerem.*23. Nunne verba mea quaſi ignis? Et *Pſalm.* 104. Eloquium Domini inflammavit eum. Item habet virtutem conterendi duritiam cordis, *Jerem.* 23. Et quaſi malleus conterens petras.

Item deſiderium peccandi extinguit. *Pſalm.* 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis.

Item homines in bono confirmat. *Pſal.*32. Verbo Domini cœli firmati ſunt. Item incitat ad bonum, & retinet a malo.

Unde *Eccl. ult.* Verba mea quaſi ſtimuli ad incitandum ad bonum, & quaſi clavi in altum defixi, ad retinendum a malo per ſpem æternorum bonorum, ad quæ erigere docet corda hominum.
m Sicut ſcriptum eſt:] Dixerat ſe non erubeſcere Evangelium, quia virtus Dei erat, ideſt, oſtendebatur in eo, quæ virtus oſtenditur, cum ſubdit:
g Juſtitia enim Dei] creata.
i Revelatur,] ideſt, manifeſtatur.
h In eo] in Evangelio. Quod oſtendit demonſtrative, quia duæ partes ſunt juſtitiæ: Divertere a malo, & facere bonum. Primo oſtendit illam partem, quæ eſt facere bonum revelari in Evangelio, quia in ipſo determinatur, quomodo juſtificatur homo, ſcilicet per fidem, quia oſtendit quid homo debeat credere, & ſic per fidem vivit, & habet ſalutem gratiæ. [Sicut ſcriptum eſt.] *Abac.*2.

* a Juſtus

A argumentationis: Teneor hoc facere, & poſſum, & eſt tempus, & locus, & non facio, ergo tranſgredior. *Expoſitio Gloſſa.* Magiſter gentium. *Gal.* 2. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatu, &c. Alterius culpa remanſit.

Verum eſt propter peccata eorum quos faciebat indignos hoc bono. Si caput inquietum.

Unde cui caput infirmum, &c. Romanorum pacem, quæ eſt reconciliatio ad Deum.

Se jactet, de circumventione eorum, & oppreſſione in peccatis.

Et ut meliores fructus: Ergo Apoſtolus meliorem fructum habuit de converſione Romanorum, quam aliorum.

Contra: Apoſtoli erga omnes eadem voluntas, ergo idem præmium.

Solut. Dicendum eſt, quod multa ſunt partialia gaudia præter ſubſtantiale gaudium.

Unde idem ſubſtantiale præmium, ſed multi partiales fructus.

Sicut Arrii pœna eſt, & præter illam multæ partiales de his quos videt venire ad ſe per hæreſim ſuam. *Orig.* Neſcitur quanta ſit pœna Arrii, &c.

Vel meliores, quia exemplo Romanorum plures convertebantur.

Crucem Chriſti putant ignominiam 1. *Cor.* 1. Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam, &c. Ideo inſtitutum eſt, ut crux fiat in fronte, ubi maxime apparet verecundia.

Unde *Jer. ult.* In malo. Frons meretricis, &c. Et *Iſa.* 48. Nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea: Propter hoc dicit *Hieronym.* Malo eſſe ruſticus Chriſtianus, quam urbanus hæreticus.

Qui non recte tradiderant, ideſt illos, qui primo prædicaverant Romanis, gloriari deberent. Ideo etiam diaconus lecturus Evangelium primo ſignat librum, quaſi dicat liber crucifixi.

Secundo frontem, quaſi non erubeſco Evangelium.

Tertio os, & pectus, quaſi dicat corde credo, & ore confiteor crucifixum.

Et etiam ſacerdos poſt confectionem ſignat, corpus Chriſti licet non indigeat benedici, ſed quaſi dicat: hic eſt, a quo omnis benedictio, vel hic eſt crucifixus quem confiteor.

Cum Apoſtolo, *Galat.* 6. Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Non infirmitatem.

Infirmitatis fuit humanitas Chriſti reſpectu divinitatis, ſed virtus, aereas poteſtates debellando, quia per incarnationem devicit diabolum.

Job 40. An extrahere poteris Leviathan hamo? Sed nunquid amplius prædicabat, & divinitatem, & humanitatem Chriſti, vel nunquid prædicabat humanitatem in utroque reſpectu?

Reſponſio: Evangelium annunciat virtutem, non infirmitatem, ideſt quod Dei virtus fuit, quod factus homo, non infirmitas.

Quod enim infirmum, 1. *Cor.* Fortius eſt hominibus, ideſt omnibus, quæ faciunt homines. Per doctrinam evangelicam peccatum, &c.

Contra: ſolus Deus dimittit peccata, non ergo Evangelium.

Conſequens ponitur pro antecedente, nam Evangelium confert antecedens ad peccati dimiſſionem, ex prædicatione enim Evangelica præparat ſe homo, & ſtatim ſequitur, quod Dominus gratiam, per quam dimittuntur peccata. Fiunt

* *a* Juſtus ex fide vivit.]propter duo, quia fides animam mortuam peccatis unit vitæ, quæ Deus eſt. Sicut enim anima eſt vita corpus, ita Deus vita animæ. Sed quia peccatum eſt averſio ab incommutabili bono, per peccatum recedit vir, ideſt, Deus ab anima. Fides autem eſt prima unio animæ ad Deum.

a Juſtus autem ex fide vivet.

Per fidei enim cognitionem primo unitur ei, & ideo juſtus ex fide vivit. Unde *Act.* 17. In ipſo vivimus, movemur, & ſumus. Et *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. In ipſo ergo, quia vita eſt, vivimus; quia via, movemur in ipſo; in ipſo, quia veritas eſt, ſumus.

Item ſicut homo mortuus non habet ſenſus corporales, ita anima mortua in peccatis non habet ſenſus ſpirituales. Per fidem igitur dicitur vivere, quia ei redduntur ſenſus ſpirituales, imo fides eſt omnium ſenſus. *Ezech.* 11. Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum, ideſt reddam vobis ſenſum ſpiritualem per fidem. Sed in ſpiritualibus ſenſibus patet, quod eos amittit anima per peccatum, & recuperet per fidem. Ut in viſu, *Judic.* 16. Samſon excæcatus fuit. Et 4.*Reg.ult.* Sedechias excæcatus captus a Nabuchodonoſor, ideſt, a diabolo per peccatum: Sed per fidem redditur ei viſus ſpiritualis, ſecundum quod rogat, *Pſal.* 12. Illumina oculos meos. Similiter ſurdo redditur auditus ſpiritualis obedientiæ, ſecundum quod dicitur 1. *Reg.* 3. Revelavit Deus auriculam pueri Samuelis. Similiter eis, qui amiſerunt olfactum ſpiritualem, ſecundum quod dicit *Pſal.* 113. Nares habent, & non odorabunt, redditur per fidem olfactus.

Unde *Cant.* 1. In odore unguentorum tuorum curremus. Similiter eis, qui guſtum ad ſapiendum æterna non habent, ſecundum quod dicit *Eccleſ.* 1. Execratio peccatori cultura Dei.

Guſtus eis redditur per fidem, ut dicant cum *Pſ.*118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Et alibi, *Pſal.* 72. Quam bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde: Hoc eſt per fidem. Similiter per fidem redditur peccatori tactus ſpiritualis.

Recte ergo dicit: [Juſtus ex fide vivit,] quia per fidem unitur vitæ, ideſt Deo, & quia per fidem redduntur ei ſenſus ſpirituales.

Sic ergo primo oſtendit quomodo in Evangelio manifeſtatur una pars juſtitiæ, qua quid credendum, ſperandum, & faciendum. Inde ſubdit quomodo in eodem manifeſtatur altera pars, ideſt declinare a malo. Oſtendit enim quomodo Deus punit malos. Et ex hoc habemus, quod debemus divertere a malo. Continua ſic: Dico, quod juſtitia Dei in eo eſt, ideſt in Evangelio,

Δ *a* Revelatur

A miracula, *Marc.* 3. Dedit ei poteſtatem curandi
Expoſitio Gloſſ. omnem infirmitatem, & ejiciendi dæmonia, &c. ut nova facerent, qui nova prædicabant, *Marc. ult.* Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Virtute, facienti miracula. 1.*Cor.*4. Non in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute.

Qui quod tradiderant in reprehenſione veniebat, ideſt qui tradiderant, quod in reprehenſionem eorum veniebat, ideſt, quod erat reprehenſibile, vel propter quod ipſi erant reprehenſibiles.

Virtutis teſtimonio, ideſt nihil, quod dicerent miraculis confirmabant. Et dat ſalutem, ideſt docet præparati ad ſuſcipiendam gratiam, per quam eſt ſalus. Ut a ſecunda morte, *Can.Judæ*. Bis mortuæ, *Apoc.*20. Beati qui habent partem in reſurrectione prima, in his ſecunda mors non habet poteſtatem.

Item *Apoc.* 2. Qui vincit non lædetur a morte ſecunda. Signatus miniſterio crucis, ideſt ſacramento crucis, ut in baptiſmo in quo fit crux.

Quod in græco manifeſtum eſt, quia per hoc nomen, græco, apud græcos eſt nomen, quod idem ſignificat, quod Gentilis.

Eſſe ſub lege, ideſt ſub legalibus. Utpote etiam alios ſeducentes, quaſi dicat magis eſt neceſſarium evangelium Judæis, qui pejores ſunt, & ſic humiliat eos qui extollebantur de lege. Quia eſt ei, ideſt credenti. In juſtitiam, ideſt juſtificationem.

Quod clare oſtenditur, ſcilicet quod gratia eſt cauſa ſalutis.

Juſtitia Dei eſt qua gratis juſtificat impium. Imo miſericordia Dei juſtificat, juſtitia autem punit.

Solut. Juſtitia Dei poteſt ſumi intranſitive, i. juſtitia, quæ eſt Deus, & *h* qua in ratione cauſæ efficientis, & ſic eſt falſa, imo miſericordia juſtificat impium.

Vel poteſt conſtrui poſſeſſorie, & *h* qua formaliter conſtruetur, & ſic eſt vera, quia juſtitia cauſata juſtificat, ſicut aliquis eſt albus albedine.

Vel dic, quod juſtitia hic dicitur juſtificatio, qua, ſcilicet & in qua juſtificat, quia juſtitia quatuor continet gradus, gratiam, motum liberi arbitrii, contritionem, & remiſſionem peccati.

Unde quoad primum gratis, vel juſtitia ſumitur gratia, vel habitus omnium virtutum.

Sed quare dicit per fidem, cum ſit ſpecies juſtitiæ? Quia introducit alias.

Unde prudentia prima petit campum, &c. Alii dicunt, quod non neceſſario fides elicit omnem modum virtutis. Dicit tamen Apoſtolus, per fidem, quia natura eſt prima.

Velata eſt, & ideo Judæi neſcientes, habent pallium ſuper caput, quando ſunt ante rotulam, nos autem econverſo: Et per hoc ſignificatur, quod veritas, & juſtitia legis eis velata eſt.

Hoc etiam ſignificatum eſt, *Exod.*34. In velatione faciei Moyſi. In novo revelatur, & ideo revelato, & velato audimus Evangelium. Quia impertiendo eam. Ex hoc patet, quod juſtitia ſumitur hic pro juſtitia creata. Dum dat fidem, ſcilicet per ſacramenta, quæ conferunt gratiam, vel dat dum docet quid ſit credendum.

Unde *infra* 10. Fides ex auditu, &c. Qui crediderit, *Marc.ult.* ſalvus erit, ſalute gratiæ. Vel juſtitia Dei eſt, quia quod promiſit, dedit.

Si ergo, quod promiſit, dedit, & hæc juſtitia: ſed promiſerat ſe dare gratiam homini: Si enim convertatur, *Zach.*1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos: Ergo ſi non dat injuſte agit, ergo peccat, quod falſum eſt. Præterea ſic, quod promittit iſti gratiam ab æterno per præſcientiam, ergo tenetur ei ex juſtitia reddere, quod iterum falſum eſt.

Solut. Promittere Dei dupliciter dicitur: Promittere enim eſt, quod in præſcientia Dei ſuum, quod congruo tempore habet dare manifeſtum, ut patet per *Gloſſ. ad Tit. in princ.* Dicit enim, quia in ſe æterno ſuum erat antequam tempus eſſet.

Tali promiſſo non tenetur Deus juſtitia, niſi juſtitia large dicatur, ſicut nec ego ſi propoſitum habeo, quod dem tibi cappam.

Item promittere eſt velle ſuum declamare, ſicut fecit de filio ſuo per prophetas.

Tale promiſſum eſt juſtum, quod reddat ſupple manens promiſſum. Quod ideo dicimus, quia ſi non veniſſet non fuiſſet promiſſum, & ideo potuit non eſſet promiſſum. Negat Deum veracem, imo nullus eſt, qui non dicat, quod nunquam eſt mendax.

Sol. Cum Deus Pater promiſerit Filium ſuum, & Judæi negant miſiſſe eum, in hoc negant eum eſſe veracem in promiſſis.

Ex fide in fidem, ideſt qui tranſit ab articulo in articulum, & hoc appellat fidem. Propter omnes partes fidei, &c. Hinc videtur fides haberi pro articulo uno credito: Similiter charitas de uno homine dilecto.

Solut. Non eſt verum, quia fides communis eſt habitus, unde non eſt etiam fides informis, niſi credat omnes articulos fidei. Quod hic dicitur de fide in fidem, intellige de motu, ſicut illud de virtute in virtutem, vel intelligitur de Catechizatis, qui primo in uno articulo inſtruuntur, poſt in alio.

Ubi unus Deus colebatur, ergo Judæi habebant fidem unius Dei.

Sed econtra, *Act.*8. Qui cum veniſſent oraverunt, &c. *Gloſſ.* Quia ante in patrem credebant, & Spiritum ſanctum, 1.*Joan.*2 Fruſtra patrem colit, qui filium negat, ſed Judæi non fruſtra colebant, ergo filium non negabant.

Solut. Ideo dicitur, quod unum Deum colebant, quia *Deut.* 6. expreſſum erat: Audi Iſrael, Deus tuus unus eſt, & non erat expreſſum de Trinitate, tamen implicite credebant, ſed in novo teſtamento explicite habetur de Trinitate.

Dicit ergo: Ex fide veteris Teſtamenti, ubi unus Deus colebatur, in fidem novi teſtamenti, ideſt, oportet, quod quandoque moveatur in Deum unum, quandoque in trinum.

Ex fide primæ reſurrectionis, quæ eſt per gratiam, *Apoc.* 20. Beatus, qui habet partem in reſurrectione prima. Ex fide ſeminantium, *Joan.*4. Non ergo eſſet juſtitia fidei, &c.

Dixerat fides eſt eorum, quæ non videntur, &c. Inde concludit: Non ergo eſſet juſtitia fidei, &c. Ex hoc ſequitur,

Δ quod

Digitized by Google

Expoſitio Gloſſæ. A quod credere, quæ non videmus eſt juſtitia fidei. Contra *Joan.*16. Arguet mundum de peccato, & de juſtitia, &c. Ibi *Gloſſ.* Vera juſtitia eſt credere, quod non vides, ergo fides eſt juſtitia. Quid eſt ergo, quod dicit hic, juſtitia fidei, cum nihil ſit ſui ipſius. Præterea ſancti, qui ſunt in paradiſo ſecundum hoc non habent veram juſtitiam, quia quod credunt, non eſt eis abſconditum, ſed vident illud aperte.

Sol. Juſtitia fidei ſumitur intranſitive, ideſt quæ eſt fides. Fides enim eſt ſpecies juſtitiæ, ſecundum quod juſtitia large ſumitur. Fide enim reddit homo Deo, quod ſuum eſt, ideſt ſuum intellectum, ut plus credat Deo, quam proprio intellectui.

Ad illud, quod objicitur de his, qui ſunt in paradiſo, dicendum eſt, quod imo veriſſimam habent juſtitiam fidei, quia de illis etiam, quæ vident magis credunt Deo, quam ſibi, ſicut ille, qui in præſenti haberet juſtitiam fidei, ſi ea, quæ non videntur ab eo, & creduntur fierent et viſibilia, dum magis paratus eſſet Deo credere de eis, quam ſibi. Vel poteſt dici, quod juſtitia dicitur hic qua aliquis dicitur juſtus, & ſic ſumitur pro collectione virtutum.

Sed quia fides eſt prima omnium omneſque introducit, ideo dicitur juſtitia fidei, & ſic eſt ibi tranſitiva conſtructio. Miniſtratur, ideſt ſervitur. Niſi fruatur Deo, perfecte, quod dicimus, quia eſt in præſenti fruimur Deo, ſcilicet: Pro eo quod creditur, ideſt pro fide formata, & pro eo, quod creditur, ſic fides nihil aliud eſt, quam collectio articulorum.

Et hæc eſt fundamentum, *Hebr.*11. Fides eſt ſubſtantia, ideſt fundamentum Omnium bonorum, quæ ſperamus nos habituros. Alia vero dæmonum eſt, ergo dæmones fidem habent.

Ad idem *Jac.* 2. Dæmones credunt, & contremiſcunt, *Gloſſ.* Quod plus eſt. Ergo plus eſt credere dæmonum, quam hominum, ſed in homine credere eſt a fide informi, vel formata, ergo & in dæmonibus, ergo habent fidem. Præterea *Gloſſ.* Iſt eſt credere Deo, & credere Deum, & credere in Deum, & duo prima ſunt dæmonum, & hominum, ergo credere Deo dæmonum, ſed credere Deo eſt credere omnia verba de Deo, vel Deum veracem in omnibus, ſed Deus Chriſtus dicit:

Ego & pater unum ſumus, ergo diabolus credit hoc eſſe verum. Sed hoc credere non naturæ ſolum, quia ſupra naturam eſt. Similiter neque vitii, quia hoc meritorium eſt gratiæ, ergo dæmones habent gratiam, ergo fidem.

Item *Ezech.* 28. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum. Sardius, Topazius, Jaſpis, &c. *Gloſſ.* Jaſpis ideſt, viror fidei, ergo habent virorem fidei, ergo fidem. Contra fides, ſive informis, ſive formata virtus eſt.

Sed dicit *Aug.* quod virtus eſt, qua nemo male utitur, ergo fide diabolus non poteſt male uti, ergo non omni motu ſuo diabolus peccat.

Contra 2.*Cor.*6. Quæ conventio Chriſti ad Belial, *Gl.* Diabolus omnia male agit, ſicut Chriſtus omnia bene.

Sol. Dicunt magiſtri, quod hæc verba non *Aug.* ſunt, ſed magiſtri. Suſtinendo tamen, quod ſunt verba *Aug.* dicendum eſt, quod diabolus non habet fidem informem, ſed diſtinguendum eſt nomen fidei, quia fides quandoque dicitur ipſe habitus, quandoque motus, ſicut ibi, fides eſt credere, quod non vides. Dicendum eſt igitur, quod hic diſtinguitur motus fidei, non fides.

Unde quod dicitur hic: Alia eſt dæmonum, &c. hæc non eſt alia fides, nec aliud credere eſt dæmonum, & nomine tenus Chriſtianorum, ſed hæc eſt differentia, quia credere in dæmonibus non ſurgit a fide informi, vel formata, ſed a flagellis, in homine autem ab habitu formato, vel informi. Ad illud autem, quod opponitur: Dæmones credunt, & contremiſcunt, & dicit *Gloſſ.* quod plus eſt dicendum quod hoc dicitur, quod ex illo motu credendi generatur in eis timor, ſed licet quidam mali homines credant, tamen ex hoc non generatur in eis timor.

Ad aliud, quod opponitur, quod credere Deum, & credere Deo ſunt dæmonum, & hominum dicendum, quod dæmones credunt vera eſſe, quæ dixit filius Dei in univerſali, tamen in particulari non credunt eſſe vera.

Unde non credunt, quod filius Dei dixerit hoc: *Ego,* & pater unum ſumus, ſecundum quod nos credimus hoc, & ſi audiret Deum dicentem hoc, diceret verum eſt, ſed reſpondet non eſſe verum, ſicut tu credis Chriſtiane. Si iterum objiciatur, quod dæmones dicant in Evangelio: Fili Dei, ut quid veniſti ante tempus torquere nos, & ita credebant eum eſſe filium Dei.

Dicendum eſt, quod non credebant, quod eſſet filius Dei per unionem, ſed quia melius modo erat ibi, quam in alio homine.

Ad illud Jaſpis eſt viror fidei, dicendum quod ibi ſunt quædam *Gloſſ.* ex ſuperabundanti, quod patet per quamdam aliam *Gloſſ.* quæ dicit: Significat fideles, qui ſunt redempti ſanguine, &c.

Primo enim exponitur de rege Ægypti, ſecundo de diabolo, tertio de Angelis. Dicendum ergo: Viror fidei, ideſt comprehenſio, quæ ſuccedet loco fidei. Vel appellat virorem fidei quemdam naturalem habitum ad credendum in Diabolo, ſi fidem haberet. Nomine tenus chriſtianorum, qui habeat nomen Chriſtiani, & non rem. Quia ſociam non habent charitatem; ergo charitas prima eſt, & cauſa omnium virtutum.

Contra 1.*Tim.*1. Charitas eſt finis præcepti de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Ergo de fide charitas, ergo fides cauſa charitatis, non igitur charitas cauſa fidei.

Præterea, aut loquitur Apoſtolus de fide informi, aut formata. De informi non, quia talis non generat charitatem, ſed de formata, ergo fides formata præcedit charitatem, ergo charitas non informat fidem.

Præterea, aut ſumitur forma informans rem, vel ut paradigma, ſive exemplaris.

Si informans, ergo charitas eſt in omni ſubjecto in quo virtus, cum informet virtutem, ſed virtus in omni vi animæ, ergo charitas eſt in ratione, quod falſum eſt. Si ſumitur, ut paradigma, ergo præcedit omnem virtutem, & ita fidem, quod falſum eſt.

Præterea informat fidem, & ſpem, ergo non recipit numerum cum illis.

Contra 1.*Cor.*13. Nunc autem tria hæc, fides, ſpes, charitas, major autem horum eſt charitas.

Sol. Quidam dicunt, quod hæc verba ſunt magiſtralia, ſed poteſt ſuſtineri, quod ſint ſanctorum, dicendo quod nomen charitatis quandoque eſt nomen ſpecialis virtutis, quandoque nomen generale. Hic autem ſumitur, ſecundum quod nomen eſt generale ad omnes virtutes, & ſic eſt forma omnium.

Virtus enim dicitur virtus inquantum munit nos contra peccata, dicitur gratia inquantum gratis datur a Deo, dicitur autem amor inquantum unit nos Deo. Sic omnis virtus eſt amor, ſecundum quod dicit Auguſtinus: *Brevis,* & ſumma definitio virtutis ordo amoris, ideſt, amor ordinatus.

Vel dicitur forma omnium, quod facere propter Deum eſt proprie charitatis, & ipſa omni alii virtuti dat hoc, & ab hoc informatur omnis virtus, quia ergo aliæ virtutes mutuant finem ſuum ab ea, ideo dicitur forma earum. Hæc eſt fides catholica, &c. ideſt collectio articulorum. Sed ſi articuli eſſent enumerabilia, cum enumerabilia ſint infinita, & ita impoſſibile eſt omnia credere, jam impoſſibile eſſet aliquem ſalvari, & ita falſa eſt opinio illa, quæ dicit, quod enumerabilia ſunt articuli.

Solutio. Suſtinendo illam opinionem, dicendum quod ſi ſunt infinita, *ſi* hæc demonſtrat ea in ſpecie, non in numero.

Solet autem a quibuſdam inquiri, utrum illa informis, &c.

Hic eſt quæſtio, utrum naturalia fiant gratuita, id eſt, naturales habitus gratuiti. Ad hoc duplex eſt opinio. Quidam dicunt, quod ſic, dicentes, quod fides informis differt a formata ſecundum intentionem tantum, & quando quis cadit a fide formata, hoc dicitur, quia remittitur in eo fides, ſive habitus ille ad credendum. Alii dicunt, quod naturalia non fiunt gratuita.

Et hoc dupliciter, quia quidam dicunt, quod adveniente fide formata, perit fides informis, ſicut adveniente majori lumine evaneſceret minus lumen.

Si objicitur, quod cadente eo a fide formata ſtat, quod adhuc habet fidem informem, ergo videtur, quod non pereat adveniente formata. Dicendum eſt, quod hoc eſt a liberalitate Dei.

Alii dicunt, quod fides formata degenerat in informem, nunquam tamen fuit hæc illa, ſicut Scabro nunquam fuit equus, licet equus per putrefactionem degeneravit in Scabronem.

Alii dicunt, quod fides informis non ſit formata, nec perit adveniente formata, ſed ſimul manet cum ea.

Si quæras, movetur ne utraque, & ad quid remanet? Dicunt ad hoc, ut ſi cadat a formata, habeat quo credat Deo.

Dicunt etiam, quod quandoque movetur motu hujus, quandoque motu illius, & ideo nemo poteſt ſcire utrum habeat fidem formatam, ſicut neque utrum dilectionem, quæ eſt charitas. Utrumlibet, neutrum, ergo ſimpliciter eſt aſſerendum. Sed utrumque poteſt ſuſtineri pro loco, & tempore. Merces fidei eſt videre, &c. Ergo aliquia

A *a* Revelatur enim,] ideſt, quia. *b* Ira Dei,] quæ punit peccatores.
d Super omnem impietatem, & injuſtitiam,] qua iratus hominibus punit eos propter impietatem eorum, & injuſtitiam. *a* Revelatur,] in eo, ideſt in Evangelio, & ſcriptura. Unde *Zac.*5. Quid tu vides? & dixi, ecce video volumen volans, &c. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio, &c.

C

a Revelatur enim *b* ira Dei *c* de cœlo *d* ſuper omnem impietatem, *e* & injuſtitiam hominum *f* eorum, qui veritatem Dei in juſtitia *g* detinent,

In Sacra enim Scriptura determinatæ ſunt omnes pœnæ impiorum. Unde *Ezech.*2. Et in libro ſcriptæ erat lamentationes, carmen, & væ, ideſt, pœnæ pœnitentium, & eorum qui ſunt in purgatorio, & præmia bonorum, & pœnæ reproborum. Ita dico Dei venientis
c De cœlo,] ideſt, oſtenditur in ſcriptura quomodo veniet Deus iratus de cœlo ad judicium.

Unde *Mich.*1. Ecce Dominus egredietur de loco ſancto ſuo, & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ. Et *Pſ.* 75. De cœlo auditum feciſti judicium, terra tremuit, & quievit. Alia *littera*: De cœlo jaculatus es judicium.
d Super omnem impietatem,] ideſt, ſuper omne peccatum quo peccamus in Deum.
e Et injuſtitiam,] quo peccamus in nos, & in proximum. *Pſal.*105. Cum patribus noſtris injuſte egimus, iniquitatem fecimus, quo ad nos, proximum, & Deum.

Vel cum pietas ſit Theuſebia, per impietatem intelligitur oppoſitum, i. infidelitas; per injuſtitiam omne aliud peccatum contra Deum, ut eſt etiam peccatum præſumptionis, & deſperationis.

Vel impietas dicitur omne peccatum cordis, injuſtitia omne peccatum operis. Vel ſic: *b* Ira Dei revelatur de cœlo] i. per hoc, quod videmus cœli pulchritudinem, magnitudinem, conſervationem in uniformitate motus.

Per uniformitatem enim motus, & conſervationem cœli, quod tantum eſt, & tam pulchrum, oſtenditur ſumme bonus; & ex hoc, quod ſumme bonus, oſtenditur quod odit malum, & ita, quod vult punire malum, voluntas autem puniendi malum ira Dei dicitur. Per pulchritudinem, ſumma Dei ſapientia, per magnitudinem potentia, per conſervationem bonitas, & ita, quod vult, & ſcit, & poteſt punire malum:

Sic ergo de cœlo per hæc tria revelatur ira Dei, ideſt, quomodo iratus puniet malos.

Unde *Pſal.*49. Advocavit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum. Hi erunt docti advocati in die judicii, *Deut.* 31. Invocabo ſuper vos cœlum, & terram.
f Eorum, qui veritatem Dei,] ideſt veram de eo cognitionem.
g Detinent,] ne eam habeant. Et reſpondet Anthipophoræ, quæ ei poſſet fieri. Tu dicis, quod ira Dei revelatur de cœlo ſuper, &c. Hoc verum eſt quantum ad Judæos, qui cognitionem Dei habuerunt, non quantum ad nos qui ipſius cognitionem non habuimus. Imo reſpondet, quia quod non habuiſtis ſuit ea injuſtitia veſtra. Quare multi non percipiant veritatem ſcientiæ, nota quod duplex eſt veritas, ſcientiæ & vitæ. Veritatem ſcientiæ ne ad eos veniat detinens multis modis. Primo eos ſuum in immunditiis inquinando. Unde *Sap.*1. In malevolam animam non introibit ſapientia. Sicut enim lupus poſtquam ſpeluncam ſuam inquinaverit, nunquam poſtea intrat, ita nec ſapientia in cor inquinatum. Item detinent eam carnaliter ſapiendo de Deo 1.*Cor.*2. Animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt. Ut Judæi, qui audientes illud *Pſal.*35. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos, intelligunt ad litteram. Item naturales rationes in divinis ſectando, cum ſuper omnem rationem oporteat aſcendere, qui ad veram de Deo ſcientiam vult attingere. Juxta illud *Thren.*3. Levabit ſe ſuper ſe. Unde *Exod.* 16. Non habuerunt filii Iſrael manna quouſque defecit farina, quam aſportaverunt de Ægypto, ideſt rationes de mundana ſapientia.

Multi non percipiant veritatem ſcientiæ.

Item nimis ſubtiliter inveſtigando, *Pſal.*63. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Et *Cant.*6. Dicit ſapientia: Averte oculos tuos, quia ipſi me avolare fecerunt, ab intellectu, *Pſal.*63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.

Item quidam eam detinent ſophiſmatibus, & perplexitatibus involvendo, cum tamen dicatur, *Eccleſ.*24. Qui elucidant, me vitam æternam habebunt. Non dicit, qui obſcurant, quia tales a contrario mortem æternam habebunt, *Eccl.*4. Non abſcondas ſapientiam in decore ejus, ideſt, in ornatu verborum. *Prov.* 11. Qui abſcondit frumentum, maledicetur in populis. Tales ſignificantur *Gen.* 25. per Allophylos, qui apertos puteos terra impleverunt. Sed *Gen.*29. Jacob amovit lapidem quo claudebatur os putei, ut poſſent bibere pecora.

Item quidam detinent veritatem inutiliter inquirendo, *Eccleſ.*3. In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. Similiter veritatem vitæ detinent multi in injuſtitia, ut illi, qui nolunt eam exterius oſtendere per bonum exemplum, ne dicantur Hypocritæ, cum tamen dicatur in *Pſal.* Levate ſignum ad populos, ideſt bonam vitam per exemplum, quæ eſt ſignum habendi vitam æternam, & eundi ad eam. Item multi libenter ſcrutarentur veritatem vitæ, ſed malum exemplum litteratorum, & religioſorum tenet eam, quaſi in carcere.

Unde *Thren.* 4. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, &c. quaſi in carcere poſitus. Unde *Pſal.*59. Deus non exibis in virtutibus noſtris. Item detractores eam detinent in injuſtitia, quia multi ſunt, qui propter eos non audent benefacere, *Iſa.* 59. Corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, quoniam veritas facta eſt in oblivionem.

A *a* Quis

A poteſt mereri vitam æternam. Ex hoc etiam videtur quod Angeli modo non merentur, quia vident Deum facie ad faciem.

Expoſitio Gloſſæ.

Et verum eſt, quod in hoc non merentur, ſed in hoc, quod nobis miniſtrant.

In hoc autem merentur particularia gaudia non ſubſtantiale præmium. Eodem ſpiritu, ergo ſi non loqueretur eodem ſpiritu, non liceret ei mutare verba. Sua diſpoſitione, ideſt ordine quo vult. Tanquam deciderunt, ad modum decidentium fuerunt.

Vel, ideſt fuerunt, quaſi decidentes. Deſilirent in lapides, in offendendo corde in idola lapidea, facti lapidei, ideſt, duri, & inſenſibiles. Vel ſic:

Conteſtetur tanquam deciderunt in lapides, ubi non requieſcerent ſecundum priorem ſtatum ante converſionem. Jactabant bonam naturam, dicentes ſe poſſe ſalvari per ſola naturalia.

Per ignorantiam dicentes, non debuimus damnari, quia non habuimus fidem.

Ex impietate eſt injuſtitia, ideſt ex infidelitate mala operatio, & inde vindicta. Sed judicium, ideſt, voluntas puniens, ſive ſententia, vindicta. Pœna peccato, ideſt pœna peccatori pro peccato. Super omnes impietatis, & injuſtitiæ partes.

Unde *Eccleſ.ult.* Cuncta adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum ſit. Et *Ezech.*26. Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciam ſuper te gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans, &c.

Ibi *Gloſſa*: Pro ſingulis, & minimis cogitationibus, quæ ſunt quaſi pulvis in fundamento punietur mundus.

Quod accuſat eos, imo & pugnabit contra eos. *Sap.*5. Pugnabit cum eo orbis terrarum contra inſenſatos, &c. Poſſit cognoſci. *Sap.*13. A magnitudine ſpeciei, & creaturæ poterit creator horum cognoſcibiliter videri.

Diſſimulant a veritate, ideſt, recedant. Detinent, ne veniat ad eos.

Cum ſponte ſe eis offerat. *Hebr.* 12. Tanquam filiis vobis ſe offert Deus. *Sap.*6. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia, & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & invenitur ab his, qui quærunt eam, quæ præoccupat, qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat. *Apoc.*3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo.

Idolum opus fabri. Auguſtinus dicit *in lib. de vera relig.* quod Socrates occiſus fuit, quia noluit adorare idola, quia erant tantum opus hominis, & dixit ſe potius adorare canem, quia erat opus naturæ.

Contra idololatras habetur, *Iſa.*41. & 44. *Baruc.* 3. & 6.

Et *Sap.* 14. Nonne fabrum adoraret, &c. Ergo & tu debes adorare Deum qui fecit te, non idolum, quod feciſti.

Unde, ideſt quomodo. Ad quos, ideſt gentiles. Sicut populus Iſrael, recepit ſupple, *Exod.* 19. Ut de miniſterio, ideſt ſacro ſecreto.

Redemptionis, & incarnationis. Sed quare potius dicit de illis, quam de aliis, quia multo minus ſciri poteſt, quod Deus ſit Trinus, & unus.

Dicit enim Auguſtinus, quod hoc pertinet ad donum ſapientiæ, illa autem ad donum ſcientiæ. Donum enim ſapientiæ de altioribus, & difficilioribus eſt, quam donum ſcientiæ, ergo hoc dicit, ut arguat a minori, ſi non poſſumus

A ſcire

Digitized by Google

Δ *a* Quia quod notum eſt Dei,] Dixerat: Detinent veritatem, ideſt, Dei cognitionem, & ne diceret quis, quia eam non habuerunt.

Reſpondet imo: [Quia quod notum eſt Dei,] ideſt, notitia, quæ poteſt haberi de Deo. *b* Manifeſtum eſt in illis,] ideſt, in creaturis, vel ideſt, in illis ductu rationis, quia in ſe habent, unde cognoſcere poſſunt, quod eſt de Deo cognoſcibile. *c* Manifeſtavit illis.] per creaturas.

a quia quod notum eſt Dei, *b* manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis † *c* manifeſtavit. *d* Inviſibilia enim ipſius a creatura mundi *e* per ea quę facta ſunt, intellecta *f* conſpiciuntur,

al. † revelavit.

Unde *Sap.* 13. A magnitudine enim ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit eorum creator videri. Sumptum eſt de *Job* 12. Interroga jumenta, & docebunt te; & volatilia cœli, & indicabunt tibi.

d Inviſibilia enim] Dei. Habitum eſt, quod juſtitia revelatur in Evangelio, & hoc quantum ad utramque ſui partem. Quantum ad primam, quod eſt recedere a malo, *ibi* [Revelabitur enim ira, &c.] quantum ad ſecundam, *ibi*: [Quia quod notum eſt Dei,] ut quod ipſe remunerator eſt bonorum, qui accingimur ad bene operandum.

Unde quod ante dixerat: Ex fide in fidem, & juſtus ex fide vivit, erat quaſi commune ad iſta duo. Fides enim eſt credere pœnam malorum, & remunerationem bonorum.

Sed poſſet objici Apoſtolo: Verum eſt, quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis in quantum, qui Evangelium habuerunt.

Unde ſubdit: (Deus enim illis manifeſtavit.) Et quomodo hoc oſtendit. (Enim,) ideſt, quia.

d Inviſibilia Dei,] ideſt, Deus inviſibilis, vel, ideſt, ſapientia, potentia, bonitas.

f Conſpiciuntur intellecta a creatura mundi,] ideſt, ab homine. *e* Per ea quæ facta ſunt,] ideſt, per creaturas. Quod autem Deus ſit inviſibilis, habetur 1. *Tim.* 1. Regi autem ſæculorum immortali, inviſibili, ſoli Deo. Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt. *Iſ.* 45. Vere tu es Deus abſconditus. Propter hoc dicitur *Jo:* 1. Deum nemo vidit unquam. Et ipſe Dominus dicit *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet. Sed hic eſt quæſtio, cum Deus ſit omnibus modis ſimplex, & incompoſitus, quare dicit pluraliter inviſibilia, imo inviſibile, quia dicit *Jo: Damaſc.* Deus enim ſimplex eſt, & incompoſitus. Et ſolvit in *Gloſſ.* quare hoc facit, quia Deus multis modis cognoſcitur, licet omnino ſit ſimplex. *d* Inviſibilia enim Dei,] & ea, quæ ſunt Dei, qui eſt inviſibilis. *f* Conſpiciuntur,] a creatura mundi, ideſt, ab homine. Unde *Sap.* 13. Si enim tantum potuerunt ſcire, ut poſſent æſtimare ſæculum, quomodo hujus Dominum facilius non invenerunt? Et *in eod.* Sciant quanto his dominator eorum ſpecioſior eſt, ſpeciei enim generator omnia hæc conſtituit, aut ſi virtutem, & opera eorum mirati ſunt, intelligant quoniam qui hæc fecit, fortior eſt illis. Sic ergo per creaturas cognoſcitur creator.

Sed videtur, quod e converſo potius debeat eſſe, ut per creatorem creaturæ. Quia dicit Auguſt. *in* 15. *lib. de Trin.* 8. Incorruptibilem ſubſtantiam ſcio eſſe ſapientiam, & lumen. Si ergo creator eſt lumen, eſt ſpirituale, & ſicut per lumen oculis corporis video parietem, & non e converſo, ita per creatorem intelliguntur creaturæ, & non e converſo.

Sol. In lumine, quod eſt Deus omnia videntur, quæ intelliguntur, tamen ipſum lumen non videt anima, niſi poſtea quando recurrit ad ſeipſam, & per ſe ad creatorem.

Unde *in* 8. *lib. de Trin.* 1. Noli quærere quid ſit veritas, ſtatim enim ſe opponunt caligines imaginum corporalium, & nebula phantaſmatum, & perturbant ſerenitatem qua primo ictu diluxit tibi cum diceretur veritas. Ecce in primo ictu, quo velut coruſcatione perſtringeris cum diceretur veritas: mane ſi potes, ſi non potes relaberis in iſta ſolita atque terrena. Audita ergo veritate ſtatim cognovit, quid ſit, quoniam illa lux vera, & æterna, quæ Deus eſt; ſed quando poſt vult inveſtigare, ſtatim deficit, ſicut in luce, quæ maxime eſt viſibilis, tamen de ea quid eſt multæ ſunt opiniones, quicquid ergo intelligitur, per lumen increatum intelligitur, ſed non perpenditur, quod per illud, ſed poſtea quando a creaturis convertitur anima ad creatorem.

Unde ſic dicitur 1. *Cor.* 13. Nunc videmus eum per ſpeculum in ænigmate. Et ipſe eſt ſpeculum ſine macula, ut dicitur *Sap.* 7. Et eſt ſicut videmus ſpeculum per ſpeculum; v. g. Aliquis habet raſam coronam, vult eam videre, accipit ſpeculum, & ponit ante oculos, non videt; poſtea accidit aliud ſpeculum, & ponit ſupra coronam in quo reſultat ſpecies coronæ, & ab illo in aliud ſpeculum, & ſic videt coronam, & conſtat, quod per primum ſpeculum, conſiderans ergo quod per primum non videbat, & modo videt recurrit ad aliud, per quod videt, & ſic videt ſpeculum quod ſupra. Sic enim in anima cognoſcit creaturas per lumen, quod Deus, &

▲ non tunc

Δ ſcire myſterium incarnationis, & redemptionis, multo minus, & unum Trinum Deum eſſe, Sicut Dominus. *Matth.* 25. Arguit peccatores de operibus miſericordiæ, quæ minora ſunt, ad innuendum, quod multo diſtrictius arguet de aliis. *Extractio Gloſſ.*

Vel dicendum, quod etſi abſconditum ſit a corde noſtro, quod Deus Trinus eſt, & unus, tamen quia anima habet in ſe veſtigium Trinitatis, & nullus habet in ſe veſtigium illorum aliquo modo, ideo potius poteſt attingere ad illud, quam ad iſtam. Creaturæ enim aliquo modo ducunt ad notitiam Trinitatis, per unitatem, veritatem, & bonitatem, vel per magnitudinem, pulchritudinem, perpetuitatem. Ignotum vero Dei eſt ratio ſubſtantiæ ejus.

Sed minime per narnralem rationem attingit homo ad hoc, quod verus Deus eſt, & ſumme bonus, & cum ipſe ſit ſimpliciſſimum quid non poteſt verius explicari ratio ſubſtantiæ ejus, niſi ſic Deus eſt, quod veriſſime eſt, vel Deus eſt, quod ſummum bonum eſt, & hoc per rationem eſt hominis. Sol. hujus patet per *Jo: Damaſc.* Quoniam igitur eſt manifeſtum eſt, quod vero eſt ſecundum ſubſtantiam, & naturam incomprehenſibile eſt omnino, & ignotum. Deus enim modo non cognoſcitur, niſi per ſpeculum, & privationem, de ipſo enim cognoſcimus quid non eſt, ſed quid vere ſit, non cognoſcimus. Et hæc eſt ratio ſubſtantiæ ejus. Cognoſcimus enim eum per privationem corruptionis, & mutabilitatis, quoniam incorruptibilis, immutabils, immortalis & hujuſmodi.

Unde non cognoſcimus, quod eſt ſumme bonus per ipſam ſummam bonitatem, ſe per defectum noſtræ bonitatis, & aliarum creaturarum Myſterium humanæ liberationis, ignotum eſt. Opus fecit, quod opificem, &c. Ergo ſecundum hoc opera Dei ſunt medium ad cognoſcendum Deum; ergo ſapientia, quæ proprie Deum cognoſcit, convertitur ad terram conſidetaus ea, ut per ea cognoſcat Denm, & ita cognoſcit Deum per medium, non ergo eſt proprie in Deum ſi primo in creaturam.

Sol. Opera fuerunt adminiculantia, ſive motiva, & excitativa rationis humanæ, ut erigeret ſe ad cognoſcendum Deum. Vel dicendum, quod duplex eſt medium: Quoddam per modum ratiocinationis ſive ſyllogiſmi, & oportet quod tale medium prius apprehendatur antequam aliquid cognoſcatur per illud: Et eſt medium ſimplicis apprehenſionis, de quo non oportet, quod apprehendatur ad hoc, quod per ipſum cognoſcatur aliquid, patet idolo coloris, quo ducitur viſus ad ipſum colorem.

Hoc modo poteſt concedi, quod ſapientia cognoſcit Deum per medium, ſed Philoſophi cognoſcunt Deum per donum ſcientiæ, ſive intellectus, & per medium rationis. Ut per certum incertum, &c. ideſt, per mundi Machinam Deus.

Bern. Sane hac ſcala cives cœli non egent, ſed nos exules, quia creatura cœli in verbo conſpicit facta per verbum, nec opus habet ex his, quæ facta ſunt factoris notitiam mendicare. Ab his, ideſt, ab hominibus. De creatore, Sumptum eſt de *Job* 12. Interroga jumenta, & docebunt te. Ex arte, ideſt, ex re artificioſe facta, nec ex diverſitate, ideſt, ex diverſis Deus cognoſcitur in univerſo, ut hoc nomine ens. Unde *Jo: Damaſc.* Dic filiis Iſrael: Qui eſt, miſit me. Totum enim in ſeipſo comprehendens, hoc eſt habens velut quoddam pelagus infinitum & determinatum per privationem. *Jo: Damaſc.* Incorruptibile verum, & ſine principio, ingenitum, & increatum, quod non eſt ſignificans per effectum, quia bonus, quia juſtus, & hujuſmodi. Idem *Jo:* Bonum verum & juſtum, & ſanctum, & quęcumque talia ſequuntur natura, ſignificant ſuam naturam per id, quod ſequitur eam per habitudinem ad creatura. Unde idem: Dominus res, & quæcumque talia ſunt, habitudinem ad ea, a quibus diſtinguitur, oſtendit per metaphoram. Et iſte modus non diſtinguitur a prædictis modis, ſed generalis eſt. Leo, vitulus, aries, & hujuſmodi, vel reducitur ad illum modum, qui eſt per effectum. Per ea quæ facta ſunt cognoſcitur, quod æternus ex perpetuitate creaturarum, &c. Perpetuum enim eſt, quod habet principium, & caret fine.

▲ Unde

a non tunc Deum, ſed poſtea conſiderans, quod cognoſcat eps per aliud, recurrit ad illud, & ſic ad ultimum per ſpeculum creaturarum cognoſcit illud ſupremum ſpeculum, quod eſt Deus.

Vel ſic poteſt legi: (Inviſibilia ejus conſpiciuntur intellecta per ea, quę facta ſunt a creatura mundi) ideſt, a creatione mundi, & ſic eſt determinatio perfecta ibi, per ea, quæ facta ſunt a conſtitutione mundi. *a* ſempiterna quoque ejus virtus, *b* & divinitas, *c* ita Primo autem determinabat hoc, quod dico, (intellecta) Hæc dictio determinat, quæ ſunt invibilia, dicens:

a Sempiterna] Et quia Deus cognoſcitur duobus modis in creaturis, & in ſe.

Unde ſecundum hoc habemus duo dona, donum ſapientiæ quo cognoſcitur Deus in ſe, ut quod eſt Trinus, & unus; & donum intellectus, quo cognoſcitur in comparatione ad creaturas, ſecundum quod dicitur Dominus creator, remunerator, puniens, & hujuſmodi, quia in quantum duobus modis cognoſcitur Deus ſubdit: (Sempiterna quoque ejus virtus,] Deus enim dicitur virtus in quantum operatur, vel effectum habet in creaturis.

Unde *Sap.* 7. Omnem habens virtutem. Sic cognoſcitur per donum intellectus.

b Et divinitas,] ſic cognoſcitur per donum ſapientiæ.

c Ita] inquam, cognoſcuntur inviſibilia Dei per ea quæ facta ſunt. Omnia enim clamant, Deus me fecit.

A *a* Ut ſint

A Unde cum Dominus ſit cauſa perpetuorum & cauſa potentior ſit, & abundet a ſuo effectu, per hoc patet, quod Deus æternus eſt. *Expoſitio Gloſſ.*

Sed objicitur, quia ſola anima, & Angeli ſunt creaturæ perpetuæ, Philoſophi autem nihil de his cognoſcunt, ergo neque per eas Deum. Et ad hoc dicunt quidam, quod reveta nihil perfecte cognoverunt de anima, ſed crediderunt.

Sed contra: Anima maxime ſibi præſens, & ſeipſam intelligit, ergo cum fides ſit de non præſentibus, ſive de his quæ non videntur, non poteſt eſſe fides de anima.

Unde ſolvendum eſt per illud, quod dicit *Greg.* ſuper *Job* 4. Stetit quidam, cujus non agnoſcebam vultum, &c. Vix conando depreſſa ſpecie corporali ſe cognoſcit, & ſic ſit ei, & ut æternam ſubſtantiam cogitet omnibus phantaſiis abjectis, aliquatenus eam conſpicit, ſed non quid ſit, ſed quid non ſit. Unde per æternitatem Dei perpetuitatem animæ cognoverunt. Sed quia animam imperfecte, ideo & æternitatem imperfecte. Sed tamen ſufficit illa cognitio Dei ad hoc, quod Deum diligerent, quia per hoc cognoverunt, quod erat ſumme bonus. Ex quarum etiam gubernatione qua tenet unumquodque in ordine ſuo, nec aliquid deeſt alicui. Unde illud: Per quem nec ales eſurit.

Sed tantum ea vi mentis, &c. Et ita nulla vis animæ comprehendit Deum niſi ſolus intellectus. Et quo etiam quoad partem ejus ſuperiorem, & ideo ibi ſolum imago Dei. Non ſolum ab Angelis, ergo Angeli conſpiciunt inviſibilia per ea, quæ facta ſunt, ergo vident Deum per ſpeculum, & in Ænigmate, ſed Ænigma obſcura allegoria eſt, ut dicit *Aug.* ergo obſcure vident Deum, ſicut nos, ergo habent fidem, quod falſum eſt. Sol. Dic quod Angeli facie ad faciem vident Deum, & in ipſo creaturas, non per creaturas Deum. Sed contra: Duplicem habent cognitionem, matutinam, qua in Deo cognoſcunt creaturat, & veſpertinam per quam creaturas cognoſcunt in ſe, ergo cum in creaturis reluceat veſtigium Trinitatis, in creaturis vident Deum. Et ad hoc dic, quod non vident per creaturas Deum, & hoc impediente perſpicacitate intellectus eorum. Sicut lignum putridum propter † minimam lociditatem de die non lucet. Unde quod a nobis videtur de nocte lucere, hoc eſt partim a defectu noſtro, ſive ab imbecillitate viſus noſtri. Similiter cum ſingulis ſit humanus intellectus per peccatum obſcuratus, non poteſt Deum in ſe conſpicere, & ideo ei relucent creaturę in quibus veſtigium Trinitatis, Angelo non, quia non ſic habet debilitatum intellectum. Quod autem dicit hic, non ſolum ab Angelis ſupple conſpicitur, & non dic per creaturas. Quia excellit inter alias creaturas. Contra: Angelus habet Deiformem intellectum, ut dicit Dionyſius, ergo ſimilior eſt Deo, quam homo, ergo melior homine. *al. † aliam* [?]

Sol. Inter alias creaturas mundi ſenſibilis, ideſt, inferioris mundi. Prædicate Evangelium. *Marc. ult.* Quia per cœlum, & terram, & alias creaturas, ergo aer, & aqua ſunt creaturæ perpetuæ. Dic per alias creaturas intelligi animam, & Angelum. Qui incommutabiliter, ideſt, qui incommutabilis, & ſimplex. Conſpecta mentis intelligitur, ita quod ſentiri. De tertio genere eſt viſio. Ergo Philoſophi cognoverunt Deum intellectuali viſione, ex quo oſtenditur, quod rapti fuerunt uſque ad tertium cœlum, ſicut Apoſtolus, quia ſuper illud 2. *Cor.* 12. Scio hujuſmodi raptum uſque ad tertium cœlum, dicit *Gl.* Hac viſione quæ dicitur intellectualis, ea cernuntur, quæ nec corpora, nec ulla gerunt corporum formas.

Hoc eſt tertium cœlum, ideſt, viſio qua videtur Deus, ad quod raptum ſe dicit Apoſtolus. Et hoc modo viderunt Philoſophi Deum, ut hic dicitur, ergo rapti fuerunt uſque ad tertium cœlum.

Sol. Hic fallunt poſtillæ in exemplificando. Unde dicendum, quod hæ viſiones dicuntur duobus modis, & uno modo dicuntur cœli, alio modo non. Uno enim modo dicitur viſio corporalis, ſecundum quod video parietem imaginarium, ſecundum quod cogito de pariete per ſimilitudinem rerum ſenſibilium intellectualium, ſecundum quod apprehendo res per ſpecies ſuas, ſic non dicuntur cœlum. Et hoc modo ſumitur hic. Et ideo non ſequitur, quod Philoſophi rapti ſint uſque ad tertium cœlum. Alio modo dicuntur cœlum, ſecundum quod viſio corporalis dicitur, quando aliquis videt ſenſu corporis, quod alius videre non poſſet ſecundum quod Balthaſar vidit manum ſcribentem in pariete. Et 4. *Reg.* 6. Vidit Heliſeus exercitum, quem puer non.

Item viſio imaginaria, quæ cœlum dicitur, ſit quando in imaginationem reſultant ſpecies rerum per applicationem ſpiritus ad ſpiritum, non ſecundum quod ſpecies fuerint in anima a ſenſibilibus.

Item viſio intellectualis, quæ cœlum eſt, ſit quando anima rapitur, ut Deum non jam per ſpeculum, ſed in ſeipſo, & per ipſum contempletur, hoc eſt tertium cœlum, quam nullus habuit, niſi Paulus. Hac viſione videtur Deus maxime eum per pietatem, ideſt, per Theoſebiam, quæ eſt cultus Dei, comprehendit fidei, ſpei, & charitatis cultum. Fide enim colimus Deum, ei magis, quam nobis, imo ſuper omnia credentes, ſpe in ipſo ſuper omnia ſperantes, & charitate eum ſuper omnia diligentes. Nominat autem in tantum fidem, quia cultus ſpei, & charitatis ex fide generatur; quia enim Deum credimus largiſſimum, in ipſo ſperamus; quia credimus ſumme bonum, eum ſumme diligimus.

Et agnitionem, quæ eſt per experientiam. Corda mundantur. *Matth.* 5. Beati mundo corde.

b Et divinitas,] ideſt, bonitas Dei. Videtur, quod potius deberet dici, ideſt, potentia, quia primus in orbe Deos fecit timor, non amor, & non timetur quis, niſi per potentiam, ergo per divinitatem intelligitur potius potentia quam bonitas. Præterea quare non dixit, ideſt, ſapientia. Sol. hujus habetur per verba Damaſceni dicentis: Secundum vero nomen Theos, ideſt. Deus dicitur vel ab eo quod eſt Thean, ideſt, currere, vel ſovere univerſa, vel ab Ethni, quod eſt ardens. Deus eſt enim ignis conſumens omnem malitiam, vel a Theaſte, ideſt, conſiderando omnia. Dicimus ergo, quod hic ſumitur divinitas de Deo, ſecundum quod dicitur ab Ethni, vel ab Thean, ideſt, currere, vel ſovere univerſa, & conſtat, quod a benignitate ejus eſt, quod conſervat omnia, & currere facit uniformiter; ſimiliter, quod conſumit in nobis omnem malitiam, & facit nos ardere amore ſuo, a benignitate ejus eſt. Quod ſic debeat hic ſumi, patet per hoc, quod addit hic *Gloſſ.* Quæ omnia replet. Ut per inviſibilia intelligatur pater, per virtutem filius, per divinitatem Spiritus ſanctus.

Sed cum inviſibile, virtus, divinitas idem ſignificant, quare modo per unum intelligitur pater, per aliud filius, per tertium Spiritus ſanctus? Præterea videtur, quod inviſibile minus conveniat patri quam filio, vel Spiritui ſancto, quoniam ſuper *Apoc.* in principio:

Et a Jeſu Chriſto, dicit *Gl.* Tacet patrem, quia de eo nemo male ſentit, ſed ponit filium, & Spiritum ſanctum, de quibus omnes hæreſes ortæ ſunt, ergo ſecundum hoc magis cognoſcitur pater, quam filius, vel Spiritus ſanctus, ergo magis eſt viſibilis, ergo potentius debuit ea poni per inviſibilia filius, vel Spiritus ſanctus. Sol. Revera illa tria nomina idem ſignificant, tamen per illa intelligitur Trinitas, non propter triplicem ſignificationem, ſed propter Trinam nominum poſitionem, ſicut ibi: Benedicat nos Deus, intelligitur Trinitas per *ſi* Deus, quod interponitur, per *h* primum Deus, pater intelligitur, per ſecundum filius, per tertium Spiritus ſanctus, non quia ſit in Trinitate ordo eſſendi, ſed tantum intelligendi. Similiter poteſt dici, quod quia inviſibilia, primo ponitur, intelligitur per illud pater, quod virtus; ſecundo filius, quia divinitas, tertio Spiritus ſanctus. Vel poteſt dici, quod inviſibilitas refertur ad patrem, quia pater a

a nullo

Digitized by Google

a *Ut ſint inexcuſabiles, &c.*] non ſicut Deum glorificaverunt,] eum magnificando, ideſt, magnum oſtendendo. Sicut *Pſ.* 33. Magnificate Dominum mecum.

Sed ipſi gentiles Romani Deum comparant ſculptili, & ſic non magnificabant. *Act.* 17. Genus ergo cum ſimus Dei non debemus, &c.

Item non glorificabant honorifice colendo. *Malach.* 1. Si offeratis claudum, aut languidū nonne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, quaſi dicat non placeret ei. Hoc modo non glorificabant eum Judæi inutilia ei offerentes.

a ut ſint inexcuſabiles. Quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt,

Item non glorificaverunt, honeſte converſando. 1. *Cor.* 6. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro, in bona converſatione exterius. Item non glorificaverunt Deum legem ejus recipiendo, excolendo, & edicta ejus cuſtodiendo.

Unde *Iſ.* 43. Qui vides multa, nonne cuſtodies contra litteratos, qui apertas habes aures, nonne audies; & Dominus voluit, ut ſanctificarent illum, & magnificarent, & extollerent.

Item non glorificaverunt Deum, ideſt, eos, qui Domini ſunt, ideſt, ſervos ejus, imo nec nuncios ejus honorifice recipiendo. De quibus *Luc.* 10. Qui vos audit, me audit. Item non glorificaverunt Deum plus ei credendo, quam ſibi; plus in eo ſperando, quam in aliqua creatura; plus eum diligendo, quam aliquid aliud. Item non glorificaverunt Deum ejus honorem quærendo. Unde 2. *Regum* 12. Joab cum obſediſſet civitatem Rabbath, & eſſent in promptu, ut eam caperet, mandavit David, ut honorem haberet de captura civitatis. Heu, quam pauci tales inveniuntur!

A a Aut

Expoſit in Gloſſ. A nullo eſt, filius autem, & Spiritus ſanctus ab alio, & nos ſimiliter ab alio.

Unde Filius, & Spiritus ſanctus nobis ſunt propinquiores, Pater autem a nobis eſt remotior, & ita eſt inviſibilis nobis, & ideo appropriatur ei inviſibilitas, virtus autem appropriatur Filio, quia virtus eſt potentia perfecta, ideſt, prout eſt jam in effectu, & ſapientia appropriatur Filio, quæ facit potentiam eſſe in effectu.

Unde *Eccl.* 9. Dicebam ego ſapientiam eſſe meliorem fortitudine. Divinitas autem, ut dictum eſt, ſumitur a Deo prout dicit bonitate, & benignitas attribuitur Spiritui ſancto, & ideo per nomen divinitatis intelligitur Spiritus ſanctus. Ad illud ſuper *Apoc.* dicendum, quod ibi ſumitur Pater non in quantum Pater, ſed in quantum innaſcibilis, ſive quia a nullo eſt, in quo conſenſerunt omnes. Super *Exod.* 8. Defecerunt in tertio ſigno. Hoc videtur falſum, quia primum fuit mutatio virgarum in colubros, & ipſi fecerunt ſimiliter, & ſecundum quod fuit mutatio aquæ in ſanguinem; tertium fuit de ranis, quas ſimiliter fecerunt, poſtea vero in quarto defecerunt, quid ergo eſt, quod dicit in tertio. Solut. Defecerunt in tertio, quod fuit ſignum, & plaga. Non fuit autem plaga mutatio virgarum in colubro. De *ἀγαθῷ* ideſt, ſummo bono. De νῷ, ideſt, mente ejus. Ad quod dicimus, &c. Quare defecerunt Philoſophi in tertio ſigno cum haberent cognitionem inviſibilium Dei, ſolvit magiſter, quod habuerunt cognitionem non trium perſonarum proprie, ſed eorum, quæ attribuuntur perſonis.

Sed ſecundum hoc adhuc non habetur ratio quare in tertio ſigno defecerunt, quod quærebatur.

Item ſupra in principio habitum eſt, quod inſeparabilia ſunt opera Trinitatis, ergo ſi cognoverunt per creaturas, ſive per opera Dei patrem, & filium, videtur quod ſimiliter, & Spiritum ſanctum. Præterea, nonne dixerunt *Exo.* 8. Magi: Digitus Dei eſt hic. Et *Matth.* 12. dicitur: Si in digito Dei ejicio dæmonia, &c. Ergo cognoverunt Spiritum ſanctum. Præterea ſi per potentiam cognitionem habuerunt de Patre, per ſapientiam de Filio, cum multo melius cognoverunt bonitatem Dei, quia magis relucet in creaturis, quam potentia, vel ſapientia, multo melius cognoverunt Spiritum ſanctum. Item veſtigia Trinitatis relucent in creaturis. Et dicit *Aug. ſup.* Quia, quod noſcibile eſt Dei manifeſtavit illis. Et ipſe Apoſtolus hoc dicit, ergo Deus totam Trinitatem illis manifeſtavit per creaturas. Item dicit hic magiſter: Non ita dicuntur intellexiſſe, quod eas diſtincte, veraciter, & proprie intellexerunt. Sed contra: Dicit *Aug in lib. contra* 5. *hæreſes* loquens ad Gentilem: Mercurius inquit, Dominus, & omnium factor deorum ſecundum fecit Dominum, hunc fecit primum, & ſolum, & unum. Bonus autem ei viſus eſt, & pleniſſimum omnium bonorum, lætatus eſt & valde dilexit tanquam unigenitum ſuum filium, benedicti Dei atque bonæ voluntatis, cujus nomen non poteſt humano ore narrari, ſic dicit Mercurius.

Sed quomodo diſtinctius potuit habere cognitionem de patre & filio. Ad hoc dicunt aliqui, quod quidam Philoſophi a Chriſtianis edocti habuerunt diſtincte cognitionem de perſonis.

Sed quod Mercurius non fuerit edoctus ab aliquo Chriſtiano, patet per hoc, quod in eodem libro dicit *Aug.* Non tibi meos auctores profero, tuos eſt Mercurius, cui a vobis inter deos tantus honor cultuſque collatus eſt, ut ejus nomine Deum vocaretis.

Sed conſtat, quod ille Mercurius longo tempore eſſet, antequam aliquis eſſet Chriſtianus. Preterea ut ſupra habitum eſt, Mercurius dicit: Monas Monadem genuit, &c. Si ergo videtur, quod Philoſophi diſtincte cognoverunt perſonas.

Sol. Revera, ut dicit magiſter, Philoſophi non potuerunt habere ductu rationis diſtincte notitiam de perſonis, ſed per opera, vel doctrinam, vel inſpirationem. Ad illud quare potius defecerunt in tertio ſigno, ideſt, in cognitione Spiritus ſancti, quinque poſſunt aſſignari rationes. Prima eſt, quia non cognoverunt principalem effectum bonitatis, ideſt, incarnationem, quæ opere Spiritus ſancti facta eſt. Secunda ratio eſt, quia etſi cognoverunt bonitatem Dei, non tamen in quantum ſummam, quia a ſumma bonitate ſunt omnia bona, ipſi autem bona ſua ſibi attribuebant, & ita non cognoſcebant bonitatem Dei ut ſummam. Tertia ratio eſt, quia habuerunt tantum dualitatem creatam, ideſt, potentiam, & ſcientiam: tertiam autem, ideſt, bonitatem non habuerunt, quia Deo negabant ſua dona ſibi attribuentes potentiam & ſcientiam. Quarta ratio, quia cognoverunt quod nullius boni ſine ſocio jucunda eſt poſſeſſio, & per hoc cognoverunt, quod Deus non erat ſolus, & ita, quod plures erant perſonæ, & ita, quod duæ ad minus, utrum autem plures, quam duæ non cognoverunt per hoc. Quinta ratio, propinquior eſt generatio filii humano intellectui, quam proceſſio Spiritus ſancti. Ad illud: Cognoverunt bonitatem Dei. Verum eſt, ſed imperfecte: imperfecta autem bonitas non determinat proprietatem perſonalem. Ad illud: Magi dixerunt: Digitus Dei eſt hic. Verum eſt, ſed intellexerunt digitum Dei non bonitatem, vel Spiritum ſanctum, ſed potentiam Dei, & virtutem. Ad illud: Bonitas Dei, magis relucet in creaturis, quam potentia, & ſapientia: dicendum, quod Philoſophi magis cognoverunt bonitatem Dei quantum ad effectus viſibiles, quam potentiam, & ſapientiam, ſed non quantum ad effectus inviſibiles bonitatis, quibus præcipue cognoſcitur Dei bonitas. Ad illud: Veſtigium Trinitatis relucet in creaturis. Verum eſt, ſed valde remotum ab ipſa Trinitate; & ideo per illud non potuerunt cognoſcere Trinitatem. Quod objicitur de Mercurio: Dicendo, quod habuit notitiam de Trinitate per doctrinam, quia forte fuit diſcipulus Balaam, vel in libris ejus legit, cui eſt revelata notitia Trinitatis per inſpirationem, vel ab aliquo edoctus fuit, vel per inſpirationem hoc habuit. Quod dicitur: Non eas diſtincte intellexerunt, intelligitur de Philoſophis, qui ductu rationis notitiam habuerunt, de Trinitate per opera, quæ exercitabant Philoſophos, ut inquirerent Deum, Deus autem illuminaret eos, ut intelligerent. Putantes ſe, &c. *Gal.* 6. Non a Deo. Argumentum, quod non omne quod eſt, a Deo eſt.

Sed ſuſtinendo, quod ita dic, quæ, ideſt, qualea. Similo *inf.* 3. Illius rei Deus eſt ultor, cujus non eſt auctor, cujus, ideſt, qualis non eſt auctor. Obſcuratum cor eſt, ideſt, ratio, quia ab eis credita eſt eſſe. Quid eſt, quod dicit: Nullus enim ita fatuus eſt, qui rationem ſuam a ſeipſo credat eſſe.

Sed hoc non intelligitur de ratione quantum ad eſſentiam, ſed quantum ad uſum.

Sed ex hoc ulterius videtur, quod bonus uſus rationis non ſit ab homine, ita quod ex ſe non poſſit opus facere, quod ſit de genere bonorum, ut *Jo.* 15. Sine me nihil poteſtis facere. Tum ore ſuperbiæ obumbrante. *Greg.* Tumor mentis obſtaculum eſt veritatis. Stulti facti ſunt in Deum, ideſt, in his quæ Dei ſunt. Et quomodo obſcuratum, &c. *ibi*: Stulti, &c. Hic exponit *Gloſſ.* alio modo, quam ſupra expoſuimus litteram, tamen illa eſt vera expoſitio. Quod eſt vindicta, ergo ſtultitia eſt vindicta, ſed ſtultitia eſt peccatum, ergo vindicta eſt peccatum, ſed omnis vindicta eſt a Deo.

Unde ipſi dicit: Mihi vindicta, ergo peccatum eſt a Deo. Sol. Duobus modis ſumitur ſtultitia. Uno modo eſt error quo aliquis male ſentit de Deo prout non debet, & ſic eſt peccatum. Alio modo eſt privatio ſcientiæ, &

A ſic

▲ *a* Aut gratias egerunt,] tripliciter. Omnia bona, quæ habent ei attribuendo. Quia dicit *Greg.* Qui bona accepta ſibi arrogant, ſuis contra Deum donis pugnant.

Item ei vicem rependendo, ſecundum quod dicit *Pſal.* 115. Quid retribuam Domino, &c.

Item ex acceptis debitum ſervitium impendendo. Unde *Matt.* 25. de ſervo pigro qui noluit ſervire de talento ſibi commiſſo quod ei ablatum eſt. *b* Sed evanuerunt in cogitationibus ſuis,] nolentes ſequi ordinem naturæ in Deo, & ideo ei attribuentes, quæ non conveniunt.

1. Cor. 3.
Eph. 4.

a aut gratias egerunt, *b* ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, *c* & obſcuratum eſt *d* inſipiens *e* cor eorum. *f* Dicentes enim ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. g Et muta-

c Et obſcuratum eſt] Nota ordinem litteræ, & quod eſt, ita oſtendit triplex contra Deum error. Primus, cum dicit: [Evanuerunt in cogitationibus ſuis.] Secundus, ibi: [Obſcuratum eſt cor.] Tertius, ibi [Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.] Hi autem tres modi errandi contra Deum, habentur ab *Aug. in* 1. *lib de Trinit.* ubi dicit: Nonnulli ea quæ de corporalibus rebus, ſive per corporeos ſenſus experta noverunt, ſive quæ humani ingenii, & diligentiæ vivacitate, vel artis adjutorio percepere, ad res incorporeas, & ſpirituales ſere conantur, ut ex his illa metiri atque opinari velint, ecce primi. Sunt iterum alii, qui ſecundum humanam animi naturam, vel effectum de Deo ſentiunt, ſi quid ſentiunt, hic eſt ſecundus error. Eſt autem aliud hominum genus, qui univerſam quidem creaturam, quæ profecto mutabilis eſt, nituntur tranſcendere, ut ad incommutabilem ſubſtantiam, quæ Deus eſt, erigant intentionem, ſed mortalitatis mole prægravati, aut videre volunt, quod neſciunt, aut etiam, quod volunt ſcire, non poſſunt, præſumptiones opinionum ſuarum audacius affirmando, intercludunt ſibimet intelligentiæ vias magis eligentes ſcientias ſuas non corrigere perverſas, quam mutare defenſam. Primus ergo error eſt ſecundum quod hoc ordinat *Aug.* ut ſi quis dicat Deum eſſe album, vel rutilantem.

Et in hoc errore ſunt Judæi, Deum dicentes habere lineamenta corporea, unde ſunt Anthropomorphitæ. Secundus error eſt, ut ſi quis dicat Deum obliviſci, vel reminiſci, & univerſaliter pati, quæ patitur anima humana. Tertius error eſt, quando aliquis dicit de Deo, quod non eſt in eo, nec etiam ſimile eſt reperire in natura.

Unde de iſto errore ſubdit *Aug.* Periculoſius, & inanius evaneſcunt, qui tertio illo genere erroris a veritate ſeducuntur, hæc ſuſpicando de Deo, quæ nec in ipſo, nec in ulla creatura inveniri poſſunt.

Et numerat *Aug.* hos errores ſecundum ordinem originis eorum. Primo enim homo animalis, & ideo primo loquitur animaliter de Deo, ſenſibilia, & corporea ei attribuendo. Secundo arctius procedit, & magis errat, attribuens ei quæ ſunt animæ. Tertius omnino errat, qui nec ſimilia invenit in natura. Apoſtolus vero ordinat, & enumerat e converſo, quia ordinat eos, ſecundum majoritatem. Et patet, quod non poſſunt eſſe plures, quia aut omnis error de Deo eſt aſſerendo aliquid, quod ei non convenit, & attribuendo ei, quod eſt rei ſenſibilis, aut quod eſt rei ſpiritualis, aut quod nullius rei eſt. Dicit ergo Apoſtolus:

b Evanuerunt, &c.] quia nec in Deo, nec in creatura invenerunt, quod de ipſo dixerunt. *c* Et obſcuratum eſt] Hic eſt ſecundus error: Nec mirum ſi talium cor obſcuratur, quia quando anima Deo attribuit, quod animæ eſt, ipſa reflectitur in ſeipſam, in qua quantum in ipſa eſt non ſunt, niſi tenebræ, ſecundum quod dicitur: *Gen.* 1. Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Et *Jer.* 17. Abyſſus eſt cor hominis *Job* 3. Circumdedit eum Deus tenebris. Quod intelligens Propheta dicebat: Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum: ſicut lumen mediante quo videmus colores, non eſt in oculis noſtris.

e Cor] Ratio intellectus oculi animæ.

d Inſipiens] Nec mirum quia vertit dorſum Deo a quo omnis eſt ſapientia.

f Dicentes, &c.] cum vellent Deum menſurare per mathematicas lineas, & ei attribuere ſenſibilibus convenientia, vel arte excogitata.

Moraliter. Moraliter. *e* Et obſcuratum eſt cor,] per inflexionem rationis ad creaturas, quæ ſunt tenebræ. Unde *Aug. in lib. Conf.* Defluxi in terram, & obſcuratus ſum. Unde *Thren.* 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum, ideſt, pretioſa ratio hominis reflexa ad amorem creaturarum, mutatus eſt color optimus, ideſt, ſimilitudo Dei. *d* Inſipiens] quia ſi ſaporaret ea, quæ Dei ſunt, nunquam converteret ſe ad creaturas. Dicitur enim *Prov.* 27. Anima ſatiata calcabit favum. *f* Dicentes, &c.] corde per reputationem, vel ore per jactantiam, cum dicatur per contrarium 1. *Cor.* 3. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens. Ex propria enim ſcientia excæcatur homo. Unde *Jer.* 10. Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua. Et *Job* 5. Per diem, ideſt propriam ſcientiam incurrunt tenebras. *Iſ.* 47. Scientia tua hæc decipit te.

g Et mutaverunt] Ecce poſt errorem ſequitur peccatum: Et peccatum triplex. In Deum, ibi: [Mutaverunt, &c.] In ſe, ibi: [Propter quod tradidit, &c.] In proximum, ibi: [Et ſicut non probaverunt Deum, &c.] Et hic eſt ordo. Primo enim avertunt ſe a Deo per ſuperbiam, ſecundo recidunt in errorem, tertio in omne genus peccati. Et quod iſte ſit rectus ordo patet. Quia dicit *Aug.* in Enchiridio: Nequaquam dubitare debemus rerum, quæ ad nos pertinent bonarum cauſam non eſſe, niſi bonitatem Dei, malorum vero ab incommutabili bono deficientem, boni mutabilis voluntatem prius Angeli, hominis poſtea. Hoc eſt primum malum rationalis creaturæ, averſio a Deo deinde etiam voluntatibus ſubintravit ignorantia rerum agendarum, ecce error, & concupiſcentia noxiarum, ecce tertium peccatum. Dicit ergo: [Et mutaverunt] Hoc eſt peccatum in Deum, non quia ſit primum, ſed quia majus eſt.

▲ *a* Gloriam.

Expoſitio Gloſſ. ▲ ſic non eſt peccatum, ſed pœna peccati, & ſic ſumitur hic. Phyſicam, ideſt, naturalem. Quo veniendum, quantum ad Deum. Initium omnis *Eccl* 10. non quia omne peccatum ſit a ſuperbia, ſed quia ipſa fuit primum peccatum, & quia nullum genus peccati eſt, quod quandoque non oriatur a ſuperbia. Sed ab illo, 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti? Quod illis credendum fuit, ideſt, quod debebant credere ſe ſua, non a ſe, ſed a Deo habere, dicunt poſtillæ. Sed dicendum eſt. Quod ideſt talentum cognitionis. Illis credendum fuit, ideſt, quod Deus commiſit eis. Quod videre poterant, quia in eis erat, unde Deum poſſent cognoſcere, quia in corde uniuſcujuſque impreſſum eſt, quod omne bonum eſt Deo. Quod enim Deus dederat gratis. Ergo Deus Philoſophis dedit ſcientiam ex gratia, quod concedunt quidam dicentes, quod nil boni poteſt habere, vel facere homo ſine gratia Dei. Sed dicendum: Dederat gratias, ideſt, ſine præcedentibus eorum meritis. Converſi, ideſt, averſi. Inexcuſabile crimen in ſimilitudinem, &c. Et hoc patet, quod quanto res melior eſt propter quam Deus dimittitur, tanto majus eſt peccatum. Hoc nomine, Deus. Donare, appellando honorare. Quanta eſt habitudo, quanta ſtultitia, apud quos, &c. Unde Cæſar nunquam fuit appellatus Deus donec fuit mortuus. Et ut legitur in Legenda Beati Matthæi quando Magi non potuerunt ſuſcitare filium regis, dixerunt, quod raptus erat in cœlum inter deos, & factus Deus. Sed videtur, quod nos in eamdem habitudinem ſenſus, & ſtultitiam deciderimus, quia apud nos plus poſſunt Martyres mortui, quam vivi. Unde *Job* 11. Cum te conſumptum putaveris orieris, ut lucifer. Hoc dicit de Martyribus. Et *Jud.* 17. Samſon plures ſtravit mortuus, quam vivus, per quem Martyres ſimiliter intelliguntur. *Jud.* 7. Gedeon confregit lagunculas, & apparuerunt lucernæ, & devicti ſunt inimici ejus. Confractio laguncularum, occiſio Martyrum; lucernæ, miracula; hoſtes; dæmones, & mali homines.

Solut. Revera potentiores ſunt alienati Martyres, quam eſſent dum ipſi viverent, quia majorem habent charitatem, & fruuntur Deo veriſſime, ſed non ideo potentiores, quia mortui: ſed quia ſunt in præſentia Dei. Unde meliores erant vivi, quia poterant adhuc plus mereri quod modo non poſſunt. Unde *Eccl.* 9. Melior eſt canis vivus leone mortuo. Ibi. *Gloſſ.* Canis vivus aliquis peccator, leo mortuus aliquis ſanctus, qui deceſſit. Sed illi idololatræ, quia non videbant illos quos adorabant, credebant eo quod mortui erant, quod potentiores eſſent. Unde apud eos erant potentiores mortui in quantum mortui quam vivi, ſed non ſic apud nos. Mortuus mortuum. *Sap.* 15. Mortuus, ideſt, neceſſitati moriendi addictus, ſecundum quod dicitur *inf.* 8. Corpus mortuum eſt propter peccatum, vel mortuus ſpiritualiter propter peccatum. Mortuum, ideſt, imaginem mortui. Unde ibi eſt littera noſtra: Mortalis mortalem fingit. In libro Sapientiæ Salomonis. Ergo liber Sapientiæ eſt liber Salomonis.

Sed contra dicit ſuper principium *Rabanus*. Hunc librum Hieronymus aſſerit non a Salomone, ut putant, ſed a Philone doctiſſimo quodam Judæo fuiſſe conſcriptum. Sed

▲ ſolutio

a Gloriam,] ideſt, cultum debitum. *b* In ſimilitudinem imaginis, &c.] ideſt, imaginem homini ſimilem. *c* Et volucrum,] ut Leda. *d* Et quadrupedum,] ut apis. *e* Et ſerpentum.] *Dan.* 14. *Pſ.* 105. Mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. *Iſ.* 40. Cui ergo ſimilem feciſtis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? *Act.* 17. Genus ergo cum ſimus Dei, ideſt, cum ſimus rationales ſicut Deus, non debemus æſtimare auro, & argento, aut lapidi ſculpturæ

verunt *a* gloriam incorruptibilis Dei *b* in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & *c* volucrum, & *d* quadrupedum, & *e* ſerpentum. *f* Propter quod tradidit illos

artis, & cogitationis hominis divinum eſſe ſimile: [Gloriam.] Non poterat Deus amplius glorificare hominem quam quod eum coleret. Unde *Deuter.* 4. Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta ut habeat cæremonias, juſtaque judicia, &c. *Jerem.* 2. Populus autem meus mutavit gloriam ſuam in idolum.

f Propter quod tradidit] Hoc eſt ſecundum peccatum in ſe contra naturam. Et nota quod hoc peccatum poſitum eſt juxta peccatum idololatriæ, quod eſt magnum peccatum in Deum, & iſtud maximum quod poſſit homo facere in ſe.

i Ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis.] Hoc etiam peccatum majus eſt in hoc genere.

g In deſideria cordis eorum,] quæ ſemper vadunt malam viam. Unde non eſt mirum ſi & ſequentibus ea. *Pſ.* 80. dicit: Dimiſi eos in deſideria cordis eorum. Ex quo ſequitur: Ibunt in adinventionibus ſuis. Sed *Eccl.* 18. Poſt contumelias tuas non eas, & a voluntate tua avertere. Propter hoc rogabat, *Eccl.* 23. Omne deſiderium averte a me, aufer a me carnis concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me, & animæ, &c.

h In immunditiam,] Sic nominatur hoc peccatum per antonomaſiam: [Ut contumeliis afficiant corpora ſua,] quia corpus proprium coinquinatur hoc peccato.

k Qui commutaverunt] Hic oſtendit quomodo mutaverunt gloriam, &c. Et continuatur ad proximum. Propter peccatum enim idololatriæ ceciderunt in peccatum contra naturam. Unde dicit: Qui] ideſt, quia illi.

l Commutaverunt veritatem,] idem quod ſupra dixit: [Gloriam incorruptibilis Dei,] ideſt, cultum Deo debitum. [In mendacium,] ideſt, ſuperſtitionem, ideſt falſam religionem, ideſt, cultum idolorum. *Iſ.* 42. Gloriam meam alteri non dabo, i. laudem meam ſculptilibus. Vel ſic: [Commutaverunt veritatem,] in hoc quod crediderunt idolum eſſe Deum, ſive e converſo Deum eſſe idolum. Unde *Jo:* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Via in quantum homo, veritas in quantum Deus. Unde ſuper illud *Jo:* 1. In principio, &c. plenum gratiæ, & veritatis. *Gloſſ.* gratiæ in quantum homo, veritatis in quantum Deus: Et omnis creatura mendacium eſt, ideſt, vanitas, *Jac.* 8. Vanitati enim omnis creatura ſubjecta eſt. *Eccl.* 34. Qui apprehendit umbram, & ſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia. Et ita patet quod credere creatorem eſſe creaturam, eſt mutare veritatem in mendacium, & e converſo.

m Et coluerunt] credendo, ſperando, diligendo.

A *a* Et ſervierunt]

Exp-ſitio Gloſſ. A ſolutio hujus habetur in 2. *lib. de doct. Chriſt.* ubi dicit *Aug. Machab. lib.* 2. deinde Prophetæ, in quibus David unus liber Pſalmorum, & Salomonis tres, Proverbia, Cantica, Eccleſiaſtes, & alii duo libri, unus Sapientiæ, & alius qui Eccleſiaſticus inſcibitur de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur, ideſt, quia de eadem materia; de qua liber Proverbiorum. *e* Et ſerpentum.] Unde *Auguſt. in lib. de hæreſib.* Ophitæ a colubro dicti ſunt. Coluber enim dicitur Græce ophis, hunc Chriſtum arbitrantur, ſed habent etiam verum colubrum, aſſuetum eorum panes lingua lambere, atque ita eis volunt Euchariſtiam ſanctificare. Ab adventu Æneæ. Unde *Aug. lib.* 1. *de Civ. Dei*, ſumit hos verſus a Virgilio:

Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.
Ilium in Italiam portans victoſque penates.

Et ſubdit *Aug.* Ita ne iſtis penatibus victis Romani ne vincerentur potentes commendare debebant. Ex quo Alexandria ab Auguſto victa eſt. Audierant vel legerant, quod Nabuchodonoſor devicta civitate, confligere faciebat deos eorum, ſicut Rapſaces. *Iſ.* 39. & ideo in odium factus erat omnibus. Et propter hoc cauti erant Romani, quia quando aliquos ſubjugabant, portabant deos eorum, & in venerationе ponebant inter deos ſuos, ut ſic allicerent eos ad ſe. Hic item vindicta Dei oſtenditur. Sed non oſtenditur niſi peccatum: ergo peccatum eſt vindicta Dei? Sol. Hic oſtenditur quomodo Deus ſubtraxit gratiam, & permiſit eos cadere, unde per effectum oſtenditur vindicta. Tradere eſt permittere, non incitare, ergo Deus non eſt cauſa efficiens malarum cogitationum, nec aliter eſt cauſa: Ergo Deus non eſt cauſa malarum actionum, & ita non omnis actio a Deo. Solut. Deus non incitat ad ma-

Deus in *g* deſideria cordis eorum *h* in immunditiam, *i* ut contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. † Qui *k* commutaverunt *l* veritatem Dei in mendacium, *m* & colue- al † quia

las actiones, in quantum ſunt malæ, incitat tamen ad ea in quantum ſunt actiones, quia movet potentiam ad actiones. Peccatum quod citius pœnitendo non tegitur. Pœnitendo enim teguntur peccata, ideſt, non apparent Deo ad puniendum. *Prov.* 10 Univerſa autem delicta operit charitas. Et 1. *Pet.* 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Peccatum eſt cauſa peccati, aut pœna peccati. Secundum hoc peccatum punitur peccato, & ita peccatum eſt pœna, ſed omnis pœna eſt a Deo, ergo peccatum eſt a Deo. Præterea ſi peccatum eſt cauſa peccati, ſicut virtutes ſunt connexæ, ita & peccata; ergo qui habet unum peccatum, habet omnia, ſicut qui habet unam virtutem, habet omnes. Sed contra dicit *Aug.* Peccatum adeo eſt voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum, ergo omnis peccati principium eſt voluntas, ergo peccans uno peccato, non de neceſſitate peccat alio, quia poteſt voluntate reſiſtere. Sed cum poſita cauſa ponatur effectus, ſi peccatum eſt cauſa peccati, peccans uno peccato, peccaret in alio. Solutio: Peccatum eſt cauſa peccati, ideſt, occaſio, quia facit hominem idoneum ad peccandum. Peccatum enim vulnus ex naturalium. Et ideo ſicut vulnus in pede facit hominem idoneum ad claudicandum, ita peccatum. Vel peccatum eſt cauſa efficiens peccati, & tunc eſt impropria locutio, quia ſumitur pro antecedente conſequens, ſcilicet peccatum eſt cauſa ſubtractionis gratiæ quam ſequitur peccatum. Similiter intelligendum eſt hoc: Peccatum eſt pœna peccati. *Gregor.* Peccatum enim, &c. ſuo pondere, &c. *Iſ.* 58. Solve faſciculos deprimentes. *Aug.* Pondus eſt impetus uniuſcujuſque rei ad locum proprium. Unde levitas ignis eſt pondus ignis. Peccati ergo pondus eſt inclinatio animæ ad terrena. Sicut enim quando alæ avis ſunt fractæ inclinantur inferius, ita vulneratio naturalium per peccatum eſt pondus peccati, & animam trahens ad hæc inferiora: Quia juſto judicio Deus cor peccatoris obnubilat. Contra, 1. *Pet.* 1. Eſtote parati in eam quæ vobis offertur gratiam. Et ipſa eſt lumen, quomodo ergo obnubilat? Item *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & ipſe eſt lux. Et *Sap.* 6. Aſſiſtentem foribus, ſcilicet, inveniet illam, niſi peccatum quod eſt tenebra impediat. *Iſ.* 42. Sedentem in tenebris. *Gloſſ.* ideſt, in peccatis. Sol. Deus obnubilare dicitur cor, quia non dat gratiam, vel quia non conſervat eam, ſicut ſi unus medicus eſſet qui ſolus aliquem poſſet curare laborantem ad mortem, ſed non curaret, diceretur, tu occidiſti eum. Deſerendo percuſſit, ideſt, percuti permiſit a peccato. Abſque ejus permiſſione fit in malis, *Amos* 3. Si eſt malum, &c. Iſta itaque obſcuratio, ideſt, privatio ſapientiæ, & ſcientiæ. Sic paratum, ideſt, ſic obſcuratum. Conſentit in conſenſu: Vincitur in actu: Capitur, per conſuetudinem: Trahitur, per præſumptionem: Poſſidetur, per deſperationem. A quo enim quis victus eſt. 2. *Petr.* 2. Inrentator. *D. Jacob.* 1. Non tentat ad ſeducendum, etſi quandoque ad purgandum. Subtrahendo, ideſt, non conſervando. Ad inclinandas voluntates eorum, ſive ad bona, ſive ad mala: Ergo Deus inclinat voluntates hominum ad mala? Solutio: Inclinatio ſumitur æquivoce. Inclinat ad bona, quia movet ad illa. Ad mala autem quando illa non prohibet. *Proverb.* 21. Sicut diviſiones aquarum, ſic cor regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit.

k Qui commutaverunt veritatem] *Gloſſ.* Hic exequitur culpam, ideſt, primum peccatum. Pœnam, ideſt, conſequens ad peccatum. Repetitio, ideſt, expoſitio. Deum putaverunt qui non erat: ergo putabant idolum eſſe Deum. Solut. Hoc nomen Deus tripliciter ſumitur.

Pro Deo natura. *Deuter* 6. Deus tuus unus eſt. Adoptione. *Pſalm.* 81. Ego dixi dii eſtis. Et *Exod.* 22. Diis non detrahes. Nuncupatione. *Pſ.* 95. Dii gentium Dæmonia. *Jer.* 10. Dii qui non fecerunt cœlum, & terram, pereant. Aut ergo idololatræ ſumunt hoc nomen

a Deus

runt *a* & ſervierunt creaturæ potius quam creatori, *b* qui eſt benedictus in ſęcula, amen. *c* Propterea *d* tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ. Nam feminę eorum immutaverunt *e* naturalem uſum in eum uſum qui eſt contra naturam. Similiter autem, & maſculi relicto naturali uſu feminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in invicem, maſculi in maſculos tur-

a Et ſervierunt,] thurificando, ſupplicando, orando, ſacrificium faciendo, & ſimilia. Et quæ differentia ſit inter hęc duo, patet *Exod.* 20. Non adorabis, neque coles omnem ſimilitudinem. Ibi. *Gl.* Aliud eſt colere, aliud adorare. Poteſt invitus quis adorare, vel adulando regibus idololatris, vel tormentis victus eſſ leiat, quod idolum nihil eſt: Colere vero eſt tam his affectu quam ſtudio ſe mancipare. Affectu quantum ad ſpem, & charitatem, ſtudio quantum ad fidem. Recte ergo dividit Apoſtolus. (Coluerunt, & ſervierunt,) quia ex affectu interiori exeunt ſervitia exteriora. *b* Qui] tamen quamvis noluerunt eum colere (eſt benedictus in ſæcula, amen.) Vere eſt ita. *c* Propterea] quia ita potius ſervierunt creaturæ quam creatori.

D

Ro. 9. 7. 8. Aſos.

d Tradidit] ideſt, tradi permiſit. Nota quod dicit: (Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.) Inter omnes creaturas viſibiles homo melior eſt; & quia in tantum ſe habuit homo ut ſe ſupponeret minori ſe, colendo idola cum conſtitutus ſit ſuper omnem creaturam ſe minorem, permiſit Deus, ut tantum humiliaretur peccandò quod jam non eſſet quaſi homo, & hoc eſt in paſſiones ignominiæ. *e* Naturalem uſum] invicem mulieres in mulieres, vel indebito modo commiſcendo ſe cum viris. Moraliter. d. (in paſſiones ignominiæ) Paſſiones appellat peccatum contra naturam, quia in eo patitur natura violentiam quod ſignificatum eſt in lacu Aſphalti, in quo ſubmerſæ ſunt quinque civitates hoc vitio laborantes, in quo nihil vivum poteſt ſubmergi niſi per violentiam, ad innuendum quod natura humana non demergitur in illud turpe vitium, niſi ſibi ipſi violentiam inferat. Unde ſup. eod. Ut contumeliis afficiant corpora ſua: Unde in hoc peccato reperitur, quod in peccato homicidii. *Gen.* 4. Ecce ſanguis fratris tui, &c. Simile *Gen.* 18. Clamor Sodomorum aſcendit ad me: Quia in his duobus proprie eſt clamor naturæ, quia natura in duobus ſervatur, in ſe, & in ſuo ſimili. In ſe violatur per homicidium, in ſuo ſimili per ſodomiam. Clamat ergo in his peccatis natura, ſicut virgo quæ defloratur. Unde *Gen.* 6. Omnis quippe caro corrupetat viam. Ignominiæ, quia etiam nec debet nominari hoc vitium *Epheſ.* 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, & avaritia nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos. Vel appellat paſſiones ignominiæ, quia hominem ignominioſum reddit, & abominabilem propter tenacitatem, & magnitudinem flagitii: Quæ in undecim conſiſtit. Primo in ejus citiſſima ultione. Unde *Bern.* flamma gehennalis moram non ſuſtinens exectabilem illam prævenit tollere nationem, alios enim peccatores expectat. Secundum eſt, quia magnitudo enormitatis quodammodo dominum dubitare coegit, ſicut accidit, quando contingit aliquid inopinabile. Unde ſuper illud *Gen.* 18. Deſcendam, & videbo, &c. dicit: Magna enormitas criminis, quæ ſcientem omnia dubitare coegit. Tertium apparet in hoc quod terra quaſi conſcia hujus flagitii diſſipata eſt, ſicut quando in aliqua civitate factum eſt malum aliquod non ſufficit regi illius punire maleficos in perſonis niſi & domos deſtruat maleſacturum ut magis vindicetur flagitium. Unde 2. *Pet.* 2. Sodomorum, & Gomorrhæorum civitates in cinerem redigens. Quartum in hoc quod adhuc remanet pœna in teſtimonium, ſicut non permittitur de aliquibus quod deponantur de patibulis. *Sap.* 10. Hæc juſtum Loth, &c. quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabunda ſtat deſerta terra. Quinto patet in ardore flagitii, ad quod deſignandum pluit Dominus ignem ad puniendum Pentapolim. Unde *in canonica Judæ:* Facti ſunt exemplum ignis æterni: Sextum in ejus tenacitate, quod ſignificatum eſt in hoc quod terra illa damnata eſt. Unde *Ezech.* 16. Soror tua Sodoma, & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem ſuam. Septimum propter ejus fętorem, quod ſignificatum eſt in hoc quod in ſulphure punitum eſt. Octavum propter contagium, ad quod ſignificandum tota vicinia fętore illius loci infecta eſt. Et ideo *Gen.* 19. Ne ſtes in omni circa regione. Nono, quia hoc peccatum erubeſcunt etiam diaboli. Unde etſi legatur fuiſſe incubus ſub ſpecie viri, & ſuccubus ſub ſpecie mulieris, nunquam tamen legitur ſuccubus fuiſſe ſub ſpecie viri. Ideo *Ezech.* 16. Dabo te in animas odientium te filiarum Paleſtinarum, ideſt, dæmonum qui erubeſcunt in vita tua ſcelerata. Decimum, quia ipſe Dominus in propria perſona judicavit hoc peccatum. Unde *Gen.* 19. Igitur Dominus pluit, ideſt, filius Dei, ignem, &

Moraliter.

ſulphur a Domino de cœlo, ideſt de Deo patre, quia Deus pater prædeſtinavit quod filius ſuus accepturus eſſet humanam naturam, cum eam ita turpiter maculaſſent homines, voluit ſe de illis vindicare. Undecimo apparet magnitudo hujus peccati, quia illi ſoli qui illo peccato peccant, non recognoſcentur eſſe homines a Domino. Unde *Iſaiæ* 33. Projecit civitates illas, ſcilicet quinque, non re-

A putavit

A Deus in prima ſignificatione, &c. Et videtur quod in prima ſive in eadem ſignificatione in qua ſumunt Chriſtiani, quia credunt idolum ſuum eſſe omnipotentem, quod idem eſt quod Deus in prima ſignificatione: Præterea ſi non in eadem, ergo Chriſtiani dicentes idolum non eſſe Deum, & pagani dicentes quod ſic, non contradicunt, quod falſum eſt. Præterea, niſi crederent illum eſſe verum Deum, non attribuerent illi ſummam majeſtatem, ergo non eſſent idololatrę. Sed contra: Ergo ſecundum hoc, nomen Deus non habet niſi duas ſignificationes, primam, & ſecundam, quia in tertio a nullo accipitur, ideſt, nuncupatione. Præterea dii eorum erant dęmonia, ergo credendo idolis non cogitabant niſi de dęmonibus, non ergo de Deo, ergo non ſumunt hoc nomen Deus in propria ſignificatione. Sol. Duo erant genera idololatrarum. Quidam enim prius cognoverant Deum, qui poſtea ita per ſuperbiam ſunt excęcati, ut Deum creaturam ſpecioſam crederent, ut ſolem, aut ignem, aut hujuſmodi, & credebant illa eſſe verum Deum, & rem omnipotentem. Iſti aſſerebant hoc nomen Deus in propria ſive in prima ſignificatione. Cogitabant enim de Deo quem prius cognoverant credendo in idola. Erant & alii qui nunquam cognitionem de Deo habuerant, ſed videntes res pulchras, ut Solem, & creaturas deauratas, credebant eas eſſe Deum, & hi dicebant Deum pro re quacumque quæ videtur multum potens. Quod objicitur: Nullus accipit hoc nomen Deus in tertia ſignificatione, imo nos Chriſtiani dicentes: Dii gentium dęmonia, creaturæ ſervire pro Creatore. Unde *Aug. in lib. de vera Relig.* Non ergo creaturæ, quin potius creatori ſerviamus, ne evaneſcamus in cogitationibus noſtris, & hæc perfecta religio eſt, & adhærendo æterno, æterni ſimus. Auferentes quod ſunt, dant quod non ſunt, ut Dei veritas ſit mendacium. Ut, id quod vere de Deo dicitur, mendaciter dicatur de idolo. Privetur ſuo honore. Contra: Non ſerviebant idolis, niſi quia credebant eſſe Deum, ſed ſi aliquis honoraret aliquem loco regis quem crederet eſſe regem, non dehonoraret eum, ſed magis honoraret, ergo eodem modo & ipſi Deum. Præterea *Aug. in 3. lib. de doct. Chriſt.* Qui operatur aut veneratur utiliter ſignum divinitus inſtitutum, cujus vim, ſignificationemque cum intelligit, non hoc veneratur quod videtur, & tranſit, ſed potius illud quo talia referenda ſunt, ergo dicit hic aperte falſum. Solut. Sicut in rege duplex eſt honor, communis, & proprius. Communis quo ei aſſerimus, &c. & hæc ſi fiant alii loco ejus in hoc honoratur proprius amor, aut eſt quo ei facimus homagium, reddidimus caſtra, & hæc ſi fierent alii loco ejus dehonorarentur. Similiter Deo duplex honor exhibetur: Communis ut in quantum eſt beneficus, proprius autem eſt latria qui non alii fieri debet, & ſi fiat, in hoc dehonoratur, quod enim proprium eſt, unius ſolius eſt. Ad illud *Aug.* dicendum quod non habet locum, quia idololatræ non referunt ad illud, ſed in eo conſiſtunt. Non nominandæ. Sed nonne hic nominat Apoſtolus.

Expoſitio Gloſ.

Solut. prima, ideſt, non ſunt digni verſari in ore hominum. Sive nomine dignitatis, aut intelligit de dignitate excellentiæ ſive gratiæ, aut de dignitate creationis, ſive naturæ.

Si primo modo, ergo indifferentia ſunt ignominioſa, quod falſum eſt. Si ſecundo modo, ſed Deus accidentales fecit quæ ſunt malæ, etſi non in quantum malæ, ergo nullę earum ſunt ignominioſæ, quod falſum eſt. Solutio: Sine nomine dignitatis, ideſt, quia privat hominem nomine dignitatis. De quo *Eccl.* 41. Habe curam de bono nomine. Et *Eccl.* 7. Melius eſt nomen bonum quam unguenta pretioſa. Naturalis uſus, ut vir, & mulier, ergo fornicatio ſimplex non eſt contra legem naturalem, quod falſum eſt. Præterea quid eſt: Ut ſicut peccaverunt in ſenſum Dei, ideſt, contra ſenſum Dei derogando ſenſui Dei, dicendo Deum non videre peccata eorum. Quod

A ratio proba-

putavit homines. a Et ſicut non probaverunt,] ut dictum eſt, talis in eis fuit ordo ſecundum quod oſtendit. Primo eos eſſe ſuperbos, ex ſuperbia excęcatos, ex excęcatione triplex peccatum incidiſſe, in Deum, & in ſe, de quibus jam habitum eſt; hic autem de peccato in proximum exequitur. Et oſtendit quod ſimiliter ea cæcatione ceciderunt in iſtud: (Et ſicut,) vel (quia.) Lege ergo ſecundum quod eſt ibi: (Quia) ſic: (Et quia non probaverunt,) ideſt, non putaverunt. b Deum habere in notitia] peccata, ideſt, ea hoc quod non putaverunt quod Deus cognoſceret peccata eorum. Et ſic *li* (Deum) conſtruitur intranſitive ad (habere) ideo inquam,

al. † quia.

pitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes. a Et † ſicut non probaverunt b Deum habere in notitia, c tradidit illos Deus in reprobum d ſenſum, ut faciant ea e quę non conveniunt f, repletos omni g iniquitate, h malitia, i fornicatione, k avaritia,

c Tradidit illos] Vel poteſt ibi eſſe (ſicut) & tunc ſic continua: (Et ſicut non probaverunt ſe Deum habere in notitia,) ideſt, quia per creaturas quæ probant creatorem non venerunt ad cognitionem Dei. Ideo (tradidit, &c. Sic *li* (Deum) conſtruitur intranſitive ad (habere) Modo exponitur ut negatio feratur ad verbum habendi, ut videas differentiam harum trium ſententiarum. Notandum quod quidam eorum ex negligentia non habuerunt notitiam creatoris, ſcilicet per creaturas, cum tamen poſſent.

Et hæc eſt vera expoſitio in littera, quæ prima debet eſſe. Alii cognoverunt Deum, ſed non adverterunt quod cognoſcerent peccata eorum. Tertii cognoverunt Deum, ſed crediderunt, quod Deus non haberet notitiam de peccatis eorum.

Et hoc eſt: (Putaverunt Deum non habere notitiam.) De primis *Pſ.* 13. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.

Et *Exod.* 5. Quis eſt Deus ut obediamus ei. De aliis qui non adverterunt quod Deus videret opera eorum. *Iſ.* 29. Dicunt quis videt nos, & quis novit nos, perverſa eſt hæc cogitatio veſtra. De tertiis qui crediderunt quod Deus ignoraret peccata eorum. *Eccl.* 23. Omnis qui tranſgreditur lectum ſuum contemnens in animam ſuam, & dicens: quis videt me? peccatorum meorum non memorabitur Altiſſimus. *Pſ.* 9. Oblitus eſt Deus, avertit faciem ſuam, &c.

Sed ipſe dicit *Jer.* 23. Si occultatur vir in abſconditis & ego non videbo eum, quaſi dicat non. Et ſubdit quaſi cauſam, dicens: Cœlum, & terram ego impleo, ergo ubique ego ſum, & ideo video quicquid fit, & ubicumque fiat. Dicit ergo: [Et quia non putaverunt, &c.] tradidit illos.

d In reprobum ſenſum ut faciant.] *Pſ.* 9. Non eſt Deus in conſpectu ejus, & ideo inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore. Hic reprobus ſenſus eſt. Quando dicit in corde ſuo illud *Tob.* 4. Probus ſenſus eſt: Non facias alii quod tibi non vis fieri, talis ſaporat malum eſſe malum. Etiam illud *Matth.* 7. Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, eadem facite illis. Et hoc eſt ſaporare dulcedinem boni, quia dulce. Sed multi traditi ſunt in reprobum ſenſum ponentes dulce in amarum, & amarum in dulce, ſicut dicitur *Iſ.* 5.

e Quæ non conveniunt] naturali rationi, ſive legi naturali quod idem eſt.

f Repletos omni iniquitate,] ideſt, omni peccato. Unde ſtatim quaſi ſubdidit iniquitatem, & enumerat viginti unum peccata ad proximum. Quod ſic poteſt probari. Septem ſunt capitalia, & tripliciter contingit, corde, ore, opere. Multiplica ergo illa ſeptem in hæc tria, & habes viginti unum. Quæ autem ſunt cordis, quæ oris, quæ operis difficile eſt aſſignare. Dicitur ergo: [Repleto omni iniquitate.] In hoc notatur peccatorum abundantia. *Oſee* 3. Non eſt veritas, non eſt miſericordia, non eſt ſcientia Dei in terra, maledictum, &c. & ſanguis ſanguinem tetigit.

h Malitia,] *Gloſ.* Malitia eſt quando aliquis damnum molitur alicui. Unde de viro juſto dicitur: Non fecit proximo ſuo malum.

i Fornicatione,] *Gl.* fornicatio omnis uſus carnalis commiſtionis præter legitimum concubitum. *Jer.* 5. Equi amatores in feminas, unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebant. k Avaritia,] eſt multa acquirere, nec ſuperflua pauperibus erogare. *Amos ult.* Avaritia in capite omnium, quaſi ſignum diabolis. *Jer.* 6. A majore uſque ad minorem omnes avaritiæ ſtudent.

A a Nequitia.]

Expoſitio Gloſ. A ratio probabat eis, quia per rationes probare poterant & venire ad notitiam Dei. Ut nihil intelligant, &c. a veritatis lumine funditus excluſit; non dicit penitus, ſed funditus, ideſt, in quantum ad cognitionem eorum, ſuper quę fundari debet homo, ut in articulis, & in eis quę articulo ſequuntur. Malitia eſt, quando aliquis, &c. Contra: Super illud. *Gal.* 5. Fructus autem ſpiritus ſunt bonitas. Ibi *Gl.* ideſt, dulcedo animi, ſed malitia & bonitas opponuntur, ergo malitia eſt amaritudo animi; quid eſt ergo quod hic dicitur?

Solut. Patet ibi: Avaritia eſt multa acquirere, nec ſuperflua pauperibus erogare, ſed prodigalitas multa acquirit, & nihil dat pauperibus, ſed potius hiſtrionibus; ergo prodigalitas eſt avaritia.

Solut. Dupliciter ſumitur, large & ſtricte. Large, & eſt idem quod philargyria, ideſt, amor argenti, ſive pecuniæ, & ſecundum hoc complectitur retinere retinenda, & dare non danda, & ſic eſt genus ad avaritiam; ſtricte & prodigalitatem. Sic ſumitur 1. *Tim.* 6. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Vel alia littera, ibi *Gl.* Philargyria ſumitur prout eſt amor pecuniæ, & retinere retinenda, & non retinenda. Primo modo ſumitur hic: Videns alium eſſe meliorem, dolet; Sed nonne hoc bonum eſt, quomodo ergo eſt invidus? Solut. Dolet ſe non eſſe conſimilem, ideſt, dolet bonum in altero, cui ſimilis non eſt. Invidus enim alienis bonis affligitur, & gaudet de malis. Verſus.

Invidus alterius macreſcit rebus opimis.

Pluraliter dicit, quia ſunt homicidia actus & voluntatis, ergo actus & voluntas ſunt duo. Præterea ad idem ſuper illud: Appone iniquitatem ſuper iniquitatem illorum. *Gloſ.* Qui malum opus malæ voluntati addit, iniquitatem appoſit iniquitati, ſed idem non poteſt ſibi apponi, ergo non eſt idem peccatum actus & voluntas. Ad idem. Idem accidens numero non poteſt eſſe in diverſis ſubjectis numero, ſed actus & voluntas numero ſunt diverſa: ergo non eſt in utroque eadem malitia numero, ſed diverſæ numero, & ita duo peccata. Ad idem *Exod.* 20. ubi prohibetur actus mœchiæ & concupiſcentia. Sed contra: Videtur quod ſit unum peccatum actus & voluntatis, quia non eſt peccatum, niſi quia nocet, & idem eſt nocumentum & actu & voluntate & idem finis; ergo actus & voluntas eſt unum peccatum ratione finis & effectus, quia malum dicitur quia nocet, & idem eſt nocumentum. Solut. Quod objicitur: Pluraliter dicit, duo homicidia, actus & voluntatis. Dicendum, quod eſt voluntas quædam remota, & quædam actui conjuncta, & hoc eſt unum peccatum cum actu, ſed remota & actus diverſa ſunt peccata, & de hac intelligitur hic. Ad illud: Qui malum opus, &c. Dicendum quod intelligitur de remota voluntate. Ad illud: Eadem ratione debuit dicere de fornicationibus, quia duæ ſunt prohibitiones. Dicendum quod eſt quædam voluntas quæ eſt citra conſenſum in actum, quæ non prohibetur, cum dicitur: Non concupiſces uxorem proximi tui. Sed quoniam ſic eſt in quod in actu non conſentit, tamen deoſculatur quis mulierem & tangit, hæc concupiſcentia quæ eſt conſenſus in talem libidinem ſine actu prohibetur, cum dicitur: Non concupiſces. Conſenſus vero in actum & ipſe actus, cum dicitur: Non mœchaberis. Ergo voluntas mœchandi & mœchiæ ſimul prohibetur. Sed quare dicit hic pluraliter homicidia? Dicendum quod hoc fecit Apoſtolus ut determinaret quod lex non determinat, ſcilicet quod voluntas homicidii ſit mortalis, non ſolum voluntas conjuncta actui, ſed remota quæ nunquam forte intendit pervenire ad actum.

Sed de voluntate fornicandi quod eſſet mortalis, determinatum eſt in lege, & a Domino in Evangelio *Matt.* 5. Qui viderit mulier ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Dolus eſt quando illud ſimulatur, & aliud agitur. Sed Dominus *Luc. ult.* finxit ſe longius ire, & in veritate volebat longius ire. Abſit tamen quod in eo fuerit dolus. Similiter *Iehu* 4. *Reg.* Qui ſimulavit ſe velle adorare idola, & tamen non adoravit.

Solut. Dolus eſt quando aſſimulatur, ſupple malitioſe ut damnificetur proximus. *Hier.* Dolus eſt occulta malitia blandis ſermonibus adornata. Suſurrones inter amicos diſcordias ſeminantes. *Prov.* 6. Sex ſunt quæ odit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus.

Et ſubdit: Qui ſeminat diſcordias inter fratres. Superbi in honoribus elati ſunt, qui nolunt pati ſuperiorem vel parem, imo e converſo debet dicere ut videtur, quia ſuper *Geneſ.* 4.

A dicit

a Nequitia,] *Gloſſ.* Nequitia eſt temeritas, quando quis audet quod nequit. Ideo dicit *Gloſſ.* ſuper *Jerem.* 48. audacia præcipitata plus audet quam poſſit.

b Invidia,] *Gloſſ.* ideſt, dolore boni alieni. Invidus enim dicitur qui alterius felicitate torquetur, & ſic inducitur in duplicem paſſionem.

a nequitia, plenos *b* invidia, *c* homicidiis, *d* contentione, *e* dolo, *f* malignitate, *g* ſuſurrones, *h* detractores, *i* Deo odibiles, *k* contumelioſos, *l* ſuperbos, *m* elatos, *n* inventores malorum, *o* parentibus *p* non obedientes, *q* inſipientes, *r* incompoſitos, *s* ſine affectione, *t* abſque fœdere, *u* ſine miſericordia. *x* Qui cum juſtitiam Dei cognoviſſent *y* non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte, *z* non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

Cum autem quod ipſe eſt, alium eſſe non vult, aut alium videns meliorem, dolet ſe non eſſe ſimilem. Hæc eſt ſeſa peſſima quæ devoravit Joſeph, accreſcentem. *Gen.* 37. Mirum eſt de invidia, quæ bellum habet contra omne bonum, cum nullum aliud peccatum ſit, quod non habeat pacem cum aliqua virtute, ut ſuperbia diligit humilitatem in alio, & ſic de aliis.

c Homicidiis,] *Gloſſ.* Pluraliter dicit, quia ſunt homicidia actus & voluntatis. *Ezech.* 22. Principes ejus in medio ejus quaſi lupi capientes prædam ad effundendum ſanguinem.

Sicut enim lupus licet non eſuriat, tamen ſi poteſt, interficit animalia, ſic quidam homicidæ homines.

d Contentione,] *Gloſſ.* Contentio eſt impugnatio veritatis per confidentiam clamoris. *Prov.* 10. Qui moderatur ſermones ſuos doctus & prudens eſt. Et *ibid.* 16. Homo perverſus ſuſcitat lites. *Pſalm.* 139. Vir linguoſus non dirigetur in terra.

e Dolo,] *Gloſſ.* Dolus eſt quando aliud agitur, & aliud ſimulatur. *Eccl.* 9. Eſt qui nequiter ſe humiliat, interiora autem ejus plena ſunt dolo.

f Malignitate,] quæ ut dicit *Gloſſ.* eſt mala voluntas, cum ultra non poteſt, vel de beneficiis gratiam non referre. *Iſ.* 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum.

g Suſurrones,] inter inimicos diſcordiam ſeminantes.

h Detractores,] *Gloſſ.* Qui aliorum bona negans, vel evertunt. *Lev.* 19 Non eris ſuſurro vel criminator in populis.

i Deo odibiles,] Sed potius videtur quod debuit dicere: Superbos Deo odibiles, quia *Jacob.* 4. Deus humilibus dat gratiam, ſuperbis autem reſiſtit Deus, quia ſumme bonus diligit bonum, & magis bonum magis diligit, & eo ipſo quod odit malum, & magis malum magis odit.

Sed conſtat quod ſuperbia eſt magis malum. Solvit *Gl.* dicens: Et ne levia putentur ſuſurratio, & detractio, quia in verbis ſunt, addit de eis [Deo odibiles] Vel alia ratione, quia hæc duo magis impugnant gratiam. Gratia enim in homine ordinat eum in ſe & ad proximum. Suſurrando autem impugnant gratiam in quantum ordinat eum ad proximum, detractio in quantum ordinat hominem in ſe. Et propter hoc dicitur [Deo odibiles,] & gratiæ Dei.

k Contumelioſos] qui dictis vel factis contumelias inferunt, etiam turpia, ut dicit *Gloſſ. Prov.* 14. In ore ſatui virga ſuperbiæ.

l Superbos,] *Gloſſ.* in honoribus.

m Elatos,] qui nolunt pati priorem vel parem. *Abd.* 1. Superbia cordis tui extolit ſe.

n Inventores malorum,] qui novum genus mali cujuſcumque inveniunt verbo vel opere. *Pſ.* 27. Propter nequitiam adinventionum ipſorum irritaverunt eum. Et *Pſ.* 82. & 105. Ibunt in adinventionibus ſuis. *Iſ.* 3. Adinventiones eorum contra Deum ut provocarent oculos majeſtatis.

o Parentibus] *Gloſſ.* carnalibus vel ſpiritualibus.

p Non obedientes] ſed feris indomitiores. *Eccl.* 3. Qui timet Deum, honorat parentes, & quaſi dominis ſerviet his qui ſe genuerunt in verbo & opere, & omni patientia.

q Inſipientes,] *Gloſſ.* Non diſcernentes inter bonum & malum. Unde inſipiens eſt qui non ſaporat unumquodque ſicut eſt. *Pſ.* 93. Inſipientes aliquando ſapite.

Sed *Eccl.* 1. *cap.* Execratio autem peccatoribus ſapientia, &c.

r Incompoſitos] habito & inceſſu. 1. *Eccl.* 19. Amictus corporis & riſus dentium, & ingreſſus vel inceſſus hominis enunciant de illo. *Iſ.* 3. Ambulaverunt collo extento & nutibus oculorum ibant. Sed dicit *Pſ.* 139. Neque elati ſunt oculi mei. Et dicit Mellinus: Mulieres in inceſſu ſerpentes fuerunt, & omnis gradus earum ſuperbia repletur. Et *Gloſſ.* hic: Incompoſito corporis indicat inæqualitatem mentis, ſcilicet [Sine affectione,] *Gloſſ.* ſine dilectione proximi. Quia ut dicit Apoſtolus ad *Phil.* 3. Videte canes, videte conciſionem, jam facti ſunt homines canini invicem.

t Abſque fœdere,] ideſt, ſine ſocietate. Dicit *Gl. Iſ.* 24. Diſſipaverunt fœdus, ſempiternum, ideſt, quod deberet eſſe ſempiternum. Unde *Ezech.* 17. Redarguit dominus Sedechiam, quia irritum fecit fœdus quod habebat cum Nabuchodonoſor. Quid ergo de Chriſtianis invicem cōfœderatis. *u* Sine miſericordia.] *Gloſſ.* quia non compatiuntur miſeris. *Oſee* 6. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. Nubes, & ros multum valent in mane, ſed nihil vel parum in fervore diei ſegetibus, ita miſericordia veſtra in neceſſitate & tribulationibus.

x Qui cum juſtitiam Dei cognoviſſent] Unde eſt quod ita repleti ſunt prædictis? Reſpondet, quia cum poſſent cognoſcere juſtitiam Dei quomodo punit peccata, quia ſcriptum eſt in corde uniuſcujuſque, quod ſumme odit malum.

y Non intellexerunt,] ideſt, intelligere neglexerunt.

z Non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus,] quia *Pſalm.* 124. Declinantes autem in obligationem, per conſenſum adducet Dominus, &c. Et ideo dicit alibi, *Pſ.* 138. Si occiderit peccatores Deus, ideſt, quia occides, viri ſanguinum declinate a me; quaſi dicat, nolo eſſe propinquus per conſenſum. Unde 1. *Reg.* 15. Dixitque Saul Cyneo: Abite, recedite atque diſcedite ab Amalech, ideſt, non conſentiatis peccatoribus, ne forte involvam te cum eo, quia *Num.* 19. Qui tangit pollutum pollutus eſt.

Δ dicit *Aug.* quod ſuperbia eſt amor propriæ excellentiæ, ergo vult quod non ſit ei par aliquis, & elatio non videtur eſſe niſi ambitio quæ eſt cupiditas honoris, ergo debuit dicere, elatos in honoribus. *Expoſitio Gloſſ.*

Solutio: Superbi in honoribus, hic dicuntur qui appetunt excellentiam ſuam, & elati dicuntur hic ambitioſi. Sed iterum ſi elati dicuntur qui nolunt pati priorem vel parem, ſecundum hoc Dominus Papa eſt elatus.

Sol. Qui nolunt pati priorem vel parem, ideſt, illum qui revera eſt, vel debet eſſe prior, vel par in compoſitione corporis. *Eccl.* 19. Quia non compatiuntur. *Greg.* Non compatitur qui cum poteſt beneficium non largitur.

y Non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte,] Contra: Nonne ſcriptum eſt in corde uniuſcujuſque hominis, quod fornicatio eſt peccatum mortale, & ſic de aliis. Aliter enim qui ignoranter aliquid horum faceret, non peccaret mortaliter. Sol. Scriptum eſt in corde hominis quod fornicatio eſt contra Deum, ſed non eſt ſcriptum quod mortale, vel quod æterna morte puniendum. Hoc enim fidei eſt credere, quod aliqua pœna quam non videt ſit æterna. Unde (non intellexerunt,] ideſt, non adverterunt. Pœnis, ideſt, peccatis. Quibus delectantur. Contra: Bonum eſt cujus apprehenſio delectatio eſt: ergo a contrariis malum cujus apprehenſio triſtitia, ergo in pœnis cum ſint mali, non poteſt eſſe delectatio.

Solutio. Dupliciter contingit apprehendere bonum, ut bonum, vel ſub ſpecie mali; ſi apprehendatur ut bonum, delectat, ſi ut malum, contriſtat. Similiter & malum ſi apprehendatur ſub ſpecie mali, contriſtat; ſi ſub ſpecie boni, delectat ratione ſpeciei boni non malitiæ. Conſentire eſt tacere, &c. Secundum hoc videtur quod omnes tenentur ad arguendum & ita ad corripiendum, ergo illud *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus corripe eum, præceptum eſt ad omnes: Si dicas, quod non eſt præceptum ad omnes, ſed ad prælatos tantum: Dic cum poſſis arguere, ideſt, debeas ex officio vel de jure. Si dicas quod præceptum ad omnes, dic cum poſſis pro loco, & tempore, ſcilicet quando credis quod arguens debeat ſe corrigere ad monitionem ſuam, ſicut teneor honorare parentes pro loco, & tempore.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. II.

PRopter *a* quod inexcuſabilis es] In primo capitulo oſtendit omnes Judæos, & paganos peccaſſe. Primo recedendo a Deo, &c. modo accedit ad principale propoſitum arguens eorum ſuperbiam, quia Judæi de lege confidentes gentiles reputabant canes, illi e converſo Judæos ſpurciſſimos peccatores. Et hoc eſt.

C A P. II.

A PRopter *a* quod inexcuſabilis *b* es o homo omnis qui judicas. In quo enim judicas alterum, te *c* ipſum condemnas. Eadem *d* enim agis, quæ judicas. Scimus enim, quoniam judicium *e* Dei eſt ſecundum veritatem in eos, qui talia agunt. Exiſtimas *f* autem hoc o homo omnis, qui judicas eos

a Propter quod] id eſt, quia tantum peccaſti.

b Inexcuſabilis es o homo omnis qui judicas. In quo enim alterum judicas, teipſum condemnas.] *Prov.* 6. Illaqueatus es verbis oris tui. Sed ex hoc videtur ſequi, quod ſi prædicator non obſervat ſe ab illis, quæ in aliis redarguit, quod peccet mortaliter. Unde videtur, quod teneatur facere quod prædicat, & eadem ratione Doctor tenetur ad ea quæ docet. Secundum hoc etiam ſi ſacerdos eſt in conſimili flagitio, non debet peccatorem judicare ſecundum forum pœnitentiæ ad idem ſuper illud. 2. *Reg.* 7. Nunquid ædificabis mihi domum. *Greg.* Munda debet eſſe manus, quæ ſordes tergit. Item *Joann* 8. Qui ſine peccato eſt, mittat primus lapidem in eam. Ubi etiam *Gloſſ.* dicit: Prius ſitis juſti, ut reum puniatis. Ad idem *Job* 24. Si non eſt ita, quis me poteſt arguere? *Gloſſ.* Vera ſunt cuncta, quæ tamen ſi non ita eſſent, a vobis redargui non poſſent. In quibus enim ſuccumbitis, redarguere non poteſtis. Sed contra: Iſte ſacerdos eſt fornicator occulte, & parochianos ſuos monet ne ſint fornicatores, conſtat, quod in hoc non peccat: quia nec peccat dando eleemoſynam corporalem; ergo multo magis non peccat dando ſpiritualem, & hæc eſt correctio. Sol. Qui eſt in mortali, non eſt dignus injungere peccatori pœnitentiam, nec prædicare; & ſi in notorio eſt peccato, peccat mortaliter, ſi autem eſt in occulto, licet ſit indignus, non tamen peccat. Unde ſic eſt intelligendum, quod hic dicitur.

c Teipſum condemnas.] id eſt, damnabilem oſtendis. Unde omnes auctoritates non debet reprehendere, id eſt, non eſt dignus ut reprehendat. De Doctoribus dicunt quidam, quod non eſt ſimile, quia intentio Doctoris eſt ad hoc tantum, ut faciat ſcire quod docet; intentio prædicatoris, ut faciat facere. Sed quicquid dicant iſti, nobis videtur quod eodem modo tenetur uterque.

d Eadem enim agis quæ judicas.] id eſt, quæ reprehendis in aliis, ſed judicio condemnationis.

f Exiſtimas autem hoc] Nota diviſionem, ordinationem, & continuationem hujus epiſtolæ. Quæ primo dividitur in duas partes. In prima continetur eruditio ſpeculativi intellectus quantum ad determinationem quarumdam quæſtionum. In ſecunda parte continetur moralis inſtructio, in qua inſtruimur de fide, & unitate, & concordia quæ ſequitur fidem. Prima pars dividitur in quatuor. In prima oſtendit legem naturalem non ſufficere ad ſalutem, uſque ibi: [Propter quod inexcuſabilis] In ſecunda parte oſtendit legem Moſaicam ſuperadditam non ſufficere ſine gratia fidei, uſque ibi: [Quid ergo dicemus] in principio ſexti capituli. In tertia quod lex Moſaica non ſufficit ad ſalutem cum fide informi, ſed neceſſaria eſt fides formata, & protenditur uſque ad illud: [Scimus, &c.] juxta finem octavi capituli. In quarta legem Spiritus ſancti gratiæ non ſufficere ad ſalutem ſine gratia prædeſtinationis, & protenditur uſque ad principium duodecimi cap. Prima autem pars, in qua oſtenditur inſufficientia legis naturalis ſubditur, quia in principio præmittit ſalutationem uſque ibi: [Gratias ago] Secundo captat benevolentiam, uſque ibi: [Juſtus ex fide vivit, &c.] Tertio oſtendit quomodo deficiebant a lege naturali quoad utramque partem juſtitiæ. Et primo quoad primam, quæ eſt divertere a malo, ibi: [Ira Dei, &c.] Secundo quoad ſecundam, quæ eſt facere bonum, ibi: [Inviſibilia enim] In quarta parte oſtendit, quomodo ex hoc defectu ceciderunt in triplicem errorem, ibi: [Quia cum cognoviſſent, &c.] In quinta, quomodo ex hoc errore triplici lapſi ſunt in triplex peccatum, ibi: [Et mutaverunt, &c.] uſque ad ſecundum cap. [Propter quod, &c.] Et ibi oſtendere incipit legem Moſaicam non ſufficere ad ſalutem multis rationibus. Primo per hoc quod Judæi æque ut gentiles ſubditi erant prænumeratis peccatis. Ex quo patet, quod non ſufficiebat lex Moſaica Judæis, & durat uſque ibi: [An divitias, &c.] Secundo oſtendit idem, quia æque abuſi ſunt bonitate, & potentia Dei ut gentiles. Si autem Moſaica lex ſufficeret, manifeſtum eſt, quod non ita eſſent abuſi. Dicit ergo: [Exiſtimas] Oſtendit ut dictum eſt irretitos prædictis peccatis, ut gentiles cum non haberent legem.

A *a* Qui ta-

A Propter qood inexcuſabilis es o homo omnis qui judicas. In quo alterum judicas,] i. damnas. *Gloſſ.* In quo oſtendit eſſe, qood non eſt, i. juſtum, qu. d. quia oſtendis te eſſe juſtum, cum non ſis. Sed ſic videtur, quod ſi juſtus eſſet, poſſet alium damnare, ita quod non peccaret. Et dic, quod ſic damnare ſine peccato impoſſibile eſt, niſi ei fuerit divinitus inſpiratum, quia de nemine deſperandum eſt, dum eſt in via. Unde præſumendum eſt de quolibet, quod ſit bonus. Qui ſine lege peccaverunt, ergo ſine lege eſt peccatum. Non igitur malum, quia prohibitum, ſed quia malum, ideo prohibitum. Solut. Dic quod quædam prohibita, quia mala, quædam e contra, ſecundum opinionem eorum, qui ſuſtinent omnia mala, quia prohibita. Dic: Sine lege ſupple ſcripta peccaverunt, contra ſc. legem naturalem quæ prohibet malum. *b* Inexcuſabilis es] id eſt, non habens unde poſſis oſtendere colorem excuſationis. Ignorantia enim in eis, qui intelligere noluerunt, peccatum eſt; & in eis, qui non potuerunt, pœna peccati; ergo ignorantia eſt peccatum. Ad idem: *Ambr.* Graviſſime peccas, quia ignoras. Item ſi quis tenetur facere aliquid, & non facit illud, peccat; ergo ſimiliter peccat, qui tenetur ſcire aliquid, & non ſcit illud, ſed hujuſmodi omiſſio eſt ignorantia; ergo ignorantia eſt peccatum. Sol. Nulla ignorantia eſt peccatum, proprie loquendo, ſed ignorantia, id eſt negligentia addiſcendi eſt peccatum. Ad verbum Ambroſii: Graviſſime peccas, id eſt periculoſiſſime, quia qui ignorat plagam non quærit medicum. Ad illud, ſi quis tenetur facere, &c. ſuſtinendo, quod peccatum omiſſionis eſt tantum in privatione, ut dicatur omiſſio actus debiti privatio. Dicendum, quod eſt hæc falſa, ille tenetur ſcire, quia tentio eſt ſolum reſpectu actus, qui ſubeſt libero arbitrio: ſcire autem non ſubeſt libero arbitrio, ſed addiſcere, unde teneor addiſcere, ſed non addiſcere, non eſt ignorare, ſed revera peccatum omiſſionis non ſemper conſiſtit in privatione. Eſt enim omiſſio quando facit aliquid quod eſt impoſſibile ei, ad quod tenetur, vel quando contemnit facere illud, ad quod tenetur. Sicut ſi præcipiatur alicui quod eat modo ad aliquem locum, & tunc vadit ad oppoſitum locum. Quidam tamen dixerunt, quod ignorantia eſt peccatum. Et de ignorantia illius, qui laborat in extremis, & conteritur, dicunt quod ipſa tranſit reatu, & remanet actu ſicut originale peccatum. Et iſti dicunt, quod aliqua ſcientia eſt virtus ſicut donum ſcientiæ. *e* Judicium Dei eſt ſecundum veritatem.] Sed omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio; ergo debemus ſolum judicare ſecundum veritatem, non igitur ſecundum allegata tantum. Ad idem *Exod.* 25. Fac tibi tabernaculum juxta ſimilitudinem quæ in monte oſtenſa eſt. Sol. Dic Chriſti actio eſt ejus in quantum Deus, & eſt ipſius dico in quantum homo; quod autem novit veritatem occultam, hoc non ut homo, ſed in quantum homo Deus. Vel dic quod Deus judicat ſecundum veritatem, quam novit in quantum Deus. Similiter judex debet judicare ſecundum veritatem quam novit in quantum judex, & hoc eſt judicare ſecundum allegata. Unde *Gen.* 18. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggravatum eſt nimis: Deſcendam, & videbo utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint, an non eſt ita, ut ſciam. *Gl.* ut judex, quia aut omnia ſciebat ut Dominus. Secundum menſuram boni, vel mali. Facit ad idem *Deut.* 25. *Iſaiæ* 27. *Matth.* 7. *Apoc.* 18. Opere quidem malo, animo autem non malo. Contra: *Matth.* 7. Arbor bona non poteſt fructus malos facere. Dic, opus malum in genere. Ut ſi quis hominem, &c. Inde habes quod occidere eſt opus malum in genere. Ut ſi quis opus miſericordiæ. Argumentum, quod opus miſericordiæ eſt opus de genere bonorum. Contra ſuperſtitioſum, de vana religione glorantem. Qui

Expoſitio Gloſſæ.

A a Qui talia agunt,] de quibus jam dictum eſt.

b Judicium] condemnationis ſimiliter poteſt intelligi. Hoc dicitur contra clericos, qui timere debent, ne dicatur illud *Lucæ decimonono*. Ex ore tuo te judico ſerve nequam. *Proverbiorum ſexto*. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. *Matth.* 7. In quo judicio judicaveritis, judicabimini. *Sapient.* 6. Judicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet. *Jac.* 3. Nolite fieri plures magiſtri, quoniam magnum judicium ſumitis. Propter hoc dicitur *Matth.* 23. Vos autem nolite vocari Rabbi. *Prov.* 11. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum. *Levit.* 19. Statera juſta, & æqua ſint pondera.

qui a talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium b Dei? An divitias c bonitatis d ejus, & patientiæ, e &

A a Longa-

c An divitias] Hæc eſt ſecunda pars hujus partis, in qua oſtendit Judæos abuſos bonitate, & patientia Dei. Et continua ſic: Dixerat, putas tu effugies, &c. Et poſſent reſpondere ita, quia multum benignus eſt Dominus. Reſpondet: Non propter hoc effugies, quia juſtus es: & feciſtis, ut non eſſet vobis bonus, quia abuſi eſtis bonitate, & patientia, & hoc eſt: [An divitias] Et nota: Bonitas, patientia, longaoimitas, quia tribus modis abutuntur miſericordia Dei, quæ in tribus conſiſtit erga peccatores. Primo in largiendo eis beneficia, quod notatur *ibi*: [Bonitatis] Secundo in patiendo, *ibi*: [Patientiæ] Tertio in expectando eos, *ibi*: [Longanimitatis] Dicit ergo: [Divitias bonitatis] ideſt theſaurum divinæ miſericordiæ. Et notatur copioſitas, & abundantia. Divitiæ enim nomen ſunt abundantiæ, *infr.* 11. O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. *Prov.* 8. Qui mane vigilaverint ad me, invenient me, mecum ſunt divitiæ, & gloria: Ibi inveniunt peccatores miſericordiam, juſti divitias gloriæ. *Proverbior.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus in futuro, & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria in præſenti. *Sapient.* 7. Infinitus eſt theſaurus hominibus. Et recte, quia infinitæ ſunt noſtræ miſeriæ, & infinita debet eſſe bonitas miſericordiæ.

d Bonitatis] in largitione beneficiorum peccatoribus, licet indignis. Et hæc bonitas attenditur in octo. Primo in hoc, quod dat eis, licet ſint inimici ejus capitales. *Matth.* 5. Qui facit Solem ſuum oriri, ideſt, beneficia, ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper juſtos, & injuſtos, & hoc ut ſic eos ad ſe alliciat. *Jerem.* 48. Date florem Moab, quia florens egredietur accinctus per beneficia a peccato. Secundo attenditur ejus bonitas in hoc, quod interius incitat ad bonum. *Apocal.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Tertio in hoc, quod a malis refrænat peccatores per flagella, ut ægritudines. *Job* 5. Beatus homo, qui corripitur a Domino: Increpationem ergo Domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat, & medetur. Quarto in hoc, quod a caſu conſervat. Unde *Pſ.* 93. Niſi Dominus adjuvit me paulo minus, &c. Quinto inquantum peccatoribus offert gratiam. 1. *Pet.* 1. Sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam. Sexto in hoc, quod exterius vocat per prædicationem, *infra* 10. Sed dico, nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram, &c. Septimo in hoc, quod exempla benefaciendi, & convertendi ad ipſum, oſtendit in ſanctis viris, quia in omni religione ſunt aliqui boni. Unde *Pſalm.* 103. Extendit cœlos ſicut pellem, &c. ideſt viros cœleſtes. Unde ſuper *Jeremiæ nono*. *Origen.* dicit: Sicut dictum eſt Adam: Terra es, & in terram ibis: ita dici poteſt viſo juſto: Cœlum es, & in cœlum ibis. Cœlum ergo extendit Dominus ſicut pellem per bonum exemplum. Unde *Zachariæ tertio*. Audi Jeſu ſacerdos magne tu, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt. Octavo apparet bonitas Dei in hoc, quod delectationes temporales amaritudinibus reſpergit, ſicut mater quando vult ablactare filium, uberibus imponit aliquam amaritudinem. *Jerem.* 9. Cibabo populum iſtum abſinthio, & dabo eis potum aquam fellis.

e Et patientiæ,] quæ conſiſtit præcipue in hoc, quod non punit eos, qui ſunt in magnis flagitiis. Unde patientia habet reſpectum ad gravitatem peccati. *Pſalmus* 144. Patiens, & multum miſericors. *Jerem.* 15. In perſona juſtorum: Noli in patientia tua ſuſcipere me, ideſt, non parcas mihi in vita præſenti. *Jerem.* 10. Corripe me Domine, verumtamen in judicio, & non in furore. *Joel.* 2. Benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ. In hoc etiam apparet miſericordia Dei, qui videt malos perſequi amicos ſuos, & tamen non punit eos. *Abac.* 1. Quare reſpicis contemptores, & taces impio conculcante juſtiorem ſe.

Expoſitio Gloſſæ.

A Per hypocriſim examen, &c. ergo ſi aliquis occultet peccatum ſuum, & fallat examen intuentium, hypocrita eſt. Contra, propter erubeſcentiam poteſt occultare, & hoc bonum eſt. Unde Philoſophus: Erubuit, ſalva res eſt. Item occultare poteſt peccatum, ne ſcandalizet alios. *Reſp.* Nec ſic eſt hypocrita, ſed qui fallit judicium intuentium, ut dignus ſit in apparentia habere honorem, cum non ſit honore dignus. Unde *Gloſſ.* ſubdit: ut cum puniendus ſit, &c. Qui te judicet, &c. ergo punietur Prælatus, ſi exiſtens in peccato alium arguat de peccato. Verum eſt, ſi de conſimili, & propter hoc, quod indignus tale officium ſuſcepit. Unde *Eccl.* 21. Dum maledicit impius diabolum, maledicit animam ſuam, quia ipſe ſcilicet, facit quod in diabolo maledicit. Videtur autem longanimitas, quæ alibi ſuſtentatio dicitur a patientia differre. Sic invenitur, quod alterius virtutis ſit tolerare ſuperbos, alterius tolerare peccantes ex infirmitate; ergo eadem ratione diligere activos, & contemplativos alterius, & alterius virtutis. Reſpondeo: Idem dicit, quod labor eſt expectando. Unde Dominus, *Iſai.* 1. Laboravi ſuſtinens. Et hoc innuit, cum dicit: Ferri. De aliis dic, quod innuit eos ſuſtentare, non permittens reſpectu virtutum laboris, vel vitiorum. Unde quod longanimitas eſt reſpectu levium peccatorum, patientia reſpectu gravium, non facit diverſitatem, ſecundum ſpecies virtutum, ſed potius ſecundum accidentia. Unde differre attenditur ſupple: Ut Deus intendit, ergo intentio Dei caſſari poteſt, ergo voluntas, quoniam voluntas, & intentio idem ſunt. Contra: Omnia quæcumque voluit fecit, &c. Dic: Ut Deus intendit, quantum in ſe eſt. Simile 1. *Timoth.* 2. Vult omnes homines ſalvos fieri, quantum in ſe eſt, ſupple. Et iſtad velle non eſt velle ſimpliciter; & ideo licet non fiat, non caſſatur intentio Dei, quia intentio Dei non eſt ſimpliciter circa hoc, ſed ejus voluntas, & intentio ſimpliciter eſt, ut aliquod bonum ex expectatione ſua eveniat. Ecce Deum neſcis miſericordem. Cum ergo ex hac ignorantia poſſit talis cadere in deſperationem, videtur, quod deſperatio poſſit eſſe peccatum in filium, quia ex ignorantia. Solutio: Impoſſibile eſt, quod aliquis ignoret Deum eſſe miſericordem, quia quilibet ſcit, quod ipſe eſt ſumme bonus, & ſumme juſtus. Hoc enim ſcriptum eſt in corde uniuſcujuſque. Unde qui deſperat, vel præſumit ex certa malitia, peccat. Quod ergo dicit: Deum neſcis, ideſt, non advertis. Item gravius peccas. Additiva eſt comparatio. Primum per ſe grave: ſecundum cum primo gravius; tertium cum duobus graviſſimum. Graviſſime peccas, quia ignoras; Inde argue: Ergo ignorantia eſt peccatum. Præterea ſecundum hoc ignorantia gravius eſt peccatum, quam impunitatem ſibi promittere, ſed impunitatem promittere eſt peccatum in Spiritum ſanctum, ſed per ignorantiam peccare eſt peccare in filium; ergo peccare in filium majus peccatum eſt, quam in Spiritum ſanctum. Præterea videtur etiam ſecundum hoc, quod contemnere majus peccatum ſit, quam impunitatem ſibi promittere. Item videtur ſibi contrarium, quia qui contemnit, aut ſcit ſe contemnere, aut ſe ignorat. Si ignorat, ergo idem eſt contemnere, & ſe ignorare ſe contemnere, ergo neutrum gravius altero. Sed ſi ſcit ſe contemnere, majus peccatum eſt ſcienter contemnere, quam ignoranter contemnere, ergo gravius peccat qui contemnit, quam qui ignorat contemnere.

Solutio: Comparativus duobus modis ſumitur. Intenſive, ſicut margarita eſt albior equo: Aggregative, ut quinque plura tribus, hoc modo ſumitur hic, peccat gravius, qui contemnit, quam qui impunitatem ſibi promittit, ideſt, plura peccata facit, qui hoc cum illo, quam qui alterum illorum. Primus enim graviter peccat. Secundus gravius ſimplex peccat. Tertius ſimiliter graviſſime, qui cum his duobus ignorat. Item dic graviſſime, quia ignorans non quærit qui dicit, & ſic cito non pœnitet, & ideo graviſſime,

A ideſt,

▲ *a* Longanimitatis] quæ eſt in expectando peccatores ad pœnitentiam, & reſpicit peccati diuturnitatem. *Iſ.* 1. Laboravi ſuſtinens. *Iſai.* 6. Expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruſcas. *Pſalm.* 102. Longanimis, & multum miſericors. *Iſai.* 43. Uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portabo, ego feci, & ego feram, ego portabo, & ſalvabo.

b Contemnis.] donis, & beneficiis ejus abutendo, quod eſt contemnere Dei bonitatem; ſive divitias patientiæ, impunitatem ſibi promittendo; divitias longanimitatis, non te corrigendo, ſed potius indurando.

a longanimitatis *b* contemnis. Ignoras *c* quoniam benignitas Dei *d* ad pœnitentiam te adducit? Secundum *e* autem duritiam tuam, & impœnitens cor *f* theſaurizas tibi iram in die *g* iræ, & revelationis juſti judicii Dei, qui reddet unicuique ſecundum opera ejus.

c Ignoras quoniam benignitas Dei] quæ conſiſtit in tribus prædictis. Et poſſet quis reſpondere: Non contemno, imo dicit, quia tu [ignoras, &c.] *Geneſ.* 6. Dedit Dominus ſpatium centum annorum, ut pœniterent. *Sapient.* 12. Si enim inimicos ſervorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciaſti attentione, &c. uſque, bonarum promiſſionum. *Eccl.* 13. Peccator ex eo, quod centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum. Sed cum ita Dominus benignus ſit, ut nos.

d Ad pœnitentiam adducit?] tamen

e Secundum autem duritiam] contra bonitatem, quod eſt, quia non habet affectionem erga Deum. [Et impœnitens cor] contra patientiam, quia non proponimus pœnitere.

g In die iræ, & revelationis] quæ occulta cordium tunc manifeſta erunt.

f Theſaurizas] longanimitatem, quia ea hoc majorem pœnam meretur, quod dat Dominus beneficia alicui, & eum expectat ad pœnitentiam, & ipſe non pœnitet. Unde *Eccl.* 8. Quia non cito profertur contra malos ſententia abſque ullo timore, &c. [Theſaurizas tibi iram,] contra benignitatem, ideſt, accumulas pœnam. [In die judicii Dei, qui, &c.] *Jerem.* 50. Aperuit Dominus

Δ Theſaurum

Poſtilla. Gloſſa.

A ideſt, periculoſiſſime. Quod autem dicit peccare ex ignorantia, eſt peccare in filium, impunitatem ſibi promittere eſt peccatum in Spiritum ſanctum, dic quod utrumque periculoſum eſt. Peccare enim in Spiritum ſanctum periculoſum quoad genus peccati, & quoad ipſum peccatum, quia committit periculoſum peccatum. Peccare in filium, ideſt per ignorantiam periculoſum eſt quoad peccatum, quia ſcilicet non quærit medicinam. Sed tu non advertis, imo, &c. Simile *Jerem.* 51. Quæ agunt, diſplicent poſtea, vel tunc ſecundum ipſum, *infra* 6. Sunt enim quidam, iſti peccant ſub Deo. Quærenus, ideſt qualiter, vel quantum. Datur, vel, ideſt, detur. *Pſ.* 77. Spiritus vadens, & non rediens, &c. Sunt alii, iſti peccant contra Deum, quibus placent mala. Sed dicit *Auguſt.* Nihil adeo veniale quod non fiat mortale, dum placet; ergo etiam veniale, ut jocoſum mendacium, ſi placet, mortale. Similiter objici poteſt de mendacio pro vita hominis ſalvanda. Item ſi damnifico aliquem injuſte in quinque ſolidis, pecco mortaliter, ſed venialiter peccans damnum animæ facit, ſed majus eſt damnum animæ quodcumque illud ſit, quam damnum quinque ſolidorum, & illud damnum infert pœnam æternam; ergo & damnum venialis culpæ, & ſic omne peccatum eſt mortale. Solutio: Placere poteſt eſſe circa Deum, & ſic manet veniale, ſi vero plus in illo placet, quam in Deo, mortale eſt. Unde quod objicit de damnificatione quinque ſolidorum, non valet, quia reſpectu damnificationis non eſt peccatum, ſed reſpectu libidinis, vel delectationis. Sed quoniam ea, quæ fecerunt ſupple. Major eſt iniquitas. *Gen.* 4. Deum non juſtum. Aut ergo peccant contra juſtitiam, ergo contra filium, quia pater omne judicium dedit filio. Præterea præſumens addit miſericordiæ Dei, deſperans diminuit a miſericordia Dei; ergo tales addunt, vel diminuunt a bonis Dei, non ergo peccant contra juſtitiam. Contra: Illud *Eccl.* 18. Non adjicere, neque minuere, nec eſt invenire magnalia Dei. Solutio: Cum omne vitium eſt ea ſuperfluitate, vel egeſtate, & hæc duo ſunt ſimiliter ex ſuperfluitate, & egeſtate reſpectu miſericordiæ, & bonitatis Dei, unde alterum extendit miſericordiam, alterum minuit; ideo ſunt contra miſericordiam, & ita

in Spiritum ſanctum. Quod dicitur: Autumant Deum injuſtum, per conſequens dictum eſt, vel dic, quod in hujuſmodi peccatis, quæ ſunt contra Spiritum ſanctum non ſiuis, ſed radix peccati conſideratur, ſcilicet, quia ex certa malitia, quod dicitur non eſt adjicere, vel minuere magnalia Dei. Verum eſt ſecundum veritatem, ſed tamen ſecundum falſam reputationem. Contrariis rebus, quia unus nimis conſtringit, alius nimis laxat. His duobus fit blaſphemia. Secundum hoc videtur, quod tantum ſint duo peccata in Spiritum ſanctum, præſumptio, & deſperatio. Contra: Maxime impugnatio fraternæ dilectionis peccatum eſt in Spiritum ſanctum, quod quidem verum eſt. Unde diviſionem peccati in Spiritum ſanctum ſic accipe: Bonitas Dei impugnatur, aut in ipſo Deo, aut in alio. In primo dupliciter, aut nimis extendendo, aut plus, quam debeat minuendo. Primo eſt peccatum præſumptionis, ſecundo peccatum deſperationis. Item in homine impugnatur dupliciter, in ſe, vel in proximo. In proximo, vel quoad dona intellectus, & tunc eſt impugnatio veritatis agnitæ, vel quoad dona effectus, & tunc eſt impugnatio fraternæ dilectionis. In ſe dupliciter, vel reſpuendo jam gratiam habitam, vel oblatam, & tunc eſt propoſitum non pœnitendi, ſeu impœnitentia pœnitentis. Quod ergo hic dicitur, duobus modis fit blaſphemia intellige, quia iſta duo peccata inter quinque, quæ ſunt in Spiritum ſanctum ſunt maxima. Unde in Evangelio dicitur: Qui peccaverit. *Matth.* 10. *Marc.* 3. Vel verbum blaſphemiæ. *Luc.* 12. *Jo. in Epiſt. Canon.* 1. *Jo.* 5. Pertinaciter malo inhærent, ideſt nimis præſumentes. Undique vocat *Luc.* 14. Nemo virorum illorum, qui vocati ſunt. *Gloſſ.* Nemo, ideſt, aliquis vix, aut nullus homo. Tempus mundi. *Job* 24. Dedit eis Deus tempus pœnitentiæ, & ipſe abutitur eo in ſuperbia. Vocat per miſericordiam. *Prov.* 1. Vocavi, & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit, qui aſpiceret; deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ut miſereri non velit. *Cant.* 4. Ibo ad montem myrrhæ, & ad colles: Pœnitere non poſſunt. Hæc opinio falſa: Induratum eſt cor ejus tanquam lapis. *Job* 40. Quid ſi ctas. *Joel ſecundo.* Quis ſcit ſi convertatur, & ignoſcat Deus, &c. Antequam tempus veniat. De prima 1. *Corinth.* 1. Præbendo enim patientiam. *Job vigeſimoquarto.* Dedit locum, &c. *prima Timoth. cap. tertio & quarto*, & *ſecunda Petr. tertio.* Nolens aliquem perire, ergo nolente Deo perit aliquis, ergo contra voluntatem. Solutio: Nolens, ideſt, non volens, una pars, Nolens, in quantum in ſe eſt: Hæc de prima opinione. Sequitur de ſecunda. Supra *Matthæi duodecimo* ſuper *Marc* 3. Vel quia non pœniteant. Quidam libri habent: Non quia nunquam pœnitent, ſed male. Unde 1. *Joan.* 5. Sed non dico, ut quis oret, ſed nonne proximus diligendus eſt ex charitate, ergo ſemper orandum eſt pro eo. Quod dicit Joannes ad innuendum, quod de facili non remittitur per orationem, vel de facili pro tali non eſt orandus Deus. Unde *Jeremiæ decimoquinto.* Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, &c. Quaſi invitus in eos vindicat. *Threnor.* 13. Non enim ex corde ſuo humiliavit, & abjecit Dominus filios hominum. Medentis Deum. *Sapient.* 1. Deus mortem non fecit, neque lætatur perditione vivorum: Creavit enim Deus, ut eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum; ergo dum tempus eſt *Galat.* 6. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Irarum poſtmodum. *Pſalmus ſextus.* Cognoſcetur Dominus judicia faciens. Diem vocat non pro tempore; ergo non de die, dies enim judicii. Contra: *Abacuch tertio.* Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, ſed eorum habitaculum eſt hemiſphærium ſuperius, quia ibi facti fuerunt, ergo dies erit, quod nihil eſt aliud dies, quam Sol lucens ſuper terram. Item *Iſaiæ capite quadrageſimo*: Non erit Sol amplius, &c. *Gloſſa.* Iſidorus dicit, quod manebit Sol ſuperius, & non deſcendet inferius. Item *Iſaiæ vigeſimo quarto.* In die illa erubeſcet, ideſt, rubeus erit ad terrendum homines, ergo videbis. Sol ergo erit ſuper terram, & ita dies. Si hoc: Contra. *Matthæi vigeſimo quinto.*

A theſaurum ſuum, protulit vaſa iræ ſuæ. ***Job*** **38. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, quæ præparavi in tempus hoſtis, in diem pugnæ, & belli,** i. in diem judicii, ſicut quando quis debet pugnare contra aliquem, vadit ad theſauros ſuos.

a Qui ſecundum patientiam boni operis,] ſunt ſupple. *b* Ira] Pœna inferni. *c* Et indignatio] judicis, vel ſui. *d* Tribulatio,] in anima. *Soph.*1. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. *e* Et anguſtia] boni inopia.

His *a* quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt vitam æternam. His autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati: credunt autem iniquitati, ira *b* & indignatio, *c* tribulatio, *d* & anguſtia *e* in omnem animam hominis operantis malum, *f* Judæi primum, & Græci. Gloria autem, & honor, & pax

f Judæi primum] quia utramque legem tranſgreſſus eſt. *Luc.* 12. Servus ſciens voluntatem Domini ſui, & non præparavit, &c. 2. *Pet.* 12. Melius erat illis, &c.

Expoſitio Gloſſæ. A Media nocte clamor factus eſt, &c. Igitur de nocte veniet, & ita de nocte fiet judicium. Sol. Notabiliter dicit diem, non pro tempore, quia non eſt aperte expreſſatum in Sac.Scriptura, utrum de die fieri debeat, an de nocte? Dicitur autem, quod de die: quia tanta erit claritas, quod legentur conſcientiæ. Unde *Dan.*7. Sedit judicium, & libri aperti ſunt. *Gloſ.* i. conſcientiæ. Quod dicitur in Matthæo: Media nocte, &c. Dic, i. ſubito. Sed quia omnia tunc erunt aperta. *Matth.*10. Nihil opertum, &c. *Heb.* 4. Omnia nuda, & aperta, &c. Juxta, i. ſecundum opera ſua reddet mala pro malis. Contra: Super illud: Deus laudem meam ne tacueris, in verſu illo: Polluerunt, &c. dicitur: Tribus modis committitur peccatum, vel reddendo mala pro bonis, vel non reddendo bona pro bonis, vel reddendo mala pro malis, ſed Deus peccare non poteſt; ergo non poteſt reddere mala pro malis. Forte ſolvet, quod imo malum pœnæ pro malo culpæ reddit Deus. Non videtur, quia homo pro malo ſibi illato pœnam reddere non debet, quia faceret contra illud: Si percuſſerit te in maxillam unam, præbe ei & alteram. Reſp. De malo pœnæ revera intelligitur. Sed dupliciter reddi poteſt, vel libidine vindictæ, ſic non cadit in Deum; vel amore juſtitiæ, & ſic cadit in Deum. Tantum mala pro bonis non reddet, imo bona pro malis. *Tob.*12. Et quoniam acceptus eras, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te. *Eccl.*2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Sol. In futuro non reddet mala pro bonis, ſed hic ad majorem coronam, vel ad augmentum gratiæ, quia hic tempus eſt merendi, quod non eſt in futuro. Bona pro malis, ſcil. gratiam. Aut appellat gratiam, fidem, vel virtutem, vel vitam æternam. Si fidem, vel virtutem, dat parvulis, ſicut adultis; ergo male diſtinguitur inter eos. Si vitam æternam ſimiliter, & hanc dat parvulis ſicut adultis. Sol. Gratia pro vita æterna, ſed dat ſine parvulis quod malis, quia eam mereri non poſſunt, ſed adultis cum gratia, qua mereri poſſunt. Unde gratiam pro gratia, id eſt præmium pro merito, delictum pro injuſtitia. Juſtitia eſt declinare a malo, & facere bonum. Hæ enim ſunt partes juſtitiæ; ergo injuſtitia per contrarium in omiſſionem boni, & pro creatione mali, ſed neutrum iſtorum eſt in parvulis; ergo injuſtitia non eſt in parvulis. Dicitur, quod injuſtus hic large ſumitur, ſecundum quod privat juſtitiam, prout juſtitia circuit omnes virtutes, ſicut Euphrates. *Gen.*2. Et ſecundum hoc privat omnem virtutem, ſicut in parvulis injuſtitia. Sic large ſumitur juſtitia, cum dicitur: Juſti autem in perpetuum vivent. Injuſtitia ergo in parvulis ſumitur ſic pro originali peccato. Sed adhuc nihil eſt in hoc dictum. Cum pro temporali opere peccati perpetuo puniat. Videtur Dominus ultra condignum punire, cum pro momentanea delectatione, ac temporali æternaliter puniat. Ad idem ſuper illud *Pſ.* 73. Ex uſuris, & iniquitate redimet animas eorum, &c. *Gloſſ.* Plus accipiunt in pœnis, quam commiſſum ſit in culpis. Item *Apocalypſis* 18. In poculo quo miſcuit vobis, miſcete ei duplum. Solvit hic Gregorius, quia mens in hac vita quæ nunquam voluit carere peccato juſtum eſt, ut nunquam careat ſupplicio. Sed ecce aliquis peccator non pœnitet de peccato in quo eſt modo, tamen vellet, quod nunquam fuiſſet peccatum, talis bene vellet carere peccato, aliter enim voluit, quod non eſſet peccatum; ergo debet carere ſupplicio. **Præterea ſuper illud 2.** ***Corinth.*** **3. Quidam ſuper fundamentum ædificant ligna, fœnum, ſtipulam. Dicit** ***Gloſſ.*** **quod quidam uxores, & filios diligunt** plus debito, & moriuntur. Iſti nunquam voluerunt carere peccato; ergo non carebunt ſupplicio. Contra: Apoſtolus de talibus dicit: Salvi erunt, ſic tamen quaſi per ignem. Sol. Tres ſunt rationes, propter quas ſic Dominus pro temporali peccato æternaliter punit. Prima ratio reſpectu ipſius animæ, ſecunda ratione materiæ, tertia ratione finis. Primam tangit *Origen.* ſuper *Num.* 14. Annus pro die imputabitur. *Gloſſ.* Neget quis fortaſſe bonitati Dei convenire, ut pro unius diei peccato annum ſuppliciorum rependat. Et innuit *Gloſſ.* quod corpus quanto partes habet ſolidiores, & magis compreſſas ſi vulneretur, tanto difficilius ſanatur; ſed anima ſolidior, & firmior eſt, quam corpus; ergo ſi vulneretur in infinitum, difficilius ſanari debet, propter quod accidit, quod ſi cum vulnere mortali exeat a corpore, æternaliter crucietur. Ratione materiæ: Si enim pro tanto furto tanta pœna, pro majori major, & pro maximo maxima, & pro infinito majori in infinitum major pœna, ſed pro furto, vel pro homicidio, quod quam cito committitur, mors temporalis infligitur, quæ in perpetuum durat, ſed in infinitum plus eſt mors animæ, quam corporis; ergo pro occaſione in infinitum major, & non in infinitum niſi pœna æterna; ergo pro peccato mortali, quod eſt mors animæ infligi debet pœna æterna, quod peccatum mors eſt animæ. *Eccl.* 23. Peccans interfecit animam. *Matth.* 16. Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Ratione finis ſic: Qui facit contra bonum aliquod, puniri debet; ergo qui contra magis bonum magis puniri; ergo qui contra bonum infinitum in infinitum puniri, ſed qui mortaliter peccat, contra infinitum bonum facit, ergo in infinitum puniri debet, & ita æternaliter. Hoc autem innuit Samuel 1.*Reg.* 2. Si peccaverit vir in virum, placari poteſt ei Deus, ſi autem in Deum, quis orabit pro eo? q. d. nullus. Quod ergo objicit de eo, qui non vult eſſe peccatum, tamen non pœnitet: Dic quod noluit carere peccato, ex quo non pœnitet. At illud dic, quod Apoſtolus loquitur ſolum de veniali peccato, & talis ex quo decidit cum charitate finem impoſuit peccato, quia ardor charitatis aliquando totum conſumit, aliquando vero difficultates relinquit, quæ poſt igne purgatorio cremantur. Præter autem has rationes notat, quod ſicut conſentientibus animis cum verbis de præſenti, cito contrahitur matrimonium, quod per totam vitam durat, & per verba cito dicta fiunt contractus, & perpetuo obligantur perſonæ, ſic non eſt mirum ſi peccato temporali æterna pœna infligatur: item ſicut dicit inferius *Gloſſ.* notæ peccatorum, ſeu maculæ relinquuntur in anima, & macula illa mala eſt ignis, Unde cui poſt hanc vitam non poſſit deleri continuo, & in æternum ardebit ſicut cremabile appoſitum igni. Unde *Sapient.*14. Factum cum eo, qui fecit tormentum patietur. Item *Auguſt.* Qui privavit ſe homo bono æterno meritu incidit in malum æternum. Et ſic intellige, quia privavit ſe homo bono æterno, id eſt, gratia, qua potuit mereri vitam æternam, merito incidit in mortem æternam. Unde *lib.* 21. *de civitate Dei.* Malo dignus eſt æterno, qui in ſe peremit bonum, quod in ſe poſſet eſſe æternum. Utrum mala voluntas, &c. Hic eſt quæſtio, utrum illi, qui ſunt in inferno poſſint peccare? Quære alibi: Cum auctoritas dicat: Nullum malum impunitum. *Eccleſ. ult.* Cuncta quæ fiunt adducet Deus in judicium. *Matth.*10. Nihil occultum quod non reveletur. Bene uſi patientia. Si Dominus patientiam habet ad eos, ergo ipſi non boni: Dic patientiam antequam bene agerent. Item ſumitur patientia pro expectatione, & alio modo ſumitur quam prius. Tales enim de miſericordia Dei dicuntur expectari. Unde *Threnor.* 3. Miſericordia Domini, quod non ſumus conſumpti: Fulgebunt ut Sol. *Matth.*13. Quia ad dexteram Dei. *Matth.* 25. Sancti erunt. Aliter ſancti, aliter Chriſtus, ſancti in potioribus bonis; Chriſtus in quantum homo in potioribus

bus

a bus bonis, & potiſſimo modo inquantum Deus æqualiter, & regnando. Et qui dat: Sed nonne Deus dat in præſenti, qui etiam eſt incorruptibilis. *Prov.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus. Dic, quod hic Deus dat auctoritate, homo miniſterio, ideo corruptibile, ſed in futuro ſolus Deus, & auctoritate, nec alius miniſterio. Ut non videatur, ideſt, ut non videatur, ſicut hypocritæ. *Matth.* 6. Judæum ſemper anteponit. Sic acceptor perſonarum Deus, vel videtur, quod non judicet ſecundum opera. Dicimus, quod oratio patris boni prodeſt filio ſi oret pro eo.

omni operanti bonum, Judæo primum, & Græco: Non a eſt enim acceptio perſonarum apud Deum. b Quicumque c enim ſine lege d peccaverunt, ſine lege peribunt. Et e quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. f Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.

a Non eſt enim acceptio perſonarum] Idem *Actor.* 10. *Jacob* 2.

b Quicumque enim ſine lege peccaverunt,] Hæc eſt tertia pars hujus ſecundi capituli, & continuatur ſic: Dixerat, quod non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Unde exponit, dicens:

c Enim] ideſt, quia [Quicumque ſine lege] ideſt gentilis ſcripta.

d Peccaverunt, ſine lege peribunt.] non pro legis tranſgreſſione. Tamen aliter exponitur ſuper illud: Non reſurgent impii in judicio. *Gloſſ.* Qui ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt, ideſt ſine legis diſceptatione. Et in hoc minorem pœnam habebunt, quia illa exprobratio *Matth.* 25. Eſurivi, & non dediſtis mihi manducare, ſitivi, &c. erit maxima pœna damnationis Chriſtianis.

e Et quicumque in lege peccaverunt,] ideſt contra legem ſcriptam habentes. [Per legem] ideſt, per legis tranſgreſſionem, vel diſceptationem legis [judicabuntur.] 1. *Petr.* 4. Tempus eſt, ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Evangelio, quia *Jo.* 3. Qui non credit, jam judicatus eſt. Ideo non reſurgent impii in judicio, neque peccatores in concilio juſtorum, Impii qui ſine lege, & fide. Peccatores, qui legem habuerunt, & non egerunt.

f Non enim auditores legis] Quarta pars hujus capituli, &c. Et eſt argumentum: Tales plus habent legis, qui nunquam audierunt, & faciunt, quæ legis ſunt, quam qui legem habuerunt, & tamen eam non faciunt. Ergo cum Gentilibus non ſufficiat facere, quod bene concedunt Judæi, multo minus ſufficit Judæis, qui non eam faciunt, ergo lex Moyſi non ſufficit ad ſalutem. Et continuatur hoc uſque ad principium tertii cap. Poſſent ergo ad præcedens reſpondere Judæi, non damnamus, quia ſuſcepimus legem. Imo dicit: [Non enim auditores legis] *Jac.* 1. Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipſos. Et qui in lege perfectæ libertatis, ideſt in Evangelio uſque ibi: Hic beatus in facto ſuo erit. Unde *Lucæ* 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et *Matth.* 7. Omnis ergo, qui audit verba mea hæc & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram. *Pſalm.* 118. Beati, qui ſcrutantur teſtimonia ejus, in toto corde exquirunt eum, per bona opera, & bona deſideria: Et alibi: Memores ſunt mandatorum ejus ad faciendum ea. Sed videtur, quod imo auditores verbi juſti ſunt apud Deum, quia *Joann.* 15. Vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis.

a Propter

Expoſitio Gloſſæ. b Quicumque enim] *Gloſſ.* Cui Judæi obnoxii ſunt. Sed eadem eſt lex naturalis, quæ ſcripta, quia totus decalogus dicitur lex naturalis, excepta obſervatione cæremonialis; ergo & gentiles pro lege ſcripta damnabuntur, ſicut & Judæi. Quæ ergo eſt differentia? Dicit, imo quod differentia eſt: quamvis enim eadem ſit lex ſcripta in corde, quæ in tabulis lapideis, tamen Judæus dupliciter tranſgreditur, facit enim contra naturalem legem in quantum ſcripta in corde, & in quantum data eſt per Moyſen a Domino, gentilis autem in quantum in corde eſt ſolum, offendit. Unde lex naturalis in gentili obligat quantum ad remorſum conſcientiæ tantum, in Judæo quoad hoc, & quoad timorem ſervilem, ſecundum quod legis jugo ſubjiciebatur, quam dedit Deus. *Exod.* 20. per Moyſen. *Joan.* 1. Lex per Moyſen data eſt. Aggravat eos, ideſt oſtendit aggravatos. Excuſatio quam ſolent habere homines de ignorantia, *Jo.* 15. Si non veniſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent. Hominem ſcientem: *Luc.* 12. 2. *Pet.* 2. Quare neſcientem ignorantia facti hæc aliquando excuſat a tanto, & a toto; ſimplex a tanto, & non a toto; affectata, nec a tanto, nec a toto. Secundum Præpoſitum tamen, excuſat a tanto, qui ſecundum ipſum nulla ignorantia eſt peccatum, niſi ignorantia affectata dicatur affectatio neſciendi; tunc enim ſine dubio peccatum eſt, ſed proprie affectatio neſciendi non eſt ignorantia affectata, ſed neſcientia, frequens, vel concomitans affectionem, quæ eſt pœna peccati. Eſt autem ignorantia, ſecundum cauſam materialem, alia juris, alia facti; ſecundum efficientem ſimiliter craſſa, affectata; ſecundum formalem vincibilis, invincibilis. Aliud ſcire noluiſſe, quaſi dicat, aliud eſt ignorantia affectata. Neminem ſic excuſat, quaſi dicat, ſimplex excuſat a tanto, ſed non a toto. Quia non audivit quid crederet, *infra* c. 10. Fides ex auditu. Item, quomodo credent ei, quem non audierunt, aut quomodo audient ſine prædicante. Reatu originis, ideſt originali peccato, ſive qui novit, ſive qui non novit. Hoc nihil eſt, ut videtur, quia in corde cujuslibet ſcripta eſt lex naturalis, per quam novit quid agendum. Solutio: Per illam neſciunt plene, & explicite quid agendum, & quid non, nec quid credendum, vel ſperandum, vel diligendum. Qui judicat, ut Judæus. Qui non judicat, ut gentilis. Ignorantia, &c. peccatum eſt, i. omiſſio addiſcendi, vel affectatio neſciendi. Quaſi per ignem. 1. *Cor.* 3. Parumper immendendo, ideſt non omnino bene inquirendo, & hi male dicunt. Sed hoc quod ſcilicet ſalvabitur. Hoc merito fundati, ideſt fidei cooperantis per dilectionem. Qui ſine fundamento, Chriſto, ideſt ſine fide Chriſti per dilectionem operantis, qui eſt fundamentum Chriſtiani. Erit Sodomæ. *Matth.* 10. *Luc.* 10. Excuſationem non habebunt. *Jo.* 15. quibus nec per ſe, nec per ſuos locutus eſt. Nonne dicitur fides Catholica univerſalis; ergo omnes tenentur credere. Item *Joann.* 3. qui non credit jam judicatus eſt. Præterea hoc non videtur: Sit aliquis nutritus in nemore ab aliqua beſtia, & poſt fuerit ibi diu, talis nihil ſcit de Chriſto; ergo videtur, quod habeat excuſationem. Item, ſit quod puer, ſit hic, ubi non eſt aqua, unde poſſit baptizari, talis ſimiliter videtur habere excuſationem. Reſpondeo: In talibus judicia Domini abyſſus multa. Veruntamen, quod nec ialis, nec talis excuſatur. Primus, quia habuit rationem naturalem, qui ſi ſecundum eam feciſſet quod in ſe eſſet, Dominus contuliſſet gratiam: Secundus, quia non habuit ſacramentum, & ita nec gratiam. Quod autem dicitur hic: Excuſationem habent. Verum eſt a tanto, non a toto: Vapulabit, *Lucæ* 12. Apud homines, ideſt, opiniones hominum. *Jacob primo.* Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. *Numer. vigeſimoquarto.* Dixit homo, cujus obturatus eſt oculus. *Matthæi vigeſimo.* Voca operarios, & redde illis mercedem. Qui crediderunt in Chriſtum, ergo implere legem eſt credere in Chriſtum. Contra: Multi impleverunt legem, qui nihil ſciverunt de Chriſto in veteri Teſtamento. Solutio: Omnes crediderunt in Chriſto implicite. Crediderunt enim, quod Moyſes credebat. Moyſes autem noverat promiſſum. *Deuteron. decimo octavo.* Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi Dominus, ipſum tanquam me audietis, &c. *Gloſſ. Auguſtini*: Hoc reſpicit ad tempus Apoſtoli, ubi explicare oportebat credere in Chriſtum, ideſt, juſtum, ideſt, juſti fient, a Deo, ut ſint fortes, &c. Et tunc legenda eſt littera præpoſtere, ut juſtificatio præcedat factores legis. Sed contra: Supra proximo dicit *Gloſſ.* quod implere legem, eſt credere in Chriſtum, ſed in juſtificatione impii ſunt quatuor, infuſio gratiæ, motus liberi arbitrii, contritio, remiſſio peccatorum. Sed motus liberi arbitrii nihil aliud eſt, quam credere in Chriſtum, vel conſimile, & hoc eſt, facere legem, ergo præcedit juſtificationem, ſive peccatorum remiſſionem. Quid eſt ergo, quod dicit? Solutio: Appellatur hic juſtificatio gratiæ infuſio, quæ naturaliter præcedit etiam ipſum

A Propter hoc dixerunt quidam Hæretici facientes omnes ſpurcitias, quod poſtquam audierant prædicationem aliquam, ſtatim mundi erant ab omnibus. Sed ille idem, qui dixit hoc, alibi dicit *Jo.*13. Et vos mundi eſtis, ſed non omnes, quod dixit propter Judam, ipſe tamen pluries audierat verbum Domini. Unde quod dicitur *Jo.* 13. Intelligitur de ſermone habito interius per fidem, i. de æterno verbo, i. de ſeipſo, quam manifeſtaverat in cordibus eorum per cognitionem fidei, & dilectionem charitatis.

C

a Cum enim gentes, quæ legem non habent *b* naturaliter, *c* ea, quæ legis ſunt, faciunt, ejuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi *d* ſunt lex, qui oſtendunt *e* opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, *f* teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe invicem cogitationum *g* accuſantium, aut etiam *h* defendentium in die *i* cum judicabit Deus occulta hominum ſecundum Evangelium meum per *k* Jeſum Chriſtum.

a Cum enim gentes, &c.] ut dictum eſt, intentio Apoſtoli eſt, quod illi, qui faciunt legem, & non habent eam, plus habent, quam ipſi, qui non faciunt eam, & habent; & tales ſunt Gentiles, & tamen non juſti; ergo multo magis nec Judæi. Et hoc eſt: [Cum enim gentes, quæ legem non habent] Moyſi.

c Ea quæ legis ſunt, faciunt,] quia adimplent mandata, & non tranſgrediuntur prohibita.

b Naturaliter,] ideſt per legem naturalem ad vitam a gratia, ſicut cæcus illuminatus videt per viſionem reparatam per miraculum.

d Ipſi ſibi ſunt lex,] Habet enim quilibet ſcriptum in corde, quid debeat facere, & a quo abſtinere. Propter hoc dicit Dominus *Iſ.*46. Redite prævaricatores ad cor. *Prov.*22. Deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus, & ſcientia, &c. In ratione per deteſtationem mali, & approbationem boni. In concupiſcibili per amorem boni, & odium mali. In iraſcibili, quia naturaliter inſurgit contra malum, & accingit ſe ad bonum. Unde vis iraſcibilis eſt quidam vigor animi.

e Opus legis ſcriptum] *Eccl.*17. Senſu implevit cor illorum, & mala, & bona oſtendit eis, & poſuit oculum ipſorum ſuper corda eorum; oculum ſcilicet rationis, quæ dictat hoc eſſe ſectandum, illud deteſtandum.

f Teſtimonium reddente] Quod enim ſit ſcriptum legis, in cordibus eorum oſtenditur, ex hoc, quod quando ei facit malum, conſcientia remordet eum, quando bonum, placet ei.

g Accuſantium,] quando dicit apud ſe, tu feciſti iſtud, & illud eſt peccatum.

h Defendentium] quando contra remorſionem conſcientiæ de peccatis, dicit: Non nimis timeas, quia feciſti multa bona.

i In die cum judicabit] maxime tunc.

k Per Jeſum Chriſtum.] *Jo.*1. Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio. [Accuſantium] *Sap.*4. Ex iniquis enim omnes, qui naſcuntur filii, teſtes ſunt nequitiæ adverſus parentes in interrogationibus ſuis, quæ fient in die judicii. Unde *in eodem*. Et traducent illos ex adverſo iniquitates eorum, ideſt accuſabunt ſe. *Matth.* 1. Joſeph cum eſſet vir juſtus nolebat traducere eam, ideſt accuſare. *Pſalm.* 49. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam, ideſt conſcientia, qua dignoſcitur, utrum bonum, aut malum egerit,

a Iſ. 3.

A credere, quia credere motus eſt liberi arbitrii, quem præcedit gratiæ infuſio. Sed iterum objicitur de hoc, quod dicit *Gloſſ.* Qui crediderunt in Chriſtum, &c. quod quidem eſt per gratiam, ergo aliqua gratia præcedit credere, ſive fidem; ergo fides non eſt prima virtutum. Quod concedunt quidam, dicentes, quod imo charitas eſt incipere prima. Alii dicunt, quod appellatur hic gratia quidam ros, qui præcedit ipſam virtutem. Et ſumunt hoc ab illo verbo *Iſ.* 26. Ros lucis, ros tuus. Ibi *Gloſſ.* Miſericordia Dei irrigans fidem, & perducens ad operationem. Sed dicendum, quod credere ſumitur hic non pro fide, ſed pro motu fidei, qui eſt per gratiam, quæ eſt fides, ſicut ſupra dictum eſt, ſc. quod prius juſtificantur, & poſtea ſunt factores legis. Et ſalvari ſi bene operaretur. Ex hoc videtur, quod aliquis poſſit ſalvari, & juſtificari per legem naturalem. Contra: *Hebr.*11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Solutio: *Hebr.* 11. *Gloſſ.* Sine hac fide, quod Deus eſt remunerator, & creator omnium, nunquam potuit aliquis ſalvari. Unde ſi ante legem habuiſſet aliquis hanc fidem naturalem, ſive implicitam, ſalvaretur. Unde non ſalvaretur per legem naturalem tantum, ſed per eam reparatam a gratia.

expoſitio Gloſſa.

Videretur ſibi neutrum, omiſſio ſcilicet boni, & perpetratio mali. Habet tamen naturalem, &c. Ergo per legem naturalem poteſt quis bonum agere; ergo & Adam ante caſum, qui habebat legem naturalem. Sed contradicit auctoritas: Habebat unde poſſet ſtare, ſed non habebat unde poſſet proficere. Solutio: Lex naturalis ſuffiit ad dictandum quid faciendum, & quid non, ſed non ſufficit ad imperandum, quod hoc faciendum, vel illud. Nihil enim alienum percipere. Argumentum, quod nec in neceſſitate poteſt quis rapere, vel furari, quia nulla eſt diſpenſatio juris naturalis. Solutio: In ſumma neceſſitate non eſt peccatum, quia tunc non ſumitur alienum, cum tamen intendit reſtituere, ſi facultas ſe obtulerit: Omnia enim tunc ſunt communia. Dicunt enim quidam, quod peccat ſi accipiat alienum, niſi ſub ſpe reſtituendi, iniquitas fecit autem hoc meum, & illud tuum: Revera a prima natura fuerunt omnia communia ante peccatum, ſed poſt peccatum ſtatim reductum eſt proprium. Unde *Geneſis tertio*. In ſudore vultis tui veſceris pane tuo: Ecce tuum. Quod autem dicit: Iniquitas fecit, &c. ideſt, ſi non eſſet peccatum, ſeu iniquitas, non eſſet meum, vel tuum. Hujus ratio eſt, quia ſi ſic eſſet, omnis creatura obediret homini. Unde ſi eſſet res in arca, & vellem habere, obediret mihi: Quod Evangelicæ concordat doctrinæ: *Matthæi ſeptimo*. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, eadem facite illis. *Tobiæ quarto*. Negativum: Quod ab altero oderis tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri facias. Contra: Iſte judex vult ſuſpendere hunc latronem; ergo vult, quod homines idem faciant ſibi eodem modo. Contra negativum objicitur: Sed iſte judex non vult ſibi fieri ſuſpendium; ergo non debet facere alii. Solutio: Expone primum activum in paſſivum, ideſt, quæcumque vultis vobis fieri ab hominibus, eadem velitis fieri aliis. Alterum per oppoſitum; quod ab alio oderis tibi fieri, ideſt, quod non amas tibi ab alio fieri, hoc alii ne facias. Vel ſic, unum præceptum affirmativum, alterum negativum. Hoc enim agit ſpiritus gratiæ. Unde ſine gratia non poſſumus implere legem. Et ex hoc videtur, quod teneamur ad modum, quod verum eſt. Quod vitium ſcilicet, ſanat gratia, ergo prius advenit gratia, quam recedat peccatum, & ita infuſio gratiæ prior eſt, quam remiſſio peccati. Nulla lineamenta. Nota, quod lineamenta ſimilitudinis delentur per mortale peccatum, ſed lineamenta imaginis diminuuntur. Interiori homine innovato, lex juſtitiæ ſcribitur. Lex ergo naturæ eſt in ſubjecto in anima, ſed in anima non ſunt niſi habitus & potentiæ, & paſſiones, & conſtat, quod lex naturæ non eſt paſſio, quia omnis paſſio animæ eſt, aut timor, aut amor, aut gaudium, aut triſtitia, ſed conſtat, quod nullum iſtorum. Item omnis habitus eſt, vel ſcientia, vel virtus, lex naturæ neutrum eſt. Eſt ergo potentia, quid ergo quod ſequitur: Quam culpa deleverat, quia ratio non deletur, ut dicit *Pſ.* 38. Verumtamen in imagine pertranſit homo. Item *Jer.*31. Scribam legem meam in cordibus veſtris. Sed conſtat, quod ratio, ſive intellectus, quod idem eſt, non ſcribitur. Solut. Quid ſit lex naturæ dicitur in lib. *de vera relig* Satis apparet ſupra mentem noſtram eſſe legem, quæ veritas dicitur, nec jam illud ambigendum eſt incommutabilem naturam, quæ ſupra rationalem animam, ſic Deum eſſe: Nam hæc eſt illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium dicitur, & ars omnipotentis artificis. Unde veritas, quæ eſt Dei relucens in corde hominis eſt lex naturalis, qua omnia cognoſcuntur. Unde ponit exemplum de circulo, quo menſuratur rotunditas denarii, & rotunditas radii. Hujus autem legis litteræ ſunt naturalis ratio. Videtur tamen Apoſtolus dicere contrarium, dicens: [Ipſi ſibi ſunt lex] ſicut enim Evangelium dicitur lex, & ipſa ſcriptura, ſive liber in quo ſcribitur Evangelium, & ipſæ litteræ; ſimiliter ratio dicitur lex naturalis, quia eſt littera legis naturalis, & anima, quia ſcribitur in ea ipſa lex, & veritas prima eſt lex ipſa. Per vetuſtatem, ideſt per peccatum. Sine qua renovatione, &c. ergo neceſſe eſt hominem ſine gratia exiſtentem peccare. Contra: Dixit *Aug.* Anathe-

A ma iu

Digitized by Google

⌂ *Iſa.* 3. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis, ideſt, facies ſcientiæ veſtræ. Ibi ſecundum *Septuaginta*: Confuſio vultus reſtitit eis.

a Si autem tu Judæus] Adhuc eſt illud de quarta parte hujus capituli: Ipſi gloriabantur, quia erant Judæi, & legem receperant, quam tamen non faciebant; gentes autem eam adimplebant, unde laudandi erant. Continua ergo ſic: Salvabitur gentilis.

b Autem] pro ſed.

c Tu Judæus cognominaris,] ex ſolo nomine gloriaris.

d Et requieſcis in lege,] non raptus per diverſos errores, quod magnus eſt labor. Unde *Eccl.* 10. Labor ſtultorum affliget, &c.

e Gloriaris in Deo] in notitia quam habes de Deo.

a Si *b* autem tu *c* Judæus cognominaris, & *d* requieſcis in lege, & gloriaris *e* in Deo, & *f* noſti voluntatem ejus, & probas *g* utiliora inſtructus *h* per legem, *i* confidis teipſum ducem eſſe cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, *k* habentem formam ſcientię, & veritatis *l* in lege. *m* Qui ergo alium doces, teipſum non doces. *n* Qui prędicas non furandum, *o* furaris. Qui dicis non mœchan-

f Et noſti voluntatem] ideſt, ſcire velles. Vel quia es.

h Inſtructus per legem, &c.] *Matth.* 15. Cæcus ſi cæco ducatum præbeat, &c.

i Confidis etiam te eſſe] *k* Habentem formam ſcientiæ, &c. teipſum non doces. *Matthæi* 23. *o* Furaris]

⌂ ſpiritualem

Myſtice. *a* Si autem tu] Quod hic dicit contra Judæos, poteſt dici contra litteratos. *c* Judæus cognominaris,] pauci ſunt, qui non glorientur, ſi boni dicantur. Unde *Iſ.* 4. dicunt ſpiritui ſuo: Panem noſtrum comedemus, i. delectationes carnales: juxta illud *Prov.* 6. Pretium ſcorti vix eſt unius panis. Sicut panis unus ad horam ſatiat, & poſt redit eſuries, ita eſt de delectatione carnali, & veſtimentis noſtris operiemur, i. converſatione prava, tantum invocetur nomen tuum ſuper nos, ut dicamur boni, & ſic aufer opprobrium noſtrum quod haberemus mala vita noſtra, ſi appareret. De talibus dicitur *Apoc.* 3 Nomen habes quod vivas, & mortuus es. Iſti ſunt nominales non reales, quia gloriantur de fama ſolius nominis. *d* Requieſcis in lege,] non in ſpiritu, cum tamen dicatur *Eccl.* 14. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur. Et *in eod.* Qui requieſcet juxta domum illius, & in parietibus ejus, i. libris figit palam, i. rationem, & intellectum. *e* Gloriaris in Deo,] propter ſubtilitatem intellectus ad cognoſcendum Deum. *Baruc.* 3. Juvenes viderunt lumen. Unde jactanter dicunt: Quoniam ſuper ſenes intellexi. *f* Et noſti voluntatem] hoc dicitur quoad præcepta. Unde *Baruc.* 4. Beati ſumus Iſrael, quoniam quæ placent Deo, nobis manifeſta ſunt. *g* Et probas] hoc dicitur quoad conſilia. *i* Confidis teipſum, &c.] Hic notantur quatuor, quæ dicuntur 2. *Tim.* 3. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum [Confidis te ducem cæcorum] Ecce primum [Qui in tenebris] Ecce ſecundum [Magiſtrum infantium] Ecce tertium [Eruditorem inſipientium] Ecce quartum. Quod ergo dicitur, ibi: Ad docendum, hic [Ducem cæcorum] Unde *ibi Gl.* Ad docendum neceſſitates. *Matth.* 15. Cæci ſunt, & duces cæcorum. Quod dicitur ad arguendum, hoc dicitur [lumen eorum, &c.] Unde *ibi Gl.* ad convincendum de malo negligentes. *Jo.* 3. Omnis, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur opera ejus. Sed iſtis dicit Dominus *Luc.* 11. Vide, ne lumen quod in te eſt, i. eſſe creditur, tenebræ ſint. *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi. Ad corripiendum. *Gl.* i. ad increpandum duritiam eorum, hoc eſt quod hic dicitur: [Magiſtrum infantium] Ad erudiendum, hoc eſt, quod hic dicitur: [Eruditorem inſipientium] Hæc quatuor neceſſaria ſunt ad docendum. Sed iterum oportet, quod doctor ſit perfectus in ſcientia, & virtute, ſive vita. Et hoc eſt quod ſeq. *k* Habentem formam ſcientiæ,] i. perfectionem ſcientiæ. *l* Et veritatis] i. veritatem, ſive perfectionem vitæ. Ad hoc ſignificandum dicitur *Exod.* 28. Pones autem in rationali judicii doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron. Rationale judicii deſignat auctoritatem, ſive officium docendi. Qui enim habet auctoritatem docendi ſive officium, proprie debet habere doctrinam, & veritatem vitæ, & hoc in pectore non tantum in labiis doctrinam, nec tantum in ſuperficie vitam, ſicut hypocritæ. Unde *Prov.* 7. Alliga eam in digitis tuis, i. fac, quæ docet lex, &c. Quoad ſcientiæ perfectionem dicitur, hoc autem quoad veritatem vitæ. *m* Qui ergo alium] Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum. *Iſ.* 42. Qui vides multa, nonne cuſtodies. Et ſequitur damnum: Laqueus juvenum omnes. *Dan.* 13. Egreſſa eſt iniquitas a ſenibus populi, qui videbantur regere populum. *n* Qui prædicas non furandum,] *Iſ.* 48. Infrænabo te laude, i. prædicatione, ne intereas, ideſt, ne facias oppoſitum ejus quod prædicas. *Job vigeſimo nono.* Circumdabis collo ejus

⌂ hinnitum

Expoſitio Gloſſæ. A ma ſit, qui dicit Deum præcepiſſe impoſſibile: Ideo dic: Male, quaſi non meritorie. Tamen alii dicunt, quod hominem ſine gratia neceſſe eſt peccare, nec tamen impoſſibile eſt non peccare, quia in eo eſt, quod poteſt habere gratiam. Quod faceret lex, i. diſcerneret faciendum. Credere in Chriſtum, ergo naturali ratione poteſt quis intelligere humanitatem Chriſti. Solutio: Poteſt ratione illuminata per gratiam, ſicut ante dixit *Gloſſ.* Firmiter inſianm. *Prov.* 7. Serva mandata, & vives, & legem meam quaſi pupillam oculi tui, ſcribe illam in tabulis cordis tui. *Jer.* 31. Dabo legem meam, &c. Opus legis eſt fides, ideſt, modus fidei. Quam ultro, i. ſine coactione, quia cum omnia alia poſſit homo facere invitus, tamen non poteſt credere invitus. Argumentum, quod fides eſt in affectu, non in intellectu. Quia quod mandat lex, &c. Ergo credere in Chriſtum eſt mandatum legis, & ad præceptum tenetur quilibet, & hoc non poteſt aliquis niſi per gratiam; ergo tenemur ad modum. Secundum Evangelium meum, i. quod prædicavi. Cogitationes accuſabunt animat, &c. quare notæ, &c. Ergo cum illæ notæ ſint maculæ relictæ in anima, aliquid eſt macula, contra illos, qui dicunt, quod mala ſint a Deo: Illi enim dicunt, quod macula nihil eſt. Præterea malæ cogitationes ejuſdem ſpeciei, diverſæque numero ſunt in anima; ergo diverſæ notæ ejuſdem ſpeciei ſunt in anima, & ita in eodem ſubjecto diverſæ qualitates ejuſdem ſpeciei. Præterea dicit *Gregor.* quod mentem uniuſcujuſque ab alterius oculis corpulentia non abſcondet; ergo ſi maculæ illæ ſint in animabus glorificatorum videbuntur ab aliis, ſed cum ſint relictæ ex peccatis deformes, ſic ergo mentes glorificatorum hæc habentes erunt deformes. Reſpondeo, quod maculæ illæ erunt in anima. Unde *Jer.* 17. Pecca um Juda ſcriptum eſt ſtilo ferreo in ungue adamantino. Qui dicunt autem maculam nihil eſſe, non dicunt ipſam eſſe notam animæ, ſed dicunt, quod eſt malitia, quæ revera nihil eſt. Nota autem, quod hujuſmodi deformitates erunt in malis ad confuſionem, in bonis vero erunt ad honorem, ſicut vult *Aug. lib. de civit. Dei.* Et nota, quod alio modo ſunt notæ in anima, quam aliqua proprietas in ſubjecto ſingulari, quia ſubjectum determinatæ eſt naturæ, nec oppoſitam proprietatem recipit, nec numero aliam ejuſdem ſpeciei, quia vero anima non eſt naturæ determinatæ, ſed quodammodo omnia; ideo oppoſitas recipit, & ejuſdem ſpeciei diverſas numero. Plura auxilia, ſcil. doctrinam legis. A Juda Patriarcha, &c. imo non omnes erant ex cognatione Judæi. Solutio: Alicubi invenitur, quod dicti ſunt Judæi a Juda Machabæo, quia uſque ad librum Machabæorum non invenitur hoc nomen. Nota, quod hoc eſt falſum, quod ab illo Juda, ſed probabilius eſt, quod dicantur a Juda Patriarcha digniore filio Jacob, eo maxime, quod hæc tantum tribus remanſit, & aliæ ſunt incluſæ inter montes Caſpios. *Hier.* Hoc ſolum video in nobilitate appetendum, quod quadam neceſſitate conſtringitur, ne a probitate degeneret. Sicut vagantur illi, &c. Unde ſignantur per Iſmael, de quo *Gen.* 16. Unde *Cant.* 1. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Ratione privat. Sed nonne ſunt homines, i. habilitate, quæ eſt ad eligendum bonum, & deteſtandum malum. Tamen in tenebris ſunt, quia non habent lumen fidei, ideſt, perfectionem ſcientiæ, quia eſt, ſed etiam veritatis, quia etiam ſciant propter quid. Quia neſciunt, quomodo, ideſt, ſciunt, quia eſt, ſed non propter quid. Sed videtur, quod iſta non ſit ſcientia, quia neſciunt cauſam. Solutio: Dicendum, quod ſumit ſcientiam, quia ſicut dicit lex *Exod.* 19. Cur furaris ſenſum, ſcilicet de Chriſto in ſe: Contra hoc videtur, quia ſuper proximo ſuper illud: Et noſti voluntatem ejus, dicit *Gloſſ.* de redemptione generis humani. Solutio. Noverant redemptionem futuram per Meſſiam, ſed eam negabant comple-

a ſpiritualem intelligentiam legis. *b* Sacrilegium facis.] adorando idola, & negando Chriſtum eſſe verum Deum, *a* Mœcharis.] Contrarium. *Sap.* 8. Sapientiam amavi, & exquiſivi eam, &c. *c* Per prævaricationem] i. tranſgreſſionem, quod oſtendit, cum ſubdit: *e* Enim] ideſt, quia. *d* Nomen Dei, &c.] In ſpurcitia enim ducebant vitam, itaut gentes dicerent Deum eorum, aut eſſe iniquum ſi non vindicaret, aut ſtultum ſi placeret ei, quod ipſi faciebant, cum facerent oppoſitum doctrinæ ejus. [Facta eſt] propter verum, i. præputiatus. [Circumciſio] i. circumciſus [Præputium] ideſt præputiatus, [Conſummatus] ideſt adimplens legem, [Ex natura] i. adjutorio legis naturalis, vel natura illuſtrata a gratia, quod dicitur ad differentiam Judæorum, qui non faciebant tantum opera legis adjutorio legis naturalis, ſed etiam adjutorio legis Moſaicæ. Vel ſic planius [Præputium judicabit] te, o tu Judæe comparatione melioris facti, quia præputium, i. natura adjuta per gratiam eſt conſummans legem ſcriptam, quam non præcepit, tu inſtructus es per legem, & tamen es prævaricator legis, quia ponis ſpem in circumciſione, & legalium obſervatione. Non enim Dominus reputat circumciſionem exteriorem, niſi adſit interior in corde. Unde cum Gentiles habeant interiorem, meliores ſunt, quam vos [in manifeſto] circumciſio ad litteram.

D dum, *a* mœcharis. Qui abominaris idola, *b* ſacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem *c* legis, Deum inhonoras. *d* Nomen enim *e* Dei per vos blaſphematur inter gentes ſicut ſcriptum eſt. *f* Circumciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerves: ſi autem prævaricator legis ſis, circumciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium juſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur? Et judicabit id, quod ex natura eſt præputium, legem conſummans, te, qui per litteram, & circumciſionem prævaricator legis es. Non *g* enim, qui in manifeſto Judæus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt

a *a* In abſcon-

Myſtice. O hinnitum, ideſt, prædicationem. Sed multi prædicatores, qui ſequuntur frænum ſuum.

d Nomen enim Dei, &c.] i. per vitam veſtram. *Malach.* 2. Abominatio facta eſt in Iſrael, & in Jeruſalem contaminavit Judas ſanctificationem Domini, quam dilexit. In Iſrael, i. in clericis, qui vident Deum per ſcientiam: in Jeruſalem, i. in religioſis, qui debent eſſe viſio pacis. *Iſai.* 52. Jugiter tota die nomen meum blaſphematur. *f* Circumciſio quidem prodeſt,] Ad religioſos, qui circumciſi ſunt exterius, ut Judæi a paſſionibus, & curis, & ſollicitudinibus, ſed ſi legem non ſervant, vita eorum reputatur præputiata, i. ſæculari ſimilis. Hoc autem ſignificat eorum habitus maxime in monachis, quorum habitus totus eſt mutatus: Caligæ non habent antipedia, per quod abſciſſio propriæ voluntatis ſignificatur. Per pedes enim affectus, ut dicitur *Prov.* 1. Pedes eorum ad malum currunt. Item cuculla non habet brachia ad ſignificandum quod non debent habere manus ad male operandum. Similiter floccus non habet caputium, ad innuendum, quod debent eſſe ſine ſuperbia, quæ eſt caput omnium vitiorum. [Præputium in circumciſionem reputabitur] quia ſi aliquis ſe interius circumcidit, licet non exterius, ſæcularis vita ejus reputabitur religioſa. [Et judicabit] te ſæcularis. Unde *Matth.* 12. Ipſi autem judices veſtri erunt.

g Non enim, &c.] i. confitens religionem exterius, non propter hoc eſt religioſus. *Iſ.* 58. Nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum. Contra monachos, qui caput volvunt ad altare, & in circuitu ad totum chorum, poſtquam legerant, vel cantaverunt aliquid in ſignum, quod ſubjecti ſunt Deo, & omnibus eis, qui ſunt in choro: Sed quod ſequitur, eſt jejunium, melius, & religioſius: Solve faſciculos deprimentes.

O Unde

Expoſitio Gloſſæ. A tam eſſe in Chriſto, non ſignificabant tempus adventus ſui, cum tamen poſſent illud a Prophetis habere. Unde *Jerem.* 8. Milvus & hirundo cognoverunt in cœlo tempus adventus ſui. Iſrael autem non cognovit judicium, i. tempus, in quo judicavit ſe redempturum genus humanum. Et mendacium ponis. Chriſtus eſt veritas, maritus ejus intellectus: Unde mendacio ſe conjungens mœchatur. Et nota, quod ponit exemplum de fure, & adultero. Qui enim ſubtrahit, non ſubtrahendum a lege furatur, qui addit non addendum mœchatur, ſicut mulier, quæ ſuperinducit adulterum. Quod pater dedit filio ſuo. *Joan.* 5. In Chriſto pater blaſphematur. Ergo eadem ratione, qui movetur in patrem, movetur in filium. Contra: Alia eſt ſignificatio hujus nominis pater, & alia hujus nominis filius; ergo & alius intellectus; ſed moveri in patrem, vel filium eſt intelligere eum; ergo qui movetur in unum proprie, non movetur in alium: Reſpondeo: Quia in Chriſto pater blaſphematur, ideſt, reputat ſuam blaſphemiam blaſphemationem filii: Sicut *Ezech.* 36. ſcriptum eſt: Non propter vos faciam domus Iſrael, ſed propter nomen meum, quod polluiſtis inter gentes. *Iſai.* 52. Jugiter tota die nomen meum per vos blaſphematur. Vel dic: Sicut honor non reſpicit patrem in quantum patrem, vel filium in quantum filium, ſed magnificum, ſic blaſphemia: quia autem eadem potentia, & magnitudo patris, & filii; idem honor, & eadem blaſphemia patris, & filii. Idcirco blaſphematur pater in ipſo filio. Et nota, quod in præſenti non movetur homo in patrem, & filium eodem motu numero, ſed in futuro eodem motu movebitur in omnes perſonas. In *Ezech.* 20. dicitur: Feci propter nomen meum ut non violaretur in gentibus. *Et* 36. Polluerunt nomen ſanctum meum, cum diceretur de eis populus Domini iſte eſt, &c. *Hieronym.* ſuper *Iſai.* 52. ubi legitur: Jugiter tota die nomen meum blaſphemaverunt, &c. dicit, quod *Septuaginta* ſic habent: Propter vos ſemper nomen meum blaſphematur in gentibus, &c. Et inde ſumpſit Apoſtolus: Qui es de genere Abraham, ergo prodeſt eis, qui ſunt de genere Abraham, circumciſio; ergo ſecundum hoc legalia juſtificabant. *Lombardus* dicebat, quod ſola fide merebantur antiqui patres in operibus legis. Nos autem communiter dicimus, quod fide, & opere merebantur. Quod autem dicit hic Apoſtolus de circumciſione, hoc dicit habito reſpectu ad tempus quo valuit eis. Spiritualiter, ſed parvulus non intelligebat ſpiritualiter; ergo non proderat parvulo. Verum eſt ex virtute ſua, ſed virtute, & fide parentum. Dicitur tamen, quod hic loquitur de adultis, qui ad minus implicite tenebantur legem ſpiritualiter intelligere, & cuſtodire ſignum veritatis, quia circumciſio exterior ſignum eſt interioris. In Chriſtum credat, q. d. in hoc, quod Judæus circumcidit ſe exterius, facit ſignum Deo, quod vere ſit circumciſus corde ex amore, & cum gaudio ei ſerviens, non ex timore ſervili: Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. *Galat.* 5. Ad quod reſpondemus: Diſtingue tempora, & ſolvetur Scriptura. Quod enim hic dicitur, intelligendum eſt de tempore, in quo nondum erat Evangelium manifeſtum. Illud autem quod dicitur ad *Galat.* intelligitur poſt manifeſtationem Evangelii. Exhibita, i. manifeſtata, ſed etiam obeſt: ergo nocuit Timotheo, & ſibi. *Act.* 16. Solutio: Obeſt, ſupple, ſpem ponentibus in ea, quia tunc ſecundum *Aug.* ſimul currebant legalia cum Evangelicis. Secundum *Hier.* vero legalia erant mortificata. Unde excuſatur ſecundum *Hieron.* quia hoc fecit, ut lucraretur Judæos. Et quia credebatur deſtructor legis, & ideo non fuerunt ei mortifera, ſed tantum ſpem ponentibus. Quod ei ex natura per gratiam reparata, i. per gratiam reparantem naturam. Qui per litteram, & circumciſionem carnis, i. per confidentiam litteralis obſervationis, & circumciſionis carnis. Qui labiis confitetur tantum, & corde eſt remotus. *Iſ.* 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. *Jer.* 12. Prope es tu Domine ori eorum, longe autem a renibus eorum. Qui enim vere creditur, *inf.* 10. Corde creditur, &c. Quæ eſt circumciſio. *Jer.* 4. Circumcidimini viri Juda, & auferte præputia cordium veſtrorum. *Deut.* 10. Circumcidite ergo præputium cordium veſtrorum, & cervicem veſtram non induretis amplius: Ut littera legis in figura docebat. Quomodo docebat cum hoc non præciperetur in lege? Reſp. quia dabat lex exemplum, quod valebat præceptum. Unde ſignanter dicit, ut littera legis in figura docebat. Similes habes ſuper hunc locum. *Phil.* 3. Si quis alius videtur confidere, &c. *Gl.* Lex præcepit homini octavo die circumcidi cultro petrino. Non erat autem præceptum niſi exemplo ſolo, ſicut habetur de Sephora. *Exod.* 4. quæ tulit petram acutiſſimam. Idem *Joſ.* 5. qui fecit circumciſionem cultris lapideis. Sed dicunt Judæi, quod quia ceſſit ferrum lapidi in occiſione Goliæ, 1. *Reg.* 17. Ideo ſimiliter

A ceſſit

Digitized by Google

▲ *a* In abſcondito] corde confitens. *b* Circumciſio cordis in ſpiritu,] i. facta per ſpiritum. *d* Non littera,] i. litterali obſervantia.

circumciſio, ſed qui in abſcondito *a* Judæus eſt, & circumciſio *b* cordis in *c* ſpiritu non littera *d* cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

C A P. III.

A QUid ergo *e* amplius Judæo eſt, aut quæ utilitas circumciſionis? Multum per omnem modum. Primum *f* quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei. Quid *g* enim ſi quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem *h* Dei evacuavit?

Myſtice. ⊙ Unde *Aug.* in libro de operibus monachorum. Iſti enim venalem circumferentes hypocriſim, timent ne vilior habeatur tonſa ſanctitas quam comata, ut videl. qui eos videt antiquos, illos quos legimus cogitet, Samuelem, & Heliam. Similiter timent quidam ne vilior habeatur ſanctitas ſub pannis pravis. Sed nota quod hodie impletū eſt illud *Jo.* 20. Quod in ſepulchru, per quod clauſtrum intelligitur, non inveniuntur niſi panni. Tantum enim eſt ibi de monacho quantū eſt ſuper humeros ſuos, & ideo non intravit Joannes ſepulchrum, i. clauſtrum hodie Heliæ, i. beati Benedicti tantum † pallium (al. † hablium.) habens, ſed non ſpiritum duplicem, ſicut dicitur 4. *Reg.* 2. Quod etiam ſignificatum eſt 1. *Reg.* 19. ubi dicitur. Cumque veniſſent nuntii, inventum eſt ſimulachrum ſuper lectum, & pelles caprarum ad caput ejus. Illi quærebant David, i. virum religioſum qui debet eſſe in lecto contemplationis, ſed non inveniunt niſi pelles caprarum, i. exteriora ſigna pœnitentiæ, & religionis: de pellibus enim caprarum ſolent fieri indumenta pœnitentium. *c* In ſpiritu non littera] q. d. exterior circumciſio non facit vere Judæum, ſed interior quam habet gentilis.

Expoſitio Gloſſ. A ceſſit ferrum lapidi in circumcidendo, ut non amplius fieret circumciſio ferro, ſed lapide. Ex tunc enim dicunt, quod habuit ortum circumciſio, ut fieret lapideis cultris. Quia non fit littera docente, & minante. Secundum hoc videtur, quod lex non haberet ſacramenta, quæ conferrent gratiam. Præterea, littera non ſic, ſed ſpiritu adjuvante, ergo ſine gratia non potuerunt Judæi nec nos legem modo implere. Ad idem 2. *Cor.* 3. Non quod ſufficientes ſimus, &c. De primo dic, quod in lege ſacramentis non conferebatur gratia virtute ſacramentorum. Ad ſecundum duplex opinio. Quidam dicunt, quod ſine gratia addita non poſſunt implere mandata legis. Alii dicunt, quod ſine gratia, non tamen ſine Deo operante, dicunt tamen quod naturaliter ſolum non formaliter. Qui terrena ſapiunt: *Phil.* 3. Non carne circumciſum, i. quamvis non ſit carne circumciſus. In corde pagani, i. interius mali. Qui vero in ſpiritu gloriatur, i. in ſpirituali circumciſione, vel in teſtimonio conſcientiæ 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Per quod placet Deo. *Eccl.* 1. Et quod beneplacitum eſt Deo fides, & manſuetudo.

E X P O S I T I O C A P. III.

QUid ergo *e* amplius Judæo eſt,] Hoc caput dividitur in duas partes. In prima reſpondet Anthypophoræ, quæ ſibi poſſet fieri ex prædictis. In ſecunda redit ad principale propoſitum, quod eſt oſtendere legem non eſſe neceſſariam ad ſalutem, & incipit, ibi: [Cauſati, &c.] Dixerat quod Gentili bene operanti reputatur præputium in circumciſionem, Judæo vero operanti male reputatur circumciſio in præputium. Ex hoc autem arguet quis, ergo inutiliter data fuit circumciſio, & lex, unde opponunt ſibi ipſis. [Quid ergo amplius.] Et reſpondet, quod imo dignior fuit ſtatus circumciſionis, quam ſtatus præputii. Unde dicit: [Multum.] Quod oſtendit. *f* Primum] i. præcipue: [Quia credita.] Sed iterum poſſet quis objicere, imo ex hoc minus digni fuerunt Judæi, quia non crediderunt in Chriſtum, unde magis obeſt ei lex. Ad hoc reſpondet: *g* Quid enim] obeſt [ſi quidam illorum non crediderunt] q. d. incredulitas quorumdam ipſorum non minuit fidem aliorum.
h Fidem Dei] habitam de Deo, imo juvabantur per hoc, quod legem habuerant. Vel [Fidem Dei,] i. fidelitatem Dei in promiſſis, q. d. non propter hoc evacuatur credulitas aliorum qua credebant Deum eſſe fi-

▲ delem

Myſtice. ▲ *f* Primum quidem, quia credita ſunt, &c.] Ex hoc patet, quod magnum eſt, quando Dominus credit eloquia ſua. *Pſ.* 147. Loquens de Theologis: Non fecit taliter omni nationi, & judicia, &c. *Deut.* 4. Quæ enim eſt alia gens ſic inclyta, ut habeat cæremonias, &c. Ideo inter omnes homines debent eſſe grati Theologi. Unde Dominus dicit eis, *Luc.* 10. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis: Multi enim reges, & prophetæ, &c. *Deut.* 31. Tollite librum iſtum, & ponite in latere arcæ fœderis Domini, i. amoris. Aliqui non ponunt librum legis ſuæ, niſi in corde farſito amore. Et nota quod dicit credita non tradita. Sed ſicut aliquis credit pannum ſuam, ſimiliter Dominus nobis ſcripturam ſuam, ut reddamus ei transferendo eam in doctrinam, & bonam operationem: Sed dicit *Pſ.* 36. mutuabitur peccator & non ſolvet. *Gal.* 2. Cum vidiſſent, quia creditum eſt mihi Evangelium. Et ibi dicta ſunt plura de hoc. Bene ſciebat Apoſtolus illud ſibi eſſe creditum, tamen dicebat 1. *Cor.* 9. Si evangelizavero non eſt mihi gloria, neceſſitas enim mihi incumbit, quantum debeo reddere, quod mutuo accepi; ſi non evangelizavero, mors mihi eſt. Sed hodie multi ſunt portantes loculos Domini pecuniæ, i. ſcientiæ ſibi creditæ, fures, & latrones ponentes eam in proprios uſus cum Juda proditore, de quo *Jo.* 12. *g* Quid enim, &c.] Hoc poteſt dici contra quoſdam aſpernantes verba Sacræ Scripturæ, & bonos Theologos, propter malos Theologos. Hic dicendum eſt: [Numquid incredulitas] quam videntur oſtendere malis operibus. *h* Fidem Dei evacuavit?] i. fidem de Deo habitam, q. d. non. Et tamen hodie pauci volunt accedere ad Dominum clamantem in rubo ardenti. *Exod.* 3. i. in Theologo ardenti carnali concupiſcentia, & aculeato ſpinis avaritiæ. Multi magis ſtulti facti ſunt quam Judæi, quia nolunt bibere aquam de petra, *Exod.* 18. & *Num.* 20. Nolunt etiam ſugere mel de petra oleumque de ſaxo duriſſimo: *Deut.* 32. Hodie etiam dedignantur paſci a corvis, ut Helias, ſcil. nigris peccato, 3. *Reg.* 17. Et ad innuendum, quod ſine indignatione non deberent audire verba Sacræ Scripturæ a peccatoribus, voluit Dominus ut interſererentur verba peſſimi Balaam in ipſa lege: *Num.* 23 & 24. Unde *Auguſt. in* 4. *lib. de doctr. Chriſt.* Audiuntur utiliter etiam qui utiliter non agunt. Sua enim quærere ſtudent, ſed ſua docere non audent. Dicitur *Iſa.* 1. Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, &c. Semen enim quod in terra debet ſeminari, non reſpuitur propter ſacci vilitatem *tertio Reg.* 19. Cum dixiſſet Helias: Derelictus ſum ego ſolus, reſpondet ei Dominus: Reliqui mihi ſeptem millia virorum quorum genua non ſunt curvata ante Baal, quod interpretatur devorator, & ſuperior. In quo notatur avaritia, qua avarus non implebitur pecunia, ſicut devorator cibo, & poto. Vel Baal interpretatur ſuperior, per quod notatur ſuperbia vel ambitio. Hæc duo vitia avaritia, & ſuperbia ſolent eſſe in malis litteratis. Sed tamen multi ſunt qui his vitiis proſtrati non [illegible] ſunt.

Expoſitio Gloſſ. A Quid ergo amplius] *Gl.* Judæus carnalis, i. carnaliter vivens. Sic gentilis, i. peccator. Sic vere Judæus, i. juſtus, quia vere confitens juſtus eſt. Fit gentilis, i. peccator, quod ſolet eſſe gentilis populus peculiaris *Deuter.* 7. Et dicitur per tranſumptionem, quia ſicut mulier zelat peculium ſuum, i. quod datur ei in dotem, ſic Deus populum Judæorum, qui dicitur canis. *Matt.* 15. Non eſt bonum ſumere, &c. *Matt.* 7. Nolite ſanctum dare canibus. Omnis modus eſt, intellige in præſenti, vel in adminiſtratione temporalium, &c. quia omnia dona Dei in præſenti ſunt, aut temporalia, aut ſpiritualia. Unde tres petitiones ſunt in oratione Dominica in præſenti de bono temporali, & ſpirituali, in alia vita de æterno. De temporalibus *Deut.* 32. Quomodo perſequatur unus mille, &c. Ut amicis *Jo.* 15. Vos autem dixi amicos, &c. Digni judicarentur, dignitate congrui, vel comparatione gentilium. Quorumdam autem infidelitas, &c. Imo infidelitas fecit, ut illi qui erant infideles non accederent ad fidem. Sed intelligitur, ut negatio præcedat ſignum, ut ſit ſenſus, infidelitas non efficit, ut non quidam, i. nulli accederent ad fidem, i. non fecit quin aliqui accederent ad fidem, vel infidelitas quorumdam non impedivit alios quin ad fidem venirent. Ut Deus non ſit fidelis. Eſſet ne infidelis ſi non redderet: videtur ex hac littera, ſed conſtat, quod poterat non reddere promiſſum, ergo poterat eſſe infidelis. Contra 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus, qui non permittit, &c. ergo Deus fidelis, ſed ſua fidelitas ſua eſſentia, & non poteſt non eſſe, ergo non poteſt non eſſe fidelis. Sol. Conjuncta falſa, diviſa vere. Licet enim impoſſibile eſt non reddere Deum, quod promiſit, ut conjunctum intelligatur ex promiſſio; quia major eſt omni lege, & nulli le-

A gi ſubjace-

BIBLIOTECA NAZ.

A delem in promiſſis. Vel, i. propter incredulitatem quorumdam non eſt Deus minus fidelis in promiſſis quin ea ſolverit. a Eſt autem Deus verax] Probat quod incredulitas quorumdam non evacuaverit in aliis fidem Dei, i. fidem de Deo quam habebant, quia Deus eſt verax, &c. dederit eis,

quæ dixit. Similiter fidelitas e jus non eſt evacuata quia b Verax eſt] in promiſſis. c Omnis autem, &c.] qui dicit fidem aliorum non eſſe veram. *Joan. 5.*

vit? Abſit. Eſt autem a Deus verax, b omnis c autem homo mendax, ſicut d ſcriptum eſt. Ut juſtificeris e in ſermonibus f tuis, & vincas g cum h judi-

d Sicut ſcriptum eſt.] Ad idem adducit hanc auctoritatem, i. ad probandum, quod incredulitas quorumdam, &c. quod & Deus ſit verax. Et exponitur hoc quinque modis. Primo modo ſumitur [ut] conſecutive, & continuatur ad illud quod primo dicitur in *Pſ.* Et nota quod David compoſuit hunc *Pſ.* poſt interfectionem Uriæ, propter quod dicebatur de David, ſicut habetur 2. *Reg.* 12. David homicida eſt, & adulter & propter hoc naſcetur filius Dei de ſemine ejus. Et reſpondet, imo Domine, e Ut juſtificeris, &c.] i. verax ſis in promiſſis. h Cum judicaris,] ab hominibus non mittere filium tuum, i. ut non naſcatur de tam ſpurciſſimo peccatore, & ſic patet, quod Deus verax eſt. Unde dicit: Si David mentiar, ſupple male accidit mihi, quia ſemen ejus in æternum manebit. Secundo modo ſumitur [ut] effective, & continuatur ad illud *Pſ.* 50. A peccato meo munda me. [Ut juſtificeris,] i. ut juſtus appareas. f In ſermonibus tuis,] quibus promiſiſti veniam peccatoribus. Et hoc autem quod mundat hominem a peccato, apparet, quod verus eſt in promiſſis [Ut juſtificeris in ſermonibus tuis,] De quibus *Zach.* 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Et *Ezech.* 18. Quacumque hora ingemuerit peccator, &c. Tertio modo loquitur ad filium Dei in quantum eſt Deus, & continuator ei, quod dixerat in *Pſ.* Tibi ſoli peccavi, quia es Deus, & ideo ſolus potes me ſanare a peccato, & propter hoc rogo, e Ut juſtificeris] i. juſtus appareas in ſermonibus tuis, in promiſſis veniæ. g Et vincas] i. ſuperes. h Cum judicaris.] i. compararis hominibus, cum tamen dicatur *Job* 4. Numquid homo Dei comparatione juſtificabitur? Quarto etiam modo continuatur ei, quod dixit: Tibi ſoli peccavi, & ideo miſerere mei. e Ut juſtificeris, &c.] tanquam homo juſtus appareas 1. *Pet.* 2. Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. Dicit autem potius [in ſermonibus] quam in operibus, quia dicitur *Jac.* 3. Qui non peccat in lingua, hic perfectus eſt in vita ſua. g Vincas] i. ſuperes juſtitia. h Cum] i. quamvis. h Judicaris,] a Judæis 1. *Pet.* 2. Tradebat autem judicanti ſe injuſte. Quinto ſic nec mutatur hoc: e Ut juſtificeris, &c.] i. victoriam habeas de diabolo, & peccato. h Cum judicaris,] a Judæis, & Pilato. *Col.* 2. Expolians principatus, & poteſtates traduxit in ſemetipſo.

Hyhier. * ſunt, imo multi ſunt boni: Unde *Job* 24. Numquid eſt numerus militum, q. d. non. Unde 4. *Reg.* 5. de Heliſæo & puero, puer vidit inimicos Heliſæi. Et ſequitur ibi: Aperuit Dominus oculos pueri, & ecce mons equorum plenus cum Heliſæo. Puer iſte ſignificat quemlibet, cui videtur quod omnes Theologi ſint per mala opera inimici Heliſæi, i. Chriſti. Sed ſi Dominus aperuiſſet oculos talium, viderent, quod multi ſunt cum Deo.

a Eſt autem Deus verax] inenarrabilis, immutabilis, & invariabilis, *Mal.* 3. Ego Deus, & non mutor. Sed omnis creatura mendax, *inf.* 8. Vanitati ſubjecta eſt omnis creatura. Item verax eſt Deus in prædicando. Unde *Matt.* 5. Jota unum aut unus apex non præteribit a lege donec omnia fiant. Et *Matt.* 24. Cœlum & terra tranſibunt, &c. Verax etiam eſt in promiſſis. *Pſal.* 88. Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. c Omnis autem homo mendax,] Quia in eo eſt triplex vanitas, ex qua ſequitur triplex mendacium in eodem. Et hoc patet per illud *Pſ.* 38. Univerſa vanitas omnis homo vivens. Et habet convenientiam plurimorum quia dicit *Eccl.* In principio. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Habet ergo vanitatem eſſentiæ, ea quo eſt variabilis, & hæc vanitas eſt communis omnibus creaturis. *Rom.* 8. Omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſque adhuc. Item habet vanitatem miſeriæ, & hæc eſt communis omnibus animantibus. Habet etiam vanitatem culpæ, quæ tantum eſt in rationali creatura. Hanc triplicem vanitatem triplex ſequitur mendacium in homine. Ex vanitate eſſentiæ ſequitur primum mendacium, quod eſt ex hoc quod ſibi promittis homo ſufficientem in creaturis, & non invenit eam propter earum vanitatem. Unde *Pſal.* 4. Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. *Eccl.* 34. Vana ſpes & mendacium. Secunda eſt † fortitudinis propter quam promittit ſibi longam vitam. Sed dicitur *Prov.* 31. Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. Ex vanitate culpæ, ſequitur tertium mendacium, quo ſibi promittit homo delectationem, & non habet, niſi amaritudinem. *Hier.* 8. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. Et nota quod ſecundæ vanitatis cauſa eſt contrarietas, tertiæ ſuperfluitas, & diminutio, primæ hoc quod ex nihilo. Item nota quod primum mendacium facit avarum, ſecundum ſuperbum, tertium luxurioſum. Primum mendacium eſt radix avaritiæ, ſecundum ſuperbiæ, tertium luxuriæ. Item nota quod primum mendacium promittit expediens ſive utile, ſecundum honeſtum, tertium delectabile. Et eſt e converſo, quia primum mendacium impedit, ſecundum deturpat, tertium amarificat. *al. † miſeriæ.*

A gi ſubjacere poteſt. Omnis homo mendax, ex ſe & mutabilis, & variabilis, habens voluntatem dandi & ſtatim opponendi, ad litteram. Unde *Jo.* 8. Cum mendacium loquitur ex propriis loquitur. Non propter aliam hominis dignitatem, quia ex quo erat mendax, non erat dignus habere eam. Sed ex hoc videtur, quod patres antiqui non meruerunt Incarnationem. Contra *Gen.* 22. Quia feciſti rem hanc & non pepercisti, &c. uſque ibi, in ſemine tuo benedicentur, &c. ergo meruit Abraham, & ſucceſſores ejus benedici, ſed non potuerunt benedici niſi per incarnationem. Item: Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam. Ibi propter, notat, cauſam nonniſi meritoriam, ergo videtur, quod meruerunt. Præterea, meruerunt vitam æternam, ex hoc habent charitatem, ergo redemptionem, quia non poterant habere illam niſi prius redimerentur, ergo meruerunt incarnationem. Sol. Dic quod non meruerunt. Unde ſi vitam æternam, & benedictionem meruerunt, non ſimpliciter, ſed ſub conditione, ſcil. ſoluto pretio, ſicut filio relinquitur hæreditas obligata. Pretium autem in incarnatione fuit, quæ ſola gratia, ineffabili miſericordia Dei fuit facta, & ideo mereri non poterat. Quia dicit: Propter miſeriam inopum, &c. Dic ibi, propter, notat non cauſam meritoriam, ſed motivam, ſicut ad ſanctorum preces movetur. Item meruerunt merito congrui, non merito condigni, ut gratia Dei detur indignis. Sed quando datur gratia, habetur, ergo gratia habetur ab indigno. Sol. datur indigno, i. illi qui fuit indignus, & per hoc fit dignus, ſicut præbenda datur non canonico, & per hoc fit canonicus. Non habens verum eſſe naturæ in qua conditus eſt, imo etiamſi eſſet mendax, & vanus, quod verum eſt, ſed quia non eſt in illa, in plus mendax eſt. Deus autem apud quem, i. in cujus notitia nihil futurum eſt. Non ſic ſumitur futuræ, cum dicitur ſpes expectatio futuræ beatitudinis, non ſolum enim futuræ in re ſed in cognitione, aliter ſancti in patria ſpem haberent. Nihil eſt futurum, ergo Antichriſtum fore nihil eſt apud Deum, & eſt apud Deum, ergo eſt apud Deum, ut præteritum, vel præſens, & non eſt ſic: ergo res ſunt apud Deum non eo modo quo ſunt. Sol. nihil eſſe futurum dicitur apud Deum, vel præteritum, quia futurum, & præteritum æque cognoſcit, ut præſens, & hoc eſt, quia Deus per ſeipſum, & in ſeipſo cognoſcit res, nos res proprie cognoſcimus per ipſas res, & ideo quando non ſunt ita vere cognoſcimus eas. Deum mendacem pronunciat: contra, nullus eſt ita inſanus qui dicat Deum mendacem, quod verum eſt, ſed pro tanto dicit, i. illud quod dixit, Dominus dicit eſſe mendacium, ut verba Danielis, quæ eſſent mendacia, niſi Chriſtus veniſſet, & dicunt Judæi, quod non venit. Quem vincit Deus i. de falſitate convincet. In quantum a ſeipſo eſt, ergo homo a ſeipſo eſt. Sol. i. in quantum eſt in ſeipſo; ut tunc Deus, ut, conſecutive. Ex ſola juſtitia non ex meritis. Sed ſi non ex meritis, ergo ex miſericordia, non igitur ex juſtitia. Dic quod hoc nomen juſtitia quandoque ſumitur pro fidelitate, quoniam ſola dicitur virtus ſecundum quam redditur unicuique quod ſuum eſt. Primo modo ſumitur hic, & ſecundum iſtum modum non ſequitur, hoc eſt ex miſericordia, non igitur eſt ex juſtitia. Sed quod hæc ſolutio nulla ſit, patet quia dicit Tullius quod veritas ſive fidelitas eſt ſpecies juſtitiæ. Et ideo dicendum quod juſtitia quandoque large ſumitur prout eſt virtus & ſic miſericordia, & veritas ſunt ſpecies ejus. Quandoque ſtricte ſecundum quod reſpicit meritum, prout dicitur, Deus punit *Expoſitio Gloſ.*

A iſtum ex

A Litteraliter. a Si autem iniquitas noſtra] ut dictum eſt in prima parte hujus capituli. Reſpondet Aotypophoræ, quæ ſibi poſſet fieri ex eis, quæ dixerat in præced. capitolo. Poſſet enim videri, quod lex noo fuiſſet utilis. Et reſpondet, quod imo. Et iterum, quia poſſet dicere quis quod utilis fuiſſet ſi crediſſent omnes, ſed quidam illorum non crediderunt, ideo reſpondet, quod incredulitas quorumdam

caris. Si *a* autem *b* iniquitas noſtra juſtitiam Dei commendat, *c* quid *d* dicemus ?

noo evacuabit fidem: Et hoc oſtendit auctoritate David quam quidam pervertebant. Oſtendit etiam quod hoc non poteſt intelligi, ſicut dicebant. Erat autem duplex error de ipſa. Quidam dicebant, quod Deus volebat, quod peccaremus, ut juſtior appareret, unde dicebant [Ut juſtificeris,] i. ut juſtior appareas. Hoc primo improbat per ioconveniens, quod ex hoc ſequitur, videl. quod injuſte puniret peccatores. Et hoc eſſe inconveoiens probat per articulos fidei, quia Deus juſte judicabit mundum. Alii dicebant quod ideo volebat Deus, ut peccaremus, ut augmentaretur ejus juſtitia. Uude exponebant: [Ut juſtificeris] amplius, ſcil. quod improbat ibi: [Si enim veritas.] Dicit ergo. [Si autem] q. d. recte intelligendum eſt hoc. [Ut juſtificeris, &c.] Et non hoc modo, ut Deus juſtus appareat. *a* Autem] i. quia ſi. *b* Commendat,] commendabilem oſtendit. *d* Quidem dicemus, ideſt, ▲ quid

Moraliter. *a* Si autem, &c. *Job* 35. Si peccaveris, quid ei nocebis, & ſi multiplicatæ fuerint, &c. Porro, &c. Et io *ead.* 22. Quid prodeſt Deo ſi juſtus fueris, aut quid confers ei, &c. q. d. nihil, quia dicit *Pſ.* Bonorum meorum non eges. * *d* Alioquin

Expoſitio Gloſ. A iſtum ex juſtitia, quia meruit. Primo modo ſumitor hic, & ideo noo ſequitur. Ex miſericordia non eſt, ergo ex juſtitia, ſed ſecuodum quod juſtitia ſtricte ſumitur, bene ſequeretur. Uxorem Uriæ 2. *Reg.* 11. Et illum, Uriam, ſcil. Vel cauſativum iſtud, vel eſt expoſitivum Vel ita ut ſit ſecunda expoſitio. Dixiſti enim: Quacumque hora, &c. *Ezech.* 18. & 33. Contra: David longo tempore fuit aote Ezechielem. Unde quando hoc dixit David noodum erat Ezechiel, Sol. Dixiſti: i. diſpoſuiſti, vel dixiſti mihi per revelationem. Unde in *Pſ.* 31. Dixit confiteoor adverſum me, &c. vel ita, tertia expoſitio. Juſtificeris, i. juſtus appareas: ergo videtur quod Deus de juſtitia juſtificet hominem non ergo ex miſericordia. Sol. In juſtificatione impii eſt infuſio gratiæ, juſtificatio autem ex miſericordia, quantum ad remiſſionem peccati eſt ex juſtitia, quia per contritionem mereretur homo peccati remiſſionem. Sed hæc ſolutio non videtur eſſe ad propoſitum, quia *Gl.* hic vult oſtendere, quod juſtificatio eſt per infuſionem gratiæ. Unde dicendum quod eſt ex juſtitia, i. ex promiſſione Dei, quæ eſt ex miſericordia io judicio. Comparatis. *Job* 25. Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus. Et *Iſa.* 64. Omnes juſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ, &c. Per *Iſa.* 5. Inveoitur enim dediſſe homioi omnes, ergo homo ex naturalibus ſuis poteſt ad virtutes progredi. Et eſt argumentum pro Arrio, qui dicebat. Non invideo Chriſto facto Domino, quia poſſum fieri Deus ſi voluero. Sed nihil eſt, quia etſi intellectus, vel ratio vult bonum, vel virtutes aſſequi, tamen non poteſt niſi gratia præcedente. Unde ſuper illud *Pſ.* 118. Cuncupivit anima mea, & *Gl.* Prævolat intellectus, ſed ſequitur tardus, aut nullus affectus, q. d. ſive gratis data ad minus, vel gratum facientem, & hoc prævenire non poteſt. Diceodum ergo quod affectus, & motus naturales appellat *Gl.* voluntates efficaces, quæ ſunt per gratiam aliquam. Cui ex Deo nihil defuit, ergo ex Deo non defuit ei gratia, ergo eam habuit ex Deo, quod falſum eſt, quia tunc progrederetur ad virtutes, quod hic negatur. Præterea ſecundum hoc videtur, quod teneamur habere gratiam. Sol. Et niſi in poteſtate hominis ſit habere gratiam, non tamen tenetur habere eam, ſed teoetur facere aliquid quo facto habebit eam, l. tenetur ſe præparare. Vel ita, quarta expoſitio: A peccatoribus judicatus eſt. 1. *Pet.* 2. Tradebat autem judicanti ſe injuſte. Vel aliis non mutatis, quinta expoſitio. Propter illam humilitatem dedit *Phil.* 2. Illi nomeo. Sed contra omoibus motibus omnium virtutum æqualiter meruit, quia habuit ſemper charitatem æqualiter intenſam, quare ergo dicitur propter humilitatem meruiſſe nominis exaltationem pluſquam per aliam virtutem ? Sol. Æqualiter meruit omnibus operibus omnium virtutum vitam æternam, ſed citiſſimam reſurrectionem, & nominis exaltationem apud homines merito paſſionis. Vet. grat. ſit quod iſti martyri non augeatur charitas, & martyrio modo meretur aureolam, ergo & ante, quia ante æqualis erat charitas in eo ſicut modo, patet quod noo ſequitur, quia aureola proprie reſpicit genus operis, & charitas eſt proprie meritum vitæ æternæ, ſimiliter Chriſtus propter genus excellentiſſimæ humilitatis meruit citiſſimam reſurrectionem, & nominis ſui exaltationem. *Luc.* 18. Qui ſe humiliat, exaltabitur. Divinæ juſtificationis, i. juſtitiæ Dei. Cauſam manifeſtantia, quod non eſt verum, imo de ordine Dei eſt qui io ſuo univerſo etiam malum ordinat, & quod miſericors ſit, patefacere. Iſti errabant, quia iſta patefactio noo eſt ex ipſo peccato, ſed ex ſanatione ejus, ſicut medicina laudabilis eſt, non ex morbo, ſed ex effectu ſanandi morbum; & ita peccata non valent ad oſtendendam miſericordiam Dei niſi per accidens, per ipſorum ſcilic. ſanationem, & injuſtitia noſtra juſtum illum oſtendit. Hoc videtur eſſe verum per hoc quod dicitur in *Enchyr.* In univerſitate iſtud quod malum dicitur bene ordinatur, & in loco ſuo poſitum eminentius commendat bonum. Cujus ratio eſt, quia contraria juxta ſe poſita magis eluceſcunt. Ergo malum commeodat ineffabile bonum. Solut. una eſt, quia malum commendat bona creata, & quod ſic intelligi debeat, patet, quia *Auguſt.* trahit hoc ab illo verbo: Et erant valde bona, quod cum ſit, intelligitur de bonis creatis, & ita nihil eſt ad propoſitum, quod hic objicitur de Deo. Sed quia adhuc videtor, quod imo peccata noſtra faciunt eluceſcere juſtitiam. Dicendum, quod non eſt verum, imo quod iſtud facit Deus de peccato noſtro, ut quando delet illud, vel quando infligit pœnam propter illud. Dicens Deum uti malis, &c. Sed videtur quod Deus utatur malis, quia dicitur *Iſa.* 10. Væ Aſſur virga furoris, &c. Et ibi *Gl.* Utitur eo quaſi miniſtro. Sol. Deus otitur malis non ut faciat eos facere malum, ſed quia de malis eorum elicit bonum, & iſti accipiunt uti, ſicut aliquis utitur ſecuri quando facit eam ſecare. Si enim iojuſtitia noſtra ei proficit, &c. Contra: Sic judex aliquis ſi habeat inimicum, & interficiat illum inimicum aliquis ſine judicio judicis, & ſit utetque ſub juriſdictione ejus, conſtat quod poteſt, & debet illum interficere, & punire, & tamen profuit ei, & fuit utile ſibi, quod moreretor hoſtis; & in hoc non eſt judex ille iniquus, ergo neque Dominus eſſet ioiquus ſi interficeret: Sol. Non eſt ſimile, eſſet autem ſimile ſi judex præcepiſſet illi, quod ioterficeret inimicum ſuum. Illi enim qui hoc ut dicitur in *Gl.* ponebant, dicebaot Deum velle nos peccare, & idem eſt aliquid fieri Deo volente, & Deo auctore, unde Dominus agebat & præcipiebat quodammodo, quod peccaremus. Illius rei Deus ultor eſt, cujus auctor non eſt, ſed Deus ultor eſt malæ actionis ergo non eſt auctor malæ actionis, ergo ipſa non a Deo. Si dicat, illius rei, i. malitiæ: ergo malitia eſt res, ergo eſt aliquid, quod eſt iterum contra opioionem, quæ dicit, quod omnis actio eſt a Deo. Ipſa eoim dicit quod malitia nihil eſt. Sol. Mala actio in quantum actio, a Deo eſt, in quantum vero mala eſt a diabolo, vel ab homine. Unde dicendum: Illius rei, i. talis rei ultor eſt, cujus, i. qualis auctor non eſt, vel illius rei, i. malitiæ. Quia objicit, ergo malitia eſt res. Dicendum quod res, & aliquid, ſumuntur hic large ad ea quæ ſunt in rerum oatura, & quæ ſunt io opinione tantum. Alii bene concedunt, quod non omnis actio eſt a Deo, & hoc intelligitor de naturis & ſubſtaotiis. Et hæc opioio fundata eſt ſuper illud *Auguſtini in lib. de natura boni*, cum ait: Omoia ex ipſo audimus, & per ipſum, & in ipſo, omnes utique naturas intelligere debemus, quæ naturaliter ſunt; neque enim ex ipſo ſunt peccata, quæ naturam non ſervant, ſed vitiant, quæ peccata eſſe ex voluntate peccantium, multis modis Sacra Scriptura teſtatur. Iniquus eſt Deus inferendo vindictam, &c. Sed vult ut faciamus malam actionem, quia eſt ab eo, & infert vindictam pro ea, ergo eſt iniquus. Sed dicendum quod vult actionem in quantum eſt actio, & non in quaotum eſt mala. Si objicitur, pro malitia punit; quæ eſt privatio, & ita nihil, ergo puoit pro nihilo. Non ſequitur; quia res, vel aliquid ſumptum cum verbo punitionis ampliatur ad ſupponendum pro privationibus, ſicut patet hic. Propter quid puniviſti eum ? Bene reſponderetur, quod non fecit ignem. Similiter dicendum, quod malitia prout eſt ſub punitione eſt aliquid, & ideo non ſequitur, malitia nihil eſt, & Deus pro malitia punit, ergo punit pro nihilo, ſicut non ſequitur, chimæra nihil eſt, & iſte opinatur, ergo opinatur ▲ oihil

Digitized by Google

a quid ex hoc ſeq. *a* Numquid iniquus eſt Deus] i. injuſtus? *b* Qui infert iram?] i. vindictam peccatoribus, ea quo vult eos peccare. *c* Secundum hominem] Ne quis poſſet credere quod Apoſtolus hoc diceret ex ſe, ideo dicit quod ipſe non dicit ita, ſed aliquis fatuus homo poſſet ita dicere & hoc eſt [Secundum hominem dico.] Alioquin, i. ſi eſt iniquus. *e* Quomodo judicabit, &c.] quaſi, non poteſt eſſe juſtus in judicando mundum, quod eſt contra fidem. *f* Si enim veritas] Hic improbat alium errorem quod iniquitates noſtræ non augmentant juſtitiam Dei. *g* Enim] i. quia. *f* Si veritas Dei] i. juſtitia. *i* Abundavit] i. major fuit. *k* In gloriam ipſius,] ut glorioſior eſſet. *h* In meo mendacio] i. propter peccatum meum quod eſt mendacium. *l* Quid adhuc judicor,] & eſt, quaſi non deberem damnari a Deo propter peccatum meum. *m* Tanquam peccator] quia non debet mihi imputari peccatum, quia cogor a Deo peccare ut ejus juſtitia creſcat. Iterum ſi verum eſt quod juſtitia Dei abundat propter peccata noſtra, quid i. cur non. *o* Faciamus mala ut veniant bona.] Deo ſcil. ut ſcil. creſcat juſtitia Dei. *n* Sicut blaſphemamur,] i. blaſphemando nobis imponitur a quibuſdam, & ſicut quidam ajunt nos dicere, i. prædicare hoc ſcil. Faciamus mala ut veniant bona. *p* Quorum] ſicut mihi falſum imponunt. *q* Damnatio juſta eſt.] & damnatis non eſt credendum, unde nec eis. *r* Quid igitur?] Apoſtolus volebat oſtendere quod lex non erat inutiliter data, quia plus fuit Judæo ex hoc quod legem habuit quam gentili. Ad hoc reſpondet, quia videretur alicui quod converſi de Judæis majorem gratiam deberent habere quam converſi de gentibus quibus non fuit lex tradita. Et hoc eſt [quid ergo,] ex quo plus eſt Judæo, *ſ* Præcellimus eos?] in ſtatu gratiæ. Et reſpondet:] *t* Nequaquam.] imo pares ſumus eis, quia eadem habemus ſacramenta, & modo eadem eloquia.

B Numquid *a* iniquus eſt Deus qui *b* infert iram? Secundum *c* hominem dico. Abſit. Alioquin *d* quomodo *e* judicabit Deus hunc mundum? Si enim *f* veritas *g* Dei in meo *h* mendacio abundavit *i* in gloriam *k* ipſius, quid adhuc *l* & ego tanquam *m* peccator judicor, & non ſicut *n* blaſphemamur, & ſicut ajunt quidam nos dicere, faciamus *o* mala ut veniant bona. Quorum *p* damnatio *q* juſta eſt. Quid *r* igitur? Præcellimus *ſ* eos? Nequaquam. *t* Cauſati *u* enim ſumus Judæos, & Græcos *x* omnes ſub peccato eſſe, ſicut ſcriptum eſt: Quia *y* non eſt juſtus quiſquam, non eſt *z* intelligens, non eſt requirens *a* Deum. Omnes *b*

Moraliter. * *d* Alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum?] Judicabit orbem terræ in æquitate, ut *Pſ. 95.* innuit. Et *Iſa.* 11. Non ſecundum viſionem oculorum judicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet, ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ, quia erit juſtitia cingulum lumborum ejus *Sap.* 5. Induet pro thorace juſtitiam, & aſſumet pro galea judicium certum. *Iſa.* 59. Indutus eſt juſtitia ut lorica.

f Si enim veritas Dei in meo mendacio] *Job* 13. Non indiget Deus veſtro mendacio, ut pro illo loquamini dolos. *Actor.* 17. Non humanis manibus colitur indigens aliquo. Et eſt contra illos qui ſermonibus admiſcent mendacia ut credatur veritas. *o* Faciamus mala ut veniant bona.] Hoc dicunt multi ipſo facto. Unde *Jer.* 44. Facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore noſtro, &c. & ſaturati ſumus & bene nobis erat, ex eo autem tempore quo ceſſavimus ſacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame conſumpti ſumus. Et *Jer.* 12. Bene eſt omnibus qui prævaricantur & inique agunt. *Job c.* 12. Abundant tabernacula prædonum, &c. Sed mentiuntur, non quia faciunt mala, veniunt eis bona, ſed ſicut dicit *Pſ.* 72. Verumtamen propter dolos poſuiſti eis, dejeciſti eos dum allevarentur.

Litteraliter. Litteraliter. *u* Cauſati enim ſumus] Hæc eſt ſecunda pars hujus capituli, in qua redit ad principale propoſitum videlicet quod lex non eſt neceſſaria, nec ſufficit ad ſalutem quia non juſtificat. Quod oſtendit per auctoritatem David, qui loquens illis qui ſub lege erant, dicit [Omnes declinaverunt] Sed poſſet quis reſpondere, quod David non loquitur ibi Judæis, & ideo oſtendit quod imo dicens [Scimus autem, &c.] Ergo auctoritas David intelligitur de Judæis. Eſt ergo argumentatio ejus talis. Omnes qui ſub lege erant declinaverunt a Deo, habentes autem legem erant ſub lege, i. Judæi, ergo habentes legem declinarunt a Deo, ergo non ſunt juſtificati per legem, ergo lex non juſtificat. Dicit ergo [Cauſati enim ſumus,] i. cauſis & rationibus oſtendimus, *ſup.* 2. *x* Græcos] i. gentiles. *y* Quia non eſt juſtus quiſquam,] Hic juſtus ſumitur a juſtitia prout complectitur omnes virtutes, ſecundum quod dicitur impius juſtificari. *z* Non eſt] inquam juſtus, quia non eſt [intelligens] corde credendo. *a* Non eſt requirens Deum.] bene operando & ei ſerviendo. *b* Omnes declinaverunt,] a Deo deorſum ad creaturas, & ex hac declina- Pſal.13.& 14.

* tione

Moraliter. *y* Quia non eſt juſtus] quoad proximum. *z* Non eſt intelligens,] quoad ſeipſum.

a Non eſt requirens] quoad Deum. Unde ad *Titum* 2. Sobrie quoad nos, juſte quoad proximum, & pie, quoad Deum vivamus in hoc ſæculo. *Oſee* 4. Non eſt miſericordia, non eſt veritas, non eſt ſcientia Dei in terra. Miſericordia quoad ſe. Unde *Eccl.* 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo. Veritas, i. juſtitia, quoad proximum. Non eſt ſcientia Dei, hoc eſt [Non eſt requirens] Deum. *b* Omnes declinaverunt,] Pau-

* ci ſunt

Expoſitio Gloſſ. A nihil. Nec poteſt non amare quæ fecit. *Sap.* 11. Diligis omnia quæ ſunt & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Sed mala actio eſt a Deo, ergo diligit malam actionem, ergo vult ei bonum, ſed non eſt in bono niſi bonum, ergo mala actio eſt bona. Quod verum eſt bonitate naturæ, non autem malitia culpæ. Et ſimiliter & in eodem ſubjecto eſt malitia & bonitas. Unde in *Enchyrid.* Fallit regula Dialecticorum qui dicunt contrarium non in contrario eſſe, imo malitia culpæ eſt in bono naturæ, cui eſt contraria. Omnis namque natura etiam ſi vitioſa eſt, in quantum natura, bona eſt, in quantum vitioſa mala eſt. Locum injuſtitiæ dederunt, i. quia injuſtitiam reperiant, ubi deberet eſſe ſumma juſtitia, ideo dicitur *Epheſ. quarto.* Nolite locum dare diabolo. *Iſa. vigeſimo octavo.* Coanguſtatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat. Non decet eſſe propitium. *Pſ.* 24. Propitiaberis peccato meo. Sed nihil facit Deus quod non decet eum facere, ergo decet eum eſſe propitium peccatori. Item propitius eſto peccatis noſtris. Sol. Non decet eum propitium eſſe peccato tantum, i. non decet eum quod propitietur ita quod non puniat peccatum. Simile *Joſue ultim.* Dominus ſanctus & fortis æmulator, nec ignoſcet ſceleribus veſtris & peccatis, tantum ſupple, quaſi etiam puniet. Quomodo enim judicabit ſi iniquus eſt? Sed nonne judex iniquus bene judicat aliquando? Et dicendum quod judex iniquus in judicio non poteſt bene judicare. Quaſi male, bonis dans mala, &c. Sed contra *Matthæi quinto.* Qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, ergo bona dat malis, & eadem, ideſt, mala bonis. Solut. Hoc intelligitur de bono æterno & pœna æterna. Ad probationem carnalis, ideſt, quam facit carnaliter intelligens. Veritas, ideſt, juſtitia. Quæritur quare veritas potius appellatur nomine juſtitiæ hic & in multis locis quam nomine alterius virtutis. De hoc alias. Adhuc, i. poſt converſionem, poſtquam jam dedit alicui gratiam, adhuc punit eum poſtea propter peccatum. Secundum hanc lectionem arguuntur illi qui dicebant quod Deus vult nos peccare, ut glorioſior appareat. Quia nunc certum eſt poſt dimiſſionem peccati. In peccato abundet, ideſt, propter peccatum. Ubi abundat delictum, *inf.* 5. Vel ita poteſt continuari: Hæc lectura non differt a prima niſi in continuatione, quia prius continuabatur ad hoc. Si autem iniquitas, &c. modo ei quod dixit: Alioquin, &c. Quod in parte oſtendit, ideſt, in particulari, ideſt in ipſo Paulo. Tam Judæos *ſupr.* 2. In quo alium judicas, &c. Quam Græcos, ideſt, gentiles. *Sup.* 1. Mutaverunt gloriam, &c. Perſonarum acceptionem, *ſup.* 2. Quid amplius *ſup. eod.* In quo maxime demonſtravit, quando dixit: Credita ſunt eis eloquia Dei. Non eſt ex aliquo, &c. ergo non meruerunt redemptionem, ergo neque vitam æternam. De hoc ſupra in præcedenti lectione. Ante hanc gratiam, Evangelium vel adventum Salvatoris. In ſtatu gratiæ, hoc dicit, quia ante ſtatum gratiæ legis Judæi præcellebant. Ideo non eſt juſtus quia, &c. ergo demens non eſt juſtus. Solut. Intelligere hic ſumitur pro credere, credere dico prout ſonat in habitu. Unde ſumitur conſequens pro antecedente, quia dicit *Iſai.* 7. Niſi credideritis non

A intelligetis.

nation. *a* Simul inutiles facti ſunt,] non tamen ſibi, ſed etiam aliis facti ſunt inutiles. *b* Non eſt, qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.] Uſque poteſt eſſe incluſivum, i. nullus qui faciat, &c. Vel poteſt eſſe excluſivum.

c Non eſt uſque ad unum,] i. Chriſtum, i. nullus facit bonum niſi Chriſtus. *d* Sepulchrum] Diceret [non eſt qui faciat bonum] minus dicens plus ſignificat, i. omnes faciunt mala. Unde hic oſtendit quæ mala. *d* Sepulchrum patens] Ex hoc quod pateat poteſt poni aliquid in eo, & etiam fœtor exit ab eo, quaſi diceret, ex ore eorum non exit niſi fœtor detractionis & ſpurcitiæ, & parati ſunt recipere mortuos, & verbis ſuis mortificare vivos. *e* Linguis ſuis doloſe agebant,] *Iſa.* 29. Populus hic labiis me honorat, &c. *Jer.* 12. Prope eſto ori eorum. *Matt.* 22. Magiſter ſcimus, quia vera res, &c. *g* Venenum]

declinaverunt, ſimul inutiles *a* facti ſunt, non *b* eſt qui faciat bonum, non *c* eſt uſque ad unum. Sepulchrum *d* patens eſt guttur eorum, linguis *e* ſuis doloſe *f* agebant, venenum *g* aſpidum ſub la-

▲ invidiæ &

Moraliter. * et ſunt qui non declinaverunt. *Ex* hac declinatione eſt omne peccatum, quia omni creatura ſuperior eſt anima, & quando non hæret Deo per amorem inclinatur, quia facta eſt ut ſuperius erigeretur. Cum igitur peccare ſit ſpreto incommutabili bono, rebus commutabilibus adhærere, patet quod hic ponit primum fontem & originem peccati *Iſa.* 59. Semitæ eorum incurvatæ ſunt, &c. i. cogitationes & deſideria, *Prov.* 2. Inclinata eſt ad mortem domus ejus, & ad inferos ſemitæ illius. Semitæ, i. breviorem viam elegit ad eumdem ad inferos. *Proverb.* 5. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant. Et *Pſal.* 16. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Unde *Dan.* 13. Averterunt ſenſum ſuum & declinaverunt oculos ſuos ut non viderent cœlum. Hæc fuit origo peccati illorum. Sed de quolibet juſto dicit *Pſalm.* 83. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum in loco quem poſuit.

a Inutiles facti ſunt,] Cum homo debet eſſe utilis aliis, ex quo ſe inclinat deorſum, nec poteſt alios ſurſum trahere niſi miraculoſe, ſed potius deorſum per malam doctrinam vel exemplum. Unde *Auguſt. in lib. de natura boni*. Hæc enim lex eſt divinæ providentiæ, ut homo a ſuperioribus adjuvetur ad cogitandam aut percipiendam Dei gratiam, quantum ad Deum, ad eamdem autem provocatur ſi inferiores adjuvat. Et propter hoc dicit Apoſtolus ad *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. Ideoque ſancti viri cervis comparantur. *Cant.* 3. Adjuro vos filiæ Jeruſalem per capreas cervoſque camporum. Quando enim cervi debent tranſvadare, debilior ponit caput ſuum ſuper dorſum alterius. Similiter ſancti tranſeuntes per mare hujus mundi, ſe invicem juvant. Unde *Epheſ.* 4. Supportantes invicem in charitate. *b* Non eſt qui faciat bonum,] *Jer.* Circuite vias Jeruſalem & aſpicite, & conſiderate in plateis ejus, an inveniatis virum facientem fidem. *Eccl.* 7. Non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet.

c Non eſt uſque ad unum,] incluſive, vel excluſive, i. ſolus Chriſtus. Unde 1. *Pet.* 2. & eſt ſumptum de *Iſa.* 53. Qui peccatum non fecit, nec, &c. *Eccl.* 7. Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni; quia nulla fuit ſine peccato originali ad minus, & ſolus Chriſtus inter homines erevit ſine originali.

d Sepulchrum patens] a quibus fœtentia verba exeunt ut ſcurrilia, præſertim luxurioſa. *Eccl.* 11. Multæ ſunt inſidiæ doloſi, ſicut enim eructant præcordia fœtentium. Sic ordina litteram Eccleſiaſtici. Sicut enim quia eructant, ſic præcordia eructant fœtentium. Et hoc eſt quod ſubdit: Bona enim in mala vertens inſidiatur & in electis ponit malum, detractor eſt iſte *Apoc.* 9. De ore equorum procedunt ignis, fumus & ſulphur. Bene dicuntur equi diaboli detractores, ſicut prædicatores equi Domini, quia ferunt diabolum in ore. Et ab aliis tribus plagis occiſa eſt etiam tertia pars hominum; per ignem, verba blaſphemiæ, & iracundiæ: per fumum qui res obſcurat, verba detractoris, per ſulphur verba ſpurcitiæ. Tales ſunt velut dracones, imo ſimiles ſunt inferno: Unde ſubdit: De puteo aſcendebat fumus de fumo, obſcurata eſt tertia pars ſolis, & tertia pars ſtellarum. Et etiam illi qui in Eccleſia ſunt maxime, in ſe obſcurantur per verba detractionis, quia vix eſt ita bonus qui non moveatur ad verba detractorum, *Jer.* 5. Pharetra ejus quaſi ſepulchrum patens. Os enim eſt pharetra diaboli, & plenum ſagittis.

f Doloſe] exterius ſimulans bonum & interius machinans malum, *Jer.* 5. Facti ſunt aucupes inſidiantes & ponentes laqueos & pedicas ad capiendos viros. Auceps voluptate blanditur, ſic detractores & adulatores. *Prov. c.* 29. Homo qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur, amico ſuo rete expandit pedibus ejus. *g* Venenum aſpidum] quod dulce eſt, ut dicunt poſtillæ, & ex hoc periculoſius & magis nocet, quia facilius ſumitur, & ſic verba iſtorum. Unde: Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. Et nota quod dicit: [Venenum ſub labiis,] quaſi latens. *Eccleſiaſt.* 12. In labiis ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur ut ſubvertat te in foveam, *Proverb. capit.* 11. Simulator ore decipit.

* amicum ſuum.

▲ intelligit. Et quod non intelligit ex culpa ſua eſt, ergo ex eo quod non eſt, juſtus non intelligit. Contra: *Expoſitio gloſ.* Quia credit juſtus eſt, ergo a contrariis, quia non credit eſt injuſtus, quia ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio erit cauſa negationis. Ad hoc dicendum, quia revera, quia credit juſtus eſt, ut tangamus primam cauſam, ſed quod primum eſt in compoſitione, ultimum eſt in reſolutione, injuſtitia autem eſt deſtructio ſpiritualis hominis, & ideo non oportet quod diſcredere ſit primum in impio ſive in injuſto. Quod objicitur, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, &c. Dicendum quod illa propoſitio intelligitur de cauſa præciſa & convertibili, credere autem non eſt præciſa cauſa reſpectu ejus quod eſt juſtum, imo etiam quia ſperat, juſtus eſt. Ex operibus enim Chriſti ſcil. poterant quærere, &c. Ex operibus, i. ex modo docendi. Sicut enim dicit *Marc.* 1. Erat docens ſicut poteſtatem habens. Similiter ex modo operandi apparebat quod ipſe erat Deus. Unde *Marc.* 2. Ut autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittere peccata, tibi dico, &c. ſi ſic dixiſſet peccatum, numquam ſanati fuiſſent infirmi. Contra illud *Prover.* 3. Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, &c. Quia nullus niſi Chriſtus facit bonum, intellige membra cum capite. Simile *Jo.* 3. Nemo aſcendit, &c. In eodem membra diaboli intelliguntur cum ſuo capite. *Job* 41. Emittit contra eum flumina, ideſt, abyſſum pœnarum contra diabolum, nec ad alium locum ferentur quam ad diabolum & ad membra ejus, quæ intelliguntur cum illo. Iden nullus facit bonum niſi Chriſtus virtute propria, ſicut ibi: Nemo aſcendit in cœlum. Nam malis, i. peccatis. Bonis ſi fieri poſſet, &c. Sed quid eſt quod dicit: Si fieri poſſet. Non enim eſt ita bonus qui peccare non poſſet & ita devorari a diabolo. Sol. Dicendum quod ly poteſt copulat poteſtatem tam reſpectu actionis, quam reſpectu paſſionis, quaſi diceret, ſi diabolus poſſet facere quod peccarent boni, ſed hoc non poteſt, niſi ipſi hoc faciant. Unde *Pſ.* 118. Me expectaverunt peccatores ut perderent me. Unde locus: Talia tibi conſilimus arma, qui niſi ea prior, &c. *Iſa.* 51. Incurva te ut tranſeamus. Linguis ſuis, i. malis. Tunc lingua noſtra eſt, quando ea abutimur. *Jo.* 8. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater ejus. Muſcipula ſunt, quia per verba ſua capiunt homines. Venenum eſt infuſum. *Geneſ.* 3. Dolus & captio, i. doloſa captio. Ut dæmonium habes. *Jo.* 8. Bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, &c. Temporalis pœna. Unde *Proverbiorum* 14. Riſus dolore miſcebitur. Æterna damnatio. Unde ibi ſequitur: Extrema gaudii luctus occupat. *Eccleſiaſtici vigeſimo primo*. Via impiorum complantata lapidibus, ecce pœna temporalis. Et in fine illorum inferni tenebræ & pœna, ecce æterna damnatio. Per Titum & Veſpaſianum, *Gloſ.* hoc exponit ſpiritualiter de Judæis. Super hoc dicit *Beda*, quia Judæi peccaverunt in patrem & filium, ideo per patrem & filium deſtructi ſunt. Sed contra: Non cognoverunt patrem & filium, quomodo ergo peccaverunt contra eos? Sed dicendum quod cognoviſſent, Qui eſt initium ſapientiæ. *Eccleſiaſt. primo. Proverbiorum primo. Pſalm.* 110. Sed videtur quod imo fides ſit initium ſapientiæ, quia ipſa eſt prima omnium virtutum. Unde etiam ſi timor eſt virtus timentis erit initium, ergo fides eſt prima in juſtificando

▲ Fides

Digitized by Google

biis eorum. Quorum os maledictione *a* & amaritudine *b* plenum eſt, veloces pedes *c* eorum ad effundendum ſanguinem. Contritio *d* & infelicitas *e* in viis eorum, & viam pacis *f* non cognoverunt: non *g* eſt timor Dei ante oculos eorum. Scimus *h* autem, quoniam quæcumque lex *i* loquitur, his qui in lege ſunt, loquitur. Ut omne os *k* obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, quia *l* ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro *m* coram

* vidiæ & iracundiæ latentis. *a* Maledictione] in prophetis & in Chriſto. Unde *Joan.* 8. Dæmonium habes. *b* Amaritudine] qui accuſabant Chriſtum ad mortem.

c Viam pacis] i. Chriſtum qui eſt via. *Joan.* 14. Et pax. *Jo.* 16. In me pacem habebitis.

d Contritio] pœna temporalis in præſenti.

e Et infelicitas] pęna æterna. Sicut in cuſtodiendis illis bonis ſcil. mandatis, retributio multa, ita in faciendo mala eſt afflictio magna. Vel [viam

C pacis non cognoverunt,] i. non approbaverunt viam, quæ ducit ad pacem, i. ad bonam converſationem ſive præceptorum adimpletionem.

g Non eſt timor Dei] Propter hoc non cognoverunt, quia *Eccl.* 1. & *Prov.* 1. Initium ſapientiæ timor Domini. Et quia poſſet aliquis dicere, hæc auctoritas non intelligitur de illis, oſtendit quod imo.

h Quia ſcimus, &c.] Lex, prophetæ & Pſalmiſta.

k Ut omne os obſtruatur] Propter hoc dicit David illud, ut omne os Judæorum, etſi Judæi ſunt peccatores qui legem habebant, multo fortius omnes alii.

l Quia] i. ergo ex quo omnes etiam Judæi declinarent [ex operibus, &c.]

m Coram illo,] i. judicio Dei, licet multi judicio hominum per legem juſtificarentur.

Moraliter. * amicum ſuum. *a* Maledictione] Maledicis verbis. *b* Amaritudine] amaris nimis. Et nota quod hic attenduntur quinque de lingua, quod eſt vaniloqua, impudica magniloqua, doloſa, maledica. Impudica, ibi [Sepulchrum patens] quia ex lingua impudica non exit niſi fętor verborum ſcurrilium & luxuriæ. Unde Seneca: Fętore narium mulieres corrumpunt & proprias communes faciunt. *Apocal.* 9. De ore ejus exibit fumus, ſulphur, & ignis. *Eccl.* 9. Colloquium ejus quaſi ignis exardeſcet. Lingua doloſa tangitur, ibi [Linguis ſuis doloſe agebant] Sed de viro juſto dicitur: Qui non facit dolum in lingua ſua. *Job* 1. Ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt. Vaniloqua dicitur quoad otioſa, & tangitur, ibi [Venenum aſpidum ſub labiis eorum,] quia eſt dulce. Et quia ſuper illud *Job* 20. Panis illius in utero ejus vertetur in fel aſpidum, dicit *Gloſ.* quod venenum illud facit homines obdormire, quod eſt propter nimiam ejus frigiditatem: ſic talia verba faciunt obdormire homines in peccato ſcil. & refrigerant eum ab opere bono. Maledica tangitur, ibi [Maledictione.] Contra hoc eſt: In detractione parcite linguæ. *Sap.* 1. *Joel.* 1. Dentes ejus ut dentes leonis, & molares illius ut catuli leonum. Iſti pejores videntur eſſe Balaam. *Num.* 23. Quomodo maledicam cui non maledixit Dominus, aut qua ratione deteſter quem non deteſtatur Dominus. Detractores vero etiam bonis maledicunt. Lingua magniloqua tangitur, ibi [Amaritudine,] unde *Gl.* dicit, i. minis. Unde *Iſa.* 5. Rugitus ejus ut leonis, rugiet ut catulus leonum. *Iſa.* 10. Agitabit manum ſuper montem filiæ Sion, i. bonis comminabitur. Unde *Iſa.* 37. Super quem exaltaſti vocem tuam, & levaſti altitudinem oculorum tuorum? Ad ſanctum Iſrael. *Proverb.* 28. Leo rugiens & urſus eſuriens princeps iniquus ſuper populum pauperem.

c Veloces pedes] In hoc notatur impetuoſitas peccati. *Prov.* 1. Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant ut effundant ſanguinem. *Jer.* 2. Curſor levis explicans vias tuas. *Iſa* 59. Pedes eorum ad malum currunt, &c. *Jer.* 8. Omnes converſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equus impetu vadens ad prælium, ad effundendum ſanguinem. In hoc notatur propalatio peccati. Sicut ſanguis extra vaſa apparet, ita peccatum apertum. *Iſa. c.* 3. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt, q. d. non dimiſerunt intra vaſa, *Jer.* 2. Non in foſſis inveni eos. *d* Contritio in viis] In hoc notatur peccati poena in præſenti in perpetrando ipſum. Unde damnati dicunt: *Sap.* 5. Ambulavimus vias difficiles. De utroque *Jer.* 6. Tribulatio apprehendit nos in præſenti, dicunt peccatores, in inferno dolores ut parturientis. *Pſalm.* 7. Concepit dolorem, peperit iniquitatem. Nota quantitatem pęnæ, quia delectatio ſolet eſſet in concipiendo, dolor eſt in pariendo. Sed ſi dolor eſſet in concipiendo, valde major deberet eſſe in pariendo. *Jerem.* 9. Ut inique agerent, laboraverunt.

e Infelicitas] In futuro. Contritio ſuper contritionem vocata eſt, *Jer.* Contritio pœna inferni, ſuper contritionem pęnam præſentem. *Prov.* 16. Noviſſima ejus ad mortem ducunt.

f Viam pacis] i. pacificam, quæ ducit ad pacem. Hæc eſt bona converſatio, ſed in peccato patitur rebellionem a ſeipſo in propria conſcientia. *Prov.* 12. In ſemita juſtitiæ vita: *Et* 4. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, &c. currens offendiculum non habebis. *Jer.* 6. State ſuper vias veſtras & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, &c. *g* Non eſt timor Dei ante oculos eorum.] Ideo viam pacis non cognoverunt. Unde *Pſ.* 9. Non eſt Deus in conſpectu ejus, & ideo iniqui ſunt. In bonis autem eſt timor Dei: Unde *Eccl.* 15. Qui timet Deum, facit bona.

i Quæcumque lex loquitur his, &c.] Non advertunt quod Deus in lege maxime loquitur contra eos. *Jer.* 2. Sacerdotes non dixerunt, ubi eſt Dominus; & tenentes legem neſcierunt me. Hodie adimpletur in eis illud 2. *Reg.* 12. Urias defert litteras mortis ſuæ.

k Ut omne os obſtruatur,] quia ſapientes in ſcripturis non poſſunt habere excuſationem, quomodo ergo inſipientes, & ita nullus ſe poterit excuſare. *Pſ.* 105. Omnis iniquitas oppilabit os ſuum.

A Fides autem eſt initium ſapientiæ, quia etſi homo ſit extra peccatum, tamen in principio converſionis ſuæ maxime habet reliquias peccati, quæ inficiunt palatum ejus, ne poſſit ſapere dulcedinem Dei, & ideo timor purificans palatum cordis, potius dicitur principium ſapientiæ quam alterius virtutis. Alii dicunt quod fides eſt prima virtutum quantum ad illos qui numquam crediderunt, & veniunt ad religionem Chriſtianam, timor autem prima eſt quantum ad malos Chriſtianos. Unde dicunt quod fides eſt prima virtutum in veniendo ad Deum, timor in redeundo. *Jer.* 37. alia littera. Sed alteram partem plebis. Imo totam plebem, ut videtur *Jer.* 5. Si inveneritis quærentem fidem, propitius ero ei, quaſi diceret, nullum invenietis. Sol. In verbis Jeremiæ non eſt generalis negatio, ſed attenuativa, ſecundum modum quo dicitur nullus bonus homo eſt in hac villa, i. valde pauci. Increpat Dominus *Matt.* 23. Generatio mala *Matt.* 12 *Iſa.* 1. Auctoritate ſcripturæ David. Sed quod hic non ſit ſcriptura David, videtur quod ſuper illud *Iſa.* 59. Vaſtitas & contritio in viis eorum, dicit *Gl. Hier.* Hoc Apoſtolus poſuit ad Romanos, ſic & illud. Veloces pedes eorum &c. quod multi ignorantes de tertiodecimo Pſalmo ſumptum putant, qui verſus in editione vulgata additi ſunt & in Hebræo non habentur. Verum eſt quod dicit *Hieron.* quod autem dicitur hic, dicitur non quia illos verſus compoſuerit David, ſed quia interpoſiti ſunt in Pſalmo quem compoſuit David. Et alio detorquerunt, i. ad alium ſenſum exponendo de gentibus, non de ſe. Aperuit. *Luc. ult.* In lege in libris Moyſi. Sicut Dominus ait *Joan.* 10. Et alibi *Joan.* 15. Quia informant. Sicut membra puerorum formantur per ligamenta. A ſua gloria, de lege quam ſoli acceperant. Omnis mundus, ideſt, omnis homo ſubditus Deo, ideſt, gratiæ Dei. Sed videtur quod poſtilla exponat proprie dictum per improprie dictum, quia magis ſubjicitur homo Deo quam gratiæ Dei. Solutio: Gratiæ Dei, ideſt, Deo gratis juſtificanti, & ideo debet homo ſubjici Deo, quia eum gratis juſtificat. Non meritis, imo omnes adulti ſalvantur meritis ſuis. Solut. Eſt ſalus gloriæ, de prima loquitur hic: Unde ad *Titum tertio*. Non ex operibus juſtitiæ quæ fecimus nos, &c. Nec gratia fidei, ideſt fides quæ eſt gratia. Cæremonialia: Dicunt magiſtri quod cæremoniale eſt, cujus ratio reddi non poteſt. Sed quæ ſit differentia ad morale pleniſſime determinatur ab *Auguſtin. in libro de doctrina Chriſtiana*. Et pro iis, figurativa quæ numquam valuerunt conſcientiam mundare. *Hebræor. nono*: Si vero quæritur quare, &c. juſtificant, ideſt, ſunt meritoria, ideſt faciunt magis ju-

Expoſitio Gloſ.

A ſtum, quia

Expoſitio Gloſ. Δ ſtum, quia merito bonorum operum augetur gratia cujus eſt juſtificare.

Per *a* legem enim *b* cognitio peccati. Nunc *c* autem ſine lege *d* juſtitia Dei manifeſtata *e* eſt: teſtificata a lege, & prophetis. Juſtitia

Sed videtur quod eodem modo opera legalia facta in charitate juſtificarent, ideſt, eſſent meritoria, quia etiam quædam opera quæ in ſe ſunt mala ut interficere hominem, ſi tunc fierent ex charitate, eſſent meritoria, ergo multo magis illa opera legalia quæ erant in præcepto. Item dicit *Auguſt.* quod ſi Dominus præcepiſſet Jephte quod interficeret filiam ſuam, meruiſſet interficiendo. Hoc dicit in libro de civitate Dei: ergo cum Dominus præceperit fieri illa legalia, ſi fiebant ex charitate, erant meritoria. Item Dominus pronior eſt ad miſerendum quam ad puniendum, ſed Dominus puniebat non obſervantes illa, ergo remunerabat obſervantes. Vel ſic: Non obſervando demerebantur, ergo obſervando merebantur. Sol. Eſt opus operans, & eſt opus operatum.

Opere operante, i. voluntate, ſi erat ex charitate, merebantur, ſed opere operato quoquo modo fieret illud non merebantur, ut quando comedebant carnes illas, non propter hoc in eis augebatur gratia, ſicut modo comedendo carnem Chriſti.

Poteſt tamen ſuſtineri opinio Magiſtri, quod ideo non merebantur illis operibus, quia non erant inſtituta in juſtificationem, nec ad merendum, ſicut nec nos modo poſſemus mereri vitam æternam operibus noſtris etiam factis in charitate, quia quaſi nihil ſunt reſpectu vitæ æternæ, quia *Matt.* 20. Facta eſt nobis conventio ex denario diurno ſi laboravimus in vinea Domini: unde per hoc poſſent fere omnia objecta ſolvi.

Quia enim primo objecit: Interficere hominem eſt meritorium, aliquando verum eſt, quia inſtitutum eſt ad merendum.

Similiter opus obedientiæ non eſt meritorium niſi ſit inſtitutum ad merendum, & illa legalia non erant inſtituta ad hoc, ſed ad ſignificandum. Ad illud: Deus pronior eſt ad miſerendum, &c. hoc ſic eſt intelligendum, i. quando remunerat ſupra condignum, non autem punit citra meritum.

Addendum etiam eſt quod non fuerunt meritoria illa opera, quia fuerunt extorta a Deo quaſi invita, ne ſcilicet illa exhiberent idolis.

Unde non eſt ſimile de Jephte, ſi præcepiſſet ei Dominus quod occideret filiam ſuam, quia non eſſet extortum, ſicut nec extortum fuit ab Abraham immolare filium ſuum. Quod autem fuerunt extorta, patet per illud *Ezech.* 20. Dedi eis præcepta non bona. Et *Iſa.* 1. Holocauſta arietum, & adipem, &c. nolui. *Gloſ.* Unquam. Quid tentatis. *Act.* 15. Decrevit, i. diſpoſuit, & præſcivit ab æterno.

Per Sacramentum myſterii Dei, i. per fidem hujus ſecreti, quod Deus & homo & Deus. Sed fides. Eodem modo nec lex Evangelii nos juſtificat ſed fides.

Verum eſt, ſed ipſi putabant quod ſine fide lex juſtificaret. In Evangelio conſummatur. *Iſa.* 10. Conſummatio abbreviata inundabit juſtitiam. *Matt.* 5. Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Conſummatur autem in Evangelio per explanationem & conſiliorum additionem.

Litteraliter. Litteraliter. *a* Per legem enim cognitio peccati.] Redit ad principale propoſitum, i. ad oſtendendum quod lex non erat neceſſaria ad ſalutem, nec juſtificabat. Et hoc probat per cauſam finalem legis, quia data fuit ut per cauſam agnoſceretur tantum peccatum, ſed ex hoc quod cognoſcitur, non propter hoc dimittitur, ergo propter legem non dimittitur, & ita ipſa non juſtificat. Dicit ergo [Per legem non eſt juſtificatio.]

b Enim] i. quia per legem cognitio. Sed

c Nunc] tantum gratiæ tempore.

d Sine lege] ut patet in gentibus.

e Manifeſtata eſt] per miracula, & quia ſpiritus in ſpe- Δ cie ignis

Moraliter. Moraliter. Reſume quod ſupra dictum. Ex operibus legis non juſtificari.

Item *Gal.* 2. Quoniam autem in lege nemo juſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt, & hoc eſt, quia non in eo quod bene operatur quis bonus eſt.

Unde *Prov.* 16. Spirituum ponderator eſt Dominus, non dicit operum.

Unde per *Pſ.* 49. Numquid manducabo carnes taurorum, &c. Simile contra quoſdam, qui ædificationibus Eccleſiarum credunt ſibi placare Dominum, numquid habitabo in domo facta lapidibus, 1. *Reg.* 12. Saul credidit placare Dominum ſacrificiis, cui dixit Samuel: Numquid vult Dominus holocauſta aut victimas, aut potius ut obediatur voci ejus? Unde *Auguſt. in libro de operibus monachorum*. Citius enim exaudiatur viri obedientis oratio quam Chriſti contemnentis.

a Per legem cognitio peccati,] quia ipſa eſt. Et dicit *Greg.* Quia diſtorta nonniſi ad regulam corriguntur. *Zach.* 2. Ecce vir & in manu funiculus menſorum. Hic fuit filius Dei habens in opere legem Evangelii ad menſurandum affectus noſtros.

Et dixi, quo vadis? Et dixit ad me, ut metiar Jeruſalem, i. fidelem animam, & videam quanta ſit longitudo ejus. i. charitas, &c.

e Nunc autem ſine lege juſtitia Dei manifeſtata eſt,] i. quia idiotæ & ſimplices præcepta Dei manifeſtant opere magis quam litterati.

Unde *Auguſt. in lib. confeſſionum*. Heu indocti cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ad infernum demergimur. *Jo.* 7. Numquid aliquis ex Principibus credidit in eum aut ex Phariſæis, ſed turba hæc quæ novit legem. *Iſa.* 1. Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, &c. 1. *Cor.* 1. Non multi ſapientes, &c.

* Sed quæ

a Per legem] tantum eſt [cognitio peccati.] *Gloſ.* Non conſumptio. Expoſitio Gloſ.

Ergo lex ſecundum quod per eam erat cognitio peccati, non conſumebat peccatum, ergo nec juſtificabat, ſed ipſa erat proprie cognitio peccati quantum ad moralia, ergo lex non juſtificat quantum ad moralia.

Contra, ſupra in *Gloſ.* Non ſecundum moralia quæ utique juſtificant.

Præterea, ſi in lege moralia non conſumebant peccatum, & modo ſunt eadem moralia quæ prius, ergo nec modo conſumunt peccatum.

Si dicatur quod iſtud, per legem cognitio peccati, non conſumptio intelligitur de cæremonialibus: Tunc quæro, quomodo per ipſam ſit cognitio peccati. Præterea per circumciſionem erat peccati conſumptio.

Solutio: Ad primum dicendum, per legem, i. per legalia erat cognitio peccati, quia ſecundum diverſitatem peccatorum fiebant ſacrificia diverſa, & ſecundum majoritatem ut patet *Lev.* 4. Si peccaverit ſacerdos, ſi princeps, ſi populus, ſi anima.

Per moralia autem non oſtenditur peccati quantitas, ſed tantum quando peccatum eſt, ut, non fornicaberis, &c.

Vel ſiat vis in hoc quod dicit conſumptio, quia legalia vel moralia numquam in aliquo conſumebant peccatum omnino, eo quod ſemper remanebat debitor pœnæ limbi. Unde etiam circumciſio hanc obligationem non amovebat, & ita nec omnino conſumebat peccatum.

Unde *Matth.* 3. Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me.

Gloſ. i. a peccato originali mundari, i. a pœna limbi.

Cavere autem non poteſt. Contra: Adam ſolis naturalibus potuit peccato reſiſtere, quia dicit *Auguſt.* quod habuit unde poſſet ſtare, ſed non habuit unde poſſet proficere, ſed nos habemus eadem naturalia, ergo ſolis naturalibus poſſumus cavere peccatum: Forte ſolvet, Adam non habuit corrupta naturalia, ſicut & nos, unde potuit per illa, nos non poſſumus. Sed contra: Nonne quis naturali erubeſcentia cavet aliquod peccatum, ſic & quodlibet, vel propter avaritiam retrahitur etiam quis a peccato quandoque. Præterea omne peccatum voluntarium, conſtat quod voluntas ſeu liberum arbitrium eſt, ergo ſola voluntate poteſt caveri peccatum.

Solutio: Dic quod quodlibet vitiari poteſt, non tamen omne, ſicut eſt exemplum de nauta qui poteſt quodlibet foramen navis obſtruere non tamen omnia.

Quod dicit de Adam, reſpondetur quod non ita de facili poſſumus reſiſtere ſicut Adam, vel poſſumus ad horam non diu. *Jer. cap.* 9. Mors per feneſtras, & cetera in ſequenti, *infra capit. quarto*. Noſcit pecca- Δ tum,

△ cie ignis deſcendit ſuper gentes, quia non habuerunt legem.

a Juſtitia autem Dei] Alia ratio quod fides ſit melior, quia lex, & ita melior; & quod lex & ita juſtificat & non lex. Ex hoc probat per utilitatem fidei, quia per eam non tantum juſtificantur illi qui ſub lege erant, ſed etiam alii; lex autem ſi aliquos juſtificaret, tantum illos qui ſub lege: Sed cujus uſus bonus eſt, ipſum quoque bonum; & cujus uſus melior eſt, & ipſum eſt melius, ergo uſus fidei melior eſt quam uſus legis, ſed non poteſt eſſe melior quam juſtificatio, ergo ipſa eſt fidei & non legis, quia tunc lex eſſet æque bona ut fides.

a autem Dei per fidem Jeſu Chriſti, in omne & ſuper *b* omnes qui credunt, in eum. Non enim eſt diſtinctio: Omnes *c* enim peccaverunt, & egent *d* gloria *e* Dei.

[Juſtitia Dei,] quam dat Deus.

b Super omnes] non tantum Judæos. Quod probat:

c Omnes enim peccaverunt & egent] i. ſicut omnes peccaverunt, ita egent omnes.

e Gloria Dei,] i. remiſſione peccatorum, per quam Deus maxime apparet eſſe glorioſus.

△ *a* Juſtificati

Moraliter. * Sed quæ ſtulta ſunt mundi, i. qui nihil ſciunt de mundo teſtantur a lege & prophetis. Quod ſignificatum eſt *Matt.* 17. Ecce apparuerunt ei Moyſes & Elias loquentes cum eo.

In quo ſignificatum eſt quod lex quæ per Moyſen, & prophetæ qui per Eliam, perhibent teſtimonium de his, quæ Chriſtus prædicavit.

a Juſtitia autem Dei per fidem] quia *Abac.* 2. Juſtus in fide ſua vivet.

c Omnes peccaverunt,] quantum ad originale in Adam & habent illud a nativitate: unde *Pſ.* 50. In iniquitatibus conceptus ſum. *Gl.* Peccatis originalibus. Et alibi *Pſal.* 17. Præoccupaverunt me laquei mortis, i. peccata originalia, quæ illaqueant animam ut trahant ipſam ad mortem peccati, & mortem inferni. *Job* 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine: Quantum ad hoc ergo non eſt diſtinctio, ſive ſit Rex, ſive Epiſcopus, ſive quilibet alius. Unde *Sap.* 7. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium. Similiter non eſt diſtinctio, quin omnes peccaverint peccatis ſuperadditis. Unde *Eccl.* 7. Non eſt enim homo juſtus qui faciat bonum, & non peccet. *Prov.* 20. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato? Et ideo ſubjungit Apoſtolus:

d Et egent gloria Dei,] i. juſtificatione, & qua Deus apparet glorioſus, ut dicit *Gl.* Et nota quod ex parte Dei tria præcipue laudabilia ſunt in homine, ſcil. potentia, ſapientia, benignitas, quæ maxime relucent in juſtificatione impii. Ibi relucet ejus benignitas & ejus largitas. De qua *Jac.* 1. Dat omnibus affluenter & non omni properat, & hoc non tantum dignis, non tantum potentibus. De hac gloria dicit *Iſa.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Item in hoc apparet ejus potentia, imo omnipotentia: Quia dicit *Auguſt.* Majus eſt de impio facere pium, quam creare cœlum & terram. Sed apparet omnipotens in creatione cœli & terræ, ergo & multo magis in juſtificatione impii. Unde *Sap.* 11. Misereris omnium, quia omnia potes, i. in hoc manifeſtas omnipotentiam tuam, quia misereris omnium. Unde in collecta: Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas. Et propterea homo diceretur valde potens, qui habens inimicum ſuum in manibus, auderet dimittere eum alia vice puniendum; & Rex qui militi ſuo dediſſet caſtrum, & ille inſurgeret contra eum, ſed adhuc daret aliud, diceretur, hoc facit, quia quoties voluerit poterit ſe vindicare de eo. Ergo ſimiliter cum Deus pepercit nobis contra eum facientibus, & cum hoc dederit gratiam ſuam pater quod ipſe eſt maxime potens. Item in hoc apparet ejus ſapientia glorioſa, ſecundum quod dicit *Iſa.* 21. Babylon dilecta poſita eſt mihi in miraculum, ſicut architectus qui vas ſolidum omnino confractum vel ruptum refarciret, appareret valde ſapiens. Si quis peccat mortaliter, imago Dei conteritur in corpore ipſius. Unde *Eccleſiaſt.* 21. Cor fatui quaſi vas confractum. Ergo recte dicitur: Babylon dilecta poſita eſt mihi in miraculum i. ad honorem meum, quia per hoc apparet mirabilis

* ſapientia mea,

Expoſitio Gloſ. △ tum, *Luc.* 12. Servus ſciens, &c. Et tamen facit *Eccleſ.* 1. Qui apponit ſcientiam, &c. Joſeph accuſatus, *Gen.* 39. Et fratres ejus dixerunt, *Gen.* 42. Quia quædam cognita, &c. Contra: Aut illa erant contra legem ſcriptam, aut contra naturalem. Si contra ſcriptam, ergo nondum eſſent peccata, quia nondum erat lex ſcripta. Si intelligitur de illis peccatis quæ contra legem naturalem erant, falſum eſt quod dicit: Quæ ante ignorabantur, &c. Hujus ſolutio habetur *inf.* 7. ſuper illud: Concupiſcentiam neſciebam, &c. Per legem cognita ſunt, i. per maledictiones legis. *Deut.* 27. Maledictus omnis qui non fecerit omnia quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Juſtitia Dei, i. quæ a Deo. Non hominibus, i. non ab homine. *Jac.* 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, &c. Sed qua induit impium *Luc. ult.* Sedete in civitate donec induamini virtute ex alto. *Gal.* 3. Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, i. virtutes exemplares Chriſti *Pſal.* 131. Sacerdotes tui induantur juſtitiam, &c. per imitationem. *Iſa.* 59. Indutus eſt lorica. Mittit ad juſtificandum Deum. quia per hoc quod lex oſtendebat eis morbum ſuum, & quod ipſi videbant munificentiam ſuam ad implendum eam, per hæc duo mittebat eos lex ad Deum juſtificantem. 1. *Cor.* 1. Factus eſt nobis ſapientia, i. facit nos ſapientes, juſtos, &c. Quia de promiſſione.

De hac ſcil. *Zach.* 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. *Ezech.* 18. Quacumque hora ingemuerit, &c. *Luc.* 1. Recordatus miſericordiæ, &c. Sed ſi hæc juſtitia habet originem de promiſſione, ergo antequam facta eſſet hujuſmodi promiſſio, non erat illa juſtitia Dei.

Solutio: Ab initio creationis omnis fuit iſta juſtitia Dei, quia in corde hominis ſtatim fuit ſcriptum quod Deus eſſet ſumme miſericors, & ex hoc juſtum eſt quod dimittat peccata quando revertitur ad eum. Juſtitia enim eſt, quia exſolutum eſt quod promiſſum eſt. Non ergo miſericordia, quod falſum eſt.

Sed dicendum quod juſtitia quandoque dicitur exigentia meritorum, & tunc ſequitur ex juſtitia, non ergo ex miſericordia.

Non ex miſericordia quandoque dicitur fidelitas præmiſſa, & tunc non ſequitur ex juſtitia Dei, ex hoc non, ergo ex miſecordia, vel ex gratia. Quia non ſuſcipere iniquitas eſt. Sed Deus non poteſt inique agere, ergo non poteſt non ſuſcipere fugientes ad ſe. Item de quibus confugientibus intelligitur hic, ſi de jam habentibus gratiam, ergo jam ſunt ſuſcepti: ſi de non habentibus, ſed tales ſunt in peccato, ergo digni ſunt morte æterna, ergo ſunt digni non ſuſcipi a Deo, ergo non eſt iniquus ſi non ſuſcipit eos.

Solutio, intelligitur de confugientibus ad Deum qui faciunt quod in ſe eſt. Quia quærit utrum habeant gratiam: Dicendum quod incipiunt habere ſtatim quando ſe præparant, ſed nondum habent. Et quod dicit: Iniquitas eſt, ideſt, inæqualitas, ideſt, videretur eſſe ex quo converteretur ad ſe, & facientem quod in ſe eſt promiſit recepturum. Quæ fides imperat quod lex imperat, ergo ex virtute fidei eſt quod homo facit quod lex imperat. Dicendum, ideſt, per fidem obtinemus, quod lex ſpecialiter imperat. Utrumque enim juſtitia, ſcilicet & fides Dei quoad juſtitiam; Et Chriſti quoad fidem. Per ſpiritum gratiæ, ideſt, per Spiritum Sanctum datorem gratiæ. Legem miſericordia. *Proverb. in fine*: Lex clementiæ in lingua ejus. *Prov.* 3. Poſt illam parabolam: Longitudo dierum in dextra ejus, &c. Ibi dicit *Beda*: Juxta antiquam translationem parabolarum divitiæ & gloria ſequitur, quod noſtri codices non habent. Ab ore ejus proficiſcitur juſtitia, legem autem & miſericordiam in lingua portat. Quia cœlitus. *Jac.* 1. Omne donum perfectum deſurſum eſt, &c. Et vere in omnes, ſecundum *Anſelm.* non eſt in omnes. Unde *in epiſt. Epiphaniæ*, quæ ſumitur ab hoc loco non legitur hæc clauſula: In Adam peccaverunt. In Adam, facit pro illis qui dicebant quod peccatum originale eſt in anima pueri macula quædam a peccato Adæ, & fœditate carnis, & ſententia Dei, quæ eſt: Gen. 1. Quacumque die comederitis, &c. Dicunt etiam, conſtat quod peccatum originale non eſt in anima a creatione, nec a fœditate carnis, quia ipſa eſt pœna, & omnis pœna bona, & ideo a Deo. Ideo dicunt quod ipſum eſt macula a peccato & aliis duobus, ſicut in adulto ex peccato luxuriæ præcedente relinquitur quædam macula in anima. Alii dicunt quod illud ipſum originale eſt peccatum a quo eſt macula in anima, & illud eſt fomes ſucceſſus, ſed poſt Baptiſmum eſt tantum pœna, ſicut ſi Deus per maculam auferret peccatum a fornica-

△ tione

Digitized by Google

a Juſtificati gratis] ex quo omnes peccaverunt. *b* Per redemptionem,] ideſt, præcipue juſtificati ſunt per paſſionem per quam facta eſt redemptio.
c In Chriſto] ideſt, per Chriſtum.
d Propoſuit] longe ante diſpoſuit,
e Propitiationem ,.] ut redderet Deum patrem nobis propitium per fidem paſſionis. Propoſuit inquam propitiationem.

Juſtificati *a* gratis per gratiam ipſius per redemptionem *b* quæ eſt in Chriſto *c* Jeſu, quem propoſuit *d* Deus propitiationem *e* per fidem in ſanguine *f* ipſius ad oſtenſionem *g* juſtitiæ ſuæ *h* propter

g Ad oſtenſionem juſtitiæ] ideſt, fidelitatis. Ex hoc enim quod miſit filium ſuum ad patiendum quem promiſerat, oſtenſum eſt quod erat fidelis in promiſſis, quia ſi in aliquo promiſſo falleret, hoc eſſet maximum in promiſſione filii ſui, quem tantum diligebat.
h Item propoſuit propter remiſſionem præcedentium delictorum,] ideſt, propter peccata præcedentium, conſtruitur tranſitivo cum delictorum.

▲ *a* In ſuſten-

Moraliter. * pientia mea, qui reintegravi in ea imaginem.
a Juſtificati gratis] ſine meritis, pro nihilo, *Iſa.* 34. Hæc eſt hæreditas ſervorum Domini, & juſtitia apud me, dicit Dominus. Et ſequitur: Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, ideſt, opera præcedentia quæ ſunt quaſi pretium juſtificationis; quaſi dicat, ego juſtifico gratis, *Ezec.* 36. Non propter vos ego faciam domus Iſrael, ſed propter nomen ſanctum meum, *Iſa.* 52: Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini. Propter hoc dicit *Pſal.* 58. Miſericordia ejus præveniet me. *b* Per redemptionem quæ eſt in Chriſto Jeſu,] Hæc redemptio fuit ſanguis Chriſti. *Pſalm.* 100. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo, ad ſolvendum debitum limbi. Unde *Iſa.* 49. in perſona antiquorum patrum: Nunquid a forti tolletur præda, aut quod captum fuerit a robuſto ſalvum eſſe poterit? Et reſpondet Dominus: Sciat omnis caro, quia ego Dominus Deus tuus ſalvans te, &c. Hæc redemptio figura fuit, 4. *Reg.* 4. ubi mulier Sunamitis clamabat ad Heliſæum, quia creditor ſuus propter debitum patris auferebat ei filios ſuos, & dedit ei oleum quo redemit eos. Mulier Eccleſia, creditor diabolus, Heliſeus Chriſtus dedit ei oleum, quia ex miſericordia compaſſus. *e* Propitiationem] quia nobis reddidit placatum Deum patrem cujus eramus inimici. Quod ſignificatum eſt, *Exod.* 25. per propitiatorium quod erat ſuper arcam, & ſuper illud duo Cherubin gloriæ. Arca, Eccleſia a Chriſto protecta, & dicitur propitiatorium, quia ſicut Moyſes irato Domino contra populum, deferebat oves ſuper tabulam illam quæ appellatur propitiatorium, & in ea apparebat quod Dominus placatus eſſet populo; ſic in Chriſto nobis a patre dato apparet quod placatus ſit ſuper iſtud, ideſt, in Chriſto, quia Deus eſt & homo, ipſe eſt Deus & proximus noſter, qui alligavit vulnera noſtra. Unde in hoc ſignificatur quod debemus eum diligere ſicut Deum, & ſicut proximum noſtrum.
f In ſanguine ipſius,] 1. *Joan.* 1. Sanguis filii ejus emundat nos ab omni peccato, *Apoc.* 1. Lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Propoſuit propitiationem.
g Ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ,] ideſt, veritatis in promiſſis, ſicut dicit *Gloſ.*

Unde dicit per *Pſalm.* 88. Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita, *Num.* 23. Non eſt Deus quaſi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur; dixit, & non faciet; locutus eſt, & non implebit, quaſi dicat, non. Propoſuit inquam:
d Propter remiſſionem præcedentium delictorum] intranſitive, ut remittat peccata ante adventum commiſſa.

* In ſuſtenta-

▲ tione remaneret actio tantum, & poſſet dici, hæc actio
Expoſitio Gloſ. modo non eſt peccatum, ſed ante hoc fuit peccatum. Unde peccatum originale in baptiſmo tranſit reatu, ſed remanet actu. Hæc opinio melior videtur. Unde quod ſic dicitur: Omnes peccaverunt in Adam, ideſt, omnes ab Adam contrahunt fœditatem carnis, & corruptionem, a qua eſt peccatum in anima. Omne genus humanum, ideſt, omni genere humano. Damnationem, quia propter peccatum originale eſt quilibet excluſus a paradiſo. Sed iterum ſolet hic quæri, ſi omnes peccavimus in Adam peccante, & ſuſcepimus ab eo colpam, quare in eo ſimiliter pœnitere non poſſimus, ſed ſuſcipimus veniam, & gratiam, cum Deus ſit pronior ad miſerendum quam ad condemnandum? Et hujus ratio poteſt eſſe, quia pœnitente Adam nihil factum eſt in eo peccante ex quo contrahimus peccatum, ſcilicet fœditas, & corruptio in carne ejus quam omnes habent, & ex ea peccatum.

Sed adhuc poſſet quæri, propter quid non eſt factum aliquid in ipſo ex quo contraheremus pœnitentiam? Et hujus ratio eſt, quia peccatum immediate eſt ab homine, gratia autem, & pœnitentia immediate a Deo. Et culpam, ideſt, cauſam culpæ, ideſt, fœditatem carnis a qua eſt fomes in anima qui eſt peccatum. Per hoc eſt Deus glorioſus, quia per hoc apparet ſumme largus. Ex quo enim tantum bonum ſicut eſt gratia dat impiis inimicis ſuis, quid ergo dabit bonis? Sine qua nec infames.

Argumentum quod pueri baptizati habent virtutes. Quidam tamen poſuerunt quod non, dicentes quod habent gratiam purificantem, & facientem dignum vita æterna, ſed non habent gratiam habilitantem eos ad opera, & hæc eſt virtus.

Sed quando facti ſunt adulti, datur eis virtus, quæ habilitat eos ad operandum. Sed contra hoc eſt quod additur hic: Nec grandes ſalvi fieri poſſunt, &c. de quibus conſtat, quod habent virtutes ſive gratiam habilitantem ad opera. Cum ergo dicat indiſtincte, ſine qua nec infantes, nec grandes, &c. patet quod intelligitur do gratia quæ eſt virtus. Univerſa enim maſſa, quæ ſcilicet eſt ab Adam, *infr.* 11. *cap.* non injuſto redderetur.

Ex hoc videtur quod omnes potuiſſet damnaſſe Deus, & damnare. Ad quod facit quod poſtea ſequitur. Recte nullus poſſet juſtitiam Dei culpare univerſos, ſi vellet, damnantis. Sed ſi hoc eſt, ergo juſtitia Dei non exigit ut omnes damnentur.

Sed ſuper 2. *Tim.* 2. Seipſum negare non poteſt, dicit *Gloſſ.* Non poteſt negare ſuam juſtitiam, ergo cum ipſa exigat omnes damnari, Deus omnes damnabit.

Solutio: Nec poteſt negare ſeipſum, nec ſuam juſtitiam, ſed ſua juſtitia non exigit omnes damnari, quia juſtitia permixta eſt miſericordiæ, ſed injuſtitiæ noſtræ hoc exigunt. Unde non injuſtus redderetur quantum ad merita noſtra. Similiter nullus poſſet culpare juſtitiam ejus ſi damnaret omnes, conſiderando ſcilicet, merita. Non juſtificati per legem: Hoc contra Judæos. Non per propriam voluntatem: Hoc dicit contra eos qui attribuebant juſtificationem ſuam libero arbitrio. Non quod ſine voluntate noſtra fiat. Ergo voluntas noſtra coadjuvat ad hoc ut gratiam habeamus. Contra *Aug.* Gratia eſt bona qualitas mentis, quam Deus in nobis, & ſine nobis operatur. Dicendum quod voluntas præparat hominem, unde non ſine voluntate præparante. Quod dicit *Aug.* ſine nobis intelligitur ſine nobis operantibus, quia homo non cooperatur Deo in infuſione gratiæ, ſed non ſine nobis operantibus homo non operatur præparando ſe ad gratiam. Ut ſana voluntas impleat legem, &c.

Sed Adam habuit ſana naturalia, ergo ex puris naturalibus potuit implere legem. Contra: Non habuit charitatem; impletio autem legis charitas eſt, *infr.* 13. *cap.* ergo non potuit implere.

Et ſi Adam habuit ſana naturalia, ideſt, non diminuta per peccatum, tamen erant debilia in ſe, unde legem non poſſet adimplere, ideſt, perfecte implere: poſſet autem implere quoquo modo. Nihil boni ante faceremus unde hoc mereremur, ideſt, gratiam.

Sed quæritur cum aliquis in mortali exiſtens multa faciens bona opera, quare non poteſt per illa mereri gratiam? Eo quod illa bona non habent proportionem ad gratiam. Sed ſimiliter bona facta in gratia non habent proportionem ad gloriam, ergo bonis operibus factis ex charitate non meremur vitam æternam.

Solutio: Nihil meretur quis bonis operibus in mortali, quia non ſervit Deo, ſed ſibi, & ſuæ naturæ, ſed operibus gratiæ ſervit homo Deo, & ideo meretur apud eum vitam æternam. Quia nihil præceſſerat, &c. Præceſſerunt bona opera, ergo ex illis damnari deberemus.

Solutio: Nihil, &c. nihil præceſſit in meritis noſtris per quod poſſemus vitare damnationem.

Et iterum bona illa opera non erant computanda in meritis, quia illis nihil merueramus.

Nuſquam alibi, ergo Abraham non fuit juſtificatus, quia non erat datum pretium. Hoc alibi, ante paſſionem dicit, & revera nullus plene fuit juſtificatus ante paſſionem, quia omnes deſcendebant in limbum.

De quo Petrus 1. *Petr.* 1. Niſi enim a nobis ſumeret carnem, quia non ſumeret aliunde.

remiſſionem præcedentium delictorum in ſuſtentatione *a* Dei, ad oſtenſionem *b* juſtitiæ ejus in hoc *c* tempore, ut ſit ipſe *d* juſtus, & juſtificans *e* eum, qui ex fide eſt Jeſu Chriſti.

▲ *a* In ſuſtentatione Dei,] quia expectabant adventum Salvatoris. Vel delictorum præcedentium quæ facta fuerunt ante remiſſionem, & propitiationem, & ſic conſtruitur intranſitive. [In ſuſtentatione Dei,] quia patienter ſuſtinebat, & non puniebat homines propter illam. *b* Ad oſtenſionem juſtitiæ] ſcilicet in promiſſis. *c* In hoc tempore,] quia non tantum apparuit fidelitas ejus quantum ad patres præteritos, ſed quantum ad eos qui ſunt in hoc tempore gratiæ. *d* Ut ſit ipſe juſtus,] ideſt, appareat juſtus in promiſſis. *e* Juſtificans eum, qui ex fide eſt Jeſu] ideſt, qui credit in Chriſtum Jeſum. Vel [Propoſuit propitiationem ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ] quæ apparuit eſſe diſtrictiſſima in paſſione filii ſui. Si enim permiſit filium ſuum crucifigi eo quod habeat tantum veſtem latronis non culpam, quid ergo laciet de peſſimis peccatoribus?
▲ *a* Ubi eſt

Moraliter. * *a* In ſuſtentatione Dei,] ideſt, patientia Dei, eo quod non ſtatim puniebat. *b* Ad oſtenſionem juſtitiæ] quæ juſtificat, quaſi dicat, venit ut poneret finem vitiis, & hoc eſt propter remiſſionem delictorum, & proventum daret virtutibus, & hoc eſt ad oſtenſionem juſtitiæ. Unde *Dan.* 9. Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, &c. ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, &c. [Ad oſteoſionem juſtitiæ ejus] qua juſtificat impium. Sed quia non venit tantum ad juſtificandum præſentes addidit [propter remiſſionem delictorum præcedentium] hominum, tranſitive præcedentium adventum Salvatoris. [Præcedentium] patrum. In quorum perſona dicit *Iſa.* 8. Expectabo Dominum qui faciem ſuam abſcondit a domo Jacob. Et *Iſa.* 38. Ut pullus hirundinis ſic clamabo, in vico expectantes in limbo, pullum æternæ refectionis, meditabor ut columba, ideſt, gemam. Et ideo dicit per *Pſal.* 11. Propter gemitum pauperum nunc exurgam. Sed dicit, meditabor, quia ex meditatione de adventu Salvatoris gemebant. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo, quaſi ex tædio expectandi ſunt attenuati, *Job* 19. Ecce clamabo vim patiens, & nemo exaudiet; vociferabor, & non eſt qui judicat inter me, & diabolum, ſemitam meam circumdedit, in hoc vim patior, & tranſire non valeo a limbo ad vitam æternam. [Ad oſtenſionem juſtitiæ ejus in hoc tempore,] Ad oſtendendum in hoc tempore per mortem filii ſui quam diſtricte judicabit, ſi ſic judex ſuſpendit filium ſuum juſtum. Ideo dicebat *Luc.* 23. Si hæc ſiunt in viridi, in arido quid fiet. 1. *Petr.* 4. Si juſtus vix ſalvabitur, cum maxima pœna, impius, & peccator ubi parebunt? *Luc. ult.* Nonne ne oportebat Chriſtum pati, & ſic intra-
* re in

Expoſitio Gloſſ. ▲ Non emiſſe. Contra *Aug. ſuper Joan.* 1. Tanti emitur ut ſolus poſſideat. Et 1. *Cor* 6. Empti eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. Solutio: Proprie dicitur redemiſſe, ad ſignificandum quod fueramus ipſius, aliquando tamen dicitur nos emiſſe ad innuendum quod alienati eramus ab eo, quoniam in nobis erat peccatum, ſicut proprie emitur quod eſt non ſuum, ſed alterius. Et reconciliatorem, 1. *Joan. ſecundo* Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum, ſed totius mundi. In ſanguine, ideſt, in fide paſſionis, vel effuſione ſanguinis, *Apoc.* 1. Lavit nos in ſanguine. Sine qua nihil placet Deo, *Hebr.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Et intellige ſine fide implicita vel explicita. Per fidem, & paſſionem, hæc ſimul, &c. Ad idem ſuper iſtud *Hebr.* 2. Dicebat eum propter quem omnia, &c. Ibi *Gloſſ.* Mors Chriſti ſanandæ noſtræ miſeriæ conventientiſſima fuit ac valde neceſſaria, quia aliter niſi Chriſtus moreretur, homo non redimeretur, & non redemptus periret. Ergo fides ſine paſſione nihil prodeſt, ergo Abraham non poſſet ſalvari niſi per fidem paſſionis. Sed ſi ita quod ſemper motus fuerit fide paſſionis, & Chriſtus non fuerit paſſus; ergo damnandus eſſet. Contra, deceſſiſſet in charitate. Solut. Hic loquitur *Gloſſ.* ſpiritualiter de fide paſſionis, quæ revera inutilis eſſet, niſi ſubſecuta fuiſſet paſſio, quin etiam non eſſet fides, quia fidei non ſubeſt falſum, quod objicit de Abraham. Dicendum quod ſi accidiſſet Chriſtum non fuiſſe paſſum, Abraham non fuiſſet motus fide paſſionis: ſed alio motu ut ſalvaretur. Se eſſe veracem. Hic patet quod juſtitia ſumitur pro fidelitate. Deo ſcilicet patiente, *Eccl.* 8. Peccator ex eo quod centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognovi quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus. Per patientiam Dei, *ſupr.* 2. Peſſimis tyrannis, ideſt, dæmonibus ſerviendo, *Joan.* 8. Qui facit peccatum ſervus eſt peccati. Finis hominis, ideſt, humani generis. Per judicium, 2. *Petr. c.*3. Vel ipſe Chriſtus qui juſtificat peccatores, 1. *Cor.* 1. Quod nullo alio tempore, &c. Ergo non potuit Deus alio tempore ſalvare mundum, vel mittere filium, vel alio ipſe pati, niſi quo paſſus fuit. Contra dicitur quod propter vitium ſodomiticum diſtulit. Unde *Deut.* 31. Propter iram inimicorum diſtuli, ergo potuiſſet plus diſtuliſſe. Præterea ſi non potuit, ergo non erat omnipotens.

Solutio: Fieri potuit, ſupple ſalva prædeſtinatione qua promiſit filium ſuum tali tempore, & mittere, & pati, alio tempore potuit, quia alio tempore potuit prædeſtinare. Ubi nec pœnis materialibus, quod erat eis pœna damni, reſurrexerunt, ut dicitur *Matt.* 27. Quia pœnam actualem non ſentiebant, ergo illi qui erant in limbo ante Chriſti adventum, nullum ſentiebaot dolorem. Contra *Actor.* 2. Solutis doloribus inferni, *Gloſſ.* Patet quod per deſcenſum ejus liberati ſunt ſancti a locis infernorum qui licet in ſinu Abrahæ, ideſt, in conſolatione quietis eſſent, a dolore tamen mortis ſive inferni non erant ſoluti, & ita dolebant. Item differebatur eorum liberatio, *Prov.* 13. Spes quæ differtur affligit animam, ergo affligebantur, & ſic dolebant, ergo pœnam ſentiebant. Item *Zach. cap.* 9. Convertimini ad munitionem, *Gloſ.* ad habitationem, ut pro brevi tribulatione æterna recipiatis munera. Ergo tribulationem ſuſtinebant, & ita pœnam. Item ſicut in præſenti vita gemunt pro dilatione patriæ, ergo multo fortius in limbo. Sed ſi dolent, & pœnam ſuſtinent, ergo ſtatus parvulorum qui modo decedunt ſine baptiſmo melior eſt ſtatu eorum, quia non dolent. Solutio: Revera dolebant, ſed nullam pœnam ſuſtinebant ab extrinſeco.

Unde ab inferno non inferebatur eis pœna, tamen in inferno dolebant, quia ſicut dicit *Gloſſ. ſuper Act.* non meruerant gaudia cœli intrare donec fieret illud Prophetæ: In ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu, &c. Quod autem dicit ſtatum parvulorum meliorem, non eſt, ſicut ille qui Epiſcopatum expectat, & ſecutus eſt, tamen dolet pro dilatione in meliori ſtatu eſt, quam qui non expectat, nec inde dolet. Deum non videbant.

Sed quæritur cum ex eadem charitate meruiſſent carere pœna, & habere gloriam, quare potius habuerunt carentiam pœnæ quam fruitionem gloriæ? Solut. per charitatem proprie meruerunt frui gloria, quia ad hoc eſt charitas proprie, & non meruerunt per eam carere pœna.

Quod patet, quia aut hoc intelligeretur de pœna æterna, aut de temporali:

Sed conſtat quod æterna dimittitur in ſola contritione, ſi de præſenti, non eſt iterum verum, imo per pœnitentiam quam plene egerant illi ſancti Patres qui erant in limbo de geoere Abrahæ, *Joel* 8. Nos de genere Abrahæ ſumus, *Luc.* 4. Ne cœperitis dicere patrem habemus Abraham Sine lege, ideſt, non merito legis.

Nunquid per legem factorum? non, quia de illa gloriabantur, nec juſtificabantur per illam. Non per laborem operum. Tangit iſtud *Act.* 15. Hoc eſt onus, quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuimus.

Sed per facultatem fidei, quod facit filios Dei, *Joan.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus.

Excluſa eſt, *Gloſſ.* ideſt, manifeſtum eſt, in quo debes gloriari, quæ in Domino eſt, 2. *Cor.* 10. Et eſt ſumptum de *Jer.* 6. Non glorietur ſapiens in ſapientia, ſcilicet, nec fortis in fortitudine, ſcilicet nec dives in divitiis ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur noſſe me, & ſcire.

Unde & exculſores, quia noverunt ex confuſione maſſæ formam exprimere. Qui probati ſunt, manifeſti fiant. Lex quæ dicitur operum minando imperabat expreſſe opera; quaſi dicat, lex virtute ſua non juſtificabat, ſed tantum imperabat. Sed eadem ratione Evangelium debet dici lex operum, quia virtute ſua nullum juſtificat.

Item Evangelium dicitur lex fidei, quia occaſionaliter juſtificat.

Sed eadem ratione lex Moyſi effecto aliter juſtificat, ergo eadem ratione debet dici lex fidei.

Solutio: Conſiderandum eſt quibus loquebatur Apoſtolus,
▲ quia

▲ a Ubi eſt ergo gloriatio] Intendebat probare ad utilitatem fidei quod fides præponderat legi quoad effectum juſtificationis. Unde quantum ad hoc non erat ei lex neceſſaria. Hoc oſtenſo infert: [Ubi eſt ergo.] Et eſt duplex gloriatio. Bona, de qua 2. *Cor.* 10. & *Jer.* 9. Qui gloriatur in Domino glorietur. Et 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Et eſt gloriatio mala, de qua *Pſal.* 51. Quid gloriaris in malitia. De utraque poteſt legi. De mala ſic: a Ubi eſt gloriatio tua?] Nulla eſt ex quo ſola fides juſtificat, & non lex. b Excluſa eſt.] ablata.

a Ubi eſt ergo gloriatio tua? b Excluſa eſt. Per c quam legem? Factorum? d Non: Sed per e legem fidei. f Arbitramur enim juſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.

c Per quam legem?] quomodo Apoſtoli.

d Factorum,] ideſt, legalium, & poteſt eſſe Judæorum ratione omnium, vel iterum quomodo Apoſtoli. (Non) reſpondet Apoſtolus. De bona gloriatione ſic: Lex non juſtificat, ſed fides, ergo. a Ubi eſt gloriatio,] ideſt, in quo debes gloriari, non in lege. b Excluſa eſt,] ideſt, manifeſta eſt gloriatio tua bona in fidei juſtificatione. Et eſt ſumpta ab argentariis qui dicuntur excluſores ab eo quod formam quæ incluſa erat in maſſa excluduut, ideſt, exterius apparere faciunt. f Arbitramur enim, &c.] Hic probat propria auctoritate quod fides juſtificat, & non lex. Et poſſet quis quærere, & tu quid ſentis de hoc arbitrio, nos bene dicimus quod excluſa eſt, &c.

▲ a An Judæorum

Moraliter. * re in gloriam ſuam. a Ubi eſt gloriatio tua] Sic poteſt Dominus dicere cuilibet noſtrum. Et utinam verum ſit quod ſequitur:

b Excluſa eſt.] Et per quid?

c Per legem fidei.] ideſt, per fidem per quam credimus omnia bona noſtra eſſe a Deo, & ita non poſſumus ex eis gloriari, quia dicitur 1. *Cor.* 4. Quid habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, &c. *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Item per fidem excluditur gloria noſtra, quia fides oſtendit nobis, quod omnis gloria brevis, *Eccl.* 10. Omnis potentatus brevis vita. *Et in eodem.* Rex eſt hodie, & cras morietur, & hæreditabunt vermes, & ſerpentes. Et ideo ut Dominus Papa recogitet deſuper, in ejus coronatione coram eo, ſuccenditur parum de ſtapa, & dicitur ei; pater ſic tranſit gloria mundi. Item quia fides dictat quod gloria mundi eſt inanis? *Sap.* 5. Quid nobis profuit, &c. tranſierunt omnia tamquam umbra. Item oſtendit gloriam noſtram, aut eſſe de nihilo, aut de prope nihilo, 1. *Mach.* 2. Gloria ejus ſtercus, & vermis eſt. Hoc patet in gloria veſtium. Imo de nihilo eſt gloria noſtra. Quoniam ſicut ſomniat aliquis quod eſt dives cum ſit pauper, ſic eſt de illo qui gloriatur eo quod dicitur eſſe bonus cum ſit malus. Unde *Pſal.* 75. Dormierunt ſomnum, &c. *Iſa.* 29 Sicut ſomniat ſitiens, &c. Item quia fides oſtendit quod gloria decipit hominem, *Iſa.* 9. Et erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes, ergo ipſa beatitudo ſive gloria eſt ſeductio. Item quia oſtendit quod illa excæcat hominem, *Pſal.* 48. Homo cum in honore eſſet non intellexit. Item quia oſtendit gloriam eſſe formidoloſam. Unde Alexander magnus dixit ad Didymum Phyloſophum quem invenerat in India, ego non niſi inter tumultus, & formidines vivo, plurimoſque ex eis, qui me cuſtodiunt timeo, & major mihi ſemper ab amicis metus quam ab hoſtibus venit. Item fides dictat quod hujuſmodi gloria nimis cara eſt, quia totam ſubſtantiam hominis ebibit, *Agg.* 1. Et qui congregat merces miſit eas in ſaccum pertuſum, ideſt, in ipſa gloria; cum vina, & expenſæ ſunt mercimonia gloriæ, ſi ponuntur in ſaccum pertuſum, ideſt, in ipſa gloria inani quæ numquam adepta poſſidetur quantumcumque caro ematur. Bene ergo dicit quod hæc gloria excuſſa eſt per legem fidei.

Unde ſuper iſtud 1. *Tim.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, &c. dicit *Aug.* Qui verum habet fidem de Deo, non cupit in his miſeriis fieri dives, nec plus eſt ei mundus quam Deus.

* a An Judæorum

Expoſitio Gloſ. ▲ quia illis qui confidebant in legalibus, dicentes ſine eis non eſſe ſalutem; imo per ea dicebant etiam ſine gratia juſtificari facientes, unde legem operum appellant ſecundum intentionem eorum. Lex Evangelii dicitur lex fidei, quia aperte prædicat fidem. Unde alia etiam ratione dicitur lex operum, quia ſcilicet aperte præcipiebantur in ipſa opera. Lex fidei quia expreſſe fidem determinat. Unde *Marc.* 9. Omnia poſſibilia ſunt credenti, *Luc.* 18. Fides tua te ſalvum fecit. Item dicitur lex operum, quia in judicando plus attendit opus quam animum, ſed Evangelium e converſo, quod aperte manifeſtat Dominus dicens, *Luc.* 21. Quod vidua plus poſoit in ærario quam omnes alii. Et licet Evangelium mandet opera, denominatur tamen a nomine fidei ut a digniori, ſicut etſi omnis martyr ſit confeſſor, denominatur tamen martyr ſicut confeſſor denominatur. Sed credendo impetrat, ideſt, manifeſtat expreſſe quod homines per fidem impetrant gratiam operandi, ideſt, voluntatem operandi ex gratia. Non enim ex ipſis eſt juſtitia. E converſo eſt in malo, quia enim male facit, malus eſt. Similiter in virtute politica ex eo quod bene operatur, bonus eſt. Opera juſtitiæ, ideſt, quæ ſunt ex juſtitia. Gratiam perficiendi opera præſtat, ideſt, præſtandam declarat, quia oſtendit quæ ſit illa gratia, & a quo petenda.

Et juſtos facit per fidem, ideſt, juſtos fieri oſtendit. Da quod jubes, *Aug. in lib. Conf.* Da quod jubes, & jube quod vis. Secundum hoc homo ex ſe non poteſt facere quod Deus jubet, ex quo opus eſt quod Deus det ei gratiam antequam poſſet facere.

Sed contra dicit *Aug. alibi*: Anathema ſit qui dicit Deum præcepiſſe impoſſibile. Solutio: Sine gratia ſuperaddita poteſt homo facere præcepta legis; dicit tamen, da quod jubes, ideſt, da gratiam mihi qua poſſim meritorie implere illud. Sine circumciſione aut veneratione ſabbati. Argumentum quod præceptum de ſabbato non eſt morale ſed cæremoniale.

Præterea ſi eſſet morale, non videretur quod liceret eibaria præparari in die Dominica quæ ſucceſſit ſabbato. Sed ſi eſſet cæremoniale tunc quæritur, quare potius enumeratur inter præcepta legis moralia quam cæremonialia? Ad hoc ſolvunt qoidam, dicentes, quod præceptum de ſabbato cæremoniale eſt quantum ad hoc quod dicitur talis dies, ſed tamen ad hoc quod una die celebris debet eſſe in ſeptimana, morale eſt.

Sed melius videtur nobis quod ſimpliciter fuit cæremoniale. Si ulterius quærat quis, quare ergo ſervatur? Dicendum quod non eſt quia præceptum in lege, ſed quia ſic inſtitutum eſt ab Eccleſia.

Unde non ſucceſſit dies Dominica ſabbato. Quod patet, quia non obſervatur ita ſicut ſabbatum imo Eccleſia bene permittit litteras magnatorum in ea ſcribi. Quare autem enumeratur inter moralia? Quia habet ſibi annexum quod eſt morale, ideſt, cultum Dei exteriorem. Cultus enim interior præcipitur in præcepto primo: Deus tuus unus eſt. In ſecundo eſt prohibito idololatriæ. In tertio de obſervatione ſabbati, cultus exterior.

Unde non dicit: Memeoto quod diem ſabbati obſerves, ſed ſanctifices. Et conſtat quod aliud eſt ſanctificatio ſabbati, & obſervatio ejus; ſanctificatio ergo non eſt in præcepto, ſicut ſuper illud, *Joel. cap.* 2. Sanctificate jejunium, dicit *Greg.* Sanctificatio jejunii ſunt eleemoſynæ, & orationes, non ipſum jejunium.

Quod autem ſabbatum non ſit proprie in præcepto, patet per hoc quod repetitur de eo, *Exod.* 20. *Lev* 23. *Num.* 28. Nullum autem aliud repetitur donec, *Deut.* 5. omnia repetantur. Aut neomeniis, nova luna, a neos, quod eſt novum, & mene quod eſt defectus ſive luna. Sed hoc intelligendum eſt de operibus præcedentibus.

Sed contra *Jacob* 2. Abraham pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt?

Solutio, ideſt, manifeſtatus, quod eſſet juſtus, vel ideſt, amplius juſtificatus. Sine quibus inanis eſt fides. Simile 15 *de Trinitate cap.* 20. ubi quæritur, utrum Deus pater genuerit voluntarie filium ſuum.

Et dicit, quod non genuit eum voluntarie, voluntate præcedente generationem.

Hoc habetur *in* 1. *ſententiarum* 6. *diſtinctione*. Ubi ait *Jacob* 2. ipſe *Paulus* 1. *Cor.* 13. Non quin credens poſt per dilectionem, *Galat.* 5. debeat operari.

Argumentum expreſſum, quod prior eſt fides, quam dilectio; & quod fides proprie operatur per dilectionem. Ly per, notat auctoritatem.

Sed dicendum quod imo ſub auctoritate. Abraham voluit filium immolare. *Gen.* 22. Ut non magis ſint juſti qui opera legis timore fecerant. Sed videtur, quod imo, quia ſi inæqualia addas quæ remanebunt erunt æqualia; ſit ergo aliquis exercitatus in operibus largitatis, alius nunquam, & dentur eis æqualiter virtutes, ergo illi ſunt inæquales, quia adhuc remanet exercitatio ad opera largitatis in uno, & ita magis juſtus, ergo ſimiliter Judæi, qui

▲ *a* An Judæorum Deus tantum,] Idem probat per locum a cauſa efficienti. Quia Deus non eſt Deus Judæorum tantum, ſive eorum qui legem habuerunt, imo gentium, & omnium aliorum; ſed conſtat quod Abraham, & quidam alii ante legem juſtificati fuerant per fidem unius Dei, & ipſe eſt remunerator bonorum, & punitor malorum, & conſtat quod unus eſt Deus omnium, ergo & una fides, de illo ergo unus effectus fidei, ergo ſicut in Abraham per fidem fuit juſtificatio ſine lege, ita & in gentibus, & etiam in Judæis hæc eſt ratio.

An Judæorum *a* Deus tantum, nonne & gentium? Imo *b* & gentium. Quoniam quidem unus eſt Deus qui juſtificat circumciſionem *c* ex fide, *d* & præputium per fidem. Legem *e* ergo *f* deſtruimus per fidem? Abſit. Sed *g* legem ſtatuimus.

Ita *c* Circumciſionem.] Judæos circumciſos. *d* Ea fide, per fidem.] Idem notat ly ex, & ly per. *e* Legem ergo deſtruimus] Sed poſſet quis quærere, ex quo dicis, & probas quod lex non juſtificat, deſtruis eam.] Legem ergo,] ex quo probamus quod ipſa non juſtificat [deſtruimus,] q. d. non. *g* Sed legem ſtatuimus.] quod factum eſt in hoc quod res figuratæ in lege impletæ ſunt, ſicut per eventum rei confirmatur prophetia. *h* Quid ergo dicemus] Oſtendit quod ex quo Abrahæ ex fide, & non ex lege eſt juſtificatio. [Quid ergo dicemus] ex quo nullus juſtificatur niſi ex fide, ergo nec Abraham. [Quid ergo dicemus] patrem quem imitari debemus ſecundum carnem, ideſt, per carnales obſervantias juſtificari ipſum, quaſi diceret, non.

Moraliter. * *a* An Judæorum Deus tantum,] Hoc dici poteſt contra quoſdam ſimiles Donatiſtis dicentibus Deum tantum eſſe in Africa. Sic multi tantum ſalutem eſſe in religione ſua. Sed reſpondet Apoſtolus: *b* Imo, & gentium. Quoniam unus eſt Deus qui juſtificat circumciſionem] religioſis, *Malach.* 2. Nunquid non pater unus noſtrum? Nunquid non unus Deus creavit nos? Quare ergo deſpicit unuſquiſque fratrem ſuum, legem, ideſt, religionem, quæ ligat clauſtrales? *f* Deſtruimus] dicentes quod unus Deus Judæorum, &c. q. d. non. *h* Quid ergo dicemus, &c. ſecundum carnem,] ideſt, quid dicemus de antiquis religioſis, ſunt ne juſtificati per opera, & ea quæ exterius ſunt, q. d. non, ſed ſecundum interiorem intentionem, *Mich.* 6. Nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, ideſt, macerando hominem exteriorem? Non, ſed per iſtud quod ſequitur: Indicabo tibi o homo quid ſit bonum, & quid Deus requirat a te, utique facere judicium de te, diſcernendo conſcientiam, & miſericordiam ad proximum, & ſollicitum te ambulare cum Deo tuo. [Merces ſecundum] debitum [imputatur.] *Job* 7. Sicut cervus deſiderat umbram, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui, ſic, &c. *Job* 14. Donec optata veniat, & ſicut mercenarii dies ejus, quia ſic recipiet mercedem æternam. Expecta ergo patienter, ſi es mercenarius bonus. [Ei vero qui non operatur, &c. reputatur fides,] ideſt, illis qui tempus operandi non habuerunt.

Pupillaris Gloſſ. ▲ opera legis timore fecerant, poſtquam venerunt ad gratiam magis juſtificati quam gentiles, ergo dicimus quod habitus politicus non ſit formatus ſive gratuitus quando infunditur gratia, ſed remanet politicus in homine, & poteſt deſtrui charitate remanente in eo, ut patet in habitu prodigalitatis, qui bene poteſt deſtrui ſine charitate, ſc. per habitum alium ſubſequentem, vel per diuturnam ceſſationem, ut ſi prodigus recedat per tempus longum in eremum. Quod objicit, ſi inæqualibus, &c. verum eſt, ſed æqualia non ſunt addita inæqualibus, quia illi habitui politico nihil additum eſt, quod ſi eſſet, major fieret. Etſi non ſit in quo exterius operetur, in corde tamen ſerviens fervenſque ſervatur, ex hoc & ex eis quæ ſequuntur. In hac *Gloſ.* patet quod fides operatur auctoritate, charitas ſub auctoritate. Nam prius eſt æſtimare finem quam moveri ad ipſum, æſtimatio autem ſive cognitio finis fidei eſt, ergo prior eſt fides, deinde movet ad operandum ſicut præcipiens ipſi charitati. In quo, ſcilicet merito operum. Inania ſunt quantum ad meritum vitæ æternæ. Curſus celerrimus præter viam, in quo non eſt niſi labor, ergo niſi fides præcedat opera, dirigens ea ad finem, ſunt inutilia. Bonum opus non erat, ideſt, meritorium ad finem. Hoc unum pono, ad probandum. Juſtificat æqualiter omnes, ergo omnes recipiunt æqualem gratiam. Solut. æqualiter dicit, ſine perſonarum acceptione. Cum impleta ſecundum ſpiritum, ideſt, ſecundum ſpiritualem intelligentiam. Statuimus, i. confirmamus. Simile in *Pſal.* 45. Statuit ſupra petram, &c. Conſtituiſti eum, &c. Statuit teſtamentum ſempiternum, *Dan.* 9. poſt finem belli deſolatio. Per quam impletur lex. Nota quod Dominus qui dicit *Matt.* 5. Non veni legem ſolvere, ſed adimplere, adimplevit eam tripliciter. Veritatem figurarum exhibendo, & hoc eſt quod dicitur hic. Myſtica & cæremonialia ſpiritualiter. Item moralia ſupplendo, & hoc eſt quod ſequitur: Quod minus in moralibus, &c. Item promiſſa implendo, & hoc eſt quod ait: Additur & quod promittebat, &c. Quæ ſine fide, ideſt, ſine eis quæ credunt gratia fidei. Et quod minus in moralibus. Contra, in decalogo tota ſimilitudo Dei comprehenditur. Dicendum minus, non quantum ad eſſentiam; ſed ad expoſitionem, vel quantum ad ſimilia. Littera vero occidens, 2. *Cor.* 3. ideſt, litteralis obſervantia occidens ſpem ponentes in ea. Conſummantur vel confirmantur per conſiliorum additionem, & evidentem explanationem, *Mat.* 5. Dictum eſt antiquis: Non mœchaberis, ego autem dico vobis, omnis qui viderit, &c. A

C A P. IV.

QUid ergo *h* dicemus inveniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem? Si enim *i* Abraham ex operibus legis juſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum.

E X P O S I T I O C A P. IV.

QUid ergo dicemus] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In prima oſtendit quod lex non juſtificat per exempla Abrahæ, qui juſtificatus fuit ante legem. Secundo probat idem per cauſam finalem juſtificationis, quæ eſt beatitudo, ibi: [Sicut & David dicit beatitudinem, &c.] In tertia per Auctoritatem ſcripturæ, ibi. [Et ſignum accepit, &c.] Dicit ergo: *h* Quid ergo dicemus] ſi ſola fides juſtificat, & non lex? Quod iterum patet [Quid inveniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem,] ideſt, ſecundum carnalia opera legis, quaſi diceret, nihilominus non. *i* Si enim, &c.] Et ſi potuiſſet juſtificari ex operibus legis hoc non eſſet reputatione Dei, ſed hominum. Quod probat: ▲ *a* Quid enim

b Quid ergo dicemus] In quo omnes Judæi confidunt. Adeptus juſtitiam, *Gen.* 15. Credidit Abraham Deo, &c. Promiſſionem de Chriſto naſcituro de ipſo, *Gen.* 12. & 15. & 22. Paternitatem, ideſt, nomen paternitas, *Gen.* 17. Non ultra vocabitur nomen tuum Abram, ſed vocaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te. Qui inſpicit corda hominum, 1. *Reg.* 16. Talem gloriam quæ eſt, ſcilicet frequens fama cum laude hominum tantum. Qui gloriatur, &c. 2. *Cor.* 1. Etiamſi de teſtimonio conſcientiæ gloriatur quis, debet gloriari in quantum eſt a Deo. Ille Phariſæus, *Luc.* 18. Quia qui fecerit. *Lev.* 18. *Gal.* 3. Non morietur, ideſt, non punietur ſecundum legem. Nec tamen meritum habet ex hoc quod fidei cauſa, ergo fides eſt cauſa meriti, ergo non habet a charitate quod ſit meritoria, & ita charitas non eſt forma fidei. Præterea ſi charitas eſt cauſa meriti cum ſancti charitatem habeant in patria, merentur motibus ſuis, quod falſum eſt. Item objicitur de hoc quod dicit: Qui fecerit legem non morietur ut reus, nec tamen meritum, &c. Contra, Deus pronior eſt ad miſerendum quam ad puniendum, ſed puniebat non facientes opera legis, ergo remunerabit facientes. Solutio: Plura exiguntur ad meritum quam ad demeritum, & non reſpondent faciens, & non faciens ſibi ex oppoſito, quia tranſgrediendo opera legis faciebat contra Deum, & ideo merebatur puniri, ſed faciendo ſine gratia non facit pro Domino, quia aut facit ex vitio, & ſic demeretur; aut ex natura, & ita nihil meretur apud Deum. Ad aliud dicimus, quod prima radix merendi in fide eſt, ſed fruit vel conſummatio in charitate. Unde cum non ſit fides in patria, nec meritum. Tunc ex fide juſtificatus eſt. Contra *Jacob* 2. Abraham ex operibus juſtificatus eſt. In *Gen.* 15. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. *Gen.* 22. Sufficiens ei juſtitiæ cauſa. Ergo Abraham ſine paſſione Chriſti haberet ſalutem æternam, ergo non erat neceſſe quod Chriſtus pateretur ad ſalvandum Abraham. Ex hoc ſequitur quod Abraham meruerit vitam æternam abſolute. Solutio: Quod dicitur ipſum credere, &c. intelligitur ſub conditione, ſi Chriſtus eum redimeret, & dicimus quod meruit ſimpliciter vitam æternam, non tamen liberationem a pœna limbi, & ideo oportuit quod veniret Chriſtus qui eum, & alios redimeret ab illo debito. Non dabitur ei ſecundum gratiam fidei tantum, ſed ſecundum debitum operationis, ergo bonis operibus debebatur vita æterna, ergo bonis operibus meretur aliquis vitam æternam,

▲ quod eſt

Digitized by Google

▲ *a* Quid enim ſcriptura dicit:] *Gen.* 15.
b Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi,] in hoc oſtendit quod gratis juſtificatus eſt. Nam ſi ex operibus, jam non eſſet reputatio, ſed merces. Sicut quando aliquis ſolvit alii minus quam debeat quando ille benignus eſt, dicit, reputo non ſolutionem, quaſi diceret, non eſt vera ſolutio.

Quid *a* enim ſcriptura dicit? Credidit *b* Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei vero qui non operatur credenti autem in eum qui juſtificat impium, reputatur fides ejus ad juſtitiam, ſecundum propoſitum *c* gratiæ Dei:

c Secundum propoſitum gratiæ Dei] ideſt, ſecundum quod prædeſtinavit ab æterno ▲ ex gratia

Expoſitio Gloſſ. ▲ quod eſt contra illos, qui dixerunt quod nullus meretur vitam æternam ex condigno, quia ſi tantum merito congrui, ergo non deberetur bonis operibus. Et ideo dicimus, quod ſi condignum appelletur condictum ſive conditio, conventio facta nobiſcum a Deo de denario diurno, & operibus noſtris bene meretur vitam æternam ex condigno. Si autem condignum appelletur comparabile in valore, nullus meretur vitam æternam ex condigno. Qui gratis, ideſt, ſine meritis præcedentibus. Fides ejus ſola reputabitur. Per hoc excludit opera exteriora, non enim virtutes excluduntur, ſcilicet interiora, de quibus prædixit ſine quibus non juſtificatur impius adultus. Quam ſcilicet juſtitiam, ideſt, juſtificationem opera non meruerant. Nam & dæmones credebant ei, *Jac.* 2. Dæmones credunt, & contremiſcunt. Quid vero eſt credere in eum? Credendo amare, &c. ergo qui eſt in mortali non credit in Deum, quia ejus membris non incorporatur, ergo ſi dicit credo in Deum peccat, quia mentitur. Quomodo conjungitur Deus homini, qui eſt in mortali qui dicit: Credo in Deum. Item ſi credere Deum eſt credere quod ipſe ſit Deus, falſum eſt quod dicitur in Symbolo. Credo in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam, &c. quia eam non credo eſſe Deum. Item objicitur, credere in Deum eſt credendo amare, &c. ergo credere eſt amare, & credere eſt diligere, ſed amare, & diligere ſunt motus charitatis, ergo credere eſt motus charitatis. Item quæritur utrum amare, & diligere ibi copulent habitum, aut motum. Si habitum, ſed non eſt aliquis diligendi niſi charitas, diligendi dico meritorie, ergo copulant charitatem, ergo credere eſt charitas. Si copulant motum, aut fidei, aut charitatis. Si fidei, ergo diligere eſt motus fidei, quod videtur inconveniens. Si motus charitatis, & credere eſt motus fidei, ergo motus fidei eſt motus charitatis. Item videtur idem diffiniri per ſeipſum, ſcilicet credere per credere, quia dicit credere eſt, &c. Item quare potius dicit credendo amare quam credendo ſperare, quia ſicut contingit credendo amare, ita contingit credendo ſperare. Item ibi videtur ejuſdem inutilis repetitio, amare, diligere credendo, &c. Item credere eſt credendo in eum ire, non videtur ſolum hoc eſſe ipſis credere, quia qualibet alia virtute contingit in Deum ire. Item ad idem. Super *Pſal.* 33. Accedite ad eum, &c. Ibi dicit *Gloſſ.* Accedite duobus geminæ charitatis pedibus currendo, ergo in Deum ire convenit charitati. Item credere eſt membris ejus incorporari. Hoc videtur nihil eſſe, quia homo ſtatim quando infunditur ei gratia, membris ejus incorporatur antequam moveatur motu alicujus virtutis. Quid eſt ergo quod dicit quod charitas eſt forma omnium virtutum. Et ſolvunt dicentes quod cum dicitur: Credere in Deum eſt credendo amare, & cum non aſſignatur ratio ſive deſcriptio motus fidei, ſed ejus quod eſt in Deum, & ita bene deſcribitur, quia hoc in Deum eſt fidei a charitate tanquam forma ejus, ideſt, fidei. Et ita non ſequitur quod credere ſit amare, vel diligere, ſed oportet quod amet Deum, & diligat dum credit, & dicunt quod hic diſtribuitur motus charitatis. Et determinantur hic tria forma motus, & finis, & directio. Forma in hoc quod dicitur amare diligere; finis per hoc, membris ejus incorporari; directio per hoc, in eum ire. Sed contra eos eſt, quia ſi eſt forma fidei, tunc debuit dici, credere in Deum eſt credere amando, credere diligendo, ut ſic per modum formæ ſe teneret dilectio ex parte fidei, propter hoc dicendum quod charitas non eſt forma fidei, ſed potius e converſo. Ad primum dicendum: Licet iſte ſit in peccato mortali, & hoc ſcit, non tamen mentitur cum dicit credo in Deum, quia hoc dicit in perſona Eccleſiæ ſicut quando dicit, dimitte nobis debita noſtra, &c. Unde ſenſus eſt, Credo in Deum, ideſt, Eccleſia credit in Deum. Et iterum, ſi hoc dicat in perſona ſua, non tamen mentitur, quia eſt oratio, unde optative ponuntur ibi verba non aſſertive, ſub hoc ſenſu. Credo in Deum, ideſt, opto quod credam in eo. Ad illud: Credo in ſanctam Eccleſiam, dicendum quod poteſt ibi eſſe revera ſanctam Eccleſiam, & eſt unus articulus, omnis autem articulus eſt de Deo. Unde ſicut cum dico, credo reſurrectionem mortuorum, ſenſus eſt, ideſt, quod Deus faciet reſurrectionem mortuorum, ſimiliter hic eſt ſenſus: Credo in Deum ſanctificantem Eccleſiã.

Ad tertium: Credere in Deum, &c. Dicendum quod hic deſcribitur motus fidei ſecundum quod fides verſa eſt in amorem. Primo enim quando homo credit Deo, & Deum per rationes humanas, & per miraculum, non adhuc vertitur ei fides in amorem, quia nondum innititur primæ veritati propter ſe, & ſuper omnia. Cum autem ſic innititur primæ veritati propter ſe, & ſuper omnia quando ſic innititur primæ veritati tunc fit amor. Sed hic amor non eſt motus charitatis, ſed fidei, & ideo dicit credendo amare, &c. Et nota quod contingit habere fidem formatam in triplici ſtatu. In ſtatu incipientium, & ſic deſcribitur, per credendo amare. In ſtatu proficientium, & hoc eſt credendo diligere. In ſtatu perfectorum, & hoc eſt credendo in eum ire, & ejus membris incorporari. Quando enim incipit aliquis Deum diligere, ex charitate diligit pluſquam ſe, ſed tamen adhuc innititur per beneficia. Quando autem poſtea in ſtatu proficientium jam etiam ſi nulla perciperet ab eo beneficia, amaret eum, & hoc eſt proprie diligere, ideſt, de aliis rebus eligere. Similiter eſt in eo, qui incipit credere formaliter. Primo enim cum movetur ad credendum per miracula, tunc in eo eſt credendo amare. Quando autem jam credit non propter miracula, tunc eſt credendo diligere. Item perfectorum quidam ſunt in ſtatu ſponſæ, quidam in ſtatu filiorum. Si autem in ſtatu ſponſæ, jam omnino talis æſtuat, & optat pervenire ad amplexus ſponſi, & hoc eſt quod dicit, credendo ire in eum. Si eſt in ſtatu filiorum, jam ſolummodo intendit patrem æternum imitari, ſive virtutibus ei aſſimilari, & hoc eſt quod dicit, ejus membris incorporari, & ſic patet quod in hac deſcriptione nihil eſt ſuperfluum, nihil diminutum. Ad primum ergo quod objicit: Amare, & diligere ſunt charitatis, falſa eſt, ſi intelligatur cum præciſione. Verum eſt, & non ſequitur, ergo, &c. ſi eſt ibi argumentum a ſuperiori ad inferius. Ad aliud: Diligere aut copulat actum, aut habitum; Dicendum quod habitum, ſed habitum fidei. Ad aliud dicendum quod ibi non ponitur in diffinitione ſui, quia credere eſt ſuperius ad credere innitendo rationibus, & ad credere converſum in amorem, & ideo dicit credendo amare quaſi diceret, de credere intelligo quod eſt converſum in amorem. Ad aliud, quare non ſimiliter dixit credendo ſperare? Dicendum quod quia deſcribit ſolum credere converſum in amorem. Ad aliud dicendum, quod non cadit ibi idem in ratione ſui, quia amare, & diligere diverſos ſtatus dicunt, hoc eſt falſum, ſimiliter credendo, ut expoſitum eſt. Ad illud: Ire in Deum eſt cujuſlibet virtutis, non eſt verum prout ibi ſumitur, quia ibi ſumitur pro ſtatu fidei jam perfectorum. Ad illud: Accedite duobus geminæ charitatis pedibus, ſimiliter ſumitur pro duobus ſtatibus virtutis quæ eſt charitas,

Quam a nobis exigit Deus, ſed non exigit niſi ad quod tenemur, ergo tenemur ad fidem, eadem ratione ad alias virtutes.

Reſpondetur, ad actus vel motus tenemur, non ad habitus. Ideo fides ibi ſumitur pro motu fidei, ſed ſecundum quod dicit *Aug.* Fides eſt credere quod non vides. Vel a nobis exigit Deus quod ſine ea non eſt ſalus, & ſic exigere non importat omiſſionem, quæ fiunt per dilectionem fidei. Ex hoc videtur quod fides non poteſt operari ſine charitate. Contra: Per fidem fiunt miracula, & faciendo quis poteſt mereri.

Solutio: Hoc intelligitur de operibus exterioribus ad quæ movet dilectio Dei.

Quod objicit de fide, dicendum quod faciendo miracula poteſt faciens non mereri, quia per fidem informem poſſunt fieri, ſicut fecit Alexander. Si autem mereatur faciendo miracula, exeunt a charitate excitante ad illa, a fide, ut eliciente, ſicut eleemoſyna elicitive exit a miſericordia, excitative autem a charitate.

ſicut & *a* David dicit beatitudinem hominis, *b* cui Deus accepto fert juſtitiam *c* ſine operibus. Beati *d* quorum remiſſę *e* ſunt iniquitates, *f* & quorum tecta ſunt peccata. Beatus *g* vir cui non impu-

A ex gratia tua. *a* Sicut & David] Hic probat a cauſa finali quod lex non juſtificat, utens ad hoc auctoritate David. Dico quod ex gratia eſt juſtificatio, & ſalus. [Sicut & David dicit beatitudinem] eſſe illius.

b Hominis accepto,] ideſt, acceptabiliter, ideſt, gratis. Vel ideſt, accepto tempore adventus.

c Fert juſtitiam] quaſi imputenti accedere ex ſe ad remiſſionem peccatorum. Dico quod dicit, &c. Dicit utique his verbis:

d Beati quorum remiſſæ] Eſt ergo ſenſus hujus orationis talis. *Illi quorum* peccata ſunt dimiſſa ſunt beati, & intellige tantum ſecundum quod ex operibus non eſt remiſſum, ſed potius debitum, ergo ex operibus legis nullus eſt beatus, ſed non eſt beatus qui non eſt juſtificatus, ergo nullus juſtificatur ex lege ſive ex operibus legis, quod idem eſt.

f Iniquitates,] ideſt peccata originalia, ideſt, peccata ſuperaddita.

e Remiſſæ] ideſt, mitigatæ. Et facit pro illis qui dicunt quod peccatum originale idem eſt in eſſentia cum fomite, ſed remittitur in baptiſmo, *Gloſſ.* Ut ultra non videantur a Deo ad pœnam, quia hoc eſt Deum videre peccata, quod punire ea. *g* Beatus vir cui non imputavit] Dupliciter legitur hoc in *Gloſſ.* Uno modo ut ſit inculcatio verborum, quod fit ad innuendum quod ex miſericordia dimittit Deus peccata. Vel diſtinguuntur hic tres gradus peccatorum. Peccatum infidelitatis, ibi. [iniquitates remiſſæ.] Peccata gravia, ibi. [Quorum tecta.] Peccata levia, ibi. [Cui non imputavit. Beati.] Ergo. Ex quo ſic ex verbis David habetur

Moral. Moraliter, dictum eſt ita: *b* Deus accepto fert,] ideſt, tempore acceptabili in adventu Salvatoris, *Pſal.* 71. Orietur in diebus juſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Alia littera: Extollatur, ideſt, donec glorificetur Eccleſia, non ceſſabit Chriſti juſtitia qua juſtificat impios; prius fuit quaſi mortua, ſed tunc eſt orta, & in abundantiam. Unde *Ezec.* 1. vidit hominem cujus aſpectum vocat aſpectum arcus cum fuerit in nube & in die pluviæ. Hic eſt Chriſtus plenus gratia, quoniam pluit tunc largiter infundendo. Unde *Iſa.* 45. Rorate cœli deſuper, &c. Et ideo cantatur hoc in adventu. Vel [acceptu,] ideſt, gratus. De hac gratuita oblatione, 1. *Pet.* 1. Perfecti ſperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam, *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, quaſi regia, & magna portans xenia, & ſine dubio gratis. Unde *Pſalm.* 8. Quid eſt homo quod memor es ejus, &c. quaſi dicat, nihil. Nullus habet meritum propter quod, ſed hoc facit de mera liberalitate, *Phil.* 2. Deus qui operatur in nobis, & velle, & perficere.

b Beati quorum] Duplex eſt beatitudo. Imperfecta in præſenti, perfecta in futuro. De perfecta. 13. *lib. de Trinitate* 6. *cap.* Propinquat homo qui bene vult quæcumque vult, quæ adeptus cum fuerit, beatus erit videlicet beatitudine perfecta. De imperfecta, in *eodem* 8. *cap.* Ille quippe beate vivit, qui vivit ut vult, nec male aliquid vult, de imperfecta ergo beatitudine dicitur hic. [Beati, &c.] *e* Quorum remiſſæ ſunt iniquitates, ergo peccatores miſeri ſunt. Unde 14. *lib. de Trinit.* 5. *cap.* Mala enim voluntate vel ſola miſer quiſquis efficitur, ſed miſerior in poteſtate, qua deſiderium malæ voluntatis impletur. Et ſuper illud *Pſalm.* 1. Beatus vir qui non abiit, &c. *Gloſſ.* Beatus eſt cui omnia optata ſuccedunt, ergo miſer eſt cui nihil optatum ſuccedit. Talis eſt peccator qui eſt in mortali; quæcumque in peccato optat, & quærit, non invenit, ideſt, delectationem. Nec mirum, illuditur ei ſicut piſci, & ſicut avi. Unde *Job* 40. Nunquid illudes ei quaſi avi, cui oſtenduntur pennæ quas credidit gallinam, & ſic advolans capitur, & non invenit carnem. Unde ſuper illud *Oſee* 4. Comederunt & non ſunt ſaturati. *Gloſſ.* Voluptas habita famem non ſatietatem parit. Et laborat in virtutibus. Unde 13. *de Trinit. Aug.*

Terentius in Andria. Hoc eſt quod ſapienter *Terentius* dixit: Quando non poteſt fieri id quod vis, videlicet in peccatis, id velis quod poſſis. *e* Remiſſæ] Nota quod aliquando dicuntur peccata remitti, *Jo.* 20. Quorum remiſeritis peccata. Quandoque tegi ut hic: [Et quorum tecta ſunt peccata.] Quandoque dimitti, *Iſa.* 40. Quoniam dimiſſa eſt iniquitas tua. Quandoque ſolvi, *Iſa.* 58. Solve faſciculos deprimentes. Quandoque non imputari, ut hic: [Beatus vir cui non imputavit] Remiſſio proprie dicitur quantum ad originale peccatum, & baptizato propter fomitis mitigationem. Tegi dicuntur propter culpæ deletionem. Dimitti quoad pœnam. Solvi quantum ad reconciliationem. Unde ſuper iſtud *Iſa.* 40. Suſcepit de manu Domini duplicia, dicit *Gloſſ.* Non eſt idem ſolvi, & dimitti: cui enim dimittuntur ſolutione non indiget. Unde, dimittuntur tibi peccata tua. Cui autem ſolvuntur, propterea ſolvuntur, quia purganda ſunt, & ſoluta per pœnas. Non imputari dicuntur quantum ad peccata oblita. Dico remittuntur quantum ad mitigationem fomitis. Unde *Pſal.* 31. Remitte mihi ut refrigerer, *Luc.* 1. Virtus altiſſimi obumbravit tibi, dicitur B. Virgini, alia littera. Refrigerabit te, quia in ipſa fuit fomes omnino extinctus. Teguntur per charitatem, *Prov.* 10. Univerſa delicta operit charitas. Et inde ſumitur iſtud, 1. *Petr.* 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et poſt dicitur de charitate, quia cum non poteſt habere quis, cum culpa dimittitur quoad pęnam in baptiſmo, ſolvitur per recompenſationem. Vel [Remiſſæ,] ideſt, dimiſſæ: ſicut dicitur dimitti. Unde Seneca. Omnes mali ſumus, melior eſt, ideſt, minus malus qui minus urgetur. *a* Beatitudo Marc. 2.

A In fide eſt gratia juſtificantis, ideſt, gratia juſtificantis apparet in hoc quod dat fidem ex gratia ſive gratis non ex operibus. Vix mihi ſuadeo, &c. Sed vix tibi ſuades, aliquo modo ſuades, ex hoc videtur quod ſit aliquod opus meritorium vitæ æternæ ex condigno, ſcilicet. Contra: *Iſa.* 13. Omnes manus diſſolventur, & omne cor hominis contabeſcet, *Gloſſ.* Quia nullum opus Dei juſtitia dignum reperitur. Unde *Pſal.* 142. Non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens, ergo nullus meretur vitam æternam ex condigno. Et alibi, *Pſal.* 129. Si iniquitates obſervaveris Domine, &c. Præterea Apoſtolus, *infr.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones, &c. Solutio: Aliquis meretur ex condigno. Dicit autem *Aug.* Vix mihi, &c. ad innuendum, quod pauci ſunt qui gratiam habeant, pauciores qui ſciant ſe habere gratiam. Quia autem dicit *Gloſſ.* Nullum opus, &c. Dicit nullum opus circumſcripta gratia, vel nullum dignum reperitur proportione, ex conventione tamen meretur vitam æternam. Quod dicit Apoſtolus: Non ſunt condignæ, &c. Dic condignæ ad tantam gloriam quanta confertur. Item non ſunt condignæ quantum in ſe, ideſt, ſine gratia. Quod agere aliquid poſſumus vel cogitare, *Phil.* 2. Operatur in nobis velle, &c. Item 2. *Cor.* 3. Non quod ſufficientes ſimus cogitare nobis, &c. Propoſitam omnibus, *Hebr.* 12. Videte ne quis deſit gratiæ Dei. Et inveniuntur omnia mala. Contra *Greg.* Quicquid boni potes, fac interim, ut Dominus cor tuum illuſtret ad pœnitentiam. Solutio: Omnia mala, hoc dicit, non quia omnia mala, ſed quia abſorpta a malo, ideſt, a peccato. Vel per negationem exponatur, ſicut quidquid eſt pater eſt filius, ideſt, nihil eſt pater, &c. Omnia mala, ideſt, nulla reperiuntur bona, ideſt, meritoria, vel nulla ſunt quæ non ſunt mala, ideſt, non meritoria. Ideſt acceptabili tempore, 2. *Cor.* 6. Tempore accepto, &c. Et opera bona, ideſt, gratiam bene operandi. Beati, hic quantum ad meritum, in futurum quoad præmium. Nullus enim perfecte beatus niſi finitis his miſeriis, ut dicit *Aug.* Eſt enim duplex beatitudo. Una imperfecta, de qua *Pſal.* 111. Beatus vir qui timet Dominum. Alia perfecta, de qua loquitur *Aug.* Sine opere, & labore, *infr.* 11. Sine pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei. Non dominetur, *infr.* 6. *cap.* Et ſic hoc dicit propter originale quod eſt ipſe fomes manens actu, & tranſiens in baptiſmo reatu, & non dominatur quando non ducit ad mortale, ſcilicet, fomes peccati, ſed ſi fomes eſt peccatum, cum ſemper maneat in homine. Expoſitio Gloſſ. Infr 8.

Unde 2. *Cor.* 12. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus, &c. ergo fomes in eo erat pœna: ergo a Deo; ſed ſi eſt peccatum, ut hic dicitur, eſt a diabolo, ergo idem numero eſt a Deo, & a diabolo, ergo conventio eſt Chriſti ad Belial, contra illud, 2. *Cor.* 6. Quæ conventio Chriſti, &c.

Præterea ſi ante baptiſma eſt peccatum, poſt baptiſma autem eſt pœna, ergo idem eſt bonum, & malum.

Solutio: Secundum quoſdam fomes eſt peccatum, ſed dicitur peccatum propter annexum, ſicut ignorantia non eſt peccatum, ſed contemptus, vel negligentia annexa ignorantiæ, annexa eſt autem fomiti macula.

Vel quod fomes intenſus eſt peccatum, & in quantum fomes eſt, a Deo eſt, & pęna eſt in quantum intenſus a diabolo vel ab homine. Vel dic quod pœna duplex eſt

A contracta vel

▲ bis David habetur, quod *a* Beatitudo,] ex gratia. *b* Ergo hæc in circumciſione tanta manet] ideſt, in Judæis circumciſis. *c* An etiam in præputio] ideſt, in gentibus. *d* Dicimus enim] Quia probavit per auctoritatem quod non in

Moraliter. * urgetur. *a* Beatitudo ergo hæc in circumciſione tantum] ideſt, in exteriore abjectione temporalium quod faciunt religioſi, q. d. non: nec tamen licet eis redire ad illa. Sed tamen legitur de quibuſdam: fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt a teſtamento ſancto. Sed mirum eſt, quia præputium abſciſſum numquam re-

tavit Dominus peccatum. Beatitudo *a* ergo *b* hæc in circumciſione tantum manet, an *c* etiam in præputio? Dicimus enim *d* quia reputata eſt

Expoſitio Gloſſ. ▲ contracta vel inflicta. Contracta eſt ab homine vel a diabolo, inflicta a Deo, & ſic non omnis pœna a Deo, ſicut cupiditas, quæ dicitur fomes. Argumentum expreſſum quod concupiſcentia eſſentialiter peccatum eſt originale. Ad illud: Hujuſmodi concupiſcentia opponitur gratiæ, quia ſicut gratia habilitat ad bonum, & refrænat a malo, ſic concupiſcentia movet, & habilitat ad malum, & reſiſtit bono, quia concupiſcit adverſus ſpiritum, ergo opponitur omnino gratiæ, ergo eſt peccatum originale. Forte dicet quod ſanguinea complexio movet ad luxuriam. Colerica ad iram, melancholica ad triſtitiam. Non tamen ſunt peccata eodem modo, nec illa concupiſcentia. Contra: Non eſt ſimile, quia hujuſmodi complexiones in corpore ſunt tantum, ſed concupiſcentia, vel fomes in anima, quia ſicut dicitur ſuper Epiſtulam, *Gal.* 5. Carnem adverſus ſpiritum concupiſcere, nihil aliud eſt quam animam in carne concupiſcere. Item peccatum eſt diminutio boni naturalis, ſed fomes ſeu concupiſcentia diminuit bonum naturale, ergo eſſentialiter eſt peccatum. Item *infr.* 6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ideſt, fomes peccati; ergo fomes peccatum. Item *infr.* 7. Ego autem carnalis venundatus ſub peccato, ideſt, pretium malæ voluntatis Adæ ſubjectus peccato, ideſt, concupiſcentiæ: ergo concupiſcentia eſt peccatum, ſed fomes, & concupiſcentia idem, ergo fomes eſt peccatum. Contra: Ante Baptiſmum gratiæ fomes opponitur, ergo aut per ſe, aut per aliud. Per ſe non, quia gratia eſt poſt baptiſmum, ergo per aliud, ergo illud aliud magis opponitur quam fomes, ſed quod magis opponitur eſt magis peccatum, ergo iſtud magis peccatum, ſed iſtud non, niſi macula concomitans fomitem, ergo macula eſt peccatum, non ergo fomes. Item *Anſelm. Cantuar. in lib. de conceptu virginali, & originali peccato:* oſtendit quod originale peccatum eſſentialiter eſt in anima dicens: Originale peccatum puto nullatenus poſſe aſſeri eſſe in ſemine antequam habeat animam rationalem, ſicut in Adam fuiſſe juſtitiam priuſquam fieret homo rationalis. Nam ſi Adam & Eva generaſſent ſine præcedenti peccato; non tamen eſſet in ſemine juſtitia nec eſſe poſſet priuſquam formaretur in viventem hominem. Si enim ſemen hominis non eſt ſuſceptibile juſtitiæ priuſquam fiat homo, non poteſt ſuſcipere originale peccatum antequam homo ſit. Nempe originale peccatum eſſe injuſtitiam dubitari non debet, &c. ergo originale peccatum non eſt in ſemine, ergo non eſt in carne, ſed carnalis concupiſcentia ſeu fomes eſſentialiter eſt in carne, ergo originale peccatum eſſentialiter non eſt fomes ſeu concupiſcentia carnalis, ergo eſt macula quæ eſt in anima. Vel ſic, originale peccatum eſſentialiter eſt in anima, ſed carnalis concupiſcentia eſſentialiter non eſt in anima, ſed tantum macula vel reatus, ergo hæc tantum ſunt peccatum originale. Propterea ante baptiſmum anima primum exiens a corpore defert ſecum originale, quia propter iſtud caret viſione Dei, & hoc eſt quod dicitur in libro ſapientiæ. Peccatum cum eo qui fecit, ſupple in ſe vel in altero tormenta patietur, ſed tunc anima non habet niſi maculam vel reatum, ergo tantum pro macula vel reatu punitur. Sed iſtud pro quo punitur eſt peccatum originale, ergo macula vel reatus eſt eſſentialiter originale. Ad ſolutionem horum nota quod anima dupliciter eſt. Uno modo ſicut ſubſtantia abſoluta, & ſic ſpiritus, & tunc abſolutas habet potentias, ſicut liberum arbitrium, & hujuſmodi, ſecundum quæ non dependet a corpore, hoc modo proprie in ipſa eſt juſtitia, vel injuſtitia, & ſic exuta a corpore ſecum defert virtutes vel vitia, & tunc non habet fomitem ſive carnalem concupiſcentiam, quia ſicut dicit *B. Aug. infr.* 7. finitur per mortem, ſemper itaque eſt pugna in corpore mortis hujus, quia concupiſcentia cum qua nati ſumus finiri non poteſt; quamdiu vivimus quotidie minui poteſt, finiri non poteſt. Alio modo dicitur anima ſicut eſt endelechia ſive perfectio corporis ſive animans corpus, & tunc habet potentias dependentes a corpore. Secundum hoc dicit *B. Aug.* carnem concupiſcere nihil aliud eſt quam animam in carne concupiſcere. Secundum hoc reſpondetur, quod peccatum originale proprie, & ſubſtantialiter eſt macula, vel reatus exiſtens in anima abſolute, ſicut *Anſelm. Cantuar.* Quia ergo dicitur concupiſcentia peccatum, quia opponitur gratiæ. Reſpondetur quod non immediate opponitur gratiæ, ſed per effectum ſuum, ſcilicet reatum vel maculam. Ad aliud quod dicitur concupiſcentia eſt diminutio boni naturalis. Reſpondetur quod eſſentialiter concupiſcentia, ſeu corruptio carnis bonum naturale carnis diminuit, & facit eam paſſibilem a frigoribus, & hujuſmodi, ſed propter diminutionem talis boni non dicitur peccatum, ſed propter diminutionem boni naturalis animæ quod effective dicitur diminutio boni naturalis animæ. Et ideo propter effectum dicitur peccatum non eſſentialiter. Hoc modo ſumit *Aug.* hic concupiſcentiam, cum dicit quod concupiſcentia ſeu concupiſcibilitas, quæ dicitur fomes peccati, & talis concupiſcentia proprie eſt in anima ſecundum quod eſt vivificans corpus. De hac etiam dictum eſt, quod tranſit reatu, & manet actu, unde manet quippe in corpore mortis hujuſmodi, &c. Ad ultimum vero etiam facit concupiſcere, ergo vitium movet ſi fomes qui eſt vitium movet. Sicut igitur virtus movet ad opera, ſic & vitium. Sic hoc. Contra: Vulnus potentiæ naturalis impedit ipſam, & retrahit ab opere, eadem ratione vulnus potentiæ ſpiritualis impedit ne moveat. Reſponſio, quidam dicunt quod vitium habilitat ad male agendum. Secundum ipſos facilis eſt reſponſio. Sed dic quod vitium quandoque dicitur habitus relictus ex frequenti male agere, & non eſt peccatum, quia homo habens gratiam non ſtatim recedit habita jam gratia. Vel vitium dicitur macula relicta in anima. Primo modo movet, ſecundo non movet, tametſi non moveat, facit tamen male moveri ſi moveatur, ſicut læſio in pede, & ſi non moveat, facit tamen claudicare ſi moveatur. Non obedire præcipimur: ergo tenemur repellere primos motus. Dic repellere vel vitare tenemur, ideſt, poſt eos ire non debemus, *Eccl.* 18. Fili poſt concupiſcentias tuas non eas. Quæ concupiſcentia minuitur in proficientibus, & continentibus. Contra *Greg.* Illos diabolus pulſare negligit quos quieto jure poſſidere ſe ſentit, & ita boni maxime pulſantur. Item *Abac.* 1. Incraſſata eſt pars ejus, &c. *Hier.* Dæmones non ſunt contenti communibus cibis, ſed peregrina deſiderant alimenta. Item *Eccl* 2. Fili accedens ad ſervitutem Dei, ſta in ſervitute, & timore. Sol. Dic quod in ſanctis interiora quæ ſcilicet ſunt a fomite, minuuntur, ſed exteriora creſcunt, diabolo extra excitante, & commovente. Non enim plus poteſt, quia non eſt immiſſor, ſed incenſor malarum cogitationum. *Job* 40. Abſorbebit fluvium, & non mirabitur. Sine libidine non eſt concubitus, ergo non eſt ſine peccato. Contra: In Abraham, & in ſanctis Patriarchis fuit ſine peccato. Reſpondetur: Libido quandoque dicitur pruritus carnis, nec eſt peccatum, ſine hoc non eſt carnalis cognitio viri ac mulieris. Quandoque dicitur libido improba voluntas utendi utendis, & ſic peccatum ſine hac poteſt eſſe. De prima hic loquitur. Non tranſmittit propagatio, ſed libido, ergo ſine libidine non eſt originale. Contra quod ſi ex carne digiti formet Deus hominem, nonne haberet originale, ergo propago potius quam libido originale facit. Reſpondeo: Libido facit, ideſt, fœditas carnis, qui a quacumque parte carnis formetur, fœditas erit in carne. Unde cum anima munda, & terſa infundatur, contrahit maculam, ſicut ſpeculum terſum ex luto. Unde ex pone, non propago, ſed libido, &c. ideſt, cauſa libidinis, ideſt, fœditas carnis ex qua eſt libido. Unde exponendo ſe ſubdit: Nec fœcunditas naturæ humanæ facit homines cum peccato naſci, ſed fœditas libidinis, ideſt, fœditas carnis quæ eſt cauſa libidinis: propter fœditatem enim illam anima in principio corpori infuſa inficitur, ſicut quando novum eſt ſpeculum, & inſpicit in illud mulier quæ eſt in menſtruis inficit illud, ſed quando ſemel eſt infectum, ſi centies in illud inſpiceret non magis inficeretur. Filii ſunt iræ, *Eph.* 2. in gratia baptiſmi, ideſt, collata in baptiſmo, quia nullus eſt ſine peccato, *Job* 13. ſecundum aliam tranſlationem nemo eſt ſine peccato etiam infans unius diei. Tripartita ratio, ideſt, trium diviſio facta. Cum creator non agnoſcitur. Secundum hoc parvuli ſunt iniqui, & impii, & etiam lapis. Solut. ideſt, agnoſcitur, contemnitur. Vel ſic non agnoſcitur, ideſt, cum erratur in cognitione creaturis, ut ſit ibi lyptote. Tertius: Li vero levium, ut ſunt venialia, & minora mortalia. Sed videtur quod plu-

▲ ritatem quod non in præputio. *a* Abrahæ] quando nondum circumciſus eſt. Et probat. *b* Quomodo,] ideſt, in quo ſtatu cum eſſet. *c* In circumciſione an in præputio;] ita cum eſſet in ſtatu præputii. Et reſpondet: [Non in circumciſione, &c.] *e* Et ſignum] poſſet quis quærere rationabiliter, ex quo Abraham juſtificatus fuit ante circumciſionem, ad quid ergo accepit circumciſionem? Ad hoc reſpondet: [Et ſignum circumciſionis,] ideſt circumciſionem in ſignum. *f* Signaculum] dicitur expreſſum ſignum rei, quod ſignat ſicut eſt ſigillum, *Ezech.* 28. Tu ſignaculum Dei fuiſti, dicitur de lucifero, qui expreſſe multum habuit ſimilitudinem Dei. *g* Juſtitiæ fidei,] quæ ex fide; in ſignum hujus accepit ſignum juſtitiæ interioris quam acceperat per fidem antequam eſſet circumciſus. *h* Ut ſit] ideſt, ut oſtendatur. *i* Pater omnium credentium per præputium,] i. per id quod dictum eſt in tempore præputii, ideſt, per fidem.

Abrahæ *a* fides ad juſtitiam. Quomodo *b* ergo reputata eſt? In circumciſione *c* an in præputio? Non in circumciſione, *d* ſed in præputio. Et ſignum accepit *e* circumciſionis ſignaculum *f* juſtitiæ *g* fidei quæ eſt in præputio, ut *h* ſit pater *i* omnium credentium per præputium, ut repu-

▲ *a* Ut reputetur illis

Moraliter. * ſciſſum nunquam redit. In quo notatur quod religioſi nunquam debent redire ad hoc quod habeant proprium. Et revera licet ſibi faciant, non redeunt, quia non eſt recto nomine proprium, ſed furtum, & ideo quia recedunt a teſtamento quod fecerant in ingreſſu, ideſt, per abrenunciationem facto per mortem ſcilicet mundo confirmato. Item 1. *Mach.* 1. Juſſit Antiochus paucos captivitatis filios relinqui circumciſos, ideſt, ut viverent in proprio ritu. *a* Abrahæ fides] ideſt, fidelitas quæ receſſit a religioſis in multis, & ideo non eſt ibi beatitudo, *Jer.* 7. Periit fides, & ablata de ore eorum, &c. quia proditores facti ſunt religioſi, *Prov.* 20. Multi homines vocantur miſericordes, virum autem fidelem quis inveniet? q. d. nullus. Et hoc eſt quod ſequitur: *d* Non in circumciſione,] i. in religioſis non eſt fidelitas, ſed proditio. Unde 1. *Mach.* 7. Dixerunt enim, homo ſacerdos eſt, de ſemine Aaron venit; non decipiet nos. Sed poſtea ſequitur non eſt veritas, non eſt judicium: iſte fuit Alcimus, qui interpretatur fermentum vani concilii, vel commiſcens callidam feſtinationem, & bene ſignificat religionem. Exterius enim habent propter quod ſe credunt eis homines, ſed produnt eos. *e* Et ſignum accepit circumciſionis,] i. circumciſionem in ſignum interioris, & quod ſine proprio debent vivere. Sed ſigna fallunt ad minus exterius, quia non dimittunt proprium mentis, ut propriam voluntatem, *Jer.* 9. Omnes gentes habent præputium, omnes autem domus Iſrael incircumciſi ſunt corde. Et non quod circumciſio data fuit Abrahæ in ſignum fidei qua crediderat, quod de ſterili naſceretur ei hæres. Similiter circumcidi, ab omnibus, ideſt, dimittere omnia propter Deum, ſignum eſt magnæ fidei. Et propter hoc dicit Dominus, *Matt.* 19. Qui reliquerit, &c. centuplum accipiet. Ecce quis credunt, quia omnia propter Deum dimittunt. Idem data fuit ei in cauterium, ut diſtingueretur a ceteris populis. Sic religioſus a ceteris hominibus. Et quod commodum inde ſequatur dicitur *Apoc.* 7. Nolite nocere terræ, neque mari neque arboribus quoadusque ſignemus ſervos Dei in frontibus eorum. Quidam dicunt adhuc in ſæculo manentes, quod non inhærent per amorem temporalibus cum advertant quod hic dicitur quando relinquunt exterius quod eſt habere ſignum in frontibus. Mali Angeli non poſſunt nocere mari, ideſt, malis, neque arboribus, i. bonis, quia defenduntur per ſuffragia religioſorum, *Ezec.* 9. Omnem ſuper quem videritis Thau, ne occidatis quod tantum tria habet brachia eſt crux religioſorum, quæ tria habet vota. Item circumciſus fuit Abraham in myſterium, ideſt, in ſignum rei faciendæ, ſic exterior circumciſio, ſignum eſt aliis quod debent facere ſimile. Unde *Zach.* 3. Viri portendentes ſunt. *f* Signaculum juſtitiæ] In circumciſione enim ſua vota exprimunt. Expreſſe enim promittunt juſtitiam, ideſt, ſe reddituros unicuique quod ſuum eſt. Sanctimoniam per votum caſtitatis. Proximo utilitatem per abrenunciationem proprietatis. Deo obedientiam, promittendo ſummam obedientiam. Item [ſigillum eſt juſtitiæ,] ſicut quando alicui abſcinditur auricula, ſignum eſt furti. Similiter religioſi oſtendunt in auſteritate ſua, quod hoc ſuſtinent propter peccata ſua. Ne ergo ſuperbiant de religione ſua, ſicut nec fur, qui ſuſpenſus eſt in patibulo, oſtendunt etiam diſtinctionem juſtitiæ Dei in peccatores. Quid enim fiet peccatoribus viventibus in deliciis, ex quo ipſi, qui boni ſunt tam aſpera ſuſtinent? *Luc.* 23. Si in viridi hæc faciunt in arido quid fiet? *b* Ut ſit pater omnium] ſpiritualiter doctrinæ vel vitæ merito hujus circumciſionis. Unde fere omnes ſancti doctores

* fuerunt reli-

Expoſitio Gloſſ. ▲ res deberent annumerare gradus, quia non fit ibi mentio de omiſſione. Item quare ſi faciat unum gradum de ſuperbia, & alium de inani gloria, quæ ſunt contra Deum, ſicut impietas. Item cum infidelitas ſit graviſſimum peccatum. Unde ſuper illud *Joa.* 16. Arguet mundum de peccato, *Gloſſ.* Infidelitas, quo retento omnia retinentur. Quare ergo dicit quod primus gradus eſt graviſſimorum operum? Solut. Peccatum aut eſt peccatum ſecundum ſe, & non eſt pœna peccati. Si eſt pœna peccati eſt gravius, & hæc eſt infidelitas. Si autem eſt non pœna peccati, aut eſt grave, aut leve, & ita non poſſunt eſſe plura membra. Abrahæ filii, ſolis carnalibus ſcilicet rationem aperit, ideſt, aperit, quare quæſtionem iſtam faciat, quia ſolutionem non dicit: Utique ſimul quæſtioni. Prima quæſtio fuit, utrum beatitudo eſſet in Judæis, & non in gentibus, & utrum Abraham fuerit juſtus in circumciſione vel in præputio. Et reſpondet primæ quæſtioni, & ſecundæ ſimul ſecundum diverſas expoſitiones, ut una expoſitio ſit reſponſio primæ quæſtioni, ſecunda expoſitio ſit reſponſio ſecundæ quæſtioni. Non ergo circumciſio aliquid magnæ dignitatis habebat, in Abraham ſcil. quia per circumciſionem nihil fuit ei dimiſſum, eo quod ante juſtificatus fuerat. Sed ſignum erat ei tantum. Et nota quod ſignum quandoque præcedit ſignatum, ſicut lac partum; quandoque comitatur, ſicut pallor partum; quandoque ſubſequitur, ſicut fumus ignem. Similiter circumciſio fuit in Abraham ſignum ſubſequens, ſcilicet, præcedentis juſtitiæ. Similiter in adultis non ficte accedentibus ſicut in partu, vel ſignum concomitans ſicut poſt partum, ſed in adultis ficte accedentibus ſignum præcedens. Interioris circumciſionis, de qua *Deut.* 10. Circumcidite præputium cordis veſtri. Et *Jer.* 4. Circumcidite præputia cordium veſtrorum viri Juda carne, libidine, & pellicula quæ eſt in membro libidinoſo. Primæ nativitatis, qua homo naſcitur peccato, vel cum peccato, de qua dicitur *Jer.* 20. Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea non ſit benedicta, *Job* 3. Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, conceptus eſt homo, ideſt, juſtitiæ quæ eſt ex fide, ideſt. remiſſionis peccatorum. Et ſervatur amicis, quibus revelantur ſecreta. Signum amicitiæ, *Joann.* 15 Vos autem dixi amicos, quia quæcumque audivi a patre meo nota feci vobis. Ad ſimilitudinem ſigilli, *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum, ut ſcilicet quod eſt in corde ſoli Deo pateat, quod eſt in opere ſoli Deo fiat. Unde *Matth.* 6. Attendite ne faciatis juſtitiam veſtram coram hominibus. Octava die, *Geneſ.* 17. Vetuſtas culpæ, &c. imo & nunc aufertur culpa. Sed ſciendum quod tunc radicitus auferetur, quia fomes extingueretur ut amplius non poſſit peccare, modo autem manet radix culpæ, ideſt, fomes quantumcunque juſtus ſit homo. Hic intendit oſtendere in quo homine, tempore, membro, & inſtrumento, & ſic pro quatuor ſupponit in quo ſemel ſumptum. Homo, Abraham: tempore, octava dies; membrum, iſtud per quod fit generatio: inſtrumentum, cultrum lapideum. Abrahæ primo. Hoc oſtenditur in quo homine. Commendata eſt *Gen.* 17. & ſic probatur, ideſt, oſtenditur. Sicut Adam *Gen.* 3. Ita & ſemen ejus, ergo eadem ratione præceptum Adæ factum fuit omnibus ex eo naſcituris. Octava dies. Hic tempus oſtenditur. Lapideo cultro, inſtrumentum eſt. Carne membrorum, ſicut præceptum erat, hoc nuſquam invenitur. Præterea ſi præceptum erat, & nuſquam eſt revocatum, ergo modo peccant Judæi circumcidentes de novacula. Solutio hujus habita eſt, *ſupr.* 2. Dicendum ergo quod præceptum erat, *Geneſ.* 57. Quod fieret octava die. Quia autem cultro lapideo fieret, præceptum eſt exemplo obtinente vim præcepti. *Exod.* 3 *Joſue* 5. Ad tempus David, ubi dicunt Judæi, quando Goliam occidendo ſterile, ceſſit lapidi. Quinque de cauſis: *Verſus*; ſignum, cauterium, meritum, medicina, figura, exemplum fuit olim circumciſio dura. Sex ſunt in his verſibus, ſed quinque enumerat. Unde duas in unum colligit. Placeret Deo, pluſquam prius, vel placere innoteſceret, vel placendi exemplum. Eſſet ſpiritualis circumciſio, quæ inchoatur in præſenti, ſed omnino implebitur

▲ in futuro.

Δ *a* Ut reputetur illis] qui ſunt in ſtatu præputii ipſum credere. *b* Ad juſtitiam,] i. ad juſtificationem, & ſic ſignificatur eſſe pater. In eo enim fuit circumciſus. *c* Et ſit pater] i. juſtitia quam etiam habuit in præputii ſtatu, & ipſa materialis circumciſio ſignaculum illius. Et hoc ſic, ut ex his duobus oſtenderetur pater per ſimilitudinem utrorumque, & eorum qui in ſtatu circumciſionis, non in his tantum, repetit, & explanat, quod dixit · reputatur ad juſtitiam. *d* Non his tantum ſed & his qui ſectantur veſtigia fidei,] qui imitantur fidem ipſius, quæ eſt in præputio, i. quam habuit, dum adhuc eſſet in ſtatu præputii, & ita patet quod tam Judæi quam Gentiles juſtificantur per fidem ſolam.

C

tetur *a* illis ad *b* juſtitiam, Et ſit pater *c* circumciſionis non *d* his tantum qui ſunt ex circumciſione, ſed & his qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Non *e* enim per legem promiſſio Abrahæ aut ſemini ejus,

Moraliter. * fuerunt religioſi. *e* Non enim per legem, ut hæres eſſet mundi, ſed per juſtitiam fidei,] Unde 1. *Cor.* 3. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, ideſt, quia eſtis Chriſti per fidem. 2. *Cor.* 6. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Ibi *Gloſſ.* Non ſolum ſpiritualia, ſed etiam temporalia. *Pſalm.* 33. Inquirentes Dominum non minuentur omni bono, ſive ſit temporale, ſive ſpirituale. Qui enim omnia reliquerunt propria, omnia poſſident, quia ea ſibi ſubjecta habent. Unde *Deut.* 1. Ipſi dabo terram quam calcavit. *Joſ.* 1. Quicquid calcaverit pes veſter veſtrum erit.

Expoſitio Gloſſ. A in futuro. Non poſſet melius ſignificari per Chriſtum tolli originale peccatum quam hoc modo circumcidendo, ſc. & in tali membro, & cultro lapideo. 1. *Cor.* 10. Petra autem erat Chriſtus. Trajiciens, &c. Hoc dicit contra Julianum, qui objiciebat, ex quo mundatus eſt per Baptiſmum, ergo & puer generatus ab eo mundus eſt, & ſic non indiget baptizari. Sed ad hoc reſpondit *Aug.* quod ſicut ex circumciſo naſcitur incircumciſus, & ex grano palea, quæ non eſt granum, ita ex baptizato qui mundus eſt naſcitur immundus. Quo ipſe jam caruit ſc. præputium vel originale. Primus homo cognovit. Unde *Gen.* 3. ſtatim poſt peccatum dicitur: Aperti ſunt oculi eorum. Poſt ſeptenarium vitæ hujus, imo poſt ſenarium. Modo enim eſt ſexta ætas, ergo ſexta ætas eſt morientium, ſeptima quieſcentium, & iſtæ ſimul concurrunt modo quantum ad diverſos dies mortis, ſequitur vita qua vivit homo in præſenti. Octava autem ætas erit reſurgentium. Item poſt ſeptenarium hujus vitæ dicit, quia iſta vita volvitur per ſeptem dies. Petram Chriſtum, 1. *Cor.* 10. Per Chriſti reſurrectionem. Per fidem reſurrectionis. Remiſſionem peccatorum, originalium. Excepto quod regni cœleſtis, &c. ergo Baptiſmus aperit januam, ſi recte ſit exceptio. Sed contra multi baptizati ſunt ante paſſionem, & mortui ſunt, & conſtat quod deſcendebant ad Limbum, ergo Baptiſmus non aperuit eis januam. Si dicat quod Baptiſmus conſecutus eſt januam in paſſione Chriſti, ſic iterum, ſi baptizatus poſt paſſionem ante aſcenſionem mortuus fuerit, conſtat quod adhuc non intravit. Nullus enim intravit januam ante Chriſtum, ergo Baptiſmus non aperuit januam, aut non habet januam a paſſione Chriſti. Ad hoc ſolvitur quod paſſio Chriſti aperuit januam per pretii ſolutionem, aſcenſio per efficaciam, Baptiſmus per cauſam. Sed iterum quomodo Baptiſmus januam habuit a paſſione, ſicut enim baptizatus ante paſſionem ſi moreretur non intraret, ita nec baptizatus poſt paſſionem intraret ante aſcenſionem. Ad hoc ſolvunt quod non ſit hæc exceptio ad effectum Baptiſmi, ſed a ſtatu ejus. Sed dicendum eſt quod imo ab effectu, ſed hoc dicunt uno modo, aliqui alii alio modo. Quidam enim dicunt quod Baptiſmus non exigit gemitum neque planctum, quia loco iſtorum eſt paſſio quaſi pretium etiam in adulto. Unde ante paſſionem baptizatus non deſcendebat in purgatorium, circumciſus autem deſcendebat. Alii dicunt quod circumciſus tenebatur in limbo propter originale peccatum quod nondum erat omnino purgatum, ut non poſſet exire virtute circumciſionis, donec perſoluta eſſet illa ratio per pretii ſolutionem, ſed Baptiſmus faciebat quod ſtatim evolaret poſt paſſionem, niſi Deus pater decreviſſet filium ſuum primum intraturum. Spe felici expectabant, ergo habebant ſpem, eadem ratione, & fidem, & charitatem, quæritur ergo utrum mererentur? Sed de hac alias dicendum eſt. Quod apud nos valet aqua Baptiſmi hoc egit apud veteres, &c. ergo tunc in ſola fide parentum ſalvabantur parvuli, & non modo, conſtat ergo quod tunc efficacior erat fides. Item in fide quorum parentum ſalvabantur, videtur quod in fide proximorum parentum, quaſi non aliorum. Præterea videtur ſi uterque parentum eſſet infidelis, non poſſet ſalvari in fide eorum, quorum ergo parentum? Item quæritur quare potius dicuntur parvuli ſalvari in fide parentum quam in charitate? Et videtur potius quod in charitate, quia ſuper illud *Joan.* 20. Accipite Spiritum Sanctum, dicit *Gloſſ.* Ecce charitas quæ per Spiritum Sanctum diffunditur in cordibus eorum qui participes ſui ſunt, peccata dimittit. Item ſi ante circumciſionem, & Baptiſmum ſalvabantur parvuli in fide parentum, videtur quod inutiliter data fuit circumciſio, & etiam Baptiſmus. Ad primum dicendum. Non exigitur quod fides tunc eſſet efficacior quam modo ſit. Et eſt aperta inſtantia in eo qui votum caſtitatis ſive religionis fecit, qui ante poterat ſalvari ſola fide, & charitate, ſed modo non, niſi omnino ſit continens, & tamen non erat in eo efficacior fides vel charitas; ita melius, efficacius & certius ſalvabantur parvuli per circumciſionem quam in ſola fide parentum ante, & ſimiliter modo per fidem cum Baptiſmo, quia nondum erat determinatum in fide quorum parentum, utrum proximorum aut avorum, aut atavorum, &c. Et ſi unus erat infidelis, alter fidelis, incertum erat utrum in fide alterius tantum. Sed certum quidem erat quod per circumciſionem ſalvabantur, & modo per Baptiſmum. In fide autem quorum parentum ſalvarentur, nondum determinatum erat. Ad illud quare in fide, & non in charitate, quia ſicut modo fide purificatur cor, ita tunc profeſſione fidei ſuper parvulum purificabatur ipſe. Ad *Gloſſ. ſuper Joann.* dicitur quod hoc dicitur ad innuendum quod illis qui tantum habent charitatem dimittuntur peccata, non quia dimittantur per charitatem. Item ei quod dictum eſt, quod apud nos valet aqua Baptiſmi, additur hoc: Pro majoribus virtus ſacrificii, ergo ſacrificia ante legem facta erant meritoria. Et ſecundum magiſtrum, qui ut ſupra dictum eſt, dicebat, quod ſacrificia legalia nec quantum ad opera operantia, nec quantum ad opera operata erant meritoria. Unde etiam ſecundum eum, immolatio qua Abel immolabat agnos fuit et meritoria. Adhuc quia voluntaria & Deo volente, ſed ſacrificia legis exacta, & Deo quia invito præcepta. Item ei quod dictum eſt, quod apud nos neque aqua Baptiſmi, idem valet, pro his qui de ſtirpe Abrahæ prodierunt, myſterium circumciſionis. Ex hoc videtur quod proſelytis, quia non erant de ſtirpe Abrahæ, non valuit circumciſio. Dicimus quod imo, ſed illis qui erant de genere Abrahæ præceptum erat, & aliter non poterant ſalvari, non ſic autem erat de aliis hominibus. In circumciſione peccata remittebantur. Hoc nihil eſt, ut videtur, quia ſic per circumciſionem remittebantur peccata cum non poſſint remitti niſi gratia, ſed circumciſio erat cauſa remiſſionis peccatorum, ergo & ipſius gratiæ, & ita conferebat gratiam. Ad hoc dicunt quidam quod non ſequitur, quia non quicquid eſt cauſa antecedentis, eſt cauſa conſequentis, & gratia antecedit ad remiſſionem peccati. Sed contra expulſio peccati nihil aliud eſt quam introductio gratiæ, ergo cum circumciſio virtute ſua expelleret peccatum, eadem virtute introducebat gratiam. Item dicit *Aug.* quod iſtud: Generatio unius eſt corruptio alterius, tenet in vitiis & virtutibus, ſed circumciſio corrumpebat peccatum, ergo eo ipſo generabat gratiam. Sed contra non habuit vim in quantum ſacramentum, niſi oblationis tantum, ergo vi ſua nihil conferebat, ſed tantum auferebat. Ergo multiplex eſt effectus gratiæ, expellit peccatum, ornat animam & decorat, & facit dignum vita æterna. Item habilitat ad bene operandum. Dicendum ergo quod circumciſio conferebat gratiam ſicut & Baptiſmum, ſed differenter, quia circumciſio conferebat eam vi ſua, tantum quantum ad primum effectum, qui eſt expellere peccatum. Sed quia eadem eſt omnino gratia animam decorans & faciens dignum vita æterna, & habilitans ad bona opera, hæc eadem habebat circumciſus, ſed non ex vi circumciſionis, quia tantum erat quantum fuit in ſe ſacramentum oblationis. Sed quia hæc non ſunt ſine illis, ideo hæc habebat, ſicut patet in ſacramento altaris, ſub ſpecie panis eſt caro, & ſanguis, ſed non niſi caro virtute ſacramenti, ſed hoc eſt, quia corpus Chriſti non eſt ſine ſanguine. Unde ad hoc facit quod dicit: Nec gratia ad bene operandum, &c. intellige virtute ſua, ſed Baptiſmum vi ſua confert gratiam quantũ ad omnẽ effectũ in quantũ eſt ſacramentũ, quia ornat & decorat

A exterius

A exterius, rigat interius, & ita fecundat ad bene operandum.

Expoſitio Gloſſ. Sed *Liconenſis* aliter dicebat, diſtinguens duplicem remiſſionem peccatorum, quoad culpam, & quoad pœnam. Dicebat quod virtute circumciſionis dimittebatur culpa, ſed non pœna, & quantum ad hoc non dabatur in circumciſione gratia. Fidei auctor exemplo, ſed ſolus Deus auctoritate. Nota diligenter per inſolentem præpoſitionem, i. præter ſolitum non ſecundum ſolitum modum ſumpiam. Quæ animadverſa, i. attenta hoc accepiſſe, quod

ut hæres eſſet mundi, ſed per juſtitiam fidei. Si enim *a* qui ex lege hæredes ſunt, exinanita *b* eſt fides, abolita *c* eſt promiſſio. Lex *d* enim iram operatur. Ubi enim *e* non eſt lex nec prævaricatio. Ideo ex fide ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini. Non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium no-

& datum eſt tempore præputii. Ut & illis credentibus. *Matth.* 3. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Ut ita ample credant, non quantum ad fidei intenſionem, ſed quantum ad articulorum ampliationem, & hoc etiam implicite, vel explicite. Non carne, ſed imitatione, *infr.* 9. Non qui filii carnis, &c. Abraham dicitur hæres mundi, i. poſſeſſor. Quæritur quomodo ipſe eſt hæres credentium. Præterea cum ipſe non ſit, quomodo poſſidet credentes? Item poſtea dicitur quod ipſe eſt hæres mundi per exemplum ſc. credentium. Sed ſecundum hoc videtur quod Apoſtoli ſint hæredes credentium, quia fere nullus habet oculum ad exemplum Abrahæ, ſed Apoſtolorum & Martyrum. Item per hoc quod dicitur poſtea videtur quod Abraham ſit hæreditas, quia credentes dicuntur poſſidentes reſpectu ejus. Sol. Sicut Chriſtus eſt hæres & hæreditas noſtra; hæres, quia nos colit & defendit; hæreditas, quia ſpiritualiter paſcit, ita hæres mundi eſt Abraham qui colit ipſum mundum per exemplum: hæreditas, quia delectamur & paſcimur in exemplo ejus. Sed objiceret aliquis: Cum exemplum ipſius unum & idem ſit, non eſt dicere quod ſit hæres, & hæreditas in quantum eſt exemplum. Sed dicendum quod imo, quia diverſificatur, quantum ad hoc enim, quod transformamus exemplum ejus in bonam vitam, dicitur hæres, & nos hæreditas, quantum ad delectationem quam habemus in exemplo illius dicitur ipſe hæreditas & diverſificatur exemplar in quantum aliud juxta ipſum eſt, vel in quantum eſt quid in ſe, aliud quæritur, quomodo poſſidet credentes cum ipſe non ſit? Dicendum quod in quantum poſſidet eſt, quia poſſidet per exemplum ſuum quod conſtat eſſe. Ad aliud dicendum, quod omnes credentes reſpiciunt ad ipſum, aut per ſe, aut per alios, quia ſicut Apoſtoli & Martyres fuerunt imitatores ejus: Sicut ait *David*; Et poſſeſſionem tuam terminos terræ. *Et alibi:* Dominabitur a mari, &c. Patrem multarum. *Gen.* 17. In ſemine tuo. *Gen.* 22. Per juſtitiam fidei non per legem. Per fidem ſive juſtitiam fidei fuit dignus hæreditate promiſſa, non per legem, univerſaliter promiſſum fuit Abrahæ, ut per fidem eſſet pater multorum, non per legem: omnium enim credentium pater eſt per fidem. Quod ille habet, i. illud quod ille habet, i. fidem in præſenti & promiſſione in ſemine, ſi illi qui ſunt hæredes ſupple.

Litteraliter. [Litteraliter.] *a* Si enim qui ex lege ſunt, &c.] Probato quod Abraham non eſt hæres ſive poſſeſſor mundi, per legem. Sic enim hæredes Abrahæ ſequerentur duo inconvenientia, ſc. quod fides eſſet exinanita, quia certum eſt Abraham juſtificatum fuiſſe, ſicut dictum eſt *Gen.* 15. Credidit Abraham, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. Et quod promiſſio ſibi facta eſſet abolita qua promiſſum eſt ei quod imitatores haberet in fide, ſive in juſtitia fidei. Et hoc eſt: [Si enim] q. d. promiſſio facta eſt Abrahæ, ut eſſet hæres mundi, non per legem, ſed per juſtitiam fidei. [Si enim qui ex lege hæredes ſunt] i. ſi aliqui ſunt juſti ex ſola lege. *b* Exinanita eſt fides,] de qua dictum eſt jam Abraham juſtificatum.

c Abolita eſt promiſſio,] qua promiſit ei Deus quod haberet juſtos imitatores ſuæ fidei, quia per legem nullum habebit, quia lex nullum facit juſtum, ſed potius facit contrarium. *d* Lex enim iram operatur,] i. pœnam ſive vindictam. Lex enim graviter puniebat peccatum, ſed non diluebat. *Hebr.* 10. Omnis ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ non poſſunt auferre peccata. Et *infr.* Irritam faciens quis legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur. *e* Ubi enim non eſt lex nec prævaricatio.] Hoc verbum multum deberet retrahere prælatos a conſtitutionibus. 1. *Cor.* 15. Virtus peccati lex. Et *Rom.* 5. Lex ſubintravit ut abundaret delictum. *Jer.* 5. de iſtis: Laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. *Amos* 3. Numquid auferetur laqueus de terra antequam aliquid ceperit. *Pſa.* 64. Laqueum paraverunt pedibus, &c.

A a Patrem multarum

Expoſitio Gloſſ. *a* Si enim qui ex lege, &c.] *Gloſſ.* Ut reos faceret delinquentes ut efficienti cauſa, i. non cauſaliter, ſed occaſionaliter, quia peccatum oſtendebat, ſed gratiam non conferebat. Temporali pœna, ſc. dentem pro dente. *Exod.* 21. Iram operatur, non prævaricationem. Et conſtat quod hoc eſt tantum occaſionaliter, quia oſtendebat peccatum prohibendo ipſum, & ex hoc excitabatur concupiſcentia, quia nitimur in vitium, ſed in Evangelio multo magis oſtenditur peccatum. In lege enim dicitur: Non fornicaberis, in Evangelio autem dicitur *Matth.* 5. Qui viderit mulierem, &c. ergo Evangelium multo magis operatur iram. Ad hoc dicunt poſtillæ, quod facit comparationem Evangelii cum gratia, ad legem ſine gratia. Unde dicunt quod etſi magis expreſſe prohibeat ipſum Evangelium peccatum, non tamen irritat concupiſcentiam propter gratiam. Sed eodem modo poſſet dici e converſo, facit comparationem legis cum gratia ad Evangelium ſine gratia, & ſic poſſet dici quod Evangelium operatur iram, i. prævaricationem. Multi enim habent Evangelium ſine gratia. Propter hoc dicendum quod non tantum inhibitio irritabat concupiſcentiam, ſed modus inhibendi, quia inhibitio fiebat ſub pœna infligenda ab homine, ſicut habetur *Lev.* 17. Unde redigebat hominem ſub poteſtate hominis. Seneca vero dicit quod generoſus eſt animus hominis, naturaliter contra poteſtatem recalcitrans facilius ducitur quam trahatur. Et ideo per legem irritabatur concupiſcentia, ſed non per Evangelium, licet expreſſius prohibeat peccatum, quia non prohibet ſub pœna infligenda ab homine. Sicut ſi diceretur alicui, non facias hoc, ſimpliciter non irritaretur, ſed ſi diceretur ei, ſi hoc feceris eruam tibi oculos, ſtatim irritaretur. Ex eo enim eſt prævaricatio, vel peccatum, vel argumentum peccati. Unde ſimplici peccato facit prævaricationem, quia ſuper ea non eſt prævaricatio, i. illi qui non ſuſcipiunt legem non ſunt prævaricatores legis. Ergo ſecundum hoc Judæi cum non ſuſceperint Evangelium, non ſunt prævaricatores Evangelii. Ad idem 1. *Cor.* 4. Quid enim ad me de his qui foris ſunt judicare? Sed contra. Hæc eſt fides Catholica, &c. quam unuſquiſque, &c. nullum excipit, & propterea dicitur Catholica, i. communis. Sed quomodo communis eſt, niſi quia omnes tenentur ad credendum Evangelium, quod non faciunt Judæi, ergo ſunt prævaricatores Evangelii. Quod verum eſt. Unde *Pſalm.* 118. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ. Quod objicit: Ubi non eſt lex, nec prævaricatio, i. illis quibus non data, non eſt prævaricatio legis, ſed Judæis principaliter datum eſt, & miſſum Evangelium, ſecundum quod dicitur *Matth.* 15. Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierant domus Iſrael. Et omnibus, quia in omnem terram exivit ſonus eorum. Et *Matth. ultim.* Illi autem profecti prædicaverunt ubique. Quia ſublatis de lege data venia, &c. *Ambroſ.* a quo ſumpta eſt hæc. *Gloſſ.* planius dicit: Quia ſublatis reis de poteſtate legis data venia nulla eſt prævaricatio, q. d. reis qui non in lege peccaverunt, nulla eſt prævaricatio licet peccatum quod præcepit oſtenditur per hoc quod dicit, venia data, & juſtificatis. Vel ſic: Ubi non eſt lex, nec prævaricatio, ideſt, qui non ſunt ſubjecti legi, non ſunt rei prævaricationis. Hoc dicit quia ſublatis de venia, i. non ſubjectis legi quibus data eſt venia peccatorum nulla eſt prævaricatio, & ſimiliter juſtificatis illis qui ſub lege peccaverunt nulla eſt prævaricatio, i. nullus eſt eis reatus prævaricationis, q. d. ante legem non fuit prævaricatio, licet faciant aliqua quæ lex prohibet, & etiam illi, qui ſub lege fuerant juſtificati per fidem non ſunt rei prævaricationis. Et ſic eſt firma promiſſio quia eſt ex fide, & ſi eſſet ex lege non eſſet firma. Sed quare potius firma eſt ex fide? Hujus ratio eſt, quia eſſe ex fide eſt de Deo, quia immediate fides eſt a Deo, ſed eſſe ex lege eſt eſſe ex operibus legis, quæ conſtat, ſunt ab homine, & ita eſſe ex lege eſt eſſe ab homine, qui conſtat eſſe fragilis & infirmus. Unde & quæ ſunt ab eo ſunt infirma. Quod ſunt filii Dei, firma ſit dico ſecundum gratiam fidei, &c. origo promiſſionis, ideſt, rei promiſſæ, ſcilicet, juſtificationis & glorificationis. Filii Dei. *Joan.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his, qui &c. Per quam purificandi. *Act.* 15. Quam gentilis habuit, ideſt, quando erat adhuc in ſtatu gentilitatis, ideſt, præputii. A lege recedendum, ideſt, a legalium obſervatione ſine gratia promiſſionis, ideſt, promiſſa in lege, & in Evangelio. *Joan.* 1.

a Lex

ſtrum, ſicut ſcriptum eſt: Quia patrem *a* multarum *b* gentium poſui *c* te ante Deum, *d* cui *e* credidiſti, *f* qui vivificat mortuos, & vocat *g* ea quæ non ſunt tanquam ea, quę ſunt. Quia contra ſpem in ſpem credidit, ut fieret pater multarum gentium ſecundum quod dictum eſt ei: Sic erit ſemen tuum ſicut *h* ſtellę cœli, & arena maris. Et non infirmatus eſt in fide, nec conſideravit corpus ſuum emor-

D

A *a* Patrem multarum, &c.] Si illis qui ſunt loco patrum quos poſuit Dominus, patres ſunt, alioquin non diceret *Pſal.* 64. Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti. *Job* 15. Elegi vus, & poſui vos; quanta autem mala accidant ex eo quod ſe ponunt aliqui, dicitur 1. *Mach.* 1. Impoſuerunt ſibi omnes diademata, & filii eorum poſt mortem eorum, & multiplicata ſunt mala ſuper terram. Ipſe Alexander primo ſibi uſurpaverat monarchiam totius mundi per quem ſignificatur aliquis uſurpans prælaturam, in qua imitantur eum ſequaces ejus, dicentes, ſic fecit prædeceſſor meus. Patrum multiplex officium, ut filios ſpirituales generent. *Cor.* 4. Per Evangelium ego genui. *Deut.* 23. Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis teſticulis vel abſciſſo veretro, ſed de quibuſdam talibus in Eccleſia introductis dicit *Jer.* 22. Scribe virum juſtum, ſterilem. Item ut foveat ſubditos ad modum patris 1. *Theſſ.* 2. Facti ſumus parvuli in medio veſtri tanquam ſi nutrix, &c. Et non debet eſſe ſicut Nemroth, qui fuit ſuppreſſor ſubditorum primus. *Gen.* 10. Item ut doceat eos: *Eccl.* 30. Qui docet filium ſuum jucundabitur in illo. Item ut corrigat eos. *Eccl.* 30. Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, ut lætetur in noviſſimo ſuo. Item ut theſaurizet eis, & non e converſo. 2. *Corinth.* 12. Non enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. Item hæreditatem eis acquirat & conſervet. *Pſalm.* 46. Elegit nobis hæreditatem ſuam. Sic faciebat Apoſt. 2. *Cor.* 12. Ego autem ipſe impendam, & ſuperimpendar pro animabus veſtris, nam meipſum probo, &c. ut conſervem hæreditatem noſtram, &c.

b Multarum] quia *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi, omnes illuminantes ſecundum capacitatem uniuſcujuſque. Et in *eodem* Nemo accendit lucernam & ponit eam ſub modio, &c. Sicut ſi propter aliquem magnum accenſa ſit fax, non ſolus videt ex ea, ſed forte alii melius propter quos non eſt accenſa, ita ſi aliquis poſitus ſuper Parochiam unam, non ſolum debet illam illuminare per doctrinam & vitam, ſed alias.

c Poſui te] *Hebr.* 11. Nemo aſſumit ſibi honorem, &c. De hoc *Eccl.* 44. *d* Ante Deum,] ac ſi ſemper videret eum oculis ſuis. 3. *Reg.* 17. Vivit Dominus Deus Iſrael in cujus conſpectu ſto.

e Cui] ideſt, quia illi.

f Credidiſti, qui &c.] in peccatis. 1. *Regum* 2. Dominus mortificat, & vivificat. Mortificat peccatis, vivificat virtutibus. Et *Deuteron.* 32. Ego vivere faciam.

g Vocat ea, &c.] ideſt, eos qui, non videntur eſſe vocat, vel qui mali ſunt ſecundum actum vocat, per prædeſtinationem. 1. *Cor.* 1. Elegit Deus quæ non ſunt, ſicut ea quæ ſunt. Vocat Deus ea quæ nihil videntur eſſe per promotionem. *Sap.* 2. Miſiſti anteceſſores exercitui tuo veſpas, aliquos ſecundum mundum minimos. Vel vocat, & cognoſcit. *Iſa.* 41. Quæ ventura ſunt indicate nobis, &c. & ſciemus, quia dii eſtis vos. Sed quidam volunt aſſimilari Deo & diminute, vocantes proximiores, tantum ea quæ non ſunt in veritate, & illos, qui vere ſunt aliquid ſecundum Deum nunquam & apud eos valet idem poſſibile, quod eſt. Dicunt enim de puero promovendo: poterit eſſe probus homo. Sed nonne minus habet de probabilitate quam de oppoſito? Alii vocant, ideſt promovent ea quæ non ſunt, ideſt, malos, ſicut ea quæ ſunt, ideſt, bonos, cum dicatur *Jer.* 12. Nunquid avis diſcolor, &c.

h Sicut ſtellæ cœli,] alios illuminantes. *Phil.* 2. Inter quos ſicut luminaria in firmamento, ideſt, in Chriſto, i. quaſi ſtellæ fixæ, *inf.* 8. Quis ſeparabit nos a charitate Chriſti? *Jud.* 5. Stellæ manentes in ordine ſuo pugnaverunt adverſus Siſaram, qui interpretatur excluſio gaudii, per quem diabolus. Stella quanto altior eſt, minor apparet, ſic *Eccl.* 43. Luminare quod minoitur in conſummatione. Item ſtellæ ſerviunt æqualiter omnibus, ſic & Prælati debent. *Gen.* 2. Lignum vitæ in medio paradiſi. Item noctem ignorantiæ ſubditorum illuminare debent, *Dan.* 12. Et qui erudiunt multos ad juſtitiam, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Quidam tamen contra naturam ſtellarum volunt eſſe ſtellæ Dei, & ſolis Theologis prædicant. Qui autem non poſſunt eſſe ſtellæ, ſaltem ſint arena maris, ad quam abiut dicuntur fluxus maris, & ipſa non læditur, ſed purgatur magis & magis ad impetum. Per mare tribulatio, per arenam patienter ſuſtinentes. *Job* 38. Quis concluſit oſtiis mare, & dixit: Hucuſque venies, & non procedes ultra, hoc eſt quod permittit nocere peccatum ultra id quod poſſumus ſequi; & confringes tumentes fluctus tuos; ſic martyrizantes ad B. Vincentium dixerunt: Vincimur. Sed quidā ♠ ſunt quaſi terra

A Lex per Moyſen data eſt, gratia, &c. Sancta & bona *infr.* 7. Acceſſit occaſionaliter. *Gen.* 17. In quo conſenſit, i. in hoc quod dixit: Multarum gentium. Vel in hoc quod ſequitur: Quia patrem, &c. Qui gloriantur de progenie. *Joan.* 8. Nos filii Abrahæ ſumus. *Matth.* 3. Nolite dicere patrem habemus Abraham. Per fidem & gratiam. Argumentum quod fides non eſt gratia. Sed dicendum per gratiam, i. per ſuam gratuitam voluntatem. Mortuos: *Joan.* 5. Sicut pater ſuſcitat mortuos & vivificat, &c. Qui enim ei adhærent. 1. *Cor.* 6. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. Qui vere eſt. *Job* 18. Socii ejus qui non eſt. Item *Ezech.* 28. Non eſſe dicuatur. *Sap.* 1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. *Gloſſ.* ideſt, Eccleſiam, quia ſicut extra terram nihil vivit corporaliter, ita nec extra Eccleſiam vivit aliquid ſpiritualiter. Jam factum eſt, ideſt, habetur pro facto. Diſpoſitione vel prædeſtinatione futurum eſt, i. quod diſpoſuit, & prævidit eſſe futurum, qui fecit quæque futura ſunt: Hoc non reperitur in noſtra litera. Tamen dicit *Gregor. ſuper Ezech.* quod ſumitur ab *Iſa.* 40. vel de *Eccl.* 1. ubi dicitur: Quid eſt quod fuit? Ipſum quod faciendum eſt. Elegit nos. *Epheſ.* 1. Eliguntur quidam electione prædeſtinationis. Electos prædeſtinationis. Eligendos gratiæ infuſione apud ſemetipſos habet per diſpoſitionem. Sed cuilibet promiſſum eſt & ipſi promiſſi ſunt, ideſt, illi promiſſi ſunt Chriſto, ut dicitur in *Pſal.* 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c. Illis dico, quibus facta eſt promiſſio juſtificationis in præſenti. Et glorificationis in futuro. Unde prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. In quo ſola apparet gratia. Contra, quod datur ex meritis, cadit ſub prædeſtinatione, ut gloria, ergo non ſequitur ſi eſt prædeſtinatum, datur ex gratia, ergo prædeſtinatio notat anteceſſionem rerum, & antequam res ſit, non poteſt aliquid promereri. Unde quantum ad illam anteceſſionem apparet, quod eſt ex ſola gratia. Vel aliter electionis gratia habuit, i. electione gratuita habuit, i. electus eſt ad habendum. Gratia Dei ſum id quod ſum 1. *Cor.* 15. Communis eſt natura, i. naturalia bona. Excepta illa gratia, i. natura gratia concepta qua condita eſt, i. in qua. Vel ſic conſtrue, qua natura humana condita eſt, hoc eſt major ſcil. gratia gratum faciens. Fideles beati ſancti ſumus, q. d. quod dixi hoc major, non dixi de gratia creationis, ſed de gratia recreationis, quia major eſt gratia qua beati ſumus quam illa, qua ſumus formaliter. Naturalem conſuetudinem, qua ſc. conſuetum eſt ut juvenis de juvene generet filios. Quod promiſſum erat: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. *Gen.* 22. Contrarium illi ſpeciei. Quomodo autem contrarium cum dicat Philoſophus, quod contraria ſunt quæ ſub eodem genere poſita maxime a ſe diſtant, ſed ita non ſunt ſub eodem genere, nec maxime a ſe diſtant. Præterea dicit Philoſophus, quod in complexis non eſt contrarietas cum ſint ejuſdem moris, ſed iſta ſunt ejuſdem moris, quia utrumque bonum, ergo non ſunt contraria. Reſpondetur quod contraria dicuntur ratione incomplexorum juvenculus ex juvencula, & vetulus ex vetula, juvenculus vetulo, juvencula vetulæ opponitur. Et Dei potentia, i. per Dei potentiam. Ideſt, innumerabiles erunt boni, ergo multi ſalvabuntur. *Apoc.* 12. Draco ſecum traxit tertiam partem ſtellarum. *Gloſſ.* Omnes reprobos, ergo per tertiam partem intelliguntur omnes reprobi, ergo boni per duas partes, ſed plus duæ quam tertia: ergo plures electi quam reprobi. Contra *Iſa.* 24. Quomodo ſi paucæ olivæ, quæ remanſerunt excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia, &c. & ita pauci electi, non igitur innumerabiles ſunt *Matth.* 20. Multi ſunt vocati, pauci vero electi. *Mich.* 7. Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ.

Expoſitio Gloſſ.

A Solut,

A ſunt quaſi terra, & ideo a fluctibus maris, ideſt, tribulationibus fiunt luteι. *a* Emortuam] ad opus generandi. *b* In repromiſſione] Litteraliter promiſſio facta fuit *Gen.* 1. 5. ubi dicitur: Non erit hic hæres tuus, &c. Poſtea iterum promiſſum fuit ei *Gen.* 18. ubi dicitur. Revertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filium Sara uxor tua. *c* Dans gloriam Deo,] In hoc quod conſtans fuit in fide, licet diu ante promiſſum ei fuiſſet: nondum tamen ſolutum. *d* Sciens,] firmiter credens: *e* Ideo] quia ita firmiter credidit: *f* Reputatum eſt illi ad juſtitiam,] quia ex hac fide juſtificatus fuit. Sed poſſet quis dicere: Nihil
Inſpectio Gloſ. ad nos ſi ex illa fide juſtificatus eſt, imo: *g* Non eſt autem ſcriptum, &c.] hoc ſcilicet [quia reputatum eſt, &c.] *h* Propter delicta noſtra,] *Apoc.* 1. Qui lavit nos.

A Solut. Innumerabiles in ſe, i. in ſe multi, etſi ſint quoad Deum in numero definito, quoad nos tamen in numero indefinito, pauci in comparatione reproborum, ſicut milium magnum eſt in comparatione, in ſe minimum. Tamen quod dicitur in *Apoc.* intellige in genere, omne enim genus hominum dividitur per contemplativos, activos, & neutros, & ſic contemplativi, & activi duæ partes ſunt reſpectu neutrorum, tamen ſecundum numerum multo plures ſunt neutri. Quod dicitur *Matth. & Iſa. & Mich.* pauci electi in comparatione intelliguntur, non ſimpliciter, vel totum genus hominum dividitur in tres partes, ſc. innocentes, pœnitentes & peccatores. Emortuum: ergo corpus Abrahæ erat emortuum. Contra *Gen.* 25. legitur quod poſt mortem Saræ genuit, ergo non erat emortuum. Sol. Emortuum ſimpliciter non erat, ſed ut e ſterili generaret & vetula. Fere eſſet centum annorum. Quare dicit fere, imo centum annorum erat quando genuit Iſaac, quod patet: Dicitur enim *Gen.* 17. Poſtquam nonaginta & novem annorum eſſe cœperat Abraham, apparuit ei Dominus, & non poſt habuit filium, ſicut dicitur *Gen.* 18. Sol. Quando natus eſt Iſaac, erat Abraham centum annorum, ſed tamen genuit eum nonageſimo anno. Non ſine cauſa hæc & alia contra naturam fecit Deus, ergo Deus aliquando facit contra naturam. Contra *Gen.* 2. de formatione mulieris, dicit *Aug.* Id enim eſt natura cujuslibet rei quod Deus fecit, &c. ergo cum hoc Deus fecerit de Sara, & Abraham, non fecit contra naturam, ſed ſecundum naturam. Item ibidem: Creator apud ſe habet poſſe de hominibus facere aliquid quod eorum ratio naturalis habet, ut virga arida repente floreat, & fructum germinet, ut in juventute ſterilis femina in ſenectute pariat, ut aſina loquatur, & hujuſmodi, dedit autem naturis, ut ex his hæc fieri poſſent, non ut in naturali motu haberent: Reſtat ergo quod non fecit in hoc Dominus contra naturam. Solut. Deus fecit contra naturam, ideſt, contra conſuetum curſum naturæ. Vel naturam appellat vim inſitam rebus producendi ex ſimilibus ſimilia. Quod dicit *Aug.* Illud in natura cujuslibet rei, &c. Dicendum quod appellat naturam non potentiam activam, ſed potentiam naturalem contra quam nunquam facit Deus. Et hoc patet quod ſic accipiat per hoc, quod dicit: nam dedit naturis potentiam, ut ex his hæc fieri poſſent: Ecce potentia naturalis. Non ut in naturali motu haberet: Ecce negatio potentiæ activæ. Ut errorem auferret: Dicebant enim omnia fieri ex neceſſitate, & a fato eſſe ratione mundi, i. ſcientia acquiſita de curſu mundi per rationem. Quæ mundo impoſſibilia, ſecundum cauſas inferiores. Neglexerunt, ſicut Philoſophi, de quibus dictum eſt *ſup.* 1. Qui cum Deum cognoviſſent, &c. Ideo quæ modo ſunt impoſſibilia, &c. Sed quod mundo eſt poſſibile, eſt impoſſibile ſecundum inferiores cauſas & hoc dicitur impoſſibile ſimpliciter. Et ſimiliter poſſibile dicitur, quod eſt poſſibile ſecundum inferiores cauſas, ergo ſecundum hoc demonſtrato cæco antequam illuſtretur, hæc eſt falſa, iſtum cæcum videre eſt poſſibile. Contra in indefinitis ſufficit una cauſa veritatis: ergo cum poſſibile ſit indefinitum quoad cauſas ſuperiores, vel inferiores, & iſtum cæcum videre ſit poſſibile ſecundum cauſas ſuperiores erit ſimpliciter poſſibile, ſicut hæc, homo currit eſt vera ſimpliciter uno tantum currente. Sol. Illud tantum eſt poſſibile ſimpliciter quod eſt poſſibile ſecundum cauſas inferiores. Ad rationem quam objicit, una cauſa veritatis ſufficit, &c. Verum eſt, ſed quod poſſibili additur ſecundum ſuperiores cauſas diminuitur a ratione quam habet ſimpliciter, quia non copulat poſſibilitatem, quæ ſit in hoc, illum cæcum videre, ſed quæ eſt in Deo ſcil. cum dicitur iſtum cæcum videre eſt poſſibile, copulat poteſtatem videndi in iſto cæco, ſed falſum eſt Dei filium contra humanam naturam, &c. Contra *Joan.* 9. De cæco illuminato dicitur quod dedit ei potentiam videndi, unde poſt illuminationem naturaliter vidit, ergo ſimiliter B. Virgo naturaliter peperit Dei filium, & ita natus eſt ex homine ſecundum naturam, licet incarnatus fuerit per miraculum. Et ſimiliter eſt argumentum de reſurrectione quod non erit miraculoſa, ſed naturalis, ſi potentia detur per miraculum, ſicut ſi dediſſet miraculoſe aquis Jordanis potentiam ſanandi leproſos, non fuiſſet miraculum quod ſanatus fuit Naaman. 4. *Reg.* 5. Sol. Eſt quædam potentia quæ eſt naturalis, & ejus actus ſimiliter, ut potentia videndi eſt. Et eſt quædam ſupra naturam, ſed ejus actus eſt naturalis, ut potentia, quæ datur ad reparationem naturæ, ſicut fuit in cæco illuminato. Et eſt quædam alia, quæ & ipſa ſimul & actus ſunt ſupra naturam, & hæc datur ad faciendum novum aliquid magnum, ſicut fuit in B. Virgine & ſic erit in reſurrectione: quando enim dabitur voci potentia faciendi reſurgere corpora; miraculum erit, & ſimiliter quod reſurgent, & hoc modo tam incarnatio quam nativitas filii Dei de Virgine fuit miraculoſa. Per ſpiritum regenerationis, i. regenerantem, de *Joan.* 3. Secundum hoc tempus vere *Gen.* 18. Non tamen hæſitant. *Jac.* 1. Qui enim hæſitat. Et hoc, i. firmam fidem Abrahæ. Gentes imitari debent, quia facit, ut illi faciant, ergo Deus facit ut homo faciat, & homo facit ut Deus faciat. Contra *Matth.* 20. Non eſt meum dare vobis. *Gloſ. Hier.* Hoc eſt regnum cœlorum non eſt dantis, ſed accipientis, ergo in accipiente eſt ut Deus det, & ita homo facit ut Deus faciat. Præterea in voluntate hominis eſt peccare vel permanere in peccato, & ſi permaneat non erat Dei promiſſio. Præterea meretur ut Deus det ei vitam. Item *Aug.* Qui creavit te ſine te non juſtificat te ſine te. Reſponſio: Non illi faciunt, ut Deus facit, ſupple principaliter non faciunt. Ad aliud quod regnum cœlorum non eſt dantis tantum ſupple. Ad aliud dic, quod manans Dei promiſſio evacuari non poteſt. Unde ſinguli facere poſſunt, ut non ſalventur, ſed non omnes. Unde dicendum quod homo non poteſt facere quin impleatur promiſſio de numero electorum: imo Deus facit, ut homines faciant, non e converſo, i. prima auctoritate & tota poteſtas faciendi quælibet reſidet apud Deum. Quod enim homo operatur, hoc habet a Deo, quid ipſe facturus erat per ſe, vel per homines. Non quod homines ſine eo. Sed de ſua prædeſtinatione, promiſit, i. quod promiſit prævidit ab æterno eſſe faciendum, non poteſtate noſtræ voluntatis, ſed ſua voluntate. Vel promiſit tantum quod prædeſtinavit ſe facturum, non quod prævidit de noſtræ voluntatis poteſtate faciendum. Quod enim de poteſtate noſtræ voluntatis erit, peccatum eſt, & illud non promiſit Deus, ſed prævidit. Et alius facit quod jam eſſet promittere, ſed prædicare. Reputatum eſt illi. Quomodo reputatur fides ad juſtitiam, cum ipſa ſit juſtitia? *Joan.* 16. Arguet mundum de peccato, &c. *Gloſ.* Vera juſtitia eſt credere quæ non vides. Reſpondetur per hoc quod dicit: Reputatum eſt, quædam imperfectio deſignatur, quia ei reddere quod ſuum eſt perfecte non poſſumus, cum quicquid habeamus ei teneamur reddere, & totum commendatum ad minus ſolvimus quia ſepties in die cadit juſtus. Unde *Iſa.* 60. Omnes juſtitiæ noſtræ, quaſi pannus, &c. Et *Job* 25. Luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus. Et *Job* 4. Qui ſerviunt ei non ſunt ſtabiles. Sumus ergo Deo mali ſolutores, de quibus ſumenda eſt avena, ſicut vulgariter dicitur, vel mali debitores, quia de ſuo ei ſolutionem rependimus. Quidquid enim de noſtro pure eſt, peccatum eſt, ſed de ſuo, i. de gratia ſua ei recompenſamus & reddimus ei. Et propter hanc diminutionē dicitur quod fides reputata eſt Abrahæ in juſtitiā, ut dicas reputatum, i. iterato, i. frequenter, i. a multis putatum. Non eſt ſcriptum, hoc ſcil. quia reputatum, &c. quilibet reputabitur, ſicut, & ipſi. Et operatus eſt

tuum, cum jam fere centum eſſet annorum, & emortuam *a* vulvam Saræ. *b* In repromiſſione etiam Dei non hæſitavit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, *c* dans gloriam Deo, pleniſſime *d* ſciens, quia quæcumque promiſit Deus potens eſt & facere. Ideo *e* & reputatum *f* eſt illi ad juſtitiā. Non eſt *g* autem ſcriptum tantum propter ipſum, quia reputatū eſt illi ad juſtitiam, ſed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum a mortuis, qui traditus eſt propter *h* delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram.

A Spiritus

Expoſitio Gloſſ. ▲ Spiritus Sanctus, quia opera Trinitatis indiviſa ſunt, quia indiviſa potentia, & indiviſa ſapientia, & indiviſa voluntas, quæ ſunt principia, & cauſa omnium. A Deo patre, permittente, & exponente. A Juda prodente, & vendente. A Pilato judicante, & reddente. A Judæis invidentibus, & ementibus. A diabolo ſuggerente, & procurante. Jure diaboli, ergo diabolus jus habebat in hoc quod retinebat hominem. Contra *inf. in Gloſſ.* Injuſte detinebat hominem, quamvis juſte homo detineretur. Reſpondetur juſte quantum ad hominem, vel jure ex actione: 1. *Reg.* 8. Hoc erit jus regis, &c. Vel jure utebatur diabolus, ut jure. Et reſurrexit propter juſtificationem. Sed contra: Sicut mors Chriſti fuit cauſa deſtructionis peccatorum, ita fuit cauſa gratiæ, & novitatis vitæ in nobis, eodem modo reſurrectio fuit cauſa utriuſque, quare ergo attribuitur juſtificatio noſtra potius reſurrectioni Chriſti quam ſuæ morti? Præterea Chriſtus in reſurrectione ſua non meruit, quia non habuit corpus mortale, ideſt, non fuit in ſtatu merendi, ergo ejus reſurrectio non fuit meritoria noſtræ juſtificationis, & ita videtur falſum quod dicitur; Sol. Mors Chriſti fuit cauſa & meritum & figura in nobis remiſſionis peccatorum. Cauſa fuit ſcilicet motiva, quia conſideratio mortis Chriſti movet nos ad pœnitentiam. Similiter meritum fuit, quia morte ſua meruit, ideſt ſuſtinentia mortis nobis remiſſionem peccati: Ideo enim paſſus eſt, ut auferret nobis peccata. Unde *Iſa.* 53. Livore ejus ſanati ſumus; figura fuit, quia ſicut ipſe mortuus eſt ſemel, ita & nos moriamur peccato. Unde *inf.* 6. In morte ipſius baptizati ſumus, conſepulti ſumus, &c. Mors autem Chriſti fuit cauſa, & meritum novitatis vitæ, & juſtificationis, ſed non figura: Ideo potius attribuitur morti remiſſio peccati quam juſtificatio noſtra. Sed reſurrectio fuit cauſa & figura novitatis vitæ, non tamen cauſa meritoria, quia Chriſtus non fuit tunc in ſtatu merendi, ſed motiva in conſideratione noſtra, quia credentes reſurrectionem Chriſti, noſtram ſperamus ac deſideramus. Vel motiva in conſideratione Dei patris, quia reſurrectio filii Dei movet liberalitatem patris ad reſurrectionem aliorum. Sicut miles cum facit filium militem cum eo facit alios. Et ita in tribus convenit paſſio cum remiſſione peccati, in duobus cum juſtificatione. Reſurrectio convenit in duobus cum juſtificatione, in uno tamen cum remiſſione peccati, ſc. quia cauſa fuit non meritum, vel figura. Ideo competenter dicit Apoſtolus: Traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram. Item mors Chriſti fuit cauſa & meritum & figura deſtructionis noſtræ mortis æternæ: Reſurrectio vero fuit cauſa, ſed non meritum, nec figura deſtructionis noſtræ mortis, ſed reſurrectionis noſtræ ſpiritualis, & etiam generalis fuit cauſa, & figura, & ideo dicitur in præfatione Paſchali, quæ hinc ſumitur: Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, &c. Utraque juſtificat, ſed diverſimode. In ſola reſurrectione, hic excludit paſſionem. Ut juſte vivamus, quod aliter non poteſt ſalva Dei prædeſtinatione. Vel non poteſt alios ita convenienter. Nullus enim modus naturæ infirmitati convenientior.

C A P. V.

JUſtificati *a* igitur ex *b* fide pacem *c* habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per *d* quem habemus acceſſum *e* per fidem *f* in gratiam *g* iſtam, in qua *h* ſtamus, & gloriamur *i* in ſpe gloriæ filiorum Dei.

E X P O S I T I O C A P. V.

JUſtificati igitur ex fide] Principium hujus capituli eſt concluſio præcedentis, in quo probaverat quod per legem non eſt juſtificatus Abraham, nec aliquis alius, ſed per ſolam fidem. Et eſt totum quod ſequitur, explanatio concluſionis uſque ibi: [Ut quidem enim] ubi probat a majori quod ex fide juſtificamur. Inde a ſimili: [Non ſolum, &c.] Tertio per ſubſequentem eventum ibi: [Lex autem, &c.] Concludit autem ex prædictis: Abraham juſtificatus eſt ex fide, prout dictum eſt, & propter nos. *b* Igitur pacem, &c.] q. d. hæc diſſenſio quæ eſt inter nos, & contra Deum, o vos Judæi & gentiles [Juſtificati ex fide] non ex lege, contra jactantiam Judæorum. Non ex meritis præcedentibus contra gentiles. *c* Pacem habeamus, &c.] ut mediatorem, ut advocatum, ut viam, ut oſtium, i. per auxilium ejus. Et bene poterimus per auxilium ejus: quia nobis multa contulit beneficia. Unde enumerat ea dicens: *d* Per quem] per cujus opera.
e Acceſſum] introitum & ex hoc dicitur mediator.
f Per fidem] nondum per comprehenſionem. 2. *Cor.* 5. Per fidem ambulamus non per ſpeciem. *g* In gratiam iſtam] ideſt, in iſtam converſationem bonæ vitæ, i. in Chriſtianam religionem. *h* In qua ſtamus,] i. firmiter perſeveramus. *i* Gloriamur in ſpe filiorum Dei.] in hoc quod ſperamus nos habituros gloriam quam jam habent filii Dei, i. Angeli, vel ſancti 1. *Joan.* 4. Nunc filii Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus: ſcimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus.

▲ *a* Non ſolum autem

Moraliter. Moraliter. *a* Juſtificati igitur, &c.] ne imprudentes per peccata amittamus quod dedit nobis, quia; Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri. *Iſ.* 27. Quis dabit me veprem & ſpinam, &c. An potius tenebo fortitudinem meam? Faciet pacem mihi, &c. ideo *Pſalm.* 4. In pace in idipſum, dormiam & requieſcam, i. perſeverabo. *d* Per quem habemus acceſſum] quia *Joan.* 10. Ego ſum oſtium. *h* Stamus] Standum enim eſt in bona converſatione. Unde *Pſalm.* 121. Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Jeruſalem, i. in bona converſatione Jeruſalem cœleſtis gloriamur in tribulationibus, ſicut mulier gloriari ſolet quando verberatur a viro ſuo, eo quod hoc eſt ſignum dilectionis. Conſimiliter faciebant Apoſtoli *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilii, &c.

* *c* Tribulatio patientiam

Expoſitio Gloſſ. *a* Juſtificati ex fide] *Gloſſ.* Juſtitiam, i. juſtificationem. Sine lege, i. ſine merito operum legalium. Gentiles de nova Chriſti vocatione. Sed nonne, & Judæi vocati fuerunt? Ita: ſed ipſi de facile converſi fuerant ad Dominum. Unde *Pſal.* 70. Quoniam non cognovi, &c. ideſt, propter aliquod meritum noſtrum. Unde *ſupr.* 3. Arbitramur hominem per fidem juſtificari ſine operibus *Gloſſ.* Fidem præcedentibus, quia non juſtificabitur quis per fidem ſine operibus concomitantibus. Habere pacem ad Deum eſt habere pacem peccatoris in præſenti, habere pacem cum Deo eſt habere pacem æternitatis 1. *Theſſ.* 4. Et ſic ſemper cum Domino erimus. Et hæc pax ſequitur ex prima: unde *Zach.* 4. Exæquabit gratiam gratiæ. *Iſa.* 66. Et erit ſabbatum ex ſabbato. Ne fides ſuperba ſit, i. homo ſuperbus ſit ex fide, ideſt de hoc quod credit: Non dicat illa fidelis, multo minus debet dicere homo infidelis quod mereatur ex condigno. Et hoc dicit *Gloſſ* ad innuendum quod principalitas merendi eſt penes gratiam. Unde verſus: Quæcumque haberes meriti præventrix gratia donat. Nil Deus in nobis præter ſua dona coronat. Quid habes, de hoc 1. *Cor.* 4. Cum ergo fides impetrat. Aut ſumitur fides pro virtute hic, aut pro motu fidei, aut pro articulo. Si pro virtute hoc nihil eſt, quia ſolo motu meremur, ſi pro motu, ergo motus impetrat quod ſit juſtus; ergo prius habet motum virtutum & ipſam virtutem quam ſit juſtus quod falſum eſt. Solut. Hic appellat juſtificationem peccatorum remiſſionem, vel receſſum a peccatis & deteſtationem peccandi quam ut conſtat, præcedit, motus fidei quo meremur peccatorum remiſſionem. Menſuram fidei *inf.* 12. ergo ſecundum quod major eſt fides, erit major juſtificatio, & appellatur juſtificatio peccatorum, quod falſum eſt, quia quantulacumque meretur quantumcumque peccatorum remiſſionem. Præterea minorem fidem habens poteſt habere majorem contritionem, & contritione meremur peccatorum remiſſionem, ergo majori majorem. Sol. Super iſtud *Pſ.* 5. Expelle eos quoniam irritaverunt te Domine, *Gloſſ.* Expelle eos longe minutive prout peccator eſt. Qui vero magis elongatur, hic remiſſio peccatorum quantum ad elongationem a peccato. Unde qui majorem habet fidem ſive gratiam magis elongatur a peccato, & ſic intelligitur ſecundum menſuram fidei. Ut aucta mereatur & perfici. Si hoc intelligitur de recta ratione merendi impoſſibile eſt quod aliquis decedat in imperfecta charitate, quia æqualis eſt ratio ex quo habet ſemel charitatem quæ mereatur perfici in quolibet inſtanti quod mereatur augeri in quolibet. Ex hoc videtur quod gratia continue augeatur quia charitas nunquam eſt otioſa. Et dicit *Aug.* Charitas aut perficit aut deficit. Item peccator continue fit deterior, & Deus eſt propitior, &c. ergo qui eſt in charitate continue fit melior, & etiam in infinitum in die, quia partes diei ſunt infinitæ. Præterea, ſecundum hoc impoſſibile eſt quod aliquis cadat a charitate, quia continue augetur & quandiu augetur, habetur: ergo continue. Sol. Ad primum dicit *Cant.* quod quolibet opere bono non meretur quis augmentum virtutis, ſed quando eſt in oratione, quod Dominus augeat in eo fidem, & virtutes, vel quando bene agendo intendit motum virtutum, aliter non meretur merito condigno, ſed merito congrui. Alii dicunt quod quolibet opere bono augetur

▲ virtus quoad

▲ *a* Non ſolum autem,] Dixerat [Gloriamur in ſpe, &c.] Hoc non eſt magnum, ſed ex fide talis ſpei gloriamur; ideo addit: [Non ſolum autem,] gloriamur de hoc quod habebimus vitam æternam.

b Sed &, &c.] & hoc, quia ſecundum pondus tribulationum habebimus pondus gloriæ. 2. *Cor.* 4. Quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

c Tribulatio patientiam operatur,] ideſt, manifeſtat: tunc enim dicitur res fieri quando innoteſcit. *d* Patientia autem probationem,] ideſt, purgationem operatur proprie loquendo, ideſt, ex hoc quod patiens eſt, purgatur. Sed dicitur de quibuſdam in *Pſalm.* 88. Deſtruxiſti eos ab emundatione. *e* Probatio] ideſt, purificatio.

a Non ſolum autem, ſed *b* & gloriamur in tribulationibus: ſcientes quod tribulatio *c* patientiam operatur, patientia *d* autem probationem, *e* probatio vero *f* ſpem.

f Spem.] quando videt ſe in nullo peccato ſperat.

▲ *a* Spes autem

Moraliter. * *c* Tribulatio patientiam operatur,] ideſt, exercet, q. d. colit eam ut fructificet. *Exod.* 1. Quantoque magis comprimebat eos, tanto magis multiplicabantur, & creſcebant. *Pſalm.* 9. Dum ſuperbit impius incenditur pauper. *d* Patientia autem probationem,] ideſt, purificationem. *Sap* 3. Tanquam aurum in fornace probavit illos. *Gloſſ.* ignem tribulationis admovet, ut in nobis vitiorum rubiginem purget. Vel [Patientia operatur probationem,] ideſt, experimentum quis ſit bonus. Si enim patiens eſt in tribulatione, argumentum eſt quod bonus eſt. Unde *Aug. in lib. de Civitate Dei.* 8 *cap.* Sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, & ſub eadem tribula ſtipulæ comminuuntur, frumenta purgantur, nec ideo oleum cum amurca confunditur, quia eodem prælipondere exprimitur: ita una eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat; malos autem damnificat, vaſtat, & exterminat. *In eodem*: Pari motu exagitatum horribiliter exhalat cœnum, ſuaviter redolet unguentum, ſcil. probatio ſpei. Ex hoc enim confirmatur nobis in Deo ſpes firmior, & robuſtior efficitur, unde a nobis pugna adverſarii graviter toleratur.

* *a* Spes non

Expoſitio Gloſſ. ▲ virtus quoad intentionem, vel quoad radicationem, vel quoad motus fervorem. Ad aliud, charitas nunquam eſt otioſa: dicendum debitis & opportunis temporibus, ſicut illud 1. *Theſſ.* 5. Sine intermiſſione orate. 1. *Cor.* 1. Gratias ago ſemper. Et *Luc.* 2. Anna non diſcedebat de templo die ac nocte. Pax enim vera eſt concordare moribus probis, & litigare cum vitiis. Qui ergo non litigat, ideſt, pugnat cum vitiis a Deo diſſidet, quoniam Chriſtus venit gladium mittere. *Matth.* 10. *Jac.* 4. Adulterini neſcitis, quia amicus hujus mundi inimicus Dei conſtituitur ore, vel opere. Qui autem cecidimus in Adam. Argumentum, quod Adam habuit ante caſum gratiam. Quinque ſunt ſtatus, innocentiæ, gratiæ, culpæ, pœnitentiæ, gloriæ. Filiorum Dei, ideſt, Angelorum, vel ſanctorum. Pluties reperitur in S. Scriptura quod Angeli ſint filii Dei. Hujuſque ratio dicta eſt alibi. Per tribulationes enim nos oportet intrare. *Act* 4. *Luc. ult.* Oportebat Chriſtum pati, & ſic intrare, & *Pſal.* 117. Hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam. In his gloriandum dicit *Actor.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Augmentum facit præmii. Contra primum attenditur penes charitatem. Unde etiam quantitatis præmii penes quantitatem charitatis. Solutio, hoc dicitur, quia frequenter tribulatio addita ſpei augmentat ipſam, & charitatem. Unde 1. *Cor.* 10. Dabit cum tentatione proventum. Et *Gregor.* Tanto ſpes in Deum ſolidior ſurgit, quanto quis pro eo graviora ſuſtinuit. Fixæ ſpei *Hebr.* Fortiſſimum ſolatium habeamus qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem quam ſicut anchoram habemus. Recto corde. Hi ſunt qui volunt quod Deus vult. *Cant.* 1. Recti diligunt te: Sumptum de *Pſalm.* 31. Et glorimini omnes recti corde. Rectum cor habet, qui rectam intentionem habet ad Deum, fides oſtendit, ſpes apprehendit, charitas tenet. De, ideſt, pro tribulatione ſinienda. Contra. *Jer.* 15. Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? ergo perpetuus ſecundum opinionem carnalium. Sed poſtea ſubjungit quod aſt veritatis. Et factus eſt mihi quaſi mendacium aquarum infidelium, ideſt, torrentium, quod in hyeme quando non indigemus fluunt copioſe, quaſi promittentes nobis idem in æſtate, ſed tunc deſiccantur. Similiter, & dolor cito pertranſit ſecundum veritatem. Infinitum primum acquiritur, videlicet duratione & proportione, ſed non infinitum quantitate, quod dico quia aliter eſſet contrarium illud *Sap.* 11. Omnia diſpoſuiſti in numero, & pondere, & menſura. Per exercitium tribulationum, ideſt, oſtenditur eſſe ſtrenuum, vel docetur quod per experimentum, ſicut pugnando, docetur quis pugnare. Quod autem tribulatio non tollit patientiam ſed auget, facit charitas, quod libenter imo gaudenter pro eo eſt quod diligimus. 2. *Cor.* 12. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut, &c. Quæ proprium donum Sp. Sancti. Argumentum quod charitas eſt habitus infuſus non acquiſitus, & ſic nulla charitas eſt informis, per quam vicerunt ſancti, ſed non ſolum, imo per fidem. Quanto magis enim qui patitur, &c. ergo B. Laurentius purior factus eſt quam B. Joannes, quia plus paſſus pro Domino. Sol. Hoc intelligitur aliis circumſtantiis paribus, & tunc qui plus patitur purior efficitur quantum ad pœnæ diminutionem, & quantum ad reliquiarum peccati examinationem. Ordinationi Dei, *inf.* 12. Ejus diaboli. Voluntatem cujus malitiæ, ideſt, cui malo, ſed ejus voluntatem dilexit, ſcil. A quo hæc poteſtas datur, ideſt, ad bonorum probationem, & purificationem, & promotionem. Unde *Eccl.* 27. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis 1. *Petr.* 1. In quo exultabitis modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus, ut probatio, &c. *Aug.* Quod flagellum grano, quod lima ferro, quod fornax auro, hoc tribulatio juſto. Poteſtas, &c. niſi a Deo, *inf.* 13. Quod per ignem. *Sap.* 3. Et *Petr.* 1. Ideſt, certitudinem. 1. *Joan.* 3. Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Dominum, ut quidquid petierimus, accipiamus ab eo. Humanæ rationi, ideſt, homini utenti humana ratione, ideſt, terrena, prout dicitur *Job* 12. Deridetur juſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum. *Eccl.* 10. In via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos æſtimat. Credentes ea quæ, &c. quia ſuper *Hebr.* 11. *Aug.* Fides non habet meritum, cui ratio humana præbet experimentum. Sed intellige mundana ratione ſcil. neceſſaria, quia probabilem rationem poteſt quis habere ad fidem. Maledictus enim. *Jer.* 17. Quod intelligendum eſt de ſpe ſalutis, & veniæ, non de ſpe adjutorii, quia ſperamus in B. Virgine & ſanctis, id impletur, hoc verbum impletur exponit hoc totum, non confundit. Sp. Sanctum, in arram habemus. Sp. Sanctus quandoque datur in arram, quandoque in pignus. In pignus proprie datur, in quantum dat ſecuritatem æternæ vitæ. In arram proprie quando dat ſpiritualem jucunditatem in præſenti; quandoque in arra e converſo notat ſecuritatem, ſicut hic, & pignus jucunditatem, ſicut patet ſuper illud *Pſal.* 131. Sacerdotes tui induantur juſtitiam, &c. *Gloſſ.* Accepto pignore Sp. Sancti lætantur. 2. *Cor.* 1. Dedit nobis pignus ſpiritus. *Epheſ.* 1. Signati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus, &c. Et ſic pignus, notat jucunditatem, arra vero ſecuritatem, ut hic. Et *Joel.* 2. Ex eo conſtat eam implendam, promiſſionem primam. Quia jam Spiritum Sanctum habentes in arram. Contra multi habent charitatem qui damnabuntur, ergo ex eo quod habent charitatem non conſtat, quod in eis impleatur ſpes. Sol. Verbum effuſionis notat largitatem, & charitas perfecta generat veritatis jucunditatem, & certificat per modum experientiæ, quia ſi permanſerint in charitate, faciet conſtare per experientiam quod habemus, quod ſperamus. In *Joan.* 2. Qui eſt pignus. *Eph.* 1. Quæ major eſt aliis. 1. *Cor.* 13. Major autem horum eſt charitas. Sed contra *Apoc.* 21. Longitudo ejus tanta eſt quanta & latitudo, &c. Ibi *Gloſſ.* quatuor latera, fides, ſpes, charitas & opera quæ ſunt æqualia. Præterea ſi aliqua illarum trium eſt major, videtur quod illa ſit fides, quia dicit: *Aug.* quod fides eſt beatitudo in præſenti. Sol. Sicut ſuper illum dicit *Aug.* Charitas dicitur major, quia non excidit, vel major dicitur, quia alias perficit etiam fidem quantum ad dilectionem, etſi etiam in fide ſit dilectio, tamen major eſt, quia plura diliguntur. Item major dicitur, quia dirigit ad operationem, & eſt finis operum. Charitati enim appropriatur bonum quod eſt finis omnium.

Unde *Auguſtin. in libr. de vera Religione.* Quid eſt enim charitas niſi amor boni? Fides tamen dicitur major in quantum eſt cognitio, & generans omnes alias virtutes. Vel major dicitur charitas, quia eſt vinculum perfectionis. *Coloſſ.* 2. Diffuſa eſt per

▲ Spiritum

a Spes autem non confundit, b quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.

a *a* Spes autem, &c.] quia non eſt irrita. Unde *Eccl.* 2. Quis ſperavit in Domino, & confuſus eſt? Et hoc: *b* Quia charitas Dei, &c.] q. d. vere non confundit ſpes, quia de hoc, quod ſperamus jam habemus bonam arram, videlicet Sp. Sanctum, quem habere dicimur in arram, quoniam dat nobis ſpiritualem jucunditatem: in pignus autem, quoniam facit nobis ſecuritatem, quod habemus gaudia paradiſi. Sed contrarium ejus quod hic dicitur: Patientia operatur probationem, videtur *Jac.* 1. Probatio fidei veſtræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Sed omne operans eſt prius operato, & ita ſecundum hoc quod hic dicitur idem eſt prius, & poſterius ſeipſo, & idem operatur ſuum operatorem, quod eſt impoſſibile. Sol. In Jacobo ſumitur probatio pro experimento quod ſit in tribulatione, in ipſa enim & ſumitur experimentum, utrum probus ſit: hic autem ſumitur pro purgatione, & ideo non eſt contra-

Moraliter. rietas. Vel ſic: Tribulatio patientiam operatur, ut operatio non ſumatur proprie in verbo operandi, ſed eſt ſenſus, operatur patientiam, ideſt, exercet. *Prov.* 12. Qui operatur terram ſuam ſatiabitur panibus. Et ex hoc non ſequitur quod tribulatio ſit prior patientia, ſed e converſo: In Jacobo ſumitur pro verbo operandi, quia ibi dicitur probatio fidei fides approbata, quæ conſtat, quod facit patientem.

* *a* Spes non confundit,] *Eccl.* 2. Scitote quoniam nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt *Pſal.* 111. Paratum cor ejus ſperare in Domino, confirmatum eſt cor ejus, &c. *b* Quia Charitas Dei] Hæc eſt arra *Pſal.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa. Et *infr.* 8. Noſipſi primitias ſpiritus habentes.

A Spiritum Sanctum: ergo charitas non eſt habitus acquiſitus, ſed infuſus, nec eſt dilectio informis, vel ſi eſt informis non eſt niſi habitus naturalis, qui non eſt charitas. Qui aſcendit in altum. *Eph.* 4. Ergo non erat cum patre. Contra *Joan.* 8. Qui me miſit mecum eſt, & non reliquit me ſolum. Sed hujus ſolutio habetur ſuper illud *Joan.* 3. Nemo aſcendit in cœlum, &c. *Gloſ.* Aſcendit in quantum homo ad patrem, i. ad potiora bona patris. Vel in quantum Deus aſcendit per manifeſtationem, quia tunc manifeſtatum eſt, quod erat æ-

Expoſitio Gloſſ. qualis patri. Et ſic intelligitur illud *Joan.* 20. Nondum aſcendi ad patrem, *Gloſ.* in corde tuo, i. nondum manifeſtum eſt tibi per fidem ſcilicet me eſſe æqualem patri. Inſinuatur nobis in patre, &c. i. tres perſonæ inſinuantur in illo verbo in quibus iſta quatuor, auctoritas, nativitas, communitas, æqualitas reperiuntur. In hoc enim quod dicit, qui datus eſt, inſinuatur datus Sp. Sanctus, & datus pater, & filius. In hoc eodem communitas inſinuatur, quia non dicitur quod a patre, vel a filio, ſed ſimpliciter datus eſt. In hoc, quod dicit, diffuſa eſt per Spiritum ſanctum, æqualitas trium. Sicut enim veritate diſcimus, &c. Sed diligimus charitate tamquam cauſa formali, ergo diſcimus veritate formaliter. Contra: Aut ſumitur veritas pro creata, aut pro increata. Non pro increata, quia illa diſcimus, ut efficienti. Si pro creata, illa eſt materialis, quia illam diſcimus. Sol. Veritas appropriatur filio, charitas autem proprie eſt Spiritus Sancti, diſcimus ergo veritate, *i.* filio. Et ideo dicitur *Joan.* 13. Vos vocatis me magiſter & domine, & bene dicitis. Diſcimus ergo a veritate, *i.* filio ut efficiente, & ſimiliter charitate diligimus, ut efficiente, ut pro Sp. Sancto ſumatur. Si pro creata, ſed tunc videretur, quod veritas ſumenda eſſet pro creata. Et beati cognitione perfruamur. Argumentum quod in cognitione proprie eſt fruitio non in charitate, verorum bonorum ſpiritualium quæ habemus in præſenti per præſentiam ſui. Vel æternorum, quæ in ſpe poſſidemus. Charitas, quæ operit multitudinem peccatorum. 1. *Petr.* 4. Vel *Prov* 10. Univerſa delicta operit charitas. Sed contra *Act.* 15. Fide purificans corda eorum, ergo fides purificat a peccatis. Et quid eſt aliud operire peccata? Præterea nonne charitas omnino delet peccatum, quomodo ergo dicitur tegere? Sol. Fides purificat, charitas dicitur operire peccata, ad innuendum quod ſicut illud quod opertum eſt cito detegitur, ita habens charitatem niſi ſibi caveat cito cadit ab ea, & ſic peccata præterita apparent quia redeunt, ſecundum Magiſtrum. Sed quia modo nullus hoc dicit, dicendum quod charitas dicitur operire peccata, quia facit ne Deus videat ad puniendum, ſicut quando pater multum diligens filium ſuum, avertit oculos ſuos ne videat eum ad puniendum pro eo quod peccavit contra eum. Vel propter radicem quæ remanet in charitate. Per Sp. Sanctum bis datum in terra. *Joan.* 20. Inſufflavit eis Sp. Sanctum. Semel de cœlo. *Act.* 2. Factus eſt repente, &c. Sed videtur, imo ter datus eſt, quia *Luc.* 10. dicitur: Miſit eos binos ante faciem ſuam, &c. Et primo dedit eis poteſtatem calcandi ſerpentes, &c. Unde eſt probabile, quod non miſit eos, quin prius dederit eis Sp. Sanctum: Quod verum eſt, ſed quia illud ſermone non exprimitur in ſcriptura, non dicit, ter: ſed tantum bis: Bis autem datus eſt in terra quoad dilectionem proximi quam nobis confert, ad innuendum quod proximum debemus diligere quoad duo, corpus & animam. Semel de cœlo, ad innuendum quod illum, qui eſt in cœlo, vivum in Eccleſia debemus diligere.

Prima autem datio non exprimitur, ad innuendum quod multi habent poteſtatem calcandi ſerpentes, & faciendi miracula, qui non habent charitatem. Secunda vero exprimitur, ad innuendum quod nulli dimittantur peccata, qui non habet charitatem. Diliges Deum: *Deut.* 6. Et proximum ſicut teipſum. *Lev.* 19. *Matth.* 22. Una eſt charitas, & duo præcepta, imo videtur, quod duæ ſint charitates, quia duo habemus dona quibus cognoſcimus inferiora, & ſuperiora, i. donum ſcientiæ, & ſapientiæ, ergo & duas charitates, unam qua diligimus Deum, & aliam qua diligimus proximum. Sed dicendum quod non eſt ſimile, quia ut dicitur ſuper *Joan.* In proximo non diligitur niſi Deus, quod patet, quia charitas eſt quædam voluntas, & eadem eſt voluntas in dilectione Dei, & dilectione proximi, quia diligere Deum eſt velle Deum Deo, diligere proximum eſt velle Deum proximo, ergo una eſt, & illud voluntas eſt. Sed eſt in dono ſapientiæ aliud eſt cognitum quam in dono ſcientiæ & ideo ſunt duo dona. Et duo data, ergo duæ charitates. Sol. Appellat data non charitatem, ſed motus charitatis. Ex hoc autem videtur ſequi, quod alio motu moventur in Deum, & alio in proximum. Tale donum qualis ipſe eſt. Tamen pluraliter dicit dona. 1. *Jo.* 4. Quia ſemper quando dat ſe, dat plura dona. 1. *Joan.* 4. Qui non dilectus nos dilexit, priuſquam diligeremus eum. Contra *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo. Sed ad quid hoc diceret, ſi non diligeret ſe diligentes? Sol. Eſt dilectio prædeſtinationis, hac dilexit nos antequam eſſemus, & eſt dilectio gratiæ in præſenti, hac non diligit niſi diligentes ſe. Fons aquæ vivæ, &c. Illa auctoritas ſumitur de *Prov.* 5. ubi dicitur: Deriventur fontes tui foras, &c. Non poſſunt accipere mali, manentes mali. Charitas eſt proprium donum, &c. Sed nonne ſimiliter omnes aliæ virtutes ſunt donum Spiritus ſancti præcipue ſecundum illos, qui dicunt, quod naturalia ſunt gratuita. Præterea, qui habet unum habet omnes, qui dat unam dat aliam, ergo non eſt proprium donum. Sol. Charitas dicitur proprium donum Sp. Sancti, quia non poteſt eſſe informis, licet aliæ virtutes poſſint. Unde ſemper eſt donum Sp. Sancti & non aliæ, vel quia nomine ſuo benignitatem & amorem inſinuat. Vel dicitur proprium donum, non reſpectu aliarum virtutum, ſed reſpectu eorum, qui hic ponuntur. Vel ita poſuit de charitate creata, modo exponit illud de increata. Late nos diligit, quoad diverſa dona virtutum. Diverſis linguis. *Act.* 2. Cum interpretationibus, i. expoſitionibus, quod dicit propter phanaticos, qui ut plures non intelligunt, quod dicunt: Qui facit nos intelligere charitatem Dei, ergo habens charitatem ſcit quod habet eam. Ad idem, *inf.* 8. Ipſe ſpiritus perhibet teſtimonium ſpiritui noſtro quod ſumus filii Dei. Ad idem *Gloſ.* 2. *Cor.* 12. ubi loquitur de raptu Pauli. Quædam videntur per ſeipſa, ut Deus, charitas. Et ibidem: Si fidem habes in corde tuo, vides eam in corde tuo, ergo ſimiliter & charitatem ibi vides, ſi habes. Sed contra *Eccl* 9. Neſcit homo utrum amore an odio dignus ſit, ſed ſi ſciret ſe habere charitatem ſciret quod eſſet dignus amore. Item *Job* 9. Si venerit ad me, videbo eum, &c. Item 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum, nec tamen in hoc juſtificatus ſum. Sol. Nullus ſcit ſcientia certitudinis ſe habere charitatem, & niſi ſit ei revelatum, & de hac ſcientia intelliguntur ultimæ auctoritates, ſed poteſt ſcire ſcientia experientiæ, & de tali ſcientia intelliguntur omnes auctoritates, quæ dicunt quod aliquis ſcit ſe habere charitatem quando habet dilectionem, quæ ſolet concordare charitatem, quod expertus conjectatur quod habeat charitatem. Ad iſtud, quod quædam videntur per ſui præſentiam, dicendum quod charitas inquantum amor

.A eſt, per

Litteraliter. *a* Ut quid enim] Concluſerat in principio hujus capituli quod ex fide juſtificemur, & non per legem, hic oſtendit per locum a majori quod juſtificamur ex fide mediatoris, & non per legalia, quaſi per ea. Ut quid enim Chriſtus] quaſi ſupervacua eſſet mors ejus. *b* Infirmi] ægritudine peccatorum.

Ut quid *a* enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus *b* ſecundum tempus pro *c* impiis mortuus *d* eſt. Vix enim pro *e* juſto quis moritur: Nam *f* pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat *g* autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo *h* magis igitur juſtificati nunc in ſanguine ipſius ſalvi erimus ab *i* ira per ipſum.

c Pro impiis] infidelibus. Vel, i. vice impiorum. *d* Mortuus ſecundum tempus] ideſt, ſecundum quod determinatum erat ab æterno a patre. Vel [infirmi ſecundum tempus] i. imbecilles ad reſiſtendum peccatis ante adventum ipſius. Dico mortuus eſt pro impiis, & hoc eſt malum. Quia *e* Vix enim, &c.] Juſtus ſumitur hic ab operis exercitio. *f* Nam pro bono] ideſt, innocente, quia innocentia favorabilis eſt hominibus, juſtitia autem aliquid ſeveritatis habet, quæ communiter, & quaſi naturaliter odio habetur. *Eccl.* 7. Noli eſſe juſtus multum. *g* Commendat] commendabilem reddit & oſtendit: *h* Multo magis] Ecce concluſio a majori, i. Ab ira, ideſt, a peccato, vel pœna. [Ut quid enim mortuus] Unde *inf.* 8. Si proprio filio non pepercit, &c. quomodo non omnia donavit nobis cum illo? [Commendat] quia *Joan.* 15. Majorem hac dilectionem nemo habet, &c. 1. *Joan.* 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam

B

A eſt, per potentiam ſui in anima eſt, ſed hoc ſuper omnia propter ſe, quod eſt perfecta charitas, non eſt ibi per præſentiam ſui ſicut amor, & ideo licet videat amorem in anima, tamen neſcit utrum ſit charitas, quia non videt eam ibi in quantum eſt charitas. Divinæ dilectionis effectus, quia ex amore mortuus eſt pro nobis peccatoribus. 1. *Joan.* 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit. Et cauſa motiva, & meritoria. Fruſtra eſt paſſus Chriſtus, quia non propter ſe, ſed propter nos paſſus eſt. *Iſa.* 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, &c. Impiorum, ideſt, hominum qui erant impii, alioquin iniquos odio habuit. Qui debeſent mori in æternum, merito impietatis. Sed mortuus eſt pro Abraham, ergo ipſe meruit mori in æternum. Et dicendum quod mortuus eſt pro Abraham & pro impiis, ſed præcipue pro ipſis impiis. 1. *Joan.* 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, &c. *Matth.* 9. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores. Medico: *Matth.* 9. Non eſt opus, &c. Per triduum, imo tantum duobus diebus. Sol. Hujus in 4. *de Trin.* 6. *cap.* Ipſum autem triduum non totum & plenum fuiſſe ſcriptura teſtis eſt, ſed primus a parte extrema totus annumeratus eſt, dies autem tertius a parte prima & ipſe totus, medius autem, ideſt, ſecundus dies abſolute totus. Donavit impiis mortem ſuam, ideſt, pro impiis morti ſe expoſuit. Vel donavit, ideſt, condonavit. Unde *Luc.* 23. Pater ignoſce illis. Juſtit vitam ſuam, ideſt, vitam æternam. Qui vivit in æternum. *Eccl.* 18. Induit ſe humanitatem quæ fuit quaſi indumentum divinitatis, Quo, ad quid. *Phil.* 2. Et habitu inventus ut homo. *Pſal.* 59. In Idumæam extendam calceamentum meum. Ut pro te moreretur. Unde 2. *Reg.* 18. Quis det mihi, &c. Induet te immortalitate. 1. *Cor.* 15. Cum mortale hoc, &c. In virginitate matris, ideſt, in matre virgine. In æqualitate patris, ideſt, ipſa exiſtens æqualis patri, vel, ideſt, per poteſtatem ſecundum quam ipſe eſt æqualis patri. Non amandus, ideſt, non dignus amari. Amatus eſt turpis, amore prædeſtinationis. Dilectus es prius. 1. *Joan.* 4. Quaſi diceret, ita eſt: Chriſtus pro impietatibus tollendis, vel pro iniquo populo. Adhuc non ſui, ideſt, non adhuc juſti. Sed eſt bonus qui non eſt juſtus, ut parvulus ideſt, non exercitatus in operibus juſtitiæ, qui parvuli habent virtutes omnes ſecundum habitum non ſecundum uſum. Et licet juſtus ſecundum modum quo hic accipitur, &c. Et cum juſtus hic ſumatur pro exercitato, argumentum eſt quod quilibet adultus bonus melior eſt parvulo baptizato, ergo B. Nicolao dum erat in cunis. Sed dicendum quod privilegia paucorum non faciunt commune. Sicut fuit de Jeremia, & de Joanne Baptiſta, Innocentiæ tamen cauſa miſerabilior, ideſt, favorabilior eſt quam juſtitiæ, ergo potius pro quolibet parvulo debet homo ſe exponere morti quam pro Paulo vel alio ſancto. Solut. Loquitur in tali caſu ubi aliquis ſimpliciter eſt innocens ſine alia exercitatione juſtitiæ, & de illo qui aliquando jam eſt exercitatus, quod exercitium non præponderaret in nomine, ſicut in Paulo, & aliis.

Perfectio Gloſſ.

Sed alterum ſcilicet mori pro juſto rarius. Sed aut intelligitur hoc quantum ad ipſum hominem, cui conſtat quod utrumque impoſſibile, & ita non eſt ibi magis, aut quantum ad Deum, cui utrumque æque facile. Sol. Difficilius eſt in ſe, quia minor eſt cauſa movens ad ipſum ſicut dicitur, quod magis eſt impium juſtificare quam creare cœlum, & terram, quia aliquid repugnans, ibi nihil. In hoc enim quod mortuus eſt pro peccatoribus. *Joann.* 15. Majorem charitatem, &c. Nunc mortuo Chriſto. Remiſſione facta, &c. Per mortem ejus, ideſt, fide paſſionis, vel merito ſuſtinentiæ mortis qua meruit nobis gratiam juſtificationis. Gravius eſt in ſe, propter repugnationem liberi arbitrii, ſed quoad Deum æque facile, cui ſubeſt omnia poſſe cum voluerit. *Sap.* 12. *cap.* A pœna æterna, cujus cauſa non eſt niſi peccatum. Contra: Super illud *Pſalm.* 20. ponens eos dorſum. *Gloſſ.* Poſtquam dixit de pœna enim futura, dicit de præſenti cauſa. Eſt enim pœnæ futuræ, & loquitur de ſubtractione gratiæ, ergo ſubtractio gratiæ cauſa pœnæ æternæ. Item omnis pœna eſt bona, & ita a Deo, ergo Deus eſt cauſa pœnæ æternæ. Sol. Non eſt cauſa meritoria ubi peccatum, ſubtractio gratiæ eſt cauſa, accedit Deus cauſa efficiens, non in quantum pœna, ſed in quantum vindicta. Iterat de morte Chriſti: Et quid mirum? Quia hoc fuit potiſſimum ſignum ſuæ dilectionis, quod tradidit filium ſuum in mortem propter nos. Reperit infirmitatem. *Mich.* 6. Humiliatio tua in medio tui. Amabat ſecundum quod opus ejus eramus. *Sap.* 11. Diligis omnia quæ ſunt: Quæ & fecit, ideſt, nos dilexit, ſed ſumitur æquivoce prius pro dilectione naturæ, modo pro dilectione prædeſtinationis. Ante mundi conſtitutionem. *Epheſ.* 1. Immutabilis. Contra: Quandoque oſtendit quod diligebat prius & e converſo, ergo mutatur ad hoc de illo. Sol. Non eſt mutabilis: Sed nos cœpit diligere prædeſtinatos. Ut cum ejus unigenito etiam nos filii eſſemus; filii per gratiam, ſicut unigenitus ejus filius per naturam. Inciperet amare, amore prædeſtinationis. Sed jam nos Deo diligenti, dilectione prædeſtinationis, vel dilectione naturæ per quam conſervat in eſſe homines peccatores ad hoc ut pœniteant. Unde *ſup* 2. An ignoras quod benignitas, &c. Habebat ille charitatem erga nos, &c. Si non odio habet Deus iniquos, quia dicit *Pſalm.* 118. Iniquos odio habui, & conſtat quod conformabat ſe Deo hoc dicens, præterea nonne ſubtrahit gratiam iniquis, ergo iratus eſt eis. Solut. Loquitur de dilectione prædeſtinationis, ſed alia dilectio quæ eſt gratia poteſt incipere, & deſinere & converti in odium ſine mutatione ipſius. Diligat Deus pater membra unigeniti ſui, ideſt, omnes juſtos. Nos tales, adhuc peccatores, Pro nobis illum, *infr.* 8. Cum illo omnia, ad ſalutem neceſſaria. *Sap.* 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Quantum, quia multum, ne deſperemus. Quales ſcilicet peccatores. In noſtra fortitudine. *Iſa.* 40. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. Fuit & alius modus poſſibilis Deo. Hoc ſumptum eſt de 4. *lib. de Trin.* *c.* 10 Illum modum quo nos per mediatorem Dei, & hominum Chriſtum Jeſum, Deus liberare dignatur aſſerimus bonum, & divinæ congruum dignitati. Verum etiam oſtendimus non alium modum impoſſibilem, & difficilem cum ejus potentiæ cuncta ſubjaceant, ſed ſanandæ noſtræ miſeriæ convenientem alium modum non fuiſſe, & nec etiam oportuiſſe. Non ergo fuit neceſſarium Chriſtum pati ad hoc ut ſalvaremur. Ad idem *Heb.* 11. Super illud. Melius Deo pro nobis aliquod providente. *Gloſſ.* Ut noſtram naturam aſſumeret & glorioſius nobiſcum exultaret. Sed ſi glorioſius aſſumendo naturam noſtram, ergo glorioſe potuit hoc facere alio modo. Facit contra ſuper illud 1. *Tim.* 2. mediator Dei, &c. Ibi *Amb.* Tantum itaque fuit peccatum Adæ, ut ſalvari non poſſemus, niſi unigenitus Dei moreretur pro nobis. Ad idem ſuper illud *Heb.* 2. Decebat enim, &c. Mors Chriſti ſanandæ noſtræ miſeriæ convenientiſſima fuit, aut valde neceſſaria, quia aliter niſi Chriſtus moreretur, homo non redimeretur, & non redemptus periret. Sol. *Corb.* dixit: Alio modo non potuit ſalvari, & dicebat iſtud, alius modus fuit Deo poſſibilis, i. nullus alius modus fuit impoſſibilis ei. Sed alii dicunt quod alio modo potuit ſalvari, ſed non redimi, quia alia creatura non ponderaret peccato. Unde ad aliud *Amb.* Salvari non poſſemus, ſupple ita congruenter, vel per mortem alterius qui non eſſet Deus. Ad illud: Non redimeretur

A verum eſt,

a niam ille animam ſuam pro nobis poſuit & nos, &c. *a* Si enim] ut dictum eſt, intendit probare, quod per fidem mediatoris, ideſt, per fidem paſſionis ejus eſt ſalus, quia aliter fruſtra mortuus fuiſſet. Ad probandum hoc inſiſtit conſequenter. *b* Enim] ideſt, quia.

d Deo] Patri. *e* Salvi] ſalute æterna.

Si *a* enim *b* cum inimici eſſemus reconciliati *c* ſumus Deo *d* per mortem filii ejus, multo magis reconciliati ſalvi *e* erimus in vita *f* ipſius. Non ſolum *g* autem, ſed & gloriamur *h* in Deo *i* per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem acce-

f In vita] ideſt, pro vita glorioſæ reſurrectionis ejus, quæ eſt ſignum noſtræ reſurrectionis, ideſt, per ipſum, qui glorioſe reſurrexit. Et eſt in ſumma, ratiocinatio ſua. Si mortalis exiſtens potuit nos reconciliare Deo, multo magis, factus immortalis poterit nos ſalvare. Vel *e* Salvi] per ipſum; *g* Non ſolum] habemus, hanc reconciliationem, & iſtam vitam habuimus, ſed jam habemus in ſpe. *h* Gloriamur] Arras habentes in Deum de donis quia habemus.

i In Deo] ideſt, quia ſperamus, quod erimus unum cum Deo in voluntate, & dilectione erimus in quantum, (per Dominum.) Vel ſic. (Non ſolum,) in donis, quæ habemus ab eo non a nobis. Juxta illud 2. *Corint.* 10. Qui gloriatur in Domino glorietur, quia de nullo dono gloriandum eſt, niſi in quantum eſt a datore.

Moraliter. Moraliter. *c* Reconciliati, &c.] Voluit autem mori ad reconciliandum nos Deo patri propter novem cauſas. Ad evacuandum cultum dæmonum, ut Dei gratia commendaretur, ut ſuperbia hominis ſanaretur, ut quantitas morbi homini oſtenderetur, ut pœna daret nobis exemplum obedientiæ, ut opprobrium ab homine tolleretur, ut ſicut per unum hominem intravit mors, ita per unum ingrederetur vita, ut contumelias, injurias, mortis ignominiam non ſolum non aſpernaremur, ſed amplecteremur, ut juſtitia commendabilis nobis manifeſtaretur. Hæc ultima tria tanguntur in *Gl.* Septem primæ in 4. *de Trinitate* 13. Mori in eadem carne dignatus eſt, ne illi hominibus tanquam deos ſe coli perſuaderent, quia videntur eſſe immortales, ideſt, dæmones. Inde ſequitur ſecunda cauſa, ut gratia Dei nobis facta ſine ullis meritis in homine Chriſto commendaretur, qui deitatem nobis univit, & homo conjunctus una cum illa perſona filius Dei fieret, nullis præcedentibus meritis aſſecutus eſt quaſi diceret, ille homo non poterit mereri, quod eſſet una perſona cum filio Dei, ſed ex miſericordia datum eſt, ita nec homo mereri poterit ut filius Dei moreretur ad reconciliandum nos Deo patri. Tertia cauſa ſubditur, ut ſuperbia hominis, quæ maximum impedimentum eſt, ne Deo obediatur, per tantam humilitatem Dei redargui poſſet atque ſalvari. Quarta ut diſcat quoque homo, quam longe receſſerat a Deo, quod illi valeat ad medicinam doloris quando per talem mediatorem redditur vita hominibus & quod Deus divinitate ſubvenit, & hac infirmitate convenit. Quinta, quod autem nobis majus præbetur obedientiæ exemplum, qui per inobedientiam peccavimus, quam Deo patri Deus filius obediens uſque ad mortem? Sexta pertinebat etiam ad juſtitiam bonitatemque creaturis, ut per eamdem rationalem creaturam ſuperaretur diabolus, quam ſe ſuperaſſe gaudebat. Si enim alia creatura, quam homo diabolum viciſſet, ſemper improperaret homini, ego vicite, ſed victus ab homine prius victo non audet. Unde ſequitur ibidem: Et de ipſo genere veniente origine vitiata mundum tenebat univerſum. Septimam cauſam aſſignat *in lib. de vera relig.* Contumelias ſuperbiſſime horrebant homines, ſupple omne genus contumeliarum ſuſtinuit, injurias eſſe intolerabiles arbitramur, quæ major injuria juſtum innocentemque damnari, dolores corporis execrabantur, morte mulctatus eſt, ignominioſiſſimum genus mortis crucem putabant, crucifixus eſt, ideo hæc ſuſtinuit, ut ea amplectamur. *e* Multo magis] *Sap.* 12. Si inimicos ſervorum tuorum, & debitos mortis cum tanta cruciaſti attentione & liberaſti dans tempus, & locum, per quæ poſſent mutari a malitia, cum quanta diligentia judicaſti filios tuos, quorum parentibus juramenta, & conventiones dediſti bonarum promiſſionum.

Expoſitio Gloſſ. Δ verum eſt, quia pretium præponderare non poſſet. Ad illud non redemptus periret. Verum eſt, niſi alio modo ſtatueret hominem redimere, ſed niſi ſic redemiſſet, Per mortem Chriſti juſtitia ſuperatur diabolus, non potentia. Contra *Lucæ decimo primo*. Cum fortis armatus, &c. Si autem fortior, &c. Iſte fortis eſt diabolus, fortior Chriſtus, qui dirupit vaſa diaboli, ergo ibi fuit fortitudo, ſive potentia. Item ad annunciandum adventum domini miſſus eſt Gabriel qui interpretatur fortitudo, quia filius Dei debebat venire in fortitudine.

Sol. Per mortem Chriſti ſuperatus eſt diabolus juſtitia manifeſta, potentia non manifeſta, ſed occulta & res dicitur fieri vel eſſe quando innoteſcit, & ita quia non innotuit potentia, ibi dicitur, quod non ſuperaret potentia. Juſtitia Dei in poteſtate diaboli traditum eſt genus humanum, ergo diabolus juſte accipiebat hominem, ergo juſte vendicare poterat dominium hominum. Sed contra: Super illud *Luc.* 19. Invenietis pullum alligatum. Ejus dominium vendicare non poterat quem dominum non fecerat natura ſed culpa. Solut. Juſtitia quantum ad primum hominem, non quantum ad diabolum. Utriuſque ſexus, hoc dicit ad differentiam Chriſti. Ab origine ſua ſupple. Filii iræ *Eph.* 2. Sed quod tantum permiſerit. Sed contra traditus fuit a Deo diabolo puniendus quid eſt ergo, quod dicit tantum permiſerit. Sol. Traditio qua traditus eſt homo diabolo duo importat culpam, & pœnam, ratione pœnæ traditus eſt a Deo, ratione culpæ non, ſed permiſit eum teneri a diabolo. Juſte tamen illo deſerente peccantem peccati auctor illicite invaſit, ergo Deus prius deſerit hominem, quam invadat eum diabolus, ſed ſtatim, ut peccat invadit eum diabolus, ergo Deus deſerit hominem antequam peccet. Solut. Invadere dicitur hominem, ut amplius, & firmius teneat, vel ut puniat. Sed quæritur quomodo diabolus eſt auctor peccati. Conſtat, quod non in principio actionis, quia a Deo eſt, ſecundum illos, qui dicunt quod omnis actio a Deo. Item non ratione deformitatis, ſive malitiæ, quia ipſa nihil eſt. Solut. Auctor dicitur per conſenſum, vel ſuggeſtionem. *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit. Nihil in eo morte dignum. Ab hoc loco etiam ſumitur jus, quia manum poſuit in Chriſto in quo nihil juris habebat, juſtum fuit, ut amitteret, quod habebat in homine *Jo.* 14. Venit princeps hujus mundi, &c. Sed objicitur, quod ſecundum hoc, ſi Deus formaſſet unum corpus de parte digiti Adæ, & purificaſſet omnino illud, & infudiſſet animam puram, ſi diabolus mitteret in eum manum cum nihil dignum morte in eo eſſet, juſtum videretur, ut nos quos juſte detinebat liberi eſſemus, & ita per purum hominem potuit liberari genus humanum. Sed dicendum, quod hæc non eſt cauſa, ſed accidentalis conjectura juſtitiæ, ergo alii odio habent juſtitiam quæ bona eſt; ergo odiunt bonum. Sol. Juſtitia nunquam oditur in quantum eſt bonum, ſed in quantum eſt puniens. Secuta eſt potentia, ideſt, manifeſta. Revixit mortuus *inf.* 6. Sed nonne jure æquiſſimo diabolus vinceretur ſi potentia tantum, &c. Videtur, quod non, quia ſi tantum potentia, non ergo juſtitia, & ita non jure. Sol. Quia diabolus ſervus erat Domini poterat totum auferre, & quia potentia ſibi uſurpaverat, tantum potentia vinceretur. Juſtitia humilitatis, ideſt, humilitate, quæ eſt perfecta juſtitia, ſicut habetur ſuper *Matth.* 3. Et fraudulenter ſuadendo, ſicut dicitur *Gen.* 3. Abduxit a gratia. Et violenter tenuit in pœna. Sed homo juſte tenebatur, non valet: ergo diabolus juſte tenebat eum. Non quod ante non dilexit nos dilectione prædeſtinationis. Tradidit ſemetipſum pro me. *Galat.* 2. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Et 1. *Petr.* 2. Tradebat judicanti ſe injuſte, &c. *Iſ.* 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Cum tranquillitate judicat. *Sapient. decimo ſecundo* Tu autem dominator virtutis. Peccata noſtra diabolus tenebat per, ideſt, pro illa, &c. ab æterna morte, & omnibus debebatur mors æterna, vel ſanctis. Sed appellatur mors æterna pœna, quæ quibuſdam data erit æterna. Inimicos per præſentem nequitiam. Dilexit, ſecundum prædeſtinationem. Reconciliati Deo. Sed aut loquitur de illis, qui fuerunt tempore paſſionis, de quibus conſtat, quod multi erant reprobi, qui non fuerunt reconciliati per mortem, aut de illis, qui fuerunt poſtea, ſed tunc non erant, ergo non videtur, quod fuerunt reconciliati tunc per mortem. Præterea, ſancti quomodo fuerunt per mortem ejus liberati, ut Abraham. Solutio, mali reconciliati ſunt per cauſam ſufficientem, quia ejus mors ſufficit ad reconciliandum omnes, boni autem reconciliati ſunt, quia adhuc non erant plene reconciliati per obligationem pœnæ limbi, etiam ſalvi ſalute æterna. Idem cum eo in futuro. *Joannes* 17. Pater volo, ut ſint unum, &c. Sicut enim per Adam hominem purum, &c. Videtur quod non valet proceſſus. *Ambr.* Sicut enim non valet, peccavimus, in Adam, quia gratia non transfunditur in poſteros, ſic nec pœna, & hoc quia gratia non eſt ab homine, ſed a Deo

Digitized by Google

ſic non valet per unum hominem peccatum, ergo per unum hominem vita. Sed dic, quod ſicut, non notat omnimodam ſimilitudinem, ſed cauſam cum quadam ſimilitudine. Et eſt ſenſus, quod ſicut Adam fecit tale quo facto mors ſeu peccatum intravit ad poſteros, ſic Chriſtus tale quo facto vita ſeu deſtructio peccati venit ad nos, quia morte ſua mortem noſtram deſtruxit.

De conſ. d. 4. c. quærit uſu ſic & c. placuit.

primus. Propterea, *a* ſicut per unum *b* hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrāſiit in quod omnes peccaverunt. Uſq; ad *c* legem enim *d* peccatum

Sic ſimilitudo intelligitur quoad hoc quod primus homo potuit peccatum facere, & non purus homo, ſed Deus potuit facere ſecundum ſalutem, ut ſi miles poteſt caſtrū expugnare, ergo, & rex. Juſtitia, & vita, Contra videtur quod debuit dicere, fides, & vita quia fides ſemper purificat cor. *Act.* Fide purificans, &c. Reſponſio. Juſtitia large ſumitur pro quacumque virtute & dicitur hæc remiſſio peccati. Quod non debebat. *Pſ.* 68. Quæ non rapui tunc exolvebam. Et pateraia, ideſt, originalibus, quæ contrahimus a primis parentibus & propriis ſuperadditis. Concupiſcentialiter generatos, hoc dicit quātum ad differentiam generationis Chriſti. Spiritualiter regeneratos. *Jo.* 3. Oportet naſci denuo. Argumentum quod nullus potuit ſalvari, niſi generatus a Chriſto, ergo cum Abraham ſalvatus ſit, fuit regeneratus a Chriſto, ergo Chriſtus fuit tempore Abraham. Quod verum eſt. Chriſtus enim fuit tempore Abraham. Unde *Jo.* 8. Antequam Abraham fieret, ego ſum, ſed tunc non fuit Chriſtus. Eſt autem imperfecta generatio, quæ fiebat tempore Abrahæ, & omnes deſcendebant ad limbum, perfecta in morte Chriſti, ſic Abraham modo perfecte regeneratus, tunc imperfecte.

Ad litteram.

Litteraliter. *a* Propterea, &c. Jut dictum eſt. Pars prima hujus capituli fuit concluſio præcedentis & totum fuit expoſitio illius concluſionis in hanc ſecundam partem, in qua oſtendit, quod in fide mediatoris juſtificamur, ibi. (Ut quid enim, &c.) In tertia probat idem a ſimili, & minori, ibi. (Non ſolum,) ſcilicet gloriamur, &c. A ſimili probat quoad hoc quod ſicut per unum hominem peccatum, & per peccatum mors, ita per unum Jeſum Chriſtum gratia, & per gratiam vitalis gloria. A minori quoad hoc quod Jeſus Chriſtus, qui eſt filius, magis bonus eſt quam aliquis poſſit eſſe malus: ergo per malum hominem potuit intrare peccatum & mors, multo magis per bonum ſcilicet Chriſtum gratia & vita. Continua ergo ſic: Dico quod non ſolum reconciliamur, ideſt, non ſolum gratiam accipiemus, ſed etiam gratiam, ideſt, gloriam jam accepimus in ſpe. [Propterea,] ideſt, quia *b* Sicut] Adam in quo omnes peccaverunt peccato originali, quod eſt cauſa mortis, ita ſupple per Jeſum Chriſtum gratia, & gloria mediante gratia. Sed facit interpoſitionem, quia poſſet aliquis quærere ex quo per Jeſum Chriſtum hoc habemus, ad quid ergo data eſt lex? Ad hoc reſpondet. *d* Enim] ideſt, quia. *e* Uſque ad legem] incluſive, ideſt, ſub lege, quia ipſa non potuit auferre peccatum.

a Peccatum

Expoſitio Gloſſ.

a Propterea,] *Gloſſ.* videtur notare cauſam motivam, quia enim miſer eſt homo, ideo miſertus eſt Deus, & mortuus, ut per filium ſuum hominem redimeret, ergo locus eſt hic a cauſa non a ſimili. Et dicendum, quod ly (propterea) notat cauſalitatem, ſed illa non ſufficit ad illationem niſi cum minoritate, vel ſimilitudine. Cum ab ejus reatu per Chriſti Baptiſmum abſolvantur: ergo niſi Baptiſma Chriſti eſſet, non ſalvarentur; hoc fuit contingens, ergo contingens fuit eorum ſalvatio. Sol. Non niſi per Chriſti Baptiſmum, ideſt, niſi per paſſionem Chriſti, ex qua Baptiſmus initium habuit. Unde Abraham abſolutus fuit ab obligatione verbi per paſſionem Chriſti. Vel expone, ſicut illud: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, &c. ideſt, non ſimili regeneratione aquæ, & Spiritus Sancti, ſic hoc niſi per Chriſti Baptiſmum, ideſt, niſi per ſimilem Baptiſmum Chriſti. Et eſt hic argumentum, quod aliud eſt reatus, aliud eſt culpa cum in limbo eſſet reatus, nec tamen ibi eſſet culpa. Sed quomodo cum nihil de diaboli ſimilitudine haberent, ſed tamen Dei ſimilitudinem, ibi tenebantur, quia *Eccl.* 27. Volatilia ad ſibi ſimilia congregantur, ergo ſtatim deberent eſſe cum Deo. Propterea ſi nihil erat in eis culpæ, ergo nihil, quod erat, fuit gehennæ, ergo non poſſent detineri ab igne, ergo eadem ratione, nec in limbo, & revera ſi omnino nihil haberent, de culpa non detinerentur, ibi initium peccati *Eccl.* 25. Sive a diabolo. *Sap.* 2. Invidia diaboli, &c. Mortalis poſteritas, quia ab eis deſcenderunt omnes poſteri mortales morte peccati, & corporali, Viro potius 1. *Cor.* 11 Vir eſt caput mulieris,

Joan. 3.

& ideo imputatur ei peccatum mulieris, qui potuit eam corrigere, & non correxit. Vel quia mulier. Secunda ſolutio, utraque ratio probabilis, & non neceſſaria. Sed videtur forte hæc neceſſaria, quia Adam conſummavit peccatum per quod tabificavit genus humanum, niſi enim conſenſiſſet, non eſſet originale tranſlatum. Una caro eſt, lege maritali. Pelagiani, qui dicebant peccatum originale non eſſe. Et ubi invenitur eſſe contractum ab Adam dicebant hoc intelligendum de illis, qui imitabantur Adam in peccando. Ejus principem, ideſt, auctorem in *lib. Sap.* 2. Juſtificationem, quæ ei remiſſionem peccatorum: omnes peccaverunt, ut in materia, ſed Chriſtus fuit in Adam ut in materia: ergo Chriſtus unus homo fuit cum illis, & ita fuit in maſſa, ſed omnes in illo peccaverunt: ergo Chriſtus in illo peccavit. Sol. duplex eſt eſſe in illo, ſecundum materiam, ſcilicet & ſecundum propagationem corruptionis vitioſæ. Chriſtus primo modo in illo ſolum eſt, omnes alii a Chriſto. Secundo modo, vel aliter, & melius. Omnes enim illi unus homo fuit materialiter per litteram Legis auferri *ſup.* 3. Per legem peccati cognitio *Gloſ.* Non conſumptio. Spiritu gratiæ, ideſt, gratia quę eſt a Spiritu Sancto. Secundum homines non imputabant. Contra: Nonne Judas voluit occidere Thamar *Gen.* 38. Non niſi per peccata fornicationis, ergo cognoſcebat fornicationem eſſe peccatum, cum propter illud eam voluit occidere, ergo ante legem imputabitur peccatum. Reſponſio: Loquitur ut in pluribus, vel non imputabatur tantum quantum erat. Pauci enim aut nulli erant qui pro peccato crederent puniri aliqua pęna æterna. Sine lege *ſup.* 2. Quia ſine lege, ſicut illud *Jacob* 2. Judicium ſine miſericordia, &c. ideſt, pro eo, quod ſine miſericordia ſunt, vel ſine legali diſceptatione, de qua *Matt.* 25. Per Moyſen. *Jo.* 1. Lex per Moyſen. Quando ita dicuntur. *Sap.* 18. Et nox in ſuo curſu, &c. Sed ad ſecundam. *Apocalypſis* 20. Mortuos dabit, ideſt, ad gehennam, ergo ad pœnam ſenſibilem, quod falſum eſt. Solut. Ad gehennam, ideſt, ad locum, qui eſt gehenna. Et ponitur locus pro parte loci. Simile *Zach.* 9. Tu autem in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos de lacu, ideſt, de parte laci, ideſt, inferni, in quo, inferno ſcilicet non erat aqua, ideſt, refrigerium. *Oſee* 13. Ero mors tua o mors, morſus tuus ero inferne, *Gl.* Infernus eſt locus ubi includuntur animæ, vel ad refrigerium, vel ad pœnam. Vel poteſt dici quod excluduntur ſancti ab hac generalitate per illud, quod dicit in *Gloſ* Præter illos qui gratia adjuti ſunt. Sola gratia ſalvatoris, ideſt, gratiſſima redemptio facta a redemptore. Deſtruitur, ſecundum hoc videtur, quod in juſtificatione impii in quo deſtruitur mortis imperium, non exigatur niſi ſola gratia. Sed dicendum, quod ly ſola, non excludit ea, quæ concurrunt in juſtificatione impii, ſed tantum excludit ea, ſcilicet opera contritionis præcipue opera legis. Dicit ergo ſola, ad innuendum, quod principalitas juſtificationis attenditur penes gratiam, & ideo non ſequitur excluſio eorum trium, ſcilicet motus liberi arbitrii, contritionis, & remiſſionis peccatorum, quæ per gratiam intenduntur, ſicut cum dicitur, non facio niſi comedere, non excluditur potus, quia cum ſequela cibi melius diſtingues. Ad ejus adjuti gratiam. Ex hoc ſumitur, quod quidam fuerunt in veteri Teſtamento, qui pertinuerunt ad novum teſtamentum illi, ſcilicet qui ſerviebant Deo ex amore. Et in novo ſimiliter ſunt aliqui pertinentes ad vetus, qui ſerviunt Deo tantum timore pęnæ, vel pro temporalibus, Ad condemnationem, ideſt, ad limbum ubi carent viſione Dei. Vel ad condemnationem, ideſt, ad peccatum actuale, per quod damnarentur. Ut ei ſimiles crearentur, ergo anima creatur peccatrix, quia non creantur peccatores, niſi anima peccatrix, quia ſimul creatur, & creando infunditur, ſed non tantum a creatione habet hoc, ſed in creatione in corpore. Unde interpretatio facta eſt. Argumentum, quod hæc Epiſtola facta, vel ſcripta eſt in Græco. Contrarium dicitur ad *Rom.* 1. in principio. Et ſimiliter ad *Heb.* Ideo dicunt quidam, quod latine ſcriptæ erant, ut quia ſcribebat Romanis qui erant Latini, latine ſcribebat eis. Et jam ſcribens Hebræis ſcripſit Hebraice. Sed forte verius, ſicut hic dicitur, quod tunc Græci multi erant inter Romanos, & magni erant inter eos, & potentes. Unde dicunt, quod quia Romani timuerunt eſſe ſub dominio Græcorum, ideo combuſſerunt portum qui erat ad eundum in Græciam, & ſic lingua Græca inter Romanos fuit. Vel aliis non mutat it hæc eſt tertia expoſitio, ſed effectus, ideſt, mors corporalis diſſolvendo animam a corpore uſque ad Moyſen, incluſive, ideſt, in tempore legis. Cum minus videretur, &c. ſupple regnare mors ſub lege, qui videbatur prohibere peccatum, & retardare ab eo, & ideo videbatur,

▲a Peccatum, &c.] ideſt non putabatur eſſe peccatum, ideſt, non putabatur eſſe tantum quantum erat. c Uſque ad Moyſen] incluſive, quia ſub Moyſe adhuc regnavit peccatum. Regnum peccati fuit, quia nullum ſignificabat hominem ire ad vitam æternam, quæ eſt regnum Dei, ſed omnes transferebat in regionem ſuam, quæ eſt pœna gehennæ, vel limbi. d In eos &c.] i. etiam eos, qui non peccaverūt ſimili peccato, ut Adam, i. actuali (quæ eſt forma) per contrarium. Sicut enim per ipſum peccatū

erat in mundo. Peccatum a autē non imputabatur, cum lex non eſſet, ſed regnavit b mors ab Adā uſq; ad c Moyſē etiā d in eos

eſt mors, ita per Jeſum gratia, ſive juſtitia, & vita. Alia littera habet. [Qui peccaverunt] ſine negatione, & non differt uno modo ab expoſitione iſta. [Peccaverunt,] ideſt, peccaverunt quantum ex prævaricatione Adæ. Sed dicit ex ſimilitudine, quia ex ſimili generatur ſimile. Vel, ideſt, in eos, qui originali addiderunt actualia, ideſt qui actualiter peccaverunt, ut Adam. Sequitur: quare de hoc, quod dicitur. Per unum hominem peccatum, &c. imo per mulierem, quia dicitur. *Eccl.* 25. A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Ad idem 1. *Tim.* 2. Adam non eſt ſeductus, ſed mulier. Item *Aug. in prim. de doct. Chr.* Corrupto animo feminæ ingreſſus eſt morbus, integro corpore feminæ, proceſſit ſalus. Hæc autem *Gl.* duobus modis ſolvit. Primo ſic: Cum ſit vir caput mulieris 1. *Cor.* 11. Peccatum ipſius imputatur viro, eo quod potuit eam corrigere, & non correxit. Secundo ſic, quia in hoc ſervat Apoſtolus conſuetudinem aliarum ſcripturarum, quæ genealogias a viris computant, ut in principio *Matt.* Ubi genealogiam a viro incipit, & denominat. Sed aliter poſſet ſolvi, & forte melius adhærendo litteræ, non dicit, quod peccatum initium habuit ab homine, ſed quod per hominem intravit in mundum, quia ſi ſola mulier ſine viro peccaſſet non eſſet traductum originale uſque ad nos, quia non fuit data ſententia a Domino ſuper peccatum mulieris, ſed dixit: Quacumque hora comederis, &c. Per peccatum mors *Sap.* 1. Deus non fecit mortem, nec lætatur, &c. Poſtea ſubdit *in eod.* Juſtitia enim immortalis, injuſtitia autem acquiſitio. Et iterum mortis *Sap.* 2. Deus creavit hominem inexterminabilem, &c. Invidia autem diaboli, &c. In omnes homines mors pertranſivit 1. *Cor.* 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, &c. In Adam peccante omnes moriuntur, ideſt, ex peccato ejus contrahunt mortem. Et nota quod dicit, quod per peccatum intravit mors, ideſt, neceſſitas moriendi, ergo a contrariis per virtutem ingreditur immortalitas. Propter hoc, ut ait *Aug.* Glorificatio corporis nihil aliud eſt, quam exuberatio beatitudinis animæ. Unde dicit *in lib. de ver. rel.* Conſequens eſt, ut poſt mortem corporalem, quam debemus primo peccato, tempore ſuo atque ordine hoc corpus reſtituatur priſtinæ felicitati, quam non per ſe habebit, ſed per animæ ſtabilitatem in Deo, quo ſurſus non per ſe ſtabilitur, ſed per Deum quo fruitur. Ad idem in *lib. de doct. Chr.* Immortalitas enim & incorruptio corporis de ſanitate exivit animæ. Sanitatis autem cauſa eſt firmiſſime inhærendo, hoc eſt immutabili Deo. [Uſque ad legem,] incluſive. Uſque ad adventum excluſive regnavit peccatum, & mors. Unde *Abac.* 3. Ante faciem ejus ibi mors, egredietur diabolus ante pedes ejus, ideſt, peccatum quo dicitur ingredi ad animam *Sap.* 18. Proſilivit gladius acutus, inſimulatum imperium tuum portans, & ſtans replevit omnia occaſionaliter. Hæc fuit lex quæ ſine ſimulatione puniebat homines. [Non imputabatur,] tantum eſſe quantum erat, ſed ſicut dicitur *ſup.* 3. Per legem cognitio peccati. b Sed regnavit] omnem terram habens ad imperium ſuum *Hebræor.* 2. Ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium. [Futuri,] reſpectu temporis Adæ, vel legis 1. *Corinth.* 15. Factus eſt primus homo

▲ Adam

Expoſitio Gloſſ. A batur, quo etiam effectum retardaret, ideſt, mortem, & quia in lege erat remedium contra originale peccatum quod cauſa mortis illud erat circumciſio. Prævaricando contra aliquam legem. Ex hoc ſumunt quidam, quod non eſt peccatum, niſi quia contra legem, ſive quia prohibitum. Et dicendum, quod revera, ut dicit *Amb.* Peccatum eſt dictum, vel factum contra legem Dei. Unde omne peccatum eſt contra legem ſcriptam, vel naturalem, tamen ſunt quædam peccata in ſe, non quia prohibita, imo ſi nunquam fuiſſent prohibita, tamen eſſent peccatum. Vel ita: Quarta expoſitio, & ſumitur excluſive. Cum ideſt, quamvis. Ita non videtur, ideſt, cognoſceretur. Lege non docent quoniam nondum erat data. Peccatum apud homines, quia puniebant propter aliquod peccatum. Sed non apud Deum, ideſt non credebatur ab hominibus quod imputaretur apud Deum, quia non credebant, quod puniret Deus aliquem æternaliter pro aliquo peccato. Aſſerebant enim homines Deum eſſe incurioſum. *Job* 22. Dicis. Quid novit Deus, & quaſi per caliginem judicat, &c. Et ideo apud eum impune peccata. Sed conſtat, quod hoc erat hæreſis, ergo hæreſes fuerunt ante principium mundi. Contrarium habetur in principio. *Apoc.* ſuper illud. A ſeptem ſpiritibus, &c. *Gl.* Perſonam patris prætermiſit, quod de Deo creatore nemo male intellexit. Sol. quod hic dicitur revera hæreſis erat, & contra Spiritum Sanctum, quia ſcriptum eſt in corde cujuſlibet, quod Deus eſt ſumme bonus, & ſumme juſtus, & ideo manifeſtum eſt cuilibet quod ipſe eſt, & quod remunerator eſt, & per hoc intelligitur quod ipſe eſt punitor malorum, ſicut dicitur in ſymbolo. Carnis reſurrectionem, & vitam æternam. Per hoc intelligitur mors æterna. Ad illud: Nemo male intellexit de Deo. Dicendum, quod pauci male ſenſerunt, ſed poſt incarnationem maxime pauci. Nota tamen, quod duæ ſunt notiones patris, innaſcibilitas, & paternitas. Deum innaſcibilem creatorem omnium omnes crediderunt, ſed ſub notione paternitatis eum non comprehenderunt, niſi pauci fideles vel a fidelibus docti. Non enim lex naturalis penitus obtorpuerat, & *Amb. in orig. ſuper hunc locum*, tres diſtinguit partes naturalis legis. Prima, ut agnitus creator honoretur, & ejus majeſtas nulli alii, niſi filio attribuatur. Secunda moralis ut bene vivatur, & congruit notitiam Dei habenti. Tertia docilis, ut notitia creatoris ad exemplum morum ceteris tradatur. Et conſtat, quod non poſſunt eſſe plures partes, quia nihil naturale ordinat nos tantum ad Deum, & ad nos, & ad proximum. Quod pati nolebant, de *Tob.* 4. *Matth.* 7. Quod Joſeph. *Gen.* 39. Per calumniam, ideſt, falſi criminis impoſitionem. Et piſtor *Gen.* 40. Peccatum ergo non imputabatur. *Sap.* 14. Dum enim confidunt in idolis, quæ ſunt ſine anima male jurantes, &c. Circa hæc peccata proniores; ergo prohibitio reddebat eos proniores. Contra. Lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Solutio: Licentia peccandi quantum ad hoc, quod excludit pœnam, quod naturaliter habuerat, reddit eos magis promptos ad peccandum, quod prohibitio legis, quantum ad hanc, quod hominem ponebat ſub jugo alterius hominis, & ſervitute pœnæ, quod eſt contra naturam hominis, ut ſupra habitum eſt, hominem irritat ad peccandum, & promptiorem facit, & quantum ad hoc nitimur in vetitum. Ut cauſa Adæ, ideſt, propter peccatum ejus. De uno Deo colendo. *Exod.* 20. *Deut.* 6. Deus unus eſt. Tunc datum eſt remedium, ergo lex juſtificat. Contra *Hebræor.* 7. Lex neminem ducit ad perfectum. Et *ſup.* 14. Lex iram operatur. Et *inf. eod.* Lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Reſponſio. Remedium peccati faciendi non perpetrati. Quod dicit, lex iram operatur, dic per occaſionem. Similiter dic: Lex ſubintravit, &c. intelligitur de peccato perpetrato, ab illo enim non liberat per cautelam, quia docet peccatum cavere & comminatur peccanti directe, ergo eſt contra peccatum, ſed occaſionaliter per ipſum abundavit peccatum. Initio egreſſionis, ideſt, ſtatim poſt initium. Servierunt *ſup.* 1. Diaboli ſuaſioni conſentiens, ergo Adam credidit verbis diaboli dicentis: Eritis ſicut dii. Ad idem ſuper hunc locum *ab Ambr. in originali*. Peccavit cum putus homo eſſet, & futurum Deum eſſe ſe exiſtimavit, putabat enim magis profuturum quod diabolus ſuggeſſit. Ad idem ſuper illud. Quod non rapui tunc exolvebam. *Gloſſ.* Adam credidit, quod ſerpens ſuggerebat. Et iterum ibidem: Dolo illo ſerpentino, quo mulier ſeducta eſt, nullo modo arbitror ſi jam ſpirituali mente preditus erat ullo modo credidiſſe, quod diabolus ſuggerebat. Item ſuper illud. Per unum hominem, &c. *Gloſſ.* Non quia Adam prior peccavit, ſed Eva, quia vir eſt caput mulieris attribuitur ei, & quia eam non cohibuit, cum poſſent fieri ſicut dii, ſed volens gerere vicem uxoris ſuæ, ne contacta interiret, ut habetur 1. *Timot.* 2. Conſenſit diabolo quantum ad comeſtionem pomi, non conſentiret fidem adhibens ſuæ promiſſioni. Ad illud quod dicitur, quod voluit rapere divinitatem, & ad ſimilia, & quod hoc dicitur, quia non cohibuit uxorem hoc volentem, & ſicut Deus eſſet ille in uxore ſua, quæ voluit hoc, omnia patent. Fueruntque qui peccaverunt, oſtendit, quod quidam peccaverunt in ſimilitudine prævaricationis: Adæ, ſicut idololatriæ. Alii vero, qui peccaverunt venialiter non præterito Deo, ideſt, non contempto. Ex traduce, ideſt, ex tra doctrina traducta ab alio. Judicio naturali, ideſt, naturali ingenio. Nulli creaturæ honorificentiam nominis Dei. Impoſſibile eſt non peccare. 3. *Reg.* 8. Sed peccatum adeo eſt voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium non eſt peccatum, dicit

Adam in animam viventem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem. *a* Qui non peccaverunt] ideſt, qui non addiderunt actuale originali, vel ſine, (non) & eſt idem ſenſus uno modo, ideſt, qui peccaverunt in Adam peccantem in ſimilitudinem, quia ex peccatore naſcuntur peccatores, ex mortali mortales, &c. Tertia expoſitio eſt ſecundum quod exponitur de morte corporali ſic (Peccatum) i. ignorabatur ante legem, ſed effectus, ideſt, mors hoc indicat, quia mors corporalis regnavit per paſſiones corporales. Unde *Aug.* Quid aliud eſt vivere, quam de vita tranſire, quaſi dicat nihil,

qui non peccaverunt *a* in ſimilitudinem prevaricationis Adę, qui eſt forma futuri. Sed *b* non ſicut delictum, ita & donum Si enim unius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donũ in *c* gratia *d* unius

ſed de vita tranſire nihil aliud eſt, quam mori *Ezec.* 9. Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad aquilonem, & vaſa interitus in manibus eorum. Septuaginta habent ſecures. Hi ſex viri ſunt ſex generales paſſiones, frigus, calor, fames, ſitis, laſſitudo, ægritudo. Porta ſuperior Adam, quia in excellentiori natura formatus eſt, via, propago noſtra, & reſpicit ad aquilonem, ideſt, peccatum propter quod inflicta ſunt, Septuag. ſecures, quia *Matth.* 3. Securis ad radicem arboris poſita eſt. Quarta expoſitio eſt ſecundum quod (Uſque) ſumitur excluſive. Uſque ad legem regnavit peccatum, ideſt, non poſt legem, ſed ante legem, quia tunc non puniebantur peccatores, & ideo audacter, & ſecure peccabant. Juxta illud *Eccl.* 8. Quia non profertur cito contra malos ſententia, &c. Sed *Thren.* 1. Expandit rete pedibus meis, ideſt, legem, ne volare illicite poſſem ad peccatum, & convertit me retrorſum a peccato ad Deum. (Non imputabatur,) ab hominibus, (ſed regnavit) ideſt, peccatum, quod eſt mors animæ, & effectus peccati, propter hoc dicitur mors peccatum ab Adam, uſque ad hæc expoſitio præcedentis. (Uſque ad Moyſen,) per quem data eſt lex, per quam cognitum eſt peccatum, & ſic imputatur & legitur (Uſque) excluſive. Qui non peccaverunt, ideſt, qui non fuerunt idololatræ. Sicut enim Adam magis credidit diabolo, quam Deo ſimiliter, & idololatræ. Dicit ergo: (In eos etiam, &c.) quaſi dicat, non ſolum in idololatras, ſed etiam in alios, qui non fuerunt idololatræ. Vel ut non ſit ibi, (non. In eos, &c.) *b* Sed non ſicut] ita mors peccati, & mors corporalis per unum hominem intravit in omnes, & eodem modo gratia, ideſt, Vita per unum Chriſtum in omnes, qui volunt accipere. (Sed non ſicut,) quia ex Chriſto plura dona. Vel (non ſicut delictum, &c.) quia donum Chriſti, ideſt, gratia majoris eſt efficaciæ, quam delictum. *c* In gratia] ideſt, per gratia. *d* Unius] quia plenitudinem gratiarum habuerunt. De plenitudine ejus nos omnes accepimus. *Jo.* 1. Ex plenitudine enim gratiæ, quam habuit paſſus eſt pro nobis, & ſic nos redemit. Sed quid eſt, quod dicit plures? Non ratione pluralitatis hominum, ſed pluralitate gratiarum, & donorum, quia unum tantum originale ab Adam, a Chriſto plura dona. Unde *Eccl.* 24. Ego quaſi fluvius Doria, qui interpretatur ſanitas. Et *in eod.* Ego quaſi terebinthus expandi ramos. Reſina terebinthi fere valet ad omnes ægritudines ſanandas ſuper omnem aliam reſinam, ſic & Chri-

A ſtus

Expoſitio Gloſ.

a *Aug. in lib. de vera relig.* & nihil ita voluntarium ſicut voluntas, ergo cum impoſſibile ſit non peccare ſi quis peccat, & non voluntarie non peccat, ergo non eſt peccatum. Reſpondet idem *Aug.* dicens quia noluit ſtare Adam cum potuit, inflictum eſt ei non poſſe quando voluit & intelligitur de primis motibus, quia etſi de quolibet poſſit eſſe verum, quod prohibeatur, de omnibus ſimul non eſt poſſibile, ſicut Nauta recludere poteſt quodlibet foramen, ſed non omnia ſimul. Non in Deum, ideſt, contra Deum. Ad ſecundam: *Apoc.* 20. Sub ſpe, habebant enim ſpem felicem de redemptione qui erant in limbo. ſicut de Abraham legitur *Luc.* 16. Itaut Chaos, ideſt, maxima diſtantia, cum Chaos ſolet appellari diſſimilitudo bonorum, & malorum. *Luc.* 16. habetur de hoc. Quod, ideſt, quam litteram. Quidam ita intelligunt, &c. Uſque ad Moyſen, ſed cur non uſque ad finem ſæculi. Hic reprehendere videtur illos *Amb.* qui proximam litteram exponunt de morte corporali. Sed nonne magiſter ſupra expoſuit illam litteram de morte corporali ſecundum *Aug.* Et ita ipſe ponit duas expoſitiones contrarias diverſorum ſanctorum, qui in hoc videntur diſſentire. Solut. Dicimus quod *Amb.* non reprehendit hic eos, qui exponunt prædictam litteram de morte corporali, ſed arguit eos, qui hanc dictionem, (uſque,) ponunt excluſive, ſicut *Aug. ſup. in expoſ. ſua tertia* ponit eam incluſive, & ideo reprehendendo eos, qui ponunt excluſive, dicit: Sed cur non uſque ad finem. Vel poteſt dici quod *Amb.* arguit iſtam expoſitionem etiam ſecundum quod uſque ponitur incluſive, quia non ponitur ſufficiens res incluſionis, cum dicitur: Uſque ad Moyſen regnaſſe mors temporalis. Non enim ſolum tempore legis, ſed etiam poſtea regnavit mors corporis. Et ita videtur *Ambr.* Quod inſufficienter expoſuit *Aug.* & ideo dicit: Sed cur non uſque in finem ſęculi? Vel poteſt dici, quia non omnes ducebat in limbum, vel in infernum, Adam dicunt forma futuri. Futuri dico reſpectu præcedentium ſicut dicitur in prologo Lucæ ut primum Græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem Chriſti manifeſta eſſet humanitas, non quod Chriſtus tunc eſſet venturus, ſcilicet tempore *Hier.* vel *Luca* ſed tempore prophetarum. In occulto ſuo diſpoſuit per unum &c. Unde dicitur *Apoc.* 13. Agnus occiſus eſt ab origine mundi, ideſt, prævilus occidi. Ex hoc habemus, quod duobus modis exponitur hoc verbum occiſus ab origine mundi, ideſt, præfiguratus occidi in morte Abel, & hæc expoſitio alibi habetur. Vel prævifus occidi, ſicut hic dicitur. Sed quæritur utrum ipſa diſpoſitio ſit intelligenda ſine neceſſitate, pro nihilo ergo decrevit ut videtur, ſi cum neceſſitate, ergo alio modo, quam per Chriſtum non potuit emundari peccatum Adæ. Sed dicendum, quod non ſequitur, ſi ſine neceſſitate diſpoſuit hoc Deus, ergo pro nihilo, ſicut & prædeſtinatio non ponit neceſſitatem in prædeſtinando, non tamen pro nihilo prædeſtinavit Deus. Dicendum tamen, quod prima duplex eſt. Dicitur a contrario, ideſt, a ſimili per contrarium, ita & in Chriſto 1. *Cor.* 15. Non ex omni parte, quia in contrario, & iterum, quia non omnes habituri ſunt gratiam nec habent, ſed omnes naſcuntur filii iræ præter Chriſtum. A Deo factus eſt, de virgine terra. Sicut ille eſt pater omnium ſecundum carnem, &c. Sed ſic eſt pater omnium ſecundum carnem, quod omnes trahunt originale ab eo, ergo omnes habent fidem a Chriſto. Sol. Omnes habuerunt carnem ab Adam per materiæ in eis dominationem quæ eſt in omnibus, & ideo omnes habuerunt originale ab eo; omnes autem, qui habent fidem a Chriſto, habent eam per gratiæ infuſionem. Et quia hæc infuſio non eſt ſine voluntate hominis, non omnibus infunditur fides, ſine gratia, & ideo non habent omnes fidem a Chriſto. Aſſumpta eſt coſta *Gen.* 2. Aſſumptio coſtæ ſignat formationem Eccleſiæ per Chriſtum. Unde ibi in *Gen. dicitur:* Ædificavit eam in mulierem. Per verbum enim ædificandi intelligitur ſpiritualis fabrica Eccleſiæ. Non enim proprie dicitur de homine, quod ædificetur. Profluxerunt Sacramenta, ſcilicet aqua ablutionis, ergo illa aqua quæ fluxit de latere Chriſti Sacramentum eſt. Contra: Non fuit Sacramentum veteris vel novæ legis, ergo non fuit Sacramentum. Item nonne & ſanguine abluti ſumus? *Apoc.* 1. Qui lavit nos a peccatis in ſanguine ſuo. Item objicitur de hoc, quod dicit: Per quæ ſalvetur Eccleſia. Hoc falſum videtur quantum ad aquam illam, quia per eam non fuit ſalvata Eccleſia. Solutio, large ſumitur hic Sacramentum ut ſacramentale dicatur etiam Sacramentum. Illa enim aqua ſacrabilis eſt, quæ ſignificavit aquam Baptiſmi, quæ eſt Sacramentum. Ad illud dicendum, quia aqua illa non abluit, ſed eſt figura ablutionis. Sanguis autem cauſa ad illud, per quæ ſalvatur. Dicendum quod ly, quæ quantum ad hoc, quod refertur ad aquam, ſimplicem dicit relationem, quæ, ideſt aqua Baptiſmi ſignata per illam, quantum ad hoc quæ refertur ad ſanguinem, perſonalem habet relationem, quia illum eumdem ſanguinem quotidie in ſalutem ſumimus, quæ fluxit de latere Chriſti. *b* Sed non ſicut, &c.] Nota quod hæc clauſula primo legitur de peccato originali, & tranſitu per propagationem & de pluralitate abſoluta. Secundo de peccato actuali, & tranſitu per imitationem, & de pluralitate comparativa. Verbum enim tranſeundi ponitur in *Gloſ.* etſi non in textu. Nun ſunt pares cauſæ eorum, ideſt, peccatum Adæ, meritum Chriſti. Effectus cauſæ, ideſt, damnatio, & ſalvatio. Nam ſicut per unum *infra eod.* Delictum Adæ unum eſt, imo multa contracta ſunt, quia quilibet unum contrahit. Sol. Hoc dicit, quia tantum unum originale in unoquoque contractum eſt ab Adam, ſed a Chriſto ſunt multæ gratiæ, ut fides, ſpes, charitas. Juſtificati per multas virtutes. Cauſa enim Chriſti, &c. ideſt, cauſa noſtra quæ Chriſti eſt, quia illam ſuſcepit defendendam ut pugil, quia advocatus, & gratia abundat reſpectu peccati noſtri. Vel cauſa Chriſti qua nos ſalvat eſt gratia ejus. Cauſa Adæ qua nos damnat eſt peccatum originale, cujus rei ab eo contrahimus. Sine qua nihil boni. *Jo.* 15. Cetera peccata habent ex ſe. Contra ſi ex ſe, non igitur ex fomite,

A ergo

A ſtus ad ſanandos omnes morbos. *a* Et non ſicut per unum] Ut dictum eſt, intentio Apoſtoli eſt, probare per ſimile, quod per Chriſtum eſt ſalus, & non per legem. Superius comparavit cauſam cauſæ & effectum effectui in genere, hic ſpiritualiter comparat effectus ad invicem & comparat cauſæ. Continua ſic: Bene dico multo magis abundavit gratia & donum, ideſt, gratuitum donum, &c. non, ſicut per unum peccatum, &c. Ita ſic per unum donum imo multo plus. Et appellat donum paſſionem Chriſti & omnia, quæ pro nobis fecit. *b* Nam judicium] ſupple Dei procedit. *c* Ex uno] peccato originali. *d* In condemnationem] mortis temporalis, & æternæ *Gen.* 2. Num judicavit per ſe veram dicens. In quacumque die ex eo comederis, morte morieris. *f* Autem] pro ſed. *e* Gratia] procedit. *g* Ex multis delictis] & peccatis ſuperadditis, quæ remittit actualia cum originali. *h* In Juſtificationem.] quam fecit. Et hoc probat. *k* Enim] ideſt, quia, ideſt: Si unius delicto, ideſt, ſi per unum delictum intranſitive. *l* Mors] ideſt, ſeparatio animæ a corpore.

hominis Jeſu Chriſti in plures abundavit. Et non *a* ſicut per unum peccatum ita donum. Nam judicium *b* quidem ex *c* uno in condemnationem, *d* gratia *e* autem *f* ex *g* multis delictis in juſtificationem. *h* Si *i* enim *k* unius delicto mors *l*

A *a* Regnavit

Expoſitio Gloſſ. A ergo non omne peccatum ex fomite. Contra *Gal.* 5. Manifeſta ſunt opera carnis. *Gl.* Omne peccatum ex carne, ideſt, ex fomite. Reſpondeo ideo dicit ex ſe habent peccata, quia illa non habent tracta ab Adam, nihilominus tamē etſi ex ſe habet peccata illa a fomite ſunt, ut generaliter dicatur fomes, quaſi corruptio, quia omne peccatum ex corruptione. Ex illo originali ad peccandum magis prompti. Argumentum, quod pronitas eſt peccatum originale. Propterea, &c. Sic conſtrue: Forma mortis, ideſt, mors corporalis, quæ eſt forma mortis ſpiritualis, quæ eadem mors eſt ab Adam, prævalet temporaliter in his, ideſt, contra hos qui per Chriſtum redimuntur, ſed forma in re, &c. quaſi dicas mors, quæ eſt ab Adam prius in nos temporaliter, i. temporalis, ſed vita eſt a Chriſto, eſt æterna, & ita non ſicut delictum, & donum. Futuri, ideſt, Chriſti. Hæc cauſa eſt Chriſti, omnibus ſuis prodeſt. Sed quæritur cum contraximus peccatum ab Adæ peccato, quare non trahimus gratiam a gratia Chriſti? Cujus ratio eſt, quia peccatum contrahitur per naturam quæ eſt omnibus, & ideo peccatum contrahitur ab omnibus, & gratia per voluntatem, non omnes autem habent bonam voluntatem, & ideo omnes mortificantur a peccato Adæ, ſed non omnes vivificantur a gratia Chriſti. Uno quidem in origine, vel in ſpe. Non niſi unum originale, ergo unum ſolum origine eſt, non plura, quod eſt contra magiſtrum Hug. de S. Victore. Sed contra in unoquoque ſunt plures pronitates, ergo plura originalia. Item ſuper *Deut.* 7. Ubi loquitur de ſeptem gentibus: *Orig.* dicit quod ſeptem gentes ſunt ſeptem originalia. Sed quod unum ſanſum ſit, dicit *Aug. in Ench.* quando dicimus, in remiſſionem peccatorum baptizari; nec dicimus, in remiſſione peccati, illa eſt Eccleſiæ locutio qua per pluralem numerum ſignificatur numerus ſingularis, ſicut in Evangelio mortuo Herode dictum eſt. Mortui ſunt qui quærebant animam pueri *Matt.* 2. Non dictum eſt, mortuus eſt. Et *Exod.* 32. Fecerunt Deos aureos, cum unum vitulum fecerunt, de quo dixerunt. Hi ſunt dii tui Iſrael. Cum ergo dicimus, parvulos baptizari in remiſſionem peccatorum, ſumitur ſingulare pro plurali, ergo quilibet parvulus habet unum tantum originale; ergo ſicut peccatum operis, & voluntatis ſunt unum peccatum in forma, ſed diverſa in materia, ita eſt de originali peccato. Vel gratia ideſt, virtutes. Et donum, ſcilicet donum ſanitatum, prophetiæ & hujuſmodi ſine quibus eſt ſalus. De ſua plenitudine. *Jo.* 1. Nobis tribuit, ſcilicet in quantum homo habuit plenitudinem gratiarum, ergo Chriſtus in quantum homo tribuit gratiam, & dimittit peccata, & ita in quantum homo vivificat animas. Contra ſupra. *Jo.* 5. Sicut enim pater habet vitam, & gloriam, per verbum filium Dei, ſic animarum reſurrectio per verbum factum in carnem fit corporum reſurrectio. Reſpondeo in quantum Deus remittit peccata auctoritate, in quantum homo non auctoritate, ſed merito, & miniſterio, meruit enim nobis in quantum homo gratiam, & remiſſionem peccatorum effectus, qui ſunt condemnatio, & ſalvatio. Cauſarum, quæ ſuper peccatum Adæ, & juſtitia Chriſti. Nam judicium Dei, quod procedit ex juſtitia quæ antecedit merita. Traducto per propagationem. Non ſolum ignoſcit, ſed etiam juſtificat, ſed ignoſcere peccatum eſt dimittere; juſtificare, gratiam infundere, ergo peccati remiſſio prior eſt quam gratiæ infuſio. Ad idem eſt, quod poſtea dicit, multa actualia dimittit, & ſuper juſtificat. Item ad *Idem ſup.* eo ſuper iſtud: Gratia Dei, & donum, ideſt remiſſio peccatorum, & alia dona Spiritus Sancti, ſed gratiæ infuſio eſt donum Spiritus Sancti, & ita iterum remiſſio peccati præcedit infuſionem gratiæ. Item ad idem ſuper *Iſ.* 30. Dabitur pluvia ſemini tuo ubicumque ſeminaveris. *Gl.* Niſi enim vitia abjecerint, virtutes non ſubeunt. Prius ergo eſt vitiorum abjectio, quam eſt peccatorum remiſſio, deinde virtutes ſubeunt, ideſt, gratia infunditur. Sed contra: Infuſio gratiæ eſt cauſa remiſſionis peccatorum, quia perpetratio peccati deſtruit gratiam, per ſui præſentiam: ergo cum gratia opponitur peccato, econtrario gratia per ſui præſentiam deſtruit peccatum, ſed præſentia gratiæ eſt infuſio ejus, & gratiæ infuſio eſt deſtructio peccati & remiſſio, ergo infuſio ejus gratiæ eſt cauſa remiſſionis peccati, ergo prior naturaliter. Sol. Magiſter *Gilb.* dicebat, quod Deus ſeipſo deſtruit peccatum, ſecundum quod dicit *Iſ.* 43. Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & niſi daret gratiam, hic non diceret, quod gratiæ infuſio eſſet cauſa remiſſionis peccati, neque quod peccatum deſtruat gratiam, ſed Deus in hoc ceſſando cum poſſit. Nos autem dicimus, quod infuſio gratiæ eſt cauſa deſtructionis, & remiſſionis peccatorum, & non eſt curandum de ordine verborum hujus *Gl. ut patet per iſtud ſap.* 2. Non enim auditores legis juſti ſunt apud Deum, ſed factores juſti fiunt a Deo ut ſint factores. Non enim ita eſt intelligendum, ut dicat eos, qui erant ante factores legis poſtea juſtificari. Tamen ordo litteræ converſo innuit. Sed ſecundum hanc diſpoſitionem nihil faceret ad intentionem Apoſtoli. Dicendum ergo, quod Deus ignoſcit quantum ad actualia, juſtificat proprie quantum ad originale, pro quo ſolo eſt homo non juſtus, & propter hoc non ſicut per peccatum fit, & per donum, ſed plus per donum. Quod ſic debeas diſtingui, patet per *Gl.* quæ ſequitur. Dimittit actualia, & inſuper juſtificat. Ad iſtud, niſi vitia abjecerint, &c. dicimus quod abjicimus vitium quando cavemus occaſiones peccati, & delerimus actum, & præparamus nos, & poſtea ſubeunt virtutes, ideſt, infunditur gratia, & remittitur peccatum. Damnationem facit, ideſt, divinæ beatitudinis prævaricationem. Non omnis damnatio, ideſt, non omnis pœna, ſed tantum pœna damni non pœna ſenſus. Sed quod pro illo uno debetur, hæc eſt carentia viſionis Dei. Sicut enim ex noſtris additis aliæ damnationes. Secundum hoc videtur, quod unicuique peccato reſpondet ſua damnatio & pœna. Ad idem ſuper illud *Ezech.* 30. Faciam judicia in Ægypto *Gl.* faciam judicia multa non unum. Sicut enim in domo Dei manſiones multæ, ſic Ægypti, ideſt, inferni ſupplicia diverſa *Job* 24. Tranſiet ab aquis nivium ad calorem nimium. Item *Matth.* 25. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. *Gloſſ.* Fletus præ calore, ſtridor dentium præ frigore. Sed e contra ſuper illud *Iſ.* 50. Ambulate in flammis quas ſuccendiſtis vobis: *Gloſ.* Hinc dicimus pro qualitate peccati unumquemque ſibi ignem accendere, quomodo in eodem loco alii ſunt ſani, alii febricitantes ex diverſitate humorum diverſa ſupplicia ſentientes, ſic peccatoribus diverſa peccati materia plus minuſve ſuccendetur. Si ergo bonum eſt hoc exemplum in inferno tantum eſt una pœna, ſicut in lectulo diverſi infirmi. Unde *Jer.* qui exponit Iſaiam ponit exemplum de duobus, qui ad eumdem ſolis radium ſunt, tamen unus plus ſentit calorem alius minus. Item ut dicitur *Matth.* 20. Omnes ſalvati recipiunt unum denarium & quidam melius, quidam minus: ergo eodem modo omnes damnati erunt in una pœna. Quod verum eſt de pœna puniente, Sed quia diverſimode punit, ideo diverſis nominibus appellatur in ſcriptura, ut patet *Sap.* 3. Pœnæ vero illatæ diverſæ erunt, ſicut hic dicit *Gl. Ad Gl. Ezech.* Dicendum quod ipſa facis ad hoc, ita enim in domo Dei ſunt diverſæ manſiones quod unum eſt præmium, ſed diverſimode habetur ſecundum diverſitatem meritorum. Similiter & una erit pœna aliter, & aliter affligens ſecundum diverſa peccata. Ad iſtud tranſiet, &c. dicendum quod intelligitur tranſitus ille de inclinatione animi ad ſenſum doloris, & pœnæ inflictæ diverſimode pro diverſis peccatis & propter unum peccatum ſentient pœnam quæ ſolet infligi ab igne, propter aliud illam quæ ſolet infligi a frigore. Unde *Greg. ſuper iſtud. Job* 10. Ubi nullus ordo, non quod Deus non ordinet tormenta, vel ſingulorum meritorum: quia etſi ſub una gehenna non omnes uno modo ſentient ſicut homines modo calorem. Solis, Et *ib.* In ſuppliciis propterea rerum qualitas non ſervatur, flamma quæ hic urit, & illuminat, ibi urit, & obſcurat. Ecce, quam gravis cruciatus tormento a ſuis qualitatibus diſcrepans. Suis enim, ideſt, qui deſcenderunt ab eo. *Gloſ.*

A a Regnavit] in omnibus hominibus, & exercens Tyrannidem ſuam per paſſiones, b Per unum,] peccatum Adam mediante eo in omnes poſteros, Vel per unum, Adam. c Multo magis] quia major res & in infinitum melior, quam malum, quod tranſit ab Adam ſis malum. Vel, (multo magis,) quia magis duratura res, & æterna data, i. vita, ſed peccatum mors temporalis. d Abundantiam] i. remiſſionem peccatorum etiã ſuperadditorum, & præter hoc abundantiam. e Et donationis,] chariſmatum. f Et juſtitiæ] quantum ad bona opera.
D Hęc enim tria ſunt neceſſaria ad meritum vitæ æternę. Igitur ex quo Chriſtus magis potens eſt, quam Adam, & gratia ejus magis, quam peccatum Adæ.

regnavit a per b unum, multo c magis abundantia d gratiæ, & e donationis, & juſtitiæ f accipientes in vita regnabunt per unum Jeſum Chriſtum. Igitur ſicut g per unius delictū in omnes h homines in cōdemnationem, ſic & i per unius juſtitiam k in l omnes homines in juſtificationem vitæ. Sicut m enim per inobedientiam unius hominis peccatores n conſtituti o ſunt multi, ita & per unius p obedientiam juſti con-

g Igitur, ſicut, &c.] ideſt, peccatum Adæ tranſiens. h In omnes homines) iterum eſt, in condemnationem, i Sic & per unius) ideſt, Chriſti. k Juſtitiam] iterum eſt. l In omnes homines] ideſt omnes homines juſtificat quantum fuit in ſe quantum ad abundantiam & dedit vitam æternam, ſed ex defectu eorum eſt, quod non omnes, Unde intelligendum eſt, ſicut illud 1. *Tim.* 2. Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & *Jo.* 1. Illuminat omnem hominem, ideſt, nullus illuminatur, qui non illuminetur per Chriſtum. m Sicut enim per unius] Hæc eſt explanatio præcedentis concluſionis. Dixerat: Sicut per unius delictum, & per unius juſtitiam, &c. Sed quia delictum complectitur omne peccatum, & juſtitia virtutem, determinat, per quod peccatum, & quam juſtitiam, dicens (Sicut per inobedientiam) Stricte ponitur nomen obedientiæ. n Peccatores] ideſt, aſtricti peccato originali. o Conſtituti ſunt] ideſt, juſtificantur.

Moraliter. Moraliter. m Sicut enim, &c.] ideſt, per obedientiam. Unde *Prov.* 29. Rex juſtus erigit terram, & Chriſtus homines qui corruerant peccato; vir avarus deſtruxit eam, Adam ſcilicet qui appetiit ſapientiam. *Greg.* enim dicit quod non tantum eſt a natura pereunte, ſed etiam ſcientiæ *Prov.* 14. Juſtitia Chriſtus, ſcilicet elevat gentem, ideſt genus humanum, miſeros facit populos peccatum Adæ. Propter hoc dicitur ad Chriſtum *Iſ.* 58. & eſt littera *Hieron. talis*. Vocaberis ædificator ſepium convertens ſemitam in quietem. Alia littera. Avertens ſemitas iniquitatum. p Per unius, &c.] de qua *Phil.* 2. Factus eſt obediens patri, &c. Illa autem obedientia fuit nobis neceſſaria, quia indigebamus; quia immundi eramus, lotione; quia odio habiti, reconciliatione; quia vulnerati, medicina; quia duri corde, emollitione; quia increduli, confirmatione; quia uſurpatores juris alieni, emendatione; quia peccatores, expiatione. De prima; quia immundi eramus *Iſ.* 64. Facti ſumus, ut immundi omnes nos, & ideo

A aqua

Expoſitio aliter. A Regnavit etiam ante mortem, paſſiones inferens. *Prov.* 16. Indignatio regis nuncii mortis, ideſt, Paſſiones corporis, quæ inflictæ ſunt a rege irato, ideſt, a Deo ſunt nuncii mortis. Hæ ſunt ſagittæ Domini, de quibus *Job* 6. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Quæ in omnes transfuſa eſt, per cauſam etiam propriam ſuperaddita. Donationis, ideſt, chariſmatum. Argumentum, quod remiſſio peccati præcedit infuſionem gratiæ. Supra enim dixit abundantiam gratiæ quantum ad remiſſionem peccati, hic autem donationem chariſmatum gratiæ ponit conſequenter. Sed dico, quod non eſt vis facienda in ordine verborum, ſicut dictum eſt *ſup.* Quia multo major *inf.* 8. Non ſunt condignæ, &c. Eſt hic. Sed ſimiliter gratia Adæ in infinitum major, quam peccatum ejus, ergo ſicut ſanata eſt poſteritas Adam per gratiam Chriſti, ita & per gratiam Adæ. Sed non ſequitur, quia etſi gratia infinita fuerit reſpectu peccati, tamen ſatisfacere non potuit, quia peccatum tranſfunditur per naturam, gratia per voluntatem. Proceſſit ſententia Dei in juſtificationem, quæ eſt cauſa vitæ. Sed ſententia Dei de juſtitia procedit in condemnationem, ergo de juſtitia, & in juſtificationem. Item per unius juſtitiam, ideſt, Dei. Item eſt in juſtificationem, ut dicit textus, ergo **Deus ex** juſtitia juſtificat nos. Sol. Sentent. Dei, dicitur hic inſtitutio ejus, ſicut enim inſtituit, quod omnes, qui deſcenderẽt ab Adam damnarentur, ita inſtituit quod per juſtitiam filii, & meritum juſtificarentur. Sententia ergo Dei non dicitur hic juſtitia ejus, i. non dicitur de juſtitia facere quod de ſententia facit. Vel poteſt dici quod Deus de juſtitia juſtificat reſpectu Chriſti, qui hoc meruit. Vel juſtitia Dei dicitur gratia juſtificans. Nec ſola imitatione quantum ad adultos, ſed regeneratione quantum ad parvulos, ergo parvuli juſtificantur ſecundum quod iſtud intelligitur de parvulis, ergo habent juſtitiam, Ergo omnes virtutes, qui enim habet unam, habet omnes, quod concedimus. Nullus eſt homo præter illam generationem Adæ, ſcil. Nemo naſcitur purus homo, niſi carnali concupiſcentia, &c. A ſecundo 1. *Cor.* 15. Eoſdem poſt quos, ſcil. prius dixit omnes, poſtea dicit multos, cum ſubdit: Peccatores conſtituti ſunt multi, &c. Et ita patet quod accommoda eſt univerſitas. Aliter ab illo loco. Uno modo ut ſupra diximus, exponitur hoc de originali peccato, & tranſitu per propagationē, & pluralitate abſoluta. Secundo de peccato actuali & tranſitu per imitationem, & pluralitati comparatã, ideſt, ſimiliter imitando ipſum in plures tranſit, non quoad numerum, ſed in genere, quia delictum actuale, ſcilicet Adæ tantum tranſiit per imitationem, ſcilicet in ſimiliter prævaricantes, gratia autem Chriſti, & in hos tranſit, qui non ſimiliter prævaricationes, ideſt, in parvulos quos juſtificat. In quo, ideſt, in cujus imitatione. Dicit mortuos ſpiritualiter. Plures enim gratiam conſequuntur, ideſt, in genere, quia parvuli adulti, ideſt, tantum adulti. Qui neglecto Deo, iſti ſunt, qui peccaverunt in ſimilitudinem prævaricationis Adæ *ſup. in præc. fol. dicit Gl.* in ſimilitudinem Adæ peccaverunt, qui ſub ſpecie idolorum diabolo, ſervierant creaturæ *ſap.* 1. Paterno peccato, ideſt, originali. Apud inferos tenebantur, ergo nulli plene dimiſſum erat peccatum originale ante paſſionem Chriſti. Quod verum eſt, ut aperte manifeſtum eſt per *Gl. ſuper Zach.* 9. Eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. In uno peccato Adæ ſimiles. Sed, & ſi non legimus niſi de uno peccato in comeſtione pomi, tamen forte multa alia commiſit. Quare ergo non dicit, quod imitantur eum quantum ad illa? Dicendum, quod potius dicit imitari eum in illo, quia fons & origo omnium aliorum. Superiori ſenſui *ſup. eod.* ubi dixit: Mortem regnaſſe uſque ad Moyſen. Secundum hoc uſque ponitur excluſive, & concordat cum illa exceptione, quæ ſupra poſita eſt, ſecundum quam uſque ponitur excluſive. Quod autem ſecundum hoc ponatur excluſive oſtendit. Quia qui per legem, &c. Mors & idololatria prævaluit accipientes abundantiam, &c. Hoc non mutatur a prima lectione. Quod autem poſt dicit in textu, ſcilicet: Omnes ſimiliter peccantes accipit, quaſi dicat, accommoda eſt diſtributio. Item omnes, &c. quaſi dicat, hoc iterum reſtringendum eſt ad credentes. Non enim eſt generalis, &c. quaſi dicat, bene dico quod utraque univerſitas eſt reſtringenda, quia neutra eſt vaga, ſed utraque accommoda, ſicut ille Adam perdidit genus humanum, ita iſte Chriſtus merito juſtitiæ, ideſt, bonorum operum, vel paſſionis, vel gratiæ juſtificantis. Omnes ſui, ideſt, omnes carnaliter ab eo geniti, ſecundum *Aug.* Secundum *Amb.* Omnes ſui, ideſt, omnes imitatores ejus, ideſt omnes prævaricantes, maxime idololatræ. Qui non ſunt Chriſti per regenerationem, ſecundum *Amb. vide inf.* 8. Si quis ſpiritum Dei non habet, hic non eſt ejus. Juſti conſtituti multi, ideſt, omnes ſui, ideſt, regenerati. Sine qua, nec antiqui, &c. incarnatio, ergo ſine incarnatione non poteſt quis liberari, ſive ſalvari. Contra *ſup. eod.* ſuper iſtud: Multo magis juſtificati. *Gl.* Alius modus fuit poſſibilis. Et hæc eſt *Gl.* præcipue contra opinionem, quæ dicit quod alio modo poterat liberari genus humanum, ſed non redimi. Sol. Sine qua duplex eſt, quia ly qua poteſt referri ad incarnationem, & ſic falſa, vel ad fidem, & ſic vera, ſine fide incarnationis non poteſt liberari ſupple manente Dei prædeſtinatione de incarnando filio ſcil. Sed contrarium dicendo vera eſt etiam primo modo. Ideo poteſt aliter dici, ut fiat vis in hac propoſitione, ſine cujus virtute ponit incarnationem futuram eſſe. Nihil enim eſſet dictum, ego faciam hoc ſine Chimæra, quia non eſt, vel erit Chimæra. Sed adhuc objicitur, quod ſuper iſtud ad *Heb. decimo primo* Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, dicit *Gloſſa*: Credere oportet, quod Deus unus eſt, & quod remunerator ſit omnibus inquirentibus ſe, ſine hac fide nemo unquam potuit ſalvari. Videtur ergo quod hoc pro nihilo dicitur, ut antiquis ſufficeret illa fides. Solutio: Dicimus, quod illa fides modo exigitur explicite, ſed antiquis implicite ad minus. A contagione mortis, ideſt, macula, vel originali peccato. Et obligatione peccati, ideſt, actu, ideſt, actuali peccato. Mediatorem, *prima ad Timotheum ſecundo Galat. tertio* Saluberrima fide. Argumentum, quod debemus credere, quod nullus ſalvatus eſt, niſi per fidem incarnationis. Eadem fides

A namque

a aqua fluxit de latere Chriſti, *Jo.* 19. De qua *Ezec.* 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini. Et quia non lavaret niſi eſſet calida, exivit de fornace amoris Chriſti. Itẽ obligatis datus eſt nobis ſanguis in redemptionem. *Pſ.* 110. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo. Item odio habitis data eſt mors ejus in reconciliationẽ *Iſ.* 42. Dedi te in fœdus populi. Vulneratis data eſt paſſio in medicinam *Eccl.* 43. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ, ideſt, in feſtina paſſione Chriſti in carne, quæ cogebat ſolutionem, i. diviſionem animæ a corpore ſicut nebula ſolutione. *Iſ.* 53. Vere languores noſtros ipſe portavit. Et *in eod.* Ipſe vulneratus eſt pro iniquitatibus noſtris. Factum eſt in eo, ſicut cum quis habet guttam in membris, cauterium fit in membro ſano, nos autem eramus membra infirma, ipſe autem caput ſanum. Item habuimus neceſſe, ut in eo fierent cauteria, non unum, ſed multa quia quot vulnera tot cauteria. Duris corde effuſus eſt ſanguis ad emolliendum *Job* 23. Deus mollivit cor meum. Incredulitatem noſtram de teſtamento Dei mors ejus confirmavit. *Heb.* 9. Ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris: Injuriam feceramus ligni ejus fructum vetitum rapiendo, ſed quia omnis creatura ex creatione ſua ſe totam debet Deo, ipſe creator Dei filius pro nobis fecit emendam *Iſ.* 38. Domine vim patior, reſponde pro me. Item mortuus eſt ad expiandum peccatores *Heb.* 9. Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, &c. a Lex autem ſubintravit,] Hæc eſt ultima pars hujus capituli in qua probat per Chriſtum eſſe juſtificationem non per legem, etiam qui eſt abundantia omnium peccatorum, ſed contrarius eventus ſecutus eſt Chriſto nato, quia ſtatim eruperunt fontes aquarum, ideſt, virtutum. Et ſic continuari poteſt. Dico per obedientiam, &c. Et quare non per legem. [Quia lex ſubintravit] Tripliciter legitur

ſtituerunt multi. Lex a autem

a a Ut abun-

Expoſitio Gloſſ.

a namque eſt. Sed conſtat, quod non eſt eadem numero ſed ſpecie, & non niſi quia eſt de eodem, ergo eoſdem articulos credimus quos & illi, ſed ſecundum hoc enunciabilia non ſunt articuli, quia non eſt idem enunciabile Chriſtum venturum in carnem, & Chriſtum veniſſe in carnem: ergo res ſunt articuli, ut paſſio, incarnatio, Sol. Secundum nominales enunciabilia ſunt articuli, & eſt idem enunciabile. Chriſtum fore incarnandum pro tempore incarnationis, & modo Chriſtum fuiſſe incarnatum pro eodem tempore, quia ſi differant, hoc non eſt niſi in tempore, ſed tempus idem eſt, dicendum ante incarnationem Chriſtum incarnandum, & modo cum dico Chriſtum incarnatum, & ideo eadem fides, ſed modo Chriſtum incarnandum, & Chriſtum fuiſſe incarnatum non ſunt eadem enunciabilia, quia Chriſtum incarnandum fore jam non poteſt eſſe verum. Suſtinendo, quod ipſa ſunt diverſa enunciabilia ratione modi ſignificandi, tunc dicendum eſt, quod res ipſæ ſunt articuli, incarnatio, paſſio, quia idem ſunt nunc, & tunc. Nec vixerunt ſpiritualiter, nec vivunt niſi ex fide. *Abac.* 3. Non eſſe aliud nomen ſub cœlo: *Act.* 4. Ex quo in Adam viciatum eſt, imo a tempore ante, ut videtur ſecundum quod dicunt ſancti, quod Adam ante peccatum raptus fuit ad cœleſtem curiam, & ibi vidit filium Dei incarnandum, & ita ex illo tempore valuit ei fides nominis Chriſti. Ad hoc volunt quidam dicere, quod hoc non vidit fide, ſed comprehenſione, & ideo non meruit per hoc. Sed poteſt dici, quod per fidem credidit hoc, nec tamen dicitur ei valuiſſe ante peccatum ad ſalutem, quia non indigebat, ſed poſt peccatum quia tunc primo indiguit. Unde dicendum, ex illo tempore, valet, ideſt, ex tunc habuit confeſſio illius nominis poteſtatem liberandi a gehenna. Unum peccatum originale miſit, Quę addita invenit, ideſt, actualia. Et juſtitiam, ideſt gratiam, vitam æternam. Vel juſtitiam bonorum operum, & vitam gratiæ. Atque infidelis loquitur de adulto. Sicut ergo per fidei virtutem, ideſt, per fidem operantem per dilectionem, ſicut dicitur *Gal.* 5. Ita per fidei Sacramentum parvulus. Argumentum, quod parvuli non habent fidem, & eadem ratione, nec alias virtutes. *Aug.* ita diſtinguit ad innuendum, quod adulti non ſalvantur, niſi per fidem operantem per dilectionem, tamen parvuli ſalvantur per fidem ſuſceptam in Baptiſmo. Julianus qui poſuit, quod parvuli non habebant originale peccatum, & omnes Pelagiani. Et reſpondet, &c. per unius obedientiam Non videtur ſufficiens hæc reſponſio. Adhuc enim poſſet quærere Julianus contra *Auguſt.* & Chriſtianos, quando per inobedientiam Adæ transfuſum eſt peccatum in parvulos: præterea conſtat quod originali non detur materialis pœna, ſed ſolum carentia viſionis Dei, ſed hoc originale non videtur eſſe, niſi carentia gratiæ, quia intelligamus, quod parvulus non baptizatus non habeat originale, ſed tantum careat gratia, non habebit pęnam niſi carentiam viſionis Dei. Item Adam in ſtatu innocentiæ, ſi in illo perſtitiſſet ſine gratia, nunquam mereretur transferri ad viſionem Dei, unde careat viſione Dei, & tamen nullum peccatum. Similiter ergo videtur, quod non oporteat ponere quod parvuli habeant originale, ſed tantum carentiam gratiæ. Sol. Verum eſt, quod *Aug.* hic non determinat quomodo peccatum originale intret in parvulos, & ſimiliter non determinat quomodo, ſed per quid, ſed alibi determinat bene per exemplum cum dicit quod granum ſeminatur ſine palea, & tamen ſurgit cum palea ſicut circumciſus corporaliter gignit incircumciſum corporaliter. Similiter circumciſus ſpiritualiter gignit incircumciſum ſpiritualiter. Ad aliud dicendum, quod revera ſi parvulus nullum originale haberet, careret viſione Dei, & Adam ſi in ſtatu innocentiæ deceſſiſſet ſine gratia, non tamen originale eſt carentia gratiæ, quia talis parvulus, & Adam multo lucidius cognoſcunt Deum, quam parvuli, qui modo decedunt ſine Baptiſmo cum originali, ſunt enim fere quaſi bruta, & in pœnam originalis eſt hoc, & præter hoc eſt pronitas. Ex voluntate primi hominis ſeminatum eſt, quidem non ex voluntate conjuncta ipſi originali, ergo ex remota ejus voluntate. Dicitur enim voluntarium, quia ſurgit ex voluntate primi parentis, ergo eadem ratione originale debet dici actuale, quia ex actuali peccato Adæ. Item originale peccatum dicitur voluntarium, non quia ſit in voluntate, ſed quia eſt a voluntate Adæ, ergo eadem ratione iſte puer, qui verberatur, patitur voluntarie, quia patitur a voluntate verberantis. Sol. Hæc eſt impropria, peccatum originale eſt voluntarium, & impropriæ non ſunt extendendæ, & ideo non eſt inferendum ex hoc in ſimilibus, & ideo non oportet dicere eſſe actuale, quia eſt a peccato actuali. Vel dicendum, quod non eſt ſimile de actu & voluntate, quia voluntas fuit fons & origo malitiæ, actus non habet malitiam, niſi auctoritate. Ad illud, quod verberatio pueri cum ſit a voluntate verberantis, ſecundum hoc dici debet voluntaria, dicendum, quod in quantum eſt iſtud, quod eſt originale non eſt voluntarium, ſed in quantum eſt peccatum ſimiliter verberatio non eſt voluntaria, in quantum eſt id quod eſt, ſed in quantum eſt patiens. Ex voluntate primi hominis ſeminatum eſt, ergo ipſe voluit ſeminare originale in poſteros, quod falſum eſt: Solut. Prima voluntas ejus fuit cauſa quare ſeminatum eſt, quia voluit id facere ex quo ſeminatum eſt, ſicut iſte vult intromittere Solem qui vult facere aliquid quo facto intromittitur Sol. Ex voluntate mala tanquam ex arbore mala fieri omnia opera mala: *Matth.* 7. Secundum ergo hoc malum opus non exit niſi a voluntate mala. Sed objicitur de illo qui habet voluntatem interficiendi feram ad ſuſtentationem patris, interficit ipſum patrem ſuum, ut forte Lamech, qui interfecit Cain, illa voluntas erat bona, & opus fuit malum. Et ſolvitur, quia hoc quod dicitur, intelligitur de voluntate directa. Sed dicendum, quod imo intelligitur de qualibet voluntate. Unde ſi non eſt mala voluntas, non eſt actus malus. Dicendum ergo quod in illo qui vult interficere feram, & interficit parentem, ſunt duæ voluntates: Una qua vult interficere feram, quæ bona, alia qua non *Geneſ.* 4. vult nocere patri in qua ſi adhibuit cautelam, quam potuit, & debuit non proceſſit malus actus ab ea, nec fuit mala. Hoc nec fecit Lamech, & ideo peccavit, & mala fuit illa voluntas: Ergo ex bono oritur malum, ex libero arbitrio. Sed quomodo ex contrario contrarium? Et ſolvit *Aug. in lib. de nat. bon.* quia ex libero arbitrio, & nihilo factum eſt unumquodque corruptibile corruptione peccati. Unde & dicit in *Ench.* quod hæc fallit regula dialecticorum, qui dicunt contrarium non eſſe in contrario. Per opus Dei, liberum arbitrium. Opus diaboli mala voluntas, quæ dicitur opus diaboli, quia fit miniſterio ejus, ideſt, ipſo ſuggerente. In opere Dei, ideſt, Angelo, vel in libero arbitrio ejus. Nunquam erat, antequam peccaret. Quod alicubi, in Angelo, vel in Adam. In ramo, ideſt, in opere. Sed in radice, i. in originali: *Greg.* Ramus humani generis, quia in ſua radice putruit, in ſua viriditate non conſiſtit. Opus operis Dei, ideſt, opus diaboli qui eſt opus Dei: Vel opus operis Dei, i. peccatum Adæ quod eſt factũ diabolo ſuggerente. Communis eſt inventio, quantum eſt de ipſo inventore Chriſto. Reatu originalis peccati ut Judæi Chriſto magis ſint obnoxii: Ex quo non potuit eos liberare. Latenter intravit, quia tantum uni populo, ideſt, Judæis, vel quia in ſequeſtri loco, ideſt, in deſerto. Vel latenter intravit quantum ad Judæos, quia non eam intelligebant. Vel latenter quantum ad hoc, quod ſequitur: Ut abundaret, &c. quia licet eſſet lex manifeſtata, & manifeſte data, tamen latenter intravit. Ut abundaret, &c. Accepit præcepta in quibus deficiens factus eſt prævaricator, ergo prævaricatio eſt novum peccatum, quod per legem intravit; ſed contra, fornicationis eſt novum peccatum per legem, ergo nec prævaricatio. Solutio: Quantum ad moralia, nullum novum peccatum eſt introductum per legem, ſed augmentatum. Unde fornicatio fuit magis peccatum

▲ *a* Ut abundaret] Ly (ut) ponitur cauſaliter, & tunc ponitur antecedens pro conſequente. Lex ſubintravit enim latenter, quia tantum data eſt populo uni, ideſt, Judæis, & hoc dum eſſent in ſequeſtro loco deſerti. *b* Ubi autem abundavit, &c.]ideſt, ut quæratur medicus quod eſt conſequens ad abundantiam delicti, ſicut quando magnum eſt vulnus modo ſequitur, ut quæratur medicus. Secundo occaſionem dedit non cauſam, ideſt,

ſubintravit, ut abundaret *a* delictũ. Ubi autem *b* abundavit delictum,

ex hoc quod (ſubintravit lex) occaſionaliter, (Abundavit delictum,) quia tranſgreſſio. Tertio modo cauſaliter. (Ut abundaret delictum,) ideſt, cognitio peccati. Sequitur. (Ubi autem,) & tamen dixerat lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Ne ergo Judæi apud quos lex ſubintraverat deſperarent, addit (Ubi autem abundavit) Vel ita: Delictum abundavit per legem, ſed Chriſtus illud delevit per gratiam hoc eſt. Sicut regnavit peccatum, in mortem ducens, (ita gratia regnet per juſtitiam,) ideſt, per bona opera, quę ſunt ſigna, quod regnet in nobis in vitam ducendo per eam, & hoc (per Dominum) quia nulla merita noſtra ſufficiunt ad vitam æternam ſine merito, & gratia Chriſti. (Abundavit delictum) ideſt, peccatum abundat, ſive inundat dupliciter, in univerſali, & particulari. In univerſali inundat excedens ripas erubeſcentiæ, quæ omnino abſorpta eſt a peccato. *Ezech.* 3. Omnis quippe domus Iſrael attrita eſt fronte, & duro corde. *Jer.* 6. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt. Et ſtatim quaſi male dixerit, corrigit: Quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt. Similiter ripa timoris. *Pſ.* 13. Non eſt timor Dei ante oculos eorum. *Malac.* 1. Si Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? In hoc autem apparet inundatio fluminis peccatorum, qui plana occupat, montium cacumina tranſcendit. Unde *Iſ.* 8. Adducet Dominus aquas fluminis fortes, & multas, regem Aſſyriorum, ideſt, diabolum, & omnem gloriam ejus, ideſt, peccatum, & aſcendet ſuper omnes rivos ejus, ideſt, genera peccatorum, & ibit per Judam inundans, & tranſcendens uſque ad collum veniet, ideſt, prælatos. *Iſa.* 37. In multitudine quadrigarum mearum, &c. Quadrigæ, ideſt, craſſa peccata ſolent ire per vias planas, ideſt, per ſæculares; ſed ſuper alta montium, ideſt, ſuper Prælatos, vel contemplationis, & ſuper eos, qui eminent in religione abundat peccatum, ut avaritia excedendo ripas legitimæ negotiationis. *Jer.* 8. A minore uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent, deſluendo in furtum, & rapinam, & ſic curſum avaritiæ tranſcendere. Similiter luxuriæ metas matrimonii excedendo, & naturæ. *Gen.* 6. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam *ſup.* 1. Nam & feminæ eorum immutaverunt naturalem uſum: & gulæ alveum ventris per

A vomitum

Expoſitio Gloſ. ▲ poſt legem quam ante. Aliæ ingreſſa ſunt multa nova peccata per legem, ratione quorum dicitur hic prævaricatio Pædagogus. *Gal.* 3. Aſſignantibus, ideſt, attribuentibus multum, accuſativi caſus. Quia dicebant *Exod.* 19. Cuncta quæ locutus eſt Dominus faciemus, & 24. Omnia verba Domini quæ locutus eſt faciemus. Et dixit magis: Et quod quia ab initio & quaſi coacto Deo acceperunt legem, non merebantur perficiendo eam, tamen puniebantur pro tranſgreſſione. Sed modo dicitur quod imo ſi ex charitate faciebant merebantur. In peccato originali natus implere non valet, ergo non eſt ei imputandum, imo quia ei offertur gratia, quam habere poteſt & per ipſam implere. Confiterentur defectum. Quæritur medicus. Eædem rationes ponuntur ſuper *Gal* 4. Ut per legem abundaret delictum. Contrarium ſc. *Amb.* Lex data eſt in remedium, ſed ibi habita eſt. Sol. Proprie data eſt in remedium, occaſionaliter in peccati augmentum. Ut in auſteritates legis, ideſt, per pœnas irrogatas in legem offenſi fuit peccatum eſſe magis, quam crederent. Auctum eſt ex prohibitione occaſionaliter: quia ſimpliciter peccatum factum eſt prævaricatio, & irritata eſt concupiſcentia, quia nitimur in vetitum. Ex propria virtute, ideſt, ex propria concupiſcentia, ex prohibitione ardentior facta, ſed magis expreſſe in Evangelio prohibitum eſt. *Matt.* 5. Qui viderit mulierem, &c. Ergo Evangelium ſubintravit, ut abundaret delictum, ſicut & lex. Sed dicendum quod non ex prohibitione, ſed ex modo prohibendi facta eſt ardentior concupiſcentia, quia in lege prohibitum eſt peccatum ſub pœna inferenda ab homine. Et ſuper *Gen.* 9. dicitur, quod omnes homines in quantum homines, ſunt pares, quando autem par pari ſuo præcipit aliquid ſub pœna, ferventior fit ad faciendum optatum, & hoc alibi melius determinatum eſt. In Evangelio autem prohibitio ſub pœna inferenda a Deo, & propterea Evangelium gratiam confert, quia peccatum mundat, & ideo non irritat concupiſcentiá. Juſtitię ſemina, i. cognitio boni, & dilectio boni. Et dicis quodammodo inſerta naturæ juſtitiæ ſemina, ne videatur conſentire Pelagianæ hæreſi. Dicuntur enim naturę inſerta quodammodo, ideſt naturæ conſentanea, ſicut ſuper *Matt.* Paulo ante ſermonem Domini, dicit *Gl.* quod Jeſus docebat naturales virtutes, i. naturæ conſectaneas, vel quas naturalis ratio dictabat. Ad fructum juſtitiæ, i. ad opus bonum. Sicut enim nativitas, i. homo natus, vel quicquid naſcitur interit, i. annihilatur. Niſi habeat quod reſpiciat. Ad hoc data eſt ei lex naturalis. Veneretur, ad hoc eſt lex cęremonialium. Quod reſpiciat, dicit propter intellectum, quod veneretur propter affectum. Diabolo invertente per ſuggeſtionem. Contra quod, i. in remedium cujus, Deum omnia peccata ſcil. dimiſit. Peccatum lateret unde *inf.* 7. Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret, non concupiſces. Genera peccatorum, & prævaricationis. Peccatum proprie eſt, quod eſt malum in ſe, contra legem naturæ; prævaricatio vero, quod non eſt malum, niſi quia prohibitum. Ex hoc poteſt argui ſic: Si eſt aliquod peccatum tantum, quia prohibitum, ergo & aliqua virtus eſt virtus, eo quod impletur aliquod tantũ, & quia præceptum eſt hęc eſt obedientia. Unde manifeſtum eſt, quod ipſa proprie eſt in indifferentibus. Pędagogum *Gal.* 3. Timorem ſignum faciendorum, vel futurorum. Lex aliquando dicitur tota ſcriptura *Jo.* 15. In lege eorum ſcriptum eſt, quia odio habuerunt me gratis. Aliquando ſcriptura quinque librorum, ſecundum hoc dicitur, quod lex data fuit Moyſi aliquando decalogus ſcriptus *Exod.* 31. *Deut.* 5. Secundum hoc dicitur, quod lex data fuit Moyſi in monte Sinai. Aliquando cæremonialia tantum, ſic ſumitur *Gal.* 4. Dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis. Aliquando littera cum ſpiritnali intelligentia *inf.* 7. Lex ſancta eſt, & mandatum ſanctum, & juſtum & bonum, &c. Lex phaſe. *Exod.* 13. Lex lepræ. *Lev.* 13. Holocauſtorum. *Lev.* 7. Niſi abundaverit: *Matt.* 5. Non ſolum autem temporalia: *Gl.* eſt Bedæ ſuper illud *Matt* 19. Si vis ingredi ad vitam, &c. Non veni ſolvere: *Matth* 5. Non quo de homine *Ezech.* 20. Dedi eis præcepta non bona: Ibi *Hier.* Poſt idololatriam. Dedit eis multiplices legis cæremonias ut comparatione idololatriæ levius fieret, quod non erat bonum. Ex hoc videtur, quod eſſent mala, cur ergo eis pręcepit illa? Item de hoc quæritur, juſtitia legis ſuo tempore cuſtodita non ſolum bona temporalia, ſed vitam conferebat æternam. Hoc eſt plane contra Lombardum, qui dicebat quod nec operantia erant meritoria. Hoc enim non intelligitur de moralibus, ut videtur per hoc, quod dicit ſuo tempore cuſtodita, moralia autem non tantum in uno tempore, ſed in omni cuſtodita conferunt vitam æternam. Sol. Legalia pro operibus operantibus erant meritoria, quando fiebant ex charitate, tamen Beda loquitur de moralibus quod patet, quia illud dicit ſuper hoc: Si vis ingredi ad vitam, ſerva mandata. Sed item quæritur, quare dicit ſuo tempore cuſtodita. Dicendum, quod ſi ly ſuo refertur ad legis, & tunc non eſt contra Lombardum. Ad illud, non bona dicendum, quod ſicut ſunt quædam mala per ſe, & ſecundum ſe, quæ licet non eſſent prohibita, tamen ſunt mala, & hoc ſuo nomine turpitudinem dicunt, ut fornicatio, & ſunt contra legem naturalem. Quędam ſunt mala ſecundum ſe tamen, quę niſi addatur bona circumſtantia, ſemper ſunt mala, ut eſt occidere hominem. Similiter quædam ſunt per ſe, & ſecundum ſe, quæ prolata virtutem dicunt, ut diligere Deum, orare, & hujuſmodi. Quædam autem ſunt, quæ non ſunt bona, niſi addita circumſtantia, ut percutere puerum propter doctrinam, talia erant cæremonialia, ſed non erant bona per ſe, & ſecundum ſe, & ſic intelligendum eſt verbum obſervantes ſecundum litteram. Hoc idem verum eſt de moralibus, quando implebantur timore non amore. Et de littera moralium ſine gratia. Ideo ſic diverſificatur, quod ſecundum magiſtrum litteralis obſervantia, nec ſine gratia, nec cum gratia erat meritoria. Dignus erat, ideſt, minus indignus, ceteris, vel dignus, ideſt, idoneus dignitate congrui, non dignitate meriti. Sed non pro omnibus, ideſt, non ad utilitatem omnium. Alibi ait Apoſtolus 1. *Tim.* 1. Per eam nihil juſtitiæ accrevit, ideſt, quia etſi nunquam data fuiſſet, non minus operatur juſtitiam. Orationem Dominicam docuit *Matt.* 6. Certamen indixit per exemplum: *Matt.* 4 Ubi tentatus eſt a diabolo: Vel per verbum *Matth.* 16. Si quis vult venire, &c. Laboranti ſubvenit *Matth. ult.* Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Victorem *Apoc.* 2. Vincenti dabo edere, &c. Et in *eodem*, *c* Qui vicerit non lædetur a morte ſecunda. Et in *eodem*, *e* Vincenti dabo manna abſconditum, &c. Non ſolum præteritis, verum etiam futuris. Unde in Confiteor dicitur. Ne præſentia, præterita, & futura durent, & præterita ne redeant, futura ne fiant. Sicut aliqua peccata præter Adam ſunt. Argumentum, quod non omne peccatum ex fomite. Ideo cum dixiſſet, &c. quaſi dicat bene apparet per textum, quod aliquod peccatum eſt quod non eſt ab Adam, ſed nulla gratia, vel juſtitia eſt, quæ non ſit a Chriſto.

Digitized by Google

a vomitum, & alias immunditias exeundo. *Iſa.*28. Neſcierunt videntem, ignoraverunt judicium, abſorpti ſunt a vino, erraverunt præ ebrietate, omnes menſæ eorum repletæ ſunt vomitu, &c. Ita alveum legis vindictæ excedendo, cum tamen dicatur *Ezech.*9. *Sept.* Mihi vindi-

Rom. 12. cta & ego retribuam, dicit Dominus. Sed multi etiam pro verbis non tantum verba reddunt, ſed verbera.

a Superabundavit, &c.] quod facit Dominus, ut in donis ſuis glorioſus appareat. *Mich.*4. Venies uſque in Babylonem, ibique liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimici tui. *Iſa.*45. In cubilibus ubi prius habi-

A tabant dracones, viror calami, & junci oriebantur, ideſt virtutes, & ſanctitates apparebant per impletionem mandatorum exterius, & aggreſſionem conſiliorum. *Cant.*4. Veni coronaberis, de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, & montibus Pardorum. Hoc dicitur *Eccl.* 24. *Pſal.*32. Congregans, ſicut in utre aquas maris, ponens in theſauris abyſſos, i. gratiam, & ſcientiam in eis, qui fuerunt in abyſſo peccatorum. Et alibi *Pſalm.* 77. Convertam ex Baſan. Poſſet eſſe thema in feſto Magdalenæ, vel Pauli. b Regnavit peccatum] quod eſt quando peccatum facit in homine præcipiendo mala, prohibendo bona quod rex ſolet facere in regno ſuo.

ſuperabundavit a & gratia ut ſicut regnavit b peccatum in mortem, ita & gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

CAP. VI.

Quid d ergo dicemus? Manebimus in peccato ut gratia abundet? Abſit, e Qui f enim mortui ſumus peccato quomodo adhuc vivemus in illo? An ignoratis g fratres, quia quicumque h baptizati ſumus in Chriſto Jeſu in morte i ipſius baptizati ſumus: k Conſepulti l enim ſumus cum illo per baptiſmum m in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis

* ſtetit

EXPOSITIO CAP. VI.

Quid d ergo dicemus?] Hic incipit ſecunda pars primæ partis Epiſtolæ totalis, in qua oſtendit quod lex ſpiritus neceſſaria eſt ad ſalutem, & durat uſque ad octavum cap. [Scimus quoniam diligentibus Deum, &c.] Dividitur hoc cap. in duas partes. In prima, oſtendit per ſimile, quod lex ſpiritualis ſumme, & ſpecialiter neceſſaria eſt ad ſalutem, uſque ibi: [Sicut enim exhibuiſtis corpora veſtra, &c.] Poſtea oſtendit idem per naturam ſive rationem ſervitii uſque ad finem cap. Continuari poteſt dupliciter pars partis, ſic: Patet quod lex non eſt neceſſaria ad ſalutem, ex quo per legem abundavit peccatum: Quid ergo? vel ſic: ubi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia; ideo interrogando objicit, quod objiciebant aliqui. Tu dicis: ubi abundavit, &c. Quid ergo dicetur, ex quo gratia ſuperabundanter datur eis, in quibus abundavit peccatum. d Dicemus?] hoc ſcilicet quod permanet in peccato. e Abſit.] quod hoc dicamus, imo vivemus ſpiritualiter, quod oſtendit, quia non debemus permanere in peccato. f Qui enim, &c.] Et oſtendit per ſimile, quod mortui ſumus peccato. g An ignoratis, &c.] i. juſtificati a Chriſto Jeſu. i In morte ipſius] i. in baptiſmo conſequenter effectum a morte ipſius. k Conſepulti enim] ſi homo mortuus deberet ſtatim reviviſcere, non ſepeliretur. Unde cum, ut ante dixit, quod nos mortui ſimus in peccato, ne debeamus ei reviviſcere, addit: [Conſepulti, &c.] dico, quod in morte ipſius, ideſt ad ſimilitudinem mortis baptizati ſumus, ut ſicut ipſe eſt mortuus ſemel, & ita nos ſemel moriamur peccato. l Enim] ideſt, quia: [Conſepulti ſumus, &c.] ideſt ad ſimilitudinem illius. Nos dico ducti m Per baptiſmum, &c.] i. in peccatorum abſolutionem, & hoc ad ſimilitudinem ſepulturæ ejus, quia ter immergitur puer, ad innuendum tres dies ſepulturæ ejus. Vel i in morte] dicit, quia baptiſmus habet virtutem ſuam a morte ejus. Nec ſufficit mori, ut Chriſtus, ſcilicet mortuus eſt, niſi reſurgamus vita

A mus vita

Moraliter. Moraliter. h Quicumque baptizati ſumus] ideſt, tincti i In morte ipſius] i. in paſſione ejus, unde debemus eſſe colorati colore Chriſti, i. ſanguines ejus, ut dicamus cum B. Agnete: Sanguis ejus ornavit genas meas. *Pſ.*67. Ut intingantur pes tuus in ſanguine. Paſſionem Domini obliviſcitur & alio colore ſe tingit, affectum ad terrena dirigens. Unde conqueritur Dominus *Jer.*12. Nunquid avis diſcolor hæreditas mea mihi, nunquid avis tincta per totum; q.d. per totum debet eſſe unus color ſanguinis Chriſti: Ille ergo in quo nulla eſt mortificatio Chriſti, ſive ſimilitudo Chriſti paſſionis baptiſmus non eſt, & colorem quem recepit in Baptiſmo amiſit. Quod deflet Eccleſia per Jeremiam *Thren.* 4. Obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus. In *eod.* Candidiores Nazarei ejus nive, ſicut a Chriſto Chriſtiani, ita ab eo Nazareno Nazarei rubicundiores ebore antiquo. Et tanguntur duo effectus baptiſmi, quia lavat a peccatis, quod intelligitur in nive, & ornat virtutibus, & dat imitationem Chriſti. Per ebur antiquum, patres antiqui. Unde per hoc vult intelligi, quod nos magis debemus portare mortificationem Chriſti, quam antiqui; Superbi autem proprie ſunt baptizati in morte diaboli, qui per ſuperbiam cruci primo affixus eſt. Unde eis poſſumus dicere: An ignoratis, quia quicumque ſuperbi eſtis in morte diaboli baptizati eſtis. k Conſepulti cum illo] ne redeamus ad actum peccati, *Joan.* 11. De ſuſcitatione Lazari, qui ſi vellet redire ad uxorem ſuam, quia ſolutum fuit matrimonium, non poſſet. Sic religioſus ſi vult ad uxorem ſuam, quam habuit in ſeculo, redire, i. concupiſcentias, ſciat, quod ſolutum fuit matrimonium ſtatim quando intravit religionem, vel vovit. m Per baptiſmum in mortem, &c.] Hoc ſignificatum fuit 4. *Reg.* 13. Ubi projectum fuit cadaver in ſepulchrum Heliſæi, & cum tetigiſſet cadaver Heliſæi, revixit homo, & *De conſ. d. 4. c. propter, in princ.*

d Quid ergo dicemus, &c.] *Gloſſ.* ubi debuerunt, ideſt in qua prædicatione. Accipere vitam, 2. *Cor.* 2. Chriſti bonus odor ſumus Deo in his, &c. Tanto magis Deo placeret *ſupr.* 3. Si enim iniquitas noſtra juſtitiam Dei commendat, quid dicemus, &c. Hoc autem perverſi accipiunt. Sed quare dicit eos perverſos, nonne enim hoc verum eſt? Videtur quod ſic, ſuper illud *inf.* 8. Omnia cooperantur in bonum, dicit *Gloſſ.* etiam mortale. Sed facienda eſt vis in hac propoſitione, propter: dicebant enim, quod cauſaliter dixerat *Apoſt.* Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit & gratia, ideſt propter hoc, ſed ipſe accepit occaſionaliter. Ingratos gratiæ, quia non gratis daretur gratia, ſi peccatum cooperaretur. Pro majori gratia, habenda, vel obtinenda, quaſi mortui non amantes peccatum, vel liberati a peccato. Hoc jam habemus, ideſt remiſſionem peccatorum. Reddemus vires hoſti per peccatum, aliter non habet poteſtatem in homine. *Iſa.* 51. Dixerunt animæ tuæ, incurvare, ut tranſeamus. A quibus liberat medicina. Cujuſcumque conditionis. *Galat.* 4. Ubi non eſt maſculus, & femina, Gentilis, & Judæus, &c. In inſtitutione Chriſti. *Matth. ult.* Ite baptizantes eos. Qui baptizat interius, 1. *Cor.* 3. Qui autem incrementum dat Deus. *Jo.* 1. Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, ſuper quem, &c. Semel mortuus eſt carne, quia nunquam mortuus fuit ſpiritu. Et ſemper vivit ſpiritualiter. Quia mors ejus cauſa eſt. Sed nonne ante baptiſma purificabat, quam Chriſtus moreretur? Sic, ſed non ita perfecte ſicut poſt, quia per Chriſti paſſionem habuit plenum effectum tollendi pœnam, & intrandi januam. Sæpe arguit illos de ignorantia. Unde *ſupr.* 2. An ignoratis, &c. Similes morti Chriſti, quia trina immerſio triduum ſepulturæ Chriſti deſignat, elevatio de aqua Chriſti reſurrectionem. Fide in baptiſmo, ne amplius ad mala progrediamur. Remotus quia factus immortalis non potens mori. Per gloriam patris, ideſt per verbum. Argumentum, quod hoc nomen gloriæ licet ſit eſſentiale, tamen quandoque ſupponit pro perſona. Homini unitum, Sed ſuppoſito illo homine ſupponitur filius Dei, ergo filius unitur ſibi ipſi, & ita hominem aſſumpſit. Reſpondeo: Unitum homini, ideſt humanæ naturæ. Explantati, ideſt tranſlati. De mala terra, de converſione mala ad bonum, Simul, i. mox. & erimus reſurrectionis, ergo prius eſt mori peccato, deinde reſurgere, ſed mors peccati eſt peccatorum remiſſio, reſurrectio gratiæ infuſio; ergo remiſſio peccati eſt prior quam infuſio gratiæ. Solut. appellat reſurrectionem bonorum operum fructificationem, quæ ſcilicet opera bona ſequuntur remiſſionem peccati. Vel aliter: Si ſimilitudini mortis. Hoc dicit innuendum, quod non tantum paſſionem, ſed etiam circumſtantias debemus habere in memoria, ut dicamus cum ſponſa *Cant.* 1. Faſciculus myrrhæ dilectus meus. *Job* 39. Pulli ejus lambunt ſanguinem; qui lambit ſanguinem nihil de eo relinquit, ſic nec debemus relinquere aliquam circumſtantiam paſſionis. Non tantum res, ideſt opera geſta, ſed etiam ſacramenta, i. ſacra ſigna efficientia in nobis quod figurant. Sed etiam geſtis configuraretur vita Chriſtiana. *Aug.* Propter ejus crucem dictum eſt: Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. *Galat.* 5. Propter ſepulturam: Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum. *Supr.* Propter reſurrectionem, ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit, &c. *ſupr. eod.* Propter *Expoſitio Gloſ.*

A aſcen-

Digitized by Google

A mus vita gratiæ, ſicut Chriſtus vita gloriæ. *a* Per gloriam patris,] idest per ſeipſum, qui eſt gloria patris. *Prov.* 10. Filius ſapiens lætificat patrem. Item 13. Filius ſapiens doctrina eſt patris ſui. Item *Eccl.* 22. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. Secundum hoc gloria patris filius diſciplinatus. *b* In novitate vitæ]ideſt in nova vita: Hoc ſic dicitur ad majorem expreſſionem. *c* Si enim complantati, &c.] exponit ſimilitudinem, ſc. quid eſt mori peccato, ſive ſepelui, & quid reſurgere facti, hoc dicit ad innuendum, quod hoc non habet homo a natura, ſed a gratia. *d* Similitudini, &c.] ut dicamus cum Apoſtolo 2. *Cor.* 4. Mortificationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, ut & vita, &c. Et ſic [complantati] i. adhærentes firmiter paſſioni Chriſti per mortificationem, fructum bonorum operum faciemus. Dicit autem: [Similitudini mortis,]non morti, quia quicquid poſſemus ſuſtinere eſt ſimilitudo, & quaſi umbra mortis. *e* Simul & reſurrectionis erimus,]participes in gloria.

per gloriam patris, ita *a* & nos in novitate *b* vitæ ambulemus. Si enim complantati *e* facti ſumus ſimilitudini *d* mortis ejus, ſimul & reſurrectionis *e* erimus, *f* hoc ſcientes, quia vetus homo noſter

Moraliter. * ſtent ſupra pedes ſuos. Significatum etiam eſt *Gen.* 23. In ſepultura duplici Hebron, ideſt in Baptiſmo, propter duplicem effectum, ideſt remiſſionis peccatorum, & collationis gratiæ, in quo omnes Patriarchæ, ideſt omnes boni debent ſepeliri. Hanc emit Abraham, ideſt Chriſtus ſanguine ſuo, & ſic factus eſt pater multarum gentium. Titulus hujus ſepulchri, & inſcriptio eſt character, & abrenunciatio diaboli, & ejus pomparum. Qui autem ſepultus eſt per baptiſmum, vel per ingreſſum in religionem, & adhuc vivit peccato, ſignum eſt, quod ſit flagitioſus, ſicut ſi inveniretur aliquis, qui diu jacuiſſet in ſepulchro vivus. *b* In novitate vitæ] inde tractum eſt alicubi in conſuetudinem, quod clerici vadant omnes in ſuperpelliceis. *Pſal.* 103. Emitte ſpiritum ſuum, & creabuntur. *Eph.* 4. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ, &c. Hoc etiam ſignificat renovatio veſtium. Sed heu ancilla parata eſt, non domina miſera anima. *Marc. ult.* Viderunt juvenem ſedentem in dextris coopertum ſtola candida. *Matth. ult.* Erat aſpectus ejus ſicut fulgur. Per juvenem ſignificatur ſtrenuitas bene operandi in baptiſmo: per dexteram, quod operari debemus pro æternit. Per ſtolam perſeverantiam. Per candorem munditiam converſationis. Per ruborem faciei ardor charitatis. *c* Si enim complantati ſumus] Quidam ſunt, qui nec in cœlo, nec in terra plantati ſunt, ſed fluctuantes moventes ſe ad ventum cujuſlibet tentationis. Contra quos dicitur 3. *Reg.* 18. Uſquequo claudicatis in duas partes, &c. *Iſa.* 8. Ite angeli veloces ad gentem convulſam, & dilaceratam. *Job* 19. Quaſi evulſæ arbori abſtulit ſpeciem meam. Item non eſt mirum ſi tales non poſſunt fructificare. Et *Zach.* 5. Levaverunt dæmones amphoram inter cœlum, & terram, ideſt tales mobiles elevant. Alii plantantur in terra per amorem. *Jer.* 12. Radicem miſerunt *Gloſſ.* in terram miſerunt, proficiunt, & faciunt fructum. *Job* 14. Si ſenuerit in terra radix ejus, & in pulvere emortuus fuerit truncus ejus, ad odorem aquæ germinabit, ideſt gratiæ, quantumcumque inveteratus fuerit in amore terrenorum. Tales quandoque licet radicem habeant in terra, tamen fructus, ideſt opera, & folia, ideſt verba habent in cœlo, quia bona opera exterius faciunt, & bonum loquuntur de Deo. *Jerem.* 12. Prope es tu ori eorum, &c. quia tamen ubi radicata eſt arbor, ibi cadunt fructus, & folia, ſic verba, & opera talium tendunt ad terrena, tatione quorum hoc faciunt. His dicitur *Mich.* 6. Tu ſeminabis, & non metes. Alii plantati ſunt in cœlo. *Pſalm.* 61. Plantati in domo Domini in atriis domus Dei noſtri florebunt. *Gloſſ.* in Eccleſia militanti. Ideo fructum invenient in terra cœli. *Amos ult.* Plantabo eos ſuper humum, ſcilicet, & non avellam eos ultra de terra ſua, quam dedi eis, quod erit in gloria. Sed nota, quod habet duas radices, intellectum, & affectum. Et quandoque ſolus intellectus radicatus eſt in cœlo, quia bene ſentit, & intelligit de Deo, & angelis, & gloria eorum. Sed nihil valet, niſi & affectus ibi plantetur. Ideo dicit Apoſtolus [complantati] ideſt ſimul utraque radice plantati. Unde *Pſal.* 33. Guſtate, & videte. Et *Deut.* 2. Utinam ſaperent, & intelligerent. Item debemus plantari in terra pœnitentiæ per exercitium bonorum operum. *Gen.* 41. Creſcere me fecit Dominus in terra paupertatis meæ, ideſt in pœnitentia; in qua recognoſcit homo paupertatem, ſcilicet ſpiritualiter in terra paſſionis Dominicæ per imitationem in terra cœleſtium per deſiderium, & amorem. Utrum autem aliquis ſit plantatus in mala terra poteſt cognoſcere ex tribus, ex putredine radicis, ex amaritudine fructuum, & ex paucitate eorumdem. Radix eſt cor, ſi fructus ſunt amari, & ſi remordet eum conſcientia de omnibus, quæ facit, & ſi facit pauca bona opera, & hæc tria intelligat perfecte, ſiet illud *Jerem.* 17. Et erit quaſi lignum, quod tranſplantatur ſuper aquas, &c. Tunc etiam dicetur de eo: Filii tui, ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ.

f Hoc ſcientes, quia vetus homo] Poſſet quis dicere: Revera oportet nos mori peccato, ſed non poſſumus propter infirmitatem, quod imo, [Hoc ſcientes, quia vetus homo,] ideſt, fomes faciens veterem hominem ſpiritualiter.

A *a* Simul crucifi-

Moraliter. Moraliter. *f* Vetus homo noſter crucifixus eſt,] i. fomes per paſſionem Domini debilitatus. *Iſa.* 25. Triturabitur Moab ſub eo, ideſt fomes, quem traximus a parente noſtro Adam paſſione Chriſti debilitatur. Diabolus ſimiliter crucifixus fuit, quia tunc fuit afflictus furore, & invidia videns per mortem Chriſti regnum ſuum deſtrui, & regnum Dei præparatum, & augmentari. Unde ſicut habetur *Matt.* 27. Procurabat liberationem Chriſti, per uxorem Pilati, dicentem: Nihil tibi, & juſto illi. In cruce ergo ſuſpenſus fuit diabolus. Quod ſignificatum eſt *Eſth.* 5. Aman, ideſt iniquus, i. diabolus paraverat crucem Mardochæo, ſed factum eſt e converſo. Mardochæus interpretatur amare conterens impudicum, quod fecit in cruce de diabolo Chriſtus. Item mundus crucifixus eſt cum Chriſto, quia 1. *Joan.* 2. Omne quod eſt in mundo, &c. concupiſcentia carnis crucifixa eſt per amaritudinem mortis ipſius, per extremam paupertatem, quam ſuſtinuit in cruce, ut nudus ſuſpenderetur; concupiſcentia oculorum per amaritudinem mortis; Per mortis vilitatem ſuperbia vitæ. Vel [Vetus homo] ideſt quilibet peccator. *Pſal.* 6. Inveteravi inter omnes inimicos meos,

* Per

Expoſitio Gloſſæ. A aſcenſionem. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, &c. *Col.* 3. In vetuſtate a primo homine contracta. Unde *Chryſ.* dicit: Aſſumpſit omnes defectus noſtros præter indecens peccatum. Sed objicitur de ignorantia, ideo dicit præter peccatum, ideſt præter omne indecens. Non enim decuit, ut tantus ignorantiam aſſumeret. Sed tunc dubitatur de paſſionibus animæ, utrum eas aſſumpſit, ſcilicet gaudium, triſtitiam, & hujuſmodi. Ad hoc dicunt, quod accepit eas in quantum paſſiones naturales, non in quantum paſſiones animæ rationalis. Sed ſi hoc, de carnalibus carnaliter gaudebat, vel triſtabatur. Et hoc quidem verum eſt, non ut notet vitium, ſed in eis gaudebat ſicut in creatura Dei, vel ſua. Non ſecundum culpam, ideſt non mediante originali, ut nec eorum viſio, nec memoria habeatur, quod ſignificatum eſt *Gen.* 35. Ubi Jacob infodit inaures, & armillas ſubter terebinthum, id eſt peccata, ut non redeant in memoriam ad delectandum. *Iſa.* 14. &c. Perdam Babylonis nomen, &c. *Epheſ.* 5. Fornicatio, &c. nec nominetur ad delectationem in nobis, &c. De virtute in virtutem, ideſt de ſtudio unius virtutis ad ſtatum alterius, vel quoad majora opera virtutum, vel de uno gradu virtutis ad alium gradum ejuſdem. Sicuti videmus 1. *Joan.* 3. Dolor eſt confeſſionum, ideſt confitentium peccata ſua, ideſt ſignificatur. Requies abſolutorum, id eſt gaudium ſpirituale, quod habet homo abſolutus a ſacerdote, vel a peccatis. In reſurrectione vita juſtorum. Argumentum, quod abſolutio priuſquam vita, & ita remiſſio peccati, quam gratia. Reſpondeo, vita hic dicitur ſplendor bonorum operum. Vetus homo crucifixus. Quæritur, quare potius ponitur, vetus homo crucifigatur, quam ſubmergatur vel occidatur. Reſpondeo: Ad innuendum, quod extinguitur fomes ex toto, ſcilicet per baptiſmum debilitatur, & languet. Noſter, ideſt, quia ea nobis, non eſt ea Deo, ergo fomes ex Deo non eſt. Ad idem *Gen.* 17. Anima cujus præputii caro non fuerit circumciſa peribit de populo. *Aug.* in *Gloſſ.* Simul utrumque propagatur natura eſt, & naturæ vitium, alterum bonum, & alterum malum, huic cauſa voluntas Dei ſummi, huic voluntas hominis primi. Item *Aug. de civ. Dei.* Concupiſcentiam ſordibus libidinum miſtam bonum eſſe dicere deſiſte, cujus auctorem non Deum, ſed diabolum credite. Ex his habetur, quod fomes non a Deo, ſed a diabolo, aut homine. Contra: Fomes pœna, omnis autem pœna a Deo, ergo fomes a Deo. Item *infr. eod.* Qui mortuus eſt, juſtificatus eſt, &c. *Gloſſ.* Mors & vita a Deo eſt malorum, ergo pœna quæ a Deo eſt malum eſt quidem malis, ſed in bonis Dei operibus eſt, annumeranda, quoniam juſtum eſt ut mali puniantur, ſed omne juſtum a Deo, & fomes juſte infligitur, ergo a Deo. Solvunt quidam, quod fomes quandoque dicitur ipſa concupiſcentia, quandoque macula annexa concupiſcentiæ, &

A hoc

Digitized by Google

▲ *a* Simul crucifixus eſt,] per baptiſmum, qui habuit virtutem, ſcilicet a morte, & crucifixione Chriſti.
c Corpus] congeries peccatorum. Sicut e contrario. *Matth.* 6. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum eſt, ideſt congeries bonorum operum.

a ſimul crucifixus eſt, *b* ut deſtruatur *c* corpus peccati, *d* ut ultra non ſerviamus peccato. *e* Qui enim mortuus eſt, *f* juſtificatus eſt a peccato.

b Ut deſtruatur] quia corpus peccati procedit a fomite, ſicut a fonte; & ideo obturato ipſo deſtruetur congeries peccatorum. Dicit autem [crucifixus] quia non omnino extinctus eſt fomes, ſed langueſcit, & nihil poteſt contra nos, niſi velimus. *d* Ut ultra non ſerviamus peccato.] ea quo fomes non habet dominium in nobis. *e* Qui enim mortuus eſt,] a peccato. Adhuc proſequitur ſimilitudinem propoſitam, per quam vult oſtendere ſpiritualiter mortuum, quod a peccato, quoad actum, & confeſſionem. *f* Juſtificatus eſt a peccato.] ut jam non ſit in ſervitute peccati.

▲ Si autem

Moraliter. * *a* Per converſationem, & imitationem peccatorum. *Baruc.*3. Inveteraſti in terra aliena. Caput hujus hominis eſt amor proprius, ſive privatus, ſed ut impleatur illud *Abac.*3. Percuſſiſti caput de domo impii, i. corde. *Pſal.*73. Tu confregiſti capita draconum. Frons ejus, eſt impudentia peccandi. *Jer.*3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Oculi ejus ſunt ſapientia mundi, & prudentia carnis. *Job* 41. Oculi ejus, ut palpebræ diluculi. Tunc apparet lux tenuis, quæ tamen eſt nox, ſic eſt de ſapientia mundi, & prudentia carnis, *inf.*8. Prudentia carnis mors eſt. *Jac.*3. Non eſt ita ſapientia deſurſum deſcendens, &c. Naſus ejus callida, & aſtuta providentia ad malefaciendum. *Luc.* 16. Filii hujus mundi ſapientiores filiis lucis ſunt, &c. Linguam habent ſepentinam, & biſurcatam, vel triforcatam, quia coram homine dicit unum, retro contrarium, bilinguis etiam eſt iſte peſſimus homo, quia in detractione eſt ipſe detractor, ille cui detrahit, & ille cui narrat, In hac lingua eſt venenum detractionis, quo quandoque interficiuntur illi tres. *Eccleſ.*28. Suſurro, & bilinguis maledictus: multos enim, &c. Tertia lingua. Hæc eſt gladius triceps, fauces habet ſerpentinas, nihil comedens niſi terram. *Mich.ult.* Lingunt pulverem ſicut ſerpens. *Pſ.*71. Inimici ejus terram lingent. *Iſa.*65. Serpenti pulvis panis ejus. Cauda ejus eſt cauda canis, i. adulatio. *Iſa.*9. Propheta docens mendacium, &c. Illud diſperdet Dominus ab Iſrael caput, & caudam, &c. Jecur eſt amor illicitus. *Thr.*2. Effuſum eſt in terra jecur meum, Fel ejus eſt ira. *Act.*8. In felle amaritudinis, &c. Venter ejus guloſitas. *Phil.*3. De guloſis: Quorum Deus venter eſt. Vel venter eſt avaritia, quia quantumcumque ponas de divitiis in ventre avaritiæ, ſemper poſtea eſt eſuries divitiarum. *Job* 20. Divitias, quas devoravit evomet, & de ventre ejus extrahet eas Dominus. Bene dicitur, extrahit, quia quaſi extractæ ſint, eſuriem earum ſemper patitur. Inteſtina ejus ſunt arcæ, & dolia, & & horrea. Sed quandoque iſte homo eſt ſimia, non habens caudam per turpitudinis ſuæ manifeſtationem, quandoque eſt animal acephalum, per avaritiam, ut etiam ſeipſum non diligat curam ſui non agendo. *Eccleſ.* 10. Avaro nihil eſt ſceleſtius, &c. Item iſte homo quandoque non habet pulmonem, quia non reſpirat dando, vel erogando, ut avarus, nec aſpirat attrahendo, ut prodigus, qui nihil retinet. Item quandoque non habet cor, ideſt magnanimitatem. *Oſee* 7. Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor, &c. Item quandoque naſum habet per indiſcretionem, & improviſionem. *Deut.*32. Utinam ſaperent, &c. *e* Qui enim mortuus] eſt a peccato. *Baruc.*3. Audi nunc orationem mortuorum Iſrael. *Iſ.* 41. Noli timere vermis Jacob, &c. Vermis, ideſt humiliatus, & abjectus in oculis tuis, & poſt mortuus peccato. *Pſal.* 21. Ego ſum vermis, & non homo, &c. *Job* 3. Quare non in vulva mortuus ſum, ideſt, in cogitatione de peccato, ut non pervenirem ad conſenſum.

* *a* Si autem

Expoſitio Gloſſæ. A hoc ratione connexitatis, ſecundum quod concupiſcentia a Deo, ſecundum quod macula ab homine, vel a diabolo. Aliter tamen dici poteſt, & melius, quod quædam ſimpliciter ſunt a Deo, quia ex corde, & voluntate ejus. Præterea alia ſunt, quæ non ſunt ſimpliciter a Deo, quia non ſecundum voluntatem, & cor ejus ſunt primo, ſed peccato hominis a Deo extorta, ſecundum quod dicitur *Thr.* 3. Non enim humiliavit ex corde ſuo, & abjecit filios hominum: tale eſt fomes, holocauſta Judæorum, libellus repudii, & ideo fomes non eſt a Deo ſimpliciter, vel aliter. In ſimilitudinem carnis peccati, *inf.*6. Non in vacuum. 2. *Cor.* 6. Ne reprobus efficiar. 1.*Cor.*9. Ergo in voluntate ejus eſt eſſe reprobum. Reſponſio: Verum eſt, ſed aliud eſt eſſe reprobum, aliud reprobatum. Reprobatus nihil ponit in homine, ſed reprobus aliquid ponit. Reprobus autem ponit, quod ſit in mortali, & perſeveret in illo lex peccati, quæ eſt in membris, *infr.*7. Video aliam legem in membris meis, &c. Prorſus extinguatur, ſicut fuit in B. Virgine: Totum aboleatur. Argumentum, quod venialia dimittuntur in Baptiſmo. Corpus caſtigamus. 1.*Cor.* 9. Et peccata noſtra, i. pœnam pro peccatis pertulit. 1. *Petr.* 2. Ad quid ergo tenemur pro peccatis, ſatisfacere poterat pro peccatis plene, unde juſtiſſimi in limbo deſcendebant. Chriſtus autem, quod non poteramus facere, ſupplevit. Unde *Job* 17. In tenebris ſtravi lectulum meum. Ante paſſionem enim omnes juſti in tenebris ſternebant lectulum ſuum, & in limbo detinebantur. In corpore ſuo, exiſtente. Super lignum Moyſi in eremo. *Jo.*3. *Num.* 21. Niſi mors Domini, i. inquantum mortalis, ſuperaret. *Oſee* 13. Ero mors tua o mors, culpæ, & pœnæ. Factus maledictum, maledictione pœnæ. De *Gal.*3. Sua ſimpla, i. pœna. Unde, ad quod ſignificandum uno die, &c. In ſepolchro quievit. Contra: *Matt.*12. Sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic, &c. Solutio: Quidam dicunt tribus diebus, & noctibus, ſine tribus, alii dicunt tribus diebus, quia in aliqua parte trium dierum, tribus noctibus, quia nocte poſt ſextam feriam. Nox autem ſabbati duplex, quia ante reſurrectionem dies præceſſit noctem, in reſurrectione nox præcedit diem, & ita per Synedochen dicitur fuiſſe tribus diebus, & tribus noctibus. Præſentem, præteritam, & futuram. Ideo dicitur ter Agnus Dei in Miſſa. Vere pœnitentes, qui finaliter pœnitent, quia veritatem habent efficaciæ, non tantum eſſentiæ. Sed regnum, & dominium, quod eſt timor humanus, & mundanus, ad quorum imperium multa mala fiunt. Inde eſt, quod Petrus oſtendit, quomodo regnum harum paſſionum devictum eſt pro morte Chriſti, dicens: eſt: Inde eſt, &c. quia ſcilicet victa eſt mors, quia victum eſt regnum, & dominium mortis, i. timor pœnæ humanus ſc. vel rerum, i. mundanus. Ad vocem ancillæ. *Matt.*26 Ante reges. *Act.* 5. Præter prædicta, quæ ſunt gratia in præſenti, & multiplicatio bonorum operum. Et tali vita, ſcilicet vita gloriæ. *Jo.* 14. Vos videbitis me, quia ego vivo, & vos vivetis. Remotus, quia factus immortalis. Aliqua paſſione, ergo nec aliqua alteratione: Alteratio quidem ſine paſſione non fit. Una morte corporali, ſc. ad hoc ſuffecit, i. ad totius generis humani redemptionem. Exutus a carne, ergo depoſuit carnem. Contra: *Aug.* Maledicetur qui dixerit Deum depoſuiſſe hominem ex quo ſemel accepit. Reſpondeo: Dicitur exutus a carne ratione animæ, quæ ſeparata fuit a carne in triduo. Vel dic, exutus carne mortali. i. mortalitate quæ ex carne venit. In quo ſacramentum, &c. quia baptizamur ad ſimilitudinem mortis ejus. Semel moriendo, *inf.*8. Similitudinem carnis peccati, i. carni ſimili carni peccatrici. Quicumque fuerit in illo, i. ad ſimilitudinem illius, vel ſecundum inſtitutionem illius. Ejdem rei cujus illa, &c. Ex hoc argue, quod peccatum eſt res. Ad idem *ſupr.* 3. Si autem iniquitas, &c. Ibi *Fulg.* Illius rei Deus ultor eſt, cujus non eſt auctor. Reſpondeo ſecundum eos, qui dicunt, quod non omnis actio eſt a Deo. Verum eſt, peccatum eſt aliquid non tamen a Deo. Secundum alios eſt aliquid in quantum actio non ſecundum deformitatem, & eſt a Deo in quantum actio, non in quantum eſt actio ſub deformitate. Iſti exponunt ſic verbum *Fulg.* Illius rei, l. talis rei, cujus, i. qualis, ut ſic exponatur nomen ſubſtantiæ per nomen qualitatis, & ſecundum hoc ſupponit ly res, pro actione, ſecundum quod ipſa eſt ſub deformitate, & ſecundum hoc non eſt a Deo. Vel poteſt dici, quod hoc nomen res large ſumitur ad ens in natura, & ad ens in opinione, vel intellectu. A lavacro, ideſt per lavacrum. Majores vero etiam actualibus. Secundum hoc videtur, quod venialia ſuperaddita originali delentur in Baptiſmo. Contra: Venialia non delentur per pœnitentiam mortalium, ergo neque per Baptiſmum. Ad hoc ſolvunt quidam, quod virtute Baptiſmi venialia dimittuntur, etiamſi ficte accedat, ſed poſt redeunt: ſed damnata eſt talis opinio. Alii dicunt, quod gratia datur in Baptiſmum ad deletionem peccatorum. Unde cum gratia tantum ſit reſpectu mortalis, eſt enim cum veniali, ideo in Baptiſmo ſecundum eos non delentur venialia. Quia autem hic dicitur de actualibus,

A quo

Google

à *a* Si autem] poſſet quis dicere : Præcipis ut moriamur peccato , hoc valde difficile eſt , propter hoc addit præmium reſurrectionis in præſenti per gratiam , in futuro per gloriam corporis , & animæ ſimul . Et hoc eſt : *b* Si mortui ſumus] peccato , [cum Chriſto] ideſt ſicut Chriſtus mortuus eſt , pœnalitati quæ eſt in morte corporali , ideſt , ſi non redeamus ad peccatum . *c* Simul etiam vivemus cum illo ,] quia *Jo.* 12. Ubi ego ſum , illic & miniſter meus erit . *d* Scientes , quod Chriſtus , &c.] quaſi diceret , debemus perfecte mori peccato , ut non redeamus ad iſtud , ſicut & Chriſtus non rediit ad vitam , ut iterum moreretur. *f* Quod enim mortuus , &c.] i. pro peccato , ut per mortem ejus dimitteretur nobis. *Hebr.*4. Non habemus Pontificem , qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris , tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato *g* Mortuus eſt ſemel :] iterato , i. perfecte , ita quod mors ejus ſufficiens fuit ad dimittendum peccatum . Vel: [Mortuus eſt ſemel] i. perfecte ipſi peccato , quia nihil omnino habuit de peccato , nec etiam motum primum . *h* Quod autem , &c.] Dico , quod mors illi ultra non dominabitur . *i* Autem] i. quod *k* Vivit , vivit Deo .] i. ita immortaliter , ſicut Deus Pater . *l* Exiſtimate vos mortuos] ita quod nec actu , nec affectu vivatis peccato , *m* Viventes autem Deo] ei ſerviendo , & ad honorem ejus faciendo omnia .

al. † Chriſto .

De conſ. d. 2. s. iterum, & 5. quid ſit ſanguis. 27. qu. 1. c. nuptiarũ. De conſ. d. 4. c. ſufficit.

Si autem *a* mortui *b* ſumus cum Chriſto credimus , quia ſimul *c* etiam vivemus cum illo , † ſcientes , *d* quod Chriſtus reſurgens ex mortuis jam *e* non moritur , mors illi ultra non dominabitur . Quod enim mortuus *f* eſt peccato , mortuus eſt *g* ſemel : Quod *h* autem *i* vivit , vivit Deo . *k* Ita & vos exiſtimate *l* vos mortuos quidem eſſe peccato , viventes *m* autem Deo in Chriſto Jeſu . Non ergo regnet *n* peccatum in veſtro mortali corpore , ut obedia-

Moraliter. * *a* Si autem mortui ſumus cum Chriſto] i. ſi ad imitationem ejus nos morimur , vivemus cum Chriſto . 2. *Tim.*2. Si commortui ſumus , & convivemus ; ſi ſuſtinebimus , & conregnabimus . 2 *Cor.* 1. Scientes , quoniam ſicut ſocii paſſionum , &c. Quod ſignificatum eſt 2.*Reg.*19 Ut habetur , quod poſtquam David evaſit perſecutionem Abſalon , ſublimavit omnes , qui fuerant ſocii ſui in illa tribulatione , & voluit exaltare eum , qui exhibuerat ei in deſerto , ſed noluit . 2.*Reg.*19. Unde *Luc.*22. Vos eſtis , qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis , &c.

b Cum Chriſto] ad ſimilitudinem Chriſti , qui oſculo fuit traditus . *Luc.*22. Juda oſculo tradis filium hominis . Facies ejus velata , quando dicebant ei : *Matth.*26. Prophetiza quis eſt , qui te percuſſit . Item fuit ligatus , flagellatus , crucifixus , aceto potatus , & poſt ſtatim non fuit mortuus : Sic vetus homo noſter capi debet oſculo compaſſionis a ſacerdote in confeſſione : Quod ſignificatum eſt *Luc.*15. Ubi pater filium prodigum revertentem cum oſculo , & amplexu recepit . Item debet poſtea velari per verecundiæ incuſſionem : Amice , quomodo feciſti tantum peccatum ? Debet tandem percuti objurgationibus . *Eccleſ.*22. In lapide luteo lapidabitur piger , ideſt objurgatione de immunditia . Item debet ligari per propoſitum abſtinendi a peccato , poſtea crucifigi præceptis pœnitentiæ . *Eccl.* 33. Servo malevolo tortura , & compedes . *Ibid.* Jugum , & lorum curvant collum durum . Si autem crucifixus in cruce pœnitentiæ non ſtatim moritur peccato , quia voluntas peccandi forte non omnino deſtruitur in eo , noli mirari , quia nec Deus poſtquam crucifixus ſtatim mortuus eſt , ſed propinatum eſt ei acetum , ut citius moreretur , & guſtavit , & noluit bibere , & ſtatim mortuus eſt . Similiter poſtquam recepit crucem pœnitentiæ peccator , non debet ſtatim petere relaxationem , ſed debet ei propinari acetum , ideſt compunctio . *Pſal.*59. Potaſti nos vino compunctionis . *Thr.*3. Recordare , &c. *Ruth* 2. Quando hora veſcendi fuerit , veni huc , & comede panem , & intinge buccellam tuam in aceto . *Jer.*8. Potum dedit nobis aquam fellis . *Pſ.*68. In ſiti mea potaverunt me aceto . Clamabat , ſitio : *Jo.* 19. Sed guſtato aceto noluit Chriſtus bibere . Unde ſignum fuit , quod non ſitiebat amplius . Similiter parum compunctionis peccanti ſitim ſedat , & cum ex toto ſedaverit , tunc omnino moritur peccato .

e Jam non moritur] Hoc ad literam contra hæreſim *Orig.* cui imponitur , quod dixerit Dominum adhuc paſſurum in aere pro Angelis . Similiter jam non ultra moritur per recidivationem , quæ periculoſior eſt , ſicut infirmitas , quæ redit poſtquam jam ſanus factus eſt , ut *Luc.* 11. Cum ſpiritus immundus exierit ab homine , vadit per loca arida . Et dicit *Matth.* 12. Tunc vadit , & aſſumit ſecum ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe , & ingreſſus habitat ibi , & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus , [ita & vos exiſtimate vos mortuos] i. gerite vos tanquam mortui , ut nullum ſignum vitæ peccati remaneat in vobis . Qui ergo faſtum ſæculi , & ſignum laſciviæ gerunt exterius , putent ipſo facto ſe adhuc vivere peccato . Sed timendum eſt ipſis valde , quod dicitur *Apoc.*19. Qui acceperunt characterem beſtiæ , & qui adoraverunt imaginẽ ejus , vivi miſſi ſunt hi duo , &c. In charactere ſignum peccati , in adoratione ipſum peccatum . Timeant ergo geſtum exterius habentes , licet non voluntatem , vel actum habeant peccati .

De conſ. d. 2. s. ex eſſ. deret. 50. 4. c. ponderet.

Expoſitio Gloſ. A quæ , &c. intelligitur ſolum de actualibus mortalibus . Hæc dicendo , ſcilicet mortuus peccato , &c. Quam utique non fecit , id eſt cauſam mortis , ut dicitur non feciſſe , quia quaſi coactus , & invitus fecit , ſecundum vulgare quo dicitur quis non facere , quod quaſi invitus facit . Qui & omnium , quæ ſunt , &c. Quia in quantum ſunt , bona ſunt , &c. ergo mala actio in quantum eſt , bona eſt , & a Deo eſt . Solutio : Secundum illos , qui dicunt , quod non omnis actio eſt a Deo . Dicendum , quod cum dicit , omnium , accommoda eſt diſtributio , quod patet , quia non exemplificat de actionibus , ſed de paſſionibus ut de pœna . Deus mortem non fecit . *Sap.*1. Mors & vita a Domino . *Eccl.* 11. *Iſa.* 45. Creans malum . *Amos* 3. Si eſt malum in civitate , &c. Bonum eſt omne , quod juſtum eſt , ſed mors juſtum eſt , quia infligitur juſte , ergo mors bonum quid eſt . Sed contradicit *Aug. in lib. primo reſponſionis ad Pelagium* : Mors nihil aliud eſt , niſi unde recedit vita , ſicut fames , eſcarum defectus , & ſitis , egeſtas potus , ergo mors eſt tantum privatio , ergo nihil , quia privationes nihil ſunt , ergo mors non eſt bonum . Præterea ſi eſt bonum , eſt delectabile , & optabile , ergo mors damnatorum appetenda eſt . Sed contradicit *Aug.* ſuper *Pſal.* quod videtur malis mortem precari non optando , ſed prædicendo dicitur hoc . Solutio : Sicut hoc nomen tenebræ quandoque ponitur privative , ut *Gen.*1. Tenebræ erant , &c. Quandoque poſitive *Dan.* 2. Benedicite lux , & tenebræ Domino . Ita mors privative , prout dicitur vitæ privatio , poſitive ſecundum quod dicitur pœna faciens diſſolutionem animæ a corpore . Privative autem ſumit *Aug. ſup.* quod autem objicit eſt bonum , ergo optabile , non ſimpliciter . De auctore cum dicitur Deo volente . Dicendo ſed voluit mundum fore ab æterno , ergo mundum fecit ab æterno , ergo mundus ab æterno .

Reſponſio : Idem Deo volente , & Deo auctore , quia auctor , & volens idem ſignificat , & convocat , ſed non eodem modo ſicut miſericors , & miſerator . Similiter volens idem ſignificat , & convocat effectum in habitu , auctor autem convocat idem , ſed in actu , & ideo primum argumentum non valet , ex hoc patet , quod iſta eſt falſa , Deus vult iſtum eſſe malum demonſtrato illo , qui malus eſt , quia Deus non facit illum eſſe malum opere Chriſti , qui dat virtutes , quibus Deo unimur , alibi nulla ſpes ſalutis .

Litteraliter . *n* Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore ,] ſicut dicitur *Eccleſ.* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas , per conſenſum , vel delectationem mortalem : hoc eſt regnare peccatum in homine . *Litteraliter.*

A Ut obe-

Moraliter . *n* Non ergo regnet peccatum] ſed Chriſtus per gratiam . 1.*Petr.*2. Vos eſtis genus electum , &c. *Exod.*19. Vos eritis mihi regnum ſacerdotale , &c. Et eadem ergo , quæ debet rex habere in regno , & Chriſtus in nobis . Debet

* enim

n Non ergo regnet , &c.] *Gloſſ.* Cum nemo ſine peccato ſit . *Eccleſ.* 7. Non eſt homo juſtus in terra , &c. & ſi ſit non regnet , &c. *Pſalm.* 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis . Sicut enim flamma per inciſionem impeditur , & tamen non ex toto extinguitur , ſic per baptiſmum ardor fomitis debilitatur , ſed non annihilatur : Ad quod ſignificandum dicitur *Numer. octavo* . Quod radant pilo , non quod eradicent eos . Et nota , quod in hoc verbo Apoſtoli : [Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore , &c.] notantur quatuor . Difficultas reſiſtendi fomiti , per hoc , quod dicit peccatum ſive fomitem eſſe , [in corpore ,] & ita familiaris hoſtis eſt . Poteſtas reſiſtendi notatur per hoc , quod dicit [noſtro ,] ſic enim notatur corpus eſſe *Moraliter.* *Expoſitio Gloſſæ.*

A noſtri

A a Ut obediatis] conſentiendo, vel operando. c Membra veſtra, &c.] ut mediantibus membris veſtris non interficiat vos peccatum, ſicut gladius: quæ non arma iniquitatis debent eſſe, ſed arma ad defendendum hominem de

A peccaro

Moraliter. * enim habere acclamationem prohibitionum, & præceptionum per tantam obſervationem mandatorum. *Gen.* 41. Abſque tuo imperio non movebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti, dictum eſt Joſeph, per quem Chriſtus, ſine cujus imperio, nec affectum, nec operationem movere debemus. Unde *ibid.* Fecit eum aſcendere, &c. Item Chriſtus habet in nobis tallias eleemoſynarum, cenſum debiti officii. *Matth.*22. Reddite quæ ſunt Dei Deo. Item angarias debitarum operationum excolendo agrum, & vineam ejus vomere, & foſſorio prædicationis. *Matt.* 20. Ita in vineam meam. *Prov.*24. Per agrum, &c. Item tenemur ad exercitium ejus contra hæreticos, & paganos. *Eph.*6. Induite vos, &c. Item tenemur ad tenendam ſententiam ejus, quæ proclamat in foro hujus vitæ, ſcilicet pœnitentiam. Item tenemur non recipere interdictos, & ejectos a regno ſcilicet, i. peccatum, diabolum. *Jo.* 10. Nunc principes, &c. Item debemus habere conſuetudinem, ſcilicet quando emimus, aut vendimus, gratiarum actiones, & gloriam. Sed peccatum e converſo contrariis modis regnat in multis. b Sed neque, &c.] Vis hoſtem inermem facere, tene membra, quod ſignificatum fuit 2. *Reg.* 1. Et 1. *Reg. ult.* in Amalecite, qui accepto gladio a Saule interfecit ipſum. Unde *Pſal.*118. Me expectaverunt, &c. Non ergo ſimus procuratores diaboli. Per hoc enim poterit ſe excuſare de morte noſtra. Et iterum poterit dicere in die judicii, ipſi poſuerunt ſe in carcere meo, ideſt, in peccato, in quo noſmetipſos vinculamus per conſuetudines malas, & occaſione peccandi. *Pſalmus* 56. Lingua eorum gladius acutus, ejus diaboli. *Prov. vigeſimoſecundo.* Arma gladii

tis a concupiſcentiis ejus, Sed neque b exhibeatis membra c veſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes, & membra

* in via

Expoſitio Gloſſæ. A noſtri juris. Fructus victoriæ cum dicit, mortali. Per victoriam enim fiet immortale. Et ex hoc oritur quartum deſiderium vincendi, quod eſt noſtri juris per gratiam, ſcilicet ſerviat ſpiritui, & non dominetur, non quod non palpitet caro, & concupiſcat adverſus ſpiritum, ſed in futuro ita erit. Corpore dico nunc mortali, &c. Duplex eſt mors. Prima eſt diſſolutio animæ, & corporis, & ab illa dicitur homo mortalis, ideſt neceſſitati moriendi aſtrictus, & de hac loquitur hic. Item eſt mors ſecunda, ſcilicet gehenna, de qua loquitur cum dicit; Per hoc moriturum in æternum, i. per peccatum mortale aſtrictio morti æternæ. Et aqua, & Spiritu ſancto. *Jo.*3. ideſt tali regeneratione, qua regenerantur illi, qui regenerantur ex aqua, & Spiritu ſancto. Tanquam non ſit facta, &c. Ex hoc patet, quod fomes eſt peccatum originale. Et dicunt, quod fomes hic dicitur remitti in Baptiſmo. At hoc ſolvunt, qui dicunt, quod fomes non eſt peccatum originale. Et dicunt, quod fomes dicitur hic remitti in Baptiſmo, propter adjunctum, ſcilicet originale. Ubi omnino plena ſit, &c. Per hoc videtur, quod etiam venialia remittantur in Baptiſmo, aliter non eſſet plena remiſſio. Sed dicendum, quod reſtringitur univerſitas per hoc, quod ſubdit; Quibus ſeparamur a Deo interfectis, ideſt deſtructis. Vel certe omnia venialia dimittuntur in Baptiſmo, niſi forte aliquod actu retineat aliquis dum baptizatur. Sed nec etiam concupiſcatis. Secundum hoc videtur, quod primi motus ſint in prohibitione; ergo cum dicitur *Exod.* 20. Non concupiſces, prohibentur primi motus, ergo moveri primo motu eſt mortale. Item cum *Aug.* dicat, quod hoc præceptum eſt: Diliges Dominum tuum, &c. cum non poſſit impleri, ſed inchoari in via, ſed implebitur in patria, quare non ſimiliter ſecundum *Aug.* eſt quædam prohibitio, quæ hic non poſſit impleri in via, ſed in patria, & ita primus motus eſt. Solutio: Non eſt ſimile de affirmativo, & negativo præcepto, ad affirmativum pro loco, & tempore tenemur, ad negativum ſemper, & ad ſemper. Quod hic dicit: Non concupiſces, diſtinguitur primo primus, hic non prohibetur, ſecundo primus, non tamen eſt prohibitio niſi importet tranſgreſſionem, tunc prohibetur in particulari, ſed non in univerſali, quia quilibet eſt in poteſtate noſtra. Secundum hoc ſolvitur, quod objicitur, primus motus non eſt voluntarius, ergo non eſt peccatum, quia peccatum adeo voluntarium eſt, &c. Dic, quod non eſt voluntarius ſecundum univerſum, tamen ſecundum quemlibet eſt voluntarius. Vitii innati, ideſt in nativitate contracti. Non enim anima vitium habet a ſua nativitate, ſed contrahit in nativitate, ſive in creatione ſua. Qui dicitur propaſſio. Hic motus eſt naturalis, & nullo modo peccatum. Alius quodammodo voluntarius, & ideo peccatum, ſed veniale. Primus eſt oblatio ſerpentis; ſecundus comeſtio mulieris, tertius comeſtio viri. Ut mente non delecteris; ergo quicumque mente delectatur, peccat mortaliter. Contra, ſuper *Gen.* 3. dicitur, quod delectatio non eſt mortalis niſi vir comedat.

Solutio: Delectatio, quæ eſt in creatura major, vel æqualis delectationi, quæ eſt in Deo, prohibita eſt, etſi non conſentiat in actum, de tali loquitur hic: Eſt alia, quæ eſt citra delectationem, quæ eſt in Deo, & non eſt mortalis, nec prohibita. Datur illi, ideſt carni, vel concupiſcentiæ, aliqui non habent illi. Ut deſerente nos Deo; ergo Deus prius nos deſerit, quam peccemus, & quam diabolus, vel caro poteſtatem in nobis habeant. Ad idem *Pſal.*103. Avertente autem te faciem turbabuntur.

Solutio: Semper deſerit homo Deum priuſquam Deus eum, & ſemper prius peccat naturaliter, & ideo deſerit eum licet ſimul tempore ſit peccatum hominis, & deſertio Dei. Unde deſerente nos Deo, ſupple poſt. Vel melius: Deſerente nos Deo, accepta poteſtate illudat, & mortificet, ideſt ſæviat atrocius, non enim ſtatim ut peccavit homo deſeritur omnino a Deo, & traditur diabolo, ſed eo magis, & magis peccante, magis, & magis deſeritur a Deo, & traditur poteſtati diaboli. Per quod habiles erimus, &c. Ad idem videtur, quod dicit *Gregor.* Interim fac quidquid boni potes, ut Deus te illuminet ad pœnitentiam. Sed contra, diuturnitas temporis auget peccatum, ſed quanto augmentatur peccatum, tanto magis elongatur a Deo, & ideo minus habilis ad gratiam. Quid eſt ergo, quod dicit, quod ſola voluntate etiamſi diu manſerimus in peccato habiles erimus. Præterea, ſi diuturnitas temporis auget peccatum, ergo cum inter quaſlibet duas motas temporis ſint infinita inſtantia, & in qualibet augetur, ergo in infinitum augetur peccatum. Reſpondeo ſecundum eos, qui dicunt, quod circumſtantia temporis auget ſi diu moratur in peccato, magis ſe elongat a Deo, verum eſt; ergo minus habilis ad gratiam, non valet. Et ponunt exemplum: Aliquis laborat continuo, quamdiu plus moratur magis affligitur, & magis etiam recedit a ſanitate, tamen magis habilis eſt ad ſuſcipiendam ſanitatem, quia propinquior eſt criſi. Similiter eadem cera, cum a ſigillo removetur, quanto magis caleſit, & ad ignem comprimitur, tanto magis elongatur a forma ſigilli, tamen magis habilis eſt ad ſuſceptionem formæ ſigilli. Ad aliud, quod in infinitum augetur peccatum: Non eſt verum, tempus enim non menſurat niſi ſecundum actum, infinita autem inſtantia non actu ſunt in tempore aliquo, ſed potentia; ſecundum alios diuturnitas temporis non auget, tamen eſt occaſio alterius peccati, ſcilicet contemptus confitendi, & omiſſionis, ut quando deſiderat peccatum ſuum, & non petit veniam, omittit, & ſic peccat ex contemptu. Similiter quando cogitat, quod tempus eſſet confitendi, & non confitetur, omittit. Secundum hoc ergo dicendum, quod ſi quis per mille annos eſſet in peccato, & non propter hoc proprie augmentaretur peccatum, ſed dicitur augmentari per tempus, facit prædicta peccata. Hoc tamen totum nihil facit ad hoc quod dicitur hic, quia loquitur hic de illis, qui ſunt viventes virtutibus. Item videtur, quod homo per ſe poſſit velle bonum, ſed non facere. Contra: *Phil.*2. Deus eſt, qui operatur in nobis, & velle, & perficere. Reſpondeo: Bonum facere non poſſumus, ſed velle poſſumus ſine gratia, ſed non ſine Deo. *Joan.*15. Sine me nihil poteſtis facere. Juſtitiæ arma cum recte converſamur, quia tunc ſunt arma noſtræ defenſionis. Quando autem ſunt arma peccati, ſunt arma impugnandi nos. Quæ non juvabat, quia ſacramenta legis non conferebant gratiam, quia primum non oſtendebat aperte, & propter modum præceptionis, propter quem modum magis nocebant, quia ſub admonitione pœnæ infligendæ ab homine; Evangelica vero doctrina e converſo aperte oſtendit præmium, obſecrando præcipit, ſacramenta ejus conferunt gratiam, & ideo juvat. Legis, ideſt præceptorum legis, ſit factor, & non auditor. De *Jac.*1. Cohærentem, vel coercentem manum, ſcilicet, ſecundum *Lomb.* quia coercebat nos a peccato, vel cohærentem gratiæ, vel Evangelio contra Ebionitas, qui dicebant legalia ſimul debere currere cum Evangelio. Et quoniam lex a Deo eſt, quaſi dicat, ex quo non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia, videtur, quod faciamus contra Deum, qui legem dedit. Geſtis ſervi diaboli, ſicut dicitur *Tit.* 1. Confitentur ſe noſſe

A Deum

a peccato, ut ad bonum non ad malum habilitetur. a Arma juſtitiæ] ut per ea exerceantur opera juſtitiæ, & ſic ſis nimirum in noſtram defenſionem. b Peccatum enim, &c.] Hæc eſt concluſio præcedentis ſimilitudinis. c Enim] ideſt, quia ſi ſic dedentis membra veſtra arma juſtitiæ: [Peccatum,] i. fomes, qui debilitatur per bona opera. Vel [peccatum,] i. diabolus emphatice. Vel ad litteram, [peccatum] quod dominabitur in homine per conſuetudinem. d Non enim] Et bene debetis dare membra veſtra arma juſtitiæ. [Non enim eſtis ſub lege,] ideſt non eſtis tales quales illi erant ſub lege dimittentes tantum peccare timore. Unde non erant mortui peccato, ſed adhuc dominabatur eis per affectum peccandi. e Sub gratia] i. quod facitis gratia. f Quid ergo] ex qua non timore pœnæ. g Peccabimus, quoniam non ſumus, &c.] ideſt, quoniam non timemus pœnam, ut per eam dimittamus peccare.

veſtra arma a juſtitiæ Deo. Peccatum enim b vobis c non dominabitur. Non d enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia e quid f ergo? Peccavimus g quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit. An neſcitis h quoniam qui exhibetis vos ſervos ad i obediendum, k ſervi eſtis ejus cui l obediſtis, ſive m peccati ad mortem, ſive obeditionis n ad juſtitiam. Gratias o autem Deo, quod fuiſtis p ſervi peccati, obediſtis autem ex q corde in eam formam r doctrinæ, in qua traditi eſtis. Liberati ſ autem a peccato ſervi t facti eſtis juſti-

Moraliter. * in via ſuperbi cuſtos autem, &c. b Peccatum enim vobis non dominabitur.] Peccatum quandoque ſervit homini, ut quando confunditur, quia peccavit. Sed quando vadit poſt concupiſcentias ſuas. *Eccl.* 18. Servit peccato, ideo rogat. *Pſal.* 118. Et non dominetur mei omnis iniquitas. d Non enim ſub lege eſtis, &c.] quia 1. *Tim.* 1. Juſto non eſt lex poſita, ſed injuſtis, &c. Sani enim non ligantur, & ideo juſti non ſunt ſub lege, quæ dicitur a ligando, ſed phrenetici, ideſt peccatores.

Litteraliter. h An neſcitis] Hæc eſt ſecunda pars capituli, in qua oſtenditur per naturam ſervitii, quod non deberent eſſe ſub lege, ſed vivere ſpiritualiter. Naturale enim eſt, ut quilibet ſerviat Domino ſuo, ſed nullus ita fatuus eſt, qui non ſciat, quod potius debeat ſervire Deo, quam peccato vel diabolo. Hoc iterum naturale eſt, ut meliorem Dominum, & nobiliorem eligat quilibet. i Ad obediendum,] conſentiendo, & operando. k Servi eſtis] ideſt quadam neceſſitate cogimini eis ſervire. l Cui obediſtis,] ideſt poſtquam ei obeditis voluntarie. m Sive peccati ad mortem,] Hoc addit ad oſtendendum, quod talem ſervitutem debent fugere, ſcilicet peccati ducentis ad mortem. n Sive obeditionis ad juſtitiam.] majorem, i. ad vitam æternam in quantum perfecte redditur unicuique quod ſuum eſt. Et hoc addit, ut invitet eos ad legem ſpiritus. o Gratias autem] ſic ſupple ago.

p Quod] ideſt, quia. Præpoſtera ſic litteram: [Gratias] quaſi qui ſe exhibet, & obedit peccato ſervus eſt peccati. [Ego autem gratias ago, quia obediſtis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis,] a gratia Dei. Vos inquam: [Qui fuiſtis ſervi peccati,] aliquando. Similis præpoſteratio debet fieri in illo. *Pſ.* Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, converſus eſt furor tuus, & conſolatus es me, ideſt confitebor tibi, quoniam converſus eſt furor tuus, & conſolatus es me, tu inquam, qui aliquando iratus es mihi. q Ex corde] ideſt ſpontaneo amore non coacti timore pœnæ, ſicut Judæi ſub lege Moyſi. r Formam doctrinæ,] ideſt ipſam doctrinam, quæ dat vivendi formam, ſicut dicitur forma illud inſtrumentum, quod dat formam ſotularibus. ſ Liberati] Hæc eſt forma doctrinæ. t Servi juſtitiæ] ut ſerviatis Deo, ſicut legem.

▲ a Huma-

Moraliter. Moraliter. b An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſervos ad obediendum,] Quidam enim faciunt quaſi profeſſionem peccato, quia omnia quæ faciunt, & cogitant, faciunt pro peccato. k Servi eſtis] *Joan.* 8. Qui facit peccatum ſervus eſt peccati. 2. *Petr.* 2. A quo quis ſuperatus eſt, ejus & ſervus eſt. *Jerem.* 16. Servietis diis alienis, &c. o Gratias autem, &c.] quia liberati eſtis a peccato. Similiter quilibet debet gratias agere, & gaudere cum videt aliquem converti a peccato, ſicut civitates maritimæ, quando vident naves applicare ad portum, quæ fuerant in peccato. Sed de converſis in peccato dicit *Pſal.* 106. Deduxit eos in portum voluntatis eorum. Super quo juſti debeant gaudere. Unde *Pſal.* 113. Montes exultaverunt ſicut arietes congratulantes peccatoribus converſis. Unde *Luc.* 15. Congratulamini mihi, quia inveni ovem, &c. Quod ſignificatum eſt *Num.* 21. Scopuli torrentium inclinati ſunt ut requieſcerent in Arnon, quod interpretatur arca mœroris, vel lumen eorum, hoc eſt pœnitentia, vel gratia. Scopuli ſuperbi ſteriles ab omni bono in torrente peccatorum exiſtentes conſolantur in protervia peccatorum. *Iſa.* 21. Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis, &c. aquam ſcilicet refrigerii, & conſolationis. q Obediſtis ex corde] Quidam obediunt ex intellectu tantum conſentientes veritati. Sed dicit *Pſal.* 119. In corde meo abſcondi eloquia tua, &c. ideſt in affectione. r Formam doctrinæ,] a qua informatur anima. Quod ſignificatum eſt 3. *Reg.* 7. ubi dicitur de Salomone, & vaſis templi. Fudit ea in terra argilloſa inter Sochot, & Sartham. De vaſis habes 2. *Tim.* 2. Quædam vaſa in honorem, &c. Terra argilloſa eſt ſacra Scriptura, quæ tradita eſt, ut quælibet forma mundi ex ea formari poſſit. Unde *Gen.* 2. Formavit igitur Deus hominem de limo terræ, &c. Et eſt inter Sochot, quod interpretatur umbraculum, ſive tabernaculum, & Sartham, quod interpretatur coanguſtatio eorum. Per primum vita æterna, in qua refrigerabit verus Sol ſanctos, ab ardore peccati, & pœnarum, & defendet ab incurſu dæmonum. *Pſal.* 26. Abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorum, ideſt in die judicii. *Iſa.* 4. Erit eis umbraculum diei ab æſtu, &c. Per aliud intelligitur coanguſtatio eorum, qui in inferno ſunt. Inter hæc duo ergo eſt Sacra Scriptura, loquens de præmiis juſtorum, & de pœnis reproborum. Et nota, quod in fuſione vaſorum metallum plus funditur per calorem, vel nunquam recipit formam, ita nec auditores per prædicationem formantur in vita, niſi adſit ignis, & calor charitatis. Ideo dicit *Pſ.* 21. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei, &c. Pro fuſione campanæ invocatur Spiritus ſanctus. Satis ridiculum eſt de quibuſdam prædicatoribus, qui in principio prædicationis, quæ animarum fuſionem facit non orare pro ſe. t Servi facti eſtis juſtitiæ,] & hoc, ut ſitis ſervi veſtri capitis. Quatuor debetis reddere Deo, ſive juſtitiæ, cogitationem, conſenſum, bonam lectionem, & operationem. Unde ad ſignificandum, quod Chriſtus veniebat ad recipiendum hujuſmodi cenſum, natus fuit quando reddebatur cenſus. *Luc.* 2. Et nota, quod Joſeph, & B. Virgo reddiderunt illum in civitate ſua propria, ideſt, ſecundum proprium ſtatum. Sed quidam clauſtrales nolunt reddere cenſum, niſi illum, quem ſcholares debent reddere, quia nolunt, niſi ſtudere, vel non, niſi cenſum ſæcularium, quia volunt tantum facere eleemoſynas. Et nota, quod ſicut Dominus, *Matth.* 17. reddidit cenſum pro ſe, & Petro, ſic in clauſtro majores debent pro minoribus, ideſt pro infirmis orare.

* a Humanum

A Deum, facti autem, &c. Affectatis vos ſervos. Contra nullus affectat eſſe ſervus diaboli. Solutio: Affectatis, ideſt affectuoſa voluntate vos ei ſubjicitis, quia facitis affectuoſe illud, propter quod ſubjecti eſtis ei. Cogemini quadam neceſſitate. Contra: *Hier.* Debilis eſt hoſtis, qui non poteſt vincere, niſi volentem. Solutio habetur ex hoc, quod ſequitur: Ducentis ad mortem, non dicit trahentis, ubi enim ductus, ibi nulla vis. Solutio: Voluntas exprimitur, ubi trahitur ibi quodammodo vis, quod dicit hoc cogemini, eſt coactio ſufficiens, & efficiens. Hoc ultimo modo ſolum nos cogit diabolus. Et obediſtis, per conſuetudinem enim peccandi redigitur homo in ſervitutem diaboli. Similiter per bonam conſuetudinem redigitur in ſervitutem Chriſti, ideſt ad peccatum majus, quia peccatum vulnerat, & diminuit naturalia, & elongat a gratia, ideo claudicat ſpiritualiter, & facilius ruit in majus peccatum, ſicut quando quis vulneratur in pede, hoc facit eum plus claudicare. Juſtitiæ bonorum operum, Ducentis ad vitam æternam, ergo vita æterna redditur meritis, quod verum eſt. Quia naturam, ideſt per naturam legem, ſive rationem naturalem. Tendentes in eam, formam doctrinæ. Non dicit, obediſtis, in doctrina, & hoc quia ablativus ſignificat ſtationem, accuſativus motionem, ad innuendum, quod ſemper debemus moveri ad doctrinam Dei, ſicut dicitur illud *Pſal.* 118. Defecit in ſalutare, &c. quaſi dicat plus & plus defecit in me carnalis dulcedo, quanto plus moveor in ſalutare tuum, ut dicat illud *Oſee* 2. Revertar ad virum meum, &c. Per alium ſcilicet Chriſtum. Servi autem. Nota, quod ſervus quandoque dicitur a ſervitute, *Expoſitio Gloſſ.*

A quandoque

A a Humanum dico] Et ſi ſervi ſumus juſtitiæ, parum poſſumus ſervire, quia fragiles ad hoc. Reſpondit Apoſtolus, q.d. & ego parum vobis injungo. Et hoc eſt: [Humanum dico] idest leve, leve vobis præcipio, ut tantum ſerviatis Deo quantum ſervistis peccato. Quid autem ſit illud humanum,

47. diſtinct. nis 13. q. 1. c. requiſisti. ſubdit: b Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ,] i. peccatis carnalibus. d Et iniquitati] i. peccatis ſpiritualibus ducentibus. e Ad iniquitatem,] ad iniquitatis multiplicitatem, quia unum peccatum ſuo pondere ad aliud trahit. g Juſtitiæ] operibus juſtitiæ ducentibus. h In ſanctificationem.] i. confirmationem juſtitiæ. Vel ſecundum quod ſanctus, & agios idem eſt, quod dicitur ab a, quod eſt ſine, & ge, quod eſt terra, dicendum in ſanctificationem, ideſt in ſeparationem ab amore terrenorum. *Joan. 8.*

tiæ. Humanum a dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut b enim c exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & d iniquitati e ad iniquitatem, f ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ g in ſanctificationem. h Cum i enim k ſervi eſſetis peccati, liberi l fuiſtis juſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus m nunc n erubeſcitis? Nam o finis illorum mors eſt. Nunc vero p liberati q a peccato, ſervi r autem facti ſ Deo habetis fructum t veſtrum u in ſanctificationem, x finem y vero vitam æternam,

Moraliter. * a Humanum] ideſt leve. b Propter infirmitatem carnis] Infirmis enim levia ſunt imponenda. Unde Dominus arguit Phariſæos, *Matth.* 23. Item 25. dicitur, quod Dominus dedit unicuique ſecundum propriam virtutem. Similiter debet eſſe de lege pœnitentiæ, & maxime pertinet hoc ad prælatos in clauſtris, ut potius conſiderent virtutem ſubditorum, quam ſuam fortitudinem. Quidam enim vir ſanctus religioſus dixit, quod dedit conſilium arctandi aliquos, &c. Crederet ſe poſſe ſervare illa ante: nunquam poſtea potuit. b Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervire, &c.] ut oculus luxuriæ videndæ, aures ſcurrilibus audiendis. Tales ſunt infoſſi in ſterquilinio uſque ad aures, & oculos. 2. *Pet.* Oculos habentes plenos adulterii. Audientes etiam ſcurrilia faciunt de auribus ſuis conductum immunditiæ ad deferendum uſque ad cor ſcilicet. Sed ſicut dicitur *Iſa.* 33. Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos, &c. Item lingua detractoris eſt quaſi rotabulum congregans ſordes, i. peccata aliorum. Eſt etiam operculum latrinæ. Homicidæ autem, & verberatores de manibus ſuis faciunt machinas diaboli. f Ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ] Ad quod deſignandum filii Iſrael quadraginta annis fecerunt in deſerto pœnitentiam, quia quadraginta diebus dubitaverunt exacerbantes Dominum, multo magis ergo pro quadraginta annis quibus peccavimus, quadraginta dies pœnitentiæ facere debemus. Et hoc eſt humanum, quod hic notat Apoſtolus. Item fuerunt ſeptuaginta annis in ſervitute Babylonica, ad innuendum quod multi totam vitam ſuam expendunt in ſervitute peccati, quia dicit *Pſ.* 89. In ipſis ſeptuaginta anni. Unde & per hoc innuitur, quod & per totam vitam iſtam debet homo eſſe in pœnitentia. h Cum enim eſſetis ſervi] dico ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ, quod poteſtis, quia habetis legem ſpiritus, & debetis. i Enim] ideſt quia. k Cum ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ.] Probat a fine peccati, & a fine juſtitiæ, quod debent fugere ſervitutem peccati, & converti ad ſervitium juſtitiæ. l Liberi juſtitiæ.] ideſt non fuiſtis ſub dominio juſtitiæ. m In quibus] pro quorum memoria. n Nunc] cum gratiam habetis. o Nam finis] quaſi bene quæro de fructu non de fine, quia finis patet. p Nunc vero] quando eſtis converſi ad Deum. q Liberati a peccato,] Et nota, quod dicit: [Liberati a peccato] quaſi dicat, a Deo habetis hanc libertatem, non a vobis. Supra autem dixit: [Liberi juſtitiæ] quaſi a vobis habuiſtis, quod non eratis ſub dominio juſtitiæ. r Servi] ſupple eſtis. ſ Facti] ab illo non a vobis, ſed a Deo. t Fructum habetis] in præſenti, u Veſtrum] ſupple ducentem. x In ſanctificationem] ideſt confirmationem, Fructus enim vel arrha, ſive prægustatio æternæ dulcedinis ducit hominem ad conſummationem virtutis, & ad vitam æternam. Unde *Pſalm.* 79. Qui deducis velut ovem Joſeph. Sic deducit vos Dominus. Unde *Cant. primo.* In odorem unguentorum tuorum currimus. y Finem vero habetis vitam æternam.] Et magis debetis Deo, quam *peccato ſer-

Expoſitio Gloſſæ. A quandoque a ſervitio: Dicitur ſervus Dei a ſervitio, quod eſt non ſervitus, ſed regnare. Servus autem diaboli dicitur a ſervitute. *Iſa.* 47. Deſcende, ſed in pulvere virgo filia diaboli, ſed in terra, non eſt enim ultra ſolium filiæ Chaldæorum. Servitus autem Dei habet ſolium, ſicut dictum eſt et, quia ei ſervire regnare eſt. a Humanum, &c.] Nullus eſt, qui non poſſit bene operari. Contra *Jerem.* 13. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis bonum facere cum didiceritis malum. Item *Job* 18. Immiſit in rete pedem ſuum. *Gloſſ. Greg.* Qui pedem in rete ponit, non mox ut voluerit ejicit: Sic qui in peccatis ſe dejicit, non mox ut voluerit ſurgit. Unde *Pſal.* 77. Spiritus vadens & non rediens. Reſpondeo: Poſſe hic & in conſimilibus auctoritatibus ſumitur a poſſibilitate, ſed non a potentia propinqua, etſi enim qui in peccato ſunt, aptatam potentiam ad bonum non habeant, habent tamen poſſibilitatem, quia ergo hoc quod dicitur in *Gloſſ.* intelligitur de poſſibilitate, quod dicunt auctores intelligitur de poteſtate quæ eſt potentia propinqua actui. Ea menſura, ideſt æquali voluntate, ideſt tam facili. Si poſſetis ferre. *Joan.* 16. Non poteſtis portare modo. Servitutis, ideſt ſervitii. Sed parco infirmitati veſtræ, ideſt vobis propter infirmitatem. Non exigens plus boni a vobis, quam feciſtis mali. Ex hoc videtur, quod bonum, & malum poſſunt eſſe paria. Sed hoc intelligendum de exterioribus expenſis, & laboribus. Non exigens plus, &c. *Apoc.* 18. Quantum in deliciis fuit, &c. Voluntate duce, ideſt non timore, ſed voluntatis amore, quaſi dicat, ſicut voluntate feciſtis malum, ita voluntate veniatis ad bonum; ergo quanta voluntate fecit aliquis malum, tanta voluntate tenetur facere bonum, ſed quantum vult malum, tantum eſt malus, quantum vult bonum, tantum bonus eſt, ergo redit quod quantum aliquis eſt bonus, tantum poteſt eſſe malus. Sed dicendum eſt quod omnia hæc ad exteriora ſunt referenda, ideſt ad labores & expenſas, & ſemper in genere intelligitur comparatio. Luxuriæ quæ corpus inquinat. Ad idem facit illud 1. *Cor.* 9. Qui fornicatur in corpus ſuum peccat. Hoc autem intelligitur de corporali inquinatione, aut de ſpirituali: Si de corporali, eadem inquinatio carnis in coitu matrimoniali, & in gaſtrimargia videtur eſſe. Si de ſpirituali, contra, non videtur hoc eſſe luxuriæ potius, quam alterius peccati mortalis, quia dicitur 1. *Cor.* 6. Neſcitis quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, ſed per quodlibet aliud inquinatur. Solutio: De corporali inquinatione intelligitur, nec eſt eadem inquinatio in coitu matrimonii, & in gaſtrimargia, & hoc quia in luxuria eſt major ardor, & eſt cauſa inquinationis animæ, ſed non in matrimonio, quia excuſatur per bonum matrimonii. Libido voluptaſque peccati dixit, ergo libido eſt origo, & cauſa omnis peccati. Ad idem ſuper illud *infr.* 7. Concupiſcentiam neſciebam, &c. Sed contra 2. *Cor.* 7. Triſtitia mortem operatur: Sed triſtitia non ex libidine conſtat, & tamen eſt peccatum. Sol. Quoddam peccatum eſt ex libidine, & cum libidine, quoddam ex libidine, ſed non cum libidine, ut acidia, triſtitia; quia enim nimis diligit ſe homo, acidiatur facere opera, quæ gravent eum, ſimiliter eſt in invidia, & timore humano. Nondum eſt perfecta, ſed quodammodo adulta juſtitia, imo videtur eſſe perfecta, quia dicit, non vos urgeat ſupplicii metus, ſed delectatio charitatis, qua juſtitiæ ducat, ſed talis cum non timeat pœnam, eſt in ſtatu filii, ergo habet perfectam charitatem. Sol. Servire juſtitiæ tantum quantum ſervivit peccato, eſt adultæ juſtitiæ, ſed nondum perfectæ juſtitiæ, nec eſt talis in ſtatu filii. Unde dicendum, quod ut metus ſupplicii urgeat ſupple principaliter, motive tamen & adjutus metu ſupplicii dimittit peccare, & facit bonum, ſed tamen principaliter propter Deum, qui autem in ſtatu filii eſt, núllo modo habet oculum ad pœnam in quantum eſt pœna. Plus debet amari, quam tunc iniquitas ſupple amata fuit, i. plus debet operari pro juſtitia quam operatus fuit pro iniquitate, Suavior eſt enim juſtitia etiam &c. Contra: *Hebr.* 12. Omnis quidem diſciplina in præſenti videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris, ergo iniquitas ſuavior eſt carni, quam juſtitia. Juſtitia vero rationi. Et illud, diſciplina videtur eſſe mœroris, intelligendum ipſi carni. Item juſtitia ſuavior eſt quam iniquitas. Ex hoc videtur, quod non tantum poſſit amari iniquitas quantum amatur juſtitia, ſed quantum amat quis malum tantum eſt malus, quantum amat bonum tantum eſt bonus. Et ita magis bonus eſt quilibet, qui eſt bonus, quam unquam fuit malus, quod verum eſt. Contra ſuper illud *Jerem.* 2. Tranſite ad inſulas Sethim. *Gloſſ.* Poſſumus hoc dicere contra eos, qui majori ſtudio, ſequuntur vitia, quam virtutes. Solutio: Aliquis dum eſt in peccato, magis diligit iniquitatem, quam juſtitiam, & de talibus loquitur ibi: Sed quando exutus eſt a peccato, & reſtitutus juſtitiæ, magis diligit juſtitiam. Appende. *Proverbior.* 11. Statera doloſa. Abſit ut ſic vel ſic ametur.

A Vide-

Digitized by Google

* peccato ſervire propter oppoſita. *a* Stipendia enim peccati] ideſt retributio pro peccato. *b* Mors] æterna. *c* Gratia autem Dei] ideſt per gratiam Dei. *d* Vita æterna,] quæ non redditur, ſed quaſi gratis datur. Vel gratia poteſt eſſe nominativi caſus, ideſt ipſa vita æterna eſt gratia, ideſt gratis data, quia virtus per quam meremur eam, gratis datur. [Cum enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ,] ſicut dicitur, ribaldo nudo, tu es liber a ſcientia & divitiis. [Quem fructum habuiſtis] quaſi nullum, peccata enim ſunt ſpinæ, ex quibus nihil eſt niſi punctio, ideſt conſcientiæ remorſus, & erubeſcentia coram hominibus, & coram Deo. A Videtur ſibi ipſi contradicere hæc *Gloſſ.* cum dicit: Abſit, &c. Sed dicendum abſit, ut ſic ſcilicet ametur iniquitas, id eſt, ut ſit ita digna amari, quia nunquam digna eſt amari. Vel abſit ut ſic, ideſt tam intenſo motu, motus enim quo diligitur juſtitia intenſior eſt motu quo diligitur iniquitas, etſi non ſentiatur. Utinam vel ſic, ideſt ſic operemur diligendo juſtitiam, ſicut operati ſumus diligendo iniquitatem, quia pro iniquitate exponit ſe morti utique. Pro juſtitia pœnas, mortemque pati formident, ergo habens charitatem formidat mortem, & pœnam. Contra qui in infinitum magis diligit Deum, quam ſeipſum vel vitam corporalem quomodo formidat? Solutio: Formidat, quia nondum habet perfectam charitatem, quæ ſola foras mittit timorem. *1. Joan.* 4. Magis ergo diligit Deum, quam ſe ſecundum rationem, & tamen adhuc formidat ſecundum ſenſualitatem. Contemne etiam. *Matth.* 10. Nolite timere, &c.] In utroque gradu, ideſt in contemptu voluntatis, & mortis propter juſtitiam. Libertas ſervi diaboli vel peccati eſt, quando eum peccare delectat. Sed peccantem venialiter delectat peccare, ergo habet libertatem ſervi, ergo eſt ſervus peccati, quod verum eſt quoad hoc, ſed non ſimpliciter. Delectat quod eſt ex libero arbitrio, ergo eſt voluntarium, ergo eſt in poteſtate noſtra, ſed guloſus quandoque non delectatur, vellet tamen, ergo delectari non eſt ex libero arbitrio. Solutio: Sicut gaudere duo importat, motum, & delectationem muliebrem annexam illi motui, ſimiliter delectari importat motum, & paſſionem muliebrem illi annexam. Ille autem motus ſubeſt libero arbitrio, non ipſa paſſio. Dicendum eſt ergo quod ly, quod, refertur ad motum non ad paſſionem illam. Ad aliud quod objicitur, dicendum quoniam eſt quædam delectatio rationis, in qua libenter comedit guloſus, & illa delectatur quandoque, & eſt delectatio ſenſualitatis, iſta non delectatur quandoque. Majorem turpitudinem habet, quaſi ex uno peccato incidiſtis in aliud majus, & ita ſequens peccatum eſt fructus peccati præcedentis, quod verum eſt occaſionaliter non originaliter. In quorum memoria erubeſcitis nunc cum ſanæ mentis eſtis. Quamdiu enim aliquis eſt in peccatu, parum aut nihil erubeſcit, ſicut nec ebrius erubeſcit ſi ſit nudus: Sed nonne erubeſcentia hæc erat bona? conſtat quod erat virtus aut opus virtutis, ergo non debet eos redarguere de ipſa, quod verum eſt, nec redarguit eos de erubeſcentia, ſed de memoria erubeſcentiæ. Confuſio utilis eſt. Confuſio duplex, quædam utilis: *Jer.* 6. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt, quin potius confuſione non ſunt confuſi, &c. Eſt enim confuſio bona de peccatorum conſideratione, quia ea contra Deum fecit, de hac loquitur hic *Gloſſ.* & hæc auctoritas in fine, cum dicit, confuſione non ſunt confuſi. Et eſt confuſio mala, qua quis confunditur de peccatis ſuis, quod non audet confiteri illa, de illa eſt principium auctoritatis, confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt. De bona *Jer.* 31. Confuſus ſum, & erubui, & ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. Reſpectionem horrentis. *Jer.* 5. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra, ideſt reſpectu horribilis, ergo erubeſcentia procedit ex horrore. Sed tunc quomodo differunt, quia utrumque fuga indecentis? Solutio: Horror eſt propriè fuga nocivi, vel periculoſi, erubeſcentia autem eſt fuga indecentis ſive turpis actus. Et notat *Gloſſ* Eſt confuſio quædam utilis ſcilicet perturbatio animi reſpicientis peccata ſua, & reſpectione horrentis, & horrore erubeſcentis, & erubeſcendo corrigentis. Quia delectatur in malis faciendis, ideo non eſt in bonis libera, ideſt ad bona peragenda. Et liberata non eſt a ſe, ſed videtur quod e converſo debeat dici, liberata non eſt, quia non eſt in bonis libera, ſicut non, quia Deus non apponit gratiam, ideo iſte malus eſt, ſed quia malus eſt, ideo Deus non apponit gratiam. Solutio, ly, quia, notat cauſam non propter quam, ſed ſine qua non, vel notat concomitantiam non cauſam, quia, ideſt quando. Vel melius dicimus, quod notat cauſam. Nec poteſt homo aliquid boni velle niſi adjuvetur ab eo, ergo ſi non velit bonum, vel non faciat, non eſt imputandum. Solutio: Imo maxime ſecundum illos, qui dicunt, quod homo peccat in furia, quia ingeſſit ſe in cauſa ſimiliter, & hoc eſt, quia ingeſſit ſe in talem neceſſitatem ut non poſſit bene velle, imputandum eſt ei. Sed alia ſolutio melior, quæ dicit cum gratia cuilibet offeratur, per quam bene velle poſſet, & facere, quia igitur non præparat ſe ad recipiendam gratiam, ideo imputandum eſt ei. Liberum arbitrium uſque adeo in peccatore non periit, ideſt, non eſt omnino annihilatum in homine, imo adeo aliquid eſt in eo, ut per ipſum, &c. Arbitrio libertatis, ideſt libertate. Liberi arbitrii liberi a juſtitia non ſunt niſi arbitrio libertatis, ergo illa libertas non eſt a Deo; contra, quicquid eſt, a Deo eſt. Solutio: Libertas a juſtitia nihil aliud eſt, quam privatio divinæ juſtitiæ, & hæc privatio proprie a peccato, non omnis privatio autem eſt a Deo, nec ſequitur; ergo non quicquid eſt, a Deo eſt, quia illa privatio nihil eſt. Ducti in ſanctificationem. Duplex eſt fructus gratiæ, tranquillitas mentis in præſenti. *Gal.* 5. Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, &c. In futuro vita æterna. Vita æterna ſola gratia Dei datur: hæc eſt pro opinione ſua, quæ dicit, quod aliquis meretur vitam æternam ex condigno. Sed dicendum, quod per hoc non excluduntur merita, quia ubi unum propter alterum, ibi utrobique tantum. Et ideo cum hoc quod vita æterna detur meritis ſit propter gratiam, qua meremur, & ſola gratia datur, & meritis, tamen datur gratia pro gratia, ideſt pro meritis quæ ſunt ex gratia. *Jo.* 1. *Zach.* 4. Et exæquabit gratiam gratiæ ejus. Quid enim eſt meritum, oſtendit quod opus habet quod ſit meritorium a gratia. Non in nobis faciat niſi gratia. *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis. Verſus: Quicquid habes meriti, &c. In Evangelio, *Joan.* 1. *Joan.* 15. Sine me nihil poteſtis facere, ideſt nihil meritorium, quod patet, quia de meritis loquitur hæc littera. *1. Cor.* 5.

Stipendia *a* enim peccati mors, *b* gratia *c* autem Dei vita *d* æterna, in Chriſto Jeſu Domino noſtro. A

C A P. VII.

AN ignoratis *e* fratres, ſcientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit. Nam *f* quæ ſub viro eſt mulier, vivente

EXPOSITIO CAP. VII.

AN ignoratis *e* fratres,] Oſtendit, quod non debeat eſſe ſub dominio legis, quod ceſſavit. Probat per ſimile quod eſt tale. Quamdiu vivit homo, eſt ſub dominio legis Imperatoris, vel regis, vel legis Moyſi, ſed quando mortuus eſt, liberatus eſt ab illa ſervitute, ſed mortui eſtis legi per gratiam, ergo non debetis ultra ſubjici legi. Vel ut potius intelligatur de morte, & vita legis, quaſi dicat, quod quando lex mortua eſt, jam homines non aſtringuntur ad tenendum eam, ſed lex mortua eſt per adventum Salvatoris, ergo non tenemur ad legem. Et hoc eſt: *e* An ignoratis] quaſi dicat, non ſcientibus enim legem Moſaicam, vel jus ſcriptum. *f* Nam A quæ ſub

e An ignoratis fratres,] *Gloſſ.* Ex ea, non ex lege, id eſt ex litterali obſervantia. Et agit de fine legis, i. de terminatione legalium. Et priori inutilitate ejus, quia ſterilis erat ad ſalutem quantum ad legales obſervantias. Quia Apoſtolus *ſap.* 6. Data eſt uſque ad Chriſtum, quia lex fuit lucerna, Chriſtus ſol juſtitiæ, & ideo extufflavit legem. 2. *Petr.* 1. Tanquam lucernæ lucenti, &c. *Dan.* 9. In medio hebdomadis deficient hoſtia, & ſacrificium. Non dat vitam. Sed quæritur, ex quo prædicatum fuit illud *Gal* 5. Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit, utrum poſt adhuc valuerit lex facientibus legalia? Et dicendum, quod ita donec manifeſta fuit veritas Evangelii ſecundum quoſdam: ſed ſecundum *Hier.* non, ſed auget peccatum occaſionaliter. Vel ita: [An ignoratis, &c.] hoc de lege Moſaica. Tertio legit idem de lege conſuetudinali, ſive de inſtitutis communibus. De lege naturali, i. lege conſuetudinali, quæ habet ortum a lege naturali. Partim ex ſe, i. ex naturali ingenio. Sicut Græci ex Hebræis. Dicitur etiam, quod Plato, & alii magni philoſophi inſpexerunt libros Moyſi, & alios Hebræorum libros, & ibi acceperunt fundamentum omnium eorum, quæ dixerunt. Quæ generalis eſt, quia in omnibus eſt, ſed tamen ſecundum quod derivatur in conſuetudines, & in ſtatuta aliquando ceſſat alicubi, quia vos ſcitis legem naturalem. Hæc movit *Ambr.* ut non exponeret de lege Moyſi, ſed naturali, quia Romani, quibus hæc ſcripſit Apoſtol. neſciebant legem Moyſi. Sed ad hoc reſpondet *Aug.* quod Judæi, qui de converſatione Romani erant, ſciebant legem Moyſi, & illis volentibus legem Moyſi ſervare hoc dicit Apoſtol. Sicut per hoc exemplum oſtendit: Namque ſub viro, &c. Hæ duæ lectiones redeunt ad unam. Nec prodeſt ei Chriſtianum dici *Gal.* 5. Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit: Quid ad exemplum tranſit dimiſſis ſignis, & Expoſitio Gloſſæ.

A cæte-

A quæ ſub viro eſt] Probat eis per ſimile quod lex amplius non debet habere dominum. Et adaptari poteſt ſic ad propoſitum. Lex data fuit quaſi in ſponſum populo Judæorum. Unde quamdiu vixit lex, tenebantur obedire legi ſicut mulier viro, ergo cum jam mortua ſit lex per adventum Salvatoris nō tenentur. *a* Si autem mortuus] Proſequitur ſimilitudinem. *b* A lege viri,] i. a matrimonio. *c* Itaque fratres] Adaptat ſimilitudinem ad propoſitum. Et nota quod ſicut ibi erant tria. Primum vir, ſecundum uxor, tertium lex matrimonialis.

viro alligata eſt legi. Si autem *a* mortuus fuerit vir ejus, ſoluta eſt a lege *b* viri. Igitur vivente viro vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro. Si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata eſt a lege viri, ut non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Itaque *c* fratres mei, & vos mortificati *d* eſtis legi per *e* corpus Chriſti, *f* ut ſitis alterius qui *g* ex mortuis reſurrexit, ut fructificemus *h* Deo. Cum enim *i* eſſemus in carne, *k* paſſiones *l* peccatorum quæ per *m* legem erant, operabantur *n* in membris noſtris, ut fructificarent *o* morti. Nunc *p* autem ſoluti ſumus a lege *q* mortis in quam detinebamur, *r* ita ut ſerviamus in novitate *ſ* ſpiritus & non in vetuſtate *t* litteræ.

Similiter & in propoſito, pro quo adducitur hoc ſimile, ſunt tria, lex tanquam vir, anima tanquam uxor, peccatum tanquam matrimonium. Sed in hoc eſt diverſitas quod in ſimilitudinem vir moritur, & ſic uxor abſolvitur a lege viri; hic autem moritur anima peccato, mediante quo ſubjecta erat dominio legis, quia timore urgebatur, legis timore impleuſeam. Dicit ergo: *d* Mortificati eſtis legi] legalibus. *e* Per corpus Chriſti,] i. per myſterium incarnationis, ſive per ea quæ geſſit in corpore ſuo: *f* Ut ſitis alterius] i. ipſius Chriſti, ſicut mulier poteſt alii nubere mortuo viro ſuo. *g* Qui ex mortuis reſurrexit] & ita magnum eſt ſi eſtis ejus quaſi matrimonio ei conjuncti ſpiritualiter. *h* Ut fructificemus Deo.] Propter hoc enim debemus aſſumere Chriſtum in ſponſum, ſicut mulier virum ut fœcundemur. *i* Cum enim eſſemus] Poſſet quis reſpondere. Non poſſemus fructificare Deo propter concupiſcentiam carnis. Hoc removet oſtendens quod lex mortua eſt quantum ad eos. *k* In carne,] carnalibus obſervantiis, ſive quæ ſunt carnis operantes. *l* Paſſiones peccatorum] intranſitive, i. peccata quæ paſſiones dicuntur, quia ſicut paſſio aliquid abjicit a ſubſtantia, ita & peccatum quodlibet ſemper aliquid diminuit de anima. Unde *ſup.* 1. Tradidit Deus illos in paſſiones ignominiæ. *m* Per legem,] erant notæ vel inductæ occaſionaliter. *n* Operabantur in membris,] i. membra veſtra movebantur ad mala opera. *o* Ut fructificarent morti,] i. facerent digna membra in morte æterna. *p* Nunc autem] conjuncti Chriſto ſoli per remiſſionem peccatorum. *q* A lege mortis,] quia illigabat concupiſcentiam ad peccata mortalia, & per hoc ducebat ad mortam. *r* Detinebamur] inviti. *ſ* In novitate ſpiritus,] i. in virtutibus quæ ſunt novitas ſpiritus. Vel, i. in ſpiritu innovato. *t* Non in vetuſtate litteræ,] i. non in lege quæ data fuit homini dum eſſet in veteri vita.

Moraliter. Vide textum in folio præc.

ſ Nam quæ ſub viro mulier,] Inducit ſimilitudinem de carnali matrimonio ad matrimonium ſpirituale, quod eſt inter intellectum, & legem Domini Theologiam. Sicut ergo matrimonium carnale non poteſt ſolvi vivente viro, ita cum lex Dei vivat, & ſponſa ſit intellectus, non poteſt ſolvi. *Sap.* 8. Exquiſivi a juventute mea, & quæſivi, &c. Adulteratur ergo intellectus ſi alias ſcientias amplectatur propter ſe cum debeant ancillari Theologiæ. Ideo dicitur *Gal.* 4. Ejice ancillam, & filium ejus. De *Gen.* 21. Quia etiam ſint ancillæ, patet etiam per *Ariſt.* qui Metaphyſicam ponit Deam ſcientiarum, & dominam, ipſa enim eſt de nobiliſſimo ſubjecto, i. de Deo. Sed ſicut dicit. *Hier.* ſuper illud *Ezech.* 18. Uxorem proximi ſui non violaverit. Vehemens amator propriæ uxoris adulter eſt, ſic qui in Sacra Scriptura ſtudet, ſi non cauſa prolis ſpiritualis. Unde 2. *Cor.* 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes, &c. Sic eſt intellectus ſponſus, S. Script. ſponſa. Sed hoc exponitur modo ſecundum quod S. Script. ſponſus eſt ipſius intellectus, quod ideo dicitur, quia ad modum ſponſi fœcundat intellectum in bonis operibus, & ei debet dominari. De primo *Deut.* 32. Concreſcat ut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum. De alio: *Deut* 4. Poſtquam locutus eſt de lege dicit: Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis. *a* Si autem mortuus fuerit, &c.] Anima prius duxit legem in virum, ſed mortua lege per adventum Evangelii, ſoluta eſt, & contraxit cum Evangelio. Nec mirum lex enim tunc lucerna erat, Evangelium Sol, ſive lux. *Pſ.* 131. Paravi lucernam Chriſto meo. 2. *Pet.* 1. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, qui benefacitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies luceſcat, i. Evangelium. Et 1. *Pet.* 2. Qui de tenebris vocavit nos in admirabile lumen ſuum, ſc. Evangelium. Ideo fatui erant qui legalia cum Evangelio ſervare volebant, ſicut tangit *Hier.* Supervacuis laborat impendiis, qui ſolem facibus aſſiſtit adjuvare: Et ſicut lucerna offendiculum oſtendit, & non aufert deformitates, ita lex. Quod ſignificatum eſt *Matt.* 24. Joannes in carcere, lex deficiens adveniente ſole, i. Evangelio. Joannes decollatus lex mortua, quem ſepelierunt diſcipuli ejus, qui legem aliquando tenuerant.

Unde ſuper *Gal.* 2. dicitur quod cum honore deducenda erat lex ad tumulum. *l* Paſſiones peccatorum] intranſitive, *ſup.* 1. Propter quod Deus tradidit illos, &c. Et bene dicitur peccatum paſſio, caſus enim peccati eſt quaſi caſus paſſionarii. *Mich. ult.* Cecidi per peccatum, ſurgam per gratiam *Job* 31. Si gaviſus ſum ad ruinam ejus qui me oderat, i. ad peccatum ejus. Quia ergo peccatum caſus dicitur in ſcriptura, recte morbo caduco comparatur. Et quia ſicut in illo qui morbum talem patitur, ligantur ſenſus exteriores, ita ſenſus interiores ejus, qui eſt in mortali. Ideo dicit: *Pſ.* 48. Comparatus eſt jumentis inſipientibus, &c. quæ non utuntur ſenſibus interioribus. Dicitur autem paſſio, quia abjicit aliquid a ſubſtantia, diminuit autem naturalia. Unde *Aug. in Enchir.* Malum eſt naturæ corruptio, quia eam qualicumque privat bono, nam ſi nullo bono privat, non nocet. Nocet autem adimendo bonum. *i* Cum enim eſſemus in carne,] i. nihil ſapientes niſi carnalia, nec reputantes eſſe ſe aliud quam carnem. Unde 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea, &c. Tales vivunt ſicut pecora. In quorum perſona dicitur: *Iſa.* 22. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. *o* Ut fructificarent morti.] i. diabolo. *Apoc.* 6. Qui ſedebat ſuper equum pallidum, nomen illi mors. Equus pallidus aliquid habet de albedine, per quem ſignificantur mali Chriſtiani vel propriæ hypocritæ qui videntur exterius boni, ſed portant diabolum ſuaviter, ſicut equi diaboli ambulantes, quia nullus impugnat diabolum dum ſedet ſuper hypocritas, unde non oportet eum currere. Per nigrum equum infideles vel aperte peccantes. Huic ergo morti, i. diabolo fructificant peccatores, quia eos excolit ſicut agros proprios. *Job* 40. Huic montes herbas ferunt. Nam eos depaſcit, modo oculos depaſcit, modo aures, & ſic de aliis. Decurrit etiam de paſcua in paſcuam, quando a peccato uno in aliud peccatum facit ruere hominem.

p Nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis] i. fomitis vel peccati, quo ligatur quis ut ducatur ad mortem æternam: ſolvitur autem per gratiam. *Iſa.* 10. Computreſcet jugum a facie olei. Non tantum ſolvitur peccatum, ſed etiam facere incipit bonum, quando dat Dominus oleum, ideſt, gratiam. *Iſaiæ* 52. Solve vincula colli tui. Hoc eſt quod ſequitur: *ſ* Ut ſerviamus in novitate ſpiritus] ideſt, innovati per gratiam ſerviamus ei. Volt enim [illegible] * filius regis

A cæremonialibus, hoc dicit, quia moralia non ſunt dimittenda, & intelligendum eſt non faciendorum futurorum. Deſinebant enim allegoricæ figuræ: quæ naturæ ſunt in Eccleſia, ſunt propriæ figuræ faciendorum, & accidit intentioni quod ſint ſigna futurorum. Dehinc incipit rem loqui, ideſt, ſimilitudinem adaptare rei. Dimiſſis peccatis, ideſt, nihil debetis, quia ſi omnino dimittitis peccatum non ſervitis ex timore quo ſubjecti eratis legi, & in hoc peccabitis legi, ideſt, cæremonialibus. Per corpus Chriſti, ideſt, per completionem veritatis. Quod hic expoſitio competens ſit, per hoc patet quod expoſitum eſt. Mortificati legi, ideſt, figurati per corpus Chriſti, hoc eſt per completionem veritatis. Sitis alterius: Unde 1. *Cor.* 6. Non eſtis veſtri. Empti enim eſtis pretio magno. Fructificabamus morti, i. faciebamus fructum mortis paſſiones peccatorum, ſed conſtat quod iſtæ concupiſcentiæ ſunt peccata, ergo peccatum eſt paſſio, vel paſſibilis qualitas, ergo alia eſt ſpecies quam habitus ſub quo eſt virtus, ergo virtus, & peccatum non ſunt ſub eodem genere, ergo non ſunt contraria, quod verum eſt. Tamen notandum eſt quod peccatum multipliciter dicitur, ſcil. reatus, vel macula, dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. Hoc ultimo modo non opponitur ſecundum ſe, ſed per effectum, ideſt, maculam, vel per actum macula opponitur virtuti, non per modum contrarietatis, ſed per modum privationis. Actus autem poteſt contrarius eſſe operi virtutis. Secundum vero quod peccatum eſt reatus, qui eſt obligatio pœnæ

Expoſitio Gl.

B

Digitized by Google

Moraliter, * filius regis tanti ut Deus eſt, ſemper habere ſponſam juvenculam. Unde anima deſponſata in baptiſmo ſatis debet erubeſcere de ſenectute peccati coram eo, ſicut mulieres erubeſcunt coram viris ſuis. Sponſa autem Chriſti in multis eſt inveterata, quod patet per ea quæ reperiri ſolent in ſenibus. Unum eſt caligatio oculorum, & tunc non poſſunt videre niſi groſſa, ſic multi ſpiritualia quæ ſunt ſubtilia, videre non poſſunt, ſed groſſa, i.

Quid *a* ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed *b* peccatum non cognovi niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, *c* niſi lex *d* diceret: Non concupiſces.

terrena multum perſpicue vident, *Eccl. ult.* Tenebreſcent videntes per foramina. *Iſa.* 38. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum 1. *Reg.* 3. Oculi Heli caligaverant, & non poterat videre lucem Dei antequam extingueretur, i. non poſſunt cognoſcere de bonitate lucernæ modo illius qui habitat lucem inacceſſibilem. 1. *Tim.* 6. Niſi per bonitatem illorum temporalium in quibus non eſt niſi extincta: Et tales oculos ſc. ſtatuerunt declinare in terram. Ipſi ſunt noctuæ quæ diem æternitatis ſuſtinere non poſſunt, ſed noctem temporalium, *Prov.* 17. Oculi ſtultorum in finibus terræ. Secundum ſignum ſenectutis eſt paucitas dentium, quod eſt, ſubtilia dente diſcuſſionis maſticare non poſſunt. *Heb.* 5. Facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. *Thr.* 3. Confregit ad numeros dentes meos. Tertium ſignum eſt rugoſitas pellis, per quam ſignificatur converſatio exterior. Hoc ſere jam eſt in omnibus cœnobiis. *Thr.* 3. Vetuſtam fecit pellem meam: Talem non vult Dominus ſponſam. Unde *Eph.* 5. Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam neque rugam. Quartum ſignum eſt guſtus immutatio, quod eſt quando ſuavitatem Dei non poteſt homo ſaporare. 2. *Reg.* 19. Octogenarius ſum hodie, numquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuave vel amarum, &c. q. d. non. Quintum eſt ſurditas aurium ad obediendum. Unde *ib.* 2. *Reg.* 19. Aut audire poſſum ultra voces cantorum atque cantatricum, i. Prælatorum præceptum, licet præcipiant cantando, i. cum miſericordia & benignitate. *Eccl. ult.* Obſurdeſcent omnes filiæ carminis, i. aures. Vox ſanguinis Chriſti poteſt dici hæc vox, quam multi volunt audire, licet dicatur *Heb.* 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem, &c. Hic ſanguis Abel exauditus fuit in cœlo, valde ergo ſurdi ſunt qui in terra vocem ſanguinis Chriſti non audiunt. Clamat autem ſanguis Chriſti impiis condemnationem, juſtis æternam ſalutem. Sextum ſignum eſt tremor capitis, & aliorum membrorum, hoc eſt, inconſtantia. Unde *Pſ.* 108. Nutantes transferentur filii ejus, &c. Talis enim amittit filios ſpirituales ſtatim ut fecit. *Pſ.* 47. Tremor apprehendit eos: Septimum ſignum eſt, quia in excelſo timent, hoc eſt puſillanimitas aggrediendi ardua. *Eccl.* 12. Excelſa quoque timebunt. In tali vetuſtate non poteſt aliquis ſervire Deo niſi ſit in novitate ſpiritus, ut reddatur ei viſus ſpiritualis ad videndum ſubtilia, ut dicatur de eo illud, quod dictum eſt de Moyſe, *Deut.* 34. Non caligaverunt oculi ejus, & dentes ejus non ſunt immutati. Et ſic percurre alios ſenſus ſpirituales.

De concupiſcentia. Exod. 20. Deut. 5.

Ad litteram. *a* Quid ergo dicemus?] Poſſet quis objicere contra Apoſtolum. Tu dicis quod lex faciebat videre paſſiones, ergo mala erat. Et iden hic quærit, & reſpondet & ſolvit quod non. *b* Sed peccatum non cognovi niſi per legem,] quia neſciebam eſſe peccatum, vel tam grave vel æternaliter puniendum. *c* Neſciebam,] eſſe tantum quantum eſt. *c* Niſi lex diceret non concupiſces,

Moraliter. *a* Quid ergo dicemus, lex peccatum eſt? abſit.] Hoc dixit Apoſtolus, prævidens quaſi prophetico ſpiritu quod Manichæi dicturi erant legem Moſaicam datam a Principe tenebrarum. Quia igitur Apoſtolum pro ſe receperunt, juſtum eſt ut incauti contra ſe recipiant. Si autem a Principe tenebrarum data eſſet lex, evangelium autem dicebat a Deo lucis, & benigno, quomodo Deus lucis approbaret quod factum eſſet a Deo tenebrarum. Dicit enim *Matt.* 22. Ex his tota lex pendet, & prophetæ. Item *Luc.* 10. Hoc fac & vives. Item inducit auctoritates veteris teſtamenti. Præterea, ſi eſſet lex a contrario ſibi principio, numquam eam impleret. Ipſe tamen dicit *Matt.* 5. Non veni legem ſolvere, ſed adimplere. Item de lege dicitur illud: Lucerna pedibus meis verbum tuum: Sed quomodo poſſet eſſe lex a Deo tenebrarum. *b* Sed peccatum non cognovi niſi per legem.] Radius ſolis oſtendit hominibus mulierum pulchritudinem, qua viſa quandoque ardeſcunt, nemo tamen diceret propter hoc ſolem eſſe malum, ergo eadem ratione nec lex dici debet mala, quia oſtendit nobis, quomodo cognoſcamus peccata, ſicut nec debet dici * phyſica

Pſal. 118.

Superſtitio cleſ. A æternæ opponitur debito vitæ æternæ. Sicut enim ex peccato dignus eſt aliquis pœna æterna, ita ex operibus virtutis debetur ei vita æterna. Concupiſcentiæ quæ ſunt cauſa peccatorum, ergo peccatum eſt cauſa peccati, & ita peccatum habet cauſam. Sol. Peccatum non poteſt habere cauſam efficientem & neceſſariam, ſed inductivam & non neceſſariam, ratio quia liberum arbitrium eſt ejus cauſa non neceſſaria, ſed voluntaria, peccatum autem cauſa inductiva. Gratia per fidem, i. remiſſio peccatorum: Prævaricationis crimen adjectum eſt, ergo novum genus peccandi eſt additum per legem, quod verum eſt ſimpliciter quantum ad hoc tranſgrediebatur cæremonialia, & quantum ad moralia quoad hoc quod major erat tranſgreſſio quam ante legem propter additam prohibitionem legis ſcriptæ ſuper legem naturalem. Vel novum genus peccati in eis quoad modum prohibitionis ſub pœna, quia peccantes interficit & reos, *ſup.* 4. Peccantes appellat eos qui peccabant mortaliter, ut homicidas, adulteros, & hujuſmodi reos qui faciebant digna plagis. Operibus novi hominis, &c. ſic eſt immorandum, ut nihil addatur de legis operibus. Secundum hoc ergo videtur quod Eccleſia retinuit purificationem puerperæ & thurificationem. Sed dicendum quod neutrum retinuit a lege. Purificationem enim non accepit ab ea, ſed inſtituit illam, ut quia fuit mulier in maximo periculo, juſtum eſt quod cum evaſit quam citius poteſt ad locum debitum, i. Eccleſiam Deo gratias referat actiones. Similiter thurificationem non accepit a lege, ſed eam inſtituit ampliando cultum Dei, ſicut ornatum altaris & hujuſmodi, etiam in ſignum faciendi. Lege fidei, i. ſecundum ordinem Evangelii in quo fides docetur quæ eſt in animo. Nova lege. In hoc adimpletum eſt illud *Lev.* 26. Vetuſtiſſima veterum comedetis, i. corpus & ſanguinem Chriſti, quæ ſignificantur per vetuſtiſſima, i. per panem & vinum quæ obtulit Melchiſedech Abraham, & novis ſupervenientibus ſacramentis novæ legis, vetera projicietis, i. legalia. Secundum literam legis quæ ſenuit. *Heb.* 8. Omne quod antiquatur, & ſeneſcit prope interitum eſt. Senuit quia ceſſavit illud quod oſtenſum eſt. Sed videtur conceſſum hujus *Gl.* quia nulla ſit ratiocinatio Apoſtoli, quia ſupra lex in homine dominatur quamdiu vivit, exponebatur de cæremonialibus. Et ſimiliter illud Mortui legi. *Gl.* i. figurativis, hoc ſecundum paſſiones peccatorum quæ per legem erant, & exponitur de lege mortalium. Unde *Gl.* Per legem veterem, & de hac dicit Apoſtolus quod ſoluti ſumus ab ea, & propter hoc concludit quod mortui ſumus legi cæremonialium, ut amplius non ſerviamus vetuſtati literæ, quod non videtur ſequi. Sed dicendum quod imo hæc ratio communis eſt ad oſtendendum quod mortui ſumus legi cæremonialium, & moralitati. Medium enim Apoſtoli eſt quod lex mortua eſt prout lex Moyſi, i. in quantum timore implebatur. Et bene ſequitur. Nihil implebatur de lege Moyſi, niſi timore, & lex moralis mortua in quantum timore implebatur, ergo & lex cæremonialium. Nubat cui velit. 1. *Cor.* 7. Hic autem non peccatum moritur, i. fomes qui dicitur non mori, quia ſemper incitat ad malum, anima moritur peccato, quia contemnit peccatum. Quamdiu carne ſervit legi peccati, ſed cum ſervit legi peccati, peccatum regnat in eo, ergo ipſe redigitur in ſervitutem peccati, & ita non eſt mortuus peccato, quomodo ergo mente legi Dei ſervit? Sol. Quilibet ſervit legi peccati, in hoc quod nullus eſt qui non peccet venialiter, ſed nullus per veniale redigitur in ſervitutem peccati, quia in eam non poteſt redigi niſi per voluntatem, ſed velit aut nolit peccat venialiter. Reſtat aliquid ei, ſupple vincere primos motus, & concupiſcentias. Unde *Jud.* 3. Hæ ſunt gentes quas Deus dereliquit ut in eas erudiret Iſrael. Prædictis teſtamentis, quia appellat legem mortis poſſe intelligi ab hæreticis. Deſinens a bona operatione, occaſionaliter, & tangit quod dicitur in littera. Detinebamur, pro qua donata, i. dando eam peccavit: Quaſi malæ rei auctor, ſupple vel eſſe punienda æternaliter quod ignorabatur eſſe peccatum. Legem datam eſſe, non prout peccatum infereretur vel extirparetur, quia dicebat: Non concupiſces, non occides. Sol. Ideſt, lex non eſt data ad hoc ut homines incurrerent hoc incommodum ut peccatum infereretur, nec ad hoc commodum ut peccatum extirparetur, quia virtute ſacramentorum legis non conferebatur gratia ipſa. Sollicitudine reatus, i. ſollicitudine de reatu, ſcil. tollendo converteretur anima, ſcil. Niſi lex diceret, non concupiſces. *Exod.* 20. Hoc elegit Apoſtolus, quod eſt generale peccatum. Secundum hoc videtur quod eſſent aliæ prohibitiones, ergo iſtæ ſuperfluæ ſunt. Præterea ibi in *Exod.* 20. dicitur: Non deſiderabis uxorem proximi tui, &c. Et non concupiſces rem proximi tui. Si alicui eſt prohibita concupiſcentia, hoc eſt, altero iſtorum, ſed concupiſcentia uxoris eſt concupiſcentia luxuriæ: concupiſcentia rei proximi, concupiſcentia avaritiæ: ergo cum omne peccatum ſit ex concupiſcentia, ut

▲ hic

A piſces. *a* Occaſione autem accepta,] Poſuit quæſtionem; quæ ſibi fieri poſſet ex prædictis in hunc modum. Paſſiones peccatorum per legem auctæ ſunt, ergo lex mala. Et reſpondit, quod non eſt verum. Sed dicitur, quod per legem cognitum eſt peccatum, & concupiſcentia irritata propter modum prohibendi. Et ideo auctum eſt peccatum per legem, ſicut, *ſup.* 5. Lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Sed ne crederet quis,

Occaſione *a* autem accepta, peccatum *b* per mandatum operatum *c* eſt in me omnem concupiſcentiam. *d* Sine lege *e* enim *f* peccatum *g* mortuum

quod per legem cauſaliter, ideo addit: [Occaſione autem, &c.] *b* Peccatum] i. fomes. *c* Operatum eſt in me] quia eſt origo omnis peccati. Et de hoc intelligitur illud *Job c.* 25. Non eſt ſine peccatu etiam infans unius diei. Et nota, quod loquitur Apoſtolus in perſona totius humani generis, maxime dum erat in tempore ante legem. *a* Occaſione accepta per mandatum] i. per legem. Vel [peccatum] i. diabolus emphatice. Vel ut hoc [per mandatum] ſit determinatio non de ly [accepta,] ſed hujus [operatum eſt] Et dicit ly [per] non cauſam, ſed occaſionem [Accepta occaſione] a te-bus in quibus contingit peccare, ut viſa muliere [omnem concupiſcentiam.] *d* Sine lege] oſtendit, quod fomes, vel diabolus operatus eſt omnem concupiſcentiam per legis occaſionem. *e* Enim] i. quia:
f Peccatum] fomes, vel diabolus.
g Mortuum] i. debile. Non tantum enim ſollicitabat homines fomes ante legem, quia non erat contradictor, quin peccarent homines pro voluntate. Unde non tantum infeſtabat homines, & tentabat; juxta illud *Gregorii*: Illos pulſare negligit quos quieto jure poſſidere ſe ſentit: Sed data lege timuit ne dimitterent homines peccare, & ideo iracundia motus prætendebat

Moraliter. * phyſica medicina mortifera, quia venena mortifera oſtendit, quibus male utuntur homines. *a* Occaſione autem accepta, peccatum] fomes, vel diabolus.
b Per mandatum operatus eſt, &c.] Una cauſa eſt, quia homo naturaliter appetit libertatem, & fugit ſervitutem hominis, & per legem redigebatur ſub ſervitute hominis. Secunda cauſa eſt, quia omnis natura adverſanti ſibi adverſatur, unde lapis durum lapidem confringit; & ab eo confringitur, ſed non ſic ſi molle inveniat, lex autem adverſabatur homini per præceptum, & homo legi per peccatum. Tertia cauſa eſt, quia prohibitio frequens imaginationis eſt cauſa, & per hoc irritabat concupiſcentiam. Quarto eſt, quia ut dicit *Gl.* diabolus videns legem nobis in auxilium datam, magis ſævit.
d Sine lege enim mortuum erat peccatum.] Hæc verba exprimunt affectum quorumdam de novo converſorum ad pœnitentiam, vel ad clauſtrum. Dicunt enim, ſine lege pœnitentiæ, vel ſine lege clauſtri non ita impugnabat me peccatum. Sed non debent irritari, quia dicitur 1. *Cor.* 15. Virtus peccati lex. Et hoc eſt, quia videt diabolus, quod habet bonum propoſitum, & adjuravit ipſam regulam clauſtri, tunc ſuſcitat magnas inſidias contra ipſum, quod ſignificatum eſt *Jud.* 5. Nunciatumque eſt Holoferni, quod filii Iſrael præpararent ſe ad reſiſtendum, & montium itinera clauſiſſent, i. quod poſuiſſent ſe in eminenti via, & iter diaboli, ideſt, os per ſilentium, & ſic de aliis, furore nimio exarſit in iracundia magna

Expoſitio Gloſſ. A hic dicitur, omne peccatum eſt ex luxuria, avaritia, non ergo ſuperbia eſt initium omnis peccati, cujus contrarium dicitur *Eccl.* 10. Secundum hoc etiam Angelus ex aliquo iſtorum peccavit: Non ex concupiſcentia luxuriæ conſtat, ergo peccato avaritiæ; & Adam ſimiliter, quod falſum eſt, imo peccato ambitionis, vel ſuperbiæ, quia voluit præeſſe, quod eſt ſuperbiæ. Præterea ſecundum hoc quando eſt ex concupiſcentia peccatum timoris mundani, & timoris humani. Item auctoritates contrarias habemus ſuper illud *Gal.* 5. Manifeſta ſunt opera carnis, ergo non omnia vitia carni ſunt attribuendæ. Sol. Concupiſcentia hic dicitur libido, quæ eſt ſuperba voluntas fruendi creatura: & omne peccatum, vel eſt ex libidine, vel eſt ipſa libido. Quod objicit: In *Exod.* dictum eſt, non concupiſces, & ſuperfluunt aliæ prohibitiones, dicendum, quod hæc concupiſcentia de qua hic loquitur Apoſtolus, & ipſa *Gl.* in alia prohibitione prohibitæ ſunt, ſed in omnibus per unam libido in tali re, per aliam libido in alia re. Secundum hoc etiam non omnis concupiſcentia vis concupiſcibilis, ſed quædam eſt ipſius, quædam rationalis, quædam iraſcibilis. Unde notandum quod ſuperbia eſt quædam libido qua quis fruitur propria excellentia, ſive dominio. Ad hoc, quod quæritur, utrum prohibeatur hæc concupiſcentia de qua loquitur hic Apoſtolus, cum dicitur: Non concupiſces uxorem, &c. Jam patet, quod neque ibi, ſed in omnibus. De timore mundano patet, quoniam procedit ex concupiſcentia qua aliquis diligit nimis res mundanas, timor humanus ex concupiſcentia, qua aliquis nimis diligit vitam temporalem. Acidia eſt ſimiliter ex nimia ſui dilectione, propter hoc enim aciditur in operibus, quæ gravant corpus. Bona eſt lex, quæ dum concupiſcentiam prohibet, ergo concupiſcentia prohibita, ergo omnis concupiſcentia eſt peccatum mortale, ergo primi motus ſunt peccata mortalia, quia ſupra dicit *Gl.* Paſſiones, i. concupiſcentiæ, quæ ſunt cauſa peccatorum mortalium. Sol. Quod hic dicitur intelligitur de concupiſcentia qua fruitur quis creatura, ſive qua delectatur in creatura plus, vel æque, ſicut in Deo. Neſciebam, non pro ſe hoc dicit, imo videtur, quod hoc dicit in propria perſona, quod dixit, neſciebam peccatum tantum vel tam grave eſſe, quod verum erat de eo. Sol. Apoſtolus aliquando neſcivit ſcil. ante converſionem, poſtea bene ſcivit, quando ſcil. hoc dixit, & ideo dicit, quod in ſua perſona non dicit hoc: Item contra hoc, quod dicitur hic, concupiſcentia, unde omnia mala, videtur eſſe quod dicitur in *Pſ.* 79. Incenſa igni, & ſuffoſſa. Ibi *Aug.* Hæc duo ſunt genera peccatorum concupiſcentia male inflammans, & timor male humilians, a quibus omnia peccata, non ergo omne peccatum eſt ex concupiſcentia. Sol. Prima radix omnium peccatorum eſt concupiſcentia, ſed non immediata, ſed ab illis duobus immediate ſunt omnia peccata, tamen quædam immediate a concupiſcentia male inflammata, tum quædam immediate ſunt a timore male humiliante, ut concupiſcentia iræ, & multa alia. Vitium concupiſcentiæ, i. ex quo oritur concupiſcentia, ut ex fonte rivulus. Diabolus qui eſt auctor peccati per ſuggeſtionem. *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit: Et auctor quando in propria peccat perſona. *Apoc.* 6. Ecce equus pallidus, &c. Conſenſus delectationis, & operis. Delectatio enim quædam mortalis eſt, ut quando æque, vel magis delectatur in creatura, quam in Deo. Opus autem ſumitur large, & ad locutionem, & opera exteriora. Ex hoc videtur, quod delectatio ſine conſenſu eſt peccatum. Reſp. Duplex eſt conſenſus, in opus & in delectationem. Vel omnem concupiſcentiam. In hoc differt a prima lectione, quia ibi fit diſtributio eorum, quæ ſunt peccata, hic autem cum dicitur, omnem concupiſcentiam, i. omne peccatum, diſtributio fit in genera peccatorum, data enim lege unum genus peccati additum eſt, ſcil. prævaricatio legis. Sed modo omne peccatum acceſſit, quia etiam prævaricatio. Hoc videtur eſſe falſum, quia data lege adhuc non acceſſit prævaricatio Evangelii, & ita non omne peccatum. Et dicendum, quod imo acceſſit in ſimili ſuo, quia ſicut lege data, fuit prævaricatio contra legem ſcriptam, ita dato Evangelio prævaricatio fuit contra Evangelium ſcriptum. Noſtra carnalitas, i. fomes. Ut ardentius deſideret prohibita, quia prohibita ſunt ſub comminatione pœnæ. *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores ſunt, &c. Magis exarſit iracundia, quia ſicut dicitur ſuper *Exod.* 5. Pharao contemptus ſurgit in ſcandala. Ideo dicit *Eccl.* 2. Fili accedens, &c. Et *Job* 3. Qui parati ſunt ſuſcitare Leviathan. Vel peccatum, i. diabolus. In hoc eſt differentia, quia hoc, quod dico, per mandatum, prius determinabat, hoc quod dico accepta, modo determinat: Operatum eſt. Ut viſa muliere. Ideo dicit *Eccl.* 9. Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandaliſeris in decore ejus. *Job* 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, &c. Securus peccabat, quia etſi lex naturalis prohiberet peccatum ante legem ſcriptam, non tamen ſub pœnæ comminatione. Ibat poſt concupiſcentiam. Contra illud *Eccl* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas. Et quo trahebat fomes, vel diabolus, currebat homo. *Prov.* 7. Blanditiis labiorum protraxit illum, &c. Objice, i. lege dicente, non concupiſces. De ſe præſumens, i. de viribus ſuis. Non valuit, per ſe ſine gratia Chriſti. Concupiſcentia, quæ prius ducebat eum obice nullo, obruit cum obice rupto, ſicut etſi obex retineat aquæ fluxum ad tempus ſi rumpatur, quia eum retinuit, cum majore impetu fluit. Sicut etiam fit de muſco, quando odorem ſuum amiſit, ponitur in latrina cujus fœtor intra ipſum odorem ſuum reprimit, & ſic odorem ſuum recuperat

A debeat eis, quod ſub pœna ab homine infligenda erat eis data, quod eſt contra naturam animi humani. *a* Ego autem, &c.] Ante legem vivebam in comparatione ad ſtatum legis, non ita peccabam. *b* Peccatum revixit,] i. fomes irritata concupiſcentia, vel diabolus timens amittere homines per legem, revixit, aperte incepit repugnare interiori homini. *c* Ego autem mortuus] i. per legem cognovi, quod mortuus eram ſpiritualiter, & ita inventum eſt mandatum, i. lex ad vitã ſpiritualem habendam data, quantum fuerat de

C

erat. Ego *a* autem vivebam ſine lege aliquando. Sed cum veniſſet mandatum, peccatum *b* revixit. Ego *c* autem mortuus ſum, & inventum eſt mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc *d* eſſe ad mortem. Nam peccatum *e* occaſione accepta per mandatum ſeduxit *f* me, & per *g* illud *h* occidit.

intentione dantis, & etiam in ſe erat bonum. *d* Hoc] illud [eſſe ad mortem,] non ex vitio legis, ſed hominis per legem concupiſcentiam ſuam irritans. *e* Nam peccatum] fomes, vel diabolus. *f* Seduxit me,] fomes trahendo, diabolus actius tentando. Et etiam fomes. [Seduxit] illam delectationem, quæ eſt in peccato apponendo. *g* Et per illud occidit,] per perpetrationem peccati. Vel [per illud] i. per hoc quod ſeduxit me. *h* Occidit,] i. perduxit vitam ad mortem.

A *a* Itaque

Mira. iter. * magnam, 1. *Mach.* 2. Renunciatum eſt viris regis, i. dæmonibus, quod diſceſſiſſent viri quidam a vita peccati, vel a mundo ad clauſtrum, qui diſſipaverunt mandatum regis Antiochi, & fugerunt in loca occulta in deſerto, in occulta vita clauſtri, & ſtatim perrexerunt adverſus eos, & conſtituerunt prælium in die ſabbatorum, &c. quando in clauſtro credunt, quod debent eſſe in magna pace, cum dicitur *Eccl.* 2. Fili accedens, &c. Dicunt etiam quod ſequitur. *a* Ego autem, &c.] i. ad comparationem hujus mortis, ſicut dicit *Gl.* Sicut dicitur aliquando aliquis novitius videns multiplicari tentationes, & deſideria ſua, quodammodo murmurans contra Deum, & eum per quem intravit *Num.* 16. Eduxiſti nos de terra, quæ lacte, & melle manabat, ut occideres in deſerto. Revera induxiſti nos in terram quæ fluit rivis lactis, & mellis, quod eſt, quia dicit quando etiam in ſæculo habebam aliquas delectationes in Deum, & hic impugnor, vel quia morior præ multitudine tentationis, mihi tamen promittebas poſtquam intraſſem habere delectationes magnas. Et dicit ironice: Vere induxiſti, &c. q. d. non eſt ſicut dicebas, ſed illi mentiebantur, quia Dominus non promiſerat hoc eis dum eſſent in via, ſed poſt egreſſum deſerti. Poteſt tali reſponderi ſimiliter: Frater adhuc es in via deſerti quaſi in ingreſſu ad vitam religionis, poſtea habebis quod tibi promiſi. *f* Per mandatum, &c.] Sicut dicit *Gl.* peccatum ſeduxit falſa dulcedine, & decipit per eam in tribus, quia mentitur ſe eſſe dulcedinem cum non ſit: *Prov.* 27. Anima ſaturata calcabit favum, anima eſurientis amarum pro dulci ſumet. *Job* 30. Radix juniperorum erat cibus eorum. Juniperus plena aculeis, & amara peccatorum radix delectatio eſt. Item ſeducit, quia operit laqueum, ſive venenum ipſius peccati. *Pſ.* 141. In via hac qua ambulabam, &c. *Job* 41. Quis revelabit faciem indumenti ejus, portas vultus ejus quis aperiet? Iterum [ſeducit] quia incomparabiliter pro minori pretio, quam valeat homo, facit venundare ſe. *Prov.* 6. Pretium ſcorti vix eſt unius panis. *g* Et per illud occidit.] Ideo indigemus armis. Hæc ſunt humilitas. Unde *Gl.* Eſto humilis, non de te præſumas, & poteris vincere. Sunt quinque rationes propter quas per humilitatem vincit homo. Prima eſt, quia non pro ſe, ſed pro Deo pugnat, non enim quærit victoriam, vel laudem de victoria, ſed totum Deo attribuit, ſi ergo pugnet vera humilitas non vincitur homo, quia pro Deo pugnat, & in ipſum totum pondus prælii vertitur. *Eccl.* 3. Ab humilibus honoratur Deus. Qui ergo contra verum humilem pugnat, fatuus eſt quia contra Deum; nec humilis timere debet, quia non ipſe, ſed Deus in ipſo impugnatur, cujus poteſtati nihil poteſt reſiſtere. Secunda ratio eſt, quia in imo eſt, & non habet unde cadat. Unde dicitur humilis ab humo & conſtat, quod perflant altiſſima venti. Tertia ratio eſt, quia ſe in nihilum extenuat, & adeo percuti non poteſt. 1. *Reg.* 24. Quem perſequeris rex Iſrael, quem perſequeris, canem mortuum perſequeris, & pulicem unum. Et reſpondet Saul: Numquid vox hæc tua eſt fili mi David? Et poſtea numquam impugnavit eum quaſi non habens ubi poſſet eum percutere. Saul diabolus, David ergo humilis. *Job* 30. Irruerunt ſuper me, & ad miſerias meas devoluti ſunt, ſupple multiplicandas. Et quid feciſti? Redactus ſum in nihilum, & ſic evaſi inſe-

Homo vincit per humilitatem quia pro ea [illegible].

ſtationes dæmonum. *Job* 16. In nihilum redacti ſunt omnes artus mei, i. membra ſpiritualia per humilitatem. Unde humilitas ſolet comparari pallio magorum, quod facit inviſibilem coopertum eo. *Gen.* 24. Rebecca operuit ſe pallio ſcil. humilitatis. Quarta ratio, quia humilitatis vulnera ſuæ ſunt confortationes, ipſa enim propriis defectibus paſcitur. 2. *Cor.* 12. Cum enim infirmor, tunc potens ſum: Ibidem; Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. Quinta ratio eſt, quia humilitas ita ſubtilis, extenuata, & parva eſt, quod ab arcto, & anguſto foramine evadit, ſicut parvi piſces, unde cum extenſæ fuiſſent B. Antonio omnes machinationes diaboli, ita quod videret totum mundum plenum laqueis dixit, quis poterit iſtos laqueos evadere? & reſponſum eſt ei, tantum humilitas. Superbus autem contrariis de cauſis vincitur. Prima, quod totum ſibi vendicat, & adſcribit: Et ideo ſicut dicitur *Jac.* 4. & 1. *Pet.* 5. Superbis reſiſtit Deus; humilibus autem dat gratiam. Sibi enim vendicant gloriam, laudem, & victoriam quæ Dei propria ſunt. *Iſa.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Et *Ezech.* 9. alia littera: Mihi vindictam, &c. Secunda cauſa eſt, quia habet unde cadat, quia eſt in alto. Unde *Pſ.* 72. Dejeciſti eos dum allevarentur: Et Lucanus: Tolluntur in altum, ut caſu graviore ruant. *Job* 30. Elevaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. Tertia cauſa eſt, quia propriis armis ſe interficit. 1. *Mach.* 6. De Eleazaro qui occidit elephantem, & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt. Quod exponit *Greg.* dicens: Sub beſtia quam ſtravit, moritur, qui de culpa quam ſuperat, elevatur. Iterum ſignificatum eſt 2. *Reg.* 2. Aſael qui nimia velocitate ſeipſum interfecit. Quod faciunt multi, qui de ſua ſcientia, vel ingenio, vel ſtrenuitate bene operandi ſuperbiunt, ſibi non Deo hoc attribuentes. Tales etiam ſignificantur per Samſonem. *Jud.* 16. Qui interficiendo inimicos ſuos, i. peccata, & dæmones, ſeipſum cum ipſis interfecit. Quarta cauſa eſt, quia percutitur ad nudum, ipſe enim detegit ſe coram omnibus inimicis ſuis per jactantiam, & inanem gloriam. *Thr.* 3. Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Sic ſuperbus ponit ſe in alto, & aperto loco, ut percutiatur a diabolo. Quinta ratio eſt, quia eſt inflatus unde non poteſt ſe eruere de anguſto. Quod ſignificatum eſt in fine *Hier.* & *in fin.* 4. *Reg.* ubi Nabuchodonoſor quaſi trahens rete captivitatis per terram promiſſionis, omnes nobiles, & magnos cepit duxitque in captivitatem Babylonicam, pauperes vero dimiſit, de quibus Dominus: Beati pauperes ſpiritu *Matthæi* 5.

Superbia vincitur quinque de cauſis.

A Per oppoſitum ſimiliter, & ibi ponitur gariophyllus ad odorem recuperandum. Similiter etiam in hoc, quod lex concupiſcentiam repreſſit, vires quodammodo ei contulit. Unde *Hier.* Quidquid non licet, magis deſideratur & quod raritate dulce eſt, aſſiduitate in amaritudinem vertitur. *Job* 30 Non fuit qui ferret auxilium, &c. Qui fuit ante neſcius peccatorum, neſcius in comparatione ad notitiam peccati quam habuit per legem. Tranſcendit, i. tranſgreditur. Patet quod non ex ſua perſona. Per hoc, quod dicit: Ego vivebam ſine lege aliquando. Hic primus actus, i. primus ſtatus. Secundum ſtatus enim diverſificantur leges, & conſuetudines. Nota quod ſecundum diverſos ſtatus quatuor deſignat actus. Primus actus fuit ante legem, de quo hic. Secundus ſub lege de quo ibi: Sed cum veniſſet, &c. Tertius tempore gratiæ, de quo ibi: Infelix ego homo, &c. Quartus erit gloriæ, de quo ibi: Quod ſi ſpiritus ejus, &c. Et fomitem qui eſt in carne. Argumentum pro illis, qui dicunt, quod fomes non eſt originale peccatum, ſed annexum ei. Et eſt contra illos, qui dicunt, quod fomes eſt peccatum, quia ſi omnis virtus eſt in anima, & omne peccatum, ſed fomes eſt in carne, ergo non eſt peccatum. Sol. Hoc bene concedit quædam opinio. Secundum aliam dicendum, quod fomes in carne, i. eſt a carne, vel i. in carnalitate, i. in ſenſualitate, ſive in anima ſecundum ſenſualitatem. Ejus teſtimonio interioris hominis, i. rationis. Exteriorem, i. fomitem. Majorem poteſtatem, qua irritatur. Secundus actus, i. ſtatus. Cœpit rebellare. Sed hæc rebellio non videtur quia fomes movet ad malum, quod eſt contra quoſdam dicentes, quia fomes non movet ad malum, ſed impedit a bono, quod eſt vulnus animæ, i. naturalium ipſius, ſicut vulnus pedis proprie eſt impedimentum gradiendi non habilitando ad motum, quod verum eſt, tamen ſicut vulnus pedis habilitat ad male gradiendum, ita fomes ad male movendum, ſed proprie impedit. Unde *Aug.* Quia homo noluit abſtinere a malo cum potuit, inflictum eſt ei, ut non poſſet cum vellet, inflictum quaſi vulnus rebellat, ergo fomes etiam habilitat. Vel ita ab illo loco. Exponit ſecundum quod pec-

Expoſitio Gloſſ.

A catum

a *a* Itaque lex ſancta,] i. ſane docens; *b* Et mandatum] i. illud quod per eam percipitur. *c* Sanctum,] in ſe eſt. *d* Et juſtum,] i. juſtificans peccatorem. *e* Et bonum, &c.] ſicut in *Gl.* dicitur, Vel *b* Mandatum ſanctum,] quantum ad hoc; ordinat nos ad Deum per pietatem, ſeu theoſebiam. *d* Et juſtum,] quoad proximum. *e* Et bonum] quoad noſipſos, Hoc eſt quod dicitur ad *Tit.* 2. Sobrie, & pie, & juſte vivamus in hoc ſæculo. Quod mandatum ſit juſtum, docetur in *Exod.* Quod ſanctum in *Lev.* Quod bonū, in *Nu.* Vel quod ſanctum deſcribitur in lege. Juſtum in prophetis. Bonum in pſalmis, & libris moralibus, ut ſunt, Job, Judith, Eſther, & quinque libri Salomonis. *f* Sed peccatum, &c.

Itaque *a* lex quidem ſancta, & *b* mandatum ſanctum, *c* & juſtum, *d* & bonum. Quod ergo bonum eſt, mihi factum *e* eſt mors. Abſit: Sed *f* peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem, ut fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus *g* enim quia lex *h* ſpiritualis eſt. Ego *i* autem carnalis ſum, venundatus *k* ſub peccato.

Expoſitio Gloſ. A catum ſumitur pro ſuperadditis, ſiva pro actualibus, de peccato concupiſcentiæ, i. quod aſt ex concupiſcentia. Morte ex peccato proveniente. Admiſſum commiſſum. Apparebat Adæ: Et ſic revixit in cognitione ejus. Sine mandato ſcripto. Sequebatur concupiſcentias. *Eccl.* 18. Sine cohibitione exteriori. Hominis nati in peccatis. Dulcius fit quod prohibetur. *Prov.* 9. Aquæ furtivæ, &c. Amaritudines ſequuntur. *Prov.* 14. Riſus dolore, &c. Gladio armatus. *Eph.* 6. Sumentes ſcutum, &c. & gladium ſpiritus, &c. David contra Goliam. 2. *Reg.* 17. In nomine Dei præſumentem, i. confidentem, *ſup. eod.* Legem primo eſſe negavit. Lex peccatum eſt, abſit. Uno verbo defenſa eſt veritas, i. ſufficienter, ſive perfecte, ſicut illud *Pſal.* 61. Semel locutus eſt Deus, duo hæc audivi. Vel, i. una ratiocinatione. Defendentis Apoſtoli. Remaneret in lege. Fecit malum, i. peccatum. Mandatum juſtum, i. peccatorem juſtificans. Et bonum, i. utile vitam acquirens, ergo ſecundum ſe lex ducit ad perfectum. Contra, id quod dicitur *Heb.* 7. Præterea 4. Sol. Juſtificans peccatorem, hoc intelligitur quantum ad moralium impletionem non perfecte, ita autem odium dicitur operari occaſionaliter. Efficiendo damnoſa: Sunt enim quædam in ſe bona in effectu, tamen altera ſunt mala. Minus intelligentibus videri poteſt bonum effeciſſe mortem. Sed nonne Deus qui bonus eſt facit mortem, ut dicitur *Iſa.* 45. Creans malum, i. mortem. Sol. intelligitur de morte peccati quam Deus non fecit, & inde aliam mortem non fecit immediate, ſed mediante merito hominis: Et licet homo faciat mortem quod eſt peccatum per liberum arbitrium, hoc eſt, in quantum ipſum eſt deficiens, & non efficiens. Non enim eſt ex ipſa lege mors, cauſaliter, ſed ex vitio hominis. *Sap.* 1. Juſtitia mortis, &c. Sed fomes eſt efficiens cauſa mortis ex vitio hominis, ergo fomes non eſt a Deo, cujus contrarium eſt ſuper illud, *ſup.* 6. Vetus homo noſter crucifixus eſt. Item ſecundum hoc videtur quod B. Virgo fomitem non habuit, ergo nec mortua fuit, contra in collecta: Mortem ſubiit temporalem. Illa etiam collecta videretur habere in ſe contraria, quia ibi ſequitur: Nec tamen mortis nexibus, ergo quomodo mori potuit? quia ſi fuit mortua, mortis nexibus fuit depreſſa. Et iterum ſi fomes eſt cauſa mortis, ergo quomodo mori potuit Chriſtus? Sol. B. Virgo ante ſanctificationem habuit fomitem, & ideo neceſſitati moriendi addicta fuit: Chriſtus autem non habuit, ſed mortem ſibi aſſumpſit, & ſicut conſenſus ſit cauſa matrimonii, poteſt tamen eſſe matrimonium licet non ſit conſenſus, ſimiliter mors poteſt eſſe ſine fomite, licet fomes ſit cauſa mortis. Ad illud, mortis nexibus, dicendum eſt, quod triplex eſt nexus mortis. Triplex mortis nexus. Unus eſt diſſolutio corporis, & animæ, hunc ſenſit B. Virgo, ſed non fuit illo depreſſa, quia ſtatim reſurrexit. Secundus nexus eſt incineratio corporis, hunc non habuit, nec depreſſa fuit. Unde *Aug. ſup.* 15. Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Quomodo hoc eſſet impletum, ſi corpus virginis quod unum fuit cum corpore filii fuiſſet incineratum? Tertius nexus aſt deſcenſus ad inferos quem non ſenſit. Item fomes cauſa mortis remota, niſi fuiſſet fomes non eſſet mors. Vitium hominis eſt cauſa peccati, i. fomes, & ita ad minus peccatum originale eſt cauſa peccati quod conceditur, non tamen peccatum in quantum peccatum eſt cauſa peccati, ſed id quod eſt peccatum. Quando rationem trahit: Argumentum, quod ratio peccat, *ſup. eod.* Inanibus gratis, i. vacuis a gratia, i. malis. Plenis gratia, i. bonis. Sol. Sanos oculos mulcet. *Eccl.* 11. Dulce eſt lumen, & delectabile oculis videre ſolem. Similiter ergo lex prodeſt habentibus gratiam, ſed homo non eſt ſanus ſanitate corporali niſi prius ejecto morbo: ergo ſimiliter de ſimilitudine ſpirituali prius ejicitur mortuus ſpiritualiter, quam ſit ſanitas, i. gratia: ergo prior eſt remiſſio peccatorum, quam infuſio gratiæ, quod concedunt quidam. Sed verius eſt, quod infuſio gratiæ prior eſt tanquam cauſa, ſimul tamen ſunt tempore, ſimiliter non eſt prior ejectio morbi corporalis, ſed ſimul eſt ſanitas in illa, & operatio ſanitas eſt cauſa ejectionis morbi. Prævaricatio acceſſit, quoad quædam, quæ autem non erant prohibita, & etiam quoad ea, quæ ſecundum naturam erant prohibita, Concupiſcentia radix eſt. 1. *Tim.* 6. Nota *Gl.* Ubi non eſt gratia liberatoris, auget peccandi deſiderium prohibitio peccatorum. Solutis cupiditatibus. Vel ſolutis ſicut *Gen.* 3. Aperti ſunt oculi eorum, i. rivuli concupiſcentiarum. Ut pro vita ex lege ei mors proveniret, i. loco vitæ. [*Litteraliter.*] *g* Scimus enim, &c.] Hæc eſt tertia pars capituli in qua oſtendit, quod ea, quæ præcipiebantur in lege Moyſi, non poſſunt impleri ſine lege ſpiritus, i. ſine gratia; vel oſtendit, quod non valent ad ſalutem niſi intelligantur ſpiritualiter: Et ſic poteſt continuari. Dico quod lex, &c. *h* Enim quia lex ſpiritualis] i. intelligenda ſpiritualiter. Vel ſcimus, quia alia lex eſt, quæ eſt ſpiritualis, ſine qua non poteſt lex Moyſi impleri, quod oſtendit dicens: *i* Ego autem carnalis] i. fragilis, & infirmus ad reſiſtendum diabolo, & concupiſcentiæ carnis. Cujus cauſa eſt, quia *k* Venundatus ſum, &c.] primi hominis, ita quod non poſſum facere quod volo ſecundum rationem. Ad litter.

h Et hoc

Moraliter. *g* Scimus quia lex ſpiritualis] i. ſpiritui, i. rationi conſona; vel a Spir. Sancto data. *Gal.* 3. Ordinata per Angelos in manu mediatoris. Et conſtat, quod indiviſa ſunt opera Trinitatis, ergo & in manu Spiritus Sancti: Quod ſpiritualiter intelligenda eſt lex, habetur 1. *Cor.* 2. Nos autem non ſpiritum hujus mundi, &c. & aſque ibi: Spiritualibus ſpiritualia comparantes. Moraliter.

i Ego autem, &c.] Adæ quod factum eſt, ſicut vendita arbore venduntur rami, & fructus per conſequens.

* *a* Quod

g Scimus enim, &c.] *Gl.* Prohibet viſibilia coli. *Ex.* 20. Expoſitio Gloſ. Lex Moyſi ſpiritualis dicitur, quia in ea ſunt, quæ Dei ſunt: Similiter ſunt in Evangelio, ergo Evangelium debet dici lex ſpiritualis. Lex autem ſpiritus dicitur lex Evangelii, quia ibi Deus ipſe eſt. Sed eo modo eſt in lege Moyſi, ergo debet dici lex ſpiritus, quid ergo iſtæ differentiæ? Sol. Deus dicitur eſſe in Evangelio ratione ſacramentorum, quæ vi ſua juſtificant, quod non ſacramenta veteris legis. Et iterum, quia ad litteram ipſe Deus eſt in ſacramento Altaris. Item quia ſacramenta novæ legis januam aperiunt quod non ſacramenta veteris teſtamenti. Hic dicit, quod nec culpa refundi debet in principalem naturam, i. in rationem: ergo ratio non peccat indiſcrete, & irrationabiliter agit, ergo omnis, qui peccat, contra rationem peccat, ergo ratio nunquam peccat. Item dicit *Dion.* Malum corporis eſt contra naturam hominis, contra rationem Angeli, contra diffinitionem intellectus. Si dicatur: quod ratio habet duas partes, inferiorem, & ſecundum eam peccat; ſuperiorem ſecundum quam non peccat, quod videtur per *Gloſ.* hanc quæ dicit in rationem ſecundum illud quod habet a Deo. Contra ſuper *Ezech.* 1. Ubi loquitur de quatuor animalibus. *Hieron.* Præter hæc, & extra hæc quatuor eſt vis quam Græci ſynderesim vocant. Et poſt pauca dicit: Hanc quoque præcipitari videmus; & ſuum dimittere locum, quando homo ſine pudore peccat. ſed ſynderesis quid eſt, niſi ſuperior pars rationis, non autem præcipitatur vel amittit locum ſuum niſi per peccatum, ergo ipſa peccat. Ad idem ſuper illud *Jer.* 2. Filii quoque Mempheos conſtupraverunt te uſque ad verticem. Ibi *Greg.* Uſque ad verticem tropologice conſtuprare eſt poſt mali operis uſum etiam in ipſa fidei ſubtilitate corrumpi. Et conſtat quod ſubtilitas fidei eſt in ſuperiori parte rationis, ergo corrumpitur, ergo peccat, quia non corrumpitur niſi per peccatum.

Item fides eſt in ratione: ergo infidelitas eſt in eadem. Item Sabellius qui peccavit contra Trinitatem perſonarum videtur quod de neceſſitate ſecundum rationis partem ſuperiorem peccaverit, quia conſiderare, pars eſt tantum ſuperioris. Solutio. *Linconius*, dicebat quod ſynderesis non eſt pars rationis, ſed eſt quidam naturalis appetitus boni, & inde quis nunquam

♠ Et hoc quod ſeq. *a* Quod enim, &c.] i. intelligo non eſſe operandum ſecundum interiorem hominem. *b* Non enim quod] ſc. bonum. *c* Volo] ſecundum rationem, i. approbo. *d* Sed quod odio] eſt, i. malum Ex hoc autem infertur, quod indiget lege ſpirituali per quam facit illud quod vult ſecundum rationem. *e* Si autem quod nolo] Ita dicit, reprobat ratio malū, & approbat bonum. *f* Autem] pro ſed. Si facio illud] malū. *g* Quod] nolo ſecundum rationem meam contra quam eſt.

Quod *a* enim operor non intelligo: Non *b* enim quod volo *c* bonū hoc ago, ſed *d* quod odio malum illud facio. Si *e* autem *f* quod *g*

♠ *a* Conſentio

Moraliter. * *a* Quod enim, &c.] Intellige de malis operibus, non intelligo ego exterior homo eſſe mala, i. non interius lego. Carnalis enim homo interiora peccati, ut laborem in faciendo, & hujuſmodi, & pœnam æternam non legit, ſed tantum quæ exterius ei apparet delectatio. Item *Joſ.* 1. Confortare ergo, & eſto robuſtus valde, ut cuſtodias, &c. *Pſ.* 18. Neſcierunt nec intellexerunt, & ideo in tenebris ambulant, *Prov.* 20. Quis autem hominum poteſt intelligere viam ſuam? Item *Prov.* 30. Si enim intellexiſſet, ori impoſuiſſet manum. Sed diabolus facit ſe mercatorem fallacem, in obſcuro vendens merces ſcil. peccata. Vel [non intelligo:] i. non interiori lectione lego. Interior lectio eſt per experientiam pœnæ, & laboris. Sed multi legunt tantum exterius per auditum, &c. Hæc expoſitio alt eadem cum præcedente. *b* Non enim quod volo] naturaliter. *d* Sed quod odio] malum naturaliter. Sic eſt contrarietas in corde peccatoris. *Prov.* 13. Vult & non vult piger. *Et* 15. Cor ſtultorum diſſimile erit, i. ſibi ipſi contrarium. Et ideo numquam manet in eodem ſtatu. *Eccl.* 27. Stultus ut luna mutatur. *Job* 7. Factus ſum mihimetipſi gravis.

♠ *e* Scio, quia

Expoſitio Gloſſ. A peccat. Ad illud, ſynderesis præcipitatur, & amittit locum ſuum, dicebat, quod hoc non erat, quia peccaret, ſed dictum eſt ſicut vulgariter diceretur, ſi aliquis bonus ſacerdos malos parochianos corriperet, & nollent ſe corrigere, diceretur, & vos amiſiſtis ibi locum veſtrum. Similiter vis illa amittere dicitur locum ſuum, quia corripit animam, & tamen ipſa non dimittit quin peccet. Utrum autem ſuperior pars rationis peccet? Dicendum, quod ita, ſed non ſecundum ſe, imo in quantum admiſcent ſe phantaſiis, ut quando vult conſiderare, quæ Dei ſunt per conſimilia naturæ, ſicut fecit Sabellius. Unde *Aug. in lib. de vera rel.* Conditor legum temporalium ſi ubi bonus eſt, & ſapiens illam legem conſulit æternam, de qua nulli animæ mendicare datum eſt, ut ſecundum ejus incommutabiles rationes, quid ſit ea tempore jubendum vetandumque diſcernat. Similiter ſuperior pars rationis non peccat ſi illam legem, & rationes illas conſulit, ſed quandoque admiſcet ſe phantaſiis. Ad illud, omnis qui peccat contra rationem peccat, verum eſt contra rationem conſulentem leges æternas, ſed peccat ſecundum rationem admiſcentem ſe phantaſiæ, & hoc eſt quod dicit *Gl.* hic: In rationem ſecundum illud quod a Deo habet, i. ſecundum illuminationem quam habet a lege æterna. Et per hoc patet ſolutio ad omnia objecta, & ex illa illuminatione æterna lege procedit remorſio conſcientiæ quando peccat homo. Impotens, i. infirmus ad reſiſtendum, poſſet tamen reſiſtere ſi vellet. Pro delectatione cibi vetiti ſe, & omnem alios vendidit, ergo peccavit peccato gulæ. Sol. Delectatus eſt in illo cibo in quantum credidit eſſe antecedens ad ſciendum bonum, & malum ſicut Deus, quemadmodum quiſquis, qui delectant in litteris in quantum ſunt antecedentes ad habendam præbendam. Ut poteſtate ſui uti non poſſit, ergo non eſt in voluntate ſua, ut obediat legi Dei, ergo non peccat ſi non obedit. Sol. Hoc dicit, quia velimus nolimus peccamus primis motibus, licet in ſingulari ſint voluntarii. Serpentis perſuaſione ſeductus Contra 1. *Tim.* 2. Adam non eſt ſeductus, ſed mulier. Sol. Adam non eſt ſeductus a ſerpente immediate, ſed a muliere, vel ſeductus non eſt, ut mulier, quia mulier credidit ſe habituram per hoc ſcientiam boni, & mali, ſed non credidit Adam, fuit tamen ſeductus in hoc, quod credidit quod erat mortale eſſe veniale. Unde ibi ad *Tim.* dicit *Aug.* In eo falli potuit, ut veniale crederet eſſe commiſſum. Inter Adam, & ſerpentem. Nota quidquid dicitur hic de Adam attribuitur ei quod fuit mulieris, quia eam non cohibuit. Libertatis noxiæ, fecit enim ac ſi eſſet liber a poteſtate Dei. Effectus eſt ſervus, ſervitute peccati. *Eccl.* 10. Vidi ſervos ambulantes in equis. *Jo.* 8. Qui facit peccatum, 2. *Pet.* 2. A quo quis, &c. Vendere nos potuit. *Iſa.* 52. Gratis venundati eſtis. Redimere non valuit. Contra: Vendidit nos per ſuam ſuperbiam, ergo redimere nos potuit per humilitatem pœnitentiæ, quia quælibet virtus melior eſt, & potentior, quam vitium ei oppoſitum. Præterea ſi per comeſtionem pomi vendidit nos, per abſtinentiam ab eadem potuit nos redimere. Sol. Superbia illa per quam ſumus venditi tanta fuit, quod voluit aſcendere uſque ad altiſſima Dei, ergo humilitas ei non opponitur reſpondens ad curandum eam, quia contraria contrariis curantur; tanta debuit eſſe, ut ille, qui ſua humilitate eam curaret ab altiſſimis Dei deſcenderet ad infima hominis, quod non potuit facere purus homo, unde oportuit, quod eſſet Deus. Ad aliud dicendum quod gratia non traducitur per pœnitentiam; peccatum autem per naturam traducitur, & ideo peccatum Adæ tranſit ad nos, ſed non pœnitentia ejus. Sanguis innocens. 1. *Pet.* 1. Redimeremur juſtitia fidei. Sed antiqui patres habuerunt juſtitiam fidei, ergo non oportuit Chriſtum pati, ad hoc, ut redimeremur. Sed intelligendum juſtitiam fidei cum paſſione Chriſti. Cadenſque a manu, i. a poteſtate figuli. *Hier.* 18. Sine Deo nihil poteſt. *Jo.* 15. Quia enim cum continere poſſet, &c. Sed aut noluit continere in inſtanti in quo peccavit, aut in inſtanti ante; ſi in illo in quo peccavit, falſum eſt, quod dicit cum poſſet, quia quando peccavit tunc non peccare non potuit, ſi in inſtanti antequam peccavit, conſtat, quod in illo voluit. Sol. Voluit continere in inſtanti in quo peccavit, cum poſſet continere ante. Ratio procedebat, ac ſi ly, poſſet, & ly, noluit, copularent pro eadem inſtanti. Inflictum eſt ei non poſſe cum velit, conſtat, quod hoc non intelligitur de peccatis mortalibus, ergo de venialibus, ſed ſi ab eis non poſſumus abſtinere cum volumus, non ſunt in voluntate noſtra. Sed dicit *Aug.* Omne peccatum adeo eſt voluntarium, quod ſi non ſit voluntarium non eſt peccatum, ergo non ſunt venialia peccata. Sol. Non ſunt voluntaria in univerſali, ſunt autem in particulari, & ita ſunt peccata. Alii dicunt, quod hoc intelligitur de primis motibus, qui mali dicuntur non in ſe, ſed quia a radice infecta, & de his quidam ſurgunt in nobis quandoque velimus nolimus. Quod autem dicit *Aug.* Omne peccatum adeo, &c. intelligendum eſt de voluntate commota, vel conjuncta, & tales motus mali ſunt voluntate Adæ. Facio malum quod nolo, ſecundum rationem. Contra *Hier.* Ratio rex eſt. *Prov.* 20. Rex ergo ſi vult uti poteſtate regia, ſi non vult facere malum non facit. Sol. Ratio in malis hominibus amittit poteſtatem regiam, in bonis etiam, ſi quantum ad primos motus. Dimittere enim bonum, & operari malum ſunt partes male operandi, & partes ſubjectivæ, ergo dimittere bonum tantum ſine alio eſt peccatum, ſed nonniſi peccatum omiſſionis, ergo omiſſio non eſt in actu, ſed in ſola privatione. Sed contra omne peccatum fit concupiſcendo, ergo omiſſio ſi eſt peccatum fit concupiſcendo, ergo eſt in actu. Sed contra: Omiſſio eſt reſpectu actus debiti, ergo tantum videtur eſſe privatio actus debiti, ergo omiſſio non eſt actus. Hoc etiam videtur per hoc quod ſequitur in *Gl.* dicitur, larga acceptione ille operari malum, qui dimittit bonum: non enim larga acceptio, ſi dicatur operari malum, qui agit malum, & ita videtur, quod aliquod peccatum ſit in privatione actus tantum, & illud eſt omiſſio. Sol. Quidam dicunt, quod peccatum omiſſionis conſiſtit tantum in privatione actus debiti. Sed magiſter noſter dicit, quod omne peccatum conſiſtit in actu. Peccatum commiſſionis eſt quando operatur quod vetitum eſt. Peccatum omiſſionis eſt quando operatur incompaſſibile illi quod ſibi præceptum eſt, tunc proprie dicitur dimittere bonum. Quod autem dicit, larga acceptione dicitur operari malum, dicit, quia quod operatur ille, qui omittit malum, non eſt malum in ſe forte, ſed tantum prout comparatur ad illud quod hanc facere tenebatur. Naturaliter quidem vult bonum, quod approbat eſſe bonum. Voluntas hæc ſemper caret effectu niſi gratia Dei: Secundum hoc videtur, quod ille, qui eſt in mortali peccato naturali pietate non poſſit dare eleemoſynam, nec aliquid de genere bonorum facere ſine gratia ſuperaddita. Quod concedunt quidam quod non ſine gratia gratis data, ſed poteſt quis facere ſine gratia gratum faciente. Unde dicunt, quod ſi quis in mortali facit aliquod bonum, ea gratia aliqua eſt. Alii dicunt, quod imo poteſt ſine gratia: Et quod hic dicitur, ſemper caret effectu, intelligendum eſt effecto meritorio vitæ æternæ, imo & propter hoc meretur ſpirituale per hoc. *e* Si autem, &c.] *Gl.* Supra oſtendit carnalem, ibi: Ego venundatus ſum ſub peccato, *ſup. ead.* Ex quo eſt malum, quod ſuum eſt fomitis. Quæ conſentit legi, ergo ratio non peccat. Præterea ſi peccat, ergo homo ex ratione peccat, ergo rationaliter peccat. Sed ſi hoc, ergo peccatum non eſt puniendum. Sol. ut *ſup.* dictum eſt ratio peccat, ſed non ſequitur ergo homo peccat ex ratione, vel rationaliter,

♠ quia

nolo illud facio, conſentio *a* legi, quoniam bona eſt. Nunc *b* autem jam non *c* ego operor illud, ſed *d* quod habitat in me peccatū. Scio enim quia non *e* habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum. Nam *f* velle adjacet mihi, perficere *g* autē bonum non invenio. Non enim quod volo bonum hoc facio, ſed quod non malum hoc ago. Si *h* autem quod nolo illud facio, jam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatū. Invenio igitur legē *i* volenti *k* mihi facere bonum,

A *a* Conſentio legi,] in hoc enim quod volo illud quod ipſa lex prohibet, ratio mea dictat de lege, quod eſt bona. *b* Nunc autem] Determinat per quod motivum facit malum, quia per fomitem. *c* Non ego operor] ſecundum rationem, illud eſt peccatum actuale. *d* Sed quod, &c.] i. fomes trahens ad faciendum contra rationem. *e* Non habitat] bonum, i. aliquid quod trahat me ad bonum [in me, &c.] *f* Nam velle adjacet]

D Oſtendit, quod in carne ſua non eſt bonum. [Nam velle adjacet] i. juxta me jacet quaſi infirmus qui vult ſurgere ad bonum faciendum, ſed non poteſt. Et hoc eſt; *g* Perficere, &c. invenio,] i. nihil poſſum in me invenire per quod ducam in opus quod volo ſecundum rationem. Et hoc oſtendit per ipſum oppoſitum. [Non enim, &c.] *h* Si autem] Concludit illud quod ſupra dixit, invenio. Igitur dixit legem eſſe bonam, & naturam ſuam, ſive rationem, hic autem hæc duo conjungit quaſi ſe invicem juvantia, & tamen fomes hæc duo ſuperat. Continua ſic: Ex quo non operor bonum quod volo, ſed malum quod nolo, & fomes incitat me. *i* Igitur invenio, &c.] ſupple eſſe bonam, & utilem, & adjutricem. *k* Volenti mihi, &c.] & non poſſum, ſupple cujus cauſa eſt.

A *a* Quoniam]

Moraliter. * *e* Scio, quia non, &c.] bonum, quia fomes habitat in me. Unde *Hier.* Quocumque pergo hoſtem meum porto: Pravi enim motus, & deſideria in me habitant. *Nu.* 33. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanſerint, vobis erunt quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus. Clavi, quia excæcant ne bonum voluntate faciamus. Lanceæ, quia pungunt nos, & ſtimulant nos ad malum faciendum. *Joſ.* 23. Quod ſi volueritis harum gentium, quæ inter vos habitant erroribus adhærere, & cum eis miſcere connubia, atque amicitias copulare. Connubia cum eis copulare eſt primis motibus rationem conjungere. Amicitias cum ei facere, eſt non ipſas eliminare, cum dicatur. Beatus qui tenebit, &c. *f* Nam velle mihi,] hoc illud. Concupivit anima mea, &c.

Expoſitio Gloſ. A quia ſecundum uſum communem loquendi hoc eſt dicere, quod homo peccat ea rationabili cauſa, & ſic ratio idem eſt, quod rationabilis cauſa, primo autem ſumebatur pro vi animæ, & ſic eſt ibi æquivocatio, quandoque etiam ratio idem eſt quod argumentum, quandoque idem quod computatio. Quia naturæ ſuæ conſentaneum. Dum invitus facit quod vetat lex. Sed ſi hoc, ergo ei non eſt imputandum. Sol. Invitus dicitur quis quandoque, quia nullo modo vult, ſecundum hoc nullus invitus peccat. Item invitus dicitur alio modo facere aliquid, quando id non bene eſſet ei facere, & tamen vult licet contrarium vellet, & ſecundum hoc dicitur ſolus invitus eligendus eſt, & ſic ſumitur hic: Non ago quod volo. *Gal.* 2. Vivo ego jam non ego. Declarat aliud eſſe cujus impulſu hoc agit, i. peccatum. Sed illud non eſt niſi fomes, ergo fomes impellit ad peccandum, non ergo tantum impedit a bono. Sol. Ex hoc, quod impedit a bono cum anima non poſſet eſſe otioſa, ex hoc eodem dicitur compellere ad malum, non tamen proprie. Lex carnis ad quam diabolus, ut ad ſuam legem accedit: Sed lex carnis nihil aliud eſt, quam fomes, ergo fomes eſt lex Diaboli, ſed non eſt ejus, ita ut ſit in eo, ergo eſt ejus, ita quod eſt ab eo. Sed contra, *inf. eod.* Fomes peccati lex, quia legitime factum eſt, ut qui non obedivit ſuo ſuperiori, ei non ſerviat ſuum inferius, i. caro, quod eſt propter fomitem, ergo fomes legitime inflictus eſt, ſed nihil quod fit a diabolo fit legitime, ergo fomes non eſt a diabolo. Item, *ſup. eod.* Qui continere cum potuit, &c. nonniſi a Deo, ergo fomes eſt a Deo: quia hoc non poſſe eſt a fomite. Sol. Fomes in quantum eſt, a Deo eſt, in quantum eſt pronitas ad malefaciendum, vel in quantum impedit a bono, a diabolo eſt, & ſic eſt lex peccati, vel diaboli. Semper eſt in me, i. in carne mea, ergo fomes non eſt peccatum, quia omne peccatum eſt in anima, cum omnis virtus ſit in ea, & contraria nata ſunt fieri circa idem. Sol. Eſt in me, i. in carne mea, i. in me carnali, vel in me, i. contra ſalutem meam, ſicut ſequitur in *Gloſ.* Vel eſt in carne mea, quia exercet dominium ſuum in carne mea, ſicut dicitur rex eſſe in ſuo regno. Ecce primi hominis. Solvit *Ambr.* Ad idem quod opponit. Sed objicitur de oppoſitione ſua, quomodo habitat in carne peccatum cum non ſit ſubſtantia, ſed privatio boni. Hoc enim non poteſt intelligi de actione peccati, quia actio ſecundum omnem opinionem aliquid eſt, non tantum privatio, ergo intelligitur de deformitate, ergo deformitas non eſt aliquid, ſed tantum eſt privatio: Quod eſt contra illos, qui dicunt, quod non omnis actio eſt a Deo, ſed quædam eſt ab homine, vel a diabolo. Corpus corruptum eſt per peccatum, duplici corruptione. Ipſaque corruptio activa, quæ eſt fœditas. Manet in corpore, ut corpus corruptum corrumpat animam vicem ei ſcil. rependens, quia corrumpit corpus. *Sap.* 9. Corpus per conditionem offenſionis, i. per conditionem, & offenſionem primi hominis qua offendit Deum. Robur tenens divinæ ſententiæ datæ. I. Adam, i. roborata eſt per ſententiam datam a Deo. Ex hoc verbo habuit initium illa opinio, quæ dicit, quod fomes non eſt peccatum originale, ſed eſt paſſio quædam annexa originali, quod eſt quædam macula ejus in anima ex tribus: Ex corruptione carnis, peccato Adæ, & ſententia a Deo data in Adam. Dicunt enim corruptio, quæ eſt in carne conſtat, quod eſt non culpæ, quia culpa in ſola anima eſt. Unde ſi eſt malum pœnæ tantum & ita bonum eſt. Si ergo eſſet cauſa culpæ, jam bonum eſſet cauſa mali, ſed bonum eſt tantum. Quod facti cauſa manet, i. corruptio activa, quæ eſt cauſa peccati. Lex carnis, i. fomes. Impotens per ſe ſurgere ad bonum, imo ſine Dei gratia poteſt quis facere bonum, quod eſt de genere bonorum, ut dare eleemoſynam ex naturali pietate: Hoc dicit una opinio. Unde ſolvit hoc: Impotens ad bene operandum, i. ad bonum quod ſit meritorium. Alii dicunt, quod ſine aliqua gratia, ad minus gratis data, nihil boni quis poteſt facere. Velle Dei, quod habet a Deo. Alter eſt Dominus, i. peccatum, vel diabolus. In parte de qua minus videretur oſtendo, ſc. per hoc quod homo non poſſit per ſe velle bonum, hoc minus videtur, quam quod non poſſit facere bonum, quod hoc difficilius aliud facile. Concludit quod non operatur malum, ſecundum interiorem hominem. Carnalis concupiſcentia unde oriuntur omnia mala. Contra *Eccl.* 10. Initium omnis peccati eſt ſuperbia, non ergo concupiſcentia. Item 1. *Tim* 6. Radix omnium malorum cupiditas, ſive avaritia. Item *Pſ.* 79. incenſa igni, & ſuffoſſa. *Aug.* Omne peccatum ex concupiſcentia male inflammante, aut ex timore male humiliante, non ergo omne peccatum ex concupiſcentia. Item peccatum ignorantiæ, & peccatum omiſſionis, & peccatum infidelitatis quomodo ſunt ex concupiſcentia? Sol. Omne peccatum oritur ex concupiſcentia. Unde *Aug. in lib. de litt. & ſpir.* Hoc elegit Apoſt. generale in quo cuncta complexus tanquam hæc eſſet vox legis ab omni peccato prohibentis, quod ait: Non concupiſces. Ex hoc autem patet, quod cum dicit Apoſt. Concupiſcentiam neſciebam, &c. quia hoc non eſt unum de decem mandatis, ſed complectitur omnem prohibitionem legis. Sequitur in auctoritate. Neque ullum peccatum niſi concupiſcendo committitur. Dicimus ergo, quod primaria radix omnis peccati eſt concupiſcentia, & hæc eſt voluntas qua homo vult frui creatura, & hæc concupiſcentia eſt in omni vitio. Nam concupiſcentia qua concupiſcit quis vindictam eſt in iraſcibili, illa qua frui vult ſuavi eſt in concupiſcibili, illa qua frui vult veritate creaturæ, eſt in rationabili. Ad illud *Eccl.* 10. Initium omnis peccati ſuperbia: Hoc dicitur non quia radix eſt, ſed quia ſuperbia fuit primum peccatum. Ad illud, radix omnium malorum eſt cupiditas, ſecundum unam expoſitionem cupiditas idem eſt quod concupiſcentia; ſecundum enim quod ibi dicitur, idem eſt quod philargyria, i. cupiditas argenti, dicendum quoniam eſt radix, ſed non immediata. Ibi autem loquitur *Aug.* de radicibus mediatis cum ipſe timor exit a concupiſcentia, quia enim ſe, vel ſua nimis diligit timet humano timore, vel mundano. De infidelitate dicendum quod ibi eſt concupiſcentia, fruitur enim intellectu ſuo, ſive ratione ſua plus rationi ſuæ credens, quam Deo. De ignorantia, licet quædam dicatur affectiva, dicendum, quod ſecundum ſe non eſt peccatum. Omiſſio ut dictum eſt ſupra, peccatum actuale eſt ea concupiſcentia, non ſua voluntate, i. non voluntate rationis. Hoc idem dicit Apoſt. quia homo eſt ſub dominio peccati, jure illius dominatur diabolus. Sed hoc dominium non eſt niſi fomes, ergo fomes eſt a diabolo. Solve ut prius: Illa duo juncta, i. naturam, & legem per neutrum, i. nec per naturam, nec per legem; Ex eo probo legem eſſe bonam, quia volo facere quod ipſa jubet. Ex hoc videtur, quod non contingit peccare

quoniam a mihi *b* malum *c* adjacet. *d* Condelector *e* enim legi Dei ſecundum interiorem hominem. Video *f* autem *g* aliam legem in membris meis repugnantem *h* legi mentis meæ, & captivantem *i* me in lege peccati quæ eſt *k* in membris meis. Infelix *l* ego *m* homo, quis *n* me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia *o* Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. *p* Igitur ego ipſe *q* mente ſervio legi Dei, carne *r* autem legi peccati,

A *a* Quoniam] i. quia. *b* Malum] i. fomes. *c* Adjacet.] mihi tanquam familiaris inimicus. Sine ſuppletione invenio legem mihi utilem. Et vere utilis eſt mihi, & neceſſaria. [Quoniam malum, &c.] q. d. quod lex eſt mihi utilis ad bonum, & impedit a malo. *e* Enim] i. quia [Condelector] Sed poſſet quis dicere, ex quo lex bona eſt, & utilis tibi, & in ea delectaris, quare ergo non facis illam? reſpondet: *d* Condelector in ea,] i. libenter facerem eam. *g* Autem] pro ſed. *f* Video legem] fomitem, & dicitur lex, quia ligat hominem ne moveatur ad bonum opus, & trahit ad faciendum malū, ſicut lex e converſo præcipit bonum, & prohibet malum. *h* Repugnantem, &c.] i. quæ dictat eadem, quæ mens hominis bene diſpoſita, quia eadem mandata habet, quæ, & lex naturalis, quæ eſt in mente cujuslibet ſcripta. Et video illam legem *i* Captivantem me, &c.] tanquam captivum ducentem me ad peccatum actuale, quod dicitur lex, quia contractum in conſuetudinem impedit a bono, & provocat ad malum. *k* In membris meis,] i. in carne mea, & ideo magis periculoſa quanto mihi vicinior. *l* Infelix] quia captivus ducor, quia per me liberari non poſſum. *m* Ego homo,] ſum ſupple, quia ſic habens mecum hoſtem meum trahor ad malum, nec poſſum facere bonum. Igitur: *n* Quis me, &c.] i. de dominio carnis. Et dicit [de corpore mortis hujus?] i. corpore quod eſt ſubditum huic morti, i. fomiti qui eſt cauſa diſſolutionis corporis & animæ. Vel [mortis] i. actualis peccati, & mortis æternæ. [Quis] non lex Moyſi non vires propriæ. [Quis] q. d. magnum oportet illum eſſe. Et reſpondet ſtatim, dicens, hæc eſt, *o* Gratia Dei] a Deo gratis mihi collata. *p* Igitur ego ipſe] ego potens facere bonum, quia liberatus ſum a ſervitute per collationem gratiæ, & legis ſpiritus. *q* Mente] i. rationis voluntate.

r Carne autem, &c.] i. fomiti, vel peccato, vel diabolo.

Expoſitio Gloſ. A ſecundum rationem, quod ſi contingit peccare, ſecundum eam, ipſa vult peccare, & hoc jubet lex carnalis. Ergo ratio vult, quod lex carnalis jubet, ergo ratio probat legem carnalem eſſe bonam, quod falſum eſt, ergo & primum, ſcil. quia ratio peccet. Sol. Volo facere quod lex jubet, volo ſecundum rationem incedentem ſecundum leges ſuperiores, ſecundum quam numquam peccat ratio, & ideo non ſequitur quod lex carnis ſit bona, quia non vult ratio ſecundum illas leges illud quod jubet lex carnis. Prope eſt inſidians. *Mich.* 7. Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. In animo non habitat peccatum, i. in ſuperiori parte rationis, vel in animo ex ſe, ſed ex carne; i. cauſa peccati non eſt ex anima, ſed ex carne. Aliqui non habent pro textu, plures tamen habent in texto, i. cauſam peccati, quæ eſt corruptio carnis activa. Aliqui tamen non habent hoc in textu. Si anima, ergo peccatum, i. cauſam peccati, quæ eſt corruptio activa. In ſe haberet homo unde ſe cognoſceret, hoc videtur falſum, quia Adam cognoſcebat ſe, & Deum, & anima ſi eſſet ex traduce non videretur, quod eſſet magis corrupta, quam anima Adæ fuerit. Et dicendum, quod ſi anima eſſet tota corrupta, ſicut caro, non cognoſceret ſe, nec peccatum ſuum, nec Deum ſuum, ſed modo cognoſcit ſe, eo quod ſecundum ſuperiorem partem rationis non eſt corrupta, nec corrumpi poteſt quin remaneat illa ſcintilla rationis inextinguibilis. Anima autem Adæ non fuit ſimpliciter corrupta tota. Ad concupiſcendum regnat in oculo. Sed quomodo regnat in oculo concupiſcentia? Sol. Dicitur regnare in oculo, & in manu, non quia ſit in eis, ut in ſubſtantia, ſed quia per ea operatur. Fomes peccati, &c. Sed nihil fit legitime quod non fiat a Deo, ergo fomes eſt a Deo. Sol. Subſtantia fomitis eſt a Deo, ſed in quantum ipſe eſt deformis, vel lex membrorum vel fomes, non eſt a Deo. Secundum illam opinionem dicendum, quod non ſequitur, quod ſit a Deo, ſicut licet habere peccatum, & non habere gratiam ſint convertibilia, & quodammodo idem, tamen non habere gratiam eſt a Deo, habere autem peccatum non eſt ab eo. Gradus autem primus eſt corruptio animæ Adæ, ſecundus, concupiſcentia carnis: tertius, fomes; quartus, primus motus; quintus, delectatio; ſextus, conſenſus; ſeptimus, operatio. Reſipiſcere preſſo peccato poteſt homo expoliatus, vel exoneratus, i. reſiſtere fomiti debilitato, vel diabolo. Recepta poteſtate, reparata natura per gratiam, quæ per peccatum fuerat corrupta. Quatuor enim leges in hac ſerie, &c. Contra. Lex dicitur a ligando, ſed non poteſt homo ligari ſecundum animam niſi per voluntatem ſuam, & non ſunt niſi tria genera voluntatum, ſicut dicit *eod.* non enim quod volo bonum, ago. Eſt enim triplex velle naturæ, velle gratiæ, velle vitii, ergo non eſt niſi triplex lex. Sol. Imo quatuor ſunt, & non plures poſſunt eſſe, quia tantum quadruplicem ſtatum eſt invenire in homine. Eſt enim hominis ſtatus in naturalibus, in peccato, in gratia. Quadruplex eſt in gratia gratis data, & in gratia gratum faciente. Lex naturæ reſpondet ſtatui naturæ, ſecundum quod exponitur naturalibus facit homo quædam de genere bonorum. Lex membrorum quantum ad ſtatum peccati. Lex Moyſi quantum ad ſtatum gratiæ gratis datæ. Vel talis habet timorem ſervilem, ex quo implebatur lex Moyſi. Lex autem Evangelii, ſive fidei, quæ aperte docetur in Evangelio eſt ſecundum ſtatum gratiæ gratum facientis. Dicit gratia ſe liberatum, *ſup.* immediate. Gratia Dei, &c. Quomodo facta ſit, i. quam fructuoſe. Alioquin peccatum iterum occupat. Argumentum, quod peccata redeant, Vel ſi intelligitur de peccato non eodem numero, ſed ſpecie, ut quando aliquis converſus a peccato gratiam habens, Poſtea peccat, & de tali converſione ridet diabolus, *Abac.* I. Super omnem munitionem ridebit. Et *Thr.* I. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata ejus. Cavendum eſt ne regnet per conſenſum, *ſup.* 6. Loquitur enim Apoſt. oſtendit in quo differat hæc lectio a præcedente, Ante dictum eſt, i. expoſitum eſt. Sed ut ait, non eſt niſi homo gratiæ, ergo nulla eſt expoſitio prædicta, quia expoſitum eſt de homine, qui non habet gratiam. Sol. Non eſt niſi homo gratiæ, i. non exigitur, quod exponatur tantum de homine qui non habet gratiam, ſed etiam de illo qui habet gratiam, vel non eſt niſi homo, &c. ſecundum hanc expoſitionem. Qui condelectatur, quando dicit: Condelector enim legi Dei. Et conſentit, ibi: Conſentio legi quoniam bona eſt. Non operator malum, i. ego non operor illud, ſed quia habitat in me peccatum. Et qui ignorat, ibi: Quod enim operor, non intelligo. Unde alia littera habet, ignoro, & cui homini exiſtenti in gratia, nihil damnationis, i. nullum mortale per quod ſit damnabilis. Sicut in ſequenti, *inf.* 8. Se eſſe carnalem dicit: Nota quod hoc nomen carnalis dupliciter ſumitur. Carnalis, i. carnaliter vivens, & carnaliter ſentiens. 1. *Cor.* 3. Cum ſit zelus, & contentio inter vos, nonne carnales eſtis, & ſecundum hoc totus homo carnalis eſt. Item carnalis quandoque dicitur concupiſcens, modo iſto eſt homo carnalis etiam quantumcumque perfectus ſit, ſic ſumitur hic, & ſecundum hoc non totus homo carnalis eſt, ſed tantum ſecundum quid, i. ſecundum ſenſualitatem, vel inferiorem partem rationis, quæ aliquando carnaliter concupiſcit. Non conſentit, ſecundum rationem concupiſcentiis, ſecundum illud. *Eccl.* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, ideſt, eis non conſentias. Et quia hoc, ideſt, hæc carnalitas, Ex peccato primi hominis, ideſt, Adæ non ex noſtris parentibus proprie, ſed tantum carnem ex eis habemus, quæ corrupta eſt propter peccatum Adæ: Tantum corruptione dico activa, quæ eſt cauſa fornicationis. Unde oriuntur cuncta peccata, ideſt, ex carnali concupiſcentia. Sed contra: Super illud *Gal.* 5. Manifeſta ſunt opera carnis ibi *Gloſ.* Non omnis vitæ iniquæ vitia attribuenda ſunt carni ne ab eis omnibus immunem diabolum, qui carnem non habet. Item quæritur ex mendacio obſtetricum, de quo *Ex.* I. Conſtat, quod peccaverunt ad minus ſecundum opinionem, quæ dicit, quod omne mendacium peccatum eſt, quæ verior videtur, ſed quomodo fuit ex concupiſcentia carnali, imo fuit ex benignitate, & pietate naturali, quia movebantur erga parvulos. Præterea, ſi omne peccatum eſt ex carnali concupiſcentia, ſive ex fomite, & fomes in vi concupiſcibili, omne peccatum eſt in concupiſcibili, vel tot ſunt fomites quot ſunt vires, i. tres. Sol. Carnalis concupiſcentia aliquando appellatur fomes, & ſic omne peccatum tam ſpirituale, quam carnale oritur ex carnali concupiſcentia. Aliquando concupiſcentia dicitur actualis concupiſcentia, quæ oritur ex fomite: Et ſic duobus modis ſumitur. Large, i. pro libidine, & ſic omne peccatum eſt ex carnali concupiſcentia. Vel ſtricte pro delectatione carnali, quæ per carnalem exercetur, & ſic tantum peccata carnalia ſunt ex carnali concupiſcentia, ideſt, luxuria, & gula. Primo vel ſecundo modo accipitur hic carnalis concupiſcentia, tertio modo accipitur ad *Galat.* & ſic nulla eſt contrarietas. De mendacio obſtetricum, dicendum, quod peccatum fuit. Et nota quod fuerunt ibi duo, compaſſæ ſunt pueris ex naturali pietate, & ex ea ipſos

A conſerva-

Expoſitio Gloſſæ.

A conſervaverunt; ſed quia nimis diligebant propriam vitam non audebant eos aperte conſervare, & ex hac concupiſcentia, & libidine vitæ propriæ ſunt mentitæ: conſervatio ergo fuit ea naturali pietate; mendacium autem ex concupiſcentia, & libidine. Ad aliud dicendum quod concupiſcentia hæc de qua hic agitur eſt in vi, & ſunt plures fomites in materia; unum autem in forma ſicut peccatum voluntatis, & actus. Traxerit: trahit & allicit per delectationem, concipit per conſenſum, parit per opus, *D.Jac.*1. A peccato ergo eſt. ſi concupiſcentia carnalis nominatur vulnus, tunc eſt a peccato Adæ mediate, immediate vero a peccato fomitis: ſi dicat concupiſcentiam illius vulneris, tunc eſt a fomite immediate. Aliter enim videtur, &c. niſi ignorare ſumeretur pro non approbare. Quia non approbantur peccata ſecundum rationem, quæ approbantur ſecundum carnem. Peccata non inveniuntur in regulis præceptis quæ exprimunt voluntatem Dei, quæ nobis debet eſſe regula vivendi. Dominus dicit peccatoribus, *Matt.*7. Non novi, i. non approbo vos: alias enim noſcit ipſe bona, & mala. Bonum quod volo, ſc. non concupiſcere: ſed hoc eſt impoſſibile, & hoc ſciebat Apoſtolus: ergo volebat indiſcrete. Sed dicendum quod volebat non concupiſcere, ſecundum quod fit hæc negatio reſpectu ſingularium, & non univerſaliter reſpectu omnis concupiſcentiæ. Vel etiam volebat particulariter reſpectu alicujus temporis. In alio enim tempore bene poteſt homo ut nullo motu moveatur, ut quando celebrat Miſſam, & hujuſmodi. Magnum certamen *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Concupiſco ex carne, & nolo ea ratione. Legem dicentem: *Exod.*20. Vitium agnovit, i. novit per legem dicentem ſic concupiſcentiam eſſe peccatum. Non quod poſt concupiſcentiam, *Eccl.*18. Apoſtolus iret; i. non quia Apoſtolus concupiſcentiæ conſentiret, ire enim poſt concupiſcentias eſt ipſis conſentire. Deſperes, &c. hac eadem ratione ſcripſit, 2.*Cor.*12. Ne magnitudo revelationum extollat me, &c. Noli facere te deſperantem, i. noli deſperare licet ſentias concupiſcentias carnis. Quia non lex carnis, quæ dicit, non concupiſces. Secundum hoc videtur quod lex prohibeat primos motus, & ita ſint mortales. Sed dicendum quod lex prohibet, quia non conſentias concupiſcentiæ ſecundum rationem, quæ dicit, non concupiſces: Hoc dicit per omnes prohibitiones. Non quia illud ago, i. non in quantum illud ago, conſentio legi, ſed in quantum reſiſto concupiſcentiæ. Dum conſentire prohibet: Ecce ergo, quia lex non prohibet concupiſcentiam, ſed conſenſum. Et tamen fit in me, i. contra me, vel in me ſimpliciter. Quod nolo, *ſupr. eod.* Et hi ſunt primi motus; ergo ſunt non voluntarii: ergo non ſunt peccata. Sol. Quod nolo ſecundum ſuperiorem partem rationis; volo tamen ſecundum ſenſualitatem. Si ego vellem concupiſcere, legi non conſentire, i. ſi conſentirem concupiſcentiæ, i. ei ad quem movet concupiſcentia. Notandum enim quod non ideo peccat homo mortaliter, quia conſentit primis motibus, ſed quia conſentit ei ad quem trahunt: non concupiſcentiæ; namque omnino perfecti eſt, ſicut illius qui vivit in patria. Hæc etiam fuit in B. Virgine, & in omnibus in quibus fomes extinctus fuit, ſi qui tales fuerunt. Attende, verba ſunt magiſtri: Prohibet veniale peccatum, & jubet aliquid quod omnino fieri non poteſt. Sed contra: Nonne poteſt non ire ad choreas; & ſic non habebat carnis motus qui ſurgunt ex inſpectione mulierum, & poteſt carnem ſuam affligere, & cogitare de paſſione Chriſti, & gaudiis Paradiſi, & ſic nullum veniale committet. Solut. Poteſt facere de unoquoque quod non ſurgat; ſed non poteſt facere quin aliquis ſurgat. Poteſt etiam facere ad horam quod nullo motu moveatur; ſed non diu, & hoc eſt, quod dicit omnino quod non poteſt, i. non ſemper, ſed ad horam; nec de omnibus, ſed de ſingulis. Alter concupiſcentiam delectationis, & conſenſus, i. concupiſcentiam conſenſus, & delectationis moroſæ. Secundum hoc videtur quod delectatio ſine conſenſu eſt peccatum mortale quod manifeſte falſum eſt. Sed dicendum quod duplex conſenſus eſt, ſc. conſenſus in opus, & conſenſus in delectationem. Primum vocat conſenſum, ſecundum delectationem, qui bene poteſt eſſe mortalis; illam quippe non vult, ſc. delectationem, quæ eſt in primo motu. Carnis concupiſcentiam omnino ſcito eſſe peccatum. Sed aut hoc intelligitur de concupiſcentia quando eſt venialis, aut quando eſt mortalis; ſi quando eſt venialis, & illam non caveo, ut teneor cavere; ſecundum quod hic dicitur, ergo ſemper peccando venialiter, pecco mortaliter: ſed quando eſt mortalis, jam non poſſum cavere. Et eadem eſt quæſtio quando tenetur quis vitare mortale peccatum; utrum quando jam peccat mortaliter, vel in inſtanti ante? Sol. Tenemur vitare mortale antequam ſit mortale; ſicut debet quis vitare ruinam antequam ruat, ſi tenetur vitare, & non vitat; ergo tunc peccat mortaliter ex omiſſione non ſequitur, ſunt enim deſideria mala. Sed a quo? ſi ſunt a radice infecta; ergo non in iraſcibili vel rationabili, quia non ſunt infectæ. Sol. Secundum illos qui dicunt quod omne malum ideo eſt malum quia prohibitum, dicendum quod primi motus mali ſunt, quia diſſuaſi ſunt. Secundum alios autem ideo ſunt diſſuaſi quia mali, quod eſt quando ratio incipit delectari in illis. Ipſe non facit, quia non conſentit: Etiamſi oderit, ſecundum ſynderesim quia conſentit ſecundum voluntatem liberi arbitrii. Odit per ſynderesim. Facere ſtatuit per rationem liberi arbitrii. Si vero illud addat, ille qui ſic blanditur ſibi, diſplicet ſibi ſecundum ſynderesim cui diſplicet omne malum. Ex toto ipſe ſit in peccato. Et corpore implente; peccat enim ſtatuendo in corde interius, & operando in corpore exterius. Si tantummodo concupiſcit, i. ſi tantum concupiſcentia ex fomite ſurgit ſine conſenſu. Aut etiam miniſterio corporis perficit: q.d. ſi conſentit corde, vel facit opere, non dicit verum: Motum porro: hoc præponitur tantum ut locum habeat ſequens relatio. Non eſt naturæ vigor alienæ: q.d. ideo dicitur operari motum illiciti deſiderii, quia ex noſtro fomite, non alieno ſurgit. Non ſumus ſine peccato, i. ſine fomite. Quia vitium carnis; ſed vitium hoc de quo hic loquitur eſt fomes; ergo fomes eſt vitium; ergo non eſt a Deo. Solvendum eſt ut jam pluries dictum eſt, quia ſc. vitium. Vitiata vel vitioſa non erit, ſic enim erit in bonis. Sed de damnatis quæritur, utrum habebunt fomitem ſive concupiſcentiam carnis: & videtur quod ita quia ſuper *Galat.* 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi invicem provocantes, invicem invidentes; ſuper hoc, invicem invidentes dicit *Gl.* Zelus iſte modum non habet permanens jugiter ſine fine; cum alia ſcelera finiantur morte; ergo fomes & concupiſcentia carnis remanebit in damnatis, ad minus prout movet ad invidiam. Sol. Damnati magis erunt proni ad malum quam unquam fuerunt: & fomes erit in eis quoad pronitatem, non ad libidinem; non enim peccare poterunt: abſorpta eſt ratio quam vellent non eſſe; & ita ſeipſos non diligent, unde multo magis nec aliquid aliud: non ergo libido erit in eis, & ita nec peccatum, quia omne peccatum ex libidine invidiæ; ergo erit tantum pœna non peccatum, & ſumitur ſecundum hoc invidia in ſemiplena ſignificatione; prout autem proprie ſumitur, & eſt peccatum, eſt ex libidine quæ eſt in peccato ſuperbiæ. Concupiſcentiæ non conſentit, i. reprimit ne procedat in iſto bello, *Job* 7. Militia eſt, &c. Non omnino perſpicuum eſt, ſed idem, ſive ſic, ſive ſic accipiatur. Partim reſtat infirmitas, quia omnino conſumptus eſt fomes. Lex quæ in membris eſt, vitium carnis eſt, i. a carne ut efficiente cauſa; fomes enim in anima ut in ſubjecto, ſed eſt a corruptione carnis activa. Ex pœna peccati, i. ex corruptione carnis, quæ eſt pœna peccati, & eſt hoc expoſitio præcedentis. Manet in carne, per imperium, & effectum; non ut in ſubjecto; vel ratione carnis intelligitur ſenſualitas, & tunc vitium carnis eſt vitium ſenſualitatis. Reatus ſolutus in ſacramento baptiſmi; fomes enim tranſit reatu in baptiſmo, ſed remanet actu. Legi & rationi conjunctis; hoc dicit, quia lex convenit rationi, & ex hoc patet quod non eſt idem lex naturalis, & lex mentis, & lex naturalis quia ratio. Ipſa concupiſcentia eſt lex peccati, i. motus procedens ex fomite. Fomes autem eſt lex membrorum. Tenet hoc carnale captivum, i. tenet nos captivos ſecundum carnem, i. non ex mente, i. non ex parte mentis: Alias habet delectationes: guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Nulla ex parte conferendas, quia in infinitum major eſt delectatio in virtutibus quam in peccatis. Mors ergo fomes vel peccatum. Quiddam mortuum, ſcilicet ſynderesis. Ut in oculo, quaſi in inſtrumento. Et in aliis membris eſt ex carne, i. ex parte carnis. Spiritualis homo, i. conſentiens legi ſpiritus. Quia carnalis, i. in quantum carnalis. Vel ideſt, quia habeo concupiſcentiam in carne. De congregatione ingruentium malorum: ſicut ſumitur, *Matthæi* 6. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum erit lucidum, ideſt, congeries operum tuorum. Habitat peccatum, ideſt, fomes. Non jam mortis hujus, ideſt, non addictum neceſſitati moriendi. Ipſum erit, quia creatio erit, ideſt, quod creatum in corpore. Non enim creavit Deus corpus mortale ſicut modo eſt. Sed ſecundum hoc videtur quod corpus in glorificatione habebit quicquid habuit a creatione. Præterea ab ipſa habuit quod poterat mori: ergo adhuc poſt reſurrectionem mori poterit. Ad hoc dixerunt quidam quod ſicut liberum arbitrium idem eſt in eſſentia cum voluntate: in qua tamen fle-

cti non

cti non poteſt ad malum, quod confirmatum eſt in bonum. Similiter eadem erit qua poterit non mori quæ modo eſt, ſed tunc erit confirmata omnino, modo autem non eſt, & ideo ex illa potentia poteſt mori, ſed tunc non poterit. Alii dicunt quod non erat una potentia in Adam potentia non moriendi, & potentia moriendi; quia potentia non moriendi erat ei naturalis potentia, ſed potentia moriendi erat ei innaturalis impotentia. Similiter eſt modo in quolibet, & hoc eſt ex eo quod homo ex

A

CAP. VIII.

Nihil ergo *a* nunc damnationis eſt his qui *b* ſunt in Chriſto Jeſu, qui *c* non ſecundum carnem ambulant. Lex *d* enim ſpiritus vitæ *e* in Chriſto Jeſu liberavit me a *f* lege peccati, & mortis. Nam quod impoſſibile *g* erat legi, in quo *h* infirmabatur

nihilo eſt, unde non eſt quid creatum. Hanc autem impotentiam removebit Deus in reſurrectione. Per unum erit reſurrectio, 1. *Cor.* 15. Non enim de diverſis principiis. Hoc dicit contra Manichæum, qui dixit duo eſſe rerum principia ſibi contraria, Deum lucis, & Principem tenebrarum, & dixit corpus, & omne viſibile a Deo tenebrarum, animam autem a Deo lucis. Et ideo ſicut lux & tenebræ ſunt contraria; ita effectus invicem ſibi contrariantur, i. corpus, & anima. Languor, i. fomes, obluctatur ſaluti, i. ſpiritui volenti ea quæ ſunt ſalutis. Magis ſum in mente, quia omnino conſentio menti. Quotidie minui poteſt; imo videtur quod quotidie creſcat, quia quanto quis perfectior eſt, tanto magis tentatur. Unde *Eccl.* 2. Fili accedens, &c. Sol. Tentationes ab extrinſeco quotidie multiplicantur in perfectis, ſed interiores, ut motus carnis minuuntur licet magis ſentiantur quam ante; quod eſt, quia intenſi erant aliis magis paſſantibus, nec ita purificata erat anima eorum. ſed quotidie quia non eſt in perfectis anima latenta in gravioribus, magis purificantur, & magis clare vident, & ſentiunt motus quam ante, licet magis eſſent intenſi; ſicut quando aliquis comedit cum cariophyllo aliud quod non eſt ita acuti ſaporis, videtur ei nihil ſapere, ſi autem per ſe comederet, bene ſaperet ei.

EXPOSITIO CAP. VIII.

Nihil ergo] Præcedentia expoſita ſunt de captivitate peccati, ſub qua erat homo carnaliter vivens, & de captivitate venialis peccati hominis, qui eſt in gratia, & quod lex ſpiritus ſive gratia liberat a captivitate mortis, ex hoc infert. *a* Nihil ergo damnationis] i. nullum mortale ex quo damnatio. *b* His qui ſunt in Chriſto,] in dilectione Chriſti. vel ſicut membra in corpore. *c* Qui non ſecundum carnem ambulant,] licet carnis motibus moveantur. *d* Lex enim ſpiritus] Hoc dupliciter exponitur. Sicut enim de libro ſcripto dicitur quod eſt liber Moyſis, & ideo quod intelligitur per ſcripturam: ſimiliter hoc intelligitur de Spiritu ſancto, i. de Deo qui eſt lex, & liber oſtendens in corde cujuslibet quid debeat facere, & ſic eſt conſtructio intranſitiva. [Lex ſpiritus,] i. Spiritus ſanctus, qui eſt lex, & virtus. *e* Vitæ,] i. dans vitam. *f* A lege peccati,] Hæc lex eſt fomes ſive peccatum, ſive conſuetudo peccandi. Vel tranſitive, & ſic dicitur lex ſpiritus, fides, & gratia quæ melior eſt, & certior omni arte: Unde melius docet quid faciendum, & ideo dicitur lex vitæ, quia Sp. ſanctus per eam facit vivere hominem. *g* Nam quod impoſſibile] Oſtendit hominem impotentem propter carnis infirmitatem adimplere legem. Et quia ideo data eſt lex ſpiritus quæ liberavit a lege carnis. Ideo ergo miſit Deus pater filium ſuum ſc. qui iſtam legem nobis daret, ſicut hic in principio ait. Hic *Gl.* tranſponit litteram. Sed legamus eam ſecundum quod jacet; dico quod lex ſpiritus liberavit, &c. *g* Nam quod impoſſibile erat legi,] i. quod non poterat homo facere adjutorio legis naturalis, vel ſcripturæ. *h* In quo,] i. in eo homine. *i* Infirmabatur] i. lex infirma erat, & languida propter fomitem, ita quod non poterat firmari ab homine per impletionem. Vel impoſſibile erat legi in quo, i. in illa re, in qua infirmabatur ipſa lex, i. quantum ad illud, in quo infirmabatur, ſc. quantum ad interiora quæ præcipiebat, q. d. per eam non poterant interiora reprimi, quæ præcipiebat.

A *a* Per carnem

Expoſitio Gloſſa. *a* Nihil ergo nunc damnationis, &c.] *Gl.* In quo, i. per quem omnia ſolvuntur, quæ ſolvuntur. Similiter 1. *Tim.* 2. Qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Item *Jo.* 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quia etſi maculæ, i. fomites ex carne, i. ex corruptione carnis. Et dicit pluraliter, quia plures ſunt fomites ſecundum materiam licet unus tantum ſit ſecundum formam. Vel maculæ, i. venialia, quæ ſunt ex fomite qui eſt ex corruptione carnis. Quibus non conſentiunt, in illud ad quod tendit primus motus: quod dico quia ipſi motui poteſt quis conſentire ſine mortali. Solutus eſt & ipſe reatus, ergo accedenti non ficte ad baptiſmum dimittitur omne veniale, quod verum eſt de quolibet veniali quod commiſit ante baptiſmum. Sed poteſt eſſe quod non ficte, & cum charitate accedat ad baptiſmum, & dum baptizatur, committit veniale: tale non dimittitur ei. Et ſi aliquando cadunt quæritur a quo? ſi a charitate; ergo aut a tota aut a parte; ſi a tota, ergo per veniale deſtruitur tota charitas, quod falſum eſt: ſi a parte ergo veniale diminuit charitatem: ergo tollit aliquotam ejus, & non ſunt infinitæ aliquotæ, quia omnis charitas hominis finita eſt: ergo tot poſſunt fieri venialia quod omnino tollent charitatem. Quod videtur velle illa auctoritas, *Aug.* Vitaſti grandia: cave ne obruaris arena. Sol. Duplex eſt caſus, in domo, & a domo. Caſus in domo, eſt caſus in charitate, & fit pro veniali, de quo dicit *Pſ.* 36. Cum ceciderit, non collidetur. Et *Prov.* 24. Septies in die cadet juſtus, & reſurget. Et de hoc agitur hic. Unde non eſt quærendum de quo, ſed in quo. Caſus autem a domo, eſt caſus a charitate, qui fit per mortale, & ſic patet ſolutio. Quia autem dicit *Aug.* Vitaſti grandia, &c. dicimus quod vocat arenam minora mortalia, vel venialium multitudinem quæ obruit per occaſionem, quia inducit negligentiam quæ aliquando parit contemptum. *Præpoſitus* tamen concedebat quod veniale minuit charitatem, & ſecundum illud cadit homo per veniale a perfecta charitate. Eo quod objicitur, quod tot poſſunt eſſe venialia quod omnino tollatur charitas. Dicendum quod charitas, & omnis potentia animæ, in quantum eſt capax Dei, infinita eſt: aliter non eſſet capax infiniti, & immenſi. Et ideo dicendum quod illa eſt falſa; veniale tollit aliquotam charitatis. Vel poteſt dici quod veniale minuit charitatem quoad fervorem vel motuum frequentiam, non quoad eſſentiam. A lege Moyſis quæ, &c. eſt cauſa mortis, occaſionaliter. Deus cujus fides eſt, i. de quo 2. *Cor.* 3. Spiritus eſt, *Jo.* 4. Hic ſunt tres leges, imo etiam quinque libri Moyſi; ergo ſpiritus peccati. Sol. Per hanc expoſitionem non fit mentio de lege naturæ: lex autem gratiæ, & ſpiritus per eadem. Lex peccati. Primus motus eſt delectatio conſenſus, *ſup.* 7. Cujus eſt fides, i. de quo. Sine cujus fide non eſt juſtificatio. Contra: *Heb.* 11. Primum oportet credere quia Deus eſt, & quod ipſe eſt remunerator. Ibi *Gl.* Sine hac fide nullus potuit ſalvari: ergo aut nihil videtur dicere, aut per hanc fidem, quoniam Deus eſt remunerator, potuit aliquis ſalvari etiam ſine fide Chriſti; ergo ſine fide ejus explicite vel implicite. Oportet enim credere nunc explicite, quod Deus eſt remunerator omnium. Implicite autem ſufficiebat credere antiquis quod credebat Moyſes explicite. Nam Deus eſt in Chriſto, 2. *Cor.* 5. Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians. Et notat ly [in] identitatem eſſentiæ, & diſtinctionem in perſonis. Et ita per eum, ex quo eſt ejuſdem potentiæ. Venit in Virginem, per unionem divinitatis cum noſtra natura. Ante erat per præſentiam, eſſentiam, potentiam, gratiam. Elegit per prædeſtinationem, ut eſſet mater ſua, *Eccl.* 24. Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo. Attulit virgini, i. dedit ei. Fuit ibi per unionem naturæ, quia carnem ſibi univit in virgine, non quia ſit virgini. In mundo *Jo.* 1. Mundo apparuit, propter præſentiam corporalem, *Baruc.* 3. In terra viſus eſt. Alios defectus. Caſſiodorus dicit, quod omnes defectus noſtros aſſumpſit præter peccatum: ergo ignorantiam, & timorem humanum. Sed dicendum præter peccatum, i. præter indecens. Sola illius non eſt caro peccati. Sed videtur quod Moab, & Ammon non habent originale, *Gen.* 19. Quia Loth, non ſenſit, quia filiæ acceſſerunt ad eum. Item ſi particula digiti abſcinderetur, & infunderetur illi anima; jam ille homo non haberet originale. Ad idem eſt quod dicit *Aug. ſup.* 3. Non propago, ſed libido tranſmiſit crimen in poſteros. Sol. De Moab, & Ammon patet quod quia matres concupiſcentia motæ fuerunt, & Loth ſimiliter licet delectationem, & concupiſcentiam non dijudicaverat, habuit tamen, & forte in actu ſenſit, ſed poſtea propter ebrietatem ad memoriam non reduxit. Dicendum etiam quod ſi anima infunderetur in particula digiti quod haberet originale. Unde quia dicitur hic: Non cum mater concupiſcentia, ideſt, quæ eſt fœditas carnis, a qua trahit anima fomitem quo concupiſcit.

Hæc autem fœditas eſt in qualibet particula carnis. Ad illud non propago ſed libido, i. cauſa libidinis, i. fœditas, Licet eadem caro, ideſt, ejuſdem ſpeciei. Eſt enim

A ſanctificata

Digitized by Google

▲ *a* Per carnem] i. per carnis obſervantias non poterat impleri illud ad quod lex erat infirma & impotens niſi lege ſpiritus ſuperaddita, & ideo Deus mittens. *b* Filium ſuum] i. miſit in ſimilitudinem carnis, i. in carnem noſtræ carni peccatrici ſimilem in paſſione & morte.

per *a* carnem, Deus filium ſuum *b* mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de *c* peccato damnavit *d* peccatum *e* in carne: *f* ut juſtificatio *g* legis impleretur in nobis, qui non *h* ſecundum carnem ambulamus, ſed *i* ſecundum ſpiritum. Qui *k* enim ſecundum carnem ſunt, quæ *l* carnis ſunt ſapiunt: qui *m* vero ſecundum ſpiritum ſunt, quæ *n* ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudentia *o* carnis mors eſt, prudentia *p* autem ſpiritus, vita & *q* pax. Quoniam *r* ſapientia carnis inimica eſt Deo: Legi *ſ* enim

B

d Damnavit peccatum] i. diabolum, vel fomitem delevit per paſſionem, & hoc *c* De peccato] i. de hoſtia facta pro peccato, i. per ſeipſum in cruce pro peccatis noſtris immolatum: ſicut *Oſ.* 4. Peccata populi mei comedent, &c. *e* Peccatum,] dico quod erat *f* In carne,] per cauſam: Vel [in carne ſua] i. per ea quæ paſſus eſt in carne ſua: Vel [de peccato] quod commiſit Diabolus, faciens eum crucifigi cum nullum jus haberet in eo. [Damnavit peccatum,] ut jam nullum jus haberet in peccatoribus qui prius erant in poteſtate ejus. Et hoc fecit. *g* Ut juſtificatio legis] quam lex promittebat, & præfigurabat. *h* Qui non ſecundum carnem] i. qui non facimus opera ſecundum carnem. *i* Sed ſecundum ſpiritum,] i. ſecundum quod dictat ratio vel Sp. ſanctus. Sed quia poſſet quis quærere. Ambulatne aliquis ſecundum carnem, an ſecundum ſpiritum? determinat quid eſt ambulare ſecundum carnem, & quid ambulare ſecundum ſpiritum; quoniam illud eſt malum, & hoc bonum. Et hoc oſtendit: *k* Qui enim ſecundum carnem ſunt] i. qui carni conſentiunt. *l* Quæ carnis ſunt ſapiunt] & ita mali ſunt; nec impletur juſtificatio in illis; ergo multo magis nec juſti ſunt, qui ſecundo carnem ambulant. *m* Qui vero ſecundum ſpiritum,] i. illi qui ei quod dictat ratio vel Sp. ſanctus, conſentiunt. *n* Quæ ſunt ſpiritus ſentiunt.] i. ſoliciti ſunt adimplere, & hi boni ſunt & juſti. Ex quo patet quod multo magis illi, qui opere implent, qui ſc. ambulant ſecundum ſpiritum. *o* Nam prudentia] Dico quod ſancti & juſti ſapiunt ſpiritualia & non carnalia. *o* Nam prudentia carnis mors eſt] i. cauſa mortis æternæ. *p* Prudentia autem ſpiritus, vita] cauſa vitæ æternæ. *q* Et pax,] cauſa pacis in mente in præſenti. Vel i. vita cum pace in gloria. *r* Quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo.] Probat quod prudentia carnis eſt mors, quæ eſt inimica Deo; ergo ſeparat a Deo, & ipſe eſt vita. Et quod iterum Deo ſit inimica, oſtendit. *ſ* Legi enim Dei non eſt ſubjecta nec enim poteſt.] Contra: Nullus vult nocere Deo, nec alicujus conſcien-

▲ tia Deum

Expoſitio alia. A ſanctificata in utero, non ab originali ſicut Joannes, ergo Chriſtus habuit originale, ſicut Joannes. Sol. Joannes & Jeremias fuerunt mundati a peccato; non tamen ſuit quin venialiter poſſent peccare. B. autem V. in conceptione Salvatoris ſic mundata fuit quod amplius peccare non potuit. Ipſa ergo & Joannes, & Jeremias ſanctificati fuerunt ſanctificatione purgativa, caro autem Chriſti ſanctificatione præſervativa, ut non veniret in carne ejus peccatum. Unde ſimul caro fuit ſanctificata & anima infuſa; & ideo originale non habuit. In pœna ſimilis eſt noſtræ, non qualitate peccati; ergo peccatum eſt qualitas. Et conſtat quod ſumitur peccatum pro malitia & omnis qualitas eſt a Deo; ergo malitia ſive macula eſt a Deo. Sol. Qualitas quandoque ſumitur large ad privationem, ſicut hic: Proprium eſt qualitati ſecundum eam ſimile vel diſſimile dici: quandoque ſtricte, ſecundum quod dicitur ſimilitudo ejuſdem partium qualitatum ſpeciei. Eodem modo diſſimilitudo qualitatum diverſarum ſpecierum. Large autem ſecundum quod dicitur cæcus diſſimilis videnti, & non ens enti; ſimiliter large ſumitur hic qualitas. Ad corpus immaculatum. *Sap.* 7. Quæ ex concupiſcentiæ motu concepta eſt, i. quæ de coitu traducta eſt. Deſtruxit Diabolum de peccato, quod commiſit in corpus Chriſti per miniſterium Judæorum quos incitavit ad occidendum. Vetus homo noſter, i. fomes per quem veteres ſumus, & ita fuerunt duo crucifixi in cruce Chriſti, ipſe Chriſtus & fomes. Et hoc eſt quod *Joſ.* 8. Rex Hai ſuſpenſus fuit in ligno gemino, & interpretatur abyſſus, per quem fomes, *Eſth.* 7. Aman paraverat patibulum Mardochæo & crucifixus fuit in eo, & ſuſpenſus eſt in eo, i. debilitatus, *ſup.* 6. Hoſtia pro peccatu, *Eph.* 5. In corpore ſc. 1. *Pet.* 2. Sicut in veteri Teſtamento peccata dicebantur. *Haimo Sept. Interp.* Sacrificia pro peccatis, *Oſ.* 4. Etſi aliquando cadimus, per peccatum veniale, *Eccl.* 18. Fili poſt concupiſcentias tuas non eas. Infirma eſt lex litteræ, i. ſecundum ſuperficiem litteræ intellecta. Per carnem, i. carnaliter. Qui mente conſentiunt carni, non ſunt juſti. Unde nota quod ambulare ſecundum carnem eſt facere deſideria carnis; ſed eſſe ſecundum carnem eſt conſentire deſideriis carnis. Qui eſt ſecundum carnem, carnalia ſapit. Et nota quoniam ille ambulat ſecundum ſpiritum qui facit quæ dictat Sp. ſanctus, vel ratio bene diſpoſita. Eſt autem ſecundum ſpiritum ille, qui eis quæ dictat ſpiritus vel ratio conſentit. Ideſt, ſoliciti ſunt, hoc dicit, quia ex eo quod ſentiunt, ſoliciti ſunt. Dignus eſt morte æterna, qui habet prudentiam carnis; ergo prudentia carnis eſt peccatum mortale. Aliter falſum eſt, quod dignus eſt morte æterna, qui habet prudentiam carnis. Sed contra, *Eccl.* 1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt, & nullum peccatum eſt a Deo: ergo prudentia carnis ſive ſapientia non eſt peccatum. Item *Bar.* 3. Qui adinvenit omnem viam diſciplinæ; ergo prudentiam ſive diſciplinam carnis, & nullum peccatum invenit. Sol. Quidam dicunt quod prudentia dicitur dupliciter: quandoque dicitur diſcretio qua aliquis ſcit diſcernere carnalia, & quæ ſunt mundi, & ſic non eſt peccatum, & eſt a Deo. Quandoque appellatur electio ſive affectus carnalium, quo quis eligit carnalia: & ſic eſt peccatum, & opponitur prudentiæ ſpiritus. Quæ ſimiliter dupliciter appellatur. Quandoque dicitur cognitio ſpiritualium, nec eſt virtus; quandoque dicitur electio ſpiritualium quæ proponit ſpiritualia carnalibus; & hæc eſt virtus, & opponitur prudentiæ carnis, quæ eſt peccatum. Et de hac dicit *Bern.* quod non tam eſt virtus quam auriga virtutum eas dirigens. Secundum autem quod primo ſumitur, ei opponitur ignorantia. Sed videtur quod ipſa diſcretio carnalium ſit peccatum, per illud *Aug. in lib. de quantitate animæ.* Dicit enim: Noxium vero illud eſt genus artium quo animi valetudo ſauciatur. Nam & odore atque ſapore mire dijudicare pulmenta, & quo lacu piſcis captus ſit, & quod tenue vinum ſit, noſſe dicere, quædam eſt miſeranda peritia; & his artibus tamen quaſi creviſſe anima videtur: ſed quia neglecta mente defluxit in ſenſus; nihil aliud quam viluiſſe vel contabuiſſe judicanda eſt, ſed anima non diminuitur niſi per peccatum; ergo hujuſmodi peritia eſt peccatum: & præterea quare eſt miſeranda niſi ſit peccatum? Item *in lib. de lib. arb. tit.* 2. quærit utrum aliquis poſſit addiſcere malefacere. Et probat quod non, quædam ponens per quæ videtur quod ipſa diſcretio ſit peccatum. Propter hoc dicunt alii quod cum dicitur, prudentia carnis vel ſapientia eſt mors ſumitur pro malitia diſcretionis adjuncta, ſicut etiam ſumitur, *Jer.* 4. Sapientes ſunt ut faciant mala, *Gl.* Sapientes, i. malitioſi. Et in fine illius, *Gl.* dicitur: Non eſt hæc ſapientia ſed aſtuta calliditas. Alii dicunt quod ſapientia carnis bonum quid eſt in ſe, ſed uſus ipſius malus eſt, ſicut uſus veneni malus eſt, licet cognoſcere venenum bonum ſit. Sed tamen adhuc reſtat ſolvenda auctoritas. Unde dicendum quod omnis cognitio, & diſcretio ſive ſit malorum ſive bonorum, bona eſt; quorumdam tamen cognitio occaſio eſt mali, ut Geomantia, quæ propter hoc prohibita eſt. Cum ergo dicitur prudentia carnis eſt mors, non ſumitur pro diſcretione carnalium, habent enim eam ſancti viri, ſed ipſorum electio ſive exiſtimatio, quod idem eſt, intelligitur & hanc appellat, *Gl.* ſuper, *Jer.* malitiam. Auctoritas *Aug.* per ſeipſam ſolvitur. Dicit enim defluxit in ſenſus, ex hoc eſt miſeranda, & etiam eſt de viliſſimis rebus. Et quod ſit intelligendum de electione carnalium, patet per hoc quod hic immediate ſequitur *in Gl.* quod eſt cum ſtudioſus implet, quæ carnis ſunt, appetendo bona temporalia, & fugiendo mala, & cum naturas rerum tantum ſequitur, i. nihil credit poſſe evenire niſi fiat ſecundum naturam; ideo Philoſophi decepti ſunt dicentes quod Chriſtus non fuit natus de Virgine. Cum pace quæ erit in futuro conſummata, modo in aliquibus inchoatur. Inimicus eſt Deo quem ſibi finem non conſtituit, ergo talis peccat mortaliter; nullus enim eſt inimicus Deo niſi per peccatum mortale; qui ergo facit eleemoſynam ex naturali pietate tantum cum ſibi Deum finem non conſtituat, peccat mortaliter. Et ſimiliter quilibet faciens quodcunque indifferens; quia aut iſte conſtituit

▲ ſibi finem

A tia Deum habet odio, ſed quilibet diligit eum naturaliter. Sol. Multi ſunt inimici ejus quia legi ejus non obediunt. *a* Non eſt ſubjecta,] ut adimpleat quod lex præcipit. *b* Nec enim poteſt] ſubjici legi homo habens prudentiam carnis, dum eam habet. Et non eſt mirum quia talis eſt in carne. [Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt] 11. diſt. c. propoſitio. *c* Vos autem, &c.] Poſſunt reſpondere, hoc totum dicit propter nos ut ſic nos vituperet. Reſpondet, non quia vos non eſtis tales. Et hoc eſt [Vos autem, &c. 11. q. 3. n. mihil. ſed in ſpiritu,] i. intenti his quæ ſuadet ratio. *d* Si tamen] ita dico: Si tamen ſpiritus Dei, &c.] Non quod a Roma ſolent venire literæ ſub conditione, & modum hunc ad eos ſervat. *e* Si quis autem ſpiritum Chriſti] quia dixerat ſi ſpiritus Dei habitat in vobis, ne propter hoc crederet quis unam perſonam ita habitare in homine quod non aliam, ſubdit: Si quis autem ſpiritum Chriſti,] quaſi innuat, etiam tota Trinitas habitat in eo. Unde *Jo.* 14. Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. *f* Non eſt ejus] ſupple Chriſti membrum. *g* Mortuum] neceſſitati moriendi addictum. *h* Propter peccatum] originale. *i* Spiritus] i. anima. *k* Vivit,] quia ei vita conjungitur. *l* Propter juſtificationem.] i. peccatorum remiſſionem quam habet a Sp. ſancto. Nota diviſionem capituli & ordinationem ad præcedens. In præced. oſtendit legem ſpiritus eſſe neceſſariam ad ſalutem. In iſto primo oſtendit per quem eſt data lex ſpiritus. Secundo exhortatur nos; ut huic legi conſentiamus; & imitemur eam, ibi [Ergo fratres debitores ſumus, &c.] Tertio quem fructum conſequimur in præſenti de imitatione hujus legis, ibi [Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur.] Quarto quem fructum habebimus in futuro ex hoc, ibi [Exiſtimo enim] Quinto probat illum fructum eſſe futurum. Et primo per naturam ſpei, ibi [Spe enim,] quia alioquin vana & falſa eſſet ſpes. Secundo per petitionem, & deſiderium iſtius fructus, ibi Nam quid oremus.] Et ſic completur tertia pars primæ partis hujus Epiſtolæ, quæ durat a 6. cap. uſque in finem 8. ibi [Scimus autem quoniam diligentibus, &c.]

Dei non *a* eſt ſubjecta, nec *b* enim poteſt. Qui autem in carne ſunt Deo placere non poſſunt. Vos *c* autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu: ſi tamen *d* ſpiritus Dei habitat in vobis. Si quis *e* autem Spiritum Chriſti non habet: hic non *f* eſt ejus. Si autem Chriſtus in vobis eſt: corpus quidē mortuū *g* eſt propter *h* peccatū: *i* ſpiritus vero vivit *k* propter *l* juſtificationē. Quod *m* ſi ſpiritus ejus *n* qui ſuſcitavit

Expoſitio Gloſſæ. A ſibi finem Deum aut non; ſi non, habeo propoſitum quod peccat mortaliter: ſi ſic, jam non eſt indifferens. Sol. Qui ſibi finem Deum non conſtituit, i. qui ejus contrarium ſibi conſtituit, ſc. electionem, quæ eſt contraria Deo, Hæc enumerando, prudentia carnis mors, ſapientia carnis inimica eſt Deo, legi Dei non eſt ſubjecta, &c. deterret a carnis obedientia. Ex hoc patet cum obedientia carnis nihil aliud eſt quam electio carnalium, quod prudentia carnis ſive ſapientia prout hic ſumitur, eſt electio non diſcretio carnalium, vel complectens utrumque. Et vere non ſupple, eſt ſubjecta legi Dei, i. inſtitutionibus hominis Dei non obedit. Quid eſt non poteſt, i. quid eſt illud quod non poteſt. Natura poteſt, i. habet potentiam qua poteſt ſubjici Deo. Vitium non poteſt, i. homo in quantum eſt habens vitium. Sed medicus ad hoc venit. Unde *Aug.* venit de cœlo magnus medicus, quia magnus in mundo jacebat ægrotus. Aliam naturam, dicebat enim in homine corpus eſſe malum natura, animam vero bonam, hoc verbo Apoſtoli, ſc. illo: Qui autem in carne ſunt, &c. Sed unus homo eſt. Manichæus ponebat in unoquoque homine duos homines interiorem, & exteriorem, & a diverſis auctoribus dicebat eſſe conditos. Quæ dum vitium habet non poteſt ſubjici legi Dei, intellige conjunctim. Poſt concupiſcentias, carnis: *Eccl.* 18. Deo placere non poſſunt, i. vix & cum difficultate. Simile *Matt.* 19. Impoſſibile eſt divitem intrare in regnum cœlorum. Vel intellige conjunctim, & tunc ſimpliciter eſt verum, quod placere non poſſunt. Simile *Matth.* 6. Nemo poteſt duobus dominis ſervire, ſed vitio intellexit, i. intellexit eſſe in carne, non vivere in carne, ſed carnis deſideriis conſentire. Ambigue, in hoc quod addit conditionem. Si tamen ſpiritum Dei, &c. In lege inducti, noviter. Nondum enim perfecte fidei erant, ſed ſpem habebat Apoſtolus quod perficerent. Si quis habet ſpiritum Dei non eſt in carne, i. carnis concupiſcentiis non conſentit. Idem eſt ſpiritus Dei & ſpiritus Chriſti, quia Spiritus S. & a Patre, & a Chriſto procedit. Secundum carnem ambulare; ſed ambulare ſecundum carnem eſt facere malum; ergo ex eo quod quis non habet ſpiritum vel gratiam, facit malum, & eſt malus. Contra: Infuſio gratiæ eſt cauſa remiſſionis peccati; ergo peccati commiſſio eſt cauſa denunciationis gratiæ, ergo qui ambulat ſecundum carnem, non habet ſpiritum Dei, & non e converſo. Sol. Ly [ex] non notat cauſam, ſed temporis concomitantiam, q. d. eo tempore quo non habet gratiam, ambulat ſecundum carnem, i. ſecundum carnem ambulat, qui non habet ſpiritum Dei, vel ſignificat oſtenſive non cauſative, i. ambulatio ſecundum carnem oſtendit quod non habet ſpiritum Dei. Simile *Jo.* 12. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias, &c. Quod eſt dum vivit ſecundum ſenſum, &c. Ecce iterum ex hoc patet quod prudentia carnis eſt electio carnalium. Mortale quidem fuit ante peccatum, i. potens mori. Quæritur ſi neceſſitas moriendi quam habuit homo poſt peccatum, & potentia moriendi quam habuit ante peccatum ſit idem. Et videtur quod ſic, quia neceſſitas moriendi idem eſt quod potentia neceſſario moriendi; ergo neceſſitas moriendi eſt potentia moriendi cum neceſſitate, quod concedimus. Sed contra: Neceſſitas moriendi eſt naturalis potentia, ſed non potentia moriendi; ergo hæc non eſt illa. Reſp. prima eſt falſa. Item quæritur utrum potentia moriendi, & potentia non moriendi quam habuit Adam ante peccatum, ſunt idem, & videtur quod ſic, quia eadem potentia eſt currendi & non currendi; ergo eadem ratione eadem eſt potentia moriendi & non moriendi. Contra: Potentia non moriendi non eſt niſi potentia ſemper vivendi; ſed potentia ſemper vivendi eſt naturalis potentia; potentia vero moriendi eſt naturalis impotentia; ergo non ſunt idem. Item potentia moriendi fuit in Adam ex conditione naturæ; potentia vero non moriendi ex beneficio gratiæ, quo conceſſum erat ei comedere de ligno vitæ quo adjutus ſemper viveret, ut dicit *Aug.* ergo non fuit idem hæc potentia & illa, quod concedimus. Item potentia moriendi fuit in Adam; ſed nullam potentiam naturalem amiſit pro peccato, ſed tantum virtutes gratuitas, ut patet in *Gl.* ſuper *Luc.* 10. ergo adhuc habet eamdem poteſtatem; ergo omnis homo potens eſt non mori. Sol. Eadem eſt potentia in Adam poſt peccatum quæ fuit in eo ante peccatum; ſed in eo non fuit potentia non moriendi ex conditione naturæ ſuæ, ſed ex beneficio ligni vitæ. Unde non moriendi potentia non ſimpliciter fuit in Adam, ſed quodammodo quam amiſit per peccatum. Et quod objicitur quod non amiſit niſi virtutes gratuitas, falſum eſt. Unde hæc eſt mortalitas, i. neceſſitas moriendi. Propheta *Ezech.* 18. Ad lit.

m Quod ſi ſpiritus ejus] Adhuc eſt hoc de prima parte hujus cap. in qua jam oſtendit per quem miſſa eſt lex ſpiritus, & quia per ipſam ſpiritualiter vivimus & fugimus carnis deſideria. Sic continua: Dixerat, qui vivunt ſecundum carnem, Deo non placent: ſed qui ſecundum ſpiritum ex hoc gratiam conſequuntur in præſenti, & non tantum in præſenti, ſed etiam in futuro glorioſam reſurrectionem, quod oſtendit: [Quod] pro ſed, & non eſt adverſarium, ſed additativum. *n* Spiritus ejus,] i. patris.

A *a* Habitat per

Expoſitio Gloſ. *m* Quod ſi ſpiritus ejus, &c.] Per juſtitiam, i. per gratiam juſtificantem: Hæc eſt cauſa, &c. quia Chriſtus ſuſcitatus eſt; ergo reſurrectio Chriſti fuit cauſa reſurrectionis noſtræ futuræ: ſed reſurrectionem Chriſti fuiſſe eſt neceſſarium; ergo reſurrectionem noſtram fore eſt neceſſarium; ergo non eſt miraculoſa: quia quod miraculoſum eſt per voluntatem, & ita non neceſſario. Item ſi reſurrectio Chriſti reſurrectionis noſtræ eſt cauſa, quia conſtat, quia eſt creatura; ergo reſurrectio noſtra eſt naturalis, quia naturale eſt quod habet cauſam in rerum natura. Præterea ſi eſt cauſa noſtræ reſurrectionis, & eam ſcimus, & quoniam eſt cauſa noſtræ reſurrectionis; ergo ſcimus reſurrectionem noſtram futuram, non ergo credimus Sol. Multiplex eſt ſuper hoc opinio. Quidam dicunt quod reſurrectio erit naturalis; alii quod imo miraculoſa; tertii quod erit quoad quid naturalis quoad quid miraculoſa. Primi ergo dicunt quod ſicut coſta Adæ habebat potentiam tantum materialem ut ex ea fieret mulier, & non potentiam activam, quia non erat in ea aliquid per quod fieret ex ea mulier. Similiter ante reſurrectionem Chriſti pulveres habebant potentiam materialem tantum ut ex eis fierent iterum corpora, ſed in reſurrectione Chriſti virtute ejus data eſt eis potentia ſive forma activa reſurgendi in corpora. Unde modo eſt neceſſarium reſurrectionem fore, quod non erat ante. Secundum alios qui dicunt quod imo miraculoſa erit, quod verius videtur nobis, dicendum quod reſurrectio Chriſti eſt cauſa motiva noſtræ reſurrectionis. Ex hoc enim quod Deus pater fecit filium ſuum reſurgere, mota eſt ejus liberalitas, ut nos

A faciat

Digitized by Google

▲ *a* Habitat] per gratiam. *b* Mortalia corpora] quæ mori poſſunt ita quod moriendi potentiam eis auferet. *c* Propter inhabitantem ſpiritum] per gratiam. Sed nonne & mali reſurgent? Et conſtat quod non propter inhabitantem ſpiritum, verum eſt. Sed loquitur hic Apoſtolus de reſurrectione quæ erit in præmium: non de reſurrectione malorum, quæ erit eis in pœnam. *d* Ergo fratres.] Hæc eſt ſecunda pars ex quo filius Dei venit, ut daret nobis legem ſpiritualem ea qua conſequimur gratiã, & reſurrectionis gloriam, ergo Sp. ſancto vel rationi. *e* Sumus debitores] quia quaſi locavit nos.

al. † ſpiritui.

C

Jeſum a mortuis, habitat *a* in vobis, qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtũ a mortuis, vivificabit, & mortalia *b* corpora veſtra propter *c* inhabitantem ſpiritum ejus in vobis. Ergo *d* fratres † debitores ſumus *e* non *f* carni, ut ſecundum carnem vivamus. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: *g* ſi autem *h* ſpiritu facta carnis mortificaveritis, *i* vivetis. *k* Quicumq; enim ſpiritu *l* Dei aguntur *m* hi ſunt filiĳ

f Non carni, ut ſecundum carnem vivamus,] deſideria ejus adimplendo, ſicut ſecundum civitatem vivit, qui ſecundum ejus conſuetudines vivit. *g* Moriemini] morte æterna. *h* Si autem ſpiritu facta carnis,] i. motus ejus. *i* Mortificaveritis vivetis,] quia hoc eſt vivere ſecundum ſpiritum.
k Quicumque enim.] Tertia pars eſt. *l* Spiritu Dei] i. per legẽ ſpiritualem. *m* Aguntur.] Animalia bruta proprie aguntur, homines ducuntur. Quia ergo ſpir. Dei non tantum oſtendit nobis quid agere debeamus, ſed & nos ad hoc ſtimulat, ſicut animalia, ideo dicit

Expoſitio Gloſſæ.

▲ faciat reſurgere cum illo, ſicut quando aliquis rex vel nobilis facit filium ſuum novum militem per hoc movetur, ut cum eo alios faciat, & hæc cauſa eſt voluntaria non neceſſaria. Ad illud: Scimus reſurrectionem Chriſti fuiſſe, &c. imo credimus etiam quod erit cauſa noſtræ reſurrectionis motiva. Qui hoc potuit, &c. corpora noſtra faciet impaſſibilia, videtur procedere a majori affirmando, quia corpus Chriſti magis ſanctificatum erat, & remotum a cauſa mortalitatis, i. a fomite, & ita longe magis ab incineratione quam corpora noſtra, magis ergo, & melius potuit reſuſcitari quam corpora noſtra. Cum ergo ex reſurrectione Chriſti noſtram infert, procedit a majori affirmando. Sol. Non infert a majori, ſed a ſimili, ſicut ſi anima Petri eſt immortalis, & quælibet anima, quia eadem ait cauſa immortalitatis in qualibet. Similiter eadem eſt cauſa in nobis reſuſcitandi, quæ fuit in Chriſto, ſc. quia meruimus in corpore ſicut ipſe. Unde juſtum eſt, ut remuneremur in corpore, quod non poteſt eſſe niſi corpora noſtra reſurgant, & eadem ratione reſurgent mali, quia demeruerunt in corporibus. Bene ergo ſequitur, ſi potuit reſuſcitare Chriſtum, quod & nos ſimiliter propter eandem cauſam reſuſcitabit, i. propter juſtitiam meritorum. Quæ modo ſunt, i. qualia, i. mortalia, i. neceſſitati moriendi addicta. Mortalia ait non mortua, quia mortuum corpus eſt quod neceſſe eſt mori, mortale quod poteſt mori. Ad innuendum ergo quod non tantum neceſſitatem moriendi removebit in reſurrectione, ſed etiam potentiam. Unde dicitur vivificabit mortalia corpora. Poterat mori ſi peccaret homo, ergo ante peccatum non debebat dici habere potentiam moriendi ex quo per peccatum habuit, quia mori potuit. Hic eſt enim modus loquendi, ſicut dicitur ille cæcus poteſt videre, ſi Deus reſtituit ei lumen, hæc tamen eſt falſa, ille cæcus poteſt videre. Sol. Non eſt ſimile, quia homo etiam ante peccatum habebat potentiam moriendi, niſi enim cibo ſuſtentaretur deficeret, & Dominus præceperat ei quod comederet. Unde quando indigeret ſi non comederet tunc peccaret, & neceſſitati moriendi ſubjiceretur. Dicendum ergo quod ly, ſi, dicit comitantiam, poterat mori ſi peccaret, i. dum peccaret moreretur, ut ſi nunquam comederet. Sed ponatur, quod non eſſet ei præceptum comedere, nunquam moreretur, ſi non comederet? Dicimus quod ſic, quia animale corpus habuit alimonia ſuſtentabile, ut dicit *Aug.* Animale eſt idem quod mortale. Aliter ſumitur animale, 1. *Cor.* 2. Animalis autem homo, &c. i. qui vivit ſecundum carnem, ſicut bruta animalia. Aliter etiam ſumitur 1. *Cor.* 15. Prius eſt quod eſt animale, i. alimonia indigens. Cum mortale hoc induet, 1. *Cor.* 1. Et hoc fiet non propter merita noſtra, imo juſtitia meritorum exigit hoc, ut remuneret corpora, in quibus non meruimus. Sol. Non propter merita principaliter, ſed propter Sp. ſanctum, & gratiam, & charitatem. Sed videtur quod imo eadem mortalitas remaneat, quia eadem eſt potentia vivendi numero, quæ modo eſt quia, idem numero vivens erit, ergo eadem ratione eadem mortalitas quæ modo eſt. Sed non ſequitur, quia mortalitas dicit naturalem impotentiam quæ habet rationem privationis, & diminutionis, nihil autem erit hujus potentia ibi. Utrumque liberatum a Chriſto, ergo corpus eſt liberatum a morte, & anima a morte peccati, quod falſum eſt. Et dicendum quod anima jam in effectu liberata eſt a morte peccati, corpus autem in cauſa ſive in ſpe. Quartus actus, i. ſtatus. In prima actione, i. in primo ſtatu. Ante legem nulla pugna. Hoc maxime apparet eſſe falſum. Sol. Ipſe appellat ſtatum innocentiæ, ſtatum ante legem, vel etiam ſtatum poſt peccatum uſque ad legem. & tunc dicitur nulla fuiſſe pugna in comparatione ad pugnam, quæ fuit in ſtatu legis, quia *ſup.* 5. Lex ſubintravit ut abundaret delictum, in tertia, i. in ſtatu gratiæ. Pugnamus, & vincimus, imo etiam vincimur modo in tempore gratiæ. Sol. Si vincimur jam non ſumus in ſtatu gratiæ, ſed legis, quia ut dicit *Aug.* ſicut quidam erant in veteri teſtamento pertinentes ad novum, i. ad tempus gratiæ, ſimiliter e converſo in novo teſtamento, quidam ſunt qui pertinent ad vetus teſtamentum, ut qui pugnant, & vincuntur. Quod ideo non ſubdebatur, quia ſuperiorem nobis Deum deſerueramus, ergo deſertio Dei fuit cauſa propter quam non ſubdebatur noſtrum corpus nobis, ſed utrumque horum eſt peccatum, ergo peccatum eſt cauſa peccati. Sol. Quia deſeruimus Deum non eſt cauſa peccati, ſed cauſa materiæ peccati, fomitis, & fuit cauſa meritoria, ut infligeretur fomes. Et ſpiritus patris eſt dictus ubi legitur, ſi, &c. Hoc non videtur, quia etiam filius ſuſcitavit ſeipſum, & filii eſt ſpiritus, ergo per hoc ſpiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum æque bene intelligitur ſpiritus filii ſicut ſpiritus patris. Sol. Cauſa vocis non habetur quod idem eſt quod ſpiritus patris, ſed cauſa convenientiæ ex quo enim nominatur hic ſpiritus ejus quod ſuſcitavit Jeſum, & ante nominaverat ſpiritum Chriſti, conveniens eſt, ut per hoc ſpiritus ejus, qui, &c. intelligatur ſpiritus patris. Et ponitur tale exemplum, ubi ſit proportio quatuor animalium ad quatuor Evangeliſtas, tribus proportionatis conveniens eſt, ut quartum animal leo ſc. proportionetur Marco. Vel ideo, quia ſi ly, ejus, veniret pro filio debuit dixiſſe ſpiritum ejus, qui ſuſcitavit ſeipſum, & non Jeſum. Sp. ſanctus non a ſeipſo, ſed ab illo, de quo procedit, i. a patre, & filio, ergo & pater, & filius eſt aliquis, quia ly, illo, vel, ly, quo, non ſupponit pro eſſentia, quia ſicut filius non generatur ab eſſentia, ita ſpiritus non procedit ab ea, quia ſicut eſſentia non generat, ita neque ſpirat. Sol. Quod dicit ab illo, i. a patre, & filio non dicit, ut per hoc velit quod ab aliquo, qui ſit pater, & filius procedat Sp. ſanctus, ſed ut notetur quod hæc vox, de quo procedit communis eſt utrique. Unde ſic exponi debet ab illo, i. a patre, de quo procedit Sp. ſanctus. Ab illo, i. filio, de quo procedit Sp. ſanctus, generationem ejus, *Iſ.* 53. ſecundum carnis voluptates, *inf.* 13. Curam carnis ne feceritis in deſideriis. Non dicit in neceſſariis, *Job* 39. Vocem exactoris non audit, i. carnis quæ eſt exactor quando quærit quæ ei non debemus, ut quando quærit ad voluntatem non ad neceſſitatem, nec illa, i. anima eſt pars Dei, quod dixerunt Manichæi. Et in hoc errore fuerunt, qui dixerunt quodlibet eſſe quodlibet. Unde & in litteris ſuis ſic mandabant: Idem ſibi ſalutem. Non ergo, ut ſecundum carnis delectationem vivat, unde *Eccl.* 33. Cibaria, & virga, & onus aſino, ita panis, & diſciplina, & opus ſervo, i. corpori noſtro. Ex ſenſibus corporeis vitia naſcuntur. Contra *Matt.* 15. De corde exeunt homicidia, adulteria, &c. Et iterum. Non quod intrat per os coinquinat animam. Dicendum quod ex ſenſibus naſcuntur occaſionaliter. Sic eſt intelligendum illud *Jer.* 9. Mors intravit per feneſtram, i. peccati occaſio. Et ipſas etiam concupiſcentias minuendo, non minui, quia quanto quis melior, & auſterioris vitæ magis tentatur. Sol. Maceratione minuuntur concupiſcentiæ, oratione, & conſideratione fragilitatis minuuntur cogitationes ſuperbiæ, inanis gloriæ, & invidiæ. Unde ſuper illud *Matt.* 17. Hoc autem genus dæmonii non ejicitur, &c. *Jer.* Jejunio ſanantur peſtes corporis, ratione peſtes mentis. Et *Pſ.* 34. Dum mihi moleſti eſſent, &c. Reguntur ſpiritu Dei non ſuo, principaliter, quia ſupra dixit vel ſpiritu noſtro, &c. Lege non adjuvante, ergo lex non juſtificabat, ergo opera legalia non erant meritoria, ſed iſtud intelligitur de operibus operatis non de operantibus. Nec eſt contrarium quod dicit *Ambroſ.* ſuper illud, *ſup.* 5. Mors regnavit ab Adam uſque ad Moyſen. Ibi dicit de lege, datum eſt hominibus remedium, quo poſſent liberari, & intelligitur remedium non curationis, ſed oſtenſionis, remedium curationis quoad opera operata. Via, i. per impulſum regitur ut recte agat. Unde in *Pſ.* 72. Ut jumentum factus ſum apud te, quaſi ſtimulare me debes, & regere, ut jumentum tuum. Vel non ex charitate faciendo. Argumentum eſt quod tenemur facere cum modo aut pro nihilo, & dicit non ex charitate faciendo, quod concedit una opinio,

▲ Alia

Digitized by Google

a malia, ideo dicit aguntur, & non ducuntur. *a* Filii Dei] & ſic oſtendit quem fructum habebimus ex ſpiritu, quoniam filii Dei ſumus per adoptionem. Quod oſtendit primo per naturam amoris. Servi enim eſt timere, & ex timore operari: filii autem amare, & ex amore facere omnia. Unde per hoc poteſt quilibet cogitare utrum ſit filius Dei. Dicit ergo: *b* Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis, i. donum ſervilis timoris quo ſerviatis

Dei. *a* Non enim *b* accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum *c* in timore, ſed accepiſtis ſpiritum *d* adoptionis filiorum *e* in quo clamamus *f* abba pater.

ex timore. *c* Iterum] non dicit quod alias acceperint donum ſervilis timoris, ſed quod illum donum datum fuit in tempore, i. tempore legis. *d* Spiritum adoptionis] i. donum per quod eſtis adoptivi filii Dei. Quod oſtendit. *e* In quo] per quem Sp. ſanctum. *f* Clamamus, abba pater] quaſi Deus eſt pater noſter, & nos ſumus filii ejus. Ponit autem, [abba] Hebræum, & [pater,] quod idem eſt, & ſumptum a patre Græco, ad innuendum quod tam Judæi, quam Græci, ſive Gentiles adaptantur in filios

a Dei. *a* Ipſe enim

Expoſitio Gloſſæ. A Alia dicit quod non tenemur ad modum. Et ſecundum eam dicendum eſt quod hoc dicitur hic ad innuendum quod aliter non valet ad vitam æternam quicquid facit homo niſi facit ex charitate. Et non dicit hic quod ex charitate teneamur facere. Qui vos invitos, &c. ſed qui inviti ſerviunt, ſerviendo peccando, ergo ſpiritus facit eos peccare. Sol. Hoc invite ſervire non dicit vitium, ſed quandam coactionem, unde non peccat qui ſic invite ſervit, ſed nihil meretur. Idem eſt ſpiritus, 1. *Cor.* 12. Ut Ægyptiis, *Ex.* 14. Spiritus iræ dicitur, non ſonat in motum iræ, ſed in vindictam. Aqua diviſa, *Ex.* 14. Quo in tabulis, *Ex.* 31. Spiritus libertatis, *Gal.* 5. Quibus impertitus ejus operæ, Quæ per dilectionem operatur. *Gal.* 5. Fides non eſſet in nobis, niſi diffunderetur in cordibus noſtris, de *ſup.* 5. ergo fides non eſt habitus acquiſitus. Et revera fides formata eſt habitus infuſus. Et eſt ibi argumentum quod naturalia non ſunt gratuita, ſed illi qui dicunt quod imo dicerent quod fides infunditur ſolum quoad perfectionem ſuam. Charitas autem Dei, &c. de *ſup.* 5. Non qua nos ipſe diligit, ſed qua nos facit dilectores. Sed charitas qua nos diligit eſt Sp. ſanctus, ergo charitas qua diligimus eum, & quæ eſt diffuſa in cordibus noſtris non eſt Sp. ſanctus, cujus oppoſitum dicebat magiſter. Dicebat enim quod licet fides, ſpes, & aliæ virtutes eſſent habitus infuſi, ſola charitas erat increatum quid. Et nota auctoritate quæ valde expreſſe eſt contra ejus opinionem, ſicut juſtitia, &c. Sed quod charitas ſit Sp. ſanctus, videtur 1 *Jo.* 4. Deus charitas eſt. Ibi *Gl.* Sp. ſanctus non eſt tantum dilectio qua Deus nos diligit, ſed qua diligimus eum. Sol. Sp. ſanctus eſt charitas qua diligimus Deum effective non formaliter ſuſtinendo magiſtrum, dicendum ſicut ipſe dicebat, quoniam licet charitas eſſet quid increatum, per illam tamen quandoque movetur homo, & ille motus appellatur charitas. Hoc modo ſumitur hic. Unus qui eſt in perfecta charitate, de 1 *Jo.* 4. Perfecta charitas, &c. Sed aut loquitur hic de perfectione charitatis, ſecundum modum patriæ aut ſecundum modum viæ. Sed ſecundum modum patriæ, non erit timor caſtus quia timor caſtus eſt timor ſeparationis; qui ut conſtat non erit in patria. Si ſecundum modum viæ, in illa charitate eſt timor reverentiæ, & pœnæ ſive initialis, quia dicit *Hier.* Quoties de die judicii cogito, toto corpore contremiſco. Conſtat enim quod perfectam charitatem habebat. Item *Hier.* ſuper *Job* 25. Quid faciet virgula deſerti cum concutietur cedrus Paradiſi, & intelligitur de timore reverentiæ. Sol. intelligitur de perfectione charitatis ſecundum modum viæ. Et notandum quod timor filialis, timor ſeparationis, & timor offenſæ ſunt una ſpecies, nec differunt niſi in accidente, & ſtatu. Quia objicit: Nonne in perfecta charitate eſt timor pœnæ ſive initialis, dicendum quod in perfectis non eſt proprie timor pœnæ oculus qui dirigat eos, ſed eſt quaſi ſtimulus, & incitativum, etſi enim non timeret pœnam, qui habet perfectam charitatem, adhuc tamen timeret ſeparari. Quo quamvis Deo credatus, non tamen in Deum. Ex quo videtur quod ſit infidelis. Item *Greg.* A me fide diſcrepat qui operibus non concordat. Sed omnis qui eſt in mortali eſt talis, ergo non credit in Deum. Et hoc verum eſt quod credere in Deum eſt diligendo in eum ire, & membris ejus incorporari. Unde nullus qui non habet charitatem credit in Deum, ſed tamen credit Deo, ſed ſecundum communem uſum loquendi pro eodem accipitur credere Deo, Deum, in Deum, nec debet dici infidelis, ut alibi determinatum eſt. Etſi bonum fiat, non tamen bene. Et hoc loco ſumitur, eſt bonum quo nemo bene utitur. Sed contra timor ſervilis eſt donum Sp. ſancti, ergo eſt bonus, ergo & ejus uſus bonus, vel ſi malus, & ipſe malus, ergo contingit bene uti eo. Sol. Revera quidam dicunt quod non contingit eo bene uti, quia ejus uſus eſt ceſſare a peccato ſolum timore pœnæ. Et dicit auctoritas quod vivit in eo voluntas peccandi, & procederet in opus ſi ſperaretur impunitas. Unde dicunt quod talis peccat, ſed dicendum quod imo non peccat, licet propter pœnam ceſſat a peccato, quamvis etiam aliter non dimitteret peccare, ſed talis non meretur unde facit bonum non bene, i. non meritorie. Nemo enim invitus bene facit. Unde *Eccl.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum, &c. Item 2. *Cor.* 9. Non ex triſtitia aut ex neceſſitate, hilarem enim, &c. *Gl.* Approbat, remunerat, non triſtem, non remurmurantem, qui enim dat ut tædio careat interpellantis, non ut manum replet indigentis, & rem perdit, & meritum; quicquid boni facis cum hilaritate fac, & tunc facis; ſi cum triſtitia facis, fit de re non ut tu facis. Secundum hoc ergo, qui recipit Epiſcopatum invitus peccat: dicitur tamen quod ſolus invitus eſt eligendus. Item auctoritas, nemo illius rei mercedem accipit quam invitus facit. Sed iterum ſecundum hoc, *Jer.* non meruit prædicando, quia invitus officium prædicationis recepit. Item *Ex.* 3. Moyſes invitus accepit officium liberandi populum Dei a ſervitute Ægyptiorum. Sol. Aliquis poteſt dici invitus tripliciter. Uno modo quando facit coactione effective non ſufficiente. Item facit remurmurando, & recalcitrando. His duobus modis intelligitur quod hic dicitur: Tertio modo dicitur invitus facere aliquid, quando facit quod ſecundum ſe non placeret ei, nec faceret illud niſi injunctum eſſet ei a Deo. Hoc modo fecit *Jer.* invitus, & Moyſes ſimiliter, & qui ſic invitus fit Epiſcopus, bene recipit Epiſcopatum, & mercedem accipit, duopus primis modis non. Eſt ſervus qui, & filius, ſecundum hoc ſumitur a ſervitio non a ſervitute. Per *Mal.* 1. Servus qui timet pœnam, ſecundum hoc ſumitur a ſervitute. Et quia de timoribus fit mentio, notandum quod timor ſervilis eſt timor experientiæ, ſicut ſi aliquis eſſet in nave fracta in mari timeret pericula expertus, ſic fluctus peccatorum intrant navem cordis ſervilis timentis. Timor initialis eſt timor conſcientiæ, ſicut qui eſt in nave integra videt tamen guttas aquæ intrare, ſic ille guttas aquæ intrare, ſc. venialia. Timor filialis eſt timor cautelæ ſicut qui eſt in nave omnino integra, timet tamen piratas. Item eſt quidam qui a Sp. ſancto, & non cum Sp. ſancto, ut timor initialis, & virtutes. Item eſt quidam qui nec a Sp. ſancto, ſed eſt cum eo ut veniale peccatum. Item quidam eſt, qui nec eſt a Sp. ſancto, nec eſt cum eo, ut mortale. Sic enim timor ſervilis non eſt cum Sp. ſancto. Sed contra: Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis. Iterum in timore. Et exponit *Gl.* de timore pœnæ, ſive de timore ſervili, & ſpiritus ſervitutis accipitur cum timore ſervili; ſpiritus autem ſervitutis eſt Sp. ſanctus, ut *ibid.* dicit *Gl.* ergo Sp. ſanctus accipitur cum timore ſervili, ergo Sp. ſanctus eſt cum timore ſervili. Sol. Licet ſpiritus ſervitutis ſit Sp. ſanctus quantum ad eum qui dat, non tamen quantum ad eum qui recipit. Et iterum ſpiritus ſervitutis in comparatione ad recipientem appellatur donum Spir. ſancti, quantum autem ad dantem ſumitur pro Spiritu ſancto. Item notandum eſt quod quidam timor qui eſt contra charitatem, ut mundanus, & humanus; & quidam ad charitatem, ut timor ſervilis; quidam in charitate, ut initialis; quidam nec præter charitatem, nec contra charitatem, ut naturalis. Præter naturalem timorem, quatuor timores, imo multo plures, quia non enumerat timorem humanum, nec timorem reverentiæ. Item *Jo. Dam.* aſſignat ſex ſpecies timoris, alias ab his ut videtur. Dicit enim: dividitur enim timor in ſex, in ſegnitiem, in erubeſcentiam, in verecundiam, in admirationem, in ſtuporem, in agoniam. Segnities eſt timor futuræ opinionis. Erubeſcentia eſt timor in expectatione convitii. Verecundia eſt timor in turpi facto. Admiratio eſt timor ex magna imaginatione. Stupor eſt timor ex inconſueta imaginatione. Agonia eſt timor pro caſu, ſc. per infortunium, nihil autem horum videtur eſſe aliquid illorum. Sol. Hic ſumit large mundanum timorem, ut comprehendat humanum. Mundano timore timet qui res ſuas timet amittere, & propter hoc faceret malum. Humanus timor pelli ſuæ, & propter hoc facit malum. Item quia timor reverentiæ annexus eſt caſto, intelligitur per ipſum. Ad aliud dicunt quod *Jo. Dam* loquitur tantum de paſſionibus, & referuntur ad timorem naturalem. Caſtum qui bonus eſt, ipſe enim nos generat filios, imo initialis. Sol. Filius quandoque *Gal.* 4. *Jer.* 1.

A dicitur

Google

A Dei. *a* Ipſe enim ſpiritus,] ut dictum eſt in *hac 3.p.cap.* probat quod hunc fructum conſequimur quod ſumus filii Dei, quod jam probavit per naturam amoris. Hic probat idem per prægustantiam hæreditatis æternæ, quæ nobis datur in præſenti. Et quia hæreditas tantum filiis datur, ſignum eſt quod filii ſumus, & hoc eſt Sp. ſanctus. *c* Reddit teſtimonium ſpiritui noſtro] i. generat in nobis prægustantiam æternæ dulcedinis, quæ teſtimonium æternæ hæreditatis quæ dabitur filiis ſolis. Et poteſt continuari ad

> *a* Ipſe *b* enim ſpiritus *c* teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quod ſumus filii Dei. Si *d* autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes *e* autem Chriſti, ſi tamen *f* compatimur ut *g* & conglorificemur. Exiſtimo *h* enim quod non ſunt condignæ paſſiones *i* hujus temporis ad futuram

D

ultimum. Dico quod Per ſpiritum clamamus: [Abba pater] quaſi certi quod ſumus filii Dei, & recte, *b* Enim] i. quia. *a* Ipſe, &c.] Sed ne credat quis quod parum eſt eſſe filium Dei, oſtendit quod imo magnum. *d* Si autem filii, & hæredes,] quia magnum eſt eſſe hæredes Dei in quantum eſt Deus. *e* Cohæredes autem Chriſti,] in quantum ipſe eſt homo. Sed quia quandoque habentes ſpem magnæ hæreditatis ſunt otioſi, addit: *f* Si tamen compatimur,] i. ad ſimilitudinem illius patimur, & non propter inanem gloriam vel vitam temporalem, ſed *g* Ut conglorificemur] Removet puſillanimitatem, & incitat ad magnanimitatem, quia ut dicit Seneca: Spes præmii ſcala eſt laboris. Et hoc eſt: *h* Exiſtimo] Minus dicit, & plus ſignificat, i. valde certus ſum. Et juvanda eſt ſignificatio ex modo probationis. *i* Hujus temporis] quas ſuſtinemus in hoc tempore.

A *a* Revelabitur] & vere dicitur qui habet gratiam gratum facientem, 1. *Jo.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Talem filium generat initialis timor. Dicitur etiam filius a ſtatu, quando habens charitatem quicquid facit, non facit niſi propter Deum, qui etſi nulla pœna eſſet, non tamen peccaret, ſed ſerviret propter ſe. Talem generat timor caſtus; & de tali fit hic ſermo. Alius autem quem generat timor initialis, etſi propter Deum facit principaliter, non tamen faceret ita attente forte, ſi non eſſet pœna. Clamor iſte cordis eſt non labiorum. Quid enim valet ſtrepitus labiorum, ubi mutum eſt cor? dicit *Aug.* Clamabat Moyſes, *Ex.* 14. Quid clamas ad me, vocem tamen exterius non proferebat. Suſanna clauſo ore labiis immotis clamabat, *Dan.* 13 Sed ibi habetur in textu expreſſe, exclamavit autem Suſanna voce magna, & dixit, &c. Et dicendum quod primo clamavit labiorum motu, & poſtea corde tantum. Et *Marc.* 14. Fortaſſe Dominus utrumque propter ſacramentum. Imo, ſine fortaſſe, utrumque enim dicit Marcus Dominum dixiſſe. Sol. Non eſt ſignum dubitationis an Dominus dixerat utrumque, an non, ſed an dixerat propter myſterium, *Eccl.* dubitabat, *Aug.* Vel Dominus clamabat abba tantum, & Marcus addidit pater, quaſi interpretando. Sicut illud *Matt.* 1. Emanuel quod interpretatum eſt, nobiſcum Deus. Et ſic non habet expreſſe determinatum quod Dominus utrumque dixerit, forte dixit tantum alterum. Fecit utraque unum, *Eph.* 2. Præponendo voluntatem Dei, *Marc.* 14. *Matt.* 26. Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Facit recognoſcere mentem noſtram, &c. quod filii Dei ſumus, ergo quod habemus charitatem, quia aliter non ſumus filii, ergo habens charitatem ſcit ſe habere eam. Ad idem *Gen.* 22. Nunc cognovi quod timeas Deum, *Gl.* Cognoſcere te feci, & loquitur de timore filiali, ergo ſcivit ſe habere charitatem. Item *Aug.* Si habes charitatem, interroga viſcera tua. Item ſit aliquis in nullo ſibi conſcius, & accedat ad Euchariſtiam, & firmo propoſito confitendi quodcumque ſibi peccatum veniat ad memoriam, conſtat ſi aliquis debet habere gratiam, ille habet, & ſcit ſe eſſe in tali ſtatu, ergo ipſe ſcit ſe habere. Item 2. *Cor.* 12. ubi loquitur de raptu Pauli, dicit *Aug.* Quædam ſunt quæ videntur non per imaginem quæ non ſit quod ipſa ſunt, ſed per ſui præſentiam, ut Deus, & charitas, & omnis affectio, ſed in habente charitatem eſt charitas per ſui præſentiam, ergo ab eo videtur, ergo ſcit ſe habere charitatem. Item *Job* 13. ſi juſtificatus fuero ſcio quod juſtus inveniar, quid apertius? Item 1. *Jo.* 4 In hoc cognovimus quia in ipſo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Sed quia nemo ſcit ſe habere charitatem. Probatio, quia *Job* 9. ſi venerit ad me, non videbo eum. Venit enim per gratiam in *eod.* ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea. In *eod.* Verebar omnia opera mea, ergo neſciebat ſe habere charitatem.

Item 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non juſtificatus ſum. Item *Jo.* 3. Spiritus ubi vult ſpirat, & neſcit, &c. Item *Eccl.* 9. Nemo ſcit utrum dignus ſit amore an odio. Item *Prov.* 20. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum? Sol. Duplex eſt ſcientia. Quædam certitudinis, ſecundum hanc nullus ſcit ſe habere, niſi ſit ei revelatum. Et eſt ſcientia experientiæ ſive conjecturæ, ſic poteſt ſcire ſe habere charitatem, & ad hanc ſcientiam intelliguntur omnes auctoritates, quæ videntur hoc probare. Aliæ autem quæ probant quod nullus ſcit, de ſcientia certitudinis intelliguntur. Ad illud *Aug.* ſi habes vides eam in corde, verum eſt, non tamen cognoſco utrum ſit charitas, quia video tantum in quantum eſt dilectio, ſed non video utrum ſuper omnia, & hoc eſt completivum charitatis. Remiſſionem cum Trinitas faciat, proprie tamen ad Sp. ſanctum, i. a proprietate, quia aliter pater vel filius non faceret remiſſionem peccatorum. Et valet ad quæſtionem illam, utrum Sp. ſanctus ſit amor proprie. Et poteſt dici quod appropriate ſicut hic oportet exponere, proprie, i. a proprietate. Unum corpus, &c. 1. *Cor.* 10. Unitas enim nos compaginat quam facit charitas, &c. & ſpiritus eſt qui vivificat, *Jo.* 6. ſed non vivificat niſi quod invenit compaginatum, ergo non vivit homo ſpiritualiter niſi per charitatem; ergo charitas prima eſt virtutum, non fides, nec primo vivificat fides, ſed charitas. Quid eſt ergo quod dicit *Abac.* 2. Juſtus autem ex fide vivit, imo ex charitate. Sol. Fides compaginat, & charitas, ſed fides primo, quia per ipſam eſt prima unio animæ ad Deum. Primo enim unitur anima Deo ſecundum intellectum quod fit per fidem; deinde ſecundum affectum, quod fit per charitatem. Quia ergo dicitur hic, niſi Sp. ſanctus invenerit membra compaginata non vegetat, verum eſt, & hæc compaginatio primo fit per fidem, & conſummatur per charitatem, & propter hoc attribuitur hic unitas charitati, ſed primo eſt per fidem, & ſtatim ut eſt compaginatio, eſt ibi vita, & ideo dicitur *Abac.* 2. & *Heb.* 10. & *Rom.* 1. Quia juſtus ex fide vivit. Ut amemus unitatem, *Eccl.* 25. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, &c. concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier ſibi bene conſentientes. Item dicitur, *Cant.* 4 Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in uno oculorum, i. in unitatem prælatorum tuorum. Propter viros congregatos, *Act.* 2. Super hanc ſocietatem, i. ad hanc deſignandam. Omnibus linguis, *Act.* 2. Teſtimonium filiorum, ideſt, quod ſunt filii. Signum paternum, quando datur charta de hæreditate æterna habenda. In quo, & cum quo beati erimus, quia videndo eum, bene erimus, *Jo.* 17. Hæc eſt vita æterna. Similes ei, 1. *Jo.* 3. Humanis legibus, *Hebr.* 9. Ubi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris. Nos tamen hæredes dicimur, etſi non decedat.

Unde hic hæres ſonat in parte ſignificationis, quia hæres proprie dicitur qui habet hæreditatem patre ſuo jam mortuo. Filii ſponſi, *Matt* 9. Ex parte cognoſcimus, 1. *Cor.* 13 Ut tunc non videatur per ſpeculum, quo veſtigium Trinitatis relucet in omni creatura. Vel donum intellectus. Item angelus duplicem habet intellectum in creatura. Paſſione decedens, a mundo in quantum homo. Pacem relinquo, *Jo.* 14. Chriſtus hæreditas ſuorum eſt, ſecundum quod paſcit. Ubi nos habemus, *Pſ.* 22. Dominus regit me, &c. alia tranſlatio habet, Dominus paſcit me, *Thr.* 3. Pars mea Dominus, dixit anima mea. Et *Pſ.* 118. Portio mea, &c. Item Dominus pars hæreditatis meæ. Ipſi hæreditas ejus, quia ipſe ſuos excolit, & augmenta ſicut homo hæreditatem ſuam excolit, &c. Ad ſimilitudinem ejus patimur. Unde *Matt.* 20. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum, *ſup.* 6. ſi complantati ſumus ſimilitudini mortis ejus, &c. 2. *Tim.* 2. Si compatimur, & conregnabimus. His vero qui non compatiuntur, dicitur *Amos* 6. Væ qui opulenti eſtis in Sion. Et *infr.* Et nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph. Neceſſaria eſt patientia, *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Paſſiones ſimul omnes non ſunt condignæ, i. ſufficientes ad promerendam futuram gloriam. Super hoc fundata eſt opinio illa quæ dicit quod nullus meretur vitam æternam ex condigno. Ad idem *Sap.* 3. In paucis vexati, in multis bene diſponentur. Item *Matth.* 25. Super pauca fuiſti fidelis, &c. Et conſtat quod non ſunt condigna multis. Item ſuper illud: Media nocte ſurgebam, &c. *Gloſſ.* Surgebam ad confitendum, ergo quidem inhians in illud bonum, quod eſt ſuper judicia juſtificationis tuæ, ideſt, quod non poſſunt mereri flagella quibus juſtificas.

Item: In judiciis tuis ſuperſperavi. Ibi Auguſtinus, quod præmium majus quam meritum eſt, ergo non eſt condignum meritum præmio. Item *Jo.* 1. gratiam pro gratia, ideſt, vitam æternam. Item ſuper illud *Iſa* 13.

A Omne

Expoſitio Gloſſ.

Digitized by Google

△ *a* Revelabitur,]& vere, quod probat. *b* Nam expectatio creaturæ] i. cujuſlibet ſancti viri qui creatura Dei dicitur, quia nihil habet niſi a Deo. Et conſtat quod non fallatur. *c* Revelationem filiorum Dei expectat.] i. gloriam filiorum quæ in die judicii manifeſtabitur etiam malis, non ut habeant; ſed ut quia amiſerunt eam, doleant. Et nota quod geminavit expectationem, ad oſtendendum quod aſſidui ſint, & intenti ad illud quod expectans. Vel ſic: *b* Expectatio creaturæ,] i. creaturæ aliæ

gloriam quæ *a* revelabitur in nobis. Nam *b* expectatio creaturæ *c* revelationem filiorum Dei expectat. d Vanitati *e* enim *f* omnis creatura ſubjecta eſt non *g* volens, ſed *h* propter eum qui ſubjecit eam in ſpe,

ab homine expectantes factæ propter hominem, propter quod in creatione mundi ultimo formatus eſt homo. *c* Revelationem filiorum Dei expectat,] tanquam tendens ad optimum, finis ſc. ut cum eo melioretur. *d* Vanitati ſubjecta] Ut dictum eſt Apoſtolis intendit probare quod ſequentes legem ſpiritus, erunt filii Dei hic per gratiam, in futuro per gloriam. Et jam probavit hoc per naturam amoris, i. per prægustationem æternæ dulcedinis quod ſolum filiis dabitur, tertio per naturalem appetitum æternæ beatitudinis qui non fallitur. Unde dicit: [Expectatio, &c.] Hic autem oſtendit rationem propter quam eſt hæc expectatio. Et legitur hoc dupliciter. Primo ſecundum quod per creaturam intelliguntur tantum boni, ſic crede quod boni expectant, &c. & non ſine cauſa. *e* Enim,] i. quia. *f* Omnis creatura] i. omnes boni. [Vanitati] eſſentia ſua corruptioni, & pœnæ, non vanitati culpæ mortalis, tamen vanitati culpæ venialis. *g* Non volens] naturaliter. *h* Sed tamen patienter ſuſtines { propter eum in ſpe,] liberationis ab illa corruptione. Unde ſeq.

△ *a* Quia & ipſa

Expoſitio Gloſſæ. A Omne cor hominis contabeſcet, & conteretur, dicit *Hier.* quod nullum opus Dei juſtitia reperit dignum. Sed juſtitia Dei conſtat in duobus, in punitione malorum, reſpectu cujus multæ opera inveniuntur digna juſtitia Dei. Conſiſtit etiam in remuneratione bonorum, ergo nullum opus bonorum reperietur dignum juſtitia Dei, i. remuneratione præmii. Item 2. *Pet.* 3. Unus dies apud Dominum ſicut mille anni, *Gloſſ.* Mille anni laboris non ſufficient ad vitam quam unus dies, hoc nihil eſſet dictu niſi innueret quod nullus labor ſufficit ad merendum vitam æternam. Sed contra, *Matt.* 20. Conventione autem facta ex denario diurno, i. vita æterna, ſed facta conventione ex pacto determinato tenetur ad reddendum completo opere quod meruit, ergo Deus tenetur nobis dare vitam æternam, quia meruimus ſecundum pactum quod facit nobiſcum. Item ſuper illud *Ezec.* 6. Secundum viam eorum faciam eis. Ibi *Hier.* Peccatoribus reddit juxta vias ſuas, ſed in ſanctis modum excedit clementiæ, ergo ſuper illud quod mereretur in condigno; ergo aliquid meruerunt ex condigno, & nihil meruerunt niſi vitam æternam, &c. Item Dominus pronior eſt ad remunerandum quam ad condemnandum, & quædam computat digna punitione, ergo ſimiliter quædam digna remuneratione. Sol. Super hoc duæ ſunt opiniones. Quidam dicunt quod nullus meretur vitam æternam ex condigno. Nam tribulationes, & quæcumque patimur vel ſuſtinemus, non ſunt condigna proportione, intentione nec duratione, hoc patet ſic ſumendo condignum. Alii ſunt qui dicunt quod imo ex condigno, & dicunt quod condignum importat tria, conventionem, dantis liberalitatem, ſervitii qualitatem. De conventione, *Matt.* 20. De dantis liberalitate, *Eſth.* 1. Vinum quoque magnificentia regia dignum erat abundans, & præcipuum ponebatur. Et de hac tale ponitur exemplum, ſi raſor radas pauperem, ſufficit quod det ei obulum, ſi autem Regem vel Epiſcopum non ſufficit ei denarius propter dantis perſonam. Servitii qualitas conſiſtit in duobus, ut ſerviat Deo propter ipſum, & quod levet ſe ſuper ſe, ſicut dicitur, *Thr.* 3. Et ex hoc juſtum eſt ut ſupra ſe, & ſupra illud quod habet remuneretur a Deo. Per hoc autem patet quod ſolet objici; quoniam meremur gratiam, quia Dominus fecit nobiſcum conventionem, de illa Dominus, *Zach.* 1. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos, i. præparate vos, & dabo vobis gratiam. Sic ergo meremur primam gratiam, ſed non ſequitur, quia non eſt ibi ſervitii qualitas, quandiu enim eſt aliquis ſine charitate, quodcumque boni facit non ſervit Deo, ſed ſibi, & ideo nihil meretur apud Deum. Omnes ergo illæ auctoritates quæ videntur probare quod nullus meretur vitam æternam ex condigno, intelliguntur ſecundum quod condignum importat proportionem, intenſionem, & durationem. Aliæ quæ ſunt ad oppoſitum intelliguntur ſecundum quod condignum importat conventionem, dantis liberalitatem, ſervitii qualitatem. Tribulatio namque eſt cum fine, merces ſine fine, multo major gloria quam labor. Sed eadem ratione delectationes non ſunt condignæ ad promerendum pœnam æternam, quia ſunt cum fine, pœna ſine fine, & multo major erit, ergo nullus meretur ex condigno pœnam æternam. Sed contra *Hier.* Peccatoribus reddit juxta vias ſuas. Ad hoc dicunt quod æternaliter debet puniri, quia quantum eſt in ſe æternaliter peccat, & peccatum ejus quantum in ſe eſt, æternum eſt. Sed dicendum eſt quod meretur pœnam æternam ſimpliciter ex condigno. Nam quodlibet peccatum mortale ſecundum proportionem in infinitum magis malum eſt quam pœna æterna, quia in quolibet mortali irrogantur Deo infinitæ contumeliæ ſecundum intentionem, quoniam ipſe, qui in infinitum bonus eſt per mortale dimittitur pro finito viliori. Item in quolibet mortali fit venditio, & contractus inter hominem, & diabolum, & licet fiat in momento, tamen jus perpetuum remanet emptori Et de hoc tale ponitur exemplum quod in momento poteſt aliquis cadere in foveam, ſed non poteſt in momento exire. Quam oculus non vidit &c. *Iſ.* 64. Revelabitur bonis, & malis, in judicio, non in quantum Deus, ſed in quantum homo. Sed poſt dicetur illud *Iſ.* 26. Alia litera: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Per filium qui non poteſt appellari creatura, Contra dicit magiſter Hugo de S Victore. Fit creator creatura. Sed intelligendum eſt hoc, quia hic dicitur cum præciſione. Nondum apparet, 1. *Jo.* 3. Similes ei erimus. Contra, Deus quis ſimilis tibi? q.d. nullus. Sol. Eſt ſimilitudo gratiæ qua ſumus ei ſimiles, & gloriæ qua erimus ei ſimiles, & eſt ſimilitudo æquiparantiæ qua nulla creatura eſt ei ſimilis. Diſtincte ergo, l. valde bene. Dum facta carnis, *ſup. eod.* Patientiam ſuſtinemus, *Joc.* 5. ſecundum adoptionem, i. gratiam in pœnitenti. Secundum quam futuri ſumus, l. ſecundum gloriam ſive hæreditatem æternam. Quando apparebit, 1 *Jo.* 3. Expectatio cœlorum, i. præparatio. Cauſa filialis omnium. Et poteſt expectare, quia non amat vana ergo, qui amat vana non poteſt expectare. Valde ergo pauci poſſunt expectare, quia paucilſimi ſunt qui non ament vana. Sol. Qui non amat vana, i. qui amore non inhæret propter ſe, ſed propter uſum diligit. Quæ, i. qualia, ſc. vana non amans, *Eccl.* 5. Qui amat divitias, fructus non capiet ex ipſis. Vanitas vanitatum, *Eccl.* 1. Eſt autem triplex vanitas, ſcil. vanitas mutabilitatis, vanitas mortalitatis, vanitas iniquitatis. Et hæc triplex, vanitas voluptatis, curioſitatis, cupiditatis. Et quia homo omnibus his vanitatibus ſubjectus eſt, ideo dicitur, univerſa vanitas, & vanitas vanitatum. Tenere non poſſunt ex ſe. Corruptio ergo ipſa eſt vanitas, i. ex ea, ergo omnia corruptibilia in quantum corruptibilia, ſunt vana: Contra *Aug. in lib. de vera relig.* Tolle itaque vanitates, & nulla erit vanitas, ſed vanitates factæ ſunt per peccatum, ergo ſi homo non peccaſſet nullus eſſet vanitans, & ita nulla vanitas, multa tamen eſſent corruptibilia, quia adhuc eſſet generatio, & ubi generatur unum, corrumpitur alterum, ergo non omnia corruptibilia in quantum corruptibilia ſunt vana. Sol. *Aug. ibi*: loquitur de vanitate deceptionis, ſicut quando quis videt exterius nucem, credit eam eſſe bonam, frangens invenit vacuam, & ſic dicit eam eſſe vanam, Similiter, vana dicitur res quæ hominem decipit. Quia autem de tali vanitate intelligat, *Aug.* patet per hoc quod ſubdit ibi. Si quis remum in aqua frangi opinatur, & cum inde aufertur reintegrari, non malum habet internuncium, ſed malus eſt judex, internuncium appellat ſpeciem relictam in oculo.

Sic ergo patet quod homo male vivendo res facit ſibi vanas hujuſmodi vanitate. Quaſi, i. qualis erit in futuro qui modo tantum creatura, i. nondum recreatus vel glorificatus. Sed non ſponte fert pœnam peccati, imo videtur quod voluntarie, ſicut originale dicitur voluntarium non voluntate conjuncta, ſed amota, quia fuit ex peccato Adæ quod fuit voluntarium, ſed pœna ſecuta eſt peccatum Adæ ſicut, & originale, ergo voluntaria debet dici ſicut, & originale. Sol. Non eſt ſimile, quia Adam voluit peccare, ſed non damnari, vel puniri, & ideo peccatum ſequens dicitur voluntarium, non autem pœna.

Tamen poteſt dici, quod originale dicitur voluntarium improprie, & improprietates non ſunt extendendæ. Peccati vero pœna eſt quod ſubjicitur fallaciæ, ergo fallacia ſive error, eſt pœna peccati. Contra Adam potuit decipi ante peccatum, quia non ſciebat omnia, ergo potetat credere de falſo quoniam verum, & e converſo.

Item bonum, vel apparens bonum non movet appetitum niſi prout cadit in æſtimatione, ergo Eva antequam appetut eſſe ſicut dii, æſtimavit hoc eſſe bonum, ergo

△ ante

A. a Quia & ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis,] i. a corruptione, propter quam ſumus ſervi. Eo enim quod ſumus corruptibiles oportet quod ſerviamus neceſſitatibus corporis. b In libertatem.] Ita liberabitur quod conſequetur libertatem a ſervitute peccati in præſenti, & libertatem a corruptione in futuro.

quia & ipſa a creatura liberabitur a ſervitute corruptionis b in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim d quod omnis creatura e ingemiſcit, f & parturit g uſque adhuc. Non ſolum autem illa, h ſed & nos ipſi primitias Spiritus habentes, & ipſi i intra nos gemimus, k adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis noſtri.

Vel per hoc (creatura) intelliguntur boni, & mali, & præcipue mali, & tunc ſumitur nomen creaturæ deſpective. In hoc enim quod dicit creatura tantum, innuitur quod non eſt recreata, ſed tantum habet naturalia quæ ſunt minora bona; bona autem gratiæ ſunt majora bona; bona gloriæ maxima. Et hoc eſt, creatura, i. homo. [Subjecta eſt vanitati,] culpæ. [Non volens,] quia ſemper recalcitrat ratio, ſed tamen ſuſtinet patienter. [Propter eum qui ſubjecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis,] culpæ.

c Scimus enim,] tanquam experti. d Quod omnis creatura,] i. homo. e Ingemiſcit,] i. cum magno gemitu deſiderat liberari. f Et parturit,] cum dolore facit quod facit. g Uſque adhuc,] i. in præſenti; vel quamdiu poteſt dici adhuc, quod ſemper poteſt dici in hac vita, in qua deeſt ſemper aliquid. Vel, [omnis creatura,] univerſaliter. Et eſt probatio a minori, quia ſi inanimata, & irrationabilia appetunt ſuam liberationem a corruptione; ergo multo magis homo. g Non ſolum autem] Poſſet aliquis dicere quod ſic appetunt, eſt ex errore ſpiritus, & imaginis: reſpondet quod non, quia non ſolum illa. h Sed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes.] In hoc notantur tria. Primitiæ de melioribus bonis erant, & primo dabantur in abundantia, q. d. nos Apoſtoli qui habuimus ſpiritum, ſcilic. abundantius quam alii, & prius etiam meliora chariſmata.

i Intra nos gemimus,] non ſolum propter moleſtias corporis, ſed quia ſuſpiramus ad æternam beatitudinem. Nos [Dico expectamus] ſecure. k Adoptionem filiorum Dei,] ideſt, [redemptionem corporis,] ideſt, ut corpus redimatur a corruptione, cui ſemper ſubjacet, dum eſt in mortali vita.

A Spe enim. Probat

Expoſitio Gloſſ. A anta decepta fuit quam peccaſſet: illa ergo deceptio non fuit pœna peccati. Et hoc argumentum ex *Gloſſ.* ſecundum quoſdam, qui dixerunt quod ſicut in B. Virgine poſtquam facta eſt reparatio, primum fuit fidelitas, ita in Eva primum fuit peccatum infidelitas, ſive error; ſed contra ineſſe hoc primum eſt rationabilis creaturæ malum, i. privatio boni: deinde etiam nolentibus ſubintravit ignorantia rerum agendarum, & concupiſcentia noxia, cum quibus comites ſubintraverunt error, & dolor, prius ergo peccavit homo, & Angelus quam ſubintravit error, & verum eſt, quia peccati pœna in fallacia. Non fuit ergo infidelitas primum peccatum, quod verum eſt; nec poſſet credere Adam de falſo, quoniam verum, & e converſo: niſi prius peccaſſet, ſciebat enim omnia ſubjecta, ad quæ poterat attingere cognitio hominis: ſi autem judicaret de illis quæ erant ſuper rationem ſuam, ita peccaret. Ad illud, non appetitur bonum, vel apparens bonum niſi prius æſtimatum. Dicendum quod imo ſtatim appetiit homo, & Angelos ſine prædeliberatione, & etiam modo quilibet ſine præcedenti deliberatione poteſt appetere. Signaculo amiſſo, i. ſimilitudine ejus quæ conſiſtit in gratuitis: fit imago per relevationem, & depreſſionem partium; inde color imprimitur, & ſic ſignificat imaginatio. Remanſit creatura, i. naturalia. Sed quia omnis creatura eſt corporalis, vel animalis, vel ſpiritualis; ergo corporalis, non eſt animalis in homine; ſed corporalis eſt vegetativa animalis, ſenſibilis; ergo vegetativa non eſt ſenſibilis in homine. Contra dicit *Aug. lib. de diffinit. Eccleſ. dogm.* Neque duas animas dicimus eſſe in uno homine, ſicut quidam Syrorum dicunt: Unam animalem qua animatur corpus quæ commiſta ſit ſanguini, & alteram ſpiritualem quæ rationi miniſtret; ſed dicimus unam eſſe eamdemque in homine, quæ, & corpus ſua animalitate vel ſenſualitate vivificet; & ſemetipſam ſua ratione diſponat, & ſic eadem eſt animalis, & ſpiritualis in homine, quod verum eſt, ſed diſtinguuntur diverſis officiis. Unde hæc diviſio eſt ſubjecti in accidentia quantum ad ipſum hominem, quantum ad alia eſt in ſpecies, in quibus alia eſt ſecundum ſpeciem animalis, quæ & ſpiritualis & corporalis, ſive vegetativa. Omnis creatura, ſed non tota, i. non quælibet ejus pars. Semper in hoc nova eſt.

Unde *Pſal. 76.* Nunc cœpi. Et alibi, *Pſal. 37.* Tota die contriſtatus ingrediebar, *Jerem. 3.* Patrem me vocat, & poſt me ingredi non ceſſabit. Unde *Hier.* Gloria virorum perfectorum eſt principium, *Eccl. 18.* Cum conſummaverit homo, tunc incipiet. Pro irriguo, *Jud. 1.* & *Joſ. 15.* In ſinu Abrahæ, *Luc. 16* i. in requie, in qua eſt Abraham, per ſimilitudinem: ſicut ſinus maris dicitur locus in quo ſunt naves in quiete. Dolere deſinit, ergo illi qui ſunt in ſinu Abrahæ, i. in limbo non dolent. Ad idem, *ſup. 3.* ſuper illud: In ſuſtentatione Dei, &c. *Gl.* Iſti juſti qui præceſſerunt Chriſti adventum, in Inferno tenebantur uſque ad paſſionem; ubi nec pœnis opprimebantur, nec tamen Deum videbant. Sed contra ſuper illud, *Act. 2.* Solutis doloribus Inferni, *Gloſ.* Pater quod per deſcenſum ejus liberati ſunt a locis inferorum, quos etiam licet in ſinu Abrahæ, i. in conſolatione quieti eſſent; a dolore tamen mortis ſive Inferni ſoluti non erant: ergo dolebant. Ad idem ſuper illud *Zach. 9.* Convertimini ad munitionem vincti ſpei, *Gloſſ.* i. habitationem Paradiſi ut pro brevi tribulatione, æterna recipiatis munera. Sol. Non habebant pœnam materialem. Sed ſicut dicitur in *Prov. 13.* Spes quæ differtur, affligit animam. Illi autem ſancti Patres ſpem habebant vitæ æternæ, ſed quia differebatur eis, affligebantur, & hoc appellatur dolor in *Gloſ.* ſuper Actus. Habentes primitias ſpiritus, *Prov. 3.* De primitiis frugum tuarum da pauperibus, *Gl.* De poſterioribus bonis, *Exod. 25.* Obtulerunt primitias ad faciendum tabernaculum. Ideſt, Spiritum ſanctum, & tempore prius. Imo Abraham, & alii ſancti Patres prius habuerunt Spiritum ſanctum. *De pœn. d. 4. c. hanc ſocietatem.*

Sol. Prius aliis de quibus fit hic ſermo ut prius etiam tempore, ſigno notabili. Ut corpus etiam beneficium adoptionis accipiat, ideſt, quatuor dotes. Et ex omni parte filii Dei ſint, ideſt, corpore, & anima. Sed ſancti modo expectant has eaſdem dotes: quare ergo non eſt in eis motus ſpei? Sol. ſuper illud *ſup.* Spe enim ſalvi. Spes enim, & motus ejus non tantum ejus quod futurum eſt, ſed etiam non viſi, & ideo expectatio dotium eſt nobis ſpes; ſanctis autem qui ſunt in patria non, quia vident illas ac ſi jam eſſent in corpore. Unde expectatio illa in ſanctis, qui ſunt in patria, eſt motus viſionis non ſpei; expectatio autem qua expectamus alii a nobis vitam æternam, fidei eſt. Unde idem eſt, quod credimus eos habituros vitam æternam. Unde *Aug. in Ench.* Spes de propriis bonis, fides autem de alienis. Reformatum, *Phil. 3.* Ut ipſum corpus redimatur; ergo iterum dabitur pretium pro redemptione. Sed dicendum, ut liberetur a morte per pretium jam datum. Quod prius emptum fuit, *1. Petr. 1.* Empti eſtis, *1. Cor. 6.* Miſeriam mortis. Sed ſic approbetur, i. exponatur. Angeli, etſi nos adjuvent, ſcil. ſine dolore agere credendi ſunt, ne miſeri æſtimentur. Sed contra dicit *Bern.* Etſi impaſſibiles non minus tamen compaſſibiles, ſed quomodo poſſunt compati niſi doleant? Item *Aug. in lib. de nat. boni.* In anima ergo facit dolorem, voluntas reſiſtens poteſtati majori, ut quando volo aliquid quod non poſſum facere; ſed Angeli multa volunt quæ ne fiunt. Unde patet *Dan. 10* ubi dicitur: Angelus Perſarum reſtitit mihi, &c. ergo Angeli dolent; vel dicas mihi quare talis reſiſtentia faciat dolorem in anima, & non in Angelis? Quod autem non doleant Angeli, patet per illud, *Aug. in lib. de vera relig.* Quid autem eſt dolor, qui dicitur animi, niſi carere rebus mutabilibus quibus fruebatur, aut frui ſe ſperaverat? ſed ſancti Angeli nunquam fruuntur rebus mutabilibus, nec ſperant ſe poſſe frui; ergo nunquam dolent, quod verum eſt; tamen nobis compatiuntur: ſicut Chriſtus Judæis infidelibus compatiebatur, non tamen patiebatur in hoc, vel non dolebat ſecundum rationem; ſi enim vellet eos non deſtrui, poterat eos liberare. Similiter etſi Angelus Judæorum vellet eos liberari, quia voluntas ejus non erat ſimplex, ſed conditionata, ut liberati meliores fierent, unde non doluit, quia non fuerunt liberati, videns enim quod non liberabantur, ſtatim pepercit quod propter bonum erat, quorum liberationem non volebat niſi propter hoc, unde & tunc noluit eos liberari ne miſeri efficerentur. Sed Chriſtus doluit; ergo miſer fuit. Sol. Si habuiſſet tantum rationem, & doluiſſet, miſer fuiſſet, ſed doluit in corpore ſecundum ſenſualitatem. Quia de ſummis, & excellentibus Angelis nefas eſt dicere quod ſubjecti ſunt.

Sed contra *Aug. in lib. de nat. boni.* Omnia quæ fecit quia de nihilo fecit, mutabilia ſunt: ergo Angeli ſunt mutabiles: ergo vanitati ſunt ſubjecti. Unde: Mutanturque ſpiritus iniquitate, & corpora mutabilitate. Sol. Eſt vanitas eſſentiæ qua omnia vana ſunt. Unde Angeli ſi relinquerentur propriæ naturæ, redigerentur in nihilum. Juxta illud, *Platonis*

♠ a Spe enim] Probat per naturam ſpei quod ſi habemus legem ſpiritus, filii Dei ſumus. Dico expectamus, quia hoc idem ſperamus. Nota quod ſpes aliquando pro re ſperata, aliquando pro habitu quo ſperamus, aliquando pro ſpei motu ponitur. [Spe enim] i. motu ſpei. b Spes autem] i. res ſperata.

a Spe enim ſalvi facti ſumus. b Spes autem c quæ videtur d non eſt ſpes. Nam quod videt quis quid ſperat? e Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus. f Similiter autem, & Spiritus g adjuvat h infirmitatem noſtram. i Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus; k ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis l gemitibus m inenarrabilibus. n Qui autem ſcrutatur corda; o ſcit p quid deſiderat Spiritus, q quia r ſecundum ſ Deum poſtulat pro t ſanctis,

c Quæ videtur, &c.] Unde ſpes eſt eorum quæ non videntur, ut de vita æterna quam habebant filii Dei, & nos ſpe jam eam habemus; ergo filii Dei ſumus. d Non eſt ſpes,] i. non eſt ſubjecta virtuti ſpei. e Si autem, &c.] ergo qui patienter non expectant, non ſperant quod non vident. f Similiter autem, & ſpiritus] Idem oſtendit per naturam petitionis; quia Spiritus ſanctus docet nos petere vitam æternam. g Adjuvat] in expectando. h Infirmitatem] propter quam non poſſumus capere ea ad quæ creati ſumus, nec pervenire ad ipſa. Adjuvat dico quod neceſſe eſt. i Nam quid, &c. oportet] orati [neſcimus.] k Sed ipſe, &c.] i. nos poſtulare facit. l Gemitibus,] quia facit nos gemere. m Inenarrabilibus,] quia de re inenarrabili, vel quia extra non poſſumus enarrare illos gemitus pro dilatione, & deſiderio patriæ; ſicut quando magnus dolor ſolo gemitu oſtenditur. n Qui autem, &c.] Non ſolum facit nos Spiritus ſanctus orare, ſed etiam inſtruit nos, & docet quid petere debeamus. [Qui autem ſcrutatur corda,] & ita ſcit gemitus illos inenarrabiles. o Scit,] i. facit nos ſcire. p Quid deſiderabat,] id eſt quid deſiderare debeat. q Spiritus] noſter. r Quia poſtulat,] id eſt facit poſtulare ipſos ſanctos. t Pro ſanctis] pro ſeipſis illud, quod eſt, ſ Secundum Deum,] id eſt Deo beneplacitum.

♠ Scimus autem

Expoſitio Gloſſa. A Natura quidem corruptibilia, voluntate autem mea incorruptibilia. Item eſt vanitas corruptibilis ſecundum quod ejus principium eſt contrarietas: hoc autem modo, tantum illa, quæ ſunt ex quatuor elementis, vana ſunt, & corruptibilia, & huic vanitati, & corruptioni ſubjectos eſſe Angelos ſanctos nefas eſt dicere. Omnis in homine liberabitur etſi non in omnibus homo; hoc videtur falſum, quia etiam mali a corruptione liberabuntur, quia erunt incorruptibiles. Sol. In eis remanebit corruptio paſſibilitatis, ut ſitis, & eſuries, & hujuſmodi; ſed non corruptio conſumptionis. Unde ſemper & corrumpentur, & erunt incorruptibiles; ſemper morientur, & erunt immortales. Quamdiu poteſt dici, i. uſque adhuc, ſic inf. 11. ſuper illud? Uſque in hodiernum diem, Gloſſ. Quamdiu poterit dici hodierna dies. Similiter & hic quamdiu poteſt dici uſque adhuc, i. in præſenti vita: adhuc enim dicitur, ubi reſtat aliquid, ſed poſtmodum habebit quilibet quod debet habere. Unde ibi non poterit dici adhuc quamdiu legitur, vel hic degitur. Sol & Luna non ſine labore ſtatuta ſibi implent ſpatia. Sed quid eſt hoc, quomodo laborant? Solut. Labor eſt proprie inanimato, & ſenſibili, ſed dicitur hoc, quia ſi motus Solis eſſet in ſenſibili, eſſet cum labore; quod eſt cauſa noſtri unde quieſcent nobis aſſumptis, & ideo diligenter nos paremus, quia poſt diem judicii non movebuntur Sol, & Luna, nec etiam firmamentum. Habac. 3. Sol & Luna ſteterunt, i. ſtabunt in habitaculo ſuo. Spem enim Gloſſ. quaſi, dixi quod expectamus non indiffidenter, nam certi ſumus. Spe, ſc. quia vel quaſi. Unde ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis, & gratia provenient. Solet autem quæri, cujus ſit proprie hæc certitudo: Et videtur quod fidei; quia nullus poteſt certificari de futura beatitudine, niſi per fidem vel revelationem; ergo certitudo hæc quæ ſpei attribuitur cum non ſit per revelationem, fidei eſt propria; quomodo ergo ſpes denominatur ab eo quod eſt fidei? Sol. Cum dicitur ſpes eſt certa, &c. h (certa) ponitur tantum privative, i. ſpes eſt expectatio non diffidens. Vel dicendum quod aliquid ponit; tamen privat per conſequens ambiguitatem, dubitationem, & diffidentiam, & eſt fidei primo, ſecundario ſpei, & denominatur ab eo quod eſt proprie, & primo fidei, quia generatur ex fide: Ex hoc enim quod quis credit Deum ſumme largum, ſperat vitam æternam ab eo, & in hoc delectatur. Unde infr. 12. Spe gaudentes. Nota quod cum dicitur ſpes eſt certa expectatio, &c. intelligitur de certitudine conjecturæ, & experientiæ. Spe quaſi quodam merito non ſimpliciter. Quæritur quare dicatur quaſi quodam merito: ſicut enim ſimpliciter meremur credendo, & diligendo ex charitate, ita & ſperando; vel dicas propter quid non. Solut. Poteſt dici, h (quaſi) expreſſivum veritatis, ſicut Matth. 3. Spiritus ſanctus deſcendit in eum quaſi columba. Vel dicendum quod ſicut quando aliquis ſerviens alii a quo expectat magnam remunerationem, non videtur ei ſervire, ſed ſibi: Similiter quia magnam remunerationem expectamus a Deo, potius nobis, quam ipſi ſervimus; ipſe tamen reputat ſervitium illud in meritum. Et nota, quod meritum rei conſtat in hoc, quod a ſolo Deo, ex operibus noſtris expectamus remunerationem, & talem remunerationem quam nec oculus, &c. Ideo dicit nos eſſe ſalvos ſpe, quia nondum res eſt.

Videtur quod falſum ſubſit ſpei in eo, qui habet charitatem, cum præſcitus eſt, ex quo habet charitatem, habet ſpem, ergo ſperat ſe habiturum vitam æternam, & conſtat quod non habebit, ergo ſperat falſum.

Sol. Nullus ſimpliciter ſe ſperat habiturum vitam æternam, ſed ſub conditione ſi perſeveraverit uſque in finem; ſi autem ſimpliciter ſperat, præſumptio eſt, non ſpes. Sed tunc reſtat quærere, quare ſimpliciter motus fidei vel charitatis non eſt ſub conditione? Propter hoc dixerunt alii, quod ſpei non ſubeſt verum, vel falſum, quia eſt tantum de re incomplexa, fides autem eſt de enunciabilibus. Spes autem eſt, i. res ſperata. Similiter Sap. 3. Spes illorum vacua eſt, i. illa quæ ſperant, non eſt ſpes, i. non eſt ſubjecta ſpei virtuti, ſicut ſumitur, Sap. 3. Spes illorum immortalitate plena eſt. Spei virtuti quæ non eſt niſi de non apparentibus, Hebr. 11. Contra Act. 7. Stephanus vidit cœlum apertum, Gloſſ. Non per elementorum reſerationem, ſed per ſecretorum revelationem; ergo videbat illa: ergo non ſperabat illa, nec etiam fidem habebat de illis. Item fides eſt de inviſibilibus ſicut ſpes; tamen credebant Apoſtoli Chriſtum pati quem videbant propriis oculis. Item Apoſtolus in raptu, nonne fidem habebat, & ſpem? Sol. Spes eſt tantum de inviſibilibus. De Stephano dicendum quod facie ad faciem videbat Deum, & jam erat comprehenſor, nec habebat fidem vel ſpem: ſi autem vidit prophetice qui clarius vident Deum quam nos, adhuc non videbat aperte, ſed ſperabat. De Apoſtolo dicendum quod fidem vel ſpem non habebat. De Apoſtolis dicendum quod videbant illum hominem pati, & credebant filium Dei ſive hominem, qui erat filius Dei, pati. Non videbant quæ ſub Sole ſunt, Eccl. 1. Ut ſtimulus ab eo diſcederet, 2. Cor. 12. Didicit contra ſe eſſe quod petebat. Sed quomodo contra ſe cum moveretur in Phœben virginem? Reſpondeo: Quia tentatio illa fuit ad conſervationem humilitatis, ut ipſemet Paulus dicit, & ita petitio amotionis erat contra ſalutem ejus. Quibus dictum eſt, neſcitis quid petatis, Matth. 20. Gloſſ. ibi: Fuit bonum eorum deſiderium, &c.

Item Hier. Delicatus eſt miles qui vult hic gaudere cum mundo, in futuro regnare cum Chriſto. Nec ſic impii, nec ſic, ſed per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum, Act. 14. Quia & Chriſtum oportuit pati, & ſic intrare in gloriam ſuam, Luc. ult. De re inenarrabili, de qua Iſa. 54. Oculus non vidit, Deus abſque te, &c. Gemitibus non quereretur, quia videre eum eſt habere ipſum, Joan. 17. Hæc eſt vita æterna, &c. Spiritus loquitur in vobis, Matth. 10. Charitas quæ per Spiritum in vobis facta eſt. Argumentum, quod charitas, non eſt ipſe Spiritus ſanctus, ſed habitus creatus vel factus. Contra hanc aures claudere, &c.

Unde non clamor, ſed amor clamat in aure Dei. Hic gemitus columbæ eſt, Iſa. 59. Quaſi columbæ meditantes gememus. Tentat vos Deus veſter, Deut. 13. Contra, Jac. 1. Deus neminem tentat. Reſpondeo: Deus tentat ad probationem. Unde Gen. 22. Tentavit Deus Abraham, non tentat ad deceptionem, Jac. 1. Deus intentator malorum eſt. De die illa dicitur filius neſcire, Matt. 24. Eadem ratione pater debet dici neſcire, quia non facit nos ſcire. Reſpondeo: Filius miſſus eſt ad hoc, ut eſſet magiſter noſter, non Pater, non Spiritus ſanctus; Et ideo, quia non facit nos ſcire, dicitur nobis neſcire, ſcilicet vel in nobis. Nunc congruie, Gen. 22. Nunc autem cognoſcentes, Galat. 4. Cognitores ſuos, i. ad ſui. Spiritum clamantem, Gal. 4. In quo clamamus, ſup. eod. Et ſciendum quia aliter adjuvat, i. ad aliud, vel alio modo. Nondum inhabitans, adjuvat per gratiam gratis datam. Inhabitans adjuvat jam fideles, per gratiam gratum facientem. Scrutari dicitur ſpiritus corda, Jer. 17. Ego Dominus ſcrutans corda, & probans renes.

A a Scimus

A a Scimus autem] Hic incipit quarta pars primæ partis totius Epiſtolæ, in qua oſtendit prædeſtinationis legem eſſe neceſſariam ad ſalutem. Continua ſic: Ita facit nos Spiritus ſanctus poſtulare: nec tantum hoc bonum facit, ſed etiam ut omnia quæ nobis accidunt, cooperentur nobis in bonum.

Scimus a autem quoniam diligentibus b Deum c omnia † cooperantur in bonum, his qui ſecundum d propoſitum e vocati ſunt f ſancti. Nam g quos præſcivit, & prædeſtinavit fieri h conformes imaginis filii ſui, i ut ſit ipſe k primogenitus in multis fratribus. Quos l autem prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos m vocavit, hos & juſtificavit. Quos autem n juſtificavit

al. † cooperantur.

Depren. d. 14 tabulas, Gr. & cap. Apoſtolus. [illegible]

Et hoc eſt, non tantum facit hoc. [Sed ſcimus] nos majores, & doctores. b Quoniam] Spiritus ſanctus [cooperatur,] i. facit cedere ad bonum [omnia, &c.] Vel [Cooperatur] Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & ſic eſt li [omnia] accuſativi caſus. Vel poteſt eſſe nominativi. [Omnia cooperantur,] i. fiunt, quibus diligentibus Deum cum perſeverantia ſer-

F

vando ejus mandata. e Vocati ſunt] per prædicatores exterius, vel interius per inſpirationem. f Sancti,] i. ad ſanctitatem, non propter meritum, ſed d Secundum propoſitum,] i. ſecundum Dei prædeſtinationem, propter quam eis omnia cooperantur in bonum. g Nam quos, &c.] In prima parte primæ partis Epiſtolæ oſtendit legem naturæ ad ſalutem non ſufficere. In ſecunda legem Moyſis ſimiliter non ſufficere, ſed legem ſpiritus eſſe neceſſariam, quod oſtendit per ſecundum caput uſque ad ſextum: Et a ſexto uſque huc probavit quod lex ſpiritus erat neceſſaria ad ſalutem: Ab hoc loco uſque ad 12. oſtendit quod gratia prædeſtinationis ſuperaddita tribus prædictis legibus completio ſalutis eſt. Hic ergo incipit agere de prædeſtinatione. Et primo oſtendit quanta bona proveniunt nobis a prædeſtinatione. [Scimus quoniam, &c.] & hoc ut prædeſtinatio Dei non fruſtretur. Unde dicit: [Et prædeſtinavit, &c.] Secundo oſtendi effectus prædeſtinationis, ibi: [Quos autem, &c.] Tertio quanta nobis dederit Deus ex prædeſtinatione, ibi: [Quid ergo dicemus.] Quarto quod firmitas in bono nobis eſt a prædeſtinatione, ibi: [Quis ergo, &c.] & ſic finitur hoc capitulum. [Nam, &c.] Dixit diligentibus Deum, &c. Sed unde hoc? [Nam, &c.] h Conformes imaginis filii ſui] intranſitive, i. filii qui eſt imago Patris, 1. *Joan.* 3. Nondum apparuit quid erimus; ſcimus, quoniam cum apparuerat, &c. Conformes dico, non ad æqualitatem, ſed ita, i. Ut ſit, i. [appareat.] k Primogenitus in multis fratribus] dividendo eis hæreditatem æternam, quod non poſſet, niſi aliqui haberent hæreditatem æternam. Vel primogenitus, quia primogenitus ſecundum legem potiores habebat veſtes, & alia ſimiliter: ſic Chriſtus in gloria habet potiora bona. Sed conſtat quod non haberet potiora bona, niſi aliqui eſſent, qui haberent bona; ſicut divitiæ divitum non cognoſcerentur niſi reſpectu pauperum. l Quos autem prædeſtinavit,] Oſtendit tres effectus prædeſtinationis. Primus eſt infuſio gratiæ. Secundus remiſſio peccatorum. Tertius adeptio gloriæ in futuro, vel incrementum virtutum in præſenti. m Vocavit] vocatione interiori quæ melius dirigit, quam exterior, quia virtus melior eſt & certior omni arte. Ecce gratiæ infuſio. n Juſtificavit] per peccatorum remiſſionem. o Magnificavit,] ideſt, magnificabit prophetica certitudine, in futuro per gloriæ ▲ adeptionem

Expoſitio Gloſſæ.

A a Scimus autem, &c.] Non aliunde quam a prædeſtinatione, i. a Deo prædeſtinante. Et hoc ipſum facit proficere in bonum, per actionem non alta ſapientes, *inf.* 12 Bonus ejus uſus, i. fortis patientia, ſive ſuſtinentia mortis. De originalis peccati meritis, qualitative dicit meritis, non effective. Remanere debuerunt, labores, & dolores ex originali provenientes. Prædeſtinavit, i. per appoſitam gratiam præparavit; hic ponitur cauſa pro effectu. Et nota quod hoc verbum (prædeſtinavit) ſonat in partem ſignificationis, i. in appoſitionem gratiæ, & non in alteram, i. adeptionem gloriæ in futuro. De quo dixit, *ſup. eod.* Uſquequaque eadem cum patre; ergo filius eſt eadem imago cum patre; ſed imago, aut ſignificat eſſentiam, aut perſonam; ſi eſſentiam eadem ratione Spiritus ſanctus eſt eadem imago cum patre. Sol. Imago ſignificat ibi perſonam, & quod dicit eadem; ſumitur fœmininum pro neutro, ſicut quandoque maſculinum pro neutro, ſicut ibi: Sit ſalus illi, &c. qui, &c. Illi & qui ſumuntur neutraliter, & ibi: Tu Trinitatis unitas, Orbem potenter qui regis, qui pro quæ. Simile hic, eadem eſt, i. eadem res, ſicut & *Joan.* 14. Qui videt me, videt & patrem meum. Sed videtur quod Chriſtus male ſubiunxit hoc, cum intendit probare per hoc quod ejuſdem eſſentiæ ſit cum patre: non videtur probare, cum (me) ſit ibi perſonale. Sol. loquebatur de viſione intellectuali. Hæc tamen ſolutio nulla videtur, quia aliud cadit in intellectu per hoc quod dico pater, aliud per hoc filius. Sol. Induxit hoc ad probandum quod nunquam eſſet ejuſdem eſſentiæ, licet ejuſdem imaginis ex cognitione ipſius, unde ſequitur cognitio Patris, ſicut viſo ſimili cognoſcitur relativum ſimile, ut ibidem dicit *Gloſſ.* Secundum quod expoſuimus, *ſup.* 1. Præparatio beneficiorum, i. gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Poteſt ſine prædeſtinatione eſſe præſcientia, quia ſuperius eſt ſive genus. Tradidit illos, *ſup.* 1. Peccatum Dei, i. a Deo. Sicut portamus, 2. *Cor.* 15. Ignem æternum, *Matth.* 25. Præparavit, ad luenda ſupplicia, i. præſcivit juſte puniendos, quia invenit eos in maſſa perditionis, & prævidit quod perſeverarent in malitia, nec tamen præparavit ad facienda peccata. Contra: Homo præparatur a fomite ad peccandum, & fomes eſt a Deo. Sol. Deus præparat ad bona, & dat gratiam ea qua bonum habet, quod ſit bonum, ſed non præparat ad malum, quia nihil dat homini ex quo malum ſit malum. Peccatum enim non eſt malum, quia exit a fomite. Ut enim dicit *Aug.* Malum ſive peccatum eſt averſio ab incommutabili bono ad bonum commutabile. Sed ex hac averſione habet malum quod ſit malum, hoc etiam patet per differentiam quæ aſſignatur inter prædeſtinationem, & reprobationem. Prædeſtinatio enim tria notat, Dei præviſionem, gratiæ infuſionem, gloriæ adeptionem. Primum eſt cauſa ſecundi, & ſecundum tertii. Primogenitus ratione dignitatis. Sic ſumitur, *Deut.* 21. ubi loquitur de habente duas uxores, dilectam, & odioſam, & dicit: Non poterit filium dilectæ facere, & præferre filio odioſæ, &c. Jure Patris hæreditatem obtinens, videtur ergo quod ubique debet eſſe jus quod primogenitus hoc faciat. Sol. Lex vetus habuit tria: moralia quæ omnino manſerunt: Cæremonialia, quæ omnino evacuata ſunt: Judicialia quę commutata ſunt ſecundum diverſos mores. Hoc autem fuit judiciale, & ideo ſecundum diverſos diverſimode ſervantur. Vel primogenitus dicitur, quia ante omnem creaturam, *Apoc.* 1. & 1. *Cor.* 15. Et quia primo ſine peccato natus. Sed nonne Jacob natus fuit ante ſine peccato, *Geneſ.* 25. Et Joannes Baptiſta, *Luc.* 1. *Jer.* 1. Sed eſt duplex nativitas. Una in utero quando anima infunditur embrioni. Secunda ex utero quando partus in lucem exit: de prima intelligitur quod hic dicitur: Jacob autem, & alii licet nati ſunt ex utero ſine peccato, non tamen in utero, quia omnes habuerunt originale excepto Chriſto. Primus impaſſibilis reſurgens. Contra: *Matt.* 27. Multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt, exeuntes de monumentis: ergo non reſurrexit primus, imo illi. Preterea quare dicitur impaſſibilis, quia ibidem ſuper *Matth. in Gloſſ.* dicitur: Hi credendi ſunt cum Domino aſcendiſſe ſimul cum corpore; ergo impaſſibiles, conſtat. Solut. Primus reſurrexit, ideſt, inter primos reſurgentes, ſicut illud, *Eccl.* 1. Primo omnium creata eſt ſapientia, i. Angelica natura creata eſt inter primas creaturas. Quod autem dicitur in *Matth.* dictum eſt cum anticipatione, & hęc determinatio poſt ejus reſurrectionem, determinat hoc verbum, venerunt. Quod autem dicitur impaſſibilis, diſcrepatio eſt inter ſanctos. Secundum *Auguſt.* Verum eſt ad litteram quod hic dicitur, ipſe enim dixit quod corpora illa iterum incinerata ſunt. *Beda* vero quod non; & ſecundum ipſum dicendum, quod hoc dicitur hic, ad innuendum quod omnes qui glorioſe reſurgent, ſimiliter erunt impaſſibiles. Secundum autem quod primogenitus Marię vel per gratiam. Fratres vocare dignatus, *Hebr.* 2. Vocare enim eſt cognitionem de fide adjuvare. Sed multi pręſciti ſic vocantur vel juvantur, quia habent gratiam, ut Judas: ergo vocatio interior non tantum eſt electorum. Solut. Quidam tantum eliguntur ad gratiam, *Joan.* 6. Nonne ego duodecim vos elegi, &c. Quidam ad gratiam, & ad gloriam, *Ephe.* 1. Quia elegit ante mundi conſtitutionem. Hic ſumitur primo modo, quia & electi per gratiam & gloriam pauci ſunt, reſpectu aliorum qui nunquam habent gratiam.

Hos & juſtificavit, remiſſione peccatorum. Argumentum quod infuſio gratię quę notatur per vocationem interiorem, pręcedit remiſſionem peccatorum, quod eſt contra Porretanum, qui dicebat quod vocatio non eſt infuſio gratię gratum facientis, ſed gratis datę, & pręparantis. Dum peccatores eſſent, *ſupr.* 5. ergo ſimul juſti, & peccatores. Solut. Cum prius eſſent peccatores, poſtea juſtificati. Unde *Iſa.* 48. Littera Septuaginta, ubi nos habemus: Audita fecit tibi nova ex tunc, & conſervata ſunt quę neſcis.

Item *Iſa.* 46. Non eſt ſimilis mei annuncians, &c. Hoc ergo de pręſcitis accipitur, imo de prędeſtinatis. Sed large ſumitur, (pręſcitis) ſecundum quod pręſcire eſt genus ad prędeſtinare, & eſt ſenſus, de pręſcitis, ideſt,

A adeptionem, vel in incremento virtutum in præſenti, & tunc non utitur præterito pro futuro. *a* Quid ergo dicemus] Primus effectus prædeſtinationis oſtendit quanta dedit nobis Deus pater ex prædeſtinatione, quia filium ſuum; quod non feciſſet, niſi nos prædeſtinaſſet. *b* Ad hæc?] ideſt, contra hæc, q.d. nihil.

illos & magnificavit. Quid *a* ergo dicemus *b* ad hæc? Si Deus pro nobis quis contra nos? Qui *c* etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quis *d* accuſabit adverſus electos Dei? *e* Deus *f* qui juſtificat. Quis eſt qui condemnet? *g* Chriſtus Jeſus qui *h* mortuus eſt, imo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis *i* ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti? *k* Tribulatio, an *l* anguſtia, *m* an perſecutio, *n* an fames, *o* an nuditas, *p* an periculum, *q* an gladius? *r* Sicut ſcriptum eſt: *ſ* Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus, ſicut *t* oves occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum *u* qui dilexit nos. *x* Certus ſum enim, quia *y* neque mors, *z* neque vita, *a* neque Angeli,

Ex hoc enim quod prædeſtinavit nos, & juſtificavit, conſtat quod voluit. Unde nullus poteſt impedire vocationem ſuam. *c* Qui etiam proprio filio] Hic probat, quod dabit minus, i. vitam æternam, quia dedit majus, i. filium ſuum, & ita patet quod prædeſtinati ſumus. *d* Quis accuſabit] quaſi nullus: quod probat. *e* Deus,] ſupple non accuſabit. *f* Qui] i. quia ipſe [juſtificat] *g* Chriſtus] non, quia ipſe *h* Mortuus eſt,] & non ſolum non condemnat, ſed etiam interpellat.

G *i* Quis ergo, &c.] Oſtendit quanta bona dedit nobis Deus ex prædeſtinatione. Hoc oſtendit, quoniam firmitas permanendi in his bonis eſt nobis etiam a prædeſtinatione, quia alias parum valeret, & vocatio, & juſtificatio, & magnitudo, niſi daretur in ipſis firmitudo: ergo ex quo Deus ſic vocavit, juſtificavit, magnificavit, & etiam quia proprium filium nobis miſit, & ei non pepercit [quis ergo ſeparabit?] quaſi, nihil. Et nota quod ſeptem nomina ponit in litera quæ exponuntur in *Gloſſ.* per quæ ſignificatur univerſitas tentationum. Dicit ergo: *k* Tribulatio,] ideſt corporis afflictio. *l* Anguſtia,] mentis anxietas. *n* Fames,] penuria cibi. *o* Nuditas,] penuria veſtitus. *m* Perſecutio,] quæ eſt de loco ad locum. *p* Periculum,] apparatus mortis. *q* Gladius?] ipſa mors, q.d. & vere nihil ſeparabit nos.

r Sicut ſcriptum eſt, &c.] Quoniam ſcriptura probat, quod nihil ſeparabit nos quando dicit de nobis. *ſ* Propter te, &c.] Quamdiu enim pro Deo mortificamur, ab eo non ſeparamur. Vel aliter, ut hoc [Sicut ſcriptum eſt, &c.] reſpondeat antipophoræ quæ poſſet fieri: Poſſet enim aliquis dicere: Nunquid amici Dei patiuntur perſecutiones? Reſpondet Apoſtolus ita, ſicut [ſcriptum eſt, &c.] *t* Oves occiſionis] quæ non valent niſi ad occidendum, ſicut dicitur de pravo equo. *u* Qui dilexit nos] dilectione prædeſtinationis.

x Certus ſum] Hic ponuntur undecim, qui eſt numerus tranſgreſſionis, q.d. univerſitas tentationum per ſeptem ſignata, quæ ſolent homines ad tranſgreſſionem inducere, non poterit nos ſeparare a charitate Chriſti. Et loquitur in perſona ſanctorum, & nihil in ſua, ut dicunt Poſtillæ. *y* Neque mors,] quam minatur. *z* Neque vita,] promiſſa. *a* Neque Angeli] boni. Et tunc loquitur per impoſſibile.

A Vel de malis,

Expoſitio Gloſſ. A de prædeſtinatis. Quatuor hic memorata, & primum eſt cauſa ſecundi, ſecundum tertii, tertium quarti. Unum eſt in Deo, quod prædeſtinatio nihil dicit quod ſit in homine, contra illos qui dicunt: Si non es prædeſtinatus, fac ut prædeſtineris; quia illud ponit quoddam donum: quia etiam videtur per auctoritatem quæ dicit quod prædeſtinatio juvatur precibus ſanctorum; niſi enim aliquid poneret, nihil eſſet hoc dictu. Suſtinendo hanc opinionem, dicendum quod hoc dicitur, quia prædeſtinatio dicitur tam de ente, quam de non ente; ſed alia tria de ente tantum, vel quia illa juvantur meritis præcedentibus vel cohærentibus: prædeſtinatio vero neutris meritis juvatur precibus ſanctorum, i. homines prædeſtinati. Poſſunt perimere corpus, & terra data eſt in manus impii, *Job* 9. Et dilaniare, *Luc.* 9. Præter alia bona, quæ contulit nobis, filium pro nobis dedit, *Iſa.* 9. Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Datus inquam in pretium noſtræ redemptionis, in viaticum noſtræ peregrinationis, in præmium noſtræ retributionis. Quod majus eſt, i. ſignum majoris dilectionis. Quod minus eſt quam filius. Quibus æquabimur, *Luc.* 20. Modo vero inferiores ſumus, *Matt.* 11. Qui minor eſt in regno cælorum, major eſt Joanne Baptiſta. Univerſa cœleſtia Dei miniſteria. 1. *Cor.* 3. Omnia enim veſtra ſunt, ſive Paulus, &c. in terra dimiſſa, q.d. pro nullo ſuperiori mihi obtinendo potior, ſed tantum pro terrenis, i. peccatoribus ſalvandis. Petrus autem crucifixus fuit Romæ. In futuro pares, & hoc quia erimus comprehenſores, ut ipſi modo ſumus inferiores, quia viatores, & paſſibiles. Quia pater tradidit filium. Sex ſunt cauſæ, ſive concauſæ paſſionis Chriſti, voluntas Dei patris, obedientia filii, deſideria antiquorum Patrum, avaritia Judæ, malitia Dæmonum, invidia Judæorum. Unde Apoſtolus ait, *Gal.* 2 Habebit ille mercedem malitiæ, quod eſt contra Cainitas hæreticos, de quibus *Aug.* in *lib.* de hæreſibus Cainitarum. Hi dicebant Judam bene feciſſe, quia multa bona provenerunt ex facto ſuo. Niſi Diaboli accuſatio dicitur, *Apoc.* 12. Projectus eſt accuſator fratrum noſtrorum. Qui & reſurrexit, quod majus eſt. Contra: Paſſio ſive mors Chriſti fuit neceſſaria, & ſibi; reſurrectio non; ergo mors majus.

Item *Jo.* 15. Majorem hac dilectionem nemo habet, &c. Sol. Reſurrectio dicitur majus quia miraculoſa, & quia illi attribuitur gratiæ infuſio, mortis peccati remiſſio, *ſup.* 4. Mortuus eſt propter delicta noſtra, &c. Vel majus ſibi, vel majus ſigno, non voce. Sed quare non? Solut. ſupple tantum. Hominem quem aſſumpſit, i. humanam naturam quam aſſumpſit. Vel hominem quem aſſumpſit, cujus naturam aſſumpſit. Vultui paterno offert, juxta illud: Reſpice in faciem Chriſti tui. Sed quid eſt illa oſtenſio, nunquid pater oculos habet corporeos, quibus aſpiciat humanitatem Chriſti? *Greg.* Nihil aliud eſt quam propter nos eam ſuſcepiſſe, & in ea mortem ſuſtinuiſſe. Martyrem non facit pœna, ſed cauſa, quia multi extra Eccleſiam patiuntur qui non ſunt Martyres, quia ut dicit *Job* 28. Auro locus eſt ubi conflatur. Aurum quod tunſionibus dilatatur, nec percuſſum reſonat, ſignificat Martyres, & quia quanto magis affligebantur, tanto magis creſcebant, ut dicitur de filiis Iſrael, *Ex.* 1 Nec remurmurabant verberati, pro perſecutoribus orabant, ut Stephanus, *Act.* 7. His proprius locus eſt Eccleſia, quia alibi patiens non meretur: nam etiam latrones cum Chriſto paſſi, *Luc.* 23. 1. *Petr.* 4. Nemo autem veſtrum patiatur. Et tunc adimpletum eſt illud, *Iſa.* 53. Et cum ſceleratis deputatus eſt. Sed diſſimilis in cauſa, & ideo neuter latronum fuit martyr. Sed nec etiam bonus qui converſus eſt, ſed Chriſtus fuit martyr, imo magiſter Martyrum. In cujus ſignificationem a Paſcha uſque ad Pentecoſten in feſto unius Martyris ſemper dicitur: Filiæ Jeruſalem, &c. Et licet ſit feſtum plurium, nunquam tamen mutat quod ibi dicitur. Et videte Martyrem cum corona, &c. i. Chriſtum, quia propter nos paſſus eſt, quod ſignificatum eſt in hoc, quia crucifixus eſt non vultu in terram demiſſo, ſed ad cœlum erecto, ad innuendum quod patiebatur pro cœleſti præmio obtinendo. Superamus, i. ſuperiores efficimur. Quod ſignificatum fuit, *Jud.* 7. Per hoc quod Gedeon in confractione laguncularum hoſtes devicit. Gedeon Martyres, lagunculæ corpora, *Ezech.* 3. Ut adamantem, & ſilicem dedi faciem tuam. Quanto durius ſilex conculcatur, tanto conculcans plus læditur. Sic eſt de tyrannis. Quanto plus affligebant Martyres, tanto plus affligebantur. Unde in porticu Dominæ noſtræ Pariſiis ponuntur Regum imagines, Principum, & Tyrannorum ſub pedibus Apoſtolorum, & Martyrum, ſed hoc eſt, quia in fine conculcabuntur ab eis quos hic conculcaverunt injuſte, *Mal. ult.* Egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento, & calcabitis eos, &c. Neque vitam promiſſa a piendo, vel perſecutoribus. Nec Principatus, ſc. mediocris ordo; imo minor ordo eſt Virtus. Sol. Principatum vocat Archangelos: unde dicuntur ab archos quod eſt princeps, & Angelos, & ita Principatus minor eſt ordo, quam Virtus. Vel de bonis ſi fieri poſſet. Sic *Gal.* 1. Si Angelus Dei, &c. i. ſi fieri poſſet, quia Angelus Dei hoc faceret. Subornatus, ſicut quando apparuit B. Martino purpuratus diabolus: ſurge adora me, quia ego ſum Chriſtus: Cui Martinus, non legi Jeſum ſic venturum, ſed bene legi, quod venit vir dolorum, & noviſſimus, *Iſa.* 53. Fallaciis Patris, ideſt, Luciferi, ut quando transfigurat ſe in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. Sub fallacia Patris dicit, quia Lucifer, ut dicunt Sancti, ſubornavit ſe in propria perſona ſub ſpecie ſerpentis decipientis Evam. Ad cujus imitationem ſe ſubornant alii dæmones, quando volunt decipere. Sed quia ille primus ſubornavit, ideo dicitur, quia ſub fallaciis ejus ſe ſubornant. Neque profundum, ideſt, ſapientia, & aſtutia alicujus callidi.

Sapientia enim trahitur de occultis, *Job* 28. Et minetur

A precipi-

Digitized by Google

a Vel de malis, & tunc dicendum quod denominatur ab illis ordinibus, a quibus ceciderunt. Et ſicut inter bonos Angelos quidam ſunt majores, quidam minores ſuperioribus obedientes; ſic eſt inter malos. *a* Inſtantia] præſentia bona, vel mala. *b* Fortitudo,] vel violentia alicujus. *c* Altitudo,] humanæ potentiæ. *d* Neque profundum,] i. ſapientia alicujus, vel Infernus, ideſt, ſi Diabolus monſtret mihi Infernum, & minetur præcipitium. Vel altitudo, proſpera: [Profundum,] adverſa. *e* Neque creatura] alia a prædictis. Vel alia, ideſt, nova contra naturam rei facta, ut ſi fieret equus bipes. *f* A charitate Dei,] qua diligit nos ex prædeſtinatione. Vel [A charitate Dei] a charitate, qua diligimus Deum patrem, qui eſt in Chriſto, quia illa eadem diligimus Chriſtum, qui eſt idem quod pater, i. Deus. Vel quæ, ideſt, charitas, qua pater diligit nos. *g* Eſt] ideſt, apparet in Chriſto, &c. Per hoc enim quod Deus pater dedit nobis Chriſtum, bene apparet charitas, qua diligit nos. Unde *Joan.* 3. Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum ſuum daret.

A

neque Principatus, neque virtutes, neque *a* inſtantia, neque futura, neque *b* fortitudo, neque *c* altitudo, neque *d* profundum, neque *e* creatura alia poterit nos ſeparare a *f* charitate Dei, quæ *g* eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

C A P. I X.

h VEritatem dico in Chriſto Jeſu, non mentior, teſtimonium *i* mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu *k* ſancto, quoniam *l* triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. *m* Optabam enim ego *n* ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus

A præcipitium, ut in Legenda beati Coſmæ, & Damiani.

Expoſitio Gloſ. Neque adverſa, ſupple ſeparabunt nos a charitate Chriſti, quia fortis eſt ut mors dilectio, *Cant.* 8. b. Unde Salomon, *Prov.* 30. Multi peccaverunt altitudine, ideſt, proſperitate, *Prov.* 1. Proſperitas ſtultorum perdet eos, *Iſa.* 7. Achaz dicebat, quod peteret in excelſum, i. quod cognoſceret, quia non deberet extolli in proſperis; ſive in profundum, ut non deberet deprimi in adverſis; ſed ipſe noluit, Dominus tamen dedit, dicens: Ecce virgo, &c. Ex quo Dominus omnium in tantum ſe humiliavit, ſignum fuit quod nullus debet pro proſperis extolli; quod ſic inſtituit, invictum ſignum fuit hoc, quia nullus adverſis debet frangi. Quod eſt ſignum in altitudine, & proſperitate, *Matth.* 12. Signum Jonæ, &c. Sicut tunc erat pro bello Aſſyriorum, imo pro bello Phaceæ filii Romeliæ regis Iſrael, & Raſim regis Syriæ, 4. *Reg.* 16 legitur, quod Achaz fuit liberatus ab his duobus regibus Theglath Phalaſar auxilio regis Aſſyriorum; ergo non pro bello, quo liberatus eſt ab Aſſyriis, erat turbatus, imo liberatus. Sol. Pro bello Aſſyriorum, i. pro bello, a quo liberatus eſt ab Aſſyriis, i. per Aſſyrios. Vel dicendum, quod Aſſyria, ita large ſumitur, ut etiam comprehendat Syriam. Unde *Iſa.* 19. Erat via de Ægypto in Aſſyrios. Ibi *Gloſs.* Ab Euphrate uſque Tigrim regio Aſſyriorum fuit, & quos antiqui Aſſyrios, nos Syrios vocamus; partem ponentes pro toto. Erat ergo turbatus pro bello Aſſyriorum, i. Syriorum, qui ſunt in parte Aſſyriæ. Vel alia, i. nova, ſed contra naturam facta, ut equus bipes, &c. ergo Magi Pharaonis fecerunt contra naturam, vertentes virgas in colubros. Contra: Ibi dicit *Aug.* in *Gloſs.* quod miniſterio Dæmonum collecta ſunt ſemina ſerpentina, nec fecerunt miraculum: ſicut nec agricola quando ſeminat granum, ex quo naſcitur granum; imo facit ſecundum naturam; non ergo contra. Sol. Fecerunt contra naturam, ideſt, contra ſolitum curſum naturæ, quod fit duobus modis, uno quando nulla potentia eſt in natura, ut ex illa fiat quod fit, ut in coſta Adæ, & in coſta Adæ nulla potentia erat, ut fieret inde mulier, ſed tantum obedientia naturæ. Iſto modo non fecerunt contra ſolitum curſum naturæ. Alius modus eſt, quando potentia in natura eſt; tamen homines nondum viderunt quod ea talibus operaretur taliter natura. Hoc modo fecerunt ipſi contra ſolitum curſum naturæ, *Exod.* 7. & 8. & 2. *Tim.* 3. Contra: Deum ſumme diligimus, quia omnibus melior eſt Deus: Secundum hoc ergo videtur, quod magis bonus, magis diligendus ſit; ergo teneor magis diligere Petrum, quam meipſum, vel extraneum plus quam patrem, ſi ſit melior patre. Igitur ſi hoc non facio, pecco. Contra: Naturaliter plus me diligo quam Petrum, & patrem plus quam extraneum; ſed gratia non eſt contraria naturæ, imo perficit eam; ergo non plus diligere Petrum teneor quam me. Sol. Magis bonus, magis diligendus eſt, aliis circumſtantiis paribus. Nec eſt ſimile de Petro ad Deum, quia Deus melior eſt in infinitum in ſe, & etiam ipſi homini, quam homo ſibi. Et ideo plus debet homo diligere Deum, quam ſe. Sed licet Petrus melior ſit in ſe quam Linus, non tamen melior eſt Lino, quam Linus ſibi. Et ideo cum melior ſit unicuique bonitas ſua, quam bonitas Petri, plus debet ſe diligere, quam Petrum, & plus patrem bonum quam extraneum, licet aliquantulum meliorem. Sed tanta poteſt eſſe bonitas extranei, quod non peccarem plus diligendo ipſum quam patrem, ut ſi Petrum, vel Nicolaum, vel aliquem ſanctum. Quanta autem bonitas præponderet naturæ, non eſt artis, ſed charitatis determinare. Si inquam mors ipſa eſt non diligere Deum, quia nihil aliud eſt quam ei in diligendo aliquid præponere. Sed aut intelligitur de dilectione, quæ eſt in habitu, aut quæ eſt in actu: ſi quæ eſt in habitu, ergo qui eſt in mortali ſemper moritur; ergo ſemper peccat mortaliter, ſive dormiat, ſive aliud faciat. Si de dilectione quæ in actu, ſed ferventiori motu movetur quis in diligendo temporale, quam in diligendo Deum; ergo majori motu movetur in illud, quam in Deum; ergo præponit illud Deo: ergo peccat mortaliter. Sol. Quando quis plus vel æque ſecundum rationem delectatur in creatura, ut in Deo, peccat mortaliter, & licet ferventius moveatur in temporale quam in Deum, non tamen plus diligit illud quam Deum; quia quod ferventior ſit ille motus, habet eo quod eſt de re ſenſibili, & ideo magis ſentitur, ſed motus in Deum eſt de re inſenſibili, & ideo minus ſentitur. *Job* 9. Si venerit ad me, non intelligam, &c. Majori ergo motu movebitur in Deum, licet non ſentiatur. Charitas Dei hic dicta eſt virtus. Argumentum contra Magiſtrum, qui dicebat quod charitas eſt Spiritus ſanctus: ſed ipſe diceret, virtus, ideſt, motus virtutis. Dicebat enim, quod Spiritus ſanctus movebat hominem, & motus ille quandoque dicitur virtus, quandoque charitas. Et hoc poteſt probari per *Gloſ.* ſequentem, quæ dicit: Quæ animi noſtri rectiſſima affectio, ideſt, paſſio. Tria enim ſunt in anima, potentiæ, paſſiones, & habitus. Per hoc quod dicit, quæ eſt affectio, patet quod ibi ponitur virtus pro motu virtutis, & ita non eſt contra Magiſtrum.

E X P O S I T I O C A P. I X.

VEritatem dico] Primo oſtendit prædeſtinationem nunquam fruſtrari, ibi: [Veritatem dico.] Secundo oſtendit prædeſtinationem eſſe gratuitam electionem, ibi: [Non ſolum autem illud, ſed & reliquiæ.] Tertio quod etſi bonum inſit homini ex Dei prædeſtinatione, nunquam malum ineſt alicui ea prædeſtinatione, vel præſcientia, ibi: [Quid ergo dicetur, &c.] Quarto, quia etſi Deus bene utatur malitia, tamen non impertit ipſam, ibi: [Quia in hoc excitavi te.] Quinto, nullum poſſe conqueri de Domino, ſi quoſdam eligit, quoſdam reprobat, ibi: [O homo tu quis es?] Sexto, non eſſe perſonarum acceptionem in Dei electione, vel prædeſtinatione, ibi: [Quos & vocavit non ſolum ex Judæis.] Septimo, electionem Iſrael non eſſe fruſtratam, ibi: [Iſaias autem] pro Iſrael. Ultimo, quod etſi non ſit fruſtrata, tamen gratis eſt adimpleta, ibi: [Quod ergo dicemus?] Dicit ergo: *h* Veritatem dico] Hic oſtendit, quod Judæi ſeparati a Chriſto nunquam fuerunt prædeſtinati, & ſic reſpondet antipophoræ, quæ poſſet ei fieri. Dixiſti, quia nihil poteſt prædeſtinatos ſeparare a charitate Chriſti. Hoc videtur falſum, quia Judæi ſunt ſeparati. Reſpondet, quod ſeparati nunquam fuerunt prædeſtinati. Sed prius oſtendit, quod multum dolet de eorum ſeparatione, ne aliquis dicat quod hoc dicat ex invidia. [Veritatem dico] quaſi jurans hoc dicit. *i* Teſtimonium perhibente conſcientia] fundata. *k* In Spiritu ſancto,] qui eſt teſtis, quod verum dico, *l* Quoniam triſtitia mihi magna eſt,] de deſperatione Judæorum.

n Enim] quia *m* Optabam] ideſt, optative, ſi eſſet optabile, ideſt, ſi poſſem ſine mortali. Vel [optabam anathema] ideſt, diviſus, ideſt, diutius carere viſione Dei pro a ipſis

h Veritatem enim dico] Poſitus in Chriſto, *Eccl.* 10. a. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcendit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris, i. Chriſtum. *m* Optabam anathema fieri.] Videtur quod male optaret, quia plus ſe diligeret, quam ipſos. Solut. Optabam, i. optarem, ut ponatur præteritum imperfectum indicativi pro futuro ſubjunctivi, qui ex natura ſua impetrat conditionem. Unde dicendum: Optarem, i. ſi eſſet optabile. Sic *Gal.* 4. Si fieri potuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Vel, Optabam fieri anathema, i. diviſus, ideſt, tribulationibus expoſitus: Hoc eſt enim quodammodo dividi. Unde ſuper illud: Deus meus, ut quid dereliquiſti me? dicit *Gloſ.* Clamat caro in ſeparatione a divinitate, ideſt, ab auxilio divinitatis: ideo Paulus pro ſalute ſuperna anathema eſſe optavit, imitari volens Dominum ſuum, quia & ipſe *Expoſitio Gloſſ.*

ipſis. Vel diviſas, ideſt, tribulationibus ea potius. *a* Quorum] ideſt, de numero quorum. *b* Adoptio eſt filiorum] ut in Patriarchis. *c* Et gloria,] quia dicebatur populus peculiaris. *Deut* 7. Et enumerat hic omnia, ad oſtendendum quod multum eſt dolendum de perverſione Judæorum. *d* Non autem quod exciderit] Oſtendi prædeſtinationem Dei, & maxime de Judæis nonquam fruſtrari: Et oſtenſo quod doleat de ſeparatione Judæorum, B quia poſſet quis dicere contra hoc quod dixerat; neque alia creatura poterit nos prædeſtinatos ſeparare a charitate Dei: imo quia Judæi ſunt ſeparati. Ad hoc reſpondet: Verum eſt, multi Judæi ſunt ſeparati, ſed non dico hoc quia excidit, ideſt, fruſtratum ſit propter hoc *e* Verbum Dei] de prædeſtinatione Judæorum. Et vere non propter hoc excidit.

al. † circumciſione.

g Enim] i. quia *f* Non omnes qui ex circumciſione Iſrael ſunt] ſecundum carnem. *h* Iſraelitæ,] ideſt, de illis Iſraelitis qui ſunt prædeſtinati, &c. Quæ ſequuntur C ſimiliter expone.

i Sed in Iſaac] ideſt in Chriſto, & in prædeſtinatis ſignatis per Iſaac. Iſaac enim præter ſolitum curſum naturæ de ſterili natus eſt. Similiter Chriſtus præter ſolitum curſum naturæ de B. Virg. Similiter prædeſtinati naſcuntur per gratiam contra naturam. Iſmael vero natus eſt ſecundum curſum naturæ. *k* Vocabitur tibi ſemen:] *Gen*. 21 *l* Non ſolum autem illa,] Hic oſtendit quod gratuita eſt electio prædeſtinationis, i. ſine meritis præcedentibus, vel cohærentibus. Et hoc probat per Jacob, & Eſau ſimul conceptos, hoc modo. Si enim prædeſtinatio eſſet ex meritis, ergo prædeſtinatus Jacob. Sed non eſt ex propriis meritis, qui antequam poſſet aliquid mereri, fuit prædeſtinatus. Si dicas quod ex meritis patris: eadem ratione Eſau eſſet prædeſtinatus, cum ab eiſdem & in eodem tempore fuerit genitus, & in eodem utero conceptus: quia ſi in diverſis temporibus poſſet aliquis dicere quando Jacob fuit genitus, parentes ejus fuerunt in charitate; & ideo ex meritis eorum fuit prædeſtinatus; & quando Eſau fuit genitus, erat in mortali, & ideo fuit reprobatus. Propter hoc addit: [Ex uno concubitu,] &c. *m* Cum enim nondum] Hic intendit oſtendere quod Dominus ex ſola liberalitate ſua elegit Jacob, quia antequam concepti eſſent, dixit Dominus: Major ſerviet minori, *Gen*. 25

meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, *a* quorum *b* adoptio eſt filiorum, *c* & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa: quorum Patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Amen. *d* Non autem quod exciderit *e* Verbum Dei. Non *f* enim *g* omnes (qui ex † Iſrael ſunt, hi ſunt *h* Iſraelitæ) neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filii; ſed in *i* Iſaac vocabitur *k* tibi ſemen: ideſt, non qui filii carnis, hi filii Dei; ſed qui filii ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Promiſſionis enim verbum hoc eſt, ſecundum hoc tempus veniã: & erit Saræ filius. *l* Non ſolum autem illa, ſed & Rebecca ex uno concubitu habens, Iſaac Patris noſtri. *m* Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent aut mali, ut ſecundum electionem pro-

Expoſitio Gloſſ.

A cum non eſſet maledictum, factus eſt pro nobis maledictum, ut dicitur *Gal*. 3. Ut omnibus dolorem incutiat: ergo plus debet Eccleſia dolere pro Judæis, quam pro Gentilibus; ergo in Paraſceve potius debent flectere genua quando orant pro Judæis, quam quando orant pro Gentilibus. Sol. Plus eſt dolendum pro Judæis, quia fidem non receperunt; ſed tamen quia tali die in flexis genibus illuſerunt, ideo orans pro eis non inflectit genua. In hoc vero plus eſt dolendum pro Judæis, quia deteriores effecti ſunt. Propenſius enim malum eſt, &c. 2. *Petr* 2. Melius erat illis viam veritatis non cognoſcere, &c. Contra: *Ambr*. ſuper illud 1. *Cor*. 3. Salvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Cum perfidi in æternum pereant, prodeſt tamen eis in parte crediſſe in Chriſtum; ergo melius eſt viam veritatis agnoſcere, quam non cognoſcere, licet homo in parte retrocat. Sol. Verum eſt quod hic dicitur, & quod 2. *Pet*. 2. Ad illud: In parte, i. in aliquo articulo crediſſe, i. non peccavit in diſcredendo illi articulo, & quantum ad hoc profuit, quia non habuit inde pœnam. Qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, & ideo amplius juvandi. Hoc videtur facere pro Epiſcopis, & Prælatis Eccleſiæ, qui libentius dant parentibus ſuis beneficia & præbendas, quam alienis, licet ſint meliores. Ad idem inducunt illud 1. *Tim*. 5. Si quis curam ſuorum non habet, & maxime, &c. Sed contra *Mich*. 3. Væ qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitate. *Habac*. 2. Væ qui ædificat, &c. *Pſal*. 15. Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus, &c. *Ambr*. Melior eſt conjunctio mentium, quam corporum. Quod autem hic dicitur quod amplius ſunt juvandi, intellige omnibus aliis paribus. Semper autem utiliores Eccleſiæ Dei ſunt in Eccleſia ſtatuendi. Populus peculiaris. *Exod*. 4. Filius meus primogenitus, &c. Et 19. *Deut*. 7. Te elegit Deus, &c. Per miracula quæ faciunt aliqui Judæi converſi tempore Apoſtoli. Similes Iſaac. *Gen*. 21. Ut illis ſolis condoleat. Sed nonne omnibus exiſtentibus in mortali eſt condolendum? Sol. Verum eſt quod ſic, dum ſunt in via. *Oſ*. 13. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe, i. infernus inter fratres dividet; de quibus non eſt valde dolendum, imo multum, quia in deteriori ſtatu ſunt quam alii peccatores qui informem fidem habent. Sed iterum e converſo videtur quod non ſit dolendum pro ipſis, quia ſcimus quod voluntas Dei eſt quod non ſalventur, & nos voluntatem noſtram voluntati divinæ debemus conformare; ergo tenemur hoc velle; ergo cum hoc obſtat noſtræ voluntati, imo ſecundum noſtram eſt, non dolendum ſuper hoc. Sol. Non eſt valde dolendum quantum ad effectum, nec etiam quantum ad affectum. Unde *Gloſſ*. ſuper *Matt*. Judas miſer eſt, ſed non eſt miſerabilis. Debemus tamen nos habere erga eos ſicut erga dilectos, ne magis peccent; quod etiam faciunt Angeli cuſtodientes ipſos quantum in ipſis eſt, & dolor nobis eſt quod volumus eos retrahere a malis, nec poſſimus quantum vellemus. Quis enim plangat eum qui olim mortuus habetur? Contra *Matt*. 22. Diliges proximum tuum, &c. *Gloſſ*. Nomine proximi omnis homo intelligitur. *Aug. de vera relig*. Ea eſt regula dilectionis, ut quæ ſibi vult provenire bona, alii velit: quæ ſibi accidere mala non vult, alii nolit; ergo tenemur velle proximo ea, quæ nobis volumus, & eadem nolle quæ nolumus nobis; ſed quilibet vult ſibi vitam æternam, ergo tenemur eam velle omni homini, quia proximo, ergo & reprobis. Similiter quilibet vellet carere gehenna: ergo, &c. Sol. Cum dicitur, in nomine proximi intelligitur quilibet homo; hoc intelligitur de quolibet homine quem neſcio eſſe reprobum, ut Judam non teneret diligere ex charitate: ſicut Chriſtus non dilexit reprobos ex charitate, ſed quadam dilectione. Nullum coronat antequam vincat. 2. *Tim*. 5. Non coronabitur niſi qui legitime certaverit. Sed parvuli non certant, nec vincunt; ergo non coronabuntur. Sed hoc intelligitur de adultis. Ex qua: ex cujus merito damnetur. Sed qui fidem habent: per quam natus eſt Iſaac. Imo per naturam natus eſt ſicut alius homo. Sol. Quod ſterilis concepit, hoc fuit per fidei meritum qua natura fuit reparata ut poſſet concipere, & naturaliter parere; reparatio ergo naturæ fuit a fide, ſed nativitas fuit ſecundum naturam. Aliter ab illo [Veritatem dico, &c.] Prædicta expoſitio fuit ſecundum *Ambr*. iſta ſecundum *Aug. ſup*. oſtendit 8. Dum Chriſti Eccleſiam perſequebatur. *Act*. 9. Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis, &c. 1. *Tim*. 1. Blaſphemus fui, perſecutor, & contumelioſus. Mala in bonum jam ei vertuntur, quod ſignatum eſt 1. *Reg*. 17. ubi dicitur, quod David amputavit caput Goliæ proprio gladio. Et *Pſal*. 50. Lava me ab iniquitate, i. per iniquitatem meam recognitam, & reprobatam. Anathema, i. ſeparatio, active. Pro fratribus meis, l. Judæis; q. d. ego optabam ſeparare a Chriſto ſuos, & ſic placerem Judæis: Et ita gravius peccabam; ergo gravius peccat qui trahit proximum ad malum, aut retrahit a bono, aut impugnat ipſum quaſi alienum. Tamen dicitur *Exod*. 22. Advenam non contriſtabis. Sol. Plus peccat nocens proximo, quam alieno ſed tamen quia pronior eſt homo ad nocendum alieno quam proximo, datum eſt præceptum de advena, non de proximo. Qui ſunt inde filii Abrahæ *Matt*. 3. in *Gen* 21. Non qui ſeipſos juſtos *infra* 10. Ignorantes enim Dei juſtitiam, &c. Per prophetam *Iſai*. 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. *Iſai*. 44. Ego Dominus faciens omnia hæc. Qui fuit ex filiis Eſau. *Gen*. 36. Qui ſola Dei promiſſione. *Gen*. 22. *Gloſſ*. Promiſſionis verbis. In *Gen*. 18. Sed & Rebecca *Gen*. 25. Major ſerviat minori. Ex uno concubitu. *ibid*. 25. Differentia in generatis, ac ſi diverſis temporibus geniti eſſent. Iſmael natus, reprobatus ſit. *Geneſ*. 16. Iſaac natus. *Geneſ*. 21. Propter nullum meritum ſuum, vel parentum eligatur, ſed ſola gratia. Contra: Aliquis poteſt mereri alicui primam gratiam; ergo eadem ratione parentes poſſunt mereri primam gratiam filiis; ſic ergo propter Patris meritum eligitur aliquis. Solut. Electionem prædeſtinationis nullus poteſt mereri alii, ſed electione

Gal. 4. Gen. 21. Ibid. 25.

Aliter a principio ſecundum Auguſt.

A gratiæ

a ri, *Gen.* 25. *a* Sicut ſcriptum eſt] *Mal.* 1. Oſtendit, quod prædeſtinatio non eſt ex meritis præcedentibus, vel cohærentibus, quod jam probavit per exemplum Jacob & Eſau. Ad idem probandum inducit auctoritatem, *Mal.* 1. *b* Jacob dilexi,] dilectione prædeſtinationis. *c* Eſau, &c.] odio reprobationis. [Jacob dilexi,] Jacob luctator, vel ſupplantator. Tales diligit Dominus qui ſupplantant vitia refutando, & luctantur reſiſtendo. *Pſ.* 43. Qui mandas ſalutes Jacob, ſicut amicus amico. De Jacob dicitur *Oſee.* 12.

poſitum Dei maneret, non operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quia major ſerviet minori, ſicut *a* ſcriptum eſt: *b* Jacob dilexi, Eſau *c* autem odio habui. Quid *d* ergo dicemus? numquid iniquitas apud

In utero ſupplantavit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus flevit, & rogavit eum, in Bethel invenit eum. Hæc tria commendantur in eo, quia ſupplantavit fratrem in utero, quando enim ortus eſt, tenuit ipſum per pedem, manu retardando, quod fit quando ratio non permittit motus ſenſualitatis prodire in opus. *Eccl.* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas. Item ſupplantavit, quando vendicavit ſibi jus primogenituræ, dando ei lenticulæ edulium, quod fit quando datur corpori cibus tantum ad neceſſitatem. *Eccl.* 33. Cibaria, & virga, &c. Item Jacob erat lenis, & domi morabatur, lenis per manſuetudinem, & morabatur domi per ſollicitam ſui ipſius diſcuſſionem, & ad cor ſuum reverſionem. *Pſ.* 84. Et in eos qui convertuntur ad cor. *Sap.* 8. Intrans in domum meam conquieſcam cum illa.

Item Jacob fugit in regionem Syriæ, quæ interpretatur ſublimis, quod eſt deſiderare, vel contemplari æterna.

Unde in via obdormivit ſomno contemplationis. *Cant.* 5. Ego dormio, &c. Et excitatus a ſomno, dixit, *Gen.* 28. Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Admiratur enim multum homo de gratuita Dei dulcedine.

Item contraxit cum duabus uxoribus, ſororibus. *Oſ.* 12. Fugit Jacob in regionem Syriæ, & ſervivit Iſrael in uxorem, & in uxorem ſervivit. Hæc ſunt contemplativa, & activa, & ſuſcepta ex his multa prole repatriavit, tunc luctatus eſt cum Angelo per perſeverantiam, & hoc duobus vitiis, de quibus *Oſ.* 12. flevit, & rogavit. Fletus eſt brachium dextrum, oratio ſiniſtrum. De Jacob dicitur ad litteram, *Sap.* 10. Juſtum deduxit Dominus per vias rectas. prædictas ſcilicet, & poſt in morte oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam Sanctorum, ideſt, ut videret eum facie ad faciem. Eſau interpretatur quercus, quia quercus fert fructum, qui eſt cibus porcorum. Hic fuit hiſpidus, & venator. Primum competit peccatori per luxuriam; ſecundum per conſuetudinem, tertium per novorum peccatorum adinventionem. Hic vendidit jus primogenituræ pro edulio lenticulæ, delicias temporales æternis præponendo: nimis tardando in venatione amiſit benedictionem, quod fit quando quis tardat converti ad Deum, & ideo non invenit locum pœnitentiæ, ut dicitur *Hebr.* 12. Propter prædicta odivit eum Dominus, & quia fratrem odivit, & quia alienigenis ſe miſcebat, odiebat eum mater ſua. Sic Chriſtus vacantes deliciis temporalibus, quæ ſunt alienæ ab anima. *d* Quid ergo dicemus?] Hic incipit tertia pars capituli, in qua oſtendit, quod etſi inſit alicui bonum ex prædeſtinatione, nunquam tamen ineſt alicui malum ex divina reprobatione. Et objicit, quod ſibi objici poſſet [Nunquid A *a* Abſit]

Expoſitio lit. ſ. A gratiæ bene eligitur aliquis meritis parentum. Vel hoc etiam dicitur de electione gratiæ, quam nullus meretur alii ex condigno, ſed ex congruo. In utero luctando, *Gen.* 25. Eligendus, i. dignos electione gratiæ. Ipſe facit, non ex operibus ſuis bonis. Si (ex) notat cauſam efficientem, verum eſt; finalem, non. Gratia ſubtracta fit malum; ergo ſubtractio gratiæ eſt cauſa peccati; ſed Deus ſubtrahit gratiam; ergo eſt cauſa peccati. Sol. Deus non ſubtrahit gratiam, ſed dicitur ſubtrahere, quia non conſervat eam in homine cum poſſet: ſubtractio vero gratiæ cauſa eſt peccati per accidens, non per ſe. Proficiet fratri ſuo. *Prov.* 11. Qui ſtultus eſt, ſerviet ſapienti. In *Gen.* 25. *Mal.* 1. Eſau vero ſubtracta gratia, &c. ergo prius fuit ſubtractio gratiæ, ſed gratia non ſubtrahitur niſi enti; ergo Eſau tunc fuit quando fuit ſubtracta gratia; ergo jam erat quando fuit reprobatus: ergo non fuit reprobatus ab æterno. Sol. Subtracta fuit in Dei præſcientia, ut reprobatio vocetur hic ſubtractio gratiæ. Vel ſic: ſubtracta gratia fuit reprobatus, i. ſubtractionem gratiæ ſecutus eſt effectus reprobationis, i. damnatio æterna. Jam de judicio: Ideo ergo illud *Mal.* 1. Ideo etiam illud *Gen.* 25. Antequam illi naſcerentur. Nam in Jacob antequam natus fuit, aliquid boni quidem diligebat, ſed non niſi gratuitum miſericordiæ ſuæ donum. Licet valet ad quæſtionem illam, utrum prædeſtinatus habeat in ſe aliquid boni, ex eo, quod eſt prædeſtinatus. Ad idem eſt, quod dicit *Gloſ.* ſequens, in quo oſtenditur, quod in reprobo eſt aliquid mali, quare eſt reprobatus: ergo a contrariis, vel a ſimili, & in prædeſtinato eſt aliquid boni, quare eſt prædeſtinatus. Ad idem ſuper *Jo.* 1. Videbitis cœlum apertum, &c. *Gloſ.* Majus eſt cœlum aperiri, & utramque naturam in eo, i. in Chriſto per Angelos cognoſci, quam viſos, præſcitos eſſe dum eſſent ſub umbra mortis; ſi enim ibi remanerent, quid profuiſſet ibi videri: ergo ſi recta eſt comparatio, eſſe prædeſtinatum eſt aliquid bonum. Solut. Cantuarienſis dicebat, quod aliquid bonum ineſt alicui ex eo, quod eſt prædeſtinatus: Sed modo dicunt omnes quod nihil. Et quod dicit, quod aliquid mali ineſt reprobato ex eo, quod eſt reprobatus; falſum eſt: quod patet per Judam, qui aliquando fuit in charitate, & tamen tunc erat reprobatus. Et conſtat quod dum erat in charitate, nullum malum erat ei. Ad *Gloſ.* Majus eſt cœlum aperiri, &c. quam eſſe prædeſtinatum, quod dicit, nihil dicit in homine, ſed ratione finis prædeſtinationis, quod eſt bonum recipit comparationem, ſicut quædam ſunt calida per ſe, & ſecundum ſe; quædam per effectum, quæ quantum ad caliditatem poſſunt recipere comparationem. Similiter hæc ratione boni, quod habent in ſe prædeſtinatio, & cognitio utriuſque naturæ in Chriſto, recipiunt comparationem. Iſta duo quæ dicunt, magis eſt cognoſcere naturam in Chriſto, quam eſſe prædeſtinatum. Hoc dicit, quod cum dicitur, iſte eſt prædeſtinatus: Prædeſtinatio non dicit aliquod bonum in iſto, quod ſit in eo modo; ſed cognitio utriuſque naturæ in Chriſto dicit bonum fidei in homine præſentialiter. Diligebat. Nota quod diligere quandoque ponitur pro dilectione prædeſtinationis, quandoque pro dilectione gratiæ, ſimiliter odiſſe quandoque pro æterna reprobatione, quandoque pro præſenti abjectione. Eſau per juſtitiam reprobavit; ergo propter merita. Solut. Hæc determinatio (per juſtitiam) poteſt determinare hoc verbum, reprobavit in comparatione, quam habet ad nominativum, & ſic vera. Et eſt ſenſus: Deus eſt juſtus, qui reprobavit Eſau. Vel in comparatione quam habet ad accuſativum, & ſic falſa, quia iſte eſt ſenſus: Iſte reprobatur juſte, ideſt, ex meritis. Et ponit Cantuarienſis, exemplum de judice, qui innocentem qui falſis teſtibus devictus eſt, condemnat dicens: Iſte judicat iſtum juſte, ſi ad rem nominatam, vera eſt, quia judex juſtus eſt procedens ſecundum allegata, & conſtituta, ſi ad rem accuſativi falſa, quia damnatur innocens. Sed ea ratione videtur, quod Deus prædeſtinat iſtum per juſtitiam. Sol. Prædeſtinat & reprobat, includunt in ſe participia. Quia ſenſus eſt Deus prædeſtinavit, ideſt, prævidit ipſum habiturum gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. Similiter reprobavit iſtum, ideſt prævidit, quod male acturus eſt in præſenti, damnandus in futuro, & ideo per juſtitiam reprobat juſtum Deus; ſed non eſt ita in prædeſtinato, imo ex ſola miſericordia eum prædeſtinat. Nemo dicat Deum, quod futura opera prævidebat, alterum elegiſſe, alterum reprobaſſe. Verba ſunt *Aug.* cui videtur contrarius eſſe *Amb.* paulo poſt dicens: Cui præſcius eram, quod miſericordiam daturus eſſem, ſciens illum convertendum, & apud me permanſurum. Ad idem, *Gal.* 1. Æmulator exiſtens paternarum traditionum. Ibi *Gloſ.* prævidit Deus ejus bonam æmulationem, ſed deeſſe ſcientiam, & prævidet eum idoneum quippe, qui tam fidelis erat in re minima. Ad idem, *Lev.* 3. Ego tuli Levitas. Ibi *Orig.* Ex propoſito cordis quod Deo patuit, priuſquam in hoc Mundo naſcerentur, aut aliquid boni vel mali egiſſent, dictum eſt: Jacob dilexi, &c. Ad idem ſuper illud *Malac.* 1. Jacob, &c. Ibi *Aug.* Dilectio Dei, & odium ex præſcientia naſcitur futurorum. Et ideo dicit *Matt.* 25. Dedit unicuique ſecundum propriam virtutem: Ergo ſecundum quod prævidit quemcumque acturum; ita unicuique dedit. Item *Orig.* ſuper *Num.* 3. Tunc videbuntur occultiſſima merita prædeſtinationis, & reprobationis. Item ſi præſens eſt cauſa præſentis, ergo & futurum futuri; ſed ſi quis prius parat ſe ad gratiam in præſenti, datur ei; ergo ſi in futuro bene uſurus ſit gratia, datur ei per prædeſtinationem. Item Eccleſia ædificatur ex membris; ſed lex membrorum eſt, quia illud quod unius eſt non datur omnibus: ut viſus oculorum non datur aliis membris, nec greſſus pedum manibus, & ſic de aliis. Eodem modo gratia non datur omnibus membris, ſed tantum congruis, illis ſcil., qui bene uſuri ſunt ea. Solut. Non ſunt contrarii *Aug.* & *Amb.* Quod dicit *Aug.* Nemo dicat Deum, &c. *ly* (quia) notat cauſam efficientem; ſed ſi aliquid eſſet cauſa efficiens divinæ electionis, & reprobationis, illud eſſet majus Deo. *Ambr.* vero & *Orig.* loquuntur de cauſa finali & motiva, vel quaſi motiva.

Gen. 25. *Mal.* 1. & diſc. e quantumlibet.

Quod dicitur ex præſcientia naſcitur: ly (ex) notat cauſam finalem. Ad illud: Videbuntur merita, &c. ibi ſumitur cauſa pro effectu: antecedens pro con-

A *a* Abſit.] Ecce reſponſio quod dicit: Reprobatio nullam neceſſitatem infert alicui: ſimiliter nec prædeſtinatio; quia ipſe reprobatus poteſt ſalvari, & iſte prædeſtinatus poteſt damnari. Et quod verum ſit, probat: Vere non eſt iniquitas apud Deum. *a* Enim] i. quia *b* Moyſi dicit:] *Exod.* 33. [Miſerebor] in futuro, dando gloriam, vel gratiam in præſenti.

Deum? Abſit. Moyſi *a* enim dicit: *b* Miſerebor, *c* cui † miſereor: & miſericordiam *d* præſtabo, cui miſerebor. Igitur *e* non volentis, *f* neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Dicit enim *g* Scriptura Pharaoni;

c Cui miſereor:] ideſt, miſerendum prævideo per prædeſtinationem, ita non ex meritis. Vel [Miſerebor] in futuro, dando gloriam [Cui miſereor:] hic dando gratiam, & conſervando. *d* Et miſericordiam] Vel [miſertus ero:] idem repetit ut magis confirmet [Numquid iniquitas] quaſi dicat, non. *Pſal.* 24. Omnes viæ ejus judicia. *Dan.* 3. Viæ tuæ rectæ, &c. *Deut.* 32. Deus fidelis, & abſque ulla iniquitate, &c. [Miſerebor] hoc eſt quod dicitur *Hebr.* 11. Fide intelligimus eſſe aptata ſæcula Verbo Dei, ſicut liber adaptatur exemplari, a quo extrahitur littera. *e* Non volentis,] ex quo gratia, & gloria eſt ea prædeſtinatione ſolius Dei, non eſt, ſupple velle bonum. Volentis. Et hoc probat per auctoritatem *Exod.* 9. quia dictum eſt Pharaoni. Et quia in hoc ipſum, &c. [Non eſt volentis,] ſupple, velle gratiæ.

al. † miſertus ſum. Exod. 33.

Unde *Auguſt. in Dial. ad Oroſium*: Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum. Niſi dilatatum cor habuiſſet, viam Domini minime cucurriſſet.

Item rationibus patet hoc quod dicitur, 15. *de Trin.* 16. *cap.* Semper enim natura minor eſt faciente, a quo facta eſt: ergo nulla vis naturæ poteſt in majus eſſe per modum effective; ſed illud quod eſt gratiæ, eſt majus eo quod eſt naturæ, quia eſt propinquius illi quod maximum, ideſt, gloriæ. Præterea: Nulla creatura poteſt contra ſe, quod poteſt gratia quæ poteſt diligere paupertatem, quod eſt contra naturam deſtitutam; & vilitatem, quod eſt contra inſtitutam naturam: ergo, &c. Præterea dicit *Pſal.* 36. Apud Dominum greſſus hominis dirigentur. Et *Jer.* 10. Scio Domine, quia non eſt hominis via ejus. 2. *Cor.* 3. Non quod ſufficientes ſimus aliquid cogitare, &c. ergo multo fortius nec facere. Et hoc accidit nobis, quia vis volendi eſt in homine vulnerata, & claudicat, nec recte poteſt ire, niſi a Domino dirigatur. Quod ſignificatum eſt *Joan.* 11. in hoc quod Dominus ſuſcitavit Lazarum, & vinctum juſſit diſſolvi. *Pſalm.* 4. Salva animam meam, quia peccavi tibi. Terra non profert ex ſe, & per ſe, niſi ſpinas, & tribulos, *Gen.* 3. niſi ſeminetur; ſic eſt de homine, niſi Deus ſeminet in eo gratiam, non habet ex ſe niſi peccatum. Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, &c.

Expoſitio Gloſ.

A ſequente. Ad illud: Unicuique dedit, &c. Verum eſt, quia omnibus dat dona, etiam reprobis, ſine quibus eſt ſalus, ut gratiam prædicationis, & hujuſmodi. Vel propriam virtutem appellat humilitatem, qua quis habilitat ſe ad gratiam prædicationis, & hujuſmodi.

Vel propriam virtutem, ſecundum quam Dominus dat gratiam. *Pſal.* 80. Aperi os tuum, & implebo illud. Ad illud: Si præſens eſt cauſa præſentis, &c. Hoc verum eſt in cauſis immediatis, quæ ſunt cauſæ per ſe, & ſecundum ſe, ſed non eſt verum in cauſa ſine qua non: ut apertio feneſtræ eſt cauſa, ſine qua radius Solis non intrat domum: non eſt tamen cauſa ſecundum ſe, vel per quod intret, quia millies poſſet aperiri, & non intraret: ſic & hic. Ad illud: Viſus non datur omnibus membris. Dicimus quod non eſt ſimile, quia ideo non datur omnibus, quia omnia non ſunt congrua ad hoc, & omnibus congruis datur; ſed omnes ſi vellent aptieſſent ad gratiam, ſi vellent ſe præparare. Illi miſericordiam dabo, quem præſcio poſt errorem apud me permanſurum, &c. ergo cum Judas non eſſet permanſurus, videtur quod dederit Dominus, cui dandum non fuit.

Solutio: Etſi non permanſurus erat, tamen gratiam non reſpuit, imo multa bona fecit ex illa, ut prædicavit, & hujuſmodi; ſed intelligendo per impoſſibile, ſi daretur gratia rebelli in rebellione permanſuro, hoc eſſet dare, cui non eſſet dandum. Sed in arbitrio dantis debet eſſe quod datur. Contra, *Matt.* 12. Non eſt meum, &c. Ibi *Gloſſ.* Regnum cœlorum non eſt dantis, ſed accipientis. Sol. Non eſt dantis, ſupple tantum, quia adulto nunquam datur, niſi cooperetur. Quod autem hic dicitur, in arbitrio dantis eſt, verum eſt principaliter. Qui accepta miſericordia, 2. *Reg.* 12. Ad idola, quæ prius damnaverat converſus, ideſt, ad Pythoniſſam. 1. *Reg.* 28. Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, &c. *infr.* 30. Mortuus eſt Saul propter iniquitates ſuas, &c. Argumentum, quod qui conſulit Pythonem, idololatra eſt. Ex hoc enim juſtum eſſe judicium præſcientiæ Dei, etiam nolentibus manifeſtatur, ideſt, declaratur. Ex hoc, ideſt, ex malis operibus: ergo mala opera ſua manifeſtant judicium præſcientiæ Dei eſſe juſtum; ſed quomodo, niſi quia ſunt cauſa? ergo merita alicujus ſunt cauſa reprobationis ejus. Sol. Merita ſunt cauſa declarationis; ſed nunquam ſunt cauſa reprobationis. Et ponit Cantuarienſis tale exemplum: Aliquis ſervit alicui Domino, & Dominus non accipit ſervitium ejus in animo ſuo; ſed proponit eum repellere, non tamen tunc repellit. Secundo ſervit ei, & diſplicet ei; & tunc expellit eum: ſecundum ſervitium non eſt cauſa reprobationis ſuæ, ſive expulſionis, ſed tantum declaratio. A ſimili, opera mala reproborum ſunt cauſa declarationis ſuæ reprobationis, non tamen cauſa reprobationis. Nos autem dicimus ut *ſup.* Facit nos velle & currere. *Prov.* 4. Currens offendiculum non habebis. Et 1. *Cor.* 9. Omnes quidem currunt, &c. Et nota, quod velle gratiæ dicitur volentis poſſeſſorie; Dei effective. Quod dicitur: Non eſt volentis: Verum eſt de velle meritorio, quia aliter poſſet objici, quod ex ſola naturali compaſſione poſſet dare quis eleemoſynam, & naturali dilectione diligere proximum, etiam Deum. O Juliane: Verba ſunt *Aug.* Ille Julianus erat de ſecta Pelagii dicentis: Det vitam, det opes; æquum mihi animum ipſe parabo. Sumptum eſt de Horatio. A Domino greſſus hominis diriguntur. *Prov.* 16. Unde alibi Apoſtolus ait 1. *Cor.* 15. Deus enim eſt qui operatur. *Phil.* 1. Cui dicitur e contra, ideſt, dici poteſt. Ut totum Deo detur, ideſt, principalitas ei attribuatur. *g* Dicit enim Scriptura Pharaoni:] Hæc eſt quarta pars capituli, in qua oſtendit, quod etſi Deus bene utatur malitia hominis, non tamen eam impertit. Continua: Supra dixit quod non eſt volentis, &c. Et vere non eſt volentis. Dicit

De pœn. d. 3. cap. ſi. n. vero lib.

Horat. in Epiſt.

Ad litter.

Expoſitio Gloſ.

g Dicit enim Scriptura Pharaoni:] Jacob per miſericordiam elegit, ideſt; eligendum prævidit: Eſau per juſtitiam reprobavit, ideſt, condemnandum prævidit. Miſericordiæ eſt velle bonum. Vel currere, ideſt, bene operari. Et judicio, ideſt, ex juſtitia, ex voluntate merita compenſante. Non ex iniquitate Dei contra, ideſt, reprobare. Quia & ea ſubtracta, ideſt, quando ſubtrahitur. Verum etiam, non tamen ea ſubtracta eſt hoc: ſicut Sole oriente, ideſt, quando Sol oritur in Oriente, ego comedo, non tamen quia Sol oritur. Quod quidem eſt per juſtitiam. Ex omnibus his videtur, quod Deus ſubtrahat gratiam. Videtur etiam, quod ea ſubtractione gratiæ fiant mala.

Sol. Dicitur ſubtrahere [quia non dat] vel quia non conſervat; quia ut dicit *Greg.* cito bonum perditur, quia non a largitore cuſtoditur. Et, Deus ſubtrahit gratiam, vel deſtruit in iſto, impropria eſt, & non eſt concedenda, quia ut dicit *Aug. in lib. de natura boni*: Non eſt malum, niſi quod nocet; ergo ideo eſt malum, quia nocet, ſed ex eo quod in iſto gratia deſtruitur, omnia nocumenta ſibi contingunt: ergo ſi Deus in ipſo gratiam deſtrueret, ipſe eſſet illator nocumentorum. Cui maſſæ corruptæ propter peccatum originale debita eſt perditio, & derelictio in hac eadem malitia, ut deterior fiat: (Ut) conſecutivum eſt, non cauſale, ideſt, bona oſtendit tibi, & inde in malitiam majorem exarſiſti; & ſic pejor factus es. Qui in ſordibus eſt, &c. *Apoc. ult.* ergo juſtum eſt peccare, ſed quod juſtum eſt, bonum eſt: ergo bonum eſt peccare. Sol. Sumitur conſequens pro antecedente, quod eſt dare gratiam, non eſt conſervare; hoc enim juſtum eſt quod, in quibus hæc antecedunt, non conſervetur gratia, imo non detur eis. Ideſt, per te induratum, ideſt, occaſione tuæ indurationis. In ſignis Ægypti, in quibus manifeſta ſunt virtus Dei. Judicio æquiſſimo licet occulto reprobatus eſt. Sed illa cauſa, aut eſt æterna, aut temporalis. Si æterna, non niſi divina voluntas eſt cauſa reprobationis. Si temporalis, ergo temporale eſt cauſa æterni.

Sol. Voluntas Dei eſt cauſa omnium quæ ſunt, ſed quare ſiunt quantum in ipſo, hoc occultiſſimum.

Vel occulte dicit quantum ad cauſam finalem, quam nemo ante judicium intelliget. *Apoc.* 15. Nemo poterat intrare. Ibi *Gloſſ.* ideſt, intelligere judicium quare alios reprobat, alios eligit, donec in fine Mundi intelligant ſancti. De cauſa vero efficiente non eſt occultum, ſed planum: quia nulla cauſa efficiens eſt quod reprobat aliquem, ut dictum eſt *ſup.* Multa ſigna & plagæ. Hoc dicit, quia multa ſigna fuerunt, quæ non fuerunt plagæ, ut mutatio virgæ in colubrum. Cum apud Deum, ideſt, in præſcientia Dei. Mortuus eſſet, ideſt, dignus morte æterna, non tantum temporali. Qui Judæorum erat Deus per cultus exhibitionem.

Quia miſeretur Deus Jacob gratis. Loquitur de miſeratione præſenti; ſimiliter & de obduratione. Obdurationis

A meritum

Δ tis: Dicit enim: a Quia in hoc ipſum excitavi te,] Nota quod iſtud [quia] non continuatur hic; ſed continuatur ad id quod præcedit in libro, ſcilicet *Exod.* 9. Ideirco poſui te ut oſtendam in te fortitudinem meam; vel ſervavi vel ſuſcitavi a quo ſumitur auctoritas. Lege ergo ac ſi non eſſet ibi: [Quia

> Quia *a* in hoc ipſum excitavi *b* te, ut oſtendam in te *c* virtutem meam: & ut annuntient nomen meum in univerſa terra. Ergo cujus *d* vult miſeretur, & quem *e* vult indurat. *f* Dicit ita-

excitavi] Pharao dicitur quaſi dormire quantum ad Judæos quos perſequebatur. *c* Ut oſtendam virtutem] poſteris mirabilia quæ feci in diebus Ægyptiorum. Ideo autē vocantur quidam dies Ægyptii in Kalendariis, ut recolamus quæ facta ſunt a Domino illis diebus. Alia littera [Servavi] habet: q. d. Dominus, cum multi Ægyptii ex plagis illatis a me morerentur, & maxime in ultima, ego ſervavi te inter omnes plagas, ut oſtendam virtutem in ſubmerſione tua. *Exod.* 13. Vel [ſuſcitavi] quod eſt mortuorum, & ipſe erat dignus morte, quia completa erat malitia ejus, & tales digni ſunt morte. Quod patet per ejus contrarium, *Gen.* 15. Nondum completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum. Ergo ex quo ſic accidit de Jacob, Eſau, & Pharaone: *d* Cujus vult miſeretus] prædeſtinando hic ad gratiam, & in futuro ad gloriam. *e* Et quem vult indurat.] prævidendo ipſum non habiturum hic gratiam, nec in futuro gloriam, ſed pœnam æternam. [Excitavi] per ſigna, & portenta, & Diabolus per ſanctos prædicatores excitatur ſæpe dormiens, in cordibus peccatorum, *Job* 3. Qui parati ſunt ſuſcitare Leviathan, *Job* 40. Sub umbra dormit in ſecreto thalami in locis humentibus, i. hypocritis. Sed quidam ipſius ſomnum provocant, claudentes feneſtras, ne lumen intret, nolentes audire verbum Dei; de quo *Pſal.* 118. Lux pedibus meis verbum tuum, &c. *Prov.* 28. Qui declinat aures ſuas ne audiat, oratio ejus erit execrabilis. Quidam provocant citharizando, & vellando per adulationes, *1. Reg.* 26. Clamavit David ad populum, & Abner, & reſpondit Abner, quid clamas, & inquietas regem? Abner patris lucerna, i. hypocrita ſive adulator qui videtur lucerna. Sed ſicut de nocte facit caligare viſum, & pronior eſt ad caſum; ſic iſti laude ſua præcipitant homines, *Prov.* 15. Alii non permittunt Diabolo fieri ſtrepitum per objurgationes, *Amos* 7. Qui vides, gradere, fuge in terram Juda, & comede ibi panem, & prophetabis ibi: in Bethel non adjicies, &c. q. d. nolite facere malam conſcientiam Domino Epiſcopo; ſed ita prædicare vetulis, & ruſticis qui indigent: bene ſcimus quid faciendum ſit; ſatis ſumus prædicati. Alii tintinnabulant, qui ducunt choreas, & hujuſmodi: Quod ſignificatum eſt, *Num.* 23. In hoc quod Balach ducebat Balaam de loco ad locum ut ſacrificaret Dæmonibus, & fecit ſeptem aras, i. ſeptem peccata mortalia. *b* Excitavi te, &c.] Ad hoc enim excitat Dominus perſecutores ut bene utatur eorum ſævitia, *Aug.* Bene uſus eſt Dominus ſævitia Neronis, quia per eum tot glorioſos Martyres fecit. Alia littera habet [ſervavi] Dominus enim quaſi ſpina conſervat tyrannos ad faciendam ſepem vineæ ſuæ, *Iſa.* 5. *Oſ.* 2. Sepiam viam tuam ſpinis. Unde & ipſi Prælati quandoque ſunt tyranni, & ideo ſpinæ dicuntur *Mich.* 7. Qui optimus eſt inter eos, i. Prælatus, erit quaſi paliurus, & qui rectus quaſi ſpina de ſepe. Conſervat eos, quia eis utitur ut follibus, imo ſunt ejus fabri, *Iſa.* 54. Ego creavi fabrum ſufflantem in igne prunas, *Pſal.* 9. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper. Item utitur eis ut novacula, *Pſal.* 51. Sicut novacula acuta feciſti dolum. Propter hujuſmodi, & ſimiles commoditates dicit, *Pſal.* 58. Ne occidas eos, ne quando obliviſcantur populi mei. Tribulatio enim facit hominem eſſe Dei memorem; ſicut nautæ B. Nicolaum habent in memoria propter pericula. *d* Cujus vult miſeretur, & quem vult indurat.] Quædam indurantur a frigore, ut res humida nimis remota a ſole, i. Chriſtō, *Eccl.* 43. Frigidus ventus Aquilo, i. Diabolus flavit ſuggerendo, & gelavit cryſtallus peccatorum. Item induratur ex rarefactione. Per contrarium dicitur de ſanctis, juxta decurſum aquarum, i. Scripturarum, & lacrymarum, *Iſa.* 44. Germinabunt inter herbas, &c. Quidam indurantur ut coralli in aqua, & ſilex; ſic & theologi in ſacra ſcriptura: *Job* 41. Indurabitur cor ejus quaſi lapis. Quidam excuſſione, ut incus. *ibid.* Stringetur quaſi malleatoris incus. De hujuſmodi obdurationibus, *Prov.* 28. Qui mentis eſt duræ, corruet in malum, *Eccl.* 3. Cor durum male habebit in noviſſimo, *Ezech.* 11. Auferam a vobis cor lapideum, *Zach.* 7. Poſuerunt cor ſuum ut adamantem, &c [Cujus vult miſeretur,] i. emollit eum, *Job* 23. Deus autem mollivit cor meum, &c. Quidam emolliuntur per ignem tribulationis, ut metalla, *Pſal.* 21. Circumdederunt me vituli multi, &c. factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens. Quidam per verbum Dei, *Cant.* 5. Anima mea liquefacta eſt, ut dilectus locutus eſt. Quidam per charitatem. Unde *Pſal.* 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. *f* Dicis itaque:] Ex quo ſic, erit a Deo quod aliquis ſit prædeſtinatus vel reprobus: Δ Nec eſt

A meritum invenimus; miſericordiæ vero meritum non invenimus. Contra: Nonne meretur quis aliis primam gratiam oratione ſua? Videtur quod ſic, quia ſuper illud *Marc.* *Expoſitio Gloſſ.*
2. Videns Jeſus fidem illorum, &c. dicit *Gloſſ.* Multum valet apud Deum fides propria, non tantum valuit aliena, ut homo interius exteriuſque ſanatus repente reſurgeret: ergo meritum miſericordiæ invenimus. Præterea, ſicut in miſericordia ſunt duo, gratia in præſenti, & gloria in futuro; ita & in reprobatione, culpa in præſenti, & pœna in futuro. Et ſicut culpa eſt cauſa, & meritum illius pœnæ; ita gratia eſt cauſa, & meritum gloriæ: ergo meritum invenitur miſericordiæ, ſicut & meritum reprobationis. Sol. Non invenitur meritum miſericordiæ quod ſit habentis miſericordiam; quia ille cui fit miſericordia, non meretur primam gratiam ſibi, ſed alteri, quia aliquis poteſt mereri eam alicui. Obdurationem vocat hic ſubtractionem gratiæ vel non dationem vel non conſervationem, & hoc habet meritum Si non gratis donatur *inf.* 11. Meritum autem obdurationis eſt peccatum totius maſſæ: originale peccatum eſt cauſa generalis; actuale vero eſt cauſa ſpecialis. Obdurat Deus non impertiendo gratiam, ergo non impertiri gratiam, idem eſt quod obdurare; ergo Deus obdurat parvulos, lapides, & ligna. Sol. Cum dicit, Deus indurat, licet exponatur per negationem, non tamen eſt negativa. Ponit enim quod iſte quem indurat, ſit habilis ad gratiam, & quia diu perſeveret ſine gratia, primum removet lapides, & ligna; ſecundum parvulos. Hoc merentur, i. ut non impertiatur; merentur, ut tunc habeant gratiam, ſed nullus meretur ut nunquam habeat gratiam. *45. Aiſ. c. de Judæis.*

Unde etiam meretur quis ut plus non habeat quia meretur ut ſtatim interficiatur. Quiſquis adjutus eſt, per gratiæ appoſitionem. Nec damnatus niſi de ſuis meritis conqueratur; ergo parvuli ſunt damnati ſuis meritis. Sol. Loquitur de adultis: aut meritum large ſumatur ad actuale, & originale. In una perditionis maſſa, i. carne corruptibili. Ab origine, i. fœditate, & corruptione carnis. Cauſa communi, i. communi lege naſcendi; In apoſtatica radice, i. in Adam apoſtatante, *Eccl.* 10. Initium ſuperbiæ, &c. Ex hoc videtur quod primum peccatum hominis fuit apoſtaſia. Univerſa conſperſio, i. maſſa corrupta, de qua 1. *Cor.* 5. Et quo ſc. in damnationem. Etiam juſtos, i. liberatos. Indebita miſericordia, i. non debita, i. non meritis dara. Miſericordiam non largitur, meritis eorum exigentibus; ab humanis ſenſibus remotiſſima. Quare enim hunc eligat, hunc reprobet, ſolus Deus videt modo. O altitudo *inf.* 11. Merito, i. peccato originali. Contumeliam debitam, i. pœnam debitam. Non meritorum prærogativa, contra Pelagium qui dicebat quod ſola naturalia ſufficiebant. Non fatali neceſſitate, contra Mathematicum. Non temeritate fortunæ, contra Epicurum, In fabulas vanitatis, *Pſal.* 63. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, *Greg.* Dum per diem cauſa iræ diſcutitur, amplius diſcuſſa provocatur. Dicentes quia animæ ſurſum in cœlo peccantes, & ad hoc quod puniantur hic, incorporantur etiam in bruta. Hoc etiam fuit prælationis, ut videtur in hyparmeo. Et Macrobius multa dixit de hoc dicens: quod animæ poſtquam in cœlo peccaverunt, deſcenderunt ad incorporandum per domicilia planetarum vel juxta, & inde contingit, quia ſicut malivolæ, & benivolæ, ut anima quæ deſcendebat juxta, vel per domicilium Saturni eſſet malivola, & ſic de aliis ſecundum proprietates eorum. Quia ait *ſupr. eod.* Fidelis ignoratia, i. fideles ignorantes. Veritate rectiſſima, i. æquitate; quia veritas eſt una ſpecies juſtitiæ. Cum voluntati ejus nihil reſiſtat *infr. eod.* Caverat præcipitium. *Prov.* 25. Sicut qui comedit mel, &c. perſcrutator majeſtatis opprimetur a gloria, *Eccl.* 3. Altiora te ne quæſieris, *Prov.* 23. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere. Obduratio temporalis eſt, i. præſens. Alia temporaliter, i. reprobatio, aliquando ſumitur pro præſcientia æterna, aliquando pro obduratione quæ eſt temporalis. Et i. duo importat. Unum æternum, & aliud temporale. Similiter diſtinguendum eſt de prædeſtinatione, quæ eſt prædeſtinatio temporalis, & æterna; ſic electio, dilectio, & odium. Et valet hæc diſtinctio ad ſolvendum quaſdam *Gloſſ.* in principio Malach. Dicit carnalis, qui credit quod Dei

Δ præde-

A Nec eſt in homine, a Quid adhuc quæritur,] q.d. non eſt reputandum homini, quia ipſe non poteſt vitare quod Deus vult. c Enim] i. quia b Voluntati ejus quis reſiſtit?] Nullus. Hæc eſt quinta pars capituli, in qua oſtendit quod nemo poteſt conqueri de Domino, ex eo quod quoſdam eligit, quoſdam reprobat.

que mihi. Quid a adhuc quæritur? voluntati b enim ejus c quis reſiſtit? O homo tu d quis es, qui e reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti f ſic? An non g habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud h quidem vas in i honorem, k aliud ve-

[Quid adhuc quæritur,] i. inquiritur cauſa obdurationis vel prædeſtinationis. Vel:
E [Quæritur] ſupple ab alio homine. Sic dicunt multi fatui, ponentes omnia ſub fato. Sed quod fatum nihil ſit probat. *Tull. in lib. de Fato*, ſic procedens: Infirmus aut convaleſcet, aut non. Si ſic, inutilis eſt ei medicina, quia ſine ea liberabitur. Si non, ſimiliter inutilis, quia per eam non liberabitur: ergo quocumque modo contingat, ars medicinalis inutilis eſt, quod falſum eſt: ergo falſa erat poſitio, quia in fato non eſt ut convaleſcat, nec ut infirmetur. Vel [Quæritur] i. conqueritur ſupple Deus de homine non faciente præcepta ejus, *Ezec.*18. Quare moriemini domus Iſrael, *Mich.*7. Væ mihi, quia factus ſum ſicut, &c. *Jer.*2. Induxi vos in terram Carmeli, & ingreſſi contaminaſtis terram meam. *In eod.*2. Mutavit Gens Deos ſuos, & certe ipſi non ſunt dii: populus autem meus, &c. d O homo tu quis es,] Reſpondet prædictæ quæſtioni per exemplum, oſtendens quod nullus poteſt conqueri de Domino, i. de probatione: ſicut vas ſi poſſet loqui non conquereretur de figulo, quia fecit unum in vile officium, & aliud ex eadem maſſa in nobile finxit. Hoc proprie dicitur figulorum propter duo, quia ſicut figmentum ſubito apparet, & deperit: ita eſt de operibus figuli quando omnia fecit. [Homo] ab humo fragilis, & miſer, in malum ſonat, 1. *Cor.*3. Cum ſit inter vos zelus, & contentio, nonne, &c. e Reſpondeas] ideſt, intelligas Dei judicia, & ponit conſequens pro antecedente. Ad hoc enim quod quis bene reſpondeat alicui, oportet quod ipſum intelligat prius: q.d. non poſſes intelligere Dei judicia, *Pſ.*35. Judicia Dei abyſſus multa, *Eccl.*1. Arenam maris, &c. ſapientiam Dei præcedentem omnia quis inveſtigabit. Vel [Reſpondeas,] i. contradicas. *Iſa.*45. Væ qui contradicit factori ſuo. Vel [Reſpondeas] i. aſſignes rationem de his quæ facit Dominus, vel quæ tu feciſti, *Job* 9. Si repente interroget, quis reſpondebit ei? *in eod.* Quantus ego ſum ut reſpondeam ei. f Sic] i. in contumelioſum, & vile officium. g An non habet poteſtatem figulus luti,] Sexta pars, in qua oſtendit quod nullus poteſt conqueri de Domino licet reprobetur, per ſimile ſicut dictum eſt *ſup.* Continua: Nunquid dicit luſum figulo quid me feciſti, q.d. non: quia ridiculum eſſet, & vere ridiculum, quia [An &c.] h In honorem] i. in ſervitium alicujus magnatis. k Aliud vero in contumeliam] i. in vile officium ad congregandas ſordes. i Aliud quidem vas in honorem] ſinguli homines ſingula ſunt vaſa, 1.*Theſſ.*4. Ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere, &c. *Eccl.*50. Quaſi vas auri ſolidum, & ornatum omni lapide pretioſo. Vaſorum quædam in honorem, quædam in contumeliam. Similiter & bonorum diverſa ſunt genera, *Eccl.*2. Fecit ſcyphos, & urceolos ad vina fundenda, i. diverſa genera Prædicatorum. De diverſitate vaſorum, 3 *Reg.*7. Fecit Salomon omnia vaſa in domo Domini: altare aureum, propriam voluntatem macerando. Sed altare holocauſtorum ſignificat mortificationem membrorum cum vitiis, & concupiſcentiis. De his duobus altaribus dicit *Pſ.* 83. Paſſer invenit ſibi domum, & turtur nidum, i. viles, & qui nullius valoris ſunt, habent refugium: ſed altaria tua Domine jam vilipenduntur: Et eſt apoſiopeſis. Qualiter autem hoc altare debeat fieri, & quid ibi cremari, habetur *Exo.* 30. Sequitur 3. *Reg.*7. Menſam auream: iſti ſunt qui largiuntur eleemoſynas, *Eccl.*29. Orna menſam, &c. *Job* 31. Si comedi buccellam ſolus, &c. Oſtium meum viatoribus patuit. Sequitur, Candelabra aurea. Hi ſunt providi in conſiliis, *Exod.*25. Primo fuit præceptum quod fieret arca, in qua urna cum manna. Item de candelabro quod erat poſitum in Auſtrali plaga, & illuminabat Aquilonem: modo Prælati e contra poſiti ſunt in Aquilone peccati, & illuminant Auſtralem plagam, i. bonos per doctrinam. Hæc duo debent eſſe in Eccleſia, quod ſcil. Prælati repleti ſint divina ſapientia, & providi in conſiliis. Sequitur, Forcipes aureos, i. confortatores, *Iſ.*6. Volavit ad me unus de Seraphin, & in manu ejus calculus quem forcipe tulerat de altari. Sequitur, Et hydrias, i. pro ſe, & pro aliis flentes, *Jo.*2. Implete hydrias aqua. Mutatur aqua in vinum, quando illi pro quibus rogaverunt, ad Dominum convertuntur. Sequitur, Fuſcinulas, i. quoſcumque extrahentes alios de caldario Diaboli, *Prov.*24. Erue eos qui ducuntur ad mortem. Sequitur: Mortariola, ideſt, Expoſitores noſtri, *Num.* 8. Quilibet princeps obtulit mortariolum aureum. Sequitur: Phialas quæ inferius erant ſtrictæ, ſuperius latæ; modo ſunt e converſo, & erant vaſa probatoria ad probanda libanda. Hi ſunt Spirituales contemnentes mundum, a quibus petendum eſt conſilium, quod dicit, *Eccl.*37. Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quam ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad contemplandum. Et ſequitur: Thuribula aurea, ideſt, oratores, *Num.*16. Tolle Thuribulum, i. cor, & hauſto igne charitatis pone thus devotæ orationis. Item vaſorum contumelioſorum diverſa ſunt genera, 2. *Tim.*2. In magna domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, imo quædam ſunt ſicut cophini, ut avari, *Pſ.*80. Manus ejus in cophino ſervierunt. Quidam ſunt rotabolum ad congregandum lutum ut detractores, *Habac.* 5. Uſquequo aggravat contra te denſum lutum? Quidam opercula latrinarum, ut adulatores, *Iſa.*10. Propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda: cauda enim tegit turpia animalis. Quidam ſunt ipſa latrina, ut guloſi, 4. *Reg.*10. Deſtruxerunt ædem Baal, i. corpus voratoris, & ædificaverunt pro ea latrinas, quia fœtidi ſunt. [Ex eadem maſſa,] *Iſ.* 64. Et nunc Domine pater noſter es tu; nos vero lutum, & cetera.

A a Quia

A prædeſtinatio, & præſcientia inferat neceſſitatem rebus. Utitur verbis, *Iſ.*45. Tu qui es qui reſpondeas Deo? *Expoſitio Gloſſ.* In malo accipitur hic, reſpondeas. Sed *Job* 13. Sumitur in bono: Vocabis me, & reſpondebo tibi: Non ſine juſtitia, i. juſta voluntate. In figulo ſola voluntas; in Deo autem voluntas cum juſtitia; imo & in figulo eſt voluntas cum juſtitia, quia paulo ante dicit *Gloſſ.* quod habet juſtam poſſibilitatem: ergo juſtam voluntatem. Sol. quod dicit: Juſtam poſſibilitatem, juſtitia non ſonat in poſitionem, ſed in ſolam privationem, q.d. hoc poteſt facere ſine alicujus injuria. Suo vitio juſte corrupta: ergo iſta corruptio eſt juſta: ſed omne juſtum eſt a Deo: non ergo a vitio. Sol. Juſta fuit in pœna, & eſt a Deo: tamen proprie loquendo, corruptio non fuit a Deo, ſed a vitio. Sicut judex dicit latroni: Frater, ego non ſuſpendo te, ſed tuum peccatum, & tamen ad litteram ſuſpendit eum. Si in contumeliam: Dominus dicitur facere aliquod vas contumeliæ: quia prævidit ipſum futurum tale, & quia non dat ei gratiam ut fiat in honorem. In altero æquitas, in altero miſericordia perſpicua eſt: intellige, perſpicua in genere, quia in ſpecie occultiſſima eſt, quare potius iſtum quam illum. Maſſa enim iſta ſi media eſſet, i. indifferens, ut ſicut nihil boni, ita nihil mali haberet, &c. Quid eſt hoc quod dicit, ut nihil boni haberet, quia ſine bono eſſe non poſſet: quia dicit *Aug. lib. de nat. bon.* Omnis natura in quantum eſt, bona eſt. Et dicendum quod loquitur ibi *Aug.* de bono naturæ, hic de bono gratiæ. Sed iterum objicitur de hoc quod dicit: Non fruſtra videretur iniquitas, &c. quia Angeli a primo ſtatu, nec habebant aliquid boni, nec aliquid mali corruptionis, & tamen facta ſunt inde quædam vaſa in contumeliam, quædam in honorem: videtur ergo hæc fuiſſe iniquitas. Sol. Non eſt ſimile de Angelis, quia non fuerunt vaſa contumeliæ a principio ſuæ nativitatis, ſed ipſi ſe fecerunt tales; ſed illa maſſa a principio ſuæ nativitatis fuit vas contumeliæ, & etiam ſi adhuc eſſet indifferens, non tamen oporteret quod eſſet iniquitas, ſi inde fierent vaſa in contumeliam; licet alicui videatur eſſe iniquitas. Non eſt ipſius juſtitiæ, i. meriti vel bonorum operum. Sed judicio deputandum eſt, i. merito hominis. Bene autem diſpenſavit Dominus, ut nec, &c. ergo diſpenſatio non fuit non omnes damnare; ſed diſpenſatio eſt juris relaxatio, &c. Sol. Dicendum quod quantum ad totum conjunctum fuit diſpenſatio; vel diſpenſavit, i. prævidit. Quantum ad originale pertinet peccatum, omnes pares erant: ergo tantum unum originale, quantum aliud: ergo originalia ſunt paria. Contra: Pronitas quæ eſt fomes, eſt originale, ut dictum eſt ſupra, ſed conſtat quod quidam ſunt proniores ad peccandum quam alii: ergo, &c. Sol. pares, quia omnes pariter involvebat pœna, eo modo quo dicitur ſuper illud, 1. *Cor.*15. Stella differt a ſtella in claritate, *Gloſſ.* Et par commune gaudium impari claritate. Sed iterum objicitur. Dicit *Aug. in Enchir.* Non eſt malum niſi quod nocet; nec nocet, niſi quia adimit bonum; ergo ſi æqualiter adimit, æquale eſt peccatum: ſed tantum adimit unum originale, quantum aliud: ergo originalia ſunt æqualia. Sol. Omnia originalia ſunt æqualia in quantum ſunt peccata, ſed non in hoc quod ſunt.

A a Quia ſi

ro in contumeliam. † Quia a ſi Deus volens oſtendere iram, b & totam facere potentiam ſuam c ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, ut d oſtéderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam. Quos & vocavit, non e ſolum ex Judæis, ſed etiam ex Gentibus, ſicut in Oſee dicit: f Vocabo non

a Quia ſi Deus, &c.] Oſtendit quod non poteſt Deus redargui de reprobatione; quia etiam reprobis multa bona dat. [Quia ſi Deus, &c.] ſupple, quid dices? [Oſtendere iram] aut ipſos hic verberando, aut aliquos per ipſos, *Jer.* 50. Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ. b Et notam, &c.] convertendo in bonum electorum. Vel de futuro ſic [iram] judicii eſſe juſtam [potentiam] qua remunerabit bonos, ſicut potens dicitur qui poteſt dare civitatem, vel regnum, vel imperium: ita Chriſtus oſtendet ſe potentem in judicio quando dabit eis tantum regnum. e Non ſolum ex Judæis,] Sexta pars, in qua oſtendit non eſſe acceptationem perſonarum in Dei prædeſtinatione, quia quoſdam de Judæis, quoſdam de Gentibus elegit, quoſdam de utriſque reprobavit. Moraliter: Oſtende iram flagellando eos. Primo dediſti eis ſignum, ut fugerent a facie arcus. Vel aliquos coram ipſis, ſicut verberatur catulus coram Leone, *Prov.* 19. Flagellato peſtilente, &c. Felix quem faciunt aliena pericula cautum, *Gen.* 19. Uxor Loth converſa in ſtatuam, ut fatui fierent ſapientes viſa pœna aliorum, 2. *Petr.* 2. Civitates Sodomorum, & Gomorrhæorum damnavit. b Notam, &c.) bonos purgando per malos. Unde *Greg.* Ignem tribulationis admovet, ut rubiginem vitiorum purget. c Suſtinuit, &c.] expectando ad pœnitentiam, *Sap.* 12. Tu autem dominator virtutum cum tranquillitate judicas, *ibid.* 11. Diſſimulas peccata hominum, &c. d Ut oſtenderet, &c.] per hoc, quod Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, *Matth.* 5. In hoc quod bona malis largitur, oſtenditur ſuperabundans Dei largitas: In hoc quod expectat ad pœnitentiam, abyſſus ſuæ patientiæ: In hoc, quod quoſdam elegit, infinita miſericordia. Vel de futuro dici poteſt ſicut dicit *Gloſſ.* f Vocabo, &c.] Nititur oſtendere prædeſtinationem Dei eſſe ſine acceptione perſonarum; Et incepit hoc oſtendere ſupr. ibi: [Non ſolum, &c.] cui continuatur hoc. Et [vere non ſolum ex Judæis, ſed etiam ex Gentibus, &c.] Et ſunt verba collecta de principio Oſeæ.

al. † *quid.*

Moraliter.

a Non

A a Quia ſi Deus volens, &c.] ut ſi velint, corrigantur. Contra: Homo eſt ſpiritus vadens, & non rediens. Sol. Non dicit corrigant, ſed corrigantur, gratia Spiritus ſancti, quæ juvat ſi non deficiat liberum arbitrium, *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Propter quod dicitur *Heb.* 22. Videte ne quis veſtrum deſit gratiæ Dei. Ordinate diſpendat, i. juſto ordine, ſc. poſt longam expectationem non emendatis moribus. Ut utatur illis quaſi inſtrumento. Sed homo proprie utens inſtrumento, proprie non agit in inſtrumentum: ergo mala ipſa, quæ faciunt, non ipſi ſed Deus facit: ergo mala actio eſt a Deo. Ad idem ſuper illud *Iſa.* 10. Nunquid gloriabitur, &c. Ibi *Hier.* Sicut hæc inſtrumenta tantum ſunt inſtrumenta, & nihil per ſe faciunt, ſed per eum qui moveat ea, ſic Nabuchodonoſor: ergo omnis actio eſt a Deo. Sed alia opinio reſpondet, quod non omnis ſimilitudo currit quatuor pedibus. Ille enim qui operatur inſtrumento, duo facit; movet inſtrumentum, & quaſi dat ei potentiam ad minus exeundi in actum. Deus enim etſi det tyrannis potentiam, & virtutem perſequendi ſanctos, non tamen movet eos ad talem finem. Novit enim Deus bene uti malis.

Expoſitio Gloſſ...

Unde *Aug.* Pius Dominus nunquam mala fieri ſineret, niſi aliquid bonum inde eliceret. Sed hac prædicta gratia, i. patientia Dei, *Job* 24. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ipſe abuſus eſt eo in ſuperbia. Malis non communem, *Prov.* 14. Cor quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſcebitur extraneus. Vel oſtendit hic in electis miſericordiam per fornacem tribulationis quam tolerant: ergo quod boni patiuntur, eſt ex miſericordia. Contra: Dicit *Hier.* ſuper *Jer.* Quicquid mali patimur, peccata noſtra induxerunt ſuper nos: ergo merito. Sol. Et Deus punit ex juſtitia, & Deus punit ex miſericordia; ſed in flagello duo ſunt, quod punitur, & quod patienter tolerat: Primum eſt ex juſtitia, ſecundum ex miſericordia. Sed propter quæ ponitur, qui nullum peccatum habet? Reſpondet *Aug.* Non propter peccata quæ facit, ſed quæ facturus eſſet, niſi ſic domaretur: ſicut equus præcipitaret ſe in lacum niſi fræno circundaretur os ejus: Et talis pœna bene infligitur ex juſtitia, ſed magis ex miſericordia. Vel poteſt reſponderi ſecundum verſus, &c. Quia homo, &c. Tanto puriores, &c. *Eccl.* 27. Vaſa figuli, &c. Inexcuſabiles, *ſup.* 2. Vindictam ſanguinis. *Apoc.* 6. Diſſimulavit, *Sap.* 11. Judicando potens. *Pſal.* 9. Cognoſcetur Dominus judicia faciens. Quæ pariter omnibus. Eadem objectio, quæ ſupra, & eadem ſolutio. Debeatur, quoad carentiam viſionis, quæ omnibus debebatur merito originalis. Quibus nec gratiam apponit Deus, ut Eſau & Pharaoni. Sed nonne Eſau fuit circumciſus; ergo habuit gratiam, quia in circumciſione dimittebatur originale, & non dimittitur niſi per gratiam. Sol. Loquitur de Eſau ſecundum ſtatum adulti, cui poſt amiſſionem gratiæ non eſt appoſita gratia. Quaſi coactus, ut Apoſtolus. Contra, *Aug.* Qui creavit te ſine te, non juſtificat te ſine te. Sol. Non dicit coactis, ſed quaſi coactus, quod fuit in Apoſtolo, *Act.* 9. In his cauſis præſcientia Dei eſt flagitanda, i. exoranda: ergo quilibet debet orare, ut ſit prædeſtinatus, & hoc poteſt petere pie, & per ſe, & perſeveranter; ergo poteſt hoc mereri. Contra: Si eſt prædeſtinatus, ab æterno fuit prædeſtinatus; ergo cum non ſit ab æterno prædeſtinatus, non eſt prædeſtinatus, nec eſſe poteſt. Sol. Nullus poteſt petere Dei prævidentiam in hoc, quod iſta fuit ab æterno, ſed bene poteſt petere, & debet, quod det ei nunc hic gratiam, & in futuro gloriam ſi ei placet. Vel flagitanda, i. in talibus dicendum eſt: igne comburatur, non intelligo, require a Domino hoc: O altitudo. Non habuit eos in numero bonorum. Contra: Habuit Judam in numero Apoſtolorum. Sol. Non habuit finaliter, vel in gloria. In uſum temporalem: Ut Saulem, 1. *Reg.* 10. Ecce nomina veſtra ſcripta, &c. *Luc.* 10. Poſtea abierunt retro, *Jo.* 6. Secundum hoc habemus, quod qui habet charitatem, poteſt amittere eam. Contra, 1. *Cor.* 13. Charitas nunquam excidit. Et *Ambr.* Vera charitas non fuit, quæ deſeri potuit. Sol. Nunquam excidit, ſupple per gloriam, ſicut fides, & ſpes adveniente gloria evacuabuntur; ſed bene excidit, i. occidit per peccatum. *Ambr.* autem vocat veram charitatem finalem, quæ habet effectum ſuum, i. vitam æternam. Sed eſt juſtum, ut unicuique reſpondeat pro merito. Sed reprobi habentes gratiam ſunt digni vita æterna; ergo juſtum eſt, ut Deus reſpondeat merito eorum; ergo vult eis dare vitam æternam. Contra: Sunt præſciti. Sol. Præſcitus dignus eſt aliquo, quod Deus non vult ei dare, quia ipſemet perdit meritum ſuum peccando, & ita facit ſe indignum; ſed ſi perſeveret in dignitate gratiæ, Dominus vellet ei dare gloriam, ſed quia ſcit, quod non perſeverabit, ideo non vult ei dare, licet modo dignus ſit. Hinc eſt, quod aliqui dixerunt, quod nullus meretur vitam æternam, niſi ſub conditione ſi perſeveret, i. ſi finaliter bene operetur, ſicut operarius non meretur mercedem ante operis conſummationem, *Matth.* 20. Tamen dicitur quod quicumque habet gratiam, ſimpliciter meretur vitam æternam. Nec eſt ſimile de laborante in vinea; quia ei imponitur tempus certum, ſed hic non. Nomina eorum ſcripta ſunt in cœlo, propter juſtitiam cui deſunt. Super *Iſa.* 38. dicit *Greg.* quod in libro vitæ duæ ſunt paginæ: In una ſcribitur homo ſecundum juſtitiam præſentem, in alia ſecundum Dei præſcientiam, de qua nullus poteſt deleri, ſed poteſt eſſe, vel fieri, quod nunquam fuerit inſcriptus, quia poteſt fieri, quod iſte qui modo eſt prædeſtinatus, nunquam fuerit prædeſtinatus. Sed quare non poteſt deleri? Quia verbum delendi dicit, quod aliquando fuerit inſcriptum, & modo non: de alia bene poteſt deleri; Si quis peccaverit, *Exod.* 32. Joannes ait, 1. *Jo.* 2. Bonis prodeſt, & malos expectat, *Eccl.* 8. Peccator ex eo, quod centies facit malum, ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum. De ſtirpe inobedientiæ, i. de Adam inobediente. Ducitur propago peccati, i. propagatur caro corrupta. Unde contrahitur originale, cui debetur ſupplicium large, i. carentia viſionis. Non de conditione divina, i. non de voluntate divina. *Thren.* 3. Non enim ex corde ſuo humiliavit. Vel non de conditione humanæ naturæ divinitus inſtitutæ. Non poſſunt ſe excuſare, quia in ipſis eſt negligentia, quia gratia ſemper eſt parata quam nolunt accipere; vel quia ſe præcipitant poſt gratiam ſuſceptam. Hoc ſibi imputent, i. corruptæ, & vitiatæ naturæ, vel voluntati ſuæ malæ, ſi originali actualia addiderunt. Gentes quæ prius non noverunt me, i. quibus non feci, ut cognoſcerent me, *Pſal.* 17. Populus quem non cognovi, &c. i. cognoſcere me non feci: Ab eiſdem Judæis, ideſt, aliquibus converſis de eis. Major pars ſit excæcata, *infr.* 11. A gratia fidei, a gratia quæ eſt fides. Non radix Patriarcharum periit, ideſt, fides in qua fuerunt radicati, ſcilicet illi qui Patriarchas ſunt imitati. Quos mihi reliqui, 3. *Reg.* 19. Per verbum Evangelii, ut gloria legalium operum excludatur, ne poſſent gloriari de operibus legis quaſi per ea ſalvi facti ſint. Compendio fidei. Audi

23. q. 1. 2. cum igitur, §. hac ita-que.

A compen-

Digitized by Google

plebem meam, plebem meam: & non *a* dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. Et *b* erit, *c* in loco ubi dictum eſt ei: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii Dei vivi. *d* Iſaias autem clamat pro Iſrael: Si *e* fuerit numerus filiorum Iſrael tamquam *f* arena maris, *g* reliquiæ ſalvæ fient. *h* Verbum enim *i* conſummans, & abbrevians in equitate, *k* quia verbum breviatum faciet Dominus ſuper terram. Et ſicut prędixit *l* Iſaias: Niſi Dominus *m* Sabaoth reliquiſſet nobis *n* ſemen: ſicut *o* Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Quid ergo dicemus? quod Gentes, quę non ſectabantur juſtitiam, *p* apprehenderunt juſtitiam, Juſtitiam autem quę ex fide eſt: Iſrael vero *q* ſectando legem juſtitię, in legem *r* juſtitię non pervenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus: Offenderunt enim in *ſ* lapidem offenſionis, ſicut *t* ſcriptum eſt;

a Non dilectam,] ideſt, Gentilitatem quam non diligo dilectione gratiæ. Loco hujus dicitur, *Oſ.* 1. Voca nomen ejus Abſque miſericordia. [Vocabo,] ideſt, eligam. Vocato dno notat, quid ſit, & quid vocetur. *b* Et erit] *Oſee* 1. ideſt, continget. *c* In loco,] ideſt, in Judæa. *d* Iſaias autem clamat] In vocatione Gentium adimpletum fuit, *Iſa.* 35. In cubilibus, in quibus habitabant prius dracones, i. veneſoſi homines per peccatum idololatriæ, orietur viror junci, & calami, i. fidei, & aliarum virtutum, *ibid.* Lætabitur deſerta; i. Gentilitas, &c. Et 51. Ponet deſertum ejus quaſi delicias. Et quia tres Magi fuerunt de Gentibus, ideo in vigilia Epiphaniæ legitur epiſtola ſumpta de prædicta prophetia Gentium, *Iſa.* 35. Lætabitur deſerta, &c. *e* Si fuerit, &c.] Sicut oſtendit per auctoritatem Oſee quoſdam electos de Gentibus: ita modo oſtendit per auctoritatem Iſaiæ quoſdam electos de Judæis. Sententia eſt, *Iſa.* 10. Si fuerit populus tuus Iſrael quaſi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo. Et exponitur hoc dupliciter. In malo ſic: [Si,] i. quamvis.
f Arena maris,] ſi incompacti, & incompoſiti, infructuoſi, i. ſteriles. *g* Reliquiæ,] i. pauci, & viles, *Apoc.* 12. Draco, i. Diabolus, ſtetit ſuper arenam maris. Vel in bono; q. d. multi ſalvabuntur, *Iſai.* 48. Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, &c. & quaſi arena ſemen tuum, &c. *Oſee* 1. Erit numerus filiorum quaſi arena maris, &c. [Reliquiæ.] Hoc nomen ſonat in vilitatem, abjectionem, & paupertatem. Tales fuerunt Apoſtoli per reliquias ſignificati, 1. *Cor.* 1. Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus. Quod ſignificatum fuit 1. *Reg.* 30. Ubi David per ducatum ſervi Amalechitæ apprehendit Amalechitas. David Chriſtus, ſervus Apoſtoli, Amalechitæ lambentes ſanguinem, Gentes, 3. *Reg.* 20. Vidiſti omnem multitudinem hanc, &c. uſque ibi per pediſſequos Principum provinciarum, patet vilitas Apoſtolorum. Item fuerunt pauci, *Iſa* 17. Et erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim, quæ ad litteram erat juxta Jeruſalem valde fertilis. Et enumerat ibi duodecim Apoſtolos, dicens *Iſa.* 17. Et relinquetur in eo quaſi racemus, & ſicut excuſſio oleæ, duarum, aut trium olivarum in ſummitate rami, ſive quatuor aut quinque, &c. Duæ vel tres, ecce quinque: quatuor vel tres, ſeptem: & ita duodecim. Vel ita quod ſonet in reſiduitatem de convertendis in fine mundi. Unde *Mal. ult.* Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, &c. Et vere fient ſalvæ reliquiæ Iſrael. *i* Enim] quia. *h* Verbum, &c.] *Iſa.* 10. Conſummatio abbreviata inundabit juſtitiam. [Verbum conſummans,] i. Evangelium quod conſummat legem, & implet, quæ erat quaſi umbra vacua. Vel [conſummans] dicitur quantum ad conſimilia. *k* In æquitate,] i. in æqualitate, quia tot ibi quaſi ſub compendio continentur, quot in lege diffuſa ſunt. Vel [Verbum conſummans] dicitur charitas, quæ eſt plenitudo legis, *Rom.* 13. Vel [Verbum abbreviatum] Verbum caro factum, *Phil.* 2. Exinanivit ſemetipſum, &c. Quod ſignificatum fuit, 4. *Reg.* 4. in curvatione membrorum Eliſæi ſuper puerum, qui ſignificat humanum genus. Et idem 3. *Reg.* 17. per Eliam. *l* Prædixit Iſaias.] Hic commendat prædictum verbum. *n* Semen] Evangelium, *Luc.* 8. Semen eſt verbum Dei. De iſto ſemine habetur in *Iſa.* 27. Qui egrediuntur impetu a Jacob, impetu ſpiritus S. vel expulſi a Jacob, i. Judæis, i. Apoſtoli implebunt faciem orbis ſemine. Vel [Semen] i. Apoſtolos, *Iſa.* 6. Semen ſanctum erit, id quod ſteterit in ea, a in Synagoga. Et ante dicit: Erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus, &c. Terebinthus cujus reſina eſt optima, ſignificat converſos de Judæis. Quercus, cujus fructus paſcit porcos, converſos de Gentibus qui immunde vixerant, ut porci. *o* Sicut Sodoma,] ideſt involuti omnibus flagitiis. De hoc *Gen.* 19. Vel ſecundum interpretationem, muti a confeſſione peccati, & laude Dei, & aſperi per peccata, *Ezech.* 2. Dominus exaſperans eſt.
m Niſi Dominus Sabaoth,] ideſt exercituum. Hoc frequenter reperitur in veteri Teſtamento, & maxime in Zacharia, ad deſignandum, quod in timore data erat lex; unde & timore ſerviebant; ſed in novo ex amore.
p Apprehenderunt juſtitiam] bene operando, vel, i. juſtificationem. *q* Sectando legem,] i. legalia, *r* Juſtitiæ] quia credebant inde juſtificari. Vel lex Moyſis dicitur lex juſtitiæ, quæ bene ſervata ducebat ad juſtitiam: vel quia faciebat de prævaricatoribus juſtos, puniendo tranſgreſſores. *ſ* In lapidem offenſionis,] ideſt, Chriſtum, quem vilem, & minimum reputabant, *Pſal* 21. Factus ſum opprobrium hominum, & abjectio plebis. *Iſa.* 53. Vidimus eum, & non erat aſpectus; deſideravimus, &c.
t Sicut ſcriptum eſt:] in *Iſa.* 28. Ubi nos habemus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, &c. Item, *Iſa.* 8. Et erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, *Gloſſ.* ideſt, Scribis & Phariſæis. *Expoſitio Gloſſ.*

A compendium fidei. Salvet. *Marc.* 9. Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti, i. facilia. Æquum eſt priori; quia eadem moralia continet rota in rota, *Ezec.* 1. Ut ſcilicet nihil deſit, i. ut nihil exigant de figurativis ad habendum juſtitiam. Quæ jus eſt tulli, ut figuras reſcindat. Sed objicitur de thurificatione, & purificatione, & leproſorum ejectione. Sol. Figuræ futurorum tranſierunt, ſed figuræ faciendorum, ideſt, quæ ſignificant facienda, bene remanſerunt. De hoc alibi dictum eſt. Vel dicendum, quod non fiunt in quantum figuræ, ſed ad honorem, & cultum Dei tantum exaltandum, ut lumina, quæ accenduntur in Eccleſia ad honorem Dei. Purificatio autem fuit moralis, ad reddendam gratiarum actiones de liberatione a tanto periculo. In terra homo factus, *Bar.* 3. In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Contra antiquum verbum, i. ad peccatum antiqui verbi delendum, vel abbreviandum, veterem legem. Lex & prophetæ, *Matth.* 22. Charitas univerſa abbreviat, *Rom.* 13. Plenitudo legis eſt dilectio, *Gal.* 5. Omnis lex uno ſermone impletur. Verbum Evangelii, *Luc.* 8. Semen eſt verbum Dei, *Matth.* 13. Idem. Qui fructum vitæ immortalis protulit. Ipſe eſt lignum de quo David prædixerat, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, *Jer.* 23. Ecce dies veniunt dicit Dominus; & ſuſcitabo David germen juſtum. Spinis vitiorum: Unde quia herinaceus eſt ſpinoſus, ei comparantur peccatores. Unde *Pſal.* 103. Petra refugium herinaciis. Inquieti intellectus Prophetarum, i. qualiter Judæi intelligant auctoritates Prophetarum prædictas: Quaſi ſubito, & firmiter. Similis *Gloſſ.* ſuper illud, *Iſa.* 4. Apprehendent ſeptem mulieres virum unum, &c. ut firmiter teneant, & non dimittant, &c. Et *Jo:* 1. Super quem videritis ſpiritum deſcendentem, &c. Ex fide quæ per gratiam eſt; ergo gratia præcedit fidem; ergo fides non eſt prima virtutum. Contra: Prima petit campum, &c. Sol. Prima gratia eſt fides.

Unde dicendum: Quæ per gratiam eſt, i. per Deum gratis dantem. Et impetrare ibi ponitur pro poſtulare cum effectu. Vel quæ juſtitia, i. juſtificatio per gratiam eſt. Si intellecta ſit bene, i. ſpiritualiter. Littera enim occidit, ſpiritus autem vivificat, 2. *Cor.* 3. Juſtitiam legis, i. opera legis. Non credens Deum operari, ſolum ſupple. Sed objicitur. Qui creavit te ſine te, non juſtificabit te ſine te. Sol. Non juſtificat te ſine te cooperante, i. præparante; ſed ſine te cooperante infuſionem gratiæ per quam juſtificaris. Juſtificatio autem ex fide. Sed in juſtificatione ſunt quatuor, ergo impetrantur ex fide; ergo infuſio gratiæ eſt ex fide. Sol. Hic ſumitur juſtificatio pro quarto iſtorum, i. pro remiſſione peccatorum. Quia lapis parvus, *Matth.* 21. Qui ceciderint ſuper hunc lapidem, confringentur, *Dan.* 2. Mons magnus, *Hier.* Valde cæcus eſt qui ad montem qui implet totam terram, offendit. Atteſtatur *Iſa.* 8. & 28. Patenter, quia tunc factus eſt viſibilis. Ex toto contemnentem, *Matt.* 21. Qui ceciderit, &c. Scandalum enim, &c. Verba ſunt *Orig.* Verſus: Scandalon, æquivocant, obex, impactio, caſus. Poſt vel per religionem indignantes, quod filium Dei ſe facerent, *Jo.* 19. Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia, &c. Item *Joan.* 10. De bono opere non lapidamus te; ſed de blaſphemia, &c.

EXPO-

▲ & Phariſæis, 1. *Pet.* 26. *a* Ecce pono, &c.] i. filium Dei miſit deorſum in carnem: q. d. ſolus patet. *Dan.* 2. de lapide qui excrevi in magnum montem. *Iſ.* 51. Attendite ad petram, de qua exciſi eſtis. Sumus enim membrum de membris, ſicut dicitur 1. *Cor.* 12. & *Iſ.* 2. Ingredere in petram. *Cant.* 2. Columba mea in foraminibus petræ. *Zac.* 3. Super lapidem unum, ſeptem oculi ſunt, ideſt, ſeptem dona Spir. Sanct. ſuper Chriſtum; ecce ego cælabo ſculpturam ejus; quod factum eſt in paſſione.

A *b* In Sion] i. in Eccleſia. *Apoc.* 21. Fundamentum primum jaſpis, qui eſt viridis coloris. Hic eſt Chriſtus, qui de ſe dicit, *Luc.* 23. Si in viridi hæc fiunt, &c. Et *Pſ.* 1. Et folium ejus non defluet; quod eſt arborum ſemper viridum. *c* Offenſionis,] non credentibus, *Luc.* 2. Erit in ruinam, & in reſurrectionem multorum. *Iſ.* 8. Poſtquam locutus eſt de hoc lapide, dicit: Offendent ex eis plurimi, & cadent. 1. *Pet.* 2. Ad quem accedentes lapidem vivum ab hominibus reprobatum. Et iterum *ibid.* Lapis offenſionis, & petra ſcandali his qui offendunt verbo, nec credunt. *Eccl.* 6. Quia aſpera eſt nimium ſapientia indoctis hominibus, & non permanebit in ea excors, ideſt, in fide illius, quaſi lapidis virtus, probatio erit in illis, ideſt, ſicut ſtultus pro nihilo habet lapidem pretioſum (Non confundetur) *Pſ.* 24. In te confido, non erubeſcam. 1. *Pet.* 2, Vobis igitur honor credentibus, &c.

Ecce *a* pono *b* in Sion lapidem *c* offenſionis, & petram ſcandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur.

C A P. X.

FRatres *d*, voluntas *e* quidem cordis mei, & *f* obſecratio ad Deum fit pro illis in ſalutem. *g* Teſtimonium enim perhibeo illis, quod *h* æmulationem quidem Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. *i* Ignorantes enim Dei *k* juſtitiam & ſuam *l* quærentes ſtatuere, *m* juſtitiæ Dei non ſunt *n* ſubjecti. Finis *o* enim legis Chriſtus *p* ad juſtitiam omni credenti,

E X P O S I T I O C A P. X.

FRatres *d*, voluntas, &c.] Iſtud capitulum, & ſequens adhuc ſunt de quarta parte primæ partis hujus Epiſtolæ. Prima fuit de lege Naturæ. Secunda de lege Moſayca. Tertia de lege Gratiæ, ſive Spiritus. Quarta eſt de lege, ſive effectu prædeſtinationis. Ad hoc quod dixit in præcedenti capitulo, quod non habuerunt Judæi in præſenti effectum prædeſtinationis, i. gratiam; poſſet quis reſpondere, quod non ſtetit per eos; ideo ponit rationes, quod imo. Prima eſt zelus erroneus, quem habuerunt de lege, ibi (Teſtimonium enim) Secunda, præſumptio juſtium, ibi (Ignorantes, &c.) Tertia fuit, quia Chriſtum non receperunt, qui ſolus poterat juſtificare, ibi (Finis enim legis, &c.) Quartu oſtendit, quod negaverunt de Chriſto, ibi (Ne dixeris, &c.) Quintu oſtendit, quod debuerunt credere Chriſtu, probans primo, quia propinqua eſt homini fides de Chriſto, ibi (Prope eſt verbum, &c.) Sexto probat hoc propter utilitatem fidei, ibi (Corde, &c.) Septimo probat illud per auctoritates, ibi (Dicit enim, &c.) Sed quia poſſet quis reſpondere: Non eſt eis imputandum ſi non crediderunt, quia nihil audierunt de Deo; ideo octavo oſtendit, quod fuit eis prædicatum; quod probat per duas auctoritates, ibi (Quomodo igitur, &c.) Non oſtendit, quod cognitum reſpuerunt; Gentes vero incognitum receperunt, ibi (Nunquid, &c.) Decimo oſtendit quod in hac excæcatione Judæorum impleta eſt prophetia *Iſ. ibid.* (Iſaias, &c.) Undecimo, quod etſi pro maxima parte excæcatus ſit populus Judæorum, non tamen propter hoc fruſtrata eſt Dei providentia, ibi (Nunquid Deus repulit) Duodecimo probat hoc idem auctoritate, ibi (An neſcitis quod dicit) Tertiodecimo oſtendit, quod quotquot ſalvi facti ſunt ex Judæis, ex gratia, non ex operibus legalibus ſalvati ſunt, ibi (Si autem, &c.) Quartodecimo, & ultimo, oſtendit Judæus, qui non fuerunt illuminati per gratiam, proprio errore fuiſſe excæcatos, ibi (Ceteri vero excæcati) Dicit ergo: *d* Fratres,) Oſtenderat Chriſtum fuiſſe quaſi lapidem offenſionis Judæis. Sed poſſet quis reſpondere: Hoc dicis ex rancore, & ex odio quod habes ad eos. Ideo primo oſtendit ſe conſiderare ſalutem eorum. Unde dicit: *e* Voluntas cordis mei,] i. deſiderium meum. *f* Et obſecratio] vocalis oratio, pro illis in ſalutem, i. ut det illis Deus ſalutem.

g Teſtimonium] Hæc eſt prima pars, in qua oſtendit, quod per zelum eorum erroneum non habuerunt gratiam. Tamen *Gloſſ.* aliter exponit. Ego oro pro illis, & juſtum eſt, quia ex ignorantia peccaverunt. Et hoc eſt (Teſtimonium, &c) i. ignorantes) Secunda pars. *k* Dei juſtitiam] i. in quo conſiſteret juſtitia quam dat Deus, quia in fide, ſpe, & charitate. *l* Suam] juſtitiam operum legalium, quæ conſiſtit in laboribus corporis exterius. *m* Juſtitiæ, i. fidei. *n* Finis] Hæc eſt tertia cauſa quare non habuerunt gratiam. Dico quod præſumebant de legalibus. *o* Enim] i. quia (Finis legis Chriſtus) i. in adventu ſuo Chriſtus terminavit legalia, & hoc *p* Ad juſtitiã

△ omni

Moraliter. *e* Voluntas, & obſecratio] In hoc inſtruit nos Apoſtolus, quod debemus peccatoribus deſiderare ſalutem, & orare pro eis. De primo *Pſ.* 113. Montes exultaverunt ut arietes, quando fuerunt in Arnon, per quem pœnitentia, *Num.* 21. Scopuli torrentium inclinati ſunt, ut requieſcerent in Arnon. Item pro eis orandum eſt, 1. *Tit.* 2. Obſecro ergo primum omnium obſecrationes fieri, &c. *h* Æmulationem, &c.] & ideo tales excedunt in correctione, & in juſtitia facienda. Propter hoc dicit Dominus, *Num.* 18. Pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino, tibi, ac filiis tuis. Dicitur Moyſi & Aaron, *Levit.* 2. Quicquid obtuleris ſacrificii, ſale condies, &c. *Marc.* 9. Omnis victima ſale ſalietur, 2. *Pet.* 1. In virtute ſcientiam. Quod ſignificatum eſt, *Mach.* 2. ubi dicitur, quod Simonem ſapientem haberent in conſiliarium. *i* Ignorantes, &c.] quæ ſemper miſta eſt cum miſericordia; & ideo juſtitiam puram facientes, quæ non eſt Dei; ſic ſuam juſtitiam conſtituunt, cum dicatur *Eccl.* 7. Hæc quoque vidi, &c. juſtus perit in juſtitia ſua. Ideo *ſequitur*, Noli eſſe juſtus multum. Ibi *Gl.* Corriget ergo magiſter, ut pater, ſapiens compatiatur ut mater. Sed illis dicitur *Jac.* 2. Judicium fiet ei ſine miſericordia, &c. *o* Finis, &c.] i. conſummatio, *Pſ.* 118. Omnis conſummationis vidi finem, *Matth.* 5. Non veni ſolvere legem, ſed adimplere. Unde *Jo:* 19. Omnis lex & Prophetæ uſque ad Joannem, ideſt, uſque ad Chriſtum, quia Joannes demonſtravit Chriſtum terminantem legem, & prophetas. Item (Chriſtus, &c.) propter quem data eſt lex. Quod ſignificatum eſt *Gen.* 6. in arca, quæ in cubito conſummata eſt. Per arcam, in qua diverſa animalia, lex

* in qua

Moraliter.

De conſ. diſt. 4. c. 1. ſ quis autem in fin.

d Fratres, voluntas] mea eſt, ut ſalventur. Sed nonne ſciebat eos eſſe reprobos: quomodo ergo volebat eos ſalvari? Sol. ſciebat eos eſſe reprobos in multitudine, ſed non in univerſitate. Sciebat enim, quod Deus multos volebat damnari, ſed non omnes; & ideo orabat pro illis, ſicut Dominus, *Luc.* 23. Et ſicut Stephanus, *Act.* 7. Quia nec ipſa converſio ſine Dei adjutorio fit. Loquitur contra quoſdam hæreticos, qui dicebant ſe bene poſſe facere ſine adjutorio Dei, ſed non perfecte, offerentes Deo caudam, ſive caput contra præceptum, *Lev.* 3. Per gratiam gratis datam quantum ad fidem informem, per gratum facientem quantum ad formatam. Opitulaterur, 1. *Cor.* 15. Ipſe ait *Joan.* 6. Juſtum eſt, quia Dei æmulatione, &c. Juſtum, ideſt, congruum, quia ex ignorantia erat illa æmulatio non ex certa malitia, quia tunc non eſſet congruum orari pro illis. 1. *Joan. ult.* Pro hujuſmodi non dico, ut quis oret. Simile, 1. *Tim.* 1. Miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans, feci, &c. Olim ſimilis illis, *Act.* 22. Viri fratres, & patres audite: ego ſum vir Judæus, &c. Non ſecundum ſcientiam diligendi, i. non ſecundum diſcretum amorem. Stultum eſt patrem confiteri, & filium negare. *Jo:* 5. Qui non honorificat filium, &c. *Levit.* 11. Omne animal quod ruminat, & non findit ungulam, immundum eſt: ideo Judæi ruminant, & ungulam non findunt, quia greſſum fidei in patrem, & filium non dividunt, ut Scribæ & Phariſæi: ergo Scribæ & Phariſæi non ex ignorantia, ſed ex malitia peccaverunt. Contra *Act.* 3. Scio, quod per ignorantiam feciſtis, ſicut & Principes veſtri. Idem dicit *Gl.* 1. *Cor.* 1. Sol. Sciverunt Chriſtum eſſe Meſſiam, ſcil. non Deum. *Matth.* 21. Ipſe eſt hæres, & ideo ex malitia peccaverunt. Quod dicitur *Act.* 3. Scio, &c. *ly* [ſicut] refertur ad feciſtis, non ad ignorantiam. Non qua Deus juſtus eſt. Juſtitia enim qua Deus, eſt divina eſſentia, quæ eſt per fidem Chriſti; imo juſtitia, quæ eſt fides, quia ſuper illud *Jo:* 16. Arguet mundum de juſtitia, dicit *Gl.* Vera juſtitia eſt credere, quod non vides. Sed dicendum, quod juſtitia hic vocatur juſtificatio, quæ eſt ex fide. Tria enim ad minus, quæ ſunt in juſtificatione impii, ſunt e fide, ſcil. motus liberi arbitrii, contritio, peccati remiſſio. Vel juſtitiam vocat motum fidei, ſicut dicitur in *Gl. ſup. Jo:* Suis viribus implere poſſe, &c. Contra quod dicitur *Act.* 15. Hoc eſt onus, quod neque nos, &c. niſi ſupple, cum magna difficultate. In præcepto legis, i. legalium obſervationum. Qui adimplet in ſe, *Matt.* 5. Non veni legem ſolvere, ſed adimplere. Ergo Chriſtus gratis moreretur. *Iſ.* 52. Gratis venundati eſtis. *Gal.* 2. Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Deputatur fides ad juſtitiam, *ſup.* 3 *Gen.* 15. Redimi nullo modo poteſt niſi per fidem, &c. Contra *ſup.* 5. Multo magis juſtificati in ſanguine ipſius. Ibi *Gloſſ.* Alius fuit modus poſſibilis Deo qui omnia poteſt. Sol. Quid hic dicitur, intelligitur conjunctim, nullo modo poteſt juſtificari, & redimi, vel nulla pura creatura poſſet præponderare toti mundo, & ita mundus per pu-

▲ ram crea-

Expoſitio Gloſſ.

Digitized by Google

a omni credenti,] i. ut juſtificet credentes in Chriſtum. Et hoc probat per autoritatem Moyſis. *a* Moyſes, &c.] *Lev.* 18. *Num.* 4. Hoc facite eis, ut vivant, & non moriantur. *b* Vivet in ea.] i. non punietur morte corporis; q. d. Chriſtus eſt juſtitia ad ſalutem; juſtitia autem legalium tantum ad præſentem vitam valet. *c* Nec dixeris, &c.] Oſtendit, quæ negaverũt de Chriſto. Et tunc ſit continua: Dico quod volunt conſtituere juſtitiam ſuam, non juſtitiam fidei, quę dicit, quod Chriſtus reſurrexit a mortuis, & aſcendit in cœlum, & deſcendit ad limbum. Unde dicit: Quæ autem, &c.] Ex fide juſtitia, i. fide judicans [Ne dixeris] vere [in corde] Hoc dicit quando Judæi audierunt poſt reſurrectionem Apoſtolos prædicantes Chriſtum reſurrexiſſe, & aſcendiſſe in cęlum, dicebant, quod non erat verum. Et hoc *d* Quis, &c.] q. d. nullus. *e* Id] idest, dicere, quod Chriſtus non aſcendit in cœlum. *f* Eſt Chriſtum deducere,] i. deorſum ducere, i. quod adhuc eſt in terra, & quod non ſurrexit a mortuis. *g* Aut] ne dixeris in corde tuo: *h* Quis, &c.] i. ad limbum. Dicebant enim audientes prædicari ab Apoſtolis, quod Chriſtus deſcenderat ad limbum, & eduxerat ſanctos Patres, quod non deſcenderat. *i* Hoc] i. ſic dicere. *k* Eſt Chriſtum, &c.] i. dicere, quod iterum moriatur. Vel ſic lege: Moyſes dicit ſic de juſtitia, quæ eſt ex fide. Dixit inquam: Ne dixeris, &c.] i. verba ſunt Apoſtoli [Aut quis] verba ſunt Moyſis. [Hoc eſt Chriſtum] verba ſunt Apoſtoli. Hoc habetur *Deut.* 30. Mandatum hoc, &c. quis valet noſtrum aſcendere ad cœlum. De hoc ſumptum eſt illud: Quis aſcendet in cœlum.] Et loquitur ibi Moyſes contra quoſdam carnales Judæos, dicentes: Quid prodeſt homini ſi bene facit, quia non propter hoc aſcendit in cęlum. Et hoc eſt [Quis] q. d. nullus. Et [Id] i. ſic dicere [Eſt Chriſtum deducere,] quod ipſe non aſcendit in cœlum; ex quo nec memora ejus [Aut quis, &c.] Dicebant enim: Quid obeſt ſi male faciamus, quia propter hoc non deſcendemus in abyſſum. Et eſt ſumptum de *Deut.* 30. Quis deſcendet, q. d. nullus deſcendit illuc propter mala opera, ergo nec ſancti Patres potius, ergo nec Chriſtus deſcendit ad educendum eos. [Hoc] i. dicere, quod nullus deſcendit ad inferos propter mala opera [Eſt Chriſtum, &c.] ideſt, quod non deſcendit ad educendum mortuos de limbo.

B
al. † *dixit.*
Lev. 18.
Deut. 30.

a Moyſes enim † ſcripſit, quoniam juſtitiam quæ ex lege eſt, qui fecerit homo, vivet *b* in ea. Quæ autem ex fide eſt juſtitia, ſic dicit: *c* Ne dixeris in corde tuo, *d* quis aſcendet in cœlum, *e* ideſt, *f* Chriſtum deducere, *g* aut quis *h* deſcendet in abyſſum, *i* hoc eſt Chriſtum a *k* mortuis revocare? Sed quid *l* dicit Scriptura: Prope *m* eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo: Hoc *n* eſt verbum fidei

Moraliter. * in qua multa ſacrificia per Chriſtum inſtituta.

b Vivit in ea.] *Iſ.* 1. Si volueritis, & audieritis, &c.

d Quis aſcendet in cœlum?] Dicunt multi. Quid prodeſt ſi faciamus mandata Dei, non propter hoc aſcendemus in cęlum. In perſona talium dicitur *Eccl.* 3. Unus eſt interitus hominis, & jumentorum, &c. *g* Aut quis deſcendet, &c.] q. d. nullus, quicquid mali faciat. Unde dicunt iſti, *Sap.* 2. Non eſt agnitus qui reverſus ſit ab inferis. Vel de aſcenſu Chriſti in cœlum, *Jo.* 3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui &c. *Prov.* 30. Quis aſcendit in cœlum, aut quis deſcendit, &c. *Ephe.* 4. Qui aſcendit, ipſe eſt qui deſcendit. Hoc fuit ſignificatum 2. *Reg.* 23. Bananias tempore nivis deſcendit cum baculo ad lacum, in quo erat leo, ſic Chriſtus de cruce ad limbum. *Zach.* 9. Tu vero in ſanguine teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. *l* Sed quid, &c.] Hæc eſt quinta pars capituli, in qua oſtendit, quod Judæi debuerunt credere in Chriſtum, quia hoc eſt conſentaneum rationi. Continua ſic: Ita dicit Moyſes de juſtitia legis, quantum faciens eam vivet in ea, vita temporali, i. non punientur pœna legali.

Sed juſtitia fidei dictat homini quid debeat credere, ut quod Chriſtus aſcendit in cœlum, & deſcendit ad inferos, & hujuſmodi. Poſſet autem quis reſpondere: Multum eſt difficile credere; & ideo non eſt mirum ſi Judæi non crediderunt, imo facile eſt. Et hoc eſt. Sed quid ita dicis, quod difficile eſt [ſed quid dicit] quaſi, patet per Scripturam, quod imo facile eſt. Vel continua ſic: Ne dixeris, &c. [Sed quid dicit] q. d. crede iſtud, quod dicit Scriptura *Deut.* 30 *Jer.* 23. Deus e vicino, &c. *m* Prope eſt, &c.] i. utile eſt cordi ad credendum, & ori ad prædicandum. Simile *Deut.* 4. Non eſt aliqua natio tam grandis, quæ habet Deos propinquantes ſibi, i. ita utiles, & beneficos. *Jac.* 4. Appropinquate Deo per imitationem, & appropinquabit vobis per beneficiorum exhibitionem, i. utilis erit vobis. Et ſicut ibi ſumitur propinquare, & propinquantes; ita ſumitur hic [prope eſt verbum,] i. Chriſtus, ſive fides de Chriſto. Vel, i. prædicatio Chriſti in Evangelio [Eſt prope] i. conſentaneum rationi, quia prædicabat moralia. [Et in ore tuo] conſentanea erunt oriri ad loquendum, quia de facili narrari poterant, quæ prædicabat Chriſtus, & ſciri ab hominibus. Simile 2. *Cor.* 3. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, &c. q. d. illud idem, ad quod moneo vos per epiſtolam, ſcriptum eſt in cordibus noſtris. Simile etiam *Jac.* 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, ſcil. in cordibus veſtris: & ideo prope eſt, conſentaneum enim rationi, *Mat.* 4. Ibat Jeſus prædicans, & docens *Gl.* naturales juſtitias. *n* Hoc eſt verbum fidei] quod dicit Moyſes.

▲ Quia *Expoſitio Gloſſ.*

A tam creaturam non poſſet redimi, ſed Chriſtus præponderavit. Unde *Jo.* 12. Cum exaltatus fuero a terra, tunc omnia traham ad meipſum, tanquam poſitus in libra, & præponderans omni creaturæ. Unde ſolet depingi Angelus tenens librum in cujus una parte eſt filius Dei crucifixus prę- *Deut.* 30. ponderans mundo in alia parte depicto. Non ſunt tamen vere bona. *Heb.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Juſtitia legis, i. opera legalium. In *Num.* 4. in *Levit.* 18. Patientur lapidationem. *Deut.* 21. Non eſt ergo magna juſtitia timere, hoc intelligitur de timore ſervili, i. humana juſtitia. Temporalem inde expectat mercedem. Contra: Quilibet talis erat in mortali; ſed dicit *Aug.* quod peccator non eſt dignus pane quo veſcitur. Primo modo non meretur quis temporale etiam in charitate, ergo nec tunc. Sed dicendum, quod temporalia tunc erant in pactum deducta, modo autem non, ſed ſola vita æterna. Vel temporalem mercedem dicit, quod non occidebatur. Terrena carnaliſque juſtitia, i. terrena mercede digna. In *Deut.* 30. alia littera. Littera noſtra. Juxta te eſt ſermo valde in ore tuo, & in corde tuo, ut facias eum. Ne dubitetur de ſpe, &c. ne diffidat homo, &c. Argumentum, quod cum dicitur: Spes eſt certa expectatio, &c. quod habiendo ſpei removet tantum diffidentiam. Et cum animabus cœlum aſcendiſſe. ergo qui ſurrexerunt cum Domino in ſolis animabus aſcenderunt in cœlum: Idem dicit *Gl* ſuper *Heb.* 1. Melius pro nobis Deo aliquid providente, &c. Sancti non geminam ſtolam habebunt uſque ad reſurrectionem communem. Sed contra: Dicit *Hier.* Quidam non irrationabiliter aſſeverant, quod veri teſtes reſurrectionis non eſſent, niſi vera eſſet reſurrectio. Sol. Cõtraria eſt ſuper hoc ſanctorum opinio. Noli dicere, mendacium eſt hoc, ſcil. quod prædicitur Chriſtum aſcendiſſe in cœlum, & deſcendiſſe in infernum. In principio *Jo.* 1. Apud patrem. [Apud] hic notat diſtinctionem perſonæ ad perſonam, & identitatem eſſentiæ. Alicubi tamen quaſi locale eſt. Unde in dialogo ad Oroſium: Si quæris ubi Deus erat antequam res fierent; dico, quod apud ſe ſibi ipſi locus. Verba veteris Legis longe aſſiſtebant a juſtificatione, &c. Contra: Verba Evangelii non juſtificant, niſi quia docent quomodo homo caveat a peccato, & faciat bonum, & diligat Deum, & hujuſmodi. Similiter verba veteris legis iſta docent: ergo juſtificant, & ita non ſunt longe a juſtitia. Sol. Hoc appellat Veterem legem, prout litteraliter intelligebatur. Non enim juſtificabat, niſi iſtos, qui habebant fidem in ſignificando per verba illa, vel per facta. Quo & Baptiſta conſecratur, quando dicitur: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Jam vos mundi eſtis. *Jo.* 15. Argumentum hic, quod Apoſtoli baptizati fuerunt. Et in aqua verbum, i. vis verbi. Mundat, i. dat potentiam mundandi aquis. Vel Verbum, i. fides habita de verbo, i. filio Dei. Adde verbum, i. formam verborum. Et fit Sacramentum: Argumentum, quod aqua eſt Sacramentum Baptiſmi, contra quoſdam qui dicunt, quod non, ſed character qui remanet; ablutio autem aquæ tranſit, & non eſt, unde non eſt Sacramentum. Quod autem objicitur contra eos, Sacramentum eſt viſibilis forma; reſpondent, i. ad hoc ut ſit Sacramentũ exigitur viſibilis forma. Sed poteſt dici utrumque, quod aqua eſt Sacramentum, & quod character. Aqua in quantum lavat exterius, cum eſt ibi forma verborum, eſt Sacramentum. Si objicitur. Iſte Chriſtianus non habet aquam, ſive ablutionem aquæ; ergo non habet Sacramentum Baptiſmi, & ita aqua non eſt Sacramentum. Dicendum, quod in mobilibus habet Sacramentum Baptiſmi, i. fuit baptizatus, vel, i. habet effectum Baptiſmi, & Sacramentum Baptiſmi dicitur habere rationẽ ſui effectus. Poteſt etiam dici, quod character eſt Sacramentum Baptiſmi, & legitur ſic: hæc *Gloſſ.* Accedit verbum, &c. ut ly [Sacramentum] ex parte ſuppoſiti ſit, ut ſecundum hoc non velit dicere *Aug.* quod elementum, ſive aqua ſit Sacramentum, ſed quod ſine verbo, & aqua non ſit Sacramentum. Cor abluat. Sed non abluitur, niſi a macula peccati: ergo aqua delet peccatum. Contra: Sola gratia contrarietatem habet ad peccatũ: ergo ipſa ſola mundat cor a peccato. Quod verum eſt. Unde impropric dicitur, quod virtus aquæ cor abluat; quia in ablutione aquæ cum forma verborum datur gratia, per quam cor abluitur. Non quia dicitur, ſed quia creditur; q. d. *Aug.* Ego loquor de verbo mentali, non de vocali. Cum dicitur, Baptizo te in nomine Patris,

A & Filii,

Digitized by Google

a Quia ſi confitearis] Hæc eſt ſexta pars, in qua oſtendit, quod debent credere propter utilitatem fidei, quæ eſt gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Continua ſic: Dico quod verbum fidei debere eſſe prope in corde tuo ad credendum, &c. quia inde ſequitur magna utilitas. *b* Quod] i. quia (ſi confitearis, ſalvus eris.) *c* Corde autem] Bene dico, quod ſalvus eris, ſi corde credideris, & ore confitearis. Hæc enim duo ſunt neceſſaria ad ſalutẽ. *c* Corde autẽ, &c.] i. credere corde ad juſtitiam, quæ eſt cauſa meritoria ad ſalutem. *d* Ore autem confeſſio.] Loquitur autem pro tempore diſcriminis mortis, in quo exigitur ad hoc, quod quis ſalvetur per fidem, quod confiteatur ore illud quod credit in corde. Secundum quod legitur de B. Urbano, quod fuit his confeſſor. Hoc autem ſignificatum ex *Exod.* 12. ubi præcipitur utrumque poſtem liniri ſanguine agni. Duplex linitio eſt duplex confeſſio Chriſti, cordis & oris. Unde *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, hoc eſt, quod dicitur (Corde, &c.) ut ſignaculum ſuper brachium tuum, hoc quod ſimiliter dicitur: Ore autem, &c.) A & Filii, & Spiritus Sancti. Verbum facit, quod virtus inſit aquæ abluendi cor, i. hoc eſt ratione ſignificationis horum verborum, non ratione vocum quæ proferuntur, quia ſi mutaretur ſignificatio horum verborum, & diceretur: Baptizo te in virtute Patris, &c. non eſſe baptizatus; tamen ſi in Gallico dicitur: Baptizo te, &c. Baptizatus eſt: quia idem ſignificatur. Si objiciatur quod hic baptizatus eſt, ſi ſic fiat: Baptizo te in nomine genitoris & geniti, & flatus ſancti. Non eſt verum, quoniam non idem ſignificant hæc verba cum illis. Aliud eſt virtus, i. mentale verbum, ex quo habent voces vim ſuam; hæc virtus eſt ſignificatio. Cum aliquis impugnat nomen Chriſti, ſcil. merces fidei, ſalus æterna. Cauſa Salutis, meritoria. Aliter enim non valet. Imo ſola fides ſufficit ad ſalutem. Sol. Ubi opus eſt confeſſione fidei, non poteſt quis ſalvari per fidem cordis, niſi confiteatur eamdem. Quæ confeſſio ſuperadditur fidei. Eſt autem confeſſio talis, expreſſio fidei cordis in diſcrimine mortis ore facta. Unde in legenda B. Dionyſii: Non multi merentur eſſe confeſſores, ſed modo Apoſtolico nomine ſancti minores dicuntur, & confeſſores. Perierunt ut illi, &c. Loquitur contra Catharos, qui dicunt, quod poſtquam aliquis negavit Deum, & fidem amiſit, non habet amplius locum pœnitentiæ. Ut Petrus, *Matth.* 26. veritatem tenebat habitu, ſed actu non contulit; & ideo Chriſtum negavit. Cetera poteſt homo nolens, credere non niſi volens. Contra: Similiter ſperare, & diligere non poteſt, niſi volens, quia ſperare eſt quoddam velle, ſimiliter & diligere. Sol. Hæc littera ſupponit pro exterioribus actibus, ad quæ poterant cogi martyres, ad thurificandum, vel genua flectendum ante idola, ſed non ad credendum in eis, vel ſperandum, vel diligendum, qui ſunt actus interiores. Fit in fronte. Unde legens Evangelium, ſignum facit in pectore; q. d. corde credo ad juſtitiam. In ore, q. d. quod credo confiteor ad ſalutem. Et in fronte, q. d. illud, *ſupr.* 1. Non erubeſco Evangelium, *Jer.* 3. Frons mulieris meretricis, &c. Quare? Quia *Luc.* 9. Qui me erubuerit, &c. Hoc in illo occiſum eſt, i. occiſus eſt ſecundum humanam naturam. Non quo fecit me, ideſt, ſecundum divinam naturam, ſecundum quam creavit me, & omnia alia. *e* Dicit enim Scriptura:] Ecce probat utilitatem fidei per duas auctoritates. Primo per auctoritatem, *Iſ.* 28. ubi nos habemus. Qui crediderit, non feſtinet. *Sept.* autem habent, quod hic dicitur. *f* Omnis qui credit, &c.] vel non conturbabitur, ſed honorificabitur, quia multo majora habebit, quam ſperet credens in eum. *Pſ.* 68. Non confundant ſuper me, qui quærunt te Deus Iſrael. 1. *Pet.* 2. Vobis autem honor, credentibus. *Jer.* 17. Confundentur, *Iſ.* 54. Non confunderis, *Matt.* 10. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt; ego faciam eum amicum meum, & hæredem. *g* Non enim eſt] ita dicit Scriptura; Omnis, &c.) nullum excipiendo. Et bene nullum, quia (non eſt diſtinctio) quantum ad fidem. (Nam idem Dominus omnium) Judæorum, & Græcorum; & ideo non eſt mirum ſi ſalvat utroſque maxime, quia (dives) eſt (in omnes:) q. d. theſaurus ejus miſericordiæ non poteſt evacuari. *h* Omnis enim, &c.] Ecce alia auctoritate probat utilitatem fidei. *Joel.* 2. Vel *Iſ.* 43. Omnis qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum. *i* Quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.] quia non poteſt invocare, niſi prius credat, credendo autem ſalvus fit. Unde (Invocaverit) i. intus habitum per gratiam vocaverit: tunc poteſt dicere *Pſ.* 34. Oratio mea in ſinu meo convertetur. Vel (Invocaverit,) i. ad ea, quæ intus ſunt, vocaverit, i. pro ſpiritualibus, ſed qui pro temporalibus orat Deum, evocat eum. Ideo *Cant.* 7. Veni dilecte mi, egrediamur. Et nota, quod dicit (Invocaverit) verbum ſubjunctivi præteriti perfecti, in quo notatur perſeverantia in orando Deum, *Iſ.* 62. Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, *Luc.* 11. Et ille ſi perſeveraverit pulſans, &c. tamen propter improbitatem ejus ſurget, &c. Nomen Domini, i. filium, per quem quaſi per nomen tota Trinitas innotuit hominibus. *Iſai.* 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo, &c.

Al. † ſuſcitavit. 11. q. 3. cap. Nolite timere. Sup. conſ. diſtin. 1. cap. Baptiſmi ... Ad litter. Expoſitio Gloſſ. Joel. 2. Act. 2.

Text column: quod prædicamus, quia *a* ſi confitearis in ore tuo Dominum Jeſum, & in corde tuo credideris, quod *b* Deus illum † excitavit a mortuis, ſalvus eris. *c* Corde autem creditur ad juſtitiam; *d* ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *e* Dicit enim Scriptura: *f* Omnis qui credit in illum non confundetur. *g* Non enim eſt diſtinctio Judæi & Græci. Nam idem Dominus omnium dives in omnes qui invocant illum. *h* Omnis enim quicumque invocaverit *i* nomen Domini, ſalvus erit. A quomodo

e Dicit enim Scriptura, &c.] *Gl.* Qui timet Deum *Act.* 10. Sufficiens ditare omnes, illis divitiis, de quibus dicitur in *Pſ.* 111. Gloria & divitiæ in domo ejus, i. glorioſæ divitiæ. Et *Iſ.* 33. Et erit fides in temporibus ſuis divitiæ, ſalutis, &c. Recipiant æternam remunerationem. *Joel.* 2. Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Deinde ab auctoritate Iſaiæ. Hoc videtur eſſe falſum, quia nunquam hoc reperitur in *Iſ.* Sed in *Jo.* 2. Et poteſt dici, quod forſitan eſt in *Iſ.* ſecundum aliam tranſlationem: Sed dicendum eſt ſicut ſolvit *Gl. ſup. princ. Marc.* ubi dicitur: Sicut ſcriptum eſt in *Iſ.* Imo dictum eſt per *Malac.* 3. ibi, *Gl.* quod eodem Spiritu locuti ſunt Prophetæ, & omnia ſingulorum, & ſingula ſunt omnia. Bene ſe ei ſubjiciendo, quod fit credendo in eum: quia in fide ſubjicitur propria voluntas hominis Deo, plus ei credendo, quam ſibi. Toto corde vigilantibus, *Luc.* 12. *Matt.* 24. Ex hoc ſumitur illud Invitatorium in Quadrageſima: Non ſit vobis vanum ſurgere ante lucem. Quia credere dat remiſſionem peccatorum. Remiſſio ergo peccati eſt a motu fidei. Sed quæritur: Quare non eſt ſimiliter a motu alterius virtutis? Et videtur, quod ſit a motu timoris; quia quando quis conſiderat pœnas æternas, reſilit a peccato, & præparat ſe, & ſic infunditur ei gratia, qua remittuntur peccata. Sol. Deus non eſt ita miſericors, quin ſit juſtus. Et dicit *Pſ.* 88. Juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ. Non eſt autem juſtitia præparatio ſedis Dei in nobis, quæ fit per peccatorum remiſſionem, niſi homo doleat de peccato ſuo, & hoc quando dolet de peccato in quantum peccavit contra Deum, ſcil. hoc autem fidei eſt, & ſic valet talis motus ad juſtificationem: ſi autem moveatur ea naturali indignatione vel per damnum temporale, non valet motus ad juſtificationem. Dicendum etiam, quod a motu timoris non infunditur gratia, niſi ſit ibi motus fidei prædictus: fides enim, qua quis credit pœnas æternas, & judicium futurum, generat timorem.

Sed iterum objicitur, quod credere ſequitur fidem: fides autem ſuo adventu purificat cor ab omni peccato, *Act.* 15. ergo credere non dat remiſſionem peccatorum. Solut. Duplex eſt remiſſio peccati, pœnæ & culpæ. Primam facit credere; ſecundam facit fides. Inexcuſabilis, *ſup.* 2. Averſus a Deo, ſcil. non invocabunt, niſi credant: ergo invocatio eſt fidei, & orare ipſius eſt. Contra, dicit *Auguſt. in Enchir.* Fides credit, ſpes & charitas orant, ſed ſine fide eſſe non poſſunt, ac per hoc etiam fides orat. Solutio: Ut innuit *Aug.* Spei & charitatis proprie eſt orare, & per eas fidei, ſed improprie. Credit enim Diabolus, non tamen invocat, vel orat, quia non ſperat, vel diligit. Sed vir juſtus qui credit vitam æternam, & ſperat, & diligit Deum, ut illam det ei. Quod ergo dicit hic, non invocabunt, niſi credant, hoc dicit, quia generat ſpem & charitatem, quibus habitis orat homo. Unde *ſup. in eod. Gl.* Orans invocat; ſed vere hoc non poteſt, niſi prius credat. Nec olim aliquis credidit, &c. vel interius per revelationem, ſicut B. Chriſtophorus, qui per ſolam revelationem interiorem converſus fuit. Vel exterius per prædicationem. Apertum eſt, quia non creditur illi, cui obedientia negatur. Unde 1. *Reg.* 15. Melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ, &c. quoniam quaſi peccatum hariolandi, &c. Ibi *Gl.* Sola obedientia, quæ fidei meritum poſſidet, ſine qua infidelis quiſque convincitur. Auctorem ejus non recipi, *Luc.* 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. Nec illud recipiet quæſtionem, ideſt, dubitationem. Nulla enim ſigna virtutum his perhibent teſtimonium. Contra, *Matth.* 7. Nonne in nomine tuo prophetavimus, &c. illa tamen erant mali, & ita aliqui habent ſigna, licet non ſint miſſi. Item *Luc.* 9. Domine, vidimus quemdam in nomine tuo dæmonia ejicientem, Solut. Non eſt contrarium illud *Matth.* 7.

A quin

a Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierũt? Quomodo autem audient ſine prędicante? Quomodo vero prædicabunt niſi *b* mittantur? *c* ſicut ſcriptum eſt: *d* Quam ſpecioſi pedes *e* Evangelizantium *f* pacem: Evagelizãtium *g* bona. Sed non *h* omnes obediunt Evangelio. Iſaias enim dicit: Domine *i* quis cre-

a Quomodo ergo] Octava pars, in qua oſtenditur, quod nomen Domini fuit eis prædicatum. Quod probatur auctoritate, *Iſ.* Ponit autem iſtas quaſi per ſcalas aſcendat ad fontem miſericordiæ, ex quo fluxit eis prædicatio fidei. *b* Niſi mittantur?] Unde *Jer.* 23. improperat eos, quos non miſit, dicens: Non mittebam eos, & ipſi currebant. *c* Sicut ſcriptum eſt.] Dico quomodo prędicabunt, niſi ipſi miſſi ſint ad prædicandum? Quod probat per auctoritatem *Iſ.* 52. *d* Quam ſpecioſi] valde ſpecioſi. Hoc prędixit *Iſ.* prævidens Apoſtolos ituros ad prædicandũ per univerſum Orbem. *e* Evangelizantium pacem:] etſi alii prędicaverunt, ipſi tamẽ potiſſime. *g* Bona.] ad honorem; Sacramenta Evangelica, quæ meliora ſunt Sacramentis Veteris Teſtamenti. *h* Sed non omnes] imo pauci, in quo adimpletur verbum, *Iſ.* 53. quod ſequitur, Auditui noſtro, i. ei quod audiunt a nobis. Vel, i. ei quod audivimus a te nos Apoſtoli ante paſſiones, Prophetæ autem audierunt per revelationem. *i* Quis] q. d. pauci de Judæis (Ergo fides] infert Apoſt. ex verbis *Iſ.* loquentis in perſona Apoſtolorum: quia cum dicit, Quis, relinquitur quod aliqui crediderunt per hoc, quod audierunt ab Apoſt. (Quam ſpecioſi) *Iſ.* 52. habetur ſic: Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, in *Nahum* 1. ſic: Ecce ſuper montes pedes annunciantis, & Evangelizantis pacem. Hic dicitur in plurali, Evangelizantium. Dupliciter autem exponitur de pedibus Chriſti, & de pedibus Apoſtolorum; pedes Chriſti fuerunt. Unde *Apoc.* 1. Pedes ejus ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti. Aurichalcum inter omnia metalla plus aſſimilatur auro, ſic Apoſtoli Chriſto. De quo *Cant.* 5. Caput ejus aurum optimum in camino, ſicut in camino ardenti, quia igne charitatis inflammati, *Iſ.* 60. Locum pedum meorum glorificabo. *d* Quam ſpecioſi] quia valde ſimiles ſpecioſo præ filiis hominum. Vel hoc exponitur de pedibus Apoſtolorum, i. affectibus: juſtum enim erat, ut qui omnium honeſtatem, & munditiam prædicabant, mundi eſſent. *Cant.* 7. Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis. Pedes dicuntur dupliciter pulchri, quia bene formati, i. concavi, quia vix tangebant terram, & elevati ad cęleſtia per deſiderium. Item erant bene calceati, i. virtutibus ornati, juxta illud *Ezech.* 16. Calceavi te Hiacyntho, cęleſtium deſiderio, *Epheſ. ult.* Calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, *Ezech.* 1. pedes eorum recti, non exeuntes ab extremis. De quibus *Apo.* 1. ſum Alpha, & Omega, primus & noviſſimus: quando deſiderium eſt a Deo, & propter Deum. *Matt.* 10. Excutite pulverem de pedibus veſtris. *f* Pacem:] inter Deum & homines, inter homines & homines. Hoc deberent facere prædicatores, quia *Matt.* 5. Beati pacifici. Deberent enim eſſe columbæ ramum olivę deferentes ore in arcam, *Gen.* 8. *Eccl.* 44. de Noe. Et in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio; qui autem movent ſeditiones, ſimiles ſunt Diabolo, de quo *Job* 41. De ore ejus lampades procedunt ſicut tædæ ignis accenſæ. *g* Evangelizantium bona.] Tria bona debet annunciare prædicator: Honeſtum, delectabile, utile; quia prædicatio debet componi ex ſenſu anagogico, & ſic eſt delectabilis, quia de gaudiis paradiſi, & ex ſenſu allegorico, & ſic eſt utilis, quia tunc quid credendũ docet; & ex ſenſu morali, & ſic eſt de honeſto. *h* Sed non omnes obediunt] Multi audiunt, & pauci obediunt. Sed dicit *Pſ.* 94. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *Am.* 3. Si clanget tuba in civitate, & populus non expaveſcet. Dominus conqueritur *Prov.* 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum, &c. *i* Quis credidit] *Hab.* 1. Opus factum

A eſt in

De hoer. 1. ſum ex injunctis &c. excommunicamus, quia vero non miſſi.

De pedibus Chriſti.

De pedibus Apoſtolorum.

Expoſitio Gloſ.

A quia mali mittuntur quandoque ad prædicandum a Domino ut Prælati, qui licet ſint in mortali, tenentur tamen ad prædicandum. Sed propter illud *Luc.* 9. dicendum: Nulla ſigna perhibent eis teſtimonium, qui non ſunt miſſi. Nulla i. pauca. Vel dicendum, quod & ſigna fecerunt, quæ perhibent eis teſtimonium, quod eſſent veri Apoſtoli: imo tales ex modo faciendi miracula percipiebantur non eſſe veri Apoſtoli. Judæis tantum prædicandum, *Act.* 11. Totum bonum noſtrum a gratia Dei, qui miſit prædicatores fidei, qui eſt principium omnis boni credere ex auditu eſt, imo ex fide, & libero arbitrio. Solutio: Ex utroque, ſed aliter, & aliter. Etiam Pſeudo bene nunciantes miſit Deus. Sed contra, *Jerem.* 23. Currebant, & non mittebam eos. Si dicatur, quod miſit eos quantum ad hoc, quod bene uſus eſt eis, ſed ipſe ſemper bene utitur malis, ergo mittit eos. Sol. Deus dicitur mittere dupliciter. Auctoritate, ſic tantum bonos mittit, & permiſſione, ſic mittit Pſeudo, ſicut ſequitur in *Gl.* Prædicare permittit malos malis ad eorumdem pœnam, ut viciſſim pereant. Unde 3. *Reg.* 22. quæſivit Dominus: Quis decipiet mihi Achab? Et dixit Spiritus malus, mitte me, & ero ſpiritus mendax. Qui in bono malis novit uti. Unde Apoſt. *Phil.* 1. Sive per occaſionem, ſive per veritatem annuncietur Chriſtus, in hoc gaudeo. In *Iſa.* 52. In *Nahum* 1. Adventus Apoſtolorum, i. Apoſtoli venientes: Qui illuminant exemplis, & doctrina, & miraculis. *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi. Diruta legalis maceria. Sumptum eſt de *Eph.* 2. Solvit medium parietem maceriæ, qui erat in hoc quod hi adorabant idola: illi autem ſervabant legalia. Pacem, æternitatis. Super pacem pectoris, *Iſ.* 66. Erit menſis ex menſe, ſabbatum ex ſabbato, *inf.* 14. Non eſt regnum Dei eſca, & potus; ſed juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Bene enim nunciant qui quod ore prædicant, opere implent: ergo ab oppoſitis, non bene prædicant qui non implent opere, ergo male nunciant, & ita peccant. Contra: Nonne poteſt aliquis prædicare in clauſtro obedientiam, licet ipſe ſit ſæcularis, & non peccat, licet non obſervet, & ſacerdos quod vir debitum reddat uxori, licet ipſe non reddat, nec habeat uxorem. Sol. Bene nunciat, optime: & non bene, i. non optime annunciant, qui opere non implent. Ex hoc autem non ſequitur, quod male nunciant, ſed quod non ita bene: ſi tamen generaliter prædicat, & non facit illud, ſeipſum condemnat; Quando autem ſpecialiter prædicat, ut in clauſtro obedientiam, & laicis, quod debent, reddant, non peccat ſi non faciat, peccat etiamſi prædicat contra vitia, & ſit in conſimilibus notorie. Cum ex gratia ſit auditus, neceſſaria eſt etiam alia gratia, quæ cor moveat. Iſa. 52.

Sed objicitur. Alia erit gratia operans, & alia cooperans, & alia eſt gratia qua aliquis benigne ſuſcipit pauperes, alia gratia qua receptis largitur eis bona, & ita infinitæ eſſent gratiæ in quolibet juſto. Sol. Gratia operans dicitur alia a cooperante, ratione effectus, cum ſit eadem in ſubſtantia, *Iſ.* 53. Domine, quis credidit auditui noſtro? Hæc auctoritas maxime eſt contra Judæos, quia quicquid ſequitur in iſto capitulo, totum eſt de incarnatione, nativitate, paſſione, & reſurrectione Chriſti. Si enim Chriſtus purus homo eſſet pro nihilo præmiſiſſet hoc, quis credidit, &c. Multi enim innocentes paſſi ſunt, & iterum contra eos eſt, quod ibidem dicit: Generationem ejus quis enarrabit? Conſtat enim quod generatio puri hominis bene poteſt enarrari: Quidam muſſitant; muſſitare proprie eſt quando aliquis vult loqui, & non audet, ſed murmurat. *Iſ.* 19. De humo muſſitabit eloquium tuum. 2. *Reg.* 12. Et ſervos muſſitantes. Ut ſermo impleretur, *Iſ.* 6. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, &c. In Evangelio *Jo:* 12. Non poterant credere. Ex hoc opponunt quidam pro Judæis; ergo non erat eis imputandum ſi non crediderunt: quia nullus tenetur ad impoſſibile. Item opponitur de hoc, non poterant credere, quia dixit *Iſ.* &c. ſed non dixit, niſi quod vidit Deum præſcire; ergo Deus præſcivit, quod non poterant credere; ergo imputandum eſt Deo, qui hoc præſcivit. Act. 2.

Sed exponitur ſic ordinando ad litteram. Propterea non poterant credere, quia excæcaverunt oculos eorum, & induratum cor eorum, ſupple ut dixit Iſaias. Et ſecundum hoc iſtud, dixit Iſaias, non includitur ſub cauſa, ſed extra ſumitur; & hoc modo ſumitur conſequens pro antecedente.

Voluntas enim eorum impia fuit cauſa antecedens ad ipſorum excæcationem. Senſus eſt ergo: Propterea non poterant credere, quia excæcatum cor, ideſt, quia noluerunt, propter quod excæcati ſunt, Vel hoc (propterea, & quia) ſumi poſſunt pro his duabus dictionibus (propter hoc) & tunc exponitur, ſicut illud 1. *Reg.* 2. Non audierunt vocem Patris ſui, propter quod voluit Deus occidere illos, ideſt, propter iniquitatem ſuam. Similiter & hic, propterea non poterant credere, quia Deus excæcavit, ideſt, propter eamdem cauſam non poterant credere, propter quam Deus excæcavit illos, ideſt, propter iniquitatem ſuam. Secundum hoc ſumitur proprie [*li* propterea, *& li* quia.] His viſis in parte patent, quæ dicuntur in hac *Gl.* Neque præſciſſet mala eorum, niſi ea haberent: Eadem ratione neque præſciſſet bona eorum, niſi ea habituri eſſent; ergo præſcientia Dei non eſt cauſa eorum, quæ Deus præſcit. Ad idem ſuper illud *Jer.* 26. Si forte audiant, &c. ibi *Orig.* Non enim quia Deus ſcit aliquid futurum, id futurum eſt, ſed quia futurum, Deus novit, quia præſcius futurorum. Contra 15. *lib. de Trin. c.* 13. Univerſas autem creaturas & corruptibiles & ſpirituales, non quia ſunt ideo novit, ſed ideo ſunt quia novit. Ad idem in 6. *lib. de Tri-*

A *nitate cap.* 10.

Google

a eſt in diebus noſtris, quod nemo credet cum enarrabitur. f In omnem terram exivit ſonus] *Ps.* Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur, &c. Nullum erat idioma quod non loquerentur Apoſtoli, ut per omnes terras poſſent prædicare. Undè de eis *Iſ.60.* Qui ſunt qui ut nubes volant: totum per mundum vento deducuntur, ſic Apoſt. flatus & inſpiratione Sp. ſancti. *Marc. ult.* Prædicate ubiq; Domino cooperante, &c. *Iſ.11.* Volabunt in humeros Philiſthiim: quod factum eſt quando peccatoribus impoſuerunt legem Evangelii: per mare ſimiliter prædabuntur filios Orientis. Nota *Pſ.79.* Extendit palmites ſuos uſque ad mare, i. Apoſtolus & prædicatores uſque ad partes Orientis quæ terminantur ad mare. [In omnem terram exivit ſonus eorum.] Nota quod ſonus eſt irrationabilium, & ex colliſione lapidis: verba tantum ſunt rationalium, & porus ſonus potius offendit auditorem quam delectet. Prædicatio ergo Apoſtolorum tanquam ſonus in omnem terram, i. ad terrenos homines quos offendit: ſed g In fines Orbis terræ,] i. in eos quibus finita erat terrenitas. h Verba eorum.] Fuit enim eis prædicatio verbum, non ſonus tantum. a Ergo fides ex auditu,] interiori & exteriori. b Per verbum Chriſti,] i. per gratiam Chriſti: vel ut ly [ex] notet cauſam materialem, i. verbum Chriſti eſt auditum. c Sed dico,] contra hoc quod poſſet opponi ab excuſantibus, ſe de hoc quod non crediderunt. d Nunquid non audierunt,] imo audierunt. e Et quidem,] i. etiam: vel equidem, i. certe. f In omnem terram exivit ſonus,] i. fama. Nondum erat hoc impletum omnino in tempore Apoſtoli. Sed dico:] Oſtendit quod cognitum Chriſtum ex invidia reſpuerunt Judæi. k Nunquid Iſrael non cognovit] imò probat per auctoritatem. l Primus Moyſes dicit:] inter Prophetas prior dixit hoc. m Ego ad æmulationem.] Loquitur in perſona Dei Patris. Et eſt ſumptum de *Deut.32.* ubi dicitur: Ego provocabo eos in eo qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos. Judæi enim videntes Gentiles converti ad fidem, invidiam conceperunt contra eos, quod non poterat eſſe, niſi cognoſcerent quod bonum erat credere in Chriſtum: ipſi tamen non crediderunt, & ita bene per hoc oſtenditur quod cognitum reſpuerunt. n Vos adducam,] i. invidiam, i. faciam quiddam, quo facto invidiam habebitis. o In non gentem,] i. contra Gentiles qui non reputantur gentes. Juxta illud *Matt.15.* Non eſt bonum ſumere panem filiorum & dare canibus. Vel [In non gentem,] ideſt, contra populum qui non erit gens, i. talis qualis fuit genitus, quia geniti filii iræ, facti ſunt filii gratiæ. q In iram vos mittam,] faciam tale ex quo vos iraſcemini. [In gentem,] i. contra gentem. p Inſipientem,] quæ Deum non cognoſcebat. l Primus] i. maximus. *Heb.3.* Moyſes quidem fidelis erat in tota domo tanquam ſamulus in teſtimonium eorum quæ dicenda erant. Unde *Deut. ult.* Non ſurrexit propheta in Iſrael ſicut Moyſes quem noſſet Dominus facie ad faciem. m Ad æmulationem] invidiam. Sic factum eſt de Judæis quando crediderunt Gentes. Quod ſignificatum eſt. *Jo. ult.* cum magnus æſtus eſſet, fecit Dominus aſcendere cucurbitam ſup. c. Jon. & poſtea aruit propter quam contriſtatus eſt Jonas. Cucurbita, Synagoga quæ in æſtu idololatriæ floruit per cultum Dei; ſed in converſione Gentium ea ſiccata eſt & ſine gratiæ humore. Jonas, Judæi invidentes converſioni Gentium. r Iſai. autem] Oſtendit quod gentes Chriſtum incognitum receperunt & probat auctoritate [Iſaias audet.] Magna fuit audacia quod auſum fuit hoc dicere Judæis, cum prævideret quod deberent eum propter hoc ſecare. Et propter illud *Iſa. 62.* Propter Sion non tacebo. Et propter illud *Iſ. 1.* Principes

didit auditui noſtro? a Ergo fides ex auditu, auditus autem per b verbum Chriſti. c Sed dico: d Nunquid non audierunt? e Et quidem in omnem f terrã exivit ſonus eorum, & in fines g Orbis terræ verba h eorum. i Sed dico: k Nunquid Iſrael non cognovit? Primus l Moyſes dicit: Ego m ad æmulationem vos n adducam in non o gentem: in gentem inſipientem, p in iram q vos mittam. Iſaias r au-

Sodomorum

Expoſitio Gloſſa. A nitate c.10. Non enim hæc quæ creata ſunt ideo ſciuntur a Deo, quia facta ſunt, ac non potius ideo facta ſunt, vel mutabilia, quia a Deo immutabiliter ſciuntur? Ex hoc ergo quod Deus præſcit res, ideo ſunt; ergo quia Deus præſcit peccata hominum, ideo peccant. Sol. Præſcientia Dei cauſa eſt bonorum quia ipſa eſt exemplar eorum: non eſt autem exemplar malorum, & ideo non eſt eorum cauſa: unde quia præſcit, ideo erunt. *Aug.* autem *in lib. de Trin.* loquitur de creaturis in quantum ſunt creaturæ. Et conſtat quod omnis creatura in quantum creatura, eſt bona & a Deo. *Origen.* autem generaliter loquitur de bonis & malis, & ly [quia] notat cauſam quaſi materialem præſcientiæ Dei. Et patet quod non ſequitur, non præſciſſet mala, &c. ergo eadem ratione neque bona; quia præſcientia eſt cauſa bonorum & non malorum. Procedunt arguendo: Sic enim excæcat Deus, ſicut obdurat. Secundum hoc excæcatio proprie dicitur cauſa, quare non poterant credere: ſicut abſentia gubernantias dicitur cauſa ſubmerſionis navis. Et non eſt ſimile quod quidam inducunt pro ſimile ſe quod ſic Deus ſubtrahit homini gratiam ſicut ſi aliquis muro ruinoſo ſubtraheret apodiationem, faceret illum rueret: ut ſi aliquis daret ei mutuo lignum ad apodiandum murum ruinoſum, & poſtea iratus ei auferret lignum ſuum: ſic dicunt quod Dominus ſubtrahit gratiam qua ſuſtinebatur. Hoc vitium cæcitatis & duritiæ, intranſitive, quod eſt cæcitas & duritia, ſed differunt ſicut rancor & odium. Odium, quando aliquis de novo odit aliquem: rancor autem, inveteratum odium, ſimiliter duritia eſt inveterata cæcitas. Vel vitium cæcitatis eſt diminutio naturalium; cæcitas eſt privatio gratiæ. Voluntatis audacia. Voluntas audax eſt qua auſus eſt homo contra Dominum facere. Quia nullum. Ecce antecedentes ad excæcationem. Non quia homines in melius mutari non poſſunt; ergo peccatores poſſunt mutari in melius. Contra: *Jer.13.* Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, & vos, &c. *Interl.* Quia ipſi non poſſunt, propterea videtur ex quo non habebant fidem, quod non poterant credere: quia de illo cujus oculi ſunt eruti, poteſt dici quod non poteſt videre: ſed fides eſt oculus quo quis videt ſpiritualiter ſive credit; ergo de non habente fidem poteſt dici quod non poteſt credere. Quod autem virtutes ſint, oculi ſpirituales, habetur ſuper illud *Prov.* 30. Corvi de torrente ſuffodient eum; ergo ſimpliciter verum erat de Judæis induratis quod non poterant credere. Contra: dicit *Aug.* Poſſe credere eſt natura fidelium: ſed per nullum peccatum aufertur natura, ſed tantum vulneratur; ergo quilibet quantumcumque ſit peccator, poteſt credere. Sol. Non poterant credere. Nota quod negatio cum verbo potentiæ quandoque negat poſſibilitatem cum actu; quandoque actum tantum, ſicut *Marc. 6.* dicitur: Non poterat ibi virtutem ullam facere: conſtat quod poſſibilitatem virtutes faciendi habebat: quandoque privat actum potentiæ & potentiam: Sic ſumitur ſuper illud *Matt. 19.* Non omnes capiunt verbum hoc. *Gl.* Non omnes poſſunt continere. Sic illud, impoſſibile eſt preces juſtorum non exaudiri. Ad illud ſuper *Jer.* Ipſi non poſſunt, ſupple excæcati: ſed Deus poteſt qui poteſt facere quod homo poſſit. Sed objiciet quis: Eadem ratione cæcus non poteſt videre ex ſe; ſed Deus poteſt facere quod ipſe poſſit videre: non eſt ſimile, quia cæcus naturalis non poteſt facere aliquid quo facto poſſit videre; cæcus autem ſpiritualis poteſt facere quo facto videbit ſpiritualiter. Vel poteſt intelligi conjunctim: non poterant credere manentes talesquales erant, i. infideles. Et eſt ſimile *Matt.19.* Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum cœlorum: Divitem manentem divitem. Et *Matt.* 20. Non eſt meum dare vobis. *Gl.* talibus. Non poſſunt credere. *Jo. 5.* Quomodo vos poteſtis credere, &c. Seipſum negare non poteſt. 2. *Tim.* 2. Laus eſt voluntatis divinæ, i. in hoc quod dicit Apoſtolus: Deus non poteſt ſeipſum negare, exprimitur quod voluntas Dei prompta eſt ad miſerandum, & hoc eſt laus ejus. Similiter in hoc quod non poterant credere, oſtenditur quod eorum voluntas erat obſtinata, i. quod nullo modo volebant credere. Fides aliquando eſt ex auditu. Contra: dicit *Aug.* Virtus eſt qualitas qua nemo male utitur: quam Deus infundit in nobis ſine nobis: Sed dicendum quod ly [ex] eſt occaſionale, non cauſale. Niſi enim dicatur aliquid, nec audiri poteſt nec credi: ergo intellectus præcedit fidem, quia ſi poſſet credere antequam intelligeret, pro nihilo diceretur ei. Ad idem facit illud *Aug.* Quædam non creduntur niſi prius intelligantur. Contra: *Iſ.7.* Niſi credideritis, non intelligetis. Item *Amb.* Fides audax & improba penetrat quo non attingit intellectus. Sed iterum quod intellectus præcedat fidem, videtur per illud 1. *Tim.* 1. Charitas de corde puro. *Gl.* intellectu. Et ſequitur ibi, fide non ficta. Sol. Eſt intellectus conceptionis ſive notitiæ quando intelligitur quid eſt quod dicitur, per terminos: hic præcedit fidem, maxime in quibuſdam articulis, & eſt intellectus apprehenſionis ſive veritatis; hic ſequitur fidem.

Cum videritis hæc omnia *Matt.24.* Qui primus, i. maximus fuit inter illos. Contra: In principio Pſalmor. dicitur, quod David fuit eximius Prophetarum; ergo & maximus. Item ſuper *Eccl.48.* & 3. *Reg.18.* dicitur quod Elias fuit eximius Prophetarum. Sol. Moyſes fuit maximus Prophetarum, quoad portentorum & mirabilium operatio- Deut. 32.

Digitized by Google

tem & dicit: *a* Inventus ſum à *b* non quærentibus: palam apparui his *c* qui me non interrogabant. *d* Ad Iſrael autem dicit: Tota *e* die expandi *f* manus meas ad populum non credentem, ſed *g* contradicentem mihi: Dico *h* ergo: Nunquid repulit *i* Deus populum ſuum? Abſit. *k* Nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abraham de Tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem *l* ſuam quam præſcivit. *m* An neſcitis quod dicit Scriptura in Elia, *n* quemadmodum interpellat Deum adverſum Iſrael? Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi divinum reſponſum? Reliqui mihi ſeptem millia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal. Sic ergo in hoc tempore *o* reliquiæ ſecundum *p* electionem gratiæ Dei ſalvæ † fient. Si autem *q* gratia; jam non ex operibus: alioquin gratia jam non eſt gratia. *r* Quid ergo? Quod *ſ* quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus: Electio autem conſecuta,

al. † factæ ſunt.

Δ Sodomorum percipite, &c. populus Gomorrhæ. *a* Inventus] *Iſ.* 64. Ubi nos habemus: quæſierunt me, qui ante non interrogaverunt, quod hic eſt ſecundum Septuaginta. *b* A non quærentibus] Gentilibus. *c* Qui me non interrogabant,] nec aliquid de me ab aliis. *d* Ad Iſrael] Oſtendit quod populus Judaicus repulit Dominum. Dicit *Iſ.* 65. poſt iſta verba. Et qui non invocabant nomen meum. *f* Manus] ideſt, beneficia. Tunc enim dicitur homo manus extendere quando largitur munus *Pſ.* 47. Non fecit taliter omni nationi. Vel [manus] de extenſione manuum in cruce. *e* Tota die] ſynecdoche, i. in parte totius diei. *g* Sed contradicentem] in tantum quod eum crucifixerunt. *h* Dico ergo:] Quia tot dixit contra Judæos ne aliquis crederet propter hoc omnino eos reprobatos, inſultans contra eos, addit, [Dico ergo] contra ſic inſultantes. *i* Nunquid repulit Deus populum ſuum?] Abſit. *k* Nam & ego] Oſtendit exemplo ſui, quod licet multi de Judæis excæcati ſint, tamen præſcientia Dei de reliquiis non evacuabitur. Et hoc eſt [Nam & ego] dico, [Abſit] quod Deus repulit populum ſuum [Nam & ego] quem non repulit. *l* Plebem quam præſcivit.] i. prædeſtinavit. *m* An neſcitis,] hoc exemplo. 3. *Reg.* 19. Licet Elias crederet ſe relictum ſolum in zelo divini cultus, tamen præter ipſum erant ſeptem millia. Similiter dicit quod licet pauci Judæi videntur ſalvandi, tamen multi ſalvabuntur in fine quos Dominus elegit.

o Reliquiæ ſalvæ fient] non ſecundum merita ſua, ſed *p* Secundum electionem gratiæ Dei,] i. per gratiam qua electi ſunt. *k* Nam & ego Iſraelita] *Phil.* 3. Ego magis, circumciſus octava die ex genere Iſrael de Tribu Benjamin. Quod ſignificatum fuit *Gen* 49. Benjamin lupus rapax mane comedet prædam, i. Paulus qui in mane juventutis ſuæ deſtruebat bonos, & veſpere dividet ſpolia, poſt converſionem. Hoc etiam ſignificatum eſt. *Gen* 44 dicit Joſeph, Scyphum meum, & pretium pone in ore ſacci minoris, i. Benjamin. Scyphus, prædicatio quæ a Deo data eſt Paulo, qua inebriavit totam Eccleſiam. Pretium tritici, vita æterna. Item de ipſo *Gen.* 35. Rachel periclitata eſt in partu Benjamin: quia Paulus ſtatim poſtquam natus fuit per fidem, incipit perſequi matrem ſuam Synagogam. Non repulit plebem ſuam,] ſed repulit tabernaculum Silo, quod interpretatur avulſio a vera fide & charitate. *n* In Elia,] i. de Elia. Sicut credebat ſe eſſe ſolum in cultu Dei, ita multi præſumuntur de ſe præ aliis, de quibus *Pſ.* 28. Dilectus quemadmodum filius unicornium, ſua reputatione. *Iſ.* 56. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, &c. Opera enim eorum, opera inutilia. *Oſ.* 13. Perditio tua Iſrael, tantum ex me auxilium tuum. *Iſ.* 43. Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. *q* Si autem gratia] Oſtendit quod non ſalvabuntur merito operum. [Si autem gratia,] per gratiam. *r* Quid ergo] dicendum eſt ea quo non ſalvati ex operibus? Hoc ſc. dicendum eſt. *ſ* Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſecutus,] ideſt, juſtificati ex operibus, non tantum non ſunt hoc conſecuti ceteri.

Δ *a* Vero] pro ſed

Expoſitio Gloſ. Ante [?] nem & legis dationem & Dei familiaritatem: nulli alii fuerunt oſtenſa tanta ſigna familiaritatis. Unde *Nu.* 12 dicitur quod Dominus loquebatur ei quaſi amicus ad amicum. David autem fuit eximius quantum ad dictorum apertionem, regiam dignitatem, pœnitentiæ humilitatem. Nullus enim ita aperte locutus eſt de paſſione. Foderunt manus meas, &c. Iterum, dederunt in eſcam meam fel. Elias eximius fuit quantum ad zeli ardorem, correctionis audaciam, pœnitentiæ auſteritatem. Dei Patris loquentis. *Deut.* 28. Advena qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, & ipſe erit in caput & tu eris in caudam. Attendant quod venerit ſicut Moyſes prædixit: Etſi præviderei pœnam, quia ex eo quod prædicabat, hic fuit ſectus ſerra lignea. Hoc non dicit de manibus extenſis in cruce: intellige ſecundum quod proprie ſumitur ly [tota die] quia jam exponer de manibus extenſis in cruce prout ly [tota die] ſumitur ſynecdochice. Sed de illius operibus, &c. *Jo.* 15. Si non feciſſem opera, &c. Ut totum ſit poſitum pro parte. Simile. *Jer.* 15. Ut quid me genuiſti mater mea, virum rixæ, 1. *Reg.* 19.
virum diſcordiæ in univerſa terra, i. in parte univerſæ terræ. Ne omnem Iſrael diffidentem, i. talem eſſe, de quo homines debeant diffidere, quia me & alios prædeſtinatos non repulit; ergo Apoſtolus ſciebat ſe eſſe prædeſtinatum; ergo ſciebat ſe eſſe dignum. Contra: *Eccl.* 9. Nemo ſcit utrum amore vel odio dignus ſit. Sol. Nemo ſcit ſcientia certitudinis, ſed conjecturæ, ſive revelationis, ſicut ſcivit Apoſtolus. Ideo dixit, quam præſcivit, ne iterum ſuper- 3. *Reg.* 19.
biant Judæi. Imo ex hoc deberent eſſe humiliores. Sol. Imo quia credebant ex operibus juſtificari, audientes ſe eſſe prædeſtinatos, crederent quia ea operibus ſuis eſſet hoc, & ſic ſuperbirent, & propterea dixerat eos eſſe plebem Dei, & plebs ſolet ſumi pro perfectis. *Luc.* 2. Gloriam plebis tuæ Iſrael. Et in *Pſ.* 13. Qui devorant plebem meam, &c. Crederent ſe ſolos prædeſtinatos: ideo addit, quam præſcivit. Achab dedit filiam ſuam Joram 2. *Par.* 21. Se relictum ſolum 1. *Reg.* 10. Qui in ſpeluncis, &c. 3. *Reg.* 18. Abſcondi centum viros, &c. Ad idololatriam. 3. *Reg.* 15. Ecce relictus ſum ego ſolus in cultu divino. Videtur mentitus fuiſſe quia 3. *Reg.* 28. dicit ei Abdias: Nunquid indicatum eſt tibi domino meo quid fecerim, &c. quod abſconderim de Prophetis Domini in ſpelunca, &c. Sciebat ergo Elias, quod ad minus adhuc illi colebant Deum: ergo mentitus eſt dicens ſe ſolum relictum in cultu Dei. Revera bene ſciebat quod multi præter ipſum colebant Deum: tamen ſe credebat ſolum eſſe relictum in zelando cultum Dei, & revera nullus ita zelabat ſicut ipſe: unde non eſt mentitus. Per ſeptenarium univerſitas: quia corpus ex quatuor elementis, anima ex tribus potentiis. Per millenarium perfectio: quia ultra mille non eſt numerus nominatus. Perfectum autem proprie eſt quando non eſt ad majus progredi. Tempore gratiæ ubi facilius eſt quam alio tempore, ſc. ante adventum. Sed aut intelligit, facilius, quantum ad Deum aut quantum ad hominem. Non quantum ad Deum quia omnia ſemper ei æque facilia. Item non videtur quantum ad hominem. Sol. Intellige quantum ad hominem ratione plurium adjumentorum quæ ſunt doctrina Evangelica, exempla Sanctorum, Sacramenta hujuſmodi. Non vos me elegiſtis. *Jo.* 15. Neque enim ante credidimus in eum, ut eligaret nos. Contra: *Jo.* 16. Pater vos diligit, quia vos me amaſtis; ergo eadem ratione nos eligit, quia in eum credidimus. Sol. Pater nos diligit: nos intellige, amplius quia nos, &c. Et ſic patet quod non eſt ad propoſitum. Gratia jam non eſt gratia, ſed debitum; ergo eadem ratione vita æterna ſi eſt ex meritis, non ex gratia. Contra: *ſup.* 6. Gratia autem Dei vita æterna. Et *Jo.* 1. Gratiam pro gratia. Item per hoc vita æterna non meretur ex condigno. Sol. loquitur contra Judæos qui credebant ſe ſalvari ex ſolis operibus. Unde ſeq. Si vita æterna eſſet ex ſolis meritis, jam non eſſet ex gratia. Quomodo autem ex condigno mereatur, habitum eſt ſupra. Sicut illi qui noluerunt credere: ergo videtur quod credere eſt ex voluntate: ſed cujus virtutis erit illa voluntas, quæ præcedit credere? Præterea ex quo vult aliquis credere, credit: ergo ex quo voluntas illa eſt motus alicujus virtutis, jam ſimul erunt motus duarum virtutum, quod non videtur poſſibile. Solut. Intelligitur de voluntate præcedente fidem, quia præparat ſe homo ad credendum: & non eſt alicujus virtutis: ceſſat autem ſtatim quando infunditur gratia, & tunc ſi vult credere, illa voluntas eſt ipſum credere. Quicumque enim cum intellexiſſet credere noluit, id debet conſequi: quod vult ſcilicet, ne de cetero poſſit credere: ergo ſicut quando quis meruit mortem æternam, injuſte ageret Deus cum eo, ſi manente iſto merito daret ei vitam æternam: eodem modo ſi dat Deus tali fidem ad credendum manente iſto merito, injuſte agit Deus cum eo: ſed nulli dat fidem niſi habenti illud meritum quia fides iſtud evacuat; ergo injuſte agit cum quolibet cui dat fidem. Sol. Debet conſequi quod vult, ſc. ne de cetero, &c. i. juſtum eſt quantum in ipſo eſt quod Deus de cetero non det ei fidem. Deus enim non eſt ita juſtus quin ſit & miſericors: nec ejus juſtitia pura eſt juſtitia: nec quantum in ſe eſt, injuſte ageret ſi daret vitam æternam ei qui meruit damnationem. In vo-

Δ Inntate

▲ *a* Vero] pro ſed *b* Excæcati ſunt ſicut ſcriptum eſt] *Iſ.6.* *c* Spiritum compunctionis :] i. amarum. *Pſ. 49.* Potaſti nos vino compunctionis, ſicut homo quando habet palatum amatum, omnia etiam dulcia videntur ei eſſe amara: Similiter Deus permiſit ut eis ſpiritualia eſſent inſipida & amara,

eſt: ceteri *a* vero *b* excæcati ſunt ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus *c* ſpiritum compunctionis: *d* oculos ut non videant, & aures ut non audiant *e* uſque in hodiernum diem. *f* Et David dicit: *g* Fiat menſa eorum coram ipſis *h* in laqueum & *i* in captionem & *k* in ſcandalum & *l* retributionem illis. *m* Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum *n* ſemper incurva.

CAP. XI.

DICO *a* ERGO,

d Oculos] interiores, rationem, ſpiritum compunctionis in malo, ſicut contritio. *Pſal.* 13.
Iſ. 6. Contritio & infelicitas in viis eorum. Et eſt compunctio, boni abominatio. *Eccl.* 1 Execratio autem peccatoribus ſapientia. *Pſ.* 87. Poſuerunt me abominationem ſibi per falſam poſitionem, quia
▲ in veritate non eſt abominabilis. *Iſ.*19. Miſcuit Dominus ſpiritum vertigiois in memoria ejus 2.*Th.*2. Ideo mittet illis Deus operationem erroris. [Oculos ut non videant] aliquid utile ſibi. Sic multi habent intellectum & rationem, ex eis tamen nihil utile ſibi vident. *Iſ.*42. Quis cæcus niſi ſervus meus? *e* Uſque in hodiernum diem.] i. quamdiu dici poteſt hodiernus dies, i. in tota præſenti vita. *f* Et David] Idem probat per auctoritatem David. *g* Fiat menſa] Propoſita eis Scriptura: q. d. ſeipſos deceperunt per Scripturam. Vel [Menſa,] i. eorum malitia quam ſibi propoſuerunt & paraverunt. *n* Semper incurva.] i. incurvari permitte preſſos pondere peccatorum. [Uſque in hodiernum diem.] 2.*Cor.*3. Uſque in hodiernum diem cum legitur Moyſes, velamen, &c. [Fiat menſa,] Sacra Scriptura. *Pſ.*22. Paraſti menſam in conſpectu meo adverſus eos. *Exod.*25. Facies & menſam propoſitionis de lignis Sethim, i. imputribili veritate. *h* In laqueum] per erroneam intelligentiam quantum ad ea quæ fidei in eis ſunt: quod fit evaneſcendo per allegoriam. *i* In captionem,] intus adhærendo literæ. *k* In ſcandalum,] quæ morum ſunt demonſtrando. *l* In retributionem,] eos diverſis contrarietatibus implicando. *Job* 20. Panis ejus in utero ejus vertetur in fel aſpidum intrinſecus. Vel de menſa malitiæ ſuæ culpæ. 1.*Cor.*10. Non poteſtis eſſe participes menſæ Domini & menſæ Dæmoniorum. *Job* 15. Inutilis homo, &c. Fit autem in laqueum hominum, otio eos impediendo. *Pſ.*118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me, [In captionem,] quia non poteſt exire a peccato quando vult voluntate quadam non ſufficiente. *Thr.*3. Lapſa eſt in lacum vita mea: poſuerunt lapidem ſuper me. *Pſ.*37. Sicut onus grave gravatæ. Et alibi *Pſal* 68. Infixus ſum in limo, &c. quia viæ impiorum tenebræ & lu-
Pſ. 41. bricum. [In ſcandalum] quia ruit de peccato in peccatum juxta illud *Pſ.*34. Abyſſus abyſſum invocat. *Thr.* 1. Peccatum peccavit Jeruſalem propterea inſtabilis facta. [In retributionem,] per remorſum conſcientiæ. *Oſ.*5. Calumniam paſſus eſt Ephraim, quia cœpit ire poſt ſordes. *Jer.*2. Scito & vide quia malum eſt & amarum, &c. *m* Obſcurentur oculi eorum] Obſcurantur quando dantur in reprobum ſenſum *ſup.*1. Tradidit, &c. *Th.* 4. Quomodo obſcuratum eſt aurum. *Pſ.* 142 Collocavit me in obſcuris. Et alibi *Pſ.*73. Obſcurati ſunt qui repleti ſunt terræ domibus iniquitatum. Incurvantur per deſperationem & præſumptionem. *Iſ.*50. Incurvare ut tranſeamus. *Ezec* 16. Expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti ut ejus fieres.
Expoſitio Gloſſæ. A luntate ſua adjuti ſunt, nonniſi a Deo: ergo Deus eſt adjutor mali. Sol. Ideſt, Deus permiſit præcipitari. Hoc meruit invidia malæ voluntatis: non ita eſt de illis, qui errore hoc agunt, i. ex ignorantia: imo omnis qui peccat mortaliter, meruit ut non intelligat quod verum eſt & bonum. Sol. Non ita eſt, &c. quia qui peccat ex ignorantia, aliquam habet excuſationem, propter quod citius conſequitur miſericordiam. Unde 1.*Tim.* 1. Miſericordiam conſecutus ſum, quia ex ignorantia feci *Iſ.6.* Vades & dices populo huic: Audite audientes & nolite intelligere, &c. Item *Iſ.*29. Miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis; claudet oculos veſtros, Prophetas. [Oculos,] i. rationem quæ per ſe videre poteſt. Contra *ſup.* 1. de Philoſophis, Deus autem revelavit illis. Sol. Quando ratio addiſcit ab aliquo, dicitur auris: quando per ſe, oculus, & ita nihil ad propoſitum, quod Deus illis revelavit. Sic enim ſuit auris, hic autem oculus. Aures, ideſt, rationem. Secundum hoc patet quod idem ſenſus interior, viſus & auditus.

Seipſos mihi acetum obtulerunt, i. obtulerunt mihi acetum in quo ſignificatur quod acetoſi erant. *Matth.*27. Eis autem alias oblata. Unde *ſupra* 3. Primum quia eis tradita ſunt eloquia Dei. Et pro ea, ideſt, pro zelo erroneo ipſius. Prædicatio Chriſti reſpuitur dum zelo ejus Chriſtum occiderunt. Hoc intelligendum eſt quantum ad mitiores Judæos de quibus *Jo.* 16. Credentes obſequium ſe præſtare Deo. Item *Jo.*19. Nos legem habemus & ſecundum legem debet mori, ſine cauſa exteriori. Liberum arbitrium quod debet erigi. *n* Semper incurva.] *Iſai.* 51. Incurvare ut tranſeamus. *Luc.*13. De muliere incurvata decem octo annis. Nota quod hæc verba non optantis voto, ſed prædicentis officio dicuntur. Contra: Sciebat Deum velle iſtos excæcatos eſſe; ergo tenebatur idem velle, quia quilibet tenetur conformare voluntatem voluntati divinæ, ſi eam ſciat. Item ſuper illud *Pſ.*1. Fiat tanquam pulvis ante faciem venti. Ibi dicit *Auguſt.* Prophetia hæc eſt qua prædicit mala iniquorum, non optatio: vel Propheta in ſpiritu Dei, eo modo dicit ea quo Deus facit illa, ideſt, fieri ſinit certo judicio, juſto & ſancto atque tranquillo, non perturbato ira, non animo inimicitiarum exercendarum, ſed juſtitia vitiorum puniendorum, quam Propheta ſervari optat, eique congaudet, non delectatus malo creaturæ. Sol. Non dicit hoc optantis voto, ideſt, libidine vindictæ. Ad illud, quam Propheta ſervari optat, intellige amore juſtitiæ. Similiter nolebat Apoſtolus quod eſſent excæcati: nec eſt idem velle quod conſentire, vult enim, ideſt, conſentit. Super illud *Cant. ult.* Fuge dilecte mi, dicit *Gloſſ.* Non optando loquitur. Quis enim illum quem diligit, optat fugere? ſed quia memor conditionis ſuæ, illius voluntati conſentit.

EXPOSITIO CAP. XI.

Dico *a* ergo: Nunquid ſic offenderunt] In præcedenti capitulo oſtendit Apoſtolus, quod Judæi proprio vitio excæcati fuerunt. In hoc autem primo oſtendit eorum excæcationem, occaſionem fuiſſe magni boni, videlicet illuminationis Gentium: alioquin non permiſiſſet eos Deus excæcari. Secundo oſtendit quod ſi ex eorum excæcatione ſecuta eſt tanta utilitas, multo major ſequitur ex illuminatione, ibi [Quod ſi delictum.] Tertio probat eos poſſe illuminari: Et hoc duabus rationibus & duobus exemplis. Prima ratio eſt, quia ſi non poſſent illuminari, ipſe non laboraret ad illuminationem eorum, ibi [Vobis enim dico Gentibus] Secunda ratio eſt, quia ſi propter prædictam utilitatem, i. gentium ſalutem permiſit eos Deus excæcari, multo magis illuminabit propter majorem utilitatem, quando fere omnes gentes non convertentur, in fine propter eos, ibi [Si enim amiſſio, &c.] Primum exemplum per quod idem probat eſt, ibi [Quod ſi delibatio ſancta.] Secundum, ibi [Et ſi radix, &c.] Quarto monet Gentiles, ne auſcultent ad Judæos excæcatos, ibi [Quod ſi aliqui,] Quinto oſtendit quod non debent gloriari in comparando ſe Judæis excæcati, ibi [Quod ſi gloriaris, &c.] Sexto oſtendit hanc gloriationem reprimendam per timorem, ibi [Tu autem fide ſtas, &c.] Septimo oſtendit idem per conſiderationem ſeveritatis Dei & miſericordiæ, ibi [Vide ergo, &c.] Octavo oſtendit Judæos poſſe converti per Dei potentiam, & quamdam naturalem ſimilitudinem, ibi [Sed & illi ſi non permanſerint.] Nono quod licet in parte contigerit cæcitas in Judæis, tamen ad ultimum plenitudo eorum intrabit ad fidem, ibi [Nolo enim vos ignorare.] Decimo probat hoc auctoritate Iſaiæ, ibi [Veniet ex Sion.] Undecimo oſtendit, quod licet modo ſint Judæi contrarii doctrinæ Catholicæ & Evangelii, tamen electi ſunt a Deo, ibi [Secundum Evangelium.] Duodecimo oſtendit electionem eorum eſſe immutabilem, ibi [Sine pœnitentia autem.] Tertiodecimo quod ſicut cæcitas Judæorum occaſio fuit ſalutis Gentium, ita excæcatio Gentium erit occaſio ſalutis Judæorum, ibi [Sicut enim aliquando & vos, &c.] Ad ultimum quia poſſet quæri quare Deus excæcavit Judæos ut Gentes illuminaret, nunquid potuit Gentes illuminare ſine excæcatione Judæorum, & e converſo?

Propter hanc quæſtionem exclamat dicens: O altitudo, &c. Innuens quod non ſine ratione factum eſt hoc. Unde addit, [Quis novit, &c.] Et ſic finitur hoc capitul. & prima pars hujus Epiſtolę, quę ideo habita eſt, quod non ſine cauſa permiſit Deus Judęos excęcari. Dicit ergo: *a* Dico ergo] ideſt, dicere videor, adducens teſtimonium Scripturarum, *b* quod ſic offen-

a Dico ergo, &c.] Sine reparatione, quoad Judęos: non ſine utilitate, quoad Gentiles. Verbum repulerunt. *Act.*13. Salus Gentibus fuit, i. occaſio ſalutis. In teſtimonium fuit. Unde *Pſ.*38. Ne occidas eos, neque obliviſcantur populi mei. Tunc enim manus Moyſis revocabitur in ſignum. Tangit quod habetur *Exod.*4. Per manum ejus extraham a ſinu, Judęi intelliguntur, qui peccantes extraxerunt ſe a cultu Dei, ſed in fine quando reliquię ſalvę fient, quaſi revertentur ad ſi-

a Nunquid ſic offenderunt ut caderent? Abſit. b Sed illorum delicto ſalus c eſt Gentibus ut illos d æmulentur. e Quod ſi delictum illorum divitiæ f ſunt mundi, & diminutio g eorum divitię Gentium, quanto magis plenitudo h eorum; Vobis i enim dico Gentibus; quamdiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium k meum honorificabo, ſi quomodo ad l æmulandum provocem carnem meam & ſalvos faciam aliquos ex illis: Si enim m amiſſio n eorum reconciliatio o eſt mundi quæ p aſſumptio niſi vita q ex mortuis? Quod ſi delibatio r ſancta eſt, & maſſa, & ſi radix ſ ſancta, & rami. Quod ſi aliqui t ex ramis fracti ſunt tu autem cum oleaſter u eſſes inſertus x es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis y olivæ factus es, noli gloriari

a [quod ſic offenderunt, ut caderent,] non ſine utilitate. Sed a Nunquid, &c. Abſit] q.d. non ſine utilitate permiſit hoc Deus. b Sed illorum delicto] occaſionaliter. c Salus eſt gentibus ut illos,] i. Gentiles. d Æmulentur] imitentur Judæos, credentes, ſicut ipſi credebant ante. e Quod ſi delictum] Secunda pars. [Delictum] quo ſunt excæcati. f Sunt divitiæ mundi,] i. occaſio quare mundus habeat ſc. in ſapientia, ſcientia & Sacramentis. g Et diminutio,] i. abjectio, i. Apoſtoli qui quaſi viles & abjecti reputabantur. h Plenitudo] quando omnes fere Judæi convertentur. i Vobis] Tertia pars. Et eſt prima ratio ad oſtendendum quod convertentur. k Miniſterium] quod erat prædicator Gentiũ. l Ad æmulationem] unde & aliorum bonorum. m Si enim] ſecunda ratio. n Amiſſio,] i. infidelitas qua amiſerunt Deum. o Reconciliatio eſt] occaſionaliter. p Aſſumptio,] per illuminationem. q Vita ex mortuis,] i. reconciliatio a peccatis, quia fere totus mundus in fine convertetur per Judæos converſus ad fidem. r Quod ſi delibatio] Hoc eſt primum ſimile. Delibatio eſt parva prægustatio rei ad probandum qualis ſit. Delibationem autem appellat Apoſt. qui fuerunt pauci de Judæis quos prælibavit Dominus, quaſi ad probandum quales eſſent, i. poterant eſſe reſidui. Unde cum fuerunt boni, & alii ſimiles poterunt eſſe. ſ Et ſi radix,] hoc eſt ſecundum ſimile, radix Apoſt. Prophetæ & Patriarchæ. [Et rami] a ſimili. a Nunquid ſic offenderunt, &c.] tantum? Non imo propter utilitatem Gentium. Unde *in Ench.* Melius enim judicavit malis bona facere quam mala nulla eſſe permittere. Utilitates autem quæ de malis procedunt, complectitur *Aug. in lib. de vera relig.* Eccleſia utitur Gentilibus ad † numerum operationis ſuæ, hæreticis ad probationem doctrinæ ſuæ, ſchiſmaticis ad documentum ſtabilitatis ſuæ, Judæi ad comparationem pulchritudinis ſuæ: alios ergo invitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit. Si enim Gentiles inſtructi eſſent in fide, non haberet quos prædicando ad fidem invitaret. Pulchrior etiam apparet in comparatione Judæorum, ſicut juvencula comparata vetulæ, ipſi enim fidem habent unius Dei, ſed Eccleſia habet perfecte. d Ut illos æmulentur.] Hoc legitur tripliciter. Ut Judæi [æmulentur illos,] i. Gentiles, i. non invideant de converſione Gentium, & ſic ſumitur ly [ut] conſecutive *Deut.* 32. Ipſi provocaverunt, &c. & ego provocabo eos in eo qui non eſt populus. Vel [æmulentur] i. imitentur Gentes in fide. *Deut.* 38. Ipſe erit in caput & tu eris in caudam. Gentiles converſi facti ſunt caput, Judæi cauda, poſtea imitantes fidem Gentium. Vel Gentes [æmulentur,] i. imitentur [illos,] i. fidem quam habuerunt. *Matt.* 3. Potens eſt Dominus de lapidibus his ſuſcitare filios Abrahę. [Divitiæ ſunt mundi] de quibus *Iſ.* 33. Divitiæ ſalutis, ſapientia & ſcientia. *Job* 5. Cujus, i. populi Judæorum, meſſem, ſc. Scripturam famelicus, i. gentilis comedet. *Amos* 5. Vineas amatiſſimas plantabitis & vinum non bibetis ex eis, o Judæi. Vineæ, libri ſacr. Script. quos compoſuerunt Judæi, vinum doctrina. Unde in Judæis completum eſt illud *Pſ.* 108. Diripiant alieni labores ejus. Et illud *Ezec.* 3. Benedicta gloria Domini de loco ſuo, ſupple mota eſt, i. ſcientia Scripturæ, chariſmata, Sacramenta, in quibus apparet Deus glorioſus. Et 11. Elevaverunt Cherubim alas ſuas, & aſcendit gloria Domini de medio civitatis, i. plenitudo ſcientiæ de Judæis [Quanto magis plenitudo eorum] plena eorum illuminatio. Unde dicit Eccleſia per *Pſ.* 91. Et ſenectus mea in miſericordia uberi, in fine quando convertentur Judæi. *Dan.* 11. Docti in populo docebunt plurimos, illi ultimi Judæi, & ruent in gladio, &c. Quia omnibus paſſionibus ſe exponent pro fide Chriſti. [Miniſterium meum honorificabo.] Sic debet quilibet honorare miniſterium ſuum per ſupererogationem. 1. *Cor.* 9. Nam ſi evangelizavero, non eſt mihi gloria, &c. Auctoritas, beneficia quanto magis indebita, tanto gratiora. [Delibatio,] i. pauci converſi de Judæis, i. Apoſtoli. *Oſ.* 9. Quaſi uvas in deſerto inveni Iſrael, & quaſi poma ficulneæ & in cacumine ejus vidi patres eorum, i. Apoſtolos. [ſi radix] Patriarchæ & Prophetæ Apoſtolor. *Oſ. ult.* Erumpet radix ejus ut libani, per odorem bonæ operationis. Et per delibationem prægustatio dulcedinis æternæ intelligitur [Quæ ſi ſancta eſt, & maſſa.] *Prov. ult.* Guſtavit & vidit quia bona eſt negotiatio ejus, i. quod bonum forum fecit. Quod ſignificatum fuit *Num.* 13. ubi Dominus dedit filiis Iſrael ad prægustandum de fructibus terræ promiſſionis, botrum, ficum & malogranata. Judæi in deſerto: Jeſus in poenitentia vel in clauſtro. t Quod ſi aliqui] Hæc eſt quarta pars in qua monet gentiles ne inſultent contra Judæos. u Oleaſtri] eſt oliva ſylveſtris cujus fructus amarus, cui comparat gentiles ſecundum priorem ſtatum: Judæos autem comparat olivæ. x Inſertus,] & quaſi ſurculus retinens ſaporem olivæ, i. fidem quam habuerunt Judæi. y Pinguedine] chariſmatum quam

A num. Revertetur ad matrem. Patet quod non debet intelligi hoc ad literam. Ibi enim in Exod. non legitur quod Moyſes reverſus ſit ad matrem, ſed ad fratres, ſed probabile quod tunc non haberet matrem: ſed intelligitur de Eccleſia, ſicut illud *Mat.* 12. Mater tua & fratres tui foris ſtant modo, i. Judæi, ſed in fine convertentur. Qui in fine mundi convertentur, erunt divitiæ Gentium. Fides ergo permanebit uſque ad finem mundi in Gentibus, quod verum eſt & tamen tunc non excæcabuntur in univerſitate, ſed in magna multitudine. Qui proprii eſtis, *Gal.* 2. Qui operatus eſt Petro, &c. Totum genus Judæorum damnatum, irrecuperabiliter. Naturæ ſimilitudinem, i. naturalem ſimilitudinem, Non poteſt eſſe delibatio ſancta & maſſa immunda. Hoc videtur falſum & quod etiam dicitur in textu. Sed delibatio ſancta, & maſſa: quia delibatio, i. Apoſtoli ſancti fuerunt cum maſſa immunda. Sol. Hoc ſimile non eſt ad oſtendendum qualis poteſt, vel potuit eſſe per gratiam. Vel dicendum quod non probat per hoc ſimile qualis ſit vel fuerit maſſa, ſed qualis futura ſit. Ut ſit ſenſus: ſi delibatio, i. Apoſtoli, eſt ſancta, i. ſanctificans Gentes, multo magis maſſa, i. multitudo Judæorum quæ convertetur in fine, utilis erit. Humorem fidei, i. fidem quæ facit creſcere ſpiritualiter ſicut humor. Contrahunt, non origine ſed imitatione. Ut reprimat Gentes, i. gloriationem Gentium adverſus Judæos. Aliena operatione ſc. ſanctorum Apoſt. qui præ omnibus habent ſpiritum. Unde *ſapr.* 8. Nos ipſi primitias ſpiritus habentes. *Jer.* 2. ſanctus Iſrael Domino primitiæ frugum ejus. Si enim putata eſt oliva in quibuſdam ramis quantum ad eos qui excæcati ſunt. *Cant.* 2. Tempus putationis advenit. Per fragmentum, i. per hoc quod fracti ſunt per infidelitatem. Illi per ſuperbiam frangi meruerunt, iſte per humilitatem inſeri meruit, & hoc in fide. Nihil enim aliud eſt inſeri quam in fide plantari. Ergo opere unius virtutis ſicut humilitatis meretur alia virtus: non ergo verum eſt quod qui habet unam, habet omnes. Et iterum ſecundum hoc humilitas prior eſt quam fides: dicitur tamen quod fides eſt prima virtutum. Sol. Hoc intelligitur non de merito condigni, ſed congrui juxta quod dicitur quod B. V. meruit portare Deum. Similiter quia populus Gentilis humiliavit ſe ſubjiciendo doctrinæ Chriſti, dignus fuit ad hoc ut insereretur in fide. Nec dicit humilitas virtutem, ſed quandam intellectus ſubjectionem quę præcedit fidem. Vel poteſt dici: Inſeri meruit, i. plantari & radicari in fide: et ſi enim fidem non poſſit mereri, poteſt tamen mereri ejus confirmationem. Amiſerunt radicem, i. fidem. Ut dolor eſſet Judæis. Sed iſte dolor malus fuit quia ex invidia, ergo Deus mala intentione inſeruit Gentes. Et dicendum quod ly [ut] conſecutive ſumitur non cauſaliter. Hoc autem dicitur contra morem, quod cum mali eſſent, inſerti ſunt in radicem bonam & pinguedinem ab ea meruerunt. Ait Salomon. Sententia habetur *Pr.* 24. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, &c. Et *Eccl.* 7. Ne irrideas hominem in amaritudine animæ ſuæ. Seipſos reprobos fecerunt, ergo eadem ratione aliquis poteſt facere ſe prædeſtinatum. Reſpirationem effectus connotari. Quam extollentiam, de ſua illuminatione comparata ad Judæorum excæcationem. Time ſcilicet offendere, ne ſc. incidas in ſupplicium. Sed nonne bonum eſt hoc timere? Vel quia timor ſervilis bonus eſt, & eo proprie timetur poena, ergo timere ſupplicium eſt bonum. Solutio: Quod hic dicitur intelligendum eſt cum præciſione, id eſt.

al † materiam.

Expoſitio Gloſſæ.

adverſus ramos. *a* Quod ſi gloriaris, *b* non tu radicem portas, ſed radia te. *c* Dicis ergo: *d* Fracti ſunt rami ut ego inſerar. *e* Bene *f* propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas: *g* noli altum ſapere, ſed time. *h* Si enim Deus *i* naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. *k* Vide ergo bonitatem *l* & ſeveritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem Dei ſi permanſeris in bonitate: alioquin & tu excideris. *m* Sed & illi ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. *n* Potens eſt enim Deus iterum inſerere illos. *o* Nam ſi tu ex *p* naturali exciſus es oleaſtro, & contra *q* naturam *r* inſertus es in bonam olivam: *ſ* quanto magis hi qui ſecundum naturam, *t* inſerentur ſuæ olivæ?

A tum quam prios habuerunt Judæi *a* Quod ſi gloriaris.] Oſtendit quod non debent gloriari contra Judæos, quia nihil acceperunt Judæi ab ipſis: ipſi autem multa a Judæis. [Si gloriaris] injuſte facis, quia *b* Non tu radicem,] i. Judæos. *c* Dicis] i. dicere potes. *d* Fracti] excæcati. [Ut ego inſerar.] *e* Bene] i. verum eſt. Et eſt ly [ut] conſecutivum. Tamen *f* Propter incredulitatem] pro- B prie, non propter te. *g* Noli] Oſtendit hanc glorationem eſſe reprimendam propter timorem. *h* Si enim Deus] Oſtendit quod debent timere. *i* Naturalibus ramis] i. Judæis qui erant peculiaris & domeſticus populus Domini. *k* Vide] Oſtendit glorationem eſſe reprimendam per *l* Severitatem Dei & bonitatem] C i. miſericordiam. *m* Sed & illi] Oſtendit quod Judæi potuerunt converti per Dei potentiam, & quamdam naturalem ſimilitudinem ſumptam in materia majoris & minoris. Dicit ergo: *m* Sed & illi] Non excideris ſi permanſeris in bono: [ſed & illi] Judæi, licet modo videantur excæcati, [inſerentur] Et hoc probat primo per Dei potentiam. *n* Potens eſt enim Deus] Non ergo impedimentum efficientis, quin poſſunt inſeri; nec ex parte materiali naturali: quod probat quaſi a minori & ſimilitudine naturali. *o* Nam ſi ex oleaſtro,] ritu Gentilium ſterili. *p* Naturali,] i. tibi inolito in naturam propter uſum idololatriæ quam ſervaſti a nativitate tua. *q* Contra naturam inſertus es.] Alludit ſimilitudini, ut qui ſint ſurculi boni in trunco malo: hic autem factum eſt e converſo, quia Gentiles infructuoſi inſiti ſunt in bona radice, ſcil. in trunco Judæorum, i. in fide. *ſ* Quanto magis, &c.] pinguedinis olivæ. *Jer.*11. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocavit Dominus nomen tuum ad vocem loquelæ grandis, &c. quando clamabant: Crucifige & jactabant opera ſua. [Radicis] *Oſee ult.* Erit quaſi oliva gloria ejus. *Deut.*33. Tingat in oleo pedem ſuum: dicitur de Aſer. Aſer, beatus populus Gentilis a Domino converſus. [Pinguedinis.] *Gen.*27. Frumento, vino & oleo ſtabilivi eum, i. ſcientia, doctrina & gratia: dicitur de minori filio, i. de populo Gentili. Hoc etiam poteſt dici ad illos, qui novas Religiones ſunt aggreſſi, quia confractæ erant Religiones: ſed illæ novæ fundatæ ſunt in radice illarum, i. in regulis: unde non debent adverſus eas extolli, ſed compati confractioni earum. *b* Non tu radicem portas] nihil acceperunt ab iſtis novis, ſed e converſo. *g* Noli altum ſapere,] quia ſubito caſu quæ valuere, ruunt. *Iſ.*5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris.
h Si enim naturalibus ramis, &c.] 2.*Pet.*2. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, &c. *Luc.*23. ſi in viridi hæc fiunt, in arido quid fiet? *Jer.*49. Ecce quibus non erat judicium ut biberent, &c. & tamen nocens relinqueris. [Sed & illi inſerentur.] *Jer.*17. Erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas quod ad humorem mittit radices ſuas. Dominus hominem tranſplantat quando ipſum de malo ſtatu in bonum mutat. *Pſ.*95. Vineam de Ægypto tranſtulit, i. de peccato ad gratiam. *Ezech.*17. Sumam ego de medulla cedri ſublimis; & ponam de vertice ramorum ejus; & plantabo ſuper montem & erumpet in germen. Per cedrum, aliquis nobilis, magnus & potens: medulla cedri nobilior inter hujuſmodi, ſuper montem in Religione, vel ſancta converſatione: & tunc erumpet in germen, quando magnum fructum faciet. *n* Potens eſt] *Matth.*3. Potens eſt Deus ex lapidibus iſtis, &c. *p* Si ex naturali oleaſtro,] Contra Novitios qui aliquando habent fervorem & plures falſum, per quem zelum quem habent non ſecundum ſcientiam, quandoque præſumentes deſpiciunt antiquiores in quibus non apparet exterius talis fervor. [Ex naturali oleaſtro,] converſatione ſæculari per conſuetudinem culta & quaſi naturali. *q* Contra naturam] i. conſuetudinem. *Jud.* 9. Ierunt ligna ſylvarum ad olivam. *r* Inſertus in bonam olivam] i. habet devotionem. *t* Inſerentur] iterum. Unde contra iſtos Novitios dicitur *Ezec.* 16. ſoror tua Sodoma revertetur ad antiquitatem ſuam, i. illi qui videntur tibi omnino diſſoluti, & Samaria, iſti modo tepidi in Religione, quia Samaria quaſi lana interpretatur. Tu ergo time tibi ne tu & filiæ tuæ revertaris ad antiquitatem tuam, ideſt, ad peccata tua præterita. Ideo permittit Dominus quandoque tales cadere, qui comparantes ſe aliis ſuperbiunt.

A ſione, i. non quod timere incidere in ſupplicium non ſit bonum, ſed quia non eſt ſufficiens cauſa ad ſalutem: quod *Expoſitio Gloſſæ.* patet, quia proprie eſt ſervilis timor qui non ſufficit ad ſalutem. Caſtus autem timor eſt ſi timet ſupplicium inquantum eſt ſeparatio a Deo: & initialis etiam convertit timorem pœnæ ad ſeparationem. Non ergo dicitur hoc ut prohibitio, ſed ad melius promotio. Dico in te eſſe bonitatem Dei, tamen hac conditione ſi permanſeris in bonitate. Secundum hoc videtur quod nullus ſit in bonitate Dei niſi qui permanſurus eſt in illa: ſed qui habet charitatem, habet Dei bonitatem, ergo qui habet charitatem, permanſurus eſt in illa charitate; ergo nullus poteſt cadere a charitate ſi habet eam. Sol. Hoc non dicitur propter bonitatem, ſed propter effectum ejus qui eſt vita æterna. Unde [Dico in te, &c.] i. ſi permanſeris in bonitate, habebis bonitatem Dei, i. effectum bonitatis ejus: & ſi non, non. Probat a minori, ſi oleaſter inſertus eſt in olivam, quod minus videtur: ergo & oliva in olivam inſeri poteſt, quod magis videtur. Contra naturam, i. contra ſolitum uſum, & nobis notum. Deus autem creator & conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit: quia i. naturale cuique rei quod facit, &c. Quod ergo facit Deus ex re ipſa eſt ejus natura: ergo non fuit miraculum illuminare cæcum: neque quod Virgo concepit & peperit. Ad idem facit illud *Jo.Dam.* Sp. ſanctus ſupervenit ſuper Virginem ſecundum Domini ſermonem quem dixit Angelus, purgans eam & virtutem ſuſceptivam Dei tribuens, ſc. vim generativam; ergo Sp. ſanctus dedit ei potentiam videndi, ipſum videre fuit ei naturale, licet potentia fuerit miraculoſa, ſimiliter data B.V. potentia generandi & patiendi ipſum parere & ipſum generare fuit ei naturale, quod hæreticum eſt. Sol. Ideſt, naturale cuique rei, ut Deus faciat de ea id quod facit. Unde *Aug.* ſuper illud *Gen.*2. Formavit ex coſta, &c. Non erat in coſta, ut ex ea fieret mulier, ſed ut ex ea fieri poſſet. Et hoc patet in ſimili. Naturale eſt æri ut ex eo poſſit fieri ſtatua: tamen facta ſtatua non eſt opus naturale. Unde natura cæcorum erat ut Deus poſſet illuminare: tamen quod illuminati fuerunt non fuit opus naturæ eorum. Sic ergo de natura rei eſt, ut Deus de ea faciat quod facit. Et nota quod aliud eſt fieri ſecundum naturam, aliud contra naturam. Secundum naturam dicitur fieri quod fit ex principiis naturalibus: principiis, dico, materialibus, formalibus & accidentalibus, & hoc proprie & naturaliter. Contra naturam fieri dicitur proprie quod fit contra principia naturæ. Non ſecundum naturam quod fit in natura, non ex principiis naturæ, non tamen contra principia naturæ, v.g. Truncus non habet principia, ex quibus poſſit fieri vitulus: non tamen contra hoc ſunt principia ejus: ſic fit omne miraculum. Ad illud *Dam.* Vim generativam tribuens: ergo habuit potentiam generandi: hoc concedunt quidam, non tamen exigitur quod actus potentiæ fuerit naturalis. Dicunt enim quod eſt quædam potentia, quæ eſt a natura, & ejus actus naturalis, ut in eis quæ fiunt ſecundum naturam naturaliter. Quędam non eſt a natura, cujus tamen actus eſt naturalis, ut in cæcis illuminatis. Quædam eſt quæ cum ſuo actu eſt ſupra naturam, ſicut in reſurrectione corporum erit, & fuit in B.V. & eſt hic dicta; & in cæco illuminato, quia cæcus ante illuminationem habet potentiam videndi, licet remotam, quæ quando illuminatus eſt, movetur a lucido ut exeat in actum. Sed in reſurrectione & in B.V. potentia non potuit exire in actum, niſi Deus moviſſet illam. Alii dicunt quod B.V. habuit vim generativam per fidem. Modus, numerus, ordo. In *lib. Sap.*11. habetur. In pondere, numero, & menſura. Ex quo patet quod pondus reſpondet ordini, & menſura modo. Et *in lib. de nat. bon.* dicit *Aug.* Malum eſt corruptio ſpeciei, modi, & ordinis: ergo loco numeri ſumitur ſpecies: & hoc patet, quia a ſpecie eſt numerus & diſtinctio rei. Omnis modus quia omnis res eſt terminata. Numerus, quia res per formam diſtinguitur ab aliis. Ordo quia omnis ordo habet ſtabilitatem aliquam. Et hoc patet, quia tria ſunt in unoquoque, materia, forma, privatio. Ex parte materiæ eſt res ſive modus: ex parte formæ, ſpecies: ex parte privationis, ordo & ſtabilitas. Hanc naturam appellamus, &c. ſummam naturæ legem, quæ eſt ipſe Deus qui omnibus im-

Digitized by Google

Expoſitio Gloſſa.

A perat, omnia regit, omnibus legem imponit. A notitia remota ſive impiorum, infidelium, ſive infirmorum, ejus capacium. Hoc dicit, quia fidelibus aliquantulum propinqua eſt illa lex ſumma. De hac *inf. eod. in fin.* ſup. illud. Omnia in ipſo & per ipſum. *Gl.* Ars quidem omnipotentis, atque ſapientis Dei plena, &c. quam contra ſeipſum non facit. Unde contra ſeipſum cū aliquid non faciat Deus, & ipſe ſit illa lex ſumma, nihil facit contra eam: ſicut quando D. Papa facit decretum contrarium alicui decreto quod prius fecit, non facit contra ſe, ſed magis pro ſe, quia in hoc oſtendit ſuam dignitatem, qua poteſt mutare curſum conſuetudinis. Similiter quando Deus facit contra curſum ſolitum naturæ, non facit contra ſe.

Iſ. 59.

D

a Nolo enim vos ignorare fratres *b* myſterium hoc (ut non *c* ſitis vobiſipſis ſapientes) *d* quia cæcitas *e* ex parte contigit in Iſrael donec *f* plenitudo *g* Gentium intraret: & *h* ſic omnis *i* Iſrael ſalvus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet k ex Sion qui eripiat, *l* & avertat *m* impietatem *n* a Jacob. Et hoc *o* illis a me teſtamentum, cum *p* abſtulero peccata eorum. Secundum Evangelium *q* quidem inimici *r* propter vos: *ſ* ſecundum electionem *t* autem *u* chariſſimi *x* propter *y* Patres. Sine *z* pœnitentia enim *a* ſunt dona *b* & vocatio *c* Dei. Sicut *d* enim *e* aliquando & vos non credidiſtis *f* Deo, nunc autem miſericordiam *g* conſecuti eſtis propter *h* incredulitatem illorum: ita & illi tunc

Ad illu.

a Nolo enim vos ignorare] Dixerat quod Deus potens eſt illos inſerere; hic oſtenditur quod potentia illa reducetur ad actum. Unde dicit [Nolo enim, &c.] *b* Myſterium,] ſecretum de converſione Judæorum. *c* Ut non ſitis] q.d. Ego appello myſterium hoc, ut non ſitis vobis ſapientes, credendo quod per vos poſſetis hoc ſcire, quia veſtra ſapientia non ſufficit ad hoc, niſi vobis dicatur: *d* Quia cæcitas,] hoc eſt myſterium. e Ex parte] q d. Non omnes excæcati ſunt. Et illi ſunt excæcati. *f* Donec,] i. occaſionaliter. *g* Plenitudo,] multitudo. *h* Et ſic,] poſtquam intraverit. *i* Omnis Iſrael,] in magna multitudine in fine [ſalvus erit.] Et hoc probat auctoritate *Iſ.59.* k Veniet ex Sion] i. de Judæis naſcetur ſecundum carnem. *l* Qui eripiat,] quod eſt modo, quando aliquis quaſi vi convertitur ad fidem. Quod notatur *Matth.*12. Vaſa ejus diripiet, &c. *m* Et averrat,]hoc erit in fine, quando omnes cum deſiderio current ad finem. *n* Impietatem,] i. infidelitatem, Unde cultus legis pro idololatria & infidelitate modo reputatur Judæis. *o* Et hoc illis a me] Subita mutatio perſonarum in S. Scriptura appellatur metaplaſmus, ſed aliter ſumitur in Grammatica. [Et hoc illis a me teſtamentum erit] i. ego implebo in eis hanc promiſſionem firmiter. Et hoc faciam. *p* Cum abſtulero peccata,] in fine quando remittam eis peccata. *q* Secundum Evangelium] Oſtendit quod licet modo ſint contrarii doctrinæ Evangelii, tamen electi ſunt a Deo, & conferetur eis gratia & dimittentur peccata. *r* Inimici ſecundum Evangelium,] propter Evangelium. *ſ* Propter vos,] i. ad utilitatem veſtram occaſionaliter. Vel [Inimici ſecundum Evangelium] i. ſecundum quod dictat Evangelium. *t* Autem,] ſed tamen *u* Secundum electionem chariſſimi,] qua ab æterno elegit eos Deus eſſe ſalvandos. Quæ electio facta eſt *y* Propter Patres,] propter quos jam data eſt eis gratia quoad aliquos. Vel *x* Chariſſimi ſecundum electionem & propter Patres, &c.] *inf.*12. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos. *Iſ.*5. Væ qui ſapientes, &c. *e* Ex parte contigit.] Hoc ſignificatum eſt *Jonæ ult.* In cucurbita & Ninivitis. Et 1. *Reg.*2. In Phenenna & Anna: quia prius fuit fœcunda in filiis. Phenenna, Synagoga; Anna populus Gentilis prius ſterilis, ſed poſt ut modo fœcunda. Unde ibid. Donec ſterilis pepererit plurimos. *Iſ.*54. quaſi per totum de hoc. *h* Et ſic omnis Iſrael] Quod ſignificatum fuit *Gen.*22. dicit Abraham, ego & puer illuc properantes adorabimus, & poſtquam adoraverimus, revertemur ad vos. Abraham, Chriſtus; Iſaac, Apoſtoli qui immolati ſunt a Gentibus quas fecerunt Deum adorare: ſervi, Judæi expectantes cum aſino, i. ſine ſenſu ſpirituali: ſed poſtquam adoraverint, in fine revertentur ad Judæos & convertentur. k Veniet ex Sion] *Pſ.* 86. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea. Alibi: *Pſ.* 109. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Sion interpretatur ſpeculum vel ſpecula. Speculum ergo S. Scriptura. *Jac.* Similis eſt homini conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo. *Exod.*38. Fecit mare æneum de ſpeculis mulierum. A S. Scriptura debet venire qui impietatem vult removere ab alio & a ſe, quia ibi ſordes propriæ & alienæ videntur. Cæcus maculas videre non poteſt. *Matth.*15. ſi cæcus cæcum, &c. Cæcus qui ignorat Scripturam: ſicut cæcus diceretur qui non poſſet videre in ſpeculo. Vel Sion interpretatur ſpecula, i. ſolicitudo, & cautela vivendi recte, quando munit ſe contra tentationes diaboli & occaſiones peccandi. *Habac.*2. Super cuſtodiam tuam ſtabo. *Iſ.*22 Super ſpeculam Domini, &c. Ex Sion ergo venire debet ut ſit primo cautus contra ſeipſum. *Mat.*7. Ejice prius trabem de oculo tuo. *l* Eripiat,] Notat violentiam, quia quoſdam cum violentia oportet extrahere a peccato. *Pſ.*17. Eripuit de inimicis meis fortiſſimis. *m* Avertat] occaſiones peccatorum, ſicut ſi amoveretur vel averteretur fluvius ne per ſolitum alveum flueret. *q* Secundum Evangelium inimici, chariſſimi] & ſic multi ſecundum præſentem ſtatum ſunt inimici Dei, ſed [ſecundum electionem] chariſſimi. *z* Sine pœnitentia] poſſet quis dicere: Electio illa irrita vel mutata eſt propter iniquitatem illorum: ideo oſtendit eam eſſe immutabilem. Deinde quod ſunt chariſſimi ſecundum electionem. *a* Enim,] ideo, quia *b* Dona] gratia in præſenti & peccatorum remiſſio, *c* Et vocatio] interior. [ſine pœnitentia,] præcedente. Vel quia poſſet aliquis dicere. Mirum eſt quod dicitis Judæos convertendos, cum nullum ſignum boni ſit in eis. Reſpondeo: Non debet eſſe mirum. *a* Enim] i. quia *b* Dona] i. peccatorum remiſſio. *c* Et vocatio, interior *z* Sine pœnitentia] exteriori maxime remiſſio quæ fit in baptiſmo, ubi ſufficit interior contritio tantum. *a* Sicut enim aliquando.] Oſtendit quod ſicut cæcitas Judæorum fuit occaſio illuminationis Gentium, ita erit e converſo in fine mundi. Continua ſic: Dico quod ſine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei, q.d. electio Dei immutabilis, & ipſe prædeſtinavit Judæos illuminandos: in fine ergo illuminabuntur. *e* Enim] i. quia *f* Non credidiſtis,] i. fuiſtis in infidelitate. *g* Miſericordiam] peccatorum remiſſionem vel gratiam ſive fidem. *h* Propter incredulitatem] id eſt, propter cæcitatem quæ ſecuta eſt ex eorum incredulitate.

De pœn. d. 4. c. Sine pœnitentia.

Expoſitio Gloſſ.

a ſupple

a Nolo enim, &c.] Ut cauſa notetur. Contra *inf. eod.* ſuper illud, facti ſunt ut ego inſerar. Ibi *Gl.* Sed quod addis, ut ego inſerar, non eſt cauſa efficiens; ergo cæcitas Judæorum non fuit cauſa quod plenitudo Gentium intraret. Sol. Ibi *ſup.* ſumitur cauſa pro cauſa directa, & principali: hoc modo non fuit cauſa illuminationis Gentium cæcitas Judæorum. Veniet ſecundum carnem ex Sion. *Iſ.* 59. Cum venerit quaſi fluvius violentus quem ſpiritus Domini cogit. & venerit ſicut redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob dicit Dominus, hoc fœdus meum cum eis, &c. *Septuag.* quaſi fluvius violentus ira Dei veniet cum furore, & veniet ex Sion qui liberet & avertat impietatem a Jacob, & hoc erit eis a me teſtamentum, dicit Dominus, &c. Et nota quod de primo adventu videtur loqui noſtra litera, de ſecundo autem Lex. Eripiet, notat illud *Matt.*12. Et vaſa ejus diripiet. Voluntarie, modo autem quotquot Judæi convertuntur, hoc eſt fere nunc quia coacti tribulationibus, aut paupertate, aut deſperatione: & ideo valde pauci boni ſunt. Cultus Judæorum eſt impietas ab adventu Chriſti. Contra: Ipſe Chriſtus fuit circumciſus. *Luc.*2. Et *Matt.*26. Ipſe cum diſcipulis ſuis comedit agnum Paſchalem. Item Apoſt. poſt mortem Chriſti *Act. Apoſt.*16. circumcidit Timotheum. Et 21. votum Nazaræorum in ſe complevit: quid eſt ergo quod dicitur impietas? Sol. Ab adventu Chriſti, i. conſummato adventu Chriſti, i. conſummatis illis propter quæ venit, quæ fuerunt paſſio, reſurrectio, aſcenſio, Sp. ſancti miſſio & prædicatio fidei, & veritatis manifeſtatio. Unde dicendum quod legalia potuerunt aliquando fieri ponendo ſpem in eis ſine peccato, ut ante adventum Chriſti poſtquam venit ſine peccato fieri potuerunt dummodo ſpes non poneretur in eis: manifeſta autem veritate fieri non potuerunt ſine peccato. Vel ab adventu, i. per adventum. Cum abſtulero primo: hoc addit Apoſt. ut Propheta. Heliæ & Henoch, *Apoc.* 15. Per *Malach. ult.* Propter Evangelium quod contra legem eorum eſt, Contra: *ſup.* 3. Legem deſtruimus per fidem? Abſit: ſed legem ſtatuimus; ergo Evangelium quod prædicabat Apoſt. non erat contra legem. Sol. hujus habetur in *Gl.* ibi: Non enim deſtruitur lex, cum impleta ſecundum ſpiritum, ceſſat ſecundum literam: quia quis diceret, quod prophetia deſtrueretur quando res ejus impleretur: ſic autem ſe habebant figuræ ad adventum Chriſti, ſicut prophetia reſpectu rei cujus eſt. Hic ergo dicitur Evangelium eſſe contra legem quantum ad ipſius ceſſationem per impletionem rerum Evangelii. Aperuit viam note tempus, i. fuit occaſio apertionis viæ. Hoc dicit, quia etſi tunc non fuiſſent Judæi excæcati: tamen prædicaretur Gentibus, & ſic converterentur ad fidem: licet non ita eſſet. Prius enim omnibus Judæis. *Act.* 13. Vobis oportuit primum, &c. *Mat.* 10. In viam Gentium ne abieritis, &c.

Digitized by Google

a ſupple occaſionaliter. *a* In veſtram, &c.] i. in gratiam per quam habuiſtis miſericordiam, i. remiſſionem peccatorum. *b* Ut & ipſi, &c.] Judæi: quod erit quando Gentiles pro majori parte excæcabuntur, & hoc tangitur occulte, in hoc parcens ei. Unde ſubdit: *c* Concluſit] permittendo.

non crediderunt *a* in veſtram miſericordiam, *b* ut & ipſi miſericordiam conſequantur. *c* Concluſit enim Deus *d* omnia in incredulitate ut omnium miſereatur. *e* O altitudo *f* divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei: quam *g* incomprehenſibilia ſunt *h* judicia ejus & inveſtigabiles *i* viæ ejus! *k* Quis enim cognovit ſenſum Domini, aut *l* quis conſiliarius ejus fuit *m* aut quis prior *n* dedit illi, & retribuetur ei? *o* quoniam ex ipſo, & *p* per ipſum, & *q* in ipſo ſunt omnia: *r* ipſi honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

d Omnia.] Judæos & Gentiles, ut fiat diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum. In fine enim permittet Gentes concludi ſub peccato infidelitatis, & illuminabit Judæos, & ipſi Gentiles illuminabuntur, & ſic tunc omnium miſerebitur. *e* O altitudo] Hæc eſt ultima pars in qua reſpõdet anthypophoræ, quæ ſibi poſſet fieri, quare permiſit illos excæcari per illuminationem aliorum & e converſo, & ita concluſit omnia in incredulitate. Propter hanc quæſtionem cum admiratione exclamat, innuens ſe ignorare hoc ſecretum Dei [O altitudo] In hoc notatur profunditas ſapientiæ & ſcientiæ Dei. *f* Divitiarum, &c.] q.d. ſecreta ratio, quare ſic operatur in æternis & temporalibus latet. *h* Judicia] i. diſpoſitio rationum Dei. *g* Incomprehenſibilia] Unde *Pſ.* 35 Judicia Domini abyſſus multa. *i* Viæ] i. opera per quæ itur ad Deum. *k* Quis enim] Probat judicia Dei eſſe incomprehenſibilia per auctoritatem Iſaiæ. [Quis enim, &c.] In hoc oſtenditur profunditas ſcientiæ Dei. *l* Quis conſiliarius] in hoc notatur ſcientiæ ejus perfectio: quia ſi quis conſilio non indigeret, perfecte ſapiens eſſet. *m* Aut quis prior] Aliqui ſunt multum ſapientes, & conſilio non indigentes: tamen indigent auxilio alterius, & ideo ad oſtendendum quod ipſe eſt omnipotens, addit: [Quis prior] In hoc etiam oſtenditur altitudo conſilii Dei, quare illi dat gratiam & non alii, licet pares habeant circumſtantias, dicit: *n* Dedit illi,] i. aliquid fecit pro eo: q.d. nullus: quod oſtendit conſequenter, quoniam nihil boni habet homo a ſe, vel a ſuo merito, ſed tantum a Deo. Et hoc eſt: *o* Quoniam ex ipſo] & innuit Trinitatem. Unde ſenſus eſt [Ex ipſo] ut auctore ſunt omnia. *p* Per ipſum] ut per artem. *q* In ipſo] ut in bonitate qua conſervatur unumquodque in eſſe. Auctoritas Patri attribuitur, ſapientia & ars filio, bonitas Sp.S. Et hæc tria neceſſaria ſunt ad hoc quod operans voluntarie aliquid faciat, i. potentia, ſcientia & voluntas. Similiter ſunt hæc omnia in Deo operante. Potentia Patris, ſapientia Filii, bonitas & voluntas Spiritus ſancti.
r Ipſi honor, & gloria] Non dicit ipſis, ad innuendum, quod licet ſint tres perſonæ, eſt tantum una eſſentia.

Expoſitio Gloſſ. A *Matth.* 15. Non ſum miſſus, &c. Ablatum eſt eis regnum, i. ſac. Scriptura quæ docet regnare, vel fides, quæ facit regnare. *Matt.* 21. Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum ejus. Et ex ſuo vitio. *Prov.* 1. Eſt ergo in malorum poteſtate peccare, aut peccando, &c. Hoc videtur falſum. quia ex quo peccare eſt in eorum poteſtate hoc peccato vel illo, & ex malitia hujus peccati fit hoc bonum, & ex malitia alterius aliud, & ita eſt in eorum poteſtate. Sol. In eorum poteſtate eſt peccare: ſed quod hoc bonum vel illud eliciatur a malitia, non eſt in eorum poteſtate, ſed Deus hoc facit: unde eis peccantibus accidit ad ipſos quod hoc bonum eliciatur ab illa malitia. Sed Dei permittentis; imo operantis, quia facit quod bonum eliciatur ex eorum malitia: quia autem hoc eſt in Dei poteſtate tantum, & ſic debet dici operantis, non permittentis Dei: aut in poteſtate Dei & hominis, & ſic falſum eſt quod dicit, non eſt in eorum poteſtate. Sol. Dei permittentis malum, & ex illo operantis bonum. Sapienter omnia diſponit. *Sap.* 8. Alii tamen ſunt inimici Dei, &c. Hæc eſt ſecunda regula Ticonii. Simile *Jer.* 26. Omnes inſurrexerunt contra prophetam, & omnes ad liberandum. Multi vocati. *Matt.* 20. omnes docibiles Dei *Jo.* 6. *Jer.* 31 *Iſ.* 54. ſine pœnitentia, i. ſine mutatione. Similiter ſumitur nomen pœnitentiæ 1. *Reg.* 15. Non parcet, neque pœnitentia flectetur. *Malac.* 3. Ego Deus & non mutor. Quia qui audit a Patre. *Jo.* 6. Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me. Qui non perdidit *Jo.* 17. Et 6. Omne quod dedit mihi Pater, &c. Non inde fuit, per electionem prædeſtinationis. A nobis exierunt 1 *Jo.* 2. ſine pœnitentia præcedente ſc. meritorum. Vocatio Dei qua vocat ad finem, ſc. faciendo, ſe præparare ad motum fidei. Omnia gratis condonat, ſc. peccata non tamen debita ſi habet unde ſolvat. Ut impietas avertatur a Jacob. Tangit auctoritatem. *Iſ.* 59. Qui redeunt ab iniquitate in Jacob. Ubi *Sept.* habent: Veniet ex Sion qui liberet, & avertat impietates a Jacob. Ita opus erat, ſc. quantum ad Gentiles. Ut aliqui Judæorum eſſent inimici: alioquin non eſſet Evangelium prædicatum Gentibus, aut non ita cito. Ut per humiles credatis: quod manifeſtum fuit in B. Paulo 1. *Cor.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum, &c. Probato, i. manifeſtato. Per liberum arbitr. juvari non poteſtis ſine gratia. Per hoc enim quod tamdiu fuerunt in infidelitate quaſi probavit illis Deus quod non poterant ſalvari per liberum arbitrium. Noſtræ miſericordiæ, i. prædicationis ex qua eſt noſtra miſericordia. Aliqua cauſa, non efficiens, ut *ſup.* habitum eſt, nec finalis, quia Judæi non ſunt excæcati ad hoc quod Gentes conſequerentur miſericordiam: nec formalis, nec materialis. Sol. Infidelitas Judæorum fuit cauſa motiva in judicio Apoſtolorum. Ex hoc enim quod viderunt Judæos nolle recipere prædicationem Evangelii, viderunt excæcationem eorum, ex qua moti ſunt ad prædicandum Gentibus. Unde ly [aliqua] ponitur attenuative, ſicut ibi. Genus eſt quoddam principium: Item & in *Priſciano*, Littera eſt aliqua pars vocis. Ne materiam gloriandi habeant, i. ne crederent ſe meruiſſe gratiam, & juſtificationem per opera legis. Fidei gratiam, ſc. fidem quæ eſt gratia vel juſtificationem fidei, hoc eſt, quæ eſt ex fide. Hic videtur aliquo modo myſterium exponere, quare, ſc. omnia concluſit ſub peccato. Miſereatur omnium, non quod nullum, &c. Quod quidam falſo opinati ſunt, ut *Ori.* ſicut dicunt: Et ita patet quod ly [omnium] diſtribuit pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum. Sententia miræ profunditatis, quia continet quaſi duo contraria, rigorem divinæ juſtitiæ in præſenti, Judæorum excæcatione, & blandimentum miſericordiæ in Gentium præſenti, & Judæorum futura vocatione. Ad diſcutiendam juſtitiam judiciorum Dei, i. rationes per quas quoſdam permittit excæcari. Ad diſcutiendam gratiam, quare quibuſdam dat gratiam ſine meritis. Sicut impoſſibilitas. *Luc.* 1. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum, *Gen.* 18. Numquid Deo eſt quicquam difficile. *Matt.* 19. Deo nihil impoſſibile. Ita & iniquitas non eſt apud Deum. *Deut.* 42. Deus fidelis & abſque ulla iniquitate juſtus. Superbis reſiſtit, 1. *Pet.* 5 Quibuſdam indignis, i. non habentibus merita. Et profundo judiciorum. *Eph.* 3. Ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis quæ ſit longitudo, &c. Cum multi ſint alii modi ſalvationum, hoc ſe neſcire. Sed ſi Apoſt. neſcit, multo minus ſciunt alii. Sed nonne ante *in Gl.* habitæ ſunt tres cauſæ. Dictum eſt enim quod omnia concluſit in incredulitate, ut ad dulcedinem miſericordiæ Dei currerent, ut humiliores fierent, ut gratia muneris eſſet gratiſſima. Et *ſup. eod.* ſuper illud, donec plenitudo: *Gl.* ut cauſa notetur: ergo nos ſcimus cauſam quare excæcati ſunt. Ad hoc ſolvunt quidam dicentes quod aliud eſt quærere ad quid ſit factum aliquid, & aliud propter quid factum ſit aliquid. Unde dicunt quod ſupra oſtenſum eſt ad quid ſunt excæcati, ſed non propter quid. Et hoc innuit ſe neſcire Apoſt. Sed tamen videtur quod imo ſciamus cauſam efficientem propter quam ſunt excæcati, quia propter peccatum, ſc. Et iterum, ad quid, quia ut illuminarentur Gentes, & ipſi humiliarentur. Sol. Quædam mediæ cauſæ & collaterales ſuæ infidelitatis & excæcationis nobis notæ ſunt, ſed immediatæ & principales nobis omnino ſunt ignotæ. Quod objicitur, peccatum eorum fuit cauſa efficiens, & hoc notum eſt nobis: verum eſt, ſed in comparatione ad illuminationem Gentium omnino nobis eſt ignotum, ut quare illi ſint excæcati, & illi illuminati. In hac comparatione innuit ſe Apoſt. neſcire, propter quid. Sic & judicia pro quibus ſc. judiciis. Hoc Iſaias dicit, apud *Iſ.* 40. ubi nos habemus, non eſt inveſtigatio ſapientiæ ejus. Ibi *Gl.* Ex hoc loco ſumptum eſt illud Apoſt. Incomprehenſibilia Patris, &c. Patris conſiliarius eſt unigenitus, non quia debeat conſilium, ſed quia ſcit quæ Pater ſcit. Angelus magni conſilii *Iſ.* 9. ſed ex hominibus & Angelis nullus, intellige, nullus purus homo, & ſic ceſſat objectio de Chriſto qui eſt homo & filius Dei, & filius Dei fuit conſiliarius patris; ergo & ipſe homo, quia dicit *Aug.* quicquid dicitur de illo homine, & de filio Dei, & e converſo. Sola gratia dat bona: non ergo ex merito dat vitam æternam. Sol. Bona, i gratiam in præſenti ſive illuminationem fidei, hoc ſine merito præced. non ſine merito cohærente: In ipſo ſp.S. ly [in] notat cauſam conſervativam, quaſi connotativam quæ ad efficientem reducitur. Tres enim diverſæ propoſitiones, &c. Hoc nihil videtur, quia ſicut omnia ſunt ex patre, ita omnia ſunt ex filio & ex ſp.S & ſicut omnia per filium, ita per patrem, & ſp.S. & ſicut omnia in ſp.S. ita omnia in patre & filio. Sol. Quia per has tres propoſitiones dicitur oſtendi perſonarum Trinitas, non dicitur ratione proprietatis, ſed ratione appropriationis. Proprie enim dicuntur eſſe ex patre & ex filio & ex

Expoſitio Gloſſa. Sp.S. & per patrem & filium & per Sp.S.& ſimiliter in patre & in filio & in Sp.S.Sed quia,ly[ex]innuit auctoritatem & potentiam quæ attribuitur patri,ly[per]ſapientiam & artem quæ filio:ly[in]conſervationem quę Sp.S.Ideo dicitur in illis prępoſitionibus oſtendi Trinitas perſonarum. Sicut Sabellius,qui dicebat,quod quando vult,eſt pater,quando vult,eſt filius,quãdo vult,eſt Sp.S. non Trinitas niſi tantum in nominib. quando ſic nominatur Deus,vel quando ſic, hæc eſt hæreſis ſua. Sed nota quod hoc nomen pater,quandoq; eſt nomen eſſentiale,& ſic di-*al. † creatura.* citur pater †cauſative,quandoq; eſt nomen relationis, & ſic ſumitur perſonaliter pro tertia in Trinitate perſona.Similiter hęc appellatio [Sp.S.] quandoque ſumitur orationaliter, & tunc ſignat divinam eſſentiam,& dicitur de tribus perſonis: quandoq; ſumitur dictionaliter,& ſic eſt nomen perſonæ, & eſt de genere relationis. Cum audimus omnia eſſe ex Deo, omnes utique naturas intelligere debemus. Sed actiones malæ non ſunt naturales, ſed voluntariæ: ergo non ſunt ex Deo. Item peccata naſcuntur ex voluntate peccantium,hoc non eſt ratione deformitatis,quia ipſa nihil: ergo intelligitur ratione actionis; ergo actio illa in quantum actio non eſt a Deo, ſed a voluntate peccantium. Hoc bene concedunt illi qui dicunt quod non omnis actio eſt a Deo. Sed hæc eadem auctoritas videtur eſſe contra eos,quia ſimiliter actiones bonæ non ſunt naturales;ſed voluntariæ;ergo non ſunt a Deo,eadem ratione qua nec malæ. Sol. Aliquid dicitur eſſe naturale dupliciter. Uno modo quia ipſum eſt a natura,ſive quia ejus principium eſt a natura. Alio modo dicitur naturale,quia cõſervat naturam:ſic bona actio eſt naturalis,mala vero non,quia deſtruit naturam. Secundum iſtos qui dicunt quod omnis actio eſt a Deo, dicendum quod ſolo in-nuitur in hoc quod dicitur, intelligere debemus. Naturale dicitur dupliciter: uno modo cujus principium eſt a natura, & per modum naturæ. Alio modo cum principium eſt a natura, ſed non per modum naturæ, v.g. Generare eſt a natura & per modum naturæ. Item liberum arbitrium eſt principium naturale, ſed non per modum naturę;quãdo ergo quis peccat,ibi eſt actio quæ eſt a lib.arbitr. ſecundum quod ipſum eſt natura, licet ſit principium ipſius non per modum naturæ, ſed voluntatis. Privatio autem ſive deformitas eſt a lib. arbitr. non in quantum lib. arbitr. eſt a natura,ſed in quantum ipſum eſt a nihilo. Cum ergo dicitur: Ex Deo non ſunt peccata, ſumitur non pro actione tantum, nec pro deformitate tantum,ſed pro actione deformata, quæ in quantum hujuſmodi non eſt a Deo, ſed a nihilo, quod non eſt a Deo. Ex voluntate peccantium, in quantum voluntas ſc. habet admixtum malum. Et cum in Deo ſint omnia,ut in cauſa efficiente,exemplari & conſervante.Ex hoc relinquitur quod mali homines ſint in Deo: aliter nihil eſſet dictu; ergo eadem ratione peccata ſunt in eo. Sed tunc quæritur utrum ſint in Deo ut in cauſa efficiente,& tunc Deus peccaret aut ut in exemplari, & ſi hoc;ergo peccatum in quantum peccatum imitatur Deum,ſicut exẽplatum exemplar;ergo peccando imitamur Deum,& ſic aſſimilamur: ſed Deo non aſſimilamur in peccatis;ergo peccatum non eſt in Deo ut in exemplari. Item peccatum non eſt in Deo ut in cauſa materiali, vel finali, conſtat;nec videtur quod in aliquo modo eſſendi. Sol. Malus homo eſt in Deo in quantum eſt homo,non in quantum eſt malus,& ideo non inquinat eum.Similiter mala actio non in quantum mala eſt, a Deo eſt. Secundum aliam opinionem quæ dicit quod non omnis actio eſt a Deo,mala actio non eſt in Deo.Sed contra ſuper *Iſ.*38. dicitur, quod Prophetæ videbant in ſpeculo æternitatis populi peccata;ſed quomodo viderent ea ibi,niſi ibi eſſent. Sol. Sicut peccatum ſive malum non eſt niſi in bono,ſimiliter non relucet in ſpeculo æternitatis niſi per bonum: ſicut quando aliquis videt truncationem naſi in ſpeculo,hoc non eſt, quia ibi ſit aliqua idea ipſius truncationis, ſed quia ibi videt portionem cui deficit aliquid naſi. Attingit omnia,i.licet mundus ſit. *Sap.*7. Propter ſuam munditiam quæ omnino pura eſt & impermixta non habet contrarium, nec poteſt corrumpi ſi autem poſſet corrumpi, refugeret illud, & ideo nihil refugit, ſed omnia attingit. Ex ipſo enim, quia ex ipſo eſſe, frequenter ſumitur eſſe ut a cauſa efficiente:de autem quaſi cauſam materialem notat: licet connotet efficientem,non ſignificat penitus, quia [de] connotat amplius. Non autem de ipſo. *Aug.in* 12.*lib. conf.* Domine de nihilo feciſti omnia, quia ſi de ſubſtantia tua feciſſes,eſſent idẽ quod filius tuus.Quia non de ſubſtantia ſua:ſi Chriſtus non eſt de ſubſtantia Sp.S.ergo falſo dicitur conceptus de Sp.S. Sol. Non diceretur bene demonſtrato Jeſu,iſte homo eſt de Sp. S. tamen dicitur bene, conceptus eſt de Sp. S. Cujus ratio eſt, quia hæc propoſitio[de] ſumpta cum termino ſignificante ſubſtantiam, notat cauſam materialem, & ille homo non eſt materialiter de Sp.S. ſumpta autem cum verbo ſignificante operationem,notat cauſam efficientem, & ideo bene dicitur, conceptus eſt de Sp.S. Ex ipſo eſt domus: ly [ex] notat cauſam efficientem. Sed filius de ipſo: ly [de]notat cauſam materialem & efficientem. Intellectu conſpicientes, *ſup.*1. In illa enim Trinitate ſumma eſt origo omnium rerum. Hoc dicit quantum ad patrem qui eſt principium filii & Sp.S.& omnium creaturarum. Et in hoc notatur proprietas patris, quæ eſt innaſcibilitas. Perfectiſſima pulchritudo. Hoc dicit quantum ad filium. Beatiſſima delectatio hoc dicit quantum ad Sp.S cui attribuitur. Bonum autem eſt cujus apprehenſio eſt delectabilis; & ideo cum ibi ſit ſumma bonitas,ibi eſt ſumma & beatiſſima delectatio. Licet autem hæc tria ita dicantur per appropriationem: tamen proprie dicitur pater perfectiſſima pulchritudo & beatiſſima delectatio: & filius delectatio beatiſſima, & Sp.S. perfectiſſima pulchritudo. Primum autem proprie non appropriate dicitur de patre. Itaq; illa tria, i.illæ tres perſonæ,& eſt ly [tria] adjectivum ſubſtantivatum. Simile in 1.*l. de doct.Chriſt.* Pater & filius & Sp.S. ſunt tres perſonæ quibus fruendum eſt. Sed objicitur. Tres res: ergo aliud. Non ſequitur. Determinari,i. diſtingui. Singula, i. ſinguli. Sunt in ſingulis, i. pater eſt in filio & in Sp.S.& filius in patre & Sp.S. & Sp.S. in utroque. Omnia, i. potentia, ſapientia & bonitas. In ſingulis, i. in patre & filio & Sp.S. Singula in omnibus, i. nihil eſt in uno quod non ſit in alio, quia pater eſt potentia, ſapientia, & bonitas, & filius ſimiliter, & eodem modo Sp.S. Et unum omnia, i. potentia, ſapientia, bonitas ſunt unum eſſentia. Non ergo confuſe, i. non indiſtincte. Ex ipſo propter patrem,quia ly [ex]notat auctoritatem quæ attribuitur patri. Per ipſum, propter filium, cui attribuitur ars, & ſapientia. In ipſo, propter ſp. S. cui attribuitur bonitas,qua omnia conſervantur in eſſe, & ly [in] notat cauſam conſervativam. Hic addita eſt quędam notula B.Hilar. hæc ſc. *Hilar.*6.*l. de Trin.* Eſſe non eſt accidens nomen Deo, ſed ſubſiſtens veritas & manens cauſa, & naturalis generis proprietas. Eſſe non eſt accidens nomen Deo. Dixerat Apoſt. Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia.Sed ſi omnia habent eſſe ex ipſo,&c.ergo ipſe Deus multo magis habet eſſe: propter hoc oſtendere adducta eſt hic hæc auctoritas. Dicit ergo. Eſſe non eſt accidens Deo:nam accidens eſt quod adeſt,in quo oſtẽditur quod non ſemper fuit, & quod abeſt, in quo oſtenditur nõ ſemper fore:ſic non eſt eſſe Dei in Deo: ſed omnis creatura ſic habet eſſe quod non ſemper fuit,& ſic eſſe accidit cuilibet creaturæ,& non Deo. Sed ſubſiſtens veritas. In aliis eſſe eſt deficiens vanitas. Unde *inf.*8. Vanitati omnis creatura, &c. Inde eſt quod eſſe poteſt adeſſe & abeſſe Angelis qui ſi proprię naturæ relinquerentur,vaneſcerent: ſic non eſt eſſe in Deo, ſed in aliis.Unde cauſa eſt in aliis non manens,ſed tranſiens in cauſatum,& hoc per ſui diminutionem. Naturalis generis proprietas q.d. ſicut proprium non poteſt abeſſe & ineſt ſoli: ita eſſe divinum eſt inſeparabile a Deo & actu & potentia & intellectu, & illud proprium ſibi retinet, nulli alii communicans. Omnis autem creatura habet eſſe per modum communis accidentis quia abeſſe poteſt quantum in ipſa, & ab alio habet, & alii ſe communicat. Proprietas. Unde *Ex* 3. Qui eſt miſit me ad vos i.ille cujus eſſe eſt proprium Patris,& filii,& ſp.S.demonſtratur æqualitas. Per hoc quod hæc omnia, ex ipſo & per ipſum & in ipſo, poſſunt de qualibet perſona dici; quod eſt, quia una & eadem eſſentia eſt pater & filius & ſpir.S. ex qua per quam & in qua ſunt omnia. Æqualitas, i.eſſentiæ unitas divina, i. O altitudo ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Vel Domini ibi. Quis cognovit ſenſum Domini? Ipſa Trinitas poteſt dici ſingula horum, i.de Trinitate poteſt dici quodlibet horum. Ex ipſo, per ipſum, in ipſo. Sed objicitur de hoc quod dicit: In patre omnia eſſe, ſane dici poteſt & de filio ſimiliter & de ſp.S. ergo hæc tria confuſe dicuntur intelligi, cujus oppoſitum dictum eſt *ſuper in Gl.* Item per hoc, ex ipſo, per ipſum, In ipſo demonſtratur æqualitas, ideſt, unitas eſſentiæ patris, & filii, & Sp. ſancti: ergo totum referendum eſt ad quamlib. perſonam: ergo iterum confuſe eſt intelligendum. Item dixit quod ibi oſtenditur Trinitas perſonarum, ſed per quid? ſi per [ipſum] ter poſitum. Contra. Ly [ipſum] refertur ad Deum, quod eſt pure eſſentiale. Si per præpoſitiones. Contra: Non differunt niſi in effectu tantum, nec ſignificant aliquam relationem; ergo non innuunt Trinitatem perſonarum. Sol. Non ſignificatur ibi, vel ſupponitur perſonarum Trinitas, ſed divina eſſentia: tamen per pronomen ter poſitum innuitur Trinitas. Simile enim *in Pſalmum* 66. Benedicat nos Deus, Deus noſter, &c. Per ly [Deus] ter poſitum, licet ſit eſſentiale, innuitur Trinitas per trinam ipſius poſitionem; quia vero dicit eum non eos, innuitur eſſentiæ unitas. Simile *Iſaiæ* 6. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus: ter, Sanctus, ſemel, Dominus. Quod objicitur totum referendum ad quamlibet perſonam ergo confuſe intelligendum: dicendum quantum ad hoc quod eadem nominatur Trinitatis habitudo ad creaturas, confuſe eſt intelligendum: non confuſe quantum ad hoc quod innuitur perſonarum diſtinctio. Religet ergo nos: Illud [ergo] non refertur ad antecedens, ſed ad ſubſequens. Unde ſic ordina *Gl.* Quia inter mentem noſtram & Deum, &c. ergo religet nos religio, ideſt,

theoſebia,

Digitized by Google

Expoſitio gloſſ. theoſebia, ſive cultus divinus, ut Deo ſuper omnia credamus, ſuper omnia in eum ſperemus & diligamus. Et veritatem, i. lucem *Jo.* 14. Ego ſum veritas. *Jo.* 8. Ego ſum lux. *Heb.* 1. Qui cum ſit ſplendor. Nulla creatura interpoſita, ſed ipſe ſolus docet nos. Unde *Matt.* 23. Unus eſt magiſter veſter. Sed ſi nulla creatura interpoſita eſt inter mentem noſtram & Deũ: ergo nec Angelus. Contra *Zach.* 1. Et dixit Angelus qui loquebatur in me; ergo erat medius inter Deum & mentem Zachariæ, manifeſtans ei quæ Deus fieri volebat. Item illi Angeli qui ſunt ſuperiorũ ordinum, nonne nunciant inferioribus, & revelant iſta quæ Deus vult, quæ illi de inferioribus ordinibus neſciunt, & ita ſunt medii inter ipſos & Deum. Sed dicit Dñs in Evangelio *Matt.* 11. Qui minor eſt in regno cœlorũ, major eſt illo, i. Jo. Bapt. ergo & quolibet alio homine: ergo quilibet homo habet Angelũ quaſi mediãtem inter Deum & mentem ſuam, qui ei manifeſtat Dei voluntatem. Præterea, ſi nihil eſt medium inter mentem noſtrã & Deum: ergo videmus facie ad faciem, quod falſum eſt: ſicut etiam dicitur. 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculũ: ergo ipſum ſpeculum interpoſitum eſt, & ita aliqua creatura. Sol. inter mẽtẽ noſtrã & ſynderefim, i. ſuperiorem partem rationis & Deũ, nulla creatura interpoſita eſt quantum ad cognitionem ipſius Dei, ſed ipſa prima veritas quæ eſt prima, & ſumma lux quantum vult ipſa ſeipſam manifeſtat mentibus hominũ. Unde non ſunt Angeli intermedii ad cognitionem quã habemus de Deo, ſed quantum ad cognitionem creaturarum. Unde quandoque nos inſtruunt, & hoc patet in Angelo Zac. qui revelavit ei liberationem populi, non cognitionem Dei. Similiter nec Angelus alii manifeſtat Deum. Unde *Matt.* 18. Angeli eorum ſemper vident faciem patris. Sed bene revelant majores minoribus aliqua ſecreta quæ ſunt, vel debent fieri, vel facta in creaturis. Si quæratur quare Deus alias res non manifeſtat aliis minoribus Angelis, & hominibus ſicut ſeipſum, quod in infinitum majus eſt. Ratio hujus habetur *in princ. de doct. Chr.* ut ſit mutua charitas inter Deum & hominem & Angelos, ideo ſe eis manifeſtat per aliquos homines & per Angelos, & minoribus Angelis per majores, ut ſit mutua charitas hominum ad Angelos & Angelorum ad homines. Quod objicitur, ſpeculum eſt medium inter mentem noſtram & Deum verum eſt: tamen mens noſtra immediate ſe habet ad Deum: quia ſicut dicit *Aug. in lib. de Trin.* ſtatim ut nominatur veritas, quædam coruſcatio primæ veritatis ſtatim eſt in anima in qua cognoſcitur res: ſicut eſt in lumine, ſtatim cum aperio oculos, primum quod offertur eis, ipſa lux eſt, ipſam tamen non video, ſed rem objectam in ea: ſed quando poſtea cogito per quod video parietem, ad ultimum recurro, & percipio lucem. Similiter quando homo recurrit ad mentem ſuam poſtquam cognovit in prima luce per ſpeculum revertitur ad primam lucem quæ Deus eſt, & hoc modo videt Deum per ſpeculum. Quia ergo nihil eſt inter medium, inter mentem noſtram & Deum, dicitur 1 *Cor.* 11. quod vir, i. ſynderefis non debet velare caput ſuum. Ideo etiam dicit *Jo. Damaſc.* quod Deus mediante anima univit ſibi corpus. Et veritatem, ipſum filium qui dicit: *Jo.* 14. Ego ſum via & veritas & vita, i. lucem interiorem, docentem & illuminantem mentem noſtrã, ſecundum quod ipſe dicit *Jo.* 13. Vos vocatis me, magiſter, &c. Vel dicendum, quod in oculo materiali lucem exteriorem luci interiori ipſius oculi oportet conjungi ad hoc quod viſus egrediatur in actum: ſic eſt in anima intellectus ſpeculativus quaſi lux interior; lux exterius adveniens, quædam gratiæ illuſtratio, & hoc maxime quando egreditur in actum ad cognoſcendum Deum: Ipſam veritatem, i. filium. Nulla ex parte diſſimilem in ipſo, & cum ipſo patre: ergo qui movetur in patrem, movetur in filium. Sol. Veneremur veritatem i. filium in ipſo & cum ipſo patre, i. filium exiſtentem ejuſdem ſubſtantiæ cum patre. Forma omnium, eadem ratione qua dicitur, ego mundus archetypus. Ab uno, i. patre. Ad unum, i. patrem. Neq; ſuis finibus, i. in naturis ſuis terminatis. Niſi Deus ſumme bonus eſſet. Ex hoc enim quod conſervat omnia in eſſe. Invidit: quia ut dicit Plato, ab ipſo ſumme relegata eſt invidia. In ipſo bono, i. in Deo. Alia quantum vellent. Hoc dicit quantum ad rationalia: quantum poſſent, i. per terminos ſibi conſtitutos a Deo, hæc eſt capacitas cujuſq; rei, homo autem non quantum eſt capax Dei, tantum participat bonitatẽ Dei, quia in infinitũ eſt capax ejus: ſed quantum vult, tantum participat. Et hoc patet: Sint enim duo æque capaces bonitatis Dei ſecundum naturam ſuam, ſed tamen ſunt diſpares in charitate, vel unus ſit in charitate, alius non; conſtat quod qui majorem habet charitatem, magis participat bonitatem Dei. A quo, patre. Per quem, filiũ. In quo, Sp. S. A quo diſceſſimus, a patre. Et quia patri attribuitur principium, & in peccando recedimus a noſtro principio. Cui, i. filio. Diſſimiles, quia ipſe eſt imago & ſumma ſimilitudo patris. A quo, Sp. S. perire non permiſſi ſumus, quia ipſi attribuitur bonitas per quam cõſervamur in eſſe. Principium ad quod recurrimus. Naturale eſt unicuique ut ad principium ſuum recurrat. *Sap. ult.* Omnis creatura ad ſuum genus refigurabatur. Formam, i. filium, quam ſequimur, i. imitamur, quia ipſe eſt imago. Et gratiam, i. Sp. S. cui attribuitur benignitas, ex qua datur nobis gratia, per quam reconciliamur Deo. Unum, i. patrem. Ad ſimilitudinem ejus, i. filium. Ad unitatem, quia diviſum erat cor a Deo per voluntatum diverſitatem. *Oſ.* 11. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Pacem: Hoc dicit quantum ad Sp. S. quia pax eſt quoddam vinculum unitatis. *Eph.* 4. In vinculo pacis: & Sp. S. connexio patris & filii. Unitati adhæremus, i. Deo per unitatem voluntatis, ſc. Deum: tangit quod dicitur *in princ. Gen.* ubi tangitur Trinitas perſonarum per tres ſententias. Dixit Deus, fiat lux, per hoc intelligitur pater. Et facta eſt lux, per hoc filius, per quem non tantum lux, ſed omnia facta ſunt. Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona, per hoc Sp. S. quia videre Dei, eſt placere ei, in quo intelligitur conſervatio rei, quia ſi diſplicet alicui res ſi poteſt, deſtruit eam, ſi autem placet ei, conſervat: & h. e. quod dicit, Fiat, pater. Factum, in hoc filius: h. e. quod ibi dicitur, Facta eſt lux. Quia complacuit, h. e. quod ibi dicitur: Vidit Deus, &c. Et hę ſunt res quibus fruendum eſt. Secundum hoc ergo hoc nomen [res] commune eſt ad patrem & filium & Sp. S. & ad eſſentiam, Sed contra: Imo videtur quod ſit tantum nomen ſubſtantiæ, quia nullam diſtinctionẽ perſonarum facit: & dicitur de ſingulis perſonis, & de omnibus in ſumma, ergo eſt nomen eſſentiale. Male ergo dicitur pater & filius & Sp. S. ſunt tres res: ſicut male dicitur ſunt tres dii. Item hoc nomen [quid] quia nullam formam determinat, eſſentiale eſt tantum: hoc autem nomen [quis] non: quia determinat rationalitatem, dicitur niſi de creatura rationali, & ideo [quis] eſt nomen perſonale: ergo cum hoc nomen [res] ſit magis commune & minus determinet formam quam hoc nomen [quid] potius debet eſſe nomen eſſentiale. Item nihil eſt commune ſecundum rem perſonæ & eſſentię: in Trinitate niſi non eſt commune, niſi ipſa eſſẽtia perſonarũ: ſi ergo hoc nomen [res] eſt commune perſonarum & eſſentiæ, intellectus ipſius eſt caſſus & vanus: & ipſum nomen. Si propter hoc concedatur quod eſt eſſentiæ, tantũ, tunc quæritur cum hoc nomen [eſſentia] commune ſit ad omnes eſſentias, & hoc nomẽ [res] ſimiliter: quare ergo poteſt trahi hoc nomẽ [res] ad ſupponendum pro tribus perſonis ſingulariter, & hoc nomẽ eſſentia non. Sol. Hoc nomen [res] commune eſt ad eſſentiam, & perſonas per modum analogi. Ad primum ergo quod objicitur, dicitur de ſingulis & in ſumma; ergo eſt nomen eſſentiale: non ſequitur. Nonniſi intelligendum eſt de nominib. quæ dicuntur de ſingulis perſonis, & in ſumma ſingulariter tantũ; & hoc non eſt in hoc nomine [res] imo pluraliter dicuntur, tres res. Ad illud res nullam formam determinat, &c. dicendum, quod hoc nomẽ [Quid] dicit radicatum & perfectum forma ſubſtantiali, & propter hoc ſignificat & ſupponit eſſentiam & non perſonam; quia perſona etſi dicat radicatum & formatum, h. e. forma accidentali, non ſubſtãtiali: hoc autem nomen [res] non dicit quid radicatũ forma ſubſtantiali, vel accidentali, ſed communiter ad hoc & illud: & ideo non eſt eſſentiale tãtum, nec perſonale tantum, ſed commune ad hoc, & illud. Ad illud; nihil eſt commune in re eſſentiæ & perſonis; ergo intellectus illius nominis eſt caſſus, & vanus; non ſequeretur: quia nominis communitas non exigit rei communitatem, ſed ſufficit ei communitas privationis cujuſdã. Dicendum ergo quod communitas intellectus hujus nominis [res] habet hujuſmodi privationes cõmunes, non habere principium eſſendi in tempore, non poſſe mutari, & conſimilia quę communia ſunt eſſentiæ, & perſonæ, Si tamen res dici debeant. Sed videtur quod magis proprie dicatur res quam cauſa: quia cauſa dicitur de Deo per tranſlationem, qui eſt tamen ens proprie: res autem idem eſt quod ens: ergo proprie dicitur de Deo. Sol Quamvis proprie dicatur res de Deo, tamen commune eſt ad Deum & ad creaturas, & nullam dicit excellẽtiam, cauſa dicit excellentiã, & ideo magis appropriate dicitur de Deo quam res. Sed iterum quia, nomen cauſa cõmune eſt ad cauſas creatas, audito eo non ſtatim recurrit intellectus ad Deum, & ideo melius, illa ſumma Trinitas Deus. Melius, i. expreſſius dicitur ita, quia audito hoc nomine [Deus] ſtatim intelligo bonitatem primam: per hoc quod dico: Trinitas, mutua & ſumma dilectio & beatitudo intelligitur. Eadem tribus æternitas quæ imponitur a privatione principii & finis. Eadem incõmutabilitas, quia mutari non poteſt. Majeſtas, quia omnia excedit. In patre unitas. Quæritur, quare potius patri quam filio & quam Sp. S. attribuitur unitas, cum ſimiliter ſit filius unus & Sp. S. Item cum omnes perſonæ ſibi invicem ſint æquales, quare potius filio attribuitur æqualitas. Tria hæc, i. hi tres unum, omnia propter patrem imo propter eamdem eſſentiam. Æqualia omnia propter filium; ergo pater æqualis eſt Sp. S. propter filium; ergo pater aliquid habet a filio, quod falſum eſt. Ad hoc ſolvunt quidam ſic: Omnia ſunt unum propter patrem, i. tres perſonas dicimus eſſe, & unitas eſt in patre. Similiter omnia æqualia propter filium, i. tres perſonas dicimus eſſe, & æqualitas eſt in filio. Similiter quod ſequit. Tres perſonas dicimus eſſe, & connexio eſt in Sp. S. Eadẽ ratione potuit dicere *Aug.* Omnia ſunt ęqualia propter patrem, i. tres perſonas dicimus eſſe & æqualitas eſt in patre: & ſimiliter omnia unum propter filium. Ideo dicitur quod patri attribuitur unitas propter duo: quia ſicut unitas non eſt ab aliquo numero, ſed omnis numerus eſt ab ipſa: ita pater a nullo eſt, &

omnia

Digitized by Google

Expoſitio Gloſſ. omnia ſunt ab eo. Alia ratio eſt, quia ſicut unitas per ſe multiplicata non generat niſi ſeipſam; unde ſemel unum, unum eſt: omnis autem numerus alius per ſe multiplicatus alium numerum generat, ut bis duo ſunt quatuor. Eodem modo etſi pater multiplicet ſe generando filium, & ſpirando Sp.S. non tamen aliud generat aut ſpirat quam eſt ipſe: Æqualitas appropriatur filio, quia per patrem intelligimus filium: & ſic primo, duo, maſculine: & ita primo æqualitatem intelligimus in filio, non in patre, quia in uno non eſt æqualitas: nec primo in Sp.S. ſed quaſi tertio. Alia ratio eſt, quia pater non habet ab aliquo quod habet, & ideo proprie nulli adæquatur: ſed filius quod habet a Patre, totum dat alii perſonæ, i. Sp.S. totam ſuam eſſentiam, ſicut & pater, & ita in hoc eſt ei æqualis, ſed Spir. S. nulli perſonæ dat eſſentiam ſuam, & ideo in hoc non eſt alicui æqualis perſonæ. Concordia attribuitur Sp. S. quia eſt amor patris & filii, & quædam vita copulans, & connectens. Dicit ergo: Unum omnia propter patrem, quia quod filius ſit unus & ſpiritus ſimiliter, habent a patre a quo habent quicquid habent. Sed nota quod cum dicitur, pater eſt unum propter patrem, ſenſus eſt, non habet ab alio quod ſit unum: unde ly [propter] notat innaſcibilitatem. Cum vero dicitur, filius eſt unum propter patrem, ly [propter] notat ſubauctoritatem in filio. Similiter cum dicitur, Sp. S. eſt unum propter patrem. Æqualia autem propter filium, ly [propter] notat originem, quia in filio intelligitur æqualitas. Et primo notat cauſam cognoſcendi, quia filius quaſi argumentum. Æqualitas in Trinitate, eo quod eſt quaſi media perſona æqualis utrique. Connexa propter Sp.S. ly [propter] notat ſignum ſecundum quoſdam, ſecundum alios, cauſam formalem. Latria, cultus Deo exhibitus. Filius eſt de patre. i. habet eſſe de patre. Imago enim ſi perfecte implet, i. ſi eſt ejuſdem ſubſtantiæ. Ipſa coæquatur ei, non illud imagini ſuæ. Imo per locum a relativis ſi hoc adæquatur huic & e converſo. Sol. Loquitur vulgari & conſueto modo: ſicut dicitur, miles vadit cum rege, non conſuetum eſt dicere e converſo, eo quod ſic notatur ſubauctoritas in milite reſpectu regis. Similiter cum dicitur, hoc adæquatur huic, ſecundum communem modum loquendi, notatur quod illud cui adæquatur aliud, primo habeat ſuam quantitatem. Unde cum dicitur, imago ejus eſt, ſubauctoritas notatur in imagine reſpectu illius cujus eſt imago. Ubi, i. in qua imagine. Unum eſt imago. Tanquam verbum perfectum, perfecte loquens patrem, quia nihil eſt in patre quod non ſit in imagine, i. in filio: ſicut ſi verba noſtra, omnia quæ in mente noſtra ſunt ſignificarent, dicerent perfecte mentem noſtram. Ars quædam. Unde filius dicitur etiam mundus archetypus, ab archos quod eſt princeps, & typos quod eſt figura; quaſi principalis figura. Unde dicit *Aug.* Qui negat mundum archetypum eſſe, filium Dei negat. *Heb.* 11. Fide intelligimus ſæcula aptata verbo Dei. Ibi *Aug.* Inviſibilis mundus erat in Dei ſapientia, ad cujus ſimilitudinem factus eſt viſibilis mundus. Ars autem eſt finitum infinitorum compendium, unde de univerſalibus non de ſingularibus. Similiter etſi quantum ad nos ſint res infinitæ, in Deo tanquam in arte finitæ ſunt. Plena omnium rationum, idem eſt ars & ratio, ſed ars dicitur in ſingulari ratione eſſentiæ. Rationum in plurali, ratione diverſorum effectuum. Incommutabilium viventium, ad differentiam artis in anima noſtra quæ non eſt ipſa anima, & ideo non eſt vita, nec vivit: ſed ars mentis divinæ eſt ipſa mens, & ideo vivit, ſicut ipſa. Et omnes, rationes. Unum in ea, i. cum ea. Ubi, in quo uno, i. in eſſentia. Novit omnia per ipſum, per ſuam eſſentiam: & ideo quia novit omnia per eſſentiam ſuam, non deeſt aliquid ſcientiæ Dei, quia idem eſt quod divina eſſentia; ſed noſtra ſcientia eſt quaſi umbra rerum exteriorum a quibus generatur, & ideo mutabilis eſt, ſicut, & ipſæ res. Ineffabilis quidam complexus patris & imaginis, i. filii. Non eſt ſine fruitione: ergo pater fruitur filio; ſed frui eſt amore alicui inhærere propter ſe; ergo dilectio patris habet cauſam finalem, ipſum filium. Sol. Pater inhæret filio propter filium, ly [propter] notat gratitudinem, non finem. Alii dicunt, quod pater filio fruitur, i. diligit eum cum maxima dilectione, & ſumitur [frui] improprie. Non enim quæ creata ſunt, &c. Contra, ſuper illud *Jer.* 26 Si forte audiant, &c. dicit *Orig.* Non enim quia Dominus futurum novit aliquid ideo futurum eſt, ſed quia futurum eſt ideo novit. Sol. Ly [quia] notat cauſam ſine qua non. Sed tamen videtur mentiri. *Orig.* Dicendum autem quod ly [quia] notat cauſam formalem a forma paradigmatis. Et ſic patet quod verum eſt quod hic dicitur. Quod autem dicit *Aug.* quia futurum eſt, Deus novit, ly [quia] notat cauſam materialem, ſicut cum video parietem, paries eſt cauſa materialis viſionis meæ, vel dicendum quod *Orig.* ibi loquitur de peccatis, ut patet ſi conſideres totam *Gl.* Et revera non quia quod Dominus ſcit aliquod peccatum, futurum eſt de neceſſitate, quia ipſe non eſt cauſa malorum, ſed quia futurum eſt. Ideo novit quaſi materialiter. Hic autem loquitur *Aug.* de creaturis & de bonis quorum Deus cauſa eſt. Atque ubertate. Hæc ubertas non appellatur gratia inhabitans, ſed bonitas Dei, per quam largitur unicuique rei bonitatem ſecundum propriam capacitatem. Unde *Matt.* 25. Dedit unicuique ſecundum propriam virtutem. Unitatem, & ſpeciem & ordinem. Ex hoc patet quod unitas eſt numerus rei: ergo ſpecies eſt menſura vel pondus: ſed ante dictum eſt quod ſpecies reſpondet numero. Sol. Species numero reſpondet, ordo ponderi, unitas menſuræ; quia ſi res eſſent immenſæ, non eſſent ſeparatæ, ſed eſſet quælibet in qualibet, ſed per menſuram ſuam diviſæ ſunt, conſtat, & ideo cum unum ſit indiviſum, patet quod unitas reſpondet menſuræ, & ita patri cui attribuitur unitas, habent res menſuram proprie; ordo autem reſpondet Sp. S. quia trahit quemque ſua † voluntas. Dilectio ergo, & delectatio ordinat unumquemque in ſuo loco, & ideo Sp. S. attribuitur ordo rerum. Sicut Sabelliani, dicentes quod Trinitati nihil ſuberat vere, ſed Deus quando vult, eſt pater, quando vult, eſt filius, quando vult, eſt Sp. S. Excepto quod relative, i. excepto quod dicitur habere aliquid per modum relationis. Sed iſte modus habendi non eſt contrarius ſimplicitati, quia propter relationem nihil accreſcit ei. Sicut *Aug.* ponit exemplum *in lib. de Trin.* quando nummus fit pretium panis, ex hoc nihil accreſcit ei: ſimiliter nec circulo quando fit ſignum vini. Sicut in ceteris rebus eſt, ut in anima quæ non eſt idem quod habet: habet enim ſcientiam & virtutem, & ipſa non eſt hæc. Hic conſequenter poni ſolent quædam notulæ Hilarii valentes ad hoc quod dixit *Aug.* Imago ſi perfecte implet illud cujus eſt imago, &c. Sic autem incipit notula Hilarii: *Hil. in 7. l. de Trin.* Similitudinis æqualitas, &c. Poſtillæ notularum; Similitudinis æqualitas, i. quia eſt reperire in Deo æqualitatem, nec habet ſolitudinem perſonæ, nec diverſitatem eſſentiæ. Quia omnis æqualitas, i. perfecte æqualitas. Nec diverſa, i. non poteſt eſſe in diverſitate eſſentiæ. Nec ſola ſit, i. cum ſingularitate perſonæ. Inde ſequitur illa notula Hilarii. Et reſpondet ei quod dixit *Aug.* Hoc eſt verbum perfectum, &c. *in eod. lib.* Filius eſt in patre, ly [in] notat identitatem eſſentiæ, & diſtinctionem perſonarum. Non per transfuſionem. Nota quod duo ſunt modi generationis. Unus eſt ſicut quando aliquid quod eſt in patre, transfunditur in filium. Alius per refuſionem, ſicut quando aqua conglobatur tota in glaciem, & e converſo. Neutra iſtarum vel fuit in generatione filii; quia in prima transfundens retinet aliquid quod non transfundit in eſſe filii. In ſecunda totum datur & nihil retinetur, ſed in generatione æterna pater totam eſſentiam retinuit, & totam filio dedit: Sequitur. Alia notula *in 7. lib. de Trin.* Non ex compoſitis, i. non ex elementis, quia ſi hoc eſſet poſſet corrumpi. Deus qui vita eſt, i. quia vita eſt. Virtus, ſumme potens. Ex infirmis, i. ex accidentibus ſecundum quod individuum dicitur eſſe ex collectione accidentium. Ex obſcuris, i. ex proportionibus. Et nota quod removet a Deo quatuor genera compoſitionum. Eſt enim compoſitio metaphyſica, phyſica, arithmetica, geometrica. Non ex compoſitis, ſic abnegat a Deo compoſitionem metaphyſicam quæ eſt ex materia & forma; quæ ſc. componuntur ad faciendum unum, & Angeli metaphyſice loquendo componuntur ex materia & forma. Neque ex infirmis, ideſt, elementis ex quorum infirmitate eſt, ut ſint in continuo motu & conflictu & ſic unumquodque ſolvit ſuum eſſe, & ita abnegatur phyſica. Neque ex obſcuris; abnegat compoſitionem arithmeticam, quia Plato compoſuit animam ex proportionibus inventis in numeris, & illa compoſitio valde obſcura eſt. Coaptatur, hoc dicit quia anima non eſt ex numeris, ſed ei coaptantur proportiones numerorum. Formalis, i. formatus. Ex diſparibus, i. ex partibus integralibus omne compoſitum, poteſt dividi in tres duplas & ſubduplas & ita in diſparia, ſic non eſt Deus compoſitus, & hæc eſt geometrica compoſitio. Notula *Hil.* Non humano modo; quia omnes illas eſt reperire in homine & non in alia re abſoluta, i. non ex infirmis elementis compoſita, terra ſc. ſiccitate colligatur cum igne; frigiditate colligatur cum aqua. Infinita, i. non ex obſcuris proportionibus quia omne proportionale eſt infinitum. Non ex diſparibus, ſicut compoſita geometrice. Sed vivens ipſa per totum, quia eſt ſua vita, ſed non quicquid eſt in homine, eſt vita ſua. Natura ſc. perfecta. Hoc dicitur contra compoſitum ex materia & forma, quia ſi utraque eſſet perfecta natura, neutra indigeret alia, & ita numquam componerentur invicem. Notulæ Hilarii ſic continuantur in littera. *Hil. in 7. l. de Trin.* Similitudinis æqualitas nec ſimilitudinem habet nec diverſitatem; quia omnis æqualitas nec diverſa nec ſola ſit. In *eod.* Filius in patre eſt, & in filio Pater non per transfuſionem, refuſionemque mutuam, ſed per viventis naturæ perfectam nativitatem, &c. *Hil. in 7. l. de Trin.* Non ex compoſitis Deus qui vita eſt, ſubſiſtit; neque qui virtus eſt, ex infirmis continetur; neque qui lux eſt, obſcuris coaptatur; neque qui ſpiritus eſt ex diſparibus formulis, totum quod in eo eſt, unum eſt. Non humano modo ex compoſitis Deus eſt, ut in eo aliud ſit quod ab eo habetur, & aliud ſit quod ipſe habeat;

al. † voluptas.

Quædam notula Hilarii.

Digitized by Google

habeat, ſed totum vita eſt, natura ſc. perfecta, abſoluta & infinita, & non eſt diſparitas conſtituta, ſed vivens ipſa per totum.

EXPOSITIO CAP. XII.

Obſecro itaque vos] Hæc eſt ſecunda pars totius Epiſtolæ. In prima continetur eruditio ſpeculativi intellectus, quantum ad quaſdam quæſtiones quas error Judæorum, & Gentium converſarum induxerat. In hac autem ſecunda parte monet utroſque moraliter inſtruendo ad unitatem, & concordiã conſequẽtem veram fidem. Et eſt rectus ordo. Judæi enim errabant, dicentes ſine operibus legis non eſſe ſalutem in doctrina Evangelica, Gentiles ſimiliter errabant, credendo Judæos omnino abjectos a Deo. Hos duos removit, & in vera fide utroſque inſtruxit. Unde hic competenter incipit eos invitare ad concordiam, & bonam vitam. Et primo quomodo debent habere pacem ad omnes, & hoc per totum iſtud capitulum. Secundo quomodo inferiores pacem habeant cum ſuperioribus *inf.* 13. Tertio quomodo pares pacem habeant mutuam *inf.* 14. Quarto invitat eos ad gratiarum actiones, quædam de ſtatu ſuo, & aliorum interferens *inf.* 15. Et in fine ſalutationem quarumdam perſonarum ſpecialiter ſubnectit *inf. ult.* In hoc ergo capitulo invitat eos ad pacem: Et primo hortatur eos ad amotionem impedimentorum pacis quæ diſcordiam generant. Et hæc ſunt tria, amor proprius ſive amor carnis, amor mundi, amor propriæ excellentiæ. Hæc ſunt illa tria: 1. *Jo.* 2. Quicquid in mundo eſt, &c. Et qui amicus eſt hujus mundi, Inimicus Dei conſtituitur qui eſt vera pax; Ergo qui amicus eſt horum, inimicus eſt pacis, & ita hæc impediunt pacem & iterum generant diſcordiam. Unde *Jac.* 4. Unde bella & lites in vobis? nonne ex concupiſcentiis veſtris, &c. Primo docet amovere proprium amorem ibi [Exhibeatis corpora veſtra] Secundo amorem mundi, ibi [Et nolite, &c.] Tertio amorem propriæ excellentiæ, ſive ſuperbiam vitæ, ibi [Dico enim, &c.] Et non eſt niſi tripartita concupiſcentia, ut patet 1. *Jo.* 2. Ex hoc patet quod ſufficienter docet amovere impedimenta pacis. Sola enim concupiſcentia pacem impedit. Secundo hortatur eos ad pacem. Et primo per mutuam indigentiam, ibi [Et unicuique, &c.] Secundo hanc indigentiam oſtendit per ſimile, ibi [Sicut enim, &c.] Tertio hortatur ad pacem per mutuam ſubminiſtrationem & obſequium. Et hæc pars ſubdividitur, quia primo docet quod obſequium debemus inferioribus, ibi [ſive prophetiam, &c.] Secundo quod obſequium debetur paribus & amicis, ibi [Dilectio ſine ſimulatione.] Tertio quod obſequium debemus inimicis, ibi [Domino ſervientes.] Poſtea quod in univerſali dixerat, per partes determinat, & maxime de operibus exterioribus, & materialibus. Et primo quæ opera debemus bonis, ibi [Orationi inſtantes] Secundo quæ inimicis, ibi [Benedicite, &c.] Tertio quid omnibus, ibi [Gaudere, &c.] Ultimo ſpecialiter docet quomodo pacem habere poſſumus cum inimicis, quia hoc eſt difficilius. Et hoc duobus modis: Non vindicando ſe de eis & eis bona faciendo: & tunc velint nolint pacem habebimus cum eis, & ipſi præ confuſione diligent nos, & hoc docet ibi [Nulli malum] Hoc eſt primum: [Si eſurierit] Hoc eſt ſecundum. Dicit ergo primo removere docens amorem proprium. *b* Itaque] ex quo oſtendi vobis veram fidem quam ſequitur pax & concordia. *a* Obſecro] Non utitur verbo imperii ad ſubditos ſuos, cum tamen poſſet: Et hoc facit, quia ut dicit *Sen.* Generoſus eſt animus hominis, & naturaliter contra poteſtatem recalcitrans, facilius ducitur quam trahatur. Sed de prælatis malis dicitur *Ezech.* 34. Cum auſteritate & potentia imperabatis: & diſperſæ ſunt oves meæ. Hujus exemplum habetur 3. *Reg.* 12. Dicunt ſenes ad Roboam, ſi locutus fueris ad eos verba levia, erunt, &c. Sed ipſe e converſo fecit. Et ex uno verbo aſpero factum eſt ſchiſma in populo, quod numquam poſtea potuit ad concordiam revocari: ideo in perſona boni prælati *Zach.* 10. dicitur: Sibilabo eis & congregabo eos. *c* Per miſericordiam] i. per Apoſtolatum quem ſuſcepi a Dei miſericordia: ſecundum quod dicitur; Talis Epiſcopus divina miſeratione, &c. Vel [per miſericordiam] quam Deus habet de peccatoribus. Non dicit per obſequium vel potentiam vel nobilitatem, quod multi faciunt. Ad hujuſmodi tamen adjurationem ſe habent aliqui ad modum aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas. *d* Ut exhibeatis] offeratis per macerationem. *Jud.* 5. Qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite Domino, &c. Hæc oblatio in filia Jephte figurata eſt *Jud.* 11. Filia mea decepiſti me & decepta es; quod eſt quando voluntates carnis non ſequimur, ſed contrarium facimus. Tales hoſtias petit Dominus per *Pſ.* 49. Numquid manducabo carnes taurorum, &c. q.d. non: ſed immola ſacrificium laudis. Corpus offertur in ſacrificium per macerationem: Spiritus in holocauſtum per contritionem. De ſacrificio portio erat ipſius offerentis; quia corpus non debet omnino per macerationem annihilari, ſed ei debent neceſſaria dari. De holocauſto nihil retinebatur, ſed totum offerebatur Domino: ſic & totum cor & ſpiritus. *Dan.* 3. In animo contrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, &c. Et ſicut in millibus agnorum, ſic fiat ſacrificium noſtrum. *e* Viventem,] per bonam operationem. *f* Sanctam,] per perſeverantiam. *g* Deo placentem] per rectam intentionem. Sic exponit *Gl.* Et bene dicit [viventem] per bona opera: quia ſignum eſt quod homo mortuus eſt, quando non movet ſe: ita ſignum quod mortuus ſit ſpiritualiter qui non operatur. Unde *Jac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Et *Hab.* 2. Juſtus ex fide vivit. *h* Rationabile obſequium] contra indiſcrete macerantes ſe. *Joſ.* 11. Equos eorum ſubnervabitis. Caro enim debet debilitari, non omnino occidi. Ad quod ſignificandum dicitur *Jud.* 1. quod Chananæus remanſit tributarius, & non fuit occiſus. Per Chananæum qui interpretatur in motu, ſignificatur caro quæ motibus eſt plena. *Eccl.* 7. Non lædas ſervum in veritate operantem.

▲ *a* Et nolite

CAP. XII.

Obſecro *a* itaque *b* vos fratres per miſericordiam *c* Dei, ut exhibeatis *d* corpora veſtra hoſtiã *e* viventẽ, *f* ſanctam, *g* Deo placentẽ rationabile *h* obſequiũ veſtrũ,

Expoſitio Gloſſ.

A *a* Obſecro itaque] Poſt tractatum legis a principio Epiſtolæ uſque ad ſextum capitulum: Et fidei, a ſexto capitulo uſque huc. Naturam Judaici populi & Gentilis, quando locutus fuit de utroque populo ſub metaphora olivæ, & oleaſtri, ſive ubi oſtendit legem inſufficientem ad bene & meritorie operandum: monuit non expreſſe, ſed in hoc quod caſus diſcordiæ amovit ex quibus ſuperbiebat unus contra alterum. In ipſo ſunt omnia. i. in Spir. S. cui benignitas attribuitur, per quam Deus omnia conſervat in eſſe. Et ex quo eſt ſic, itaque & vos pacem habeatis, & ſic conſervabitis vos. Quod rogo, fraternitas exigit, ut rogem vos, non ut præcipiam. 1. *Theſſ. ult.* Rogamus vos. Vel quod rogo, fraternitas exigit, i. illud quod rogo, ſc. quod alter ſit ſollicitus de ſalute alterius; Licet caro repugnet. *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. Et tangit modum beſtiæ, quæ quando immolabatur, recalcitrabat, in mortificatione. *Col.* 3. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. *Gal.* 5. Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. Viventem per bona opera. Ly [per] non notat cauſam, ſed oſtenſionem, quia dicitur *Gal.* 2. Non juſtificatur quis ex operibus *Hab.* 2. Juſtus ex fide vivit: non dicit ex operibus. In Deo ſc. firmam: in hoc notatur perſeverantia quæ reſpicit finem: Bona intentio, quæ reſpicit principium. Hoc autem eſt offerre Deo caput & caudam, ſicut præcipitur in lege. Dei nomine conſecratus, quia a Chriſto Chriſtianus, ut in baptiſmo, in quo conſecratur, dicendo: In nomine Patris, & Filii, & Spir. S. Et Deo votus, quando dicit: Abrenuntio Satanæ & omnibus pompis ejus, &c. *Prov.* 20. Ruina eſt homini devotare ſanctos, &c. Mundo moritur. *Jo.* 6. Ut Deo vivat. *Gal.* 2. Vivo jam non ego, vivit autem in me Chriſtus. Qui voluptatibus carnis, *inf. ult.* Olim hoſtia occidebatur ut homines peccati cauſa, &c. Sed non erant debitores aliquantæ detentionis in pœna quin majoris, quia aliter ſine Chriſto poſſent a pœna omnino liberari: ergo æternaliter detineri debebant. Contra: Abraham meruerat vitam æternam, quod verum eſt: ſed meritum vitæ æternæ habuit exceptionem ante adventum Chriſti propter obligationem peccati primi hominis. A ſecunda morte, de qua *Apoc.* 20. Secunda dicitur reſpectu mortis corporis vel etiam peccati. Cum diſcretione, quia *Lev.* 2. Sal in omni ſacrificio offeres. *Mar.* 9. Omnis victima ſale ſalietur. Ne quid nimis ſit, ſed cum temperantia. Ponitur ergo modus in jejunio: ergo eadem ratione & in eleemoſyna, quia ſicut poteſt quis ſe nimis affligere ita tantum poteſt dare quod fame morietur. Item 2. *Cor.* 8. Non ut aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio. Si dicitur, quod modus apponendus eſt in eleemoſyna ſicut in jejunio. Contra *Matt.* 19. Vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus: dicendo omnia, nihil excludit. Sol. In jejunio debet apponi modus, quia dicitur *Eccl.* 33. Cibaria & virga & onus aſino, &c. Similiter modus apponendus eſt in eleemoſynis. Unde qui dat omnia rationabiliter debet, ſibi providere aliquo modo, vel ingrediendo Abbatiam quæ ei poſſit dare neceſſaria, vel quolibet alio modo, ut accipiendo eleemoſynam ab alio. Aliter peccaret omnia dando.

▲ Ut non

Et a nolite conformari huic ſæculo: ſed b reformamini in novitate d ſenſus veſtri, ut probetis e quæ ſit voluntas Dei bona, f & beneplacens, g & perfecta. h Dico i enim per gratiam quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere k quam oportet ſapere, l ſed ſapere ad ſobrietatem,

A a Et nolite conformari] Docet amovere mundi amorem: quia mundus, caro, dæmonia, diverſa movent prælia: q. d. non diligatis mundum, nec ei placere quæratis. Sicut enim quando quis alii vult placere, conformat ſe ei: ſic multi ſe mundo conformant, velut ſimiæ omnibus ſe conformantes 3. *Reg.* 10. Salomon faciebat ſibi afferri dentes elephantorũ, & ſimias, i. adulationis verba & geſtus exteriores & ſocietatem, ſive caudam magnam. Per Salomonem divites mũdi *Matt.* 11. Quid exiſtis videre, &c. qui mollibus induuntur, in domibus regum ſunt. Mollis veſtis coaptat ſe ex omni parte corpori; & tales divitibus. Unde comparari poſſunt chamæleoni, mentienti omnem colorem juxta ſe poſitum. Et propter hoc *Lev.* 11. inhibetur ne comedamus chamæleonem. Item *Deut.* 22. Vir non utetur veſte feminea: abominabilis enim eſt apud Deum qui facit hoc: Similiter neque mulier veſte viri. Per mulierem molles, & effeminati peccatores, per virum ſancti homines: quia mali non debent ſe conformare bonis per hypocriſim, nec e converſo boni malis. Sed 1. *Mach.* 1. Fecerunt ſibi præputia. Nullus debet ſibi facere præputium. Unde per tales ſignificantur, qui ſingunt ſe habere peccata cum non habeant. Unde dicunt, cum illa jacui: cum falſum ſit. Unde de ſe confitetur *Aug. in lib. conf.* Ne quanto innocentior eſſem, tanto vilior reputarer apud eos: ſententia eſt, non verba. b Sed reformamini] ad modum imaginis. Quod fit multipliciter: per fuſionem, quod eſt ſpiritualiter per bonum exemplum alterius, ſed oportet quod cor prius caleſcat amore Dei, ſicut in imagine fuſili. Unde *Pſ.* 38. Concaluit cor meum intra me: q. d. paratus ſum recipere impreſſionem. 1. *Pet.* 2. Forma facti gregis ex animo. Item formatur imago per detectionem & ſubtractionem, ſicut fit in ſculptili: & hoc fit per paupertatem, quæ ſubtrahit etiam neceſſaria, & per tribulationem quæ eſt quaſi malleatio. *Iſa.* 54. Ponam terminos tuos in lapides ſculptos. *Zach.* 3. Ecce ego cælabo ſculpturam ejus. *Ezech.* 41. Cælata erant in ipſis oſtiis templi Cherubin. Et interpretatur plenitudo ſcientiæ. Unde ſculptura Cherubin eſt ſcientia in operis exemplo: Sculptura palmarum eſt oſtenſio exterior victoriæ mundi, carnis & diaboli, quod faciunt proprie viri religioſi; qui ergo contra tribulationes murmurant, de ſua renovatione dolent. Item reformatur imago per additionem partis alicujus: Sic eſt in ſpirituali imagine. Unde *Pſ.* 38. Notum fac mihi Domine finem meum ut ſciam quid deſit mihi *Matt.* 19. Hæc omnia cuſtodivi a juventute mea, quid adhuc mihi deeſt? Cui reſpondet Dominus *Mar.* 10. Unum tibi deeſt: Vade & vende omnia, &c. Item reformatur per debiti coloris appoſitionem: ſic imago ſpiritualis *Ezech.* 16. Veſtivi te diſcoloribus, i. honeſta converſatione. Sed *Thr.* 4. mutatus eſt color optimus. Item reformatur per debitam ordinationem, quod eſt contra quoſdam qui multa bona faciunt, ſed inordinate. 1. *Cor.* 14. Omnia autem honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis. Propter hoc dicit: b Reformamini] *Eph.* 4. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ. c In novitate ſenſus veſtri,] Non dicit, in novitate corporis veſtis. Et poteſt hoc dici contra mulieres. e Ut probetis] per ſollicitudinem, diſcuſſionem & experientiam. 1. *Theſſ. ult.* Omnia probate, quod bonum eſt tenete. 1. *Jo.* 4. Chariſſimi, nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint. f Bona] in prohibitionibus. g Beneplacens] quoad præcepta. h Perfecta] quoad conſilia. Et notari poſſunt tres ſtatus: incipientium, proficientium & perfectorum qui deſignati ſunt in Evangelio *Matth.* 15. Primus, ubi Dominus pavit turbas panibus hordeaceis, per quos ſtatus pœnitentium. Secundus *in eod.* per illos quos pavit panibus triticeis. Et tertius *Matt.* 26. ubi pavit diſcipulos ſuos carne & ſanguine ſuo, quod eſt cibus perfectorum.

Expoſitio Gloſ. A Ut non naturæ defect. Propter quod dicitur. 1. *Tim.* 5. Modico vino utere propter ſtomachum tuum. Formam concupiſcentiæ ſæcularis amittit, i. informationem. Sicut virtus eſt forma animæ, ita peccatum & concupiſcentia per quã conformatur diabolo per ſimilitudinem. Se Deo referens, i. ad Deum tanquam incommutabili formæ, ſicut cera addita ſigillo. Sed reformamini, qui in Adam fueratis deformati. Sed non eſt in poteſtate noſtra, quod reformemus nos: ergo non debet illud præcipere. Sol. Eſt reformatio per gratiam; nec hæc eſt in poteſtate, nec in præcepto: & eſt reformatio per bonam operationem quæ eſt in poteſtate noſtra, & hanc præcipit hic Apoſtolus. Vel reformamini, i. reformare nitimini. Partim eſt amiſſa imago Dei, ſed hoc eſt aut quoad naturalia de quibus conſtat quod non ſunt amiſſa: aut quoad gratuita, ſed illa non partim, ſed omnino amiſit. Et dicunt quod hic accipitur imago complexe pro naturalibus, & gratuitis. Sed melius eſt ut dicatur, imo ſumi pro naturalibus quæ dicuntur amiſſa partim, quia per peccatum diminuta non quoad eſſe, ſed quoad poſſe. Homo poteſt reformare ſe partim per gratiam. In ea quæ ante ſunt. *Phil.* 3. Novum hominem. *Eph.* 3. Cui non dominantur peccata, propter ſynderesim reclamantem. Non concupiſcendo vetuſtate exſpoliamur. Secundum hoc videtur, quod prius ſit exuere vetuſtatem quam induere novitatem: ſed illud peccatorum remiſſio, hoc gratiæ infuſio: ergo prius eſt remiſſio peccati quam infuſio gratiæ. Item quid eſt quod dicit: Diligendo novitate induimur, imo credendo, quia *Act.* 15. Fide purificans corda eorum. Et *Jo.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri his qui credunt, &c. Sol. Triplex eſt vetuſtas in homine, pœnæ, culpæ & reliquiarum culpæ. Et eſt triplex novitas, ſcil. gratiæ, perfectæ juſtitiæ, gloriæ. Per primam expoliatur vetuſtas culpæ, per ſecundam vetuſtas reliquiarum culpæ, per tertiam vetuſtas pœnæ & omnis miſeriæ. Gratia contra vetuſtatem culpæ: perfecta purgatio per multitudinem bonorum operum, contra reliquias culpæ, de hac intelligitur hic gloria contra vetuſtatem pœnæ. Et ita patet quare dicit: Diligendo novitate induimur: quia charitas plus movet ad bonam operationem quam fides. Experimento, quando quis facit bonum, & vult illud magis & magis, hoc ipſum eſt ei experimentum quod Deus illud velit. Et *Apoſt. ſup.* 9. Mala vero non vult fieri. Hoc eſt duplex: Si ſit una dictio, falſa eſt, quia ſenſus eſt, Deus vult mala non fieri. Si ſint duæ dictiones, verum eſt, & ſic accipitur hic. Tamen præſcit, i. non approbat. Voluntas Dei, conſilium, &c. Verſus:

Præcipit & probat, permittit, conſulit, implet.

Ad litter. Et ſciendum quod voluntas Dei non diſtinguitur penes id quod eſt, ſed penes effectus connotatos. i Dico enim per gratiam, &c.] Docet removere ſuperbiam quæ maxime conſiſtit in hoc quod aliquis reputat ſe eſſe ſciolum. k Non plus ſapere] quia ut dicitur 1. *Cor.* 8. Scientia inflat. Unde quia Judæi, & Gentiles abundabant in ſenſu ſuo, ſuperbiebant. Propter hoc dicit *Iſid. lib. Etym.* Credere debemus, diſcutere prohibemur. l Sed ſapere ad ſobrietatem,] *Prov.* 25. Sicut qui multum comedit mel, non eſt ei bonum: ſic perſcrutator, &c. Ideo *Prov.* 23. Non erigas oculos tuos ad opes quas habere non potes, &c. Et iterum 25. Mel inveniſti, &c. Et iterum 30. Qui nimis emungit, i. ſcrutatur, elicit ſanguinem, i. peccatum *Eccl.* 7. Dixi, ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit a me. *Eccl.* 3. Altiora te ne quæſieris.

A a Et unicuique

Expoſitio Gloſ. i Dico enim, &c. Non plus ſapere,] Hic prohibitio eſt. Sed nonne ſapere donum Dei eſt: ergo quanto majus, tanto melius eſt. Quare ergo hic prohibet Apoſtolus? Sol. Sumitur conſequens pro antecedente, i. pro inveſtigare, ad quod ſequitur ſapere. Simile *Iſa.* 13. Pretioſior erit vir auro, i. rarior. Nimis autem inveſtigare dicitur quis quando inveſtigando non ſequitur Scripturam, ſed proprium ingenium quod non poteſt eſſe ſine peccato, quia ſemper fit ex libidine. *Pr.* 25. Perſcrutator majeſtatis, &c. Et ſciendum, hoc non reſpicit proxime dictum, ſed quod dixerat, ut offeratis. Unum corpus 1. *Cor.* 12. *ſuſ. eod.* In ea re quam offert, i. in corpore Chriſti. Eſt enim quoddam ſacramentum & res, ut corpus Chriſti quod traxit de Virgine: quoddam res, & non ſacramentum myſticum, i. Eccleſia. Sicut enim panis ex multis granis. Ex hoc patet quod ſpecies panis & vini non ſunt ſacramentum ratione ſui, ſed ratione ſubſtantiæ, in qua fuerunt. Ex multis fidelium membris Eccleſia: ergo Chriſtus non fuit membrum Eccleſiæ, quia non habuit fidem. Contra: 1. *Cor.* 12. Nos ſumus membrum ex membro, i. ex Chriſto. Sol. Fidelis dicitur dupliciter: A fide, ſic non dicitur Chriſtus fidelis. Item fidelis a perceptione ſacramentorum & fidelitatis, ſic fuit fidelis. Dona menſurata, quæ fides meretur. Contra: Qui habet unam, habet omnes: & ita qui fidem non meretur, non habet has virtutes. Sol. Hoc intelligitur de donis ſine quibus eſt ſalus: quod patet per ea quæ ſubjungit Apoſtolus in textu. Si objicias iterum, quod meritum attenditur penes charitatis radicem. Dicendum quod omne meritum primo conſiſtit in fide uno modo, ſc. per modum illuminantis: Alio modo penes charitatem, ſcil. per modum informantis & ad finem dirigentis. Secundum fidem quam Deus menſurate dividit, dans cuidam majorem, cuidam minorem, & quia ſecundum menſuram fidei dat

A alia dona

A *a* Et unicuique] Invitat eos ad pacem, & concordiam per mutuam indigentiam. [Et] repete, ego dico [*Unicuique*] ſupple, ut operetur. *b* Sicut Deus, &c.] quia non omnia dona dat uni, ſed uni unum, alii aliud, ut unus alio indigeat. *d* Menſuram fidei,] intranſitive, i. per fidem, quæ menſurat animi virtutes: vel tranſitive, i. dona, quæ dantur ſecundum quod merentur per fidem. *e* Diviſit] 1. *Cor.* 12. diviſiones gratiarum ſunt.

& *a* unicuique ſicut *b* Deus diviſit *c* menſuram *d* fidei. Sicut *e* enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem *f* alter alterius membra, *g* Habentes donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis, differentes; ſive *h* prophetiam ſecundum *i* rationem fidei; *k* ſive miniſterium, in miniſtrando: ſive *l* qui docet, in doctrina: *m* qui exhortatur, in exhortando: *n* qui tribuit, in *o* ſimplicitate: qui *p* præeſt in ſollicitudine: qui *q* miſeretur in hilaritate. Dilectio ſine *r* ſimulatione: odientes malum, *ſ* adhærentes bono: charitatem *t* fraternitatis

Eph. 3. Unicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. *e* Sicut enim in uno corpore] Oſtendit hanc mutuam indigentiã per ſimile. *f* Alter alterius membra] i. unus indiget altero ſicut membra ſeipſis invicem: non ut velis dicere Apoſtulus quod unus homo ſit pars alterius: nec enim ſequitur, membrum quodlibet eſt pars; & ſinguli ſumus membra alterius: ergo omnes ſumus invicem idem: quod fuit error quorumdam hæreticorum. Oculus eſt oculus pedum, & omnium aliorum membrorum membrum & non pars: ſic & nos invicem. Nos dico: *g* Habentes donationes, &c.] i. differentes in donis; vel differentes donationes ſunt in uno. *Eph.* 4. Ex quo, i. Chriſto totum corpus compactum eſt, & connexum in menſuram uniuſcujuſque membri, i. ſecundum quod alia membra indigent eo 1. *Cor.* 12. Corpus non eſt unum membrum, ſed multa. *h* Sive prophetiam] Primo hortatur Romanos ad pacem per mutuam indigentiam. Secundo oſtendit illam per ſimile. Hic autem hortatur ad eamdem Prælatos per ſubminiſtrationem ad ſubjectos. [Sive] habentes reſume [Prophetiam] Scripturarum expoſitionem. *i* Secundum rationem fidei:] ut nihil contrarium dicatur fidei: quia ipſa ponit principia ſecundum quæ oportet facere expoſitiones, ſicut arguitur per rationes principiorum. Ad hoc autem tenentur Prælati. Unde 2. *Petr.* 3. Eſtote parati reddere rationem de ea quæ in vobis eſt, fide. *Mal.* 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem, i. legis expoſitionem, q. d. Apoſtolus, inſtruatis ſubditos veſtros in fide. *k* Sive miniſterium,] i. ſi habetis poteſtatem miniſtrandi ſacramenta. *l* Sive qui docet in doctrina:] de eis quæ pertinent ad bonos mores; ſit membrum Eccleſiæ reſpectu minorum. *m* Qui exhortatur,] ſcientes ſive majores ad potiora. *n* Qui tribuit,] eleemoſynas, ſive temporalia: hoc adhoc pertinet ad Prælatos reſpectu ſubditorum. Unde *Jo. ult.* dictum eſt Petro ter, Paſce. *o* In ſimplicitate:] Hoc dicit quia tribuit propter inanem gloriam, licet etiam propter Deum. [Tribuit] in duplicitate *Matt.* 6. Si oculus tuus, i. intentio tua fuerit ſimplex, totum corpus tuum, i. congeries operum, lucidum erit, i. apparens & exiſtens: ſicut cum dicitur *in eod.* Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. *p* Qui præeſt in ſollicitudine:] *Luc.* 2. Paſtores cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ideo audierunt: Annuncio vobis gaudium.
q Qui miſeretur, in hilaritate:] i. qui compatitur oppreſſis. Hoc ultimum fieri debet in hilaritate propter proximum, i. ſimplicitas intentionis neceſſaria eſt propter Deum. 2. *Cor.* 9. Hilarem datorem. *Eccl.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. *p* Dilectio ſine ſimulatione:] Oſtendit quod obſequium debemus paribus impendere. *r* Odientes malum,] eorum.
ſ Adhærentes bono:] placeant nobis bona eorum. Vos dico. *t* Charitatem fraternitatis invicem diligentes:]

A qua

Expoſitio Gloſſ. A alia dona; quia articuli fidei ſunt quaſi principia Theologiæ. Unde *Jo. Damaſc.* Fides ponit principia, & ideo inveſtigatio ſapientiæ noſtræ non debet excedere principia iſta Theologiæ. Item *Apoc.* 21. Quanta longitudo ejus, tanta latitudo. *Gl.* Quantum quis credit, tantum ſperat, diligit & operatur. Et ideo dantur aliæ virtutes ſecundum menſuram fidei: ea qua omnis juſtitia, i. juſtificatio: ſine qua nulla exiſtimanda. *Heb.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Opera bona fiunt ab homine, ſcil. opera quæ ſunt bona, fiunt ab homine, ſed non fiunt ab homine bona, &c. Sine quo Sp. S. &c. Uſque tanto amplius, &c. Sed percipimus Chriſtum per fidem; ergo quanta eſt charitas uniuſcujuſque, tanta eſt potentia ejus in diligendo Deum: ſed nullum naturale eſt proportionabile gratuito: ergo potentia diligendi & credendi non eſt naturalis, ſed gratuita. Sol. Revera quanto major eſt charitas, tanto major eſt potentia: ſed hæc potentia non eſt pura potentia, ſed informata: nec fit comparatio ratione potentiæ, ſed ratione informantis, quia quanto charitas major eſt, tanto potentia habilior eſt & potentior exire in actus ſuos. Spiritus qui eſt in te, duplo ſit in me. 4. *Reg.* 2. Ergo Eliſeus petebat majorem ſpiritum magiſtro: ergo ſuperbus erat. Ad hoc dicunt quidam quod non petebat majorem, ſed duplũ, i. ad duo ſc. ad miracula patranda & ad prophetandum. Et per hoc innuitur, quod Spir. S. poteſt haberi ad unum & plura; & ita magis, & minus, & ſic bene adducit *Aug.* illud exemplum ad propoſitum; tamen peccat aliquis ſi velit habere majorem gratiam quam magiſter ſuus. Non ad menſuram: *Jo.* 3. Plenitudo divinitatis. *Col.* 2. Mediator, 2. *Tim.* 2. Aſſumptus eſt homo, &c. i. humana natura, quia aliter Chriſtus eſſet duo, quia aſſumens, & aſſumptum de neceſſitate ſunt duo. Quia autem in unitatem perſonæ Unigeniti aſſumptus eſt homo, gratiæ eſt non naturæ; ergo filio Dei data eſt gratia, ut aſſumeret illum hominem, quod falſum eſt, aut illi homini, ut aſſumeretur a filio Dei in unitatem perſonæ. Sed quomodo habuit gratiam antequam eſſet? Sol. Gratia eſt gratis data ſine præcedentibus meritis illius hominis, ſaltum eſt hoc. Non enim ad menſuram. *Jo.* 3. Imo videtur quod Chriſto datus ſit Spiritus ad menſuram, quia dicitur *Sap.* 11. Omnia fecit Deus in numero, pondere & menſura. Sol. Chriſto homini non data fuit gratia ad menſuram, i. ad proportionem, quia improportionabilis fuit gratia ejus reſpectu omnis alterius hominis. Vel fiat vis in ratione menſuræ, quando enim menſurate datur aliquid non datur totum, ſed Chriſtus habuit gratiam ad ſemper & ad omnia, quod non alii homines, & quantam habere potuit. Multi unum corpus ſumus. *Gal.* 3. Omnes vos unum eſtis, &c. *Eph.* 4. Quoniam ſumus invicem membra. 1. *Cor.* 12. Sicut enim corpus unum eſt, &c. Omnia neceſſaria danda, ſed non in uno. Unde nota quod in Chriſto fuit plenitudo excellentiæ, in Eccleſia eſt plenitudo numeroſitatis. In quolibet habente charitatem eſt plenitudo ſufficientiæ. Per hoc, curam noſtri invicem, ut non dicamus ſicut Cain *Gen.* 4. Numquid cuſtos ſum fratris mei, &c. Et *Can. Judæ*. Væ qui in via Cain abierunt. In differentibus donis, i. per differentiam donorum. Hoc agatur, ut ſcil. unus ſerviat alteri. Prophetiam, i. revelationem, quantum ad hoc ſumitur proprie prophetia. Occultorum, quantum ad hoc ſumitur pro expoſitione Scripturarum. Presbyteri ſimus in miniſtrando. *Luc.* 22. Rectorem te poſuerunt, &c. Non in duplicitate, quia *Jac.* 1. Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Sed in ſimplicitate futuræ gloriæ. *Sap.* 1. In ſimplicitate cordis quærite illum, bonis operibus. *Cant.* 4. Oculi tui columbarum, quæ intentæ, ſcil. ad unum reſpiciunt. Et ideo dicitur *Matt.* 10. Et ſimplices ſicut columbæ. Ideſt, læto animo ſubveniant. Contra: Qui ſeminat in lacrymis, in exultatione metet. Sed ſeminare eſt dare eleemoſynam, ut dicitur ſuper illud 2. *Cor.* 9. Qui parce ſeminat, parce & metet. *Gl.* Dare eleemoſynam non eſt amittere ſed ſeminare. Sol. Subveniendum eſt in lacrymis propter eorum miſeriam, quam non poſſumus omnino ab eis removere, ſed in hilaritate quantum ad hoc quod modo poſſumus eis ſubvenire. In multis offendimus. *Jac.* 3. Dominicam medicinam, quam Dominus docuit. *Luc.* 11. Verumtamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis. Etſi levioribus, tamen vulneribus & multis, & hæc fere venialia; ergo peccando venialiter vulnerantur naturalia, & ita diminuuntur, quod verum eſt, quia aliter non noceret, & ita non eſſet malum. Et per hanc auctoritatem poſſet probari, quod veniale diminuit charitatem, quia per charitatem, & alias virtutes reſtauratur diminutio naturalium, non ſolum illa quæ fit per mortalia, ſed & illa quæ fit per venialia; ergo quando in charitate peccat quis venialiter, diminuetur charitas. Judicium ſine miſericordia. *Jac.* 2. Sine miſericordia ſalvante; vel, ideſt, pro miſericordia dandi eleemoſynas,

A moſynas,

Bo. diſt. 1. c. De ſumm. Trin. c. damnamus,

B

C

Amos 5. 1. *Pet.* 2.

A qoa debemus eſſe invicem fratres. *a* Sollicitudine non pigri:] i. non ſitis pigri opere, ſi eſtis ſolliciti corde. *b* Domioo ſervientes,] Oſtendit quod obſequia debemus inimicis [Domino ſervieotes,] i. propter Deum. Vel [tempori,] alia littera, i. pro opportonitate temporis multum ſervit Domino, qui inimicos ſuos diligis propter eum. *c* Spe gaudentes] ſcil. remunerationis magnæ, ſi inimicos propter Deum diligitis: alter non poſſemus inimicos diligere, niſi ſpe remunerationis. *d* Orationi, &c.] ne cadatis in odiũ mortale contra inimicos. *e* Neceſſitatibus, &c.] qui orent pro vobis. *f* Benedicite perſequentibus] quæ debemus inimicis. *g* Benedicite, &c.] orando pro eis, & bona eis optando. *h* Gaudere] Oſtendit quod debemus omnibus bonis eadem exhibere ſicut nobis ipſis: q.d. ſupple debetis invicẽ, [gaudere, &c.] *i* Idipſum ſentiẽtes:]

D

invicem diligentes: honore invicem prævenientes: ſollicitudine *a* non pigri: ſpiritu ferventes: *b* Domino ſervientes: ſpe *c* gaudentes; in tribulatione patientes: *d* orationi inſtantes: *e* neceſſitatibus ſanctorum communicantes: hoſpitalitatem ſectantes, *f* benedicite perſequentibus vos, *g* benedicite, & nolite maledicere. *h* Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipſum *i* invicem ſentientes: *k* non alta ſapientes, ſed *l* humilibus conſeotientes. *m* Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos:

quod illi, i. gaudium vel fletum. *k* Noo alta ſapientes,] de vobis. *l* Sed humilibus, &c.] per imitationem. *Gloſ.* Tunc vera eſt humilitas ſi non eſt io lingua ſola, ſicut hypocrita qui dicit peccatum ſe habere: foris fingit humilitatem, intrinſecus amplectitur vanitatem.

m Nolite, &c.] Quia valde difficile eſt habere pacem cum inimicis, ideo repetit ſpecialiter oſtendens duo per quæ pacem habebimus cum eis. [Nolite eſſe prudentes] Hoc dicit quia prudentia mundi eſt quæ præcipue vindictam quærit de alio. *p* Pacem habentes,] mutuam, ut ipſi ſint vobis pacifici. *n* Si fieri poteſt,] quod ſi non poteſt fieri propter eorum malitiam, facite.

o Quod ex vobis eſt,] i. quantum io vobis eſt, pacem habete cum eis. Vel [habentes pacem, ſi fieri poteſt,] hoc non dicit, quia fieri non poſſit, ſed qoia eſt difficile. [Quod ex vobis eſt,] i. io pietate veſtra, licet ſit difficile, quod eos pacifice ſuſtineatis. *q* Date locum iræ:] adverſariorum, non repercutiendo. Vel [Iræ:] i. vindictæ Dei: quod ſi homines modo punirent omnes malos, non haberet Deus in futuro quod puniret in judicio. Et hoc debetis facere. *ſ* Enim] i. quia:

r Scriptum eſt] *Ezech.* 9. ſecundum Septuaginta.

t Mihi vindictam,] reſervavi, vel reſervate. *u* Et ego retribuam,] i. vindicabo vos: vel, ideſt, retributionem accipietis a me, ſi ita feceritis. Et non tantum ſcriptum eſt illud. *x* Sed] etiam hoc ſi eſurierit, &c. carbones ignis] i. eum inflammabis ad amorem tuum, velit, nolit. *y* Noli vinci a malo,] quia dicit *Seneca*: Ridiculum eſt propter alterius malum amittere innocentiam.

z Sed vince in bono,] i. propter bonitatem.

a Malum,] ſuſtinendo patienter eum.

[illegible] Gloſſ. A molynas: ſed eodem modo judiciom ſine miſericordia ſalvante fiet ei, qui non fecerit juſtitiam, vel cujuſlibet alterius virtutis opera. Similiter judicium ſine juſtitia & aliis virtutibus fit ei, qui non fecerit juſtitiam: quare ergo potius dicitur hoc de miſericordia, quam de alia virtute? Sol. Duabus rationibus, quia quando Dominus dicit diſceptationem judicii, *Matt.* 25. Non dicit illam fieri niſi de operibus miſericordiæ tantom. Secunda ratio eſt propter quamdam coaptationem ſimilitudinis, ſicut dicitur *Matt.* 5. Beati miſericordes qooniam ipſi miſericordiam conſequeotur. Ibi enim ponuntur quædam virtutes reſpondentes ſuis beatitudinibus per coaptationem ſimilitudinis. Judicium ſine miſericordia, &c. Dimitte. *Luc.* 6. Miſericordia judicanti, unde dicitur miſericors, quia punit citra condigoum: Judicium miſerenti, inde dicitur diſtrictus judex; Nimis juſtus. *Eccleſ.* 7. *Pſ.* 142. Non intres in judicio cum ſervo tuo. *Job* 23. Nolo multa fortitudine contendat mecom. Aliud miſericordiæ membrum, unum eſt eleemoſynas tribuere; aliud condonare. Quia diverſa dona uniuntur, i. in commone ponuntur, quia charitas omnia facit communia. Unde *Aug.* Habe charitatem, & omnia tua ſunt. Sicut ait *Jer.* 48. alia littera: Qui opus Dei frequenter negligit: Sed quæritur differentia inter negligentiam & omiſſionem: propterea ſequitur: Et maledictus, &c. Videtor omnes homines eſſe maledicti. Sol. Omiſſio eſt reſpectu actus debiti, negligentia reſpectu circumſtantiæ debitæ, ut quando non facit eo modo quo debet, licet faciat. Ad illud: Maledictus omnis, &c. Dicendum quod non omnis negligentia inducit maledictionem, qoia circumſtantia debita dicitur duobus modis. Debitum enim eſt honeſti cujus negligentia eſt venialis: vel debita ex præcepto, hæc negligentia inducit maledictionem. Quia

nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Si *n* fieri poteſt, *o* quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus *p* pacem habentes. Non voſmetipſos defendentes chariſſimi, *q* ſed date locum iræ: *r* ſcriptum eſt *ſ* enim: *t* Mihi vindictam & *u* ego retribuam, dicit Dominus: *x* Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potũ da illi: hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres ſuper caput ejus. *y* Noli vinci a malo, *z* ſed vince in bono, *a* malum.

piger in converſatione divina ſine ſpe eſt, i. non habetur ſpes ut piger verſetur in gloria Dei. Unde *Prov.* 20. propter frigus piger arare noluit &c. Diffunditur in cordibus, *ſup.* 5. Refrigeſcet. *Matt.* 24. Ignem veni mittere, &c. *Luc.* 12. Non paſſim & importune. Unde *Matt.* 24. Ut det illis cibum in tempore. *Eccl.* 3. Eſt tempus loquendi & tempus tacendi. *Eccl.* 20. Ex ore fatui reprobabitur parabola, quia non dicit eam in tempore ſuo, i. importune. Contra: 2. *Tim.* 4. Inſta opportune, importune. Sol. Ideſt, quando non eſt opportunitas, vel locus, non debet prædicare. Ad illud: Inſta opportune, ſecundum veritatem, importune ſecundum eorum qui audiunt oppoſitionem. Quod proximo impenditis; creditis, &c. *Matt.* 25. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Eph. ult.* Servi obedite dominis veſtris, &c. Inſtantes orationi. 1. *Pet. ult.* Sobrii eſtote, & vigilate, &c. Exemplo Abrahæ. *Gen.* 18. Loth *Gen.* 19. Et 1. *Pet.* 4. Hoſpitales invicem ſine murmuratione. *Luc. ult.* Diſcipuli qui ibant in Emaus coegerunt Dominum. Ibi, *Beda*: Cogendi ſunt hoſpites & trahendi: ſi enim multa perdas, neceſſe eſt ut unum bene des. Diſciplina dominica, de qua *Matt.* 11. Diſcite a me qoia mitis ſum. Benedicite, quod adimplevit Apoſtolus, ſicut ipſe teſtatur. 1. *Cor.* 4. Maledicimur, & benedicimus. Sed *Act.* 5. Petrus maledixit Ananiæ, & Saphiræ. Et *Act.* 8. Simoni Mago: ergo fecit contra hoc præceptum Apoſtoli. Hujus ſolutio jam habebitur inferius. Sine admiſtione amaritudinis. *Jac.* 3. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam? Gaudere cum gaudentibus. Contra: *Jer.* 15. Non ſedi in concilio ludentium: ergo non congaudebat eis, & in hoc merebatur: quid eſt ergo hoc, quod hic dicitur: Sol. Eſt gaudium ſpirituale, de quo hic loquitur Apoſtolus, & eſt gaudium carnale, hoc non congaudebat Jeremias. De ſpirituali. *Phil. ult.* Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Sed ſecundom hoc, gaudere eſt in præcepto & meritorium; ergo eſt opus alicujus virtutis. Sol. Non eſt opus unius virtutis, ſed & cujuſlibet, & io præcepto eſt non quoad illecebram paſſionum, ſed quoad motum. Flendum ut de lapſu. Unde 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Non ſatis alta ſapientes, *ſup.* 11. Tu autem fide ſta: noli alta ſapere, ſed time. Sicut hypocrita. *Eccl.* 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, &c. Offendit ſe, & ruit, & offendit aliquos. Prudentes apud vos. *Iſ.* 5. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris. *Prov.* 3. Ne ſis ſapiens apud temetipſum. *Prov.* 5. Deriventor fontes tui foras. Etiamſi quis vos offendat. Contra: Licet vim vi repellere. Et *Exod.* 21. de talione; Dentem pro dente, oculum pro oculo. Solut. Et ſi vim vi repellere liceat, non tamen habemus, quod malum pro malo reddat talis, quoniam reddere malum pro malo eſt velle ſe vindicare, ſed iſte hoc non intendit, ſed tantum eum ita repellere, ut ei non noceat. Illud *Exod.* legale eſt, & ita nihil ad propoſitum. Illud fieri debet, quod & Deo non diſpliceat, & fratri ſcandalum non ſit: Sed objicitur etiam *de text.* Providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. 1. *Cor.* 4. Mihi pro minimo eſt ut a vobis judicer, &c. Et *Gal.* 1. Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. Sol. Mihi pro minimo, dicit quantum ad incorrigibiles, ad quos nihil valet exemplum. Quod autem hic dicitur; intelligitur quantum ad corrigibiles, corã quibus facere debemus, quod eis placeat ad imitandum. Unde *Matt.* 5. Sic luceant opera veſtra, &c. Ad illud, ſi hominibus placerem, i. ſi placẽtiam hominũ finem mihi ponerem. Pacifici cum om-

A oibus,

Expoſitio Gloſ. A nibus. *Heb.* 12. Pacem loquimini. Quod ex vobis, i. in poteſtate veſtra: hoc dicit ratione ſtatus, quia loquitur habentibus charitatem. Ad quem clamant ſancti. *Apoc.*6. Uſquequo Domine Deus ſanctus, & verus non vindicans, &c. Diſcernuntur, i. differunt. Sed bonus magis cupit corrigi inimicum, quam puniri, i. vult ut puniatur ad corrigendum, non ut pœnam ſuſtineat. Super juſtos, & injuſtos. *Matt.*5. Vel itæ adverſariorum, &c. *Matt.* 10. Si perſecuti vos fuerint, &c. *Eccl.*4. Noli reſiſtere contra faciē potentis: Sed dum furor in curſu eſt venienti cede furori. Sancti ergo volunt malos puniri amore juſtitiæ, non libidine vindictæ: ſed mali e converſo. Scriptum eſt in Proverbiis. *Pr.* 23. Propinquus illorum fortis eſt, & ipſe judicabit contra te cauſam illorum. *Prov.* 20. Ne dicas, reddam malum pro malo: expecta Dominum & liberabit te. Item *Ezech.* 9. Appropinquaverunt viſitationes urbis, Ibi littera Septuaginta: Mihi vindictam & ego retribuam, dicit Dominus. Scriptum eſt in *Prov.* Contra *Deut.*32. mea eſt ultio, & ego retribuam. Ibi *Gl.* Ab hoc loco ſumitur illud Apoſtoli: Mihi vindictam, &c. Sol. Quod hic dicitur: nec ſcriptum eſt in *Prov.* nec in *Deut.* Sed *Ezech.* 9. ſecundum Septuaginta, ſicut dicit *Gl.* Quod hic dicitur: Sicut ſcriptum eſt in *Prov.* hoc non eſt intelligendum de iſto, ſed de hoc quod ſequitur: Si eſurierit inimicus tuus. *Prov.* 25. Quod dicit *Gl. ſuper Deut.* Ab hoc loco ſumitur, &c. i. conſimili huic. Vel illud bene poteſt eſſe in duobus vel in tribus locis in S. Scriptura, i. in *Deut.* & in *Ezech. Heb.* 10. Scimus enim quod dixit: Mihi vindictam & ego retribuam. Conſimile habetur *Pr.*32. & 20. Mihi vindictam reſervavi. Qui hoc non facit, Deum contemnit: In hoc enim quod per ſe vindictam accipit quis, quaſi facto dicit quod Deus non poſſet eum vindicare. Inſolentiam conjunctionis, i. inſulitam rationem. Similis ei fiet. *Pr.* 26. Ne reſpondeas ſtulto, ne ſimilis ei efficiaris.

A

C A P. XIII.

Omnis *a* anima poteſtatibus ſublimioribus *b* ſubdita ſit. *c* Non eſt enim poteſtas, niſi a Deo. Quę *d* autē ſūt, a Deo ordinata ſūt.

EXPOSITIO CAP. XIII.

Omnis anima poteſtatibus] In præc. cap. docuit eos habere pacem ad omnes: hic docet eos habere pacem ad ſuos ſuperiores. Et primo debitam obedientiam, vel reverentiam eis exhibendo, & hoc eſt: *a* Omnis anima poteſtatibus, &c.] Et quod obedientiam, & reverentiam debeant eis exhibere, oſtendit triplici ratione. Prima eſt, quia Deus ſic ordinavit, ibi [Non eſt enim poteſtas] Secunds eſt quia valde eſt utile eſſe ſub jugo Prælatorum, ibi [Nam princeps] Tertia ratio eſt, quia ſic mutua dilectio conſervatur, ibi [Non ſolum propter iram.] Secundo quod habeant pacem cum ſuperioribus ſuis reddendo eis debita ſervitia, ibi [Reddite ergo omnibus.] Tertio ut nullus injurietur proximo ſuo; & ſic non habebunt ſuperiores, unde animadvertant in eos, ibi [Nemini quicquam.] Quarto ut honeſte converſentur; & ſic iterum non habebunt cauſam animadvertendi in eos, ibi [Et hoc ſcientes.] Et oſtendit duas rationes propter quas honeſte converſari debemus magis quam ante tempus gratiæ. Prima eſt quia majorem notitiam habemus quam ante, ibi [Nox præceſſit.] Secunda quia excellentiſſimum exemplum bene converſandi habemus, ibi [Induimini Dominum Jeſum, &c.] Dicit ergo [Omnis anima] propter quid dicit anima, non homo? Dicit *Gl.* Quid enim eſt omnis anima, niſi omnis homo quem nomine animæ ideo ſignificat, ut non ſolum corpore, ſed etiam voluntate ſerviatis potentibus ſæcularibus, bonis & malis. Quia *Prov.* 24. Time Dominum fili mi, & Regem. 1. *Pet.* 2. Subditi eſtote, &c. ſive Regi quaſi præcellenti. Sed *Oſee* 7. Reverſi ſunt ut eſſent abſque jugo. Et ſequitur: Facti ſunt quaſi arcus doloſus, qui Dei gentem interficit: cadent in gladio peccati, Ideo *Exod.*25. præcipit Dominus quod tabernaculum fiat ad ſimilitudinem oſtenſam in monte, i. in cęlo, ubi Angeli non ſe emancipant a dominio aliorum. 2. *Reg.* 20. Accidit quoque ut eſſet vir Belial, quod interpretatur abſque jugo, Siba filius Bechri, per quem intelliguntur omnes ſchiſmatici, & ait: Non eſt nobis pars in domo David, &c. & perſecutus eſt eum Joab uſque ad mortem: propter quod mulier quædam quæ erat in civitate, ait: Ecce caput mittetur ad te, quod fit, quando talis ſub jugum obedientiæ ducitur: Ad hoc ſignificandum non habent Monachi caputium in flocco ſuo, q.d. per hoc: Non habemus caput proprium. Ad innuendum ergo quod ex voluntate debemus ſuperioribus obedire, & exhibere reverentiam, dicit [Anima] a qua etiam immunditia eſt in homine. Quod ſignificatum eſt *Lev.*4. Anima quæ peccat, &c. *b* Subdita poteſtatibus] bonis vel malis. Cujus rationem ponit *Gl.* Si enim bonus fuerit, qui tibi præeſt, nutritor tuus eſt: malus ſi fuerit, tentator tuus eſt: & nutrimenta tua libenter accipe, & in tentatione approbare. *c* Non eſt enim poteſtas,] Dupliciter dicitur poteſtas, vel homo habens poteſtatem more Lombardico, vel, Poteſtas, dominium vel regnum ipſum. *Gl.* non eſt poteſtas homini bono, vel malo, niſi a Deo data ſit. *Dan.* 4. Quod dominetur Excelſus in regno, & cuicumque voluerit, det illud *Sap.* 6. Audite Reges, &c. data eſt a Domino poteſtas vobis & virtus ab Altiſſimo, quia interrogabit opera veſtra. *Gl.* hic: Malitia hominum cupiditatem nocendi per ſe habet: poteſtatem autem ſi ille non dat, non habet. *d* Quæ autem ſunt a Deo,] *Greg.* Deum quippe imitari deſiderat qui faſtigium potentiæ alienis intentus utilitatibus, & non ſuis laudibus adminiſtrat, qui prælatus ceteris prodeſſe appetit, non præeſſe. Tumoris namque elatio non ordo poteſtatis in crimine eſt: potentiam Deus tribuit: elationem vero potentiæ, malitia

A noſtræ

Expoſitio Gloſ. *a* Omnis anima poteſtatibus, &c.] *Gl.* Videbatur enim quibuſdam, &c. bonis, & fidelibus quod deberent eſſe pares. Hoc trahebant ab illo loco. *Jo*: 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. Et *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt, &c. Quam etiam ſuperbiam removet hic Apoſtolus, i. quod pares debent eſſe boni; ergo hoc eſt ſuperbia. Contra *Greg.* Ubi non delinquimus, pares ſumus; ergo bene videbatur eis quod boni eſſent pares: non ergo erat hoc ſuperbia. Item dicit *Greg.* Ubi delinquimus, impares ſumus: mali ergo impares ſunt bonis, & potius debent boni malis dominari quam e converſo. Bene ergo videbatur eis quod infideles, & mali domini non debent bonis fidelibus dominari. Item ſuper *Gen.* 9. *Greg.* Homo non rationalibus ſed irrationalibus prælatus eſt natura. Et poſtea: Contra naturam ſuperbire eſt ab æquali velle timeri. Item *ibid.* Omnes homines natura æquales genuit: ſed pro variis meritis aliquos aliis diſpenſatio Dei juſta etſi occulta præpoſuit: ergo ſi ſint merita paria inter aliquos, nullus alii debet dominari. Non ergo eſt ſuperbia, quod boni & fideles bonis & fidelibus ſint pares. Sol. Boni bonis ſunt pares quoad quiddam, non tamen quoad converſationis ordinem. Quod ergo dicit *Greg.* Ubi non delinquimus, pares ſumus, intellige quoad fidem & ea quæ pertinent ad ſalutem. Ad illud: Homo non rationalibus, ſed irrationalibus prælatus eſt, i. cauſa quare homo homini prælatus eſt, non eſt rationabilitas, ſed perverſio rationis, ſi enim homo perſtitiſſet in gratia, numquam unus fieret Dominus alterius. Et ad illud: Superbire eſt velle timeri, &c. i. non propter ſe debet velle timeri, ſed ut Deus timeatur: aliter ſuperbia in eo eſt. Ad illud: Omnes homines natura, &c. dicendum quod ibi oſtenduntur cauſæ dominii, non perſonæ, quia pro majoribus peccatis redacti ſunt in ſervitutem, ſicut Cain. Sed voluntate, i. affectu. Simile *Heb.* 10. Si autem ſubtraxerit ſe, non placebit animę meæ, Serviatis *Eph.*6. poteſtatibus bonis, vel malis. 1. *Pet.*2. Servi ſubditi eſtote, in omni, &c. Regibus qui præſunt regno. Principibus qui præſunt partibus regni. Tribunis qui Tribui. Centurionibus qui centum. Tentator, examinator: In tentatione approbare. *Sap.* 3. Tanquam aurum in fornace probavit illos, &c. Mundum iſtum quaſi fornacem. *Eccl.* 27. Vaſa figuli, &c. Aurificis, ſed aurifex eſt Deus; ergo mundus eſt fornax Dei. Contra: Super *Dan.*3. dicitur quod mundus eſt fornax Nabuchodonoſor i. Diaboli. Sol. Quantum ad hoc quod tentationes mundi ſunt purgationes bonorum, mundus eſt fornax aurificis i. Dei; quantum ad hoc, quod ſunt ibi incitamenta malorum, eſt fornax Diaboli. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Sed peccatum eſt ordinatum a Deo; qui peccato reſiſtit. Dei ordinationi reſiſtit, & ipſi Domino. Probatio primæ, dicitur in *Euch.* In univerſitate illud quod malum dicitur, bene ordinatum & in ſuo loco poſitum eminentius commendat bona; ergo malum eſt ordinatum in univerſitate. Super *princ. Cant.* dicit *Orig.* Omnis ordo, & omnis compago eſt a Deo, ergo malum eſt ordinatum a Deo; qui ergo ei reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Sol. Quædam ſunt ordinata proprio ordine, ut omnia bona: quædam autem ordine alieno, ut negationes & privationes, tale eſt malum quod ſi in ſe proprium ordinem haberet, jam non eſſet malum, ſed bonum. Ad intelligendum autem quomodo ſit ordinatum, facit illud *Aug. in lib. de nat. bon.* Si vero nos in continendo vocem decenter interponimus in loquendo ſilentium; quanto magis iſte quarumdam rerum privationes decenter facit, ſicut omnium rerum perfectus artifex eſt: Et eſt optimum exemplum. Cum niſi ſilentium nihil ſit, eſt niſi tantum privatio ſoni, ordo autem aliquid ſit, & ita eſt in nihilo, patet quod ſilentium ordinatur non ordine proprio, ſed alieno. Similiter & malum ordinatur ordine boni, & ideo non ſequitur, licet malum ſit ordinatum quod malum ſit bonum: poteſtas autem in ſe ordinata eſt, & ideo bona &

A a Deo

Digitized by Google

a noſtræ mentis invenit: a Itaque qui reſiſtit *Gl.* vi vel dolo. *b* Poteſtati,] homini habenti poteſtatem in his, ſc. quæ ad poteſtatem pertinent, dicit *Gl.* *c* Dei ordinationi] i. habenti poteſtatem a Dei ordinatione, & non impune. *e* Autem] i. quia

11 q. 3. qui reſiſtit.

d Qui reſiſtunt ipſi, &c.] æternam. Hic dicit *Gl.* Si tamen ille jubeat quod non debes facere, hic ſane contemne poteſtatem, timendo poteſtatem majorem: ſi autem Imperator aliud, quam Deus jubeat, contempto illo obtemperandum eſt Deo [Dei ordinationi reſiſtit:] unde 1. *Reg.* 8. Samuel clamabat ad Dominum, quia filii Iſrael nolebant ei obedire. Cui reſpondit *Dominus*: Non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. [Sibi damnationem acquirunt.] Propter quod dicitur *Eccl.* 4. Noli reſiſtere contra faciem potentis. *Nu.* 16. Core, Dathan, & Abiron abſorpti ſunt a terra propter inobedientiam. *Prov.* 16. Indignatio Regis nuncii mortis: quia qui indignatur cõtra Prælatum mortem æternam acquirit. *f* Nam principes, &c.] ſupple homini. *g* Boni operis,] qui bene operatur. *h* Sed mali,] i. qui male operatur. *Matt.* 5. Beati mundo corde. *Prov.* 20. Rex qui ſedet in ſolio judicii, intuitu ſuo diſſipat omne malum. *In eod.* Diſſipat impios rex ſapiens, incurvat ſuper eos fornicem. [Princeps] *Gl.* Principes iſtos dicit, qui propter vitam corrigendam, & prohibenda adverſa creantur. Ex hoc patet quod valde pauci ſunt hodie principes. *i* Vis autem, &c.] i. non habere cauſam timoris pœnæ inſligendæ a poteſtate. *k* Bonum fac, &c.] cauſaliter ſi eſt bona, vel occaſionaliter ſi eſt mala & benigne ſuſtines. 1. *Pet.* 2. Sive ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. [Vis non timere, bonum fac,] *Prov.* 25. Auſer impietatem a vultu regis, & clementia firmabitur thronus ejus, i. clemens erit: *l* Tibi in bonum,] temporale ſervandum. [Vel in bonum] ſpirituale, quia ſi malus eſt, exercet te, ut melior fias patiendo. *m* Time, non enim ſine cauſa, &c.] Inde eſt quod ante Imperatores defertur enſis nudus & ante Reges, ad ſignificandum quod ipſi ſunt executores judiciorum in præſenti. Unde *in lib. conſol.* ſapientia deſcribitur habens ſceptrum, gladium & librum.

a Itaq; qui reſiſtit *b* poteſtati, *c* Dei ordinationi reſiſtit: *d* Qui *e* autem reſiſtunt ipſi, ſibi damnationem acquirunt. *f* Nam principes non ſunt timori *g* boni operis, *h* ſed mali. *i* Vis autem non timere poteſtatem? *k* Bonum fac, & habebis laudẽ ex illa. Dei enim miniſter eſt *l* tibi in bonũ. Si autem † malũ feceris, *m* time. Nõ enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt

al. † male. 3 q. 4 ſin ſ. 1. & q. 5. c. non ſolum.

A a Vindex

Expoſitio Gloſ.

A a Deo eſt omnis poteſtas, ſicut dicit *Gl.* Sed hoc quæritur, quia ſi omnis poteſtas a Deo eſt: ergo poteſtas nocendi a Deo eſt, & eadem ratione voluntas nocendi. Contra: Uſus voluntatis nocendi non eſt a Deo: ergo nec uſus poteſtatis nocendi eſt a Deo, & hoc conſtat; quomodo ergo illa poteſtas eſt a Deo? ergo poteſtas peccandi non eſt a Deo. Item aliquis ſimoniace factus eſt Prælatus, & talis habet poteſtatem prælationis & omnis poteſtas eſt a Deo: ergo habet illam a Deo, ergo juſte habet eam, quomodo ergo ſimoniace? Sol. Poteſtas nocendi eſt a Deo, licet ejus uſus non ſit a Deo. Quia quæris utrum ſimiliter voluntas nocendi ſit a Deo? Dicendum, ſi voluntas nocendi appellatur poteſtas nocendi, a Deo eſt: ſi appellatur voluntas qua aliquis vult nocere alii, a Deo eſt ſecundum illos qui dicunt, quod omnis actio a Deo eſt, ſecundum alios, non: quia voluntas nocendi deformitatem habet ſibi annexam: Diſtinguendum eſt quod in quantum eſt voluntas, a Deo eſt; in quantum eſt ad nocendum, non eſt a Deo. Poteſtas autem nocendi ſimpliciter eſt a Deo; quia quod eſt ad nocendum non eſt a defectu ejus, nec deformat eam, quoniam commendabilis eſt homo in eo, quod habet poteſtatem nocendi, quando non nocet, ſed nullus eſt commendabilis a voluntate nocendi. Ad illud: Poteſtas nocendi ſive peccandi eſt a Deo: ergo uſus ejus: Dixerunt quidam quod poteſtas peccandi non eſt poteſtas, ſed impotentia. Alii dicunt quod dupliciter poteſtas peccandi dicitur, i. poteſtas faciendi talem actionem, ſic eſt aliqua poteſtas: vel i. poteſtas deformandi talem actionem, ſic eſt pura privatio, & non eſt poteſtas: Sed videtur nobis melius dictum, quod poteſtas peccandi aliquid eſt & eſt idem in ſubſtantia cum poteſtate benefaciendi. Eſt autem a libero arbitrio, vel idem cum ipſo. Tamen cum dico, poteſtas peccandi, ſic notatur infirmitas illius potentiæ. Quod objicit: Eſt a Deo, ergo ejus uſus. Verum eſt, aliquis, ut benefacere: & non exigitur ut omnis uſus ipſius ſit a Deo. Ad illud de ſimoniace promoto, dicendum quod licet poteſtas quam habet, ſit a Deo: quia tamen male uſurpavit, peccat in habendo, ut Dominus ait Pilato *Jo.* 19. Malitia hominum cupiditatem, &c. Secundum illos qui dicunt quod omnis actio a Deo, voluntatem nocendi in quantum eſt voluntas, habent a Deo, homines; tamen cupiditatem nocendi non habent a Deo, eo quod cupiditas deformitatem importet nomine ſuo. Mitte manum tuam: 1. *Job* 2. Da poteſtatem. Quæritur de hoc, quod dicit Satan: Mitte manum tuam, &c. ergo poteſtatem nocendi Job dedit ei Dominus. Sed aut ſumitur poteſtas recte pro ipſa poteſtate, aut pro uſu poteſtatis: Si pro ipſa poteſtate, illam ante habebat Diabolus: non ergo tunc dedit ei: Si pro uſu, de ſe malus fuit: ergo Deus fecit eum peccare. Sol. Non ſumitur ſic vel ſic, ſed pro facultate ſive facilitate potentiæ. Etſi enim Diabolus habeat potentiam nocendi hominibus, tamen quodammodo ligata eſt ut ſecundum actum nocere non poſſit, niſi eam prius Dominus ſolverit, quod eſt quando Dominus aufert impedimenta, & permittit ut actu noceat: Sicut homo ligatus habet poteſtatem currendi, ſed non facilitatem donec ſolvatur. Item quæritur de hoc: Poteſtas non eſt niſi a Deo, ſicut ſcriptum eſt loquente Sapientia, per me Reges regnant, &c. *Prov* 8. Sed ut patet ibi in text. loquitur de bonis regibus, ergo quid eſt hoc ad propoſitum? Sol. Secundum noſtram litteram de bonis regibus ſecundum hanc etiam de malis poteſt exponi. *Job* 34. Qui facit regnare hypocritam: Verba ſunt Heliu de Domino. Dedi eis regem in ira mea. *Oſ.* 13. Nocendi enim voluntas i. cupiditas, antecedens pro conſequente ſecundum illos qui dicunt quod omnis actio a Deo. Bonorum patientia probetur. Nota quod Deus quandoque dat malis poteſtatem ad ſui præcipitium, quandoque ad humiliandum, quandoque ad puniendum malos, quandoque ad purgandum bonos. Job probatus. 1. & 2. Petrus tentatus *Matt.* 26. Paulus colaphizatus 2. *Cor.* 12. Judas damnatus *Matt.* 27. & *Act.* 1. Job ait i. Helia, Deus potentes non abjicit: *Job* 36. Non præeſſe. Ex hoc videtur quod appetere præeſſe ſit malum, quod verum eſt propter annexam malitiam timoris in prælatione. Tollamus ergo, cum affectu, quod facit qui abrenuntiat ei, quod ſimoniace acquiſivit. Qui reſiſtit homini habenti poteſtatem, Dei ordinationi reſiſtit: Sed ille qui vult me occidere, habet poteſtatem a Deo: ergo qui reſiſtit ei, Dei ordinationi reſiſtit, & ita peccat. Sol. Ipſe loquitur de poteſtate prælationis, cui debemus obedire in his quæ pertinent ad poteſtatem. *Matt.* 23. Super cathedram Moyſi, &c. quæ dicunt facite, &c. i. quæ pertinent ad cathedram; ille vero non habet ad hoc poteſtatem a Deo. De mala etiam poteſtate videri poteſt ſcil. quod Deus eam præfecit rationabiliter; ſed quicquid rationabiliter facit, eſt bonum; ergo mala poteſtas eſt bona. Sol. Omnis poteſtas eſt bona, quia ad bonum data, licet homo male ea poſſit uti. Unde *ſup* illud 1. *Reg.* 16. Ecce Spir. Domini malus exagitat te. *Gl.* Idem Spiritus i. Diabolus, & Domini appellatur, & malus, Domini propter licentiam juſtæ poteſtatis: malus propter deſiderium injuſtæ voluntatis. Unde poteſtas etiam Diaboli bona eſt; & ita omnis alia. Quod ergo hic dicitur de mala poteſtate, i. de malo homine habente poteſtatem; vel poteſtas dicitur mala ſecundum accidens, i. propter malum uſum. Similiter ſumitur objectio ſuper illud *Jer.* 20. Miſit Phaſſur, &c. In porta Benjamin, &c. *Gl.* Porta Benjamin non veritatem indicat, ſed injuſtam Pontificis poteſtatem, injuſtam ſc. propter uſum. Ex hoc: Contemne poteſtatem, timendo poteſtatem majorem, videtur quod in omni licito debeamus poteſtati obedire. Sol. Hoc dicit quia in tali caſu quando præcipit quod non debemus facere, tunc præcipue eſt ei reſiſtendum. Non ſunt ad timorem his qui bene operantur. Contra; Boni ſuis ſuperioribus debent honorem, & reverentiam. Sol. Non ſunt ad timorem pœnæ bonis. Sub uno cæteri, ſint ſicut ipſi ſunt ſub Deo. Quæcumque ſit, i. qualiſcumque: Sive bonus malus ſit, quia exercet, & ſic eſt poteſtas bonis in bonum ſpirituale. Vel: Tibi datus eſt a Deo, &c. ſic ſumitur bonum pro bono temporali. Tibi eſt faciens bonum, ſive bonus, ſive malus, ſit, quia exercet; ergo aliquis male agẽdo eſt miniſter Dei. Sol. Poteſt notari concomitantia temporis, & ſic eſt vera, quia dum impius ſævit, in eo tempore miniſtrat Deo, quia inde Deus bonum efficiet; ſi autem notatur cauſa, falſa eſt, quia ipſe non intendit miniſtrare Deo. Si male feceris, time. Ex hoc enim videtur quod nullus ſuſtinendo pœnam debitam mereatur, quia ſi ſic, non debet timere. Ad idem. 1. *Pet.* 4. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida aut fur. Contra: Quicquid mali patimur; mala noſtra meruerunt: ergo Martyres ſuſtinendo pœnas, meruerunt illas peccatis, & ita patiendo non meruerunt vitam æternam. Solut. Aliquis ſuſtinendo pœnam meretur, ſi ſit in charitate: & hic loquitur Apoſtolus de non habente charitatem. Ad illud Petri: Nemo veſtrum patiatur, &c. intellige, i. nemo veſtrum patiatur recalcitrando. Vel quia ſic promovet eos ad meliora, intellige, id eſt, non patiatur tantum debitam pœnam, imo etiam indebitam, illud vero in *Canon.* 1. *Pet.* 2. Quæ

A enim

Digitized by Google

vindex *a* in iram ei, quia malũ agit. Ideoque neceſſitate *b* ſubditi eſtote non ſolum *c* propter iram, ſed *d* etiam propter conſcientiam. *e* Ideo enim & tributa *f* præſtatis. Miniſtri enim Dei ſunt in hoc *g* ipſum ſervientes. *h* Reddite ergo omnibus debita. Cui *i* tributum, tributum: cui vectigal, *k* vectigal: *l* cui *m* timorem, timorem: cui *n* honorem, honorem. *o* Nemini quicquam debeatis, niſi ut invicem *p* diligatis. Qui enim diligit proximum, legem *q* implevit. Nam non adulterabis, *r* non occides, non furaberis, non falſum teſtimoniũ dices, non concupiſces: & ſi quod eſt aliud mandatum,

a Vindex in iram ei,] ideſt vindicans iram Dei in peccatores; vel in iram futuram, ſupple ſignificandam; quia per hoc quod vindicat in præſenti, ſignificatur quod magis erit in futuro vindicta, & pena peccatorum. *c* Non ſolum propter iram,] Hæc eſt tertia pars, quare habenda eſt pax cum ſuperioribus, ut amor mutuus conſervetur. *b* Neceſſitate] i. Dei ordinatione neceſſe. *c* Non ſolum propter iram,] principis, vel Dei evitandã. *d* Sed etiam propter cõſcientiam.] quæ naturaliter dictat unicuique, quaſi ſibi diceret ſubditum nolentem obedire, vel emancipantẽ ſe habere eum odio. *e* Ideo enim] quia ſunt vobis in bonum, & tam utiles tributa preſtatis ideo in civitate, quę deſcribitur in Timęo Platonis, milites nullam portionem habebant, ſed data eis populo neceſſaria, ſunt in loco ut defendat civitatem ab hoſtibus. *f* Præſtatis.] *Gl.* quaſi redditurus, quia reddent ſerviendo in defenſionem, dum pugnat pro patria. *g* In hoc ipſum] quia præſtatis tributa eis. *h* Servientes.] Deo in hoc. *i* Tributum,] quod eſt cenſus, qui dabatur a religione, vel a civitate in ſignum ſubjectionis, *k* Vectigal:] redditur, qui dabatur pro conſervandis mercibus, quæ deferuntur per regiones. [Vel Tributum,] reditus, quos faciunt Domini colligere. *l* Vectigal] redditus, qui aſportantur ad domos Dominorum *m* Cui timorem,] ideſt reverentiam. *n* Cui honorem] ta aſſurgendo eis. *Matth.* 22. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cęſari. Sed ex quo præcipit hoc Apoſtolus, videtur, quod nos Clerici debeamus tributa reddere. Sol. Non debemus, ſed laici debent, propter duas cauſas. Una eſt, quod de jure communi duo principes ſibi invicem affines eodem jure contuntur, & in mutuis mercimoniis cuſtodiendis. Unde ſi Gallici mercatores non darent tributa in Anglia, nec Anglici in Gallia. Similiter inter clericos, & laicos, clerici cuſtodiunt laicos, & ideo laici debent ſervire clericis ſua temporalia. Alia ratio eſt pro privilegio clericorum. Quidam enim Imperatores, qui omnibus Regibus imperabant clericos abſolverunt a tributis, & vectigalibus.

Matth. 22. 11 *q. ſin. c. ſi in morte.*

Quare Clerici non dant tributa.

Expoſitio Gloſſ. A enim eſt gratia, ſi peccantes, & colaphizantes ſuffertis: intelligendum eſt de gratia ſupererogationis. Et eſt ſimile illud, 1. *Cor.* 9. Nam etſi evangelizavero, non eſt mihi gloria. Sed & per conſcientiam. Ex hoc videtur, quod ſervitus ſit de jure naturali. Sed contra, *ſup.* 9. habetur, quod imo eſt a peccato. Sol. Servitus ſuperiori eſt de jure naturali: ſervitus homini non eſt, ſed a peccato. In quantum fideles ſunt, unum ſunt in Chriſto. 1. *Cor.* 10. Unus panis, & unum corpus multi ſumus. In cujus fide, quantum ad unitatem articulorum. Non eſt diſtantia Judæi, &c. *Galat.* 3. *Col.* 3. Nomen Domini, & doctrina blaſphematur. Sumptum eſt, *ſupr.* & 1. *Tim.* 6. Per hoc ipſum ſervitis, ergo homo meretur reddendo tributa. *Eph. ult.* Non ad oculum, &c. Et 1. *Pet.* 2. Non tantum bonis, & domeſticis, ſed etiam dyſcolis, hæc eſt enim gratia. Cui timorem. *Mal.* 1. Nemini quicquam] Hæc eſt tertia pars capituli, in qua præcepit eis, ut ſe obſervent ab injuria proximi, & ſic habebunt pacem cum ſuperioribus ſuis, quia tunc non habebunt cauſam animadvertendi in eos. *p* Niſi ut invicem, &c.] Sed ſecundum hoc videtur, quod omnis qui debet alii pecuniam, peccet; & ille qui accommodat, peccet. *Pſ.* 111. Jucundus homo, qui miſeretur, & commodat. Sed intelligendum eſt, ſicut illud *Matth.* 6. Dimitte nobis debita noſtra, ſicut, &c. Debemus alii quoniam injurati ſumus ei, & tenemur ad ſatisfaciendum, quod ergo dico (Nemini quicquam debeatis) ideſt nulli faciatis injuriam, propter quam teneamini ad ſatisfactionem. Ex hoc patet, quod falſæ ſunt Poſtillæ quædam dicentes, quod ideo non peccamus, ſi aliud quam charitatem debeamus homini. Sed dicendum, quod imo præceptum eſt, nec per hoc excluduntur quæ fiunt ex dilectione, ut debita obſequia, auxilia, conſilia, & hujuſmodi. Hic dicit *Gl.* Sola charitas eſt, quæ etiam reddita ſemper detinet debitorem. Ad

Ad item.

idem facit illud in *lib.* 1. *de doct. Chr.* Omnis res, quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nec dum habetur, quomodo danda, vel habenda eſt? Talis autem res eſt charitas, doctrina, & ſcientia. Unde ibidem ſubjungit optimum exemplum de his: illi quinque, & illi ſeptem erant panes antequam inciperent dari eſurientibus, quod ubi fieri cœpit, duodecim cophinos, & ſportas ſatiatis hominum tot millibus impleverunt. Eadem ratione charitas ſtatim ut reddi incipit & augeri: hoc eſt maximum debitum quo debito, omnia alia debentur, ſicut ipſa eſt donum in quo omnia alia donantur. Nota, *Gl.* Nullum tempus eſt, in quo impendenda non ſit; nec cum redditur, amittitur, ſed potius reddendo multiplicatur. Imo cum redditur ab homine, creſcit in homine, & tanto major acquiritur, quando pluribus redditur. *q* Legem implevit] quod oſtendit. *r* Nam non adulterabis,] *Exod.* 20. *Deut.* 5. Nota ut patet in *Gl.* quod in dilectione proximi commendatur, & præcipitur non tantum dilectio proximi, ſed & dilectio Dei, & proximi. Unde *Gloſſ.* Pro utroque unum ſæpe ponitur non immerito; quia nec

Deuter. 5.

A Deus

Expoſitio Gloſſ. *o* Nemini quicquam, &c.] ut non debeatis aliquid, ideſt non faciatis alicui injuriam. Nullum eſt tempus, quo impendenda non ſit. Sed aut intelligitur reddenda habitu, aut actu: ſi habitu, eadem ratione nullum tempus eſt, in quo reddendus non ſit honor: ſemper enim debet eſſe quiſque paratus, ut reddat honorem Domino ſuo. Si actu, aut ſimpliciter, aut pro loco, & tempore: Si ſimpliciter, omnis homo eſſet tranſgreſſor hujus præcepti: Nullus enim dormiendo actu reddit charitatem: ſi pro loco, & tempore, ſed eodem modo honor ſemper reddendus eſt, ideſt pro loco, & tempore. Sol. Nullum eſt tempus, in quo reddenda non ſit charitas habitu, & actu pro loco, & tempore, & potius dicitur hoc de charitate, quam de honore, vel de alio, quia nullum eſt tempus, in quo non ſit congruum ad charitatem reddendum, ſed aliquod eſt tempus quod non eſt congruum ad reddendum honorem, ut quando ille cui reddendus eſt, abſens eſt: vel quando vehementer opinor quod corrigetur de facinore ſuo, ſi reddo, vel exhibeo ei honorem. Quia vel quæ charitas, non pecunia, valet ad humilitatem, ſecundum quam homo habet pacem, maxime ad ſuperiores ſuos. Inter fratres, præcipue *Lev.* 19. habetur de dilectione, maxime ad fratres, *ſup.* 22. Tanto major acquiritur, quanto pluribus redditur, ergo qui plus diligit, majorem habet charitatem. Sed ſecundum hoc videtur, quod Chriſtus habuit charitatem ad menſuram, quia ſi plures creaſſet, plures dilexiſſet ex charitate, & plures potuit creare; ergo plures potuit diligere ex charitate, & ita majorem charitatem habere. Solut. Chriſtus tantam charitatem habuit ab inſtanti conceptionis ſuæ, quod non potuit majorem habere. Unde quod hic dicitur, ut frequenter intelligendum eſt, non ut neceſſario. In pluribus enim accidit, quod quanto plures diligunt, tanto magis creſcit in eis charitas. In *Lev.* 19. Dilige amicum, ibi eſt, non proximum. Non in malo. Reſpondet antipophoræ, quæ ſibi fieri poſſet ab aliquo malo, dicente: Diligo proximum meum ſicut meipſum, ideſt ad honores mundi, & delicias? Reſpondet quaſi per interemptionem, quia teipſum non diligis; vel hoc, ſed odio habes. In quibus tota. *Matt.* 21. Dilectio proximi in factis apparet. Sed hoc, aut intelligitur de factis interioribus, aut exterioribus. De interioribus patet, quod non eſt verum. Si de factis exterioribus. Contra: Poſſunt fieri ex carnali affectu, vel ex dilectione naturali, vel ex dolo; ergo non apparet in hoc dilectio proximi. Si dicatur, quod in factis apparet, ut in ſigno, eodem modo dilectio Dei. Sol. Intelligitur de factis exterioribus, de quibus apparet, quod fiunt proximo, ſed non apparet, quod fiunt Deo: Sed revera non apparet quod fiant propter proximum, ſimiliter nec propter Deum. Mandatum novum. *Jo.* 13. Utrumque invenitur in ſingulis, ſed ubi unum propter alterum, utrobique tantum; ergo diligimus proximum propter Deum, debet concedi, diligo tantum Deum, diligo tantum proximum: ſicut cum teneo equum per frænum, teneo tantum equum, teneo tantum frænum. Solutio: Bene poteſt concedi, diligo tantum Deum, ſed non hoc, diligo tantum proximum, quia ſicut dictio excluſiva adjuncta majori numero, non excludit minorem: ſimiliter adjuncta ulteriori loco, non excludit citeriorem, ſed e converſo: dilectio autem proximi eſt quaſi citerior, dilectio Dei quaſi ulterior. Qui ſancte ac ſpiritualiter diligit proximum; ergo qui movetur in proximum motu charitatis, movetur eodem numero in Deum. Ad idem, quia non diligitur vinum, niſi propter dulce;

a Deus ſine proximo, nec proximus ſine Deo diligi poteſt. a In hoc, &c.] *Gal.* 5. Omnis enim lex in ſuo ſermone impletur. b Diliges, &c.] *Lev.* 19. In hoc verbo inſtauratur. Sed aut hoc intelligitur per cauſam; aut per concomitantiam, ideſt, quia diligit proximum, legem implet, vel, ideſt dum diligit proximum, legem implet. Si per concomitantiam, eadem ratione de qualibet alia virtute poſſet dici, quia dum ſperat quis, legem implet. Si per cauſam, ex hoc videtur, quod ſola charitas ſufficit ad ſalutem, & quod omnes aliæ virtutes ſuperfluant. Præterea primum mandatum: Deus tuus unus eſt, nunquid implebit quis niſi per fidem cauſaliter? Sol. Hoc dicitur per cauſam motivam, non per immediatam. Hoc autem præceptum: Honora patrem, & matrem, immediate impletur per pietatem; hoc autem, Deus tuus unus eſt, per fidem: hoc, Memento, ut diem ſabbati ſanctifices, per omnem aliam virtutem, iſtud, Non concupiſces uxorem proximi tui, per caſtitatem, & ſic de aliis. Sed tamen charitas has virtutes movet ad impletionem horum. Item habemus præceptum de diligendo proximo, & *Deut.* 6. de diligendo Deo. Sed cum quatuor ſint diligenda charitate, quæritur quare non habemus unum præceptum de nobis diligendis, unum de corpore noſtro. Hanc quæſtionem movet *Aug.* & ſolvit in *lib. de doct. Chr.* dicens: Cum ergo quatuor ſint diligenda. Unum quod ſupra nos eſt, alterum quod nos ſumus, tertium quod juxta nos eſt, quartum quod infra nos eſt: de quarto, & ſecundo danda nulla præcepta eſſent, quantumcumque enim homo excidat a veritate remanet illi dilectio ſui, & dilectio corporis ſui. Sed tamen in tantum poſſet decidere a veritate, quod non diligeret Deum, ut damnati, & dæmones, & ſimiliter poſſet non diligere proximum, ut patet. Item *Aug.* De diligendis non continetur dilectio Angelorum, ergo non ſunt diligendi ex charitate. Illa enim diviſio eſt diligendorum ex charitate. Hanc ſimiliter quæſtionem movet *Aug.* dicens: Utrum autem ad illa duo præcepta pertineat dilectio Angelorum non irrationabiliter quæritur. Et ſolvit, dicens: Jam vero ſi, vel cui præbendum, vel a quo nobis præbendum eſt officium miſericordiæ, recte proximus dicitur, manifeſtum eſt hoc præcepto quo jubemur proximum diligere, & Angelos ſanctus contineri, a quibus nobis tot impenduntur officia, quanta multis divinarum Scripturarum locis aſtrui facile eſt. Sed iterum, quia dicit ſanctos Angelos, manifeſtum eſt, quod mali Angeli non ſunt diligendi ex charitate: ſimiliter nec aliquis præſcitus ſcitur eſſe præſcitus, quod verum eſt.

Luc. 6. *Matth.* 31.	in hoc a verbo inſtauratur: Diliges b proximū tuum ſicut teipſum, Dilectio c proximi malū non operatur. Plenitudo d ergo

b Diliges, &c.] ideſt ad id quod teipſum, ideſt ad fruendum Deo. Alia expoſitio in *lib. de vera religione*. Ea autem eſt regula veræ dilectionis, ut quæ ſibi vult bona provenire, & illi velit. Alia expoſitio in *eodem*: Diligat ergo homo proximum tanquam ſeipſum; certa enim ſibi ipſi nemo eſt pater, aut filius, aut affinis, aut aliquid hujuſmodi, ſed totum homo: qui ergo diligit aliquid tanquam ſeipſum, hoc in eo debet diligere, quod ipſe eſt; quiſquis in proximo diligit aliud, quam ſibi ipſe eſt, non eum diligit tanquam ſeipſum. Et valet hoc, quando diſputatur de ordine charitatis. Videtur enim dicere: Non diligendus, quia pater, vel quia filius, ſed quia proximus, & ita non magis unus, quam alius. Hic dicit *Gl.* Si ſe propter ſe diligit, non ſe refert ad Deum, ſed ad ſeipſum converſus, non ad incommutabile aliquid convertitur, & ideo jam cum defectu aliquo ſe fruitur. c Dilectio proximi, &c.] ſed bonum, ut plus dicat, & minus ſignificet. *Gl.* Proximum, omnem hominem, d Plenitudo legis, &c.] triplex, quia movet, & incitat alias virtutes ad opera. *Gal* 5. Fides, quæ per charitatem operatur, quia opus fidei eſt credere, & ubi amor, ibi oculus. *Matt.* 6. Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum, ideſt oculus mentis credendo: Ad quod facit illud: *Trahit ſua quemque voluptas*. Et maxima voluptas eſt in charitate, & ideo trahit ceteras virtutes ad operandum pro dilecto. Secunda ratio eſt, quia charitas conſummat inchoata ab aliis virtutibus. Ideo dicitur 1. *Tim.* 1. Finis præcepti eſt charitas. *Gl.* ideſt conſummatio. Dilectio enim facit perſeverare in motu incepto ab aliis virtutibus. Tertia ratio eſt, quia opera aliarum virtutum ſine ea vana ſunt, & vacua. 1. *Cor.* 3. Si diſtribuero, &c. *Eccl.* Non apparebis in conſpectu Dei vacuus, ideſt non facies opera mea ſine charitate. Nota *Gl.* hic: Ubi enim charitas eſt, quid eſt quod poſſit deeſſe, ubi autem non eſt quid eſt quod poſſit prodeſſe, cur ergo non dicimus, qui hanc virtutem habet, habere omnes, &c.

Expoſitio Gloſſ. a idem appetitus eſt, & motus in vinum, & in dulce; ergo ſimiliter cum proximus non diligatur niſi propter Deum, eodem motu charitatis numero movetur quis in proximum, & in Deum. Sed contra: Omnis motus dilectionis aut eſt concupiſcentiæ, aut amicitiæ. Et patet, quod ex charitate non movetur quis motu concupiſcentiæ in proximum, nec motu amicitiæ. Item ſecundum hoc, idem motus numero magis, & minus eſſet contentus ſeipſo. Solutio: Non eſt verum, quia qui movetur in proximum diligendo eum, movetur & in Deum. Unde hic ſumitur diligere in ſemiplena ſignificatione: Plena enim ejus ſignificatio eſt velle alicui bonum, ſemiplena velle, ſicut; Cedo iſti, ideſt do locum iſti. Et cum dico, cedo locum, ideſt do locum. Cum ergo dicitur, quod non diligo in proximo niſi Deum, ſumitur pro velle, ideſt non volo proximo niſi Deum, tamen aliud diligo in proximo quam Deum, quia ipſum proximum. Unde quod objicit de vino dulci non eſt ſimile, quia nihil diligitur in proximo, quam Deus, quia ipſe proximus, eo quod eſt creatura Dei, & habet ſimilitudinem Dei, ut charitatem, & alias virtutes: ſed in vino non appetitur niſi dulce. Tunc eſt quippe optimus homo, &c. Sed quis eſt hic? nullus homo. Solutio: Hic dicitur eſſe aliquis, quando tota vita hominis eſt ſine fictione, & ſine mortali; Deus enim non computat venialia quando ſunt ſola, ſicut nec inimicitiæ computantur in minis in ſacra Scriptura. Jam cum defectu aliquo, quando enim conjungitur cum commutabili quodammodo commutabilis, quando cum incommutabili fit incommutabilis. Sic ergo, &c. Unde *Matth.* 16. Abneget ſemetipſum. Hæc eſt enim regula dilectionis, &c. Hæc regula in nullo loco habetur in Biblia, ſed regulam diligendi proximum ponit ſecundum dilectionem noſtri, cum dicit: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Sed non determinat alicubi quomodo debemus diligere; ergo non ponit regulam diligendi proximum. Solutio: Diligere me motu amicitiæ eſt velle mihi bonum, & hoc eſt diligere illud ſummum bonum, ideſt Deum motu concupiſcentiæ. Regula autem diligendi Deum data eſt in *Deut.* 6. ex toto corde, &c. Unde in hoc data eſt regula diligendi noſmetipſos, & in hoc per conſequens regula diligendi proximum. Sed quæritur quare nullus hanc regulam diligendi Deum adimpleat: Solut. Super hoc diverſæ ſunt opiniones ſanctorum. Dicit enim *Auguſt.* quia non præcipitur ſic diligi ut hic impleatur, ſed ut ſciatur quo curratur, quia ad vitam æternam, in qua perfecte implebitur. Alii dicunt, quod imo in præſenti poteſt impleri. Et oriuntur hæ ſanctorum opiniones ex diverſa ſuppoſitione hujus nominis [totus] Alius enim ſumit ſecundum quod diſtribuit non ſolum inter partes principales, ſed etiam inter minutias, ut cogitationibus, deſideriis, affectionibus. Alii dicunt, quod diſtribuit tantum inter partes principales, ſecundum quod dicitur: Iſta comedit totum hunc panem, licet non comederit micas. Ex toto corde, &c. *Deut.* 7. *Matth.* 22. Pauci reſpectu aliorum. Deus omnia in omnibus. 1. *Corinth.* 11. Nullum mortale malum operatur. Per hoc patet, quod cum dicitur dilectio proximi malum non operatur, ly [malum] cum pondere intelligitur, ideſt, mortale. Sicut illud 1. *Jo.* 3. Omnis, qui natus eſt ex Deo, non facit peccatum. Et ſimiliter in *eodem* 5. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat. Vel, quia juſtus, &c. Ex hoc patet, quod in proximo diligitur aliud quam Deus, ſed tamen propter Deum. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Contra: Non vult ſibi malum, Sed dicendum: Vult ſibi malum, ideſt illud, quod malum ſibi, licet credat eſſe bonum ſibi, & ita odit effectu. Et quia dilectio non agit malum ſupple, & facit bonum, ergo, &c. Plene legem implet, ideſt facit omne illud, ad quod data eſt lex. Quid eſt quod poſſit deeſſe ad ſalutem? ſupple, quaſi dicat, nihil. Ex hoc ſumitur expoſitio illius *Jac.* 2. Qui offendit in uno, ideſt in charitate, omnium reus eſt. Cur ergo non dicimus, &c. Sed eodem modo quicumque habet quamcumque aliquam virtutem, habet omnes, ſed hoc potius dicitur de charitate, quia non poteſt haberi informis, alia autem poſſunt. Quanto autem minus, &c. Sed quid eſt hoc, non enim eſt idem virtus, & vitium, ſed intelligendum eſt ſicut illud ſupra. Quanto major eſt charitas, tanto minor eſt timor, ideſt, quidam uſus annexus timori, qui eſt timere pœnam. Similiter quanto minor eſt charitas, vel virtus, ideſt, quanto homo minus utitur charitate, tanto magis ineſt vitium, ideſt promptitudo ad uſum vitii, & priſtinæ converſationis. Decem præcepta habet. *Exod.* Bellum, quod fecit, *Gal.* 5. Caro concupiſcit. In occulto mentis. In aperto, ideſt operibus exterioribus: In ſpectaculo Dei, in judi-

A aio, Tangis,

a ſcio. Tangis, Adimplendo eoſdem decem chordas, &c. & ſic es citharista ſpiritualis. In hoc vero, quod occidis vitium oppoſitum, venator, & ſic ſimul citharista, & venator. Non accipies nomen Dei tui in vanum. *Exod.* 20. Sicut faciebat Arrius, dicens, Chriſtum puram eſſe creaturam: *ſupra* autem 8. dictum eſt: Vanitati creatura eſt ſubjecta.

D Crudelior ceteris beſtiis; ergo majus peccatum, quam ſuperbia, quæ eſt initium omnis peccati. Item *Jo.* 16. Arguet mundum de peccato, i. de infidelitate, quæ antonomaſtice major eſt, ergo majus, & ita crudelior ſolutio. Amor ſeculi dicitur crudelior beſtia non propter intentionem, ſed propter ampliationem, quia fere omnes involvit, & iterum, quia difficilius tollitur, quam aliud peccatum. Pro ſempiterna, *Coloſ.* 3. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, &c. Et cecidit beſtia impietatis. Hoc videtur falſum cum impietas ſit idem quod infidelitas. Solutio: Sicut pietas dicitur dupliciter, ita & impietas. Pietas uno modo eſt, quod Theoſebia, cui opponitur impietas, ideſt hæreſis, ſive infidelitas; quandoque dicitur pietas honor parentibus exhibitus, cui opponitur impietas, quæ eſt immiſericordia, ſic ſumitur hic. Aliud enim eſt non facere aliquid tale, ideſt non mœchari cum aliena. Aliud non petere alienam uxorem; ideo duo præcepta; &c. Sed ſimiliter aliud eſt occidere, aliud velle occidere, ergo debent eſſe duo præcepta. Similiter aliud eſt falſum teſtimonium perhibere, & velle perhibere. Solutio: quidam dicunt, quod quia proni ſumus ad res proximi concupiſcendas, ideo multiplicata ſunt præcepta contra hujuſmodi, in aliis non eſt ita pronus animus hominis, ut patet in eo, quod eſt occidere. Alii dicunt, quod cum dicitur: Non concupiſces uxorem proximi tui, prohibetur voluntas delectandi in uxore proximi ſine actu, ut in cogitando de illa cum delectatione, & oſculando, & tangendo, & hujuſmodi. Similiter eſt de voluntate furti. Unde non valet ad propoſitum objectio, ut ſimiliter debeat eſſe præceptum. Non concupiſces occidere, &c.

legis eſt dilectio. Et hoc *a* ſcientes tempus, quia hora eſt jam nos de *b* ſomno ſurgere. Nunc *c* enim proprior eſt noſtra *d* ſalus, *e* quam cum credidimus. Nox *f* præceſſit, dies *g* autem appropinquavit. Abjiciamus *h* ergo opera tenebrarum, & induamur

Ad litter. *a* Et hoc ſcientes] Ultima pars capituli, in qua oſtendit, quod pacem habebimus ad ſuperiores noſtros, ſi ſimus honeſtæ converſationis. Et ponit duas cauſas, quare debemus honeſte converſari. Eſt autem duplex littera: (Et hoc ſcientes,) hoc videlicet, (tempus) eſſe, ideſt opportunitatem. Et (hoc) videlicet (quia hora eſt,) per hoc, quod dicit, (tempus,) notatur opportunitas. Per hoc, quod dicit (hora,) notatur brevitas temporis. Per primum invitat ad ſpem; per ſecundum revocat a pigritia. (Tempus) *Eccl.* 3. Omnia tempus habent. *Gal. ult.* Ergo dum tempus habemus operemur bonum, &c. Quia *Jo.* 9. Venit nox, quando, nemo poteſt operari, videlicet poſt mortem (Hora eſt,) ideſt opportunitatem habemus, tamen brevis eſt. Propter hoc *Eccl.* 9. Quicquid poteſt manus tua, inſtanter operare, quia, &c. Quod ſi conſideret quis, implebitur in eo illud *Prov.* 4. Currens offendiculum non habebis. *b* De ſomno] peccati, & torporis, ideſt bene operando. De primo *Eph.* 5. Surge qui dormis, &c. Vita peccatoris ſomno comparatur. *Iſ.* 29. ubi legitur de phantaſtica comeſtione, ſic eſt delectatio peccati phantaſtica. *Pſ.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum, &c. De ſomno torporis. 2. *Reg.* 4. ubi dicitur, quod duo latrones, ideſt timor male humilians, & amor male inflammans interfecerunt Isboſeth dormientem, qui interpretatur vir confuſionis, per quem quilibet peccator intelligitur. Sed in bono exponitur de ſomno contemplationis, de quo *Jer.* 31. Et ſomnus meus dulcis mihi. *Cant.* 5. Ego dormio, & cor meum vigilat. Secundum hoc poteſt eſſe cohortatio ad viros religioſos. Et dicitur contemplatio ſomnus, quia ibi videt ſpiritualiter interiora tantum. Sed quando vult Dominus, quod ad activa evigilet, dicit (Scientes tempus, quia &c.) *c* Nunc enim) *Phil.* 4. Dominus prope eſt. Vel, ideo a ſomno peccati ſurgendum eſt, quia (Nunc) tempore gratiæ. *e* Quam cum credidimus.] ideſt, quam credant aliqui de nobis non conſiderantes quomodo aperta eſt janua miſericordiæ, quæ in ſabbato claudetur, ſicut habetur *Ezech.* 44.

d Noſtra ſalus,] ideſt tempore noſtræ ſalutis, ideſt mors, poſtquam debemus habere ſalutem. *Jacob. ult.* Confortate corda veſtra, quoniam adventus Domini appropinquabit. *Ib.* Ecce judex ante januam aſſiſtit. *Apoc. ult.* Ecce ego venio velociter. *f* Nox præceſſit,] Utitur more ſpeculatoris in fine noctis diem appropinquare videntis. (Nox) culpæ, infidelitatis, & ignorantiæ. De prima. 1. *Theſ.* 5. Qui dormiunt, nocte dormiunt. De nocte infidelitatis. *Eph.* 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino per fidem. 1. *Theſ.* 5. Omnes enim vos filii lucis eſtis, & filii diei ſumus non noctis, neque tenebrarum. De nocte ignorantiæ. *Sap.* 17. Una catena tenebrarum omnes erant colligati. *g* Dies autem] ideſt claritas: hæc eſt lux gratiæ, fidei ſcientiæ exorto ſole juſtitiæ contra tres prædictas noctes. *Pſ.* 111. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde, &c. *Iſ.* 9. Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, &c. Ergo propter omnia prædicta. *h* Abjiciamus, &c.] prædictarum. *Gloſſ.* Opera mala, &c. (Abjiciamus,) longe a nobis, tanquam vilia. (Tenebrarum) *Pſalm.* 81. Neſcierunt, neque intellexerunt, &c. *Prov.* 30. Si enim intellexiſſet,

Expoſitio Gloſſ. *a* Et hoc ſcientes, &c.] Proprior, ideſt magis debita. Contra: Sit quod in iſto poſt Baptiſmum non creverit charitas, tamen operatus eſt ſic aliqua opera, conſtat, quod non eſt magis dignus vita æterna quam ante, quia quantitas dignitatis attenditur penes quantitatem charitatis, quæ eadem eſt, etſi non eſt magis dignus ea, ergo non magis eſt eis debita. Sol. Magis debetur ei vita æterna, quia ex pluribus ei debetur, ſed non debetur ei majus, quia non eſt in eo major charitas, quam tunc eum tantummodo credidimus, ergo tunc per ſolam fidem fuimus digni vita æterna, & ita videtur, quod motus fidei ſine contritione ſufficiat ad ſalutem. Dicendum, quod ly (tantum) non excludit interiora, quæ ſunt motus liberi arbitrii, contritio & hujuſmodi, ſapere, diligere, ſed opera exteriora. Bona enim vita ſignum eſt, & cauſa ſalutis æternæ. Argumentum, quod meretur vita æterna ex condigno. Item ex hoc videtur per rationem Sacramenti, quod bona vita ſit Sacramentum, quia eſt forma viſibilis, & ſignum rei inviſibilis, ideſt futuræ gloriæ, & exiſtit cauſa illius. Dicendum, quod ratio illi Sacramenti eſt data tantum de Sacramentis Novi Teſtamenti, in quibus confertur gratia: in Sacramenti autem Veteris non confertur. Dicimus ergo, quod opera pœnitentiæ bene ſunt Sacramentum, ſed bona vita in quantum hujuſmodi non eſt Sacramentum. Nec ſequitur licet ſit ſignum & cauſa ſalutis futuræ, quod ſit Sacramentum, quia non eſt ſignum inviſibilis gratiæ, ſed gloriæ futuræ, quæ eſt inviſibilis gratia. Baptiſmus enim, &c. Ex hoc videtur, quod Baptiſmus non conferat gratiam cui debetur corona, ſed tantum dimittat culpam: Et præterea nonne omnibus baptizatis debetur corona, ideſt vita æterna? Sol. Baptiſmus confert veniam, & vitam æternam, non tamen in quantum coronam, quia corona proprie reſpondet victoriæ quæ eſt in certa ratione operum. 2. *Tim.* 2. Non coronabitur niſi qui legitime certaverit. Quia plus morti proximi ſumus, & ideo velociter debemus operari. *Job* 3. Quaſi effodientes theſaurum: Ibi *Greg.* Qui theſaurum effodit, tanto effodiendo obnixius laborat, quanto magis theſauro appropinquare æſtimat. *Hebr.* 10. Conſideremus invicem in provocationem charitatis. Vetus homo. *Eph.* 4. Deponite vos veterem hominem. *Col.* 3. Expoliantes vos veterem hominem. Fomes peccati, quia a fomite error & ignorantia nobis ineſt. Solut. Juſtitiæ. *Malach.* 4. *Sap.* 5. Propter interiectas cauſas, quas Apoſtolus poſuit, ſcilicet quia hora eſt, quia proprior eſt, quia nox præceſſit, dies autem appropinquavit. Opera mala, quæ ex tenebris ignorantiæ, &c. Contra: Tenebræ nihil ſunt; ergo non ſunt cauſa operum. Solutio: Sunt cauſa deficiens, non efficiens, ſicut cæcitas ejus, quod eſt ruere in foveam cæcum, cæcitas enim facit quod ille non dirigit greſſum ſuum: ſimiliter ignorantia facit, quod non dirigit greſſus ſuos, & ideo quando operatur, ruit ſpiritualiter, vel quæ tenebras amant. *Jo.* 3. Qui male agit, odit lucem. Item *Epheſ.* 5. Omnia quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur. *Job* 24. Oculus adulteri obſervat caliginem. Ad tenebras ducunt exteriores, de quibus *Matth.* 28. Tanquam ornamentum. *Jerem.* 31. Virgo Iſrael adhuc tympanis tuis in choro ornaberis, ideſt mortificatione carnis. *Cant.* 7. Quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum? ideſt virtutes, quæ ſunt caſtra, & arma viri ſpiritualis. Lux, ideſt fides, &c. In die fidei: ecce quod fides eſt dies virtutum, ideſt luxurioſis conviviis: hoc prohibet Apoſtolus; ergo comedere ad ſymbolum, & invitare ad comedendum eſt peccatum mortale. Solutio: Non prohibetur convivium niſi luxurioſum; unde prohibetur ſymbolum, quod fit ad luxuriandum, & ſimiles invitatio. *Nahum* 2. Sicut ſpinæ ſe invicem complectuntur, ſic &c. ideſt in pigritia dormientium.

Digitized by Google

a Qui autem] in fide & in conſcientia, putans quoſdam cibos immundos, & alios mundos. *b* Olus] de quo nullus dubitat, quin comedi poſſit. *Gl.* infirmus eſt qui timet caſus vitiorum: hic manducet olus, &c. *c* Is qui] omni indifferenter, ut quidam perfecti ex comeſtione magis apti ad ſerviendum Deo. *d* Non manducantem] abſtinentem. *e* Non ſpernat) dicendo, hypocrita eſt. *f* Et qui] eſſe guloſum. *Luc.* 7. *Matt.* 11. Venit Joannes non manducás neque bibens, & dicunt, dæmonium habet: venit filius hominis manducare, & bibere, & dicunt, potator vini eſt. *g* Deus enim illum] ideſt venit ut aſſumeret illum tanquam infirmũ medicus in cura ſua, & tu vis illum interficere male judicando. *h* Tu quis es] quis fecit te officialem ſuper proximũ tuum, ut judices eum, imo ut condemnes eum, etiam ſine teſtibus? *Exod.* 2. Quis conſtituit te principem, & judicem ſuper nos? Et *Act.* 7.

[illegible]

B

Qui *a* autem infirmus eſt, olus *b* manducet. *c* Is qui manducat, *d* non manducantem *e* non ſpernat: & *f* qui non manducat, manducantem non judicet; Deus *g* enim illum aſſumpſit. Tu *h* quis es, qui judicas alienum ſervum? *i* Domino ſuo ſtat, aut cadit; *k* ſtabit autem. *l* Potens eſt *m* enim Deus *n* ſtatuere illum. *o* Nam alius judicat *p* diem *q* inter diem, *r* alius autem judicat omnem diem. Unuſquiſque *ſ* in ſuo *t* ſenſu abundet. Qui ſapit diem, Domino *u* ſapit, & qui manducat, Domino manducat: gratias *x* enim agit Deo. Et qui *y* non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. *z* Nemo enim noſtrũ ſibi vivit, & nemo *a* ſibi moritur.

i Domino ſuo] Ut dictum eſt. Apoſtolus incepit ponere cauſas, per quas revocaret a pravo judicio. Hic ponit aliam cauſam, quia alii non ſpectant ad juriſdictionem noſtram. (Tu quis es) Et ſubdit: (Domino ſuo ſtat) Hoc legitur multipliciter. Uno modo ſic, ſtare dicitur hic quando habens gratiam perſeverat in bonis operibus; cadere, quando mortaliter peccat, quaſi dicat: Dominus ſuus, ſcilicet Deus habet judicare utrum ſtet aut cadat, vel (Stat) notitiæ Domini ſcilicet, qui ſolus novit, & non homo, utrum homo habeat gratiam, per quam ſtet, vel mortale peccatum, per quod cadat. Vel: [Domino ſuo ſtat:] ſicut ſi eſſet aliquis infirmus qui non poſſet, niſi ab iſto medico ſanari, diceretur: Ite infirmatur tibi, juxta quod Dominus *Pſ.* 50. dicit: Tibi ſoli peccavi. Ad primam expoſitionem pertinet illud, 1. *Reg.* 2. Dominus judicabit fines terræ. Et *Pſ.* 71. Deus judicium tuum regi da, &c. Similiter ſolus Deus ſcit utrum habeat gratiam. Unde *Jer.* 17. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile ab homine. Et ſubdit: Ego Dominus ſcrutans corda & renes. *k* Stabit] Stare poterit per gratiam licet ceciderit per culpam, & ideo non eſt tuum judicare ipſum. Et probat quod ſtare poterit. *m* Enim] quia *l* Potens eſt Deus) iterum poſt caſum. *n* Statuere illum.] *Pſal.* 59. Dominus erigit eliſos: Dominus diligit juſtos; *alibi*: Statuit ſupra petram pedes meos. *o* Nam alius] dixerat: Qui non manducat, &c. ideſt diſcernit inter comeſtionem, & cibaria. Et poſſet aliquis quærere, eſt, ne aliquis qui diſcernat? Reſpondet, ita: [Nam alius judicat] ideſt eligit. *p* Diem] ad abſtinendum.

q Inter diem,] ideſt inter aliquos dies. Et ratione propoſitionis ſumitur ly [diem] vel quaſi collective, vel quaſi pluraliter. *r* Alius autem] ideſt eligit, (omnem diem) eſſe abſtinendum. *ſ* Unuſquiſque] Alia ratio quare talem non debemus judicare, quia neſcimus ejus conſcientiam, qua intentione comedit vel abſtinet. *t* In ſuo ſenſu] in conſcientia. Tunc abundat in ea, quando ipſam dirigit, ut bona intentione faciat quod facit. 1. *Cor.* 2. Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis. Senſus autem dicitur abundare per ſimilitudinem aquæ, quæ quando abundat, exit alveum ſuum. Similiter abundat ſenſus, quando ratio egreditur ad dirigendum operatione. *Eccl.* 15. Replevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus. *Prov.* 3. Sapientia ejus eruperunt abyſſi, ideſt corda.

u Domino ſapit,] ideſt ad honorem cui in hoc ſe placere credit. *x* Gratias enim] Hæc eſt quarta ratio quare nullus debet judicare opera alterius. [Gratias agit] de cibariis quæ manducat. *y* Et qui] ideſt abſtinet [Et gratias agit Deo,] de hoc quod abſtinet, quod debet: quia bonum, quod facit, a Domino habet, qui ei dedit gratiam bene operandi. *z* Nemo enim noſtrum ſibi vivit,] quod eſt quando ſectatur voluptates, ſcilicet. *a* Et nemo ſibi moritur.] ſicut occidentes ſe ex deſperatione, Hæc enim eſt quinta ratio, quia ad Dominum pertinet quod comedit vel abſtinet quis; Vel (Nemo ſibi vivit) ſpiritualiter, ideſt non habet a ſe, quod vivat ſpiritualiter, ſed a gratia Dei, Aut [moritur vitiis, ſed hoc habet a Deo.

▲ *a* Sive A hæreſis eſſet. Loquitur ergo *Gl.* pro tempore illo. Unde hæreſis eſt dicere, quod non ſunt comedenda, quæ naſcuntur ex coitu: & quia in aliquibus partibus adhuc multi ſunt tales, excommunicentur, ſi non comedant carnes in die Natalis quando celebratur in die Veneris, vel Mercurii. Unde etiam tunc fingunt ſe abſtinere cauſa voti, ſed ſi diſcutiantur, inveniuntur aperte hæretici. Craſſitudo, &c. imo potius fabæ, quæ generant ventoſitatem, ex qua procedit libido. Sed dicendum, quod hæc ventoſitas cito tranſit a Dominio humano. *Gen.* 9. ex fructibus eorum. *Matth.* 7. Nolite ante tempus judicare. 1. *Corint.* 4. Si devotione hoc agit, ideſt propter Deum, & ne ſibi ſtare arroget, &c. quod qui facit propria virtute, & ſcientia credit ſe ſtare, & non Dei gratia. In dubiis, in indifferentibus, quæ poſſunt fieri bono, & malo animo. Diem interpoſitum inter diem, & diem. Ex hoc patet quod ly (diem) ſumitur collective vel quaſi pluraliter. Et propter hanc propoſitionem (inter) hic dicit *Ambr.* Sunt qui quarta feria non edendam carnem aſſerunt, ſunt qui ſabbatis, ſunt qui a Paſcha uſque ad Pentecoſten. A charitate, quæ eſt mater omnium virtutum recedat, ergo mater fidei; ergo eſt prior fide. Contra: Super illud *Matth.* 2. Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem Jacob. *Gl.* ideſt, fides ſpem, ſpes charitatem, ergo charitas eſt filia ſpei, & quaſi neptis fidei; non ergo mater. Item ſicut ſe habet fides ad motum ſuum, ita ſe habet charitas ad motum ſuum; ergo permutatim, ſicut ſe habet motus fidei ad motum charitatis; ita ſe habet fides ad charitatem: ſed motus fidei generat motum charitatis, quia dicit *Auguſt.* Inviſa poſſumus diligere, incognita nequaquam; ergo fides generat charitatem. Imo videtur, quod nulla virtus generat, quia dicit *Aug.* Virtus eſt bona qualitas, &c. quam Deus infundit in nobis; omnem ergo virtutem infundit Deus in nobis; ergo nulla generatur ab alia. Præterea omnes virtutes ſimul ſunt natura, quia qui habet unam, habet omnes; ergo nulla generat aliam. Sol. Etſi motus motum generet, non tamen habitus habitum. Unde non ſequitur, charitas eſt mater omnium virtutum, ergo generat omnes. Dicuntur enim virtutes ſibi invicem matres propter quædam quæ ſunt in matre reſpectu pueri, quæ eſt reperire in una virtute reſpectu alterius. Dicendum ergo, quod ſicut mater perficit puerum in nutriendo ipſum, ſimiliter charitas quæ movet ad opera: & ſic quaſi nutrimentum virtutum perficit virtutes, ſic eſt mater per educationem: humilitas vero per converſationem: fides autem eſt mater per directionem in operando. Ad illud fides generat ſpem, intelligitur de motibus. Ad illud, ſicut ſe habet fides ad motum ſuum, &c. ergo permutatim, &c. non ſequitur: Eadem enim ratione poſſet probari, quod vis rationabilis generat concupiſcibilem, quia ſicut ſe habet vis rationabilis ad actum ſuum, ita vis concupiſcibilis ad ſuum; ergo permutatim, &c. ſed actus vis rationabilis generat actus vis concupiſcibilis, eo enim quod cognoſcit quid delectabile, & bonum, appetit illud; ergo vis vim generat. Dicendum ergo, quod non tenet in rebus diverſorum generum: virtus autem, & motus ſive actus diverſorum ſunt generum, &c. Et ſicut ſe habet iſte homo niger ad ſuam nigredinem; ergo permutatim, ſicut ſe habet albedo ad nigredinem, ita iſte homo ad illum hominem; ſed hæc albedo, & illa nigredo ſunt diverſarum ſpecierum, ergo & illi duo homines. Qui abſtinet, Domino, ideſt ad honorem Domini facit. Contra: Qui facit aliquid ad honorem Domini largitatem ejus oſtendit: ſed hoc non facit qui abſtinet, imo potius iſte qui largiter comedit, ut ſerviat Domino.

Solutio: In hoc ſolo quod abſtinet: non honorat Deum; ſed in hoc quod amore Domini abſtinendo refrænat concupiſcentiam quæ Dei ſimilitudinem deſtruit in homine. Abſtinet ergo, ut in eo ſervetur Dei ſimilitudo, & ſic honorat Dominum. Nemo enim fidelium vivit ſpiritualiter, ſcilicet in virtutibus ſuis, ideſt ſuæ voluntati. Contra, nonne voluntarie operatur ſecundum virtutes; ergo ſuæ voluntati vivit. Solutio: Suæ voluntati, propriæ tamen intellige. Voluntas enim qua quis vivit ſpiritualiter in virtutibus, communis eſt voluntati Dei: quæ autem eſt ut deliciis vivat propria eſt ejus. Sed Deo qui legem dedit. *Philip.* 1. Mihi vivere Chriſtus eſt. *Gal.* 2. Vivo autem jam non ego, &c. Coronatur, ſi vivit in virtutibus: damnatur, ſi ſibi vivit. In cujus morte baptizati ſumus, ideſt ad ſimilitudinem mortis ejus, quia quaſi conſepelimur in aqua, *ſupr.* 6.

Expoſitio Gloſſ.

a Sive enim vivimus, Domino vivimus: ſive morimur, Domino morimur. *b* Sive ergo vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. *c* In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, *d* ut & vivorum, & mortuorum dominetur. *e* Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu *f* quare ſpernis fratrem tuũ? Omnes enim ſtabimus *g* ante tribunal † Chriſti. *h* Scriptum eſt enim: Vivo ego dicit Dominus, quoniã *i* mihi flectetur *k* omne genu, & *l* omnis lingua confitebitur Deo. *m* Itaque unuſquiſque noſtrum *n* pro ſe rationẽ reddet Deo. Non ergo amplius invicẽ judicemus, *o* ſed hoc judicate magis, *p* ne ponatis offendiculum fratri, vel *q* ſcandalum. *r* Scio & confido in Domino Je-

a a Sive enim] i. a Domino habemus. *b* Sive] ſcil. morimur, &c. Domini ſumus] ſervi. Eſt ſexta ratio. Vel (Domini ſumus) i. a Domino judicandi. *c* In hoc enim] ſeptima ratio. *d* Ut & vivorum, &c.] & ſi dominatur eis, habet eos judicare. Et loquitur contra quoſdam hæreticos, qui dicebant, quod tantum poſt hanc vitam habet Deus judicare homines non in vita præſenti. (In hoc,) i. ad hoc vel ad hoc ſignificandum. *e* Tu autem] ex quo Chriſtus retinuit ſibi judicium. *f* Quare, &c.] poſtquam judicaſti ipſum eſſe malum? *Iſ.* 33. Væ qui ſpernis nonne & ipſe ſperneris. *g* Ante tribunal Chriſti.] *Jo.* 5. Poteſtatem dedit ei judiciũ facere, quia filius hominis eſt, propter ea quæ geſſit in homine. *h* Scriptum eſt] *Iſ.* 45. Probat auctoritate illa quod debet Dominus judicare homines. *i* Mihi flectetur] ſubjicietur. *k* Omne genus,] tam boni, quam mali. *Phil.* 2. Ut in nomine ejus omne genu flectatur. *Pſ.* 9. Omnia ſubjeciſti, &c. *l* Omnis] lingua cordis, quod erit in judicio quando libri conſcientiarum aperientur. *Dan.* 7. Libri aperti ſunt, & judicati ſunt ex eis, quæ erant ſcripta in libris. *Apoc.* 20. Vidi mortuos magnos, & puſillos, &c. *m* Itaque unuſquiſque] Alia ratio, quia unuſquiſque potius ſe debet judicare, quam alium. *Luc.* 16. Redde rationem villicationis tuæ. 1. *Cor.* 11. Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur. *n* Pro ſe] & etiam pro aliis, qui prælati ſunt. *Jer.* 13. Ubi eſt grea, qui datus eſt tibi, pecus inclitum tuum? quid dices cum viſitaverit te Dominus? tu enim docuiſti eos adverſum te, & erudiſti eos in caput tuum. Sed ne videretur hic Dominus facere mentionem de gregibus ovium, vel aliarum beſtiarum dicit per *Ezech.* 34. quis ſit ille grea. Greges paſcuæ meæ homines eſtis. 3. *Reg.* 20. Cum tranſiret Rex clamavit ad eum Propheta, & ait: Servus egreſſus ad præliandum cominus, cumque fugiſſet vir unus, adduxit eum quidam ad me, & ait: Cuſtodi virum iſtum ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima illius, &c. *o* Sed hoc] diſcernite, eligite hoc. *p* Ne ponatis] ut pereat. *q* Vel ſcandalum.] aliquid unum poſſit contriſtari, & ſic occaſionaliter peccare.

Expoſitio Lit. ▵ Et nos ſemel, ideſt perfecte mortui. Sic noſtræ laudis non erit finis. *Iſ.* 51. Gratiarum actio, & vox laudis. *Pſ.* 83. Beati, qui habitant in domo tua, Domine, &c. Et dicit *Caſſiod.* quod laus erit vocalis, cui conſentit Eccleſia. Et nota, quod dicit *Aug. in lib.* 22. *de civ. Dei*: Ibi vacabimus & videbimus: videbimus & amabimus: amabimus & laudabimus. Et ſolet quæri cum viſio & amor ſint duæ dotes animæ, quare non erit laudatio tertia dos? Et dicitur quod habitus ſunt proprie dotes, non actus. Unde viſio & amor prout ſunt habitus, dotes ſunt: Laudatio autem proprie eſt actus ipſius viſionis, amoris vero ut excitantis, & ideo non facit laudatio aliam dotem a viſione: ſicut laudatio per carmina non facit aliam artem ab arte per quam fiunt illa carmina. Secundum hoc de malis ac bonis accipitur; ergo utrique judicabuntur. Contra: *Jo.* 3. Qui non credit, jam judicatus eſt; ergo Infideles non judicabuntur. Item *Pſ.* 2. Non reſurgent impii in judicio. Sol. Eſt judicium condemnationis, & eſt judicium diſceptationis. Utroque judicabuntur fideles mali, ſed infideles tantum judicio condemnationis. Unde jam judicatus eſt judicio condemnationis in parte, quia qui non credit, jam habet tenebras interiores, propter quas caret viſione Dei, quæ erit maxima pœna inferni. In die autem judicii judicabuntur quando projicientur in tenebras exteriores. Ad illud: Impii non reſurgent in judicio, verum eſt in judicio diſceptationis. Quare autem cum illis qui fidem habuerunt, fiet diſceptatio? Ad majorem pœnam, quia magis peccaverunt, quam infideles in eodem genere peccati. Habitum tamen eſt *ſup. ab Amb.* quod proderit eis, quia fidem habuerunt, quod verum eſt quantum ad hoc, quod non peccaverunt contra articulos quos crediderunt. Pretio ſanguinis. 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio magno, tanti emit, ut ſolus poſſideat dicit ibi, *Gloſ.* 1. *Petr.* 1. Non corruptibilibus, &c. Nec tenebit mors illum pro quo mortuus eſt; ſed pro omnibus mortuus eſt; ergo mors æterna nullum tenebit, contra *Pſ.* 48. Mors depaſcet eos. Sol. Mortuus eſt pro omnibus quoad ſufficientiam, non pro omnibus quoad efficientiam, & utilitatem. Unde pro quo, effective. Liber in mortuis, a cauſa mortis, ideſt a peccato. Hoc ſumptum eſt de *Pſ.* 87. Inter mortuos liber. Sed aliter nunc regnat, per ſpei certitudinem, tunc per rei apprehenſionem. Quæ ſurſum. *Col.* 3. Ita ut ſint in regno ejus, quando complebitur illa petitio. *Matth.* 6. Adveniat regnum tuum. Sed quæritur de hoc, quod dicit hic *Gl.* Poſtremo regnabunt cum illo ut ſint in regno ejus; ſed etiam modo ſic regnant, & ſunt in regno ejus, ideſt in regno militantis Eccleſiæ. Sol. Regnum appellat hic triumphantem Eccleſiam in qua perfecte regnat Chriſtus eo quod nullam ibi patitur contradictionem: in militante autem multas patitur contradictiones, & ideo non eſt ita proprie regnum Piorum, ideſt fidelium. Alioquin niſi eſſent de Eccleſia: nec ad altare Dei fieret memoria eorum. Ad litteram, orationes fiant pro fidelibus vivis, & mortuis in ipſa Miſſa. Vel hoc intelligitur quantum ad diviſionem hoſtiæ, cujus fiunt tres partes. Quarum una ponitur in ſanguine pro viventibus, quia ſanguis ſedes eſt animæ a qua eſt vita. Alia reſervatur donec poſt pro illis qui ſunt adhuc in Purgatorio, expectantes ſtolam animæ, & poſt ſtolam corporis. De hoc quod dicit poſt, modo non obſervatur. Tertia quæ ſumitur, ſignificat jam receptos in gloria, & regnantes. Et eſt argumentum, quod non valet Sacramentum altaris illis, qui non ſunt membra Chriſti, unde non valet illis, qui ſunt in inferno. Et nota totam *Gl.* ab illo loco. Animæ piorum mortuorum, uſque, membra ſunt ejus. Sed quæritur: ex quo defuncti ſunt, non ſunt; ergo non ſunt membra ejus. Præterea ſecundum hoc illi, qui ſunt in purgatorio, ſunt de Eccleſia. Contra: Non ſunt de triumphante, conſtat, & de militante quomodo ſunt? Et dicendum, quod adhuc ſunt de militante, large, militia enim non ſolum conſiſtit in impugnatione, ſed etiam in ſuſtinentia; ipſi autem ſuſtinent. Ad illud: Ex quo defuncti, &c. dicendum, quod licet non ſint, tamen ſunt membra ejus, Et eſt ſimilis objectio de iſto verbo: Tu es ſacerdos in æternum; ergo in triduo fuit homo, ſacerdotium enim hominis eſt. Sol. Sacerdos fuit, & tunc ratione characteris ſacerdotii, qui manſit in triduo in anima Chriſti: ſimiliter & homines dicuntur membra Chriſti, & Eccleſiæ. Facta captiva, neceſſitate moriendi, & neceſſitate peccandi. De cœlo miſit, *Pſ.* 143. in perſona humani generis: Emitte manum tuam de alto. Ne opus ejus periret, pro quibus mortuus eſt; ergo ſi Chriſtus non fuiſſet mortuus, quilibet homo periret æternaliter. Contra: Abraham & alii ſancti digni erant vita æterna; ergo eis redderetur. Et dicendum, quod non propter exceptionem contra originale. Reſurrexit ut juſtificatos ſecum vivere faciat; ergo reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ juſtificationis. Sed quæ cauſa? Et dicendum, quod ibi non dicit cauſam, ſed ſignum, ideſt reſurrectio Chriſti fuit ſignum noſtræ reſurrectionis ſpiritualis. Vel reſurrectio Chriſti eſt cauſa motiva noſtræ juſtificationis hoc modo: Ex hoc enim, quod credimus Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, accingimur ad bene operandum, ut & nos cum ipſo reſurgamus. Tu autem manducans omnia, non facis differentiam in cibis. Cauſas dijudicabit. Unde *Jer.* 29. Ego ſum teſtis, & judex. In *Iſ.* 45. In memetipſo juravi dicit Dominus, Et *inf.* Mihi curvabitur omne genu, &c. Non reprehendamus: ſic inhibetur judicium præſumptionis. Vel ſi aperta ſiat, &c ut de ſanitate deſperemus: ſic inhibetur judicium definitionis, Nota *Gl.* In his enim duobus, &c. Uſque ibi, nolite judicare. *Matth.* 7. *r* Scio & confido] Dehortatus eſt eos a cauſis diſcordiæ, quæ pacem mutuam impediunt, hic removet cauſam, & originem judiciorum, quidam enim converſi de Judæis dicebant quædam cibaria eſſe immunda, ſecundum quod præceperat Dominus, *Lev.* 11. Ubique: & ideo judicabant Gentiles, qui non diſcernebant in cibis: Gentiles e converſo dicebant eos judaizare cum Evangelio. Continua ſic: Dico ne ponatis offendiculum fratribus, & maxime in diſcretione ▵ ciborum: *Ad litter.*

Expoſitio Gloſſ. *r* Scio & confido, &c.] Abſolvit a lege quoad cæremonialia, Nihil commune, ideſt immundum per ipſum, ideſt poſt ejus adventum, ſecundum hoc negatio includit ly [per ipſum] ideſt, poſt ejus adventum factum eſt quod nihil commune ſit. Vel per ejus creationem, ſecundum hoc negatio includit ly [nihil] ideſt nulla res habet ex creatione immunditiam. Sed videtur hæc *Gl.* ſibi ipſi contraria. Ex hac enim ultima parte manifeſte patet, quod ante adventum ▵ Chriſti

Margin notes: *Jer.* 4. *De pœn. & re. cum et ore.* — C — al. † Dei. — *Iſa.* 45. *Phil.* 2. 23. q. 4. c. *Si quis a cath. & c. forte* 21. q. 3. § *item cum Paulus.*

ciborum quia (Scio, &) pro, i. (confido) confidebat enim Chriſtum eſſe finem legis; unde & jam legalia ceſſare; & ita non erat facienda ciborum diſcretio. *a* Quia nihil] Dupliciter legitur, quia negatio poteſt includere hanc determinationem (per ipſum.) Et loquitur more Judæorum appellantium commune immundum. Sic loquitur etiã Dominus. *Matth.* 15. Manducare communibus manibus non coinquinat hominẽ. Judæi enim, quia quibuſdam cibariis non utebãtur propter prohibitionẽ legis, propter quam pro immũdis habebãt: Gentiles vero eis communiter utebantur: propter hoc nomen communitatis ad immundum tranſtulerunt.

ſu, quia *a* nihil commune per ipſum, niſi ei qui *b* exiſtimat quid cõmune eſſe, illi commune eſt. Si enim propter cibum frater tuus cõtriſtatur *c* jã non ſecundum charitatẽ *d* ambulas. Noli cibo tuo illũ perdere *e* pro quo *f* Chriſtus mortuus eſt. Non ergo *g* blaſphemetur bonum noſtrũ.

Vel a vaſis ſumptum eſt, quæ cum ante ſanctificationem Tabernaculi in communes uſus eſſent ſanctificata Tabernaculo, ea non licebat in communes uſus transferre: unde illa ſancta dicebantur, & ea, in quibus communes uſus fiebant, immunda vocabantur: & ea hoc ſimiliter in cibis dixerunt communes eſſe immundos. Lege ergo ſic: (Nihil) i. nihil habet ex creatione, quod ſit immundum. Vel ut negatio excludatur a determinatione, i. per ipſum factum eſt, quando venit, quod nihil eſſet immundum, quia ipſe finis eſt legis: unde redierunt cibaria ad munditiam, quam ex creatione habuerũt. *b* Niſi ei] 1. *Tim.* 4. Omnis creatura Dei bona, &c. ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Sed contra, *Act.* 15. dicunt: Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, niſi ut abſtineatis ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: & ſcripſerunt ibi Apoſtoli converſis de Gentibus; ergo nos debemus ab his abſtinere, & hos cibos pro immundis habere. Ad idem ſuper *Ezech.* 44. Omne morticinum, & a beſtia captum de avibus, & pecoribus non comedant ſacerdotes. Ibi *Gl. Hier.* Juxta litteram, omni generi electo regali, & ſacerdotali, id eſt chriſtiano, quod unctum eſt oleo ſpirituali, hæc præcepta conveniunt, ut morticinium non comedant tam de avibus, quam pecoribus, cujus ſanguis effuſus non eſt, quod in *Act. Apoſt.* dicitur ſuffocatum: quæ neceſſario obſervanda Apoſtolorum de Jeruſalem monet epiſtola: & captum a beſtia, quia & ipſum ſimiliter ſuffocatum eſt. Et condemnat ſacerdotem qui in turdis, ficedulis, gliribus, & hujuſmodi, hæc aviditate gulæ non cuſtodiunt: quid eſt ergo quod dicit Apoſtol. Nihil commune? Sol. Quod dicit Apoſt. verum eſt ut jacet; licet enim omnia comeſtibilia comedere, niſi ſciantur eſſe contra ſalutem corporis. Ad id quod dicitur in *Act.* Reſpondemus, quod per illa verba voluerunt dicere Apoſt. illud ad *Tit.* 2. Sobrie, & pie, & juſte vivamus, in hoc enim quod eis prohibet fornicationem, intelligitur ſobrietas. In hoc quod cultum idolorum pietas. In hoc quod abſtinere a ſuffocatu, & ſanguine, juſtitia, id eſt, ut non occidant proximum, nec ei male faciant, Vel ad litteram, eis præceperunt abſtinere ab his, ut ſic pacem haberent cum converſis Judæis, quibus hæc erant abominabilia. Sed poſtea retractatum eſt ab Apoſtolis, licet non inveniatur ſcriptum, ſicut hic retractat Apoſt. Ad illud *Hier.* dicimus, quod hoc dicit, quia cum homo naturaliter abhorreat comedere reliquias lupi, & aliarum ferarum, vix poteſt eſſe quin hæc comedantur ea libidine, & non propter neceſſitatem. Unde patet in *fin. Gloſſ.* quod hoc dicit contra ſacerdotes, qui aviditate gulæ comedebant talia. (Niſi ei) *Gloſſ.* Apud iſtum infirmum immundum eſt, quod putat non eſſe edendum. *c* Contriſtatur] quod minus eſt, quam ſcandalizari. *d* Non] imo contra charitatem ambulas. Unde minus dicit, & plus ſignificat. *e* Perdere] id eſt occaſio eſſe perditionis. *f* Pro, &c.] tamen fecit (quod mortuus eſt.) *g* Non ergo] comeſtio noſtra, quæ in ſe bona eſt. Judæi enim videntes, quod Gentiles non diſtinguunt inter cibos, ▲ dicebant,

Expoſitio Gloſſ. ▲ Chriſti erant omnia cibaria in ſe munda. Quid eſt ergo quod alia pars dicit, quod per ejus adventum eſt, quod nihil commune ſit, id eſt immundum? Dicendum: etſi in ſe eſſent omnia munda, quædam tamen erant immunda a legis prohibitione: hanc removet, quia finem legalibus impoſuit. Unde hic *Gl.* Abſolvit nos a lege, id eſt, a legalium obſervatione. Tractum a vaſis. *Num.* 7. de vaſorum injunctione, & *Exod.* 30. Item de vaſis habetur 3. *Reg.* 7. Populus Dei. *Deut.* 7. peculiaris 32. Pars autem Domini populus ejus. *Exod.* 19. Eritis mihi in peculium de cunctis populis. Alii communes, & immundi. Unde Dominus loquens more Judæorum, ait *Matth.* 15. Non eſt bonum ſumere panem filiorum, &c. Cibos tamen dicebant eſſe mundos conceſſos ex lege. *Lev.* 11. *Deut.* 14. Dominus in Evangelio. *Matth.* 15. Eſt infirmus in fide, quia non credit quod ceſſent legalia, etiam poſtquam filius Dei venit, & paſſus eſt. De quo *ſup. eod.* Apud iſtum immundum eſt, quod putat non eſſe edendum: ſed non niſi, quia hoc dictat ei conſcientia, quæ conſtat erronea; ergo conſcientia erronea ligat. Ne ponas offendiculum, vel ſcandalum. Operatio vel dictum alicujus dicebatur offendiculum quando propter dictum, vel factum ejus aliquis fidem habens reſiliebat a fide, vel quando de hoc pœnitebat quod veneiat ad fidem, licet adhuc neque recederet a fide. Scandalum vero dicebatur quando per factum vel dictum alicujus, fides & ea quæ fidei ſunt, vertebantur in tædium. Et ſic patet, quod minus erat ſcandalizare aliquem, quam offendere, ut *ſup.* dixit *Gl.* In quo peccas, ſcilicet, quod non ambulas, ſecundum charitatem; ſed qui dat eleemoſynam, & non ex charitate, ſed naturali pietate non ambulat ſecundum charitatem; ergo peccat. Secundum hoc etiam videtur, quod quilibet teneatur facere ex charitate omne quod facit, quia quilibet tenetur non peccare, & ſi faciat, non ex charitate facit, ergo tenetur facere ex charitate quicquid facit. Item quia non ambulat ſecundum charitatem, peccat & mortaliter, quia de mortali loquitur *Gl.* Sed omnis, qui peccat venialiter, ambulat non ſecundum charitatem; ergo peccat mortaliter. Quod etiam aliter videtur, quia omne damnum ſpirituale in infinitum majus eſt damno temporali; ſed omne peccatum damnificat animam, quia non eſt malum, niſi quia adimit bonum; ſed qui furto damnificat proximum, id eſt in temporali re, peccat mortaliter; ergo cum quilibet teneatur ſe magis diligere, quam proximum, qui damnificat animam ſuam per veniale, mortaliter peccat. Sol. Qui non ambulat ſecundum charitatem, id eſt contra charitatem, ſicut illud *in eod.* Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt, id eſt quicquid eſt contra fidem; & ſic etiam intelligitur illud: Qui indevote orat, judicium ſibi poſtulat, id eſt, qui orat contra devotionem. Ad illud dicendum, quod qui peccat venialiter, vel etiam facit alium peccare venialiter, licet non ambulet ſecundum charitatem, tamen non ambulat contra charitatem. Ad illud: Quod omne peccatum damnificat animam, &c. Dicendum, quod iſte, qui facit alium nimis ridere, vel bibere ut inebrietur, non intendit eum damnificare, non enim intendit naturalia ejus diminuere; ſed ille, qui furatur temporale, intendit proximum damnificare; & propterea in eo, qui inebriatur, non ſemper neceſſe eſt, quod diminuantur naturalia, vel gratuita conſumantur, licet ad tempus ligetur ratio. Sed melius eſt dicere ſic: Peccatum non eſt peccatum, ratione damni in materia; quandoque enim plus peccat qui ſumit modicum quid, quam qui centum marcas; ſed eſt peccatum, quia ex libidine, & mortale, quia ex mortali; & veniale, quia ex veniali. Quia autem vult poſſeſſiones alicujus in uſus proprios, & dominium ipſo neſciente, vel contra voluntatem ejus transferre, non poteſt hoc facere niſi ex libidine mortali; qui autem inebriat alium, poteſt hoc facere ex libidine veniali. Quantum valeat ſalus fratris, id eſt quantum debemus diligere ſalutem fratris. Frivola facere, quod eſt diſtinguere in comedendo hoc vel illud. Per hoc nimirum cetera bona non obfuſcantur; ſed ut appellat nimirum veniale, aut intelligitur de mortali. Si minimum veniale, ſic non congruit auctoritas. *Ezech.* quam inducit ad confirmandum hoc. Si appellat minimum mortale; quomodo ergo verum eſt, quod ſi minimum cum ſit majus in infinitum omni veniali? Sol. Loquitur *Gl.* de mortali, quod dicit nimium, quia de re nimia, i. de cibo & potu. Unde in *Ezec.* 18. ſcriptum eſt: Quia nocet comeſtio, ſcil. Abſtine, quia non eſt cauſa regni Dei. Imo videtur: ſanctus comedendo poteſt mereri regnum Dei, & ad melius ſuſtinendum laborem pro Domino. Præterea hoc non intelligitur tantum de iſtis qui comedebant cum ſcandalo fratris, ſed & de illis qui abſtinebant; abſtinentia ergo non eſt cauſa regni Dei; quare ergo tantum commendatur in S. Scriptura, ut *Num.* 6. per totum de Nazaræis. Et *Jer.* 35. de Rechabitis, qui non bibebant vinum. Et *Luc.* 1. de Joanne Baptiſta: Vinum, & ſiceram non bibet. Sol. Comeſtio, vel abſtinentia dicitur non eſſe cauſa regni Dei, id eſt non eſt de neceſſariis ad regnum eſſe. Comedere enim non eſt ex ſe vel in ſe meritorium, nec abſtinere, & etiam non eſt in præcepto. Quod ſi eſſet pro nullius ſcandalo omitteres. Ex hoc videtur, quod illa, quæ non exiguntur ad ſalutem de neceſſitate vel non ſunt in præcepto, omnia debeant dimitti propter ſcandalum fratris. Ad quod facit *Gl.* ſuper illud *Matt.* 18. Quicumque ſcandalizaverit unum, &c. *ſup.* habita eſt. Sed ex hoc videtur, quod quilibet teneatur non repetere ſua, ſi credat hoc eſſe in ſcandalum illius, qui habet. Item teneor plus diligere animam proximi, quam meam; ergo ſi vehementer opprimor

a dicebant, ve catores ſunt, nihil credunt, & eſt hæc prima cauſa, quare ſcandalizantur. *a* Non eſt] Hæc eſt ſecunda cauſa, i. regnum Dei non acquiritur per cibum, vel potum. *Gl.* Non enim ciborum uſus, &c. *b* Gaudium] i. de donis Spiritus ſancti hilariter, & cum gratiarum actione accipiendo. Vel i. a Spiritu ſancto. *c* Qui enim] Bene dico, quod juſtitia veſtra, &c. eſt cauſa regni. *d* Qui enim ſervit) in his tribus, Chriſto. *e* Placet Deo,] per gaudium in Spir. ſancto. *f* Et probatus] i. approbatus. *g* Hominibus] ſecundum juſtitiam, & pacem. *h* Itaque] Redit ad principale remotis cauſis Judeorum, pro quibus pax impediebatur, & invitat concludendo ex prædictis ad pacem. *i* Ædificationis] i. confirmationis in bono.

a Non eſt enim regnũ Dei eſca, & potus, ſed juſtitia, & pax, & *b* gaudium in Spiritu ſancto. *c* Qui enim in hoc *d* ſervit Chriſto, *e* placet Deo, *f* & probatus eſt *g* hominibus. *h* Itaque quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ *i* ædificationis ſunt invicem, cuſtodiamus. k Noli propter eſcam deſtruere opus Dei. *l* Omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat. Bonum eſt *m* non manducare carnem, & non bibere vinum, neque

D

l Opus Dei.] *Gl.* per offendiculum ſcandalizando proximum. Nota *Gl.* Non propter porcum, &c. (Si enim) Oſtendit, quod propter abſtinentiam noſtram non debemus fratres noſtros ſcandalizare. (Non ſecundum) 1. *Cor.* 10. Si quis autem dixerit, hoc eſt immolatum idolis, nolite manducare propter illum, qui indicavit, ideſt, ne ille credat quod in honorem idoli manducetis. (Noli cibo tuo,) 1. *Cor.* 8. Si enim quis viderit eum, qui habet conſcientiam. *a* Non eſt] 1. *Cor.* 8. Eſca enim nos non commendat Deo. *Aug. in lib. 3. de doct. Chr.* Fieri enim poteſt, ut ſine aliquo vitio cupiditatis, vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſapiens utatur; inſipiens autem fœtidiſſima gulæ flamma inardeſcat, & ſanus quiſque maluerit more Domini piſce veſci, quam lenticula more Eſau nepotis Abrahæ, aut hordeo more jumentorum, non propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ, quia vilioribus aluntur eſcis; nam in omnibus hujuſmodi rebus non ea earum rerum natura, quibus utimur, ſed ea cauſa utendi, & modo appetendi, vel probandus, vel improbandus eſt, ſupple homo. *b* Sed juſtitia, &c.] eſt regnum Dei, ideſt cauſa conregnandi cum Deo. His tribus ordinavit nos ad proximum contra tria, quibus nos male habemus ad eum. Primum eſt non reddendo, quod ſuum eſt; ſecundum in auferendo, quod ſuum eſt; tertium non impertiendo, quod noſtrum eſt. Juſtitia reddimus ei, quod ſuum eſt; pace non auferimus; gaudio noſtrum communicamus. Hæc habentur in tribus præceptis. *Matt.* 7. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, &c. ideſt, reddite eis, quod ſuum eſt. *Tob.* 4. Non facias alii, &c. ideſt, non auferas ei, quod ſuum eſt. Item *Lev.* 19. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum, i. ſicut vis tibi communicare tua, ſic communica proximo. *e* Placet Deo,] ſicut Moyſes, de quo *Eccl.* 45. Dilectus Deo, & hominibus Moyſes. *h* Itaque] quia *Matt.* 5. Beati pacifici. *Pſ.* 33. Inquire pacem. Et alibi: In pace factus eſt locus ejus, ideſt in hominibus pacificis. *Heb* 12. Pacem ſequamini cum omnibus. *i* Et quæ ædificationis] verbo, & exemplo boni operis. 3. *Reg.* 5. Biblii præparaverunt ligna, & lapides ad ædificandum domum Dei. Biblii interpretantur litterati, vel librarii a libra. Hi ſunt præcipue prædicatores, quorum verba, & opera debent eſſe librata, & tunc cedunt in ædificationem aliorum. Sed per contrarium dicitur de eis in *Pſ.* 120. Quaſi in ſylva lignorum ſecuribus exciderunt januas, &c *Agg.* 1. Aſcendite in montem, ideſt converſationis eminentiam, portate ligna, & ædificate domum. k Noli] ideſt gratiam in proximo. Quod ſignificatum fuit, 2. *Mach.* 6. Eleazarus cogebatur comedere carnem porcinam, ſed noluit, & delatæ ſunt ei carnes licitæ ab inimicis ſuis, ut ab aliis crederetur comedere illicitas, & ſic evaderet. Qui reſpondit: Non enim ætatem noſtram, &c. Utinam a multis licitis ſic abſtinerent Theologi. *m* Bonum eſt, &c.] ſcandalum oriebatur inter Romanos, quia quidam indifferenter omnia comedebant coram aliis, & quia

A alii

Sup-ſtio Gloſ. A quod ſcandalizabitur ſi repeto mea, teneor non repetere. Item 1. *Cor.* 8. Si eſca ſcandalizat fratrem meum; non manducabo carnem in æternum. Item jejunare quarta feria quandoque eſt dimittendum propter ſcandalum ſocietatis, & hoc eſt bonum; ergo cum repetere ſua ſit indifferens, multo magis dimittendum. Item *infr.* dicit *Gl.* Et etiam bona ſunt dimittenda propter ſcandalum, ſi intelligitur hoc generaliter, ergo multo magis indifferentia; ſi tantum de neceſſariis ad ſalutem, non videtur, quia etiam veritas triplex non eſt dimittenda propter ſcandalum vitæ, doctrinæ, & juſtitiæ. Solutio, de neceſſariis ad ſalutem ſine quibus non eſt ſalus, non eſt dimittendum propter aliquod ſcandalum. Unde triplex veritas non eſt dimittenda: quod ſic eſt intelligendum, ideſt contrarium illius triplicis veritatis non eſt incurrendum, etſi ex hoc ſcandalizatur aliquis. Unde non eſt fornicandum propter ſcandalum alterius; vel comedendum ei, qui habet ex voto, vel præcepto; nec contrarium juſtitiæ judicandum, vel prædicandum: ſed quandoque poteſt differri, quod non fiat juſtum judicium, propter ſcandalum alterius, & ſimiliter, quod non prædicetur veritas doctrinę. Ad illud dicendum, quod illa dimitti debent propter ſcandalum, quorum utilitas recipit compenſationem, ut ſi utilitas dimittendi præponderet ſcandalo. Ad illud dicendum, quod bene poteſt quis repetere ſua, licet ſcandalizetur ille, a quo repetit, quia utilitas in repetendo præponderat ſcandalo, quia ſic conſervatur unitas Eccleſiæ, quæ ſcinderetur ſi invicem auferrent ſibi homines, & nullus repeteret. Ad illud Apoſtoli: Non manducabo carnem, &c. dicendum, quod tunc erat certum, & manifeſtum, quod multi recedebant a fide propter cibos, ſed modo non eſt ſic. Si autem probabiliter dictaret mihi conſcientia, quod ſi non comedo de tali cibo, non ſcandalizabitur, & ſi comedo, ſcandalizabitur, debeo abſtinere. Similiter de jejunio quartæ feriæ, niſi habeam de voto, vel præceptum ſit mihi quod hac die abſtineam, tunc enim eſt mihi quodammodo de veritate vitæ. Uſu eorum non acquiritur regnum Dei, ideſt uſus horum non eſt neceſſarius ad acquirendum. Non enim multum intereſt omnino, &c. imo multum, quia crapola etiam morbum corporalem generat. Et dicendum, quod *Gl.* ſeipſam ſolvit, cum addit: Pro valetudinis ſuæ neceſſitate. Scio abundare, *Phil.* 4. juſtificatur, ideſt probatur. *Matth.* 12. Ut fratris facias. *Matt.* 7. *Tob.* 4. Quæ eſt effectus juſtitiæ, ergo pax non eſt virtus, ſed effectus virtutis. Ad idem *in lib. de Civit. Dei* Pax eſt ordinatiſſima, & concordiſſima ſocietas fruendi Deo invicem, non eſt ergo virtus. Contra: Diſcordia eſt vitium; ergo concordia eſt virtus, & idem eſt concordia, & pax; ergo pax eſt virtus. Solutio: Pax non eſt virtus, ſed ſtatus, & effectus virtutis. Poſtquam enim quis diu exercitatus eſt in opere virtutum, habet pacem pectoris, & ad proximum. Sed concordia ſumitur dupliciter. Uno modo idem eſt quod pax, & eſt effectus manſuetudinis, ſicut habetur ſuper *Matt.* 5. & non eſt virtus Chriſtus, qui nulli ſcandalum fecit. Contra: *Iſ.* 8. Erit nobis in ſanctificationem; duabus autem domibus Iſrael in lapidem offenſionis, & petram ſcandali. Sol. *Matt.* 15. Scis, quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt; ergo Dominus eos non ſcandalizavit, quia ſcandalizare eſt dicto, vel facto minus recto alii occaſionem ruinæ dare: Ipſe autem nulli dedit, licet multum eo offenderint ſe, ſicut ſi aliquis percuteret ad parietem, paries non offenderet eum, ſed ipſe ipſum. In *Gen.* 1. Eſau lentes. *Gen.* 25. Judæi carnes. *Exod.* 16. Quid, ideſt manna dabat, &c. in quo inhiabat. *Num.* 11. Pluebas manna. *Exod.* 16. Et ut ſciremus: [ut] conſecutivum non cauſale, ideſt ex hoc ſcimus, quia creatura Dei non eſt in culpa, ſed inobedientia primi hominis. Creatura Dei omnis bona eſt. *Tim.* 4. Inobedientiam contumacem. *Deut.* 12. Non propter porcum, ideſt non propter delicatum cibum. Obſonii timeo, quod eſt cibus ſumptus contra ſomnum. Quod cibo eſſet uſui, ideſt, quod neceſſarium erat in uſu ciborum. Manducare. *Gen.* 9. Eliam cibo carne 3. *Reg.* 17. Unde ibi dicitur: Præcepi corvis, ut paſcant te. *Joan.* &c. *Matth.* 3. David propter aquæ deſiderium. 2. *Reg.* 23. & 1. *Paral.* 12. ubi habetur, quod cum David deſideraret aquam de ciſterna Bethlehem, quidam exponentes ſe periculo mortis per medium hoſtium attulerunt de illa aqua, David autem noluit bibere, dicens, quod pretium ſanguinis erat. Regem noſtrum non de carne, ſed de pane. *Matth.* 4. Scandalizatur, ideſt contriſtatur. Simile *ſup. eod.* Scandalum, ideſt contriſtationem. Et nota, quod offendiculum eſt, quando quis propter mala opera credentium recedit a fide ſuſcepta. Scandalum, ſive contriſtatio eſt, quando qui propter mala opera Eccleſiæ pœnitet de fide ſuſcepta, ſed tamen non recedit a fide. Infirmari autem dicitur quis quando propter mala opera credentium vertitur in tędium, tamen non recedit, nec pœnitet, ſed dubitare incipit ex hac dubitatione vertitur ei fideles in tędium. Quam, ſcilicet fidem: Nullus auferat, ideſt, cujus meritum nullus auferre poterit. Non coram

A abſtinente

a alii diſcernebant. Continua ſic: Dico quod omnia munda ſunt, & tamen bonum eſt non manducare carnem. Neque ſupple, facere aliquid. *a* In quo, &c.] *Gilibertus* expoſuit ſic hæc tria verba. *b* Offendit,] ut tardius credat. *c* Aut ſcandalizatur,] ut pereat. *d* Aut infirmatur.] ut de his quæ ad fidem pertinent, dubitet. Bonum eſt non comedere. Unde in 3. *l. de doctr. Chriſt.* Quiſquis autem rebus prætereuntibus reſtrictius utitur quam ſeſe habeant mores eorum cum quibus vivit, aut temperatus aut ſuperſtitioſus eſt; quiſquis vero ſic utitur eis ut metas conſuetudinis bonorum inter quos verſatur, excedat, aut aliquid ſignificat aut flagitioſus eſt. Aliquid ſignificat, hoc dicit propter Prophetas, qui quandoque ad præceptum Domini comedebant aliqua inconſueta, ad ſignificandum aliquid. Poſtea ſequitur: In omnibus enim talibus non uſus, ſed libido utentis in culpa eſt.

a in quo frater tuus *b* offendit, *c* aut ſcandalizatur, d aut infirmatur. *e* Tu fidem quam habes *f* penes temetipſum habe coram Deo. *g* Beatus qui non judicat ſemetipſum in eo quod probat. *h* Qui autem diſcernit *i* ſi manducaverit, damnatus k eſt, quia non ex fide. Omne *l* autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

C A P. XV.

DEbemus *m* autem nos firmiores imbecilitates infirmorum ſuſtinere,

e Tu fidem, &c.] Poſſet quis ſecure dicere, poſſum omnia comedere, quia perfecte credo omnia eſſe munda.

f Penes temetipſum, &c.] quaſi dicat, bene credis, tamen ex hac fide noli comedere ſic ut ſcandalizes proximum tuum qui abſtinet ab aliquibus. Unde *Gloſſ.* dicit: Coram Deo, non coram abſtinente ne ei noceas. *g* Beatus qui, &c.] Poſſet quis dicere: Romani gentiles erant, unde quia credebant omnia munda, poterant non indifferenter comedere, quod falſum eſt, quia Petrus a Paulo redargutus eſt eo quod cibaria diſcerneret, licet crederent omnia eſſe munda, habitans inter Gentes, *Gal* 2. Propter hoc addit: (Beatus qui, &c.] ideſt condemnat ſe facto, contrarium faciens verbis ſuis, quia *Prov.*6. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus, *Luc.*19. Ex ore tuo te judico ſerve nequam, *Prov.*13. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe obligat in futurum. Hic nota *Gloſſ.* Beatus qui non aliud facit, &c. *h* Qui autem diſcernit] quædam munda, quædam immunda, ideſt comedentem ſimpliciter facientia immundum. *i* Si manducaverit] cum illa conſcientia omnia indifferenter. *k* Damnatus eſt; quia non] manducat (ex fide. Non ex fide,) ideſt contra fidem, ideſt contra diſcretionem ciborum quam faciebant quæ eſt contra fidem quia recta fides non diſcernit in cibis, *Gloſſ.* contra fidem utique edit. *l* Omne autem, &c.] *Gloſſ.* omnis infidelium vita peccatum eſt.

Expoſitio Gloſſæ. A abſtinente, ideſt ad oſtentationem. Qui non facit ſe damnabilem in eo quod bonum eſſe judicat. Ille eſt beatus. Si aliquis ſimplex credit ſimplicem fornicationem eſſe bonum, & cognoſcit mulierem cauſa prolis, ergo talis beatus eſt. Contra: Peccat mortaliter. Sol. In eo quod bonum eſſe probat vel judicat ſecundum ſynderesim, aut per certam cognitionem, & veram; ſed talis per errorem phantaſiæ judicat ſimplicem fornicationem eſſe bonum. Sed illum proprio judicio cenſet fore damnandum, qui quod dicit ſe non debere facere, facit: ergo omnis peccans venialiter eſt damnandus, ſed nullus eſt damnandus niſi pro mortali: ergo omnis peccans venialiter peccat mortaliter. Solut. Hæc negatio (non) poteſt determinare hoc verbum (debere) & ſic falſa; vel ly (facere) & ſic vera, ideſt qui quod dicit ſe debere non facere, facit, damnandus eſt. Quod non eſt ex fide, ideſt quod eſt contra fidem, ideſt contra conſcientiam, & ſic negatio ſonat in contrarietatem. Similiter intelligendum eſt. Hæc eſt fides Catholica quam niſi quiſque fideliter firmiterque crediderit, &c. ideſt ſi aliquid de his diſcrediderit. Multi enim ſimplices ſunt qui non omnia illa quæ ſunt in illo ſymbolo credunt, & de multis iſtorum nunquam cogitaverunt. Quamvis enim fiat etiam quod bonum eſt, etſi non faciendum credatur, vel faciendum ut ſic peccatum eſt: ex hoc videtur aperte quod conſcientia erronea liget: ſed ſecundum hoc cum Deus pronior ſit ad miſerandum, ſi aliquis facit quod eſt ſecundum conſcientiam ſuam etiamſi ſit malum, debet remunerari. Præterea ſi faciat aliquid contra conſcientiam, licet ſit de genere bonorum peccat, ergo eadem ratione ſi ſecundum conſcientiam facit aliquid quod ſit de genere malorum, erit ergo ei meritorium: vel dicas, quare non? Item conſcientia erronea facit de indebito debitum, quare ergo non ſimiliter facit de illicito licitum? Et hoc videtur per illud, *Matth.*10. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet, ideſt ac ſi recepiſſet prophetam, ergo eadem ratione ſi faciat malum quod credit bonum, mercedem recipiet, & ſic conſcientia de illicito facit licitum. Sed quod conſcientia non liget, videtur, quia ſi quis tenetur ſequi conſcientiam ſuam erroneam, hoc eſt in præcepto: ſed ubi; nuſquam invenitur, quia nulla lex ligat ad impoſſibilia. Sed præceptum eſt: Non fornicaberis: ſit ita quod conſcientiam dicat alicui quod non: ſi ergo hæc conſcientia ligat tanquam præceptum Domini, jam lex Domini ligat paſtum ad duo oppoſita, & ita facit eum perplexum. Præterea conſcientia aut eſt liber, aut eſt ut doctor, ſed ſi liber aut doctor doceat erroneum nullus tenetur eum ſequi: ergo nullus tenetur ſequi ſimiliter conſcientiam erroneam. Item *Geneſ.* 22. Præcipit Dominus Abrahæ ut immolaret filium ſuum, ſed poſtea quando extendit manum ſuam ad immolandum eum, præcepit ei oppoſitum, & ita ſecundum præceptum revocavit primum, ſed conſcientia magis ligat quam præceptum Domini, ergo præceptum Domini evacuat conſcientia quæ eſt contra illud, ergo in tali caſu nullo modo tenetur quis ſequi conſcientiam erroneam. Solut. Quidam dicunt quod homo habens conſcientiam erroneam manente ea perplexus eſt, ſed non ſimpliciter; ſed in quantum eſt cum errore, & ita dicunt quod lex Domini ligat ad oppoſita non ſimpliciter, ſed cum errore conſcientiæ. Alii diſtinguunt quod quædam actiones ſunt formatæ, quædam deformatæ, quædam indifferentes: quod ſi conſcientia cadat ſupra actionem deformatam, ut eſt non debere Deo, non ligat, ſi autem cadat ſupra indifferentem, ligat. Si quæras ex quo præcepto dicunt? ex illo, *Joan.*4. Voca virum tuum, ideſt conſcientiam. Et *Iſa.*46. Redite prævaricatores ad cor. Alii dicunt quod nullus tenetur ſequi conſcientiam erroneam, tamen ſi facit contra conſcientiam, peccat, non quia contra conſcientiam, ſed quia facit illud ex libidine, & contemptu Dei, ex alio non poteſt facere ex quo dictat ei conſcientia contrariam. Ad illud: Deus pronior eſt ad miſerendum, &c. patet per hoc quod dicitur hoc in *Gloſſ.* Ignorantia quæ eſt ex culpa nocet. Ignorantia enim habet inducere malum non bonum, ſed potius excludere. Per hoc etiam ſolvitur ad ſecundum. Ad illud: Conſcientia facit de indebito debitum, ſecundum ultimam reſponſionem dicendum eſt quod falſum eſt, ſecundum ſecundam diſtinguendum eſt de indebito debitum, ideſt de illo quod debet non fieri facit debitum, falſum eſt, vel, ideſt de illo quod non eſt debitum fieri ut indifferens, facit debitum fieri, ſic verum eſt, & ſolvo ut prius quod ignorantia bonum non inducit. Vel non ſit faciendum ut ſic, peccatum eſt, ergo ſi quis orat ſine devotione, cum credat eſſe orandum cum devotione, mortaliter peccat. Sol. (Faciendum) duo verba includit in ſe debere & facere, ſi ergo negatio determinat (debere) falſa eſt, ſi autem (facere) vera eſt. Poſtea nunquam credit: quia infideliter agit, quaſi dicat, non ex ipſa comeſtione peccat, ſed quia credit cibaria eſſe immunda, quod eſt contra fidem, eo quod Chriſtus finis eſt legis. Omnis infidelium vita eſt peccatum. Contra: Multa faciunt indifferentia & ex naturali pietate, quantum dant eleemoſynas. Sol. Eſt peccatum, ideſt cum quodam defectu. Sed videtur quod non poſſit ſtare hæc ſolutio quia ſequitur: Omnis infideliter vivens vel agens vehementer peccat. Ideo poteſt dici quod intelligitur proprie omnis vita infidelium quantum infidelium, & ſic vita infidelium eſt agere contra regulam fidei, ſi autem agat indifferens, vel det eleemoſynam ex naturali pietate, non eſt actio infidelis in quantum infidelis, ſed eſt ejus in quantum hominis. Prima tamen expoſitio probabilis eſt & poteſt confirmari per hoc quod additur in *Gloſſ.* Nihil bonum eſt ſine ſummo bono, ecce defectus.

28. q. 1. §. 1. cap. ſic in princip. De præſcript. ſin. de reſt. ſpol. c. litteras.

E X P O S I T I O C A P. XV.

DEbemus,] in prima parte Capituli hujus hortatur eos ad gratiarum actiones. Secundo de ſtatu ſuo & quorundam aliorum interſerit, ibi [Audacius autem, &c.] Tertio ſalutationem quorumdam perſonarum ſpecialiter ſubnectit, ibi: [Salutate Priſcam, &c.] In prima ergo parte hortatur eos ad gratiarum actiones. Primo quia Deus dedit eis fluenta Scripturarum ad inſtructionem & conſolationem ibi: [Quæcumque enim ſcripta ſunt. Sed primo hortatur eos non quærere propriam voluntatem, ſed magis voluntatem Dei & proximi. Dicit ergo: *m* Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmiorum ſuſtinere, &c.] quod ſignatum eſt 3. *Regum* 5. ubi dicitur quod Salomon poſuit in fundamento Templi lapides grandes etiam pretioſos & quadratos. Item *Gal.*6. Alter alterius onera portate. *Epheſ.*4. Obſecro vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione
A qua vocati eſtis

Expoſitio Gloſſæ. *m* Debemus autem, &c.] Sed nos infirmitates debemus ſuſtinere. Contra. Hoc eſt Prælatorum quia ſunt columnæ Eccleſiæ. Solut. Sicut in Eccleſia materiali non tantum co-

lumnæ

a qua vocati eſtis, cum humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes invicem in charitate. *a* Et non nobis placere.] *Gl.* Ille ſibi dicitur placere, &c. *b* In bonum] quod utile eſt. *c* Ad ædificationem.] ſelume. Nos firmiores, &c. Vel (Placere in bono ad ædificationem) proximo, 1.*Cor.* 10.

& *a* non nobis placere. Unuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat *b* in bonum *c* ad ædificationem. Etenim Chriſtus *d* non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt: *e* Improperia *f* improperantium tibi ceciderunt ſuper me. *g* Quæcumque enim ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt *h* ut per patiētiam, *i* & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. *k* Deus autem patientiæ, & ſolatii det vobis *l* idipſum ſapere *m* in alterutrum *n* ſecundum Jeſum Chriſtum, *o* ut unanimes uno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti. *p* Propter quod ſuſcipite invicem *q* ſicut, & Chriſtus ſuſcepit vos in honorem Dei. Dico enim Chriſtum Jeſum *r* miniſtrum fuiſſe circumciſionis propter veritatem Dei ad confirmandas promiſſiones Patrum: *ſ* Gentes autem *t* ſuper miſericordia honorare Deum ſicut ſcriptum eſt: Propterea *u* confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe ejus. Et iterum: Laudate *x* omnes *y* Gentes Dominum, & *z* magnificate eum omnes populi. Et rur-

ſine offenſione eſtote Judæis, & Gētibus ſicut &c. i. ſic placeas ut ex placentia tua ædificet proximos. *d* Non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum, *Gl.* dicit, Deo patri. *e* Improperia] in verbis, & factis. *f* Improperantium tibi] quia *Jo.* 5. Qui non honorifi-
B cat filium, non honorificat patrem qui miſit illum. *g* Quæcumque enim ſcripta ſunt] Ecce quod primo hortatur eos ad gratiarum actiones quod Deus dedit ei fluenta Scripturarum. Secundo quia hoc ipſum donum Dei eſt, i. agere gratias, ibi (Deus autem.) Tertio hortatur ut honorent Deum in membris ſuis, ibi (Propter quod ſuſcipite.) Quarto oſtendit Judæos ſpecialiter debere gratias agere Chriſto, quia ſpecialiter & perſonaliter miſſus fuit ad eos ibi (Dico enim.) Quinto oſtendit debere gratias agere Deo maxime, quia de pura miſericordia juſtificavit eos per Apo-
C ſtolos, ibi [Gentes autem.] Sexto probat hoc auctoritatibus Prophetarum, ibi [ſicut ſcriptum eſt, propter hoc, &c.] Septimo orat. Ut Deus eis conferat gratiam ad agendam gratias, ibi [Deus autem ſpei.] Octavo oſtendit ſe confidere quod ita facient, ibi [Certus ſum.] Uſque ibi durat prima pars capituli. Dicit ergo: *g* Quæcumque] Sic continua: Dicit ſicut ſcriptum eſt, & quare ſcriptum eſt? [Quæcumque enim ſcripta ſunt [de Chriſto] ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt,] Chriſti enim vita vitæ noſtræ & morum eſt diſciplina, dicit *Gloſſ.* *h* Ut per patientiam Scripturarum] quam docent Scripturæ loquentes de patientia Chriſti & SS. *i* Et conſolationem,] *Gloſſ* ideſt: Ut per ea ſcripta doceamur pati pro proximis, & conſolemur in eo per exemplum Chriſti, i. ita ſperemus quod Chriſtus accepit.

k Deus autem patientiæ,] Oſtendit quod gratiarum actio donum Dei eſt. Deus dator patientiæ, 2 *Cor.* 1. Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti qui conſolatur nos, &c. *l* Idipſum, i. unum & idem. *m* In alterutrum] i. ut unus ſapiat quod alter ſapit. Et hoc *n* Secundum Jeſum] ideſt ſecundum fidem & doctrinam ejus. *o* Ut unanimes uno ore honorificetis] i. ut mentis unitate & oris confeſſione reddatis gratias Deo, *ſup.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem, &c. *p* Propter quod] Oſtendit quod debemus Deum honorare in membris ſuis. *q* Sicut, & Chriſtus ſuſcepit nos] ſicut medicus ægrotos. Unde *Aug.* Venit ad nos magnus medicus, quia in mundo magnus jacebat ægrotus. Quando offertur alicui cura Parochiæ, dicit illud, *Iſa.* 3. Non ſum medicus & in domo mea non eſt panis: Sed non ſic quando offertur Epiſcopatus vel præbenda; cui dicendum eſſet illud, *Luc.* 4. Medice cura teipſum. Item Chriſtus ſuſcepit nos fugitivos *Pſ.* 89 Dominus refugium factus eſt nobis, *Iſa.* 16. Moab eſto latibulum eorum. Item Chriſtus ſuſcepit nos pœnam pro peccatis noſtris ſuſtinendo, 1. *Petr.* 2. Portavit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum. Sic debet unus pro alio ſuſtinere laborem. *r* Miniſtrum fuiſſe circumciſionis] ideſt Judæorum quibus propriæ miſſus fuit, ſicut ipſe dicit *Matth.* 15. *ſ* Gentes] Reſume. Dico Gentes debere honorare Deum. *t* Super miſericordia] ideſt de miſericordia. *u* Confitebor tibi] ideſt faciam quod Gentes confitebuntur tibi, dicit filius ad patrem. *x* Laudate omnes] Incepit oſtendere auctoritatibus quod Gentes maxime tenentur ad agendum gratias Deo: *y* adhuc immoratur in eodem. *y* Omnes Gentes] quia ad omnes Gentes miſſi ſunt prædicatores. Unde *Iſa.* 35. Lætabitur deſerta & invia exultabit ſolitudo & florebit quaſi lilium. Deſerta ſine fructu operis, ſola, a Dei gratia: invia prædicatoribus, *Iſa.* 44. Jubilate extrema terræ, ideſt, o vos Gentes quæ dicuntur extrema, quia Judæi erant quaſi in umbilico terræ. *z* Magnificate] i. magnum oſtendite, *Pſ.* 35. Magnificate Dominum mecum, &c. Vel [magnificate,] i. magnificabimini in eo, vel ab eo quia *Caſſiod.* dicit ſuper illud: Accedat homo ad cor altum: Deus enim non in ſe, ſed in corde hominum grandeſcit, *Luc* 1. Magnificat anima mea Dominum. Et iterum, *Iſa.* 11. ubi nos habemus. In die illa exurget radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabuntur, *Sept.* habent ſic, Jeſſe qui conſurget ut princeps ſit Gentium, in ipſum Gentes ſperabunt, & erit requies ejus honor. Apoſtolus autem nec verba noſtra, nec verba Septuaginta accepit, ſed ſenſum utriuſque translationis, dicens

a Erit]

A lumnæ ſuſtinent, ſed unus lapis alium lapidem, ſimiliter debet eſſe in Eccleſia, in eis qui non ſunt Prælati, ut etiam mutuo ſe ſupportent. Invicem curam agere debemus ex officio charitatis non dignitatis, prælati ex utroque. Non veni facere voluntatem meam, *Jo.* 6. Ejecit malos de templo, *Jo.* 2. *Matth.* 21. Speluncam latronum, *Hier.* 7. Peccata peccantium in Deum ceciderunt ſuper Chriſtum, ideſt Paſſiones quas intulerunt peccata eorum. Quaſi blaſphemus: Non eſt hic homo a Deo, *Jo.* 9. Scripta ſunt de Chriſto in divinis libris. Ex hoc patet, quod hoc nomen [Scriptura] ſimpliciter dictum nomina Sacram Scripturam. Unde ſuper illud: Ad *Tit.* 1. Cretenſes ſemper mendaces, &c. dicit *Gloſſ.* Cum tacitis nominibus dicit. Sicut ſcriptum eſt ea, ſcriptura intelligitur in qua eſt auctoritas Dei. Unde, de quibus divinis Scripturis: dicit *ſup.* ſicut ſcriptum eſt, intelligens Sacram Scripturam. Pati pro proximis, 1. *Joan.* 3. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus noſtris animas ponere. Speremus quod Chriſtus accepit, i. conſimilem immortalitatis ſtolam. Sapere idipſum, ut ſitis ſine ſchiſmate. Indifferenter; geminatio pronominis eſſentiæ indifferentiam notat, ideſt per hoc notat unitatem voluntatum, & ſenſuum, ſicut *Act.* 4. Multitudinis credentium, &c. Qui eſt Deus eſſentia, non adoptione, vel nuncupatione ſola. Pater Chriſti natura, & noſtri gratia æquivoce ſumitur nomen patris, pater Chriſti natura, ſic eſt relativum: noſtri gratia pater, ſic eſt nomen eſſentiæ, & tota Trinitas pater eſt, noſtri gratia, *Matt* 6. Pater noſter qui es in cœlis. Hanc diverſitatem notavit Dominus, quando dixit diviſim Apoſtolis: Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, *Jo.* 20. Suſcepit infirmos, 1. *Theſ.* *ult.* Ut eſſet miniſter eorum & Apoſtolus imo videtur, quod eſt Gentium, quia de ipſo dicitur, *Abd. in prin.* Legatum ad Gentes miſit. Sol. Fuit Apoſtolus, & legatus Judæorum in propria perſona, ſic intelligitur quod hic dicitur: per Apoſt. autem fuit legatus Gentium, ſic intelligitur illud, *Abd.* Unde *Matt.* 15. Non ſum miſſus niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael. In ſemine tuo, *Gen.* 22 Orietur ſtella, *Num.* 24. Veritas, i. promiſſorum impletio facta. Exhibita, &c. Gentibus quibus nulla promiſſio facta erat. Contra *Pſ.* 86. Memor ero Raab, & Babylonis, &c. i. reducam ad memoriam illis, qui ſciunt me, miſericordiam quam facturus ſum Gentibus: hæc eſt ſententia, *Gloſſ.* In hoc ergo verbo videtur gentibus eſſe promiſſio. Item illud: *Iſa.* 54. Lætare ſterilis, quæ non paris, dicitur Gentibus: Propterea in expoſitione illius tituli, *Pſ* 86. Fundamenta ejus in montibus ſanctis, dicit *Aug.* Vere vel vero Iſraeli promiſſus eſt Chriſtus, i. univerſis fidelibus. Sol hujus habetur, *ſup. eundem locum Pſal.* Gentibus autem nihil promiſſum erat, ſed in Prophetis de fide ipſorum dictum erat, non ipſis dictum erat, ſed de ipſis: ſicut ſi aliquis diceret mihi, dabo tibi præbendam, facta eſſet mihi promiſſio de præbenda, ſi autem alii diceret, dabo illi præbendam, non: ſic dictum eſt Judæis, quæ facturus erat Dominus Gentibus. Ad illud *Aug.* Promiſſus eſt Chriſtus univerſis fidelibus, ſubintelligitur habendus, cujus determinatio eſt ly [univerſis fidelibus.] Ad lapidem angularem, ideſt, Chriſtum, 1. *Cor.* 10. & *Iſa.* 28. *Ephes.* 2. 1. *Petr.* 2. Gentibus miſericordia præſtita eſt, impleta veritas in Iſraelitis. Contra, *Pſal.* 24. Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Ibi, *Gloſſ.* In omni opere Dei eſt miſericordia, & veritas. Solut. Ibi large ſumitur veritas ad promiſſionem, ad debiti redditionem, & ad congruentiam, & proſiſ operationem. Hoc ult. modo fuit veritas ab operibus creationis mundi: hic autem ſumitur ſtricte pro adimpletione promiſſionis, & hoc modo

A non eſt veritas

Expoſitio Gloſſ.

Digitized by Google

A *a* Erit] dupliciter. Primo ſecundum quod (Jeſſe) eſt nominativi caſus. *b* Jeſſe erit radix] cujuſdam arboris quæ fuit David; virga, B. Virgo; fructus, Chriſtus. *c* Et qui exurget] a mortuis erit ex illa radice. *d* Regere Gentes] in fide & bonis operibus. Et nota quod dicit prius [Exurget] quia non niſi poſt

ſus Iſaias ait. *a* Erit *b* radix Jeſſe: *c* & qui exurget regere *d* Gentes, in eum Gentes *e* ſperabunt. Deus *f* autem ſpei repleat vos omni *g* gaudio & pace *h* in credendo, ut abundetis *i* in ſpe & virtute *k* Spiritus Sancti. Certus *l* ſum autem fratres mei, & ego ipſe de vobis quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti *m* omni ſcientia, ita ut poſſitis *n* alterutrum monere. Audacius *o* autem ſcripſi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam *p* vos reducens, propter *q* gratiam quæ data eſt mihi a Deo, ut ſim miniſter *r* Chriſti Jeſu in Gentibus ſanctificans *ſ* Evangelium Dei, ut fiat oblatio *t* Gentium accepta, & ſanctificata in Spiritu ſancto. *u* Habeo igitur *x* gloriam *y* in Chriſto Jeſu ad Deum. Non *z* enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me *a* non efficit Chriſtus in obedientiam *b* Gentium verbo *c* & factis, *d* in virtute *e*

reſurrectionem converſæ ſunt Gentes. *e* Sperabunt] & ſic laudabunt.
Iſa. 11. Vel Jeſſe genitivi caſus. *b* Radix] ipſius Jeſſe in quantū Deus, quia ſicut arbor quicquid habet humoris, habet a radice & ſuſtentatur ab ea: ſimiliter omnis humor gratię a Chriſto & ſuſtentat nos faciēdo perſeverare. Unde *Heb.* 1. Omnia portans verbo virtutis. *c* Et qui exurget] *Iſ.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, i. B. Virgo: & flos, i. Chriſtus. *d* Regere
D Gentes] *Pſ.* 2. Dabo tibi Gentes hereditatem tuam, &c. reges eos, &c. *Ezech.* 34. Suſcitabo ſuper eas paſtorem unum qui paſcet eas ſervum meum David. *e* In eum Gentes ſperabunt.] *Gen.* 49. Ipſe erit expectatio Gentium. *f* Deus autem] Orat ut Deus det eis gratiam, dicens [Deus autem ſpei] dator ſcilic. vel in quo eſt ſumme ſperandum. *g* Omni gaudio] i. perfecto. *h* Pace] concordia, ut unum credatis. *i* Ut abundetis in ſpe] quaſi, repleti perfecto gaudio. Gaudium enim ſpirituale lætificat hominem de habenda æterna beatitudine. *k* Et virtute] quaſi, repleti pace, ideſt concordia quæ facit animam fortem contra tentationem, vel utrumque ad utrumque *Iſa.* 30. In tympanis & in citharis & in bellis præcipuis expugnabit eos. *Nehem.* 8. Gaudium eſt Domini fortitudo noſtra. [Pace] i. concordia in credendo. 1. *Cor.* 1. Ut idipſum dicatis omnes & non ſint in vobis ſchiſmata. *Eph.* 4. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma. [Ut abundetis in ſpe] per gaudium & pacem. *l* Certus ſum] *Rom.* 8. Certus ſum, quia neque mors, neque, &c. Hæc eſt ultima pars primæ partis capituli in qua laudat eos quia increpaverat eos, ne credant Apoſtolum deſperare de eis. Simile *Heb.* 6. poſtquam quam multum increpavit eos, ſubjungit: Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora & viciniora ſaluti, tametſi ita loquamur. Hujus rationem ponit hic *Gl.* Per hanc laudem provocat eos ad meliora more exhortantis, qui enim videt ſe laudari, laborat ut vera ſint quæ dicuntur. *m* Omni ſcientia,] i. perfecta. *n* Ut poſſitis alterutrum monere.] q. d. Non indigetis ut alius vos multum moneat nec quod doceat: ſcientia neceſſaria eſt ne increpatio exorbitet: dilectio neceſſaria eſt ne excedat, ſed ex compaſſione corrigat. Unde *Ezech.* 3. dicit quod ipſe devoravit librum & amaricatus eſt venter ejus. In quo innuitur ſcientia & dilectio ex qua oritur compaſſio. Nota hic *Gl.* Hoc enim ſolet moneri quod cum ſciatur, aliquando ſubterfugit animo, aut negligenter habetur.

Expoſitio Gloſſæ. A non eſt veritas in omni opere Domini. Velut oves adduxit. *Jo.* 10. Alias oves habeo, & illas oportet me adducere ad ovile. *Iſa.* 66. Lætamtai cum Jeruſalem omnes qui diligitis eam. Et *inf.* Annunciabunt gloriam meam in Gentibus. Unum ovile; *Jo.* 50. Unum eſtis, i. una Eccleſia. Omnes populi ſcilicet xii. tribus. Hoc dicit propter illud. *Deut.* 32. Conſtituit terminum populorum juxta numerum filiorum, i. quia a duodecim filiis Jacob exierunt duodecim populi. Jeſſe appellatur in fine Ruth, Iſai. dictus eſt. 1. *Reg.* 15. per totum. Erit radix, imo fuit; ſed loquitur Propheta pro tempore ſuo in quo adhuc erat hoc futurum quoad fructum radicis hujus. Gaudio ſpirituali, *ſup.* 14. Gaudium & pax in Spiritu ſancto. Dolere in lite, i. in contentione & mutua diſceptatione pro ciborum diſcretione. Pace habita in credendo. Videtur quod potius debuit dicere in diligendo, quia dilectio proprie facit pacem, & concordiam. Sol. Ipſi diſcordabant in eis quæ erant fidei, & ideo maxime indigebant concordia fidei. Si ſit ſana fides, i. ſi bene credatis de ſtatu univerſalis Eccleſiæ. Certus ſum, certitudine ſpei, & vehementis præſumptionis. Qui laborat in aliis. Unde inferius in *hoc cod.* Cum repleverim Evangelium ab Jeruſalem per circuitum uſque Illyricum mare. Repleti ſcientia. Contra: 1. *Cor.* 8. Scientia inflat; ergo non replet. Solut. Scientia quæ eſt donum Spiritus Sancti replet proprie & per ſe, licet per occaſionem inflet: charitas tamen non per tantam occaſionem, per quantam ſcientia, quia ſcientia magis manifeſtat ſe in corde hominis quam charitas. Nemo enim ſcit utrum dignus ſit amore an odio: unde major videtur ſcientia ſua cuilibet quam charitas. Scientia omni, ideſt, Veteris, & Novæ legis: ergo omnis
ſcientia continetur in Veteri, & Novo Teſtamento, non Eccl. 9.
eſt ergo ſcientia moralis, rationalis, phyſica, nec metaphyſica. Sol. Scientia Veteris, & Novi Teſtamenti per antonomaſiam dicitur ſcientia; aliæ autem quaſi umbra ſcientiæ ſunt. Unde *Hier.* Litteras neſcit qui ſacras ignorat. Et *Iſa.* 19. Et erit viſio omnium quaſi verba libri ſignati, hæc eſt Sacra Scriptura; & dabitur liber ſcienti litteras, i. magnis philoſophis Gentium, & dicet, neſcio litteras. Tunc enim perceperunt quod nihil ſciebant. Niſi culpa noſtra remaneat, hoc dicit, quia etſi boni eſſent, tamen poterant cadere a charitate. *o* Audacius autem] Hæc eſt ſecunda pars capituli in qua oſtendit primo quare eis ſcripſit, quia pertinebant ad Apoſtolatum ſuum cum eſſent Gentes. Secundo quia legationem ſuam prædicando, & miraculo faciendo jam pro maxima parte compleverat, ibi [Non enim audeo.] Tertio quod alienam legationem ſibi non uſurpat, ibi [Sic autem hoc prædicavi, &c.] Quarto oſtendit vaticinium Iſaiæ fuiſſe completum in hoc quod Gentibus prædicavit, ibi [Sed ſicut ſcriptum eſt.] Et ibidem ſtatim ſubjungit, quare tantam moram fecerit veniendi ad eos, ibi [Propter quod impediebai.] Quinto quod ipſe vult tranſire per eos, & ab eis deduci in Hiſpaniam, ibi [Nunc vero,] Sexto, quod iterum faciet, ibi [Nunc igitur,] Septimo rogat eos ut adjuvent cum ſuis orationibus, ibi [Obſecro igitur.] Octavo quaſdam perſonas commendat eis, [Commendo autem,] & ſic finitur hæc ſecunda pars. Dicit ergo, ibi: *o* Audacius] Et reſpondet antipophoræ quæ poſſet ſibi fieri, quid pertinet ad te ſcribere Romanis? Reſpondet: *q* Propter gratiam, &c. ex parte] In hac particulari epiſtola. Jam enim legaverat epiſtolas quas aliis ſcripſerat. Vel vos dico, exiſtentes ex parte Eccleſiæ, ideſt, una pars Eccleſiæ. Vel [Scripſi vobis audacius ea parte,] ideſt quantum ad quoſdam de vobis, ideſt, quantum ad perfectos. Quantum ad minores enim non eſſet audacia. Vel [Scripſi vobis ex parte,] ideſt, minus perfecte, & tamen audacter, quia pertinebatis ad legationem meam. Simile eſt illud 1. *Cor.* 13. Evacuabitur quod ex parte. *p* In memoriam, &c.] q. d. Nolo vos docere quia docti eſtis, ſed reducere ad memoriam veſtram quod jam audiſtis, & ſic latenter innuit eorum negligentiam in eis quæ acceperant. *Thren.* 3. Memoria memor ero. *Pſal.* 136. Si oblitus fuero tui Jeruſalem. *Oſee ult.* Memoriale tuum ſicut vinum Libani. Dico audacius, & hoc propter gratiam. *r* Ut ſim miniſter] in prædicando Evangelium Chriſti, *ſupr.* 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur. In hoc quod dicit gratiam, notat quod magnum Dei eſt donum eſſe miniſtrum Evangelii. *Iſa.* 49. Nunquid parum eſt tibi ut ſis ſervus ad ſuſcitandas tribus Iſrael, & convertendas fæces Jacob? *ſ* Sanctificans Evangelium] ſanctum oſtendens per atteſtationem legis, & Prophetarum, & per ſanctimoniam vitæ. 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, &c. Vel, ideſt, confirmans Evangelium per bonam vitam, & per miracula. *t* Oblatio Gentium] ideſt, Gentes oblatæ tanquam manipuli meſſis meæ in prædicando. *u* Habeo igitur] quia ſum miniſter Evangelii convertens Gentes. *x* Gloriam] ideſt, meritum dignum gloria. *y* In Chriſto] per Chriſtum [gloriam] referendam [Ad Deum] *z* Non enim] Oſtendit quod legationem ſuam pro maxima parte complevit & vult eis oſtendere quod ſcribebat, & vult venire ad eos. *a* Per me non efficit] ſed ea quæ efficit per me. *b* In obedientia Gentium] ut Gentes obediant Evangelio. *c* Verbo] prædicatione mea. *d* Et factis] meis. *e* In virtute ſignorum,] In Apoſtolorum enim prædicatione impletum eſt illud. *Marc. ult.*

A Sermonem

Expoſitio Gloſſæ. *a* Audacius autem, &c.] Quem ſc. Apoſtolum. Ipſe Chriſtus. Inſtituit, i. docuit. Et hoc dicit *Gl.* contra quoſdam qui dixerunt Apoſtolum fuiſſe diſcipulum Ananiæ. Cujus gratia eſt fides. Gratia, i. gratis data, vel abſolute, ideſt per cujus gratiam, & in idem redit: Ut nil minus ſe poſſe probet. 2. *Cor.* 12. Nihil minus feci, &c. Signorum minorum, ut ſanitatem conferendo. Prodigiorum majorum, ut mortuos ſuſcitando. Ut integra linea, tangit morem commentarii. Vel pro bonis Apoſtolis, & veris. Hoc dicit quia nullus de Apoſtolis eis prædicavit ante ipſum. Malebam jacere fundamentum fidei ubi non erat, quia magis indigebant. Verentare imbuere

A ne prius

▲ Sermonem confirmante ſequentibus ſignis. *a* Signorum,] minorum miraculorum. *b* Prodigiorum,] majorum miraculorum, quaſi procul a digito, quod eſt quando nunquam fuit tale viſum. *d* Repleverim] perfecte prædicaverim. *c* Per circuitum] in circuitu. *e* Evangelium] Chriſti. *d* Illyricum] mare. Hoc eſt mare Græciæ, quod diverſimode nominatur a diverſis circumſtantibus regionibus, *Pſ.* 76. Vox tonitrui tui in rota, &c. *f* Sic autem] ſi quæratur, quare ita cito peragraſti tot diverſas regiones non faciendo moram alicubi? Reſpondet quod ne Pſeudo interficerent Gentes veneno ſui erroris, prius volebat prædicare eis, quia quod nova teſta capit, &c. *g* Non ubi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum] Sed nonne habetur in prologo, quod quidam fratres qui venerant a Jeroſolymis converterant Romanos, antequam aliquis Apoſtolorum eis prædicaret; ergo Apoſt. ſcribendo eis ædificat ſuper alienum fundamentum. Et vere alienum, quia non ſufficienter erant inſtructi. Solut. Prædicavit ubi Chriſtus non erat nominatus maxime, licet etiam alius. *h* Sicut ſcriptum eſt:] *Iſa.* 52. ubi nos habemus: Quibus non eſt narratum de eo viderunt eum, & qui non audierunt, contemplati ſunt. *i* Videbunt,] per fidem. *k* Et qui non audierunt] *Pſ* 17. Populus quem non cognovi, ideſt cui non dedi cognitionem mei. *l* Propter quod] quia diſcurrebam ut prævenirem Pſeudo prædicando. *m* Nunc vero] ex quo complevi legationem meam. *n* Locum] neceſſitatem orandi. *o* Spero quod præteriens] q.d. Non eſt neceſſarium quod apud vos moram faciam, quia jam converſi eſtis. *p* Deducar illuc,] in Hiſpaniam, ad quam erat difficilis tranſitus propter quaſdam diſcordias, & ideo illuc non tranſierunt Pſeudo. *q* Si fruitus] delectatus (ex parte) illa quæ diſcordat, ideſt ſi prius lætatus fuero de concordia facta inter quoſdam qui diſcordant inter vos. *r* Nunc igitur] Poſuit cauſam propter quam nondum venerat ad eos, quia habebat propoſitum & voluntatem eundi ad eos, hic determinat quod iterum faciet. Et nota quod in primitiva Eccleſia ad prædicationem Apoſtolorum multi fuerunt converſi qui vendebant poſſeſſiones ſuas ponentes ad pedes Apoſtolorum, & manebant in Jeruſalem, in religione Chriſtiana pauperes. Unde conſtituerunt Apoſtoli facere collectas in prædicationibus ſuis ad deferendum eis, ſic fecit Apoſt. Et hoc eſt: *ſ* Miniſtrare Sanctis.] ideſt deferre collectas factas ad miniſterium eorum. Hoc fuerat ei injunctum ab aliis Apoſt. Unde *Gal.* 2. Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur Eccleſiæ columnæ eſſe, &c. tantum ut pauperum in Jeruſalem memores eſſemus, &c. In hoc inſtruimus quod ſoliciti eſſe debemus ad erogandum pauperibus, maxime illis qui omnia propter Deum reliquerunt, ſicut iſti de quibus dicit *Gl.* Hi qui toto ſe dederunt divinis obſequiis nihil mundanum curantes, exemplum bonæ converſationis præbebant credentibus, 1. *Eſdr. in prin.* dixit *Cyrus*. Qui eſt in vobis de univerſo populo, &c. aſcendat in Jeruſalem, &c. ædificet domum Domini Iſrael, & omnes reliqui in cunctis locis adjuvent eum argento & auro & ſubſtantia & in cunctis neceſſariis. Cyrus interpretatur hæres, hic eſt Chriſtus, *Pſal.* 2. Dabo tibi Gentes hæreditatem. Tamen aliquibus præcepit ut aſcendant in Jeruſalem ut fiant pauperes, aliis ut adjuvent eos neceſſaria miniſtrando, *Deut.* 23. Ammonitæ & Moabitæ etiam poſt decimam generationem non intrabunt Eccleſiam Domini in æternum, quia noluerunt nobis occurrere cum pane & aqua, i. neceſſaria ad vitam miniſtrare, quando egreſſi eſtis de *Ægypto*, i. de mundo vel de peccato. *t* Probaverunt enim] i. propria voluntate, & diſcretione fecerunt. *u* Macedonia, & Achaja] Diverſæ ſunt partes Græciæ, iſtos proponit Romanis, qui nullius momenti erant reſpectu eorum, ut ſic ad nuſtro majores collectas eos invitet. Similiter Dominus, *Marc.* 12. viduam ponit in exemplum. Amen dico vobis quoniam vidua hæc pauper plus omnibus miſit. Unde 2. *Cor.* 8. Et altiſſima paupertas eorum abundavit in divitias, ideſt plus quam divites. Hos pauperes etiam proponit in exemplum ne ſe excuſent per paupertatem. Unde *Tob* 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi autem parum, illud libenter impertiri ſtude. Nota *Gloſſ.* Qui per miſericordiam Dei vivit & juſtificatus eſt, plus debet eſſe conſratri. *x* Placuit] q.d. voluntarie fecerunt, 2. *Cor.* 9. Unuſquiſque prout deſtinavit in corde ſuo. *y* Debitores eorum ſunt] pauperes divitum ſibi erogantium, quia tenentur orare pro eis; vel ipſi divites ſunt debitores pauperum, miſericordia enim facit divitem reputatione ſua pauperis debitorem, *Gl.* Adeo vult Apoſtolus, &c. *Eccl.* 4. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam & redde debitum tuum. Etiam ex conſueto modo loquendi ſunt debitores pauperum, ſecundum quod dicunt qui habent uſum in nemore, illud nemus debet me calefacere, & divites pauperibus debent uſum neceſſariorum ad vitam, *Eccleſ.* 5. Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis, ſed ipſi pauperes. *z* Nam ſi] Ponit cauſam propter quam juſtum fuit ut facerent collectas. *a* Spiritualium] i. prædicationis ſacramentorum, quia miſſi fuerunt eis prædicatores a pauperibus Jeruſalem. Simile 1. *Cor.* 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, &c. 2. *Cor.* 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, & illorum abundantia, &c. *Gal. ult.* Qui catechizatur, communicet in omni bono ei qui ſe catechizat. *b* Hoc igitur cum conſummavero,] ideſt, poſtquam detulero hanc collectam. *c* Aſſignavero] ideſt, ſub ſigno cujuſque Eccleſiæ oſtendero quantum iſta miſerat ei, & quantum illa, quod facit Apoſtolus ne quis ſuſpicionem poſſit habere de eo. *d* Fructum hunc:] ſic appellat collectam eleemoſynam, quia *Pſal.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa, maxime in legatione eleemoſynarum. *Pſalm.* 103. De fructu operum tuorum ſatiabitur terra, ideſt homo per quem facis opera tua, quia *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra in nobis operatus es Domine. *e* Scio] Poſſet aliquis Romanorum dicere. Non indigemus quod venias ad nos, imo (Scio veniens) jam diu voluntate & deſiderio. *f* In abundantia benedictionis] ideſt, miracula multa dabit mihi Deus facere inter vos.

E

Iſa. 52.

11. qu. 3. c. Grains.

a ſignorum, & *b* prodigiorum, in virtute Spiritus Sancti, ita ut ab Jeruſalem *c* per circuitum uſque ad Illyricum *d* repleverim *e* Evangelium Chriſti. *f* Sic autem prędicavi Evangelium, *g* non ubi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum fundamentum ędificarem, *h* ſicut ſcriptum eſt: Quoniam quibus non eſt annunciatum de eo *i* videbunt, & qui *k* non audierunt de eo intelligent. *l* Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus ſum uſque adhuc. *m* Nunc vero ulterius *n* locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam pręcedentibus annis, cum in Hiſpaniam proficiſci cœpero, *o* ſpero quod pręteriens videam vos, & a vobis *p* deducar illuc, ſi vobis primum ex parte *q* fruitus fuero. *r* Nunc igitur proficiſcar in Jeruſalem *ſ* miniſtrare Sanctis. *t* Probaverunt enim Macedonia, *u* & Achaja † collationem aliquam facere in pauperes Sanctorum qui ſunt in Jeruſalem. *x* Placuit enim eis, & debitores *y* ſunt eorum. *z* Nam ſi *a* ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis. Hoc *b* igitur cum conſummavero, *c* & aſſignavero eis fructum *d* hunc per vos proficiſcar in Hiſpaniam. *e* Scio autem, quoniam veniens ad vos, *f* in abundantia benedictionis Chri-

F

al. † collectionem.

▲ *a* Veniam

A ne prius imbuerentur falſitate a Pſeudo prædicatoribus. *In initio ſup.* 1. Quod nunc abſolvit. Contra *ſup.* 1. In *Gloſſ.* dicitur cauſa propter quam prohibitus eſt. Dicit hoc ut moneret eis quod propter culpam eorum prohibitus erat venire ad eos. Solut. Utraque cauſa potuit eſſe, ſed in principio voluit Apoſtolus iſtam cauſam ponere, ut ſic timerent Romani, ne propter culpam eorum a vitiis moraretur. Ex parte iſta quæ modo diſcors eſt, ideſt ſi potero reducere ad concordiam illam partem quæ diſcordat. Pretia poſuerunt ante pedes Apoſtolorum, *Act.* 4. A contribulibus ideſt Judæis. Hoc deberi ab eo qui miſericordiam expectat, quia *Jac.* 2. Judicium ſine miſericordia ei qui non fecit miſericordiam. Qui miſerunt eis prædicatores, *Iſa.* 2 De Sion exibit lex, & verbum Domini de Jeruſalem, ideſt ſi in nobis eſt charitas quam facit Spiritus Sanctus. Sed Spiritus Sanctus non facit ſe, ergo charitas non Spiritus Sanctus, quod eſt contra Magiſtrum. Et reſpondet Magiſter quod Spiritus Sanctus facit ſe non ſimpliciter, ſed in corde hominis & ly (facere) ſignificat divinam eſſentiam, & connotat motum charitatis per orationes noſtras, 1. *Tim.* 2. Obſecro primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, &c. Ex multorum preces impoſſibile eſt, &c. Ex hoc loco ſumitur illud: Impoſſibile eſt preces multorum non exaudiri. Et eſt argumentum, quod bonum eſt habere multos interceſſores, *Job* 31. Si non benedixerunt mihi latera ejus, ideſt, pauperis. Impoſſibile non ſonat impoſſibilitatem, ſed in charitatem.

Expoſit Gloſſ.

A *e* Obſequii

ſti *a* veniam. *b* Obſecro ergo vos fratres per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per *c* charitatem Spiritus Sancti ut adjuvetis me in orationibus veſtris ad Deum ut liberer *d* ab infidelibus qui ſunt in Judęa, *e* & obſequii mei oblatio *f* accepta fiat in Jeruſalem ſanctis, ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & *g* refrigerer vobiſcum. Deus autem *h* pacis ſit cum omnibus vobis. Amen.

C A P. XVI.

COmmendo *i* autem vobis Phœben *k* ſororem noſtram, quę eſt in miniſterio Eccleſię quę eſt Cenchris *l* ut eam ſuſcipiatis in Domino *m* digne Sanctis, & *n* aſſiſtatis ei in quocumque negotio veſtri indiguerit: etenim ipſa quoque aſtitit multis, & mihi ipſi. *o* Salutate Priſcam, & Aquilam *p* adjutores meos in Chriſto Jeſu, qui pro *q* anima mea ſuas *r* cervices ſuppoſuerunt, quibus non ſolus ego gratias ago, ſed & cunctę Eccleſię Gentium, *ſ* & domeſticam Eccleſiam eorum. Salutate Epęnetum dilectum mihi, qui eſt primitivus *t* Eccleſię Aſię in Chriſto Jeſu. Salutate Mariam, *u* quę multum laboravit in vobis. Salutate Andronicum, & Juliam cognatos, *x* & concaptivos *y* meos qui ſunt *z* nobiles in Apoſtolis, qui & ante me fuerunt in Chriſto Jeſu. Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in Domino. Salutate Urbanum adjutorem noſtrum in Chriſto Jeſu, & Stachyn dilectum meum. Salutate *a* Apellen Probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt *b* ex Ariſtoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo, qui ſunt *c* in Domino. Salutate Tryphęnam, & Tryphoſam, quę laborant in Domino. Salutate Perſidem chariſſimam quę multum laboravit in Domino. Salutate Rufum electum in Do-

a Veniam.]tandem re ipſa. Similiter quilibet qui ad prælationem venit, in abundantia benedictionis deberet venire, quia benedictionem dabit Legislator, i. quilibet Prælatus qui habet poteſtatem dandi leges, & mandata. Non multiplicent ergo maledictiones excommunicationum, ſed *Zach.* 5. dicitur. Vidi volumen volans, i. Prælatum qui debet eſſe ſcriptus intus per conſcientiæ pietatem, foris per formam, & exemplum vivendi, ut ſubditi in ſeipſis ſcribant quaſi ad exemplum illorum illa tria, *Ezech.* 2. Carmen ſcilic. ut bonis

G congaudeant, lamentationes ut afflictis compatiantur, væ ut obſtinatos compriman t. Sed ſequitur in *Zach.* 5. Hęc eſt maledictio quę egreditur ſuper faciem omnis terræ. De Apoſtolis dicitur: Portantes pacem, & illuminantes

A patriam. Sed Prælati multi ſunt Angelus ille de quo dicitur *Apoc.* 6. quod tulit pacem de terra. Unde alia littera eis competit, quæ dicit, Portantes faciem cupiditatis, & ideo non illuminantes patriam, ſed ſuccendentes malo exemplo. *b* Obſecro] Commẽdat ſe orationibus eorum. *c* Per charitatem Spiritus Sancti) quam ipſe operatur. *d* Ab infidelibus:] Timebat ne infideles Judæi qui erant in Jeruſalem auferrent ei collectam antequam poſſet eam tradere pauperibus. Nota *Gloſſ.* Multi minimi dum congregantur unanimes, fiunt magni, & multorum preces impoſſibile eſt ut non impetrent.

Expoſitio Gloſſæ. A *e* Obſequii mei] mihi injuncti, *Gal* 2. *f* Accepta fiat] ut pauperes gratanter accipiant) Hæc *Gloſſ.* Magnus enim profectus eſt ei, cujus miniſterio multi facti læti Deum laudant. *g* Ut refrigerer vobiſcum.] i, ut gaudeam de vobis de quorum peccatis prius dolebam. Si tanta columna Eccleſiæ qui raptus fuerat uſque ad tertium cœlum, petit orationibus talium ſalvari, quid ergo nos debemus facere? Similiter *Epheſ.ult.* Per omnem orationem, &c. Pro omnibus Sanctis, & pro me. (Ut refrigerer.) *Pſal.*101. Oſſa mea ſicut cremium aruerunt, ibi, *Gl.* Peccata proximorum frixoria ſunt Sanctorum, Apoſtolus ergo quodammodo frixus erat magnis Romanorum flagitiis, quæ ſupra enumeravit; ſecundum quod dicit 2 *Cor.*11. Quis ſcandalizatur, & ego non uror? *Pſ.* 65. Tranſivimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. *h* Deus autem pacis] Hoc dicit quia magna diſcordia erat inter eos. Propter quod ad 12. cap. uſque modo invitavit eos ad pacem. Simile 2.*Cor.ult.* Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. *Gal.* 2. Creditum eſt mihi Evangelium præputii, ſicut & Petro circumciſionis. Sufficeat, nihil mihi inde conferator, & ipſis pauperibus ſufficiat. Pacem meam, *Jo.*14. Vobiſcum ſum, *Matth.ult.*

E X P O S I T I O C A P. XVI.

COmmendo *i* autem]Hæc eſt ultima pars quinti decimi capituli ſecundum quod diximus, vel textum decimum cap. hic habent quidam libri. Primo ergo commendat quamdam matronam ſpecialiter. Secundo ſpecialiter ſalutat quaſdam perſonas, ibi: (Salutate Priſcam.) Tertio rogat eos ut caveant a diſſenſione, & offendiculis, & ſocietate malorum, & ut fama eorum aliis divulgetur, ibi: (Rogo autem vos.) Quarto oſtendit quod gaudet de eis ſi ſimplices ſint in malo, ſapientes in bono, & quod Deus multum juvaret eos ſi tales eſſent, ibi, (Gaudeo igitur.) Quinto oſtendit eis qui eos ſalutent, ibi: (Salutant vos.) Sexto in gratiarum actione determinat epiſtolam, ibi: (Ei autem qui potens eſt, &c.) Dicit ergo. *i* Commendo] commendabilem vobis oſtendo. k Sororem] in fide. Iſta pauperes converſos ſuſtentabat bonis ſuis, & pro aliquo negotio venerat Romam. Et ut dicit *Gloſſ.* forte per eam miſit eis epiſtolam. *l* Cenchris] littera noſtra habet ibi aſpirationem, ſed non debet ibi eſſe. *m* Digne Sanctis,] ideſt, ſicut dignum eſt ſuſcipere Sanctos. (Vel digne ſatis) alia littera, ideſt, multum digne, & honeſte.

n Aſſiſtatis ei in quocumque negotio] In hoc inſtruimur quod negotia bonorum debemus procurare. Sed ut dicitur, *Iſa.* 1. Cauſa viduæ non ingreditur ad eos hodie: Naboth non poteſt aliquem habere pro ſe, 3. *Reg.*21. Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt. *o* Salutate Priſcam, nomen eſt mulieris. Hi omnes quos hic enumerat converſi erant de multis regionibus, & pro diverſis negotiis Romam iverant, & maxime ut confirmarent Romanos in fide, & concordia fidei. *p* Adjutores meos in Chriſto] ideſt, ad annunciandum Evangelium Chriſti. *q* Pro anima mea] pro vita mea cuſtodienda. *r* Cervices ſuppoſuerunt,] miniſtrando mihi in periculo capitis ſui. B

ſ Et ſalutate domeſticam Eccleſiam] ideſt, familiam eorum. *t* Primitivus Eccleſiæ] ideſt, qui primus credidit in Chriſtum de illis qui ſunt in Aſia. *u* Mariam,] Hæc multum laborabat pro converſione Romanorum, unde pertulit diſcordiam eorum ad Apoſtolum. *x* Cognatos meos] quia Judæi erant, vel ſpiritualiter.

y Concaptivos:] forte propter defenſionem fidei tenebantur Romæ capti.

z Nobiles] famoſi ante me fuerunt, prius crediderunt in Chriſtum quam ego. *a* Apellen probum] approbatum vel Probum proprium nomen eſt, & ſecundum hoc eſt ibi. *b* Ex Ariſtoboli domo.] iſte forte non erat Romæ. *c* Qui ſunt in Domino,] ideſt illos qui credent. Hoc dicit quia aliqui de familia ejus non credebant. Dicitur quod iſte fuit Presbyter qui peregrinando confirmabat fratres in Chriſti fide, ſicut & Ariſtobolus, & tunc non erat præſens Romæ, & ideo ſuos ſalutat, non omnes, quia forte dubitabat de aliquibus utrum crederent. Conſidera quomodo ſalutat ſecundum quod per congregationes erant, ſicut Dominus, *Marc.*6.

A Illos

Expoſitio Gloſſæ. *i* Commendo autem vobis Phœben ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ, &c.] Iſte amicus erat Apoſtoli in Domino, ideſt, familiaris ei, ſcilicet Ampliatus. Qui amicus meus eſt proprius, valde ſpecialis. Per tentationes enim, &c. Deus tentavit iſtos, & invenit dignos ſe, &c. *Sapient.* 3. *Jud. octavo.* Memores eſſe debetis quomodo pater veſter Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes probatus, &c. Etſi non ſuus amicus, imo diligebat quia fidelis, ſed dicendus non erat amicus, ideſt, familiaris & ſpecialis. Quæ laborant, &c. labor hic, & in exhortatione Sanctorum, & in miniſterio Sanctorum, &c. Sed contra hoc quod dicit hic in exhortatione, eſt illud, *Cor.* 14. Mulieres in Eccleſia taceant. Sed quod dicit, in Eccleſia, ſolvit. In Eccleſia enim non debet locutio eſſe niſi ſermo, quaſi dicat mulieres non prædicent in Eccleſia, poſſunt tamen aliquem exhortari ad bonum, ſed non per modum prædicationis. Judaizare, *Galat.* 2. Aliis autem adulantur. Sed dicitur quod apud Scythas non ſunt ſileres, quia non ſunt ibi vites. Conteratis caput ejus, hoc eſt initium ſuggeſtionis. Evæ dictum eſt, *Gen. cap.* 3. & *Cant.* 2. Capite nobis vulpes parvulas, ideſt primos motus, *Pſ.*136. Quia beatus qui tenebit, & allidet parvulos ſuos, &c. *Jo. in epiſt. cap.*3. ſcilicet: Et ego ipſe ſubſcribo propria manu (hæc erat conſuetudo Apoſtoli)

A & illa

h Illos pavit per contubernia. *a* Matrem ejus,] per naturam.
b Et meam.] per beneficiorum impenſam. *c* In oſculo] Conſuetudo erat quando recipiebant epiſtolam Apoſtoli quod oſculabantur ſe invicem.

Dominus cunctis hoſtibus noſtris, *Malach. ultim.* Calcabitis impios cum erunt cinis ſub planta pedum veſtrorum.
ſ Gratia Domini] quæ hoc faciat.
t Cognati mei.] in fide, vel quia erant Judæi.

C *d* Sancto.] *Gloſſ.* ut religioſa ſint oſcula non carnalia. Simile 2. *Cor. ult.* Nota quod in Miſſa oſculum datum a ſacerdote communicatur audientibus Miſſam, ad innuendum quod ipſe eſt in loco Dei a quo omnis pax, & quod per ſolum Chriſtum qui ibi eſt in altari, reconciliantur omnes, & quod nemo poteſt habere pacem cum proximo niſi eam habeat prius cum Deo. Ideo *Cant. c.* 1. Oſculetur me. Sed 2. *Regum* 20. Joab quaſi oſculatus eſt Amaſam, & ſtatim percuſſit eum gladio dependente uſque ad ilia qui de facili extrahebatur: Hic eſt gladius luxuriæ. Ideo *Prov.* Meliora ſunt vulnera diligentis quam fraudulenta oſcula odientis.

Phil. 3.

mino, & *a* matre ejus, & *b* meam. Salutate Aſycritum, & Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis ſunt, fratres. Salutate Philologum, & Juliam, & Nereum, & ſororem ejus, & Olympiadem, & omnes qui cum eis ſunt, Sanctos. Salutate invicem *c* in oſculo *d* ſancto. Salutant vos *e* omnes Eccleſię Chriſti, *f* Rogo autem vos fratres ut *g* obſervetis eos qui *h* diſſenſiones, & offendicula *i* pręter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt, *k* & declinate ab illis. Hujuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſerviunt, ſed *l* ſuo ventri, & per *m* dulces ſermones, & *n* benedictiones ſeducunt *o* corda innocentium. *p* Veſtra enim obedientia in omni loco divulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis, ſed *q* volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. Deus *r* autem pacis conterat † Satanam ſub pedibus veſtris velociter. *ſ* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Salutat vos Timotheus adjutor meus, & Lucas, & Jaſon, & Soſipater *t* cognati mei. Saluto vos ego *u* Tertius qui ſcripſi epiſtolam, in Domino. Salutat vos Cajus hoſpes meus *x* & univerſa Eccleſia. Salutat vos Eraſtus *y* arcarius civitatis, *z* & Quartus

u Tertius] Hic erat notarius ſive ſcriptor Apoſtoli.
x Et univerſa Eccleſia.] id eſt, familia ejus. Vel ad litteram, omnes illi qui erant de Eccleſia, unde Cajus erat. *y* Arcarius] Dicit Rabanus, Arcarius ab arce, qui arcem civitatis cuſtodiebat, & ab arca quia omnem theſaurum civitatis cuſtodiebat. Gilbert. autem dicebat, Arcarius vel ab arce vel ab arca, quia cuſtos, & diſpenſator civitatis illius, unde ſcripſit Romanis, puto erat, ſcilicet, ab Athenis. al. † Satan. D
z Et Quartus] proprium nomen.

e Omnes Eccleſiæ Chriſti.] Hic diſtinguitur, quod hoc intelligitur de Eccleſiis ad quas tunc erat Apoſtolus; ſupra autem (Cunctæ Eccleſiæ, &c.) intelligitur univerſaliter. *f* Rogo autem vos] Ita dico quod ſalutetis prædictos, ſed (Rogo vos) de nobiſipſis videlicet.
g Ut obſervetis] diſcernatis. *i* Præter] id eſt, contra doctrinam, 1. *Joan.* 4. Chariſſimi nolite credere omni ſpiritui, &c. *h* Diſſenſiones,] 2. *Tim.* 3. Habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes, & hos devita. *k* Et declinate ab illis.] id eſt, a conſortio eorum, quia *Eccl.* 13. Qui tetigerit picem, &c. *Tit. ult.* Hæreticum autem hominem poſt primam, & ſecundam correptionem devita, 3. *Theſſ.* 3. Denunciamus autem vobis fratres ut ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinate ambulante, *Joan.* 2. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis, *Num.* 16. Recedite a tabernaculis virorum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini, &c. 1 *Reg.* 15. Dixitque Saul Cinæo, id eſt, illi populo: Abite, & recedite atque diſcedite ab Amalech, ne forte involvam te cum illo, *Gen.* 19. Angeli compulerunt Loth exire ne involveretur cum Sodomitis. *l* Suo ventri,] *Phil.* 3. Quorum Deus venter eſt. Et 1. *Cor.* 6. Eſca ventri, & venter eſcis, Deus autem, &c. (Seducunt) inclinando.
o Corda innocentium.] ad peccatum. *m* Per dulces] Hic eſt mos hæreticorum, ut in decore verborum involvant hæreſim ſuam, *Jerem.* 51. Calix aureus, &c. *Prov.* 5. Favus diſtillans labia meretricis, &c.
n Benedictiones] id eſt, orationes, & quaſdam benedictiones quas faciebant ſuper eos qui eis ſua largiebantur, *Matt.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ qui comeditis domos viduarum in longa oratione.
p Veſtra enim obedientia] id eſt, fama obedientiæ veſtræ. Similiter *ſupr.* 1. Gratias ago Deo meo pro vobis, quia fides veſtra annunciatur in univerſo mundo, 2. *Cor.* 2. Odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: hoc tunc potuit dici de Romanis, ſed modo e converſo.
q Sed volo vos ſapientes eſſe in bono,] Hoc dicit, quia nimis aſtuti erant, *Jer.* 4. Sapientes ſunt ut faciant malum, bene autem facere neſcierunt, 1. *Cor.* 14. Fratres nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote, *Matth.* 10. Eſtote prudentes in bono, & ſimplices ſicut columbæ in malo. Vel (Sapientes in bono) ut bonum vobis ſit ſapidum. *r* Deus autem pacis conterat] quod faciet ſi ſic facitis. Satanas interpretatur adverſarius. [Conterat Satanam,] id eſt, quicquid adverſatur vobis, *Matth.* 16. Vade poſt me Satana, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt: Et Satan, id eſt, Diabolus non conteritur in hac vita omnino, ſed vulneratur: Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum, *Luc.* 10. Dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, *Joſ.* 10. Ite ponite pedes ſuper colla Regum iſtorum, &c. Sic enim faciet

h *a* Gratia *Expoſitio Gloſſ.*

A & illa ſubſcriptio erat loco ſigilli per quam ab omnibus dignoſcebatur: Et hoc faciebat propter Pſeudo, ne ipſi aliqua falſa ſcriberent ſub nomine ejus. Simile 1. *Cor. ult.* Salutatio mea manu Pauli, 2. *Theſſ. ult.* Quod ſignum in omni epiſtola ſcribo. In quo notatur ſumma epiſtolæ, id eſt, ultima intentio. Sed quæritur de hoc quod dicit *Gloſſ.* Ei ſcilicet Deo Trinitati qui potens eſt, &c. quia iſti duo termini, ei, & qui, aut ſupponunt pro divina eſſentia, aut pro perſona: ſi pro eſſentia, ergo eadem ratione hæc eſt concedenda. Ille qui eſt pater, eſt & filius, quia illa eſſentia quæ eſt pater eſt & filius: ſi pro perſona, & in ſingulari, ergo aliqua perſona eſt Deus Trinitas. Solut. Ly [ei,] & ly [qui] improprie ſumuntur pro eſſentia in maſculino, & in ſingulari numero, improprietates autem non ſunt extendendæ, & ideo non oportet conſimiliter hanc concedere, ille qui eſt pater, eſt & filius: Similiter ſumitur [ille] ibi. Sit ſalus illi decus atque virtus qui ſupra cœli, &c. Vel dicendum quod ſubintelligendum eſt, ei Deo. Æterna enim tempora dicit quæ præceſſerunt mundi exordium, ergo aliqua tempora præceſſerunt creationem mundi. Contra *Aug. ſuper princ. Gen.* dicit, quod mundus, & tempus ſimul creata ſunt. Solut. Hic appellat æterna tempora ipſam æternitatem. Similiter *Eph.* 3. Myſterii abſconditi a ſæculo. Similiter in *Pſal.* 101. Anni tui non deficient, id eſt, æternitas tua. Nec ſequitur, æternitas præceſſit, ergo tempus ſecutum eſt æternitatem, non ſequitur inquam proprie loquendo. Idem enim dicitur quod æternitas in *Boetio*: Qui tempus ab ævo ire jubes. Ab eo reſeratis, *Apoc.* 5. Nemo dignus inventus eſt aperire librum niſi leo de Tribu Juda. Non eſt fictum, imo ex magna deliberatione fecit hoc Deus. Ignis æternus, de quo *Matth.* 25. & ſumitur in æternum pro ſempiternum. Quia immutari non poteſt, nec in ſimili nec in contrario, *Mal.* 3. Ego Deus, & non mutor. Non mutari enim poteſt, ſicut poſſunt Angeli. Nemo bonus niſi ſolus Deus, *Luc.* 18. *Matth.* 19. Solus habet immortalitatem, 1. *Tim.* 6. Contra: Imo Angeli, & animæ. Sed dicendum quod vera immortalitas eſt quando a ſe habet quis quod non poteſt amittere eſſe, hic eſt ſolus Deus. Vel melius: Solus Deus habet immortalitatem a natura ſua, Angelus, & anima ex gratia. Reprimit inquiſitores, *Prov.* 25. Qui ſcrutator, &c. Cur Deus tantum diſtulit venire? Hoc determinat, *Gloſſ.* ſuper *Gal.* 4. Plenitudo temporis. Sed quare tot annis tardavit venire, de conſilio Dei profundo eſt. Et ſimiliter quare tot Gentes perire permiſit. Sed ſoli ſapienti Deo, id eſt, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Ex hoc patet quod eſſentiale eſt ly Deo, & ly ei, & ly qui. Cui ſoli ſervite, *Deut.* 10. Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies. Si dixiſſet ſoli ſapienti Patri, nec ſic tamen ſepararet Filium vel Spiritum Sanctum, id eſt, non excluderet filium vel Spiritum Sanctum. Ex hoc patet quod dictio excluſiva adjuncta termino perſonali non facit excluſionem eſſentialem. Secundum hoc eadem ratione vera eſt hæc a

A Solus

Digitized by Google

frater. *a* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen. *b* Ei autem qui potens eſt vos *c* confirmare *d* juxta Evangelium meum, *e* & prædicationem Jeſu Chriſti ſecundum *f* revelationem myſterii *g* temporibus æternis taciti, *h* quod *i* nunc patefactum eſt *k* per ſcripturas Prophetarum ſecundum *l* pręceptum ęterni *m* Dei ad obeditionem fidei in cunctis Gentibus, *n* cogniti ſoli ſapienti Deo per Jeſum Chriſtum *o* cui honor, & gloria in ſęcula ſęculorum, Amen.

Explicit Epiſtola S. Pauli ad Romanos.

Incipit Prologus in Epiſtolam ad Corinthios.

EPiſtola prima ad Corinthios multas cauſas diverſaſque complectitur. Quarum partem relationem fratrum cognovit Apoſtolus. Partim ipſorum Corinthiorum ſunt litteris indicatę. Nonnulla vero pro officii ſui cura aut ordinat aut emendat, & variis curationibus medetur, diverſa infirmitate languentibus. Nam apud eos primum curatur diſſentionis vitium quod multi Pſeudo-Apoſtolorum intulerunt, unitatem ſcindentes Eccleſię ut proprii nominis facerent ſectatores; quod his exprobrat verbis Apoſtolus: Hoc autem dico quod unuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephę, ego autem Chriſti. Et ob hoc quidem horum ſe dicit facere nominum mentionem ut multo magis erubeſcant id ſe facere ſub falſorum Apoſtolorum nominibus, quod etiam ſi ſub Pauli & Petri fieret nomine, diſpliceret. Secundo cauſa ejus inducitur qui paternę oblitus reverentię, uxorem ſibi non erubuit facere de novercą. Quod facinus licet fornicationem appellaverit Apoſtolus, tamen ita condemnavit ut in ultionem facti, auctorem talis operis Diabolo judicaverit deputandum. Expoſita judiciorum, & litium tertia quęſtione; Quarto loco matrimoniorum jura tractantur. His Quinto loco virginitatis conſilium velut e vicino conjungitur. Sexto loco de eſcarum licentia diſputatur. Septimo atque octavo loco de attondendo viris, & mulieribus velando capite, ac ſacramentorum communione pręcipitur. Nono loco ęmulatio quę ex diverſitate donorum ſpiritualium naſcebantur, ſub exemplo membrorum, & corporis caſtigatur. Decimo reſurrectionis ſpes multis, & argumentis, & rationibus approbatur. Ultimo de colligendis ad neceſſitatem Sanctorum nomine charitatis pura vel ędificatio cultui imponitur. Interſeruntur his pauca, quę aut ut quibuſdam videtur, pendent ex ſuperioribus, aut habent licet proprias, tamen parvulas actiones.

Explicit Prologus.

Incipit argumentum.

COrinthii ſunt Achaici, & hi ſimiliter ab Apoſtolo audierunt verbum veritatis, & ſubverſi ſunt multifarie a falſis Apoſtolis. Quidam a philoſophię verboſa eloquentia: alii ſecta legis Judaicę ſeducti ſunt. Hos revocat Apoſtolus ad veram fidem, & Evangelicam ſapientiam, ſcribens eis ab Epheſo per Timotheum diſcipulum ſuum.

Explicit argumentum.

a Gratia Domini] Hi omnes ſalutant vos, & ego ex parte mea ſic; vel ego ſubſcribo iſtud quaſi ſub ſigillo: *b* Ei autem] Quidam libri habent [cui] in fine, ibi: [Cui honor, &c.] idem eſt ſenſus, ſed lege potius ſecundum quod non ibi ſit [cui] & ſatis planum eſt. [Ei qui potens eſt, ſit honor, &c.]

c Confirmare] in gratia, & bono opere, 1. *Petr. ult.* Ipſe perficiet confirmabit, ſolidabitque, quia ipſi gloria, & imperium, &c.

d Juxta Evangelium meum,] ideſt, juxta quod prædicavi vobis.

e Et prædicationem] ideſt, ſecundum prædicationem Chriſti, & in hoc oſtendit concordiam prædicationis ſuæ, & Chriſti Evangelium dico, & prædicationem habitam.

f Secundum revelationem myſterii taciti] id eſt, ſecundum quod revelatum eſt mihi de myſterio incarnationis tacitæ.

g Temporibus æternis] ideſt, a remotis temporibus, ideſt, quod fuit occultum ab initio temporis. Non enim antiquis Patribus ad plenum fuit manifeſtum. Vel [Taciti] ab ęternis temporibus, ideſt, ab æterno. *h* Quod nunc] myſterium. *i* Patefactum eſt per Jeſum Chriſtum] ideſt, a Chriſto.

k Per ſcripturas Prophetarum] quas reſeravit nobis. *l* Secundum præceptum] ideſt, ordinationem.

m Ad obeditionem fidei] propter hanc fidem patefactum eſt, ut Gentes fidem habeant operantem per dilectionem.

n Cogniti ſoli] licet tacitum ſit hominibus. [Ei] inquam ſoli Deo, [Qui potens, &c. ſit honor & gloria.] Vel ſecundum quod eſt ibi: [cui. Ei qui potens, &c. ſoli Deo ſapienti ſit honor, & gloria per Jeſum Chriſtum] ideſt, per prædicationem ejus, & eorum quæ geſſit in corpore.

o Cui honor] idem eſt ſenſus, ſed eſt inuſitatus in noſtra lingua, ſed uſus eſt Græcorum ſic loqui. Et nota quod ut dicit hic *Gloſſ.* Gloria eſt clara cum laude notitia. Ad hoc autem, [Miſterii æternis temporibus taciti] concordantiam habes, *Epheſ.* 3. Mihi autem minimo Sanctorum data eſt gratia in Gentibus illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi a ſæculis.

Expoſitio Gloſſæ. A Solus pater eſt Deus, quod verum eſt ſi eodem modo fiat excluſio, ſicut enim dicitur, ſolus Pater eſt ſapiens, ideſt, Pater, & non aliud diverſum in eſſentia. Habet nomen quod nemo ſcit niſi ipſe, *Apoc.* 19. Ly (nemo) non eſt abnegativum hominum tantum ſed & Angelorum, ideſt, nulla creatura rationalis. Et *Apocal.* 2. Nomen habet quod nemo ſcit niſi qui accipit. Et *Matth.* 11. Nemo novit filium niſi Pater, &c. Gloria in ſe. Contra, dicit inferius, *Gloſſ.* ideſt, clara eſt cum laude notitia. Sed hic ſumitur gloria pro ſuprema beatitudine non pro frequenti fama cum laude. Et legit alio modo. In hoc tantum differt quod iſtud per Jeſum Chriſtum prius determinabat ly [patefactum:] ſecundum hanc lectionem ly [ſic per eum innotuit,] ipſo atteſtante, *Jo.* 17. pater manifeſtavi nomen tuum hominibus. Non participando, ſed gignendo, quia pater non eſt ſapiens ſapientia participata nec ſapientia genita. Potius quod ſit ſubſtantia filii per gignentem patrem, ergo eſſentia filii generatur a patre, ergo divina eſſentia generatur. Solut. ſubſtantia filii per gignentem patrem, ideſt, filius habet eſſentiam a patre. Quam ſubſtantia patris per genitum filium, ideſt, ſit patri per genitum filium, ideſt, a filio. Sed iterum objicitur: Filius habet eſſentiam a patre, ergo eſſentia filii eſt a patre, & eſſentia filii eſt ſimpliciter eſſentia, ergo eſſentia eſt a patre. Solut. Si hoc concedatur eſſentia filii eſt a patre conceditur ſecundum quod hic [a patre] determinat hoc verbum [eſt] in comparatione quam habet ad ly [eſſentia.] Et ideo non ſequitur ergo eſſentia eſt a patre, ſed tantum quod filius ſit a patre. Non ſecundum accidentiam vel participationem ſapientiæ accidentem qualiter, &c. Sapientia accidente quod eſt, quia eſſentia animæ non eſt idem quod ſapientia ſua. Item quia non eſt anima ſapiens ab inſtanti ſuæ creationis, ſed eſt ſapiens ſapientia accidente; ſicut margarita eſt alba albedine accidente. Quia Deus eſt pater, & Filius, & Spiritus Sanctus; Aperte eſt hoc contra illos qui hanc negant; ſed concedunt hanc, Pater & Filius, & Spiritus Sanctus ſunt Deus: Dicunt enim quod Deus ex parte ſuppoſiti ſumitur pro aliqua perſona: Sed dicendum, quod imo bene tenetur pro eſſentia. Deus qui nec unquam potuit eſſe inſipiens, nec unquam potuit per gratiam, intellige Deus in quantum Deus.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Sancti Pauli ad Romanos.

REVE.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam primam ad Corinthios.

PAulus vocatus Apoſtolus, &c. Præcedentem epiſtolam ſcripſit Apoſtolus ad potentes, & ſuperbos, ſcil. Romanos, monens eos ad concordiam, & charitatem quæ rariſſima eſt inter potentes: Hanc ſecundam ſcribit ad ſapientes, id eſt, ad Corinthios monens eos ad unitatem ſenſus, & humilitatem quæ rariſſima eſt inter ſciolos. Unde *inf.* 4. Veniam ad vos cito, ſi Dominus voluerit, & cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem. Hi errabant in tribus ſacramentis, ſcilicet in Baptiſmo, & doctrina ejus, de quo agitur uſque ad quintum capitulum. Item in Matrimonio, & cauſis ejus, de quo agitur a quinto cap. uſque ad octavum. Item in Euchariſtia, & cibo ſpirituali, de quo agitur ab octavo cap. uſque ad duodecimum. Item errabant in unitate ſenſus per ſchiſmata quæ faciebant, de quo agitur a duodecimo cap. uſque ad quintumdecimum. Item errabant in reſurrectione mortuorum, de quo agitur in quintodecimo cap. Item in ſextodecimo agitur de eleemoſynis per quas peccata redimuntur; ſicut dicitur *Dan.* 4. Et ſic iſta totalis Epiſtola dividitur in ſex partes: In prima agitur de errore Baptiſmi. In ſecunda de errore Matrimonii. In tertia de errore Corporis Chriſti. In quarta de ſchiſmatibus, & diſcordiis. In quinta de errore reſurrectionis Chriſti. In ſexta de eleemoſynis faciendis. Prima para continet quatuor capitula. In primo removet errorem Baptiſmi. Et dividitur hoc cap. in quatuor partes. In prima agit gratias pro bonis qui non erant ſubverſi. In ſecunda culpat contentiones de Baptiſtis, ibi: (Obſecro autem vos.) Et in hac parte inducit quatuor rationes ad removendas illas contentiones. Prima eſt ab unitate capitis cum dicit ibi: [Diviſus eſt Chriſtus.] Secunda ab unitate rei ſacramenti, ibi: [Nunquid Paulus crucifixus?] quaſi dicat non: Nonne paſſio Chriſti una eſt; ergo & ſacramentum ejus, id eſt, Baptiſmus, ergo Eccleſia una eſt, ergo habet unum caput. Tertia eſt a forma Sacramenti, ibi: [Aut in nomine Pauli baptizati eſtis?] quaſi dicat non: ergo una eſt forma Baptiſmi, ergo ſacramentum Baptiſmi unum eſt, & inde ut prius. Quarta eſt quaſi ab oppoſitis, ibi: [Non enim miſit, &c.] In quo innuit quod alii miſſi ſunt ad baptizandum: Sed conſtat quod auctor Baptiſmi non eſt miſſus, ergo ipſi non ſunt auctores ſive caput Baptiſmi, ergo eſt tantum unum caput Eccleſiæ. Poſtea incipit tertia pars in qua percutit elatos de ſapientia ſeculari, ibi: [Verbum crucis.] In quarta humiliat eos mittendo ad memoriam Patrum ſpiritualium, qui fuerant piſcatores, & idiotas, ibi: [Videte enim vocationem veſtram.] Præmittit autem Apoſtolus ſalutationem in qua nomen dignitatis ſuæ proponit eo quod viluerat apud eos. Dicit ergo.

A

C A P. I.

a PAulus *b* vocatus *c* Apoſtolus *d* Chriſti *e* Jeſu *f* per voluntatem Dei, & *g* Soſthenes *h* frater *i* Eccleſię Dei quę eſt Corinthi, *k* ſanctificatis in *l* Chriſto Jeſu, *m* vocatis *n* Sanctis, cum *o* omnibus qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti in omni *p* loco ipſorum, *q* & noſtro.

a Paulus vocatus, &c.] Paulus, id eſt, modicus, contra ſuperbos, & elatos. *b* Vocatus] contra intruſores, *Hebr.* 5. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem. *c* Apoſtolus] contra eos quos Deus non mittit, *Jerem.* 23. Ego non mittebam eos, & ipſi currebant. Vel [Vocatus Apoſtolus] i. electus in Apoſtolum. Vel antonomaſtice dictus Apoſtolus, ſicut David Propheta. *d* Chriſti] contra hypocritas qui ſunt Apoſtoli ſui, & contra ambitioſos qui ſunt Apoſtoli Baal, & contra duros prædicatores, Chriſtus enim interpretatur unctus, in quo manſuetudo ſignificatur. *e* Jeſu] contra curioſos, qui non quærunt ſalutem animarum, ſed admirationem audientium. *f* Per voluntatem Dei,] non contra ſicut Pſeudo, Vel [Per voluntatem Dei] non per preces hominum. Item [Per voluntatem Dei] approbationis non permiſſionis, contra illos qui mittuntur in ira Dei, *Oſee* 13. Dedi eis Regem in furore meo. Et hoc fit quandoque propter peccata ſubditorum. Unde 2.*Tim.* 4. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria, &c. Et nota quod ter dicit ſe ſervum, *Rom.* 1. *Phil.* 1. *Tit.* 1. Docens potentes humiliari, hic dicit ſe Apoſtolum; docens ſapientes non debere otiari, ſed diſcurrere, & mitti, *Prov.* 6. Fili ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus: Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera, diſcurre & feſtina, &c. Sed ſapientes noſtri dormiunt, ſicut legitur de Domino, *Marc.* 4. Facta eſt procella magna, &c. & dicunt ei: Magiſter non ad te pertinet quia perimus? Dominus autem tunc liberavit eos, ſed jam videtur non pertinere ad prælatos quod ſubditi pereant. *g* Et Soſthenes] Iſte erat Corinthius qui ſchiſma eorum nunciavit Apoſtolo, & propalavit ut apponeret conſilium. *h* Frater] ideo diligendus. In hoc reddit eis eum amabilem, q. d. non ex odio vel malitia mihi nunciavit, ſed ex fraterna charitate quam habebat ad vos. Paulus inquam, & Soſthenes ſupple ſcribunt hanc epiſtolam. *i* Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi] Corinthus interpretatur urbanus, vel oritur ipſe, ſive adminiſtratio Reipublicæ. Sed quia quidem de iſtis jam deviaverant a fide, quidam ad minus ceciderant a charitate, alii ſtabant in utroque, propter hoc ſubdit: *k* Sanctificatis] In Baptiſmo. *l* In Chriſto] per Chriſtum, cum paſſio vim dedit Baptiſmo. *m* Vocatis] electis. *n* Sanctis,] ad hoc ut eſſent ſancti. Electi ſpecialiter vocantur ſancti, ſed aliud eſt vocari, & aliud eſſe. Vel [Vocatis ſanctis,] id eſt qui vocati ſunt per prædicatores, & deinde ſunt ſancti. Vel (Sanctis,) id eſt ſeparatis ad ſervitium Dei more Religioſorum. Et non tantum his, ſed his *o* Cum omnibus qui invocant] ad hoc quod intus habeant, vel intus habitum erant pro interioribus augendis, & conſervandis, *Rom.* 10. Omnis qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit, id eſt in ſe vocat non tantum in alios. *p* Loco ipſorum,] pertinente ad eos, quaſi dicat, omnibus ſuffraganeis eorum. *q* Et noſtro,] quia commiſſa erat alia provincia prædicationi ſuæ.

a Gratia — *Expoſitio Gloſſæ.*

a Paulus Apoſtolus, &c.] Achaici. Achaja eſt pars Græciæ. Per annum unum, & menſes ſex, *Act.* 18. & in Epheſo per biennium, *Act.* 19. Et hoc contra diſcurrentes. Subverſi a vera fide. Scindentes, ponentes plura capita. Ex Miniſtrorum meritis: In hac hæreſi adhuc ſunt Cathari dicentes ſacerdotem qui eſt in mortali non conficere, neque alia ſacramenta poſſe celebrare: Majoris uſus, id eſt utilitatis, & virtutis. Terrena philoſophia, *Col.* 2. Hoc dico ut nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonis *infr. eod.* Sub nomine Chriſti, quia ſe Chriſtianos confitebantur, tamen imbuebantur doctrinis quas putabant eſſe de doctrina Chriſti cum non eſſent. Inflati *infr.* 4. Fornicatorem, *infr.* 5. Et ſumitur large, quia ille inceſtuoſus erat eo quod tenebat novercam ſuam, ut dicit hic *Gloſſ.* & ibi textus. Inter ſe patiebantur, cum eſſet notorius. Ex hoc autem patet quod peccat mortaliter qui eſt cum aliquo notorio, ſi poteſt eum expellere. Aliquando arguens, 2.*Tim.* 4. Argue, obſecra, increpa. Celebre, id eſt valde notum. Gratias agit, *inf. eod.* Retrahit eos ab amore terrenæ ſapientiæ, *in* 2.*uſq; ad* 5.*c.* Sed videtur quod male, quia *Eccl.* 1. Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, ergo omnis ſapientia eſt bonum, ergo eam amare eſt bonum, quia ex quo bonum eſt, bonum eſt eam velle ſibi, ſed idem eſt amare, & ſibi velle, ergo bonum eſt amare ſapientiam terrenam. Sed contra *ſuper illud Col.* 2. In quo ſunt omnes theſauri, &c. *Gloſſ.* Loquitur de terrena ſapientia, hæc ideo deſpecta eſt a noſtris, quia nihil ad ſalutem pertinet, imo mittit in errorem, & a Deo removet, ergo malum eſt amare eam. Soli. Terrena ſapientia quandoque dicitur ſcientia quam habemus de naturis rerum, & rationibus earum, hæc bona, & eſt de tali loquitur Apoſtolus ad *Col.* 2. quia tamen hujuſmodi ſcientiis implicatur cor hominis, viri ſancti vitant eas, non quia malæ ſit. Ad illud quod mittat in errorem, hoc dicit non cauſaliter ſed occaſionaliter, quia quandoque accidit quod homo doctus in ipſis nimis ſuperbitur, & iterum quia placent hominibus, retrahunt a cogitationibus de Deo; non ſequitur ergo licet ſic mittant in errorem quod ſint malæ. Item ſapientia terrena quandoque dicitur elatio terrenorum, ſecundum hoc opponitur dono ſcientiæ, & mala eſt de qua *Rom.* 8. Sapientia carnis mors eſt, & hoc modo malum eſt amare ſapientiam terrenam. Ad illud: Omnis ſapientia a Deo eſt, intelligitur de ſapientia quæ conſiſtit in cognitione, non de illa quæ eſt in elatione.

Quod autem hic dicitur: Retrahit eos ab amore terrenæ ſapientiæ, intelligitur de utraque, ſed ſimpliciter ab omni amore terrenæ ſapientiæ quæ conſiſtit in elatione, ſecundum quid ab illa quæ conſiſtit in cognitione, ne illis nimis homo inhæreat. De fornicatore 5. Increpat. 6. Inſtruit de Matrimonio 7. Euchar. 11. Paulus, &c. privilegio nominis antonomaſtice, ſicut David, Propheta. Contra ſuperbiam. Argumentum quod contra ſuperbos non eſt procedendum humiliter. Unde *Eccleſiaſt.* 13. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ſupple contra ſuperbos, 1.*Tim.* 5. Argue cum

A omni

Digitized by Google

Δ *a* Gratia vobis,] q.d. Paulus & Soſthenes ſcribunt vobis hanc epiſtolam, in qua in principio vos ſalutant dicentes: *a* Gratia vobis,] ſicut *Rom.* 1: Remiſſio peccatorum, & infuſio gratiæ, & virtutum. *b* Et pax] reconciliatio ad Deum. Quare non dicit ſalutem? Quia ſalus corporis parvi pretii eſt; gratia autem & pax cauſa ſunt ſalutis æternæ. Gratia enim facit dignum vita æterna, & pax in hac dignitate conſervat. Unde *Luc.* 10. Neminem in via ſalutaveritis, ſalutem vitæ nulli optaveritis. *c* A Deo, &c.] i. patre, & filio. *d* Gratias ago] Hic gratias agit, oſtendens ſe multum gaudere de profectu eorum. Sed nota *Gloſ.* ſuper hoc, Hic invocat: Quid eſt invocare, niſi in ſe vocare, &c. [Gratias ago] *Gloſ.* Corde, & lingua, & opere. *e* Meo] *Gloſ.* Omnium quidem Deus eſt poteſtate qua creat, ſed illorum proprie dicitur Deus, qui eum diligunt, &c. *f* In gratia] propter gratiam. *g* In Chriſto] per Chriſtum. *h* Quia in omnibus] Ecce gratia eis data. *i* Divites] *Rom.* 15. *k* In illo] per illum. [In omnibus] neceſſariis ad vitam, quorum quædam ſubnectit dicens: *l* In omni verbo] in omni genere linguarum, quod fuit eis datum quando baptizati fuerunt ab Apoſt. ſicut ipſis Apoſt. *Act.* 2. Vel, i. in omni genere prædicandi, q.d. Vos ſcitis quæ debetis prædicare magnis, & quæ parvulis. *m* Scientia,] Scripturarum intelligentia. *n* Sicut teſtimonium, &c.] i. habetis Scripturarum intelligentiam, ſicut confirmavi *o* Vobis] per auctoritates Prophetarum. Vel [Sicut] i. quia, q.d. Ideo divites facti eſtis, quia firmiter tenetis teſtimonium Chriſti, quo teſtificati eſtis Chriſtum. *p* Ita ut nihil deſit] neceſſarium ad ſalutem. *q* Vobis] dico. *r* Expectantibus] cum deſiderio. *ſ* Revelationem] apertam cognitionem, i. ut videatis eum facie ad faciem. Vel, ideſt expectantibus diem judicii, in quo revelabit ſe Chriſtus bonis & malis. *t* Qui & confirmabit vos,] ut non fraudemini ab expectatione veſtra. [Uſque in finem] vitæ [ſine crimine] mortali peccato digno accuſatione. 1. *Tim.* 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe [in diem] judicii.

a Gratia vobis, *b* & pax a *c* Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. *d* Gratias ago Deo meo *e* ſemper pro vobis, *f* in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto *g* Jeſu; quia in *h* omnibus *i* divites facti eſtis *k* in illo *l* in omni verbo, & in omni *m* ſcientia, ſicut teſtimonium *n* Chriſti confirmatum eſt *o* in vobis, *p* ita ut nihil *q* vobis deſit in ulla gratia, *r* expectantibus revelationem *ſ* Domini noſtri Jeſu Chriſti, *t* qui &

Moraliter. Moraliter. *d* Gratias ago] Ecce quantum gaudebat Apoſtol. de profectu diſcipulorum, & ſubditorum ſuorum, contra quoſdam magiſtros diſcipulis ſuis invidentes. *Job* 28. Non intuitus eſt oculus vulturis, qui pullis ſuis invidet quando eos videt impinguari. Non ſic Apoſtolus, ſed ſicut *Rom.* 1. Gratias ago Deo meo, &c. Item *Num.* 11. Cumque prophetarent in caſtris duo viri, cucurrit puer, & nunciavit Moyſi dicens: Heldab, & Medad, &c. Et reſpondit Moyſes: Quis tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis Deus ſpiritum ſuum. *f* In gratia, &c.] In hoc nos inſtruit, de quo gaudere debeamus in amicis & familiaribus noſtris, quoniam de multiplicatione bonorum ſpiritualium, non temporalium, quia dicit *Pſ.* 55. Ab altitudine diei timebo, ſi video familiarem meum elevatum in proſperitate. Unde *Lev.* 10. legitur, quod quando Aaron promotus fuit, & filii ejus, numquam tantum dolorem habuit ſicut tunc, quia filii ejus combuſti ſunt in igne cupiditatis & ambitionis, propter hoc doluit, non de ipſa promotione. *Jonas* 1. projectus fuit in mare, quod eſt quando quis elevatur in prælatione ſæculi; tali eſſet compatiendum ab amicis ſuis, quia etiam illi extranei compaſſi ſunt Jonæ. *Pſ.* 68. Veni in altitudinem maris, &c. *Matt.* 18. Per molam aſinariam circuitus temporalium intelligitur. *i* Divites in illo] Hi non ſunt avari. *Luc.* 12. poſtquam dixit de illo divite: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te; ſubdit: Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deo dives. *Rom* 15. Pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia. Sed contra: Errabant in articulis fidei. Sol. Secunda regula Ticonii eſt. *l* In omni verbo, & ſcientia,] Hæc ſunt maxima dona, præter illa, ſine quibus non eſt ſalus. *Prov.* 3. In ſiniſtra ejus divitiæ, & gloria, ſc. in præſenti. 2. *Cor.* 8. Propter vos egenus factus eſt, &c. Hæ ſunt talenta, quæ Dominus partitur ſuis. *Matt.* 25. Sed conqueritur *Jer.* 15. Non fœneravi, nec fœneravit mihi quiſquam. *Prov.* 28. Qui coacervat divitias uſuris, &c. Verbum enim prædicationis, & doctrinæ quaſi per fœnus coacervatur: ſicut aliquis pauper paucam habens pecuniam dat ad uſuram ut ſic multiplicet, ſimiliter qui habet parvam ſcientiam prædicet pauperibus, & Dominus quaſi uſuras multiplicabit ei. *Job* 27. Argentum innocens dividet. *m* In omni ſcientia,] Hoc addit, quia multi non ſciunt bene prædicare, tamen obſcura Scripturæ intelligunt. *Eccl.* 20. Sapientia abſconſa, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? *Prov.* 2. Si quæſieris eam quaſi pecuniam, &c. *n* Sicut teſtimonium Chriſti,] quia in prædicatione & doctrina debemus uti authoritatibus non ſenſu noſtro: *r* Expectantibus] Hic eſt finis, propter quem debemus multiplicare pretia, ut diem judicii quaſi præmii diem expectemus. *Job* 14. Et ſicut mercenarii dies ejus.

Δ *a* Confirmabit

Expoſitio Gloſ. A omni imperio. Non per iram. Argumentum, quod aliqua dignitas datur per iram. Unde *Oſ.* 13. Dabo tibi regem in furore meo. Per eam culpas eorum ſe ſcire innuit. Ex hoc videtur quod eum reddat eis odibilem. Sol. Non tantum innuit hoc quod nunciaverit Soſthenes ei mala eorum, ſed quod bona intentione, ſc. ut corrigantur. Et vocat eum fratrem eorum, unde in hoc potius reddit eum eis amabilem. *Act.* 18. Apprehendentes autem omnes Soſthenem principem Synagogæ percutiebant eum ante tribunal. Hoc fuit Corinthi, ſed loquitur de alio ibi, niſi forte poſt fuerit converſus. Myſteriorum, ideſt, ſacramentorum vocatis Sanctis, prælectis. Alia expoſitio ponitur ab *Orig.* de hoc, quod dico [Sanctis] ſuper *Num.* 18. Portabis iniquitatem ſanctuarii: Ibi *Orig.* Quærendum quomodo aliqui Sancti dicuntur, &c. Et poſtea ſolvit, dicens: Sancti enim ideo licet peccatores, quandoquidem ſe Deo voverint, & ſeparaverint a vulgo vitam ſuam, ut Domino ſervirent. Hujuſmodi homo, ſecundum quod ceteris artibus ſe emancipavit Domino, ſanctus dicitur. Sed forte in hoc quod Domino ſervit, non ita gerit omnia ut competit, ſed in aliquibus delinquit. Prælectis a Domino. *Jo.* 17. Pro eis ſanctifico meipſum, ut ſint ipſi ſanctificati in veritate. Nil boni eſſe ab homine quaſi principali auctore. Primitus mihi commiſſo, i. prædicationi meæ. Nomen Domini, non aliud; quia *Act.* 4. Nunc eſt nomen aliud ſub cœlo, in quo oporteat nos ſalvos fieri. De quibus *Pſal.* 104. Ut dives fiat, divitiis terrenis, quas Dominus dimitti propter ſe monet. Gratis vult ſe coli, i. principaliter propter ſe, non propter aliquod emolumentum. Gratia ſit vobis, non optat eis gratiam, quia jam habebant, ſed ut amplius habeant, & ut perſeverent. A Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Quare prætermittitur Spiritus ſanctus, habetur ad *Rom.* ubi dicit *Gloſſ.* quod per dona ſua intelligitur Spiritus S. perſonali proprietate diſtinctus; ergo perſonalis proprietas eſt aliquid contra Præpoſitum, qui dicebat, quod paternitas & pater non differebant niſi in modo; ſed Præpoſitus dicebat perſonali proprietate diſtinctus, ideſt, perſona diſtincta eſt, & hoc ſeipſo tantum. A quo omnia *Rom.* 11. Eorum proprie Deus, qui eum diligunt, & volunt ei bonum voluntate efficienti. Qui eum tenent, per bona opera cum ſponſa. *Cant.* 3. Tenui eum, nec dimittam; ſic tenent eum ne recedat, vel tenent eum ne ſinat, quos minatus ſinere. *Iſ.* 64. Non eſt qui conſurgat, & teneat te. *Exod.* 32. Dimitte me ut deleam populum iſtum. Qui eum poſſident, ideſt, quibus facit quod volunt. Qui illum colunt, fide, ſpe, charitate. Vel, ideſt, honorant ſervitio, & ſe mancipant ei. Quibus ſubvenit in adverſitate vel eripiendo a caſu, vel cuſtodiendo a caſu. Qui ab illo alieni non ſunt ut reprobi, qui audituri ſunt illud *Matth.* 7. Neſcio vos. A Chriſto, non aliunde, ideſt, non ab alio: Et ex hoc non ſequitur, ergo non a Patre. Donis neceſſariis ad ſalutem. Partes aliquas, quia non omnes divitiæ ſpirituales continentur ſub illis duobus membris. De his divitiis *Iſ.* 33. Divitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia. In omni verbo, *Gilb.* Alto, humili, mediocri: Scripturarum intellectu. *Gal.* Multiplici, morali, ſcil. & myſtico, & hiſtorico. De Chriſto prædicavi, ſicut teſtimonio Prophetarum confirmavi. Argumentum, quod nihil debemus credere de Chriſto, niſi ſecundum atteſtationem Scripturarum. Unde *Hieron.* Nil mihi crede quod dixero tibi, niſi oſtendero vel ex Novo, vel ex Veteri derivatum.

Nihil deſit *Gilb.* Nihil neceſſarium. Quia certi certitudine ſpei, & fidei. Viſionem, & cognitionem Chriſti, quæ poſt mortem præſtatur cuique fideli; ergo illis qui ſunt in Purgatorio, ergo non ſentiunt pœnam, quia non habent corpus. Si enim Chriſtus corpus non habuiſſet, quia ejus anima ſemper videbat Deum, nullam pœnam ſuſtinuiſſet. Sol. Præſtatur poſt mortem, ſed non ſtatim. Unde *Pſal* Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas. Expectantibus cum deſiderio revelationem, quæ erit in die judicii. Contra, *Amos* 5. Væ deſiderantibus diem Domini. Solutio: Quidam deſiderant diem judicii ex amore, ut ſint cum Domino, & ex timore ne periclitentur in mari hujus Mundi.

▲ *a* Confirmabit vos, &c.] de hoc *Rom. ult.* *b* Fidelis Deus,] i. verax in promiſſis. Dixerat [Confirmabit vos]. hic oſtendit, quia hoc promiſit, & fidelis eſt in promiſſis. Et hoc eſt [Fidelis, &c.] *c* In ſocietatem filii ejus,] ut ſitis participes hæreditatis, & gloriæ filii ſui, non tantum Apoſtolorum & Angelorum.

B *Pſal.* 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis. *Rom.* 3. Omnis homo mendax, Deus autem verax. [In ſocietatem] 1. *Joan.* 1. Societas noſtra ſit cum Deo patre, & cum filio ejus Jeſu Chriſto. Item in *ead.* Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. Sed revera non erunt ſocii in gloria, qui noluerunt hic eſſe ſocii in miſeria. 2. *Cor.* 1. Sicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis, ideſt, ſi multum; multum; ſi parum, parum. Secundum multitudinem dolorum meorum, &c.

a confirmabit vos uſque in finem ſine crimine, in die adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti. *b* Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in *c* ſocietatem filii ejus Jeſu Chriſti Domini noſtri. *d* Obſecro autem vos fratres per *e* nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut *f* id ipſum dicatis *g* omnes, & non ſint in vobis *h* ſchiſmata. *i* Sitis autem *k* perfecti in eodem ſenſu, *l* & in eadem ſcientia. *m* Significatum eſt enim mihi de vobis fratres mei ab his qui ſunt Chloes, quia contentiones *n* ſunt inter vos. Hoc autem dico;

Expoſitio Gloſ. ▲ De iſtis intelligitur quod hic dicitur. Alii deſiderant ex præſumptione, de quibus loquitur *Amor.* Averſos, a Deo per peccatum, quod eſt averſio ab incommutabili bono, &c. Facilius autem confirmabit. Contra: Non quantum ad ipſum Deum, quia ei eſt utrumque, æque facile. Item non quantum ad ipſos, quia utrumque homini eſt impoſſibile. Solutio: Quantum ad Deum dicitur facilius confirmare habentes gratiam in bono, quam revocare a peccato, quia hic aliquid eſt repugnans Deo, ideſt peccatum, ibi nihil. Similiter intelligitur illud, Facilius eſt creare cœlum & terram, quam facere de impio pium. Vel facilius dicit quoad ipſos, quia converſi facilius poſſunt ſe præparare ad bonum quam averſi.

d Obſecro] Hæc eſt ſecunda pars hujus capituli, in qua intendit Apoſtol. revocare eos ad unitatem, & ab oppoſito unitatis. Unitatem tangit, ibi: Idipſum dicatis.] Oppoſitum unitatis, ibi: Non ſunt, &c.] Dividitur autem hæc pars, ſicut prædictum eſt. Utitur autem verbo obſecrandi, non imperandi, quia generoſus eſt animus hominis, &c. *Job* 26. Obſtetricante manu ejus eductus eſt coluber tortuoſus, ideſt, cum lenitate, ſicut obſtetrix puerum de ventre matris educit. *e* Per nomen] ideſt, ſi vultis eſſe participes rei hujus nominis. *Apoc.* 2. Dabo eis calculum candidum, & in eo novum nomen ſcriptum. Calculus eſt quodlibet corpus glorificatum, in quo apparebit quod ſalvati ſint, quod nemo novit niſi qui accipit, quia nullus ſcit quanta erit gloria corporum, niſi qui glorificatus erit. Vel [Obſecro per nomen &c.] per virtutem Domini. *Pſal.* 36. Beatus vir, cujus eſt nomen Domini ſpes ejus.

g Ut dicatis omnes] *Gloſ.* Ut omnes dicatis oris confeſſionem, & interius habeatis in corde: Et dico etiam in opere. *f* Idipſum] *Rom.* 15. Deus patientiæ & ſolatii det vobis idipſum ſapere, &c. *Phil.* 2. Implete gaudium meum, ut non ſint in vobis ſchiſmata. [Idipſum] in eis, quæ pertinent ad fidem. Hoc dicit, quia jam erant diviſi per hæreſes. *Eph.* 4. Unus Dominus, una fides. 1. *Cor.* 14. Non eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. *Exod.* 26. Unius menſuræ fiant tentoria, i. univerſi fideles habeant unam fidem. *Matth.* 21. Et qui præcedebant, & qui ſequebantur, clamabant dicentes, Oſanna. *Ezech.* 40. Thalami tres ex una parte, & tres ex alia; & hi erant æquales, ideſt, pœnitentes, proficientes, & perfecti in Religione & extra, eamdem fidem habeant. *h* Schiſmata] ideſt, diſcordiæ per inobedientiam. *i* Sitis autem perfecti.] Oſtendit unde erant inter eos diſcordiæ & ſchiſmata, videlicet ex diſſenſione affectus, & diſcrepantia intellectus. Et hoc eſt

k In eodem ſenſu] ideſt, voluntate.

l Et in eadem ſcientia.] ideſt, intelligentia. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una, ideſt, intelligentia. *Act.* 4. Ad quod ſignificandum, dictum eſt: erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco. Et ideo dicit Apoſtol. *Epheſ.* 4. Solliciti ſervate unitatem ſpiritus in vinculo pacis. *Coloſ.* 3. Super omnia charitatem habentes, quæ eſt vinculum perfectionis. *m* Significatum eſt] Poſſet quis reſpondere: Non ſumus diſcordes, dicit: Quia [ſignificatum, &c. Chloes] proprium nomen loci, a quo forte miſſus fuit Soſthenes ad nunciandum Apoſtol. eorum diſcordiam. Vel eſt proprium nomen mulieris, quæ ſuſtentabat in domo propria fideles. *n* Hoc autem dico] q. d. non tantum ſcio, quod contentio ſit inter vos, ſed etiam verba contentionis, ſicut ea dicitis. Et hoc eſt,

▲ *a* Quod *Expoſitio Gloſ.*

▲ *d* Obſecro, &c.] Ad horum ſimile, i. ut alii imitentur eos in bonitate. Quod dicunt prædicti boni, de quibus facta eſt mentio. In eadem intelligentia *Phil.* 3. Pax, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat &c. De diſciplina Dominica, i. de fide. Hic contra Baptiſtas, pſeudo, qui inducebant eos ad credendum, quod melior baptiſmus per meliorem confertur; hoc dicere, eſt quaſi idololatrare. Ex hoc videtur, quod qui dicit falſum in religione fidei, ſit idololatra. Solutio: Hoc ideo dicit, quia ipſi creaturæ attribuebant quod Deo erat attribuendum; & qui cultum Deo exhibendum, creaturæ attribueret, idololatra eſſet. Per hanc ſimilitudinem dicit hic *Gloſ.* non ſequitur; ergo ex Gloſſa, quod dicere falſum in religione ſit idololatrare. Non enim dicit ſimpliciter hoc eſſe idololatriam, ſed quaſi idololatriam. Sub horum ſpecie falſos Apoſt. Unde *Ibid.* 4. Hæc autem fratres transfiguravi in me, & Apollo propter vos. Supra laudavit, ibi: Gratias ago, &c. Oſtium habent: Sed quæritur quare faciat hic *Gloſ.* mentionem de oſtio. Cujus ratio eſt, quia hic tractatur de baptiſmo, qui eſt ſacramentum initiantium. Quod eſt Chriſtus. *Jo.* 10. Per quem cognoſcitur pater, & cognoſcendo eum intratur. Nemo novit Filium, *Matt.* 11. Ipſe per ſe novit patrem. Contra: Quicquid habet, habet a patre; ergo notitiam patris habet a patre, ergo non novit eum per ſe. Item idem eſt ei noſcere & eſſe, ſed ipſe eſt per patrem, & non per ſe, ergo ipſe novit patrem per patrem, & non per ſe. Sol. duplex eſt, quia ly (per) poteſt notare cauſam quaſi efficientem, ſic falſa eſt, vel quaſi formalem, ſic vera eſt: ipſe enim eſt quaſi cauſa formalis ſuæ notitiæ. Similis autem diſtinctio eſt, ibi: Ego cognoſco iſtum per Petrum, vel per meam notitiam. Intrat in ovile, in Eccleſiam triumphantem, vel in corda hominum. Chriſtus ſe prædicat. Ex hoc videtur, quod ſecundo modo debeat intelligi hoc: Chriſtus intrat in ovile per ſe, i. in corda hominum; ſed ſi quia Chriſtus ſe prædicat, per ſe intrat: ergo cum nos eum prædicamus, debet dici quod ipſe per nos eadem ratione. Sol. Solus Chriſtus ſe prædicat, i. cordibus hominum manifeſtat. Unde *Mat.* 23. Unus eſt magiſter veſter ſeipſum prædicando manifeſtans ei qui prædicatur. Unde alio modo ſe prædicat, & nos eum alio modo. Chriſtus paſtor. *Joan.* 10. Petrus paſtor. Unde Dominus ei, Tu es paſtor ovium. *Mat.* 16. & *Joan.* 21. Paſce oves meas. Oſtium nemo veſtrum ſe dicit: Hoc enim proprie ſibi retinuit, ergo nullus, &c. Ad idem ſuper illud *Jo:* 10 Ego ſum oſtium. *Gloſ.* Nomen oſtii nulli voluit communicare. Sed contra: Diligit Dominus portas Sion. *Gloſſ.* Apoſtolos, & Apoſtolicos viros. Item *Apoc.* 21. Portæ erant duodecim Apoſtoli. Item *Levit.* 4. Adducet illum, ideſt vitulum ad oſtium tabernaculi. *Interl.* Oſtium, i. crucem. Ibid. *margin.* i. doctrinam & traditionem Apoſtolorum, ſecundum quam factum eſt ſacrificium, hoc eſt introitus ad cælum. Item *Cant. ult.* Si murus eſt, &c. Si oſtium eſt, &c. *Gloſ.* Per murum fortes & perfecti, per oſtium humilis aliquis. Ex his omnibus auctoritatibus, patet, quod Chriſtus nomen oſtii aliis communicat. Solvunt quidam dicentes, quod nomen oſtii duobus modis ſumitur, quia dicitur oſtium apertura, & dicitur oſtium compactum ex aſſeribus. Deus ergo nomen oſtii retinuit ſibi, prout eſt apertura; & oſtium compactum dicitur oſtium quod clauditur, & aperitur mediantibus aſſeribus, i. Apoſtolicis viris, & Apoſtolis. Et ſicut nullus ingreditur per aſſeres, ſed per aperturam, ita proprie nullus ingreditur, niſi per Deum. Aliter ſolvitur, ſed non eſt alia ſolutio; dicitur enim quod Apoſtoli, & Prælati dicuntur portæ propter claves, & doctrinam; Chriſtus oſtium, quia nobis meruit aditum vitæ æternæ. Hoc ultimo modo nulli communicavit nomen oſtii. Oves indiſciplinatæ, Corinthii. Gloriam Dei, quæ Dei eſt, ſcil. juſtificare impium. *Iſa.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Putarent gratiam dari ab homine non modo quaſi miniſtro. Ex hoc videtur relinqui quod homo dat gratiam quaſi miniſter; ergo eadem ratione homo juſtificat miniſterio. Contra, *Iſa.* 43. Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. Non duplicat pronomen, ego, niſi ad faciendam diſcretionem, q. d. ego ſolus deleo iniquitates: non ergo hoc miniſterio, quia quod facit quis miniſterio, hoc facere videtur. Solutio. Hoc intelligitur ſicut quod ſuper illud *Galat.* 3. Qui dedit vobis ſpiritum, & operatur virtutes. *Gloſ.* Miniſterio, non auctoritate, ideſt, miniſterio Apoſtolorum dedi vobis ſacramentum, in quo datur Spiritus ſanctus, & virtutes.

Similiter hoc, Gratiam dari ab homine non modo quaſi

▲ miniſtro,

Digitized by Google

▲ *a* Quod unuſquiſque &c.] Hoc videtur falſum, quia nullus erat intat eos baptizatus a Chriſto, quia Chriſtus nullum baptizavit. *Jo:* 4. Quamquam Jeſus non baptizaret, ſed diſcipuli ejus. Si dicis illud *Jo:* 1. Hic eſt qui baptizat, &c. Sic omnes baptizavit. Ad hoc etiam ſolvit *Gloſſ.* dicens, quod nomina illorum Pſeudo, qui eos baptizabant, transformat in ſe Apoſt. ne ſi nomina eorum poneret, videretur eis invidere. Vel ut oſtendat quod ſi in nomine majorum non eſt gloriandum, multo minus in nominibus illorum qui mali, q. d. ſi dicerem vobis, quod baptizati eſtis in nomine Pauli, & Apollo, non deberetis propter hoc credere, quod melior eſſet baptiſmus.

a quod unuſquiſque veſtrum dicit: *b* Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. *c* Diviſus eſt Chriſtus? *d* Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis, *e* aut in nomine Pauli baptizati eſtis?

c Nunquid diviſus] Tribus argumentis improbat pluralitatem capitum. Primo ab unitate capitis, quia Chriſtus unus eſt, qui dat, & qui influit gratias Eccleſię. Et hoc eſt: [Nunquid diviſus] q. d. non; ſed ſi melior melius ſacramentum daret, & diviſa eſſent capita, & ita Chriſtus diviſus.

d Nunquid Paulus:] Probat idem ab unitate rei ſacramenti baptiſmi, quæ eſt paſſio Chriſti. *Rom.* 6. In morte ipſius baptizati ſumus. *e* Aut in nomine Pauli.] Idem probat ab unitate formæ baptiſmi, q. d. non illi etiam, qui ſe jactabant de Baptiſtis, dicunt ſe eſſe baptizatos in nomine Chriſti, non Pauli; ergo forma baptiſmi eſt una, ergo eſt caput Eccleſiæ unum, & ipſa Eccleſia una.

Moraliter. Moraliter. *b* Ego quidem ſum Pauli.] Hoc poſſet dici contra quoſdam Religioſos, qui ſuperbiunt, quia diverſas regulas tenent a diverſis Sanctis traditas: eadem enim eſt regula omnium quoad ſubſtantiam. *c* Diviſus eſt Chriſtus.] Similiter & ipſi peccant, qui unitatem & pacem dividunt. *Eph.* 2. Ipſe eſt pax noſtra; ergo qui dividit pacem, dividit Chriſtum. *Aug.* 1. *l. de quinque hæreſ.* Meretrix non permiſit dividi filium ſuum, & tu dividis Deum tuum: Illa etſi meretrix, tamen pia quia mater: tu autem quia meretrix, & iniqua. Tangit quod dicitur 3. *Reg.* 3. In *eod.* Leges humanæ, ſupple ſunt, ut in omnibus voluntati teſtatoris pareatur, ſi quis contra voluntatem teſtatoris facere voluerit, caret hæreditate: Sed ſilent leges inter arma, q. d. non prorſus ad hoc laboratur, ad hoc pugnatur ut legibus ſerviatur. Quid habet taſtamentum, audi. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, hæc eſt hæreditas, q. d. qui facit contra hoc teſtamentum dividendo illud, carebit illo. *Jo:* 4. Omnis ſpiritus qui ſolvit Jeſum, ax Deo non aſt, & hic eſt Antichriſtus.

▲ *a* Gratias

Expoſitio Gloſ. ▲ miniſtro: gratiam, i. ſacramentum baptiſmi, in quo datur gratia. Sed auctore cooperante Deo ad infuſionem gratiæ. Putabant Chriſtum in baptiſmo magis operari per meliorem Baptiſtam. Sed videtur quod bene, quia aliquis bonus poteſt alii mereri primam gratiam & augmentum gratiæ, per meliorem ergo dat Deus majoram gratiam; ergo & in baptiſmo ſimiliter per meliorem Baptiſtam. Sol. Re vera primam gratiam & augmentum virtutum poteſt aliquis alii mereri, & quod fictio recedat ab eo quem baptizat, ſi ficte accedat: ſed non poteſt facere quod baptiſmus datus ab alio minus bono, minorem effectum habeat; ſi ergo adultus quæreret meliorem Baptiſtam ut pro eo oraret, bene faceret; ſi vero putaret quod baptiſmus datus ab eo majorem effectum haberet, peccaret & hæreticus eſſet. Qui operatur idem in omnibus. 1. *Cor.* 12. Cum unum ſit fundamentum Eccleſiæ. Contra. *Pſal.* 86. Fundamenta ejus in montibus ſanctis. *Gloſſ.* Apoſt. Item *Eph.* 2. Superædificati ſunt ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum. *Gl.* Si ſacramenta cogites, Chriſtus eſt Sanctus ſanctorum; ſi gregem ſubditum cogites, eſt Paſtor paſtorum; ſi fabricam, Chriſtus eſt fundamentum fundamentorum, argo plura ſunt fundamenta. Item in quadam ſequentia dicit magiſter *Hugo*: Hi ſunt templi fundamenta, ſunt portæ, ſunt atria. Sol. Fundamentum dicitur active & paſſive, v. g. Fovea in qua dicitur fieri murus, dicitur fundamentum, & ipſi lapides. Active ergo dicuntur Apoſt. fundamentum quia fundant homines ſuper Chriſtum, qui ſolus dicitur fundamentum paſſive, quia in eo ſolo quaſi in fovea fundantur omnes lapides vivi Eccleſiæ. Vel melius, ſicut Chriſtus lux, & Apoſtoli lux; ſed Chriſtus lux illuminans tantum & Apoſtoli lux illuminans, & illuminata: item Chriſtus dicitur fundamentum fundans tantum, & Apoſtoli fundamenta fundata, & fundamenta non ſupra ſe, ſed ſupra Chriſtum. Unde *Matt.* 16. Tu es &c. Nemo mutata, *inf.* 3. Petra Chriſtus *inf.* 10. Super hanc petram. *Matt.* 16. Ideſt ſuper me: quomodo ergo per hoc commendatur fides Petri? Sol. In homil. dicitur, Super hanc petram, i. ſuper firmitatem fidei Petri. In hoc etiam eſt laus Petri, quia dictus eſt Petrus a petra, quæ eſt fundamentum Eccleſiæ. Ne ſpes eſſet in homine. Unde *Pſal.* 138. Dies formabuntur, i. Apoſtoli, & nemo in eis. Qui ſpem ſuam ponit in homine. *Jer.* 17. Spem ſalutis æternæ & veniæ: ſed ſpem auxilii poſſumus ponere in homine, ut in B. Virg. & Sanctis; unde *Pſal.* 120. Levavi oculos meos in montes unde veniet, &c. Et ne eſſent tot baptiſmi quot ſervi. Sed nonne ſunt tot baptiſmi numero quot ſervi, i. quot Baptiſtæ? imo plures ſunt baptiſmi. Præterea Joannes quando baptizabat, nonne cooperabatur Deo? & tamen baptiſmus iſte dicebatur baptiſmus Joannis; ergo eadem ratione baptiſmus quo baptizat aliquis quicumque ſit ille, debet dici baptiſmus illius, & ſic iterum tot ſunt baptiſmi numero, quot ſervi, vel plures. Sol. Re vera tot ſunt baptiſmi numero, vel plures quot ſervi, ſed non tot ſpecie; ſed ſi Petrus haberet poteſtatem baptizandi interius, alius eſſet baptiſmus in ſpecie, baptiſmus datus a Petro & a Paulo: vel ſi in virtute nominis Petri daretur baptiſmus interius. Ad illud de baptiſmo Joannis dicendum quod non eſt ſimile; quia ibi nihil fiebat virtute baptiſmi quod non faceret Joannes; ſed in baptiſmo qui datur a Petro fit aliquid quod non fit a Petro, ideſt, mundatio interior, & propter hoc non dicitur baptiſmus Petri. Baptiſmus Joannis *Mat.* 21. Nemo dicit, baptiſmus meus, cum dicat tamen Evangelium meum. Sed contra: Sicut donum Dei eſt baptizare, & datur hominibus miniſterium baptizandi; ita prædicatio donum eſt Dei, & datur miniſterium ipſius, quare ergo non dicitur baptiſmus unius melior aſt baptiſmo alterius, ſicut prædicatio unius melior aſt prædicatione alterius. Et dicendum quod ille qui prædicat, non ita miniſterio prædicat quin & auctoritate & cooperatione, licet Deus ſit primitus auctor verbi: ſed munditiæ interiori quæ fit in baptiſmo, non cooperatur Baptiſta, ſed exteriori tantum; & cum mundatio interior ſit in baptiſmo principalior, non poteſt dici baptizare miniſterio quoad illam, niſi quia facit quidam quo facto fit illa: ſed ſi baptizare tantum eſſet exterius abluere, diceretur auctor baptiſmi, & baptiſmus meus: in prædicatione vero nihil fit quod non faciat qui prædicat. In prædicatione dico virtute prædicationis, & ideo dicitur, prædicatio mea, & melior. Ea hoc in parte patet quare non dicitur, lectio Evangelii Matthæi vel Marci, ſed ſecundum Matthæum, vel Marcum, licet dicatur, lectio Iſaiæ Prophetæ, lectio epiſtolæ Pauli: quia Evangeliſtæ non ſunt niſi quaſi recitatores Evangelii; Prophetæ autem propheriarum non tantum fuerunt recitatores, ſed procuratores, ſimiliter & Apoſtoli. Evangelium meum. *Rom.* 15. Prudentia mea. *Eph.* 3. Gloria mea. 1. *Theſ.* 2. Ad hoc autem quod dicit *Aug.* Chriſtum baptizandi poteſtatem ſervis dare potuiſſe, opponit Magiſter ſic: Illa potentia baptizandi quam potuit ſervis dare aut eſt increata, aut creata. Si increata nihil eſt aliud quam divina eſſentia; ſed conſtat quod non potuit dare homini quod eſſet Deus; ergo nec illam potentiam. Si creata, aut eſt potentia immergendi, vel remittendi peccata, ſiva influendi gratiam, ſive juſtificandi. Si eſt potentia immergendi contra iſtam potentiam ſibi non retinuit, & de iſta non dicit *Aug.* quod eam ſibi retinuit, ne ſpes poneretur in homine.

Si de potentia juſtificandi, ergo illam potuit dare homini: ſed dedit Chriſtus homini quidquid dare ei potuit; ergo Chriſtus in quantum homo habuit potentiam juſtificandi, & remittendi peccata, & infundendi gratiam. Sed ſi hoc dedit ei, ergo potuit ei dare quod crearet in quantum homo, quia hoc minus eſt quam juſtificare impium, ut dicit *Aug.* ſupra *Jo:* 14. Sed creare eſt Dei in quantum eſt Deus; ergo potuit ei dare quod eſſet Deus in quantum eſt homo, quod falſum eſt. Item *Jo:* 5. Opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me. *Gloſ.* quod ſim Deus; iſta opera erant juſtificare & dimittere peccata; ſed ſi eſſent hominis in quantum homo vel poſſent eſſe, jam per hoc non probaret ſe eſſe Deum. Reſtat ergo quod dare non potuit homini in quantum homini, poteſtatem illam baptizandi interius. Sed videtur quod imo, quia *Act.* 15. Fide purificans corda eorum; Gratia ergo habet hanc poteſtatem, ergo multo magis potuit eam dare homini. Ad hoc ſolvit Magiſter, quod potuit dare baptizatis poteſtatem baptizandi interius, ita tamen quod ipſe eſſet principalis auctor. Non potuit eis dare Chriſtus ut eſſent in quantum homines quod ipſe eſt, ideſt Deus. Potuit eis dare auctoritatem, ideſt ut facerent quod facit Deus eorum miniſterio, & dediſſe Prophetis ſcientiam futurorum quam habet: ly (quam habet) facit ſimplicem relationem, ideſt ut ſcirent futura quæ ipſe ſcit ſua eſſentia, eodem modo ſicut ipſe dimittit peccata ſua eſſentia, ſed quod facerent illud, Deo tamen principaliter operante: Summa ergo hujus ſolutionis eſt, quod Deus potuit dare hominibus potentiam dimittendi peccata. Aliam ſolutionem

Digitized by Google

a Gratias ago Deo meo, quod neminem veſtrum baptizavi, *b* niſi Criſpum, & Cajum, *c* ne quis dicat, quod *d* in nomine meo baptizati eſtis. Baptizavi autem & Stephanæ domum; *e* ceterum neſcio ſi quem alium *f* veſtrum baptizaverim. *g* Non enim miſit me Chriſtus baptizare,

▲ *a* Gratias ago] Revocavit eos a multitudine capitum, hic oſtendit ſe gaudere de hoc quod paucos de eis baptizavit, & illi, quos baptizavit, non poſuerunt ſibi diverſa capita. *b* Niſi Criſpum, & Cajum,] *Act.* 18. Criſpus archiſynagogus credidit Domino cum omni domo ſua; & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Hinc patet, quod Paulus honorabat magnos baptizans magnos. Criſpus enim magnus fuit, quia archiſynagogus, & Cajus, ut patet 3. *Joan.* *c* Ne quis dicat] propter hoc gaudet, quod paucos baptizavit; *d* In nomine meo], auctoritate mea. Non videtur autem de hoc agere gratias, niſi quia ſi baptizaſſet eos, conſtituiſſent forte ſibi Paulum caput, & ſic fuiſſet eis occaſio peccandi; ſed eadem ratione ſi ſcio parvulum eſſe reprobum non debeo baptizare, quia ſcio, quod melius erat ei ſi non baptizaretur. Similiter debeo gaudere, quod non injunxi pœnitentiam eis qui abierunt, & quod non prædicavi eis. Sed contra: Baptizando talem, vel prædicando talibus poſſem mereri, ergo debeo gaudere in hoc. Ad hoc ſolvendũ eſt ſicut ad illud *Phil.* 1. Sive per occaſionem annuncietur Chriſtus, in hoc gaudeo, non de ipſa occaſione, ſed de conſequenti ad eam, quia videlicet annunciabatur Chriſtus. Similiter non gaudebat Apoſt. quia nullum baptizaverat, ſed quia nullus ſcandalizatus fuerat de baptiſmo ſuo, quod bene ſequitur ad hoc, quod nullum talem baptizavit, ergo gaudebat Apoſtolus, quia operatio ſua nulli fuerat occaſio ſcandali. Et ex hoc ſequitur, quod contriſtari debet ille, cujus operatio eſt alii occaſio ſcandali, quia *Exod.* 21. Si quis aperuerit ciſternam, & non cooperuerit eam, & ceciderit bos, vel aſinus. *Gloſ.* ideſt, ſcandalizata fuerit mens munda, vel immunda, quod mortuum erit, ipſius erit, ideſt, peccatum occaſione ſui mali operis factum imputabitur. In *eod.* Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum, ſi ille mortuus non fuerit per peccatum, ſed jacuerit in lecto, & ſi ſurrexerit, & ambulaverit foris ſuper baculum, ideſt, ſi fuerit factus tepidus propter malum exemplum illius, innocens erit qui percuſſerit, quia non eſt mortuus per peccatum, ſed tenebitur ad operas, & impenſas in Medicos. *e* Ceterum neſcio,] i. non recolo. *f* Alium] de contentioſis. *g* Non enim miſit] Poſſet quis dicere, male feciſti, quia non multos baptizaſti. Non, reſpondet, quia [Non miſit, &c.] Ex hoc patet, quod ſi aliquis habilis eſt ad duo officia, non debet majus dimittere propter minus. Unde *Gloſ.* Non miſit me baptizare, &c. Ideo dicunt Apoſtoli *Act.* 6. Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.

▲ *a* Sed

Expoſitio litteræ

A ponit Magiſter, ſcil. quantum potuit dare, quod ſicut in invocatione nominis Chriſti baptiſmus fiebat; ita in invocatione Petri & Pauli fieret. Quod ergo objicitur; ergo eadem ratione potuit dare homini, quod eſſet creator ſecundum potentiam, non ſequitur; quia hoc nomen creator importat primam auctoritatem, quæ ſolius Dei eſt in quantum Deus. Sed iterum aliter ſolvi poteſt, & forte melius, videlicet quod non potuit dare creaturæ, quod juſtificaret animam. Unde dicit *Aug.* Tanta eſt excellentia rationalis creaturæ, ut non poſſet beatificari niſi a ſolo Deo, dico ut efficiente, quia ſi hoc poſſet, iſtam creaturam poſſet diligere plus quam ſe. Bona eſt ergo probatio Domini: Opera quæ ego facio, &c. Ad illud gratia ſive fides juſtificat, verum eſt per modum formandi, non per modum efficiendi. Ad illud *Aug.* Poteſtatem ſibi retinuit, quam ſi vellet, poterat ſervis dare, ideſt, potuit dare homini, quod in invocatione nominis ejus fieret baptiſmus, non ab homine, ſed a Deo. Similiter exponitur illud *Joan.* 1. Super quem videritis ſpiritum deſcendentem, hic eſt qui baptizat, & in ejus nomine fit baptiſmus. Vel potuit dare homini, ut melior baptiſmus fieret per meliorem, ſed noluit ne ſpes poneretur in Baptizantibus tanquam operantibus interiorẽ mundationem. Remiſſio peccatorum ſicut fuit in nomine Chriſti. In primitiva enim Eccleſia ſic fiebat baptiſmus, Baptizo te in nomine Chriſti: Et hoc, quia in hoc nomine [Chriſtus] intelligitur Trinitas; idem enim eſt quod unctus, in quo intelligitur ille qui ungit, & ille qui ungitur, & ipſa unctio. Sed objiciet quis, Cum ergo adhuc idem ſit intellectus illius nominis, adhuc poteſt fieri in nomine Chriſti ſicut tunc. Ad illud dicendum quod in principio talẽ voluit Spiritus S. eſſe formam baptiſmi ut exaltaretur nomen Chriſti, quod humiliatum fuerit in paſſione; poſtea autem revocavit illam formam, ſicut non inveniatur ſcriptum. Numquid Paulus pro vobis crucifixus eſt? Contra. *Col.* 1. Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia. 2. *Cor.* 12. Super impendar ego ipſe pro animabus veſtris. *Phil.* 2. Sed etſi immolor, &c. Sol. Paſſio Pauli illis & nobis utilis fuit, ſed non redemit quẽquam, ſed paſſio Chriſti omnium redemptio fuit. Repellit eos ab amore hominis qui eſt fruitio, quia dicitur *Rom.* 12. Cum hominibus pacem habentes. Unde 1. *Jo.* 2. Qui pro nobis crucifixus. 2. *Col.* 5. Dimittuntur peccata per nomen ejus, ideſt, per invocationem nominis ejus. Hoc verum bene credebant, quod Chriſtus erat paſſus pro eis, & non Paulus, & in nomine Chriſti tantum fiebat baptiſmus. Quod vero ſciebant Chriſtum, &c. per hoc poteſt intelligi quod dicit *inf.* 3. ſuper illud, Lignũ, fœnum, &c. *Gloſ.* Cum perfidi in æternũ pereant, prodeſt eis in parte fidem tenuiſſe. Dei veritatem. *Rom.* 1. Verum baptiſmum, ſub vera forma traditum, Ne quis dicat, &c. Quid eſt hoc quod dicit. Quia hoc nullus eorum diceret; quod patet per *Gl.* ſuper litteram, Divini muneris erat, quod ſciebant ſe in nomine Chriſti, non Pauli baptizatos, ſed ibi appellatur nomen invocatio nominis: hic autem dicitur nomen auctoritatis. Ut ſit ſenſus, ideſt, ne credens auctoritate mei meliorem ſibi collatum eſſe baptiſmum, dicat ſe propter hoc in nomine meo baptizatum. Simile *Joan.* 5. Ego veni in nomine Patris, & non accepiſtis me ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. De quo magis gloriaremini, quam de aliquo Pſeudo. Argumentum, quod bonum dimitti debet pro ſcandalo vitando. Florente. *Num.* 17. Ita per aliquod ſignum, &c. ideſt, ut ſi baptizatis ab excellentibus, daretur donum linguarum, vel ſi deſcenderet ſuper eos Sp. S. viſibiliter: Ipſorum baptiſmus diceretur, ideſt, videretur propter ſignum illud, poteſtas excellentiæ eis eſſe collata. Sicut baptiſmus Joannis, ideſt, quod nihil fieret in baptiſmo collato ab eis, quod non facerẽt; ſicut in baptiſmo Joannis, nihil fiebat quod non fieret ab eo. Per hominum nomina, i. per auctoritates hominum. Chriſti eſſe agnoſcitur poteſtas baptizandi. Per ſpeciem columbæ. *Jo.* 1. Neſciebat in cujus nomine, i. in cujus nominis invocatione, niſi poteſtatem baptizandi ſibi interius retineret; ſed illud quod Sp. S. in eum deſcendit ſigno viſibili bene ſcivit. Sciebat per fidem & revelationem, Sponſum eſſe. Unde *Jo.* 3. dicit: Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Daturus poteſtatem, i. excellentiæ, vel invocationis, vel cooperationis. An proprium baptiſmum, i. ſolus. Deſcendentem, deſcenſus ille ſolum in columba fuit, non in Spiritu, quia nulla gratia tunc data fuit ei. Hic eſt qui baptizat, ideſt, qui interius mundat. Vel, ideſt, in cujus nomine fit Baptiſmus. Baptizare, quod a minoribus fieri poteſt ne retardaretur a prædicatione. Argumentum, quod majores non debent facere officia juniorum quando eſt junior qui facere poteſt. Sed ſecundum hoc videtur Apoſt. peccaſſe, qui dicit *Rom.* 15 Nunc ergo proficiſcar in Jeruſalem miniſtrare ſanctis: Conſtat, quod majus eſt baptizare, quam temporalia miniſtrare; ſi ergo non eſt miſſus baptizare ne retardaretur a prædicatione, multo minus debuit ire in Jeruſalem miniſtrare Sanctis Sol. Curſus prædicationis ejus non fuit impeditus per illam miniſtrationem, ſed magis confirmatus. Unde ſine hoc, iret in Jeruſalem ne videretur diſcordare prædicatio ejus inter Gentes, in prædicatione ſua inter converſos de Judæis. Quæ dicitur ſapientia etſi non ſit, imo eſt revera ſcientia; ſed dicendum quod non proprie. Sapientia enim proprie dicitur de æternis, ſcientia vero de creaturis. Mors Chriſti, ideſt, fides paſſionis ejus evacuatur. Et impoſſibile ſecundum naturam judicatur, ut Deus immortalis moreretur. Sed nonne adhuc judicant multi hoc impoſſibile: at illi qui dicunt quod eſt poſſibile ſecundum cauſas ſuperiores tantum, non eſt poſſibile ſimpliciter, illi bene concederent, quod Deum immortalem mori eſt impoſſibile, non tamen evacuant mortem Chriſti. Sol. ly [ſecundum naturam] determinat, ly [judicatur] i. judicabant per rationes naturæ, quod Deum mori erat impoſſibile, quod erat evacuari paſſionem Chriſti: illi qui judicant hoc impoſſibile ſecundum naturam, non evacuant paſſionem, ſed bene concedunt, quod paſſus eſt. Bona natura, ideſt, bona inſtitutione naturæ: Iſti dicebant, quod ita erant aliqui inſtituti in naturalibus, quod per eam poterant benefacere, & mereri vitam æternam, & ita beatificari, hoc quidem eſt contra fidem, & hoc eſt evacuare paſſionem Chriſti. Præter eam, crucem. Credatur eſſe juſtitia, ideſt, juſtificatio. Et eſt argumentum, quod non potuit ſalvari genus humanum, niſi per mortem Chriſti. Contra: *Rom.* 5. in *Gloſ.* dicit *Aug.* contrarium reſponſo. Aliter potuit ſalvari, ſed non aliter redimi. Deorſum deſcendit. *Jacob* 3. Secundum ſcripturas ut ſapiamus, non cogimur coactione inducti neceſſaria, neque in parvulis Medico indigere: Hoc dicit Pelagius, & adhuc dicunt Cathari, quia dicunt parvulos non habere originale, neque peccatum aliquod. In majoribus, ideſt in adultis. Sibi ſufficere.

A Hoc

Digitized by Google

a Sed evangelizare,&c.]i.non in ſapientia Philoſophorum, quæ facit verboſos. Et hoc: *b* Ut non, &c.] quia ſi prædicationem limitares ſecundum ſapientiam Philoſophorum quibus videbatur impoſſibile quod Deus moreretur, evacuaretur, i. non eſſet crux Chriſti, i.paſſio. Vel [Evacuetur crux Chriſti,] i. meritum paſſionis, quia pro nihilo paſſus eſſet, ſi limitaretur prædicatio ſecundum opinionem Philoſophorum dicentium bonis naturalibus mereri vitam æternam. Vel [Non in ſapientia verbi,]i. non in ornatu. Et dicitur ſapientia verbi, lepos verbi. [Ut non evacuetur crux,] i.ſapor crucis & paſſionis: pulchritudo ſermonis ſaporem rei aufert, quæ eſt ſub ſermone. 2. *Cor.* 1. Non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei converſati ſumus. Prima autem expoſitio videtur ſcrupuloſa, quia dicitur *Exod.*12. Quod filii Iſrael ab Ægyptiis petierunt vaſa aurea, & argentea. Ibi *Gloſ.* Hæc doctrinas ſignificant, quæ ex conſuetudine Gentium non inutili ſtudio diſcuntur. Ibi etiam dicit *Greg.* quod hæ ſunt ſcientiæ Philoſophorum, quas debemus deferre nobiſcum. Item 2.*Reg.*8. Tulit David arma aurea & argentea, quæ habuit rex Soba, qui interpretatur vana vetuſtas, per quem ſignificantur gentiles Philoſophi, quorum eloquia debemus nobiſcum deferre. Unde ibid. in Reg. ſequitur, quod Salomon ex illo ære fecit vaſa in templo Domini. Videtur ergo, quod in ſapientia verbi, i. Philoſophorum liceat prædicare. Solutio hujus 2.*Cor.* 10. In captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti: poſſumus prædicare in ſapientia verbi ut ancillante, non dominante, ut Philoſophiam regulemus ſecundum regulam fidei,& non e converſo. Hoc enim ſignificatum eſt *Deut.*12. Per mulierem, quæ jubetur tonderi, & ejus ungues abſcindi, & veſtes mutari, & ſic in domum recipi. Dicunt ſancti quod hæc mulier eſt naturalis Philoſophia, & ſcientiæ Gentium. Capillorum & unguium abſciſſio, eſt ſuperfluorum amotio: veſtis mutatio eſt, ut non ea intentione inducantur qua dixerunt Philoſophi, ſed coaptando fidei. Intelligitur ergo non in ſapientia verbi dominante, & limitante, nec cum ſuperfluorum ipſius appoſitione. De hoc etiam dicit hic *Gloſ.* Quocirca non præſumit Apoſt. in ſapientia verbi prædicare, ſed Scripturarum auctoritate contentus, ſimplicitati potius ſtudet, quam tumori. De alia expoſitione: [Non in ſapientia verbi] i. lepore & ornatu verborum, dicit *Gloſ.* Quia prædicatio Chriſtiana non indiget pompa, & cultu ſermonis, ne videatur eſſe ex verſutia & calliditate humanæ ſapientiæ, non ex veritate. Ibi enim compoſitio verborum quæritur, ubi teſte virtute ipſa ſe non commendat veritas, ſicut in ſapientia mundana. Qui ergo fidem Chriſti verbis exornare vult, obſcurat illam ſplendore verborum, ut non ipſa, ſed ipſe laudetur. *Eccl.*4. Non abſcondes ſapientiam in decore ſuo, ſatis eſt in ſe pulchra. Sed ſicut iſte, qui non eſt pulcher in ſe, quærit aliunde pulchritudinem, ſcil. in ornatu; ſic ſapientes mundi exteriorem quærunt ornatum in verbis, unde quia tantus eſt ornatus verborum in eis, ſignum eſt quod ſubeſt multū de vanitate, & valde parum de veritate vel virtute. *Prov.*14. Ubi plurima verba, ibi frequenter egeſtas. *Iſ.*30. Contaminabis laminas ſculptilium, argenti, ſc. [i. autorem eloquentiæ] & veſtimentum conflatilis auri [i. ſapientiam.] *Iſa.*13. Ecce ſuſcitabo ſuper vos Medos, ideſt, prædicatores, &c.

> *a* ſed evangelizare, non in ſapientia verbi *b* ut non evacuetur crux Chriſti. *c* Verbum enim crucis *d* pereuntibus quidem *e* ſtultitia eſt; his autem qui ſalvi fiunt, ideſt, nobis *f* virtus Dei eſt. *g* Scriptum eſt enim: *h* Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

Expoſitio Gloſ. A Hoc dixit Horatius dicens, Det vitam, det opes: æquum mihi animum ipſe parabo. Prædicatio Chriſti ne videatur eſſe ex verſutia: ergo non debemus ornare prædicationes noſtras. Quid eſt ergo de B.Greg. qui ſemper quaſi per rhythmos loquitur? Dicendum, quod ipſe non exquirebat cultum in ſermone, ſed talis erat modus ejus loquendi, & donum Dei fuit in eo. Et bene dicit, Non indiget cultu ſermonis: quia *Sap.*6. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcet Sapientia. Qui ergo ornat eam, reddit eam inſpectam; ſicut qui vult rem vendere, & tamen occultat ipſam. *Eccl.*4. Non abſcondas ſapientiam in decore ſuo. *Ad litter.* Sapientia mundana, de qua dici poteſt: Pars minima eſt ipſa puella ſui. Ideo ex ſapiētia mundana ipſi damnandi ſunt, qui ei nimis adhærent, ſecundum eam ſaciam Scripturam, & quæ fidei ſunt, regulantes. *c* Verbum enim crucis.] Hic incipit tertia pars hujus capituli, in qua percutit elatos de ſapientia ſæculari: & hoc facit per quinque rationes. Prima ratio ſumitur a materia verbi, ſc. cruce, quæ pereuntibus ſtultitia eſt. Secunda a falſitate, vel a defectu ſapientiæ mundi, ibi [Perdam ſapientiam, &c.] Unde ibi *Gloſ.* Non enim vera ſapientia, & prudentia perditur a Dño, ſed falſi nominis ſcientia. Tertia ſumitur ab impotentia ſapientiæ mundi, quia non poteſt attingere uſque ad ſapientiam Evangelii, ibi [Ubi ſapiens, &c.] q.d. ſi poteſt, inveſtiget. Quarta a cauſa finali: ibi [Placuit.] Quinta ſumitur a contrariis, ibi [Quod ſtultum, &c.] Ex quo inferri poteſt & debet, ſed ſapientia mundi ſapientius eſt hominibus, ergo ipſa ſtultum eſt Deo; ergo Evangelium quod eſt ſapientia Dei, non debuit tradi per illam. Dicit ergo: [Verbum crucis.] Bene dico, ne evacuetur crux Chriſti. Evacuaretur enim, quia ſapiētia verbi contraria eſt cruci Chriſti. *d* Pereuntibus.] *Gloſ.* ſapientibus hujus mundi, quorum ſapientia perit & falſa oſtenditur, &c. 2.*Cor.* 4. Si opertum eſt Evangelium meum in his qui pereunt, opertum eſt, &c. *e* Stultitia eſt] *inf.*2. Animalis homo non percipit ea quæ Spiritus Dei ſunt, &c. *f* Virtus Dei.] *Gl.* ſic exponit: Credentes in cruce virtutem Dei intelligunt, dum ſciunt, quod occiſus Diabolum vicit, & hominem liberavit, &c. *Rom.*1. Non erubeſco Evangelium: virtus enim Dei eſt ad ſalutem omni credenti, Judæo primum, & Græco: juſtitia enim Dei in illo revelabitur. Moraliter. *e* Verbum enim crucis] pœnitentiæ, & religionis, & paupertatis. *d* Pereuntibus quidem ſtultitia.] *Eccl.*21. Audivit luxurioſus, & diſplicuit ei, & projiciet illud poſt tergum ſuum: quia *Prov.*10. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde ejus. *Iſa.*30. Loquimini nobis placentia, &c. *g* Scriptum eſt, &c.] Non habemus hæc verba alicubi, ſed ſententia eſt in *Abdia* Perdam ſapientes de Idumea (quæ interpretatur terrena, per quam bene intelligitur ſapientia mundana) & prudentiam de monte Eſau (quæ cum in ſe bona ſit, convertunt eum ad montes, ideſt, honores.) Eadem ſententia *Iſa.*29. Peribit ſapientia a ſapientibus ejus, &c. *h* Perdam ſapientiam,] *Gl.* Sapientiam mundanam, & prudentiam eliminabo a prædicatoribus Evangelii, &c. Qui ergo eam in prædicatione ſua admiſcent, oſtendunt ſe prædicatores Evangelii non eſſe. *Job* 12. Adducet conſiliarios in ſtultum finem, & judices in ſtuporem. Tales ſunt multi qui cum aliis conſulant, ſibi ipſis conſulere neſciunt, & quantum ad ipſos omnis ſapientia eorum devorata eſt. *Iſa.*44. Convertens ſapientes retrorſum, ſcientiam eorum ſtultam faciens.

Moraliter.

Expoſitio Gloſ. *e* Verbum crucis, &c.] In cruce virtutem Dei intelligunt, imo infirmitatem. Unde *Iſa.*53. Vere languores noſtros, &c. In cruce ergo apparuit Dei infirmitas, quod verum eſt quantum ad cauſam; ſed virtus Dei ibidem apparuit quantum ad effectum, quia in ipſa infirmitate devicit Diabolum, de quo *Iob.*4. Non eſt poteſtas quæ ei valeat comparari. Ideo ad annunciandum incarnationem, miſſus eſt Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei. Virtutem dat credentibus per quam cum res exigit, fiunt miracula. Ex hoc videtur, quod Apoſtoli fecerunt miracula in quantum credentes, & in quantum homines, ergo multo magis Chriſtus in quantum homo faciebat miracula.

Contra: Super illud *Matth.* 20. Jeſus autem vocavit eos: *Gloſ.* Stans illuminat, tranſiens miſeretur, ideſt, in quantum Deus illuminat, & ita fecit miracula in quantum Deus. Sol. Deus dedit Apoſtolis, & aliis donum faciendi miracula miniſterio, non auctoritate. Faciebant enim quiddam, quo facto fiebant miracula a Deo, in invocatione Domini noſtri Jeſu Chriſti. Nec etiam Chriſtus, ideſt, in quantum homo faciebat miracula. Prædixerat quod eam non reciperet in prædicatione Evangelica, ergo & modo non poſſunt eſſe prædicatores, qui habent eam niſi eam deponant. Sol. Non reciperet eam, ſupple exiſtentem talem. Ad hoc facit illud Boetii in libr. de hebdomad. Eruditi hominis eſt de quaque re prout ejus natura exigit, ſermonem habere. Unde Theologus ex his rationibus ſic arguit: Socrates eſt homo, Plato eſt homo: ergo Socrates, & Plato ſunt homines, ſcriptum eſt in *Abdia*. Contra: Super illud *Iſa.* 29. Peribit ſapientia a ſapientibus ejus, &c. dicit *Gloſ.* Ex hoc loco Apoſt. teſtimonium poſuit, Perdam ſapientiam, &c. Sol. Hoc aſſumpſit Apoſt. ab Iſaia, & Abdia; ſumit enim ſententiam quæ eſt in utroque, ſed verba in neutro ſunt. Ut tales ſapientes inter prædicatores non recipiam, manentes tales: quod dico, quia Aug. & Hieron. recepit & multos alios, qui fuerunt tales. *Pſal.*143. Non eſt ruina maceriæ, ideſt, artis Philoſophorum, quæ non poteſt in eis deſtrui, ut tranſeant ad Chriſtum. De moribus ut Ethicus. De artibus, ut Logicus. Falſamque faceret, ideſt, falſam eſſe oſtenderet: Non utique meam in eis perdam. Sed nonne dicitur *Eccl.*1. Omnis ſapientia a Deo. Sed hoc dicit propter abuſum, qui eſt ab homine, non a Deo. Eorum prudentia reprobatur, i. abuſus ipſius, vel illud quod reputant prudentia. Probata falſitate ſapientiæ hujus mundi. Et ſi nihil impoſſibile Deo credunt, tamen quia in lege non adeo aperte habent, diffidunt Dei filium eſſe mortuum. Sed nonne ſciunt, quia omnia quæcunque

a Ubi ſapiens? b ubi ſcriba? ubi c inquiſitor hujus ſæculi? Nonne d ſtultam fecit Deus ſapientiam hujus mundi? Nam quia in Dei e ſapientia non f cognovit mundus g per ſapientiam Deum: h placuit Deo i per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes. k Quoniam l & Judæi ſigna petunt; m & Græci n ſapientiam quærunt. o Nos autem prædicamus Chriſtum p crucifixum, q Judæis quidem ſcandalum? r Gentibus ſ autem ſtultitiam; t ipſis autem vocatis Judęis, atque Gręcis Chriſtum Dei u virtutem & x Dei ſapientiam:

a a Ubi ſapiens?] Quomodo ſcis Apoſtole quod Deus perdet ſapientiam? &c. quia jam perdidit. [Ubi] enim [ſapiens.] *Gl.* inter prædicatores, inter quos ſi eſſe voluerit, ſapientiam illam abjicere oportuit. Quod hic dicitur ſumptum eſt de *Iſa.* 33. Ubi poſtquam locutus eſt de æterna beatitudine dicit. Ubi eſt litteratus? ubi legis verba ponderans, ubi eſt doctor parvulorum? q. d. non eſt in illa. *Baruc.* 3. Ubi ſunt qui argentum fabricant? &c. Reſpondet, Exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt. b Scriba] qui

D

etiam de moribus, & artibus præcepta dat. c Inquiſitor] eſt qui ſecreta naturæ rimatur. Vere, ubi eſt? q. d. Tales non elegit Deus ad prædicandum. [Scriba.] *Mat.* 13. Omnis Scriba doctus in regno cęlorum ſimilis eſt patriſamilias, qui profert de theſauro ſuo nova, & vetera. d Nonne ſtultam fecit Deus] i. oſtendit quare mortuus eſt: Dictabat autem ſapientia illa impoſſibile eſſe Deum mori. *Iſ.* 19. Stulti facti ſunt principes Taneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens, *Jer.* 10. Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua. *Eccl.* 19. Non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina. Et bene ſtultam oſtendit, quia nullum talem ſibi aſſumpſit in principio prædicationis, imo, i Per ſtultitiam prædicationis] ideſt per prædicationem eorum, quæ videbantur eſſe ſtultitia. Vel, ideſt per prædicatores ſtultos in ſapientia mundi. *Iſa.* 33. Populum imprudentem non videbis, populum alti ſermonis, ita ut non poſſit intelligere diſertitudinem linguæ ejus, in quo nulla eſt ſapientia. *Cor.* 2. Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam. h Placuit Deo, &c.] i. hoc ideo, quia, f Mundus] mundani e Non cognovit Deum] i. noluerunt cognoſcere g Per ſapientiam] quam oſtendit eis in rebus, ut a magnitudine creaturæ, &c. *Sap.* 13. Vel f Non cognovit, &c.] i. propter ſapientiam ſuam, ſecundum quam volebat Dei potentiam, & voluntatem limitare. Non cognovit inquam, [In Dei ſapientia] i. in altitudine ſapientiæ ſuæ. Vel [In ſapientia,] i. per ſapientiam, i. filium Dei, cui noluerunt ſapientes mundi credere. k Quoniam & Judæi.] Adhuc oſtendit, quod non potuerunt credere propter ſuam ſapientiam, tum de Judæis, tum de Gentibus. l Signa] potentiæ. m Græci] Gentiles. n Sapientiam,] i. rerum naturalium ſcientiam. o Nos autem,] i. ſed p Crucifixum.] contra hoc quod Judæi petunt ſigna potentiæ, nos manifeſtamus eum per ſignum infirmitatis. ſ Stultitiam,] cum uno verbo poſſet omnes homines ſalvare, ſtultitia videtur procedentibus ſecundum naturales rationes, quod mortuus fuerit propter ſalutem hominum. Sed quia non omnes Judæi ſcandalizabantur in prædicatione hac, nec omnes Gentiles ipſam reputabant ſtultitiam, addit: t Ipſis autem vocatis] i. electis. u Dei virtutem] in hoc quod debilis homo, & infirmus moriendo devicit Diabolum tam fortem. x Et Dei ſapientiam:] quia ſic ſe occultavit ne Diabolus percipiens ejus potentiam, fugeret, & non mitteret manum in ipſum. a Quia] illud opus [Dei quod ſtultum eſt] reputatur ſtultum. Hæc eſt ratio a contrario ſenſu. b Sapientius, &c.] fortius eſt, quia devicit in infirmitate ſua Diabolum, quem nulla creatura poterat ſuperare. Et dicit B. Bern. Totum nobis de Chriſto bonum, totum ſalutiferum, totum neceſſarium fuit. Non minus profuit infirmitas, quam majeſtas: propter nos egenus factus eſt; de magno parvulus; de celſo humilis; infirmus de potente. Quod paſſus eſt de voluntate ſua, non neceſſitate, hoc ipſum quædam fuit ſtultitia; & nonne nobis fuit via prudentiæ, juſtitiæ forma, ſanctitatis exemplum? Mors igitur nos a morte, via ab errore, a peccato gratia liberavit.

Moraliter. Moraliter. l Judæi ſigna, &c.] Hæc erat eorum conſuetudo, ſicut dicitur *Gen.* 15. de Abraham: Domine Deus unde ſcire poſſum, quod poſſeſſurus ſum eam. *Judic.* 6. Gedeon petiit a Domino de vellere. *Luc.* 11. Generatio hæc ſignum, &c. q. d. ſignum poteſtatis, ſed dabitur eis ſignum impotentiæ, & infirmitatis. Nos fere omnes Judæi ſumus in hoc, quia nolumus Deo credere niſi ſuper bonum pignus, & utinam ſaltem ſic ei crederemus. 2. *Cor.* 5. Deus eſt, qui dedit nobis pignus ſpiritus. Hoc ſignum petimus quando proponitur nobis pœnitentia, Vel Religio, dicentes cum Pharaone. *Exod.* 5. Quis eſt Dominus, i. quod ſignum dat mihi, ut audiam vocem ejus, i. ut intrem Religionem, vel aggrediar arctam pœnitentiam. Sed nos cum Pharaone vidimus manum leproſam, i. animam, in ſinu ſanatam, i. in occulto clauſtri immundos peccatores juſtificatos. Vidimus baculos converſos in ſerpentes, i. rigidos per inflexibilitatem, i. ſuperbos, & inobedientes in humilitatem, & obedientiam, inſenſibiles in aſtutiam ſpiritus, ut etiam ſerpentes magorum devorarent, quia omnis ſapientia eorum devorata. Vidimus etiam aquas Ægyptiorum, i. delectationes peccatorum converſas in ſanguinem, i. in abominationem ipſis peccatoribus. *Iſa.* 28 Omnes menſæ eorum repletæ ſunt vomitu. *Pſ.* 104. Convertit aquas eorum in ſanguinem. m Græci ſapientiam.] *Baruc* 3. Filii quoque Agar [quæ interpretatur advena,] i. filii mundi alieni a Deo, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra eſt, & ideo non eſt mirũ ſi non inveniunt veram ſapientiam, quia quærunt eam ubi non eſt, ſicut dicitur *Job* 28. Non invenitur in terra ſuaviter viventium, i. in fluxu deliciarum. Abyſſus, profunditas ſcientiæ ſæcularis; mare, perturbatio conſcientiæ ex ſœtore, & amaritudine peccatorum. Qualiter autem inveniri poſſit tangitur *Job* 28. Qui fecit pondus ventis, i. animabus quarum pondus eſt impetus, ſive raptus deſiderii. *Pſ* 103. Qui ambulas ſuper pennas ventorum. Et ſicut ventum ſentimus, ſed non videmus, ita hujuſmodi raptum ſentimus, ſed non videmus; ſentimus ſimpliciter, ſed non intelligimus. Sequitur: Et appendit aquas in menſura, quod eſt quando dividit aquas ſuperiores ab inferioribus, i. delectationes ſpirituales a carnalibus, quia parum habet homo de delectationibus ſpiritualibus. Sequitur: Qui ponebat pluviis legem, ideſt, lacrymas, & rugitus, i. cordis gemitus. Qui hæc quatuor habet, invenit cęleſtem ſapientiam, ſicut ibi ſequitur *Gen.* 2. In terra Hevilath invenitur aurum optimum, quod interpretatur parturientium, & dolentium. In partu deſiderium & delectatio ſpiritualis; in dolore lacrymæ, & gemitus cordis intelliguntur. 3. *Reg.* 10. Salomon mittebat pro auro claſſes in Ophir, quod interpretatur infirmans: quia anima infirmatur quoad terrena, quando videntur ei inſipida, ſicut infirmis cibaria; invenit aurum, i. ſapientiam. p Prædicamus Chriſtum crucifixum,] ideſt amaritudinem pœnitentiæ, ut fiat propter Chriſtum. Et hæc eſt: q Judæis] ſcandalum, i. aliquibus qui in ſæculo exterius circumciſi ſunt a peccatis aliquantulis, his eſt ſcandalum prædicatio de intrando Religione. r Gentibus] ideſt, eis qui omnino vivunt in peccatis, ut Gentes. ſ Stultitiam;] *Eccl.* 10. In via ſtultus ambulans, cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos reputat *Gen.* 19. Videbatur eis quaſi ludens loqui: quando Loth exiens de Sodoma, ne ibi periclitaretur, dicebat generis ſuis, quod exirent, ideſt, quod intrarent ſecum Religionem. Ideo dicit Dominus *Matth.* 7. Nolite ſpargere margaritas ante porcos. u Virtutem, & Dei ſapientiam] quia per crucem vincitur Diabolus, & ejus aſtutia eliminatur. Unde *Exod.* 12. Exterminator (per quem Diabolus) tranſivit illos, quorum poſtes erant liniti ſanguine agni, i. eos qui ſtigmata Domini Jeſu in corpore ſuo portant. *Gal.* 6.

▲ Crux *Expoſitio* [illegible]

▲ voluit Dominus, fecit. Et iterum *Gen.* 18. Nunquid quidquam Deo eſt difficile, ſed ii diffidunt, i. dicunt eſſe impoſſibile Deum eſſe mortuum, jam credunt, quia aliquid eſt impoſſibile Deo. Sol. Judæi dicebant Deum eſſe mortuum, eſſe impoſſibile per legem, Gentiles ſecundum naturam Infirmum contemnunt, i. illud in quo apparet infirmitas, ut crux & paſſio. Quod in naturis rerum non vident, quod filius Dei moriatur. Hanc autem Deus ſtultam fecit, poſſibile fore declarando. Ex hoc videtur, quod virginem parere ante adventum Chriſti ſimpliciter erat poſſibile, ſed eadem ratione debet dici quod poſſibile eſt truncum eſſe vitulum. Quidam dicunt, quod cæcum videre eſt poſſibile Deo, tamen ſimpliciter eſt impoſſibile. Nec ſequitur, eſt poſſibile Deo, ergo eſt poſſibile, quia cum dico, cæcum videre eſt poſſibile Deo, ſic copulatur poſſibilitas Deo ad hoc, ut faciat cæcum videre, & non copulatur cæco ad videndum. Sed cum dico, cæcum videre eſt impoſſibile, jam copulatur poſſibilitas in cæco ad videndum. Quod autem hic dicitur: Poſſibile fore Deus oſtendit, quod ſapientia mundi impoſſibile judicat, intelligendum eſt, (judicat impoſſibile) ſecundum inferiores cauſas, ſed Dominus ipſo facto oſtendit quod erat poſſibile ſecundum ſuperiores cauſas. Tenebræ non comprehenderunt, per fidem. Curatio via eſt ad ſanitatem. Nota, quod curatio quandoq; idẽ eſt quod ſanatio, quandoq; idem quod curam apponere, ſic ſumitur hic: & in *Jer.* 51. Curavimus Bab. & non eſt curata. Serpentis ſapientia, i. aſtutia decepti ſumus. *Gen.* 3. Petunt ſigna potentiæ. *Luc.* 11. *Ma.* 12 Non communi vocatione, i. exteriori, quæ fit per prædicationem *Ma.* 20. Multi vocati, &c. Qui præſciti & prædeſtinati vocantur. Hæc vocatio duplex eſt, æterna præelectio, & in tempore gratiæ appoſitio,

▲ non

Digitized by Google

a Crux ſimiliter magna fuit ſapientia: quia Diabolus miſit manum in illum, in quo jus non habebat, ea hoc amiſit poteſtatem in eis, qui juſte ab eo tenebantur. *Jud.8.* Quales erant illi quos viſtis in montibus, dixit Gedeon [i. Chriſtus,] fratres mei erant. *a* Quod ſtultum, &c.] & e converſo. Unde *inf.3.* Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum.

Quia quod *a* ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, & *b* quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Videte *c* enim vocationem veſtram, fratres, quia non *d* multi ſapientes ſecundum carnem, *e* non multi potentes, non multi nobiles, ſed *f* quę ſtulta ſunt mundi, elegit Deus ut confundat ſapientes, *g* & infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, *h* & ea quę non ſunt, ut ea quę ſunt deſtrueret, ut non *i* glorietur omnis caro in conſpectu ejus. *k* Ex ipſo *l* autem *m* vos eſtis in Chriſto Jeſu, qui *n* factus eſt nobis *o* ſapientia a Deo; & *p* juſtitia, & *q* ſanctificatio, & *r* redemptio; ut *ſ* quemadmodum ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

b Quod infirmum eſt] ſimiliter e converſo. *Iſa.1.* Fortitudo veſtra quaſi favilla ſtupæ. *Naum.3.* Omnes munitiones tuæ quaſi ficus cum groſſis ſuis. *c* Videte vocationem veſtram.] Hæc eſt quarta pars, in qua *Aliter.* humiliat nos mittendo ad memoriam Patrum ſpiritualium, qui fuerant piſcatores, & idiotæ, dicens [Videte vocationem] i. vocatores veſtros. *d* Quia non multi ſapientes.] *Iſa.13.* Suſcitabo ſuper vos Medos, qui argentum non quærant, &c. *Zac.9.* Suſcitabo filios tuos, Sion, ſuper filios tuos, Græcia: Contrario modo *Joel.3.* Filios Juda & Jeruſalem vendidiſtis filiis Græcorum.

e Non multi potentes, &c.] In homine tria ſunt, ex quibus oritur omnis humana gloriatio. Ex anima ſapientia, ex carne nobilitas, ex divitiis potentia. Contra primum. [Non multi ſapientes.] Contra ſecundum. [Non multi nobiles.] Contra tertium. [Non multi potentes.] *Jer.9.* Non glorietur fortis in fortitudine ſua; non glorietur ſapiens in ſapientia ſua: non glorietur dives in divitiis ſuis. *f* Quæ ſtulta ſunt] quos mundus ſtultos reputat. *g* Infirma] i. pauperes, & qui nullius erant potentiæ. *h* Quæ non ſunt] i. quæ nihil omnino videatur eſſe. *i* Ut non glorietur omnis caro] ne dicerent, nos elegit Deus, hoc fuit, quia potentes, & ſapientes eramus, & nobiles. *l* Autem, i. ſed. *m* Vos eſtis in Chriſto] fide ejus fundati. *k* Ex ipſo] i. per ipſum, non per potentiam veſtram, vel nobilitatem, vel ſapientiam. *n* Factus eſt nobis ſapientia] i. qui dedit nobis ſapientiam. *q* Sanctificatio] in baptiſmo. *r* Redemptio] in paſſione. *ſ* Scriptum eſt *Jerem.9.* Et *2.Cor.19.*

Moraliter. Moraliter. *d* Non multi ſapientes.] Adhuc idem facit Dominus quotidie, & hoc. Ut non glorietur.] *Jud.7.* Dixit Dominus ad Gedeon: Multus eſt populus tecum, non tradetur, &c. ne dicat meis viribus liberatus ſum, &c. ſed per illos paucos operatus eſt victoriam, qui ita feſſi erant, quod ſitientes non poterant bibere geniculando, ſed lambentes cum manu. *Judith.* 16. Non enim cecidit potens eorum a juvenibus, &c. ſed Judith filia Merari, &c. *3.Reg.20.* Per quos? ait Propheta: Per pediſſequos principum provinciarum. Quod ſignatum fuit *Sap.12.* Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, ut illos paulatim exterminarent: *Deut.* 7. Inſuper, & crabrones mittet Dominus Deus tuus, &c. Similiter liberat Dominus terram Eccleſiæ ab impiis per inſipientes, & qui nullius momenti ſicut veſpæ. *h* Ut ea quæ ſunt deſtrueret.] *Job 40.* Nunquid ligabis cum ancillis tuis? *Prov.9.* Sapientia miſcuit vinum ſuum, &c. miſit ancillas, ut vocarent ad arcem. *1.Reg.30.* Cum Amalechitæ cepiſſent uxorem David, & filios, & quidquid erat in civitate, inſecutus eſt eos, & per feſſum ſervum quem dimiſerat exercitus Amalechitarum, [ideſt, mundus] devicit eos: per illos quos contemnit mundus, vincitur Diabolus. *Joan.6.* Dixit Dominus ut fragmenta, i. Scripturæ ſubtilia reponerentur in cophinis, in prædicatoribus contemptis.

n Factus eſt nobis ſapientia.] Hoc pertinet ad perfectionem intellectus ſpeculativi; ſecundum ad ordinem intellectus practici quoad opera; tertium quoad augmentum utriuſque; quartum quoad conſummationem, quæ erit in gloria. Vel ut attendatur ibi ordo artificialis, non naturalis. In artificiali ordine præponitur quod dignius eſt, ſed ſecundum naturalem ponitur ultimo. [Redemptio] a captivitate Diaboli. *o* Sanctificatio] in confirmatione boni. *p* Juſtitia] in ordinatione ad proximum. *q* Sapientia] in ordinatione ad Deum.

A non ex arbitrio quod eſt contra Pelagium. Vicit mortem. *Oſ.13.* Callide Diabolum decepit, quia ſub noſtra infirmitate ſe occultavit, quaſi miles arma ſua mutans: aliter nunquam pugnaſſet contra eum Diabolus. *Job 26.* Prudentia ejus percuſſit ſuperbum. Credentes in Chriſtum crucifixum intelliguntur. Secundum hoc fides præcedit intellectum. Contra. *ſup.1. Tim.1.* Charitas eſt finis præcepti, &c. Ibi *Gl.* Intellectus ponitur precedere fidem. Sol. Duplex eſt intellectus: diſcernens, qui eſt ſine delectatione, hic precedit fidem: & eſt intellectus capiens, ſive adhærens, hic eſt cum affectione, & delectatione, & ſequitur fidem; de hoc dicitur *Iſa.7.* Niſi credideritis, non permanebitis. Ibi Sept. Non intelligetis, i. adhærebitis intellectui delectantes in Deo. Sed filius intelligit parti, i. ſi pater a filio intelligat: non filius a patre, quod verum eſt, ſc. filium eſſe a patre. Filius ſapientia patris eſt ſapiens, intranſitive, i. filius eſt ſapientia, quæ eſt pater, vel quaſi effective, i. habet a patre, quod ſit ſapiens. Solet quæri de hoc quod dicitur hic, Abſurdum eſt patrem eſſe ſapientem ſapientia quam genuit pater: ergo non eſt ſapiens ſapientia quam genuit. Sed eadem ratione videtur quod pater non eſt diligens amore quem ſpiravit, nec filius ſimiliter. Hæc eſt ergo falſa, pater diligit Spiritu S. vel ſi eſt vera hæc; ſimiliter hæc eſt vera, pater eſt ſapiens ſapientia quam genuit: Filio enim attribuitur ſapientia, ſicut Spiritui S. amor, & dilectio. Sol. Magiſter ſolvit ſic in ſententiis: Alicubi invenitur, quod *Aug.* dixit, Pater eſt ſapiens ſapientia genita, & invenitur quod hoc retractavit. Dixit Magiſter. Ergo in hoc intelligitur retractaſſe ſuum ſimile, & ſimile eſt, pater diligit Spiritu S. ſi *li* [Spiritu S.] regatur formaliter a verbo, falſa eſt; ſi in ratione ſigni, vera eſt: & eſt ſenſus hic, quod pater & filius ita uniformiter ſpirant Sp. S. ſignum eſt quod ſe diligant. Alii dicunt quod cum dicitur, pater diligit Sp S. ſenſus eſt, pater genuit filium ex quo procedit Spiritus S. Alii dicunt, quod *li* [Sp. S.] regitur formaliter: nec eſt ſimile de ſapientia, & amore; quia amor proprie dicitur de Spir. S. unde tenetur perſonaliter cum dicitur, pater diligit Spiritu S. ſed ſapientia per appropriationem dicitur de filio, unde non mutat ſignificationem ſuam, ſed eſſentialiter tenetur, & ideo ſequeretur, pater eſt ſapiens ſapientia genita, ergo pater eſt ſapientia genita; ſed non ſequitur, pater diligit Spiritu S. ergo pater eſt Spiritus S. quia ibi diligere non eſt idem quod eſſe. Infirmum Dei, non vere eſt infirmum. Sed nonne infirmitatem noſtram accepit? Unde de Simeone cantatur: infirmitatem portabat, & interius divinitatem agnoſcebat. Sol. infirmus poteſt ſumi privative, & eſt idem quod non firmus, ſic eſt falſa hæc, Chriſtus eſt infirmus, quia in ſingularibus idem valet negatio præpoſita, & poſtpoſita, unde idem eſt quod Chriſtus non eſt firmus. Vel poteſt ſumi copulative, hoc ſecundo modo ſumitur infirmum Dei, i. Chriſtus cui ineſt noſtra infirmitas, non eſt vere infirmum, i. non eſt non firmum, imo firmus, & omnipotens. Duodecim Apoſt. ſunt electi. *Matt.10. Luc.6.* Romanæ dignitatis parentela. Unde *Act.22.* Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare. *2.Tim. ult.* Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, dicit *Gloſſ.* quod penula erat veſtis conſularis, quæ data fuit patri Pauli in inſigne a Romanis quando ſuſceptus eſt in ſocium, & civem Romanum: Dicitur ergo Romanus, i. in civem Romanum cooptatus ſicut pater ejus: Et ſimiliter B. Julianus, propter idem. Sed quæritur de hoc quod dicit *Gl.* Non multi nobiles generis claritate. Primo nulli tales fuerunt inter Doctores Chriſtianæ fidei, imo Joannes & Jacobus, qui fuerunt de Tribu Juda, & de genere David, quia fuerunt cognati Domini. Sed dicendum, quod quantum ad ipſos jam viluerat eorum generoſitas per multiplicem, & remotum deſcenſum. Nihil impendit. Unde *Phil 3.* Omnia hæc arbitratus ſum, ut ſtercora. Erubeſcere. *Iſa.23.* Erubeſcere Sidon, ait mare. Ea quæ non ſunt. *Iſ.40.* Qui dat laſſo virtutem, & his quæ non ſunt, fortitudinem. *Rom.4.* Qui vocat ea, quæ non ſunt: & quæ nihil eſſe videbantur, elegit. *Jac.2.* Nonne pauperes elegit Deus, divites in fide. Contra Dei ordinationem, i. contra illud quod Deus ordinavit; quia contra ordinem Dei, active non poteſt facere. Deus humilitatem proponat. *Matt.11.* Diſcite, &c. Quærens humiles. *Matt.9.* Non veni vocare juſtos. Salutem humilitatis, tranſitive vel intranſitive. Non elegit Reges, ne converſio fidelium eorum potentiæ aſcriberetur: non Philoſophus, ne eorum ſapientiæ aſcriberetur: non oratores, ne diceretur, quid eſt quod non perſuaderet cautus orator. Unde Tullius: Nihil tam incredibile quod non fiat dicendo, vel docendo probabile: nihil tam horrendum quod non ſplendeat oratione. Sed & hic dicit *Gloſ.* Niſi fideliter præcederet piſcator, non humiliter ſequeretur orator. Unde *Jo.1.* *Gloſ.* Nathanael doctus in Apoſt. non eſt electus, ſed frater ſuus Philippus indoctus. Qui gloriatur, in Domino glorietur, *2.Cor.10.* Et hic *eod.* Maneamus in æternum, i. in perpetuum:

Expoſitio Gloſſ.

Sapientia caro facta, i. filius factus eſt homo: factus eſt nobis, non dicit [factus] ſimpliciter hæc enim falſa eſt: factus eſt ſapientia: hæc vera eſt, factus eſt nobis ſapientia. Nos illuminat, quia prius juſtificat nos bona operatione: ergo quia bona operatione juſtificat nos, ideo illuminat nos per gratiam, ſed per ſolam gratiam boni ſumus, ergo quia bene facimus, boni ſumus. Sol. Eſt illuſtratio gratiæ ad credendum, & bene operandum, & hæc præcedit: & eſt illuminatio ad perfecte operandum, & hæc ſequitur bonam operationem. De hac loquitur *Gloſ.* Et cohærendo, fide, ſpe, charitate. Quia prius in baptiſmo emūdat nos, quam ſit nobis juſtitia; ſed nobis eſt juſtitia conferendo gratiam; ergo prius mundat, quam conferat gratiam. Sol. Juſtitia hic non dicitur juſtificatio, vel infuſio gratiæ, ſed converſatio in exercitio bonorum operum, quam conſtat eſſe poſt emundationem. Niſi de bonis Dei, *infr.* 4. Quid habes quod non accepiſti? ſi autem, &c. in *Jer.* 9.

CAPUT II.

ET ego *a* cum veniſſem ad vos fratres, veni *b* non in ſublimitate ſermonis, *c* aut ſapientiæ, *d* annuncians vobis teſtimonium Chriſti. *e* Non enim judicavi *f* me ſcire aliquid inter vos, *g* niſi Jeſum Chriſtum crucifixum. *h* Et ego in infirmitate, *i* & timore *k* & tremore multo fui apud vos: *l* &

EXPOSITIO CAP. II.

ET ego cum veniſſem] In hoc ſecundo cap. oſtendit Apoſtol. quod licet verbum crucis reputetur ſtultitia apud homines, eſt tamen vera ſapientia. Quod probat quinque rationibus. Prima eſt, quod ex quo Apoſt. qui ita peritus erat in lege, relictis humanæ ſapientiæ verbis, verbum crucis tantum eis prædicavit, reſtat quod verbum crucis eſt vera ſapientia. Secundu probat idem per hoc, quod non habet principium corruptibile ipſa ſapientia crucis, ibi [Sapientiam autem loquimur.] Tertio, quia abſcondita eſt in ſecreto Dei, ibi [Sed loquimur Dei, &c.] q. d. Per hoc patet, quod verbum crucis eſt. Quarto, quia præordinata eſt a Deo ante omnia ſæcula, ibi [Quam prædeſtinationem Dominus.] Quinto, quia cogitationes principum, & etiam dæmonum excellit, ibi [Quam nemo principum.] Et hoc probat authoritate *Iſa.* ibi [Sicut ſcriptum eſt:] Quia vero poſſet quis quærere, ex quo ita profunda eſt ſapientia crucis, quomodo cognoviſti eam? Reſpondet. [Nobis autem revelavit] q. d. Non per acquiſitionem, ſed per revelationem cognovi eam: Quæ autem ſequuntur revelationem Spiritus ſancti, poſtea oſtendit: ſed prius interponit quoddam ſimile per quod probat Spiritum ſanctum omnia iſta cognoſcere, & ita potuit revelare, ibi [Quis enim ſcit.] Poſtea exequitur, quæ ſequuntur revelationem Spiritus ſancti. Primum eſt quod immediate ſequitur acceptio Spiritus ſancti, ibi [Nos autem non Spiritum.] Acceptionem Spiritus ſancti ſequitur perfecta cognitio: unde ſubdit, [Ut ſciamus.] Perfectam cognitionem ſequitur locutio, ſive doctrina: unde dicit [Quæ & loquimur:] Sed quia poſſet quis dicere Apoſtolo: Si tibi revelavit Deus hanc ſapientiam, quare ergo non & nobis ſimiliter? Reſpondet, diſtinguens duo genera hominum, animalium, & ſpiritualium. Animalibus nihil revelat, ſed tantum ſpiritualibus ibi [Animalis] Poſtea ſubjungit de examinatione hujus ſapientiæ, de quo fuerit, ibi [Spiritualis autem, &c.] Et ſic terminatur c. Poteſt autem dividi totum cap. ſcil. in tres partes. In prima oſtendit qualem diſpoſitionem requirit ſapientia cœleſtis, ſc. humilem. In ſecunda oſtendit, eſſe prudentem, & diſcretum qui ſciat cui, & quid, & quando loquatur, ibi [Et ego.] In tertia oſtendit qualem requirat auditorem, ſc. ſpiritualem, ibi [Spiritus omnia.] Dicit ergo: *a* Et ego.] Continua ſic: Vocavit Deus ſtultos & idiotas ad annunciandum hanc ſapientiam, & ideo ego qui ante eram ſapiens, abnegavi ſapientiam meam, ut annunciarem iſtam. Et hoc eſt, [Et ego cum veniſſem.] Egreſſus ab Athenis venit Corinthum, i. a Philoſophis ad rudes. *Act.* 18. *b* Non &c.] quoad ornatum verborum. *c* Aut ſapientiæ] quoad obſcuritatem ſententiarum. Unde *inf.* 3. Si quis inter vos videtur eſſe ſapiens, ſtultus fiat, ſc. ut ſit ſapiens. Exemplum de *Pſal.* 11. Diſperdet Dominus linguam magniloquam. 1. *Reg.* 2. Nolite multiplicare loqui ſublimia glorianses. Sed contra. *Mich.* 5. Stabit, & paſcet in fortitudine Dñi, & in ſublimitate nominis Dei ſui. Et *Senec.* Sæpe reprehendit Paulum, quia humili ſtilo magna ſcriberet. Reſpondeo: Noluit Paulus uti ſublimitate ſermonis neque Philoſophicis, quia ſpiendo per hoc decipiebant ſimplices, contra quos ſcribit Apoſt. Et eſt argumentum, quod non eſt innitendum in Theologia diſputationibus naturalibus, vel logicis rationibus. Ego dico: *d* Annuncians vobis, &c.] i. per teſtimonium Scripturarum oſtendens, quod incarnatus, & paſſus, &c. Unde pluries dicit, Sicut dicit Iſaias Proph. Jerem. & ſic de aliis. Non eſt ergo utendum in prædicando Oratorum verbis, quia virtutem & ſaporem ſacræ Scripturæ eliminant. Unde *Aug. in* 4. *de doctr. Criſt.* Eloquentia tanto terribilior, quanto purior. In *eod.* Cavendum eſt, ne refugiant ex animo quæ dicenda ſunt, dum attenditur ut arte dicantur, *ibid.* Cavendum eſt, ne divinis gravibuſque ſententiis dum additur numerus, i. conſonantia, pondus detrahatur, *ibid.* In auctoritatibus veſtris hoc mihi plus placet, quia ibi numeros rariſſime invenio. Unde notandum, quod non per Aaron eloquentem liberavit Dominus populum ſuum, nec legem promulgavit. *Exod.* 20. ſed per Moyſen, qui ut dicitur *Exod.* 4. Erat impeditioris linguæ Idem confitetur de ſe Apoſt. 2. *Cor.* 11. Imperitus quidem ſum ſermone, non ſcientia. Similiter non eſt prædicandum in ſublimitate ſapientiæ, i. per ſententias obſcuras, hoc enim eſt quaſi certiſſimum ſignum ignorantiæ. De tali *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta, &c. Et *Aug. in* 4. *de doctr. Chriſt.* Quid enim prodeſt lectionis integritas, quam non aſſequitur intellectus audientis: cum loquendi omnino neceſſitas nulla ſit, ſi quod loquimur, non intelligunt propter quos ut intelligant, loquimur. Ibidem dicitur illud quod habetur *Num.* 10. ubi præcepit Dominus fieri tubas argenteas. Quid enim valet clavis aurea ſi aperire quod volumus non poteſt? aut quid obeſt lignea ſi hoc poteſt: quando nihil quærimus niſi patere quod clauſum eſt. Ideo dicitur *Habac.* 2. Scribe viſum, & explana ipſum ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit. *Iſa.* 8. Sume librum grandem, i. ſacram Scripturam, & ſcribe in eo ſtilo hominis, ita ut poſſit quilibet homo intelligere quod prædicas, & doces. *e* Non enim judicavi] i. non oſtendi judicio rationis. *f* Me ſcire aliquid] in ſacra Scriptura. *g* Niſi Jeſum Chriſtum.] Si Chriſtus eſt ſapientia Dei, quid neceſſe eſt aliud ſcire? maxime, quia in eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. *Col.* 2. *Phil.* 3. Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei, propter quem [i. ſcire Chriſtum] eſt vita æterna, &c. *Sap.* 15. Scire te juſtitia eſt conſummata, &c. Sciendus eſt Chriſtus, ut ars plena omnium rationum viventium, ut candor lucis æternæ. *Sap* 7. Ut ſplendor, & figura ſubſtantiæ patris. *Hebr.* 1. Ut theſaurus omnis ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. *Col.* 2. Ut habitaculum Dei. *Epheſ.* 2. Ut pretium, & præmium electorum. *Gen* 15. Ut viaticum in via. *Jo:* 6. Ego ſum panis, &c [Non niſi Jeſum Chriſtum.] Contra quoſdam qui legendo Theologiam oſtendunt ſe ſcire Aſtronomiam, & alias hujuſmodi facultates, quæ tantum ingreſſum habent, ſed poſtquam homo ingreſſus eſt, non debet eis uti. Quod qui facit, ſimilis eſt ei qui ingrediens per oſtium accipit limen ſuper collum ſuum. *h* Et ego in infirmitate,] q. d. Non geſſi me, ut Philoſophus apud vos. Si enim per rationes humanas vellet eis oſtendere veritatem prædicationis, non perſequerentur eum. Ideo dicit, [In infirmitate, i. in tribulatione. *i* Et timore] internus. *k* Et tremore] corporis externus. Contra: *Matth.* 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. *Prov.* 28. Juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit. Sol. Eſt timor naturalis horror pœnarum, & eſt timor humanus quo nimis timetur pœna corporalis, ita ut prius peccaret, quam pœnam ſuſtineres: primo timuit Paulus, timuit & ipſe Chriſtus. *Marc.* 14. Cœpit Jeſus pavere, & tædere; & *Jac. Gen.* 32. Valde eum timeo: ſecundo nullus juſtus timuit; & de iſto dicitur: Nolite timere; & Salomon, Juſtus ut leo confidens. *Prov.* 20. Et eſt timor bonus filialis quo timetur Dominus. *Phil.* 1. Cum metu, & tremore ſalutem veſtram operamini. *Tob.* 2. Manducate panem cum luctu, & tremore. *Pſal.* 2. Servite Domino in timore. *Iſa.* 8. Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ipſe pavor veſter. *l* Et]

idest, quia.

a Et ego cum veniſſem, &c.] Fui quaſi non eſſem ſapiens. Unde *inf.* 3. Si quis inter vos videtur eſſe ſapiens, & c. De Chriſto teſtati ſunt Prophetæ. *Iſa.* 43. Vos teſtes mei, dicit Dñs. *Act.* 1. Et eritis mihi teſtes. In crucifixo enim dicitur i. in prædicatione crucifixi. Crucifixus vetus homo. *Rom.* 6. Ut non ſerviamus ultra peccato, i. ut non habeamus ultra neceſſitatem ſerviendi Diabolo. Credenda de Chriſto, in Jeſum Chriſtum crucifixum. In vita, quantum ad ſemetipſum: In moribus, quantum ad proximum. Oſtendi me habere virtutem in miraculis faciendis; ergo auctor erat miraculorum, non tantum miniſter. Sol. Habebat virtutem, i. donum faciendi miracula, non tamen virtute illius doni fiebant miracula, ſed virtute invocationis nominis Chriſti: quod donum erat ad hoc, quod quando habens invocaret nomē Chriſti, fierent miracula a Deo, ſic eſt in baptiſmo Principum hujus ſæculi, i. mali- *Expoſitio Gloſ.*

gnorum

A ideſt, quia a Sermo, &c. non in perſuaſibilibus,] ideſt, non in rationibus, quæ perſuadent hominibus aliquid ad credendum. Contra, 2. *Cor.* 5. Hominibus quidem ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus. Reſpondeo, ſuadebat Apoſtolus divinis rationibus, non humanis, ſicut Pſeudo. Unde *infr.* 4. Non eſt regnum Dei in ſermone, ſed in virtute. b Sed in oſtenſione] quia ſermo meus, & prędicatio mea oſtendunt me habere Spiritum ſanctum, & donum faciendi miracula. Et hoc eſt, c Ut fides veſtra, &c.] ideſt, ut fides veſtra attribuatur Deo, non homini. Et nota, quod dicit: Sermo,] in collocutionibus cum uno, vel duobus: [prædicatio,] communis ad omnes. Et oſtendit qualis debeat eſſe prædicator in tribulatione, juxta illud *Pſal.* 91. Bene patientes erunt, ut annuncient. *Alibi*, in tubis ductilibus. *Exod.* 25. Candelabrum ductile ex auro puriſſimo. d Sapientiam] Secunda ratio, quod verbum crucis ſit vera ſapientia, quia non habet principium corruptibile, nec eſt ab homine *infr.* 7. Præterit enim figura hujus mundi. Et *Pſalm.* 101. Omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et eſt hic argumentum, quod ſecreta quæ vidit in raptu ſuo Paulus, quæ non licet homini loqui 2. *Cor.* 12. narravit aliquibus; quidam dicit, quod Timoth. *Epheſ.* 3. Poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in miniſterio Chriſti, &c. Et *infr.* 10. Ut prudentibus loquor. *Hebr.* 5. Perfectorum eſt ſolidus cibus. Et revera ſapientiam debebat loqui Apoſtolus, quia qui nihil ſcit niſi Chriſtum, non poteſt loqui niſi ſapientiam, quia ipſe eſt ſapientia Patris. e Sed loquimur Dei, &c. in myſterio,] ideſt, ſacro Dei ſecreto, hoc eſt Novo, & Veteri Teſtamento. *Luc.* 10. Confitebor tibi Pater rex cœli & terræ, quia &c. f Quæ abſcondita eſt] *Cor.* 1. Myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis, & generationibus, &c. g Quam prædeſtinavit.] Quarta ratio. h In gloriam] propter gloriam Apoſtolorum, qui eam prædicarunt. *Prov.* 8. Antequam quicquam faceret a principio, ab æterno ordinata ſum. i Quam nemo] Quinta ratio. Hæc ſapientia tam alta eſt, quod excellit omne ingenium dæmonum, & Philoſophorum. k Principum,] ideſt, Philoſophorum, qui regebant, leges, & jura promulgando. *Hier.* Hoc doctus Plato neſcivit, hoc Demoſthenes eloquens ignoravit. *Iſa* 29. Erit vobis viſio omnium, quaſi verba libri ſignati, & dabitur liber ſcienti litteras, ſcilicet Principibus, i. Dæmonibus, qui ſunt principes amatorum mundi. l Si enim cognoviſſent,] veram ſapientiam, quæ eſt de verbo crucis, Scribæ & Phariſæi. m Nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent] i. crucifigi perſuaſiſſent. n Sed ſicut ſcriptum eſt:] *Iſa* 64. Continua: Bene dico, quod hæc ſapientia excellit omne ingenium, & ita non cognoverunt. [Sed ſicut, &c.] Ibi habetur ſic: A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. o Quod oculus] Hoc ibi ſcriptum eſt: Et reſumit idem in plurali, [quæ præparavit] Vel, ut ly [quod] conjunctio ſit. [Quod oculus] ideſt, oculum non vidiſſe, aurem non audiviſſe, in cor hominis non aſcendiſſe, [quæ præparavit, &c.] De oculo materiali patet, ſimiliter de intellectu verum eſt. Et nota, quod intellectus quandoque eſt oculus, ut quando per ſe intelligit; quandoque eſt auris, ut quando ab alio diſcit. p Nec in cor] q. d. Nec per experimentum ſcivit. A multis ſenſationibus ad particulare, a multis particularibus ad experimentum, ab experimentis ad univerſale appellatur hic aſcenſus, *Eccl.* 3. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Nota *Gloſ.* Infra cor hominis eſt temporale quod in cor aſcendit: ſupra cor eſt æternum, ad quod cor aſcendit. Tunc res dicitur aſcendere in cor, cum bene intellecta placet, &c. q His qui diligunt] *Job* 37. Non audebant contemplari omnes qui ſibi videntur ſapientes. *Pſal.* 118. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, &c. Dulcis eſt ut ficus, ut racemus, ut malogranatum: unde & duodecim exploratores terræ promiſſionis hæc tria reportaverunt. *Num.* 12. 2. *Tim.* 4. De reliquo, &c. non ſolum mihi, ſed & his qui diligunt adventum ejus. r Nobis autem revelavit] Revelat pa-

A ter.

a ſermo meus, & prædicatio mea non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, b ſed in oſtenſione ſpiritus, & c virtutis, ut fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. d Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non hujus ſæculi, neque Principum hujus ſæculi, qui deſtruuntur, ſed e loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ f abſcondita eſt, quam g prædeſtinavit Deus ante ſæcula in gratiam h noſtram quam i nemo Principum k, hujus ſæculi cognovit. Si enim l cognoviſſent, nunquam m Dominum glorię crucifixiſſent. n Sed ſicut ſcriptum eſt: Quod o oculus non vidit, nec auris audivit, p nec in cor hominis aſcendit, quę pręparavit Deus q his, qui diligunt illum. r Nobis autem revelavit Deus per

Pſal. 97.

Pſal. 101.

A gnorum ſpirituum. *Joan.* 12. Princeps hujus Mundi ejicietur foras. Philoſophorum, qui principes, &c. *Joan.* 7. Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum? De utriſque *inf.* 15. Deinde Filius cum tradiderit regnum Deo, & patri, & evacuabit omnem principatum, & poteſtatem. Ut in hoſtia Abel. *Gen.* 4. quam ipſe obtulit, vel in ipſo qui fuit hoſtia ſignificans paſſionem Chriſti. Vel Abrahæ, *Gen.* 15. & 22. quando pro Iſaac obtulit arietem. Spiritus efficacia, qui facit ut credamus. Si cognoviſſent Dæmones, non ſuggeſſiſſent crucifigi. Sed contra hoc videtur dici in Evangelio, *Marc.* 3. & *Luc.* 4. Exibant a multis dæmonia clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. Et *ibid.* Et non ſinebat ea loqui, quia ſciebant, &c. Unde *ibid.* Scio te qui ſis Sanctus Dei. Et ſolvit Magiſter: Magis ex ſuſpicione, quam ex cognitione dixiſſe credendi ſunt. Sed contra hanc ſolutionem, *Pſal.* 37. Superbia eorum, qui oderunt te, &c. dicit *Aug.* Ex hoc quod Deum habebant odio, & ex invidia perſuaſerunt Chriſtum crucifigi. Videtur ergo quod ex odio, quod habebant erga Deum, quia credebant ipſum eſſe filium Dei, dæmones perſuaderent crucifixionem ipſius. Unde adhærendum eſt litteræ. Nunquam crucifixiſſent Dominum gloriæ ſi crederent quod ex crucifixione glorioſior appareret, & magis multiplicaretur; ſi hoc cognoſcerent, nunquam perſuaſiſſent ipſum crucifigi. Unde dicit *Gloſ.* ſuper *Luc.* 4. Non eum ergo ideo crucifigit, quod filium Dei ignoret, ſed quia ejus morte ſe damnandum non prævidet. Per quem jus ſe perdere ſciret; ſed non perdidit, niſi incarcerationem hominis; ergo in tenendo hominem jus habebat. Contra: Super *Rom.* 5. Si enim illi in cauſam venirent, Diabolus Deo feciſſe injuriam convinceretur & homini. Solut. Jus non quantum ad ipſum, ſed quantum ad hominem qui meruerat, ut dicatur jus exigentia meritorum. Majores, ut principes ſacerdotum cognoverunt, &c. Contra, eſt, ipſa auctoritas *Actor.* 3. Scio, quia per ignorantiam feciſtis ſicut & principes veſtri, &c.

Expoſitio Gloſ.

Iſa. 64.

Solut. ly [ſicut] habet quaſi naturam relativi, & refertur ad [feciſtis] quaſi, Aſſenſum præbuiſtis crucifixioni Chriſti, ſicut principes præbuerunt, ſed vos per ignorantiam, non ipſi: vel utrique ignoraverunt eſſe filium Dei, ſicut dicitur hic. Sed hoc videtur eſſe falſum, quia *Marc.* 12. & *Matth.* 21. dicunt: Hic eſt hæres, ſciebant ergo eſſe hæredem Dei, ergo filium.

Solut. Credebant quod eſſet hæres hæreditate temporali ſicut adhuc credunt quod debeat eſſe rex eorum terrenus. Vita vitam perdiderit participatione humani affectus, ideſt, humanæ naturæ. Non naturæ ſuæ, ideſt, divinæ. Sic in ſepulchro carnem ſuam, &c. *Levit.* 21. Veſtimenta ſua non ſcindat, inde non eſt exiturus. Ex quo enim Verbum caro factum eſt, totus carni ineſt, nunquam ab ea crucifixa, vel ſepulta ſeparatus. Sed contra: dicit Joann. Damaſcen. quod Verbum unitum carni mediante anima; ſed anima fuit ſeparata a carne, ergo & Verbum. Et ponitur inſtantia in vinculo matrimoniali, quod fit mediante conſenſu, tamen ſi poſtea ceſſet conſenſus, non diſſolvitur vinculum. Connaſcendo, ſimul conceptus eſt, & formatus. Non diſcedente vita, ideſt, divinitate. Nemo aufert animam ejus. *Joan.* 10. Secundum hoc videtur, quod mors Chriſti fuerit naturalis, non violenta. Sol. Mors Chriſti fuit violenta & naturalis: violenta, quia illata; naturalis, quia mortalis erat naturaliter, ſicut alii homines. Non violenta autem dicitur, quia non fuiſſet ei illata violentia ſi voluiſſet. Vel nemo aufert, ideſt, non fuit in eo cauſa, propter quam auferri deberet, quia omnino non habuit peccatum. *Iſa.* 56. Sua poteſtate, & ſua voluntate. *Iſa.* 53. Oblatus eſt, quia voluit. Ipſe auctor eſt operis, ideſt, paſſionis ſuæ, & fructus inde ſequentis. Totus in inferno, totus in Cœlo, ergo quælibet pars, ergo anima erat in ſepulchro, & corpus in Inferno.

Sol. Totus quandoque notat perfectionem, quandoque partium diſtributionem, ſic falſum eſt, quod hic dicitur; ſi primo modo verum, ideſt, perfecta perſona fuit utrobique. Et non ſequitur, totus erat in Inferno, ergo totum, quia totum ſemper eſt diſtributivum. Suſceptio mortalitatis, ideſt, ſuſcepta humanitas. Mortem peccati Filius Dei in anima non pertulit, ſed tantum participatione infirmitatis, ideſt, in quarum homo. Neque ſciebant ſacramentum incarnationis & paſſionis, ideſt, quod per hoc eſſet redempturus mundum. Quod in Evangelio *Luc.* 4. *Matth.* 8. *Marc.* 1. ita quod

A menti

Digitized by Google

a ter. *Matt.*16. Caro & ſanguis non revelavit tibi, & filius. *Matt.*11. Nemo novit patrem, niſi filius, &c. Et cui revelat Spiritus ſanctus. *Dan.*2. Et Deus in cœlo revelans myſteria. *a* Per Spiritum] *Beatus Bern.* Quæ ſupra ſunt, non verbo docentur, ſed Spiritu revelantur. Verum quod ſermo non explicat, oratio impetrat: mereatur vita, puritas aſſequatur. Cum dico quæ ſupra ſunt, non intelligas Solem, & Lunam. Iſta enim infra te ſunt dignitate naturæ: ſuperius fruſtra quidpiam quærimus quod non ſit Spiritus. Porro Spiritus eſt Deus, & Angeli, ſed Angeli, & noſter ſpiritus diverſa participatione: Deus autem unum optimum totus.

G

a Spiritum ſuum. *b* Spiritus enim *c* omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei. *d* Quis enim ſcit hominum quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, *e* qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt nemo *f* cognovit niſi Spiritus Dei. *g* Nos autem non Spiritum hujus *h* mundi accepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt.

Expoſitio Gloſ. A menti eorum bonum ſederet. Hoc modo non cognoverunt. *Sap.* 2. Gravis eſt nobis etiam ad videndum. Talis erat ſuſceptio illa qua ſuſcepit corpus & animam. Quæ hominem Deum faceret: ergo homo factus eſt Deus, non niſi iſto demonſtrato Jeſu, ergo Jeſus factus eſt Deus, ergo incipit eſſe Deus. Et facit hæc auctoritas pro illis qui dicunt, quod Chriſtus eſt duo. Contra. Jeſus ab æterno fuit Deus. Solut. Ille ab æterno fuit Deus, ideſt, ille, qui fuit ab æterno Deus: ſimiliter ille puer creavit ſtellas, ideſt, ille qui eſt puer, & ſic ſumitur improprie. Secundum autem illos qui dicunt, quod Chriſtus eſt unus, quod verius eſt, ſic intelligendum; Talis fuit illa ſuſceptio, &c. ideſt, ut ille eſſet Deus & homo, unde impropria eſt. Quid tamen propter quid, & quid ſecundum quid dicatur, q. d. quando dicitur aliquid de filio Dei, conſiderandum eſt, utrum ſecundum humanam naturam, aut ſecundum divinam. Nemo aſcendit in cœlum, *Jo.*3. Filius Dei deſcendit, ideſt, humanam naturam aſſumpſit, in qua viſibilis Mundo apparuit, hoc eſt ſuum deſcendere. Quia non eſt color, ergo oculis corporeis non videbimus animas, quia non ſunt coloratæ. Contra *Job* 28. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum. *Gregor.* Uniuſcujuſque mentem ab alterius oculis corpulentia non abſcondet: ergo corporeis oculis videbimus mentes & Angelos, & cogitationes eorum. Quod concedunt quidam intelligentes, quod hic dicitur, ſecundum naturam quam modo habet oculus, qui modo non poteſt videre niſi coloratum. Alii dicunt, quod tantum ea quæ modo videmus oculis corporis, videbimus tunc, ſed quaſi infinite limpidius, quia exiſtentes in Oriente videbimus quæ ſunt in Occidente. Quod autem dicit *Greg.* intelligitur de oculis interioribus. Modo enim ut dicitur *Sap* 9. Corpus quod corrumpitur, aggravat animam. Propter quod non videt unus animam alterius, nec cogitationes, ſed tunc oculis ſpiritualibus videbit corpore non impediente. Non eſt homo, i. carnalis, ſupple ille, in cujus cor aſcendit. Viſu corporeo vel auditu, nec hominis ratione. Prima ſcientia acquiritur per oculos, i. naturalis vel phyſica, quæ eſt realis. Secunda per aures, i. rationalis vel logica, quæ eſt vocalis. Tertia per cordis aſcenſum a terra, i. moralis, ſive Theologica, quæ eſt cœleſtis. Deus non aſcendit in cor hominis, i. alicujus carnalis, i. non cognoſcitur a carnali cognitione. Diligentibus Deum in præmium. *Pſal.*126. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas, &c. Io præmium. *Gen.*15.

Ad litter. *b* Spiritus enim omnia ſcrutatur,] Dixerat ſe habuiſſe verbum crucis, quod eſt vera ſapientia per revelationem Spiritus ſancti, hic probat, quod Spiritus ſanctus potuit ei revelare. *d* Enim] quia Spiritus ſcrutatur etiam profunda Dei,] ideſt, ſecretiſſima ejus. Nec mirum, quia quæ ſcit pater, ſcit filius, ſcit Spiritus ſanctus. *Sap.*7. Eſt enim in illa Spiritus intelligentiæ, ſanctus, multiplex, &c. omnem habens virtutem, omnia proſpiciens. *Prov* 16. Omnes viæ hominum patent oculis. Et idem ſunt oculi Spir. S. *Iſa* 40. Quis adjuvit Spiritum ejus, aut quis conſiliarius ejus fuit, & oſtendit illi? *Eccl.* 23. Omnia videt oculus ejus. Vel [Spiritus ſcrutatur,] i. ſcrutari facit. *Gloſ.* Quod dono facis illius, ille facere dicitur, quia ſine illo tu non faceres. *Prov.* 20. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inveſtigat omnia ſecreta ventris. Ibi *Gloſ.* Divini afflatus illuminatio cum in mentem hominis venerit, eam ſibimetipſi illuminans oſtendit. *Sap.*9. Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum tuum?

Moraliter. Moraliter. *b* Spiritus ſcrutatur,] Spiritus timoris ſcrutatur latebras conſcientiæ, ne quid periculoſum lateat: Spiritus pietatis ſcrutatur miſerias proximorum, ut eas relevet. Spiritus ſcientiæ ſcrutatur ignorantias & errores, ut eos capellat. Spiritus fortitudinis ſcrutatur puſillanimes, ut eos conforter. Spiritus conſilii ſcrutatur præcipites, ut eos ſtabiliat. Spiritus intellectus ſcrutatur obſcura Scripturarum, ut clara faciat. Spiritus ſapientiæ ſcrutatur inſipida, ut ſaporem divinum apponat. Hi ſunt ſcrutatores clauſtri Chriſti. *Apoc.* 5. Qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram. *Job* 36. Quis poterit ſcrutari vias ejus. *Soph.* 1. Scrutabor Jeruſalem in lucernis. *Rom.*8. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram in hoc ſcrutinio faciendo. Aliter ſcrutatur malignus ſpiritus per ſe, & per ſcrutatores ſuos, ſcilicet per invidos, & obſervatores bonorum. 3. *Reg.*20. dixit rex Syriæ de rege Iſrael, Cras eadem hora mittam ſervos meos ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, & quodcumque placuerit eis, ponent in manibus ſuis, & auferent. Spiritus ſuperbiæ ſcrutatur honores ſæculares. Spiritus avaritiæ divitias temporales. Spiritus luxuriæ delicias corporales, quibus dicitur *Pſal.*36. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. *Apoc.*16. Vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore Pſeudo procedentes Spir. tres immundos in modum ranarum exire, &c.

Ad litter. *d* Quis enim] Dixit, quod Spiritus ſcrutatur, & probat hoc per ſimile. *e* Spiritus hominis,] ratio. vel potentia intelligendi. *f* Nemo cognovit] perfecte, [niſi Spir. Dei] Vel [Nemo] niſi per Sp. Dei revelantem: ſicut nullus poteſt ſcire cogitationem hominis, niſi ei revelaverit. *Jer.* 17. Pravum eſt cor hominis, & inſcrutabile, &c. Sed Spir. S. ipſe novit cogitationes. *Eccleſ.*14. Poſuit oculum ipſius, ideſt, rationem intelligendi ſuper cor illius. Differt autem ab oculo materiali, quia non poteſt reflecti ſupra ſe, & ideo non videt ſe. *Job* 32. Ut video Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio Omnipotentis dat ſapientiam. *g* Nos autem] Oſtendit quæ ſequuntur revelationem Spiritus ſancti, & verbum crucis. Primum eſt acceptio Spiritus ſancti: per revelationem enim credit, ſperat, & diligit *h* Spiritum hujus mundi.] *Gloſ.* Spiritum pythonicum, qui loquitur in ventre de eis, quæ ſunt ventris, & de terrenis. Hunc multi acceperunt, de quibus *Iſa.*29. De terra loqueris, & de humo eloquium tuum muſſitabit. *Joan.*3. Qui de terra eſt, de terra loquitur, &c. 1 *Joan.*3. De Mundo ſunt, & de Mundo loquuntur, &c. *Act.* 16. Converſus Paulus Spiritui dixit, &c. *Lev.*20 Vir, ſive mulier, in quibus Pythonicus. 1. *Reg.*28. Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, &c. Vel [Spir. mundi,] Spir. erroris, de quo *Iſa.*19. Dominus miſcuit in medio ejus Spiritum vertiginis, 2. *Theſ.* Ideo mittet illis Deus operationem erroris,

a ut credant

Expoſitio Gloſ. *b* Spiritus enim] quia ſcrutari te facit. Simile *Rom.* 8. Spiritus poſtulat. Sed ſimiliter facit nos facere omnia meritoria. *Iſa.*26. Omnia opera noſtra, &c. ergo debet dare eleemoſynas, & jejunare, & ſic de quolibet opere meritorio. Solut. Spiritus Sanctus denominatur tantum a ſpiritualibus actibus, & non a corporalibus, ne credatur eſſe corporeus. Sciendum etiam, quod illi actus denominant Spiritum ſanctum, ad quorum exercitium datur Spiritus ſancti donum. Unde *Matt.* 3. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis, &c. *Gloſ.* In hujus rei præſagium olim Deus de Sara genuit filium, dedit enim ei vim generandi. Quod a minori oſtenditur. Contra: Locus a minori eſt conſtructivus, ſed hic procedit Apoſtolus deſtructive. Quia enim ſcit, &c. q. d. nullus: ergo nullus quæ ſunt Dei, &c. Sed poteſt fieri conſtructive ſic: Spiritus hominis ſcit, quæ ſunt hominis: ergo Spiritus Dei ſcit, quæ ſunt Dei. Vel oſtenditur a minori, non per locum a minori, ſed per ſimile ſumptum a minori. Manifeſtum eſt cogitationes noſtras a nullo ſciri. Unde Diabolus neſcit eas, niſi per ſigna exteriora. Ex quo patet, quod nullus debet alii dicere tentationem interiorem, quæ non procedat in opus, niſi in confeſſione, & hoc ſi credat ibi peccare: nam quando dicit, revelat eas Diabolus, & ſic manifeſtantur ab illo, & ſic gravius infeſtantur. Qui ſolet divinare: per ſigna & experimenta multa quæ vidit, conſilia futura noſcit Diabolus. Qui per Sybillam. Notandum quod *in* 18. *de Civit. Dei* dicitur, quod ſeptem fuerunt Sibyllæ. Quod hic dicitur, non intelligitur de illa, quæ fecit verſus de nativitate Domini, ſed de alia, quæ Spiritu prophetico locuta eſt. Vel dicendum, quod licet Balaam multa locutus ſit Spiritu prophetico, quædam tamen locutus eſt per Spiritum ſanctum, ut de nativitate Salvatoris. Unde *ſup. Num.* 23. dicit *Origen.* Balaam divinus erat Dæmonum, ſcilicet miniſterio & arte magica, nonnumquam futura prænoſcens. Item *ſup. illud Num* 24. Orietur ſtella, Balaam laudabilis cum verbum Dei ponitur in ore ejus: cum Spiritus Dei ſit ſuper eum, cum Chriſto prophetavit.

Similiter dicendum, quod Sibylla quædam dicit per Spiritum ſanctum, & hoc tantum recitat Eccleſia, ut de nativitate & incarnatione: hoc enim non potuit dicere dæmonium, quia dæmones illa ignoraverunt. Sæpe fallitur in conſideratione motus aſtrorum, & expoſitione falſa Scri-

A pturarum

Digitized by Google

▲ Ut credant mendacio. Vel [Spiritum mundi,] Spiritum ſervitutis. *Rom.* 8. Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis, &c. Vel [Spiritum mundi,] ideſt, defenſionis, & elationis, *Jud.* 9. Miſit Dominus Spiritum peſſimum inter Abimelech, & habitatores Sichen. *Et* ideo *Rom.* 12. Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *a* Ut ſciamus,] i. ut grati ſimus
A Deo, quia ingratus eſt, qui neſcit quid, & a quo, & ad quid receperit; ſed nobis oſtendit Spiritus ſanctus, quod nihil habemus, niſi a Deo. Unde hic dicit *Gloſ.* Multi quidem habent dona multa Dei, & neſcientes, a quo habeant, vanitate impia ſe jactant. Nemo enim
De conſ. diſt. 4. ſicut in ſacramentis. al. non habet illam clauſulam: ſ ſcriptum eſt. de donis Dei beatus eſt, qui danti eſt ingratus. *Greg.* Qui bona accepta ſibi arrogat, ſuis contra Deum donis pugnat. *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. *infr.* 4. Quid habes quod non accepiſti? *b* Donata,] non vendita, non promiſſa tantum. *c* Quæ & loquimur,] ideſt, docet nos qualiter dona Dei manifeſtamus aliis, vel etiam ut ſciamus, quæ loquimur. *Sap.* 7. Mihi autem dedit Deus ex ſententia dicere, quod facit, qui quod loquitur intelligit. In *eod.* In manu illius nos, & ſermones noſtri. In *eod.* 10. Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas. *d* Non in doctis] Malebat enim illa ſola veritate puritatis oſtendere, quam eloquii miatione fuſcare. 1. *Timot. ult.* Depoſitum cuſtodi devitans prophanas vocum novitates, &c. *Oſee* 2. Vocabit me, vir meus, & non vocabit me Baalim ultra, licet idem ſignificet. *e* In doctrina,] quæ Spiritus ſanctus docet, non caro, vel mundus. *g* Comparantes.] tradentes. *f* Spiritualibus] quia *Matth.* 7. Nolite ſpargere margaritas, &c. *Prov.* 1. Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt. *Eccleſ.* 22. Cum dormiente loquitur, quia narrat ſtulto ſapientiam. Vel [Comparantes] ideſt, docentes per exempla, & comparationes ſpirituales. Non enim debent poni exempla ſpurcitiæ in doctrina Theologiæ, quia eloquia Domini caſta. *Jac.* 3. Sapientia quæ deſurſum eſt primum quidem pudica eſt. Comparantes. 2. *Cor.* 10. Ipſi noſmetipſos metientes, & comparantes noſmetipſos nobis.

h Animalis] Poſſet quis dicere, quare non ſimiliter nobis revelata eſt hæc ſapientia? quia animales eſtis. *i* Autem,]
Pſalm. 11. ſed [Animalis] qui animaliter vivit. *Joel.* 1. Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo. Vel, qui carnaliter de Deo ſentit, ea quæ videt in corporibus, imaginans eſſe in Deo. *k* Non percipit] quia *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit ſapientia, &c. *Eccl.* 1. Execratio peccatoribus ſapientia. Vel [Non percipit] ideſt, non guſtat. *Gal.* 5. Fructus Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, & patientia. *Prov.* 18 Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde ejus. [Non percipit] licet aliquo modo cognoſcat. Ratio hujus, *Eccl.* 21. Non eſt ſenſus, ubi eſt amaritudo. Et iterum, Quia cæci ſunt. Unde *Joan.* 1. Et tenebræ eam non comprehenderunt. Beatus *Bern.* Spiritualis homo omne opus ſuum trina conſideratione præveniat. Primum an liceat, deinde an deceat, poſtremo an expediat. Conſtat non decere quod non licet, nec expedire, niſi quod decet; non tamen omne quod licet, decere vel expedire conſequens eſt. Non enim minus elati, quam dejecti animi eſt non pro ratione, ſed libitu agere; nec judicio agi, ſed appetitu, quod jam beſtiale eſt.

l Stultitia] *Eccl.* 10. In via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit, omnes ſtultos exiſtimat. *m* Et] ideſt, quia enim *n* Non poteſt] imperſonaliter, ideſt, examinatio talium rerum fit ſpiritualiter, & per ſpirituales viros. Vel [Spiritualiter,] quia carnalis homo, tunc ly [quia] eſt oſtenſivum. [Examinatur] i. ſtultus eſſe oſtenditur, [ſpiritualiter,] per ſpiritualia quæ refutat. *o* Spiritualis,] qui ſpiritualiter vivit, vel de Deo ſpiritualiter ſentit. *p* Judicat] quæ ſunt judicata ab homine. *q* A nemine] ideſt, nullus animalis homo ſcit utrum bene, vel male intelligat. *r* Quis enim novit] q. d. nullus. Et in hoc oſtenditur ſapientia Dei profunda. Et eſt ſumptum de *Iſa.* 40. Quis adjuvit Spiritum Domini, &c. *ſ* Aut quis inſtruxit eum?] ut dicat quid hoc feciſti? *Eccl.* 1. Altitudinem cœli, & latitudinem, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt? ſapientiam Dei præcellentem omnia quis inveſtigavit?

t Nos autem ſenſum Chriſti habemus,] qualiter de eo ſentire debemus. Multi ſcientiam habent de ipſo, ſed nihil ſentiunt. *Eccleſ.* 14. In ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei? Et 9. In ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio. *Sap.* 1. Sentite de Domino in bonitate.

a ut ſciamus, quæ a Deo *b* donata ſunt nobis, quæ & *c* loquimur, non in doctis *d* humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina *e* Spiritus ſpiritualibus *f* ſpiritualia comparantes. *g* Animalis *h* autem *i* homo non *k* percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei. *l* Stultitia enim eſt illi, & *m* non poteſt intelligere? *n* quia ſpiritualiter examinatur. *o* Spiritualis autem judicat, *p* omnia, & ipſe a nemine *q* judicatur, † ſicut ſcriptum eſt: Quis *r* enim cognovit ſenſum Domini? aut *ſ* quis inſtruxit eum? *t* Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

C A P. III.

ET ego *u* fratres non potui vobis loqui quaſi

▲ proratum; ideſt, ſpiritum elationis. Incitat enim Diabolus ad elationem, & ſuperbiam, intellige, & per hoc monet ad ſectandum ſapientiam mundi, quæ eſt elatio carnalium & temporalium, de qua *Rom.* 8. Prudentia carnis mors eſt. Pater & Chriſtus. *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna. Non excluditur Spiritus ſanctus, ſed neuter illorum etiam excluderetur ſi non exprimeretur, niſi pater, ut ſi diceretur: Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te verum Deum. Quare ergo potius exprimitur ibi filius, quam Spiritus ſanctus? Sol. Perfecta cognitio patris ſufficit ad cognitionem Dei. Sed tamen, quia filius eſt incarnatus, non Spiritus ſanctus, neceſſe eſt ad ſalutem cognoſcere filium incarnatum, & ideo exprimitur: Et ad eum qui dedit, refertur. Sed ipſe Spiritus ſanctus dedit ſe, ergo refertur ad ſe: ſed in Trinitate nihil eſt id, ad quod refertur; ergo Spiritus ſanctus non eſt Spiritus ſanctus. Solut. Referri large ſumitur pro habere reſpectum. Nulla enim relatione refertur ad nos, ſed ad nos habet reſpectum, & ad eum qui dat ipſum ſimiliter, inquantum dator & datum. Noſter dicitur, qui accepimus. Sed ſimiliter *Iſa.* 9. Filius datus eſt nobis. Ergo eodem modo debet dici, filius eſt noſter. Sol. Hæc bene vera eſt, filius eſt noſter, ſed hæc eſt falſa, Chriſtus eſt filius noſter. Noſter eſt ibi relativum, non poſſeſſorium; hic autem, filius eſt noſter, poſſeſſorium eſt. Bene tamen dicitur, Spiritus noſter, quia non ponitur ibi relatio, ſicut ibi, filius noſter, imponitur relatio patris ad filium. Dedit nobis naturam, &c. ergo anima dicitur natura inquantum facit eſſe; anima inquantum vivificat, mens inquantum facit reminiſci, ratio inquantum facit ratiocinari. Sine hac ſcientia nemo beatus eſt, ſi non ſciat quod habet donum a Deo, ergo qui neſcit omnia bona quæ habet, ſe habere a Deo, non eſt beatus, quod falſum eſt. Solut. Si non ſciat ſe habere a Deo quicquid boni habet, non eſt beatus, ſed non oportet, quod ſciat ſe habere a Deo hoc, & illud. Unde in Evangelio *Luc.* 19. *Matth.* 21. Non habere eſt neſcire, &c. i. pro hoc accipitur *Luc.* 19. Qui ergo non habet, ideſt, neſcit, ideſt non recognoſcit. Ratione, vel ornatu, quantum ad profunditatem ſententiarum. Quem, ideſt quales, videlicet ſpirituales. Vos Corinthii, non eſtis ſpiritus rector. *Prov.* 20. Rex ſedens in ſolio ſuo, intuitu ſuo diſſipat, &c. Omnia judicata, ab homine ſpirituali. Ex parte *inf.* 13. Certa fide, ideſt, firma. Quid hoc feciſti? *Eccl.* 8. Sermo ejus poteſtate plenus eſt, nec dicere quiſquam poteſt, quare ita facis? Unus Spiritus, cum Deo *inf.* 6. Qui adhæret Deo unus ſpiritus eſt. *Auguſt.* Cum aliquid æternum mente capimus, non in terra ſumus. *Expoſitio Gloſ.* *Iſa.* 40. *Rom.* 11.

E X P O S I T I O C A P. III.

ET ego fratres] In capitulo præcedenti oſtendit Apoſtolus, qualis eſſe debeant auditor, & doctor ſapientiæ. In hoc capitulo oſtendit primo differentiam doctrinarum, quia alia eſt facilis, alia difficilis. Secundo oſtendit indifferentiam Doctorum, quia omnes debent eſſe unum, ibi: Qui plantat, & qui rigat unum ſunt.] Tertio oſtendit unitatem fundamenti Eccleſiæ, & diverſitatem ſuperædificationis, ibi: Dei ædificatio eſtis] Quarto oſtendit dignitatem credentium per tria quæ habent, Templum Dei, Apoſtolos, Angelos: omnia enim ſunt juſtorum. Primo ergo oſtendit, quod licet ſapientia Crucis eſſet vera ſapientia, non tamen eis potuit tradi per modum perfectionis, ſed quaſi lac. Et hujus rationem oſtendit cum dicit: [Nondum enim poteratis,] Et quare non ſunt capaces, oſtendit, ſubdens: Cum enim ſint inter vos, &c.] Dicit ergo: *u* Et ego] Continua. Dico, quod perfectam ſapientiam de Chriſto

▲ habeo

u Et ego fratres, &c.] Et quæſtio, verba ſunt *Magiſtri*. Scire verbum, verba ſunt *Auguſt.* Si non audiunt amplius verbum majores, quam parvuli. Mihi abſit. *Galat.* 6. Nec neceſſe eſt, ut aliqua ſecreta taceantur parvulis, ergo ſpiritualia ſunt prædicanda utriſque. Contra *Rom.* 12. Unicuique ſecundum quod Deus diviſit menſuram fidei. *Expoſitio Gloſ.*

Ibi *Gl.* Obtemperandum eſt Apoſtolo præcipienti unicuique ſapere ſecundum menſuram fidei. Si enim pro viribus infans alitur, ſalubriter creſcit, ut proficiat; ſi autem vires

▲ ſuas

▲ habeo, & tamen [o ſtattes noo potui, &c.] c Lac] ſimplicem doctrinam. d Non eſcam.] i. non ſolidam. *Hebr.* 5. Facti eſtis, quibus lacte opus ſit. *Iſa.* 28. Quem docebit Dominus ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, &c. Prælati & Doctores ſunt quaſi mammæ Eccleſiæ. *Cant.* 4. Quam pulchræ ſunt mammæ tuæ. *ibid.* Mel & lac ſub lingoa tua, ideſt Prælati, *Joel.* 3. Stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte. Prælati, & Doctores debent eſſe ablactati, ut dictum eſt in auctoritate prima, & tamen non debent contemnere ſimplicem doctrinam, quia dicit *Pſalm.* 103. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua. Puer enim ſemper diligit, & veneratur nutricem. *Gilb.* Quidam in conventu fratrum ſtudent magis alta, quam apta docere, erubeſcunt humilia, & plana docere; ut hæc ſola ſcire videantur, erubeſcunt verba communia habere. Et *infr.* Quid iſtud eſt, cathedram tenes, ut ſcientiam jactes? aſcendiſti cathedram, ut alios ædifices, non ut teipſum infles; ut impleas, non exinanias temetipſum. Propterea debet prædicator non quid ipſum, ſed quid ſubditos audire deceat attendere: noo quadrare, ſed liquare ſermones adhuc teneris faucibus. a Quaſi carnalibus.] non vere carnalibus.

ſ. q. quadam lex, quod ſcripſ.

Sap. 4.

ſpiritualibus, ſed quaſi a carnalibus. Tanquam parvulis b in Chriſto, c lac vobis potum dedi, d non eſcam. Nondum enim poteratis, ſed nec nunc quidem poteſtis, e adhuc enim carnales eſtis. f Cum enim ſit inter vos zelus, & contentio, g nonne carnales h eſtis, & ſecundum hominem i ambulatis? k Cum enim quis dicat: l Ego quidem ſum Pauli, alius autem ego m Apollo, n nonne homines eſtis? Quid igitur eſt Apollo? a quid vero Paulus? p Miniſtri ejus, cui crediſtis, & unicuique q ſicut Dominus dedit. v Ego plantavi, Apollo ſ rigavit, ſed Deus incrementum t dedit. Itaque neque u qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.

b Tanquam parvulis] 1. *Theſſ.* 2. Parvuli facti ſumus in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos. *Num.* 11. Nunquid ego concepi hanc omnem multitudinem, &c. e Adhuc enim carnales eſtis.] Oſtendit, quod non erant capaces ſapientiæ crucis, & Evangelio, qui erant carnales. Quod probat. f Cum enim ſit inter vos zelus,] ideſt, invidia de Baptiſtis. g Et contentio,] in verbis. h Nonne carnales eſtis,] q. d. quia putatis hoc eſſe, adhuc caro eſt. Et nonne, i Secundum hominem ambulatis?] *Gloſſ.* i. in pejus proficitis. Hoc eſt ambulare ſecundum hominem. 2. *Tim.* 3. Mali homines errantes in pejus proficiunt. *infr.* 11. Non in melius, ſed io deterius convenitis. [Zelus, & contentio,] *Jac.* 3. Ubi zelus, & contentio, *Pſalm.* 106. Effuſa eſt contentio ſuper Principes, ideſt, Apoſtolos. *Luc.* 22 Facta eſt contentio inter eos, &c. k Cum enim quis] Exponit, in quo erat zelus, & contentio eorum. l Ego quidem ſum Pauli,] filius in baptiſmate. m Apollo,] genitive. n Nonne homines eſtis:] credentes, quod melior baptiſmus conferatur a meliori. o Quid igitur eſt,] q. d. non debetis credere. p Miniſtri,] Dei. [Miniſtri ejus,] non auctores baptiſmi interius. Et reſume, Sicut miniſtri. q Sicut Dominus dedit,] & quantum ad litteræ ſeriem, redit ad oſtendendum unum eſſe caput in Evangelio, quod probat per rationem miniſterii. Poſtmodum inducit ad hoc metaphoram de agricultura, & de ædificatione, ibi: r Ego plantavi, &c.] in fide. ſ Rigavit,] in baptiſmate. Et uterque prædicavit, & baptizavit, tamen Paulus plus prædicavit, Apollo plures baptizavit. t Plantavit,] miniſterio, Deus auctoritate. *Jerem.* 2. Ego te plantavi vineam electam, &c. *Matth.* 21. Paterfamilias plantavit vineam, ſ Rigavit] miniſterio, Deus auctoritate. Quod Apollo rigavit exterius, Dominus interius. *Eccl.* 24. Dixi, rigabo hortum plantationum. t Incrementum] gratiarum, & virtutum. *Gen.* 1. Creſcite, & multiplicamini.

u Neque qui plantat eſt aliquid,] ex ſe, unde ex ſeni-

▲ hil

Moralitas. Moraliter. n Quid igitur, &c.] Miniſtri ſunt quantamcumque prælationem habeant. *Iſa.* 60. Arietes Nabajoth miniſtrabunt tibi, i. Eccleſiæ. In *eod.* Reges adducentur; gens enim & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit. *Iſa.* 61. Vos autem ſacerdotes vocabimini miniſtri Dei. *Hebr.* 3.
Iſa. 14. Moyſes quidem fidelis erat in tota domo ejus tanquam famulus. Sed Lucifer, quia voluit ſe gerere non ut miniſtrum, ſed ut Dominum, cecidit a prælatione. o Quid vero Paulus?] *Ibid.* 16. Nos vero quid ſumus, quia murmuraſtis contra nos? *Num.* 16. Quid eſt Aaron, ut murmuretis contra eum? q Sicut Dominus dedit] *infr.* 12. Diviſiones gratiarum ſunt. *Epheſ.* 4. Unicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. *Matth.* 27. Uni dedit quinque talenta, &c. unicuique ſecundum propriam virtutem. 3. *Reg.* 10. Videns autem Regina Saba, ideſt, quælibet fidelis anima habitacula ſervorum ſibi promiſſa, videns per meditationem, & ordines miniſtrantium, hic in Eccleſia, non habuit ſpiritum.

v Ego plantavi,] Ad hoc ſunt inſtituti Prælati in Eccleſia. *Eccl.* 3. Eſt tempus plantandi, & tempus evellendi. *Jer.* 1. Ecce hodie conſtitui te ſuper Gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. Plantare etiam debent bonas Perſonas, & eradicare malas. *Jerem.* 31. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ, Prælatos in dignitatibus Eccleſiæ, ut inebrient ſubditos vino bonæ exhortationis, & boni exempli, plantabunt plantantes. *Jerem.* 29. Plantate, ideſt, Religioſos, *19. diſt. c. Secundum.*
& comedite fructum eorum. Sed 1. *Paral.* 4. dicitur: Hæc ſunt vetera verba, Antiquitus fiebat hoc, ſed non modo. Hi ſunt figuli habitantes in plantationibus, & in præſepibus. Alia littera, ſepibus Scripturæ, apud Regem, i. Deum, &c. [Ego plantavi,] docendo credenda. ſ Rigavit,] docendo, in quibus eſt conversandum. Quondam dicebatur, Rigans montes de ſuperioribus, ſc. de Prælatis. *Pſal. 108*
Sed heu hodie de imis, & vallibus, i. minoribus. *Eccl.* 28. Rigabo hortum plantationum. t Sed Deus incrementum dedit.] Unde *Pſal.* 126. Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum rigant conſcientiam alicujus. 1. *Cor.* 9. Multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ: hic *Gloſ.* Fruſtra quidem operarius moliretur extrinſecus, niſi creator intrinſecus latenter operaretur.

* Mercedem *Expoſitio Gloſ.*

▲ ſuæ capacitatis excedit, deficit antequam creſcat: ergo tales non ſunt capaces ſpiritualium, ergo non ſunt eis prædicanda. Solut. Omnia ſpiritualia neceſſaria ad ſalutem ſunt omnibus prædicanda, ſed majoribus poſſunt adduci ſubtiliores rationes, per quas fiant eis cibus, minoribus ſunt facilius explananda, ut ea recipiant quaſi lac nutritivum. Unde, quod dicitur hic, Non eſt neceſſe, ut aliqua ſecreta, &c. intelligitur de neceſſariis ad ſalutem. Animales ab anima, vel ab animalitate. Ab homine, ut auctore. Non eſt hoc peccatum minus a gentilitate; ergo qui præſumit de Baptiſta, tantum peccat, quantum qui adorat ligna, & lapides. Solut. Non minus hic dicitur, quia præſumere de Baptiſta eſt attribuere creaturæ, quod eſt creaturis, & ſic erat quaſi ſpecies idololatriæ; ſicut de illo qui commiſiſſet ſpeciem ſacrilegii, diceretur non feciſſe peccatum minus ſacrilegio. Vel: Non eſt minus peccatum a gentilitate, ideſt, valde magnum peccatum eſt, ſicut ſolent peccare Gentes. Sunt Dii, *Matth.* 16. Super illud, Quem dicunt homines eſſe filium hominis. *Gloſſ.* Homines ſunt, qui de filio hominis loquuntur; dii qui divinitatem intelligunt. Paulus, qui major eſt, quia Apollo erat ſub eo diſcipulus. Per quos, i. per quorum miniſterium. Nec magis per meliores, quantum ex virtute baptiſmi. Ideſt, indifferentes, quantum ad rationem miniſterii æque bonus baptiſmus confertur miniſterio cujuslibet. *Gal.* 3. Omnes vos unum eſtis in Chriſto, ergo &c. Niſi ergo revelet ille, &c. *Greg.* Fruſtra exterius laborat lingua prædicatoris, niſi intus adſit gratia Salvatoris. *Matt.* 23. Unus eſt magiſter veſter. Poſſet videri, quod eſſi nihil dant ex ſe, &c. Sed nonne verum eſt hoc? Unus enim melius prædicat, quam alius. Solut. intelligitur de baptiſmo. Paulus enim quandoque baptizabat, non tamen melius quantum erat ile virtute baptiſmi. Vel utrumque intelligitur de baptiſmo, & prædicatione: non datur autem melior fides, vel gratia a meliore prædicatore de neceſſitate, licet quandoque accidat. Dum extirpatur in impoſitione virtutum. Argumentum, quod prius ſit remiſſio peccatorum, quam infuſio gratiæ Ad idem *Ambroſ.* Egreſſus vitiorum, virtutis operatur ingreſſum. Contra: Remiſſio peccatorum eſt prior infuſione gratiæ. Sol. Quidam dicunt juxta illud *Iſa.* 43. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me: quod Deus ſeipſo remittit peccata, non mediante gratia, ſed eam poſtea infundit. Suſtinendo autem, quod infuſio gratiæ præcedit peccatorum remiſſionem, dicendum quod vitia extirpantur dupliciter, per deſertionem actuum malorum, & intendendo actibus contrariis. Sic intelligitur quod hic dicitur, & verbum Ambroſ. Sed nota, quod talis egreſſus vitiorum virtutis operatur ingreſſum per occaſionem. Eſt & alia extirpatio per deletionem maculæ, quam præcedit infuſio gratiæ. Deus eſt agricola. *Joann.* 15. Pater meus agricola eſt. Habitat in nobis, 2. *Corint.* 6. Inhabitabo in illis, &c. Apoſtoli operarii. *Luc.* 10.

▲ Rogate

Digitized by Google

▲ hil poteſt dare. *a* Unum ſunt.] indifferentes quoad miniſterium. Et tamen *b* Unoſquiſque propriam mercedem] quia cooperatur Deo. Quod oſtendit, in quo ſunt coadjutores Dei, quia in agricultura, & ædificatione.
e Dei agricultura] in hoc remiſſio peccatorum intelligitur.
f Dei ædificatio] in hoc datio gratiarum. Sed contra hoc, quod dicit.
b Unuſquiſque accipiet] ſecundum quantitatem charitatis attenditur quãtitas mercedis. *Deuter.* 11. Omnis locus, quem calcaverit pes veſter, veſter erit, ideſt, quod amabis, & quantum amabis, habebis. Item 2. *Cor.* 8. Qui multum non abundavit, & qui modicum, non minorabitur. Sol. Hic loquitur de aureola, quæ non eſt merces, ſed decentia mercedis: vel de mercede dimiſſionis pœnæ: vel effectu charitatis, i. laborem poſuit pro charitate. Et probabile eſt, quod qui plus laborat pro Chriſto, majorem habet charitatem ad Chriſtum. *Prov.* 12. De fructu oris ſui unuſquiſque replebitur. *Item* 13. De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis, ideſt *i* Fundamentum] & adjutor Dei ſui in ædificatione. *g* Ut ſapiens] *Gloſ.* Diſcretione utens. *b* Architectus] *Gloſ.* princeps ædificii. *k* Alius ſuperædificat.] bona opera. *p* Superædificat aurum, argentum, lapides pretioſos. *Gloſ.* Is qui cogitat tantum quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo. [Aurum,] in contemplatione Dei [Argentum,] in dilectione proximi. [Lapides pretioſos] in bonis operibus.

Qui autem plantat, & qui rigat, *a* unum ſunt. *b* Unuſquiſque autem *c* propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. *d* Dei enim ſumus adjutores. *e* Dei agricultura eſtis. *f* Dei ædificatio eſtis. Secundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, *g* ut ſapiens *b* architectus *i* fundamentum poſui; k alius autem ſuperædificat. Unuſquiſque autem videat, *l* quomodo ſuperædificet. *m* Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, *n* quod eſt Chriſtus Jeſus. *o* Si quis autem *p* ſuperædificat ſupra fundamentum hoc, aurum, *q* argentum, *r* lapides pretio-

▲ *a* Ligna

Moraliter. * *c* Mercedem accipiet] Non dicit ſecundum incrementum. Multi parum laborant, tamen miniſterio eorum fit magnus fructus. Alii multum laborant, & parvus inde fructus, ipſos tamen merces major expectat quam illos. 1. *Tim.* 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt, qui laborant verbo, & doctrina. *d* Dei adjutores ſumus.] Magna gratia, quia non vult Dominus tanta miracula facere ſine noſtro adjutorio. Quod ſignificatum eſt. 3. *Reg.* 5. ubi Salomon non ſine adjutorio Hiram regis Tyri templum ædificavit. Sicut enim alicubi eſt, quod Dominus operis dat operariis inſtrumenta, & docet eos quomodo faciant, & ad ultimum dat eis mercedem: ſic Dominus dat nobis gratiam tanquam inſtrumentum bene operandi, & in fine operis dat nobis mercedem vitæ æternæ. *e* Dei agricultura] Unde Deus facit in cordibus noſtris, quod ſolet facere agricola in agro ſuo. *Iſa.* 28. Nunquid tota die arabit arans ut ſerat, proſcindet, & ſarriet humum, ſc. & ſeminabit. Arat Dominus terram cordis noſtri vomere prædicationis; proſcindit ægritudinibus, & tribulationibus in corde proprio, amicos auferendo, & temporalia, quæ ad modum ſpinarum frequenter ſuffocant amorem Dei in cordibus hominum: inde ſeminat largiendo gratias. *Oſ.* 10. Arabit Judas, & confringet ſulcos Jacob. Arabit prædicatione, & tunc erit Judas per confeſſionem. Vel, Arabit Judas vomere confeſſionis, & tunc erit Jacob contra vitia, & ſic confringet ſulcos, i. duritiam cordis. *Gloſ.* Dei agricultura ſumus, quia colit nos ad fructum: & Dei ædificium, quia qui colit nos, habitat in nobis. Colimus adorando eum, non orando, ille autem ſic colit nos, quia meliores nos reddit. *i* Fundamentum] *Epheſ.* 2. Superædificati ſuper fundamentum. 1. *Pet.* 2. Ipſi autem tanquam lapides vivi ſuperædificamini. Quot virtutes habet hæc domus, tot habet partes. *Cant.* 1. Tigna domorum noſtrarum cedrina, &c. *g* Ut ſapiens Architectus] Virtus ædificii vere tota conſiſtit in fundamento, ſi non eſt bonum, totum ruit ædificium. *Matth.* 7. Aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificat domum ſuam ſupra petram. De alia dicit, Aſſimilabitur ei, qui ædificat domum ſuam ſupra arenam. Tamen quidam ædificant ſine fundamento, qui multa bona opera faciunt ſine recta intentione ex quadam conſuetudine. Alii ſuper malum fundamentum, qui male intentione. Alii ſuper bonum, qui bona. *l* Quomodo] q. d. Diverſimode poteſt ædificari, ſed fundamentum ſemper unum manet, & idem. Unde ſubdit: *m* Fundamentum] Et determinat, quod eſt illud fundamentum. *n* Quod eſt Chriſtus] i. fides ejus. *Iſa.* 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, &c. Tota autem machina templi tendit ad fundamentum ſuum, ſic Eccleſia ad Chriſtum. Sicut habetur *Epheſ.* 2. & *Iſa.* 44. Qui dico Jeruſalem, ædificaberis, & templo fundaberis. *Apoc.* 21. Fundamentum ejus primum jaſpis, qui virore ſuo fidem deſignat. *Matt.* 16. Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. *o* Si quis autem] Incipe conſtructionem a fine clauſulæ. [Uniuſcujuſque] licet diverſimode ædificent ſuper hoc fundementum. Si quis Aurum] ſapientiam. *q* Argentum] eloquentiam. *r* Lapides pretioſos] bona opera. [Aurum] ſapientiæ quoad Deum. [Argentum] eloquentiæ quoad alios. [Lapides pretioſos] quoad ſe, & ad proximos. *Iſa.* 60. pro ære afferam tibi aurum: ſed fit e converſo hodie, æs quod eſt ſonorum ſignificat ſcientiam, & aſtutiam ſecularem. Dicitur 3. *Reg.* 14. quod Roboam poſuit ſcuta ærea loco aureorum: pro argento autem ponitur modo ferrum. Sed tamen *Iſa.* 60. Pro ferro argentum; loco lapidis pretioſi ſpurcitias peccatorum. Hæc ſicut illa tria *Jerem.* 1.

De presbyt. non bapt. c. final. de ſumma Trinitat. c. unico in Clement. de pœn. diſt. 1. cap. ſi enim, verb. lib. arbitrii.

* A, a, a,

Expoſitio Gloſ.

▲ Rogate Dominum meſſis, ut mittat operarios. Et *Matth* 20. Paterfamilias operarios in vineam ſuam. Impertitis viribus, ideſt, datis, & impertit virtutes, & donat gratiam. Ut ſapiens architectus. Apoſtolus commendat ſe, ſed cogente eum neceſſitate. Vel poteſt dici, quod non commendat ſe, quia non dicit, ſimpliciter, ſed ut ſapiens architectus, &c. Aliud non eſt fundamentum. *Rom.* 15. Ne ſuper alienum fundamentum ædificarem. Hoc autem, ideſt, fides operans per dilectionem. *Gal.* 5. Neminem perire permittit, quamdiu habet talem fidem. Merito fundamenti, ideſt, fidei. Quæ obſcuritatem, ambiguitatemque non habent, ſed plana ſunt argumenta contra illos, qui dicebant ſuperædificationem ligni, fœni, ſtipulæ eſſe peccata mortalia, & in Purgatorio remitti. Omnem fidem *infr.* 13. Neque avari *infr.* 6. Fides ſine operibus, ex charitate factis, *Jacob* 2. mortua eſt; videtur ergo quod ſit hic expoſitio. Sed contra videtur, quod imo, quia ſuper illud *Num.* 15. Cumque eduxiſſent eum foras, obruerunt eum lapidibus. Ibi *Gloſ.* quod enim dicit ſabbatum violare auſus eſt, & ideo punitus eſt, ſignificat eum qui hodie in Chriſto ſignatus invenitur agere carnale opus, i. contrahere lignum, fœnum, ſtipulam in eſcam ignis æterni; ſed eſca ignis æterni non eſt, niſi mortale: ergo per lignum fœnum, ſtipulam intelliguntur mortalia peccata.

Ad idem ſuper *Ezech.* 44 Sabbata mea ſanctificabunt. *Gloſ.* & *Jerem.* 17. Sabbatum ſanctificat, qui non portat onus in ſabbato. Unde dicitur: Sicut onus grave, &c. Qui talis eſt non colligit in ſabbato ligna, nec ſuperædificat fundamento Chriſto lignum, & fœnum, & ſtipulam. Non accendit ignem, qui inutilem conſumit naturam; ſed nullus eſt qui non ſuperædificet, & tamen multi ſanctificant ſabbatum; ergo per lignum fœnum, ſtipulam intelliguntur. Solutio: *Auguſt.* non reprobat eos qui per hoc dicunt deſignari mortalia, ſed illos qui per hoc dicunt mortalia deſignari ſecundum ſeriem Apoſtoli, qui dicit tales qui cum ligno, fœno, ſtipula decedunt, per ignem purgari. Dicere enim quod mortalia purgabantur in igne Purgatorii, falſum eſt, & hæreſis.

Qui cogitat tantum quæ Dei ſunt, pure, præcipue, & principaliter. Quomodo placeat Deo *infr.* 7. Is videlicet qui cogitat quæ Mundi ſunt, placet Mundo. Contra: *Galat.* 1. Si hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem; ſed qui eſt ſine criminalibus, & habet charitatem, licet habeat venialia, Chriſti ſervus eſt: ergo non quærit placere hominibus, aut Mundo; quid eſt ergo quod hic dicitur. Solut. ibi ad *Galat.* loquitur Apoſtolus de placentia hominum, quæ ponitur ſupremus finis: hic de placentia, cum qua ponitur Deus ſupremus finis, ſi aliquantulum plus debito quærit placere Mundo. Poteſt enim aliquis quærere, ut placeat hominibus non propter ſe, ſed propter hominum utilitatem, vel Dei honorem. Negotiis terrenis. 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Patientes in tribulationibus. *Rom.* 12. In tribulatione patientes. Ædificant contemptores hujus ſæculi, non amando temporalia, aut omnino abdicando ea. Pauperibus dant. *Matt.* 19. Tanquam non habentes *infr.* 7. Tales, qui de amiſſione non triſtantur. *Hebr.* 10. Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.

Argentum in dilectione proximi. Hoc dicit, quia de argento fit moneta, quæ eſt multum neceſſaria; ſic dilectio proximi, quæ multum movet ad opera. Sed nihil, vel parum ſentiunt. Hoc dicit, quia vix poteſt aliquis eſſe ſine veniali. Vel minus, ut fœnum, vel minimum, ut ſti-

▲ pula

♠ *a* Ligna, fœnum, ſtipulam.] *Gloſ.* Non abſurde accipi puſſunt ſæcularium rerum quamvis licite conceſſarum tales cupiditates, ut amitti ſine dolore non poſſint, &c. *Gil.* Stipulam levitatem, fœnum carnalitatem, lignum rigidam cervicoſitatem deſignat. Nam inobedientia prima in ligno commiſſa eſt. Magiſter *Hugo de Sancto Victore.*

ſos, *a* ligna, fœnum, ſtipulam *c* uniuſcujuſque opus manifeſtum erit. *b* Dies enim *c* Domini declarabit: *d* quia in igne *e* revelabitur: *f* & uniuſcujuſque opus quale ſit, ignis probabit. *g* Si cujus *h* opus manſerit quod ſuperædificavit mercedem accipiet.

Quidam ſolum Deum amant, & hi ſuperædificant aurum, argentum, lapides pretioſos. In auro intellectum; in argento eloquium; in lapide pretioſo opus incorruptum. Quidam præter Dominum aliud amant, plus tamen Deum, & hi ſuperædificant lignum, fœnum, ſtipulam, in ligno affectum cognationis, in fœno poſſeſſionis, in ſtipula familiaritatis. In quibus omnibus etſi non ſit peccatum, eſt tamen peccati occaſio. Quidam contra Deum aliud amant: & hi non ſuperædificant, ſed deſtruunt fundamentum: quia amor Dei in corde eſſe non poteſt, ubi non eſt ſolus, vel ſummus.

Metaleut. * A, a, a, Domine Deus neſcio loqui. *a* Ligna, fœnum, &c.] peccata venialia. Vel allegorice de diverſis perſonis Eccleſiæ: aurum ſunt patientes in tribulationibus; argentum qui alios docent; lapides pretioſi, qui ſanctitate vitæ morbos ſpirituales eunnt; Sed loco eorum frequenter ponuntur in ædificio Eccleſiæ lignum, fœnum, ſtipula, & propter hoc ita frequenter comburitur: ſed *Can.* 3. Ferculum fecit Salomon de lignis Libani imputribilibus, & odoriferis. Superædificatur ſuper fundamentum, lignum, fœnum, ſtipula: ubi in domo Eccleſiæ debet poni trabes, ponitur ut pluries ſtipula, & e converſo; quia bono clerico datur modica, & dimidia præbenda ſi vacat, & hoc etiam raro: vacat architectus, ponitur ibi ſtipula, ideſt, puer aut aliquis idiota. [Fundamentum] *Gloſ.* Sicut fundamentum corporalis fabricæ eſt in imo, ita fundamentum ſpiritualis fabricæ eſt in ſummo; ideoque ſicut parietis pondus tendit in ima ubi eſt fundamentum ſuum, ita ſpiritualis ædificatio tendit ad ſumma ubi eſt fundamentum ſuum, qui eſt Chriſtus, ideſt, fides Chriſti, quæ per dilectionem operatur.

A pula, imo e converſo; quia ſtipula major eſt, quam Expoſitio alia. fœnum. Sed dicendum quod aliquod fœnum groſſius eſt, propterea plus habet humoris. Sed deſtruunt fundamentum: ergo fides deſtruitur per quodlibet peccatum mortale. Reſpondeo: Deſtruitur in quantum eſt fundamentum. Dum diviſi cogitant, quæ mundi ſunt *inf.* 7. Sed contra: Mens diviſa non impetrat, & qui in charitate eſt, impetrat, ergo tales non ædificant ligna, &c. ſuper fundamentum.

Ad idem facit illud *Oſe.* 10. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt. Sol. Eſt diviſus a Deo per mortale peccatum, de quo intelligitur illud Oſee, & illud, mens diviſa, &c. & eſt diviſus a Deo per venialia, de quo *infr.* 7. Qui cum uxore eſt, ſollicitus eſt, quæ mundi ſunt, &c. & diviſus eſt: de hac diviſione intelligitur, quod hic dicitur: *b* Dies] Induxit metaphoram de agricultura, & ædificatione; ad oſtendendum, quod ſicut agri-Ad litter. cola non eſt creator frugum, ſed tantum miniſter; ita Apoſtoli & alii non ſunt datores gratiarum, ſed miniſtri, ut fidei, quæ eſt fundamentum, ſuper quod alii aliter, & alii aliter ædificant; & qualiter quilibet ſuperædificet, non dicit eſſe manifeſtum; ſed in futuro manifeſtabitur, quod hic probat: *c* Enim,] i. quia [Dies Domini dies judicii] præſens vita dies hominis, quia modo facit homo ad libitum ſuum, ſed poſt non ſic erit. Unde dicit per *Pſal.* 74. Cum accepero tempus, &c. *d* Declarabit,] manifeſtabit. *e* In igne,] per ignem. *f* Revelabitur,] fiet revelatio. *Pſal.* 27. Vox Domini concutientis deſertum, &c. & revelabit condenſa. *Alibi*: Revelata ſunt funda-1. Reg. 22. menta Orbis terræ. [In igne,] præcedente diem judicii, qui purgatis non nocebit, non purgatos purgabit. *Iſa. ult.* Ecce Dominus in igne veniet. *Pſal.* 96. Ignis ante ipſum præcedet, &c. *ibid.* Montes ſicut cera fluxerunt a facie Domini, per illum enim complanabitur terra. *Matt.* 24. Sicut fulgur exit ab Occidente, & parit in Oriente, ſic erit adventus filii hominis. *Dan.* 7. Tronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis accenſus. *g* Probabit.] *Job* 28. Auro locus eſt in quo conflatur. *Malac.* 2. Erit quaſi ignis conflans. Vel de præſenti. *d* Dies Domini,] i. dies tribulationis, dies autem hominis, ſecundum hoc eſt proſperitas. *Jer.* 17. Diem hominis non deſideravi. *Gloſ.* Hic puniuntur electi, ut ibi non puniantur.

De aliis dicitur in *Gloſ. poſtea*, Quod ſine illiciente amore non habent, ſine urente dolore non perdunt. Hoc igne illius opus non exuritur, qui non ea dilexit, quorum amiſſione cruciatur. [Ignis,] tribulatio, [probabit.] Multi magnos ſe reputant antequam Dominus lateribus eorum ignem tentationis admoveat, qui in ipſa tribulatione, & tentatione defectum ſuum agnoſcunt. *Sap.* 3. Tentavit eos, & invenit illos dignos ſe; tanquam aurum in fornace probavit eos. *Eccl.* 2. In igne probabitur aurum, & argentum; homines vero receptibiles in camino tribulationis. *Pſ.* 25. Proba me Domine, & tenta me; ure, &c. ſic debet dicere homo, qui ſentit in ſe elationem. 1. *Petr.* 1. Probatio fidei veſtræ multo pretioſior auro, quod per ignem probatur. Et ſubdit modum approbationis dicens: *h* Si cujus opus manſerit.] Si quantumcunque ſæviat ignis tribulationis, & adverſitatis, ſi quodcunque incommodum temporale habet, non dolet: ipſa tribulatio probat ei quod aurum, argentum, & lapides pretioſos ædificavit. Unde *Gl.* Non ſolum poſt mortem, ſed etiam in hac

Δ vita, ubi

b Dies enim.] Secreta patent *infr.* 4. Hic in præſenti. Expoſitio Gloſ. Dies hominis pro nutu ſuo agentis. Contra: *ſuper illud Job* 37. Nubes luſtrant cuncta per circuitum, quocumque voluntas, &c. *Greg.* Nubes divinis nutibus ſubditæ nequeunt explere quod volunt; ire non poſſunt niſi quo eas voluntas duxerit gubernantis; dicit de prædicatoribus, ergo non agunt pro nutu ſuo. Sol. Quod hic dicitur intelligendum eſt de male operantibus qui totum quod agunt ſuum eſt. De bonis dicitur *Rom.* 8. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei. *Ibi Gloſ.* Aguntur non ut nihil agant, ſed quia impetu gratiæ aguntur, & ita non tantum nutu ſuo, ſed etiam Dei; mali tantum ſuo, quia nihil ibi Dei. Firmum, non indigens purgatione. Duos ignes legimus futuros; ergo ignis ille purgatorii alius eſt ab igne æterno. Contra *ſuper illud Iſa. ult.* Ecce Dominus in igne veniet *Gloſ.* In igne, qui æternus erit malis quos involvet, & ducet ad ſupplicium æternum, quo purgabitur, quod in bonis erit purgandum. Hoc etiam videtur ſentire *Hier.* loquens de illo verbo *Iſa.* 5. Dilatavit infernus animam ſuam, in *dialog. lib.* 4. Videtur infernus dilatare animam ſuam per ignem Siciliæ, qui in tempore ejus multum occupaverit terram, & in die judicii totum occupabit; ille autem ignis eſt ignis Purgatorii, & ita idem eſt. Sol. Duo ſunt ignes unus, i. purgatorius deſinet eſſe finita purgatione. Ad illud *ſuper Iſa.* Quo purgabitur, &c. ly (quo) ſimplicem relationem facit.

Dicitur autem Dominus venire in igne gehennæ quaſi armatus contra impios; in igne Purgatorii ad purgandum bonos. *Hier.* ergo de illis loquitur quaſi de uno ſequens modum prophetæ qui non dicit in ignibus, ſed in igne. Ad illud *Greg.* loquitur opinando, non affirmando.

Unde dicit, videtur Unum æternum, quia æternaliter punientur reprobi, Qui ſequetur judicium. Contra: Super illud *Job* 20. Ignis devorabit eum. *Greg.* Ignis gehennæ, qui humano ſtudio non accenditur, ſed creatus eſt a Deo ab origine mundi. *Matt.* 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. ergo jam eſt, ergo non ſequetur.

Quod ergo hic dicit, ſequetur judicium, non dicit quia tunc primo fore creditur, ſed quia erit poſt diem judicii. Facies mundi. 2. *Petr.* 3. Qui emundavit eos, qui ſuperædificaverunt. Argumentum, quod ignis iſte, qui præcedet Dominum ad judicium eſt ignis Purgatorii. Sed dicendum quod non: nam purgatorius ardebit tantum quouſque purgati ſint, qui ſalvandi erunt.

Sed nonne in uno magis purgandum erit, quam in alio: citius ergo purgatus erit unus, quam alter, ergo Deus injuſte aget cum tali.

Item nonne poterit eſſe, quod aliquis decedens in fine ſit debitor pœnæ centum annorum, ergo adhuc durabit poſtea. Sol. Purgati ſtatim non amplius læduntur ab igne, quia non eſt ibi materia ipſius. Sicut *Dan.* 3. Ignis non nocuit tribus pueris innocentibus. Quod objicit de illo, qui erit debitor centum annorum, dicendum quod pœnæ diuturnitas acerbitate recompenſabitur, ut magis puniatur in illo igne, qui majoris pœnæ debitor erit: ſicut e duobus ægrotis in eodem radio ſolis magis læditur unus, quam alius. Ille patietur detrimentum qui cum venialibus decedet; ſed augmentum, & diminutio gloriæ penes augmentum & diminutionem charitatis attenditur. Ex hoc ergo videtur, quod charitas diminuitur per venialia.

Sol. Detrimentum pati gloriæ dicitur quoad tempus, quia non ſtatim evolat, ſicut ille qui ſine veniali decedit. Vel hoc dicitur, quia talis non omni opere ſuo meretur Gloriam. Minoris gloriæ, i. tardioris. Rem cremabilem, ideſt, peccatum veniale, *Haimo* dicit. B. Ephrem quod tantus terror invadet omnes in die illa bonos & malos, cum videbunt infernum ardentem, & Dominum Jeſum

Δ Chriſtum

a vita ubi habet requiem, ſcilicet anima contemnentis omnia. *a* Si cujus opus arſerit,] ideſt, dolet de amiſſione temporalium, & pereuntium. *b* Detrimentum patietur,] quoniam punietur, in amiſſione temporalium. Et quia non ſtatim, evolabit, tamen *c* Salvus erit,] quia etſi exuritur dolore amiſſorum, non tamen præfert Deo. *d* Per ignem,] quia ipſa tribulatio purgat eum ab illo amore. *Aug. in lib. de vera relig.*

a Si cujus opus arſerit, detrimentum *b* patietur, ſalvus *c* ipſe erit, ſic tamen quaſi *d* per ignem.

Hoc ſine noſtro amore aderat, quod ſine dolore aberit.

▲ *a* Neſcitis,

Vrpeſ. in Gloſ. ▲ Chriſtum cum majeſtate, & gloria venientem ad judicium, ut niſi immortales jam effecti eſſent, iterum morerentur: quo timore etiam levia peccata ſanctorum purgabuntur, ſicut dicitur *Job* 41. Timebunt Angeli, territi purgabuntur: Angeli hic appellantur electi. Quia forſitan verum eſt. Ponit *Aug.* ſub ſi, utrum ignis purgatorius ſit, & etiam forſitan dicit: videtur ergo quaſi dubium eſſe: utrumque ergo poni poteſt utrumlibet ſane. Si ergo dicatur, quod ignis purgatorius non eſt, non eſt inconveniens, quod falſum eſt, imo contra fidem eſt, quia ponunt ſancti omnes, quoniam ait. Sol. Ly (ſi,) & ly (forſitan) non eſt ſignum dubitationis, ſed philoſophici temperamenti: Sancti enim quandoque: quæ maxime certa ſunt, quaſi dubia determinant, ne videantur ex ſuperbia ſic determinare. Gravior tamen erit ille ignis. Unde alibi dicit *Aug.* quod ita ſe habet ad ignem noſtrum ignis Purgatorii, ſicut ignis noſter ad ignem depictum. Sed ſecundum hoc ignis Purgatorii improportionabilis eſt pœnæ præſenti, & ibi punientur venialia: ergo plus punietur ibi aliquis pro veniali, quam poſſet puniri in præſenti, quod concedunt quidam. Alii dicunt quod illud, quod hic dicitur de igne, intelligitur de quadam pœna, non de illa, pro qua punietur pro venialibus. Sed tamen in infinitum gravior eſt ignis Purgatorii qualibet pœna præſenti.

A domo Dei 1. *Petr.* 4. Uritur amor, ideſt, purgatio. Tribulatione carnis habebunt *inf.* 7. Eandem *Aug.* tandem. Solubile, veniale. Firmum, bonum opus ex charitate factum. Cui non eſt natum, quia talis habet quodlibet temporale quaſi non eſſet. Vel, Cui non eſt netum, ad delectionem: vel alia littera Auguſtini, Notum: vel alia littera non eſt raptum, ſed tranſitivum reputat, unde non adhæret ei. *Luc.* 12. Deſtruam horrea mea. Et *Beda*, non ſunt hominis bona, quæ ſecum ferre non poteſt: ſola miſericordia comes eſt defunctorum.

Quod dilexit, perdet. *Mich.* 1. Omnes mercedes ejus comburentur igni. *Eccl.* 14. Omne opus corruptibile in fine deficit. *Luc.* 9. Quid prodeſt homini ſi lucretur univerſum mundum, ſe autem perdat, & detrimentum ſui faciat? Alterutra conditione, videlicet an carere iſtis, an Chriſto. Nec deſerit Chriſtum, per mortale.

Fundamenti ſtabilitate, ideſt, fidei operantis per dilectionem. De qua ſcriptum, Vaſa figuli. *Eccl.* 27. *Num.* 31. Omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgabitur. *Aug.* In fornace ſi aurum es, purior exibis; ſi plumbum, liqueſies. Laurentius aurum fuit, qui dicit *Eccl. ult.* In medio ignis ſum æſtuatus. Cum non de malis operibus accipiatur, ſecundum unam expoſitionem. Ut dictum eſt, ideſt, ut videtur dictum eſſe.

Per illa tria lignum, fœnum, ſtipulam. Sed quia hæc opera faciunt cum aliquo amore temporalium; ſuper illud *Matth.* 6. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. *Ibi Gloſ.* Siniſtram non tantum prohibet, ſed etiam neſcire: ſed opera quæ faciunt cum amore temporalium, fiunt cum ſiniſtra, ergo ex hoc ſunt mala.

Solutio. Mala circumſtantia, ideſt, malus finis non poteſt adjungi intentioni, quin opus malum ſit; quia *Matth.* 6. Oculus tuus fuerit ſimplex, ideſt, intentio. In bono enim opere oportet quod intentio ſit ſimplex: ſi autem bono operi quod fit ex bona intentione, admiſceatur veniale, adhuc poteſt opus illud eſſe meritorium, ut quando quis prædicat bona intentione, & bono fine; licet admiſceat ſe gloria venialis, tamen meretur prædicando. Dicendum ergo quod prædicta opera licet fiant cum amore temporalium, tamen ſunt meritoria.

Sed quæritur, quare opus eſt meritorium, licet ſit ei adjunctum veniale, & intentioni adjunctum, non amplius eſt meritorium? Hujus ratio eſt, quia ſtatim intentio diſtorquetur a fine ſuo, qui informat opus. Ferrum vel æs, vel plumbum, ideſt, peccata majora, hæc ſunt mortalia: ergo aliter poteſt ædificare mortalia ſuper fundamentum. Contra: Deſtruit illud, quia fundamentum eſt fides operans per dilectionem. Solutio: Super illud, ideſt, poſt. Multi enim poſtquam habuerunt fundamentum, peccant mortaliter. Vel ſuper illud, quia fides informis remaneat, quæ idem eſt cum formata. De quibus illic nihil quis obtinebit, niſi in hac vita poſitus hoc promereatur.

Ex his verbis videtur duo ſequi. Primum quod in aliquibus peccata venialia puniantur æternaliter. Secundum quod aliquibus dimittantur venialia poſt mortem. Quod etiam primum ſit verum, probatur: ſit ita, quod aliquis nunquam habuerit charitatem, & decedat cum multis venialibus, conſtat quod ille nunquam meruit, ut aliquando ab illis venialibus purgetur, ergo nunquam purgabitur ab illis, ſecundum *Gloſ. iſtam*: ſed pro omnibus peccatis a quibus non purgabitur, punietur æternaliter, ergo iſte punietur æternaliter pro peccatis venialibus.

Item, in inferno nulla eſt redemptio, ergo nullus poteſt liberari ab aliqua pœna in inferno, ergo omnis qui vadit in infernum cum venialibus, punietur æternaliter pro illis.

Contra: Deus ſemper punit citra condignum, & pœna debita veniali temporalis eſt, & minori qualibet pœna inferni, ergo Deus nunquam punit aliquem in inferno pro veniali.

Item, qui punitur æternaliter, nunquam conſequitur veniam, ergo non eſt veniale; non punietur æternaliter. Si concedatur. Contra: *Roman.* 2. Reddet unicuique juxta opera ſua *ibi Gloſ.* Ad diſtricti judicis juſtitiam pertinet, ut nunquam careat ſupplicio, cujus mens in hac vita nunquam voluit carere peccato: ſed ille qui decedit cum veniali amore temporalium rerum, nunquam voluit in hac vita carere hoc peccato: ergo nunquam carebit ſupplicio, ergo punietur æternaliter pro illo peccato.

Item, iſte ignis corporeus eſt, ut dicit *Aug.* culpa venialis ſpiritualis eſt, ergo incontingibiles ſunt iſte ignis, & culpa, ergo neutrum aget in reliquum, ergo ignis ille non deſtruet culpam, nec gratia vel contritio, ergo manebit in æternum, ſed quandiu erit culpa in anima, punietur anima pro illa; ergo æternaliter punietur quis pro veniali peccato. Sol. Super hoc duplex eſt opinio. Quidam dicunt quod venialia adjuncta mortalibus punientur æternaliter ratione adjuncti, & ratione fori. Exemplum de fure, qui gravius punitur Pariſiis, quam Orleanis pro eodem peccato ratione fori. Et ad id quod objicitur contra, dicunt, quod peccato mortali meretur quis pœnam æternam, ſub conditione, ideſt, ſi in mortali deceſſerit, & de illa pœna debita relaxat aliquid Dominus, & ita punit citra condignum. Ad illud dicunt, quod veniale dicitur peccatum, licet nunquam conſequatur veniam, quia ſecundum ſe venia dignum eſt, qua privatur ratione adjuncti.

Alia opinio dicit, quod ſicut in Paradiſo eſt duplex gaudium. Unum ſubſtantiale, quod conſiſtit in fruitione Dei, & poſt diem judicii eſt invariabile. Et aliud accidentale, quod conſiſtit in multis, ut evaſio pœnarum Inferni, & viſio aliorum electorum, & omnium creaturarum Dei, & pœnitentia peccatorum, qui ſunt adhuc in Mundo, & hoc eſt variabile, & terminabile: ita in Inferno eſt duplex pœna. Una ſubſtantialis, & interminabilis, qua punientur reprobi æternaliter pro peccatis mortalibus. Alia accidentalis, quæ terminabilis, & variabilis eſt, qua punientur reprobi pro venialibus, quæ ceſſabit cum ſufficienter punita fuerint peccata venialia; & licet iſta pœna finiatur in Inferno: verum eſt tamen, quod in Inferno nulla eſt redemptio, quia illa pœna improportionabilis eſt pœnæ æternæ, neque diminuitur pœna cum illa ceſſat. Ad illud quod contra objicitur, primo dicunt, quod licet illa pœna ceſſet, non tamen purgetur ille a peccatis venialibus, pro quibus puniebatur, quia ubi eſt purgatio, ibi eſt mundatio ab omni inquinamento, quod non poteſt fieri in Inferno. Ad id quod ſecundo objicitur, ſcilicet quod talis nunquam meruit purgationem aliquam, dicunt quod imo.

Ad tertium dicunt, quod auctoritas *Gregor.* intelligitur de peccato mortali, quo qui non vult carere, nunquam carebit ſupplicio.

Ad ultimum dicunt, quod revera ignis Inferni corporeus eſt ſubſtantia, ſed ſpiritualis virtute, unde potens eſt agere in ſpiritus malos. Ponderum gemina ſunt genera: Pondus eſt impetus uniuſcujuſque rei ad proprium locum tendens, unde levitas ignis pondus eſt ipſius.

Vel aliter poteſt accipi, &c. Hæc expoſitio eſt ſecundum *Ambroſ.* Et dicitur ædificium congeries bonorum operum, fundamentum fides Chriſti, ædificatores doctores: Per aurum, argentum; per lapides pretioſos, ſincera doctrina; per lignum, fœnum; per ſtipulam, frivola doctrina.

Nemo præter Chriſtum commendaret, ideſt, nemo loquens non de Chriſto eſſet commendabilis in doctrina ſua. Ideo commendandi aliqui hæretici. Videtur ergo quod hæretici ædificant lignum, fœnum, ſtipulam: ſed hæc ædificantes

a ficantes

Digitized by Google

▲ *a* Neſcitis, quia templum] Et dictum eſt, redit ad probandum unitatem Eccleſiæ, quod jam probavit per unitatem miniſterii. Idem probat hic per unitatem amoris, qui omnia in unum reducit, ſicut e converſo odium ſeparat. Et eſt ratio ſcilicet talis, [Spiritus Dei habitat in vobis] & ipſe unus amor eſt, ergo facit vos unum. Dicit ergo [Neſcitis] q. d. videtur quod neſciatis; ſive, Ad modum neſcientium facitis cum diverſa capita vobis ponitis.

a Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & *b* ſpiritus Dei *c* habitat in vobis ? Si quis *d* autem templum Dei

b Et] i. quia *c* Spiritus Dei, &c.] per gratiam. *d* Si quis autem templum Dei] *infr.* 6. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui habitat in vobis. *Hebr.* 3. Chriſtus vero tamquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos. Deus etiam, & Chriſtus templum noſtrum eſt. *Apocal.* 21. Dominus Deus omnipotens ipſe eſt templum illius, & agnus.

▲ *a* Violaverit.

Moraliter. Moraliter. *d* Si quis templum] animam. [violaverit,] inducendo ad peccatum Et poſſet eſſe thema in Dedicatione: Unde de hoc fit quidam ſermo, ex quo fiunt lectiones in feſto Dedicationis. Super illud *Apoc.* 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, dicit *Gloſ.* Spiritus ſanctus habitat in eis. *Act.* 17. Non in templis manufactis habitat. *Lev.* 27. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, ideſt, in corde, & non abjiciet vos anima mea. 1. *Pet.* 2 Tanquam lapides vivi ſuperædificamini in domos ſpirituales. *Pſalm.* 47. Deus in domibus ejus cognoſcetur, quod eſt quando crux, i. jugis pœnitentia eſt ſuppoſita in corpore proprio, Unde in quibus nullum eſt ſignum pœnitentiæ, ſignum eſt, quod non ſunt templum Domini: ut illi, de quibus *Oſ.* 8. Aquila ſuper domum Domini, i. ſignum rapacitatis. Super alios poſuit Diabolus potum, i. ſignum luxuriæ, ſicut eſt ſuperfluus ornatus in mulieribus, quæ ſunt templum Diaboli. *Pſalm.* 143. Filiæ eorum compoſitæ circumornatæ ut ſimilitudo templi. Et nota, quod ſicut in guerris ſaptores non audent violare domos, ſuper quas vident cruces, multo magis timent dæmones ſignum Domini, quod eſt pœnitentia. De defectu hujus ſigni conqueruntur viri ſancti, & Angeli cuſtodes animarum, per *Pſalm.* 73. Signa noſtra non vidimus, ſed dæmones poſuerunt ſigna ſua, & non cognoverunt illi, ſcilicet ſuper quos poſuerunt. Si enim ſcirent, quod per hoc acquirunt dominium in illis dæmones, nunquam ſuſtinerent; ſicut non permitteret aliquis, quod Hoſpitalarii ponerent crucem ſuper domum ſuam, quia per hoc de jure poſſent eam vendicare. Poſuerunt inquam ſuper ſummum Prælatum, & nobilem quaſi ſuper Turre, in ſignum quod totum jam ceperunt. [Neſcitis,] Apparet quod neſcitis, quia *Pſal.* 45. Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus; vos autem ſpurcitias de cordibus veſtris non abjicitis. Sed *Pſal.* 25. Domine, dilexiſti decorem domus tuæ. Hodie adimpletur in multis Prophetia *Dan.* 11. Polluerunt ſanctuarium fortitudinis, ideſt, cor hominis, quo nihil fortius ſi habet charitatem, auferent juge ſacrificium, ideſt, cor contritum, & humiliatum, & dabunt abominationem, ideſt, peccatum in deſolationem, i. in ſignum deſolationis. 1. *Mach.* 2. Templum enim ejus, ſicut homo ignobilis, ideſt ſordibus plenum eſt. *Ezech.* 8. Ingreſſus vidi, & ecce omnis multitudo reptilium, & animalium abominatio, *b* Et] ideſt, quia *c* Spiritus Dei habitat in vobis.] *Pſal.* 5. Lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

* Violaverit:

Repoſitio Gloſ. A ficantes ſalvabuntur, ergo & hæretici. Solut. Non inducit hæc ut oſtendat hæreticos ædificare lignum, fœnum, ſtipulam, ſed ad oſtendendum quod doctores licet frivola, i. lignum, fœnum, ſtipulam ædificent, ſalvant fundamentum, i. veram doctrinam: quod etiam hæretici, de quibus minime videtur, ſub nomine Chriſti docent. Sed quæritur: Illa frivola doctrina aut eſt de pertinentibus ad fidem, aut non: Si de pertinentibus, ſed qui aliter quam ſunt, docet, peccat mortaliter, ergo talis non erit ſalvus. Si eſt de illis, quæ non pertinent ad fidem, vel articulos fidei, ergo non peccat qui talia docet, credens, quod ſint vera, ergo non ædificat lignum, fœnum, ſtipulam. Sol. Hæc frivola doctrina intelligitur de non pertinentibus ad fidem, ut doctrina quæ eſt de notionibus, de quibus diverſimode licet ſentire: talia doceat aliquis aut curioſitate, vel ut appareat, peccat venialiter, ædificat lignum, fœnum, ſtipulam, ſed quia manet fundamentum veræ doctrinæ, ſalvus erit per ignem. Bonus magiſter incorruptibilis permanebit. *Dan.* 12. Qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et cum perditi in æternum pereant, prodeſt illis, &c. Contra, 2. *Pet.* 2. Melius eſt viam veritatis non agnoſcere, &c. quam retroire. Solutio: Non abierunt retro ab illo articulo, cujus fidem habuerunt, a quo ſi retro abiiſſent, revera melius eſſet eis ſi nunquam cognoviſſent. Item cum innuat Apoſtolus ſex, per quæ intelliguntur ſex genera operum, quæritur utrum omnia opera ſalvandorum comprehendantur in illis? Quod videtur, quia aſſignat generale fundamentum; ergo & ædificium quod aſſignat, generale eſt, aut male aſſignat illud. Si enim ædificium reſpondet fundamento, & generale generali. Item ædificare aurum, argentum, lapides pretioſos, ut patet per *Gloſ.* & non tranſire per Purgatorium, ſunt convertibilia; ſed omnes ſalvandi tranſibunt per Purgatorium, aut non tranſibunt, ergo omnes ſalvandi ædificant aurum, argentum, lapides pretioſos, aut lignum, fœnum, ſtipulam, & ſic omnia opera eorum in his comprehenduntur. Contra: Eſto quod aliquis faciat multa bona vitæ æternæ meritoria, & quædam venialia, & ſic decedat: illa bona aut ſunt aurum, argentum, lapides pretioſi; aut lignum, fœnum, ſtipula. Si aurum, argentum, &c. Ergo ſtatim evolabit, quod falſum eſt: ſi ſunt lignum, fœnum, ſtipula; contra non ſunt peccata. Item ecce aliquis eſt in charitate, & habet venialia, & contritus de illis decedit, quæritur quid ædificavit, non aurum, argentum, lapides pretioſos, quia non ſtatim evolabit. Non lignum, fœnum, ſtipulam, quia dimiſſa ſunt ei per contritionem venialia, ergo ſuperædificata non ſunt aurum, argentum, lapides pretioſi, aut lignum, fœnum, ſtipula.

Item iſta tria, lignum fœnum, ſtipula, ſignificant majora & minora, venialia & mediocria. Sed ecce aliquis, qui minimo motu movetur in filiam, tamen veniali, & ſic ædificat ſtipulam, poteſt continuare motum illum, ita quod ædificetur fœnum, & etiam lignum: quæritur ergo quare ſimiliter lapis pretioſus non poteſt fieri aurum, & argentum? Solutio: Quidam dicunt, quod in hac diviſione Apoſtoli comprehenduntur omnia, quæ ſuperædificantur fundamento. Et quod objicitur de illo, qui cum bonis operibus fecit venialia, dicendum, quod omnia illa aurum, argentum, & lapides pretioſi ſunt quoad bona opera; ſicut lignum, fœnum, vel ſtipula quoad venialia.

Et *Gloſ.* dicens, quod evolabit ſtatim aurum, argentum, vel lapis pretioſus, intelligitur de non ædificantibus lignum, &c. aut fœnum, aut ſtipulam cum illis. Ad aliud eadem eſt ſolutio. Alii dicunt, quod auro accidit eſſe aurum, & argento argentum, &c. Diſperdet illum quaſi ſacrilegium. Hic opponitur de aliquo ſimplici, qui totum poſſe ſuum, & diligentiam appoſuit ad hoc ut crederet, & non audivit prædicationem niſi a Pſeudo, ſi ergo aſſentit, ergo videtur quod non peccavit, credens, quod verum dixerunt ei. Sol. Si omnem diligentiam quam debuiſſet, adhibuiſſet, non permiſiſſet eum Deus perverti, vel bonum prædicatorem miſiſſet ei, aut ipſemet interius eum docuiſſet, aut per Angelum, & ideo peccat ſi ei aſſentit. In nemine habitat Deus, quem non ante ſanctificet, ſed habitat in homine per gratiam, ergo prius purgatur homo, quam infundatur gratia, & ita remiſſio peccatorum præcedit infuſionem gratiæ. Solut. Habitare ſumitur hic pro perfecte, & firmiter confirmare in gratia, quod conſtat ſequi infuſionem gratiæ. Et purget templum ſecundum corpus, & ſecundum animam: quomodo ergo generat parvulum habentem immunditiam originis, unde illa immunditia? Solut. Eſt corruptio activa, quæ ſemper remanet quantumcumque purgetur corpus in hac vita a peccato, & transfunditur in poſteros, & per eam trahi originale. Eſt etiam alia corruptio paſſiva, quæ non remanet, & quantum ad hanc purgatur corpus. Quomodo ergo rex non eſt? Loquitur contra Arium, qui ponit filium eſſe puram creaturam, & Spiritum ſanctum eſſe minorem filio. Non conſidet patri, & filio: q. d. Imo ipſe eſt æqualis ei in regnando. Replevit ſilium. *Iſa.* 11. Conſidere fecit in cœleſtibus. *Eph* 2. Nos eadem ſede efficit dignos. Æquivoce ſumitur ſedes, primo pro æqualitate, hic pro glorificatione. In ſe habitat Deus, i. Deus eſt ſibi ſufficiens: locus rem ſuſtentat, quæ ſi ſeipſam ſuſtentare poſſet, jam non eſſet in loco, ſed ipſa ſibi locus eſſet. Apud ſe eſt. Contra: Super illud *Jo* 1. Verbum erat apud Deum. *Gloſ.* Apud Deum, ut unus apud alium: ergo ſi Deus eſt apud ſe, eſt alius a ſe. Solutio. Apud quandoque ſumitur tranſitive, & tunc ſignat diſtinctionem perſonarum, ſicut ſumitur ſuper *Joan.* Quandoque ſumitur quaſi localiter ut hic, quia Deus ad modum loci ſuſtentantis rem, ſeipſum ſuſtentat. Imo ſic habitat Deus in ſanctis, &c. ergo diſceſſus Dei antecedit caſum hominis; ergo non recedit Deus ab homine antequam peccet, & prius auferret ei gratiam: quid eſt enim Deum diſcedere ab homine, niſi gratiam ſubtrahere, non videtur ergo imputandum eſſe homini quod peccat, ſed Deo gratiam auferenti.

▲ Solut.

Digitized by Google

a *a* Violaverit:] quod faciunt ponentes diverſa capita in Eccleſia. Vel: [Violaverit, &c.] Hoc eſt contra ſollicitatores Monialium, & corruptores virginum. Nabuzardam primo violavit templum, i. gula. *Jer.* 39. Secundo Antiochus, ſilentium paupertatis, i. avaritia. 1. *Mach.* 1. Tertio Titus Rex Romanorum, ſc. ſuperbia deſtruxit funditus. *Jer.* 52.

b Diſperdet] in corpore & anima per diverſas pœnas. *c* Templum enim] quia poſuerat ſub quæſtione, & ita ſub dubitatione, affirmat. *d* Nemo vos ſeducat,] ſeparando ab unitate per diverſitatem capitum, vel magiſtrorum.

a violaverit: *b* diſperdet illũ Deus, *c* Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. *d* Nemo vos ſeducat. *e* Si quis videtur inter vos ſapiẽs eſſe in hoc *f* ſęculo ſtultus fiat ut ſit ſapiens. *g* Sapientia enim hujus mũdi ſtultitia eſt apud Deum. *h* Scriptũ eſt enim: Comprehendã ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum, Dominus novit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt.

Moraliter. * Violaverit, quod facit omnis peccans mortaliter. 4. *Reg.* 10. Legitur, quod Jehu violavit templum Baal, & fecit cloacas: Numquam aliquis ſic fuit iniquus, ut hoc faceret de templo Domini: Sed nos quotidie hoc facimus de templo Domini, i. de cordibus noſtris, qui peccata aliorum libenter audimus, & narramus. *Joſeph* narrat, quod Pompejus fecit de templo Domini ſtabulum equorum, ſed nos de nobis facimus præſepe Dœmonum. *Job* 30. Huic montes herbas ferunt; quod eſt quando cogitant facere peccata. *Idem* dicit quod Ælius Hadrianus poſuit idolum Jovis in templo, ſed nos omnia idola Dęmonum ponimus in templo Domini, quod ſumus nos. *Ezech.* 8. Univerſa idola domus Iſrael depicta erant per circuitum in pariete per totum. Hoc eſt præcipue in ornatu ſuperfluo. Item *Jer. ult.* & 4. *Reg.* 25. dicitur, quod Nabuzardam ſuccendit templum; quod facit omnis peccans mortaliter. *Mich.* 6. Adhuc ignis in domo impii. Multi ergo ſunt incendiarii Eccleſiarum Domini: multi etiam expoliant eas ornamentis, & ſuis virtutibus committentes ſacrilegium ſpirituale. Unde hic dicit *Gl.* [Diſperdet illum Deus,] in corpore & anima, quaſi ſacrilegum. Hoc deplorat *Jer. Thr.* 4. Quomodo diſperſi ſunt lapides ſanctuarii, i. virtutes. Hoc prædixit Dominus; Non remanebit lapis ſuper lapidem. *Matth.* 24. *Job* 41. Sternet diabolus ſibi aurum quaſi lutum. Item legitur *Neemiæ* 13. Projeci vaſa domus Tobiæ de Gazophylacio: Iſte enim fecerat theſaurum ſuum de templo. Hoc flagitium multi hodie committunt, ut uſurarii, & omnes avari. Sarta tecta hujus templi nemo vult reædificare: Legitur autem 4. *Reg.* 12. quod Joas præcepit, ut ſarta tecta templi repararentur de oblationibus, ſed ſacerdotes retinebant eas in uſus ſuos. Oblationes iſtæ ſunt auctoritates quas audimus in lectionibus & prædicatione, per quas tamen non reparamus ruinas noſtras, ſed tantum ſervamus, ut dicamus aliis. Pauci poſſunt dicere illud David, Zelus domus tuæ comedit me. [Violavit.] Antiochus Epiphanes templum Domini ideo dicit: 1. *Mach.* 6. Nunc vero reminiſcor malorum, quæ feci in Jeruſalem, &c. & cognovi, quia propter hoc pereo in terra aliena. *c* Templum enim] Quorumdam templum videtur eſſe excommunicatum, quia non fiunt ibi orationes. *Pſ.* 136. In ſalicibus in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra. In ſalicibus, i. in infructuoſis cogitationibus. Multi ſunt in quorum templis non fit officium, niſi ſemel in anno, qui ſemel tantum confitentur. Sed *Dan.* 11. dicitur, quod quando juge ſacrificium deficiet, deſtruetur templum. *c* Templum enim Dei ſanctum] Hoc præmiſit ideo, ut compungat illos, qui turpiter viventes corpora violant, maxime qui uxores patrum habent: Et loquitur de violatione per peccatum. Unde paret quod peccato luxuriæ præcipue violatur templum Dei. *d* Nemo vos ſeducat] *Col.* 2. Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, &c. Et *inf.* Nemo vos ſeducat, &c. *e* Si quis videtur, &c.] Probat unitatem capitis Eccleſiæ a cauſa finali: & eſt argumentatio talis; Debemus eſſe ſapientes in Deo; ſed ſapientia mundi; non eſt in Deo: ergo non debemus habere ſapientiam mundi; ſed ſola ſapientia mundi ponit plura capita; ergo non debemus ponere plura, ſed unum: [Videtur inter vos ſapiens eſſe] *inf.* 8. Si quis ſe exiſtimat ſcire, nondum cognovit, quomodo oporteat eum ſcire. Socrates: Hoc ſolum ſcio, quod neſcio. Stultus fiat, &c. *Gl.* Stultus ſæculo, ſapiens eſt Deo. Qui vult ergo ſapiens eſſe, abjiciat illam ſapientiam & dicat cum *Pſ.* 72. Ut jumentum factus ſum apud te. *Luc.* 19. Zachæus aſcendit ſuper ficum fatuam, ut videret Jeſum, i. ſuper dulcem Dei ſtultitiam. *g* Sapientia enim hujus, &c.] *Eccl.* 19. Eſt prudentiæ nequitia, & in ipſa execratio. *Ibid.* 19. Non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina. *Rom.* 8. Qui ſecundum Spiritum ſunt, quæ ſunt Spiritus ſentiunt: nam prudentia carnis mors eſt, &c. *h* Scriptum eſt] Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilia pravorum diſſipat. *Iſa.* 44. Convertens ſapientes retrorſum, & Scientiam eorum ſtultam faciens. *i* Comprehendam, &c.] i. decipientur in ſapientia ſua. *Job* 5. *Iſa.* 19. Sapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. *Job* 12. Adducet conſiliarios in ſtultum finem & judices in ſtuporem. *Pſ.* 9. In laqueo quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum: quod patet in Capitulis alicubi. *Pſal.* 9. Propter dolos poſuiſti eis. *Job* 5. Per diem incurrunt tenebras, [ſapientia eorum facit eos quaſi ignorantes,] & quaſi in nocte ſic palpant in meridie, [ubi negotium eſt apertum omnino, fiunt ignorantes.] *31. d. c...* *Rom.* 1.

▲ Nemo

Expoſitio Gloſ. A Sol. Imo prius recedit homo a Deo per peccatum, quam Deus ab eo ſe ſubtrahendo, licet ſimul tempore. *Oſee* 7. Væ eis qui receſſerunt a me. Quod ergo dicitur hic, ſi Deus receſſerit a ſanctis, cadunt; hæc duo ſimul ſunt tempore, & convertibilia, ſicuti homo & riſibile. Unde Deum diſcedere ab homine eſt antecedens ad caſum hominis in conſecutione, ſicut riſibile ad hominem. Et ideo non ſequitur, quod Deus prius diſcedat, quam homo cadat; vel ſi Deus prius diſceſſit ab eis, hoc contigit propter peccatum eorum, ut cadant in alia peccata. Multo mirabilius eſt, &c. ſicut valde mirabile eſſet, quod Sol luceret in hoc aere, & tamen non illuminaret ipſum: ſimiliter valde mirabile eſſet, quod Deus vera lux eſſet in corde hominis, & tamen non illuminaret illud per gratiam, quod eſt habitare in homine. Per divinitatis præſentiam, & etiam potentiam, & eſſentiam. Ubi, i. per quam habitudinem, gratiam dilectionis, &c. Sed qui es in cęlis *Matt.* 6. i. in ſanctis per gratiam: Vel in cęlis materialibus, in quibus apparet ejus potentia per eorum magnitudinem; ejus ſapientia per pulchritudinem; ejus bonitas per motum eorum uniformem. Nondum cognoſcentium Deum, ut parvulorum baptizatorum. Beatiſſimi ſunt illi: ſed qui ſunt in gloria, ſunt beatiſſimi; ergo idem eſt eis habere Deum, & Deum noſſe, & habere eum, & diligere eum, quare videtur quod ſuccedat ſpei, vel quod fidei, & charitati, quod verum eſt, cum alii dicunt, quod imo comprehenſio ſuccedat ſpei, quæ ut dicunt, non aliud eſt quam notitia Dei: hoc dicitur per æquipollentiam; quia æquipollent comprehendere Deum & noſſe eum. Simile ſuper *Jo.* 6. in *Gl.* Idem eſt audire patrem, & eſſe a patre, i. æquipollentia ſunt. Deum contra naturam, &c. Contra: *Aug.* ſuper illud *Gen.* 2. Formavit de coſta, &c. dicit; Id natura cujuſque rei quod Deus de illa facit. Reſp. Hic appellatur natura ſolitus curſus naturæ, contra quem facit Deus, ſed contra ipſam naturam nihil, quia de ſe obediens eſt ei. Aliquando in Scripturis. *Bar.* 3. Filii Agar qui, &c. Omnia veſtra ſunt, ſi habetis Deum, quia qui habet ruſticum, habet prædium, & bovem. Unde *Hier.* Avaritia avarior eſt, cui non ſufficit Deus. Cephas, qui omnibus major. Contra: Super illud *Gal.* 2. Reſtiti Petro in faciem. *Gl.* Ut par, quod non faceret ſi ſe in parem ſciret. Item, ſuper illud *Num.* 3. Natura filios Levi: dicit *Orig.* Præcedat Paulus, & mihi viam oſtendat, ipſe Apoſtolorum maximus, &c. Sol. Paulus erat par Petro in prædicatione, & alii, ſimiliter quia non poterat revocari a Petro, quod prædicabat Paulus: ſed major erat Paulo in adminiſtratione, ut in ordinatione Epiſcoporum, & hujuſmodi. Ad illud maximus Apoſtolorum, intellige ſcientia, & labore. Mors noſtra eſt. Unde *Martinus*: Si aliud exemplum vobis relinquo, peccavi. 2. *Cor.* 4. Mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Magis, quam præſentia. Vel: Per vitam Angelos. Unde ſuper illud *Jer.* 51. Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata dicit *Orig.* Sunt medici, ſub magno medico Angeli Dei volentes animas noſtras curare a vitiis, qui dum ipſos repellimus, aut eorum conſiliis non acquieſcimus, videntes ſe operam perdere dicunt; Relinquamus eam. Ad injuriam Chriſti, qui ſunt datores gratiarum, quod eſt contra Chriſtum. Chriſtus ſubditur Deo patri: & loquitur de eo in quantum eſt Deus, ergo Chriſtus eſt minor patre in quantum eſt Deus. Sol. Dicitur ei ſubjici, quia quicquid habet, habet ab eo. Caput mulieris vir *inf.* 16. Qui eſt ipſa deitas patris, & filii. Sed eodem modo poſſet probare, quod pater, & filius eſt connexio, quia uterque eſt ipſa deitas duorum aliorum, & ipſa deitas eſt dilectio; ergo pater eſt connexio filii, & Sp. S. & filius patris, & Spir. S. Sol. non inducit hoc ad probandum, quod Spiritus ſit connexio, ſed ad probandum, quod ipſe eſt nexus ejuſdem eſſentiæ cum patre, & filio.

Δ a Nemo itaque glorietur] Ex quo ſtultitia eſt ſapientia mundi hujus, ponere ſcil. diverſa capita. [Nemo glorietur in hominibus,] ponens capita, Eccleſiæ. b Omnia enim veſtra] probat unitatem capitis per legem communem naturæ, quæ eſt, quod quælibet creatura cogitur dare ſeipſam alii, ut Sol Luna, & ſic de aliis: & Regiones ſibi invicẽ coguntur ſervire, velint nolint. Quælibet ergo creatura alterius eſt ancilla, ergo nulla poteſt quantũ eſt de ſe, habere dominium ſimpliciter ſuper aliam, & ita nec eſſe caput. [Omnia veſtra ad ſerviẽdũ ad utilitatem veſtram.] Sap. 16. Omnia tráſfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deſerviebant ad voluntatem eorum, qui a te deſiderati ſunt. c Mundus,] noſter eſt ſi de illo ſecundum voluntatem Dei ſentiamus & curſum ejus in Dei voluntate ponamus, ut dicit Gl.

pl † myſteriorum.

Nemo a itaque glorietur in hominibus. Omnia b enim veſtra ſunt, ſive Paulus, ſive Apollo, ſive Cephas, ſive c mundus, d ſive vita, ſive mors, e ſive præſentia f ſive futura. g Omnia h enim veſtra ſunt, vos i autem Chriſti: Chriſtus autem k Dei.

C A P. IV.

SIc nos l exiſtimet homo m ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores † miniſteriorum n Dei. Hic jam quæritur o inter p diſpenſatores, ut q fidelis quis inveniatur,

Moraliter. d Vita] præſens noſtra eſt, ſi modeſte & cum gloria Dei agitur. e Mors,] noſtra eſt, ſi ſpe futuræ vitæ pro Chriſto libenter morimur. f Præſentia] noſtra ſunt, ſi ſic utimur eis ad ſuſtentationem, ut non offendamus Deum. g Futura,] noſtra ſunt ſi ea credentes magis, quam præſentia optamus: vel de vita, & morte ſanctorum, quæ nobis propoſita ſunt in exemplum gaudeamus. Vel ſecundum quod dicit Gl. per vitam, ſanctos homines, & Angelos accipe, qui ſtudent profectui fidelium: per mortem, Diabolum, & membra ejus, qui dum perſequuntur, utilitati ſervorum Dei inſerviunt. h Omnia enim veſtra ſunt,] unde Apoſt. Rom. 8. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Pſ. 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. Hier. Credenti totus mundus divitiarum eſt. [Omnia veſtra ſunt,] ut dominorum. i Vos autem Chriſti:] ut creaturis ut redemptoris inf. 6. Empti eſtis pretio magno. Ex hoc patet, quod facimus Chriſto injuriam ſi nobis attribuimus dominium creaturarum, quod recepimus tanquam ſeudum a Chriſto, ſicut patefactum eſt in Adam. Gl. Si Chriſti famuli ſumus: cur ergo ad injuriam Chriſti aliquid de hominibus ſperatis. k Chriſtus autem Dei,] patris quaſi auctoris per generationem æternam eſt. Et nota ordinem. Si noſtra ſunt omnia, tunc ſumus Chriſti, & per ipſum Dei.

In prologo Biblia. c. 1.

E X P O S I T I O C A P. IV.

SIc nos exiſtimet] Hic incipit quartum cap. quod dividitur in quatuor partes. In prima tollit ſuperbiam magiſtrorum, docens de omnibus bene opinari, de nullo judicare, & non curare divitias aliorum. In ſecunda exponit metaphoram de ſe & Apollo oſtendens prædicta in ſe & Apollo transfigurata, cauſa exempli, ibi [Hæc autem fratres transfiguravi in me.] In tertia humiliat magiſtros, & prædicatores, oſtendens non debere gloriari de Sapientia ſua, cum eam non a ſe, ſed ab alio acceperint, ibi: Quid habes, quod non accepiſti, &c.] In quarta conſolatur Corinthios, oſtendens quod non ad confuſionem eorum, ſed ad correctionem ſcripſit talia eis, ibi [Non ut confundam, &c.] l Sic nos exiſtimet,] Gl. continuat ei quod dixerat, Dei adjutores ſumus: non ad immediatum præcedens, ſed ad præcedentem ſententiam. Sed poteſt continuari ad id quod immediate dictum eſt: Ex quo ſumus Chriſti. [Sic nos exiſtimet homo,] qui falli poteſt, non Deus, non Angelus, m Ut miniſtros] 1. Pet. 8. Jud. 8. Non dominatur veſtri, ſed Dominus, [Miniſtros] inſimul ſerviendo aliis, quibus prædicavimus, quos baptizavimus, qui ſunt in domo Dei, i. in Eccleſia Luc. 22. qui præceſſor eſt in vobis ſit ſicut miniſtrator. Propter hoc inſtitutum fuit in Regula Hoſpitaliorum, quod quilibet ſerviat famulo ſuo everri pedes in menſa, Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Quomodo autem miniſtrare debent, dicitur 1. Pet. 3. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum, &c. Et inf. 12. Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Dominus. n Et diſpenſatores,] quoſdam in Epiſcopos promovendo, & ſic de aliis dignitatibus, & officiis Eccleſiæ. 3. Reg. 5. Erant Salomoni octoginta millia latomorum in monte abſque Præpoſitis, qui præerant ſingulis operibus. Matt. 8. Ego ſum homo ſub poteſtate conſtitutus, & dico huic vade. Gl. Hi diſpenſatores ſunt, per quorum miniſterium pervenitur ad vitam æternam. Item non diſſipatores. Luc. 16. Homo erat dives, qui habebat villicum, & diffamatus eſt apud eum quaſi diſſipaſſet bona illius. Item non omnia retinentes, & nihil tribuentes. Tales multi ſunt hodie. Luc. 12. Quis putas eſt fidelis. Habet etiam Diabolus ſuos diſpenſatores. Unde Exod. 5. Pharao præpoſuit quoſdam, qui cogerent ſervire filios Iſrael in luto & paleis, & labore. Sed de bonis dicit Rom. 12. Qui præeſt in ſollicitudine. n Miniſteriorum,] vel myſteriorum Haymo. Melius eſt dicere [myſteriorum] Et quia de ipſo Apoſtolo minus ſentiebant, ſcil. quod non eſſet fidelis diſpenſator, & prudens, ſubdit: o Hic jam quæritur] q. d. Non alibi eſt hæc contentio, quando melius quis baptizet. p Inter diſpenſatores, ut] i. qualiter. q Fidelis quis inveniatur,] i. aliquis cui credendum ſit de diſpenſatione ſacramentorum. Prov. 20. Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inveniet. Prov. 28. Vir fidelis multum laudabitur.

1. Cor. 18.

Δ a Mihi autem

Expoſitio Gloſ.

p Quæritur, &c. ut fidelis, &c.] Iſta quæſtio improbabilis videbatur, ſed modo videtur eſſe inſolubilis. Et nota, quoniam triplex eſt diſpenſatio, prima, dignitatis in prælatis, ſecunda, doctrinæ, & prædicationis in doctoribus, tertia, donorum collatorum, ſive ea ſint naturalia ſive gratuita, ſive temporalia. Hic jam quæri poteſt inter iſtos, quis fidelis inveniatur in diſpenſatione ſua. Fidelitas Prælati conſiſtit in quinque. In diligentia cuſtodiendi, in audacia reſiſtendi, in ſolertia paſcendi, in diſcretione diſtribuendi patrimonium crucifixi, in moderatione puniendi. De primo Iſ. 62. Super muros tuos Jeruſalem, i. [prælationes tuas] conſtitui cuſtodes tota die, &c. Quantum debeant eſſe ſolliciti dicitur. 4. Reg. 10. Quicumque fugerit de hominibus his quos adduxi in manus veſtras, erit anima ejus pro anima illius, dicit Jehu exterminans Achab, & totam progeniem ejus, hic eſt Prælatus debet exterminare Diabolum. Sed de infidelitate eorum dicitur Iſ. 56. Canes muti, &c. Alii etiam cum deberent cuſtodire, furantur, & vendunt gregem Domini. Unde Pſ. 43. Vendidiſti populum tuum ſine pretio. Joel. 3. Puellam vendiderunt pro vino. De audacia reſiſtendi Principibus ſæcularibus & Dæmonibus. 1. Reg. 17. Paſcebat ſervus tuus gregem patris ſui, & veniebat leo, &c. Job 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus ejus auferebam prædam. Eccl. 7. Noli ab homine accipere ducatum, niſi virtute valeas irrumpere, &c. Sed de timiditate Job 19. Mercenarius videt lupum venientem, &c. De ſolertia paſcendi. Exod. 3. Minabatque gregem ad interiora deſerti ſcil. Scripturæ. Sed qui fidelis inveniatur in hac diſpenſatione, neſcio. Unde Ezech. 34. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemetipſos, &c. 1. Pet. 5. Paſcite eum, qui inter vos eſt, gregem Domini. Eccl. 7. Pecora ſunt tibi, attende illi. De diſcretione diſtribuendi patrimonium Crucifixi honeſtis perſonis. Gen. 6. Fac tibi arcam de lignis lævigatis, ſed quia fit Eccleſia de lignis tortuoſis, ideo quotidie ruit. Deut. 1. Date ex vobis viros ſapientes quorum converſatio ſit proba in tribubus veſtris, ut ponam vobis principes. Joſue multum fuit ſollicitus in diſtributione terræ ſanctæ. Sed hodie poteſt dici de Prælatis noſtris diſtribuentibus bona Eccleſiæ, quod dicitur Prov. 26. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit inſipienti honorem. Mercurius Deus mercatorum eſt, q. d. Sicut mercator qui computat cum lapidibus, confundit computationem ſuam, ſi lapidem ponat inordinate, ita qui computat bona Eccleſiæ, & in honore

* ac prælationis

l Sic nos, &c.] Nos auditores ſup. 3. Nec nimis, ut qui nos iſtorum Deos arbitrantur: nec minus, ut qui nos dicunt inferiores Pſeudo. De nobis arbitramini, &c. Non ut dominos. 1. Pet. 5. Non ut dominantes in Clero ſubjecti invicem. Gl. Majores minoribus, & minores majoribus. Ut Deus vult ſentiendum eſſe per gradum in quo elegit eum. Vel ſentiat, i. laboret ſi poteſt, ut ſentiat de ſe, ſicut Deus ſentit de ipſo. Qui eum elegit. Jo. 15. Miniſteria dividimus, i. officia committimus. Vel: Miniſteria, i. ſecreta dividimus, i. docemus. Imitatores mei Phil. 4. quæ dicunt facite, &c. Matth. 23. Salutis illius, i. gratiæ quam confert Deus in ſacramentis, quæ ipſi diſpenſant. Dies Domini 1. Theſſ. 5. Dies Domini ſicut fur. Pro ſe rationem reddet. Rom. 14. Secreta cordium patebunt, inf. eod. Quilibet ergo videbit conſcientiam alternam. Ad idem ſuper illud. Job 28. Non comparabitur ei vitrum. Gl. Uniuſcujuſque mentem ab alterius oculis corpulentia non abſcondet. Et ſuper id Rom. 14. Omnes ſtabimus ante tribunal Domini. Gl. Ab omnibus videbitur & omnium conſcientias videbit, i. ab omnibus

Δ videri

Mihi autem *a* pro minimo eſt ut a vobis judicer, aut *b* ab humano die: ſed *c* neque meipſum judico. Nihil *d* enim mihi conſcius ſum, ſed *e* non in hoc juſtificatus ſum: qui *f* autem judicat me, Dominus eſt. *g* Itaque *h* nolite ante tempus judicare quoadusque *i* veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita *k* tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & tunc laus *l* erit unicuique *m* a Deo. Hæc autem *n* fratres transfiguravi *o* in me & Apollo propter vos, ut in *p* nobis diſcatis ne ſupra *q* quam ſcriptum *r* eſt, unus adverſus alterum infletur pro *ſ* alio; *t* Quis te enim diſcernit? Quid *u* autem habes *x* quod non accepiſti? Si *y* autem accepiſti, quid gloriaris, *z* quaſi ſi non acceperis?

a Mihi autem] Ita quæritis præferentes mihi Pſeudo, ſed [Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer,] eſſe infidelis diſpenſator, a vobis, ſcil. carnalibus. *b* Aut ab humano die:] i. humano intellectu, vel ratione illuminante hominem interiorem. Vel [Ab humano die:] i. ab hominibus dum ſunt in ſuo die, quia in hac vita, facit homo ad libitum. Imo videtur, quod pro maximo reputandū ſit ab aliis judicari, quia dicitur *Rom.* 12. Providētes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus, *inf.* 10. Per omnia omnibus placeo, &c. *Eccl.* 41. Curam habe de bono nomine. *Eccl.* Melius eſt nomen bonum quam unguentum pretioſum. Sol. Hujus *ſuper illud Gal.* 1. Si hominibus placerem. *Gloſ.* Non gloriam noſtram quærimus, cum hominibus placere volumus, ſed gaudemus eis placere propter ſuam utilitatem, non ut hoc appetamus tanquam mercedem. *c* Sed neque, &c.] ego qui melius me noſco quam vos, non cognoſco me perfecte, ergo vos multo minus me cognoſcetis. *d* Nihil enim mihi, &c.] Benedico quod non cognoſco me perfecte. *Gl.* In nullo me remordet conſcientia. *Job* 16. Ecce in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis,

Moraliter. q.d. Ille ſcit, qui judicabit ſecundum ſuum teſtimonium. Item *Job* 27. Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. 1. *Jo.* 3. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. *e* Sed non in hoc, &c.] *Gl.* Non ideo me juſtum puto, quia poteſt eſſe quod neſcio. *Job* 9. Etiamſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, &c. *f* Qui autem judicat me,] i. poteſt me judicare. *g* Dominus eſt,] qui novit omnia. *h* Itaque, nolite ante tempus] judicii. *i* Quoadusque veniat] *Iſa.* 3. Dominus ad judicium veniet cum ſenioribus populi. *Joel.* 3. Conſurgent & aſcendent gentes in valle Joſaphat, quia ibi ſedebo, ut judicem omnes gentes. *k* Abſcondita] conſcientias occultas, *Gl.* Judicis injuria eſt, ſi ante judicium ejus a ſervo procedat ſententia. *l* Laus] pro opere ſuo.

* Prælationis dignitate ſubſtituit inſipientem. Talis enim premit alios, & terram Eccleſiæ non permittit fructificare, ſicut nec acervus lapidum agrum. Sed quotidie Prælati noſtri vident, & tamen non ceſſant tales ſubſtituere. Sed *Pſ.* 77. Diviſit eis terram in funiculo diſtributionis. De punitione, & juſtitia. *Job* 29. Indutus ſum juſtitia ſicut lorica, i. judicio ſine acceptione perſonarum, multi non faciunt punitionem, & tamen omnes debent facere cum moderatione. *Iſa.* 28. Ponam in pondere judicium, & juſtitiam in menſura. Sed *Amos* 5. de infidelitate hujus diſpenſationis dicitur: Convertitis in abſinthium judicium, & juſtitiam in terra relinquitis. Quomodo autem hoc faciant, habetur *Ezech.* 34. Ventilabatis cornibus veſtris, impingebatis infirma pecora. Fidelitas diſpenſationis doctrinæ, & prædicationis in quinque conſiſtit. In certa doctorum apertione, in compendioſa tractatione, in ſententiarum pondere, in ſuavi locutione, in utilium traditione. De primo. 1. *Cor.* 14. Si incertam vocem det tuba, quis ſe præparabit ad pugnam? Infideles ergo ſunt occulta docentes, ſic hoc faciunt ex induſtria. De ſecundo *Iſa.* 10. Verbum abbreviatum fecit Dominus ſuper terram, ut poſſet comprehendi ab hominibus, quanto magis ergo debemus adhuc abbreviare verba noſtra, ut intelligant audientes? De tertio *Num.* 18. Omnem medullam olei, & vini ac frumenti, &c. De quarto *Greg. ſuper illud Ezech.* 3. mœrens in medio eorum. Iſte ſermo libenter auditur, quia a compatiente profertur. Et *in eod. ſuper illud*. Devoravi librum, & factus eſt mel. Illi loqui ſuaviter de eo noverunt, qui eum totis viſceribus amare didicerunt. Quinto *Pſ.* 63. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. *Eph.* Si quis bonus eſt ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Fidelitas in diſpenſatione donorum debet etiam eſſe in unoquoque. 1. *Pet.* 4. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, &c Sed dicitur *Luc.* 16. Hic diffamatus eſt apud ipſum, eo quod diſſipaſſet bona illius. Cuilibet talium poſſet dici illud *Iſa.* 14. Tu enim terram tuam diſperdiſti. *a* Mihi autem, &c.] quia nullus eſt judex alterius. Unde non eſt curandum ſi alius judicat alium etiam in malo, ſicut non curaret aliquis, ſi alius qui non eſſet judex, ferret ſententiam contra eum. *l* Laus] *Prov. ult.* de muliere forti. Laudent eam in portis opera ejus, i. in fine [laus] i. remuneratio. *m* Unicuique] bene agenti, vel cogitanti. Nota *Gl.* de judiciis. Quando ergo non erratur in rebus ut recta ſit improbatio vitiorum, virtutumque approbatio, profecto ſi erratur in hominibus, venialis eſt & humana tentatio, a [Deo] non a legiſlatoribus. Sequitur in littera. *n* Hæc autem fratres] Dixit in littera. Ad litter. *a* Hæc autem fratres] Dixit in principio quoniam dicebant invicem. Ego ſum Pauli, &c. Sed tamen forte numquam dixerant, & propter hoc reſpondet dicens, quod in ſe transfiguravit ad oſtendendum, quod ſi non eſt gloriandum in eo, multo minus gloriandum eſt in aliis. Et iterum ne ſe nominaret illos Pſeudo, videretur hoc facere ex invidia, & odio erga eos. Dicit ergo:

De pœnit. d. 2. c. Apoſtolus.

o Transfiguravi] *Reg.* 14. Ipſe poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc, ut verterem figuram ſermonis hujus. *Sap. ult.* Omnis creatura ab initio ad ſuum genus refigurabatur. *p* Ut in nobis] qui majores ſumus, & ideo ſi eſſet gloriandum in hominibus in nobis magis deberetis gloriari quam in aliis: ſed non debetis.

q Ne ſupra] i. ultra vel contra. *r* Quam ſcriptum eſt,] Igitur qui gloriatur in Domino glorietur. *ſ* Pro alio,] Baptiſta meliore. Vel [Pro alio,] i. ſe meliore. *t* Quis enim te diſcernit?] i. quis facit te majorem, vel meliorem alio, non tu te, nec alius homo, ſed ſolus Deus. Sed quia poſſet quis reſpondere: fides mea vel juſtitia facit me meliorem aliis, ſubdit: *u* Quid autem habes] boni. *x* Quod non accepiſti?] a Deo. *Gl.* Sciendum eſt neminem poſſe diſcerni ab illa perditionis maſſa, niſi qui hoc bonum habet, ut credat quod quicquid boni habet, gratia Salvatoris accepit. *y* Si autem accepiſti,] a Deo, & per me. *z* Quid gloriaris?] q.d. non eſt gloriandum ex hoc. Nota *Gl.* Transfiguravi in me, &c. *Gl.* Summatim illos deſignat, non ſingillatim, ne major naſceretur diſcordia. Nemo enim audiens nomen ſuum taxari vel ejus cui favet, contentus eſt tacere: tacito vero nomine audiens de ſe aliquid dictum diſſimulat. Unde bona eſt conſuetudo prædicatorum, quando ſe connumerant prædicantes contra peccata.

Expoſitio Gloſſ. A videri eos faciet. Propter quid enim diceretur? quia etiam modo videt eos. *Dan.* 7. Libri, i. conſcientiæ, aperti ſunt. Se cum Domino moriturum temere promittebat. *Matt.* 26. Ergo peccavit Petrus hoc promittendo. Contra: hoc dicebat ex amore. Et dicimus quod potuit eſſe, quod ibi peccavit venialiter, quia forte ex elatione hoc dicit: Vel Temere, i. nonnumquam indiſcrete quid agatur in homine, *ſap.* 2. quia poteſt eſſe in me peccatum quod neſcio. Et quis gloriatur, &c. *Prov.* 20. Ut homo loquitur, qui poteſt habere culpam neſcius. Hoc dicit contra quoſdam qui dicebant Apoſtolum ſcire ſe habere charitatem, quia dicit *Rom* 8. Certus ſum quia neque mors, &c. Occulta corda hominum in Dei veritate, i. in vero Dei judicio. Vel hoc dicit, quia omne verum videtur in Deo, qui eſt veritas increata. Hoc ad humanam tentationem pertinet, i. quandoque judicare de factis hominum ſuſpicione peccatum eſt veniale: judicare autem diffinitione & dicere cum certitudine quod ille peccat mortaliter cum poſſit non peccare eſt mortale. Tentatio humana *inf.* 10. Continere debemus. *Luc.* 6. Nolite judicare, & non judicabimini. Quando ergo erratur in rebus mortalis eſt culpa. Contra: Dat aliquis eleemoſynam bona intentione, & tamen judicat aliquis quod mala, conſtat quod non eſt neceſſe quod peccet mortaliter. Secundum hoc etiam videntur multi incidere in illam ſententiam. *Iſa.* 5. Væ qui dicunt bonum, malum. Sol. Intelligitur de virtutibus non de actionibus. Et illud aliud verbum *Iſa.* Qui dicunt bonum, i. rem bonam non actionem: Laus, i. remuneratio. *Pr. ult.* Date illi de fructu manuum ſuarum. Summatim, non ſpecialiter, ſive nominatim. Supra prohibuit temerarium judicium ibi ſc. Nolite judicare ante tempus. Putans ſe habere, ex meritis A ſe, vel miniſtro, vel ex bonitate miniſtri. Sed a te, vel ab illis, i. Baptiſtis. *Greg.* Auctoris ſui gratiam negare convincitur, qui ſibi attribuit quod operatur. *Jac.* 1. Omne datum optimum, & omne donum per-

Expoſitio Gloſſ. Δ ſectum, &c. 1. *Par. ult.* Omnis hæc copia quam paravimus, de manu tua eſt. Cum Apoſtolus ſe contemptibilem videri fecit, &c, ergo Dominus Papa, vel prælati ſimiliter debent facere: quid eſt ergo quod dicitur quod debent ſe honorifice, ne contemnantur a ſubditis.

Jam *a* ſaturati eſtis, jam divites *b* facti eſtis: ſine *c* nobis regnatis, & utinam regnetis, ut & nos vobiſcum *d* regnemus. Puto *e* enim quod Deus nos Apoſtolus noviſſimos *f* oſtendit *g* tanquam morti *h* deſtinatos; quia ſpectaculum *i* facti ſumus Mundo, & *k* Angelis & hominibus. Nos *l* ſtulti propter Chriſtum: vos *m* autem prudentes in Chriſto: Nos infirmi: *n* vos autem fortes. Vos *o* nobiles: nos autem ignobiles. *p* Uſque in hanc horam, & eſurimus, *q* & ſitimus *r* & nudi ſumus, & colaphis

Et ſolvitur quod ipſe contemptibilem ſe reddidit in doctrina, ut ſine ornatu verborum dicat. Sed *Ad litter.* videtur, quod imo ad litteram, quandoque pro quibuſdã contemptibilẽ, quandoque pro aliis honorifice, ſecundum quod dicitur. *Prov.* 26. Non reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam. Non reſpondeas dicit propter quoſdam quibus correctio eſt adhibenda: & ſimiliter de contemptu, & nobilitate, & honoribus faciendum eſt. *a* Jam ſaturati eſtis,] Hic oſtendit, quod non debent gloriari de Baptiſtis, & de doctoribus, quia ab eo acceperunt fidem, & doctrinam, & ipſe a Chriſto. Et eſt ratio talis. Si vos accepiſtis a me, & ego a Chriſto, & vos me ita impotentem reputatis, multo magis eſtis infirmi, & impotentes, & ſubjungit multas infirmitates, & pœnalitates. Loquitur ergo eis ironice dicens. [Jam ſaturati] i. Sp. S. pleni a Chriſto, 1. *Reg.* 2. Et famelici ſaturati ſunt. *Prov.* 13. Juſtus comedit, & replet animam ſuam, venter autem impiorum eſt inſatiabilis. Sicut enim ſignum eſt ſaturitatis quando homo non poteſt comedere dulcia: ſic eſt de ſpirituali ſaturitate, quando quis temporalia quæ dulcia videntur, abominantur juxta illud *Prov.* 27. Anima ſatiata calcabit favum: animæ vero eſurienti etiam amara dulcia videntur, ſic avaro temporalia. *b* Jam divites] ſcientia, & virtutibus, ut pauperibus in his ſubvenire poſſitis. Hoc de ſe præſumebant, ſed quando quis facit ſe divitem, ſignum eſt paupertatis. Unde *Apoc.* 3. Tu dicis quod dives ſum, & locuples, & nullius egen, &c. *Luc.* 12. Eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum dives. Sed 2. *Cor.* 6. Sicut egentes, multos autem locupletantes. *c* Sine nobis] i. putatis quod bene vos regnatis ſine auxilio noſtro & doctrina. *d* Vobiſcum regnemus,] i. utinam eſſetis tales, quod regnaremus nos ad imitationem veſtri. Qui bene ſe regit, rex eſt in duplici regno. *Matt.* 6. Adveniat regnum tuum *Prov.* 21. Sicut diviſiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini *Pſ.* 2. Et nunc Reges intelligite [Regnemus,] *Gl.* Vere regnare eſt de ſpe, & promiſſis Dei ſecurum eſſe, & in adverſis gaudere. *e* Puto enim] Hoc legitur dupliciter, ironice, & ſerio. Ironice ſic: Ita putatis vos quia regnatis vos bene [quia ſpectaculum, &c.] q. d. non eſt verum. *f* Noviſſimos morti deſtinatos:] i. ac ſi nihil valeamus niſi ad occidendum: q. d. non eſt ſic: imo Dominus poſuit nos principes. Unde *Pſ.* 46. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. Et *alibi Pſ* 67. Principes Zabulon, & principes Nephthali. *Iſa.* 3. Dominus ad judicium veniet cum ſenioribus populi ſui, & principibus ejus. *h* Morti deſtinatos,] *Pſ.* 43. Æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. *i* Quia ſpectaculum] quaſi ad monſtrum conveniebant ad videndum mortem Apoſtolorum, & aliorum martyrum. *Job* 12. Deridetur juſti ſimplicitas, lampas contempta apud cogitationes divitum parata in tempus ſtatutum. Similiter illi qui non ducunt vitam cum mundo ſpectaculum facti ſunt *Matt.* 11. Quid exiſtis in deſerto videre, &c. *Eccl.* 43. Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus, & ſuper imbrem ejus, pavebit cor quando reſolvitur in aquam: loquitur de nive; ſic quando aliquis qui manſit in innocentia, effluit in lacrymas, miratur homines. Vel ſerio legi poteſt ſic: *g* Oſtendit nos, &c.] i. ſimiles noviſſimis Heliæ, & Enoch, i. ſicut illos nos exponet omni tribulationi, ut nos humiliet, ergo & vos debetis humiliari, *Cant.* 6. Eccleſia. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata: in cujus cauda, & capite fortiſſimi ponuntur, in medio autem debiles: ſic in Eccleſia eſt quod ſignificatur in proceſſione Monachorum, in qua præcedunt, & ſequuntur aliqui in albis, in medio induti proprio habitu. Propter hoc, quod hic dicitur, cantat Eccleſia de Apoſtolis quod dicitur de Helia & Enoch. *Apoc.* 9. Hi ſunt duæ olivæ, & duo candelabra, &c. *h* Morti deſtinatos:] Quando quis habet victoriam de aliquo regno, quoſdam reſervat ad occidendum, ſic Dominus ſanctos. Et hoc ſignum eſt, quia impinguat eos charitate, & ceteris donis Sp. S. non enim vult habere macilenta animalia in convivio ſuo. *Matt.* 22. Tauri mei, & altilia occiſa ſunt. *Iſa.* 25. Faciet Dominus omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, &c. *k* Mundo, &c.] Bonis & malis. Boni Angeli venerunt ad martyria ſanctorum, ut confortarent eos, & animarent ad patiendum. Unde *Luc.* 22. Factus eſt in agonia, & Angeli confortabant eum; in ſignum quod confortarent eos qui paterentur pro Chriſto: Chriſtus enim non indigebat confortatione. *Dan.* 3. Angelus Domini deſcendebat in fornacem. Mali ut incitarent perſecutores ad flagellandum eos, 3. *Reg.* Quis decipiet Achab regem Iſrael, ut aſcendat & cadat in Ramoth Galaad, &c. Egreſſus eſt autem Spiritus, &c. Similiter boni homines illi ibant, ut patientia ſanctorum confirmarentur in fide Chriſti, mali ad irridendum, & flagellandum eos. *l* Nos ſtulti] reputatione noſtra [propter Chriſtum:] quia prædicamus eum infirmum fuiſſe, & mortuum. *m* Vos autem, &c.] quia prædicatis eum vivere, non fuiſſe mortuum ironice vel ſine ironia, i. dicitis nos ſtultos, & vos videmini prudentes, quia dicitis non potuiſſe mori, cum eſſet Deus. *n* Infirmi:] i. afflicti, ſicut non potentes reſiſtere. *p* Ignobiles,] contempti ſcil. *o* Vos nobiles:] i. reverendi tanquam nobiles. [Stulti] contra ſapientiam filii. [Infirmi] contra potentiam patris. [Ignobiles.] contra Spiritum adoptionis

Δ filiorum,

Moral. *l* Stulti, &c.] *Pſ.* 72. Ut jumentum factus ſum, &c. *Prov.* 17. Stultus ſi tacuerit, ſapiens reputabitur. *m* Vos autem, &c.] *Hier.* Malo eſſe ruſticus Catholicus, quam urbanus hæreticus. Sic poſſunt dicere aliqui Religioſi ſæcularibus, qui ſe expoſuerunt omnino paupertati, & tribulationi: ſæculares ſunt in delitiis, & divitiis, in quibus ſi ſalvantur, manifeſtum eſt quod Religioſi ſtulti ſunt, & ipſi ſapientes. *n* Infirmi:] reputatione ſunt ſancti, tamen in veritate ſunt fortes. 1. *Reg.* 2. Infirmi accincti ſunt robore. *Iſa.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. *o* Ignobiles] *ſap.* 1. Non multi nobiles, &c. quia nobilitas eſt ſola, quæ animum moribus ornat. *p* Eſurimus,] Contra. *Pſal.* 36. In diebus famis ſaturabitur. *Et ibid.* Non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem. Sol. Si quis pararet alicui magnum prandium, & ille in tardando famem haberet, non diceretur quod faceret illum mori fame: ſimiliter Dominus præparat ſanctis illud magnum prandium, ut melius comedant, & abundantius ſaturentur. *Heb.* 11. Egentes anguſtiati. Nota *Gl.* quæ dicit hic. Libera & ſine adulatione prædicantes, & geſta pravæ vitæ malorum arguentes gratiam non habent apud homines. *Matt.* 11. Qui mollibus, &c. *r* Sitimus, 2. *Cor.* 11. In fame, & ſiti, & frigore, & nuditate. *Heb.* 11. Circuierunt in melotis. Melota pellis eſt. *Luc.* 16. De Lazaro, & divite pur-

* purato

a Jam ſaturati, &c.] Ironia eſt. Unde *Auguſt. de doct. Chriſt.* Ironia pronunciatione ſignificat quid velit intelligi, cum homini maleſacienti dicimus: Res bona facis, ironia eſt, *Gen.* 3. Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis. Vere regnare eſt de ſpe ſecurum eſſe: Secundum hoc videtur quod nullus regnet, quia ſemper timendum eſt de promiſſis. *Prov.* 28. Beatus qui ſemper eſt pavidus. Sol. Hoc non intelligitur de ſecuritate certitudinis; ſed ſpei quæ bona eſt cum timore. *Prov.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. Viliſſimos oſtendit, Contra, dicit *Rom.* 8. Nos ipſi primitias Spiritus habentes: ergo digniſſimi erant Apoſtoli. Et notandum, quod viliſſimus dicitur quis dupliciter, vilitate pœnæ, ſic erant noviſſimi Apoſtoli: vilitate culpæ, & ſic noviſſimi ſunt qui in magnis flagitiis ſunt: 3. *Reg.* 13. Fecerunt de noviſſimis ſacerdotes excelſorum, & ponebant eos in fanis ſublimibus. Bonis ut laudent. *Iſa.* 52. Vox ſpeculatorum tuorum levaverunt vocem, ſimul laudabunt, &c. His utimur quaſi armis. 2. *Cor.* 6. Per arma juſtitiæ a dextris. 2. *Cor.* 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia. *Exod.* 14. Erat aqua quaſi murus ad dextram eorum, & lævam. Laudantibus, & vituperantibus, laude contra perſecutionem vauperit, irriſione contra elationis impugnationem. Sine adulatione 1. *Theſ.* 2. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, &c, Gratiam non habent apud homines, quia dicitur *Expoſitio Gloſſ.*

Δ *Matth.* 11.

cædimur, & inſtabiles *a* ſumus, & laboramus *b* operantes manibus noſtris. Maledicimur, *c* & benedicimus. Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus. *d* Blaſphemamur, & obſecramus. *e* Tanquam purgamenta *f* hujus mundi facti ſumus, omnium *g* peripſema uſque adhuc. Non ut confundam *h* vos, hæc ſcribo, ſed ut filios meos chariſſimos moneo. Nam ſi decem millia pædagogorum *i* habeatis in Chriſto, *k* ſed non multos *l* patres: nam in Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. Rogo *m* ergo vos imitatores *n* mei eſtote ſicut, & ego Chriſti. Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus, & fidelis in Domino, qui vos commonefaciet *o* vias meas quæ ſunt in Chriſto Jeſu, ſicut ubique in omni Eccleſia doceo. Tanquam non venturus *p* ſim ad vos, ſic inflati *q* ſunt quidam; veniam autem ad vos cito ſi Dominus voluerit, *r* & cognoſcam non ſermonem eorum qui inflati ſunt, ſed virtutem. *ſ* Non *t* enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Quid *u* vultis, in virga veniam ad vos: an in charitate, *x* & ſpiritu *y* manſuetudinis?

filiorum in quo clamamus, Abba, pater. *Rom.* 8. *a* Inſtabiles] quia fugabantur de civitate in civitatem.
e Obſecramus,] oramus pro eis, vel ut nobis parcant.
g Peripſema] a περὶ quod circum, & σχῆμα figura, facta ad modum, c, quam repræſentat. Per peripſema etiā ſignificatur paratura pomi quæ ſic fit, & fæx cujuſlibet metalli.

Moraliter. *putato. *a* Inſtabiles] *Matt.* 10. Si perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. *b* Laboramus, &c.] Unde *Act.* 20. Vos ſcitis quia nullius aurum vel argentum concupivi: ſed manus iſtæ mihi, & qui mecum erant, paraverunt omnia. 1. *Theſſ.* 2. Nocte, & die operantes ne aliquem veſtrum gravaremus. 2. *Cor.* 11. Cum eſſem apud vos, & egerem nulli oneroſus fui, &c. *c* Maledicimur, & benedicimus.] ea exemplo Chriſti. 1. *Pet.* 2. Qui cum malediceretur, non maledicebat, &c. *Rom.* 12. Benedicite perſequentibus vos. Juſtum ergo fuit ut legem quam dederat, impleret Apoſtolus. *d* Suſtinemus.] patienter, imo libenter, imo gaudenter. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. 2. *Cor.* 12. Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto. *e* Obſecramus.] *Matt.* 5. Orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos, &c. *f* Purgamenta hujus mundi] *Luc.* 22. Expetivit vos Satanas ut cribraret ſicut triticum. Sed retinent ſibi tantum paleas, de granis nullum poteſt habere; ſic & mundus cujus eſt princeps. Unde illud; Hi ſunt quos retinens mundus inhorruit. *Heb.* 11. Quibus dignus non erat mundus. *Job* 12. Deridetur juſti ſimplicitas. *g* Omnium peripſema uſque adhuc] *inf.* 15. Ut quid periclitamur omni hora, quotidie morimur propter gloriam veſtram fratres. 2. *Cor.* 4. Tribulationem patimur, ſed non derelinquimur, dejicimur, ſed non perimus, ſemper mortificationem Jeſu, &c. *h* Non ut confundam vos, &c.] imo volebat ut confunderentur de hoc, quia magnificabant ſe. Sol. Hæc non eſt principalis cauſa, ſed ut corrigerentur per erubeſcentiam. *Eccleſ.* 4. Eſt confuſio adducens gloriam. Nota *Gl.* Aſpera blandis mitigat, ut ſalutaris medicus moneo, non ut arrogetis vobis, quia habeo vos chariſſimos. *Gl.* Pro quibus tot mala paſſus ſum. *i* Pædagogorum] a pede, & duco, cis, vel παῖς παιδὸς puer & ἀγωγὸς ductor. *Gal.* 3. Lex Pædagogus noſter fuit in Chriſto. Pædagogus noſter in Chriſto eſt, qui ducit nos in fidem Chriſti. Habetis Chriſtum ſecundum opinionem veſtram. *l* Non multos patres:] Prælati ſe debent gerere ut patres. Sed pauci, patres Eccleſiæ, pupillorum, & multi nutritii qui tanguntur per vitia Pædagogorum. Pater multiplicat hæreditatem filii, & ipſum corripit: ſed Prælati noſtri qui ſunt nutritii, pupillos Eccleſiæ lactant per adulationem, & diripiunt æternam eorum hæreditatem per exemplum malum. Vel etiam litteraliter. *Ezech.* 5. Patres comederunt filios ſuos in medio tui. Nota. *Gl.* Homines dicuntur patres propter honoris gratiam, propter ætatem curamque pietatis. *k* In Chriſto Jeſu, &c.] ut eſſetis filii ejus per fidem. *Jo.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. *Gal.* 4. Filioli mei quos iterum parturio. Et *Jac.* 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ ejus. *Inf.* 9. Opus meum vos eſtis. *Eccl.* 3. Quaſi Dominus ſerviet his qui ſe genuerunt in opere, & ſermone. *m* Rogo ergo] Ex quo oſtendi vobis quod non debetis gloriari de Pſeudo, &c. quaſi concluſio omnium præcedentium fere a principio epiſtolæ. *n* Imitatores] *inf.* 11. Imitatores mei eſtote ſicut, & ego Chriſti. Quis prædicator audet hoc dicere? *Eph.* 5. Eſtote imitatores Dei ſicut filii chariſſimi, & ambulate in dilectione. *Phil.* 3. Imitatores mei eſtote fratres, &c. *o* Commonefaciet] 2. *Pet.* 1. Juſtum arbitror quamdiu ſum in hoc tabernaculo ſuſcitare vos in commonitione. *p* Tanquam, &c.] quia non venio modo, ſed mitto Timotheum. 2. *Cor.* 13. Abſens ſcribo vobis, ut non præſens durius agam ſecundum poteſtatem, quæ eſt mihi in ædificationem. *q* Inflati] *inf.* 8. Scientia inflat. *r* Si Dominus voluerit,] *Gl.* quaſi. Veniam ad vos, niſi culpa veſtra impedierit.

Ephes. 5. Phil. 3. Inf. 11. Ad litter.

ſ Virtutem.] i. potentiam & vitam. *t* Non enim in ſermone] Unde *Matt.* 5. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. *Rom.* 2. Non auditores, ſed factores *Jac.* 1. Eſtote factores verbi non auditores. *u* Quid vultis?] Poſſet quia dicere quare prænuncias te venturū? Reſpondet ut præparetis vos ita quod nihil ſit corrigendū in vobis, in virga correctionis. *Pſ.* 44. Virga directionis, virga regni tui, i. dirigens ad regna tua. *Iſa.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, interpretatur incendium, i. de fraternitate charitatis. *Pſ.* 109. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus. *x* In charitate,] *Gl.* manifeſta dilectione, ut bona ſuppleam.
y Et ſpiritu manſuetudinis?] *Gl.* ut peccatis parcam? Abſit: ne impii dicerent, ſi in virga venturus es, noli venire. Melius eſt enim erudiri cum virga patris, quam perire in blandimento prædonis.

Expoſitio Gloſ. A *Matth.* 11. Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. *Exod.* 7. De quo ſumptum eſt illud *Pſ.* 104. Ranas in penetralibus Regum ipſorum, i. adulationes. *Marc.* 11. Circumſpectis omnibus cum jam veſpera eſſet hora, exiit in Bethaniam. *Ibi Gl.* Si quis hoſpitio eum ſuſciperet, &c. *Iſa* 59. Corruit in plateis æquitas, & veritas non poterat ingredi: quia ut dicit *Terentius*. Obſequium amicos; veritas odium parit. Laboramus operantes in vinea. Sed nonne in hoc multum retardabantur a prædicatione? ergo prius deberent accipere quam laborando ſe retardare. *Act.* 6. Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Solut. aliquando accipiebant, aliquando non, & hoc quia nullus eis dabat, & ne occaſionem capiendi darent Pſeudo, & ne cauſa quæſtus viderentur prædicare. Ne blaſphement nos. Videretur quod male, quia 2. *Reg.* 16. dicit *David* de Semei qui eum blaſphemabat. Sinite ut maledicat mihi juxta præceptum Domini, ſi forte reddat mihi Dominus benedictionem pro maledictione. Hic ergo ſimiliter Apoſtolus deberet velle, quod blaſphemarent eum; quid ergo rogat? Sol. Faciebat quia blaſphemando eum peccabant. Et ſimiliter vellet David, quod Semei non blaſphemaret eum quia peccabat. Unde quod dicit [Sinite] i. Nolite eum occidere. Quiſquiliæ. *Amos* 8. Minuamus menſuram augeamus ſiclum, & quiſquilias frumenti vendamus. Homines dicuntur patres, propter honoris gratiam, in Prælatis: propter ætatem, in ſenioribus: propter curam pietatis, in minoribus prælatis. *Lev.* 19. Coram cano capite ſurge, honora perſonam ſenis. 4. *Reg.* 2. Pater mi, pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus. Et ideo authenticæ ſunt: Sed nonne errores plures edocti ſunt in Eccleſia, non tamen authentici ſunt? Sol. In omni Eccleſia, i. apud omnes prudentes approbantes illas, non ſic autem eſt de erroribus. Ut oſtenderet ſi non iret, Deum voluiſſe. Ex hoc videtur relinqui quod aliquid poteſt fieri, licet Dominus nolit. Sol. Si noluiſſe habet vim duarum dictionum, vera eſt, i. aliquid quod Deus non vult, eſt & poteſt eſſe, ſi autem una eſt dictio, falſa eſt, i. aliquid eſt quod Deus non vult eſſe. Alta ſapientiæ. *Rom.* 11. Noli alta ſapere, ſed time. Ideſt, cauſa regni Dei. Simile. *inf.* 14. Regnum Dei non eſt eſca, & potus, i. cauſa regni. Melius eſt erudiri, &c. *Prov.* 27. Melior eſt manifeſta correctio qua amor abſconditus: meliora ſunt vulnera diligentis, &c.

C A P. V.

A a OMnino b auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis c nec inter Gentes, ita ut uxorem d patris aliquis habeat. Et vos e inflati eſtis, & non magis luctum habuiſtis, ut tollatur f de medio veſtrû qui hoc opus fecit: Ego g quidem abſens corpore, præſens h autem ſpiritu jam judicavi i ut præſens eum qui ſic operatus eſt, in nomine k Domini noſtri Jeſu Chriſti

E X P O S I T I O C A P. V.

OMnino auditur] Hæc eſt ſecunda pars epiſtolæ in qua docet reſecare membra putrida a corpore Eccleſiæ inſtruens Corinthios. Et oſtendit multis de cauſis quoniam reſecanda ſunt talia. Prima eſt propter peccati enormitatem. Secunda quod imputatur eis, qui habent poteſtatem reſecandi, ſi non reſecant, ibi [Et vos inflati.] Tertia propter illorum qui reſecantur, utilitatem, quia contaſi redeunt ibi [Ego quidē abſens] Quarta propter peccati contagionem, ibi [Non bona gloriatio.] Quinta propter utilitatem eorum a quibus reſecantur ibi [Expurgate] Sexto determinat per quæ fiunt membra putrida, ibi [Scripſi vobis.] Septimo quomodo membra illa reſecantur, ibi [Si quis, &c.] Octavo determinat, quod tenentur ſe ſeparare ab eis, ibi [Quid enim mihi, &c.] Dicit ergo: a Omnino] i. ſine aliqua dubitatione. b Auditur] non dicit, videtur. Ex quo manifeſtum eſt, quia ad probationem fornicationis non exigitur teſtimonium de viſu, ſed ſufficit auditus famæ publicæ. c Qualis, &c.] Unde *Pſ.* 13. Abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. Quod autem hic dicitur in confuſionem iſtorum, poteſt dici in confuſionem Chriſtianorum reſpectu Gentium & maxime Clericorum reſpectu laicorum. Sed ſumitur fornicatio pro inceſtu, quo vitio Clerici præcipue laborant. *Ezech.* 16. Dabo te in animas odientium te filiarum Palæſtinarum, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata. Palæſtini interpretantur rete, de quibus. *Eccl.* 13. Paſcua divitum pauperes. *Ezech.* 16. Non fecit ſoror tua Sodoma ipſa, & filiæ ejus, ſicut feciſti tu, & filiæ tuæ. *Thr.* 4. Major effecta eſt iniquitas populi mei peccato Sodomorum. *Oſ.* 6. In domo Iſrael horrendum, vidi ibi fornicationes Ephraim, i. divitum de patrimonio Crucifixi. d Uxorem patris] *Lev.* 20. Qui dormierit cum noverca ſua, morte moriatur. *Deut.* 32. Non accipiet homo uxorem patris ſui, nec revelabit operimentum ejus. Item *Lev.* 18. Turpitudinem patris tui non diſcooperies. *Gen.* 49. Non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui. [Uxorem patris] Sed multo magis prohibetur ſc. habere filiam ſuam confeſſionis, quod faciunt plures ſacerdotes. Hic dicit *Gl.* cauſam quare ſuper hoc iſtos redarguit. Erant enim ipſi participes dum paterentur reum tam ingentis peccati ſecum convenire incorreptum. [Uxorem patris] Aliqui religioſi qui exemptionem ab Epiſcopis ſuis procurantes auferunt eis dignitatem, & ſignificantur per Herodem. *Matt.* 14. Qui abſtulit Herodiadem fratris ſui Philippi uxorem. Ex hoc accidit quod incarceratus in eis Joannes, i. gratia, & tandem occiditur, quia peccant in hoc mortaliter. *Gen.* 20. Venit Deus ad Abimelech, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tuliſti, habet enim virum. Sed tamen iſte neſciebat, quod Sara eſſet uxor Abrahæ, ut ibi dicitur, & deberet reddere ſicut ipſe fecit: Similiter *Gen.* 12. Flagellavit Deus Pharaonem maximis plagis propter uxorem Abrahæ: quia nulla mulier in domo ejus poterat concipere, nec animalia fetus habere, & neſciebat Pharao quod uxor ejus eſſet, unde dixit: Quare non indicaſti mihi, quod uxor tua eſſet. Propter hoc fere hujuſmodi ſunt infructuoſi. e Et vos, &c.] q. d. Potius deberetis flere pro eo, & etiam pro vobis quibus imputabitur. Propter quod dicit *Pſ.* 138. Si occideris Deus peccatores, viri ſanguinum declinate a me. 1. *Reg.* 15. Abite recedite ab Amalech, ne forte involvam te cum illo *Gen.* 19. Fecit Angelus exire Lot de Sodomis. *Joſ.* 9. Gabaonitæ ſcientes quod terra ſua tradenda eſſet filiis Iſrael, ſeparaverunt ſe a terra, & ſic ſalvati ſunt. Et *Joſ.* 6. Rahab ſalvavit ſe, & domum ſuam coccineo ſigno. *Nu.* 16. Recedite a tabernaculis, &c. ne involvamini peccatis eorum. *Iſa.* 52. Recedite, recedite, exite inde; pollutum nolite tangere, exite de medio ejus. f Ut tollatur] i. quouſque tollatur. [Et non magis, &c.] compaſſio enim eſt ſibi; *Pſ.* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. In hoc etiam innuitur, quod Epiſcopi cum fletu, & compaſſione deberent tollere per excommunicationem flagitioſos de medio Eccleſiæ. Unde dicitur de quodam Epiſcopo quod ſemper flebat quotieſcumque excommunicabat aliquem, & fere omnes cito corrigebantur per excommunicationem ſuam. *Eccl.* 22. Super fatuum plora, deficit enim ſenſus. Et ſequitur poſtea: Nequiſſimi enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui. Ly [fatui] conſtruitur cum ly, vita. *Ib.* Luctus mortui ſeptem dies, fatui autem, & impii omnes dies vitæ eorum. *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, &c. g Ego quidem] Tertia ratio. h Præſens autem ſpiritu] ſublimitate mentis. *Col.* 2. Nam etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum. 4. *Reg.* 5. Nonne cor meum in præſenti erat quando reverſus eſt cum curru ſuo in occurſum tui. Sed numquid ſpiritus Pauli erat, ubi corpus ejus non erat? *Ambr.* dicit tanta gratia erat conceſſa Paulo ut ubicumque eſſet, per Sp. S. cognoſceret quid alibi gereretur ab his, quibus evangelizaverat. i Jam judicavi] i. reſecare per excommunicationem decrevi. k In nomine Domini] i. auctoritate vel vice Domini [Judicavi] inquam [tradere homini] Non dicit hunc, ſed homini, & eſt lex-

a com-

Col. 2. 9. q. 1. cap. audivimus. § in quibus.

Moraliter. Moral. h Præſens autem ſpiritu] Sed multi de Prælatis ſunt præſentes corpore in Eccleſiis ſuis, & abſentes ſpiritu, i. ſollicitudine; nihil enim ſciunt de ſubditis. Dicit tamen *Gloſ. ſuper illud Col.* 2. Etſi corpore abſens, &c.

* Spiritu

Expoſitio Gloſ. a Omnino auditur, &c.] Erant participes dum paterentur reum, &c. Unde videtur quod ad omnes pertineat præceptum de correctione fraterna. *Matt.* 18. Quod etiam videtur per illud *Ambr.* Paſce fame morientem: ſi non paviſti, occidiſti. Cur ergo pane materiali non poſſit quis paſcere alium ſine diminutione bonorum temporalium, poteſt autem paſcere ſpiritualiter, i. corripere ſine omni diminutione bonorum ſuorum ſpiritualium, & quia multo melior eſt vita ſpiritualis corporali: plus tenetur quilibet reficere proximum ſpiritualiter quam corporaliter. Et ſi hoc, videtur fere quod totus mundus involvitur, quia pauci corripiunt delinquentes. Sol. Omnes tenentur ad correctionem fraternam pro loco, & tempore, ſi dictet alicui conſcientia, quod alius corrigeretur per eum: ſed Prælati debent etiam attentare, licet non dictet eis conſcientia de correctione ſubditorum. Loquitur ergo Apoſtolus de eis qui poterant corrigere, & non corrigebant, quod patet per *ipſam Gl.* Qui eum tolerabant. Tolerare enim eſt ejus qui aliter facere poteſt. Prodit, i. manifeſtat. Teſtibus non eſt opus. Unde *ſuper illud Gen.* 4. Sanguis fratris tui Abel clamat ad me, dicit: Evidentia patrati ſceleris clamore non indiget accuſantis. Incipit de fornicatione, *inf.* 5. & 6. ergo hoc non præceptum ſed admonitio. Sol. Illud præceptum eſt & admonet eos ne ſint tranſgreſſores. Compatiuntur, &c. *inf.* 12. Qui ergo non compatitur patienti, non habet miſericordiam; ſed qui non largitur cum poſſit, non habet charitatem. 1. *Jo.* 3. Ergo a primo: qui non habet miſericordiam vel compaſſionem, non habet charitatem. Unde *inf.* 13. Charitas patiens, &c. Ad idem *ſuper illud Job* 30. Compatiebatur anima mea pauperi. *Greg.* Numquam qui vere compatitur quod neceſſarium proximo conſpicit, negat: Conſpicit, i. cum dilectione videt indigentiam ejus. Quod magis faciendum eſſet: *Aug.* Plangis mortuum; magis plange vivum, an ſunt in te viſcera Chriſtianæ miſerationis, ut plangas corpus a quo receſſit anima, & non plangas animam a qua receſſit Deus. *Eccl.* 22. Super mortuum plora, &c. Omnes eſtis participes: minores, quia ei conſentiebant; majores, quia eum tolerabant. *Deut.* 12. Auferes malum de medio Iſrael, univerſuſque populus audiens terrebitur. Item *Deut.* 19. Auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant. Judicavi eum. Sed videtur quod male, quia non erat confeſſus vel convictus, nec debuit ergo eum excommunicare. Sol. Probabile eſt, quod monitus fuit ab Apoſtolo, vel ab aliquo auctoritate Apoſtoli, & præterea convictus erat ipſa fama publica contra ipſum agente. Evidentia enim patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris. Quibus mea auctoritas, &c. Ex quo ſumitur, quod ſic fit excommunicatio. Excommunico eum auctoritate Dei patris, & B. Petri, & Pauli, &c. Diabolo eum vexandum. Ex hoc videtur quod Dominus Papa cum habeat plenitudinem poteſtatis Petri & Pauli, ſi excommunicat aliquem, poſſit facere eum vexari a Diabolo, quod falſum eſt. Sol. Habet poteſtatem quoad tradendum Diabolo, ſed non habet poteſtatem cogendi Diabolum ut vexet illum quod habebat Apoſtolus. Et nota quod Diabolus poſſet vexare excommunicatum, ſed non vult ne propter vexationem reſipiſcat a peccato, quia vexatio dat intellectum auditui: *Iſa.* 28. Dominus

A ſuccas

Digitized by Google

a communis. *a* Congregatis, &c.] i. ut vos concorditer congregati excommunicetis eum auctoritate mea, & auctoritate Domini. *b* Tradere, &c.] ſcil. *c* Ut] vexet eum Diabolus in corpore, ut ſic carnalitate in eo deſtructa [Spiritus ſalvus, &c. in die, &c.] i. quando viſitabit eum illuſtrando ad pœnitentiam. *Job* 6. Ecce in manu tua eſt; verumtamen animam illius ſerva.

B Vel [In die judicii] Unde nota quod Apoſtolus habebat hanc poteſtatem, quod poterat cogere Diabolum ut vexaret corporaliter quemcumque excommunicaret, & ſic vexatio dabat illi intellectum redeundi ad Dominum. Vel poteſt hoc

a congregatis vobis, & meo ſpiritu cum virtute Domini Jeſu, *b* tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut *c* ſpiritus ſalvus ſit *d* in die Domini noſtri Jeſu Chriſti. Non eſt bona gloriatio veſtra. Neſcitis quia modicum fermentum *e* totam maſſam corrumpit? *f* Expurgate vetus fermentum, *g* ut ſitis *h* nova conſperſio *i* ſicut *k* eſtis azymi. *l* Etenim *m* paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. *n* Itaque *o* epulemur *p* non

intelligi de traditione ſpirituali, qua traditur omnis excommunicatus Diabolo, quia tunc habet laxas habenas peccandi prout vult. Et tunc eſt ſenſus: *b* Tradere, &c.] i. in voluptates venientes a carne quæ interimunt ſpiritualiter, & ad interitum æternum ducunt. *c* Ut ſpiritus ſalvus ſit] quia non videt homo quod peccat, nullo prohibente aut curante; ſed admonitus conſiderat enormitatem ſuam, & per hoc confuſus, convertitur ad cor, & redit ad Dominum. *d* In die] in hac viſione per propriam confuſionem. Vel quod dico: [In nomine Domini, &c.] poteſt eſſe determinatio de ly [tradere: Judicavi vobis congregatis, &c.] i. ad honorem, & gloriam ejus; & eſt idem ſenſus.

Moralitas. * Spiritu video quæ fiunt apud vos. *b* Tradere hujuſmodi Satanæ] Simile 1. *Tim.* 1. Ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander quos tradidi Satanæ. *c* Ut ſpiritus ſalvus ſit] Propter hoc dicitur quod excommunicatio eſt medicina, quia deſtituti a conſilio, & auxilio Eccleſiæ, confuſi revertuntur. *Pſ.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. *Nu.* 12. Separate eam ſeptem diebus extra caſtra; & poſtea revocabitur. *Bar* 2. In terra captivitatis ſuæ revertetur ad cor. *Gl.* Tradere Satanæ eſt ab Eccleſia expellere, monitionem Eccleſiaſticam ab illo ſuſpendere, liberum illum facere. *e* Non bona] Quarta ratio, propter contagionem peccati ſunt reſecanda membra putrida. *f* Totam maſſam corrumpit?] *Gl.* Omnes contaminant qui cum poſſint redarguere, diſſimulant.

Ad litter. *Pſ.* 105. Ignis exarſit in ſynagoga eorum [in congregatione peccatorum] flamma, [i. contagio pœnæ] combuſſit peccatores, illis conſentientes. *Gal.* 5. Modicum fermenti totam maſſam corrumpit. *Lev.* 2. Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini. Fermentum in bono. *Matt.* 13. Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier, &c. [Totam maſſam corrumpit?] *Eccl.* 13. Qui tetigerit picem, &c. *Lev.* 11. Qui tetigerit cadaver, immundus erit. *Aggæi ult.* Si tetigerit pollutum in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur? & reſponderunt ſacerdotes, contaminabitur. Propter hoc præcipit *B. Benedictus in Reg.* quod aliqui pro furto, & ſodomitico vitio ſine miſericordia ejiciantur. Hoc fermentum ſive exemplum ſignificatur per lepram parietis. *Levit.* 14. *Matt.* 16. Cavete a fermento Phariſæorum.

Expoſitio Gloſſ. A luceat in corde 2. *Pet.* 1. Donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Ex his verbis manifeſtat Apoſtolus, &c. Aliter enim feciſſet contra doctrinam ſuam. *Gal.* 6. Si præoccupatus fuerit homo, &c. Item 2. *Theſſ.* 3. Si quis non obedierit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc notate, & non commiſceamini cum illo, ut confundatur, & nolite quaſi inimicum æſtimare, ſed corripite, ut fratrem. Sic Moyſes cultores idoli. *Ex.* 32. Poſtquam adoraverunt caput vituli, interfecit paucos, imo omnes interfecit, quia poſtquam communiter pulverem capitis biberunt, barbas aureas habuerunt, & omnes illos interfecit. *Reſp.* Cultores idoli vocat non tantum adorantes, ſed etiam eis conſentientes; & adorantes pauci fuerunt reſpectu illorum. Aut dele me. *Ex.* 32. Sed videtur indiſcrete petiviſſe, quia ordo charitatis eſt, ut quilibet ſe plus quam alios diligat. Sol. Senſus eſt: Aut dimitte, &c. i. ſicut verum eſt, quod non delebis me de libro vitæ, ita dimittas illis, i. ſi non dimiſeris illis, videberis me deleviſſe de libro tuo, quia videbor eſſe inimicus tuus. Sic de Elia 3. *Reg.* 8. Peccatum minuebatur, ergo a Deo peccatum poteſt diminui, ergo & pœna gehennæ illi debita, & nonniſi per opera de genere bonorum, ergo opera bona facta in mortali valent ad diminutionem peccati, & pœnæ. Sol. Non poteſt minui in eſſe ſuo, vel natura ſua, vel pœna. Unde quod dicitur, opera bona extra charitatem facta valent ad diminutionem pœnæ, intelligitur quod non tot peccata facit, & ideo nec tantam pœnam meretur: quod ſi hic dicitur peccatum minui, intelligitur quoad numeroſitatem, non quoad peccati eſſentiam. Igne divinitus, 4. *Reg.* 1. Non reprehendit Chriſtus, *Luc.* 9. Non affectum eorum reprehendit; ſed ignorantiam, quando dixit eis: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis. Deſiderabant vindictam, ergo peccabant mortaliter ut videtur: ſed non omne tale deſiderium eſt mortale: nam Petrus *Act.* 5. *De celebr. miſſ. c. fin.* Admonitionem Eccleſiaſticam ſuſpendere: ergo excommunicatus non eſt admonendus, quod falſum eſt. Sol. Duplex eſt admonitio in Eccleſia, communis, & privata. A communi debet privari, ſed privatim admonendus eſt. Liberum facere, quod eſt quia, non communicat ſuffragiis Eccleſiæ, & aliis beneficiis. A Diabolo ſuggerente, non auctore. Quo contaminati nudantur. *Sap.* 1. Sp. Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. Nudi invenirentur. Ex hoc videtur quod quilibet tenetur vitare flagitioſum ante excommunicationem. Sed dicimus quod hic tantum reprehenduntur conſentientes ei, & qui tenebantur redarguere eum. Unde videtur, quod omnis cognoſcens peccatum alterius, & non redarguens, peccet. Contra: Super *illud Job* 30. Poſuit frænum in os meum. *Gloſ.* ſolvit, frænum doctoribus impoſitum dicens: Noli arguere deriſorem, ne oderit te. *Prov.* 9. Sancti quippe doctores odioſi fierent, & ita aliqui ſunt, qui corrigi non debent, quod verum eſt, ut illi qui deteriores ex hoc fierent. Nota *Gloſ.* Si quis poteſtatem non habet quem ſcit reum, abjicere, vel probare non valet, immunis eſt, & judicis non eſt ſine accuſatore, damnare, i. ſine teſtimonio vel fama publica, ut nec Chriſtus Judam *Matt.* 26. *Jo.* 13.

f Expurgate vetus fermentum,] Quinta ratio propter utilitatem eorum a quibus reſecantur. [Expurgate vetus fermentum,] reſecate a vobis hujuſmodi peccatorem. *Ad litter.*

g Ut ſitis] i. permaneatis. *h* Nova conſperſio] virtutibus innovati. *i* Sicut eſtis] facti in baptiſmo.

k Azymi.] mundi a corruptione peccati. Et nota quod ut dicit *Gloſ.* Conſperſio eſt farina per aquam conglutinata ſine fermento. [Nova] addit: quia conſperſio per vetuſtatem poteſt redigi in fermentum. Item qui adhuc paſta eſt, i. mollis, & novus, fermentari poteſt, ſed panis coctus, i. juſtus igne tribulationis, & charitatis roboratus non poteſt, *inf.* 10. Unus panis multi ſumus in Chriſto. *Exod.* 12. Coxerunt filii Iſrael farinam quam dudum conſperſam de Ægypto tulerant, i. fecerunt ſubcinericios panes azymos, neque enim poterant fermentari. Azyma idem eſt quod conſperſio, unde dicitur ab, a, quod eſt ſine, & zyma zymatis quod eſt fermentum. *l* Et enim] Bene dico, quod debetis eum ejicere, ut maneatis in veſtra puritate: [Et enim etiam propter hoc: [Enim] i. quia:

n Chriſtus immolatus eſt] qui Chriſtus quem debetis recipere [immolatus] ut purificet vos. *m* Paſcha noſtrum] per quem tranſire debemus ab hac miſera vita in æternam. *Luc.* 22. Venit dies azymorum in qua neceſſe erat occidi paſcha. Et nota quod paſcha quandoque dicitur ipſa hora qua immolabatur, & comedebatur agnus quarta decima die ad veſperum. *Exod.* 12. Decima quarta die paſcha Domini eſt. Quandoque dicitur agnus immolatus. *Matt.* 26. Ubi vis paremus tibi comedere paſcha. Quandoque panes azymi. *Joan.* 18. Ut comederent paſcha. In præſenti enim die comederant paſcha, id eſt, agnum, hic ſumitur pro agno. *o* Itaque] quoniam Chriſtus quem debemus manducare, immolatus eſt. *p* Epulemur

f Expurgate vetus fermentum, &c.] Veteris hominis. *Col.* 3. De mundo ad patrem. *Jo.* 13. Paſcha enim non ut quidam æſtimant: Verba ſunt *Aug.* loquentis *Ambr.* Tunc ponitur paſcha. *Ex.* 12. Sicut ovis. *Iſ.* 53. Signatis frontibus. *Ezech.* 9. Signa Thau in frontibus gementium, & dolentium. Ideo enim ad permanentem Deum tranſimus. Unde alibi dicit *Aug.* de his qui tranſeuntibus adhærent, quia cum tranſeuntibus tranſibunt. Secundum hoc quod dicit *Aug.* Paſcha dicitur a Phaſe Hebræo, non a paſcha Græco quod dicit *Ambr.* pro *Aug.* videtur facere *Hier. ſup. illud Ezech* 25. Extendam manum meam ſuper Palæſtinos. *Gl. Sept.* Allophylos, i. alienigenas tranſtulerunt, &c. quæ nunc Palæſtina dicitur mutata φ littera juxta Græcorum conſuetudinem in π. ſicut apud nos pro Hebraico *Expoſitio Gloſſ.*

A lemur non in fermento veteri,] non in corruptione peccati. [Itaque epulemur, &c.] Invitat nos Apoſtolus ad paſchale convivium poſt quadrageſimale jejunium. Epulari, enim, & gaudere nos convenit quia Dominus noſter mortuus fuerat, & revixit: *Luc.* 15. *Jer.* 46. Fortis impegit in fortem, & ambo pariter corruerunt, ſed fortior reſurrexit. Comedamus ergo carnes agni cum pane azymo, & lactucis agreſtibus. Siquidem caro eſt in veritate, panis in ſpecie, agreſtis lactuca in paſſionis commemoratione. *a* Non in fermento veteri] *Iſa.* 26. Aperite portas, & egredietur gens juſta cuſtodiens veritatem, vetus error abiit: *b* Neque, &c.] Malitia eſt linguatorum, nequitia hypocritarum. Hoc duplici fermento tota Eccleſia Dei hodie eſt fermentata. *Oſ.* 7. Quievit civitas paululum a commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum *Exod.* 34. Non immolabis ſuper fermento ſanguinem hoſtiæ, [i. in malitia linguatorum] neque remanebit de victimis, i. de hypocritarum operibus. *Matth.* 16. Et *Luc.* 12. Attendite a fermento Phariſæorum, quod eſt hypocriſis. *Exod.* 12. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus veſtris, qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Iſrael. *c* Sed, &c.] i. in puritate a vitiis, & ignorantia vitæ. *d* Et veritatis,] i. in veritate bonorum operum. *Exod.* 12. Qui comederit fermentatum, &c. a prima die uſque ad ſeptimam, i. ab initio vitæ uſque ad finem vitæ *Oſ.* 7. Civitas, &c. i. anima ab impugnatione Diaboli [In azymis] Tangit quod præcipitur. *Ex.* 12. Comedetis agnum cum pane azymo, & cum lactucis agreſtibus, i. cum amaritudine cordis. [Sinceritatis] in affectu per virtutis amorem. [Veritatis] in intellectu per veritatis cognitionem. *Eccl.* 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. 2. *Pet.* 3. Excito in commonitione ſinceram mentem. *Phil.* 1. Hoc oro ut charitas veſtra magis abundet, &c. ut ſitis ſinceri, &c. Aliter etiam exponit, *Gl.* iſtud [In azymis, &c.] ut ſinceritas mundam vitam faciat, & veritas omnem fraudem excludat. *e* Scripſi vobis] *Sap.* oſtendit quod reſecanda erant membra putrida a corpore, hic autem determinat, quæ ſint illa. Continua ſic: Dixi: Expurgate, &c. & debetis, quia [ſcripſi] in alia epiſtola, quod ſeq. *f* Ne commiſceamini] per cohabitationem, & familiaritatem. Hanc epiſtolam non habemus. In illa monuerat eos ne conjungerentur fornicariis, ipſi vero intellexerunt hoc de ſpirituali fornicatione, quæ fit per quodlibet peccatum mortale, de qua *Pſ.* 72. Perdes omnes qui fornicantur abs te. Et præcipue de fornicatione idolorum, de qua *Sap.* 12. Initium fornicationis, &c. Propter hoc ſubjungit Apoſtolus, quod intellexit hoc de fornicatione corporali, dicens:

C — **in fermento *a* veteri, neque *b* in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in *c* azymis ſinceritatis, & veritatis. *d* Scripſi *e* vobis in Epiſtola: Ne *f* commiſceamini fornicariis: non *g* utique fornicariis hujus mundi, *h* aut *i* avaris, aut rapacibus: aut idolis ſervientibus, *k* alioquin *l* debueratis de hoc**

De divers. ſ gaudem

g Non utique, &c.] i. non ſecundum quod fornicatio eſt generalis ad omne peccatum, nec ſecundum quod dicitur idololatria, peccatum Gentium. *i* Aut avaris,] Hoc non jungitur ad ultimum, ſed ſic reſume: *h* Aut ne, &c.] Hoc ſcripſi vobis, & præcepi. *k* Alioquin] non præcepiſſem vobis non commiſceri Gentibus. *l* Debueratis, &c.] Quia omnes ſunt fere fornicarii, ſic [alioquin] i. ſi non vultis abſtinere a commiſtione talium [Debueratis, &c.] i. melius eſſet mori quod eſt exire de mundo, quam vivere in hac commiſtione, & imitatione.

Moraliter. Moraliter, *e* Ne commiſceamini] mente conſentiendo, ore approbando, vel conſulendo, vel adulando, opere adjuvando, vel cooperando, corpore aſſiſtendo. *Rom.* 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Item non convivando: quia dicit *Auctoritas.* A convictu trahuntur mores. *Pſ.* 17. Cum perverſo perverteris: *Alibi Pſ.* 105. Commiſti ſunt inter Gentes, didicerunt opera eorum, &c. *Deut.* 7. Non inibis cum eis fœdus, &c. quia *Eccl.* 21. Stupa collecta, ſynagoga peccantium. Et ob hoc quando in uno accenditur ignis peccati, ſtatim ex vicinitate comburuntur alii. Propter hoc ut dicitur *Gen.* 17. Sequeſtravit Dominus Abraham ab omnibus per ſignum circumciſionis, & populum Iſraeliticum a ceteris populis per ritum legalium, ut dicitur *Exod.* 20. per totum. Et 2. *Cor.* 6. dicitur: Quæ conventio Chriſti ad Belial? *Bar.* 3. Inveteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum impiis. *i* Aut avaris, &c.] *Eph.* 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei *inf.* 6. Neque maledici neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. *k* Alioquin, &c.] per tranſitum ad religionem quæ eſt quædam mors peccato, & vita cum Deo. Unde de Joan. Baptiſta: Antra deſerti teneris ſubannis, &c. *Pſ.* 54. Quoniam declinaverunt in me iniquitates, per cohabitationem quantum ad illos qui quiete cum peccatoribus habitant] & in ira [in correctione] moleſti erant mihi, [quantum ad cohabitantes, & tamen corripientes] & ideo cor meum conturbatum eſt in me, & formido mortis cecidit ſuper me [ne peccem mortaliter] timor, & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ [neſcio quid faciam.] Sed ſequitur conſilium. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, i. ut fugiam de hoc mundo. *Job* 3. Quieſcerem cum Conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.

a Nunc

A peſach [phaſe vel phaſech, vulgo ex Theodotione] Græcum, & Latinum paſcha celebratur. Sic ergo videtur contrarius *Ambr.* Sol. Hoc nomen paſcha ſumitur & a Græco, & ab Hebræo, & *Aug.* conſiderat illud tantum ſecundum quod ſumitur ab Hebræo. *Ambr.* prout ſumitur a Græco. Credimus quod ſi tempore ſuo ſimul eſſent in uno loco, plane ſibi in hoc non contradicerent. Notandum quod filii Iſrael paſcha celebraverunt in Ægypto. *Exod.* 13. In deſerto *Num.* 9. In terra promiſſionis. *Joſ.* 5. Per primum ſignificatur tranſitus de vitiis ad virtutes: per ſecundum tranſitus de virtute in virtutem: per tertium tranſitus de gratia ad gloriam. Propter hoc autem repræſentatur in Eccleſia triplex paſcha, in paſcha florido, in die reſurrectionis, in paſcha annuo, quod celebratur alicubi, & fit in die quo fuit paſcha anni præcedentis, & maxime celebratur quando dies ille eſt poſt paſcha. In primo paſcha honoratur, & adoratur crux in ſignum quod pœnitentiam debemus amplecti. In ſecundo cantatur Alleluja, quo ſignificatur profectus noſter in lætitia, & laude, & virtutibus. Tertium occulte celebratur, quia adhuc occultum eſt nobis illud ineffabile gaudium, quod habituri ſumus ex tertio tranſitu. Poſt concupiſcentias. *Eccl.* 18. Quibus miſceri non prohibuit, i. idololatris Gentibus. Ex hoc videtur, quod poſſumus comedere, & converſari cum Gentibus, & Judæis, quare ergo excommunicantur Judæorum miniſtri, & maxime nutrices. Sol. Aliud modo reformat pactum quam tunc: quia tunc valde pauci erant Chriſtiani, & multi Gentiles & ideo non poterant Chriſtiani vitare conſortium eorum. Et iterum tunc humiles erant ad convertendum ex mutua cohabitatione, ſed modo tam Judæi quam Gentiles obſtinati ſunt: Non eſt ſic de nutricibus: aut ſpecialis eſt cauſa quare excommunicantur, quia dicitur quod Judæi antequam permittant pueros lactari a Chriſtianis mulieribus, faciunt projicere de lacte ſuo in cloacam in contumeliam creatoris. A fratribus talibus. Hoc videtur contrarium ei, quod ante habitum eſt in *Gl.* ſc. quod non prohibetur miſceri eis qui fornicantur a Deo & conſtat, quod iſti ſunt idololatræ, & etiam hic immediate dicit: *Gl.* ſed non a Gentilibus, qui conſtat, erant idololatræ ſicut ipſi: ergo contrarium eſt, hæc *Gl.* Sol. Quia ſunt idololatræ, de illis loquitur qui poſt converſionem iterum convertebantur ad idololatriam. Si præcepiſſem Gentilibus, &c. quid eſt ergo, quod B. Hilarius ita abominabantur Gentes, quod fugiebat omnino conſortium earum. Dicendum quod hoc faciebat ad oſtendendam enormitatem idololatriæ. Dominus cum peccatoribus comedit. *Matt.* 9. Sed ex hoc videtur, quod debemus communicare cum Chriſtianis ab Eccleſia præciſis, ut ſic eos lucremur: ſic enim faciebat Dominus, cujus omnis actio noſtra eſt inſtructio. Sol. Non debemus eis communicare, ut confundantur, & ne in errore ſuo nutriantur, cum poſſumus eos monere. De Domino dicimus quod nunquam comedit cum præciſis a Judaiſmo, ſed cum peccatoribus non abſciſſis: nec eſt ſimile de eo, quia ipſe non poterat inquinari, & certus erat de converſione illorum cum quibus comedebat, & nos ſi eſſemus certi, tunc poſſemus, licet eſſent abſciſſi. Compendium male agentibus, &c. Sed contra *Eccl.* 9. Melior eſt canis vivus leone mortuo: ubi *Gl.* Canis peccator qui converti, & proficere poteſt, leone, i. juſto mortuo qui nihil poteſt meritis ſuis addere: ergo male agenti eſt compendium vivere. Sol. Quantum ad hoc melior eſt canis mortuus, ſed non ſimpliciter, & quod hic dicitur, compendium eſt mori, intellige quam quod vivant, & in peccatis perſeverent. Mors igitur peccatorum non proprie & vere compendium eſt, ſed mors martyrum, juxta illud: Mortis ſacræ compendio vitam beatam poſſident: tamen quoddam compendium eſt, quia vitant majorem pœnam.

A Nominabilis

a Nunc autem] quia non bene intellexiſtis quæ ſcripſi vobis. b Non commiſceri] fornicariis. Scripſi vero determinando ne commiſceamini. c Si is, &c.] & in veritate non eſt, ſed d Fornicator, &c.] publicus intelligitur. Vel [Nominatur fornicator,] i. fornicator nominabilis. Vel [Si quis nominatur] alia littera, & idem ſenſus, *Gl.*

mundo exiſſe. a Nunc autem ſcripſi vobis b non commiſceri. c Si † is qui frater nominatur inter vos, eſt d fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut e maledicus, f aut ebrioſus, aut rapax; g cum hujuſmodi nec cibum ſumere. h Quid enim i mihi † eſt de his k qui foris l ſunt judicare? m Nonne a de his qui intus ſunt, vos judicatis? Nam eos qui o foris ſunt Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipſis.

C A P. VI.

A Udet p aliquis veſtrum q habens negotium r adverſus alterum judicari apud ſ iniquos, t & non apud ſanctos? An a neſcitis x quoniam ſancti de hoc mundo judicabunt?

D — al. † ſi quis — Oſtendit non temere, & quomodolibet, ſed per judicium, auferendos malos eſſe ab Eccleſiæ communione: etſi per judicium auferri non poſſunt, tolerentur potius ne perverſe (al. † littera non habet eſt.) malos evitādo quiſque ab Eccleſia diſcedens, eos quos fugere videtur, mittat ad gehennam. Item *Gl.* Eam nominationem intelligi vului Apoſtolus (A) quæ fit cum in quẽquam ſententia ordine judiciario atque integritate proferrur: nam ſi nominatio quælibet ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes. [Si is qui frater] Argumentum, quod omnes Chriſtiani fratres ſunt. Verum eſt, ſed non ut fratres vivunt, vel hæreditates confundunt, *Jer.* 9. Omnis frater ſupplantans ſupplantabit, *Mich.* 7. Fratrem ſuum venatur ad mortem. g Cum hujuſmodi, &c.] Ecce oſtendit quomodo nos debeamus ſubtrahere ab his membris putridis, quia quoad convictum. Dicitur enim *Nu.* 1 Sicut ſpinæ ſe invicem complectuntur, ſic convivium pariter potantium, *Can. Judæ.* Hi ſunt in epulis ſuis maculæ convivantes ſine timore, 2. *Jo.* Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert nolite recipere eum in domum, &c. *Seneca.* Potius eſt judicandum cum quibus edas quam quid edas, 2. *Theſſ.* Denunciamus vobis fratres in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate. *Jo.* 4. Judæi non coutuntur Samaritanis. e Maledicus] detractor, f Ebrioſus] *Gl. uſu.* h Quid enim] Poſſent reſpondere, iſti non pertinent ad nos, & ideo non debemus eos ſeparare a nobis per excommunicationem; ideo oſtendit Apoſtolus quod imo, quia ſunt de juriſdictione eorum. Bene dico: [Si is qui frater nominatur] i Enim] i. quia [Quid mihi eſt,] i. attinet. k Qui foris,] i. extra Eccleſiam. l Judicare] q. d. nihil: non debeo eos excommunicare. Sed ut dicit *Gl.* his potius blandiendum eſt: ſed n De his qui intus ſunt,] id eſt in Eccleſia, nomine, profeſſione, dicit *Gl.* q.d. de aliis attinet, *Luc.* 12. Homo, quis me conſtituit judicem, aut diviſorem ſupra vos? *Prov.* 29. Judicium a Domino egreditur ſingulorum. *Jo.* 5. Pater non judicat, &c. m Nonne judicatis] judicandi poteſtatem habetis: quaſi dicat, ita

Moral. — Moral. o Foris ſunt] omnes excommunicati, & infideles. Unde in maximo periculo ſunt, quia ſicut oves omnibus lupis inferni exponuntur per peccata, *Exod.* 9. Homines, & jumenta, &c. jumenta in agris, [id eſt in licentia peccandi] grandine, [id eſt tentationibus] mortua ſunt, *Am.* 5. Et cunctis qui foris ſunt dicitur: Væ, væ. *Gen.* 7. Deleta ſunt univerſa, & remanſit Noe ſolus, & qui erant cum eo in arca. Hodie non excommunicantur homines niſi pro contumacia: ſic in lege pro aliis criminibus recipiebantur oblationes, non pro ſuperbia, *Num.* 15. Anima quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, quoniam adverſus Deum rebellis fuit, peribit de populo ſuo: verbum enim Domini contempſit.

Expoſitio Gloſſ. — A Nominabilis. *Luc.* 7. Mulier erat in civitate peccatrix. *Pſ.* 49. Peccatori dixit Deus, &c. Maledicus, i. detractor. Notat eos, quia aliqui inter eos erant tales. Cum his & aliis ſimilibus, &c. nec cibum ſumere. Ex hoc videtur quod aliquis poſſit, & debeat excommunicari propter peccatum detractionis, avaritiæ, ebrietatis, & hujuſmodi: quod verum eſt etiam pro quolibet peccato mortali, ſi non vult ab eo reſipiſcere. Sed tunc quæritur, cum fornicarii publice tenentes fornicarias excommunicentur, quare non ſimiliter ebrioſi, & avari? nam eamdem ſententiam dicit *Apoſt.* de omnibus hujuſmodi. Ratio eſt, quia aliquis poteſt inebriari ſine peccato, & non fornicari: de avaro vero, & detractore non eſt notorium, utrum ſint peccata, quia opera eorum poſſunt fieri ſine peccato. Qui alibi ait *ut ſ.* 10. Omne quod apponitur, manducate, ſc. de omni aliquid. Vos convincere, &c. judicio Eccleſiaſtico, vel ſæculari, &c. Ex hoc videtur quod ſi Clericus convictus ſit in foro ſæculari, excommunicari poſſit. Contra dicitur: Sententia lata a non ſuo judice non valet. Sol. Judicium ſæculare, hoc eſt, quod eſt de re ſæculari, non quod excommunicetur in foro ſæculari: vel loquitur ſecundum conſuetudinem Eccleſiarum, in quibus quod fit in ſæculari foro, approbatur in Eccleſiaſtico; ut dicunt eſſe Romæ, & alibi in paucis locis. Ex arbitrio ſuſpicionis. Nota quod eſt ſuſpicio temeraria, & judicium ex illa procedens, de quo *Luc.* 7. Noli judicare. Et eſt ſuſpicio probabilis, ut ſi videt virum deoſculantem mulierem, &c. Et ſuſpicio violenta, ut ſi videt nudum cum nuda: hæc ultima ſufficit ad judicandum quando fit per teſtes; duæ primæ non. Nam eos, qui foris ſunt, Deus judicabit: imo & ſancti, quia judicabunt ſancti nationes. *Sap.* 3. Sol. Deus tantum judicabit illos qui foris ſunt, i. hoc judicium non commiſit Prælatis in præſenti. Et hoc eſt quod dicit *Gloſſ. ſeq.* Non nobis commiſit, ut eos nunc judicemus.

E X P O S I T I O C A P. VI.

A Udet aliquis] In cap. præced. dixit Apoſtolus fornicatores, avaros, maledicos, rapaces, idololatras excommunicationis gladio feriendos. Sed quia Corinthii contra fidei privilegia, ſpretis judiciis, & ſententiis Eccleſiaſticis, ſæcularia fora, & Gentilium leges præferebant: [quod etiam noſtris temporibus Paulus futurum prævidit] ideo in hoc cap. adverſus hoc ſcribit. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima arguit Corinthios, quia litigant, & maxime coram infidelibus. In ſecunda monet eos, ut ab injuria proximorum deſiſtant, quia etſi homo non judicat, Deus punit, ibi: [An neſcitis.] In tertia dicit, quod licitum eſt ſua repetere, ſed aliquando non expedit, maxime litigando, ibi: [Omnia mihi licent.] In quarta reddit cauſam matrimonii, deteſtans fornicationem, ibi: [Corpus autem non fornicationi.] Arguens ergo eos, quia lites habent invicem, & coram infidelibus judicibus, & quia fraudes ſibi adinvicem faciunt, dicit: p Audet] Dico quod debetis judicare de his qui ſunt in Eccleſia: unde & ipſi debent judicari a fidelibus: & tamen [Audet aliquis fidelis.] r Adverſus alterum] fidelem. q Habens negotium.] Lis dicitur negotium, quia negat otium. *Exod.* 23. Pauperis non miſereberis in negotio. ſ Iniquos,] i. infideles, qui iniqui ſunt fidelibus quocumque modo poſſunt, & leges divinas aut omnino ſpernunt, aut propter opprimendos bonos falſa expoſitione interpretantur. Ex hoc etiam loco manifeſtum eſt, quod non debet infidelis conſtitui judex Chriſtianorum. Unde peccant mortaliter Domini, & Principes qui Judæos conſtituunt præpoſitos ſuper Chriſtianos, & poſſent, & deberent coerceri per Eccleſiam, ne hoc facerent, *Deut.* 17. Non poteris hominem alterius generis facere regem, qui non ſit frater tuus, *Ezech.* 33. Terra cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus unum de noviſſimis ſuis, &c. *Deut.* 1. Date ex vobis viros ſapientes gnaros, & ponam vobis principes. *Oſ.* 2. Dabo ei vinitores ejus ex eodem loco, *Jer.* 30. Erit dux ejus, &c.

t Et non] potius [apud ſanctos.] *Gloſſ.* Qui Dominum timentes juſtitiam ſervarent; & legum veritati, ſalva charitate, & charitati ſalva veritate, judicando deſervirent. Poſſunt dicere, quod iniqui ſciunt de jure non ſancti, *Luc.* 18. Audite quid judex iniquus dicat, &c. Reſpondet *Apoſt.* u An neſcitis,] probans eis a minori quod fideles ſibi deberent conſtituere judices.

x Sancti judicabunt] *Gloſſ.* Comparatione melioris facti: quia exemplo fidei illorum, perfidia hujus mundi damnabitur. *Sapient. tertio.* Judicabunt nationes, &c. *Matthæi decimonono.* Sedebitis & vos, &c.

a Unde

p Audet aliquis, &c.] Contemptis fidelibus, &c. Ex hoc eodem proportionabiliter videtur, quod ſi aliquis poteſt habere judicem Eccleſiaſticum, non debet audire ſæcularem. Verum eſt de negotio Eccleſiaſtico. Leges divinas ſpernunt, hoc intelligendum eſt de quibuſdam Judæis, & falſis Chriſtianis: quia alii legibus divinis non utebantur.

A Audacia

Google

Δ Unde Dominus dicit ſanctis. *Iſ.*5. Judicate inter me, & vineam meam. In *Iſ.*3. Dominus ad judicium veniet cum ſenioribus populi ſui. Judicat auctoritate prælatus ſubditos; poteſtate Paulus, Angelos, ſc. malos: comparatione, Ninivitæ Judæos, *Matt.*12. Regina Auſtri, &c.

a In vobis] per vos.

Qui filii ſunt legi, i. per venerabilem, ſ. rationibus.

b Neſcitis quoniam] Alia ratio ad idem a majori, & etiam ad probandum, quod ſancti judicabunt amatores mundi.

al. † *contendibiles.*

c Angelos] malos.

d Judicabimus] comparatione melioris facti, *Matt.*12. Sed contra, *Jo.*6. Princeps mundi hujus judicatus eſt. Sol. Judicatus eſt judicio diffinitionis, ſed nondum judicatus eſt judicio pronunciationis; ſed tunc judicabitur quando cum membris præcipitabitur in infernum.

B

Et ſi in vobis judicabitur mundus: indigni eſtis qui de minimis judicetis: *b* Neſcitis quoniam *c* angelos judicabimus? *d* quanto magis ſæcularia. *e* Sæcularia igitur judicia ſi habueritis: † *f* contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad judicandum. *g* Ad verecundiam veſtram dico. *h* Sic non eſt inter vos *i* ſapiens quiſquam, qui poſſit *k* judicare inter fratrem ſuum, ſed frater cum fratre *l* judicio contendit, & hoc apud infideles.

e Sæcularia igitur.] Dupliciter legitur hoc: Ironice, & ſerio, & eſt præcedentium concluſio. Ironice ſic, dico quod fideles judicabunt mundum, & Angelos malos: unde multo magis poſſunt judicare de his minimis; Igitur quia poſſunt judicare, debent contemptibiles conſtituere: q. d. Male facitis, Imo bonos eligere debetis, ſed eligitis idiotas vobis faventes in injuriis veſtris.

g Ad verecundiam veſtram] quaſi, hoc dico ironice, ut erubeſcatis ex hoc. Vel ſerio poteſt legi, & eſt eadem continuatio.

f Contendibiles] de contendo, dis, i. illos qui periti ſunt in jure de quibus conſtat quod ſciunt dirimere contentiones. Tamen *Gl.* contemptibiles appellat eos, qui non ſunt apti ad magna officia Eccleſiæ, ut eſt prædicare, & docere. Et hoc eſt argumentum, quod Dominus Papa non debet magiſtros Theologiæ conſtituere judices temporalium. [Ad verecundiam veſtram] Iſtud reſpiciebat primo ly [contemptibiles,] modo autem reſpicit totum, quod totum dicit de judicio fidelium, & infidelium.

g Ad verecundiam] dicit, *Gl.* Ut videlicet hi terrenas cauſas examinent, qui exteriorum rerum ſapientiam perceperunt: qui autem ſpiritualibus donis ditati ſunt, terrenis negotiis non oportet implicari; ut dum non coguntur inferiora bona diſponere, ſuperioribus bonis valeant deſervire. Sed tamen curandum eſt magnopere, ut hi qui bonis ſpiritualibus emicant, nequaquam proximorum infirmantium negotia funditus deſerant.

Moral.

Moraliter. *e* Sæcularia igitur judicia] quæ ſunt de re ſæculari, ideſt, contemptibili.

f Contemptibiles] qui non ſunt apti ad prædicandum, vel docendum: ſed non aptos ad hoc qui poſſunt dicere juxta illud *Senecæ*, Major ſum, & ad majora natus ſum, quam ut ſim corporis mei vile mancipium. Illi plus poſſunt dicere, i. quam ut ſim diviſor ſterquiliniorum; quod ſignificavit Dominus, *Luc.*12. ubi dixit ei quidam, Magiſter dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem: Cui Dominus. Quis me conſtituit judicem ſuper vos? Ideo inſtituti ſunt Archidiaconi ſub Epiſcopis, ut vacet illis, & Epiſcopi libere ſpiritualibus: juxta illud *Exod.*4. Item loquetur pro te ad populum, & erit os tuum; tu autem eris ei in his, quæ ad Deum pertinent. Et 18. Eſto populo in his, quæ ad Deum pertinent, &c. Provide autem de omni plebe viros ſapientes in quibus ſit veritas, &c. & conſtitue eos principes, & judices. Si ergo Epiſcopi debent propria negotia rerum temporalium per alios procurare cum tamen ad eos pertineant, quid erit de Epiſcopis aliquibus qui, & cauſas regum, & principum terminare volunt. Nota tamen *Gloſſ. Aug.* quæ hic ponitur, Chriſtum teſtem invoco, &c.

f Contemptibiles] *Jer.*49. Parvulum dedi te in gentibus, & contemptibilem inter homines.

g Ad verecundiam] vel reverentiam. Hujuſmodi verecundia fere redundat modo in omnes Epiſcopos, imo major, quia in judicandis ſpiritualibus eligunt contemptibiles ac temporalia ſapientes. *Iſ.*3. Dabo pueros principes eorum, *Eccl.*10. Væ terræ cujus rex puer eſt.

Unde illud: Nemo juvenes eligit duces, quia conſtat eos non eſſe ſapientes. Sed multi Epiſcopi ſunt Jeroboam de quo 3.*Reg.*13. Non eſt reverſus Jeroboam de via ſua peſſima, ſed fecit de noviſſimis populi ſacerdotes excelſorum: quicumque volebat, implebat manum ſuam. *Jud.* 17. Implevitque unus filiorum ejus manum, factuſque eſt ei ſacerdos. Ad litteram quandoque de filiis ſuis faciunt non tantum ſacerdotes, ſed archidiaconos, vel ad minus de nepotulis. [Ad verecundiam.] Verecundandum eſt his qui abrenunciaverunt mundo, litigare pro mundo. *Gal.* 2. Si quæ deſtruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me conſtituo. *Joſ.*6. Maledictus qui reædificaverit Jericho.

Ad lit.

h Sic non eſt inter vos ſapiens] Bene dico ad verecundiam veſtram, quia contemptibiles conſtituitis, quia non eſt inter vos ſic, ideſt, interim.

i Sapiens qui poſſit, &c.] *Jac.*3. Quis ſapiens inter vos, & diſciplinatus? Oſtendat ex bona converſatione, &c.

k Judicare inter fratrem ſuum.] *Prov.*21. Gaudium juſto eſt facere judicium.

l Contendit] *Oſ.*5. Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus judicio, quoniam cœpit abire poſt ſordes, i. temporalia. *Eccl.*7. Calumnia conturbat ſapientem, & perdidit robur

Δ cordis

Expoſitio Gloſſæ.

A Audacia eſt, ideſt, temeritas. *Sap.*12. Hos qui te neſciunt, in audacia traducis, Qui in errore eſt, 1.*Jo.ult.* Mundus totus in maligno poſitus eſt, ideſt, falſis judiciis. *Joan.* 16. Arguet mundum de judicio. Judicabunt auctoritate, & poteſtate. Contra *Jo.* 5. Omne judicium dedit filio. *Gloſſ.* Auctoritate ſolus filius judicabit. *Ibidem* dicit *Gloſſ.* quod filius Dei in quantum homo judicabit tantum miniſterio; non ergo auctoritate; ergo multo minus ſancti. Solutio: Solus filius judicabit tantum, ſed non ideo excluduntur membra ejus myſtica, ſicut non ſequitur, ſolus Socrates eſt hic intus, ergo non manus ejus. Ad aliud, quod ſancti judicabunt ut aſſeſſores, & comparatione melioris facti, & de hoc apparebit in eis quædam excellentia reſpectu eorum quos judicabunt; & ita dicitur hic auctoritas. Angelos apoſtatas, qui ſe averterunt a Deo. Contra, *Jo.*16. Princeps mundi hujus judicatus eſt. Sol. Judicio diffinitionis judicatus eſt, ſed nondum judicatus eſt judicio pronunciationis; ſed tunc judicabitur quando cum membris præcipitabitur in infernum. In dignitate naturalium, non gratuitorum. Lapſi ſunt. *Iſ.*14. Quomodo cecidiſti Lucifer?

Fragiles item, ideſt, qui gratiam ſervaverunt in fragili carne.

Impugnantes ſanctos victi; dicitur enim, 2. *Pet.* 2. A quo quis vincitur, ejus ſervus eſt; & ita ab eo judicandus. Non in poteſtate ut conſtituatis contemptibiles. Sed memoro quia feciſtis, ut verecundemini. Hi tamen ſtatuendi ſunt.

Arguitur per ſimile, quod prius eligendus ſit in prælatum Eccleſiæ ſimplex, & fere illiteratus, ſi ſit bonus quam litteratus, & malus. Tria requiruntur in Prælato ſcilicet ſcientia, vita, zelus.

Item eſt argumentum, quod peccant ſubjicientes ſe judicio Judæorum. Majores ſpiritualibus intendere debent; ergo ipſi non debent ſe intromittere de temporalibus.

Solutio: Principaliter eſt ut frequentius ſpiritualibus, & aliquando temporalibus pro neceſſitate, *Act.* 6. Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.

Si ergo menſas quæ ſunt neceſſariæ vitæ humanæ, homo non debet adminiſtrare, quomodo jurgia poſſeſſionum licet? *Exod.*23. Vectes ſemper erunt in circulis, nec unquam extrahentur, 2.*Tim.* c.2 Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. Sed multi non militant Deo, ſed mundo, & ideo licitum ſibi putant implicare ſe ſæcularibus negotiis. Ad orandum vel legendum.

Unde alibi dicit *Aug* Nihil hic ſimilius eſt actibus dæmonum quam lites exercere; non quia in ſe malum ſit, ſed quia occaſionaliter multa mala inde ſurgunt. Ad agendum quid, ſcribendo vel diſputando. Quia contentioſe, ideſt, cum contentione.

Ex hoc ſolo; non ergo ex hoc quod fornicantem patiebantur, quod tamen dixit *Gloſſ. ſupr.*

Solutio: Ex hoc, ideſt, ſi non faceretis niſi hoc ſolum, adhuc tamen peccaretis. Peccatum eſt, litigare contentioſe. Judicium, contentioſum. Si quis tunicam. *Matt.* c. 5. Qui abſtulerit tibi tunicam, *Luc.*6. Sed tamen hoc ſecundum veniam, &c.

Utrum perfectis liceat repetere ſua? Ex hoc videtur quod infirmi peccarent repetendo ſua, & ſic nulli concedi poſſet ſi Apoſtolus non conceſſiſſet. Sed iterum aut eſt præceptum non repetere; & ſic nulli concedi poteſt; aut conſilium, & ſic non oportuit quod hoc concederet Apoſtolus

Δ infirmis

a cordis ejus. *a* Jam quidem omnino, i. ſine dubio.
c Quia judicia habetis] tot lites, *Iſ.* 58. Ecce ad lites, & contentiones jejunatis.
b Delictum] quia vix poteſt eſſe ſine peccato. Et ponit duas cauſas quare non debeant ita litigare. Una eſt quia fratres eorum ſunt eum quibus litigant. Alia quia hoc facere eſt iniquitas, ibi: [An neſcitis quia iniqui.] Quare autem ita abundant cauſæ, & lites, dicitur *Deut.* 33. Dan catulus leonis fluit largiter ex Baſan. Dan cauſa, vel judicium; Baſan, pinguedo; vel bruchus, a bromio, quod eſt conſumere, vel totus in bucca; & ideo lites ſunt in Eccleſia propter divitiarum pinguedinem propter Advocatos qui toti ſunt in verbis, & conſumunt pauperes quibus inſident. *d* Quare non magis injuriam] quæ eſt violentia quando alicui res ſua aperte aufertur.

11. 9. § 1.

a Jam quidem omnino *b* delictum eſt in vobis, *c* quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? *d* Quare non *e* magis fraudem patimini? *f* Sed vos injuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus. *g* An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? *h* Nolite errare: *i* neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque ma-

e Fraudem] quando latenter.
f Sed vos, &c.] q. d. ſi potius deberetis pati injuriam quam ſic litigare, multo minus deberetis fratribus injuriari: a minori, quia minus eſt litigare quam injuriari fratribus, *Jer.* 9. Omnis amicus fraudulenter incedet.
g An neſcitis quia iniqui] Hoc iniquitas, quia iſti litigantes magis diligunt temporalia quam proximos.
h Nolite errare,] Hæc eſt ſecunda pars hujus cap. quæ incipit ibi: [An neſcitis.] Poteſt alia ratione dividi aliter quam præhabitum eſt. Intendit Apoſt. in hac parte revocare ab amore mulierum, & per hoc a diſſentione, quæ ex hoc ſolet ſurgere. Revocat ergo eos a fornicatione ſeptem rationibus, & propter hoc poteſt reſiduum hujus cap. dividi in ſeptem partes. Prima ratio, quia ſi multa omittenda ſunt, quia non expediunt, multo magis commiſceri cum non ſua, ibi: [Omnia mihi licent.] Secunda ratio eſt, quia non expedit ut homo redigatur ſub poteſtate alterius, qui autem fornicatur redigitur ſub poteſtate mulieris, quod valde turpe eſt, quod notatur, ibi: Et ego ſub nullius poteſtate.] Tertia ratio eſt, quia ſummum bonum, quod eſt Deus, & fornicatio ſunt oppoſita. Ex quo ſequitur, quod qui ſubditur mulieri per fornicationem, non eſt ſubditus Deo, quia *Matt.* 6. dicitur: Nemo poteſt duobus dominis ſervire, ibi [Corpus autem non fornicationi.] Quarta ratio eſt, quia Dominus glorificabit corpora noſtra, ſi ſervata fuerint in ordine ſuo, & munditia: ſed per fornicationem inordinata ſunt, & immunda, ibi [Deus vero, & Dominum ſuſcitavit.] Quinta quia corpora noſtra membra Chriſti, ibi: [Neſcitis quoniam.] Sexta eſt a majori, quia peccatum fornicationis maculat corpus, & animam; alia vero tantum animam, ſed tamen cavenda ſunt; ergo multo magis fornicatio, ibi: [Fugite fornicationem.] Septima ratio eſt, quia nec nos, nec corpora noſtra ſumus noſtri, ſed Dei: qui autem adhæret meretrici, dat ei corpus ſuum, & ita facit injuriam Domino, ibi: [Et non eſtis veſtri.] Octavo ſequitur concluſio, ibi: [Glorificate ergo, &c.] Dicit ergo: [Nolite] Jam dixi vobis de judiciis: modo autem intendo retrahere vos ab amore carnis, & mulieris. Unde [Nolite errare.] *Gal.* 6. Nolite errare, &c. *i* Neque fornicarii.] Quatuor modis ſumitur fornicatio: cum muliere aut ſoluta, aut non ſoluta, & ſic eſt fornicatio, aut adulterium: aut fit aliter luxuria, & tunc eſt aut actor, aut patiens: hoc eſt quod dicit, molles, aut maſculorum concubitores: cum his autem alia vitia interſerit, quia quædam antecedunt fornicationem, quædam ſubſequuntur. Antecedentia ut cultura idolorum, ſicut ſolent ire ad feſta, ut ibi fornicentur. Quædam ſunt ſequentia: tales enim ſolent facere magnas expenſas, & ideo fiunt avari, fures & rapaces, & hujuſmodi. Luxuriæ eſt gula vicina, & ideo eam tangit.

A *a* Regnum

Expoſitio Gloſæ. A infirmis, quia planum eſt, quod non teneutur ad conſilia. Sol. Manducator diſtinguit ſuper illud *Matt.* 5. Si quis voluerit tunicam tuam tollere: dicens quod quidam ſunt perfecti per contemplationem qui omnia derelinquunt, nudum nudi ſequentes; hi non tenentur repetere ſua. Alii ſunt perfecti ſigno, ut ceteri Religioſi, & ipſis licet repetere ſua, ſed non expedit, ut hic dicit Apoſt. Infirmis autem licet, & expedit. Alii dicunt quod omnibus perfectis licet repetere ſua, ſed non expedit. Quod autem Carthuſienſibus non licet, non eſt quia perfecti ſunt, ſed quia in voto habent quod nihil ſub judice repetant, ſed tamen bene poſſunt Epiſcopo oſtendere quod aliquis injuriatur eis. Alii dicunt quod nulli perfecto licet ſua repetere, quia nullus habet aliquid proprium; tamen dicunt quod ſub nomine Eccleſiæ ſuæ licet eis repetere: quia bona ſunt pauperum quos debent ſoſtentare; & defendere. Sed contra hanc ultimam ſolutionem objicitur, quia etſi nullus habeat proprium, tamen communiter ſunt omnium poſſeſſiones Eccleſiæ: ergo repetunt quod ſuum eſt, licet repetant pro communi, nomine Eccleſiæ ſuæ: ſicut ſi duorum fratrum ſimul hæreditatem habentium alter repeteret pro eis, diceretur repetere quod ſuum eſt: non ergo licet eis ſic repetere. Propter hoc dicendum quod ſicut cum infirmis diſpenſavit Eccleſia, ut repeterent ſua propter infirmitatem ſuam, & fragilitatem; ita & cum perfectis propter malitiam hominum quæ paulatim ſic excrevit, ut qui eis dare ſolebant, modo eis data auferant: ſed cum Carthuſienſibus non diſpenſavit propter votum ſuum repetitioni contrarium. Perfectis igitur, &c. Verba ſunt *Magiſtri* loquentis pro ſtatu Eccleſiæ primitivæ, & religionis, vel forte ſecundum opinionem ſuam, ſed *Magiſtri* modo non ſequuntur eum in hoc. Extra Eccleſiam, i. ſub infidelibus judicibus. Quia contentioſe, i. cum jurgio, & blaſphemia. Fraudulenter, i. cum perjurio. Sic regnum perditis. Ex hoc videtur quod quilibet ſalvatus totum regnum Paradiſi habebit. *Matt.* 25. Supra multa te conſtituam, *Gl.* Super omnia bona Domini. Quia ſcientes, *Luc.* 12. Servus ſciens voluntatem. De miſericordia confiſi ſunt, quidam hæretici dicentes, quod ſi quis fidem informem habet, quicquid ſuperædificet, tanta eſt miſericordia Dei, quod ſalvabitur. Singula eorum ſufficiunt. Eph. 5.

Unde patet quod ſimplex fornicatio eſt peccatum mortale, ſicut dicitur, *Deut.* 23. Non erit meretrix, neque ſcortator de filiis Iſrael. Turpius eſt ſi reditis, quia 2. *Pet.* 2. Melius eſt viam veritatis non agnoſcere, &c. Item per aliam cauſam, i. propter. Cum ſim liber, *inf.* 9. Tunc res ſuper nos dominium habet, &c. Ex hoc voluit quidam dicere, quod nulli licet repetere ſua cum ſcandalo proximi; quia tenemur amorem proximi amori rei præponere, & rebus dominari non ſubjici. Sed quia deperiret jus Eccleſiæ, & pax, dicendum quod pax Eccleſiæ eſt recompenſatio ſcandali, quod eſt in repetendo ſua. Tamen propter hoc licet repetere, quia eſca debetur ventri. Ex hoc videtur, quod non licet repetere ſuperflua. Et dicendum quod imo, ſed maxime neceſſaria: omnia autem temporalia quantum in ſe ſunt neceſſaria, & accidit eis quod ſint ſuperflua: quia ſicut jejunium in quantum in ſe pœnale eſt, licet non ſit pœnale phlegmatico, tamen meretur per jejunium. Similiter quia neceſſarium, licet repetere, & omnia etiam quæ dicuntur ſuperflua, ſunt neceſſaria in ſe, ideo licet omnia repetere. Quia deſtruentur. Ex hoc videtur, quod pro eis laborandum ſi ſemper eſſent duratura: ſed conſtat quod corpus noſtrum in meliori ſtatu eſt manſurum in perpetuum ergo pro eo eſt laborandum. Hoc verum eſt, ut veniat ad incorruptionem glorioſam, non ut remaneat in hac miſera vita. Induet incorruptionem, *inf.* 15. Vel ita, &c. De his dicit ſecunda expoſitio. Non legali doctrina, quæ præcipit a quibuſdam cibis abſtinendum eſſe, *Lev.* 11. *Deut.* 14. Non omnis qui eſt Chriſti ſanguine redemptus, quantum ad efficientiam, quia non omnibus prodeſt ſanguis Chriſti: ſed quantum ad ſufficientiam, quia ſufficit ad redemptionem omnis hominis. Unde 1. *Jo.* 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum, ſed pro totius mundi. Quod non licet, non expedit, i. nulla illicita expediunt. Quæ per injuſtitiam, &c. hæc ſunt in ſe licita. Vitanda ſunt, loco, & tempora, ſicut ire ad Eccleſiam licitum eſt in genere, & permittitur a Deo, ſed aliquando ſi vides, quod propter hoc ſcandalizatur proximus, quoad hoc eſt illicitum. Libera beneficentia, &c. caveantur: non enim ſunt prohibita aliquo præcepto, ſed hoc faciendum eſt tantum propter utilitatem proximi quem debemus diligere.

Hæc amplius erogantur ſaucio, *Luc.* 10. Per duos denarios intelliguntur præcepta veteris, & novi Teſtamenti: per ſupererogationem vero, quod cavet quis a licitis in genere, proximi amore. Quamvis Domino

A moneantur

ledici, neque rapaces *a* regnum Dei poſſidebunt. *b* Et hæc † quidem *c* fuiſtis: *d* ſed abluti eſtis: *e* ſed ſanctificati eſtis; *f* ſed juſtificati eſtis *g* in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. *h* Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt. *i* Omnia mihi licent: *k* ſed ego *l* ſub nullius redigar poteſtate. *m* Eſca ventri, *n* & venter eſcis: *o* Deus autem, & hunc *a* & hanc deſtruet.

al. † habet aliquando.

a a Regnum Dei non poſſidebunt.] Unde *Apoc.ult.* Foris canes, & inceſtuoſi, *&c. Iſ.* 35. Non tranſibit per eam pollutus. Et *Iſ.* 52. Non adjiciet ultra ut pertranſeat per te incircumciſus, & immundus, *Joel.ult.* Et erit Jeruſalem ſancta, & alieni non intrabunt per eam, *inf.* 15. Caro, & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. *Eph.* 5. Scitote intelligentes quod omnis fornicator, aut avarus [quod eſt idolorum ſervitus] aut immundus, non habet hæreditatem in regno Dei, & Chriſti, *Gal.*5. Fornicatio, & immunditia, & impudicitia, & luxuria, &c. qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur, *Heb.*13. Fornicatores, & adulteros judicabit Deus: *Gl.* i. damnabit. *b* Et hæc quidem.] Poſſet aliquis eorum reſpondere, nihil ad nos de hujuſmodi vitiis: imo hæc. *c* Fuiſtis,] i. habuiſtis hæc vitia. *d* Sed abluti.] *Iſ.*4. Si abluerit Dominus ſordes. *e* Sanctificati.] *Pſ.*67 Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. *Rom.*5. Vix enim pro juſto quis moritur, ideſt, exercitatio in bonis operibus. [Abluti] in baptiſmo. [Sanctificati] in gratia confirmati. *e* Juſtificati] in bonis operibus exercitati. [Abluti] contritione: [Sanctificati] confeſſione: [Juſtificati] ſatisfactione. *g* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti] cui & Patri, & Spiritui ſancto unum eſt ac idem nomen, & eſt omne per quod poteſt cognoſci Deus, ut per potentiam, ſapientiam, benignitatem, & hujuſmodi. *h* Omnia mihi licent.] iſtud quatuor modis exponitur. Primo de repetitione ſuorum: ſecundo de diſcretione ciborum: tertio de perceptione ſumptuum: quarto per ſynæreſim, vel hypotheſim: quinto modo ſicut ſupra tetigimus. Et eſt prima ratio quare dimittenda eſt fornicatio, ſed ſic non exponit. *Gl. Aug. in lib. de Trinit.* Duobus modis in Scriptura dicitur aliquid non expedire: vel quia non juvat ad curſum; vel cum in ſe bonum ſit, tamen propter alios cavendum.

k Sed ego] q. d. etiam alia ratione dimittenda eſt fornicatio. *l* Sub nullius redigar poteſtate.] In quantam autem ſervitutem rediguntur fornicarii, habetur in *Apocrypho Eſdræ*, ubi eſt quæſtio de viro, & muliere: & *ibi* etiam legitur, quod quidam rex valde potens, & dives ad tantam redactus eſt ſervitutem a muliere fornicaria, quod ipſa dabat ei alapas. *m* Eſca ventri.] Poſſet aliquis reſpondere: fornicatio non eſt vitanda, quia eſt neceſſaria ad procreationem prolis bonæ quandoque: ideo probat, quod imo vitanda eſt propter peccatum, quia quod multo magis neceſſarium eſt, vitandum eſt propter peccatum, videlicet eſca. Et hoc eſt. [Eſca ventri.] Poſſet aliquis reſpondere, ſupple, eſt neceſſaria. *n* Et venter eſcis] debetur: ſed tamen. *a* Deus hunc, & hanc deſtruet,] ideſt, puniet pro peccato gulæ; ergo multo magis pro peccato fornicationis, *Hebr.*13. Optimum eſt gratia ſtabilire cor non eſcis, &c. *inf.* 8. Eſca nos non commendat Deo. *Rom.* 14. Regnum Dei non eſt eſca, & potus. Nunc exponamus ſecundum. *Gloſſa.* Reprehenderat eos, qui litigabant contra fratres pro poſſeſſionibus repetendis, cum potius deberent pati injuriam, vel fraudem. Ad hoc reſpicit iſtud. *h* Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt,] i. non expedit, quod repetam omnia mea, quia ex hoc quandoque multa mala accidunt; & ſic exponitur de repetitione ſuorum.

i Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius poteſtate redigar] quod eſſet ſi plus me diligerem quam proximum, qui offenditur ei incompetenti repetitione. Dico: [Non omnia expediunt.] Sed poſſet quis reſpondere: unde vivimus niſi noſtra repetamus? Ad hoc reſpondet, imo non debetis repetere propter eſcam: quia. *m* Eſca ventri, &c.] q. d. Ex quo iſta deſtruentur, & illud ad quod ſunt; non multum curandum eſt de eis. Secundo exponitur de diſcretione ciborum. Quidam enim inter eos peccabant; diſcernentes cibos ſecundum quod ſcriptum eſt in lege: q. d. Etiam de hoc vos redarguo, quia.

h Omnia mihi licent,] ideſt, omnia cibaria munda ſunt. [Sed non expediunt] ad comedendum propter ſcandalum tantum. [Omnia mihi licent, ſed ſub nullius redigar poteſtate,] q. d. Nolo ſcandalizare fratrem aliquem propter cibum meum, quia ſic redigerer ſub poteſtate, & ſervitute gulæ. Et iterum propter hoc nolo; quia [Eſca ventri, & venter eſcis, & Deus deſtruet, &c.] Proximus autem manebit in æternum, & fruetur Deo, quia non eſca, nec venter eſt. De prima expoſitione: [Omnia mihi licent,] ideſt, licet mihi repetere omnia mea mihi ablata. [Sed non omnia expediunt,] ideſt, non expedit repetere, quia proximus ex hoc quandoque incidit in peccatum: [Sub nullius redigar poteſtate.] Non expedit omnia repetere ſub judicio propter multas cauſas. Una eſt propter honorem noſtrum ſervandum. Magnum enim dedecus eſt tota die litigare. *Pr.* 20. Honor eſt homini qui ſeparat ſe a contentionibus. Alia cauſa eſt ne homo retardetur in morum via, Propter quod dicit Dominus, *Matth.*5. Et qui voluerit tecum contendere in judicio, dimitte & pallium, ſi abſtulerit tibi tunicam. Tertia cauſa propter perfidiam Advocatorum, ſine quibus non poſſunt terminari lites. Unde *Iſid.* Hi ſunt qui cauſas morantur admiſſi; impediunt prætermiſſi; faſtidiunt admoniti; obliviſcuntur ſine ſponſione præmii; dedignantur locupletati. De iiſdem dicit: Hi ſunt in exactionibus harpyiæ; in collationibus ſtatuæ; in quæſtionibus beſtiæ; ad intelligendum ſaxei; ad judicandum lignei; ad ſuccendendum flammei; ad ignoſcendum ferrei; ad fallendum vulpes; ad iraſcendum tigres; ad ſæviendum tauri; ad conſumendum minotauri. Quorum ſi nares aſflaverit rubiginoſi aura marſupii, mox videbis oculos Argi; perjuria Laomedontis; & Ulyſſis argutias; Sinonis fallacias; Achitophel conſilia; Abſalonis oſcula, 2. *Reg.*25. Sedens in porta civitatis accipiebat intrantes per mentum deoſculans eos, & dicens: Si ego eſſem rex veſter, optime judicarem vos; Harpyiæ beſtiæ ſunt ſecundum quoſdam cantu ſuo allicientes homines, quos poſtea interficiunt; aliter tamen dicitur de eis ſecundum fabulam. Item in quodam libro Tragœdiæ ſenum, qui intitulatur, *liber de ludis ſenum*, dicitur quod cum quidam inſpiceret infernum, vidit Neronem balneantem ſe, & multos circumſtantes ſe, qui infundebant aurum calidum in balneum ipſius: ipſe vero videns turbam Advocatorum ad ſe venientium. Huc inquit, venale genus hominum, o Advocati amici mei accedite, ut mecum in hoc vaſe balneetis vos; adhuc enim ſubeſt locus in eo quem vobis ſervavi.

Eccl. 19. Inf. 10. 11. 9. 1. 6. aliud de Pon. diſt. 1. c. aliud.

De Advocatis.

Rationabiliter ergo propter perfidiam Advocatorum, ſine quibus cauſæ agi non poſſunt, dimittenda eſt noſtrorum repetitio.

Et iterum propter periculum jurgiorum quod ibi eſt. *Prov.*17. Semper jurgia quærit malus, *Gen.*13. Ne quæſo jurgium ſit inter me, & te, & paſtores meos, & paſtores tuos. Ecce terra, &c.

Dicit *Aug.* quod ex illo loco habuit initium conſuetudo, quod majores condividunt hæreditatem minoribus. Item dimittendum eſt propter ſcandalum, *Matth.*18. [Sub nullius redigar poteſtate,] i. dominio. Tunc res ſuper nos dominium habet, cum amorem ejus amori proximi præponimus, *Eccl.*31. Qui aurum diligit, non juſtificabitur, & qui ſequitur conſumptionem, replebitur ex ea. [Eſca ventri:] & ideo quamvis liceat mihi repetere omnia mea: tamen non repetam. [Autem,] ideſt, quia [Deus de-

A ſtruet]

Expoſitio Gloſſæ.

A moneantur offerri, *Luc.* 10. Quodcumque ſupererogaveris, reddam tibi. Tanto gratiora. Contra: Sit aliquis hic qui non tenetur jejunare in quarta feria, & diligit Deum & proximum ex charitate: Item ſit qui jejunet ex charitate ſicut diligit Deum, & proximum ex charitate: & ex quadam æquali charitate facit utrumque; ergo æque meretur per utrumque; ergo gratus eſt per utrumque Deo: non eſt ergo illud gratius Deo, licet ſit indebitum magis. Reſp. Gratiora ſunt, ideſt, evidentiora gratiæ, ſigna vel gratiora quoad hoc. Quæ non expediunt libere, ideſt, dilectionis proximi libertate.

Sine offendiculo, *Rom.*14. Vel ita præmittit hic Apoſtolus. Tertia expoſitio. A ſubditis ſuis, *inf.*9. Ne cauſa ventris vigor tepeſceret; ſed tenebatur facere, ne vigor torpeſceret; ergo tenebatur omnino nihil accipere. Falſum eſt ergo quod dicit: Omnia mihi licent.

Solutio: Quidam erant inter eos a quibus ſi acciperet, torpeſcerent: ipſe autem accipiebat a neutris, cum poſſet a quibuſdam Joannes.

Ad hoc *Marc.* 6. Panem filiorum, *Matthæi* 14. Quæ lex naturalis habet. Cuilibet enim dictat ratio quæ dicitur lex naturalis, quod communicet homo bona temporalia ei qui docet eum, quia lex naturalis dictat, ut

A laboranti

Digitized by Google

a Corpus autem non fornicationi, *b* ſed Domino, & Dominus corpori. *c* Deus vero, & Dominum ſuſcitavit, & nos *d* ſuſcitabit per virtutem ſuam. *e* Neſcitis *f* quoniam corpora veſtra membra *g* ſunt Chriſti. Tollens *h* ergo membra Chriſti faciam membra *i* meretricis? Abſit. An neſcitis *k* quoniam

a ſtruet] q.d. Quia omnia ſunt tranſitoria, ut dictum eſt. De diſcretione eiborum: [Omnia mihi licent] quia munda. *Rom.* 14. Scio, & confido in Domino Jeſu, quia nihil commune per ipſum. [Sub nullius redigar poteſtate.] Qui autem omnia ex guloſitate comedit, redigitur ſub poteſtate, & dominio ventris. Unde *Ph.* 3. Quorum Deus venter eſt. Et tales ſunt cultores Baal, qui ipſius cultum nituntur ampliare cum Jehu. 4. *Reg.* 10 *Jer.* 23. Prophetabant in Baal, [tales enim niſi bene comederent, nihil boni poſſent facere] & decipiebant populum [ducentes ad idem.] *Sap.* 2. Fruamur bonis quæ ſunt. *Iſ.* 22. Comedamus, & bibamus, &c. [Eſca ventri, &c.] q.d. Bene licet mihi accipere, quia ſine cibo non poſſum vivere: [Sed non omnia expediunt, &c.] quia [Deus deſtruet] ſtatum corporis in quo oportet comedere, & ideo ſtudendum quomodo perveniatur ad ſtatum illum, ubi non oportebit comedere. Tertio exponitur de perceptione ſumptuum, & tunc eſt accommoda diſtributio. Continuatio eſt: Monuerat eos ut potius dimitterent jus ſuum, quam litigarent, & probat eis per exemplum ſui, quod ita deberent facere: quia cum eis prædicaret, poſſet, & deberet vivere de bonis eorum, & hoc eſt [Omnia,] i. multa: ſed quia nempe nolo propter Pſeudo, ne habeant occaſionem accipiendi. Aliam etiam rationem ponit *Gl.* dicens: Si quid ab his acciperet, quos in tantis vitiis arguebat, auctoritatem magiſtri inclinaret. Non enim poteſt inſtanter argui a quo accipitur, maxime cum ille promptus ad dandum ſit, ut ſibi humiliet Præpoſitum. Unde dicit: [Sed ego ſub nullius] hominis eſca: q. d. Bene poſſem accipere, quia ſine eſca non poſſem vivere. [Omnia mihi licent, 2. *Tim.* 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus edere. *Inf.* 9. Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit, &c. [Sub nullius redigar poteſtate.] *Eccl.* 20. Xenia, & dona excæcant oculos ſapientum. Nota *Gl.* [Omnia mihi licent] nempe omnia quæ licita ſunt. Quarto modo exponitur hoc per ſynæreſim ſive hypotheſim, & continuatur ad præcedens: Dico quod iniqui regnum Dei, &c. & plus dico vobis, quia [omnia mihi licent:] q.d. Si omnia eſſent licita ut nihil puniretur: adhuc tamen [non omnia expediunt.] Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius [hominis vel corporis.] *Gl.* Cum mens concepta deſideria ſequitur, & amor cujuslibet rei ſibi dominatur, ſervire rebus convincitur, quarum amore ſuperatur. [Eſca ventri.] Probat quod ſub nullius rei redigetur dominio, quia ſi redigi ſe ſuſtineret, hoc eſſet præcipue propter neceſſaria corporis. [Sed Deus, &c.]

Expoſitio Gloſſæ. A laboranti in agro materiali retribuat; ergo multo plus in agro animæ qui melior eſt, & plus indiget. Sed objicitur iterum ſecundum hoc: Si lex naturalis dictat cuilibet hoc, quod debet dare neceſſaria docenti ſe; ergo tenebantur neceſſaria dare Apoſtolo, & ei licebat accipere; ergo tenebatur accipere, ne ipſi peccarent non dantes. Sol. Tenebantur non ſimpliciter, ſed requiſiti verbo vel ſigno. Unde 1. de quibus ſumptibus poſt acturus, *inf.* 9. Vel ita, omnia licent quaſi illi. Quarta expoſitio. Ponat aliquis licere omnia non quia, &c. i. quod nullus puniatur quicquid faciat. Legalia tormenta, i. quæ continentur in lege. Sed non omnia expediunt. Argumentum, quod aliqua ſunt mala ſecundum ſe, non tantum quia prohibita, & quod adhuc eſſent aliqua mala vitanda licet non punirentur. *Ad Ver.* *a* Corpus autem, &c.] Hæc eſt tertia ratio per quam probat quod nullus ſubjici debet dominio fornicationis, quia fornicatio, & ſummum bonum ſunt oppoſita; & ideo non poteſt ſubjici dominio utriuſque aliquis, & debet quilibet ſubjici dominio ſummi boni; ergo non fornicationis, ſed dominio ſive ſervitio Domini. *† et congruo non condigno.* Et Dominus debetur corpori ut glorificet. † Corpus debet Deo; debet naturæ; debet vermibus; debet morti: Deo famulatum; naturæ defectum; vermibus ſeipſum; morti diſceſſionem, *Rom.* 13. Reddite omnibus debita. *b* Sed Domino, & Dominus corpori.] Contra hæreticos qui dicunt corpus non eſſe a Deo. *c* Deus vero & Dominum ſuſcitavit.] *Act.* 4. Auctorem vitæ interfeciſtis quem Deus ſuſcitavit a mortuis. *d* Et nos ſuſcitabit.] Hæc quarta ratio, quia Dominus non ſuſcitabit, niſi mondati fuerint immundi per fornicationem. *e* Per virtutem ſuam.] Argumentum quod reſurrectio non eſt naturalis. Item argumentum quod hæc eſt generalis cauſa reſurrectionis. *f* Neſcitis quoniam corpora veſtra.] Quinta ratio quod cavendum eſt a fornicatione, quia corpora noſtra membra ſunt Chriſti, & ideo in maximo debent haberi honore: contra hoc fit per fornicationem. Duæ autem ſunt rationes, quare ſunt membra Chriſti: quia ipſe aſſumpſit & corpus, & animam humanam: item quia ſanctificata ſunt in baptiſmo. Hæc duo conjuncta ſunt cauſa propter quam corpora noſtra membra Chriſti ſunt. Sed multi ac ſi hoc neſcirent, ingerunt ſe omnibus immunditiis luxuriæ. Sed tamen dicitur 1. *Theſ.* 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, &c. ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere in honore. Si profanum eſſet reliquias Sanctorum inquinare: multo magis, & membra Chriſti; at corpora noſtra ſunt membra Chriſti. Nota *Gl.* Si ergo aliquis cupiens fornicari vileſcat ſibi, &c. *Mal.* 1. In quo polluimus te, &c. *g* Membra Chriſti] cui jure parendum eſt, dicit *Gl.* *h* Tollens] de ſervitio Chriſti. *i* Faciam membra meretricis] ut ejus conſentiam voluntati: itane viluit dignitas iſta, quæ tam benigne præſtita eſt? *k* An neſcitis quoniam.] Probatio eſt præcedentis, quod qui commiſcetur meretrici, fit membra ejus; quia fit unum corpus cum ea. Et hoc probat auctoritate, Gen. a majori: Erunt, inquit, duo, &c. *Gen.* 2. Si legitime conjuncti fuerint in opere illo, erunt una caro ejuſdem fragilitatis; multo magis in opere fornicationis in quo magis carnales fiunt. Ex hoc quod ita ſibi agglutinantur in illa fragili turpitudine, reputat ſe onus alterum: unde ſolent mutuo dicere: ipſe eſt alter ego.

A Qui ad-

Expoſitio Gloſſ. *a* Corpus autem non fornicationi, &c.] Dominus debetur corpori ut glorificet illud. Ex hoc videtur quod ſicut ego teneor ſervire Deo, ita & ipſe tenetur me remunerare. Reſp. Nulla obligatione: quia *Pſ.* 32. Quia rectum eſt verbum Domini ex promiſſo, non ex commiſſo Deus eſt nobis debitor, & nos ſuſcitabit. Hæc illatio fundata eſt ſuper quodam ſimili; quia multos labores ſuſtinuit in corpore propter quos ſuſcitatus eſt; ergo ſuſcitabuntur qui ſimiles labores ſuſtinuerunt, & ſuſtinent, membra ejus non eſſent niſi animæ noſtræ; ergo animæ ſunt membra Chriſti. Ad idem ſuper illud *Rom.* 14. Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit. *Gl.* Ut intelligatur dominari vivorum; ergo fideles defuncti, & membra ſunt Chriſti. Sed ex hoc videtur quod quilibet Chriſtianus non ſit tantum unum membrorum Chriſti, ſed duo. Sol. Fidelis non eſt tantum membrum Chriſti in anima, nec ſolum in corpore, i. non ſolum eſt conformis Chriſto in altero, ſed in utroque, & hoc modo poteſt dici membrum ſecundum utrumque quia conformis eſt in vita, & moribus. Caput ex nobis, *Col.* 1. Sanctificatio utitur ſpiritu, & tunc intelligitur de ſpiritu creato, i. de anima. Nec iſti dicendi ſunt manducare corpus Chriſti, quia *Hebr.* 13. Habemus altare de quo non habent edere, qui tabernaculo deſerviunt. Hoc enim ſacramento tenus: q.d. loquitur de ſpirituali comeſſione, non ſacramentali. Corpus Chriſti manducare eſt in Chriſto manere. Ad hoc facit illud, crede & manducaſti. Sed ex hoc videtur quod quicumque eſt in charitate, quamdiu eſt in ea, ſive comedat, ſive bibat, ſive dormiat, quod manducet corpus Chriſti, quia ſemper manet in Chriſto, dum eſt in charitate. Sol. Non manducat corpus Chriſti, niſi qui actu cogitans de humanitate ejus, delectatur in ea, & ſe conformat ei quantum poteſt; hoc eſt Chriſto manere. Unde patet quod dormiens non ſic manet in Chriſto, quare non manducat corpus Chriſti. Quod autem non ſint digni manducare corpus Chriſti qui ſunt membra meretricis, ſignatum eſt, 1. *Reg.* 21. Si mundi ſunt pueri a mulieribus ad comedendum panes propoſitionis. Sic & in macula unum ſunt, quia eodem opere maculatur numero anima utriuſque, *Gen.* 2. *Mat* 19. Jam non ſunt duo, &c. Item in carnali opere, quod inter conjuges fieri poteſt ſine peccato. Contra: Super illud *N.* 11. Requievit in eis ſpiritus Moyſi, dicit *Orig.* Connubia legitima carent quidē peccato, cuilibet tamen quando actus conjugales geruntur, Spir. S. datur, etiamſi Propheta operatur, alia enim plura ſunt, &c. ego non adeſt Spir. S. operi conjugali: quomodo ergo poteſt fieri ſine peccato, ſolum enim peccatum præſentia privat Spir. S. Sol. Secundum eos qui dicunt quod primi motus ſunt peccata quia ſunt a radice infecta, oportet dicere quod ibi eſt peccatum ad minus veniale de neceſſitate. Quod autem dicitur hic, poteſt fieri inter conjuges ſine peccato, intelligitur de mortali. Alii dicunt, quod etiam ſine peccato veniali poteſt fieri inter conjuges, & quod primi motus non ſunt peccatum, quia a radice infecta, ſed quia iis quis delectatur: nec eſt *Gl. Orig.* contraria, imo ipſa ſeipſam ſolvit per finem. Non decet Spiritus ſancti præſentiam adeſſe alicui operi, quando

A corpus

▲ *a* Qui adhæret.] *Gen.* 34. Filii mei anima adhæſit filiæ veſtræ. Nota quod peccatum luxuriæ eſt quaſi gluten. Unde *Gen.* 34. dicit Sichem filius Hemor de Dina, conglutinata eſt anima mea cum ea. Unde poteſt dicere qui incidit in peccatum luxuriæ, cum *Pſ.*68. Infixus ſum in limo profundi,

qui *a* adhæret meretrici, unum corpus efficitur, Erunt enim (inquit) duo in carne una. *b* Qui autem adhæret Deo, *c* unus ſpiritus eſt. *d* Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo, *e* extra corpus eſt: qui *f* autem fornicatur, in corpus ſuum peccat,

Gen. 2. *Eph.* 5. *Marc.* 10. *Matt.* 19. *De big. a. debitum.*

& non eſt ſubſtantia, i. virtus exeundi: quia quando vitat unum modum quaſi ſubtrahens one pedem ab illo lutoſo peccato, alius pes cadit in lutum, i. in aliud genus luxuriæ; & tanto magis quanto magis adhæret, ut luxuria Sodomæ: quod ſignificatur per gluten quod ſemper enatat lacui Aſphaltiti, eſt enim tenaciſſimum, unde non poteſt diſſolvi niſi cum menſtruo mulieris. Adhæret ergo omnis luxuria, *Pr.* 7. Irretivit cum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum, *Eccl.*7. Inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus eſt venatorum; ſagena cor ejus, & vincula ſunt manus ejus, *Prov.*2. Qui ingreditur ad illam, non revertetur. *b* Qui adhæret Deo.] *Gl.* Semper faciens Dei voluntatem. *c* Unus ſpiritus eſt:] quia vult quod Deus vult; & fit ſpiritualis, ſicut ille fiebat carnalis, & ejuſdem voluntatis cum meretrice. Imo *Pſ.* 72. Adhærere Deo bonum eſt, 1. *Th.* 5. Sive vigilemus ſive dormiamus, ſimul cum illo vivamus. *d* Fugite fornicationem, &c.] Hæc eſt ſexta ratio: quia cum omnia peccata fugienda ſint etſi non maculant niſi animam, multo magis fornicatio quæ maculat corpus, & animam. Ecce fugiendo cavenda eſt fornicatio, *Eccl.* 21. Quaſi a facie colubri fuge peccatum, &c. *Eccl.* 25. Commorari leoni, & draconi magis quam habitare cum muliere nequam. Ad hoc ſignificandum, *Nu.* 21. filii Iſrael fugerunt Og regem Baſan, nec aliquos nuncios miſerunt, *Aug. in lib. de ſingul. Cler.* Separamini, precor, ſeparamini a contagione peſtifera: quantumcumque enim fuerit longius unuſquiſque ab adverſis, tantum non ſentit adverſa: minus voluptatibus ſtipulatur, qui non eſt ibi, ubi eſt frequentia voluptatum: [& de hoc ſupponit exemplum] & minus avaritiæ moleſtias patitur, qui divitias non videt. In *eod.* Tentationibus ſubjacet qui junctus eſt feminæ, in qua nihil adeſt niſi ut feriat proximantem: aculeus peccati, i. forma feminea, & mortis conditio non aliunde ſurrexit. In *eod.* Confligendo maſculorum lævitiam ſuperemus, & fugiendo feminarum blandimenta timeamus. In *eod.* Lubrica eſt ſpes quæ inter fomenta peccati ſalvari ſe ſperat: incerta victoria eſt inter hoſtilia arma pugnare, & improba liberatio flammis circumdari nec ardere, *Hier.* ad Euſtochium, Samſon leone fortior, ſaxo durior: qui unus, & nudus mille perſecutus eſt armatos, Dalidæ molleſcit amplexibus. *Idem in Epiſt. ad matrem, & filiam.* Quid tibi neceſſe eſt in ea verſari domo, in qua neceſſe eſt quotidie aut perire aut vincere? quis unquam mortalium juxta viperam ſecurus ſomnum capit; quæ etſi non percutiat, certe ſollicitat: ſecurius eſt non perire poſſe, quam juxta periculum non periiſſe. Ferreas mentes libido domat, quæ majorem in virginibus patitur famem, cum dulcius putat eſſe quod neſcit. Non eſt ergo melius remedium contra fornicationem quam quod fugiatur. Unde de Abbate Arſenio, viro ſancto legitur quod cum quædam nobilis mulier, & bonæ converſationis a Roma iviſſet ad eum videndum in Alexandriam, & provoluta ante eum, pedes ejus oſculari vellet, dixit ei: Cur tantum pelagus enavigaſti, & tot terras tranſiſti ut videres me? Actus meos intueri debueras: [quia jam in multis locis erant redacti.] Et illa dixit: Precor ut pro me ores, & in memoria tua me habeas. Cui ille, Oro Dominum ut deleat memoriam tuam de corde meo. Illa vero dedignata, rediens in civitatem ſuam decidit in lectum ægritudinis, quam viſitans ſummus Pontifex conſolando eam, dixit: Ille ſanctus vir bene ſcit quod cogitationes, & imaginationes mulierum incitant ad luxuriam, propter hoc ſic locutus eſt tibi. *e* Extra corpus] i. non contaminat corpus. *f* Qui autem fornicator, in corpus ſuum peccat,] i. contra corpus, ſc. ipſum contaminando, & reddendo fetidum. *Gl.* Non ſine deſiderio carnis quæ habet proprium motum, anima concupiſcit carnale, quamvis caro ſine anima nihil poſſit. Vel ſic [extra corpus,] i. extra vinculum carnalis concupiſcentiæ ſunt cetera peccata, quia in eis, non ita ligatur ratio. Sed ut dicit *Gl. alibi.* Non poteſt cogitationes defendere, i. corpus ſuum pacare, i. ratio omnino ligatur infra metas corporalis voluptatis. Unde *Gl.* Hic proprie ſervit anima corpori, in tantum ut nihil aliud, & in ipſo momento, & experimento hujus tam magni flagitii, cogitare homini liceat aut intendere: quia mentem captivam ſubdit ſubmerſio, & abſorptio libidinis, &c. Vel de fornicatione ſpirituali quæ comprehendit omne mortale juxta illud. *Pſ.*72. Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Et tunc ſic lege. [Omne peccatum] aliud a mortali quodcumque fecerit homo. [Extra corpus eſt,] i. extra ſoliditatem bonæ vitæ, quia peccatum veniale non deſtruit bonam vitam, eo quod eſt cum charitate, [qui autem fornicatur,] ideſt, qui peccat mortaliter adhærendo creaturæ. [In corpus ſuum peccat,] i. contra ſoliditatem bonæ vitæ quam deſtruit. [Fugite fornicationem,] quia furtum eſt: *inf.*7. Vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. [Omne aliud peccatum extra corpus,] ideſt, uxorem, cum qua eſt vir una caro. [Qui autem fornicatur,] & habet uxorem, in corpus ſuum peccat,] ideſt, contra uxorem ſuam. *Gl.* Contra honorem conjugis ſuæ.

▲ *a* An necesse eſt ut Spiritus ſanctus corpus movet ad illud opus; unde in ſeminante agrum poteſt eſſe Sp. ſanctus per gratiam, licet non moveat etiam ad ſeminandum agrum. Similiter bene poteſt eſſe cum eis, qui ſunt in opere conjugali, licet non ſit per præſentiam: i. licet ſic non movet membra ad illud opus exercendum. Nobis videtur quod opus conjugale non ſolum abſque omni peccato poteſt fieri, ſed etiam meritorie. Quod dicit *Orig.* quod non decet præſentiam Sp. S. adeſſe tali operi: i. non decet quod tunc moveat corda ſicut operantium ad prophetandum; de prophetia enim loquitur *Orig.* ſed bene movet ad illud opus exercendum. Semper Dei faciens voluntatem. Quis eſt hic, & laudabimus eum? Nam dicitur 1. *Jo.*1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſmetipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt. Præterea qui facit peccatum veniale, non facit Dei voluntatem in hoc: ſed nullus eſt qui non faciat aliquando peccatum veniale; ergo nullus eſt qui faciat ſemper Dei voluntatem. Reſp. Semper, i. nunquam contra. Simile: non deſinit juſtus eſſe, qui non deſinit bene operari. Cum ſatiabitur deſiderium, juxta illud. *Pſ.* 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Non ergo ſpiritus hominis ita eſt unum vel unus cum Spiritu Dei ſicut filius cum patre, *Jo.* 17. Oro Pater ut ipſi unum ſint in nobis, ſicut & nos unum ſumus. Sed *Hebr.* 5. Ipſe auditus eſt in omnibus pro ſua reverentia; ergo, &c. Præterea ita dicit *Gl.* Ut ſint unum in natura ſua, ſicut & nos in natura noſtra unum ſumus. Sed conſtat quod antequam habeant Spiritum ſanctum, ſunt unum in natura ſua, ut in una ſpecie; ergo prius fuerunt unum. Reſp. Super hoc fundata eſt una hæreſis dicentium, quod omnia ſunt unum. Unde in litteris ſalutavit ſeſe ſic. Idem ſibi ſalutem, & hujuſmodi. Sed dicendum quod ibi poteſt eſſe remota ſimilitudo. Et *Gloſſ.* ſuper Joannem ſic eſt intelligenda. Sint unum in natura ſua, &c. ideſt, participent eſſe divinum: quæ participatio facit eos eſſe in perfecto ſtatu. Qui plantat, *ſup* 3. Ego & pater unum, *Jo.* 10. Ideſt, ſine corporis contaminatione. Sed aut loquitur de macula ſpirituali, aut de corporali: Si de ſpirituali; ſed illa major eſt, ubi majus eſt peccatum: ergo cum quædam peccata ſint majora; majorem tenent maculam: Item ſi de ſpirituali, ſed illa non eſt in corpore, quare ergo dicit quod in corpus ſuum peccat? Si de corporali, ſed talis eſt in legitimo concubitu: Item ſi de corporali, ergo cum immunditia major ſit in gula [quia etiam eſt filia ejus] multo fortius debet attribui peccato gulæ. Reſp. Intelligendum eſt de corporali macula, quia ad litteram hujuſmodi actus reddit homines fœtidos. Unde etiam dicebat quod ſtatim ex fœtore percipiebat quando ſervientes ſui fornicati erant. Unde etiam quædam animalia quæ ſunt multi coitus, fœtida ſunt, & maxime tempore amoris ſui, ut hircus. Ad illud quod objicis de gula, dicendum eſt quod immunditia gulæ non reddit corpus fœtidum, ſed immundum: Ad id quod objicitur de concubitu conjugali, dicendum quod immunditia corporalis quæ eſt inordinata, ordinata eſt per legem matrimonii, & ideo non reputatur macula. Quamvis caro ſine anima nihil poſſit. Unde ſuper illud *Gal.*5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. *Gl.* Caro nihil niſi per animam concupiſcit. Extra vinculum carnalis concupiſcentiæ: quia alia non ita vinculant ac libidinis ardor. *Oſ. c.*9. Omnes adul-

Expoſitio Gloſſæ.

a An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt, quem habetis a Deo, b & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis c pretio magno: d glorificate, & e portate Deum in corpore veſtro.

C A P. V I I.

DE f quibus autem ſcripſiſtis mihi, g Bonum eſt homini mulierem non tan-

Δ a An neſcitis quoniam.] Exponit quod dixerat, corpora veſtra membra ſunt Chriſti, eo quod templum ſunt Sp. ſancti, quem dat Chriſtus; & ideo magis debetis ea ſervare ab immunditiis, ſicut templum Dei, *ſup.* 3. ſi quis violaverit templum Dei, &c. b Et non eſtis veſtri.] Hæc eſt ſeptima pars, & ultima ratio propter quam fornicatio eſt cavenda: q. d. Non eſtis veſtri juris; & ideo ſi datis vos meretrici, injuriam facitis Deo cujus eſtis, *Aug.* Ita care emit ut ſolus poſſideret: ut homo non haberet opinionem quod poſſet aliquid contra Dominum facere. c Pretio magno,] & ideo non debetis vos dare pro parva peccati delectatione. Sed tamen *Pr.* 10. Cor impii pro nihilo, *Jer.* 25. Cadetis quaſi vaſa pretioſa: q. d. ſicut magnum eſt quando vas pretioſum cadens conteritur; ita eſt de vobis quando peccatis. *Pſ.* 43 Vendidiſti populum tuum ſine pretio. Hoc enim non ſine magno pretio reacquiritur, *Iſ.* 52. Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini, *infr.* 7. Empti eſtis pretio; nolite effici ſervi hominum; ergo neque dæmonum, 1. *Pet.* 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti de veſtra vana converſatione paternæ traditionis, *Act.* 20 Attendite vobis, & univerſo, &c. quam acquiſivit ſanguine ſuo. d Glorificate,] i. oſtendite glorioſum in magna cura, ſc. ut non detis vos pro fornicatione, quod ſi facitis, oſtenditis eum iniquum mercatorem. *Gl.* Per bona opera aliis glorioſum oſtendite; & tunc dici poterit, bonum forum fecit Dominus in iſto. e Et portate Deum in corpore veſtro] ſuſtinendo adverſa propter eum ſi opus eſt. *Gl.* Portare Deum eſt imaginem ejus in rebus bene geſtis oſtendere: Et eſt ſenſus [Portate Deum in corpore veſtro] i. ſi non parcis tibi propter te, parce tibi propter Deum: ſibi fecit eo domum, quam ſi evertis, peccas in Deum, quod eſt grave genus peccati, Bene portabat eum Apoſt. dicens *Gal. ult.* Stigmata Domini Jeſu Chriſti in corpore meo porto. Et 2. *Cor.* 4. Semper mortificationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro, &c. [Portate] ut mobile, *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum, &c. Portari vult, ſed glorioſe, non cum tædio, non cum murmure, non cum indignatione, & fluctuante propoſito. Denique portare, non trahi. Cui oneroſus eſt Chriſtus; oneroſa caſtitas, oneroſa humiliatio, obedientia gravis, paupeties ſordet. Deformiter humiliatio, obedientia gravis, paupeties ſordet. Deformiter portas qui ſic converſaris: eſt fœnum fides tua, ſub cujus opere ſic ſtrides, ſic gemis, ſic murmuras, quomodo plauſtrum ſtridet onuſtum fœno. Non eſt fœnum Chriſtus, ſed flos eſt, ſed fructus, ſed lignum vitæ: lignum quod dat fructum in tempore ſuo. A nes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Quia in fornicationis opere non licet anima. Sed nonne eodem modo in actu matrimoniali? videtur quia aut hoc ex natura operis, aut ex natura peccati. Si primo modo, habeo propoſitum: ſi ſecundo modo, ergo ubi eſt magis peccatum, magis abſorbetur, quod falſum eſt cum dicat *Gl.* Ut nihil aliud ut ipſo momento aut experimento liceat homini cogitare aut intendere. Sol. Hoc eſt propter utrumque ſimul, & quod ipſum opus tale ſit in genere ſuo, hoc ex peccato contractum eſt. Amicus mundi, *Jac.* 4. Item 1. *Jo.* 2. Qui adhæretis mundo, &c. In corpus ſuum peccat, i. in regula bene vivendi. Serviens deeſt. *Rom.* 1 Sed humana tentatio, *inf.* 10. Nota quod quædam peccata ſunt ex libidine, & ſunt libido, ut maxime peccata carnis, quædam autem ex libidine, ſed non libido, ut timor ex amore ſui qui eſt libido. Fornicationis ſpiritualis ſc. non corporalis. Univerſalis, ſc. quodlibet mortale. Quæ dicitur corpus viti, *inf.* 7. Contra honorem conjugii. Sed nonne ſimiliter ſi mutilat eam vel interficit. Sol. Non peccat proprie contra honorem conjugii, ſed mulieris, ſed hoc faciendo peccaret contra eam ſi non eſſet uxor. Templum *ſup.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, &c. Hoſpitem, Sp. ſanctum. Quod vos negatis. Loquitur *Aug.* contra Maximinum, & ſequaces ejus, qui negabant Sp. ſanctum eſſe Deum. Fugite fornicationem. *Eph.* 5. Quod vos emit a Diabolo, ſicut *Job* 9. Terra tradita eſt in manus impii, i. corpus Chriſti in manus miniſtrorum Diaboli, ut ibi exponit *Gl.* Si non parcis tibi, a peccato ſupple. Hæc ſunt duo genera peccatorum. Sed nonne quicumque peccat in hominem, peccat in Deum, ergo non ſunt duo genera. Item quolibet peccato offenditur Deus, &c. ſed 1. *Reg.* 2. ſi peccaverit vir in virum, &c. ſi autem in Deum, &c. Sol. Revera quodlibet peccatum eſt in Deum; ſed tamen aliqua ſunt mediate in Deum, aliqua immediate, & licet omnia ſint in Deum, alia ratione ſive circumſtantia dicitur peccatum in Deum, & peccatum in proximum.

Sup. 3.

Infr. 7. 1. Pet. 1.

Amos 7. Expoſitio Gloſſa.

E X P O S I T I O C A P. V I I.

DE quibus autem ſcripſiſtis.] In ſuperiori cap. reprobavit Apoſt. ſub fornicatione fornicationem, & adulterium, & inceſtum: in iſto vero commendat caſtitatem & matrimonium, quia per ipſa motus libidinis ligatur: ponens remedium contra diſſenſionem quæ fit ex illicito coitu; illud eſt matrimonium, & virginitas: & primo de matrimonio. Et dividitur hoc cap. in ſeptem partes. In prima agit de cauſa matrimonii, & mutua debiti ſervitute. In ſecunda agit de collatione matrimonii ad continentiam virginalem, & vidualem, ibi [Volo autem omnes.] In tertia autem agit de indiſſolubilitate matrimonii, ibi [His autem qui matrimonio juncti ſunt.] In quarta agit de diſpari cultu, ibi [Si quis frater uxorem habet infidelem.] In quinta agit de ſtatu vocationis ſuæ non mutando, ibi [Unumquemque ſicut Deus vocavit, ita ambulet.] In ſexta hortatur virgines ad caſtitatem per duas rationes, quia tempus breve eſt, & quia curæ matrimonii ſunt oneroſæ, ibi [De virginibus.] In ſeptima determinat de ſecundis nuptiis, ibi [Mulier alligata eſt legi, &c.] Dicit ergo. f De quibus] Nota quod ad ipſos venerant quidam Pſeudo multa falſa eis prædicantes, inter quos erant quidam facientes ſe multum religioſos, in tantum quod dicebant nullum poſſe ſalvari in matrimonio.

Ex hoc autem erant turbati multi de Corinthiis, propter quod ſcripſeraat hoc Apoſtolo. Continua ſic: Dico quod ſervetis corpora veſtra ab immunditia fornicationis, & poteſtis habere remedium, quia poteſtis ducere uxores, & ideo de his de quibus ſcripſiſti mihi, ita reſpondeo. g Bonum eſt homini

Δ mulierem

Moral. g Bonum eſt homini mulierem non tangere.] Prælati quaſi ſponſi ſunt Eccleſiarum. Dicit ergo: Bonum eſt

* non habere

Moral.

e De quibus autem, &c.] Prætermiſſis ceteris. Multa enim alia audierant a Pſeudo, quæ quia eis diſcebant, Apoſtolo non mandaverunt, ſed iſtud quod eis diſplicebat. Tractans ſecundum conſilium, ibi [De virginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium do.] Secundum indulgentiam ibi. [Hoc autem dico ſecundum indulgentiam. Secundum præceptum, ibi [Uxori vir debitum reddat] Matrimonium eſt maritalis conjunctio maris & feminæ. Sic excluduntur promiſcui ſexus: tamen quidam tales habent utrumque membrum, ita quod poſſunt agere ut vir, ſimiliter ut mulier: ſi talis vult contrahere, oportet ut ſibi aſſumat uſum alterius tantum inter legitimas perſonas. Individualem vitæ conſuetudinem retinens. Alibi ſic diffinitur. Matrimonium eſt maris, & feminæ conjunctio, & conſortium communis vitæ, & divini & humani juris conjunctio. Dicitur autem matrimonium quaſi matris munium, i. matris officium cauſa munii, munium eſt conſenſus. Finales cauſæ principales ſunt duæ nempe vitatio fornicationis, ſuſceptio ſobolis. Secundariæ ſunt multæ, ſc reformatio pacis, perſonarum conjunctio, pulchritudo mulieris nobilitas generis, divitiæ temporales. Hac deſcriptione matrimonium fidelium quod eſt ratum, conſummat: Hoc autem dico in Chriſto & Eccleſia. *Eph.* 5. Sed objicitur. Si eſt ſacramentum, ergo efficit quod figurat, ergo efficit conjunctionem Chriſti & Eccleſiæ, quod falſum eſt, imo ſolus Deus. Sol. Hoc quod dicitur: Sacramentum efficit quod figurat, intelligitur tamen de ſacramentis inſtitutis in Evangelio, hoc autem inſtitutum eſt ante legem. Alii autem dicunt quod, & iſtud efficit quod ſignat, ſc. remiſſionem peccati, non peccati quod eſt, ſed quod eſſet ſi alias fieret coitus. Nuptiis interfuit *Jo.* 2. Inter primos parentes. Sed ſi verum eſſet quod dicit hæreticus quod matrimonium non eſt res bona, ergo male feciſſet Deus. Inſtituit Sed quæritur, quando. Si dicatur quando dixit: Creſcite & multiplicamini. Contra. Idem dixit de animalibus: ſed ſi per hæc verba. Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. Sed Adam dixit hæc verba non Deus, ergo ſi per hæc verba matrimonium eſt inſtitutum, Adam inſtituit & non Deus. Sol. Matrimonium eſt inſtitutum per hæc verba de Domino. Hoc nunc os ex oſſibus meis, quia Adam protulit ea inſtinctu Spiritus ſancti. Notandum quod matrimonium dicitur quaſi matris munium, quia propter hoc fit matrimonium ut vir, & mulier uniatur ad pro-

Δ creandum

Expoſitio Gloſſa.

Digitized by Google

a mulierem non tangere] ut etiam non ducat aliquam uxorem. b Autem] ſed tamen. a Propter fornicationem] i. ad ad vitandum caſum fornicationis. c Unuſquiſque habeat.] Conceſſio eſt, non præceptum. d Suam] non ſuas, ut Lamech, *Gen.* 4. f Uxori vir,] hoc præceptum eſt.

gere. a Propter fornicationem b autem c unuſquiſque d ſuam uxorem habeat, & e unaquæque ſuum virum habeat. f Uxori vir debitum reddat; ſimiliter autem & uxor viro. g Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir. Similiter autem, & vir ſui b corporis poteſtatem non habet, ſed

g Mulier non habet] & ideo debet reddere debitum exigenti. b Poteſtatem corporis ſui] transferendi ſe ad alium virum. Littera plana eſt.

24.d. c.mo-vo, 32.q.2.c. ſicut non. ſ. hoc ita.

Moral.

* non habere uxorem Eccleſiam alicui, ſed ſimpliciter melius eſt habere curam Eccleſiæ quā in carnali matrimonio. c Unuſquiſque ſuam uxorem habeat.] Hoc multum eſt contra quoſdam qui juriſdictiones aliorum nituntur occupare: de quibus *Job* 24. Agrum non ſuum demetunt, & vineam ejus quem oppreſſerint vi, vindemiant. In hac etiam auctoritate notatur cauſa propter quam curam Parochianorum aſſumunt, non ad curandum, ſed ad expoliandum. Verecundum deberet eſſe quod nolunt fieri ſeminatores, ſed meſſores, & vindemiatores. In *ead.* Terminos tranſtulerunt, & diripuerunt greges. Contra illud *Prov.* 22. Ne tranſgrediaris antiquos terminos quos poſuerunt patres tui. Tales ſunt fures terræ. De prima expoſitione eſt illud *Jer.* 5. Unuſquiſque ad uxorem proximi ſui hinniebat. d Suam uxorem.] Nunquam permiſit Apoſt. quod aliquis haberet plures. Quod ſignatum eſt, *Nu.* 4. ubi patet quod nullus Levita habuit duo officia, nec unus officium alterius uſurpare præſumpſit. Noſtri ergo Prælati, & Clerici ex comparatione illorum Judæorum confundi debent. Et propterea dicitur de Eccleſia, *Cant.* 6. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata. In acie autem conſtat, quod alius eſt qui defert vexillum, alius eſt armiger, alius ſervans dextrum latus, & alius ſiniſtrum: ſed modo unus eſt in ſumma Eccleſia armiger; quia Canonicus, in alia eſt Decanus, & ita portans vexillum; & eſt Archidiaconus in duabus Eccleſiis, & ita cuſtos utriuſque Eccleſiæ, non eſt mirum ſi male cuſtoditur. Item unum beneficium non permittitur dividi pluribus perſonis, ergo non plura beneficia debent conferri uni perſonæ, maxime beneficia quibus ſunt annexæ prælationes. Propter hoc facinus confunditur cognatio ſpiritualis in Eccleſia Dei, quia idem fit pater, & filius reſpectu ejuſdem. Item ſunt quaſi de genere glaciei quæ ex aqua naſcitur, & ex ſe aquam generat. Et revera propter frigiditatem cupiditatis fit hoc; & hoc accidit quando duo ſunt, quorum unus eſt Archidiaconus in una Eccleſia, & alius Canonicus in eadem, ſic eſt filius illius, & idem ille Decanus in alia Eccleſia, de qua ille Archidiaconus eſt tantum Canonicus. Hodie quaſi ad litteram impleta eſt illa prophetia, *Iſ.* 4. Apprehendent ſeptem mulieres virum unum. Et nota quod ſequitur: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur; tantummodo invocetur nomen tuum ſuper nos: quia non paſcunt verbo maturo, nec induunt virtutibus exempli, ſed tantum vocatur Archidiaconus illorum vel Decanus. Modo poteſt dici de Eccleſia illud *Nu.* 13. Ibi vidimus monſtra quædam, ſtirpem Enac. Nonne monſtrum eſt quando unus habet duo capita: quando idem eſt pes, i. Theſaurarius, & manus, i. Præpoſitus, & oculus, i. Archidiaconus. Legitur in *hiſt. Romanor.* quod quidam puer ſolitus erat intrare Capitolium cum patre ſuo, & cum quadam die introiſſet, & veniſſent illuc conſiliarii civitatis, audivit quædam eorum ſecreta, cum autem rediiſſet domum, requiſitus a matre ſua quid audierat, dixit quod Romani judices conſtituerant, quod quilibet vir haberet duas uxores. Illa vero quaſi congregans exercitum vicinarum mulierum, cucurrit ad Capitolium clamans. Non ſit ita, ſed quælibet mulier habeat duos viros. Utinam ſic eſſet in Eccleſia. e Unaquæque ſuum virum] non alium. Sic dici poteſt de Præbendis, & Parochiis. Sed dicunt quod Sara ſterilis fuit, & Abraham acceſſit ad Agar ancillam. Ita ſi pauper eſt Præbenda, additur ſecunda. f Uxori vir debitum reddat] per ſe, non per procuratorem, *Eccl.* 36. Omne maſculum excipiet mulier, ideſt, vitabit. Item ſi reciperet procuratorem: cujus eſſent filii, nunquid ejus qui generaret? Pauci autem vel nulli de Prælatis, uxoribus ſuis volunt reddere debitum, ſed cogi deberent ſicut cogunt viros carnale debitum reddere uxoribus carnalibus. Sed *Job* 31. Si fructus ejus comedi abſque pecunia, ideſt, prædicatione, & exemplo boni operis. *Ezech.* 44.

* Et erunt fructus

A creandum prolem. Alii dicunt aliter, quod matrimonium dicitur a matre, quia mater ſe totam exhibet in procreanda prole: quia fit in conceptione prægnans; in pariendo doloroſa, in educando laborioſa. Virgo non peccat ſi nubat, *inf. ead.* Si dicit hæreticus quod ante veritatem Evangelii non fuit peccatum, ſed modo eſt, ſed in *Matth.* præcipit Deus. Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet: ergo præcipit quod maneant in peccato, quod falſum eſt. Matrimonii ſufficiens cauſa eſt conſenſus, &c. per verba de præſenti expreſſus, vel per aliud quod obtineat vim verborum. Per litteras in quibus exprimitur mutuus conſenſus, contingit fieri matrimonium inter abſentes, & per nutus, quia nutu contrahi poteſt. Sed objicitur. Si conſenſus eſt cauſa efficiens matrimonii, cum ceſſante cauſa effectus, ſi alter diſſentiat etiam poſt carnalem copulam, ſolvitur matrimonium. Item ſic quod conſenſit in illam tantum cauſa libidinis, conſtat quod talis conſenſus malus eſt, ergo mala cauſa matrimonii, ergo matrimonium quod eſt inter eos, malum eſt, & ſi matrimonium eſt bonum, ergo malum eſt factum bonum, quod eſt contra *Dionyſ.* Item *Matt.* 7. Arbor mala, &c. Et matrimonium omne eſt bonum, & conſenſus ſanctus, ergo omnis conſenſus qui eſt cauſa matrimonii eſt bonus. Sol. Ad primum. Ceſſante cauſa ceſſat effectus, hoc intelligitur de cauſa efficiente, & conſervante. Ad aliud, dicendum quod conſenſus matrimonii bonus eſt in ſe, nec facit matrimonium in quantum eſt malus, ſecundum leges divinas, & humanas ſolvit conſenſus, ut in matrimoniis contractis, & quando ſola cauſa libidinis, ſed Eccleſia cogit tales. Pactio conjugalis, i. conſenſus per verba de præſenti. Imo videtur quod coitus, quia ſi ſine tali pactione vel cauſa intervenit coitus, matrimonium judicatur: ſed hoc non per coitum, ſed in comparatione ad illam conſenſum. Cauſa eſt procreandæ prolis, videtur ergo quod inter juvenem, & vetulam de qua certum eſt quod non poteſt amplius concipere, non ſit matrimonium. Sol. Sufficit ſi non ſit contrarium. Plene & legitime, &c. Qui ſimpliciter contrahere poſſunt niſi expreſſe prohibeantur. Contrahere poteſt omnis qui poteſt conſentire, puer autem infra legitimam ætatem licet dicat verba ad contrahendum apta, tamen non poteſt conſentire. Similiter licet inſanus, & furioſus dicat verba illa, non tamen contrahit, quia non poteſt conſentire dum eſt in furore. Vel diſpar eſt cultus *inf. ead.* Communi conſenſu, *inf. ead.* Ut non ſit peccatum. Tangit duas opiniones de cohabitatione matrimoniali: ut ſi cauſa prolis, vel ſi cauſa refrænandæ libidinis fiat actus conjugalis, nullo modo peccatum eſt. Dimitte nobis. Argumentum, quod valde veniale ponit. Bonum eſt homini non tangere, ergo malum eſt tangere. Reſp. Hoc argumentum non tenet in oppoſitis ſecundum privationem, & habitum; & eſt inſtantia, bonum eſt aliquid retinere, ergo nihil retinere malum eſt. Unuſquiſque qui vult. Non alienam, ut David. Non concubinam; aliter ſumitur concubina quam in lege veteri. Concubina dicebatur uxor, ancilla vel libera. Divinis auctoritatibus, i. prohibitionibus. Hoc dicit ſecundum indulgentiam; ergo eſt peccatum, Aliter enim non indiget indulgentia: Reſp. eſt indulgentia conceſſionis, & hæc habet ſe in his quæ non ſunt inhibita nec præcepta, talis indulgentia eſt hæc, & per hoc innuitur, quod oppoſitum ſimiliter licitum eſt ſc. non nubere: modo matrimonii talis indulgentia ſcit nec præcepta nec prohibita; cum in principio mundi fuit in præcepto, & indulgentia veniæ, talis non eſt hic: quia nec in bonis: ſed talis de quibus neutrum eſt in præcepto.

Expoſitio litt.

Matth. 19. 27. v. 5. 6. ſum qui dicunt.

De conſ. non debet.

Quid debet omnis fidelis, ergo quicumque tangit mulierem, peccat. Sol. Hoc verbum [debet] quandoque ſonat indignitatem ut hic, i. dignum eſt ut non tangat, quandoque inobligationem, ſic non ſumitur hic. Si quis plus de ſua infirmitate ſollicitus, &c. Sed nonne debet quilibet plus in Domino confidere quam ſibi timere. Sol. Si quis, &c. i. ſi valde timet caſum peccandi, majorem habens opinionem de infirmitate ſua per lapſum multiplicem quam de Domini confidentia. Unde indignum reputans non audet omnino confidere in Domino. Carnis concupiſcentiæ non ſervit. *Rom.* 8. Non niſi ad propagandam prolem, intellige præcipue: in lege naturæ, i. in opere naturali, & reddendo debitum. In hoc pares, quia neque, &c. poſt conſummationem matrimonii.

Sed vitium, i. occaſio peccati. Ultra generandi neceſſitatem, i. cauſa explendi voluptatem cum uxore, tamen culpa eſt venialis. Si vero petat cauſa vitandæ forni-

A cationis

Moraliter. ✱ Et erunt fructus ejus in panem eis qui ſerviunt civitati. Hodie committit Thamar, id eſt, Eccleſia inceſtum cum Juda *Gen.* 38. quia cum præceptum ſit *Deut.* 25. Ut frater fratri præmortuo ſuſcitet ſemen, id eſt, in Chriſto, non eſt qui hoc velit facere; ideo non ſunt hodie in Eccleſia niſi duo genera ſeminis ſuorum: & illi mortui ſunt; & alius qui erat minoris ætatis, i. Sela, inſufficiens ad docendum ſtat in domo i. in ſcholis; quod competit interpretationi. Interpretatur enim manens in æternum, & tales vellent eſſe ſemper in ſcholis. *a* Nolite fraudare] Ex quo vir non habet poteſtatem ſui

B

mulier. *a* Nolite fraudare invicem, niſi forte *b* ex conſenſu ad tempus ut vacetis orationi; & iterum *c* revertimini *d* in idipſum, ne *e* tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram. Hoc *f* autem dico ſecundum indulgentiam & non ſecundum imperium. *g* Volo autem omnes

corporis, ſed mulier, & e converſo: (Nolite fraudare,) id eſt, debitum ſubtrahere, ne occaſione hujus incidatis in adulterium. *b* Niſi forte ex conſenſu] qui totum cor hominis exigit. *Eccl.* 3. Eſt tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. *Zach.* 12. Planget terra: familiæ & familiæ ſeorſum. *Joel.* 2. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo & ſponſa de thalamo. *c* Et iterum] tempore iſto finito. *d* Revertimini in idipſum,] in mutuam debiti redditionem.

Ad litteram. *e* Ne tentet] id eſt, occaſionem tentandi habeat per incontinentiam ex hoc, quod vix poſſetis continere: Alia littera, Intemperantiam: vel propter incontinentiam, id eſt, ut faciat vos incontinentes. *f* Hoc autem dico] Ly, (hoc) debet reſpicere totum præcedens: & quod hic dicitur, videlicet quod (unuſquiſque habeat uxorem ſuam) intelligitur ſecundum indulgentiam conceſſionis, non imperii; quia ibi dimittitur majus bonum pro minori bono: ſi autem reſpiciat hoc tantum, [Revertimini in idipſum,] id eſt, ad opus matrimoniale; tunc ſecundum indulgentiam veniæ, quia vix poteſt fieri, quin in illo tempore ſit peccatum veniale. [Nolite fraudare:] quod faciunt multi quando uxores eorum deveniunt ad ſenectutem & ſimiliter mulieres. Sed *Malac.* 2. Uxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. *Prov.* 5. Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ, id eſt, quam habuiſti in adoleſcentia tua. 1. *Eſdr* 10. Viri dimiſerant uxores ſuas ſqualore & labore itineris confectas, & duxerant alias. Sed Eſdras eos fecit ad priorem redire. *e* Ne tentent vos Satan.] *Eph.* 4. Nolite locum dare Diabolo. Sic etiam dicitur Beneficiatis.

Moraliter. *a* Nolite fraudare] uxores veſtras, id eſt, debitum officium ſubtrahere. *b* Niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi,] id eſt, ſtudio vel peregrinationi. *c* Et iterum] id eſt, poſtea. *d* Revertimini in idipſum,] Multi hoc non faciunt: quia veniunt Pariſios, non ut vacent orationi aut ſtudio, ſed cum ſint in pluribus Eccleſiis beneficiati, ut poſſint recipere omnes præbendas propter illam indulgentiam libertatis Domini Papæ, quam conceſſit Scholaribus percipere fructus præbendarum ſuarum: qua libertate utuntur ſophiſtice. Unde & eis dicitur 1. *Petr.* 2. Sic eſt voluntas Dei ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentiam hominum ignorantiam, quia liberi & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.

Expoſitio Gloſſæ. A cationis in ſe, vel uxore quantumcumque probabiliter, nullum peccatum eſt. Ut ex condicto abſtineatis: Sit ergo quod vir & mulier faciant pariter condictum, quod continebunt uſque ad Paſcha, poſtea contingit quod vir infra tempus illud pœnitebit: quæritur utrum mulier teneatur ei reddere? Videtur quod non, quia vir renunciavit juri ſuo, ergo illa non tenetur ei. Præterea votum pariter emiſſum ab utroque tenetur obſervari. Sed contra: Si ita, quod iſte pronus ſit ad incontinentiam, & illa ſcit quod ipſe incurret fornicationem, niſi reddat ei debitum, ergo ipſa tenetur ei reddere. Reſpondeo: Verum eſt. Unde ſciendum quod neuter quando fecerunt condictum, debuit dicere quod non reddet, ſed potuit ſe obligare ad hoc, quod non exigeret; quia cum neuter habeat poteſtatem ſui corporis, neuter potuit ſe obligare ad non reddendum; quod etiamſi feciſſet, adhuc teneretur reddere, ſed tamen peccaſſet in ſe obligando. Sed tunc quæritur: Sit ita quod pariter conveniant de conſenſu communi & voveant intrare Religionem, facto votu alter petat debitum, debetne ei alius reddere. Videtur quod ſic per eamdem rationem: Sed non eſt verum, nec eſt ſimile: quia in hoc caſu eſt ſimpliciter abrenunciatum, ibi autem eſt ſola ad tempus ſuſpenſio: propterea jam traducit uterque corpus ſuum in dominium alterius, & uterque juri ſuo abrenunciat, quod non fit in illo caſu: quia uterque dominus eſt corporis alterius. Et iterum revertimini in idipſum. Sed videtur quod male dicat Apoſtolus, quia dicitur *Num.* 28. Hæc ſunt ſacrificia, &c. Ibi ſumit *Orig.* iſtum textum, dicens, Nolite fraudare, &c. Et poſt dicit: Certum eſt quod impeditur ſacrificium indeſinens in his qui matrimonio deſerviunt: Sed conſtat quod ſacrificium non impeditur niſi per peccatum mortale; ergo reverti in idipſum eſt peccatum mortale. Reſpondeo. Ibi *Orig.* ſacrificium indeſinens appellat jugem continentiam, quod patet per hoc quod ipſe poſtea dicit: Ille ſolus videtur offerre indeſinens ſacrificium, qui devotus eſt perpetuæ caſtitati: ſed ſunt alii devoti qui non poſſunt offerre hoc ſacrificium perpetuæ caſtitatis & ita in conjugali caſtitate eſt ſalus. Si culpa eſt, tamen venialis eſt; poteſt autem eſſe ſine omni culpa: quod non in fornicatione, imo ibi eſt culpa mortalis. Trahendi laqueum, id eſt trahendi deorſum. Hoc autem ſecundum indulgentiam Talis autem indulgentia non eſt reſpectu mali: vel de hoc quod frequenter dicitur veniale; in opere tamen matrimonii dicitur reſpectu majoris peccati, Imo peccat qui ſic agit; intellige venialiter & ut frequenter, non ut ſemper. Sed permiſit, id eſt conceſſit. Non eſt laudabile, intellige quantum ad ipſum, quia ibi eſt peccatum ut frequentius. Hoc bonum nuptiarum non reprehendebat cum dicebat (hoc autem dico ſecundum indulgentiam, &c.) Concubitus cauſam generandi, &c. Sed ponatur quod vir bene ſciat uxorem eſſe ſterilem, ſic videtur quod ipſe non debeat petere. Reſpondeo: imo poteſt petere, quia ipſe forte timeret intrare fornicationem; & ſimiliter debere reddere ſi ipſa peteret propter eamdem rationem. Unde quod hic dicitur quod ille ſolus eſt nuptialis: ſenſus eſt, id eſt propter hoc ſolum nuptiæ ſunt inſtitutæ. Sed libidini explendæ vel fugiendæ. Quod non pertinet ad ſe, i. peccatum, quia opus eſt ut alias eſſet. Propter bonum nuptiale fit non peccatum. Et impietatem. Impietas enim eſt contra præceptum Dei. *g* Volo autem omnes vos eſſe ſicut meipſum.] id eſt, ita continentes ſicut ego ſum. Sed videtur quod irrationabilis fuit hæc voluntas Apoſtoli: quia ſi omnes qui tunc erant; fuiſſent continentes, diu eſſet quod finitus eſſet mundus: & ita non eſſet impletus numerus electorum; & ſciebat Dominum velle eum impleri, volebat ergo illud ex quo ſequebatur oppoſitum ejus quod ſciebat Deum velle, ergo male volebat. Ad hoc dicunt quidam quod diviſim intelligitur quod hic dicitur, (Volo omnes,) id eſt, unumquemque, iſtum, illum; non tamen omnes ſimul, ſicut ſi revelatum eſſet alicui quod alter iſtorum eſſet præſcitus, non determinate debet velle de utroque diviſim quod ſalvaretur, ſed tamen non quod ambo ſimul. Sed videtur quod hæc ſolutio nulla ſit: quia ſi decem venirent ad Apoſtolum quærentes conſilium utrum continerent, conſtat quod diceret omnibus ſimul: Contineatis in nomine Domini; eadem ratione de centum & de mille & de omnibus. Propter hoc ſolvunt alii dicentes quod revelatum erat Apoſtolo, quod ſi omnes qui tunc erant, eſſent continentes & in charitate ſicut erat Apoſt. bene adimpleretur ex ipſis numerus electorum, & ita non volebat contrarium voluntati Dei. Sed hoc potius evaſio videtur quam ſolutio. Cantuar. autem dicit ſic: (Volo omnes eſſe ſicut meipſum,) id eſt, continentes; & hoc ſecundum congruentiam loci & temporis: ſed tunc non eſſet congruentia temporis, ut omnes eſſent continentes. Sed videtur melius dici primo modo, ut videtur per *Gloſſ.* Omnes ſi fieri poſſet, volebat eſſe continentes: ſed hoc conſtat quod fieri non poterat de utriſque, & ita videtur plane relinquere quod omnes qui tunc erant, eſſent continentes ſimul, & hoc ſecundum Dei operationem de numero electorum. Dicendum ergo quod ſi venirent decem vel centum coram Apoſtolo parati ad continentiam, non diceret eis quod continerent, niſi certus eſſet quod de illis & illis poſſet impleri numerus electorum: ego credo quod Paulus non multũ diſputavit de hoc quid faceret mundus ſi omnes contineant. Subeſt enim dicere, quid faceret mundus ſi continerent; & quid faceret carcer ſi non eſſent latrones. Sed nonne qui continet, facit contra præceptum Domini *Gen.* 2. Creſcite & multiplicamini. Sol. Dum pauci vel rari erant homines, ſicut voluit Deus obſervari; ſed modo non eſt neceſſe. Unde nec habuit Elias uxorem, nec Jo: Bapt. nec Jeremias. (Volo autem,) ita dico ſecundum indulgentiam quod unuſquiſque, &c. & quod revertatur in idipſum tantum: Sed, *g* Volo vos omnes eſſe, &c.] Felix Prælatus qui hoc poſſet dicere

17. d. e. nov. vel 15. q. 2. c. quicquid.

Aliter.

Expoſitio Gloſſ. *g* Volo autem omnes vos homines, &c.] Sicut, continentia virginali vel viduali. In hoc quiſque adjuvatur a Domino. unde quilibet debet ſe applicare illi officio ad quod ipſe eſt habilior & aptior de licitis intellige, & de his quæ ſunt de genere bonorum. Quod appetit bono appetitu. Pudicitiam, donum Dei, *Sap.* 8. Non poſſum eſſe caſtus niſi Deus det. Sed etiam conjugatorum, &c. ergo videtur quod ejuſdem virtutis ſit reddere debitum & continere. Item propter diverſos uſus eadem virtus nominatur diverſimode, ut parcitas quæ conſideratur ſecundum quod retinentur retinenda; & liberalitas quæ conſideratur ſecundum quod dantur danda: tamen eadem

b dicere ſubditis ſuis. *Gal.* 4. Eſtote ſicut ego, quia ego ſicut & vos. 1.*Tim.*4. Exemplum eſto fidelium, &c. Valde bona eſt auctoritas ad hoc; ſed licet non omnes eſſent continentes. *a* Sed unuſquiſque, &c.] Quis poſſet dubitare; numquid non poſſumus niſi ſimus ſicut tu? Reſpondet quod ſic: q.d. Vellem eos eſſe ſicut me. Sed tamen,(Unuſquiſque proprium donum:) & ideo diverſæ ſunt viæ eundi ad civitatem Paradiſi. Sed dicit *Pſalm.* 106. de multis, Viam civitatis & habitaculi non invenerunt. *Eph.*4. Unicuique noſtrum data eſt gratia, &c. *infr.* 12. Unicuique dator manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. *Eccl.*44. de Abraham: Non eſt inventus ſimilis illi, & poteſt dici de quolibet habente charitatem. Et ſuper illud: Tu feciſti omnes terminos terræ, dicit *Aug.* Quilibet habet proprium donum. *b* Proprium habet donum] ſibi competens. *c* Dico autem] ita poteſt ſalvari in proprio dono quilibet, ut etiam in numero: ſed *d* Non nuptis] ideſt, virginibus. Quare non dicit virginibus? quia quædam virgines ſunt nuptæ. *e* Bonum] non neceſſarium. *f* Si ſic permanſerint] in continentia. *g* Sicut & ego.] *ſup.* 4. Imitatores mei eſtote. *h* Quam uri.] adustione fornicationis vel adulterii, quorum uterque ignis. *Job.* 31. Ignis eſt uſque ad conſummationem devorans & eradicans virtutum genimina. *Prov.*6. Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ita ut veſtimenta ejus non ardeant, &c. ſic qui ingreditur ad uxorem proximi. *Eccl.* 9. Eloquium illius quaſi ignis. *i* His autem,] quaſi ita conſulo eis qui non ſunt conjuncti per matrimonium: ſed his. *k* Non ego] novum præceptum faciens eis. *l* Sed Dominus] *Matth.* 19. Quos ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet. *m* Non diſcedere,] ſupple niſi cauſa fornicationis, ſicut ibidem exprimit Dominus: Quicumque dimiſerit uxorem ſuam niſi ob cauſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. *n* Quod ſi diſceſſerit,] propter hanc cauſam, præcipio ſupple, *o* Manere innuptam,] quamdiu vir vivit. *p* Aut viro ſuo reconciliari.] Sed videtur quod non poſſit amodo reconciliari ei, quia dicit *Jer.* 3. Vulgo dicitur; Si dimiſerit vir uxorem ſuam, &c. numquid revertetur, &c. q.d. Non. Item *Deut.* 24. dicitur quod ſi quis repudiaſſet uxorem ſuam, non poſſet eam rehabere; Sic videtur Apoſtolus eſſe legi contrarius. Si dicas quod quantum ad libellum repudii fuit ibi permiſſio tolerantiæ ad vitandum majora peccata, ſed quantum ad reconciliationem non fuit permiſſio, imo bene poterat ſecundum legem reconciliari ei, & tamen non poterat redire ad eum; quare ergo tempore noſtro non eſt ſimiliter ut reconcilietur & non redeat. Sol. Magna eſt miſericordia ut reconciliet ſibi vir uxorem ſuam ſi credat quod ea hoc melius ſe habebit in poſterum. Auctoritas *Jerem.* ſeipſam ſolvit per hoc quod ibi eſt, Vulgo dicitur: hæc eſt ſententia vulgi quod nunquam revertetur, ſed hæc non eſt ſententia Domini, imo dicit: Revertere ad me & ego ſuſcipiam te. Ad illud *Deut.* dicendum, quod illud de libello repudii quod repudiata non revertatur, non eſt præceptum ſed judicium. Judicia enim erant data in pœnam, quia ergo Judæi nimis proni erant ad dimittendas uxores, ut difficilius dimitterent, datum eſt eis in pœnam ut dimiſſam non haberent: ſed hæc pronitas modo ceſſat in Chriſtianis, unde ceſſat & pœna. *q* Nam ceteris] Determinavit conditiones ſequentes matrimonium. Quarum una eſt ut ubi ſancitum eſt & conſummatum, quod non poſſunt ſeparari. Hic oſtendit quod inter infideles quando unus convertitur ad fidem, alius remanet in infidelitate, non tenet hæc inſeparabilitas: quia licet inter eos matrimonium ſit conſummatum, non tamen ratum; ratum enim matrimonium eſt tantum inter fideles. Continua ſic: Ita dico fidelibus quod unus non dimittat alium: (Nam ceteris) quorum alter non eſt fidelis. *r* Dico ego, non Dominus:] Hoc dicit, quia Dominus ore ſuo proprio non dixerat: *Gloſſ.* Non Dominus proprio ore: ſi non eſſet differentia inter ſtatuta hominis & Dei, non diceret Apoſtolus tam ſedulo, (ego non Dominus.) Sed contra. *Matth.*10. Non vos eſtis qui loquimini. Et 2.*Cor.*13. In me loquitur Chriſtus. Reſpondeo: Deus loquebatur in eo, ſed tamen ſtatutum ſuum, quia hominis, diſpenſabile erat, ſed non Dei. Vel (ego) ex parte Dei (Non Dominus) proprio ore. *ſ* Si quis frater] intelligendum eſt quando contraxerit in infidelitate, fidelis non deberet habitare cum illo: quia ſi duo fideles contraherent & alter fieret infidelis: fidelis non deberet habitare cum illo.

t Non dimittat illam.] de domo, etſi de thoro.

32.q.1.c. & de nuptiis,

vos homines eſſet ſicut me ipſum. *a* Sed unuſquiſque proprium *b* habet donum ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic. *c* Dico autem non nuptis, *d* & viduis, bonum *e* eſt illis, ſi ſic permanſerint *f* ſicut *g* & ego. Quia ſi non ſe continent, nubant. Melius eſt enim nubere quam uri. *h* His autem, *i* qui matrimonio juncti ſunt præcipio non ego *k*, ſed *l* Dominus uxorem a viro non diſcedere. *m* Quia ſi diſceſſerit, *n* manere *o* innuptam, aut *p* viro ſuo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. Nam ceteris *q* dico *r* ego, non Dominus: Si quis *ſ* frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non *t* dimittat illam.

Δ *a* Sanctificatus,

A virtus eſt; ergo ſimiliter hic. Sed contra: Ergo ejuſdem virtutis eſſet comedere & jejunare. Reſpondeo. Verum eſt: Jejunare enim & comedere non nominant virtutem, ſed abſtinentiam, unde ſimul & ſemel eſt aliquis abſtinens & comedens. Unde dum ſedet ad menſam & comedit, adhuc vere poteſt dicere, abſtineo vel jejuno: quia jejunare non opponitur ad comedere, ſecundum quod comedere dicit opus virtutis nutritivæ ſolum. Similiter dicendum quod caſtitas nominat & virtutem, quæ cum prius eſſet cum accidente virginitatis, poteſt eſſe cum accidente reddendi debitum. Uri eſt angi; ſed illud angi aut eſt tentari cum conſenſu, & ita idem eſt quod vinci; aut extra conſenſum, & ſic non eſt malum, ſed potius meritorium. Reſpondeo. Citra conſenſum intelligitur, & quod dicit, melius, expone ſecurius. Non diſcedere hic, ideſt, dum vivunt in mundo. Chriſtus excepit. *Matth.*19. Aliud eſt diſcedere, a matrimonio vel uxore. Illud malum eſt, ſcilicet diſcedere ſine cauſa. Hoc bonum, ideſt, continere. Dicitur hoc de conjugio, quo diſcedere eſt malum. Ubi uterque, &c. ideſt, de matrimonio rato & conſummato. Innuptam, viro vivente; & virum ſimiliter innuptum, vivente uxore. Niſi fornicationis cauſa, *Matth.*19. De fornicatione corporali intelligitur hic. Sed ſi aliquis ſit qui cauſa fornicationis dimiſerit uxorem ſuam, debetne eam recipere peracta pœnitentia, vel ſi velit reconciliari? Videtur quod non, quia dicitur *Prov.* 18. Qui tenet adulteram. Item ſit quod dimiſit eam ante judicem convictam per teſtes, ex hoc videtur quod non tenetur eam recipere. Sed contra: Sit ei probabile quod non contineat niſi eam recipiat, ex hoc videtur quod tenetur eam recipere iterum, &c. Ipſe non facit eam mœchari ſupple: Quod a falſariis, ideſt, ab Ambroſio cooperto: & tamen ſi eſſent verba *Ambroſ.* quia falſa ſunt, non eſſent ſequenda. Tranſit ad imparia, quæ ſunt in impari cultu. Non ſit tranſgreſſor. Videtur ergo ſi fidelis dimittat infidelem quod non peccat. Sed contra præſumitur, quod ſi moraretur cum illo quod converteretur; ſi recedat ab eo, non. Secundum hoc patet quod præbet ei occaſionem ruinæ; ergo eſt tranſgreſſor & peccat: ergo Apoſt. loquitur de tali qui neſcit utrum converti debeat per cohabitationem nec hujuſmodi habet probabilitatem aliquam, ſed ſi haberet, non deberet illam dimittere. Lucrandi occaſio ſc. dimittere. Sed non expedit relinquere; ergo relinquere eſt impedimentum, non niſi ſalutis. Sed quid eſt impedimentum ſalutis niſi peccatum; ſed nullum peccatum eſt licitum. Sol. Licitum eſt in genere, ſed dicitur non expedire in caſu, vel ex eventu conſequentiæ. Impedimentum ſalutis, propter eventum ſequentem, vel quia non adjuvat alios ad ſalutem coram illo; quia non eſt aliquod præceptum Domini. In ea re, i. eam rem, ſcilicet non diſcedere ab ea infideli. Conſilii voluntatem, i. voluntate conſiliata. Idololatria enim & quælibet noxa, &c. Secundum hoc videtur quod in illo verbo Domini intelligi debeat nomine fornicationis quælibet noxa vel culpa, ergo pro quolibet mortali poteſt homo dimittere uxorem ſuam. Præterea cum multa peccata mortalia ſint majora quam fornicatio corporalis, quare non poteſt homo propter illa dimittere uxorem ſuam? Sol. Propter fornicationem corporalem, & propter infidelitatem tantum poteſt quis dimittere, quia proprie eſt contra jus matrimonii. Et dicitur *Sap.*11. Per quæ quis peccat, & per hæc torquetur. Unde quia peccat in jure thori, in ſeparatione a thoro punitur, & etiam in cohabitatione propter infidelitatem dimittenda eſt, quia dicitur 2.*Tim.* 2. de infidelitate, quoniam ſerpit ut cancer. Unde inter omnia peccata magis contagioſum eſt, & ideo debet ſe ſeparare a tali, non ſolum quoad thorum; imo & quantum ad cohabitationem; ſicut in furto ſi mulier cogatur a viro ſuo furari, debet eum dimittere, vel etiam ſi cogat eam peccare mortaliter: infidelem autem quolibet tempore poteſt dimittere. Sed objicitur de hoc quod dicit *Gloſſ.* Dominus permittit cauſa fornicationis uxorem dimitti, ſed non vult; ergo qui non dimittit uxorem adulteram, non facit contra præceptum

Expoſitio Gloſſ.

28.q.1. §.1. & c. ſam nuno. De divort. c. gaudemus.

A Domini

▲ *a* Sanctificatus] dico quod non debet fidelis infidelem dimittere, ſi conſentiat cohabitare fideli ſine contumelia Creatoris. [Sanctificatus] ideſt, Sanctificabitur. *b* Per mulierem] legitur ita de Siſtetnio quod converſus eſt ad admonitionem uxoris ſuæ quæ fidelis erat, & de Valeriano quod per ſanctam Cæciliam uxorem ſuam. Vel [Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem] ideſt, mulier fidelis non

28. q. 1. c. Jam nunc. coinquinatur ſi manet cum infideli; quia non imputatur ei infidelitas illius, cum maneat cum eo ut convertatur.

c Alioquin] hoc exponitur dupliciter. Uno modo ſic: dico quod fidelis non diſcedat, ſi infidelis vult commanere ſine contumelia Creatoris, alioquin ſi diſcedat.

Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem & hic conſentit habitare cum illa: non dimittat virum. *a* Sanctificatus eſt enim vir infidelis *b* per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. *c* Alioquin filii *d* veſtri immundi eſſent, *e* nunc autem *f* ſancti ſunt. Quod *g* ſi infidelis diſcedit, diſcedat. *h* Non enim ſervituti *i* ſubjectus eſt frater vel ſoror in ejuſmodi: In pace autem vocavit vos Deus. Unde *k* enim ſcis mulier ſi virum ſalvum facies? Aut unde *l* ſcis vir, ſi mulierem ſalvam facies? Niſi unicuique ſicut *m* diviſit Dominus. *n* Unumquemque ſicut vocavit Deus, ita

d Filii veſtri immundi] ideſt, adulteri, eſſent & ſpurii apparerent. *e* Nunc autem] quando non diſcedit alter ab altero. *f* Sancti ſunt.] i. legitimi apparent. Vel (Alio-

28. q. 1. ſimili modo & c. ſi infideles. quin) ideſt, ſi diſcedat [Filii immundi] ideſt, infideles. Filii enim videntes diſſidium parentum, & quod erat multo major numerus infidelium, recedebant cum infideli. Sed quæritur de hoc: ſi infidelis conſentit habitare cum fideli, non dimittet eum fidelis. Contra. *Deut.* 7. Non inibis fœdus cum eis, &c. neque ſociabis cum eis conjugia. Et loquitur de Gentilibus ad Judæos. Præterea. *Eſdr.* 9. & *Neem.* 13. redarguit Judæos qui contraxerant cum infidelibus & ſeparavit eos, ponens exemplum de Salomone 3. *Reg.* 11. Sol. Quod hic ab Apoſtolo dicitur intelligendum eſt de illis qui in infidelitate contraxerunt. Quod autem dicit in *Deut.* & in *Eſdr.* intelligitur de matrimonio fidelium ad infideles, quod nullum eſt. Non enim poterat contrahi matrimonium inter Judæos qui tunc erant fideles & Gentes. Sic non poteſt modo eſſe matrimonium fidelium ad infideles. Contra hoc tamen videtur eſſe quod dicitur *Deut.* 21. Sententia eſt: Si egreſſus fueris ad alienigenas & videris mulierem quæ placeat in oculis tuis, rades pilos ejus, &c. ſic contrahes cum ea. Sed dicendum quod hoc intelligitur quando mulier volebat converti ad Judaiſ-

Ruth. 4. mum, ſicut fuit in Ruth quam converſam de Gentilitate duxit Booz in uxorem. Quod ergo dicit *Apoſt.* tenendum eſt de illis Gentibus tantum quæ ſunt bonæ vitæ, quæ nullam habent ſuperſtitionem, nec ut Judæi aliquo errore legis arctati, ut Mahometi. *g* Si infidelis diſcedit, diſcedat.] quia non debet eum ſequi fidelis.

h Non ſubjectus eſt] ut cohibitet cum tali qui odio fidei diſcedit. *i* Servituti] quia *Joan.* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. *Rom.* 8. Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore. *Gal.* 4. Non ſumus filii ancillæ, ſed liberæ. *k* In pace] Ita dicit quia ſi infidelis diſcedat, non oportet quod eum ſequatur fidelis: tamen fidelis non debet eſſe cauſa diſcordiæ, quia [In pace vocavit vos Deus] ideſt, in converſatione pacifica, *infr.* 14. Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis. In pace factus eſt locus ejus. In pace non ad lites. 2. *Tim.* 2. Servum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. 1. *Theſſal.* 4. Non vocavit nos Deus ad immunditiam; ſed in ſanctificationem. *l* Unde enim ſcis, &c.] q. d. neſcis: Niſi unicuique viro & mulieri per matrimonium junctis, ita enim diviſit Deus, quod mulier ſit ſubjecta viro, & quod cohabitent: q. d. non potes ſcire utrum per te debeat converti vel non, niſi maneas cum eo, ſicut vir & uxor debent commanere: Vel ſic: Neſcis utrum compar tuus converti debeat, niſi ſupple, expectaveris ſicut Deus diviſit, ideſt, ab æterno diffinivit de unoquoque quando ſalvetur. [Unde enim ſcis ſi virum ſalvum facies.] *Prov.* 6. Pretium ſcorti vix unius panis; mulier viri pretioſam animam capit. Si hoc poteſt mala mulier, multo fortius poteſt & bona: quia bonum malo fortius eſt. *m* Diviſit] *Rom.* 12. Unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei. *n* Unumquemque ſicut vocavit Deus; ita ambulet,] ideſt, in eo ſtatu remaneat, ſi bonus eſt in quo erat, quando Dominus vocavit: ut ſi in matrimonio, maneat in illo: tamen ſtatus forte proprie dicitur in quo ſtandum eſt; unde ſtatus malus non eſt ſtatus proprie.

△ Et ſicut

Expoſitio Gloſſ. A Domini: ergo non peccat. Contra dicit *Chryſ.* Sicut ſtultus & iniquus eſt qui caſtam dimittit, ſic fatuus & iniquus eſt qui retinet meretricem: patronus enim eſt turpitudinis, qui celat crimen uxoris. Ad idem dicit *Hier.* Cum mulier unam carnem diviſit in aliam, & ſe ad fornicationem a marito ſeparavit, non debet teneri, ne vir quoque ſub maledicto fiat, dicente Scriptura: Qui tenet adulteram, fatuus eſt & inſipiens. *Prov.* 17. *Idem.* Si vir ſciens uxorem ſuam deliquiſſe, & non egerit pœnitentiam, mulier ſi permanet in fornicatione ſua, & vivit cum illa, reus erit & particeps peccati ejus. Item *ſup.* 5. Scripſi vobis, ne commiſceamini fornicariis. Et *eod.* Si quis veſtrum nominatur fornicator, cum hujuſmodi nec cibum ſumere licet, ergo multo minus cohabitare. Sol. Propter adulterium dimitti poteſt uxor a viro: Et dicimus tunc quando non vult ſe corrigere: nec habet ſpem de correctione, nec videt in ea ſignum correctionis; quam ſi tunc teneret, particeps eſſet peccati ejus. Et in hoc caſu intelligendum eſt quod dicit *Hier.* & aliæ auctoritates. Quod autem dicit *Apoſt.* Scripſi vobis, &c. ſi quis frater, &c. intelligitur de illis qui non ſunt juncti per matrimonium. Notandum etiam quod ſi vir excommunicatus, non tamen uxor ejus quæ eſt cum eo, & debitum exigat ab eo; ſicut petens debitum ſuum ab excommunicato, poteſt communicare cum eo, nec ob hoc eſt excommunicatus: Idem enim eſt hoc quod debet ei vir ſi exigat ab ea. Sed quia ita licitum eſt relinquere uxorem ſuam. Eſdras, &c. juſſit. 3. *Eſdr.* 9. quia nullum erat matrimonium, eo quod fideles Judæi cum infidelibus contraxerant. Nondum tanta gratia ſicut modo & in principio Eccleſiæ: quia de facili poterat unus convertere alium ad fidem propter miracula quæ tunc fiebant & exempla martyrum pro Chriſto, & quia in infidelitate contractum erat matrimonium. Alienigenam. *Deut.* 7. Merito ergo quas duxerant, &c. Hinc videtur ratio, quia ſi inter duos fideles contractum fuerit dum erant fideles, ſi alter recedat a fide non ſolvitur matrimonium, quia inter eos eſt funiculus triplex, qui difficile rumpitur, ut dicitur *Eccleſ.* 4. ſcilicet fides, & proles, & ſacramentum. Unde non licet ei etiam qui permanet in fide, nubere alii. Extra decretum, ideſt, contra decretum. A fornicante, ideſt, infideli. Licitum non erat propter liberam benevolentiam, ideſt, per charitatem quæ bonum vult omnibus. Sed ſecundum hoc videtur quod nunquam poſſet diſcedere, quæ quælibet debet habere liberam benevolentiam ad quemlibet. Sed dicendum quod imo quando ſcilicet in viro nihil videbat per quod crederet ipſum converti, vel quando ille nolebat cohabitare niſi cum contumelia Creatoris. Quidam dicunt quod Judæus converſus non debet cohabitare uxori ſuæ remanenti in Judaiſmo, ſed Paganus poteſt. Sed nulla eſt hæc diſtinctio: quia idem juris eſt de utriſque, ſicut dicitur. *Extrav. de converſione cap.* 2. Provenerat, ideſt, acciderat. Non contaminantur, ſub eodem tropo loquendi conceditur quod Deus creat mundam animam, ideſt, anima creata nullam contrahit immunditiam ex creatione. Pudicitiam conjugalem. Cum infideli conjuge, reddendo ei debitum. Adulteri eſtis, quia non licebat ducere aliam. Ex parte, quoad partem fidelem. Majorem partem ſequuntur. Loquitur ſecundum tempus Apoſtoli, quia tunc plures erant infideles quam Chriſtiani. Ita filii majorum ſequentes partem remanerent infideles. Non tolerarent infideles, ideſt, ſi fideles diſcederent, infideles qui relinquuntur, non permitterent pueros cohabitare cum fideli, donec haberent opportunitatem credendi. Scandalizat. *Matth.* 18. Si manus tua vel pes tuus ſcandalizat te, &c. Non debetur reverentia ei, qui auctorem, ideſt odio fidei diſcedendo. Non eſt ratum, ideſt, indiſſolubile. Sine Dei devotione, fidei quæ relinquitur: intellige de illis qui in infidelitate contraxerunt. Infidelis autem diſcedens, & in Deum & matrimonium peccat. Sed ſi peccat in matrimonium, non videtur ſolutum eſſe quoad ipſum. Sed contra. Non eſt matrimonium ex parte fidelis, ut dicit *Gloſſ.* non accuſatur alii copulatus: ſi ergo fidelis mulier non eſt uxor ipſius, ergo a relativis nec ipſe eſt maritus ipſius. Solvunt quidam dicentes quod matrimonium ſolvitur ex parte utriuſque, ſed tamen ex parte infidelis dicitur non ſolvi interpretative, quia tantum peccat tranſeundo ad alia vota, quantum peccaret ſi non eſſet ſolutus. Et de hoc tale ponunt exemplum: Ecce aliquis qui fecit homagium Regi, ipſe eſt homo Re-

Digitized by Google

A *a* Et ſicut] q. d. Non prædico iſtud tantum vobis, ſed omnibus aliis: & ideo bene debetis mihi in hoc credere; (Et) hoc facitis, quia prędico vobis. *a* Sicut in omnibus] præſentibus & futuris. Unde hoc dici poteſt eis, qui nimis de facili dimittunt uxores ſuas propter fornicationem, vel quia nullo modo volunt eis reconciliari: cum tamen dicatur *Oſ.*1. Sume tibi uxorem fornicationum. Et *Oſ.*3. Dilige mulierem dilectam ab amico & adulteram. *c* Circumciſus aliquis] Nota; hic agit de diverſitate venientium ad fidem, & contrahentium in primitiva Eccleſia: Et primo de diverſitate ritus vivendi alium enim modum vivendi habebant Gentiles alium Judæi. Intendit ergo dicere Apoſtolus, quod ſi modus vivendi quem habebat aliquis dum erat in Gentilitate vel Judaiſmo, non obeſſet bonis moribus vel fidei, talis converſus ad fidem non erat cogendus illum dimittere, quia cito eſſet hæc coactio occaſio ei diſcedendi a fide. Et hoc eſt [Circumciſus aliquis vocatus eſt] ad fidem. *d* Non adducat] ideſt, non cogatur adducere. *e* Præputium.] ideſt, ritum Gentium, ideſt, poteſt manere in eadem conſuetudine, in qua ſtabat quando vocatus fuit, ſi non obeſt fidei, aut bonis moribus. 1. *Machab.* 1. In diebus illis exierunt ex Iſrael filii iniqui, &c. & fecerunt ſibi præputia in præputio, in modo vivendi Gentium. *f* Non circumcidatur.] non cogatur vivere ſecundum modum circumciſorum) *Gal.* 5. Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. *g* Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt;] ideſt, modus talis vivendi nihil valet ad ſalutem quantum in ſe, nec ſimiliter obeſt. Contra *Rom.*2. Circumciſio quidem prodeſt ſi legem obſerves. Reſpondeo, ſpiritualiter, *Col.*5. Ubi non eſt maſculus & femina Gentilis & Judæus, circumciſio & præputium. *h* Sed obſervatio mandatorum Dei.] ſupple, aliquid eſt, quia neceſſaria ad vitam æternam. *Sup.*6. Cuſtoditio legum, conſummatio eſt incorruptionis. *Luc.*18. Noſti mandata; hæc fac & vives. Hic inſtruimur quod ſi aliquis convertatur a peccato ſuo, ſi habet aliquem modum vivendi, qui poteſt eſſe cum charitate, non debet cogi dimittere: quia *Prov.*22 Proverbium eſt; Adoleſcens juxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Unde ſupra illud *Iſa.* 10. Quoniam invenit manus mea, &c. dicit *Hieron.* in *Orig.* quod dominium Sennacherib ita parum duravit, quia quando ſubjugabat civitatem aliquam depopulabatur eos, & idola eorum comminuebat; & ob hoc maxime fiebat odioſus hominibus; Romani e converſo dimittebant omnibus Deos ſuos & ritus colendi & vivendi; & etiam imagines eorum faciebant Romæ in Capitolio, propter quod amabiles fiebant omnibus, & ideo tamdiu duravit regnum eorum. Et eſt hoc contra quoſdam injungentes pœnitentias. Hoc etiam eſt contra Religioſos, antiquas conſuetudines contemnentes, novas ſuperinducendo. Quod improperat eis Dominus. *Matth.* 23. Et *Gloſſ.* dicit hic: Nuſquam enim conſuetudinem aufert quæ ſervata non impedit ſalutem, monens ne in talibus ſpes ſalutis ponatur, etiamſi pro offenſione infirmorum ſerventur. *i* In ea permaneat.] ſi eſt talis conſuetudo cum qua poſſit eſſe charitas. *Eccl.*10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, &c. *Eccl.*11. Sta in teſtamento tuo. *Eph.*4. Digne ambuletis, vocatione in qua vocati eſtis, &c. *Gloſſ.* hic: Sicut enim conjux, ſic & latro ad fidem Chriſti vocatur; ſed ille in conjugio, non a conjugio; iſte vero non in latrocinio, ſed a latrocinio, &c. *k* Servus vocatus es?] Agit de conditione naturæ & fortunæ ſimul. Libertas, conditio eſt naturæ, ſervitus, fortunæ. (Servus vocatus es) ideſt, dum eras ſervus. *l* Non ſit tibi curæ:] ideſt, non labores ut ſis liber. *Eccl.*7. Non oderis laborioſa opera & ruſticationem a Deo creatam. *m* Sed etſi] ideſt, quamvis. *n* Magis utere,] ſervitute: dicit *Gloſſ.* quia hoc eſt cauſa humilitatis quæ ad eam quæ in Domino eſt, pertinet libertatem, &c. *Prov.*16. Melius eſt parum cum juſtitia quam multi fructus cum iniquitate. Contra exemptos. *Infr.* 9. Dum eſſem liber, omnium ſervum me feci *Matt.*20. Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. *Epheſ.ult.* Servi obedite Dominis veſtris carnalibus. *o* Qui enim] ideo non ſit tibi curæ. *p* Enim] quia exiſtens (ſervus vocatus eſt in Domino) ad fidem Domini. *q* Libertus eſt Domini:] ideſt, manumiſſus a Domino, liberatus a ſervitute peccati. Unde *Gloſſ.* Libertus recte dicitur, qui ereptus eſt a peccatis quæ ſervos faciunt. *Joan* 8. (Libertus) 2.*Cor.*3. Ubi Spiritus Domini, ibi libertas. *r* Similiter qui liber vocatus eſt,] ab hominis dominio per conditionem, vel a ſervitute Dei per electionem. *ſ* Servus eſt Chriſti.] *Gloſſ.* Ergo nec ſervus conditione deſpiciatur, nec liber elatus ſervo ſe præponat: quia *Job* 3. Parvus & magnus ibi ſunt; & ſervus & liber a Domino ſuo: differentia enim non eſt apud Deum ſervi, & liberi. *Iſa.*24. Erit ſicut populus, ſic & ſacerdos. Et ſicut ſervus, ſic & dominus ejus, &c. quia *Act.* 10. Non eſt acceptor perſonarum Deus. *s* Empti eſtis;] Quia dixerat ſervum non quærere libertatem ſed potius ſervitatem, determinat quod non eſt quærenda ſervitus hominis, quin primo principaliter quæratur ſervitus Dei. Quod innuit hac ratione. Servus emptitius non debet quærere libertatem a domino ſuo, ſed filius Dei in infinitum majori pretio nos emit, quam aliquis dominus ſervum ſuum; ergo nos in infinitum magis debemus ſervire Deo quam propriis dominis carnalibus. Unde dicit hic [Empti enim eſtis,] reddite vicem emptori, *ſup.*6. Empti eſtis pretio magno 1.*Pet.*1. *u* Nolite fieri ſervi hominum.] quod eſt quando propoſito ſervitio Dei, magis intendit ſervire carnali domino, vel placere hominibus. Unde *Gloſſ.* Hi autem ſervi hominum qui humanis ſe ſubjiciunt ſuperſtitionibus. *Rom.* 6. Cui exhibetis vos ſervos ad obediendum; ſervi eſtis ejus, cui obediſtis, ſive peccati in mortem, ſive obeditionis ad juſtitiam. Unde *cap.* 6. dicit *Apoſtolus*: Ego ſub nullius redigar poteſtate. 3.*Reg.*17. dixit *Elias* in perſona Domini ad mulierem Sareptanam, i. fidelem animam; Veruntamen mihi fac primum ſubcinericium panem parvulum, & affer ad me; tibi autem, &c. Panis ille eſt ſervitus Dei, in qua delectatus, qui debent decoqui igne charitatis ſub cinere, ſc. paſſionis Chriſti memoria. *x* In quo] ordine vel re cum qua poteſt manere ſanctitas. *y* In hoc permaneat] apud Deum obſervando mandata Dei.

D

ambulet, *a* & ſicut in omnibus Eccleſiis *b* doceo. Circumciſus *c* aliquis vocatus eſt, *d* non adducat *e* præputium. In præputio aliquis vocatus eſt, *f* non circumcidatur. *g* Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt; *h* ſed obſervatio mandatorum Dei. Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea *i* permaneat.

Servus *k* vocatus es? non *l* ſit tibi curæ: ſed *m* etſi potes fieri liber, magis *n* utere. Qui *o* enim in Domino *p* vocatus eſt ſervus, libertus *q* eſt Domini: Similiter *r* qui liber vocatus eſt, ſervus *ſ* eſt Chriſti. Pretio *t* empti eſtis; nolite *u* fieri ſervi hominum, Unuſquiſque ergo in quo *x* vocatus eſt frater, in hoc *y* permaneat

Eph. 4. 23. & 1. c. 1. *De regula c. ſi. ver in prin.*

Eccl. 7. 1.*Petr.* 2.

A gis, & rex eſt dominus ejus: ſi autem committat in eum tantum, per quod fit reus læſæ Majeſtatis, non propter hoc minus eſt homo regis, rex tamen non tenetur ei in fidelitate, unde non eſt dominus ejus, ipſe tamen homo ejus: nec tenet ibi locus a relativis. Similiter dicunt hic, ſed prima ſolutio nobis melior videtur. Nota quod talis eſt contrarietas ſuper illud: Alioquin filii, &c. dicit *Ambr.* Si diſceditis, adulteri eſtis. Hic autem dicitur quod alter poteſt nubere cui vult, & ita non adulter. Et ſolvit dupliciter. Hic benevolentiæ lex, &c. quando vult cohabitare & ſine contumelia Creatoris. Hic veritas cuſtoditur, quando non ſine contumelia Creatoris. Sicut dedit utrique, &c. quaſi dicat, poteris ſcire ſi convertetur per te, ſi cohabites cum eo, ſicut vir & mulier debent cohabitare, ſcilicet ut mulier ſit ſubjecta viro, & vir quaſi dominus *Gen.*3. Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. In eo ſtatu. Nota quod Dominus quandoque vocat aliquem in ſtatu, ut quando habet officium in quo poſſit ſalvari, ſicut eſt matrimonium: quandoque vocat a ſtatu, ut quando eſt in ſtatu in quo non poteſt ſalvari, ſicut vocat uſurarium & furem & alios hujuſmodi. Ut ſcilicet conjux cum conjuge perſeveranter maneat, &c. infideli volente cohabitare ſine contumelia Creatoris. Contra 2.*Cor* 6. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Sol. Conſentiendo & imitando eos. Item eſt jugum peccati, & jugum matrimonii: De primo dicitur. *Iſa.* 10. Computreſcet jugum a facie olei. De ſecundo dicitur. *infr.eod.cap.* Alligatus es uxori, &c. De utroque dicit *Apoſtolus*: Nolite jugum ducere cum infidelibus. Veruntamen jugum matrimonii jam contractum monet teneri propter ſpem lucri, & ſcandali vitandi. Utere ſervitute. Ex hoc patet quod redactus in ſervitutem licet pro meritis ſuis, ſi patienter ſuſtinet illam, meretur. Et ſimiliter fur ſi patienter ſuſtinet ſuſpendium quod meruit, exaltabitur. *Prov.*29. Humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Dum liber eſt a Deo, ideſt non ſub dominio Dei, & hæc eſt mala libertas, quia omnis talis eſt in mortali. Sic ſumitur *Rom.* 6. Cum ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ, id eſt, non ſubditi juſtitiæ. Sanguine Chriſti, 1.*Pet.*2. Superſtitionibus, ideſt, falſis & vanis religionibus. Ego Pauli, *ſup.*1. *c. In eadem epiſtola*. Hoc dicebant ut hominibus placerent, & ſic in ſervitutem hominum ſe redigebant.

Expoſitio Gloſſæ.

A *a* De

Digitized by Google

▲ *a* De virginibus autem] ut dictum eſt *ſupr. in hoc cap.* dat Apoſtolus remedia contra amorem carnis, qui ſeparat membra Eccleſiæ ab unitate ſui corporis. Primum remedium eſt matrimonium, de quo jam egit. Secundum eſt virginitas, de quo dicit hic. Tertium eſt continentia vidualis, de qua parum tangit. Hic ergo agit de virginitate, quam præfert matrimonio multis modis. Primo, quia ipſa eſt de excellentioribus: de virginitate enim eſt conſilium. Conſilium autem proprie eſt de magis arduis; matrimonium autem, ut ſupra dixit, eſt in permiſſione tantum. Secunda ratio eſt, quia matrimonio eſt annexa neceſſitas acquirendi neceſſaria pueris, ibi (Exiſtimo.) Tertia eſt propter parilitatem quia uterque conjugatorum eſt colligatus, alii de pari, ut neuter poſſit ſe dividere ab altero: virgo autem libera ibi eſt (Alligatus es.) Quarta ratio eſt propter ſollicitudinem ſæculi, ibi (Tribolationem tamen carnis.) Quinta propter brevitatem temporis, propter quod quilibet debet eſſe ſollicitus de ſalute ſua, & hoc melius fit in ſtatu virginitatis, quam matrimonii, ibi (Tempus breve eſt;) quod probat per hoc, quod præterit, &c. Sexta eſt propter cordis diviſionem mutuam eorum, qui in matrimonio juncti ſunt, ibi (Qui cum uxore.) Septima eſt propter impedimentum ſerviendi Deo, ibi (Porro hoc ad utilitatem veſtram.) Octavo determinat, quod licet ſtatus virginitatis excellentior ſit ſtatu matrimonii, tamen ſtatus matrimonii bonus eſt, nec peccat virgo ſi nubat, ibi (Si quis autem turpem.) Ultimo tangit de tertio remedio, ideſt, de ſtatu viduitatis, oſtendens quando incipit, quod melior eſt ſtatu matrimonii, ibi (Quod ſi dormierit, &c.) Dicit ergo: *a* De virginibus] Ita præcepi, quod vir & mulier juncti matrimonio in fidelitate, non recedant ab invicem, & dedi de aliis conſilium.

E

ut qui s. c. ſit enim.

apud Deum. *a* De virginibus *b* autem præceptum Domini non habeo *c* conſilium autem do tanquam miſericordiam *d* conſecutus a Domino, ut ſim fidelis. *e* Exiſtimo ergo hoc bonum *f* eſſe propter inſtantem *g* neceſſitatem, quoniam bonum *h* eſt homini ſic eſſe. Alligatus es uxori? *i* noli quærere ſolutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem. *k* Si autem acceperis uxorem, non peccaſti: Et ſi nupſerit virgo, non *l* peccavit, *m* Tribula‑

b Autem] pro ſed; (De virginibus præceptum Domini non habeo.) Unde poſtquam Dominus locutus fuit de virginitate. *Matth.* 19. ſubdit. Qui poteſt capere capiat. Et *Ezech.* 44. dicitur quod induant femoralia [per quæ continentia, & virginitas] non in ſudore, ideſt, non tanquam coacti præcepto, ſed ſpontanei. *c* Miſericordiam conſecutus] ideſt, donum evangelizandi. 1.*Tim.* 1. Miſericordiam conſecutus ſum. Et hoc in tantum. *d* Ut ſim fidelis.] in diſpenſatione Evangelii Dei. Ex quo patet, quod credendum eſt mihi in dandis conſiliis ſalutis. 1.*Tim.* 1. Gratias ago ei, qui me confortavit in Chriſto, quia fidelem me exiſtimavit ponens in miniſterio. Ergo ex quo ſum ita fidelis diſpenſator Domini. *e* Exiſtimo hoc] i. manere in virginitate. *f* Bonum eſſe] ideſt, expediens, & utile. *g* Propter, &c.] ideſt, penuriam, quæ inſtat cunctis per matrimonium. Et bona, & recta eſt mea exiſtimatio. *h* Quoniam eſt, &c.] i. in virginitate ſic, ſicut verbo doceo, & exemplo oſtendo. Nota *Gloſſ.* quæ dicit: Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis aſſimilantur, &c. Item *Aug. in l.* 4. *de doctr. Chriſt.* dicit, & eſt verbum *Cypriani*, Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior gloria eſt, major eſt & cura: Flos eſt ille Eccleſiaſtici germinis; decus atque ornamentum gratiæ ſpiritalis: læta indoles; laudis & honoris opus integrum atque incorruptum; imago Dei reſpondens ad ſanctimoniam Domini; illuſtrior portio gregis Chriſti. Et nota quod dicit. Major cura habenda eſt de virginitate, & hoc ſervando eam: quia virginitas ſemel amiſſa nunquam poteſt recuperari: Juxta illud *Amos* 5. Domus Iſrael cecidit, & non adjiciet ut reſurgat. Virgo Iſrael projecta eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam. *Matth.* 5. deſcribit Dominus virgines ferentes lampades, quæ confractæ reintegrari non poſſunt. Item ipſa flos eſt, & ornamentum aliarum virtutum, quaſi corona de floribus, toti corpori virtutum conferens decorem, & faciens apparere earum pulchritudinem etiam majorem: & ideo bene comparatur vitro a Domino, quia vitrum litteram quæ vix legi poſſet, reddit legibilem. Opus eſt integrum, duobus pedibus currens poſt Dominum, ideſt, integritate mentis, & corporis: non virgines vero quaſi claudicando vadunt poſt Dominum. Ideo dicitur *Apoc. c.* 14. de virginibus: Hi ſequuntur Agnum quocumque ierit. Virginitas enim proprie eſt imago Dei. Unde idem *Cypr.* ſubjungit, Imaginem ejus de cœlo eſt, portat virginitas. *i* Noli quærere ſolutionem.] *Eccleſ.* 7. Noli diſcedere a muliere ſenſata, & bona: & *inf.* Mulier ſi eſt tibi ſecundum animam tuam, ne projicias illam, & odibili ne credas te.

Myſtice. Uxor Eccleſia. *Eccl.* 6. Vincula illius alligatura ſalutaris. *Eccl.* 26. Pars bona, mulier bona, &c. dabitur viro pro factis bonis, & *inf.* Gratia ſuper gratiam mulier ſancta. *Prov.* 18. Dominus & divitiæ dantur a parentibus; a Domino autem uxor prudens. *Eccl.* 36. Qui poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem. — *Myſtice.*

k Si autem acceperis.] Dico noli quærere uxorem, (ſi autem acceperis &c.) Et ſimiliter.

l Virgo non peccavit.] Non dicit meretur, ſicut illa quæ nubit Chriſto. 2.*Cor.* 1. Deſpondi vos uni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto. *m* Tribulationem tamen] i. ſollicitudinem providendi uxori & filiis. Et eſt quarta ratio qua præponendus eſt ſtatus virginitatis ſtatui matrimonii. *Pſal.* 33. Multæ ſunt tribulationes juſtorum ſed ſunt plures maritorum; in illis enim eſt bellum continuum. *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem; ſed caro prævalere videtur. De hac ſolici‑ — *De tranſl. c. quando.*

▵ tudine

a De virginibus, &c.] Conſilium autem a Spiritu Sancto, uſque, ſc. continendi. Continere ergo a Spiritu Sancto eſt, ergo eſt meritorium; ergo eſt alicujus virtutis motus; ergo eſt in præcepto; ergo qui non continet, peccat, quod falſum eſt. Solut. Continere quandoque dicitur idem, quod cohibere motus illicitos, ſic eſt in præcepto: quandoque idem, quod prohibere motus carnis ne procedant in actum, ſic non in præcepto, ſed in conſilio, & eſt motus virtutis continentiæ non principalis, ſed ſecundarius, & ideo non ſequitur quod ſit in præcepto, quia motus cujuſlibet virtutis principalis tantum eſt in præcepto. Conſiliis ſalutaribus, ad Deum. Supergreditur conditionem humanæ naturæ. Unde *Jer.* In carne præter carnem vivere, non vita terrena, ſed cœleſtis eſt. *Eccl.* 26. Non eſt digna compenſatio animæ continentis. De pellibus hyacinthinis. *Exod.* 36. Similem throno. *Ezech.* 1. Aſpectus lapidis ſaphiri ſimilitudo ejus: hi ſunt qui cum mulieribus. *Apoc.* 14. Sed quæritur de hoc quod hic dicitur: Major eſt victoria virginum, quam Angelorum. Dicit enim *Auctoritas*: Ubi major pugna, ibi major corona, ergo virgines majorem habent coronam quam Angeli. Contra. *Matth.* 11. Qui minor eſt in regno cœlorum: major eſt illo, Joanne Baptiſta, qui virgo fuit. Præterea quilibet Angelus majorem charitatem habet in infinitum, quam aliqua virgo, quæ charitas eſt radix merendi; ergo quilibet Angelus majorem meretur in infinitum coronam, quam aliqua virgo. Solut. Licet corona reſpondeat victoriæ, non niſi per victoriam augetur charitas, & ita non ſequitur primum argumentum; & tamen hæc *Gloſſ.* debet intelligi in eodem ſtatu & conſimili, & conſtat quod virgines, & Angeli non ſunt in conſimili ſtatu. Virgines enim in ſtatu viatoris; Angeli autem ſunt in ſtatu comprehenſoris. Et tamen Beata Virgo majorem habet coronam & gloriam, quam aliquis Angelus, unde exaltata eſt ſuper choros Angelorum. Ad illud, in infinitum major eſt charitas, &c. Dicendum eſt, quod duo ſunt genera operum meritoriorum: quædam ſunt meritoria vitæ æternæ; quædam ſunt meritoria etiam dimiſſionis pœnæ, & particularium gaudiorum. Quod autem opus ſit meritorium vitæ æternæ, habet ex charitate; quod meritorium ſit dimiſſionis pœnæ, & particularium gaudiorum, habet ex genere operis proprie, & cum charitate. Angeli autem non merentur videndo Deum vel delectando, ideſt, fruendo eo; unde non merentur vitam æternam, ſed tantum merentur ſerviendo nobis, vel miniſtrando, & per hoc gaudia particularia merentur: & ideo non ſequitur, quod majus præmium mereantur quam virgines; & etiam hæc particularia gaudia non ſunt de eſſe præmii. Sed quod hic dicitur: Ubi major pugna, ibi major victoria, & major corona: ſi dicatur corona præmium ſubſtantiale, hoc dicitur propter augmentum charitatis, quod ibi eſt ut frequenter. Si acceperis uxorem, non peccaſti: Imo, quia multi accipiunt eas propter explendam libidinem tantum. Unde 3. *Reg.* 11 Conſtat quod peccavit Salomon accipiendo uxores. Solutio: Accipere uxorem, in ſe non eſt peccatum, ſed ex circumſtantia poteſt fieri peccatum. Apoſtolus autem intelligit accipere in ſe non de generatione carnali, ſed ſpirituali, &c. quaſi dicat: Plus debetis eſſe intenti regenerationi ſpirituali, quam carnali generationi. Et nota quod matrimonium fuit in præcepto, & obſequio ante peccatum: in tempore Patriarcharum fuit in præcepto & obſequio, quia cauſa pro- — *Expoſitio Gloſſæ.*

a tudine, & providentia. *Gen.*32. Juſtum eſt, ut aliquando provideam domui meæ. Eſt autem hæc ſollicitudo multis peccandi occaſio, ſecundum quod legitur *Num.* 32. de filiis Ruben, & filiis Gad, & dimidia tribu Manaſſe, qui propter uxores, & filios, & pecora multa acceperunt portionem circa Jordanem, ut dicit *Gloſſ.* Quos multa mundi implicita occupant, habitationem cœleſtis patriæ non requirunt. *Job* 24. Quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, vigilanteſque ad prædam liberis ſuis panem præparant. *a* Vobis parco,] in hoc quod conſulo vobis non contrahere matrimonium, cui annexæ ſunt multæ tribulationes corporales, & ſolicitudines. 2 *Cor.* 1. Ego autem parcens vobis non veni ultra Corinthum.

F

tionem tamen carnis habebunt hujuſmodi. *a* Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres: Tempus breve eſt: *b* reliquum *c* eſt, ut & qui habent uxores, *d* tanquam non habentes ſint; & qui *e* flent, *f* tanquam non flentes; & *g* qui gaudent, tanquam non *h* gaudentes; & qui emunt, tanquam non poſſidentes; & qui utuntur hoc mundo, *i* tanquam non utantur. Præterit *k* enim figura hujus mundi. Volo *l* autem vos ſine ſollicitudine eſſe.

b Tempus breve eſt:] Quinta ratio. *Deut.* 13. Juxta eſt dies perditionis. Multum tempus fuit ex quo hoc dixit Moyſes: ergo non multum reſtat, & ideo. *c* Reliquum] ideſt, hoc reſtat faciendum. *d* Tanquam non habentes] *Gloſſ.* quod utique facit, qui habens uxorem reddit, non exigit debitum; & propter infirmitatem propriam ducit uxorem, plangens poſt quia ſine uxore eſſe non potuit quam gaudens duxit, & maxime qui pari conſenſu continentiam conſervant. *Eccleſ.* 3. Eſt tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. *Gen.*7. Ingreſſus eſt Noe, & filii ejus, & uxor ejus, & uxores filiorum ejus. Ibi *Interl.* Seorſum viri, & ſeorſum feminæ: quia tunc erat diluvium tribulationum corporalium; multo magis modo, quia ſuperabundat diluvium tribulationum animarum, & peccatorum, ſicut dicitur *Oſee* 4. Maledictum, furtum, homicidium, mendacium, &c. 2. *Reg* 11. Arca Dei, & Iſrael, & Juda habitant in papilionibus, dixit Urias ad David, &c. & ego ingrediar in domum meam, &c. & dormiam cum uxore mea? Arca Domini, ideſt, ſancti viri, modo ſunt in expeditione contra Diabolum, quos tamen multum diligit Deus. *e* Qui flent,] ideſt, contriſtantur pro temporalibus incommodis. *f* Tanquam non flentes;] 2. *Cor.* 6. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, ideſt, de hujuſmodi non habeatis veram triſtitiam. *Prov.*12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. *Eccleſ.*38. Ne dederis in triſtitia cor tuum.

g Qui gaudent,] propter proſperitatem. *h* Tanquam non gaudentes;] Juxta illud *Eccleſ.* 2. Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi, quare fruſtra deciperis, quia *Prov.* 14. Extrema gaudii luctus occupat. 2. *Cor.*6. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes; ſicut egentes, &c. *i* Qui emunt tanquam non poſſidentes, &c.] quaſi emant tantum ad neceſſitatem, non ad ſuperfluitatem inhærentes amore. Unde *Gloſſ.* Non apponant cor perituris rebus; ſed ſic habeant, ut amore illius non inhæreant; quia dicitur *Iſa.*5. Væ qui conjungitis domum ad domum, &c. *Habac.*2. Væ qui congregat avaritiam domui ſuæ ut ſit in excelſo nidus ejus, &c. *Eodem poſt*: Lapis de pariete clamabit, &c. *Amos* 8, Quando tranſibit meſſis, &c. & venundabimus merces. De illis dicitur, qui non cauſa neceſſitatis, ſed cupiditatis emunt. *Pſal.*79. Quoniam non cognovi negotiationem, & *Oſee* 11. Circumdedit me Ephraim in negotiatione, & in dolo Iſrael. *Eccl.* 26. Difficile exuitur negotians a negligentia.

i Tanquam non utantur.] Juxta illud: Divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et *Gloſſ.* Ut ſcilicet ex bonis ejus faciant bona, non mali fiant: quæ bona ne putentur mala, bonis dantur; itemque tolluntur ut probentur: ne vero putentur magna vel ſumma dantur etiam malis: itemque eis tolluntur, ut crucientur. In Eccleſia habent uxores multiplices prebendarii. *Gen.*4. Mathuſael, ideſt, donatus Domino, genuit Lamech, ideſt, percutiens, vel percuſſus, qui accepit uxores duas. Flent ambitioſi aſpirantes altius aſcendere 2. *Cor.*7. Triſtitia ſæculi mortem operatur. Gaudeat jam promoti in prælationibus. *Eccl.*2. Riſum reputavi errorem, &c. Emant, Simoniaci. *Joan.* 2. Aſcendit Jeſus Jeroſolymam, & invenit in templo vendentes oves, & boves, & columbas, parvas & magnas præbendas, & ſacramentorum gratiam, & vernaculos, emptores præbendarum Eccleſiarum. *Ezech.* 7. Venit tempus, appropinquavit dies: qui emit, non lætetur; qui vendit, non lugeat: quia ira ſuper omnem populum. *Iſa.*24. Sicut emens, ſic ille qui vendit. Utuntur mundo guloſi, & luxurioſi. *Sapient.*2. Venite & fruamur bonis quæ ſunt; utamur creatura, &c. nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra. *k* Præterit enim figura hujus mundi.] Pulchritudo ſemper eſt in prætertione, & tranſitu, & defectu, ſed ad ultimum perfecte peribit. *Joan.* 2. Mundus tranſit, & concupiſcentia ejus. Contra. *Eccleſ.* 1. Terra in æternum ſtat. Reſpondeo. *Gloſſ.* Figura tranſit, ſubſtantia manet. 2 *Petr.* 3. Cœli magno impetu tranſient: elementa vero calore ſolventur; & terra & quæ in ipſa ſunt, opera omnia exurentur. *Apoc.* 21. Primum cœlum, & prima terra abiit: Et *immediate ante hoc*. Vidi cœlum novum, & terram novam. *Iſa.*45. Ecce ego creabo cœlos novos, & terram novam.

l Volo autem vos, &c.] Sexta ratio propter diviſionem: quia illum qui habet uxorem, oportet dare operam multis pro uxore, & pro filiis, & quod ſerviat Deo, & ita diviſus eſt ſolicitudine. *Philip.* 4. nihil ſoliciti ſitis, Dominus prope eſt. *Matth.*6. Dico vobis ne ſitis ſoliciti animæ veſtræ quid manducetis, aut corpori veſtro quid induamini. *Proverb.* 11. Expectatio ſollicitorum peribit, non debemus ergo ſolliciti eſſe. Contra. *Prov.*6. Vade ad formicam o piger, &c. Solutio. Triplex eſt ſolicitudo

A his; & in remedio fornicationis. Timent corrumpi: ſicut junctæ duæ molæ Moyſi, ideſt, ſpes & timor, de quibus *Deuteronom.*24. Molam ſuperiorem & inferiorem loco pignoris non accipies. Non mali fiant; ſicut multi fiunt ex eis ſuperbi, & cupidi, & avari. Ne vero putentur, &c. per hoc vult probare *Tullius in paradoxis*, quod temporalia mala ſunt. Sed dicendum, quod non ſunt ſumma bona, ideſt, bona gloriæ; nec bona mediocria, ideſt, bona gratiæ; ſed infima. Seneſcit. *Hebr.* 8. Quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt. Peribit non ſubſtantia, ſed figura. Contra 2. *Petr.* 3. Elementa calore ſolventur: dicit *Beda*: Quatuor elementa quibus mundus conſiſtit, ille maximus ignis abſumet; nec cuncta tamen conſumet ut non ſint, ſed duo ex toto conſumet. Falſum eſt ergo quod dicitur hic, Peribit non ſubſtantia, ſed figura. Sed ibidem dicit *Gloſſ.* ſubdens: Ex toto conſumet, ideſt, magna uſtione purgabit, ſed non penitus deſtruet. Nullum enim elementum peribit omnino; duo vero in meliorem reſtituet faciem. Poſſet autem concedi, quod contrarii ſibi ſunt *Beda*, & *Auguſt.* ille ſic opinabatur, ille ſic. Vel poteſt dici, ex toto, ideſt, ex totalitate ſua. Aer enim habet naturam tranſparentis, & terra opaci: ſecundum has qualitates remanebunt: aer tranſparens erit, ut poſſint ſubito videre homines ab Oriente in Occidentem: terra opaca erit, ut non videant illi, qui in inferno erunt. Aquæ vero & igni non remanebunt qualitates, quas modo habent, & ideo dicuntur præterire de illo igne. Cujuſmodi ſit natura ignis elementum; vel ignis qui dicitur, vera eſſe natura, dubium eſt. Et poteſt dici quod ignis ſit elementum, vel forte ignis materialis, & erit ignis gehennæ qui tunc erumpet, ut habeatur per hoc quod dicit *Auguſtin.* quoniam ille ignis tantum aſcendet, quantum aſcenderunt aquæ diluvii. Ignis autem non eſt deſcendere, ſed aſcendere. Atque ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit, &c. Ad idem facit, quod dicitur ſuper 2. *Petr.* 2. Quoniam quatuor elementa mutabuntur ſecundum qualitates. Et poteſt dici, quod ſubſtantia erit tranſparentia, quæ erit ad minus in tribus elementis, & hæc eſt qualitas corporum immortalium. Alii dicunt, quod ſubſtantia erit impaſſibilitas & immutabilitas, quia firmamentum, & omnia corpora ſuper cœleſtia erunt immortalia. Et ad hoc facit illud *Habacuch* 3. Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Et quod dicitur *Iſaia* 60. Sol non occidet, & Luna non minuetur. Magna amaritudo in domo, uxor triſtis. *Proverb.* 27. Acetum & tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier dum percutitur. Partim mundo. Contra: *Matth.* 6. Nemo poteſt duobus Dominis ſervire. Solutio: duobus contrariis, ſed hic unus ſub altero. Timor ſcilicet ſervilis. Cuſtos malorum, ideſt, qui cuſtodit a malis. Hæc autem de damnatione non timens; ergo virgo vel vidua non timet damnari. Contra *Proverbiorum* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus. Solut. Quantumcumque bona ſit mulier vel homo, debet timere damnari. Et quod dicit: Non cogitat damnari, ideſt, non eſt ſolicitus timore ſervili, qui cuſtodit a malo; & hoc dicit propter ſtatum, quia ſtatus ille proprie eſt perfectorum, qui non timent pœnam, in quantum eſt pœna, ſed in

A quan-

Expoſitio Gloſſ.

♠ licitudo. Quædam eſt providentiæ ſpiritualis; hæc præcipitur & de hac dicitur hic: Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt. Eſt & ſolicitudo providentiæ temporalis hæc permittitur, de qua dicitur hic: Volo vos ſine ſolicitudine eſſe; non quia mala ſit, ſed quia impedit a majori bono. Et eſt ſolicitudo avaritiæ, & curioſitatis: hæc prohibetur. *Matth.6.* Ne ſoliciti ſitis. *a* Quæ Domini ſunt,] Contra. *Phil.2* Omnes quærunt quæ ſua ſunt, nullus quæ Jeſu. Sol. Hic loquitur de bonis qui habent charitatem. *Inf.* 13. Charitas non quærit quæ ſua ſunt. Ibi loquitur de malis. *b* Diviſus eſt.] Ex hoc videtur, quod peccet, quia dicitur *Matt.6.* Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ, & talis ſervit uxori, & Deo. *Iſa.*28. Coangullatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat. Item *Oſee* 10. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt. *Eccl.3.*

De Cler. conjug. c. diverſis.

27. qu. 1. c. viduas 2.

Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt *a* quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & *b* diviſus eſt. Et mulier innupta & virgo cogitat, quę Domini ſunt, ut ſit ſancta *c* corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo *d* placeat viro. *e* Porro hoc *f* ad utilitatem veſtram dico, non ut *g* laqueum vobis injiciam, *h* ſed *i* ad id quod honeſtum eſt, & *k* quod facultatem prębeat ſine impedimento † Domino *l* obſervandi. *m* Si quis autem turpem *n* ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua quod ſit *o* ſuperadulta, & *p* ita oportet fieri: quod vult *q* faciat, non *r* peccat ſi nubat. Nam qui ſtatuit *ſ* in corde ſuo firmus non *t* habens neceſſitatem, *u* poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc judicavit in corde ſuo ſervare virginem ſuam, bene facit. Igitur & qui *x* matrimonio jungit virginem ſuam bene facit, & qui non jungit, melius facit. *y* Mulier alligata eſt legi] viri, ...

Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus. Solut. eſt diviſio intentionis: hæc peccatum eſt, & de tali loquuntur omnes prædictæ auctoritates, v. gr. Quando homo intendit aliquid facere propter lucrum temporale & propter Deum, utrumque ponens finem temporalem, non tamen alterum ſub altero, quia jam non divideret intentionem: ut qui vult ire Romam, intendit ire ad loca intermedia, ſed quia hæc intentio ordinatur ad ultimam, non dicitur dividi intentio. Et eſt diviſio officii, ſive ſolicitudinis; hæc bona eſt, de qua intelligitur, quod dicit *Apoſt.* (Diviſus.) Sed nonne Paulus diviſus fuit? Probatio: *Rom.* 7. Mente ſervio legi Dei, carne autem legi peccati. Solut. Motus in Paulo fuerunt diviſi, ſed intentio, & cura non; in bonis vero conjugibus cura diviſa, intentio non, in malis utrumque diviſum. *Oſee* 10. Diviſum, &c. *c* Ut ſit ſancta] *Hebr.* 12. Pacem cum omnibus & ſanctimoniam ſequimini, ſine qua nemo videbit Deum. *d* Quomodo placeat viro.] bono. 1.*Tim.* 2. &c. Mulieres in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, &c. 1.*Petr.*3. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, quarum, &c. *e* Porro] Septima ratio, propter impedimentum ſerviendi Deo. *f* Hoc] i. quod maneatis in ſtatu virginitatis, & viduitatis. *Eccleſ.*16. Utile eſt mori ſine liberis, quam relinquere filios impios. *g* Non ut laqueum] fornicationis occaſionem. Argumentum, quod multiplicatio conſtitutionum, & traditionum injicit laqueum. *h* Sed] ſupple, invito vos; vel (Sed) dico hoc tendens *i* Ad id quod honeſtum] poſitivum pro comparativo: matrimonium enim honeſtum eſt; ſed virginitas quidem honeſtius eſt bonum. Dico [non ut laqueum injiciam,) In hoc inſtruuntur omnes Prælati, ut non de excommunicatione, quæ eſt inſtituta in medicinam peccatorum, faciant laqueos ad emungendum. De quibus *Jerem.*5. Inventi ſunt in populo meo inſidiatores, & aucupes, &c. *k* Facultatem] ideſt, facilitatem. *l* Domino obſervandi.] ideſt, præceptis Domini ſerviendi propter Dominum. *m* Si quis autem] Quia tantum commendaverat virginitatem in comparatione ad matrimonium, ne per hoc crederet quis matrimonium eſſe peccatum; addit quod etiam virgo bene poteſt ſine peccato alii copulari per matrimonium. [Si quis autem,] cuſtos virginis, ut pater ejus, vel alius. *n* Turpem ſe videri exiſtimat] ſecundum judicium hominum dicentium: Verecundum erit tibi ſi filia tua, quæ jam ſuperexcrevit, faciat fornicationem & timendum eſt tibi ne jam fecerit. *o* Sit ſuperadulta,] mulier adulta ultra annos pubertatis. *p* Et ita oportet fieri:] ideſt, ipſam tradere nuptui. [Quod] ideſt, quia [vult] nubere virgo. *q* Faciat] i. tradat eam nuptui. *r* Non peccat] qui cuſtodit eam, nec ipſa. *Gen.* 43. Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis. *Eccleſ.* 7. Trade filiam, & grande opus feceris. & homini ſenſato da illam; non dicit, vende. Dico autem quod ille non peccat. *ſ* Nam] de alio patet, [qui ſtatuit, &c.] Sed bene facit, [qui ſtatuit in corde ſuo firmus,] ſervare virginem. Ipſe dico: *t* Non habens neceſſitatem,] quia ipſa vult continere. *u* Poteſtatem habens voluntatis] implendæ, ſupple. Propoſuit illam ſervare in virginitate. *Prov.*17. Qui ſervat ficum, comedit fructus ejus. Ficus eſt caſtitas; quia ſicut ficus fructus facit multos, & virginitas centeſimum fructum habet. *Matth.*23. *x* Et qui matrimonio jungit, bene facit,] *Eccleſ.*7. Trade filiam ſuam, &c. *y* Mulier alligata eſt] Hic agit de tertio remedio contra æſtum carnis, ideſt de viduitate, dans conſilium quod in ea maneat, ſicut de virginitate. Sed nihilominus poteſt nubere cum fideli; ſi autem omnino non nubat, melius facit. Et hoc eſt: [Mulier alligata eſt legi] viri, ut non liceat ei ad alias nuptias tranſire; vel preceptis de matrimonio, & in idem ♠ redit.

al. † Dominum obſervandi.

G

28. q. 1. c. ſic enim.

Expoſitio Gloſſæ.

A quantum eſt ſeparatio a Deo, damnatio. nem non timet, ideſt, non habet cauſam damnationis propter quam timere debeat; vel non timet damnationem in quantum eſt damnatio, ideſt, quia conſervat corpus ſuum, & animam in ſanctimonia. Sed amplius innupta ideſt, facilius hoc facit, ideſt, facere poteſt. Sed minus, quam nupta, imo aliquæ nuptæ magis ſunt mundæ & ſanctæ, quam aliquæ virgines. Sed hoc dicit, quia innuptæ plus habent de corporali munditia, quæ liberat animam. Honeſtum ſcilicet caſtum animo, & corpore. Sed nonne conjugium honeſtum eſt? *Hebr.* 13. Honorabile connubium in omnibus & thorus immaculatus. Item fœcunditas bonum eſt: ſterilitas malum, quia matrix videtur otioſe creata. Solut. Bona eſt fœcunditas bonorum conjugum, ſed melior eſt virginitas bonarum virginum: ſterilitas vero prolis corporalis recompenſatur fœcunditate prolis ſpiritualis: Fomitem nuptiarum, ideſt, appetitum contrahendi, vel coeundi ſecundum jus matrimonii. Continentiam dedicans idolo, ſicut faciebant virgines conſecratæ ad ſerviendum in templo Veſtæ. Quare autem ibi ſerviunt virgines, aſſignat *Auguſt.* quia ibi adoratur ignis qui ex ſe nihil poteſt generare, ſimiliter nec virgines in quantum virgines. Bene quis utitur malo, concupiſcentiam reſtringens connubio: Ex hoc videtur, quod concupiſcentia prout eſt in conjunctis matrimonio, ſit mala, & ita peccent concupiſcentes ſe mutuo; ergo concupiſcentia in concupiſcibili brutali non eſt mala, ut eſt in concupiſcibili humana: ſed quia vix poteſt moveri brutalis quin admiſceat ſe ei humana. Ideo dicit *Gloſſ.* Etſi ſit ue pluries mala valde, minus tamen mala, quam quando extra matrimonium: vel intelligitur de malo pœnæ. Quia invitæ nuptiæ; &c. Ex hoc relinquitur quod aliquæ nuptiæ ſunt invitæ; ergo non ſpontaneæ: ergo non eſt ibi ſpontaneus conſenſus, nec ergo ſunt nuptiæ, nec matrimonium. Solut. Duplex eſt coactio, præcedens & concomitans; efficiens, & non ſufficiens, & ſufficiens: ergo nullæ nuptiæ ſunt invitæ coactione concomitante & ſufficiente; ſed quando hoc contingit coactione præcedente efficiente, non ſufficiente. Coactio præcedens, & efficiens non ſufficiens eſt, quando minatur ei niſi contrahat cum illo, quia nihil de hæreditate habebit, & hujuſmodi, ſed quando venit ad factum, non cogitur conſentire in eum: coactio autem concomitans, & ſufficiens eſt quæ caderet in conſtantem virum, ut timore mortis, vel mutilatione membri: ſi talis eſſet coactio non eſſet matrimonium. Lege loquitur naturali. Argumentum eſt, quod matrimonium eſt de lege naturæ, quod verum eſt. Quamquam primæ nuptiæ, &c. ſecundæ vero permiſſæ ſunt, &c. imo videtur, quod utræque ſint permiſſæ, quia ſuper illud *eodem capit.* Unuſquiſque ſuam uxorem habeat, &c. dicit *Gloſſ.* Hoc dicit Apoſtolus ſecundum indulgentiam, non ſecundum imperium: Et conſtat quod ibi loquitur de primis nuptiis, ac generaliter de omnibus: ergo ſunt permiſſæ. Præterea: Nonne ſecundæ inſtitutæ ſunt a Deo, ſicut primæ. Solut. ad primum: Permiſſum duobus modis dicitur. Uno modo dicitur permiſſum, eo quod non eſt in præcepto, ſic ſunt primæ nuptiæ permiſſæ, quia nullus tenetur nubere. Alio modo dicitur permiſſum, eo quod non eſt in prohibitione, ſic ſunt permiſſæ ſecundæ, & ſic ſumitur in hoc loco. Ad ſecundum dicendum,

Rom. 7. 3. q. 1. c. Hunc tomum de ſepult. c. de uxore de ſecund. nupt. c. pen.

A redit. *a* Liberata eſt a lege:] viri, ideſt, a matrimonio, quo ligata erat cum viro quaſi per quamdam legem. *Rom.* 7. Quæ ſub viro eſt mulier, vivente viro, &c. Propter hoc autem dixerunt Apoſtoli Domino *Matth.* 19. Si ita eſt cauſa hominis cum uxore, non expedit nubere. *Ibid.* Quod
31. qu. 1. Deus conjunxit, homo non, &c. *a* Liberata eſt] ergo uxor Lazari ſi nupſiſſet, non potuiſſet repeti. *b* Cui autem vult,] *Gen.* 25. Vocemus puellam, & quæramus ejus voluntatem. *c* Tantum in Domino.] ideſt, cum fideli. Similiter alligata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit. Et correlative, vir alligatus eſt uxori, quanto tempore ipſa vivit. Hanc correlationem multi volunt, ſed converſam nolunt. Nolunt enim aliquo modo, quod Eccleſiæ, & præbendæ recedant ab eis; imo ut vetus loquar, nullo modo permittunt redditus a ſe diſcedere: ſed ipſi ſemper illis abeſſe, & in ſede alios ligare, imo alios meliores ſibi alligare: quibus dicitur *Mal.* 2. Dominus teſtificatus eſt inter te, & uxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti. Quando magis provecti ſunt, Parochias ſuas dimittunt. *d* Beatior autem, &c.] ideſt, in viduitate ſecundum conſilium meum, quod non eſt humanum, & ſic non ſpernendum; ſed divinum. *f* Autem] ideſt, quia *e* Puto, quod ego] ſicut alii. *g* Spiritum Dei habeam.] & ita in hoc conſilio, ſicut in aliis debetis mihi credere: quia quod loquor, auctoritate Spiritus Sancti loquor. 2. *Cor.* 13. An experimentum quæritis, &c. 1. *Cor.* 5. Legatione fungimur, Deo exhortante per nos ex bonitate. Notandum, quod verbum (putando) ſicut & (forſitan) quandoque notant eventum, ut *Joan.* 5. Si crederetis Moyſi, forſitan crederetis & mihi. Quandoque admirationem. *Luc.* 12. Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituet. Quandoque libertatem liberi arbitrii. *Luc.* 12. Forſitan verebuntur filium tuum. Quandoque ponitur in ſignum increpationis. *Jo.* 8. Si me ſciretis, forſitan patrem meum ſcietis. Sic ponitur hoc verbum (puto:) q. d. increpo vos, quod putatis me non habere Spiritum Dei.

De renunt. nisi, & præ delo. Tus.

A

gata eſt legi, quanto tempore vir ejus vivit. Quia ſi dormierit vir ejus, a liberata eſt a lege. *b* cui vult, nubat, tantum *c* in Domino. *d* Beatior *e* autem erit ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium. Puto *f* autem quod & ego Spiritum Dei *g* habeam.

C A P. VIII.

DE his *h* autem, quæ idolis ſacrificantur *i* ſcimus, quia omnes ſcientiam habemus. Scientia *k* inflat, charitas vero ædificat.

Propertia Gloſſa.

A quod primæ nuptiæ dicuntur tantum inſtitutæ a Domino, quia expreſſe invenitur in Scriptura, quod Dominus inſtituit, ut in *Gen.* de Adam: ſed de ſecundis non exprimitur. Secundæ vero etiam in præſenti, non ſolum in futuro, carent gloria, ideſt, benedictione. Loquitur de conſuetudine quarumdam Eccleſiarum in quibus in ſecundis nuptiis nihil fit, niſi quod conſentiunt mutuo: ſed hic æqualis benedictio eſt, ſicut in primis. Satis oſtendit, &c. per hoc quod dicit, beatior erit; quia omne comparativum relinquit poſitivum ſuum. Unde per hoc relinquitur, quod beata Virgo, quæ iterum alia vice nubit, Cataphrygarum, & Novatianorum: quidam iſtorum dicunt omnes nuptias eſſe peccatum. Tertullianus, iſte fuit valde eloquens, & quædam compoſuit in Sacra Scriptura. Unde ſuper *Dan.* 9. ubi dicitur de hebdomadibus, habetur quædam *Gloſ.* ipſius. Et in Epiſtolam ad Hebræos dicitur, quod aliqui crediderunt, quod ſcripſit eam propter ſubtilitatem, & pulchritudinem tractandi eam, ſed primo, poſtea fuit hæreticus. Quis audeat diffinire? Eccleſia diffinivit, quod pranſus non debet aliquis divina celebrare, nec etiam communicare, niſi in magna neceſſitate. Solut. De hujuſmodi, neque debet quis aliquid diffinire propria auctoritate, ſed Spiritus Sancti, cujus inſtinctu ſic faciendum præcepit Chriſtus magiſter: *Joan.* 13. Septem viri mulierem. *Matth* 22. Non dubitat Apoſtolus; ergo ſciebat ſe habere Spiritum Dei, & revera ſciebat, ideſt, vehementer præſumebat ſcientia experientiæ. Si me ſciretis, *Joan.* 8. Putas, inveniat fidem. *Luc.* 18. Non opinatur deitas, ideſt, non oſtenditur opinari.

EXPOSITIO CAP. VIII.

DE his *b* autem quæ idolis] In tribus præcedentibus cap. egit Apoſt. contra luxuriam, ut jura matrimonii ſtatueret, In his quatuor ſequentibus agit contra gulam, in fine ſtatuens, & commendans Euchariſtiæ ſacramentum. In hoc autem cap. arguit Apoſt. Corinthios de idolothytis, non quia idolothyta comedere peccatum eſſet, vel malum in ſe, ſed quia ſcandalizabantur infirmi. Dividitur autem hoc caput in quatuor partes.

In prima parte laudat Apoſtolus ſcientiam Corinthiorum, qua ſciebant carnem non pollui ab idolo ligneo, vel lapideo, ſed modum & uſum ſcientiæ vituperat, quia non ſervabant famam ſuam, dum videbantur idola venerari comedentes idolothyta, ideſt, immolata.

In ſecunda parte docet non eſſe niſi unam Deum, qui ſolus honorandus, & venerandus eſt ibi (Scimus quia nihil eſt idolum.)

In tertia oſtendit exemplo eorum aliquos jam peccaſſe, ibi (Quidam cum conſcientia idoli.)

In quarta monet omnem materiam, & occaſionem ſcandali tollere, ibi (Videte autem ne forte) Dicit ergo: *b* De his autem,] Hic eſt quaſi titulus cap. quaſi, Nos. *i* Scimus] Quoſdam reprehendit eis ſe annumerans; qui cum ſcirent diſcretionem non eſſe faciendam, ſed omnia eſſe munda, comedebant immolata idolis in idolio coram infirmis in fide, qui neſciebant cibos ita eſſe immundos. Unde exemplo illorum infirmi comedebant illos in idolio in venerationem idoli, credentes quod ſic facerent illi: aut ſi non comedebant, confundebantur coram Gentibus ſuper hoc. *k* Scientia inflat, charitas ædificat.] q. d. licet ſciatis immolata idolis non ob hoc eſſe immunda ad comedendum, & ex hoc ſuperbitis comparatione ignorantium: tamen propter charitatem quam debetis habere ad proximos, non debetis comedere, quia ſic deſtruitis illos, qui ædificandi eſſent a vobis. (Scientia inflat.) *B. Bern.* Cibus indigeſtus corpus corrumpit, & inflatum hydropicum facit, ſi digeſtus fuerit, nutrit: ita ſcientia ſtomacho animæ ingeſta ſi non fuerit igne charitatis decocta, malos humores generat: Et nunquid mali mores, mali humores? Hic ſolet quæri quare ſcientia inflat, non charitas, ſed charitas ædificat: quia ex charitate incidit homo quandoque in elationem, & ita inflat. Præterea ſcientia donum Dei eſt, ſicut & charitas. Et dicunt quidam, quod ſola ſcientia non poteſt eſſe ſine elatione: ſed charitas poteſt. Sed hæc ſolutio mala eſt, quia ſcientia quæ inflat, non ſemper inflat mortaliter, ſed quandoque venialiter; charitas autem bene poteſt eſſe cum elatione veniali. Propter hoc aſſignari poſſunt quinque rationes quare ſcientia inflat, & non charitas. Prima, quia ſcientia magis manifeſtam ſe exhibet habenti, quam charitas: *Eccleſ.* 9. Neſcit homo utrum amore an odio dignus ſit: nullus autem inflatur, aut ſuperbit de eo, quod neſcit ſe habere. *Eccl.* 2. Vidi quod tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quantum differt lux a tenebris: quia ſicut lux ſeipſum manifeſtat oculis, ita ſcientia animæ, ſive oculo intellectus. Secunda ratio eſt, quia quicumque vult habere charitatem, habet eam ſine labore: ſed non ſic de ſcientia, imo eum magno labore, & difficultate acquiritur: de tali autem ſæpe ſuperbit homo, ſed de eo quod habet ad libitum ſuum, quis ſuperbiret? *Eccleſ. ult.* Colluctata eſt anima mea cum illa. Tertia ratio eſt quia ſcientia habentem reddit honorabilem hominibus; quod charitas non, imo ut ſæpe facit haberi pro vili? *Eccleſiaſt.* 11. Sapientia humiliati exaltabit caput ejus, &c. Quarta ratio eſt, quia quilibet erubeſcit ignorantiam ſuam; & multi gloriantur de peccato ſuo.

Quare ſcientia inflat, & non charitas.

A Unde

Expoſitio Gloſ.

b De his autem, &c.] Supra egit de nuptiis: hic agit de idolothytis. Idolothytum dicitur ab idolo, & thyto græce quod eſt ferrum quo fit cauterium. Unde idolothytum quaſi idolo cauteriatum ſive ſignatum: ſicut in contrarium in Dedicatione fiunt cruces in pariete ad ſignificandum, quod in nomine Crucifixi dedicata eſt Eccleſia. Ex creatione munda, *ad Tit.* 1. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum. In idolio, templo idoli. De his prædictis docui, vel de his prædictis ſcriptis edocui, vel de his prædictis quæſitis docui. Quia licet ea comedere. E contra: *Deut.* 7. Non inferes quippiam ex Idolo in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt: quaſi ſpurcitiam deteſtaberis, &c. Item *Actor.* 15. Hoc viſum eſt Spiritui Sancto, ut abſtineatis a contagionibus ſimulacrorum, &c. Item *Ezech.* 4. Morticinum, & laceratum a beſtiis non comedi. Solut. Licet omnia comedere, quæ natura non prohibet, ſed non cum veneratione idoli, quod prohibet Apoſtolus, & prædictæ auctoritates. Multa autem prohibita ſunt Judæis in onus, & repreſſionem. *Numer.* 25. Vocaverunt eos ad ſacrificia ſua, at illi comederunt, & adoraverunt Deos eorum *Actor. decimo.* Quod Deus purificavit, tu ne commune dixeris. Nec ſufficienter ſcire dicit. Contra per *Gloſ.* paulo ſupe-

A tius,

a Si quis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, *b* nondum cognovit quemadmodum oporteat eum ſcire. *c* Si quis autem diligit Deum, *d* hic cognitus eſt ab eo. *e* De eſcis autem, quæ idolis immolantur, *f* ſcimus *g* quia nihil eſt idolum in mundo, & *h* quod nullus Deus, niſi unus.

A Unde per oppoſitum quaſi naturaliter gloriatur homo de ſcientia ſua, & humiliatur de charitate, quę opponitur peccato. *Pſ.* 5. Quid gloriaris in malitia? Quinta ratio eſt, quia intenſio, ſive exceſſus ſcientię bene apparet, quia talis melius opponit, melius reſpondet: ſed non apparet, quando aliquis excedit alium in charitate; ſi enim plura bona opera faciat quā alius, non propter hoc manifeſtum eſt, quod maiorem habeat charitatē, ut patet in activis viris, & contemplativis. *Eccl.* 20. Sapiens in verbis amabilem facit ſeipſum. Sic autē dico, quod ſcientia, quam habetis de idololatris inflat vos, & ita non eſt vera ſcientia. Quia *a* Si quis, &c.] ſicut vos, quod liceat uti idolotytis. *b* Nondum cognovit, &c.] quia per uſum ſcientiæ ſuæ lędit alios, & ſic inutilis eſt ſcientia veſtra; utilis eſt enim ſcientia, quæ docet, & illuminat; ſicut ſol omnes illuminat, & nulli lumen ſuum abſcondit. *Eccl.* 20. Sapientia abſconſa theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? Item ille cognovit quomodo oportet ſcientiam habere, qui ſeipſum docet, & poſtea alios invitat. 1. *Eſd.* 7. Paravit cor ſuum, ut inveſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Iſrael præceptum, & judicium. *Rom.* 2. Qui alium doces, teipſum non doces. Item, quia non tantum per ſpeculum oportet ſcire, ſed per practicam; aliter non eſſet confirmatus, niſi diu fuerit in practica. *Eccleſ. ult.* In faciendo eam confirmatus ſum. [Nondum cognovit] B. Bern. Non probat Apoſtolus multa ſcientem, ſi modum ſciendi neſcierit; quid ergo dicit modum ſciendi? ut ſcias quo ordine, quo ſtudio, quo fine, quæque noſcere oporteat; quo ordine, ut prius id quod maturius eſt ad ſalutem; quo ſtudio ut id ardentius, quod vehementius ad amorem; quo fine ut non ad inanem gloriam, vel aliquid ſimile, ſed ad ædificationem tuam, & proximi. Sunt namque, qui ſcire volunt, ut ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt: qui profecto non evadent Satyricum ſubſannantem, & dicentem:

Perſius in 1. Satyra.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Et ſunt, qui ſcire volunt, ut ſcientiam vendant, v. gr. pro pecunia, & honoribus, & turpis quæſtus eſt. Sed ſunt, qui ſcire volunt ut ædificent, & charitas eſt: & ſunt, qui ſcire volunt, ut ædificentur, & prudentia eſt. Horum omnium ſolum ultimi duo non inveniuntur abuſi ſcientia: quippe qui ad hoc volunt intelligere, ut bene faciant; reliqui omnes audiant: Scienti bonum, & non facienti peccatum eſt illi: *Jac.* 3. *c* Si quis diligit Deum,] & propter eum proximum. *d* Hic cognitus, &c.] ideſt hic cognitionem habet a Deo, quod ſcit uti ſcientia, ſicut oportet. Similis expoſitio ibi in *Pſ.* 62. Sic in ſancto apparui tibi. Vel [cognitus,] ideſt approbatus, & ita ejus ſcientia ſimiliter eſt approbata. Eſt autem iſte modus loquendi. Cognitus ſum a Deo, ideſt Deus dedit mihi cognitionem, conſimili illi: Sol videt nos, quando videmus ſolem. [Cognitus] B. Bern. Si Deum ignoras, non potes amare quem neſcias; nec habere quem non amaveris. *e* De eſcis autem,] ne videatur ſcientiam eorum de idolothytis reprobare, oſtendit quod in veritate non eſt immundus cibus, quia idolis ſit immolatus. *f* Scimus] Quid ſcimus de eſcis? quoniam ſunt mundæ, & hoc ſcimus per hoc. *g* Quia nihil, &c.] ergo non poteſt eſcam a Deo datam, & creatam maculare. Quatuor modis in *Gl.* exponitur hoc. [Idolum nihil eſt] ideſt forma idoli. Sed materia ejus aliquid eſt, & a Deo. Vel ideſt nullius repræſentativum, quia ſuper illud *Exod.* 20. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem: dicit *Orig.* Similitudo quæ nullius rei naturalis eſt repræſentativa, eſt idolum; quod non eſt repræſentativum rei, quæ fingitur ſolum, ut chimera, dicitur ſculptile. Vel ideſt, id quod fingunt eſſe idolum nihil eſt: fingebant enim idololatræ idolum eſſe compactum ex ſpiritu præſidente, & imagine materiali. Vel, ideſt nihil eſt, ſicut peccatum, quia ſeparat a vero eſſe, a Deo ſcilicet, ſic cultus idoli. *Eſth.* 14. Non tradas ſceptrum tuum his, qui non ſunt. *Iſ.* 44. Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt; ergo multo magis nihil ſunt idola, quæ ſiunt ab eis. *Iſ.* 14. Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt. *Job* 18. Calcet ſuper eum deſuper quaſi rex interius: habitent in tabernaculo ejus ſocii ejus, qui non eſt. Iſto modo dicit Boetius, quod mali homines non ſunt. Quintam expoſitionem habere poſſumus a *Gl.* ſuper illum locum *inſr.* 10. Quid ergo? dico quod idolis immolatum ſit aliquid? aut quod idolum ſit aliquid? Nec idola, nec eis immolata aliquid ſunt, ideſt nihil per ſe poſſunt ſive ad juvandum, ſive ad nocendum. Eſt ergo ſenſus: *g* Idolum, &c.] ideſt non poteſt juvare, aut nocere. [idolum nihil eſt] *Zach.* 11. O paſtor, & idolum. Et eſt contra quoſdam, qui ita ſoliciti ſunt in ſerviendo talibus Prælatis, qui ſunt ſicut formido in virgulto, ſive vinea Domini; ſignum habent cuſtodiendi, & nihil cuſtodiunt. Duo cornua ſignificant, quod ipſi habeant ſcientiam utriuſque Teſtamenti. Et ſicut materia idoli eſt a Deo, forma non; ſic talis Prælatus, quia homo eſt, a Deo eſt; ſed forma cuſtodiendi, vel conſtituendi eum in prælationem a Diabolo. Unde vere nihil ſunt: non tantum ſocii ejus, quod non eſt, ſed factura ejus, quod minus eſt. *h* Nullus Deus niſi unus.] ſupple, Deus eſt. Ly [unus] enim ſumitur non

A ſubſtantive

Expoſitio Gloſſ.

A rius: Vos ſcitis æque mecum, quod licet ea comedere: ſic Apoſtolus ſufficienter ſcivit; conſtat ergo & quod ipſi. Solutio: Ly (æque) ſonat in aſſociationem non in paritatem. Apoſtolus autem ſufficienter ſciebat, quia ſciebat bene uti pro loco, & tempore. Ignari, ideſt minus ſufficientes. Charitas, quæ non inflatur. *Inf.* 13. Ex hoc relinquitur, quod aliqua charitas inflatur: quod verum eſt, ideſt habens charitatem, inflatur autem venialiter. Vel Ly [quæ] non reſtringit, ſed apponit. Per ſe utilis eſt ſcientia. Hoc intelligendum eſt non de ſcientiæ dono, ſed tantum quæ conſiſtit in cognitione. Dæmones, qui Græco vocabulo, &c. in Hebræo dicitur, ideſt crudelis. Elationem ſcientiæ, quæ ex ſcientia. Stimulus ſatanæ. 2. *Cor.* 12. Ne erigatur: non quia inflaretur ex ſcientia Apoſtolus, ſed quia poſſet inflari. Et bene vocatur tunc nomen ſtimulationis, quaſi ad extirpandam veſicam inflatam. Melius eſt ſcire, &c. Illud ſumptum eſt de Enchirid. Infirmitatem noſtram, qua cito poſſumus cadere in peccato mortali, ægrotare, & hujuſmodi proponuntur noſſe, quia de cœlo deſcendit, γνῶθι σεαυτόν, noſce teipſum. Apponit dolorem. *Eccl.* 1. Peregrinationis. *Pſ.* 38. Advena ego ſum, & peregrinus. Ex deſiderio patriæ, quæ ſunt duo irrigua, ſuperius, & inferius, quæ petit Axa: *Jud.* 1. Nec perfecta eſt ſcientia, ideſt, nec perfecte utitur illa. Mater omnium bonorum, ſed conſtat, quod virtutes ſunt bonæ, ergo charitas eſt mater omnium virtutum. Contra: Super illud *Matth.* 1. Abraham genuit Iſaac, &c. fides ſpem, ſpes charitatem. Sol. Secundum illos, qui dicunt, quod charitas informat omnes virtutes, fides prior eſt origine, charitas informatione. Secundum alios ſic ſolvitur: mater omnium bonorum, ideſt operum, quia charitas movet ad omnia bona opera, & ex charitate eſt omne meritum. Scientiam mitigat, temperate utitur ea. Pro quo Chriſtus mortuus eſt. 2. *Corinth.* 5. Materiam formavit; idem invenitur ſuper *Pſ.* 108. Deus laudem meam ne tacueris. Sed forma hominis non eſt facta per Verbum in idolo. Contra: *Jo.* 1. Omnia per ipſum facta ſunt. *Gloſ.* Omnis creatura viſibilis, & inviſibilis, omnis compago, omnis forma, omnis concordia partium; ergo forma hominis in idolis per Verbum facta eſt. Præterea Ly, hic, dicitur, ideo, quia ille qui facit, peccat: eadem ratione, & ille, qui facit Crucifixum ex cupiditate. Reſpondeo; Non eſt per Verbum facta, intellige hoc, quaſi per ſe, quia ſenſus eſt, ideſt in quantum in idolo infigitur quædam dignitas; illam enim dignitatem appellat formam, & illa nihil eſt, vel infixio ejus in materia non eſt per Verbum. Sed *Gilb.* in ſua *Gl.* dicit, quod hoc non eſt idolum, quando ſupponit pro formato, & ſecundum hoc aliquid eſt; quando pro forma, ſecundum hoc nihil eſt: credebant enim miſeri idololatræ formam hominis in idolo eſſe conformem Deo, ideſt ex eo, quod forma hominis erat impreſſa in idolo, credebant divinitatem ineſſe ei, ſecundum quam deberet, ut Deus adorari. Nihil ſiunt homines cum peccant, quia recedunt a vero eſſe. *Ezech.* 26. In nihilum redigam te, & non eris. Qui enim in Deo non eſt, qui ſolus vere eſt, non eſſe dicitur, ut dicitur ſuper illud *Pſ.* 38. Remitte mihi priuſquam abeam, & amplius non ero. Mens otioſa, & curioſa. *Sap.* 14. Supervacuitas hominum hæc adinvenit in Orbem terrarum. Unus tantum Deus eſt, &c. Nam unus non ponitur ſubſtantive, aliter eſſet falſa hæc. Unus Deus eſt. Conſenſione, ideſt convenientia voluntatis: unitate geminæ ſubſtantiæ, ideſt naturæ. Nec majus aliquid omnes, quam ſinguli: juxta hoc a ſimili dicitur, quod non magis maturum faciunt hominem omnes virtutes inſimul, quam una. Et illa invenis, ſcil. potentiam, ſapientiam, & bonitatem. Quanto magis, &c. imo certe videtur, quod multo minus. Reſpondeo; imo certe dicit, quod ſi illa non ſunt partes, quia ſunt idem, ſcilicet potentia, ſapientia, & bonitas, ergo

A dicitur

a ſubſtantive, ſed adjective. *a* Nam etſi dicantur, &c.] Intentio Apoſtoli, ut dictum eſt, eſt oſtendere ab idolothytis abſtinendum eſſe, licet ſciamus ea eſſe munda, & non poſſe inquinari per hoc, quod immolata ſunt idolis, quia idolum nihil eſt, unde non poteſt nocere creaturæ Dei. Hoc idem probat hic per locum a majori, uno modo. Et notandum, quod

B Dii dicuntur adoptione, & nuncupatione: Secundum quod exponitur littera hæc de Diis nuncupatione, ſic dico quod idolum nihil poteſt in creatura Dei, quia nec ſancti, qui magis poſſunt. Vel continuatur ad ultimum, quod melius eſt. Sic dico, quod non eſt, niſi unus Deus tantum. *a* Nam etſi, &c.] adoptione. *b* In cœlo] ut animæ ſanctorum, qui ibi ſunt. *c* Sive in terra] ſancti, qui hic habent gratiam Dei. *d* Siquidem, &c.] hoc modo. *e* Et Domini] qui præſunt aliis.

a Nam etſi ſunt, qui dicantur Dii, *b* ſive in cœlo, *c* ſive in terra (*d* ſiquidem ſunt Dii multi, *e* & Domini multi:) *f* nobis tamen unus *g* Deus pater, *h* ex quo omnia, *i* & nos in illo: *k* & unus Dominus Jeſus Chriſtus, *l* per quem omnia, *m* & nos per ipſum. *n* Sed non in omnibus eſt ſcientia, *o* Quidam *p* autem *q* cum ſcientia uſque nunc idoli, quaſi idolothytum *r* manducant: *ſ* & conſcientia ipſorum cum ſit infirma, polluitur. Eſca *t* autem nos non commen-

f Nobis tamen, &c.] videlicet tota Trinitas: Et ſumitur ly [pater] eſſentialiter. *h* Ex quo omnia,] ideſt, quia ex eo ſunt omnia, & hoc credimus, & ita verum eſt, quod nobis eſt unus Deus. *i* Et nos in illo:] ideſt per illum ſumus recreati. Dii ergo dicuntur homines per adoptionem. *Rom.* 8. Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, per quem adoptati eſtis in filio. *Pſ.* 81. Ego dixi: Dii eſtis, &, ideſt, quia filii Excelſi omnes. *Jo.* 10. Si illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei, &c. Secundum hoc ergo omnis habens gratiam Dei, dicitur Deus. Item dicuntur Dii participatione divinæ ſapientiæ. *Matt.* 16. Vos autem quem me eſſe dicitis. *Hier.* Homines ſunt, qui de humanitate loquuntur; Dii autem, qui divinitatem intelligunt. Item dicuntur homines participatione poteſtatis judiciariæ, ſic omnes Prælati. *Pſ.* 81. In medio autem Deorum Deos dijudicat: *Exod.* 22. Diis non detrahes. Item participatione dominationis dicuntur Dii. *Exod.* 7. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, ut facias de eo quod vis, ſicut ſi eſſes Deus. *a* Nam etſi, &c.] Quæritur quare dicit [dicantur] & non dicit [ſunt] quia multi vocantur Dii, & Domini, & non ſunt, ſed potius ſunt dæmones, & tyranni. Unde id: Omnes Dii gentium dæmonia: Poteſt dici non tantum eſt de Diis earum, ſed de Diis Chriſtianorum. *Deut.* 32. Surgant & opitulentur vobis. *Dan.* 14. Iſte enim intrinſecus eſt luteus, & forinſecus æneus; tantum verba ſanctitatis habentes, ſed interius ſunt pleni omni ſpurcitia. *Habac.* 2. Væ qui dicit ligno, expergiſcere, & lapidi, &c. Sic poſſunt loqui aliqui Prælatis ſuis quaſi ligno, & lapidi, cum opus eſt ut defendant Eccleſias ſuas. *Baruch* 6. Sceptrum habet, ſicut homo judex regionis, qui in ſe peccantem, &c. habet gladium, verbum Dei, & habet ſecurim excommunicationis, ſe autem a latronibus non liberat. Nec mirum, quia *Iſ.* 1. Principes tui infideles; ſocii furum. Sicque oſtentant ſanctitatem, & juſtitiæ rigorem, tamen neutrum habent. 1. *Reg.* 13. Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet. Interl. Juſtus, & humilis tanquam parvulus lactens. Tales ſunt Prælati multi in primo anno prælationis ſuæ. Duobus autem annis regnavit in Iſrael. Interl. Juſte, & moderate, poſtea magis tyrannus, quam rex. Sic fit ad litteram de noſtris Prælatis. Unde *Ezech.* 19. Leo factus eſt, & didicit prædam capere, & homines devorare, poſt primum annum, vel ſecundum; imo etiam in multorum epitaphiis ſcribendum eſſet, quod nec uno die regnaverunt in prælationibus ſuis, ex quo non computatur, niſi tempus illud, in quo bene ſe habuit Saul. *g* Unus Deus pater,] ideſt unus creator. *Deut.* 6. Deus tuus unus eſt. Quod vero tantum ſit unus Deus, poteſt probari: quia ſi eſſent multi, ponamus quod duo ſint, oſtendo, quod uterque eſſet inſufficiens, aut alter ſuperfluus ſic: Unus eſt omnipotens, aut alter ſimiliter, aut non; ſi æque omnipotens, ſuperfluus eſt alter, quia tantum poteſt facere unus quantum uterque: ſi non eſt omnipotens, aut aliquid poteſt, aut nihil; ſi nihil, inutilis eſt; ſi aliquid, aut idem quod ille alius: aut aliud, ſi idem, iterum eſt ſuperfluus; ſi aliud quod non ille; ergo uterque eſt inſufficiens. Item ex hoc ſequeretur, quod non eſſet ſimplex omnino: quia hoc nomen Deus, quod diceretur de utroque, traheretur in partem; aut ergo per differentiam additionis, & ſic eſſet uterque compoſitus; aut per differentiam ſubtractionis, & ſic iterum non eſſet ſumme ſimplex, quia ſumme ſimplici nihil poteſt ſubtrahi. *h* Ex quo omnia] *Rom.* 11. Ex ipſo ſunt omnia. *i* Et nos in illo] per ipſum, & in ipſo, quaſi in proprio loco. Unde *Aug. in princ. conf.* Inquietum eſt cor noſtrum, Domine, donec perveniat ad te, qui ſuſtentas nos in eſſe, ſicut res ſuſtentatur in loco ſuo. *Hebr.* 1. Suſtentans omnia verbo virtutis ſuæ. *Act.* 17. In ipſo vivimus, & movemur, & ſumus, quia dicit *Jo.* 14. Ego ſum via veritas, & vita: In ipſo ſumus, ut in veritate; vivimus, ut in vita; movemur ut in via per imitationem. *Gl.* tamen dicit, & nos in illo fovente: juxta illud *Gen.* 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. *Gen.* 48. dicit Jacob ad Dominum: Deus, qui paſcis me ab adoleſcentia mea. In *Pſ.* 30. Propter nomen tuum deduces me, & enutries me. *k* Unus Dominus Jeſus Chriſtus,] etiam in quantum homo Dominus eſt. Unde *Pſ.* 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. *Jo.* 13. Vos vocatis me Magiſter, & Domine, &c. *Pſ.* 104. Conſtituit eum, ſcilicet Joſeph. Pharao dominum, & principem domus ſuæ, &c. *Eph.* 4. Unus Dominus, una fides, unum Baptiſma, Deus, & pater omnium. *Mal.* 2. Nunquid non pater unus omnium noſtrum? Nunquid non Deus unus creavit nos? *Zach.* 14. In die illa erit Dominus unus, & nomen ejus unum. Sed quare non addit de Spiritu ſancto? Reſpondeo, quia nexus patris, & filii intelligitur in patre, & filio. *l* Per quem omnia,] ideſt Chriſtum. *Jo.* 1. Omnia per ipſum facta ſunt, quaſi per artem. *m* Et nos per ipſum.] Vel poteſt exponi de dæmonibus, & idolis prout Dii dicuntur, nuncupatione. Dico, quod idolum nihil eſt. *a* Nam etſi, in cœlo,] ut *Sap.* 13. Solem, & Lunam rectores Orbis terrarum Deos putaverunt. *c* Sive in terra] ut idola. *d* Siquidem] certe. *e* Dii multi,] nuncupatione ſola, & Domini. Similiter *Jer.* 10. Dii, qui non fecerunt cœlum, & terram, pereant de terra, & de locis, quæ ſub cœlo ſunt. *f* Nobis tamen unus Deus] ſecundum veritatem, qui poteſt omnia, ſed illi Dii tantum nuncupatione nihil poſſunt, unde non poſſunt contaminare cibos. *n* Sed non in omnibus eſt ſcientia] hæc: *p* Autem] ideſt, quia (Quidam.) Vel (non in omnibus) hæc eſt ſcientia videlicet, quia Deus unus eſt, & non plures. *o* Quidam manducant, &c.] & poſtquam converſi jam ſunt. *q* Cum ſcientia idoli,] ideſt putantes idolum eſſe Deum. *r* Et manducant idolothytum] ideſt cum veneratione idoli. *ſ* Et conſcientia, &c.] in fide polluitur exemplo eorum, qui unius Dei fidem habent, qui comedebant [Idolothytum,] quaſi cum veneratione idoli coram eis, licet in veritate non crederent numinis aliquid eſſe in idolo. *t* Eſca autem nos non, &c.] ad non habendum, vel ad habendum majorem gratiam, ſive comederimus, ſive non. *Rom.* 14.

A Non

A dicitur Pater, & Filius, & Spiritus S. ſunt eadem potentia, &c. Sequitur, quod idem, ſed propter proprietatem: ex hoc poteſt haberi ratio, quod proprietates ſunt; ſed de hoc diverſæ ſunt opiniones. Neque ex alio profectus. Argumentum, quod paternitas eſt innaſcibilitas. Proprietate videlicet exiſtente. Conſitetur & filii originem non ab initio temporali, ſed ab initio, ideſt patre. Non per ſeipſum, ideſt non a ſeipſo. Peregrinatur. 2. *Cor.* 5. Non natura, vel participatione. Non enim talis eſt participatio, ut aliqui conformantur in albedine; ſed non eſt participatio per cognitionem, & dilectionem, quæ ideo dicuntur participatio, quia ex parte ſunt, non enim capiuntur plene. Latria, ſervitus, Ly (ſervitus) non ſufficienter exponit illud: unde interpretatur illud per generale; ſervitus enim quid commune eſt ad latriam, & ad duliam. Qui non eſt factus, ſupple, Deus. Æqualitas Angelorum. *Matth.* 22. Et *Luc.* 20. Erunt ſicut Angeli Dei. Ut ille colatur: colitur autem credendo in eum, ſperando, & diligendo. Ut dicitur in Prophetis: quæritur ſi debeat dici, quod Chriſtus ſit nobis pater, &c. Et dicendum, quod ſi ſumatur pater eſſentialiter, tota Trinitas eſt unus pater, ſive unus creator omnium; ſi perſonaliter non ita gratia. Ita eſt filii, &c. Argumentum, quod Chriſtus eſt filius Spiritus ſancti, & ſui, & hoc eſt verum. Quod enim ſcriptum eſt. *Exod.* 20. Deus tuus unus. *Deut.* 6. Nec alia per filium, alia per patrem; ergo omnia creata ſunt per patrem, ergo ab aliquo, vel ab aliquibus creata ſunt per patrem: A quo? Si dicas a filio, exinde ſequitur, quod pater eſſet a filio. Si dicas a patre, ergo pater eſt a patre. Reſpondeo non ſequitur, ergo ab aliquo, vel ab aliquibus: quia cum componis ibi ablativum, jam ſignificatur auctoritas, & ſubauctoritas; quod non eſt in prima, ſcilicet cum dicitur, per patrem. Qui neſciunt adhuc, nondum erant enim bene fir-

Expoſitio Gloſſ.

A mi in

▲ Non eſt regnum Dei eſca, & potus. *Gl.* ibi: Horum uſu non acquiritur regnum Dei, ſicut nec amittitur. *a* Neque deficiemus:] Contra; *Matt.* 15. Dimittere eos jejunos nolo ne deficiant in via. Sol. Ibi agitur de defectu corporali, qui provenit ex defectu cibi corporaliter; hic loquitur de defectu ſpirituali, qui non cauſatur ex defectu cibi corporaliter, ſed potius profectus ſpiritualis augetur. *Dan.* 3. Ecce Deus noſter quē colimus, poteſt eripere nos. 2. *Cor.* 4. habentes hanc miniſtrationem, &c. non deficimus. *Luc.* 12. Non in abundantia cujuſque, vita ejus eſt. [Neque deficiemus] a gratia. *b* Abūdabimus.] gratia. 2. *Cor.* 8. Qui multū non abundavit. *Rom.* 14. Qui non manducat, manducantem non ſpernat. Non enim ſolis jejunantibus apparuit Dominus, ſed etiam manducantibus. *Marc. ult.* Recumbentibus undecim, &c. *c* Videte] Ex quo ſumere hujuſmodi eſcas, vel non ſumere non confert gratiam, vel aufert. *d* Ne forte hæc licentia] qua licet nobis comedere idolis immolata. *f* Offendiculum] in fide. 1. *Cor.* 2. Non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem. *Rom.* 14. Infirmos in fide aſſumite. *Gal.* 5. Vos in libertatem vocati eſtis fratres tantum, ne libertatem in occaſionem detis. Et ſubdit quomodo ſit offendiculum. *g* Si quis enim infirmus] in fide. *h* In idolio recumbentem,] id eſt coram idolo. *i* Nunne conſcientia ejus] qui non habet talem ſcientiam. *l* Ad manducandum idolothyta?] id eſt idolo immolata cum veneratione idoli.

D

Moraliter. Moraliter. *e* Hæc licentia veſtra,] id eſt libertas veſtra o Clerici, quam transfertis in luxuriam, quaſi liceat vobis omnia facere. 1. *Pet.* 2. *Gal.* 5. Ne fiat offendiculum infirmis laicis. *h* In idolio recumbentem,] enarra Theologos, & Monachos curiales. Item recumbentes ad ſacarium in ſcholis, fame percipiendorum fructuum omnium præbendarum. *Amos* 2. Accubuerunt juxta omne altare, & vinum damnatorum bibebant, id eſt, adulatorum, & detractorum. *Prov.* 23. Ne deſideres de cibis ejus in quo eſt panis mendacii; noli laborare ut diteris; ſed prudentiæ tuæ pone modum. *k* Ædificabitur ad manducandum idolothyta] Sic exemplo Theologorum, & maxime Doctorum, qui habent plures præbendas, cum prohibeat lex. *Deut.* 17. Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus, &c. *m* Et peribit] *Rom.* 14. Noli cibo tuo perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. *Lev.* 19. Coram cæco non pones offendiculum, id eſt nec modicum. Duas ponit hic rationes, propter quas non eſt edendum cum offendiculo proximi, quia frater noſter eſt, & quia Chriſtus mortuus. *n* Sic autem] Oſtendit, quod peccatum infirmorum redundat in eos, &c. propter quam oſtendit, quod non debent hic facere exemplo ſuo. *o* Percutientes] non gladio verbi Dei, ſed gladio mali exempli, de quo *Matt.* 26. Converte gladium tuum in locum ſuum; omnis enim, &c. *Amos* 9. Percute cardinem, id eſt conſcientiam, & commoveantur ſuperliminaria, id eſt ratio, & intellectus. *Eccl.* 21. Romphæa bis acuta, omnis iniquitas, id eſt inæqualitas. *p* Non manducabo carnem] quod majus eſt, quam non manducare idolothytum. *q* In æternum,] id eſt nunquam. Simile *Joan.* 13. Non lavabis mihi pedes in æternum, id eſt nunquam lavabis. *Rom.* 14. Noli propter eſcam deſtruere opus Dei; omnia quidem munda ſunt, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat. *Num.* 25. Fornicatus eſt. Ibi *Gl. Orig.* Non ſolum in cibis, idolis immolatum eſt, ſed etiam in verbis; cum omnis ſermo qui pietatem docet, Deo immolatus eſt; qui autem impietatem, idolis: quid igitur, in factis? *r* Ne fratrem meum ſcandalizem] *Matth.* 18. Qui ſcandalizaverit unum de puſillis, &c.

Expoſitio Gloſſ. ▲ mi in fide. Propter quem ſalvandum, quantum ad ſufficientiam. Charitatis non æmuli, id eſt imitatores, vel zelatores peccant. In Chriſto, non in Chriſtum. Imo videtur. Sed nota, quod peccare in Chriſtum ſumitur tribus modis, ſcilicet large, ut quicumque peccat mortaliter: ſtricte, ut quicumque per ignorantiam peccat: ſtrictius, ut quicumque negat Chriſtum, & hoc modo ſumitur hic: Cujus regnum dimittitis, id eſt fideles, qui ſunt regnum ejus, a fide abire facitis. Non manducabo. Ponatur, quod ille ſcandalizetur de quolibet, quid fiet? Reſpondeo, tunc debet comedere; non debet propter hoc dimittere; hoc enim eris de veritate vitæ, quæ non eſt dimittenda propter ſcandalum.

dat Deo. Neque *a* enim ſi non manducaverimus, deficiemus; neque ſi manducaverimus, *b* abundabimus. *c* Videte autem *d* ne forte hæc *e* licentia veſtra, *f* offendiculum fiat infirmis. *g* Si quis enim viderit eum qui habet ſcientiam, *h* in idolio recumbentem, *i* nonne conſcientia ejus cum ſit infirma, *k* ædificabitur *l* ad manducandū idolothyta? *m* & peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. *n* Sic autem peccantes in fratres, & *o* percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſto peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, *p* non manducabo *q* carnem in æternum, *r* ne fratrem meum ſcandalizem,

CAP. IX.

NON *ſ* ſum liber? Non ſum *t* Apoſtolus? *u* nonne Chriſtum Jeſum Do-

EXPOSITIO CAP. IX.

NON ſum liber?] In hoc capitulo tractat Apoſtolus de cibis, & procurationibus Prælatorum. Et dividitur hoc capitulum in quatuor partes. In prima parte oſtendit ſe talem fuiſſe, cui procuratio merito debebatur, concurrentibus in ipſo quinque, quæ competunt Prælato, & prædicatori, ſcil. quod liber, quod Apoſtolus, quod Deum vidit, quod opus ejus ſint, quod ipſorum eſt Prælatus ſpiritualis. In ſecunda probat non ſolum primis Apoſtolis, ſed etiam omnibus deberi procurationem *ibi*: (Mea defenſio.) Et probat hoc per exempla naturalia, & conſueta. Primo exēplo aliorum Apoſtolorū: ſecundo militum: tertio vinitorum: quarto paſtorum: quinto per legem: ſexto exemplo agricolarum, arantium, triturantium, ſeminantium. In tertia parte dicit ſe nec uſum, nec velle uti hac poteſtate, quamvis Dei ſit conſtitutio, *ibi*: (Sed non uſi ſumus) Et hoc propter ſex rationes. Prima eſt, ut non evacuaretur gloria ejus: ſecunda ne amitteret mercedem ejus: tertia, quod melius erat ei lucrari, quam ſumptus accipere: quarta ſumitur a ſimilitudine currentium in ſtadio, qui ſe abſtinent ab eis etiam, quæ poſſunt portare, ut expeditius currant: quinta ſumitur a ſimilitudine certantis in agone, qui omnia deponit ne adverſarius in eo inveniat unde teneat eum: ſexta eſt ne ſua prædicatione reprobaretur: ſeptima ne daret Pſeudoapoſtolis occaſionem accipiendi, *ibi*: (Cum liber eſſem) In quarta parte docet currentem ad cœleſte bravium non indigere magnis expenſis, quæ potius gravant currentem, quam juvent, *ibi*: (Sic igitur curro.) Dicit ergo:

A

ſ Non ſum liber?] Continua ita: Dico omnibus, ut caveant a licito cibo propter vitandum ſcandalum; nec tantum dico hoc minoribus tantum, ſed etiam majores ſimiliter debent vitare ſcandalum ſubditorum, & in licitis; ſicut & ego facio: quia [Non ſum liber?] quaſi dicat: Non poſſum libere ſumptus accipere ab his quibus prædico? quaſi dicat, imo ſum liber ad veſcendum quocumque; ad loquendum intrepide; ad agendum voluntarie; ad ducendum ſorores; ad petendum procurationes: & licet poteſtatem accipiendi ſumptus haberet, tamen propter vitandum ſcandalum non accipiebat. Sed *Iſ.* 3. Populum meum exactores ſui ſpoliaverunt. In *eod.* Depaſti eſtis vineam meam, dicit Prælatis noſtris, licet eam circumdare deberent. Vel quia brutis animalibus eos comparat cum dicit: Depaſti, &c. Et utinam non eſſent ligati, ſed liberi. *Ezech.* 19. de Jechonia: Miſerunt eum in caveam: in catenis, &c. Apoſtolus autem libertate ſua bene utens dicit *Gal.* 2. Qui ſubintroierunt explorare libertatem, quam habemus in Chriſto Jeſu, ut nos in ſervitutem redigerent, quibus non ceſſimus, nec ad horam ſubjectioni, ut veritas Evangelii permaneat.

t Non ſum Apoſtolus?] quaſi dicat Imo, unde libere poſſum accipere ſumptus, ſicut alii Apoſtoli. *u* Nunne, &c.] Hoc dicit contra Pſeudo dicentes eum non eſſe Apoſtolum, quia Dominum non viderat, ſicut alii Apoſtoli. *Act.* 9. Barnabas

Expoſitio Gloſſ. *ſ* Non ſum] poteſtatem habens non operari manibus? Sed contra: *Exod.* 23. Sex diebus operaberis. Item *Geneſ.* In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, &c. ergo quilibet tenetur laborare, ergo Apoſtolus tenebatur. Reſpondeo, verum eſt, aut æquivalens. Unde prædicator licet non laboret propriis manibus, facit tamen æquivalens; ideo otioſi peccant, redditus etiam hæreditarios accipiendo. Etſi ſic inductum ſit, id eſt probaverit ſe eſſe Apoſtolum. Chriſtum vidi, pro quo minus viderer Apoſtolus, ſi ipſum Dominum non vidiſſem. *Luc.* 6. Elegit duodecim, quos & Apoſtolos nominavit; & quia Paulus non fuit de illis, videbatur quibuſdam non eſſe Apoſtolus. Ideo hic docet & ſe, & ſucceſſores eſſe Apoſtolos. 2. *Cor.* 11. Exiſtimo me nihil minus feciſſe a magnis Apoſtolis. Item 2. *Cor.* 12. Audivi arcana verba, quæ non licet homini loqui. In via *Act.* 9. In templo. *Act.* 22. Legem evacuabat. *Act.* 9. Saulus autem, &c. Convaleſcebat, & confundebat Judæos deſtruendo legalia, Opus meum perfectum: ſed nonne iſti erant

▲ imperfe-

A nabis apprehenſum illum, &c. & narravit illis quomodo in via vidiſſet Dominum. Et *ibid.* 22. Factum eſt mihi revertenti in Jeruſalem, &c. videre illum dicentem mihi: Exi cito de Jeruſalem. *Inf.* 15. Noviſſime autem omnium tanquam abortivo viſus eſt mihi. *a* Nonne] ſicut Eccleſia opus eſt architecti. *Sup.* 3. Ut ſapiens architectus poſui fundamentum. Item ſicut filius opus eſt genitoris. *Sup.* 4. Per Evangelium ego genui vos. [Opus meum] Felix qui hoc poſſet dicere bonis aliquibus quos convertiſſet ad fidem, & inſtruxiſſet in moribus. *Pſ.* 101. Opera manuum tuarum ſunt cæli. Manus Domini ſunt Prædicatores. *Eccl.* 38. Faber ferrarius ſedens juxta incudem, & conſiderans opus ferri, vapor ignis uret carnes ejus, & in calore fornacis concertatur. Poſt parum, Cor ſuum dabit in conſummationem operum, & vigilia ſua ornabit in perfectionem. Faber iſte eſt Prædicator: incus ſupra quam fabricare debet, fides eſt, quia *ſup.* 3. Fundamentum aliud, &c. Conſiderare opus ferrei eſt conſiderare duritiam peccatoris. Vapor ignis eſt zelus Dei, & mandatorum ejus. Calor fornacis eſt ardor dilectionis proximi. Conſummatio eſt in bonis operibus confirmatio. Et in *eod.* dicitur d. In brachio ſuo formabit lutum, idest inconſtantiam peccatoris, etiam vilitatem, & ante pedes ejus curvabit virtutem, per humilitatem. Sed heu! hodie qui debent alios ædificare, deſtruunt. Unde poſſunt per contrarium dicere: Nonne deſtructio mea vos eſtis? *Jer.* 48. Mittam eis ordinatores, & ſtratores laguncularum, &c. *Iſ.* 49. Venerunt ſtructores tui: deſtruentes, & diſſipantes a te exibunt.

31. *diſt.* c. *omnino.* 18. q. 1. c. *ſam nunc in fin.*

b Et ſi aliis] idest Judæis. *Galat.* 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi inter Gentes. *Rom.* 11. Quamdiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus.

c Nam ſignaculum] confirmatio, & quaſi ſigillum.

d Apoſtolatus] per miracula, quæ apud eos operatus eſt Dominus per Apoſtolum. 2. *Cor.* 12. Signa Apoſtolatus noſtri facta ſunt ſuper vos; non ſolum dicta, ſed facta. 2. *Cor.* 3. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus, &c. Sicut ſigillum imprimitur ceræ, ita vita paſtoris animis ſubditorum; verbum vero quia non eſt ſolidum ſine vita, parum, aut nihil ſigillat. *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, & ſuper brachium tuum. *Aggæi* 2. Aſſumam te Zorobabel, & ponam te quaſi ſignaculum. Zorobabel magiſter Babylonis, qui caſtigat vitia. Ille ſignat alios, & ſigillat. 1. *Pet.* 5. Forma facti gregis ex animo. Item (ſignaculum) *Prov.* 14. Ubi apparent plurimæ ſegetes, ibi eſt manifeſta fortitudo bovis. Vel, (ſignaculum) apparens: quaſi: Per Apoſtolatum meum impreſſi vobis imaginem Dei. *Eccl.* 38. Noctem tanquam diem tranſigit, qui ſculpit ſignacula. *e* Mea defenſio apud eos] Pendo, qui me interrogant, de Apoſtolatu meo. *f* Poteſtatem] ſcilicet accipiendi ſumptus ad manducandum, & bibendum. Probatio, quod non. *Matt.* 10. Gratis accepiſtis gratis date. Sed ibidem ſubjicitur: Nolite poſſidere aurum, &c. dignus eſt enim operarius cibo ſuo.

g Sororem] in fide. *h* Ceteri Apoſtoli,] ſicut habetur *Act.* 6. Sed quia quis poſſet dicere, hoc faciebant minores Apoſtoli, non magni. Reſpondet, imo quia

i Et fratres Domini,] *Matth.* 13. & Jacobus, & Joannes. *k* Et Cephas?] idest Petrus. Dominus etiam ſecum aliquando ducebat mulieres, quæ miniſtrabant ei neceſſaria. *Luc.* 8. Cum ipſe iter faciebat per civitates, & caſtella, &c.

l Quis militat?] Hic probat per legem naturalem, & communem conſuetudinem, quam oſtendit in multis exemplis. Lex enim naturalis cuilibet dictat; & communis conſuetudo hoc habet, ut quilibet vivat de officio ſuo. (Quis militat?) Ideo conſtituit. Socrates in legibus, quas Athenis fixit, quod milites non haberent proprias poſſeſſiones, ſed alii miniſtrarent eis, ut liberius, & expeditius vacarent operi militiæ, & defenſioni civitatis. Eadem ratio eſt de Clericis: iſti proprios reditus habere non deberent. *Luc.* 3. Contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Milites Domini ſunt Prædicatores pugnantes cum gladio, quod eſt verbum Dei. *Epheſ.* 6. *Job* 25. Numquid

minum noſtrum vidi? Nonne *a* opus meum vos eſtis in Domino? *b* Et ſi aliis non ſum Apoſtolus; ſed tamen vobis ſum. *c* Nam ſignaculum *d* Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino. *e* Mea defenſio apud eos qui me interrogant, hæc eſt: Nunquid non habemus *f* poteſtatem manducandi, & bibendi? Nunquid non habemus *g* poteſtatem ſororem mulierculam circumducendi, ſicut & *h* ceteri Apoſtoli, *i* & fratres Domini, *k* & Cephas? Aut ſolus ego, & Barnabas non habemus poteſtatẽ hoc operãdi? *l* Quis militat ſuis ſtipendiis unquam? *m* Quis plãtat vineam, & *n* de fructu ejus non edit? *o* Quis paſcit gregem, *p* & de lacte gregis non manducat? *q* Nunquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? *r* Scriptum eſt enim in lege Moyſi. *ſ* Non alligabis os *t* bovi trituranti.

eſt numerus militum ejus? 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus negotiis. *Iſ.* 45. Manus meæ extenderunt cælos, & militiæ eorum mandavi. *Luc.* 2. Subito facta eſt multitudo militiæ cæleſtis. Sic gaudent ſancti Prædicatores, quando vident Chriſtum natum per gratiam in corde alicujus. *m* Quis plantat vineam,] Eccleſiam, de qua *Iſ.* 5. Vinea Domini Sabaoth, domus Iſrael eſt.

n Et de fructu ejus non edit?] *Jer.* 31. Plantabis vineas in montibus Samariæ. Sed nos multum comedimus de fructu vineæ Domini, qui eam non plantavimus. *Jo.* 4. Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. *Deut.* 6. Cum dederit Dominus Deus tuus tibi civitates quas non ædificaſti. Et poſt, Vineta, & oliveta quæ non plantaſti, ne obliviſcaris Domini Dei, tui, &c.

Deut. 25. 1. *Tim.* 5. 13. q. 1. c. *Eccleſias.*

o Quis paſcit gregem,] verbo & exemplo, & temporali ſubſidio. Propter quod dictum eſt Petro ter: Paſce, *p* Et de lacte gregis non manducat?] Conſtat, quod multi comedunt, qui tamen non paſcunt, ſed ſicut dicitur *Ezech.* 34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis; gregem autem meum non paſcebatis. *Jer.* 13. Ubi eſt grex, qui datus eſt tibi, & pecus inclytum tuum?

q Nunquid ſecundum hominem?] Poſſet quis dicere: Tu probas te poteſtatem habere accipiendi ſumptus tantum per conſuetudinem hominum, imo dicit, etiam per Scripturam hoc probo. *r* Scriptum eſt] *Deut.* 25. *ſ* Non alligabis] idest non prohibebis Prædicatorem vivere de prædicatione. *t* Bovi trituranti.] Triturare eſt ſeparare granum a palea. Bos iſte eſt Prædicator: granum, animas; paleæ, temporalia. *Iſ.* 25. Triturabitur Moab ſub eo, ſicut teruntur paleæ ſub plauſtro. *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi, &c. *Oſee* 10. Ephraim vitula

A docta

A imperfecti? Reſpondeo: Perfectum opus quoad Apoſtolum, quaſi dicat: nullus alius operatus eſt in vobis niſi ego. 2. *Cor.* 3. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris. Nunquid ego, & mei non habemus poteſtatem, Sed eadem ratione videtur, quod Epiſcopi & ſocii eorum debent recipere ſumptus. Reſpondeo: Verum eſt ſi gerant vicem Epiſcoporum, & pro eadem cauſa ad prædicandum, corrigendum, & inquirendum laborent, & hujuſmodi. Sed de ſuo jure cederet. *Matt.* 10. quando dixit: Dignus eſt operarius cibo ſuo. Ibi dicit Interl. Præcepit nihil facere, quia eis debentur omnia. Item Chryſoſtomus ibi: Num tantus dignos dixit Apoſtolicos labores? abſit, ſed illis legem indixit nihil amplius quærere: & tribuentes ſuadens quod non munificentia eſt, ſed debitum. Poteſtas, non juſſio, ſicut dictum eſt: *Luc.* 10. Edentes, & bibentes, & cum conceſſio, permiſſio ſit. Et reliqui. *Matth.* 12. Fratres tui foris ſtant. Cephas, idest Petrus Syriace, ſed Græce interpretatur caput. Princeps Apoſtolorum, præcipue prædicantium Judæis. Sed num erat ita princeps Paulus? Imo ipſe erat ita caput Gentium, ſicut Petrus Judæorum: ſicut habetur ſuper illud *Gal.* 2. Dederunt mihi, & Barnabæ dextras ſocietatis, ut ego eſſem primus in prædicatione Gentium, ſicut Petrus in circumciſione. Miniſtrantes ei de facultatibus. *Matth.* 28. *Luc.* 8. Angeli miniſtrabant. *Matth.* 4. Loculos habuit. *Joan.* 11. Dominus in comitatu ſuo mulieres. Unde & mulieres leguntur præfuiſſe, vel prædicaſſe aliis, ut Debbora. *Jud.* 4. Et Samaritana. *Joan.* 4 tamen Apoſtolus propter periculum hoc immutavit, *inf.* 14. Mulieres in Eccleſia, &c. Quis militat, &c. probat hoc, &c. Reſpondeo: Et ſi aliquis militet propriis ſtipendiis, tamen habet jus accipiendi ſtipendia, etſi non accipiat. Panem gratuitum, imo debitum, ut videtur; quia *Matth.* 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo. Reſp. Gratuitum quantum ad accipientes, quia non propter illum prædicant, tamen eis datur; non autem gratuitum quantum ad dantes. Eodem ſpectantia; eodem adverbium, idest idem. Miniſterium Regis cælorum, idest Sacræ Scripturæ. *Matth.* 22. Auferetur a vobis regnum Dei. Sunt indulta. Quare non dicit data? Reſp. hoc dicit, quia in uſu temporalium, ut frequenter accidit, peccatum eſt, ſed non ſic in uſu ſpiritualium.

Expoſitio Gloſſ.

A Regulæ

A docta diligenter trituram. Bos licet magnum laborem habeat in tritura, tamen libenter illuc vadit propter refectionem. Similiter Prædicator ſanctus libenter prædicet quando multos videt converti ad Deum, & ibi reficitur ſpiritualiter. *a* Nunquid de bobus cura] Diceret quis, hæc auctoritas non valet ad propoſitum tuum, quia ibi loquitur Dominus ad litteram de bobus. [Sed nunquid, &c.] q. d. non, Contra: *Sap.* 6. Æqualiter eſt ei cura de omnibus. *Sap.* 12. Non eſt alius Deus quam tu, cui cura eſt de omnibus. *Matth.* 10. Nonne dbo paſſeres aſſe veneunt, & unus ex illis non cadit ſuper terram abſq; patre veſtro? *Luc.* 12. Nonne quinque paſſeres, &c. Sol. Eſt cura providentiæ generalis omnium, ſpecialis hominum, ſpecialior fidelium, ſpecialiſſima ſanctorum. Et eſt cura inſtructionis, hæc tantum hominum. *Eccl.* 10. Curatio ceſſare faciet peccata maxima. *b* An propter nos] q. d. non propter boves, ſed propter nos prædicatores. *c* Propter nos ſcripta ſunt.] *Rom.* 15. Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. 2. *Tim.* 4. Omnis doctrina divinitus inſpirata, utilis eſt, &c. *d* Quoniam arat,] prædicator, qui corda aperit ad ſemen fidei, & in fide. *e* In ſpe] ergo terrena ſperanda ſunt. Reſpondeo, non propter ſe, ſed propter Evangelium ſecundario. *Matt.* 6. Primum quærite regnum Dei, &c. *Eccl.* 6. Quaſi is qui arat, & qui ſeminat, accede ad illam, & ſuſtine bonos fructus illius. *Jac.* 5. Ecce agricola expectat pretioſum fructum, &c. *e* In ſpe] *Gl.* Non propter ſpem. Non enim poni debet & intentio ſua, & finis in miniſtro ſuo. *f* Et qui triturat,] in motibus. *e* In ſpe] ſperando mala a bonis. *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, &c. *g* Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus. *Eccl.* 14. In diviſione fortis da, & accipe. *Pſ.* 80. Sumite pſalmum, ideſt ſpiritualia, & date tympanum, ideſt temporalia. *Rom.* 15. Si ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis. Ibid. ante: Placuit eis debitores eorum fieri: quod fit quando doctrinam ab alio quis recipit, illius fit debitor in proviſione temporalium. *Gal.* 6. Communicet autem is, qui catechizatur, &c. *Tim.* 2. Laborantem agricolam primum oportet edere, &c. *h* Si veſtra carnalia] Non dicit temporalia, quia multa ſunt, quæ vitæ hominis non competunt, ut turres, & caſtra, aurum, & lapides pretioſi. *i* Nos metamus.] qui ſeminavimus, nam & alius eſt qui metit. Hoc eſt quod ſequitur. k Si alii] Pſeudo. *l* Poteſtatis veſtræ] ideſt in vos exercitæ. 2. *Cor.* 10. Et ſi amplius gloriatus aliquid fuero de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Deus in ædificationem, &c. *m* Quare non potius nos.] qui propter ſalutem veſtram laboravimus. 2. *Tim.* 2. Laborantem agricolam, &c. *n* Sed non uſi ſumus hac poteſtate:] *Theſſ.* 3. Neque panem gratis manducavimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione. *Nehem.* 5. Ego, & fratres mei annonas, quæ Ducibus debebantur, non comedimus: Duces autem primi, qui fuerunt ante me, gravaverunt populum, &c. ſed & miniſtri eorum depreſſerunt populum: ego autem non feci ita propter timorem Dei. Ita fecit Apoſtolus. Sed contra: 2. *Cor.* 11. Alias Eccleſias expoliavi accipiens ſtipendium ad miniſterium veſtrum, &c. Sol. *Philip.* 4. Nulla mihi communicavit Eccleſia in rationem dati, & accepti, niſi vos ſoli: quia & Theſſalonicam & ſemel & bis mihi in uſum miſiſtis: non quia quæro datum, ſed fructum. Et Apoſtolus non exigebat procurationes, ſed rogatus accipiebat a non avaris. *o* Sed omnia ſuſtinemus,] quaſi dicat: Bene indigemus, & tamen non utimur poteſtate noſtra. [Sed ſuſtinemus omnia] ideſt famem, ſitim, pauperiem, laborem manualem. *Sup.* 4. *Act.* 20.

p Ne quod offendiculum demus Evangelio Chriſti:] Si enim acciperet ſumptus, Pſeudo haberent occaſionem, & auctoritatem accipiendi, & ideo diutius prædicarent, quod eſſet detrimentum, & offendiculum Evangelii, quia contra Evangelium prædicabant. Vel quod Corinthii avari erant, & ſi acciperet ſumptus ab eis, odirent eum, nec libenter ſuſciperent ejus inſtructionem, & ſic iterum eſſet offendiculum Evangelii Chriſti. 1. *Theſſ.* 2. Cum poſſemus vobis oneri eſſe, ut Chriſti Apoſtoli, ſed facti ſumus parvuli in medio veſtrum. Et eſt hic argumentum, quod accipere ſumptus ſit offendere. *Deut.* 16. Non accipies perſonam, nec munera. *Exod.* 23. Idem *Eccl.* 20. idem:

[illegible]

Rom. 15. 12. q. 1. c. Eccleſias.

a Nunquid de bobus cura eſt Deo? *b* An propter nos utique hoc dicit? *c* Nam propter nos ſcripta ſunt. *d* Quoniam debet *e* in ſpe quis arat, arare, *f* & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi. *g* Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi *h* nos carnalia veſtra *i* metamus. k Si alii *l* poteſtatis veſtræ participes ſunt, *m* quare non potius nos. *n* Sed non uſi ſumus hac poteſtate: *o* ſed omnia ſuſtinemus, *p* ne quod offendiculum demus Evangelio Chriſti. *q* Neſcitis quoniam *r* qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt. *ſ* Et qui altario deſerviunt, *t* cum altario participant. *u* Ita & Dominus ordinavit his, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere.

q Neſcitis quoniam] Hic oſtendit ſe habere poteſtatem accipiendi ſumptus, quia Dominus ſic inſtituit: etiam præponit huic rationi duo ſimilia, per quæ procedit rationem illam. *r* Qui in ſacrario operantur,] ideſt qui reficiunt ſarta tecta, & ruinas templi. Vel ſacrarium locum dicit in quo ſacrificabant Gentiles: in quorum ritu ſic erat, quod ſacrificantes partem accipiebant in oblationibus, ex quibus vivebant. — 16. q. 1. c. Jam nunc. 13. q. 1. c. Eccleſias.

ſ Et qui altario deſerviunt,] ut ſacerdotes Judæorum. *Lev.* 7. Adolebit adipem ſuper altare, pectuſculum autem erit Aaron, & filiorum ejus; armus quoque dexter. *t* Cum altario participant.] *Inf.* 10. Nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? Sed ſunt hodie multi, de quibus poteſt dici illud. *Dan.* 14. Sacerdotes ingreſſi ſunt nocte cum uxoribus, & liberis ſuis, & comederunt omnia, & biberunt. 2. *Mach.* 4. Erat hoc non initium, ſed incrementum quoddam, & profectus Gentilis converſationis, ut ſacerdotes non jam circa altaria officia, ſed contempto templo, & ſacrificiis neglectis feſtinarent participes fieri paleſtræ, & præbitionis injuſtæ. *u* Ita & Dominus ordinavit, &c. vivere] accipere ſumptus ab eis, quibus prædicant Evangelium. *Matth.* 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo. *Luc.* 10. Dignus eſt Apoſtolus mercede ſua. [Vivere] Beatus Bernardus, non laſcivire.

Moraliter: Qui ruinas ſpirituales reficiunt, debent habere redditus Eccleſiæ. *Ezech. ult.* Erunt fruges ejus in panem eis, qui ſerviunt civitati, ideſt Eccleſiæ, qui non melius ſerviunt, quam cum Eccleſiam in vita, & moribus conſtruunt. Unde 4 *Reg.* 12. ubi loquitur de tempore Joas. Pecunia his qui faciebant opus, dabatur ut inſtauraretur templum Domini, &c. Infideles diſpenſatores eſſent, ſi non operantibus ad reſtaurationem templi eam diſtribuerent: non eſt ergo a Deo, ſed potius a Diabolo conſuetudo quarumdem Eccleſiarum, in quibus habent Canonici redditus, nec oportet quod Eccleſiis deſerviant. — *Moraliter.*

ſ Qui altario deſerviunt,] *Deut.* 18. Si exierit Levites ad unam urbium, &c. partem ciborum accipiet tanquam unus eorum.

A Regulæ Chriſtianæ jus maneret, ideſt, ut poteſtative poſſet malos arguere, ut nec leve faciant mala, ſed dent illis, qui eos docent. Quod liceat ſibi accipere ſumptus neceſſarios vitæ. Partem habent de his, quæ offeruntur altari. *Lev.* 7. Utriuſque hoſtiæ lex una erit: ad ſacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit, &c. Diſpoſuit vivere de Evangelio; ergo Pſeudo-Apoſtolis. Solutio: non ſequitur. *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur. *Jerem.* 23. Non mittebam eos, & ipſi currebant. Ecce ego mitto vos. *Matth.* 10. *Luc.* 10. Et paulo poſt. *Luc.* 10. Dignus eſt operarius mercede ſua; ergo temporalia ſunt merces prædicationis, & ſunt debitum prædicatori; ergo ſi ob hæc prædicet aliquis, non peccat illo fine, qui ei debetur. Præterea laborans in vinea pro pretio ſibi debito poteſt laborare; ergo a ſimili in vinea ſpirituali, ſcil. prædicato poteſt laborare pro temporalibus ſibi debitis. Præterea ſi prædicat aliquis hac intentione, ut a prædicatione habet ſuſtentationem; quomodo deformatur iſta prædicatio a fine, cum finis ſit bonus? Reſpondeo: Ad primum dicendum, quod temporalia ſunt res debita prædicatori, non tamen ſunt finis ei debitus: unde nullus hoc fine debet prædicare: tamen poteſt accipere, quia poteſt arare in ſpe, ut dictum eſt ſupra. & debita ſunt ei ab auditoribus. Quod autem dicit [dignus eſt mercede ſua] dicendum eſt quod loquitur de mercenario corporali; & aliud eſt de operario corporali, quam de ſpirituali: quia labor illius omnino temporalis eſt, unde bene poteſt poni ſub pretio temporali; iſtius vero eſt ſpiritualis, unde non poteſt poni ſub pretio temporali, tamen ei debetur temporale. Item labor ille, licet ſpiritualis ſit, tamen occupat etiam temporaliter, & eſt eis utilis ſicut corporaliter operarius; & ſic reſpondetur ad ſecundum. Ad tertium dicendum, quod ignobilius non debet eſſe finis nobilioris; cum ergo finis illius eſt ſuſtentati de prædicatione Evangelii, cum hic ſit ordo per verſus. — *Expoſitio Gloſſ.*

A con-

Expoſitio Gloſſ. a conſtat quod talis finis malus eſt: ſic ergo debet eſſe finis ejus: ſuſtentari autem non eſt malum, imo poteſt ſuſtentari per prædicationem. *a* Ego autem, &c.] Poſtquam *Ad litter.* oſtendit ſe habere poteſtatem accipiendi ſumptus, ſubjungit quod non eſt uſus hac poteſtate propter multas rationes, quas ponit ibi. Continua ſic: Ita poſſet ſumptus meos acci-
C pere. *b* Autem] ideſt,
1.q.2. c.Sacerdotis in f. ſed. [Ego nullo horum] ſcilicet cibis, vel parte oblationum altaris, vel auctoritate, vel exemplo. 3. *Reg.* 13. Non comedes panem, & non bibes aquam. Et tamen nullo horũ. *c* Uſus ſum.] licet poſſem. Vel non uſus, hujuſmodi exemplis, & auctoritate legis, ut per hoc vellem accipere. *d* Non ſcripſi autem hæc,] Hoc dicit, quia poſſent credere, quod oſtendiſſet ſe habere poteſtatem hanc, ut eos invitaret ad dandum ſibi, & reddendum, quia ei credebant. *e* Non ut ita fiant] in me, ideſt, non ut dentur mihi: neque ego vellem accipere. *f* Bonum eſt enim mihi] Prima ratio eſt, propter quam non eſt uſus poteſtate ſua. *f* Bonum eſt mihi] non quia bonum eſſet, quod aliquis gloriam ejus evacuaret, ſed quia potius eligerem mori (ad litteram) vel vehementer penuria, & indigentia affligi, quam quod acciperem ſumptus, per quod poſſet quis evacuare gloriam meam. *Eccl.* 30. Melior eſt mors, quam vita amara, ideſt peccatrix. *g* Gloriam meam] quam habebat apud Deum, eo quod ſincere prædicabat Evangelium, ſperans tantum ex hoc vitam æternam, neque propter inanem gloriam faciebat. *Pſ.* 7. Gloriam meam in pulverem deducam. Quod eſt quando ex puritate conſcientiæ, vel alicujus boni operis effertur quis; vel quando lucrum temporale expectat inde. Tunc impletur illud *Ezech.* 3. Benedicta gloria Domini de loco, ſupple, mota eſt. Gloriam autem merebatur Apoſtolus Domini, quia infirmis compatiebatur, non exigens ſumptus ab eis, qui libenter ei darent: & quia ſic repellebat Pſeudo a prædicatione, qui pro temporalibus prædicabant. Unde *Gl.* dicit: Gloriam ſuam dicit, quam habet Apoſtolus apud Deum, infirmis compatiens, &c. Et iterum dicit: Ideo abſtinet Apoſtolus a ſumptibus, ne ſit forma accipiendi Pſeudo-Apoſtolis rapacibus. *h* Nam etſi evangelizavero,] Dico, quod magis volo mori, & in veritate gloria mea evacuaretur ſi ſumptus acciperem. *h* Nam etſi evangelizavero,] ideſt Evangelium annunciavero, ut inde ſumptus habeam.

a Ego *b* autem nullo horum *c* uſus ſum. *d* Non autem ſcripſi hæc, *e* ut ita fiant in me: *f* bonum eſt enim mihi magis mori, *g* quam ut gloriam meam quis evacuet. *h* Nam etſi evangelizavero, *i* non eſt mihi gloria: *k* neceſſitas enim *l* mihi incumbit: væ enim mihi eſt ſi non evangelizavero. *m* Si enim volens *n* hoc ago, *o* mercedem habeo: *p* ſi autem invitus, *q* diſpenſatio mihi credita eſt.

i Non eſt mihi gloria:] ſuæ erogationis, imo ignominia. Minus dicit, & plus ſignificat, quia *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. *Mich.* 3. Sacerdotes in mercede docebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant. *Ezech.* 13. Et violabant me, & populum meum, propter pugillum hordei, & fragmentum panis. Vel aliter. *i* Non eſt mihi gloria:] *Luc.* 17. Cum omnia benefeceritis dicatis, &c. (Non eſt mihi,) ſed Deo. *Jo.* 8. Ego gloriam meam non quæro, eſt qui quærat. *Luc.* 2. Gloria in excelſis Deo. *Jo.* 8. Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. k Neceſſitas enim] Dico non eſt mihi gloria, quia velim nolim, oportet quod prædicem, quia mihi injunctum eſt. Unde ſi propter temporale prædico, pecco mortaliter, non eſt mihi gloria apud Deum, quia non facio intuitu illius, qui mihi præcipit. Dicit ergo:
k Neceſſitas] præcepti. *l* Mihi incumbit: væ mihi ſi non evangelizavero.] ex quo præceptum mihi eſt. Sic multis tradidit Dominus pecuniam verbi ſui, qui ſi non erogaverint, illis væ æternum comminatur. *Luc.* 19. Quare non dediſti pecuniam meam ad menſam. *Iſ.* 6. Væ mihi quia tacui. *Ezech.* 3. Dicente me ad impium, &c. ſi non annunciaveris, &c. ipſe in iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. *Jerem.* 48. Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis. *Amos* 3. Dominus Deus locutus eſt, quis non prophetabit?
m Si enim volens] Hæc eſt ſecunda cauſa ne merces ſuæ prædicationis evacuetur. Volens, ex dilectione ejus qui mihi præcepit, & propter utilitatem Chriſti. *n* Hoc ago,] ideſt prædico. 1. *Pet.* 5. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem Domini, providentes non coacte, ſed ſpontanee.
o Mercedem] ſempiternam. *p* Invitus] neceſſitate, vel cupiditate, vel vanitate, vel ambitione ductus.
q Diſpenſatio] ideſt mihi non erit utilis, ſed tantum aliis: ſicut quando Dominus præcipit ſervo ſuo, quod diſtribuat aliquid pauperibus, nihil in hoc meretur, niſi hoc ex bona voluntate faciat. *Gl.* Nemo accipit remunerationem ejus rei, quam invitus facit. Vel [Diſpenſatio] non dominium. *Sap.* 4. Sic nos exiſtimet homo. Ad *Tit.* 1. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſator eſt.

Moraliter. *o* Mercedem] multiplicem. Una eſt, quia *Moraliter.* ſi prædicator fuit in peccato occulto, ſi ex bona voluntate, *Merces prædicantis.* & propter Deum prædicat, cito dat ei gratiam Dominus. *Jer.* 15. Si converteris, convertam te. *Et* 23. Si non feciſſent verba mea populo meo, avertiſſem eos utique a via ſua mala, & a peſſimis cogitationibus ſuis. Alia eſt, quia Dominus augmentat ei ſcientiam. *Prov.* 11. Et qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Tertia merces eſt, quia ſi gratiam habet, Dominus majorem dat. Ibidem: Anima, quæ benedicit, ipſa quoque impinguabitur. Quarta eſt, quia omnes qui audiunt, tenentur orare pro eo quem audiunt. *Eccl.* 31. Splendidum in panibus benedicent labia multorum. *Prov.* 11. Benedictio autem ſuper capita vendentium. Quinta eſt gaudium æternum. *Matt.* 25. Euge ſerve bone, &c.
p Si autem invitus, diſpenſatio mihi eſt.] Unde illud:

Sic vos non vobis mellificatis apes.

Aliter ab illo loco. *d* Non ſcripſi] ideſt, non ſcripſi *Aliter.* vobis hoc, propter hoc quod vellem ſumptus accipere. (Enim) quia (bonum, &c. mori) fame, (quam ut gloriam) ſupererogationis. (Nam ſi evangelizavero) ſumptus accipiendo. (Non eſt mihi gloria) ſupererogationis: (Enim) ideſt, quia (Neceſſitas) penuriæ. (Mihi incumbit) ideſt facit me prædicare. (Væ enim) ideſt affligor miſeria, & inedia. (Si volens) non inductus ad hoc, quod penuriam patiar. (Invitus) neceſſitate, & inedia tractus. (Diſpenſa-

Δ tio.)

a Ego autem nullo horum] quod eſſet ſi acciperem im- *Expoſitio Gloſſ.* portune: ſed tenebatur non perdere gloriam ſuam, ergo tenebatur non accipere, ergo quod non accipiebat, non erat ſupererogatio. Et dicitur contrarium, *infr. eodem*: Bonum eſt mihi magis mori; ergo potius debet aliquis mori, quam ſcandalizare. Reſpondeo, potius debet mori, quam dicto, vel facto minus recto occaſionem ruinæ præſtet; ſed ſi articulo neceſſitatis faciat quis aliquid de licitis, & alius inde ſcandalizatur, non peccat, quia ibi eſt neceſſitas vitæ. Item videtur, quod Prælatus, qui quæritur ad mortem; debeat eam ſubire etſi aliqui inde ſcandalizentur. Contra: *Matt.* 10. Si vos perſecuti fuerint, &c. Reſpondeo: Illa fuga indulta eſt infirmitati; ſed quando quæritur grex, tunc non debet fugere occaſionem martyrii. Nonne patiebatur perſecutionem: non erat perſonalis illa perſecutio, quia erant qui quærebant ſeducere Epiſcopos hujuſmodi, ut ſic omnes alios corrumperent. Infirmis compatiens nihil ab eis exigens. Tranſigendo, ideſt acquirendo. Quotidianum victum. *Act.* 20. Vulneratus, *Luc.* 10. Pſeudo-Apoſtolos, qui ſub veſtimentis ovium, &c. Rapacibus. *Matth.* 7. Intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, &c. Neceſſitas præcepti mihi incumbit. Ex hoc videtur, quod nec juſtitia, nec obedientia ſit; utraque enim illarum reſpicit debitum. Similiter debeo ſubvenire proximo, qui eſt in neceſſitate, conferendo eleemoſynam, & hujuſmodi; ergo opera miſericordiæ cum ſint debita non ſunt opera virtutum nec meritoria. Similiter diligere, quod eſt præceptum. *Levit.* 19. ergo quia præceptum tamen adhuc debeo addere hanc circumſtantiam (propter Deum,) & in operibus miſericordiæ, & in dilectione Dei, & proximi ſimiliter. Iſte enim finis ubique apponendus eſt. Unde & quidam dixerunt, & adhuc dicitur, quod charitas informat omnes virtutes, eo quod ejus finis ponitur in omnibus, & tamen non eſt verum, quia quælibet virtus ponit omnes ſuas circumſtantias, finis autem circumſtantia. Unde & obedientia, & juſtitia, & omnes aliæ ponunt hunc finem, ſcil. propter Deum, & ex hoc ſunt meritoriæ, quia quælibet virtus ordinat motus ſuos ad hunc finem; tamen finis iſte non eſt ei immediatus, charitati autem eſt immediatus. Si autem invitus hoc. Propter hoc præceptum fuit. *Exod.* 25. quod nullus offerret aliquid ad ædificationem templi, niſi ſponte. Sed contra: Nonne dicit B. Lucia: Si invitam me traxeris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam; ergo ex eo quod aliquis invite operatur, non excluditur a merito. Sol. Uno modo voluntas invita quantum ad fornicationem, ad quam compellebatur, & ex hoc non merebatur. Alio modo non erat, ſcil. quantum ad hoc, quod patienter ſuſtinebat violentiam, & ex hoc merebatur. Invitus aliquid faciens non meretur,

Δ ſi intel-

▲ tio,] aliis ſum utilis, mihi non. *a* Quæ eſt ergo merces mea?] Hæc eſt tertia ratio ne abutatur poteſtate ſua, quia quando laxamus nos ad licita, de facili currimus ad illicita. *a* Quæ eſt ergo merces mea?] i. quomodo habebo mercedem æternam? Et reſpondet ipſemet. *b* Ut Evangelium] Chriſti [prædicans ſumptu,] i. non accipiendo ſumptus. *c* Ponam] i. ſtabiliam in vobis, & confirmem.

a Quæ eſt ergo merces mea? *b* Ut Evangelium prædicans *c* ſine ſumptu *d* ponam Evangeliũ, *e* ut non abutar poteſtate mea in Evangelio. *f* Nam cum liber *g* eſſem ex *h* omnibus, *i* omnium me ſervum feci, *k* ut plures lucrifacerem. *l* Et factus ſum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer. *m* His qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) ut eos qui ſub lege erant, lucrifacerem. *n* His qui ſine lege erant, *o* tanquam ſine lege eſſem, *p* (cum ſine lege Dei non eſſem; *q* ſed in lege eſſem Chriſti,) ut lucrifacerem

D *c* Ut non] in Evangelio prædicando (abutar poteſtate mea) quod facerem ſi ſumptus acciperet (Quæ eſt merces mea) *Eccl.* 11. Benedictio Dei in mercedem juſti. *Prov.* 11. Seminanti juſtitiam merces fidelis. *Gen.* 15. Ego ſum merces tua magna nimis. *Sup.* 3. unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundũ ſuum laborem. (Ponam) ſeminando ſtabiliam. *d* Evangelium] articulos fidei, mores vivendi, amorem virtutum, odium vitiorum, contemptum mundi. *Iſ.* 28. Nunquid quotidie arabit arans, ut ferat gith, & cyminum, &c. in finibus ſuis, i. diverſas auctoritates ſecundum exigentiam auditorum. *e* Ut non abutar poteſtate mea] poteſtate non devotionis, ſed diſpenſationis. Qui prave exponit Scripturam, abutitur poteſtate magiſtrali. Item qui propter favorem humanum, aut propter ambitionem honorum docet, abutitur poteſtate magiſtrali. *Eſth.* 16. Multi bonitate Principum, & honore, qui in eos collatus eſt: abuſi ſunt in ſuperbiam. Item de magiſterio ſuo extolluntur in ſuperbiam. 1. *Petr.* 5. Paſcite qui in vobis eſt gregem Domini, &c. non turpis lucri gratia, ſed ex voluntate. Turpe lucrum eſt ditari de peccatis diſtillantis, vel per burſam vindicantis, vel per ſilentium veritatis, nunc ſcilicet docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia. 2. *Cor.* 3. Si quod evacuatur, eſt per gloriam: multo magis quod permanet in gloria eſt, i. ſi lex Moyſi talem requirit honorem, qualem debet habere Evangelium filii Dei? Vel qui nimis dure arguit infirmos, abutitur poteſtate magiſterii, i. prælationis. 2. *Cor.* 13. Ideo abſens hæc ſcribo, ut non præſens durius agam, &c. *f* Nam cum liber eſſem:] q. d. cum multa alia bona poſſem facere, quia in prædicatione erat magna valde utilitas. In ſervitutem me redigens præ magnitudine utilitatis. *g* Ex omnibus,] *Rom.* 13. Nemini quicquam debeatis, niſi ut invicem diligatis.

i Servum feci,] ideſt debitorem. *Rom.* 1. Græcis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum. 2. *Cor.* 4. Non noſmetipſos prædicamus, ſed Dominum noſtrum Jeſum, nos vero ſervos veſtros per Jeſum. *k* Ut plures lucrifacerem] prædicando quam aliud faciendo. *Jac.* 5. Qui converti fecerit peccatorem, &c. [Lucrifacerem,] Chriſto, & Chriſtum mihi. *Phil.* 3. Omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. *Jac.* 4. Mercabimur, & lucrum faciemus. *Proverb.* 12. Non inveniet fraudulentus lucrum. Item nota, quod non dicit, Plura lucrifaciam, ſed plures, homines ſcilicet, tamen ſunt aliqui, qui magis laborant, ut lucrentur plura, quam plures. *Ezec.* 22. Principes ejus quaſi lupi ad perdendas animas, & avare ſectanda lucra. B. Bern. ad Eugenium: Legati eunt, & redeunt per terras multas, quid boni ferant non audivimus; forſitan audiſſemus niſi præ auro Hiſpaniæ, ubi ſalus populi non procuratur. *h* Omnium me ſervum feci,] omnibus prout poteram ſecundum Deum me coaptans. 4. *Reg.* 4. de Heliſæo dicitur, quod contraxit ſe ad modum pueri. Et qualiter ſe fecerit exprimit ſubdens. *l* Factus ſum] conſimiliter eis vivendo, dum eſſet inter eos. Et maxime quando circumcidit Timotheum propter Judæos, qui in illis locis erant. *Act.* 16. Et quando purificavit ſe, quaſi ſecundum modum Nazaræorum. *Act.* 21. Poſtera die purificatus cum illis intravit in templum. Sic Prædicator, & Prælatus debet ſe conformare eis quibus prædicat vel præeſt in quantum poteſt, dummodo metas veritatis jure non excedat. *Eccleſ.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli. *m* His qui ſub lege ſunt:] *Gal.* 5. Si ſpiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege. *Rom.* 8. Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Jeſu liberavit me a lege peccati, & mortis. *n* His qui ſine lege erant,] ideſt Gentibus. *o* Tanquam ſine lege eſſem.] quando enim erat inter eos, non obſervabat ritus Judæorum; & hoc quia durum videretur eis, ſi aliud prædicaret, & aliud coram eis faceret, abſtineretque a ritibus eorum, qui ſine peccato, & cum charitate fieri poterant. *p* Cum ſine lege Dei non eſſem:] Contra, 1. *Tim.* 1. Juſto non eſt lex poſita. *q* Sed in lege eſſem Chriſti,] *Gal.* 6. Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. *n* His qui ſine lege, &c.] *Rom.* 2. Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt; ejuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, &c. *Epheſ.* 2. Eratis illo tempore ſine Chriſto alienati a converſatione Iſraelis. *Roman.* 9. Iſrael vero ſectando legem juſtitiæ, in legem juſtitiæ, non pervenit. 2. *Paralipom.* 15. Tranſibunt dies multi in Iſrael abſque Deo vero, abſque ſacerdote, & abſque doctore, & abſque lege. *p* Cum] tamen, (ſine lege Dei non eſſem.) Et ne intelligeret hoc quis de legalibus, addit. *q* Sed in lege eſſem Chriſti,] non Judaica.

▲ Infirmis

▲ ſit intelligatur per ſe. Qui autem indevotus; ergo qui ſine devotione cantat matutinas ſuas invitus hoc facit, ergo non meretur. Reſpondeo: Invitus dicitur aliquis facere, quando ita facit, quod alias non faceret, indevotus, qui licet non cogatur, tamen vult facere, licet non habeat devotionem, quæ digna eſſet haberi: ſed indevotus tunc ſonat in privationem, ſed ipſe ſumit hic (indevotus) ſecundum quod ſonat in poſitione contrarii. Neceſſitas hujus vitæ, ideſt penuria cogens. Quod nefas eſt fieri. Ex hoc videtur, quod qui facit eleemoſynas pro augmento temporalium: nefas committet. Dicunt quidam, quod niſi ponatur finis ſub fine, etiam in donatione eleemoſynarum peccat, qui ſic dat. Alii dicunt, quod eleemoſyna temporale quid eſt, ideo poteſt ſub pretio temporali conſtitui; ſed non prædicatio, quia res eſt ſpiritualis, & ideo non eſt in pretio temporali. Non tanquam filius, ideſt ex ſolo amore. Diſpenſatores, ut *ſup.* 4. Diſpenſatores miniſteriorum Dei. Poteſt & ſervus; quando illud quod faciebat pro mercede temporali, modo facit pro dilectione Dei. Ergo ſimplici corde; ergo non licet dare eleemoſynam propter Deum, & propter temporalia, & propter ſalutem corporalem; vel ſi fiat pro temporali ſancti ſine ſimplici corde faciunt. Sol. Simplici corde dicitur aliquid fieri dupliciter. Uno modo, quando principaliter propter Deum, & ſecundario propter ſanitatem vel augmentum temporalium, ut ſit finis ſub fine: alio modo, quando ſolum propter Deum fit: ſed evangelizare, ſive prædicare ſimplici corde, i. ſine temporali intentione. Vel cum regno Dei mercedem temporalem meditari affectu & intentione. Sed objicitur, quod eſt ergo, quod Eccleſia orat Deum pro fructibus terræ. Reſpond Hæc præpoſitio (cum) aliquando paritatem notat, ut pater adorandus eſt cum filio, & ita ſumitur hic: aliquando aſſociatatem notat ſic, auctoritatem in re ablactivi, & ſubauctoritatem in re nominativi, ut iſte vadit cum Rege; & ſic licet petere temporalia cum regno cœlorum. Quod ſi eſſet ſi acciperet, ergo tenebatur non accipere, ergo non ſupererogabat non accipiendo, Item ſi tenebantur non accipere decimas, ſubditi ſcandalizantur. Sol. Quidam inter illos libenter dabant Apoſtolo, ſed ab illis non recipiebat, neque ab aliis quos ſciebat inde ſcandalizatos. Alii erant de quibus neſciebat utrum ſcandalizarentur; unde quantum ad illos erat ſupererogatio, quantum ad alios non. Quod dicitis de decimis, non eſt ſimile, quia decimæ non ſunt redditus temporales ſicut erat de iſtis redditibus Apoſtoli. Dicitur enim temporale quod amiſſum facit præjudicium ſucceſſori, vel alicui tales non ſunt decimæ, imo ſi quis eas dimitteret, faceret præjudicium aliis de Eccleſia, & ſucceſſoribus ſuis. Sed videtur, quod ſint temporales, quia *Num* 18. dicitur: Filiis Levi decimas dedi, &c. Item *Exod.* 25. Primitias ab omni homine qui ultroneus offert, accipietis; ergo ſi quis non velit dare primitias, non debent exigi ab eo. Reſp. Duobus modis tamen inveniuntur primitiæ redditæ. Uno modo quando mittebant falces in meſſem, & dabatur ſexageſima, ut determinatur *Eccl.* 45. Alio modo dicuntur primitiæ quæque optima ſint. *Exod.* 25. Quando offerebant armillas, & hujuſmodi ad tabernaculum, & illæ voluntariæ erant. Confover illos 1. *Theſ.* 2. Velut ſi nutrix foveat filios ſuos. Non conveniunt Judæi. *Jo:* 4. Legem eſſe a Deo, ideſt Pentateuchum, quem ipſi ſervabant: ſed neque poterat negare legem eſſe a Deo, quia hæreticus eſſet, ſicut Manichæi, Mulier Samaritana. *Jo:* 4. Sub lege, ſerviliter: ſicut ipſi qui timore leonum ceperunt colere Deum, nihilominus colentes idola. 4. *Reg.* 17. Sine lege Moyſi ab ipſo nos originem habere. Veræ religionis, hæc appellatur religio, fides chriſtiana. Quia ubi ceſſit, ideſt aliqua fecit, quæ non feciſſet, niſi per ſcandalum eſſet, Diſcentire videntur *Hieron. & Auguſ.* Hanc

Expoſitio Gloſſa.

A eadem

a *a* Infirmis infirmus,] ut quando ſe purificavit, factus eſt infirmus, propter infirmos *Judæos*, quia credebant, quod deſtrueret legem Moyſi. Vel (*Infirmis*) in conſcientia, vel in fide (*infirmus*) compatiens. 2. *Cor.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Rom.* 14. Infirmum in fide aſſumite. Chriſtus enim reſpicit infirmos. 1. *Cor.* 1. Infirma mundi elegit Deus. Et ut ita dicam, univerſaliter. *b* Omnibus] mori gerendo in his, quæ ad ſalutem. *c* Propter Evangelium] ut curſus ejus nō impediatur. (Propter Evangelium) notificandum, amplificandum. *Rom.* 1. Non erubeſco Evangelium. Et in Evangelio duo ſunt, veritas, & virtus: veritas ad cognitionem, virtus ad operationem. Et etiam. *d* Ut particeps] ideſt Evangelii, quod eſt bonum nuncium, ideſt promiſſionis, quæ fit in Evangelio, in his autem verbis dat formam Prælatis, ut omnibus ſe conforment, ita tamen quod non decidant a rectitudine vitæ, ſicut dicit *Gl.* Apoſtolus prudens, & † ſimplex omnibus ceſſit, propoſitum tamen veræ religionis non exceſſit. De hoc autem habetur exemplum 4. *Reg.* 4. Et incurvavit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri mortui, ideſt alicujus, qui eſt in mortali. Incurvavit in humiliando ſe ad compatiendum ei, & tunc ignis charitatis incepit reviviſcere in eo. 3. *Reg.* 17. Expandit ſe atque menſus eſt puerum tribus vicibus. Hoc eſt, quando Prælatus imbecillitati ſubditi ſui compatitur tribus vicibus in docendo quod poſſit capere, imponendo jugum quod velit portare, in comminando, & arguendo quæ poſſit ſine ſcandalo ſuſtinere. *Job* 19. ubi loquitur de cervis: Incurvantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Sic faciebat Apoſtolus 2. *Cor.* 5. Sive enim mente excidimus, Deo ideſt ad honorem Dei: ſive ſobrii ſumus, vobis, ideſt ad utilitatem veſtram. Et *ibid.* 11. Quis infirmatur, &c. *Ezec.* 34. Exuent ſe veſtimentis ſuis: loquitur de ſacerdotibus. Sancti enim viri auſteritates ſuas quas in occulto faciunt, non debent infirmis oſtendere. Sicut qui volunt aves capere, habent picturam avis ne fugiat, ſed expectet; ſic ſancti viri aliquam conformitatem in ſe debent infirmis oſtendere. *Exod.* 34. Moyſes operiebat faciem ſuam, quando loquebatur ad Judæos: omnibus ergo debet fieri vir ſanctior cum Apoſtolo omnia, ut quilibet poſſit invenire in eo aliquid, quod invitet eum ad vitam æternam. Propter quod dicitur de Aaron ſacerdote. *Sap* 18. In veſte poderis, quam habebat, deſcriptus erat Orbis terrarum. Et ideo etiam præcipitur. *Exod.* 28. per totum, ut veſtis ſacerdotis fiat ex omnibus coloribus. *e* Neſcitis quod hi,] Hic oſtendit per ſimilitudinem ſumptam a currentibus in ſtadio propter coronam, vel aliquid etiam hujuſmodi. Iſti etiam veſtimenta, quæ ſunt neceſſaria deponunt, ne impediantur a curſu: quaſi dicat Apoſtolus; ergo ex quo iſti abſtinent a licitis, & ego multo magis volui abſtinere a ſumptibus, quos licite poſſem accipere, ut non impediretur curſus prædicationis meæ. Dum ergo duæ præbendæ valde minus ſint licitæ, quam expenſæ diei, Prædicatores noſtri non debent eas accipere: quod ſi faciant, non mirum ſi curſus prædicationis eorum impediatur. *f* In ſtadio] In hypodromo currunt in equis, vel curribus, in ſtadio pedites currunt, quod Hercules ſtatuit, ut dicit *Gl. in fin. lib.* 6 *de civit. Dei* dicit *Aug.* quod ſtadium ſumptum eſt a curſu Herculis, qui uno anhelitu currebat mille A paſſus &

eos qui ſine lege erant. Factus ſum *a* infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. *b* Omnibus omnia factus ſum, ut omnes facerem ſalvos. *c* Omnia autem facio propter Evangelium, *d* ut particeps ejus efficiar. *e* Neſcitis quod hi, *f* qui in ſtadio currunt, g omnes quidem currunt:

al. † ſpiritualis.

Moraliter. g Omnes] Qui omnino ſtat, & non movetur, non accipit bravium, i. præmium curſus temporaliter. Similiter eſt in curſu ſpirituali, & præmio æterno. *Exod.* 15. Fiant immobiles, ſicut lapis, &c. donec pertranſeat populus, ſcilicet currens ad bravium vitæ æternæ. *Prov.* 26. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo. Dicunt enim multi, ſic & ſic faciam pœnitentiam, & tamen nunquam faciunt, ſicut nec cardo movetur de loco. Et hoc eſt contra quoſdam, qui videntur ſibi currentes, quia quædam bona opera faciunt, ſicut pueri qui mutuo ſe elevant, & deprimunt, nunquam tamen movent ſe de loco; ſic iſti in fine adeo longe ſunt a Deo, ſicut in principio. *Eccl.* Præcordia fatui, ſicut rota carri (talem enim remordet conſcientia) quaſi axis verſatilis cogitatus illius: ſemper enim clamat; ſic & ſic pœnitentiam agam, & nunquam facit, ſicut nec axis de loco ſuo movetur. Iſti non movent ſe, licet ſe movere videantur. Alii movent ſe, ſed lente, unde non currunt. *Proverb.* 18. Qui mollis eſt, & diſſolutus in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Turris fortiſſima nomen Domini, &c. Quilibet ergo ſit velox ad curſum iſtum: quia *Proverb.* 22. Vidiſti virum velocem in opere ſuo? coram Regibus ſtabit, qui ſunt in regalibus ſedibus; & non erit ante ignobiles, qui ſunt in inferno. *Proverb.* 4. Currens non habebis offendiculum. Multi autem currunt ad præcipitium æternum, de quibus *Jerem.* 8. Omnes converſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium. Qui impugnat ſe in gladio peccati, quo ſeparabitur ab animæ vita, quæ Deus eſt. *Job* 15. Cucurrit adverſus Deum extenſo collo, & pingui cervice armatus eſt. Alii currunt, ſed indiſcrete; & ideo quandoque magis elongant ſe a Deo, quam appropinquant; ſicut qui aliquas poſſeſſiones male acquiſitas largiter diſtribuunt pauperibus, de quibus *Pſalm.* 106. Erraverunt in invio, & non in via. *Amos* 2. Et velox pedibus non ſalvabitur. Unde 2. *Reg.* Azael percuſſus fuit ab Abner adverſa haſta
* cum

A eadem ſunt ſuper 2. ad *Gal.* Diſpenſatorie ſimulaverit: videtur quod male fecit Paulus ſimulando. *Job* 36. Simulatores callidi provocant iram Dei. Item *Proverb.* 11. Simulator ore decepit amicum ſuum. Item *Gal.* 2. Simulationi ejus conſenſerunt Judæi. Et parum ante: Reſtitit ei in faciem, quia reprehenſibilis erat. Si ergo Petro non licuit ſimulare, quare licet Paulo? *Gloſ.* tangit quæſtionem, ſed non ſolvit. *Hier.* dicit expreſſe ſimulationem fuiſſe. *Aug.* videtur negare. Solut. Duplex eſt ſimulatio: quædam ad juvandum, vel veritatem oſtendendum, ſicut Dominus ſe finxit longius ire. *Luc. ult.* Et alia ad decipiendum; hæc eſt mala, & nulli licita, de qua *Prov.* 28. Qui decipit juſtos in via mala, in interitu ſuo corruet. De hac intelliguntur prædictæ auctoritates. Quod objicitur de Petro, dicimus quod Paulus non reprehendit Petrum propter ſimulationem ejus, ſed quia alii Judæi conſenſerunt ei, non ea intentione qua Petrus, ſed propter proprium ſcandalum, quod Petrus debuit tollere, non confirmare? & ideo Paulus reprehendit non ſimulationem, ſed indiſcretionem ſimulationis. Vel melius revera reprehendit eum, quia ſimulabat ſe ſervare legalia, nec ſervabat, cum poſſet bene ſervare non ponendo ſpem in eis, de hoc reprehendit eum Paulus: Non ſpem ponens, &c. Verba ſunt Magiſtri: Sed nonne amplius merebatur; ergo per illa ponenda erat ibi ſpes. Reſpondeo, non in quantum erant ex correctione, vel corruptibilitate: ſicut econtra Baptiſmus non mundat in quantum ex charitate, ſed in quantum Sacramentum. Notandum, quod delegata erant inter legalia quantum ad veritatis completionem, non quantum ad conſumptionem, dicit (tanquam,) & poteſt dici, quod eſt expreſſivum veritatis, ut ibi (ſicut columba.) In ipſo nec circumciſio eſt aliquid. *Gal.* 5. *Col.* 2. Circumciſus vocatus. *Sup.* 6. Præputium, ideſt ritum Gentilium. Circumciſio præputii facta. *Rom.* 2. Quæro utrum hoc ſimulate fecerit. Nota: Eſt ſimulatio diſpenſatoria, tali dicit *Hieron.* Apoſtolum fuiſſe uſum: & eſt ſimulatio fallax, ſive verſuta, & tali negat *Aug.* Apoſtolum fuiſſe uſum; & ideo non eſt contradictio, licet unus dicat, quod ſimulaverit, alius quod non, ſed vere obſervavit. Forte verius ſuit contradictio, ſicut in aliis iſti contradicunt. Oleaſtro. *Rom.* 11. Quis infirmatur. 2. *Cor.* 11. Verſipellis, ideſt doloſus. *Prov.* 14. Profert mendacia verſipellis, In compaſſionis ſimilitudine: quia fecit ſicut ipſi faciebant, non fallax, vel fallens. Non ſimulavit, imo jure fecit aſtu, ideſt aſtutia. In quibus alii ſunt. *Gal.* 6. Si præoccupatus fuerit homo, &c. *Greg.* Si non es talis forte fuiſti, vel certe eſſe potuiſti. Nota: in controverſia omni *Hier.* intelligit de cauſa obſervantiæ legalium. *Aug.* autem de ipſo actu obſervandi. Conſiderans templum. *Gal.* 6. Ut entrat ſine impedimento. 2. *Theſſ.* 3. Et qui prior invenerit, &c. Intelligitur de corona, quæ conſiſtit in utraque ſtola, quam omnes habebunt ſimul. Sed illi, qui dicunt, quod reſurrectio non erit ſimul, imo quidam reſurgent ante, & quidam poſt, dicunt, quod hic appellatur corona plenitudo, quam habebunt quando Dominus tranſiens miniſtrabit illis. Sed illa opinio melior eſt: quia *Hebr.* 11. dicitur: Non acceperunt repromiſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo aliquid nobis melius providente, ut non ſine nobis conſummarentur. *Gloſ.* Etſi enim ſingulas acceperunt, non tamen geminam ſtolam habebunt ante omnium reſurrectionem, ut omnium conſummatio fidelium ſimul fiat. Pauci electi. *Matth.* 20. Ab offendiculis. *Eccleſ.* 17. Convertere ad Dominum, & relinque peccata tua: precare
A ante

Expoſit. Gloſ.

a paſſut, & poſtea ſtabat ad reſumendum ſpiritum.
a Sed unus] qui poſt venit. Vel ut ly [unus] excluſive teneatur: unus tantum, & non omnes curiont. Multo ergo libentius eſt currendum ad bravium vitæ æternæ, quam omnes poſſunt habere. Vel ly [unus] ſonet in raritatem (unus) i. pauci accipiunt præmium vitæ æternæ, ſicut in ſtadio unus tantū. Moraliter. a cum velociter curreret, in inguine percuſſit eum, & ideo non timuit quando vidit eum contra ſe inſurgere. Similiter multos non occidit diabolus ſuam, ſed de hoc quod non timebant, ideſt de ipſis eleemoſynis, quas faciendo peccant. De his *Eccl.* 9. Verti me ad aliud vidique ſub Sole nec curſum eſſe velocium. De talibus enim ludit Diabolus ad capam ſtulti. Curramus ergo ad certum terminum ſicut Apoſtolus. Alii bene currunt, ſed non perſeverant, ut dicitur *Iſ.* 44. Aſſument ſibi pennas ut aquilæ, current, & non laborabunt, &c. De hoc, exemplum *Jo.* 20. Joannes cucurrit citius Petro ad monumentum, & tamen non introivit citius Petro. Item oportet, quod currens habeat pedes, ideſt affectus ſolutos. Omnis autem amor mutabilis eſt vinculum. Unde *Greg.* ſuper *Cant.* Amor rerum temporalium viſcus eſt pennarum ſpiritualium. *Pſ.* 101. Ut audiret gemitus compeditorum. Item oportet quod ſe expediat ab omni onere temporalium, ideo tu onuſtus auro, & argento quomodo putas te Chriſtum poſſe ſequi, qui exultavit ut gigas ad currendam viam. Item oportet etiam, quod veſtes quæ ſunt neceſſariæ amoveat, ideſt, quod ſubtrahat ſibi neceſſaria vitæ. *Amos* 2. Nudus fugiet in die illa, dicit Dominus: Fugiet a mundo qui ſic currit. Item bracchat tantum ſibi retinet, ſed tamen eas circa ſe multum reſtringit, neceſſariis etiam arcte utendum eſt. *Job* 16. Saccum conſui circa cutem meam, in ſacco utilitas neceſſariorum: in conſutione parcitas, quæ in principio curſus ſpiritualis, ſicut & corporalis valde eſt neceſſaria ne velocitate ante finem deficiat, ſed pauſandum eſt etiam ad reſumendum ſpiritum. Item ſemper debet habere quaſi ante oculos bravium remunerationis, ut ſic accendatur ad continuandum. Item ſi diverſæ vitæ eſſent in curſu ad bravium temporale, nonne currens eligeret meliorem, quare ergo non facerent ſimiliter currentes ad bravium æternum, & videtur quod multum affectum eſt illud. Etſi omnes currunt, tamen unus, ideſt perſeverans & in unitate Eccleſiæ conſiſtens, accipit bravium. Ad piſcinam probaticam non ſanabatur niſi unus. *Jo.* 5. Nota Gloſſam: Quotquot currunt, ſi perſeveranter currunt accipiunt, & qui prior venerit, expectat ut coronetur cum poſteriori. Agonem quippe iſtum non cupiditas, ſed charitas facit. Omnes currentes amant ſe, & ipſe amor eſt curſus. b Sic currite ut comprehendatis.] *Hebr.* 12. Curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum. *Apoc.* 3. Qui vicerit dabo ei ſedere in throno meo. *Matth.* 10. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. c Omnis enim qui in agone] Hic oſtendit per aliud ſimile in pugilibus, qui abſtinent a multis in agone. Quilibet autem debet eſſe pugil pro jure Domini & ſuo. *Eccl.* 4. Agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa. Damna multa homo ſuſtinet: ſed quod exhæredetur, nullo modo patitur; aut dicitur de eo communiter, quod non habeat cor: Pugnemus ergo contra diabolum pro patria, etiam ſicut dicit *Cato:* Pugna pro patria. Et ſicut pugili corporali multa ſunt neceſſaria, ita ſpirituali. Primum eſt ut tondeat capillos, ideſt ſuperflua. *Job* 1. Tonſo capite corruit in terram, audita morte filiorum, ideſt operum bonorum per peccatum mortale: quia debet erogare ſuperflua in eleemoſynis, & luminare ſe: ſecundum quod dicitur 1. *Tim. ult.* Qui volunt divites fieri, incidunt in laqueum diaboli. Multo magis ergo laqueat amor jam habitorum. Ideo ut dicitur *Jo.* 1. Miſerunt vaſa quæ erant in navi in mare ut allevaretur ab eis. Sic debet facere homo quando diabolus infeſtat eum. *Prov.* 5. Funibus peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur, ideſt divitiis male acquiſitis. Tutius autem eſſet omnino radere ſe per ingreſſum Religionis, ſicut præcipitur *Ezech.* 5. Item tonſo capite reliquos capillos oportet ungere oleo miſericordiæ: quia *Eccl.* 3. Eleemoſyna reſiſtit peccatis. Et *Tob.* 4. Non patietur animam ire in tenebras, ideſt non permittet te trahi per capillos. Item debet habere baculum pœnitentiæ. *Reg.* 17. David accepit baculum volens pugnare contra Goliat. *Gen.* 32. In baculo iſto tranſivi Jordanem iſtum, ideſt mundum, & deceptiones diaboli, quæ faciunt deſcendere in infernum. Jordanis enim humilis deſcenſus, & nunc cum duabus turmis regredior, ideſt cum operibus præceptorum, & ſupererogationis. Sed quidam ita ad magnum baculum tollunt quem non poſſunt levare, & ſub onere cadunt. Contra quos dicitur *Luc.* 14. Iſte incepit ædificare, & non potuit conſummare. Item alii pro baculo aſſumunt ſibi feſtucam. Sed ut dicitur *Job* 41. Diabolus videns tales deridet eos: Deridebit vibrantes haſtam, ſicut ſi aliquis contra inimicum ſuum feſtucam vibraverit quaſi haſtam. Item alii innituntur baculo arundineo, ideſt patientia ſimulata. De quo *Iſ.* 36. Super quo confidis, &c. Item debet pugil Domini habere clypeum pœnitentiæ ad ſuſtinendum ictus indignationis & iræ. Quale autem debeat eſſe ſcutum illud, ſignificatur 3. *Reg.* 10. Fecit Salomon clypeos aureos, & hoc ut non audirentur ictus, & ita non terreretur portans clypeum. Aurum enim percuſſum aut parum aut nihil reſonat, ſic patiens non terretur ad ictus verberum, & tribulationis, nec contra remurmurat, ſed dulciter Deo gratias agit. Et hoc ſcutum quanto plus percutitur, tanto magis dilatatur ad modum auri. *Pſ.* 5. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos: quod eſt quando bona voluntate omnia adverſa ſuſtinet. Vel debet eſſe rotundum, & uniforme ex omni parte ſuperiori, & inferiori, ſiniſtra & dextra. Sed quidam volunt ſe facere milites, qui ab inferiori ſtrictum habent ſcutum, a ſuperiori latum; ſic multi patientes ſunt ad ſuperiores ſuos, & ad amicos, impatientes inferioribus, & inimicis. Quartum quod pugili eſt neceſſarium, eſt quod tunica ſua ſit rubea, ut non ſit puſillanimis ſi videat ſanguinem ſuum effuſum. Hæc eſt memoria paſſionis Chriſti, de qua *Iſ.* 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus? 1. *Petr.* 4. Chriſto ergo paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, quaſi dicat: Induire hanc tunicam, & ſic apparebit vobis an lædamini in comparatione Dominicæ paſſionis. Legitur de B. Agata, quoniam agonem ſuum Domino commendabat, ſic debet facere pœnitens. Item notatur, quod agoniſta ſive pugil maxime debet ſervare genitalia ne molleſcant, ſic pœnitens caſtitatem, quæ non eſt juxta effœminatum hominem. Item quando pugil dixit malum verbum, victus eſt, hoc eſt conſenſus in peccatum. Item quando recedit a campo ſine licentia judicis, quod eſt quando excommunicatus eſt. Aliquando enim aliquis campum Eccleſiæ declinat cum licentia judicis, ideſt Epiſcopi, ut Quadrageſima de communiter pœnitentibus. Item oportet, quod ſciat percutere, nec ſcutum patientiæ projiciat, videns venire ſuper ſe ictum alicujus duri verbi. Sed multi ſtatim projiciunt audientes durum verbum, & dicunt quomodo ſuſtinerent talia. Sic oportet in agone Domini contendere: ſed alius eſt agon, de quo 2. *Mach.* 4. Cum quinquennalis agon Tyri celebraretur, miſit Jaſon facinoroſus a Jeroſolymis viros peccatores portantes argenti drachmas trecentas in ſacrificium Herculis. Jaſon interpretatur deſiderans. Agon

* quinquen-

ſed unus a accipit bravium? Sic b currite ut comprehendatis. c Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet.

a ante faciem Domini, & minue offendicula. Qui viduam, &c. *Luc.* 18. Item ſimile de villico iniquitatis. Expoſitio Gloſſæ. *Luc.* 16. Panes comedat. *Luc.* 11. Similitudo de Marſo. Marſi ſunt quidam populi qui extrahunt de cavernis ſerpentes incantatione: de quo tangitur ſuper illud *Pſ.* 57. Furor illi ſecundum ſimilitudinem, &c. Nota autem, quod hujuſmodi incantationes ſunt, quia per dæmones ſunt pro majori parte; quia in ipſis incantationibus ſunt quædam verba ignota, quæ quia ſunt ignota in majori reverentia habentur, & creditur ineſſe virtus, ſed non eſt in veritate, niſi quia dæmones ad illa verba veniunt, & ligant ipſum ſerpentem, ut faciant ſic homines ponere ſpem in talibus, & credant ibi eſſe aliquid numinis, & hujuſmodi. Sic in infirmitatibus. Regalis diadematis. *Sap.* 4. Cum ſe eduxerit, ſupple de corpore, in perpetuum triumphat coronata. Ex quibuſdam ſperare, ideſt præmium expectare. Ex aliis deſperare, ideſt de contrario ſperare, ideſt de pœnis æternis certum eſſe. Cum alio tenderet, ideſt ab alio a ſe reprobatus. Ex hoc videtur, quod aliquis poſſit facere per mala opera quod ſit reprobus, eadem ratione poteſt facere per bona opera quod ſit prædeſtinatus. Contra, qui eſt prædeſtinatus, ab æterno fuit prædeſtinatus. Solutio; Aliquid poſſum facere, quo facto non habebo gratiam, & non eſt hæc cauſa, ſed quaſi quædam cauſa, & fit homo reprobus, ideſt damnatus, & ſic reprobus, ideſt a Deo reprobatus, quod fit per quodlibet peccatum mortale; ſed non poteſt facere quod ſit reprobus, ideſt a Deo præſcitus ad mortem æternam. Similiter nec quod ſit prædeſtinatus, ideſt a Deo prævíſus ad æternam beatitudinem.

quinquennalis, electio celebranda: viri peccatores, advocati per quos mittit Romam drachmas argenti deſiderans promoveri. *a* Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant;] quaſi. Multo magis debemus abſtinere ab impedientibus quam ipſi. *b* Nos autem incorruptam.] ſi bene certaverimus. 2. *Tim.* 2. Qui certat in agone, non coronabitur niſi qui legitime certaverit. 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi, in reliquo, &c. *Gl.* hic: Nobis enim non terrenis, & marceſcibilibus floribus, ſed æternis conſerta gemmis in modum regalis diadematis ſpiritualis corona ſervatur.

a & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant: *b* nos autem incorruptam. Ego *c* igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, *d* non *e* quaſi *f* aerem verberans. *g* Sed caſtigo *h* corpus meum, & in ſervitutem redigo, *i* ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.

C A P. X.

NOlo *k* enim vos ignorare fratres, *l* quoniam Patres noſtri ſub *m* nube *n* fuerũt, & omnes mare tranſierunt, *o* & omnes *p* in Moyſe *q* baptizati ſunt *r* in nube, & in mari;

c Ego igitur ſic curro,] quia incorruptam coronam volo habere, & quia dixi. Sic currite ut comprehendatis, ideſt per opera charitatis perſeverantes uſque in finem, ut dixit *Gloſ.* (Curro) ideſt curſum prædicationis facio, a Jeroſolymis uſque in Illyricum, & iterum Jeroſolymam, & inde Romam, & inde Hiſpaniam, & iterum Romam. Hęc omnia ſunt. *Rom.* 15. *Phil.* 2. Non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi. *c* Non quaſi in incertum:] ſed quia certus de premio. *Gl.* In incertum currit qui talia facit, ut ex quibuſdam ſperare, & ex aliis poſſit deſperare, *Iſa.* 14. Si incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum? *Jud.* 20. Inventi ſunt de Benjamin viginti quinque millia, ſic fundis ad certum lapides jacientes, ut capillum quoque poſſent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. *e* Si pugno,] Hoc reſpondet ei quod dixit. Omnis enim qui in agone certat. *f* Non quaſi aerem verberans.] *Gl.* ideſt: Non verbis, ſed rebus contendo: Non ſicut pugil qui percutiens aera tantum, multum fatigatur reparando quæ facit.

g Caſtigo corpus meum,] & ita hoſtem percutio carnalem non tantum aerem. Sicut qui alios docet ad pugnam, ſeipſum percutit, & in hoc ſubjicio de facili hoſtem, ſcil. [Caſtigo] non occido. *Rom.* 12. Rationabile obſequium veſtrum. Non ſpecto, ſed pugno. Dei flagella. *Tob.* 11. Qui caſtigaſti me, & ſalvaſti me. *Heb.* 12. Quem diligit Dominus caſtigat. *Jer.* 46. Caſtigabo te in judicio, nec quaſi innocenti parcam tibi. *Pſ.* 62. Et caſtigatio mea in matutinis, ideſt in ſurgendo ad matutinas. *h* Corpus meum,] quaſi ſervum fugitivum. *Eccl.* 33. Servo malevolo tortura, & compedes. *Act.* 20. Nihil vereor, nec facio animam meam pretioſiorem, quam me, dummodo conſummem curſum meum. *g* Caſtigo corpus meum,] *Gl.* ideſt reprimo illicitos motus. (In ſervitutem) rationis ſive ſpiritus. *Gal.* 5. Caro concupiſcit, &c. Non in ſervitutem Veneris, aut Bacchi, non piſcatorum vel venatorum, &c. multis dominis ſervit, qui corpori ſuo ſervit. *Gl.* Servitati ſubjicitur, dum non ſuam, ſed ſpiritus perficit voluntatem. *i* Ne cum aliis prædicaverim ipſe reprobus efficiar.] quod eſt quando contrarium ejus, quod prædicat, facit. Unde dicitur: *Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.* *Rom.* 2. Prædicas non furandum, furaris, &c. *Gen.* 19. Lot videbatur eis quaſi ludens loqui, qui habitabant in Sodomis. *Greg.* Cujus vita deſpicitur, reſtat ut prædicatio ejus contemnatur. *Prov.* 13. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat. *Job* 39. Circumdabit collo ejus hinnitum. *Gl.* ſuis vocibus vitam prædicantis. *Prov.* 6. Illaqueatus es verbis oris tui, Al-

EXPOSITIO CAP. X.

NOlo enim vos ignorare fratres.] In hoc capitulo præcedenti docuit Apoſtolus pro vitando ſcandalo aliorum, etiam a cibus licitis abſtinendum. In hoc autem capitulo docet maxime ab illicitis abſtinendum, repetens quædam quæ ſupra 8. & 9. cap. dixit, probat hæc per exempla Antiquorum, qui poſt magna & multa Dei beneficia, & ſigna & prodigiosa, poſt cibum ſpiritualem ſibi de cœlo datum, per concupiſcentiam perierunt. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes: in prima enumerat beneficia Dei antiquis impenſa, eadem allegorizans, in quo docet in ſimilibus allegorizare. In ſecunda parte dicit ingratitudinem eorum cujus cauſa ponit rerum non neceſſariarum concupiſcentiam, ibi: (Sed non in pluribus.) In tertia parte docet propter eminentiam Sacramenti cibi, ideſt Euchariſtiæ, cavere, & abſtinere a cibis per ſcandalum polluentibus mentem, ibi: (Propter quod chariſſimi fugite.] In quarta parte quia videbatur ſibi ipſi contrarius, determinat qualiter liceat cibos vel non liceat hujuſmodi manducare, ibi: [Omnia mihi licent.] Dicit ergo: *k* Nolo enim vos ignorare fratres] Argumentum, quod omnes laici debent ſcire veteres hiſtorias, & ſignificationes. *Col.* 4. Sermo veſter ſemper in gratia, ſale ſit conditus ut ſciatis quomodo oporteat vos unicuique reſpondere. *Exod.* 12. Cum dixerint vobis filii veſtri, quę eſt iſta religio? dicatis, &c. *l* Patres] inſtitutores noſtræ fidei, i. diſtinctores, & prædicatores, & pronunciatores. A

m Sub nube] *Exod.* 13. Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis. Vel 14. Et erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem. *Num.* 9. In loco ubi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabantur ad imperium illius figebant tentoria. Vel ſic.

n Fuerunt ſub nube] ideſt ſub figuris, ideſt, quæ eis contingebant, erant umbræ eorum quæ nobis. 2. *Cor.* 3. Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam, ut non intenderent, &c. 3. *Reg.* 8. Dixit Dominus ut habitaret in nebula, ideſt in aliis nebulis ſignificari voluit. *Pſ.* 98. Et in columna nubis loquebatur ad eos. Quia cum dicitur quod mare tranſiſſent, non eſt intelligendum quod tranſierunt ultra mare rubrum ad alteram ripam, ſed ex oppoſita parte montis quam mare circuibat, ad eamdem ripam. *p* In Moyſe] ducente eos. *q* Baptizati] ideſt purificati ſunt a peccatis. Sed nunquid hic Baptiſmus peccata delevit?

r In nube, & in mari;] occaſionaliter: videntes enim, quomodo miraculoſe ſicco veſtigio tranſierunt hoſtibus ſuis ſubmerſis, & quomodo nubes de nocte illuminabat eos, & de die prohibebat Ægyptios ab eis, exterriti ſunt, & cognoſcentes Dei potentiam, crediderunt in eum, & o prępara-

Aliter. *o* Omnes in Moyſe] in fide Chriſti qui figuratur per Moyſen. *q* Baptizati] ideſt purificati per hoc quod crediderunt Baptiſmum ibi figurari. Per mare enim rubrum, quod fuit eis via in deſertum, & e deſerto in terram promiſſionis; ſignificatur Baptiſmus, in quo omnes Ægyptii, ideſt omnia mortalia ad minus, vere accedentis ſubmerguntur, & poſtea dum eſt adultus, venit ad deſertum pœnitentiæ, & in fine in patriam æternæ beatitudinis per Moyſen, cujus miniſterio diviſæ ſunt aquę, & tranſierunt; Chriſtus per petram ſciſſam percuſſus in paſſione, per nubem gratia quæ datur in Baptiſmo, quæ illuminat ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, & refrigerat ab æſtu vitiorum, prohibet Ægyptios, ideſt peccata, & dęmones a nobis. In ſignum hujus rei in multis locis cantatur Pſalmus 113. In exitu Iſrael de Ægypto, &c. tempore paſchali ad fontem. *Iſ.* 4. Creavit Dominus ſuper omnem locum montis Sion [ideſt Eccleſiam] & ubi invocatus eſt, nubem per diem, [ideſt gratiam] ab æſtu vitiorum refrigerantem, & fumum compunctionis, & ſplendorem ignis flammantis in nocte, quia in adverſitatibus, & tenebris vitiorum imminentibus illuminat. Aliter etiam fuit figuratus Baptiſmus, ut dicitur 1. *Petr.* 3. In diebus Noe cum fabricaretur arca, in qua paucæ animæ, ideſt octo, ſalvæ factæ ſunt per aquam, & vos nunc ſimilis formæ ſalvos facit Baptiſmus. Aliter.

A Et omnes

k Nolo enim vos ignorare] Sacramentorum veterum: non erant rei veritate Sacramenta, ſed erant rerum ſacratum ſigna. Comprehendere ſcilicet bravium. Non enim Baptiſmas, & Sacramenta. Sed nonne baptizatus ſi decederet, ſtatim evolaret? Reſpond. Iſte intelligit de ipſo qui poſtea vivit, & habet tempus operandi. Contra Ægyptios, qui perſequebantur eos, ut *Exod.* 14. habetur; Purgati per illa viſa occaſionaliter, non cauſaliter. Manna. *Exod.* 16. Et aquam. *Exod.* 17. *Num.* 20. Non mundi lege, ideſt conſummatæ. Sine elementorum commiſtione ante, quod eſt, illud manna non eſſe elementatum, quia aliter non nutriret: ſed quia commiſtio non fuit facta ex cauſis præcedentibus in natura. Futuri myſterii, ideſt Sacramenti Euchariſtiæ. In memoriam Chriſti, ideſt Dominicæ paſſionis. Virtute, ideſt Domina. Manna die Dominico, ſimiliter Dominus natus fuit in Dominica die, quod poteſt videri, quia quando feſtum Conceptionis eſt in ſexta feria, tunc Nativitas eſt in die Dominica. Sed ita fuit quod patet,

A quia dicit

a præparati ad accipiendam legem, per fidem purificati ſunt. *a* Et omnes] tam boni, quam mali. *b* Eſcam] ideſt manna. *Pſ.* 77. Panem Angelorum manducavit homo. *c* Spiritalem] quia non ſecundum curſum naturæ fuit creata. *d* Potum ſpiritalem] propter idem. De eſca. *Exod.* 16. De aqua *Exod.* 17. *Num.* 20.

a Et omnes *b* eamdem eſcam *c* ſpiritalem manducaverunt; & omnes eumdem *d* potum ſpiritalem biberunt. (Bibebant autem *e* de ſpiritali conſequente eos petra, *f* petra *g* autem erat Chriſtus.) Sed *h* non in pluribus eorum *i* beneplacitum eſt Deo,

B *e* De ſpiritali] myſtica (conſequente eos petra) ſciſſa, fluxerunt aquæ poſt eos, ubicumque aliquo modo aquam habere non poterant, unde in ſero inveniebant eas ubi caſtrametari debebant. *Ezech.* 32. Flumina eorum, &c. Vel (Conſequente eos,) ideſt ſatisfaciente voluntati eorum: quia quocumque irent, aquæ abundantes ſecutæ ſunt eos. *f* Petra autem] ideſt beneficium petræ.

g Chriſtus erat.] ideſt a Chriſto, qui dabat eis virtute ſua aquam de petra.

Aliter. O *a* Omnes] boni non tantum de Judæis, qui tunc boni erant, ſed de Chriſtianis. *b* Eamdem eſcam] ſpiritalem, ideſt eumdem cibum ſpiritualem ſignatum in manna. Sed non omnes eodem palato manducaverunt, ideſt corpus Chriſti. Illi tantum per fidem juxta illud *Aug.* Crede & manducaſti: nos autem etiam ſacramentaliter. *d* Potum ſpiritalem] ſanguinem Chriſti biberunt. *Joan.* 7. Si quis ſitit, veniat, & bibat. *Iſ.* 44. Effundam aquam ſuper ſitientem. *f* Conſequente eos petra] ideſt beneficio Chriſti. Vel, ideſt petra ſignificantes eis ſecuturam veritatem, & hoc eſt quod ſubdit, [Petra autem erat Chriſtus] ideſt Chriſtus figurabatur per petram. *Jer.* 2. Dereliquerunt me fontem. Item *Jer.* 17. Dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum. De prædicto cibo *Sap.* 16. Angelorum eſca nutriſti populum tuum, & paratum panem de cœlo, &c. 1. *Pet.* 1. In quem deſiderant Angeli proſpicere. Et nos ſimiliter deſideramus hunc panem per fidem proſpiciendo. Panem paratum de cœlo; quia ad invocationem ſacerdotis corpus Chriſti quod erat in cœlo, ſtatim eſt in altari. Sequitur: Subſtantiam enim tuam, & dulcedinem, quam in filios habes, oſtendebat per hoc Sacramentum quod [illegible] bis dedit tam pretioſum. *g* Petra autem erat Chriſtus. *Pſ.* 77. Percuſſit petram in eremo, & adaquavit, ideſt [illegible] a cruce, & item ex latere fluxerunt Sacramenta Eccle[illegible]. De memoria etiam paſſionis fluunt ineſtimabiles delectationes in cordibus fidelium. *Deut.* 32. Ut ſugerent mel de petra, ideſt dulces delectationes, oleumque, ideſt remedium contra omnem dolorem ſpiritualem, & corporalem. *Iſ.* 48. Scidit petram, & fluxerunt aquæ, & non eſt pax impiis, dicit Dominus, hoc eſt quod ſequitur. *h* Sed non in pluribus] Ecce tot, & tanta beneficia quæ dedit Dominus Judæis, ſed fuerunt ingrati, & ideo puniti, quaſi dicat, & vos caveatis ne ſitis ingrati beneficiis Domini. *h* Sed non in pluribus] imo tantum in duobus. Caleb & Joſue, qui de omnibus terram promiſſionis intraverunt. *i* Beneplacitum] *Pſal.* 146. Neque in tibiis viri beneplacitum erit ei, Tibia eſt prædicatio. *Pſalm.* 118. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. *Eccl.* 1. Quod beneplacitum eſt illi, fides, & manſuetudo. *Ephes.* 5. Probantes quod beneplacitum ſit Deo, & nolite communicare operibus infructuoſis.

A Nam pro-

Expoſitio Gloſſ. A quia dicit *Aug. ſuper illud Exod.* 23. Non coques hœdum in lacte matris, quod paſſus in ſimili die in quo conceptus eſt, ergo in ſexta feria, ergo fuit natus in Dominica die. Aliquid ſignificantem ſpirituale, ſcilicet aquæ inundantes. *Ezech.* 32. Flumina eorum quaſi oleum adducam. Secutæ: ſed contra, *Num.* 20. dicitur quod mandaverunt Moabitis ut tranſirent per terram eorum, non declinantes ad dexteram neque ad ſiniſtram, & quod aquas eorum emerent; ſed ad quid emerent aquas eorum, ſi hæ aquæ ſecutæ eſſent? Reſpondeo, tunc non ſequebantur eos aquæ de petra quando perveniebant ad loca, ubi aliter poterant haberi. Chriſtus ſuos comitatur, imo, quod plus eſt, ſequitur. *Iſ.* 30. Aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. Solet enim res, quæ ſignificat, &c. Unde *Matth.* 11. Ipſe autem Elias, ideſt ſignificatus per Eliam, per ſimile officium. Non enim petra aquam dedit, ſed Chriſtus. Ecce ſolutio prædictæ quæſtionis: Chriſtus aquam dedit, ergo Chriſtus tunc erat. Contra, ideſt non erat homo, ergo non erat Chriſtus, ideſt unctus; unctus enim eſt tantum in quantum eſt homo, & eſt contra illos qui dicunt quod Chriſtus eſt duo; ſecundum illos enim ſimpliciter eſt falſa hæc, Chriſtus dedit eis aquam, quia ſecundum eos ſuppoſito filio Dei, non ſupponitur homo ille, nec e converſo. Secundum alios, qui dicunt, quod Chriſtus eſt unum ſimpliciter, non eſt: & hoc quia eſſe quod creditur de filio Dei, dicitur de illo homine, & e converſo: & non exigitur quod tunc fuerit homo. Patres noſtri, non illorum. Hoc relativum non refertur ad quod hic poſitum, ſed ad illos, qui ex ſuperbia dicebant, *Jo.* 6. Patres noſtri manducaverunt manna, &c. De illis enim loquitur *Aug. in Orig.* unde ſumitur illa *Gl.* Sanguinem Chriſti conſecratum, quia ante paſſionem Chriſti non habebat plenum officium, unde ſanguis Chriſti igneam hebetavit romphæam amota cuſtodia. Igneam romphæam appellat peccatum originale, vel fomitem qui incendebat ad peccatum actuale, qui diminutus eſt per Baptiſmum habentem effectum a ſanguine Chriſti. Quod etiam credentibus idem valuit, ergo qui ſumpſiſſet atque ad Chriſtum, non oportet baptizari. Reſpondeo, non ſequitur: ſicut patet in baptizatis Baptiſmo flaminis, quos iterum oportet baptizari Baptiſmo fluminis, quia nondum habent characterem Chriſtianum, & multa alia bona quæ in Baptiſmo fluminis conferuntur. Occiſis omnibus peccatis, ergo Baptiſmus delet tam venialia peccata, quam mortalia. Item omnes Ægyptii tam minores quam majores ſubmerſi ſunt. Unde *Pſ.* 15. Unus ex eis non remanſit, ergo tam venialia, quam mortalia delentur in Baptiſmo. Contra: Aliquis baptizatur diligens nimis uxorem, & filios, neque dimittit illum amorem, conſtat ergo, quod non dimittitur ei in Baptiſmo. Sol. Non dimittuntur niſi mortalia, ſi autem dolerent de aliis, etiam dimitterentur. Quod autem hic dicitur, intelligitur de mortalibus omnibus. Quod dicit de omnibus Ægyptiis, dicendum eſt, quod mortalia quædam ſunt majora, quædam minora, & illa omnia dimittuntur: & omnia peccata tam mortalia, quam venialia dimittuntur in Baptiſmo quantum eſt de virtute Baptiſmi: impediri autem poteſt virtus Baptiſmi. Panis vivus. *Jo.* 16. Cuncta ſuſſerunt apparuerunt. In incerta introduxit intellectum, ideſt fecit intelligi ſpiritualiter, ſicut illud: Manna idem credentibus effecit, & hoc erat ex fide, non ex vi Sacramenti. Manducaverunt, & mortui ſunt. *Jo.* 6. Sed aliud eſt Sacramentum, ſupple manducans, ſic habetur *Heb. ult.* Altare habemus, ideſt Sacramentum corporis Chriſti, quod in altari virtutem Sacramenti, ideſt ad virtutem Eccleſiæ: Qui manducat, &c. *Aug.* Ut quid paras dentem, & ventrem? crede & manducaſti. Idem: Manducans non manducat. Non foris, ideſt, non ſacramentaliter. Nos aliud, ideſt ſub ſpecie panis, & vini corpus Chriſti quod traxit de virgine: qui plures, ſcil. virtute ſpirituali, ideſt quoad effectum ſpiritualem, idem efficit eis occaſionaliter, quod nobis facit corpus Chriſti cauſaliter, ſub ſpecie panis ſignificatur: non quod ipſa forma inſit ei tanquam in ſubjecto, ſed dicitur eſſe ſub, quia non excedit illam, nec exceditur ab ipſa, tamen non eſt æqualis quantitatis cum illa: hoc autem eſt ſupra omnem intellectum. Et fidei idem fuit, ideſt credentibus idem fecit. Si ſpeciem viſibilem attendas, aliud eſt quod nos ſumimus, & quod illi ſumebant: quia aliud eſt ſpecies panis, aliud manna, & aliud ſpecies vini, aliud aqua petræ, ſed ubique idem ſignificatur. Gemina percuſſit de petra. *Num.* 20. Hæc locutio notanda eſt, ille, ideſt modus loquendi, ut ſignum nominetur nomine ſignati. Communia Sacramenta, ideſt manna, & aqua ſignificantia Sacramentum. Quaſi inde apparet quod in quibuſdam eorum non eſt beneplacitum Deo; ergo pœna non eſt ſignum dilectionis Chriſti. Contra: *Tob.* 12. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit. Item *Eccl.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei; ergo eſt ſignum dilectionis Dei. Item *Num.* 23. Veni & maledic Jacob, &c. Ibi *Gl.* Dum quis Jacob eſt, ideſt in operibus poſitus, inferioribus maledictionibus impugnatur: ubi autem profecerit, & interiorem hominem ad videndum Deum exacuerit ſuper maledictis, ideſt vehementioribus maledictorum jaculis impugnatur. Tangitur enim *Gl.* littera *Septuag.* quæ eſt talis: Veni, ſupermaledic Jacob, ideſt ſupermaledicito Iſrael: quanto ergo aliquis melior eſt, tanto magis impugnatur tribulationibus; ergo redit quod pœna temporalis ſit ſignum dilectionis Dei, non odii. Sol. Quod dicitur hic, intelligitur quoad populum, non quoad privatam perſonam. Populum enim flagellat Dominus pro delicto, privatam autem perſonam quando flagellat, ut plures ſignum eſt dilectionis. Vel quod hic dicitur intelligitur in caſu in quo loquitur, ſcil. cum Dominus iratus populo idololatranti flagellat eum. Multo melius eſt id quod per figuram, &c. ſi in Sacramento Euchariſtiæ ſpecies panis ſignificat corpus Chriſti quod traxit de virgine, corpus Chriſti

a Nam proſtrati ſunt] Oſtendit per effectum quod multi eorum nõ placuerunt Domino propter ingratitudinem ſuam. Proſtrati. *Num.* 14. ut habetur *Num.* 11. Sexcenta millia peditum de his qui numerati fuerunt a vigeſimo anno, &c. *Eccl.* 16. Sexcenta millia peditum, &c. etſi unus, &c. immunis, ſcil. Caleb. Similiter hodie valde pauci intrant terram promiſſionis. Et nota, quod hoc fuit propter peccatum gulæ. *Num.* 11.

Num. 11. b Ut non ſimus concupiſcentes, &c.] Unde per hoc retrahit communiter a vitio gulæ. Et *Exod.* 32. deſcribuntur hic quinque cauſæ propter quas aliquis reſipiſcit a bono,

nam a proſtrati ſunt in deſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri, ut non ſimus b concupiſcentes malorum ſicut illi concupierunt. c Neque idololatræ d efficiamini ſicut quidam ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt: e Sedit populus manducare, f & bibere, & g ſurrexerunt ludere. h Neque fornicemur ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt una die viginti tria millia. Neque i tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentaverunt, & a ſerpentibus perierunt,

ſive a pœnitentia. Prima eſt quando pœnitet eum reliquiſſe quod reliquit, quæ notatur ibi: [Ut non ſimus concupiſcentes] conſiderantes pœnas eorum. *Gl.* In malis longe pejus eſt ad quod ſignificatur quam figura ſignificans, &c. Et eſt hic argumentum, quod veteres ſunt puniti, ut nos caſtigaremur. *Deut.* 19. Auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. *Sap.* 16. Omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deſerviebant. Sicut & illi. *Num.* 11. Vulgus promiſcuum flagravit deſiderio carnium.

c Neque idololatræ efficiamini ſicut, &c.] ut habetur *Exod.* 32. De vitulo conflatili. Tangit hic illos, qui comedebant idolothyta in idolio.

d Idololatræ] per avaritiam. *Eph.* 5. Avarus [quod eſt idolorum ſervitus] non habet hæreditatem in regno Chriſti. *Col.* 3. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus, 1. *Jo.* 5. Filioli, cuſtodite vos a ſimulacris,

e Sedit populus] quidam de populo.

f Manducare] coram vitulo. g Ludere.] ante vitulum. Et tangit modum adorandi in Ægypto. Et ut dicitur in *Hiſtoriis*: exibat de mari quidam vitulus, & aſcendebat in aerem ſub quo Ægyptii tribus diebus tripudiabant comedentes, & bibentes, ſic fecerunt filii Iſrael coram vitulo conflatili. Vel [ludere] ſumitur a pueris, qui ſine ſenſu ſunt quorum proprie eſt ludere. Vult ergo dicere.

g Surrexerunt ludere.] ideſt adorare vitulum, quod eſt inſanire, & hominum qui ſine ſenſu ſunt. Item hic removet a Corinthiis vitium conſtituendi caput, ſicut illi inſtituerunt ſibi caput ſuum Deum vitulum. *Pſalm.* 105. Et fecerunt vitulum in Oreb, &c. *Sap.* 15. Æſtimaverunt ludum eſſe, ſecundum litteram noſtram. *Geneſ.* 21. Cum vidiſſet Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, dixit ad Abraham: Ejice ancillam.

h Neque fornicemur] Incipit eos dehortari a quinque ſuper exemplum filiorum Iſrael, & hic eſt quaſi epilogus omnium eorum quæ dicta ſunt ſuper a principio in *epiſt.* Primo autem revocat eos ab amore ciborum, ibi: [Ut non ſimus concupiſcentes.] Secundo a diverſitate capitum, ibi: (Neque idololatræ,) qui voluerunt ſibi conſtituere caput Moyſe moram faciente. Tertio ab amore carnis, ibi: [Neque fornicemur ſicut quidam.] *Num.* 25. Quarto a cohabitatione membrorum putridorum, ubi tentaverunt Dominum ſicut habetur *Num.* 21. Similiter tentat Dominum, qui ſciens cohabitat peccatoribus in igne peccati inflammatis, ſicut tentaret Dominum, qui ſe projiceret in medio ignis ardentis. Quinto revocat eos ab averſione prælationis, ibi: (Neque murmur.) Ex averſione enim prælationis ſequuntur murmura, & lites. (Neque fornicemur.) *Sup.* 4. Fugite fornicationem, ibi quæritur: (Ceciderunt) *Exod.* 32. Ceciderunt in illa die quaſi viginti tria millia hominum. *Num.* 25. Occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum.

i Neque tentemus Chriſtum,] *Deut.* 6. Non tentabis Dominum Deum tuum, ſicut tentaſti in loco tentationis. *Eccl.* 18. Noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum. [Perierunt

Moraliter. b Ut non ſimus, &c.] Moraliter. Per quinque prædicta intelliguntur quinque tentationes Novitiorum, & eorum qui ſunt in arctis Religionibus. Prima cum concupiſcunt de his quæ reliquerunt, ut parentes, reditus, & hujuſmodi, cum tamen dicatur eis illud *Gen.* 19. quod dicitur Lot: Salva animam tuam, & noli reſpicere poſt tergum tuum. Sed uxor ejus, quia reſpexit retro, mutata eſt in ſtatuam ſalis, Sic tales religioſi ſunt ſtatua,

quia umbram, & oſtenſionem Religionis tantum habent, & ſunt ſtatua ſalis, quia in ſe ſunt ſteriles, & alios malo exemplo ſteriles reddunt. *Pſ.* 106. Poſuit terram eorum in ſalſuginem, a malitia inhabitantium in ea. *Luc.* 9. Nemo mittens manum, &c. *Phil.* 3. Poſteriorum oblitus, &c. Iſti talem pœnitentiam paſſi ſunt, ut dicitur *Num.* 11. & 21. quia nauſeabantur ſuper manna quod erat dulciſſimum, ideſt ſuper pſalmodiam, & alia quæ ſunt in obſervãtia clauſtri valde delectabilia facientibus ea ex charitate. d Neque idololatræ] Hæc tentatio deſperationis dicitur *Exod.* 32. Fac nobis Deos. Moyſi huic, qui eduxit nos de Ægypto, ignoramus quid acciderit. Sic dicunt Novitii, quando promiſſum eſt ei quod multas, & magnas delectationes habebunt in Domino, & non habent, propter quod deſperant, & in acediam cadunt, quia Moyſes moratur, ideſt Deus ſcilicet. Sed *Habac.* 2. dicitur eis: Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet, &c. Et *Pſ.* 24. Qui ſuſtinent te non confundentur. Et *Pſal.* 39. Expectans expectavi Dominum, &c. ideſt tamdiu expectavi eum, donec intendit mihi.

e Sedit populus] Ecce quid fit de iſtis qui facti ſunt acidioſi, idololatrant & fiunt apoſtatæ, & item dant ſe omni vitio, gulæ, & luxuriæ. Hoc eſt generale in omnibus Apoſtatis. Unde dicunt illud *Iſ.* 22. Manducemus, & bibamus, &c.

h Neque fornicemur] Hæc eſt tertia tentatio, ambitio, ſcilicet. Balaam enim populos vanus, ideſt cogitationes, adducit pulchras mulieres, ideſt honores, & dignitates, & prælationes, ante filios Iſrael, ideſt Religioſos, Talis & talis poſſem eſſe. *Matth.* 4. Oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Pœna iſtorum habetur, *Num.* 25. Tolle cunctos populi principes, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis, & ſic ambitioſi puniuntur pro peccatis ſubditorum. Unde ibi dicit *Orig.* Hæc ſi homines cogitarent, non ambirent principatus; ſufficit enim cuique de ſuis argui, & reddere rationem. Quid neceſſe eſt pro peccatis populi oſtentari contra Solem, ante quem nihil poteſt abſcondi, vel obſcurari, in die judicii erit hæc oſtenſio. i Neque tentemus] Hæc eſt tentatio impatientiæ Clauſtralium propter defectum neceſſariorum vitæ, ſicut illi tentaverunt Deum propter aquæ penuriam. Unde dicunt *Num.* 21. Cur eduxiſti nos de Ægypto, ideſt mundo, ut moriamur in ſolitudine? deeſt panis non ſunt aquæ. Ita dicunt Prælato ſuo. Et ſunt multi tales ſicut Joram, de quo dicitur 4. *Reg.* 6. quod cum Samaria, ideſt clauſtrum, obſeſſa eſſet ex omni parte, penuria ciborum voluit amputare Heliſæo caput, ideſt deponere eum a prælatione ſua, & dicunt.

* Negli-

a ſignificat juſtitiam, corpus ejus, ideſt Eccleſia eſt corpus Chriſti: quod verum eſt, quia etiam corpus Chriſti pars eſt ipſius myſtici, & quia ipſe membrum de membro. Gehenna cavenda. Ideo *Aug.* Hic ure, hic ſeca, ut in futuro parcas. Et vos in idolio. Argumentum quod crapula facit Deos alienos in honore eſſe. *Luc.* 21. dicit: Attendite vobis, ne forte graventur corda veſtra crapula, & ebrietate. Surrexerunt ludere, ideſt ludos facere. Gula enim ideo eſt cavenda, quia ipſa eſt cauſa aliorum peccatorum. *Jer.* 5. Saturavi eos, & mœchati ſunt. *Deut.* 32. Impinguatus, incraſſatus, & dilatatus, &c. *Habac.* 1. Incraſſata eſt pars ejus. Nota, Chriſtum eſſe Deum, quem tentaverunt Judæi. Contra, non erat Chriſtus, ergo non tentaverunt eum. Item ſi dicas quod dicuntur tentaſſe Chriſtum, quia tentaverunt filium Dei, qui eſt Chriſtus. Contra, non habebant cognitionem perſonarum, ergo nec movebantur in filium Dei. Reſponſio ly (quem) refertur ad Deum, ipſi enim cognoverunt Deum a notione, quæ eſt innaſcibilitas. Unde eo quod Deum offenderunt, & Chriſtum offenderunt. Cum enim pater & filius ſint eadem majeſtas, eorum eadem eſt offenſa. Vel melius, ſicut in Petro paſſus eſt, ita in Moyſe tentatus. *Num.* 21. Tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutuſque contra Dominum, & Moyſen ait: Cur eduxiſti, &c. Qui minora dona Spiritus habent, ideſt reputant ſe habere. Relatæ ſunt, ideſt ſcriptæ. Aliter erit major pœna, quia ſervus ſciens, &c. *Luc.* 12. Sexta ætas prima ab Adam uſque ad Noe, ſecunda ad Abraham, tertia ad Moyſen, quarta ad David, quinta ad Chriſtum, ſexta, & ſe-

Expoſitio Gloſſæ.

A prima

runt,] *Num.* 21. *a* Neque murmuraveritis,] *Num.* 15. & 21.
b Sicut quidam eorum] imo omnes. *Exod.* 16. Murmuravit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen, & Aaron in ſolitudine. Sol. Ibi de alio murmure. *Num.* 21. Interea ortum eſt murmur quaſi dolentiū pro labore contra Dominū: quod cum audiſſet, iratus eſt, & accenſus in eos ignis Domini devoravit extremam partē caſtrorum. *d* Ab exterminatore.] *Num.* 16. Exterminator dicitur diabolus, quia præerat incendio; vel forte bonus Angelus, qui præerat igni.

a Neque murmuraveritis, *b* ſicut quidam eorum murmuraverunt, & *c* perierunt *d* ab Exterminatore. Hæc *e* autem omnia in figura contingebant illis: *f* ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram in quos *g* fines ſæculorum devenerunt. *h* Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, *i* videat ne cadat. *k* Tentatio vos non apprehendat, *l* niſi humana.

c Perierunt] quia vivi deſcenderunt in infernum.
e Hæc autem] quaſi dicat: Hoc ut adhorter vos a conſimilibus: quia ſecundum eorum pœnam figurata eſt pœna ſimiliter peccantium. *Oſee* 12. In manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. *Ezech.* 24. Eritque Ezechiel vobis in portentum. *Iſ.* 8. Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Dominus, in ſignum, & in portentum Iſrael. *Zach.* 13. Addam exemplum meum.
f Scripta autem ſunt ad correptionem noſtram] *Roman.* 15. Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.
g In quos, fines ſæculorum devenerunt,] ideſt, qui devenimus in fines ſæculorum, ut ſit ibi ſecundum hypallagem, quia nos ſumus in ſexta ætate, quæ eſt ultima. 1. *Joan.* 2. Filioli mei, noviſſima hora eſt, &c. *Deut.* 32. Juxta eſt dies perditionis, &c. *Soph.* 1. Juxta eſt Dies Domini, &c. Vel (in quos, fines.) Eſt finis triplex, nationis, conſummationis, conſumptionis. Hic ſumitur pro fine conſumptionis.
g In quos, fines ſæculorum] ideſt, in quibus omnis ſæcularis temporalitas, & temeritas conſumpta eſt. Unde *Jerem.* 10 Qui elevat nebulas ab extremitatibus terræ. *Iſ.* 24. A finibus terræ laudes audivimus.
Moraliter. * Negligens eſt in providendo nobis. Sed reſpondit Heliſæus 4. *Reg.* 7. Cras modius ſimilæ, &c. & dixit quidam: Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, &c. per quem ſignificantur aliqui in clauſtro, qui fuerunt ſapientes in ſæculo, qui non poſſunt credere, quod unquam habeant neceſſaria ad ſufficientiam, & ideo perterriti ſunt. Sed ei reſpondit Propheta: Tu videbis oculis tuis, & inde comedes: quia tales non cum delectatione utuntur. Dicitur de beato Bernardo, quod cum quadam die nihil haberet ad comedendum in Claravalle, & redarguerent eum fratres, ſcilicet, quia erat Cellarius, quod propter negligentiam ſuam erat, venit quidam ad portam cum equo onerato panibus, & decem libris Pariſienſibus. Pœna autem illorum erant ſerpentes igniti, ideſt indignatio, & ira contra Prælatos. *Iſ.* 8. Cum eſurierit iraſcetur, & maledicet Regi ſuo, & Deo ſuo.
a Neque murmuraveritis,] Hæc eſt tentatio ex inobedientia, ut habetur *Num.* 16. Sufficiat vobis, quia omnis multitudo Sanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus, Ita dicunt quidam Regulares contra Majores ſuos. Ita bene tenemus regulam, ſicut & vos, cur elevamini ſuper populum Domini, quare vultis dominari nobis? Sufficit quod teneamus regulam noſtram, & conſuetudines antiquas. Et reſpondit Moyſes: Audivi murmur veſtrum contra Dominum: nos autem quid ſumus? Ibi autem ſequitur eorum pœna. Deſcenderuntque vivi in infernum, operti ſunt humo: quia bene vident, quod male faciunt, & ita valde magnam pœnam habeat: quia ſi faciunt contrarium ejus quod præcipitur, faciunt contra voluntatem ſuam, quod non poteſt eſſe ſine ira, & indignatione. Et quod expoſitio fiat competenter de Religioſis, patet per litteram ſequentem, quæ concordat ad idem. Quaſi in perſona eorum.
f Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos, fines ſæculorum devenerunt.] ideſt, in quibus debet eſſe conſumpta omnis ſæcularitas.
h Itaque qui ſe exiſtimat ſtare,] quaſi per bona. Goliath exiſtimavit ſe ſtare, & cecidit. *Eccl.* 17. Sta in ſorte propoſitionis. *i* Videat ne cadat.] *Gl.* a Deo ſtat, a ſe cadit, ſi cadit. *Gal.* 6. Conſiderans teipſum ne, &c. (Videat) quid homo eſt, ad quid eſt, quid facit, quo vadit. Reſpondet *Bern.* Conſidera unde venis, & erubeſce, ubi es, & ingemiſce, quo vadit, & contremiſce.
k Tentatio] Ita dehortor vos per exemplum illorum, ne cadatis in prædictis peccatis, & non quod penitus abſtineatis ab omni peccato, quia nemo ſine crimine vivit. ſed hortor vos, ut [Tentatio vos non apprehendat,] i ut non vincamini a tentatione peccando mortaliter. *Gl.* Peccati delectatio non ducat rationem in conſenſum. *l* Niſi humana,] ideſt venialis, ſine qua vita hominis duci non poteſt. Unde 1. *Jo.* 1. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, &c. Sic dicitur humana tentatio, peccatum veniale, vel quod inducit in illud. *Greg.* 21. Moralium ſuper *Job* 31. Tentatio humana eſt qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes: quia ut nonnunquam, & illicita ad animum veniant, hoc utique in noſmetipſis ex humanæ corruptionis pondere procedit. *Sap.* 9. Corpus quod corrumpitur, &c. *Rom.* 6. Humanam dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Vel humana tentatio eſt tribulatio exterior, quæ quandoque inducit in peccatum, & dicitur humana, quia in ea naturaliter ſibi homo timet, & recurrit ad alterius auxilium. Vult ergo dicere, quod ſi accidat eos tribulari, & ſibi timere, debent cavere ne cadant per impatientiam, & diffidentiam de Deo, & quod plus confidant de auxilio Dei, quam hominis. Vel tentatio humana eſt judicium ſuſpicionis: ut quando videt aliquem inepte ſe habere exterius, quaſi velit nolit, ſuſpicatur malum de eo. Unde *Gl.* Humana tentatio ſecundum quod eſt tribulatio exterior, multum valet ſi eſt fundata ſuper fundamentum patientiæ. Et multa bona facit. Primo convertit ad Deum. *Iſ.* 26. Domine in anguſtia requiſierunt te. *Pſ.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Item exaltat. *Gen.* 7. Factum eſt diluvium quadraginta diebus, & multiplicatæ ſunt aquæ, & elevaverunt arcam in ſublime. Accelerat ira ad Deum. *Pſ.* 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates, &c. A mundo exire compellit. *Exo.* 12. Urgebant Ægyptii populum exire de terra velociter. *Greg.* Cum tot malis mundus ingruat, quid aliud niſi quod fugiatur, clamat? Fœcundat. *Jo.* 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. *Ex.* 1. Quanto magis opprimebant, tanto magis multiplicabantur; & creſcebant. Lætificat ſpiritum. *Dan.* 3. Fecit medium fornacis tanquam ventum roris flantem. Humiliat. *Job.* 9. Sagittæ Domini infixæ ſunt in me, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Examinat. *Pſ.* 16. Probaſti cor meum Deus, igne me examinaſti. Purgat. *Iſa.* 4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio eius in ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris. *Aug.* Quod flagellum grano, quod lima ferro, quod fornax auro, hoc tribulatio juſto. In *lib. Proſperi*: Juſto judicio Dei datur plerumque peccatoribus poteſtas, qua Sanctos ipſius perſequentur, ut qui ſpiritu Dei aguntur, fiant per laborū exercitia puriores. Defendit. *Exod.* 14 Erat autem aqua filiis Iſrael quaſi murus ad dexteram illorum, & lævam. *Pſ.*

49. diſt. 1. §. ſagem De pœn. diſt. 2. c. inter hæc ſerendum. Humana tentatio multa bona facit.

A Da no- A prima ſimul curruat uſque ad finem mundi; octava ſine fine. Amor temporalium finitur per Chriſtum, ideſt conſumitur, quia in Novo Teſtamento oſtenduntur æterna, & propterea temporalia modo non deducuntur in pactum, ſicut in Veteri, ſed adjiciuntur. Sicut *Matt.* 7. A ſe cadit in caſu veniali. Eſt enim caſus, in quo, & caſus a quo. De primo hic. Unde *Pſalm.* 36. Cum ceciderit non collidetur, quia talis cadit in charitate, auxilium humanum requirendo. Sic peccat, qui hoc facit, quia *Jer.* 17. Maledictus qui confidit in homine. *Pſ.* 117. Bonum eſt confidere in Domino, &c. *Gloſ. ibi.* Ita eſt iſtud bonum quod illud malum, ſcilicet, quod ponere fidem in homine. Contra: Levavi oculos meos in montes, &c. Sol. Ita non confidat de humano ac de divino. Proficitur apud Deum. *Jacob.* 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, &c. *Pſ.* 26. Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli. Aliter ſapere, &c. ſicut ſuſpicio: non tamen ex malo animo procedit illud judicium ſuſpicionis. Nimis amando ſententiam, ſcil. hoc eſt judicium definiunnis de aliquo, quoniam mala intentione facit, quod facit. Angelica protectio eſt, ergo Angeli non aliter ſapiunt, quam res ſe habeat; ergo ſimiliter animæ earum; ergo habeant ſcientiam omnium. Item hoc videtur, quia *Luc.* 16. Pater Abraham, &c. *Gl.* Qui charitatem Dei vident, nihil in creatoris agitur quod videre non poſſint. Contra: *Iſ.* 63. Quis eſt qui venit de Edum, &c. *Gl.* dicit, quia minores Angeli neſciebant myſteriorum incarnationis. Item *Epheſ.* 3. My-

Expoſitio Gloſſa.

a De nobis auxilium de tribulatione. Hoſtes impugnat, *Sap.*12. Cum das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas. Animam decorat, & lavat. *Malach.*3. Ipſe quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi. Stultitiam pellit, *Prover.*22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. Erudit. *Jer.* 6. ſecundum *Septuag.* Per omnem dolorem, & flagellum eruditis Jeruſalem. *Iſ.*28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui. *Thr.* 1. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me. Delectationem in corde geminat. *Pſ.*4. In tribulatione dilataſti mihi. *Cant.*1. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Perficit, & conſummat. 2. *Cor.* 12. Virtus in infirmitate perficitur. Revocat a malo. *Oſee* 2. Sepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inveniet. Coronat. *Jac.* 5. Beatus vir qui ſuffert, &c. *Luc. ult.* Nonne oportuit Chriſtum pati, & ſic, &c. Propter hujuſmodi dicit *Jac.* 1, Omne gaudium exiſtimare fratres mei, cum in varias tentationes incideritis. 2. *Cor.* 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.

a Fidelis b autem Deus eſt qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed c faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis d ſuſtinere. Propter e quod chariſſimi mihi, fugite f ab idolorum cultura. Ut prudentibus loquor: g vos ipſi judicate, quæ dico. h Calix benedictionis cui i benedicimus,

a Fidelis Deus] Poſſet quis dicere, non poſſumus quin nos apprehendat alia tentatio, quam humana, imo dicit, poteris. b Autem] ideſt, quia [fidelis Deus eſt] in promiſſione quam promiſit per *Pſ.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione, &c. quando tentatur ut inducatur in mortale. Similiter quando eſtis in tentatione, ideſt in tribulatione exteriori, ne diffidatis de auxilio Dei, quia fidelis in promiſſio. *Iſ.* 43. Per aquas tecum ero, & flumina non operient te, cum ambulaveris in igne, non ſumeris, & flamma non ardebit in te. *Jerem.* 5. Debellabant adverſum te, & non prævalebunt, quia ego tecum ſum, dicit Dominus ut liberem te. Similiter non dicatis: Non poſſumus nos inhibere quin judicemus proximos, ſcilicet diffidendo quod ſint reprobi; quia fidelis eſt Deus. Non ergo apprehendat vos tentatio niſi venialis, quia poteſtis: quia

c Faciet proventum,] gratiæ augmentum. *Gl.* Qui dat tentationi Diabolo licentiam, Ipſe dat tentantis miſericordiam. *Iſ.*40. Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem. *Eccl.* 27. Vaſa figuli probat fornax, ideſt probata efficit, & homines juſtos tentatio tribulationis. Iſte eſt proventus pauperum Chriſti Canonicorum Paradiſi in præſenti.

d Ut poſſitis ſuſtinere.] *Gl.* Ne deficiatis in lucta, &c, Expoſitio Gloſ. a ſterium abſconditum. *Iſ.*63. Abraham neſcivit nos. *Interl. Haymonis dicit.* Auguſtinus dicit, quod mortui neſciunt etiam ſancti, quid agant vivi etiam eorum filii. Reſpondeo: Non ſciunt omnia. Ad illud ſuper *Luc.* Non dicit, quod videant omnia, ſed quod poſſint videre omnia. Quod autem dicitur quod. Non aliter ſapiunt, hoc dicit, quia non falluntur, quia multa ſunt, de quibus non cogitant, & ita de eis non falluntur nec ſciunt. In aliquo abjicitur, conſilio: non tamen ſpem ponit ſi quis det alicui falſum conſilium: quia nec omnis error peccatum eſt, quibus res æquabitur. Fidelis autem, &c. non quod uſualiter dictum eſt iſtud, & eſt ſenſus non patietur tentari ſupra id quod poteſtis, ſupple, de facili, ſicut dicitur, iſte poterat pluſquam poſſit, ideſt, quam de facili poſſit. Tamen plures opiniones ſunt de hoc. Una dicit, quod ex quacumque charitate manente tanta poteſt reſiſti quantæcumque tentationi. Alia dicit, quod ea quantacumque poteſt reſiſti in principio, ſed non poteſt perſeverare niſi augmentetur charitas. Ipſe dat tentatis miſericordiam, ideſt auget ei gratiam de miſericordia. Ut poſſitis ſuſtinere perſeveranter. Non crepent in furnace, ideſt, non deficient in tribulatione: vaſa fictilia, quæ in aliqua parte ſui ventum incluſum habeor, ſi cruda ſint, crepant ad ignem. In lucta, ibi. e Propter quod chariſſimi] Hæc eſt tertia pars capituli in qua docet abſtinendum e cibis polluentibus per ſcandalum principaliter, quia retrahunt ad infidelitatem, quæ eſt maxima vitiorum, quia deſtruit fundamentum, ideſt fidem, quæ eſt prime virtutum. Propter hoc primo dehortatur ab infidelitate, quia *ſuper illud Joan.*16. Arguet mundum de peccato, dicit *Gl.* De peccato infidelitatis, quo retento retinentur omnia. Dehortatur ergo idololatria, quæ eſt præcipua Infidelitas. Primo per Sacramentum Euchariſtiæ quo unimur Chriſto. Secundo per comparationem ad Sacramenta Veteris Teſtamenti, ibi [Videte Iſrael.] Tertio, quia cultus idolorum eſt cultus Demonum, ibi: (Quid ergo dico.) Quarto, quia non poſſunt ſimul eſſe participes Dei, & idolorum, ibi: (Nolo autem vos fieri.) Quinto, quia idololatria ſubtrahit aliquid Deo, ibi: (An æmulamur.) Sexto, quia fortitudo noſtra ſub dominio eſt Dei, & Ideo debemus timere ne vindicet ſe de nobis ſi colendo idola contemnimus prohibitiones ejus, ibi: (Nunquid fortiores.) Sed quia poſſet quis reſpondere, ex quo tu revocas nos ab idololatria, & cultu ſacrificiorum eorum, non debemus comedere idolothyta, propter hoc in quarta parte capituli oſtendit quomodo comedendum, & quomodo non. Et primo oſtendit, quod non eſt comedendum cum ſcandalo alicujus, ibi: (Propter quod.) Secundo, quod abſtinendum propter utilitatem proximi, ibi: (Nemo quod ſuum eſt.) Tertio, qua ratione comedendum, quia inquantum eſt creatura Dei, ibi: (Omne quod in macello.) Quarto, qua intentione eſt comedendum, ibi: (Sive ergo manducatis) etiam quod ad utilitatem proximi, ibid. Dicis ergo:

e Propter quod chariſſimi] quia auxilium Dei præſto eſt eis qui ſe tenent cum eo.

f Fugite ab idolorum cultura.] Ut ſcilic. nec idola colatis, nec idolothyto cum ſcandalo infirmorum comedatis, *ſup. eodem* Neque idololatræ efficiamini. Sic de omni peccato monet, *ſupr.* 6. Fugite fornicationem. *Eccleſ.* 21. Quaſi a facie colubri fuge peccata. *Col.* 3. Mortificate membra, &c. Vel (Fugite ab idolorum cultura, &c. Propter quod,) ideſt, ut fugiatis.

g Loquor ut prudentibus) ideſt, volo vobis dicere. Aliter, quod id eſt Sacramentum Euchariſtiæ, per quod unitur homo cum Deo. *Supra* 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, ut prudentibus dicit, ideſt, non vere prudentibus, quia non perfecte de Euchariſtia ſentiebant, de qua ſpiritualiter incipit hic tractare, (Judicate) diligenter attendite. *Job* 31. Si contempſi ſubire judicium cum ſervis meis, & ancillis meis, cum diſceptarent adverſum me. Quæ dico videlicet.

h Calix benedictionis] per quem benedicimur benedictione gratiæ ſumendo ipſum digne. Vel, ideſt, qui benedicitur a ſacerdote, & dicitur ad differentiam calicis maledictionis. *Jerem.* 25. Sume calicem vini furoris hujus de manu mea, & propinabis de illo cunctis Gentibus.

i Cui benedicimus,] Ideſt, cujus benedictionis participes ſumus. Vel, ideſt, quem exaltamus credendo, gratias agendo. Vel, ideſt benedictionem ejus faciamus nos ſacerdotes. Sed quare benedicit ſacerdos calicem, & hoſtiam ſacratam? Videtur quod male: dicitur enim *Heb.*7. Sine ulla contradictione quod minus eſt a meliore benedicitur. Reſpond. Sacerdos gerit perſonam Chriſti: calix, & hoſtia typus eſt corporis myſtici, quod a Chriſto benedictionem

A accipit. Non

A e Propter quod chariſſimi, &c.] *Gloſſ.* 2. *Theſſ.* 3. Expoſitio Gloſ. 1. *Regum* 28. Cum bellum urgeret eum, & non poſſet habere reſponſum a Domino recurrit ad reſponſum Diaboli per Pythoniſſam. Non comedebant ſapientes qui ſciebant quod idolum nihil erat. Per ſimilitudinem, & exemplum oſtendit, quod debetis cavere ab idololatria oſtendendo vobis per Sacramentum Novi Teſtamenti, quo efficitur homo unum cum Chriſto, & ideo non poteſtis comedere cum idololatra. Per corpus Chriſti, &c. unum eſt cum Chriſto. Ex hoc videtur, quod dimittantur mortalia per ſumptionem Euchariſtiæ, quia aliter non fieret unum cum Chriſto: Aut accedit attritus, virtute Euchariſtiæ efficitur contritus, & ſic dimittuntur ei mortalia: ſi accedit in charitate, Sacramenti augetur gratia. Per partes manducatur, quia in qualibet illarum partium eſt. Unde & ipſa gratia partes vocantur. Solet quæri utrum ſub qualibet parte ſit totum corpus: quia ſi ſic, cum partes ſint infinitæ, ibi eſt infinities, ſi non, quomodo ergo facta diviſione incipit eſſe totum ſub qualibet parte, cum nulla videatur ibi confectio? Reſpondeo: Incipit eſſe ibi propter confectionem præcedentem, vel diviſionem, & eſt ſimile de ſpeculo, in quo pluries reſultat eadem imago, quod eſt per appoſitionem, & confractionem. Totus erat apud patrem quando venit in Virginem. Sed hoc non videtur bonum exemplum, quia cum venit in Virginem, ipſe deſcendit in quantum homo, & in quantum Deus eſt ubique; ergo non erit ſimile

A de cor-

a nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt ? Et panis *b* quem frangimus , *c* nonne participatio corporis Domini eſt ? Quoniam *d* unus panis, & unum corpus multi ſumus , *e* omnes † quidem *f* de uno pane , & de *g* uno calice participamus ; *h* Videte Iſrael ſecundum carnem. *i* Nonne qui edunt hoſtias *k* participes ſunt altaris ? *l* Quid ergo ? Dico , quod idolis *m* immolatum ſit *n* aliquid ? *o* aut quod idolum ſit aliquid ? Sed quæ *p* immolant Gentes dæmoniis immolant, & non Deo.

D

al. † qui.

▲ accipit . *a* Nonne , &c.] ideſt nonne facit nos digne ſumentes unum eſſe cum Chriſto per imitationem ipſius vitæ. *b* Et panis quem frangimus ,] in ſpecie Sacramenti . Quid frangitur ? Reſpondeo , ſola ſpecies. *Matth.* 26. Benedixit , & fregit , &c. *c* Nonne participatio , &c.] ideſt , unit corpori myſtico Eccleſiæ, & facit nos membra , & partem ipſius , quaſi dicat ita. Et hoc non poteſt fieri in nobis , ſi ſervimus idololatriæ ; ergo debemus fugere idololatriam. *Pſ.* 118. Particeps ego ſum omnium timentium te, &c. *d* Quoniam unus panis] Dico , quod unum ſumus cum Chriſto per ſumptionem Sacramenti Euchariſtiæ, quoniam . *e* Omnes quidem participamus ,] ideſt participes efficimur, vel quoad ſpeciem , vel quoad effectus communionem. Unde bene dicit [participamus] propter diviſionem, quæ fit aliquando in ſpecie panis , vel propter effectus diverſos quos habent ipſi ſumentes . Aliam enim gratiam recipit ille , aliam ille , ſumendo digne Sacramentum illud. *f* Qui de uno pane ,] ideſt de corpore Chriſti. *g* Et de uno calice] ideſt ſanguine, licet multi ſumus. Non dicit omnes, quia non omnes qui ſumunt hoc Sacramentum, effectum illius recipiunt , & ideo non ſunt unus panis, quo reficiatur Dominus, nec unum corpus cum Chriſto. Licet inquam multi , tamen ſumus unus panis per unionem fidei , ſpei , & charitatis, quæ unio initiatur in fide, & conſummatur in charitate, & unum corpus illius capitis, quod eſt Chriſtus. *Inf.* 12. Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. *Eph.* 5. Membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, & de oſſibus ejus. 2. *Reg.* 19. Os meum, & caro mea vos. Cibi multi in ventre fiunt unum , & nos omnes in corpore Eccleſiæ ſumus unum. Unde patet , quod nos non comedimus Chriſtum , ſed Chriſtus nos. *Aug.* Crede, & manducabis me, nec tu me, &c.

Moraliter. Moraliter. Tota Eccleſia , & omnis qui gratiam habet, eſt unus panis quo reficitur Dominus. De tali pane habetur. *Jud.* 7. Videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volvi, & in caſtra Madian deſcendere, &c. Hordeum tenacis eſt paleæ , pungentis ariſtæ , humilis culmi. Et ideo ſignificat Sanctos, qui Deo firmiter adhærent, juxta illud *Pſ.* 72. Adhærere Deo bonum eſt. Unde adhærebat Apoſtolus dicens , *Rom.* 8. Nec mors, &c. ſeparabit nos a charitate Dei. Ipſi ſunt pungentes ariſtæ per carnis macerationem. *Joſ.* 2. Operuit eos lini ſtipula, quæ valde pungitiva eſt, ne interficerentur ab inimicis , ideſt dæmonibus, & perſequentibus. Bene per iſtos ſignificantur Sancti , qui explorant cogitationibus, & meditationibus , & bonis operibus terram æternæ promiſſionis Chriſti. Item humiles ſunt . Unde *Prov.* 30. Lepuſculus plebs invalida , ideſt ſanctus quilibet de ſe non confidens in petra collocat cubile ſuum. Bene lepuſculo comparantur, quia timidi ſunt , juxta illud *Proverb.* 28. Beatus , qui ſemper eſt pavidus . Item lepus dormit apertis oculis , ſic ſancti. *Cant.* 5. Ecce dormio, & cor meum vigilat . Per cubile , eorum corpus, ſicut *Jer.* 5. per grabatum: illud locavit in petra per duritiam pœnitentiæ in conſideratione petræ , quæ eſt Chriſtus . De hoc hordeo fit panis , ſed prius oportet illud moli inter duas molas , ſpem & timorem , de quibus *Deut.* 24. Non accipies loco pignoris alteram molam . Quomodo homo debeat moli inter eas , dicitur *Iſ.* 47. Tolle molam , & mole farinam, &c. Spes enim , & timor debent conterere hominem , qui debet eſſe granum hordei , & ſic fit farina per contritionem , quam inducunt. Cribratur denudando turpitudinem per confeſſionem . Tranſi flumina, ideſt recede ab omni delectatione . Poſtea miſcetur aqua compunctionis . *Thren.* 2. Effunde cor tuum ſicut aquam . Deinde miſcetur fermentum charitatis, de quo *Matt.* 13. Quoniam dicitur ibi in *Gl.* Ut in iraſcibili ſit odium vitiorum , in concupiſcibili amor virtutum , in rationabili cognitio utrorumque. Ideo debet decoqui in fervore dilectionis . *Exod.* 12. Non comedes ex eo quid crudum [quod faciunt qui ſine ſapore charitatis agunt pœnitentiam in deliciis,] ſed tantum aſſum igni. Subcinericius debet eſſe per memoriam mortis, & peccatorum , quæ facit ne ignis charitatis extinguatur . Talis panis erat *Job ult.* dicens. Auris mea audivit te , oculus meus videt te ; & ideo ago pœnitentiam in favilla , & cinere, ideſt panem hordeaceum coquo . *Pſ.* 50. Amplius lava me ab iniquitate mea , &c. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco : q. d. Oculum habeo ad peccata mea. Hic talis panis cibus pauperum eſt . *Job* 29. Pater eram pauperum. Iſte panis ſubvertit caſtra Madianitarum , ideſt dæmonum. De hoc *Lev.* 23. Offeretis ſacrificium Domino ex omnibus tabernaculis Iſrael duos panes primitiarum: quia ſecundum præcepta Veteris Teſtamenti debet fieri pœnitentia ; unde eſt corpus myſticum , *inf.* 12. Vos eſtis corpus Chriſti , &c.

De conſ. diſt. 2. c. relatum.

Litteralis. *h* Videte Iſrael] Hæc eſt ſecunda ratio qua dehortatur ab idololatria per comparationē ad comparationem Veteris Teſtamenti . *Lev.* 3. dicitur : Si aliquis pacificum facit ſacrificium, pars Domini eſt, pars ſacerdotis , & pars ipſius offerentis ; & ſic uniebantur ſacrificio : ſic & in idolothyto, ſacrificio idolorum ; quia ſimiliter inde portionem partiebant . [Videte Iſrael ſecundum carnem] ideſt conſiderate populum Iſraeliticum ſecundum carnales obſervantias . *i* Nonne qui edunt hoſtias] ideſt partem earum.

k Participes ſunt altaris ?] q. d. ita uniuntur ſacrificio ; & ideo ei cui offeruntur illud : ſimiliter & idololatræ idolis cum Iſrael . O Chriſtiani qui videtis Deum per fidem . (Videte ſecundum carnem] ideſt quæ offeruntur idolis carnaliter : [Nonne qui edunt hoſtias participes ſunt altaris ?] quaſi dicat , ita enim conſiderate quod uniuntur ſacrificio, quia ſi altare ſacrum , & miniſtri ſacri ſunt . *Lev.* 6. Legitimum ac ſempiternum erit de ſacrificiis Domini : omnis qui tetigerit illa , ſanctificabitur. *h* Videte Iſrael ſecundum carnem.] ideſt Clericos carnales , quorum intentio eſt ad comedendum hoſtias , & ideo ſequitur. *i* Nonne , &c.] *Phil.* 3. Videte canes , malos operarios conciſionem. *l* Quid ergo dico] Hæc eſt tertia ratio , quod immolatur idolo , immolatur diabolo , & quilibet refugit immolare diabolo , unde refugere debent idolo immolare . [Quid ergo ? dico] Si enim dicere videor cum dico, quod immolantes idolis uniuntur eis , & diabolo , dico ne hoc quod ſequitur.

m Quod idolis immolatum, ſit aliquid ?] hic ſanctum ex hoc quod profanum, quaſi dicat non. Vel

n Aliquid ?] i. alicujus virtutis ut poſſit nocere aut juvare . Videbatur enim dicere, quod idolothytum noceret ex quo per illud uniebantur offerentes idolis . *o* Aut quod idolum ſit aliquid ?] Sanctificans, vel profanans, quaſi dicat , non , *ſup.* 8. quære. Vel aliud poſſet juvare , vel quid nocere , quaſi dicat , non . [Sed propter hoc dicit , quia *p* Immolant Gentes dæmoniis , &c. *Pſalm.* 105. Immolaverunt filios ſuos , & filias ſuas Dæmoniis , ▲ & non

Expoſitio Gloſſæ. ▲ de corpore Chriſti . Reſp. Corpus Chriſti hanc habet dignitatem ex natura unionis cum divinitate , ut ſimul ſit in multis locis. Exponit quomodo calix , &c. Conſtructio debet fieri propter hoſtem . Unum corpus illius capitis , quod eſt Chriſtus. *Eph.* 1. & 4. Per ſubminiſtrationem operam , i. per opera ſubminiſtrata a Deo ſumus magis unum. Vel per ſubminiſtrationem appellat gratiam Dei , per quam facimus opera charitatis, & ſine dubio per illam gratiam ſumus unum . Quæ ſi deſit , judicium ſibi ſumit , *inf.* 11. Sed ſic videtur , quod quilibet qui accedit , committat ſe diſcrimini , quia nullus ſcit ſe habere charitatem , & ita peccat accedendo. Sol. Si deſit ſupple in conſcientia, non dico in eſſentia : ſufficit quod in nullo ſit conſcius , quod credat ſe habere charitatem . Unum ſenſum , & opus , ideſt , quod idem ſentias, & quæ in operibus ſecundum præcepta Dei. Typice autem , ideſt per quamdam ſimilitudinem. In ſua menſa. *Matth.* 26. Vinculum pacis; de *Eph.* 4. Conſortio, *ſup. eodem* Omnes eamdem eſcam, ideſt eumdem effectum. Si antequam illum panem edat, &c. *Sap.* 4. Juſtus ſi morte præoccupatus fuerit , &c. Non privatur , tamen non habet tantum effectum , quantum ſi accepiſſet. In umbra ſacrificiorum. *Hebr.* 10. Lex eſt umbra futurorum : Eſt Iſrael ſecundum ſpiritum , ideſt aliquid de illis Judæis ſpiritualiter intelligebant , ſcilicet idolothyta quæ offeruntur idolis. In idolo diabolus colitur ; ergo ſi colebant. Contra non cogitabant de diabolo ; ergo eum non colebant . Solut. Offerebant diabolo , & ei immolabant , & de eo cogitabant , quia omnia faciebant ſpiritui , qui ibi præerat , tamen verum eſt quod non credebant ſe cogitare de diabolo, colebant igitur re non intentione , Prior eſt idolo ; ſed quomodo

a & non Deo. a Nolo autem] Quarta ratio, quia participes idolorum non poſſunt ſimul eſſe participes Domini. *Job* 28. Habitent in tabernaculo illius ſocii ejus, qui non eſt. *Eccl.* 13. Omnis homo ſimili ſibi aſſociabitur. Sed poſſet aliquis dicere; Volumus eſſe ſimul ſocii Domini, & dæmoniorum addit:

Nolo a autem vos ſocios fieri Dæmoniorum. Non b poteſtis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum: non poteſtis c menſæ Domini participes eſſe, & menſæ Dæmoniorum. An æmulamur d Dominum? Nunquid e fortiores illo ſumus? Omnia f mihi g licent h ſed non omnia expediũt. Omnia mihi licent, ſed non i omnia ædificant. Nemo k quod ſuum eſt quærat, ſed l quod alterius. Omne quod m in macello n venit, manducate nihil interrogantes o propter p conſcientiam. Domini q eſt terra, & plenitudo ejus.

Deut. 32. ... *Eccl.* 37. *Sup.* 8.

b Non poteſtis calicem Domini bibere] ſpiritualem, (& calicem Dæmoniorum,] Unde 2. *Cor.* 6. Quæ eſt conventio Chriſti ad Belial? Aut quæ eſt ſocietas luci ad tenebras? Hoc etiam eſt contra illos, qui ſimul audiunt Theologiam, & ſæcularē ſcientiam. Nota: Calix tribus modis accipitur in bono, & uno modo in malo. Eſt enim calix Scripturæ. *Pſalm.* 22. Calix meus inebrians quam præclarus eſt. Propinat enim quatuor genera vinorum, hiſtoricum, allegoricum, tropologicum, anagogicum. Item calix tolerentiæ. *Pſ.* 115. Calicem ſalutaris accipiam. *Matth.* 20. Poteſtis bibere calicem, quem ego, &c. Quaternum propinet, vinum compunctionis, vinum lacrymarum, vinum lætitiæ ſpiritualis. Tertius eſt calix poteſtatis judiciariæ. *Pſal.* 74. Calix in manu Domini, vini meri plenus miſto; qui eſt duplex damnationis, quo potantur rei, & abſolutionis quo potantur juſti. Quartus eſt calix gehennæ. *Pſ.* 77. Bibent ex eo omnes peccatores terræ, qui etiam duplex habet vinum, vermem immortalem, & ignem inextinguibilem. Primo calice propinatur vinum ſpiritualis intelligentiæ, de quo *Cant.* 5. Bibi vinum meum cum lacte meo, *Jo.* 2. Omnis homo vinum bonum, &c. *Prov.* 9. Sapientia immolavit victimas ſuas, miſcuit ſibi, &c. Secundo calice propinatur vinum compunctionis. *Cant.* 8. Dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum. Tertio calice propinatur vinum furoris, & miſericordiæ, *Iſa.* 51. Tuli de manu tua calicem ſoporis, fundum calicis indignationis meæ. Quarto calice propinatur vinum doloris, & pœnæ, de quo *Apoc.* 18. In poculo quo miſcuit vobis, miſcete illi duplum. De primo potavit Dominus Apoſtolos ſua prædicatione. De ſecundo potavit Martyres ſua paſſione, De tertio potabit omnes in extrema examinatione aliis porrigens calicem benedictionis dicens; Venite benedicti, Aliis porrigens maledictionis dicens: Ite maledicti, *Matt.* 25. Quia calix in manu Domini, & tunc inclinabit ex hoc in illud. De quarto potabit peccatores reprobos in inferno, de quo *Habac.* 2. Circumdabit te calix dexteræ Domini, ideſt pœna inflicta a Domino. Calix quintus Babylonis. *Jer.* 51. Calix aureus Babylonis in manu Domini inebrians omnem terram; de vino ejus biberunt Gentes, & ideo commotæ ſunt. Sextus eſt calix altaris, de quo hic ſpecialiter agitur. c Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.] *Eccl.* 13. Quid communicabit cacabus ad ollam? Non poteſt aliquis ſimul eſſe commenſalis Domini, & Diaboli. Unde illi qui ſunt in mortali, ſæpe conquerantur de hoc quod nullam de Deo ſentiunt dulcedinem: quia omnis peccans mortaliter, commenſalis eſt diaboli, & ideo ſeparatus a menſa Domini, in qua dulcedines de Deo habentur. Unde *Gen.* 43. Joſeph ſeparavit fratres ſuos ab Ægyptiis dicens: Illicitum eſt Ægyptiis comedere cum Hebræis. *Oſee* 4. Particeps idolorum Ephraim: ſeparatum eſt convivium eorum, ſcilicet a menſa Domini. *Matt.* 6. Non poteſtis duobus dominis ſervire. d An æmulamur Dominum?] Quinta ratio, quia idololatra æquat idolum Deo. [Æmulamur Dominum?] ideſt invidemus, quaſi dicat non, & ideo nolumus quod ſubtrahatis vos, & alios per comeſtionem Idolothytorum coram eis Domino, ſubmittentes dominio diaboli tanquam eſſet Deus. *Iſ.* 40. Cui ergo ſimilem feciſtis Deum? Aut quam imaginem poſuiſtis ei. e Nunquid fortiores] Sexta ratio, ut non provocemus Deum ad iram, quia ejus poteſtati non poſſumus reſiſtere. [Nunquid fortiores?] q. d. non, *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt. *Jo.* 12. Apud ipſum ſapientia, & fortitudo. *Pſ.* 149. Magnus Dominus, & magna virtus ejus. f Omnia mihi licent] Sic revocavit eos ab idololatria: ſed quia poſſent credere, quod idolothytum eſſet immundum ad comedendum, ideo determinat quomodo licitum eſt, & quando licitum, quia non cum ſcandalo fratris. [Omnia] ideſt, omnia genera ciborum. g Licent] licita ſunt ad comedendum, non tamen comedenda propter deo, quia h Non omnia expediunt]. proximo. i Non omnia ædificant.] ſed deſtruunt.

Litote eſt minus dicit, & plus ſignificat. Eadem verba *ſup.* 6. *Eccl.* 38. Non omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. *Sup.* Charitas ædificat. *Prov.* 14. Sapiens mulier ædificat domum, inſipiens quoque extructam manibus deſtruet, ideſt opere, & exemplo. k Nemo] Secunda ratio quare abſtinendum eſt ab idolothyto, propter utilitatem proximorū quam debemus quærere. [Nemo, &c.] ideſt ſuam utilitatem tantum. l Sed] etiam [quod alterius.] *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. *Phil.* 2. Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum, *inf.* 13. Charitas non quærit quæ ſua ſunt. *Aug.* ideſt non propria communibus, ſed communia propriis anteponit. Sed *Phil.* 2. Omnes quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti. m Omne quod in macello] Oſtendit qua ratione omnis cibus eſt licitus ad comedendum. n In macello venit,] ideſt eſt, vel venditur. Argumentum quod ſacerdotes non edebant carnes ſacrificiorum. Contra. *Lev.* 6. Omnis maſculus de genere ſacerdotalis in loco ſancto veſcetur his carnibus. Reſponſio: Hic loquitur de Gentibus. o Nihil interrogantes] ſcilicet an immolatum an non. [Nihil interrogantes.] Contra: *Tob.* 6. Videte ne forte furtivus ſit. Solut. Hic loquitur de idolothytis; quæ licita erant comedi niſi propter conſcientiam infirmi. p Propter conſcientiam.] alterius aſtantis, qui infirmus eſt: quia ſi quæreretur coram tali utrum eſſet idolothytum, & dicto quod ſic, comederet cum veneratione idoli. [Omne, &c.] q Domini eſt terra, &c.] Hæc eſt ratio quare omnis cibus licitus eſt; & auctoritate oſtendit quod mundus eſt ad comedendum. Sed ſi ideo non eſt interrogandum, quia Domini eſt terra; videtur quod cum uſurariis licet comedere, quia bona eorum ſunt Domini. Reſponſio: Ubi non eſt ſcandalum, & ſperatur correctio, licet, aliter non: quia ad *Tit.* 1. Omnia munda ſunt mundis, Et 1. *Tim.* 4. Omnis creatura Dei bona, & nihil rejiciendum. *Rom.* 14. Omnia ſunt munda.

a Si quis

a poteſt diabolo pejus eſſe idolum? Non ſic ſe excuſent, Loquitur contra illos qui dicebant ſe non adorare idolum, ſed ſpiritum idolum poſſidentem. Inſita malitia, ideſt valde adhærens, in tantum quod non poteſt ab eis ſeparari. Vel conſcientia fratris qui læditur in conſcientia, & ſcandalizatur. Et pacta quædam, faciunt enim quædam pacta cum dæmonibus. Qualia ſunt molimina magicarum artium. Argumentum, quod multa moliuntur per artem magicam, quæ prohibita eſt. *Lev.* 19. Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia. *Deut.* 18. Non inveniatur qui luſtret filium ſuum aut filiam ſuam, ducens per ignem: aut qui ariolos ſciſcitetur, &c. Mathematici, ideſt divini. Unde: Scire docet Matheſis, ſed divinare Matheſis. Ad iram provocamus eum: quia qui impugnat regnum alicujus, ad iram provocat eum. Zelo enim invidia, &c. *Sap.* 2. Invidia diaboli mors, &c. Sed non videtur, quod diabolus invenerit idololatriam; quia *Sap.* 14. Acerbo enim luctu dolens pater, cito rapti ſibi filii fecit imaginem, &c. ergo diabolus non adinvenit. Reſponſio: Adinvenit per ſuggeſtionem. Cum non fortiores eo ſimus, ideſt diabolo. *Job* 41. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei. Vel eo, ideſt Deo, cui aufert cultum ſuum; unde poteſt vindicare ſe cum voluerit. *Sap.* 12. Subeſt tibi poſſe cum volueris, Sed magis impediunt. Tangit illud *ſup. proxime* Ab omnibus ſe abſtinet. Doctrina legis naturalis, quæ nullum cibum prohibet. Omnia munda, ad *Tit.* 1. Omnia munda mundis. De cibis, & carne idolis immolata hic agitur; ideo recte ait, licent, ideſt præcepto Domini nullo prohibentur. Contra: *Lev.* 11. *Deut.* 14. *Act.* 15. Argumento, quod nihil eſt peccatum niſi prohibitum aliqua lege, ſcil. Sol. Ad tempus fuerunt ibi aliqua prohibita non propter ſe, ſed in onus. Unde *Gl.* Non eſt prohibitio, ſed cohibitio. *Pſalm.* 131. Votum vovit Deo Jacob. Nemo quod ſuum eſt quærit. *Gl.* Donum Dei eſt ſi ſua non quærat. Nihil interrogantes; &c. Intellige de his, pro quibus cibus non redditur licitus, vel illicitus, ut eſt utrum ſit immolatus idolis: aliter contrarium eſſet illud *Tob.* 2. Vide ne furtivus ſit. Qui idolis ſervit, gloriabitur de manducatione tua. Hic ſapientibus loquitur. Sapientes erant in hoc, quod crede-

Expoſitio Gloſ.

E

A bant

a a Si quis vocat] Quia dixerat: Nihil interrogantes propter conſcientiam; determinat hoc magis, & ponit alium caſum. b Quod apponitur,] *Luc.* 10. Manducate, quæ apponuntur vobis. *Eccl.* 31. Utere quaſi homo frugi his, quæ tibi apponuntur. c Nolite manducare] libere. Quare? Non quia immundus ſit cibus, ſed.

a Si quis vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire: omne quod b vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Si quis autem dixerit: Hoc immolatum eſt idolis; c nolite manducare d propter illum qui indicavit, & e propter conſcientiam: f conſcientiam autem dico, non tuam ſed alterius. g Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conſcientia? h Si ergo cum gratia participo: quid i blaſphemor k pro eo quod gratias ago? l Sive ergo manducatis, m ſive bibitis, vel aliud quid facitis: n omnia in gloriam Dei facite. o Sine offenſione eſtote Judæis, p & Gentibus, & q Eccleſiæ Dei: r ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod ſ multis ut t ſalvi fiant.

d Propter illum qui indicavit,] quod erat idolothytum: crederet enim quod comederemus illud cum veneratione idoli. e Et propter conſcientiam:] aliorum ſcilicet, ut jam mox determinat dicens.

10. diſt. c. ſi quis par- ratus.

f Conſcientiam non tuam ſed alterius,] ſc. infirmi videntis te comedere idolothytum ſcienter, *Rom.* 14. Nihil commune per ipſum: niſi ei qui exiſtimat aliquid commune eſſe, illi commune eſt. *Hugo de S. Victor.* Infirmi a cibis abſtinent, non quia mali ſunt; ſed quia ipſis non ſunt idonei. g Ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conſcientia?] quaſi, verum eſt quod habeo libertatem comedendi omnia: ſed ad quid faciam credere quod illud quod facio ex libertate quam habeo, faciam propter venerandum idolum; & ſic contemnar ab infirmis quaſi idololatra? h Si ergo cum gratia participo:] i. comedendo idolothytum reddo gratiarum actiones Deo. i Quid blaſphemor] i. dicor idololatra? k Pro eo quod gratias ago?] ideſt, pro eo quod facio cum gratiarum actione, non idoli veneratione, 1. *Tim.* 4. Nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. l Sive ergo manducatis,] 1. *Theſſ.* 5. Sive vigilemus, ſive dormiamus, ſimul cum illo vivamus. n Omnia] quæcumque facitis: oſtendit qua intentione eſt comedendum idolothytum, & omnis alius cibus; quia ad gloriam Dei, & ut fortes ſimus corpore ad præcepta Dei exequenda: ergo ex quo tot mala contingunt ex comeſtione cum ſcandalo aliorum, m Ergo ſive manducatis, &c.] Simile. *Col.* 3. Et propter hoc in principio comeſtionis ſit benedictio; in medio, eleemoſynæ; in fine, gratiarum actiones. 1. *Tim.* 4. Sanctificatur cibus per verbum, & benedictionem. Et *Matth.* 14. Benedixit, & fregit. Qui autem inebriant ſe, non comedunt ad gloriam Dei, ſed magis ad contumeliam ipſius. *Judæ* Hi ſunt maculæ convivantes, ſemetipſos paſcentes, &c. Sed *Tob.* 2. Cum timore, & tremore comedebant panem ſuum. (Omnia in gloriam Dei facite.) Si hoc agendum eſt quod præcipit Apoſtolus, videtur quod nulla actio viri juſti ſit indifferens; quia implet hoc præceptum, & ita omne opus quod facit, facit in gloriam Dei, & ſic ex charitate: ſed omne factum ex charitate eſt meritorium, ergo omne opus viri juſti eſt meritorium, & ita nihil facit indifferens. Quod iterum probo per ſimile, quia ecce aliquis habens charitatem qui intendit dare centum ſolidos, ita quod ſingulis pauperibus ſingulos denarios: cum autem jam dederit decem denarios pauperibus, venit aliquis amicus, & conſequitur, & confert, & dat tamen pauperibus ſicut inceperat: conſtat quod in dando meretur, & hoc non quia actu cogitaret de Deo, & ad ipſum referat quod facit, ſed quia charitatem habet in habitu: ſed omnis vir juſtus charitatem habet in habitu, ergo in opere ſuo meretur. Sed contra, manens in charitate poteſt facere aliquid tantum ad recreationem; & tantum ex naturali pietate dare eleemoſynam: ergo in hoc non meretur manens in charitate, imo etiam videtur quod peccet; & ſimiliter ſi facit opus indifferens, quia non implet hoc præceptum Apoſtoli. Per hoc dicunt quidam quod per negationem eſt exponendum, i. nihil facit ex quo blaſphemetur Deus. Et ſimilis eſt expoſitio, *Gloſſ. ſuper illud Luc.* 18. Nemo bonus niſi ſolus Deus, *Gloſſ.* Omnis creatura mala in comparatione Dei, i. non bona. Sed iterum contra hanc ſolutionem objicitur, quia ſecundum hoc videtur quod dormiens adimpleat hoc præceptum Domini, quia nihil facit ex quo blaſphemetur Deus: ſimiliter & ille qui eſt in mortali, implet illud quando ceſſat ab opere, aut quando facit aliquid de genere bonorum. Et propter hoc dicunt alii quod imo affirmative intelligitur, & conſilium non præceptum fuit: ſicut illud: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Sed contra, Omnis motus deformis eſt in prohibitione; ergo ab oppoſitis, omnis formatus niſi referatur ad Deum ſive niſi fiat in gloriam. Item ſicut omne malum fit ex fomite; ita omne opus meritorium fit ex charitate; ergo omne opus meritorium fit ex charitate, & ita in gloriam Dei. Sed contra: Si omnia debeant fieri in gloriam Dei; ergo peccata venialia. Ideo fit quod iſte habens charitatem operetur tantum propter ſuſtentamentum filiorum ſuorum, conſtat quod iſta operatio ſit mala; ergo habens charitatem non tenetur facere quicquid facit per charitatem. Sol. Quomodolibet prædictorum modorum poteſt dici. Et bene ſecundum quod exponitur per negationem: tamen non ſequitur quod dormiens impleat illud præceptum, quia non intelligitur per puram negationem, ſed ſupponitur ibi operatio, & eſt ſenſus. Si facitis aliquid, ita facite ex quo Deus non blaſphemetur. Quod objicitur. Ille qui eſt in peccato mortali, poteſt implere illud, ergo non eſt præceptum: non ſequitur, quia ſimiliter poteſt honorare patrem, & matrem; nec tamen minus eſt hoc præceptum. Suſtinendo quoniam eſt præceptum non tantum conſilium, dicendum quoniam eſt affirmativum præceptum; alia autem præcepta non obligant ad ſemper, ſed pro loco, & tempore, quod eſt quando homo eſt in tali apprehenſione de Deo, & de eis quæ Dei ſunt, ex qua quaſi naturaliter habet excitari, & generari motus fidei, & charitatis, tunc tenetur omnia in gloriam Dei facere. Ad illud, ſicut omne malum ex fomite, ita omne bonum ex charitate: non ſequitur, quia pronitas faciendi malum quæ eſt ex fomite, ſufficit ad faciendum peccatum quodlibet propter facilitatem peccandi; ſed quia diverſæ ſunt difficultates faciendi bonum ſecundum diverſas virtutes, non ſufficit charitas ad eliciendum omne bonum opus. o Sine offenſione] *Rom.* 12. Cum omnibus hominibus [quod ex vobis] pacem habentes. p Et Gentibus,] ideſt, infidelibus. q Et Eccleſiæ Dei] fidelibus communicent. o Sine offenſione] ac ſcandalo, quod faciat vere mortale vel veniale: quod dicitur *Lev.* 19. Non maledices ſurdo, nec coram cœco pones offendiculum. *Pſalm.* 49. Coram fratribus tuis poſuiſti ſcandalum, hæc feciſti, & tacui. *Iſa.* 62. Præparate viam populo, & eruite de via lapides: Sed multi ſunt ſilex qui non poſſunt moveri. r Sicut & ego] faciatis hæc prædicta ut placeatis: [Omnibus ſicut, & ego placeo] ſine ſcandalo cujuſquam agens. Contra, *Gal.* 1. Si hominibus placerem, &c. *Gloſſ. hic*: Si propter ſeipſum, ideſt, propter privatam, & propriam gloriam placere quærit, ſuperbia eſt & non placet Deo: cum autem hominibus propter veritatem placet, jam non homo ſed Deus placet. ſ Quod multis eſt utile] non temporaliter ſed ſpiritualiter, ideſt. t Ut ſalvi fiant.] *infr.* 12. Pro invicem ſollicita ſint membra. *Rom.* 14. Nemo noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur. *Eccl.* 33. Videte quod non mihi ſoli laboravi, &c. Qui autem ſic quærit placere hominibus, meretur benedictionem a Domino. Unde *Pſalm.* 44. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea, &c. ideſt, æterna benedictione dextræ non ſiniſtræ. *Eccl.* 3. Fili in manſuetudine opera tua perfice.

A bant idolum nihil eſſe; tamen peccabant, quia comedebant cum ſcandalo aliorum. Si recte fecerint, laudes Dei fiunt, ideſt, materia laudis. Silebis aliquando vitia, quo eſt malum ſilentium, *Sap.* 18. Cum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, &c. Tacui cum clamarem tota die. Blaſphemans Deum. *Iſa.* 52. Jugiter nomen meum blaſphematur. *Rom.* 2. Nomen Dei blaſphematur per vos inter Gentes. *Ezech.* 36. Sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum eſt inter Gentes, &c. *Mal.* 1. Ab ortu ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum, &c. Et *infr.* 6. Rex magnus ego, dicit Dominus, & nomen meum horribile in Gentibus. Cibus tuus & potus laudat Deum, i. materia laudis eſt. Vita blaſphemat; quia *Eccl.* 25. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eſt ſuperbia. Contra, ſuperbia eſt amor excellentiæ, vel potius videtur eſſe inanis gloria, vel hypocriſis; quod ego concedo quia eſt inanis gloria. Sed quod hic dicitur, ideo dicit, quia conjuncta ſunt ſuperbiæ. Et ex hoc contingit quod homo vult ſe extollere, vel eſſe magnus in corde vel in ore alterius. — *Expoſitio Gloſſ.*

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XI.

IMitatores mei eſtote,] in proximo capitulo dixit Apoſtolus non poſſe communicari ſimul calici Domini, & Dæmoniorum, quia iſte eſt profanus, ille ſanctus. In hoc autem capitulo docet cum quanta reverentia, & cum quanta munditia, & devotione debeat manducari corpus Domini, & in quo loco; & quo periculo ſumatur ab indignis. Dividitur autem hoc capitulum in ſex partes. In prima laudat eos in quibuſdam quæ faciebant: orabant enim in Eccleſia pro Prælatis ſuis, ſicut juſtum eſt, & in Eccleſia Euchariſtiam manducabant, ſicut præceptum eſt. Et hoc facit Apoſtolus, ne ex odio poſtea videretur eos reprehendere: Vel ironice hoc facit, quia non ſervaverunt præcepta ejus. In ſecunda parte redarguit eos, quia irreverenter accedebant ad Euchariſtiam, & ad cetera officia: verbi gratia, Viri velato capite, mulieres ſine velo: illos de negligentia, iſtas de inverecundia reprehendens, ibi: (Volo autem vos ſcire.) In tertia parte capituli arguit eos de ſciſſura diſcordiæ, cum illud Sacramentum unionis, & amoris ſit, ibi: [Si quis autem videtur contentioſus.] In quarta arguit de infirmitate gulæ, quia non ſe invicem expectabant ſicut deceret, ſed alios cibos in Eccleſia præmanducabant, ibi: [Convenientibus vobis in unum.] In quinta parte quomodo debeat manducari corpus Chriſti, ſcilicet in commemorationem paſſionis Chriſti, ibi: [Ego enim accepi.] In ſexta particula ponit mala tam præſentia, quam futura indigne ſumentium corpus Chriſti, ibi: [Itaque quicumque manducaverit, &c.] Dicit ergo.

De ſac. con-ſtion. c. un. de hoc c. indignantes.

CAPUT XI.

IMitatores *a* mei eſtote, *b* ſicut & ego Chriſti. *c* Laudo autem vos *d* fratres quod per omnia mei *e* memores eſtis, *f* & ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. *g* Volo autem vos ſcire, quod *h* omnis viri caput Chriſtus eſt; *i* caput autem mulieris, vir; *k* caput vero Chriſti Deus. *l* Omnis vir *m* orans *n* aut prophetans *o* velato capite, *p* deturpat caput ſuum. Omnis *q* autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ſuum: *r* unum eſt enim ac ſi decalvetur. *ſ* Nam ſi non

a Imitatores mei eſtote,] Hic ponit ſe in exemplum ut ſe abſtineant ab omni offendiculo proximorum, ſicut & ipſe *ſup*.4. idem. *Phil*.3. Imitatores mei eſtote, fratres &c. *b* Sicut & ego Chriſti.] *Gal*.6. Stigmata Domini Jeſu in corpore meo porto. Vita Prælatorum debet eſſe exemplum, & quaſi liber ſubditorum. Unde *Gen*.30. Jacob ponebat virgas excoriatas ante oves ut ſimiles fœtus conciperent. Sed nota quod cum quædam mulier accuſata fuiſſet quod peperiſſet Æthiopem, excuſavit ſe per imaginem Æthiopis quam ante oculos habebat depictam quando conceperat. Similiter ſubditi hodie non habent exemplum niſi Æthiopum Prælatorum imaginem. *Zach*.11. O paſtor, & idolum.

c Laudo autem vos] licet vos de aliis increpaverim.

d Quod] ideſt, quia.

e Memores eſtis,] meæ auctoritatis, ideſt, propter eam mihi reverentiam exhibetis.

f Et ſicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.] ideſt, ita perfecte ſervatis ſicut docui vos. Ironice dicit: quaſi dicat, ita non facitis.

g Autem] ſed tamen [volo vos ſcire] ut ſic revertamini ad veræ vitæ unitatem.

h Quod omnis viri caput Chriſtus eſt;] quia creavit eum, cum non eſſet.

i Caput autem mulieris vir,] quia de coſta viri facta eſt.

k Caput vero Chriſti Deus.] in quantum etiam Chriſtus eſt Deus: quia quicquid habet etiam in quantum eſt Deus, habet a Deo patre: in quantum eſt homo, pater, quia ipſe in quantum eſt Deus, caput eſt ſui ipſius hominis. *Eph*.5. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam quæ eſt corpus ejus & plenitudo ejus.

l Omnis vir orans] Oſtendit quod homo habet rationem capitis, quia eſt immediate ſub Deo, qui eſt primum, & præcipuum caput omnium.

m Orans] aliquid a Deo.

n Aut prophetans] ideſt, exponens Scripturas.

o Velato capite,] quaſi non ſit nobilis, & immediate ſub Rege, qui non habet homines niſi liberos.

p Deturpat caput ſuum.] quia ſic oſtendit ſe non eſſe liberæ mentis. *Gloſſ*. In aliis ubi opus eſt, poteſt velare caput, ſed nondum ſuo judici ſe offert, & colloquitur, ubi neceſſe eſt conditionem ſuam profiteri. Loquitur Apoſtolus non de quolibet velamine, ſed de quibuſdam ſimilibus velaminibus mulierum, quæ data ſunt eis in ſignum ſubjectionis. [Velato capite.] Ideo tondentur Clerici, & pauci relinquuntur capilli, quia pauca debent retinere temporalia; & in tali loco ut neque verticem operiant neque aſpectum impediant. *Num*. 8. Tolle Levitas, & radant omnes pilos carnis ſuæ; non dicit, Evellant, quia hoc eſt Clauſtralium. [Deturpat caput ſuum.] Ergo Clericus ſine corona deturpat caput ſuum. *Ezech*.24. Nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Sed contra, Summus Pontifex cum mitra orabat, *Exod*. 28. Reſpondeo. Hoc non erat velare caput, quia ex officio faciebat.

q Omnis autem] quæ eſt inferior, & ſubjecta viro. [Velato capite,] quod eſt ſignum ſubjectionis quam debet viro. *r* Unum eſt enim ac ſi] i. ita indecens, vel i. tantumdem valet.

ſ Nam ſi non velatur mulier, tondeatur.] ideſt, ſicut nullo modo vellet tonderi, ita nullo modo ſit quin habeat caput velatum. Ipſæ vero non omnino velatum volunt habere, & ideo accidit illud *Ezech*. 39. Gog & Magog vaſtabat Eccleſiam: Gog tectum, Magog detectum; quia mulieres ornantes ſe, quæ in parte tegunt capita ſua, & in parte detegunt, magnam partem Eccleſiæ deſtruxerunt provocantes homines ad luxuriam, & faciunt contra hoc præceptum Apoſtoli, & maxime illæ quæ ſibi faciunt coronas quaſi ſint reginæ, & nulli ſint ſubjectæ. [Si vero turpe eſt mulieri tonderi.] *Ovidius*, Turpe pecus mutilum; turpis ſine gramine campus: Et ſine fronde frutex; & ſine crine caput. (Aut decalvare vero, &c.) *Mich*. 1. Decalvare, & tondere ſuper filios deliciarum tuarum: dilata calvitium tuum, &c. *Iſa*.3. Erit pro criſpanti crine calvitium. — Ovidius de arte, l.3.

A *a* Vir qui- — Expoſitio Gloſſ.

a Imitatores mei eſtote, &c.] Omnes ſalvare venit, 1.*Tim*. 2. Dignum ergo eſt ut filii caput pater dicatur. Nota. Pater cum dicitur reſpectu creaturarum, tunc eſt eſſentiale, & convenit tribus perſonis: cum dicitur ad filium, tunc eſt perſonale: cum dicitur, caput viri, notat gratiarum plenitudinem: cum homo dicitur caput mulieris ſignificat originem. Et dignis animis incommutabiliter datur. Sed aut hoc intelligitur quantum ad ipſum qui datur, aut quoad effectum. Si primo modo, eadem ratione poſſum dicere quod Spiritus Sanctus datur æternaliter, quia ille qui datur eſt æternus: ſi ſecundo modo, ergo charitas ſemel habita nunquam poteſt amitti. Reſpondent quidam quod intelligitur quantum ad ipſum qui datur, & dicunt quod hæc impropria, unde non eſt extendenda, ut dicatur Spiritus Sanctus datus æternaliter. Vel aliter, datur incommutabiliter, ideſt, ex datione nullam mutationem patitur, ſicut lux Solis nullam recipit mutationem ubicumque effundatur. Vel intelligitur quantum ad effectum, quia quantum eſt ex ipſo qui datur, effectus ſemper remaneret, & nunquam commutaretur. Unde *Iſa*. 4. Aufer opprobrium noſtrum, *Gloſſ*. Ne toties expulſi a cordibus hominum, fœtore vitiorum cogamur mutare hoſpitium. Spiritus hominis *ſup*.2. Mulieri Samaritanæ, *Joan*. *c*.4. Lucem ſapientiæ. Hoc ego intelligo de Sapientia increata. Plenitudo gratiarum. *Joan*.1. De plenitudine ejus nos omnes, &c. Omnes ergo ſpirituales in Chriſto: ergo fides, & ſpes.

Solutio: Non dicit omnes virtutes, ſed plenitudo omnium gratiarum: viſio plenitudo fidei eſt, & comprehenſio ſpei.

Si Deus omnia creavit ſimul, ideſt, omnium. Quamvis Chriſtus homo, tamen Verbum quia caro factum eſt, intelligi non poſſit, ſupple in aliqua ſimplici locutione quæ fit ſine reduplicatione, quia in nulla tali locutione aliquid dicitur de homine, quod non dicatur de Verbo, & e converſo; ſed bene aliquid dicitur de uno, quod non dicitur de alio cum reduplicatione.

Sed nondum ſuo judici ſe offert. Ideo Epiſcopus deponit mitram cum debet orare. Omnis mulier orans aut prophetans.

Quidam volunt hic dicere quod aliquando licuit hoc mulieribus, ſed poſtea Apoſtolus hoc removit. 1. *Tim*. *ſecundo*. Docere autem mulieri non permitto, nec hunc dominari in virum. Sed poteſt melius dici quod prophetare pro laudare ſumitur, ſicut *primo Paralip*. *vigeſimoquinto*. Idithum in cithara prophetabat. Et *infra c*. 14. Poteſtis omnes per ſingulos prophetare. Tantumdem eſt ad turpitudinem. Contra, *Num*. 5. Cum ſteterit mulier

A ut mulier

velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe eſt mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput ſuum. *a* Vir quidem non debet velare caput ſuum, *b* quoniam imago, *c* & gloria Dei eſt: *d* mulier autem gloria viri eſt. *e* Non enim vir ex muliere eſt, ſed *f* mulier ex viro. *g* Etenim non eſt creatus vir *h* propter mulieré, ſed mulier propter virum: (*i* Ideo debet k mulier velamen habere ſuper caput ſuum, & *l* propter Angelos.)

▲ *a* Vir quidem non debet, &c.] quia eſt immediate Deo ſubjectus, cui ſervire regnare eſt. Et in ſignum hujus Clerici habent coronas minores, & Religioſi majores, quia magis immediate ſunt ſub dominio Dei. Sed contra iſtud: *Ezec.* 12. Faciem tuam velabis, & non videbit terram. Solut. Non loquitur Apoſtolus de quolibet velamine, ſed de quodam quo totum caput cooperiebatur. Præterea quod dicitur *Ezec.* Propheticum fuit, & ſpirituale.

b Quoniam imago Dei eſt:] quia ſicut ex Deo anima, ita ex primo homine omnes homines. Et ſicut ex latere formata eſt Eccleſia; ita ex coſta Adæ formata eſt mulier, & ſicut Chriſtus præeſt Eccleſiæ, ita vir mulieri.

c Et gloria] *Prov.* 10. Gloria patris filius ſapiens, 2. *Cor.* 1. Vos eſtis gloria noſtra.

d Mulier autem gloria viri eſt.] Hæc eſt tertia ratio, quare intentio capitis derivatur in virum, quia eſt principium mulieris. (Mulier eſt gloria viri) eo quod tam nobilis creaturæ caput. Vir mulieris eſt principium, & non e converſo, quod oſtendit eum ſubdit. *e* Non enim, &c.] *Eccl.* 26. Pars bona, mulier bona, &c. Pars eſt ſecundum ſubſtantiam, & poſſeſſionem. Item ipſa eſt gloria viri ſi eam bene rexerit. *Eccl.* 30. Qui docet filium, laudabitur in illo, & gloriabitur in medio, &c. Similiter qui docet uxorem, gloria ejus eſt, quia ei quæ rationalis creatura eſt, præeſt. Non enim eſt magnum ſi homo præeſt brutis, ſed quando rationalibus, 1. *Tim.* 2. Docere autem mulieri non permitto, nec dominari in virum. Sed ſi eſt gloria, viri eſt; ergo qui non habet uxorem, ſine gloria eſt. Sic dicitur *Prov.* 25. Ne glorioſus appareas coram Rege. *f* Sed mulier ex viro.] 1. *Tim.* 2. Adam primo formatus eſt, deinde Eva.

g Etenim non eſt] Quarta ratio eſt, quod vir magis accedit ad naturam capitis quam mulier, quia ipſe immediate ſe habet ad Deum, ſed mulier mediante viro.

h Mulier propter virum:] *Eccl.* 17. Ex ipſo creavit adjutorium ſimile ſibi. Et 36. Qui poſſidet mulierem bonam, inchoat poſſeſſionem; adjutorium enim ſecundum illum eſt. Sed 26. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudica, & caſta. *i* Ideo debet mulier velamen habere] Hæc eſt alia ratio propter ſignum ſubjectionis, & tranſgreſſionis. Unde alia littera habet. (Habere poteſtatem) ſub quo eſt ſubjecta. Similis modus ſumendi nomen poteſtatis, *Rom.* 13. Omnis poteſtas a Deo. *Eccl.* 9. Non des mulieri poteſtatem in ullo. *Eph.* 5. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis. *Eccl.* 25. Mulier ſi poteſtatem habeat, contraria eſt viro ſuo, ideſt, in ſignum tranſgreſſionis habet velamen ſuper caput ſuum; quia *Eccl.* 25. Initium peccati cum muliere, *Gen.* 20. dicit Abimelech Saræ; Ecce mille argenteos dedi fratri tuo Abrahæ, quoniam mentiebaris fratrem tuum eſſe; hoc erit in velamen oculorum tuorum, &c. Ideo etiam Moniales velantur. 2. *Reg.* 13. Thamar aſpergens capiti ſuo cinerem, exuta talari tunica, impoſitis manibus, ſcilicet ſuper caput in ſignum verecundiæ, de peccato, ſcilicet. Ideo velantur oculi eorum qui ducuntur ad ſuſpendium in lignum, quod tantum debent habere pudorem, quod non poſſunt videre homines. Idem eſt ergo ſi mulier de velatione ſua ſuperbiat, ac ſi latro ſuperbiret, quia velatis oculis ducitur ad ſuſpendium: vel ſicut ſi ſuperbiret aliquis, quod ſervus eſt alterius. *l* Propter Angelos.] i. ſacerdotes, ne in ejus faciem inſpicientes moveantur ad libidinem. *Mal.* 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, &c. quia Angelus Domini exercituum eſt. Ideo aliqui aptant ad ſacerdotes lectionem illam, Benedicite Angeli Domini Domino, &c. *Dan.* 3. Quare autem dicit, Propter Angelos, ideſt, ſacerdotes, & Clericos? Quia magis prompti ſunt ad libidinem propter otium cum bona vita, & quia non habent ſuas, & præter hæc, collocutiones in confeſſionibus: ideo eis præcipue dicitur *Eccl.* 9. Ne reſpicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius. *Job* 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Exemplum hujus *Gen.* 34. de Sichem, qui ſtatim ut vidit Dinam, conglutinata eſt anima illius. Et 2. *Reg.* 11. de Davide & Berſabee, *Gen.* 6. Videntes filii Dei, &c. acceperunt uxores ex omnibus. Ideo datur ſententia de peccato eorum; Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine, & erunt dies ejus centum viginti anni. Amplius non fuit uſque ad diluvium. Et dicitur quod illud intelligitur de incubis Dæmonibus, Et poteſt dici; quod ſacerdos vertens ſe ad luxuriam, diabolus eſt incubus. Aliter quod dicitur de viro, & homine, & muliere, exponitur de interiori homine. Ratio habet duas partes, ſuperiorem quæ contemplatur divina, & dicitur vir; & inferiorem quæ terrena, & dicitur mulier. Caro ſerpens eſt qui ſuggerit ſenſualitati, i. inferiori parti rationis. Vel ſenſualitas brutalis eſt ſerpens, quæ non peccat, ſed peccatum ſuggerit. Mulier, i. inferior pars rationis, eſt gloria viri, i. ſuperioris partis quando illam bene regit, & ipſa ſibi obtemperat, & obedit. *Prov.* 12. Mulier diligens in executione operum, corona eſt viro, & putredo in oſſibus ſuis, quæ confuſione res dignas gerit *Prov.* 14. Mulier ſapiens ædificat domum ſuam, ideſt, bonorum operum congeriem, inſipiens conſtructam quoque deſtruet.

a Vir] ideſt, ſuperior pars rationis. *Prov.* 20. Diſſipat impios, ideſt, malos motus Rex ſapiens.

e Non enim eſt,] ideſt, non habet cogi a muliere.

f Sed mulier a viro.] ideſt, dependet a regimine ſuperioris. *Gen.* 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

g Etenim non eſt, &c.] imo e converſo mulier in adjutorium ſuperioris, ut fœcundetur ab eo, germinans ei prolem bonorum operum. 1. *Tim.* 2. Salvabitur enim per filiorum generationem ſi permanſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione. Hic eſt generandi modus per fidem operantem per dilectionem. *Pſal.* 127. Et videas filios filiorum tuorum. Opus eſt enim ex opere. k Mulier velamen] Sed ſuperior pars debet habere oculos apertos quia proprie ſola æterna aſpicit, ex quorum viſione continua continue melio-

▲ A rit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput ejus, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis. Solut. Hoc ſpeciale fuit in lege in ſacrificio zelotypiæ, ubi non mulier, ſed ſacerdos diſcooperiebat caput ejus. Contra, Magdalena oravit ſparſis crinibus, *Luc.* 7. Sol. Oſtentationem prohibet Apoſtolus, ſed non ſolum in crinibus, ſed ſimiliter in veſtibus, & ceteris ornamentis. Et conſtat eam nolle, ſcilicet, quod decalvetur; quaſi dicat non debet velle illud. Si igitur vult oſtentare capillos, auferantur. Et ſimile, ſimiliter exemplum de Catto. Vir enim ad imaginem Dei factus eſt; ly (ad) notat quamdam elongationem, quæ non convenit filio. Non mulier, immediate, 1. *Tim.* 1. Adam primus formatus eſt, deinde Eva. Vel proprie ſecundum quod imago dicitur conveniens ſimilitudo in ratione principii. Sibi dominium uſurpare voluit. *Greg.* Antichriſtus volet eſſe major Deo. *Expoſitio Gloſſa.*

Quid ergo mirum ſi Lucifer voluit adæquari qui excellentior naturæ? Vir eſt imago Dei, quia ſicut ex Deo omnia, &c. & ita imago dicitur convenientia, & ſimilitudo in ratione principii, & hoc modo mulier non eſt imago Dei. Quia ſicut de latere Chriſti, *Joan.* 9. Origo Eccleſiæ, ideſt, ſacramenta per quæ homines generantur in corpore Eccleſiæ. Mulier gloria viri: magna eſt gloria Deo, qui talem creaturam fecit, & viro de quo talem creaturam ſumpſit. Vir principaliter ad imaginem; (ad) dicit inæqualitatem, & diſtantiam, propter quod non dicitur de Verbo quod ſit ad imaginem; ſed imago Dei: in quantum homo poteſt dici ad imaginem. Ex relativis, ideſt, ex perſonis relatis. Diſſimilitudine. *Luc.* 15. Cujus ſolius imago eſt; quare filius potius dicatur imago quam Spiritus Sanctus: ideſt, licet pater ſimilis ſit aliis, non tamen eſt imago; imago enim importat eſſe ab alio, quia imago dicit duplicem habitudinem, unam intrinſecam, ut ab alio; aliam extrinſecam, ut aliud ſit ab alio, quia ab exemplari exemplum: hoc ſilio ſoli non patri, vel Spiritui convenit. Facta eſt mulier in adjutorium viri: *Gen.* 2. Nec corruptibilia corpora, ideſt, habilia corrumpi in illo ſtatu: propter peccatum mortuus eſt homo. Propter reverentiam ſacerdotum hoc addit, ut reſpiciat eos, quia non erubuerunt ſacerdotes. Ne ſacerdotes in ejus faciem inſpicientes. *Eccl.* 9. Virginem ne conſpicias. *Dan.* 13. Exarſerunt in concupiſcentia ejus. Ipſa non eſt imago Dei: imago dicitur convenientia, & ſimilitudo in ratione principii: ita naturaliter non eſt imago. Inane eſt quod dicitur, ideſt, non plenum in opere hujus capituli expoſitionis, quæ plena eſt ſapientia, & diſputatione.

A Renova-

A nue melioratur, ſicut viſus materialis ex mundi coloris viſione. Ideo dicit *Pſal.*44. Oculi mei ſemper ad Dominum. Sed Naas, ideſt, diabulus, dicitur 2.*Reg.*11. volebat eruere viris Jabes Galaad oculos dextros: juxta illud *Zach.* 11. de malo Prælato: Oculus dexter ejus obtenebreſcens obſcurabitur. Sed ſunt multi qui e converſo ponunt velamen ſuper oculos

C viri, & mulieris oculos ſine velamine ſinunt. *Iſa.*30 Qui dicunt videntibus: Nolite videre, &c. (Propter Angelos) ad ſiticiam: quibus multum placet quando vacant homines contemplationi Dei; eo quod nullius rei ſine ſocio jucunda eſt poſſeſſio. Nota *Gloſſ.* Angelici ſpiritus nobis adeſſe credendi ſunt, maxima cum divinis mancipamus obſequiis, &c.

a Verumtamen neque vir *b* ſine muliere, *c* neque mulier *d* ſine viro in Domino. *e* Nam ſicut mulier de viro, *f* ita & vir per mulierem *g*. Omnia autem ex Deo. *h* Voſipſi *i* judicate: *k* decet mulierem non velatam orare Deum? *l* Nec ipſa natura docet vos. *m* Quia quidem *n* ſi comam nutriat, ignominia *o* eſt illi: mulier ve-

n Verumtamen neque vir] Oſtendit quod ratio capitis potius convenit viro quam mulieri, quia medius eſt inter Deum, & mulierem. (Verumtamen) licet a principio creata ſit mulier de viro, & in ejus adjutorium facta, ſicut dicitur *Gen.* 2. Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, &c. *d* Sine viro in Domino.] i. ſecundum operationem Domini, quia *Gen.* 2: Erunt duo in carne una, i. ad unam pueri carnem generandam. Vel ſic: Poſſet quis credere: ex quo vir medius eſt inter Deum, & mulierem, ſoli viri ſalvabuntur, & habent gratiam. Ideo dicit, (Verumtamen) licet ſit medius. *c* Neque vir] eſt (in Domino,) i. habet gratiam Domini. *b* Sine muliere,] i. ita quod excludatur mulier a gratia, nec e converſo, *Gal* 3. Non eſt Judæus neque Græcus, &c. omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu. *e* Nam ſicut, &c.] in principio creationis. *f* Ita vir] ſc. filius modo generatur per mulierem: Vel (vir,) i. unus vir, i. Chriſtus ex ſola muliere; ſicut dicitur mulier una ex ſolo viro; quod dicitur *Gen.* 15. Quarta generatione revertentur huc. Prima ſuit de limo, ſecunda de ſolo viro; tertia de viro, & muliere; quarta de ſola muliere ſine viro, & ſic completa eſt generatio naturæ. *g* Omnia autem ex Deo.] & ipſum corpus utriuſque in qualibet generatione. *Gloſſ.* Hoc dicit, ut neque mulier de ſubjectione doleat; nec vir de exaltatione ſuperbiat. (Omnia ex Deo.) Contra Manichæos. *Rom.*11. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. *h* Voſipſi judicate:] Oſtendit per ſignum, quod vir eſt caput mulieris, quia viro contra naturam eſt, ut comam nutriat; mulieri autem naturale, & hoc eſt ſignum ſubjectionis. Judicate utrum verum ſit quod ſequitur. k Decet, &c.] quaſi dicat, non decet nec animo velatam orare, 1.*Petr.*3. Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, &c. 1. *Tim.* 2. Mulieres in habitu ornato cum verecundia, cum intortis crinibus auro, aut margaritis. *l* Nec ipſa, &c.] Sed contrarium, quod idem eſt. *m* Quia vir, &c.] *Ezech.*44. *o* Ignominia eſt illi:] Contra, 2.*Reg.* 10. De nunciis David quos miſerat ad conſolandum filium Ammon de morte patris, ſcilicet, quos ipſe detarpavit radendo barbas, & caput; præcidendo veſtimenta uſque ad nates; & ob hoc præcepit, ut manerent

A in Hieri-

Moraliter. *a* Vir] ideſt, qui debet eſſe virilis, & robuſtus animo ut benefaciat, ut Religioſi. *n* Si comam] ideſt, temporalia (nutriat, ignominia eſt illi.) Ex hoc patet quod multi ſunt ignominioſi. Sed mulieri, ideſt, fragilibus conceſſum eſt hoc; tamen *Iſa.* 3. Et erit pro criſpanti crine calvitium, ideſt, penuria omnium bonorum pro abundantia temporalium, quam ad ſe reflectebant, 2. *Reg.* 18. Abſalon capillis ſuis interceptus eſt ramis quercus, & ibi ſuſpenſus interiit. Vel quercus, luxuria eſt quæ præbet porcis cibum. Multi enim ſunt qui facti divites totum expendunt in luxuria.

Expoſitio Gloſ. A Renovamini ſpiritu mentis veſtræ: *Epheſ.*4. Renovamini in cognitione: patet, quod qui non eſt renovatus, non cognoſcit, & hoc eſt verum niſi per timores. Nota quod non præcipimur renovari, cum hoc non ſit a nobis; ſed præcipimur præparari ad renovationem. Induite novum hominem. *Col.*3. Tota illa ſubſtantia una eſt imago Dei, quia inferior pars rationis in quantum inferior non eſt imago, ſed in quantum id quod eſt. Et eſt argumentum, quod ſubſtantia una eſt utraque pars animæ. Quia natura ipſa humana, &c. Argumentum quod ipſa anima eſt idem quod ſuperior; & inferior pars rationis. In utroque ſexu, ideſt, in ſuperiori, & inferiori parte per utrumque ſexum ſignificata; qui ſexus attenduntur ſecundum corpus. Fecit Deus hominem totum, ſecundum utrumque ſexum, vel ſecundum utramque partem: hoc ſecundum corpus, ideſt, ſecundum diverſitatem officiorum ſuperioris, & inferioris partis. Vel, ideſt, propter unitatem naturæ viri cum muliere. Contemplando unitatem. *Aug. in lib. de Trinit.* Sapientia eſt intellectualis æternorum cognitio: ſcientia eſt temporalis rerum temporalium gubernatio; & ideo non eſt cohibenda velo. Contra. *Prov.* 25. Perſcrutator majeſtatis, &c. *Eccleſ.* 3. Altiora te ne quæſieris. Reſpondeo, non eſt cohibenda a contemplatione, ſed a ſcrutinio; quia quando vult illa ſuperiora ſcrutari per rationes, immiſcet ſe rationibus inferioribus, & ita contingit error. Ex qua intendit ad agenda iſta inferiora, non eſt imago Dei. Contra, *Auguſt.* dicit quod anima eſt imago Dei. Reſpondeo: verum eſt, quod ibi ſunt: non tamen eſt imago Dei, ſecundum quod inductiva ad Deum; nunquam enim per illa tria ſecundum quod ſunt in inferiori parte, conſpicit anima Deum immediate; licet enim veſtigium Trinitatis ſit alibi quam in ſuperiori parte rationis. Eſt enim in inferiori parte, & in aliis creaturis, non tamen ſunt imago Dei, quia non per ea ducitur homo ad ipſam rem, ſcilicet Deum, ut per illa cognoſcat illum immediate, ſed per ea cognoſcit tanquam per cauſam rememorativam, & excitativam memoriæ: ſicut nodus in corrigia eſt cauſa quare recordamur de aliqua re, per illa autem tria ſecundum quod ſunt in ſuperiori parte rationis, cognoſcimus formaliter, & immediate. Periculoſa progreſſio, quia res temporales in ſe tenebræ ſunt, & ita quando ſicut ſanus oculus infirmos reſpicit, debilitatur, ſic oculus ſpiritualis dum reſpicit intentus in temporalibus. *Pſalm.* Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, &c. Quod ergo ad totum virum, ideſt, mentis notitiam, & amorem ſpiritus. Niſi quod inhæret: ergo patet quod alia non fuit imago, quod per eam non inhæreretur niſi prædicto modo. Regere debet ſenſualitatem, ideſt, inferiorem partem rationis; aliquando enim ſumitur pro carnalitate. Conſentiente capite ſuo, ſcilicet ratione. Argumentum expreſſum, quod ſynderéſis. Contra, *Ezech.* 1. Facies Aquilæ deſuper ipſorum quatuor. *Gloſſ.* Non immiſcet ſe inferioribus; exponitur enim ibi de ſynderéſi. Sed tamen in *ead. Gloſſ.* habetur pro, & contra, quia ibi legitur. Hanc aliquando præcipitari videmus. Reſpondeo: Præcipitatur autem quantum ad actum electionis, nunquam quoad actum diſcretionis. Sed quomodo poteſt ſuperior ratio cohibere inferiorem, cum actio ejus non ſit inferius? Reſpondeo in quantum adhæret ſummis inſpiciendis, non cohibet: ſed in quantum conſulit de agendis, ſic cohibet: accipit autem a ſuperioribus, quod ſic non eſt faciendum, & ſic dicit inferiori. Apertis oculis: *Gen.* 3. Dulcium fructuum, ficuum. Ut quod ſpirituale eſt, regat illud quod animale eſt: tangit illud quod *ſupr.* 2. & *infr.*15. Grata eſt Angelis. Si ergo iſta, ideſt, multum gaudent Angeli, quia inferior pars ſubjecta eſt ſuperiori. De hoc gaudio, *Luc.*15. Convocat amicos, & vicinos dicens. Congratulamini. Cœleſtes ſenſus Angelorum. Argumentum quod Angeli recipiunt aliquid a rebus extra. Vel orationi incumbimus. *Tob.* 12. Cum orabas, &c. Conventus adeſſe, *Matth.* 24. Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Corpus poſitum *Joan.*20 In qua, ideſt, ſecundum quam operationem Domini, alter ſine altero non creatur, ſupple modo. Et hoc eſt expreſſum argumentum, quod omnis actio a Deo eſt; quia ſi ille homo generatur, hoc ſit ex operatione Domini, ut hic dicitur: ergo cum aliquis ex coitu fornicario generatur; hoc ſit ex operatione Domini; ergo iſta operatio, quæ eſt mala, eſt a Deo. Reſponſio facilis: Ex Deo auctore ſunt. Notatur cauſa efficiens, non materialis: quod dicitur, quia quidam dixerunt, quod omnia erant ex ſubſtantia divina. Et viro ſubjecta ſit. Contra, *Auguſtin.* Mulier non eſt facta de capite hominis, ne videretur præeſſe; ſed facta eſt de latere, ut videatur juxta eum eſſe: hæc eſt ſententia verborum ſuorum. Dicendum quod ſi peccatum non fuiſſet, adhuc mulier ſubeſſet; ſed quod dicit *Auguſt.* intelligitur: quod non debet vilipendi a viro: ſed oportet quod ſit ibi paritas, non paritas oppoſita prælationi quia in Angelis, qui nunquam peccaverunt eſt prælatio; talis eſt natura creationis, non gratia emptionis: ſed ex natura quæ docet, ideſt, conſuetudine inolita per naturam; vel ea honeſtate congrua naturæ. Prohibet virum eſſe comatum. Contra. *Num.* 6. Novacula non tranſibit ſuper caput ejus. Solut, *Ezech.* 44. Caput non radent ne-

A que co,

Digitized by Google

D ro ſi comam nutriat, gloria eſt illi, quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt. *a* Si quis autem videtur contentioſus eſſe: *b* nos *c* talem conſuetudinem non habemus, *d* neque Eccleſia Dei. *e* Hoc autem *f* præcipio non laudans, quod non in melius, ſed in deterius convenitis. Primum quidem convenientibus vobis in Eccleſiam, audio *g* ſciſſuras eſſe inter vos, & *h* ex parte credo. *i* Nam oportet & hæreſes eſſe, ut *k* & qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. *l* Convenientibus ergo vobis in unum, jam *m* non eſt Dominicam cœnam manducare. *n* Unuſquiſque *o* enim *p* ſuam cœnam præſumit *q* ad manducandum. *r* Et alius *ſ* quidem eſurit; alius *t* autem ebrius eſt.

in Hierico, donec creviſſet eis barba, & capilli. *Num.* 6. Nazaræi de exigentia voti ſui nutriebant comas, nec ignominia erat eis hoc. Et 1.*Reg.*1. de Samuele, Et *Jud.*13. dixit Angelus de Manue, quod non aſcenderet novacula ſuper caput filii ſui Samſonis. Sol. *Apoſt.* loquitur de Judæis, & Græcis, quibus erat conſuetudo tonderi. Unde ipſa natura docet, ideſt, conſuetudo, quæ eſt inolita a natura. De illis quos filius Naas totondit, dicendum quod ignominia fuit eis, quia tonſi fuerant ad modum ſtultorum. De Nazaræis, & Samuele, & Samſone, dicendum quod hoc factum eſt eis in ſignum, quod veritas velata erat in Veteri Teſtamento. Si etiam objiciatur de quibuſdam noſtris Chriſtianis, qui habuerunt comas ſicut mulieres, dicendum quod ante converſionem, talem habuerunt conſuetudinem per naturam inolitam; & ideo nō fuit eis prohibitum.

a Si quis, &c.] his rationibus contradicens.
b Nos] converſi de Judæis, & Gentibus. *c* Talem conſuetudinem non habemus] ut viri velent capita ſua, & non mulieres.
d Neque Eccleſia Dei.] ideſt, converſi de Gentibus. Et nota quod opponit ſe Apoſtolis contentioſis. De quibus *Aug. in lib. de natur. boni.* Senſum enim perdiderunt ſtudio contradicendi. Et hoc præcipue inhoneſtum eſt in diſputationibus Theologiæ, cum dicatur *Iſa.*8. Aquæ Siloe fluunt cum ſilentio, 3.*Reg.*6. Non eſt auditus ſonitus mallei in ædificatione templi, 2. *Tim.* 2. Servum Dei non oportet litigare, *Jac.* 4. Ubi zelus, & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus pravum. *Greg.* Malo ſalva fide alterius intellectui credere quam contentionibus deſervire. *Sup.* 3. Cum ſit inter vos zelus, & contentio nonne carnales eſtis?
e Hoc autem] quod dixi de velaminibus capitis.
f Præcipio] ego (non laudans) imo reprobans, quod convenitis ad Sacramentum Euchariſtiæ, non in melius, ſed in deterius, ideſt, non ad ſalutem, ſed ad veſtram condemnationem, Sacramentum Euchariſtiæ ſumitis, quia convenientibus vobis in Eccleſiam ad ſacramentum charitatis quod exigit unitatem.
g Sciſſuras] diverſas ſectas de ſacramento iſto, quæ præcidunt vos ab unitate Eccleſiæ. *Auguſt.* In ſciſſura mentium Deus non inhabitat, quia in pace factus eſt locus ejus. *Oſ.*10. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt.
h Ex parte credo.] Forte non ſunt inter vos tot diſſenſiones quot audio, ſed bene credo quod ſunt aliquæ.
i Nam oportet,] ideſt, utile eſt, non in ſe, ſed in aliis, hæreſes eſſe. *Matth.* 18. Neceſſe eſt ut veniant ſcandala; verumtamen væ homini illi per quem ſcandalum venit. *Act.* 20. Intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, &c. 2.*Prov.*2. In vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis. *k* Ut & qui probati ſunt,] a Deo (manifeſti fiant) per perſecutionem hæreticorum. *Pſal.* 67. Congregatio taurorum in vaccis populorum, ideſt, in plebe inepta, & laſciva: ut excludat eos, qui probati ſunt argento, ideſt, manifeſtabunt ſicut qui faciunt imagines. Nota *Gloſſ.* Omnes inimici Eccleſiæ vel errore excæcati, vel malitia depravati, Eccleſiæ proſunt, &c. quod non poteſt eſſe niſi cum docent.

Expoſitio Gloſſ. A que comam nutrient, ſed tondentes attondent capita ſua. Super faciem Moyſi. *Exod.*34. & 24. 2.*Cor.*3. De qua dicit *Apoſt.* 2.*Cor.*3. Ideo naturaliter hoc honeſtum eſt: datur etiam mulieri in ſignum ſubjectionis pro peccato, & ita ſecundum ſe eſt ei ignominia; tamen ſi hoc humiliter recognoſcit, gloria eſt illi: quia ipſa verecundia mulieris, magna gloria eſt illi. *Eccl.* 26. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. Valde magnum eſt velle ſibi obtemperari a Minoribus, & nolle obtemperare Majoribus. 1.*Reg.*15. Quaſi peccatum hariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. Quod exigit unitatem charitatis. Hæc eſt vera amicitia idem velle, & idem nolle: ergo cum Paulus, & Barnabas diſſentirent, non habebant veram amicitiam, & ita alter eorum peccavit. Reſpondeo: Bene poſſunt habere charitatem, tamen unus vult aliud quam alter in caſu: quia poteſt eſſe, quod uterque putat ſe velle quod Deus vult. Vel forſitan alter eorum peccavit, quia homines erant. Primum melius, quia Angeli quandoque contraria volunt. *Dan.* 10. ſecundum *Gregor.* Conveniunt homines. *Act.*2. Erant omnes pariter in eodem loco. Primum malum diſſenſio. Contra, *Eccl.* 10. Initium omnis peccati, ſuperbia. *Tob.* 4. Ab ea ſumpſit initium omnis perditio. 1.*Tim.*6. Radix omnium malorum, cupiditas. Reſpondeo; inter peccata quibus offenditur proximus, poteſt eſſe primum; quia antequam offendat fratrem; diſſentit ab eo, vel eum odit. Unde poſſet dici, quod diſſenſio hic appellatur odium, & ita eſſet capitale. Hæretici ſunt, ad *Tit.*3. Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correptionem devita, &c. Quare non tertio? Propter periculum. Habentur in exercitibus inimicis, ideſt, habentur tales quales inimici. Omnia cooperantur. *Rom.* 8. Exercent ejus patientiam. *Prov.*19. Doctrina viri per patientiam noſcitur. Imprudente autem miniſtro utetur. *Prov.*11. Qui ſtultus eſt, ſerviet ſapienti. Item *Prov.* 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Sed quia ſic futurum eſt, dicit *Jo.*4. Multi Pſeudoprophetæ exierunt in mundum. Quales autem ſunt? 2.*Tim.*3. Habentes quidem ſpeciem pietatis, &c. *Matth.*6. Attendite a falſis Prophetis. Hæreticus eſt qui alicujus temporalis commodi. Sed nonne aliquis ex ſola invidia poſſet inhærere alicui falſæ opinioni? Reſpondeo: Talis invidia naſcitur ex inani gloria; nec eſt hæreticus niſi faceret hoc pertinaciter. Ita enim intelligendum eſt quod hic dicitur. *Joan.*5. Quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab invicem quæritis? *l* Convenientibus ergo vobis] *Ad litteram.* Hic tangit ſecundam cauſam quare indigne accedebant ad Sacramentum Euchariſtiæ; qui erant in mutuo odio, & rancore cordis, quod eſt oppoſitum effectui hujus ſacramenti, ideſt, unitati ſpirituali quam efficit quoad in ſe eſt. Ergo jam ex hoc, quod in vobis ſunt reſpectu ſacramenti. *m* Non eſt] ideſt, non licet. (Vobis convenientibus in unum) in unitate corporali. [Jam,] ſc. poſt prandium [cœnam] quia datur euntibus dormitum finito die præſentis vitæ. *Marc.*6. Hora jam præteriit, &c. date illis vos manducare. *n* Manducare cœnam Dominicam] ſcilicet, non licet inquam ad utilitatem, ſed ad interitum futuræ damnationis, quod erit majus damnum vobis. Nam *Gloſſ.* *l* Convenientibus in unum,] quod fieri debet non tam corporum conſortio, quam glutino cordium. *Jud* 20. Egreſſi ſunt omnes filii Iſrael, & omnes pariter congregati quaſi vir unus.
o Unuſquiſque] Alia cauſa. Peccabant enim in hora ſumendi, videlicet poſt prandium, quod volebant habere ex eo quod ſacramentum hoc Dominus inſtituit, poſtquam cœnavit. Ad hoc. Reſpondet *Gloſſ.* Ideo non licet vobis manducare, &c. *p* Enim] quia.
q Cœnam ſuam] inde manducat corpus Domini.
r Et alius] Alia cauſa: quia in tanta quantitate ponebant panem, & vinum conficiendum, quod reſumentes poſt confectionem inde inebriabantur: & inde, quia pauperibus nihil communicabant.
ſ Eſurit] ille cui nihil inde datis.
t Alius ebrius eſt,] qui in nimia ſumens quantitate nihil communicabat.

Moraliter. *l* Convenientibus ergo vobis in unum,] *Moraliter.* in cœna Domini, & protendi poteſt uſque ibi.

a Nunquid

l Convenientibus ergo vobis, &c.] *Expoſitio Gloſſæ.* Ex hoc quod ſciſſuræ ſunt per hoc oſtendit quod nullus debet accedere ad hoc ſacramentum, cum hoc ſit ſacramentum unitatis, cum rancore, vel odio: *Matth.*26. Ideſt, non licet, ideſt, non utile eſt. Apoſtolis ſervavit docendum, & ipſi poſtea inſtituerunt, & hoc faciebant in Eccleſia. Argumentum quod peccent, qui faciunt convivia in Eccleſia materiali propter amœnitatem loci, & quia ibi non ſunt muſcæ, & hujuſmodi: ſed de illis qui comedunt ibi propter confraternitatem, non eſt dicendum quod peccent, tamen honeſtius eſſet, ut alibi comederent extra glorioſam Eccleſiam: *Eph.*1. Munera ſibi reſumebant. Idem erat quoad accidentia non quoad ſubſtantiam, quia facta erat tranſubſtantiatio. Domini corporis, & ſanguinis ſacramentum confitentur: ergo illa duo ſunt unum ſacramentum; & hoc verum eſt, licet non ſint unum, tamen ſunt unum ſacramentum: ſicut albus, alba, album

A ſunt

▲ a Nunquid domos, &c.] Primo videndum eſt, quæ ſit hæc cœna, & quæ fercula ipſius. Secundo quales debent eſſe convenientes ad eam. Tertio quæ ſint impedimenta venientium. Hæc eſt cœna de qua dubitaverunt Judæi ut Pſal. 77. dicit. Nunquid, & panem poterit dare; aut parare menſam populo ſuo? Non credebant homines, quod Angelorum panes poſſent comedere. Unde Jo. 6. Litigabant Judæi ad invicem dicentes: Quomodo poteſt carnem ſuam dare

a Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? b Aut Eccleſiam Dei contemnitis; c & confunditis d eos qui non habent? e Quid dicam vobis?

nobis ad manducandum? Hæc cœna præfigurata fuit, Eſther. 1. ubi dicitur, quod Aſſuerus invitavit omnem populum qui inventus eſt in Suſis, &c. Aſſuerus interpretatur beatus, vel divitiæ: hic eſt Chriſtus de quo Pſal. 1.
Eſt. 1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, Rom. 10. Idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum, Col. 2. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi; revelati in paſſione, quia ſaccus pecuniæ illius conciſus eſt. Qui in hoc ſacco pertuſo merces ſuas ponit, inde non perdit eas. Prov. 3. In ſiniſtra illius divitiæ, & gloria. Aſſuerus ergo iſte ad convivium corporis ſui invitavit omnes qui in Suſis inventi ſunt, quæ interpretatur converſio a peccatis. Sequitur: Septem diebus juſſit præparari; quia hoc convivium ſive ſacramentum durabit toto tempore vitæ præſentis, & hoc in veſtibulo, id eſt, in militante Eccleſia, extra quam non celebratur ſalubriter hoc convivium. Et bene comparatur veſtibulo, quia per eam ingreſſus eſt in domum non manufactam. Unde porta Domini dicitur in Pſal. 117. Hæc porta Domini, juſti intrabunt, &c. Gen. 28. Hæc eſt domus Dei, & porta cœli. Sed nota quod dum celebrare-
Eſt. 1. tur illud convivium, contempſit Vaſthi venire. Unde ſubditur ibi ſtatim: Sententia de ea ſcribitur juxta legem Perſarum, & Medorum, ut nequam Vaſthi ingrediatur ad regem, ſed regnum illius altera, quæ melior eſt, accipiat: hi ſunt qui non exhibent ſe tales, ut digni poſſint ad cœnam illam accedere. Et bene ſignificantur per Vaſthi, quæ interpretatur diffinitio conſummata, quia de eis conſummatum eſt, & diffinitum judicium, quod non intrabunt in æternum convivium, niſi digne veniant ad illud. Hanc ſententiam dat Dominus, Luc. 14. Nemo virorum illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam, & Num. 9. Si quis immundus eſt, & non in itinere, & tamen phaſe non fecerit, exterminabitur anima illius de populo ſuo. In itinere qui abſtinet conſilio alterius ab hoc ſacramento, ſicut ſunt generaliter pœnitentes. Item Gen. 43. Joſeph, id eſt, Chriſtus invitavit fratres ſuos in meridie ad convivium, id eſt, in fervore charitatis ad cœnam quando imminebat paſſio ſua, quam ex fervore charitatis ad nos ſuſtinuit. In quo etiam ſignificatur, quod accedens ad ſacramentum debet habere fervorem charitatis. Quæ ſint autem fercula hujus cœnæ diligenter attendendum eſt, quia Pr. 23. Quando ſederis cum Principe, diligenter attende, quæ poſita ſunt ante faciem tuam, quanta & qualia, & pone cultrum, id eſt, diſcretionem in gutture tuo. Sed Eccl. 36. dicitur: Omnem eſcam manducabit venter, & eſt cibus cibo melior, Venter non diſcernit cibos, ſic multi ſunt ut venter non diſtinguentes cibum ſpiritualem a carnali. De his Jer. 4. Ventrem meum doleo, id eſt, illos qui pleni ſunt omni ſpurcitia. Conſideret ergo homo, quod non ponitur ante eum agnus typicus, de quo Exod. 12. nec vitulus ſaginatus, de quo Luc. 15. ſed verus agnus. Præcipitur autem Num. 9. quod purificent ſe qui debent comedere phaſe, & qui immundus eſt, quando debet, purificet ſe, & comedat illud quartadecima die ſequentis menſis: quod quidem etiam debet fieri a ſumente corpus Chriſti verum. Item Exod. 30. præcipitur ut oblatio ſanctificationis fiat, ut purificentur vaſa templi, in quibus offerebantur ſacrificia legalia; quanto magis purificari debent qui oblationem carnis recipere debeat, & ſanguinis Chriſti? Sed multi pejores ſunt Herode, de quo dicitur Luc. 23. quod venerat Jeroſolymam, ut purificaret ſe, & comederet phaſe. Quæ autem poſita ſunt ante nos, ſunt corpus Chriſti, & ſanguis, & ſignificata ſunt, 2. Reg. 6. ubi dicitur quod David partitus eſt univerſæ multitudini collyridam panis unam, id eſt, Chriſtus corpus ſuum ſub ſpecie panis, & aſſaturam bubulæ carnis, & ſimilam. Job 20. Panis illius in utero ejus mutabitur in fel aſpidum. Job 6. Aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem. Quales debeant eſſe venientes ad hanc cœnam, ſignificatum eſt, Ex. 12. Sic autem comedetis eum; renes veſtros accingetis. Per hoc cingulum munditia caſtitatis ſignificatur, de qua Bern. Quid caſtitate decentius? quæ mundum reddit de immundo conceptum ſemine: de hoſte, domeſticum; de viatore homine, Angelum facit. Differunt autem inter ſe homo pudicus, & Angelus: ſed fœlicitate non virtute. Item ſola caſtitas eſt, quæ in hoc mortalitatis tempore ſtatum quemdam immortalis gloriæ repræſentat. Vel per cingulum, propoſitum abſtinendi a peccato ſignificatur, quod ſtringit, & coarctat corpus ne defluat in peccatum. Exod. 28. Cingulum ſacerdotale quaſi rete de maculis factum erat; quia ſicut piſcis in rete extrahitur ab aquis, ſic homo per propoſitum firmum a delictis peccati. Prov. ult. Et cingulum tradidit Chananæo, qui interpretatur commotio, vel mobilis; hic eſt peccator. Exod. 39. dicitur, quod cingulum ex byſſo retorta fortiſſimum eſt, ſicut propoſitum non peccandi firmum eſt. Et nota quod dicit, Accingetis: quidam enim non habent propoſitum abſtinendi ab actu peccandi. Sed contra id quod dicitur Eccleſ. 18. poſt concupiſcentias tuas non eas, unde renes ſuos non accingunt cingulo propoſiti. Secundum eſt ut habeant calceamenta in pedibus, per quæ pedes, id eſt, affectus, & intellectus ab omni inquinamento peccati conſerventur: quia aliter non ſufficit propoſitum non peccandi. Hoc eſt quod dicitur, Prov. 4. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum, Jerem. 2. Prohibe pedem tuum a nuditate, ne inficiatur veneno terrenorum, eis per amorem inhærendo. Sed Exod. 3. præcipitur Moyſi, Aufer calceamenta de pedibus tuis, quia locus in quo ſtas, ſanctus eſt; idem Joſ. 5. quia cor debet eſſe apertum ad ſuperiora, ſed clauſum ad hæc inferiora. Deut. 29. Non fuerunt calceamenta eorum attrita. Tertium eſt habere pœnitentiæ baculum in manu: quidam habent tantum in lingua, vel ponunt ſuper collum, id eſt, apparentiam, ut hypocritæ; & ideo non ſuſtentantur in baculis, nec defenduntur a peccatis. Hæc autem ſunt impedimenta, quia hic dicitur: (Convenientibus vobis, &c.) Et ſunt tria. Primum eſt indevotio vel irreverentia, quod notatur ibi: (Unuſquiſque præſumit, &c.) Cum enim aliquis eſt pranſus, non deſiderat cibum; ſic multi ſine deſiderio ſumunt cœnam Domini: cum tamen dicatur ibi in Exod. quod comedant feſtinanter ſicut famelici, & deſiderantes: Exod. 12. Caput & inteſtina vorabitis, & comedetis feſtinanter. Secundum eſt propoſitum adhuc peccandi, quod notatur ibi, (Alius quidem eſurit.) Tertium eſt infectio peccatorum præcedentium, quod notatur ibi: (Alius autem ebrius eſt.) Hoc etiam quod dicit (cœnam ſuam) non communem, eſt contra illos qui ſine refectorio ſibi ſpeciales cibos faciant præparari. Eccleſ. 11. Hæc pars mercedis illius in eo quod dicit: Inveni requiem mihi, manducabo de bonis meis ſolus, & neſcit, quod tempus prætereat ipſum, & mors appropinquet, & relinquet omnia aliis, & morietur. Oſee 4. Separatum eſt convivium eorum, fornicatione fornicati ſunt. Pœna eorum eſt: Iſa. 65. Ecce ſervi mei comedent, & vos eſurietis, 2. Cor. 8. Ex æqualitate in præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas.

Litera. a Nunquid domos] Reprehendit eos de loco in quo hæc faciebant, & quia ſaltem Eccleſiæ reverentiam Ad litteram.
exhibere deberent: dicit, [Nunquid domos?] quaſi dicat. Non debetis inebriari de ſacramento, quia hoc faciunt homines in domibus ſuis, non in Eccleſia. Hinc tractum eſt quod non licet Religioſis extra domum ſuam comedere vel bibere; nec etiam in domo ſua ubique ſed in domo ad hoc aſſignata, ut in refectorio, vel infirmitorio ſi ægrotant. Sed quibuſdam omnis locus eſt refectorium. b Aut Eccleſiam, &c.] q. d. Ita Iſa. 56. Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.
c Et confunditis] id eſt, erubeſcere facitis. d Eos qui non habeat?] unde ſumant ſicut vos. Eccleſ. 4. Animam eſurientem ne deſpexeris, & ne exaſperes pauperem in inopia ſua. e Quid dicam vobis?] Nihil dignum eſt in vobis quantum ad recipiendum hoc ſacramentum. Tantum

▲ Laudo

A ſunt unum nomen, licet diverſæ voces. Ut inde etiam inebriarentur: ergo poteſt ſatiari hoc ſacramento. Expoſitio gloſſ.
Contra, Auguſtin. Cibus iſte tranſit in mentem, non in ventrem; ergo non poteſt inebriare. Præterea ſola ſubſtantia replet, hic autem non remanent niſi accidentia; ergo non poteſt replere. Sed ſi hoc: Contra, aut illæ formæ penitus evaneſcunt poſt ſuſceptionem, aut non: ſi non penitus evaneſcunt; quare ergo ſi patiatur vomitum ille qui ſumit, non recolligitur illud quod evomit, & reponitur in ſacro loco, videtur, quod pro nihilo remanſit: ſi non evaneſcunt, ſed reſolvuntur in humores; ergo

A. poteſt

a Laudo vos ? In b hoc non laudo. c Ego d enim e accepi a Domino quod & f tradidi g vobis: quoniam Dominus noſter Jeſus in qua h nocte tradebatur, i accepit k panem, & gratias l agens fregit, & dixit, m Accipite & manducate: n Hoc eſt corpus meum quod pro † o vobis tradetur. p Hoc q facite in meam commemorationem. r Similiter ſ & calicem, poſtquam t cœnavit, dicens: u Hic calix novum teſtamentum eſt x in meo y ſanguine. Hoc z facite quotieſcumq; † ſumitis, in meam commemorationem.

a Laudo vos] in quibuſdam aliis, ſed in aliis, i. quantum. b In hoc non laudo.] i. non laudabile invenio. Vel interrogative. a Laudo vos in hoc] Et reſpondeo, (non laudo.) *Gal.4.* Vellem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis. Nihil eſt ex omni parte in terrenis, quod eſt ſine macula, nec homo ſine vitio. *Job* 25. Luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? c Ego enim] Commendat hoc ſacramentum ab auctoritate inſtituentis, ut ſic revocet eos ab errore ſuo. (Ego enim) q.d. Non debetis irreverenter accedere ad hoc ſacramentum, ſed ſicut ego docui vos. d Enim] quia. e Accepi] edoctus ſum (a Domino,) *Gal.1.* Neque enim ab homine accepi illud. *Matth.23.* Unus eſt magiſter. f Quod & tradidi] non vendidi, non abſcondi talentum Domini. *Eccl.20.* Sapientia abſconſa, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque? g Vobis:] non porcis, non canibus. *Matth.7.* Nolite ſanctum dare canibus, ſed hominibus a quibus hoc depoſitum requiritur. Et ſubdit, quomodo eis tradidit. h Quoniam in qua, &c.] ideſt, in veſpere noctis, in qua traditus fuit ad patiendum. i Accepit] antequam traderetur. k Panem,] ad litteram. *Matth.26. Marc.14. Luc.22.* l Et gratias, &c.] Super hoc duæ ſunt opiniones. Quidam dicunt, quod ſua ſecreta virtute, & potentia prius tranſubſtantiavit panem in corpus ſuum, & poſtea dixit, m Accipite, & manducate: hoc] quod eſt ſub ſpecie panis. n Eſt corpus meum] & proferendo illa verba dedit eis tantum tale, ut quando proferret ſacerdos ſuper panem tranſubſtantiatum in corpus Domini. Alii dicunt, quod ſimul verba illa protulit, & panem in corpus ſuum tranſubſtantiavit, & in verbis illis vim contulit ad prolationem ſacerdotis. Sed hic ſolet quæri, cum dixit Dominus, Hoc eſt corpus meum, &c. Vel cum dicit ſacerdos, quid demonſtrat hoc pronomen, hoc? Si corpus Domini, falſum eſt, quia in prolatione pronominis non eſt tranſubſtantiatus panis donec omnia verba prolata ſint. Si demonſtrat panem ipſum, conſtat quod panis non eſt corpus Domini. Propter hoc dicunt quidam, quod ſacerdos non utitur illo pronomine (hoc) demonſtrative, ſed recitative tantum; non tamen propter hoc cadit a demonſtratione: ſicut neque cum dicitur, dixit pater: Hic eſt filius meus dilectus. Sed iterum eadem reſtat quæſtio quia quæro utrum Dominus fuerit uſus eo demonſtrative, & eadem eſt objectio. Dicimus ergo quod Dominus proferendo illa verba tranſubſtantiavit panem in corpus ſuum; & ly (hoc) demonſtrat corpus Domini. Quod objicit quando proferebatur illud pronomen (hoc,) nondum tranſubſtantiatus erat panis, verum eſt, ſed non fiebat demonſtratio ad inſtans prolationis, ſed pro inſtanti enunciationis completæ. n Hoc eſt corpus meum] Et hæc eſt reſponſio illius quæſtionis, Manhu, i. quid eſt hoc? *Exod. 16.* o Quod pro vobis] quoad efficientiam. (Pro omnibus) quoad ſufficientiam. p Hoc] i. corpus eſt, meum, manducate, & accipite. q Facite] ſc. quia dixi. r In meam commemorationem.] ideſt, in memoriam paſſionis meæ, & mortis meæ. ſ Similiter & calicem,] accepit. t Poſtquam cœnavit,] Argumentum, quod prius comeſtum fuit corpus Chriſti, quam calix conſecraretur. Unde patet quod mentiuntur illi, qui dicunt quod invicem ſe expectant tranſubſtantiationis panis, & vini. u Hic calix] i. contentum in hoc calice, i. ſanguis meus eſt. x Novum teſtamentum] i. confirmativum eſt Novi teſtamenti. y In meo ſanguine.] i. per effuſionem mei ſanguinis in morte, ſicut & in morte aliorum hominum confirmatur teſtamentum eorum. z Quotieſcumque ſumitis hoc, &c.] ideſt, in commemorationem paſſionis meæ.

al. † omnibus.

al. † biberitis vel bibetis.

A Quotieſcum-

Expoſitio Gloſſ. A poteſt ſatiare, ſed ſi penitus evaneſcerent, videtur quod multum deberent eſſe elementa diminuta. Reſpondeo: hoc ſacramentum plenum eſt miraculis: ibi enim miraculum eſt hoc, quod tranſubſtantiatur panis in corpus Chriſti verum: ibi eſt miraculum, quod facta diviſione hoſtiæ, ſub unaquaque parte totus eſt Chriſtus: ibi eſt miraculum, quod formæ remanent, & faciunt illud quod faceret ſubſtantia panis, & vini. Sic ergo reſpondendum eſt ad omnia objecta. Quia ergo dicit *Aug.* quod cibus iſte non tranſit in ventrem, &c. dicendum quod loquitur de eo quod eſt ſub formis. Contra ſignificationem, ideſt, Eccleſiæ unitatem, quæ ſignificatur. Et ordinem ſacramenti. Ordo eſt ut membra ſubſerviant ſibi adinvicem. In uno pane, *Sup.10.* Omnes unum ſunt, unitate fidei, & charitatis. Cum una eademque prece: precem appellat formam conſecrationis. Et dicit precem, non quod ſit oratio: ſed quia fit cum devotione, & quia ante, & retro vallatur precibus. Domi potius hæc agenda; ergo poterant ſumere iſtud ſacramentum domi. Reſpondeo, i. potius facienda eſſent domi. Nocte paſtus, ideſt, ad patiendum captus. Per hoc ſolvitur illa quæſtio Græcorum, qui dicunt quod cum typicus agnus immolaretur, quarta decima luna, oportuit quod verus agnus immolaretur ſic 14. luna, alioquin veritas non reſpondiſſet umbræ. Unde dicunt quod cum Chriſtus comedit paſcha, præoccupavit diem paſchæ, & comedit paſcha tertiadecima luna, & ita comedit cum fermentato; & dicunt quod Eccleſia debeat ſimiliter facere. Ad hoc ſolvit hæc *Gloſſ.* quia bene reſpondiſſet veritas figuræ, quia in quarta decima luna paſſus fuit, i. ad patiendum captus. Fregit autem in ſacramento. Illa fractio fuit in ſpeciebus, quæ videbantur; ergo ibi aliquid fuit fractum, ergo eadem ratione aliquid fuit ibi album, ſimiliter rotundum, &c. ergo ibi erat ſubſtantia, quia talia dicunt rem cum ſubjecto. Item fractio eſt forma, & fractio ineſt illis ſpeciebus, quæ ſunt formæ, ergo forma ineſt formæ. Reſpondeo, dicitur quod quædam ſunt accidentia, quæ immediate inſunt ſubſtantiæ, ut longitudo, latitudo, & hujuſmodi, & hæc actu remanent ſine ſubjecto, & nihil denominant, nam nihil eſt ibi longum, niſi quadrum per illas formas, vel rotundum, &c. Alia ſunt accidentia quæ mediate inſunt ſubſtantiæ, ut fractio, & hujuſmodi, quæ inſunt ſubſtantiæ mediante longitudine, vel latitudine, vel hujuſmodi, & ea talibus aliquid denominat, formam cui inſunt, ſed forma mediante qua inſunt; ſicut ſpeculum fractum in qualibet parte integram habet imaginem, nec tamen fracto ſpeculo frangitur imago, ſed in qualibet fractione eſt integra, ſic hic videtur. Nota quod non videmus propria corpus Chriſti in altari, ſed videmus ipſum velatum: ſicut non videmus aliquem qui circumdatus eſt capa ſua; non enim videtur proprie niſi ſub propria forma. Similiter neque ſacerdos tangit ipſum proprie, & non ſequitur, ſacerdos tenet ipſum, ergo tangit: quia (tenetur) non importat immediationem, ſed tangere importat immediationem: ſicut non ſequitur, iſte tenet equum, ergo tangit equum. Si dicit, ergo pro nihilo conantur homines ipſum videre. Dicimus quod ea hoc, quod credunt ipſum eſſe ſub formis quas vident. Unde dicitur, homo videt corpus Chriſti, i. ſub iſtis formis, quæ videntur, eſſe creditur. Teſtamentum in mortuis confirmatur. *Hebr.9.* Et carnalia juxta litteram promittebantur. Ex hoc dicitur, quod Antiqui merebantur temporalia ex condicto quia deducta erant in pactum; ergo eadem ratione per quodlibet mortale peccatum merebantur ea amittere. Reſp. quolibet opere bona ea merebantur habere, ſed quolibet malo opere merebantur amittere, ut dicit Dominus de Amorrhæis: Medicina purificat auctoritatibus, & debito pœnæ gratiam auget, quæ fecit animam potiorem, majora ſequi mereamur. Sed quomodo poſſumus ſumere, quoniam exemplum eſt, hoc eſt fieri de unitate triumphantis, vel majora, ideſt, potiori quam quod modo ſumitur in ſpe, ſumetur tamen in re. Unde dicitur, beneficia potiora ſumamus. Sanguis teſtis eſt. Sanguis enim teſtatur, quod Chriſtus pro nobis paſſus eſt. Ad tuitionem, contra tentationes. Præfiguravit Moyſes. *Lev.17.* Sanguis pro animæ piaculo erit. *Deut.12.* Non debes animam comedere cum carnibus. Caro pro corpore noſtro offertur. In rei veritate utrumque eſt ſub utroque, ſed appropriatio fit per quamdam coaptationem, ut eſt illud *Matt.6.* Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Tamen idem habebunt mites per coaptationem ut dicitur. Lex præcipit, *Lev.17.* & *Deut.12.* Sed quare prohibitum eſt ſanguinem comedere? Reſpondeo, ad innuendum, quod homo non debet eſſe pronus ad interficiendum. Gentiles erant ita crudeles, quod ſanguinem interfectorum inimicorum bibebant. Ita tangitur ſuper illud *Act.* 15. Ut abſtineatis a ſuffocato, &c. Ad inviſibilia tranſi-

A totus

[illegible] A turus. *Joan.*13. Ut tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. Sed quæritur quæ ſint illa inviſibilia. Item nonne prius erat ibi, quomodo ergo aſcendit, cum dicit *Joan.*8. Qui miſit me pater, non reliquit me ſolum. Reſpondeo, ad inviſibilia, i. inviſibilem patrem, & dicitur pluraliter propter plures effectus. Dicitur autem tranſiſſe cum primum ibi eſſet, quia humanis obtutibus ſe ſubtraxit; ſicut dicitur deſcendiſſe cum prius ubique eſſet, quia ſe viſibilem oſtendit. Quæ ibi videntur eſſe, vel fieri, ut fractio, & hujuſmodi. Præcipuum agni paſchalis ſacramentum. Sed hoc, aut dicitur ratione rei ſignantis, aut ratione rei ſignatæ: ſi primo modo, conſtat quod multo melior erat vitula rufa, de qua habetur *Num.*19. In ſecundo modo iterum videtur eſſe falſum, quia eadem erat ſignificatio agni, & vitulæ, imo etiam vitula expreſſius figurabat paſſionem Chriſti, quia ipſa non portaverat jugum, ac figurabat Chriſtum, qui fuit ſine jugo peccati: præterea mactabatur extra caſtra; ſimiliter & Chriſtus. Unde ad *Hebr.*13. Exeamus ad eum extra caſtra: ergo illud de vitula præcipuum. Hac enim ratione dicitur ſacerdotium Melchiſedech excellentius quam Aaron, quia expreſſius figurabat paſſionem Chriſti, ſcilicet, offerens panem, & vinum. Videtur etiam præcipuum eſſe de hirco emiſſario, *Lev.*16. Unus enim immolabatur, alter dimittebatur; & immolatus figurabat humilitatem Chriſti paſſam, alius autem divinitatem, quæ non eſt paſſa, & ita expreſſius figurabat Chriſtum. Reſpondeo, illud ſacrificium dicitur præcipuum, quia majori veneratione celebrabatur; durabat enim ſex diebus, vitula autem una die tantum: vel quia pro majori cauſa ad litteram fuit inſtitutio agni, ſcil. pro liberatione totius populi; vitula autem pro expiatione alicujus. Excellit Dominici corporis ſacramentum. Imo videtur, quod Baptiſmus excellat, quia virtute illius dimittitur omnino culpa, & pœna; ſimiliter & in omni alio ſacramento virtute ejus. Solut. dicitur excellens multipliciter: vel quia ratione effectus, ſic Baptiſmus excellit omnia alia: vel ratione contenti, ſic Sacramentum Euchariſtiæ excellit alia: vel quia a digniori miniſtratur, ſic Sacramentum confirmationis dignius ſacramento Baptiſmi. Item ratione ſignificationis, ſic matrimonium. *Epheſ.*5. Hoc ſacramentum magnum in Chriſto, & Eccleſia. Vel quia ab excellentioribus traditur, ut ſacramentum Ordinis. In prædeſtinatis vocati eſtis: *Rom.*8. Caro mea eſt, *Joan.*6. Et item *Joan. eod.* Sic caro Chriſti magnum reficit. Ex hoc videtur, quod major gratia detur in hoc ſacramento quam in aliis. Solut. Majorem delectationem, & refectionem ſpiritualem ſentit homo, non ſequitur, quod major gratia, quia magna gratia quandoque datur, non tamen ſentitur. *Job* 9 Si venerit ad me, non videbo eum, &c. In Baptiſmo enim, & confirmatione major gratia datur, licet non ſentiatur. De lignis ſethim, quæ ſunt imputribilia. *Exod.*25. Contra non eſt membrum Eccleſiæ militantis, quod non poſſit cadere per mortale, & ita patet quod ſunt putribilia. Solut. Sicut immortalis dupliciter dicitur, ſicut Adam in primo ſtatu, & illi qui ſunt jam in ſtatu glorificationis: ita imputribilis dupliciter, & pro illis qui in patria. Albæ ſpinæ. Sancti enim exterius non differunt a peccatoribus. 2. *Cor.*6. Ut ſeductores, & veraces. Panis ad corpus refertur, i. ſignificat corpus. Vinum ad animam, *Lev.*17. *Deut.*12. Ideo apponitur aqua, &c. pro noſtra dilectione. Miſtio ergo aquæ cum vino ſignificat dilectionem, quæ unit dilectum cum diligente. Unde in *Apoc* 17. Quorum ſalus non poſſet eſſe ſine paſſione Domini. Contra, ſuper illud *Rom.*5. Multo magis juſtificati in ſanguine ipſius, &c. *Aug.* dicit quod fuit alius modus Deo poſſibilis, qui omnia poteſt; ſed nullus alius ſanandæ noſtræ miſeriæ fuit convenientior. Solut. Salus ſumitur pro redemptione; quia non potuit aliter redimi, licet potuit aliter ſalvari; nec etiam potuit humanum genus ſine paſſione Domini, ita convenienter patrocinari. Niſi diligeret nos, ſe morti non traderet. *Joan.*15. Majorem hac. *Jer.*31. Charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Et Sanctorum auctoritates in medium ductæ, &c. Ad idem illud *Joan. Damaſc.* Sicut panis, & vinum tranſeunt in nutrimentum corporis, ita panis propoſitionis tranſit in corpus Chriſti: vel qui ex puriſſimis ſanguinibus B. Virginis fecit hominem, non poterit panem, & vinum corpus ſuum & ſanguinem facere? quaſi dicat imo. Sed contra, dicit *Dionyſius in lib. de duab. nat.* Propterea omnis mutatio eſt ſecundum aliquid commune. Sed panis materialis, & corpus Chriſti nihil habent commune, quia nec materiam nec formam, ergo non poteſt mutari in corpus Chriſti. Hoc etiam videtur ex ratione nominis mutationis, quæ ſtans & manens aliquid exigit; ſed nihil remanet de pane, ergo non mutatur in corpus Chriſti. Solut. omnia verba quæ dicunt tranſitum, poſſunt hic admitti, ut videlicet, panis tranſubſtantiatur, aut fit corpus Chriſti: alia quæ non ſignant tranſitum; non debent concedi: Unde omnes tales ſunt falſæ, panis eſt corpus Chriſti, ut ſunt, vel fuit, vel erit. Ad verbum Dionyſii, dicendum quod loquitur de mutatione naturali. Item ſermo Chriſti. *Sap.*18. Sermo tuus Domine omnipotens, exiliens de cœlo a regalibus ſedibus, &c. Non ſalubri efficientia, quia non recipiunt ſacramenti effectum, id eſt, augmentum gratiæ. Ecce factum eſt malum. Ly (malum) tenetur ſubſtantive, ideſt, ad malum ſomenris. Ideſt, dum ſtimulus Saranæ, &c. 2. *Cor.* 12. ergo Apoſtolus peccavit. Poteſt dici, quod loquitur *Gloſſ.* ſecundum opinionem quæ dicit, quod ſtimulus Apoſtoli erat titillatio carnis, quæ erat peccatum veniale. Secundum alios malum appellat morbum quemdam pœnalem quem habebat Apoſtolus, ſcilicet iliacam paſſionem. Sacramentum, corpus de virgine ſumptum quod eſt ſacramentum corporis myſtici, ideſt, gratiæ augmentum, per quod ſit magnum eſſe de corpore myſtico. Et non rem, ideſt, unitatem Eccleſiæ, ideſt, non augmentum gratiæ, & quod ſiat magis de corpore myſtico. Vel aliter perficiant in vobis, &c. Ex hac auctoritate videtur, quod duo ſint ſacramenta, & ita plura quam ſeptem. Reſpondeo, & unum eſt, & plura. Unum quidem ex unitate inſtitutionis, & principaliter ſignati. Unum contenti, & effectu; plura ſignorum, & ſignatorum primorum. Facie ad faciem. 2.*Cor.*13. Sicut eſt, *Dan.*3. Quod veritas dixit, non hoc corpus, &c. Sed ubi dicit hoc veritas, nunquam invenitur in Evangelio. Poteſt dici quod habemus ex illo verbo, *Joan.*6. Caro nihil prodeſſe, &c. Vel forte hoc ſumptum eſt de *Evangelio Nazaræorum*. Non morſibus diſcerptum, ut potatis. Unde dixerunt: *Joan.*9. Durus eſt hic ſermo. Quæ ſit illa converſio an formalis, &c. Converſionem formalem appellat ubi formæ mutantur, & idem ſubjectum manet. Quidam enim dicunt ſic ſubſtantiam in ſubſtantiam tranſire, vel converti, ut hæc fiat illa; nec tamen illa augetur, &c. Hæc opinio vera, omnes aliæ falſæ. Alii dicunt hanc illam tranſire, vel converti, quia ſub illis accidentibus, &c. Sed eadem ratione debeo dici tranſubſtantiari in illum cujus locum ingredior, vel cujus capam induo, ideſt, aut remanet ibi panis, aut non: ſi ſic, & eſt ibidem corpus Domini, nullum eſt miraculum, quia ſimiliter aliud corpus glorificatum poſſet eſſe ibi, ſi non eſt ibi panis, aut redigitur in nihilum omnino, aut reſolvitur in elementa, vel in puram naturam? ſi nihilum, multum reſolvitur de elementis, & præterea ſecundum hoc non debet dici panis tranſubſtantiari in corpus Chriſti, ſed in nihilum converti: Si reſolvitur, tunc debet dici converti in iſtud in quod reſolvitur poſtea in corpore Chriſti. Reſpondeo: Hæc opinio falſa eſt. Et dicendum, quod de ſubſtantia panis nihil eſt ibi. Quia dicit, color, ſapor, forma, & pondus remanent, ut *Magiſter* dicit, ſunt ibi ſine ſubjecto. Sed tunc quæritur: cum omne ens ſit ens per ſe, aut in ſubjecto; & hæc accidentia non ſint entia in ſubjecto, ſunt entia per ſe, & ſic mutant eſſe ſuum in eſſe ſubſtantiæ. Sic dicuntur accidentia, vel quia ſunt in ſubjecto, vel quia de ſui natura apta nata ſunt eſſe in ſubjecto. Dixerunt tamen aliqui, quod erunt in aere circumfuſo. Cujus rei, ideſt, ſubſtantiæ, Chriſtus redarguit, *Joan.*6. ubi dicitur nihil caro prodeſt, &c. Non fallit nos nec fallitur; ergo eodem modo fallitur viſus quando video remum in aqua in veritate integrum, & credo, & judico quod ſit fractus. Dicit tamen *Aug.* quia viſus verus eſt, & judex falſus: Per hoc enim, quod movet ſe aqua, judicat eum eſſe fractum. Falſa eſt hæc opinio. Alii dicunt, &c. hi bene dicunt. Panis quem frangimus, *ſup.*10. Et quod in ſacramento ſic fit, ideſt, in forma ſacramenti. In ſacramento omne videtur, & eſt in veritate. Alii dicunt, quod ibi ſit fractio, & nullius rei. Iſti dicunt fractionem eſſe ſine ſubjecto, ſed decipiuntur neſcientes diſtinguere inter accidentia, quæ immediate ſunt in ſubſtantia, & alia, quæ inſunt mediate. Diſcutere non permittitur: quid eſt ergo quod quotidie audemus diſputare de corpore Chriſti? Sol. Non permittitur diſcutere rationibus naturæ, ſed aliis bene. Non duo ſacramenta, ſed unum, &c. Eadem ratione ſacramentum Baptiſmi, & ſacramentum Confirmationis ſunt ſacramentum unum, quia in utrobique idem ſumitur, ſcilicet eadem gratia, ſed in hoc confirmata, in illo non. Ad illud dicitur, quod ſunt unum ſacramentum; ideſt, una inſtitutione factum eſt utrumque Sacramentum.

Sed hoc videtur eſſe falſum, quia ſacramentum panis inſtituitur in prælatione verborum ſuper unum. Unde dicendum, unum ſacramentum ſunt quoad modum ſignificandi.

Δ di illud

a Quotieſcumque enim] dixerat quod ſumerent corpus Domini, & ſanguinem in commemorationem ejus; & hic determinat in quam, quia in memoriam Dominicæ paſſionis; propter quod ſacerdos poſt prædicta verba extendit brachia in modum crucis. *Oſ. ult.* Memoriale tuum ſicut vinum Libani, quia ſpiritualiter inebriat cor hominis & odoriferum reddit: Vinum enim Libani eſt, i. confectum de ſpeciebus Libani. De hoc poteſt dici illud dictum de Joſia. *Eccl.* 49. Memoria Joſiæ, i. Chriſti, in compoſitione unguenti; quia ſacramentum paſſionis eſt medicina contra infirmitates ſpirituales.

a Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: *b* mortem Domini *c* annunciabitis, *d* donec veniat. Itaque *e* quicumque manducaverit panem, vel biberit calicem Domini indigne: *f* reus erit corporis, & ſanguinis Domini. *g* Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. *h* Qui enim manducat, &

b Mortem Domini] pro vobis factam. *c* Annunciabitis] i. repræſentabitis omni populo. Unde quondam fere in omni Miſſa fiebat prædicatio, ſicut fit Romæ in ſtationibus: modo ſacerdotes ſecreto ſibi annunciant. *d* Donec veniat.] Dominus ad judicium. *e* Qui manducaverit, &c.] indigne. Indignus eſt, qui non devota mente accedit ad Euchariſtiam, vel in voluntate peccandi manet. *Aug.* Indigne accipit, qui cum debet agere pœnitentiam ſolemnem, ſc. ſumit. Idem ibid. Indigne accipit, qui a ceteris cibis non diſcernit, vel fictus, vel inimicus, vel impœnitens. *f* Reus erit] i. conſimile peccatum committet illis qui crucifixerunt Dominum. Vel propter ejus acceptionem reus pœnæ, quia peccat in ſumendo. *g* Probet autem] Ecce quales debent accedere, quia examinati, & purificati: quia corpus Domini medicina eſt ſalutis, & ideo præexigitur præparatio ſpiritualis, ut ſic ſe diſcutiat quod non habeat contra conſcientiam, & dimittat confiteri: probet conſcientiam diſquirendo. 2. *Cor.* 13. Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide Chriſti: ipſi vos probate. Annon cognoſcitis voſmetipſos? Ita probet opera ſua examinando. *Gal. c.* 9. Opus ſuum probet unuſquiſque. Hieronymus. Nullus quamvis ſanctus, ſecutus vadit jugiter, niſi perſcrutata conſcientia, & operibus examinatis. *h* Qui enim manducat, & bibit indigne]

Expoſitio Gloſſæ. A di illud unum quod ſignificant; quia ſicut ex multis granis, & puris fit panis; ita unum corpus ex multis membris, & puris. Et ſimiliter ſicut ex multis racemis, & puris fit vinum, ita, &c. Sed in baptiſmo datur gratia ut mundans, & purificans; in confirmatione, ut confirmans & muniens, in prolatione illorum verborum. Hoc eſt Corpus meum, &c. panis in corpore convertitur ergo eum adhuc non ſit totum dictum, quando elevatur ſpecies panis a Sacerdote, videtur quod illudatur Eccleſiæ, & ſi tunc moreretur ſacerdos, nihil eſſet ibi confectum. Sol. Sub utraque ſpecie totus eſt Chriſtus, & utraque habet propriam formam verborum. Unde non illuditur Eccleſiæ; quia quando elevatur ſpecies panis, jam eſt completum ſacramentum ſub illa, licet moreretur Sacerdos: poſtea tamen proferretur propria forma verborum ſuper vinum. Solet quæri, quale dederit Apoſtolis utrum paſſibile vel impaſſibile, mortale vel immortale. Et dicunt quidam quod Dominus accepit omnes dotes ſingillatim antequam pateretur. Subtilitatem in partu: levitatem, & agilitatem quando ambulavit ſuper mare; charitatem in transfiguratione, in cœna impaſſibilitatem. Sed ſecundum illos, qui dicunt quod paſſibilem ſe dederit Apoſtolis, qualis tunc adhuc erat, quæritur ſi ſervatum fuiſſet ſub portione illius ſpeciei in pixide aliquid uſque in horam paſſionis, utrum crucifigeretur ibi: quod videtur, quia Chriſtus eſt unus ſolus homo, & crucifigitur ubi eſt, & hic eſt, ergo crucifigitur, & lanceatur a militibus in pixide, & non moritur niſi per crucifixionem; ergo in pixide crucifigitur. Sol. Corpus Chriſti paſſibile erat ſub illa ſpecie, hæc duplex eſt: ſi ly [paſſibile] determinet ly [corpus] vera eſt, ſi ly [ſpecie] falſa eſt, & ideo non ſequitur quod crucifigitur ſub illa ſpecie, quia hoc falſum eſt: Et breviter ſic poſito, nullum verbum illarionis concedi debet: unde corpus Chriſti non crucifigitur, nec lanceatur in pixide, quia quæ inſunt alicui, oportet quod ſint in debita proximitate ad illa. Sed concedi poſſet, moritur, anguſtiatur in pixide: ſicut ex plaga pedis quandoque dolet totum corpus, & moritur homo: ſimiliter ex eo quod in cruce patiebatur, & crucifigebatur, moreretur alibi in pixide. An irritum ſit, i. ſi nihil factum ſit. Quod ſi non animo introducendi hæreſim, credens quod non eſt confectum: ſed non apponitur aqua, tunc non conficeret, quia haberet contrarium intentioni Eccleſiæ, & ſine intentione Eccleſiæ non fit neque hoc ſacramentum, neque aliud. Nec Græci aquam addunt, & tamen creditur quod conficiunt. Vel ſubſtantiam reducunt, vel etiam ſpeciem ſolam. Quid partes illæ, &c. Iſtæ tres partes fieri ſolebant antiquitus, ſicut hic dicitur, ſed pars quæ obſervabatur uſque in finem Miſſæ, ſumebatur ab ægroto, ſi erat aliquis, vel diacono, ſed modo non eſt ſic: Pars oblata in calicem miſſa ſignat corpus Chriſti quod jam reſurrexit: quod eſt, quia panis ſignum corporis proprie eſt; vinum ſanguinis, in quo eſt ſedes animæ: aqua eſt vita in ipſo homine toto, & ita in conjunctione illa ſignificatur conjunctio corporis Chriſti ad animam ejus, ſicut eſt jam vivens in cœlo in æternum. Comeſta pars ambulantem ſuper terram, i. myſticum Chriſti, i. membra militantis Eccleſiæ quæ adhuc indigent viatico, & refectione. In ſepulchris jacentia, &c. Sed objicitur: Videtur quod ſacramentum iſtud non proſit eis, quia nulla pars fit ibi pro eis. Sol. Secundum illos qui dicunt quod imo prodeſt damnatis qui in fide informi deceſſerunt, dicendum quod nulla pars pro eis fit, ne crederetur Chriſtus habere membra putrida. Non immutabitur; ſicut ſacramenta Judæorum, ſupple, ſunt mutata, & ideo ſacerdotium Chriſti eſt æternum, quia nullum aliud ei ſuccedet. Propter hoc *Pſ.* 109. Tu es ſacerdos in æternum. Sancta obſunt malis, ergo nocent, ergo adimunt eis bonum, ſed omne tale eſt malum, ergo ſunt mala. Sol. Neque hoc ſacramentum, neque aliud nocet quantum in ſe eſt, ſed homo ſibi nocet in illo, ſc. indigne accipiendo, ſicut medicina in ſe bona ſumpta ab iſto qui ſe non præparavit, nocet ei; ſed non eſt bene ſimile, quia medicina ibi operatur ad nocumenta; corpus autem Chriſti non operatur ad malitiam ipſius, ſed ipſe ſolus. In bonis ſunt ad ſalutem, & ipſa ſumptio, & id quod ſumitur. Sed quia ille malus male quod accipit: ergo ex hoc quod malus eſt quis, propter hoc peccat. Sed dicitur quod e converſo eſt in virtutibus, & vitiis: quia bonus eſt quis, ideo bene agit; & non e converſo: ſed in vitiis, quia malus eſt quis, male agit: Sol. In primo peccato, quia malus eſt quis, peccat, ſed poſtea quia male agit: malus eſt. Hic tamen aliter intelligitur: quia ly [quia] quaſi cauſam materialem dicit: & eſt ſenſus, quia malus male accipit, quod accipit: Indignus eſt, qui aliter celebrat myſterium Euchariſtiæ quam a Chriſto traditum eſt: ſed talis nihil facit, ergo non accipit corpus Chriſti, ergo non accipit indigne. Ipſe tamen loquitur de accipiente ſed indigne, & ita nihil ad propoſitum quod hic dicitur: Sol. Intelligitur, qui aliter celebrat non quoad veritatem eſſentiæ celebrandi, ſed quoad alteritatem finis, ut ſi celebrat pro pecunia: cum debeat celebrare propter finem quem impoſuit Chriſtus in hoc ſacramento, ſc. paſſionis ejus memoriam: vel etiam aliter quoad modum conficiendi, non quoad formam, & eſſentiam verborum. Indignus, qui non devota mente ad Euchariſtiam accedit. Secundum hoc forte omnes ſunt indigni, qui accipiunt hoc ſacramentum, quam plures enim ſine devotione accipiunt: prætetea hæc devotio nihil aliud eſt quam fervor charitatis, ergo qui non habet fervorem charitatis, & accipit, indignus eſt accipiendo, & ita peccat, ergo multo magis qui non habet charitatem, quorum utrumque falſum, quia ſufficit ad hoc quod digne, quod non habeat conſcientiam mortalis. Sol. Hæc negatio reſolvi debet in contrarietatem: non devote, i. indevote, i. qui cum contrario devotionis accedit, & hoc eſt mortale in conſcientia, & præcipue odium. Devotio autem dicitur modus dilectionis, qui quandoque eſt naturalis etiam forte in habendo charitatem. Ac ſi Chriſtum occiderit, punietur, i. ſimili pœna, quia eſt imitator, ſed non tanta: quia ſi aliquis dominium ſuum legitimum introduceret ſcienter in domum inimici ejus capitalis, etſi ipſe non occideret eum, reus tamen eſſet mortis Domini ſui. Inimici capitales Chriſti ſunt peccata mortalia, propter quæ occiſus eſt. Peccata quotidiana, i. venialia dimittat confiteri. *Matth.* 5. Dimitte munus tuum, & vade reconciliari fratri tuo. Si non dimittis, mentiris, dicendo Pater noſter.

Ex hoc videtur, quod nulli habenti rancorem contra alium debeat injungi, quod dicat Dominicam orationem: nec ipſe debet dicere, quia mentiretur, ut hic dicitur, & nullus debet mentiri.

Solutio: Talis poteſt mentiri facto etſi ſanctitatem ſimulat; vel etiam, ſi dicat Pater noſter in propria

bibit indigne, *a* judicium ſibi manducat, & bibit, non *b* dijudicans corpus Domini, *c* ideo inter vos *d* multi infirmi, & *e* imbecilles, *f* & dormiunt multi. *g* Quod ſi noſmetipſos *h* dijudicaremus, non *i* utiq; judicaremur. *k* Dum judicamur autem, *l* a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. *m* Itaque fratres mei, cum *n* conveni tis ad manducandum, *o* invicem expectate. *p* Si quis eſurit, domi manducet: *q* ut non in judicium conveniatis. *r* Cetera autem, *ſ* cum venero, diſponam,

a digne,] Non dicit indignus. Quis enim usquequaque dignus eſt indignatio Domini quam dignitas ſervi? quod quis digne accipit quacumque cauſa ſit, homo victus. Periculum autem eſt indignitas peccatoris, & indignatio judicis. *a* Judicium] quia condemnabitur ex indigna comeſtione. *b* Non dijudicans corpus Domini.] i. non diſcernens ab aliis cibis. Vel derogando conſecratis. Vel, i. non diſcernens quam ſanctum, quam admirabile eſt ſacramentum. *c* Ideo] oſtendit pœnam indigne ſumentis.

De pœn. d. 2. c. Vero.

d Infirmi] febribus & aliis morbis.

e Imbecilles,] languoribus. *f* Et dormiunt] i. moriuntur. Unde in Paſchali tempore ſolent accedere peſtes, propter quod cantatur tunc in hymno; Ab omni mortis impetu tuum defende populum 2. *Reg.* 6. legitur de Oza, quod percuſſus fuit quia tetigit arcam Domini. Et dicunt Judæi hoc fuiſſe quia nocte illa jacuerat cum uxore ſua. Et 1. *Reg.* 6. Bethſamitæ mortui ſunt, quia viderunt arcam Domini. Quid ergo de eis, qui non arcam, ſed corpus Domini non ſolum vident indigne, ſed ſumunt, & tractant, & conficiunt, poſtquam nocte eadem concubuerunt, non cum uxoribus ſed cum fornicariis. Quia autem indigne accipimus, eſt quia nos non dijudicamus. Unde ſubdit: *g* Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus,] *Gloſſ.* Mentis noſtræ tribunal aſcendente, vel accuſante cogitatione, & teſte conſcientia.

h Dijudicaremus,] *Gloſſ.* Pœnitendo, & timore tanquam carnifice nos torquente, quaſi quidam animæ conſtrentis ſanguis per lacrymas profluat. *Job* 13. Si judicatus fuero, ſcio quod juſtus inveniar. Item *Job* 23. Ponam coram eo judicium meum, & os meum replebo increpationibus, i. increpatoria confeſſione, & oratione.

i Non utique judicaremur.] i. puniremur a Deo.

k Dum judicamur] Poſſet aliquis dicere propter quid punit nos ita Deus infirmitatibus, &c. Reſpondet quod ad correctionem noſtram facit, quia dum judicamur his temporalibus pœnis.

l A Domino corripimur] ſecundum alios, quia timore pœnæ noſtræ alii emendantur. Vel noſipſi corripimur, i. punimur *Pſ.* 36. Non damnabitur cum judicabitur illi, *Job* 5. Beatus homo, qui corripitur a Domino; increpationem ergo Domini ne reprobes; quia ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus ejus ſanant. *Prov.* 19. Peſtilente flagellato, &c.

m Itaque fratres mei.] Inordinate veniebant ad hoc ſacramentum non expectantes ſe invicem, ſed divites ſummo mane, ita quod pauperes poſtea venientes nihil inveniebant. Sed adhuc communicare volent in mane non deſiderio ſacramenti, ſed aliis cibos comedendi.

n Cum convenitis.] *Hebr.* 10. Non deſerentes collectionem noſtram ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam.

o Invicem expectate,] ut una ſit menſa, non habeat quilibet ſuam.

p Domi] ſuæ, ſ. In domo ſua non ſicut joculatores in alia ſemper, in ſua nunquam. *Eccl.* 40. Reſpiciens in alienam menſam, non eſt vita ejus in cognitione victus.

q Ut non conveniatis in judicium,] damnationis 2. *Par.* 20. Congregati ſunt filii Moab & filii Ammon & cum eis de Ammonitis.

r Cetera] neceſſaria ad ſumptionem Euchariſtiæ, & ad ordinationem Eccleſiaſticam.

ſ Cum venero, diſponam.] 3. *Jo.* Multa habui tibi ſcribere ſed nolui per atramentum, &c.

Prepoſitio [illegible] A perſona, & ſic non debet dicere, ex quo rancorem habet; ſed in perſona Eccleſiæ poteſt, & ſic non mentitur Judas ad Dominicam cœnam acceſſit. Ecce quod contrarius eſt Aug. Hilario, qui dixit quod poſtquam exivit Judas a cœna, Dominus dedit aliis corpus ſuum, & non ei: Sed Eccleſia conſentit *Aug.* Per hoc docet devote, & cum timore accedendum eſſe. Contrarium videtur quod paulo ante dicitur: Et ſic ſecurus accedens depone, &c. non ergo cum timore. Sol. Securus accedat ſecuritate ſpei, ſed tamen cum timore cautelæ, & reverentiæ; ſic autem non ſunt contrariæ ſpes, & timor, ſed ſunt duæ molæ ſe coadjuvantes. Quod ſecundum fidem, i. conſcientiam pie credit eſſe faciendum, ſeu quod diverſimode dictat ei conſcientia, tamen cum pia fide. Zachæus *Luc.* 19. Centurio. *Matth* 8. Alter gaudens in domum ſuam recipit, alter vero, &c. Similiter de Moyſe, Jeremia, & Iſaia. Moyſes *Exod.* 3. Quis ego ſum, ut educam? Jeremias *Jer.* 1. cum mitti debeat ad prædicandum dicit, A, a, a, Domine Deus, &c. *Iſ.* 6. dixit: Ecce ego, mitte me, &c. Licet ergo videantur eorum dicta eſſe contraria, quia illi ſe excuſaverunt, & ipſe ſe obtulit, tamen non eſt verum; imo ex charitate ſe excuſaverunt, Moyſes, & Jeremias, propter delectationem, ut ſequeſtres eſſent ad facilius contemplandum Deum, & ita propter humilitatem. Iſaias autem obtulit ſe propter zelum animarum quem habuit. Unicuique piorum manna ſapiebat. *Sap.* 16. Contemptum ſolum non vult ille cibus. Non vult, una dictio i. vult, ut non condemnetur, & hoc ſufficit. Sed hoc quod hic dicitur In antiquo populo unicuique piorum, &c. Sic in ore uniuſcujuſque Chriſtiani corpus Chriſti. Ex hoc videtur quod in ore impiorum non ſapiebat manna quod volebant. Et præterea ſi ſaperet eis quod vellent, ad quid ergo volebant redire ad ollas carnium in Ægypto, ut habetur. *Num.* 11. Sic quærit *Aug.* ſuper illum locum. Et ſolvit, quoniam etſi ſaporem haberet cujuſlibet cibi quem deſiderabant, non tamen colorem cujuſlibet cibi; unde quia delectabantur in colore cibi, redire volebant. Et conſtat quod iſti impii erant, ergo in ore eorum ſapiebat quod volebant *Sap.* 16. Panem omne delectamentum ſuavitatis habentem. Sed contra *Exod. decimoſexto.* Dicitur quod ſapor ejus, ſc. mannæ, ſimilis ſapori ſimilaginis oleo conſperſæ. Sol. Et piis & impiis habebat ſaporem omnem, ut quando cogitabant de comedendis carnibus talibus vel talibus, earum ſaporem habebat in ore eorum; quando autem non cogitabant de ſapore alicujus cibi, habebat ſaporem prædictæ ſimilæ. Quod hic dicitur, in ore impiorum, intelligitur quia maxime eis ſapiebat quod volebant. Faſtidium. *Num.* 11. Et habere ipſum in ſe manentem. 1. *Jo.* 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *Aug.* Amor eſt copulatio amantis & amati. Crede, & manducaſti. Quare non dicit, Spera, vel Dilige, & manducaſti? de ſpirituali enim manducatione loquitur per quam manemus in Chriſto, & unimur Eccleſiæ, Sed *Eph.* 3. dicitur in charitate radicati: quid eſt aliud niſi per eam Eccleſiæ & Chriſto uniri, hoc eſt, manducare? Sol. Sicut in comeſtione materiali ſunt quatuor ſc. maſticatio, ſaporatio, ſimilatio, & unio nutrimenti cum membro: ita in ſpirituali. Proprie autem quantum ad duo. Primum dicitur manducatio utraque, ſed maſticatio ſpiritualis corporis Chriſti proprie eſt per fidem, dum cogitat quod ille quem ſumit ſub ſacramento, paſſus eſt pro eo, & hujuſmodi. Similiter ſaporatio eſt in fide, quod nihil aliud eſt quam ſpiritualis delectatio vel perceptio. Ideo melius dicit, crede, & manducaſti, quam Spera vel Dilige. Duo autem alia; aſſimilatio, & unio poſſunt eſſe in ſpe & charitate, & aliis virtutibus. Quod autem objicit; Per charitatem manet homo ſimiliter in Chriſto, verum eſt, ſed primo per fidem, quæ eſt prima unio animæ ad Deum, & ideo potius dicit de fide, Animæ ſanguis. Sed quid hoc eſt? Quia ſanguis in S. Scriptura dicitur peccatum, & maxime mortale. Sol. Sanguinem appellat reliquias peccati, a quibus purificatur homo per lacrymas, & hujuſmodi. Non damnabitur ſi permanſerit in hoc: Sed contra *Rom.* 14. Beatus qui non judicat ſemetipſum. Ibi in *Gl.* i. Qui non facit ſe damnabilem imago judicii futuri, i. mors temporalis. *Eccl.* 7. Memorare noviſſima tua, &c. Indigne accipit. Contra: Fere omnis, qui accipit adhuc, debet agere pœnitentiam. Sol. Pœnitentia hic dicitur dolor de peccatis, & contritio, i. ſi accipit quando adhuc non doluit de peccatis, vel ſi tunc, quando adhuc eſt in peccato de quo debet agere pœnitentiam. Vel hoc intelligitur de ſolemni pœnitentia; qua ſeparatur homo ad tempus ab Eccleſia: ſi talis acciperet Corpus Chriſti, donec completa eſſet; peccaret, niſi in magna neceſſitate, ut ſi timeret mori. Secundum alios, &c. Secundum hoc exponitur textus iſte, ſed ſecundum regulam Ticonii. Cum judicamur a Domino, i. punimur, corripimur exemplo noſtri; in paucis enim, i. in pœnis, paucorum eſt omnium emendatio. *Pr.* 19. Peſtilente flagellato, &c. In 3. *Reg.* 13. Prohibitus ab altero propheta: imo Invitatus fuit ab eo. Sol. Primo fuit invitatus ab eo, ſed poſtea prohibitus, &

De conſ. d. 2. c. Liquido.

Num. 11.

increpatus

Expoſitio Gloſſ. A increpatus, quando in menſa irruit Spiritus Domini in illum prophetam, & loquitur ille Pſeudo-Propheta in perſona Domini. Ut non damnemur cum mundo. Argumentum quod mundum damnabitur: cui ergo amatur. *Jo.*14 De Mundo non eſtis: ſed ego elegi vos de mundo. 1.*Jo.*2. Nolite diligere mundum, &c. Quaſi infidelis eſt. *Rom.*14 Omne quod ex fide non eſt, peccatum eſt. Ad ſimilitudinem Dominicæ cœnæ, quæ repræſentatur in altari, & in ſumptione Corporis Chriſti. Ecce caput ſalutis, i. principale ſacramentum, quod debet ſumi in memoria paſſionis Chriſti, qui fuit caput, & cauſa noſtræ ſalutis.

C A P. XII.

DE a ſpiritualibus *b* autem, *c* nolo vos *d* ignorare fratres. *e* Scitis autem quoniam cum Gentes eſſetis, *f* ad ſimulacra *g* muta *h* prout *i* ducebamini euntes. *k* Ideo *l* notum vobis facio, *m* quod nemo in Spiritu Dei loquens dicit *n* anathema *o* Jeſu.

EXPOSITIO CAP. XII.

DE ſpiritualibus, &c.] Hactenus egit Apoſt. contra errores qui circa tria Eccleſiaſtica ſacramenta, i. baptiſmum, matrimonium, & Euchariſtiam erant inter Corinthios. In hoc cap. & duobus ſequentibus agit contra ſchiſmata ex erroribus orta inter eoſdem, revocans eos ad charitatem, & concordiam charitatis. Dividitur autem hoc cap. in. quatuor partes. In prima cauſam diſſidii ſive diſcordiæ dicit amputatam, ſc. cultum Dœmonum, & ritum Judaicum, quæ erant contraria fidei Chriſtianæ; quia fides unit Chriſto, illa vero ſeparant a Chriſto. In ſecunda dicit differentias donorum ab uno datore, non ſecundum diverſa merita; ſed ſecundum plurium utilitatem diſtribui; & hoc facit ut nullus invideat alii, quia quilibet habet in alio quod non habet in ſe, ibi [Diviſiones gratiarum,] In tertia dicit nos eſſe unum corpus Chriſti myſticum: unde ſicut membra ejuſdem corporis debemus nos mutuo confovere, ibi [Sicut enim corpus unum eſt.] In quarta diſtinguit diverſa membra Eccleſiæ, alios Apoſtolos, alios Prophetas, &c. ibi [Et quoſdam quidem poſuit.] Dicit ergo. *a* De ſpiritualibus, &c.] Ita dico quod diſponam de aliis. *b* Autem] ſed iterum. *c* Nolo vos de ſpiritualibus,] i. de donis Sp. ſancti. *d* Ignorare] quomodo veritas ſe habet de eis: quia dicit quod quidam dicebant quod dona Spiritus haberent a merito ſuo: alii majora dona eſſe minora, & e converſo: & in his duobus errantes contendebant, & invidebant ſibi invicem. Vult ergo Apoſtolus quod habeant cognitionem ſpiritualium, non dicit de terrenis, quia cognitio ſpiritualium omnibus expedit, & ignorantia impedit. Cognitio autem terrenorum fere impedit omnes, ignorantia autem paucos aut nullos. *Bar.*3. Filii quoque Agar qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, &c. Unde iſtis data ſunt mobilia, & nihil de hæreditate. Timere ergo debet temporalia habentes, & ſapientes in his, quod non habeant partem in hæreditate præclara. *Jac.*3. Non eſt hæc ſapientia deſurſum de cœlis, ſed terrena, animalis, diabolica. Hæc inflammat ad cupiditatem, & obtenebrat intellectum ad ſpiritualia, umbram facit, & ideo non eſt mirum ſi intellectus ejus qui ſemper eſt in terrenis cogitationibus, ſit obſcuratus. Inflammat etiam cor cupiditate. *Eccl.* 9. Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore ipſius. *Gen.* 3. Vidit lignum, &c. Si ergo viſus qui exterior eſt, ita inflammat cor, quanto magis intellectus induratus ad terram? *Greg.* ſuper illud *Gen.* Non licet intueri quod non licet concupiſci. Sed e converſo ſpiritualia illuminant & inflammant intellectum. Probat ergo eis, quod a Deo non a ſuo merito bona hæc habent, quia ante quando ſerviebant idolis non habebant, quod modo habent a merito, quia ſemper ante converſionem ſuam mali fuerant; ideo reſtat quod a Deo. Et ideo dicit: [Nolo vos ignorare] quia ignorans ignorabitur *inf.*14. Tamen carnalia ignorare non eſt periculum. *Gen.* 39. Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habet in domo ſua, &c.

e Scitis autem quoniam cum Gentes eſſetis] i. Gentiliter eratis viventes. *h* Prout] i. qualiter vos. *i* Euntes] ſpontanee & aſſidue. *f* Ad ſimulacra muta ducebamini] a Diabolo, quia omnis, qui eſt in mortali, eſt jumentum Diaboli, & per unum peccatum, i. per capiſtrum ducetur ad aliud. *Prov.*7. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciviens; & ignorans ſtultus quod ad vincula trahatur. Ideo *Pſ.* 31. Nolite fieri ſicut equus & mulus, i. non permittatis vos infrænari a Diabolo; quibus non eſt intellectus. Si enim ſciret equus quod infrænaretur, & duceretur in ſervitutem non permitteret ſe infrænari. Quid eſt ergo de miſero homine qui ſcit illud? *Jo.* 8. Qui facit peccatum, &c. Quia non volunt acquieſcere conſilio Domini, ſubdit *Pſ.* 31. In chamo & fræno maxillas eorum. Alibi comparatus eſt jumentis inſipientibus. *Ezech.*19. Non abſque vulneribus ſuis ceperunt illum, & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti. Qui ſtatim capiuntur a tentationibus Diaboli, non vulnerant eum. Alii autem qui tentationi reſiſtunt, & poſtea conſentiunt in vulneribus a Diabolo capiuntur. *f* Ad ſimulacra] idola [nota] Contra dabant reſponſa. Sol. Statuæ ſine voce erant, ſed Diabolus in eis loquebatur. *Pſ.*133. Os habent, &c. *Bar.ult.* Qui eum audierint mutum non poſſe loqui, offerunt, &c. Vel *g* Muta] ab effectu. *k* Ideo] i. quia Diabolus ducebat vos in culturam idolorum, patet quod malum illud erat a Diabolo; & bona, quæ modo habetis, ſunt a Deo non a veſtro merito. *l* Notum vobis facio] quod per Spiritum Dei abſtinetur a malo, & fit bonum. Et hoc eſt quod ait, hoc inquam, notum facio. *m* Quia nemo loquens in ſpiritu Dei] locutione Chriſtiana, quæ eſt quando credit corde, loquitur ore, exequitur opere. Dicit] cogitando, vel loquendo, vel operando. *n* Anathema] quod interpretatur ſeparatio, & legitur accuſative, i. non cogitat, vel loquitur, vel operatur ſeparationem. *o* Jeſu.] i. aliquod quo ſeparatur a Jeſu, & nota quod dicitur hic, quia Deus nunquam primo ſeparat ſe a nobis, ſed nos ab eo. Unde *Jer.*2. Quid invenerunt in me iniquitatis patres veſtri, quia elongaverunt a me. Et *Zach.* Averterunt

a De ſpiritualibus autem, &c.] Pro quorum majoribus. Ly [pro] notat occaſionem non cauſam. De quibus donis, ut linguas; non ſumitur pro miniſtratione loquendi in diverſis idiomatibus, quæ multis dabatur in baptiſmo, viſibiliter deſcendente Sp. ſancto in linguis igneis. Eo enim quo credebant donum linguarum dono charitatis majus eſſe, contendebant cum aliis, qui non habebant linguas. *Expoſitio Gloſſæ.* Præmittit: Simile, per hoc quod oſtendit omne malum eſſe a Diabolo, ſatis probat omne bonum eſſe a Deo. Cui impietati, i. cultui Dœmonum: Ratio repugnat facti magiſtro ejus, & doctrina dictat naturaliter: ratio quod lapis non eſt Deus, nec adorandus. Sed ſecundum hoc videtur quod præceptum de obſervatione ſabbati non ſit morale: quia naturalis ratio non dictat quod obſervari debeat. Quod etiam aperte dicit Eſtius ſuper illum locum *Lev.*26. decem mulieres coquant, in uno clibano. *Gloſſ.* Ut decem mandatorum litteram etiam cuſtodiri & impleri dignum eſt: nec mandatum de ſabbato contrarium eſt: quamvis enim decem mandatis inſertum ſit, non tamen ex eis eſt; ergo non eſt morale. Sol. Cum dicitur ibi: Memento ut diem ſabbati ſanctifices, intentio eſt dare præceptum de cultu Dei, non de obſervatione ipſius ſabbati, ad litteram. De ſpirituali ergo ſanctificatione quæ fit per cultum Dei, datur ibi proprie præceptum. Unde idem præceptum quantum ad ſanctificationem morale eſt; quantum ad hoc quod ſabbati; cæremoniale eſt. Quod enim tali die vel tali, non eſt præceptum, nec dictat hoc ratio & ratione ejus quod dicitur ſabbati, dicit Eſtius. Quod dicit imago idolorum, ſc. Spirituum ſive Dœmonum idolis ſecundum eos præſidentium, quia imitatores eorum erant. Vel idolorum ad litteram, quibus ſimiles erant ſimpliciter: Juxta illud *Pſ.*133. Similes illis fiant, qui faciunt ea. Non enim loquuntur verba ſalutis; nec audiunt aure obedientiæ, nec vident oculo intellectus, &c. Sicut nec idola. Totum malum fuit ex homine, ita quod nihil illius a Deo in quantum malum. Non bonum. *Iſ.*5. Væ qui dicitis bonum malum. Irrationabile malum; idololatria enim eſt contra naturalem rationem. Per Spiritum Dei abſtinetur a malo, ſi quid eſt hic per Spiritum Dei, i. per gratiam Sp. ſancti; videtur ergo quod niſi detur gratia aliqua, non poteſt quis abſtinere a malo, nec facere bonum. Sol. ſine omni gratia ſuperaddita, libero arbitrio poteſt quis facere quod eſt de genere bonorum ut dare eleemoſynam ex ſola pietate, & ſola verecundia naturali abſtinere a peccato, hoc tamen per Spiritum Dei facit operantem, quia dicitur *Jo.* 15. Sine me nihil poteſtis facere. Dicit ſimiliter tribus modis, ſc. corde, ore, opere, quod eſt dicere: ſic ſumitur hic dicere, ſc. corde, ore, & opere. Non habet hoc a Spiritu. 1.*Jo.*3. Qui natus ex Deo, non peccat. Vel non eſſe a Deo: ſicut Judæi. *Joan.* 9. Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbatum non cuſtodit. Vel minorem Deo: ſicut Arius, qui dicit filium eſſe minorem patre, dicit blaſphemiam contra ipſum. Contra: *Joann.* 14. Pater major me eſt. Solut. Qui dicit filium minorem patre

♣ Averterunt ſcapulam recedentes. Unde *Luc.* 15. Non dicitur quod pater abierit in regionem longinquam, ſed filius; ſic qui modo ſeparat ſe a Deo, ſeparabit Deus eum a ſe in judicio. *Matt.* 25. Ite maledicti, &c. *Mal. ult.* Percutiam terram anathemate. Et in fin. hujus Epiſtolæ. Si quis non amat, &c. ſit anath. &c. *a* Et nemo poteſt] Poteſt moraliter, i. utiliter. Simile *ſup.* 3. Non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus: non potui intelligi utiliter.

a Et nemo poteſt *b* dicere, Dominus Jeſus, *c* niſi in Spir. ſancto. *d* Diviſiones vero gratiarum ſunt; *e* idem autem Spiritus.

b Dicere] Damaſcenus. Dicere videtur rationali animæ interius diſpoſitum ſermonem in prolativa cum ante interius diſpoſitus ſermo motus animæ in excogitativa fiet ſine aliqua enunciatione, unde multoties ſilentes totum ſermonem apud nos pertranſimus, & in ſomnis diſputamus. [Nemo poteſt dicere] corde, ore, opere, hic Jeſus eſt, & natura dicitur per conſequens quod ipſe eſt ſervus Jeſu. *c* Niſi in Sp. ſancto.] i. niſi per gratiam Sp. ſancti, & ita quod bonum faciat ſive quod ſerviat Deo, non habet a ſe aliquis. Vel ſic [Nemo] qui loquitur [In Spiritu Dei,] hoc non mutatur. [Dicit anathema Jeſu] i. nemo talis dicit Jeſu, quod anath. ſit, i. ſeparatus a Deo patre quaſi ſit minor eo. Vel non ſit Deus, ſicut Arius; qui dicebat eum eſſe minorem Deo patre, quia dicebat eum eſſe filium Dei in quantum homo. Contra quem dicit *Aug.* in lib. contra quinque hæreſes, Meretrix non permiſit dividi filium ſuum, & tu dividis Deum tuum? Et in eodem introducit filium loquentem ad Arium ſic, Aſperitatibus laceratus ſum, ſanguinem meum ſudi, animam meam poſui, ut mihi conjungerem te, & tu dividis me?

d Diviſiones vero] Oſtenſo quod nullum malum eſt a Deo, ſed ab homine vel Diabolo, & quia omne bonum ſive donum eſt a Sp. ſancto, oſtendit quomodo gratiæ dividuntur ſecundum diverſas perſonas. Unde dicit: [Diviſiones gratiarum] ſc. gratiæ diviſæ. *Eph.* 4. Unicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. [Gratia] quaſi gratis data. *e* Idem autem Spiritus] cui attribuitur collatio gratiarum, quia ipſe eſt amor patris & filii, in quo diligunt nos pater & filius; Amor autem poſt ♣ donum

Expoſitio Gloſſæ. A in quantum filius eſt Deus, blaſphemat ſicut dicebat Arius: dicebat enim quod in quantum erat filius Dei, erat pura creatura. Contra quem dicit *Aug.* in libro de quinque hæreſibus; ſi pater Deus, & filius Deus; pater major, & filius minor: jam non unus Deus, ſed duo Dii. Vel qui dicit minorem Deo, ut reſolvatur hæc affirmatio in negationem i. non eſſe tantum quantus eſt Deus pater, blaſphemat talis: etiamſi ei concedatur quod Chriſtus eſt minor patre, non tamen conceditur, non tantus eſt, quantus eſt pater. Hilarius, Pater eſt major filio, non tamen filius eſt minor patre. Proprie enim dicit ille, &c. ſecundum hoc pica non dicit, licet verba proferat, quia non intelligit quid dicit: Et multi ſunt qui non dicunt horas, ſecundum generalem dicendi modum, qui eſt per verba ſignificantia proferre. Non omnis *Matth.* 7. Quod eſt dicere bene operari, r. quid dicere, videlicet velle, & intelligere quod proferat, eſt ſc. bene operari. Nihil habet niſi a Sp. ſancto, *ſup.* 4. Nullum beneficium eſſe humanum, i. quod beneficium humanum nullum eſt ab homine per ſe, ſed a Deo. Quæ vox ex humano errore eſt, ut omne falſum; ergo omnis mentiens & dicens falſum, errat: ſed nihil quod fit ex virtute, error eſt, quia virtus certior eſt omni arte, & ars non errat; ergo nullus poteſt dicere falſum ex virtute; ergo nullus meretur mentiendo vel falſum dicendo. Quidam dicunt quod ex charitate poteſt quis mentiri in caſu, ut quando quæritur ad mortem, vel ut fecerunt obſtetrices: ſed nullus meretur qui mentitur, tamen mentiendo poteſt quis mereri. Sunt enim duæ voluntates, una qua vult illum ſalvari, hac meretur: alia qua vult mentiendo eum ſalvari, hac peccat venialiter, ſecundum iſtos qui dicunt quod mentiendo meretur in caſu. Dicendum, eſſe falſum ex errore eſt, ſc. creditum, ille autem qui dicit de eo qui quæritur, non eſt hic, non errat hic. Vel dicendum quod loquitur de falſo contrario religioni, ſicut jam apparebit nobis, quod nullus mentiendo meretur, tamen falſum dicendo poteſt. Omne verum a quocumque dicatur, a ſp. S. eſt. Sed iſtum fornicari eſt verum; ergo iſtum fornicari eſt a ſp. S. Et ſolvitur dicendo quod hic ſunt duo, actio & deformitas: Actio eſt a ſp. S. & ratione iſtius dicitur iſtum fornicari eſſe verum, i. quod hæc actio huic inſit, hoc eſt verum, & ex hoc non ſequitur quod fornicatio ſit a ſp. Sancto. Sed iterum objicitur, malitia eſt in iſto, eſt verum: ergo malitia eſt a Sp. ſancto. Sol. Hæc auctoritas ſolvitur habita conſideratione ad locum in quo loquitur, quia intelligitur de vero pertinente ad religionem fidei: nullum autem tale verum poteſt quis dicere credendo niſi a Sp. ſancto, nec poteſt manifeſtari niſi a Sp. ſancto. Similiter intelligitur de falſo contrario religioni. Si tamen generaliter accipiatur omne verum, tunc notandum quod quadruplex eſt veritas. Quædam increata qua verum eſt Deum eſſe ab æterno, & hoc verum non eſt, a ſp. ſancto ſcilicet quia nihil aliud eſt quam divina eſſentia. Item eſt veritas creata, quæ conſiſtit in pura poſitione, ut Socratem currere, hæc eſt a ſp. ſancto. Quædam conſiſtit in pura privatione, ut chimæram non eſſe hircocervum, hæc a nullo eſt. Quarta eſt quæ partim conſiſtit in poſitione, partim in privatione, ut iſtum fornicari, & hæc ratione poſitionis, i. actionis eſt a Deo; ratione privationis, i. deformitatis non eſt, a ſp. ſancto ſc. Cum enim dicitur, malitia eſt in iſto, hæc eſt veritas privationis, quæ a nullo eſt. Quod ergo dicitur, omne verum eſt a ſp. ſancto, intelligitur de veritate poſitionis. Secundum autem illos qui dicunt quod omnis actio eſt a Deo, & dicunt quod malitia eſt aliquid, dicendum quod id quod dicitur: Omne verum eſt a ſp. ſancto, intelligitur de vero naturali, vel de vero religionis i. fidei. Contra: Omne verum a veritate verum eſt, ſed iſtum fornicari eſt verum, ergo eſt verum a veritate, ergo eſt a Deo. *Reſp.* Omne verum eſt a veritate formaliter vel effective. Nota quod non valet hoc argumentum: Omne verum eſt a ſp. ſancto; iſtum fornicari eſt verum: ergo eſt a ſp ſancto. Inſtantia: Omne pictum eſt a pictore, ſcutum eſt pictum, ergo eſt a pictore. Qui ex hominibus Dii dicuntur, qui inſtituerunt quod Dii dicerentur, & adulando adduxerunt alios homines ad hoc. *Sap.* 14. Qui myſterium ſuum hominibus declaravit, quod eſt, per filium ſuum nos liberavit a captivitate Diaboli. Sed accipit, quia ex profeſſione liberantur a captivitate Diaboli. Gratia hominum eſt quod idola Dii dicuntur, quia homines non crederent idola Deus eſſe, niſi iſti Antiſtites adularentur eis. Et ex hoc patet quod adulatores ſubditi ſunt eis quibus adulantur. Antiſtites eorum, ſc. idolorum. Religioni, i. fidei. Humiliari 1. *Pet.* 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei. Gratias diverſas: Sed omnis virtus eſt gratia, ergo non qui habet unam virtutem, habet omnes, ex quo diviſæ ſunt: Sol. Non ſumitur gratia pro virtute, ſed pro gradu officiorum Eccleſiaſticorum; ſicut adjungitur in *Gloſſ.* Non per ſpiritum operantem, ſed indiſcrete, i. indiſtincte; unum eſt opus, i. tres perſonæ gratis, & indiſtincte diſtribuunt omnibus gradus Eccleſiæ, non pater uni, & filius alii, ſed omnes ſingulis. Quas perſonas ſignificat per tria nomina; ergo iſta nomina ſignificant perſonas, & ſunt perſonalia: ſed quodlibet eſt eſſentiale, ut patet. Sol. ſignificat, i. ſumit per coadaptionem quæ habita eſt in littera. Vel ſi gratias dicit ipſas virtutes; etiam harum ſunt diviſiones, ut ſubdit; ergo aperte patet quod non omnis qui habet unam, habet omnes. Reſp. ſi multimoda eſt ratione habituum ſacratorum eſt diviſio ratione uſuum. Æque quantum ad ſe benignus omnibus. *Sap.* 6. Æqualiter eſt illi cura de omnibus. Hoc conſtat falſum, quia uni dat majorem charitatem quam alii, & ſic de aliis virtutibus. Sol. Hæc diviſio virtutum non attenditur quantum ad ſeparationem earum, ſed quantum ad uſum & ſtatum earum: aliquis enim præcellit multum in uſu patientiæ alios, alius in uſu humilitatis: & inde alius qui non habet hanc, habet tamen æquales iſtis, vel forte majores iſtis. Ad illud: Creator eſt omnium æque dicitur *Apoc.* 21. & *Ezec.* 40. quod latera civitatis erant æqualia; quod intelligitur in unoquoque ſancto viro, quæ eſt una civitas ſpiritualis, ipſe quantam habet fidem, tantam habet charitatem, & ſic de aliis. Vel æque quantum ad ſufficientiam, non quoad intentionem: quia charitas, & quælibet virtus formata ſufficit ad ſalutem. Vel æque, i. ſine perſonarum acceptione. Vel dator eſt omnium æque quoad ſe, ut dicit *Gl.* Contra: Sint hic duo æque pœnitentes, tamen alteri dat majorem gratiam, non ſtat autem in alio quin det illi æqualem, ergo ſtat in ipſo Deo, ergo non eſt dator omnium æque quoad ſe. Sol. iſte ſemper quantum in ſe dat æque, ſed tamen quando unus plus aperit os cordis quam alius, majorem dat ei gratiam: juxta illud *Matt.* 25. Dedit unicuique ſecundum propriam virtutem, ideſt, ſecundum quod magis vel minus præparat ſe. Vel puncta litteram, & nulla eſt objectio, ſic: Spiritus eſt dator omnium æque, ideſt, æqualiter eſt quoad ſe benignus omnibus.

A quantum

Δ donum quo omnia alia dona donantur. *a* Et diviſiones] *Rom.*15. Dico Dominum Jeſum Chriſtum miniſtrum circumciſionis fuiſſe, &c. Et in Angelis. *Hebr.* 1. Omnes adminiſtratorii ſpiritus ſunt ; *b* Miniſtrationum] quibus alii aliis ſubſerviunt. *c* Idem autem Dominus.] filius Dei qui dat miniſtrationes. *d* Et diviſiones operationum ſunt ;] quia ſunt opera majora, & opera minora. *e* Idem vero Deus] pater qui operatur omnia in omnibus, non uni omnia tribuit : ſed in omnibus, ut quod non habet unus in ſe, habeat in alio, &c. *Iſ.* 26. omnia opera noſtra, &c. Quare ſpiritui ſancto attribuitur collatio, & diviſio gratiarum, jam dictum eſt. Filius enim dicitur Dominus noſter, quia nos a captivitate Diaboli per paſſionem ſuam liberavit ; ei attribuitur diviſio miniſtrationum tanquam ſcienti per experimentum quomodo ſit miniſtrandum. *Matt.*20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Diviſio operationum patri attribuitur, quia penes eum reſidet auctoritas. Hujuſmodi autem diverſitatem facit propter diverſa officia membrorum Eccleſiæ, & propter mutuam ſubminiſtrationem. Diverſa officia ſignificantur per diverſa vaſa tabernaculi, & diverſæ gratiæ per diverſos colores cortinarum. *Pſ.*44. Regina circumdata varietate. *f* Unicuique autem datur manifeſtatio Spiritus] i. datur donum per quod eſt manifeſtatum quod in eo eſt Sp.ſanctus. Vel donum per quod manifeſtatur bonitas Sp.ſancti. *Heb.* 2. Conteſtante Deo ſignis, & prodigiis, & potentiis, & variis virtutibus, & Sp.ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem, *g* Ad utilitatem.] i. ſecundum quod utile eſt ei, vel etiam toti Eccleſiæ. Dicit enim *Gloſſ.* Minor qui eſt in Eccleſia prodeſt. *Matth* 23. Unicuique ſecundum propriam virtutem. Item ad utilitatem non ſuam, ſed aliorum. 1. *Pet.* 4. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. *Rom.*12. Habentes igitur donationes ſecundum gratiam quæ data eſt nobis differentes, &c. *h* Alii quidem per Spiritum] non per meritum aliquod. *i* Sapientiæ ;] quæ conſiſtit in æternorum ſpeculatione. *k* Scientiæ] quæ conſiſtit circa temporalia, quomodo caute ſine peccato converſandum ſit in medio hujus pravæ, & perverſæ nationis. *Gl.* Cui autem datur ſapientia, quaſi Sol eſt ; cui ſcientia, eſt Luna, in nocte ſæculi ; illi quibus cetera dantur, Stellæ ſunt, quia hæc in nocte neceſſaria ſunt. Unde *Pſ.*135. Solem in poteſtatem diei ; Lunam, & ſtellas in poteſtatem noctis. Et nota, quod non dicit ſimpliciter ; Alii datur ſapientia ; alii ſcientia, ſed ait : Sermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, per hoc ſignificans quod non ſolum datur intelligentia de divinis, & ſcientia de humanis, ſed earum ſermo ut aliis poſſint eloqui. *l* Fides,] i. conſtantia fidei per quam audeat quis ſubire martyrium, & facere miracula, ſicut Apoſtoli. *Luc.*9. *Marc.ult.* 1. *Pet.* Parati ſemper reddere rationem omni poſcenti de ea, quæ in vobis eſt, fide, & ſpe. *m* Gratia ſanitatum,] i. curandi infirmos. *n* Operatio virtutum] i. miraculorum, quæ ſunt contra naturam. *Rom.* 15. In virtute ſignorum & prodigiorum, &c. *o* Prophetia] ad prævidendum futura, vel ad exponendum Scripturas. *p* Diſcretio ſpirituum,] quia Angelus Satanæ transfigurat ſe in Angelum lucis : quia ut dicit hic *Gl.* Diabolus bona ſeductione dat : Genera linguarum,] ut in diverſis idiomatibus ſciat loqui *inf.*14. Gratias ago Deo meo quod omnium, &c. *q* Interpretatio, &c.] quod eſt quando homo ſententiam ſermonis exponit. In his novem tria pertinent ad cognitionem, ſcilicet, ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides ; duo ad pietatem, gratia ſanitatum, operatio virtutum, duo ad cautelam, prophetia, & prævifio futurorum, diſcretio ſpirituum ; duo ad doctrinam

> *a* Et diviſiones *b* miniſtrationum ſunt ; *c* idem autem Dominus. *d* Et diviſiones operationum ſunt ; *e* idem vero Deus qui operatur omnia in omnibus. *f* Unicuique autem datur manifeſtatio Spiritus *g* ad utilitatem. *h* Alii quidem per ſpiritum *i* datur ſermo ſapientiæ : alii autem *k* ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem Spiritum ; *l* alteri fides in eodem Spiritu ; *m* alii gratia ſanitatum in uno Spiritu : *n* alii operatio virtutum ; *o* alii prophetia ; *p* alii diſcretio ſpirituum ; alii genera linguarum ; *q* alii interpretatio ſermonum.

Δ aliorum,

Sp.ſanctus, hæc vox, Sp. ſanctus, duobus modis poteſt accipi. In vi orationis, & ſignificat totam Trinitatem. Item eſt perſonale nomen, & ſignificat tertiam in Trinitate perſonam. Ut quod non habet quis in ſe, habeat in alio ; hoc intelligitur de donis cum quibus eſt ſalus. De quibus dicit *Greg.* Sunt dona, quæ ſine periculo poſſunt admitti, & ſunt dona, quæ ſine diſpendio non admittuntur. Tibi habet, i. ad utilitatem tuam. Livor ſeparat. *Iſ* 59. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum. *Sap.* 1. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. *Auguſtinus.* Deus eſt medium conjungens, Diabolus eſt medium ſeparans. Quod ſuperat omnia, *infra* 13. Contra: Omnes virtutes ſunt æquales quia latera civitatis ſunt æqualia. *Apoc.*21. *inf.* ſolvetur. Non ad meritum hominis ſingulariter, i. non ad ejus tantum utilitatem: ſicut lux Solis non tantum propter ipſum, ſed propter nos ; non tantum propter unum de nobis, ſed propter omnes. *Matth.* 5. Qui facit, &c. In quibus habitat, per gratiam, pro ſuæ capacitatis diverſitate. Sed hic videtur quod ſi ſint hic duo, quorum unus habet meliora naturalia quam alius, ſed convertatur uterque ad Dominum faciens quantum in ſe eſt, majorem debet gratiam dare ei, qui potiora naturalia habet : quod etiam videtur per Angelos quibus data fuerunt potiora gratuita, ſecundum quod habebant potiora naturalia, & qui minus bona, minora gratuita : ergo eodem modo eſt, & in hominibus, quod tamen aperte videtur falſum, quia una rudis vetula longe majorem habet gratiam quam aliquis qui eſt valde ſubtilis ingenii, ideſt, promptus quantum in ſe eſt ad omne bonum. Sol. Non eſt neceſſe quod qui meliora habet naturalia, majorem habeat gratiam, per Spiritum non per meritum. Contra, ſupra *Aggæi* 1. Factum eſt verbum Domini in manu Aggæi dicit *Gloſſ.* quod per bona opera habuit donum prophetiæ. Solut. Nec ſermonem ſapientiæ poteſt quis mereri, nec ipſam ſapientiam recta ratione merendi ; de congruo vero poteſt, ideſt, poteſt præparare ſe, & reddere idoneum, ut ei detur ſermo vel ſpiritus prophetiæ vel ſapientiæ, & ſic dicitur in *Gl.* ſuper Aggæum. Quid eſt in æternis niſi Deus ? q. d. nihil. Sed tunc quæritur : quomodo in æternis pluraliter, quia pluralitas æternitatis non eſt in divinitate, nec quoad perſonas, quia non dicuntur tres æterni. Sol. Pluraliter dicitur quoad effectus in creaturis, vel quoad diverſos modos intelligendi, & ſignificandi. Unde *Job* 28. Ecce pietas, &c. Sed adorare Deum eſt pietas. Sed pietas prout hic ſumitur, eſt ſapientia ; ergo adoratio Dei eſt ſapientia. Hoc non videtur, quia ſuper illud *Matth.* 5. Beati mites, & Beati pacifici quoniam filii Dei, &c. dicit *Gloſſ.* Huic veritati adaptatur donum ſapientiæ, huic autem, Beati mites, donum pietatis ; ergo ſicut illæ beatitudines ſunt diverſæ, ita hæc duo pietas, & ſapientia eis adaptata ſunt diverſa ; ergo pietas non eſt ſapientia. Item *Iſ* 11. Requieſcet ſuper eum Spiritus ſapientiæ, &c. Spiritus ſcientiæ pietatis ; & ita diverſa ſunt dona Spiritus ſancti. Sol. Pietas duobus modis ſumitur. Uno modo idem eſt quod theoſebia, ſicut hic ſumitur. Pietatem in hoc loco poſuit cultum Dei quæ Græce dicitur theoſebia, & ſecundum hoc eſt ſapientia, imo eſt fides, ſpes, charitas. Unde *Auguſt.* in Enchir. Fide, ſpe, & charitate colimus Deum. Hoc ergo modo ſuperius eſt pietas ad donum ſapientiæ, & ita genus. Alio modo idem eſt quod reverentia debita creaturæ, qua veneramur parentes, Sanctos, & S.Scripturam ; ſic non eſt ſapientia ſed ſpeciale donum Spir. ſancti. Ex hoc enim quod reveretur homo proximum quantum debet, non iraſcitur, ſed manſuetus eſt ad ipſum, & ſic ex dono pietatis generatur manſuetudo, & ideo competenter adaptatur naturali beatitudini. Cui datur ſapientia, quaſi Sol eſt. *Phil.* 2. Inter quos lucetis quaſi luminaria. Cui ſcientia. Ex hoc videtur quod hic dicitur quod non ſunt in eodem ſimul ſicut Luna & Sol. Sol. Quantum ad eſſentiam ſunt ſimul in eodem, ſed nunquam quoad uſus ; & de uſibus intelligitur quod hic dicitur : Vel melius poteſt dici quod attenditur ſimilitudo quantum ad majus, & minus lumen. *Dan.*12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti. E contra *Iſ.*47. Sapientia tua, & ſcientia tua hæc decipit te. Solve per te. Conſtantia fidei : i. fides confirmata. Vel ſermo. 1. *Pet.* 3. Parati ſemper reddere rationem omni poſcenti de ea, &c. Charitas cum fide. 1. *Jo.* 4. Qui non diligit Deum, non habet charitatem, & non novit Deum, ergo non habet fidem. Quæ ſunt contra naturam, i. contra ſolitum curſum naturæ : quia ſuper illud *Gen* 2. ubi dicitur, quod formavit de coſta, &c. dicit *Aug.* Nihil quod facit in

A natura

Expoſitio Gloſſæ. Δ quantum ad ſe præparatos, ut quando flagellant ſe diſciplinis, jejuniis, peregrinationibus, aut hujuſmodi. Et

A aliorum, genera linguarum, interpretatio ſermonum. *a* Hæc autem omnia operatur] i. ad operandum dat nobis *Eph.* 4. Veritatem facientes creſcamus in charitate: q. d. ſcire veritatem non auget charitatem, ſed facere. *b* Unus] ſc. qui eſſentiæ ejuſdem eſt cum patre, & filio. *c* Idem] i. invariabilis, hæc efficit diverſa in hominibus; *Gl.* quia unius naturæ ſunt, quod unus operatur, tres operantur; inſeparabilis eſt enim operatio Trinitatis, quorum etiam indifferens eſt voluntas & operatio. *d* Dividens] *Gen.* 2. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita, prout vult. *Jo.* 3. Spiritus ubi vult, ſpirat. *Exod.* 33. Miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. *Rom.* 9. Cujus vult miſeretur, & quem vult indurat, *Matth.* 20. Volo autem, & huic noviſſimo dare ſicut & tibi.

a Hæc autem omnia operatur *b* unus atque *c* idem Spiritus, *d* dividens ſingulis prout vult. *e* Sicut enim corpus unum eſt & *f* membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, *g* unum corpus ſunt; *h* ita & Chriſtus. *i* Etenim in uno *k* Spiritu omnes nos in *l* unum corpus baptizati *m* ſumus, ſive Judæi, ſive Gentiles, *n* ſive ſervi, ſive liberi: & *o* omnes in uno *p* Spiritu potati ſumus. *q* Nam & corpus non eſt unum membrum, *r* ſed multa. *ſ* Si dixerit pes. *t* Quoniam non *u* ſum manus, *x* non ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore?

Expoſitio Gloſſæ. A natura, contra naturam eſt. Quo ſpiritu, bono an malo ducatur, unde Judas habuit ſpiritum diſcretionis cum dicatur. 1. *Mach.* 7. Innotuit ſermo Judæ, quod cum dolo veniſſet ad eum. 1. *Jo.* 4. Probate ſpiritus an ſint ex Deo. 2. *Cor.* 11. Angelus tenebrarum transfigurat ſe in Angelum lucis, Diabolus bona ſeductorie dicit; ergo ſic dicendo tentat ut ſeducat; æque videtur quod qui facit quod Diabolus ei ſuggerit, licet bonum ſit, peccat. Alia inſtantia. Aliquando enim Diabolus ſuggerit homini quod intret clauſtrum, & conſtat quod bene facit. Et dicendum quod hic non aliquod bonum ſuggerit niſi ut illo facto ſeducat, & inducat in peccatum, ſemper enim ſeductorie ſuggerit. Et hic intrare clauſtrum nunquam ſuggerit niſi hominibus omnino inſtabilibus quibus periculoſum eſt intrare clauſtrum. Quæ ſunt in Prophetis. *Inf.* 14. Major eſt qui prophetat quam qui loquitur linguis, niſi forte, &c. Sp. ſanctus cooperatur, i. Sp. ſanctus, idem operatur quod pater & filius. Damaſc. Quorum indifferens eſt ſubſtantia & voluntas & operatio. Alibi dicit *Rom* 5. Per Sp. ſanctum, qui datus eſt nobis. 2. *Cor.* 1. Qui dedit nobis pignus Spiritus in expoſitione corporis quod eſt caro; ſimiliter donum Sp ſancti quod eſt ipſe Sp. ſanctus. Et eſt ſumptum de *Cor.* 2. Tamen aliquod donum Spiritus ſancti eſt quod non eſt Spirit. ſanctus, ut charitas & aliæ virtutes. In tantum donum eſt, in quantum datur eir qui datur. Contra: dicit *Aug.* quod Sp. ſanctus fuit donum ab æterno; ſed quod datur ex tempore datur, ergo non eſt donum in quantum datur. Sol. Donum quandoque ſumitur prout differt a dato, & ſic idem eſt quod donabile, ſic aſt Sp. ſanctus donum ab æterno. Vel donum pro dato, ſic ex tempore datur, & hoc modo ſumitur hic: Et etiam ſeipſum det; ergo Sp. ſanctus dat ſe, ergo datur a ſe, ergo eſt a ſe, ergo refertur ad ſe, ergo diſtinguitur a ſe. Sol. Datur a ſe, ſed non ſequitur, ergo eſt a ſe. Et eſt fallacia ſecundum quid, accentus vel amphibologiæ. Gratis dat non ad meritum, i. non ſecundum meritum dat dona cum quibus non eſt

Ad lit. ſalus. *e* Sicut enim corpus] Probavit Apoſt. membra Eccleſiæ debere ſervare unitatem, quia invicem ſibi ſerviunt: hic probat per mutuam eorum indigentiam, ponens exemplum in corpore humano, Unde dicit: [Sicut enim corpus unum eſt,] formaliter, ſed multa materialiter, unde *f* Et membra habet multa,] *Rom.* 12. Sicut in uno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eumdem actum habent, &c.

g Unum corpus ſunt] ideſt, conſtituunt.

h Ita & Chriſtus,] ipſe cum corpore ſuo myſtico conſtituit corpus Eccleſiæ. *Sup.* 10. Unum corpus multi ſumus. Et *ſup.* 6. Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Vel aliter ſecundum *Gl.* [Ita] & omnes fideles ſunt Chriſtus, ut non dicam corpus Chriſti. Non dicit quin omnes ſint corpus Chriſti, ſed quia dicendo ſic major innuitur unio; ſicut *ſup.* 6. Qui adhæret Domino unus ſpiritus eſt: non dicit unum membrum Sp. ſancti, quia ſunt ipſe Spiritus. Myſticum, ut complectatur ipſum qui eſt caput, & membra.

i Etenim] i. quia oſtendit quod omnes ſumus unum corpus, quia omnium noſtrum eſt una forma vivens.

k Omnes nos,] ſive Judæi ſive Gentiles qui ſunt natione diverſi.

n Sive ſervi ſive liberi,] conditione diverſi.

m Sumus baptizati] ducti ſupple [in uno ſpiritu,] in ideſt, ab: ſic lege *Gloſſ.*

l In unum corpus] i. unitatem Eccleſiæ. *Roman.* 6. In morte ipſius baptizati ſumus.

p Potati,] inebriati plenitudine gratiarum. *o* In uno autem] i. ab: ſic lege *Gl.* Vel ſicut jacet. [Omnes baptizati,] mundati [in] i. ab: [Sive Judæi, &c.] *Col.* 3. Ubi non eſt maſculus, femina, &c. ſed omnia & in omnibus Chriſtus. *Gal.* 3. Non eſt Judæus neque Græcus; nec ſervus nec liber; non eſt maſculus nec femina, omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu. [Potati in uno Spiritu, quaſi in fonte. Unde *Gl.* ſupra eodem, præmiſſo fonte gratiarum ipſas diviſas oſtendit: *Pſ.* 35. Apud te eſt fons vitæ. *Prov.* 5. Alia littera. Fons proprius cui non communicat alienus.

p Et in uno Spiritu:] & ita unum ſumus licet diverſa dona habeant ſinguli. Unitatem hujus corporis faciunt novem. Tria: *Eph.* 4. Unus Dominus, una fides, unum baptiſma. Item una charitas. *Coloſſ.* 3. Super omnia autem hæc charitatem habete, quæ eſt vinculum perfectionis. Item unum caput. *Eph.* 1. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus Chriſti. Item una pax. *Eph.* 4. Soliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Item una junctura ſubminiſtrationis. *Eph.* 4. Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus. Item unus cibus & potus Euchariſtiæ *ſup.* 6. Item una operatio. *Eph.* 3. Tot vincula non patiuntur diviſionem, ideo faciunt vere unum, i. ens indiviſum per gratiam fortius quam per naturam. *Eccl.* 4. Funiculus triplex difficile rumpitur, quia eſt triplex, numquam rumpitur.

q Nam & corpus] humanum, cui ſimilis eſt Eccleſia, non eſt unum membrum.

r Sed multa,] materialiter, formaliter eſt unum.

ſ Si dixerit pes] i. aliquis cui donum inferius datum eſt. *t* Non ſum manus,] i. ita dignus ſicut ille qui operatur miracula. *u* Non ſum de corpore,] i. non ſum de Eccleſia. Hoc dicit contra Minores Majoribus invidentes, & ideo deſperantes, quia non erant in magno gradu. Pedes Eccleſiæ ſunt coloni & vinitores, & qui totum corpus Eccleſiæ ſuo labore ſuſtentant quod non poteſt oculus vel auris, vel naſus. De pedibus *Ezech.* 1. Pedes eorum pedes recti per intentionem; quia planta pedis vituli, quæ rotunda eſt; ut Deus ſit principium, & finis operationum, & laborum ipſorum; & fiſſa, ut cum diſcretione omnia faciant. Sed hodie Eccleſia ſimilis eſt Erichthonio qui pedes habet ſerpentinos, & ideo primus invenit uſum quadrigæ ut in ea portatus abſconderet eos. Fere enim omnes venenoſi ſunt, peccato invidiæ & ſuperbiæ; & hoc quia generati ſunt, ut dicitur de illo fabuloſe, de Venere & Vulcano per luxuriam & cupiditatem. Hodie patitur Eccleſia podagram. Unde de ea poſſet dici quod de Aſa. 3. *Reg.* 15. In tempore ſenectutis ſuæ doluit pedes, & mortuus fuit. Propter hoc ſatis ſenex eſt Eccleſia. *u* Manus] ſecundum *Gl.* ſunt illi quibus operatio virtutum datur. Vel poſſunt illi dici manus, qui dant & accipiunt & feriunt & trahunt, i. milites. *Pſ.* Qui docet manus

A meas ad

Expoſitio Gloſſ. *e* Sicut enim corpus, &c.] Ut poſt ſimus unum corpus, quid aſt quod dicit, poſt? Imo ſtatim ſumus unum corpus, ex quo ſumus abluti per Sp. ſanctum. Sol. Revera ſumus unum corpus, ſed non ſic unum ut ſtatim unanimes omnino. Sicut una anima videt. Argumentum, quod anima ſenſibilis & rationabilis idem eſt in homine. Audit in aure, &c. Per hoc patet intellectus illius. *Jo.* 17. Volo pater ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus in eſſentia, & quilibet trium eſt illa eſſentia; ſic membra Eccleſiæ ſint unum, percipiendo unum Sp. ſanctum, & quodlibet membrum habeat ipſum totum. Ad unum efficiendum, de quo *Luc.* 10. Porro unum eſt neceſſarium. *Pſ* 26. Unam petii. Quaſi ex ſe perfecta ſit, ideſt, quod habeat aliquid a ſe, propter quod præferimus eam *ſup.* 4. Quid habes quod non accepiſti? Nec hominibus gloria Dei danda. *Iſ.* 42. & 48. Gloriam meam alteri non dabo. In ſingularitate, i. non in uno ſolo membro. Invicem ſibi præſtent; ſc. mutuum ſervitium. *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. Ideſt, ille qui habet ſcientiam

A ab alio,

Digitized by Google

a meas ad prælium, & digitos, &c. *b* Auris.] ſunt Scolares. *d* Oculus,] Prælati. [Naſus] Religioſi, qui odorem cœleſtem trahunt. Hic tangit Apoſtolus quinque ſenſus ſpirituales. Pes & manus ſerviunt, tactui, auri auditui. naſus ſive odoratus olfactui, oculus viſui. De guſtu præmiſit *ſup.* 11. & *ſup. eod.* ibi, Spiritu potati.

a Et ſi dixerit *b* auris: Quia *c* non *d* ſum oculus, non ſum de corpore: num ideo non eſt de corpore? *e* Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, *f* ubi odoratus? *g* Nunc autem poſuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore ſicut *h* voluit. Quia ſi eſſent omnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, unum *i* autem corpus. *k* Non poteſt autem oculus dicere manui: Opera tua *l* non indigeo. *m* Aut iterum caput pedibus: Non eſtis mihi neceſſarii.

[Si ergo, &c.] Qui enim de primis non eſt, non ideo non eſt neceſſarius.
a Et ſi dixerit auris.] Hoc dicit proprie contra invidos. Per aurem poſſunt intelligi illi, qui habent donum retinen-
C di doctrinam ab aliis; per oculum qui donum inveniendi per ſeipſos. Vel per aurem Clauſtrales obedientes, ſemper parati ad audiendum, ideſt, obediendum cum Samuele. 1.*Reg.*3. Loquere Domine, quia audit ſervus tuus. *Iſ.*56. Dominus Deus aperuit mihi aurem, &c. Bona hæc auris pretioſiſſimis margaritis ornabatur quondam, quando ut dicitur *Gen.* 24. Eliezer dabat Rebeccæ inaures, quæ interpretantur præcepta quibus obediebat; ſive patientia: per Eliezer, minores Prælati, ut Epiſcopi. Sed hodie in tantam ſuperbiam elata eſt Rebecca, quod dedignatur accipere inaures, i. præcepta quibus velit obedire. Religioſi viri ab Iſaac omnes volunt accipere, quia eſſe volunt ſub obedientia Domini Papæ, procurando exemptionem ab Epiſcopis ſuis; cum in regula eorum præcipiat B. Benedictus, quod eis obediant. Unde in perſona eorum minorum Prælatorum dicitur. *Cant. c.*1. Murenulas aureas faciemus tibi: non dicit, faciam. Sed faciemus, quaſi in perſona domini Papæ. *Marc.*14. Legitur, quod Petrus, i. dominus Papa, qui eſt loco ejus, amputavit auriculam. *Ezec.*23. Naſum tuum, & aures tuas præcident. *Sup.*7. Servus vocatus es? i. ſicut inſtitutum ſunt Cœnobium, ut eſſet ſub obedientia Epiſcopi: non ſit tibi curæ, ſed ſi potes fieri liber per exemptionem, magis ea utere obedientia Epiſcopi. *c* Non ſum oculus] Hoc non dicit auris, quia libenter vellet eſſe oculus, i. Prælatus: ſed dicit: Non ſum auris, facto; quia non obedit cui debet. *Matth.* 18. Si oculus tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & projice abs te. *Job.*29. Oculus fui cæco & pes claudo. *e* Si totum, &c.] i. auris: ſi omnes Prælati, non eſſent qui obedirent. *Cant.*7. Oculi tui Eccleſia, ſicut piſcinæ in Heſebon, quod interpretatur cingulum mœroris. Prælati enim cingi debent mœrore, videntes pericula & defectus Eccleſiæ & ſubditorum. *Cant.* 5. Oculi tui columbarum, quæ ſedentes juxta rivos aquarum, i. Scripturarum, per umbram, i. intelligentiam vident accipitrem, i. Diabolum & fugiunt, & alios fugere docent. Sed poteſt dicere Eccleſia, lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum, ſed contra me. Lippiſſima eſt Lia. *Gen.*29. Imo quod pejus eſt, maculam habet in oculo: licet præcipiatur *Lev.*21. Quod nullus habens maculas in oculo miniſtret in tabernaculo. Maculam autem ad litteram habent oculi noſtri, in oculo, i. in intentione, quod etiam pejus eſt. *Iſ.*56. Speculatores tui cæci omnes. Propter quod non eſt mirum ſi ruit Eccleſia: quia *Matth.* 15. Si cæcus cæcum, &c. Hodie poſiti ſunt cæci ſuper muros Jeruſalem contra David, i. Chriſtum, ne intret. 2. *Reg.* 5. Sed *Iſ.* 32. Non caligabunt oculi videntium. Quod autem cæci ſunt oculi noſtri, i. Prælati, patet per figuram in Jacob. *Gen.*48. Cum caligaſſent oculi ejus, & Joſeph adduxiſſet ad eum filios ſuos ut benediceret eis, poſuit manum ſiniſtram ſuper majorem, & dexteram ſuper minorem. Sic Prælati meliores, & majores dignitates dant indignis, & dignis minores. *f* Ubi odoratus?] per quem intelligitur ille cui datur diſcretio ſpirituum. Item [Ubi odoratus?] qui ſentiunt odorem inferni, ut fugiant ipſum, & fragrantiam Paradiſi, ut currant ad eam. *Cant.* 1. In odorem unguentorum tuorum currimus. De quo *Job* 39. Procul odoratur bellum. Sed ita fœtida Eccleſia, quod non ſentit malum odorem, cujus cauſa dicitur *Ezech.* 8. Ecce applicant ramum ad nares ſuas, i. virorum temporalium & deliciarum. Sic ergo quo quodlibet membrum tenere debet ſuum officium. Similiter in tabernaculo Moyſi quod eſt figura Eccleſiæ, erant multa, ſc. altare aureum, menſa, candelabrum, cortinæ, ſaga. Si diceret ſagum. Ego volo eſſe altare, diceretur ei: Non potes, quia es de pilis caprarum. Ita in Eccleſia quando peccator aliquis dicit: Ego volo eſſe Prælatus, deberet ei reſponderi: Tu es pilus caprarum, non aurum, non potes pati ignem. Similiter quando pes dicit: Non ſubeſſe tibiæ, ſed capiti cohærere, monſtrum vult facere de corpore Eccleſiæ. Tales ſunt Abbates exempti, ut dicit *B. Bern.*

g Nunc autem poſuit] ideſt, provida & rationabili voluntate aptavit [Deus] non homo, & ideo ordinata ſunt. Sed in Eccleſia malignantium Diabolus diſpoſuit membra, & ideo ſine ordine ſunt, ut monſtrum. *Job* 41. Membra carnium ejus cohærentia ſibi, ut ſi corpus equinum adhæreret humano capiti.

h Sicut voluit.] i. ſicut ſibi viſum eſt. Sed quidam ſunt ſicut corvi, quærunt oculos eruere, i. Prælatos ſuos deponere. *Pr. c.*30. Oculus qui ſubſannat patrem & deſpicit partum matris ſuæ: ſuffodiant eum corvi de torrentibus. Alii ſunt ſicut ſerpens inſidians calcaneo. *Gen.* 3. Qui inferioribus quærunt nocere. Alii ſunt ſicut auriculares, qui conturbant aurem, i. obedientiam Religioſorum.

i Unum autem corpus.] eſt de omnibus. Ruben filius viſionis, & Gad accinctus, i. Clerici & milites, habuerunt terram circa Jordanem. *Num.*32.

k Non poteſt, &c.] quia ſi oculus prævidet, manus operantur. Manus Eccleſiæ ſunt milites qui inſtituti ſunt ut corpus Eccleſiæ defendant. *Rom.* 13. Non ſine cauſa gladium portat. In hac manu debent eſſe digiti quinque. Auricularis, ut vere obediant; medicus per juſtitiam, qua curent morbum furti & rapinæ; medius per pacis conſervationem; index per juſtorum judiciorum diſtinctionem; pollex per bonorum defenſionem & educationem. Sed hodie manus hæc convertit ſe in corpus proprium. Unde Eccleſia facta eſt inſana, quantum ad iſtas manus; & ideo gladius deberet ab eis amoveri, & deberent ligari ſicut furioſi. Si enim quæritur. Quis fecit hanc injuriam huic Eccleſiæ vel Abbatiæ? Poteſt reſponderi illud *Joann.* 19. Et milites hoc quidem fecerunt. In aliquibus etiam Eccleſiis oculi officium manuum aſſumpſerunt ſibi.

l Non indigeo.] Unde multis oculis poteſt dici illud. *Apoc.*3. Dicis quod dives ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis, &c.

m Aut iterum, &c. *Gloſſ.* Ita in Eccleſia potior non poteſt dicere inferiori: Non es mihi neceſſarius. Poteſt enim aliquis humilis, quod non poteſt ſublimis, &c. Unde *Eccl.*9. Civitas parva, & pauci in ea viri: venit rex

A magnus

A ab alio, ideſt, diſciplinam. Ita & in Eccleſia diverſas perſonas. Qui igitur duas perſonas in uno homine coadunat, nunquid injuriam facit Chriſto? Revera ſic majorem quam qui manum, & pedem unit. Sed etiam corpus periret, ſupple in quantum humanum. Per quod dignitas conſiſtit. *Prov.* 14. In multitudine populi dignitas Regis; & in paucitate ignominia Principis. Sed amplius honorari, exhibitione beneficii, & reverentiæ. *Lev.* 19. Coram cano capite ſurge; & honora perſonam ſenis. Abſit ut in membris ſanctorum ſit aliqua turpitudo. Contra: Aut hoc intelligitur de turpitudine corporali, & ſic falſum eſt; quia *Luc.*16. Lazarus erat ulceribus plenus. Aut de ſpirituali, & tunc nihil videtur dicere, cum ſubdit: Sed dicuntur inhoneſta, quia habent ea ſpeciem decoris quam habent ea quæ in promptu ſunt: & conſtat quod intelligitur de ſpirituali turpitudine, quod ſubditur de corporali ſpecie, per quam vult intelligi ſpiritualem. Legem membrorum. *Rom.* 7. Uſus membrorum illicitus, turpis eſt. *Expoſitio Gloſſæ.*

. Dicit tamen Auguſtinus, quod Empedocles dixit, quod coire cum muliere non eſſet verecundum, ſicut nec comedere aut hujuſmodi; maxime quia illo opere tam nobilis res, ut eſt homo, generatur; coivitque in medio foro cum muliere, quod alii homines præ verecundia videre non poterant, & dicit Auguſtinus, quod quicquid dicat Empedocles, non credit quin, & ipſe verecundiam haberet.

Quare autem tantum verecundetur homo maxime in illo opere, dicit Auguſtinus, quod hoc eſt propter nobilitatem rationis conſiderantis ſe non poſſe reprimere membra illa tam ignobilia: ſicut alicui Regi magno valde

Sed multo magis quæ *a* videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt: *b* & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his honorem abundantiorem *c* circumdamus, & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. *d* Honeſta autem noſtra nullius egent. *e* Sed Deus temperavit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem, *f* ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro invicem ſolicita ſint membra. *g* Et ſi quid patitur unum membrum, *h* compatiuntur *i* omnia membra, *k* ſive gloriatur *l* unum membrum, congaudent omnia membra. Vos *m* autem *n* eſtis corpus Chriſti, & *o* membra de membro. *p* Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, *q* primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, *r* tertio Doctores, *ſ* deinde Virtutes, *t* exinde gratias curationum, *u* opitulationes, *x* gubernationes, *y* genera linguarum, interpretationes ſermonum. Nunquid omnes Apoſtoli? *z* Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes Virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?

a magnus contra eam, &c. Inventus eſt in ea vir pauper, & ſapiens, & liberavit eam per ſapientiam ſuam, quod non potuit dives inſipiens. *a* Membra corporis, &c.] ideo mulieribus quaſi infirmis major honor defertur. 1.*Pet.* 3. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem. Infirmius non eſt in homine ipſo ventre, tamen ſine eo non poſſet vivere; ſed ſine manibus, & ſine pedibus. Similiter eſt in Eccleſia: qui nullum locum videntur obtinere, quandoque multum ſunt neceſſarii. Seneca: Qui videntur minima agere, maxima agunt. Ideo nullus debet aliquem contemnere. *b* Et quæ, &c.] veſtimentorum, ſc. & hujuſmodi; ita & in Eccleſia fieri.

D

c Circumdamus,] *Geneſ.* 9. Filii Noe operuerunt verenda patris; facieſque eorum averſæ erant. Hoc eſt contra denudantes vitia Prælatorum. Hoc etiam eſt contra quoſdam magnæ ſcientiæ, & vitæ, indignantes, quia promoventur alii ignorantes, & immundi vita; & ipſi non debent velari dignitatibus, ut decori appareant; quia major eſt eorum decor quam Prælaturarum. *Gloſ.* Qui in Eccleſia per aliquod peccatum inhoneſti ſunt, abundantius adjuventur conſolationibus, & orationibus, ut honeſti fiant. Vel per inhoneſta ſignificantur quidam, qui cum ſint inhoneſti egeſtate, & habitu, habent tamen abundantiorem honorem, quia ſunt aliquando vitæ mundioris. *d* Honeſta autem, &c.] *Eccl.* 40. Vita operarii ſufficientis ſibi conculcabitur. *e* Sed Deus, &c.] ideſt, ampliorem ei membro, cui in ſe deerat honor. Similiter fit hoc in Eccleſia, quando pauper & inſuſpicabilis promovetur. *Eccl* 11. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portavit diadema. Item in *eod. cap.* Confide in Deo & mane in loco tuo, ideſt, humilitate: facile eſt enim in oculis Dei ſubito, honeſtare pauperem.
f Ut non ſit ſchiſma] inter pudenda & membra nobilia.
g Et ſi quid, &c.] in adverſis.
h Compatiuntur] ideſt, compati debent. *i* Omnia membra,] quaſi ſit ſuum malum. Sed ſi quando membrum Eccleſiæ ſit putridum, vel diſſolutum paralyſi, vel jam abſciſſum, non ſentit nec dolorem proprium nec alterius. Tale membrum non erat. *Job* 30. Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. *Ibid. Greg.* Plus eſt compaſſio quam datum: quia rem quamlibet plerumque dat etiam qui non compatitur; nunquam autem qui vere compatitur, quod neceſſarium proximo conſpicit, negat. Tale membrum etiam non erat Apoſt. 2.*Cor.* 11. Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Maxime patitur unum membrum pro alio quando dividitur ab eo: Sic debemus, & nos compati, quando videmus aliquos ſeparari a corpore per excommunicationem vel per hæreſim. *Eccl.* 31. Intellige quæ ſunt proximi ex teipſo. *Gal.* 6. Alter alterius onera, &c.
k Gloriatur] de bonis. *l* Congaudent] *Rom.* 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. *m* Vos autem] Ecce adaptat ſimilitudinem. *n* Eſtis corpus] myſticum fidei unitate. *o* De membro.] i. Chriſto pendentia, qui membrum eſt in quantum homo. *Eph.* 5. Membra ſumus corporis ejus, de carne & oſſibus ejus. Item *Eph.* 4. Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo quoniam ſumus invicem membra. *p* Et quoſdam] Oſtendit, quod diverſa membra Eccleſiæ diverſa habent officia. *q* Primum Apoſtolus] dignitate, per quos Theologi. *r* Doctores] dantes præcepta moralia vivendi. Vel ut dicit *Gloſ.* qui pueros imbuunt, per quos ſignificari poſſunt artiſtæ & Legiſtæ. *Iſ.* 33. Ubi eſt doctor parvulorum? ubi eſt verba legis ponderans? *ſ* Virtutes,] i. eos qui miracula faciunt, per quos Prædicatores. *Marc. ult.* Linguis loquentur novis. Ex hoc quod prius nominavit Doctores quam Virtutes eſt argumentum, quod plus eſt docere quam miracula facere. *t* Gratias curationum,] i. eos qui infirmos curant, per quos Confeſſores. *Eccl.* 10. Curatio ceſſare faciet peccata maxima. *u* Opitulationes,] qui aliis poſſunt ſubvenire, per quos Archidiaconi. *Deut.* 32. Ubi ſunt Dii eorum in quibus habebant fiduciam: ſurgant & opitulentur vobis, &c. *x* Gubernationes] i. Conſiliarios, vel Preſbyteros. *Pr.* 11. Ubi non eſt Gubernator, populus corruet; ſalus autem ubi multa conſilia. *y* Genera linguarum,] Interpretes, Advocati, *inf.* 14. Major eſt, qui prophetat, quam qui loquitur linguis niſi, &c. *Eph.* 4. Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſt. quoſdam prophetas; alios vero Evangeliſtas, alios Paſtores, & Doctores, ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificatione corporis Chriſti. Hic tacet Apoſt. Evangeliſtas, quos ſi addas, habes novem Ordines in Eccleſia militante, ſicut novem Ordines Angelorum in Eccleſia triumphante. Et factum eſt ſicut præcepit Dominus Moyſi. *Exod.* 25. Inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. Item hic habes octo gradus in Eccleſia & in *princ. ſeqq. cap.* & *inf.* 15. gradnum. *Ezech.* 40. In gradibus ſeptem aſcendebatur, &c. *z* Nunquid omnes, &c.] q. d. non. *Gloſ.* Qui hæc in ſe non habet, amet in aliis: & in eis jam habet, quæ non in ſe habet.

A *a* Æmulamini

Expoſitio alia. A verecundum eſſet, ſi minimum de regno ſibi ſubjicere non poſſet. Abundantius adjuvantur, i. adjuvari debent: ſicut mater habens filium ægrotum magis ſolicita eſt circa eum quam circa ſanum. *Prov.* 31. Date ſiceram mœrentibus vinum his, &c. Inhoneſti egeſtate; hic appellatur inhoneſtas paupertas, ſicut per contrarium *Eccl.* 13. Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat, i. ditiori. Sunt aliquando vitæ mundioris; quia *Eccl.* 11. Si dives fueris, non eris immunis a peccato. *Num.* 32. Nos ſervi tui habemus jumenta plurima. Ibi Gregorius: Quos multa mundi impedimenta occupant, habitationem cœleſtis patriæ non deſiderant. Ut non minus pro alio quam pro ſe ſolicita ſint. Contra: Plus debet diligere quilibet ſe quam alium; ergo plus debet eſſe ſolicitus pro ſalute animæ ſuæ quam alterius. Sic dicat quod hoc intelligitur de ſolicitudine temporalium, adhuc falſum eſt hoc, quia etiam de patre magis debet eſſe ſolicitus quam de alio; ergo de ſe. Sol. Quidam dicunt hoc intelligi de ſolicitudine temporalium, & dicunt quod debet exponi per negationem ſic: Non minus, i. non ſint ſoliciti quoad temporalia, nec de ſe, nec de aliis. Sed quia hoc modo *Gl.* non reſpondet textui dicendum: Non minus, &c. i. æque pure & vere ſint ſoliciti quaſi pro aliis, ſicut pro ſe, ut ly [minus] non dicat comparationem in intenſione, ſed in elongatione a fictione. Ordo enim Charitatis non tollit magis & minus, ſed ponit prius & poſterius. Docet nos condolere fratribus ſi quid, &c. Ideo compatimur Chriſto in die paſſionis ſuæ & ſumus in mœrore. Sed quæret quis: quare non ſimiliter facimus in paſſionibus Sanctorum? Sol. Quia Chriſtus non pro ſe, ſed pro peccatis noſtris mortuus eſt & paſſus: Sancti autem pro ſe, & ſic meruerunt vitam æternam, in qua gaudent in æternum; & ideo mors eorum, & paſſio dicitur Natale, quia tunc primo incipiunt vere vivere; & ideo nos eis congaudemus. Apoſtolos omnium ordinatores, horum locum tenent Epiſcopi, ut vitam, & officium teneant. *Act.* legat *Apoſt.* 21. de filiabus Philippi & de Agabo. Quod illi primum ponebant, i. maximum inter dona Sp. S. Quia non in omnibus, i. non in ſingulis omnia danda ſunt, &c. ſervirent officia, ut Titus Apoſtolo. *Phil.* 4. Adjuva illos qui mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, & ceteris coadjutoribus meis. Explanavit reddita ratione, ideſt, per rationem quam reddit planum fecit. Nec totum, ideſt, omne donum.

A Oſtendens

A *a* Æmulamini.] Invitat eos ad unitatem per ſubminiſtrationem mutuam, & communem indigentiam, quam unitatem maxime rumpebant per invidiam de dono linguarum. *b* Autem,] i. ſed, [Æmulamini,] i. deſideranter quærite. *c* Chariſmata] i. charitatem: pluraliter dicit propter multiplices effectus, & dicitur a charis, quod eſt gratia. *Inf.* 14. Sectamini charitatem; æmulamini ſpiritualia. Verſus Æmulus iratus amat, invidet, ac imitatur. *d* Meliora,] quam linguarũ donum. *e* Excellentiorem viam,] i. charitatem quæ inter omnes virtutes melior eſt via eundi ad quietem æternæ beatitudinis. *Prov. ult.* Multæ filiæ, i. virtutes aliæ congregaverunt divitias; tu, ſcil. charitas, ſupergreſſa es univerſas. *Eph.* 3. Scite etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem. Dicitur autem charitas eminentior, quia non evacuatur, *inf.* 13. Et quia eſt forma virtutum. *f* Demonſtro] verbo & exemplo: & tamen pauci ſciunt tenere eam. *Eccl.* 9. Neſcit homo an amore an odio dignus ſit.

a Æmulamini *b* autem chariſmata *c* meliora, *d* Et adhuc *e* excellentiorem viam vobis *f* demonſtro.

C A P. XIII.

SI linguis *g* hominum loquar & Angelorum, *h* charitatem autem non habeam: factus *i* ſum velut æs ſonans aut cymbalum *k* tinniens. Et ſi *l* habuero prophetiam, & *m* noverim

Expoſitio Gloſ. A Oſtendens gratias non ſemper ad meritum pertinere, ideſt, oſtendit omnes gratias non pertinere ad meritum. Et eſt ſimilis modus loquendi. Genus ſemper prædicatur de ſpeciebus, i. omne genus prædicatur. Vel hoc dicit, quia actus prædictorum donorum quandoque informantur charitate, & ſic pertinet ad meritum; quandoque non actus, dico ſecundi: non enim primo actu prophetiæ, quando videt quæ ei oſtenduntur, meretur quis. Non novi vos. *Matt.* 7.

E X P O S I T I O   C A P. XIII.

SI linguis, &c.] Enumeratis donis Sp. S. diviſim a Domino diſtributis, hic commendat unitatem charitatis ſine qua cetera dona magis nocent quam proſint. Dividitur autem hoc cap. in tres partes. In prima commendat charitatem a fructificatione, quia omnia reddit fructuoſa: non enim ſunt in homine niſi tria fructuoſa: Interiores motus, ut cogitationes, voluntates, deſideria, & exteriora, quæ duo ſunt, ſermones & opera. Primo ergo oſtendit quod ſermo non eſt fructuoſus ſine charitate, ibi [Si linguis hominum.] Secundo quod nec mutus, ibi [Et ſi, &c.] Tertio quod nec opus, & hoc nec opus relatum ad proximum, ibi [Et ſi tradidero.] Ponit autem Apoſt. ſeptem, duo oris, linguam & Prophetiam; tria cordis, noſſe myſteria, ſcientiam, fidem; duo operis, largitionem eleemoſynarum, & martyrium. In ſecunda parte ponit etiam ſex in laudibus charitatis, ibi [Charitas patiens eſt.] In tertia dicit quædam eſſe evacuanda ſecundum ſubſtantiam, quædam ſecundum uſum, quædam ſecundum modum, ibi [Sive prophetiæ.] Dicit *Gl.* *g* Si linguis, &c.] Dico quia volo vobis oſtendere viam eundi ad Deum excellentiorem, & quod ſit excellentior, oſtendo quia ſi linguis, [i. idiomatibus hominum] carnalium ab humo. *h* Angelorum,] i. hominum ſpiritualium: vel ut jacet ad litteram. Sed videtur Apoſtolus perturbare ordinem, præponendo donum linguæ, quia motus interiores priores naturaliter ſunt ſermone exteriori. Sol. Non procedit ſecundum ordinem naturalem, ſed artificialem, quod facit eo quod illi Corinthii omnibus donis præponebant donum linguarum. De excellentia hujus vitæ habetur *Joſ.* 2. ubi Raab dicit exploratoribus, quod per excellentiorem viam fugiant mortem peccati & perſecutionem Diaboli.

Nota quod hominum eſt lingua Confeſſorum, quæ peccata hominum curat, lingua Prædicatorum, quæ curata mitigat: de quibus *Eccl.* 36. Lingua curationis & mitigationis & miſericordiæ. *Prov.* 15. Lingua placabilis, lignum vitæ. Lingua tertia eſt lingua ſerpentum, qua loquuntur Advocati qui ſemper de terra loquuntur. *Eccl.* 28. Lingua tertia multos commovit & diſperſit illos. Quarta lingua eſt lingua aſinæ, *Nu.* 22. Hæc eſt lingua carnis, de qua *Pſ.* 80. Cum exiret de terra Ægypti, linguam, &c. hæc eſt lingua de qua *Jac.* 3. Lingua eſt inquietum malum, plenum veneno mortifero, &c. *i* Factus ſum velut, &c.] quod non delectatur in ſono ſuo, ſed contunditur; aliis autem utile eſt & delectabile. Unde bene comparatur quibuſdam Prædicatoribus, qui prædicando ſe conſumunt, & auditoribus ſunt utiles. De Goliath enim dicitur 1. *Reg.* 17. Caſſis ænea ſuper caput ejus. Diabolus enim armat ſe Prædicatore & Doctore male vivente in caſtris ſuis, i. in peccatoribus, quæ prætendit jaculis Sanctorum. Unde quando dicitur eis, quare ita male vivitis? Jaciunt ſcutum ſuum dicentes: Nonne ille vir facit ita vel pejus? *Lev.* 26. Dabo vobis cælum deſuper quaſi ferreum, i. Doctorem, &c. *2. Par. 12.* Roboam pro ſcutis aureis Salomonis fecit ſcuta ærea, 3. *Reg.* 4. Tamen promittit Eccleſiæ *Iſ.* 60. Pro ære afferam tibi aurum, & pro ferro argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Quondam fuit hoc, ſed non modo. Item licet multa dulcia reſonent, tamen ſicut æs non ſentiunt: ſed *Sap.* 7. Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia. *Greg.* Tunc ex ſententia dicere appetit, quando nequaquam tantummodo ſe ſciendo dicere, ſed ſentiendo deſiderat experiri. *Job* 6. dicit: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea; nec caro mea ænea eſt. Quando quis vult excæcare urſum, ponit de ære pelvim calidam ante oculos ejus. Et nihil magis excæcat homines, ut non videant nec recognoſcant beneficia Dei, quam prædicator accenſus cupiditate & ambitione. *k* Cymbalum.] *Pſ.* 150. Laudate eum in cymbalis. Tympanum pulſatur manu, cymbalum ligno, & defertur ad aves capiendas, quæ territæ ad ſonum ejus avolant de luto, & aquis: Sic ad ſonum Prædicatoris, peccatores a luto peccati, & deliciis mundi. *Oſ.* 9. Ephraim quaſi avis avolavit, *Et* 11. Formidabunt filii maris, & avolabunt quaſi avis ex Ægypto, i. peccato, quando terrentur in prædicatione. Aliter non dimitterent peccata ſua, ſicut nec avis avolaret, niſi per ſonitum cymbali terreretur. *Exod.* 15. Sumpſit Maria propheteſſa tympanum in manibus, i. prædicationem in operibus oſtendit; & ſecutæ ſunt eam mulieres regionis. *Jer.* 31. Virgo Iſrael adhuc tympanis tuis ornaberis. *Iſ.* 18. Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumen Æthiopiæ.

Sic conſtrue: Væ cymbalo terræ, i. prædicanti amore terrenorum; qui etiam ſicut terra numquam ſatiatur aqua, ita nec ipſe deliciis. Æthiopia interpretatur nigra, per quam illi ſignificantur qui in Inferno ſunt; per flumen pœnæ eorum. Talis ergo Prædicator eſt trans flumen Æthiopiæ, i. magis punietur in Inferno quam alii. Et nota quod tympanum ſi ſit perforatum, vel madefactum, non ſonat; ſic nec prædicatio avari vel luxurioſi prædicantis. Non valet æs aut cymbalum niſi adſit charitas, de qua dicit hic *Gl.* Charitas eſt ut oleum, non poteſt premi imo, ſed ſemper exilit, &c.

l Et ſi habuero prophetiam] futurorum. *m* Et noverim myſteria,] ideſt, occulta veteris & novi Teſtamenti. Hic oſtendit motus interiores ſine charitate inutiles eſſe.

A *a* Omnem

Expoſitio Gloſ. *g* Si linguis hominum, &c.] Quia hæc alia quæ non ſunt virtutes non valent ad ſalutem, Ad gloriam Dei, ſupple manifeſtandam. Angelorum, perfectorum hominum. Sic videtur *Jud.* 2. Ubi dicitur, quod Angelus Domini exprobravit filiis Iſrael peccata ſua: dicit *Gl.* quod homo erat, ſed dicitur Angelus propter ſanctitatem ſuam, & quia nuncius Dei erat. Significat in omnem, quod de Dei voluntate ſentiunt. Sic ergo Angeli habent modum ſcil. loquendi ſibi invicem. Et verum videtur quod non omnes omnia ſciant. Ad hoc ultimum videtur facere *Gloſ.* ſuper illud quis eſt iſte rex gloriæ? Ipſæ virtutes Angelicæ novo myſterio carne induti ſtupefactæ quærunt cum admiratione. Quis eſt iſte, &c. Illud ergo ignorabant. Ad idem ſuper illud *Eph.* 3. Ut innoteſcat, &c. Item ſuper illud *Iſa.* 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, &c. Non ſciunt ergo omnia. Sed contra ſuper *Luc.* 16. Ubi loquitur de divite, & Lazaro dicit *Gl.* Qui claritatem Dei vident nihil fit in creaturis quod videre non poſſint. Item in ſecundo Sententiarum, quid eſt quod ignorent, qui videntem omnia vident? Sol. Non omnia ſciunt: unde inferioribus multa revelant ſuperiores ad illud, nihil fit in creaturis quod videre non poſſint: non dicit quod non videant, ſed quod videre non poſſint: omnia enim poſſunt videre, quia vident in ſpeculo in quo omnia reſultant; ſed tamen non vident niſi quod vult ſpeculum ipſum ut videant. Ad illud, quid eſt quod ignorent? Vel quia hæc ignorantia eſt ratione tenebrarum, quæ pena eſt, dicit: Nihil, nihil enim eſt penale in Angelis vel animabus ſanctis, & ideo illam ignorantiam de qua ibi loquitur, non habent: ſed non ſequitur, non habent ignorantiam penalem, ergo omnia ſciunt. De alio, quod videtur quod Angeli habent ſuum modum loquendi ſibi invicem videtur contrarium quod dicit *Damaſc.* Illuminationem habentia, non lingua & auditu indigentia, ſed ſine prolato ſermone tradentia ſibi invicem conſilia & intelligentias. *In eod.* Qui eminent inferioribus tradunt illuminationem & cognitionem; ergo

A loquuntur

Digitized by Google

A *a* Omnem ſcientiam,] divinam & humanam. *Eccl.* 1. Radix ſapientiæ cui revelata eſt, & aſtutias illius quis agnovit? &c. Legitur *in lib. Conf.* quod quando *B. Aug.* vitam B. Antonii audivit, ait: Heu indocti cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis noſtris ad inferna demergimur? Quia ſi ſcientia faceret beatum, Dæmones eſſent multum beati, quia tantæ ſunt ſcientiæ quod dicuntur Dæmones quaſi ſcientes. Sed *Luc.* 12. Servus qui cognovit voluntatem Domini ſui, &c. Balaam donum prophetiæ habuit & tamen ad Infernum deſcendit: qui dicit *Nu.* 23. Moriatur anima mea morte juſtorum: non dicit, ſapientiam, 3. *Reg.* 13. Dixit Pſeudopropheta, cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt: non dicit, in ſepulchro Ariſtotelis, confiſus non eſt de ſcientia, ſed de bonitate viri Dei. *b* Fidem] de omni re, de qua habenda eſt. *c* Ita] i. tantam. *d* Ut montes,] ad litteram: vel, i. Dæmones *Matt.* 17. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis. Item *Matt.* 21. Si habueritis fidem, & non hæſitaveritis; non ſolum, &c. Legitur de Alcaandro, quod cum audiſſet pietatem & beneficia Dei, quæ contulerat Judæis, & eorum ingratitudinem, rogavit Deum ut montes qui ſunt juxta regnum Georgianorum conjungeret includens Judæos inter eos; & ſic factum eſt. Si, inquam, hæc omnia habuero. *e* Charitatem autem, &c.] i. nihil mihi prodeſt ad vitam æternam. Vel *f* Nihil ſum,] i. a vero eſſe receſſi. *g* Et ſi diſtribuero.] Oſtendit quid faciunt fructuoſa opera exteriora, & primo opera ad proximum. [Diſtribuero.] Et hoc notat quod non uni, ſed multis eroganda ſunt eleemoſynæ. *Pſ.* 111 Diſperſit, dedit pauperibus. Ideo 2. *Cor.* 9. Qui parce ſeminat, &c. Semini comparat eleemoſynas; q. d. Sicut ſemen projiciendum non eſt in uno loco totum: ita nec eleemoſynæ. *i* Omnes.] In hoc notatur quod qui multum habent, multum dare debent. *Tob.* 4. Quod ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue, &c. *k* Meas:] quia *Prov.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia. *Prov.* 15. Victimæ impiorum abominabiles.

h In cibos,] non in lapides. In quo etiam notatur quod dandæ ſunt eleemoſynæ non ad luxuriam, ſed ad neceſſitatem pauperum: juxta illud Domini conſilium *Luc.* 14. Cum facis convivium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, &c. ſed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos; & beatus eris, quia non habent unde retribuant tibi. *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum, &c. *l* Et ſi tradidero.] Commendat eam ab opere quod non eſt ad proximum. *m* Ita ut ardeam:] ſicut fecit Empedocles, qui ut crederetur eſſe beatus, projecit ſe in ignem, & combuſtus eſt per ignem. Sunt enim multi martyres Diaboli, ut hypocritæ. [Nihil mihi, &c.]

Expoſitio A loquuntur eis. Item videtur e converſo quod illi, qui ſunt de inferiori ordine loquantur majoribus, conſtat enim quod majores bene intelligant minores, & ſciant quod ipſi ſciunt; ergo ſicut diſcipulus poteſt loqui magiſtro, licet diſcat ab eo; ita inferiores Angeli majoribus. Item quid appellat hic dictum quod ſignificant Angeli præpoſiti minoribus? Sol. Invicem loquuntur. Notandum tamen quod [Loqui] dictum de Angelis quandoque ſumitur proprie, quandoque improprie. Proprie quando illi, qui ſunt de ſuperiori ordine, loqui dicuntur, eo quod tradunt eis illuminationem, quod fit per applicationem ſpiritus ad ſpiritum: Sic enim quod dicit in ſe, i. ſpecies rerum transfundit in inferiorem, ſicut quando applicatur ſpeculum; hæc locutio appellatur, & ſuperior quodammodo facit, quod in ſe habet, habere inferiorem. Sed in hunc modum poteſt loqui ſuperior intelligentia inferiori, quo paſſibilis eſt ab illa, & non e converſo; quia ſuperior nullam paſſionem poteſt recipere ab inferiori. Alio modo ſumitur [loqui] improprie: qui modus ut dicitur *in illa auct. Damaſc.* non fit voce prolata, ſed ſpirituali ſive mentali: ſicut quando cogito dare, antequam proferam eam, verbum eſt mentale, & hæc eſt res induta intellectu: hoc faciunt Angeli, ſicut & nos, & ſic proprie colloquuntur: licet autem rem intellectu induant, ſicut & nos; non tamen induunt eam voce niſi aſſumant corpora; etſi ita loquuntur inferiores Angelis ſuperioribus, tamen ſuperiores frequentius loquuntur inferioribus. Signum autem appellatur ideo, quia verbum mentale, ſive intellectus. Nutibus autem ſignificant, & ipſo opere: ſicut quando porrigo alii denarium, in hoc bene ſignifico, quod volo ei dare. Sunt autem quinque genera nutuum, quæ ſunt quinque ſigna beneplaciti, ſcil. Præcidit, & prohibet, permittit, conſulit, implet, & non poſſunt eſſe plura. Æramentum, vas de ære. Qui neſcit quid loquatur; ergo loquitur ut phanaticus. Contra; *ſup.* habitum eſt, quod ſcire linguas eſt habere donum linguarum, ergo intelligit quod dicit. Sol. Duplex eſt ſcientia. Una idem eſt quod cognitio ſignificationum, dictionum, diſtinctionum, quod eſt ſcire quid eſt, quod dicitur per terminos: hanc ſcientiam habent habentes donum linguarum; de hac intelligitur, quod hic dicitur, & hoc patet in exemplo cum dico, Genus prædicatur de ſpecie.

myſteria omnia & *a* omnẽ ſcientiam: & ſi habuero omnem *b* fidem ita *c* ut montes *d* transferam; charitatem *e* autem non habeam, nihil ſum. *f* Et ſi diſtribuero *g* in cibos *h* pauperum *i* omnes facultates *k* meas, *l* & ſi tradidero corpus meum ita *m* ut ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.

Multi ſciunt quid eſt quod dicitur per terminos, ſed multi ignorant ſubſtantiam totalis orationis. Fons proprius, & ſingularis. Contra; Imo Judas proditor ei communicavit, qui charitatem habuit. Sol. Alienus per præſentem malitiã communicare non poteſt, ſic intelligitur hic: ſed alienus propter præſcientiam dici poteſt, ſicut Judas fuit. Vel eſt finalis alienatio, de qua intelligitur quod hic dicitur: & eſt alienatio non finalis, nec continua, ſicut Judas alienus finaliter communicavit in præſenti, ſed non quoad habendam per hoc vitam æternam. Quam cum habere cœperit, Spiritum ſanctum habebit: imo ante, quia Deus eſt ubique, & Spiritus ſanctus eſt Deus; ergo quilibet antequam habeat charitatem, habet Spiritum ſanctum. Sol. Prout aliquis uſus ſumit Spiritum ſanctum eſſe in aliquo, cum nomen ſit benignitatis & amoris, pro ineſſe in eo per gratiam & hujuſmodi; non ſequitur quia ſi Deus ubique, quod & Spiritus ſanctus, Veſtis nuptialis, *Matt.* 22. Frigebat Petrus, *Jo.* 18. Frigus hoc peccatum eſt. Nota *Gl.* Incenſa igni & ſuffoſſa, &c. Omne malum provenit aut ex timore male humiliante; aut ex amore male inflammante. Unde *Jer.* 36. dictum eſt Joachim, projicietur cadaver tuum ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem, &c. Contra hæc duo quæ ſunt in peccato, dicitur charitas veſtis; quia refrigerat ab æſtu vitiorum, & calefacit ſimpliciter, & contra frigiditatem peccati; & ideo comparatur etiam igni, & aquæ, quia pellit frigiditatem & extinguit concupiſcentiam. *Iſa.* 1. Si fuerint peccata veſtra, &c. quaſi nix. Et iterum quaſi lana; ecce aqua & ignis. Non eſt ſalus, ſed tantum dona de quibus locutus eſt, ſine quibus non eſt ſalus: vel ſola, quia ſine ea non fit hæc diviſio. Nec Spiritus proprie dicitur donum niſi, &c. *Aug.* dicit quod Spiritus S. dicitur donum æterna relatione, & dicitur donum per dilectionem, ergo relatus eſt per eam, ergo tam donum quam amor proprie dicuntur de Spiritu ſancto, & non per appropriationem, quod concedit Magiſter noſter. Sed alii diſtinguunt & dicunt, quod donum quandoque ſumitur eſſentialiter ut hic, & ſic non tantum Spiritus ſanctus ſed tota Trinitas dat ſe nobis per dilectionem, qua diligunt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Quandoque autem ſumitur relative, & ſic intelligitur illud *Aug.* Qui habet charitatem, dabitur ei perfectio charitatis *Matt.* 13. Balaam. *Num.* 24. Saul. 1. *Reg.* 19. Caiphas. *Jo.* 11. *Ezech.* dicit 28. ubi loquitur de Principe Tyri, & ponit novem lapidum nomina, propter novem ordines Angelorum, Diabolus novit myſteria divina: ſi hoc, ergo Diabolus novit omnia myſteria etiam occulta, & ita novit caſum ſuum, qui erat occultus. Item habuit omnem ſcientiam: ergo habuit donum ſcientiæ, ergo & charitatem. Sol. Accommoda eſt diſtributio: multa myſteria novit Diabolus in primo ſtatu, ſed non omnia, unde caſum ſuum non præſcivit, nec potuit, quia hoc eſſet contra pietatem Dei & juſtitiam, quia præſciviſſe caſum fuiſſet pœna, & ita puniretur ante culpam. Ideo dicit *Aug.* quod cum donum ſcientiæ ſit cum dono pietatis, non potuit hoc ſcire ante peccatum. Vel poteſt dici, omnia ſcivit, i. diſpoſitus erat ad ſciendum omne ſcibile, ad quod lumen intellectus ſui naturaliter ſe applicaret, nunquam autem ſe applicaret ad caſum ſuum propter prædictam rationem. Sine charitate in ſuperbiam proſiliit. Super hoc duplex eſt opinio. Dicunt enim quidam, quod ante caſum habuerit charitatem & ſecundum illos dicendum, ſine charitate in ſuperbiam proſiliit, ad hoc ut ſine charitate, quia ex hoc factus ſine charitate. Sed pro eis qui ſunt in alia opinione, quæ magis vera eſt, facit hic *Gl.* Vos habetis clavem ſcientiæ, *Luc.* 11. *Matt.* 23. Et confitebuntur in judicio. Contra: Super illud *Luc.* 15. Tot annis ſervio tibi, &c. *Gl.* Non mirum ſi patri mentitur, qui fratri invidet: cum in judicio apertius

A mentientur

A mentientur dicentes: Nonne in nomine tuo ejecimus Dæmonia? Quidam? ſic, i. In veritate nominis tui: ſic diceret verum & non mentiretur. Vel ſic, in nomine ſupple exiſtentes. Simile *Jo:* 15. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, ſcil. exiſtentes. Ut *Laurentius* optime exemplificat, quia ipſe ſolus propter univerſalem diſtributionem in pauperes, traditus fuit ſecundum corpus igni. Et in ipſo habemus argumentum quod valde fructuoſum eſt alienas eleemoſynas diſtribuere. Quod & jactanter fit, ſicut fecit Empedocles, ut dictum eſt in expoſitione litteræ. *a* Charitas patiens eſt] Commendat eam ab operoſitate. Duplicia ſunt opera quædam in adverſitate, a quibus eam commendat, ibi [Patiens,] quædam in proſperitate ibi [Benigna.] Sed nota tria. [Factus ſum, &c.] quia non habet charitatem, primo conſumitur per impatientiam; ſecundo dividitur a Deo, tertio fiunt omnia opera ejus infructuoſa. *b* Patiens eſt] contra impatientes *Jac.* 1. Patientia opus perfectum habet. *Luc.* 21. In patientia veſtra. *Prov.* 16. Melior eſt patiens viro forti, &c. Comparatur autem patientia auro, quod percuſſum non reſonat, & dilatatur *Pſ.* 9. Dum ſuperbit impius, inceditur pauper. *c* Benigna eſt] contra auſteros, *Sap.* 1. Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ. [Benigna] egenis larga. *Eph.* 4. Eſtote invicem benigni *Gl.* De facultatibus veſtris largi. *Luc.* 6. Date & dabitur vobis. *B. Bern.* [Charitas patiens eſt:] ſufficit, i. inimicitia: noli vinci a malo, abundans eſt: ſed vince in bono malum, ſuperabundans eſt. *Rom.* 12. Itaque charitas patiens eſt, diſſimulat, expectat, ſuſtinet delinquentem: ſed benigna trahit, adducit, converti facit ab errore viæ ſuæ: deinque benigna operit multitudinem peccatorum. *Prov.* 10. Talis debet eſſe charitas prædicatorum. *Ezech.* 3. Ut adamantem & ut ſilicem dedi faciem tuam. *Prov.* 15. Mollis reſponſio frangit iram.

d Non æmulatur.] Commendat eam a contrarietate quam habet cum peccato, in quantum ipſum eſt offenſa; & ideo ipſa non poteſt manere cum aliquo mortali. [Non æmulatur,] i. non invidet, contra invidos. Gilbertus, in invidam animam non poteſt intrare æſtimatio bona. Quare? Quia libet dum privatam excellentiam cogitat, alienam obſcurat. [Non æmulatur.] Contra *inf.* 14. Æmulamini ſpiritualia. Sol. Æquivoca eſt æmulatio: hic pro invidentia, & *Rom.* 13. ſimiliter non in contentione & æmulatione. Et *inf.* 14. pro deſiderio charitatis. *e* Non agit perperam] i. perverſe ſive malitioſe contra alterum; contra injuſtos. *Eccl.* 7. Noli facere mala, & non te aprehendent. *Tob.* 4. *Matt.* 7. *f* Non inflatur] contra ſuperbos *Gal.* 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi *Sap.* 1. Scientia inflat, charitas autem ædificat. Item: [Non inflatur proſperitate temporali vel ſpirituali *Eccl.* 1. Si vixerit homo multis annis, & in his omnibus lætus fuerit, meminiſſe debet, &c. *Prov.* 27. Ne glorieris in craſtinum. *g* Non eſt ambitioſa,] i. non appetit excellentiam ſuper alios, contra ambitioſos & contra Prælatos, qui ducunt pompam equorum, & ſociorum. *Act.* 25. Cum veniſſet Agrippa & Berenice cum multa ambitione. In veteri lege ſæpe legitur Dominus exercituum: nunc vero frequenter videtur Epiſcopus exercituum. Tamen in lege prohibetur Regi pompa equorum. *Deut.* 7. Cum fuerit Rex conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos ne reducat populum in Ægyptum, equorum multitudine ſublevatus. *h* Non quærit, &c.] ſed quæ aliorum, contra avaros *Sap.* 10. Nemo quod ſuum eſt, quærat; ſed quod alterius. Et *inf.* Non quærens quod mihi utile eſt, &c. *Phil.* 2. Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, &c. Contra illud *ibid.* Omnes quæ ſua ſunt, quærunt. *Luc.* 6. Quæ tua ſunt, non repetas. *Interl.* Domum vel agrum; & generaliter quamcumque pecuniam. Gilbertus, qui ſua non quærit, quomodo poterit aliena decerpere? Quid tu invide alienum vis bonum corrumpere? Numquid tibi adjicies quod ab alieno decerpis? Ita forſitan ſi eſſet pecunia corporalis. Quid enim rapacitatem non puras ſi pecuniæ parcis, famam decerpis? Gravis rapacitas. Si non corrumpis, ſilentio tamen ſepelis. Item *B. Bern.* Quidam tantæ ſunt charitatis, ut ante loqui quam audire parati ſunt; & prompti docere quod non didicerunt, & alii præeſſe geſtientes, qui ſeipſos regere neſciunt. Ego nullum gradum pietatis præponendum exiſtimo illi de quo *Sap.* ait Miſerere animæ tuæ placens Deo: *Eccl.* 30. Quod ſi non habeo niſi parum olei quo ungar, putas tibi debeo dare & remanere inanis? Servo illud mihi, & omnino juxta juſſionem prophetæ non profero. 4. *Reg.* 4. Sed inquit, charitas non quærit quæ ſua ſunt: quamobrem non quærit? Quia nihil ei deficit: non quærit quod habet charitas. *i* Quæ ſua ſunt,] i. propriæ ſaluti neceſſaria numquam non habet. *k* Non irritatur,] i. provocatur ad iram, contra iracundos. *Eccl.* 7. Ira in ſinu ſtulti requieſcet. *Jac.* 1. Ira viri juſtitiam Dei non operatur. *Eph.* 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. [Non irritatur] Contra Deus charitas eſt. 1. *Jo:* 4. Et Deus irritatur. *Ezech.* 20. Irritaverunt me, & noluerunt me audire. Item irritat *Ezech.* 32. Irritabo cor populorum multorũ. Sol. Irritatur Deus, i. ad iracundiam provocatur Deus, non ad iram. [Irritatur] i. punit & vindicat; ſed non iraſcitur; nec commovetur; ſed commovet ad iram.

a charitas *b* patiens eſt, *c* benigna eſt. Charitas non *d* æmulatur, *e* non agit perperam, non *f* inflatur, *g* non eſt ambitioſa, *h* non quærit *i* quæ ſua ſunt, *k* non irritatur, *l* non cogitat malum, *m* non gaudet ſuper iniquitate, *n* congaudet autem *o* veritati, *p* omnia ſuffert, *q* omnia credit, *r* omnia *r* ſperat, *ſ* omnia *t* ſuſtinet.

l Non cogitat,] eſt hoc contra aſtutos, ſcit enim quod dicitur *Iſa.* 1. Auferte malum cogitationum, &c. *Sap.* 1. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, &c. *Jer.* 4. Lava a malitia cor tuum. *m* Non gaudet ſuper iniquitate,] contra malevolos, ſed condolet injuriæ proximi pro peccato. *Prov.* 24. Cum ceciderit inimicus, &c. *Job* 31. Si gaviſus ſum ad ruinam ejus, qui me oderat, &c. *Prov.* 18. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. *n* Congaudet autem.] Commendat eam a connexione, propter quam qui eam habet, habet omnes; quia omne bonum ſecum continet.

o Veritati,] i. omni operi bono. 2. *Jo:* Gaviſus ſum valde quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, & hoc eſt contra mendaces.

p Omnia,] Commendat eam a fortitudine, quia facit nos fortes contra quatuor, contra quæ ſumus imbecilles: Ut contra adverſantia in actu, & ipſa omnia ſuffert: Contra adverſantia diu & ipſa omnia ſuſtinet: Contra excedentia, & ipſa omnia credit, ad quod imbecillis eſt intellectus noſter ſine charitate: Contra expectationem promiſſorum quantumcumque ſit remota, & ipſa omnia ſperat. Vel ut magis ſecundum *Gl.* exponamus. Facit nos fortes contra adverſantia, contra excedentia, contra expectationem promiſſorum, quorum quædam propinqua, quædam remota, & ſic redde ſingula ſingulis verbis litteræ: vel ſecundum ordinem *Gl.* Hæc arma ſunt quibus miles, &c. *p* Omnia ſuffert.] Contra immiſericordes in actu per veritatem; aliud eſt pati, aliud ſuſtinere, aliud ſupportare, ſive ſufferre.

q Omnia credit,] quæ veritas ſuadet. *r* Omnia.] Contra incredulos. *ſ* Sperat [quæ veritas promittit.

t Omnia ſuſtinet.] Contra deſperantes infirmos, i. expectat. *Eccl.* 2. Conjungere Deo & ſuſtine, ut creſcat in noviſſimo vita tua.

A *a* Charitas

a Charitas patiens eſt, &c.] *Matt.* 10. Zachæo. *Luc.* 19. Sed quæritur de hoc quod dicit: Bona non ex quantitate ſui, ſed ex charitate plus vel minus poſſunt. Simile ſuper *Marc* 12. ubi loquitur Dominus de vidua. Ibi *Gl.* Non penſat Deus quantum, ſed ex quanto. Sed contra; ecce duo qui ſunt in pari charitate & unus vadit ad S. Jacobum, alius ultra mare: nonne majorem dimiſſionem pœnæ conſequitur, quod majores labores ſuſtinuit, quam alius qui minores licet in æquali charitate ſint? Sol. Cum dicitur: Deus non penſat quantum, ſed ex quanto, ly [quanto] non ſupponit pro charitate quod patet ex ipſo textu Evangelii, in quo dicitur: Vidua dederat ex eo quod deerat ſibi: Deus ergo non penſat ipſum quantum in ſe, licet penſet ea quanta poſſeſſione ſumitur ad dandum. Unde ex pari charitate dat unus unum denarium, & alius quinque ſolidos vel etiam decem libras; ſi uterque æque gravatur in dando, uterque æqualem remiſſionem pœnæ meretur per eleemoſynas eorum.

In Charitate dignoſcuntur diſcipuli Chriſti *Jo.* 13. Deus eſt dilectio *Jo.* 2. 1. *Jo:* 4. Tangit Magiſter opinionem ſuam. Habitu patientiæ [ſuſtinere enim non eſt virtus ſed habitus] per quam libenter ſuſtinet homo tribulationes & excitatur a charitate. Non repetit. *Luc.* 7. Sicut Noe *Gen.* 7. *Sap.* 10. 1. *Pet.* 1. Abraham apparet qui, &c. *Gen.* 15. *Rom.* 5. Deo tantum credit. *Eccl.* 19. Qui cito credit, levis eſt corde.

Patienter expectat *Jac.* 5. Patientes eſtote fratres. Ecce agricola, &c. Hæc ſunt arma 2. *Cor.* 10. Hi ſunt

A quindecim

A *a* Charitas numquam excidit.] Hic commendat eam a veritate eſſentiæ ſuæ. [Numquam excidit,] neque in hoc ſæculo neque in futuro. *b* Sive prophetiæ,] futurorum, &c. *c* Ex parte enim.] Oſtendit quod evacuabitur prophetia, donum linguarum, & ſcientia, & ſimiliter fides & ſpes, quia aliquid habent vanitatis & imperfectionis. Et hoc eſt cum dicit [Sive linguæ &c.] Et ita erit. *d* Enim,] i. quia. *e* Ex parte, &c.] i. imperfecte. Cujus ſunt duæ cauſæ. Una eſt imperfectio noſtri intellectus, qui modo eſt ad ſpiritualia quaſi oculus noctuæ ad ſolem, propter quem multa nobis apparent in rebus ſpiritualibus, quæ non ſunt in eis; ſicut oculus lippus videt quaſi circulum circa candelam, cum ibi non ſit, ſed eſt quidam humor in ipſo oculo. *Eccl.* 12. Antequam tenebreſcant Sol, & Luna, & Stellæ, &c. loquitur de ſenibus. Alia cauſa eſt, quia quod videt intellectus noſter, non valet videre in lumine, ſed in tenebris.

a Charitas numquam excidit: ſive prophetiæ *b* evacuabuntur: ſive linguæ ceſſabunt: ſive ſcientia deſtruetur. Ex *c* parte *d* enim cognoſcimus, & *e* ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum eſt,

Omnis enim creatura in ſe eſt tenebra. *Iſ.* 60. Tenebræ operient terram; & ideo cum videt Deum in creatura, imperfecte cognoſcit eum: ſed videbit omnia in veritate ſua, & tunc perfecte cognoſcet Deum in Deo, & omnia alia in eo. Sed modo ut dicitur *Rom.* 8. Omnis creatura vanitati ſubjecta eſt. *Jer.* 4. Aſpexi terram, & ecce A vacua

Expoſitio Gloſ. A quindecim gradus in templo. *Ezech* 40. In portico exteriori ſeptem, in interiori octo. Et bene competunt hi gradus charitati, quia via eſt. Hæc ſunt etiam cantica quindecim graduum armaturæ, *Eph.* 4. Per patientiam mala illata a proximis æquanimiter, libenter, lætanter, abundanter portantur; per benignitatem bona propria proximis hilariter, feſtinanter, abundanter communicantur. Item patientia eſt arma protectionis; benignitas eſt arma impugnationis. Benignitas exigit unitatem, i. charitatem. Quia enim, &c. ubi omnes eadem intelligerent; ergo non erit ibi ſermo, neque laus vocalis. Contra, ſuper illud *Pſ.* 150. Omnis ſpiritus laudet Dominum. Item *Tob.* 13. Alleluja cantabitur *Iſ.* 51. Gratiarum actio & vox laudis. Sol. Ibi erit laus vocalis, ſed non erit ibi uſus linguæ, qui modo eſt: Per linguam enim modo unus alii manifeſtat quod habet in mente, ibi autem videbit unus mentem alterius. Quando omnia erunt præſentia; ſed Chriſto omnia erant præſentia, quia factus erat comprehenſor, omnia ſciens tanquam præſentia & futura; ergo non fuit propheta. Contra *Deut.* 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, &c. i. Chriſtum. Sol. Propheta fuit non a dono prophetiæ: ſed ab actu, quia prædixit futura. Sed quid eſt quod dicit, omnia erunt præſentia? Non quoad cauſam, ſed quoad actualem cognitionem omnium quæ habuit a primo inſtanti conceptionis ſuæ. Ex parte enim, i. imperfecte, &c. Sed eadem ratione debet dici quod evacuabitur charitas, quia modo ex parte, i. imperfecte diligimus Deum reſpectu futuræ dilectionis, ſicut dicit *Gl.* inferius: dicit enim Charitas modo ex parte eſt, i. imperfecte reſpectu futuri ſtatus; ergo evacuabitur ſicut fides & ſpes; & iterum ex parte dici debet. Sol. Quædam virtutes ex propria natura imperfectionem habent; ut fides ex propria natura ſua habet quod ſit de eo quod non videtur; & ſpes ſimiliter quia quod videt quis quid ſperat? & ideo evacuabuntur & ex parte dicuntur. Charitas autem eſt tum de eo quod videt, tum de eo quod non videt, & ei accidit quod ſit de eo quod non videt, quod habet a fide: & ideo licet quantum ad hoc ſit evacuanda, quia tamen illud ei accidit, non debet dici evacuari, nec ex parte poſita. Item ſi ſpes evacuabitur, quare non ſimiliter timor qui eſt mola ſpei *Deut.* 24. Si ſic, quid ergo eſt quod dicitur *Pſ.* 18. Timor Domini permanet in ſæculum ſæculi? Sol. Timor in quantum eſt ſeparationis, ſic eſt mola: ſic enim premit hominem, quia videns quod poſſit cadere, timet ſeparari: hoc autem ei accidit: ſi enim ei revelatum eſſet, quod non poſſet cadere, jam non timeret ſeparari, nec eſſet mola; ſicut nec in patria. Ideo bene dicit quod timor evacuabitur, non quoad eſſentiam, ſed in quantum eſt mola: ſpes autem mola eſt, & quoad naturam; & ideo dicitur evacuatio de ſpe, non de timore nec imperfectio. Item de ſapientia quæritur utrum evacuabitur. Videtur quod non, quia donum eſt Sp. S. & quia ſuper *Exod.* 25. ubi loquitur de candelabro, dicit *Beda* quod brachia ejus ſeptem, ſunt ſeptem rivuli, quibus Paradiſus rigatur; ergo ſunt ibi. Sed contra dicit *Greg.* Super principium *Job* quod fides eſt ſapientia; ergo evacuabitur ſicut & fides, & maxime ſecundum illos, qui dicunt quod ſapientia idem eſt in natura quod fides. Sol. Suſtinendo iſtos dicendum, quod ſapientia evacuabitur ſecundum naturam, non quantum ad accidens, imo quantum ad ipſum perficietur. Sed nobis videtur quod non eſt idem fides quod ſapientia: imo fides eſt in medio practici intellectus & ſpeculantis; ſapientia autem eſt in ſpeculativo intellectu, vel etiam ſupra. Item videtur, quod fides non evacuabitur: quia viſio per medium & illa quæ fit ſine medio ejuſdem ſunt ſpeciei; ut quando forte per ſpeculum video, & quando ſine ſpeculo per propriam ſpeciem & colorem: ergo cognitio fidei quæ modo eſt per ſpeculum, ejuſdem ſpecie eſt cum illa, quæ erit per ſpeciem ſine omni medio: non ergo debet dici evacuari. Solvitur per interemptionem: quia viſio per medium, i. per ſpeculum, & illa quæ ſine medio eſt, diverſarum ſunt ſpecierum: tamen videre ſpeculum & videre rem, ejuſdem ſunt ſpeciei. Quod autem videre per ſpeculum & videre in ſpeculo materiali etiam ſint diverſarum ſpecierum, patet: quia videre per ſpeculum eſt animæ rationalis: unde nullum brutum videt per ſpeculum etiam ſimia, quia imaginem quæ ei apparet in ſpeculo, ut rem apprehendit; unde quando videt in ſpeculo, non cogitat de ſe, ſed tantum de illa imagine, credens illam eſſe ſimiam, unde illam deoſculatur & amplectitur: ſed homo ab imagine ſua quam videt in ſpeculo, reflectitur ad ſe, & ſic de ſe cogitat; & hoc modo dicitur ſe videre in ſpeculo, quia per illam imaginem de ſe & forma ſua cogitat. Item dicit quod ſcientia deſtruetur: de qua ſcientia intelligitur hoc. Si de ſcientia acquiſita, ergo ſimplex vetula tantum ſciet, quantum optimus clericus; ſi parem charitatem habeat. Item Angeli duplicem habent cognitionem de rebus, ſicut dicit *Auguſt. ſuper princip. Gen.* matutinam & Veſpertinam, in Verbo & in proprio genere. Et dicit *Dominus in Evangelio*, quod ſimiles erimus Angelis; ergo & nos utramque habebimus: ergo ſcientia quam habemus modo de rebus in proprio genere remanebit. Si intelligitur de ſcientia, quæ eſt tunc donum, ſicut dicitur, *Iſ.* 11. Ipſe in totum æque comprehenſor & cognitor Dei erit, non modo: ergo nec in aliis evacuabitur donum ſcientiæ. Sed iterum quæritur, ſi non evacuabitur ſcientia ſecundum ſubſtantiam ſuam, ſed quoad actum ſuum, videtur quod debeat dici quod charitas evacuabitur; vel e converſo, ſicut nec ſcientia. Sol. De utraque poteſt intelligi quod neutra ſcientia evacuabitur quoad ſubſtantiam ſuam ſed quoad actum. Per modum enim ſcientiæ modo cavemus pericula & deffinimus facienda; neutrum horum ibi erit, utrumque tamen facere ſciemus. Similiter ſcientia acquiſita erit ibi; ſed evacuabitur quantum ad hoc quod intellectus noſter rei cognitionem non habebit per rei ſpeciem, ſed rem per rei præſentiam cognoſcet: fiet enim intellectus quaſi ſenſus. Unde talis erit differentia inter ſcientiam illam quam modo habemus, & illam, qualis eſt inter viſum & guſtum. Non id quod verum eſt, ſed quod vanum eſt, hoc enim verum non opponitur falſo, ſed vano, quia cum virtus certior ſit omni arte in qua non eſt falſitas, in virtute ſimiliter; unde non evacuabitur falſitas virtutis, quia nulla eſt, ſed vanitas; ſed & ita virtus non ſecundum eſſentiam, ſed quantum ad hoc quod modo eſt per rei ſimilitudinem, quod accidit. Omne quod ex parte eſt, deſtruetur vel ex toto, ut fides & ſpes: ergo fides deſtruetur ex toto; ergo non remanebit in genere, ergo evacuabitur etiam in quantum eſt cognitio. Item fides deſtruetur ex toto: ſed dicitur *Heb.* 11. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, &c. ergo fides eſt fundamentum ædificii ſpiritualis & deſtruetur, ergo totum ædificium virtutum deſtruetur in patria. Sol. Fides remanebit in genere in quantum eſt cognitio, & mutabitur ipſa cognitio, & meliorabitur; & non oportet quod deſtruetur ædificium ſpirituale, licet fides deſtruatur, quia melius fundamentum loco ipſius ponetur; ſicut ſi domus fundata eſt ſuper ligna, & ipſis amotis ſupponantur lapides, qui firmiores ſunt, non propter hoc ruet ædificium, fidei ſuccedit ſpes, i. res vera quam videbimus quæ nobis erit ſpes, quia ipſa nobis ſe oſtendit; Et ſpei ſuccedit beatitudo; ergo ſuccedit aliquid ſpei, ergo dos aliqua. Sol. Spei non ſuccedet, niſi quod ſperatur, quod eſt videre, diligere & habere.

Quod ergo dicitur, nihil ſuccedet ſpei, i. nullus habitus qui ſit ſcil. ſpeciale præmium vis iraſcibilis, ſed tantum illud quod ſuccedet fidei & charitati. Dicendum, quod non ſequitur, cujus cauſa eſt, quia iraſcibilis proprie eſt ad amovenda impedimenta boni, ibi autem nullum erit impedimentum: & ideo non oportet quod perficiatur ad removendum impedimenta, & ideo non A remunera-

Digitized by Google

A vacua erat, &c. *a* Cum eſſem parvulus.] Probat per euemplum, quod imperfectio, quæ modu eſt in prædictis, evacuabitur adveniente perfectione. Sicut enim cognitio parvuli imperfecta eſt in comparatione ejuſdem io ſtatu viri, & evacuatur tunc: ſimiliter eſt de noſtra cognitione, quæ modo eſt quaſi parvuli. *Gal.* 4. Quãto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt a ſervo, ita & nos, &c. *b* Quando autẽ factus ſom vir,] i. perfectæ ætatis. *c* Evacuavi,] poſtpoſui; ſimiliter & nos. *d* Videmus nunc, &c.] i. per imaginem obſcuram. *f* In ænigmate,] i. per obſcuram allegoriam.

evacuabitur quod ex parte eſt. *a* Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, ſapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem *b* factus ſum vir, *c* evacuavi quæ erant parvuli. *d* Videmus nunc per ſpeculum *e* in ænigmate; *f* tunc *g* autem facie *h* ad faciem. *i* Nunc cognoſco *k* ex *l* parte, tunc autem *m* cognoſcam ſicut *n* & cognitus ſum.

g Tunc autem:] quaſi. Tunc quaſi viri cognoſcemus eum. Et tangit illa duo propter quæ ex parte cognoſcimus. *e* Per ſpeculum,] i. per imaginem obſcuram. Et hoc *f* In ænigmate,] i. non elare, ſed obſcure: quaſi, per hoc ſpeculum cognoſcimus Deum obſcure. Nec mirum, quia huc ſpeculum eſt obſcura ſimilitudo. Unde *Pſ.* 17. Poſuit tenebras latibulum ſuom. *Ad Hebr.* *h* Facie ad faciem,] i. ſine omni medio. *i* Nunc cognoſco.] Hæc eſt ſecunda cauſa, quia intellectus noſter obſcurus eſt: q. d. Parvuli ſumus in hac vita in cognitione Dei. *k* Cognoſco,] non per viſom, ſed per auditum. *Job ult.* Auditu auris audivi te; nunc autem oculus meus videt te. *l* Ex parte,] i. imperfecte. *m* Tunc autem,] i. perfecte quia tunc erit intellectus noſter Deiformis. Et dicit ly [ſicut] appropriationem. Vel *n* Sicut & cognitus,] i. ſicut Deus præſcivit me cogniturum eum. *Phil* 3. Sequor, ſi quo modo comprehendam, in quo & comprehenſus ſum. Moral. *a* Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulus.] *Moraliter. Conditiones puerorum.* Quia ergo omnes eacelſa Dei quaſi balbutiendo reſonant, ſignum eſt quod parvuli ſunt, ſed in patria non ſic: quia *Iſa.* 32. Lingua balborum velociter loquetur, & plane. Item modo loquimur ut parvuli de minimis, ſed tunc de maximis, *Iſa.* 32. Princeps ea quæ digna ſunt Principe cogitabit; & cogitationem ſequitur loquela. Item multa ſcit puer, quæ exprimere non poteſt, ſic multi de Deo. Unde *Jer.* 1. A, a, a, Domine Deus neſcio loqui, quia puer ſum ego. Moyſes *Exod.* 4. dicit: Impeditioris & tardioris linguæ factus ſum. Cujus cauſam ponit Joſephus dicens, quia cum puer Moyſes allatus fuiſſet coram Pharaone, vidit elegantiam pueri, & pulchritudinem, ideo poſuit diadema ſuum ſuper caput ejus, puer autem videns imaginem idoli in corona projecit eam ad pedes ſuos, & calcavit, & dixerunt magi Pharaonis, quod ſignum erat, quod per illum puerum deſtruendum eſſet regnum Ægypti; alii autem volentes eripere puerum, dixeruot, quod fecerat ex pueritia, & ſecerunt afferri carbonem unum quem poſuit puer in ore ſuo, & ſic linguam ſuam combuſſit: per hoc ſignificatur amor carnalis, & cupiditas rerum temporalium. Igitur illi de Deo ſuaviter loqui noverunt, qui eum totis viſceribus amare didicerunt. Item puer loquitur ſine præmeditatione, inepta & fatua, ſic multi. *Iſa.* 32. Fatuus fatua loquitur. *b* Quando factus ſum, &c.] Unum eſt improvidentia ſuturorum. *Deut.* 32. Utinam ſaperent & intelligerent, ac noviſſima providerent. *Gen.* 30. Juſtum eſt, ut aliquando provideam domui meæ. Secundum eſt inconſtantia propoſiti. *Eccleſ.* 27. Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut ſol: nam ſtultus ut luna mutatur. Tertium eſt contrarietas voluntatum. *Prov.* 15. Cor ſtultorum diſſimile erit? Item puerorum aſt ludere. *Job* 21. Infantes eorum exultant luſibus. Item non quærunt niſi comedere, & bibere, ut dicitur *Sap.* 2. Fruamur bonis quæ ſunt; utamur creatura tanquam in juventute celeriter. Item minima maxima reputant, & maxima minima, aut nulla, propter quod talibus, ut pueris loquitur *Pſ.* 4. Ut quid diligitis vanitatem, Magis etiam diligit puer imaginem pueri, quam puerum vivum. Dominus autem volentibus eſſe parvulis dicit *Matt.* 6. Primum quærite regnum Dei, &c. Sed *Gen.* 25. Eſau puer dedit jus Primogenituræ pro lenticula ſuſa, i. jus hæreditatis æternæ pro his tranſitoriis. Item plus dolet puer de amiſſione pomi, quam totius hæreditatis; ſic multi plus dolent de amiſſione jucunditatis temporalis, quam æternæ hæreditatis. *Pr.* 2. Uſquequo parvuli diligitis infantiam, & ſtulti, &c. Item beneficii eſt immemor. Sed *Eccl.* 29. Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris. *Gen.* 40. Pincerna ſuccedentibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui, qui dixit ei, quomodo exiret de carcere inferni. Item puer de facili recedit ab amico. *Eccl.* 9. Non derelinquas amicum antiquum: novus enim non erit ſimilis illi. Seneca. In amico antiquo minor eſt reverentia, & major affectus: in novo e converſo. Item de facili iraſcitur. Contra quod *Jac.* 1. Sit omnis homo, &c. & tardus ad iram. Item vilia de facili concupiſcit. In perſona talium dicitur *Thr.* 3. Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus Jeruſalem, oculi eorum quaſi accipitres Diaboli, Item vanis, & ludicris intendit. Sed *Eccl.* 9. Noli circumſpicere in vicis civitatis, nec aberraveris in plateis illius. Item cum parvulis libenter loquitur, & conſilium accipit ab eis. Sed propter hoc amiſit Roboam majorem partem regni ſui: 3. *Reg.* 12. Parvuli ſunt iſti ſæculares. Ita ergo juſtum eſt, ut quæ ſunt parvuli, evacuemus cum Apoſtolo tanquam viri facti: & hoc fit per contraria. Debemus autem in hac vita eſſe parvuli malitia, ſicut monet Apoſt. *Inf.* 14. Vel parvuli, i. humiles, ut in futuro ſimus viri *Matt.* 18. Amen dico vobis, niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Sed quamdiu? Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei in virum perfectum. *Eph.* 4. Et 1 *Jo.* 3. Nunc filii Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. *d* Videmus nunc per ſpeculum.] Triplex eſt ſpeculum. Unum clariſſimum dicitur, ut *Sap.* 6. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula: aptatum ligno crucis, & catenſum, ut in eo ſordes peccatorum noſtrorum poſſimus inſpicere; hoc enim exigit peccatorum noſtrorum enor-

* mitas

Expoſitio Gloſ. A remunerabitur quoad hoc; ſed fide, & charitate: tamen in quibuſdam virtutibus remunerabitur, quæ complebuntur ſicut eſt fortitudo, quæ perficietur; ſed non perficietur in dote ſpirituali: quia dos eſt illud quo immediate delectamur in Domino: niſi prout ſpes cadit in fide, & charitate. Sed modus imperfectionis tolletur, ideſt, imperfectio modi. Item videtur ſecundum hoc, quod charitas deſtruenda ſit omnino: quia ejus modus ſubſtantialior eſt illo, qui determinatur in illo præcepto, diliges proximum tuum ſicut teipſum, ideſt, addi, quod teipſum: ſed ſic non diligemus damnatos, ergo modus iſte evacuabitur, & eſt ſubſtantialis charitatis; ergo charitas ſimpliciter deſtruetur. Præterea tunc diligemus in eo in quo, & iſte modus alius eſt ab eo modo diligendi, quo diligimus ad id, quod nos: videtur ergo, quod ille non ſit ibi. Sol. Revera eſſentialis modus charitatis diligendi attenditur penes illud, quod determinatur in hoc præcepto, diliges proximum tuum, &c. Et modo teneor diligere omnem proximum ad id ad quod meipſum, de cujus damnatione non ſum certus: tunc autem quando certus ero de damnatione multorum, non teneor illos diligere ad id, ad quod meipſum; nec etiam modo tenerer, ſi certus eſſem de aliquibus. Ad id quod dico: Diligo iſtum ſicut me, ſic notatur deſiderium, quod eſt in dilectione: cum autem, diligo iſtum in eo in quo me, ſic notatur fruitio. Utrumque autem ibi erit & fruitio & deſiderium: unde illud, fruuntur nec faſtidiunt, quo frui magis ſitiunt. Videbimus eum, ſicut eſt. 1. *Jo.* 3. i. in propria ſubſtantia, & per propriam ſubſtantiam. Videmus per ſpeculum, ideſt, per imaginem, &c. ſed Nonne in futuro creaturas ipſas videbimus? conſtat, quod ſic: quia tunc magis relucebit in eis veſtigium Creatoris; ergo per illud videbimus Deum. Item imago Dei, memoria & intellectus & amor, ex memoria & intellectu eſt amor, ſicut ex patre filius, & ex utroque Spiritus ſanctus. Cum ergo modo ſic ſit imago Trinitatis, & tunc Beati in Deo, quia illa tria ſunt imago Trinitatis, ergo dicit, cognoſcam Deum per imaginem, ſicut & modo. Præterea, qui quæreret modo a B. Petro, memoria tua, & intellectus, & amor ſuntne imago Trinitatis? Conſtat quod diceret, ita: ergo ipſe modo cognoſcit Trinitatem per illorum trium imaginem. Sol. Tripliciter eſt conſiderare imaginem: ut rem, ut imitationem ſive ſimilitudinem, & ut viam mediam. Ut rem conſideravit Narciſſus imaginem ſuam, qui amore illius ſtupefactus interiit. Ut imago ſive ſimilitudo conſideratur, quando dico: Optime facta fuit hæc imago, quando valde aſſimilatur ei ad cujus ſimilitudinem facta eſt: ſic conſideratur utrumque & imago, & res. Videtur autem quandoque res per imaginem ut vium, & medium: ſicut per imaginem rei, quæ eſt in oculo, de qua

A muoc

Moraliter. * mitas. In paupertate ejus poſſumus videre divitiarum ſuperfluitatem; in amaritudine, deliciarum. Hoc ſpeculum a Judæis fuit conſputum, ut in eo clarius videremus noſmetipſos. Item eſt ſpeculum Scripturæ: de quo *Jac.* 1. Si quis auditor eſt verbi, & non factor, &c. nativitatis ſuæ in ſpeculo. Tertium ſpeculum eſt creaturæ, cujus mutatio noſtram mutationem, & corruptibilitatem, & mortem deſignat. *Exod.* 38. Mare æneum circumdatum fuit ſpeculis mulierum, i. creaturis: quæ fragilibus conceſſæ ſunt, ut ſecundum quod creaturæ atteſtantur nobis noſtram corruptionem Ad litter. & mortis propinquitatem, lavemus nos in mari æneo, i. al. † Dei. in confeſſione procedente ex cordis amaritudine. Vel quantum ad litteram, nomine ſpeculi poteſt intelligi imago Dei, quæ eſt in ratione; per ænigmata, obſcura rerum ſimilitudo. *a* Nunc autem manent fides, ſpes, charitas:] per quas devenitur ad illam perfectam cognitionem. *b* Major autem his eſt charitas:] quia non excidit, & quia nihil vanitatis habet de eſſentia ſua.

a Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hæc: major *b* autem his eſt charitas.

C A P. XIV.

SEctamini *c* charitatem, æmulamini *d* ſpiritalia, magis autem ut *e* prophetetis. Qui enim loquitur *f* lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo: nemo *g* enim audit. *h* Spiritus autem loquitur myſteria. *i* Nam qui prophetat, hominibus *k* loquitur *l* ad ædificationem, *m* & exhortationem, *n* & conſolationem. Qui loquitur lingua, *o* ſemetipſum ædificat: qui *p* autem prophetat, Eccleſiam *q* † ædificat.

Expoſitio Gloſſ. A nunc cogito, video rem cujus eſt imago: ſic modo videmus Deum per imaginem, ut quæ ad Deum eſt tantum via, & medium. Iſte autem modus ibi ſubſtantiam non præterit: quia tunc erit magis propinqua lux æterna intellectui, quam res aliqua, vel imago ejus. Nota, quod ſpeculum dicitur hic ipſa res, ænigma, veſtigium Trinitatis. Tunc autem facie ad faciem. Videretur etiam quod modo: ſicut Jacob *Gen.* 32. qui dixit: Vidi Dominum facie ad faciem. Similiter *Ex.* 33. Loquebatur Moyſi facie ad faciem. Sol. Jacob vidit Dominum facie, ſupple ductus ad faciem. In Jacobo enim fuit duplex cognitio: una qua cognoſcebat Angelum: alia qua per Angeli cognitionem progrediebatur ad cognitionem Dei. Sic & in Moyſe: ſed in patria erit cognitio Dei facie ad faciem, i. ſine medio. Quibus ſcientia & Scripturæ expoſitio. Unde ſcientia dicit, ſic te habebis erga proximum: fides autem determinat quaſi principium, quare ſic ſe debet habere. Et ſimiliter ſecundum regulas ſpei, & charitatis. His diſcedentibus; ergo fides, & ſpes evacuabuntur. Contra. *Rom.* 5. Juſtitia enim Dei revelatur in eo ex fide in fidem. *Gl.* Ex fide præſenti in fidem futuram: ergo in futuro erit fides. Sol. In fidem, i. in cognitionem.

E X P O S I T I O C A P. XIV.

SEctamini charitatem.] Quoniam Sp. S. non ſolum in igne apparuit in ſignum charitatis; ſed etiam in linguis ob ſignum ædificationis: commendata charitate mentium, docet Apoſtolus concordiam unitatis eſſe etiam in verbis, agens de officiis linguæ. Quæ ſunt ſex, ſcil. loqui, interpretari, prophetare, orare, benedicere, gratias agere: hæc omnia docet Sp. S. Unde *Act.* 2. Et cœperunt loqui variis linguis, prout Sp. S. dabat eloqui illis. Dividitur autem hoc cap. in ſeptem partes. In prima oſtendit eſſe majorem qui prophetat, quam qui loquitur linguis. In ſecunda oſtendit inutiles eſſe linguas ſine manifeſtatione, ibi [Nunc autem fratres ſi venero:] & hoc oſtendit exemplo ſuo, & exemplo muſicorum inſtrumentorum tibiæ, tubæ, citharæ. In tertia caſtigat eos, qui minora præferunt dona majoribus, ibi [Sic & vos quoniam æmulatores.] In quarta notat eos deſiderare ſigna, quæ pueris, & infidelibus data ſunt, ibi [Fratres mei nolite pueri effici.] In quinta concludit omnia eſſe facienda ad ædificationem, & in concordia, ſcribens regulam collationum, & ſermonum, ibi [Quid ergo eſt fratres.] In ſexta excipit mulieres, ibi [Mulieres in Eccleſiis.] In ſeptima confirmat ea, quæ dixit auctoritate Domini, ibi [An a vobis verbum?] Dicit ergo. *c* Sectamini charitatem,] ex quo talis eſt, & tanta. *d* Æmulamini,] i. deſiderate ſpiritualia, i. alia dona Sp. S. *ſup.* 12. Æmulamini charismata meliora. 1. *Pet.* 3. Quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? [Magis autem] deſiderate ut habeatis donum. *e* Ut prophetetis,] i. ut habeatis donum exponendi Scripturas: quoniam utilius eſt quam donum linguarum. *f* Qui enim loquitur.] Ecce prima ratio, quod magis debent diligere donum prophetiæ lingua. *Gl.* Incognita, & peregrina non hominibus loquitur, quia non intelligunt: ſed ideo ejus laus in hoc apparet, & qui intelligit. *Act.* 10. Audierunt illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. *g* Nemo enim audit,] i. intelligit: vix etiam ille, qui loquitur. *h* Spiritus autem loquitur,] per talem, myſteria ſecreta de Deo. *Iſ.* 24. Secretum meum mihi, &c. Sed quare loquitur, quod non vult intelligi? ut humiliemur cognito defectu noſtro. Item ut ſciamus ineffabilia eſſe cœleſtia. Item propter decem, quæ notantur *ſup. Pſ.* 17. Diligam te Domine. Vel aliter, ut linguam appellet verbum mentale, i. imagines rerum impreſſas in inferiori parte rationis, quæ hic dicitur ſpiritus: ſicut Pharao, qui vidit ſeptem vaccas pingues, & ſeptem macras, habuit verbum mentale; & Nabuchodonoſor, qui vidit ſtatuam. Sed Joſeph & Daniel donum intelligentiæ habebant, qui interpretationes dixerunt & hoc eſt ſpiritus, i. inferior pars rationis, in qua ſunt illæ rerum imagines. *h* Loquitur myſteria,] i. Dei ſecreta, ſicut etiam occulta: ille non intelligit: ſed qui habet interpretationes. *i* Nam qui prophetat,] i. qui intelligit mente, i. ſecundum ſuperiorem partem rationis, & habet interpretationem & ſignificationem harum imaginum. *k* Hominibus loquitur;] quia eis exponit. *l* Ad ædificationem.] *Gl.* incipientium. *m* Et exhortationem] provectorum, ſive perfectorum. *n* Conſolationem] deſolatorum. Aliter. *l* Ad ædificationem;] in credendis, *ſup.* 3. Dei ædificatio eſtis. *m* Et exhortationem,] in agendis, ad *Tit.* 2. Hæc loquere, & exhortare.

Gen. 41. Dan. 2.

n Et conſolationem,] in perficiendis. 1. *Th.* 3. Corripite inquietos: conſolamini puſillanimes.

o Semetipſum,] ſi tamen intelligit. *p* Qui autem prophetat;] quod eſt loqui mente. *q* Eccleſiam ædificat.] *Prov.* 29. Cum prophetia defecerit, diſſipabitur populus.

A Volo

Expoſitio Gloſſ. *c* Sectamini charitatem, &c.] Vinculum mentium. *Col.* 3. Charitatem, &c. quod eſt vinculum perfectionis. Æmulamini, i. deſiderate alia dona: ſed poſt charitatem. Ergo primo & principaliter, & plus debemus diligere charitatem, quam aliquod de donis; ergo plus quam ſapientiam, ſed nihil eſt diligendum, niſi quia bonum: quare nec plus eſt diligendum, niſi quia melius: ergo charitas eſt melior, quam ſapientia: vel aliud donum ut fides, vel aliud. Item contra: Melior & dignior eſt intellectus, quam affectus; ergo & perfectio hujus, perfectione illius: ſed fides, & ſapientia ſunt perfectio intellectus, ſive vis rationalis; charitas autem affectus, ſive vis concupiſcibilis; ergo fides & ſapientia meliores ſunt, quam charitas. Sol. Charitas eſt melior, quam alia dona, de quibus hic ſpecialiter eſt ſermo, ut donum linguarum & donum prophetiæ, vel charitas magis diligenda eſt, quam fides quod hoc quia non excidit; imo ſimpliciter, quia ipſa ſola eſt ratio merendi vitam æternam. Ut aliter accipiatur lingua; hic appellat linguam, impreſſionem animæ ſive imaginem, quæ eſt ſignum rei. Linguam hic dicit prolationem, i. impreſſionem imaginis rei quæ eſt in anima, per quam anima ſecum loquitur, ſicut aliquis loquitur alii per vocem. Ubi, i. in qua prolatione ſunt ſignificationes, ſc. rerum imagines ipſas ſignificantes. Quo tamen intellectus; i. ſuperior pars rationis ſecundum actum ſuum accedit. Vel revelatio fit, quaſi per applicationem ſpiritus ad ſpiritum cogitationem habet. Vel agnitio ſit idem, quod doctrina: vel agnitio quandoque per ſe doctrina, quandoque per alium. Pharao. *Gen.* 41. in ſpiritu, i. inferiori parte rationis invicem confert homo. Illatum prolatio, quaſi lingua fuit; quia imagines rerum ſignificativarum habuit, & vidit. *Dan.* 10. In viſione opus eſt intelligentia. Joſeph mente, i. in ſuperiori parte rationis. Illius Pharaonis ſpiritus, inferior pars rationis. Informatus, impreſſis imaginibus. In illo, i. Pharaone. Lingua, i. impreſſio imaginum. Minus ergo eſt propheta; & ergo aliquantulum: & hoc eſt verum ſecundum quid, non ſimpliciter: ſed ille qui intelligit, adhuc magis vere propheta dicendus eſt. *Dan.* 2. Prophetat, quod eſt loqui mente; quando quæ intelligit ſecundum ſuperiorem partem rationis, exponit in ſermone. Quaſi majorem dixit, & cetera. Nam quod *Ambr.* exponit de lingua exteriori, i. de dono diverſorum idiomatum: *Aug.* autem de impreſſionibus, ſive imaginibus rerum, quæ fiunt in inferiori parte rationis: & propter hoc eſt magna perturbatio in hac *Gl.* neſciente diſtinguere, quæ ſunt verba *Aug.* & quæ *Ambr.* Ut non ſpiritu tantum agatur. Spiritu agitur, quando impreſſiones linguarum ſunt tantum in inferiori parte rationis, quas invicem confert homo: mente autem

A agitur,

a Volo autem *b* vos omnes loqui linguis, *c* magis autem prophetare. Nam *d* major eſt, qui prophetat, quam qui loquitur linguis: *e* niſi forte interpretatur, ut Eccleſia *f* ædificationem accipiat, *g* Nunc autem fratres ſi venero ad vos linguis *h* loquens: quid vobis prodero, niſi vobis loquar, *i* aut *k* in revelatione aut *l* in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina? *m* Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia, *n* ſive tibia, ſive cithara: niſi *o* diſtinctionem ſonituum dederint: *p* quomodo ſcietur id quod *q* canitur aut quod citharizatur *r* Etenim *ſ* incertam *t* vocẽ det tuba, quis parabit ſe ad bellum? *u* Ita & vos *x* per linguam, niſi manifeſtum ſermonem dederitis: quomodo ſcietur id quod dicitur? Eritis *y* in aera loquentes. Tam multa *z* utpute genera linguarum ſunt in hoc mundo, *a* & nihil

a Volo autem,] q. d. etſi melius ſit donum interpretationis: tamen [volo,] i. vellem. *b* Vos omnes loqui:] quia eſt donum Dei; & ideo non prohibeo. *c* Magis autem:] quia plus prodeſt. *d* Major,] i. dignior. *e* Niſi forte interpretetur,] i. niſi utrumque habeat. *f* Ædificationem.] *Heb.* 5. Grandis ſermo & interpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum. *g* Nunc autem fratres.] Probat exemplo ſui quod melius eſt prophetare ſive interpretari, quam loqui linguis. Ita dixi, quod dignior eſt, qui prophetat, quam qui loquitur linguis. *g* Nunc autem.] Certe poteſtis videre in me, qui potius hoc eligo, quam aliud: quia *h* Loquens linguis quid vobis prodero?] q. d. nihil: [Niſi vobis loquar. *i* Aut, &c.] q. d. inutilis eſſet vobis prædicatio mea, niſi vobis exponeretur. Legitur enim *Neem.* 8. quod Eſdras attulit librum legis, &c. & legit in eo diſtincte & aperte. *Iſa.* 8. Sume tibi librum grandem, i. de grandi materia loquentem: bene enim licet nobis ſumere de grandi materia. Sed ſequitur. Et ſcribe in eo ſtylo hominis, i. plano, & communi modo. *Habac.* 2. Scribe viſum, &c. *k* In revelationem, &c.] i. portans formationem in exempla: ſicut legitur in *Apoc.* Revelationes ſibi factas transformabat in exempla dicens: Vidi equum: Vidi civitatem & hujuſmodi. *Pſ.* 77. Aperiam in parabolis os meum, &c. Sol. enim induit ſe nube, ut videri poſſit in rota, ſic & nos debemus manifeſtare ardua per plana, & inferiora. Vel [in revelatione,] ipſam parabolam exponendo. *Matt.* 13. Ediſſere nobis parabolam. Vel revelatio. eſt ſubita rerum oſtenſio. Et nota quod duplex eſt oſtenſio, rei ſcil. & figuræ: Figuræ: *Zach.* 3. Oſtendit mihi Jeſum ſacerdotem. Rei, ut *Zach.* 1. Oſtendit tibi quid ſint hæc. *l* In ſcientia: quando oſtendit quid credendum, quid faciendum. Oſtenſio autem hæc fit duobus modis, aut per adminiculum Scripturæ, & tunc eſt prophetia, & doctrina, aut ſine adminiculo Scripturæ, & tunc eſt revelatio, & ſcientia. Vel aliter de his quatuor, quæ ponuntur hic. Cognitio fit duobus modis aut per acquiſitionem, aut ſine acquiſitione. Si per acquiſitionem dupliciter: aut per propriam inventionem & laborem, & ſic dicitur ſcientia, aut audiendo ab aliquo, & tunc dicitur doctrina. Si ſine acquiſitione: aut per rei oſtenſionem, & ſic eſt revelatio; aut ſine oſtenſione, & ſic eſt prophetia.

Expoſitio Gloſſ.

m Tamen quæ ſine anima.] Probat idem exemplo muſicorum inſtrumentorum. Iſta oſtendi vobis per exemplum mei, qui habeo animam rationalem: [tamen] idem oſtendo per exemplum non animatorum, [quæ ſine anima ſunt vocem dantia.] Vox proprie eſt animalis: & ſumitur hic improprie pro ſono; quia talis ſonus modo ſuo formatus diſtinctionem ſuam facit, ſicut vox. *o* Diſtinctionem ſonituum,] i. diſtinctos, & intelligibiles ſonos. *p* Quomodo ſcietur?] Hic comparat Sacram doctrinam ſono inſtrumentorum muſicorum: quia ſicut per illum removetur tædium ab homine, & conſolatur homo, & hilareſcit: ita fit ſpiritualiter per Sacram ſcripturam. *Eccl.* 40. Tibiæ, & pſalterium ſuavem faciunt melodiam; & ſuper utraque lingua ſuavis, i. doctrina, quæ de Deo loquitur ſuaviter. *Eccl.* 32. Gemmula carbunculi in ornamento auri; & comparatio muſicorum in convivio vini. Propoſitio delectabilis in loquendo de Deo eſt in convivio vini, i. Sacra ſcriptura, quæ reficit animam, & inebriat; in ea enim ſunt cantilenæ ſpirituales. Unde *Eccl.* 47. In cantilenis, & proverbiis, & comparationibus, & interpretationibus miratæ ſunt terræ.

q Canitur.] Non dicit tibicinatur. *Matt.* 9. Ejecit Dominus tibicines de domo, ubi erat puella ſuſcitanda. *Amos* 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ, &c. *r* Etenim.] Probat idem exemplo tubæ: quæ ut dicitur: *Nu.* 10. quatuor ſonandi modos proprios habet. Ad movendum caſtra; ad exhortandum ad pugnam; ad convocandum ad feſtum; ad invitandum ad convivium: quæ ſi indiſtincte ſonent non expriment aliquem ſonum, ad hæc nullus excitabitur. *n* Sive tibia.] Moraliter autem per tibiam prædicatio, vel ſermo Sacræ ſcripturæ, quæ debet incitare ad pugnam contra Diabolum, inſurgendo contra peccata per pœnitentiam quæ ſunt arma ipſius penitentis; & ad movendum caſtra, docendo profectum de bono in melius. Debet etiam commovere ad ſolemnitatem, & convivium æternæ refectionis. Et ideo dicitur Prædicatori. *Iſ.* 58. Quaſi tuba exalta vocem tuam. *Amos* 3. Si clanget tuba in civitate, & populus non expaveſcet. *ſ* Si incertam,] hoc eſt, ſi tuba incertam. *t* Vocem,] i. non intelligibilem dat, nullus præparabit ſe ad prælium ſpirituale. De quo *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. Unde *Aug. in lib. de doctr. Chriſt.* Quid enim prodeſt locutionis integritas, ſi audientem non ædificet? Pro nihilo enim loquimur, ſi non intelligimur. *u* Ita & vos per, &c.] Adaptat prædictas ſimilitudines ad propoſitum. *x* Per linguam,] i. incognito ſermone loquentes. *y* In aera,] i. in vanum. *z* Utpota,] i. ſicut genera linguarum multæ linguæ. *a* Et nihil ſine voce eſt,] i. nulla res eſt, quæ in unaquaque lingua non habeat propriam vocem, per quam ſignificatur: q. d. Tantumdem valet talis modus loquendi, ac ſi ſimul omnibus idiomatibus loqueremur.

Δ Et conΔ agitur, quando expoſitio eorum manifeſtatur, & a ſuperiori parte cognoſcitur. Quæ ad ſciendum pertinent, ea ſunt quæ fidem illuminant. Sed nota quod non pertineat ad donum ſcientiæ, ſed ad donum ſapientiæ: quia dicit, *Aug. in lib. de Trin.* quod rerum divinarum cognitio, ſapientia proprie nuncupatur; humanarum vero cognitio propriæ ſcientiæ nomen obtinuit. Nec omne quod ab homine ſciri poteſt, [quod ut plurimum ſupervacuæ vanitatis, & noxiæ curioſitatis eſt] ſcientiæ huic tribuo: ſed tantum per quod fides ſalubertima, quæ ad veram Dei ſimilitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Sed revera cognitio divinitatis proprie eſt donum ſapientiæ: ad donum autem ſcientiæ, ut in illa auctoritate dicitur, pertinent rationes per quas fides generatur in non habente, i. roboratur in eo, qui habet in parte; & defenditur contra hæreticos: nutritur per bona opera, quorum rationem cognoſcimus per donum ſcientiæ, per rationes, & hujuſmodi aliquæ inveniuntur rationes, per quas de divina natura fides gignitur, & nutritur, &c. Revelatio, rerum oſtenſio: quando manifeſtatur ſignificatio impreſſionum; quæ ſiunt in inferiori parte rationis. Prophetia nota eſt in rebus ipſis, vel factis. Unde toties dicitur: Factum eſt verbum Domini ad me. Judæis uſus erat tubæ. *Nu.* 10. Filii Aaron clangent tubis. Et *inf. eod.* Clangetis ululantibus turbis. Quod effectus, indicat, i. privatio effectus: quia ex hoc nihil effici poteſt, i. nulla cognitio in audientibus. Quomodo ſcietur, i. intelligetur. *Exod.* 32. Non eſt clamor adhortantium ſe ad pugnam, &c. ſed vocem cantantium ego audio. Hoc poteſt hodie dici de noſtris Prædicatoribus. *Job* 38. Quis eſt iſte involvens ſententias ſermonibus imperitis? Ideo Chriſtus ſine difficultate loquitur in Evangelio. *Prov.* 14. Sapientium doctrina facilis: non ad corda hominum. Cum tamen dicat Dominus per *Iſ.* 40. Loquimini ad cor Jeruſalem, *ſup.* 9. Sic pugno non quaſi aerem verberans. Multæ ſunt quippe linguæ multa idiomata: quia ſeptuaginta duæ, ſicut probat *Aug. lib. de civit. Dei*, per hoc quod quando primo enumerantur cognationes, quæ exierunt a Noe, enumerantur 72. & ibi facit Moyſes mentionem de linguis dicens, per tribus & linguas. Et ideo Dominus *Luc.* 10. Elegit ſeptuaginta duos diſcipulos, quos miſit ad prædicandum regnum Dei. Nihil ſine voce, contra. Piſces ſunt Aphoni, i. ſine voce. Sol. De eis eſt vox. *Dan.* 3. Benedicite omnia opera Domini Domino; quia in omnibus eſt vox laudis divinæ, i. materia. Ac ſi omnibus linguis loqueremini, ut ſi diceretur coram Græcis & Latinis hoc nomen [ſidera,] Græci intelligerent ferrum, Latini aſtra. Spiritus ſanctus a Deo mihi datus facit me loqui, ideſt, quod ego loquor, eſt a dono linguarum, quod dedit mihi Spiritus ſanctus: & hoc totum ſecundum autem omnia. Vel Spiritus, ideſt, ratio exemplo Auguſtini. Mens

Expoſitio Gloſſ.

Δ Joſeph,

Digitized by Google

G

ſine voce eſt. *a* Si ergo neſciero virtutem vocis, *b* ero ei, cui loquor, barbarus; *c* & qui loquitur, mihi barbarus. *d* Sic & vos *e* quoniam æmulatores eſtis ſpirituum: ad ædificationem Eccleſiæ *f* quærite ut abundetis. Et ideo *g* qui loquitur lingua, *h* oret ut interpretetur. *i* Nam ſi orem lingua *k*, ſpiritus *l* meus *m* orat, *n* mens autem mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo *o* ſpiritu: *p* orabo & mente: pſallam *q* ſpiritu: pſallam, *r* & mente. *ſ* Ceterum ſi benedixeris *t* ſpiritu *u*, quis ſupplet locum idiotæ? *x* Quomodo dicet Amen ſuper tuam *y* benedictionem? quoniam quid dicas, *z* neſcit.

A Et conſtat quod nullus intelligeret. *a* Si ergo neſciero.] Probat per exemplum linguæ barbaræ ſecundum communem modum loquendi: quando enim quis non intelligit alium, dicit: Tu loqueris mihi Græcum, vel lingua barbara: ergo ita hujuſmodi ſermo non intelligitur, etſi exprimatur. [Ergo ſi neſciero virtutem vocis] ſignificativæ, *ſup.* 4. Non eſt regnum Dei in ſermone, ſed in virtute. *Pſ.* 67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis. *b* Ero barbarus,] i. non intellectus, quia non intelligit me cui loquor, i. quem debeo inſtruere. Multi tamen Prædicatores, & maxime Doctores licet natione non ſint, faciunt ſe Barbaros, ſubtilia, & difficilia verba exquirendo. Sed attendant quoniã *Gen.* 11. Ædificatio turris Babel impedita fuit, quia ſeſe non intelligebant; ſic & ædificatio Eccleſiæ per tales impeditur. Ideo *Ezech.* 3. Non enim ad populum profundi ſermonis, & ignotæ linguæ, &c. quia talibus eſſet inutilis. *c* Et qui loquitur.] *Col.* 3. Ubi non eſt maſculus & femina, Gentilis & Judæus, circumciſio & præputium, barbarus & Scytha. *Pſ.* 113. In exitu Iſrael de Ægypto, &c. Ergo Ægyptii ſunt Iſraelitis barbari, i. mundani celeſtibus. Multi plus amant barbarizare, & dicere Sibboleth, quod ſpica paleæ eſt, quam recte dicere Schibboleth, quod eſt ſpica. *Jud.* 12. *d* Sic & vos,] eritis barbari, ſi loquimini linguis ſine interpretatione ſermonis. Et ideo

f Quærite, ut abundetis] donis, quæ ſunt neceſſaria ad ædificationem Eccleſiæ, hoc eſt, præcipue donum interpretationis. Et hoc debetis facere. *e* Quoniam æmulatores eſtis ſpirituum,] i. donorum Spiritus ſancti. [Quærite:] q. d. Non in vobis, ut abundetis; ſed in Deo. *Eph.* 3. Potens eſt omnia facere abundanter plus, quam petimus aut intelligimus. *Prov.* 15. In abundanti juſtitia virtus maxima eſt. *Col.* 3. Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter. Ideo oratur in principio ſermonis; ut virtus ſermonis explicetur in cordibus: hæc enim eſt interpretatio. Æmulatores ſpirituum.] Multi æmulantur ſpiritum locutionis, i. cupiunt ornate & placenter loqui: pauci vero æmulantur ſpiritum ædificationis; quia non habent zelum animarum. 1. *Pet.* 3. Quis eſt qui vobis noceat, &c. *Prov.* 16. Spirituum ponderator eſt Deus, i. bene novit quem ſpiritum æmulatur quilibet. Et ideo. *g* Qui loquitur lingua,] i. qui habet donum linguarum. *h* Oret ut interpretetur,] i. ut donum interpretandi ſibi a Deo detur. *i* Nam ſi orem.] Idem probat per naturam orationis. Et ſumitur hic oratio ſicut in Rhetorica pro allegatione ante judicem, quæ ſi non intelligitur a judice, inutilis eſt. Et hoc eſt [Nam ſi orem,] i. allegando proponam. *k* Lingua,] i. in diverſitate ſermonis quem non intelligam, nec ipſe Judex. *l* Spiritus meus orat,] i. Spiritus S. qui ad hoc mihi datus eſt, facit me ſic loqui: q. d. Hoc ipſum quod ſic loquor, a me non habeo. *Rom.* 8. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, i. poſtulare nos facit. [Spiritus meus,] i. ratio. *m* Orat,] i. facit ſic me loqui: quia magnum videtur, quando homo loquitur ſic. Hoc ſecundum *Ambroſ.* Vel ſecundum *Auguſt.* per ſpiritum intelligitur inferior pars rationis; per mentem ſuperior; per linguam impreſſiones rerum factæ in inferiori parte: q. d. ſi Figuras rerum habeam & diſcurram interius, non tamen intelligam. *n* Mens autem mea,] i. intellectus [ſine fructu eſt.] Quid ergo eſt faciendum ex quo ſic loqui eſt infructuoſum. *o* Orabo ſpiritu,] i. linguis. *p* Mente,] i. intelligentia: quia faciam intelligere quod lingua loquor. Vel ſecundum aliam expoſitionem: [Orabo ſpiritu,] in inferiori parte rationis recogitabo impreſſiones rerum factas in ea. [Orabo & mente,] i. exponam illas figuras, ſecundum quod intellectus earum eſt in mente mea, i. in ſuperiori parte ſpiritus. *q* Pſallam ſpiritu,] ſcil. ſicut concorditer cantatur in cithara, ita quod alii melodiam intelligant.

r Pſallam & mente] i. quod ſpiritualiter intelligo exponam aliis, ſic quod concorditer intelligant.

Moraliter. *g* Qui loquitur lingua, oret.] Prædicatio debet eſſe talis, ut intelligant auditores. *Aug. in* 4. *de doctr. Chriſt.* Non exiſtimet dici melius, niſi quod dicitur verius: nec verbis Doctor ſerviat, ſed verba Doctori. *i* Nam ſi orem.] Hoc exponitur ex ſuperabundanti de oratione qua Deum oramus: & tamen hoc modo poſſet converti ad populum. *k* Si lingua,] i. ſtrepitu verborum. Spiritus meus orat:] quia aliquo modo intendit orare Deum: ſed tamen nullam habet devotionem. Et hoc eſt [Mens ſine fructu:] quia dicit *Greg.* Quid prodeſt ſtrepitus oris, ubi mutum eſt cor? Et tamen omnino non eſt ſine fructu: quia ipſe labor orationis remunerabitur, *ſap.* 3. Unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Valet etiam ad ſex oratio vocalis. Primum eſt ſatiſfactio peccatorum oris; ſecundum, mentis excitatio: tertium, effugatio Dæmonis: quartum, exemplum proximi: quintum, gaudium Angeli: ſextum, ligatio cordis ad os. Unde *verſus*, Oris in emenda vox eſt orando ferenda: Evigilat mentem, fratrem monet, effugat hoſtem: Angelus adgaudet; orans os corque ligatur. *n* Pſallam, & cetera] *Col.* 3. Docentes, & commonentes voſmetipſos in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Domino. *Eph.* 5. Implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, &c. *Oratio vocalis ad ſex valet*

ſ Ceterum.] Probat idem per aliud exemplum. Si non intelligeret reſpondens opponentem, non poſſet ei reſpondere, ſic eſt hic: nam ſimiliter illi qui inſtruuntur in Eccleſia, ſi inſtruantur ab eo, qui loquitur lingua, & neſcit interpretari, non poſſunt reſpondere, verum eſt. Ita faciendum eſt, ut, dial: [Ceterum ſi benedixeris,] i. ſi aliqua bona ad inſtructionem dixeris:

t Spiritu,] i. lingua data per Spiritum. Vel [benedixeris,] Deum laudabo, proximum inſtruendo, teipſum accuſando coram Confeſſore. Vel [benedixeris] corde, ore, opere, quod eſt dicere ſecundarum, ut *ſap.* 12.

u Quis ſupplet locum idiotæ,] i. illius qui rudis eſt? q. d. nullus, quia non intelligit: nec etiam aliquis ſapiens, ex quo non exponis vel dicis: forma, auris, i. diſcipulos cujus auditus informatur. *x* Quomodo dicet Amen,] i. verum eſt; vel ita eſt.

y Super tuam benedictionem,] ideſt, de tua benedictione. In veteri Teſtamento dicebatur Amen ſuper maledictiones: *Deuter.* 27. ſuper benedictiones autem non *Deuteron.* 28. In novo Teſtamento e converſo. *Pſ.* 128. Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini ſuper vos. Ex hoc loco Apoſtoli ſumunt Canonici Carnotenſes, quod non dicunt Amen, ad innuendum quod illa Eccleſia in principio optimis, ideſt, nobilibus perſonis fuit inſtitota, & non erat in Eccleſia aliquis idiota. Sed modo videtur quod ſatis poſſent illud reſumere per contrarium.

z Quoniam quid dicas, neſcit:] tamen non eſt inutilis ſermo divinus, etſi non intelligitur: quia ſuper *Joſue* 15. Egredietur contra aſcenſum ſcorpionis: dicit *Gloſ. Adamantii*: Non parum utilitatis animæ confertur, cum lectio licet obſcuri divini ſermonis ad aures noſtras illabitur. Si enim per gentilium carmina ſopiuntur ſerpentes; multo magis per virtutem ſermonis divini Dæmones expelluntur. Conſtat enim multas virtutes eſſe inter nos, quibus animarum noſtrarum, & corporum noſtrorum cura commiſſa eſt ſi ſanctæ ſunt: cum Scripturæ a nobis leguntur, dulcorantur, & erga diligentiam noſtri validiores fiunt, licet ſenſus noſter ſine fructu ſit.

A *a* Nam

A Joſeph. *Gen.* 40. Concordia in membris Eccleſiæ; de qua. *Pſ.* 16. Venter meus ad Moab, quaſi cithara ſonabit. Quid? Melodiam, & concordiam unitatis Eccleſiæ. Hoc verbum [Amen] nec Græcum, nec Latinum eſt, ſed Hebræum, & interpretatur verum. Unde majorem certitudinem demonſtrat, quam ſi diceretur, verum: ſicut Alleluja [quod eſt, laudare inviſibilem, vel laudare inviſibilem,] eo ſono vocis quamdam lætitiam mentis generat majorem, quam hoc, Laus tibi Domine rex æternæ gloriæ. Aut ſi laus Dei exprimatur cantu Angelico, plus hilaris fit homo, quam ſi ſæpius diceretur ſic. Proponit ſe exemplum, quod debent facere Prælati. Quod ſignificatum eſt *Levit.* 7. ubi dicitur, quod de hoſtiis *Expoſitio Gloſ.*

A pacificis

Digitized by Google

▲ *a* Nam tu quidem bene gratias agis.] Hoc addit, ne crederet quis Apoſtolum vituperare donum linguarum. *b* Gratias agis,] ideſt, dicis aliquid, ex quo debes gratias agere Domino qui tibi dedit, quod magnum eſt. *c* Non ædificatur.] *Eph.* 4. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem, ut det gratiam audientibus.

d Omnium veſtrum lingua,] i. qua loquitur quivis veſtrum. Sic Prælatus omnibus linguis ipſo opere deberet loqui ſubditis, ut omnia opera ejus eſſent quaſi lingua inſtruens. Quod ſignificatum eſt. *Exod.* 28. tintinnabulis, quæ erant in margine tunicæ Sacerdotis, ut cum ambularet, aliis reſonaret bonum exemplum. *f* Senſu meo loqui,] ideſt, ut ego ſentiam, & intelligam, & alios intelligere faciam.

D ſcit, *a* nam tu quidem bene *b* gratias agis: ſed alter *c* non ædificatur. Gratias ago Deo † meo, quod omnium *d* veſtrum lingua loquor.

Sup. 1. al. † *non habet meo.*

Sed in Eccleſia volo *e* quinque verba *f* ſenſu meo loqui ut & alios inſtruam quam decem millia verborum in lingua. Fratres *f* nolite *h* pueri effici ſenſibus, ſed malitia *i* parvuli eſtote: ſenſibus *k* autem perfecti eſtote. In lege *l* enim ſcriptum eſt. Quoniam in aliis *m* linguis, & in labiis aliis loquar *n* populo huic: & nec *o* ſic exaudient me, dicit Dominus.

e Quinque verba,] ideſt, pauca, [quam, &c.] Poſſunt per hæc quinque verba intelligi quinque fines, propter quos debet fieri omnis doctrina ſpiritualis, & prædicatio. Et hæc ſunt verbum inſtructionis quoad inſcios, excitationis quoad pigros, conſolationis quoad deſolatos: comminationis quoad duros, exhortationis quoad bonos.

Hi ſunt lapides quinque 1. *Reg.* 17. quos David, ideſt, Prædicator, manufortis, ideſt, opere, & aſpectu deſiderabilis, i. exteriori converſatione, accepit in pugnam contra Goliam, quem impugnare debet in peccatoribus, ideſt, Diabolum. [Quinque verba] ſecundum *Hier.* quinque libri Moyſi.

Item confeſſio laudis; promiſſio muneris; comminatio; conſolatio; oratio.

Item reprehenſio, comminatio, promiſſio, conſolatio, interrogatio de viis æternis. Secundum fratrem *Jordanem* magiſtrum Ordinis, quid credendum, ſcilicet duodecim articuli: quid faciendum, ſcilicet decem præcepta Decalogi, quid fugiendum, ſcilicet ſeptem peccata mortalia; quid appetendum, ſcilicet gaudia Paradiſi; quid timendum, ſcilicet ſupplicia inferni. *Verſus:* Quid credam, faciam; fugiam, ſperabo, timebo. De primis: Exeito, conſolor, minor, exhortor, doceoque. De aliis: Arguo; promitto, minor ac interrogo, ſolor. *Pſal.* 46. Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite: quoniam rex omnis terræ, pſallite ſapienter:

Expoſitio Gloſ. a pacificis habebit Sacerdos armum ſeparationis, & pectuſculum elevationis. In primo exemplum datur quod Prælatus ſeparari debet a vita ſubditorum. In alio eminentia ſcientiæ, ut ſit verbo, & opere docens ſubditos. Qui omnes linguas novit. Quidam dicunt quod Paulus loquens unico idiomate, vel aliquis alius de diſcipulis, intelligebatur ab omnibus, cujuſque linguæ eſſent, ſicut manna unum & idem manens, omnis cibi ſaporem habebat, ſecundum voluntatem comedentis: quod videtur per hoc quod hic dicitur [Loquor lingua omnium veſtrum:] ergo lingua, qua loquor, ea eſt lingua omnium veſtrum, qui diverſarum eſtis linguarum. Tamen melius credi debet, quia ſciebat omnia idiomata, & quando loquebatur Gallicis, loquebatur tantum Gallico, & ſic de aliis.

g Fratres nolite pueri effici ſenſibus.] Jam oſtendit donum Prophetiæ, ſive interpretationis multo melius eſſe, quam linguarum: hic autem quaſi infert ex his omnibus, ut illud magis appetant. Et hoc eſt: Nolite pueri effici ſenſibus,] i. non appetatis magis minus bonum, ſicut frequenter faciunt pueri. *i* Malitia parvuli,] i. innocentes, & ſine prava aſtutia. *Rom.* 16. Volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. *Petr.* 2. Quaſi modo geniti infantes rationabiles. Sine dolo eſſent, ſi modo eſſent geniti, ad litteram pro, i. eſſe deberent: qui enim gignuntur de novo, ſimplices ſunt, 1. *Joan.* 2. Scribo vobis infantes, quoniam cognoviſtis patrem, 1. *Reg.* 13. Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpiſſet, i. ita innocens ſicut puer unius anni. Tangitur hic duplex puer. Unus bonus, ſcilicet puer malitia, de quo dicitur *Iſ.* 9. Puer natus eſt nobis. *Marc.* 9 Accipiens Jeſus puerum ſtatuit in medio eorum. Et alius malus, ſcilicet puer ſenſu, de quo *Iſa.* 65. Maledictus puer centum annorum. *Iſa.* 40. Deficient pueri, & laborabunt. Deficient in cogitationibus ſuis peſſimis, & operibus. *Eccl.* 10. Væ terræ, cujus rex puer eſt. Habet bonus puer bonas proprietates, quæ ſunt in *hoc verſu:* Credulus (vel cereus,) incultus, ſimplex, placabilis, inſons: Caſtus, ovans, plorans, humilis, largus, cito credens. Habet & malus ſuas proprietates. *Verſus.* Debilis, inſipiens, timoroſus, ſordidus, & flens: Pane perit parvus, dente piliſque carens. *k* Perfecti ſenſibus] ut donum prophetiæ, quod eſt melius, eligatis. *Matth.* 5. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. *l* In lege.] Probat, quod melius eſt donum prophetiæ, quia datum in ſalutem honorum, quam donum linguarum, quod datum eſt in ſignum condemnationis infidelium. [In lege.] Lex quandoque large ſumitur, ut non tantum quinque libri Moyſi dicantur lex: ſed & Pſalmi, & Prophetæ, ut hic. *Et Joan.* 15. Ut impleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt, quia odio habuerunt me gratis. Quandoque ſumitur ſtricte pro quinque libris Moyſi. [In lege.] Alia littera eſt. *Iſa.* 28. Nos habemus ſic: In loquela labii, & lingua altera loquetur ad populum iſtum. Hoc autem multipliciter exponitur. *m* In aliis linguis, & in labiis,] ideſt, diverſis generibus linguarum. *n* Loquar populo huic,] ideſt, Judæis per Apoſtolos.

o Et nec ſic exaudient:] quia non crediderunt, licet ſic loquerentur eis Apoſtoli. *Pſal.* 18. Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. *Sap.* 1. Spiritus Domini replevit Orbem terrarum, ideſt, Eccleſiam, extra quam nihil vivit ſpiritualiter, & hoc quod continet omnia, ideſt, homo, (communicat enim cum omni creatura,) ſcientiam habet vocis, quia ſcivit loqui omnibus linguis. Tunc fuit impletum illud *Soph. ult.* Reddam populis meis labium electum. Vel [Labiis aliis,] i. verbis ſophiſticis. Et hæc expoſitio ex ſuperabundanti eſt. In Veteri Teſtamento quaſi in lingua terrena loquebatur Dominus, quia temporalia promittebat: ſed modo tantum ſpiritualia, & æterna in pactum ſunt deducta. *Iſa.* 19. In die illa in terra Ægypti erant quinque civitates loquentes lingua Chanaam, quæ interpretatur communita, ideſt, in Eccleſia fundata ſuper quinque librorum doctrina. Vel [Aliis linguis,] ideſt, verbis parabolicis, & obſcuris. Et hæc expoſitio eſt ad propoſitum *Apoſtoli:* quaſi dicat. Sicut Dominus antiquitus loquebatur ſub figuris, ſic dedit Dominus Apoſtolis loqui, ut audientes & non intelligentes indignos ſe recognoſcerent, & ſic converterentur.

Sed non ſic fecerunt Judæi: *Iſa.* 6. Oculos ejus claude, ideſt, Judæorum. Quod ſignificatum eſt. *Exod.* 33. Poſuit Dominus manum ſuam ſuper faciem Moyſi ne videret tranſeuntem, i. ſuper intellectum Judæorum quandam obſcuritatem, propter quam non intellexerunt filium Dei incarnatum: qui quaſi in tranſitu fuit, dum fuit in carne mortali. Hoc etiam ſignificatum fuit *Num.* 4. ubi præcipitur, quod populus non videret vaſa templi niſi velata prius. *Matth.* 13. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, &c. *Prov.* 24. Gloria Domini eſt celare verbum. Tamen aliter exponitur hoc in *Iſa.* Altera quinque facto locutus fuerat eis verba.

Similiter modo lingua miſericordiæ, ſed in die judicii valde altera lingua loquetur, lingua juſtitiæ. *Iſa.* 30. Labia ejus repleta ſunt indignatione, & lingua ejus quaſi ignis devorans.

Expoſitio Gloſ. *g* Fratres nolite, &c.] Juxta exemplum. Senſus eſt optimus, ideſt, optima ſapientia: vel quia ſentit ſpiritualem ſapientiam, quam appellat ſenſum. Et ſumitur de *Proverb.* 28. Qui cuſtodit legem, filius ſapiens eſt.

Sed melius eſt ut dicatur ſumi de illo *Sap.* 6. Cogitare de illa, ideſt, ſapientia, ſenſus eſt conſummatus. Et 15. Noſſe enim te, conſummata juſtitia eſt: & ſcire juſtitiam, & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis. Quod, ideſt, quales ipſi jam non ſunt.

Ut vel ſic exaudiant me. Hic videtur, quod Dominus, & ſciens, & prudens inutiliter fecit Judæis loqui: & videtur etiam facere contra *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus: quando talibus loquebatur.

Sol. In populo erant aliqui, quibus erat prohibitum loqui, licet quibuſdam aliis non, & propter illos docebat populum, & ideo non inutiliter. Simile *Ezech.* 3. Vade ad domum Iſrael, &c. Domus autem Iſrael nolunt audire te; &c. i. quidam eorum. In talibus præponenda eſt utilitas pau-

minus. *a* Itaque li[n]guæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: *b* Prophetiæ autem non infidelibus ſed fidelibus. *c* Si ergo *d* conveniat univerſa Eccleſia in unum, *e* & omnes linguis loquantur: intrent autem idiotæ, aut infideles: nonne dicent; *f* quid inſanitis? Si autem omnes *g* prophetent: intret autem quis infidelis, vel idiota: *h* convincitur *i* ab omnibus, dijudicatur ab omnibus, *k* occulta enim cordis ejus manifeſta *l* fiunt: & ita cadens in faciem *m* adorabit Deum, pronuncians quod vere Deus *n* in vobis ſit. Quid *o* ergo eſt fratres? Cum *p* convenitis, unuſquiſque *q* veſtrum pſalmum *r* habet, doctrinam *ſ* habet Apocalypſim *t* habet, linguam *u* habet, interpretationem *x* habet: omnia ad ædificationem *y* fiant. Sive *z* lingua quis loquitur: ſecundum *a* duos aut ut multum tres, & per partes & unus,

▲ vorens. *a* Itaque.] Ex quo Dominus, & Apoſtolus maliir locuti ſunt obſcure, & ſub figuris: [Itaque linguæ,] i. diverſitas linguarum erat ſignum, ut viſo tanto miraculo converterentur ad Dominum: Juxta illud *Act.* 2. Stupebant autem omnes, & admirabantur dicentes, &c. Hæc expoſitio reſpondet expoſitioni præcedenti. Vel ita ſecundum aliam expoſitionem: Ex quo promiſit Deus, quod ſic loquerentur de ſpiritualibus ut indigni non intelligerent: [Itaque linguæ,] ideſt, donum linguarum ſine interpretatione ſunt infidelibus in ſignū hujus, quod indigni ſunt intelligere ſecreta Dei. *Iſa.* 19. Cum dederint librum ſcienti litteras, & dicent, Lege iſtum: & reſpondebit, Non poſſum, ſignatus eſt enim. [Non fidelibus.] Contra Apoſtolis datæ ſunt. Reſpondeo, non erit in die judicii quæſtio de ſignis: ſed de non factis. *Joan.* 10. Joannes quidem ſignum fecit nullum *Matth.* 12. Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & cet. Vel [Linguæ,] i. ſermones obſcuri in Sacra ſcriptura: quia non vult Dominus ſanctum dari canibus; *Mat.* 7. &c. *b* Prophetiæ, &c.] Ex hoc patet, quod melius eſt donum Prophetiæ non infidelibus, ſed fidelibus. Unde *Mat.* 13. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei ceteris autem in parabolis. *Gen.* 18. Num potero celare Abraham? *Joan.* 15 Vos autem dixi amicos, &c. *c* Si ergo.] Probat idem per linguarum inutilitatem, & utilitatem doni Prophetiæ; ponens quaſi in exemplo. *d* Conveniat, &c. in unum:] ſicut conſuetudo eſt quod illuc convenit populus ad audiendam prædicationem. 1. *Mat.* 5. Convenit Eccleſia cogitare quid facerent fratribus ſuis. *e* Et omnes linguis loquantur,] ſc. ſine interpretatione. *f* Quid inſanitis?] quid loquimini, ſicut inſani ſolent. *g* Prophetent,] i. exponant Sacram ſcripturam. *Nehemiæ* 8. Congregati ſunt principes familiarum ad Eſdram, ut interpretaretur ejus verba legis, non Ariſtotelis. *h* Convincitur,] de errore ſuo. *i* Ab omnibus dijudicatur:] quia dicunt, qui tale facit, condemnabitur, & ille talem ſe inveniat. *ſup.* 2. Spiritualis omnia dijudicat. *k* Occulta cordis ejus quæ ignorabat. *l* Manifeſta fiunt.] *Prov.* 27. Quomodo reſplendent in aquis vultus proſpicientium: ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. Vel [Occulta cordis,] quæ ann putabat eſſe peccata. [Manifeſta fiunt,] per verbum Domini. *Prov.* 20. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inveſtigat ſecretiora ventris: quia illuminat cor hominis ad recognoſcendum peccata ſua, & facit vivere ſpiritualiter, ſicut ſpiraculum corporaliter: inveſtigat & ſecreta cordis, ideſt, conſcientiæ *Soph.* 1. In die illa ſcrutabor Jeruſalem in lucernis. *Joan.* 3. Non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. *m* In faciem,] ſuam, non retro ut Heli; 1. *Reg.* 4. *Levit.* 9. Laudaverunt Dominum cadentes in facies ſuas. *n* Deus ſit in vobis,] ſic exponentibus. *Zac.* 8. Ibimus vobiſcum: audivimus, enim quod Dominus vobiſcum eſt. *o* Quid ergo eſt fratres.] Hæc eſt quinta pars hujus capituli, in qua oſtendit quomodo uti debent dono Prophetiæ: poſtquam oſtendit ipſum eſſe melius dono linguarum. Primo autem oſtendit quod utendum eo eſt ad utilitatem, ibi [Omnia ad ædificationem.] Secundo quod in menſura utendum eſt; ibi [Sive lingua.] Tertio quod pacifice, ibi [Poteſtis enim omnes. Quid ergo.] Ex quo prædicta accidunt de locutione linguarum, quæ eſt ſine interpretatione; & e converſo de expoſitione: [Quid ergo,] agendum in hoc quod ſequitur? *p* Cum convenitis,] ad inſtructionem. *q* Unuſquiſque veſtrum] habet aliquod donum: quia alius habet. *r* Pſalmum,] i. ſcit cantare in Eccleſia pſalmodiam: vel habet donum intelligendi Pſalmos; Alius. *ſ* Doctrinam,] de moribus. Alius.
t Apocalypſim,] i. revelationem occultorum. Alius.
u Linguam,] ideſt donum linguarum. Alius.
x Interpretationem,] ideſt, expoſitionem linguarum, vel Scripturarum. *y* Ad ædificationem,] fieri debent. *r* Pſalmum,] habet David manu fortis, *ſ* Doctrinam,] Paulus os tubæ, Petrus cognoſcentes. *t* Apocalypſim,] Joannes, in quo eſt gratia contemplationis. *u* Linguam,] Stephanus norma, vel corona. *x* Interpretationem,] Daniel vir deſideriorum. Hæc ſunt quinque verba præmiſſa, quæ ſola faciunt prædicationem.
z Sive lingua:] Oſtendit quod in menſura utendum eſt: quod facit quia in primitiva Eccleſia multi abundabant dono linguarum, & Prophetiæ: & ſtatim quilibet uti volebat, & ſic erat in conclamando confuſio, & non intelligebant ſe invicem. *a* Secundum duos.] Videtur quod in una Eccleſia, & in uno ſermone ſufficit quod duo ſint, vel tres, & non plures per partes Eccleſiæ, ut ▲ unus ▲ eorum daman multorum, eum officium hoc requirit. Unde cum multi ſcandalizarentur in verbis, & factis Domini: nihilominus faciebat officium ſuum: ſicut ſol, quicquid dicatur a populo, ſemper implet officium ſuum inceſſanter. Linguas, quibus velatur veritas, ideſt, carnalium obſervationum, &c. *Expoſitio Gloſ.*

Per Prophetiam eſſe mutanda, dixit per *Iſa.* 25. & *Lev.* 26. Vetuſtiſſima veterum comedetis, ideſt, ea quæ ſunt juris naturalis facietis, & novis ſupervenientibus, ideſt, Evangelicis, vetera projicietis, ideſt, præcepta legalia. Ideo dicit *Gloſ. Rom.* 2. Ego per legem legi mortuus ſum, ideſt, per auctoritatem legis legem dimiſi. In veteri lege velamen erat, 2. *Cor.* 3. Non de ſabbato. Argumentum, quod præceptum de ſabbato non erat cæremoniale. Aliis verbis ſcilicet de ſpiritualibus, *Iſa.* 1. loquebatur Dominus: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Modo autem *Matth.* 4. Primum quærite regnum Dei. Vel non placet veritas: ſed hoc non placere eſt diſplicere. Quod autem diſpliceat, peccatum eſt, ergo ſecundum hoc peccatum eſt cauſa peccati.

Sol. Propter peccatum erat, quod non habuit gratiam, qua habita placet ei veritas. *Gl. Aug. Rom.* 10. Prima gratia eſt amor veritatis. Ne eis reveletur veritas: propter hoc quia in tempore Beati Hilarii multi erant hæretici, ita occulte locutus eſt eis ne manifeſtaretur veritas: quia tunc magis eam impugnare niterentur. Vel infra tertia expoſitio. Fidelibus autem in revelatione veritatis. Contra *Joan.* 6. quando loquebatur de corpore ſuo, dixerunt. Durus eſt hic ſermo, & cum fidelibus tamen loquebatur. Sed *Joan.* 16. Nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Ex hoc relinquitur quod loquebatur occulte, & in proverbiis.

Sol. Semper plane & aperte loquebatur fidelibus: non tamen omnes intelligebant, quod erat non propter obſcuritatem ſermonis, ſed rei. Vobis datum eſt. *Matth.* 13. *Luc.* 8. Non lingua incognita, ideſt, verbis incognitis. Quaſi arreptitii videbantur, cum alter, &c. ergo cum pſallentes & cantantes non intelligunt quod dicunt, arreptitii videntur. Sol. non eſt eadem ratio de iſtis: quia ſonitus, & inſtrumenta, & ipſa modulatio cantus, aut pſalmodia proprie eſt ad devotionem; iſtud vero ad doctrinam, quæ non poteſt fieri ſine intelligentia dictorum. Quamdam ſeductionem: Credebant enim, quod fideles vellent eos non credere, & verbis decipere, quando non intelligebant eos. Linguis canatur, verbis ignotis. Impoſtura, ideſt, deceptio, ab imponendo ſic dicta, quod eſt quando errorem imponit quis alii: juxta *Gen.* 26. Quare impoſuiſti nobis? Tenebras quærit. *Joan.* 3. Omnis qui male agit, odit lucem. Falſa pro veris, ſicut faciunt hypocritæ. *Job* 24. Ignoraverunt lucem, quia mali ſunt: & ſi ſubito aurora apparuerit, ideſt, ſi opera eorum mala manifeſtantur, arbitrantur umbram mortis. Fuſcatum, ideſt, obſcuratum. *Eccl.* 4. Non abſcondas ſapientiam in decore ſuo. In lingua enim agnoſcitur ſapientia, & ſenſus, & ſcientia, & doctrina. Inconveniens ſequeretur, ſcilicet quod Eccleſia non ædificatur, & quod intrans ad nos dicit. Quid inſanitis. Si autem omnes unum, vel interim: vel in ritum. Lingua vero ſic eſt utendum, ut dixit ſupra, ad ædificationem. Ne occupent diem nimis diu loquendo, ideſt, ita loquendo; quod alii non poſſint loqui: vel ita, quod audientes tædioſi reddantur.

In ore duorum, vel trium. *Matt.* 18. *Deut.* 19. Stet omne verbum, i. firmum ſit & certum. Et det illi locum. Ex

▲ hoc

Digitized by Google

▲ unus loquatur lingua. *a* Si autem non fuerit interpres,] i. expoſitor, idem qui loquitur, vel alius. *b* Taceat,] i. non loquatur ille qui habet donum linguarum, [in Eccleſia, i. congregatione. *c* Sibi autem,] i. ſe ex hoc inſtruat. *d* Et Deo,] cui de illo dono gratias agat in Eccleſia: ubi nihil debet fieri, niſi ad ædificationem. Peccant ergo, qui in Eccleſia tenent placitâ ſua. *e* Et ceteri dijudicent,] quid accipiendum ſit. Non dicit [judicent] ſed [dijudicent,] i. diu ſe judicent, *ſup.* 11. Si noſipſos judicaremus, non utique judicaremur. *f* Quod ſi aliquid.] Oſtendit ergo quod ſucceſſive debent ſermones facere. [Sedenti] Ex hoc patet, quod prædicans ſtando prædicare debet populo. *Luc.* 6. Stetit Jeſus in loco campeſtri. Contra. *Matt.* 5. Et cum ſediſſet, &c. Reſpondeo, Diſcipulis loquebatur ſedens, turbis ſtans. Sicut modo in Clauſtris loquimur ſedentes, populo ſtantes. Ergo hoc datur aliquando inferiori, quod non ſuperiori. *g* Prior] ordine, vel dignitate. *h* Poteſtis enim.] Oſtendit quod pacifice, & ſine omni altercatione debent exponere: contra quoſdam dicentes. Dirumperer niſi dicerem quod ſtatim intelligo: quia Spiritus ſanctus cogit dicere, ſicut *Job* 32. Et coarctat me ſpiritus uteri mei. Propter hoc dicit, [Poteſtis, &c.] *i* Et] i. [illegible]: quia. *k* Spiritus Prophetarum ſubjectus eſt,] i. Spiritus ſanctus. Pluraliter dicit propter plura dona, quæ dat: & quia multas prophetias facit. *l* Subjectus,] non cogit eos loqui. *m* Non enim, &c] auctor, i. non diligit diſſentientes, ſed patientes, ſive pacificos, quia in pace eſt locus, & ſi cogeret loqui, diſſenſio eſſet inter Prophetas. *Prov.* 13. Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt. *n* Sed pacis.] *Rom. ult.* Deus pacis conteret Satanam ſub pedibus veſtris velociter. 2. *Cor. ult.* Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. Certum eſt ergo quod illi, qui faciunt bella vel linguarum, vel armorum, non habent Deum pacis. *Mich.* 2. Deſuper tunica pallium ſuſtuliſtis, & eos qui tranſibant ſimpliciter, convertiſtis in bellum. *Pſal.* 67. Diſſipa gentes, quæ bella volunt. *o* Mulieres.] Sexta pars. Determinavit quod omnes viri indifferenter poſſent uti dono linguarum, & prophetiæ: ne autem crederet quis ſimiliter de mulieribus, determinat quod non, dicens [Mulieres in Eccleſia taceant:] ita ut non loquantur linguis, nec prophetent. *p* Non enim permittitur eis) ab aliqua auctoritate, loqui verbo, & modo doctrinæ ſed præcipitur. *q* Subditas eſſe] viris. *r* Sicut & lex dicit.] *Gen.* 3. Sub viri poteſtate eris. Non licet ergo mulieribus docere viros, maxime in Eccleſia, tamen mulieri mulierem docere permittitur, ut Abbatiſſæ Moniales. *ſ* Viros ſuos interrogent:] & ſi viri earum neſciunt, interrogent alios. *t* Turpe, &c.] dico quod taceant: quia [turpe eſt:] quoniam viros earum vocem audientes, & faciem aperte intuentes invitarent ad concupiſcentiam, & ad libidinem magis, quam eos inſtruerent. Et iterum hoc eſſet contra naturalem ordinem, qui exigit viros ſapientiores eſſe mulieribus, & ideo dicit, [Turpe eſt.] Mulier enim verecunda debet eſſe non procax, & ideo portat velum. *Eccl.* 26. Mulier ſenſata, & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata, 1. *Tim.* 2. Mulier cum ſilentio diſcat cum omni ſubjectione. *u* An a vobis?] Hæc eſt ultima pars capituli, in qua hortatur eos ut credant quæ ſcripſit eis maxime in hoc capitulo. Et oſtendit multipliciter, quod debent ei credere. Primo, quia Magiſter eorum eſt, ibi [An a vobis?] Secundo, quia etiam alii hanc doctrinam acceperunt, ibi [An in vos?] Tertio, quia quæ docuit, ſunt mandata Dei, ibi [Si quis videtur propheta.] Quarto, quia qui ignorat, Dominus reprobabit eum, ibi [Si quis autem ignoret.] Ad ultimum epilogat omnia, quæ dixit in hoc capitulo, concludens ea prædictis. Quantum ad primam partem capituli dicit. [Æmulamini.] Quantum ad ſecundam quomodo utendum ſit donis, dicit [omnia honeſte.] Dicit ergo ſub quæſtione ponens, [An a vobis?] q. d. Non: ſed a me, & vobis. *Iſa.* 2. De Sion exibit lex, i. de Apoſtolis, &

al. talia.

interpretetur. *a* Si autem non fuerit interpres, *b* taceat in Eccleſia: *c* ſibi autem loquatur, *d* & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & *e* ceteri dijudicent. *f* Quod ſi † aliquid revelatum fuerit ſedenti, *g* prior taceat. Poteſtis *h* enim omnes per ſingulos prophetare, *i* ut omnes diſcant, & omnes exhortentur. Et ſpiritus *k* Prophetarum prophetis ſubjectus *l* eſt. Non *m* enim diſſenſionis eſt Deus, ſed *n* pacis: ſicut in omnibus Eccleſiis Sanctorum doceo. Mulieres *o* in Eccleſiis taceant: non *p* enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas *q* eſſe, ſicut *r* & lex dicit. Si quid autem volunt diſcere, domi viros *ſ* ſuos interrogent turpe *t* eſt enim mulieri loqui in Eccleſia. An a *u* vobis verbum Dei proceſſit? An in vos *x* ſo-

verbum Domini de Jeruſalem. *x* An in vos ſolos?] quaſi: Non, ſed in alios: & ideo exemplo eorum firmiter tenere ▲ debetis.

A hoc videtur argumentum, quod ſi aliquis ſine omni miſſione poſſit prædicare, & recipi debeat: quia iſte de quo dicit, quod detur ei locus, non mittebatur. *Expoſitio Gloſſæ.*

Item in *dialogo Gregor.* quidam accuſatus fuit coram Beato Gregorio, quia prædicaſſet non miſſus: qui reſpondit. Quid plus quæris operis quando concordat in te munditia cum ſtudio prædicationis.

Sol. Non debet aliquis prædicare, qui miſſus non eſt. Non eſt ſimile de illo de quo fit ſermo: quia talis non dicebat niſi pauca, & præterea Apoſtolus mittebat eum, quia dabat ei licentiam loquendi, ſi Dominus ei revelaſſet aliquid.

Sic Moyſes *Num.* 11. Quis tribuat, ut omnis populus prophetet? Subjectus eſt prophetis, non quoad videndum per donum prophetiæ, ſed quoad loquendum: quia non cogit loqui, vel tacere hominem habentem donum prophetiæ. Aliter, eſt contrarium quod dicitur. 4. *Reg.* 3. Adducite mihi pſalten. [illegible]

Item *Jerem.* 20. Factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſuſque in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens.

Item *Eccl.* 8. Non eſt in hominis ditione prohibere ſpiritum. Solut. ſubjectus dicitur, quia ſuggerit, i. ſubminiſtrat. *Joan.* 14. Et ſuggeret vobis omnia. Vel quia oſtenſa non cogit pronunciare. Et quod dicit Salomon. Non eſt in hominis ditione prohibere ſpiritum; verum eſt, quin revelet, vel quando, vel etiam, quod non dicat homo revelata ſibi plene a Spiritu ſancto. Et quando volunt tacere, &c. Contra. *Amos* 3. Dominus Deus locutus eſt: quis non prophetabit? Et *Jer.* 29. Dominus dedit te ſacerdotem pro Jojada ſacerdote ut ſis dux in domo Domini ſuper omnem virum arreptitium, & prophetantem. Sol. Cogit ſpiritus, ſed non cogit coactione ſufficienti, ut *Jer.* 20. & Apoſtoli *Act.* 4. Non poſſumus non loqui, quæ vidimus, & audivimus. Bonus conatus, i. bona deſideria. Mulieres, nec loquantur linguis, nec prophetizent. Contra *ſup.* 11. Mulier orans, vel prophetans, *Jud.* 4. Debbora prophetavit, & in hoc laudatur: ergo lucrum erat ei prophetare, *Iſa.* Acceſſit ad propheriſſam. *Gloſ.* Mariam, 4. *Reg.* 22. Ierunt Helchias ſacerdos, & Abicam ad Holdam prophetidem uxorem Sellum. *Joan.* 4. de Samaritana. Et *Luc.* 2. de Anna uxore Phanuel. *Act.* 21. Quatuor virgines filiæ Philippi. Præterea Abbatiſſæ in Capitulis exhortantur, & in Eccleſiis publice Moniales cantant. Sol. Præſentibus viris non debent docere publice, vel prædicare, vel Sacram ſcripturam exponere per modum doctrinæ, vel prædicationis, niſi ſint privilegiatæ, ut Debbora, & Holdam, & B. Maria, & Martha, & filiæ Philippi: nec privilegia paucorum faciunt legem communem: ſecundum illud 1. *Tim.* 2. Docere mulieri non permitto, neque dominari in virum, *Apoc.* 2. Habeo adverſus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, quæ ſe dicit propheriſſam, docere, & ſeducere ſervos meos. Orare autem poſſunt, & cantare: quad hoc ſunt inſtitutæ Moniales. Vel aliter dicendum, quod ſecundum quod invenitur mulieres prophetaſſe, aliter ſumitur prophetare, quam hic. Ibi enim idem eſt prophetare, quod futura prædicere vel laudare, quod eis licebat: ſed hic dicitur prophetizare, Sacram ſcripturam docendo, vel prædicando exponere; quod nunquam licuit mulieribus. De Samaritana poteſt dici quod non prædicavit; ſed quod audivit & vidit, hoc narravit. Ad illud Apoſtoli dicendum, quod ibi arguit etiam mulieres in duobus: in eo ſc. quod non velato capite orabant, & quia prophetabant, i. exponebant Scripturas. Contra Eccleſiaſticam doctrinam, i. contra inſtituta Eccleſiaſtica: debet enim verecundari, i. ſigna verecundiæ habere, ſicut eſt tacere, & velum ſuper caput ſuum portare. Quare beneficium accedentes ad fidem darent, i. credebant multum feciſſe pro Domino, quia acceſſerant ad fidem. Sicut modo peccatores, quando convertuntur ad pœnitentiam, multum ſe feciſſe credunt pro Prædicatore. Ita pueri faciunt, cum comedunt ad preces matris, multum ſe credunt feciſſe pro matre, & tamen niſi comederent, morerentur. Quia tales

A Debetis. *a* Si quis videtur propheta eſſe,]& eſt in veritate propheta, ideſt, habens donum Scripturas exponendi, & intelligendi *b* Aut ſpiritualis,] habens donum ſpiritualiter vivendi *d* Quia Domini ſunt mandata,] & ideo firmiter tenenda *Eccl.* 3. Quæ præcepit Deus tibi, illa cogita ſemper. Vel [Spiritualis cognoſcat,] ideſt ſpiritualiter, non carnaliter. *c* Quæ ſcribo vobis: quia Domini ſunt mandata] qui nihil carnale præcipit. *a* Si quis videtur propheta eſſe,] Prophetam videri faciunt vita honeſta, verba veritatis, eventus rei frequens, viſio Dei, concordia, fides Scripturarum. *e* Si quis autem ignorat,] id eſt, reſpuit ſcire, ut intelligatur de ignorantia affectata. *f* Ignorabitur.] Exemplum de fatuis virginibus. *Matth* 25. Neſcio vos & *Matth.* 7. Non novi vos. Et hoc eſt contra quoſdam dicentes. Si irem ad ſermonem, audirem aliquid eſſe peccatum, de quo non ſcio quod peccatum ſit, & propter hoc tamen non dimitterem, eſſet mihi gravius peccatum, quia *Luc.* 12. Servus, qui cognovit voluntatem Domini ſui, &c. & *Petr.* 2. Melius enim erat illis, viam veritatis non cognoſcere, &c. Alii allegant illud *ſap.* 8. Scientia inflat.

27. diſt. c. Ideo, & 19. diſt. c. qui ea, & 15. q. 1. c. 1.

los pervenit? *a* Si quis videtur propheta eſſe, *b* aut ſpiritualis: cognoſcat *c* quæ ſcribo vobis: *d* quia Domini ſunt mandata. *e* Si quis autem ignoraret, *f* ignorabitur. *g* Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere. *h* Omnia autem *i* honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis.

C A P. XV.

NOtum *k* autem vobis facio fratres, *l* Evangeliū

Unde dicunt, ſi addiſcerem inde magis ſuperbirem, ideſt, propter hoc. Hi, & illi quaſi rationabiliter confugiunt ad latebras ignorantiæ. Sed ſciant quod ſecundum hoc verbum *Apoſtoli*, ſi ingenium habent, & facultatem, & tamen non volunt addiſcere, quod graviter peccant. *Pſ.* 81. Neſcierunt neque intellexerunt, ideſt, nec ſcire nec intelligere volunt, & ideo in tenebris ambulant. *Iſa.* 5. Propterea captivus, ductus eſt populus meus: quia non habuit ſcientiam. *Pr.* 29. Cum defecerit prophetia, diſſipabitur populus. *Oſ.* 4. Scientiam repuliſti, & ego repellam te. *Pſal* 36. Lex Domini in corde ipſius, &c. *g* Itaque fratres æmulamini prophetare, & loqui linguis nolite prohibere,] licet minus bonum ſit, hic reſpondet primæ parti. *h* Omnia autem honeſte.] Hic reſpondet quantum ad ſecundam partem, ideſt, quantum ad uſum donorum quibus utendum eſt. *i* Honeſte,] ideſt, ſine ſcandalo alterius, & ordinate, ut in hoc proficiant. *Can.* 6. Quæ eſt iſta, quæ progreditur, ſicut aurora conſurgens, quæ ſine ſtrepitu ſurgit: & ſicut Sol & Luna, quæ curſu ſuo curſum alicujus ſtellæ non impediunt: & ſicut caſtrorum acies ordinata. *Num.* 10. Profectique ſunt filii Ruben, qui interpretatur populus viſionis, per quem Clerici ad litteram, ſecundum turmas, & ordinem. *Jud.* 5. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo pugnaverunt adverſus Siſaram, qui nititur expellere eas a gaudio Paradiſi. *Col.* 2. Spiritu vobiſcum gaudens, & videns ordinem 3. *Eſdr.* 5. Steterunt Sacerdotes in ordine ſuo cum tubis. Unde præcipitur *Levit.* 1. & 2. quod omnis hoſtia ſit ſine macula, & ſine fermento, & 21. quod omnis offerens ſit ſine macula. *Cant.* 4. Macula non eſt in te.

Expoſitio Gloſ. A ſe præbebant, credebant enim quod niſi ſe tales exhibuiſſent, alii non credidiſſent, & ex hac mente efferebantur in ſuperbiam. Pro deſideriis hominum, ſic multi hodie faciunt: ut placeant hominibus, malunt dicere vana, quam vera; placentia, quam ædificantia: ſecundum quod dicitur *Iſa.* 30. Filii nolentes audire verbum Dei, &c. Non cognoſcetur, notitia approbationis. In Evangelio. *Matt.* 25. Si quis eſt, qui videtur, ſcilicet ſpiritualis, vel propheta, per hoc innuit difficilia. Unde 2. *Petr. ult.* Chariſſimus frater noſter Paulus ſecundum datam ſibi ſapientiam, &c. loquens de eis, in quibus ſunt quædam difficilia intellectu. Sed non ita eſſe cognoſcit, ſcilicet ſpiritualiter. Ineffabilem Trinitatis unitatem, de qua *Rom.* 11. Ex ipſo, & per ipſum & in ipſo, &c. Ignorantes temporalia non eſt neceſſe ignorari a Domino, nec de tali ignorantia intelligitur. In cruce Chriſti. *Gal.* 6. De puſillus iſtis. Ut linguis prophetia proponatur, quid ergo de ſimplicibus, & rudibus? Conſtat quod multi donum linguarum præponerent dono ſcientiæ: ergo ignorabuntur a Domino.

Solut. *Gloſſator* intelligit de iſtis, qui audierant ab Apoſtolo quomodo donum prophetiæ eſſet præponendum, & nolebant ei credere. Nolite prophetare, ne fiat diſſenſio argumentum, quod multa licet ſint utilia, ſunt tamen prohibenda pro vitanda diſſenſione, & ſcandalo. Unde *ſupr.* 8. Ubi loquitur de eſcis, *Ambr.* Non mutat Apoſtolus conſuetudinem, quæ ſervata non impedit ſalutem. Ut utilius minus utili præponitur; ergo hoc faciendum eſt in Eccleſiaſticis electionibus, quod melior debet præponi, & eligi, & qui aliter facit, peccat. *Malac.* 1. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo, &c. & offert claudum, &c.

Sed contra: dicit Dominus Papa quod ſufficit ad bonam electionem, ſi bonus eſt qui eligitur.

Solutio. Semper præponendus eſt melior, ſi poteſt fieri cum pace Eccleſiæ: ſin autem, ſufficit vitari hoc, ut dicit Dominus Papa, ſi bonus eſt, malus autem nunquam debet eligi.

E X P O S I T I O C A P. XV.

NOtum autem vobis. Poſtquam egit de unitate militantis Eccleſiæ & de donis gratiæ: agit de unitate Eccleſiæ triumphantis, & de donis gloriæ: oſtendens, quod qui ſervaverit unitatem militantis in hac vita, perveniet ad unitatem triumphantis in patria, quod *Matth.* 6. Petimus dicentes, Adveniat regnum tuum. Dividitur autem hoc caput in quatuor partes. Primo enim agit de veritate reſurrectionis. Secundo agit de diverſitate reſurgentium, ibi [Non omnis caro.] Tertio quomodo fiet reſurrectio, ibi [Ecce myſterium vobis.] Quarto de ſtatu poſt reſurrectionem, ibi [Et mortale.] In prima ergo parte probat primo reſurrectionem eſſe futuram per reſurrectionem Chriſti, ibi [Notum autem vobis, &c.] Probatio a ſimili. Sed quia poſſet aliquis dubitare de reſurrectione Chriſti, ſecundo probat reſurrectionem etiam jam eſſe factam, & hoc per idoneos teſtes, ibi [Et quia viſus eſt.] Tertio probat quod futura ſit reſurrectio, ibi [Quod ſi Chriſtus.] Quarto probat idem per naturam juſtitiæ, quæ exigit, ut qui multa paſſi ſunt pro Chriſto in corporibus, remunerentur in eiſdem, ibi [Si in hac vita.] Quinto per locum a contrariis, ibi (Quoniam quidem per hominem.) Sexto interſerit probationi ſuæ de tempore reſurrectionis, tangens quædam de ſtatu poſt reſurrectionem, ibi (Unuſquiſque autem.) Septimo redit ad probationem ſuam, & probat per naturam baptiſmi, quoniam erit reſurrectio: quia ſi non reſurgerent homines, inutiliter eſſet baptiſmus, ibi (Alioquin quid facient.) Octavo per naturam æquitatis, ibi (Si omnino mortui.) Nono per ſimilitudinem ſumptam, ibi (Sed dicet aliquis.) Decimo per naturam pulveream, ibi (Deus autem dat.) Dicit ergo. *k* Notum vobis,] ideſt, volo quod habeatis in memoria, quod prædicavi vobis de reſurrectione mortuorum. *l* Evangelium:] ſecundum quod dicitur ſuper illud principii doctrinam, quæ dicitur Evangelium Marci: Initium Evangelii. *Gloſ.* Evangelium eſt nunciatio bona, per quam proprie ad regnum Dei, & ad remiſſionem peccatorum pervenitur. Vel ſtricte ſumitur Evangelium, ſecundum quod dicitur bona nunciatio proprio ore Salvatoris facta, ſic non reputantur Epiſtolæ Pauli Evangelium: ſed primo modo. Secundum hoc videtur quod nobiles multo rectius faciunt, quam nos: quia ſtando Epiſtolas Pauli audiunt quaſi Evangelium, & nos ſedendo. Sol. Si quia Evangelium eſt faciunt bene faciunt, nos autem ſedendo, & bene: quia per hoc ſignificamus quod ipſe eſt præcipuus doctor Eccleſiæ, doctrinam enim ſedendo addiſcimus, quia dicimus diſcipuli

A ejus, &

k Notum autem, &c.] Praviloquiis corrupti, *infr. eod.* Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Sunt qui. Probat: ergo hanc credendo non meremur: quia fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, ſupra habita eſt ſolutio. Expoſitio Gloſ.

Probat enim, id eſt, quibuſdam rationibus, & ſimilitudinibus perſuadet. Sive eo caditis, ideſt, ruitis de peccato in peccatum: Certitudine ſpei, hæc certitudo ſonat in privationem, ideſt, ſalvamini ſine aliqua dubitatione. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti eſtis. In veritate rei, videtur etiam quod modo ſalvemini certitudine rei: quia in cuſtodiendis illis retributio multa, ideſt ſpiritualis jucunditas: quæ eadem erit in futuro, ſed augebitur, unde etiam ibi *Gloſ.* quæ tanta eſt, quod nequit dici.

Sol. Salvamini in futuro in veritate rei, ideſt, ſine aliquo defectu: ut veritas opponatur defectui, qui eſt in præſenti. Incaſſum eſt fides.

Contra. Super illud *ſup.* 3. Ædificat ligna, fœnum, ſtipulam: dicit *Ambr.* Cum perfidi in æternum pereant, prodeſt illis fidem tenuiſſe: igitur non fides talium incaſſum, licet non credant reſurrectionem mortuorum. Sol. Incaſſum eſt eis quoad remiſſionem peccatorum, & quoad habendam vitam æternam. Simile dicit: inanis pœnitentia, quam ſe-

A quens,

Digitized by Google

▲ ejus, & ſumus. *a* Quod prædicavi] non modo, quaſi de novo adinventum. *b* Quod & accepiſtis,] ideo verecundia eſſet vobis ſi dimitteretis. *c* In quo & ſtatis,] facientes, juxta illud *Eccl.* 11. Sta in teſtamento tuo, & in eo colloquere; & in opere mandatorum tuorum veteraſce. *Exod.* 25. Vectes ſemper erant in annulis. *d* Per quod & ſalvamini,] Unde *Jacob.* 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. *Pſ.* 18. Lex Domini immaculata, convertens animas. Salvamini dico, per illud. *e* Si tenetis, &c.] i. ſi habetis in memoria quod prædicavi, & quo fine vobis prædicavi. Prædicavit enim eis reſurrectionem mortuorum, ut abſtinerent a malo, & provocarentur ad bonum faciendum. Non ita dicit, [quod prædicaverim,] ſed qua ratione, ideſt, quo fine, & quo ordine; ſcilicet, primum lac, & poſtea ſolidum cibum: totum ad honorem Dei, & utilitatem proximi. *f* Niſi fruſtra credidiſtis,] q. d. Niſi credideritis reſurrectionem mortuorum, inutilis eſt fides veſtra, & quicquid creditis.

a quod prædicavi vobis *:* quod & *b* accepiſtis, in quo *c* & ſtatis, *d* per quod & ſalvamini, qua ratione prædicaverim vobis *e* ſi teneatis: *f* niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi *g* enim vobis in primis quod & *h* accepi. Quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris *i* ſecundum Scripturas, & quia ſepultus *k* eſt, & quia reſurrexit *l* tertia die ſecundum Scripturas, & quia viſus *m* eſt Cœphæ, & poſt hæc Undecim. *n* Deinde viſus eſt pluſquam *o* quingentis fratribus ſimul; ex quibus multi manent uſque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde viſus eſt Jacobo; deinde Apoſtolis *p* omnibus. Noviſſime autem omnium tanquam *q* abortivo viſus eſt *r* & mihi.

g Tradidi enim in primis] i. inter maxima, & adhuc trado. In hoc innuens, quod præcipue iſtud tenere debuerunt, *ſup.* 2. Non judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum; & *ſup.* 11. Accepi a Domino, quod tradidi vobis. *h* Quod & accepi.] q. d. non eſt fictitium. *Gal.* 1 Notum vobis facio, fratres, Evangelium quod evangelizatum eſt a me, quod non eſt ſecundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, &c. quoniam Chriſtus hoc tradidit nobis. *i* Secundum Scripturas,] ideſt, ſecundum quod prædictum erat in Scripturis. *Iſa.* 53. Tanquam ovis ad occiſionem ductus eſt. *k* Sepultus] *Iſa.* 11. Et erit ſepulchrum ejus glorioſum. *l* Reſurrexit tertia die, &c.] *Oſ.* 6. Tertia die ſuſcitabit nos. *m* Et quia viſus] Probat Chriſti reſurrectionem per idoneos teſtes. *Luc. ult.* [Viſus eſt Cephæ,] Primo inter viros legitur in Evangelio ei apparuiſſe poſt reſurrectionem, & inter mulieres primo Mariæ Magdalenæ. In hoc ſignificans quod nullus quantumcumque peccator debet deſperare de glorioſa reſurrectione: cum Petrus Chriſtum negaverit, & Magdalena peccatrix maxima fuerit.

n Undecim.] *Luc. ult.* *o* Quingentis fratribus] hoc non legitur in Evangelio. Sed quomodo dicit: (Pluſquam quingentis fratribus) cum non eſſent niſi centum viginti. *Act.* 1. Reſpondeo: Converſi ſunt in una die tria millia. *Act.* 2. Decem apparitiones Domini poſt reſurrectionem ante aſcenſionem leguntur in Evangeliis. Primo apparuit Magdalenæ, *Joan.* 20. Secundo mulieribus aliis cum eadem Magdalena, *Matth. ult.* Tertio Petro, *Luc. ult.* Quarto duobus diſcipulis euntibus in Emaus, *Luc. ult.* Quinto decem diſcipulis, abſente Thoma. *Joan.* 20. Sexto omnibus, præſente Thoma. *Joan.* 20. Septimo ad mare Tyberiadis. *Joan* 22. Octavo in monte in Galilæa. *Matt. ult.* Nono in cœnaculo in Jeruſalem. *Marc. ult.* Decimo in monte Oliveti, unde aſcendit. *Act.* 2. *Luc ult.* Hic ponit Apoſtolus alias duas apparitiones. Una eſt qua apparuit Jacobo: ſed ubi, vel quando, non exprimit. *Haimo* dicit, quod Jacobus in cœna ſpoponderat ſe non comeſturum, neque bibiturum, donec videret Chriſtum a mortuis ſuſcitatum. Alia eſt, qua apparuit pluſquam quingentis fratribus: ſed ubi, vel quando, non dicit. In Evangelio Nicodemi dicitur, quod Dominus primo apparuit Joſeph poſito in carcere. *p* Apoſtolis omnibus.] *Luc. ult.* *r* Viſus eſt & mihi.] primum de cœlo in via. *Act.* 9. Deinde oranti. *Act.* 22. *q* Abortivo] Dicitur abortivus fœtus, qui naſcendo, matrem ſuam interfecit; aut tardius vel citius venit ad ortum, quam naturæ ordo exigat: item cum in ventre matris moritur. Primo modo fuit abortivus Paulus, quia matrem ſuam Synagogam ſtatim natus ſpiritualiter perſecutus eſt, unde ſignificatur per Benjamin, *Geneſ.* 35. In cujus ortu mater ſua mortua eſt: Propterea puer vocatus eſt Benoni, ideſt, filius doloris; & ipſemet dicit *Galat.* 1. Cum autem placuit, &c. Abortivus etiam fuit, quia tardius natus eſt, quam alii Apoſtoli. Item, quia in utero matris ſuæ mortuus fuit ſpiritualiter. *Job* 3. Quare non in vulva mortuus ſum, egreſſus ex utero non ſtatim perii, ſicut abortivum abſconditum non ſubſiſterem. *Greg.* Tempus quod Patres ſæculo mortuos protulit, quaſi abortivi uterus fuit. Bene dico tanquam abortivo.

▲ *a* Ego *Expoſitio Gloſſ. De celebrat Miſſ. capit cum Martha, a princ.*

▲ quens, &c. Niſi ſpe reſurrectionis: nullus enim crederet reſurrectionem futuram, niſi ſperaret ſe reſurrecturum. Non pro ſua neceſſitate; ergo Chriſtus non habuit neceſſitatem moriendi: ergo per ſe non moreretur. Contra: Dicit *Auguſt.* quod ſi non fuiſſet occiſus, ſenio tamen defeciſſet; ergo pro ſua neceſſitate quam habuit, mortuus eſt, vel mori potuit. Solutio: Habuit neceſſitatem non coacte, ſed voluntarie aſſumptam. Unde quod hic dicitur, intelligitur de alia neceſſitate, videlicet de neceſſitate redemptionis, qua ipſe non indigebat, ſed nos qui alio modo redimi non poteramus. Tolletur a terra vita ejus: de *Iſa.* 35. ubi nos habemus: Attritus eſt propter ſcelera noſtra. Alii dicunt quod ſumptum eſt ab iſto, *Iſa.* 57. Perit juſtus, & non eſt qui recogitet; & poſtea ſequitur: A facie malitiæ collectus eſt juſtus. Sed verius, quod ſumptum eſt de *Iſa.* 53. ubi dicit littera noſtra: De anguſtia, & judicio ſublatus eſt, &c. quia abſciſſus eſt de terra viventium. Ibi dicit *littera Septuaginta.* In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: generationem ejus quis enarrabit, quia tolletur de terra vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem. Dabit impios pro ſepultura, & divites pro morte, ideſt, Scribas, & Phariſæos legis divitiis gloriantes tradet Romanis, quia eum morti tradiderunt, vel dabit, ideſt, dari permittet milites impios, & divites pro ſepulchro ejus mortui cuſtodiendo. *Matth.* 27. Poſt biduum, &c. ideſt, ipſe tertia die reſurget, & ejus reſurrectio erit cauſa noſtræ reſurrectionis. *Oſee* 6. Vivificabit nos poſt duos dies: in tertia die ſuſcitabit nos, ideſt, caput noſtrum, per quod & nos reſurgemus. Cephæ. *Luc. ult.* & *Joan.* 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Prius Petro, quam aliis viris: falſum eſt ergo quod juraverat ſe non guſtaturum aliquid donec ſciret Chriſtum reſurrexiſſe; & ideo dicunt, quod primo ei inter viros apparuit, propter hoc idem conſueverunt quidam a die cœnæ uſque ad diem reſurrectionis, ſed hoc inhibetur propter pericula.

Solutio: Primo apparuit Petro inter viros, ſecundum quod legitur inter apparitiones in Evangelio.

Similiter primo apparuit B. Mariæ Magdalenæ inter mulieres ſecundum ordinem apparitionum in Evangelio, quod dico, quia legitur in Evangelio Nazaræorum, quod primo apparuit B. Virgini. In Evangelio *Luc. ult.* Mulieribus. *Matt. ult.* Undecim. *Joan.* 20. Duodecim. *Joan.* 6. Judas de electis non eſt, ſcilicet, electione prædeſtinationis; fuit enim tantum de electione potentis juſtificationis. Hunc numerum, ſcil. duodecim articulos Græci codices habent, quia tales articuli ponuntur in deſignatione antonomaſiæ, vel excellentiæ, quos licet non habeamus, tamen modus pronunciationis quandoque eis æquivalet; ut, Rex venit; ille fecit hoc. Perturbatos homines; dicebant enim quomodo poteſt eſſe, quod apparuit duodecim, cum Judas jam crepuiſſet medius? Item quomodo apparuit Undecim cum Thomas non eſſet præſens, & Matthias nondum eſſet electus? Dicendum quod loquitur hic de apparitione octavi diei, quando apparuit Undecim, ideſt decem, & Thomæ. *Joan.* 20. Sed litteram impugnat *Luc. ult.* quæ dicit, quod ipſa die apparuit Undecim. Qui teſtes ſunt, ſi quæritis ab eis, hic videtur argumentum, quod non oportet ferre teſtimonium de aliquo, niſi requiratur, ſed hoc ad minus non eſt quoad teſtificationem fidei. Extra tempus natus, quia non quando Apoſtoli, vel natus in Chriſto extra tempus, quando Chriſtus jam non erat temporalis, ſed immortalis. Chriſto in cœlo aſſumpto, ideo in Bulla Domini Papę eſt caput Pauli a dextris, & caput Petri a ſiniſtris, ad innuendum quod Dominus elegit Paulum quando jam erat in ſtatu gloriæ, quæ per dexteram; & Petrum in ſtatu præſentis vitæ, quæ per ſiniſtram ſignificatur. Propter idem per quatuor annulos, qui erant in arca, quatuor Evangeliſtæ deferentes Chriſtum prædicando per univerſum Mundum; per illos, qui in ſiniſtra, Joannes & Matthæus, qui adhæſerunt Domino cum adhuc erat mortalis; per duos in dextera, Marcus & Lucas, qui adhæſerunt ei jam glorificato. Minor aliis Apoſtolis, conſideratione prete-

a Ego enim ſum minimus Apoſtolorum: b qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam c perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Gratia d autem Dei ſum id quod ſum: & e gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantius illis f omnibus g laboravi. h Non ego autem, i ſed gratia Dei mecum. Sive enim ego k ſive illi: ſic prædicavimus, & ſic crediditis. Si l autem Chriſtus prædicatur, quod reſurrexit a mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam m reſurrectio mortuorum non eſt? n Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: neque Chriſtus reſurrexit. Si o autem Chriſtus non reſurrexit: p inanis eſt prædicatio noſtra; inanis eſt & fides veſtra. Invenimur autem, & falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus adverſus Deum, quod ſuſcitaverit Chriſtum, quem non ſuſcitavit, ſi mortui non reſurgunt. Nam ſi mortui non reſurgunt: neque Chriſtus reſurrexit. Quia ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra: adhuc q enim eſtis in peccatis veſtris.

▲ a Ego enim, &c.] vel ſic *Gloſ.* continuat. [Ego ſum minimus:] quia ultimo vocatus ad Apoſtolatum; ſicut Jacobus dicitur minor, non quia minoris ætatis, ad litteram: ſed quia alius venit prior ad dignitatem Apoſtolatus. b Qui non ſum, &c.] Quantum ad hoc. c Quoniam perſecutus ſum, &c.] Firmius teſtimonium eſt ab inimico. d Gratia autem Dei] Reſpondet ei, quod poſſet ſibi objici, ſi non es dignus

B vocari Apoſtolus: quare ergo Apoſtolus? (Gratia autem Dei) eſt, non ex meritis meis. e Et] tamen (Gratia ejus in me vacua non fuit:) quia ei cooperatus ſum per liberum arbitrium. *Prov.* 31. Panem otioſa non comedit. Vel ut referatur ly (ejus) ad ly (Apoſtolus) quaſi, licet perſecutus ſim Eccleſiam Dei, non tamen propter hoc minor gratia data eſt mihi in Apoſtolatu, quam aliis Apoſtolis. g Laboravi] Evangelizando, & propriis manibus victum quærendo. *Act.* 20. Ad ea quæ opus mihi erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. f Omnibus illis,] id eſt, nullus illorum tantum quantum ego. Non dicit, plus omnibus profui, aut fructificavi verbum inſolens religioſiſſime vitans, 2. *Cor.* 11. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius. h Non ego autem] ſolus, tanquam ſufficeret liberum arbitrium ad hoc ſine gratia. i Sed gratia Dei mecum,] cum libero arbitrio, 2. *Cor.* 3. Fiduciam habemus ad Deum per Chriſtum, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis, ſufficientia noſtra ex Deo eſt. *B. Bern.* Potuit dicere per me; ſed quia minus erat, maluit dicere, mecum: præſumens ſe non ſolum operis Dei eſſe miniſtrum per effectum, ſed operantis quodammodo ſocium per conſenſum. k Sive enim ego.] Nonne reſurrexit Chriſtus ut dico, quia ſive ego, ſive alii. Apoſtoli prædicamus ſic, ſc. quod reſurrexit, & ſic credi oportet ſicut prædicavimus: q. d. Ex quo fides reſurrectionis Chriſti manifeſte eſt prædicata multis Eccleſiis ipſam recipientibus, etiam, & verecundum eſt vobis non accipere. *Hebr* 11. Credere oportet accedentem ad Deum quia eſt, & quærentibus ſe remunerator ſit. l Si autem quod Chriſtus reſurreait, prædicatur] a nobis Apoſtolis: (quomodo, &c.) *Rom.* 4. Surrexit propter juſtificationem noſtram; & *Rom.* 8. Vivificabit mortalia corpora noſtra propter inhabitantem Spiritum ejus. m Quoniam,] i. quia. n Si autem reſurrectio, &c.] Videtur quod non valet hæc probatio Apoſtoli, quia eſt a minori deſtructive. Item ex hoc intendit inferre quod ſi Chriſtus reſurrexit, mortui reſurgent, & hæc eſt a majori affirmative, talis autem probatio non videtur bona. Solut. Bona eſt argumentatio hæc, ſi Chriſtus reſurrexit, mortui reſurgent, cum primum ſit neceſſarium, & ſic ſequitur conſequens ſimiliter: ex neceſſario enim non ſequitur, niſi neceſſarium. Ergo reſurrectio mortuorum erit neceſſaria, non ergo miraculoſa. Sol. Probatio Apoſtoli neceſſaria eſt, & procedit per locum a ſimili; verum eſt enim quod Chriſtus in quantum homo Deus, major eſt omni homine, & ideo citius reſurreait: ſed in quantum eſt homo, & filius Dei per gratiam, reſurrexit glorioſe, unde infert Apoſtolus: ſi Chriſtus in quantum homo ſurreait glorioſe, qui eſt filius Dei per gratiam, ergo a ſimili omnes, qui erunt filii Dei per gratiam, reſurgent: ſicut ſi anima Socratis eſt immortalis, ergo quælibet: quia eadem ratio in omnibus, &c. Ad aliud, ſecundum illos, qui dicunt quod reſurrectio erit miraculoſa, dicendum quod ipſa eſt neceſſaria neceſſitate juſtitiæ, & hæc neceſſitas non eſt oppoſita voluntati, unde non ſequitur: reſurrectio erit a voluntate Dei, ergo non erit neceſſaria: hoc tenet in voluntate noſtra, quæ eſt mutabilis, ſecundum illos, qui dicunt quod reſurrectio erit naturalis, dicendum quod utrumque neceſſarium, ſc. & Chriſtum reſurrexiſſe, & mortuos reſurgere. o Si autem Chriſtus.] Oſtendit inconvenientia quæ ſequerentur, ſi quis negaret Chriſtum reſurreaiſſe, ſequitur enim quod: p Inanis,] id eſt, inutilis, & inanis eſt fides, &c. q Adhuc enim,] ſcilicet poſt baptiſmum, (eſtis in peccatis.) Si enim Crucifixus non reſurrexit, cujus ſignum eſt baptiſmus, jam eſt falſum ſignum, & ita non habet virtutem dimittendi.

▲ a Ergo &

▲ riti ſtatus. Ecce quomodo facit Apoſtolus juxta illud *Eccl.* 22. In die bonorum non immemor ſis malorum. *Pſal.* 50. Peccatum meum coram me eſt ſemper. Minimus, & hoc dicit cauſa humilitatis, & conſtat, quod non erat minimus Apoſtolorum, & hoc ſciebat, ex quo videtur, quod liceat mentiri cauſa humilitatis, ad idem ſuper illud *Amos* 7. Non ſum propheta: *Interl.* hoc humilitatis. Non ſum filius prophetæ: *Interl.* hoc veritatis. Sol. Non dicit ſimpliciter, quod ſit minor omnibus aliis, ſed minor conſideratione præteritorum, quod verum eſt, & hoc cauſa humilitatis; humiliatur enim dum conſiderat ſtatum in quo prius fuerat. Item contra. *Gal.* 2. In faciem ei reſtiti. *Gloſ.* ut par. Reſponſio: Prædicatione: minor, ſtatus præteriti conſideratione, præſenti etiam reputatione. Non dignitate. Contra *ſup.* 1. Ego ſum Cephas. *Gloſ* Qui major eſt omnibus. Sol. id eſt *Præpoſitus*: tamen omnes Apoſtoli in hoc æquales, quia omnes Apoſtoli: tamen ſolus præpoſitus fuit Eccleſiæ, unde dictus eſt Cephas, quod interpretatur caput. Deo dat gloriam, & non ſibi, ſciens illud *Iſa.* 42. & 48. Gloriam meam alteri non dabo. Per gratiam cooperantem libero arbitrio incipiunt bona merita. Bonam pro malo: ly (pro) non notat viciſſitudinem, ſed cauſæ contrarietatem. *Joan.* 10. Nunquid pro bono. Singillatim, i. unoquoque pro ſe. De opere manuum, ſecundum quod dicitur, *Act.* 20. Quod ſibi, & aliis qui ſecum, manus ſuæ miniſtraverunt. Ne putetur aliquid poſſe, argumentum, quod ex ſolis naturalibus nihil poteſt haberi ſine gratia, quod concedunt multi, alii dicunt, quod imo, ſed non poteſt aliquid meritorium quia gratia principium eſt omnis meriti, & ſic loquitur *Gloſ. iſta*; Si illa ſc. gratia ſe ſubtraxerit, cadit homo. Si iſte caſus eſt totus peccati, ergo prius recedit gratia ab homine quam ipſe peccet. Contra: Adventus peccati cauſa eſt deſtructionis gratiæ. Sol. Prius eſt naturaliter peccatum, quam deſtructio, ſed ſimul ſunt tempore, quod hic dicitur (cadit,) i. ruit de peccato in peccatum, ſtatim ut ſubit culpa, ſubtracta eſt gratia. Sed quomodo poſſunt eſſe ſimul tempore adventus peccati, & deſtructio gratiæ. Reſp. In eodem inſtanti ſunt, quia peccatum inſtanti ſui adventus eſt, gratia vero inſtanti ſuæ deſtructionis non eſt, ſimiliter gratia eſt inſtanti ſuæ infuſionis, peccatum vero inſtanti ſuæ expulſionis non eſt, prædicamus ubique, ſed non prædicabant, niſi ubi erant; ergo erant ubique. Sol. i. ubicumque prædicamus, prædicamus Chriſtum reſurreaiſſe, communis modus loquendi eſt quo dicitur, ille portat ubique Bibliam. Illi deſierant, i. illam fidem reliquerant dicentes Chriſtum non carnem, &c. hi ſunt Manichæi, qui dixerunt eum accepiſſe phantaſticum corpus & phantaſticam animam. Qui de falſa laude iraſcitur, i. quando falſo laudatur. Unde *Job* 12. Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, &c. Sed majori fortaſſis ſcelere laudatur in Deo falſitas, quam vituperetur veritas. Contra: Qui laudat falſitatem peccat, quia facit contra veritatem: qui autem vituperat veritatem, immediate facit contra Deum, ſed qui immediate peccat in Deum, magis peccat, quam qui mediate, ergo magis peccat vituperans veritatem, quam laudans falſitatem. Item videtur quod peccans ex præſumptione magis peccat, quam ſi peccet ex deſperatione, quia qui præſumit, laudat falſitatem in Deo, videlicet quod quicquid faciat, Deus dimittet ei: qui autem deſperat, vituperat veritatem Dei, dicens tantum ſe peccaſſe quod non poſſet, vel vellet dimittere Deus. Sol. Laudans falſitatem magis peccat, quia habet retinacula duo: quia ipſa falſitas arctat hominem, ut non laudet eam, & etiam veritas illi falſitati oppoſita, quæ habet unum motum ad laudem ſuam, ſc. honeſtatem ipſius veritatis, quæ allicit hominem naturaliter ad laudandum veritatem: vituperans vero veritatem ex ſola invidia facit, & ita minus peccat, quia non habet niſi unum retinaculum, ſc. honeſtatem ipſius, & laudans falſitatem habet duo, ut dictum eſt: ideo dicit *Gloſ.* quam vituperans veritatem. Ad aliud dicendum, quod præſumens proprie non laudat falſitatem, aut ipſo facto; ſic omnis peccans opere ipſo laudat peccatum, præterea in utroque laudatur ipſo facto falſitas, & vituperatur veritas. In præſumptio-

▲ ne,

Δ *a* Ergo & qui dormierunt in Chriſto,] ſcilicet qui mortui ſunt in fide Chriſti.
b Perierunt,] ideſt, damnati ſunt, quia fides Chriſti non purificavit eos a peccatis ſuis, quod eſt valde magnum inconveniens. Et ſubjungit magnum inconveniens, quod ſi Chriſtus non reſurrexit, ita nec mortui reſurgent, & ita nos ſperamus in Chriſto tantum in hac vita, & non in futura; quia non erit alia vita. Et hoc eſt, *c* Si in hac vita, &c.] qui fruuntur hoc ſæculo, & nos omnem tribulationem patimur pro Chriſto.

Poleſ. 4. 6. 1. Tim. 4.

Ergo *a* & qui dormierunt in Chriſto, perierunt. *b* Si in hac *c* vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus: miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit *d* a mortuis, primitiæ *e* dormientium. Quoniam quidem *f* per hominem mors, *g* & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam *h* omnes moriuntur, *i* ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. Unuſquiſque autem *k* in ſuo ordine, primitiæ *l* Chriſtus, deinde *m* hi qui ſunt Chriſti, qui in adventu ejus crediderunt.

Sed videtur quod non ſequitur hoc: quia ſi reſurrectio corporum non eſſet futura: a Deo tamen præmiarentur animæ; ergo non erunt miſerabiles.

Solutio. Qui dicit quod corpora non reſurgent, nec præmiabuntur, oportet quod dicat quod animæ non reſurgent, nec præmiabuntur: tamen, ideſt, quia dicit de corporibus hoc. Unde Dominus probat Saducæis reſurrectionem corporum, & reſurrectionem animarum.

Item videtur quod Sancti ſi non haberent remunerationem futuram, nec in corpore, nec in anima, tamen non eſſent miſerabiliores omnibus hominibus, propter hoc quod mali fruuntur ſæculo, quo non ipſi: quia dicit *Aug.* Nihil infelicius felicitate peccantium. Et *Iſa.* 57. Non eſt pax impiis, dicit Dominus *Phil.* 4. Et pax Chriſti, quæ exuperat omnem ſenſum. Etiam de pace cordis, quam habent hic boni.

Item *Job* 30. Eſſe ſub ſentibus delicias computabant. Item *Sap.* 5. Ambulavimus vias difficiles. Item *Eccl.* 21. Via impiorum complantata lapidibus. *Gloſ.* Quia vita illorum plena eſt doloribus, & diverſis peccatorum operibus. Sed a converſo de bonis, *Eccl.* 21. Qui cuſtodierit juſtitiam, &c. *Pſal.* 18. In cuſtodiendis illis retributio multa *Aug.* Abſit ut tanta delectatio ſit in vitiis, quanta eſt in virtutibus. Cum ergo delectatio, quam habent in præſenti major ſit delectatione, quam peccatores habent, non eſſent miſerabiliores peccatoribus, licet non eſſent habituri aliam remunerationem. Sol. Propter ſpem gloriæ quam habent Sancti, habent in præſenti delectationem, & ſi non crederent nec ſperarent ſe habituros vitam æternam, non haberent in præſenti ſpiritualem jucunditatem. Et ideo ut dicit *Apoſtolus*, miſerabiliores eſſent eis, qui fruuntur ſæculo, quia & illi non haberent tot punitiones in menta, ſi non timerent futura ſupplicia *d* Nunc autem,] quaſi. Ex quo inconvenientia tot ſequuntur, patet quod Chriſtus reſurrexit. Ipſe dico. *e* Primitiæ dormientium,] quia prior temporaliter reſurrexit, & quia melior omnibus ſicut primitiæ. Et hoc etiam oſtendit, quod ſimiliter reſurgemus. Primitiæ enim oſtendunt, quales ſunt futuræ fruges. Similiter ex quo ipſe reſurrexit per modum primitiarum, patet quod & nos reſurgemus. *Col.* 1. Qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens. *Apoc.* 1. Primogenitus mortuorum, & princeps Regum terræ. *Rom.* 11. Si delibatio ſancta, & maſſa ſancta 1. *Theſſ.* 4. Si enim credimus, quod Jeſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt, &c. Ergo reſurgemus per Chriſtum hominem, quod probat a contrariis. *f* Quoniam quidem per hominem:] ideſt, ſi Adam fuit cauſa mortis per peccatum; ergo Chriſtus erit cauſa vitæ per vitam, & glorioſam reſurrectionem ſuam. *g* Mors,] ideſt, neceſſitas moriendi. *Sap.* 1. Deus mortem non fecit. Ipſi autem, ideſt, primi parentes, manibus, & pedibus accerſierunt illam. *h* Et ſicut in Adam, &c.] corporali morte. *Rom.* 5. Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, &c. *i* In Chriſto,] i. per meritum Chriſti. *k* Unuſquiſque autem in ſuo ordine,] ſupple, reſurget, ideſt, in ſua dignitate: ut ſicut Deus ordinavit ſtellas cœli, alias in parte Aquilonis, alias in parte Orientis, alias in Auſtrali, alias in Occidente: ita in reſurrectionem mortuorum erit. Sanctos enim ſicut ſtellas cęli in multitudine, & in charitate ordinabit in regno cęlorum. Unde *Matth.* 8. Multi venient ab Oriente, & ab Occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac & Jacob in regno cęlorum. *Eccl* 17. In partes vade ſæculi ſancti, &c. *l* Primitiæ Chriſtus:] quia prior tempore reſurrexit. Item primus eſt dignitate. *m* Deinde hi.] Sed nunquid ordo eſt in momento reſurrectionis, ut reſurgant illi, 1. *Theſ.* 4. Et mortui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi, & *inf. eod.* In ictu oculi. Quomodo enim ſimul reſurgent omnes, ſi unuſquiſque reſurget in ordine ſuo. Sol. [Deinde,] poſt Chriſtum. Vel aliter generalis reſurrectio erit in ictu oculi, & ſimul omnes reſurgent. Et quod hic dicitur, non eſt intelligendum de ordine reſurrectionis, ſed de reſurgentium dignitate: q. d. *Apoſtolus*. Reſurget Apoſtolus, & martyr, & virgo, & ſic de aliis *Jo.* 14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Et *Mat.* 13. Colligite per faſciculos; virgines erunt in uno faſciculo, & ſic de aliis. *Iſa.* 34. Ipſe miſit eis ſortem, &c.

Δ *a* Deinde

A ne, quantum ad hoc, quod Deum multum miſericordem exiſtimat, laudat veritatem, quantum ad hoc, quod nimis miſericordem credit, vituperat eadem. Similiter & in deſperatione. Et dicendum quod præſumptio minus eſt peccatum, quam deſperatio, quia magis conſentaneum eſt ſuadere, quod quilibet magis confidat de ſalute corporali, & ſpirituali, quam diffidat, unde quantumcumque ſit ſenex homo vel propinquus morti, adhuc ſperas ſe victurum. Si Chriſtus non reſurrexit, fides noſtra falſa eſt, non tamen inutilis: ergo ſi Chriſtus non reſurrexiſſet, inutiliter credidiſſet Abraham credens Chriſtum reſurrecturum, ſed poſſibile erat ante incarnationem, quod non incarnaretur, & ita non meruiſſet hoc credendo, nec remuneraretur ex hoc. Contra: Habebat fidem formatam, ergo merebatur, ergo remuneraret eum, & ita non inutiliter credidiſſet. Ad idem hoc quod dicitur *ſuper Hebr.* 11. Si Chriſtus non moreretur, homo non redimeretur, & non redemptus periret.

Expoſitio Gloſ.

Sol. Dicunt quidam, quod antequam Chriſtus reſurrexiſſet, contingens erat homines reſurrecturos, ſed poſt reſurrectionem factum eſt neceſſarium, ſuppoſito autem quod hoc verum ſit, dicendum ad illud, quod objicitur de Abraham, qui Chriſtum credidit reſurrecturum, & mortuos, quod illo motu meruiſſet, licet Chriſtus non incarnatus fuiſſet. Sed contra: Sic ſubeſſet falſum fidei.

Sol. Tunc vero meruiſſet illo motu non in hoc, ſed in oppoſitum ſuum tendente illo eodem numero: quia fides eſt aſſentire veritati, quæ confert ſe ad duo oppoſita immutabiliter, & ideo idem motus fidei numero poteſt eſſe relatio oppoſitorum: quia neutri eorum aſſentit fides propter ſe, ſed propter veritatem. Item videtur male dicere. Si Chriſtus non reſurrexit, quia adhuc poſt baptiſmum eſtis in peccatis veſtris. Contra. Etiam ante paſſionem habebat baptiſmus effectū ſuum, quia dimittebat.

Sol. Si non eſſet reſurrectio, baptiſmi eſſet falſa ſignificatio, & ideo non haberet vim dimittendi peccata; quia non habet vim, niſi in quantum ſignum. Quæ etiam ipſe damnat, quia negabat reſurrectionem mortuorum. Per hoc verecundiam incutit: quia valde verecundum eſt affirmare falſum, & negare aperte verum. Et terrorem: quia verum eſt, quod dicunt, ipſi reſurgent quorum primitiæ Chriſtus. Quia prius aliis tempore, &c. ſive alii cum eo: quia *Matt.* 27. Dicitur, quod multa corpora Sanctorum reſurrexerunt. Solut. Per hoc non excluduntur, qui cum eo ſurrexerunt, ſed illi, qui in generali reſurrectione reſurgent, & loquitur ſecundum communem modum. Solus Epiſcopus venit ad villam iſtam, per quod non excluduntur ſocii, qui venerunt cum eo, & alii Epiſcopi, tamen non eſt determinatum in Scriptura, quod illi ſimul cum eo reſurrexerunt. Per Chriſtum hominem poterunt reſurgere, quia per hominem immerito venit mors, non videtur valere hæc ratio, quia facilius eſt deſtruere, quam conſtruere. Sed dicendum, quod Chriſtus homo quaſi infinitum potentior in conſtruendo, quam Adam in deſtruendo. Sed quæritur cum purus homo ſuffecit ad inducendum mortem, quare non ſuffecit purus homo ad inducendum vitam, Hujus ratio eſt, quia purus homo ex ſe potuit inducere tranſgreſſionem, quæ eſt cauſa mortis, ſed vitam non, eo quod non poteſt induci niſi per gratiam, quam ſolus Deus dat. Unde ſuper illud *Rom.* 7. Non habitabit in me, ideſt, in carne mea bonum, dicit *Gloſ.* Corruptio per conditionem offenſionis manet in corpore, robur tenens divinæ ſententiæ datæ in Adam: cujus conſortio anima maculatur peccato. Homo Deus ad vitam homo Adam ad mortem. A quo mortem, ideſt, moriendi neceſſitatem. Et mortis meritum, ideſt, originale peccatum, ſuum fomitem. Sed Chriſtus non habuit

a a Deinde] facta reſurrectione. b Finis;] ſæculi, i. conſummatio, vel deſideriorum, quia *Joan.* 14. Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. *Ezech.* 8. Finis venit, venit finis: Chriſtus.

c Cum tradiderit regnum] ideſt, Eccleſiam militantem.

d Deo] ſuo, in quantum eſt homo.

e Et patri,] in quantum eſt Deus: hoc erit, quando ducet regnum ad regnum. Et dicitur tradere, non quia modo non ſit traditum Deo patri, aut quia non habeat pater poteſtatem, ſed quia tunc manifeſtum erit, quod per fidem Chriſto tradita eſt. Jam enim tradita eſt Chriſto, ſicut ipſe dicit *Matth.* 11. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. *Joan.* 16. Omnia quæcumque habet pater, mea ſunt.

a Deinde b finis; cum c tradiderit regnum d Deo e & patri, cum f evacuaverit omnem principatum & poteſtatem, & virtutem. Oportet g autem illum h regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ejus.

f Cum evacuaverit, &c.] Per hoc diverſi Ordines Angelorum ſignificantur: tunc implebitur illud *Iſa.* 11. In die illa dominabitur Dominus ſolus. Nec eſt unus Angelus, qui alium inſtruet Angelum, vel hominem: quia dicitur *Joan.* 6. Erunt omnes docibiles Dei. *Dan.* 7. Judicium ſedebit, ut auferatur potentia; ſed Principatus, cohibet Dæmones: Poteſtas cohibet elementa, & tempeſtates, & Virtutes faciunt mirabilia.

g Oportet] tunc aperte regnabit; ſed interim oportet.

h Illum regnare, donec ponat, &c.] ideſt, humanitatem, quæ inferior eſt ad divinam naturam, ſicut pedes ad totum hominem. Tunc enim apparebit, quia eſt Dominus omnium, & inquantum homo eſt. Simile docet 1. *Thom.* 4. Attende lectioni donec venio.

Nunquid tunc ceſſabit? Imo amplius. *Matt.* 1. Non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum,

a ſicut

Ixreſtio aieſ. A originale, neque fomitem: ergo non habuit moriendi neceſſitatem, quia aſſumpſit ſaccum ſine merito ſacci. Ita & per Chriſtum omnes immortales in gratia. Contra: Multi habent gratiam, adhuc tamen ſunt mortales.

Solut. Dicit immortales, quia gratiam, quæ eſt cauſa immortalitatis, habent. Simile ſuper illud *Apoc.* 3. Non inquinaverunt veſtimenta ſua. *Gloſ.* ideſt, veſtes immortalitatis, & innocentiæ, quas acceperunt in baptiſmo; quia ſicut omnes per Adam facti ſunt mortales, cum ipſo deſcendentes in pœnam peccati, ita omnes boni per Chriſtum facti ſunt immortales per gratiam, & filii Dei in æternum cum eo manentes. Martyr ut martyr: quod ſignificatum eſt, *Marc.* 6. Per contubernia præcepit diſcumbere turbas. Et ut de re certa. Contra, *Matt.* 24. De die illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli, &c. Et *Act.* 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora, &c.

Sol. De re certa: hoc eſt intelligendum de certitudine ordinis reſurgendi, non de certitudine temporis reſurrectionis. Quando factum ſit, quantum ad reſurrectionem Chriſti. Et quando futurum ſit, quoad generalem reſurrectionem; quia ſcimus, quod illa erit, non tamen quando ſit, ſcimus. Primus tempore: quia forte aliquantulum prius reſurrexit, quam illi, de quibus dicitur in *Matth.* quod reſurrexerunt; ſed hoc non eſt certum, vel primus reſpectu eorum, qui reſurgent, quod videtur velle *Gloſ. ſeq.* Poſteriores tempore, quia boni ſponte properabunt ad judicem, quem amaverunt; mali vero tardabunt ire ad judicem, quem timebunt. Ad contemplationem Dei, quia jam multos duxit in vita præſenti ad contemplationem Dei.

Sed dicendum, quod Sancti non reputant præſentem reſpectu futuræ contemplationis, quæ erit immediata. Fulgebunt juſti ſicut Sol. *Matt.* 13. Cum regnum venerit ad regnum. Vel, ſicut aliqui libri habent: Cum de regno advenerit regnum, quod ſeminavit. *Matt.* 13. Seminavit Dominus in Eccleſia Apoſtolos, qui fuerunt quaſi ſemen ipſius. Unde Dominus erit: ex reliquiis enim ſemen. *Gloſ.* ideſt, Apoſtolos, ideſt, ſeminavit regnum Eccleſiæ per Apoſtolorum prædicationem. Regnum Chriſti dicitur omnis creatura ſecundum poteſtatem Dei, quia poteſt facere de omni creatura, quod vult. Eccleſia vero ſecundum proprietatem fidei, per quam Deus regit eam. Revelabitur, *Matt.* 16. Nemo novit patrem. *Matt.* 11. Eſſentiam filii cum Patre, & Spiritu ſancto videbunt, quod eſt ſumma beatitudo. Ad idem *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, &c. ſed contra: Videtur, quod dilectio Dei ſit ſumma beatitudo, per illud *ſupra* 13. Major autem horum eſt charitas: ſed charitas patriæ reſpondet charitati viæ; & viſio patriæ viſioni viæ; ergo charitas patriæ major erit viſione patriæ, ergo dilectio debet potius dici ſumma beatitudo, quam ipſa viſio. Præterea ſi viſio eſt ſumma beatitudo, ergo tota eſt merces, ſicut dicitur ſuper illud *Pſal* 90. Oſtendam illi ſalutare meum.

Sed contra *in fin. de civit. Dei*, dicit *Aug.* Vacabimus, & videbimus; videbimus, & amabimus; amabimus, & laudabimus: ecce quod erit in fine ſine fine. Ibi ergo in æternum erunt illa quatuor: quid eſt ergo, quod hic de uno dicitur, quod erit ſumma beatitudo. Item ſecundum hanc auctoritatem *Aug.* videtur, quod ibi erunt quatuor dotes: ergo erunt vacatio, & laudatio duæ dotes.

Sol. Viſio erit ſumma, ſive tota merces, nec tamen ſic excluditur dilectio: quia ubi unum propter alterum, ibi utrobique totum; ſed ibi propter hoc quod Deum videbimus, & diligemus. Et dicitur magis de viſione, quod erit ſumma merces, quam de dilectione, quia habita viſione, ibi habetur & dilectio; & non e converſo. Poteſt enim quis diligere, nec exigitur quod videat, quod objicitur. Major horum eſt charitas, ut ibi habetur in *Gloſ.* hoc dicitur, quia non excidet: fides autem excidet ibi; ſed hic non erit ſic, quia nec viſio excidet, nec dilectio. Quia quærit quare illa quatuor non ſunt dotes, dicendum, quod ſunt duo actus, & ibi loquitur *Aug.* de actu viſionis & dilectionis, qui, ut conſtat, non ſunt duæ dotes; ſed habitus qui habitat ad videndum, eſt una dos. Ad illud, quod vacatio, & laudatio, &c. dicendum, quod vacatio, quæ tunc nihil aliud eſt, quam ipſa fruitio, ita cor hominis occupabit, ut aliis non vacet. Laudatio autem non eſt alterius, quam viſionis: ſi enim cognoſco bonum alicujus, ſufficit ad hoc quod illud laudem, nec exigitur habitus alius: non ſunt ergo duæ dotes: fruitio enim eſt quaſi dilectio utriuſque; imo utramque dotem comprehendit, quia & viſio fruitio eſt, & ipſa dilectio, vel aliter, duplex eſt dotalitas.

Mundis cordibus. *Matth.* 5. Ideſt, cum patrem regnare monſtravit, ex hoc videtur, quod jam tradidit regnum, ſed tunc tradidiſſe, manifeſtabit; ſicut & illud *Matt. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas, ideſt, apparet, quod ſum omnipotens.

Sol. hujus inferius jam habebitur. Exaltabit qui hic fuerunt, &c. *Luc.* 14. & 18. *Job* 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria; & qui inclinavit oculos ſuos, ſalvabitur.

Sed quid eſt, quod dicit, quod collectis omnibus jam ceſſabit omnis prælatio; Contra: Conſtat quod remanebunt novem Ordines Angelorum; ſed Ordines illi attenduntur ſecundum prælationes, ſecundum quod unus eſt major alio, & ſuperior: ergo inter Angelos erit prælatio.

Item videtur, quod Dæmones tunc præſunt hominibus damnatis; quia ſuper illud 1. *Eſd.* 6. A me poſitum eſt decretum, &c. domus ejus publicetur; dicit *Beda*: Domus talium publicetur, ideſt, præſente ſenſu præſcribitur cum corpore eorum, cum quibus in hac vita manſerunt, in reſurrectione perpetuo puniendo tormento ſuis exactoribus, ideſt, immundis Spiritibus in poteſtate tradentur: ergo Dæmones poſt reſurrectionem habebunt prælationem, ſcilicet ſuper homines, ſicut modo, & ſuper minores Dæmones: ergo & boni Angeli.

Sol. Omnis prælatio dominii ceſſabit, ſed non prælatio dignitatis; unde ordines remanebunt Angelorum quoad prælationes dignitatis, ſed non dominii: tunc enim non erit unus Angelus alii ſubjectus, ſicut modo, ſimiliter in Dæmonibus unus modo habet quaſi neceſſe obedire alii, & poteſt eum corrigere, & homo peccator modo ſuo diabolo ſubjectus eſt.

Sed tunc non erit hoc. Utrum autem Dæmones puniant homines in inferno, dubium eſt: unde quod dicitur in *Gloſ. Bedæ.* In poteſtate tradentur, ideſt, in regno Inferni, in quo modo poteſtatem ſuam exercent Diaboli; ſed tunc non ſic facient, tamen uno modo punientur homines a Dæmonibus, ideſt, illo modo quo punitur quis ab aſpectu alicujus terribilis. Ceſſabit timor, *Pſal.* 18. Timor Domini permanet. Reſpondeo, *Rom.* 13. Principes non ſunt ſubjecti timori boni operis. Inter præſidentes, & ſubditos. Ergo ibi erunt præſidentes, & ſubditi, & ita prælatio, & ſubjectio.

Sed intelligitur de ſubjectione, & prælatione minoris dignitatis, & majores, vel ſubditos, qui fuerunt aliquando ſubditi. Interim oportet ut regat occulte; imo aperte, quia *Matt. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas. *Gloſ.* ideſt evidens eſt, quod data eſt mihi.

Sol. Evidentia præſens dicitur occulta reſpectu evidentiæ, quæ erit in futuro. Voluntarios quantum ad illos, qui convertentur; coactos, quantum ad eos, qui non Regem omnium agnoſcant. *Iſa.* 60. Locum pedum meorum glorificabo, & venient ad te curvi filii eorum, qui te humiliaverunt, & adorabunt veſtigia pedum tuorum.

Quo amplius non erit manifeſtius, ideſt, non poterit am-

a plius

Digitized by Google

a Sicut *Pſal.* 122. Oculi noſtri ad Dominum, donec miſereatur noſtri, & poſtea magis. *b* Mors.] Diabolus, vel neceſſitas moriendi. *a* Inimica] quia habemus eam odio. Nobis inimicatur mors animæ: ſed mors carnis eſt nobis odioſa. *Eccl.* 41. O mors, quam amara eſt memoria tua! Chriſtus ſua morte ſimpla deſtruxit noſtram geminam; tertiam deſtruet in futuro. *Oſe.* 13. Ero mors tua, o mors. 1.*Pet.*3. Qui eſt in dextera patris, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur. *c* Omnia enim ſubjecit] Incipit determinare de his, quæ fient in tempore reſurrectionis, vel ſtatim poſt.

Noviſſima autem *a* inimica deſtruetur *b* mors. *c* Omnia enim *d* ſubjecit *e* ſub pedibus ejus. *f* Cum autem dicat: *g* Omnia *h* ſubjecta ſunt ei, ſine dubio, *i* præter eum, qui ſubjecit ei omnia. *k* Cum autem ſubjecta fuerint *l* illi omnia, *m* tunc ipſe filius ſubjectus erit illi, qui ſibi ſubjecit omnia, ut ſit *n* Deus *o* omnia in omnibus.

Et illa ſunt ſex. Primum eſt conſummatio, ibi: Deinde finis eſt.] Secundum, quando regnum veniet ad regnum, peregrinantes in Eccleſia militante ducentur ad triumphantem, ibi: Cum tradiderit.] Tertium, quod omnes erunt docibiles Dei, & immediate diſcipuli ejus, ibi: Cum evacuaverit, &c.] Quartum eſt omnium plena, & perfecta ſubjectio, ibi: Oportet autem illum.] Quintum eſt mortis deſtructio, ibi: Noviſſime.] Sextum eſt completio regni Dei, quando omnes mali & boni ſubjicientur, & hoc probat auctoritate prophetæ, dicens: Omnia enim ſubjecit] animata & inanimata, & hæc etiam eſt probatio, quod mortem poterit deſtruere.

e Sub pedibus] ideſt, ſub humanitate, vel, ideſt, ſub deitate, quæ omnia ſuſtentet ut pedes totum corpus.

d Subjecit] i. perfecte ſubjiciet, & ponit præteritum pro futuro, propter rationem certitudinis. *Hebr.* 2. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. In eo enim quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei.

f Cum autem dicat:] ita Scriptura.

g Omnia ei] i. Chriſto.

i Præter eum,] qui non eſt ei ſubjectus, i. ejus deitatem.

h Subjecta] hoc intellige per manifeſtationem: quia etiam modo ſunt ei omnia ſubjecta, ſed non apparet ita, ſicut tunc.

l Illi omnia, tunc &c.] Hic exultat *Arius*. Sed ſubjectus dicitur inquantum homo; ita etiam modo eſt, ſed tunc apparebit *l* illi] ideſt, patri, ita tamen quod idem ſit Deus; q. d. Licet ſit ſubjectus quoad formam ſervi, erit tamen plenus Deus; & hoc eſt,

n Ut ſit omnia] ideſt, omnes aſſimilabit; ſicut 1. *Joan.* 3. Similes ei erimus. Vel [omnia] dicit, quia quicquid cor humanum poterit velle, aut deſiderare, in eo inveniet. Unde *Pſal.* 143. Beatus populus, cujus Dominus ejus; & *Pſal.* 16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua; quod ſignificatum fuit per manna, quod ſapiebat quicquid deſiderabant. *Sap.* 16. Præſtitiſti eis ſine labore panem omne delectamentum habentem, &c. ſubſtantiam enim quam habebas in filios, oſtendiſti in manna quaſi in figura. *Aug. in lib. de confeſſ.* Plus delectant, quam ſingula, ſi poſſent ſervari omnia: ſed longe his melior, qui fecit omnia. In *eod.* enim Civitas, cœleſtis manſio, ſecura patria, totum continent quod delectat, populus murmuratione in cœlo quiete hominis nullam indigentiam habentes. Quam glorioſa dicta ſunt de te, Civitas Dei! hoc autem totum erit, quod Deus erit omnia in omnibus, &c. *Pſal.* 86. Inebriabuntur ab ubertate, &c. & ut dicit *Gloſ.* Quia Deus erit vita, & ſalus, & virtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & finis deſideriorum, & omnia bona. *Dionyſius in lib. de divinis nominib.* Omnia in omnibus eſt Deus, ut omnium cauſa. *Epheſ* 1. ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur. *Coloſſ.* 3. Omnia, & in omnibus eſt Chriſtus. *Tob.* 10 Omnia in te uno ſimul habentes, te non debuimus dimittere. Vel de filio Dei.

k Cum autem ſubjecta, &c.] Chriſto, inquantum eſt Deus.

m Omnia: tunc ipſe filius ſubjectus,] ſubjectione ſubauctoritatis, unde ſibi ut Chriſtus: Chriſtus autem Dei gloria ſubjectus eſt Deo Patri, non tanquam patri diſſimilis, aut alterius naturæ, ſed tanquam patri filius.

n Ut Deus ſit] & confiteatur eſſe.

o Omnia in omnibus,] ideſt, manifeſte oſtendetur eſſe ſubjectus Deo Patri per auctoritatem, quando omnibus manifeſtum erit nullum bonum eſſe niſi a Deo. *Philipp.* 2. Et omnis lingua, &c. Vel ſic:

n Ut ſit Deus] ea quo, ſupple ſunt [omnia] ideſt, in omnibus.

a plius fieri manifeſtum. Cum omnibus claruerit inimicis. Contra, *Iſa.* 26. Ubi Septuaginta dicunt: Tollatur impius ne videat gloriam Dei; littera noſtra habet: Iniqua geſſit, & non videbit gloriam Dei; quomodo ergo clareſcet? Sol. Gloriam Chriſti hominis videbunt boni, & mali, quæ bene poteſt videri ſine delectatione; ſed in quantum Deus non videbitur niſi a bonis. *Expoſitio Gloſ.*

Unde ibi *Gloſ.* Sufficit ad pœnam, ut Deum non videant; gloria enim increata ſine delectatione videri non poteſt: omnis autem delectatio longe fiet a damnatis. Quod autem viſuri ſint gloriam Chriſti hominis, patet per hoc quod dicitur ſuper illud *Job* 6. Venerunt uſque ad me, & pudore cooperti ſunt, &c. *Gloſ.* Mali ad bonos, ut confundantur, in judicio venient videntes gloriam quam perdiderunt. Non diſſolventur homines, ſicut hæretici arbitrantur; qui dixerunt, quod poſt reſurrectionem habebunt uxores, & generabunt filios, & filias. In hac hæreſi ſunt Judæi, qui dicunt, quod per mille annos erunt in illo regno nubentes, & generantes, & morientur ſicut modo; ſed poſt illos transferentur in regnum, quod erit æternum. In Evangelio ad patrem refert quæ habet. *Joan.* 5. Non poteſt filius a ſe quicquam facere, & mea doctrina non eſt mea. *Joan* 7. Non ſolum propter formam ſervi, i. non ſolum inquantum eſt homo; ſed propter principium, imo inquantum eſt de Deo. De quo æqualis eſt ei, videtur quod nulla ſit hæc *Gloſ.* imo præter eum, i. præter Deum patrem, utrumque verum eſt. Qui ſicut a nullo eſt, ex hoc videtur, quod divinitas ſit innaſcibilis, quia a nullo eſt, & ab ea eſt filius, & Spiritus ſanctus; quia Pater de eſſentia ſua genuit filium; & de natura Patris procedit Spiritus ſanctus, & ita deitas habet notionem; ergo eſt diſtinguibilis.

Reſpondeo: Hæc eſt falſa. Ab eſſentia patris eſt filius. Ita nulla ratione poteſt alicui eſſe ſubjectus, ex hoc videtur, quod non potuit incarnari Pater, quia ſi incarnatus eſſet, ſic ſubjectus eſſet ſibi & etiam filio, & Spiritui ſancto aliqua ratione, quia in quantum eſſet homo.

Solutio. Præter eum, i. divinitatem ejus; ad innuendum, quod Chriſtus inquantum homo non ſolum eſt ſubjectus Deo patri, imo etiam ſibi, & Spiritui ſancto, qui omnes ſunt eadem deitas.

Ad aliud, dicendum, quod etſi natura ſit a nullo, tamen ab ea non eſt filius, vel Spiritus ſanctus: & cum dicitur, Pater de natura ſua genuit filium; ly (de) non notat, quod ab ea ſit filius, ſed quod pater dedit ei totam naturam ſuam. Ad aliud dicendum, quod pater potuit incarnari: quod autem dicitur hic, Nulla ratione poteſt alicui eſſe ſubjectus; unde ſi pater incarnatus eſſet, non eſſet ſubjectus; niſi in quantum homo. Deus non eſt ei ſubjectus, ſed potius ipſe Deo, ſecundum quod homo, imo etiam in quantum Deus eſt Deo patri ſubjectus.

Sol. Eſt ſubjectio duplex, ſuperioritatis; ſic eſt ſubjectus in quantum homo Deo patri ſuperiori, & non in quantum Deus. Et eſt ſubjectio auctoritatis; ſic eſt ſubjectus patri etiam ſecundum deitatem quam habet a patre. In ipſa prælatione ipſe filius, hic quæritur, cum Deus dederit Chriſto, quod ſit Dominus omnium, & in quantum eſt homo; quare non dederit ei potentiam conferendi gratiam in quantum eſt homo, & ſanandi morbos ad tactum ſuum, ſicut multi lapides habent. Sol. Multa potuit ei dare Deus in quantum homini, quæ non dedit; quia non pertinent ad beatitudinem ipſius hominis, nec ad utilitatem noſtram, imo ſi daret gratiam in quantum homo, eſſet ad noſtram damnationem; quia poneremus ſpem in ipſo, inquantum eſt homo, cum dicatur *Jer.* 17. Maledictus, &c. Quod eſt Eccleſia. *Coloſſ.* 1. Sanctificetur nomen tuum. *Matt.* 6. Innoteſcat, *Joan.* 17. Pater, manifeſtavi nomen tuum Mundo. Cum patrem regnare monſtraverit, qui ante monſtravit, ſed tunc aperte monſtrabit. Omnibus notum erit, &c. ſed nonne etiam modo manifeſtatum eſt? Solut. Imo multi credunt ſe aliam poteſtatem habere a Diabolo, & a ſeipſis. Terrenos, ideſt, homines; Cœleſtes, ideſt, Angelos. Niſi a Deo. *Rom.* 13. Non eſt poteſtas niſi a Deo. Præmium virtutum erit ipſe, quaſi enim denarius diurnus, de quo *Matt.* 20 & *Sap.* 16. Habens omne delectamentum. Unde ſatientur. *Pſal.* 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Aliqua diſtantia, ideſt, in æternit, ideſt, perpetuis manſionibus Paradiſi erit diverſitas. Multæ manſiones. *Joann.* 14. In una vita, ideſt, beatitudine creata, vel increata. Erit in diſpari claritate par gaudium, ſed aut intelligitur hoc de claritate ſpirituali, aut de corporali: ſi de ſpirituali, ſed illa nihil aliud eſt, quam cognitio Dei, ergo par erit gaudium in diſpari cognitione, quod falſum eſt, quia quanta eſt cognitio, tantum eſt gaudium: ſi de claritate corporis, ſed iſta procedit in corpore ex redundantia jucunditatis ſpiritualis, ex dotibus enim animæ erunt dotes in corpore,

a ut dicit

ut dicit *Aug.* Unde facies Moyſi apparebat luminoſa propter collocutionem cum Deo, & jucunditatem ſpiritualem. Claritas ergo corporis eſt ex gaudio animæ, & ita ubi majus gaudium, & major claritas; & e converſo, falſum eſt ergo, quod in diſpari claritate ſit par gaudium. Solutio. Revera ex redundantia dotium animæ erunt dotes corporis, ſicut in Moyſe dicitur: ergo par gaudium, quia de eadem re, vel par, ideſt, commune: quia omnes communiter gaudebunt invicem, unus de gloria alterius. Et hoc eſt quod ſequitur: Ut quod habebunt ſinguli gloriam capitis, omnium erit; quia omnes gloriabuntur in Chriſto Deo, & ſic omnia erunt noſtra, ut dicitur *Luc.* 12. Amen dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum, quia habebit de gloria Dei,

ſupra 4. 22. q. 2. c. Noveritis, de jurejur. 2. et ſi Chriſtus.

al. pro gloria veſtra.

Alioquin *a* quid facient, qui *b* baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non reſurgunt, ut quid & baptizantur pro illis? *c* Ut quid & *d* nos periclitamur omni hora? *e* Quotidie morior † propter *f* gloriam veſtram fratres, quam *g* habeo in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Si ſecundum hominem ad beſtias pugnavi Epheſi: quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? *h* Manducemus, & bibamus: *i* cras enim moriemur.

& cujuslibet qui in Paradiſo eſt, quantum volet; & hoc per vinculum erit unus Deus, q. d. Non tantum confitebuntur eum Deum eſſe, ſed eum eſſe a quo ſunt omnia. Vel per affectum, i. per amorem, qualiter eſt in ſolis juſtis. Per communem ſenſum, i. per cognitionem, qualiter eſt communiter, & in bonis, & in malis. Vel communem ſenſum dicit cognitionem, quia communiter cognoſcitur in omnibus potentialiter, præſentialiter, eſſentialiter, quomodo eſt communiter in omni creatura. Vel ſic intelligatur: in omnibus per affectum, ideſt, per gratiam; vel per communem ſenſum, ideſt per potentiam, & naturam; ut nemo eorum, qui ei cohærent, amet adverſus eum ſuam propriam voluntatem. Sed hoc etiam eſt in præſenti in eis, qui ei cohærent. Solutio: Ly (adverſus) ſumitur pro contra, præter, & extra. Sancti qui ſunt in hac vita, etſi modo non habeant propriam voluntatem contra Deum, tamen quandoque habent extra voluntatem Dei, ut quando Abraham voluit immolare filium ſuum. Et iterum: quando peccant Sancti venialiter, iſta voluntas, quæ eſt ad hoc, etſi non ſit contra voluntatem Dei directe, eſt tamen extra eam. Unde ſuper illud *Dan.* 10. Michael adjutor meus; dicit *Gregor.* Supernæ curiæ conſiſtoria eſt ſui ſuper ſe voluntas opificis ſummi, quam dum ſemper aſpiciunt, quod obtinere non valent, nunquam volunt. Unde (adverſus eum) ideſt, nec contra eum, nec extra, nec præter voluntatem: hoc erit tantum in patria. Finis quem ſupra commemoravit, ibi: Deinde finis. Inſeparabilis eſt operatio patris, &c. ergo quod facit Pater, facit & filius, & Spiritus ſanctus, & e converſo, ergo eadem ratione ſi pater vincit, & filius, & Spiritus ſanctus; & ſi filius vincitur, & pater; & ſi pater ſentit, & filius. Solutio: Hoc eſt verum tantum in verbis ſignificantibus operationem, ſed non in verbis paſſionis, ſicut eſt mitti; nec in verbis relationis, ſicut eſt generare, & generari. Breviter illud verum eſt in omnibus verbis ſignificantibus cauſam, vel effectum in creatura, ſed non in verbis notionalibus. *a* Alioquin

al. inter. quid facient,] Hic probat per naturam baptiſmi, quoniam erit reſurrectio: quia ſicut in ſimilitudinem mortis Chriſti immergitur puer in aqua quando baptizatur, ita elevatur in ſignum reſurrectionis Chriſti, & Sacramentum non habet virtutem, niſi in quantum eſt ſignum ſacræ rei; ideo cum baptiſmus ſit ſignum reſurrectionis Chriſti, oportet quod ipſe reſurrexerit; & ita alii qui cum gratia deceſſerunt. Et continuatur ad id quod ante dictum eſt: Sicut in Adam, &c. ita & in Chriſto omnes vivificabuntur. [Alioquin] ideſt, ſi mortui non reſurgent.

b Qui baptizantur pro mortuis] ideſt, pro peccatis, quæ faciunt animam mortuam, ſic ſumitur mortuum. *Eccl.* 34. Qui baptizatur, & iterum tangit mortuum, &c. *Num.* 19. Omnis qui tetigerit animæ humanæ morticinum, & aſperſus hac commixtione non fuerit, polluet tabernaculum Domini. Per morticinum, peccatum quodlibet, per aſperſionem illam, quæ fiebat ex aqua, & cinere vitulæ rufæ, baptiſmus qui fit in aqua ob memoriam paſſionis Domini. *Hebr* 6. Non rurſus jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.

c Pro illis?] peccatis. Vel ſic: [Pro illis?] i. loco illorum; & tangit errorem quorumdam credentium reſurrectionem mortuorum; ſed cum hoc dicebant, quod quando ſine baptiſmo decedebat quis, non reſurgeret, niſi aliquis amicus ejus baptizaretur pro eo; ut ſi baptizaretur, tunc reſurgeret, & ſalvaretur: ſuper hoc increpat eos, ſed collaudat in hoc, quod credebant reſurrectionem. Et hoc eſt: [Qui baptizantur pro mortuis,] maſculini generis, i. loco charorum ſuorum, qui deceſſerunt ſine baptiſmo. Vel tertio modo [baptizantur] ideſt, cruciantur pro illis. *Luc.* 12. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor uſque dum perficiatur?

d Ut quid, &c.] Probat reſurrectionem per naturam æquitatis. Si mortui non reſurgunt. [Ut quid, &c.] i. pericula patimur: qui dicimur, vel videmur eſſe ſapientes, non ſtulti ſicut prædicti, q. d. Ex quo patimur tot pro Chriſto, & non in vanum, quia ſumus ſapientes, æquum eſt ut & in corpore remuneremur, quod non poteſt eſſe, niſi futura ſit reſurrectio corporum. *e* Quotidie morior] i. pericula mortis ſuſtineo. 2. *Cor.* 6. Gravati ſumus ultra modum, &c. & reſponſum mortis habuimus in nobis. *Pſalm.* 33. Propter te mortificamur tota die, &c. 2. *Cor.* 4. Semper nos qui vivimus, in mortem tradimur. *f* Propter gloriam veſtram] quia ſic volo vos venire ad fidem reſurrectionis, per quam habeatis gloriam non humanam. *g* Fratres, quam habeo] i. quam me habiturum ſpero. *h* Manducemus,] i. nihil prodeſt, niſi ut nos exponamus omni delectationi carnis. *Iſa.* 22. Comedamus & bibamus. *Eccl.* 2. Nonne melius eſt comedere; & bibere? Quis enim novit, &c. *Sap.* 2. Non eſt reverſio finis noſtri, &c. venite ergo, fruamur bonis quæ ſunt. In *eod.* Non eſt agnitus, qui reverſus ſit ab inferis. *i* Cras] in futuro. *Geneſ.* 30. Cras enim reſpondebit mihi juſtitia mea.

Nolite

a Alioquin, &c.] i. ſi ipſe non reſurrexit. In baptiſmo non fit remiſſio peccatorum. Contra: Antequam reſurrexit, dimittebatur peccatum in baptiſmo. Sol. Dicendum quod hoc eſt verum; ſed ſi non eſſet reſurrecturus, non dimitterentur peccata virtute baptiſmi, quia virtute ejus non dimittuntur peccata, niſi in quantum eſt Sacramentum: eſt autem ſignum reſurrectionis Chriſti per elevationem ab aqua; & ſi non reſurrexiſſet, eſſet falſum ſignum; & ita non haberet virtutem ad ſimilitudinem mortis. *Rom* 6. Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. Niſi cauſa futuræ reſurrectionis, i. non niſi virtute baptiſmi, qui non eſt tantum ſignum paſſionis in immerſione, ſed reſurrectionis in elevatione ab aqua. Secundum quoſdam contingens erat ante Chriſti reſurrectionem eſſe; ergo poterat eſſe quod peccata non dimitterentur in baptiſmo. Sol. Non dimittuntur, niſi cauſa futuræ reſurrectionis, i. principaliter non dimittuntur, niſi propter glorioſam reſurrectionem. Simile 2. *Par.* 5 ubi dicitur, quod nihil erat in arca, niſi, &c. cum ibi eſſent & alia, ſed hoc dicitur, quia principaliter erant ibi illa repoſita. Propter gloriam, veſtram, ſc. ut vos, &c. ergo ipſe merebatur eis gloriam æternam; ſed ejus charitas quotidie augmentabatur, ergo & eorum gloria per meritum ejus. Sol. Merebatur eis gloriam: ſed ideo non oportet quod creſcente gratia Apoſtol. creſceret gloria eorum. Verum jurare non eſt peccatum. Contra, *Matt.* 5. Nolite omnino jurare. Item *Exod.* 20. Non accipies nomen Dei tui in vanum. *Gloſ.* Non jurabis per nomen. Sol. Nunquam debet quis falſum, ſed verum poteſt jurare pro aliqua neceſſitate, ad illud: Nolite omnino jurare; ſi ly (omnino) eſt ibi determinatio, de ly (nolite) falſum eſt; & eſt ſenſus: nullo modo juretis, ſi de ly (jurare) verum eſt; & eſt ſenſus: nolite jurare quacumque ex cauſa, & illud bene verum eſt, quod nullus debet jurare pro nullo, etiam verum. Quam jurandi conſuetudine pejerare. *Aug.* Falſa juratio exitioſa, vera periculoſa, nulla ſecura. Unde *Eccl.* 23. Jurationi non aſſueſcat os tuum. Quod non eſt a malo jurantis, tamen quandoque eſt a malo ejus qui exigit juramentum; & hoc quandoque a malo infirmitatis humanæ, ex quo eſt quod non credimus ſimplici verbo; quandoque eſt a malo culpæ, ut quando ex malitia exigit juramentum; quandoque a malo jurantis, ut quando jurat ſcienter falſum, vel nihil verum. Unde *Matt.* 5. Quod abundantius eſt, a malo eſt. Quis inde venit? *Sapient.* 2. Non eſt agnitus, qui ſit reverſus ab inferis. Avus meus. Contrectandum diſcipulis. *Joan.* 20. Thomas contrectavit eum pro omnibus. Et 1. *Joan.* 1. Quod auribus audivimus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ. Quibus videntibus *Act.* 1. Spiritu, *Act.* 2. Teſtimonium in cœlo, teſtimonium in terra. 1. *Jo*: 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. Teſtimonium ab Angelis. *Act.* 1. Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum, &c. Ab inferis, quos ſpoliavit. Unde *Matt.* 27. Multa corpora Sanctorum, &c. qui teſtimonium præbuerant. Unde in *Evangel. Nazaræor.* legitur, quod duo viri ſancti, qui de novo fuerant mortui,

venerunt

Nolite *a* ſeduci: *b* Corrumpunt mores bonos colloquia mala. *c* Evigilate juſti, & nolite peccare. *d* Ignorantiam enim Dei quidam habent. Ad reverentiam vobis loquor. *e* Sed dicet aliquis: Quomodo reſurgent mortui? Quali autem corpore venient? *f* Inſipiens tu, quod *g* ſeminas *h* non vivificatur, niſi *i* prius moriatur. Et quid ſeminas? *k* Non corpus, quod futurum eſt, ſeminas, *l* ſed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus ceterorum. Deus autem dat illi corpus, ſicut vult, & unicuique ſeminum proprium *m* corpus.

▲ *a* Nolite ſeduci,] hujuſmodi verbis. *b* Corrumpunt.] *Col.* 2. Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam, &c. *Eph.* 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis, *Eccl.* 3. Qui tetigerit picem, &c. *Matth.* 16. Cavete a fermento Phariſæorum, quia fermentum trahit maſſam ad ſuum ſaporem: Ita prava conſortia, & verba, 2. *Tim.* 2. Sermo enim eorum ſerpit ut cancer, *Prov.* 13. Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Unde de muliere dicitur *Eccl.* 9. Colloquium ipſius quaſi ignis exar-
E deſcit. *c* Evigilate,] a ſomno peccati ſi vultis eſſe (juſti:) *Eph.* 5. Surga qui dormis, &c. *Harmo.* [Evigilate juſte,] adverbialiter, *Luc.* 12. Beati ſervi quos cum venerit Dominus invenerit vigilantem. *Marc.* 13. Quod vobis dico, omnibus dico: Vigilate ergo. Vigilat qui ad aſpectum mentis oculos tenet. [Evigilate juſti, & nolite peccate:] ſed permanete in juſtitia. *Iſa.* 1. Lavamini, mundi eſtote. *d* Ignorantiam enim Dei quidam habent,] qui dicunt mortuos non reſurrecturos. *e* Sed dicet aliquis.] Redit ad principale propoſitum, & oſtendit reſurrectionem eſſe futuram per naturam ſeminis tangens eorum duplicem errorem. Quidam non credebant reſurrectionem aliquo modo futuram: alii credebant, quod reſurgerent corpora paſſibilia, & corruptibilia, & alimonia indigentia. Primum errorem primo tangit, ibi: [Quomodo reſurgent?] q. d. impoſſibile eſt. [Aut quali?] hic eſt alius error: q. d. reſurgent in corpore paſſibili. De prima opinione dicitur *Sap.* 2. Umbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reverſio finis noſtri. In *eod.* De nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus, quaſi non fuerimus. In ſecundo errore Judæi ſunt, qui credunt, quod debeant comedere & bibere poſt reſurrectionem, & uxores ducere, & filios generare. Item *Matt.* 22. Reſpondet Dominus huic quæſtioni, quoniam nec nubent, nec nubentur: quod oporteret ſi reſurgerent corruptibiles, ne deperiret omnino genus humanum.

f Inſipiens.] Poſitis eorum erroribus, probat reſurrectionem. Et primo elidit per naturam ſeminum, quæ mortua, & putrefacta reſurgunt. [Inſipiens] ſumitur, prout negat cognitionem rerum naturalium. Argumentum, quod non eſt peccatum vocare aliquem inſipientem. Contra: *Matt.* 5. Qui dixerit, fatue, & Sol. Indeterminate loquitur hic, non ad aliquam perſonam ſingularem, ſimiliter. *Gal.* 3. O inſenſati Galatæ, &c. Vel vocare aliquem aperte errantem, fatue, cauſa correctionis, non eſt malum illis ad quos pertinet correctio; ſed dicere ex ira, vel odio, vel rancoris, vel redargutionis gratia, peccatum eſt.

g Quod ſeminas.] Elidit ſecundum errorem.

h Non vivificatur,] ideſt, vegetatur.

i Niſi prius moriatur,] ideſt, putreſiat.

k Non corpus, quod futurum eſt, ſeminas,] ideſt, quale eſt futurum; quia ſeminas illud ſine paleis, & ariſtis, & naſcitur involutum ariſtis, & ſimiliter Dominus faciet reſurgere corpora non corruptibilia ſicut modo ſunt; ſed pro voluntate ſua incorruptibilia. *Joan.* 12. Niſi granum frumenti, &c. *Iſai. ult.* Oſſa veſtra quaſi herba germinabunt, prius in pulverem redacta, *Ezech.* 37. Ecce aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, populus meus. Corpus autem ſemini comparatur, ſemen enim jacitur in terram, jacet in hyeme, ſurgit in æſtate, ventilatur in aere, reconditur in granario, ſurgit cum palea, putreſcit in terra, & poſtea fructificat: ſic & corpus jacitur in ſepulchrum, jacet in tempore præſenti, in judicio ventilabitur, in extremo examine recondetur in cœlo, vel in inferno; putreſcet in ſepulchro, poſtea reſurget in judicio. 1. *Reg.* 2. Dominus mortificat, & vivificat. In hoc autem non eſt ſimile, quia non idem granum numero, ſed idem corpus hominis. *Job* 19. In noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum ego ipſe, & non alius. Dicit ergo: [Non corpus quod futurum eſt,] ſcilicet de quo dicitur *Job* 28. Non adæquabitur ei vitrum, quod fit de pulvere per artificium & naturam, quaſi dicat: Multo magis poterit Deus de cinere corporum corpora clara reformare, *Job* 14. Si ſenuerit in terra radix ejus, & in pulvere emortuus fuerit truncus, &c.

m Propriam corpus:] ſic non veſtiet Deus unam animam tunica alterius, contra *Pythagoram*. *Pſal.* 145. Exibit ſpiritus ejus, & revertetur in terram ſuam, non alienam. Semen eſt prædicationis verbum. Unde quod dicit:

l Nudum granum tritici,] eſt contra Prædicatores, qui ſeminant tantum paleas verborum Philoſophorum, *Jer.* 12. Semenaverunt triticum, & meſſuerunt ſpinas.

▲ *a* Non

A venerunt in templum, & poſuit ſe unus in uno angulo, & alius in alio, & petierunt duas ſchedulas, in quibus ſcripſerunt deſcenſum Chriſti ad inferos, & ſtatim diſparuerunt. Vel *Matt.* 8. Habuit teſtimonium ab inferis, quaſi a Dæmonibus dicentibus: Quid nobis, & tibi Jeſu fili Dei? Aſſiduitas enim pravi colloquii, &c. ideo dicit *Seneca*: Cum his converſare, qui te meliorem facturi ſunt. *Prov.* 13. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit. Ita dicit, quaſi per naturam hoc fieri non poſſit, quaſi dicat, male dicit. Videtur ergo reſurrectionem mortuorum poſſe fieri per naturam; & ſi hoc, reſurrectio erit naturalis. Ad idem: Super illud *Pſal.* 78. Eſcas volatilibus cœli, *Gloſ.* Quaſi quicquam reſurrectionis deperiret: cum tamen ille ex occultis ſinibus naturæ totum reintegret, ergo Deus per naturam reintegrabit corpora; ſed ſic facit omnia naturalia; ergo Reſurrectio erit naturalis. Item ſuper *Exod* 7. Ubi loquitur de mutatione virgarum in colubros, dicit *Gloſ.* quod in ſeminalibus cauſis, & rationibus totum erat, ut de virgis fierent ſerpentes. Sed quid aliud eſt ſeminales cauſæ, & rationes virgarum, quam natura earum? ergo per naturam fuit quod ex virgis facti ſunt ſerpentes, ſed major eſt convenientia pulverum ad corpora, quam virgarum ad ſerpentes, & natura eſt vis inſita in rebus, ex ſimilibus ſimilia procreans, ergo, Multo magis per naturam poterunt fieri corpora de pulveribus, & omne, quod fit per naturam, eſt naturale; ergo Reſurrectio erit naturalis; præterea: Si non eſt naturalis, videtur quod hæc probatio Apoſtoli nulla ſit: qua probat per naturalia, ideſt, per ſemina reſurrectionem; ſed conſtat, quod hæc ejus probatio bona eſt: ergo Reſorrectio eſt naturalis. Sed contra: A privatione non fit regreſſus ad poſitionem, vel ad habitum, niſi per miraculum; ſed mors eſt privatio vitæ: ergo mortui non poſſunt reſurgere, niſi per miraculum, item: Impoſſibile eſt quod in homine prius ignito, modo mortuo generetur per naturam eadem igneitas numero; ergo impoſſibile eſt, quod hoc fiat per naturam. Item *Matt.* 9. habetur de ſuſcitatione filiæ Archiſynagogi, & *Joan.* 11. de ſuſcitatione Lazari, & cum utraque ſuſcitatio miraculoſa ſit, tamen ſuſcitatio Lazari magis miraculoſa fuit, & non niſi quia diu mortuus fuerat: ergo reſurrectio generalis multo magis miraculoſa erit, præterea ſi ſecundum naturam fuerit: ſecundum hoc videtur rationabile, quod prius mortui prius reſurgant; & ita jamdiu incepiſſe debuit reſurrectio. Sol. Licet aliqui dicant, quod reſurectio erit naturalis, quod dicitur, imo miraculoſa: hæc opinio ſecurior eſt & verior, & non tamen dicitur hic, quod ſi per naturam hoc fieri non poſſet, hoc impediret reſurrectionem mortuorum quin fieret, ad illud: De occultis naturæ ſinibus: appellat naturam quatuor elementa; occultos ſinus, occultas reſolutiones corporum in paria elementa: ex quibus reſolutionibus Deus reintegrabit corpora in reſurrectione; ſed non opus naturæ; ad illud, quod probatio Apoſtoli nulla videtur, dicendum quod non eſt probatio proprie, ſed exemplificatio, ſicut ſuper illud *Hebr.* 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, *Gloſ.* Sicut ſplendor ab igne; tamen ſimul ſunt tempore, & coæqueva: ita filius a patre:

Quod objicitur per ſimile in virgis, & ſerpentibus, &c. dicendum ad hoc quod Natura eſt vis inſita, &c. intelligitur de his, quæ fiunt ſecundum generationem univocam, quæ eſt per ſeminis deciſionem: quod non eſt in ſcabronibus vel ſerpentibus, ſed fiunt per putrefactionem, & non ſequitur: Major eſt ſimilitudo pulverum, &c. & aperta ſolutio, quia major ſimilitudo eſt grani non putrefacti ad granum non putrefactum, quam putrefacti ad non putrefactum; tamen de putrefacto fit non putrefactum; ſed de non putrefacto non poteſt fieri, niſi prius putreſcat.

Quaſi non poterit aliud eſſe, ideſt, alterius modi. Documenta ſeminum adhibet.

Probat ergo reſurrectionem futuram per naturales rationes, & iterum paulo ante in hac *Gloſ.* Hactenus probavit per rationes reſurrectionem mortuorum futuram: ſed ſecundum hoc Fides de reſortectione non eſt meritoria; quia ſuper illud, *ſupr.* 11. Quotieſcumque manducabitis panem hunc, &c. *Gloſ.* Fides non habet meritum, &c.

▲ ſed

Expoſitio lit.

Digitized by Google

A *a* Non omnis caro,] Alia probatio reſurrectionis per naturam; & eſt quaſi reſponſio ad hoc quod poſſet quis dicere: Eadem ratione pecora reſurgent. Non eſt verum; quia non eſt eadem natura pulverum pecorum, & hominum.

a Non omnis caro, *b* eadem caro, ſed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia autem piſcium, Et *c* corpora cœleſtia, & *d* corpora terreſtria: *e* ſed alia quidem *f* cœleſtium gloria, alia autem terreſtrium. Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum. Stella enim a Stella differt in claritate, *g* ſic & reſurrectio mortuorum. *h* Seminatur *i* in corruptione; *k* ſurget in incorruptione. Seminatur *l* in ignobilitate, ſurget *m* in gloria. Seminatur *n* in infirmita-

b Non eadem caro;] i. non ejuſdem naturæ, ſed contra, *Eccl.* 3. Sicut moritur homo, ſic & illa moriuntur, ſimiliter ſpirant omnia, & nihil amplius habet homo jumento. Sol. Vox eſt hominum carnalium.
c Corpora cœleſtia,] i. corpora volucrum. *Matt.* 13. Volucres cœli comederunt illud, vel [corpora cœleſtia,] Solem, & Lunam, & Stellas dicit; vel etiam corpora reſurgentium. *d* Et corpora terreſtria:] Terreſtria corpora ſunt, quæ adhuc ſunt in terra, & hæc eſt concluſio præcedentium, q. d. Ergo multo magis differunt corpora gloriſicata, quam non gloriſicata, non eſſentia, ſed per immortalitatem. Item hoc patet, quia ſcabrones ſiunt de pulveribus ſcabronum. Item ſimilites ex pulveribus phœnicis phœnices, & de pulveribus ſerpentum ſerpentes, & de pulveribus buſonum buſones. Cum ergo ejuſmodi animalia ex pulveribus ſuis renaſcantur, multo magis de pulveribus hominum reſurgent homines.
e Sed alia quidem] Hæc eſt tertia pars cap. de diverſitate reſurgentium, quam oſtendit per ſimilitudinem corporum cœleſtium, & terreſtrium primo. Et ſecundo oſtendit qualiter erunt corpora gloriſicata, ibi: Seminatur corpus.] Tertio per quid erunt talia, ibi: Si eſt corpus, &c.] Quarto quomodo poterimus adipiſci gloriam talium corporum, ibi: Igitur ſicut portavimus.] Quinto, quod per dilectionem carnis non venitur ad gloriam reſurrectionis, ibi: Hoc autem dico fratres.] Et ſic etiam reſpondet ad id quod poſſet quis dicere: Ex quo ita pulchra erunt corpora noſtra, delicate debemus ea nutrire. Dicit ergo: Alia gloria,] i. decor, & honor eorum. *f* Cœleſtium] *Eccl.* 43. Species cœli gloria ſtellarum. Alia eſt enim gloria corporum nunc, alia erit tunc. *Iſa.* 30. Erit lux Lunæ, ſicut lux Solis, & lux Solis ſeptempliciter erit. E contra de malis: *Ezech.* 32. Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen ſuum, omnia luminaria cœli faciam mœrore ſuper te, & dabo tenebras ſuper terram tuam, ideſt, corpus tuum. *Pſal.* 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Lux beatis, flamma purgandis, carbo damnatis.
g Sic & reſurrectio mortuorum.] Ita differunt in reſurrectione. Probat reſurrectionem per ſimilitudinem Stellarum differentem. *Matth.* 13. Fulgebunt juſti ſicut Sol. Bene Sanctos Stellis comparat, quia in præſenti Stellæ ſunt in Eccleſia Dei. *Apoc.* 1. Habebat in dextera ſeptem Stellas, i. univerſitatem Sanctorum. *Dan.* 12. Qui docti fuerint, &c. Sic ergo corpus unius Sancti minus clarum erit corpore alterius Sancti, & ita omnia corpora non erunt æqualiter clara: ergo eadem ratione nec impaſſibilia æqualiter, quia impaſſibilitas dos eſt, ſicut claritas; ergo unum erit minus impaſſibile alio; ergo aliquid habebit admixtum de paſſibilitate: minus enim album aliquid habet admixtum de nigredine; ergo non erunt omnia corpora omnino impaſſibilia, & eadem ratione non erunt æqualiter agilia, vel ſubtilia. Solut. Dotes animæ non erunt in omnibus æquales, ita nec dotes corporis. Unde non æque erunt impaſſibilia omnia corpora; ſed ex hoc non ſequitur, quod minus impaſſibile habeat aliquid admixtum de paſſibilitate duplicites enim recipit aliquid intenſionem, quia ſecundum appropinquationem ad maximum ſuum, & ſecundum receſſum ab oppoſito ſuo, ut omnis charitas æque recedit ab oppoſito ſuo, ideſt, odio; ſed non omnis æque accedit ad ſuum maximum, & ideo non omnis charitas eſt æqualis, ſed una minor alia; ſimiliter omnia corpora gloriſicata æqualiter recedunt a paſſibilitate, ſed non æqualiter accedunt ad maximum impaſſibile, & ideo non omnia æqualiter erunt impaſſibilia; ſimiliter nec agilia, vel ſubtilia.
h Seminatur] moritur, & ſepelitur; vel in utero matris in conceptu.
i In corruptione,] ideſt, ut corrumpatur. *k* Surget in incorruptione,] ideſt, impaſſibile, & incorruptibile. *Sap.* 6. Cuſtoditio legum conſummatio eſt incorruptionis: incorruptio autem facit eſſe proximum Deo. Ecce impaſſibilitas. *l* In ignobilitate,] quia moritur pallidum, & deforme, & ſepelitur, *m* In gloria,] ideſt, in claritate. *n* In infirmitate,] ideſt, ponderoſum, & cui

A fere

A ſed ibi habita eſt ſolutio. Sed nudum granum, &c. videtur quod ſimile Apoſtoli potius faciat ad oppoſitum ejus, quod intendit probare; quia granum ſeminatur purum, & reſurgit impurum; ergo ſi bonum eſt exemplum, corpus quod quaſi ſeminatur in morte, reſurgit magis impurum, ſed hæc ſimilitudo adducitur pro genere, non pro ſpecie; q. d. Corpus reſurgeret magis impurum alterius modi, quam ſic cum moritur ſicut granum. Ita mortuus Dei virtute, argumentum quod Reſurrectio erit miraculoſa, ſed alii dicunt, quod Dei virtus dicitur natura: ſicut & Dei virtute ex grano ſit granum. Sed erit differentia in gloria. Contra, de Sanctis cantatur: Animæ Sanctorum æquales; ergo & gloria corporum, quæ eſt a gloria animarum. Expoſitio Gloſ.

Solutio: Æquales, & ſimiles eodem dono participantes. Cœleſtia corpora ſunt reſurgentia, ideſt, corpora dicuntur cœleſtia poſt reſurrectionem, terreſtria ante. Chriſtus, ex quo corpora cœleſtia; quia per eum reſurgent corpora incorruptibilia. Qui centeſimum numerum habent, i. fructum, de quo *Matth.* 13. Hic denominatur fructus virginum per centeſimum; per ſexageſimum fructus viduarum. Sed cum dicat quod hujuſmodi in reſurrectione erunt diſſimiles gloriæ, videtur quod præmium virginum excedat præmium viduarum, & conſtat, quod non excedunt eas, niſi in aureola; ergo ipſa diſtantiam facit in præmio. Contra: Sit quod virgo, & vidua decedant in charitate æquali omnino; ergo omnino erit præmium indifferens, virgo tamen aureolam habebit non vidua.

Solutio: Qui fructus deſignantur per numeros, non deſignantur per eos ad differentiam præmiorum, ſed ſtatus ad ſtatum; ideſt, quod ſtatus virginitatis ſecundum ſe excedit ſtatum viduitatis: ex quo non ſequitur, quod quælibet virgo melior ſit, & dignior qualibet vidua; ſicut etſi ſtatus militis dignior ſit ſtatu domicelli, non quilibet miles dignior eſt quolibet domicello. Vel hoc dicitur, ſecundum quod *ſup.* 12. Alii datur ſermo ſapientiæ, ibi *Gloſ.* comparat ſapientiam Soli, ſcientiam Lunæ; alia dona, ut charitatem, &c. ſtellis; cum tamen melior ſit charitas, quam donum ſcientiæ ſecundum ſe; ſed donum ſcientiæ quoad uſum utilius eſt, & dignius. Vel hæc dignitas fructuum attenditur quantum ad id, de quo eſt; ſicut eſt hoc præceptum: Diliges Dominum Deum tuum, &c. maximum, quia de maximo. † Ceteri autem Stellis, quæ nunquam apparent nobis, ſed ſemper ſunt in inferiori hemiſphærio. Infidelitas enim non poteſt, quia *Matt.* 22. Mittentur in tenebras exteriores. *Ezech.* 32. Nigreſcere faciam Stellas ejus. In gehenna ſuppliciorum ſunt differentiæ; ergo ordo eſt in Inferno. Contra, *Job* 10. Ubi nullus ordo, &c. reſpondetur, quod ibi nullus eſt ordo, quia ibi igni non lucebit, ſed ſicut dicit *Aug.* ibi erit ordo in pœnis; ut qui plus peccavit, plus puniatur. Eundem denarium, *Matth.* 20. Hic denarius erit Chriſtus, qui eſt vita æterna; tamen quilibet habebit denarium cauſatum, ideſt, gaudium de hujus viſione. Una eſt beatitudo increata. Deus charitas, 1. *Joan.* 4. Commune ſit omnibus per participationem: quod enim in ſe non habebunt, habebunt in aliis. Hoc communiter habebunt omnes, boni ſcilicet, ideſt, ſine omni honore. Contra: De Corpore B. Martini legitur: Vitro purior, lacte candidior, gemma Sacerdotum; quod corpus, qui aderant, viderunt valde clarum. Reſpondeo: Privilegia paucorum non faciunt legem communem; vel dicendum, quod etiamſi corpus glorioſum apparuit reſpectu aliorum, in morte tamen ſine honore fuit reſpectu gloriæ, quam habiturum eſt in reſurrectione. Spiritus naturalia, ideſt, conſimilia naturalibus ipſius ſpiritus opinione Diſcipulorum. Ergo Diſcipuli credebant, quod Corpus Chriſti eſſet ſpiritus; ſed hoc eſt hæreticum: ergo in hoc fuerunt hæretici; præterea quis ita fatuus, qui corpus Chriſti ſpiritum eſſe crederet? al. tenebris

Solutio. Non crediderunt, quod Corpus Chriſti eſſet ſpiritus, ſed quod ille qui apparebat; & hoc volens Dominus elidere juſſit probari reſurrectionem ſuam: Palpate, *Luc. cap. ult.* ſcilicet *Joan.* 20. Spirituale erat corpus Chriſti poſt reſurrectionem.

Contra: Super illud *Job* 19. Et in carne mea, &c. ibi dicit *Gregor.* quod hæreticum eſt dicere, quod corpus reſuſcitatum eſt ſpirituale. Solutio: Spirituale dicitur hic ſubditum eſſe ſpiritui. Non jam repugnabit, ſicut

A bit, ſicut

▲ ſere quælibet creatura nocere poſſet. *a* In virtute.] i. agile. *b* Animale,] alimonia indigens, & ideo non glorioſum. *c* Spirituale,] i. ſubtile: ita quod per quodlibet corpus non glorificatum tranſire poterit ſine impedimentu, *Pſ.* 103. Amictus lumine, i. eurpore luminoſo. *Matt.* 13. Juſti fulgebunt ſicut Sol. *Apoc.* 12. Mulier amicta Sole, i. corpore glorificato; quod comparatur radio Solis propter quatuor proprietates ipſius. Radius enim Solis in momento eſt ab Oriente in Occidente, & iterum valde clarus eſt. Item percuſſus non læditur: unde in hoc oſtenditur corporum impaſſibilitas. Item intrat per vitrum non perforando ipſum: in quo ſignificatur ſubtilitas, de his quatuor dotibus, *Sap.* 3. Fulgebunt juſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. In fulgore claritas: in hoc quod dicitur, juſti, impaſſibilitas; in hoc quod dicitur, ſcintillæ ſubtilitas; in diſcurſu agilitas de his etiam, *Luc.* 6. Menſuram bonam, &c. Item per virgam Aaron quæ cum arida eſſet, germinavit, & floruit, & fronduit, & peperit amygdala, ut habetur *Num.* 17. Item propter ipſas dicitur quater, *Joan.* 6. Reſuſcitabo eum. Item propter idem ſunt quatuor Pſalmi in Completorio, & quatuor verſus in Nunc dimittis. Completorium enim ſignificat ſtatum glorificationis, cujus gloria non habet finem. Item *Exod.* 25. Per coronam interraſilem quæ habebat quatuor digitos in altitudine, per coronam illam corpus glorificatum, interraſilem ad innuendum quod non tantum illi qui excellentia opera in charitate fecerunt reſurgent glorioſe, ſed etiam qui aliquando depreſſi ſunt in nimio amore parentum, in quatuor digitis, quia merito juſtitiæ vel innocentiæ conſerunt, alias non. Mor. aliter. Iſtas dotes habent jam in præſenti viri Religioſi, ſubtilitatem quidam habent per votum paupertatis, quo abſcindunt a ſe omnem proprietatem, ut poſſint intrare per anguſtam portam vitæ æternæ: *Matth.* 7. claritatem habent per votum caſtitatis, habentes veſtimenta alba ſicut nix: *Matt.* 17. *Sap.* 4. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: immortalis eſt memoria illius: agilitatem habent per votum obedientiæ, ſequentes Agnum quocumque ierit: *Apoc.* 14. Impaſſibilitatem habent per amorem juſtitiæ, quæ facit omnes juſtos impaſſibiles. Unde *Prov.* 12. Non contriſtabit juſtum, quidcumque ei acciderit. Dicit ergo. *d* Si eſt corpus animale,] in refectorio. *e* Eſt & ſpirituale,] in oratorio. [Si eſt animale,] in ſæculo. [Eſt ſpirituale,] in Clauſtro, vel. *d* Si eſt corpus.] Oſtendit per quid habebunt corpora has dotes, quia non per naturas, ſed per Chriſtum. [Si eſt corpus animale, &c.] quaſi, Sicut primus homo Adam habuit corpus habens oppoſitas qualitates, &c. Corpus autem impaſſibile [ut dicit *Gloſſ.*] erit quod plene ſubdetur ſpiritui, & quod ei erit ſimile in corruptione, & non indigens alimoniis. *f* Noviſſimus.] *Iſa.* 53. Deſideravimus eum noviſſimum virorum. *g* Vivificantem.] *Joan.* 3. Spiritus ubi vult ſpirat. *h* Sed non prius:] quaſi, Sicut Chriſtus prius habuit animale, poſtea incorruptibile; ita erit in nobis. *i* Deinde quod ſpirituale eſt.] In hujus rei ſignum facta eſt materia informis primo, poſtea ſpecie decorata. Item corpus prius fit, poſtea anima. Item lex primo data eſt, poſt Evangelium, ita vita activa prior eſt contemplativa, & vita præſens vita Beata. Item ante fuit tabernaculum, poſt templum. *k* Terrenus,] habens qualitates terræ. *l* De cœlo,] habens divinam naturam. *m* Cœleſtis.] *Sap.* 7. Contra. Sum quidem, & ego mortalis homo de genere ejus terreno, qui prior factus eſt. Sol. De genere ejus: quia mortalis, ut ille, & terrenus ſecundum corpus ut ille; ſed dicitur cœleſtis, quia non humano ritu, ſed de divino nutu natus eſt & conceptus; vel quia non formatus in utero B. Virg. ſecundum naturam, &c. *Zach.* 13. Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. In quo? In dilectione poſteritatis, in ambitione vanitatis, in negligentia mandatorum, in aſſenſu pravorum conſiliorum, 2. *Reg.* 7. Iſta enim eſt lex Adam Domine Deus. *n* Igitur ſicut portavimus:] quia taliter pervenimus ad corporum glorificationem, portemus imaginem cœleſtis Chriſti per imitationem, & ſic habebimus glorioſam reſurrectionem: quia *Rom.* 6. Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis Chriſti ſimul & reſurrectionis erimus. *B. Bern.* Sicut vetus Adam fuit effuſus per totum hominem, & totum mundum: ita modo totum obtineat Chriſtus in nobis. Natus eſt prævaricator vetus homo ille in manu, & in corde, & in ore, in manu dupliciter, per facinus & flagitium: in ore dupliciter, per arrogantiam, & detractionem: in corde dupliciter, per deſideria carnis, & deſideria gloriæ temporalis. Nunc autem ſi qua nova creatura in Chriſto: vetera tranſierunt. Contra facinus manus, innocentia; contra flagitium, continentia, in ore, contra arrogantiam, verbum confeſſionis; contra detractionem, verbum ædificationis, in corde contra carnis deſideria, caſtitas; contra gloriam temporalem, humilitas. *Rom.* 8. Non ſumus debitores carni, & ſanguini, &c. *o* Hoc autem dico fratres] videlicet quod imitemur Chriſtum, ſi volumus eſſe participes glorioſæ reſurrectionis.

te: ſurget *a* in virtute. Seminatur corpus *b* animale; ſurget corpus *c* ſpirituale. *d* Si eſt corpus animale, eſt & *e* ſpirituale: ſicut ſcriptum eſt. Factus eſt primus homo Adam in animam viventem: *f* noviſſimus Adam in ſpiritum *g* vivificantem. Sed non prius quod *h* ſpirituale eſt, ſed quod animale eſt: *i* deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra, terrenus: ſecundus *k* homo *l* de cœlo, *m* cœleſtis. Qualis terrenus: tales & terreni, & qualis cœleſtis: tales & cœleſtes. Igitur *n* ſicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis. *o* Hoc autem dico

▲ *a* Quoniam — Expoſitio Gloſ.

A bit, ſicut dicitur, *Gal.* 5. Concupiſcit, &c. Sed ſequitur de hoc quod dicit, Spirituale erit, quia tunc plene ſubdetur ſpiritui; ergo erit ſpirituale. Sed loquitur *Gloſ.* tantum de nobis, ut oſtendatur major dignitas reſurrectionis, ergo eadem ratione dignior eſt qui poſt peccatum a peccato reſurgit, quam qui nunquam peccavit, quod videtur per illud, *Rom.* 5. Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit, & gratia, contra. Super illud. *Rom.* 5. Vix pro juſto quis moritur.

Sol. Ut oſtendatur dignitas reſurrectionis: intellige propter comparationem ad oppoſitum ſuum: quia oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt: non quia ipſa corruptio facit digniorem eſſe reſurrectionem. Pater noſter Adam: *Gen.* 2 Sed non vivificat uſque ad auferendam corruptionem, i. non ita vivificat ut corruptionem auferat. Adhæret Deo, &c. *ſupr.* 6. Sed Chriſtus adhuc vivens perfectiſſime adhærebat Deo: ergo Corpus ejus erat ſpirituale, & glorificatum.

Sol. Quod non habuit corpus glorificatum ſive ſpirituale cum illa ſumma adhæſione, fuit miraculum ſuper miraculum; & hoc ſibi retinuit ut myſterium noſtræ redemptionis in corpore ſuo adimpleret, & eſt quod hic dicitur argumentum, quod a dotibus animæ redundant dotes in corpore. De eadem materia eſt, parum dicit. Qui fit caput *Eph.* 5. Quodammodo originando. Ex illo ſunt nati carnaliter. Renati ſpiritualiter *Joan.* 3. Alia expoſitio.

Quaſi a relativis, i. per quemdam reſpectum, & communem uſum loquendi: ſicut dicitur rationale reſpectu irrationalis.

Diſcrepantiam, i. differentiam: non differt hæc lectio a præcedenti niſi in modo continuationis. Vel ita. Tertia expoſitio. Qui de pulvere terræ formatus eſt. Imo de limo ut dicitur, *Gen.* 2.

Sol. Pulvis mediante humore compingitur in limum; & limus per conſumptionem humoris iterum in pulverem reſolvitur, & ideo unum ponitur pro alio. Nutu divino. *Sap.* 7. Coagulatus ſum in ſanguine, i. in carne locum ſeminis obtinuit, & natus: qui clauſa porta naturæ exiit de utero B. Virginis: ſicut ſignificatum fuit, *Ezech.* 44. Porta clauſa erit Principi.

Tales erunt cœleſtes, i. immortales: ſed ſumitur immortalitas pro impaſſibilitate.

Sectando juſtitiam: hoc dicit, quia ſi non offerat ſe locus; nos tamen debemus offerre ad hæc tria quæ ponit. *Gloſ.* Quomodo caro erit? hoc tetigit ubi dixit, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.

Latine dicitur ſecretum: ideo decipitur hic hæreticus, qui dicit, Myſterium dicit Apoſtolus; non ergo hiſtoriam; igitur non reſurgent corpora mortuorum.

Sancti vivi reperti, videtur quod hoc ſit impoſſibile quod aliqui vivi reperientur, quia 1. *Petr.* 3. dicitur quod cœlum, & terra ſolventur.

Sol. habetur, Per illud. Ignis ante ipſum præcedet, *Gloſ.* Ignis charitatis, & iræ præcedet in ſecundo adventu; & ille ignis inflammabit in circuitu, ſi mali ſunt, in conſumptionem, ſi boni, in reparationem.

Unde alibi dicit *Aug.* Illo igne non lædentur boni: ſicut nec tres pueri ab igne Chaldæorum ſunt læſi. Non *Gloſ.* quæ hic

A ſequitur

▲ *a* Quoniam caro, & ſanguis,] i. intenti vitiis, quæ oriuntur ex carne, & ſanguine. *b* Regnum Dei poſſidere non poſſunt,] *Rom.* 1. Non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte, non ergo vita glorioſa: ſed ut dicitur in *eod.* 2. Tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operan-

B tis malum, *ſup.* 6 Nolite errare, &c. [Regnum Dei non poſſidebunt,] bona animæ. *d* Incorruptelam,] i. vitam æternam, in qua nulla eſt peccati corruptio. *Pſal.* 13. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt, &c. Et *Pſ.* 38. in perſona peccatoris: Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Vel [Caro & ſanguis,] ideſt, opera carnis, & ſanguinis, quæ ſunt peccata in genere:

fratres, *a* quoniam caro, & ſanguis *b* regnum Dei poſſidere non poſſunt: *c* neque corruptio incorruptelam *d* poſſidebit. Ecce *e* myſterium vobis dico. *f* Omnes quidem reſurgemus; ſed *g* non omnes immutabimur. *h* In momento, in *i* ictu oculi, in *k* noviſſima tuba (*l* Canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: *m* Oportet enim corruptibile hoc

ſicut ſunt comedere, & bibere, uxores ducere, & filios generare: hæc non erunt in patria. Sed videtur contra: *Iſa.* 65. Servi mei comedent, & vos eurietis; ſervi mei bibent, & vos ſitietis. Item *Iſa.* 25. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, loquitur de vita æterna. Item *Luc.* 16. habetur, quod dives petiit guttam aquæ ad refrigerandum linguam ſuam, ex quo videtur quod ſitis pœna erit eis qui erunt in inferno: ergo in vita æterna potus corporalis erit delectatio, & refectio. Sol. Sicut dicitur *Rom.* 14. Regnum Dei non eſca, & potus, ſed juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto; & *ſup.* 6. Eſca debetur ventri, & venter eſcis, &c. non comedent ergo, nec bibent. Unde etiam Moyſes fuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus cum Domino non comedens, neque bibens; multo magis in patria. Unde quod dicit *Iſa.* myſtice intelligitur, ut per ea in quibus delectatur corpus, intelligantur ea in quibus delectatur anima, quod objicit de divite qui erat in inferno ſitiens, dicendum quod non ſitiebat corporaliter, eum corpus non haberet; ſed ſpirituale refrigerium deſiderabat, & tamen ſi in inferno eſſet fames, & ſitis, non propter hoc in Paradiſo eſſet: quia nullus eſt ibi defectus omnino. *c* Neque corruptio] i. fluxus continuus corporis, qui quotidie reſtauratur per ſumptionem cibi, & potus. *b* Regnum Dei poſſidere,] i. ibi eſſe [non poſſunt.] Vel [Caro, & ſanguis,] i. corruptio carnis, & ſanguinis [regnum, &c.] quia omnia incorruptibilia erunt. Unde *Rom.* 8. Ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis. *e* Ecce myſterium.] Hæc eſt ultima pars capituli, in qua oſtendit quomodo fiet reſurrectio. Et primo oſtendit quoniam erit univerſalis, ſed non glorificatiu, ibi: [Omnes quidem, &c.] Secundo quod fiet ſubito, ibi: [In momentu.] Tertio per quod fiet, quia per vocem tubæ, ibi: [Canet enim.] Quarto quia deſtruetur moriendi neceſſitas, & paſſibilitas, ibi: [Cum autem mortale hoc, &c.] Quinto quod potentia peccandi omnino deſtruetur, ibi: [Ubi eſt mors, &c.] Sexto de his beneficiis gratias agit, ibi: [Deo autem gratias.] Septimo eos ad perſeverantiam invitat, ibi: [Itaque fratres.] Dicit ergo: *e* Ecce] ita glorioſe reſurgent imitatores Chriſti. Sed quomodo? (Ecce myſterium,) i. ſecretum: de quo *Iſa.* 24. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi: væ mihi, quia deſiderabat præmium, non pœnam: quorum utrumque occultum eſt omni viventi: ideo bis dicit, ſecretum. *f* Omnes reſurgemus,] contra, *Pſal.* 1. dicitur quod impii non reſurgent. Sol. Non reſurgent in judicio ut judicent, ſed ut judicentur judicio diſceptationis. Non omnes immutabimur in melius. *Dan.* 12. Qui dormiunt in pulvere terræ, evigilabunt, &c. Illi autem mutabuntur in melius: de quibus *Pſal* 10. Sicut opertorium mutabis eos, ſc. a corruptione in incorruptionem; per hoc ergo tangit propheta corporum glorificationem quæ erit quaſi nova veſtis. *Zachariæ* 3. Auferte ab eo veſtimenta ſordida, ideſt corpus corruptibile, & dixit ad eum: Ecce abſtuli a te iniquitates tuas, quia ex tunc peccare non poterunt, & indui te mutatoriis. Item *Gen.* 41. Protinus ad Regis imperium eduxerunt Joſeph de carcere, totonderunt eum, & veſte mutata obtulerunt Regi. *Iſa.* 52. Induere fortitudine tua, Sion: induere veſtimentis gloriæ tuæ Jeruſalem. *Judith.* 10. Induit ſe veſtimentis jucunditatis. *h* In momento,] i. in breviſſimo, & minimo, & anguſtiſſimo temporis ſpatio, ſed quia momentum adhuc pars temporis eſt, addit: *i* In ictu oculi,] Ita cito ſicut radius oculi percutit rem viſam, unde eſt argumentum quod reſurrectio erit miraculoſa, non naturalis; quia natura non poteſt operari ſubito, ſed per ſucceſſionem; ſed contra videtur quod imo erit ſucceſſiva, quia *Ezech.* 37. ubi oſtenſum eſt ei, quomodo fiet reſurrectio, dicitur quod factus eſt ſonitus, & facta eſt commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, & caro ad carnem, & juncturæ ad juncturas, & ſteterunt quaſi magnus exercitus, & inde inſufflatus eſt eis ſpiritus. Sol. Sicut ait *Aug.* ſicut omnia quæ ſunt ſimul facta, ſimul dici non potuerunt: ſimiliter in reſurrectione omnia modo prædicta ſimul fient; ſed quia Prophetæ ſimul omnia perpendere non poſſent; ideo oſtenſum eis aſt primo unum poſt aliud.

k In noviſſima tuba,] ideſt, per noviſſima tubam quæ erit vox filii Dei, vel alicujus Angeli, *Pſalm.* 67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis, ideſt, poteſtatem reſuſcitandi corpora. *Iſa.* 27. Clangetur in tuba magna, & venient, qui perditi fuerant de terra Aſſyriorum, per quos ſignificantur illi qui peccaverunt, ſed pœnitentiam egerunt; & qui ejecti de terra Ægypti, i. peccatorum, qui ſervaverunt innocentiam. non enim reſurgent glorioſe, niſi pœnitentes vel omnino innocentes. *Iſa.* 30. Auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachii ſui in comminatione furoris ſui. *Joan.* 5. Omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei; quia etſi forte ſit Archangeli, dicitur filii Dei, quia proferetur auctoritate filii Dei. 1. *Theſſ.* 4. In voce Archangeli. *Am.* 2. Morietur in ſonitu Moab, ſc. quilibet peccator. *l* Canet enim, &c.] Vox enim illa erit quaſi dulcis melodia Sanctis. Proprie loquitur hic: *m* Oportet enim corruptibile] corpus; quia Deus ſic promiſit, qui verax eſt in promiſſis, &

▲ quia

▲ ſequitur: non enim reſurrectio eſſe poterit, niſi mors præceſſerit, ex quo patet quod unuſquiſque morietur, antequam reſurgat. Non omnes, & qui vivi reperti, ex quo relinquitur quod aliqui mali reperientur vivi in illo igne. Sol. Quando veniet ille ignis aliquos malos reperiet vivos, ſed in ipſu morientur, vel vivos aliter appellat, quam *ſup.* 1. reſuſcitatos: de quibus conſtat quod non omnes immutabuntur: de hac immutatione dicit *Job* 14. Expecto donec veniat, q. d. illam corporis expecto immutationem, ſicut pueri veſtimenta in paſcha. *Expoſitio Gloſ.*

Oculus percutit, quia in ipſo eſt vis emittendi radios ſuper ipſa viſa; & inde quod ſi aliquid conjungatur ipſi oculo, videre non poteſt propter hoc, & volunt quidam dicere, quod Deus cum ſit ubique, & ita undique immediate conjunctus, videri non poteſt oculis corporis, hoc tamen relinquit *Aug.* ſub dubio *in lib. de Civit. Dei*, & tamen verum eſt. Ut per hoc mirabilior reſurrectio; ergo erit miraculoſa, ſed illi qui ſunt in alia opinione, dicerent, quod erit miraculoſa quantum ad congregationem pulverum de diverſis locis, de qua habetur ſuper *Marc.* 14. Sed ipſis congregatis naturaliter ex eis reſurgent corpora. Poſtquam non erit alia vox, ſed conſtat quod reſurrectio erit ad diſceptationem, quod patet per illud *Joel.* 3. Congregabo omnes gentes, & diſceptabo cum eis; ergo diſceptatio illa fiet vocaliter, præterea ſecundum hoc in patria non erit laus vocalis: quod tamen dicit *Caſſiod.* ſuper illud, Omnis ſpiritus laudet Dominum, & hoc tenet Eccleſia non conſentiens in hoc *Aug.* De diſceptatione quidam dixerunt quod fiet per remorſionem conſcientiarum, ſed poteſt dici quod imo erit vocalis. Unde quod hic dicitur: Poſtquam non erit alia vox, intelligendum eſt ad vocandum, aut faciendum reſurrectionem.

Tuba Dei alibi dicitur, *Zach.* 9. Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Auſtri. 1. *Theſ.* 4. Quoniam ipſe Dominus in juſſu, &c.

In gloriam immortalitatis, & impaſſibilitatis: ergo immortalitatis eſt gloria; ergo damnati, quia immortales erunt, gloriam habebunt; ſecundum hoc & impaſſibilitas eſt gloria, & ita qui ſine baptiſmo decedunt, gloriam habebunt.

Solut. Conjunctim intelligitur in gloria immortalitatis, & impaſſibilitatis: neutra enim gloria eſt ſine altera. Vel aliter ſumitur impaſſibilitas, ſive immortalitas ante ſtatum primum hominis, & in ſtatu gloriæ: ſic enim in patria erunt impaſſibiles, quod habebunt potentiam reſiſtendi omni nocivo quod non illi qui erunt in inferno, & iterum qui erunt in limbo, ea ſe non habebunt poteſtatem reſiſtendi, etſi conſerventur illæſi a Domino.

Pro eo quod bene ſervimus; ergo homo bonis operibus

▲ meretur

induere *a* incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale *b* hoc induerit immortalitatem; tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt. *c* Abſorpta eſt *d* mors in *e* victoria. *f* Ubi eſt mors *g* victoria tua? *h* ubi eſt mors *i* ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum eſt; *k* virtus vero peccati, lex. *l* Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Itaque fratres mei dilecti, *m* ſtabiles eſtote, & immobiles; abundantes in *n* omni opere Domini ſemper ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino.

Δ quia juſtum eſt, ut qui in corporibus Deo ſervierunt, in eiſdem remunerentur. *a* Incorruptionem] ut reſurgant ſine diminutione membrorum. [Induere immortalitatem:] quia coronabuntur corpora quaſi veſtimenta. *Matth.* 25. Quæ paratæ erant, intraverunt ad nuptias, *Baruch.* 10. Exue te Jeruſalem ſtola luctus, & vexationis, & indue te decore, & honore, id eſt, corpore decoro, & honorificato, ſic notatur identitas carnis in reſurrectione cum dicit. *b* Hoc] tunc fiet id eſt, adimplebitur. *c* Abſorpta eſt,] Oſ. 13. alia littera, ſed noſtra; Ero mors tua, o mors id eſt, moriendi neceſſitas, & paſſibilitas, [Abſorpta] id eſt, abſorbebitur. *e* In victoria,] id eſt, per victoriam Chriſti in cruce, qua meruit ſibi, & nobis immortalitatem. *Iſa.* 25. Præcipitabit Dominus mortem in ſempiternum. *Hebr.* 2. Quia pueri communicaverunt carni, & ſanguini, & ipſe ſimul participavit eiſdem, ut per mortem deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt, Diabolum, & liberaret eos, qui, &c. *Iſa.* 49. Nunquid tolletur a forti præda? & quod captum eſt a robuſto, ſalvum eſſe poterit? quia hoc dicit Dominus: Equidem, &c.

f Ubi eſt mors.] Hoc dicit Apoſtolus vel Propheta in perſona reſurgentium, & lætantium de abſorptione mortis.

g Ubi eſt victoria tua] vel contentio tua? ſic dicent tunc, ſed modo mors omnes devincit parvos, & magnos. Unde *Eccl.* 9. Communionem mortis ſcito.

h Ubi eſt ſtimulus] id eſt, peccatum? q. d. Non eſt: quia non poterunt amplius peccare. *Sap.* 1. Deus mortem non fecit, id eſt, cauſam mortis, id eſt, peccatum quod dicitur ſtimulus mortis; quia eo omnes puniti de neceſſitate moriuntur. *k* Virtus vero peccati lex,] id eſt, augmentum per occaſionem, & hoc dicit contra præſumentes de legalibus, & dicentes hæc omnia fieri per legem, *Rom.* 5. Lex ſubintravit, ut abundaret delictum, *Rom.* 4. Ubi non eſt lex, nec prævaricatio, *Rom.* 7. Paſſiones peccatorum quæ per legem operabantur, in membris noſtris. Vel per mortem, Diabolũ, qui omnes devorabat manu trahente ad minus ad Limbum, ſed *Pſal.* 88. Humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum. *h* Ubi eſt.] Ecce inſultat Diabolo, qui ut dicitur *Habac.* 1. de Regibus triumphabit, unde *Iſa.* 10. Inveni omnia regna quaſi ova quæ derelicta ſunt, &c.

i Stimulus,] id eſt, peccatum quo mediante Diabolus interficit, vel per mortem peccandi conſuetudinem quæ omnino deſtruetur, hoc dicit quia Sancti triumphabunt in judicio. (Stimulus,) peccatum Adæ per quod cecidit homo in peccandi conſuetudinem.

l Deo autem gratias qui dedit victoriam] de morte, Diabolo, & peccato. 1. *Joan.* 5. Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra, *m* Stabiles] in bono immobiles, contra tentationem. *Coloſſ.* 1. In fide fundati, & ſtabiles, & immobiles a ſpe Evangelii, ſed contra *ſupr.* 4. Inſtabiles ſumus, & laboramus. Solut. Inſtabiles loco, id eſt, diſcurrentes; & ſtabiles animo. *n* In omni opere Domini ſcientes, &c.] quia Deus retribuet vobis, ſi laboratis in ſervitio ſuo, *ſupr.* 3. Unuſquiſque propriam mercedem Δ accipiet

Expoſitio Gloſæ.

A meretur vitam æternam: quod verum eſt, unde Deus duobus modis dicitur juſtus: nempe & quia reddit quod debetur meritis, & quia fidelis eſt in promiſſis. Ut ornamentum, ex hoc patet quod immortalitas aliter dicit de malis, quia eis non erit ornamentum. Atque eadem ſubſtantia carnis erit. Contra: Dicit *Aug.* quod ibi erit partium tranſpoſitio, ſicut in fuſili; unde quod modo eſt in pede, forte tunc erit in naſo; ergo non erunt eædem partes, ergo non erit eadem ſubſtantia carnis.

Solutio. Eædem partes erunt formaliter quoad ſubſtantialem formam; & idem totum licet differat ſecundum materiam; & ideo eadem erit carnis ſubſtantia, & caro eadem: vel forte quælibet pars naturam quam modo habet, habebit: nec dicit *Aug.* contrarium, ſed quod poſſet fieri ita. Qui ſcriptus eſt, ex hoc videtur quod impoſſibile eſt illum ſermonem propheticum non impleri, maxime ſecundum illos qui dicunt quod ante incarnationem erat neceſſe reſurrectionem eſſe futuram, & loquebatur uterque Propheta a Spiritu ſancto; ergo poſſibile erat quod uterque diceret falſum.

Solut. Sermonem propheticum, in quantum eſt propheticus, neceſſe eſt impleri quia impoſſibile eſt non fuiſſe prophetarum, *Iſa.* 25. Præcipitabit mortem in ſempiternum; & auferet Dominus Deus lacrimam ab omni facie, vel in *Iſa.* 26. Vivent mortui tui; interfecti mei reſurgent, & *Oſ.* 13. Ero mors tua, o mors, quod jam factum eſt quia in multis jam deſtructa eſt mors animæ; & hæc mors eſt neceſſitas moriendi morte inferni, quæ deſtructa ex juxta illud: Moriendo mortem deſtruxit, vel mors dicitur originale peccatum quod deſtructum eſt quantum ad cauſam, etſi non in omnibus quantum ad effectum. Hæc ſunt verba prophetæ: Imo in nulla prophetia habentur. Solutio. Hæc verba Apoſtoli dicuntur verba Prophetæ; quia in animo Prophetæ erant, licet non in ſcripto redacta eſſent ab eo. Inſligeret *Jer.* 46. Fortis impegit in fortem, &c. Suſcipiendo ſuperaret; imo ſuperatus eſt a morte quam ſuſcepit.

Solutio. Reſurrexit, & ipſa in reſurrectione mors ſuperata eſt ab eo: quam reſurgendo non ſuperaſſet, niſi eam ſuſcepiſſet; ideo hic dicitur, quod eam ſuſcipiendo ſuperavit. *Job* 18. Calcet ſuper eum quaſi rex interitus. *Col.* 2. Expolians Principatus, & poteſtates traduxit confidenter palam triumphans illos in ſemetipſo. Peccavimus omnes: *Rom.* 5. Lignum vitæ: *Gen.* 2. & 3. Sed quo hominis vita fieret: ergo ſine illo non viveret homo.

Solutio. Hoc dicitur, quia ſumendo de illo diutius viveret, & etiam immortalis fieret, ut *Aug.* dicit ſuper illud verbum: Hanc naturalem vim habebat lignum vitæ, ut qui ejus fructum ſumeret perpetua ſoliditate firmaretur, & beata immortalitate veſtiretur, nulla infirmitate vel anxietate vel laſſitudine vel imbecillitate fatigandus, unde fieret vita immortalis, & perpetua.

Ex parte abſorptus eſt, quantum ad manum trahentem, per quam & Sanctos trahebat ad Limbum. Chriſtum invadendo in quo, &c. Sed eadem ratione ſi miſiſſet manum in aliquem Sanctum, cum in eo nihil habuit, penitus abſorberetur.

Solut. Hæc cauſa faciens non ſufficiens eſt; & iterum bene potuiſſet amiſiſſe potentiam illam, licet non miſiſſet manum in Chriſtum: ſed nec nunc videtur penitus abſorpta ejus potentia; quia dicitur, *Job penult.* Abſorbebit fluvium, & ideo non mirabitur; Ibi *Greg.* Omnes quos carnales invenit, ſub jugo ſuæ damnationis trahit, ergo non eſt abſorpta manus ejus trahens; quid eſt ergo quod hic dicit *Gloſ.* Victoria tua qua genus humanum velut gregem poſt te trahebas? ex hoc relinquens quo modo non trahat.

Solutio. Revera modo carnales trahit, & ita partem generis humani, ſed non totum quod prius, & ideo dicitur amputata Diabolo manus trahens, quia non omnes morientes trahit in Limbum, ſicut ante paſſionem Domini. Ex actu peccata ſunt, id eſt, ex fomite contracto ex actuali peccato Adæ. Hanc mortem, id eſt, peccatum, peccato meruimus, ergo peccatum eſt cauſa peccati, quia mors ſumitur hic pro peccato.

Solut. Congruum fuit ut poſtquam peccavit, vel melius; mors dicitur hic delectatio peccandi vel conſuetudo quæ non eſt peccatum, ſed ſequela peccati. Primo concupiſcentia carnis duxit nos, hoc fuit in peccato primorum parentum, qui nihil habuerunt quod eos traheret ad peccatum, ſicut nos modo; unde ſecuri ſunt ad concupiſcentias ſuas non tracti ab eis. *Eccl.* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, &c. Data lege invaluit, occaſionaliter. Confidite, ego vici mundum. *Joan.* 16.

EXPO-

Digitized by Google

EXPOSITIO CAP. XVI.

DE collectis autem.] In hoc ultimo cap. monet eos ad opera miſericordiæ: quia vult quod hoc fixum habeant in cordibus ſuis ſimiliter *Act.* 20. ultimum quod dicit recedens ab Epheſis eſt: Oportet ſuſcipere infirmos, & meminiſſe verbi Jeſu, & quod illud ſit, licet non inveniatur dictum ab eo, ſubdit: Beatius eſt dare, quam accipere. Similiter Dominus in cœna charitatem, & humilitatem diſcipulis commendavit. In hoc ergo cap. primo hortatur eos Apoſtolus ad faciendas collectas pauperibus Jeruſalem, qui omnia reliquerant propter Chriſtum. Secundo promittit ſe iterum ad eos, ibi: (Veniam autem.) Tertio oſtendit propter quid tantam moram faciet apud Epheſios, ibi: (Permanebo autem Epheſi, &c.) Quarto commendat eis Timotheum, ibi: (Si autem venerit.) Quinto quodammodo commendat, & excuſat Apollo Epiſcopum eorum, qui ab eis receſſerat propter malitiam eorum, ibi: (De Apollo.) Sexto invitat eos ad vigilantiam, & conſtantiam, ibi: (Vigilate.) Septimo commendat eis quoſdam ſpecialiter ut imitentur eos, ibi. [Obſecro, &c.] Octavo reddit eis gratias de donariis quæ per illos ſibi miſerunt, ibi: [Gaudeo.] Nono ſalutat eos ex parte Eccleſiarum Aſiæ ibi [Salutant vos,] Decimo ſalutat eos nomine ſuo, ibi: [Salutatio,] & ibi excommunicat eos qui Chriſtum non diligunt eo quod per hoc conſervatur unitas, in qua eos inſtituit per totam epiſtolam. Ad ultimum optat eis gratiam in præſenti, & gloriam in futuro, quæ eſt finis illius unitatis. Dicit ergo.

A

CAP. XVI.

DE *a* collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinavi in Eccleſiis Galatiæ, ita & vos *b* facite per *c* unam ſabbati. *d* Unuſquiſque veſtrum apud ſe reponat *e* recondens *f* quod ei bene placuerit: ut non, cum *g* venero, tunc collectæ fiant. *h* Cum autem præſens fuero quos *i* probaveritis per *k* epiſtolas, hos mittam perferre *l* gratiam veſtram *m* in Jeruſalem. Quod *n* ſi dignum fuerit, ut ego eam: mecum ibunt. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertranſiero: nam *o* Macedoniam pertranſibo. *p* Apud vos autem forſitan manebo, vel etiam hyemabo: ut *q* vos me deducatis quocunque iero.

Nolo enim vos modo in tranſitu videre: ſpero enim me *r* aliquantulum tempo-

a De collectis autem quæ fiunt in Sanctos,] i. ad opus Sanctorum. Et vere Sancti: quia ſanctus, & agios idem eſt, & hoc eſt ſine terra: de ipſis autem dicitur *Act.* 4. quod vendebant omnia quæ habebant, & ponebant ad pedes Apoſtolorum. *Rom* 15. Probaverunt Macedonia, & Achaja collectionem aliquam, &c. *b* Facite.] *Gal* 6. Dum tempus habemus, operemur, &c. *c* Per unam ſabbati.] Sabbatum pro tota ſeptimana propter numerum, ſc. unitatem; quia eſt principium numeri prima, ſic ſumitur ſabbatum, *Luc.* 18. Jejuno bis in ſabbato. Eſt ergo ſenſus: per unam ſabbati, i, in prima die ſeptimanæ, id eſt, in die Dominica, *Levit.* 23 Dies octavus erit celeberrimus atque ſanctiſſimus, eſt enim cœtus atque collectæ, *Nehem.* 8. In die octava juxta ritum collectam fecerunt. Vel ſabbatum ſumitur pro ipſo ſabbato, quod eſt una die, & eſt idem ſenſus [una die ſabbati,] i. prima die poſt ſabbatum. Monet ergo eos Apoſtolus ad faciendum collectas ad opus pauperum; ſicut injunctum fuerat ei ab Apoſtolis. *Gal* 2. Dederunt mihi dexteras, & Barnabæ, &c. Et tantum ut pauperum in Jeruſalem memores eſſemus, &c. Et debent libenter divites providere pauperibus juxta illud *Pſ.* 103. Cedri Libani quas plantavit. Dominus plantavit divites quaſi arbores quæ fructum ferant ad opus pauperum, & hoc eſt, Illic paſſeres nidificabunt, id eſt, Sancti modici in temporalibus, *Dan.* 4. Videbam arborem, &c. & omnis eſca volucrum, & pecorum in ea. Divites enim ſunt quaſi horrea, & arcæ Domini, ut quando neceſſe fuerit, pauperibus ſuis aperiant eas, & quando aliter non poteſt habere; frangit pauperibus ſuis arcas illas aliqua gravi infirmitate, *Joel.* 1. Demolita ſunt horrea, diſſipatæ ſunt apothecæ, confuſum eſt triticum, quia quædam habet de uſura, quædam de non uſura. Ex hoc autem loco Apoſtoli inolevit conſuetudo ut in diebus Dominicis, & magnis ſolemnitatibus fiat collecta ad opus leproſorum indigentium: quia tunc magis ſunt devoti, & parati ad eleemoſynas. *Baruch.* 1. Collegerunt pecuniam in conſpectu Dei, i. neceſſaria, ſecundum quod potuit uniuſcujuſque manus invenire, æqualiter dives, & pauper. Sicut etiam Dominus in diebus Dominicis habet pelves, ſic & Diabolus; quælibet enim mulier habitu meretricio ornata, eſt pelvis Diaboli, in qua multi reponunt ad opus Diaboli, ut omnes qui eam turpiter concupiſcunt. *d* Unuſquiſque apud ſe reponat.] Hoc dicit ne excuſarentur per malitiam miniſtrorum cuſtodientium collectas illas. *e* Recondens:] ſicut 2. *Cor.* 9. De miniſterio quod fit in ſanctos ex abundanti mihi eſt ſcribere vobis; ſcio enim promptum animum veſtrum. *Deut.* 14. Anno tertio ſeparabis aliam decimam, & repones eam inter januas tuas, ſed *Matth.* 5. dicitur: Niſi abundaverit juſtitia veſtra, &c. *f* Quod ei bene placuerit.] Unde 2. *Cor.* 9. Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorem, &c. *Rom.* 12. Qui miſeretur, in hilaritate, *Exod.* 25. Loquere filiis Iſrael: Ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis. *g* Ut non, cũ venero,] Hoc dicit; quia nimis gravarentur, ſi darent ſubito ſimul, 2. *Cor.* 9. Parati ſitis: ne cum venerint Macedones mecum, & invenerint vos imparatos, erubeſcamus. *h* Cum autem præſens.] Ecce quid faciã de illis collectis: non retinebo mihi, ſed mittam per perſonas probatas a vobis. *m* In Jeruſalem] pauperibus. *k* Per epiſtolas,] idest, cum epiſtolis meis. *l* Gratiam veſtram,] idest, eleemoſynas veſtras quæ dicuntur gratia; quia magnam gratiam facit Dominus ei, qui dat voluntarie eleemoſynas, 2. *Cor.* 8. Notam autem vobis facimus gratiam, &c. 2. *Cor.* 9. Potens eſt Deus facere abundare in nobis omnem gratiam, *Gloſ.* Non ſolum hanc, ſed etiam omnia dona Spiritus ſancti. Vel gratia appellatur: quia gratis, & ex amore tantum debet dari, non propter favorem hominum vel cauſa inanis gloriæ. *i* Quos probaveritis:] per tales debent mitti eleemoſynæ. Unde 2. *Cor.* 8. Miſimus cum illo fratrem noſtrum, cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias, idest, Lucam, devitantes hoc ne quis nos vituperet dicens, quod per inhoneſtas perſonas miſimus eorum eleemoſynas, ideo *Exod.* 35. Moyſes multum commendat Beſeleel antequam præcipiat quod tradantur ei donaria. *n* Si dignum,] idest, ſi magna collegeritis, & ſic per hoc invitat eos ad copioſe dandum. *o* Nam Macedoniam pertranſibo,] *Act.* 16. Viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt, Vir Macedo ſtans, & deprecans eum dicens, Tranſiens in Macedoniam adjuva nos. *p* Apud vos hyemabo:] per hoc innuit quod multa erant ibi corrigenda, *Gloſ.* Sicut medicus moram habet, ubi multi ægrotant. Fęlices cum quibus Paulus hyemat ſed infęlices illi de quibus, *Iſa.* 18. Æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſuper eum hyemabunt. *q* Ut vos me deducatis:] q. d. Ibo ſecundum quod dictaveritis mihi. Sed quare petit Paulus deduci? nunquid timet aliquem? 1. *Eſdr.* 8. Erubui petere Regis auxilium, &c. *r* Temporis manere apud vos.] Per annum, & dimidium manſit apud eos. Unde *Act.* 18. Sedit autem ibi annum,

22. q. 2. *animadvertendum* ſ. 2.

a De collectis autem, &c.] De craſtino. *Matth.* 6. Quod vobis ſcribo. Humano more. Videtur quod neceſſarium eſt fragilitati humanæ, vel, idest, ſecundum conſuetudinem hominum, idest, rationalium, qui implent illud *Pſal* 61. Divitiæ ſi affluant, &c. quod Epiſcopi in tempore cariſtiæ poſſunt facere collectas in Eccleſiis ad opus pauperum, & cogere ſubditos ad hoc, unde 2. *Cor.* 8. ubi loquitur de collectis: Non quaſi imperans dico ne ſitis tranſgreſſores. Ex quo relinquitur, quod de jure poſſet eos cogere, & hoc eis præcipere, & hoc eſt quod hic dicit, *Gloſ.* Ideo tenendum eſt ſicut ordinavi, &c. Una ſabbati, 2. *Cor.* 8. Non ut aliis ſit remiſſio; vobis autem tribulatio. Cavens ne iterum illud ſumat: ergo ſi aliquis deſtinavit quod hoc dabit pauperibus, iſtud ſeparando, & in partem ponendo, non licet ei in proprios uſus convertere. Unde *Levit.* 27. ſi quis vovisſet aliquid, & redimere illud vellet, reddebat æque bonum, vel melius, & quintam partem ſupra, & revera non licet in proprios uſus convertere, niſi in valde magna neceſſitate, & tunc cum ſpe reſtituendi per diverſos dies: propter hoc eſt præceptum Synodale, quod in altera duarum Dominicarum ad minus veniat quilibet ad Eccleſiam: quod ſi non facit, poteſt denunciari coram Epiſcopo. Invenitur multum: Collige de multis, magnus acervus erit. Epiſtolis commendatoriis. Argumentum quod opus erat litteris commendatoriis contra 2 *Cor.* 4 Nunquid egemus ſicut quidam, &c. Reſpondeo. Apoſtolus quia notus erat non egebat: ſed iſti egebant; quia ignoti. Si Dominus permiſerit, ſed tamen ipſum apud eos manere eſſe bonum: permiſſio autem de malis tantum eſt, proprie debuit dicere, ſi Dominus voluerit, vel aliud hujuſmodi.

Expoſitio alia.

Sed dicendum quod ipſe loquitur vulgariter non

faciens

annum & ſex menſes docens apud eos verbum Dei. *a* Si Dominus.] Hæc dictio ſemper eſt intelligenda *Jac.* 4. Pro eo ut dicatis, Si Dominus voluerit; & Si vixerimus. *b* Oſtium.] cordium (magnum:) q. d. Multi ſunt parati recipere verbum Dei. *Iſa. c.* 45. De Cyro qui interpretatur hæres, i. Chriſtus, de quo per *Pſal.* 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Aperiam ante eum januas, & *poſtea*: Portas æreas & vectes ferreos confringam, i. duritiam cordium. *Col.* 4. Orantes ſimul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ſermonis oſtium ad loquendum myſterium Chriſti. *Joh* 10. Per me ſi quis introierit, &c. Sed quidam introeunt ad corda hominum per truphas non per Chriſtum. Clauditur autem oſtium Prædicatori quandoque ex parte Dei. *Eph.* 6. Orantes pro me ut detur mihi ſermo in apertione oris mei, quandoque ex parte proximi *Eccl.* 32. Ubi non eſt auditus, non effundas loquelam; quandoque ex parte ſui *Iſa.* 29. Erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati. *c* Adverſarii multi.] Et tamen ibi vult manere Paulus; ubi habet adverſarios multos, & nos fugimus. Si eſſet clauſum oſtium nunquam adverſarios ſuſcitaret Diabolus. Unde quando multi nituntur impedire aliquod negotium magnum, ſignum eſt quod ipſum eſt Domini. *Pſ.* 92. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. *Ex.* 1. Quanto plus opprimebantur filii Iſrael, tanto magis multiplicabantur, ſic eſt de verbo Domini, quando plus impeditur. Nec mirum, *Luc.* 8. Semen eſt verbum Dei, ſemen autem ſi maneat in pace, nunquam multiplicatur ſed quando grandinibus, nive & pluviis premitur. *d* Si autem venerit Timotheus] qui fuit portator hujus epiſtolæ, ut habitum eſt *ſupr.* in *prologo*. Iſtum quaſi legatum ſuum miſit apud eos. *e* Videte ut ſine timore ſit apud vos:] Argumentum quod Domini terrarum debent cuſtodire in pace & ſecuritate legatos Domini Papæ, quod ſignatum eſt *Gen.* 20. ubi dicitur quod Abimelech deduxit Abraham ſecurum cum tota ſubſtantia ſua. *f* Opus enim Domini operatur] 2. *Tim.* 4. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, &c. *g* Ne quis ergo illum ſpernat:] quia juvenis eſt, 1. *Tim.* 4. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, *Luc.* 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit. *h* Eapecto enim illum cum fratribus,] ideſt, & illum & fratres qui ſunt cum eo, vel ego cum fratribus qui mecum ſunt habituri conſilium, & dedit formam ut Epiſcopi expectarentur, *i* De Apollo autem,] de quo habetur *Act.* 18. Judæus quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens devenit Epheſum potens in Scripturis, &c. *k* Non fuit vobis] Argumentum quod ſi Epiſcopus vel Sacerdos recedat propter malitiam ſubditorum ſuorum, non poteſt cogi a ſuperiore ut revertatur ad eos, ſed tamen moneri poteſt. *l* Cum ei vacuum fuerit] ideſt, tempus opportunum. Vel (vacuum:) q. d. Non eſt hic vacuus; ideſt, otioſus. *m* Vigilate:] juxta *Marc.* 13. Janitori præcepit ut vigilet. 1. *Petr. ult. Marc.* 13. Quod vobis dico, omnibus dico Vigilate. *n* State.] *Epheſ.* 6. Succincti lumbos. *o* Viriliter agite.] *Gloſſ.* Mulierum enim eſt inconſtantia. *Jac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Per hoc quod dicit (State) removet torporem. *p* Confortamini] perficiendo omnia veſtra. *q* In charitate:] ideſt, nihil contrarium charitati faciatis; ſine qua alia vana ſunt *ſupr.* 13. Si linguis hominum loquar, &c. *r* Stephanæ] *ſupr.* 3. Baptizavi Stephanæ domum. *ſ* Primitiæ,] primo converſi. *t* Ordinaverunt ſe.] Contra. *Hebr.* 5. Nec quiſquam aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur, &c. Sol. Non honorem, ſed laborem ſibi aſſumpſerunt, id

ris manere apud vos *a* ſi Dominus permiſerit. Permanebo autem Epheſi uſque ad Pentecoſten, *b* oſtium enim mihi apertum eſt magnum & evidens, & *c* adverſarii multi. *d* Si autem venerit Timotheus, *e* videte ut ſine timore ſit apud vos *f* opus enim Domini operatur ſicut & ego. *g* Ne quis ergo illum ſpernat. Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me: expecto *h* enim illum cum fratribus. *i* De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus: & utique non *k* fuit voluntas ejus ut nunc veniret: *l* veniet autem cum ei vacuum fuerit. *m* Vigilate, *n* ſtate in fide, *o* utiliter agite & *p* confortamini: omnia enim veſtra in *q* charitate fiant. Obſecro autem vos fratres, noſtis domum *r* Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam ſunt primitiæ *ſ* Achajæ, & in miniſterium Sanctorum ordinaverunt *t* ſeipſos: ut & vos ſubditi ſitis ejuſmodi, & omni cooperanti, & laboranti. *u* Gaudeo autem in præſentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id *x* quod vobis deerat, ipſi ſuppleverunt, *y* refecerunt enim & meum ſpiritum & *z* veſtrum. Cognoſcite ergo qui ejuſmodi ſunt. Salutant vos omnes Eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in Domino multum *a* Aquila & *b* Priſca cum *c* domeſtica ſua Eccleſia, apud quos & hoſpitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate invicem in *d* oſculo ſancto. *e* Salutatio, mea manu Pauli. Si quis non amat dominum noſtrum Jeſum *f* Chriſtum, *g* ſit anathema *h* maranatha. *i* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum *k* Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Jeſu. Amen.

Explicit Epiſt. Pauli ad Cor. 1.

eſt tale, ſe exhibuerunt quod ordinati ſunt ad miniſtrandum Sanctis, vel quia de propriis expenſis Sanctis providebant neceſſaria. *u* Gaudeo.] Gratias agit eis de donariis quæ ſibi miſerant per iſtos. *x* Quod vobis deerat.] Iſti Corinthii tenebantur providere Apoſtolo quod eos inſtruxerat in fide, & maxime quia erat in carcere, ſed nihil adhuc ei miſerant; iſti autem tres ſupplerunt defectum eorum. *y* Refecerunt enim & meum ſpiritum] quia gaudebat de eleemoſynis eorum.
z Et veſtrum] quia ego veſter ſum, unde gaudium meum debet eſſe gaudium veſtrum. Aliter. Iſti inſtructi ab Apoſtolo nondum perfecte erant inſtructi: ſed iſti tres eos inſtruebant. Et propter hoc dicit Apoſtolus [Gaudeo autem in præſentia, &c.] quod præſentes apud vos ſunt. Quod deerat] de inſtructione fidei: & in hoc refecit ſpiritum. *a* Aquila] nomen viri eſt. *b* Priſca] nomen mulieris: de quibus *Act.* 18. *Rom.* 16. *c* Cum domeſtica Eccleſia.] Iſti multos fideles in domo ſua congregaverant, quos de bonis ſuis nutriebant. *d* In oſculo ſancto.] Conſuetudo erat ut illi ad quos Apoſtolus Epiſtolam mittebat, ſe invicem oſcularentur, in ſignum quod cum pace cordis, & dilectione proximi implerent, quæ ſcribebat eis, & ideo conſuetum eſt, ut in celebratione Miſſæ nos invicem oſculemur. *12. qu. 1. c. qui Lugarius 14. q. 1. cap. cum certo §. item in alio.* *e* Salutatio, mea manu Pauli,] ſupple, ſcripta eſt: quæ ſequitur, poſt: *i* Gratia Domini, &c.] Sed præmittit hoc.
f Si quis, &c.] quod ſimiliter manu ſua ſcripſerat, & ſic quaſi concludit totam intentionem, quæ erat ut in unitate eos conjungeret; quia unitas hæc conſervari non poteſt niſi per Chriſti amorem. Dicit [Si quis, &c.] *g* Anathema,] ideſt, ſeparatus a Deo. *h* Maranatha,] ideſt, donec veniat Dominus, ideſt, uſque ad adventum Domini, & in ipſo adventu ejus *Malach. ult.* Percutiam terram anathemate: de quo dicitur *Matth.* 25. Ite maledicti in ignem æternum.
k Charitas mea cum omnibus vobis,] ideſt, omnes diligatis me, vel, ideſt, ſicut ego diligo Chriſtum ex charitate; ita opto quod etiam vos ea charitate eum diligatis.
A facies vim in verbo permittendi, ideſt, ſuggeſſit. Qui conantur impedire, quomodo ergo dixerat modo: Eſt evidens; quia non tradunt prædicationi, reſpondeo: Epheſii non tradunt populis, ſc. ſed multi alii pſeudo impedire volebant. Non obrepit ſomnus, ideſt, torpor & negligentia. Omnia enim fieri in charitate, non cauſa inanis gloriæ, ergo juxta hoc poteſt intelligi illud *ſupr.* 10. Omnia in Gloriam Dei facite, ideſt, non cauſa inanis gloriæ. Achajæ; provincia eſt Græciæ Achaja. Suppleverunt, docendo, ſed nunquid docebant? reſpondeo. Ita, exhortando ſingulos, & exemplo omnes. Quod ſcribo, omnes deſiderant, ideſt, vitam æternam, quam habetis ſi facitis ea quæ vobis ſcribo. Et anathema, ideſt, ſeparatus, ſed Omnis Chriſtianus, qui eſt in mortali, non amat Dominum Jeſum Chriſtum, ergo eſt ſeparatus a Deo, & ita excommunicatus. Sol. Eiſe falſi Chriſtiani, ideſt, qui ſunt in mortali, non ament cum charitate, amant tamen naturali dilectione: quod non faciunt infideles & hæretici.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Pauli ad Corinthios primam.

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Corinthios, ſecunda incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus Apoſtolus, &c.] In præcedenti Epiſtola aſpere redarguerat eos, & maxime quod non vitabant illum publicum fornicatorem: & propter hoc quidam ſe correxerant; alii incorrecti manebant. Propter utroſque autem ſcribit hanc ſecundam epiſtolam, ut correctos ad majora provocet, & incorrectos corrigat. Commendat autem Apoſtolus ſe per totam epiſtolam, ut oſtendat quantus amor & honor debeatur Prælato, qui circa ſubditos tota ſollicitudine laborat. Dividitur autem hæc epiſtola in tot partes quot habet capitula, ſcilicet in 13. In primo capitulo ſe commendat a patientia tribulationũ, & veritate ſermonum. In ſecundo a pietate relaxationum & fructu prædicationum. In tertio a ſcriptura quam ſcripſit in cordibus, & ab ea quam intellexit in libris. In quarto a munditia, a fide & ſpe & charitate. In quinto a deſiderio patriæ. In ſexto ab operibus piis & affectu paterno erga ſubditos. In ſeptimo ab exemplis præſtitis innocentiæ, & gaudio de alieno profectu audito. In octavo de cura pauperum, & eleemoſynarum largitione. In nono ab eiſdem. In decimo a militia Chriſtiana, & comparatione ſui ad alios. In undecimo a gravitate Prædicationis Evangelii & gloria parentum, & gaudio: tribulationum contra Pſeudo. In duodecimo a ſecretorum revelatione. In tertio decimo a zelo animarum, & auctoritate prælationis. Hoc igitur ſpeculum Prælatorum. Primum capitulum dividitur in quatuor partes. In prima poſt ſalutem, gratias agit Deo de conſolationibus datis ſibi & parti laudabili Corinthiorum. In ſecunda commemorat mala quæ in Aſia pertulit, & qualiter ereptus fuerit miraculoſe, ibi [Non enim volo vos.] Hiſtoriam vero dimittit Timotheo narrandam, qui detulit Corinthiis hanc epiſtolam. In tertia ponit cauſas liberationis, & ſuæ conſcientiæ ſinceritatem, ibi, [Nam gloria noſtra hæc eſt. In quarta excuſat ſe docens quare mutavit propoſitum & promiſſionem veniendi Corinthum, ibi [Et hac confidentia volui.] Dicit ergo. *a* Paulus.] Nomine modicitatis utitur ad reprimendam arrogantiam Pſeudoprædicatorum qui jam magnos ſe jactabant.
b Apoſtolus Jeſu Chriſti.] Nomine dignitatis utitur propter quoſdam qui eum contemnebant. Sed quare non ſcribit ſe Saulum, ſicut Petrus ſcribit ſe Simonem Petrum? Quia perſecutio Chriſti maculaverat illud nomen. Item quare non præponit ſibi Eccleſiam in ſalutatione? Quia Prælatus erat illius. Item quare non dicit ſe ſervum Chriſti, ſicut *Rom.* 1. *Auguſt.* Ne dum ſervant humilitas regendi frangatur auctoritas. *c* Per voluntatem Dei,] non contra ſicut Pſeudo. *Gal.* 1. item Timotheus Epiſcopus eorum erat, qui ſecum venerat, ut ei auctoritatem, ſcilicet ſuper eos conferret; & vero ut ſciant quod non latet eum ipſorum incorrectio, quia Timotheus totum ei dixit. *d* Sanctis,] ideſt, per Baptiſmum ſanctificatis. *e* Gratia] hoc ſcribunt Timotheus & Paulus.

INCIPIT PROLOGUS *in ſecundam Epiſtolam ad Corinthios.*

IN ſecunda ad Corinthios epiſtola quaſi in parte ſuperiori poſt tribulationum ſuarum relationes reddit cauſas quare ad eos ſecundo non ierit: quod non levi mutatione conſilii feciſſe ſe aſſerit, ſed ne adventu ſuo triſtitiam incurreret, cum in peccato permanere diſcipulos repeririſſet. Deinde poſt agnitos fructus pœnitentiæ reconciliat eum Eccleſiæ, quem in prima propter fornicationem a conſortio Sanctorum juſſerat amoveri. Tertio contra Pſeudoapoſtolos officii ſui dignitatem tuetur; & Novi teſtamenti miniſtros tanto Veteris anteire gratia oſtendit, quanto Evangelium eſt præſtantius. Immoratur etiam in cauſa illa plurimum quam breviter in prima contigerat, ut prompto ac libenti animo neceſſaria præſenti vitæ non habentibus largiantur: & utilitate ſpiritualis commercii commutent præſentia cum futuris; atque abundantia ſua Sanctorum inopiam ſuppleant, ut viciſſim eorum inopia Sanctorum abundantia ſuppleatur. In fine repetit quod ſuperius contra Pſeudo Apoſtolos egerat; & jactationem eorum, prædicationeſque de ſe glorioſas vel collata antiquitate generis vel catalogo injuriarum ac periculorum ſuorum evacuat; dicitque eos operarios ſubdolos, qui ad imitationem Satanæ transfigurentur in Apoſtolos Chriſti, ſub prædicationis ſpecie lucra pecuniaria quæque ſectantes.

Incipit Argumentum.

POſt actam a Corinthiis pœnitentiam, conſolatoriam ſcribit eis epiſtolam Apoſtolus a Troade per Titum, & collaudans eos hortatur ad meliora: contriſtatos quidem eos; ſed emendatos oſtendens.

Explicit argumentum.

INCIPIT EPSITOLA *Pauli ad Corinthios ſecunda.*

CAP. I.

PAulus *a* Apoſtolus *b* Jeſu Chriſti *c* per voluntatem Dei, & Timotheus frater Eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus *d* Sanctis qui ſunt in univerſa Ahcaja. *e* Gratia vobis & pax a Deo patre noſtro & Domino Je-

▲ *a* Benedictus

Expoſitio Gloſſ.

a Paulus, &c. Contriſtat *inf.* Deceptionem prædicationis, ideſt, per quam multos decipiebant. Se multis modis commendans, videtur in hoc peccaſſe, quia commendat ſe. Argumentum *Job* 31. Si oſculatus ſum manum meam. *Greg.* Auctoris ſui gratiam negare convincitur, qui ſibi attribuit quod operatur. Sol. Hoc intelligitur de commendatione ſui, quæ eſt arrogantia; ſed hic ex humilitate. Aut poteſt quis ſe commendare & meritorie ſi hoc facit ut repellat malos, & verbo Dei quod prædicat auctoritatem tribuat. Unde ſuper illud *Job* 31. Si expavi, &c. dicit *Greg.* Ex vera humilitate ſecura naſcitur auctoritas; ut foris nihil metuat, qui interius ad alta non anhelat. Et ſuper *Joan.* 13. Vos vocatis me, Magiſter, &c. *Gloſſ.* Non eſt arrogantia, ſed veritas quæ audientibus prodeſt, ſicut facit Paulus, & tangit hanc Apoſtoli commendationem. *Ibidem alia Gloſſ.* Incauti ſunt humiles qui ſe mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant. Qui enim neceſſitate cogente, vera de ſe bona loquitur, tanto magis humilitati jungitur, quanto magis veritati ſociatur. In eleemoſynis parcos, *inf.* 9. Fornicatorem recipi, *inf.* 2. Quem Satanæ. 1. *Cor.* 5. Ægre ferre, *infr.* 11. Admonitio *infr. ult.* Contra ſuperbiam Pſeudo, Paulum qui interpretatur modicus Paulus Apoſtolus, &c. Non ab homine fuit electus, unde *Act.* 9. Vas electionis mihi eſt iſte. Ec poſtea.

Ego oſtendam illi quanta oporteat eum pati, &c. & ita electus eſt & doctus a Chriſto. Sed contra videtur quod etiam ab Apoſtolis per illud *Gal. c.* 2. Dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. Sol. Apoſtoli non elegerunt eum in miniſterium Apoſtolatus; ſed quod dederunt dextras non fuit niſi quod conſenſerunt in electionem, qua elegerat eum Dominus; ſecundum quod dicitur *Act.* 13. Segregate mihi Paulum, &c. & poſt ſequitur: Et imponentes ei manus, & hoc eſt: non ſic eum in Apoſtolatum eligentes, ſed per hoc in electionem ſpiritus ſancti de eo ſe conſentire oſtendentes, ſcilic. preſbyteris, unde ubi nos habemus: A ſanctis omnibus, &c. Alia littera habet, A Sacerdotibus *Hieron.* Verba Sacerdotis aut ſacra, aut ſacrilega ſunt. Renatis *Joan.* 3. Pax, ideſt, remiſſio peccatorum rectus ordo juxta illud *Iſa.* 67. Non eſt pax impiis, dicit Dominus & 48. & *Job* 41. Fervelcere faciet quaſi ollam profundum maris. A Deo patre Noſtro. Hic quæritur, ly (patre) aut ſumitur relative aut eſſentialiter, ſi relative; falſo additur noſtro, non enim habet niſi unicum filium ad quem relative dicatur: ſi eſſentialiter; ſic non facit numerum cum ly (Domino Jeſu Chriſto;] & ita incongrue intervenit ibi copulatio. Sol. Ibi fit copulatio dictionum ratione orationum, & eſt ſenſus, a Deo patre noſtro, ideſt qui eſt pater noſter: & iterum Gratia & pax ſit vobis a Domino Jeſu Chriſto. Sine quo pater nihil dat; quia indiviſa ſunt opera Trinitatis. Primum perfectis, quorum eſt propter pati pro Chriſto. Ducens

A laudi,

ſu Chriſto. *a* Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti *b* pater miſericordiarum, & Deus *c* totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: ut *d* poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni *e* preſſura ſunt per *f* exhortationem *g* qua exhortamur & ipſi a Deo, quoniam *h* ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis; ita & per Chriſtum *i* abundat conſolatio noſtra *k* Sive autem tribulamur, pro veſtra exhortatione & *l* ſalute; *m* ſive conſolamur, *n* pro veſtra conſolatione ſive exhortamur *o* pro veſtra exhortatione, & ſalute *p* quæ operatur tolerantiam earumdem paſſionum quas & *q* nos patimur: ut ſpes noſtra firma ſit *r* pro vobis; *ſ* ſcientes quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic *t* eritis & conſolationi. *u* Non enim volumus ignorare

a Benedictus] Incipit a gratiarum actione, ponens ſe in exemplum quibuſdam perfectis inter eos, ut conſolentur in tribulationibus quas fuerant paſſi pro Chriſto. (Benedictus) in membris ſuis, unde *Gloſſ.* Exaltatur in ſuis, in quibus per agnitionem, & ipſorum profectum, dicitur exaltari. (Benedictus) etiam in ſe a ſuis *Tob* 12. Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viventibus, &c. *b* Pater miſericordiarum.] *Pſ.* 102. Quomodo miſeretur pater filiorum, &c. Nota *Gl.* Pater miſericordiarum, i. paterne dans nobis veniam peccatorum, & bona opera, & in tribulatione conſtantiam. *c* Totius conſolationis,] i. perfectæ, quia non minus eſt in tribulatione ſolatium. *Pſal.* 106. Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, &c. *e* Preſſura.] *Jo.* 16. In mundo preſſuram habebitis, &c. *d* Ut poſſimus, &c.] Per experimentum conſolationis, quam habemus in tribulationibus noſtris. *f* Per exhortationem,] i. per ipſam conſolationem in tribulationibus, quæ eſt non ut auferantur a nobis tribulationes, ſed ut animemur ad ſuſtinendum graviores. *g* Qua exhortamur] vos & alios. Unde 3. *Reg.* 19. dixit Angelus Heliæ fatigato labore: Surge & comede: grandis enim tibi reſtat via, q. d. Sic te volo conſolari a labore, non ut ab eo ceſſes; ſed ut amplius labores, &c. Quoniam bene dico, quod alios conſolari poſſumus in tribulationibus ſuis. *h* Quoniam, &c.] quas pro Chriſto patimur, vel quas ſuſtinemus ad imitationem ejus. *i* Abundat conſolatio noſtra.] juxta illud *Pſal.* 93. Secundum multitudinem dolorum meorum, &c. *Gloſſ.* Abundat conſolatio noſtra, vel cum hic liberamur, vel cum pietatem paternam in flagellis intelligimus, ergo ubi nulla paſſio, nulla conſolatio erit. *Col.* 1. Gaudeo in paſſionibus pro vobis, &c. *Phil.* 2. Et ſi æmolor ſupra ſacrificium, & obſequium fide veſtra gaudeo & gratulor. *Inf.* 12. Ego libentiſſime impendam, &c. *k* Sive autem tribulamur.] Gratias agit, quod Dominus conſolatus eſt eum in tribulationibus ſuis. Sed diceret aliquis quare permittit te Deus tribulari, & quare conſolatur te? Ad utrumque reſpondet per ordinem. [Sive autem tribulamur, &c.] ut exemplo noſtri provocemini ad ſuſtinendum tribulationes quod ſignificatum eſt, 1. *Mal.* 6. ubi dicitur, quod Demetrius oſtendit elephanti ſanguinem uvæ, & uva ſpiritualis inebriavit Eccleſiam Dei per ſanguinem Martyrum, & eorum tribulationes, per uvam quæ in principio fructus albos habet, deinde rubeos, ad ultimum nigros, intelliguntur Sancti, albi per innocentiam, rubei per charitatis fervorem, nigri per martyrii ſuſtinentiam. 1. *Theſ.* 3. Miſimus Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum in Evangelio Chriſti, &c. ut nemo moveatur in tribulationibus iſtis: ipſi enim ſcitis, &c. *l* Et ſalute] quam habebitis, ſi firmiter tenetis fidem in tribulationibus. *m* Sive conſolamur, &c.] quia Prælatorum lætitia eſt conſolatio ſubditorum; & mœſtitia Prælatorum deſolatio ſubditorum. *Jer.* 31. & *Matth.* 2. Rachel plorans filios ſuos, nolens conſolari, quia non ſunt, ideſt, quia a vero eſſe ſeparati ſunt. *n* Pro veſtra conſolatione,] ideſt, ſicut ſpes præmii conſolatur nos; & ita vos idem ſperetis. *o* Pro veſtra exhortatione,] exhortamur ſcil. Nota ordinem primum eſt tribulari, ſecundum conſolari, tertium exhortari primum eſt contra voluptuoſos, ſecundum contra acidioſos, tertium contra imperioſos qui videbantur ſibi magni, primum eſt ſuſſiuentia tribulationis, poſtea lætificatio conſolationis, tunc demum auctoritas exhortationis *Eccl.* 34. Qui non eſt tentatus, &c. *p* Quæ operatur:] quæ ſalus vel exhortatio. 2. *Mach.* 15. Exhortatis ſermonibus Judæ bonis valde, de quibus extolli poſſet impetus, & animi juvenum confortari, ſtatuerunt dimicare & confligere, &c. *q* Patimur: ut ſpes noſtra.] Tanto ſpes in Deum ſolidior ſurgit quanto quis graviora pro eo pertulerit. *Rom.* 5. Tribulatio patientiam operatur; patientia vero ſpem; ſpes autem non confundit. *r* Pro vobis,] ideſt, ad utilitatem veſtram. Et hoc quia ſumus. *ſ* Scientes quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis] in præſenti, quod cito tranſit. *t* Eritis] in futuro ſine fine. *inf.* 4. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis 2. *Tim.* 2. Fidelis ſermo, nam ſi commortui ſumus, & convivemus, &c. *Rom.* 6. Si complantati ſumus &c. *u* Non enim.] Poſſet quis dicere, Non eſt quod dicis, niſi jactantia: non pateris quod dicis, propter hoc determinat eis locum in quo paſſus eſt dicens [Non enim, &c. de tribulatione.] *Act.* 19. *Jac.* 5. Exemplum accipite Fratres, exitus mali, & longanimitatis, & laboris & patientiæ, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini.

A *a* Facta

A laudi, ideſt, reputans pro laude. Unde *Heb.* 11. Fide Moyſes grandis factus, &c. *Pſ.* 83. Elegi abjectus eſſe, &c. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli. Exaltatus in ſuis. Unde *Pſal.* 83. Accedet homo ad cor altum: dicit *Gloſſ.* licet Deus non in ſe, in corde tamen hominis grandeſcit. *Luc.* 2. Jeſus proficiebat ætate, & ſapientia apud Deum, & homines. Per quod ipſe etiam eſt nobis: ly [per] non ſumitur eſſentialiter, ſed materialiter: quia Chriſtus meruit nobis gratiam, qua habita facti ſumus filii totius Trinitatis. Paterne dans nobis veniam peccatorum non impune: quia mater omnino dimittit peccatum filio, ſed non ſic pater, q. d. ita dimittit nobis peccata, quia in præſenti punit nos *Hebr.* 12. Quis eſt filius quem non corripit pater? q. d. nullus, & *Pſal.* 58. Non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem q. d. non ita dimittas, ut omnino eos non punias, quia non expediret eis. Non eſt minus tribulatione ſolatium, quid eſt quod dicit, quantulacumque ſit gratia, ſolatium majus eſt talibus ſcilicet tribulatione, & tentatione? ſic ergo nulla videtur hæc comparatio, ergo intelligendum eſt in genere, id eſt, ſi magna eſt tribulatio, magna eſt conſolatio: & eſt ſenſus, quod quantulacumque gratia vel charitate poteſt homo reſiſtere quantæcumque tribulationi & tentationi: ideo enim dicitur ſolatium non minus tribulatione, quia poteſt reſiſtere, vel expellere eam omnino. Animæ & corporis, & ſui, & amicorum. In omni præſumptione, ideſt, in qualibet: ſic. *Levit.* 18. Cum omni pecore non coibis, ideſt, cum quolibet. Quæ exhortatur ad graviora, ſicut enim mater quando abſtergit oculos filii ſui flentis, provocat ad majores lacrymas: ita Dominus Sanctis ſuis in præſenti antequam abſterget omnino lacrymam, &c. per conſolationes quas dat in tribulationibus, non amovet eas omnino, ſed ad majores ſuſtinendas per hoc provocat, & ſuper illud *Jo.* 25. Quem quæris? quid ploras? *Gloſſ.* Interrogatur ut vis doloris augeatur. Summus eorum locus. 2. *Tim.* 3. Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, &c. Flagellat. *Heb.* 12. Si extra diſciplinam eſtis, &c. Ibi *Auguſt.* Qui exceptus eſt a paſſione flagellorum, exceptus eſt a numero filiorum. *Prov.* 3. Quem diligit Dominus, corripit. Vel virtute patientiæ, ex hoc videtur quod prius habet quis gratiam quam patientiam; & ita non eſt verum, quod qui habet unam, habet omnes. Sol. Patientia non ſumitur hic pro virtute patientiæ, ſed pro uſu ejus: quoniam non habet omnes, qui habet patientiam. Qua ſperamus nos paſſuros, ideſt, firmiter expectamus. Æqua gloria labori noſtro tribuetur, ergo æque Apoſtoli præmiabuntur. Sol. ly [æqua] non dicit æqualitatem in quantitate, ſed in ſimilitudine juxta illud ſuper. 1. *Cor.* 15. In diſpari claritate per gaudium, ideſt, conſimile, vel æqua, ideſt, æque; & dicit æqualitatem in proportione non in quantitate, q. d. ita retribuetur parvis præmium ſuum ſicut Apoſtolis ſuum, ſicut quando de duobus operariis unus conducitur pro duobus denariis, alter pro uno; æque debetur illi unus denarius, ſicut alteri duo. In Aſia. Contra. *Act.* 16. Vetati ſunt a Spiritu ſancto loqui verbum in Aſia.

Sol. Primo prohibiti fuerant, poſtea prædicaverunt. Supra virtutem humanam, i. ultra quam poſſet homo pati naturaliter non adjutus gratia. Ut deſperaremus in præſenti vita non intelligitur de deſperatione, quæ eſt peccatum, ſed de naturali diffidentia, ſimile *Job* 7. Suſpendium elegit anima mea, & mortem oſſa mea, deſperavi, nequaquam vivam. Suſcitate mortuos. *Jo.* 5. Pater ſuſcitat mortuos, &c. Cum miraculo, argumentum, quod reſurrectio erit miraculoſa. Præſto eſt ſuis in neceſſitate poſitis, unde *Pſ.* 9. Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione, & *Pſ.* 17. Invocavi Dominum, &c. *Eccl.* 35. Speciosa miſericordia Domini, &c. Perſonis multarum facierum: dicit infantes, &c. ergo infantes habent dona, &

Ephes. 1. 2. *Petri* 1.

Expoſitio Gloſſ.

vos fratres de tribulatione noſtra quæ *a* facta eſt in *b* Aſia quoniam *c* ſupra modum *d* gravati ſumus, & *e* ſupra virtutem; ita *f* ut tæderet nos etiam vivere. Sed ipſi in *g* nobiſipſis *h* reſponſum mortis habuimus, *i* ut non ſimus fidentes in nobis, *k* ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis nos *l* eripuit & eruit; in quem ſperamus quoniam & adhuc eripiet, adjuvantibus & vobis *m* in oratione pro nobis; *n* ut ex *o* multarum perſonis *p* facierum, ejus *q* quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis. *r* Nam gloria noſtra hæc eſt, *ſ* teſtimonium conſcientiæ noſtræ;

a Facta,] non tantum dicta, vel ſuggeſta. *b* Aſia] regio eſt, pars Græciæ. *d* Gravati ſumus] *Eccl.* 21. Prudens gravabitur contumelia, Dei ſc. non ſua: quia *Prov.* 12. Non contriſtabit juſtum quidquid acciderit ei. *c* Supra modum, &c.] contra, 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra illud quod poteſtis, idem *Pſal.* 25. Proba me Deus, & tenta me, ibi *Gloſſ.* Prius vires meas conſpice; & tunc ut ferre valeo, tentari permitte. Solut. [Supra modum] præcedentium tribulationū. *e* Et virtutem, i. multum, & eſt genus parabolæ: Porro pluſquam portare poſſim. *f* Ut tæderet] & ſicut, & *Job* 10. Tædet animam meam, &c. *Marc.* 14. Cœpit pavere Jeſus, & tædere, & hoc naturaliter volens ſe liberari ab hujuſmodi tribulationibus. *Phil.* 1. dicit *Apoſt.* Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *h* Reſponſum mortis:] quaſi, Certi ſumus de morte propter nimiam afflictionem. *g* In nobiſipſis:] quia natura noſtra quaſi deficiens mortem nobis promittebat. *i* Ut non ſimus, &c.] propter hoc permiſit nos Deus tentari. *Jerem.* 17. Maledictus homo qui confidit in homine. *k*. Sed in Deo.] *Jerem.* 16. Domine fortitudo mea, robur meum & refugium meum in die tribulationis. *Jer.* 17. Benedictus vir qui confidit in Domino: & erit Dominus fiducia ejus. *l* Eripuit.] *Gloſſ.* Præſidia ſua ſuis non negat in neceſſitate poſitis, *Pſal.* 60. Cum ipſo ſum in tribulatione, &c. *Iſa.* 43. Cum tranſieris per aquas tecum ero, &c. *m* In orationa,] i. per orationem factam [pro nobis,] ad hoc, ut nos eripiat. Non dedignatur Apoſtolus mendicare orationes aliorum. *Rom.* 14. Obſecro vos fratres, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritus ut adjuvetis me in orationibus, &c. *Col.* 4. Orantes ſimul pro nobis ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti. *Eſther.* 14. Da mihi fiduciam Domine rex Deorum & univerſæ poteſtatis tribue ſermonem compoſitum in ore meo in conſpectu leonis, & transfer cor illius in odium hoſtis noſtri, ut & ipſe pereat, & ceteri qui ei conſentiunt. *n* Ut ea, &c.] Tripliciter legitur hoc: primo de facie naturæ; ſecundo de facie gratiæ; tertio, ſecundum quod ibi eſt alia littera. De facie naturæ, ſic & appellat multas facies multas conditiones naturæ. *n* Ut gratiæ agantur] pro noſtra liberatione [per multos ejus donationis,] i. qui habet idem donum gratiæ & fidei quod in nobis eſt, per prædicationem noſtram, poſt liberationem a tribulationibus noſtris, & hoc eſt: *p* Ex perſonis multarum facierum,] i. per conditionem naturæ; quia multi patres, & multi ſenes decrepiti per nos converſi gratias agent pro noſtra liberatione. Vel de facie gratiæ, ſicut enim homines diverſificantur naturaliter ſecundum facies: ita ſimpliciter ſecundum diverſitatem gratiarum, quarum uſus magis habent, & hoc eſt [Ex perſonis.] i. per perſonas. *o* Multarum facierum] i. in quibus relucent multa dona gratiarum, quaſi quædam facies ſpirituales. Et ſecundum aliam litteram; [In multarum perſonarum facie] i. coram multis gratiæ agantur, &c. alia non mutantur [Facierum.] *Ezech.* 1. Facies, & pennas per partes habebant. Primus habet faciem leonis ſeveri; alius faciem hominis; alius faciem bovis, ſc. activus; alius faciem aquilæ, ſc. contemplativus; quintus, quem non vidit, habet faciem ſimiæ, ſc. hypocrita *Matth.* 6. Nolite fieri ſicut hypocritæ; exterminant enim facies ſuas, ſextus habet faciem pœnitentis *Job* 16. Facies mea intumuit a fletu. *Pſ.* Uſquequo judicatis iniquitatem, & facias peccatorum ſumitis? *q* Quæ in nobis eſt] non projecta, ſed cuſtodita. 2. *Tim.* 1. Admoneo te ut reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearum. [donationis] non emptionis. *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. *r* Nam gloria noſtra:] Continua ſic; Dico quod debetis orare pro nobis: nam, &c. vel, Dico vobis adjuvantibus nos in orationibus veſtris, & bene viventibus quia cito poteſtis impetrare pro nobis: [Nam gloria:] q. d. Ego bonus ſum; cito audiet vos Deus orantes pro me. 1. *Joan. ult.* Qui ſcit fratrem non ad mortem peccare, petat & dabitur ei vita.

Vel continua ſic: Speramus nec mirum, quia habemus puram conſcientiam: [Nam gloria] his modis omnibus continuat *Gloſſ.* Sed poteſt continuari, ſicut jam tetigimus, ita; dico quod tribulatus ſum, ſed non merito meo; nam [ſimplicitate] non habens aliud in corde quam in ore. [Sinceritate Dei] prædicando Evangelicam doctrinam. [Non in ſapientia carnali:] nam non docui legales obſervantias, *ſ* Gloria noſtra teſtimonium conſcientiæ,] quod eſt duplex. Unum quando conſcientia teſtatur quod non habet voluntatem faciendi aliquid contra Deum, proponens ſe nunquam facturum amodo, de hoc teſtimonio 1. *Joan.* 3. Si cor noſtrum non reprehenderit nos, &c. Aliud teſtimonium conſcientiæ, de quo gloriandum eſt, quando ratio dictat homini, quod ipſe habebit hæreditatem æternam, quia eſt filius Dei *Rom.* 8. Ipſe reddit teſtimonium ſpiritui noſtro, quia Filii Dei ſumus: ſi autem filii, & hæredes *Pſal.* 44. Omnis gloria filiæ regis ab intus. *Proverb.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. *Eccleſ.* 26. Divitis & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilares. *B. Bernard.* Nemo gloriari vellit in hac vita, quia quicquid favoris capiamus, Deo fruamur, & *B. Bern.* Sanum eſt vas & inconcuſſum conſcientia, & ſecretis conſervandis idoneum, nulliſque patens inſidiis, nulli violentiæ, nulli oculo, nulli manui acceſſibilis; ſervabit vivis, reſtituet defuncto; quocumque vado mecum in *Canticorum* 1. Nigra ſum, ſed formoſa propter puritatem conſcientiæ, quod ſignificatum eſt *Exod.* 26. dicitur quod in tabernaculo exterius erant ſaga cilicina, hoc etiam ſignificatur in habitu Canonicorum, qui habent nigras capas exterius, ſed albas ſuper

A pellia in-

Expoſitio Gloſſæ.

21. qu. 1. c. inter verba de ſacro ſanctio cap. ...

A agunt gratias Deo; & ita merentur. Sol. Loquitur de infantibus, in quibus bonitas ſupplet ætatem. Sed iterum videtur, quod immo de infantium ætate: quia *Pſal.* 17. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti, &c. loquitur de infantibus laudantibus in die palmarum Dominum ingredientem in ſanctam civitatem. *Ibi. Gloſſ.* Hoc faciebant inſtinctu Spiritus ſancti; ergo merebantur ſed cum eſſent lactentes, quam bonitatem poterant habere quæ ſuppleret ætatem? Solutio. Poteſt dici, quod ipſi merebantur, & faciebant hoc inſtinctu Spiritus ſancti moventis eorum liberum arbitrium ad laudandum Chriſtum, ſicut dicitur de innocentibus, qui libero arbitrio ſunt uſi inſtinctu Spiritus ſancti, & libenter ſuſtinuerunt, & ſunt veri martyres, & ſimiliter Joannes Baptiſta exultavit in adventu Beatæ Virginis; cum adhuc eſſet in utero matris, nec eſt in aliis infantibus. Vel poteſt dici quod in eis loquebatur Spiritus ſicut in Aſina Balaam. Unde non merebantur, vel infantes ponit pro adoleſcentibus. Facies Job, patientia. *Job* 2. Non eſt ſimilis illi in terra, unde ipſe dicit 6. Quis det ut veniat petitio mea? quam ſubdit dicens, Ut affligens me dolore non parcat. Facies David humilitas. 1. *Reg.* 24. Quem perſequeris, &c. unde 1. *Reg.* 16. dixit Dominus de eo: Inveni virum juxta cor meum; qualis autem ſit vir juxta cor Domini dicitur *Matth.* 11. Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Facies Moyſi, manſuetudo, unde *Num.* 12. Erat Moyſes manſuetiſſimus hominum, qui morabantur in terra. Illud unde gloriamur tam honeſtum eſt. Apoſtolus gloriabatur de eo; quod erat in abſcondito; quia de puritate conſcientiæ, & ſic faciebat contra illud *Job* 31. Si lætatum eſt in abſcondito cor meum. Solutio. Gloriam appellat gaudium de hoc; quod non remordebat eum conſcientia de aliquo vel de hoc, quod filium Dei ſe eſſe credebat, & hoc eſt quod *infr.* dicitur 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Et nota quod quidam bona ſua numerant, cenſum de eis Domino perfecte reddentes, totum ei attribuentes, caput & caudam principium & finem: ſecundum quod *Exod.* 30 præceptum eſt: ſic enumeravit Moyſes populum, *Num.* 1. & 2. ſed hunc cenſum non reddidit David Deo, quando numeravit populum ſuum 2. *Reg. ult.* & ideo multa millia ceciderunt, ſimiliter nec Phariſæus, *Lucæ* 18. ſed *Job* 29. Oculus fui cæco, pes claudo, pater eram pauperum: numerat bona ſua, ſed Deo attribuit. Conſcientia pura ab omni ſimulatione: quia *Job* 36. Simulatores provocant iram Dei. Unde, ſimulata æquitas, duplex eſt iniquitas. Sinceram veritatem de Deo, ideſt, cultu Dei ſupple. Simplicitas affectus: & ſinceritas effectus. Ita piis eſt gaudium. *Proverbior.* 15. Secura

A mens, &c.

Digitized by Google

▲ pellia interius: ſed in multis hoc fallit. *a* In ſimplicitate.] Nota quod tria perturbant conſcientiam hominis juxta illud, Tria expellunt hominem a domo, mulier litigioſa, fumus, & ſtillicidum: quod ſumptum eſt de *Prov.*72. ubi habetur, Tecta perſtillantia,& mulier litigioſa comparantur.

quod *a* in ſimplicitate cordis, & *b* ſinceritate Dei, & *c* non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei *d* converſati ſumus in hoc mundo *e* abundantius autem ad vos. *f* Non enim alia ſcribimus vobis quam quæ legiſtis, & cognoviſtis. Spero autem quod uſque in finem *g* cognoſcetis: ſicut & *h* cognoviſtis nos ex parte, *i* quod gloria veſtra ſumus, ſicut & *k* vos noſtra in *l* die Domini noſtri Jeſu Chriſti. *m* Et hac confidentia volui prius venire ad vos, *n* ut ſecundam gratiam haberetis; & per vos tranſire in Macedoniam, *o* & iterum a Macedonia venire ad vos, & a vobis deduci *p* in Judæam.

Primum ergo quod perturbat conſcientiam eſt opus de genere malorum, quod ſignificatur per mulierem litigioſam: ipſa enim opera malitioſa litigant cum conſcientia. *Jer.*2. Arguet te malitia tua *Oſ.*5 Calumniam paſſus eſt Ephraim, ſc. a ſua conſcientia quia incepit ire poſt ſordes. Et hanc perturbationem removet cum dicit. *c* Non in ſapientia carnali] *Jer.*4 Sapientes ſunt, ut faciant mala. Item turbatur conſcientia, quando bonum fit non bene, ſed male, quod fit dupliciter, ſc. quando partim propter Deum partim propter aliud. Quod ſignificatum eſt 2.*Reg.*18. Quouſque claudicatis in duas partes & hoc eſt fumus. Sicut multi operantur bonum partim accenſi zelo Dei, partim favoris hominum ſic fumus non ex toto ardet, nec ex toto extinguitur. *Iſa.*7. Cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium iſtorum: per quos ſignificantur duo reges qui in parte credebant, in parte diſcredebant. Et hoc eſt quod dicitur hic (in ſimplicitate.) *Sap.*1. In ſimplicitate cordis quærite illum. In *eod.* Sp.S. diſciplinæ effugiet fictum *Eccl.*2. Væ duplici corde. *Jac.*1. Vir duplex animo, &c. Tertio modo turbatur conſcientia, quando fit bonum, & non propter Deum, ſed propter aliud, ſc. vanam gloriam vel hujuſmodi: quod ſignificatur per ſecta perſtillantia, quæ aquam mundam faciunt immundam: ſic bona opera, quæ propter aliud fiunt quam propter Deum impura fiunt, & conſcientiam turbant *Jer* 2. Quid tibi in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? Hoc removet cum dicit. *b* Et ſinceritate Dei.] Pluribus enim modis non turbatur conſcientia. *d* Converſati, &c.] quod magnum eſt: quia 1.*Jo.*5. Mundus totus in maligno poſitus eſt. Nota *Gloſſ.* ideo recte non ait, Gloria noſtra eſt teſtimonium alienæ malitiæ, vel minoris gratiæ, ſed conſcientiæ noſtræ: quæ quia occulta eſt, non eſt ſubjecta alieno judicio. (In ſinceritate.) *Phil.*1. Sitis ſinceri ſine offenſa in diem Chriſti. *c* Non in ſapientia carnali.] 1.*Cor.*2. Prædicatio mea non in perſuaſibilibus, &c. Item removentur per hæc tria, Indiſcretio, cum dicitur. (Non ſapientia.) Duplicitas, cum dicitur. (In ſimplicitate.) Mala intentio, cum dicitur. (In ſinceritate.) *e* Abundantius autem ad vos.] *Rom.*15. Veniens autem ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti veniam.

Expoſitio Gloſſ. A mens, &c. Unde conſcientia lecto comparatur, in quo qui eſt in ægritudine mortalis peccati, quieſcere non poteſt; ſed mutat ſe de hoc loco ad alium, modo habet conſcientiam de uno, modo de alio. *Pſal*6. Stratum meum lacrymis meis rigabo. *Cant.* 3. In lectulo meo per noctes, &c. & non inveni: quia immunda erat conſcientia ejus, ideo non invenit eum, ut conſolaretur in eo. Sed quando eſt ibi? *Pſ.*147. Poſuit fines tuos pacem: quod eſt, quando non eſt aliqua in conſcientia remorſio, tunc adipe frumenti ſatiat te. Non alienæ malitiæ. Unde 3. *Reg.*19. Relictus ſum ego ſolus. Cui Dominus: Reliqui mihi, &c. *Ibi Greg.* Humilitatis radio ſe illuminant, quia aliorum bona ſubtiliter penſant. Vel proferre ſententiam. Unde 1.*Cor.*3. Nolite ante tempus judicare. *Gloſſ.* Ante tempus judicii: quia judici fit injuria, ſi ante tempus a ſervo proferatur ſententia. Non in ſapientia carnali, propter hoc bene dicitur. *Rom.*8. Prudentia carnis mors eſt, Fucatam, adulteratam verborum ornatu, ad modum meretricum. Juxta humanum ſenſum aptatam, contra illud. 1.*Cor.*1. Non in ſapientia verbi ut non evacuetur crux Chriſti. Multi tamen humano ſenſui aptant S. ſcripturam redigentes omnia in ſervitutem ſui intellectus quem ſibi fabricant: cum contrarium dicatur *inf.*10. In captivitatem redigentes omnem intellectum. Unde Hieron. ad Damaſum Papam: Noli mihi credere, niſi quod tibi dixero de Nova vel veteri derivatum. *Job* 28. Habet argentum, venarum ſuarum principia. Ergo qui ad ſacra prædicationis verba ſe præparat, neceſſe eſt, ut a litteris Sanctis ſumat. Ceſſimus de jure noſtro. Hoc dicit quia nihil ab eis accepit, cum de jure poſſet accipere. Sed ſecundum hoc fecit contra jus. Sed dicendum, quod cedere jure ſuo non eſt facere contra illud. Ab aliis acceperit *Phil.*4. Ab his noluit 1.*Cor.* 9. *f* Non enim, &c.] Hoc eſt contra quoſdam nova ſcriptitantes quæ perturbant ordinem Scriptorum veterum: quod eſt in fine, ponentes in principio, ut ab eis noviter inventum videatur: ſed confundi deberent verbo Domini in primo ſermone quem feciſſe invenitur. *Matth.*5. Dictum eſt Antiquis, &c. & reperit plures. 1. *Joan.* 2. Non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio. *g* Cognoſcetis,] ſicut in eodem: quia ſemper dicam vobis eadem, non adinventiones, vel fictiones. *h* Cognoviſtis ea parte:] quia non cognoſcetis omnino, propter quod noluit aliquid a vobis accipere. *i* Quod gloria veſtra ſumus,] i. hoc cognoſcetis in me quoniam propter hoc vobis ſcribo, & horror, ut per doctrinam meam acquiratis gloriam æternam, & gaudeatis, quia tantum doctorem habeatis, qui ita docuit vos ſuſtinere tribulationes pro Chriſto. *k* Sicut & vos.] 1.*Theſſ.*2. Quæ eſt ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne vos? *Prov.*17. Corona ſenum filii filiorum; & gloria filiorum, patres eorum. *Eccl.*38. Qui tenet aratrum prædicationis, gloriatur in jaculo, & ſtimulo exagitat boves, ideſt, exhortatur. *Gen.* 27. Affer mihi de venatione tua ut benedicam tibi. *l* In die Chriſti.] *Phil.* 2. Lucetis ſicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Chriſti. *m* Et hac confidentia,] Hic incipit ſe excuſare, quare non venit ad eos cum jam eis promiſerit, ut 1. *Cor. ult.* *n* Secundum gratiam,] i. poſt donum ſeu gratiam fidei, ejuſdem fidei gratiæ confirmationem. Vel prima gratia eſt bonæ converſationis; ſecunda ſanæ eruditionis. *Eccl.*24. In me omnis gratia vitæ, & veritatis, vita ad converſationem; veritas ad eruditionem refertur. *o* In Macedoniam.] Contra. 1.*Cor.*16. Veniam ad vos, cum Macedoniam pertranſiero; & de Macedonia ſedit. Corinthum. *p* Deducit in Judæam,] cum muneribus de quibus dicit in fine primæ epiſtolæ. 1. *Par.* 15. Univerſus Iſrael deducebat arcam fœderis, i. Paulum, in jubilo.

Expoſitio Gloſſ. ▲ *a* Cum *f* Non enim alia, &c.] Ergo eadem ſcribit eis in utraque, videtur ergo, quod altera fuerit ſuperflua. Sol. Non alia, id eſt, non contraria. *Gal.*2. Simile ſi quis vobis aliquid ſcripſerit, & cognoviſtis per primam Epiſtolam. Quanta dilectione hoc feci. Contra; de juſtitia enim tenebatur non accipere, ne offenderentur, cum hoc ſciret. Sol. etſi teneretur de juſtitia, non tamen habuit oculum ad hoc; ſed ut magis diligerent doctrinam ſuam, & ut alii audientes, quod nihil accepiſſet ab eis, licet ita bene eos inſtruxiſſet, provocarentur ad doctrinam ſuam. Quæ gloria apparebit. *Matt.*10. Nihil occultum quod non reveletur. Quando omnia aperta erunt. *Apoc.*20. Vidi mortuos puſillos & magnos; & libri aperti ſunt. Et *Dan.* 7. Judicium ſedit, & libri aperti ſunt, id eſt, conſcientiæ una invicem alteri. Unde ſuper illud *Job* 28. Non comparabitur ei aurum, vel vitrum. *Gloſſ.* Aurum in ſe fulgentes, vitrum viciſſim patentes. *Greg. ib.* Uniuſcujuſque mentem ab alterius oculis corpulentia non abſcondet. *Matth.*10. Nihil occultum quod non ſciatur. Non fuit otioſum, ideſt, non caruit recta ratione facti. Et eſt hic argumentum, quod mali ſubditi indigni ſunt videri a bono Prælato. Unde de B. Nicolao legitur, quod cum quidam tyrannus volens occidere tres pueros in foro occurriſſet ei, ait, o ſtultiſſime qua temeritate præſumpſiſti conſpicere vultum noſtrum? Voluntatem ſuam non implevit, ideſt, quod non ivit cum promiſiſſet. Ut modo ſe purgent. Sed videtur quod quia non purgati erant, ideo ne deberet: quia dicitur *Matth.*9. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Sol. Ut ſe purgent, ideſt, ad purgationem ſe præparent, conſiderantes quod propter eorum malitiam non permittit Deus venire ad eos doctorem ſuum. Et eſt hic argumentum quod non ſemper tenetur quis adimplere quod promittit. Secundum gratiam, ideſt, cooperantem, quæ licet eadem ſit in eſſentia cum prima, dicitur tamen & prima & ſecunda ratione diverſorum actuum & ſtatuum, ſicut eadem differentia, diviſiva, & conſtitutiva. Et quia non erat, dimiſerit. q. d. non. Et eſt argumentum quod non debet quis retractare, quod promiſit, pro comodo temporali, ſed pro ſpirituali poteſt. Eſt enim mendacium falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi.

Ideo quidam dicunt quod jocoſum mendaciū non eſt men-

Ad litteram.

a Cum ergo hoc voluiſſem, *b* nunquid levitate uſus ſum? *c* Aut quæ cogito, *d* ſecundum carnem cogito, *e* ut ſit apud me. *f* Eſt & non? *g* Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter qui fuit apud vos, *h* non eſt in illo Eſt, & Non; ſed eſt in illo Eſt. *i* Dei enim filius Jeſus Chriſtus, qui in vobis *k* per nos prædicatus eſt, per me & *l* Sylvanum & Timotheum, non fuit in illo Eſt, & Non, ſed *m* Eſt *n* in illo fuit. *o* Quotquot *p* enim promiſſiones *q* Dei ſunt, in illo Eſt. Ideo & per ipſum dicimus amen Deo *r* ad *ſ* gloriam noſtram. *t* Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui *u* unxit nos Deus.

a Cur ergo hoc voluiſſem.] Hæc eſt prima cauſa ſeu ratio, per quam excuſat ſe de hoc, quod non venit ad eos. *b* Nunquid levitate:] q. d. non *Pſal.* 34. In populo gravi laudabo te. Sed multi ſunt ſicut pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. *Pſal.* 1. *Eſter* 16. Nec putare debetis ſi diverſa jubeamus, ex animi noſtri venire levitate, &c. *Job* 39. Qui leviter locutus ſum, reſpondere quid poſſum? manum meam ponam
D
ſuper os meum. *c* Aut quæ cogito.] Excuſat ſe a mendacio. *d* Secundum carnem,] i. carnales homines, qui conſueti ſunt mentiri q. d. *e* Ut ſit apud me,] i. intentione mea ſic. *f* Eſt & non] eſt in corde, non in ore, vel e converſo. [Secundum carnem,] ideſt, ſecundum quod video utilitatem meam temporaliter aut incommodum, ſi facerem ſicut dico me facturum. Vel ſecundum carnem,] i. ſecundum utilitatem præponendo voluntatem meam voluntati aliorum, ſicut faciunt carnali voluptati intendentes. *Rom.* 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt, &c. *inf.* 10 Arbitrantur nos tanquam ſecundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes non ſecundum carnem militamus. [Ut ſit eſt,] in utilitate mea. [Non eſt] quoad utilitatem aliorum. *g* Fidelis Deus.] Probat quod non dimiſit ire ad eos ex levitate, & quod in hoc non fuit mendax, quia dixit, non tamen ivit. (Fidelis, &c.) Juramenti ſpecies eſt, ſicut Teſtis eſt mihi Deus. *Rom.* 1. Vivit Dominus. *Gloſſ.* Fidelis, qui promiſit ſe miſſurum veros Prædicatores, & miſit me; ergo verax ſum, & non mendax. *h* Non eſt in illo, Eſt, & Non,] ideſt, non eſt in illo mendacium, ſed pura veritas. Vel, i. non quæro in eo utilitatem meam, ſed utilitatem veſtram. *i* Dei enim filius.] Alia ratio quod non eſt mentitus, (qui in vobis) eſt. *k* Per nos prædicatur,] i. per me, &c. q. d. Eadem prædicavi vobis quæ & Chriſtus, qui nunquam fuit mentitus; ergo nec ego mentitus ſum vobis. *l* Sylvanum.] Sylvanus ipſe eſt Silas: ſicut Lucius ipſe eſt Lucas *Rom.* 16. Cognati mei. *m* Sed eſt,] i. eſſentia ſtabilis veritatis vel Deus. *Exod.* 3. Qui eſt, miſit me ad vos. Vel ideſt, pura veritas. *n* In illo fuit] in prædicatione ejus. (eſt) Et quid mirum? A veritate enim non poteſt exire, niſi veritas; ipſe autem dicit *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. *o* Quotquot.] Benedico, quod fidelis ſive verax fuit. *p* Enim,] i. quia (quotquot) ideſt, omnes, *q* Promiſſiones Dei ſunt in illo,] i. veræ, & exhibitæ per illum *Joan.* 3. Qui acceperit ejus teſtimonium, ſignavit quia Deus verax eſt. *Rom.* 3. Eſt enim Deus verax. Vel etiam alia littera (Veritas & completio,] i. quæcumque promiſit, vera ſunt, & completa. Poteſt etiam legi, quod ſit ibi ſunt: (Quotquot enim promiſſiones Dei ſunt in illo, &c.] & ideo quia ita vere implet promiſſa Chriſtus. *r* Deo Amen] quod eſt confirmationis nomen: ideſt, quia ſic Chriſti impleta ſunt quæ promiſerat Deus pater, præterea quando audimus verba Domini, dicimus Amen, quaſi dicamus, vera ſunt quæ Deus dicit. *Apoc.* 3. Hæc dicit Amen teſtis fidelis. *Iſa.* 65. Qui benedictus eſt in terra, benedicetur in Deo Amen: & qui jurat in terra, jurabit in Deo Amen. *Joan.* 22. Amen dico vobis. *ſ* Ad gloriam noſtram] non inanem, quæ non eſt noſtra, ſed noſtra eſt veritas, & completio, promiſſionum Dei. *t* Qui autem confirmat.] Jam probavit duabus rationibus ſe non mendacem fuiſſe in hoc, quod promiſit ſe iturum, & non tamen ivit. Hic ponit tertiam rationem, quia Deus confirmavit in eo gratia Spiritus ſancti, & in eis per miniſterium ſuum. Ex quo patet quod jam non eſt in aliquo mendax, & ita patet quod non promiſit eis illud intentione fallendi. Vel continua ad proxime dictum ita: Dico. (Ad gloriam noſtram] quæ non eſt a nobis, ſed a Deo, (Qui confirmat.] Nota quatuor quæ dicit; (Confirmat, unxit, ſignavit, pignus Spiritus dedit.] Sed videtur dicere præpoſtere: quia prius eſt unctio gratiæ, quam confirmatio ejuſdem. Sol. Revera confirmatio eſt ultima. 1. *Tim.* 4. Et hoc deſignat ipſe Apoſtolus per conſignificationes temporum, & verborum. Non enim dicit, Confirmavit, ſed Confirmat, notans per hoc quod poſt confirmationem, non inungat, ſed per hoc, quod prius inunxit, ſignavit, &c. 2. *Theſ.* 2. Confirmet vos in omni opere, & ſermone bono. *Ibid.* 3. Fidelis Deus qui confirmabit vos, & cuſtodiet a malo. *u* Unxit] oleo gratiæ, per quam fit homo expeditus ſpiritualiter a vinculis peccatorum. *Pſal.* 103. Ut exhilaret faciem in oleo, &c. Ideo *Iſa.* 10. Computreſcet jugum, &c. *Ezech.* 32. Flumina eorum quaſi oleum adducam: flumina, i. ſacramenta, quæ plena ſunt Spiritus ſancti gratia. *Prov.* 21. Oleum in habitaculo juſti. Hæc unctio facit hominem regem in terra propria, ut in ſeipſo faciat judicium, & juſtitiam: de quo quaſi jactat ſe. *Pſ.* 118. Feci judicium, & juſtitiam; ideo non tradas, &c. Item facit ſacrificantem, ut homo Deo in ſacrificium ſe offerat. *Rom.* 12. Ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam. De Beato Laurentio legitur: Ego me obtuli ſacrificium Deo, &c. De his duobus *Apocal. primo*. Fecit nos reges, & ſacerdotes. Item fa-

a eit hæc

A dacium: quia qui ſic mentitur, non intendit fallere, ſed ut faciat audientes ridere, & lætari; & bene ſciunt, quod mentitur, & dicit falſum. *Expoſitio Gloſſa.*

Alii dicunt quod intendit fallere, quia aliter non eſſet mendacium: quia licet mentiens ſic non intendat, quod ei credatur in omnibus; tamen bene intendit, & vult, quod ei credatur in aliquo. Appellatur enim falſa ſignificatio, actus ipſius ſignificantis falſum.

Quantum in ſe eſt, non fallit. Unde patet quod Apoſtolus licet falſum dixerit, tamen non fuit mendax nec fallax. Sed contra: quando dixit Apoſtolus ſe iturum ad eos: aut intellexit ſine conditione, aut non: ſi ſine, fatue locutus eſt, tales enim reprehendit *Jac.* 4. ſi cum conditione, tunc non dixit falſum.

Sol. Conditio dupliciter apponitur, in actu, & in habitu; & licet non appoſuit in actu, appoſuit tamen in habitu. Sed iterum contra: ſi habitualis enunciatio actum reſpiciat, non excuſabitur a falſitate, ſed ſolum a mendacio. Et hoc concedimus. Sed iterum contra: Jonas excuſatur a falſitate, ſimiliter *Iſa.* 38. quando dixit *Ezech.* Diſpone domui tuæ, &c. Sed ſicut iſti dixerunt inſtinctu Spiritus ſancti, ſic Apoſtolus, quia ex charitate; ſicut ſi aliquis credat latrones eſſe in nemore, & dicat alii, Noli illo ire, quia ibi ſunt latrones. Sol. illud eſt de Spiritu Prophetiæ, qui illuminat ad videndum res ſicut ſunt; & ideo Prophetas oportet excuſari a falſitate: quia ſi diceretur, quod dicerent falſum in quantum Prophetiæ ſunt, cum ea, quæ Spiritu Prophetiæ dicunt, videant, converteretur eis in mendacium. Quia quod docuit tantum prædicamus. Argumentum quod non debemus prædicare, niſi quod didicimus. Unde ſuper illud *Matth.* 14. Acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus aſpiciens in cælum, &c. dicit *Gloſſ.* quod filius Dei non aliud docuit quam quod a lege habuit. Qui non veterem hominem. Filius Dei dicitur accepiſſe hominem ad majorem expreſſionem humanæ naturæ: ſicut illud *Jo.* 1. Verbum caro factum eſt, ſed ſecundum communem opinionem non hominem, ſed humanam naturam aſſumpſit. Veritatem eſſe mentitam, i. æque peccant dicendo, quod non aſſumpſit veram carnem, ac ſi dicerent ipſam veritatem eſſe mentitam. Per animam corpus ſuſcipiens. Sed in triduo non fuit unio animæ ad corpus: ergo nec tunc fuit filius Dei unitus carni. Solvitur autem hoc, ponendo inſtantiam in conſenſu, quo mediante fit matrimonium, quia ipſo ceſſante non perit matrimonium. Et Deus pater, & Chriſtus ſunt veraces. Sed eadem ratione debet dici, quod Deus pater, & Chriſtus ſunt omnipotentes, & æterni; quodlibet enim iſtorum ſignificat divinam potentiam, ſicut ly (veraces.) Sol. Quælibet iſtarum, Pater & Filius, & Spiritus ſanctus, ſunt juſti, ſunt veraces, & hujuſmodi, eſt duplex: quia ſi ly veraces, omnipotentes, æterni, ſumuntur adjective, vera eſt.

Unde ſic ſunt tres omnipotentes, æterni, & ly omnipotentes, & ly æterni non ſignificant numerum ſuæ rei, ſed ſuppoſitorum. Si vero e converſo, ut ly tres ſumantur adjective, & ly æterni ſubſtantive, falſæ ſunt omnes: & ſic negatur in Symbolo. Non tres æterni. Et patet quod non dicit adjectivum adjective ſumptum numerum ſuæ rei, ut cum dico, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ſunt ſi ly [ſunt] diceret numerum eſſentiæ, falſa eſſet, & deberet dici, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, eſt: ſed dicit numerum ſuppoſitorum. Unde Petrus ait. 1. *Petr.* 2. Se velle corrigere. Argumentum quod non debet quis prædicare eis, quos probabiliter credit incorrigibiles eſſe: & hoc verum eſt, ubi nihil proficit, & aliqui fiunt deteriores.

a cit hæc unctio pugilem. *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. *Eccleſ.*4. Agonizare pro anima tua: & uſque ad mortem certa pro juſtitia. Hæc tria genera hominum inunguntur, Reges, Pontifices, pugiles. *a* Signavit nos] per gratiæ cooperationem: quando enim facit nos cooperari gratiæ, per hoc fit homo ſignatus ſpiritualiter. *Cant. ult.* Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum; pone me, &c. quod eſt quando expreſſe in omnibus affectionibus, & operibus Chriſtum imitamur. *Agg.* 2. Ponam te quaſi ſignaculũ: quia elegi te. Et nota quod tria ſigna notabilia inveniuntur in Scriptura. Primum eſt circumciſio, quæ præcipitur Abrahæ *Gen.*17. ſecundum habetur *Ezech.*9. ubi præcipitur veſtito podere, ut ſignet Tau in fronte gementium, & dolentium. Tertium. *Matth.*16. Qui vult venire, &c. tollat crucem ſuam, &c. Primum eſt ergo circumciſio ab omni ſpirituali ſpurcitia, ideſt, derelictio peccatorum. Secundum eſt Tau, ut doleat pro peccatis, & habet Tau tria brachia; quia debet dolere pro malis, quæ commiſit; pro bonis quæ omiſit & pro bonis quæ negligenter fecit. Sed perfectum ſignum eſt tertium, quod ſignificatur per crucem: quod eſt quando quis pœnitentiam agit pro alienis peccatis, & hoc quartum brachium crucis ſive pœnitentiæ, in quo ſcriptum erat, Jeſus Nazarenus rex Judæorum. Jeſus, ideſt, ſalvator, vel ſalvans, vel ſalus: in quo oſtenditur, quod nulla peccata commiſerat. In hoc quod Nazarenus, ideſt, floridus, quod multa bona fecerat. Rex Judæorum, quia bona ſtrenue, & non negligenter fecerat.

& qui *a* ſignavit nos, & dedit *b* pignus Spiritus in cordibus noſtris. *c* Ego autem *d* teſtem Deum invoco animam meam, *e* quod parcens vobis non *f* veni ultra Corinthum, non quia dominamur fidei veſtræ: *g* ſed adjutores ſumus gaudii veri, *h* nam fide ſtatis.

C A P. II.

STavi *i* autem hoc *k* ipſum apud me ne *l* iterum in triſtitia venirem ad vos. *m* Si enim ego contriſto vos *n* & quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me? *o* Et hoc ipſum ſcripſi vobis: ut non cum venero, *p* triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, *q* de quibus oportuerat me gaudere; confidens in omnibus vobis, *r* quia meum gaudium omnium *ſ* veſtrum eſt.

b Pignus Spiritus] per ſpiritualium prægustationem, quæ eſt pars pretii, & reſidui aſſecuratio. 1. *Joan.* 4. In hoc intelligimus, quia in ipſo manemus, & ipſe in nobis; quia de Spiritu ſancto ſuo dedit nobis. *Eph.* 1. Signati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, &c. *infr.* 5. Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus eſt, qui dedit nobis pignus Spiritus: per quod fidelis fit confirmatus, & ſecurus. Quod ſignificatum fuit *Num.*13. Absciderunt palmitem cum uva ſua, quem portaverunt in vecte duo viri: de malis quoque granatis, & de ficis tulerunt. Iſta fuerunt quædam prægustatio, & arrha de habenda terra Sancta. Per uvam compunctio de peccatis. *Pſal.*59. Potaſti nos vino compunctionis. Palmes de quo uva naſcitur, peccatum. Sed quidam habent uvam, ideſt, compunguntur de peccatis, tamen palmitem, ideſt, peccatum non absciderunt, id eſt, non reliquerunt. Duo viri, timor, & amor. Timor ſequitur qui ſemper habet peccatum ante oculos, ideſt, pœnam ejus, & damnum, unde *Pſal.* 50. Et peccatum meum contra me eſt ſemper. Sed amor Dei anteceſſit habens peccata a tergo. *Iſa.* 38. Projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata.

Per malogranata, quæ dantur infirmis ad refrigerium caloris, refrigerium ardoris concupiſcentiæ, quæ eſt cauſa, & origo infirmitatis ſpiritualis. *Pſalm.*65. Induxiſti nos in refrigerium. Ante hoc quieſcit anima, ſed inducitur per ignem, & aquam, ideſt, interpolate ſentit ardorem concupiſcentiæ, & refrigerium ejuſdem. Item ſicut de Ægyptiaca legitur, quod per decem, & ſeptem annos deducta. *Dan.*3. Fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.

Item tertium fuit ficus, i. ſpiritualis delectatio. *Iſ.*38 Cataplaſmavit ſuper vulnus ejus ficus, quia quando ſufficienter dolet homo de peccatis ſuis, Dominus dat ei delectationem ſpiritualem poſtea. Hæc ergo tria pignus ſunt Spiritus ſancti; & ſic legitur tranſitive, vel intranſitive poteſt intelligi. Per hæc autem tria quando præcedunt in hominibus, confirmat juſtos Dominus: ſicut habetur 1. *Pet. ult.* Ipſe perficiet, confirmabit conſolidabitque. *c* Ego autem.] Hæc eſt quarta ratio. *f* Non venit ultra,] i. non poteſt primam vicem: vel poſtquam diſceſſi a vobis. *e* Parcens vobis] in hoc quod non veni. Non ſupple dico parcens vobis. [Quia dominamus fidei veſtræ.:] quaſi me Dominum veſtrum reputem; vel Dominum fidei, tanquam dederim vobis fidem.

d Teſtem Deum:] quia dicitur *Mal.*3. Ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & perjuris. [Parcens:] quia ſi iviſſet ad eos, magis exaſperarentur per correctionem ejus, & ita pejores fierent, quia adhuc in curſu peccatorum ſuorum. Et dicitur, Dum furor in curſu eſt, currenti cede furori. *Eccl.* 4. Noli reſiſtere contra faciem potentis; & ne coneris contra ictum fluminis. In hoc etiam pepercit eis, quia ſi iviſſet docens eos, ſi non feciſſent, damnabiliores eſſent: juxta illud *Matth.*11 Væ tibi Corozaim, væ tibi, &c. Ideo ſurgent in judicio, &c. *Gloſſ* Spiritualis tunc diſpoſitum non implet, quando providentius aliquid ad ſalutem meditatur. *f* Non quia dominamur fidei veſtræ.] Multo minus ergo quilibet Prælatus debet ſe Dominum exhibere. *Matth.* 20. Principes Gentium dominantur eorum, &c. Non ita erit inter vos: ſed quicumque voluerit major fieri, erit veſter miniſter. 1. *Petr.* 5. Neque ut dominantes in Clero. *g* Sed adjutores, &c.] ut habeatis gaudium æternum. *Prov.* 18. Frater qui adjuvatur a fratre quaſi civitas firma. Vel [gaudii,] ideſt, emendationis veſtræ, de qua gaudetis mecum: *Prov.* 10. Filius ſapiens lætificat patrem. *h* Nam fide ſtatis:] non per me, & ideo non dominamur vobis. *Rom.*14. Servus Domino ſuo ſtat, aut cadit.

E X P O S I T I O C A P. II.

STavi.] Poſt excuſationem ſuam in fine præcedentis capituli poſitam, in hoc capitulo tradit Prælatis formam compaſſionis. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima parte dicit ſe invitum contriſtaſſe fratres, commendans charitatem ſuam ad illos per quatuor ſigna, ſc. per gaudium de bono eorum; per tribulationem multam; per ſcribendi ſolicitudinem; per multarum lacrymarum effuſionem de malis eorum. In ſecunda parte præcipit poſt pœnitentiam lapſos, ſi pœniteant, iterum recipi, & de pœnitentia relaxari: unde ortum habuerunt indulgentiæ, quæ paſſim fiunt contra Satanæ aſtutias ibi. [Si quis autem.] In tertia conqueritur de abſentia Titi quem illi detinebant, ibi [Cum veniſſem.] In quarta commendat odorem ſuæ prædicationis, & aliorum per famam, & ſinceritatem conſcientiæ, ibi [Deo autem gratias.] Dicit ergo.

i Statui,] ideſt, non feci inconſiderate, ſed prudenti conſilio. *k* Non ipſum] ſc. non venire ad vos, donec Macedoniam pertranſiſſem. *l* Ne iterum in triſtitia venirem ad vos,] vobis nondum correctis de peccatis veſtris. [Ne iterum.] *Eccleſ.* 19. Ne iteres verbum durum. *Eccl.*31. Ne premas illum in repetendo. *Nahum* 1 Non conſurgat duplex tribulatio. *m* Si enim ego contriſto vos,] corrigendo, & increpando; ſupple & vos contriſtatis me. *n* Quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me,] ideſt, niſi qui dolet de peccatis ſuis ad prædicationem, & correctionem meam. Sicut enim lætatur Medicus quando de infirmitate ſua creditur convaleſcere ægrotus ejus: ita Prædicator bonus qui eſt medicus ſpiritualis, lætatur quando percipit peccatoris dolorem, quaſi quidam ſudorem terminantem infirmitatem ſpiritualis morbi. *Prov.*10. filius ſapiens lætificat patrem ſuum. *Prov.* 23. Exultat gaudio pater juſti. *o* Et hoc ipſum.] Oſtendit quare ſcribit illis, quod nullos eorum eum lætificat, niſi ille qui dolet de peccatis ſuis ad ejus correctionem, ut videlicet corrigant ſe modo. *p* Triſtitiam ſuper triſtitiam.] Prima triſtitia eſt de peccatis eorum: ſecunda eſt de incorrectione eorum. *Philip.* 2. Deus miſertus eſt, &c. *Infr.*7. Triſtitia ſæculi. *q* De quibus oportuerat me gaudere:] hoc eſt quaſi cumulus triſtitiæ. *Gloſſ.* Gaudium Apoſtoli purificatio eſt populi. *r* In vobis,] ideſt, de vobis.

ſ Quia meum gaudium omnium veſtrum eſt:] quaſi Gaudeo de bono veſtro, de quo conſtat quod gaudetis; & ideo debetis procurare, ut gaudeam de vobis: *Prov.* 17. Gloria ſenum, &c. *Eccl.*22. Confuſio patris de filio indiſciplinato.

A *a* Nam

Expoſitio Gloſſ. *i* Stavi autem hoc ipſum, &c.] Quod melius fit per Epiſtolam quam per præſentiam. Contra. *Hier.* ſuper Prologum Bibliæ: Neſcio quid latentis energiæ, i. interioris virtutis habet viva vox, &c. Sol. Hoc univerſale Hieronymi, ſpecialibus non contradicit, vel derogat, loquitur autem Apoſt. in ſpeciali caſu; quia forte plura objicerent ſi præſens eſſet, ad quæ dum reſponderet, exaſperarentur; non ſic autem poterant ſcripto objicere, ſic ſpecialis cauſa tangitur. *Joan.*16. Niſi

non ex *a* multa tribulatione *b* & *c* anguſtia cordis ſcripſi vobis *d* per multas lacrymas: non ut contriſtemini, ſed ut ſciatis quam charitatem habeam abundantius *e* in vobis. *f* Si quis autem contriſtavit me: non *g* me contriſtavit, ſed *h* ex parte, ut non onerem omnes vos. Sufficit *i* illi qui ejuſmodi eſt, objurgatio hæc quæ fit a *k* pluribus: ita ut e contrario magis *l* donetis & conſolemini, *m* ne forte abundantiori *n* triſtitia abſorbeatur *o* qui ejuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos, ut *p* confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & *q* ſcripſi vobis ut cognoſcam experimentum *r* veſtrum, an *ſ* in omnibus obedientes ſitis. Cui autem aliquid donaſtis: & ego. Nam & ego quod donavi, ſi *t* quid donavi propter vos in perſona *u* Chriſti, ut non *x* circumveniamur a Satana: non *y* enim ignoramus cogitationes ejus. *z* Cum veniſſem *a* autem Troadem propter Evangelium Chriſti, & *b* oſtium mihi apertum eſſet in *c* Domino:

▲ *a* Nam ea multa.] Oſtendit ex quo affectu eos diligendo eis ſcripſit Epiſtolam. *b* Tribulatione,] vigilando & orando pro vobis. *c* Anguſtia,] ideſt, de dolore, & ſolicitudine pro vobis. *d* Per multas lacrymas] ex compaſſione prodeuntes. *e* Abundantius] quam in aliquibus aliis. *Gloſſ.* Inſultat qui non condolet fratri. Qui enim affectu corripit, ſi ſcribendo lacrymatur: quid faceret loquendo eis ore ad os? Similia erat *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam? *ſ* Si quis autem.] Secunda pars in qua monet eos, ut illum fornicatorem recipiant, de quo 1 *Cor.* 5. [Si quis autem.] Ecce magna curialitas Apoſtoli: non nominat ne verecundetur. *g* Non me contriſtavit,] tantum ſupple. *h* Sed ex parte, &c.] Hoc legitur dupliciter. De onere compaſſionis legitur ſicut ironice: ſupple. Dico quod contriſtavit vos ea parte; & hoc dico, ut non onerem vos omnes, ideſt, hoc dico ut oſtendam vos omnes compati peccato ipſius, q. d. Imo deberetis ei omnes compati. Vel de onere culpæ, & tunc legitur ſerio. Vel ideo dicit. [Ex parte, ut non onerem vos omnes,] ideſt, ut non imponam vobis onus, quod debetur peccato: quia non omnes in hoc peccaſtis, ſed tantum illi qui non doluerunt de peccatis illius: & illis dico imponendum eſſe onus culpæ.

i Sufficit.] Ecce prima ratio, quod deberent eum recipere. *k* Quæ fit a pluribus:] *Gloſſ.* Majorem dolorem patitur, qui delictum ſuum plures videt horrere. Et eſt argumentum, quod non debet Prælatus nimis corripere ſubditos. *Eccl.* 21. Objurgatio, & injuriæ, &c. *Eccl.* 22. Omnes loquentur ſuper aſpernationem illius. *l* Magis donetis & conſolemini] ideſt, majorem conſolationem exhibeatis ei, quam fuerit ejus peccatum. 2. *Theſſ.* 3. Nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. *m* Ne forte.] Secunda ratio. *n* Abundantiori triſtitia] ſi nimia pœnitentia ei injungatur. *o* Abſorbeatur] a Diabolo per deſperationem. 2 *Reg.* 2. Periculoſa eſt deſperatio. *Gal.* 6. Vos qui ſpirituales eſtis. *q* Ideo enim.] Tertia ratio. *r* Experimentum] ideſt, quo animo mihi obediſtis prius eum eruendo a veſtro conſortio. *Judic.* 2. Non delebo gentes has, ut ipſis experiar Iſrael. *ſ* An in omnibus obedientes ſitis,] non tantum in eis, quæ placent. *Hebr. ult.* Obedite præpoſitis veſtris, 1. *Petr.* 2. Servi ſubditi eſtote. Quod dicit.

p Ut confirmetis in illum charitatem] intelligendum eſt benevole eum recipiendo & beneficia ei exhibendo.

t Si quid donavi.] Quarta ratio quaſi dicat. Quando donavi, non temere, & paſſim hoc feci, ſed [propter vos] ad preces veſtras. *Epheſ.* 4. Donantes invicem.

u In perſona Chriſti] non auctoritate mea, ſed Chriſti: & ita vere donavi, cui & condonavi quaſi dicat. Multo magis debetis condonare propter preces meas. *Epheſ.* 4. Dedit dona hominibus. Et hoc debemus facere ego, & vos.

x Ut non circumveniamur a Satana] ideſt, decipiamur; qui occaſione nimiæ pœnitentiæ faceret eum deſperare. Et debetis nobis in hoc credere: *y* Non enim ignoramus, &c.] *Gloſſ.* ideſt, ejus aſtutias; qui quos conſentiendo nequit decipere, nimis exaſperat. *Job* 51. Quis revelabit faciem indumenti ejus? *Apoc.* 2. Qui non cognoverunt altitudinem Satanæ. *z* Cum veniſſem.] Ut dicit hic *Gl.* poſt interpoſitionem de recipiendo fornicatore, redit modo ad principale propoſitum: oſtendens quoniam illorum culpa fuit, quod non venit ad eos, & quod non fecit fructum in Troade: quia Titus tot invenerat in eis corrigenda, quod non potuit ſe cito expedire, ut veniret in adiutorium Apoſtolo, qui uſum linguæ Troadarum non habebat, ſicut hic Titus q.d. Diſtuli venire ad vos propter malitiam veſtram.

a Autem,] ideſt quia, *z* Cum veniſſem Troadem propter Evangelium Chriſti,] ut ibi illud annunciarem. *b* Oſtium.] Oſtium dicitur os, unde *Coloſſ. ult.* Orate ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti, quia per illud egreditur ſermo de ſecreto cordis, Item fides. *Act.* 13. Referebant Barnabas & Paulus, quomodo Deus aperuiſſet Gentibus oſtium fidei. Item Chriſtus. *Joan.* 10. Ego ſum oſtium. Item exempla Sanctorum. *Cant. ult.* Compingamus eum tabulis cedrinis. Item cor hominis; & ſic ſumitur hic, & *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo q. d. Apoſtolus, Corda C aperta erant, & parata ad recipiendum verbum Dei. Sed multi hodie claudunt oſtia ſua, ſicut aſpis ſurda, & obturans aures. *Jerem.* 13. Civitates Auſtri clauſæ ſunt, id eſt, corda Clericorum ſive Chriſtianorum, quibus ſe offert lux intelligentiæ, & fidei. Quid ergo de civitatibus, ideſt, cordibus Aquilonis, ideſt, laicorum, vel infidelium? *c* In Domino.] Ipſo operante.

31. art. 4. dec. pœnit.

▲ *a* Non

A ego abiero, &c. *Expoſitio Gloſſ.*

ſimplicitar enim verum eſt, quod quanto propior eſt Chriſtus homini corporaliter, tanto majorem habet conſolationem Spiritus ſancti, & magis diligit Deum: ſed in Diſcipulis fuit cauſa ſpecialis propter quam non in tanta plenitudine gratiam Spiritus ſancti recepiſſent, niſi Chriſtus ſubtraxiſſet ab eis præſentiam corporalem. Sed & olim contriſtaviſtis. Unde *Deut.* 17. Qui ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, &c. morietur homo ille. Inſultat enim qui non condolet fratri, ideſt, pro inſultante habetur. De meo jure, non accipiendo fructus 1. *Cor.* 9. Quem Satanæ tradendum judicaverat 1. *Cor.* 5. Quod reprehenſorie dicitur q. d. Omnibus non impono hoc onus, ſcilicet compaſſionem, quia cum triſtes deberent eſſe omnes de peccato illius, non erant, & ideo reprehenſibiles erant. Non onerem vos, ideſt, non imponam omnibus onus culpæ. Quia talis facile deſperaret.

Argumentum, quod non debet Prælatus nimis corrigere ſubditos. *Eccl.* 21. Objurgatio, & injuriæ annullabunt ſubſtantiam, ideſt, objurgatio cum injuria facta. Per exemplum David. 2. *Reg.* 12. Et aliorum, ut Beatæ Mariæ Magdalenæ, & ipſius Apoſtoli, & Matthæi. Per prophetiam *Ezech.* 33. Iniquitatem ejus. Ibidem habetur ſententia, ſed non verba.

Mox habet fructum, ideſt, æternam conſolationem: quia in cuſtodiendis illis retributio multa. Vera pœnitentia eſt: ergo non poteſt amplius injungere, niſi quod dicatur ei ſicut Dominus, Vade & amplius noli peccare.

Solutio. Eſt vera pœnitentia, ideſt, fundamentum ſine quo pœnitentia non poteſt eſſe vera. Ut velis uti ſæculo. Nonne bonum eſt uti ſæculo? Solutio. Uti large ſumitur pro ut genus ad uti, & frui: ſecundum quod dicitur in primo Sententiarum. Uti eſt id quod in uſum venerit, & cet. ſumitur hic genus pro ſpecie. Obſecro vos. *Philem.* 1. Multam fiduciam habens in Chriſto Jeſu imperandi tibi, quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obſecro, qui poſſem jubere. *Pſalm.* 72. *Job* 2.

Argumentum, quod multum arguendi ſunt quidam Prælati qui jubent quæ ad eos pertinet. *Ezech.* 34. Cum auſteritate imperabatis eis, & cetet. *Gal.* 6. Fratres ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, & cet. Quod & debetis facere.

Argumentum quod ad præceptum Prælati noſtri debemus ei, qui fecit nobis injuriam, ſatisfactionem, & emendam quam nobis debet, donare. An in omnibus obedientes ſitis.

Argumentum quod in omnibus debemus obedire Domino Papæ.

Cui voluerunt peccatum, ideſt, pœnam debitam peccato: Conſtat enim quod non loquitur de condonatione rancoris; quia ſine eorum petitione rancorem dimitteret, loquitur ergo de condonatione pœnæ debitæ. Et eſt argumentum, quod Dominus Papa poteſt aliquid relaxare de pœna debita peccato; & ita valent indulgentiæ.

Infirmos præcipitat. Ideo dicitur *Eccl.* 7. Noli eſſe nimis juſtus. Quia forſan lingua eorum Titus expreſſius uti poterat.

Contra. Ergo videtur, quod non habebat Apoſtolus donum linguarum omnium.

Solutio, Habebat quidem ſicut dicunt Auguſt. & Hieron.

A ſuper

b a Non habui requiem ſpiritui meo.] Bonus prædicator multum anguſtiatur, quando videt homines paratos ad recipiendum verbum Dei, & non habet coadiutores, ſed impedientes eum. *Iſ.37.* Filii venerunt uſque ad partum, & non erat virtus pariendi. *b* Valefaciens,] quibuſdam ibi converſis. *Act.20.* Valeſaciens. *c* Deo autem gratias:] q. d. Reliqui eos, non quaſi victus a rebellibus qui erunt inter eos. *d* Autem,] ſed. *e* Triumphat,] i. triumphare nos facit. *Haba.3.* Deducet me victor. *Pſal. 17.* Inimicos meos dediſti mihi dorſum. *1.Mac. 3.* Non in multitudine exercitus victoria belli; ſed de cęlo fortitudo eſt, q. d. Apoſtolus. Ego non inutiliter profectus ſum in Macedoniam: quia ibi victoriam habui de inimicis Chriſti. Et ideo Deo gratias. *f* Qui odorē notitiæ ſuæ manifeſtat per nos] i. Chriſtum qui eſt quaſi odor patris, ipſum, cum non videatur, nobis manifeſtans, ſicut odor rem. *Jo:1.* Deum nemo vidit unquam, &c. *Eccl.24.* Quaſi balſamū non miſtum odor meus. *Sap.7.* Vapor virtutis Dei. *Gen.27.* Ecce odor. Vel per odorem miracula & verba filii Dei, *Jo:7.* Nunquam ſi homo locutus eſt. *g* Per nos,] Apoſtolos. *h* Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo] ad imitationem vitæ ejus. Non tantum. *i* In his qui ſalvi fiunt] ſed. Et in his qui pereunt, q. d. Malis apparet bonitas noſtra. *Gl.* Locutionis ſuæ modum ſumit Apoſtolus a veteri lege cum dicit, Bonus odor, &c, quia ut olim hoſtia legalis dicebatur ſuaviſſimus odor Deo, ita modo prædicationis verba ſinceraque fama Apoſtolorum. *Gen.8.* Odoratus eſt Dominus. Unde, Dilexit Andream Dominus in odorem ſuavitatis. Vel bonus odor, bona fama. *k* Odor mortis] ex quo ſibi generant mortem; quia bonæ opinioni noſtræ invident. *l* In mortem] æternam ducentis. Ex hoc patet quod mali ſentiebant quod boni erat: quia nullus invidet niſi bono, vel quod credit bonum eſſe.
m Odor vitæ:] quia bona eorum vita & opinio generabat in illis dilectionem ſive charitatem, qua vivit anima ſpiritualis. Vitæ dico ducentis. *n* In vitam] æternam. *Iſ.8.* Erit vobis in ſanctificationem; duabus autem domibus Iſrael in lapidem offenſionis. *Luc.2.* Hic erit in ruinam & reſurrectionem multorum. *Job 5.* Per diem incurrent tenebras. *Greg.* Mens invidorum alieno bono affligitur; de radio lucis obſcuratur. *Gl.* Si non eſſet claritudo Sanctorum, invidia non ſurgeret impiorum, ſed ſi qui tales perſequendo frangunt ampullam, odor unguenti amplius diffunditur. *o* Et ad hæc] agenda, quæ Deus per nos operatur. *p* Quis] de Pſeudo veſtri [tam idoneus,] ſicut nos Apoſtoli? Oſtendit quod non fuit ex culpa ſua quod non profuit in Troade. (Quis tam idoneus?) Contra *Exod.3.* Quis ego ſum ut vadam ad Pharaonem, &c. *Iſ.49.* Parum eſt tibi ut ſis mihi ſervus. *Jerem.1.* A, a, a, *Iſ.6.* Ecce ego Domine, mitte me. *r* Adulterantes,] falſa admiſcentes, & pro voluptate non pro prole prædicantes. *q* Sicut plurimi,] Pſeudo. *Iſ.1.* Vinum tuum miſtum eſt aqua, *inf.4.* Non adulterantes verbum Dei. *Eccl.37.* Qui ſophiſtice loquitur, odibilis erit: ſimiliter & qui ſophiſtice vivit, & hypocrita. *ſ* Sicut ex Deo] didicimus, & hoc facimus.
t Coram Deo,] ideſt, cauſa ejus, ſolum ut ei placeamus. *Gal.1.* Neque ego ab homine accepi illud.

a non habui requiem ſpiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum: *b* ſed valefaciens eis profectus ſum in Macedoniam. *c* Deo *d* autem gratias, qui ſemper *e* triumphat nos in Chriſto Jeſu, *f* & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat *g* per nos in omni loco: *h* quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in his *i* qui ſalvi fiunt, & in his qui pereunt: aliis quidem *k* odor mortis *l* in mortem; aliis autem *m* odor vitæ in *n* vitam. *o* Et ad hæc quis *p* tam idoneus? Non enim ſumus *q* ſicut plurimi *r* adulterantes verbum Dei: ſed ex ſinceritate *ſ* ſicut ex Deo *t* coram Deo in Chriſto loquimur.

C A P. III.

INcipimus *u* iterum noſmetipſos commendare? *x* Aut nunquid egemus

Expoſitio Gloſ. *A* ſuper principium ad *Hebr.* diſputantes contra quoſdam hæreticos, qui dicebant quod illa epiſtola non erat Apoſtoli, eo quod ſplendidiori ſtilo ſcriberetur quam aliæ quas ſcripſerat Apoſtolus. Et reſpondet *Aug.* quod naturale eſt unicuique plus in ſua quam in aliena valere. Similiter dicendum quod licet haberet ſcientiam omnium linguarum tamen melius habebat uſum propriæ linguæ propter aſſuetudinem loquendi in ea. Iterum, alia ratio, propter quam impeditus fuit fructus ejus, quoniam habebat multos contradictores contra eum diſputantes, & non poterat utrumque ſimul facere, diſputare ſc. & prædicare. Tertia ratio ponitur, quia non ita bene ſciebat mores eorum ſicut Titus; prædicator autem debet prædicare ſecundum mores audientium. Quia ſolus non poterat. *Eccl.4.* Væ ſoli. *Luc.10.* Miſit binos. Qui corda præparat; hoc eſt quod promittitur eis, *Matt. ult.* Præcedam vos in Galilæam, præparando corda audientium, & aperiendo ut vos audiant. Per vos blaſphematur inter Gentes. *Ezech.20. Iſ.52.* ſecundum Septuaginta. Item *Rom.2.* Suaviſſimus odor Deo. *Cant.1.* Unde, Dilexit Andream Dominus in odorem ſuavitatis, dum penderet in cruce. *Gen.8.* Odoratus eſt Dominus, ſcilic. Sacrificium Noe, poſtquam evaſerat diluvium peccatorum, & Laurentius ait; Ego me obtuli ſacrificium Deo in odorem ſuavitatis: ita & nos. Nominatis. *Eccl.24.* Unguentorum. *Cant.1.* In Legenda B. Joannis Evangeliſtæ: Odor tuus, Chriſte, æternas concupiſcentias in me generavit. Fracto, ideſt, aperto alabaſtro, quod ſignificabat corpus Chriſti fractum in cruce. Unguentum, virtute ejus & chariſmata, quibus repletus erat. Unguenti *Joan.2. Gl.* Invidentes: nam (ut dicit *Aug.*) de bono odore moritur, unde alii vivunt. Claritudo Sanctorum, ideſt, merita & fama eorum. Ampullam, ideſt, corpus Sanctorum. Diffunditur. *Cant.1.* Oleum effuſum nomen tuum. *Jud.7.* Fractis lagunculis, ideſt, corporibus ſuis emicuit lumen fidei, & devicerunt Madianitas, ideſt, Dæmones & hæreticos. Per incredulitatem: quando prædicatio auditur, tamen ab audientibus non creditur, *Iſ.1.* ſecundum Septuaginta, ubi nos habemus. Vinum tuum miſtum eſt aqua. Qui nos docuit. *Act.9. Gal.1.* Neque ego ab homine accepi illud, neque didici; ſed per revelationem Jeſu Chriſti. Nunquam eum excedentes; ſicut faciebant prædicantes alia quam Evangelica, & quod non ſufficiebant ſine legalibus ad ſalutem.

EXPOSITIO CAP. III.

INcipimus.] Hic incipit tertia pars Epiſtolæ, in qua commendat ſe Apoſtolus & alios Apoſtolos, & hoc ad comparationem Patrum Veteris Teſtamenti. Sed primo oſtendit quod non ideo ſe commendat, quia commendatione indigeat, ibi (Nunquid egemus, &c.) Secundo oſtendit quod non indigeat, ibi (Epiſtola noſtra.) Tertio oſtendit ſe & Patres Novi Teſtamenti digniores eſſe Patribus Veteris Teſtamenti. Primo quia non in operationibus ſuis, ut illi Veteres, ſed in Deo confidunt, ibi (Fiduciam talem.) Secundo, quia non ſunt Miniſtri litteræ, ſed ſpiritus, ibi (Qui & idoneos.) Et caute procedit Apoſtolus, ut ſecundum hoc pateat quod multo fortius dignior eſt Pſeudo-prædicatoribus. Tertio arguit a minori: quia ſi Patres Veteris Teſtamenti ſunt in honore, multo magis debent honorari Apoſtoli, ibi (Quod ſi miniſtratio.) Quarto, quia evacuata eſt gloria eorum, ibi (Nam nec glorificatum eſt.) Quinto hoc idem probat auctoritate *Exod.* ibi (Si enim quod evacuatur) Sexto per libertatem Patrum Novi Teſtamenti, & ſervitutem Patrum Veteris Teſtamenti, ibi (Cum autem converſus.) Septimo per manifeſtationem ſecretorum factam Patribus Novi Teſtamenti, ibi (Nos vero omnes revelata.) Dicit ergo.
a Incipimus,] quia ſupra proximo dixerat, Bonus odor ſumus: &, Nec tam idoneus ad hoc ſicuti ipſi: quod videtur jactantia, cum dicat Dominus. *Joan.5.* Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, &c. *Prov.27.* Laudet te alienus, & *2.Cor.10.* Non enim qui ſeipſum commendat. Solut. Teſtimonium aliud oris, aliud operis: primum ſine ſecundo nullum eſt; duo ſimul vera ſunt, dummodo totum Deo attribuatur: ſic Apoſtolus, ſic Dominus. *Jo:8.* Verum eſt teſtimonium meum. Commendans ergo ſe, ſed cauſam commendationis ſuæ Deo attribuens dicit (Incipimus iterum) quia ante commendaverat ſe. *1.Cor.9.* Melius eſt mihi mori, & *1.Cor.8.* Si eſca ſcandalizat, & *1.Cor.7.* Volo omnes homines eſſe ſicut me, qui ſum virgo. *x* Nunquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis epiſtolis?] Tangit Pſeudo qui ab amicis ſuis, qui erant alicujus opinionis, petebant litteras in

A quibus

Expoſitio Gloſ. *u* Incipimus] commendationem, quia commendaverat ſe in prima Epiſtola in multis locis ut dictum eſt, in expoſitione litteræ. Iterum *inf.4.* Commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam, vel *inf.5.* Spero in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe. Inſtitutio veſtra: quia inſtruximus vos in motibus & vita & fide. Inſtituti, ideſt, inſtructi, Mihi ſimiles, Ideo dicit *1.Cor. cap.11.* Imitatores

A mei eſtote,

a quibus commendarentur: at ab aliis honorifice ſuſciperentur. b Ad vos aut ex vobis,] ideſt ut ab aliis accipiamus litteras per quas commendent nos vobis. Vel (vobis) ut commendetis nos aliis, q. d. Non indigeo: quia vita mea bene me commendat, & eſt quaſi littera commendans me. Utinam tales eſſent modo Prælati. a Commendatitiis epiſtolis,] non ſolum pſeudo, ſed etiam boni, unde Col. 4. Marcus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mandata, &c. c Epiſtola noſtra] Oſtendit quod non indiget litteris commendatitiis; quia ejus opera ſatis eū commendant. d Vos eſtis,] enim q. d. In vobis quaſi in ſcriptura apparet vita mea atque ſcientia. e Scripta,] tranſcripta, a me in vobis, quorum corda erant quaſi pergamenū nuda & vacua ab omni bono, ſed vitam Chriſti, & ſuā in eis ſcripſit, imo quaſi ſculpſit. Gal. 4. dicit, Formetur Chriſtus in vobis. Iſ. 54. Ponam portas tuas in lapides ſculptos. Eccl. 38. Sic omnis faber, &c. Depingit enim quaſi coloribus ſpiritualibus, modo informat ad virginitatem, quæ eſt quaſi albedo: modo ad charitatem, quæ eſt quaſi color rubeus; modo ad humilitatem, quæ eſt quaſi color violaceus, &c. hujuſmodi. Prov. 3. Deſcribe in tabulis cordis tui, & Prov. 7. Scribe legem in tabulis cordis tui, & Deut. 6. Audi Iſrael. Sed cor durum non recipit ſcripturam, & ideo male habebit in noviſſimo, niſi prius caleſiat. Job 23. Deus mollivit cor meum. Ezech. 11. & 36. Auferam a vobis cor lapideum. f Quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus.] Sed modo non ſunt qui poſſint id dicere, quomodo enim poſſunt illi tranſcribere, cum eorum pergamenum aut vacuum ſit aut ſetris litteris ſcriptum? Pſ. 73. Signa noſtra non vidimus. g Non atramento,] non debiliter, ſed firmiter, niſi per vos ſtet, vel non nigris litteris, ideſt erroribus aut pravis moribus, quibus eos deformabant Pſeudo prædicatores.

(ſicut quidam) a commendatitiis epiſtolis b ad vos aut ex vobis? c Epiſtola noſtra d vos eſtis e ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur f ab omnibus hominibus: manifeſtati quoniam epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata a nobis, & ſcripta g non atramento, h ſed Spiritu Dei vivi, i non in tabulis lapideis, k ſed in tabulis cordis l carnalibus. m Fiduciam autem n talem habemus per o Chriſtum p ad Deum: q non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, r ſed ſ ſufficientia noſtra t ex Deo eſt.

h Sed Spiritu Dei vivi,] ideſt, gratia Dei; quæ vivificat, quæ Spiritui S. attribuitur. i Non in tabulis lapideis,] ideſt, non in cordibus duris. k Sed in tabulis cordis,] ideſt, in cordibus latis per charitatem ſicut eſt tabula. l Carnalibus,] ideſt mollibus & paratis ad recipiendum, quia vetus lex ſcripta fuit in tabulis lapideis: Exod. 31. quod quaſi prophetia fuit modernorum Theologorum qui duri ſunt ut lapides, ſed caveant ſibi, quia in deſcenſu montis fractæ fuerunt, priuſquam populus puniretur, & non eſt dubium quin ſint priores in pœna niſi doceant populum prout debent. Ezech. 3. Si annunciaveris, &c. m Fiduciam.] Tertia pars, in qua commendat ſe comparatione antiquorum Patrum, qui in quantum erant Veteris Teſtamenti, confidebant de operibus ſuis: Patres vero Novi Teſtamenti non, ſed in Deo. Ita dico quod non indigeo commendatione. n Autem,] ideſt, ſed (habemus fiduciam talem) comparatione antiquorum Patrum. p Ad Deum,] in Deo, non in operibus noſtris. o Per Chriſtum.] non meritis noſtris. Et hanc fiduciam dico nos habere. q Non] ita quod velim dicere (quod ſufficientes ſimus cogitare,) ſicut Patres Veteris Teſtamenti, dicentes ſe bona agere: propter quod dicitur Rom. 10. Ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere. [Fiduciam ad Deum,] non in homine. Jer. 17. Maledictus. unde Pſ. 51. tales deridens ait, Ecce homo qui non poſuit Deum adjutorem ſuum ſed ſperavit, &c. Iſ. 30. Erit fortitudo Pharaonis. Iſ. 47. Dixiſti in corde tuo. Sed Pſ. 124. Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion. Eccl. 2. Quis ſperavit in Domino, &c. Jer. 17. Qui confidit in Domino, benedictus erit. (Per Chriſtum,) tanquam Redemptorem noſtrum, quem Deus pater dedit nobis. Rom. 8. Qui proprio filio, &c. Item habemus fiduciam in Deo per ipſum, quia frater noſter eſt. Pſ. 48. Frater non redimet, redimet homo? q. d. non Pſalmus. Ideo reſpice in faciem Chriſti tui. Item Rom. 8. Interpellat pro nobis. q Non quod ſufficientes ſimus cogitare,] quod minus eſt quam loqui vel operari. Rom. 9. Non eſt volentis neque, &c. Phil. 2. Deus eſt qui operatur in nobis. Prov. 8. Eruditis interſum cogitationibus. r Sed] ideſt, ſatis. Aufert ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Luc. 15. ubi filius prodigus ad patrem reverſus eſt, dicit Hieron. Non voluntatem redeundi habuiſſet, niſi prius pater ei in occulto inſpiraſſet. ſ Sufficientia noſtra ex Deo eſt.] Tangit duo, cogitationem quæ eſt principium omnis boni; & ſufficientiam quæ eſt conſummatio. Et qui hæc duo Deo attribuit, implet illud Deut. 12. Primitias & decimas offeretis mihi: quia Apoc. 1. & ult. Ego ſum alpha & omega. t Ex Deo eſt.] 1 Cor. 15. Non ego, ſed gratia Dei mecum. Jo: 15. Sine me nihil poteſtis facere. Iſa. 26. Omnia opera noſtra. Philip. 3. Si quid aliud ſapitis. 1. Cor. 4. Quid habes, quod non ac-

A mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Quia autem vivus. Jo: 1. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Vivit: ad hoc enim ut vivat, ſcribat. In Evangelio digitus Lucæ 1. Matt. 12. dicitur. Si ego in Spiritu Dei, & ita idem appellatur digitus & ſpiritus: manus filius, digitus Spiritus ſanctus a quo diverſa dona quaſi juncturæ: & ſicut manus & digiti a brachio; & ita filius Spirit. ſanct. a patre. Scripta eſt lex. Exod. 31. Nova autem lex. Videtur quod eodem modo lex Vetus ſcripta ſit in cordibus noſtris digito Dei: quia de illa dicitur Job 38. Qui poſuit in viſceribus hominum ſapientiam. Item ſuper illud. Rom. 2. Ipſi ſibi ſunt lex: dicit Gl. Lex naturalis ſcripta eſt in cordibus hominum, ſed lex naturalis nihil aliud eſt quam illa decem mandata, quæ ſcripta ſunt in tabulis lapideis. Expoſitio Gloſſæ. B

Sol. Dicitur lex Nova ſcripta digito in cordibus hominum quia ſolo corde poteſt impleri. Lex autem Vetus ſecundum opinionem Judæorum non poteſt impleri, niſi opere impleatur; & ideo dicitur lex factorum. Vel dicitur lex illa Vetus quantum ad cæremonialia & judicia, quæ propter veterem hominem ſunt inſtituta: unde eo renovato ceſſaverunt, & conſtat quod hæc non ſunt ſcripta in cordibus hominum, & quia lex Evangelii omnia illa removet docens legem naturalem, de qua conſtat quod digito Dei ſcripta eſt, ideo dicitur Nova & digito Dei ſcripta. Diffuſa eſt: Rom. 5. Hæc lex naturalis eſt charitas Dei. Imo ratio potius. Sed hoc dicitur, quia quicquid pertinet ad Novum Teſtamentum pertinet ad charitatem & ea impletur; juxta illud Matth. 22. In his duobus mandatis tota lex pendent & Prophetæ; intelligite quantum ad moralia, quæ ex charitate implentur. Duritia cordium. Job 6. Nec fortitudo mea fortitudo lapidum. Ezech. 11. & 36. Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Ut oſtendat Veteres. Sed nonne poterant eamdem habere fiduciam? Unde Job 23. ſe commendans ait: Æquitatem proponat contra me, &c. idem a 29. uſque ad 32. de commendatione ſcilic. item Moyſes ſeipſum commendans. Num. 12. Erat Moyſes manſuetiſſimus hominum, & Pſ. 50. in commendationem ſui dicit: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Item 2. Pet. 1. Habemus firmiorem propheticum ſermonem. Sic ergo patet quod illi ſeipſos fruſtra commendaverunt; & per auctoritatem Petri, quod Miniſtri Veteris Teſtamenti etiam majorem videbantur habere fiduciam ad Deum quam Miniſtri Novi Teſtamenti. Sol. Et quidam ad Vetus Teſtamentum pertinentes de quibus hic loquitur Apoſtolus. Poteſtas intelligendi bene operandi. Non quod ſufficientes ſimus cogitare, &c. Ad idem. Jo: 15. Sine me nihil poteſtis facere. Ergo cum ſit minus cogitare quam dare eleemoſynam ex naturali pietate vel compaſſione, homo pejoris conditionis eſt quam animal brutum, quod naturali pietate, & paſſione fœtui ſuo mammas ſuas dat. Sol. Sine omni gratia etiam gratis data poſſumus ex nobis etiam aliquid boni facere: boni quidem quod eſt de genere tantum bonorum, ad quod quandoque bene datur gratia gratis data, ſed ſine gratia gratum faciente non poſſumus aliquid boni meritorii facere; & de tali intelligitur quod hic dicitur; quod patet per hoc quod ſequitur, Nos defendens. Solum enim bonum meritorium nos defendit; & non id, quod eſt in genere bonorum tantum: quia poteſt eſſe cum mortali. Ad illud, Sine me nihil poteſtis facere. Reſpond. ideſt, ſine me principaliter operante. Unde nec etiam minima herba ſine eo creſcit: ſed tamen ſine eo, ideſt ſine gratia ejus poſſumus aliquid boni facere. Qui putant ex nobis eſſe fidei inceptum. Hoc dicit contra Pelagium dicentem, quod quilibet ex ſe poterat mereri vitam æternam, non tamen habere niſi a Deo. Sed nonne verum eſt quod hic in eo reprehenditur, ideſt, nonne initium fidei ex nobis eſt? Super illud Ezech. 3. Aperui os meum; dicit Gl. quod initia bonæ voluntatis a nobis ſunt; ergo & initium fidei. Sol. Duplex eſt initium quoddam materiale, & illud eſt a nobis: & eſt initium quoddam boni formale, quod eſt a ſolo Deo. Homo enim ex ſe aptus natus eſt bene velle & bene facere, ſicut terra ex ſe fructum producere tamen nunquam bene, ideſt, meritorie vult, niſi gratia Dei

A adjuvante,

Digitized by Google

a non accepiſti? *a* Qui & idoneos.] Hæc ſecunda ratio commendationis. *c* Miniſtros] docendo, exponendo Scripturas, Sacramenta offerendo. *Eph.* 4. Quoſdam quidem Apoſtolos. *Jo:* 15. Ego elegi vos. 1. *Cor.* 4. Miniſtri ejus ſunt: *b* Idoneos,] perfecta ſcientia & vita. *Luc.* 12. Fidelis ſervus & prudens: fidelis per bonam vitā; prudens per ſcientiam. *d* Novi Teſtamenti,] Evangelii. *Luc.* 22. Hic eſt calix Novi teſtamenti.

C

Je. 31. Feriā domui Iſrael fœdus novum, non vetus. Teſtamentū dicitur vetus, quia vetera promittebat, ſc. temporalia quę faciunt veterem: ſimiliter novum dicitur ab effectu. *e* Miniſtros non littera] q. d. Non miniſtravimus Novum Teſtamentum quoad litteralem intelligentiam. *e* Sed ſpiritu,] i, quoad ſpiritualem, q.d. Non ſiſtimus tantum in ſenſu litterali, ſed introimus uſque ad ſpiritualem.

a Qui & *b* idoneos nos fecit *c* miniſtros *d* Novi Teſtamenti non littera, *e* ſed ſpiritu. *f* Littera enim *g* occidit; *h* ſpiritus autem vivificat. *i* Quod ſi *k* miniſtratio *l* mortis litteris *m* deformata in lapidibus *n* fuit in gloria, ita ut non poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi *o* propter gloriam *p* vultus ejus quæ evacuatur: quomodo non *q* magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? *r* Nam ſi miniſtratio *ſ* damnationis *t* in gloria eſt; multo magis *u* abundat *x* miniſterium juſtitiæ in gloria. *y* Nam

f Littera enim] quando eſt ſine ſpirituali intelligentia. *g* Occidit,] quando eſt ſine ſpirituali intelligentia, ad quam Judæi non tranſeunt. *Matth.* 12. Mater Jeſu & fratres ejus foris ſtabant, ideſt, Synagoga & Judæi cortici litteræ adhærentes. *h* Spiritus autem vivificat,] intelligentia ſpiritualis. Idcirco *Eccl.* 24. Tranſite ad me ſc. per corticem, dicit ſpiritualis Intelligentiam. *Cant.* 3. Paululum cum pertranſiſſem, &c. *Exod.* 12. Tranſibo & videbo. Quia vero Judæi non tranſeunt uſque ad medullam, moriuntur: de quibus *Job* 30. Mandabant herbas & corticem. (Spiritus autem vivificat.) Ideo *Pſ.* 118. Beati, qui ſcrutantur teſtimonia ejus. *Jo:* 5. Scrutamini. *Jo* 6. Spiritus eſt, qui vivificat. Vel *f* Littera occidit,] ideſt, multa litteratura Scripturæ. *Pſ.* 70. Quoniam non cognovi litteraturam, &c. 1. *Cor.* 8. Scientia inflat. *Act.* 26. Litteræ multæ. *i* Quod ſi.] Arguit a minori ſic. *k* Si miniſtratio mortis] fuit in gloria, multo magis miniſtratio vitæ erit in gloria. Miniſtri Veteris Teſtamenti fuerunt Miniſtri mortis; Miniſtri Novi Teſtamenti fuerunt Miniſtri vitæ. *l* Mortis,] ideſt, legis mortem temporalem infligentis. *Levit.* 20. Qui cojerit, &c. 4. *Reg.* 5. Mors in olla.

m Deformata,] turpiter formata: ſicut mulier dicitur deformis; & quidem quoad quædam inhoneſta, quæ in lege præcipiebantur, ſicut occidere capras & hujuſmodi, quæ ſunt opera carnificum; & quod pallium portarent ad renes; vel operirent egeſta. Vel ut ly (de) ſumatur completive ſic: [Deformata,] ideſt, valde bene formata, & plene ſcripta, ſi quis ſpiritualiter inſpiceret. *n* Fuit in gloria,] ideſt, ad gloriam Moyſi qui dedit eam. *o* Propter gloriam,] ideſt, ſplendorem. *p* Vultus.] Ad literam ſplendorem ille caſſavit *Deut.* 33. *q* Magis miniſtratio ſpiritus,] ideſt, gratiæ quæ eſt in Novo Teſtamento. Splendor ille quem habebat Moyſes, ſignificabat quod ille perſpicue legem intelligebat, quod autem Judęi illum ſplendorem videre non poterant, ſignificabat quod illi non intelligebant legem ſpiritualiter, ſed tantum ad litteram, & hoc etiam ſignificabat velamen quod poſuit ſuper faciem ſuam, & per faciem ſplendidam Moyſi, ſpiritualis intelligentia, quæ velata fuit figuris in ſignum quod Judęi non apprehenderunt eam. *r* Nam ſi.] Hæc eſt expoſitio argumenti præcedentis. *ſ* Miniſtratio damnationis,] ideſt, Veteris Teſtamenti quod miniſtrabat mortem tranſgreſſoribus. *t* In gloria eſt,] i. Si ita glorioſus apparet Miniſter ipſius. *x* Miniſterium juſtitiæ,] i. Novi Teſtamenti per quod datur gratia quæ juſtificat, & vivificat. *u* Abundat in gloria,] i. abundantem gloriam dat Miniſtris & ſervantibus eam. *y* Nam nec.] Quarta ratio, quia gloria Miniſteriorum Veteris Teſtamenti evacuata eſt, ſed non gloria Miniſtrorum Novi Teſtamenti, ſed adhuc manet. Nam quod claruit, ſc. ipſe Moyſes. *a* In hac parte,] i. in facie. *z* Non glorificatum eſt,] i. non debet reputari glorioſum. *b* Propter excellentem gloriam,] i. comparatione gloriæ, quæ debetur Patribus Novi Teſtamenti; ſive in comparatione gloriæ, quæ apparuit Patribus Novi Teſtamenti in Chriſto. *Matt.* 17. in transfiguratione. *Heb.* 3. Amplioris enim gloriæ, &c. *c* Si enim quod evacuatur,] i. Vetus Teſtamentum quod ceſſat. *d* Per gloriam eſt,] ideſt, reputatur glorioſa quod miniſtratum fuit per Moyſen, qui apparuit glorioſus quando tradidit illud. *e* Multo magis quod manet;] quia ei non ſuccedet aliud. *f* In gloria eſt,] ideſt, debet dici glorioſum; ſicut dicitur charitas major, 1. *Cor.* 13. quia non evacuabitur; aliæ autem virtutes evacuabuntur. Vel *f* In gloria eſt] i. debet dici glorioſū & Miniſtri ejus, qui certi de habenda gloria æterna, non tranſitoria. *g* Habentes igitur talem ſpem,] de illa gloria, &c. *h* Multa fiducia utimur] ideſt, exercemus nos in bonis operibus, quibus creſcit ſpes, & fiducia noſtra de illa habenda. *Heb.* 3. In quo habemus fiduciam. *Prov.* 3. Habe fiduciam in Domino. *i* Et non] velamus nos, [ſicut Moyſes ponebat velamen,] i. in figuris loquebatur. *k* Ut non intenderent in faciem ejus,] i. ut non caperent ſpiritualem intelligentiam legis quæ per faciem ejus figuratur. Nos, inquam, non ſic loquimur, ſed manifeſtamus omne ſicut eſt. *l* Quod] velamen figuræ. *m* Evacuatur,] a nobis ſpiritualiter exponentibus. Sed dico: *k* Ut non intenderent,] quia non poterant. Sed adhuc non intendunt, quia [obtuſi ſunt ſenſus eorum,] habere rationem habens. *Rom.* 11. Cæcitas contingit. *Jo:* 9. Qui vident, cæci fiant. *n* Uſque in hodiernum diem] *Pſ.* 68. Obſcurentur oculi eorum ne videant, Judæi ſc. ſpiritualem intelligentiam. *Iſ.* 6. Excæca cor populi hujus. *Ezec.* 12. Faciem tuam velabis. *o* Idipſum velamen] ignorantiæ & infidelitatis. *p* In lectione Veteris Teſtamenti] ideſt, in Judæis vetera adhuc ſectantibus manet.

Nec *z* glorificatum eſt, quod claruit *a* in hac parte, *b* propter excellentem gloriam. *c* Si enim quod evacuatur, *d* per gloriam eſt: *e* multo magis quod manet, in *f* gloria eſt. *g* Habentes igitur talem *h* ſpem multo fiducia utimur: *i* & non ſicut Moyſes ponebat velamen ſuper faciem ſuam ut non *k* intenderent filii Iſrael in faciem ejus, *l* quod *m* evacuatur: ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum. Uſque in *n* hodiernum enim diem idipſum *o* velamen in *p* lectione Veteris Teſtamenti

Exod. 34.

D

A *a* Non

A adjuvante, ſicut nec terra per ſe fructus ſine eo producit. Illud ergo ſuper Ezech. intelligitur de initio materiali; quod hic dicitur contra Pelagium, de formali. *Expoſitio Gloſ.* Fidei ſupplementum, ideſt, præmium, gloriam, ſc. æternam; quam dicebant hominem poſſe mereri, non tamen habere niſi a Deo dante. Prius eſſe cogitare quam credere. Contra *Iſ.* 7. ſecundum Septuaginta. Niſi credideritis, non intelligetis, ſed illud intelligere nihil aliud eſt quam cogitare; ergo credere prius eſt quam cogitare. Ad idem quod hic dicitur, habetur ſuper illud *Rom.* 11. Ceteri vero excæcati ſunt. *Gloſ.* Quicumque enim cum intellexiſſet, noluit credere, id debet conſequi quod vult, ſcilicet ne de cetero poſſit credere. Sol. Eſt quidam intellectus diſcernens, & quidam conſentiens. Intellectus diſcernens eſt, quando quis ſcit quid eſt, & quod dicitur verum ſive falſum; hic præcedit fidem: intellectus conſentiens eſt quando conſiderat cauſam propter quam credit, hunc præcedit credere. Cum aſſenſione cogitare; ergo fidei eſt cogitare & aſſentire; & ita fides, quæ eſt unica virtus, habet duos motus & uſus, quod eſt inconveniens. Sol. Cogitare cum aſſenſione non duos uſus, ſed tantum unum dicit. Aſſenſio enim non dicit uſum per ſe, ſed eſt quaſi ſpecifica differentia ipſius. Scienter peccare, occaſionaliter; quia oſtendit peccatum, quo cognito magis irritatur homo ſi non habet gratiam. Ut abundet peccatum. *Rom.* 5. Liberet gratia. *Rom.* 3. Qui apponit ſcientiam: *Eccl.* 1. Mandatum bonum: *Rom.* 7. Scientia inflat: 2. *Cor.* 8. Sine gratia occidit: 1. *Cor.* 15. Quibuſdam noxia, occaſionaliter. Libera quidem eſt voluntas; ergo magis ſe habet ad malum quam ad bonum. Contra. Ad bonum eſt creata. Solut. Ad neutrum ſe habet per ſe, licet facilius poſſit facere alterum, ideſt, malum; quia in bono multæ exiguntur differentiæ. Filii Iſrael non poſſent intendere: *Exod.* 34. Quia finem habent figuræ; ergo thurificatio, & mulierum purificatio, & aqua benedicta, quæ eſt loco aſperſionis, debent ceſſare. Sol. Figuræ, quæ principaliter erant ad ſignificandum, ceſſare debent & ceſſant; quæ autem ſunt figuræ faciendorum, non debent ceſſare. nec ſimiliter illæ, quæ ſunt ad ampliandum cultum Dei, ſicut thurificatio & cereus Paſchalis, qui ſignificabat columnam quæ antecedebat populum Iſraeliticum in deſerto. Imagines tolluntur. Nota quod bene ponitur exemplum in Sac. Script. de illicitis, ſicut hic: & ſicut Dominus, *Luc.* 18. De

A judice

a *a* Non revelatum:] quia ſicut ante adventum Chriſti intellexerunt; adhuc ita & non aliter intelligunt. *b* Quod in Chriſto] i. in fide Chriſti, quæ eſt in Evangelio, (evacuatur.) Quod ſignificatum fuit in ſciſſione veli. *Matt.* 27. *Matt.* 11. Revelaſti ea parvulis, humilibus Chriſtianis, non ſuperbis Judæis. *Prov.* 28. Aperta ſunt prata. *Pſ.* Revelata ſunt fundamenta orbis terrarum, i. libri, in quorum ſententia fundata eſt Eccleſia, in paſſione, ſcil. manifeſta & quaſi gloſſata. *c* Cum legitur] i. quamvis exponatur eis Moyſes, i. Vetus Teſtamentū tamen velamen culpę & infidelitatis. *d* Poſitum eſt ſuper cor] quaſi pondus, i. in cordibus eorum eſt cęcitas deprimens rationem. *e* Cum autem] aliquis eorum (converſus fuerit) ad fidē Chriſti, quæ in cor intravit, ut converteretur. *Iſ.* 10. Reliquię convertentur ea eo, & *Rom.* 11. Tunc primo auferetur velamen culpæ, quia annihilatur adveniente gratia: vel velamen figuraſſi auferetur, quia ceſſat & impletur, & hoc per Spiritū ſanctum: de quo ſumitur *Jo:* 4. Spiritus eſt Deus. *f* Dominus autem Spiritus eſt:] quia operatur prout vult quando infūditur per gratiā in converſione peccatoris, & quia Dominus quos vult, illuminat, & quos vult, in tenebris delerit. *g* Ubi,] i. in quo. *h* Spiritus,] patris, & filii. *i* Ibi libertas,] ſpiritualis. *Rom.* 8. Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei; ergo ſunt liberi; non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, &c. (Ibi libertas.) Ex his inferri poteſt: Et ego converſus ſum ad Dominum, &c. ergo ego ſum liber, & omnes converſi ad Dominum. Sed Patres Veteris Teſtamenti non ſunt converſi ad fidem, quod multos Judæos; ergo non ſunt liberi, ſed ſervi. Vel ſic: Dico quod auferetur velamen, nec mirum (Autem,) i. quia (Dominus] i. Jeſus Chriſtus. (Eſt Spiritus,) i. ſpiritualis eſſentia, i. ipſe eſt Deus. *Jo:* 4. Spiritus eſt Deus. Sed (ubi,) i. in quo (Spiritus,) i. lex ſpiritus, (Domini) Jeſu Chriſti (ibi libertas) *Jo:* 8. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. *Gal.* 4. Non ſumus filii ancillæ. 1. *Petr.* 2. Quaſi liberi. *Gal.* 5. Vos in libertatem vocati eſtis. *k* Nos vero.] Probat ſe excellere Patres Veteris Teſtamenti: quia ipſi Deum obſcure in figura cognoſcebant: Patres vero Novi Teſtamenti ipſum vident aperte per fidem. *l* Revelata facie] interiori, a prædictis velaminibus. *Pſ.* 28. Revelabit Dominus condenſa. *Iſ.* 42. Ut aperires oculos cæcorum, & *Iſ.* 22. Non caligabunt oculi videntium. *n* Speculantes,] quaſi per ſpeculum aſpicientes: a ſpeculo. Unde 1. *Cor.* 13. Videmus nunc &c. *o* In eamdem imaginem.] Secundum *Gl.* hoc. exponitur tripliciter. Primo de increata imagine, quæ eſt divina eſſentia. *Gen.* 1. Faciamus hominem ad imaginem. Secundo de imagine creata, quæ eſt ratio. Tertio de imagine increata, quæ eſt filius Dei. *Heb.* 1. Qui eſt ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus, i. expreſſa imago Dei. *m* Gloriam Domini], i. glorioſum Dominum Chriſtum. (in eadem imaginem,) i. in imaginem quæ eſt ipſe Deus, i. hæc eſt divina eſſentia. *p* Transformamur,] i. aſſimilamur ei magis ac magis. *q* A claritate] naturę. *r* In claritatem] gratiæ. Vel (a claritate) gratiæ. (In claritatem) gloriæ: quod eſt quando homo perficitur in gratia, quæ augetur in eo. *ſ* Tanquam a Domini Spiritu:] quoniam decet quod magna faciat, & ideo non eſt mirum, ſi ſic transformamur, quia magnus eſt, qui hoc facit. Vel (a claritate) Moyſi (in claritatem) Chriſti, i. a cognitione legis in cognitionem Evangelii, tanquam ducti a Spiritu Domini. *Rom.* 8. Quos prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui.

Expoſitio Gloſſæ. *A* Judice nequam, qui nec Deum timebat, nec homines verebatur. Datur Spiritus. Similiter dabatur in Veteri Teſtamento, ſed non vi Sacramentorum, nec in tanta abundantia ſicut in Novo Teſtamento. Sed obſunt; quia inde magis peccaverunt, quando poſtea ipſum eaſpera-

manet *a* non revelatum *b* (quod in Chriſto evacuatur:) ſed uſque in hodiernum diem *c* cum legitur Moyſes, velamen *d* poſitum eſt ſuper cor eorum. *e* Cum autem converſus fuerit ad Deum: auferetur velamen. *f* Dominus autem Spiritus eſt. *g* Ubi autem *h* Spiritus Domini; *i* ibi libertas, *k* Nos vero omnes *l* revelata facie *m* gloriam Domini *n* ſpeculantes, *o* in eamdem imaginem *p* transformamur *q* a claritate *r* in claritatem *ſ* tanquam a Domini Spiritu.

C A P. IV.

IDeo *t* habentes hanc adminiſtrationem *u* juxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, *x* non deficimus: *y* ſed abdicamus *z* occulta dedecoris, *a* non ambulantes in aſtutia, *b* neque adulterantes verbum Dei, *c* ſed in manifeſtationes veritatis, *d* commendantes noſmetipſos

verunt. In gloria eſt Dei patris. *Phil.* 2. Quantum credimus: comparatio fit in genere, ideſt, ſi multum credimus, multum videbimus. Non intenderent, i. ne in credendo læderentur ſpiritualiter. Nam ſi Judæis dicta fuiſſet aperte veritas de incarnatione & paſſione, & hujuſmodi, incidiſſent in inſuuos errores: ſicut propter hoc quod dicitur *Exod.* 33. quia Moyſes vidit poſteriora Domini: dicunt quod ipſe habet lineamenta corporea. Velum templi ſciſſum eſt: *Matth.* 27. Rationem eorum. *Rom.* 11. Poteſt operari quod vult. 2. *Cor.* 12. Dividens prout vult ſingulis. Et quos vult: ergo ſicut ex voluntate quoſdam illuminat; ita quoſdam in tenebris delerit ex voluntate. Sol. Primum proprie eſt dictum, quia ex pura liberalitate illuminat, quos illuminat. Sed cum dicitur, Quos vult in tenebris delerit, impropria eſt; quia ſic notatur ejus prælectio. A ſpeculo non a ſpecula. Unde Sion prout interpretatur ſpeculatio a ſpeculo, ſumitur pro Eccleſia militante, quæ videt æterna quaſi in ſpeculo: prout autem a ſpecula, ſignificat Eccleſiam triumphantem; quia qui ibi ſunt, res quæ a longe ſunt ut præterita & multa futura, vident, ſicut ille, qui eſt in ſpecula, quæ a longe ſunt, intuetur ſicut *Iſ.* 21.

EXPOSITIO CAP. IV.

IDeo.] Duobus modis ſe commendat Apoſtolus in hoc capitulo ſecundum duas partes, in quas dividitur. In prima parte commendat ſe ex modo adminiſtrationis ſuę: in ſecunda a patientia, ibi (Habemus autem theſaurum.) A
In prima ergo parte primo commendat ſe a ſinceritate vitæ, ibi (Habentes hanc.) Secundo a manifeſta doctrina, ibi (Quod ſi etiam oportuerit.) Tertio a fine, quia non propriam laudem, ſed Chriſti prædicat, ibi (Non enim) Inde ſequitur ſecunda pars in qua commendat ſe patientia. Primo per oſtenſionem fragilitatis ſuæ: quia ſi adamas bene patitur, non eſt mirum, quia non eſt fragilis: ibi (Habemus theſaurum.) Secundo a multiplici paſſione tribulationum, ibi (In omnibus tribulationem patimur.) Tertio ab imitatione paſſionis Dominicæ, ibi (Semper mortificationem.) Quarto probat auctoritate quod hoc debet facere, maxime propter duo, ſcil. Propter firmam fidem, & ſpem certam quam habet, ibi [Sicut ſcriptum eſt, Credidi.] Quinto triplicem utilitatem ſuſtinentiæ paſſionum aſſignat. Prima eſt, quoad proximum, ibi [Omnia enim propter vos.] Secunda eſt quoad ſeipſum, quæ duplex eſt: propter ſeipſum quoad præſens. Ibi (propter quod non deficimus.] Tertia eſt propter ſe quoad futurum, ibi (Ideo enim quod in præſenti.) Dicit ergo: *t* Ideo.] Continua: Quia ſicut transformamur a claritate in claritatem a Domino: (Ideo hanc adminiſtrationem,) verbi Dei, non abſconſionem. *Luc.* 12. Servus *Eccl.* 30. Bona abſcondita. *u* Juxta quod miſericordiam conſecuti ſumus,] i. non a meritis noſtris. 1. *Tim.* 1. Miſericordiam Domini conſecutus ſum. *x* Non deficimus,] propter adverſitatem aliquam. *y* Abdimus,] amovemus. *z* Occulta dedecoris,] i. occultas turpitudines, ut ſunt immundæ cogitationes & hujuſmodi: quod competit miniſtrantibus verbum Dei, quia ſuper illud. 2. *Reg.* 7. Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinum es: dicit *Greg.* Sordes tergere non valent manus quæ lutum tenent. Quod ſignatum eſt *Exod.* 9. ubi præcepit Dominus, ut populus accepturus legem purificaret ſe, & mutaret veſtimenta ſua. Purificatio hæc fit per lachrymas: mutatio veſtimentorum eſt mutatio converſationis. Et ſi populo ita præcipitur; quid ergo Legiſlatori, Prædicatori & Doctori? Quod iterum fuit ſignificatum in Moyſe, qui antequam annunciaret legem populo, per octoginta dies ſe præparavit. Primo purificavit ſe per quadraginta dies: inde jejunat in monte quadraginta diebus. Propter hoc etiam, ut *Exod.* 20. habetur, data eſt lex in igne, qui ſolus inter elementa ſordes non accipit, ſed conſumit: quod ſignificat quoniam illi per quos debet lex miniſtrari, ita debent eſſe mundi, quod alios purificent. *z* Occulta dedecoris.] *Ezech.* 8. Et vide abominationes peſſimas, *Eph.* 5. Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe eſt dicere. *a* Non ambulantes in aſtutia,] i. in calliditate hypocriſis; quæ occulta dedecoris non abdicat, juxta illud *Eccl.* 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora ejus plena ſunt dolo. *Job* 36. Simulatores & callidi, &c. *b* Neque adulterantes verbum Dei.] *ſup.* 2. Non ſumus ſicut plurimi. *c* Sed in manifeſtatione veritatis] i. manifeſtando veritatem, ita quod apparet quales ſumus: & hoc eſt. *d* Commendantes noſmetipſos,] ideſt
A commen-

Expoſitio Gloſſæ. *t* Ideo habentes, &c.] Aliis miniſtremus, i. ut in miniſterio noſtro Spir. S. Sine comparatione adverſariorum, i. ſimpliciter & abſolute; quod dicit, quia mali quandoque ſunt commendabiles
A mendabiles

a commendabiles nos reddentes. *a* Ad omnem conſcientiam hominum;] ita qud hoc ſciant omnes aperte. Sed contrarium *Gal.* 1. Si hominibus placerem. Sed ſolvitur per hoc quod additur. *b* Coram Deo,] i. in manifeſtatione veritatis. Veritas autem non quærit angelos. *Job* 16. Terra ne operias. *Matt.* 5. Lucęat lua veſtra, &c.

a ad omnem conſcientiam hominum *b* coram Deo. *c* Quod ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum, in his qui pereunt, eſt opertum, in quibus *d* Deus hujus ſæculi *e* excæcavit mentes infidelium: *f* ut non fulgeat *g* illuminatio Evangelii *h* gloriç Chriſti, qui eſt imago Dei. *i* Non enim noſmetipſos prędicamus, ſed Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum: nos *k* autem ſervos veſtros per Jeſum: *l* quoniam Deus, qui dixit *m* de tenebris lucem ſplendeſcere, *n* ipſe illuxit in cordibus noſtris *o* ad illuminationem ſcientiæ *p* claritatis Dei *q* in faciem Chriſti Jeſu. *r* Habemus autem *ſ* theſaurum iſtum in *t* vaſis fictilibus ut *u* ſublimitas ſit virtutis Dei, & non

c Quod ſi.] Commendat ſe a manifeſta doctrina. Dico quod manifeſto veritatem. (Quod) i. ſed Si opertum eſt, in his qui pereunt,] quantum ad eos. *Gl.* Increduli non vident ſplendorē veritatis, merito perfidię obcęcátis. *d* Deus hujus ſęculi] qui regit bonos & malos, qui ſunt in hoc ſęculo. *e* Excęcavit,] non impertiendo malitiam, ſed non largiendo gratiam. Vel (Deus hujus ſæculi) Diabolus qui principatur huic ſęculo, & eſt Deus manifeſte. *Jo:* 14. Princeps mundi hujus. (Excæcavit) ſuperbos fumo, avaros pulvere, luxurioſos luto. Vel ſumitur hic improprie (Deus) pro domino vel pro magno potēte: ſicut *Gen.* 33. Vidi faciem tuā quaſi faciem Dei, i. quaſi faciem cujuſdam magni potentis. *Exod.* 22. Diis non detrahes, & 8. Conſtitui te Deum Pharaonis. *f* Ut non fulgeat.] *Job* 25. Super quem non fulſit lumen ejus? *g* Illuminatio Evangelii,] i. doctrina Evangelii illuminantis. *h* Gloriæ Chriſti:] in quo prædicatur gloria divinitatis Chriſti, non ſolum infirmitas humanitatis.

i Non enim] Hic tertio ſe commendat a fine: quia commendat ſe non propter ſe, ut inanis gloriæ cupidus, ſed ad glorificationem Chriſti (ſed Jeſum Chriſtum) *Pſ.* 72. Ut annunciem omnes prædicationes tuas, & *Pſ.* 55. In Deo laudabo verbum *Pſ.* 134. Laudate Dominum quoniam bonus eſt Dominus. *Pſ.* 43. Lingua mea calamus ſcribæ, q. d. ſicut calamus non eſt laudandus, ſi eſt bona ſcriptura per eum facta, ſed ſcriptor; ita laus Prædicatoris non eſt, ſed Dei ſcribentis in lingua ejus. *Iſ.* 10. Nunquid gloriabitur ſecuris? *k* Servos veſtros per Jeſum,] quia ejus ſumus ſervi & miniſtri non noſtri: quia ipſe dicit *Luc.* 22. Qui major eſt in vobis, fiat ſicut minor, 1. *Cor.* 9. Omnium me ſervum feci. *Gen.* 25. Major ſerviet minori. *Matt.* 20. Quicumque voluerit inter vos primus eſſe. *l* Quoniam] quaſi, Hoc facimus non a nobis: ſed [Quoniam qui dixit de tenebris] i. dicto fecit *Pſ.* 148. Dixit & facta ſunt. Imo multo facilius operatus eſt Deus omnia, & quotidie operatur, quam poſſit homo aliquid dicere. Vel [dicit,] i. Verbo fecit i. per filium ſuum qui eſt Verbum ejus, per quem omnia fecit. *m* De tenebris lucem ſplendeſcere,] i. poſt tenebras lucem fecit, per quam illud chaos illuminavit. *Eccl.* 24. Ego feci, ut in coelis oriretur lumen. *Job* 36. in manibus ſuis abſcondit lucem. (Dixit) Fiat lux: *Gen.* 1. *Jo:* 1. Lux in tenebris lucet. *Pſ.* 138. Et nox ſicut dies illuminabitur. *Job* 17. Poſt tenebras ſpero lucem. *Iſ.* 9. Populus gentium, &c. *Eph.* 5. Eratis aliquando tenebræ. *n* Illuxit in cordibus noſtris,] quæ quamdiu ſunt in peccato, ſunt tenebroſa, & quaſi abyſſus, ſicut erat illud chaos. *Pſ.* 117. Deus Dominus & illuxit nobis. 2. *Petr.* 1. Lucifer oriatur in cordibus veſtris. *Pſ.* 26. Dominus illuminatio mea. *Eccl.* 43. Sol mundum illuminat. 1. *Jo:* 1. Deus lux eſt. *Jo:* 1. illuminat omnem hominem venientem, &c. *Pſ.* 12. Illumina oculos, meos ne unquam dormiam in morte, & *Pſ.* 17. Deus meus illumina tenebras meas. *o* Ad illuminationem ſcientiæ.] Paſſive, i. ut illuminati ſciremus. *p* Claritatis Dei,] i Deum patrem eſſe lucem, & Jeſum Chriſtum. *Jo:* 8. Ego ſum lux mundi. *Sap.* 7. Candor lucis æternæ. *Heb.* 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ. Vel active, ſc. Ut illuminemus alios de ſcientia (Claritatis Dei,) quam habemus, *Matt.* 5. Vos eſtis lux mundi. Et illud de Apoſtolis, Portantes pacem. *q* In faciem Chriſti Jeſu,] i. per Jeſum Chriſtum qui eſt facies Dei patris, per quem cognoſcitur Deus pater. *Pſ.* 79. oſtende faciem tuam; & ſalvi erimus. *Job* 33. Videbitis faciem ejus in jubilo. *Exod.* 33. Oſtende mihi faciem tuam, i. fac talem filium ſcil. per quem poſſis oſtendi. *r* Habemus autem.] Hæc eſt ſecunda pars capituli, in qua ſe commendat a patientia tribulationum. Primo, quia oſtendit ſe fragilem: quia ſi eſſet impaſſibilis, & non pateretur pro Chriſto, non eſſet ex hoc commendabilis. *ſ* Theſaurum iſtum,] i. hanc ſcientiam, *t* In vaſis fictilibus,] i. in corporibus fragilibus. *Iſ.* 45. Væ qui contradicit fictori ſuo, teſta de Samiis terræ: locus eſt, in quo abundat terra ad faciendum fictilia. *Jer.* 18 Sicut lutum. *Iſ.* 1. Fortitudo noſtra ut favilla ſtupæ. *Job* 4. Quanto magis hi, qui luteas habitant domos. *Iſa.* 64. Nos vero lutum. *u* Ut ſublimitas,] altitudo & potentia (ſit,) i. appareat. 1. *Cor.* 1. Non multi ſapientes, non multi potentes. *Deut.* 8. Ne dicant, Potentia noſtra exterminavimus hoſtes. *Jud.* 7. Multus tecum eſt populus, non tradetur Madian in manus ejus, ne glorietur contra me Iſrael. [Theſaurum,] i. ſcientiam. *Prov.* 21. Theſaurus. *Matth.* 13. Omnis ſcriba doctus *Eccl.* 20. Sapientia abſcondita & theſaurus. In *Gl.* tangitur de theſauro ſacrati corporis Dominici, quod habemus in die Paſchæ. *t* In vaſis fictilibus.] Et quia theſaurus eſt, valde timendum eſt præcipue illa die eis qui illam circumferunt per vicos & plateas, & etiam in vaſis fictilibus quæ de facili franguntur per peccatum. Propter quod præcipitur. *Exod.* 12. B

A Ne quis

A mendabiles comparatione pejorum. *Ezech.* 16. Juſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus quas operata es. *Luc.* 18. Deſcendit hic juſtificatus ab illo. Malos pro merito præcipitat, non impertiendo malitiam, ſed non largiendo gratiam. Facere quod volunt; ergo ipſi volunt non credere. *Expoſitio Gloſ.*

Sol. Volunt aliquid, ex quo ſequitur eos non credere, quia volunt ſequi conceptiones ſuas, & rationes naturales, ex quibus ſequitur quod non credant. Et ingluvies ventris. *Phil.* 3. Quorum Deus venter eſt. Et nota quod Deus excæcat non impertiendo gratiam; Diabolus ſuggerendo & in peccatum ruere faciendo; ſuperbia gratiam deſtruendo. Quia de illo eſt: ſed ſimiliter Spiritus S. eſt de patre, ergo imago patris; & eadem ratione imago filii, quia ſimiliter eſt de filio. Sol. Hoc non eſt tota cauſa quare filius eſt imago patris, ſcil. quia eſt de illo; ſed quia eſt de illo, & quia æqualis ei, & quia alius ab eo, ſicut a patre. Item quia dat totam eſſentiam ſuam alii ſicut & pater; Spirit. S. autem non dat totam eſſentiam ſuam alii, nec alius eſt ab eo. item quia imago eſt tantum unius; & ipſe eſt utriuſque & patris & filii. Qui videt me: *Jo:* 14. Contra. Alius eſt intellectus hujus & illius.

Sol. Alio motu movemur in filium, & alio in patrem; ſed hoc ideo dicit, quia non poteſt quis perfecte cognoſcere unum relativorum, quin cognoſcat & aliud. Et iterum, quia filius eſt imago patris. Item quia idem. Filium in tempore, ideſt quia æterna generatio non metitur a patre. Commendamus nos. Contra. *Prov.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus & non labia tua.

Sol. Non te laudet os tuum finaliter, vel quærendo propriam gloriam. Cœperunt enim tenebræ: tangit quod habetur *Gen.* 1. Et notandum quod tenebra aliquando eſt nomen puræ privationis, & eſt idem quod abſentia lucis, & ſic non fuerunt cum tota maſſa, & ſic ſumitur *Gen.* 1. quandoque ponitur poſitive, & tunc eſt obſcuritas aeris, quæ fit ea oppoſitione. Moles coeli: hæc fuit materia ſuperiorum elementorum & firmamenti. Et terræ, inferiorum elementorum. Scientia enim gloria Dei eſt: imo ſapientia vel donum intellectus: ſcientia enim proprie ſcimus converſari in hac prava, & perverſa natione. Sed ſciendum quod ſcientia ſumitur hic large pro cognitione cujuſcumque modi ſit, & ſcire, qualiter Deus curat, illuminat, & hujuſmodi, eſt doni intellectus: tamen ſi conſideremus gratiam & virtutem in quantum eſt contraria peccato, ſubjacet dono ſcientiæ; ſi in quantum eſt effectus Dei, ſic pertinet conſideratio ipſius ad donum intellectus. Qui eſt facies patris. *Jo:* 1. Deum nemo vidit unquam niſi cui unigenitus enarravit, &c. Et nota quod ſecundum quod hoc nomen (pater) ſumitur ab innaſcibilitate, bene cognoſcitur pater ſine filio; ſecundum autem quod ſumitur a paternitate, dicitur relative ad filium, & ſine eo cognoſci non poteſt, & ſic ſumitur hic. Suſtineam ſemper, potens ſum ad ſuſtinendum majores. *Job* 38. Poſui vectem & oſtia: & dixi, Huc uſque venies & non procedes ultra, & hic confringes tumentes fluctus tuos: quia ſemper devincit homo tribulationem quæ ſignificat in parvitate ſi velit. *r* Habemus autem, &c.] Quam refert ad gloriam ſuam. Ideſt, in corporibus fragilibus. *Iſ.* 64. Et nūc Domine Deus pater noſter es tu, nos vero lutum. Theſaurū, dicit Sacramentum. *Mat.* 7. Nolite ſanctum dare canibus. Sed videtur quod Dominus contrarium fecerit. *Jo:* 6. Ubi multa myſtica dicit eis, propter quæ multi

A abierunt

a Ne quis egrediatur oſtium domus ſuæ in die, qua comeditur agnus. a In omnibus.] Commendat ſe a multiplicium tribulationum paſſione. (In omnibus) locis vel modis. b Tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur,] imo dilatamur: quia dicit Pſ.4. In tribulatione dilataſti mihi. Sap.3 Tanquam aurum in fornace: quia tunſionibus dilatatur & non reclamat.

ex nobis. a In omnibus b tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur: c aporiamur, d ſed non deſtituimur: e perſecutionem patimur, f ſed non derelinquimur: g humiliamur, h ſed non confundimur: i dejicimur, ſed non perimus: k ſemper l mortificationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro m circumferentes, ut n & vita Jeſu o in corporibus noſtris manifeſtetur. p Semper enim nos qui vivimus, q in mortem tradimur propter Jeſum; ut r & vita Jeſu ſ manifeſtetur in carne noſtra mortali. t Ergo u mors x in nobis operatur, y vita autem in vobis. Habentes z autem eumdem Spiritum fidei, a ſicut ſcriptum eſt, b Credidi, propter quod locutus ſum: c & nos credimus, propter quod & loquimur: d ſcientes quoniam qui ſuſcitavit Jeſum, & nos cum e Jeſu ſuſcitabit, & f conſtituet g vobiſcum. h Omnia enim propter vos, i ut gratia abundans k per multos l in gratiarum actio-

Quidã tamen ſunt quaſi incus Diaboli quæ conſtringitur ex tunſione. Job 41. Quaſi malleatoris incus. Non ſic Apoſtolus: Ideo dicit inf.6. Nõ anguſtiamini in nobis. c Aporiamur,] pauperes efficimur. d Sed nõ deſtituimur,] a theſauro ſcientiæ, inf.6. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Vel (Non deſtituimur,) a Deo: quia nõ derelinquit nos quin habeamus neceſſaria. Pſ.36. Non vidi juſtum derelictum. Et Pſ.33. Qui timent Dominum, non minuentur omni bono. Ideo dicit Mat 6. Nolite ſolliciti eſſe. Pſ.146. Qui dat jumentis eſcam ipſorum. [Aporiamur] Eccl. 27. Sicut in percuſſura cribri, &c. e Perſecutionem] de loco ad locum. Matth. 10. Si perſecuti. Heb.11. In ſolitudinibus errantes. f Sed non derelinquimur.] Sap.10. Hæc venditum juſtum non dereliquit. Prophetia de hoc. Fas non erat inter innocentes iniquitatem relinquere. g Humiliamur.] i. vilipendimur. Eccl.27. Vaſa figuli probat fornax, & humiles juſtos tentatio tribulationis. h Sed non confundimur,] i. non erubeſcimus; quia ut Luc.9. & Matt. 10. Qui me erubuerit, &c. Eccl.4 Eſt confuſio adducens ignominiam. f Non derelinquimur.] Joſ. 1. Non te deſeram, nec derelinquam. Iſ. 43 Noli timere, quia ego tecum ſum. Act. 18. Noli timere. i Dejicimur,] in pericula mortis, ſed non perimus. Job 11. Cum te conſumptum putaveris, orieris ut lucifer. k Semper.] Commendat ſe a Chriſti imitatione. l Mortificationem Jeſu,] quam propter Jeſum patimur: vel quæ eſt ad imitationem ejus. Gal. ult. Stigmata Domini Jeſu, &c. 1. Petr. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis. Job 23. Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus. Pſ.43. Propter te mortificamur tota die. Col. 3. Mortificate membra veſtra. m Circumferentes,] ut alii imitentur. n Ut & vita,] i. gloria ejus. o In corporibus noſtris,] i. per ea quæ fiunt in corporibus noſtris. Jud.7. Fractis lagunculis, i. corporibus ſanctorum Martyrum, apparuerunt lucernæ, i. mirabilia quibus Deus apparuit glorioſus. Vel vita, i. reſurrectio quam ſi non ſperarent in ſe futuram Sancti, pro eo non paterentur. 1. Cor. 15. Si ſecundum hominem pugnavi, quid mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt? p Semper nos qui vivimus,] i. quamdiu vivimus. q In mortem tradimur.] 2. Tim. 3. Omnes qui pie volunt vivere. 1. Cor.15. Quotidie morior propter gloriam veſtram fratres. Unde Apoſtoli poterant dicere illud, Media vita in morte ſumus. Pſ.43. Æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. r Ut & vita Jeſu,] i. immortalitas conſimilis immortalitati ejus. Matt.16. Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. ſ Manifeſtetur in carne noſtra,] i. ut fiamus immortales ſicut ipſe: ſicut pueri lacerant veſtes, ut habeant novas in Paſcha. t Ergo mors, &c.] Tripliciter exponitur hoc: quia ly [operatur] poteſt ſumi active ſive paſſive. Primo ſic [ergo] quia circumferimur, &c. u Mors in nobis operatur,] i. dominatur [vita autem] delicioſa. x In vobis operatur] i. dominatur. Gl. Mors dominium exercet in nobis, ſed vos ad voluptates vitæ tenditis. Vel [operatur in nobis] i. aliquid magnum facit, ſcil. vitam æternam. Gal. ult. ſeminat in carne. y Vita autem,] delicioſa, [operatur in vobis] mortem æternam. Pſ.115. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus; quia pretioſum lucratur.

Item mors peccatorum peſſima. Pr. 10. Opus juſti ad vitam, fructus autem impii ad peccatum, & Prov.11. Fructus juſti lignum vitæ. Jo. 12. Qui amat animam ſuam perdet eam. Prov.14 Extrema gaudii. Vel paſſive (Mors operatur,) i. efficitur a prædictis tribulationibus: & per hæc vita ſpiritualis [operatur] i. efficitur in vobis. Quomodo? Quia vos eſtis habentes Spiritum fidei. z Eumdem] quem & nos, i. eamdem fidem a Spiritu S. propter quod magis eſtis increpandi, quia delicate adeo vivitis.

a Sicut ſcriptum eſt.] Dico quod prædicamus Chriſtum, & propter hoc patimur: [Quia ſcriptum eſt Credidi:] & oſtendit firmitatem fidei, & certitudinem ſpei propter quam patitur. b Credidi propter quod locutus ſum:] quia ut Matt. 12. Ex abundantia cordis. Pſ.44. Eructavit cor meum verbum bonum, quaſi de pleno, propter quod locutus ſum. Rom. 10. Corde creditur ad juſtitiam. Zacharias pater Joannis quia non credidit, loqui non potuit. Luc. 1. c Et nos credimus, propter quod & loquimur.] Eccl.36. Quis credit ei qui non habet nidum, & deflectens ubicumque obſcuraverit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de civitate in civitatem? Talis latro ſuccinctus fuit Paulus cæſus & fugatus. d Scientes quantum:] ecce certitudo ſpei. e Qui ſuſcitavit Jeſum] & nos ad ſimilitudinem ejus ſuſcitabit. Rom.8. Si Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum, &c. 1. Cor. 15. Omnes vivificabuntur, &c. f Conſtituet,] in æterna beatitudine. Eph. 2. Convivificavit nos Chriſtus, cujus gratia eſtis ſalvati. g Vobiſcum:] quia omnes unius fidei participes, dummodo velitis operari: nam fides ſine operibus eſt mortua. Jac.2. Et hæc bene aſſero. h Omnia enim] Oſtendit triplex præmium ſuſtinentiæ tribulationum. Primum eſt in præſenti quoad proximum. i Ut gratia abundans] in nobis abundat in nobis, & per nos in aliis. k Per multos in gratiarum actione] i. ita quod & ipſi reddant multas gratias Deo. Omnia enim propter vos intervidẽdos facimus iſta, ic. Col. 1. Gaudeo in paſſionibus pro vobis [Per multos] Alia littera. ſap. 1. Ut ex multarum ſpecierum perſonis gratiæ agantur. l In gratiarum actione,] i.

D

A in gloria

A abierunt retro, & ita perfidi erant: ſed hoc fecit ad exemplum: inter illos enim erant aliqui boni. Expoſitio Gloſſæ.

In hoc ergo inſtruit nos quod propter multos canes licet ſint potentes, non debemus dimittere dare panem filiis. Vaſa ſunt fictilia; imo e converſo fortia ſunt. Sol. Hoc dicit quia ſi eſſent impaſſibilia, non permitteret Dominus ſuſcitari tribulationes, quia non eſſet meritorium nobis. Paſcit nos. Pſ. 22. In loco paſcuæ. Aliis propinantes, ad modum vini. Hoc dicit quia S. Scriptura tribulationes comparat calici. Pſ. 115. Calicem ſalutaris accipiam. Matt.20. Poteſtis bibere calicem, &c. Vita Jeſu, ideſt gloria magna per ſuſtinentiam & miracula. In periculum mortis. 1. Cor. 15. Quotidie morior propter gloriam veſtram. Unde Apoſtoli poterant dicere illud, Media vita in morte ſumus, vel, &c. Ut vita Jeſu, conſimilis vitæ Jeſu. Spiritus gratiæ, largitor gratiæ. Quod jubemus Aug. in lib. confeſſ. Fac quod jubes, & jube quod velis. Ea enim fides juſtos ſalvavit. An hoc planum eſt ſecundum illos qui dicunt quod articuli ſunt res, ut incarnatio, nativitas, paſſio; vel ſecundum illos, qui dicunt quod imo ſunt enunciabilia, oportet, ut videtur, opinionem Nominalium ſuſtinere qui dicunt quod idem eſt enunciabile, Chriſtum reſurrexiſſe modo, & antiquitus Chriſtum reſurrecturum fore: quod patet, quia non eſt differentia niſi in cognitione intellectus, & idem eſt ipſe numero; ergo idem eſt enunciabile; ſed non oportet hoc dicere: idem enim eſt, Chriſtum reſurrexiſſe, & Chriſtum reſurrecturum eſſe reſpectu diverſorum temporum; & tamen non eſt idem enunciabile, ſicut alibi dicitur. Ideſt, mediatoris Dei & hominum: videtur quod non exigatur, quia Heb.12. Accedentem oportet credere quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator ſit, ergo hoc ſufficiebat antiquis; ergo differt fides noſtra a fide antiquorum: quia in minoribus ſufficiebat credere tantum illud quod dicitur ad Heb. explicite; implicite autem omne quod credebant majores explicite, ut Moyſes & Aaron & alii: nobis etiam minoribus non ſufficit, niſi explicite credamus. Non enim perfecte credunt, qui quod credunt, loqui nolunt. Rom.10. Corde creditur ad juſtitiam. &c Sed ſecundum hoc videtur quod habentes ſcientiam Theologiæ, qui tamen nolunt prædicare, non habent fidem perfecte. Sol. Intelligitur de loquela confeſſione nominis Chriſti tempore perſecutionis: quod patet per hoc quod ſequitur in Gloſ. Locutus eſt ne fides ſine confeſſione eſſet mutila. Illi ergo non propter hoc male credunt ſed revera male faciunt. Scientes quoniam quod ſuſcitavit, &c. Sed hoc idem credimus; ergo idem eſt ſcitum & creditum. Sol. Scientes idem eſt quod firmiter credentes. In 1.

A Ep. 15.

a in gloria Dei. 1.*Cor*.10.Omnia in gloriam Dei facite. *a* Propter quod non deficimus.] Hęc eſt ſecunda utilitas in præſenti quoad nos; quia per tribulationes vetus homo atteritur, & novus magis ac magis renovatur. *Greg*. Mirabili diſpenſatione fit, dum exterius affligit, interius reficit. *Job* 5. Vulnerat, & ipſe medetur. *b* Non deficimus.] *Matt*.5. Dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. *c* Noſter homo corrumpatur.]

ne abundet in gloriam Dei. *a* Propter quod *b* non deficimus: ſed licet is, qui foris eſt *c* noſter homo, corrumpatur: tamen is *d* qui intus eſt, *e* renovatur *f* de die in diem *g* Id enim *h* quod in præſenti eſt *i* momentaneum, k & leve tribulationis noſtræ, *l* ſupra modum in *m* ſublimitate æternum gloriæ *n* pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. *o* Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.

C A P. V.

SCimus *p* enim, *q* quoniam *r* ſi *ſ* terreſtris domus noſtra hujus habitatio-

Rom.6. Vetus noſter homo. *d* Qui intus eſt] anima. *f* De die in diem,] aſſidue. *e* Renovatur] purior a vitiis efficitur per ignem tribulationis, ut in nobis vitiorum rubiginem purget. (Renovatur.) *Pſ*.102. Renovabitur ut aquilę juventus tua. *Zach* 3. Auferte ab eo veſtimenta ſordida. *Apo*.21. Ecce nova facio omnia. *g* Id enim] Ecce aſſignat tertiam utilitatem, propter quam libēter ſuſtinēdæ ſunt tribulationes (Id) non nominat: quaſi, minimū eſt in ſe, & maxime in comparatione gloriæ. *Sap*.3. In paucis vexati. *Eccl*6. Exiguū laborabis. *b* Quod in præſenti eſt,] i. eſſe debet in vita præſenti; quia ut dicitur 1.*Joan*.5. Mundus in maligno poſitus eſt. *Jer*.45. Ecce quos ædificavi, deſtruo, & tu ibi quæris gaudia, & *i* Momentaneum,] i. tranſitoria tribulatio. *Matth*.26. Una hora non potuiſtis, &c. *Iſ*.54. In momento. *Rom*.8. Non ſunt condignæ paſſiones. *Matt*. 25. Quia ſuper pauca fuiſti fidelis. *Sap*. 11. Tanquam monumentum. Tribulatio, modica, localis, momentanea, levis: remuneratio, magna, cœleſtis, æterna, ſolida. *k* Et leve,] quoad ipſum ferentem; quia Dominus allevat, cujus jugum ſuave, & onus leve, ut *Matt*.11. & 25. Supra multa te conſtituam. *Ezech*.7. Reddam ei juxta vias ſuas. *Gl*. In bonis modum excedit clementia. *l* Supra modum.] Ecce dicit de præmio quatuor contra illa (Supra modum,) in hoc magnitudo præmii contra modicitatem tribulationis. *Pſ*.20. Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo. *m* In ſublimitate] contra id, quod dictum eſt (in præſenti,) q. d. congruum erit congruum enim eſt ut homo in terra pacis in ſublimi gaudeat. *Ezech*.34. In paſcuis uberrimis paſcam eos, & in montibus, &c. Et vere magnum erit ibi gaudium, quia patria noſtra eſt, & dicit quilibet quod magis diligeret in patria ſua viginti marchas in redditibus, quam in aliena patria quadraginta. *Pſ*. 5. Lætentur omnes qui ſperant in te, in æternum exultabunt, & *Pſ*.83. In ſæcula ſæculorum laudabunt te, i. congrue. Ecce optimi redditus; non tantum annales nec diurni, ſed quolibet momento renaſcentes. *n* Pondus gloriæ.] Hoc dicit quia in ſe tanta eſt, quod homo in ſe eam ſuſtinere non poſſet niſi Domino faciente. *Ezec*. Vidi & cecidi in faciem meam. Ibi *Greg*. In quantam miſeriam cecidimus, qui bonum ſuſtinere non poſſumus, ad quod creati ſumus. Sed nota *Gloſ*. quæ valde bene contra hoc ponit: dicit enim. Ponit leve, contra pondus; gloriæ, contra tribulationes æternum, contra momentaneum (in ſublimitate) i. in cœlo, contra quod dixit (in præſenti) non contemplantibus i. non conſiderantibus, q. d. propter hoc ſic operamur, quia non habemus oculum ad tranſitoria & præſentia, ſed ad futura & æterna. *Heb*.11. Inviſibilem tanquam viſibilem ſuſtinuit. *o* Quæ non videntur,] oculo corporeo; niſi ſpirituali, i. intellectu. *Iſ*.64. Oculus non vidit Deus abſque te, præparaſti expectantibus te. *Rom*.8. Si autem quod non videmus, &c.

Expoſitio Gloſ. *a* *Ep*. 5. Confirmabit *Eccl*.45. Statuit ei teſtamentum. Ut ultra non. *Rom*.16. Pares nobis ſitis, hoc dicit ne videatur arrogans, quia in veritate major erat. A munere ſuo nullum vult eſſe alienum: ſed munus ejus eſt gratia: ergo nullum vult alienum eſſe a gratia: ergo non videtur, quare non habeat gratiam. Sol. Alienum quandoque ſonat in culpam. Unde *Pſ*. 17. Filii alieni mentiti ſunt mihi, quandoque in privationem: ſic vult aliquem eſſe alienum a gratia. Secundum illos qui dicunt quod imo ſeipſos, dicendum quod hæc eſt vera, Deus non vult iſtum non habere gratiam, ſicut non ſequitur, Non nolo iſtum eſſe, ergo volo iſtum eſſe. Non paucos ad cęnam Dei. *Matt*.22. Fecit nuptias filio ſuo. Magna enim contumelia, &c. Argumentum quod peccant qui ſe non præparant ut poſſint in die Paſchæ accedere ad cęnam veri Agni. Qui cœnam fecit *Luc*.14. Id eſt, imago Dei renovatur: quia quanto plus de Deo cogitat; magis fit nova & viva. *Jo*:17. Hæc eſt vita æterna, &c. & ſuper illud *Jo*: 3. Qui non credit, jam judicatus eſt. *Gl*. Nihil aliud eſt ſimilitudo, quam credere & cognoſcere filium Dei, & ideo ſicut renovatur homo quando reſurgit a mortuis, ſic quando venit ad hanc cognitionem. Anima purior a vitiis. Greg. Ignem tribulationis admovet, ut in nobis vitiorum rubiginem purget. Non duo homines, ſicut dixit Manichęus. Quem totum Deus fecit *Luc*. 11. Stulte nonne qui fecit quod deforis eſt, etiam quod intus eſt, fecit? Ad imaginem ſuam fecit non niſi id quod interius eſt, contra illos qui dicunt quod corpus hominis factum eſt ad imaginem Dei. Secundum interiorem inveteravit vetuſtate culpæ; ſecundum exteriorem vetuſtate pœnæ. Cœleſtis beatitudinis dignitatem, i. dotes a redundantia beatitudinis animæ. Magis magiſque corrumpitur. Contra *Joſ* 14. Quadraginta annorum, &c. hodie octoginta quinque annorum ſum, ſic valens ut eo valebam tempore, non eſt ergo verum quod corpus ætate corrumpatur. Sol. Privilegia paucorum non faciunt legem communem. Vel dicendum quod res dicitur corrumpi dupliciter quando res accedit ad corruptionem quod fit duobus modis: quia eſt acceſſus ſecundum tempus, & eſt acceſſus ſecundum aſſimilationem. *Heb*. 8. Quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt, quamvis ergo non eſſet propinquus corruptioni ſecundum aſſimilationem; erat tamen magis propinquus ſecundum acceſſum temporis. Et leve ad ferendum. Contra *ſup*. 5. Gravati ſumus ultra modum; ſed non niſi per tribulationes; ergo erant ad ferendum graves. Sol. Non fuit gravatus propter pondus tribulationum in ſe, ſed propter quamdam ſuam inertiam. Parvis laboribus magna reddentur tamen: imo magnis; quia *Heb*. 11. Sancti ludibria & verbera experti ſunt, &c. Nonne hic magni labores? Item *ſap*.4 Quotidie morimur propter vos, & quis major labor? Sol. Omnis labor temporalis, vel tribulatio eſt levis quoad virtutem ferentis. *Mat*.11. Jugum meum ſuave eſt, &c. & item quoad comparationem prēmii. *Mat*.25. Supra multa te conſtituam. Supra modum ſublimitas, ſine proportione. *Ezec*.7. Reddam ei juxta vias ſuas. *Gl*. In bonis modum excedit clementia. Quæ videntur, temporalia ſunt, i. tranſitoria: propter hoc dicitur peccatori, & præcipue avaro, *Oſee* 12. Chanaan, in manu ejus ſtatera doloſa: quando in animo, ſcil. tranſitoria præponderant æternis. A

E X P O S I T I O C A P. V.

SCimus enim.] Hoc capitulum dividitur in duas partes. In prima concludit ea præcedenti glorificationem corporis; & poſtea probat eam eſſe futuram. In ſecunda redit ad ſui commendationem, ibi (Scientes ergo.) Primo ergo concludit glorificationem corporis quæ conſiſtit in quatuor ſequentibus, ex quatuor differentiis pręmii. Secundo probat glorificationem corporum eſſe futuram. Primo per naturalem appetitum, ibi (Nam in hoc ingemiſcimus.) Secundo per naturalem fugam; quia ex quo homo naturaliter fugit corruptionem corporis, naturaliter incorruptionem ejus appetit: ibi (Nam & qui ſumus.) Tertio per aſſecutionem, ibi (Qui autem efficit;) & per operis poteſtatem. Quarto per naturam fidei, ibi (Audentes igitur;) quia ſi fides eſt cognitio mediata oportet quod potius ſit cognitio immediata: quia mediatio non eſt niſi reſpectu immediationis; & ex immediata cognitione animæ redundant dotes corporis. Quinto probat idem per naturam peregrinationis; peregrinatio enim non eſt niſi reſpectu patriæ: ergo cum peregrinamur, habemus patriam ad quam poſſumus pervenire, aliter non eſſet patria nobis: & de neceſſitate in corpore, ſicut in eo peregrinamur: hoc probat, ibi (Audemus autem.) Sexto probat idem per naturam juſtitiæ (Omnes enim nos manifeſtari.) Inde ſequitur ſecunda pars, quæ ſuo loco dividetur. Dicit ergo. *p* Scimus.] Unde dico quod tribulatio pondus æternæ gloriæ operatur in nobis non conſiderantibus, &c. *p* Enim] quia. *q* Scimus] non dubitamus. 2. *Petr*. 1. Non enim indoctas fabulas ſecuti notam fecimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem. Vel (ſcimus,) i. firmiter credimus. *r* Si terreſtris domus noſtra hujus habitationis,] id eſt, corpus noſtrum, in quo habitat anima noſtra. *Job* 4. Qui habitant domus luteas, &c. *ſ* Terreſtris,] origine: in quo

A invitamur

Expoſitio Gloſ. *p* Scimus enim, &c.] Quia jam habemus ſpe. *Rom*.8. Spe enim ſalvi facti ſumus, & hæc certitudo ſpei eſt ex ineffabili præguſtatione in mente hominis: de qua *Aug*. in lib. conf. Tanta jucunditate reſperſiſti me, quod non ſcio quid ſit vita

A æter-

b invitamur ad humilitatem,& quia prona eſt ad terrena per concupiſcentiam, propter quod debemus habere caſus timorem. a Diſſolvatur.] 2.Pet.1. Velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Scimus itaque. b Quod ædificationem ex Deo habemus, domum,] i. domum bene ædificatam. Et qualiter? c Non manu factam,] i. opere hominis, videlicet corpus immortale. *Jo.*14. In domo patris mei manſiones ſunt multæ. *Prov.*14. Sapiens mulier ædificat domū ſuam. Vel *Prov.*9. Sapientia ſibi ædificavit domum, & excidit columnas ſeptē. *Heb.* 9. Per amplius & perfectius tabernaculū non manu factum, i. non hujus creationis. Tabernaculum tale habebimus, ſi Dominum in tabernaculis noſtris modo receperimus. *Act.*17. Non in manufactis habitat templis, ſed in templo quod nos ſumus. d Æternam.] 2. *Mach.*7. E cœlo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges nunc hæc deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. e In cęlis,] non in terris. *Pſ.*72. Quid enim mihi eſt in cœlo, ideſt, qualis theſaurus? *Matth.* 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. *Jer.*17. Domine recedentes a te in terra ſcribentur. Vel [Domum,] ideſt, Paradiſum. *Heb.* 11. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & conditor eſt Deus. f Nam & in hoc.] Ecce prima ratio per quam probat reſurrectionem futuram. g In hoc,] ideſt, propter hoc. h Ingemiſcimus,] ideſt, ingemiſcendo deſideramus. *Phil.* 1. Coarctor e duobus, deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *Iſ.* 59. Quaſi columbæ meditantes gememus. i Habitationem noſtram,] ideſt, corpus glorificatum ſive incorporale. Et hoc eſt: k De cęlo,] ideſt, cęleſte, ideſt, incorruptibile. *Rom.*8. Scimus quia omnis creatura ingemiſcit, & parturit uſque adhuc non ſolum autem illa, ſed & noſipſi, &c. expectantes redemptionem corporis noſtri. Nos dico. l Cupientes ſuperindui,] hæc indumenta, ſcil. virtutum, & immortalitatem corporis. *Gen.*37. Fecit ei tunicam polymitam, de diverſis virtutibus quaſi coloribus. 1. *Pet.* 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. *Rom.*13. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum. *Gal.* 3 Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Sed prius oportet exuere ſordidam tunicam. *Zach* 3. Auferte veſtimenta ſordida ab eo. *Jud.* Odientes eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam: & induemur Indumenta immortalitatis, ſupple. m Si tamen veſtiti, non nudi inveniamur,] in fine veſtiti virtutibus; aliter non induemur incorruptione glorioſa. *Eccl.*9. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. *Apoc.* 16. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. Mali autem nudi invenientur: quia *Iſ.* 59. Telæ eorum non erunt eis in veſtimentum, neque operibus ſuis operientur: opera eorum opera inutilia. *Matt.* 22. Amice quomodo huc intraſti, &c. *Apoc.*3. Tu dicis, quia dives ſum, &c. pauper & cæcus & nudus. *Nahum.* 3. Oſtendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Valde ignominioſum erit ei, qui in tanto feſto nuptiali coram tot bene veſtitis pulchram veſtem non habebit. Vel ita: (Cupientes ſuperindui) in corpore in reſurrectione (Si tamen veſtiti) gloria nobis promiſſa; aliter non.

nis a diſſolvatur, b quod ędificationem ex Deo habemus, domum c non manu factam, d ſed æternam e in cœlis. f Nam & g in hoc h ingemiſcimus i habitationem noſtram, k quæ de cœlo eſt, l ſuperindui cupientes; m ſi tamen veſtiti non nudi inveniamur. n Nam & qui ſumus in tabernaculo iſto, o ingemiſcimus p gravati q eo quod r nolumus expoliari, ſed ſ ſupervеſtiri, t ut abſorbeatur quod mortale eſt, a vita. u Qui x autem y efficit nos in hoc ipſum, Deus, z qui dedit a nobis pignus

n Nam & qui.] Probat idem per naturalem fugam corruptionis, quam ſi non poſſet natura evadere, erraret hoc appetendo, reſtat ergo quod poteſt eam fugere & non niſi per corporis incorruptionem: ergo &c. Probat hoc quaſi a minori: quia diligentes vitam corporis præſentem vellent habere immortalitatem; ergo multo magis illi qui dicunt illud *Phil.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt, non in hoc tabernaculo: de quo *Heb.* 12. Habemus altare de quo non edere habent poteſtatem, qui tabernaculo deſerviunt. p Gravati eo,] depreſſi. q Eo,] ſcil. corruptibili corpore: propter. r Quod ingemiſcimus, quod nolumus expoliari,] ideſt, per mortem corpus nolumus noſtrum amittere ſimpliciter. ſ Sed ſupervеſtiri,] immortalitate. 1. *Cor.* 15. Cum autem mortale hoc, &c. hoc modo. t Ut abſorbeatur quod mortale eſt a vita,] ideſt, ita quod vita immortalis deſtruat mortalitatem, ita quod non tranſeamus per mortem, ſi fieri poſſet intellige: quilibet enim naturaliter fugit mortem. *Jo. ult.* Ducet te quo tu non vis. Vel ſecundum quod prædicta clauſula exponebatur de indumento virtutum.

p Gravati,] temporalibus. r Expoliari,) gratuitis. *Luc.* 10. Incidit in latrones, qui etiam expoliaverunt eum. *Job* 19. Spoliavit me gloria mea, ideſt gratia: & abſcondit coronam meam, ideſt, meritum quo debebam habere præmium. ſ Supervеſtiri] gloria. *Zach.* 4. Exæquabit gratiam gratiæ. *Jo.* 1. Gratiam pro gratia. Item volunt ſupervеſtiri hypocritæ interius ſordentes. *Matt.*7. Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium.

u Qui autem.] Tertia ratio per aſſecutionem. Ita deſideramus. x Autem,] ſed (Deus) eſt.

y Qui efficit nos in hoc ipſum,] ideſt, qui facit nos deſiderare iſtud, ideſt, perfectionem & immortalitatem. (Deus) eſt. Inde ſubdit medium per quod facit.

z Qui,] quia eſt ipſe, (qui dedit nobis pignus Spiritus,) ideſt, interiorem prægustationem; quæ eſt a Spiritu S. (Efficit.) *Pſ.* 7. Sagittas ſuas ardentibus effecit. Quarum una valde electa fuit Paulus. *Iſ.*49. Poſuit me ſicut ſagittam prælectam, &c. & dixit mihi, &c. a Pignus] quod multi auferunt, non ſolum ſibi, ſed etiam aliis. *Job* 22. Abſtuliſti pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & ſpoliaſti nudos veſtibus. *Deut.* 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredia-

A ris domum

A æterna, ſi illa non eſt. Non miniſterio hominum, Expoſitio Gloſſæ.
ergo non fiet a natura, ſi erit miraculoſa. Ubi ſemper inquietatur anima: quia *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. Unde quidam ſanctus Eremita laborans in extremis, cum eum tangeret mater ſua, ait, Tolle paleam, adhuc ſpirat igniculus. Sed *Mich.*5. Et erit iſte pax, cum Aſſyrius venerit in terram noſtram, &c. Si per tribulationes diſſolvatur: quia 2. *Tim.* 2. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, &c. ſi compatimur, & conregnabimus. Non humanæ generationis opere productam, ſecundum hoc videtur quod non erit idem corpus numero ſive caro; quia conſtat quod materia producitur opere humanæ generationis: ſed in patre & filio diverſus modus obtinendi eſſe & naturam facit, quod iſte non ſit ille, & modo corpus noſtrum obtinet naturam per generationem humanam, tunc per divinam operationem, &c.

Item alius modus producendi ſerpentes in eſſe per generationem, ab illo qui eſt per putrefactionem, facit alios ſerpentes; ergo ſimiliter erit alius homo in reſurrectione; quia modo producitur in eſſe per naturam, tunc per Dei operationem ſolum.

Sol. Diverſus modus obtinendi eſſe & naturam ab eodem principio facit diverſum; & ideo pater eſt alius a filio: ſed ubi eſt aliquid ex diverſis principiis, non exigitur, ut in Deo, & natura: quod ideo eſt, quia ubicumque operatur natura, & Deus; & propterea quicquid poteſt natura, & Deus; & ita Deus poteſt facere idem corpus numero quod modo eſt; ſed non eſt ita potens natura, nec aliquod aliud principium. Non faceremus niſi certi certitudine ſpei. Axa filia Caleb: *Joſ.* 15. *Jud.*1. Sed non habetur expreſſe quod petierit utrumque irriguum: ſed ſic dixit, Terram arentem dediſti mihi, junge & irriguam, & ſequitur ibi quod dedit ei irriguum ſuperius & irriguum inferius: quod fecit ex liberalitate ſua, & quia ſciebat quod ipſa in Aaron petebat, licet non in alterum peteret. Vel dicitur utrumque petiiſſe; quia poſtquam fecit petitionem ſuam, datum eſt ei utrumque. Fide & ceteris; ergo habebimus fidem. Sol. Inveniamur in fine vitæ *Apoc.* 18. Beatus, qui vigilat & cuſtodit. *Gen.* 3. Invenerunt ſe nudos, Chriſtum veſtiti. *Gal.*3. Quicumque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. *Rom.*1. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum. Vel ita cupimus indui, &c. Argumentum quod animæ reproborum non appetunt incorporari. Immutatio. *Job* 14. Expecto donec veniat immutatio mea. Qui carnem foveret. Argumentum quod foventes carnem ſalvari poſſunt, & etiam quia Apoſtolus ſe eis connumerat.

Ad idem. *Jer.* 22. Nunquid & pater tuus comedit & bibit & fecit judicium, &c. *Eph.*5. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit.

Ne minus de ſe ſentiant quam debeant: quando enim quis connumeratur aliis, comparatur eis & ipſi ei.

De quo non eſt curandum: quod eſt proprium perfectorum, qui dicunt illud Apoſtoli *Phil.* 1. Cupio diſſolvi. Terrena inhabitatio. *Sap.*9. Idem *Eccl.* 11. Fili mi ne in multis ſint actus tui.

Propter hoc *Pſ.* 26. Unam petii a Domino. Non ut ſu-

A per eam

Digitized by Google

a ris domum ejus, ut pignus auferas. a Audentes.] Probat idem per naturam fidei. Ergo quia ſecuri de immortalitate per pignus Sp. S. a Audentes ſumus] i. eum magna audacia prædicamus. Prov. 28. Juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit, Et 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. [Audentes contra timiditatem. Eccleſ. 7. Noli quærere fieri judex niſi, &c. Eccl 48. de Helia In diebus ſuis non pertimuit principem; & potentia nemo vicit illum. b Et ſcientes] contra ignorantiam. Oſ. 4. Quia tu repuliſti ſcientiam, repellam te, &c. c Peregrinamur] contra omnem Prov. 6. Fac quod dico fili mi, & libera temetipſum, &c. diſcurre, feſtina ſuſcita amicum tuum. [Peregrinamur a Domino,] i. non habemus eum præſentem per ſpeciem, licet per cognitionem, ſicut peregrinus patriam. Pſ. 38. Advena ego ſum apud te & peregrinus. Et propter hoc dicunt viri ſancti Pſ. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Hebr. 11. Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſſionibus ſed a longe eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram. Eccl. 16. Miſericordia faciet locum unicuique ſecundum meritum ſuum, & ſecundum intellectum peregrinationis illius, i. ſecundum quod magis exercitatus eſt in operibus miſericordiæ, per quæ ut frequenter augetur gratia, & ſecundum quod intellexit ſe eſſe peregrinum in hac vita propter hoc magis intentus operibus miſericordiæ. Schema peregrinorum voluit Dominus habere eos qui paſcha celebrabant: Exod. 12. & ipſe poſt reſurrectionem in ipſo die paſchæ in ſpecie peregrini apparuit, & omnes ſancti peregrini fuerunt: Heb. 11. Defuncti ſunt, &c. Hic dicit B. Bern. Videtur hæc ſententia contraria illi quæ alibi dicitur: Noſtra converſatio in cęlis eſt: Phil. 3. Quomodo enim poteſt anima eodem tempore & in corpore peregrinari a Domino, & in cęlis ſimul eſſe cum Domino? Sed hoc ipſe ſolvit Apoſtolus dicens: Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, Cor. 13. In quantum enim cognoſcimus, tanquam præſentia contemplantes, jam cum Domino ſumus; in quantum autem tanquam de futuris prophetamus, credentes quæ non intelligimus, ſperantes quæ non videmus, a Domino peregrinamur. d Per fidem, &c.] ergo fides eſt via ad Deum. Sed videtur quod amor: quia ſuper illud Pſ. 17. Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, Gl. i. amorem quo vado ad Deum ſimiliter ſuper illud, Dilataſti greſſus meos ſubtus me, Gl. Quia latam feciſti charitatem, ergo omnis virtus via eſt eundi ad Deum, ſed charitas excellentior omnibus, 1. Cor. 13. Per fidem autem ambulamus ad Deum, quia eam habemus ut ſigillum; Luc. 15. A Deo recedimus per diſſimilitudinem: filius enim prodigus abiit in regionem diſſimilitudinis; quia per ſimilitudinem ei appropinquamus, & prima aſſimilatio animæ ad Deum eſt per fidem, unde Cant. 4. Lavi pedes meos, Gloſ. Cogitationes quibus terram aliquando tangere ſolebam, & in rationem ſolius fidei cadit cogitatio quia credere eſt cogitare cum intentione, & conſtat quod per cogitationem primo aſſimilamur Deo. Ad Gl. ſuper Pſ. dicendum quod duplex eſt ambulatio: una eſt ſpiritualis interior, quia primo ambulat anima ad Deum per fidem; altera eſt exterior per opera, ſic ambulamus ad eum per charitatem; præcipue enim ipſa movet nos ad opera exteriora. Dicit ergo: per fidem dico quod peregrinamur a Domino. e Enim,] i. quia. f Ambulamus] ad Deum: [Per fidem] contra infidelitatem, 1. Pet. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti, &c. Cognitione fidei ei approximamus, ſicut peregrini ad patriam. g Et non per ſpeciem:] quia nondum videmus eum nobis præſentem, & ita per accidens ambulamus ad eum: omne autem per accidens reducitur ad ſuum per ſe: ergo pervenire poteſt ad illud per ſe; ergo viſio facie ad faciem erit, & ex illa evidentia ſive relucentia ſunt dotes corporis, ergo corpus glorificabitur. Nota Gſ. Sic ambulemus tanquam in via ſimus; quia ipſe rex patriæ factus eſt via. h Audemus autem.] Probat idem per naturam peregrinationis, inf. 11. In quo quis audet, audeo & ego. i Magis peregrinari a corpore] i. removeri ab eo.

Spiritus. a Audentes igitur ſemper & b ſcientes, quoniam dum ſumus in hoc corpore, c peregrinamur a Dño, d per fidem e enim f ambulamus, g & nõ per ſpeciẽ: h audemus autem, & bonam voluntatẽ habemus, i magis peregrinari a corpore,

Expoſitio Gloſ.

Δ a Et præſentes

A per eam veniat; ita quod ipſa remaneat: A malis, pœnæ. Tranſitus amarus eſt & habet fel: ideo omnes naturaliter timent mortem; & Dominus Marc. 14. Cœpit Jeſus pavere, &c. Non ex eo, ſcil. corpore. Nec tribuenda ſunt carni. Contra. Super illud Rom. 7. Non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum, &c. Gloſ. Carnalis concupiſcentia, ex qua ſunt omnia mala: ergo ex carne ſunt omnia mala. Ibid. ſuper illud: Venundatus ſum ſub peccato: Hoc peccati nomine appellat, unde oriuntur omnia mala, i. ex carnali concupiſcentia: ergo ut prius ex carne. Sol. Quidam dicunt, ut Cantuar. quod illud dicitur ſecundum ſtatum univerſalem hominis, i. habito reſpectu ad omnem ſtatum hominis, & patet quod peccatum Adæ non eſt tribuendum carni. Illud vero ſuper Rom. dicitur propter ſtatum præſentem in quo omnia mala ſunt a carnis concupiſcentia. Alii aliter dicunt, & melius, quod carnalis concupiſcentia ſumitur large, & ſtricte; ſicut hoc nomen [carnale.] large ſumitur. 1. Cor. 3. Nonne carnales eſtis? & ſic opponitur carnale ſpirituali ſive incorruptibili; & ſic dicitur carnalis non a carne, ſed a corruptione. Stricte ſumitur pro delectatione, ſive delectabili ſecundum opus carnis, ut in gula, & luxuria. Similiter carnalis concupiſcentia dupliciter. Large, & eſt tunc appetitus rei corruptibilis, & idem eſt quod libido; & ſic omne peccatum eſt ex carne, & carnali concupiſcentia, & ſic ſumitur ad Rom. Stricte autem eſt appetitus carnalis delectationis quæ exercetur opere carnis, ſic ſumitur hic, & opponitur peccatum ſpirituale peccato carnali. Senſus carnis refugit, & recuſat: per hoc patet ſolutio illius, Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat: ſecundum rationem volebat mori; ſecundum ſenſum recuſabat. Abſorpta. 1. Cor. 15. Jud. 6. Spiritus Domini induit Gedeonem. Luc. ult. Sedete in civitate donec induamini virtute ex alto. Et dicitur veſtimentum propter duo quæ facit veſtimentum: calefacit in hieme, refrigerat in calore: ſic Sp. S. contra amorem male inflammantem, & contra timorem male humiliantem. Spe tamen per fidem; quia fides generat ſpem. Et nota quod duplex eſt peregrinatio a Deo. Quædam eſt per diſſimilitudinem: & ſecundum hoc hæc præpoſitio [a] ſignificat receſſum: ſic ſumitur. 2. Reg. 12. Ut exhiberet convivium homini peregrino, i. Diabolo, qui præcipue receſſit a Deo per diſſimilitudinem. Item quædam eſt per ſpeciem: & ſic ſignificat præpoſitio acceſſum, & ponitur [a] pro [ad] ſicut ibi, A dextris meis: ſic ſumitur hic. Peregrinamur non fide. Contra. Ipſe textus, Per fidem ambulamus, & hoc eſt peregrinari a Domino. Sed dicimur peregrinari non fide, peregrinatione diſſimilitudinis, ſed ſpe præſentiæ quam ſperamus: & in hoc dicimus nos eſſe adhuc longe ab eo, ſicut peregrinus a patria. Non per præſentiam. Contra. Ubique eſt præſens. Sol. Etſi ubique eſt præſens, non tamen omnibus: quia aliud eſt ipſum eſſe præſentem, aliud eſt videre eum facie ad faciem. Rex patriæ Chriſtus eſt, & ibi veritas. Imo hic etiam veritas, quia Jo. 1. Plenam gratiæ, & veritatis. Item ibi erit via, &c. dicit enim Aug. In quantum eſt homo, eſt via; in quantum eſt Deus, veritas: ſed ibi videbitur in quantum homo, ergo & in quantum via. Sol. Hic videmus eum in quantum eſt via per doctrinam, & exemplum, ſed exemplum eſt ad perveniendum, & ibi erit jam perventio, & iterum, ibi omnes docibiles Dei. Quod autem dicitur, In quantum homo eſt, eſt via, i. ipſe qui eſt homo, eſt via in humilitate: ibi autem proprie erit veritas, quia ibi videbitur in ſeipſo; hic autem etſi videatur ipſe qui eſt veritas, videtur tamen cum phantaſiis, & ſic quaſi in nubilo. Ego ſum via, Jo. 14. Illuminatio per fidem, ad credendum; per ſpeciem, ad fruendum. Homini vitam mortalem adhuc agenti, i. ſenſibus corporis, & tunc ceſſat objectio de Paulo qui vidit eum ſicut eſt ſine nubilo cujuſlibet phantaſiæ, ſi tunc non utebatur ſenſibus corporis. Si objicitur de Chriſto, qui conſtat quod utebatur, tamen ſi apertiſſime videbat Deum. Reſp. quod privilegia paucorum, &c. Et ſimiliter poteſt dici de Paulo; & tunc ceſſat omnis objectio. Conſtanter hæreat. Sed nonne Beatus Joannes quando dixit: In principio erat Verbum, &c. Sic illi inhærebat. Hoc videtur. Unde illud Orig. Irreverberatis oculis Dei intuitus eſt claritatem. Sol. Etſi conſtanter adhærebat, non tamen conſtanter videbat, quia quandoque retardabatur alia cogitando mole carnis preſſus qui dicit Orig. Irreverberatis oculis, intelligendum eſt non ſimpliciter; ſed in comparatione aliorum. Ab actu non quieſcimus, etſi durum ſit. Sed nonne erat Apoſtolus in provecta? ergo non ſolum non erat illi durum laborare pro Domino, imo & ſuave. Dicitur enim quod in principio laborare pro Deo durum eſt. Pſ. 16. Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras. In progreſſu facile. Pſal. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri;

A *a* Et præſentes eſſe,] ut cum videamus facie ad faciem. *b* Contendimus] magis ſupple quam manere in corpore. *Rom.* 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? *Pſ.* 115. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, q. d. ſi dirumperes, laudarem te, Sed contra hoc videtur.

& *a* præſentes eſſe ad Dñm: & ideo *b* contendimus ſive *c* abſentes, ſive *d* præſentes placere illi. Omnes *e* enim nos manifeſtari oportet *f* ante tribunal Chriſti: *g* ut referat unuſquiſq; propria corporis, prout *h* geſſit ſive bonum, ſive ma-

Phil. 1. Si vivere in carne, hic mihi fructus eſt operis, &c. quid eligam, ignoro. Sed prius eſt eligere, quam alterū ſibi determinatum accipere: male ergo facit dicens: Habemus voluntatem magis, &c. Sol. Sciebat melius eſſe ſimpliciter cum Chriſto; ſed ignorabat utrum manere in corpore magis eſſet eligendum propter utilitatem fratrum. *c* Abſentes.] Se abſentat quis a Deo per peccatum: ſed non ſic Apoſtolus; ſed Dominus ſe abſentavit ab eo per expoſitionem tribulationibus. *Iſ.* 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus, &c. *d* Sive præſentes, &c.] i. ut placeamus ei quando in præſentia ejus erimus. *Sap.* 4. Cum præſens eſt, imitantur illam, & deſiderant eam. *e* Sive abſentes] etiam dum in hac vita ejus præſentia caremus. *Pſ.* 41. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? [Contendimus,] 1. *Tim. ult.* Certa bonum certamen. 1. *Cor.* 9. Omnis qui in agone contendit. *e* Omnes enim] Probat idem per naturam juſtitiæ: quæ exigit, ut qui multas pœnas pro Chriſto paſſi ſunt in corporibus, ab ipſo remunerentur in eiſdem. *f* Ante tribunal] i. ante ipſum judicantem. *Rom.* 14. Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti. 1. *Reg* 2. Dominus judicabit fines terræ. *Gilb.* His verbis invitat Apoſtolus ad Concilium generale. Generale prorſus Concilium, ubi deerit nemo: ad quod omnes oportebit aſtare, non modo omnium merita, ſed omnium nomina judicari. Nec ibi erit quod de quibuſdam dicitur, videl. quod illos defendebat numerus. Sed nec ulla erit ibi acceptio perſonarum. *Sap.* 6. Potentes potenter tormenta patientur, non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Dominus. Ibi nulla tergiverſatio poterit ſuffragari: nulla enim diſſimulatio, ubi reddenda eſt ratio de verbo otioſo. *g* Ut referat] reportet propria merita, vel demerita. *Gilb.* Quam felices, qui in vita ſua receperunt malum, ut poſtmodum bonum recipere mereantur? & quam miſeri, qui in bonis integram vitam ducunt, ut in puncto ad maximum debeant deſcendere malum! Hæc omnia ſi non creduntur, obſecro cui leguntur? ſi vero creduntur, quomodo non timentur? *h* Prout geſſit.] Nihil niſi cognatio, nihil divitiæ, nihil gloria quælibet humana præſtabit. *Prov.* 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima. *Col.* 3. Qui injuriam facit, recipiet id quod inique geſſit. *Apoc.* 13. Opera enim illorum ſequuntur illos. *Pſ.* 27. Tu reddes unicuique ſecundum opera ſua. *Ezech.* 7. Secundum viam eorum faciam eis. Vel [Referat] i. exhibebit quæ fecit, ſicut quando aliquis refert verbis: quia opera operum uniuſcujuſque erunt in anima ejus loco verborum. *Apoc.* 20. Judicati ſunt mortui ex his quæ ſcripta erant in libris. *Iſ.* 43. Narra ſi quid habes. *Luc.* 16. Redde rationem villicationis tuæ. *Matt.* 12. Ex verbis tuis juſtificaberis, &c. Nota *Gl.* Nullus meretur niſi dum in corpore eſt. Hic namque meritum comparatur quo poſſit quiſpiam poſt hanc vitam relevari, vel gravari. Fruſtra ergo homo ſibi poſt hoc corpus promittit, quod in hoc corpore comparare neglexit.

Expoſitio Gloſ. A cum dilataſti cor meum. In provectu autem delectabile. *Pſ.* 118. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitiis. Sol. Et ſi durum ſit in ſe, tamen, &c. Vel loquitur in perſona inſipientium malorum. Quia non triſtamur. Contra, *ſup. in princ.* Gravati ſumus ſupra modum, &c. Sol. Triſtitiam hic appellat turbationem provenientem ex dolore mentem ad malum inclinante. Vel intelligitur ſicut illud *Iſ.* 42. Non erit triſtis, neque turbulentus, ſecundum rationem. In *princ. autem Epiſt.* appellat tædium triſtitiam naturæ ſive ſenſualitatis quæ non eſt malum, nec ex ſe, ſed per accidens ad malum inclinat. A ſimili meſſorum. *Pſ.* 125. Portantes manipulos ſuos. Nullus meretur niſi dum eſt in corpore: ergo ſecundum hoc orationes Sanctorum qui ſunt in patria, ſunt inutiles. Sed contra, Angeli qui ſunt in patria merentur: quare ergo ſimiliter non merentur animæ Sanctorum? Quod autem non mereantur poſt hanc vitam, videtur per illud *Eccl.* 9. Quodcumque poteſt manus tua &c. Ideo dicitur *Jo.* 12. Dum lucem habetis, ambulate in luce. Sol. Animæ ſanctorum ſibi non merentur: nobis tamen merentur ſecundum devotionem quam habemus ad eos, quæ eſt quaſi principale, quo mediante merentur nobis. Unde cantamus. Adjuvent nos eorum merita. Angeli autem & nobis & ſibi merentur; nam alia ratio eſt in eis & in animabus ſanctis. Ipſi enim in quantum contemplantur Deum, nec ſibi, nec nobis merentur aliquid, ſed in ſubſerviendo nobis: quia in ratione meriti ſunt duo, difficultas, & humilitas quæ eſt ad inferius: neutrum eſt in animabus ſanctis, ſed Angeli humiliant ſe ſerviendo nobis. Nam & iſta quæ pro defunctis, &c. Prima pars hujus auctoritatis facit pro illis qui dicunt quod ſuffragia Eccleſiæ, non proſunt damnatis. Secunda pro aliis: quia baptizatus qui decedit, aut eſt in mortali, & ſic eſt valde malus, nec ſunt ei adjumento ſuffragia; aut decedit in charitate, & tunc aut non indiget ſuffragiis, aut ſtatim evolat, & ſic ſunt pro eo gratiarum actiones; aut indiget, & ſic ſunt pro eo propitiationes. Sed ad aliam opinionem facit quod ſequitur. Ut tolerabilior fiat ipſa damnatio. Ad utramque autem opinionem ſunt rationes. Quod autem proſint damnatis ſuffragia, probatur per id quod dicitur ſuper illud *Ezech.* 31. Cum deducerem eum ad infernum, &c. conſolata ſunt, &c. *Gl.* Omnia ligna, quæ quondam fuerunt bona & irrigabantur aquis, receperunt conſolationem quando viderunt principem ſuum ſimilia ſuſtinere tormenta. Sed boni non fuerunt niſi prius fuerunt baptizati, & dicit quod in hoc acceperunt conſolationem; ergo multo magis poſſunt habere eam per ſuffragia Eccleſiæ. Item *Luc.* 16. de divite qui dicit, Habeo quinque fratres, dic eis ne non veniant in hunc locum tormentorum. Ad quid dicebat hoc niſi quia magis affligeretur propter adventum eorum? Pœna ergo ejus poterat augeri, ergo cum Deus pronior ſit ad miſerendum quam ad puniendum; multo fortius poteſt minui, ſed nonniſi per ſuffragia Eccleſiæ. Item petebat refrigerium aquæ, & non habuit: pœna ergo inde ei crevit, & minui poterat. Item *Iſ.* 14. Tu autem projectus es de ſepulchro tuo. Ibi *Hier.* Etſi animæ aliquando habeant requiem: ſed non meritis propriis: ergo meritis Eccleſiæ. Sed ad contrarium *Eccl.* 40. Zelus & contentio. *Gl.* In inferno nulla pax, nulla doloris mitigatio. Item *Aug.* 21. *de civit. Dei* 24. locutus eſt autem de Angelis malis & dicit; Denique ſi de aliquibus ita certa eſſet [intellige Eccleſia] ut qui ſint illi, utique etiam noſſet, qui licet adhuc in hac vita ſint conſtituti, tamen prædeſtinati ſunt in ignem æternum ire cum Diabolo; tam pro eis non oraret quam nec pro ipſo. Sed quia de nullo certa eſt, orat pro omnibus. Ergo cum certa ſit de illis qui in inferno ſunt, non debet pro ipſis orare: ergo ſi orat pro eis, male facit, ergo non meretur: nullus enim peccando meretur. Sol. Suſtinendo quod proſint, dicendum quod valde mali dicuntur qui baptizati fidem habuerunt, ſed ab ea receſſerunt: vel etiam baptizati qui ſtatim ad annos diſcretionis venientes hæretici facti ſunt. Non valde mali ſunt, qui ſunt in purgatorio, & qui in inferno cum mortali; in fide tamen informi deceſſerunt. Valde boni qui jam ſunt in paradiſo. Ad illud. Nulla pax, &c. verum eſt in comparatione pœnæ quam ſuſtinent. Vel loquitur de baptizatis ſecundum ſtatum poſt judicium. Ad illud *Aug.* Si de aliquibus, &c. dicimus quod conſiderata intentione ejus nihil facit ad hoc. Dicit enim *Aug.* Si antiquitus precibus Sanctorum liberabantur impii; quia eorum efficacior eſt oratio, & exauditione dignior jam nullum habentium omnino peccatum. Cur ergo non orabunt. Etiam ſtatim ſequitur illud: Denique ſi de aliquibus, &c. non negat ergo quin pro mitigatione pœnæ poſſit orare Eccleſia, & debeat, ſed non pro eorum liberatione. Suſtinendo autem quod non proſunt, dicendum ad illud conſolata ſunt, i. ad modum conſolatorum ſe habuerunt; ſicut quando aliquis videt male tractari aliquem qui eum male tractavit, quaſi conſolationem in hoc habeat, inſultat dicens. Sic mihi feciſti, ſic & modo tibi fit. Ad aliud *Luc.* Dicendum quantum loquitur ibi per hypotheſim, i. per ſuppoſitionem; q. d. Si poſſibile eſſet, vellet quod ſubveniretur ei: & quod alii non invenirent eum in tormentis: ſed ita abſorpti ſunt a pœna, quod velle non poſſunt. Similiter quod dicitur ſuper *Iſa.* cum hypotheſi intelligendum eſt, q. d. Etiamſi haberent requiem animæ, tu tamen non haberes. Quod autem dicitur hic. Valde mali dicuntur qui deceſſerunt in mortali: non valde mali, tamen mali, qui cum venialibus deceſſerunt, quæ poſt hanc vitam dimittuntur ſic ſumitur malus *Luc.* 11. Vos autem cum ſitis mali noſtis bona dare filiis veſtris. Illi ergo qui ſunt in Purgatorio mali dicuntur propter pœnæ anxietatem, mediocriter mali, quia pœna illa media eſt inter pœnam temporalem & pœnam gehennæ. Ad id quod dicitur,

A Ut tole-

Digitized by Google

Expoſitio Gloſſ. a Ut tolerabilior ſit ipſa damnatio dicendum quod quidam decedentes in charitate pauca venialia ſecum deferunt, & levia, & hi valde parum torquentur, & quaſi ſtatim liberantur ſi pro eis ſiunt aliqua ſuffragia. Alii decedunt cum multis, & gravibus; de his dicitur quod tolerabilior ſit damnatio, i. pœna Purgatorii propter atrocitatem, & ita ſumitur hic damnatio pro pœna temporali, & *Luc.* 23. ibi: Nec tu times Deum, cum in eadem damnatione ſis, & ſimiliter *ſup.* 4. Habemus. Illud autem quod dicitur in ſuffragiis, Ne abſorbeat eas tartarus, &c. hujuſmodi, intelligitur de pœna Purgatorii. Pueri qui ſi non per ſe, per alios crediderunt. Contra. Aliquid dicitur fieri per alium dupliciter, miniſterio vel auctoritate. Sed conſtat, quod nec ſic, nec ſic crediderunt pueri baptizati per patrinos; quid eſt ergo quod dicit? Sol. Crediderunt reputatione; quia eis reputabitur ac ſi credidiſſent. Prout geſſit, &c. Ex hoc videtur quod non punietur quis pro omiſſione. Et eſt hoc contra illos qui dicunt quod omiſſio eſt in pura privatione actus debiti. Sed ipſi dicunt quod [gerere] eſt commune ad omittere, & gerere. Sic *Rom.* 7. Operor & non operor, partes ſunt ejus quod eſt operor. Fruſtra ergo ſibi homo poſt hoc tempus promittit, quod ſibi in hoc tempore comparare neglexit. Sed ecce aliquis non peregit pœnitentiam; ergo quicquid fiat pro eo, non liberabitur. Sol. Imo talis geſſit, quia gerere non neglexit, ſed tempus non habuit: vel dicendum quod meruit ſi fierent pro eo ſuffragia.

D

... ſum. *a* Scientes ergo timorem *b* Domini *c* hominibus ſuademus: Deo autem *d* manifeſti ſumus. Spero autem & *e* in conſcientiis veſtris manifeſtos nos eſſe. *f* Non iterum commendamus nos vobis, ſed occaſionem damus vobis *g* gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in *h* facie gloriantur, *i* & non in corde. k Sive *l* enim mente excedimus, *m* Deo; *n* ſive ſobrii ſumus, *o* vobis. *p* Charitas enim

Ad litter. *a* Scientes.] Hæc eſt ſecunda pars in qua redit ad principale propoſitum, ſcil. ad commendationem ſui, & oſtendit quare ſe commendat. Primo ut Corinthii poſſent reprimere, Pſeudo præponentes ſe Apoſtolo. Secundo quoniam propter eorum utilitatem, & Dei gloriam, ibi: [Sive enim mente.] Tertio, quia charitas Chriſti ſtimolabat eum ad hoc, ibi: [Charitas enim Chriſti.] Et ſubjungit quare ab ipſo, & ab omnibus ſit diligendus. Prima ratio eſt, quia mortuus eſt pro omnibus, ibi: [Quoniam ſi unus, &c.] Secunda eſt quia ipſe eſt Deus, & ideo ſumme diligendus, ibi: [Itaque nos ex hoc.] Tertia quia omnia implet, & innovat, ibi: [Si qua ergo.] Quarta, quia Deo nos reconciliat, ibi: [Omnia autem ex Deo.] Quinta, quia myſterium noſtræ reconciliationis etiam aliis largitus eſt, ibi: [Quoniam quidem Deus.] Ultimo autem Apoſtolus ſicut miniſter hujus myſterii factus, & quaſi ſpecialis legatus Domini exactionem ſubjungit, ibi [Obſecramus, &c.] Dicit ergo. *a* Scientes ergo, &c.] i. quam caſte timendus ſit. *c* Hominibus ſuademus] ut eum timeant, & credant, & ſibi provideant in judicio, 1. *Jo.* 3. Suadebimus corda noſtra, *Apoc.* 3. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum. *b* Timorem Domini,] *Jer.* 10. Quis non timebit te o rex gentium? *Iſ.* 8. Timorem ejus ne timueritis, &c. Dominum exercituum ipſum ſanctificate: ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter, *Matth.* 10. Nolite timere, &c. Illum autem timete, qui poteſt, &c. *d* Manifeſti] i. ab eo ſumus approbati. *e* In conſcientiis, &c.] credo quod approbatos nos habetis in cordibus veſtris, licet forte ore non dicatis: *f* Non iterum, &c.] quærendo gloriam noſtram: ſicut nec prius ad eos *ſup.* 3. Incipimus iterum, &c. *h* Qui in facie] i. Pſeudo qui dicebant Corinthiis, Nos electi ſumus a magnis Apoſtolis, & Paulus autem a quodam Anania, & ita magis credendum eſt nobis quam ei. *g* Gloriandi,] *ſup.* 1. Gloria veſtra ſumus, ſicut, & vos noſtra. Vel [In facie,] i. in legalibus, quæ ſunt exteriora ſicut facies hominis: quaſi. Non intrant ad ſpiritualem legis intelligentiam. Vel i. in conſpectu hominum, ut ab eis laudentur, q.d. Hypocritæ ſunt, *Eccl.* 1. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum. *i* Et non in corde.] *Eccl.* 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat: interiora autem ejus plena ſunt dolo. k Sive enim,] quaſi. Ut gloriemini de nobis me commendo; & poteſtis de me gloriari. *l* Enim,] quia ſive mente excedimus, i. ſive laudamus nos, quod creditur exceſſus mentis, & quaſi inſania. *m* Deo] eſt, i. ad honorem Dei, quem in hoc quærimus non noſtrum, *Gl.* Omnis ſuperbia velut inſania habetur. *n* Sive ſobrii,] non commendantes nos, ſed potius infirmitates noſtras recolentes. *o* Vobis] ad utilitatem veſtram, ut exemplo noſtro dicatis humiliari, non alta credere de vobis. Vel ſic [Sive mente] rationis contemplatione excedimus, i. ſupra omnia temporalia contemplatione aſcendimus & prædicamus de ſupernis quæ capere non poteſtis. [Dico qui ſolus cognoſcit, quæ videmus in illo exceſſu. [Sive ſobrii ſumus,] prædicantes quæ videmus intelligere. *o* Vobis] propter utilitatem veſtram. De exceſſu contemplationis *Pſ.* 67. Ibi Benjamin adoleſcentulus in mentis exceſſu, i. Paulus, qui in adoleſcentia converſionis] ſuæ raptus fuit uſque ad tertium cœlum *inf.* 12. [Sobrii.] Argumentum, quod contemplativi ſunt ebrii, *Jer.* 23. Factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus a vino, a facie Domini, a facie ſanctorum verborum ejus. *p* Charitas enim Chriſti.] Tertia ratio propter quam ſe commendat. Continua: Dico quod totum facio ad utilitatem veſtram, & hoc [enim] quia charitas Chriſti urget, i. ſtimulus amore ipſius quo punctus ſum, ſicut ipſe propter nos. *Iſ.* 49. Quem Spiritus Domini cogit, i. amor. *Pſ.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Sicut

a equus

Expoſitio Gloſſ. *a* Scientes, &c.] Sicut plurimi *ſup.* 2. Quia & ego Paulus Apoſtolus ſum. *Gal.* 1. Non ab hominibus neque per hominem. In facie, i. in exterioribus: faciem appellat legalia. Quia quidquid agimus, &c. ſuper *Exod.* 39. tunica Sacerdotis. *Hier.* Omnia Sacerdotis vocalia debent eſſe, ut veritatem quam mente concipit, habitus reſonet: ut quicquid agit, quicquid loquitur, de æternis ſit, ut in pluribus intellige, & quod non faciat contrarium. Non ab homine judicandum, *Rom.* 14. Tu quis es qui judicas ſervum alienum. *Gloſ.* Ea quæ dubia ſunt quo animo fiant, in meliorem partem interpretanda ſunt.

Sed ibi ſubjungit *Gloſ.* ut de cibis, & aliis indifferentibus. Sed hoc quod aliquis ſe laudat non indifferens, quia dicitur *Prov.* 27. Laudet te alienus & non os tuum, & ita malum eſt. *Sol.* Quædam mala ſunt in ſe, & ſecundum ſe, quæ nullo ſine bono fieri poſſunt. Mala in ſe non ſecundum ſe addita aliqua circumſtantia bene fieri poſſunt. Tale eſt laudare: ſi addatur [propter Deum] bonum ſit, & ideo non ſubeſt judicio hominis. Veluti inſania habetur. *Pſ.* 39. In vanitates, & inſanias falſas. *Tullius*: Omnes ſtulti inſaniunt. In exceſſu mentis duo. Ex hoc videtur quod in Græco valeat hoc nomen [extaſis] duo verba, ſed non eſt verum: ſed hoc propter nomina Hebræa: quæ per plura nomina ſolent exponi, quorum extaſis eſt unum. Unde: Non ingratus ei ex quo cepit altiora; quia ei libenter obſequi voluit aliis prædicando. Sed quæritur de hoc quod dicit. Quæ non licet homini loqui: quia quæ magis ineffabilia quam trinitas perſonarum, & unitas eſſentiæ? de ipſis tamen quotidie loquimur. Sol. Ineffabilia dicuntur eo modo quo vidit ea Apoſtolus, quia non poſſet ea verba eloqui, ſicut vidit: ſed nos de his loquimur per ea quæ tranſſumuntur a creaturis. Cum loquimur, iſti ſunt Angeli, i. ſignificantur per illos *Jo.* 1. Charitas urget. Ex hoc videtur quod in omni opere ſuo meretur, ex quo omnia faciebat ex charitate ſtimulante, quod verum eſt in omni prædicatione. Sed unus ſine peccato: quia *Jo.* 2. Si dixerimus quod peccatum non habemus, &c. & quare niſi quia ſeminaliter in Adam eramus quando peccavit. Sol. Non eſt hæc præcipua cauſa, quia ſeminaliter; ſed quia peccatum ab eo contraximus. Et non eſt ſimile de comeſtione & hujuſmodi: quia non propter hoc quod comedit, potentiam comedendi ab eo traximus, & vim greſſibilem habemus. Quia ſi pro omnibus mortuus eſt *Rom.* 6. Vetuſtati i. Veteri Teſtamento. Ceſſat ergo lex, ex quo Chriſtus mortuus eſt. Ad idem *Dan.* 9. In medio hebdomadæ deficiet hoſtia & ſacrificium. Sed ſecundum hoc videtur quod Petrus peccaverit, quia poſtea hoc ſervavit, unde *Gal.* 2. Quomodo tu Judæus cum ſis? Sol. Revera lex ceſſavit quando Dominus dixit *Jo.* 19. Conſummatum eſt. Ceſſavit, dico, quoad efficientiam, quia ex tunc non dabatur gratia in circumciſione: non tamen ceſſavit quantum ad executionem operum exteriorum, quæ ſine peccato fieri poterant propter vitationem ſcandali. Unde Paulus circumcidit Timotheum ne ſcandalizarentur converſi de Judæis, ſi ſuper ſe circumciſum haberent Epiſcopum, alia cauſa fuit, ut gereret morem aliorum ſuæ legis, ut cum quodam honore deferretur lex ad tumulum, ne mala crederetur fuiſſe. Mori pro honore illius. 1. *Jo.* 3. Si Chriſtus. 1. *Pet.* 4. Chriſto

Ac equus calcaribus punctus currit; ita ego cum dilatatu per charitatem, i. quando ſtimulo amoris punxiſti me, *Aug. in dialogo ad Oroſium*. Niſi dilatatum cor habuiſſet viam Domini minime cucurriſſet. Quod amor pungere poſſit, patet per illud *Cant. ult.* Dura ſicut infernus æmulatio,

D

Eccl. 38. Qui glorîatur in jaculo [amoris] ſtimulo boves coagitat, 1. *Eſdr.* 3. Conſtituerunt Levitas, ut urgerent opus Domini. Hoc modo charitas eſt exactria operum; non ſolum verborum. Ubi ergo non eſt opus nec charitas; niſi forte ignoratur, quia charitas nunquam eſt otioſa, *Proverb. ult.* Conſideravit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non

Chriſti urget *a* nos: *b* æſtimantes, *c* hoc quoniam ſi unus pro omnibus *d* mortuus eſt, *e* ergo omnes *f* mortui ſunt. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: *g* ut & qui vivunt, jam *h* non ſibi vivant, *i* ſed ei qui pro ipſis *k* mortuus eſt & *l* reſurrexit. *m* Itaque nos ex *n* hoc neminem novimus ſecundum carnem. Etſi *o* cognovimus ſecundum carnem Chriſtum: *p* ſed nunc jam non novimus. Si qua *q* ergo in Chriſto *r* nova creatura: *ſ* vetera *t* tranſierunt *u* & ecce facta ſunt omnia nova.

comedit. Mirabiliter urget cupiditas opera ſua, *Exod.* 5. Præfecti operum inſtabant dicentes, Complete opus veſtrum quotidie, *Exod.* 12. Urgebant Ægyptii populum exire de terra. *a* Nos] dico. *b* Æſtimantes,] i. attente conſiderantes. *c* Hoc quoniam ſi unus,] i. qui ſolus ſine peccato fuit: juxta illud *Pſ.* 13. Omnes declinaverunt, &c. uſque in unum, &c.

d Mortuus eſt,] q.d. Bene vos debet urgere charitas Chriſti quæ ipſum coegit mori pro nobis, *Eph.* 2. Deus qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos in Chriſto. *e* Ergo omnes] alii. *f* Mortui ſunt] per peccatum, ſicut erant in Adam: Aliter non eſſet verum quod pro omnibus mortuus eſſet. Non eſt mortuus niſi propter peccata, 1. *Cor.* 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, &c. Vel ſic: [Quoniam ſi unus] i. ſufficiens. [Mortuus eſt,] ſic in *Pſ.* 61. Semel locutus eſt Deus, i. perfecte, ſive ſufficienter, & *Rom.* 5. Sicut per unius delictum, &c. ita per unius juſtitiam, &c. in *eod.* Sicut in unius delicto mors regnavit, &c. [Mortuus pro omnibus] i. cauſa ſufficiens ad ſalvandum omnes de morte peccati per mortem ſuam, *Hebr.* 9. Nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum ad deſtitutionem peccati, &c. [Ergo omnes mortui] legalibus, *Rom.* 7. Itaque, & vos fratres mei mortificati eſtis legi, &c. Vel [mortuus,] pro omnibus quantum in eo fuit. [Ergo mortui] i. parati debent eſſe ad moriendum pro eo, *Pſ.* 115. Quid retribuam Domino, &c. *g* Ut & qui vivunt] vita gratiæ. *h* Jam non, &c.] i. hanc vitam non ſibi attribuant, quia *Oſ.* 13. Ex te perditio tua Iſrael, ex me ſalvatio tua, *Rom.* 14. Nemo noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur. *i* Sed ei] attribuant. *k* Pro ipſis, &c.] ut moriantur peccato. *l* Et reſurrexit,] ut reſurgant in novitate vitæ ſecundum eam operantes, *Rom.* 4. Traditus eſt propter delicta noſtra, &c. [Qui ſibi vivunt] vita naturæ, [Non ſibi vivant] quærentes proprias voluptates corporis, *Rom.* 13. Curam carnis ne feceritis, &c. & *Rom.* 14. Nemo noſtrum ſibi vivit, &c. Et hæc eſt prima cauſa propter quam Chriſtum diligit. Inde ſequitur ſecunda, quia ipſe eſt Deus. *m* Itaque] quia nullus debet ſibi vivere. *n* Ex hoc] amodo [neminem novimus] ideſt, approbamus [ſecundum carnem,] qui ſectetur carnis delicias, quod faciunt mali, *Pſ.* 9. Laudatur peccator in deſideriis ſuis, & iniquus benedicitur. Quia. *o* Et ſi cognovimus, &c.] ſi credidimus eum eſſe mortalem, & purum hominem. *p* Sed nunc, &c.] imo, & verum Deum, & mortalem, q. d. Debemus vivere Chriſto ſecundum quod vixit in infirmitate carnis, multas tribulationes ſuſtinens, per quas ad immortalitatem tranſiit, ut & nos ad eamdem tranſeamus. Vel ſic: [Itaque ex quo reſurrexit. [Neminem novimus, &c.] q.d. Ita certi ſumus quod non cogitamus de mortalitate, & corruptione carnis. Similiter ſumitur caro, 1. *Cor.* 15. Caro, & ſanguis, &c. Et ſi Chriſtum ſecundum carnem,] id mortalem, jam non immortalem. Vel ſic: [Ex hoc] poſt adventum Chriſti. [Neminem ſecundum carnem novimus] nullum approbamus qui carnales legis cæremonias ſervare velit [Et ſi cognovimus Chriſtum] quod eſſe promiſſus in lege [ſecundum carnem] credentes ipſum eſſe venturum, ut ſervaret legalia & ſervari præciperet. [Sed nunc] poſtquam jam venit, &c. Vel aliter, [Secundum carnem,] i. carnales delicias. *Jo.* 16. Niſi ego abiero, Paracletus non veniet. Si igitur Chriſti præſentia corporalis impedivit ſpiritualem conſolationem Apoſtolorum quid præſentia divitiarum, deliciarum, dignitatum. *Job* 16. Conſolatores onerosi omnes vos. *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, &c. *q* Si qua nova.] Tertia cauſa propter quam diligit eum: quia omnia innovat & implet. Et nota quoniam eſt novitas naturæ quæ erit in futuro, & novitas gratiæ quam habemus in præſenti, & novitas Evangelicæ doctrinæ. E converſo eſt vetuſtas pœnæ æternæ, & culpæ, & legalis obſervantiæ. Ergo continua. Ex quo mortuus eſt, ut moriamur peccato. *q* Si qua creatura,] i. ſi aliquis homo. *r* Nova] novitate gratiæ. *ſ* Vetera] i. vetuſtas culpæ. *t* Tranſierunt.] *Iſ.* 43. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio nova, & nunc orientur. *u* Et ecce nova] i. novitate gratiæ. Vel [vetera] i. vetuſtas mortis tranſiit jam in ſpe, poſtea in re. [Et ecce, &c.] in ſpe, vel per cauſam motivam quæ eſt immortalitas Chriſti *Apoc.* 21 Mors ultra non erit neque luctus, &c. quæ prima abierunt. Vel [vetera,] i. legales obſervantiæ [Tranſierunt] & omnia quæ ad veterem hominem pertinent. *u* Et] i. quia [Nova ſunt omnia,] i. Novi teſtamenti in quo continentur omnia quæ innovant hominem ſpiritualiter. *Lev.* 26. Novis ſupervenientibus vetera projicietis, &c.

a Omnia

A igitur novitate vitæ *Rom.* 6. Vivunt virtutibus per remiſſionem peccatorum: ergo remiſſio peccatorum eſt cauſa quare vivunt virtutibus, ergo cauſa virtutum eſt. Sol. Ordine naturæ vivit quilibet, prius virtutibus, quam remittantur ei peccata, & ſic vita appellatur vivificatio: quandoque tamen dicitur exercitium bonæ vitæ, & ſic præcedit remiſſio peccatorum. *Jac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Neminem novimus, i. laudamus viventem. Ad idem. *Prov.* 17. qui juſtificat impium, & qui condemnat juſtum, abominabilis eſt uterque apud Deum. Sed nonne pium eſt æſtimare bona de aliquibus talibus? Sol. Dupliciter contingit laudare impium, in facto ſuo, & in judicio proprio: qui eum laudat in quantum talis eſt, peccat, ſicut adulatores dicunt: Valde bene facitis contra ruſticos iſtos, & hujuſmodi, *Iſa.* 5. Væ qui juſtificatis impium pro muneribus, ſed *Job* 27. Abſit a me, ut juſtos vos eſſe dicam, ſed in propria conſcientia poteſt quis judicare de talibus, quod bona intentione faciunt, & pro amore juſtitiæ, niſi conſtet ei contrarium. *Eccl.* 11. Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas virum in viſu ſuo. Non quæ Chriſti ſunt *Phil.* 2. Quod faciunt, qui quærunt & ad ſuam ſpectant utilitatem & honorem mundanum. Et ita ſecuri ſumus de præmio. Sed nonne ante reſurrectionem ſpem eamdem habebant conſtat, & ita ſecuri erant de præmio ſicut Chriſto facto immortali. Sol. Non eſt verum; quia dicitur 1. *Cor.* 15. Si Chriſtus non reſurrexit, nec nos reſurgemus: Unde modo magis certi ſumus, Infirmus, i. injuriatus: quia ſi non eſſet infirmus ei non poſſet fieri injuria. Cum exaltaveritis. *Jo.* 8. & 12. Ego ſi exaltatus. Promptius illi ſerviant. *Eccl.* 29. Gratiam fidejuſſoris, &c. Pro eis paſſo. 1. *Pet.* 4. Chriſto igitur in carne paſſo. In certa ſpe meditatur, ſicut *Job* 17. Et ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Igitur fere mortuum ſe conſiderat qui glorificandum non ignorat. Vado ad patrem *Jo.* 16. & 20. Sed nonne ſemper erat cum patre. Sol. i. inviſibilem me exhibeo, ſicut pater meus eſt inviſibilis. Vel [vado] quoad innoteſcentiam: quia tamglorioſe aſcendit, quod ex hoc innotuit quod erat cum patre. Niſi ego abiero *Jo.* 16. Sed nonne ejus præſentia multum conferebat eis etiam ſpiritualiter, conſtat quod ſic. Sol. i. Niſi a vobis receſſerit carnalis intellectus, quem de me habetis, non poteſtis ita plene capere, &c. Ex hoc tempore gratiæ neminem novimus, i. approbamus, &c. ex hoc videtur quod tales non eſſent in ſtatu ſalvandorum. Contra. Ipſemet Apoſtol. *Act.* 21. contrarium obſervavit, item patet quod converſi de Judæis ea poterant obſervare, per illud *Act.* 15. Ego judico non inquietari, &c. Sed contra. *Gal.* 5. Si circumcidimini; Chriſtus nihil vobis proderit, *Et* 4. Quomodo convertimini ad infirma elementa, i. legalia. Sol. Quod hic dicitur, & *Gal.* 4. & 5. intelligitur de ponentibus ſpem in eis. Umbra ceſſare debet, *Heb.* 10. Pater qui nihil non poteſt: ergo omnia poteſt; ergo peccare. Sol. i. ex impotentia non eſt quin poteſt; omnia Simile in *primo Sententiarum*: Non quia non potuit, ſed

Expoſitio Gloſſ.

A quia

▲ *a* Omnia autem.] Quarta ratio. *b* Ex Deo, &c.] *Iſ.* 42. Dedi te in fœdus populi. *Hebr.* 7. Salvare in perpetuum, &c. *Eccl.* 44. Et in tempore iracundiæ factus eſt reconcilatio. *Rom.* 5. Si cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus, &c.

c Et dedit.] Quinta ratio, quia non tantum in propria perſona, ſed per prædicationem Apoſtolorum, & Doctorum voluit nos reconciliari ſibi, *Pſal.* 71. Suſcipiant montes pacem populo. *B. Bern.* Væ filiis iræ, qui nondum reconciliati.

Omnia *a* autem ex *b* Deo qui nos reconciliavit ſibi per Chriſtum: *c* & dedit nobis miniſterium *d* reconciliationis, *e* Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis *f* verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur tanquam *g* Deo exhortante per nos. *h* Obſecramus pro Chriſto, *i* reconciliamini Deo. Eum qui non noverat *k* peccatum, pro nobis peccatum fecit: *l* ut nos efficeremur juſtitia Dei *m* in ipſo.

CAP. VI.

n Adjuvantes *o* autem

d Reconciliationis,] alienæ; quaſi gens quæ juſtitiam fecerit, apprehenduot. *e* Quoniam quidem, &c.] qui eſt idem cum patre in eſſentia, & ideo Chriſtus omnipotens. *f* Verbum reconciliationis,] i. Evangelium quod nobis annunciat fidem per quam reconciliamur Deo. Ergo quia [poſuit in nobis] contulit nobis [verbum reconciliationis] miniſterium reconciliandi per Evangelium, [legatione fungimur.] *Eph.* 6. Pro quo legatione fungor in catena iſta, ita ut in ipſo audeam, prout oportet me loqui. *Prov.* 13. Legatus fidelis, ſanitas. *Prov.* 25. Sicut frigus nivis in die meſſis, ita legatus fidelis ei qui miſit illum. *g* Tanquam Deo exhortante] i. quando exhortamur vos, idem eſt ac ſi Deus exhortaretur vos. *Chryſ.* Ipſe rogat, qui injuriam paſſus eſt *Pſ.* 67. Venient legati ex Ægypto ex tenebris peccatorum vocati, ut Apoſtolus. *Abdiæ* 1. Auditum audivimus a Domino, & legatum miſit ad Gentes, i. Paulum Prædicatorem Gentium. *Chryſ.* Credendum eſt quia litteras ſummi Papæ ſigillatas detulit: ſigilli impreſſio, paupertas, ſitis, fames, crucis ignominia, & hujus literæ. Jeſus Nazarenus, &c. vide ſi in te invenias. *h* Obſecramus pro Chriſto.] Vel ut ſit determinatio de ly reconciliationis. [Obſecramus pro Chriſto,] i. vice Chriſti. Quid obſecramus, quod ſequitur. *i* Reconciliamini Deo.] Ad hoc enim Chriſtus venit in terram, ut eſſet prolocutor pacis inter nos & patrem, quomodo id prolocutus eſt, dicitur *Matt.* 13. Penitentiam agite, &c. Similiter in hoc poſuit Apoſtolos: ſicut Moyſem *Deut.* 5. Ego ſequeſter fui & medius inter dominum & vos ſimiliter Apoſtolum, *inf. ult.* Ad experimentum ejus quæritis qui in me loquitur Chriſtus. *Cant.* 6. Revertere, revertere Sunamitis, quæ interpretatur captiva anima capta a captivitate peccati. Dicit autem quater [revertere] quia quatuor exiguntur ad reconciliationem, ſcil. pœnitentia de facto; voluntas de non faciendo; actus derelictio; emendæ ſive ſatisfactionis promptitudo. Vel ſic: [Obſecramus, &c.] ideſt, amore Chriſti. Contra quod quidam reconciliantur timore; alii quaſi quadam coactione: quorum neutrum ſufficit ad ſalutem, ſed charitas ſola. *Prov.* 10. Univerſa delicta operit charitas. Quare autem reconciliari debemus, ſubdit quia Deus. *k* Eum qui non noverat peccatum] per experientiam. *Pſ.* 34. Quæ ignorabam, interrogabant me. *Hebr.* 5. Cum eſſet filius Dei, ex his quæ paſſus eſt, dicit obedientiam, 1. *Pet.* 1. Qui peccatum non fecit [de *Iſ.* 54.] fecit peccatum, i. hoſtiam pro peccato. *Oſ.* 4. Peccata populi mei comedent. Vel [fecit peccatum,] i. peccatorem reputari emphatice. *Iſ.* 53. Et cum iniquis deputatus eſt. *Pſ.* 87. Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum. Hoc autem fecit. *l* Ut nos, &c.] i. tales qui alios trahamus ad juſtitiam exemplo, & prædicatione. *m* In ipſo] per ipſum a quo hoc totum habemus, *Exod. ult.* Moyſes & Aaron primo ſanctificati, inde erexerunt tabernaculum. *Nu.* 27. Sanctificaverunt. *Lev.* 9. Vel [juſtitia] paſſive, i. juſtificaremur per Chriſtum.

Expoſitio Gloſſ. ▲ quia non voluit, i. non ex impotentia fuit; peccare autem eſt ex impotentia. Pater in me eſt, & ego in patre. *Jo.* 14. & ly [in] notat identitatem eſſentiæ & diſtinctionem in perſonis. Imago & ſimilitudo eorum una eſt, eſſentialiter ſumitur. Legatus Dei: *Abd.* 1. auditum audivimus, &c. quia vere in nobis loquitur: per hoc patet quod ly [tanquam] potius eſt expreſſivum veritatis quam ſimilitudinis. Qui non noverat peccatum, per experientiam. Ideo dicit per *Pſ.* 34. Congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi, ſcil. experientiam peccati, propter quod debet homo flagellari, Etſi per ſcientiam, ergo Chriſtus in quantum homo cognoſcebat peccatum; & eadem ſcit in quantum Deus, ergo Deus cognoſcit peccatum. Verum eſt, ſed quomodo quæſtionem ſuam habet. De peccato damnavit peccatum *Rom.* 8. Mortuus peccato *Rom.* 5. Carnis mortalitate exutus eſt, ergo ſtatim fuit immortalis etiam in triduo; quia mortalitas, & immortalitas immediatæ ſunt circa idem ſubjectum, ſcilic. Sed ſi hoc: ergo quod ſepelirent eum Joſeph & Nicodemus, fuit miraculum. Sol. Moriendo, &c. & moriendo meruit exui mortalitate. *De præd. diſt. cap. ſi enim.* Quæ de maledicto Dei venit, quando poſt peccatum maledixit Adæ, *Geneſ.* 3. Maledictus omnis qui pendet in ligno: *Deut.* 21. maledictione opprobrii & pœnæ, *Jer.* 20. Maledicta dies in qua natus ſum, &c. in perſona Chriſti conſimile *Job* 3. *Jer.* 15. Væ mihi mater mea, quare me genuiſti virum rixæ, virum diſcordiæ in univerſa terra, omnes maledicunt mihi, Terra es. *Gen.* 3. Peccatorem putari, a malis, non a bonis quod ſignificabatur. *Exod.* 13. in columna nubis, quæ obſcura erat Ægyptiis, ſed non Hebræis. *Iſa.* 12. Nos reputavimus eum quaſi virum leproſum, ſed boni pulcherrimum. *Pſ.* 44. Specioſus forma præ filiis hominum, &c. Ex Deo omnis conſummatio. *Oſ.* 13. Perditio tua Iſrael, &c.

EXPOSITIO CAP. VI.

ADjuvantes autem.] Continuatur capitulum iſtud præcedenti ſatis competenter. Nam in præcedenti capitulo monens Apoſtolus nos reconciliari Deo, in hoc promittit ſe adjutorium fore in hoc. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima docet non perdere tempus pœnitentiæ, & fratrum ſcandalum devitare. In ſecunda docet qualia exempla debeat Prædicator auditoribus deponere, primo ponens quindecim, ſecundo novem, & tertio novem, ibi [In multa,] In tertia parte oſtendit ſuum effectum ad omnes, ut tales oſtendat debere eſſe omnes Prædicatores, ſcil. ut habeant ſemper os apertum ad docendum bona, ibi [Os noſtrum patet.] In quarta docet pravam ſocietatem eſſe fugiendam, ibi [Nolite jugum.] In prima autem patet.] In parte oſtendit per quæ & qualia poſſumus Deo reconciliari. [Primum eſt ſi de acceptis beneficiis Deo gratiſſimus, ibi [Exhortamur.] Secundum eſt, ſi ſine offenſione ſcandali ambulemus, ibi [Neminidantes.] Tertium, ſi honeſte converſemur, ibi [Sed in omnibus.] Quartum autem per quod reconciliamur Deo eſt ſi patientes fuerimus in tribulationibus & anguſtiis, ibi [In multa.] Quintum ſi erga omnes nos bene habeamus. Et primo ponit ea per quæ poteſt quis bene ſe habere ad Deum ibi. [In ſcientia.] Secundo ea per quæ ad inimicos, ibi [Per arma.] Ad ultimum ea per quæ ad amicos, ibi [Multos autem, &c.] & hæc ſunt in ſecunda parte. Sextum per quod reconciliari poſſumus eſt, ſi latitudinem charitatis habeamus, ibi [Os noſtrum.] & hoc eſt in tertia parte. Septimum, ſi a cultu idolorum & pravo conſortio nos ſequeſtremus, ibi [Nolite jugum,] & hoc eſt, in quarta parte. Et quod ab his non debemus ſequeſtrare, multipliciter oſtendit. Primo per naturam contrarietatis, ibi [Quæ eſt, &c.] Secundo per diſcordiam dominorum, ibi [Quæ autem conventio.] Tertio per differentiam hæreditatum, ibi [Aut quæ pars.] Quarto per cultus diſcrepantiam ibi, [Vos enim eſtis.] Ultimo probat idem auctoritate. Et primo quod a cultu idolorum debemus ſequeſtrari, ibi [Quoniam inhabitabo.] Inde quod a pravo conſortio, ibi [Propter quod exite.] Dicit ergo.

n Adjuvantes,] ita reconciliavit nos Chriſtus. *o* Autem] i. ſed nos [adjuvantes,] ſcil. vos, ad hoc ut reconciliemini. *Prov.* 18. Frater, qui adjuvatur a fratre, quaſi turris, &c. [Adjuvantes] auxilio, conſilio, conſolatione, oratione,

Expoſitio Gloſſ. *n* Adjuvantes, &c.] Quare in vacuum recipit ille qui non poſt exercet ſe: confidit, &c. Ex hoc videtur quod pœnitentia numquam ſit finienda, ad quod facit illud *Aug.* Si finitur pœnitentia, nihil reſtat de venia: ergo ſemper homo debet pœnitere de peccatis, & maxime quando reducit ad memoriam quod peccavit contra Dominum, quia ut dicitur 4. *ſent. in c. de pœnit.* nulla eſt penitentia, quam

A ne oratione, ſubſidio, non ſolum arguentes. *Greg. Naz.* Omnes ea hoc docti & Catholici volumus videri, ſi alios reprehendamus, & illos ſolos optimos judicamus, quicumque potuerint de fratribus latius, & acerbius obtrectare; vel certe, & ſubtiliter, & figuraliter momorderunt. [Adjuvantes.] *Pſ.* 120. Levavi oculos meos ad montes, i. majores, in Eccleſia, vel ad montes, Chriſtum, 1. *Cor.* 3. Dei adjutores ſumus.

a Exhortamur,] non imperamus, contra illud *Ezech.* 24. Imperabatis eis cum potentia, &c. *b* Ne in vacuum] *Eccl.* 21. Cor fatui quaſi vas confractū. *Aggæi* 1.

a exhortamur *b* ne in vacuum *c* gratiam Dei *d* recipiatis. *e* Ait enim: Tempore accepto *f* exaudivi te & in die ſalutis adjuvi te. *g* Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc *h* dies ſalutis. *i* Nemini dãtes ullam offenſionem, *k* ut non vituperetur miniſterium noſtrum *l* ſed in *m* omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros *n* in multa patientia, *o* in tribulationibus *p* in neceſſitatibus, in *q* an- Iſa. 49.

Qui mercedes, &c. *c* Gratiam Dei.] *Eccl.* 29. Gratia fatuorum effundetur. *Heb.* 12. Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei. 1. *Cor.* 15. Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia Dei in me vacua non fuit. *d* Recipiatis.] Ad quid recipit ſemen verbi Dei Theologus qui numquam vult ſeminare. Item cur recipit agrum & aratrum Parochiæ, qui numquam vult arare. Item [hortamur, &c.] Hæc epiſtola legitur in prima Dominica Quadrageſimæ, in qua incipit ſpirituale bellum Eccleſiæ: & ideo Apoſtolus tanquam princeps belli eam hortatur ſecundum quod prædictum erat. *Deut.* 20. Appropinquante autem jam prælio ſtabit Sacerdos ante faciem, & ſic loquetur ad populum, & ſequitur ibi valde bona exhortatio. [Gratiam] quæ triplex eſt ſc. generalis, ſpecialis, ſingularis: generalis triplex nempe gratia redemptionis, juſtificationis, glorificationis, quarum quælibet quantum in ſe eſt, omnibus ſatisfacit. *Job* 33. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos, ut revocet animas eorum a corruptione & illuminet in lumine viventium. Primam ſemel tantum fecit: ſecundam facit quotidie; tertiam olim faciet niſi per nos ſteterit. De prima cavere debemus ne nobis in vacuum cedat, de ſecunda ne in nobis ſit vacua: de tertia ne a nobis ſit evacuata. Similiter gratia ſpecialis triplex eſt, quæ diſtingui poteſt ſecundum diverſos ſtatus hominum. Si ſit ſermo ad clauſtrales, prima eſt in eductione de Ægypto; ſecunda in deductione per deſertum; tertia quando introducet eos in terram promiſſionis æternæ. Loquens ergo Clauſtralibus dicit. [Hortamur] vos [ne] primam gratiam Dei [in vacuum recipiatis] per pœnitentiam de hoc quod dereliquiſtis mundum, divitias & honores. Item [Hortamur, &c.] ne ſecunda cedat [vobis in vacuum] per inobedientiam, murmur, acidiam, triſtitiam, inconſtantiam, & puſillanimitatem quæ impediunt perſeverantiam, & ita faciunt ut non introducatur in patriam cœleſtem. Item particularis gratia triplex eſt, videl. beneficia naturæ, beneficia gratiæ, beneficia fortunæ. Dicit ergo *Apoſt.* Exhortamur, &c. ne recipiatis in vacuum beneficia naturæ, per otioſitatem, beneficia gratiæ per ingratitudinem, beneficia fortunæ per ſuperbiam. Nota *Gl.* Gratia Dei eſt remiſſio peccatorum, quam in vacuum recipit, qui dum poteſt, non exercet ſe in bonis. *d* Ait enim.] *Iſa.* 49. In tempore placito exaudivi te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui, & ſervavi te. *e* Tempore accepto] mihi, & tibi ad faciendum in nundinis Domini quæ non ſunt niſi in vita præſenti. *Gal.* 6. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. *Pſ.* 68. Tempus beneplaciti Deus. *Iſ.* 55. Quærite Dominum, dum inveniri poteſt; invocate eum, dum prope eſt. *f* Exaudivi te] i. ad exitum audivi. Ita dicit Propheta prophetando, & Apoſtolus quaſi addit quod impleta eſt hæc Prophetia. *g* Ecce nunc, &c.] *Gal.* 5. Ubi venit plenitudo temporis. *Eccl.* 4. Fili conſerva tempus, & devita a malo. *h* Dies ſalutis.] *Jo.* 9. Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt: venit nox quando nemo poteſt operari. *Jo.* 4. Salus ex Judæis eſt, i. ex confeſſoribus. Exhortamur vos dico. *i* Nemini dantes, &c.] exemplo, verbo. *Rom.* 14. Ne ponatis offendiculum fratribus. 1. *Cor.* 10. Sine offenſione eſtote Judæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei. *k* Ut non vituperetur.] Chriſtiana religio ab Infidelibus. *Gl.* Miniſterium Apoſtolatus vituperaretur, ſi quod verbo docemus, operis exemplo non exhiberemus. [Vituperetur.] *Rom.* 2. Nomen Dei non blaſphematur per vos inter Gentes, [Miniſterium noſtrum.] *Rom.* 11. Miniſterium meum honorificabo. *l* Sed in omnibus.] Ecce ſancta, & aperta converſatio, juxta illud *Sen.* Compoſitus miles compoſitam debet habere familiam. Et quis magis compoſitus miles quam Chriſtus, ſicut dicitur, 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, &c. *m* In omnibus] quæ ſequuntur. *n* In multa patientia.] Quando quis eſt tantum patiens in lingua, & remurmurat in corde patientia aliquanta eſt: magna eſt quando nec loquitur nec habet illum odio, qui ei dicit contumeliam vel facit injuriam, ſed tamen dolet: maxima eſt, quando non dolet, imo gaudet. De prima dedit nobis Chriſtus exemplum quando ſicut ovis coram tondente, ſe obmutuit. *Iſ.* 53. De ſecunda in cruce quando, dixit. *Luc.* 23. Pater ignoſce illis. De tertia quando jam mortuus lanceatus eſt & tunc nihil omnino ſenſit *Pſal.* 91. Bene patientes erunt, ut annunciet. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam noſcitur. Inde quaſi ſubdit naturam patientiæ. 1. Cor. 16. Inf. 11.

o In tribulationibus,] i. afflictionibus quas ſubdit.

p In neceſſitatibus] *Gl.* penuria victus & veſtitus. [Tribulationibus.] *Rom.* 12. In tribulationibus patientes. Nota quindecim juxta quindecim partes charitatis, 1. *Corinth.* 13. Charitas patiens eſt, benigna, &c. Vel contra quindecim mala. *Sap.* 14. Omnia commiſta ſunt, ſanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio, infidelitas, turbatio, corruptio, & perjurium, tumultus bonorum. Domini immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconſtantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. [In neceſſitatibus.] *Rom.* 12. Neceſſitatibus Sanctorum communicantes.

q In anguſtiis.] *Gloſ.* in animi ira, & timore. *Heb.* 11.

A Anguſtiati,

A ſequens coinquinat culpa. Reſpondeo, ſemper debet homo dolere quod Deum offendit, actu vel habitu. Luxuria. *Jac.* 1. De aſſecutione virtutum & perſeverantia. Ex hoc videtur quod non ſit virtus perſeverantia. Sed dicendum, quod hic ſumitur perſeverantia, pro parte, ſcil. pro continuatione in bono, & ſic non eſt virtus. Salubris medicina, ſacramentum corporis Domini. *Eccleſ.* 43. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ. *Eccleſ.* 38. Altiſſimus creavit Medicum. Salus datur illis, in quibus nihil eſt purgandum. Non eras, ideſt, in futurum. Vel datur ſtatim, quia poſt mortem quilibet certus eſt de gloria, ſi ſine peccato decedit. Quod vituperaretur, ſi nos non hoc faceremus, ideſt, ſi quod verbo, &c. Unde *Greg.* Scire debent Prælati quod tot mortibus digni ſunt, quod exempla perditionis ad ſubditos tranſmittunt. Sed ſecundum hoc quod dicitur hic, videtur quod homo teneatur facere id quod prædicat, & ſi opere non implet, peccat vel non debet prædicare, ad idem ſuper *Joan.* 8. ubi loquitur de adultera, ad idem *Rom.* 2. Inexcuſabilis es o homo: *Gl.* qui non obſervas te ab his, in quibus alios reprehendis, item *Job* 24. Quod ſi non eſt ita, quis me poteſt arguere eſſe mentitum. *Greg.* Quia ad hoc proprie ſuccumbitis alienam fallaciam reprehendere non valetis. Sol. Si eſt in occulto peccato, poteſt prædicare ſine peccato; quia dicitur *Jer.* 15. Si converteris, convertam te: ſi autem in notorio peccat. Unde *Pſalm.* 49. Peccatori autem dixit Deus, &c. Auctoritates autem prædictæ non faciunt ad hoc quod aliquis teneatur facere, quod prædicat; ſed tamen peccat adulterando verbum Dei. Ad ultimam quam magis videtur facere, dicendum quod ly reprehendere non valetis, i. officium redarguendi ſuſcipere non debetis, unde *Luc.* 10. ſuper illud. Alios ſeptuaginta duos. *Greg.* Qui charitatem erga alterum non habet, officium prædicandi nullatenus ſuſcipere debet. Etſi non omnes ſumus miniſtri. Imo omnes Chriſtiani ſunt miniſtri, ideſt, miniſtros debent imitari, 1. *Cor.* 10. Imitatores mei eſtote. Sol. Omnes ſunt miniſtri charitate, cujus eſt proprie miniſtrare non miniſtrari, non officio dignitatis, cujus eſt utrumque. Manibus ſuis operabatur, 2. *Theſſ. ult.* Non inquieti fuimus inter vos, neque panem gratis manducavimus ab aliquo, ſed in labore, &c. idem *Act.* 20. Venite ad me. *Matt.* 11. Sanctus adeſt Spiritus. *Pſ.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione. *Iſa.* 43. Cum tranſieris per aquas, tecum ero, &c. Renovat, *ſup.* 4. Leve eſt onus Chriſti. *Matt.* 11. unde *Aug.* in *lib. de vera relig.* Qui huic jugo ſubjicitur, omnia habet ſubjecta, & ideo non dolebit. Et hoc ſignificatum eſt *Exod.* 15. in aquis Mara, quæ dulcoratæ ſunt. *Jo.* 16. In me pacem, in mundo preſſuram habebitis: quia interior homo cum Deo eſt & in Deo; exterior autem cum mundo & in mundo. In caſtitate mentis & corporis. Unde *Lev.* 12. Puerpera offerebat par turturum, aut duos pullos columbarum. *Ap.* 1. 7. & *Dan.* 12. Accinctum ad mamillas, & renes. Quomodo converſandum ſit. *Phil.* 2. Ut ſitis ſine querela,

A & ſimplices

Expoſitio Gloſ.

Digitized by Google

A Anguſtiati afflicti. *a* In plagis] in verberibus. Idem *inf.* 11. Quinquies quadragenas. *b* In carceribus.] *Act.* 16. Cum multas plagas eis intuliſſent, miſerunt eos in carcerem. *c* In ſeditionibus] i. commotionibus populi contra ſe. *Act.* 19. Periclitamur argui ſeditionis hodiernæ.

...guſtiis, in *a* plagis, in *b* carceribus, *c* in ſeditionibus, *d* in laboribus, in *e* vigiliis, in *f* jejuniis, in *g* caſtitate, *h* in ſcientia, in *i* longanimitate, *k* in ſuavitate, *l* in Spiritu ſancto, *m* in charitate non ficta, in verbo *n* veritatis, *o* in virtute Dei, per *p* arma juſtitiæ a *q* dextris & a *r* ſiniſtris, per *ſ* gloriam, & ignobilitatem, per *t* infamiam, & bonam famam *u* ut ſeductores, *x* & veraces, ſicut *y* qui ignoti & *z* cogniti, quaſi *a* morientes *b* & ecce *c* vivimus, *d* ut caſtigati & non *e* mortificati, *f* quaſi triſtes, *g* ſemper autem *h* gaudentes, ſicut *i* egentes, *k* multos autem locupletantes, tanquam nihil *l* habentes & *m* omnia poſſidentes.

D

d In laboribus] operum. *Gloſ.* quia manibus ſuis operabatur ne eis gravis eſſet. *Act.* 20. Ad ea quæ opus mihi erant & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ, 2. *Theſſ.* 3. Qui non vult laborare, non manducet.

e In vigiliis.] *Gl.* nocte laborando in officio ſibi delegato. *Act.* 20. Protraxit ſermonem uſque ad mediam noctem. *f* In jejuniis] *Gl.* coactis, vel ſpontaneis. *Act.* 27. Quartadecima die hodie expectantes jejuni permanemus nihil accipientes. Item nota. *Gl.* Cum Sancti aſpera, & gravia ſuſtineant, adeſt profecto Spiritus ſanctus, &c. Omnia enim ſæva, & immania facilia, & prope nulla facit amor. *g* In caſtitate] mentis & corporis. *Heb.* 12. Pacem ſequimini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. *Prov.* 30. Gallus ſuccinctus lumbos, i. Prædicator.

h In ſcientia] Scripturarum. Et nota ordinem, [In caſtitate, in ſcientia] ut caſta ſit noſtra ſcientia. *Jer.* 3. Dabo vobis paſtores juxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina. *i* In longanimitate. *Gal* 5. Fructus Spiritus, longanimitas. *k* in ſuavitate,] ut blandi & affabiles ſimus. *Prov.* 12. Qui ſuavis eſt, vivit in moderationibus. *l* In Spiritu ſancto,] i. ſine fictione. *Sapient.* 1. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum.

m In charitate non ficta] *Gl.* Ficta charitas eſt in his qui in adverſitate deſerunt fratres. *n* In verbo veritatis] prædicando, vel loquendo. *Col.* 3. Ut verbum Chriſti habitet in vobis. *o* In virtute Dei,] i. ut confidamus in virtute Dei & non in noſtra. [In virtute Dei,] i. in miraculis in quibus virtus Dei apparet; quæ faciamus ad utilitatem proximorum, non ad noſtram oſtentationem. Vel [in virtute Dei,] quæ proprie eſt miſericordia. *Luc.* 6. Eſtote miſericordes, &c. *p* Per arma juſtitiæ,] i. ſpecie ejus quibus armamur contra diverſa vitia. Item *Eph.* 6. Accipite armaturam Dei, 1. *Theſſ.* 5. Induti loricam fidei, & caſtitatis, & galeam, ſpem ſalutis. *q* A dextris,] i. proſperis, contra quæ indigemus uſibus quarumdam virtutum, & præcipue uſu temperantiæ. *r* A ſiniſtris,] i. adverſis contra quæ indigemus fortitudine. *Pſ.* 90. Cadent a latere tuo mille & decem millia a dextris tuis. *Ibid.* Scuto circumdabit te veritas ejus, i. ex omni parte, non ſcuta militum mundi.

ſ Per gloriam, &c.] ut ſi glorioſi habeamur, non inde elevemur, ſi ignominioſi, non indignemur. Vel reſume illud *ſup.* [Exhibeamus nos, &c.] i. prædicemus, quæ videntur glorioſa de Chriſto, & quæ videntur de eo horrenda aliquibus, non pudeat nos prædicare. Gloria fuit Paulo quando putantes eum Jovem voluerunt ei ſacrificare, ſed ignobilitas quando poſtea ſtatim lapidaverunt. *Act.* 14. 1. *Theſſ.* 2. Neque gloriam quærentes ab hominibus, neque a vobis, neque ab aliis. *Greg.* Qui gloriam non quærit, contumeliam non ſentit. Sed aliam gloriam voluit Apoſtolus, de qua 1. *Cor.* 9. Melius eſt mihi mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. Item *ſup.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Item gloria erat Apoſtolis in prædicatione & miraculorum operatione; ſed ignominia, & ignobilitas in pœnis & flagellorum perpeſſione: ſed & in his erat eis intus gloria. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli. *t* Per infamiam, &c.] 1. *Cor.* 4. Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer, &c. Sed contra. *Aug.* Crudelis eſt qui famam negligit. Sol. Apud bonos & graves. *u* Ut ſeductores] apud quoſdam qui fallebantur.

x Et veraces] apud alios. 2. *Jo:* Multi ſeductores exierunt in mundum qui non confitentur Chriſtum veniſſe in carnem, hic eſt ſeductor & antichriſtus. *Jo:* 7. Alii dicebant quia bonus eſt, alii autem, non: ſed ſeducit turbas *Matt.* 10. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domeſticos.

y Sicut qui ignoti,] i. reprobati a Deo. *Job* 8. Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum & dicet. Non novi te. *Matt.* 7. Non novi vos, Diſcedite a me operarii iniquitatis. *z* Et cogniti] 1. *Cor.* 8. Si quis diligit Deum, hic agnitus eſt ab eo.

a Quaſi morientes] per peccata. *b* Et ecce,] i. valde cito. *Jac.* 5. Ecce judex ante januam. *c* Vivimus] bonis operibus, apud aliorum opinionem. Vel de morte corporali. *Pſ.* 117. Non moriar ſed vivam, & narrabo opera Domini. *Job* 29. In nidulo meo moriar, & quaſi palma multiplicabo dies. *d* Ut caſtigati] per verba coerciti a Prædicatore. *e* Et non mortificati. Mortificantur qui in fidei confeſſione non permanent. Vel [caſtigati,] i. tribulationibus expoſiti, & eſt fere idem ſenſus ſicut prius. *Heb.* 12. Quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat enim omnem filium quem recipit. *Pſ.* 117. Caſtigans caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me.

f Quaſi triſtes] de tribulatione.

g Semper.] *Dydimus* Lætitia ſempiterna in corde eorum verſatur, quorum Spiritus ſanctus habitator eſt.

h Gaudentes.] *Jo:* 16. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Jac.* 1. Omne gaudium exiſtimate, &c. 1. *Pet.* 4. Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete, ut in revelatione gloriæ ejus gaudeatis. *Phil.* 4. Gaudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete.

i Sicut egentes] in terrenis non in ſpiritualibus bonis. *Prov.* 10. Non affliget Dominus fame animam juſti. Sed nonne erant vere egentes? Sic quare ergo dicit [Sicut egentes.] Sol. Egentes in re, ſed non egentes ſui reputatione, egentes in mundo, divites in Deo. *Prov.* 13. Et quaſi pauper, cum in multis divitiis ſit.

k Multos autem locupletantes] divitiis ſpiritualibus.

l Tanquam nihil habentes.] *Gloſ.* Hæc fuit gloria Apoſtolorum nihil poſſidere omnino, ſine ſollicitudine eſſe, & tam res quam dominos earum poſſidere, & hoc eſt.

m Omnia poſſidentes.] 1. *Cor.* 3. Omnia noſtra ſunt. 1. *Cor.* 7. Qui emunt tanquam non poſſidentes, & qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.

Ponit articulos Prædicatori neceſſarios: Verax & notus, vivens cum verbere lætus: Pauper, ditator, ſpernens terrena, poli rea. *Gl.* Nota, quibuſdam addit vel ut, vel quaſi, vel tanquam, quia hæc ſicut in ſomniis tranſeunt: ſed contraria ponuntur ſine quaſi, quia certa ſunt. Triſtitia noſtra habet quaſi; gaudium non habet. Quare hoc? Quia gaudium certa res eſt; triſtitia vero ſicut in ſomniis tranſit.

A & ſimplices filii Dei, ſine reprehenſione in medio nationis pravæ & perverſæ, &c. Affabiles ſimus. *Eccleſ.* 6. Verbum dulce, &c. Per dulces ſermones ſeducunt: ad *Tit.* 1. *Prov.* 29. Qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus. *Eccl.* 12. In labiis ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur. Qui in adverſitate deſerunt. *Eccl.* 6. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & *inf.* Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in tempore tribulationis. Vel in virtute, i. miraculis. *Col.* 3. *Pſ* 64. Præparans montes in virtute tua. *Gl.* In miraculorum operatione. Nec elevemur, ideo indigemus temperantia. Ne frangamur, ideo indigemus fortitudine. *Nu.* 20. Non declinabimus neque ad dexteram neque ad ſiniſtram. *Iſa.* 30, Hæc eſt via, ambulate in ea, non declinantes neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

Quæ quidam horrent. Unde in primitiva Eccleſia quidam horrebant dicere, quod Chriſtus eſuriſſet, comediſſet, paſſus fuiſſet, & ideo fuit tunc inſtitutum, ut unicuique fieret crux in fronte de chriſmate.

Per infamiam fidei, quia reputabantur infames. Nec de mala æſtimatione doleamus, ad idem 1. *Cor.* 4. Mihi pro minimo eſt ſi a vobis judicer. *Gloſ.* infidelis diſpenſator.

Sed contra. *Eccl.* 41. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quam mille theſauri magni, & pretioſi. Solutio. Hic prohibet turbari

Expoſitio Gloſ. A turbatione paſſiva, quæ eſt quando aliquis iraſcitur ita quod habet rancorem contra alterum, licet tamen ei dolere de infamia ne impediatur ejus prædicatio & doctrina, & ne ſit malum exemplum aliis, unde 1.*Cor.*10. Per omnia omnibus placeo, &c. *Rom.* 12. Providentes bona, &c. Apud alios, i. bonos. Non caſtigati, quia non caſtigaſſent eum niſi de peccato. Spiritualibus divitiis. *Apoc.*2. Scio tribulationem tuam, & paupertatem, ſed dives es. *De panit. diſt. 1. cap. porro § ſi antequam de pæn. diſt. 2. c. enim.* In *Actib. Apoſtol.* 4. Sed cõtraria ponuntur *Luc.*6. Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis. *Matt.* 5. Beati qui lugent, &c. Cum evigilavit, non invenit. *Job* 20. Velut ſomnium avolans, &c. *Job* 27. Dives cum dormierit nihil ſecum auferet; aperiet oculos ſuos & nihil inveniet. Ibi de his quæ in ſomnio videbat.

C

Os *a* noſtrum patet ad vos o Corinthii, cor *b* noſtrum dilatatum eſt. *c* Non anguſtiamini in nobis; anguſtiamini autem in viſceribus veſtris. Eamdem autem d habentes remunerationem (tanquam filiis dico) *e* dilatamini & vos: *f* Nolite *g* jugum ducere cum infidelibus. *h* Quæ enim participatio juſtitiæ cũ

Ad litter. *a* Os noſtrum patet.] Hoc eſt ſextum per quod reconciliamur Domino, i. latitudo charitatis, & quaſi reſpondet ad hoc quod poſſet quis quærere, quare ita te commendas? [Quia os noſtrum,] i. quia multa ſunt in me per quæ poſſum me commendare ad vos inſtruendos. *b* Dilatatum eſt] i. plenum eſt. Ponit conſequens pro antecedente, ſic ſaccus quanto plus impletur, tanto plus dilatatur. [Os noſtrum patet.] Contra. *Matt.*5. Aperiens Jeſus os ſuum docebat, non ergo ſemper erat patulum. Item *Num.* 19. Vas quod non habuerit cooperculum deſuper immundum erit. Sol. Non dicit, ait *Gloſ.* ſemper; ſed patet ad vos. Ad quid? Ad attrahendum ſpiritum. Unde *Pſ.* 118. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum, & *Pſ.*80. Dilata & aperi os tuum, & implebo. Et poſtea ad docendum. *Matt.* 5. Aperiens Jeſus os ſuum docebat eos. In hoc quod dicitur [patet] notatur myſterii profunditas, apertio, & multiplicatio, ſimiliter hæc tria notat *Greg.* ſuper illud *Job* 3. Aperuit Job os ſuum. Item apertio oris ſignificat pretioſitatem theſauri, manifeſtationem, & explanationem doctrinæ, ſermonis longitudinem, occultorum reſerationem, attrahendi deſiderium cordis abundantiam quia ex abundantia cordis os loquitur, *Matt.* 12. Eructandi voluntatem. *Pſ.* 44 Eructavit cor meum. [Cor dilatatum] gaudio & amore & aviditate: & ideo non poſſumus non eloqui prædicta. *Pſ.* 147. Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea, & *Pſ.* 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis & ſequitur. Locutus ſum in lingua. *Job* 32. Et venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod laguneulas novas dirumpit, loquar & reſpirabo paululum. Qui ergo loqui nolunt, ſignum eſt quod non habent cor dilatatum per charitatem, propter quod dicit Diabolus. *Iſ.* 10. Non fuit, qui aperiret os ſuum, ut ganniret. Et nota *Gl.* Libere loquitur Apoſtolus, & ex pura conſcientia. Male enim conſcia mens loqui trepidat, ſenſum perdit, in verbis errat. Mens noſtra plena eſt divitiis, non erubeſcit dicere quod in ſe habet. Item quando Dominus Petro voluit tradere curam Eccleſiæ ſuæ, dixit ei *Jo: ult.* ter, Amas me? ſignificans quod Prælatus debet habere triplex teſtimonium, oris, cordis, operis. Hæc tria notat in ſe Apoſtolus. Primum ibi [Os noſtrum patet,] ſecundum ibi [Cor noſtrum,] tertium *inf.* 7. ibi [Capite nos, &c.] *c* Non anguſtiamini in nobis] i. Nolite conqueri de defectu ſcientiæ noſtræ, & bonæ operationis, quaſi ex hoc patiamini anguſtiam, ſive inopiam horum. Hoc dicit quia multi ſunt ſicut noctua, quæ ſi loqui poſſet, juraret quod melius videt de nocte quam de die, quia non poteſt videre lucem diei: ſic multi qui non intelligunt alios, arbitrantur quod nihil dicant. Unde *Hier.* ſuper *Prologum Bibliæ*. Vos quoque parati morſibus plurimorum, qui ſtimulante invidia quod conſequi non valent deſpiciunt, & poſtea dicit: Legant prius, & poſtea deſpiciant, ne videantur non ex judicio, ſed ex odii præſumptione ignorata damnare *Aug.* In multis, eo quod non poteſtis intelligere nec affici ad implendum opere: *Luc.* 23. Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos flete. *e* Dilatamini.] *Iſ.* 54. Dilata locum tentorii *Gen.* 9. Dilatet Dominus Japhet, i. dilatationem, i. eos qui ſe dilatant per liberum arbitrium. *d* Habentes eamdem remunerationem.] *Matt.* 10. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet. *f* Nolite jugum.] Septimum eſt videlicet ut a cultu idolorum, & pravo conſortio ſe ſequeſtrent. *g* Jugum ducere] Contra, 1. *Cor.* 7. Si quis habet uxorem infidelem, & hæc conſentit cohabitare, non dimittat illam. Sol. Ibi dicit Non dimittere, hic autem accipitur in alio ſenſu, i. eis conſentire, vel cooperari. *Iſ.* 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis. *Iſa.* 14. Auferetur ab eo jugum ejus, i. peccatum quod eſt jugum Diaboli, & ipſius peccatoris, ſicut jugum eſt ruſtici, & bovis, & onus illius ab humero eorum tolletur: onus, i. pœna debita peccato. *h* Quæ enim participatio?] Multipliciter probat quod debent ſe ſequeſtrare a cultu idolorum, & pravo conſortio. Et ſumitur hæc prima ratio a natura contrarietatis. *Eccleſ.* 13. Quæ communicatio eſt ſancto homini ad canem? aut quæ pars bona diviti ad pauperem? *Jerem.* 23. Quid paleis ad triti-

A cum

Expoſitio Gloſ. *a* Os noſtrum patet], &c.] Male conſcia mens, &c. *Sap.* 17. Cum ſit enim timida nequitia dat teſtimonium condemnationis; ſemper enim præſumit ſæva, perturbata conſcientia. Nec erubeſcit dicere. *Actor.* 4. Non poſſumus non eloqui quæ vidimus, & audivimus. *Eccleſ.* 30. bona abſcondita in ore clauſo, &c. Qui dura corda, &c. Cor large ſumitur hic ad intellectum & affectum.

Unde dicit. Ad intelligendum & complendum. Dilatamini: ſed quomodo facient cum ante dictum ſit, dura corda habetis, &c.

Sol. ſumitur conſequens pro antecedente; Agite pœnitentiam per quam emolleſcit cor; quia & ſic illuminatur cor ad ſcientiam, & accenditur ad virtutem. Habentes eamdem remunerationem, non tamen æqualem. Nolite ſocii eſſe malorum; exponit de jugo peccati de quo *Thren.* 1. Vigilavit jugum iniquitatum, & *Iſa.* 10. Computreſcet jugum a facie olei. *Matt.* 10. Jugum meum ſuave eſt. Servi. *Jo:* 8. Qui prædicant carnales obſervantias, ergo hæreſis erat.

Sol. Verum eſt, ponentibus ſpem in eis, & prædicantibus ſic quod aliter non poterit eſſe ſalus. Quia vos eſtis juſti. Contra dixit, dura corda habetis.

Sol. loquitur de diverſis hic, & ibi: inter eos, enim erant quidam mali, de quibus ibi: & quidam boni de quibus hic: & hæc eſt tertia regula *Ticonii*. Simile *Jerem.* 26. Apprehenderunt eum Sacerdotes & Prophetæ, & omnis populus dicentes. Morte moriamur, & ſequitur. Et omnis populus ad Sacerdotes & Prophetas ait. Non eſt judicium mortis huic viro. Qui ſe eſſe Deum mentitur, juxta illud *inf.* 11. Transfigurat ſe in angelum lucis. Quia ille omnia male: Chriſtus omnia bene agit. Hic tanguntur duæ quæſtiones. Prima eſt utrum Diabolus omni motu ſuo peccet. Secunda utrum Chriſtum omni motu ſuo meruit. Circa primam ſic: ſi Diabolus omnia male agit, ergo & in omni motu ſuo peccat; quia motus ejus eſt actio. Sed *Jac.* 2. Dæmones credunt, & contremiſcunt, ergo credendo peccant, ſi verum eſt quod hic dicitur. Sed ſi hoc, eadem ratione, & ille qui habet fidem informem, peccat, ut dicit *Gl.* ſi peccatum eſſet malum facere hoc bonum. Item ſecundum hoc Diabolus peccabat exeundo ab obſeſſis hominibus. Sed contra: Dominus imperabat ei hoc: ut habetur *Marc.* 5. & non revocavit præceptum; ergo auctoritate Dei exibat: ſicut ſi Abraham occidiſſet filium ſuum Domino præcipiente, auctoritate Domini occidiſſet. Sed exeundo peccabat Diabolus, ergo auctoritate Domini peccabat, quod falſum eſt.

Sol. Non peccat omni motu ſuo, ſed omni qui ſubjacet ejus libero arbitrio, & non eſt coactus; unde motibus naturalibus non peccat, ſicut appetendo naturaliter. Ad illud credunt, &c. dicendum quod motu fidei poteſt moveri dupliciter nempe vel inevitabilibus argumentis, vel per flagella coactus, & tunc non peccat, quia quod tunc in eo fit, non ipſe facit, quando autem ex libero arbitrio movetur, ſemper peccat, quia ſemper addit malam intentionem: ejus enim liberum arbitrium non poteſt eum ad bonum movere, & ideo non eſt ſic de habente fidem informem: quia in quantiſcumque peccatis ſit, ſemper poteſt moveri ad bonum ex libero arbitrio. Quod objicit de exitu ab obſeſſis corporibus dicendum quod exitus non erat eis peccatum, ſed murmur quod faciebant contra Deum in exitu, quidam tamen dicunt quod exitus erat eis peccatum; nec præcipiebatur eis a Domino ſimpliciter exire, ſed ne læderent obſeſſum. *Greg.* Magnum tormentum eſt ei a læſione ceſſare, & tanto di-

A mittit

Digitized by Google

iniquitate? *a* Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? *b* Quæ autem conventio Chriſti ad *c* Belial? *d* Aut quæ pars fideli cum infideli? *e* Qui autem conſenſus *f* templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus. Quoniam *g* inhabitabo in illis, *h* & inambulabo inter eos, & *i* ero illorum Deus, & k ipſi erunt mihi populus. *l* Propter quod *m* exite de medio eorum, & *n* ſeparamini, dicit Dominus, & *o* immundum ne tetigeritis, & *p* ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in *q* filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.

A eum. Inde ſubdit exemplum in ſpiritualibus contrariis. *a* Aut quæ ſocietas luci,] virtuti, [ad tenebras] i. ad peccata? *Jac.* 3. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam, &c. Sic non poteſt malus bona facere. 1.*Cor.*10. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum, 1. *Jo.*1. Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur.
b Quæ autem conventio Chriſti.] Probat idem per diſcordiam Dominorum. *c* Belial] qui interpretatur apoſtata, vel abſque jugo, hic eſt Diabolus, *Matt.*6. Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. 3. *Reg.* 18. Uſquequo claudicatis, &c. *Lev.*19. Veſte autem, quæ ex duobus eſt contexta, non indueris. Converſatio tua non erit in parte bona, & in parte mala. *d* Aut quæ pars?] Probat per diverſitatem hæreditatum. [Aut quæ pars?] q.d. Nulla reſtat gratia ut ſeparemini ab operibus eorum, & converſatione: quia dicitur. *Gal.*4. Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ, i. gratiæ liberantis. 1.*Cor.*6. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt? *e* Qui autem conſenſus.] Quarta cauſa eſt propter diſcrepantiam cultus.
f Templo Dei, &c.] q.d. Sacramenta Eccleſiæ non debetis idolis communicare, nec vos illorum ſacrificia facere. *Eccl.* 13. Quid communicabit cacabus ad ollam? Vel [Templo,] i. cuilibet homini in baptiſmo ſanctificato, 1.*Cor.*3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, & 6. Neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Sp. ſancti? & *Marc.* 13. Cum videritis abominationem ſtantem in loco in quo non debet, i. in homine ſanctificato per baptiſmum. *g* Quoniam inhabitabo.] Probat per auctoritatem, quoniam ſunt templum Dei, & eſt auctoritas quoad primam partem ſumpta a *Lev.*26. Ubi nos habemus, Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & ambulabo in medio veſtri, & ero veſter Deus, vel de *Jer.*7. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto. *Exod.*29. Inhabitabo in medio filiorum Iſrael. Vel de *Ezech.* 37. Fundabo eos, & multiplicabo, & dabo ſanctificationem meam in medio eorum in ſempiternum, & erit tabernaculum meum, &c. Ab hoc loco melius ſumit *Dydimus*. Altus, ait, in altis habitat: omnis natura creaturarum rationalium domus dicitur Salvatoris, & *inf.* Cum Sp. ſanctus mentem, i. interiorem hominem inhabitare doceatur: non dicam ineptum, ſed impium eſt dicere creaturam, i. creatam naturam in ſenſu habitare: impaſſibile enim eſt. Conſiderandum igitur eſt quod in ſenſu, & in corde non poteſt habitare niſi Deus, ſicut loquitur pater ad quoſdam. Inhabitabo in eis; & inambulabo. *g* Inhabitabo.] Nota quatuor in hac auctoritate. [Inhabitabo] i. per gratiam vivificabo. Sicut enim anima vivificat corpus per ſuam inhabitationem; ita Deus per gratiam. *Pſ.*6. Exultabunt, & habitabis in eis. *h* Inambulabo,] i. inambulando proficere faciam. *Pſ.*83. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion, i. non ceſſabit quin faciat eos proficere, donec videatur facie ad faciem in patria. *Deut.*23. Dominus enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorum tuorum, &c. Nota *Gl.* Hic deambulat in nobis præſentia majeſtatis divinæ, ſi latitudinem invenerit charitatis. *i* Ero illorum Deus,] in tentationibus cuſtodiendo; a tribulationibus eripiendo: vota eorum, & deſideria exaudiendo, *Pſ.*21. Deus meus es tu, ne diſcedas a me, quoniam tribulatio proxima eſt, &c. *k* Erunt mihi populus,] ſe omnibus modis ſervitio ejus mancipando. *Pſ.*72. Ut jumentum factus ſum apud te. *l* Propter quod exite.] *Iſ.*52. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio ejus. Et nota tria, quæ dicuntur hic. *m* Exite] peccatum derelinquendo. *Zach.* 2. Fugite de terra Aquilonis, i. terra peccati. *Jerem.*50. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini. Hoc dicit, quia peccatum eſt morbus contagioſus, unde per lepram ſignificatur, de qua *Num.* 5. ubi præcipit Dominus, quod leproſi ejiciantur extra caſtra, & quod nullus habeat conſortium cum eis. *Apoc.* 18. Exite de illa populus meus, & ne ſitis participes delictorum ejus. *n* Separamini] occaſiones peccati devitando. *Iſ.*14. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, & ſcopabo eam in ſcopa. Hoc demum debet fieri poſtquam groſſa peccata ſunt amota. *o* Immundum ne tetigeritis] peccatis aliorum conſentiendo; vel eos in peccatis fovendo; vel non redarguendo. *Pſ.*124. Declinantes in obligationes, i. in peccata, quæ ad pœnam æternam obligant. *Rom.* 1. Qui talia agunt, &c. *Num.* 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent. Nota *Gl.* Exire eſt facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cujuſque ſalva pace. Spiritualis receſſio hæc intelligenda eſt ſimiliter de tactu cordis, &c. *p* Et ego recipiam,] i. reconciliabor vobis in patrem per hæreditatis collationem, *Rom.* 8. Hæredes quidem, &c. *Luc.*15. Omnia mea tua ſunt. *Matt.*25. Percipite regnum; quod vobis paratum eſt. *q* In filios, & filias,] per imitationem, ſinceram dilectionem, & caſtum timorem, & hoc dicit ad innuendum quod non tantum perfecti, ſed etiam imperfecti Deo placent, 2. *Reg.*7. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.

A mittit gravius, quanto poſſedit diutius propter quod diſcerpebat eum a quo exibat: nec in exeundo peccabat. Item cum dicit, Chriſtus omnia bene egit: aut loquitur de Chriſto ſecundum ſtatum immortalitatis, & eadem ratione idem poſſet dici de anima Petri modo: aut ſecundum ſtatum mortalitatis. Si ergo motu quo voluit non mori, bene egit, & ita meruit; & motu ſenſualitatis meruit. Contra. Ille motus erat naturæ, quod patet, quia ſecundum rationem, & gratiam volebat contrarium: ergo meruit eis ſolis qui regebantur ratione. Quod ergo dicitur hic, Chriſtus omnia bene egit, ſi ſumatur ly, bene, ideſt, meritorie, intelliguntur omnia, quæ a ratione imperabantur; ſed ſi, bene, largius ſumatur, verum eſt ſimpliciter: ſed non ſequitur. Meruit, ergo omni motu ſuo; imo eſt a ſuperiori ad inferius affirmando. Alii dicunt, quod omni motu ſuo meruit, & quod ratio motibus ſenſualitatis imperabat in eo: nobis tamen non videtur hoc, quia ſi millies imperaſſet ratio, quod non eſuriret, non propter quod eſuriiſſet. Non debetis communicare his, qui ſunt templum Diaboli; ſed omnis, qui eſt in mortali, eſt templum Diaboli: ergo cum illo, qui eſt in mortali non licet communicare. Si dicit quod intelligit hoc tantum de communione, quæ eſt cum idololatris. Contra, ſuper illud. 1.*Cor. c.*5. Scripſi vobis ne commiſceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, *Gloſſ.* Gentibus, quibus miſceri non prohibet, ſicut iſti prius intellexerunt. Solutio. Non prohibebat eis communicare cum idololatris in neceſſitatibus ſuis, quod patet per textum, qui ſequitur ibi. Alioquin de hoc mundo exiſſe debueratis. Hic autem loquitur de communione ſacrificiorum: quaſi dicat. Non debetis facere ſacrificia qualia ipſi faciunt, nec veſtra debetis eis communicare. Mei, & non mundi amatores, *Jo.*17. Ego pro eis rogo non pro mundo. In terris viſus. *Baruch.*3. & dicitur liber Jeremiæ, quia ipſe erat notarius ejus. Inter quos habitabant, habitaturi erant: ſed loquitur, ut propheta. Exite autem, non corporaliter, ſed ſpiritualiter. Ab eis receditur, id eſt, recedendum eſt. Quantumlibet, pro gradu cujuſlibet, &c. Ex hoc videtur quod præceptum de correctione fraterna pertinet ad omnes, & quod quemlibet peccantem quilibet debeat arguere. Sed contra. *Prov.* 9. Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi injuriam facit. Solutio. Pertinet ad unumquemque ſi probabiliter diceret ei conſcientia, quod corrigerent ſe per eum: tenetur inquam ex officio charitatis, ſed Prælati etiam ex officio dignitatis. Ideſt, delectatio, quæ eſt primus motus. Contra eos, qui dicunt, quod primus motus eſt peccatum, quia eſt a fomite: nunquam enim eſt peccatum, niſi quando homo conjungit ſe creaturæ, quod non eſt in primo ejus motu; unde ſecundo primus, & non primo primus eſt peccatum. Mortalis peccati, quia ducit ad mortale. Majus malum in ſeparatione bonorum: quaſi dicat. Majus malum eſt ſeparari a bonis, quam eſſe cum malis, & tamen aliquando oportet ſeparari a bonis, & ita ſimiliter oportet aliquando remanere cum malis; dummodo malo eorum non conſentiamus.

Expoſitio Gloſſ.

EX-

EXPOSITIO CAP. VII.

HAs igitur habentes promiſſiones.] Hoc cap.eſt concluſio præcedentis, q.d.Ex quo Dominus promittit tot & tanta ei, qui ſibi reconciliatur, debetis ei reconciliari, ut vobis multipliciter oſtendo. Primo obſervando vos ab omni immunditia. Secundo ponit ſe in exemplum, ibi: [Capite nos.] Tertio oſtendit ſe multum gaviſum de eis, ibi: [Multa mihi] Quarto, quod eorum correctio ei eſt ſuper tribulationes magna conſolatio, ibi:[Nam cum veniſſemus,] Quinto reſpondet antipophoræ, quæ ei poſſet fieri: Si diligis nos, ut dicis, & gaudes de profectu noſtro: quare nos tamen contriſtas? ibi: [Quoniam etſi.] Sexto admonet eos, ibi: [In omnibus.] Ultimo dicit quomodo conſolatus fuerit in adventu Titi narrantis eorum obedientiam. Dicit ergo.

CAP. VII.

HAs *a* igitur *b* habentes promiſſiones Chariſſimi, mundemus nos ab omni *c* inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in *d* timore Dei. *e* Capite nos. *f* Neminem *g* læſimus, neminem *h* corrupimus, neminem circumvenimus. *i* Non ad condemnationem veſtram dico. *k* Prædiximus enim, quod *l* in cordibus noſtris *m* eſtis ad commoriendum, & ad convivendum. *n* Multa mihi fiducia eſt apud vos, multa mihi *o* gloriatio *p* pro vobis. *q* Repletus ſum conſolatione, *r* ſuperabundo gaudio *ſ* in omni tribulatione noſtra. *t* Nam & cum veniſſemus in Macedoniam, nullam requiem habuit *u* caro noſtra, *x* ſed omnem tribulationem paſſi ſumus: *y* foris pugnæ, *z* intus timores.

a Has igitur promiſſiones,] i. Inhabitabo, inambulabo, &c. *b* Habentes] dicit, non expectantes, 1. *Jo.* 5. Scimus quoniam habemus petitiones quas poſtulamus ab eo, & ſupra. Qui habet filium Dei, habet vitam æternam. *c* Ab omni inquinamento, &c.] i. ab omni peccato carnali, & ſpirituali. *Rom.* 13. Curam carnis ne feceritis. *Gal.*5. Deſideria carnis non perficietis. *Iſ.*1. Lavamini, mundi eſtote. *Iſ.* 52. Mundamini qui fertis vaſa Domini, i. animas in quibus Dominus requieſcit. Unde multo fortius debetis mundari, qui eſtis vaſa Domini. *Lev.* 19. Sancti eſtote, quoniam ſanctus ſum. 1.*Theſ.ult.* Deus autem ſanctificet vos per omnia: ut ſit integer ſpiritus, & anima, & corpus ſine querela ſervetur in adventu Domini. *d* In timore Dei.] *Eccl.*7. Qui timet Deum, nihil negligit. *Eccl.* 25. Timor Domini omnibus ſe ſuperpoſuit. *e* Capite nos,] in exemplum, ſicut cera impreſſionem a ſigillo, 1.*Cor.*11. Imitatores mei eſtote, ſicut ego Chriſti. Hodie poſſunt dicere, Capite verba noſtra, vel libros noſtros: ſed non vitam noſtram. Vita bona eſt quaſi eſca; verbum quaſi hamus, *Thr.* 4. Parvuli petierunt panem, &c. *Phil.* 1. Idem certamen habentes quale, & vidiſtis in me, & audiſtis nunc de me. Item *Phil.* 4. Hæc cogitate, quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, &c. *Judic.* 7. Quod me videbitis facere, hoc facite. Et modo quid? *Matth.* 23. Super cathedram Moyſi ſederunt, &c. *f* Neminem læſimus.] In his exemplum capite a nobis. Et tangit Pſeudo, qui eis difficilia præcipiebant, & poſtea improperabant eis quando non implebant, & ſic lædebantur ab eis. [Neminem læſimus] per violentiam. *g* Neminem corrupimus,] per falſam doctrinam. *h* Neminem circumvenimus,] per fraudulentiam, i. non decipimus verbis ad emungendam pecuniam, 1. *Tim.*4. Exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione. *i* Non ad condemnationem,] i. ut oſtendam condemnabiles, ſed ut adducam vos ad pœnitentiam, 1. *Cor.* 7. Ad utilitatem veſtram dico, non ut vobis laqueum injiciam. *k* Prædiximus,] *ſup.*3. *l* In cordibus noſtris eſtis,] per ſolicitudinem, & dilectionem. *m* Ad commoriendum, &c.] i. in tantum diligo vos, quod mortem veſtram ſpiritualem per peccata reputo meam ſimiliter & vitam veſtram, vitam meam, vel, i. ita quod vellem vos mori mecum pro Chriſto, & idem præmium, & coronam recipere ab eo, 1.*Cor.*15. Quotidie morior propter veſtram gloriam, *inf.* 13. Libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris, 2.*Tim.* 2. Nam ſi commortui ſumus, & convivemus. *n* Multa mihi.] Oſtendit ſe multum ſperare de correctione eorum, quod facit ne in deſperationem cadant. Continua. Ita eſtis in cordibus noſtris, ita diligo vos, & non eſt mirum hoc quia. [Multa mihi fiducia eſt apud vos,] quando conſidero bona, quæ in vobis ſunt, ſimile *Hebr.* 9. Confidimus autem de vobis dilectiſſimi, meliora, & viciniora ſaluti; tametſi ita loquimur. *Hebr.*10. Nolite amittere confidentiam, quæ magnam habet remunerationem.
o Gloriatio,] apud alios *ſup.*1. Gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra *p* Pro vobis,] de vobis. Sed contra, *ſup.*1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Non ergo de ipſis gloriari debet. Sol. hic appellat gloriationem, magnificentiæ exempla eorum apud alios. *Eccl.*25. Inſuſpicabilia cordis magnificavi, i. magna reputavi, &c. homo qui jucundatur vivens in filiis, & videns ſubmerſionem inimicorum, Chriſti.
q Repletus ſum gaudio,] audita veſtra correctione.
r Superabundo gaudio in omni tribulatione,] i. gaudium, quod habeo de correctione veſtra, majus eſt tribulatione mea, & quaſi abſorbet eam, ut quodammodo obliviſcar illius. Et quid mirum ſi Prælati gaudeant de pœnitentia, & correctione? cum dicatur, *Luc.* 15. Gaudium eſt in cœlis Angelis Dei, &c. *ſ* In omni tribulatione.] *Jac.*1. Omne gaudium exiſtimate, &c. *Rom.* 5. Sed & gloriamur in tribulationibus, &c. *t* Nam] bene dico in omni tribulatione, quia magnam habui.
t Nam, &c. cum veniſſemus, &c.] in qua erat quædam mulier habens ſpiritum pythonicum dominis magnum lucrum conferens, a qua cum ejeciſſet Apoſtolus ſpiritum malum, ceſſavit lucrum: inde irati domini illius verberaverunt permaxime Apoſtolum, projeceruntque mortuum extra civitatem, ſimiliter & Barnabam.
u Caro noſtra.] *Job* 9. Terra tradita eſt in manus impii. *Greg.* Mirabili diſpenſatione tribulatio impii dum exterius affligit, interius reficit, propter hoc [caro] non ſpiritus. Unde *Gl.*Anima in adverſis quæ in corpore patitur, ſpe futuri quieſcit. *x* Sed omnem tribulationem] i.perfectam: quia. *y* Foris pugnæ,] in corpore flagellabamur. *z* Intus] in anima timores ne fideles hoc videntes a fide reſipiſcant, *inf.* 11. Præter illa quæ extrinſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum, *Ezec.*7. Gladius foris, & peſtis & fames intrinſecus. Vel ſic: [Foris pugnæ] ab infidelibus. [Intus timores] ab illis qui intra Eccleſiam erant, ne a fide diſcederent. Similiter ſumitur intus, ut foris, 1.*Cor.* 5. Quid enim mihi eſt de his, qui foris ſunt, judicare, &c. De præced. expoſitione dicit, *Jer.*14. Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio, i.apertis peccatis infideles, qui ſunt in campis, ſive extra civitatem Eccleſiæ: ſi introiero in civitatem, i. Eccleſiam, ecce attenuati fame, i. peccatis occultis, *Thr.*1. Foris interficit gladius, &c.
Vel [Intus timores] i.ab illis qui intus ſunt nomine non merito, 1.*Jo.*2. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis.
a Has igitur, &c.] Habitabit in nobis, in præſenti per gratiam. Expoſitio Gloſſæ. Recipiet nos, in futuro per gloriam. Multa ſunt vitia carnalia. *Gal.*5. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, &c. Perficientes, in baptiſmo: perfecte cuſtodientes: vel, i. ad perfectum ducentes. Sed ex hoc videtur, quod perfecti ſimus in baptiſmo: quod verum eſt de perfectione ſufficientiæ, non de perfectione excellentiæ. Sanctus mundi eſt, ſanctus reputatur a mundo. Et gravabant ſacculos eorum: Imo alleviabant. Solutio. Ideſt, per ſacculorum evacuationem eos evacuabant. De hujuſmodi. *Iſ.*1. Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. *Gl.* Non os, ſed manus conſiderant, illos extollunt. *Mich.*3. Sacerdotes in mercede docebant. *Ibid.* Si quis non dederit in ore eorum quippiam, &c. Prædixi *ſup.* 3. Videte ne ſit vana. Quod eſſet ſi permanſeritis in bono ſtatu, & correctione. Quæ partim erant in animo, pro peccatis veſtris, *ſup.*2.Scripſi vobis, ut non habeam triſtitiam ſuper triſtitiam, de peccatorum ſuorum perpetratione. Spe futuri quieſcit. *Jo.*16.In mundo preſſuram habebitis, in me pacem, & corpus in mundo, & anima in Deo, & cum eo. Sed omnem tribulationem ſecundum animam. Videtur contrarium ei, quod dixit. Spe quieſcit. Sol. Anima ejus ſecundum ſenſualitatem tribulabatur, ſecundum rationem quieſcebat, *Rom.* 12. In tribulatione gaudentes. Pythonem, quod eſt idem, quod ventriloquus Diabulus, qui loquitur quaſi in ventre hominis. *Act.*16 Foris, *Deut.*32. Foris vaſtabit eos gladius, & intus pavor. Non numine, i. non virtute, & gratia: per ſimilitudinem loquitur, ſicut Spiritus quos credebant præſidere idolis, appellabant nomina, quia videbant operari virtute. Nulla enim peſtis efficacior, quam familiaris inimicus,

A *Matth.*

a ex nobis. *a* Sed qui conſolatur.] Oſtendit quod eorum correctio in tanta tribulatione fuit ei conſolatio. *b* Humiles,] ſpiritu & abjectione, 1.*Pet.*5. Deus ſuperbis reſiſtit, &c. *Pſ.* 17. Tu populum humilem, ſalvum facies. Vel humiles,] humilitate pœnæ. *Pſ.* 146. Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

a Sed qui conſolatur *b* humiles conſolatus eſt nos Deus *c* in adventu Titi. *d* Non ſolum autem in adventu ejus, ſed etiam in conſolatione qua conſolatus eſt *e* in his, referens nobis *f* veſtrum deſiderium, veſtrum *g* fletum, *h* veſtram æmulationem pro me, ita *i* ut magis gauderem. *k* Quoniam etſi contriſtavi vos *l* in epiſtola, *m* non me pœnitet: *n* etſi pœniteret videns quod epiſtola illa (etſi ad horam) vos *o* contriſtavit. Nunc gaudeo, *p* non quia contriſtati eſtis: ſed quia contriſtati eſtis *q* ad pœnitentiam. *r* Contriſtati enim eſtis ſecundũ Deum, ut in nullo *ſ* detrimentum patiamini *t* ex nobis. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, *u* pœnitentiam *x* in ſalutem ſtabilem operatur: *y* ſæculi autem triſtitia mortem operatur. Ecce *z* enim *a* hoc ipſum, ſecundum Deum contriſtari vos, *b* quantam in vobis operatur ſolicitudinem, *c* ſed defenſionem, *d* ſed indignationem, ſed *e* timorem, ſed *f* deſiderium, ſed *g* æmulationem, ſed *h* vindictam: in *i* omnibus exhibuiſtis vos *k* incontaminatos eſſe negotio.

c In adventu Titi.] Argumentum quod ex bonis rumoribus conſolatur nos Deus, & præſentia amicorum, *Gal.* 4. Sicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Dominum Jeſum Chriſtum. *d* Non ſolum.] Poſſet reſpondere quiſpiam: conſolatus es in adventu Titi, hoc ideo quia diligebas eum. Reſpondet. Verum eſt, non autem tantum propter hoc. *e* In vobis,] i. de vobis. *f* Veſtrum deſiderium] corrigendi, & emendandi quæ male feciſtis. *Pſ.* 118. Concupivit anima mea deſiderare, &c. *g* Fletum, de commiſſis. *Pſ.*6. Lavabo per ſingulas noctes. *h* Veſtram æmulationem pro me,] quomodo me defenderetis contra Pſeudo qui me infamant. Vel [imitationem] i. quomodo imitamini me. Argumentum, quod non fuerunt turbati, nec murmuraverunt de correctione Apoſtoli. *Prov.*9. Argue ſapientem, &c. *Eccl.* 20. Quia bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam: ſic enim effugies voluntarium peccatum. *i* Ut magis gauderem] de hoc, quam ante dolui de tribulatione mea. *k* Quantum, &c.] Poſſet aliquis quærere. Quomodo gaudes ita de nobis, qui ita nos contriſtaſti? Reſp. quod ad bonum eorum fuit. *l* In epiſtola.] i. per. *m* Non me pœnitet] modo. *n* Etſi pœniteret,] quando audivi, quod vos contriſtati eratis per epiſtolam, & exaſperati contra me. *o* Contriſtavit.] *Hier.*5. Quis miſerebitur tui Iſrael, aut quis contriſtabitur pro te? *p* Non quia contriſtati eſtis.] Sed nonne contriſtatio illa bona erat? Sol. Contriſtati ſunt qui rixabantur contra Apoſtolum, de hoc non gaudebat; ſed quia contriſtati ſunt ad pœnitentiam, de hoc gaudebat. *q* Ad pœnitentiam.] *Amb.* Qui reprehenſus pudorem patitur, corrigere ſe permittit: qui vero iraſcitur, pejorem ſe futurum oſtendit. *Eccl.*7. Per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. *r* Contriſtati, &c.] quod eſt dum peccator triſtis eſt, quia peccavit: dum dolet quia fecit quod Deus odit. *Prov.*12. Mœror in corde juſti humiliabit illum, & ſermone bono lætificabitur. *ſ* Detrimentum] i. damnum. *t* Ex nobis] ex epiſtola noſtra. Argumentum quod triſtitia ſecundum Deum nullum eſt detrimentum corporis: non eſt ergo quarta paſſio animæ. Sol. Triſtitia ſecundum Deum ſpem habet ſociam, quæ ſemper lætificat etiam cum triſtitia affligit. *Rom.* 12. Semper gaudentes. B.*Bern.* O bone Jeſu, quam dulce eſt tecum gaudere, ex quo tam jucundum eſt etiam pro te lugere. *u* Pœnitentiam] ſatisfactionem quæ ordinatur. *x* In ſalutem ſtabilem] æternam. *Prov.*14. Cor quod novit amaritudinem, &c. Salus autem mundi inſtabilis eſt: currit enim cum tempore. *Iſ.*60. Occupavit ſalus muros tuos, 2.*Reg.*23. Cuncta ſalus mea, & omnis voluntas mea, &c. *y* Sæculi triſtitia] quæ eſt de amiſſione honoris temporalis, vel de damno rei, quam propter Deum non diligebat. *Gl.* tamen dicit, Sæculi triſtitia eſt, dum peccator dolet ſe deprehenſum. Spiritus triſtis exſiccat oſſa, i. medullam, per quam ſpiritualis jucunditas aufertur, in qua eſt fortitudo hominis. Per oſſa etiam Religioſi poſſunt accipi, *Eccl.*30. Triſtitiam non des animæ tuæ, nec affligas te, *Eccl.*38. A triſtitia enim feſtinat mors & cooperit virtutem, eam ſuffocando; & triſtitia cordis flectit cervicem, i. facit ſuccumbere. *In eod.* Ne dederis in triſtitia cor tuum, ſed expelle eam a te. *Luc.*16. Regnum Dei intra vos eſt: ergo gaudium, *Rom.*14. Regnum Dei eſt juſtitia, & pax, & gaudium in Sp.S. *z* Ecce enim.] Septem ponit effectus triſtitiæ, quæ eſt ſecundum Deum, qui ſunt ſeptem columnæ. *Pr.*9. Per quas fit ædificium ſpirituale Domino in nobis. *a* Hoc ipſum] parvitatem triſtitiæ in ſe notat reſpectu effectuum. Simile *ſup.*4. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum. Ly [id] ſumitur diminutive. *Rom.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones, &c. *b* Quantam ſolicitudinem] qualiter poſſit emendare injuriam, quam fecit Domino. *Jer.*48. Maledictus qui fecerit opus Domini negligenter. *Mich.*6. Quid dignum offeram Domino? &c. Indicabo tibi o homo quid ſit bonum, &c. & ſolicitum ambulare cum Deo. *c* Defenſionem] contra tentationes & inſtantia peccata. *Pſ.*35. Rugiebam a gemitu cordis mei, i. omnes motus animales ſiſtere faciebam, ut accedere non auderent, quaſi dolorem cordis mei audientes timerent. *Job* 2. Nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem ejus vehementem. Per illos amicos Job ſignificantur blandæ tentationes Diaboli. *Gl.* aliter exponit. Qui pœnitet, non excuſat ſe, ſed confitetur peccata, quod eſt ſe defendere a gehena. Alii etiam defendunt peccata ſua, non confitentes ea. *Rom.*12. Non voſmetipſos defendentes. *d* Indignationem] contra ſemetipſum; quia peccavit. *Job* 7. Quare poſuiſti me contrarium tibi? &c. *Ezech.*3. Spiritus levavit me, & aſſumpſit me, abii amarus, & indignatione plenus. Rationem hujus indignationis videtur *Greg.* dicere ſuper illud. *Job c. ult.* Auris mea audivit te, nunc autem oculus meus videt te, & idcirco ago pœnitentiam. Quanto enim [ait] ſe quiſque videt minus, tanto ſibi minus diſplicet: & tanto majoris gratiæ lumen habet, quanto reprehenſibiliorem ſe eſſe cognoſcit. *Jer.* 31. Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, &c. *Apoc.* 10. Sed in ore tuo erit ſicut mel, & amaricari faciet ventrem tuum. Scriptura dulcis eſt dum intelligitur: dum autem adaptatur turpitudini peccatorum, quæ ſunt in ventre, memoria amara videtur. *e* Timorem,] de caſu; nec mirum, quia ſubito caſu quæ valuere, ruunt: & tunc ſit pejor priore. Timet etiam, quia neſcit utrum adhuc dimiſſum ſit ei. *Eccl.*9. Neſcit homo utrum dignus ſit amore, vel odio. *Eccl.*5. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. 1.*Cor.*4. Nihil mihi conſcius ſum, non tamen in hoc juſtificatus ſum, & ideo *Prov.*28. Beatus qui ſemper eſt pavidus. *f* Deſiderium,] proficiendi in melius. *Pſ.* 37. Tota die contriſtatus ingrediebar, i. in ingreſſu me eſſe reputabam, quærens magis & magis proficere, & *Pſ.*76. Et dixi. Nunc cœpi. *Eph.* 4. Donec occurramus. *g* Æmulationem,] imitandi bonos. *Gl.* Habet enim zelum bonorum operum perficiendorum qui pœnitet. *h* Sed vindictam,] in ſe, quod deliquit. *Iſ.* 26. Juſtitiam non fecimus in terra, & ideo non ceciderunt habitatores terræ. Vel, ideſt, in vindicando injurias Domini, ſalus. *Pſ.* 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. *i* In omnibus:] Non tantum autem vos contriſtari ſecundum Deum operatur in vobis prædicta: ſed per illam triſtitiam. *k* Exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio,] ideſt, qui ſine peccato agitis omnia agenda Eccleſiæ Dei, & religionis Chriſtianæ. Vel negotium appellat inceſtum illius, qui uxorem patris ſui tenebat: quem bene punierant, in quo oſten-

A derunt

1. Pet. 4.

Ad. 2. c. aſſectum in fin.

A *Matth.c.*10. *Mich.*7. Jacula prævisa minus lædunt, dicit *Greg.* Inhumanus, ideſt, crudelis. Et unde gaudeat, ſc. quia non perſtiterunt in illa triſtitia qua erant irati contra Apoſtolum. Non potius commodum: quia &c. quod ſignificatum eſt in Benjamin. *Gen.c.*35. qui primo vocatus eſt Benoni, inde Benjamin, hoc eſt, quod dicitur *Matth.c.*5. Beati qui lugent quia prius lugent. Ad hoc ſignificandum etiam prius nominata eſt Jeruſalem Jebus, ideſt, conculcata.

Expoſitio Gloſſæ.

Propter hoc etiam dicit *Jacob. c* 4. Miſeri eſtote, & lugete, &c. Sed confitentem peccatum. hoc eſt interficere Goliam, ideſt, Diabolum proprio gladio, ideſt, peccato quo prius erat armatus contra Deum, 1. *Regum cap.*17. Hoc eſt Aman ſuſpendere in proprio ligno, *Eſther c.* 7.

Sed etiam indignationem: *Eccleſiaſtic. capit. primo*. Ubi multa ſcientia, & multa indignatio. Inceſtum, *primo Corinth. cap. quarto*. In 1.*epiſtola* 5. & 6. Solicitudinem totius populi: ſic debet & quilibet Prælatus. Unde

A Prælatus

gocio. Igitur *a* etſi *b* ſcripſi vobis, non propter eum, qui fecit injuriam *c* nec propter eum, qui paſſus eſt: ſed ad manifeſtandam ſolicitudinem *d* veſtram, quam habemus pro vobis *e* coram Deo: ideo *f* conſolati ſumus. In *g* conſolatione autem noſtra *h* abundantius magis gaviſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia *i* refectus eſt ſpiritus ejus ab omnibus vobis. Etſi quid *k* apud illum de vobis *l* gloriatus ſum, non ſum *m* confuſus; ſed ſicut omnia vobis in veritate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra quæ fuit ad Titum, *n* veritas facta eſt. Et *o* viſcera ejus abundantius *p* in vobis ſunt, *q* reminiſcentis omnium *r* veſtrum obedientiam, quomodo cum timore, & tremore excepiſtis illū. *ſ* Gaudeo *t* quod *u* in omnibus *x* confido in vobis.

C A P. VIII.

NOtam *y* autem facimus vobis Fratres, *z* gratiam Dei *a* quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ, quod *b* in multo *c* experimento tribulationis abundantia

derunt ſe non eſſe culpabiles in peccatoribus, & appellatur negotium quaſi negans otium emendandi eum, qui commiſit. *a* Igitur etſi, &c.] Igitur oſtenſivum eſt non illativum quaſi. Apparet ex hoc quod incontaminati eſtis. *b* Etſi ſcripſi, &c.] principaliter, [qui fecit injuriam] auferendo patri ſuo uxorem ſuā. *c* Nec propter eum qui paſſus] a filio ſuo, q.d. Quod pro uno ſcripſi, pro omnibus intellexi. *Mar.* 13. Quod vobis dico, omnibus dico, q.d. Non eſt hæc epiſtola perſonalis, ſed doctrina generalis. Vel hoc dicit tangens, quod dictum eſt 1. *Cor.* 16. Quare non magis fraudem patimini, & c. multi enim injuriabantur inter eos ſibi invicem, & pertrahebant ſe ad cauſas. [Non propter eum tantum qui fecit injuriam] *ſupr.* 6. quare non magis injuriam patimini? *d* Solicitudinem] corrigendi vos. *e* Coram Deo,] qui videt cor noſtrum, quod verum dico; non coram mundo ad quærendum prębendas. *Col.* 2. Volo vos ſcire qualem ſolicitudinem habeam pro vobis. *f* Ideo conſolati ſumus] quia correcti eſtis. *Iſ.* 40. Conſolamini, conſolamini popule meus. *g* In conſolatione autem noſtra] de veſtra correctione. *h* Abundantius, &c.] quod habuimus de adventu Titi, q.d. Magis gaviſus ſum de correctione veſtra, quam de hoc quod venit Titus, *Bar.* 4. Sicut fuit ſenſus veſter, ut erraretis a Deo: decies tantum iterum convertentes requiretis eum. Et eſt argumentum quod homo reſurgit poſt lapſum in majori charitate, *ſup.* 1. In gratia Dei converſati ſumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Vel [Abundantius, &c.] i. magis gaviſus ſum de gaudio, quod habebat Titus de ſpe corrigendorum inter vos. [In conſolatione noſtra] de jam correctis: quaſi, Gaudium quod habebat Titus ſperans de correctione multorum, fecit abundare gaudium quod habebat de correctis, i. Refectus eſt, &c. 1. *Cor.* 16. Quod vobis deerat, ipſi ſuppleverunt, refecerunt enim ſpiritum meum, & veſtrum. Spiritus charitatis paſcitur alienis felicitatibus, ſpiritus invidiæ marceſcit iiſdem. *k* Etſi quid apud illum.] Nam quando miſit eum ad illos, multum commendavit ipſos ei; quod ſi non repeteſſet eos Titus tales, confunderetur Apoſt. coram eo. *l* Gloriatus ſum] commendando vos. *m* Non ſum confuſus.] Argumentum quod non eſt peccatum gloriari de converſis per ipſum, dummodo non ſibi attribuat, nec laudem hominum inde quærat. *n* Veritas facta eſt] non tantum vera: quia facta, & dicta Prædicatoris forma ſunt aliorum; ideo per modum formæ dicit, 1. *Pet.* 5. Forma facti gregis ex animo, *Eph.* 4. Veritatem facientes: Vel [Facta eſt veritas.] i. apparuit eſſe verum. *o* Et viſcera] i. intimus amor: quæ ſunt viſcera, quæ poſſunt communicari. Venter animæ, patientia eſt, cujus interiora ſunt pietas, & compaſſio, quæ non ſolum cibos miniſtrare, ſed & ſtercora portare non dedignatur. *Phil.* 2. Si qua viſcera miſerationis: implete gaudium meum, ut idem ſapiatis, Ad *Philem.* Viſcera Sanctorum requieverunt per te; refice viſcera mea in Chriſto, *Gen.* 43. Commota ſunt viſcera Joſeph ſuper fratre ſuo. *p* Abundantius] quam ante: vel quam in aliis. *q* Reminiſcentis] i. quia reminiſcitur. *r* Obedientiam] *ſup.* 2. Scripſi vobis, ut cognoſcam experimentum veſtrum an in omnibus obedientes ſitis, *Eccl.* 3. Filii ſapientiæ Eccleſia juſtorum, & natio eorum obedientia, & dilectio. *ſ* Gaudeo] quia ſic vos habuiſtis erga ipſum. *t* Quod] i. quia. *x* Confido vobis] i. de vobis. *u* In omnibus] rebus, quia bene vos habebitis in omnibus quæ vobis præcipiam. [Confido] ergo a contrariis dolendum eſt cum quis diffidit de alio.

Expoſitio Gloſſæ. A Prælatis dicit *Apoſt. Act.* 20. Attendite vobis, & univerſo gregi, &c. Teſtimonium perhibent, quod bona eſt ejus correctio. Reminiſcentis obedientiam omnium. Contra, Quidam erant incorrecti: ergo non omnes obediebant. Sol. Obedientiam appellat reverentiam, quam Tito exhibuerunt, licet non ſe correxiſſent.

E X P O S I T I O C A P. VIII.

NOtam autem vobis.] In hoc cap. invitat eos ad faciendum eleemoſynas, & dividitur in duas partes. In prima oſtendit quod debent facere eleemoſynas. In ſecunda quare debent. Primo ergo ponit eis Macedones in exemplum patientiæ, & in hoc invitat eos ad eleemoſynas, quia cum magnas tribulationes paterentur, tamen voluerunt facere eleemoſynas Sanctis, qui erant in Jeruſalem. Secundo ponit eos eiſdem in exemplum largitatis, ibi: [Et altiſſima.] Tertio invitat eos ad eleemoſynas per alia bona, quæ fecerant, ibi: [Sicut in omnibus abundatis.] Quarto exemplo Chriſti, qui pauper factus eſt, ut nos ditaret, ibi: [Scitis enim.] Quinto hortatur eos, ut quod corde propoſuerunt, opere impleant, ibi: [Nunc vero & facto.] In ſecunda parte oſtendit, quomodo eleemoſynas facere debent, oſtendens multipliciter quomodo erunt eis fructuoſæ. Primo ſi ſecundum poſſe ſuum dent, ibi: [Si enim voluntas.] Secundo ex compaſſione, ibi: [Veſtra abundantia.] Tertio auctoritate probat, quod ſic debet fieri, ibi: [Sicut ſcriptum eſt.] Quarto oſtendit quod per idoneos miniſtros facit hanc collectam, & ideo libenter facere debet, ibi: [Gratias autem Deo.] Quinto quare hoc facit per idoneos miniſtros, ibi: [Devitans hoc.] Ultimo dicit, quod ad hoc miſit Apollo, qui erat, ibi: [Miſimus autem.] Dicit ergo.

y Notam.] Ita gaviſus ſum de correctione veſtra, & pœnitentia, quam ſi vera ſit, ſequitur immediate ſatisfactio, quæ præcipue conſiſtit in largitione eleemoſynarum, & ideo ad eas vos invito.

z Gratiam,] gratuitam eleemoſynarum largitionem, quam fecerunt Deo inſpirante.

a Quæ data eſt.] Magnum enim donum Dei, quando alicui dat voluntatem largiendi eleemoſynas: quia *Eccl.* 3. Eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus eſt proſpector ejus, qui reddit gratiam, i. pauperes dicentes, Deus reddet vobis, *Eccl.* 3. Omnis homo qui comedit, & bibit de labore ſuo, hoc donum Dei eſt, i. qui reficit, & impinguat animum, ſc. operibus miſericordiæ, *Eccl.* 5. Cui poteſtatem dedit Deus, ut fruatur parte ſua, &c. hoc donum Dei eſt. In *eod.* Nihil auferet ſecum de labore ſuo. *Hier.* Sola miſericordia comes eſt defunctorum.

b In multo experimento tribulationis.] Hoc valde magnum eſt ipſa tribulatione gaudere. Multi enim proponunt in corde ſuo, quod ſi Dominus permitteret eos tribulari, gauderent; ſed pauci in ipſa gaudent, *Pſ.* 26. Si exurgat adverſum me prælium, &c. *Job c.* 39. Exultat audacter, in occurſum pergit armatis; contemnit pavorem, nec cedit gladio. Tales erant martyres. *c* In experimento.] *Eccl. c.* 2. In dolore ſuſtine, & in humilitate patientiam habe; non tantum in propoſito. Multi enim ante experimentum

A audaces

y Notam autem, &c.] Qui erant Jeroſolymis: hi fuerunt in primitiva Eccleſia vendentes omnia, & pretia ad Apoſtolorum pedes ponentes, *Act.* 4. Et congrue hic ubi de correctione agitur. Sed nonne non correctos monere debebat ad bona opera etiam ad eleemoſynas faciendas, & ita ab eis debebat quærere? *Expoſitio Gloſſ.*

Item quod eſt, quod dicit: Quibus ſua dare non prodeſt? Si loquitur de non habentibus charitatem, adhuc illis prodeſt, quia *Dan. c.* 4. Redime peccata tua eleemoſynis, ait ipſi Nabuchodonoſor, qui erat gentilis. Item *Tob.* 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat: ſed non liberat a peccato, niſi illum, qui in peccato: ergo peccatoribus proſunt eleemoſynæ; ergo & ſua dare prodeſt.

Item *Eccl. c.* 4. Eleemoſyna patris non erit in oblivione, & poſt ſequitur. Sicut glacies in ſereno, ſic tollentur peccata tua, *Greg.* Interim fac quicquid boni potes, ut Deus cor tuum illuminet ad pœnitentiam. Sol. Niſi valet ad æternam vitam habendam. Vel aliter, & forte melius quod concordat ſententiæ Apoſtoli, quia intelligitur de quibuſdam, qui inter eos credebant ſe emere impunitatem peccatorum per eleemoſynas ſuas: ſi a talibus quæreret Apoſtolus eleemoſynas, peccaret, quia ex hoc viderentur emiſſe libertatem peccandi, & Apoſtolus amiſiſſe

A poteſtatem

Digitized by Google

▲ audaces ſunt, ſed in tribulatione ſunt infirmi. *Eccl. c.34.* Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. *a* Et altiſſima paupertas] i. profundiſſima: vel nobiliſſima quia largitas erat ei conjuncta. *b* In] i. ſuper [divitias ſimplicitatis,] i. intentionis: quia multum abundavit ex hoc,

gaudii ipſorum fuit, *a* & altiſſima paupertas eorum abundavit *b* in divitias *c* ſimplicitatis eorum. Qui ſecundum virtutem (teſtimonium illis reddo) *d* & ſupra virtutem voluntarii fuerunt, cum multa exhortatione *e* obſecrantes nos gratiam, & communicationem miniſterii, quod fit in Sanctos. *f* Et non ſicut ſperavimus, *g* ſed *h* ſemetipſos dederunt primum Domino. *i* deinde nobis *k* per voluntatem Dei, *l* ita *m* ut rogaremus Titum ut quemadmodum cœpit, ita *n* & perficiat in vobis etiam gratiam *o* iſtam. *p* Sed ſicut in omnibus abundatis fide, & ſermone, & ſcientia, & omni ſolicitudine, inſuper, & charitate veſtra in nos, ut & in hac gratia abundetis. *q* Non quaſi imperans dico: *r* ſed per aliorum ſolicitudinem etiam veſtræ charitatis *ſ* ingenium bonum *t* comprobans. *u* Scitis enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti quoniam pro-

quod ſimplici intentione, & puta propter Deum ſolum dederunt. Et commendat eorum eleemoſynas in paupertate: in quo confunduntur divites, nolentes eleemoſynam facere. *Marc.12.* vidua. Item in ſimplicitate intentionis: aliter non placet Deo. *4.Reg.5.* Eliſæus qui gerit typum Chriſti, noluit a Naaman magna dona accipit tamen ab homine paupere grana confricata. Et quod ſimplicitas Domino placeat, patet *3.Reg.9.* Si ambulaveris coram me, ſicut ambulavit pater tuus in ſimplicitate cordis, &c. ponam thronum regni tui ſuper Iſrael in ſempiternum. *Prov.11.* Simplicitas juſtorum diriget eos, *inf.9.* In omnibus locupletati abundetis in omnem ſimplicitatem. *Job 12.* Deridetur juſti ſimplicitas. Item in hoc quod dicitur.

d Supra virtutem,] plus quam poſſent ſecundum facultates ſuas: in quo confunduntur parci, qui etſi velint dare, pauca dant, dicitur tamen *Tob. 4.* Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. *e* Obſecrantes nos, &c.] ſupple dare, i. ut darent ſua, non ſicut ſua, ſed ſicut communia: quod ſi concederetur eis, magnam gratiam, & donum reputarent. In hoc redarguuntur divites tenaces, qui obſecrant Confeſſores ſuos, ut non injungantur eis eleemoſynæ. Item commendatur eorum benignitas prompta ad dandum. *Eccl.29.* Super humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non protrahas illum. Credebant enim quod dicitur *Eccl.11.* Facile eſt in oculis Domini ſubito honeſtare pauperem. Item *Eccl.12.* Benefac juſto, & invenies retributionem magnam & ſi non ab eo, certe a Domino. *f* Et non ſua dederunt ſicut,] i. ea intentione qua. *g* Speravimus,] i. qua credebamus, ſc. pro culpis redimendis. *h* Sed ſemetipſos dederunt primum Domino.] Quidam autem volunt ſe dare primum Diabolo, deinde ſua Deo. Sed *Gen.4.* Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; primo ad ipſum, & poſt ad munera. Alii iniqui ſunt, i. inæquales; ſaltem ex quo volunt dividere ſe & ſua, & meliorem portionem deberent dare Deo, i. ſeipſos: ſed quaſi acquieſcunt Diabolo dicenti *Gen.14.* Da mihi animas, &c. *Eccl.34.* Deus iniquorum non probat Altiſſimus.

i Deinde nobis,] per inobedientiam.

k Per voluntatem Dei,] cui placet, quod obediatur Prælatis, & Vicariis ſuis.

l Ita] inſtanter obſervaverunt nos, & ſubjecerunt ſe noſtræ voluntati. *m* Ut] nos exemplo eorum provocati [rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit:] Tangit quod fecerat mentionem prius de hac collecta, quando primum miſſus fuit ad ipſos Apoſtolos. *o* Gratiam iſtam] eleemoſynas ad opus Sanctorum qui ſunt in Jeruſalem. *n* Perficiat] dico non quocunque modo. *p* Sed ſicut in omnibus,] i. in fide, &c. *1.Cor. 1.* In omnibus divites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia, itaut nihil deſit vobis in ulla gratia. *q* Non quaſi, &c.] i. quod rogavi Titum, quod perficeret hanc collectam, non quaſi, imperans dixi quod imperaret vobis. Vel non tantum rogans Titum ſuper hoc, ſed etiam ego ipſe dico [Non quaſi imperans, ut in hac gratia, &c.]

p Sed ſicut &c.] *Ezech. 34.* Vos autem cum potentia, & auſteritate imperabatis. Sed dico, *t* Comprobans,] ſuadere volens. *ſ* Ingenium charitatis veſtræ,] ut cum diſcretione charitatem faciatis. *r* Per ſolicitudinem,] per exemplum ſolicitudinis pauperum, de quibus deberis eſſe ſoliciti. [Ingenium charitatis:] ergo charitas ingenioſa eſt, quid mirum, ars eſt cœleſtis magiſtri, quam docet: ſed nos ſumus duri ingenii.

u Scitis,] invitat eos ad hoc per exemplum Chriſti.

▲ *b* Cum-

Expoſitio Gloſſæ. ▲ poteſtatem corrigendi. Experti ſunt & inde gaviſi ſunt in ipſo experimento tribulationis. Juxta illud *Rom.* 12. In tribulatione patientes. *Jac.1.* Omne gaudium, &c. Pro tribulatione, Pauli & Silæ. *Act.16.* Non ſunt ſcandalizati: quia non receſſerunt a fide, licet tamen ignominioſe viderent doctorem ſuum tractari. Ut probatos, i. in fide firmos. Horum paſſionibus; Pauli & Silæ. Simplici animo. *Matth. 6.* Si oculus tuus fuerit ſimplex, &c. Ut etiam poſt egerent.

Sed videtur, quod indiſcrete facerent: quia *Gen.4.* alia litera. Si recte offeras, & non recte dividis peccaſti. Non recte dividit, qui dat ſua indiſcrete: ſimiliter parum aut nihil retinendo, alios ditando. Item ſi quis maceraret ſe ſupra virtutem ſcienter, conſtat quod peccaret: ergo ſimiliter ille qui dat eleemoſynas ſupra virtutem. Sol. Si ille qui dat ſua, eſſet in tali loco ubi non poſſet invenire qui daret ſibi neceſſaria, ut in deſerto, & omnia ſua daret, peccaret & quaſi manus ſibi injiceret, & hæc indiſcretio eſſet ſibi peccatum: ſi autem eſſet in loco ubi crederet ſe habere neceſſaria, perfectionis opus faceret ad illud de ſcienter ſe macerante ſupra modum, &c. dicendum quod non eſt ſimile, quia ſibi quaſi immediate manus injicit ille: ſed qui dat ultra neceſſaria, ſperat vel ab eiſdem quibus dat, vel ab aliis ſe habiturum vitæ neceſſaria; Non quaſi propria. *Heb. ult.* Beneficentiæ autem, & communionis nolite oblivisci. *1.Tim.ult.* Divites facile tribuere, communicare. *Ibi Gl.* Communia reputare. *Jac.1.* Religio munda, & immaculata, &c. ſicut Religioſi non dicunt meum, ſed omnia communia faciunt. Non ea intentione qua ſperavimus: ſed ſi hac intentione dediſſent non male, imo bene feciſſent: quia *Dan.4.* Peccata tua eleemoſynis redime.

Solut. Non dederunt pro culpis redimendis; i. pro impunitate peccandi, quia hæc intentio mala eſſet; ſed bonum eſt dare pro ſolvenda pœna, vel dimittenda, vel pro gratia facilius habenda precibus eorum quibus datur. Primum ſemetipſos. Hæc fuit vera, & ordinata charitas, ut magis pauperi primum, & meliori ſubvenirent. Chriſtus pauperrimus factus eſt pro nobis. *Thr. 3.* Ego vir videns paupertatem meam.

Item ſuper illud *Pſ.65.* Reddam tibi vota mea. *Gloſſ.* Cain recte obtulit, ſed non recte diviſit. Recte obtulit quia ſua: ſed quod melius eſt, ſeipſum ſubtraxit, & ideo non recte diviſit. Munera excæcant. *Exod. 23. Deut.16.* Ideo dicitur *Pſ.39.* Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. *Eccl.20.* Xenia & dona excæcant oculos judicum, *Job 15.* Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

Sed non Moyſes, *Num.16.* nec Samuel, *1.Reg.12.* nec Apoſtolus. *Act.20.* Qui dant ut non arguantur, fructum dandi non habent. Contra. Ecce ſacerdos habens Archidiaconum exactorem, nec poteſt eſſe ſubeo, niſi det ei, ſed injuſte ab eo arguitur, & ſic omnia ſua occaſionibus diripit, nonne benefacit ſi ei dat, ut in pace permaneat; conſtat quod ſic. Sol. Verum eſt, ſed hoc intelligitur de illis, qui dant ut libere peccent ſine argutione. Non quaſi imperans ne ſitis tranſgreſſores.

Sed contra. Aut hoc erat præceptum, ut darent ſua indigentibus abundanter aut conſilium. Si erat præceptum: tunc eſſent tranſgreſſores, licet Apoſtol. eis non præciperet, ſi non darent. Si conſilium, & non facerent, eſſent tranſgreſſores; ſi eis dixiſſet quaſi imperans. Ex hoc videtur, quod ſi Prælatus præcipiat alicui, ut intret clauſtrum, licet nolenti, quod teneatur intrare. Sol. Conſilium erat: quia tamen jam correcti parati ad ſatisfactionem per eleemoſynas in hoc conſenſerant, Apoſtol. poterat eis præcipere; ſed noluit ne fierent tranſgreſſores præcepti ſi non facerent. Similiter & dominus Papa poſſet præcipere alicui nolenti intrare clauſtrum, quod intraret ſi votum feciſſet, aliter non. Et eſt hic argumentum, quod Confeſſores non debent pœnitentibus præcipere quicquid volunt. Intus dives, quoad deitatem, quæ quaſi divitiæ latebat in ſacculo. Latens Deus *Iſ. c.45.* Tu es Deus abſconditus. Pannos iniquitatis, ipſas iniquitates quibus veſtit Diabolus ſuos. *Pſ.27.* Operti ſunt iniquitate, & impietate ſua. Nemo ſe contemnat. Contra-

▲ Spernere

Δ *b* Cum dives eſſet.] Nota quod non dicit fuiſſet, ſed eſſet. Unde *Gloſ.* Cum dives eſſet, paupertatem aſſumpſit, & divitias non amiſit. *a* Egenus.] *Matth.*8. filius hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet. *Luc.*2. Non erat ei locus in diverſorio. *Pſ.* 108. Egenus & pauper ſum ego. *Zach.* 9.

pter vos *a* egenus factus eſt, cum *b* eſſet dives: *c* ut illius inopia vos *d* divites eſſetis. *e* Et conſilium *f* in hoc do: *g* hoc enim vobis *h* utile eſt, qui non ſolum facere, *i* ſed & velle cœpiſtis ab anno priore: nunc vero & facto perficite: ut quemadmodum promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & *k* perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta eſt: *l* ſecundum id quod habet, accepta *m* eſt; *n* non ſecundum id quod non habet. *o* Non enim ut aliis ſit remiſſio, vobis autem *p* tribulatio: *q* ſed ex æqualitate in præſenti tempore, veſtra *r* abundantia illorum inopiam ſuppleat; ut & illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit *ſ* ſupplementum, *t* ut fiat æqualitas: *u* ſicut ſcriptum eſt, *x* Qui multum non abundavit, & qui modicum non minoravit. Gratias autem *y* Deo, qui dedit *z* eamdem ſo-

Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, & pauper, &c. *Pſ.* 48. Omnes in unum, dives & pauper. *Thren.* 3. Memento paupertatis meæ. *c* Ut illius inopia] i. per conſiderationem paupertatis quam pro nobis aſſumpſit abjicientes divitias diaboli peccatum. *d* Divites eſſetis,] hic in ſpiritualibus bonis gratiæ, poſtea in bonis gloriæ. Et ipſe vere pauper & inops fuit: quis enim magis pauper quam qui ſeipſum non habet. At ipſe ſe non habuit quia ſe nobis dedit. *Iſ.* 9. Filius datus eſt nobis. *e* Et in hoc,] i. conſideratio hujus, quod pro nobis factus eſt pauper. *f* Conſilium do,] ut pauperibus. Sanctis detis eleemoſynas. *g* Hoc enim] Oſtendit quid debeant facere quia dignum eſt, quod habuerunt propoſitum faciendi. *h* Vobis utile,] *Gl.* Plus eſt utile facienti, quam illi cui fit. *i* Sed & velle,] ideſt, compati, quod majus eſt, quam facere. *k* Ex eo] i. ſecundum id quod habetis, plus, vel minus: ut qui habet plus, plus det, qui minus, minus. *Baruc.* 1. Miſerunt eis qui erant in Jeruſalem, ſecundum quod potuit uniuſcujuſque, manus invenire. *l* Secundum id quod habet] ideſt, retinendo ſibi tantum neceſſaria. *m* Accepta eſt] i. Deo placet. *n* Non,] ſupple tantum accepta Deo voluntas in dando [ſecundum id quod non habet: &] ideo moneo vos, ut detis ſecundum quod habetis. *o* Non enim vobis] occaſionaliter. *p* Tribulatio] i. paupertas, i. Nolo, quod detis tantum aliis ut ſitis pauperes, ipſi autem divites. *q* Sed ex æqualitate.] Hoc exponitur de triplici æqualitate paritatis, communionis, viciſſitudinis. De æqualitate paritatis. Sed nolo. *r* Ut abundantia veſtra,] temporalis. *ſ* Sit ſupplementum,] illorum ex æqualitate: ut qui plus habet, plus det, qui minus, minus; & ſi attenditur æqualitas, ſive paritas in poteſtate dandi in unoquoque: *ſ* Ut abundantia illorum] ſpiritualis [ſit ſup.] defectui veſtro in ſpiritualibus; Ita divites a vobis, vos ab eis [in orationibus eorum] in ſpiritualibus. De æqualitate communionis, i. ut faciatis eis veſtra communia: ut ſuſtententur de veſtris, ſicut & vos. *t* Ut fiat æqualitas,] præmii veſtri, & ipſorum, i. ut & vos habeatis cum ipſis idem præmium, i. vitam æternam. Vel de æqualitate viciſſitudinis [ut ſit æqualitas] i. ut ſicut datis eis de veſtris bonis, ita per eos detur vobis de conſimilibus bonis eorum ſpiritualibus. *Eccl.* 6. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis. *u* Sicut ſcriptum eſt] *Exod.* 16. de manna. In ſignum hujus rei congregabant illud per acervos, & unus congregabat plus quam alius: tamen cuilibet dabatur menſura æqualis omnino, ſed differenter ſapiebat uni, & alii. Similiter qui majora merita habebunt & qui minora, idem præmium habebunt, ſed tamen differenter, quia in illa æterna beatitudine plus gaudebunt, & illa magis fruentur, qui majora habebunt merita. *x* Qui multum, &c.] Oſtendit quod miniſterium eleemoſynarum agebat per idoneos miniſtros, ut per hoc invitet eos ad promptiorem, & majorem largitionem eleemoſynarum. Sic continua. Ita rogavi Titum, ut vos moneret ad eleemoſynas, vel ego ipſe vobis conſulo. *y* Autem] i. quia, [gratias ago, &c.] Aliter non poſuiſſet Deus in corde ejus, ſi non eſſet bonum hoc conſilium. *z* Eandem, &c.] quam ego habeo *Heb.*6. Cupimus unumquemque veſtrum eamdem oſtentare ſolicitudinem ad expletionem

Δ ſpei

Δ Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe. *Expoſitio Gloſ.* Sol. 1. Nemo ſe reputet eſſe abjectum a Deo, & deſpectum. Securior dormit in terra, quam, &c. *Job* 15. Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. Non ergo expaveſcas. *Heb.* 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, &c. Plus utile facienti. *Act.* 20. Beatius eſt dare quam accipere. Sed & velle, quod plus eſt, quam facere. Contra, ſuper illud 1. *Tim.* 5. Si Sanctorum pedes lavit. *Gl. ibi.* Qui manu non faciunt, corde faciunt: ſed multo melius eſt, ut etiam manibus fiat: ergo melius eſt facere, quam velle. Sol. Pro tanto dicit, plus eſſe velle, quam facere, quia opus meritorium non eſt ſine voluntate, ſed voluntas poteſt eſſe meritoria ſine opere. Solvi poteſt, & forte melius, quod magis competit ei de quo loquitur, loquitur enim de voluntate, quæ cogebat eos ad dandum etiam plus, quam poſſent. Unde ſuper illud *Job* 30. Compatiebatur anima mea pauperi: dicit *Greg. in moralib.* Plus dicimus compati ex corde, quam dare; quia cum quis perfecte compatitur indigenti, minus æſtimat omne quod dat. Niſi enim bona voluntas dantis manum vinceret, prædicator egregius diſcipulis non dixiſſet: qui non ſolum facere, ſed etiam velle facere cœpiſtis ab anno priore, q.d. *Greg.* e contrario dixiſſet. Sed iterum ſi opus & voluntas ex eadem charitate ſunt, nonne meritorium eſt utrumque, & idem valet. Sol. hujus ſuper illud 1. *Reg.* 16. Melior eſt obedientia quam victimæ. Hujus cauſam dicit *ibi Greg.* quia in victima alienum mactatur, in obedientia ipſe homo, & ejus propria voluntas: quilibet enim magis ſe diligit, quam ſua. Unde qui voluntatem ſuam dat alii per compaſſionem, plus dat quam qui ſolum ſua dat, dummodo libenter ſua daret ſi haberet: ſed qui utrumque dat magis dat. *Eccl.* 18. Nonne ecce verbum ſuper datum bonum; ſed utrumque cum homine juſtificato. Munus manus bonum, munus linguæ melius. *Eccl.* 18. Verbum melius, eſt quam datum. Munus cordis optimum. *Iſ.* 57. Si effuderis eſurienti animam tuam, & animam eſurientem, &c. Ut neceſſaria retineat, accepta ſuperflua, non eſt accepta. Sol. Verum eſt, niſi reſervet quaſi certus homines magis indigentes eſſe in proximo tempore, ut ſi in hyeme habet ſuperflua, poteſt ea retinere uſque poſt paſcha. Nam ideo dicit, Quin melius eſſet: ergo melius eſſet quod quis perfectus tantum illis daret, quod ipſe indigeret, & ipſi inde delicioſe, & otioſe viverent. Contra. *Lev.* 2. Præcipitur ſal apponi in omni ſacrificio: hic autem indiſcrete facit, ergo peccat. Sol. Melius eſſet, ſi tamen non hac intentione daret quia tunc indiſcrete daret *Matth.* 19. Vade & vende omnia, quæ habes. Zachæus dimidium bonorum *Luc.* 19. Videtur ergo quod *Ambr.* tacet quantum nobis retinere poſſumus, & debemus licite, videlicet mediam partem, reliquam erogantes pauperibus. Contra. Sit hic aliquis habens centum libras, & non ſufficiunt ei minus quam octoginta: ergo tantum debet, & poteſt retinere. Item ſi aliquis, qui habeat centum & ſufficiunt ei viginti, & imminet neceſſitas, conſtat quod non debet retinere medietatem. Sol. Per hoc non taxat, ſed exemplificat in Zachæo, cui ſufficiebat medietas bonorum ſuorum. Unde ſi minus ſufficiat alicui, plus debet dare, quam medietatem, & ſi non ſufficeret medietas, plus poteſt retinere. Qui accipiunt ſpiritualia tribuant carnalia 1. *Cor.* 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, &c. *Gal.* 6. Communicet is qui catechizatur verbo, &c. Niſi juventur per alios. Sed tales aut habent charitatem, aut non: ſi habent, jam ſufficiunt ad vitam æternam; ſi non habent quantumcumque alii orent pro ipſis, non ſufficiunt, ut habeant vitam æternam. Sol. Qui vivunt in hoc ſæculo, i. qui implicant ſe ſæcularibus negotiis contra 2. *Tim* 2. tales aut non habent gratiam, & ſic indigent ut oretur ut Dominus det eis: aut ſi habent, cito amittunt niſi orationibus aliorum eis conſervetur. Vel non ſunt ſufficientia ea condigno. *Rom.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones, &c. Quorum eſt regnum cœlorum: *Matth.* 5. Debiliores fecerunt: unde *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Differant in claritate, 1. *Cor.* 15. Idem omnes habebunt, i. æquabuntur æqualitate viciſſitudinis *ſup.* c. 1. Et ſicut ſocii paſſionum, ſic & conſolationum. *Gl.* quia æqua gloria labori veſtro retribuetur. Sicut ſcriptum eſt. *Exod.* c. 16. Collegerunt, alius plus, alius minus, & menſi ſunt ad menſuram Gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius. Eamdem reſurrectionem, non tamen æqualiter. Et ſi non opere; quia dabant tantum, quod pauperes erant. In hac ſimplicitate, i. in hac eleemoſynarum largitione facta ex ſimplicitate. Sed cum eſſet ſolicitior, ſua voluntate, &c. In hoc commendatur; ſed videtur quod imo in

Δ hec ſit

D licitudinem *a* pro vobis in corde Titi, quoniam *b* exhortationem quidem ſuſcepit: ſed cum *c* ſolicitior eſſet ſua voluntate profectus eſt ad vos. Miſimus etiam cum illo fratrem *d* noſtrum, *e* cujus *f* laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias: non ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis *g* comes peregrinationis noſtræ in *h* hanc gratiam quæ miniſtratur a nobis *i* ad Domini gloriam, *k* & deſtinatam voluntatem *l* noſtram, devitantes hoc ne quis nos vituperet *m* in hac *n* plenitudine quæ *o* miniſtratur *p* a nobis ad gloriam Dei. *q* Providemus enim bona non ſolum *r* coram Deo, ſed etiam coram hominibus. *ſ* Miſimus autem cum illis fratrem noſtrum, quem probavimus in multis ſæpe ſolicitum eſſe: nunc autem multo ſolicitiorem, confidentia multa *t* in vos: *u* ſive pro Tito, qui eſt ſocius meus, & in vobis adjutor ſive *x* fratres noſtri Apoſtoli Eccleſiarum gloriæ Chriſti, Oſtenſionem ergo, quæ eſt *y* charitatis veſtræ & noſtræ *z* gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in faciem Eccleſiarum.

a ſpei uſque in finem. *a* Pro vobis] i. de vobis. Vel, [Pro vobis] i. pro orationibus veſtris. *Rom.* 2. Qui præeſt, in ſolicitudine. *b* Exhortationem, qua eum exhortabatur, ut iret ad commonendum iſtos Corinthios. Vel [Exhortationem,] i. officium legationis. *ſup.* 5. Legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos. *c* Solicitior,] quam mea exhortatione 1. *Cor.* 9. Si volens hæc ago, mercedem habeo, &c. Et nota, quod ſicut Apoſtol. gratias agit Deo, quia plures habebat coadjutores, ſic faciunt omnes viri ſpirituales. Sic *Moyſes Num.* 11. Quis tribuat, ut omnis populus prophetet? *Gregor.* Prophetare omnes voluit, quia bonum quod habuit, non invidit. *Idem,* Pia mens Paſtoris, quia non propriam gloriam, ſed auctoris quærit, ab omnibus vult juvari. Quod facit fidelis Prædicator, appetens ſi valeat fieri, ut quoniam ſolus non ſufficit, ceteri idem faciant. *Ibid. Moyſes*, non poſſum ſolus ſuſtinere hunc populum, &c. Sed multi habent ſenſus avis rapacia, quæ aliam avem ſuſtinere non poteſt, etiam comparem, niſi in tempore amoris, & cauſam dicit *Ariſtotel.* quia paſtum diligit. Sic multi DD. & Prædicatores, qui timent amittere paſtum inanis gloriæ, nolunt habere Comprædicatores, vel DD. *d* Fratrem noſtrum] Barnabam, vel Lucam. *e* Cujus] ſc. Lucæ. *f* Laus eſt in Evangelio,] ſcripto: quia ſcripſit. Vel [Cujus,] ſc. Barnabæ, [laus eſt in Evangelio] i. in prædicatione Evangelii. *g* Comes peregrinationis noſtræ,] quia fuit ei datus in ſocium, *Act.* 13. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus ad quod aſſumpſi eos, & quia ſemper ſecutus eſt Apoſt. uſque ad mortem; unde ivit cum eo Romam. Vel [Ordinatus eſt] Barnabas, ſive Lucas [Comes peregrinationis noſtræ in hanc gratiam,] i. ad deferendum eleemoſynas, quas faciunt Eccleſiæ Sanctis in Jeruſalem. Unde *Rom.* 15. Nunc ergo proficiſcar Jeruſalem miniſtrare Sanctis. 1. *Cor.* 16. ſi dignum fuerit, ut ego vadam: & mecum ibunt. Et nota quod Apoſt. eſt peregrinatio ire in patriam ſuam. Vel. *h* Hanc gratiam] i. prædicationem Evangelii. *i* Ad Domini gloriam,] i. ut laudetur Deus. *k* Et deſtinatam voluntatem noſtram,] i. ad complendam prædicationem Gentium, cui deſtinatus ſum, & volo. Propoſuerat enim in corde ſuo ſe prædicaturum Evangelium Gentibus & largitionem eleemoſynarum facturum. Ex his patet quod bonos conſtituit Apoſtolus ad colligendas eleemoſynas. Sed videtur, quod male: quia omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, & *Jo.* 12. habetur de Juda proditore. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: ſed quia fur erat & loculos habens &c. hunc autem elegit Deus ad eleemoſynas: & hic erat malus. Sol. Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, in quantum ipſe eſt homo quia in aliis, quæ ipſe operatur ex divinitate, non poſſumus, nec debemus ei imitari. Dominus autem quando Judam ad colligendas eleemoſynas conſtituit, bonus erat ipſum tamen factum furem ex avaritia patienter ſuſtinuit. Cujus ratio dicitur ſuper illum locum in *Gl.* Novit furem, ſed non prodit, docens tolerare malos. Malos ergo non debet aliquis inſtituere ad colligendas eleemoſynas. Unde 4. *Reg.* 21. Sarta tecta non inſtauratis templi. Nolita ergo amplius accipere pecuniam juxta ordinem veſtrum; ſed ad inſtaurationem templi reddite eam. *l* Devitantes hoc ne quis.] Oſtendit quare idoneos miniſtros ad hoc elegit. *m* Vituperet,] *ſup.* 6. Nemini dantes ullam offenſionem, &c. *n* Plenitudine] i. largarum eleemoſynarum plena exhibitione. *o* Miniſtratur] i. per miniſterium noſtrum fit. 1. *Pet.* 4. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. *p* Ad gloriam Dei.] *Matt.* 5. Luceant opera veſtra, ut glorificetur pater veſter qui in cœlis eſt. *q* Providemus,] i. cum providentia facimus. *r* Non ſolum coram Deo.] 1. *Cor.* 10. Sine offenſione eſtote, &c. ſicut & ego per omnia omnibus placeo. *Rom.* 12 Nulli malum pro malo reddentes, &c. Unde de S. Nicolao cantatur Amicus Dei Nicolaus, &c. omnibus ſe amabilem exhibuit. Nota *Gl.* Propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis: propter vos autem fama noſtra non polluit, ſed pollere debet in vobis. Duæ res ſunt conſcientia & fama; conſcientia tibi fama proximo. Qui conſcientiæ fidens famam neglexit, crudelis eſt. *ſ* Miſimus.] Ultimo oſtendit, quod etiam Apollo, qui tantæ erat auctoritatis, cum prædictis miſit ad miniſterium illud. *t* In vos,] de correctione veſtra. Et ponit tres cauſas, quare Apollo eſſet modo ſolicitius de eis, prima eſt confidentia de eorum correctione. Rom. 12. 13. 9. 6. 8. [illegible]

u Sive pro Tito.] ſecunda, quia volebat facere Tito ſocietatem, quem mittebat apud eos. *x* Sive] pro illis [qui] ſunt [fratres.] hæc eſt tertia cauſa ſolicitudinis. [Sive;] ſupple pro illis, qui ſunt, [fratres noſtri,] & ſunt [Apoſtoli] qui rogaverunt, ut Apollo iret illuc. Vel alia littera: [Propter Fratres veſtros, &c.] Idem ſenſus propter fratres, qui rogaverunt, &c. *y* Charitatis veſtræ] i. oſtendatis in hoc charitatem, quam habetis ad nos. *z* Et gloriæ noſtræ] quam habemus de vobis apud alios [in facie Eccleſiarum.] *Eccl.* 10. In medio fratrum rector illorum, &c. Et eſt ſic argumentum, quod legati Domini Papæ debent recipi cum proceſſione. A hoc fit vituperabilis: quia ſuper illud *Job ult.* Dederunt ei unuſquiſque ovem unam, & inaurem, &c. dicit *Greg.* Si quis ex proprio deſiderio ad proſpera anhelat, tamen imperatur ſibi, virtutem obedientiæ evacuat: ſi adverſa invitus, & nolens ſubit, obedientiæ meritum ſibi minuit. Proſperis ergo ex ſola juſſione; adverſis ex devotione militemus: ut Moyſes de ſuo nihil habet, quia precibus renititur, ne Iſraeli præferatur. Ergo cum Titus magis venit ex propria voluntate ad hanc prolationem, quam propter Apoſtoli exhortationem, minuit meritum obedientiæ. Sol. Ivit ex propria voluntate, non ut eſſet prælatus Corinthiis; ſed ut impleret largitionem eleemoſynarum, quod erat multum laborioſum: & etiam tunc bene deſideraret Epiſcopatum. 1. *Tim.* 3. Voluntatem dico prædeſtinatam: ergo omnis bona voluntas eſt a Dei prædeſtinatione, & eadem ratione omne bonum opus. Contra. Iſte reprobus habet modo charitatem: ergo ejus bona voluntas, & bonum opus eſt a Dei prædeſtinatione, quod videtur falſum. Sol. Prædeſtinatio dupliciter ſumitur, large, & ſtricte. Large idem eſt quod prævisio eorum, quæ ſunt in habente gratiam in quantum habet gratiam ſic omnis bona voluntas & omne bonum opus eſt ex prædeſtinatione Dei. Stricte idem eſt, quod prævisio cum finali approbatione gratiæ in præſenti; & gloriæ in futuro: ſic non omnis bona voluntas eſt a prædeſtinatione Dei, nec omne bonum opus. Sic alii Apoſt. *Gal.* 6. *Act.* 15. Ut etiam hominibus dona videantur. Contra *Gal.* 1. ſi hominibus placerem ſervus Dei non eſſem. Sol. hujus habetur ſuper illud. 1. *Cor.* 10. Sine offenſione. Duæ res ſunt, fama & conſcientia; ideo inungimur oleo, & Balſamo. *Phil. ult.* Quæcumque bona quæcumque pudica, & ecce oleum: quæcumque bonæ famæ, ecce Balſamum. Qui conſcientiæ fidens famam negligit, crudelis eſt. 1. *Cor.* 4. Mihi autem pro minimo eſt, &c. ergo non curabat de fama, ergo erat crudelis *x* primo, quod falſum eſt: reſtat ergo quod falſum eſt quod hic dicitur. Sol. Quando aliquis eſt inter incorrigibiles, non debet curare de fama quia vix aut nunquam poteſt haberi inter tales; talibus loquebatur Apoſt. 1. *Cor.* 4. Sed quando eſt inter corrigibiles, ſi famam negligit, crudelis eſt: quia non parcit ſibi, nec proximo: non ſibi, quia indiſcrete agit; non proximo, quia eum ſcandalizat. Apollo modo ivit: quia audivit illos correctos. In hoc videtur feciſſe contra illud *Matt.* 9. Non eſt opus valentibus medicus, i. eis qui reputant ſe habere ſpiritualem valetudinem, quia tales repellunt gratiam: ſed male habentibus. Potius ergo debuit iviſſe ante, quam modo. Item eleemoſyna materialis potius debet dari indigenti, quam non indigenti: ergo ſimiliter correctio ſpiritualis. Sol. Audivit correctos, i. correctioni paratos. Ad illud. Non eſt opus valentibus medicus, &c. dicendum, quod nullus eſt; dum eſt in hac vita, qui correctione non indigeat: quibus autem potius prædicandum, utrum jam correctis, vel non correctis, charitas docebit.

Expoſitio [illegible]

CAP. IX.

NAm de *a* miniſterio, quod ſit in Sanctos, *b* ex abundanti eſt mihi ſcribere vobis. *c* Scio enim promptum animum veſtrum pro quo de vobis *d* glorior apud Macedones. *e* Quoniam & Achaja parata eſt ab anno præterito, & veſtra *f* æmulatio *g* provocavit plurimos. Miſimus autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis, evacuetur in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati ſitis: *b* ne cum venerint mecum Macedones, & invenerint vos imparatos, erubeſcamus nos (ut non † dicamus, *i* vos) in hac ſubſtantia. Neceſſarium ergo exiſtimavi rogare fratres, ut perveniant ad vos, & præparent repromiſſam *k* benedictionem hanc paratam eſſe † quaſi benedictionem, *l* non quaſi avaritiam. *m* Hoc autem dico, Qui parce ſeminat; parce & metet, & qui ſeminat *n* in benedictionibus, de *o* benedictionibus &

al. † dicam.

B

al. † ſic:

EXPOSITIO CAP. IX.

NAm de miniſterio.]. Hoc cap. dividitur in tres partes. In prima ponit rationes quare debeant facere eleemoſynas. In ſecunda qualiter unuſquiſque, ibi [Unuſquiſque] In tertia propter quem finem debent facere, ibi

A

[Quoniam miniſterium.] Primo ergo ponit rationes propter quas debent facere eleemoſynas. Prima eſt, ut illorum exemplo alii ad conſimile provocentur, ibi [Scio enim] Secunda ne erubeſcere faciant ipſum Apoſtolum ibi [Miſimus autem,] Tertio oſtendit hoc id per ſimile, ibi [Hoc autem dico] Inde ſequitur ſecunda pars in qua oſtendit, quod ſpontanee, & hilariter debet fieri eleemoſyna; ibi [Unuſquiſque.] Secundo, quod abundanter, ibi [potens eſt enim.] Tertio, quod diſpertim, ibi [Diſperſit] Quarto, quod eleemoſyna ſemper debet eſſe in augmento, ibi [Qui autem adminiſtrat] Quinto, quod debet fieri in ſimplicitate ibi [Et in omnibus locupletati.] Continua ſic. Poſſet quis dicere. Ita dicis quod recipiamus iſtos benevole: ſed quare non hortaris ad largitionem eleemoſynarum? Reſpondet. *a* Nam de miniſterio quod ſit in Sanctos,] ad opus Sanctorum.

b Ex abundanti,] i. ſuperfluum i. non neceſſarium.

c Scio enim.] More Rhetorico loquitur eis Apoſtolus, Non oportet, quod perſuadeam vobis cauſam meam, quia ſcitis quoniam juſta eſt; & tamen perſuadet.

d Glorior apud Macedones,] dicens eis.

e Quoniam & Achaja] cujus metropolis eſt Corinthus.

f Æmulatio,] imitatio. *g* Provocavit,] ad largitionem eleemoſynarum, de *Exod.* 26. Cortina cortinam trahit. *Apoc. ult.* Qui audit, dicat. Veni. Fiendæ ergo ſunt eleemoſynæ, ut provocentur alii ad idem. *Jud.* 9. Abimelech accepta ſecuri abſcidit arboris ramum impoſitum ferens humero, ideſt, eleemoſynam faciens in aperto, dixit ipſo exemplo, Quod me videritis facere, facite. Certatim igitur præcidentes ramos, ſequebantur ducem. Et nota, quod volebat ignitis lignis ſuccendere turrim quamdam in quo ſignificatur, quod eleemoſynis factis ex fervore charitatis ſuccenditur munitio Diaboli.

h Ne cum venerint, &c.] Argumentum, quod propter ignotos major reverentia exhibenda eſt Prælatis.

i Ut non dicamus vos;] erubeſcere [in hac ſubſtantia] i. pro hac datione eleemoſynarum, quibus ſuſtentantur pauperes, q. d. Nec ego, neque vos erubeſcamus.

k Repromiſſam,] multoties a vobis promiſſam.

l Quaſi benedictionem non quaſi avaritiam,] i. ut large, & ex charitate detis. *m* Hoc autem dico, Qui parce ſeminat, parce & metet:] qui ſeminat malum, malum metet. *Prov.* 22. Qui ſeminat iniquitatem, *Job* 4. Qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metent eos, *Eccl.* 7. Non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, &c. *Oſee* 8. Qui ventum ſeminat, &c. *Prov.* 11. Seminanti juſtitiam merces fidelis. *Eccl.* 11. Mane ſemina ſemen tuum, &c. *Gal.* 6. Quæ ſeminaverit homo, hæc & metet. *Pſ.* 125. Euntes ibant, &c.

Eleemoſyna comparatur ſemini propter multas cauſas.

n In benedictionibus,] ideſt, large.

o De benedictionibus & metet,] i. largam retributionem recipiet a Domino quando dicetur ei, Venite benedicti, &c. Eleemoſyna dicitur benedictio populi propter tria. Primo quia pauper accipiens benedictionem, benedicit, *Job* 29. Benedictio perituri ſuper me veniebat. Item Deus benedictus *Pſ.* 23. Hic accipiet benedictionem a Domino. Item quia populus benedicit. *Prov.* 11. Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium. *Eccl.* 31. ſplendidum in panibus. *Prov.* 22. Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicitur. Cui benedictioni reddetur benedictio. *Matth.* 25. Venite benedicti. *Eccl.* 11. Benedictio in mercedem juſti feſtinat. Nec ſolum eleemoſyna, ſed omne donum gratuitum dicitur benedictio. *Jud.* 1. dicit Axa Caleb, Da mihi benedictionem. Item 1. *Reg.* 25. Suſcipe benedictionem, quam attulit ancilla tua *Gen.* 30. Benedixit mihi Deus ad introitum tuum. Nota etiam quod eleemoſyna comparatur ſemini propter multas cauſas. Una eſt, quia ad modum ſeminis debet occultari non ad jactantiam fieri. *Matth.* 6. Tu autem cum facis eleemoſynam, neſciat, &c. *Eccl.* 29. Concl ude eleemoſynam in ſinu pauperis; ſecunda cauſa eſt, quia ſicut ſemen committitur bonæ terræ: ſic eleemoſyna debet dari bonis pauperibus *Tob.* 2. Vade, adhuc aliquos de tribu noſtra timentes Deum. *Eccl.* 12. Da bono, & non receperis peccatorem, &c. *Tob.* 4. Noli manducare, & bibere cum peccatoribus. Sed tamen quando agricola non habet bonam terram promptam in mala ſeminat, ut ſic quoquo modo vivat. Sic & quando non invenit quis cui det, niſi malis *Luc.* 6. Omni petenti te tribue. Et nota, quod ſicut ſemen materiale multiplicatur in terra pingui melius quam in arida; ita eſt e converſo in terra ſpirituali, quod eleemoſyna melius multiplicatur in terra arida, i. in pauperibus: ideo dicitur *Eccl.* 8. Noli fœnerari homini fortiori; & ſi fœneraveris, quaſi perditum habe. Fœnerari appellat dare eleemoſynam; quia fructus eſt quaſi cum uſura magna. Sed *Iſ.* 58. Frange eſurienti panem tuum. Tertia cauſa eſt quia ſicut ſemen non creſcit, niſi irrigetur pluviis; ſic nec eleemoſyna niſi detur cum compaſſione cordis, & cum lacrimis. *Job* 30. Flebam quondam ſuper eo, qui afflictus erat; & compatiebatur anima mea pauperi. *Iſ.* 58. Si effuderis, &c. Et ſicut pluvia qua ſemen irrigatur, cælitus venit: ita donum Dei eſt quando eleemoſyna datur ex compaſſione, & cum lacrimis. Quarta cauſa eſt, quia ſicut quando ſemen jacitur, ſemen perdi videtur, tamen poſtea multiplicitee recipitur, ſic & eleemoſyna. *Eccl.* 29. Perde pecuniam propter fratrem, &c. & *paulo poſt* dicitur, Conſurget & retribuet illis retributionem. Quinta ratio eſt, quia ſicut magis pretioſa in anno uno ſeminantur, & in alio colliguntur: ſimiliter eleemoſynæ, quæ fiunt ex charitate, & in charitate, ſunt quaſi pretioſa ſemina, quarum remuneratio erit in patria: quæ autem fiunt in mortali, ſunt quaſi vilia ſemina, & remunerantur in præſenti. *Matt.* 6. Receperunt mercedem ſuam. Sed de illis, quæ in charitate *Eccl* 36. Da mercedem ſuſtinentibus te [Sexta ratio eſt, quia ſicut ſemen uno tempore ſeminatur & in alio fructus ejus colligitur: ita ſeminatur modo eleemoſyna in tempore gratiæ, ſed ejus fructus colligetur in tempore gloriæ. *Eccl.* 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas; &c. Septima ratio eſt, quia ſicut ſemen gelu compreſſum, & retardatum magnam copiam repromittit; ſic eleemoſyna, quæ non habet temporalem

De pau. & remiſſ. 4. cum hono.

A remu-

Expoſitio Gloſſæ.

a Nam de miniſterio, &c.] Ex abundanti eſt, i. ſuperfluum: & tamen ſcribit, ergo ſuperflue ſcribit. Sed ſicut ſuperflue loqui eſt peccatum; ita & ſuperflua ſcribere, imo magis. Item *Greg.* Vecordem ſe aſſerit, qui hortis in flumine ſitis aquam fert, & *Iſ.* 78. Frange eſurienti panem tuum. Sol. Dicit ſuperfluum ſcribere de eleemoſynarum largitione, quia non erat de principali propoſito ſuo, cum ipſi ad hoc eſſent parati, unde ſuperfluum, i. præter principale propoſitum non eſt tamen ſuperfluum, i. utile; imo quod eos ad eleemoſynas monuit ais utile fuit, ut promptiores eſſent, & melius hoc facerent. Non parum dat, qui habet, &c. ſed qui ex parvo affectu dat. Non triſtem, non murmurantem. Sed ecce aliquis ſanguineus qui conſuetus eſt dare & dat cum magna hilaritate; alius autem melancholicus, & diu fuit avarus, modo exiſtens in charitate pari cum illo, cogit ſe & dat cum triſtitia quam tamen devincit; ergo ſanguineus eſt magis acceptus Deo.

Contra. De jejunio in phlegmatico, & colerico, conſtat quod cholericus magis meretur jejunando, quia magis affligitur; & tamen cogit ſe, & jejunium illius magis approbat Dominus; ergo ſimiliter dantem ex charitate cum triſtitia. Sol. Quod hic dicitur. intelligitur de hilaritate rationis, & cum triſtitia ſenſualitatis, quam devincit, & quantum ad hoc, quod devincit ſenſualitatis tri-

A ſtitiam,

a remunerationem, ſed preſſuram tribulationis, & adverſitatis, habebit fructum æternæ hæreditatis. Quod ſignificatum eſt. *Exod.* 1. Ubi dicitur, quod filii Iſrael quanto magis comprimebantur, tanto magis multiplicabantur. Octava ratio, quia ſicut ſeminans de parte ſeminis vivit in præſenti, & partim in futuro: ſic eleemoſyna quandoque habet augmentum temporalium in præſenti, & æterna bona in futuro. 1.*Tim.*4. Pietas utilis eſt ad omnia, promiſſionem habens, &c. Nona cauſa eſt, quia ſicut ſemen non in uno loco ſpargitur, ſed pluribus, ſic debet, & eleemoſyna. *Pſ.* 111. Diſperſit dedit pauperibus. Decima cauſa eſt, quia ſicut tria ſunt impedimenta ne ſemen materiale fructificet; ſic & eleemoſyna. *Matt.*13. Super petroſa, ſecus viam, inter ſpinas. Primum enim impedimentum fructificantis eleemoſynæ eſt cordis duritia: quando dat non ex cordis compaſſione, ſed cum murmure.

metet. *a* Unuſquiſque *b* prout deſtinavit in corde ſuo *c* non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: *d* hilarem enim datorem diligit Deus. *e* Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum: *f* ſicut ſcriptum eſt, *g* Diſperſit, dedit *h* pauperibus: *i* juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. *k* Qui *l* autem *m* adminiſtrat ſemen ſeminanti: & *n* panem ad manducandum præſtabit, & *o* multiplicabit ſemen veſtrum, & augebit *p* incrementa frugum juſtitiæ

& veſpere non ceſſet manus tua, &c. *Iſ.* 17. Mane ſemen tuum florebit: ablata eſt meſſis in tempore hæreditatis, vel die judicii, vel quando debent recipere mercedem. *Gen.*4. Dixit Joſeph: Accipite ſemen & ſerite agros, ut fruges habere poſſitis; quartam partem dabitis regi, & quatuor partes vobis relinquo. Hoc eſt quando Chriſtus dat, unde eleemoſynis poſſumus ſerere agros, pauperes, ſcil. quatuor partes ſunt noſtræ. Prima eſt abſolutio a pœna. *Prov.* 13. Redemptio animæ propriæ divitiæ. Secunda eſt remiſſio peccatorum præteritorum. *Eccl.* 3. Sicut in ſereno glacies ſolventur peccata tua, & loquitur de eleemoſyna.

Tertia eſt præſervatio a peccato futuro. *Eccl.* 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis; ſicut quando incendium eſt in civitate, aqua projecta ſuper tecta nondum accenſa reſiſtit igni ſupervenienti. Quarta eſt fructus vitæ æternæ. *Eccl.* 17. Eleemoſyna viri, quaſi ſacculus cum ipſo. Iſtas quatuor nobis dat Dominus de ſemine eleemoſynæ; ſed quintam partem, i. gloriam ſibi vult reſervare. Unde poſt pſalmos per quos intelligitur operatio, dicitur Gloria patri, &c. *Iſ.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Vel (Semen) ſpirituale, de quo *Iſ.* 55. Quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, &c. ſic verbum, quod egreditur de ore meo, ideſt, de Paulo, os tubæ.

Secundum eſt inanis gloria, & tunc jacitur eleemoſyna ſecus viam, quam volucres cœli, ideſt, Dæmones comedunt per inanem gloriam, quia omnibus expoſita eſt. Tertium eſt proprium peccatum, quod ſignificatur per ſpinas; quia compunctionem conſcientiæ generant. (Seminant) *Gl.* Non ait, dant, ſed ſeminant; quia dare eleemoſynam non eſt amittere, ſed ſeminare; ſcil. ad tempus carere, ut plus habeatur in futuro. *a* Unuſquiſque] ſupple, largiatur. *b* Prout deſtinavit] in hoc notatur, quod debet dari eleemoſyna cum diſcretione. *Eccl.* 12. Si benefeceris, ſcito cui feceris, &c. *Eccl.* 35. Da Altiſſimo ſecundum donatum ejus, &. quoniam retribuens eſt Dominus, & ſepties tantum reddet tibi. Sic ſeminavit Iſaac, & eodem anno invenit centuplum. *Gen.* 26. *Matth.* 19. Omnis, qui reliquerit domum vel fratres, aut ſorores, aut patrem, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam habebit: multo fortius, qui dederit.

c Non ex triſtitia, aut neceſſitate,] coacte, ſed cum hilaritate. *Gl.* Qui invitus dat propter præſentem pudorem, non habet mercedem. *Pſ.* 53. Voluntarie ſacrificabo tibi.

d Hilarem] *Eccl.* 36. In omni dato hilarem fac vultum tuum. *Matth.* 6. Tu autem cum jejunas; unge caput tuum oleo. *Rom.* 12. Qui miſeretur, in hilaritate. Nota *Gl.* hic: Qui dat, ut careat tædio interpellantis, non ut reficiat viſcera indigentis: & rem & meritum perdit.

e Potens eſt Deus,] *Rom.* 4. Pleniſſime ſciens, quia quæcumque promiſerit Deus, potens eſt facere abundanter. *Jac.* 1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. *f* Sicut ſcriptum eſt] Probat, quod dixit; & quod danda eſt eleemoſyna diſperſim, oſtendit:

g Diſperſit] In hoc notatur abundantia, & diſperſio. Et bonum eſt dare multis; quia ſicut ſi totum ſemen jaceret in uno loco, nullum fructum faceret: ſic quando uni tantum datur eleemoſyna aut ille in ſuperbiam erigitur, aut exponit luxuriæ, & ſic ab eo non recipitur fructus orationis. *h* Pauperibus] non divitibus. *Iſa.* 58. Frange eſurienti panem tuum. *Luc.* 14. Cum facis convivium, voca pauperes. *Eccl.* 4. Ne defraudes eleemoſynam pauperis. *Eccl.* 34. Panis egentium, vita pauperis: qui defraudet illum, homo ſanguinis eſt.

i Juſtitia ejus] fructus de largitione eleemoſynarum. Juſtus eſt, qui bona mundi reſpuit, & æterni præmii bona reputat. *k* Qui autem adminiſtrat:] ita debet fieri eleemoſyna ſemper ſecundum incrementum, quia inde habetur vita æterna. *l* Autem] ideſt, quia: (Qui adminiſtrat,) largientibus eleemoſynas. Vel (Qui adminiſtrat ſemen) ideſt ſubſtantiam de qua poteſt fieri eleemoſyna. *n* Panem] ideſt, ſuſtentationem, q.d. Sicut dat vobis, ex quibus poteſtis facere eleemoſynas; ita dat vobis ex quibus ſuſtentari poſſitis, q. d. Non oportet vos ſolicitos eſſe de ſuſtentatione veſtra, nec propter hoc debetis dimittere eleemoſynas facere. *Matt.* 6. Nolite ſoliciti eſſe dicentes, &c. quia ſi facitis eleemoſynas, habebitis a Deo ſuſtentationem. *Iſ.* 30. Dabitur pluvia ſemini tuo, ubicumque ſeminaveris in terra; & panis frugum terræ erit uberrimus, & pinguis. Sic etiam ſumitur panis. *Gen.* 18. Si fuerit Dominus Deus mecum in via, &c. & dederit mihi panem, &c. *m* Adminiſtrat ſemen, &c.] Et quia multi ſunt, qui nolunt ſemen adminiſtratum ſeminare: ideo dicitur *Eccl.* 11. Mane ſemina ſemen tuum;

o Multiplicabit ſemen,] i. ſubſtantiam, de qua poſſit fieri eleemoſyna. *Luc.* 6. Date, & dabitur vobis. Dominus illis conſervat conſuetudinem quarumdam Eccleſiarum, in quibus ſic eſt, quod illi, qui majores faciunt expenſas, vel eleemoſynas, plus datur de redditibus Eccleſiæ. *Prov.* 11. Quidam dividunt propria, & ditiores, &c. *Prov.* 3. De primitiis frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate. *p* Incrementa frugum juſtitiæ,] i. bonam voluntatem erogandi pauperibus, ex quo augentur fruges juſtitiæ. *Gen.* 49. Filius accreſcens Joſeph. *Prov.* 4. Juſtorum ſemita, quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem. Vita enim bona eſt quaſi candela faciẽda, in principio gracilis, ſemper ingroſſando procedens: vita hypocritarum quaſi candela ad vendendum, in principio groſſa, & in fine gracilis. Vel fruges dicit vitam æternam, vel mercedem. *Lev.* 25. Dabo benedictionem anno ſexto, & faciet fructus trium annorum. Ita multiplicat Dominus bona dantibus eleemoſynas. *Oſee* 10. Seminate vobis ſemen in veritate juſtitiæ, ideſt, largitionem eleemoſynarum: & metite in ore miſericordiæ, ideſt, in plenitudine. Os enim ſignificare ſolet plenitudinem. Unde: Occidit eos in ore gladii. (Juſtitiæ) *Jac.* 3. Fructus juſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem.

a Ut in ſtitiam, magis placet Deo. Si autem cum triſtitia facis, fit de te, non tu facis, ideſt, non facis meritorie, vel reputaris non facere, quia perinde merces non datur a Deo ac ſi non faceres. Solam ſufficientiam elegit: juxta illud; Cui ſatis eſt, quod habet, ſatis illum conſtat habere. Non quæritur de quanto quia ſi habet multum, oportet quod multum det; ſi parum, parum det. Et hæc juſtitia eſt eleemoſynarum largitio, quæ eſt pars juſtitiæ: juxta illud; Aliena rapere convincitur, qui ſuperflua retinere probatur. *Eccl.* 4. Ne defraudes, &c. Quanto magis ejus, qui miniſtrat Sanctis. Hoc non dicit, quia majoris Præmii meritoria ſit eleemoſyna data pauperibus bonis, quam pauperibus malis, ſi utraque detur ea æquali charitate: ſed quia ille, qui bonis ſua erogat, acquirit ſibi amicos, qui orando pro eo impetrant ei majorem gratiam, cui debetur majus præmium; & ita per conſequens major merces ei largitur, quia dat bonis. Propter hoc dicitur *Eccl.* 12. Si benefeceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa, & ſi non ab eo, certe a Deo. Et in tantum præſtabit, quod etiam, &c. quia 1. *Tim.* 4. Promiſſionem habens vitæ, &c. *Prov.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus; & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria. *Marc.* 10. Nemo eſt, qui reliquerit domum aut fratres, aut ſorores, &c. qui non accipiet centies tantum in hoc tempore. Ex quibus procedit juſtitia, quæ etiam augetur in ipſa largitione eleemoſynarum. Multa in hoc bona ſunt, ideſt multæ utilitates, quæ ſubjunguntur in littera. In ſubjectione mentis, ideſt ſubjicientes ei mentem noſtram. Deſiderantium vos videre

Ex ſuſcito Gloſſ.

a Ut in omnibus locupletati] in bona voluntate, & ſubſtantia ſive materia eleemoſynarum. b In omnem ſimplicitatem,] ideſt, eleemoſynarum largitionem, quæ debet fieri ex ſimplici corde. *Eccl.* 20. Datus inſipientis non erit utilis tibi; oculi illius ſeptemplices ſunt, & ideo dicitur *Eccl.* 3. Cor ingrediens duas vias non habebit ſucceſſus. Quæ ſimplex largitio, c Operatur per nos] ideſt, cauſa quare aguntur Deo gratiæ. d Quoniam miniſterii] Tertia pars capituli in qua oſtendit quo fine debet fieri eleemoſyna, quia multa in hoc bona ſunt. Unum eſt ut inopia illorum ſuppleatur, quod notatur, ibi (Non ſolum.) Ut Dominus glorificetur ibi (Abundat per multas,) Ut alii provocentur ad laudandum Deum, ibi (Glorificantes Deum.) Ut acquiramus nobis interceſſores, qui pro nobis orent, ibi (Ipſorum obſecratione.)
D

e Supplet ea quæ deſunt ſanctis,] propter hoc debet fieri eleemoſyna *ſup.* 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat: *inf.* 11. Quod mihi deerat ſuppleverunt, &c. f Abundat per multas] *ſup.* 1. Ut ex multarum perſonis facierum per multos gratiæ agantur. Hic tanguntur novem fructus eleemoſynæ: primus eſt ſupplementum defectus ſanctorum ex parte dantis; ſecundus gratiarum actio ex parte recipientis; tertius approbatio ex parte videntis; quartus glorificatio Dei ex parte ejuſdem; quintus obedientia ſubditi; ſextus confeſſio Evangelii; ſeptimus ſimplicitas; octavus communicatio operum, & orationum; nonus deſiderium pauperum per approbationem. h In obedientia] ideſt, de *Eccl.* 29. Propter mandatum aſſume pauperem, g Glorificantes] *Joſ.* 7. Da gloriam Deo. i Confeſſionis] fidei, & laudis. Et reſume. (Glorificantes Deum) de k Simplicitate in illos, & in omnes] alios pauperes. *Gal.* 6. Operemur bonum ad omnes. Et glorificantes Deum de l Obſecratione] Ex hoc patet quod valde bonum eſt facere bona opera, & præcipue opera miſericordiæ: quia inde laudatur Deus, & interceſſores nobis acquirimus. *Eccl.* 29. Hæc enim exorabit pro te ab omni malo. 1. *Theſſ.* 5. Fidelis eſt Deus, qui vocavit vos: qui etiam faciet fratres orare pro vobis. *Act.* 9. De dorca, qua ſuſcitavit Petrus propter deprecationes pauperum quos veſtierat in quo ſignificatur quod mortuus in Peccatis ſuſcitatur per eleemoſynas. m Deſiderantium] *Pſ.* 9. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus.

Prepoſitiva Gloſa. a in æterna beatitudine: Per hoc patet, quod male corripitur a quibuſdam illa collecta, Deus, qui patrem, & matrem, &c. noſque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre: dicunt enim non ſic: ſed, Noſque cum eis fac vivere, &c. & eorum ratio eſt quia illi, qui in inferno erunt, bene videbunt Sanctos eſſe in paradiſo. Sed dicendum, quod ibi ſumitur videre non ſolum ſecundum quod exterius videtur res, ſed ſecundum quod intus: prout dicitur communiter. Volo, quod me veniatis videre in domo mea ex quo relinquitur quod intrent. De æterna indigentia: hic ſimul & ſemel ſumitur æquivoce indigentia: & ſimiliter ſupplementum pro temporali, & ſpirituali. Provincialium Chriſti, qui bona ſua, ſive eleemoſynas largiuntur pauperibus, quaſi tributa militibus civitatem Eccleſiæ orationibus ſuis defendentibus. Et militum Chriſti, ideſt, pauperum, qui recipiunt eleemoſynas quaſi ſtipendia a divitibus.

EXPOSITIO CAP. X.

GRatias ago Deo, &c.] In capitulo præcedenti monuit Apoſtolus dare eleemoſynas corporales, & ſpirituales, ideſt, corripere ſtultos, revocare ſeductos. Redit etiam hic ad principale propoſitum, videlicet ad ſui commendationem: quædam enim fuit evagatio hoc, quod tractavit de eleemoſyna. Dividitur autem hoc capitulum in ſex partes. In prima parte rogat Corinthios, ut ſe emendent antequam ipſe veniat; & arguit eos de convitiis in

veſtræ: a ut in omnibus locupletati abundetis in b omnem ſimplicitatem, quæ c operatur per nos gratiarum actionem Deo. Quoniam d miniſterium hujus officii non e ſolum ſupplet ea quæ deſunt Sanctis, ſed etiam f. abundat per multas gratiarum actiones in Domino per probationem miniſterii hujus: g glorificantes Deum h in obedientia i confeſſionis veſtræ in Evangelio Chriſti, & k ſimplicitate communicationis veſtræ in illos, & in omnes: & in ipſorum l obſecratione pro vobis m deſiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

CAP. X.

GRatias n ago Deo o ſuper inenarrabili dono ejus. p Ipſe autem ego Paulus obſecro vos per manſuetudinem, & modeſtiam Chriſti: q qui in facie quidem humilis ſum inter vos, r abſens autem confido in vobis. ſ Rogo autem t vos ne præſens audeam per eam confidentiam, qua exiſtimor audere in quoſdam: qui arbitrantur nos u tanquam ſecundum carnem ambulemus.

ſe jactantis, ubi etiam ſe commendare videtur ab audacia. In ſecunda parte dicit ſe Deo auctore vera prædicare, & bona facere, ibi (In carne enim ambulantes.) In tertia ſe confert Pſeudo, & præfert ſe illis, ibi (Quæ autem ſecundum faciem ſunt videte) in quarta dicit ſe eſſe uniformem in ſcribendo epiſtolam, & in exhibendo præſentiam, ibi (Ut autem non exiſtimer) In quinta dicit ſe non adulatorie, ſed vere docuiſſe non ſolum illos ſed alios plures, ibi (Non enim audemus.) In ſexta optat eis patientiam dum arguuntur, ibi (utinam ſuſtineretis.) Dicit ergo. n Gratias ago Deo) quaſi concludit gratiam eleemoſynarum in gratiarum actione. o Super inenarrabili dono) de charitate qua diligit nos, quæ enarrari non poteſt: vel quam dedit, ut diligeremus eum. Vel (Enarrabili) quia debet enarrari eo modo quo poteſt. Vel (inenarrabili dono,) ideſt, mutuo ſupplemento indigentiæ mutuo: quia Dominus dedit vobis, quod ſuppleatis temporalem Sanctorum indigentiam, & ipſi veſtiam ſpiritualem. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum, &c. *Eph.* 4. Dedit dona hominibus. *Prov.* 4. Donum bonum tribuam vobis. A

p Ipſe autem ego per manſuetudinem, &c.] ideſt, ſi velitis, quod ſim vobis manſuetus, & modeſtus, ſicut Chriſtus fuit. *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Gal.* 5. Fructus ſpiritus eſt charitas, &c. manſuetudo, fides. *Col.* 3. Induite vos, ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam.
q In facie quidem humilis,] ideſt, vilis aſpectu, & judicio hominum: quando in præſentia veſtra ſum, oſtendo me humilem, quaſi timens ne mihi pœnam infligatis: (in facie) *Eccl.* 11. Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo. *Jo.* 7. Nolite judicare ſecundum faciem. Iſte enim qui vilis apparet mundo, non eſt repulſus tertio cœlo.
r Abſens confido,] ideſt, confidenter vos redarguo cum auſteritate. Hoc dicit non aſſerendo, ſed quaſi verba quorumdam inter eos recitando: talia enim dicebant de Apoſtolo. Vel (Confido) i. confidenter impero per litteras. *Eccl.* 4. Qui audit illam, judicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens.
ſ Rogo autem:] non dicit quid rogat, ſcilicet, ut ſe emendent, ut pro Pſeudo nil dent, & ita eos repellant: & ideo dicit, (Rogo ne præſens,) ideſt, rogo ut emendetis vos, ne ſicut creditis me audacem dum ſum abſens a vobis in veritate illud audeam dum ero præſens.
t Ne audeam] ideſt, audacter vos corrigam: quia timebant de illo, ne traderet eos Satanæ, ſicut fornicatorem. 1. *Cor.* 5. *inf.* 11. In quo quis audet, & ego: u Tanquam ſecundum carnem ambulemus] ſecundum quam ambulantes favent amicis, & illis, quos timent in præſentia eorum, minantur autem abſentes eiſdem. *Rom.* 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Sed quæ fuit cauſa hujus ſuſpicionis, quam habebant de Apoſtolo? non enim munera recipiebat, neq; ſplendide manducabat, neq; equitabat, neque purpuram, aut ſericum induebat: ſola invidia,
A quæ

Prepoſitiva Gloſa. n Gratias ago.] Inenarrabili, quia nullus poteſt enarrare quantum diligat nos: vel de charitate qua eum diligimus, quam utilis ſit, nullus enarrare poſſet. Ego Paulus, quaſi vero humilis. Alludit interpretationi: Paulus enim idem, quod modicus. Chriſtus lenem animam oſtendit. *Iſ.* 42. Non erit triſtis neque turbulentus. *Matth.* 11. Diſcite a me. Ne cogarur iraſci. *Jac.* 1. Ira viri juſtitiam Dei non operatur. More carnalium, qui favent amicis, & provocati modum correctionis excedunt in aliis, i. pro terreno. *ſup.* 2. Non ſumus (ſicut plurimi) adulterantes verbum Dei. Propter delictum veſtrum, bona veſtra diminuendo. Propter honorem ſuum, bona veſtra ſibi attribuendo, Sine argumentis loquor. 1. *Cor.* 2. Cum veniſſem ad vos
A fratres,

Digitized by Google

a In carne *b* enim ambulantes *c* non tamen ſecundum carnem militamus. *d* Nam arma militiæ noſtræ *e* non carnalia ſunt; *f* ſed potentia Deo ad deſtructionem *g* munitionum: *h* conſilia deſtruentes, & omnem *i* altitudinem extollentem ſe *k* adverſus ſcientiam Dei; & *l* in captivitatem redigentes *m* omnem intellectum *n* in obſequium Chriſti; & in promptu habentes ulciſci omnem *o* inobedientiam, *p* cum impleta fuerit veſtra obedientia. Quę ſecundum *q* faciem ſunt, videte. *r* Si quis *ſ* confidit Chriſti ſe eſſe: *t* hoc cogitet iterum apud ſe; quia ſicut ipſe Chriſti eſt: ita & nos. *u* Nam ſi amplius aliquid gloriatus fuero *x* de poteſtate noſtra *y* quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & *z* non in deſtructionem veſtram: non erubeſcam. *a* Ut autem non exiſtimet tanquam terrere vos per epiſtolas, quoniam quidem epiſtolæ, *b* inquiunt, graves ſunt & fortes; præſentia autem corporis infirma, *c* & ſermo contemptibilis, hoc cogitet qui ejuſmodi eſt, quia quales ſumus verbo per epiſtolas abſentes; tales, & præſentes in facto.

à quæ neſcit de aliquo æſtimare. Sed de ipſo dicitur *Prov.* 28. Juſtus quaſi leo confidit, & 12. Non contriſtabit juſtum, quicquid ei acciderit. *a* In carne] fragili ſcil. *b* Ambulantes] viventes. *c* Non tamen ſecundum carnem] quia caro ducitur, & non ducit; Vel (Non tamen ſecundum carnem militamus) caro non curat militare, ſed magis manducare, & dormire *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram. 2. *Tim.* 2. Nemo militans Deo implicat ſe ſęcularibus negotiis; ergo nec carnalibus.

d Arma militiæ] Hic commēdat ſe Apoſtolus a virtute. (Arma militiæ) i. prædicatio, & miracula. *e* Non ſunt carnalia] debilia. *Eph.* 6. Suſcipite armaturā Dei, non Diaboli. *Pſ.* 56. Filii hominum, dentes eorum arma & ſagittæ; & lingua corū gladius acutus. *f* Sed potentia Deo] ad honorem Dei, vel ideſt, a Deo habent potentiā: & ideo ei attribuēda eſt.

g Munitionum:] doctrinarum hæreticorum, quibus ſe muniunt contra fidem noſtram. *Habac.* 1. Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem. *Eccl.* 9. Civitas parva, ideſt, Eccleſia, vel clauſtrum, & pauci in ea viri: venit rex magnus, ideſt Diabolus contra, & vallavit eam, &c.

h Deſtruentes conſilia] carnis, ſcilic. vacare deliciis, *Sap.* 2. Venite fruamor bonis, quæ ſunt, &c. *Eccl.* 2. Dixi in corde meo, vadam, & affluam deliciis, &c. *Eccl.* 5. Hoc mihi viſum eſt bonum, ut commendat quis, & bibat, &c. *Iſa* 22. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Conſilium mundi, intendere divitiis. *Eccleſ.* 7. Melior eſt ſapientia cum divitiis, &c. Conſilium Diaboli quærere dignitates, & quanto gradus altior, tanto caſus fit gravior 1. *Timot.* 3. Qui Epiſcopatum deſiderat, &c. Hæc conſilia deſtruxit in ſe Apoſtolus, & ſecutus eſt conſilia Chriſti: quæ ſunt pœnitentiæ aſperitas. *Matth.* 4. Contra delicias mundi, paupertas. *Matth.* 5. Contra divitias; ſemper ſubeſſe: contra dignitates, & hæc eſt vera humilitas. *Matt.* 11. *Joann.* 6. *Eccleſ.* 7. Noli quærere a rege cathedram honoris. Sed dicit *Pſalm.* 61. Conſilium meum cogitaverunt repellere.

i Altitudinem] intellectus, ſcil. turrim Babel. *Geneſ.* 2. k Scientiam Dei,] quæ eſt de cœlo, ut eſt partus virginis. *m* Omnem intellectum,] i. qui reputat ſe eſſe intelligentem.

a In obſequium Chriſti;] ut ſicut captivi, &c. ita credat eis, quæ de Chriſto dicuntur.

o Ulciſci] *Rom.* 13. Si male feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. *p* Cum impleta fuerit veſtra obedientia,] ideſt quando plene obedientis, ideſt, ex vera dilectione: ſic conſumitur inobedientia, cum illa condemnat per inobedientiam, &c. [Cum impleta, &c.] Dominus primo ſignat bonos, & poſtea jubet percuti malos. *Apoc.* 7. Nolite nocere terræ, &c. *Ezec.* 7. Tranſi per mediam civitatem, &c. ſimiliter dicit Apoſtolus, (Cum impleta, &c.) Aliter exponitur hoc quaſi ex ſuperabundanti. *l* In captivitatem redigentes omnem intellectum.] Apoſtoli, & Sancti Doctores per S. Scripturam intellectum ſuum prius loquentem naturales rationes, & logicas redegerunt in ſervitutem, & captivitatem, ut quaſi captivus ſequeretur S. Scripturam. Unde omnes aliæ ſcientiæ ancillæ ſunt Theologiæ, quod ſignificatum eſt *Deut.* 21. Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos, ideſt, errores, & ignorantiam. *Eccl. ult.* Anima mea colluctata eſt cum ſapientia, & tradiderit eos in manus tuas (quod contingit, quando incipit cognoſcere errorem ſuum, & ignorantiam) & videris mulierem pulchram in medio captivorum, i. aliquam bonam ſententiam introduces eam in domum tuam (ideſt, memoriam) radeſque ejus cęſariem (ideſt, depones ſubtilitates ejus) & ungues (i. immunditiam; quia ubi jacent in ordine aliarum ſententiarum in materia propria, immundæ ſunt) veſte amota (ideſt intentione Philoſophi, aut poetæ) erit uxor tua (ſic enim facta eſt munda.) Hoc item ſignificatum ex *Exod.* 12. Hebræi acceperunt ab Ægyptiis vaſa aurea, & argentea, & veſtes. Item *Jud.* 8. Tulit ornamenta, & bullas, &c. Item 2. *Reg.* 8. Tulit David arma aurea, &c. & tulit ea in Jeruſalem. In eod. Tulit David æs multum, & fecit inde mare æneum, colomna, & altare: in quo ſignificatur, quod illa tantum de alienis ſententiis debent adduci in S. Scriptura exponenda quæ ſunt ad abluendum, ad ſuſtentandum, ad informandum. Item 2. *Reg.* 12. Tulit diadema regis eorum, &c. Item *Joſ.* 5. Quicquid auri & argenti fuerit, aut vaſorum æneorum, aut ferri, Domino congregatur. *Num.* 13. Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & ſtannum, &c. Qui autem propter prædicta debetis potius me ſequi, quam Pſeudo: ergo.

q Videte] quæ ſecundum faciem ſunt opera enim Pſeudo ſunt, tantum ſuperficialia.

r Si quis] Pſeudo.

ſ Confidit] ex præſumptione aliqua, *t* Cogitet, quia ſicut ipſe, ita & nos;] imo multo plus *infr.* 11. Miniſtri Chriſti ſunt, & ego: (ut minus ſapiens dico) plus ego, *Job* 12. Et mihi eſt cor, ſicut & vobis; nec inferior vobis ſum. Vel:

q Videte, quæ ſecundum faciem,] i. iſta quæ dico quæ valde ſunt manifeſta. Ex quibus patet quod non debetis Pſeudo præferre mihi.

u Nam & ſi amplius,] quam ipſi: quia electus a Deo, & edoctus. *Act* 9. Vas electionis, & 13. Segregate mihi Paulum, & Barnabam, & *Gal.* 1. Neque enim ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem Jeſu Chriſti. *x* De poteſtate] Apoſtolica auctoritate.

y Quam dedit] *Gal* 2. Qui operatus eſt Petro, &c.

z Non in deſtructionem veſtram] Contra: *Jer.* 1. Conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, &c. Reſp. Ut evellas, & deſtruas vitia; & ædifices mores, in quorum deſtructionem dicit ſe non eſſe poſitum, vel rerum conſumptionem.

a Ut autem] Oſtendit conformitatem, quod ſicut eſſet minax vel audax in verbis, ita & in factis.

b Epiſtolæ graves] *Exod.* 17. Manus Moyſi graves ſunt, ideſt, præcepta legis: ſed non ita Pauli, tamen littera difficilis propter Pſeudo 2. *Petr.* 3. Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c. In quibus ſunt quædam difficilia, &c.

c Sermo contemptibilis] *inf.* 11. Etſi imperitus ſermone non tamen ſcientia.

A *a* Non

Expoſ. in Gloſſ. *a* fratres non in ſublimitate ſermonis. Qui non miſi, *Jer.* 23. Aliquibus artibus magis facientes phantaſtica miracula: vel quia artificioſe loquebantur. Cujus ego ſum regula: quilibet Prælatus debet eſſe regula ſubditorum; & ideo quia diſtorti ſunt, non eſt mirum ſi tales ſunt ſubditi. Monitu Dei. *Act.* 13. Dei nutu *Act.* 18. Ut ſinguli aliquos populos haberent proprios. Videtur contrarium ei quod ſequitur: Qui ad omnes Gentes miſſus erat: ergo non habebat aliquos proprios. Sol. Miſſus fuit ad omnes generaliter ſed non venit ad omnes. Unde ſecundum actum habuit quoſdam ſpecialiter; ſecundum poteſtatem omnes. Ad regulam Apoſtoli pertinebant, &c. Sed ſecundum hoc videtur exceſſiſſe regulam ſuam; quia venit Romam ubi jam Petrus prædicaverat. Solut. Miſerat eis Epiſtolam per quam prædicaverat eis antequam aliquis de Apoſtolis veniſſet ad eos. Sed objicitur, quoniam ſicut dicitur ſuper Epiſtolam ad *Rom.* 1. quod imo quidam diſcipuli a Jeroſolymis venerunt Romam, qui inſtruxerunt Romanos antequam Apoſtolus miſiſſet eis epiſtolam. Sol. Verum eſt, quod inſtruxerunt eos, ſed male: unde deſtruxit in eis malum fundamentum, bonum apponens. Qui ei reſiſtit: *Rom.* 13. Qui poteſtati reſiſtit. Quod non poteſt ille, qui non habet a Deo poteſtatem: ergo aliquis habet poteſtatem & non a Deo. Sed contra: *Rom.* 13. Omnis poteſtas a Deo eſt. Sol. Intelligitur de illis qui machinamentis, & dolis accedunt ad poteſtatem, & prælationem. Dicuntur ergo non habere poteſtatem a Deo: quia non habent antecedens ad illam.

a Non enim audemus inſerere, aut b comparare nos quibuſdam, qui ſaipſos commendant: c ſed ipſi in nobis noſmetipſos metientes, & d comparantes noſmetipſos nobis. e Nos autem non in f immenſum gloriabimur: g ſed ſecundum menſuram regulæ, h quam menſus eſt nobis Deus menſuram i pertingendi uſq; ad vos. k Non enim quaſi non l pertingentes ad vos ſuper extendimus nos. Uſque ad vos enim pervenimus in Evangelio Chriſti: non immenſum gloriantes in alienis laboribus: ſpem autem m habentes creſcentis fidei veſtræ, n in vobis magnificari ſecundum o regulam noſtram p in abundantia, etiam q in illa quæ r ultra vos ſunt, ſ evangelizare: non t in aliena regula u in his quæ præparata ſunt gloriari. Qui autem gloriatur, x in Domino glorietur.

▲ a Non enim audemus] Commendat ſe, quia non excedit terminos legationis ſuæ, nec alterius occupat poteſtatem: in hoc redarguens Pſeudo. Continua ſic: Dico quod tales erimus in facto quales ſumus in verbo: non timidi in arguendo, ſicut illi, qui ingerunt ſe. (non enim audemus inſerere quibuſdam] ideſt ingerere, ſicut quidam: & hoc, ut uniformes ſimus in facto & verbo: quod non faciunt tales, ſed quando præſentes ſunt, palpant vitia quæ redarguunt in abſentia. b Aut comparare quibuſdam] i. imitari eos non audemur qui in alienam legationem ſe intrudunt, ut Pſeudo; dicitur enim Prov. 13. Amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Sed ſi legatur ſub interrogatione planius eſt. a Non enim] q. d. imo, ſed noluimus. a Sed in nobis] i. propriis conſcientiis (noſmetipſos metientes nobis) i. propriæ poteſtatr & propriæ conſcientiæ, debet enim quilibet ſeipſum metiri pro viribus ſuis. Gal. 6. Opus ſuum probet unuſquiſque & ſic in ſemetipſo gloriam habebit, & non in altero. Taler debent eſſe omnes Prædicatores. Unde Iſ. 13. Suſcitabo ſuper eos Medos (qui interpretantur metientes) qui argentum non quærant, nec aurum velint. Sed multi excedunt metas ſuæ poteſtatis, & virtutis juxta illud Jer. 48. Audivimus ſuperbiam Moab: ſuperbus valde eſt, &c. & quod non ſit juxta eam virtus ejus. Ibi Gloſſ. Præcipitata audacia plus audet, quam poſſit. Superbi ergo non ſe metiuntur propriæ poteſtatis nec propriæ conſcientiæ menſura: ſed ulnis alienis, & illis breviſſimis, quas etiam abbreviant ſecundum proprium judicium dicentes: Tantum valeo ego, quantum ille. Non eſt ergo mirum, ſi tales parum proſint; nec mirum eſt ſi defectus ſuos non perpendant: ſed ſi bonis aliorum ſe metirentur, tunc defectus ſuos agnoſcerent. Proprius enim defectus non debet eſſe alterius menſura; quod ſignificatum eſt Ezech. 40. ubi habetur, quod omnia ædificia menſurantur calamo ſex cubitorum, & palmo qui non cedit in menſuram, imo eſt manubrium calami. In ſex cubitis calami, perfectio; in palmo, defectus alterius, ſine quo nullus poteſt eſſe in hac vita: per hoc ſignificatur quod defectibus alterius non debemus nos menſurare, ſed perfectionis illius, & bonis: ſic poſſet quis defectus ſuos cognoſcere. Luc. 14. Quis ex vobis volens ædificare turrim, &c. ibid. Aut quis rex iturus bellum committere, &c. (Nobis comparantes) Contra ſup. 4. Commendantes noſmetipſos ad omnem conſcientiam; & hoc bonum eſt, verum quidam commendant ſe ad aures tantum; & hoc vanum eſt. Prov. 27. Laudet te alienus, & non os tuum, unde ſupr. 4. Non enim noſmetipſos prædicamus.

d Comparantes] Homo debet ſe comparare ſibi ſecundum ſtatum præteritum, & ſtatum præſentem. Job 29. Quis mihi tribuat ut ſim juxta menſes priſtinos? &c. Item ſecundum tempus & tempus. 1. Cor. 13. Cum eſſem parvulus, loquebar, &c. Item ſecundum opus, & opus. Mich. 6. Quid dignum offeram Deo? curvabo genu Deo excelſo. Item ſecundum locum, & locum. Prov. 25. In loco Magnatum ne ſteteris: melius eſt enim, &c.

e Autem] quia. f Non in immenſum,] ideſt, ultra menſuram a Deo nobis datam extendemus poteſtatem noſtram: Vel: (In immenſum;) ideſt, ſupra modum, vel contra immenſum Deum: quod facit qui ſibi aliquid boni attribuit. 1. Corint. 4. Quid habes quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis?

g Sed ſecundum menſuram regulæ,) ideſt, ſecundum quod regulatum eſt regnum noſtrum a Deo. Unde dicit: h Quam menſus eſt nobis Deus] Eph. 4. Unicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Rom. 12. Unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei, Lev. 19. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura. i Pertingendi uſque ad vos,] q. d. Vos creditis menſuram noſtri regiminis quaſi per diœceſis extenſionem. Pſ. 77. Diviſit eis terminum in funiculo diſtributionis. Nullus ergo debet excedere terminos ſuæ poteſtatis, unde Oſee 5. Stulti facti ſunt principes Juda, & ſequitur cauſa, Quia quaſi aſſumentes terminum, ideſt, tranſgredientes; contra illud Deut. 19. Non aſſumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua. Prov. 23. Non attingas parvulorum terminos. Job 24. Alii terminos tranſtulerunt, & diripuerunt greges. k Non enim ſuper extendimus vos] ſuper præfixos limites noſtræ legationis.

l Quaſi non pertingentes ad vos] imo pertingimus uſque ad vos, ſc. quia eſtis de legatione noſtra; ſed ſi non eſſetis tunc excederemos vos. Imo pertingebat Apoſtolus uſque ad Illyricum mare. Rom. 15. Prædicavi Evangelium hoc ubi non eſt nominatus Chriſtus: ne ſuper alienum fundamentum, &c. Sed contra, Jo. 4. Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis. Sol. Ibi loquitur Dominus Apoſtolis qui miſſi fuerant ad Judæos, quibus prædicaverunt Patriarchæ, & Prophetæ: Apoſtolus autem Gentibus miſſus fuit, quæ non habuerant aliquos Prædicatores. Rom. 15. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiam Gentium.

m Creſcentis fidei veſtræ,] ideſt de fide veſtra creſcente, Col. 1. Ambuletis digne Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes, in ſcientia Dei. 2. Petr. 3. Creſcite in gratia, & cognitione Domini.

n In vobis;] per nos, & habemus ſpem.

ſ Evangelizare ſecundum regulam noſtram,] ſecundum quod injuncta eſt nobis a Deo regula regiminis.

p In abundantia,] non in paucis locis.

q In illa] regna vel loca.

r Quæ ultra vos ſunt,] Joſ. 17. Non habebis ſortem unam ſed tranſibis ad montes, [ideſt, plurimos] & purgabis tibi ſpatia ad habitandum, & poteris ultra procedere. Nos dico, non tamen habentes ſpem gloriandi.

t In aliena regula,] ſcilicet:

u In his quæ præparata ſunt,] ideſt, in his qui jam parati ad ſuſcipiendum fidem per aliorum prædicationem.

o Secundum regulam noſtram] Prælatus debet eſſe forma & norma ſubditorum. Apoc. 11. Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ: & dictum eſt mihi, Surge, & metire templum in quo ſignificatur, quod Prælatus debet ſubditos corrigere, & ſic docere eos declinare a malo, debet etiam eos inſtruere ad faciendum bonum exemplo ſuo eos metiendo. Zach. 1. Perpendiculum extenditur, ideſt exemplum Prælatorum ſuper ſubditos, ut cognoſcant ſuperabundantias ſuas, & defectus. Zach. 2. Ecce vir, & in manu ejus funiculus menſorum, &c. Et nota, quod dicit (in manu) ſed multi eum habent in lingua, nec metiuntur; ſed ſterquilinium redituum frequenter diſcutiunt & ad augendum aſpirant.

t Non in aliena regula in his, &c.] Quando aliqui parati ſunt ad prædicationem alterius, ſi poſt per alium convertantur, & ille ſi attribuens in hoc gloriatur, gloriatur in aliena regula; alius verberavit ei dumos, & ille cœpit aviculas, ſed 2. Reg. 12. de Joab, qui cum accepiſſet Rabbath, &c.

x In Domino glorietur,] bona, quæ habet ei attribuendo, vel, ideſt glorietur in his, quæ Domini ſunt. Pſ. 21. Apud te laus mea. Jer. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me. Iſ. 23. Non adjicies ultra ut glorieris, calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis. Joan. 8. Gloriam meam non quæro.

▲ a Non

Expoſitio Gloſſæ.

▲ Qui non eſt idoneus: ergo qui prædicat non miſſus, peccat. Contra ſuper illud Pſ. 149. Et gladii ancipites in manibus eorum. Gl. Ut prædicent quibus velint. Sed iterum contra. Rom. 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Item Jer. 23. Aſperi, &c. Solvunt quidam dicentes quod litterati, & de quibus nulla mali ſuſpicio habeatur, poſſunt prædicare ubicumque licet non miſſi. Unde quod hic dicitur intelligendum eſt: Qui prædicat, &c. q. d. Ille prædicat, non miſſus, qui non eſt idoneus. Id auctoritate Apoſtoli, & Jer. intelligendæ ſunt de illiteratis, & non de idoneis. Sed dicendum quod non debet aliquis prædicare, niſi ſit miſſus a domino Papa; vel a Diœceſano; vel a Sacerdote cui non eſt præceptum; ut recipiat

▲ ſpecialiter

a Non enim qui ſeipſum commendat,] Ideo *Prov.* 27. Laudet te alienus, &c. quia laus in proprio ore ſordeſcit. *Jo:* 5. Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum.
b Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ :] ideſt, gloriationem meam quæ videtur inſipientia.

a Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt; ſed quem Deus commendat. *b* Utinam ſuſtineretis modicum *c* quid inſipientiæ meæ : *d* ſed & ſupportate me. *e* Æmulor enim vos *f* Dei æmulatione : *g* deſpondi enim vos *h* uni *i* viro *k* virginem *l* caſtam *m* exhibere Chriſto.

C A P. XI.

Timeo *n* autem ne ſicut *o* ſerpens ſeduxit *p* Evam aſtutia ſua : *q* ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant a ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Jeſu. *r* Nam ſi is qui venit, *ſ* alium Chriſtum prædicat quem non prædicavimus; *t* aut alium ſpiritum *a* accipitis quem non accepiſtis : *x* aut aliud Evangelium quod non recepiſtis, *y* recte pateremini. *z* Exiſtimo *a* enim nihil me minus feciſſe *b* a magnis Apoſtolis.

c Modicum] quia parum ſe commẽdat comparatione qua commendabilis erat. *Eccl.* 2. Suſtine ſuſtentationes Dei.
d Sed & ſupportate] licet vobis ſit grave, *infr.* 12. Factus ſum inſipiens vos me coegiſtis.
e Æmulor] ideſt, diligo (vos) ſcilicet, q. d. Propter utilitatem veſtram me commendo. Verſus, Æmulus inflatur, amat, invidet, ac imitatur.

A

f Dei æmulatione :] ideſt, zelo. *Gal.* 4. Bonum autem æmulamini in bono ſemper, q. d. Apoſtolus, Propter hoc me commendo vobis, & propter Pſeudo. *Pſalm.* 68. Zelus domus tuæ. Sed pauci ſunt hujuſmodi. Unde Dominus poteſt dicere illud 1. *Reg.* 22. Non eſt qui vicem meam doleat ex vobis. (Dei æmulatione :) *Nahum* 1. Deus æmulator, & ulciſcens Dominus. *Zach.* 1. Zelatus ſum Jeruſalem, & Sion zelo magno. *Joel.* 2. Zelatus eſt Dominus terram ſuam. *Exod.* 20. Ego ſum Deus Zelotes.
g Deſpondi] q. d. In tantum vos æmulor ſive diligo quod vos deſponſare Chriſto, ſic ut ſitis incorrupti moribus. *Pſalm.* 44. Adducentur. *Heſt.* 2. Quærebantur Regi puellæ virgines, & ſpecioſæ, &c. Unde *Gen.* 24. Eliezer perrexit in Meſopotamiam, ut adduceret uxorem Iſaac.
h Uni] *Gl.* Non multis. *i* Viro.] non adultero.
k Virginem] *Gl.* Virginitas carnis corpus eſt intactum, quæ virginitas paucorum eſt; virginitas cordis, fides incorrupta. Ideo ſingulariter dixit (Virginem) quia omnes ſunt una virgo propter unitatem integræ fidei, ſolidæ ſpei, ſinceræ charitatis. Virgo ſunt qui a pravitate erroris, & ab opere malo ſunt incontaminati.
l Caſtam] quia non habent æſtum malæ voluptatis.
m Exhibere] ut exhibeam in die judicii.

Expoſitio Gloſ. a ſpecialiter aliquem, vel aliquos ad prædicandum in Eccleſia ſua : vel ab interna ſpiratione, tamen manifeſta. Miraculis & virtutibus. *Matt.* 4. Hæc erant quaſi litteræ Domini. Gloriationem ſecundum carnem, ideſt, de genere. *Inf.* 11. Iſraelitæ ſunt, & ego. Supportate ut ſubjecti Prælatum : ergo ſubjecti ſupportant Prælatum. Contra *Job* 9. Sub quo curvantur qui portant Orbem. *Gloſ.* Principes terræ qui Græce baſileos : dicuntur enim baſis populi; & ita ſupportant populum item. *Iſa.* 40. Foetus ipſe portabit. Dicitur hoc de Paſtore. Sol. Prælatus portat ſubditos, & ſubditi Prælatum, onus a Prælato ſibi impoſitum ferendo. *Matth.* 23. Alligant onera gravia, & importabilia. Amicus ſponſi. *Jo:* 8. Sponſus zelat ſponſam. *Sap.* 1. Auris zeli audit omnia. Annulo fidei. Unde B. Agnes dixit; Annulo ſuo ſubarrhavit me. Et nota quod in medico ponitur, a quo una vena procedit uſque ad cor : & debet eſſe argenteus in materiali ſponſa; aureus in deſponſatione ſpirituali. Per hoc ergo quod ponitur in medico, ſignificat quod mulier corde conſentire; per hoc quod eſt argenteus, quod verbo debet conſenſum exprimere vel ſigno; per hoc quod eſt in circuitu digiti, quod totum corpus debet viro ſuo. De hoc *Gen.* 38. Dedit Thamar Judas annulum & armillam pro arrhabone. *Oſee* 2. Sponſabo te mihi in ſempiternum, &c. propter hoc Epiſcopus portat annulum quaſi ſponſus. Virginitas carnis corpus eſt intactum, i. corporis integritas. In mulieribus errorem, &c. intelligitur tamen de non coinquinato cum mulieribus ad litteram. Unde legitur de Innocentibus : Hi ſunt, &c. *Apoc.* 14. Quæ virginitas eſt omnium fidelium. Sed videtur quod hæc concordantia contraria ſit illi ſententiæ : multi enim ſunt fideles qui aliquando fuerunt coinquinati cum mulieribus. Sol. Statim ac recedunt ab errore, virgines evadunt. Unde ſuper illud *Oſee* 2. Deſponſabo te mihi in fide *Gl.* Homines de virgine meretricem faciunt : Deus autem de meretricibus virgines facit, i. virgines reputat. In hujus rei ſignum poſitus fuit in monumento in quo nondum quiſquam poſitus fuerat, q. d. Novum eſt cor hominis in quo Deus habitat, licet prius fuerit locus mortuorum per peccatum.

E X P O S I T I O C A P. XI.

Timeo, &c.] In capitulis præcedentibus corripuit ſeductos, & inſtruxit, cui Pſeudo multipliciter detrahebant ut ſic ejus famam, & prædicationem per conſequens denigrarent. Ideo ne fructus ſuæ prædicationis periret, reſpondet eorum detractionibus in hoc capitulo. Dividitur autem hoc capitulum in quinque partes. In prima oſtendit Pſeudo-Apoſtolos nec habere nec dare Spiritum vel Chriſtum vel Evangelium; & ſe non minus feciſſe a magnis Apoſtolis, qui libenter ab omnibus accipiunt. In ſecunda oſtendit ſe ceſſaſſe a procurationibus, ut ſic Pſeudo avaritiam confutaret, ibi (Aut nunquid peccatum feci?] In tertia detegit eorum hypocriſim, & ſimulationem, qui ſe in veros Apoſtolos transfigurant, ſicut Satanas magiſter eorum in Angelum lucis, ibi (Nam ejuſmodi Pſeudo-Apoſtoli, &c.) In quarta arguit ſtultitiam quorumdam qui Pſeudo præponebant eis, qui eos magis affligebant : non tamen melius, ſed deterius inſtruentes, ibi (Quod loquor, non loquor ſecundum Deum.] In quinta oſtendit ſe probatum per multas tribulationes illos non : unde magis ſibi quam illis credendum eſſe, ibi (In laboribus plurimis.) Dicit ergo.

B.

n Timeo] & recte : quia comparaverat eos caſtæ virgini, hortatur eos ne ſint quaſi fatuæ virgines, quæ ſine oleo occurrerunt obviam ſponſo. *Matth.* 25. Et ſicut Eva quæ virgo peccavit. *Gen.* 3. Unde 1. *Tim.* 2. Adam non eſt ſeductus, ſed mulier.
o Serpens] Diabolus loquens in ſpecie ſerpentis.
p Aſtutia] *Gen.* 3. Serpens erat callidior, &c. Sed quid valuit ſerpentis aſtutia? nonne ſimiliter potuiſſet Diabolus loqui per aſinam. Sol. Si loqueretur in aſina, quæ eſt fatuum animal, cum Adam cognoſceret naturas animalium, ſtatim perciperet quod alius in ea loqueretur : ſed quia cognoſcebat naturam ſerpentis, quia aſtutus eſt, cogitans de ejus aſtutia, non advertit utrum ex ſe loqueretur. *q* Ita corrumpantur] ab aſtutis loquentibus a Diabolo hæreticis. Nam ita timeo ne Pſeudo corrumpant ſimplicitatem fidei veſtræ.
r Nam ſi is qui venit] ſua auctoritate, non miſſus a Domino. *Jo:* 10. Quotquot venerunt, fures fuerunt & latrones. *Jer.* 23. Vel vellit, ideſt, venditur nimia cupiditate. *Eccl.* 10. Nihil eſt iniquius quam amare pecuniam. Venditur Diabolo, quia pro quæſtu temporali prædicat. Si, inquam, talis prædicat.
ſ Alium Chriſtum,] ideſt, meliorem quam nos prædicavimus, quod non poteſt eſſe.
t Aut alium Spiritum] meliorem. *Num.* 14. Servum meum Caleb qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me, inducam in terram hanc quam circuivit. Alius eſt Spiritus malus qui exagitat Saul. 1. *Reg.* 16.
a Accipitis] per eos : (quem non accepiſtis) in miniſterio noſtro.
x Aliud Evangelium] *Gal.* 1. Miror quod tam cito, &c. *y* Recte pateremini] eos : ſed, ſupple, hoc non eſt verum. *a* Etenim] quia.
z Exiſtimo nihil minus me feciſſe] in miniſterio meo.
b A magnis Apoſtolis,] qui fuerunt cum Domino, ſed non Paulus, & ideo minor reputabatur a Pſeudo, & a quibuſdam Corinthiis, & ex hoc debet concludi ulterius. Non feci minus quam magni Apoſtoli; ergo multo magis, non feci minus quam Pſeudo : & ita non debetis eis credere. 1. *Corinth.* 9. Et ſi aliis non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum : nam ſignaculum Apoſtolatus mei, &c. Item *infr.* 12. Nihil minus feci ab

A his qui

Expoſitio Gloſ. *n* Timeo autem, &c.] A Paradiſo ejiciens, i. occaſio fuit ejectionis per ſuggeſtionem. A Paradiſo ſimplicis fidei Chriſti, ex qua oriuntur multæ virtutes, & bona opera quaſi arbores. Unde patet, quod ſimplicitas ſeducta eſt per aſtutiam & ideo *Rom.* 16. Volo vos eſſe ſapientes in bono, & ſimplices in malo. *Job* 1. Simplex & rectus, q. d. ſimplicitas

a his quæ ſunt ſopra modum Apoſtoli. *Vel* (Apoſtolis,) ideſt, a Diabolo, non a Deo miſſis. (Magnus) ſua reputatione, & quorumdam Corinthiorum, quibus oſtenta, & alta loquebantur, & ideo magnos reputabant eos: & vere non minus feci.

a Nam etſi imperitus ſermone,] non ornate loquens: contra ſermones rhetoricos. *Eccl.* 4. Ne abſcondas ſapientiam in decore ſuo. 1. *Cor.* 2. Prædicatio mea, &c. Vel (imperitus ſermone,) quia impeditam linguam habeo. *Gl.* in religione vis ſermonis neceſſaria eſt, nō ſonus vocis. Imperitus ſermone non eſt reus apud Deum, ſed qui non habet ſcientiā Dei maxime quę pertinet ad ſalutem in omnibus prędictis, ut in prædicatione Chriſti, ſuſceptione Spiritus Sancti, bonitate Evangelii.

C

a Nam etſi imperitus ſermone, ſed non ſcientia. *b* In omnibus autem manifeſtus ſum vobis. *c* Aut *d* nunquid peccatum feci meipſum *e* humilians, ut vos exaltemini: quoniam *f* gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis? *g* Alias *h* Eccleſias *i* expoliavi accipiens *k* ſtipendium ad miniſterium veſtrum: *l* & cum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui. *m* Nam quod mihi deerat, ſuppleverunt fratres qui venerunt a Macedonia: & *n* in omnibus ſine onere me vobis ſervavi, & ſervabo. *o* Eſt veritas Chriſti in me, quoniam *p* hæc *q* gloria *r* non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? *ſ* quia non diligo vos? *t* Deus ſcit. *u* Quod

b Manifeſtus ſum vobis, &c.] & ideo multum eſt is arguendi, quia Pſeudo mihi præponitis. (Manifeſtus) contra hypocritas qui latent. *Eccl.* 1. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, &c. *c* Aut nunquid] Secunda pars ubi commendat ſe, quia eis gratis evangelizavit. Aut ſi minus feci, & ſi vobis non ſufficit quod vobis manifeſta ſunt de me quæ prædixi.

d Nunquid peccatum feci] ideſt peccavi? *f* Quoniam gratis] ideſt, ſine ſumptione ſumptum, *inf.* 12. Quid enim minus habuiſtis præ ceteris Eccleſiis, niſi quod ego non gravavi vos, &c. Ego, dico:

e Humilians meipſum] propriis manibus laborando & acquirendo mihi ſumptus. 1. *Cor.* 9. Cum eſſem liber ex omnibus, omnium ſervum me feci. Sed quia diceret quis; Non eſt mirum ſi nihil a nobis accepiſti, quia nec ab aliis Eccleſiis accepiſti. Reſpondet: Imo

g Alias Eccleſias expoliavi] ideſt accepi ſumptus ab eis. *k* Ad miniſterium veſtrum:] ut poſſem vobis miniſtrare Evangelium Chriſti.

f Gratis evangelizavi vobis.] 1. *Cor.* 9. Dominus ordinavit eis qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere: ego autem nullo horum ſum uſus. In eo, & in ſimilibus impletum eſt illud *Iſ.* 13. Et ſuſcitabo ſuper vos Medos, &c. *infr.* 12. Non quæro veſtra, ſed vos: Sic ceſſit Apoſtolus a jure ſuo. Quidam tamen Prælati crederent ſe peccare ſi non acciperent ſumptus. *Jerem.* 50. Omnes, qui invenerunt, comederunt eos, & dixerunt hoſtes eorum.

h Expoliavi alias Eccleſias:] ſed etiam proprias Eccleſias expoliant. (Expoliavi) Hinc ſumunt Legati auctoritatem ſumendi procurationes abſentes: ſed non attendunt, quod hujuſmodi procurationes vocat ſpoliationes. Unde certum eſt illos eſſe ſpoliatores qui bona unius Eccleſiæ expendunt in alia ſua cauſa, maxime ſi in alios proprios expendunt illa, non ad miniſterium Eccleſiæ. unde & ſequitur: *i* Accipiens ad miniſterium veſtrum.] Nota etiam quod dicit Apoſtolus: Expoliavi accipiens ſtipendium adminiſtrationis: quaſi reputat ſe ſpoliaſſe Eccleſias in accipiendo tantum ſtipendia. Prælati vero noſtri e converſo faciunt, quando ſpoliant Eccleſias, dicunt ſe accipere ſtipendia. *Mich.* 3. Si quis non dederit in ore eorum quippiam, &c. ideſt, dicunt ſanctam hujuſmodi ſpoliationem. 4. *Reg.* 23. Pharao poſtquam depoſuerat regem Joachaz, & ſubſtituerat alium regem Joachim, impoſuit mulctam terræ: quod ſignificat quod exactiones quas faciunt, quandoque poſitæ ſuar in conſuetudine, & eas ut redditus exigant. Sed quomodo debeat accipi ſtipendium, habetur *Gen.* 14. A filo ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham; exceptis, &c. ipſe tamen liberavit eum ab hoſtibus. *l* Et cum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui.] Quid eſt ergo de illis qui licet abundent, tamen oneroſi ſunt Eccleſiis? 1. *Cor.* 9. Non ſumus uſi hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio. 2. *Theſſ. ult.* Non inquieti fuimus inter vos; neque gratis panem manducavimus ab alio, &c. Qui autem ſunt oneroſi, dicitur *Jer.* 23. Et dices ad eos: Vos eſtis onus. Poſſet tamen eſſe Apoſtolus eis oneri ſi vellet. 1. *Cor.* 9. Si ſpiritualia vobis ſeminavimus, &c. 1. *Theſſ.* 2. Cum vobis poſſemus oneri eſſe ut Chriſti Apoſtoli. Et vere non ſui oneroſus. Nam ſuppleverunt fratres] Similiter a Philippenſibus accepit. *Phil.* 4. Theſſalonicam ſemel, & bis in uſum miſiſtis mihi. *n* Et in omnibus ſine onere] Utinam hoc dicerent omnes Prælati. Sed contra dicitur *Zach.* 12. Ponam Jeruſalem lapidem oneris cunctis populis.

o Eſt veritas Chriſti in me,] ideſt, in hoc dico vobis verum in Chriſto, & eſt forma juramenti. *p* Hæc gloria] de non accipiēdo ſumptus. *q* Non infringetur] quia nunquam accipiam ab eis: quod faciebant quia erant maxime avari. *r* in regionibus Achaię.] Non dicit in Macedonia ubi Pſeudo non erant, quia non ibi recipiebantur: & ideo ab iſtis accepit; & ſimiliter a Philippenſibus. *Phil.* 1. Gratias ago Deo meo, &c. *ſ* Quia non diligo vos?] Argumentum quod accipere aliquando eſt ſignum dilectionis; ſed nunc aurum diligitur, non homo. *Jo.* 6. Quæritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia comediſtis de panibus meis. Seneca: Mel muſcæ, lupi cadavera, prædam ſequitur turba iſta non hominem.

t Deus ſcit.] quod diligo vos. *Phil.* 1. Teſtis mihi eſt Deus, quomodo cupiam vos omnes in viſceribus Jeſu Chriſti.

u Quod facio,] ideſt, prædico ſine ſumptuum ſumptione,

A *e* Eorum

Expoſitio litteræ.

A ſine rectitudine diſcretionis ſtultitia eſt. Unde *Matt.* 10. Eſtote prudentes, &c. Immittunt Diabolum, ſimilitudinem Diaboli propter quam immittit in animam immiſſiones per Angelos malos. ideoque ſicut Patribus noſtris, ideſt, martyribus adverſus leonem, ideſt, Diabolum, qui contra eos aperte ſæviebat, ſed contra nos ſęvit per aſtutiam ſuggeſtionis, & ideo dicitur ſerpens. *Iſa.* 51. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem? Sepi (ut ſcriptum eſt) aures tuas ſpinis. *Eccl.* 28. Muſſitat, ideſt, murmurat, ideſt, ſub quadam ſpecie ſuggerit malum. Hoc geritur in Eccleſia, ideſt, conſimile. Vel experti ejectionem ab Eccleſia, numero & merito. Vel experti ejectionem Adæ de Paradiſo, per pęnam ei, & nobis inflictam pro peccato. Paulum deformantes: quia non fuerat corporaliter cum Domino. Vis ſermonis, ideſt, ſententia exquiſita. Quoniam gratis, ideſt ſine ſumptu. Videtur quod non tantum ipſis prædicavit gratis, imo & omnibus aliis: aut fecit contra illud *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date; & iterum ibi dicit *Gl.* Ego ſine pretio do vobis talem poteſtatem; & vos gratis date ne Evangelium corrumpatur. Sol. (Gratis prædicare) dupliciter ſumitur. Uno modo ſine pretio, & ſic excluditur prædicationis venditio: ſic ſumitur in *Matt.* Vel gratis, ideſt, ſine ſumptione ſumptuum: ſic videtur hic. Et patet per ſimile in divitibus diebus feſtivis carrucas ſuas accommodantibus pauperibus, qui dant bobus, & bubulcis ad comedendum; illi tamen gratis accommodant, quia non intendunt hoc. Sed gloriæ: 1. *Cor.* 9. Alias Eccleſias expoliavi; ergo Apoſtolus magnos ſumptus accipiebat ab eis, quos inſtruebat per prædicationem ſuam. Videtur ergo quod & aliis liceat magnos ſumptus facere. Ad idem videtur facere illud 1. *Reg.* 8. Prædic eis jus Regis, &c. ergo ſimiliter poſſunt Prælati exigere a ſubditis ſuis, & expoliare ſicut Apoſtolus. Sol. Ad primum dicendum quod Apoſtolus loquitur vulgariter, & curialiter; ſecundum quod dicit aliquis quando comedit apud aliquem; Nimis gravavi vos in hac nocte. Ad aliud dicendum, quoniam illud quod nimis videtur ſonare verbum (ſpoliationis) temperat cum ſubjungit (accipiens ſtipendium) Ad aliud reſpondeo dicendum quod ibi ſumitur jus pro juris uſurpatione. Unde Interl. ſuper illud (Prædic eis jus Regis) dicit, exactionem, & dominationem. Ne bene ſeminantes per bonam voluntatem dandi, amitterent fructum dationis, ſecundum actum. In ſcandalum proficeret: quia iſti ſcandalizarentur niſi ſumeret ſumptus ab eis; & ſumitur (proficere] in malum.

Sicut & nos, ideſt, ſimiles nobis in non accipiendo. 1. *Theſſ.* 2. Neque aliquando fuimus in occaſione avaritiæ, Deus teſtis eſt.

Sed me non accipiente, non accipient. Eſt ergo ſenſus ſecundum hanc lecturam: Ut in quo gloriantur, i. in accipiendis muneribus, inveniantur ſicut & nos, ut ceſſent

A ab acceptione

A *c* Eorum] ideſt, Pſeudo. *b* Occaſionem] accipiendi. Dicerent enim, Apoſtolus accipit, ergo & poſſumus.
g Inveniantur ſicut & nos.] ideſt, inveniantur immunet. *h* Sicut & nos.] ut non accipiant ſicut nec nos: in quo etiam ſic nobis ſimiles inveniantur, & non accipiendo ſumptut.

e In quo] ideſt in eſſe ſimiles nobis.
f Gloriantur,] ideſt, gloriari debent. Vel (in quo) ideſt, in accipiendo munera (inveniantur) tales (ſicut & nos.] Et ſumitur acceptio pro accepto, i. pro muneribus, ideſt, ſicut non accepimus munera, ita nec ipſi. Vel (in quo) ideſt non accipiendo, & eſt idem ſenſus, quocumque modo varietur.

D *a* Ut amputem occaſionem] Sed quare vult auferre occaſionem prędicandi: cum econtra dicatur *Phil.* 2. Sive per occaſionem, ſive per veritatē annuntietur Chriſtus, in hoc gaudeo, & gaudebo? Sol. Illi vera dicebant: ſed iſti aliqua contra fidē admiſcebant.

autem facio, & faciam: *a* ut amputem *b* occaſionem *c* eorum *d* qui volunt occaſionem, ut *e* in quo *f* glorientur, *g* inveniantur *h* ſicut & nos. *i* Nam ejuſmodi Pſeudo-Apoſtoli ſunt operarii ſubdoli *k* transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum: *l* ipſe enim Satanas *m* transfigurat ſe in angelum lucis. *n* Non eſt ergo magnum, *o* ſi miniſtri ejus transfigurentur velut miniſtri juſtitiæ: *p* quorum finis erit ſecundum opera ipſorum. *q* Iterum dico *r* ne quis putet me inſipientem *ſ* eſſe. Alioquin velut *t* inſipientem accipit me, ut *u* & ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor ſecundum Deum, ſed quaſi in

Moraliter. Moraliter. *a* Ut amputem occaſionem] Sic deberet facere Epiſcopus, ne Sacerdotet vel Archipresbyteri, aut Archidiaconi (& ſic de aliis) haberent occaſionem faciendi exactiones: quia *Eccl.* 10. Qualis eſt rector civitatit, &c. *Nahum ult.* Cuſtodes tui quaſi locuſtæ, & parvuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum. Locuſtæ volantes huc & illuc diverſa conſumunt, ſic magni Epiſcopi, Prælati, Archidiaconi. Sed & locuſtæ locuſtarum totum illud conſumunt ſupra quod reſident: iſti ſunt Sacerdotes, Archipresbyteri, & hi omnino nihil relinquunt conſumendum. Multum ergo cavere deberent ab hujuſmodi exactionibus, ne eaſdem faciant minores exemplo eorum. Sed *Ezech.* 19. Tulit unum de leunculit ſuis, (ideſt aliquem nobilem de cognatione ſua paratum ad faciendum exactiones;) leonem conſtituit eum (in aliquam prælationem,) &c. *d* Qui volunt occaſionem] *Prov.* 18. Occaſiones quærit qui vult recedere ab amico: eodem modo qui vult recipere ab amico. 2. *Petr.* 2. Qui in avaritia ficta verbis de vobis negotiabuntur. Nam dico ut amputem occaſionem accipiendi in Pſeudo: quia prædicatio eorum multum periculoſa eſt.
i Nam ejuſmodi Pſeudo-Apoſtoli ſunt operarii ſubdoli,] ideſt cauſa quæſtus prædicant ſub ſpecie religionis.
k Transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti,] ut boni appareant, & ſic emungant. 2. *Tim.* 3. Habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. *Matt.* 33. Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui comeditit domos viduarum, oratione longa orantet. Ipſi ſunt ſimiles vulpi ſimulanti ſe mortuam, quæ aperit os & trahit linguam ut ſic aves decipiat. Sic iſti hypocritæ ſimulant ſe eſſe mortuos mundo: quia timent ſi vitam mundi agerent, quod aves, ideſt, præbendæ non accederent ad eos. *Ezech.* 13. Quaſi vulpea in deſertis prophetæ tui Iſrael, erant. Vel ſimiles etiam ſunt quibuſdam latronibus: qui ferebant unum latronem in feretro cum ariſtis, dicentes quemdam magnum divitem eſſe mortuum; & ſic nocte intrabant Eccleſias, & eas ſpoliabant, aliter non permitterentur intrare. Sic hypocritæ nunquam haberent beneficia Eccleſiarum niſi hypocriſim exterius oſtenderent. *l* Ipſe enim Satanas] qui eſt princeps eorum.
m Transfigurat ſe:] ideo ſi iſti transfigurant ſe, non eſt mirum. *Job*, 41. Quis revelabit faciem indumenti ejus? velat, & quaſi ſub capa ponit malum, quando ſub ſpecie boni fingit illud. Ideo dicitur 1. *Jo:* 4. Chariſſimi, omni ſpiritui nolite credere, ſed probate ſpiritus utrum ex Deo ſunt. Propterea dicitur *Joſ.* 5. Noſter es an adverſariorum? non ſtatim credidit quod eſſet Angelus. *Jerem.* 41. Venerunt viri, &c. Egreſſus eſt ergo Iſmael flens, &c. *Greg.* Incedens, & plorans ibat: quia ut devotas mentes interimere valeat, ſe ſub velamine virtutis occultat. Transfigurat autem Diabolus ſe in Angelum lucis tribus modis: quia aut ſuadet malum ſub ſpecie boni naturæ; aut ſub ſpecie boni gratiæ: de quibus *Matth.* 4. De primo ubi dicitur: Hæc omnia tibi dabo, &c. oſtendit omnia regna mundi, & dicit tibi: Bonum eſſet quod tu eſſes Epiſcopus unus. De ſecundo ibi: Dic ut lapides iſti, &c. ideſt, ut duritia pœnitentiæ in aliquam mollitiem convertatur: non poſſet hoc ſuſtinere natura tua. De tertio, quando ſub ſpecie boni gratiæ; Mitte te deorſum, quia Angelis, &c. dicit enim; Magis arctam pœnitentiam potes facere quam alii: quia Dominus non permitteret te cadere ita ut læderereris. *Bern.* Quos perfectos boni amatores eſſe noverit, malum eis ſub ſpecie non mediocris, ſed perfecti boni ſuadere conatur: ut dum currit, incurrat. Et *infr.* Sola eſt veritas quæ palliationem deregit falſitatem. *Gen.* 3. Serpens callidior, &c. *Pſalm.* 90. A Dęmonio meridiano. *Gloſ.* Proponit laudabilia ut ad illicita pertrahat.
n Non eſt ergo magnum,] ideſt, mirum.
o Si miniſtri ejus] *Jerem.* 23. In Prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, &c. velut miniſtri juſtitiæ. *Greg.* Iniqui ſi aperte mali eſſent, a bonis recipi omnino non poſſent; ſed ſumunt aliquid de viſione bonorum: ut dum boni recipiunt in eis ſpeciem, quam amant, permiſtum ſumant virus quod vitant. Nota quod ſicut Diabolus licet ſumat aereum corpus exterius pulchrum, interius tamen turpis eſt: ita hypocritæ colorem tantum bonitatis habent. Unde *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, &c. Quod etiam ſignificatum eſt. *Exod.* 7. Magi mutaverunt aquam in ſanguinem ſolum ſecundum colorem, ſed non habuit ſanguinis ſaporem: Moyſes autem ſic mutavit quod ſaporem ſanguinis habuit: in quo ſignificatur transfiguratio bona. Et *Joann.* 2. In mutatione aquæ in vinum. Unde illud. Aquas rubeſcunt hydriæ.
p Quorum finis erit ſecundum opera] *Sap.* 5. Omnes nos manifeſtari oportet, &c.
q Iterum dico] Incipit ſe commendare a genere. (Iterum) quaſi: Dixi quod ſuſtineretis me inſipientem, *ſup.* 10. Iterum nunc dico:
r Ne quis putet me inſipientem eſſe] in hoc quod glorior in ſpiritualibus.
ſ Alioquin] q. d. Si putatis me inſipientem, & ſtultum in hoc quod glorior, ſaltem.
t Accipite me velut inſipientem,] ideſt; Saltem tolerate aliquantulum inſipientiam meam ut adhuc modicum me commendem.
u Ut & ego modicum quid glorier.] Hoc dicit: quia revera eſt modica commendatio de genere. Hoc tamen facit Apoſtolus, quia dicebant: Nos ſumus Judæi; Paulus quidem alienigena. *Greg.* Si ſe non defendiſſet, errori locum dediſſet. Et *infr.* Oſtendit diſcipulis quid humilitatis acceperit: oſtendit adverſariis, quid ſublimitatis.

A *a* In hac ... ab acceptione munerum. Transfigurantes. *Matt.* 14. Surgent Pſeudo-Apoſtoli, & Pſeudo-prophetæ, &c. Exterius oſtendentes. *Matth.* 7. Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, &c. Angelum Dei, ſcil. Chriſtum. *Iſ.* 9. Secundum Septuaginta, Angelus magni conſilii. Ad decipiendum aliquos prout juſtum eſt. Sed non poteſt aliquis decipi niſi peccet; ergo juſtum eſt quod aliquis peccet. Solut. Juſtum eſt ut permittat Dominus aliquos decipi, & peccare. *Apoc. ult.* Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Neque ſecuri ſunt. *Jerem.* 9. Super montes, &c. Diebus malignis. 1. *Joan. ultim.* Quando ſenſus corporis fallit, ut quando facit videre de feſtuca quod ſit trabs. Per hæc aliena, ideſt, bona quæ ſunt a Diabolo. *Joan.* 2. Omnis homo primum bonum ponit, &c. tunc id quod deterius eſt: Quod nemo ſine Deo, ideſt dono Dei. Ideſt, diſcretionem ſpirituum. 1. *Cor.* 12. Alius diſcretio ſpirituum. Ne ſit ſibi ſpes quiſquam: quia *Jerem.* 17. Maledictus qui confidit in homine. Alioquin ſi in gloria ſpiritualium inſipiens ſum, &c. quin ſapientia eſt gloriari. In aliquo creato, hoc eſt præcipue in ſpiritualibus, & minime in genere. Origen. Vilis nobilitas quæ in locis tam turpibus generatur. Inſipientia eſt aliquem laudare ſe, &c. Apoſtolus non propter ſe fecit, ſed ut Deus magnificetur per hoc; & hoc eſt ſe laudare propter Deum: qui ergo laudat ſe propter ſe, peccat; qui autem propter Deum, non. De primo 2. *Regum ultim.* ubi dicitur quod David numeravit populum, de ſecundo *Num.* 2. & 3. ubi Moyſes numeravit populum, & non peccavit. Numerare populum

Expoſit. Gloſſ.

insipientia *a* in hac ſubſtantia gloriæ. *b* Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem: *c* & ego gloriabor. *d* Libenter enim ſuffertis inſipientes; cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim ſi quis vos *e* in ſervitutem redigit, *f* ſi quis devorat: *g* ſi quis accipit, *h* ſi quis extollitur, ſi quis *i* in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico *k* quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte, *l* In quo *m* quis audet (in inſipientia dico) audeo & ego. *n* Hebræi ſunt: & ego. *o* Iſraelitæ ſunt: & ego. Semen Abrahæ ſunt: & ego. *p* Miniſtri Chriſti ſunt: & ego, *q* ut minus ſapiens dico, *r* plus ego. *ſ* In laboribus plurimis; *t* in *u* carceribus abundantius, *x* in plagis ſupra modum; *y* in mortibus frequenter. A Judæis quinquies, quadragenas una minus accepi. *z* Ter virgis cæſus ſum; ſemel lapidatus ſum; ter *a* naufragium feci; nocte, & *b* die in profundo maris

E

△ *a* In hac ſubſtantia gloriæ.] Gloria mundana non habet ſubſtantiam; & ideo inanis dicitur; quia cito evaneſcit, & comparatur vento. *Oſee* 12. Ephraim paſcit ventum, ſuperbiæ ſcil. & ſequitur æſtum; luxuriæ ſcil. tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat, ideſt temporalia quæ mundana ſunt; & vaſtitati proxima congregat. Gloria autem quæ eſt in Domino, ſubſtantiam habet & fundamentum. *Bern.* Noverat Apoſtolus gloriam creatoris eſſe, non creaturæ: ſed conſideravit rationalem creaturam adeo affectantem gloriam, ut vix, aut nunquam poſſit ex hoc deſiderio compeſci, quippe quæ ad imaginem facta eſt ſui creatoris, &c. Et *inf.* Quandoquidem perſuaderi nobis non poteſt omnino non gloriari, ſaltem qui gloriatur, in Domino glorietur: quia tantum patrem habemus, quod tantæ majeſtati cura eſt de nobis. *Sapr.* 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur. *Jerem.* 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, &c.

b Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem:] contra quoſdam dicitur *Prov.* 22. Laudet te alienus, non os tuum, &c.

c Et ego gloriabor.] Econtra Seneca: Summa malorum eſt quod ad exemplum vivitur. *Exod.* 23. Non ſequeris turbam ad faciendum malum. *Eccl.* 7. Non pecces in multitudine civitatis. Sol. Apoſtolus dicit (Et ego gloriabor:) non dicit, ſecundum carnem.

d Libenter enim] Nota quod arguit eos in ſex. Primo de ſtultitia, ibi (Cum ſitis,) ironice. Secundo de ſervitute legis, ibi (In ſervitutem.) Tertio de gula Doctorum, ibi (Si quis devorat.) Quarto de rapina, ibi (Accipit.) Quinto de ſuperbia eorum, ibi (Extollitur.) Sexto de crudelitate, ibi (Si quis in faciem vos cædit.)

d Libenter enim ſuffertis inſipientes) Pſeudo. Bernard. Magna virtus patientia: ſed interdum impatientem eſſe probabilius eſt. Tunc approbes illorum patientiam, quibus Paulus dicebat, Libenter ſuffertis inſipientes? Niſi fallor ironia erat: & non laus, ſed ſugillatio.

e In ſervitutem redigit,] *Bern.* ad Eugenium: Quale eſt Paſtorem animarum de mane uſque ad veſperam litigante vel litigantes audire? Nolo diſſimules ſervitutem, in quam certe dum neſcis, redigeris. Hebetatis cordis indicium eſt propriam non ſentire continuam vexationem. Vexatio dat intellectum auditui. Verum eſt, ſi non eſt nimia: alioquin non dat intellectum, ſed contemptum.

f Si quis devorat:] *Greg.* Aves quas rapiunt accipitres. Unde Paulus ſuſtinens.

g Si quis accipit,] ideſt, rapit.

h Extollitur,] *Eccl.* 6. Non te extollas in cogitatione tua velut taurus.

i Si quis cædit,] ideſt, deſpicit improperando vobis ignobilitatem generis, & hoc eſt (cædit) dico ſecundum ignobilitatem:] q. d. cædere intelligo, quando opponunt vobis ignobilitatem generis *Prov.* 10. Stultus cæditur labiis. Item *Proverb.* 14. In ore ſtulti virga ſuperbiæ.

k Quaſi nos infirmi,] ignobiles. 1. *Cor.* 4. Vos nobiles, nos autem ignobiles.

l In quo quis audet] gloriari de genere, aggredi ardua, pati dura, diſputare de fide.

m Audeo & ego] non ad jactantiam, ſed ut eos humiliem. Et ſubdit audaciam.

n Hebræi ſunt, & ego.] Unde *Phil.* 3. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, circumciſus octava die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin. Hebræus ex Hebræis. Sed quia ab Heber multi alii deſcenderunt quam Judæi, addit:

o Iſraelitæ ſunt, & ego:] ab Iſrael enim ſuum. A Jacob enim ſoli Judæi deſcenderunt. Item *Rom.* 2. Non enim qui in manifeſto Judæus eſt, &c.

p Miniſter Chriſti] 1. *Cor.* 4. *q* Ut minus ſapiens dico] ideſt, dicere credor: quia *Prov* 27. Laudet te alienus, non os tuum. *r* Plus ego.] ſum miniſter Chriſti quam alii: quia ſui.

ſ In laboribus plurimis] quibus pluſquam illi, imo pluſquam veri Apoſtoli.

t In carceribus] oſtenſus ſum miniſter Chriſti.

u Abundantius,] quam illi.

x In plagis] ideſt, verberibus. *Act.* 16. Cum multas plagas eis inpoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, &c. miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno.

y In mortibus] periculis mortis. *Act.* 14. Lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem, exiſtimantes eum mortuum eſſe. 1. *Cor.* 15. Quotidie morior propter gloriam veſtram &c. *Sap.* 4. Semper nos qui vivimus, in mortem tradimur, &c.

F *Act.* 14. *Ibi* 16. *Ibi* 27.

z Ter virgis cæſus] *Act.* 16. Magiſtratus ſciſſis eorum tunicis juſſit eos virgis cædi. Item *Act.* 22. Juſſit eum Tribunus duci in caſtra, & flagellis cædi, & torqueri.

a Lapidatur] *Act.* 14. Lapidantes Paulum, &c.

b In profundo maris] in alto maris tempeſtatem ſuſtinui: vel ad litteram, ſicut *Jonas* 1. Nota quod in hac ſui commendatione a patientia tribulationum, cum quolibet articulo repetitur hoc: Oſtenſus ſum miniſter Chriſti. Sed cum ita ſanctus eſſet Apoſtolus, quare permiſit eum Deus tantum tribulari? & eadem quæſtio eſt de omnibus Sanctis aliis. Prima cauſa eſt ut purgentur. *Luc.* 22. Simon, ecce Satan expetivit vos ut cribraret ſicut triticum. *Amos ult.* Concutiam in omnibus gentibus domum Iſrael ſicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus ſuper terram: ſed, ſupple, tantum pulvis. Secunda cauſa eſt ut non adhæreant mundo ſive terrenis: ideo moventur ſicut pulmentum in poto. Econtrario mundani. *Pſalm.* 118. Adhæſit pavimento anima mea. Item *Pſalm.* 43. Conglutinatus eſt in terra venter noſter, & ideo non eſt mirum, ſi amittunt ſaporem æternæ jucunditatis, & calorem bonæ converſationis, ſicut potagium quod adhæſit poto. *Gen.* 8. Quæ cum non inveniſſet ubi quieſceret, &c. Tertia cauſa eſt ut non corrumpantur: juxta illud. Et vitium capiunt ni moveantur aquæ. Unde dicit *inf.* 12. Et ne magnitudo, &c. Quarta cauſa eſt, quia hoc eis ad augmentum gratiæ, & coronæ: ſicut ignis ad flatum creſcit. *Greg.* Ignis flatu premitur ut creſcat. *Pſalm.* 9. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper. 1. *Cor.* 10. Dabit cum tentatione proventum. Quod ſignificatum eſt. 3. *Reg.* 1. Salomon coronatus, & inunctus eſt in Gion quod interpretatur luctatio. Qui ergo non vult tribulari, non vult ignem charitatis in ſe accendi. Quinta cauſa eſt ut velocius currant, Unde illud.

Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo. *Ovid. l. 2. de Ponto.*

Jerem. 46. Stimulator ab Aquilone veniet, ideſt, ab afflictione tribulationum.

△ Sexta

▲ vel propter Deum; vel propter ſe: ſi propter ſe, eſt laudare ſe in operibus ſuis: ſi propter Deum, ſic Job laudat ſe a. 29. cap. uſque ad 32. Ut minus ſapiens. Sed aut merebatur hoc dicendo aut non: ſi merebatur, ſed nullus meretur in eo quod indiſcrete ſive minus ſapienter facit: quid eſt ergo quod dicit Apoſtolus? ſi non merebatur hoc dicendo, ergo loquebatur otioſe, ergo peccabat. Sol. Ut minus ſapiens dico, i. dicere reputor. Etiam veros Apoſtolos tangit: 1. *Cor.* 15. Sed abundantius illis omnibus laboravi, hoc dicebat contra quoſdam detractores dicentes: Non eſt comparatio laboris Pauli ad ea quæ ſuſtinuerunt alii Apoſtoli. Supra modum humanæ virtutis, *ſup.* 1. Supra modum gravati ſumus, ſupra virtutem. Sed contra: 1. *Cor.* 10. Fidelis eſt Deus qui non permittet vos tentari ſupra id quod poteſtis. Sol. Non dicit: Supra virtutem, ſed: Supra modum humanæ virtutis eſt facilitas ſuſtinendi adverſa. Unde ſupra modum hunc virtutis, i. ſupra id quod de facili poteſt ſuſtinere homo ex virtute ſua. Vel poteſt dici quod Apoſtolus tanta ſuſtinere non potuiſſet, niſi gratia adjutus. Unde 1. *Cor.* 15. Non ego, ſed gratia Dei mecum. *Greg.* in Paſtorali lib. 1. c. 9. Ædificationis fraudem perpetrat, ſi bona quæ agit, occultat; & quaſi jacto ſemine germinandi radices ſubtra- *Expoſitio Gloſæ.*

△ hit, qui

a Sexta cauſa eſt ut per hoc cognoſcant peccatores, quod non impune peccaverunt, imo quod multa majora patientur. *Prov.* 11. Si juſtus in terra recipit, &c. & 1. *Petr.* 4. Si juſtus vix ſalvabitur, &c. Septima cauſa eſt, ne hujuſmodi tribulationes putentur venire ex merito ſuo; qui aliqui dicunt ſtatim, ex merito ſuo hoc patitur. Unde amici Job credebant quod propter peccata ſua flagellaretur. Unde dicunt et *Job* 15. Terrebit eum tribulatio, &c. & ipſe reſpondet 17. Non peccavi, & in amaritudinibus, &c. *Gloſſ.* Culpam non feci, & flagella ſuſcepi. Octava cauſa eſt ut minores videntes majores tribulari conſolentur in tribulationibus ſuis. *Rom.* 15. Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me, & *ſtatim poſt*, Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.

fui, a in itineribus ſæpe, periculis b fluminum, periculis latronum, periculis c ex genere, periculis d ex Gentibus, periculis in e civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in f labore & g ærumna, in vigiliis multis, h in fame & ſiti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate, i præter illa quæ extrinſecus k ſunt, l inſtantia m mea n quotidiana, o ſolicitudo omnium Eccleſiarum. p Quis q infirmatur r & ego non infirmor? ſ Quis ſcandalizatur, t & ego non uror?

a In itineribus.] Contra. *Prov.* 4 Ipſe diriget greſſus tuos: itinera autem tua in pace producentur. Solut. In pace mentis, non corporis ſemper. De inſidiis quas paſſus eſt in itineribus habetur *Act.* 23. Devotione devovimus nos nihil guſtaturos donec occidamus Paulum: nunc autem vos notum facite, &c.

b Periculis fluminum.] *Eccl.* 34. Aliquoties uſque ad mortem periclitatus ſum horum cauſa, & liberatus ſum gratia Dei. Unde *Iſa* 43. Cum pertranſieris per aquas, tecum ero: & flumina non operient te.

c Ex genere. *Matth.* 10. & *Mich.* 7. Inimici hominis, domeſtici ejus.

d Ex Gentibus,] quaſi dicat. Et a Judæis & Gentibus paſſi ſumus, quia prædicamus Chriſtum crucifixum: Judæis quidem ſcandalum; Gentibus autem ſtultitiam, &c. ut dicitur. 1.*Cor.*1.

e In civitate] Epheſi ut habetur *Act.* 19. Item Corinthi ut dicitur 18.

f In labore] manuum. *Haymo*, Apoſtolus a mane vel pullorum cantu uſque ad quintam horam labori manuum inſiſtebat, unde victum acquireret; & exiens uſque ad decimam publice diſputabat; plerumque tamen & in noctem protrahebat ſermonem. Et nota quod ſecundum hoc non poterat multum orare, quia & comedere & dormire oportebat. g Ærumna] morborum.

h In fame.] Contra. *Prov.* 10. Non affliget Dominus fame animam juſti. Solut. Corpus affligitur, ſed anima gloriatur.

i Præter illa quæ extrinſecus ſunt,] Commendat ſe a ſolicitudine Eccleſiæ

k Quæ extrinſecus ſunt,] ideſt, tribulationes exteriores in corpore, ſupple, angunt me in animo,

m Mea quotidiana,] videlicet.

o Solicitudo omnium Eccleſiarum.] *Gloſſ.* quæ ex charitate provenit, &c.

l Inſtantia,] dicit contra torporem.

n Quotidiana,] dicit, contra indiſcretionem. Sic enim debet Prædicator prædicationi inſtare, ut quotidie poſſit illud facere. 2.*Tim.*4. Prædica verbum, inſta opportune, importune. *Eph.*6. Vigilantes in omni inſtantia & obſecratione. Per hoc quod dicit [Inſtantia quotidiana] innuit quod magis eum angat ſolicitudo gregis, quam tribulationes propriæ. o Solicitudo omnium,] non aliquorum, dicit: Cor latum habebat, quia omnes capiebat. *ſup.*6. Os noſtrum patet ad vos o Corinthii: os noſtrum dilatatum eſt, quaſi dicat ore inſtruo, corde diligo vos. Debet autem eſſe hæc ſolicitudo in quærendo gregem Domini, *Luc.* 15. Quis ex vobis homo qui habeat centum oves, & ſi perdiderit unam, &c. *In eod.* de muliere quæ ad requirendam drachmam amiſſam domum ſuam evertit. Exemplum de hoc 1. *Reg.* 9. Saul quærebat aſinas patris ſui, propter quod meruit inungi in Regem, etiam dum eas requireret. Item hæc ſolicitudo debet eſſe in colligendo oves in unitatem pacis & concordiæ. *Iſa.* 40. In brachio ſuo congregabit agnos. Vel debet eſſe in educando ad paſcua *Pſal.* 22. In loco paſcuæ ibi me collocavit, *Pſal.*77. Deduxit populum ſuum tanquam gregem in deſerto, & *Pſal.* 76. dicit: In manu Moyſi & Aaron, q.d. Per miniſtros ſuos hoc facit. Item debet eſſe in cuſtodiendo a feris ſcilicet tyrannis & Dæmonibus. *Amos* 3. Quomodo ſi eruat paſtor crura duo, aut extremum auriculæ dextræ; ſic eruentur filii Iſrael. *Job* 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus ejus auferebam prædam. Vel ſolicitus debet eſſe contra fures. *Gen.* 31. Ego omne damnum reddebam: quicquid furto peribat, a me exigebas; die noctuque æſtu urgebar & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis.

p Quis infirmatur?] Oſtendit qualis ſit ejus ſolicitudo.

q Infirmatur,] habet tædium benefaciendi.

r Et ego non infirmor?] reputando illam infirmitatem eſſe meam: quia tantum doleo ac ſi eſſet mea. Et completum eſt in Apoſtolo & in ſanctis viris illud mirabile, quod in aliquibus regionibus eſſe dicitur, quod vir jacet in lecto, loco uxoris ſuæ quæ peperit. Sed quare faciebat hoc Apoſtolus, ipſe dicit cauſam 1. *Cor.* 9. Factus ſum infirmus infirmis ut lucrifacerem infirmos. *Rom.* 14. Infirmum in fide aſſumite. B

ſ Quis ſcandalizatur] ruendo in peccatum oſtendens ſe infirmum ad moleſtiam tribulationum. *Eccl.* 32. Qui quærit Legem, replebitur ab ea: & qui inſidioſe agit, ſcandalizabitur ab ea. t Et ego non uror, ideſt, doleo compatiendo ei per fervorem charitatis. Talis erat *Pſ.* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c. & *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, &c. 1. *Machab.* 2. Væ mihi, ad quid natus ſum videre contritionem populi mei, &c. *Jerem.*31. Vox in excelſo audita eſt, &c. *Jer.* 4. Defecit anima mea propter interfectos. *Pſalm.* 118. Defectio tenuit me pro peccatoribus, vel Tabeſcere me fecit zelus meus, &c. *Hugo de Sancto Victore*, Triplex

2. Theſ. 3.

4. 5. 7. cap. plerumque 14. 9. 1. cap. quo dicitur.

A hit, qui opus quod imitandum eſt, non oſtendit. Hinc Veritas dicit: Videant opera veſtra bona, &c. Sicut ſcriptum eſt in *Deut.* 25. Pro menſura peccati erit & plagarum modus: ita dumtaxat ut quadragenarium numerum non excedant; ne fœde laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus: vel (obeat) verior littera, & non quod Judæi ne immiſericordes viderentur, unam percuſſionem dimittebant. In civitate Lycaonia, quando ſpiritum pythonem ejecit a muliere, *Act.* 16. Nocte ac die in profundo maris fui, ideſt, in alto mari detentus fui tempeſtate. Sed videtur quod non tantum per unam noctem & diem fuerit detentus in tempeſtate maris: quia dicitur in *Act.* 27. Rogabat Paolus omnes ſumere cibum dicens: Decimaquarta die hodie jejuni permanetis nihil accipientes; quod rogo vos accipere cibum, &c. ergo multis diebus fuit in tempeſtate illa. Sol. Non oportet intelligi de iſta tempeſtate de qua habetur in *Act.* hoc quod dicitur hic: ſed alias fuit in tempeſtate. Vel etiam ad litteram, ſicut Jonas fuit in profundo maris: ſic & Apoſtolus licet non expreſſe hoc inveniatur, Vel ſecundum quoſdam in illa tempeſtate, de qua loquitur in *Actibus* cecidit de nave, & fuit una nocte & die in mari. Vel potius Apoſtolus dicit ſe fuiſſe in illa tempeſtate una nocte & die licet pluribus diebus ibidem fuerit; quia in minori periculo fuerunt ultima die & nocte, cum tamen nihil fieret quod adhuc caperent.

Expoſitio Gloſſ.

Unde hic videtur fallere illa regula, *Cantabit vacuus coram latrone viator.* Qui erant icti a ſerpentibus: ut *Act.* 28. Vipera a calore cum proceſſiſſet, invaſit manum ejus. Lege eorum deſerta, ideſt, regalibus. Ergo ſi circumciſionem, *Gal.* 5. Primum quærite regnum Dei, *Matth.* 6. Inſtantia mea quotidiana, quæ nec una hora remittitur.

Juvenalis ſatyr. 10.

Sed hæc inſtantia vel ſolicitudo nihil aliud videtur quam fervor charitatis ſicut patet per id quod ſequitur in *Gloſſ.* ergo fervor charitatis non remittitur.

Contra. *Apoc. c.*4. Utinam frigidus aut calidus eſſes: ſed quia tepidus: ergo tepor eſt in charitate.

Solutio: In Apoſtolo nunquam remittebatur charitas ſed privilegia paucorum non ſunt trahenda in exemplum.

Vel intelligitur de illa radice quæ conſtat quod non remittitur.

Quanto major eſt charitas, tanto majores ſunt plagæ ſed hæ plagæ non ſunt niſi dolor & compaſſio: ergo Clauſtralis qui eſt in contemplatione quaſi continua; ideoque raro cogitat de peccatis alienis, de quibus magis dolet alius qui eſt inter peccatores, minorem iſto habet charitatem, quod falſum eſt.

Solutio: Intelligendum eſt de aliis circumſtantiis paribus: quia poteſt eſſe quod majorem habens charitatem, quia reputat omnes eſſe bonos, non doleat de alienis peccatis: alius autem qui converſatur inter pecca-

A tores

Digitized by Google

a plex eſt compaſſionis modus. Eſt quippe compaſſio, alia ea vitio, ſcilicet affectus alicujus reprehenſibilis dolore tangitur, ob illicito prius amore ſeneratur. Alia ex natura quando ea inſito ſibi affectu pietatis alius alienis ærumnis condolet. Alia ex virtute quando propter Deum alienis laboribus compatimur, cum ſcilicet vel juſtitiam premi, vel innocentiam affligi videmus. Prima culpabilis; ſecunda irreprehenſibilis: tertia laudabilis.

a Si gloriari oportet: b quæ infirmitatis meæ ſunt, c gloriabor, d Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti qui eſt e benedictus in ſæcula, ſcit quod non mentior. f Damaſci g Præpoſitus gentis Aretæ regis h cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum, i ut me comprehenderet, & k per feneſtram in ſporta demiſſus ſum per murum, l & ſic effugi manus ejus.

C A P. XII.

SI m gloriari n oportet o (non expedit quidem)

a Si gloriari.] Aliqui hic incipiunt duodecimum capitulum: legatur tamen prout de parte præcedentis capituli. (Si gloriari.) Ita glorifico me, quia ſic oportet; & revera oportet propter vos, & reprehenſibilem Pſeudo. c Gloriabor] de eis. b Quæ infirmitatis meæ ſunt.] Sed quæ eſt iſta gloria? Imo magna gloriatio eſt, ſi infirmus facit quod fortis non poteſt, *infr.* 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, &c. *Eccl.* 10. Qui gloriatur in paupertate, quanto magis in ſubſtantia? & qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur. (Quæ infirmitatis meæ ſunt,) ideſt, in tribulationibus propter quarum perpeſſionem reputor infirmus. d Deus & pater.] Ecce ubi vera oſtendit quæ dixit, & quæ dicturus: & quaſi incredibilia juramento confirmat dicens, (Deus) omnium: (Et pater, &c.) Chriſti. e Benedictus.] *Dan.* 3. Benedictus es Domine Deus, &c. f Damaſci.] *Gloſ.* hic facit punctum. (Deus ſcit quod non mentior) in hoc quod dicam de hoc quod mihi contigit (Damaſci.) E contra Eccleſia ordinat cum conſequenti, ut ibi incipiat verſus, (Damaſci Præpoſitus.] g Præpoſitus gentis Aretæ,] ideſt, qui erat ſub Areta rege. h Cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum Damaſci,] ideſt, exiſtens in Damaſco.

i Ut me comprehenderet:] q. d. Præpoſitus in propria perſona cuſtodiebat civitatem ne ego poſſem effugere. *Act.* 9. Cuſtodiebant portas die ac nocte ut interficerent eum. Accipientes autem eum diſcipuli ejus ſubmittentes in ſporta. k Per feneſtram.] Conſimile. 1. *Reg.* 19. Quod cum nuntiavit Michol David, &c. niſi ſalvaveris te nocte hac, &c. depoſuit eum per feneſtram. *Joſ.* 2. Demiſit eos per funem de feneſtra.

l Et ſic effugi.] Quid eſt quod gloriatur Apoſtolus de fuga, cum hoc potius ſit confuſio bono militi? Solutio? Talis eſt Parthica pugna; quia Parthi fugiendo pugnant melius. Paulus ergo gloriatur de fuga quaſi omne genus prælii expertus. *Matth.* 10. Si vos perſecuti fuerint, &c. *Greg.* Libenter dicam o Paule, in cœlo jam Chriſtum conſpicis, & in terra hominem fugis.

Expoſitio Gloſſa. A tores, licet æqualem vel minorem habeat charitatem, magis dolet; ſed æque cogitaret uterque, magis doleret majorem habens charitatem. Quam paterna, *ſup* 10. In promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam. Quam materna, per compaſſionem. Vel in fide vel in aliqua virtute; ergo virtus poteſt minui. Contra: Charitas aut proficit aut deficit. Præterea ſi diminuitur, non per mortale ut conſtat, imo omnino deſtruitur; ergo per veniale; ergo per majus magis; ergo per tantum veniale tantum; ergo tot poſſent quod omnino deficeret per ipſa. Sol. Virtus ſive charitas dicitur minui quantum ad fervorem, & quia ejus motus tepeſcit. Qua charitate, ſcilicet eis compatior. Contra. Compaſſio miſericordiæ eſt. Sol. Charitas eſt: quia charitas generat compaſſionem hanc & miſericordiam: eo enim quod proximum diligo compatior ei. Odium quæ ferunt carnem *Rom.* 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere. Oſſa mea ſicut in frixorio: hoc eſt in *Pſalm.* 101. ſecundum aliam litteram: ubi *Gloſ.* Tantum iraſcitur bonus quem amat. *Thren.* 1. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me. *Jerem.* 22. Factus eſt in corde meo quaſi ignis æſtuans clauſuſque in oſſibus meis. Sed ante non eſt neceſſarium ſuffragium Dei, &c. Ex hoc videtur quod ſtatim in principio Horarum inutiliter dicatur Deus in adjutorium meum intende, & quod nulla ſit oratio illa, Tua nos, quæſumus, gratia & præveniat & ſequatur. Sol. Quod hic dicitur, intelligitur de ſuffragio miraculoſo tantum. Nec debet aliquis expectare divinum auxilium. Ex hoc patet quod non eſt tentare Deum, ſi oſtentantur reliquiæ contra incendium quando non poteſt ei reſiſti alio modo. 2. *Paral.* 20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, ut oculos noſtros dirigamus ad te. Mercenarius, *Joan.* 10. Fugite in aliam, *Matth.* 10. Et nota quod eſt fuga mala, & fuga bona; & utraque multipliciter. Fuga bona quædam eſt humilitatis. *Joan.* 6. Jeſus autem cum audiſſet quod vellent eum rapere in regem, fugit in montem. Similiter 1. *Reg.* 10. de Saule quando debuit ſecundo inungi in regem, ecce abſconditus eſt domi. Item eſt fuga pietatis. *Matth.* 2. Deportatus eſt Jeſus in Ægyptum a matre, ne ipſum interficiendo ſe ipſos ſpiritualiter interficerent. *Joan.* 8. Jeſus autem abſcondit ſe, & exivit de templo. Item eſt fuga cautelæ: & hæc eſt quando eſt perſonalis perſecutio maxime. *Matt.* 10. Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Hoc modo fugiebat Elias Jezabel 3. *Reg.* 19. Item eſt fuga mala quædam ſuperbiæ ſive contemptus; ſic fugit *Jonas* 1. a facie Domini. *Oſee* 12. Fugit Jacob in regionem Syriæ. Item eſt fuga humani timoris. *Joan.* 10. Mercenarius videt lupum venientem, & fugit, ibi *Gloſ.* Fugit, quia timuit: timuit, quia temporale magis æterno. Item eſt fuga terroris mundani. *Prov.* 28. Fugit impius nemine perſequente. Apoſtolus ergo fugit cauſa cautelæ. Conſervis. *Luc.* 12. Quis putas, eſt fidelis ſervus, &c. Ad loca munita, ſicut fecit B. Silveſter. De perſonali perſecutione habetur 4 *Reg.* 6. Dixit Eliſæus, numquid ſcitis quod filius homicidæ hunc miſerit, ut præcidatur caput meum? Libenter fugiſſet, quia videbat illam perſecutionem eſſe perſonalem.

E X P O S I T I O   C A P. XII.

SI gloriari oportet.] in fine præcedentis capituli commendavit ſe per hæc quæ paſſus eſt pro Domino; hic iterum commendat ſe per hæc quæ fecit ei Deus & oſtendit. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes principales. In prima agit de Apocalypſi ſua cum revelavit ei Deus, ſed ipſe non ſcripſit, ſicut & Joannes tacuit quædam, ut habetur *Apoc.* 10. Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua; & noli ea ſcribere. In ſecunda parte ait contra elationem mentis ſibi datum ſtimulum carnis, ibi (Ne magnitudo) & hæc eſt infirmitas in qua gloriatur cum vincit. In tertia parte excuſat ſe a jactantia, & accuſat eos qui eum coegerunt, quod eum commendaſſe debuiſſent adverſus Pſeudo, niſi immemores eſſent beneficiorum, quæ breviter eis rememorat: & hæc pars incipit ibi (Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis, &c.] Dicit ergo.

m Si gloriari,] ideſt ſi præter prædicta, quæ cauſa ſunt gloriationis, adhuc. n Oportet gloriari] de aliis.

o Non expedit,] quantum eſt ad ſubſtantiam gloriationis: tamen propter veſtram utilitatem, & Pſeudo depreſſionem expedit. 1. *Cor.* 10. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Sed ſi non expedit, quare dicit.

▲ a Veniam

Expoſitio Gloſ. m Si gloriari, &c.] Ut Pharao *Geneſ.* 40. Hoc Matthæus fecit 9. Vidit hominem ſedentem ad telonium, & *Joan. ult.* Vidit illum diſcipulum quem diligebat. Moyſes *Num.* 12. Erat Moyſes mitiſſimus hominum. *Luc. ult.* loquitur de ipſo quaſi de alio, de duobus Diſcipulis quorum ipſe fuit unus. Inuſitatus, ideſt, non ſecundum morem. In epiſtola, in qua mos eſt ut perſona loquens de ſe ut de ſe non ut de alia loquatur. Conformem Chriſto. Eſt conformitas gratiæ in præſenti, & eſt alia gloriæ in futuro. 1. *Joan.* 3. Tunc ſimiles ei erimus. Major in meritis, quoad numerum meritorum. Hujuſmodi hominem. Sed ſumpſit hominem proprie aut ſynecdochice, ſcilicet pro parte hominis: ſi proprie pro homine in anima & corpore, & hoc ſcivit; ergo ſcivit quod raptus fuit in anima & corpore: quid eſt ergo quod dicit, neſcio? ſi pro anima tantum, & hoc ſcivit ſicut dicit: ergo ſcivit animam raptam extra corpus. Solut. Sumpſit hominem pro anima tantum, de qua ſcivit quoniam rapta fuit; ſed utrum ſola vel non ſola, ſed cum corpore ejus in eo, neſcivit. Bis autem raptus fuit. In via, *Act.* 9. de quo hic, & quando factus eſt in extaſi in templo, *Act.* 22. Utrum omnino mortuum corpus reliquerit. Credimus quod anima exiſtens in corpore rapta fuerit per intuitum mentis: corpus vero fuit quaſi mortuum nullo ſeoluntens. Unde & B. *Aug.* narrat de quodam Sacerdote, qui quotieſcumque audivit aliquod delectabile, præ gaudio ſtatim quaſi mortuus erat, & appoſitum ignem corpori non ſentiebat, & quando ab extaſi redibat, dicebat quod

A videbatur

a Veniam *b* autem ad viſiones & revelationes Domini. *c* Scio *d* hominem in Chriſto ante *e* annos quatuordecim (ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio; Deus ſcit) raptum *f* hujuſmodi

a a Veniam autem] Sol. Non expedit mihi, ſed propter vos. *Phil.* 3. Eadem vobis ſcribere mihi quidem non pigrum; vobis autem neceſſarium. *b* Autem,] i. ſed tamen. *a* Veniam,] licet non expediat. Non expedit enim gloriari ne evaneſcat & adnihiletur gratia. *Eccleſ.44.* Aperti ſunt theſauri, & evolaverunt nebulæ quaſi aves. Secunda cauſa eſt, ne devorio velut pinguedo veniat ad os bullientis ollæ. Tertia cauſa eſt, quia tunc cito deprędatur homo *Iſa.* 39. Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, dictum eſt Ezechiæ poſtquam oſtenderat theſauros ſuos nunciis Nabuchodonoſor. *Greg.* Deprædari deſiderat, qui theſaurum publice in via portat. Item quia per hoc diminuitur, etſi non omnino amittatur, ſicut oleum ad ventum. *Iſa.* 10. computreſcet jugum a facie olei. Ecce oleo comparatur gratia. *Num.*19. Vas quod operculum non habet, immundum erit. *c* Scio hominem,] de ſe loquitur Apoſtolus quaſi de alio, quando narrat ea quæ ad ſuam laudem pertinent: quando autem de peccatis ſuis loquitur de ſe ut de ſe. *1.Tim.* 1. Prius blaſphemus fui, &c. In hoc autem prompti eſſe ad vituperium debemus, & laudes noſtras occultare. *Prov.*18. Juſtus prius accuſator eſt ſui, quam alius. *Prov.* 27. Laudet te alienus. *d* Hominem in Chriſto] manentem per conformitatem: aliter nunquam raptus fuiſſet uſque ad tertium cœlum, *Joan.*3. Nemo aſcendit in cœlum, &c. *e* Ante annos quatuordecim,] i. quarto decimo anno ante hoc tempus: ſicut illud *Joan.*12. Ante ſex dies paſchæ, ideſt, ſexta die ante paſcha. Ecce quandiu celavit Apoſtolus hanc tam magnam revelationem; & ad ultimum quaſi coactus dixit: In quo inſtruit præcipue Religioſos, qui phantaſticas & diabolicas revelationes ſibi factas ſtatim volunt propalare. *Eccl.*34. Sicut parturientis cor tuum phantaſias patitur, &c. Quando quis dolet membrum aliquod, videtur ei quod rapiatur in infernum; & ſic credit revelationem ſibi factam. *Eccl.* 5. Multas curas ſequuntur ſomnia. Et ſi accedat quod ſit revelatio a Deo, qui eam manifeſtat, eſt quaſi proditor ſecretorum Dei. *Eccleſ.*27. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & *in eod.* Denudare amici myſteria, deſperatio eſt animæ inutilis *Prov.*11. Qui ambulat fraudulenter, *Eccleſ.* 22. Eſt concordatio ad amicum, excepto, &c. [Neſcio.] Si Paulus neſcit, quis tamen ſenſit; quomodo illud perſcrutamur per argumenta? *f* Raptum:] quando tribus diebus fuit non manducans neque bibens *Actor.* 9. Vel *Actor.* 22. ubi dicitur: Factum eſt autem

A reverteuti-

Expoſitio Gloſſ. A videbatur ei quod eſſet in quodam antro, & ibi quaſi a longe audiebat voces. Mens ejus, ſuperior pars rationis. Igneum a ſplendore, non a calore. Unde dicit *Baſilius* ſuper illud, vox Domini intercidentis flammam ignis: Sic intercidit ut ignis inferni habeat calorem, & non ſplendorem. Cœlum autem empyreum. *Elias 4.Reg.* 2. Balthaſar *Dan.*5. At ipſum Deum in ſe, non in aliqua figura videret; ergo vidit eum facie ad faciem, ſicut animæ Sanctorum in patria. Contra: *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet, & *Joan.*2. Deum nemo vidit unquam. Hoc ſciebat Apoſtolus; ergo tunc ſciebat quod anima fuit ſeparata a corpore.

Quid eſt ergo quod dicit: Sive in corpore, neſcio, &c. Præterea ſi vidit Deum non in aliqua figura, quomodo potuit narrare viſionem illam, cum non remaneret res in memoria niſi per imagines & figuras? Solut. Non viſione per ſpeciem in patria, ſed quadam media viſione vidit Deum, ut dicunt quidam. Sed dicimus quod imo vidit Deum, ſicut Sancti vident modo. Et exponitur illud, non videbit me homo & vivet, i. videndo me non utetur aliquo ſenſu corporeo. Ad illud, quomodo habuit in memoria poſt raptum quæ vidit? Dicendum quia talem habuit cognitionem de præviſo, qualem habet cæcus natus de coloribus, de quibus ſcit multa loqui, quia multa de eis audivit.

Vel poteſt dici ſicut dicit *Hier. in Prolog. Apoc.* de Joanne, qui res quas viderat, in ſimilitudinem poſtea transformavit: ſic Paulus res quas vidit tranſtulit in ſimilitudinem & figuras, non quia per illas Deum a principio viderit, ſed ut eas in memoria retinens nobis enarraret. Non imaginaliter, ideſt, non per imaginem, ſed proprie ipſam rem ipſa re. Occurrunt, &c. Idem replicat per alia verba, per ſpiritum hominis i. per imaginem. Tertium vero illud quo dilectio intellecta, &c. Qui ergo non diligit, non intelligit, quid eſt dilectio; quia non habet ipſam dilectionem apud ſe niſi forte per auditum; ſicut ſi aliquis diceret ignoranti vinum eſſe optimum potum, non imaginaretur vinum ſed ei ſimile, ut medonem & cerviſiam: tamen crederet, ſe imaginari vinum. Sed cum hæc tertia viſio in qua cognoſcitur dilectio ſeipſa, ſit tertium cœlum; ſequitur quod quicumque videt dilectionem in ſe, rapiatur ad tertium cœlum, ſicut & Paulus. Videtur etiam quod Philoſophi notitiam de Deo habentes rapti fuerunt ad tertium cœlum, quia ſimiliter diſtinguuntur tria genera viſionis ſuper illud *Rom.* 1. Inviſibilia Dei, &c. Et dicit *Gloſſ.* quod de tertio genere viſionis eſt viſio quam commemorat Apoſtolus. Non quælibet viſio corporis dicitur cœlum primum, quia cœlum dicitur a celando: ſed quando oculis corporeis videt quis aliquid, quod non videret alius ibidem exiſtens, & ad eumdem locum radios oculorum dirigens. Unde viſio qua videbat Balthaſar parietem non erat cœlum, ſed illa quâ videbat litteras & manum ſcribentem, licet utraque viſio ratione inſtrumenti videntis eſſet ejuſdem ſpeciei. Similiter quando per imagines videt aliquis quod per eaſdem non videret alius, illa viſio eſt ſecundum cœlum. Item quando aliqua res propria ſuiipſius præſentia videretur ab anima quæ per eamdem ſuiipſius præſentiam ab alio non videretur, tertium cœlum eſt, & ſic patet quod Philoſophi non fuerant rapti uſque ad tertium cœlum; nec ille qui videt dilectionem ſuam. Jam tamen ſignum eſſe intelligebatur: Balthaſar enim intelligebat quod ſcriptura illa ſignum erat alicujus, ſed cujus neſciebat. 1a.q.1.cap. Epiſcopi.

Ex mentis officio, ſuperioris partis rationis, cernebat: Unde *Dan.* 20. In viſione opus eſt intelligentia. Redditis corporis ſenſibus, ideſt, uſu ſenſuum *Petrus Act.* 12. Fide erat affectus: quia nondum ſciebat quid per hoc quod reptibilia comedere præcipiebatur, ſignificaretur. Intellexit, quod Dominus illuminavit intellectum Petri ut per hoc intelligeret quod deberet incorporare Gentes Eccleſiæ. Hæc dicitur, quæ dicitur intellectualis, ea cernuntur, &c. Ita & charitas gratia, pax *Gal.*5. Sed quicumque habet charitatem, habet vel videt eam præſentem apud ſe & in ſe, non per aliam formam corporum ſimilem; ergo omnis qui habet charitatem incenſam, videt eam in ſe; & ita ſcit ſe habere charitatem, quod iterum videtur per id quod dicit *Aug.* Quicumque habet fidem, ſcit ſe habere fidem; ergo eadem ratione, quicumque habet charitatem. Sed contra. *Eccl.*9. Nemo ſcit, &c. & 1.*Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum &c. ergo Apoſtolus neſciebat ſe habere charitatem: conſtat tamen quod habebat.

Sol. Non ſequitur, videt charitatem apud ſe eſſe præſentem, ergo cognoſcit ſe habere charitatem: ſicut iſte cognoſcit hunc venientem qui eſt Coriſcus; non tamen cognoſcit Coriſcum venientem.

Etſi ego video charitatem in me, neſcio tamen quod ſit charitas, quia in quantum eſt charitas, non eſt præſens apud animam, ſed ratione bonum, Deum propter ſe & ſuper omnia, & alia propter Deum diligenda, quæ non ſunt paſſiones animæ.

Unde non ſunt hic per ſuiipſius præſentiam apud animam; licet etiam dictet ratio quod Deus diligendus eſt propter ſe & ſuper omnia: ſicut ratio naturalis dictat hominem non eſſe interficiendum: tamen hic non eſt paſſio præſens in anima. Nec eſt ſimile de fide, quia fides dicit quantamcumque credulitatem; charitas autem non dicit quantamcumque dilectionem. Propinquatur, per aſſimilationem. Et ipſe Deus intelligitur, ſcil. per ſeipſum præſens animæ. Ibi virtutes animæ non ſunt operoſæ ac laborioſæ, in patria; & ideo non dicuntur prout ibi ſunt, proprie virtutes, ſed magis gloria. Sed ſecundum hoc videtur quod pro nihilo ſunt ibi virtutes quia ſi non ſunt operoſæ, ſunt otioſæ. Sol. Per hoc quod dicitur quod ibi non ſunt operoſæ, non excluditur quin habeant motus ſuos. Dicitur enim operoſum prout contemplationi reſpondet quaſi ex oppoſito. Sic ergo virtutes non ſunt ibi operoſæ, i. non habent motus quales in activa vita; tamen ibi nulla virtus eſt quæ non habeat opus contemplationis, ut ibi eſt. De patientia vero dubitatur quem uſum ibi habeat; una, i. maxima. Tota virtus eſt amare quod videas: ex hoc videtur quod ibi erit ſola charitas. Summa felicitas habere quod amas: ex hoc videtur quod aliquid ſuccedet ſpei. Item quid eſt aliud habere Deum quam videre eum? ergo ſumma felicitas eſt videre quod amas. Contra hoc, quod non erit ibi niſi charitas, habetur ſuper *Exod.* 28. Ibi enim dicitur, quod ibi erunt qua-

A tuos

Digitized by Google

a revertenti mihi Jeruſalem, & orati in templo fieri me in ſtupore mentis. *a* Uſque ad tertium cœlum. Hoc quinque modis exponitur in *Gloſſ.* ſicut patet.
b Raptus eſt in Paradiſum:] Ad quid additur hoc? nonne idem eſt quod tertium cœlum? Sol. Dicit *Beda ſuper prin. Gen.* quod quatuor ſunt cœli, aereum, æthereum, firmamentum, cœlum empyreum a prima creatione Angelis repletum. Et ideo ne cum dixit [Raptus eſt uſque ad tertium cœlum] intelligeretur firmamentum, addit [Paradiſum:] q. d. de illo cœlo intelligo. Vel poteſt dici quod Paradiſum appellat viſionem Dei, in qua excellens

a uſque ad tertium cœlum. Et ſcio hujuſmodi hominem (ſive in corpore ſive extra corpus, neſcio, Deus ſcit) quoniam *b* raptus eſt in Paradiſum: & audivit *c* arcana verba quæ non *d* licet homini loqui. *e* Pro hujuſmodi gloriabor: *f* pro me autem *g* nihil, niſi in infirmitatibus meis. Nam & ſi voluero gloriari, omnino ero inſipiens: *h* veritatem enim di-

eſt delectatio, & gaudium in comparatione ad delectationem de viſione Angelorum, & ſanctarum animarum. [Raptus eſt] non dicit, ductus. Neſcit enim tarda rerum molimina Sp. Sancti gratia, ut dicit *Gloſſ. ſuper Act.* Simile *Act.* 8. Spiritus Domini rapuit Philippum. 1. *Theſ.* 4. Simul rapiemur obviam Chriſto.
c Arcana] *Iſa.* 24. Secretum meum mihi, &c. *Prov.* 25 Secretum extraneo ne reveles. *d* Non licet] *Lucanus*: Nec tantum prodere nati. *d* Quæ non, licet homini loqui,] carnali, ſcil. qui non poteſt capere. 1. *Cor.* 3. Nonne homines eſtis, & ſecundum carnem ambulatis? Dicit autem *Chryſ.* quod Timotheo & Tito, & aliis majoribus revelavit. Unde 2. *Tim.* 2. Quæ audiſti a me per multos teſtes, hoc commenda fidelibus, &c. *e* Pro hujuſmodi gloriabor,] i. pro talibus viſionibus vel revelationibus. *f* Pro me autem] i. Pro genere. *g* Nihil niſi in infirmitatibus] i. tribulationibus quas patior in parte infima, ſc. in corpore.
h Veritatem enim dicam,] dicendo hæc mihi fuiſſe revelata. Vel [Gloriabor in infirmitatibus. Nam, &c.]

a *a* Parco autem

Expoſitio Gloſſæ A tuor virtutes cardinales. Sol. Omnis virtus eſt gratia & amor, ſed virtus eſt in quantum munit nos; ſed non erit ibi gratia in quantum nos facit gratos: amor eſt prout nos facit adhærere in quantum delectabili, ſic ibi erit: & ideo dicitur: Tota virtus eſt amare quod videas nec excluditur quod ibi non ſint aliæ virtutes, quia hoc modo omnis virtus eſt amor. Ad aliud dicendum quod illud quod ſuccedit fidei & ſpei idem eſt: modo enim ſpero me habiturum Deum: habere autem eum nihil aliud eſt quam videre & diligere ipſum. Ut in Sina a Moyſe, ſc. *Exod.* 19. & 3. in rubo: ergo Deus aliquando videtur per corporalem viſionem. Sed contra *ſupra* dictum eſt, quod tertia viſione videntur res quæ non habent imagines ſui ſimiles, quæ non ſunt quod ipſæ, & talis res eſt Deus: ergo Deus non videtur per aliquod quod non ſit idem quod ipſe: ergo non videtur per corporalem viſionem. Sol. Deus dicitur videri per ignem in rubo, non per aliquam ſimilitudinem, ſed per rem ipſam quæ aliquo modo Dei eſt veſtigium: ſicut unum ſimilium videtur per aliud, non quia unum ſit imago alterius. *Iſa.* 6. Vidi Dominum ſedentem, & hoc videbat viſione imaginaria. Joannes in *Apoc.* 1. Per ſpeciem, i. per ipſum qui eſt ſua ſpecies, & ſua pulchritudo. Propter illam, inquam, viſionem aſſequendam omnis labor ſuſcipitur, &c. Potuit Moyſes. *Exod.* 1. 35. Oſtende mihi faciem tuam: facie ad faciem enim locutus erat, &c. Et ſic vidit eum Apoſtolus, ut dicit *Gloſſ.* ergo Apoſtolus vidit Dominum facie ad faciem. Unde etiam ſuper illud *Ex.* Facie ad faciem, dicit *Interl.* i. aperta viſione: ergo petebat quod videret gloriam Dei: & ſic vidit eum Apoſtolus, ut hic dicitur, ſed vidit eum facie ad faciem, ſicut latera civitatis ſunt æqualia: ergo quanta fuit ejus viſio, tanta & charitas: ſed viſio illa fuit talis qualis eſt Angelorum viſio, quia facie ad faciem; ergo Apoſtolus in illo raptu tantam habuit charitatem, quantam habent Angeli: ſed conſtat quod tantam non habuit poſt raptum: ergo charitas ejus diminuta fuit, & ſine peccato. Ex quo videtur quod Deus injuſte egerit cum eo, Sol. Apoſtolus vidit revera facie ad faciem; Moyſes autem dicit eum vidiſſe facie ad faciem, i. familiariter. Unde ibi in *Gloſſ.* Secundum opinionem Judæorum loquitur *Scriptura*, cum per ſubjectam creaturam, ideſt, per Angelum, & nubem loqueretur. Sed quid eſt ergo quod dicit *Inter.* i. aperta viſione? Intelligendum eſt ad comparationem cognitionis aliorum.

Ad aliud quod dicitur, quod diminuta fuit charitas Apoſtoli: verum eſt quod datum fuit ad tempus tantum, ut tantam haberet charitatem, quantam habent Angeli: nec tamen injuſte egit Dominus cum illo quando ei ſubtraxit: quia non erat adhuc ei debita, ſed ex gratia quaſi oſtenſa; ſicut ſi operario vineæ tradat dominus unicum denarium, ad oſtendendum in principio laboris quod debet habere in fine laboris ſed ei ſubtrahit poſt, donec in finem laboris, non injuſte agit cum eo dominus. Ubi ideſt, in qua claritate ſpei, &c. Sed nonne adhuc Chriſtus mortalis vivebat in iſtis ſenſibus, tamen Deum videbat in ſumma claritate? Item ſecundum hoc cum Apoſtolus viderit eum in illa claritate, non erat in iſtis ſenſibus: ergo erat anima extra corpus. Præterea, nonne Sancti glorificati videbunt eum in iſtis ſenſibus? Sol. Ly [iſtis] dicit accidens vel ſubſtantiam. Si accidens ut dicatur, In iſtis ſenſibus, ideſt, in talibus, falſa eſt: ſi autem ſubſtantiam, vera eſt: ſic ſolvitur quod objicitur de Sanctis. De Chriſto dicendum: Videbat Deum ſine iſtis ſenſibus, i. ſine adminiculo eorum; & Paulus ſimiliter. Præſens Eccleſia Paradiſus dicitur. *Cant.* 4. Paradiſus malorum punicorum. Secundum hoc dicitur Michael præpoſitus Paradiſi. Sed an in corpore, &c. Sed ut anima erat in corpore aut extra corpus, ſi extra, ergo erat in ſtatu glorificatarum animarum, ſed ſi hoc, quomodo revocata fuit ad ærumnas hujus ſæculi ſine peccato ſuo? Si dicas quod non fuit glorificata, ſed erat paſſibilis, ſicut dum erat in corpore: ergo nec melius vidit Deum quam alia, quod falſum eſt; ergo glorificata fuit: ſed quomodo rapta fuit ſine corpore? Sol. Fit rapta tantum per mentis intuitum. Tunc enim Apoſtolus non vixit homo, &c. & hoc modo raptus fuit Paulus ad tertium cœlum. Sed ſecundum hoc videtur quod quilibet poſſit rapi ad tertium, quando vult videre Deum ſicut eſt, ut ſi ſeparet ſe anima ab omni ſenſu ſenſibili ſicut ille qui dicebat; Renuit conſolari anima mea: memor Dei fui, &c. ſed hoc poteſt quilibet, nec videtur magnum quod Paulus. *Pſalm.* 76.
Sol. Etſi homo ſeparet ſe ab omni ſenſu, & imagine, non tamen videt facie ad faciem: licet dicat *Aug. in lib. de quantitate animæ* quod in contemplatione videt anima pulchritudinem per imaginem, quia adhuc videt eam per imaginationem, ſed tantum intenta eſt pulchritudini illi, quod videtur ei quod videat eam non per imaginem, de qua non cogitat, nec etiam de ipſa, & tunc deficit in ſalutare ſuum: ſicut Narciſſus ſe per imaginem comprehendens, quod eſſet imago nullo modo cogitabat. In hoc autem raptu Pauli plus fuit, quia omnino alterata fuit ejus anima a rebus, ut nec etiam per aliquam ſimilitudinem Deum videret. Tres ordines, i. Hierarchias. Non licet homini loqui. Contra: Licet nobis loqui de notionibus, de Trinitate perſonarum, de unitate eſſentiæ, & conſtat quod nulla excellentiora; ergo nulla ſunt de quibus non liceat nobis loqui. Item ſuper illud 1. *Cor.* 3. Lac dedi vobis potum non eſcam, dicit *Gloſſ.* Nulla videtur neceſſitas, ut aliqua ſecreta doctrinæ taceantur fidelibus, ſeorſum dicenda majoribus. Sed contra: *Matth.* 9. Neque mittunt vinum novum in utres veteres. *Gloſſ.* Novæ vitæ myſteria non ſunt committenda mentibus fide innovatis. Præterea dicit Apoſtolus; Lac dedi vobis potum non eſcam, ſed hæc myſteria ſunt eſca, & non fecit, niſi quod debuit; ergo non debuit revelare hujuſmodi ſecreta. Sol. Quæ non licet homini loqui, duplex eſt: ſi ly [homini] determinet ly [licet] falſa eſt; ſi ly [loqui] vera. Non licet enim arcana Dei homini loqui propter multas cauſas. Una eſt indignitas hominis. *Matth.* 7. *Non licet arcana Dei loqui propter multas cauſas.*
Nolite margaritas ſpargere ante porcos. *Iſa.* 5. Mandabo nubibus meis ne pluant, &c. Alia eſt audientium incapacitas. *Joan.* 16. Adhuc habeo multa vobis dicere, &c. Tertia cauſa eſt defectus verborum; quia non poſſunt inveniri verba ad exhibenda Dei ſecreta: quod ſignificatum eſt *Exod.* 4. Ubi dicit Moyſes ſe factum impeditioris linguæ ex quo cœpit loqui cum Deo; expedite tamen loquebatur ſcientias Ægyptiorum. Non licet ergo homini loqui ſecreta Dei, quia modus neſciret exprimere.

Unde *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit, &c. ideſt, modum generationis ejus? Pro hujuſmodi homine. Sed nonne fuit idem homo ante, & poſt? Sol. Pro hujuſmodi homine, ideſt pro gratia revelationis quæ data fuit homini. Cum enim quiſque bene profecerit, &c. Unde verſus.

Ut bene cum reliquis pugnes, victorque ſuperſis: Aſt damnoſa magis vincenda ſuperbia reſtat. Unde Job poſtquam multa dixit de Diabolo, ultimo dixit: Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ: quia ſuperbia eſt vitium poſt reſtat

A vincendum

▲ *a* Parco autem] q. *d.* Non omnia dico ſicut fatuus *Prov.* 12. Vir prudens tacebit. *Eodem* 29. Totum ſpiritum ſuum proferet ſtultus; ſapiens differt, & reſervat in poſterum. *Greg.* Habebat adhuc aliquid de ſe dicere, qui parcit dicere, & *infr.* Loquendo erudivit vitam eruditorum; tacendo cuſtodivit ſuam. Super id

C

Act. 28. Quando non læſit eum vipera, adoraverunt quaſi Deum.
b Et ne magnitudo, &c. non per cauſam, ſed per occaſionem. Et eſt argumentum, quod revelatio inflat ſicut ſcientia acquiſita 1. *Cor.* 28. Scientia inflat, &c. *Abd.* Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petræ, exaltantē ſolium tuum.

eam; *a* parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. *b* Et ne magnitudo revelationum extollat me, *c* datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ *d* Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod *e* ter Dominum *f* rogavi, ut diſcederet a me, & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea. Nam *g* virtus in infirmitate

Exod. 7. Floruit virga, germinavit ſuperbia. Virga floret quando alicui datur baculus paſtoralis, ut fructum faciat, ſicut ex flore ſperatur fructus.

In cujus ſignum virga Aaron floruit in conſummatione ſacerdotii ejus, *Num.* 17. Sed florente virga fructificat ſuperbia: quia ubi ſperabatur prius fructus operis, invenitus vitium elationis: quia qui habitabant in ſciſſuris petræ, vel potius habitare videbantur, quando promoventur, exaltant ſolium, quia cremento dignitatum ſtudent non ſaluti animarum. Sciſſuræ petrarum ſunt paſſiones Sanctorum, vigiliæ, diſciplinæ Clauſtralium. Talibus enim abſcinduntur ab amore mundi. Inter has petras antonomaſtice dicitus Chriſtus petra 1. *Cor.* 10. *Iſa.* 53. Qui abſciſſus eſt de terra viventium. Item *Iſa.* 51. Attendite ad petram de qua abſciſſi eſtis, &c. Hoc poteſt dici de clauſtralibus promotis, quod attendant ad converſationem illorum fratrum a quibus aſſumpti ſunt. Nota quod fructus virgæ Aaron fuit amygdala, quæ ſunt cibus infirmorum; ſic fructus virgæ paſtoralis debet eſſe opus pietatis. *c* Datus eſt mihi ſtimulus.] *Hier. ſuper Epiſtolam ad Galatas* dicit, quod dolor fuit capitis. Aliter dicitur, quod tentatio fuit de ſancta Tecla quam baptizaverat. *Rom.* 7. Non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. *Hier. in Epiſtolam ad Oceanum*, Tecla poſt tentationem paſſionis Antiochiæ cum Paulo prohibetur pergere. Nemo etiam miles cum uxore vadit in bellum. Tertio dicitur dolor lateris ſive iliaca paſſio. Quarto tormenta tyrannorum & perſecutio, & inopia rerum. 1. *Cor.* 4. Eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, &c.

d Angelus ſatanæ.] Quid faciet ipſe Satanas quando ſolvetur, ſi Angelus ejus tantum Apoſtolum, & poſt tantas revelationes concuſſit? Vel [Angelus Satanæ] intranſitive. Igitur in Paradiſum duceris, & a Satanæ Angelo tentaris. Item *Greg.* Mandendum quippe, ſed non deglutiendum acceperat Paulus quando illum poſt tot revelationum ſublimia ſtimulus carnis agitabat. Et *infr.* Qui elatus perire poterat, tentatus eſt ne periret: tentatio ergo illa non vorago vitiorum, ſed cuſtodia meritorum fuit. *e* Ter] quaſi multoties: ſic ſumitur finitum pro infinito, *Matth.* 18. Non dico tibi ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties, &c.

f Rogavi.] Quare prima vice non reſpondit ei Dominus? Reſpondeo, ut probaret inſtantiam ejus *Rom.* 12. Orationi inſtantes.

g Virtus in infirmitate p. ficitur,] ideſt, per tribulationes, & tentationes. Unde *Matth.* 5. poſt omnes beatitudines enumeratas addit, Beati qui perſecutionem patiuntur.

Ibi *Gloſſ.* Octavo redit ad caput: quia in qualibet debet poni ſic.

▲ Beati

Expoſitio Gloſſ. A vincendum. Sed propter aliud miſſus eſt a Deo, &c. *Job* 40. Nunquid faciet pactum tecum, & accipies eum ſervum ſempiternum? & loquitur de Diabolo, *Ibi Gregor.* Tentandi licentia pactum Domini cum Diabolo vocatur; in qua & deſiderium tentantis agitur, & voluntas Dei impletur. Nam volens tentat Diabolus, ſed tentando neſciens purgat, & probat, & ita cum dominio ſervus efficitur. Unde *Bern.* Jucundum Dei judicium eſt, quod ille antiquus malleator humilium, coronas eis neſcius fabricat perpetuas. Per eum tradebat injuſtos ipſi Satanæ, ut habetur 1. *Cor.* 5. Niſi permiſſi. Unde Diabolus dicit Domino, mitte manum tuam, ideſt, laxa mihi habenas, *Job* 1. Ego humane timens; ergo rogavit ex humano timore ſtimulum a ſe removeri; ſed humanus timor eſt peccatum ergo rogando ſic peccavit. Solutio habetur ſtatim poſt. Ter rogavi, &c. Videtur quod indiſcrete petierit. Nam ſuper illud *Jacob* 1. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans, dicit *Gloſſ.* Non omni juſto dat quod petit, ſi contra ſalutem ſuam petat, ſicut Paulus cui dictum eſt, ſufficit tibi gratia mea: ergo indiſcrete petebat. Ex hoc etiam videtur quod peccavit hoc petendo, quia contra ſalutem ſuam petiit. Item 1. *Joan.* 5. Scimus quod audit quicquid petierimus, &c. *Gloſſ.* Si voluntas noſtra per ignorantiam a voluntate Dei recedit; bona voluntas Dei noſtram ſtultitiam corrigit, ut in Paulo contigit; ergo ſtulte rogavit, & petiit. Item *Rom.* 8. Qui ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret Spiritus, *Gloſſ.* Scit, ideſt, approbat, & implet [quod deſideret Spiritus,] ideſt, quod deſiderare facit. *De conſ. d. 2 cap. & ſan. ſta. 21. q. 5. c. Paulus 5. q. 5. c. non omnis. Pſal. 136.*

Sed hoc quod rogavit Apoſtolus, non implevit Spiritus Sanctus; ergo non faciebat eum hoc petere; ergo illa petitio non fuit a Spiritu ſancto; ergo aut fuit peccatum, aut indifferens, quod videtur ex eo quod non approbavit; ergo indiſcreta fuit. Sed contra. *Pſalm.* 136. Beatus qui tenebit & allidet parvulos ſuos ad Petram. *Gloſſ.* Parvuli ſunt motus primi in ſe, ergo & qui petit deſtructionem eorum bene facit; ergo Apoſtolus bene petiit petendo eorum deſtructionem. Præterea nonne bene & diſcrete petit qui timens lapſum petit ne labatur? Ergo Apoſtolus bene petiit. Præterea, ſi indiſcrete petiit remotionem ſtimuli, aut quia ſtimulus erat ei occaſio ſalutis aut quia hoc petendo petebat contra voluntatem Dei.

Si primo modo; ſic nullus debet petere etiam ne cadat in mortale peccatum: quia quodlibet peccatum mortale eſt occaſio ſalutis. *Rom.* 8. Omnia cooperantur in bonum; &c. Si quis petebat contrarium voluntati divinæ; ergo indiſcrete fecit Abraham volens interficere filium ſuum, cum hoc eſſet contrarium voluntati Dei.

Præterea iſte ſtimulus aut erat vexatio exterior, aut incentivum libidinis. Si vexatio exterior, & dicis quod indiſcrete petiit: ergo & qui petit ut ſanetur ab ægritudine, ut ſubveniat terræ Sanctæ, indiſcrete petit, quod falſum eſt; ergo nec Apoſtolus, quia conſtat, quod petebat removeri ſtimulum, ut Deo liberius militaret.

Si ſumitur pro incentivo libidinis, conſtat quod bene petiit, quia ne caderet per peccatum luxuriæ. Præterea, petiit pie pro ſe, ut per ſe veniat, & ad ſalutem, quia ſtimulus movebat eum ad peccatum, & ita contra exaudiri debuit, ergo, &c. Solutio. Stimulus erat ei occaſio ſalutis. Ad illud *Rom.* Omnia cooperantur in bonum, dicendum quod quædam cooperantur in bonum, & non ſunt in bonum, ideſt, ſunt occaſio boni, ſed nullo modo cauſa, talia ſunt peccata: de talibus eſt bonum ſemper petere, ut amoveaatur.

Quædam autem cooperantur in bonum, & ſunt in bonum aut ut cauſa neceſſaria, cujuſmodi ſunt virtutes, & opera earum; & talia petere amoveri peccatum eſt.

Quædam autem ſunt in bonum ut cauſa motiva, & ſtimulans, & exercens ad humiliationem; talis erat Apoſtoli tentatio: de talibus etiam poſſumus petere meritorie, ut amoveantur. Per ſtimulum ergo intelligitur tentatio exterior, quæ etſi de aliquo poſſit peti, quod amoveatur, non tamen de omni: quia dicit *Job* 7. Militia eſt vita hominis.

Ad illud ergo, beatus qui tenebit, verum eſt quod bonum eſt primis motibus occurrere; ſed hæc tentatio Diaboli non erat de primis motibus, & nota etiam quod meruit Apoſtolus hoc petendo. Ad illud, humane timens, &c. dicitur, quod humane timere proprie ſumptum eſt ſalutem temporalem præponere ſpiritualibus; ſed dicitur hic humane timere, ideſt, fragilitatem ſuam timere, quod non eſt peccatum. Ad illud, contra ſalutem ſuam petiit, ideſt, illud quod erat impedimentum ſalutis ſuæ: ſed tamen hoc neſciebat, & ideo non peccavit. Ad illud, ſtulta erat ejus voluntas, ideſt, non erat diſcreta, tamen petendo meruit. Ad illud, approbat, & adimplet, quod deſiderare facit, ſi ly [quod] eſt nomen, falſa eſt: ſi conjunctio, vera, ideſt, Spiritus ſanctus approbat, quod aliquis deſideret. Ad illud, iſte ſtimulus aut erat, &c. Jam dictum eſt, quod ſtimulus ille eſt vexatio exterior, & meruit petendo ejus amotionem, licet non expediret. Epithema, ideſt, emplaſtrum, ab *epi* quod eſt ſupra, & *theſi* quod eſt poſitio. Exauditur Diabolus, ideſt, ad exitum auditur: quia deſiderabat habere poteſtatem colaphizandi Paulum & Job. Deus iratus dat: *Exod.* 16. 1. *Reg.* 7. Pro peccato Deo, ideſt, a Deo.

A Libenter

a Beati pauperes ſi perſecutionem patiuntur: & ſic de aliis. Perſecutio enim conſummatio eſt omnium. a Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus] ea quo virtus perficitur in infirmitatibus. c Ut virtus Chriſti,] data a Chriſto. b Inhabitet,] ideſt, ut gratia Chriſti conſumetur. Gloriandum eſt autem in infirmitatibus, ad litteram, & tribulationibus propter tredecim rationes, quæ valent ad infirmorum ſalutem, & tribulatorum. Prima eſt, quia ſanant a preteritis peccatis, *Eccl.* 30. Curatio ceſſare faciet peccata maxima. *Prov.* 20. Livor vulneris abſterget mala. Unde *Beatus Greg.* de beato Benedicto, qui cum tentationem haberet, projecit ſe in ſpinas, dicit: Vulnere corporis ſanavit vulnus mentis, & ideo qui ſunt juxta mare equos ſcabioſos inducunt in illud, ut ſalſedine deficcetur ſcabies, & cadat, & ideo Jonas quia dormiebat in ſentina, ideſt, peccatorum fœtore, miſſus eſt in mare ut ſanaretur a peccatis. item quia faciunt cavere a peccatis futuris quaſi cautela quædam. *Eccl* 11. Malitia unius horæ, &c. *Eccl.* 30. Qui diligit filium, aſſiduat illi flagella. Et nota quod dicit *Ariſtoteles*, quod equarum libido illis tonſis reprimitur; & catti libido per uſtionem pellis. Tertia ratio eſt ſolutio debiti. *Ezech.* 4. dicit, diem, inquam, pro anno dedi tibi, & *poſt* ſubjungit, ecce circumdedi te vinculis, ægritudinibus, ſcilicet ut non movearis ad peccatum: & non convertes te a latere in latus donec compleantur dies obſidionis tuæ: quando enim quis infirmatur, obſeſſum eſt caſtrum corporis ejus a morte: Et aquam in menſura bibes: q.d. infirmus es, non debes bibere vinum, &c. Sed prius dicit in ſolatium ei Dominus, diem dedi tibi pro anno. Quarta ratio eſt, quia corporales ægritudines ſigna ſunt, quod infirmus poſſit ſanari ab infirmitate ſpirituali: quia Medicus tam prudens, & fidelis ſicut eſt Dominus, manum ſuam apponit, alioquin ſcilicet eſſet deſperatio, ſi manum non apponeret. *Eccl* 38. Altiſſimus de terra creavit medicinam, ideſt, de corpore [quod eſt fons omnium ægritudinum] ægritudinem quæ eſt medicina animæ: & vir prudens non abhorrebit eam. A ligno dulcorabitur aqua: Tangit quod habetur *Exod.* 15. *Eccl.* 38. Da locum Medico: q. d. noli murmurare in ægritudine tua. Sed conqueritur Dominus *Iſa.* 1. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem: q.d. Tota die renovatis vulnera veſtra.

Multiplex infirmitatis utilitas.

perficitur. a Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut b inhabitet in me c virtus Chriſti. d Propter quod e placeo mihi in infirmitatibus meis, in f contumeliis, in g neceſſitatibus, in h perſecutionibus, in anguſtiis pro i Chriſto. Cum enim k infirmor, tunc l potens ſum,

In *eodem*, Non eſt in eo ſanitas. Quinta ratio, quia ſunt ſigna dilectionis. *Prov.* 3. Quem enim diligit Dominus, corripit. Item *Hebr.* 12. Sicut ſponſus ſponſam flagellat, ſi eam zelat. Sed *Ezech.* 16. Auferetur zelus meus a te; & quieſcam, nec iraſcar. Sexta ratio eſt, quia infirmus videt hoſtem ſuum capitalem conculcari, & debilitari, ideſt, carnem. *Hier.* Quocumque pergo, hoſtem meum mecum porto. *Eccl.* 25. Novem inſuſpicabilia cordis magnificavi: quorum unum eſt videre ſubverſionem inimicorum ſuorum, 1. *Cor.* 5. Tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut Spiritus ſalvus ſit. Septima ratio eſt gratiæ confirmatio: unde hic dicitur [Libenter igitur, &c.] *Iſaiæ* 40. Qui dat laſſo virtutem.

Octava ratio eſt quia per infirmitates venit homo ad cognitionem fragilitatis ſuæ, & potentiæ divinæ. *Cant.* 1. Si ignoras te o pulcherrima mulierum, &c. *Dan.* 4. Igitur poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor poſt illam magnam tribulationem ſeptem annorum cognovi fragilitatem peccatorum meorum, & Dei potentiam. Nona ratio eſt, quia infirmitas generat odium vitæ præſentis, ex cujus dilectione veniunt omnia mala. *Eccl.* 41. O mors quam amara eſt memoria tua homini injuſto, & pacem habenti, &c. quia diligit vitam iſtam; & *poſt* ſequitur, O mors bonum eſt judicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, &c. quia facit eum judicare vitam præſentem non eſſe diligendam.

Decima ratio eſt, quia infirmi immutatio eſt in promptu: unde gaudere debet, ſicut pueri quando vident tunicas ſuas dilaceratas, quia ſperant novas; & ſicut miles habens bonum dominum gaudet quando malum equum ſuum amittit in ſervitio domini ſui, *ſup.* 5. Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra, &c. Undecima ratio eſt, quia per infirmitates acquiritur triumphus, & victoriæ præmium. *Apoc.* 3. Qui vicerit, dabo ei manna abſconditum *Sap.* 4. Cum ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat, ſcilicet caſta generatio Sanctorum, de qua loquitur.

Duodecima ratio eſt, quia ſic reddimus vicem Domino. *Pſal* 115. Quid retribuam Domino, &c. Tertia decima ratio eſt, quia ſunt ſolutio debitorum pro peccatis. Unde *Gal. ult.* Abſit mihi gloriari niſi in cruce, id eſt, in pœnitentia, & tribulationibus: ideo ſtatim evolant Martyres. *Pſal.* 115. Dirupiſti vincula mea, quibus ligatus eram donec ſolviſſem debitum.

De [illegible]

c Virtus Chriſti] ſpecialiter. Virtus Chriſti ſunt patientia, & miſericordia: quia ſicut dicit *Bern.* Patienter expectat aberrantem; & clementer ſuſcipit revertentem. De his duabus dicitur *Rom.* 15. Deus patientiæ, & ſolatii det vobis idipſum ſapere, ſcilicet pati & conſolari.

d Propter quod] ideſt; quia virtus in infirmitate perficitur.

e Placeo mihi, &c.] Contra: *Rom.* 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere; & non nobis placere, & *infr.* Etenim non ſibi Chriſtus placuit; ſed ſicut ſcriptum eſt, opprobria, &c. Sol. Placet Paulo non ipſe ex ſe, ſed gratia Dei in ſe, qua ſe ſentit Deo placere *Sap.* 4. Placens Deo factus dilectus. Vel

e Placeo mihi, &c.] i. infirmitatæ meæ multum placent mihi: Et determinat illas. f In contumeliis] verborum. g In neceſſitatibus.] *ſup.* 11. In frigore & nuditate. h In perſecutionibus] *Matt.* 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, non quacumque ex cauſa. [anguſtiis] animi illatis. i Pro Chriſto] mihi.

k Cum infirmor,] ad litteram: vel quando ſuſtineo tribulationes.

l Tunc potens,] ſpiritualiter ſum. Quanto magis conculcatur pannus, tanto mundior efficitur. *Exod.* 1. Quanto magis filii Iſrael opprimebantur, &c. *ſup.* 4. Licet is qui deforis eſt noſter homo, corrumpatur, &c. *Joel* 3. Infirmus dicat, ego fortis ſum.

A a Factus

Expoſitio Gloſſ.

V Libenter igitur, &c.] ideſt, cum magna delectatione gaudebo. *Rom.* 5. Gloriamini in ſpe filiorum Dei: quod plus eſt, quam gaudere. Temporalia cum modo petite, &c. Ad idem facit quod dicitur *Jac.* 4. Ibimus in illam civitatem, &c. ibi reprehendit eos *Beatus Jacobus*, quia in ſuo uſu loquendi non apponebant modum conditionis, ſed ſimpliciter dicebant, illa faciemus; ergo multo magis debet apponi modus in petendo temporalia. Item videtur, quod etiam non ſit petenda nec cum modo, nec ſine modo: quia *Prov.* 3. Divitias, & paupertatem ne dederis, &c. Item *Matth.* 6. Primum quærite, &c. *Ibi Gloſſ.* Non dicit [prius] ut temporalia poſt ſint petenda: ſic videtur, quod non ſint petenda. Sed contra 1. *Tim.* 4. Pietas valet ad omnia, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, futuræ. Sed ſimpliciter poſſumus petere antecedentia ſive adminiculantia ad futuram vitam; ergo & adminiculantia ad vitam præſentem, hujuſmodi autem ſunt temporalia. Item Eccleſia ſimpliciter petit ea. Sol. temporalia poſſunt peti licite, non tamen ſunt petenda, ideſt, non ſunt digna peti, quia in ſe ſunt vana. Quod hic dicitur, temporalia cum modo petite, ideſt cum modulo piæ conditionis, ideſt. Si Deo placuerit, & viderit mihi eſſe expediens, det mihi temporalia: tamen hoc actu non oportet apponi, ſed ſufficit quod habitu tantum, & ſub conditione. Et quod dicitur, cum modo petite, ideſt, non ad ſuperfluitatem. Ad illud *Jacobi* dicendum, quod non reprehendebat eos, quia ſine modo loquerentur: ſed quia loquebantur quadam præſentis vitæ confidentia: & ex hoc accidebat, quod ſine modo loquebantur. Utrum autem petenda ſint temporalia, dicendum, quod non, ideſt, non ſunt digna peti. Et ſic intelligenda eſt *Gl.* ſuper *Matth.* Gloriabor ad alios, ideſt, gaudium meum aliis exprimam. Placeo mihi, ideſt: multum delector: per hoc patet quod illud *Matth.* 3. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ſic debet intelligi, In quo multum delector. In anxietatibus animi, non de tribulationibus quas ſuſtinebat: ſed quia alios videbat tepidos, & a fide recedere. Ego debui a vobis commendari. Contra *ſupr.* 3. Nunquid egemus ſicut quidam commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Sol. Apoſtolus non egebat, ſed illi debebant eum laudare. Vel ab his tunc remotus: quia ſi tantum quando erat cum Apoſtolis faceret miracula, poſſet ei dici: Non facis tu, ſed ipſi. Sed non eſt minor illis. Contra. 1. *Cor.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum. Item 1. *Cor.* 1. Judæi ſigna petunt, & Græci ſcientiam. Et propter hoc Petrus qui habuit donum faciendi miracula reverſus eſt in circumciſionem; Paulus autem quia ſapiens, ad Gentes: Petrus ergo excellebat

A in mira-

Digitized by Google

a Factus ſum inſipiens ; vos me coegiſtis . Ego enim a vobis debui commendari ; b nihil enim minus feci ab his , qui ſunt ſupra modum Apoſtoli . c Tametſi nihil ſum: ſigna tamen Apoſtolatus mei facta ſunt d ſuper vos in omni patientia , in e ſignis, & f prodigiis & g virtutibus, quid eſt enim quod minus habuiſtis præ ceteris

a a Factus ſum inſipiens] veſtra reputatione , Excuſat ſe de hoc , quod ſe commendavit . 2.*Cor.*4. Nos ſtulti propter Chriſtum , &c. 1. *Cor.* 3. Si quis inter vos videtur ſapiens &c *Prov.* 30. Stultiſſimus ſum virorum . c Tametſi nihil ſum] veſtra reputatione . Commendat ſe a ſignis Apoſtolatus ſui quæ ſunt quatuor . Primum eſt patientia. *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras *Pſal.* 91. Bene patientes erunt ut annuncient. Ideo præcepit Dominus *Num.*10. ut fierent tubæ argenteæ tunſione malleorum . Si enim prædicator bene patiens fuerit, dulcius in prædicatione reſonabit ; & magis per charitatem dilatabitur , ſicut argentum quanto magis tunditur . Secundum eſt humilitas , & Manſuetudo. *Matth.*11. Diſcite a me , quia mitis ſum, & humilis corde &c. Tertium eſt charitas mutua . *Jo.* 13. In hoc ſcient omnes quod mei diſcipuli eſtis ſi dilectionem habueritis ad invicem, &c. Quartum eſt multitudo converſorum , 1. *Cor.* 9. Signaculum Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino , &c. *Prov.* 14. Ubi non ſunt boves præſepe vacuum eſt, &c. b Nihil enim minus.] *ſup.*11. Exiſtimo me nihil minus feciſſe a magnis Apoſtolis . d Super vos.] 1. *Cor.* 4. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui . e Signis] ideſt, operibus quæ debent eſſe talia in Prælatis , & in Prædicatoribus, ut ſignificent aliis quomodo debent vivere. *Sap.*18. In veſte poderis, quam habebat, totus orbis erat deſcriptus , ideſt, vita uniuſcujuſque. f Prodigiis :] quorum principia ſunt in natura , ſed non ſunt a natura ut in cæco illuminato qui aptus natus eſt videre . g Virtutibus :] miraculis quæ non habent principia a natura, nec fiunt per naturam ; ſicut eſt juſtificatio impii , hoc erat quando miniſterio ejus dabatur gratia juſtificans . h Donate mihi , &c.] De ſimili injuria conqueruntur Iſraelitæ , quod non potuerant honorare regem ſuum: 2. *Reg.* 19. Cur feciſti mihi injuriam , & non eſt nunciatum mihi priori ut reducerem regem meum ?

Expoſitio Glaſſæ. A in miraculis. Unde in *vita ſancti Clementis* legitur , quod Paulus dixit Petro ; Ora & ego diſputabo ; ergo Paulus erat minor Petro in ſignis . Sol. Non erat minor: quod autem dicit : Ego ſum minimus Apoſtolorum hoc dicit reſpectu ſtatus præcedentis, a cauſa humilitatis . Dicimus etiam , quod tantam potentiam faciendi miracula habuit , quantam & Petrus ſed non tantum uſum : ſicut Apollo majorem uſum habuit baptizandi quam Paulus , non tamen majorem poteſtatem . Unde 1. *Cor.* 1. Non me miſit baptizare , ſed evangelizare . Non Chriſtus Joannem, ſed Joannes Chriſtum baptizavit : Ex hoc videtur relinqui quod Joannes non fuerit baptizatus Baptiſmo Chriſti. Sed contra . Chriſtus dixerat: Niſi quis renatus fuerit , &c. & hoc ſciebat Joannes ; ergo baptizatus fuit baptiſmo Chriſti . Sed poſſet dici quod verbum illud nondum dixerat Dominus quando Joannes poſitus fuit in carcere ; & ita non ſciebat hoc. Sed contra videtur, quod licet illud verbum non audiſſet , tamen ſciebat quod niſi quis renatus fuiſſet ex aqua , &c. quia dictum fuerat ei , ſuper quem viderit Spiritum deſcendentem , & manentem : hic eſt qui baptizat . Dicendum ergo quod baptizatus fuit baptiſmo Chriſto , licet non a Chriſto in propria perſona, ſed ab Apoſtolis ; quia Chriſtus paucos baptizabat . Unde *Joan.*4. Cum ergo cognovit Jeſus , quia audierunt Phariſæi , quod Jeſus, &c. quamquam Jeſus non baptizaret , ſed diſcipuli ejus , &c. Virtus eſt genus ſignorum & prodigiorum : Secundum hoc videtur peccare Apoſtolus in ordine : quia genus natura prius eſt ſuis ſpeciebus ; ipſe autem ultimo ponit . Sol. Et virtutibus : q. d. ſigna prodigia . Contra naturam, ideſt , contra ſolitum curſum naturæ , quo modo contra naturam natura quandoque a morbo liberat . Per impoſitionem , *Marc. ult.* Super ægros manus imponens .

EXPOSITIO CAP. XIII.

Ecce tertio hoc.] Quidam hic incipiunt capitulum: alii inferius , ibi [Ecce venio Tertio, &c.] Nos autem incipiamus hic . Iſtud autem capitulum dividitur in ſex partes . In prima parte commendat ſe a ſincera voluntate viſitandi ipſos ; & promittit ſe non accepturum ab illis , ſed daturum , non ſua tantum , ſed ſeipſum. In ſecunda dicit ſe non eſſe deceptorem , neque ſuos: ſecundum illud 2.*Petr.*1. Non enim indoctas fabulas ſecuti, notam facimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem , ibi [Eſto : Ego vos non gravavi ; ſed cum eſſem aſtutus &c.] In tertia dicit ſe timere ne cogatur lugere , & punire mala eorum , ibi [Timeo ne forte cum venero , non quales volo , &c.] In quarta comminatur peccantibus , ut caſtigent Pſeudo, & fautores eorum , ibi [Ecce venio.] In quinta monet ut majores corrigant ſtultiores , ne cogatur ipſe durius agere , ibi [Voſmetipſos tentate , &c.] ſexta exhortatio eſt de cautela in poſterum, oratio, ibi [De cetero fratres gaudete] Dicit ergo. i Ecce tertio] *infr. eod.* idem habetur . Continua ita : Non gravavi vos, nec gravabo quia. k Tertio.] Primo venit ad eos ; ſecundo promiſit ad eos venire , & paravit ſe ad hoc , ſed non venit ; & modo tertio ſeparat venire , ad eos dicit quod tunc non erit gravis . *ſupr.* 11. In omnibus ſine onere me vobis ſervavi , & ſervabo . l Non enim quæro quæ veſtra ſunt ; ſed vos.] *Act.* 3. Argentum & aurum non eſt mihi , &c. *Matth.* 4. Faciam vos fieri piſcatores hominum : non dicit pecuniarum , vel ranarum . Sed modo rete prædicationis projicitur non ad piſces , ſed ad ranas : quia prædicatio non fit ad hominum ſalutem, ſed ad propriam laudem , quod ſignificatur per ranas loquaces . Et nota quo Prælati fecerunt fœdus cum morte , ideſt, cum diabolo ; & pactum cum inferno tale ſcilicet quod Diabolus habeat animas ; & ipſi pecunias . *Gen.* 14. Da mihi animas , cetera tolle tibi . 2. *Reg.* 21. Non eſt ſuper auro , & argento quæſtio, ſed contra Saul , & domum ejus neque volumus , ut interficiatur homo de Iſrael , ideſt de ſtudentibus , ſed de orantibus : Saul enim petitio interpretatur , & *infr. eod.* Virum qui attrivit nos , & oppreſſit inique , &c. Diabolus enim vult quod inter Iſrael , ideſt , inter ſtudentes non ſit Saul, ideſt , petitio ; cum tamen utrumque ſit neceſſarium, lectio ſcilicet , & oratio ut illuminetur intellectus, & accendatur affectus.

De conſ. cum Apoſtolus.

Eccleſiis : niſi quod ego ipſe non gravavi vos? b Donate mihi hanc injuriam.

CAP. XIII.

i Ecce k tertio hoc paratus ſum venire ad vos; & non ero gravis vobis . l Non enim quæro quæ veſtra ſunt: ſed vos. m Nec enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis

m Nec enim debent filii .] Oſtendit per exemplum ſumptum a naturali conſuetudine , quod non gravabat eos accipiendo ſua. Unde dicit: [Nec enim debent &c.] Succus enim a radice ramis miniſtratur ; non e converſo niſi ingruente hieme tunc enim deſcendit ad radices : Ciconia quoque parentes decrepitos paſcit, ſed parentes prius eam educaverunt . 1. *Par.* 21. Ne timeas , neque paveas : Ecce ego in paupertate mea præparavi impenſas domus Domini, &c. Sed hodie patres iſta tollunt , & etiam domos olim a patribus ædificatas deſtruunt *Iſa.* 49. Venerunt ſtructores tui deſtruentes te , & diſſipantes, &c.

A a Ego

Expoſitio Gloſſ. i Ecce tertio hoc , &c.] Non quærebat Apoſtolus datum, &c. *Phil.*4. Non quæro datum ſed requiro fructum.

Mercator Domini ſui bona vendit ſecundum quod præcepit *Luc.* 19. Negotiamini dum venio . *Proverb.* 11. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis : benedictio autem ſuper caput vendentium . Joſeph non argentum quærebat, *Gen.*47. Contra . *Ibidem* habetur quod totam eorum pecuniam accepit, inde domos , agros, & vineas ad ultimum in ſervitutem domini ſui eos redegit .

Solut. Hoc dicitur, quod ante parum argento vendidit frumenta , ſed poſt, non. Vel poteſt dici , quod licet argentum ab eis acceperit ; ultima tamen ejus intentio, & principalis fuit, ut Ægyptios Domini ſui faceret ſervos : unde poſtea reddidit eis pecuniam & agros, & vineas. Unde dicit: Non quærebat argentum , quia intentioni ejus accidentale erat.

Venditionem , &c. & aliquis emit gratis: talis ſeipſum dat pro gratia , & etiam ſua. Sol. Dicitur gratis etiam emere gratiam a Deo : quia Dominus dat ei pretium etiam emere quo emit: dat enim noſmetipſos nobis , & bona temporalia ex quibus facimus eleemoſynas. Vel gratis, ideſt non pro temporali commercio . Sitientes *Iſaiæ* 55. Nec debent filii ſpirituales divitias congregare : Peccant

A ergo

a Ego autem b libentiſſime impendam & ſuperimpendar Ego ipſe c pro animabus veſtris; d licet plus vos diligens minus diligar. e Sed eſto: Ego vos non gravavi: f ſed cum eſſem g aſtutus, dolo vos cœpi. h Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos, circumveni vos? Rogavi Titum, & miſi cum i illo fratrem; nunquid Titus vos circumvenit? k Nonne eodem ſpiritu ambulavimus? l Nonne eiſdem veſtigiis m olim putatis quod n excuſemus nos apud vos? Coram o Deo in Chriſto loquimur omnia enim chariſſimi propter ædificationem p veſtram. Timeo enim ne forte cum venero non quales volo, inveniam vos; & ego q inveniar a vobis, r qualem non vultis, ſ ne forte contentiones, t æmulationes, u animoſitates, x diſſentiones, y detractiones, z ſuſurrationes, a inflationes. b ſeditiones ſint inter vos. Ne iterum cum c venero, humiliet me Deus apud vos; d & lugeam multos ex his

a a Ego autem libentiſſime. Commendat ſe in hoc, quod paratus erat mori pro ipſis: q.d. Non ſpoliabo vos: ſed mea, & meipſum ponam in expenſis veſtris: quod notatur in hoc, quod dicit: b Impendam, & ſuperimpendar.] *Phil.* 2. Sed ſi æmulor ſuper ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ: gaudeo. c Pro animabus.] Pater ſpiritualis diligit ſpiritum, carnalis carnem; pecunialis pecuniam. d Licet plus, &c.] *Joan.* 15. Majorem charitatem nemo habet, &c. e Sed eſto, &c.] in propria perſona nihil accepi a vobis, ſed forte benedicitis, & objicitis, quod per miniſteria mea multa a vobis accepi, ſicut faciunt multi Prælati & hoc eſt. f Sed cum eſſem aſtutus] *Baſilius.* Aſtutia eſt omnium operum artiumque peritia: qui ergo omnium operum peritiam recipit, aſtutus eſt. Operum autem quædam ſunt bona, quædam mala, & ideo & in bono & in malo accipitur aſtutus. *Prov.* 13. aſtutus omnia agit cum conſilio. *Eccl.* 8. Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam.

g Dolo vos cepi:] Hoc dicitis, ſed non eſt ita, 1. *Theſ.* 2. Exhortatio enim noſtra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo, ſed ſicut probati ſumus a Deo.

h Nunquid, q.d. non *ſupr.* 7. Capite nos: Neminem læſimus, neminem corrupimus, &c.

i Fratrem] Lucam vel Barnabam.

k Nonne eodem ſpiritu ambulavimus?] q.d. Sicut ego ſincere ambulo, ſic & familia mea. Commendat ſe a familia ſua: quia ſicut ipſe non accipiebat munera, ita nec familia ejus. l Nonne ejuſdem veſtigiis?] Uniformitas ſignum eſt veritatis, error enim in multas vias ſcinditur. *Deut.* 28. Per unam viam venient contra te: & per ſeptem fugient a facie tua, ideſt, o Eccleſia ſcilicet hæretici primo concordes, poſtea diſſociantur, quia non ſunt oves ſed feræ rapaces, *Job* 23. Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus: viam ejus cuſtodivi, non declinavi ex eo.

m Olim] quando me commendabam.

n Quod excuſemus nos,] ne mala ſuſpicio habeatur de me quaſi de reo, cum non ſim. Sed o Loquimur coram Deo in Chriſto.] *ſupr.* 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei: ſed ex ſinceritate ſicut ex Deo in Chriſto loquimur. p Ad ædificationem] *Rom.* 14. Quæ ædificationis ſunt invicem cuſtodiamus. 1. *Cor.* 14. Omnia ad ædificationem fiant. *Joan.* 12. Non propter me hæc vox venit ſed propter vos.

q Inveniar a vobis] Nota quod Apoſtolus terribilis erat reprobis, & blandus juſtis, *Ezech.* 41. Duas facies habebat Cherub, faciem hominis juxta palmam ex una parte, & faciem Leonis juxta palmam ex alia parte. *Matt.* 28. Erat autem aſpectus ejus ſicut fulgur; veſtimenta ejus ſicut nix. r Qualem] ſcilicet aſperum in corripiendo.

ſ Ne forte,] &c. & hoc timeo propter octo partes ſuperbiæ, quæ hic ponuntur. Prima eſt contentio. *Pſal.* 106. Effuſa eſt contentio ſuper Principes. *Jacob* 3. Ubi zelus & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus pravum. Unde hic de zelo ſequitur: t Et æmulationes] ideſt, invidiæ, hæ ſunt ortæ in primo Apoſtata, primo contra Deum de paritate voluit contendere: ſecundo autem homini invidit de felicitate: caput enim invidia Diaboli, &c. u Animoſitates.] Sunt multi temerarii in periculis, & naufragiis ſpiritualibus. *Eccl.* 9. Temerarius in verbo ſuo odioſus erit. *Eccl.* 5. Nec temere quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Temerarium eſt non cavere ubi multa ſunt pericula, multa autem ſunt pericula in lingua. *Eccl.* 28. Attende ne forte labaris in lingua, &c.

x Diſſenſiones,] ſicut in diſputationibus, quando contradicunt, ut objiciant *Rom.* 16. Obſervetis eos, qui diſſenſiones, & pericula & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt. y Detractores.] *Rom.* 1. Detractores Deo odibiles.

z Suſurrationes;] latenter, & quaſi ſub metaphoris loquentes mordent ut pulices, non ut lupi *Eccl.* 28. Suſurro, & bilinguis maledictus.

a Inflationes.] Quidam concipiunt ventum elationis, & ideo patiunt fœtorem malæ locutionis; & detractionis; *Seneca*, Non refert utrum ſuperius vel inferius intonent: paſtus ventoſus generat ventoſitatem. *Oſee* 12. Ephraim paſcit ventum, ideſt, paſcitur vento, ideſt, cibis ventoſis, ſcilicet laudibus humanis. 1. *Cor.* 4. Tanquam non venturus ſim ad vos; ſic inflati ſunt quidam.

b Seditiones] ideſt, ſchiſmata, *Prov.* 17. Semper jurgia quærit malus. *Prov.* 1. Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt. 11. q. 3. cap. anteceſſores in fin. Gal. 5.

c Humiliet,] permittat me anguſtiari. De humilitate pœna dicit: Argumentum, quod peccata ſubditorum humiliare debent Prælatum. *Eccleſ.* 30. Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera ejus. Item *Eccleſ.* 22. Confuſio patris de filio indiſciplinato. *Prov.* 23. Exultat gaudio pater juſti: qui ſapientem genuit, lætabitur in illo.

d Et lugeam.] *Prov.* 19. Dolor patris filius ſtultus. 1. *Reg.* 15. Samuel lugebat Saul, & ſimiliter David lugebat eumdem Saul. 2. *Reg.* 1. ſimiliter lugebat Abſalon 2. *Reg.* 18 *Bern.* Samuel lugebat qui eum quærebat interficere, & ad ignem charitatis intus caleſcente pectore, pietatis adeps foras emanabat per oculos. Item *Bern.* Quid David manſuetius, qui illius mortem lugebat, qui ſuam ſitiebat? quid benignius

A ergo divites Religioſis legantes theſauros ſuos. Solut. Non debent dare eis ad theſaurum, ſed ut emant reditus, ut ſic accreſcat numerus perſonarum Deo ſervienſium. Vel non debent, ideſt, non tenentur dare ex debito theſaurum, poſſunt tamen ſine peccato. Perfecta charitas, &c. Ex hoc videtur, quod nullus debeat ſe morti exponere niſi perfectus. Sed contra. Super illud *Epheſ.* 5. Viri diligite uxores veſtras ſicut & Chriſtus Eccleſiam dicit *Gloſſ.* Viri ſi opus fuerit, debent mori pro mulieribus ſuis: & conſtat quod conjugati in hujuſmodi ſunt imperfecti. Item. *Auguſt.* Plus tenetur quilibet diligere animam proximi ſui, quam corpus proprium. Expoſitio Gloſſ.

Solut. Quilibet tenetur corpus ſuum exponere pro proximo, imo hoc eſt tantum perfectorum, A fructibus eorum cognoſcetis eos. *Matth. ſeptimo.* Ad idem *Joann. vigeſimoprimo.* Simon diligis me? *Gregor.* Exhibitio operis probatio eſt dilectionis: *Geneſ. vigeſimoſecundo.* Cognovi quod timeas Deum. Per bona opera cognoſcimus de homine quam bonus ſit. Sed contra. *Eccl.* 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat; interiora autem ejus plena ſunt dolo. Jo. 4.

Solutio. Per bona opera noſcitur bonitas hominis, & probatur quaſi per conjecturas, unde a fructibus eorum cognoſcetis eos, conjecturando.

Et ſi objiciat. Non poteſt mala arbor, &c. ergo ſi fructus boni, arbor bona: dicendum quod quando bona opera mali faciunt, ea non ſunt fructus eorum, quia fiebant tracti verecundia vel hujuſmodi: ſimiliter & de bonis: ſed ſpinæ, ideſt, peccata ſunt proprii fructus malorum: ſicut quando vitis exuperat uvas ſuas ſuper ſpinas, uvæ proprii fructus ſunt vitis, non ſpinarum. Quod autem dicit *Dominus*, A fructibus, &c. per hoc non dedit nobis bonitatis hominis certam notitiam; nobis autem dedit conjecturam. De papiſtis. 1. *Cor.* 1. Invidiæ. *Job* 5. Parvulum occidit invidia.

Semina diſcordias. *Prov.* 6. Sex ſunt quæ odit Dominus, &c. Ad pœnitentiam agendam non ſufficit mores in melius commutare. Contra. Satisfactio eſt cauſas peccatorum excidere, & eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere: non oportet ergo aliud quam abſtinere a peccato, & mores mutare in melius.

Solutio: Duo exiguntur ad ſatisfactionem, nempe fundamentum, ideſt abſtinere a peccato; & modus ſatisfactionis, ideſt, cauſas peccatorum excidere, quod fit per operum ſatisfactionem; ſicut cauſa avaritiæ abſcinditur per eleemoſynas, cauſas luxuriæ per jejunia, vigilias, & labores. Quod autem hic dicitur: Mores in melius commutare, intellige fieri quando abſtinet a

A peccatis

benignius? ut illius moleſte ferret deceſſum, cui & ſuccedebat in regnum. Sed & de morte parricidæ filii quam difficile conſolationem admiſit?

a Qui ante] Baptiſmum peccaverunt, & redierunt ad eadem peccata: vel ante adventum meum ad eos.

a qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper *b* immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam geſſerunt. *c* Ecce tertio hoc, *d* Venio ad vos: *e* ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum. *f* Prædixi enim & *g* prædico ut præſens vobis; *h* & nunc abſens, his qui ante peccaverunt, *i* & cæteris *k* omnibus, quoniam ſi venero iterum, *l* non parcam. *m* An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Chriſtus? Qui in vobis

b Immunditia, &c.] *Gal.* 5. Manifeſta ſunt opera carnis: quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. Ibi *Gloſ.* aliter exponit quam hic. *c* Ecce tertio.] Hic commendat ſe Apoſtolus a viſitatione. *d* Ecce venio.] Item habetur *ſap.* 1. 4. q. d. Si venero, & hoc dicit, ut timeant adventum ejus, ſicut dicit Magiſter pueris.

e Ut in ore duorum.] *Deut.* 19. & 17. Sed ad quid quærebat Apoſtolus teſtes? Nonne ſciebat per ſpiritum facta eorum? Sol. Licet ſciret, nolebat eos punire niſi legaliter convictos, *Deut.* 17. Nemo occidetur uno contra ſe dicente teſtimonium.

Item *Deut.* 19. Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quicquid illud peccati ac facinoris fuerit: ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum. Item 1. *Tim.* 5. Sed adverſus presbyterum, &c. & in *eod.* Sine præjudicio nihil facias in alteram partem declinando. Et nota quod teſtimonium non eſt niſi de viſu, & auditu: Ex hoc patet quod peccant aliorum conſcientias judicantes, quæ ſoli Deo notæ ſunt, ut dicitur 1. *Reg.* 16. & *Prov.* 16. Talibus, quia a ſimili teſtes ſunt, non eſt credendum. *Job* 18. Numquid faciem ejus accipitis, & pro Deo judicare nitimini? Et nota quod in Lege habes, quod pro criminibus morte plectebantur, in Evangelio excommunicantur. Et ex hoc loco ubi dicitur [Ecce tertio venio, &c.] trahitur, quod trina admonitio fiat ante excommunicationem. *f* Prædixi enim] quaſi, quando per teſtes convicti ſunt delinquentes, vindicabo. [Prædixi enim] quia prædixi præſens bis, & ut prædixi vobis. *g* Prædico] etiam nunc. *h* Abſens,] quoniam ſi venero iterum, non parcam ſupple (eis) vel (his) alia littera, & tunc nihil eſt ſupplendum. *i* Et ceteris omnibus] qui poſſunt: nec pœnituerunt. *Job* 24. Dedit ei locum pœnitentiæ. *k* Omnibus] ſine perſonarum acceptione, *Deut.* 1. *Gal.* 2. De perſonarum acceptione habetur, *Sap.* 6. *Eccl.* 20. & 35. *Iſa.* 42. *Matt.* 22. *Luc.* 20. 2. *Cor.* 1. *Eph.* 6. *Col.* 3. *Act.* 10. *Jac* 2. 1. *Petr.* 1. *Job* 32. *Deuter.* 16 *Levit.* 19. & *Prov.* 19. & 24. Non per eam convictos puniam, *Prov.* 13. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum, &c. *Eccl.* 30. Qui diligit filium, aſſiduat ei flagella; & *Prov* 23. Si percuſſeris eum virga, &c. Vel *l* Non parcam] ipſos tolerando, ſed quaſi incorrigibiles judicabo, ad *Tit.* 3. Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundam correctionem devita, &c.

m An experimentum, &c.] Hic commendat ſe a poteſtate, & dicit: [An experimentum, &c.] q. d. Vultis experiri meam voluntatem, poteſtatem, & meam ſapientiam, Chriſtus enim virtus Dei operatur per me, Chriſtus ſapientia Dei loquitur in me, 1. *Corinth.* 1. Judæi ſigna quærunt, & Græci ſapientiam, & ad hæc duo reſpondent duo quæ dicit [Qui in me loquitur in prædicatione;] Sed poteus quantum ad operationem ſignorum.

Moraliter. Moraliter. *m* An experimentum, &c.] q. d. Vultis habere experimentum per quod ſit credendum, quod Chriſtus loquitur in me? Experimentum autem quod Chriſtus loquatur in aliquo ea multis poteſt colligi. Si nihil ſit ſubtilitatis in verbis ejus, *Joan.* 17. Sermo tuus veritas eſt, *Jer.* 23. Qui habet ſermonem meum, loquatur vere. Item ſi ſermo ſit ſine fabulis, *Jer.* 23. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Vere paleæ ſunt hujuſmodi: quia non paſcunt, ſed inflant, & qui talia libenter dicunt, vel audiunt deteriores in hoc fiunt jumentis quæ grana neglectis paleis ſeligunt. Item ſi ſaluti expedit, *Iſa.* 55. Verbum quod egreditur de ore meo, non revertetur vacuum ad me: ſed, &c. Item quando loquitur talia, quibus non eſt addendum, vel diminuendum, *Eccl.* 18. Non eſt diminuere nec addere, neque invenire magnalia Dei, & 28. Verbis tuis facito ſtateram. Item ſi verba ſunt ſpiritualia, & moventia, *Jo* 6. Verba quæ locutus ſum, ſpiritus & vita ſunt, ideſt, ſpiritualia & moventia. Item ſi in ſe dulcia, & corda hominum dulcedine aſpergentia, *Eccl.* 6. Verbum dulce multiplicat amicos, *Joan.* 7. Numquam ſic locutus eſt homo.

Unde *Luc.* 11. Extollens vocem quædam mulier, &c. Hæc ſuit B. Marcella quæ præ dulcedine verborum ejus tacere non potuit, ſimiliter nec Maria propter eorum dulcedinem miniſtrare potuit.

Unde *Luc.* 10. Sedens ſecus pedes Domini audiebat, &c. Item quando opera concordant verbis, & quando præcedunt, & excedunt, *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere. Item opera ejus præceſſerunt, & exceſſerunt verba ſua; quia per triginta annos ante prædicationes bene operatus eſt, per duos annos tantum, & dimidium, vel per tres prædicavit, in quibus etiam bene operatus eſt. Item quando verba ſunt poteſtativa, *Luc. ult.* Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, &c. In *eod.* De Jeſu Nazareno qui ſuit vir potens opere, & ſermone. Item ſi nulli parcit, *Joan.* 8. Vos ex patre Diabolo eſtis, *Sap.* 6. Non ſubtrahit perſonam cujuſquam Dominus, &c. Ex his omnibus poteſt colligi unum bonum experimentum, quod in tali loquitur Chriſtus, *Matth.* 10. Non enim vos eſtis qui loquimini, &c. *Exod.* 4. Perge ergo, & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris, *Luc.* 22. Dabo vobis os, & ſapientiam.

Expoſitio Gloſ. *h a* Non

A peccatis, & facit aliqua bona opera, non tamen facit adhuc opera pœnitentiæ. Exiguntur enim digni fructus pœnitentiæ, & hoc eſt quod additur hic in *Gloſ.* Niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfaciat Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis ſacrificia cooperantibus eleemoſynis.

Pœnitentiam ante baptiſmum: Sed nonne ſufficit baptiſmus ad dimittenda peccata quoad culpam, & quoad pœnam? ergo non exigitur pœnitentia.

Sol. Neſcitur utrum ficte, vel non ficte, accedat ad baptiſmum, & ideo debet pœnitere ante, quia tunc certum eſt, quod non ficte accedit; & ita dimittitur. Petrus, *Act.* 2. Agant etiam homines pœnitentiam ſi poſt baptiſmum, ita peccatum, &c.

Solutus eſt ante de fornicatione, detractione, & hujuſmodi.

Et quod hic dicitur intelligitur de ſolemni pœnitentia, & ita videtur, quod pro hujuſmodi injungenda ſit pœnitentia ſolemnis.

Solut. Quod hic dicitur de ſolemni pœnitentia, eſt quaſi quædam evagatio, & non continuatur ad illud: Proprie pœnitentes appellantur, ſcilicet ſolemniter pœnitentes. Quæ dimiſſa nos non dubitamus in baptiſmo. Ex hoc videtur quod qui ſine conſcientia peccati accedit ad baptiſmum, ſciat ſibi dimiſſa eſſe peccata, & ita habere charitatem.

Sol. Dicit [Nos] communiter in perſona Eccleſiæ, quæ bene ſcit, quod aliqui in baptiſmo dimittuntur, & quod habet charitatem, licet dubitet de illo: Quæ ſi collecta, &c. *Aug.* Minutatim ponit, ſed cumulum invenies; ex multis guttis flumina replentur, hoc intelligitur de venialibus, ad idem facit illud, Vitalli grandia, cave ne obruaris arena: Ergo ſolum venialibus poteſt homo damnari. Contra: Quantacunque ſiat, & qualiacumque, non expellunt charitatem.

Sol. Hoc dicitur quia frequentia venialium cito trahit ad aliquod mortale; non quia per venialia ſola poſſit quis damnari. Mos divinæ ſcripturæ eſt perſonæ Dei tribuere, *Rom.* 8. Spiritus poſtulat pro nobis, &c.

Et eſt quæſtio quantum debet tropus extendi. Et dicunt quidam quod tantum ad illa verba quæ ſignificant rationabiles actus, quorum exercitium dicitur ſpirituale donum, unde non loquitur in quolibet homine loquente, nec gemit in gemente, nec dicitur Dominus comedere in comedente. Dæmones fugans, *Matt.* 11. Euntes renunciate Joanni, quæ audiſtis, &c.

Quæ Deum faceret hominem, & hominem Deum: Ergo filius Dei ſuſcepit hominem. Sed dicendum quod intelligitur conjunctim ſic.

Talis fuit illa ſuſceptio, quod fecit hæc duo ſimul eſſe vera, Deus eſt homo, homo eſt Deus. Hinc potentes fiunt fideles, *ſup.* 12. Cum infirmor tunc potens ſum. Reſurgent *Iſa.* 26. Vivent mortui tui: interfectique mei reſurgent. Si eſtis in fide: Sed aut loquitur de informi, aut de formata. Si de informi, de hac poteſt quilibet ſcire: utrum ea habeat aut non, ſine omni probatione.

Si de fide formata: de hac nullus poteſt ſcire per aliquam probationem, *Eccleſ.* 9. Nemo, ſcit, &c. *Job* 9.

Digitized by Google

a *a* Non infirmatur.] In quibuſdam dormit per teporem, & negligentiam, *Pſal.* 77. Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, & tanquam potens crapulatus a vino. Et tangit duo, quæ faciunt dominum dormire in hoc: quia non timet eum, & hoc eſt (potens,) & quia deditus eſt deliciis carnis, & mundi, & hoc eſt (crapulatus a vino.) in quibuſdam languet per accidiam, *Eccl.* 10. Languor prolixior gravat Medicum. In aliis occiditur qui ſcienter mortaliter peccant, *Hebr.* 6. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei.

a non infirmatur, ſed potens eſt in vobis: *b* nam etſi crucifixus eſt *c* ex infirmitate: *d* ſed *e* vivit ex virtute Dei, *f* Nam & nos infirmi ſumus *g* in illo: *h* ſed *i* vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis. *k* Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi vos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos, quia Chriſtus *l* Jeſus in vobis eſt? *m* niſi forte reprobi eſtis. *n* Spero autem quod cognoſcitis, *o* quia nos non ſumus reprobi. *p* Oramus autem Deum, ut nihil mali faciatis: *q* non ut nos probati *r* parcamus, *ſ* ſed ut vos quod bonum eſt faciatis: *t* nos autem ut reprobi ſimus. *u* Non enim poſſumus aliquid adverſus veritatem, ſed pro veritate. Gaudemus enim

b Nam etſi crucifixus, &c.] ideſt, ſecundum naturam noſtram, ſecundum quam fuit infirmus. *Matth.* 26. Spiritus quidem promptus eſt, &c.

d Sed] ideſt, tamen.

e Vivit ex virtute Dei,] ideſt, ex natura divinitatis: quæ unita infirmitati non permiſit eum teneri in morte, *Pſal.* 51. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem, *Act.* 2. Non potuit detineri vinculis mortis.

c Ex infirmitate.] Hoc eſt quod legitur, *Gen.* 32. quod aries immolatur, & filius, ideſt, Iſaac ſalvatus, quia divinitas illæſa remanſit. De infirmitate naturæ ejus habetur, 1. *Cor.* 1. Quod infirmum eſt Dei fortius eſt omnibus hominibus. De infirmitate miſeriæ habetur, *Iſa.* 53. Deſideravimus eum deſpectum, & noviſſimum virorum, &c. Has infirmitates aſſumpſit, ut nos ab eis curaret: ſicut Medicus compatiens infirmis fit tanquam infirmus, *Hebr.* 2. Debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret: per omnia dicit, quia fuit frater naturæ gratia miſeriæ. Item *Hebr.* 4. Non habemus Pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentatum autem per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.

f Nam & nos infirmi ſumus,] ideſt, multa patimur in parte infirma, ideſt, corpore.

g In illo] ideſt, pro illo, vel ad imitationem ejus.

h Sed vivemus,] ſi carne infirmi fuerimus. Infirmitas enim gravis ſobriam reddit animam, *Eccl.* 31. & ita ſanitatem facit in anima: Et hoc eſt, quod in oblatione pro mundatione leproſi offerebatur unus paſſer, qui immolabatur; alius autem vivus dimittebatur, *Levit.* 14. Unus paſſer eſt corpus, alius eſt ſpiritus: Hoc eſt quod dicitur, 1. *Petr.* 3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, juſtus pro injuſtis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, vivificatos autem ſpiritu. Vel [Si infirmi ſumus in illo] ideſt, pro Chriſto in præſenti miſeria. *i* Vivemus cum eo] in gloria, *Sap.* 3. Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt ſpes illorum immortalitate plena eſt, *Col.* 3. Mortui eſtis mundo, ſc. & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, 2. *Tim.* 2. Fidelis ſermo: nam ſi commortui fuerimus, &c. *Rom.* 6. Si complantati, &c.

k Voſmetipſos,] 1. *Joan.* 3. Probate ſpiritus, &c.

Moraliter. Moraliter. Hoc valet ad repreſſionem ſuperbiæ, 1. *Cor.* 11. Probet autem ſeipſum homo, &c. *Eccl.* 34. Qui non eſt expertus, pauca cognoſcit. Qui non eſt tentatus, qualia ſcit? Multipliciter autem poteſt ſe tentare homo, & probare utrum habeat veram fidem, & charitatem; nempe ſi gaudet de bono alterius: ſi dolet de malo alieno, & præcipue de peccato; ſi ſervitium Dei non eſt ei oneroſum; ſi de proprio damno parum curat; ſi omne malum eſt ei abominabile, ut poſſit dicere cum *Pſal.* 118. Iniquitatem odio habui, &c. Quantum habet de his, tantum habet de charitate; ſi parum, parum; ſi nihil, nihil.

l Chriſtus Jeſus in vobis.] *Eph.* 3. Chriſtum habitare in cordibus veſtris. *m* Niſi forte reprobi eſtis:] quia non fuit defectus ex parte doctrinæ, vos enim inſtruxi vel reprobus eſt qui ea, quæ retro ſunt, probat; qui revertitur ad vomitum ut dicitur 1. *Petr.* 2. *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, &c. *Jer.* 15. Tu reliquiſti me, &c. *Jer.* 7. Facti ſunt retrorſum, &c.

n Spero quod cognoſcitis] ex converſatione, *Eccl.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus. *o* Quia nos non ſumus reprobi:] Vobis enim cibum in tempore miniſtramus, non ſpinas, & tribulos: terra autem proferens ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & maledictio proxima.

p Oramus autem;] Hic orat ut nihil puniendum inveniat in eis. Unde dicit, Oramus, &c. Et hoc eſt contra quoſdam gaudentes de peccatis ſubditorum, ut eos poſſint opprimere ad modum Præpoſitorum, *Rom.* 13. Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bene fac. Non oramus.

q Ut nos probati] ideſt, potentes ſicut probatus in multis arduis dicitur potens. *r* Parcamus] poteſtatem ipſam exercendo in vobis.

ſ Sed] oramus [ut vos, &c.] Prælatus non apparet probatus, niſi quando delinquit ſubditus, *Greg.* Ubi non delinquimus, pares ſumus. Fatuus eſt, qui vult probare vires ſuas contra feſtucam, & qui extrahit gladium contra muſcam. Unde conqueritur, *Job* 13. Contra folium quod vento rapitur, &c. *t* Nos autem ut reprobi ſimus] ideſt, non habentes poteſtatem, vel, ideſt, injurias remittamus. *Eph.* 6. Remittentes injurias, ſcientes quia & illorum, & veſter Dominus eſt in cælo. *u* Non enim poſſumus, &c.] ideſt, non poſſumus, punire illos contra veritatem; quod effectus indicat, *Rom.* 13. Vis non timere, &c. Et eſt hic argumentum quod non debet ſubditus obedire Poteſtati præcipienti contra veritatem. Sed quid ſi jubeat tacere veritatem, vel non prædicare?

Sol. habetur *Act.* 5. Obedire Deo oportet magis quam hominibus. Et tamen pro cauſa poteſt prohiberi aliquis ne prædicet, *Dan.* 3. Viri iſti contempſerunt Rex decretum tuum.

Expoſitio Gloſ. a Si venerit, &c. Item *Joan.* 3. Spiritus ubi vult, ſpirat, &c. & neſcit, unde veniat aut quo vadat. Et *Greg.* dicit, Similiter nec quando veniat. Contra: *Greg.* Exhibitio operis, &c. *Matt.* 12. Siquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Sol. Eſt cognitio certitudinis; hac nemo cognoſcit ſe habere fidem formatam, ſive charitatem: Et nota quod hic loquitur de fide formata.

Et eſt cognitio opinionis, & eſt cognitio experientiæ, quæ eſt per conjecturas: De iſta cognitione loquitur hic dum dicit [probate] nec dicit cognoſcite; nemo enim cognoſcit, ſed conjecturas poteſt habere.

Et nota quod dicit Philoſophus, quod vita in animali probatur per ſenſum motum, & per ſenſum venitur in motum: Similiter vita ſpiritualis probatur in homine per ſenſum fidei, & per motum bonæ operationis, & arbor cognoſcitur eſſe viridis per virorem, & fructum: viror eſt fides, fructus opus, *Matt.* 7. A fructibus eorum, &c. *Iſa.* 35. In cubilibus, in quibus prius habitabant dracones, viror calami, & junci oritur. Sine quo nihil boni habetur, *Joan.* 15. Sine me nihil poteſtis facere, 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti, &c. Ideo dicit Apoſtolus, Oramus autem Deum, ut vivatis per gratiam, quia non ſufficit liberum arbitrium ad bonum perficiendum, ſicut ad malum, *Deut.* 11. Terra ad quam ingredieris, non eſt ſicut terra Ægypti, de qua exiſti, ubi jacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: ſed montuoſa eſt, & campeſtris, de cœlo expectans pluviam quam Dominus Deus tuus ſemper inviſit, & oculi illius in ea ſunt a principio anni uſque ad finem ejus. Terra Ægypti eſt libertas ſive facultas peccandi; hæc ſufficit ad malum perpetrandum. Terra Iſrael, facultas bene agendi, quæ de cœlo expectat pluviam, ideſt, a Deo gratiam: Et hoc contra Pelagium, contra quem opponit hic *Aug.* Intelligenda eſt enim cum diſcretione, 1. *Cor.* 3. Quidam vero dicunt hæretici, ſcilicet Pelagiani. Benedictionea noſtras, *Num.* 6. Sic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis, Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, &c. Quæ eſt Amen: Iſtud ſumitur de 1. *Cor.* 14. Quomodo dicet amen ſuper tuam benedictionem? Conſenſio noſtra, & ſtipulatio, *Jer.* 32. habetur de ſtipulatione facta in emptione.

Plane inquit liberum arbitrium ad hoc nobis ſufficit: Sed nonne ſic eſt quod peccatum adeo eſt voluntarium, quod ſi non eſt voluntarium, non eſt peccatum? Ergo liberum arbitrium noſtrum ſufficit ad peccare, & ad non peccare: ergo ex ſolo liberio arbitrio non poſſumus non peccare. Sol. Non peccare dupliciter eſt. Uno modo ſonat in ceſſationem ab actu; ſic poteſt fieri ex ſolo libero arbitrio. Alio modo idem eſt quod cum pugna declinare a malo; hoc non poteſt fieri ſine gratia, & ſi fiat, non eſt meritorium, nec diu poteſt homo in hoc ſtare. Uti illa poteſtate, *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt, &c. 1. *Petr.* 5. Non quaſi dominantes in

a Clero

torum. Et nota quod eſt veritas triplex, ſcilicet doctrinæ, vitæ, Juſtitiæ. Item Chriſtus, eſt veritas, *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita, *ſup.* 11. Eſt veritas Chriſti in me. Iſtæ veritates corruerunt. *Pſal.* 11. Diminutæ ſunt veritates a filiis hominum, *Iſa.* 59. Corruit in platea veritas, &c.

D *a* quoniam nos infirmi ſumus; vos autem potentes eſtis. Hoc & oramus veſtram conſummationem. *b* Ideo enim hæc abſens ſcribo *c* ut non præſens *d* durius agam ſecundum poteſtatem, quam Dominus dedit mihi *e* in ædificationem, *f* & non in deſtructionem. *g* De cetero, fratres, gaudete; *h* perfecti eſtote, *i* exhortamini, *k* idipſum ſapite; *l* pacem habete, *m* & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. *n* Salutate invicem in oſculo ſancto. *o* Salutant vos *p* omnes Sancti. *q* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, *r* & charitas Dei, *ſ* & communicatio *t* ſancti Spiritus ſit cum omnibus vobis, Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Corinthios ſecunda.

a Quoniam nos infirmi ſumus,] 1. *Cor.* 4. Vos autem fortes, *Rom.* 13. Vis non timere? Bene fac & habebis laudem ex illa: Dei enim miniſter eſt.

b Ideo enim hæc abſens, &c.] Simile *ſup.* 11. Abſens confido in vobis; rogo autem, &c.

c Ut non præſens, &c.] q. d. Ideo comminor, ut non feriam, ſed ut corrigatis mores, *Jerem.* 18. Si pœnitentiam egerit a malo ſuo. *d* Durius agam,] *ſup. eod.* Si venero non parcam.

e In ædificationem,] *ſup.* 10. habetur idem. Sicut ſecuris datur artifici ad ædificandum, non ad deſtruendum, licet quandoque ex illa deſtruat; ſic Sion debet ædificari, & Babylon deſtrui, *Iſa.* 14. Perdam Babylonis nomen, reliquias, progeniem & germen. Ad hæc quatuor reſpondent illa quatuor, quæ ſunt in *Jer.* 1. Ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes. Et poſt ſubdit: Et ædifices, & plantes, *Prov.* 14 Sapiens mulier ædificat domum ſuam; inſipiens quoque extructam manibus ſuis deſtruet, *Jer.* 29. Ædificate domos, &c. *Agg.* 1. Aſcendite in montem prælationis, & vitæ, & ædificate domos ſpirituales, 4. *Reg.* 6. Filii Prophetarum dixerunt: Anguſtus eſt nobis locus, &c. Propter hoc dedit Dominus ſapientiam Beſeleel, *Exod.* 31. ut ſciret ædificare tabernaculum; & 3. *Reg.* 5. Salomoni, ut ædificaret domum Domino.

f Et non in deſtructionem,] quod multi faciunt, *Iſai.* 49. Venerunt deſtructores tui, &c.

g De cetero.] Ultima pars Epiſtolæ, & capituli, in qua eos invitat ad quatuor. Primo ut gaudeant ſpiritualiter, quod multum valet ad reprimendum tentationes, ibi: Gaudete] q. d. Poſt triſtitiam de peccatis gaudendum eſt vobis, *ſup.* 7. Gaudete non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam, &c. *Phil.* 4. Gaudete in Domino ſemper, &c. *Iſa.* 30. In tympanis, & citharis, &c. expugnabis eos, *Nehem.* 8. Gaudium Domini fortitudo veſtra. Secundo invitat eos ad perfectionem ſufficientiæ, ibi.

h Perfecti,] *Matth.* 5. Eſtote perfecti ſicut, & pater veſter, &c. *Deut.* 18. Perfectus eris, & abſque macula coram Deo tuo, *Gen.* 17. Ambula coram me, & eſto perfectus. Tertio invitat eos ad exhortationem ad bonum, ibi:

i Exhortamini,] 1. *Cor.* 14. Omnes diſcant, & omnes exhortentur. Quarto invitat eos ad concordiam, quæ debet eſſe in fide, ibi:

k Idipſum ſapite,] 1. *Cor.* 1. Sitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia, &c. *Philip.* 3. Idem ſapiatis, *Rom.* 15. Unanimes uno ore honorificetis Deum, Eſt & concordia in exterioribus quod notatur, ibi:

l Pacem habere,] *Hebr.* 12. Pacem ſequimini cum omnibus, *Cor.* 2. Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, &c.

m Deus pacis.] Hoc eſt præmium præcedentium, & eſt quintum, 2. *Theſ.* 3. Ipſe autem Deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco.

n Salutate invicem in oſculo,] ideſt, cum oſculo. Conſuetudo erat, quod quando recipiebant Epiſtolam Pauli, quod ſe invicem oſculabantur in ſignum quod concorditer, & pacifice facerent, quæ ibi ſcripta erant: Sed quæſtio eſt quare non obſervat Eccleſia illum modum ſalutandi in oſculo ſicut olim? Solutio. Mente ſalutamus, ideſt, ſalutem optamus, non ore, ne ſtrepitus fiat in Eccleſia, *Eccl.* 41. A ſalutantibus de ſilentio erubeſces, *Eccl.* 32. Amicum ſalutare non confundaris.

o Salutant,] ideſt, ſalutem optant.

p Omnes ſancti:] ergo & illi qui jam ſunt.

q Gratia Domini noſtri.] Hic præponit filium patri, ne videatur amor minor: gratia active, ideſt, gratiarum actio. *Coloſſ.* 3. Grati eſtote Redemptori qui paſſus eſt pro nobis, *Eccl.* 29. Gratiæ fidejuſſoris ne obliviſcaris. *r* Charitas Dei] Patris active ſimiliter, ideſt: Diligite Deum creatorem, *Malach.* 1. Si ego pater, ubi eſt amor meus?

ſ Et communicatio,] ideſt, imitamini chariſmatum donatorem. Vel aliter, [Gratia] cognitionis, quæ eſt ſapientia, & hæc perficit rationabilem, *Jo.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te. [Charitas] dilectionis benefactoris, & auctoris eſt, & perficit concupiſcentiam, 1. *Joan.* 4. In hoc apparuit, &c.

t Communicatio,] bonorum benignitatis eſt, & perficit iraſcibilem: largitas enim ſpectat ad animoſitatem, & hæc eſt iraſcibilis.

a Clero, &c. Vindictam, ideſt, cauſam vindictæ, ideſt peccatum: Vel a vobis repellitis vindictam, ideſt, poteſtatem vindicandi. Quam dedit mihi: quando fuit hoc? Forte quando proſtratus fuit, *Act.* 9. Vel quando dedit aliis Apoſtolis, *Matt.* 16. & *Joan. ult.* omnibus dedit in Petro diſcordia, de qua habetur 1. *Cor.* 3. Cum ſint inter vos zelus, & contentio, &c. Pacem meam, *Joan.* 14. Mandatum, *Joan.* 13. Et ſic debetis facere. Sed contra *Luc.* 10. Neminem per viam ſalutaveritis. Item 4. *Reg.* 4. Si occurrerit tibi homo non ſalutes eum, &c. Sol. Illud intelligitur ad litteram: quia homo propter ſalutationes, & confabulationes occurrentium retrahitur ab officio ſpirituali ſibi injuncto. Moraliter etiam intelligitur ſic, Neminem ſalutetis in via; quia certa ſalus non eſt niſi in patria. Trinitatis completio, annunciatio Trinitatis. Trium perfectio, ideſt, quæ operatur a tribus. *Expoſitio Gloſ.*

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Pauli ad Corinthios ſecundam.

Digitized by Google

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Galatas incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus Apoſtolus, &c.] Hæc Epiſtola dividitur in duas partes principales. In prima parte nititur oſtendere, quod fides Evangelica ſufficit ad ſalutem ſine legalibus. In ſecunda parte inſtruit eos quantum ad mores. Prima ergo pars pertinet ad fidem, & extenditur uſque poſt quintum capitulum, ubi [Vos autem in libertatem vocati eſtis, &c.] Secunda pars ad mores pertinet; durat ab illo loco uſque in finem Epiſtolæ. Prima autem pars Epiſtolæ dividitur in quatuor partes: in prima parte veritatem Evangelii Chriſti quam Galatis prædicaverat, confirmat, & commendat perſonam ſuam multis modis, & hæc pars protenditur uſque ad ſecundum capitulum. In ſecunda parte commandat cauſam ſuam, quam intendit, ſcil. veritatem Evangelii, & illam commendat per hoc quod eam contra Petrum Apoſtolum audacter defendit, & obſtitit ei in facie, & hæc pars protenditur uſque ad illum locum, [Nos natura Judæi, &c.] *infr.* 2. In tertia parte probat ſufficientiam fidei multis modis. Primo exemplo ſui, & aliorum qui per fidem receperunt Spir. Sancti & etiam exemplo Abrahæ. Secundo per auctoritates Propheticas, & per conſuetudines humanas, & hæc pars protenditur uſque ad quartum capitulum ibi: [Dico autem, quanto tempore, &c.] In quarta parte probat idem per allegorias, & ſignificantias Veteris Teſtamenti, & hæc pars protenditur uſque ibi: [Vos autem in libertatem, &c.] & ſic finitur prima pars totius Epiſtolæ. Secunda pars Epiſtolæ ſuo loco ſubdividetur. Et notatur quod iſtud capitulum dividitur in tres partes. In prima parte in commendationem perſonæ ſuæ præmittit auctoritatem ſuam, & gratiarum actionem Deo cum ſalutatione ipſis Galatis. In ſecunda parte ponit increpationem cum admiratione, & anathemate, ibi: [Miror quod ſic, &c.] In tertia parte profuſius agit de ſui commendatione, & hoc facit ad confirmandum Evangelium, quod ibi prædicaverat, ibi: [Notum enim vobis, &c.] Dicit ergo: *a* Paulus,] ideſt, modicus; ergo magnus, quia qui ſe humiliat, exaltabitur, *Luc.* 10. *b* Apoſtolus,] *Hier.* Eſt Apoſtolus per Dei vocationem, non per hominem ut Moyſes, *Exod.* 3. *Iſa.* 6. Item *Jer.* 1. Vel per homines Joſue, *Num.* 27. Tolle Joſue filium Nun. Item per hominem, quando eligitur aliquis propter favorem, ut Abimelech, *Judic.* 9. Item a ſeipſo, *Jer.* 23. Non mittebam eos, & ipſi currebant.

d Neque per hominem] intellige purum. *f* Qui ſuſcitavit,] poſſet quis dicere, Non eſt magnum ſi es electus a Jeſu Chriſto, imo, ait, quia ipſe tantus eſt qui ſuſcitatus eſt a mortuis, *Rom.* 8. Qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra. Item 2. *Cor.* 4. Qui ſuſcitavit Jeſum, & nos cum Jeſu ſuſcitabit. Vel ſic, Electus [non ab hominibus neque per hominem]

Incipit argumentum in Epiſtolam ad Galatas.

GAlatæ ſunt Græci. Hi verbum veritatis primum ab Apoſtolo acceperunt; ſed poſt diſceſſum ejus tentati ſunt a falſis Apoſtolis, ut in Legem, & Circumciſionem verterentur: Hos Apoſtolus revocat ad fidem veritatis, ſcribens eis ab Epheſo.

Explicit argumentum.

INCIPIT EPISTOLA Pauli ad Galatas.

CAP. I.

a PAulus *b* Apoſtolus non *c* ab hominibus, *d* neque per hominem, *e* ſed per Jeſum Chriſtum, & Deum patrem (*f* qui ſuſcitavit eum a mortuis,) & qui mecum ſunt omnes fratres Eccleſiis Galatiæ, Gratia vobis, & pax a Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto: *g* qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, *h* ut eriperet nos de præſenti *i* ſæculo nequam *k* ſecundum voluntatem Dei, & patris noſtri: *l* cui eſt gloria *m* in ſæcula ſæculorum. Amen.

ideſt, mortalem; ut ſonet homo in fragilitatem: Et hoc commendat auctoritatem ſuam, quia elegit non quando adhuc erat mortalis, ſed quando jam reſurrexerat immortalis; ſicut quando Rex puer eſt, non eſt magnum ſi aliquis vocetur ad ejus ſecreta.

e Sed per Jeſum Chriſtum] jam immortalem mandat ſalutem Eccleſiis Galatiæ.

Moraliter. *c* Non ab hominibus, neque per hominem.] De multis poteſt dici illud 1. *Reg.* 16. Non hunc elegit Dominus. Et poſtea: Non Dominus elegit ex iſtis: dicit de ſeptem filiis Iſai. Sic poteſt dici (Heu) de univerſitate fere lectorum in Eccleſiis. Unde ibidem dicit: Nunquid jam compleri ſunt filii? Et ſequitur ibi, Adhuc reſiduus eſt parvulus, & paſcit aves, ideſt, David, unde *Pſal.* 77. De poſt fœtantes accepit eum, non dicit: De primo Rege, & hujuſmodi, 1. *Reg.* 10. Ecce videte quem elegit Dominus, quoniam, non ſit ſimilis ei in omni populo. Quod poteſt dici de multis Clericis in malo. Sed dicit Apoſtolus, [Non ab hominibus, &c.] cujuſmodi ſunt in quorum electione tantum terrenorum utilitas attenditur. Sicut enim filii Iſrael, 1. *Reg.* 8. petierunt Regem tantum ut eos ab inimicis defenderet: Si eliguntur hodie fere omnes, ut conſervent bona temporalia Eccleſiarum. Item ab hominibus non a Deo eligitur, qui tantum propter largitatem expenſarum eligitur, & tales magis eligunt procuratorem quam Epiſcopum ſive Prælatum, *Dan. ult.* Magnus eſt Bel, qui tot & tanta devorat. Item quandoque homines eligunt aliquem ut ab eo habeant veſtimenta, & conſimilia. Unde *Iſa.* 3. Veſtimentum tibi eſt, eſto Princeps noſter. Item ab hominibus eligitur qui ad impugnandum oppoſitam partem Capituli eligitur, quæ meliorem forte elegit: Et ſignificatur hoc in electione Jeroboam quem elegerunt decem Tribus ad impugnandum Roboam qui debebat eſſe Rex, 3. *Reg.* 12. Quandoque eligunt remiſſum ut non conculcentur ab eo, & hi potius eligunt ſibi ſervum quam Dominum, vel Prælatum, ſic fuit electus Abimelech ſpurius, *Judic.* 9. Ab hominibus eligitur, qui hac intentione eligitur, ut ipſi per eum promoveantur, vel eorum nepotes, *Judicum* 17. Implevitque unius filiorum manum, & factus ei eſt Sacerdos.

g Qui dedit ſemetipſum,] 1. *Petr.* 1. Non corruptibilibus auro, vel argento, &c *Epheſ.* 5. Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, dedit, inquam, in mortem. Unde *Hebr.* 2. Pro omnibus nobis guſtavit mortem. Item 1. *Tim.* 2. Dedit in redemptionem ſemetipſum, & *infr.* 2. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me, ad *Tit.* 2. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. Similiter pater dedit ipſum filium, *Rom.* 8. Proprio filio ſuo non pepercit, &c.

h Ut eriperet.] In quo notatur violentia: quia homo erat irretitus vinculis peccatorum. *Pſal.* 68. Eripe me de luto, ut non infigar: de luto peccati, quod tenaciſſimum eſt. *Geneſ.* 14. Vallis ſylveſtris habebat puteos bituminis. Unde cantatur de Martyribus: Hi ſunt quos retinens mundus, &c.

i Sæculo nequam:] non qui ſit nequam, ſed quia habet in ſe multas cauſas nequitiæ. Vel, Nequam] propter tædiorum multitudinem, *Epheſ.* 5. Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt.

k Secundum voluntatem] non pro meritis noſtris, ſed propter ſuam benignitatem. *l* Cui eſt gloria, 1. *Tim.* 1. Soli Deo honor, & gloria in ſæcula.

m In ſæcula ſæculorum,] *Tob* 13. In omnia ſæcula A regnum

a Paulus, &c.] Galli enim. Rex Bithyniæ vocavit Gallos in auxilium, & poſt victoriam cum eis regnum diviſit acquiſitum: hinc Galatæ habent nomen. Miſcuerunt matrimonio, & cohabitatione. *Expoſitio Gloſſ.*

Acuti ingenii, tunc maxime, nam tunc viguit ſtudium apud eos, Judaizarent, tenendo legalia. Tentati, ideſt, decepti. Jacobum minorem. Cum Evangelio miſcuiſſe, ideſt, cum Evangelicis.

Sed nonne miſcuerunt etiam alii Apoſtoli? *Act.* 15. Decreverunt a ſuffocato, & ſanguine abſtinere.

Sol. Poteſt dici, quod hæc non ſunt legalia, quia ante legem fuerunt inſtituta: vel Apoſtoli ad tempus hoc revocaverunt: vel de aliis ab iſtis intelligendum eſt.

Aliud in Judæa facere: Hoc dicebant, quia ut dicitur *Actor.* 21. Cum aſcendiſſet Jeroſolymam primo monuit eum Jacobus minor qui erat Epiſcopus Jeroſolymitanus, ut purificaret ſe cum Judæis, eo quod eſſent irritati contra ipſum, & fecit ſic, & etiam Timotheum

A circum-

Expoſitio Gloſ. circumcidit Lyſtris propter Judæos, qui ibi erant. *Act.* 16. Legem venerantibus, i. Legem obſervantibus. O inſenſati Galatæ, *infr.* 3. Ad fidei religionem, ideſt, ad cultum fidei. Chriſti gratia, qui dedit ſemetipſum. Commendans perſonam, ſcilicet quando dicit: Non ab hominibus, neque per hominem. Deinde ſecundo, tertio, & quarto. Legem Moyſi, i. obſervantiam legis Moſaicæ quantum ad legalia. Poſt Chriſtum, i. poſt fidem Chriſti publicatam. Officit, i. nocet. Ex hoc videtur relinqui, quoniam ante paſſionem proficiebat ad ſalutem obſervantia legalium. Ad idem ſuper *Matt.* 19. Si vis perfectus eſſe, &c. *Gl.* Juſtitia Legis ſuo tempore obſervata non ſolum bona terræ, ſed etiam vitam conferebat æternam. Sed contra, *Iſa.* 1. Sanguinem hircorum, & ſacrificia veſtra nolui, *Gloſ.* unquam. Item ſuper illud *Ezech.* 20. Quia dedi eis præcepta non bona, &c. Ibi *Gloſ.* quia non erat per ſe bonum, nec tamen malum, quod Deo offerebatur; ergo erat indifferens; non ergo meritorium. Sol. Sacrificia, ideſt actio ſacrificantium, ſi erat ex charitate, meritoria erat ante paſſionem. Illud ergo *Iſa.* Nolui, intelligendum eſt ſimpliciter; quia quaſi coactus dedit illa præcepta de legalibus.

Unde ſuper illud *Ezec.* dicit *Gl.* Poſt idololatriam, & multiplices Legis cæremonias, ut Deo potius, quam Dæmonibus offerrent. Unde inſtitutio ſacrificiorum fuit ex voluntate Domini quaſi coacta. Sed poſtea, qui ex charitate ſacrificabant, merebantur, & placebant illa actione. Ad *Gl.* *Ezec.* Neque bonum, neque malum, *ibid.* innuitur ſolutio in *Gl.* quæ eſt, Non ſtatim ſequitur, &c. Dicendum ergo quoniam eſt malum, quod eſt in ſe, & ſecundum ſe malum, quod dictum ſtatim deformitatem importat, ut fornicari. Item eſt malum in ſe, non ſecundum ſe, quod non deformitatem importat, tamen ſi fiat, malum eſt ſemper, niſi exerceatur per aliquam circumſtantiam, tale eſt occidere hominem. Similiter eſt bonum, quod eſt bonum in ſe, & ſecundum ſe, ut diligere Deum ſuper omnia, & propter ſe. Et eſt bonum quod eſt bonum in ſe tantum, quod non ſtatim exprimit bonitatem, ut ducere uxorem bonum eſt, non tamen ſtatim determinat in ſeipſo bonitatem. Sed quando dicitur: Ille colit Deum; ex hoc immediate ſequitur, quod veneratur Deum propter ſe, & ſuper omnia. Unde dicunt, quod in illa *Gloſ.* neque bonum, &c. ſumitur bonum, quod eſt in ſe, & ſecundum ſe, & malum ſimiliter. Et ideo ſequitur, quod indifferens eſſet offerre illa ſacrificia. *a* Paulus, &c.] Salvator; tangitur in hoc, quod dicitur Jeſus. Rea, tangitur in hoc, quod dicitur Chriſtus. Non ergo contrarius eſt Deo. Contra: Judas miſſus fuit a Deo, & tamen fuit ei contrarius. Sol. Ly (miſſus) non eſt participium, ſed nomen, i. nuncius, & quamdiu fuit etiam Judas nuncius Domini, non fuit ei contrarius. Et *Greg.* ſuper illud 1. *Jo. ult.* Qui ex Deo eſt, non peccat, quamdiu eſt ex Deo. A quo per filium electus eſt; ergo Deus pater elegit eum per filium, & conſtat quod loquitur de electione per prędeſtinationem quę æterna eſt. Sed eadem ratione debet concedi, quod Deus pater ſcit, & ita ſapiens eſt ſapientia filii; ergo eſt electio per prædeſtinationem, &c.

Solutio: Electione prædeſtinationis nullum elegit pater per filium, ſed electione per juſtificationem, quæ eſt operativa, & quicquid operatur, operatur per filium, per Chriſtum. Ex parte hominem, ideſt, mortalem; ergo homo mortalis ex parte eſt homo, ſed ſi hoc, ergo ſicut homo mortuus non eſt homo, ita neque homo mortalis, quia mortale diminuit a ratione hominis, ut videtur.

Solut. Homo mortalis ſimpliciter eſt homo, & tamen eſt homo ex parte, quia mortale aliquid diminuit de potentia hominis, minuendo tamen non diminuit, ſicut mortuus qui aufert modicitatem rationis homini. Quod autem mortale aliquid diminuat de ratione hominis, docet *Aug. in lib. de vera relig.* Tantum, ait, moriuntur, quantum minus participant eſſe; corpus ergo, quia magis ſubjacet morti, & ideo vicinius eſt nihilo, quod non eſt niſi quia diminuit (quia malum non nocet, niſi quia adimit, etiam malum pœnæ,] & ſic mortale adimit de potentia vivendi, & ſic ſumitur homo hic ratione mortalitatis, ſive fragilitatis. Sic *Ezech.* 2. Fili hominis, &c. *Gregor.* ibi: Propheta filium hominis ſæpe vocat cum quid habeat ea carnis fragilitate, oſtendit. Ex omni parte immortalem.

Unde doctrinaliter ſolet dici, quod Chriſtus ante mortem fuit Deus, & homo; Deus operando miracula: homo patiendo. In paſſione totus homo, quia tunc abſcondita eſt fortitudo ejus, *Habac.* 3. Poſt reſurrectionem totus Deus. Dignius conſtituit, quoad dignitatem ipſius conſtituentis. Per immortalem Chriſtum: Propter hoc in Bulla Domini Papæ eſt imago Pauli a dextris, Petri caput a ſiniſtris: quia Paulus electus fuit a Chriſto jam immortali, Petrus ab eo adhuc mortali. Et iterum, quia Paulus fuit prædicator Gentium, quæ adhuc manent in dextera per lumen fidei; Petrus prædicavit Judæis, qui ſunt a ſiniſtris per excæcationem infidelitatis. Quod autem per dextram ſignificetur Gens; per ſiniſtram Judæi; præfiguratum eſt in cancellatione manuum Jacob, *Gen.* 48. Ideo etiam Romæ in Conſiſtorio ſedent Sacerdotes a ſiniſtris, Levitæ a dextris; quorum officium eſt evangelizare, ſicut & Pauli. Jam non homo, ideſt, fragilis.

Aſcendit *Actor.* 1. Mediator, *infr.* 3. 1. *Tim.* 2. & *Hebræor.* 9. A multis reprehenditur, 2. *Cor.* 2. Sufficit hæc objurgatio, quæ fit a pluribus. Qui non eſt patre minor. Contra: *Joan.* 14. Pater major me eſt: Ergo in quantum homo eſt minor patre.

Item in Chriſto modo duplex eſt natura, divina & humana; ergo ſicut ſimpliciter dicitur æqualis patri ratione divinitatis, ſic debet concedi ſimpliciter eſſe minor patre; quia in quantum eſt homo, minor eſt eo, & ita erit minor, & non minor ſimul & ſemel, eadem ratione qua concedebatur ante paſſionem. Hic Chriſtus eſt mortalis, & immortalis, quod videtur: ideo nullus eſt, qui dicat, Moriebatur, & non moriebatur.

Solut. Chriſtus eſt minor patre, & non minor; hæc duplex eſt; quia ſi negatio præcedat verbum illud (eſt) falſa eſt, eo quod privatur ſimpliciter immortalitas; ſed ſi ſequatur ut ſit ſenſus, Chriſtus eſt non minor natura, eſt vera; quia non privatur immortalitas, ut in prima. Sicut ante paſſionem concederetur hæc, Chriſtus eſt mortalis, & immortalis, & non hæc, Chriſtus non eſt mortalis, quia modo privatur potentia moriendi; ſimiliter ſi ſequeretur, vera eſſet. Quia non eſt alius qui poſſit aperire librum, *Apoc.* 5. Sed videtur quod pro nihilo inductum ſit hoc: dicebat enim quod eriperet nos de præſenti ſæculo, quod (ut conſtat) non eſt aperire librum.

Solut. Liber fuit apertus per promiſſionum, & prædictorum a Prophetis impletionem: tunc enim aperitur prophetia, quando res ipſius impletur per velaminis amotionem. Velamen duplex, cordis, ideſt, cæcitatis, & figurarum, quod nunquam amoveri poſſet, niſi, Chriſtus veniſſet. De hac ergo cæcitate eripuit nos, & occaſiones nequitiarum, quæ ſunt in ſæculo, amovit. Non erat alia digna hoſtia: Ad idem *Hebr.* 9. Ideo Novi Teſtamenti mediator eſt: Ibi *Gloſ.* Tantum enim fuit peccatum noſtrum, ut ſalvari non poſſemus, niſi unigenitus filius pro nobis moreretur. Ad idem in *eodem* Nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum. Ibi *Gloſ.* Ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit, ut reatus dimittatur, ut vitium jam non dominetur in nobis: quod de nulla alia hoſtia facere poterat. Sed contra dicit *Auguſtin.* ſuper *Romanor.* 5. Alius modus fuit Deo poſſibilis; ſed nullus noſtræ liberationi convenientior. Solut. Deus potuiſſet alio modo ſi voluiſſet, hominem ſalvaſſe; ſed tamen nulla alia hoſtia erat digna ad hoc quia nullius creaturæ pretium æquivalere poſſet ad emendam ſalutem; ideo oportuit, quod Redemptor eſſet Deus. De ſæculo nequam: Sæculum nequam eſt ille mundus, quem deſcribit 1. *Joan.* Omne quod eſt in mundo, &c. Ab hoc mundo dicuntur exiſſe Religioſi propter tria oppoſita, videlicet continentiam, paupertatem, obedientiam: Inſipientia, &c. Sed quaſi exemplificat primo de his tribus, quam de aliis. Et dicendum quoniam tribus modis tantum peccet homo nempe per ignorantiam, & hæc eſt inſipientia, vel per fragilitatem, quæ eſt infirmitas; vel per certam malitiam, quam appellat hic ſpurcitiam: quia maximum eſt peccatum quod fit ex certa malitia. Qui eſt ſapientia, contra ignorantiam: Sanctitas, contra ſpurcitiam: Fortitudo, contra infirmitatem, 1. *Corinthior.* 1. Factus eſt nobis ſapientia a Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Dies Jacob, *Geneſ.* 47. Maligno, 1. *Joan.* 5. Periculoſa, 2. *Timoth.* 3. Prædicta bona, quod tradidit ſemetipſum pro nobis, &c. Ultra Chriſtum. Dicebant enim Pſeudo quod Chriſtus, ideſt, fides Chriſti non ſufficeret ad ſalutem. De lætitia, ideſt, de Evangelio, quod promittit, & eſt via ad lætitiam. Exitio, deſtructione. Fide verum, quantum ad fundamentum: Uſu honeſtum, quantum ad uſum: Fine commodum, quoad utilitatem. Quod etſi Angelus, &c.

Sed videtur peccare Apoſtolus: quia ipſe dicit 1. *Tim.* 5. Sine præjudicio nihil faciens, *Gloſ.* ideſt, ſine præcedenti examine.

Et ad *Tit.* 3. Hominem hæreticum poſt primam, & ſecundam correctionem devita.

Ipſe autem nullam citationem facit, ſed ea communicat quaſi de abrupto Angelum. Solutio. Si eſſet certus de aliquo, quod eſſet hæreticus impugnans, & defendens hæreſim ſuam, ſtatim ſine admonitione, & citatione poſſet

▲ regnum tuum. *a* Miror quod ſic] In principio hujus primæ partis antequam ſe commendet, ponit rationem ſuæ commendationis, argueos eos de facilitate, quia tam cito receſſerunt a doctrina ejus. Sed videtur quod male arguat eos in principio: quia dicitur *Eccl.* 18. Qui miſericordiam habet, docet, & erudit quaſi paſtor gregem ſuum. Ergo debet incipere a Miſericordia, non a ſeveritate juſtitiæ. Ad idem *Deut.* 20. Si quando acceſſeris ad expugnandum civitatem, offeres ei primum pacem: Et idem eſt prædicare contra peccatorem, quod expugnare civitatem. *Luc.* 10. In quamcumque domum, &c. & 1. *Reg.* 16. Dixerunt viri Bethleem ad Samuelem: Pacificuſne eſt ingreſſus tuus? Per ipſum intelligitur Prædicator, 3. *Reg.* 12. Redarguitur Roboam, quia noluit facere conſilium ſenum dicentium ei: Si locutus fueris ad eos verba lenia, &c. *Hier.* Vulnera reſecanda prius manu leni tractanda ſunt: Ergo quando quis incipit inſtruere alios, debet a lenibus inchoare, ſicut dicunt auctoritates iſtæ.

Miror *a* quod ſic tam cito *b* transferimini ab eo *c* qui vos vocavit *d* in gratiam Chriſti, in *e* aliud Evangelium: quod non eſt *f* aliud, niſi ſunt aliqui, qui vos *g* conturbant, & volunt *h* convertere Evangelium Chriſti. *i* Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis, *k* præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit *l* præter id quod *m* accepiſtis,

Sol. Apoſtolus jam iſtos inſtruxerat, & repulerant doctrinam prius ſuſceptam, & omnes hujuſmodi ſunt aſpere redarguendi. *b* Transferimini.] Alludit interpretatione hujus nominis, Galatæ, quod interpretatur tranſlati, *Eccleſ.* 10. Qui tranſferunt lapides, affliguntur in eis.

c Qui vos vocavit.] *Rom.* 8. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit. *d* In gratiam,] i. in legem fidei, quæ eſt gratia. *e* In aliud Evangelium,] i. in legem Moſaicam quantum ad legalia. [Aliud,] i. contrarium. Aliter ſumitur aliud 2. *Cor.* 11. Si is, qui venit, alium Chriſtum prædicat, aut aliud Evangelium, recte pateremini, i. meliorem Chriſtum, & melius ſive dignius Evangelium. Et etiam hoc modo ſumitur aliud 3. *Reg.* 8. In arca non eſt aliud, niſi duæ tabulæ, ideſt, nihil tantæ dignitatis, quod ſc. eis deroget. Item 1. *Reg.* 21. Quare ſolus, & nullus tecum, i. nullus æqualis tibi, ſed ſervi tantum, & pueri, non Proceres, vel milites.

f Quod non eſt aliud,] ſi ſpiritualiter intelligatur, ſed idem. Unde *Ezech.* 1. Apparuit rota una. Et poſt, Una ſimilitudo ipſarum quatuor, & aſpectus earum, & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ, ideſt, Vetus Teſtamentum in Novo; & e converſo. Novum eſt in Veteri per præfigurationem; Vetus in Novo per expoſitionem. *g* Conturbant,] ideſt, carnaliter exponendo. *Pſalm.* 75. Turbati ſunt omnes inſipientes corde. *Infr.* 5. Utinam abſcindantur, qui vos conturbant.

h Convertere,] ad legalia, dicentes non ſufficere iſtud ſine obſervatione legalium. [Convertere,] ideſt, ſimul vertere, quaſi rotam extra rotam. Sed tamen fundamentum firmum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc. Cognovit Dominus, qui ſunt ejus. 2. *Tim.* 2.

Moraliter. Moraliter. *a* Miror quod ſic, &c.] Thema poſt Paſcha. *b* Transferimini ab eo,] qui vos tam bene inſtruxit in fide: de qua 1. *Joan ult.* Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. Miror ergo quod bene armati, & tamen victi eſtis. 2. *Reg.* 1. Abjectus eſt clypeus fortium ac ſi non eſſet unctus oleo, ad modum pugilis. Vel [Miror quod ſic transferimini, &c.] cum certi ſitis de adjutorio, *Jer.* 20. Dominus autem mecum eſt quaſi bellator fortis; & *Iſa.* 43. Cum tranſieris per aquas, tecum ero, &c. Ita mirandum eſt, quia ſcimus, quod non permittet Dominus violentiam nobis inferri a Diabolo. Unde 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus, &c. Item, quia ſcimus maximam coronam promitti victoribus, 2. *Tim.* 2. Non coronabitur, niſi qui legitime certaverit. Item, quia ſcimus maximum opprobrium imminere victis. *Jer.* 20. Non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod non delebitur. Ideo dicit, [Miror] quod ſic cito, q. d. Mirabile eſt, quod ſic cito, i. tam brevi, quoad tempus, & tam modica tentatione ſecundum naturam transferimini. Unde *Pſal.* 1. Tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terræ, i. ita de facili & cito, ſicut pulvis a vento projicitur. *Iſa.* 64. Cecidimus quaſi folium univerſi, iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos, &c. Ideo *Hebr.* 12. Nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis, adverſus peccatum repugnantes. Item mirabile eſt quod ſolum minis ſine ictu ſe reddunt Diabolo, *Levit.* 12. Terrebit eos ſonitus folii volantis.

Item mirandum eſt quod leve jugum Chriſti projiciunt, & diſcerpunt vincula diſciplinæ, & jugum ſervitutis, jugum Belial aſſumunt.

Unde *Jer.* 5. Attrivisti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Et poſtea: Ibo ergo ad Optimates, &c. Propter hæc, & hujuſmodi dicitur in *eod.* Stupor, & mirabilia facta ſunt in terra. Prophetæ, &c. Propter hoc, *i* Sed licet,] loquitur per hypoteſin.

k Præterquam quod Evangelizavimus, &c.] præter, i. contra. Sic *Deut.* 12. Quod præcipio tibi, tantum hoc facito Domino. Item *Deut.* 4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, ſcilicet contrarium. Item *Apoc. ult.* Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Dominus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto. Quod autem ſic debeat exponi, patet per illud *Prov.* 30 Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris inveniatiſque mendax.

l Præter id quod accepiſtis,] i. contrarium. Simile. 1. *Sent. diſt.* 11. In Niceno Concilio eſt inſtitutum, quod quiſquis aliud, quam quod ibi ſcriptum eſt, prædicaverit, anathema ſit. Ibi autem factum eſt minus ſymbolum, ubi dicitur tantum, quod Spiritus ſanctus procedit a patre: Latini autem appoſuerunt, Filioque: unde Græci dixerunt nos excommunicatos. Sed ibi dicitur, aliud, i. contrarium. Et nota quod de credendis non poteſt eſſe præceptum ad probationem, ſed de agendis poteſt; quia ad credendum non ſunt præparatoria, ſicut ad faciendum. Item ſi Angelus modo præciperet alicui occidere filium ſuum ſicut Abrahæ, eſſetne anathema? Sol. non, quia illud non eſſet contrarium, ſed ſuperadditum Sacræ ſcripturæ. Illud enim præceptum, Non occides, intelligitur, niſi Dominus aliter præceperit. Vel, Non occides auctoritate tua. *m* Quod accepiſtis] videlicet Evangelium, quod ſufficit ad ſalutem per ſe.

▲ *a* Anathema

▲ excommunicari: unde hic excommunicat Apoſtolus cum inſtantia facinoris: ſicut & dicendum contra illos, de quibus certum eſt, quod ſint hæretici. Ad illud ergo, Sine præjudicio, &c. loquitur de ſententia ſpiritualiter ferenda in perſonam denominatam, & talis non eſt ferenda ſine præjudicio. 1. *ad Theſſ. ibid.* 3. Compleamus, quæ deſunt fidei veſtræ. Addit, *Geneſ.* 41. Quod autem ſecundo vidiſti ad eamdem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt, &c. A majori, &c. ſunt, &c. Contra: Oportet quod excommunicans ſit major. Expoſitio Gloſſ.

Solut. Ipſe auctoritate Chriſti excommunicat, qui major eſt. Magis Pſeudo: Ex eo patet aperte, quod excommunicavit hic Apoſtolus. Pluere, ideſt, docere. Non de medio montium: Sumptum eſt de *Pſal.* 103. De medio petrarum dabunt voces.

Item *Interl.* Montium. Carnali nebula *Sap.* 9. Corpus quod corrumpitur, aggravat animam. A fonte communi, i. a veritate, vel charitate. De proprio fluens, mendacium loquens, de *Joan.* 8. Cum mendacium loquitur, ex propriis loquitur. In Paradiſo, *Gen.* 2. Media aqua, i. præceptum quod ſic dicitur, quia non munditiam, & compendium afferebat obſervanti, ſed obſervanti fuit immunditia, & diſpendium. Media, quia oportet per obſervantiam illius tranſire ad Deum. Serpens factus, quia in ſerpente apparuit. Et illi appetentes; Ergo Adam appetiit. Sed contra, Super illud 1. *Tim* 2. Adam non eſt ſeductus, dicit *Gloſ.* quod Adam non appetiit eſſe Deus.

Sol. Appetentes ſimul & ſemel ſumitur æquivoce, ſc. appetentes re, & reputatione; Eva re, Adam reputatione, quia eam non compeſcuit. Sic *Luc.* 2. Et non cognoverunt parentes ejus: B. Virgo parens in re, Joſeph tantum in reputatione. Sic in *eod.* Jeſus proficiebat ætate, & ſapientia; ætate re, ſapientia reputatione.

Amiſerunt, quod acceperant; Argumentum pro illis, qui dicunt, quod Adam habuit gratiam. Hic videndum, &c. Hæc *Gloſ.* eſt *Num.* 21. Horma i. anathema, &c. Nam devotare: In malo ſumitur devotare hic; & *Eccl.* 5. Devotatio peſſima ſuper bilinguem. Tamen aliquando ſumitur in bono, *Prov.* 20. Ruina eſt homini devotare Sanctos, &c. Et Anathematizavit, *Num.* 21. ubi littera noſtra eſt: Et interfecit eum ſubverſis urbibus ejus, & vocavit nomen illius loci Horma, ideſt, anathema. Sed *Jud.* 1. Vocatumque eſt nomen urbis Horma, ideſt, anathema. Hinc inductum eſt, in conſuetudine.

In pœnam luendam, quando viderunt ſigna deſtitutionis, deſtinationis antecedentis, ut in hoc punirentur. Origo

▲ noſtræ

Digitized by Google

▲ *a* Anathema ſit.] Argumentum, quod hæretici ſtatim facti hæretici cadunt in Canonem latæ ſententiæ ab Apoſtolo, nec poteſt eos D. Papa abſolvere. Simile *Apoc. ult.* Si quis appoſuerit ad hæc, &c. Et *Deut.* 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito, nec minuas quicquam, nec addas. Apponit autem, qui contrarium dicit, vel dicta emollit. Unde *Iſa.* 1. Caupones tui miſcent aquam vino, &c. Sed quid eſt, quod dicit: [Si Angelus de cęlo, &c. Anathema ſit.] Ergo anathematizat Angelum, in quo videtur facere contra Scripturas, *Rom.* 12. Benedicite, & nolite maledicere. Ad idem *Cant. Judæ* Cum Michael Archangelus cum Diabolo altercaretur, &c. Non eſt auſus inferre judicium blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi Deus Satan. Ergo multo minus Apoſtolus debuit maledicere, vel anathematizare Angelum de cœlo.

a anathema ſit. *b* Modo *c* enim hominibus *d* ſuadeo, e an Deo? An quæro *f* hominibus placere? Si adhuc *g* hominibus placerem: Chriſti *h* ſervus non eſſem. *i* Notum enim vobis facio, Fratres, Evangelium quod evangelizatum eſt a me, quia k non eſt ſecundum hominem. *l* Neque enim ego ab homine accepi illud, *m* neque didici: ſed per *n* revelationem Jeſu Chriſti.

Item *Eccl.* 21. Cum maledicit impius Diabolum, maledicit animam ſuam. Ergo ſimiliter Apoſtolus, & ita peccat. Sol. Contingit maledicere ſine peccato, quando fit maledictio amore juſtitiæ, non libidine vindictæ, & ſic maledixit Petrus, *Act.* 5. Ananiam, & Saphiram. Hoc modo præcipit Dominus, *Deut.* 27. Quod aſcenderent ad montem ad maledicendum tranſgreſſores Legis. Ad illud, Nolite maledicere, ſolvit *Gloſ.* quæ ibi dicit, ideſt, ſine admixtione amaritudinis, ideſt, ſine libidine vindictæ. Ad illud Judæ, ſimiliter ſolvit *Gloſ.* ibi: Ut malediceret ei quaſi malæ creaturæ. Diabolus enim in quantum creatura bonus eſt, unde non eſt auſus inferre in eum judicium blaſphemiæ, ideſt, falſum crimen imponere, vel ipſum condemnare; unde nec Apoſtolus blaſphemat hic Angelum. Ad illud, Qui maledicit, &c. *Gloſ.* Non quia maledictum dicit Diabolum, ſed quia quem maledictum novit, non ceſſat imitari. Item videtur, quod inutiliter anathematizaret, quia Angelus de cœlo nunquam hoc faceret.

Sol. Per hypotheſin intelligendum eſt ſecundum quod exponitur de bono Angelo: ſicut illud *Rom.* 9. Optabam ego ipſe anathema eſſe, ideſt, optarem ſi eſſet optabile. Similiter ſi eſſet poſſibile, quod Angelus de cœlo contrarium diceret, vel doceret, anathematizarem eum. Si autem intelligitur de malo Angelo, videtur quod non poſſet anathematizare eum, quia non eſt de foro noſtro. Sol. Antecedens ponitur pro conſequenti, quia Apoſtolus omnes quos excommunicabat, conſequenter tradebat Satanæ. Et bene poterat Apoſtolus unum Dæmonem tradere alii Dæmoni ad cruciandum, ſi hoc faceret: quod patet per illud, *Ezech.* 30. ubi dicitur, quod per Regem Babylonis Dominus conteret brachium Regis Ægypti. Sed nonne ſimiliter poſſet tradere Angelo bono Dæmonem cruciandum? Hoc videtur ſupra *Pſalm.* 77. Immiſſiones per Angelos malos. Ibi *Gloſ.* Per bonos Angelos punit Deus malos, ſicut Sodomam, *Gen.* 19. Sed contrarium videtur dicere *Hier.* ſuper *Ezech.* 19. Super illud, Et plenitudinem ejus in manu alienorum, &c. Ibi *Gloſ.* Non enim boni Angeli, ſed mali ſunt tortores. Reſpondeo: Boni puniunt tantum malos, & ideo non dicuntur tortores: ſed mali, & bonos homines, & malos torquent quos permittuntur, & ideo dicuntur tortores. Item videtur, quod indiſcrete loquatur Apoſtolus: quia prædicabat futura, quæ ad utrumque ſe habebant, & ita oppoſitum, quod dicebat, poterat accidere, & ita ſi hoc eſſet Angelus non eſſet anathematizandus, & neſciebat utrum accideret oppoſitum; ergo male anathematizabat ſimpliciter. Item poſſibile erat, quod Dominus præciperet legalia obſervari cum Evangelicis.

Sol. Evangelium proprie eſt de præteritis, & præſentibus; Lex vero tantum de futuris. Ad aliud, Quod Dominus potuit præcipere oppoſitum, dicendum eſt, quod Apoſt. loquitur cum conſtantia Evangelii ſui: quo conſtante, qui oppoſitum evangelizaret, anathematizaret eum, & recte. *b* Modo enim hominibus, &c.] Incipit ſe commendare, & adhuc commendat perſonam ſuam multis modis. Primo quia ſincere prædicavit, & exequitur officium ſuum non quærendo favorem humanum; & hoc eſt, [Modo, &c.] q. d. non. Item quia non eſt doctus ab homine, ſed a Deo: & quia non eſt miſſus ab homine, ſed a Deo, ibi: [Non eſt ſecundum hominem.] Dicit ergo: [Modo, &c.] Quia excommunicaverat prædicantes contrarium ſuæ doctrinæ, poſſet quis dicere: Hoc facis, ut te magnifices. Non dicit: *c* Enim,] i. quia. [Modo,] ſc. in cauſa fidei. *d* Suadeo,] i. verba ſuaſionis dico. *f* Hominibus,] i. pro hominibus, ſc. ut placeam hominibus, vel ad honorem hominum, q. d. non.

e An Deo,] ideſt, ad honorem Dei, q. d. Dei quæro honorem, non hominum. *i* Notum enim.] Poſſet quis dicere, Quamvis hoc dicas bono zelo, & facias: tamen indiſcrete, & cum præſumptione excogitas ea te excommunicando Angelos ſi vera prædicarent. Non dicit, ſed a Deo, dico, tantum. Unde dicit: *i* Notum enim vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum eſt a me, quia non eſt ſecundum hominem,] docentem me, vel mittentem. ſed a Deo. Unde poterat dicere illud *Iſa.* 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, &c. Et iterum 41. Poſui te quaſi plauſtrum triturans novum, habens roſtra ſerrantia: triturabis montes, & comminues colles, animas ſcilicet ſeparando quaſi grana a palea temporalium delectationum. Thema in feſto B. Pauli, & diſtingue rotas in hoc plauſtro, & hujuſmodi.

l Neque enim ego ab homine accepi illud:] quaſi dicat, Auctoritatem docendi a Deo habui, & ipſam ſcientiam. Unde ſubdit: *m* Neque didici ab homine,] ſed a Deo, a quo etiam miſſus ſum. *Act.* 22. Vade, quoniam ego ad nationes longe mittam te. Non, inquam, ſecundum hominem, vel ab homine.

n Sed per revelationem,] quando raptus fuit uſque ad tertium cœlum, & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui, 2. *Cor.* 12.

Moraliter. *b* Modo enim hominibus,] i. non ad honorem hominum, ſed ad honorem Dei, & hominum utilitatem. Unde 2. *Cor.* 5. Sive mente excedimus (loquendo de ſecretis Dei) Deo, ideſt, ad honorem Dei: ſive ſobrii ſumus; vobis, i. ſive prædicamus de moribus, ad utilitatem veſtram facimus. Sic Prædicator debet prædicare ad honorem Dei, & hominum utilitatem. Vel, [hominibus,] i. ut placeam hominibus, q. d. non. Non poterat dicere illud, *Jer.* 18. Diem hominis non deſideravi. 1. *Theſſ.* 2. Ita loquimur non quaſi hominibus placentes, ſed Deo. *Pſal.* 52. Diſſipavit oſſa eorum, qui hominibus placeant. *Aug.* Qui hominibus propter veritatem placet: jam non ipſe illis, ſed ipſa veritas placet. Sed de multis Prædicatoribus poteſt dici illud *Oſee* 12. Ephraim, (i. Prædicator, qui frugem Deo facere debet] paſcit ventum. De talibus *Job* 6. Et in ventum verba profertis, ideſt, ut habeatis ventum favoris humani.

Sed timeant illud *Job* 1. ubi dicitur, quod cum filii Job comederent in domo primogeniti, i. Chriſti (quod eſt, quando fideles reficiuntur in Eccleſia per Prædicatores) irruit ventus, ideſt, favor humanus, & concuſſit quatuor angulos domus, ideſt, conſcientiæ Prædicatoris, & cecidit in peccatum, & mortuus eſt ipſe; & illi quos prædicatione ſua reficiebat, propter malum exemplum illius. *g* Si hominibus placerem,] i. placere appeterem. *h* Chriſti ſervus non eſſem,] quia *Matt.* 6. Nemo poteſt duobus dominis ſervire; & *Luc.* 16. Idem. Ideo 3. *Reg.* 18. Uſquequo claudicatis, &c.

Si autem Baal, &c. qui interpretatur devorator, ideſt, invidus. Et *Iſa.* 28. Coangultatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat, & pallium breve, &c.

Alia ratio eſt, quia qui placet mundo; diſplicet Deo, & e converſo.

Unde ſi de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret. Tertia ratio eſt, quia ſi placere appeteret, eſſet fur, *Iſa.* 42. Gloriam meam alteri non dabo, gloriam ſcilicet de bonis operibus 1. *Tim.* 1. Soli Deo honor, & gloria. k Non eſt ſecundum hominem: Hoc dicit in commendationem perſonæ ſuæ. Qui non didicit, & prædicat, vel non eſt miſſus ad prædicandum: contra tales *Jer.* 23. Non mittebam eos, &c. Non loquebar, &c.

Expoſitio Gloſ. ▲ noſtræ tranſlationis, *ἀπὸ τῦ ἀνατεθῆναι* ab ἀπὸ, quod eſt, a: *τῦ* quod eſt, hoc; & *ἀνὰ*, quod eſt ſurſum; & *θέσις*, poſitio. Olim, ſcilicet ante converſionem. Quo veniente, ideſt, filio Dei. Litteras, *Act.* 9. Ad occidendum, &c. Ergo non faciebat zelo Legis, quid ergo quod dicit *inf. eod.* Abundantius exiſtens, &c.

Sol. Dicendum, quod faciebat propter utrumque, ut Judæis placeret, & propter zelum Legis, & ideo peccabat. Sufficere conſcientiam; Et habent pro ſe *Gregor.* dicentem ſuper illud *Job* 16. Ecce in cœlo teſtis meus;

Expoſitio Gloſ. a dicit enim *Gloſ.* Qui teſtem in cœlo habet, ſi ab hominibus reprehendatur, non curat. Ad idem eſt illud, 1. *Cor.* 4. Mihi pro minimo eſt, ut a vobis judicer, &c. Sed contradicit auctoritas, Crudelis eſt, qui famam negligit, & *Eccl.* 41. Curam habe de bono nomine. Ideo Epiſcopi inunguntur oleo, & balſamo: oleo bonæ conſcientiæ; & balſamo bonæ redolentiæ. Hoc patet per *Gloſ.* Infirmo, in fide. In idolio, 1. *Cor.* 8. Recte credens, *Rom.* 14 Scio, & confido in Domino Jeſu, &c. Aquam puram, *Ezech.* 34. Cum aquam mundiſſimam biberitis, ideſt, dum bonam conſcientiam haberetis apud vos: reliquam pedibus veſtris turbaſtis, &c. quod eſt quando quis minus diligenter facit ea, de quibus bonam conſcientiam habet coram proximis. Paſcua conculcans, i. converſationis bonæ exemplum in qua deberet reſici. Sicut & ego, 1. *Cor.* 1. Item ſine offenſione, 1. *Cor.* 10. Providemus, *Rom.* 12. Si tranquillius audiat. Poſſet opponi ſic de hoc. Et ſumma ſolutionis eſt talis, quod inter corrigibiles ſufficit conſcientia, inter incorrigibiles autem exemplum neceſſarium eſt, & appellat incorrigibiles murmuratores, & detractores, quia omnia quæ audiunt, male interpretantur. Quod non vident, ideſt, quaſi non ſciunt aperte jactare, ideſt, jactanter dicere. Deum laudent, *Matt* 5. Sic luceant opera veſtra, &c. Et ſic in Apoſtolo, i. prædictis auctoritatibus, quæ videntur contrariæ. Et item nolite, *Matth.* 6. Ideo ait: Ut videamini, &c. Per hoc videtur, quod hypocritæ non peccent: quia quandoque non ut videantur ab hominibus, faciant bona opera, ſed ut adipiſcantur temporalia. Sol. Dicendum, quod imo & hi, qui bene agunt ut videantur ab hominibus, ut hypocritæ, peccant: quia in faciendo bona opera poſſunt eſſe quatuor peccata, in diſtorquendo a bono fine, ſicut hypocriſis, quæ appetit favorem cordis, vel lucrum temporale; quandoque etiam inanis gloria favorem exteriorem quærit; avaritia appetit temporalia.

a Audiſtis enim, &c.] Oſtendit eis, quod non accepit ab homine doctrinam ſuam: quia quando perſequebatur Ec-*Ad litter.* cleſiam Dei, conſtat quod tunc non dicit; neque poſt converſionem, quia converſus ſtatim incepit prædicare. b In Judaiſmo,] ideſt, in doctrinali ritu Judaiſmi. c Perſequebar:] *Act.* 9. Saulus adhuc ſpirans, &c. *Gen.* 49. Benjamin lupus rapax, &c. 1. *Cor.* 15. Non ſum dignus vocari Apoſtolus, &c. d Supra multos coætaneos meos.] Non dicit, Supra ſenes, ſed ſupra juvenes, qui in ritu legalium plus poterant laborare, quam ſenes; quia in offerendis ſacrificiis magnus erat labor. f Æmulator,] ideſt, imitator, vel amator, *Phil.* 3. Secundum legem Phariſæus; ſecundum æmulationem perſequens Eccleſiam Dei. g Paternarum,] quas Patres tradiderunt. e Abundantius æmulator;] Sic eſt de multis in Capitulis, & in Clauſtris; cum deberent eſſe æmulatores præceptorum Dei. Unde conqueritur Dominus, *Jer.* 35. Prævaluerunt ſermones Jonadab, filii Recab, &c. Ego autem locutus ſum ad vos, &c. Et hoc bene figuratur in dedicatione Eccleſiæ, quando ſcribuntur litteræ, & crux in terra, per quas ſignificantur mandata Dei, & pœnitentia, quæ Dominus præcepit, ſed ſuſcepta ſtatim delentur: ſed cruces, quæ depinguntur in pariete, per quas ſignificantur traditiones Religioſorum, permanent. i Segregavit ex utero,] ideſt, fecit me naſci, ad litteram. Unde *Pſal.* 21. De ventre matris meæ, Deus meus es tu. l Et vocavit] ad fidem ſuam. m Ut revelaret filium ſuum,] ideſt, oſtenderet quantæ bonitatis, & benignitatis eſſet filius ſuus. n In me,] i. in converſione mea. Vel ideſt, ad hoc vocavit me, ut manifeſtaret qualis, & quantus eſſet filius ſuus. Et hoc non tantum ut intelligerem, ſed ut evangelizarem: ad hoc converſus ſum, & ad hoc revelavit mihi. o In Gentibus] *Iſa.* 55. Ecce teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus, ſc. Paulum, & Chriſtum, *Rom.* 11. Quandiu Gentium Apoſtolus ſum, &c. p Carni, & ſanguini,] i. peccatis; vel Judæis, qui erant de carne mea, volentibus quod perſequerer Eccleſiam Dei. q Ad anteceſſores meos,] fide. Vel matrem appellat Synagogam; uterum ejus doctrinam Phariſæorum. r In Arabiam:] ut adimpleretur illud *Pſal.* 71. Reges Arabum, & Saba dona adducent. h Cum autem placuit ei.]

a audiſtis enim converſationem meam aliquando in b Judaiſmo, quoniam ſupra modum c perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Judaiſmo d ſupra multos coætaneos meos in genere meo, e abundantius f æmulator exiſtens g paternarum mearum traditionum. Cum h autem placuit ei, qui me i ſegregavit k ex utero matris meæ, l & vocavit per gratiam ſuam, m ut revelaret filium ſuum in me, n ut evangelizarem illum in Gentibus: o continuo non acquievi p carni, & ſanguini, neque veni Jeroſolymam q ad anteceſſores meos Apoſtolos; ſed abii r in Arabiam, & iterum reverſus ſum Damaſcum.

Hæc poſſunt eſſe verba cujuslibet Prædicatoris. k Ex utero matris,] ideſt, concupiſcentiæ, quæ concipit filios Diaboli, *Pſal.* 26. Pater meus, & mater mea, &c. *Jer.* 20. Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Concipitur in delectatione, naſcitur in operis perpetratione, *Jer.* 15. Væ mihi mater mea, quare, &c. Uterus eſt delectatio. *Jer.* 20. Quare de vulva egreſſus ſum? quod eſt quando conſenſus peccati ad effectum ducitur. *Job* 3. Quare non in vulva mortuus ſum? Moritur in volva quando ratio conſentit cogitationi, & delectationi peccati. i Segregavit,] ideſt, fecit, ut ego reſpuerem hujuſmodi delectationes. m Ut revelaret filium ſuum,] ideſt, daret mihi intellectum de filio ſuo, *Iſa.* 28. Quem docebit Dominus ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, avulſos ab uberibus. Unde *Iſa.* 6. Purgatus labiis miſſus eſt ad prædicandum. Et tunc ſequitur, ut non acquieſcat.

p Carni, & ſanguini,] quia 1. *Cor.* 15. Caro, & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt, *Eccl.* 47. Poſt hæc ſurrexit Nathan propheta, quaſi adeps ſeparatus a carne. Vel, (Acquievi carni, & ſanguini;) quaſi, Prædicator non debet quærere delicias quas ſuggerit caro. Vel de Prælatis. Per matrem quælibet Eccleſia in qua eſt conventus; *Aliter.* per uterum Capitulum. Sed accidit quod hæc mater ſimul concipit duos in promotione filios, & tunc impletur illud *Gen.* 35. de Rachele in partu Benjamin. Sed utinam poſſet dicere quilibet Prælatus.

h Cum autem placuit ei:] tunc non fieret prælium in utero Eccleſiæ, & natus ſtatim ejularet, ut puer in partu. Ut puer enim ejulat in nativitate: ſic Prælatus in ſua promotione peccata ſua, & ſubditorum deplorare deberet, ſicut Jeremias, qui dicit: Quare de vulva egreſſus ſum, ut viderem laborem, & dolorem?

m Ut revelaret,] ideſt, in converſione mea, quæ debet eſſe tam ſancta ut appareat in ea imago filii Dei. l Non acquievi carni,] i. peccatis. Vel aliter (Carni,) i. filiis, & nepotibus. Sed noſtri Prælati pluribus talibus acquieſcunt: cum tamen legatur *Lev.* 10. quod in die promotionis Aaron mortui ſunt filii ejus. Tunc enim Prælatus deberet fieri Melchiſedech, qui fuit primus Sacerdos ſine patre, & ma-

▲ tre, &

Expoſitio Gloſ. a Audiſtis, &c.] Qui plus laborabant quam ſenes, exterius: ſed de ſenibus *Job* 12. In antiquis eſt ſapientia. Ibi *Gloſ.* Illa enim dicta in ſapientiæ radice ſolidata ſunt, quæ per vivendi uſum in actum experimento convaleſcunt. Quas boni Patres addiderunt: Sed contra videtur, quod imo mali, quia *Matt.* 15. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.

Solutio. Quædam erant bonæ, quarum imitator erat: Vel traditiones appellat explanationem Legis per Prophetas. Proſelytos, ideſt, de Gentilitate ad Judaiſmum converſos. Obſequi Deo, *Joan.* 16. Zelum Dei, *Rom.* 10. Sed non ſecundum ſcientiam: cum tamen dicatur *Levit.* 2. Quicquid obtuleris ſacrificii, ſale condies. Sed quid eſt quod dicit, Boni Patres addiderunt? Videntur enim feciſſe contra illud *Deut.* 4. Non addetis ad verbum, quod ego loquor vobis.

Solutio. Ibi addere dicitur de aliquibus, quæ non poſſunt extorqueri ex novo Teſtamento, vel Veteri; qui vero proprie exponunt, non addunt, ſed magis dilatant. Prævidit idoneum, quia, &c. Ly (quia) non notat cauſam efficientem, ſed finalem: ideſt, Prævidit, ſive prædeſtinavit eum, ad hoc ut bene ageret. Quantæ potentiæ, qui de tam vili vas pretioſum fecit. Neque venit Jeroſolymam. Contrarium dicitur, *Act.* 9. Dimiſerunt eum ſubmittentes in ſporta.

Cum autem veniſſet in Jeruſalem, tentabat ſe jungere Diſcipulis, & ſequitur *ibid.* Et erat cum illis intrans, & exiens in Jeruſalem, fiducialiter agens in nomine Domini. Sol. hujus videtur *Act.* 22. Vel *eodem*. Factum eſt mihi revertenti in Jeruſalem, & oranti in templo fieri me in ſtupore mentis, & videre illum dicentem mihi, Feſtina, & exi velociter de Jeruſalem: quoniam non recipient teſtimonium de me. Dicit ergo Apoſtolus ſe non veniſſe in Jeruſalem: quia

▲ licet

Digitized by Google

a tre, & ſine cognatis, ut habetur *Heb.* 7. Sed de illis non poteſt cantari illud Reſponſorium Confeſſorum: Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ſed ſecundum ordinem Aaron, qui poſtquam promotus fuit, poſtea habuit filios, quos multum dilexit. Et in promotione Prælatorum noſtrorum hodie naſcuntur eis multi parentes, licet paucos, aut nullos habeant. *Deut.* 33. Qui dixerit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos; & fratribus ſuis: Ignoro vos; & neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuum.

D

a Deinde poſt annos tres *b* veni Jeroſolymam *c* videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum, *d* fratrem Domini. Quæ autem ſcribo vobis: Ecce *e* coram Deo, quia non mentior. *f* Deinde *g* veni in partes Syriæ, *h* & Ciliciæ. Eram autem *i* ignotus facie Eccleſiis Judææ, *k* quę erant in Chriſto. Tantum autem auditum habebant, quoniam qui perſequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat, & in me † *l* clarificabant Deum.

al. † glorificabant.

a Deinde poſt annos tres] Adhuc perſiſtit in commendatione doctrinæ ſuæ. [Poſt tres annos] a converſione mea. *c* Videre Petrum:] Hinc ortum habet, quod Epiſcopi, & Archiepiſcopi profitentur de viſitatione Papæ, & liminum Apoſtolorum vel per ſingulos annos, vel alternos, vel de tertio in tertium. Hinc autem adjecit conſuetudo illud *Deut.* 16. & *Eccl.* 35. Non apparebis ante conſpectum Domini vacuus. Sed quid attulit Paulus? Argentum non habebat, ſed nec Petrus recipiebat. *Matth.* 10. Nolite poſſidere aurum.

d Fratrem] ideſt, conſobrinum Domini.

Moraliter.

Moraliter. *b* Veni Jeroſolymam] Secundum litteram inſtruimur de mutua dilectione, quam deberent habere Prædicatores & Doctores; quia Paulus venit videre Petrum, quoniam bona audierat de ejus doctrina. Sed non ſic hodie inter noſtros Doctores, & Prædicatores; imo effuſa eſt contentio inter Principes, & ideo errare fecit eos in invio, & non in via. Hodie enim rixa eſt inter paſtores Loth, & paſtores Abraham, ſicut dicitur *Gen.* 13. Ex æmulationibus enim quas habent, oriuntur contrarietates opinionum, & auditores minus proficiunt. Nec mirum! quia *Eccl.* 34. Unus ædificans, & unus deſtruens: quid prodeſt eis, niſi labor? Nihil. Sed ad exemplum Apoſtoli viſitare ſe deberent mutuo Sapientes noſtri; quia *Prov.* 1. Audiens ſapiens, ſapientior erit, *Eccl.* 6. In multitudinem Presbyterorum prudentium ſta, &c. Et *ibid.* Si videris ſenſatum, &c. Et quia dicit *Tullius*: Ars, non tantum doctrina, & ſtudio acquiritur, ſed imitatione; & ideo bonum eſt viſitare Sapientes, quia in comparatione illorum poteſt quilibet videre defectum ſuum. Unde *Job* 33. Reſpicient homines, & dicet: Peccavi, & vere deliqui, &c. *e* Coram Deo,] i. Deo teſte: quaſi, Aperte juro vobis [quia non mentior.] *f* Deinde veni] Poſtquam receſſiſſem a Jeroſolymis, & vidi Petrum. *g* Veni in partes Syriæ,] ſcilicet Antiochiam, ut prædicarem ibi. *Act.* 14. Inde navigaverunt Antiochiam, *h* Et Ciliciæ.] Ipſe Apoſtolus fuit Cilix, de Tarſo ſcilicet. *Act.* 22. Ego ſum vir Judæus natus, &c. *i* Ignotus facie.] Tantum de ejus doctrina audierant, ſed ipſum non viderant; unde dicit [facie,] non fama. *Coloſſ.* 2. Volo vos ſcire quantam ſolicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui ſunt Laodiceæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne.

k Quæ erant in Chriſto,] i. fidem Chriſti receperant. *l* Clarificabant,] ideſt, magnificabant. Vel [Glorificabant in me Deum] qui ſua gratia me verterat. *Iſa.* 43. Glorificabant me beſtiæ agri. *Matth.* 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent, &c.

Expoſitio Gloſſ.

A licet ad litteram venerit, ſtatim tamen inde exivit, nec ibidem prædicavit, nec ab Apoſtolis aliquid didicit. Dicit ergo: Neque veni Jeroſolymam, ut diſcerem; vel ut ibidem morarer: ſed ſtatim ivi docere in Arabiam. Quia non opus erat electo a Deo. Ad idem ſuper illud, *Malac.* 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Ibi *Hier.* Sacerdos ſi requiratur de Lege, doceat, & reſiſtentem convincat; alioquin fruſtra ſe jactat habere dignitatem, niſi exerceat operationem. Similiter ſuper illud *Exod.* 25. Quatuor circulos aureos, &c. Ibi *Greg.* Cum ſpirituale aliquid a Paſtore quæritur, ignominioſum eſt, ſi tunc incipiat diſcere, quando debet quæſtionem enodare. Tamen contrarium videtur *Num.* 9. Quare fraudamur, ut non valeamus oblationem offerre. Et ſequitur: Quibus reſpondit Moyſes: State ut conſulam Deum, quid præcipiat. Neſcivit Moyſes enodare quæſtionem eorum, licet electus eſſet a Domino. Sol. Enodanda eſt quæſtio per Scripturam; & conſulere Deum, nihil aliud intelligitur, quam conſulere Scripturam, per quam promptus eſt reſpondere ad quæſtionem. *Joan.* 5. Scrutamini Scripturas. Affectum Apoſtolatus, ideſt, quaſi diligebat eum in Apoſtolatu. Et ut Petrus ſciret me fore ſibi Coapoſtolum, i. electum Coapoſtolum; ergo jam erat Apoſtolus poſt tres annos a converſione. Sed contra. Super *princ. ad Rom.* dicit *Beda* tertiodecimo anno poſt paſſionem, Paulum Apoſtolatum Gentium recepiſſe: at eodem anno, quo paſſus eſt Dominus, converſus eſt: non ergo in anno tertio a converſione ſua recepit Apoſtolatum. Sol. Poſt tres annos ſcivit ipſum electum a Domino in Apoſtolum, ſed poſt tredecim annos factus eſt actu Apoſtolus, quando miſſus eſt: ſecundum quod dixit Dominus *Act.* 13. Segregate mihi Paulum & Barnabam. Unde *Gloſ.* non dicit hic: Ut ſciret ſibi Coapoſtolum eſſe, ſed fore. Prædicaverat quidem ſtatim poſt ſuam converſionem in Damaſco, & alibi: ſed non generaliter prædicator inſtitutus fuit uſque ad tertiumdecimum annum ſuæ converſionis. Niſi Jacobum fratrem Domini. Contra: *Infr.* 2. dicit, quod vidit Joannem.

Solut. Modo non vidit Joannem, ſed quando alias ivit, ut dicetur *infr.* 2. Joſeph pater Jeſu. *Matth.* 12. & *Luc.* 8. Ecce pater tuus, &c.

Item *Luc.* 1. Ecce pater tuus & ego dolentes, &c. Mortuo autem Joachim, Cleophas, &c. Sed contrarium videtur ſuper *Marc.* 3. Super illud: Et Jacobum Alphæi. Ibi *Beda*: Jacobum Alphæi, qui & frater Domini dicitur, quia Maria Alphæi fuit ſoror Matris Domini, quam Joannes Mariam Cleophæ dicit, quia idem Alphæus, & Cleophas; vel defuncto Alphæo poſt natum Jacobum, Cleophæ nupſit; ſed idem fuit Alphæus & Cleophas. Ad hoc eſt ſolutio, quia in hoc non ſequitur Eccleſia Bedam, ſed Ambroſium, qui dicit, quod Cleophas fuit vir matris Mariæ, Filio ex matre, vel propter filium. Neutra iſtarum rationum ſufficit, quia Hebræi nepotes ex parte patris appellant fratres invicem. Unde *Hier.* &c. Hoc dicit contra *Helvidium*, qui dixit, quod Beata Mater Virgo peperit Chriſtum, ſed Joſeph poſtea eam cognovit, & ex ea filios generavit, & etiam ex alia. Deliramenta. Apocryphorum inſanias. Apocryphum, ideſt, extraneum dicitur aliquid dupliciter, vel quia auctor ignoratur, vel quia extraneum eſt a veritate: hoc ultimo modo accipitur hic; & item *Deut* 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere. De una familia. *Num.* 26. Quia ab uno patre. *Matt.* 23. Unus eſt pater veſter, qui in cœlis eſt. Et *Malac.* 2. Nunquid non unus pater omnium noſtrum, &c. Cognationis privilegio. Sed nonne idem privilegium habebat Jacobus major? Solut. In hoc fuit iſtis quartum privilegium cognationis, quia non ſolum fuerunt cognati Domini ex parte matris, ſed quia nepotes fuerunt patrui Chriſti, ideſt, Cleophæ, qui fuit frater Joſeph, qui fuit pater Chriſti putativus. Eſt, eſt: Non, non. *Matt* 5. Sed videtur quod peccet Apoſtolus jurando. Ad hoc facit illud *Matth.* 5. Dico autem vobis, non jurare omnino. Et ita videtur facere contra præceptum Domini. Et *ibid.* dicit *Interl.* Longe facio a perjurio, dum jurare prohibeo. Sed facere contra prohibitionem Domini eſt peccatum. Item *ibid.* in *Gloſſ.* Parvulis conceſſum eſt jurare per Deum, non quod recte hoc fiat, ſed quia melius eſt Deo exhiberi, quam creaturis: Chriſtus vero jurare omnino prohibuit hic. Sed conſtat, quod Apoſtolus non erat parvulus; ergo non erat conceſſum ei jurare. Item: Non quod recte fiat, dicitur ibi; & ita peccavit. Sol. Jurare ex cauſa non eſt peccatum. Ad primum dico, &c. Dicendum, quod ly (omnino) poteſt determinare ly (dico) & ſic falſa, quia ſenſus eſt, præcipio, ut nullus juret. Vel poteſt determinare ly (jurare) & ſic: Dico non jurare omnino, ideſt: Dico, non ex quacumque levi cauſa jurare. Unde *Exod.* 20. Non accipies nomen Dei in vanum. Ad *Interl.* Jurare prohibeo, dicendum, quod jurare prohibitum eſt, ſicut & occidere hominem; & tamen bona circumſtantia addita, bonum eſt occidere hominem, & jurare, videlicet quando per juramentum debet lis terminari, vel quando videt quod melius ei in prædicatione creditur. Ad illud: Non quod recte fiat, intelligitur in ſe, & ſecundum ſe conſideratum, ſicut occidere; ſed diligere Deum, & dare eleemoſynam in ſe, & ſecundum ſe recte fit. A malo eſt, ſcilicet culpæ. peccabant enim in hoc quod credere nolebant. Vel a malo pœnæ, quia vix, & cum difficultate credere poterant.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. II.

DEinde poſt annos] Hoc capitulum dividitur in quinque partes. Prima pars de collatione doctrinæ cum Apoſtolis. Secunda de circumciſione, & ſervitute Legis, ibi: Sed neque Titus.] Tertia de fœdere inito inter Apoſtolos, & diſtributione provinciarum, ibi: Ab his autem qui videbantur, &c.] Quarta, de ſimulatione Petri, & contradictione Pauli, ibi: Cum autem veniſſet Cephas.] Quinta, de ſufficientia Legis Chriſti, & de non ſeculariſicandis legalibus, ibi: Quod ſi quærentes, &c.] Dicit ergo: *a* Deinde poſt annos) Non poteſt dici poſt prædicationem Syriæ & Ciliciæ, vel poſt illos tres annos, ut habetur in *Gloſſ.* ſed poſt quatuordecim annos a paſſione, vel ab ejus converſione. *b* Aſcendi Jeroſolymam, &c.] de qua *Act.* 21. Virum, cujus eſt zona hæc, ſic alligabunt, &c. *c* Contuli cum illis] ut qui dubitabant de ejus prædicatione, non dubitarent amplius. Non dicit: Diſputavi. *Eccl.* 6. Verba ſunt plurima, multamque in diſputando vanitatem habentia. Ex hoc habuit ortum inter Sanctos Patres, ut poſt prædicationem ſuam facerent collationem ad judicandum utrum aliquis erraſſet; vel ad hoc, ut ſi qui dubitarent de doctrina alicujus eorum, tunc ſaltem certitudinem haberent ab eo. Ideo legitur 3. *Reg.* 10. quod Regina Saba venit audire ſapientiam Salomonis. *d* Seorſum autem] quaſi, Contuli cum eis Evangelium, oſtendendo quod legalia non erant ſervanda, ſed ſufficiebat Evangelium ad ſalutem. Et hoc oſtendi non coram omnibus. *e* Autem] i. ſed. [Seorſum] i. ſeparatim. *Prov.* 25. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, &c. *Eccl.* 8. Coram extraneo ne facias conſilium; neſcis enim quid pariat, vel paret. *Matth.* 17. Duxit eos in montem excelſum ſeorſum. *f* Qui videbantur aliquid eſſe,] i. alicujus auctoritatis. Non dicit: Qui erant aliquid, *infr.* 6. Si quis ſe exiſtimat aliquid eſſe. *Act.* 9. Vir erat quidam nomine Simon, &c. dicens ſe eſſe aliquem magnum. *g* Ne forte in vacuum currerem,] i. prædicarem. Et appellat prædicationem ſuam curſum ad innuendum zelum ſuum. *Pſal.* 147. Velociter currit ſermo ejus. 1. *Cor.* 9. Ego autem ſic curro, non quaſi in incertum. *Iſa.* 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant? Sed noſtris Prædicatoribus poteſt dici: Qui ſunt iſti, qui ut ſerpentes repunt? 2. *Theſ.* 3. Fratres, orate pro nobis, ut ſermo Dei currat, & clarificetur. *h* Sed neque Titus,] quaſi dicat: Non tantum reſtiti eis verbo, imo & facto. *i* Sed propter ſubintroductos.] Quidam *libri* habent: [Sed neque ad horam ceſſimus, propter, &c.] Alii [Sed neque primo.] Sic poſſet aliquis dicere: Quare ergo circumcidiſti Timotheum? *Reſp.* Quando quæſtio erat de obſervatione legalium, non permiſi, ne crederetur, quod obſervatio legalium eſſet neceſſaria ad ſalutem; ſed poſtea permiſi, ne crederent legem Moſaycam eſſe malam. [Propter ſubintroductos fratres,] i. propter eorum calumniam, quam imponebant Apoſtolo, quod erat deſtructor Legis.

▲ *a* Libertatem

Moraliter. Moraliter. *i* Propter ſubintroductos,] non per oſtium Chriſtum introductos. *Joan.* 10. Ego ſum oſtium. Item in *eod.* Qui non intrat per oſtium, &c. Et nota, quod illi ſubintrant, qui per hypocriſim beneficia Eccleſiaſtica acquirunt. *Gen.* 49. In furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Et poteſt ſic exponi: In furore, &c. quia virum alicujus Eccleſiæ, ſive Epiſcopum, ſive Canonicum deſiderat ambitioſus mori, ut habeat veſicam porci. Et in voluntate, i. in cupiditate ſua ſuffoderunt murum, i. parant ſibi ad dignitates aditum latenter, & ſub hypocriſi. *k* Explorare. *Gen.* 42. Exploratores eſtis.

* *a* Libertatem

Expoſitio Gloſ. ▲ *a* Deinde poſt annos] Poſt prædicationem Syriæ. Sed prædicavit in Syria poſt tres annos a converſione ſua: ergo aſcendit poſt tres annos & quatuordecim; ergo decem & ſeptem ſunt anni; ergo Petrus tot annis ſupervixerat, & parum ſecundum quoſdam: vel per ſeptem ſecundum aliquos fuit in Patriarchatu Antiochiæ; ergo ad minus ſupervixerat a paſſione Domini triginta novem annis. Propter hoc dicendum, quod aſcendit Jeroſolymam poſt quatuordecim annos a paſſione Domini, & non a tempore poſt illos tres, vel a prædicatione ejus in Syria, ſed illi tres comprehenduntur in his quatuordecim. Cum quæſtio, *Act.* 15. Hinc inde, *i.* a Gentibus, & Judæis. Oſtendit ſe non habuiſſe ſecuritatem Evangelii. Sed nonne erat Paulus theodoctus? ergo habebat ſecuritatem Evangelii. Sol. Quantum in ſe erat, habebat ſecuritatem; ſed non quantum ad alios, qui ei non credebant plene; ſicut *Matth.* 11. dicitur, Jo: Bapt. dubitaſſe de deſcenſu ad inferos (quia diſcipuli ejus dubitabant) unde dubitabat non ſibi, ſed diſcipulis. Et paribus: Ergo Paulus par Petro; quod verum eſt quantum ad prædicationem. Pro aſſertione, i. confirmatione. Ergo prædicatio Apoſtoli confirmata fuit a Petro: ergo Petrus major in prædicando. Quid eſt ergo quod dicit, paribus? Sed ideo non ſequitur, quod ſit major, ſicut idem confirmat prædicationem ſuam per auctoritates David, nec ideo dicendus eſt major eo. Scrupulus antecedens pro conſequente: ad ſcrupulos enim ſequuntur dubitationes. Poſt Chriſti aſcenſionem, eodem anno. Cognoviſſent eum annuntiantem, ſecundum morem aliorum Apoſtolorum. Accedentibus, ad fidem. Signis, datis. Sicut ipſe veriſſime dixit 2. *Cor.* 13. An experimentum, &c. *Luc.* 10. Qui vos audit, me audit. Non pro his tantum, *Joan.* 17. ſed etiam pro illis, qui crediderunt per verbum quod prædicabat, *inf.* Pro eis rogavit, qui per prædicationem Apoſtolorum crediderunt. Et per illam oſtenſionem habuit eamdem auctoritatem, ſicut alii Apoſtoli. Dextras. *infr.* Unam doctrinæ ſpeciem, i. unam veritatem doctrinæ, & identitatem. Excluſa, vel excuſſa. Leproſi *Luc.* 17. Varias doctrinas, i. errores, quia ſicut in leproſo quædam pars cutis videtur eſſe ſana, alia corrupta, ſic hæretici vera admiſcent falſis & erroribus ſuis. Et hoc intelligitur de lepra qua mentiuntur in eis, quæ pertinent ad fidem, vel ad bonos mores, erroris. Non publice coram omnibus. Sed ipſi, aut ſervabant legalia, aut non: ſi non, & putabant eſſe ſervanda, ergo peccabant, quia faciebant contra conſcientiam ſuam: ſi ſervabant, ergo coram eis debuit facere collationem illam, ut innoteſceret eis ea non eſſe ſervanda, & ſic retraheret eos. Sol. Putabant ſervanda, & ſervabant ea, non tamen coram eis debuit facere collationem, quia ſi dixiſſet coram eis Apoſtolus non eſſe ſervanda legalia, ſcandalizarentur contra ipſum Apoſtolum, & ſuſpecti eſſent eis ipſi Apoſtoli alii, ſi dicerent legalia non eſſe ſervanda, quia crederent Judæi, quod Paulus ad hoc induxiſſet eos, & ideo minus crederent; ſed poſtea quando audierunt per auctoritatem Apoſtolorum illa non eſſe ſervanda, non fuerunt ſcandalizati, quia neſcierunt quod Apoſtolus hoc eis mandaſſet. Fidei ſcandalum, quando diceret legalia non eſſe ſervanda. Qui non poſſunt omnia capere. *Joan.* 16. Multa habeo vobis dicere, &c. Aliqua tacuerat dicenda perfectis. Ad idem *Hebr.* 5. Omnis qui lactis, &c. Qui enim non capit, quod Verbum caro factum eſt; quomodo capiet: In principio erat Verbum. Sed contra? Super illud 1. *Cor.* 3. Lac vobis potum dedi, non eſcam, dicit *Gloſ.* Scire igitur debet charitas veſtra, &c. Sed *ibid.* ſolvit *Gloſ.* dicens: Cum eadem prædicaret Apoſtolus ſpiritualibus, & carnalibus, quique pro modo ſuo accipiebant. Et cum minoribus: Ergo idem eſt prædicandum, quod etiam majoribus, & ſubditis. Quid exemplorum tegendum eſt, & unum aliis, & aliunde exponendum? Aliquid veri tacere licet, ne nude dicatur, & aperte. Pro torrenti eloquio, i. propter eloquium divinum, quod currit velociter ſicut torrens. Unde *Pſ.* 147. Velociter currit ſermo ejus. Non potuit ea torqueri a me, ut circumcideretur; Nonne Apoſtolus circumcidit Timotheum? *Act.* 16. Quare ergo non Titum ſimiliter circumcidi permiſit; Ad hoc duplex eſt Sol. Una, ratione temporis; alia, ratione perſonæ, ſicut notatur in *Gl. infr.* 2. Quando Apoſtolus circumcidit Timotheum, non erat mota quæſtio adhuc de legalibus omnino abjiciendis, ſed paulatim ſepelienda erant, & cum honore deducenda; ſed hic ubi erat mota quæſtio de legalibus nullatenus voluit cedere, ne traheretur in conſuetudinem. Secunda ratio eſt; Titus Gentilis erat, & de filiis Gentilium non erat ſcandalum, quia Epiſtola Apoſtolorum mandata erat ubi dicebatur non oportere eos circumcidi; ſed Timotheus fuit filius Judææ, & ideo circumcidi potuit, quia nec Epiſtola Apoſtolorum hoc vetabat, ut habetur *Act.* 15. Ad Legem, quia ſi eſſet, ſcilicet redigeremur in ſervitutem Legis; quia veritas Evangelii prædicata erat apud Gentes. Quod factis legalibus erat ſalus, ſe commendat per hoc, quod noluit conſentire. Quia ſine illa circumciſione, &c. materiali ſcilicet, & non ſpirituali eſt ſalus, de qua *Jer.* 4.

A & *Deut.*

CAPUT II.

DEinde *a* poſt annos quatuordecim iterum *b* aſcendi Jeroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum revelationem, *c* & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in Gentibus, *d* ſeorſum *e* autem his, *f* qui videbantur aliquid eſſe, *g* ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem. *h* Sed neque Titus qui mecum erat, cum eſſet Gentilis, compulſus eſt circumcidi; ſed *i* propter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt *k* explorare

▲ *a* Libertatem noſtram,] quæ eſt non eſſe ſub jugo legalium obſervationum. Propter hoc, inquam. *d* Ceſſimus ad horam, &c.] quando permiſit Timotheum circuncidi; & ſeipſum purificavit cum Nazaræis in templo. *e* Ut veritas,] ideſt, ſcirent, quod non prædicabam oppoſitum legi Moyſi. Vel ſecundum quod eſt ibi [neque,] ſic lege: Titus non eſt compulſus circuncidi propter falſos fratres introductos, qui ibi erant, ne dicerent non eſſe credendum Apoſtolo, quia aliud faciebat, & aliud prædicabat, ſi ipſum circuncidi permiſiſſet. Et ideo. [Non ceſſimus ut veritas,] ideſt, ut non curaretis legalia. Et ſic poteſt utrolibet modo legi, cum [neque] & ſine: loquitur enim tantum hic de circuncisione Titi.

al. † non habet neque.

B

a libertatem noſtram, quam habemus *b* in Chriſto Jeſu, ut nos *c* in ſervitutem redigerent. Quibus † neque ad horam *d* ceſſimus ſubjectione: *e* ut veritas Evangelii permaneat apud vos. Ab his autem qui videbantur eſſe aliquid (*f* quales aliquando fuerint, nihil mea inter eſt. *g* Deus enim perſonam hominis non accipit,) *h* mihi autem qui videbantur eſſe aliquid, nihil contulerunt. Sed *c*

Moraliter. * *a* Libertatem noſtrã.] 2.*Cor.*3. Ubi ſpiritus Domini, ibi libertas. Ideo dicitur Novum teſtamentum lex libertatis, quia eſt lex ſpiritus. *Jac.*1. Qui perſpexerit in lege perfectæ libertatis, &c. Perfectæ libertatis fit quis cum fit hæres Dei, cohæres Chriſti. 1.*Cor.*10. Ut quid libertas noſtra judicatur ab aliena conſcientia. *b* In Chriſto Jeſu,] i. per Chriſtum. *Joan.*8. Si filius vos liberavit, vere liberi eritis. Sed nota, quod multi abutuntur libertate Chriſti. *Infr.*5. Tantum ne libertatem detis in occaſionem carnis. *c* In ſervitutem.] *Rom.*8. Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis, &c. *e* Ut veritas.] Argumentum quod non eſt verum, ſi eſt mixtum. *Iſa.*1. Vinum tuum mixtum eſt aqua, i. lege, vel philoſophia, vel hæreſi. *f* Quales aliquando,] ſc. piſcatores. *Act.*4. Comperto quod homines ſine litteris eſſent & idiotæ, admirabantur, &c. *g* Deus enim, &c.] *Act.*10. Non eſt perſonarum acceptor Deus. *Sap.*6. Puſillum, & magnum ipſe fecit, &c. *Deut.*10. Qui perſonam non accipit nec munera. *h* Mihi autem] Tripliciter enim poteſt continuare. Primo continua ei, quod dixit [Quales fuerint, nihil intereſt mea:] i. Nihil pertinet ad me referre quales fuerint: quia nihil contulerunt mihi qualeſcumque fuerint. Vel continua ad hoc [Deus perſonam hominis non accipit,] quaſi; Nihil mihi contulerunt, ſed ſolus Deus. Et in hoc oſtendit, quod non eſt inferior illis, qui videbantur aliquid eſſe, i. Petro & aliis, ſed contra opinionem inſidiantium ſibi. Vel poteſt ibi [Eſſe aliquid] & non differt. *i* Evangelium, &c.] i. quod prædicatorem Gentibus, ſicut Petrus Judæis. Et facit interpretationem. *l* Qui enim operatus eſt,] i. qui dedit ei auctoritatem Apoſtolatus & mihi dedit ſimiliter. *m* Jacobus,] major. *n* Dederunt mihi dextras,] i. conſenſerunt in prædicationem meam

▲ *a* Ut nos

Moraliter. Moraliter. *b* Nihil mihi contulerunt:] quia in Paulo, & in ceteris Apoſtolis adimpletum eſt illud *Jer.*31. Dabo legem meam in viſceribus eorum, &c. Omnes enim cognoſcent me a minimo, uſque ad maximum, ideſt, a Paulo uſque ad Petrum. Et illud *Iſa.*54. Ponam omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles, & univerſos filios doctos a Domino. *i* Creditum eſt mihi, &c.] quod ſignificatum eſt *Zach.*4. Duæ olivæ ſuper candelabrum, una a dextris lampadis, & una a ſiniſtris. Super candelabrum, i. ſuper Eccleſiam; vel ſuper gradum magiſterii, *Matt.*5. Nemo accendit lucernam, &c. Super candelabrum lampas, i. Chriſtus, *Iſa.*62. Et ſalvator ejus ut lampas accendatur. Petrus a dextris ejus, qui prædicavit Judæis. Paulus a ſiniſtris, qui prædicavit Gentibus quæ erant a ſiniſtra idololatriæ. Idem ſignificatum eſt 3. *Reg.*7. Ubi dicitur, quod Salomon columnam dextram vocavit nomine Jachim, quod interpretatur firmitas, i. Petrus, de quo *Matt.*16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, i. fidei firmitatem, &c. Alteram vocavit Booz, quod interpretatur in robore, ſc. conſtantia in laboribus, per quam Paulus, qui ait *Phil.*3. Omnia poſſum in eo, qui me confortat. [Creditum] dupliciter, ſicut pecunia creditur homini, & ſicut ſemen creditur terræ. Sicut pecunia; de qua *Luc* 19. Vocatis autem decem ſervis ſuis, &c. Sed *Jer.*15. conqueritur Dominus. Nec fœneravi, nec fœneravit mihi quiſquam. Unde poſſumus dicere de multis illud *Pſal.*36. Mutuabitur peccator, & non ſolvet; quia alii non prædicant, & accipiunt, & nihil reddunt. Unde *Eccl.*29. Multi quaſi inventionem æſtimaverunt fœnus. Et poſtea ſequitur: In tempore redditionis poſtulabit tempus. Item traditur ſemen terræ, ut multiplicetur. Sed *Jer.*12. Seminaverunt triticum, & meſſuerunt ſpinas. Unde Angeli poſſunt dicere Domino illud *Matt.*13. Domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? *n* Operatus eſt, &c.] Niſi enim Dominus cooperaretur prædicationi, vana eſſet. *Pſal.*126. Niſi Dominus ædificaverit domum, &c. 1.*Cor.*3. Dei adjutores ſumus, &c. Et *Joan.*15. Sine me nihil poteſtis facere. *p* Videbantur columnæ] Apoſtoli enim fuerant columnæ Eccleſiæ. *Prov.*9. Sapientia ædificavit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem. *Cant.*5. Crura illius columnæ marmoreæ. Sed hodie columnæ Eccleſiæ ſunt teſteæ; quod ſignificatum eſt in ſtatua, *Dan.*2. quia pedes ejus ſunt teſtei, & ferrei, per amorem terrenorum; ferrei, per immanſuetudinem; (ferrum enim inflexibile) & ſimiliter ipſi ferrei, quia omnes alios volunt malleare, ſicut ferrum omnia metalla domat; & quia teſtei ſunt, levi tentatione franguntur: ſicut illa ſtatua comminuta eſt parvo lapide. *l* Et cum cognoviſſent, &c.] Ita debent facere Doctores, & maxime quorum intereſt vacare, ſcil. aſſociare ſibi alios, quibus dedit

contra cum vidiſſent, quod creditum eſt mihi *i* Evangelium præputii, ſicut & Petro circumciſionis: (*k* qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatu circumciſionis, operatus eſt mihi inter Gentes,) & cum *l* cognoviſſent gratiam, quæ data eſt mihi, Jacobus *m* & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras *n* dederunt mihi, & Barnabæ ſocietatis:

* Deus gratiam

Expoſitio Gloſ. ▲ & *Deut.*10. Circuncidite præputium cordium veſtrorum. Sed ſi propter ſcandalum circuncidit Timotheum: quare ſimiliter Dominus Papa propter ſcandalum non poſſet diſpenſare cum aliquo ut circunciderentur? Et dicendum quod non: quia Eccleſia divulgavit, quod non debet fieri circuncisio; ſed conſtat, quod Eccleſia major eſt Domino Papa: quod non poſſet, qui immolat bovem, unde neque, quod aliquis circuncidatur, præceperit *Gen.* 17. Nec tanquam neceſſaria, quando Titum circuncidi non permiſit: nec tanquam noxia, quando circuncidit Timotheum. Nec in præputium *infr.*5. ſi ergo credendum non fuit, procedit, quaſi facta hac diviſione, antecedendum erat autem. Non, propter iſtos fecit, & ita peccavit. De filiis Græcorum, i. Gentilium; Nec de his, i. de filiis Judæorum. Ad comparationem meam, qui fui nobilis genere, & edoctus in Lege ſecus pedes Gamalielis, & de ſecta certiore, 2. *Cor.* 11. Hebræi ſunt, & ego. Semen Abrahæ, & ego. Miniſtri Chriſti ſunt, & ego (ut minus ſapiens dico) plus ego. *Phil.*3. Si circunciſus, &c. Et in *eod.* Secundum Legem Phariſæus, &c. Item *Act.*26. Secundum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus. Et transfigurationi ejus interfuerunt. *Matt.*17. Sed ſupra dictum eſt, quod Apoſtolos quando aſcendit in Jeroſolymam, non invenit niſi Jacobum minorem & Petrum; ergo Jacobus minor interfuit transfigurationi. Idem videtur per *Gloſ. inf.* Cephas, Jacobus, & Joannes, qui erant honoratiores in Apoſtolis, quia in ſecretis cum Domino fuerunt. Ad idem ſuper illud *Luc.* 9 Aſſumpſit Petrum, & Jacobum. *Ambr.* Qui primus inter Apoſtolos ſolium ſacerdotale aſcendit. Sed Jacobus minor primus fuit Sacerdos, & Epiſcopus: ergo interfuit transfigurationi. Sed contra *Matt.* 17. Aſſumpſit Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus; ſed Joannes non fuit frater Jacobi minoris, ſed majoris; ergo revera Jacobus major non minor interfuit transfigurationi. Ad hoc, quod primo objiciebatur, dicendum, quod Paulus bis aſcendit Jeroſolymam, & prima vice non invenit niſi Petrum, & Jacobum minorem: ſecunda vero de qua loquitur hic *Gloſ.* invenit etiam Jacobum majorem. Vel poteſt intelligi ſecundum ſecundam regulam *Tyconii*, quæ eſt de corpore Eccleſiæ mixto, ſicut illud *Pſal.*77. Cum occideret eos, quærebant eum, &c. Unde interfuerunt Apoſtoli in transfiguratione, ſcil. quidam ex ipſis, non tamen minor. Et eſt talis modus loquendi ſicut cum dicitur: Magiſtri faciunt hoc quando aliquis eorum facit. Ad illud: Primus aſcendit ſolium ſacerdotale, dicendum quod illud intelligitur de Jacobo majore; & appellatur ſolium ſacerdotale regnum cœlorum, ad quod ipſe primus inter Apoſtolos aſcendit per martyrium, quia primus ſe obtulit ſacrificio martyrii. Nam ipſi non ſunt aliquid. 1.*Cor.*3. Neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, &c. Præterea nec proſunt. Contra, *Rom.*8. Omnia cooperantur in bonum, &c. Ibi *Gloſ.* etiam caſus ipſe. Neque obſunt, imo quia qui cecidit per peccatum, citius patitur recidivum. Sol. Non proſunt, vel obſunt ad

A hoc, ut major

△ *a* Ut nos in Gentes] eſſemus prædicatores, tantum hoc addentes. *b* Ut pauperum] vendiderant poſſeſſiones ſuas, & poſuerant pretia ad pedes Apoſtolorum. De Collectis habetur 1. *Cor.* 16. & 2. *Cor.* 8. *per tot.* & ſimiliter in 9. cap. *Rom.* 15. Probaverunt Macedonia, &c.

a ut nos in Gentes, ipſi autem in Circumciſionem : tantum *b* ut pauperum memores eſſemus, quod etiam ſollicitus fui hoc ipſum facere. Cum autem veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem *c* ei reſtiti, quia reprehenſibilis erat. Prius enim quam venirent quidam a Jacobo, cum Gentibus edebat : cum autem veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos, qui ex Circumciſione erant. Et ſimulationi ejus conſenſerunt ceteri Judæi, ita ut *d* & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem. Sed cum vidiſſem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ *e* coram omnibus : *f* Si tu cum Judæus ſis, gentiliter vivis, & non judaice, quomodo Gentes cogis judaizare ?

Moraliter. * Deus gratiam docendi, vel prædicandi, ut opus Domini melius, & fructuoſius fieret a pluribus. *Num.* 11. Dixit Moyſes : Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia gravis eſt mihi. Et *infr.* Quis tribuat ut omnis populus propheter, &c. Sed jam potius invehuntur contra alios, & hoc faciunt propter inanem gloriam. Quod ſignificatum eſt in Joanne, qui prædicans incarceratus eſt ab Herode propter Herodiadem, quæ ſignificat inanem gloriam, quam retinebat pro uxore ; ſed tamen glória ſolius eſt fratris noſtri Chriſti, qui dicit *Matth. ult.* Nunciate fratribus meis. Ipſe ſoli debetur gloria. *Iſ.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Unde dicitur, Gloria Patri, & Filio, &c. Homini autem non debetur gloria ab aliquo : quia 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti ? *b* Pauperum memores] *Act.* 9. Circumſteterunt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes ei veſtes, quas faciebat illis Dorcas. Sed reſuſcitata eſt : ſic multi reſuſcitantur per orationes eorum, quibus dant eleemoſynas : Ideo *Job* 29. Pater eram pauperum. Et *Lucia* ad Valerianum : Semper de his ſollicita fui ; loquebaris de pauperibus. *c* In faciem, &c.] Hodie non reſiſtitur Prælatis, non Cardinalibus. Sed ex hoc habetur argumentum, quod deberet eis reſiſti. 1. *Tim.* 5. Peccantem coram omnibus argue ; ly (coram omnibus) diaſyrticum eſt. Non eſt hodie Elias in terra, qui (ut habetur 3 *Reg.* 18.) obſtitit Achab. Unde dixit : Vivit Deus, ante cujus vultum ſto, quia hodie apparebo ei. Et de Eliſæo dicitur *Eccl.* 48. In diebus ſuis non pertimuit Principem. Sed *Oſ.* 13. Loquente Ephraim, horror invaſit Iſrael. *Eccl.* 4. Ne verearis proximum tuum in caſu ſuo, &c. Et in *eod.* Pro juſtitia agonizare pro anima tua, &c. Petrus hic typum gerit hypocritarum, qui in occulto laute comedant, & in aperto parce, ad idem inducentes alios. Hoc autem fecit Petrus quadam verecundia ductus. Sed *Ezec.* 3. Ut adamantem, & ſilicem dedi te ; & *Jer.* 1. Dedi te in columnam ferream. *d* Ita ut, &c] quia *Regis ad exemplum totus componitur Orbis.* *Eccl.* 10. Qualis rector, &c. *Sap.* 18. De Aaron. In veſte poderis, quam habebat, totus erat Orbis terrarum, ſupple, deſcriptus. *e* Coram omnibus.] 1. *Tim.* 5. Peccantem coram omnibus argue. Contra, *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, argue eum, &c. Sol. Ly (coram omnibus) diaſyrticum eſt. *f* Cum Judæus ſis, cogis, &c.] Hoc eſt contra quoſdam Religioſos, qui habitum habent Religionis, tamen vitam habent ſecularem, & tamen iſti tales magni ſunt reprehenſores. Unde poteſt dici : Tu cum Judæus ſis, &c. Et *Matt.* 23. Alligant onera gravia : digito autem, &c.

Expoſitio Gloſæ. △ *a* Nos hoc, ut major gratia detur, proſunt autem ut citius verecundetur quis. *Rom.* 6. Quem fructum habuiſtis, &c. Obſunt vero ad facile, & expedite agere. Et Petrus Gentibus. Unde habetur in *Eccl. hiſtor.* quod fuit Romæ vigintiquatuor annis, ubi fere omnes erant Gentiles. Et ſimiliter Paulus dicit *Rom.* 11. Ego ſum Gentium Apoſtolus ; tamen ſæpe prædicavit Judæis. Si cauſa feciſſet, i. ſi cauſa eſſet ad hoc. Et Paulus Judæis. Contra, *Act.* 22. Feſtina, & exi cito de Jeruſalem, quantum non recipient teſtimonium tuum. Quomodo ergo prædicaret Judæis ? Præterea ſecundum hoc videtur, quod eſſet ſeminifluus, qui immundus eſt, ut dicitur *Lev.* 15. Qui indifferenter prædicaret omnibus. Sed dicendum, quod ſi cauſa feciſſet, non eſſet ſeminifluus. Cauſa autem erat, quam Petrus prædicabat Gentibus, qui erant inter Judæos ; & Paulus Judæis, qui erant inter Gentes. Petrus, Jacobus, & Joannes. Contra, *ſup.* 1. habitum eſt, quod non vidit niſi Petrum, & Jacobum. Sed dicendum, quod non ante, ſed ſecundo aſcendit, i. decimoquarto anno a converſione ſua, & invenit iſtos tres. Vel forte revera non erat ibi Joannes, tamen per litteras ſuas, ſive per nuncium conceſſit ei Apoſtolatum Gentium. In ſecretis. *Luc.* 8. In ſuſcitatione puellæ ; & *Matt.* 17. In transfiguratione. Columnam & firmamentum. 1. *Tim.* 3. Ut ſcias quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quę eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Solet poni pro univerſo : quia natura tota hominis eſt ex ſeptem ; ex quatuor elementis quantum ad corpus ; ex tribus viribus quoad animam. Vel quia totum tempus involvitur in ſeptem diebus ; & quia omnia facta ſunt in ſeptem diebus. Ab illo, ideſt, a Paulo. Ad pedes, *Actor.* 3. Quoniam illi præceperunt, ideſt, rogaverunt. Preces enim amicorum vim habent præceptorum.

Licet hoc in Actibus Apoſtolorum non legatur. In Actibus non legitur, quod Paulus reſtiterit Petro ; ſed legitur, 15. Quidam deſcendentes de Judæa docebant fratres. Quia niſi circumcidamini, &c. Sed in *lib. Clem.* quęre de hoc. Item in *Eccl. hiſt. in lib.* 1. dicitur, quod alius fuit ille Cephas, preſbyter, ſcil. quidam. Hoc non auderet facere, niſi ſciret ſe non imparem fore. Ex hoc videtur, quod ſubditus non debet redarguere Prælatum ſuum. Ad quod facit illud, 2. *Reg.* 6. ubi dicitur, quod Oza percuſſus eſt, eo quod tetigerit arcam, per quam Prelatus ſignificatur. Sol. Si manifeſtus ſit exceſſus Prælati omnibus, ſi majores non reprehendunt eum, tunc minores poſſunt eum reprehendere. Unde 2. *Petr.* 2. Correptionem habuit veſaniæ ſuæ : ſubjugale mutum animal, &c. Per Balaam Prelatus ; per aſinam, aliquis ſubditus. Petrus cum Gentibus. Contra : Nolebat cum Clemente, & patre ejus antequam fuerunt baptizati, ſicut habetur in *lib. Clem.* Sol. Quod dicitur hic : Cum Gentibus edebat, i. de cibis Gentilium, non cum ipſis Gentibus. Vel diſtingue tempora, & concordabit Scriptura : aliquando enim vitabat Gentes, aliquando cum eis edebat. *Act.* 11. Quare intraſti ad Gentes præputium habentes, & manducaſti cum illis ? Chriſtus etiam edebat cum Publicanis. *Matth.* 9. *Luc.* 5. Æquo jure Chriſtum, & Legem venerabantur. Imo nullo jure : quia non tenebantur ad legalia. Unde legem Moyſi multis modis improbat non eſſe tenendam poſt Chriſtum. Similiter dicit *Gr.* in *Prol. ad Rom.* Lex nullum locum habet poſt Chriſtum. Sol. Æquo jure, ſecundum opinionem illorum. Vel jus appellatur, quia ſervatur ut jus, ſicut illud 1. *Reg.* 8. Hoc eſt jus Regis, &c. Filias veſtras faciet ſibi unguentarias, & focarias, & panificas. Judæis ſe adjungebat, i. ritui Judæorum. Sed quæritur de Petro, quia videbatur eſſe perplexus ; In hoc enim quod non comedit carnes ſuillas, ſcandalizavit Gentiles ; ſed ſi comediſſet, ſcandalizaſſet Judæos. Sol. Scandalum plurimorum præponendum eſt ſcandalo paucorum. Unde rectius feciſſet ſi comediſſet, quia ibi erant plures Gentiles, quam Judæi. Pro more ſuo, quia de facili moventur ad ſcandalum. Factus ſum Judæis, &c. 1. *Cor.* 9. Simulans cum infirmis. Sed videtur quod bene fecerit, quia vitavit ſcandalum, 1. *Cor.* 8. Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Item nonne Paulus ſimulavit, *Act.* 16. quando Timotheum circumcidit ? & *Act.* 21. Videns frater, quod millia ſunt in Judæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores ſunt Legis, &c. Hoc ergo fac quod dicimus, &c. Ergo bonum fuiſſet vitare ſcandalum illorum. Ita. ſed non cum ſcandalo aliorum, ſcil. Gentilium, qui eum videbant modo obſervare, quæ prius, antequam venirent illi fratres, non obſervabat : ſed Paulus ſimulator Legis obſervationem, ubi tantum erant Judæi. Ut Barnabas, duceretur, ſc. Contra, *Matt.* 18. Qui ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis. *Ibi Gloſ.* Sed magnus non poteſt moveri, & conſtat, quod Barnabas erat magnus. Sol. Magnus non poteſt moveri de facili : vel magnus, exiſtens magnus, quia ſtatim ut movetur, fit parvus. Peribat per hoc veritas Evangelii, quæ eſt ut ſola Evangelica ſufficiant ad ſalutem. Evangelica autem veritas determinata fuerat, *Act.* 15. Viſum eſt Spiritui S. & nobis, &c. Contra hanc legem faciebant, qui cibos diſcernebant quaſi a lege prohibitos. Huc etiam accedit, i. hinc manifeſtum eſt, quod Petrus ex magna charitate, & patientia ſuſtinebat Pauli objurgationem. Paſce, *Jacult.* Poſterioris vocatione, ſc. non dignitate. Unde ei debebat Paulus reverentiam ut prius vocato, ut monachus ſuis prioribus vocatione. Primus, vocatione. Mites, *Matt.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Tanto ſanctius, quanto ad imitandum difficilius ; quia difficilius eſt ut major a minore ſe permittat coram multis redargui, quam e converſo. Sed difficilius fuit Laurentio pati, quam Tiburtio : quia dum pergeret ſuper ardentes prunas, videbatur ei, quod ſuper roſas iret. Etiam difficilius fuit ei pati, quam Beato Laurentio, ut patet per paſſionis ejus verba. Ergo ſanctius fuit

Digitized by Google

Expoſitio Gloſs. Aliius fuit ei; ergo majus præmium debetur ei de martyrio ſuo: ergo quantitas meriti non attenditur penes quantitatem pœnæ in martyrio, ſed penes quantitatem charitatis in ſuſtinendo pro Deo.

Unde quod objicitur, reſpectu ejuſdem perſonæ, vel reſpectu diverſarum aliis paribus intelligitur. Cogebant exemplo. Argumentum, quod exempla cogunt. *Leo Papa*, validiora ſunt exempla, quam verba. *Hier.* Omnia quæ Prælatus agit vel dicit, vocalia debent eſſe, ut quicquid agat, quicquid loquatur, doctrina ſit. Ideo Joannes Baptiſta vocat ſe vocem, quia omnis pars vocis vox eſt: ſic quicquid eſt in Doctore, debet eſſe doctrina. De hac reprehenſione Petri a Paulo facta; videtur diſſentire, &c. Ponit diſſenſionem inter Hieronymum, & Auguſtinum. *Hier.* dicebat, quod Petrus diſcernendo cibaria nullo modo obſervavit legalia, ſed hoc fecit ex condicto, quod habuit cum Paulo; dixit enim Paulo: Ego diſcernam cibaria, & tunc reprehendes, &c. Quod ſi me reprehendis, qui ſum caput Eccleſiæ, habebis auctoritatem reprehendendi illos, qui obſervant legalia.

Unde dicit *Hieron.* quod non erant obſervanda. *Aug.* autem diſtinguit tria tempora: Ante paſſionem, & tunc erant obſervanda; & poſt paſſionem ſimiliter, donec manifeſta fuit veritas Evangelii: ſed poſt manifeſtationem nullo modo obſervari debuerunt.

Unde dicit quod Paulus vere redarguit Petrum. Sed objicitur. Dicit *Hier.* quod Petrus ſimulavit ſe obſervare legalia, & revera non obſervavit; & quod Paulus non reprehendit eum vere. *Aug.* autem dicit, quod imo vere obſervavit; & quod vere eum arguit Paulus, & ita dicunt oppoſita, & ita alter eorum dicit verum, alter falſum, quod eſt inconveniens. *Philoſophus.* Altercatio eſt de doctrina veritatis; & alter dicit falſum: ergo mentitur; & ita peccat mortaliter in hoc *Hier.* vel *Aug.* & etiam infidelis videtur eſſe. Sol. In hoc non ſunt contrarii, imo uterque idem dicit, quod alter dicit. *Hieron.* quod obſervatio legalium tunc erat mortifera; & hoc ſpem ponentibus in eis. *Aug.* autem quoniam mortua, niſi ex zelo aliquis faceret hoc; & eſt contradictio tantum vocalis inter eos. Eſt enim duplex ſimulatio; quædam realis, & hoc modo dicit *Aug.* quod Petrus non obſervavit legalia ſimulatorie: & eſt ſimulatio diſpenſatoria, ſecundum quod Medicus ſimulat ſe obſervare legalia, ne crederetur ab infirmis, quod eſſet deſtructor Legis, & ita non contradicunt. *Aug.* Diſpenſatorie, ſicut Medicus ſimulat ſe comedere carnes, gerens morem ægroto, licet non ſit ægrotus. Tantum Apoſtolum, ideſt, tam auctorizabilem & tanti nominis.

Sed vere quaſi eis ſubjectum, quantum ad obſervationem, licet non quantum ad intentionem. Ex hoc loco hujus Epiſtolæ Porphyrius, quidam hæreticus, qui nitebatur quantum poterat, ut imponeret mendacium Sacræ ſcripturæ, & ejus auctoritatibus. Illi, Petro: Huic, Paulo. Procacitatis, in hoc quod redarguit majorem ſuum. In commune, hoc enim redundaret in omnes nos, quia mendacium in Sacra ſcriptura invenirent, ex quo Majores noſtri ſibi invicem contradicerent. Principes, *Pſal.* 106. Effuſa eſt contentio ſuper Principes, &c. *Matth.* 12. Omne regnum in ſe diviſum. Hic acceptus eſt illi, *Act.* 10. quod non ſi legalia ſervanda tunc eſſent: non enim eſſet Deo acceptus niſi obſervans ea tunc, ex quo eſſent ſervanda. Tanta ſimulatione, ideſt, caute ſe ſubtrahebat a Gentibus. Subtractionem, ideſt, ſeparationem a Gentibus in diſcernendo cibaria, Judæis ſuperbia; qui dicebant ſalutem non eſſe ſine obſervatione legalium. Gentibus deſperatio, in quam caderent ſi oſtenderetur eis ſine legalibus non eſſe ſalutem. Quod ipſe fecit, quoniam circumcidit Timotheum. *Actor.* 16. Videtur ergo, quod nullus poteſt reprehendere de vitio, quo eſt infectus. Ad idem, illud *Rom.* 2. In quo alterum judicas, teipſum condemnas; & *Joan.* 8. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in eam lapidem mittat: & *Matth.* 7. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo.

Item Paulus in Petro hoc reprehendere non potuit, quia ipſe fecit; non tamen ſequitur, quod Petrus hoc fecerit coram Gentibus: ſed neque Paulus, imo tantum coram Judæis circumcidit Timotheum, & ſe purificavit.

Sol. Si notorium eſt peccatum, non poteſt alios reprehendere de illo: notorium autem erat, quod Petrus diſtinxerat cibaria. Ad illud, Paulus in Petro, &c. dici poteſt, quod hoc verum eſt, quia factum Pauli poſtea innotuit Gentibus. *Act.* 25. Petrus auctor hujus decreti, imo Jacobus, qui ibi dicit: Ego judico eos non inquietari.

Solut. Petrus dicitur auctor, quia ejus auctoritate factum eſt, quod fecit Jacobus; & quia ipſe perſuaſit primo, quod non debebant Gentibus imponi legalia, & quia primo locutus eſt in Concilio. Poſt viſionem lintei, quæ ſignificat converſionem Gentium. *Act.* 10. Cum enim Paulus: Ponit cauſam quare factum eſt illud Concilium, Antiochiam. *Act.* 15. Sicut & nobis, ideſt, ſigno viſibili & nobis. Ut vacaret, de qua lege habetur *Num.* 6. Totondit. *Act.* 18. Totonderat in Cenchris caput, habebat enim votum: deveni tque Epheſum.

Paulus reprehendit, quia ſuos ſibi ſubtrahebat, qui erat Doctor Gentium. Non recte ambulabat ad veritatem Evangelii.

Sed dicit *Ambr.* Peccatum eſt factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei: Ergo Petrus fecit contra legem Dei: ergo peccavit. Præterea dicit lex: Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur: at dedit occaſionem damni mortalis, ergo peccavit mortaliter.

Contra, Super illud *Job* 1. Offerebat holocauſta per ſingulo. *ibi Gloſs.* Mittendo Spiritum, ſcilicet ſanctificavit eos, condonans quicquid culpæ ineſſe potuit: ergo nunquam poſt peccaverunt mortaliter.

Solut. Secundum *Hieron.* non peccavit, unde non recte ambulavit ad veritatem Evangelii, quia ex facto ejus ſequebatur quoddam, quod erat contra Evangelium, ideſt, non ſecundum Evangelium, ſcil. quod illi ſpem ponebant in legalibus.

Vel ſecundum *Aug.* peccavit venialiter, & non mortaliter, quia non omnis actio, ex qua quis ſcandalizatur mortaliter, eſt peccatum tale: imo quandoque ex veniali ſcandalizatur quis mortaliter.

Et oppono ad illud: Peccatum eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei: quod (Contra) ſumitur large ad contrarietatem quam facit veniale.

In verbis, ideſt, in ſignificatione. *Hebr.* 10. Umbram enim habens futurorum bonorum Lex, non ipſam imaginem rerum. Ingredi, ad purificationem in templum. Sanctificate, ideſt, ſimula te ſanctificare. Gratum prædicatorem: Prædicabat enim ſalutem ſine obſervantia legalium. Ne quiſquam tunc Judæos judaizare prohiberet, ideſt, ſecundum morem Judæorum legalia ſervare. Quamvis, &c. *Act.* 15. Nec præcipitur. Itaque ſi poſt hoc dicit ſecundum *Hieron.* Conſtringebat, per objurgationem, ut confiteretur coram Gentibus, quod non tenebantur obſervare legalia. Pariter ſentire, ideſt, ſecum. Noverat enim Paulus, quod Petrus idem ſentiebat. De hac re, ideſt, quod Gentiles ſine legalium obſervatione ſalvarentur, quas Gentes cogebat ſuo exemplo, non quia Petrus peccaret in hoc: ſentiebat enim, quia Petrus non credebat legalia eſſe obſervanda. Timore, ne amitteret Judæos.

Quod Paulus ſi facit, q. d. Quando Paulus in ſe legalia implevit, non coegit Gentes judaizare: quia hoc fecit ne deſtructor Legis crederetur ab ipſis, coram quibus hoc fecit. Jam revelata fide in parte, quia ſi omnino eſſet revelata fides, ſicut modo, nullo modo eſſet obſervanda. Amiſerunt tanquam vitam, officii ſcilicet: ergo erant differentia, & ita non merebatur quis faciendo illa.

Sed nonne zelo charitatis in fide legalia in ſe implevit, ne Legem malam eſſe crederent? ergo tunc meruit. Hoc verum eſt; non tamen vitam officii ſui habebant, quia vita officii legalium [ut circumciſionis] erat purgare a peccato: ſed circumciſio non purgavit Timotheum a peccato, niſi ſimulare, quia ſi nullo modo obſervaretur, videretur quod Lex eſſet mala. Inimicorum, hæreticorum contra Apoſtolum. Ad hoc ſunt verba *Aug.* Quoniam diſpenſativa, ideſt, quadam diſpenſatione falſitatis: Hoc dicit contra *Hier.* qui dicebat, Petrum hoc diſpenſatorie feciſſe, & non vere. Nullo eſſe mentiendum. Argumentum contra illos, qui dicunt, quod in caſu poteſt quis mentiri, ut pro vita alicujus ſervanda. *Job* 13. Numquid indiget Deus veſtro mendacio? A Scriptoribus Sanctarum ſcripturarum. Hoc dicit *Aug.* Oppono ei, ergo Hieronymus non eſt mentitus, & dicis oppoſitum? ergo tu es mentitus; ergo differentia eſt inter Expoſitores, & Scriptores. Scriptores enim dicuntur, qui Sanctam ſcripturam poſuerunt ex charitate, & hi nullo modo mentiti ſunt. Sed Expoſitores, ideſt, Gloſſatores ſupra quaſi de ſuo locuti ſunt, & ita mentiri potuerunt. Tamen utrumque ſuſtinere at qui dicerent, quod neuter mentitus eſt; quia unus dicit, quod non erant mortifera legalia: alius dicit, quod imo mortifera erant ſpem ponentibus in eis. Petri itaque & Barnabæ ſimulatio merito reprehenſa eſt, ſed nihil reprehenditur niſi peccatum: ergo Petrus peccavit mortaliter.

Sed videtur, quod illo modo Paulus peccaverit in reprehendendo, quia Petrus hoc faciebat zelo fidei; & ita merebatur: ergo non erat reprehendendus. Præterea hoc non fecit ex aliqua libidine: ergo cum omne peccatum ſit ex libidine, in hoc non peccavit; quod verum eſt ſecundum *Hieron.* A quo correctus eſt ſimulatorie. Imo hoc non

A fecit

Digitized by Google

D a Nos natura b Judæi, & c non ex Gentibus peccatores. d Scientes autem quod non juſtificabitur homo ex operibus Legis, e niſi per fidem Jeſu Chriſti, & nos in Chriſto Jeſu credimus, f ut juſtificemur ex fide Chriſti, & non g ex operibus Legis, propter quod ex operibus Legis non juſtificabitur omnis caro. Quod h ſi quærentes juſtificari in Chriſto, i inventi ſumus, & ipſi peccatores: nunquid Chriſtus peccati miniſter k eſt? l Abſit. Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc rædifico: prævaricatorem me conſtituo,

a Nos natura Judæi,] ut dictum eſt, in hac parte hujus Epiſtolæ intendit oſtendere, quod legalia non ſunt neceſſaria ad ſalutem. Uſque huc commendavit perſonam ſuam, & cauſam ſuam; modo diffuſius proſequitur, quod inceperat oſtendere, ſcilicet quod legalia non ſunt neceſſaria ad ſalutem. Et hæc eſt tertia part primæ partis, ut dictum eſt in principio *Epiſtolæ*. Oſtendit etiam duplici exemplo ſui & Apoſtolorum: & Abrahæ primo, & ſecundo Scripturarum atteſtatione, *infr.*3. Sicut ſcriptum eſt, Credidit Abraham. Tertio per conſuetudinem, ſiva per leges humanas. *infr.*3. Secundum hominem dico. Dicit ergo. a Nos natura] a nativitate. b Judæi,] Hoc dicit, quia quidam veniebant ad Judaiſmum, & dicebantur Proſelyti, 2.*Cor.* 11. Hebræi ſunt, & ego, &c. *Philip.* 3. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, &c. c Et non ex, &c.] Contra, *Rom.*3. Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei. *Ephes.*2. Eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri. 1.*Joan.*1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. Solut. habetur in *Gloſſ.* [Non ex Gentibus peccatores.] ideſt, Non ſumus idololatræ ſicut Gentes. Antonomaſtice enim vocabant Judæi Gentiles peccatores; ſcil. propter idololatriam. d Scientes autem, &c.] quaſi, Nos ſumus natura, ideſt, nativitate Judæi: tamen quia ſcimus, quod nullus per legalia juſtificatur, dimiſimus ea, & cucurrimus ad fidem Chriſti, ut per eam juſtificaremur. e Niſi per fidem] Ad idem *Rom.*3. Arbitramur enim hominem juſtificari per fidem. f Ut juſtificemur ex fide, &c. Sed contra, *Jacob.*2. Abraham pater noſter, nonne ex operibus Legis juſtificatus eſt? Sol. Revera nullus juſtificatus fuit per opera Legis: augetur tamen juſtitia habita, diciturque Abraham juſtificatus per opera, quia per ipſa juſtitia ejus eſt annuntiata, & manifeſta. g Ex operibus Legis, &c.] quia ex quo nos Judæi, quibus data fuit Lex, non poſſumus per Legem juſtificari, multo minus alii, & ita nullus juſtificatur per Legem. [Omnis caro.] *Iſa.* 38. Videbit omnis caro ſalutare Dei. Vel [Omnis caro,] in malo, ideſt, Gentes carnaliter viventes. Unde 1.*Cor.* 15. Caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt. h Quod ſi quærentes.] Dico quod non poteramus juſtificari per Legem, ſed per fidem Jeſu Chriſti: unde nec Gentilis juſtificari potuit, quia nec fidem, nec Legem habebat. [Quod] pro & [Si quærentes juſtificari] ideſt, Si ex hoc, quod quærimus juſtificari in Chriſto, per fidem Chriſti.

i Inventi ſumus peccatores] quia ſcil. Legem dimiſimus. k Nunquid Chriſtus, &c.] q.d. Ergo Chriſtus, qui hoc præcipit, miniſter peccati; quod nullo modo verum eſt, quia eſt hoſtis peccati, & hoſtia pro peccato. Unde 2.*Cor.* 5. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ideſt, hoſtiam pro peccato. Vel [Quod] ideſt, quia. [Si quærentes, &c.] ideſt, Si inventi ſumus peccatores eſſendo ſub Lege, & quærimus juſtificari per Chriſtum: [Nunquid Chriſtus miniſter eſt peccati] ideſt, Legis? q.d. Miniſter peccati eſſet, ſi faceret nos eſſe ſub Lege. l Abſit:] Non eſt ita. Vel ſic: [Quod] ideſt, quia, [Si quærentes juſtificari,] ideſt, Si quærimus juſtificari, i Inventi ſumus peccatores:] in Lege, & ideo ipſam dimiſimus,] Nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt,] ideſt, Legis, qui permiſit nos eſſe ſub Lege? q.d. Non. Unde ſubdit [Abſit.]

Moraliter. Moraliter. h Quod ſi quærentes juſtificari, &c.] Homo quantum eſt in ſe, peccator eſt; & quod juſtificatur, a Chriſto habet: quia *Act.*4. Neque enim eſt aliud nomen ſub cœlo, in quo, &c. Et 1.*Cor.*15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita, &c. Ideo homo quantum in ſe eſt, quærat, & non inveniet niſi turbationem. Unde *Pſ.*41. Ad meipſum anima mea turbata eſt; propterea memor ero tui de terra Jordanis. *Oſee* 13. Perditio tua Iſrael: tantum ex me auxilium tuum. l Si enim, &c.] Poſſet quis dicere: Ita dicis coram nobis legalia non eſſe obſervanda, ſed occulte facis ea. Et reſpondet Apoſtolus, quod Non. [Enim,] ideſt, quia [Si quæ deſtruxi, &c.] Moraliter. Contra recidivantes, & contra apoſtatas: 2.*Petri cap.*2. Canis reverſus ad vomitum

A fecit ſimulatorie ſecundum *Aug.* Non peccavit venialiter, & non in doctrina Religionis, quia non aſſerebat legalia eſſe neceſſaria ad ſalutem & ſi aſſumeret legalia; ſicut quando aliquis ſumit ſibi capam, per hoc non dicit, quod aliquo modo non poſſit vivere ſine capa. Ibi *Hier.* ita reſpondet. Verba ſunt *Magiſtri*, Scribis in Epiſtola, loquitur *Aug. Hier.* vero, ſtatu ſpiritus ſalvus eſt.

Sed objicitur, quod ſecundum *Aug.* poterant fieri legalia ex charitate, & ita ſpes ſalutis poterat poni in eis.

Solut. *Hier.* intelligit ſpem ponere in illis, ideſt, credere quod ſine eis non poſſet eſſe ſalus. Benefacere, quod verum erat ſi ex devotione facerent. Cherinti, & Ebionis, qui dicebant legalia eſſe ſervanda cum Evangelicis, & aliter non eſſe ſalutem. In ſynagoga Satanæ. *Apoc.* 3. Sed hoc non eſt contra *Auguſt.* quia tunc non erat Evangelium manifeſtatum, ſicut modo. Peſtifera. Modo omnibus ſunt peſtifera legalia, ſed non tunc, ſecundum quod videtur per ea quæ dicuntur hic, ſibi plane contradicunt *Hieron.* & *Aug* Finia. *Rom.*10. Uſque ad Joannem. *Matth.*11. Ergo poſt Joannem non debuerunt obſervari: & ita peccavit Petrus, & etiam Chriſtus.

Sol. Ly (uſque) non terminat aliquod tempus, ſed totale tempus, ideſt, duraverunt in tempore, quando fuerunt. Item *Jer.*31. Ut non in vetuſtate litteræ. *Rom.*7. *Epheſ.*4. Indifferentes, & *Aug.* diceret, quod imo ſunt indifferentes, ideoque meritoriæ ſi ſervarentur ex charitate, non modo, ſed tunc, quando Petrus. Tu dicis bonum, ego aſſero malum: Ecce plana contrarietas eorum.

Unde pro nihil videmur laborare ad concordandum. Gratia fidei, quæ eſt fides. Valuimus in Lege, ideſt, in intellectu Legis, & obſervatione legalium. Proſelyti, ideſt, ſalientes de ſecta ad ſectam. Irridentes, qui ſemel ridentes: Irriſores, qui frequenter hoc faciunt. Hoc nomen peccator, &c. qui cum juſte, & laudabiliter vivant, non ſunt ſine peccato. 1.*Joan.* 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. Et *Eccl.*7. Non eſt juſtus, qui non faciat malum. Sed objicitur de hoc, quod dicit: Hoc nomen peccator non eſt uſitatum in Scripturis de illis, qui cum juſte, &c. Ex hoc videtur peccare ſanctus vir Sacerdos, qui in Confiteor dicit: Ego reus, & indignus peccator; ſcit enim quod nunquam peccaverit mortaliter; tunc enim facit contra illud *Job* 13. Num indiget Deus veſtro mendacio? Item ſecundum hoc videtur Apoſtolus eſſe mentitus. 1.*Tim.* 1. Qui venit ſalvos facere peccatores, quorum primus ego ſum. Ad hoc ſolvunt quidam, dicentes, quod ſacerdos dicit Confiteor in perſona Eccleſiæ. Sed ſecundum hoc deberet dicere pluraliter, Confitemur, ſicut dicit in orationibus in perſona Eccleſiæ, Oremus. Dicendum ergo, quod non in perſona Eccleſiæ, ſed vice Eccleſiæ, ſicut & illud: Qui me de limo terræ formaſti, &c. dicitur non in perſona mortui, ſed vice mortui. Vel hoc dicit vice propria, & aliorum, non tamen mentitur, quia dicit hoc timens ne habeat latens peccatum: unde talia verba non dicuntur aſſertive, ſed dubitative: q.d. Timeo ne ſim peccator; & hoc modo dixit Apoſtolus: Quorum primus ego ſum. Vel melius poteſt ſolvi, quia niſi aliquando inveniatur Sacerdos non peccator, ſed vir ſanctus, non tamen eſt uſitatum. Opera ſunt ex gratia. Unde patet, quod per opera non juſtificabitur quis; ſed quoniam augmentatur gratia. Ex qua impetrantur, &c. Sed nonne omnes virtutes ſimul infunduntur? Ita, ſed hoc dicit, quia fides prima eſt naturaliter, & per motum fidei meretur homo merito congrui cæterarum virtutum opera. Sed illam, ideſt, fidem Chriſti. Quia deſtrui non poteſt. Contra. Conſtat, quia non deſtruxerat illam ſuperbiam niſi in ſe, ſed ſimiliter fidem Chriſti in ſe poterat deſtruere. Sol. Deſtrui non poteſt, ideſt, non debet. Quæ deſtrui poteſt, ideſt, debet. Peccatores dum ei ſubjecti, &c. ideſt, ſub Lege. Sed contra, *ſup.*1. dixit: Proficiebam ſuper omnes coætaneos meos in Judaiſmo. Ergo ratione probari non poterat, quod eſſet peccator in Lege. Solut. Hoc agebat timore ſervili, & jam erat ſub lege, & poterat probari peccator. Unde ſuper illud *Pſ.*1. Et in lege ejus meditabitur, &c. *Gloſ.* Chriſtus erat in lege, Judæi ſub lege, quia Chriſtus, quæ faciebat, faciebat amore; illi autem ſervili timore. Servator miniſtrat peccatum ponentibus ſpem in ea. Adimplevit. *Matth.*5. Non veni legem ſolvere, ſed adimplere. Docens, ſervanda, or ſine ea non poſſet. Ego ſolus Miniſter juſtitiæ, quia qui tranſeunt ad eam, juſtificantur. Prophetam. *Deut.*18. & *Jer.*31. & *Oſ.*3. Sedebunt filii Iſrael ſine Rege, &c. *Deuter.* 9. Ut finem

A accipiat

a vomitum, &c. Et notantur hic duo peccata ſpecialius, gula ſcilicet & luxuria. Canis vorax eſt, ſus immunda. *Prov.* 26. Sicut canis, qui revertitur ad vomitum ſuum, &c. *Joſ.* 6. Maledictus qui reædificaverit Jericho.

Item multi ſunt, qui quod ædificaverunt verbo, deſtruunt exemplo, vel quod ædificaverunt in publico, deſtruunt in conſiliis in occulto.

a Ego enim per Legem Legi *b* mortuus ſum, *c* ut Deo vivam: Chriſto *d* confixus ſum cruci. *e* Vivo autem *f* jam non ego, *g* vivit vero in me Chriſtus. *h* Quod autem nunc vivo in carne, *i* in fide vivo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit *k* ſeipſum *l* pro me. Non abjicio gratiam Dei. Si enim per Legem juſtitia. *m* ergo Chriſtus gratis mortuus eſt.

Sed *Eccl.* 34. Unus ædificans, & unus deſtruens, &c. Illi poſſunt comparari Leoni, qui veſtigia ſua impreſſa in terra, cauda delet: ſic ipſi veſtigia boni ſermonis expreſſa in terra liberi arbitrii audientium, delent per malam vitam. *Jer.* 48. Mittam eis Oratores, ſcilicet Prædicatores dicentes: ita facietis; & ſtratores laguncularum per malum exemplum, & ſternent eam, & vaſa ejus exhaurient, & lagunculas eorum collident. Sic Prædicator aliud dicens, aliud faciens, prævaricator eſt.

a Ego enim per Legem] ideſt, per Legis cognitionem, quia ſimpliciter eam intelligo, i. per Legis auctoritatem. *Levit.* 26. Novis ſupervenientibus vetera projicietis.

b Legi mortuus ſum,] i. operibus legalibus, & carnalibus mortuus, ideſt, ſeparatus, a Lege: mors enim ſeparatio eſt. *Cant.* 8. Fortis eſt ut mors dilectio.

c Ut Deo vivam.] *Coloſ.* 3. Mortui eſtis, & vita veſtra, &c. 2. *Cor.* 6. Morientes, & ecce vivimus. [Per Legem Legi mortuus ſum,] ideſt, ad honorem Legis mortuus ſæculo, & mundo; per legem, ideſt, intelligentiam Legis ſpiritualem. *Matt.* 28. Angelus Domini deſcendit de cœlo, &c. Angelus eſt revelatio, qua revelatur nobis cognitio Dei clauſa ſub littera Legis quaſi ſub lapide. In fulgore juſtitia Dei, in candore veſtium ejus miſericordia. Et poſt facti ſunt velut mortui. *Eccl* 48. Mortuum prophetavit corpus ejus; quia prior debet homo mori, ut poſtea doceat alios.

d Confixus ſum cruci:] contra quoſdam, qui ad tempus volunt aſcendere crucem pœnitentiæ, ſed nolunt cruci affigi, ut intrent Religionem; de quibus *Job* 39. Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum? Notandum, quod Diabolus dicitur crucifixus fuiſſe ibi, ubi Chriſtus moriendo mortem deſtruxit; & ad hoc ſignificandum geminatur crux in eadem cruce, ideſt, in illis, in quibus eſt de ligno veræ crucis, aſt ibi una parva ſupra aliam. Quidam ergo crucifiguntur in cruce Chriſti, ſcilicet qui moriuntur in mundo propter Deum: & illi ſunt cruciati cum Chriſto, qui faciunt de neceſſitate virtutem, velut latro cum Domino. *Luc.* 23. qui ait: Memento mei cum veneris in regnum tuum. Quidam ſuſcipiunt pœnitentiam propter delenda peccata. *Job* 7. Terrebit me per ſomnia, &c. Et ideo ſuſpendium elegit anima mea, ideſt, ideo faciam pœnitentiam. Alii antonomaſtice crucifiguntur cum Chriſto, qui ad honorem Dei, & utilitatem proximi pœnitentiam faciunt, licet non ſint conſcii peccati. Unde 2. *Cor.* 4. Semper mortificationem Jeſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Alii autem crucifiguntur Diabolo, ſcilicet, qui alia de cauſa, quam propter Deum faciunt opera pœnitentiæ, vel intrant Clauſtrum, vel hujuſmodi. Crucifixio autem Diaboli figurata fuit *Joſ.* 8. Regem quoque Hai ſuſpendit in patibulo, &c. Rex Hai interpretatur vita vallium, vel quæſtio vitæ, & ſignificat peccatorem, qui ſcilicet eſt in valle peccati, quem Diabolus regit. Hunc Regem ſuſpendit Joſue, ideſt, Chriſtus in paſſione ſua. Notandum ergo, quod multi crucifiguntur cum Diabolo, ſicut cum Chriſto. Suſpenduntur cum Diabolo, qui opera pœnitentiæ faciunt ex inani gloria, ſcilicet pro laude. *Gen.* 40. Suſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Illi piſtori videbatur, quod ferret tria canistra farinæ ſuper caput ſuum, per quæ ſignificantur tria genera operum, propter quæ gloriantur homines, ideſt, opera miſericordiæ, juſtitiæ, & doctrinæ. Hæc ſuper caput deferunt qui ea ad oſtenſionem faciunt.

Unde dicit volucres, id eſt, inanes cogitationes circa temporalia.

Item qui crucem pœnitentiæ aſcendunt ex ambitione humanæ dignitatis, ſicut Abſalon, 2. Reg. 18. qui ambiebat principatum, ſuſpenſus eſt in mula pertranſiens. Per mulam ſterilis procuratio; qua quis procurat, ut habeat dignitatem; ſed quando illa tranſit, ideſt, quando videt quod non prodeſt, ſuſpendit ſe, i. incipit facere opera pœnitentiæ, ut ſic poſſit exaltari, ſcilicet aſſociari filiis Iſrael. Alii ex hypocriſi, ſcilicet, ut credantur boni, & ſignificantur per Gabaonitas. *Joſ.* 9. qui in veteribus panis voluntarie ſe afferunt, ſive ſpontanee in Religione, & ſignificantur tales per latronem Chriſtum blaſphemantem. *Luc.* 24. Vel qui per erubeſcentiam faciunt aliquid: ſicut aliquando contingit de illo qui ſtatuit, & impoſuit aliquam legem, & ſervat ne improperetur ei, vel vituperetur. *Eſther* 7. Suſpenſus Aman in patibulo, quod paraverat Mardochæo. Vel ex curioſitate, ſicut *Lucæ cap.* 19. Aſcendit Zachæus ſuper ficum fatuam, ideſt, pœnitentiam indiſcretam, quod præcipue faciunt Novitii, & ideo ſtatim dixit ei Dominus: Zachæe feſtinans deſcende, ideſt, accipe morem aliorum.

Unde *Aug. in lib. de doctr. Chriſt.* Quiſquis autem rebus prætereuntibus ſtrictius utitur, quam ſe ſe habeant mores eorum, cum quibus vivit, aut vituperabilis, aut ſuperſtitioſus eſt: quiſquis vero ſic eis utitur, ut mores conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat, aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt. In omnibus, ideſt, in talibus, non rerum uſus, ſed libido in culpa eſt.

Sed quid erit talibus qui crucifiguntur cum Diabolo? Reſpondeo: Sicut Dominus dixit illi, qui crucifixus eſt cum eo: Hodie mecum eris in Paradiſo. Ita Diabolus poteſt eis dicere: Hodie mecum eritis in Inferno.

e Vivo ego,] ſpiritualiter.

f Jam non ego,] carnalis qui eram: hoc eſt quando homo nihil propriæ voluntatis, vel rationis ſapit, 1. *Reg.* 10. Mutaberis in virum alterum. *Job.* 16. Ego ille quondam opulentus repente contritus ſum.

g Vivit in me Chriſtus:] ſicut bonus pater dicitur vivere in bono filio, qui patrem in omnibus imitatur. *Eccl.* 30. Mortuus eſt pater illius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. Vel [Vivit in me:] eſt enim vita mea in præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam. *Phil.* 1. Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum. *Rom.* 14. Nemo veſtrum ſibi vivit.

h Quod autem nunc vivo.] Oſtendit per quid vivit in ſolo Chriſto quia per fidem, quæ caſtigat intellectum, ut non credat ſibi, ſed Deo. Unde 2. *Corint.* 10. In captivitatem redigentes omnem intellectum. Similiter fides reprimit propriam voluntatem: unde *Joan.* 3. Ut qui credit in Deum, non pereat, ideſt, non faciat propriam voluntatem, 1. *Joann. ult.* Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.

i In fide vivo:] *Habac.* 2. Juſtus ex fide vivit.

k Tradidit] *Jerem.* 31. In charitate perpetua dilexi te; ideo, &c. *Eph.* 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, &c. *ſup.* 1. Qui dedit ſemetipſum pro nobis.

l Pro me:] ideſt, amore meo, pretio mei, aut meo. Pro amore enim hominis mortuus eſt Chriſtus; unde propriæ amor vincit eum. *Bern.* O amoris vis! Amore quid violentius? Solus amor triumphat de Deo. *Joan.* 15. Majorem hac dilectionem, &c. Item pretium hominis fuit Chriſtus, quo redemptus eſt a debitis. 1. *Cor.* 6. Empti eſtis. Idem 1. *Petr.* 1. Similiter vicarius noſter fuit cum vice noſtra mortem ſuſcepit, ut eam a nobis tolleret. *Rom.* 8. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non poſſunt ergo perire, pro quibus pater tradidit filium in mortem, ut vivant: pro quibus filius patrem rogat, ne pereant; pro tranſgreſſoribus enim rogavit, ut non perirent. *Iſa.* 53. & ideo dicit per *Pſalm.* 115. Quid retribuam Domino, &c. *m* Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Simili modo accipitur (gratis) in *Iſa.* 52. Gratis venundati eſtis, ideſt, pro nihilo, ſine aliquo commodo.

▲ accipiat peccatum, & adducatur juſtitia ſempiterna. Carnes confixas. *infr.* 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt, &c. *Rom.* 6. Vetus homo noſter, &c. in qua eſt incentivum vitiorum, &c. Sed hoc incentivum eſt fomes, ergo fomes eſt in carne. Contra. Super illud *Rom.* 7. Video aliam legem, & in fine. *Gl.* Fomes peccati, qui eſt ex carne. Propterea ſecundum hoc habemus incentivum vitiorum, & ita vitia habent ſibi qualitates ſubſtratas. Sol. In carne eſt, i. a carne: vel, i. ſenſualitatem, quæ dicitur caro reſpectu ſuperioris partis rationis; & fomitem appellat incentivum, quia impellit ad malum, retardat a bono, & non eſt aliquis habitus alius. Per hoc fides habet efficaciam. Ex quo videtur, quod fides informetur a charitate, quod eſt contra quandam opinionem. Item ſi per hoc, quod Deus dilexit nos, habet efficaciam fides, conſtat, quod dilexit Legem divina eſſentia, & aliquid notat, i. dilectionem; & ly (per) notat cauſam, & non *Expoſitio Gloſ.*

▲ divinæ

Digitized by Google

Expoſitio Gloſſ. a' divinæ eſſentiæ ad fidem, quia ſecundum hoc ſi certus eſſet per hoc, quod Deus eſt, habet fides efficaciam: & conſtat, quod hic non eſt intellectus; ergo notat cauſam dilectionis ad fidem; ergo dilectio, ſive charitas eſt cauſa fidei & nec formalis.

A Solut. Hoc dicitur ex conſequenti, quia ad hoc quod dilexit nos, ſequitur quod ipſe perfecit in nobis fidem. Ad illud, Quod quæris, dicendum quod ly (dilexit) notat effectum, qui eſt gratia, ex qua conſtat, quod fides habet efficaciam. Una res facta, idest, unum operatum. In eodem facto invenimus Judam.

C A P. III.

a O Inſenſati Galatæ, b quis vos faſcinavit non obedire veritati, c ante quorum oculos d Chriſtus Jeſus proſcriptus eſt, e & in vobis crucifixus?

Sol. Patet quod Judas ideo tantum reprehendendus eſt, quia hoc fecit animo maligno. Ergo ſi crederet obſequium ſe præſtare Deo, non peccaſſet, & ita labimur in hæreſim Cajanorum, qui dixerunt Cain optimum, & Judam: quia revelatum fuit Judæ, quod per mortem Chriſti redimendum eſſet genus humanum, & ideo dicunt, quod non peccaverit. Solut. In eodem facto, in eo quod ex facto relinquitur, idest, in paſſione Chriſti. Et dicendum, quod etſi animo liberandi genus humanum hoc feciſſet, adhuc peccaſſet, quia dicit *Seneca*: Valde ridiculum eſt propter vitium alterius perdere propriam innocentiam. Inhibitum enim erat ne quis occideret innocentem, unde non poſſet occidi Chriſtus vel tradi, niſi ex aliqua libidine, vel ex motu liberandi genus humanum, vel aliquo tali: Benedicimus charitatem ex hoc quod fecit Deus. Tradidit ſe per dilectionem.

E X P O S I T I O C A P. III.

O Inſenſati Galatæ, &c.] Supra oſtendit Apoſtolus non eſſe obſervanda legalia: adhuc oſtendit idem. Dividitur autem hoc cap. in ſeptem partes. In prima parte increpat eos de inobedientia Evangelii. In ſecunda arguit eos de fatuitate per quatuor quæſtiones, quas item ponit, ibi: Hoc ſolum a vobis volo diſcere.] In tertia oſtendit juſtitiam ex fide eſſe, non ex Lege per exemplum Abraham, qui ex Lege non eſt juſtificatus, ibi, [Sicut ſcriptum eſt: Credidit Abraham.] In quarta oſtendit idem per maledictum Legis, ibi: Quicumque enim ex operibus Legis ſunt, &c.] In quinta probat idem per humanam conſuetudinem, ibi: Fratres ſecundum hominem dico.] In ſexta agit de cauſa Legis, ad quid ſcilicet data ſit, ſi non ad juſtificandum ibi: Quid igitur Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt, &c.] In ſeptima parte, quia videbatur eſſe contrarietas, ſecundum quod dixerat, inter Legem & promiſſionem, determinat quod non, & ſubdit de utilitate Legis, quoniam fuit data ad cuſtodiam, ut pædagogus. Et hæc pars incipit ibi: Lex ergo adverſus promiſſa Dei [Abſit.] Dicit ergo:

a O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit?] a faſcino puerorum, qui ad aſpectum invidorum admirantium pulchritudinem ipſorum, incipiunt vomere, quod comederunt: ſimiliter poſtquam ipſi receperant Evangelii veritatem, quidam invidi dixerunt non ſufficere ad ſalutem Evangelium, & ex hoc cœperunt vomere cibum Evangelii. b Quis vos faſcinavit,] i. incantavit? Incantatio enim dicitur faſcinatio, quia ſicut faſcia ligata ante oculos prohibet rem videri prout eſt: ita per incantationes faciunt errare in judicio, ut res appareat aliter quam ſit. Ideo appellat iſtos faſcinatos, quia cum eis manifeſta eſſet veritas Evangelii, non credebant. Unde dicit [Quis vos faſcinavit veritati non obedire,] i. ad hoc, ut non obediatis Evangelio? Sed ſic dicitur *Eccl.* 10. Pecuniæ obediunt omnia. Vel faſcinatio dicitur quoddam nocumentum, ſicut dictum eſt. [Quis vos faſcinavit?] q. d. Evomuiſtis Spiritum ſanctum quem receperatis. c Ante quorum] idest, in quorum reputatione. d Chriſtus Jeſus] tantum [proſcriptus] eſt, i. damnatus; q. d. Quis vos faſcinavit? ita ut reputetis Chriſtum damnatum tanquam purum hominem, quia creditis, quod aliis ſine fide ejus ſit ſalus. e Et in vobis crucifixus] per peccata veſtra; ſicut dicitur *Hebr.* 7. Rurſum filium Dei crucifigentes, &c.

Moraliter. Moraliter. b Quis vos faſcinavit?] Sic poteſt dici multis, qui cum bene inceperunt, male faciunt, vel finiunt vitam ſuam: [Quis vos faſcinavit?] idest, incantavit? Reſpondere poteſt: Corporalis concupiſcentia. Unde *Iſa.* 47. & loquitur ironice. Sta cum Incantatoribus tuis, idest, motibus concupiſcentiæ, quæ non poteſt facere, quin ratio videat, ſed judicium ejus pervertere poteſt. Sed *Iſa.* 5. dicitur: Væ qui dicitis malum bonum, &c. ponentes amarum in dulce. Videt enim ratio, quod ſervire Deo bonum eſt, & dulce; tamen in tantum eam incantat concupiſcentia, quod pervertit judicium, ut dictet aliter faciendum. Vel faſcinator ſecundum aliam litteralem expoſitionem detractor dicitur, vel adulator. *Sap.* 4. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona. Sicut quædam Lotrix magiſtro cuidam nigerrimo dicebat, quod erat fuſcus, & non niger. Detractores ſunt faſcinatores, quia faciunt vomere bonum, quod inceperat quis, ſive quod habebat in propoſito. *Am.* 1. Eo quod diſſecuerit prægnantes Galaad. Anima imprægnatur per bonum propoſitum. *Luc.* 21. Væ prægnantibus, &c. c Ante quorum, &c.] Pro damnato habent Chriſtum Præbendati, qui confiſcant bona ejus dividentes inter ſe patrimonium ejus.

Unde per *Pſal.* 21. Diviſerunt ſibi veſtimenta mea. *Am.* 6. Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion, &c. uſque: Nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph. Vel [Ante quorum oculos, &c.] Nobis æque eſt nota paſſio Chriſti, ac ſi coram nobis facta fuiſſet, quia repræſentatur nobis in capitulis, ſimiliter in libris ſacræ Scripturæ rubricatis ſanguine ipſius, idest, memoria ipſius. *Deut.* 28. Dabit tibi Dominus cor pavidum, & deficientes oculos, & animam mœrore confectam. Et ſubdit cauſam, quia erit vita tua, idest, Chriſtus, pendens ante te. Vel [Proſcriptus] i. exhæredatus; nec eſt qui defendat bona ejus, quæ devaſtantur ab hæreticis. *Pſ.* 39. Quis ſtabit mecum adverſus operantes iniquitatem?

Nam multi proſcribunt Chriſtum de anima ſua, alii etiam de aliena, ſicut qui corrumpunt alios mala vita, vel doctrina, A maxime

a O inſenſati, &c.] Verba iraſcentis, ira per zelum, Commovet non debet hic eſſe, ſicut quidam habent, ſed commonet, ſicut patebit *infr.* Nec ſe circumventos cognoſcunt. Expoſitio Gloſſ.

Unde *Pſal.* 27. Ad nihilum redactus ſum, & neſcivi. *Prov.* 23. Verberaverunt me, & non dolui; vulneraverunt me, & non ſenſi. *Oſ.* 7. Comederunt alieni robur ejus, & ipſe ignoravit. *Iſa.* 42. Combuſſit eum in circuitu, & non cognovit: & ſuccendit eum, & non intellexit. Et dicuntur illæ faſcinationes. Cum ergo illud ſit ludificatio, videtur quod nihil aliud ſit, quam faſcinatio talis: & ſecundum hoc *Geneſ.* 19. Angeli percutientes Sodomitas aoriſia magice deceperunt eos; & ſimiliter Eliſæus, eos qui venerant ad capiendum eum. 4. *Reg.* 6.

Solut. Aliud eſt ludificatio, aliud aoriſia: quia in ludificatione magica perturbatur judicium viſus, & creditur quod res quam videt, ſit alia quam ſit; in aoriſia autem tantum perturbatur receptio viſus.

Unde ſi ille qui percuſſus eſt aoriſia, videret me, non cognoſceret me in tantum, ut caderet in errorem, & diceret me eſſe alium quam ſim: in ludificatione creditur de feſtuca, quod ſit ſerpens, vel hujuſmodi.

Quorumdam oculi viſu urentes. Ad idem ſuper illud *Luc.* 11. Mitto vos ſicut oves in medio luporum: ibi *Gloſſ.* Lupus ſi aliquem prior viderit, vocem illius quadam vi eripit: ſi homo illum prius viderit, exagitat. Dicunt aliqui quod homines quidam habent viſum ita infectum, quod viſu ſuo pueros, qui ſunt maxime paſſibiles, inficiunt. Ad idem ſuper *Pſal.* 118. Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. *Gloſ.* Magna eſt virtus in oculis, quod in naturalibus apparet. Icterus viſus prodeſt ictericis: prior videns lupus vocem aufert; baſiliſcus ſi prior videt, occidit; ſi prius videtur, occiditur. Quæ ergo virtus in oculis juſti, qui cum fide videtur, qui cum ſit imago Dei, ab omnibus honoratur. Suis itaque oculorum radiis virtutem quamdam videntur infundere his: & bene poteſt eſſe, quod ab oculis aliquid infundatur in rem viſam.

Sed tunc oportet dicere, quod videmus extra mittendo, & ita aliquis viſu ſuo poteſt faſcinare alium. Sed quid eſt, quod Eccleſia damnat hujuſmodi faſcinatores?

Dicendum quod condemnat hujuſmodi conjurationes, quæ fiunt circa faſcinum, & quia duxerunt in conſuetudinem dicere de qualibet infirmitate, quia faſcinatus eſt. Ut huic peccato Dæmones inſerviant.

Sed ille morbus aut eſt contagioſus, aut non; ſi ſic, ut lippitudo oculorum, jam non eſt peccatum, quia velit, nolit ille qui lippus eſt, transfundet in illum quem reſpicit, ſi non eſt contagioſus, conſtat quod eſt corporalis, aut ſpiritualis, & tunc quando inſervit ei Diabolus.

Solutio. Morbus ille corporalis eſt; tamen hæc infectio majorem vim habet, quando movetur ex invidia inficiens, ſicut patet in muſtela, quæ flatu ſuo interficit ſerpentes, ſed præcipue quando iraſcitur, quia maxime fœtet tunc flatus ejus. Dæmones autem inſerviunt adjuvando, & quandoque conſummant læſionem, quam homo incipit, ut ſic totum imponatur homini.

A quod

Digitized by Google

△ maxime hæretici, qui Chriſtum proſcribunt etiam a præſentia ſua. Unde dicitur in vita B. Mariæ de Nivella, quod Dominus apparuit ei quaſi proſcriptus, & dixit ei: Ecce vides quomodo a tota præſentia Albigenſium proſcriptus ſum, & excluſus. Alii proſcribunt Deum

Hoc ſolum *a* a vobis volo diſcere: *b* An ex operibus Legis ſpiritum accepiſtis *c* an ex auditu fidei? *d* Sic *e* ſtulti eſtis, ut cum Spiritu cœperitis, nunc *f* carne conſummemini? *g* Tanta paſſi eſtis *h* ſine cauſa? ſi tamen *i* ſine cauſa.

a ſcriptura, vel religione ſua vel prædicatione vel diſputatione ſua. Et nota, quod tria expellunt eum de domo ſua, fumus, ſtillicidium, & mala uxor, & ſumitur hoc de *Prov.26.* Alii etiam, [ut videtur] habent eum aut pro bannito, i. proſcripto, aut pro fere bannito, quia ſi ſuſcipiunt eum, hoc non eſt niſi in occulto: pauci audent in aperto pœnitere. Item ſicut clamatur contra latronem vel bannitum, ita contra aliquem qui bene facit. *Matth.26.* Exierunt cum gladiis, & fuſtibus. Sed nec ullus audet eum juvare, ſicut nec aliquem bannitum. *Matth.* 8. Vulpes, i. dæmones, foveas habent, &c. 1.*Reg.*22. Non eſt qui doleat vicem meam. *a* A vobis volo diſcere,] Argumentum, quod diſcere debemus etiam ab inſamibus. 1.*Cor.*14. Quod ſi quid revelatum fuerit ſedenti, prior taceat. *b* An ex operibus Legis] *Rom.*3. Ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram illo. *c* An ex auditu fidei?] Argumentum, quod ex auditu fidei datur Sp. ſanctus. *Act.*10. Loquente Petro cecidit Sp. ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum. *d* Sic] ideſt, in tantum.

e Stulti eſtis, ut cum Spiritu] ideſt, ſpirituali intelligentia fidei, & dilectionis. *f* Carne] i. carnali intelligentia, ut ſine operibus Legis non ſit ſalus.

g Tanta paſſi eſtis] pro fide Evangelii.

h Sine cauſa?] i. utilitate. *i* Si tamen ſine cauſa.] Hoc dicit eis innuens quod ſi vellent reſipiſcere ab errore ſuo, opera eorum mortificata reviviſcerent. *Inf.*4. Timeo autem vos ne forte ſine cauſa, &c.

Moral. Moraliter. *d* Sic ſtulti eſtis ut cum Spiritu cœperitis,] Multi Prælati, qui nec Spiritu incipiunt, nec Spiritu conſummant, & aliqui Spiritu incipiunt, & carne conſummant. Iſti ſunt ingrati. *Dan.* 2. de ſtatua, quæ habebat caput aureum, & ſemper deſcendendo deterior, & pedes habebat luteos. *g* Tanta paſſi eſtis] Hoc poteſt dici multis Religioſis, qui diu fuerunt in auſteritate Religionis. *Heb.*10. Vinctis compaſſi eſtis: ſed pro nihilo, quia in fine omnino carnales. [Sic ſtulti eſtis] Sed in diſcretione maxime accidit hoc, quod Novitius, qui in Spiritu incipit, maximum fervorem concipit tandem in carne deſinit: quia quantum facit in modico tempore, quod oportet eum redire ad cibaria alia, & ad multas diſſolutiones. Unde *Iſ.*33. Concipietis ardorem, i. primo eritis valde ferventes, & indiſcreti: ſed parietis ſtipulam, i. ad inutilia vos convertetis. *Luc.*14. Qui ex vobis volens turrim ædificare, &c. quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. Tales ſunt fatui, qui omnes ſumptus expendunt in fundamento, i. totas vires conſummunt in initio ſuæ converſionis. *Bern.* Non habet callidus hoſtis efficacius machinamentum ad tollendam de corde dilectionem, quam ut efficere poſſit, quod in initio incaute, & non cum diſcretione ambuletur. Talibus ad carnalem vitam reverſis improperat Apoſtolus. *Heb.* 10. Rememoramini priſtinos dies, in qui-

△ bus illuminati,

Expoſitio Gloſſa. A quod accidit propter infidelitatem hominis. Faſcinatio nugacitatis. *Sap.*4. Faſcinatio nugacitatis, &c. Nauſeantes: Tangit, quod puer faſcinatus vomit. Evomuerunt, intelligentiam fidei projecerunt. Et Judæum, quia in eum manum, i. conſenſum appuſuit: vel quia credere noluit, *Oſee* 13. Virga Moyſi, i. Chriſtus. *Exod.*7. verſa eſt in ſerpentem, quando poſitus eſt in cruce. *Jo.*3. Sicut Moyſes, &c. Proximi ſudetat, *Num.*35. Ignoranter, quia qui ſcienter, etiam a cornu altaris avellebatur: ſicut habetur de Joab, 3.*Reg.*2. Ad civitatem, *Deut.*19. Damnato, ſuperbo. *Iſ.* 51. Nunquid tu percuſſiſti ſuperbum? Ineffabile nomen. *Exod.*28. & 39. Sed non neſciebatur ejus ſignificatio: quare ergo potius dicebatur ineffabile quam aliud? Solut. Ineffabile dicebatur propter myſterium paſſionis, quod occultum quid erat. Principium vitæ paſſionis iſte, & conjuge ſic: Iſte eſt principium vitæ paſſionis, i. paſſione, i. per paſſionem more Græcorum, qui non habent ablativum. Intellectibus veſtris: Argumentum quod ſemper ante oculos mentis debemus habere paſſionem Chriſti. *Cant. ult.* Pone me, ut ſignaculum. *Job* 30. Pulli aquilæ lambent ſanguinem. Quo pretio. 1.*Cor.*6. Empti eſtis pretio magno, i. non corruptibilibus. Dum per legem, i. per legalium obſervationem. A Crucifixoribus peccati quantitate non differtis. Ergo ſi non credit quis in Chriſtum, vel credit paſſionem Chriſti non ſufficere ad ſalutem, vel de ipſo Chriſtus exhæredat, peccat enim ſicut illi qui crucifixerunt eum. Ad idem ſuper illud *Pſal.*68. Dederunt in eſcam meam fel, i. amaritudines, reſiſtendo veritati, quod hodie facit contemptor Sedentis in cœlo, & gravius peccat qui contemnit Sedentem in cœlo, quam qui crucifixerunt in terra. Solut. A crucifigentibus non differtis, ideſt, multum peccaſtis ſicut illi. Vel ſit ibi comparatio quantum ad has circumſtantias, Sedentem in cœlo, Ambulantem in terra. Sicut Pilatus, i. multum peccans eſt ſimilitudo in genere. Ex fide veniunt omnia neceſſaria; ergo ex fide venit Spiritus ſanctus. Contra *Sap.*7 Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, ideſt cum ſapientia, quæ eſt filii; ergo ſimiliter cum Spir. ſancto veniunt omnia bona, & ita fides, & non ex fide Spir. ſanctus. Solut. Revera ex Spiritu ſancto, vel cum eo venit fides. Unde quod hic dicitur: Ex fide venit Spiritus, ideſt ſignum viſibile Spiritus, quod fiebat tunc temporis in baptiſmo. A vobis diſcere. Sed nonne ſciebat hoc? Solutio, i. Ita audite ac ſi diſceretem. Simile eſt illud ſuper principium *Ezech.* Diſcurrit in terra, qui, ſupple Angelos, docet in cœlo. Non ſunt neceſſaria nobis, qui jam habemus gratiam Dei. Bipartita ſunt opera Legis: quædam moralia, quædam legalia. Propter quid autem hæc diſtinguuntur ab illis, dicitur ab *Aug. in 4. lib. de doctr. Chriſt.* Quicquid in ſermone Divino neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem proprie referri poteſt, figurativum eſſe agnoſcas. Morum honeſtas ad diligendum Deum, & proximum; fidei veritas, ad cognoſcendum Deum, & proximum pertinet. Patet ergo illud, quod quidam poſuerunt in dubitatione, utrum accipere pullos in nido avis ſit peccatum mortale. Per hoc enim, quod patet non intelligatur ſpecialiter ſervitus; ergo minores non merebantur illa faciendo. Servitus ſola eſt, ut quando intendebant facere tantum illud, quod videbant, ſed ſi ſervitus eſt ſola; ergo minores non merebantur illa faciendo, quia non intendebant facere niſi illud quod videbant. Sol. Majores intelligebant impliuite, videlicet illud quod intelligebant ibi Moyſes, & alii intelligentes ſimpliciter. Si tempori congruant: modo non congruunt tempori, quia venit veritas ceſſaverunt umbræ. Sacramentum non intellectum; ideo non ſunt exponenda laicis ſacramenta, quæ non intelligerent, & ſic terrerentur. Si opus tempori, i. ſi convenit tempori, ſicut olim. Tantum legitur, ſicut modo recitantur, & non fiunt. Contemplatio veritatis, in ſolius Dei dilectione; ergo charitas eſt virtus contemplativa, ergo diligendo Deum contemplamur ipſum. Sed contra. In *fine lib. de quantitate animæ* dicit *Aug.* [ſententia eſt, non verba,] Quando videt animo pulchritudinem in pulchro, ingreſſio eſt: quando autem videt ipſam apud pulchrum, contemplatio eſt; ergo per ſolam ſapientiam contemplamur Deum. Sol. Supra cognitionem fidei, & dilectionem fundatur, & radicatur ſapientia contemplationis: nec ſequitur quod dilectio ſit virtus contemplativa, ſed fundamentum ſapientiæ contemplativæ. Differunt autem contemplatio, meditatio, cognitio: ſicut dicit *B. Bern. in lib. de diligendo*: Contemplatio eſt libera mentis perſpicacia in ſapientiæ ſpeculo cum admiratione ſuſpenſa. Et tanguntur hic ſex gradus contemplationis, qui ſunt vacatio, intuitio, admiratio, dilectio, anhelatio. *Aug.* autem in *lib. de quantitate animæ* ponit ſeptem, quos vocat actus, qui ſunt animatio ſenſus, ars, jucunditas, ingreſſio, contemplatio, ſeptimus vero non eſt actus vel gradus, ſed magis quies: ut dicit ipſe, meditatio eſt ſtudioſa. 1.*Pet.*4. Chariſſimi, nolite peregrinari in fervore, &c. Pendet. *Matth.* 22. Ordo eſt, &c. 1.*Cor.* 15. Non prius ſpirituale, ſed quod animale. Vicerant. 1. *Jo.* 4. Perfecta charitas, &c. Imo proderit: Argumentum quod opera mortificata reviviſcunt ſine cauſa ad vitam æternam. Tribuit Spir. ſancti miniſterio non auctoritate: Sed miniſterio tribuit: ergo dat ſimpliciter Spiritum ſanctum: ſicut *Joan.*5. ſimpliciter dicitur: Omne judicium dedit filio, tamen in quantum homo tantum miniſterio judicabit, quia auctoritate judicabit tota Trinitas. Sed contra 15. *de Trinitate* 26. Neque enim aliquis diſcipulorum ejus dedit Spi-

a hos illuminati, &c. *a* Qui ergo tribuit] Oſtendit quod Lex non ſufficit ad ſalutem, eo quod non receperant Sp. ſanctum propter adimpletionem legalium, ſed quia acceperant fidem Chriſti. Unde infert ex prædictis.
b Ergo qui in vobis] ideſt inter vos. Vel [in vobis,] ideſt, per vos.

a Qui *b* ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis *c* ex operibus Legis an ex auditu fidei? *d* Sicut ſcriptum eſt: *e* Credidit Abraham Deo, *f* & reputatum eſt ei ad juſtitiam, Cognoſcite ergo, qui *g* ex fide ſunt, hi *h* ſunt filii Abrahæ,

c Ex operibus] q. d. Num qui operatur in vobis, [Ex operibus Legis, an ex auditu fidei] q. d. ex fide. Quæritur quare fidei attribuuntur miracula potius quam charitati, cum dicatur 1. *Cor.* 13. Major horum eſt charitas? Ad hoc autem, quod hic dicitur, facit illud *Heb.* 11. Fide Henoch tranſlatus eſt: & in *eod.* Fide tranſierunt mare rubrum tanquam per aridam terram: item *Matth.* 18. Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, &c. Solut. Per ſolam fidem operantur virtutes ſive miracula: quia in ea ſola agit homo contra ſe, & ſupra ſe, quia oppoſitum eorum, quæ credit, dictat ei ratio: & ideo congruit, ut detur ei poteſtas agendi ſupra naturam ſive contra curſum naturæ. In ſpe autem, & charitate, etſi ſupra ſe agat, quia ibi procedit ex ſuſceptione fidei, non agit tamen contra ſe. Ex hoc enim quod credit Deum ſupreme largum, dictat ei ratio, quod plus eſt ſperandum in eo, quam in ſe, & ſimiliter de charitate: ſed fides ſola contra rationem univerſalem facit. Unde *Bern.* Tria fecit Deus miracula, nempe quod Deus homo; quod mater virgo; quod cor humanum fidele. In primo eſt contrarietas, & repugnantia naturarum; in ſecundo contrarietas proprietatis; in tertio contrarietas, & rebellio ejuſdem ad ſe. Item alia ratione attribuuntur fidei miracula, quoniam juſtum eſt quod ſicut per primam inobedientiam amiſit homo creaturarum obedientiam, quam ei debebant: ita per primam obedientiam recuperet eam, ſed hoc eſt opus fidei, quæ prima ſubjicit, & facit intellectum obedire Deo: ſicut dicitur 2. *Cor.* 10. In captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti.
d Sicut ſcriptum eſt, Abraham credidit] Hic incipit tertia pars primæ partis: in prima commendavit perſonam ſuam, ut ſic ejus doctrina eſſet authentica uſque ibi [Nos natura Judæi.] In ſecunda probavit legalia non eſſe neceſſaria ad ſalutem exemplo ſui, & durat uſque hoc: [Credidit Abraham.] Modo in hac tertia parte probat hoc auctoritate Scripturæ. Dico, quod non datur Spir. ſanctus ex operibus Legis, ſed nec virtutes: ſed ex fide, quia ſcriptum eſt, *Gen.* 15. *Rom.* 4.
f Et reputatum eſt ei ad juſtitiam.] i. ipſum credere factum eſt ei ſufficiens juſtificatio. Vel ſic: Quando aliquis debet alius frumentum, qui non bene reddere conſuevit, quando reddit avenam, reputatur quaſi frumentum: ſic reputatur vobis a Deo juſtitia, quæ non eſt vere juſtitia, & ſimiliter de aliis virtutibus. *Iſ.* 64. Omnes juſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ, &c. *g* Qui ex fide ſunt,] i. Qui fideles ſunt. *h* Hi ſunt filii,] per imitationem fidei

Moral. *r* Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam] Non dicit operatus eſt. Ideo dicitur *Luc.* 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, non quia operata ſit. Dicitur etiam *Luc.* 1. Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, non dicit, eleemoſynas, ad innuendum quod plus placent Deo interiora, quam exteriora. Exteriora enim non placent niſi propter interiora. Unde Deus non penſat quantum, ſed ex quanto affectu. Quod ſignificatur per hoc quod dicitur *Gen.* 4. Reſpexit Deus ad Abel, & munera ejus: prius ad ipſum, deinde ad munera: quod eſt contra quoſdam Judaizantes, qui non judicant niſi ſecundum opera. Unde ille, qui aliqua magna facit in Cœnobio optimus reputatur: qui autem nihil tale facit, vel non prædicat, vel non legit, vel non placitat, vel ædificat, ſed in contemplatione eſt, nihil reputatur facere. Sed dicitur *Eccl.* 34. Non in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Hodie corporalia opera non ſpiritualia commendantur: dicit tamen [Credidit,] non, Operatus eſt, [& reputatum eſt ei ad juſtitiam.] Sed videtur, quod potius debuit dicere: Dilexit, &c. quia *Aug.* dicit: Amor ſui eſt fundamentum civitatis Babylonicæ, & amor Dei eſt fundamentum civitatis Dei. Item, nihil eſt peccatum niſi quia eſt ex aliqua libidine; libido autem eſt amor rei temporalis, ut pecuniæ, vel ſcientiæ, vel famæ, vel excellentiæ, vel hujuſmodi; ergo per oppoſitum amor Dei debet eſſe principium, quo homo placeat Deo. Reſp. In veritate in omni peccato amor eſt principium: quia *Aug.* dicit, quod peccatum eſt ſpreto incommutabili bono rei commutabili adhærere, i. adhærendo creaturæ recedit, & ſeparatur a Deo; & omnis adhæſio alicui eſt per amorem: ſed tamen ille amor eſt quandoque rationabilis, quandoque concupiſcibilis, quandoque iraſcibilis: ſic fit homo de pio impius; ergo dicitur homo per contrarium juſtificari cum ſpreto omni commutabili bono adhæret incommutabili, & ſic adhærendo Deo, ſeparatur ab omni creatura. Præterea autem adhæſio animæ cum Deo eſt per cognitionem intellectus, non per amorem: quia inviſa diligere poſſumus, incognita nequaquam; cognitio autem Dei meritoria eſt ſolius fidei, & ideo per ſolam fidem primo, & immediate juſtificatur impius. Quod objicit: Amor ſui eſt fundamentum, &c. ad hoc dicendum, quod forma argumenti non tenet; quia quod primum eſt in compoſitione, ultimum eſt in reſolutione. Unde non oportet, quod in deſtructione peccati primum ſit amor.
g Qui ex fide ſunt, hi filii ſunt Abrahæ.] Poteſt dici: O pater Abraham, paucos habes filios! cum tamen dicatur *Iſ.* 51. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, &c. Sed illa multiplicatio non eſt ſtellarum cœli, ſed arenæ maris. Multi ſunt enim credentes fide mortua, non viva, quæ probatur per opera. *Greg.* ſuper *Job*: A me fide diſcrepat, qui mecum operibus non concordat. Et conſtat quod pauci concordant operibus Abrahæ. Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite: ſed non facitis opera ejus, ergo non eſtis filii ejus. Nota quod dicitur tria Abraham feciſſe in fide, ex quibus commendabilis fuit. *Hebr.* 11. Fide exivit de terra ſua neſciens quo iret, fide moratus eſt in terra promiſſionis tanquam in terra aliena; fide obtulit Iſaac Deo. Primum iſtorum facit quis cum intrat Religionem, relinquens propriam voluntatem. Secundum facit quando in Religione ſe habet tanquam advena, ſc. honorans alios, & reputans eos ut cives. Humiliter ſe habent enim, qui ſe advenas ſciunt, & ſemper ſe reputant indigniores. *Pſ.* 38. Advena ego ſum. Tertium facit, cum totum riſum, & conſolationem temporalem dimittit pro Deo. Iſaac enim interpretatur riſus: ſed ipſum non amiſit, imo remanſit ei, quando enim homo putat ſe omnia gaudia amiſiſſe pro Deo, tunc majores conſolationes, & gaudia ſentit, & plus uſque in centuplum gaudii ſpiritualis in Clauſtro, quam reliquerit in mundo, & in centuplum
* accipit hic

Expoſitio gloſſ. A ritum ſanctum: orabant quippe ut veniret ſuper eos, quibus manus imponebant; ergo non dabant eum miniſterio. Præterea ſi miniſterio darent ipſum, cum in datione Sp. S. juſtificetur anima, ipſi juſtificarent animas. Sed contrarium ſuper 1. *Cor.* ubi dicitur, quod baptizandi interius poteſtatem nulli voluit dare; ergo nec Apoſtoli, nec Chriſtus in quantum homo dedit Sp. ſanctum proprie; ergo Apoſtolis cooperantibus dabatur Sp. ſanctus; ſed non operabantur dationem. Unde dabant miniſterio Sp. ſanctum, ideſt dum agebant miniſterium, dabatur non ab eis, ſed a Deo, i. faciebant miniſterium in quo dabatur Sp. ſanctus. Accepi poteſtatem dandi ſpiritum. Quid hæc eſt? gratia: Ergo merito unius virtutis dantur aliæ virtutes; ergo hæc poteſtas non eſt virtus, ſed eſt donum Dei, quo eſt ſalus. Ante circumciſionem. *Gen.* 15. dictum eſt de hoc: ſed *Gen.* 17. præcepta eſt ei circumciſio. Quorum eſſe eſt ex fide, ideſt bene eſſe in ſpiritualibus. Secundum hanc acceptionem probat Boetium, quod mali homines non ſunt. Similiter 1. *Tim.* 5. Vidua in deliciis vivens mortua eſt. Similiter *Iſa.* 44. Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt. Tamen eſſe appellatur quandoque bene eſſe in temporalibus. Et ſecundum hoc pauperes omnes in anguſtia conſtituti dicuntur non eſſe. Unde 1. *Cor.* 1. Elegit Deus ea, quæ non ſunt. Alio adverbium eſt: Sub maledicto tranſgreſſionis. Sic ergo nulli merebantur faciendo opera legis: ita Apoſt. *in hac epiſt.* & ad *Rom.* Ad *Heb.* loquitur præcipue contra illos, qui de Lege præſumebant, & ponebant ſpem in operibus Legis: illi autem, qui ex charitate ea faciebant, merebantur in illis. Sed opere impleat, quod nullus poteſt facere; Ergo nullus poteſt implere Legem, ergo non debet maledici, ſi non impleat. Quare quidam ad litteram dixerunt, quod nemo poteſt implere talem Legem propter multitudinem præceptorum, & eorumdem contrarietatem, v. gr. Præceptum erat in Lege, ut in die ſabbati abſtinerent ab omni opere ſervili, & alibi præceptum erat in ſabbato. *Joan.* 7.
A Si circum-

Digitized by Google

a tionem fidei ejus. *a* Providens] i. ea providentia dixit hoc [Scriptura.] Fide purificans corda: *Act.* 15.
b Prænunciavit] *Gen.* 12. 15. 17. 22.
d In te] ideſt tuæ fidei conformitate. Vel [In te,] in ſemine tuo, Chriſto ſc. Vel [In te,] in tui nominis invocatione.

B *e* Omnes Gentes.] non tantum Judæi.
f Quicumque enim] Oſtenſo quod fides juſtificat, oſtendit quod legalia non juſtificant.
g Ex operibus Legis] i. qui in eis confidunt, & ſpem ponunt.
h Sub maledicto] De quo *Deut.* 28.
i Scriptum] *Deut.* 28. Maledictus, &c. Moyſes propoſuit, Maledictus, qui non permanſerit in ſermonibus legis hujus, nec eos opere perficit. *Deut.* 27. Petrus autem aſſumpſit, ſed nullus permanet in operibus Legis. *Act.* 15. Hoc eſt onus, &c. Paulus autem concludit: Ergo omnes ſunt ſub maledictione Legis. Hoc eſt quod dicit, [Quicumque enim ex operibus Legis ſunt, ſub maledicto ſunt.] Et *Zach.* 8. Sicut eratis maledictum in Gentibus, domus Juda, & domus Iſrael: ſic ſalvabo vos: & eritis benedictio, in Novo teſtamento ſcilicet.

a Providens autem Scriptura, quia ex fide juſtificat Gentes Deus, *b* prænunciavit Abrahæ. Quia *c* benedicentur in *d* te *e* omnes Gentes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. *f* Quicumque enim *g* ex operibus Legis ſunt, *h* ſub maledicto ſunt: *i* Scriptum eſt enim: *k* Maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro Legis, ut faciant ea. Quoniam *l* autem in *m* Lege nemo juſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt, quia *o* juſtus ex fide vivit. *a* Lex autem non eſt ex fide: ſed qui *p* fecerit ea, vivet in illis.

Moral. * accipit hic, & vitam æternam poſſidebit in futuro.
c Benedicentur in te] in Chriſto benedictæ ſunt omnes Gentes. Ideo *Pſ.* 66. Terra dedit fructum ſuum, i. Beata Virgo Chriſtum. Et ſtatim ſeq. Benedicat nos Deus, &c. *Ezech.* 34. Ponam eos in circuitu collis benedictionem, & deducam imbrem in tempore ſuo, & pluviæ benedictionis erunt. *Gen.* 49. Ipſe erit expectatio Gentium. Et quare expectatur? Ad benedicendum. *Iſ.* 3. Fluent ad eum omnes Gentes. *Agg.* 2. Veniet deſideratus cunctis Gentibus. Vel [Benedicentur in te,] i. ad imitationem tui. *Rom.* 9. Non omnes qui ex Iſrael, Iſraelitæ ſunt, &c. ſed qui filii ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine, i. imitatores benedicentur æterna benedictione. *Matth.* 8. Multi ab Oriente, & Occidente venient, &c.
k Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus, &c.] Et nota quod dicit [ut faciat,] per quod patet quod facere præcepta Legis eſt permanere in ipſa. Et iterum nota, quod dicit [In omnibus,] non tantum in quibuſdam. [Maledictus] etiam quantum ab hominibus, ad minus ab his qui dicunt Horas Canonicas, qui dicunt illum verſum: Maledicti, qui declinant a mandatis, &c. & *Deut.* 27. Maledictus, qui non permanet in ſermonibus Legis, nec eos opere adimpleverit, & dicet omnis populus: Amen. Propter hoc debent homines multi retrahi a peccato. E converſo benedictus eſt, qui facit ſermones: dicitur enim *Deut.* 28. Si audieris vocem Domini Dei tui, ut facias, &c. faciet te Dominus Deus tuus excelſiorem cunctis Gentibus, venientque ſuper te benedictiones iſtæ. *Baruch.* 4. Hic eſt liber mandatorum Dei, & lex, & omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam, &c.
l Quoniam autem in Lege, &c.] Ex quo modo dictum eſt: Omnis qui Legem non implet, & nullus omnia mandata implet; ergo nullus conſtitutus ſub Lege eſt, qui non ſit maledictus. [Lex] i. legalia non ſunt ex fide, i. fides non dictat quod ſint neceſſaria ad ſalutem. Ex hoc autem, & illo quæ dicitur *Rom.* 14. Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt: ſed Lex non eſt ex fide, ut hic dicitur; ergo Lex eſt peccatum. Sed hujus ſolutio eſt, quia hic ſumitur fides pro fide, quæ eſt virtus, ſive pro articulis fidei: ibi autem ad *Rom.* dicitur, vel ſumitur pro conſcientia; quod patet per litteram, quæ ibi ſequitur, antecedit. Tamen poteſt dici, quod de eiſdem intelligatur, & argui contra eos, per ſimile. Quicquid non eſt ex fide, eſt peccatum; Deus non eſt ex fide; ergo eſt peccatum:
m In Lege nemo juſtificatur] *Pſ.* 142. Non intres in judicium cum ſervo tuo, Domine, &c. *Iſ.* 43. Narra ſi quid habes, ut juſtificeris. *Hebr.* 7. Nihil ad perfectum adduxit Lex.

o Juſtus ex fide vivit.] *Hab.* 2. *Rom.* 1. *Heb.* 10. Vivit enim] non dicit, vivet, ſed vivit, ſcil. in præſenti.
a Lex autem non eſt ex fide:] & ideo nullus juſtificatur ex Lege, quia *Hebr.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Argue ſic: Lex non eſt ex fide, vita juſti ex fide; ergo juſtus non vivit ex lege.
p Sed qui fecerit ea, vivet in illis.] i. non occidetur. *Iſ.* 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos. *Ezech.* 20. In præceptis meis non ambulaverunt, & judicia mea non cuſtodierunt, ut facerent ea, quæ cum fecerit homo, vivet in eis. Item *Nehem.* 9. Et non audierunt mandata, & in judiciis tuis peccaverunt, quæ faciet homo, & vivet in eis. Hoc & *Prov.* 7. Serva mandata, & vives. Item *Lev.* 18. Cuſtodite leges meas, atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis. Contra: *Ezech.* 20. Dedi eis præcepta non bona, & judicia, in quibus non viveat ſpiritualiter propter carnalem ſc. obſervantiam legalium.

a Chriſtus

A Si circumciſionem, &c.] & ita patet contrarietas. Alii dixerunt, quod nemo poterat ſervare Legem quin in aliquo tranſgreſſor fieret. Sed contra utroſque eſt illud *Aug.* Male dicunt, qui dicunt Deum præcepiſſe impoſſibile. Et ideo alii dixerunt melius, dicentes, quod cum dicitur, quod nullus poteſt facere, negatio non negat poſſibilitatem, ſed facilitatem, ſicut ibi: Impoſſibile eſt preces multorum non exaudiri, ſicut illud: Non eſt juſtus, qui faciat bonum, & non peccet, ideſt vix, & ſimiliter dicitur in Gallico. Hoc caſtrum eſt inexpugnabile. Non deeſt qui impleat: dicitur quod ſumptum eſt hoc ab illo loco. *Exod.* 24. Omnia hæc verba faciemus maledicti; qui ſub Lege, ideſt, ſub onere Legis. Ille juſtificatur apud Deum, qui eum gratis colit. Ergo & qui habet oculum ad temporale, non eſt juſtus; & ſic etiam mercenarii, qui Deo ſerviunt propter utramque ſtolam, non ſunt juſti, & ſecundum hoc Canonici, qui ſurgunt ad Matutinas propter denarios, peccant. Ad idem facit *Auguſtinus in libro de opere Monachorum*, ſuper illud *Matthæi ſexto*. Nolite eſſe ſoliciti, &c. Non ut non procurent, quantum neceſſitas eſt: ſed ut illa non intueantur, & propter illa faciant, ergo non poſſunt habere oculum ad hoc; ergo, &c. *Expoſitio Gloſſæ.*

Solutio: Bene poteſt aliquis colere Deum propter temporalia ponendo finem ſub fine. Unde quod dicitur hic: Non cupiditate appetendi aliquid præter ipſum, intellige principaliter, vel æqualiter cum Deo, ſicut qui duos fines conſtituit. Et dicitur de Canonicis, quod non ſurgunt ad Matutinas, nec pſallunt propter donationes, ſed vadunt ad Eccleſiam propter illas. De bonis mercenariis dicendum, quod ſerviunt Deo propter utramque ſtolam, & ulterius, ut habeant Deum: unde unum eſt ibi propter alterum. Juſtus ex fide vivit, iy [ex fide] eſt diaſyrticum. Sic *primo Timoth. quinto*. Peccantes coram omnibus argue. Vivit vita æterna, id eſt habet gratiam qua dignus eſt vivere vita æterna. Ut pro futuris impleatur: Sed quid eſt hoc? Multi enim in Lege pro futuris opera Legis implebant. Jam non erant ſub Lege, ſed pertinebant ad novum Teſtamentum. Præſentiſſimum præmium. Chriſtus eſt præſens præmium habenti charitatem magis præſens poſt mortem in ſtola animæ; præſentiſſimum erit utraque ſtola. Cupit contra Deum, cum cupiditas illa ſit mortalis. Lex nihil mandabat credendum: Ergo Judæi non tenebantur credere.

Contra: *Hebr. undecimo*. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Sed multi ſervando mandata Legis placuerunt Deo; ergo fides erat in præcepto, & in Lege. Sed hoc eſt ſolvendum, ſicut illud: Lex prohibet manum, non animum, ideſt, manum aperte prohibet, ſed non aperte animum. Similiter: Lex non mandat aperte credendum; ſic *Hebræor. octavo*. Melchiſedech fuit ſine patre, & ſine matre, ideſt, non oſtendebatur expreſſe quod habuiſſet patrem, vel matrem. Illuminato. *Joann. nono*. Nota *Gloſſ.* ubi dicit *Auguſtinus*. Sed quia in talem inciderit reatum, ſupple, ſi adhuc permanet in eo active. Active, & paſſive, imo paſſive. Semper ergo active dicitur quantum ad hoc quod ſumitur pro maledictione, quia actionibus malis meremur maledici maledictione pœnæ. Dicendum ergo active ſecundum culpam, quia culpa eſt cauſa pœnæ; paſſive ſecundum pœnam, quia pœna infertur propter culpam. Maledictum, i. malo culpæ addictum. Unde quaſi exponit ſubdens. Nec dicit: Maledictus, quia perſonæ accidit;

a *a* Chriſtus autem nos redemit.] Incepit oſtendere per auctoritatem Habacuc, quod Lex non ſufficit ſiva non eſt neceſſaria ad ſalutem: adhuc idem oſtendit auctoritate Moyſi, quod Lex non liberat a maledicto legis, neque juſtificat: Deus vero per fidem nos vocavit, & juſtificat; ergo fides Chriſti neceſſaria eſt ad ſalutem, & ita ea fide eſt benedictio.

a Chriſtus *b* autem nos redemit *c* de maledicto Legis, *d* factus pro nobis maledictum: *e* (quia ſcriptum eſt, *f* Maledictus omnis qui pendet in ligno:) ut in Gentibus *g* benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Jeſu; ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.

b Autem] pro ſed, [Chriſtus redemit nos.] *Iſ.* 43. Noli timere quia redimet te, &c. *Oſ.* 13. De morte redimam eos. *c* De maledicto] tranſgreſſionis Chriſtus, dico.

d Factus pro nobis maledictum:] maledictione pœnæ, & etiam culpæ ſecundum reputationem Judæorum. Et dicit in neutro genere, ut ſit ibi emphaſis, i. major expreſſio. Simile 2. *Cor.* 5. Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit. *Roman.* 8. De peccato damnavit peccatum. Magna eſt ingratitudo hominis Chriſtiani, qui non vult maledictum pati pro Chriſto, cum Chriſtus pro eo non ſolum ſuſtinere, ſed etiam fieri voluerit maledictum. 2. *Reg.* 14. Sicut Angelus Domini ſic eſt Dominus meus Rex, ut nec benedictione nec maledictione moveatur. *Jer.* 15. Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus.

e Quia ſcriptum eſt,] *Deut.* 21.

f Maledictus omnis qui pendet in ligno:] ſed Chriſtus pro nobis pependit in ligno; ergo maledictus fuit pro nobis. Et etiam propter hoc,

g Ut in gentibus Abrahæ fieret benedictio] Et hoc iterum, [ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem] i. ut per fidem, acciperemus Spiritum ſanctum. [Per fidem.] Non dicit. Per opera. [Pollicitationem,] 2. *Cor.* 1. Dedit pignus Spiritus. 2. *Par.* 6. Dominus pollicitus eſt ut habitaret in caligine, i. in humilibus, & obſcuris, non in glorioſis, & claris. 2. *Pet.* 3. Non tardat Deus promiſſionem ſuam, &c.

f Maledictus omnis qui pendet in ligno:] ideſt, in cruce pœnitentiæ, vel Religionis. Non debet talis contriſtari ſi maledicitur utens exemplo Chriſti, de quo *Luc.* 23. Stabat autem populus ſpectans, & deridebant eum Principes. Et poſt ſequitur: Unus autem ex latronibus, qui pendebat cum eo, blaſphemabat eum, & tamen nihil reſpondit. Similiter ſi Religioſus blaſphematur ab eis, qui cum eo pendent in ligno, ideſt a Religioſis, & a Principibus non debet contriſtari, ſed potius credere, quod cum Chriſto ſuſpenſus ſit in ligno Crucis, quia *Pſ.* 9. dicit: Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, &c. Unde timere debet ne ſit iniquus, quem homines benedicunt. Si ergo es in cruce pœnitentiæ, & Religionis noli ab hominibus expectare benedictionem: quia *Iſaiæ* 3. Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. Deberet etiam dicere Religioſus benedicenti ſibi, Amice tu facis contra legem: ſi autem maledicatur, debet dicere cum Rebecca. *Gen.* 27. In me ſit tibi iſta maledictio: quod ſi faceret, pollicitationem vitæ reciperet. Unde *Matth.*

Expoſitio Gloſſæ. A ſed dicit: Maledictum, quia culpæ proprium eſt. Qui ſuſpenſus fuerit, in veſpera deponatur. Sed ex quo præceptum eſt hoc: ad quid ergo rogaverunt Judæi Pilatum. *Jo.* 19. Ut non remanerent corpora in Cruce? Solut. Non erat præceptum, ut eadem die, qua ſuſpendebantur, deponerentur: ſed quod non remanerent in die qua morerentur; quia quandoque non moriebantur in die ſuſpenſionis, ſicut patet in B. Andrea. Unde *Deuteron.* 21. dicitur: Quando peccaverit homo quod morte plectendum eſt, &c. Non permanebit cadaver ejus in ligno, ſed eadem die ſepelietur; non eſt autem cadaver, donec mortuus ſit. Unde patet, quod de eodem die intelligendum eſt, quo mortuus eſt. Poteſt ergo dici, quod rogaverant Pilatum ut frangerentur crura eorum, ſicut dicitur *Jo.* 19. quia poſſent vivere uſque in diem ſabbati, & hoc fecerunt, ut citius morerentur ante ſabbatum; ſed Dominus noſter jam erat mortuus, ideo crura ejus non fregerunt. Vel dicendum, quod rogaverunt eum, quia ſicut juſtitia, & poteſtas jam devoluta erat ad Pilatum, ita & depenſio. Unde *Jo.* 18. Non licet nobis interficere quemquam. Conſtat, quod non eſt verum ſecundum Legem: ſed dicebant quia jam non habebant interficiendi auctoritatem. Ut tunc deponatur, & ſepeliatur. Secundum hoc videtur quod lex Chriſtianorum ſit crudelior, quia ſuſpenſus non præcipit deponere quando mortui ſunt, ſed puniſe deponentes. Sol. Hoc fiebat, ut dicit *Gloſſ.* quia tunc erat macula generis, ſuſpenſio: ſed modo ut in pluribus neſcitur de quo genere, & non ſuſpenduntur propter maculam generis, ſed ut terreantur alii, dimittuntur ſuſpenſi. Maledictum, ideſt, maledictio eſt omne peccatum, ſive ipſum quod fit, ut ſequatur ſupplicium, ſive ipſum ſupplicium, quod & vocatur peccatum, quia ex peccato fit. Secundum hoc patet, quod facile eſt illud intelligere quod ſupra habitum eſt ad Romanos. Peccatum eſt pœna peccati: ex quo ſupplicium dicitur peccatum, ſive reatus ſupplicii. Pœnam ſuſcepit, ideſt factum, ſed non meritum facti. Unde per *Pſalm.* 29. Conſcidiſti ſaccum meum. Ut inde ſolveret reatum, & finiret ſupplicium. Propter hoc dicit *Hier.* Uno die integro, & duabus noctibus jacuit in ſepulchro, ut una die reſurrectionis deſtrueret duplices tenebras noſtræ mortalitatis, ſcilicet culpam, & pœnam. Ut de peccato damnaret peccatum in carne. Dicitur caro Chriſti peccatum a peccato in carne devicto; ut Diabolus dicitur homo ab homine devicto. Unde *Matth.* 13. Inimicus homo hoc fecit. Et ſicut Africanus ab Africa devicta. Vel dicitur peccatum, quia fuit hoſtia pro peccato. Ita enim hoſtiæ appellabantur, ſecundum quod dicitur *Oſee* 4. Peccata populi mei comedent. Vel dicitur peccatum, quia habuit ſimilitudinem carnis peccati, ut dicitur *Roman.* 8. & 2. *Corin.* 5. Et dicere debuit propter terrorem incutiendum, & admirationem ex contractu primorum parentum. Quia vero illa mors non erat falſa, ſed ex illa propagine deſcenderat, quæ venerat de maledicto cum diceret: Morte moriemini: omnino pervenit ad ipſum vera mors, ut ad nos perveniret vera vita: & ad ipſum perveniret mortis maledictio, ut ad nos perveniret vitæ benedictio. Nemo exhorreſceret: Sed nonne mors quædam bonum eſt cum ſit a Deo, & a creatura Dei? cum ergo aliquis poſſet exhorrere, non mors dicitur maledicta.

Solutio. Nemo exhorreſceret: ſed hoc non eſſet ex eo quod ipſa eſſet a Deo, ſed quia ipſa ex maledictione venit. Cujus mortalitas ex peccato. Ex hoc videtur, quod habuit neceſſitatem moriendi contractam, & ita originale habuit. Solut. Moriendi habuit voluntarie aſſumptam neceſſitatem, quæ ſolet eſſe ex peccato. Vel dicitur ejus mortalitas exemplum ex peccato: quia mortem non aſſumpſiſſet; niſi peccatum præceſſiſſet. Per ſerpentem *Num.* 21. Mors Domini pendebat ex ligno, i. pendenda ſignificabatur. Major invidia, i. contumelia contra Chriſtum, vel contra Moyſen. Et ſunt verba. *Aug.* contra *Fauſtum. hæretic.* qui dicebat Moyſen ſive Deum loquentem per Moyſen eſſe contrarium Chriſto, eo quod eum malediceret. Et ſolvit quod in *Hebræis Codicibus antiquis* non eſt a Deo vel Deo, ſed dicit poſt paſſionem eſſe additum ab aliquo, ut nos infamaret, qui credimus illum eſſe Deum, quia a Deo maledictus eſt. Odit Deus peccatum, & mortem noſtram: Exponit unum per alterum, i. peccatum ex quo mors. Et ſic ſumitur mors, *Sap.* 1. ubi dicitur, Deus mortem non fecit. Vel odire mortem dicitur, ſicut *Gen.* 6. Pœnitet me feciſſe hominem. Unde odit mortem, i. facit ac ſi eam odiret, quia eam deſtruxit. Quod Deus odit, i. pœnam pro peccato. Prævidit Moyſes hæreticos futuros, ſcilic. Manichæos dicentes Chriſtum non ſuſtinuiſſe mortem. Volens ab hoc maledicto, i. a vera morte. Vivus in juſtitia, i. in divinitate ſua. Ex illo, i. ex natura ipſius, ſcil. hominis. Quod mortem comitatur. Imo mors eſt illud maledictum. Solut. Mors eſt ſeparatio animæ a corpore, quam ſeparationem ſequitur maxima pœna, quam vocat maledictum. Si ex benedictione venit, optare debes, &c. Sed pœna Job ex benedictione veniebat, quia erat ad augmentum coronæ; ergo debebat optare ſemper eſſe in pœna ſua: ſic Chriſtus non debebat optare liberationem ſuam, quod conſtat, quia ex benedictione erat pœna ejus, aut nulla alia ex benedictione. Præterea, ſi quia ex benedictione eſt, ſemper debemus optare in illa eſſe; ergo cum fides ſit ex benedictione quia ex gratia, debemus ſemper optare eſſe in fide, & nunquam in ſpecie. Sol. Hæc verba inducuntur ad improbandum errorem Fauſtini, qui dicebat Chriſtum non fuiſſe maledictum: quod oſtendit, quia omnis pœna aut venit ex benedictione, aut maledictione, & ita pœna Chriſti, ſi ex benedictione; optandum eſſet ſemper in illa eſſe, quod falſum eſt. Unde reſtat quod venit ex maledictione, quod verum eſt etiam in Chriſto. Unde pœna ejus venit ex maledictione

Digitized by Google

Expoſitio Gloſ. A Adam. Unde dicit *Hier. ſup. Jer.* Quicquid mali patimur, peccata noſtra meruerunt. Dicit ergo hic *Aug.* hoc exponendo quod objicit de pœna Job, quod non fuit ex maledictione primi parentis, ſed etiam ex maledictione ipſius, quia ad minus habuit originale. Ad illud de fide, dicendum quod in fide ſunt tantum duo, ſc. cognitio, & quod in patre eſt, ſive ſpeculum, & ænigma, quod eſt a defectu noſtro, non a benedictione: ſed quantum ad cognitionem eſt ex benedictione, & illam debemus ſemper optare. Quæ non ſub maledictione, tranſgreſſionis in arrham, dicitur etiam dari in pignus. 1.*Cor.*1. Deus qui dedit nobis pignus Spiritus. Arrha eſt pars pretii, in arrha eſt major jucunditas; in pignore major ſecuritas. Gratia Spiritus ſancti dicitur arrha quando dat nobis jucunditatem: pignus quando facit nobis ſecuritatem de vita æterna.

a Fratres (ſecundum hominem *b* dico) *c* tamen hominis *d* confirmatum teſtamentum *e* nemo ſpernit aut ſuperordinat. *f* Abrahæ dictæ ſunt *g* promiſſiones, & *h* ſemini ejus. *i* Non dicit: Et ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi in uno. *k* Et ſemini tuo, *l* qui eſt Chriſtus. *m* Hoc *n* autem *o* dico, teſtamentum

Litteralis. *a* Fratres ſecundum hominem dico] per conſuetudinem humanam, quod Lex non juſtificat, ſed fides Chriſti. Et hoc eſt [Fratres dico,] ideſt probo hoc idem.

b Secundum hominem] i. ſecundum humanam conſuetudinem. Tamen poteſt conjungi ad præcedens ſic: Licet hoc probaverim exemplo mei, & Abrahæ.

c Tamen dico] i. probo idem [ſecundum hominem.] Vel ad conſequens. *d* Confirmatum teſtamentum] hominis, qui fragilis eſt, & infirmus; & ideo vix poteſt facere quod firmum ſit. *e* Nemo ſpernit] illud: ergo ſimiliter nec teſtamentum in promiſſione confirmatum.

Moral. Moral. Tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit; ergo multo fortius teſtamentum Dei nemo debet ſpernere. Teſtamentum Dei eſt S. Scriptura, quam ſpernunt eam dimittendo pro aliis ſcientiis. Unde dicitur *Eccl.*11. Sta in teſtamento tuo, & 23. Nihil eſt dulcius, quam reſpicere, &c. Vel teſtamentum Dei eſt ſanguis Chriſti. *Luc.*22. Hic eſt calix Novi Teſtamenti in meo ſanguine. *Heb.* 9. Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt, &c. *Zach.*9. Tu vero in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Per ſanguinem Chriſti, quem reliquit nobis in teſtamentum ſignificatur pœna, & miſeria, quam multi ſpernunt & ſuperordinant, ut eam fugiant prout poſſunt. *Heb.*10 Irritam quis faciens legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis, &c. Vel teſtamentum Domini eſt pax, de qua *Jo.* 14. Pacem relinquo vobis, &c. Hanc ſpernunt, & ſuperordinant moventes diſcordias, ſed opus eſſet ut attenderent, quia magnum peccatum eſt teſtamentum mortui deſtruere. De talibus dicitur *Heb.*8. Non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus, & ſumitur de *Jer.*31. *Pſ.*67. Diſſipa gentes, quæ bella volunt. *f* Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones] Incepit oſtendere per conſuetudinem humanam, quod Lex non eſt neceſſaria ad ſalutem, ſive quod non juſtificat: & tale teſtamentum factum ab homine, & confirmatum, firmum eſt, & ſtabile; ergo ſimiliter teſtamentum ſive promiſſio facta a Deo, & confirmata, firma eſt & ſtabilis; ergo non eſt mutata per aliquid, & ita Lex non fecit eam irritam: ſed ſi Lex non juſtificaret ſola; irrita facta eſſet promiſſio: quia per fidem illius teſtamenti ſive promiſſionis non fuiſſent juſtificati illi, qui fuerunt ante Legem; & ita teſtamentum ſive promiſſio facta Abrahæ eſſet per Legem evacuata; quod eſt inconveniens in teſtamento hominis; ergo & in teſtamento facto a Deo; & ita patet quod Lex non juſtificat. Dicit ergo: [Abrahæ] Continua ſic: Dico quod in teſtamento hominis nullus ſuperordinat; ergo nec in teſtamento Dei. Sed priuſquam hoc concludat; interponit determinans cui factum eſt a Deo teſtamentum, ſive promiſſio [quoniam Abrahæ dictæ ſunt.] *Gen.*12. In te benedicentur omnes cognationes terræ. *Gen.* 15. Suſpice cœlum, &c. Item 17. Semini tuo dabo terram hanc. Item 22. Benedicam tibi, &c. *g* Promiſſiones] de vita æterna: & dicit pluraliter, quia pluries eſt a Deo promiſſa. *h* Et ſemini] Chriſto, per quem data eſt promiſſio, ſive benedictio. *i* Non dicit: Et ſeminibus quaſi in multis] ſicut diceret ſi de multis intelligi vellet; ſed dicit:

k Et ſemini tuo quaſi in uno] ſicut vult intelligi de uno.

l Qui eſt Chriſtus.] Hoc opponit Apoſt. quaſi exponens.

Moral. *f* Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones,] *Luc.* 1. Abraham & ſemini ejus daturum ſe nobis. Sed quare dicit quod Abrahæ potius quam alii. Sol. Ad innuendum imitatores Abrahæ participes fore hujus promiſſionis. Ipſe enim primus patriam ſuam dereliquit propter Deum. *Gen* 12. Et qui hoc faciunt participes hujus promiſſionis erunt. Vel primus ceſſit a proprio jure fratri ſuo Lot. *Gen.*13. Fratres ſumus: Ecce univerſa coram te, &c. tamen ei debebatur tota terra. Item primus expoſuit vitam ſuam pro fratre ſuo Lot, dum duceretur captivus. *Gen.* 8. Et participes hujus promiſſionis ſunt qui ſe exponunt pro populo Dei, qui ducitur captivus a diabolo. Item primus repudiavit munera. *Gen.*14. quando dicebat ei Rex Sodomorum: Da mihi animas, cetera, &c. reſpondit: A filo ſubtegminis, &c. Item primus recipit hoſpites. *Gen.*18. Item primus oravit pro inimicis ſe. *Gen.* 20. ubi dicit Dominus pro eo Abimelech: Nunc ergo redde viro uxorem ſuam, quia propheta eſt; & orabit pro te, & conſtat quod Deus verax eſt; ergo oravit pro eo. Item primus veriſſimum ſignum obedientiæ Domino obtulit, quando voluit immolare filium ſuum. *Gen.* 22. Ad innuendum ergo, quod imitatores Abrahæ in his privilegiis ex tunc participes fiant promiſſionis, & æternæ hæreditatis dictum eſt, [Abrahæ dictæ ſunt, &c.] & hoc ut ſuſcipiant. *h* Et ſemini ejus.] non acquiſitive, ſed potius effective, ut a quo & per quem impleri debeat promiſſio. Unde ſubdit: *l* Qui eſt Chriſtus] *Iſ.*6. Semen ſanctum erit quod ſteterit in ea, i. in Judæa. Omnes enim ceciderunt, ad minus per originale peccatum. Et dicitur ſemen, quia jacitur in terra, & moritur, & fructum facit. *Jo.*12. Niſi granum frumenti, &c. Et ſicut ſemen facit terram fructificare, ſic Chriſtus nos. Unde *Iſ.*1. Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, &c.

m Hoc autem,] Huculque duravit interpoſitio: unde redit ad propoſitum, dicens.

n Autem] ideſt ſed

o Dicu teſtamentum] promiſſionis Abrahæ factum, & Δ *a* Confirmatum

o Dico autem teſtamentum, quaſi dicat, Lex non facit irritum Evangelium; ergo multo fortius nec illa quæ minora ſunt quam Lex. Sed poteſt dici modo quibuſdam Religioſis quod olim dixit Dominus hypocritis Phariſæis. *Matth.* 15. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras, &c. Hoc autem poteſt dici Legiſtis, de quibus dicitur 1. *Machab.* 1. Dedit illis poteſtatem, ut facerent juſtitiam Gentium. Et ædificaverunt gymnaſium in Jeroſolymis ſecundum leges Nationum, & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt a teſtamento ſancto: Hoc fecit Antiochus, i. ſilentium paupertatis, vadunt enim ad leges, & decreta ut non ſint pauperes; vel ad minus ut defendant ſua: Sed utinam non rapiant aliena. Hæc eſt juſtitia Gentium. Ex hoc * autem accidit *Moral.*

Expoſitio Gloſſa. *a* Fratres ſecundum hominem dico] Ut de rebus illius aliter non diſponat; ergo ſi moriens fecit teſtamentum præcipiens dari alicui malo nullus ipſo mortuo alii debet dare quam malo, quod verum eſt. Quod ſi ſolum ſubderetur, videlicet hoc quod poſtea ſequitur. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum, quaſi: Sicut teſtamentum hominis eſt firmum. Nota, quod hoc totum eſt parentheſis uſque ad illum locum. Hoc autem dico: Propter hoc ponitur ibi hæc vox. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum. Frequenter æterna beatitudo promiſſa eſt. Sub velatione enim terræ promiſſionis promiſſa eſt Abrahæ vita æterna. *Geneſ.* 15. & iterum *Gen.* 22. ubi dicitur ei: Multiplicabo tibi ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, ideſt, illi qui ex te erunt, habebunt vitam æternam, quam & Angeli. Ideo cantat Eccleſia illud: Quam olim Abrahæ promiſiſti, & ſemini ejus. Dicit Apoſtolus, quaſi diceret: Hoc addit Apoſtolus, quia hæc additio ſive expoſitio non eſt: In ſemine tuo, qui eſt Chriſtus. Per juramenta, ideſt, ſub jurejurando. Unde *Hebr.*6. Ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt Deum mentiri, fortiſſimum ſolatium habeamus, ideſt, per juramentum, & ſponſionem ſi per eam, ut neceſſariam benedictionem conſequendam. Et fruſtra ipſum ſemen venit. Hoc eſt illud *ſup.* 2. Si per legem juſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. *Hebr.*8. Si illud [ſc. Vetus teſtamentum] prius culpa vacaſſet, ideſt vacare feciſſet: non utique ſecundi locus inquireretur, & ita neque locus ſecundi teſtatoris. Sed quod futuræ, &c. Sic expone. Sed Lex ſignificat, quod promiſſio futura eſt, & quando futura: quia utramque determinatur in Lege, & impletio promiſſionis & temporis.

b a Confirmatum a Deo] per juramentum. [Dico] i. affirmo quod
c Lex non facit irritum] quia non juſtificat; quod ſi faceret, faceret irritum.
d Ad evacuandam promiſſionem.] de juſtificatione per fidem promiſſionis. [Lex,] dico.
b Quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt] a promiſſione. *Exod.* 12. Habitatio filiorum Iſrael, qua manſerunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum: quibus expletis eadem die egreſſus eſt omnis exercitus. Dico [ad evacuandam promiſſionem]quod eſſet ſi tantum Lex juſtificaret.

a confirmatum a Deo, *b* quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt, *c* Lex non irritum facit ad *d* evacuandam promiſſionem. *e* Nam ſi ex Lege hæreditas, *f* jam non ex promiſſione. Abrahæ autem *g* per repromiſſionem *h* donavit Deus. *i* Quod igitur Lex? *k* Propter tranſgreſſionem poſita eſt donec veniret *l* ſemen cui promiſerat, *m* ordinata *n* per Angelos *o* in manu Me-

e Nam ſi ex Lege hæreditas,] i. juſtificatio quam ſequitur hæreditas.
f Jam non ex promiſſione.] ſed ex Lege tantum. Idem *Rom.*4. Non enim per Legem promiſſio Abrahæ, & ſemini ejus, ut hæres eſſet mundi; ſed per juſtitiam fidei, &c. *h* Donavit Deus.] hæreditatem.
g Per repromiſſionem] ideſt, per fidem Chriſti ſæpe repromiſſi. *i* Quid igitur Lex?] ideſt, ad quid fuit neceſſaria? Et reſpondet.
k Propter tranſgreſſionem, &c. Donec, &c.] Ergo temporalis eſt Lex; ideo etiam cæremonias habebat, i. temporales obſervantias a *καιρο*'ι quod eſt tempus.
l Semen] Chriſtus [cui promiſerat] i. per quem promiſſiones reddere debuerat, de ipſo enim promiſerat, quod per eum benedicerentur omnes Gentes. Ipſa, dico
m Ordinata] i. ordinabiliter data. *Rom.*13. Quæ a Deo ſunt, ordinata ſunt.
n Per Angelos] miniſterio Angelorum, i. Moyſi, & aliorum Prophetarum.
o In manu Mediatoris,] i. poteſtate mediantis Chriſti,
Nical. * autem accidit, quod in Jeroſolymis, i. in Eccleſia Dei ædificaverunt gymnaſium, i. perplexitates, & lites: & dicitur a gymnos quod eſt nudus; quia ad litteram denudat homines: & fecerunt ſibi præputia, i. immunde vixerunt. Et in *eod.* dicitur: Libros legis combuſſerunt igni, i. cupiditate: quia tales accedunt ad Theologiam, ut auctoritates inde extorquentes, per illas confirment leges ſuas ſuſtinendo eas. Seq. Et apud quemcumque inveniebantur libri Teſtamenti Domini, & quicumque ſervabant Legem Domini, ſecundum edictum Regis trucidabantur; quod fit in Capitulis de ſimplicibus, & ſimi-
Ad int. libus Theologis. Sed utinam facerent curialiter ſicut Galatæ, qui licet pugnam habeant, ſaltem Sacerdotem librum deferentem non tangunt. *d* Ad evacuandam promiſſionem.] Nota, quod lex non evacuat promiſſionem, ſed e converſo promiſſio Legem. Unde 2.*Cor.*3. Si enim quod evacuatur, per gloriam eſt; multo magis quod manet, in gloria eſt. Promiſſio autem, i. ſalus promiſſa per fidem, evacuari non poteſt, niſi hoc evacuaverit ipſam fidem. Unde *Eccl.* 2. Qui timetis Dominum, credite illi, & non evacuabitur merces veſtra, i. ſalus promiſſa.
Nical. *e* Nam ſi ex Lege hæreditas,] quod tamen fit in Eccleſia Dei hodie: cum tamen contradicat Dominus *Gen.* 21. Non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Leges debent ancillari S. Scripturæ. Et filii legum, filii ancillarum. Munera. Sed hodie vindicaverunt ſibi ſervi hæreditatem Domini. Sed tamen *Prov.*30. Per tria movetur terra, i. Eccleſia; & quartum ſuſtinere non poteſt, cum ancilla fuerit hæres Dominæ ſuæ. *k* Propter tranſgreſſionem] cognoſcendam. *Rom.* 3. Per Legem enim cognitio peccati. [Propter tranſgreſſionem] cohibendam. *Eccl.*6. Vincula illius alligatura ſalutaris. [Propter tranſgreſſionem] augendam. *Rom.*5. Lex ſubintravit, ut ſuperabundaret delictum. Similiter leges humanæ datæ ſunt populo propter Deum, ſed multiplicatæ ſunt tranſgreſſiones per eas. Sed quamvis lex Moſaica eſſet a Deo, exufflata eſt: ſimiliter exufflari deberent leges Decretalium, &c. ad minus quoad malum uſum: quia ſemen prædicationis venit. Sed e converſo multiplicatæ ſunt. *Iſ.*1. Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis, plena judicii. *Iſ.*5. Expectavi ut faceret judicium, & ecce iniquitas, in perverſe judicando, juſtitiam, & ecce clamor, a populo. *Iſ.* 8. Pro eo quod abjecit populus iſte aquas Siloe, i. doctrina Chriſti [Siloe interpretatur promiſſio] quæ fluunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin & filium Romeliæ [Raſin pictura varietatis. Romelia laborantes, hæ ſunt aliæ ſcientiæ] Pro eo, inquam, adducet Dominus ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas. *Jer.*2. Dereliquerunt me fontem aquæ vivæ, &c Et in *eod.* Quid tibi vis, &c. *Jer.* 11. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, &c. Ad vocem, &c. Oliva erat Eccleſia ante hujuſmodi lites: ſed ad vocem, &c. i. deſtructa eſt tota Eccleſia, & facta eſt negotiatrix.
A *Gen.* 49. Non auferetur ſceptrum de Juda, &c. Vel Lex quantum ad figurativa, ſignificavit, i. figuravit id, quod nobis exhibitum eſt per promiſſionem. Omnia enim contingebant illis in figura, quæ nobis in re ſunt exhibita. Poſt quadringentos & triginta annos a promiſſione Abrahæ. Non dicit, a nativitate Iſaac. Cujus ratio poteſt haberi ab *Aug.* ſuper illud *Ex.*22. Habitatio filiorum Iſrael in Ægypto quadringenti & triginta anni. Et probat *Aug.* quod fluxerunt vigintiquinque anni a promiſſione uſque ad nativitatem Iſaac, uſque ad dationem Legis fluxerunt trecenti quinque anni, & ita a promiſſione uſque ad dationem Legis quadringenti & triginta anni. Hæc eſt ergo ratio quod per Legem, non eſt benedictio, quia data eſt poſt multum tempus a promiſſione facta Abrahæ, ut dicit *Gl.* Sed eadem ratione poteſt probari, quod non eſt benedictio a ſemine, quia ſemen illud fuit etiam ampliori tempore poſt promiſſionem quam datio Legis. Sol. Semen illud ſemper fuit, ſed non fuit per ſemen ſicut Chriſtus ſemper fuit caput Eccleſiæ, & quod fuerunt membra capitis illius, non per naturæ conformitatem, licet per fidem unionis duarum naturarum. Similiter antequam Chriſtus eſſet ſemen per fidem illius data eſt benedictio. Qui jam valeret, i. validus eſſet, fruſtratur, & fallitur. Quod in parte, i. in particulari, videlicet Abraham idem faceret. Voluntate, i. amore, caverent a tranſgreſſione. Propter tranſgreſſionem, multiplicandam ſc. & ſecundum hoc ſumitur antecedens pro conſequenti: ex multitudine enim tranſgreſſionum conſecutum eſt quod accelerarent ad Medicum. Quos faceret tranſgredi, occaſionaliter. Qui ſibi, i. ſuis viribus. Non deeſt qui impleat. *Ex.*24. alia littera: Quatuor legis, videlicet, quia fuit judicibus in pædagogum, ſuperbis in frænum, duris in flagellum, perfectis in ſignum. Ut ſtaret, i. eſſet in ſtatu ſuo. Legem, i. legalia. Per Moyſen & alios miniſtros. Unde *Mal.*2. de Sacerdotibus dicitur: Angelus Domini exercituum eſt. Et 1.*Cor.*11. Mulieri præcipitur ut velet caput ſuum propter Angelos. Miniſterio Angelorum. Unde *Heb.*2. Si enim qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, &c. *Act.*7. Qui accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum. Ideo in *eod.* Hunc Moyſen Deus principem, & redemptorem miſit cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo. Et *parum poſt* ſubdit. Hic eſt, qui fuit in Eccleſia in ſolitudine cum Angelo, &c. Sed ſi erat Angelus ille qui locutus eſt ei in rubo, quomodo ergo dixit Moyſi: Ego ſum qui ſum. *Ex.*13. Sol. Deus loquebatur per Angelum, & Angelus in perſona Domini. Unde 2.*Cor.*13. An experimentum ejus quæritis, qui in me loquitur Chriſtus. In quibus Angelis erat utique pater, & filius, & Sp. Sanctus, & *Poſtillæ* ponunt exempla de Novo Teſtamento; ſed male, quia de Angelis in Veteri Teſtamento poni deberent exempla, quod facit *Aug. in lib. de Trin.* 11. *c.* Cum vero tres viri ſunt [loquitur de Angelis tribus, qui apparuerunt Abrahæ] nec quiſquam in eis vel forma, vel ætate, vel poteſtate major cæteris dictus eſt, cur non accipimus viſibiliter inſinuatam per creaturam viſibilem Trinitatis æqualitatem, atque in tribus perſonis unam eamdemque ſubſtantiam. Item filius, & Spiritus Sanctus apparuerunt quando duo Angeli apparuerunt Lot. Unde *Aug. in eodem* 12. Miſſos enim ſe dixerunt, quod de Filio, & Sp. Sancto dicimus: nam & Patrem miſſum, noſquam Scripturarum, nobis occurrit ſc. Pater autem, & Filius ſimul apparuerunt ſine Spiritu ſancto. Pater dans, & Filius accipiens regnum ſempiternum, & ſunt ambo in conſpectu prophetantis viſibili ſpecie. Pater autem ſolus apparuit Adæ poſt peccatum quando dixit: Adam ubi es: Unde *Aug. in eodem lib.*10. *cap.* Veruntamen ſi ſolæ voces, & ſonitus fiebant, quibus quædam ſenſibilis præſentia Dei primis illis hominibus præberetur: cur perſonam Dei Patris non intelligam, neſcio. Sic tota Trinitas apparuit in rubo. *Exod.* 3. Quando dixit: Ego ſum qui ſum. Et de hoc habetur auctoritas in 3.
Expoſitio Gloſſæ.

A *libro*

A *a* **Mediator autem unius non eſt.**] Oſtendit quod Lex non evacuavit promiſſionem, nec tamen fuit inutiliter data, & quod poſita fuit in manu Mediatoris: hic determinat quis ſit Mediator. Et nota, quod Mediator ad minus eſt inter duos: & quod triplex erat diſcordia ante auventum hujus Mediatoris, nempe hominis & Dei; hominis & Angeli; hominis & hominis.

diatoris. *a* Mediator *b* autem unius *c* non eſt. *d* Deus autem *e* unus *f* eſt.

Hanc triplicem diſcordiam venit Chriſtus tollere: quia venit reconciliare hominem cum Deo; & ex hoc dicitur Mediator. Hominem cum Angelo; & ſic Pacificus dicitur. Hominem cum homine, i. duos populos invicem; & ſic dicitur lapis Angularis. Sed tamen Apoſtolus hic ſumit largius hoc nomen Mediator. Unde *Gl.* tripliciter exponit: ſed redeunt illi tres modi ad iſtos. Continua ergo ſic: Dico: In manu Mediatoris.

b Autem] pro ſed: [Mediator,] i. reconciliator.

c Non eſt unius,] non tantum unum reconciliat populum.

e Autem] pro ſed.

d Deus] ipſe Chriſtus.

f Eſt unus.] ideſt ſufficiens ad reconciliandum utrumque populum: & ſic eſt Mediator duorum ad Deum. Vel ſic: [Non eſt Mediator,] i. reconciliator [unius] populi ad alium: & ſic Mediator eſt, ſc. unus lapis angularis. *d* Deus autem unus eſt.] Chriſtus, licet reconciliet duos populos. Et hoc dicit Apoſtolus contra quoſdam hæreticos, dicentes, quia ex quo Pater non eſt Mediator, & Chriſtus eſt Mediator; ergo ipſe eſt alius Deus quam pater. Et ſecundum has duas expoſitiones ly [unius] eſt maſculini generis. Tertio modo exponitur, & tunc eſt neutri generis. Nota ergo, quod Dominus voluit concludere dialectico ſyllogiſmo in prima figura, in qua ſyllogiſmus habet tres terminos, qui concludit majorem extremitatem de minori per medium. Compoſuit ergo ſyllogiſmum, in quo deitas fuit major extremitas; humanitas minor; medium has conjungens, Chriſtus & concluſit. Ergo homo Deus eſt in Chriſto. Propter hoc [Mediator,] i. Chriſtus non eſt unius naturæ: ſed tamen ipſe eſt unus, conjungens duas naturas in unam perſonam. Et nota, quod duplex eſt mediatio, ſubſtantialis, & accidentalis. Subſtantialis quantum ad duas naturas; & ſecundum

A hoc

Moral. Moraliter. *a* Mediator autem unius non eſt.] Diſcordia erat inter nos, & Deum patrem, & factus eſt Mediator Filius ejus, in quo ipſe Pater totam poſuit cauſam, ratum habens quicquid faceret. *Jo.* 5. Omne judicium dedit Filio. Sed dicit Apoſtolus, [Mediator non eſt unus,] quaſi diceret; Oportet, quod utraque pars ratum habeat quod faciet.

d Deus autem unus eſt.] qui ratum habet, ſed homo reſilit a compromiſſione: & ideo non habemus pacem cum Deo. *Deuteronom.* 5. Ego ſequeſter fui dici nobis

* ipſe

Expoſitio Gloſſæ. A *lib. de Trin.* Et valet illa auctoritas quando diſputatur, utrum eſſentia poſſit demonſtrari. Filius ſolus apparuit. *Iſai.* 6. quando dixit: Vidi Dominum ſedentem, &c. Et exponit *Hieronym. in Apocal.* de Filio tantum. Ubi autem Sp. Sanctus apparuit in Veteri Teſtamento neſcio. Et nota, quod in illis Angelis non fuit Deus aliter quam in aliis creaturis: ſed apparuit Deus ad aliquid prædicendum vel ſignificandum. Magno utique conſilio, &c. Dic hic propter quid ſtatim poſt creationem mundi non fuit data Lex, & propter quid non fuit datum Evangelium cum Lege. Arrogaret, ex arrogantia diceret ſuum liberum arbitrium ſufficere ad virtutem, & ſalutem. Quæ peccati morbum detexit non conſumpſit. *Rom.* 8. Contra: Nonne peccatum dimittebatur per circumciſionem? Reſp. Etſi per circumciſionem, non tamen per legem: quia & ante legem fuit circumciſio. Vel licet in circumciſione dimittebatur peccatum, tamen non dicitur circumciſio conſumpſiſſe peccatum, eo quod adhuc remanebant obnoxii pœnæ in Limbo. *Matt.* 3. Ego a te debeo baptizari. *Gl.* a peccato originali mundari, i. a pœna, cui obnoxius ſum pro peccato originali. Et ita patet, quod circumciſio non conſumpſerat originale Joannis. Sed cum parvuli non circumciſi ſimiliter deſcenderent ad Limbum, ſicut & circumciſi, nec eſſent obnoxii pœnæ ſenſibili pro aliquo actuali, in quo excellebant non circumciſis circumciſi? Reſp. In hoc quod licet circumciſi viderent Deum, tamen habebant ſpem maximam liberationis, quam non habebant illi: ſimiliter poſtquam circumciſi erant, ſtatim parati erant ad evolandum ſi Redemptor adeſſet; quod non erat de illis. Aucta eſt infirmitas. *Rom.* 7. Accepta occaſione peccatum per mandatum operabatur in me omnem concupiſcentiam. In forma ſervi. *Phil.* 2. Hic Samaritanus. *Luc.* 10. Ibi dicitur, quod eadem via deſcendit, quia aſſumpſit eamdem humanam naturam in ſpecie cum noſtra, ut eſſet viator. Immiſericorditer, i. non exhibendo miſericordiam. Lex neminem ad perfectum duxit. *Heb.* 7. quia ſacramenta Veteris Legis non conferebant gratiam, quæ perficit hominem. Nec eſt objectio de circumciſione, quia non fuit ſacramentum Veteris Legis. Hic eſt Eliſæus, i. qui ſignificatur per Eliſæum 4. *Reg.* 4. Et contraxit ſe. Hoc eſt contra Judæos litteræ adhærentes. Ad quid enim hoc fecit? Nonne citius calefacta fuiſſet caro pueri ad bonum ignem? Hic eſt Angelus, i. ſignificatur per Angelum. *Jo.* 5. Piſcina illa, Judaicus populus, habens quinque porticus, i. quinque libr. Moyſi; & tunc mota eſt aqua, quando deſcendit Angelus, i. Chriſtus. Unde *Matt.* 2. Audiens hoc Herodes, turbatus eſt, & omnis Jeroſolyma cum illo. Dum medium ſilentium. *Sap.* 18. Nota tria ſilentia oppoſita tribus clamoribus. Primus clamor fuit laus Angelorum in primo ſtatu. *Job* 38. Ubi eras cum me laudarent aſtra matutina? Hic clamor ſolutus fuit per caſum ſequentem. Unde ille caſus dicitur primum ſilentium. *Apoc.* 8. Factum eſt ſilentium in cœlo, quaſi media hora. Et *Apoc.* 12. Dum Michael præliaretur, &c. Secundus clamor dicitur Juſtorum in hac vita clamantium, ſecundum quod dicit *Pſ.* 3. Voce mea ad Dominum clamavi. Et iterum *Pſ.* 14. De profundis clamavi. Clamor ille quandoque interrumpitur per ſuggeſtionem Diaboli facientis peccare, & hoc eſt medium ſilentium. Tertius erit in laude Dei in patria. *Pſ.* 83. In ſæcula ſæculorum laudabunt te. *Iſ.* 4. Levabunt vocem ſuam, atque laudabunt, cum glorificatus fuerit Dominus in eis: hic nunquam interrumpetur, tamen quaſi oppoſitum ſilentium erit damnatorum, de quo 1. *Reg.* 2. Impii in tenebris conticeſcent. In medio ergo ſilentio ſermo venit, quando Deus miſit filium ſuum. Tamen hoc in *Gloſſ.* aliter exponitur, quia primum ſilentium dicitur ignorantia peccati ante Legem; ſecundum in Lege pro deſperatione ſalutis; tertium in gloria pro adeptione ſalutis. Primum ſilentium fuit ruptum in datione Legis: ſecundum in adventu Chriſti; tertium non ſolvitur. *Jo.* 16. In illo die non rogabitis me quicquam. Angelus magni conſilii. *Iſ.* 9. ſecundum *Septuag.* De conſenſu Patris: hoc dicitur, quia ſe exinanivit, i. formam ſervi accepit, ſecundum quam non aſcendebat, & ſic intelligendum eſt de aliis. Et veniens locutus eſt pacem. *Pſ.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam, &c. *Matt.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. Sed contra. *Matth.* 10. Nolite arbitrari, quod venerim mittere pacem. Sol. Venit amovere pacem carnalis delectationis, ſed venit dare pacem pectoris in præſenti, pacem æternitatis in futuro. *Jo.* 14. Pacem meam do vobis; pacem meam relinquo vobis. Quaſi magnis clamoribus, &c. Hoc ſignificant antiphonæ vocales in Adventu. Qui ergo nunc eam reducit, ut vos ô Galatæ. Peccatis, actualibus. Delictis, i. omiſſionibus. Ut recrearemur: [Ut] non dicit finem, ſed actum. Homo ut reficeret. Sed reficere, & recreare non eſt niſi dare gratiam vel juſtificare; ergo Chriſtus in quantum homo dat gratiam, & juſtificat. Sol. In quantum homo reficit nos miniſterio, in quantum Deus auctoritate, & etiam tota Trinitas. Unde in illa *Collecta*: Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, &c. ſi intelligatur Redemptor miniſterio, dirigitur ſermo ad Filium, & debet dici in fine. Qui vivis, & regnas. Si autem intelligatur de Redemptore per auctoritatem, dirigitur ſermo ad Patrem, & tunc dici debet: Per Dominum, &c. Non adjungatis ei: quia ipſe ſolus ſufficit ad ſalutem. Aliud, i. legalia mundorum. Et famulatum. Hoc dicit ad Gentiles, qui plures Deos colebant, & etiam diverſa elementa, ut dicitur *Sap.* 13. Aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, &c. *Inf.* 4. Quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa? In ritus Legis, quantum ad Judæos. Sed ſecundum iſtos, ſc. Galatas, & eſt verior littera. Vel ſecundum iſtud, ideſt ſecundum hanc expoſitionem, vel ſecundum hoc, quod credebant iſti Galatæ, ideſt, quod oportebat omnes obſervare legalia: & conſtat, quod tunc non eſſet niſi unus populus Chriſto. Mediator non Pater, vel Spiritus Sanctus. Imo videtur, quod Spiritus Sanctus debuit eſſe mediator: quia ipſe media eſt perſona, & amor Patris, & Filii, & nexus utriuſque. Solutio: Non erat diſcordia inter Patrem & Filium: unde non potuit, vel debuit

▲ hoc eſt Mediator inter Deum, & hominem. Accidentalis, quia Deus eſt felix, & juſtus; homo miſer & injuſtus; & factus eſt Chriſtus, qui miſer fuit felix. Unde *Pſ.48.* Simul in unum dives & pauper. Mediator ergo fuit, ut nos reconciliaret Deo patri, & ante ipſum nullus potuit. Unde *Job 9.* Non eſt qui utrumque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus. Ibi ergo optat Mediatorem venturum: qui veniens, & hominem arguit ne delinqueret; & ipſum pacificando Deo, obſtitit ne ſeviret: etiam manum poſuit in ambobus; quia & homini exemplum agendi tribuit; & Deo in ſe opera, quibus placaretur, oſtendit. *Job 33.* Si fuerit Angelus pro eo loquens, unus ex ſimilibus ut annunciet hominis æquitatem, miſerebitur ejus. Iſte Angelus Chriſtus fuit. Similiter B. Virgo dupliciter fuit Mediatrix; quoniam pura mater, fœcunda eſt, ſed immunda: Virgo autem pura ſterilis, ſed munda: B. Virgo fœcunda, & munda: unde optimam partem elegit. Item omnis homo, alius a Chriſto, & ab ipſa, habet fomitem & habuit: Chriſtus autem nec habet nec habuit: B. Virgo poſt conceptionem Salvatoris in nullo habuit: etiamſi ante aliquo modo habuit.

Moral. * ipſe Mediator noſter: qui ſalva juſtitia declinat in quantum poteſt in partem noſtram, quaſi contra Patrem, ſc. quia dicitur *Iſ. 7.* Vocabitur nomen ejus Emmanuel, i. nobiſcum Deus. *Eph. 2.* Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum. Similiter in Confeſſione ponit, & compromittit in Sacerdotem, conſtituens eum Mediatorem, & ratum habens quod faciet. Unde *Matth.16.* Quodcumque ligaveris, &c. quicquid ſolveritis, q.d. Quicquid dederitis ei, qui confitetur: ſive: Quicquid dederitis mihi de querela, ratum habeo. Sed teſſitimus a compromiſſo: ſicut *Ex.19.* & *24.* dixerunt Judæi confitentes: Quicquid præceperit nobis Dominus, faciemus. Sed dicit *Pſ. 77.* Irritum fecerunt pactum, quemadmodum patres eorum converſi ſunt in arcum pravum. Propterea conqueritur Mediator. *Iſ. 49.* Et ego dixi: In vanum laboravi, ſine cauſa, & vane fortitudinem meam conſumpſi; ergo judicium meum cum Domino, i. Amodo non ero pro parte veſtra, ſed pro parte Domini. *Iſ. 43.* Veruntamen ſervire me feciſti in peccatis tuis; præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis, q.d. Licet parum tibi profuerit, tamen multum laboravi in cauſa tua, &c.

Ad litt. *a* Lex ergo adverſus promiſſa Dei?] Probavit per ſimilitudinem ſumptam a teſtamento hominis in teſtamento Dei, quod Lex non eſt neceſſaria ad ſalutem: quia ex promiſſione tantum juſti erant ante Legem, & adhuc modo juſtificantur. Ex hoc ergo infert: [Lex ergo adverſus promiſſa Dei?] quod eſſet, ſi eſſet neceſſaria ad ſalutem.

▲ *a* Si enim

a Lex ergo adverſus promiſſa Dei? Abſit.

Moral. *a* Lex ergo adverſus promiſſa Dei?] Non. Sed tamen nota, quod Lex divina occaſio eſt multis, quod promiſſio Dei in eis non impletur, quia ex ea inflantur, & fiunt ambitioſi. Ideo *Pſ.70.* Quoniam non cognovi litteraturam, * introibo

Expoſit. Gloſ. A eſſe Mediator, i. reconciliator inter eos. Vel aliter: Si eſſet Mediator, ſecundum naturam medii haberet aliquid commune cum utroque, & aliquid quod neuter: ſed hoc ultimum non poteſt ibi eſſe. Deus enim naturæ nomen eſt, & poteſtatis. Contra: In 1. *lib. de Trinit.* Deus eſt naturæ nomen, & Dominus eſt nomen poteſtatis. Item *Jo. Damaſc.* Qui eſt, primum nomen Dei eſt, ſecundum vero Theos: primum quidem ipſius eſſentiæ eſt nomen; ſecundum vero, Theos ſc. nomen eſt operationis; ergo Theos non eſt nomen naturæ. Item *Damaſc.* Oportet autem ſignacula, quæ de Deo dicuntur, non ſubſtantias figurarum æſtimare, ſed quid non eſt oſtendere, aut habitudinem quamdam ad aliquid eorum, a quibus diſtinguatur, aut aliquid eorum quæ ſequuntur naturam, vel operationem; ergo nullum nomen Dei deſignat, quid eſt ſubſtantiæ; ergo nullum nomen Dei eſt naturæ nomen. Sol. Ad primum: Deus eſt nomen naturæ quantum ad ſignificationem; nomen poteſtatis quantum ad interpretationem. Ad hoc, quod dicit *Dam.* Qui eſt, &c. Reſp. quod ipſe loquitur de hoc nomine [Deus] tantum ratione interpretationis, prout dicitur fovere vel timere. Ad aliud dicendum, quod etſi nullum nomen Dei ſignificet, quid eſt ſecundum ſubſtantiam, tamen ſignificat ſubſtantiam: quia ſignificare quid eſt ſecundum ſubſtantiam eſt ſignificare, propter quid eſt; ſignificare vero ſubſtantiam eſt ſignificare, quid eſt. Individuum manere; ergo divina natura eſt individua, ſed rationis ſubſtantia individua eſt perſona; ergo, &c. Reſp. dupliciter dicitur individuum. Uno modo, i. valde diviſum, & ſic cadit in diſtinctione perſonæ. Alio modo individuum, i. non diviſum; & ſic divina eſſentia eſt individua. Unde non ſequitur quod ſit perſona. Nam in quantum Deus non Mediator: hoc ergo nomen [Deus mediator] dicitur de Chriſto, ſecundum quod eſt homo; ergo prædicat quid creatum. Contra: Filius eſt incarnatus, quia Deus eſt & homo: ergo eo modo dicitur Mediator: ſed [incarnatus] ſignificat divinam eſſentiam; ergo & hoc nomen [mediator] ſecundum hoc ſignificat quid increatum. Ad idem videtur quod dicit *Aug. in lib. de Trinit.* Secundum formam Dei dicit: Ego ſum veritas; ſecundum formam ſervi: Ego ſum via. Sed eadem ratione qua eſt via eſt & Mediator; ergo [Mediator] ſignificat quid creatum. Et quod ſecundum idem ſit Mediator & via, patet per illud quod dicit in *l.1. de Trin.* Ego ſum via, hoc eſt: Per me venitur ad me: Ego ſum veritas, i. per me pervenitur ad me. Ego ſum vita, i. per me manetur in me. Ergo eſt via in quantum per eum venitur ad eum, & ſecundum hoc idem eſt Mediator: quia dicit hic *Gl.* Mediator, ut eſſet nobis via, quo veniremus ad Deum. Sol. Incarnatus ſignificat divinam eſſentiam, & connotat eſſe hominem. Mediator autem e converſo ſignificat eſſe hominem, & connotat illud, de quo dicitur eſſe Deum. Quod autem incarnatus ſignificet divinam eſſentiam, patet: quia ſumitur ab operatione, & operatur tota Trinitas ſecundum eſſentiam. Verum quia incarnatum idem eſt quod Deo unitum: unio autem ſignificat divinam eſſentiam; ideo, &c. Hoc autem nomen Mediator [ſicut dictum eſt] principaliter ſignificat quid creatum; ſecundario vero increatum ſimiliter, & hoc nomen via; ſed differunt ratione, quia hoc nomen [Mediator] illam ſignificat unionem, ſive unitatem ut unitam. Et nos infra illum: imo ipſe eſt infra omnia non depreſſus, ut dicit *Aug.* Reſp. Nos ſumus infra quoad ordinem dignitatis, ipſe infra quoad ordinem fundamenti eos ſuſtinens. Multa interjacent ſpatia. Contra: Nonne Deus ubique? *Jer. 23.* Cœlum & terram ego impleo. Sol. Spatia, i. multæ diſſimilitudines, quia nos ſumus peccatores corruptibiles, & infirmi, in ipſum autem nihil horum cadit. Ut eſſet nobis via. *Aug. in lib. de Doct. Chr.* Chriſtus ſe viam voluit præbere venientibus: ad principium viarum voluit carnem aſſumere, juxta illud: Dominus creavit me ab initio viarum ſuarum, ſc. ut inde inciperent, qui ad Deum voluit venire. Unde *Aug. in Orig. ſup. Jo.* Accede ad eum, ſecundum quod eſt, & per eum ſecundum quod factus eſt. Accedit homo ad Deum, i. Deus accedit ad hominem, hypallage eſt ſicut ibi. Noctemque reduxit Sol, i. nox reduxit Solem. Vel accedit homo ad Deum, i. humanitas ad divinitatem. Ille autem acceſſus fit per aſſociationem; & tunc ſic intelligendum quod ſequitur. Et fit una perſona, i. ille, qui habet duas naturas, fit una perſona. Non fit ſemideus. Contra quoſdam hæreticos, qui dixerunt; quod ſicut in Chriſto erant duæ naturæ, ita duæ perſonæ. Totus Deus, &c. ſicut totus in ſepulchro, ſic totus in inferno, & unus cum Deo patre. Sed quæritur quis unus? Ergo Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſunt aliquis. Ad idem in *Prolog. Mat.* Oſtendens ſe unum eſſe cum Patre, quia unus eſt. Sed dicendum quod hæc dictio [unus] ſumitur adjective, & ſubintelligitur Deus: vel ſubſtantive, & ſumitur nomen perſonale pro nomine eſſentiali, unus, i. unum. Et eſt ſimile *2.Cor.3.* Nos vero omnes revelata facie gloriam Dei ſpeculantes, &c. *Ibi Gl.* In ipſum, qui eſt imago eadem cum patre; eadem adjective, i. eadem res: vel ſumitur pro nomine eſſentiali. In naturali æqualitate prius manet, i. ita quod non aſſumeret formam ſervi. *Phil.2.* Lex adverſus promiſſa, ſupple, nam ex promiſſionibus fit juſtificatio. Sed confirmat eam: quod ſignificatum eſt *Exod.25.* ubi dicitur quod unus Cherubin reſpiciebat alium. Et in *Ezech.1.* ubi dicitur quod duæ pennæ jungebantur. Et *Exod.27.* Baſis ſub columna. *2.Pet.2.* Habemus firmiorem propheticum ſermonem, &c. Quod ſi inde vita, &c. Utrumque ſc. vita & juſtitia ſunt ex fide, *ſup. eod.* & *Habac.2.* Juſtus ex fide vivit. Vel de juſtitia dicitur *Rom.3.* Juſtitia Dei eſt per fidem Jeſu. Non ſolum opinione. Hoc dicit contra illos, de quibus *Rom. 10.* Ignorantes Dei juſtitiam, &c. Condemnat. *Deut.27.* Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis hujus. Quia manens eſt. Unde *Job 19.* Quis mihi det, ut ſcribantur ſermones mei, ut maneant ſc. Sed tamen eſt Scriptura quaſi litteralis intellectus, *2.Cor.3.* Littera occidit. Clauſit, occaſionaliter, quia nitimur in vetitum, &c. Ideo oſtendit omnes homines eſſe concluſos. Sol. *Matt. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas, i. Oſtenſa eſt eſſe danda. *Rom. 3.* Per Legem cognitio peccati. *Rom. 11.* Con-

▲ clauſit

Digitized by Google

Si *a* enim data eſſet Lex, quæ poſſet vivificare; vere ex Lege eſſet juſtitia. *b* Sed concluſit Scriptura *c* omnia ſub peccato, *d* ut promiſſio, *e* ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus. *f* Prius autem quam veniret fides, ſub Lege *g* cuſtodiebamur concluſi in eam fidem quæ revelanda erat. *h* Itaque Lex pædagogus noſter fuit *i* in Chriſto: ut ex fide juſtificemur. At ubi venit fides; *k* jam non ſumus ſub pædagogo. Omnes enim *l* filii Dei eſtis per fidem *m* in Chriſto Jeſu. Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis; *n* Chriſtum induiſtis.

a Si enim, &c.] i. juſtificare. Ergo promiſſio non ſufficeret ad juſtificationem: ſed conſtat quod ante Legem ſufficiebat; ergo Lex evacuavit promiſſionem Dei. Sed cum hoc non ſit verum, patet quod Lex non juſtificat. Sed quia poſſet ſecundum hoc quis quærere: Ad quid ergo data fuit? Reſpondet. *b* Sed concluſit Scriptura] i. Lex. *c* Omnia ſub peccato,] i. oſtendit eſſe concluſa. *d* Ut promiſſio daretur] non venderetur, i. dari oſtenderetur. *e* Ex fide Jeſu Chriſti] i. ut oſtenderetur quod nullus poſſet ſalvari ſine fide Jeſu Chriſti, *Rom.* 5. Acceſſum habemus per fidem in gratiã iſtam. [Credentibus] non dicit, operantibus. Secunda ratio eſt, quod Lex cuſtodiebat hominem, retrahebatque a peccato per comminationes pœnarum quas infligebat tranſgreſſoribus. Et hoc eſt quod ſequitur. *f* Prius autem, &c.] Sed nonne eadem fuit fides Veterum quæ Modernorum? quare ergo dicit: [Priuſquam veniret, &c.] 1. *Jo.* 2. Non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus. Sol. Tunc venit quando innotuit per explanationem. *g* Cuſtodiebamur] ducendi ſcil. [in eamdem fidem, &c.]

C

Moraliter. * introibo in potentias Domini, q. d. Si cognoſcerem, non intrarem. Unde *Pſ.* 31. In diluvio aquarum multarum, &c. Ideo *Sap.* 1. In ſimplicitate cordis quærite illam, non in multa ſcientia. Seq. *a* Si enim, &c.] ſed non vivificat, quia 1. *Cor.* 8. Scientia inflat. Sed 1. *Cor.* 15. Stulte non vivificatur niſi prius moriatur. Sed divina lex facit quoſdam prius vivere ſæculo occaſionaliter; ſed ſi mortui eſſent ſæculo, ſtatim vivificarentur Deo. *b* Scriptura, &c.] & hoc ſyllogiſtice, quia propoſuit in Lege præcepta, & prohibitiones, quas quodam modo affirmative aſſumpſit in geſtis, & factis Judicum, & Regum; concluſit autem in ſcripturis Prophetarum. Unde *Ezech.* 7. Fac concluſionem, quoniam terra plena eſt judicio ſanguinum, *Job* 16. Concluſit me Deus apud iniquum. Vel [Concluſit omnia ſub peccato ſcriptura,] ut intelligatur de ſcripturis ſuperadditis, ſicut ſunt præcipue Conſtitutiones Religioſorum. Unde poſſunt Clauſtrales dicere illud *Thr.* 4. Concluſit vias meas lapidibus quadris: quando dicunt: Firmiter ſtatuimus hoc in virtute Spiritus Sancti. Sed *Iſa.* 42. Dedi te in fœdus populi, ut educeres de concluſione vinctum. Et ideo tales Conſtitutiones videntur eſſe contra filium Dei vivi, *Iſ.* 61. Ut prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis apertionem. *h* Itaque, &c.] Oſtendit hic iterum per ſimilitudinem humanæ conſuetudinis quod legalia evacuanda ſunt. Sic eſt quando puer qui eſt ſub pædagogo, venit ad adultam ætatem, repellitur pædagogus. Similiter quia in adventu Salvatoris erat plebs Judaica jam in adulta ætate quoad cognitionem peccati, exſufflari debuit pædagogus, i. Lex ſub cujus jugo angebatur. *i* In Chriſto:] promittendo, prædicando, oſtendendo.

Moraliter. *h* Lex pædagogus] oſtendit quid facere debeamus, & comminando pœnas, & corrigendo. De primo *Pſalm.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, 2. *Pet.* 1. Habemus firmiorem propheticum ſermonem, &c. De alio, *Pſal.* 118. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam. Similiter etſi Lex eſt pædagogus; ergo Doctores, & Theologi ſunt pædagogi. Sed 1. *Cor.* 4. Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres, quos ſcil. poſſitis imitari operibus. *k* Jam non, &c.] i. ſub conditione ſervitutis veteris, ſed in novitate vitæ poſiti, 2. *Cor.* 5. Si qua in Chriſto nova creatura. *l* Filii Dei] *Jo.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. *m* In Chriſto baptizati] ideſt, in conſtitutione Chriſti.

n Chriſtum induiſtis,] i. converſationem ejus aſſumpſiſtis, & ſic eſtis ei conformes. Vel [Chriſtum induiſtis,] i. Chriſtum veſtra bona converſatione ornaſtis, ſicut veſtimento, *Iſa.* 49. Omnibus his velut ornamento veſtieris.

Pædagogus.
- Pueris tantum conſtituitur: ſic Lex data eſt Judæis, qui erant pueri. Unde *Oſee* 11. Puer Iſrael & dilexi eum.
- Ducit ad ſcholas puerum: ſic Lex mittit ad Sacerdotem propter inſtructionem, *Deut.* 17. Surge, & aſcende ad locum, &c.
- Docet: ſic Lex docet præcepta, *Deut.* 6. Dominus Deus veſter, unus eſt.
- Exercet: ſic Lex, *Deut.* 13. Tentat vos Dominus Deus veſter, ut palam fiat utrũ diligatis eum, &c.
- Cuſtodit: ſic Lex data eſt in cuſtodiã. Unde dicitur hic Priuſquam veniret fides, ſub Lege cuſtodiebamur.
- Accuſat cum peccat; ſic Lex arguit tranſgreſſores, & ideo dicitur adverſarius hominis: *Matt.* 5. Eſto conſentiens adverſario tuo cito, dum es in via. *Verſus.*

Dux, docet, accuſat, tentat, cuſtos, pædagogus.

Moraliter

Moral. *n* Quicumque baptizati, &c.] Quod fieri poteſt quadrupliciter, ſc. ut ſpeculum imaginem; ut lana colorem; ut exemplatum exemplar; ut ferrum ignem. Quod Chriſtum induamus, habetur *Apocal.* 21. Vidi civitatem ſanctam Je-

Expoſitio Gloſ.

A cluſit Deus omnia ſub incredulitate, &c. *Rom.* 3. Scriptum eſt: Quia non eſt juſtus, non eſt intelligens aut requirens Deum. Mandati tranſgreſſione, quod nobis inflictum eſt nonniſi a Deo; Ergo vitium eſt a Deo. Præterea quid eſt quod dicit: Qui negat ægritudinem ſuam, ſuperfluum judicat Salvatorem? Secundum hoc videtur, quod *Job* peccavit dicens 17. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Ecce negavit ægritudinem. Et in *eod.* 13. Scio quod juſtus inveniar; ergo Job adventum Salvatoris judicat ſuperfluum. Sol. Ad primum dicendum, quod vitium quandoque dicitur reatus ſive peccatum; ſic non infligitur nobis a Deo; quandoque infirmitas carnis, quaſi quædam pigritia; ſic appellatur hic. Ad aliud dicendum quod Job non negavit ſuam infirmitatem: unde dicit *Job* 7. Quare non aufers iniquitatem meam? Quod alibi dicit: Non peccavi, i. non merui tantam pœnam. Ad illud, Juſtus inveniar, hoc intelligitur quantum ad pœnas temporales. Vitio prudentiæ carnis: Sed *Rom.* 8. Prudentia carnis mors eſt. Ideo dicendum quod hic appellat prudentiam carnis, carnalem intelligentiam Legis. Nullum meritum, quia nullus meruerat. In ergaſtulis: Hæc ſunt loca in quibus laborant incarcerati; ab ergon quod eſt labor, & ſtatus laborantium, ſive locus in quo ſtant laborantes. Ubi multa aperta ſunt: Unde *Prov.* 26. Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, 2. *Cor.* 3. Nos autem revelata facie, &c. quia *Apoc.* 5. Agnus occiſus qui ſolvit ſeptem ſignacula libri. Unde nota quod Evangelium præeminet Legi in tribus. In figurarum revelatione ſeu reſeratione, & propter hoc auditur diſcooperto capite. Vel in promiſſorum dignitate; & propter hoc auditur ſub ſilentio; ſicut quando aliquid nobile promittitur homini, ſilet attente audiens. Vel præeminet in præmiorum magnitudine, & ideo terminatur alta voce: Lex autem depreſſa, quia promittit temporalia. Lectiones enim Veteris Teſtamenti ſunt depreſſa voce. Occulta fuit fides in Antiquis. Sed contra dicit Auctoritas quod Abraham fuit prima via credendi: quod { ut conſtat } non dicitur, quia primus credidit, ſed { ut videtur } quia primus aperte credidit. Unde illud *Rom.* 5. Per unius obedientiam multi conſtituti ſunt juſti. Ibi *Gloſ.* Ne putes antiquos Juſtos in ſolo verbo Dei, i. ſolius verbi fide ſine fide incarnationis liberari, ſine qua nec Antiqui nec Moderni liberari potuerunt; ergo nec de neceſſitate Antiqui aperte crediderunt incarnationem; ergo Abraham, & Moyſes aperte crediderunt. Sol. Non propter hoc dicitur Abraham prima via credendi, ſed quia primus aperte fidem prædicavit. Unde ei dicitur *Gen.* 15. Eduxi te de Ur Chaldæorum, &c. Ad illud: Sine qua nec Antiqui, &c. i. ſine qua implicita, vel explicita. Quæ fides donum Dei eſt; ſicut & gratia. Sed contra. Gratia, ut dicitur hic, videtur quod ipſa præcedat fidem, & ita fides non eſt prima gratia. Propter hoc dixerunt quidam quod Deus dabat quamdam gratiam quæ omnes virtutes informabat. Sed ſic non dicimus, imo fides eſt prima virtutum. Unde quod hic dicitur ſic intelligendum eſt ſicut fides eſt donum Dei: ita & gratia: fides enim dicitur gratia, & dicitur donum Dei, quia gratis datur. Vel dic quod fides accipitur pro motu fidei; gratia autem notat ipſum habitum fidei: in quo enim unum prius erat fides a ſe, vel ab alio, antequam veniret a Deo gratia, i. ipſa fides quæ gratis datur. Tamen [ut dictum eſt] alio modo quidam intelligunt hoc de gratia quadam, quæ procedit fidem; & omnem virtutem. Prima in via, de *Gen.* 9. ubi dicitur, Sen-

A ſua enim

A rufalem deſcendentem de cœlo a Deo paratam, ornatam ſicut ſponſam viro ſuo. *Et* 12. Mulier amicta Sole. Sed quidam induunt Chriſtum, ſicut ſpeculum imaginem, ita quod nihil mutatur in ſpeculo, & ſi corpus oppoſitum amoveatur, ſtatim deletur imago in ſpeculo.

a Non eſt Judæus neque Græcus, *b* non eſt ſervus neque liber: *c* non eſt maſculus neque femina. Omnes enim vos *d* unum eſtis in Chriſto Jeſu. Si autem vos Chriſti, *e* ergo ſemen Abrahæ eſtis ſecundum promiſſionem hæredes.

CAP. IV.

f Dico autem. Quanto *g* tempore hæres parvulus eſt,

Sic quidam molles in ſuſtinendo, & inconſtantes in ſe, ſtatim ad prædicationem Chriſtum induunt, ſed cito exuunt cum tamen dicatur *Apoc.* 3. Tene quod habes. Alii induunt eum ſicut lana colorem, quando tingitur ipſa lana, & hoc competit ſatis ei quod dicitur hic, [Quicumque baptizati eſtis in Chriſto, Chriſtum induiſtis.] Baptiſmus enim interpretatur tinctio. *Iſa.* 1. Quaſi lana alba erunt. In lana nihil eſt reperire quod non ſit tinctum colore, ſic eſt de illis qui Chriſtum imitantur in factis, & dictis, & generaliter in omnibus. Et dicitur quod pannus tinctus in lana non amittit colorem ſuum quantumcumque conteratur: ſed qui tinctus eſt in filo cito amittit. Tincti in lana ſunt qui in juventute benefacere inceperunt. Unde *Prov.* 22. Adoleſcens juxta viam ſuam, &c. & ideo dicitur *Thr.* 3. Bonum eſt viro cum portaverit, &c. Talis ſaltem ex verecundia peccare non audebit. Illi contra qui in filo, i. qui in virili ætate vel in ſenectute incipiunt. Alii induunt Chriſtum, ſicut exemplum exemplar, qui habent eum quaſi librum apertum coram oculis ſuis, ſicut fuit in cruce rubricatus. *Job* 31. Librum ſcribat ipſe qui judicat, &c. Sed multi ſunt ſicut mali ſcriptores, qui bene vident ſcriptum exemplar & bonum, & tamen male ſcribunt & falſo, & multa omittunt; ſed bonus ſcriptor illud quod falſo ſcripſit radit, & verum reponit. Si reperimus quod eſurivit Chriſtus, omittimus; ſed quod potator vini dictus ſit, bene ſcribimus. Videmus etiam ſcriptum, quoniam flevit ſupra civitatem; ſed hoc omittimus non compatientes proximis. Sed veniat quilibet, & corrigat librum ſuum ad illud verum exemplar, & videbit omiſſa & falſo ſcripta. Item quidam induunt Chriſtum, ut ferrum induit ignem & vere: quia *Deut.* 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Nos autem ferrum autem fertes ſumus. Ad ignem enim emollitur ferrum, & tamen tunſionibus non frangitur, ſed dilatatur, & nos ſi malleis verborum iniquorum & verberum acritate dilataremur, Chriſtum ſicut ferrum ignem indueremus. Sic poteſt cognoſcere quilibet, ſi Jeſum Chriſtum ſic induerit, Sed ſi cor tuum ſeparatur a proximo tuo per odium vel per iram, ſcias te eſſe ferrum frigidum, ferrum, ſcil. Aquilonia quod non poteſt conjungi. Unde *Jer.* 15. Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs, q. d. Non. Item poteſt dici quod boni induunt Chriſtum, ſicut aer veſtitur luce & radio ſolis. Unde dicitur *Apoc.* 12. Mulier amicta Sole, i. ſic Chriſto induta ſicut aer ſole. Pro his & aliis modis dicitur, *Rom.* 13. Induimini Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. *a* Non eſt Judæus] Textus eſt ut dicunt quidam, &c. Hoc eſt contra acceptatores perſonarum. Simile *Col.* 3. Ubi non eſt maſculus & femina: Gentilis, & Judæus, circumciſio & præputium, barbarus & Scytha; ſed omnia in omnibus Chriſtus. Et eſt hoc contra acceptantes perſonas propter pecuniam aut conditionem; quod fit in Clauſtris vel Eccleſiis, in quibus non recipiunt niſi nobiles & potentes in Canonicos. Sed ſecurum eſt dicere litteram Apoſtoli. Unde *Rom.* 10. Non eſt diſcretio Judæi & Græci. *Deut.* 18. Si exierit Levites de una urbium tuarum, &c. partem eamdem ciborum accipiet quam & ceteri: bonorum, ſcil. Clauſtri ſive alterius Eccleſiæ communiter & indifferenter particeps ſit ſicut alii, licet ſit advena. Quod autem ex perſonis alienis debeant inſtitui Canonici dummodo boni ſint, ſignificatur 3. *Reg.* 5. Præparaverunt Giblii ligna & lapides ad domum ædificandam, quæ aſportata fuerunt de monte Libani: hi erant ſubditi Hiram regis. Et iterum 3. *Reg.* 10. Claſſis Hiram attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & erant importibilia, & gemmas pretioſas, & vineam balſami. Et dicunt Hebræi quod conſtat, pretioſior erat quæ erat in terra Promiſſionis, nec Salomon recuſavit accipere eo quod eſſet de terra longinqua. *b* Non eſt ſervus] *Job* 3. Parvus, & magnus ibi ſunt ſervus, & liber. *Iſ.* 24. Sicut ſervus, ſic & Dominus ejus, &c. Ita debet eſſe in Clauſtris. *c* Non eſt maſculus neque femina.] Contra Monachos; qui indignantur eo quod mulieres eorum habitum aſſumpſerunt, dicentes: Numquam valet Religio mulierum. Sed Dominus voluit naſci de muliere. Et nota privilegium mulierum, quia pura mulier eſt ſuper choros Angelorum, ſed non purus homo. *d* Unum eſtis in Chriſto] indifferentes. *Rom.* 12. Multi unum corpus ſumus in Chriſto.

e Semen Abrahæ] ideſt, filii promiſſionis, qui ſola Dei promiſſione, ideſt, gratia generantur *Rom.* 6. Non enim omnes qui ex Iſrael Iſraelitæ ſunt; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes ſunt filii; ſed in Iſaac vocabitur tibi, ſemen, i. non qui filii carnis, hi Dei filii, ſed qui filii ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine, Promiſſionis enim verbum hoc eſt *Gen.* 18. Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.

Expoſitio Gloſſ. A ſus enim & cogitatio humani cordis, &c. Pædagogus a *pæs* puer, & *agogos* ductor: quod pueros ducat, & ſic dicitur a ductu puerorum. Et ſimiliter Synagoge a *Syna*, & *agoge* quod eſt ductio. Unde Synagoga eſt multitudo ducta a monte Sina. Et futuræ fidei. Sed nonne bonum eſſet, ut & nos ſub illo pædagogo eſſemus? Non: quia per hoc potius timore, quam amore Deo ſerviremus. Et hoc eſt quod dicit *Gl.* Hoc bonum habemus: quod non ſumus ſub pædagogo in hac vita. Unum & idem cum Deo quia per fidem adhæremus Deo, & qui adhæret Deo unus ſpiritus eſt, 1. *Cor.* 6. & *Jo.* 17. Rogo pater ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ad ſimilitudinem. *Rom.* 6. Quicumque baptizati, &c. Et induite *Rom.* 13. Et illud primum; quantum ad ſuſcipientes ſacramenta, & non rem: hoc alterum, quantum ad ſuſcipientes rem. *Apoc.* 12. Mulier amicta Sole. Propter nihil horum aliquis dignior Contra. *Rom.* 3. de Judæis. Multum quidem per omnem modum. Vel *Rom.* 1. Judæo primum & Græco. Sol. Quantum ad ſtatum Legis, multi Judæi digniores fuerunt quam Gentiles, ſed quantum ad ſtatum gratiæ, non.

EXPOSITIO CAP. IV.

Dico autem. Quanto tempore, &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima parte adducit quamdam ſimilitudinem, ad oſtendendum quod Lex debet ceſſare, & hoc per conſuetudinem, humana Lex enim ſub ſervitute premebatur, & Sanctos illius temporis premebat; ſicut parvuli filii premuntur, quamdiu ſunt parvuli: ſed jam acceſſit ætatis plenitudo cum Chriſto, i. hæreditas libere ceditur filiis. In ſecunda parte increpat eos ſub admiratione de hoc quod converſi a ſtatu peccati ad fidem Chriſti, iterum convertebant ſe ad auguria & ceteros ritus Gentilium, ibi. [Sed tunc quidem ignorantes Deum, &c.] In tertia parte ad obſecrationem converſas commendat eos ſecundum præmium fidei, & ſuam charitatem in eis commendat, ibi [Fratres obſecro vos, &c.] In quarta parte avertit eos a Legis littera, docens legem allegorice intelligendam, ibi [Dicite mihi. Qui ſub Lege vultis eſſe. Legem non legiſtis, &c.] Nota quod hæc Epiſtola trahitur ad Chriſtum, & legitur in ſeptimana Natalis, quia tunc fuit parvulus. *Iſ.* 9. Parvulus natus eſt nobis, qui fuit tutela Joſeph, qui duxit eum in Ægyptum, *Matt.* 22. Vel ratio eſt peccator; quia tunc venit plenitudo ætatis filiorum, ut jam liberarentur a ſervitute legalium.

f Dico autem. Quanto tempore hæres parvulus eſt;] quaſi diceret. Adhuc adduco hanc ſimilitudinem ad oſtendendum quod Lex debet ceſſare. Et talis ratio. Quamdiu puer non habet annos diſcretionis, eſt ſub eis, qui eum defendunt, & regunt cauſas ejus, & eſt ſubditus quaſi ſervus: poſtquam autem venit ad tempus præfinitum a

A patre

Moraliter. Moral. *g* Quanto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt] Qui ergo ducitur ſub paupertate, & afflictione ſentiat ſe parvulum in fide, & charitate, & fiet ei ut parvulo. *Eccl.* 33. Panis & diſciplina, & opus ſervo. Et in *ead.* Servo malevolo tortura, & compedes, &c. Per quatuor autem poteſt quis ſe cognoſcere parvulum eſſe ſpiritualiter. Unum eſt quando plus diligit minora, quam

* majora,

Expoſitio Gloſſ. *f* Dico autem. Quanto tempore, &c.] Præfinitum tempus, emancipationis: Curatorum, idem quod tutores, vel ſumitur pro pædagogo. Alioquin jure exhæredatur: Hic ponitur [alioquin] abuſive: quia quando ſecte ſumitur reſpicit antecedens ſuum cum negatione, ſicut patet *Jud.* 16. Dixerunt Philiſthæi Dalilæ. Trade eum nobis, alioquin interficiemus te, & domum eam. i. niſi tradideris eum. Sed hic reſpicit quod ſequitur ſub negatione. Unde ſenſus eſt. Si non ſit juſtum quod exercetur, habet libertatem ſui, & ſuorum. Jure exhæredatur, ideſt, jure ſuo privatur;

A quia

Digitized by Google

A patre ſuo, in quo debet emancipari, jam ceſſant ab eo tutores, & actores. Et ſimiliter Judæi fuerunt quaſi parvuli uſque ad adventum Domini ſub Lege; ergo in adventu ejus debuit ceſſare Lex. Hæc ratio hæreditatis, cui debetur hæreditas. *a* Nihil differt a ſervo,] quia præcipitur ei ut ſervo.

a nihil differt a ſervo, cum ſit Dominus omnium, *b* ſed ſub tutoribus, & *c* actoribus eſt uſque *d* ad præfinitum tempus a patre. *e* Ita & nos cum eſſemus parvuli, *f* ſub elementis mundi eramus ſer-

b Sed ſub tutoribus, & actoribus] Hic eſt argumentũ quod Lex tutabatur, & agebat uſque ad præfinitum tempus a patre. Tunc erat conſuetudo quod dicebat pater: Volo quod filius meus uſque ad illud tempus ſit ſub cuſtodia, & protectione illius; ſed modo non fit ſic, quia determinatum eſt ſecundum diverſas regiones, quantum debet eſſe puer ſub cuſtodia, antequam ſit Dominus hæreditatis ſuæ. [Nihil differt,] a ſervo ſecundum quod exponitur de Chriſto, *Matt.* 10. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, 1. *Cor.* 9. Cum eſſem liber ex omnibus, omnium ſervum me feci.

d Præfinitum] *Dan.* 12. Clauſi ſunt ſignatique ſermones uſque ad tempus præfinitum. *e* Ita & nos] Judæi. Adaptat ſimilitudinem. *f* Sub elementis] Dupliciter intelligitur hoc, ſecundum quod elementa dicuntur litteræ, aut terra, & aer, &c. Dicit ergo: [Sub elementis eramus,] i. ſub cæremonialibus præceptis, in quibus fuit initiatus populus Judæorum, ſicut puer primo in litteris. Vel elementa appellat quaſi hyleamenta, i. materialia. Dicit ergo ſecundum hoc: [Eramus ſub elementis,] i. obſervabamus dies, & lunationes ſecundum quod determinabantur ab elementis ab incurſu planetarum.

Moraliter. * majora. Ut puer magis diligit pomum quam hæreditatem ſuam; ſic qui magis ſollicitus eſt de temporalibus, quam de ſpiritualibus, *Pſ.* 128. De quo non implevit manum ſuam qui metit, &c. colligit ad ponendum in horreo cœli. Secundum eſt, quando in ludis eſt incircumſpectus, *Zach.* 8. Plateæ civitatis implebuntur ludentibus, *Bar.* 3. Qui in avibus cœli ludunt. Tertium eſt, quando tantum præſentia cogitamus, cum tamen dicatur *Prov.* 4. Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos, ad futura quæ ſunt ante nos, *Apoc.* 4. Animalia erant plena oculis ante, & retro. Quartum ſignum eſt, quando variis, & contrariis voluptatibus afficimur, *Prov.* 13. Vult, & non vult piger. Qui ergo ſic eſt parvulus, non miretur, ſi Dominus tenet eum ut ſervum: quia nihil differt a ſervo. Sed contra, 1. *Cor.* 13. Cum autem factus ſum vir, evacuavi quæ erant parvuli. *d* Uſque ad præfinitum tempus] *Rom.* 8. Ipſa creatura liberabitur, &c. Videtur etiam Eccleſia redigi ad ſtatum ſervitutis. Quia. *b* Sub tutoribus] Principibus terræ. *c* Et actoribus] i. litigatoribus. *f* Sub elementis] Elementa ſunt elevamenta, ſcil. honores, & dignitates. Vel, [Elementa,] i. litteras; hic eſt timor ſervilis, quo ducitur quamdiu eſt parvulus; ſed quando factus eſt vir ſpiritualiter; tunc [ſicut dicitur 1. *Jo.* 4.] perfecta chari-

A tas foras

Expoſitio Gloſſ. A quia libertas jure ei debita auſertur. Circa meritum, i. quantum ad meritum. Nec libertatem habuiſſe cauſa peccati, ut dicitur *Joan.* 8. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Terrena promittebat: Ex hoc videtur, quod poterant facere ita opera pro terrenis, ponendo in eis ultimum finem; ex quo Lex talia promittebat operantibus ſecundum Legem, quod concedunt quidam: ſed modo non eſt ita inter nos; quia nobis dicit Dominus, *Matt.* 6. Primum quærite regnum Dei. Modo enim ex condigno non poteſt quis mereri temporalia; quia in tempore gratiæ, quod eſt nunc facta eſt charitas aquila, quæ non volat ad muſcas. Lunares dies, i. initiales cujuſlibet menſis qui erant eis ſolemnes, ſicut habetur *Num.* 28. In Kalendis autem, &c. Sed nos eodem modo obſervamus lunares dies ut Paſcha, & Pentecoſten quæ ſecundum lunam dignoſcimus. Unde *Aug. in lib. de diffinit. Eccl. dogm.* Paſcha, i. Dominicæ reſurrectionis ſolemnitas, ante tranſgreſſum vernalis Æquinoctii, & decimæ quintæ Lunæ initium non poteſt celebrari. Unde proxima Dominica poſt vigeſimam Lunam vernalis Æquinoctii ſemper celebratur Paſcha noſtrum. Sed dicendum quod in hoc eſt differentia inter nos, & Judæos, quia ipſi obſervabant aliquotam menſis, vel primam menſis, vel quintam decimam, vel ſeptimam decimam menſis; nos autem non ſic: ſed propter hoc non eſt ſolutum. Ad objectionem ergo dicendum eſt quod in hoc eſt differentia, quia ipſi ſervabant ſub elementis, i.

pro tranſitoriis: terrena enim tranſitoria ſunt, ſicut & mundus, ita *Gl.* exponit: nos autem ſub elementis, quia in eis aliquid ſpirituale intelligimus, & hoc modo obſervamus imaginem, intelligentes ibi ſignatum, ut B. V. & hujuſmodi. Pagani ſerviunt elementis, ut dicit *Gl.* colunt enim Solem, & Lunam, &c. quod prohibetur *Deut.* 4. Ne forte elevatis oculis in cœlum videas Solem, & Lunam, &c. *Job* 31. Si vidi Solem cum fulgeret, &c. Et nota quod Chaldæi adorabant ignem, i. Vulcanum, *Gen.* 15. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum. Item Itali adorabant Junonem, i. aerem: vel Jovem, i. diem: item, maritimi Neptunum. Agricolæ terram matrem omnium adorabant. Sub pædagogo, informante eum. Actore, cauſas ejus agente. Tutore, defendente eum, & res ejus. Parvuli cognitione, quantum ad intellectum. Et viribus reſiſtendi peccatis, quantum ad affectum, *Cant. ultim.* Soror noſtra parvula eſt, *Luc. ultim.* Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto; hoc quantum ad affectum. Item dicitur *ibid.* Et aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas; hoc dicit quantum ad intellectum. Et promiſſionibus temporalium: Ex hoc videtur quod ſicut eſt quidam timor ſervilis, quo ceſſatur a malo, timore pœnæ; ita ſit quidam amor ſervilis, quo fit bonum amore temporalis boni, & ſi hoc, ergo ſicut timor eſt donum Spiritus ſancti; ſic iſte amor eſt donum Spiritus ſancti. Reſp. Talis amor non eſt ſervilis, ſed mercenarius, & non eſt donum Spiritus ſancti, ſed cupiditas, quæ eſt peccatum. A Deo inſtituti, & non tamen erant in peccatis, ſed erant a Deo prædeſtinati. Chriſtus multos ab Inferno liberavit, *Zach.* 9. Tu autem in ſanguine Teſtamenti, &c. Et *Act.* 2. Solutis doloribus Inferni. Et objicitur, quia loquimur de illis quibus Lex fuit pædagogus, qui, ut conſtat, ſerviliter ſerviebant; ergo videtur quod tales meruerunt liberari. Reſp. Timor iſte in quibuſdam introduxit charitatem, ut ſeta inducit filum, & de illis intelligendum eſt. Dum per ſacrificia, & expiationes Deum eis placavit; Ergo legalia juſtificabant. Item ſuper illud *Num.* 23. Ædifica mihi ſeptem aras. Ibi *Orig.* Eſt forte ſecretior ratio ſacrificandi Deo propter deſtructionem ſacrificiorum, quæ Dæmonibus immolabantur: ut quia per illa vulnerabantur animæ, per illa ſanentur; ſicut confirmant qui medicinæ peritiam gerunt: ſerpentina enim venena depelli conſueverunt per ſerpentina medicamina. Hæc ſerpentina; & ita, patet, per illa opera juſtificabantur. Item *Dan.* 3. In ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipiamur, Sicut in holocauſto arietum, & taurorum pinguium, &c. Ergo holocauſta non juſtificarent niſi eſſent petita ut ſuſciperentur in holocauſta, &c. Sed contra. *Ezech.* 20. Dedi eis præcepta non bona, in quibus non vivent. Sed in eis vivebant corporaliter; non ergo vivebant per ea ſpirituali vita. Sol. Non juſtificabant. Unde ibi dicit *Hier.* Præcepta non bona, i. poſt idololatriam, & blaſphemias dedit multiplices cæremonias, ut Deo potius quam Dæmonibus hoſtias offerrent, & in comparatione ſacrilegii levius fieret, quod per ſe bonum non erat. Ergo offerre illa non erat bonum; ergo non juſtificabant. Ad idem ſuper prædictum verbum *Num.* 23. dicit *Orig.* Lex Dei de ſacrificiis præcepit, & ritum ſacrificandi tradidit Iſraeli. Forte quæretur: Cur hæc, cum Dæmonibus dicata videantur, & non Deo, offerri jubebantur? Et erit cita reſponſio, quia ſicut libellum repudii dari non Dei voluntatis fuit, qui, quod conjunxerat, noluit ſeparari; ſed Moyſes propter duritiam Judæorum ſcribi fecit: ita & de hoc videri poteſt; Deus enim non manducat carnes taurorum, &c. Sed conſtat quod dare libellum repudii non erat mortale; ergo & facere illa opera legalia. Reſp. Suſtinendo Magiſtrum, qui dicit quod nec opera operantia, nec opera operata juſtificabant, dicendum eſt, placavit, i. placatum eſſe oſtendit. Ad illud: Sicut in animo contrito, &c. i. Appareat quod tu es placatus, per hoc quod conterimur; ſicut apparebat in holocauſto, &c. Dicunt enim Judæi quod tunc per quædam ſigna oſtendebatur, quod Dominus placatus erat eis. Quidam dicunt quod ſummus Sacerdos tenebat filum coccineum, quod ſi poſt ſacrificia fiebat album, tunc orationibus eorum erat placatus Dominus. Alii quod poſt ſacrificia apparebat quoddam ſignum in lapidibus onychinis, qui erant in Rationali. Ad *Gloſ.* dicendum eſt: Per hoc ſanantur, i. ſanata oſtenduntur. Vel ſic: Morbus depellitur, i. idololatria.

Et ſimiliter ab iſta ſanabantur. Suſtinendo quod opera operantia juſtificabant, dicendum eſt quod *Orig.* curae

A parans

a tas foras mittit timorem. *a* At ubi, &c.] i. quaſi adulta ætas, & exponitur pluribus modis. Primo modo, 1. Poſtquam impletum eſt tempus præfinitum, de quo *ſup. eod.* Et eſt ſimile *Luc.* 1. Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi. Et in *eod.* 2. Poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Vel, i. Poſtquam venit tempus plenitudinis. Sicut enim Autumnus dicitur tem-

viventes. *a* At ubi venit *b* plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum *c* factum ex muliere, factum ſub Le-

pus plenitudinis, quia in eodem colliguntur, quæ in hyeme ſeminata fuerunt, & in Vere germinaverunt, & pullulaverunt, & in Æſtate maturaverunt. Similiter quæ ſeminata fuerunt tempore Patriarcharum, pullulaverunt ſub Lege, maturaverunt ſub Prophetis, collecta ſunt in adventu Salvatoris. Et ſic eſt tempus plenitudinis, *Iſa.* 49. Tempore accepto exaudivi te. Et dicitur idem 2.*Cor.*6. Et ſubditur etiam ibi: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis, &c. Vel [At ubi, &c.] i. tempus adimpletionis: quia omnia alia tempora fuerunt vacua, habentia figuras ſine rebus; ſed hoc tempus res habuit, *Job* 7. Habui menſes vacuos. Et *Jer.* 4. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil, *Job* 26. Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum. Et nota quod triplex eſt impletio facta in hoc tempore, ſcil. ventris, mentis, & Legis. De prima *Matt.* 1. Ecce in utero habebit. De ſecunda *Act.* 2. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. De tertia *Matt.* 5. Non veni Legem ſolvere, ſed adimplere.

Aliter. Vel ſic: [At ubi, &c.] i. plenitudo, ſive abundantia temporalitatis. Unde *Bern.* Nimirum plenitudo, & abundantia temporalium; ergo tunc advenit æternitas, quando temporalitas prævalebat: *c* Factum ex muliere,] non dicit, Natum, licet quidam ſic voluerunt corrigere: ſed dicit, Factum, ad innuendum quod aliquo modo conceptus eſt de muliere. Ergo [factum] eſt hic ſecundum quid, & ſimpliciter ibi: [Factum ſub Lege, &c.] *Heb.*2. Debuit per omnia fratribus ſimilari, &c. *Ibid.* Et qui ſanctificantur ex uno omnes: propter quam cauſam non confunditur fratres vocare eos.

Moraliter. Moraliter. *b* Plenitudo temporis.] Adventus Domini dicitur plenitudo temporis propter octo rationes. Propter abundantiam pacis, & terrenorum, vel terræ naſcentium, quæ tunc fuerunt, ad litteram, *Pſ.*71. Orietur in diebus ejus juſtitia; & abundantia pacis, *Joel.* 2. Implebuntur areæ frumento, & torcularia vino. Ideo forte Januarius, in quo natus eſt Dominus, deſcribitur ſedens ad ignem, & comedens in abundantia. Item propter chariſmatum ſuperfluentem largitionem, *Ezech.* 34. Pluviæ benedictionis erunt. Vel propter figuratum adimpletionem, *Matt.*5. Non veni ſolvere legem, ſed adimplere. Item propter promiſſorum redditionem, *Dan.* 9. Confirmabit autem pactum multis hebdomadas una. Vel propter temporum conſummationem, 1.*Cor.*10. Nos ſumus, in quos fines ſeculorum devenerunt. Item propter miſericordiæ effluentiam: quia tempus Novi Teſtamenti eſt tempus miſericordiæ, ante tempus fuit juſtitiæ. Unde in Adventu cantatur, Miſericordia Domini plena eſt terra. Item propter omnium creaturarum completionem, *Eph.* 1. Propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in terra, & quæ in cœlo ſunt. Vel propter præmii ſolutionem, *Pſal.* 67. Aſcendiſti in altum, &c. dediſti dona hominibus, &c.

A *a* Quoniam

Expoſitio Gloſ. ad ſummi- mos. A parans legalia libello repudii, loquitur quantum ad cauſam dationis cæremonialium, quod † Moyſes quodammodo coactus fuit dare illa, ſicut libellum repudii: ſed in hoc differunt, quia illa poterant fieri ex charitate, ſed libellus repudii non poterat dari ex charitate. Similiter intelligendum eſt illud *Ezech.* in *Gl.* Miſit Deus filium, i. viſibilem fecit hominibus. Ergo mittere eſt facere viſibilem illum: ſed factus eſt viſibilis in quantum homo; ergo miſſus eſt in quantum homo. Ad aliud habetur poſtea. Cui ſimile eſt illud quod *Jo. ait* 7. Simile eſt in hoc, quod ſicut Deus pater miſit filium ſuum, i. ab æterno diſpoſuit tempus, in quo naſceretur; ita & horam diſpoſuit, in qua pateretur. Nondum venit hora; non fatalis, ſed præſcita eſt. Hora ejus vel noſtra eſt voluntas ejus, i. præſcita ſecundum voluntatem ejus, *Act.* 1. Non eſt veſtrum ſcire tempora, vel momenta, &c. Series præconum, i. Patriarcharum, & Prophetarum, Patriarchæ fuerunt dictis. Semper tenendus, amore & fide. Eum, qui erat increatus, factum dicit. Hic aperte eſt qui non concedit, quod ſit factus, vel creatum: ſed concedit, quod ſit factus de muliere. Unde *Dan.* Illud de propria poteſtate, hac natura ſit creator creatura. Sed modo concedunt quod eſt factus, non tamen movente natura, & infactus; ſicut mortalis, & etiam immortalis. Dicit enim *Aug.* quod quicquid dicitur de primo homine, dicitur de filio Dei, & e converſo. Unde conceditur quod eſt creator, & creatus; factus, & infactus. Et illud verum eſt, poteſtate, &c. i. divina eſſentia non videtur movente ad hoc, quod fieret, ſicut creator creatura. Eo ipſo miſſum filium quo factus eſt ex muliere, ſed factus eſt ex muliere in quantum homo, & deſcendit in quantum homo, quod falſum eſt. Nam quid eſt aliud naſci filio, &c. Nota quod eſt duplex nativitas, quædam in utero, quædam ex utero. In utero, quando concipitur, & ſic ſumitur hic: ex utero, quando primo procedit in lucem. Sed de hoc, quod præceſſit, quæritur: videtur quod in hoc ſit miſſus non in quantum Deus. Ad quod facit quod ſupra habitum eſt, Deus miſit filium ſuum, i. viſibilem fecit hominibus. Sed eadem ratione videtur quod in quantum homo ſit incarnatus: quia incarnati non eſt niſi in carnem mitti, & ita cum ſit miſſus in quantum homo, eſt incarnatus. Ex quo ſequitur quod incarnatus, ſive incarnari non ſignificat divinam eſſentiam, ſed aliquod accidens creatum, quod pertinet ad humanam naturam: quia divina eſſentia non dicitur de homine in quantum eſt homo. Item hic dicit: Quid aliud eſt naſci filio quam accipere formam ſervi in Virginis utero? q. d. Non eſt aliud: ſed accipere formam ſervi eſt incarnari; ergo cum quilibet naſcatur in utero, quilibet homo poteſt dici incarnatus. Præterea videtur quod incarnatus non ſit in quantum homo; quia divina eſſentia eſt incarnata; ſed nihil creatum dicitur de divina eſſentia; ergo incarnatus non ſignificat creatum; ergo non eſt incarnatus in quantum homo. Item ſuper illud *Jo.* 3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit filius hominis, &c. Ibi *Gl.* Aſcendit ſecundum quod homo; deſcendit ſecundum quod Deus; ſed deſcendere, & mitti idem eſt; ergo miſſus eſt ſecundum quod Deus; non ſecundum quod homo. Sol. Miſſus eſt in carnem etiam filius Dei; & tamen in quantum homo factus viſibilis. Quod autem dicitur *Gl.* Miſit, i. viſibilem fecit; non hoc dicit quod idem ſit mitti, & viſibilem fieri: ſed ad innuendum quod ad hoc miſſus eſt, ut eſſet viſibilis. Similiter illud, Eo miſſum, &c. hoc dicit ad innuendum quod miſſus eſt ad hoc, ut fieret homo. Ad aliud dicendum, quod naſci in utero, ſive factus in utero ſignificat creatum quid ſimpliciter; ſed incarnatus ſignificat divinam eſſentiam, & connotat eſſe hominem. Et quod dicit: Naſci in utero nihil aliud eſt quam accipere formam ſervi, non dicit quia velit quod idem ſit nativitas, & aſſumptio; ſed ad innuendum quod ideo aſſumpſit, ut naſceretur de Virgine. Vel dicit quod cum in fieri ſint duo termini, unus a quo, & alius ad quem, dicendum quod ille terminus [factus] quandoque ſignificat rationem termini a quo, quandoque ratione termini ad quem. Unde cum dicitur, Aqua vinum factum eſt; ly [factum] comparatum ad aquam, ſignificat ratione termini a quo, & copulat aliquid quod fuit in aqua: comparatum ad vinum ſignificat ratione termini ad quem, & copulat aliquid quod eſt in vino. Similiter cum dicitur, Filius eſt homo; ly [factus] ratione termini a quo ſignificat divinam eſſentiam; ſed incarnari, & mitti ratione termini ad quem ſignificat quid creatum. Paſſionem tamen, &c. Ex hoc videtur quod non poſſit ſuſtineri opinio, quæ dicit quod non omnis actio eſt a Deo: quia cum ab actione proprie infertur paſſio, ſi actio Judæ, ut crucifigeretur Chriſtus, non fuit a Deo, ut dicit hæc opinio; ergo nec paſſio illata ab eo, fuit a Deo, & ſic falſa eſt hæc, *Gl.* Ego a patre exivi, *Jo.* 16. Sed contra, *Jo.* 8. Qui me miſit, non reliquit me ſolum. Quid eſt ergo: A patre exivi? Sol. Ponitur antecedens pro conſequenti: ad exire enim conſequens eſt apparere. Unde: Exivi; i. hominibus apparui. In mundo erat, i. in cœlo empyreo ſpirituali modo erat, Mundus per ipſum factus eſt, i. univerſitas creaturarum. Mundus eum non cognovit, i. amatores mundi, & ſic ſumitur hic mundus tripliciter. Quo venit, & ſi in hunc mundum miſſus eſt, quia a patre exivit, & venit Propheta, *Jer.* 23. Ubi potuit eſſe ſine Verbo ſuo? q. d. Nuſquam; ergo ubicumque eſt Pater, eſt & Filius; ſed Pater ubicumque eſt, ergo & Filius. Pertingit a fine uſque ad finem, *Sap.* 8. Eſt duplex finis: malorum, pœna æterna, & finis bonorum, vita æterna. Pertingit autem a fine malorum uſque ad finem bonorum: quia illos punit citra meritum, & illos remunerat ultra condignum, & ita diſponit omnia ſuaviter.

Vel duo ſunt fines creaturæ corporalis, & ſpiritualis. In

A *Epiſt. ad*

A a Quoniam autem, &c.] Supra dictum eſt, quod Chriſtus venit: ut nos redimeret a ſervitute, & libertate filiorum Dei nos donaret. Hic probat nos eſſe filios ſive Judæos, ſive Gentiles indifferenter, per hoc quod ipſe dedit nobis Spiritum Filii, qui hoc teſtificatur in cordibus noſtris clamare,

Abba, Pater. Et ſic probat quod ſimus filii, quia Pater dat nobis Spiritum filii ſui, quem non daret niſi ut eſſemus filii: & ipſe Filius eumdem Spiritũ dat,

ge: ut eos qui ſub Lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. a Quoniam autem eſtis filii Dei: miſit b Deus Spiritum filii ſui in corda † veſtra c clamantem, d Abba, Pater.

al. noſtra,

& ipſe Sp. S. adveniens hoc idem clamat. Sic ergo Teſtimonio Trinitatis ſecuri ſumus, de filiatione, 1. *Jo.* 5. Tres ſunt, qui dant teſtimonium in cœlo, i. in anima Juſti, quæ eſt ſedes Dei. *Iſa. ult.* Cœlum mihi ſedes eſt. Ergo conſtrue. b Miſit Deus, &c.] Vel per hoc, inquam, probatur quod eſtis filii Dei. *Rom.* 8. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, &c. In *eod.* 8. Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis, &c. Et dicit. c Clamantem,] quia facit nos clamare. d Abba, Pater.] Duo dicit verba, quæ idem ſignificant. Sed ratio dicitur in *Gl.* ut ſcilic. Hebræum ad Judæos; Græcum ad Gentiles pertineat. Secundum illam *Gl.* videtur quod pater

A ſit Græcum

Expoſitio Gloſſ. A *Epiſt. ad Rom.* 8. de miſſione filii Dei. Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. De miſſione Sp. S. In *eod.* ubi dicit. Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis. Si tamen ſobrie, i. in moderato intellectu. Comprehendendum mentibus, quia duplicem tangit hic diviſionem, in mentem & carnem. Exinanivit. *Phil.* 2. Quoniam inhabitabo in illis. *Lev.* 26. Ponam tabernaculum meum in medio, &c. *Ezech.* 37. Dabo, &c. Et *Jer.* 31. Solent autem obtendere minorem Patre eſſe Filium, &c. Ex hoc patet quod filius Dei non eſt miſſus in quantum homo: quia in quantum homo minor eſt Deo patre, & ſeipſo: ergo filius Dei mittitur dupliciter, viſibiliter, ſcil. & inviſibiliter. Viſibiliter miſſus eſt tribus modis. Ut quando apparebat in ſubjecta creatura ante incarnationem, & ideo *Aug. in l.* 1. *de Trin. & in l.* 4. Quærit, quare Pater non ſimiliter miſſus eſt, cum & ipſe apparuerit in ſubjecta creatura. Item miſſus fuit viſibiliter in carnem. Et tertio modo ad prædicandum. Unde *Iſ.* 61. Spiritus Domini ſuper me eo quod unxerit me ad evangelizandum, &c. Et 48. Et nunc Dominus miſit me, & Spiritus ejus. Inviſibiliter, quando mittitur in corda fidelium. Sed objicitur iterum. Si eſt minor in quantum miſſus videtur quod poſſit concedi quod miſſus ſit a ſe, & a Spiritu ſancto. Ad quod facit *Text.* & *Gl. ſup. Iſ.* 48. Et nunc Dominus miſit me, & Spiritus ejus. *Int.* i. incarnari conſtituit. Sed conſtat, quod incarnatus eſt a ſe, & a Spiritu ſancto: ergo miſſus eſt a ſe, & a Sp. S. Sed contra. Dicit *Aug.* quod Pater non eſt miſſus, quia non habet ſubauctorem ab aliquo. Unde patet quod mitti ſubauctorem dicit in eo qui mittitur, reſpectu ejus qui mittit: ſed filius non habet ſubauctorem reſpectu ſui, vel Spiritus ſancti; ergo non mittitur a ſe nec a Spiritu ſancto. Quod verum eſt: ſed in quantum homo mittitur a ſe & a Spiritu ſancto. Ad illud. Miſit, i. incarnari conſtituit, dicendum quod filius Dei ſe in carnem & Sp. S. miſit eum in carnem: quia mittere ſignificat ſubauctorem effectus connotati in hoc quod dico. Incarnari, vel in carnem. Sed ſi diceretur miſſus a ſe, vel a Sp. S. cum nullus effectus hic connotetur, oportet ſubauctorem connotari ad ſe, ſive ad Spiritum ſanctum: quorum utrumque falſum eſt. Conſtat autem eo non eſſe ita, &c. Contra *Aug. in lib.* 2. *de Trin.* uſque adeo parvum factum: eo itaque factum, quo miſſum. Si ergo major mitti minorem, fatemur & nos factum minorem, & in tantum minorem, in quantum factum, in quantum miſſum: ergo minorem quia miſſus. Reſpondet idem *Aug. in eod.* Sed aliter mittitur, ut ſit cum homine, aliter ſapientia, ſcil. miſſa eſt, ut ipſa ſit homo. Vel aliter dic. Non minorem eſſe in quantum Deus: quia miſſus eſt, ut ſit homo. *Iſ.* 61. & 48. Ecce Virgo concipiet *Iſ.* 7. & *Matt.* 1. Mulierem pro femina. Unde hic ſignificat ſexum, non fractionem. Similiter *Jo.* 2. Quid mihi & tibi mulier? Et *Jo.* 20. Mulier, ecce filius tuus. Sed, fit, imperſonale eſt: ut fieret quod non erat, i. talis naturæ, cujus non erat: ut hoc quod dico, [quod non erat] ſit ex parte appoſiti, i. factus homo: quod dico, ut non crederet quod factus ſit perſona. Factum ergo dicit, &c. potius dicit factum quam natum, ut notet ſingularem modum conceptionis: quia a Virgine ſola ſumpſit naturam, ut fieret homo. *Sap.* 7. In ventre matris meæ figuratus ſum caro decem menſium tempore, &c. Factum ſub lege. Ergo Chriſtus fuit ſub Lege. Sed contra. Super illud *Pſ.* 1. Et in lege Domini voluntas ejus, dicit *Gl.* Aliud eſt eſſe in Lege; aliud eſt eſſe ſub Lege. Qui eſt in Lege, ſecundum Legem agit voluntarie: qui autem ſub Lege eſt, ſecundum Legem agit neceſſitatis timore. Ille liber; iſte vero ſervus. Sed Chriſtus non egit ſecundum Legem neceſſitatis timore, nec fuit ſervus, ſed liber: ergo non fuit ſub Lege. Ad idem 1. *Tim.* 1. Juſto non eſt Lex poſita. Ad idem 1. *Cor.* 2. Spiritualis hæc omnia dijudicat, & a nemine judicatur. Sed Chriſtus maxime fuit ſpiritualis; ergo non fuit ſub judicio Legis. Item ſi non adimpleſſet Legem, non fuiſſet tranſgreſſor Legis; ergo non fuit ſub Lege. Item quod non fuit ſub Lege. *Aug. ſup. Pſ.* 31. Unde erant homines ſub Lege non implendo Legem: qui enim Legem implet, non eſt ſub Lege, ſed cum Lege, &c. Contra. *Lev.* 1. ubi dicitur, quod Sacerdos offerens pro peccato ſuo, &c. *Int.* Ibi dicit *Aug.* Chriſtus dicitur electus, quia Legi ſubjectus. Ergo eſt duplex ſubjectio, neceſſaria, ſic non fuit ſubjectus, & voluntaria, ſic fuit ſubjectus. Signum habens, i. circumciſionem, quæ fuit in eo ſignum, quia ipſe debebat amovere peccata, In quo impleta eſt circumciſio: & ideo, &c. i. res circumciſionis: & ita eſt abolitio peccati. Ergo debuit ceſſare iſta circumciſio ante adventum ejus. Sed contra. Non impleta fuit in eo res circumciſionis quia circumciſio tollebat peccatum. Præterea quomodo fuit impleta in Chriſto res circumciſionis, ſcil. tollere culpam, cum Chriſtus in ſe culpam non habuerit. Sol. Duæ ſunt res circumciſionis, una eſt abolitio peccati, & hæc fuit ante incarnationem, ſed completa eſt in incarnatione Chriſti, qui culpam in ſe non habuit, ſed ab aliis abſtulit. Unde cantatur in nativitate ejus, Craſtina die tolletur iniquitas terræ. Alia res eſt depoſitio omnis corruptionis, & indecentiæ corporis, & illa impleta eſt in reſurrectione Chriſti quantum ad cauſam generaliter, & quantum ad effectum in quibuſdam, & ita cum utraque res perfecta ſit in Chriſto, merito tunc circumciſio, quæ erat ſignum hujus, ceſſare debet. Vel fides hic poteſt dici impletio circumciſionis, quam habuit Abraham de ſemine ſibi promiſſo, & de Verbo incarnando quando circumciſus eſt, & hoc vult ſequens *Gl. Rom.* 4. Signum accepit circumciſionis ſignaculum juſtitiæ fidei, &c. Hæc autem fides impleta eſt in Verbo Dei incarnato, & ideo circumciſio debet ceſſare. Credidit. *Gen.* 22. Hoſtia. *Luc.* 2. Qui erat, i. ſub eis. Ut ex illa, morte ſcil. Redimi a Diabolo a perditione a peccatis. Hæc tria a quibus nos redemit, concurrunt in peccato. Diabolus enim eſt principium peccati ſuggerendo, poſtea progreſſus in opere malo, tertio eſt finis mali. Redempti ergo ſumus a Diabolo, &c. i. a violentia Diaboli, & a culpa, & a pœna per Chriſtum: ut adoptionem reciperemus. Eſt duplex adoptio: una gratiæ, de qua *Rom.* 8. Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum Dei. Altera gloriæ. In *eod.* Nos ingemiſcimus adoptionem filiorum Dei expectantes, &c. Ubi fratres non habet: ubi, i. in qua natura, i. in divina, ſecundum quam proprie eſt unigenitus. Ut primogenitus in multis fratribus fieret. *Rom.* 8. Ergo nos Chriſti ſumus fratres; ergo filii ejuſdem matris, quod falſum eſt: vel ejuſdem patris, quod iterum falſum eſt, niſi æquivoce. Item aut eſt frater noſter ſecundum quod Deus, & ſi eſſemus filii naturales: aut ſecundum quod homo, quod ſi eſt, cum nos ſimus filii adoptionis, ergo & ipſe. Sol. Fratres ſumus ejuſdem matris filii, i. Eccleſiæ: ipſe enim in quantum homo caput eſt Eccleſiæ, & membrum. Ad aliud, non ſequitur quod ipſe ſit filius per adoptionem: ſed eſt filius per gratiam, ſicut & nos, etiam Spiritus ſancti, & fuit ipſius in quantum eſt Deus. Quod ſit filius Spiritus ſancti habetur ſuper illud *Iſ.* 61. Spiritus Domini. Hic eſt filius meus: non eſt autem adoptivus, quia adoptio importat quod aliquando non fuit filius: de hoc eſt magna quæſtio: De ſubſtantia ſua, i. de ſe ejuſdem ſubſtantiæ. Ex creatura ſumus, quam non genuit ſed fecit. Contra *Jac.* 1. Genuit nos verbo veritatis. Solut. Genuit nos generatione gratiæ voluntaria. Unde *Jac.* 1. dicitur. Voluntarie enim genuit nos, &c. Dedit eis poteſtatem, &c. *Jo.* 1. i. dignitatem vel gratiam, qua poſſunt fieri filii gloriæ. Quod probat effectus. Imo cauſa quod videtur, quia Spiritus datus cauſa eſt, quod ſumus filii Dei. Sol. Verum eſt quod Spiritus datus facit nos filios: nec *Gloſ.* vult dicere, quod miſſio Spiritus ſancti ſit effectus filiationis, ſed quod ſit effectus Dei in nobis,

A quia

A ſit Græcum. Et in *Marc.* 14. ubi dicitur. Abba, pater omnia poſſibilia ſunt tibi, &c. *Ibi* dicit *Gl.* Hebraice & Græce: quia non eſt diſtinctio Judæi & Græci. Super illud *Rom.* 8. Abba, Pater dicit *Gl.* Abba Hebraice. Latine pater dicitur. Ergo Græcum dicitur quod enortum eſt a Græco quod eſt πατὴρ. Alii autem quod directe Græcum eſt: quia in nominativo πατὴρ habetur apud Græcos, & in vocativo πάτερ: & nihil impedit quin ſit & Græcum, & Latinum. Similiter de hoc nomine, Abba quæritur quod, ſecundum *Remigium*, Syrum eſt; ſecundum autem *Gl.* ſuper *Rom.* & hic, Hebræum. Sed *Haymo* ſolvit hoc: qui dicit quod Syrum eſt, non Hebræum. *a* Itaque jam, &c.] Ex quo clamamus per Spiritum ſanctum, Abba Pater, ergo filii ſumus & non ſervi. Et hoc eſt quod dicit. Jam non eſt aliquis, qui Spiritum filii receperit. *b* Servus,] timore ſerviens. *c* Sed filius.] *Jo.* 15. Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos, 1. *Cor.* 17. Qui in Domino vocatus eſt ſervus, libertus eſt Domini. Similiter qui liber vocatus eſt, ſervus eſt Chriſti. Pretio empti eſtis, nolite fieri ſervi hominum. *d* Quod ſi, &c.] Non enim diceret filium tanti Regis ſine hæreditate patris. *Rom.* 8. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. *e* Sed tunc, &c.] Probavit eos filios fuiſſe per Spiritum ſanctum, ſcil. quem & receperant; hic increpat eos de hoc quod tam ingrati beneficiis Dei, qui olim eos in tenebris ignorantiæ poſitos vocavit, modo cum jam Deum cognoverunt, iterum revertuntur ad vomitum: & ideo non excuſabiles ſunt, quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt. Et hoc eſt quod dicit. [Tunc quidem, &c.] in ſtatu infidelitatis. *f* Serviebatis, &c.] Incongrue loquitur: ſed exponitur, i. quibus non convenit natura deitatis, quæ tantum una eſt in tribus perſonis: ſed hoc facit ad majorem expreſſionem. [Ignorantes] *Sap.* 10. Non tantum in hoc lapſi ſunt ut ignorarent bona: ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt hominibus memoriam. [Serviebatis] ſuperſtitioſe: ſicut Judæi ſub Lege,

> *a* Itaque jam non eſt ſervus, *b* ſed *c* filius. *d* Quod ſi filius, & hæres per Deum. *e* Sed tunc quidem ignorantes Deum, his qui natura non ſunt dii, *f* ſerviebatis.

A *a* None au-

A quia Deus hoc facit in nobis, quia ipſe mittit Sp. S. & per hoc facit nos ſentire quod ſumus filii ejus. Qui Spiritus probat per experientiam. Quod nunquam præſumeremus. Quod loquitur, de bona præſumptione intelligitur hic. Unde 1. *Cor.* 12. Nemo poteſt dicere. Dominus Jeſus niſi in Sp. S. In pluribus locis Scriptura ſervat, ſicut *Rom.* 8. *Marc.* 14. Abba, Pater omnia poſſibilia ſunt tibi. *Matt.* 1. Vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus. *Jo.* 1. Invenimus Meſſiam, quod interpretatum eſt Chriſtus. Intentionis magnitudo. Unde *Exod.* 14. Quid clamas ad me? *Dan.* 13. Exclamavit Suſanna. Qui efficit, ut clamemus, ſcil. Spir. S. Sed ſimiliter efficit ut comedamus: ergo quando comedimus, poſſumus dicere; Spiritus ſanctus comedit. Sol. Illa verba tantum dicuntur de Spiritu ſancto ſub hoc tropo, ad quorum actus exercendos infundit nobis habitum, vel gratiam ſpecialem, & ideo eum nihil infundat in potentiis currendi, vel comedendi, ſed ipſa tantum faciat talia; non dicuntur de eo: ſed dicitur Deus locutus eſt in primo homine: vel, orat in eo, quando gratiam loquendi habet, vel orandi. Utrum a filio procedat Sp. S. Hoc dicit contingere eos, qui occaſione illius verbi *Jo.* 15. Mittam vobis Spiritum veritatis, qui a patre procedit; deciderunt ex ratione quod Spir. S. mittitur a filio, ſed non procedit ab eo: quod tamen idem eſt. Et multa ſunt alia teſtimonia. Unde quidam libri habent hic notulam, quæ a multis teſtimoniis Scripturæ ſumitur. Notula: *Aug. in l.* 4. *de Trin.* Chriſtus dicens. Quem ego mittam vobis a patre, & alibi. Quem mittet Pater in nomine meo, non dicens [a me] oſtendit, quod totius divinitatis, vel [ſi melius dicitur] deitatis principium Pater eſt. Qui in Trinitate Sp. S. Nota quod hæc appellatio [Spir. S.] quandoque ponitur orationaliter, & tunc eſt nomen eſſentiale, & dicitur de tribus perſonis: ſicut dicitur de Monacho; qui in corpore eſt niger, quoniam eſt albus Monachus. Quandoque ponitur dictionaliter, & imponitur a proceſſione, & tunc ſignificat tertiam perſonam in Trinitate: nec ob aliud ſcil. quam ob hoc: quia utrumque eſt ſpiritus; & ideo communi nomine vocatur proprie, i. appropriare. Spiritus eſt Deus. *Jo.* 4. Quod ergo communiter, i. illa appellatione vocantur, quæ communis eſt ſingulis. *Jo.* 4. Oportuit, i. opportunum fuit illi appropriare qui, &c. Sed eadem ratione hoc nomen Deus debet dici appropriate. Sed non eſt ſimile: quia etſi Deus commune ſit eorum, non oſtenditur vi vocis: ſed appoſitum Spiritus ſancti oſtendit. Quid enim aliud ſignificavit, &c. *Jo:* 20. *Gl.* dicit idem. Inſufflatio ſignificavit Spiritum ſanctum non ſolius Patris eſſe Spiritum, ſed & ſuum. Et nota, quod hæc vera, Spiritus procedit ab homine. Vel ponitur alia ratio, quare non inſufflaverit, videl. ad innuendum, quod ille erat idem qui inſufflaverat Adæ ſpiritum vitæ. De muliere. *Luc.* 8. *Marc.* 5. Ego ſenſi. Sed nonne hoc ante ſciebat? Sol. Ibi. Ego ſenſi, quod aliquis accepit aliquod beneficium a Spiritu, qui procedit a me. Ex hoc volunt dicere, quod etiam quilibet ſanctus vir ſpirat Spiritum ſanctum. Sed hoc nihil: quia nec etiam in quantum homo virtus de illo exibat. *Luc.* 6. Sedere in civitate. *Luc. ult.* Ipſius eſt, i. Filii. *Jo:* 7. Mea doctrina non eſt mea, i. a me, ſed a Patre. Vel enim doctrina quam habeo miniſterio, non eſt mea principaliter ſecundum quod homo ſum. Vel mea doctrina, i. quæ mea eſt ſecundum quod Deus ſum, non eſt mea principaliter ſecundum quod homo: vel non eſt a me, quia illam non habeo ab alio quam a Patre. Et de ipſo procedere. Contra. Dicit *Joan. Damaſc.* Spiritum ſanctum ex Filio non dicimus; Spiritum autem filii dicimus. *Reſp.* In hoc errant Græci, & ipſe cum Græcus eſſet. Timore ſerviens: quia 2. *Cor.* 3. Ubi Spiritus, ibi libertas. Per Deum, i. per opera, i. per operationem bonam, quam habemus ex miſericordia. *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Ita erat aliqua excuſatio. 1. *Tim.* 1. Quia ignorans feci. Non ſunt Dii natura ſui: Sumitur ab hoc nomine Deus in propria ſignificatione: ſed dicitur pluraliter cum in illa ſignificatione non habeat ſingularem, ac majorem expreſſionem. Unde dicendum, quod hæc eſt incongrua. Qui natura non ſunt Dii; ſed hæc eſt congrua. Quibus non convenit natura deitatis. Alibi, 1. *Theſ.* 1. Qui ſecundum eſſentiam Deus eſt, i. qui habet eſſentiam divinam. Hæretici. Ariani. Sed creatum, vel creaturam, ſupple, tantum. Dicente Apoſt. *Rom.* 1. Demum ſi hominem indutus. Conſuetudo erat quarumdam regionum, quod adorabant Regem indutum regalibus veſtimentis, etſi indumentum non adorabant. Sed deitati unitam. Hic quæritur utrum humanitas Chriſti ſit adoranda latria, vel dulia: ſi dulia, ergo eodem modo & quælibet alia creatura, propter hoc videtur, quod adoratione latriæ ſit adoranda, ſecundum quod dicit *Jo. Damaſc.* Unus igitur eſt Chriſtus perfectus Deus, perfectus homo: quem adoramus cum Patre & Sp. S. una adoratione, cum incontaminata ejus carne. Sed conſtat, quod Patrem, & Spir. S. adoramus latria, & carnem ejus. Et in *eod. cap.* Timeo tangere carbonem propter ignem ligno copulatum. Et dicit quod eodem modo adorat humanitatem propter unionem cum deitate: ſed eodem modo propter idem timeo tangere carbonem & ignem: ergo adoratione eadem adoratur humanitas & deitas; ita latria. Sed contra *Jo:* 6. Caro nihil prodeſt. Item caro Chriſti eſt pura creatura. Sed dicit *Gl.* ſuper illud *Exod.* 20. Non coles ea, neque adorabis. Solus eſt Deus adorandus. Item dicit *Aug. in lib. de vera relig.* Sunt quidam qui dixerunt quod caro Chriſti adoranda erat latria. Ad verbum *Damaſc.* dicendum, quod ſic intelligendum, i. Adoramus Filium, incarnatum una adoratione cum Patre, & Spir. S. & ſic adoratur ejus humanitas per accidens latria, quia adoratur ille, in quo eſt: ſicut video Sophroniſci filium per accidens, non quia cadat viſus meus ſuper accidens. Et quod ita ſit, patet per *Jo. Damaſc.* dicentem. Adoratur enim in Verbo Verbi ſponſa, i. ſecundum quod perſona adoratur Chriſti, quæ eſt ejus hypoſtaſis, &c. Non enim eam ſecundum carnem adoramus, ſed unitam deitati, & ita unam perſonam, & unam hypoſtaſim Verbi Dei duabus ipſis ſubtractis naturis. Et poſtea dicit illud verbum. Timeo tangere ignem, &c. Similiter de exemplo, dicendum quod proprie timeo tangere ignem; carbonem, per accidens. Et nota quod eſt duplex dulia: quædam ſimplex, quæ poteſt præberi cuilibet homini, & quædam dicitur hyperdulia, i. honor ſuper honorem, & hac adoranda eſt tantum caro Chriſti, & crux: hæc adoratio nihil eſt aliud, cum exhibetur carni Chriſti, quam profeſſio, quod per paſſionem carnis ſuæ nos redemit Crucis autem adoratio eſt profeſſio, quod in ipſa operatus eſt ſalutem noſtram & ideo tantum hæc duo adoramus hyperdulia. Imo cogniti, i. a Deo eſtis approbati, ſicut dicit aliquis. Ego cognoſco Regem: & reſpondet alius. Imo

Quomodo Chriſti humanitas ſit adoranda.

A bene ipſe

a Nunc autem, &c.] In hoc gravius peccatis, quam quando non cognoſcebatis eum. c Imo, &c.] q. d. Quod cognoſcitis Deum, ipſe facit: non enim habemus a nobis quod ipſum cognoſcamus. Eſt argumentum contra illos qui dicunt quod ſcientia Dei non connotat aliquem effectum in rebus.

Imo ſicut verbum diligendi dictum de Deo ſignificat divinam eſſentiam, & connotat in nobis effectum dilectionis: ita verbum cognoſcendi ſignificat divinam eſſentiam, & connotat, quod Deus efficit in nobis cognitionem.

a Nunc autem cum cognoveritis b Deum, c imo cogniti eſtis a Deo: d quomodo convertimini iterum e ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſervire vultis? f Dies obſervatis, & menſes, g & tempora, h & annos.

d Quomodo convertimini, &c.] q. d. Inexcuſabiles eſtis. 2. *Pet.* 2. Melius erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ, &c. Et poſtea. Canis reverſus ad vomitum, &c. *Eccl.* 19. Melior eſt homo, qui minuitur ſapientia, & deficiens ſenſu in timore Domini, i. [qui nec noſcit, nec timet Deum] quam qui abundat ſenſu, & tranſgreditur Legem. e Ad infirma, &c.] i. ad cultum & ritum Gentilium: quorum aliqui colebant aerem, alii ignem, alii diem; alii mare, ut dictum eſt *eod.* Sub elementis, &c. De hoc dicitur, *Sap.* 13. Aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, &c. Vel elementa vocat litteras Legis. Judæi enim fuerunt ſicut parvuli, qui non addiſcunt niſi legere litteras ſine ſenſu, & intellectu. *Hebr.* 5. Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus; ſed rurſum indigetis, &c.

Moraliter. Moraliter. Nota quod duo dicit. b Cum cognoveritis, &c.] In hoc probatur amor, cum ſibi invicem non latent amici; mutua enim revelatio ſecretorum maxime facit, & tenet amorem. Deus revelat tibi ſecreta ſua, ut jam cognitus ſit a te, cave ne abſcondas ei tua ſecreta. Chriſti ſunt viſcera miſericordiæ, in quibus nos viſitans, omnia aperiuntur nobis, quæ oſtendit. Unde & in cruce voluit latus aperiri, ut nullum lateat ſecretum cordis. *Bern.* Cogitabas cogitationes pacis, & ego neſciebam: at clavus penetrans, clavis reſerans factus eſt mihi, ut pateant mihi miſericordiæ tuæ. Vel nota quod Dominus multa revelavit nobis, quæ non aliis multis qui ignorant eum, ſcil. quid credendum, quid agendum, quid fugiendum, quid ſperandum, quid timendum, & [ut breviter dicatur] ipſe promittit *Exod.* 33. Ego oſtendam tibi omne bonum. *Jo.* 15. Jam non dicam vos ſervos ſed amicos: quia omnia, &c. Similiter homo debet Deo ſecreta ſua revelare, & familiariter advocare eum in domum ſuam, i. in conſcientiam, & defectus ſuos debet ei dicere in confeſſione oris aut laudis cum gratiarum actione. *Pſ.* 36. Revela Domino viam tuam, &c. *Prov.* 25. Cauſam tuam cum amico tracta, &c.

d Quomodo, &c.] Iſtud poteſt dici magnis Theologis: quia mirum eſt cum cognoverint Deum & Scripturam, quomodo ſe convertent ita omnino ad elementa, ideſt, ad elementa honorum, & dignitatum. Dicit ergo: [Quomodo convertimini,] ideſt, ſimul, & omnino mente & corpore convertimini ad honores, & præbendas. *Bernardus*: Undique circumit ſedulus explorator, blanditur, ſequitur, obſequitur, ſimulat & diſſimulat miſeriam, ſuffragia captat, non erubeſcit reprehenſus, manibus & pedibus abrepit, quo tandem ſe ingerere queat in patrimonium Crucifixi. Hoc eſt, quod dicit [convertimini.] f Dies obſervatis & menſes,] ſeptimum diem, ſeptimum menſem. g Et tempora,] Octavum annum. h Et annos,] annum Jubilæum. Vel ſecundum quod loquitur contra converſos de Gentibus, [Dies,] fatum in diebus ponentes, quod tali die, tali menſe

a tali tempore

Moraliter. f Dies obſervatis,] Contra illos, qui volunt naturalibus rationibus inniti & metiri futura, quæ ſubjacent libero arbitrio, ut erit diſceptatio inter Principes. Nota tamen quod ſecundum diſpoſitionem corporum ſuperiorum poteſt attendi colera & hujuſmodi: ſed non cogunt hoc, quia adhuc manet ſemper homini libertas arbitrii. Si objicias illud *Greg.* dicentis, quod in aere videbantur quædam acies currentes imminente perſecutione Campaniæ. Dicendum quod Deus illas mittebat non ad cavendum, ſed magis ad terrendum, ut ſic

* reſipiſcerent

Expoſitio Gloſ. A bene ipſe cognoſcit &, quod majus eſt. Suo munere cognitores nos fecit, & ſic amatores. Unde 1. *Jo.* 4. In hoc eſt charitas, non quia prius dilexerimus eum, ſed quia ipſe prior dilexit nos. Simile enim eſt ei quod dicit, [Imo cogniti eſtis a Deo:] quia per hoc notatur quædam excellentia. Super illud *Rom.* 11. Ex ipſo & per ipſum, &c. *Aug.* Trinitas una quædam ſumma res eſt, communiſque omnibus fruentibus ea [ſi tamen res dici debeat] & rerum omnium cauſa [ſi tamen & cauſa.] Non enim nomen quod tantæ excellentiæ conveniat, facile inveniri poteſt, niſi quod melius dicitur. Trinitas hæc unus Deus. Hoc dicit quia in hoc nomine [res] nulla additur excellentia; ſed in hoc nomine [cauſa] notatur; in hoc autem nomine [Deus] excellentiſſima notatur excellentia: & ideo de iſta ſumma Trinitate quoquo modo dicitur. Cognoſcit nos Deus, &c. i. cognitionem ſui nobis præſtat. Ergo cognitio Dei connotat effectum in cognitis: ergo cognoſcit aliquid in eis. Ad hoc ſolvunt quidam, quod verbum [cognoſcendi] quandoque ſumitur pro ſimplici cognitione, & tunc nihil connotat: quandoque ſumitur pro cognitione approbationis, & tunc aliquid connotat. Vel poteſt dici, quod ſemper connotat effectum, non qui ſit, ſed qui poteſt eſſe, cognitio enim eſt in aſſimilatione cogniti ad ipſum, & in illa aſſimilatione lucis æternæ cognoſcit unumquemque: & in mala actione, in quantum actio, eſt veſtigium Trinitatis. Secundum autem illos, qui dicunt, quod mala actio non eſt a Deo, tunc quando Deus dicitur cognoſcere mala, effectus ille connotatur in oppoſito, quo cognoſcitur ipſum malum, vel in hoc bono, cui ineſt malum. Verbum corrigere maluit ſcil. ut hoc ſibi, &c. q. d. Hinc poſſet ſequi, quod aſcriberent ſibi cognitionem, & ideo maluit corrigere quam ſic ſinere, ne aliis occaſio ſibi cognitionem Dei adſcribendi eſſet. Non perfecte juſtificat. *Hebr.* 6. Lex neminem, &c. Quia quantum juvat, non per ſe, ſed reſpectu gratiæ, ergo eodem modo Evangelium egenum eſt ſicut & Lex. Solut. Juvat non per ſe, ſed reſpectu gratiæ, i. non quantum ad illos, qui pertinebant ad Legem, ſolummodo timore implentes Legem: ſed quantum ad eos, qui pertinebant ad gratiam Evangelii. Pene par ſervitus idolorum. Contra: Lex in ſe bona erat, idololatria autem numquam fuit nec eſt bona, & Lex fuit in præcepto idololatria in prohibitione. Sol. Verum eſt quod non fuit par peccatum, & ideo dicit pene. Non diſtat modo Lex, &c. Hoc falſum eſt, & contrarium videtur ei, quod dicit pene par: ergo non diſtat in genere; quia utrumque peccatum infidelitatis eſt mortale: ſed diſtant in quantitate, quia idololatria majus eſt peccatum. Quando azyma. *Exod.* 12. Poſt azyma computant: Nota quod numquam a prima die azymorum quæ erat magnum feſtum Paſchæ, ſed a die ſequente ſabbatum Paſchæ computabant, & ita ſemper a die ſequenti. Unde in paſſione Chriſti, cum Paſcha eorum fuerit quinta feria, & dies primus azymorum fuit ſexta & dies Pentecoſtes fuit Dominica: quod non eſſet ſecundum Legem, ſi computatio fieret a die azymorum. Unde *Lev.* 23. Numerabitis ab altera die ſabbati in quo obtuliſtis manipulos primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas uſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, i. quinquaginta dies: & tunc offeretis ſacrificium novum Domino. Sed dicat aliquis. Judæi qui ſciunt Legem, computant a die Paſchæ. Dicimus quod errant, ſicut patet per Textum. Ab altera die ſabbati, &c. i. poſt ſabbatum. Unde *Int.* dicit ſuper illud. Ideſt, die Dominica: hæc altera dies ſabbati, in qua reſurrectio. Item ſuper illud. Diem expletionis, &c. dicit *Gloſ. margin.* Hæc dies Dominica eſt in qua Pentecoſtes feſtivitatem celebramus, quam Judæi nec ſecundum litteram, nec ſecundum ſpiritum celebrant: quia nec dies ſecundum Legem numerant. Clangorem tubarum: hoc eſt feſtum quod faciunt pro liberatione Iſaac & clangunt in tubis de cornu arietis, quia aries fuit pro eo poſitus & immolatus. Et jejunium, tunc rogabant pro peccatis totius anni in ſignum reconciliationis pro vitulo conflatili, & aqua ſe expiabant; & tunc cineres ſiebant, quibus populus expiabatur per totum annum, & de hoc dicitur. *Nu.* 19. Scenopegiam, de qua *Nu.* 18. & 19. Primum, non quia eſſet ſolemnitas, ſed propter Paſcha, quod in illo erat. Et ſeptimum menſem, totus ſolemnis erat. *Zach.* 8. Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domui Judæ in gaudium, & in lætitiam, & in ſolemnitates, &c. Diem feſtum. *Exod.* 23. De quinquageſimo, in quo omnia debita remittebantur. In ſeptimo anno non colebant agros, ſed quæ ſponte naſcebantur, comedebant, nec repetebant debita; in Jubilæo autem etiam omnia remittebantur. Jubilæum. *Levit.* 25. Septimum annum ſeptimæ decadis. Hoc

A poteſt

A tali tempore incipere debetis opera. Et ideo. a Timeo ne forte, &c.] 1. Theſſ. 3. Amplius non ſuſtinens miſi ad cognoſcendum fidem veſtram, &c.

Moraliter. e reſipiſcerent a peccatis ſuis, & agerent pœnitentiam. b Eſtote ſicut egu,] non redeatis ad hoc.

a Timeo ne forte ſine cauſa laboraverim in vobis b Eſtote ſicut ego, c quia & ego ſicut vos: d fratres e obſecro vos. f Nihil me læſiſtis. g Scitis autem h quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jampridem: i & tentationem veſtram k in carne mea non ſpreviſtis neque reſpuiſtis; ſed ſicut l Angelum Dei excepiſtis me, m ſicut Chriſtum Jeſum.

c Quia & ego] ſui [ſicut vos] vultis eſſe. Et conſtat, quod non dimiſi ſine ratione. Vel [Eſtote ſicut ego, quia ego ſicut vos] fui homo correctus de errore; unde & vos ſimiliter poteritis corrigere. Vel poſſunt eſſe verba Prælati ad ſubditos, qui tentantur. Eccleſ. 5. Eſto firmus in via Domini & in veritate, 1. Cor. 7. Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum. Act. 26. Opto apud Deum & in modico, &c.

Expoſitio Gloſ. A poteſt intelligi incluſive. Si ſeptimus ille annus includitur in ſeptima decade; tunc celebraverunt Jubilæum ſexageſimo octavo anno.

Si excluſive, ideſt, ſi excluderetur ille ſeptimus annus a ſeptima decade, & hoc eſt ſeptem annorum poſt ſeptimam decadem: tunc ſeptuageſimo ſeptimo anno celebraverunt Jubilæum. De hoc in introitu preſſorum, & in fine impreſſo, ideſt, 39. & c. 30. Super titulum Pſ. ejuſdem legitur. Induſia eſt. Pſalm. 63. Super titulum. David eis data ſcilicet.

Unde, ideſt, de qua Babylonia. Redierunt plene & in multitudine reverſi. Et Chaldæis. Hoc dicit quia aruſpices maxime erant Chaldæi. Ad ſuperſtitioſas obſervationes. Nota quod quædam eſt obſervantia operis, quæ pendet ex qualitate aeris, ut quo tempore ſeminandum ſit; hæc non eſt ſuperſtitioſa. Et eſt quædam quæ pendet ab eis, quæ ſubjacent libero arbitrio, hæc ſuperſtitioſa eſt, & mala. Egena vero eo quod, &c. Sed eadem ratione omnia debent dici egena. Beata Virgo, & caro Chriſti pretioſa.

Solut. Hoc dicit propter Galatas, qui elementa credebant eſſe Deos. Unde cum Deus nullo egeat, & ipſa Deo egeant, patet quod non ſunt Dii. Hæc autem indigentia eſt catena aurea, quæ tenentur in eſſe omnia, quam Philoſophi propoſuerunt. Tali Luna: Hoc intelligitur de illis, quæ ſubjacent libero arbitrio. Adeo grave: ſimiliter quis non putaret eſſe peccatum mortale non ſublevare aſinum proximi, niſi eſſet præceptum. Ex. 23. & mulierem non eſſe velatam, niſi eſſet præceptum 1. Cor. 11. Similiter dicunt de fornicatione. Spirituali dijudicatione, 1. Cor. 11. Spiritualis autem omnia judicat, & ipſe a nemine judicatur.

Ad litter. d Fratres obſecro] Objurgaverat eos: ſed ad modum Samaritani. Luc. 10. Poſt vinum infundit oleum; poſt aſperam correctionem, lenem admonitionem. Non facit ſicut illi de quibus. Iſa. 1. Vinum tuum miſtum eſt aqua: ſed *Singula quæque locum teneant ſortita decenter*. Num. 7 Duces poſt acetabula offerebant phialas. Et nota quod dicit [fratres:] non dicit, ſubditi: vel ſervi, [obſecro:] non impero 3. Reg. 19. Non in turbine Dominus. Ad Philem. Multam fiduciam habens in Chriſto Jeſu imperandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obſecro, &c. Proverb. 15. Lingua placabilis lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum. Prælati modo non iſto modo procedunt, ſed in pompa, & crudelitate dominantur, Ezech. 34. Cum auſteritate imperabitis, & cum potentia. Dicit ergo.

e Obſecro] ut faciatis, quod hortor, ideſt, ſitis ſicut ego.

f Nihil me læſiſtis.] Quidam Pſeudo dicebant eis. Paulus odit vos, & ideo dure vos arguit. Reſpondet quod non, dicens [Nihil me læſiſtis:] quomodo ergo dure agerem contra vos? Et probat quod non læſerunt eum, imo honeſte receperunt, & etiam quando erat in tribulationibus. Et hoc eſt.

g Scitis autem] quaſi. Non me læſiſtis, ſed potius honorifice me recepiſtis, cum cauſam ſpernendi habuiſtis. Et hoc eſt quod ait.

h Per infirmitatem carnis] i. quando tribulationem ſuſtinerem in carne infirma.

i Et non ſpreviſtis tentationem veſtram] i. tribulationem quam ſuſtinui.

k In carne mea] per quam apparet quales eſtis, & ſic in ipſa tentatio veſtra. Diabolus enim tantum tribulabat, & viliſicari faciebat Apoſtolum, ut hoc videntes qui crediderant miniſterio ejus, reſipiſcerent a fide.

l Sicut Angelum] Ita mihi creditis ſicut Angelus Dei eſſem: &.

m Sicut Chriſtum] quod plus eſt. [Ubi eſt ergo beatitudo veſtra?] Maxima erat vobis beatitudo ſuper hoc quod me ita tribulatum receperatis. Ergo, &c.

Moraliter. h Per infirmitatem carnis evangelizavi vobis] i. dum eſſem in magna tribulatione, & afflictione corporis. In quo maxime poſſumus erubeſcere. Sancti antiquitus, licet trucidarentur, prædicabant nomen Domini: ſed modo honorantur in prædicatione, & tamen nolunt prædicare. Act. 4. Prohibitum fuit Apoſtolis, ne ipſi loquerentur in nomine Jeſu Chriſti: ipſi reſponderunt. Non poſſumus non eloqui, &c. i Tentationem, &c.] Tentatio enim Prædicatoris, & Prælati, tentatio eſt ipſius ſubditi. Zach. 13. Percute paſtorem, &c. Luc. 22. Simon. Ecce Diabolus expetivit vos, &c. Hoc dixit, quando ibat ad paſſionem, q. d. Paſſio mea erit vobis magna tentatio. [Tentationem.] Tentatio eſt homini carnali tribulatio & paupertas alterius: quia non facile etiam creditur pauperi in veritate. Eccl. 13. Dives commotus firmatur ab amicis; humilis autem, &c. Et nota quod dicit. [In carne mea:] tribulationem enim, quæ eis erat tentatio, ſuſtinebat Apoſtolus exterius in carne ſua. Col. 1. Adimpleo ea, &c. Sed hoc modicum erat reſpectu ejus quod interius ipſos diligebat. Unde 2. Cor. 11. Præter ea, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Sed nota quod hic dicitur [Non ſpreviſtis:] multi autem videntes Prælatorum peccata ſunt ſicut Cham Geneſ. 9. Qui videns verenda patris ſui, dixit aliis fratribus ſuis: ſed propter hoc maledictus eſt. Eccl. 3. Si defecerit ſenſu, veniam da: ne ſpernas eum in tua virtute: hoc dicitur de patre carnali, quod intelligendum eſt ſimiliter de ſpirituali. l Sed ſicut Angelum Dei] i. honorifice. Hebr. ult. Hoſpitalitatis nolite oblivisci: per hanc enim, &c. Et iterum ſicut Angelus debet recipi Prædicator, ut dictis ejus auditor firmiter adhæreat ſicut dictis Angeli. Pſ. 103. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, [i. ſpirituales] & miniſtros ſuos ignem urentem: i. facit quod alios arguant de peccatis ſuis, & aſcendant ad amorem. Si qui non receperint nuncios ſuos, indignanter fert Dominus. Judith 1. Indignatus fuit Nabuchodonoſor, quia remiſerunt nuncios ſuos vacuos, & ſine honore. Vacuos, quia non implent opere quæ illi prædicant; ſine honore, quando contumeliis eos afficiunt, vel non recipiunt in hoſpitio. Nota quod ipſi Prælati, & Prædicatores, ſi vellent recipi ſicut Angeli, deberent ſe habere ſicut Angeli, ut eſſent parvi ſumptus, ſed magnæ utilitatis: Angeli enim non comedunt. Talis fuit archidiaconus B. Stephanus. Act. 6. Viderunt faciem ejus quaſi faciem Angeli. Item patientes in injuriis, & humiles in laudibus humanis, 2. Reg. 14. Sicut Angelus Domini, ita eſt Dominus meus Rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur. Item innocentes in vita propria. 4. Reg. 19. Tu es in oculis meis, ſicut Angeli Dei. Item compatientes in alienam miſeriam. Iſa. 33. Angeli pacis amare flebunt, & ſubdit cauſam. Diſſipatæ ſunt viæ: ceſſavit tranſiens, &c. Item agiles ad decurrendum in auxilium animarum. Iſa. 18. Ite Angeli veloces, &c.

m Sicut Jeſum, &c.] Matt. 10. Qui vos recipit, me A recipit,

Expoſitio Gloſ. d Fratres obſecro, &c.] Non penes vos inimicitiarum noſtrarum eſt cauſa. Contra. Ipſi erant hoſtes Domini: ergo & Pauli. Item Deut. 22. Abominatur Dominus Deus, qui facit hæc; ergo & homo tales debet abominari, ſi eſt verus amicus Dei: quia vera amicitia eſt, idem velle, & idem nolle. Sol. Odio habebat vitium non naturam: ſicut & dicitur. Sap. 11. Nihil odiſti eorum, quæ feciſti. Et ibi ſubditur in Gl. & Textu. Et adverſabitur omni iniquitati. Sed non ſpernitis me, tanquam vilem: licet quod vile eſt, ſemper ſperni ſoleat. Vel utilem, i. non ſpernitis me reputantes me eſſe vobis inutilem. Quia tribulatione videtur quales, ſcilicet quia ſtabiles eſtis. Tanquam utilem, i. ideo non ſpreviſtis me, quia utilem non dubitaſtis. Alii habent & melius, tanquam inutilem. Sicut Angelum, i. nuncium. Qui in Apoſtolo loquitur Cor. ult. An experimentum, &c. Non ideo

A tamen

a recipit, me recipit, &c. a Ubi eſt beatitudo veſtra?] Hoc quod honorifice, & jucunde eum receperant; appellat eorum beatitudinem, ideſt, cauſam beatitudinis. *Prov.*14. Qui miſeretur pauperis, beatus erit.

b Quia ſi fieri potuiſſet,] Nota duo in receptione Prædicatoris: Honorem, ibi (Sicut Angelum Dei:) Impenſam beneficiorum, hic. Unde 1.*Tim.*
[C] [Al. t poſſet.] 5. Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur. Sed multi ſunt de genere Sacerdotis illius, de quo *Amos* 7. Qui vides, gradere, fuge in terram Juda, & comede ibi panem: & prophetabis ibi, &c. Sic quidam dicunt Sacerdotibus prædicatoribus. Ite ad domum Religioſorum.

a Ubi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimonium enim perhibeo *b* vobis quia ſi fieri † potuiſſet, *c* oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi: *d* Ergo inimicus vobis factus ſum, *e* verum dicens vobis? *f* Æmulantur vos non bene: *g* ſed excludere vos volunt, *b* ut illos æmulemini. *i* Bonum autem æmulamini in *k* bono ſemper: *l* & non tantum cum præſens ſum apud vos. *m* Filioli mei, quos iterum parturio, *n* donec formetur Chriſtus *o* in vobis. *p* Vellem autem eſſe apud vos modo, *q* & mutare vocem meam, quoniam confundor *r* in vobis.

[Moraliter.] Moraliter. *c* Oculos veſtros] Bonus Prælatus non petit eruitionem oculorum, ideſt, excæcationem: ſed hoc quærit Diabolus. 1.*Reg.*11. In hoc feriam vobiſcum fœdus, &c. *Num.*16. An oculos noſtros vis eruere? Hoc faciunt quandoque Prælati, eruunt eis oculos; ideſt, quod ſibi providerunt pauperes ſubditi ad victum & veſtitum, hoc ipſi rapiunt, & ſuperflue expendunt, & ſic oculos eis eruunt.

d Ergo inimicus factus ſum vobis] verum dicens? Unde *Terentius*, Obſequium amicos, veritas odium parit. *Amos* 5. Odio habuerunt corripientem in porta, &c. Sed tamen propter odium tale non eſt deſiſtendum a filii correctione: *Prov.*19. Erudi filium tuum, ne deſperes. *Prov.* 27. Melior eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus: meliora ſunt vulnera diligentis, &c.

e Verum dicens vobis?] Hoc non amant. *Iſa.*30. Loquimini nobis placentia, &c. *Prov.*26. Lingua fallax non amat veritatem, &c. *Iſa.*59. Corruit in platea veritas, &c. non potuit invenire hoſpitium. Ita eſt hodie quod ipſa non poteſt ingredi; & ideo fit in oblivionem.

f Æmulantur vos non bene:] ideſt, diligunt vos non ad perfectum præmium, ſed ad quæſtum proprium. Amici ſunt fortunæ: non quærunt fructum, ſed datum.

g Excludere] a fide ad Legem: vel, a dilectione mea.

h Ut illos æmulemini.] ideſt, imitemini; quamquam dicatur *Prov.* 23. Non æmuletur cor tuum peccatores. Vel *Prov.*3. Ne æmuleris virum injuſtum. Vel *Prov.*24. Ne æmuleris viros malos.

i Bonum autem æmulamini] ideſt, diligite bonum hominem.

k In bono] opere: quaſi dicat, quia bonus eſt, diligite. Vel [Bonum opus æmulamini,] ideſt, diligite, vel ſequimini (In bono) 1. *Cor.* 12. Æmulamini chariſmata meliora. 1. *Theſſ. ultim.* Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Sic facit apis melliflua, quæ colligit flores: Sed quidam ſunt muſcæ caninæ, vel ſcabrones qui flores, ideſt, bonos mores aliorum relinquunt, & ſtercoribus inſident. 1. *Corinth.* 14. Æmulamini ſpiritualia.

l Et non tantum cum præſens] Hoc dicit, quia quidam in præſentia Prædicatoris honeſte habent ſe, ſicut famuli pravi coram Dominis ſuis. Sed dicitur contra eos. *Epheſ. ultim.* Non ad oculum ſervientes quaſi hominibus placentes; ſed ut ſervi Chriſti.

m Quos iterum parturio,] cum labore & dolore. Cujus ratio dicitur *Iſa.*37. Venerunt filii uſque ad partum, &c. *Iſa.* 45. *Væ* qui dicunt patri. Quid generas, &c. Ideo *Joan.*16. comparat Dominus ſuos mulieri parienti. *Job* 39. Nunquid parturientes cervas obſervaſti? Per cervam, quæ maxime odit venenum, & ſerpentem extrahit a cavernis, ſignificatur Prædicator dicens: Iniquitatem odio habui; & extrahit Diabolum de cordibus pec-
[Pſalm.118.] catorum. Item cerva duplicem dolorem habet in partu, ſcilicet naturalem, & quia timet ne lupus fœtum ſuum rapiat; & ideo in via publica parit. Sic Prædicator dolet pro defectu ſuo: timens ne poſſit parere peccatorem, ideſt, deducere extra ventrem Diaboli ad lucem gratiæ; & ſi eduxerit, timet ne Diabolus rapiat eum per recidivum.

n Formetur] per bonam vitam.

o Chriſtus] ideſt, ſimilitudo Chriſti. *Iſa.*43. Populum iſtum formavi mihi. Converſatio enim Chriſti eſt forma, cui nos debemus conformari. *Phil.*2. Formam ſervi accipiens, &c. forma ſervi eſt converſatio hominum. Charitas enim Chriſti eſt forma noſtræ charitatis; ſicut dicitur *Matth.* 5. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his qui oderunt vos; & orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos; ut ſitis filii patris veſtri qui in cœlis eſt, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos: quaſi dicat. Omnes diligit, ſic & vos. Propter hæc dum, ſcilicet propter conformitatem duplicem, charitatis ſcilicet interius, & operationis exterius ſignanter dicitur *Cantic.* 8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum; ut ſcilicet a me recipias formam diligendi, & operandi.

p Vellem, &c.] Vox Prædicatoris, & præſentia corporalis. *Job* 29. Videbant me juvenes, & abſcondebantur, &c. Dicitur *Thr. ult.* De perverſis, Facies ſenum non erubuerunt.

q Et mutare vocem meam,] ſicut gallina, & ſicut nutrix: ſimiliter debet Prædicator ſecundum capacitatem auditorum prædicare, & mutare ſe.

r Quoniam confundor] Sed quomodo confunditur in eis, cum peccata eorum non minuerent meritum Apoſtoli? Solut. Dicendum quod ſicut filius ſapiens eſt gloria patris; ita filius ſtultus eſt indecentia ei, quia videtur negligens fuiſſe in erudiendo. Et ex hac indecentia generatur confuſio ei. *Eccleſiaſtici* 22. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato

[Expoſitio Gloſ.] A tamen parcit. Argumentum, quod Prælati non debent parcere ſubditis propter beneficia ab eis accepta. Non quærit ſua *Philip ſecundo*. Omnes quærunt, quæ ſua ſunt, *primo Corinthior. decimotertio*. Charitas non quærit, quæ ſua ſunt. Lac & lanam *Ezechiel.* 34. Lac comedebatis, & lanis operiebamini: gregem autem meum non paſcebatis. *Joann. vigeſimoprimo*. Paſce oves meas, tanquam meas non tamquam tuas. Quod inter omnia charius eſt. Unde illud, Cuſtodi nos Domine, ut pupillam oculi, ſcilicet ſicut chariſſimos [Pſalm. 16.] tuos. *Zachar. ſecundo*. Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei ſcilicet. Ad utilitatem meæ prædicationis. Argumentum quod qui verus Chriſtianus eſt, requiſitus a Prælato pro utilitate Eccleſiæ, debet facere quicquid poteſt. Non poteſt fieri. Ratio, dicitur non poſſe fieri, quod non poteſt fieri de jure. Sic & Job. Utinam &c. *Job ſexto*. Suſpendium elegit anima mea, *alia littera* eſt. Dominus ad Loth *Geneſ. decimonono*. Non poſſum, vel [non potero] *alia littera*: non poterat per juſtitiam. Contra. Idem eſt potentia Dei, & juſtitia; ergo quicquid poteſt Deus per potentiam, poteſt per juſtitiam, & nihil poteſt niſi juſte; ergo quicquid poteſt per potentiam, poteſt per juſtitiam.

Solutio: Nemo ſe argui vult. Contra. *Proverb. vigeſimooctavo*. Qui corripit hominem inveniet gratiam apud eum poſtea, &c. *Proverbior. vigeſimonono*. Viro qui corripientem ſe &c. Reſpond. Nemo de facili vult, cum corripitur, ideſt, habet pro bono; licet poſtea. Nec eſt contrarium illud *Proverbior.* quia ponitur ibi, poſtea. Propter hoc diligite, &c. Ergo mali non ſunt diligendi; ergo hoc intelligitur de dilectione inducente imitationem. Vel mali in quantum mali non ſunt diligendi. *Pſalm.* 118. Iniquos odio habui. Concipientes fidem, ideſt, credere incipientes; ſemum fidei, ideſt, bonum opus quo vegetatur fides quia dicitur *Jacob ſecundo* Fides ſine operibus mortua eſt. Et hoc dicit, quia fide tangimus Deum, & guſtamus ejus dulcedinem. Perſpicua ſiunt non per ſcientiam, ſed per modum experientiæ. Et hoc eſt gravius dictum, ideſt, expreſſius. Similiter in *Pſ.*50. Cor mundum crea in me Deus: q. d. totum erat adulteratum. Terribilius inſonat, quia per hoc oſtenditur, quod nihil omnino remanſerat eis de fide Chriſti ſive ſumma. Quæ nolo ſcribere. Argumentum, quod majus peccatum eſſet ſcribere peccatum quam dicere; vel in ſcripto redigere per modum inducendi in illud quam ipſum opere implere. Ut cum Jeremia dicam. Non profui, &c. *Jer.*15. ſecundum *Sept.* ubi nos habemus. Non fœneravi, neque fœneravit mihi quiſquam. *Pr.*19. Fœneratur Domino, &c. *Prov.*28. Qui dat pauperi, non indigebit. Quid [rarum?] fecit Dominum debitorem ſuum, qui ſemper poteſt reddere. Ideſt, mirabiliter natus eſt. Sed quomodo Nonne conceptus eſt virili ſemine, & tempore determinato ſecundum naturam prodiit ad lucem? Sol. Mirabiliter natus fuit in utero: Sara

a Dicite mihi *b* qui ſub Lege vultis eſſe, *c* Legem non legiſtis? *d* Scriptum eſt enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de *e* ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum *f* carnem natus eſt: qui autem de *g* libera, per repromiſſionem. *h* Quæ ſunt per allegoriam dicta. *i* Hæc enim ſunt duo Teſtamenta. *k* Unum quidem *l* in monte Sina, in ſervitutem *m* generans: *n* quæ *o* eſt Agar *p* (Sina enim mons eſt in *q* Arabia, *r* qui conjunctus eſt ei, *ſ* quæ nunc eſt Jeruſalem) & ſervit cum filiis ſuis. *t* Illa autem, *u* quæ ſurſum eſt Jeruſalem, *x* libera eſt; *y* quæ eſt mater noſtra. *z* Scriptum eſt enim,

A ſciplinato. *a* Dicite mihi] Oſtendit eis, quod fatui ſunt in obſervatione legalium, quærens ab eis. An intelligitis Legem, an non? Si intelligitis; ſed ipſa docet non eſſe obſervanda; ergo male obſervatis. Si non intelligitis; ergo fatui eſtis qui quod non intelligitis quomodo debet fieri, vultis facere. Dicit ergo.

b Qui ſub Lege] ſervitis. 2. *Cor.* 11. Suſtinetis. Enim ſi quis vos in ſervitutem redigit.

c Legem non legiſtis?] *Act.* 8. Putaſne intelligis, quæ legis? *d* Scriptum eſt] in *Gen.* Hæc ſunt accepta ſummatim de *Gen.* Et eſt hoc argumentum, quod argumentum non ſumitur ſemper ex verbis hiſtoriæ, ſed ſummatim. *e* Ancilla,] Agar, (libera) Sara.

Gen. 21. D

al. † mini-palem *f* Secundum carnem] non per † vinculum, ſed ſecundum legem naturæ. *g* De libera,] *Gen* 21. Vel per repromiſſionem, *Gen.* 28. ideſt, per miraculum ſive per fidem promiſſionis iteratæ. *h* Per allegoriam] quia ſignificant, quæ ſunt in Eccleſia. *i* Hæc enim ſunt] ideſt, hæ duæ mulieres. Et ſumit ly [hæc] accidentia ſua ab antecedenti [Teſtamenta:] quorum unum, ſc. Vetus habuit filios ſervientes timore, & ita quaſi de ancilla; unum, i. Novum ex amore, quaſi de libera. Iſtud ſi Apoſtolus non dixiſſet [ſicut dicit *Greg.*] quis auderet dicere? Sed quis crederet ſpinas vocari divitias, niſi Dominus ſic expoſuiſſet *Matth.* 13. Similiter *Jer.* 13. de lumbari. Propter hoc 1. *Cor.* Petra erat Chriſtus. *k* Unum quid] fuit datum. *l* In monte, &c.] quantum ad timorem pœnæ. *Exod.* 20. Ut probaret vos; &c. *m* Generans;] filios ſervientes timore peſſimo. Lex eſt ſicut pater operum ſervilium; & opera ſunt quaſi filii: unde & maritus dicitur *Rom.* 7. Lex in homine dominatur quanto tempore vivit: nam quæ ſub viro eſt mulier; &c. Hujus mariti ſemen fuerunt minæ, & verbera. *Jer.* 31. Seminabo domum Iſrael, & domum Juda ſemine hominum, & ſemine jumentorum. *n* [Quæ] vel quod ſecundum *Gloſſ.* ſc. Teſtamentum eſt. *o* Agar] i. ſignatum eſt per Agar. Et ſumit ly [quæ] accidentia ſua a conſequenti; vel ſignato per. *p* Sina] quod interpretatur humile mandatum: ad innuendum quod Judæi premerentur præceptis Legis; & humiliarentur per pœnas inflictas ſecundum Legem, quæ data fuit ibi. Vetus Teſtamentum, ſc. *q* In Arabia,] minore. Duplex eſt Arabia ſc. regio quæ eſt ultra Jordanem, & dicitur minor, quia ibi occurrit ſtatim tranſito Jordane, & de hac hic. Alia valde remota eſt, & eſt prope Libyam, de qua *Lucanus*, Ignotum vobis Arabes veniſtis in Orbem, Umbras mirati nemorum non ire ſiniſtras, Et dicitur quod ibi ſunt Antipodes. Sed *Aug. in lib. de civ. Dei*, probat, quod nihil eſt ponere Antipodes. *r* Conjunctus] i. conſimilis ei. *ſ* Quæ nunc eſt Jeruſalem] i. Synagogæ Judæorum terrena diligenti, i. Veteris Teſtamenti ſimilis eſt populo Judaico: quia illi de Veteri Teſtamento ſerviebant pro terrenis, ſicut modo videtur. Unde ſubdit, [Et ſervit cum filiis ſuis.] *r* Qui conjunctus eſt] Ad litteram, terra iſta in qua eſt mons Sina conterminα eſt terræ Jeroſolymitanæ. Et ideo dicitur mons, ad litteram, conjunctus ei, quæ nunc eſt Jeruſalem. Et dicit *Haymo*, Sina mons eſt tantæ latitudinis, quod multas dividit regiones, & Philiſthiim, Moab, &c. Cujus extremitas continuata eſt terræ promiſſionis, ſicut montes quibus cingitur Italia. *t* Illa autem quæ ſurſum eſt] i. Eccleſia militans. *u* Quæ ſurſum eſt] per ſpem æternorum. *x* Libera eſt,] quia eſt filia triumphantis Eccleſiæ, de qua conſtat, quod libera eſt, 2. *Cor.* 3. Ubi Spiritus Domini, ibi libertas. *Joan.* 8. Si filius vos liberaverit, &c. Et partus ſequitur ventrem; ergo Eccleſia militans libera eſt; ergo & eadem ratione nos liberi ſumus: quia ſequitur. *y* Quæ eſt mater noſtra,] Hoc etiam exponitur de triumphante Eccleſia, quæ revera ſurſum eſt, id eſt, in cœlo empyreo. Et ſic probavit per auctoritatem, quod filii Novi Teſtamenti non debent redire ad Vetus Teſtamentum, ut faciant opera Legis: quia ſibi Novi Teſtamenti ſunt liberi; illi autem ſervi. Sed quia poſſet quis dubitare, utrum per Saram intelligatur Novum Teſtamentum, ſive Eccleſia noſtra quæ libera eſt, oſtendit per auctoritatem *Iſa.* quia ipſa eſt libera. *z* Scriptum eſt] *Iſa.* 54. Lauda ſterilis quæ non paris, decanta laudem, &c. *Septuaginta*.

A *a* Lætare

Moraliter. Moraliter. *t* Illa autem quæ ſurſum eſt Jeruſalem,] Ut dictum eſt. Illud exponitur de triumphante, & de militante Eccleſia. Nota ergo hic quatuor. In hoc quod dicit (ſurſum,) notatur altitudo. In hoc quod dicit Jeruſalem Pacis multitudo. In hoc quod dicit [libera] libertas. In hoc quod dicit (mater) charitas. Hæc perfecte ſunt in triumphante. Triumphans ergo Eccleſia ſurſum eſt, i. in cœlo empyreo. Et iterum, quia corda eorum quæ in ea ſunt, elevantur perfectione. *Exod.* 25. dicitur Moyſi quod faciat Tabernaculum, ideſt militantem Eccleſiam, ad ſimilitudinem oſtenti ſibi in monte, id eſt, Eccleſiæ triumphantis. Ideo per militantem Eccleſiam dicitur in Miſſa, Surſum corda. Surſum enim eſſe debemus in contemplatione: *Coloſſ.* 3. Quæ ſurſum ſunt, ſapite. Item converſatione: *Phil.* 3. Converſatio noſtra in cœlis eſt. Item deſiderii fervore: *Job* 7. Suſpendium elegit anima mea. Sed ſignum eſt, quod non ſunt elevata corda noſtra, ſed depreſſa ſi anguſtias patimur, & preſſuras, juxta illud *Joan.* 16. In me pacem, in mundo preſſuram habebitis. Cujus cauſa eſt, quia corpora glorificata non ſe premunt:

Expoſitio Gloſſ. *A* enim ſterilis erat] ſed ex utero natus eſt ſecundum naturam. Unde ſuper illud *Matth.* 3. Potens eſt Deus de lapidibus iſtis, &c. *Gloſſ.* In cujus rei præſagium Deus de Sara nobis genuit filium. De alia uxore, ſcilicet Cethura *Gen.* 25. Et dicunt Hebræi quod illa fuit Agar, quia Agar interpretatur copulata, quia eam ſibi copulavit poſt mortem Saræ; ne videretur ſervire libidini, & novis laſcivire ſi aliam duxiſſet. Sed ipſa concubina: quomodo ergo poſt mortem Saræ duxit in uxorem? Ante enim erat ejus uxor; aliter peccaſſet mortaliter, cognoſcendo eam. Solut. Dicitur duci in uxorem, quia cum vivente Sara ut ancilla teneretur, poſt mortem ejus donata eſt eadem libertate qua Sara. Non ſecundum vim carnis: quia illa generatio ſignificavit generationem filii Dei, quæ facta eſt opere Spiritus Sancti, licet data fuerit Beatæ Virgini potentia generandi manente virginitate. Qui promiſit *Gen.* 18. quod generarent filium, licet illa ſterilis eſſet, & ipſe ſenex. Quod indebitum hominibus, i. in hoc, quod filius natus eſt. De talibus ſignificatum eſt, quod Dominus gratis dat gratiam infidelibus. Allegoria enim, &c. Alleos enim, alienum; agógos quaſi ducens in alium ſenſum. Differunt enim hiſtoria, allegoria, tropologia, anagoge. Hiſtoria docet quid factum; tropologia, quid faciendum: allegoria, quid intelligendum; anagogia, quid appetendum. Abba enim pater, &c. i. interpretatur cauſa euphoniæ, unde dicitur Abram quaſi Abraham, quia multarum gentium pater. Genuit Deus ſibi filios. Sed illi quos generavit in Veteri Teſtamento timore pœnæ ſerviebant, & peccabant mortaliter: ergo Deus peccatores generavit, & ſunt filii ejus. Solutio. Hic ſumitur nomen filiorum Dei large; ſicut Chriſtianus dicitur etiam qui habet fidem informem. Quia timore pœnæ. Sed timor pœnæ eſt donum Dei; ergo ſimiliter amor temporalium. Solutio: Gen. 17. Timor pœnæ; quia pœna credita eſt donum Dei & amor bonorum, quæ non videntur; ſed creduntur, ſimiliter donum Dei eſt; ſed non amor temporalium bonorum, quæ videntur. Scilicet Judæi, 2. *Petr.* 2. Servi peccati, *Joan.* 8. Generans homines in ſervitutem per communem legem. Sicut illud *Rom.* 4. Lex iram operatur, & *Rom.* 5. Lex ſubintravit, &c. In Sina, ideſt in humilitatem, i. vilificationem, ſc. *Deut.* 21. Si autem non ſederit in animo tuo, dimittas eam liberam, & quia humiliaſti eam, ideſt vilificaſti proſelytam. *Matth.* 23. Ut faciatis unum proſelytum. Timore pœnæ, inquantum, filii tantum, qui amore ſerviebant, pertinebant ad Novum. Quæ ſurſum, *Cor.* 3. *Cant.* 8. Quæ eſt iſta, &c. Nec virtute miramini ſicut Sara, ſicut in actibus Apoſtolorum. Quaſi nullos genuit, quod dicit propter Job qui fuit de Gentibus, & quidam alii, ſed valde pauci. Quæ etiam non parturis, parturientem conari ad partum, quando anima concupiſcit deſiderare. Non dilectione, prædeſtinationis. Juxta illud *Jo.* 1. Dum eras ſub ficu, i. in lumbis Adæ novi te, i. prædeſtinavi. 1. *Jo.* 4. Ipſe prior dilexit nos. Quæ habet virum, i. legitimum. Unde *Rom.* 7. Lex in homine dominatur quanto tempore vivit. Et *ibi* eam com-

A parat

A a Lætare ſterilis, &c.] Sterilis, Eccleſia de Gentibus quondam, lætare, hoc eſt, de procreatione liberorum. b Multi filii deſertæ] Gentis. *Iſa. 49.* Adhuc dicent in auribus tuis filii ſterilitatis tuæ, Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi, ut habitem & dices, &c.

a Lætare ſterilis, quæ non paris; erumpe & clama, quæ non parturis: b quia multi filii deſertæ magis, quam c ejus, quæ habet virum. d Nos autem

c Ejus quæ habet virum.] Legem ſub cujus jugo premebantur. In
Iſa. 54. *Iſa.* (habebat :) *Septuaginta* (habet.)
Moraliter. * premunt : ſed hic corpus tantum, & totum locum occupat. Et ideo quia quilibet vult poſſidere totum, ideo cor terrenum premitur, & in cordibus terrenis eſt preſſura. Sed in triumphante Eccleſia non eſt ſic: quia cor non poteſt totum Deum capere, nec vellet: quia ibi eſt alius qui caperet: & ſcit, quod non ſufficeret ad capiendum totum. Et ideo 1.*Cor.*2. dicitur: Quod oculus non vidit, &c. nec in cor hominis, &c. Ideo non poteſt ibi eſſe preſſura. Et hoc patet per illud. *Aug. in 2.lib. de doctr. Chriſt.* Æternum autem ardentius diligitur adeptum, quam deſideratum: nulli enim deſideranti conceditur plus de eo æſtimare, quam habet, ne ei vileſcat cum minus invenerit; ſed quantumcumque æſtimare potuerit vivens, plus perveniens inventurus eſt. Non tamen poteſt ibi preſſura eſſe, licet hic ſit: quia modo non magis gaudeo de re quam poſſideo cum alio, imo minus quam cum eamdem poſſideo ſolus: ſed ibi quanto poſſidetur cum pluribus, tanto majori gaudio poſſidetur. Et de hoc ponit *Aug.* in uno loco tale exemplum. Sicut quando quis ludit, ſive ſpectaculum cum pluribus aſpicit, tanto magis gaudet: quod ſi ſolus aſpiceret, multo minus gauderet. Quod autem non ſit ibi preſſura, ſignificatum eſt *Jud.* 18. Dixerunt filii Dan miſſi ad explorandum, &c. Dan judicium. Filii Dan ſunt bonæ cogitationes, quæ mittuntur ad explorandam
Pſalm.118. terram Paradiſi, & redeuntes dicunt, Surgite, aſcendamus ad eos, vidimus &c. Aſcendamus ergo ad eam cogitationibus quaſi funibus. Sed e contra dicit *Aug.* Facile homines timent, quod non oportet; amant, quod non decet, dolent vane, gaudentque vanius. Item in eo quod dicit (Jeruſalem) ſignificatur ibi eſſe multitudo pacis. Unde *Pſal.*36. Delectabitur in multitudine pacis: pacis inquam triplicis, in ſeipſo, in proximo, in Deo. At in Eccleſia militante habent in bonis non multitudinem pacis, ſed reliquias; ſed peccatores nihil omnino habent de illa pace: *Iſa.*48. & 57. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. Sed in patria pax multa diligentibus legem tuam. Hic autem cum ſeipſo poteſt habere treguas non pacem: quia *infr.*5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & e converſo. Et *Rom.*7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Ideo *Jer.* 50. Vox belli in terra, ſc. corporis noſtri. Sed in æterna beatitudine adimplebitur illud. *Pſal.* 83. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Item in corpore noſtro non habemus niſi inquietationem, guerram, & defectum. Sicut quando mater videt filios ſuos, indigere cibo, & non poteſt eis ſubvenire: ſic eſt de corpore reſpectu quinque ſenſuum. *Eccleſ.* 1. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu, &c. Sed ibi ſatiabor
Joan. 16. cum apparuerit gloria tua. *Pſal.*16. Modo autem dicitur a Domino bonis, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, *Pſal.*20. In reliquiis tuis præparabis vultus eorum. Item libera eſt mater illa noſtra: & erit ibi multiplex libertas. Primo a Domino; quia etiam Chriſtus neſcit ibi eſſe Dominus, ſed ſponſus & amicus *Joan.* 15. Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos. Item liberi erunt a ſervitute omnium creaturarum, quorum amor ſervitus magna eſt. Unde *Aug. de vera relig.* Quem delectat ergo libertas, ab amore mutabilium rerum libere ſe abſtrahebit. Item ibi erit libertas a delicto: tunc enim erit annus Jubilæus perpetuus, in quo omnia dimittebantur, ut habetur *Levit.* 25. Item ibi erit libertas a periculo, quod eſt multiplex. Primum eſt exilii peregrinatio: *Heb* 11. Confitentes quia peregrini ſunt & hoſpites ſuper terram, Aliud eſt carceris incluſio. *Rom.*6. Quis me liberabit de corpore mortis hujus? *Pſal.*14. Educ de carcere animam meam. Tertium eſt hoſtium impugnatio: 1.*Petr. ult.* Adverſarius veſter Diabolus circuit quærens, &c. Quartum eſt ſtatus incertitudo; *Eccl.*9. Neſcit homo, utrum dignus ſit amore vel odio. Neſcit iterum, utrum lapſus ſit in peccatum. *Rom.* 11. Noli altum ſapere, ſed time. Item quia ipſa eſt mater noſtra, ibi erit perfecta charitas, quia omnes voluntates erunt ibi uniformes. Quod ſignificatum eſt *Ezech.*1. Quando vidit gloriam Dei, animalia & rotæ erant omnia ſimilia: Hic autem utinam ſaltem unam ſtillam charitatis haberemus, ut non ſit inter nos diſſenſio ſive diſcordia.

a Lætare ſterilis,] Eccleſia de gentibus 1. *Reg.* 2. Donec ſterilis peperit plurimos, &c. Vel aliter. Deus pater duas habebat filias, copiam ſcil. & paupertatem, quas nuptui tradere volebat. Copiam libentiſſime acceperunt Clerici, & Religioſi: ſed paupertatem, licet eſſet primogenita, quia cum omnibus nata, nullus volebat ducere, & ideo ſterilis erat. Sed modo dicit ei Dominus (Lætare ſterilis, &c.) Eſt etiam duplex ſterilitas, ſc. carnis: *Sap.*3. Felix ſterilis, & coinquinata, quæ neſcivit thorum in delicto; habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum, i. cum Dominus reſpiciet oculo miſericordiæ animas ſanctas ad remunerandum. *Luc* 23. Beatæ ſteriles, &c. Item ſterilitas ſpiritus: *Deut.* 7. Non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus, tam in jumentis, &c. d Nos autem fratres,] ad ſimilitudinem ejus ſervientes Deo cum lætitia, & amore, ſicut ipſe in lætitia promiſſus fuit.

A a Secundum

A parat vito dicens. Nam quæ ſub viro eſt mulier, &c. In deſerto, i. in ſterilitate. Libellum repudii, ideſt, Legem: quod ſicut in libello repudii deſcribebantur cauſæ dimittendi uxorem, ſicut habetur *Deut.*25. ita in Lege peccata, propter quæ dicit Dominus, ut habetur *Iſa.* 50. Quis eſt hic liber repudii, &c. In idoli ornamentum. *Oſ.* 2. Argentum multiplicavi eis, & aurum, quæ fecerunt Baal. *Ezech.*16. Sumens de veſtimentis meis feciſti tibi Excelſa, vel idola, *alia littera*. Cingulo putreſcente. Tangit illud *Jer.*13. Tolle lumbare, & pone in Euphrate; & computruit ibi. Per Jeremiam Chriſtus; per lumbale Judaicus populus, qui in primo, fide & dilectione adhæſit Deo: ſed poſtea ductus in captivitatem trans Euphratem computruit in idololatria. Etſi non legatur, quod aliud lumbare cinxerit Jeremias: tamen probabile eſt, quod aliud aſſumpſit ſibi; & per illud ſignificata eſt Eccleſia de Gentibus adhærens Deo dilecta. Et item *Iſa.*66. ubi nos habemus. Nunquid parturiet in una die? aut parietur gens ſimul, quoniam &c. Ad antiquam Saram: Hoc dicit ad differentiam novæ Eccleſiæ, quæ per Saram ſignificatur. Adhuc peregrinatur: 2. *Cor.* 5. Dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. Sed ex hoc, hic non eſt Eccleſia triumphans: quomodo ergo hic patit? Et iterum, quomodo peregrinatur, cum jam translata ſit? Solut. Peregrinatur in filiis ſuis: quia una & eadem Eccleſia eſt triumphans cum militante: parit autem per doctrinam illorum qui ibi ſunt, per quam converſi ſunt multi, & convertuntur per orationes eorum, quibus gratiam adepti ſumus per imitationem vitæ illorum, & per auxilium Angelorum, qui nobis dati ſunt in miniſterium. Et (quod plus eſt) ibi eſt caput noſtrum Chriſtus, qui illuc nos trahit poſt ſe, & eſt Sacerdos interpellans pro nobis jugiter: *Hebr.* 7. Accedens per ſemetipſum, &c. Cœlum ſedes, *Iſa. ult.* Ibi erunt cum ea, *Joan.*12. Nec dolores patitur: Hoc ad differentiam vilitatis, quæ cum dolore parturit. Sine paſſione læſiva: quia *Luc.*15. Gaudium eſt Angelis Dei, &c. Et conſtat, quod gaudium paſſio eſt, ſed mulcebris non læſiva. Qum carnaliter generat, ideſt, timore ſervili; non quia tunc ſervilis ſit ſecundum carnem: ſed quia illi qui per timorem generantur, ſerviunt carnaliter, & carnaliter vivunt. Sed per ſolam fidem ſpiritualiter: imo per ſpeciem, quia loquitur de triumphante Eccleſia. Sol. Hic per fidem; ibi per ſpeciem. Loquitur enim hic de generatione gratiæ. Alter de libera non ſecundum naturam, ſupple, tantum. quia Deus et potentiam concipiendi miraculoſe conceſſit. Sed per repromiſſionem, ideſt; per gratiam frequenter repromiſſam. Sic affectæ, ideſt, ſenio confectæ. Nihil vere felicitatis merebatur, quantum erat ex ſe non per generationem ſolam: ſicut cæcus illuminatus non videt tantum per naturam. Imperata, *Gen.*17. Vetuſtate culpæ. Filios, qui de libera. Servos, qui de jure belli acquirebantur. Vernaculos qui in domo naſcebantur de ſervis. Emptitios, pretio emptos. Jubet, *Gen.*7. Iſtam gratiam per quam fit ſpiritualis circumciſio. Omnia reſonare novitatem: Ideo in Vigilia Paſchæ, & Pentecoſtes non recapitulantur lectiones, ad innuendum, quod nihil remanſit de vetuſtate, ſed omnia innovata ſunt. In aliis, ut in jejuniis intitulantur, ad innuendum, quod jejunamus propter vetuſtatem culpæ. Obumbratur, per præfigurationem. Revelatur, per expoſitionem. Non ea triſtitia 1.*Cor.*9. Secundum Spiritum natus erat quia potentia concipiendi data fuit Saræ per miraculum a Spiritu Sancto. Unde miraculoſe fuit in utero. Vel per Spiritum Sanctum natus, ideſt a

Expoſitio Gloſſ.

A *a* Secundum Iſaac] *Rom.* 9. Non enim omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ; neque ſemen ſunt Abrahæ, &c. ideſt non qui filii circumciſi hi filii, ſed qui filii ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Item *Rom.* 2. non enim qui in manifeſto Judæus eſt, &c.

b Sed quomodo, &c.]

Gal. 4. qui ſecundum carnem. Imo ludebat cum eo ut dicitur *Gen.* 21. cum dixit ad Abraham. Ejice ancillam, & filium ejus. Sol. Luteas imagines cogebat eum adorare; vel in ludendo eum opprimebat. Et ideo ludum talem vocat hic Apoſtolus perſecutionem. *Prov* 10. Quaſi

a ſecundum Iſaac promiſſionis filii ſumus. *b* Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc. Sed quid dicit Scriptura? *c* Ejice ancillam & filium ejus. *d* Non enim hæres erit filius ancillæ cum *e* filio liberæ. Itaque fratres, non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ: *f* qua libertate Chriſtus nos liberavit.

Rom. 9. *Gen.* 21. *2. Reg.* 2. *cap. non omnes* & *c. ſuper.* 21. per riſum ſtultus operatur ſcelus. *Prov.* 26. Sicut noxius eſt, &c. & dicit, Ludens feci. 2. *Reg.* 3. Surgant pueri, & ludant, &c. Ita nunc perſequuntur mali bonos. Unde 1. *Theſſ.* 2. Dominum occiderunt Jeſum, & Prophetas, & nos perſecuti ſunt, &c. Sicut enim Religioſi quidam quando volunt diu ſervare bladum, dimittunt granum cum palea, & ſic plus durat, & impinguatur: ſic dimittit Dominus bonos tanquam grana ſua in paleis, id eſt, malis qui eos premendo impinguant, Unde *Auguſt. in lib. de vera religione*, Nec zizania nec paleas perhorreſcant. Sed quid dicit Scriptura Saram dixiſſe *Gen.* 21. (Ejice ancillam & filium ejus.)

Moraliter. *Matth.* 25. Moraliter. Ancillæ filii, ſunt omnes qui ſunt in mortali: Ipſi ſunt quaſi filii baſtardi Dei, & ideo non habebunt hæreditatem, ſed quædam mobilia dat eis pater eorum. Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, *Gen.* 25. Dedit Abraham cuncta quæ poſſidebat Iſaac: filiis autem concubinarum largitus eſt munera, quia malis data bona ſaltem hujus temporis. *Jerem.* 48. Dat florem Moab, quia florens egredietur. Moab tamen non legitimus fuit. Hi ſunt mali, quibus Dominus dat florem ideſt, temporalem proſperitatem; ſed florens egredietur, quia peccator in flore proſperitatis exiſtens ſubito morietur; & mors ejus dicitur egreſſus a paterna hæreditate, Unde hic dicitur. *c* Ejice ancillam ejus & filium, &c.] *Apoc. ult.* Foris canes, &c. *d* Non enim hæres erit, &c.] *Judic.* 11. Ejecerunt Jephte dicentes, Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de adultera matre natus es. *Hebr.* 12. Si extra diſciplinam eſtis facti, cujus participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filii eſtis. Ergo diſciplina eſt quaſi uxor Spiritus Sancti. *Sap.* 1. Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. *e* Cum filio] meo. *Eccl.* 13. Quid communicabit cacabus ad ollam? 2. *Cor.* 6. Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis? *f* Qua libertate Chriſtus nos liberavit.] ideſt, hanc libertatem nobis dedit: & bene potuit dare, quia ipſe eſt hæres ad quem pertinet emancipare ſervo: *Matth.* 21. Hic eſt hæres. *Iſa.* 45. Chriſto meo Cyro, ideſt, hæredi. Idem *Rom.* 8. Si filii, &c.

Expoſitio Gen. A fuit ſanctificatus in utero. Deſiderantes vitam æternam. Sed ſi deſiderant vitam æternam, & hoc ut præmium; quomodo ergo gratis? Sed dicendum quod ſervire gratis eſt facere omnia propter ipſum: & ſancti viri deſiderant vitam æternam propter ipſum Deum. Per hoc, quod patiuntur, &c. *Heb.* 12. Flagellat autem omnem filium, &c. *Tob* 12. Quia acceptus eras Deo, &c. Sed non eſt curandum, quia non diu durabit tribulatio. Unde ſubdit. Ejice ancillam, &c. Vidit pueros ſimul ludentes, &c. *Gen.* 21. Hebræi dicunt, quod Iſmael faciebat luteas imagines, & cogebat Iſaac ad idem: & videns hoc Sara prævidit cultum idololatriæ, & ideo noluit ſuſtinere, & hanc coactionem appellat Apoſtolus perſecutionem. Vel forte, ad litteram, in ludendo percutiebat Iſaac, quod dure ſuſtinent mulieres in filiis ſuis.

Moraliter. Moraliter. Diabolus ſuggerendo; mundus invitando; caro propagando, quaſi cogunt ſpiritum falſas imagines adorare: quod eſt idololatria ſpiritualis. Nam omnis imago ſive ab extrinſeco recepta, ut imago albi in Eccleſiis, vel picta, vel impreſſa, vel ſculpta, vel fuſa ſpiritualiter in vobis reperitur: recepta quidem in viſu picta in imaginatione, impreſſa in delectatione contra conſenſum, ſculpta in conſenſu, fuſa in opus. Item nota: In ſtatu innocentiæ, & gratiæ habuit Adam rectam imaginem, quæ apparet in oculo plano, in ſtatu culpæ tranſverſam quantum ad ſenſualitatem. Unde *Jerem.* 12. Nunquid avis diſcolor hæreditas mea? Unicolores ſunt aperte boni, vel aperte mali. Unicolores ſunt boni abſconditi; intus habentes rectitudinem; extra vero ſecundum opinionem malorum; controverſiam: deſpiciuntur enim ab eis, qui infami gradiuntur via, ut dicitur *Prov.* 14. Hypocritæ ſunt bicolores: 2. *Tim.* 3. Habentes quidem ſpeciem pietatis; virtutem vero interius abnegantes. Luſus majoris, *Eccleſiaſt.* 13. Pondus ſuper ſe tollit, &c.

Act. 15.

CAP. V.

STate: *g* & nolite *h* iterum jugo ſervitutis contineri

ideſt Lex, ideſt legalia. A gratia patris, quia illa legalia non habent gratiam. Hæretici & filii eorum, intellige per imitationem, quia nati ab eis, ſi non imitantur eos in hæreſibus, non propter hoc ſunt ejecti a gratia Dei. Et per hoc ſolvitur illa contrarietas *Exod.* 20. Viſitans iniquitates patrum in filios, & *Deut.* 24. Non occidentur filii pro patribus; quia illud ultimum intelligitur de filiis non per imitationem, ſed ſecundum naturam; aliud de illis filiis qui imitantur peccata parentum ſuorum. Qui terrenam felicitatem; ergo omnes fere Prælati pertineat ad eum. Sed hoc intelligendum de pertinaci acquiſitione temporalium quando non ponunt finem ſub fine. Vel terrena felicitas appellatur hic felicitas peccantium, de quibus *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, &c. Illi deorſum volunt trahere, ideſt, volunt facere unde trahatur ſurſum, quia nullus per ſe loquendo vult trahi ad infernum. Conantur pennas evellere, ideſt conantur alios facere cadere in peccatum, ut ſic amittant pennas virtutum. Miniſtri, ut Moyſes & Aaron, & alii. Cum area cœperit ventilari. *Matth.* 3. *Iſa.* 26. *Alia littera*, Tollatur impius ne videat gloriam Dei. *Apocal. ult.* Foris canes, & venefici, &c. Et in *eodem* 21. Hæreticis, & fornicatoribus, pars illorum erit in ſtagno ardenti. Quia patimur, &c. Unde 2. *Tim.* 3. Omnes qui pie volunt vivere, &c. E converſo de reprobis *Pſal.* 72. In labore hominum non ſunt, &c. Peccatorum remiſſio, & fidei per dilectionem operantis juſtificatio. *Gal* 4. Secundum hoc videtur, quod aliud ſit remiſſio peccati & juſtificatio. Et propterea videntur ſecundum ordinem hic poſitum, quod remiſſio præcedit juſtificationem. Sol. Juſtificatio dicitur hic approbatio vel augmentum juſtitiæ. Sic ſumitur *Jacob* 2. Abraham ex operibus juſtificatus eſt. Et in *eodem*, Nonne Rahab meretrix ex operibus juſtificata eſt. Vel, non eſt vis in ordine. Et notatur duplex effectus gratiæ infuſæ.

EXPOSITIO CAP. V.

STate, &c.] Hic incipit moralis inſtructio Apoſtoli ad informationem Galatarum. Cujus duæ ſunt partes, ſicut ſunt duæ partes juſtitiæ, ſcilicet declinare a malo, & facere bonum. Primo docet eos declinare a malo. Secundo docet eos facere bonum. Sed quia tripliciter inclinatur homo ad malum, ſcilicet per ſuggeſtionem hominis; per ſuggeſtionem Dæmonis; per ſuggeſtionem carnis; ideo tripliciter docet eos declinare a malo. Primo a malo quod fit ſuggeſtione hominis, ibi (Ecce ego Paulus.) Secundo a malo quod fit ſuggeſtione Dæmonis, ibi (Perſuaſio enim hæc.) Tertio a malo, quod fit ſuggeſtione carnis, ibi (Dico autem in Chriſto, Spiritu ambulate.) Demum ponitur inſtructio ad bonum faciendum, ibi (Fructus autem Spiritus.) Et ita illud capitulum dividitur in duas partes. In prima docet declinare a malo: & hoc tripliciter, ut dictum eſt. In ſecunda docet facere bonum, oſtendens duodecim eſſe bona quæ ſunt facienda. Dicit ergo: *g* State ergo] Continuatio: Agar generat in ſervitutem: Chriſtus autem in libertatem vos genuit: Vos ergo (ſtate,) i. permanete in ea vocatione in qua vocati eſtis. Vel (ſtate,) i. erecti permanete ut liberi, non incurvemini ſub vinculo legis, ut ſervi. 1. *Cor.* 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. *h* Et nolite iterum jugo ſervitutis contineri] Nota quod jugum ſervitutis eſt multiplex. Eſt enim ſervitus oppreſſionis, & ſervitus corruptionis. Servitus oppreſſionis eſt Lex, de qua dicitur. *Act.* 15. Quid tentatis Deum imponere jugum? Servitus autem corru-

a State, &c.] Conſuetudinis humanæ, *Sapr.* 3. Fixo pede, ideſt, affectu. Ad eoſdem, ideſt, ad conſimiles. Non eſt livor, intellige, in genere quia utrumque peccatum eſt infidelitatis. *Actuum* 16. In qua. Prænunciandæ, &c. quia in figura illius, & quouſque ad manifeſtationem Evangelii tantum abolentur ſed dicit ad differentiam moralium quæ nunquam deleta ſunt. Sacrilegia, ideſt, *Expoſitio Gloſſ.*

Digitized by Google

a tionis duplex eſt. Eſt enim corruptio pœnæ, & miſeriæ. De prima dicitur *Rom* 8. Ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis. De ſecunda, 2. *Cor* 6. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Iſtud jugum duplex, vel ex parte, vel ex toto, quantum ad quoſdam, computruit in adventu Chriſti. *Iſa.* 10. Computreſcet jugum a facie olei, ideſt, a præſentia Chriſti, qui dicitur oleum, *Cant.* 1. Oleum effuſum dicitur, quod miſericordia Domini plena eſt terra, *Pſalm.* 32. *Bern.* Quam utile hoc oleum! quam ſalubre! Si utile non eſſet, non mihi effunderetur: ſi ſalubre non eſſet, non me inungeret. Impoſuit autem nobis novum jugum, ſcilicet onus leve charitatis. *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, ſub jugo, ſcilic. Veteri; & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos, &c. *Gal.* 6. Alter alterius onera portate.

a Ecce ego Paulus *b* dico vobis, quoniam ſi *c* circumcidamini, *d* Chriſtus nihil vobis proderit. *e* Teſtificor autem rurſum omni homini circumcidenti ſe, quoniam *f* debitor eſt univerſæ Legis faciendæ. *g* Evacuati eſtis a Chriſto, *h* qui in *i* Lege juſtificamini: a gratia *k* excidiſtis.

a Ecce ego Paulus] qui habeo auctoritatem, & experientiam: 2. *Cor* 13. An experimentum, &c. Sive [ego] qui tantæ ſum auctoritatis. *b* Dico quoniam, &c.] ſpem ponendo in circumciſione poſt paſſionem, vel manifeſtationem Evangelii: quod *d* Chriſtus nihil vobis proderit.] Quid mirum? Chriſtus venit dare cœlorum regnum non vendere: ſed qui nititur operibus Legis, & mercator eſt ſuperbus, & videtur ſibi dives: non eſt autem juſtum eleemoſynam, quæ promiſſa eſt pauperibus, dare divitibus. Chriſtus promiſit regnum cœlorum pauperibus: *Matth.* 5. Beati pauperes: non dicit emptores: quod patet in Simone Mago *Act.* 8. Dicit ergo: [Chriſtus nihil vobis proderit,] ideſt: Nullus eſt vobis profectus, quod Chriſtus venit, & mortuus eſt *ſupr.* 2. Ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. *e* Teſtificor autem rurſum. Ly [rurſum] poteſt eſſe determinatio de ly (circumcidamini:] non quia Galatæ alias circumciſi fuiſſent, ſed quia aſſumere legalia erat ſimile idololatriæ, in qua prius fuerant, ideſt, erat infidelitas eis quibus manifeſta erat veritas Evangelii, ſicut, & idololatria. *f* Debitor] opinione ſua. *Rom.* 14. Ei, qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt. *g* Evacuati eſtis] a Chriſto, ideſt, a gratia Chriſti, qua prius fuiſtis pleni. *h* quia. *i* In lege juſtificamini:] ideſt, juſtificari creditis per legalia, quia. *k* A gratia] prius habita vel aucta etiam quam habetis ex gratia vobis data, q. d. Jam non eſtis digni vita æterna, ſed indigni.

Moraliter. Moraliter. *c* Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.] Si hoc verum eſt de circumciſione, eadem ratione & de quolibet alio legali: ſed legale erat quod genus, & cognationem tradatur Sacerdotium: iſtis ergo, quibus eſt ſic traditum Sacerdotium, Chriſtus nihil proderit. Tales confundit Moyſes, qui non filio, vel nepoti, ſed Joſue, qui erat de alia Tribu, tradidit Principatum. Joſue de Tribu Ephraim, Moyſes de Tribu Levi. *Num.* 13. Sed dicet quis, Nonne tradidit Aaron fratri ſuo? Ita: ſed ad præceptum Domini fecit hoc: ſed non præcepit tibi Dominus hoc. Quia vero per cognationem traditur Sacerdotium, conqueritur Eccleſia, *Thren.* 3. Poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam, ut qui propinquior eſt Epiſcopo ſecundum genus, lucretur Epiſcopatum. Item multiplicatio uxorum fuit legale; vel ad minus cum Lege erat: ergo ſi habes ſimul præbendas plures, vel Eccleſias, Chriſtus nihil tibi proderit. Propterea *Deut.* 17. Dicitur de Rege, Non habebit plurimas uxores, quæ alliciant animam ejus: ergo quia nobilis es, ideo plures non potes habere. Sed dices, Non alliciunt animam meam. Utinam! & tamen ſi verum eſt, quod dicis, adverte quod legale eſt hoc. Sed dices, Litteratus ſum, plures non alliciunt me. Vide Salomonem, qui cum ſapiens fuerit 3. *Reg.* 11, adamavit uxores alienigenas multas, & poſtea ſequitur, quod fecerunt eum adorare idola. Sic patres noſtri Theologi multiplicibus redditibus adorant idola avaritiæ. Item legale fuit quod dicitur *Num.* 18. Omnem medullam vini, & olei, & frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi, &c. Hoc legale peroptime volunt retinere: ſed attendant quod ſequitur hic, Univerſæ Legis debitor eſt. Item legale fuit quod ſummus Sacerdos tempore vicis ſuæ non bibebat vinum, nec accedebat ad uxorem propriam: ergo quia debitor es hujus, adverte. Sed dicunt, quod ceſſavit hoc. Vel forte dices, Non habeo propriam: quare ergo accedis ad alienam? hoc mortale eſt. Aliter. *Aliter.*

c Si circumcidamini,] Monachis albis, & nigris dicit Apoſtolus. Quoniam debitores eſtis univerſæ Legis. tranſlatio fiat. *Gloſſ.* Quia ſimul ab eodem & ſub eadem ſponſione, utraque data ſunt, ergo qui accipit regulam Beati Benedicti, cum omnia ſcripta in ea, ſint ſimul data a Beato Benedicto, & ipſe ſub eadem ſponſione omnia promiſerit, ſi unius debitor eſt, eadem ratione omnium. Sed nonne ibi expreſſum eſt de carnibus non veſcendi niſi debilibus, & ægrotis, & de viliſſimis pannis? Ideo poteſt dici quod ſequitur: quia.

g Evacuati eſtis a Chriſto,] ideſt, gratia Chriſti, quam qui habet, plenus eſt, & ita Chriſtum habet, qui eſt plenitudo. *Jerem. quarto.* Aſpexi terram, ideſt, amatores terrenorum, & ecce vacua erat, & nihil. *Geneſ. quarto.* Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, ideſt, peccata. Et ſequitur, Terra autem erat inanis, & vacua. *Aug.* Propter temetipſum Deus meus fecit omnia, & qui eſſe vult ſibi, & non tibi, nihil eſſe incipit. *Idem* loquens

A ritus idolorum. Quæ talibus umbris. *Hebr.* 10. Umbram habens futurorum Lex, non ipſam rerum imaginem, &c. Ipſum morem. *Actor.* 25. Non ſimulatione. *Auguſt.* videtur obviare, ideo quod magis noxium erat ea quaſi noxia eis prohibere: eo enim quod nati & nutriti ſub obſervatione legalium, magis proni erant ad obſervandum. Et iterum, quod nitimur in vetitum. Et eſt argumentum, quod Prælati præcepta ſive inſtituta ex levi cauſa niſi coacti non debent immutare. Sed objicitur de hoc, quod hic dicitur, Non fuerant tanquam Diabolica Gentium ſacrilegia fugienda. Sed *ſupra proximo*. Non eſt levior hæc Legis ſervitus quam idololatria: ergo erant fugienda, &c. *Expoſitio Gloſſ.*

Solutio: Diſtingue tempora, & concordabit Scriptura. Legalia tempore Legis erant in præcepto, & meritoria facientibus ex charitate; poſt paſſionem, & ante manifeſtationem Evangelii indifferentia; poſt manifeſtationem vero mortaliter peccabant facientes; de hoc tempore loquitur hic. Iterum, Magis noxium erat ea quaſi noxia prohibere his hominibus, ideſt Judæis ſub Lege natis uſque ad quos durare debuerant. Ergo Judæi nati in Judaiſmo peccaverunt non obſervando legalia ante manifeſtationem Evangelii: ergo Petrus peccavit comedendo carnes porcinas, ex quo uſque ad eos durare debuerunt.

Solutio: Sicut duæ negationes exponuntur quandoque per affirmationem; ita & affirmatio per duas negationes. Senſus ergo eſt, ideſt, uſque ad quos obſervari non debuerant, ideſt, ipſi non tenebantur non obſervare ante manifeſtationem, ſed erant eis indifferentia. Angularem lapidem, *Iſa.* 28. *Epheſ.* 2. Adhuc edocti erant: quia (ut dictum eſt) valde proni erant ad legalia. Unde dicebant, *Exod. vigeſimo quarto*: Non deeſt qui impleat, &c. Niſi enim proni eſſent ad ritum ſacrificiorum, nunquam dediſſet eis Dominus niſi Decalogum. Congruentiam, ut facerent hujuſmodi ſacrificia, ſicut Judæi non erant. Prohibere nullo intermedio tempore. Quæ cum honore: quod factum eſt quia poſt terminationem, adhuc obſervaverunt ea fideles per aliquantulum temporis. Sepelienda, ideſt, immutanda. Et nota quod uſque ad paſſionem fuit Lex viva; a paſſione uſque ad manifeſtationem Evangelii fuit mortua: ex tunc ſepulta. Obſervantibus dixit noxia eſſe; hoc plane juxta diſtinctionem prædictam; & in hoc diverſimode ſentiunt *Auguſtinus* & *Hieronymus*. Lege fidei, ideſt jejunio. Majus enim malum eſt ex libero ſervum fieri quam naſci. Unde *Boetius*: Extremum infortunii genus eſt aliquando fuiſſe felicem, ideſt, ex debito. Omnia legalia debet adimplere: ergo qui circumcidebantur, ad omnia alia legalia ſervanda tenebantur: ſed obſervando illa peccabant mortaliter: ergo tenebantur ad mortale. Item de duobus malis, majus malum eſt magis fugiendum: & ſi facimus minus malum, tamen tenemur non facere majus malum: ſed majus peccatum erat ſervare legalia cum circumciſione quam ſolam circumciſionem; ergo ex hoc quod obſervabant circumciſionem, non tenebantur ad alia legalia. Quid eſt ergo dicit *Gloſſ.* & etiam *Apoſtolus*: Debitor eſt univerſæ Legis? Præterea, ſi eſſet aliquis qui crederet, quod circumciſio juſtificaret, quia a tanto patre ſicut erat Abraham, fuit tradita, videtur quod non teneretur ad alia legalia, ſicut nec Abraham: quia non teneretur ex conſcientia, ſi ponas quod de ſola circumciſione crederet: nec ex præcepto tenetur: quia non erant ei præcepta; ergo

a quem ad Dominum. Qui ſibi ſapit, deſipit: & qui curat eſſe aliquid pro ſe, pro nihilo eſt, & nihil eſt. *Idem*, Animam Deo capacem non implet, quicquid Deo minus eſt. Nota quod in duobus dignoſcitur eſſe vacuum, nempe quando percuſſum reſonat, & quando infuſa non repellit. Qui enim percuſſus ictu detractionis, & blaſphemiæ vel injuriæ non reſonat per murmur vel blaſphemiam, plenus eſt & charitatem habet. Sicut dicitur 1 *Cor.* 13. inter multa: Si charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, &c. Similiter qui infuſa non repellit, vacuus eſt. Et per hoc patet, quod fere omnes Theologi noſtri vacui ſunt. Quis enim præbendam oblatam repellit? Ideo etiam omnes peccatores vacui ſunt, quia *Iſa.* 57. Cor impii quaſi mare fervens & *Eccl.* 1. Omnia flumina intrant mare, & mare, i. cor peccatoris; non redundat, ideſt, non impletur. Sic cor avari Theologi, etiam ſi multa haberet, non tamen ſatiatur, vel non redundat extra per eleemoſynarum largitionem. Quod autem cor peccatoris ſit mare, dicitur *Iſa.* 57. Cor impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. Sed ibi ſequitur: Et redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum. Tamen *Eccl.* dicit quod mare non redundat: quod verum eſt, quia non redundat per eleemoſynas, ſed per nimias expenſas quas faciunt in conculcationem ſubditorum, & oppreſſionem, & in lutum luxuriarum, quaſi dicat: Omnia expendunt, vel guerrando, & placitando, vel luxuriando. Et ideo *Iſa.* 57. Redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum: & non eſt pax impiis, dicit Dominus. Talibus dicit Apoſtolus [Evacuati eſtis a Chriſto,] qui eſt granum frumenti, *Joan.* 12. Nec mirum ſi ſunt vacui; qui habent ſaccum pertuſum, vel habent vas confractum. *Eccl.* 21. Cor fatui quaſi vas confractum. Vacuum ergo eſt cor eorum cum tamen præceptum ſit *Deut.* 16. Non apparebit ante Dominum vacuus, & idem dicitur *Eccl.* 35. Bene dico quod vos in Lege confidentes amiſiſtis gratiam, quod patet per oppoſitum, quia primo. *b* Ex fide] ideſt, per fidem. *c* Spem juſtitiæ] Hoc legitur tripliciter, vel quadrupliciter: quia ſpes ſumitur paſſive; ideſt, pro re ſperata: vel active, ideſt, pro virtute qua ſperamus: vel cauſa ſpei, i. pro Chriſto. Dicit ergo: *c* Spem juſtitiæ] i. vitam æternam quam ſperamus habere per juſtitiam. Vel intranſitive. *d* Expectamus ſpem juſtitiæ] i. juſtitiam ſperatam, ideſt, vitam æternam, in qua erit conſummatio juſtitiæ. Vel [ſpem] virtutem [juſtitiæ] expectamus, & deſideramus, ut habeamus perfectam ſpem; quæ eſt de perfecta juſtitia, quam habebimus. *a* Spiritu] per ſpiritum, ſcilicet. Vel. *b* Ex fide] i. per fidem. *c* Spem juſtitiæ] i. Chriſtum quem ſperamus nobis daturum juſtitiam, juſtificationem [Spiritu,] i. per Spiritum Sanctum, non per legalia, vel per quid aliud. *e* Nam in Chriſto] i. his qui volunt vivere in Chriſto, &c.

f Currebatis] Dupliciter incurritur malum, nempe aut perpetrando, a quo jam docuit eos declinare; aut omittendo bonum, quod debebant facere: & utrumque incurrebant per ſuggeſtionem hominum. Dicit ergo. [Currebatis] quondam ſervando fidem, & operando ſecundum eam. [Et bene] quia ex charitate.

a Nos enim Spiritu *b* ex fide ſpem *c* juſtitiæ expectamus. *d* Nam in *e* Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. *f* Currebatis be-

infr. 6.

Aggæi 1.

ne: *a* quis

Moraliter. Moraliter. *c* Spem juſtitiæ expectamus] 2. *Tim.* 2. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. *Prov.* 14. Sperat juſtus in morte ſua. *Phil.* 3. Salvatorem expectamus Dominum Chriſtum Jeſum, qui, &c. *Prov.* 17. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis. *f* Currebatis] Quamdiu fuerunt in ſinceritate fidei & dilectionis, currebant ad vitam æternam. 1. *Cor.* 9. Neſcitis, & cetera, ſic currite, ut comprehendatis. Bravium victorioſum eſt ipſe Deus: ſic currite, ideſt, perſeveranter. *Joan.* 20. dicitur: Currebant ſimul, & alter præcucurrit citius: tamen Petrus ſolus introivit. Sic multi Novitii in principio quandoque ferventiores ſunt aliis, ſed poſtea ſunt remiſſi: alii e converſo ſed ſic poteſt dici: Frater currebas bene; quis te faſtidivit, vel impedivit? *Iſa.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

Duo enim ſunt neceſſaria, nempe ut cum hilaritate

* faciamus

Propoſitio dubia. A nullo modo. Solut. *Apoſtolus* & *Gloſſ.* loquuntur de illis qui ponebant ſpem in circumciſione eo quod eſſet præcepta in Lege, & ex hoc, quod in Lege habebant conſcientiam quod ſine illa non erat ſalus: ex hoc ergo conſcientia, & quia circumciſio erat quaſi fundamentum omnium legalium, cum circumciſione tenebatur ad omnia alia. Unde etiam erant quaſi perplexi, quia ex conſcientia tenebantur ad illa; & ex obſervatione eorum manifeſte prohibita tenebantur non facere: Ad illud ergo, ſi Majus malum erat, quomodo erant debitores? Sol. Quia eſſent tranſgreſſores ſi non facerent propter conſcientiam aliquid. Ad ultimum dicendum, quod talis non tenetur niſi ad circumciſionem. Virtutibus Chriſti, i. collatis a Chriſto. Argumentum, quod aliquis poteſt cadere a charitate. Creditis juſtificari. *Rom.* 3. Ex operibus Legis non juſtificabitur omnis vivens. Non noceret circumciſio, tunc temporis. Exciſi a gratia; & ita ab alto ſolio gloriæ. & gratiæ excidiſtis. *Apoc.* 2. Memor eſto itaque unde excideris, & age pœnitentiam. Qui in Lege juſtificari vult, i. qui ſpem ponit in legalibus. Spem juſtitiæ, ideſt, qua ſperatur ipſa juſtitia: ergo ſpes ſperat juſtitiam; & ſpes eſt tantum de futuris; ergo ſpes non eſt cum juſtitia; & ita non eſt verum, quod qui habet unam, habet omnes. Quod autem ſpes tantum ſit hujuſmodi, habetur ab *Aug.* in *Enchir.* dicente: Fides eſt bonarum malarumve rerum præſentium, præteritarum & futurarum. Iterum, Fides eſt & ſuarum, & alienarum rerum; ſpes vero bonarum rerum tantum eſt, nec niſi futurarum, & ad ſe pertinentium, qui earum ſpem gerit, perhibetur, ſupple, eſſe. Quæ cum ita ſint propter has cauſas diſtinguenda erat fides a ſpe ſicut vocabulo, ita & reali differentia. Sol. Qua ſperatur juſtitia, i. impletio, & conſummatio juſtitiæ, quæ erit in futuro. Sitiens juſtitiam, i. juſtitiæ conſummationem, *Matth.* 5. Fides ſperat in ea renovari: Ergo fides eſt ſpes, quia actus non eſt proprie virtus: ſi ergo ſperare eſt fides, cum ſperare ſit proprie ſolius ſpei, fides eſt ſpes. Sol. Fides ſperat, i. habens fidem ſperat: vel dicitur ſperare, quia generat actum ſpei. Unde *Aug.* in *Enchirid.* Cum bona nobis futura eſſe creduntur, nihil aliud eſt quam ut ſperentur. Recte dico ex fide eſſe juſtitiam, i. juſtificationem. Unde *Act.* 15. Fide purificans corda. Non enim poteſt ſumi pro juſtitia, quæ eſt virtus cardinalis; imo fides eſt ex juſtitia: præterea quia aut ipſa eſt ſpecies juſtitiæ; & ſuperiora ſunt eſſe inferiorum. Et hoc patet per hoc quod dicit *Aug.* in 13. *lib. de civ. Dei* 20. *cap.* Quandoquidem virtutem eſſe diſtinguendam in quatuor partes, videlicet prudentiam, fortitudinem, juſtitiam, temperantiam, & quoniam ſingulare ſpecies ſuas habens in partibus juſtitiæ. Æquatur præputio circumciſio: quia Deus dat gratiam tam præputiatis quam non præputiatis. Media vero, quæ inter virtutes, & vitia ſunt, &c. Ergo circumciſio media eſt inter bonum, & malum; & ideo non eſt fugienda: quid ergo eſt quod *ſup.* dictum eſt ab Apoſtolo: Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit? Sol. Tribus modis dicitur circumciſio media, quia eſt congrue inter extrema. Virtus eſt ſemper appetenda; vitium ſemper fugiendum: circumciſio autem nec ſemper eſt appetenda ut modo, nec ſemper fugienda, ut tempore Legis. Vel media quoad tempus intermedium, quod fuit a paſſione uſque ad manifeſtationem veritatis Evangelii; tunc enim circumciſio, & alia legalia poterant obſervari ſine peccato. Vel dicitur media quoad appetitionem fidelium: tunc enim temporis qui fidem habebant, non debebant appetere, quod eſſent circumciſi: vel ſi fuiſſent, quod non eſſent circumciſi. Fides ſine operibus, non ſalvat: ſed quæ, &c. Ex hoc videtur, quod fides informetur a dilectione, quia dilectio movet ad opera, per quæ vivit fides: Ad idem videtur facere, quod ſequitur poſt: Fides ſine dilectione mortua eſt. Sed contrarium eſt quod ſequitur hic: Opus fidei eſt ipſa dilectio, quomodo ergo informat fidem? Sol. Quidam dicunt, quod charitas omnes virtutes informat, & fidem. Sed dicimus, quod non eſt verum; imo fides propriam formam habet; & opus ejus eſt dilectio, quia eam generat: & ideo dicitur, fides operatur per dilectionem, ut opus dilectionis imputetur fidei tanquam auctori, & moventi, & præcipienti charitati, ut operetur. Unde ly, per, notat ſubauctoritatem. Mortua autem dicitur fides ſine dilectione, quia non operatur ſine ea. Opera fidei perficiendo: Secundum hoc videtur quod opera fidei informentur ex dilectione. Solutio: Opera fidei exteriora informat charitas: ſed interiora ipſius opera, quæ ejus ſunt proprie, non informat. Sed ex Diabolo. Argumentum, quod aliqua actio eſt a Diabolo quod verum eſt in quantum mala: & ita illa perſuaſio erat a Diabolo ſuggerente, & ex Deo non inſpirante, ſed permittente, vel

A conſentiente

▲ *a* Quis vos faſcinavit] vel (impedivit) ſecundum *Aug.* q. d. Illi qui vos impedierunt ab hoc curſu, invidebant vobis vel mihi, ſicut faſcinantes. 1. *Theſſ.* 2. Impedivit vos Satanas, &c.

c Nemini conſenſeritis.] 2. *Petr.* 3. Vos igitur fratres præſcientes hæc, cuſtodite voſmetipſos, ne inſipientium errore, &c. *d* Vocat] per gratiam. *e* Modicum fermentum] Dico non conſentiatis, & dico vobis nec in minimo: quia minimum hæreticæ pravitatis corrumpit quicquid boni eſt in homine. Hoc oſtendit eis per exemplum. *f* Ego confido in vobis] quia ſuſſis boni. *g* In Domino, &c.] 2. *Cor.* 7. Gaudeo, quod in omnibus confido in vobis *Prov.* 19. Erudi filium tuum, ne deſperes. *h* Nihil aliud ſapietis:] quam quod docui. Simile *ſupr.* 1. Sed licet nos aut Angelus de cœlo, &c. *Philip.* 2. Implete gaudium meum, ut idem dicatis omnes, &c. 1. *Cor.* 1. Idipſum ſapiatis. (Ego confido.) Hoc dixit ne provocarentur ad deſperationem. Hoc enim intereſt Prædicatoris. Simile *Hebr.* 6. Confidimus de vobis, &c. *i* Qui autem conturbat vos] ideſt, quicumque facit alium ruere in peccatum. *Lev.* 20. Si quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur. Et *Pſalm.* 124. Declinantes autem in obligationes, &c. *Rom.* 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte, &c. *Deut.* 28. Maledictus qui errare facit cæcum in via. *Lev.* 19. Coram cæco non pones offendiculum. Ponere offendiculum eſt (ut dicit *Gl.*) ei qui lumen diſcretionis non videt, ſcandali occaſionem præbere. *k* Portabit judicium,] ideſt, ſuſtinebit damnationem.

al. † impedivit.

...ne: *a* quis vos † faſcinavit *b* veritati non obedire? *c* Nemini conſenſeritis. Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui *d* vocat vos. *e* Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. *f* Ego confido in vobis in *g* Domino, quod *h* nihil aliud ſapietis: *i* qui autem conturbat, k vos portabit judicium, quicumque eſt ille. *l* Ego autem, fratres, ſi *m* circumciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? *n* Ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis? *o* Utinam & abſcindantur, qui vos conturbant.

Moraliter. * faciamus, & quod perſeveremus. Et ſi quis hæc habeat, poteſt ei dici illud *Prov.* 4. Currens non habebis offendiculum. 1. *Cor.* 9. Ego ſic curro non quaſi in incertum, &c. *Phil.* 3. Ad deſtinatum perſequor ad bravium ſupernæ vocationis.

a Quis vos faſcinavit] Sic *ſupr.* 3. Multi retardantur a curſu bonæ operationis.

b Veritati non obedire?] *Rom.* 10. Non omnes obediunt Evangelio: ſed e converſo: *Eccl.* 10. Pecuniæ enim obediunt omnia. *e* Modicum fermentum] prava perſuaſio, vel hæreſis, quæ totam unam congregationem cito corrumpit. 2. *Tim.* 2. Sermo eorum velut cancer ſerpit. 1. *Cor.* 5. Simile: Neſcitis, quia modicum fermenti, &c. Similiter & a modicis peccatis debet homo cavere eadem ratione. *Matth.* 16. Cavete a fermento Phariſæorum. *Exod.* 12. Quicumque comederit fermentum, peribit anima ejus de Iſrael a primo die uſque ad ſeptimum, ideſt, a principio vitæ ſuæ uſque ad finem. *Oſee* 7. Quievit civitas paululum a commiſtione fermenti, donec fermentatum eſt totum. Ita faciunt hæretici, in principio occulte inferunt hæreſim, poſtea manifeſte prædicant eam. 1. *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Ideo in principio obſtandum eſt hæreſi: quia

Ovid. de rem. duo Amoris.

Sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Lev. 2. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet: nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio. Per fermentum ſignificatur malitia, & nequitia: per mel concupiſcentia. 1. *Cor.* 5. in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, &c.

i Qui autem conturbat,] Turbatores Studii, vel Capituli, vel Congregationis ſunt ſicut Phariſæi, i. ſingulares. Tales turbant ſocietates Religioſorum. *Joſ.* 7. Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in hac die: lapidavitque eum omnis Iſrael, *Gen.* 34. Dixit Jacob ad Simeon, & Levi, Turbaſtis me, & odioſum me feciſtis Chananæis, & Pharæzæis habitatoribus terræ hujus. Ita dicit Chriſtus Theologis, qui ſignificantur per Simeon; & Sacerdotibus, qui per Levi intelliguntur. Illi enim turbant totam Eccleſiam, & odioſum faciunt totum ordinem Clericalem Sæcularibus.

Ad litteram. Littera. *l* Ego autem fratres,] Reſpondet calumniæ quæ ei imponebatur. Dicebant enim Pſeudo quidam Galatis, Sciatis, quod Paulus eſt ſubdolus: aliud enim prædicat coram vobis; & aliud ſentit, & prædicat aliis. Et hoc eſt. *m* Si circumciſionem prædico] aliis, ut mihi imponunt qui vos ſeducunt. (Adhuc) ſicut faciebam ante converſionem meam. (Adhuc) qui me perſequebantur, quia dicebam, quod nullus debebat circumcidi.

n Ergo evacuatum eſt] q. d. Si prædico circumciſionem (ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis,) i. ſcandalum quod habebant Judæi eo quod prædicabam crucem. Suſtinuerat enim ab eis perſecutionem, quia dixit quod evacuata erat circumciſio, & omnia legalia, q. d. Si prædicarem circumciſionem, Judæi non ſcandalizarentur contra me, nec perſequerentur me: patet quod non prædico eam. *o* Utinam & abſcindantur,] Dupliciter legitur hoc, & alludit proprio negotio. Apoſtolus enim agebat contra circumciſionem quod debebat ceſſare. Pſeudo volunt quod vos circumcidamini: (Et utinam abſcindantur,) i. non ſolum circumcidantur, ſed abſcindantur, quod plus eſt: quia quando totum membrum ſeparatur a corpore, dicitur abſcindi non circumcidi. Tamen non imprecatur eis malum, ſed bonum eis optat his verbis, licet dicat ſub ſpecie imprecationis. Vel (Abſcindantur,) ideſt, continentes fiant; vel fiant ſteriles in generatione illa, qua vos generant in errore. Dicit autem ſub ſpecie imprecationis mali, ut terreantur.

▲ *a* Vos

Moraliter. Moraliter, *ſ* Ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis] 1. *Cor.* 1. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum: quia prædicabat quod legalia debebant ceſſare per crucem. Sicut quando prædicatur aſpera pœnitentia, & quod ceſſare debent opera carnalia, multi ſcandalizantur. *Matth.* 11. Venit Joannes non manducans neque bibens, & dicitis, quia Dæmonium habet. 1. *Cor.* 1. Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt.

o Utinam abſcindantur,] *Matth.* 19. Sunt eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt, ideſt, qui ſervaverunt innocentiam baptiſmalem, & ſunt qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum. *Sap.* 3. Felix ſterilis & incoinquinata, quæ neſcivit torum in delicto. Felix ſpado, qui non eſt operatus, &c. Hoc eſt quod hic dicitur (Utinam abſcindantur.) Vel, ideſt, vis generandi in horrorem eis auferatur. *Oſee* 9. Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vulvam ſine liberis. Vel ad litteram (Utinam abſcindantur,) ideſt, morte ſuccindantur, antequam ſecum plures in errorem pervertant. *Iſa.* 51. Quia abſciſſus eſt de terra viventium, ideſt, ſublatus morte. Iterum.

* *Iſa.* 38.

Expoſitio Gloſ. A conſentiente. Modicum fermentum; ideſt, hæc circumciſio tali modo obſervata, ideſt, ſpem ponendo in ea. Conſperſum, ideſt, miſtum. Serpit, 2. *Tim.* 2. Se circumveniri. Sed qui proprio ductu rationis decidunt in errorem, tales ſunt in eo pertinaces. Purum fontem: de *Ezech.* 34. Puram aquam bibentes, reliquam pedibus veſtris turbabatis, &c. Mutato ordine, 1. *Cor.* 15. Prius eſt quod eſt animale, deinde quod eſt ſpirituale. Etiamſi carne, *Joan.* 8. ſit filius Abrahæ. Pro nullo parcetur ei. Hoc dicit, quia aliquis magnus Judæus ſubverterat eos. *Supr.* 2. Sed nec Paulus tam procaci, &c. *Exod.* 22. Diis tuis non detrahes, nec Principem tuum maledices, ideſt, Petrum Principem Eccleſiæ. *Matth.* 16. Promiſſus eſt ei Principatus. *Joan. ult.* Conſtitutus eſt Princeps, cum ter dictum eſt ei, Paſce oves meas. Si circumciſionem prædico, ut olim feci. Sed, ut dicitur *Phil.* 3. Ipſe erat de Tribu Benjamin: ergo alii, quam Levitæ poterant prædicare: ergo & modo eadem ratione. Ad idem 1 *Cor.* 13. Poteſtis omnes per ſingulos Prophetare, *Gloſ.* Exponere ſacram Scripturam. Ergo & Laicus poteſt prædicare. Gal. 5.

Sol. Quilibet laicus & edoctus, ſi ei fuerit injunctum ab eo qui poteſt, ſi non oriatur inde ſcandalum, poteſt prædicare. Quod objicis de laico, ſi vocas laicum, non ordinatum, poteſt; ſi laicum, non litteratum, non poteſt. Ut olim ante converſionem. Errantem converti. *Jacob ult.* Sententiam ſuam, quid ſentiret de hoc quod prædicabat coram eis. Sabbatum & circumciſionem evacuabat, in prædicatione de cruce dicens obſervationem ſabbati evacuatam, & ſimiliter circumciſionem. Eleganti ambiguo; quia poteſt exponi & in bono, & in malo. Unde ſequitur: Ut non timore, ſed amore. Amore: *Rom.* 8. Non accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore: ſed, &c. Liberi ſitis, 1. *Corinth* 7. Qui enim in Domino vocatus eſt ſervus, libertus eſt Domini. Tunc eritis ſervi: quia qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, *Joan. octavo.* Quæ procedit de Spiritu Sancto,

a quens ad Dominum. Qui ſibi ſapit, deſipit: & qui curat eſſe niſi pro ſe, pro nihilo eſt, & nihil eſt. *Idem*, Animam Deo capacem non implet, quicquid Deo minus eſt. Nota quod in duobus dignoſcitur eſſe vacuum, nempe quando percuſſum ſonat, & quando infuſa non repellit. Qui enim percuſſus ictu detractionis, & blaſphemiæ vel injuriæ non reſonat per murmur vel blaſphemiam, plenus eſt & charitatem habet. Sicut dicitur 1 *Cor.* 13. inter multa: Si charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, &c.

infr. 6.

a Nos enim Spiritu b ex fide ſpem c juſtitiæ expectamus. d Nam in e Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. f Currebatis be-

Similiter qui infuſa non repellit, vacuus eſt. Et per hoc patet, quod fere omnes Theologi noſtri vacui ſunt. Quis enim præbendam oblatam repellit? Ideo etiam omnes peccatores vacui ſunt, quia *Iſa.* 57. Cor impii quaſi mare fervens & *Eccl.* 1. Omnia flumina intrant mare, & mare, i. cor peccatoris, non redundat, ideſt, non impletur. Sic cor avari Theologi, etiam ſi multa haberet, non tamen lætatur, vel non redundat extra per eleemoſynarum largitionem. Quod autem cor peccatoris ſit mare, dicitur *Iſa.* 57. Cor impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. Sed ibi ſequitur: Et redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum. Tamen *Eccl.* dicit quod mare non redundat: quod verum eſt, quia non redundat per eleemoſynas, ſed per nimias expenſas quas faciunt in conculcationem ſubditorum, & oppreſſionem, & in lutum luxuriarum, quaſi dicat: Omnia expendunt, vel guerriando, & placitando, vel luxuriando. Et ideo *Iſa.* 57. Redundant fluctus ejus in conculcationem, & lutum: & non eſt pax impiis, dicit Dominus. Talibus dicit Apoſtolus [Evacuati eſtis a Chriſto,] qui eſt granum frumenti, *Joan.* 12. Nec mirum ſi ſint vacui; qui habent ſaccum pertuſum, vel habent vas confractum. *Eccl.* 21. Cor fatui quaſi vas confractum. Vacuum ergo eſt cor eorum cum tamen præceptum ſit *Deut.* 16. Non apparebit ante Dominum vacuus, & idem dicitur *Eccl.* 35. Bene dico quod vos in Lege confidentes amiſiſtis gratiam, quod patet per oppoſitum, quia primo. b Ex fide] ideſt, per fidem. c Spem juſtitiæ] Hoc legitur tripliciter, vel quadrupliciter: quia ſpes ſumitur paſſive; ideſt, pro re ſperata: vel active, ideſt, pro virtute qua ſperamus: vel cauſa ſpei, i. pro Chriſto. Dicit ergo: c Spem juſtitiæ] i. vitam æternam quam ſperamus habere per juſtitiam. Vel intranſitive. d Expectamus ſpem juſtitiæ] i. juſtitiam ſperatam, ideſt, vitam æternam, in qua erit conſummatio juſtitiæ. Vel [ſpem] virtutem [juſtitiæ] expectamus, & deſideramus, ut habeamus perfectam ſpem; quæ eſt de perfecta juſtitia, quam habebimus. a Spiritu] per Spiritum, ſcilicet. Vel. b Ex fide] i. per fidem. c Spem juſtitiæ] i. Chriſtum quem ſperamus nobis daturum juſtitiam, juſtificationem [Spiritu,] i. per Spiritum Sanctum, non per legalia, vel per quid aliud. e Nam in Chriſto] i. his qui volunt vivere in Chriſto, &c.

f Currebatis] Dupliciter incurritur malum, nempe aut perpetrando, a quo jam docuit eos declinare; aut omittendo bonum, quod debebant facere: & utrumque incurrebant per ſuggeſtionem hominum. Dicit ergo. [Currebatis] quondam ſervando fidem, & operando ſecundum eam. [Et bene] quia ex charitate.

a quis

Moraliter. Moraliter. c Spem juſtitiæ expectamus] 2. *Tim.* 2. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. *Prov.* 14. Sperat juſtus in morte ſua. *Phil.* 3. Salvatorem expectamus Dominum Chriſtum Jeſum, qui, &c. *Prov.* 17. Gemma gratiſſima expectatio præſtolantis. f Currebatis] Quamdiu fuerunt in ſinceritate fidei & dilectionis, currebant ad vitam æternam. 1. *Cor.* 9. Neſcitis, & cetera, ſic currite, ut comprehendatis. Bravium victorioſum eſt ipſe Deus: ſic currite, ideſt, perſeveranter. *Joan.* 20. dicitur: Currebant ſimul, & alter præcucurrit citius: tamen Petrus ſolus introivit. Sic multi Novitii in principio quandoque ferventiores ſunt aliis, ſed poſtea ſunt remiſſi: alii e converſo ſed eis poteſt dici: Frater currebas bene; quis te faſtidivit, vel impedivit? *Iſa.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

Duo enim ſunt neceſſaria, nempe ut cum hilaritate faciamus

Expoſitio Gloſſæ. A nullo modo. Solut. *Apoſtolus* & *Gloſſ.* loquuntur de illis qui ponebant ſpem in circumciſione eo quod eſſet præcepta in Lege, & ex hoc, quod in Lege habebant conſcientiam quod ſine illa non erat ſalus: ex hoc ergo conſcientia, & quia circumciſio erat quaſi fundamentum omnium legalium, cum circumciſione tenebatur ad omnia alia. Unde etiam erant quaſi perplexi, quia ex conſcientia tenebantur ad illa; & ex obſervatione eorum manifeſte prohibita tenebantur non facere: Ad illud ergo, ſi Majus malum erat, quomodo erant debitores? Sol. Quia eſſent tranſgreſſores ſi non facerent propter conſcientiam aliquid. Ad ultimum dicendum, quod talis non tenetur niſi ad circumciſionem. Virtutibus Chriſti, i. collatis a Chriſto. Argumentum, quod aliquis poteſt cadere a charitate. Creditis juſtificari. *Rom.* 3. Ex operibus Legis non juſtificabitur omnis vivens. Non noceret circumciſio, illius temporis. Exciſi a gratia; & ita ab alto ſolio gloriæ, & gratiæ excidiſtis. *Apoc.* 2. Memor eſto itaque unde excideris, & age pœnitentiam. Qui in Lege juſtificari vult, i. qui ſpem ponit in legalibus. Spem juſtitiæ, ideſt, qua ſperatur ipſa juſtitia: ergo ſpes ſperat juſtitiam; & ſpes eſt tantum de futuris; ergo ſpes non eſt cum juſtitia; & ita non eſt verum, quod qui habet unam, habet omnes. Quod autem ſpes tantum ſit hujuſmodi, habetur ab *Aug.* in *Enchir.* dicente: Fides eſt bonarum malarumve rerum præſentium, præteritarum & futurarum. Iterum, Fides eſt & ſuarum, & alienarum rerum; ſpes vero bonarum rerum tantum eſt, nec niſi futurarum, & ad ſe pertinentium, qui earum ſpem gerit, perhibetur, ſupple, eſſe. Quæ cum ita ſint propter has cauſas diſtinguenda erat fides a ſpe ſicut vocabulo, ita & reali differentia. Sol. Qua ſperatur juſtitia, i. impletio, & conſummatio juſtitiæ, quæ erit in futuro. Sitiens juſtitiam, i. juſtitiæ conſummationem, *Matth.* 5. Fides ſperat in ea renovari: Ergo fides eſt ſpes, quia actus non eſt proprie virtus: ſi ergo ſperare eſt fides, cum ſperare ſit proprie ſolius ſpei, fides eſt ſpes. Sol. Fides ſperat, i. habens fidem ſperat: vel dicitur ſperare, quia generat actum ſpei. Unde *Aug.* in *Enchirid.* Cum bona nobis futura eſſe creduntur, nihil aliud eſt quam ſi ſperentur. Recte dico ex fide eſſe juſtitiam, i. juſtificationem. Unde *Act.* 15. Fide purificans corda. Non enim poteſt ſumi pro juſtitia, quæ eſt virtus cardinalis; imo fides eſt ex juſtitia: præterea quia aut ipſa eſt ſpecies juſtitiæ; & ſuperiora ſunt eſſe inferiorum. Et hoc patet per hoc quod dicit *Aug. in* 13. *lib. de civ. Dei* 20. *cap.* Quandoquidem virtutem eſſe diſtinguendam in quatuor partes, videlicet prudentiam, fortitudinem, juſtitiam, temperantiam, & quoniam ſingulare ſpecies ſuas habens in partibus juſtitiæ. Æquatur præputio circumciſio: quia Deus dat gratiam tam præputiatis quam non præputiatis. Media vero, quæ inter virtutes, & vitia ſunt, &c. Ergo circumciſio media eſt inter bonum, & malum; & ideo non eſt fugienda: quid ergo eſt quod *ſup.* dictum eſt ab Apoſtolo: Si circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit? Sol. Tribus modis dicitur circumciſio media, quia eſt congrue inter extrema. Virtus eſt ſemper appetenda; vitium ſemper fugiendum: circumciſio autem nec ſemper eſt appetenda ut modo, nec ſemper fugienda, ut tempore Legis. Vel media quoad tempus intermedium, quod fuit a paſſione uſque ad manifeſtationem veritatis Evangelii; tunc enim circumciſio, & alia legalia poterant obſervari ſine peccato. Vel dicitur media quoad appetitionem fidelium: tunc enim temporis qui fidem habebant, non debebant appetere, quod eſſent circumciſi: vel ſi fuiſſent, quod non eſſent circumciſi. Fides ſine operibus, non ſalvat: ſed quæ, &c. Ex hoc videtur, quod fides informetur a dilectione, quia dilectio movet ad opera, per quæ vivit fides: Ad idem videtur facere, quod ſequitur poſt: Fides ſine dilectione mortua eſt. Sed contrarium eſt quod ſequitur hic: Opus fidei eſt ipſa dilectio, quomodo ergo informat fidem? Sol. Quidam dicunt, quod charitas omnes virtutes informat, & fidem. Sed dicimus, quod non eſt verum; imo fides proprium formam habet; & opus ejus eſt dilectio, quia eam generat: & ideo dicitur, fides operatur per dilectionem, ut opus dilectionis imputetur fidei tanquam auctori, & moventi, & præcipienti charitati, ut operetur. Unde ly, per, notat ſubauctoritatem. Mortua autem dicitur fides ſine dilectione, quia non operatur ſine ea. Opera fidei perficiendo: Secundum hoc videtur quod opera fidei informentur ex dilectione. Solutio: Opera fidei exteriora informat charitas: ſed interiora ipſius opera, quæ ejus ſunt proprie, non informat. Sed ex Diabolo. Argumentum, quod aliqua actio eſt a Diabolo quod verum eſt in quantum mala: & ita illa perſuaſio erat a Diabolo ſuggerente, & ex Deo non inſpirante, ſed permittente, vel

A conſentiente

Digitized by Google

A a Quis vos faſcinavit] vel (impedivit) ſecundum *Aug.* q. d. Illi qui vos impedierunt ab hoc curſu, invidebant vobis vel mihi, ſicut faſcinantes. 1. *Theſſ.* 2. Impedivit vos Satanas, &c.

c Nemini conſenſeritis.] 2. *Petr.* 3. Vos igitur fratres præſcientes hæc, cuſtodite voſmetipſos, ne inſipientium errore, &c. d Vocat] per gratiam. e Modicum fermentum] Dico non conſentiatis, & dico vobis hoc in minimo: quia minimum hæreticæ pravitatis corrumpit quicquid boni eſt in homine. Hoc oſtendit eis per exemplum. f Ego confido in vobis] quia fuiſtis boni. g In Domino, &c.] 2. *Cor.* 7. Gaudeo, quod in omnibus confido in vobis *Prov.* 19. Erudi filium tuum, ne deſperes. h Nihil aliud ſapietis:] quam quod docui. Simile *ſupr.* 1. Sed licet nos aut Angelus de cœlo, &c. *Philip.* 2. Implete gaudium meum, ut idem dicatis omnes, &c. 1. *Cor.* 1. Idipſum ſapiatis. (Ego confido.) Hoc dixit ne provocarentur ad deſperationem. Hoc enim intereſt Prædicatoris. Simile *Hebr.* 6. Confidimus de vobis, &c. i Qui autem conturbat vos] ideſt, quicumque facit alium ruere in peccatum. *Lev.* 20. Si quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte morietur. Et *Pſalm.* 124. Declinantes autem in obligationes, &c. *Rom.* 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte, &c. *Deut.* 28. Maledictus qui errare facit cæcum in via. *Lev.* 19. Coram cæco non pones offendiculum. Ponere offendiculum eſt (ut dicit *Gl.*) ei qui lumen diſcretionis non videt, ſcandali occaſionem præbere. k Portabit judicium,] ideſt, ſuſtinebit damnationem.

al. † impedivit.

ne: a quis vos † faſcinavit b veritati non obedire? c Nemini conſenſeritis. Perſuaſio hæc non eſt ex eo qui d vocat vos. e Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. f Ego confido in vobis in g Domino, quod h nihil aliud ſapietis: i qui autem conturbat, k vos portabit judicium, quicumque eſt ille. l Ego autem, fratres, ſi m circumciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? n Ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis? o Utinam & abſcindantur, qui vos conturbant.

Moraliter. * faciamus, & quod perſeveremus. Et ſi quis hæc habeat, poteſt ei dici illud *Prov.* 4. Currens non habebis offendiculum. 1. *Cor.* 9. Ego ſic curro non quaſi in incertum, &c. *Phil.* 3. Ad deſtinatum perſequor ad bravium ſupernæ vocationis.

a Quis vos faſcinavit] Sic *ſupr.* 3. Multi retardantur a curſu bonæ operationis.

b Veritati non obedire?] *Rom.* 10. Non omnes obediunt Evangelio: ſed e converſo: *Eccl.* 10. Pecuniæ enim obediunt omnia. e Modicum fermentum] prava perſuaſio, vel hæreſis, quæ totam unam congregationem cito corrumpit. 2. *Tim.* 2. Sermo eorum velut cancer ſerpit. 1. *Cor.* 5. Simile: Neſcitis, quia modicum fermenti, &c. Similiter & a modicis peccatis debet homo cavere eadem ratione. *Matth.* 16. Cavete a fermento Phariſæorum. *Exod.* 12. Quicumque comederit fermentum, peribit anima ejus de Iſrael a primo die uſque ad ſeptimum, ideſt, a principio vitæ ſuæ uſque ad finem. *Oſee* 7. Quievit civitas paululum a commiſtione fermenti, donec fermentatum eſt totum. Ita faciunt hæretici, in principio occulte inſerunt hæreſim, poſtea manifeſte prædicant eam. 1. *Cor.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Ideo in principio obſtandum eſt hæreſi: quia

Ovid. de remedio amoris.

Sero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Lev. 2. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet: nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio. Per fermentum ſignificatur malitia, & nequitia: per mel concupiſcentia. 1. *Cor.* 5. in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, &c.

i Qui autem conturbat,] Turbatores Studii, vel Capituli, vel Congregationis ſunt ſicut Phariſæi, i. ſingulares. Tales turbant ſocietates Religioſorum. *Joſ.* 7. Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in hac die: lapidavitque eum omnis Iſrael, *Gen.* 34. Dixit Jacob ad Simeon, & Levi, Turbaſtis me, & odioſum me feciſtis Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ hujus. Ita dicit Chriſtus Theologis, qui ſignificantur per Simeon; & Sacerdotibus, qui per Levi intelliguntur. Illi enim turbant totam Eccleſiam, & odioſum faciunt totum ordinem Clericalem Sæcularibus.

Ad litteram. Littera. l Ego autem fratres,] Reſpondet calumniæ quæ ei imponebatur. Dicebant enim Pſeudo quidam Galatis, Sciatis, quod Paulus eſt ſubdolus: aliud enim prædicat coram vobis; & aliud ſentit, & prædicat aliis. Et hoc eſt. m Si circumciſionem prædico] aliis, ut mihi imponunt qui vos ſeducunt. (Adhuc) ſicut faciebam ante converſionem meam. (Adhuc) qui me perſequebantur, quia dicebam, quod nullus debebat circumcidi.

n Ergo evacuatum eſt] q. d. Si prædico circumciſionem (ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis,) i. ſcandalum quod habebant Judæi eo quod prædicabam crucem. Suſtinuerat enim ab eis perſecutionem, quia dixit quod evacuata erat circumciſio, & omnia legalia, q. d. Si prædicarem circumciſionem, Judæi non ſcandalizarentur contra me, nec perſequerentur me: patet quod non prædico eam.

o Utinam & abſcindantur,] Dupliciter legitur hoc, & alludit proprio negotio. Apoſtolus enim agebat contra circumciſionem quod debebat ceſſare. Pſeudo volunt quod vos circumcidamini: (Et utinam abſcindantur,) i. non ſolum circumcidantur, ſed abſcindantur, quod plus eſt: quia quando totum membrum ſeparatur a corpore, dicitur abſcindi non circumcidi. Tamen non imprecatur eis malum, ſed bonum eis optat his verbis, licet dicat ſub ſpecie imprecationis. Vel (Abſcindantur,) ideſt, continentes ſiant: vel ſiant ſteriles a generatione illa, qua vos generant in errore. Dicit autem ſub ſpecie imprecationis mali, ut terreantur.

A a Vos

Moraliter. Moraliter. f Ergo evacuatum eſt ſcandalum crucis] 1. *Cor.* 1. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum: quia prædicabat quod legalia debebant ceſſare per crucem. Sicut quando prædicatur aſpera pœnitentia, & quod ceſſare debent opera carnalia, multi ſcandalizantur. *Matth.* 11. Venit Joannes non manducans neque bibens, & dicitis, quia Dæmonium habet. 1. *Cor.* 1. Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt.

o Utinam abſcindantur,] *Matth.* 19. Sunt eunuchi, qui de matris utero ſic nati ſunt, ideſt, qui ſervaverunt innocentiam baptiſmalem, & ſunt qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum. *Sap.* 3. Felix ſterilis & incoinquinata, quæ neſcivit torum in delicto. Felix ſpado, qui non eſt operatus, &c. Hoc eſt quod hic dicitur (Utinam abſcindantur.) Vel, ideſt, vis generandi in horrorem eis auferatur. *Oſee* 9. Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vulvam ſine liberis. Vel ad litteram (Utinam abſcindantur,) ideſt, morte ſuccindantur, antequam ſecum plures in errorem pervertant. *Iſa.* 53. Quia abſciſſus eſt de terra viventium, ideſt, ſublatus morte. Iterum.

* *Iſa* 38.

Expoſitio Gloſſ. A conſentiente. Modicum fermentum; ideſt, hæc circumciſio tali modo obſervata, ideſt, ſpem ponendo in ea. Conſperſum, ideſt, miſtum. Serpit, 2. *Tim.* 2. Si circumventi. Sed qui proprio ductu rationis decidunt in errorem, tales ſunt in eo pertinaces. Purum fontem: de *Ezech.* 34. Puram aquam bibentes, reliquam pedibus veſtris turbabatis, &c. Mutato ordine, 1. *Cor.* 15. Prius eſt quod eſt animale; deinde quod eſt ſpirituale. Etiamſi carne, *Joan.* 8. ſit filius Abrahæ. Pro nullo parcetur ei. Hoc dicit, quia aliquis magnus Judæus ſubverterat eos. *Supr.* 2. Sed nec Paulus tam procaci, &c. *Exod.* 22. Diis tuis non detrahes, nec Principem tuum maledices, ideſt, Petrum Principem Eccleſiæ. *Matth.* 16. Promiſſus eſt ei Principatus. *Joan. ult.* Conſtitutus eſt Princeps, cum ter dictum eſt ei, Paſce oves meas. Si circumciſionem prædico, ut olim feci. Sed, ut dicitur *Phil.* 3. Ipſe erat de Tribu Benjamin: ergo alii, quam Levitæ poterant prædicare: ergo & modo eadem ratione. Ad idem 1. *Cor.* 13. Poteſtis omnes per ſingulos Prophetare, *Gloſſ.* Exponere ſacram Scripturam. Ergo & Laicus poteſt prædicare. *Gal.* 6.

Sol. Quilibet laicus & edoctus, ſi ei fuerit injunctum ab eo qui poteſt, ſi non oriatur inde ſcandalum, poteſt prædicare. Quod objicis de laico, ſi vocas laicum, non ordinatum, poteſt; ſi laicum, non litteratum, non poteſt. Ut olim ante converſionem. Errantem converti. *Jacob ult.* Sententiam ſuam, quid ſentiret de hoc quod prædicabat coram eis. Sabbatum & circumciſionem evacuabat, in prædicatione de cruce dicens obſervationem ſabbati evacuatam, & ſimiliter circumciſionem. Eleganti ambiguo; quia poteſt exponi & in bono, & in malo. Unde ſequitur: Ut non timore, ſed amore. Amore: *Rom.* 8. Non accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore: ſed, &c. Liberi ſitis, 1. *Corinth.* 7. Qui enim in Domino vocatus eſt ſervus, libertus eſt Domini. Tunc eritis ſervi: quia qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, *Joan. octavo.* Quæ procedit de Spiritu Sancto,

A a Vos enim] quaſi, Opto ſe generent vos in errorem circumciſionis: ut ſic ſervire vos oporteat ex timore. [Enim,] ideſt, quia [vos vocati eſtis in libertatem:] ut ſerviatis ea amore. Et cum ita ſit.
b Tantum] hoc peto: vel, neceſſe eſt: vel, tantum exigit hoc Deus a vobis.
c Ne libertatem, &c.] i. ne deliciis carnis vacetis propter libertatem, in qua non infligitur vobis pœna temporalis. d Sed per charitatem Spiritus] i. quæ procedit de Spiritu Sancto. Poſtquam docuit eos declinare a malo, incipit eos docere facere bonum quod incipit a charitate.
f Omnis enim Lex] id eſt, omnia præcepta.
g In uno, &c.] Qui enim diligeret proximum ſuum ſicut ſeipſum, nunquam mœcharetur in uxore ejus: nunquam occideret eum: & ſic de aliis præceptis.

a Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres: b tantum ne c libertatem in occaſionem detis carnis, d ſed per charitatem Spiritus e ſervite invicem. f Omnis enim Lex g in uno ſermone impletur: Diliges proximum h tuum ſicut teipſum. i Quod k ſi invicem mordetis, & comeditis: videte ne ab invicem conſumamini.

h Sicut teipſum.] i. ad id ad quod te ipſum. *Lev.* 19. Diliges amicum tuum ſicut teipſum, ut nihil ei facere velis, quod non tibi. *Matth.* 7. Omnia quæcumque vultis, &c. Hæc enim eſt Lex, & Prophetæ. *Matth.* 22. *Rom* 13. Nemini quicquam debeatis niſi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, Legem implevit: nam, &c. 1. *Joan.* 4. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, &c.
i Quod ſi invicem, &c.] Docuit eos declinare a malo ſuggeſto ab homine: item a malo ſuggeſto a Diabolo, ibi [Perſuaſio hæc, &c.] *Gloſſ.* ſed ex Diabolo. Adhuc inſiſtit ut homo. Dico ſervite invicem per charitatem [quia] pro ſed. k Si invicem mordetis,] detrahendo unus alii: ſaltem. l Videte ne conſumamini,] per diſſenſionem, Diſſenſio enim inimica eſt dilectioni. Vel (Conſumamini) ad litteram. *Eccl.* 22. Ante ignem camini vapor, & ſumus ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.
* *Iſa.* 38. Præciſa eſt velut a texente vita, &c. a Vos enim in libertatem vocati eſtis] 1. *Cor.* 7. Qui enim vocatus eſt in Domino ſervus, libertus eſt Domini. *Rom.* 8. Non accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore. b Tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis,] Virorum raſa corona ſignum eſt, quod immediate ſunt ſub Deo ſicut e converſo mulieribus velamen capillorum eſt in ſignum ſervitutis. 1. *Petr.* 2. Non quaſi habentes velamen malitiæ, libertatem: ſed ſicut ſervi Dei, omnes honorate, &c. In hoc etiam quod ſequitur. e Servite invicem.] *Rom.* 12. Honore invicem prævenientes. 1. *Cor.* 8. Videte ne forte hæc licentia veſtra offendiculum ſit infirmis. [Per charitatem] 1. *Petr.* 4. Super omnia autem in vobis mutuam charitatem habentes. Ideo *infr.* 6. Alter alterius onera portate. 1. *Cor.* 12. Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. Per charitatem. Hugo de Sancto Victore. Nota quod in charitate eſt invenire ſervitutem, & libertatem. Tunc quaſi libera eſt cum ſponte ſe exercet in privatis: tunc quaſi ſervilis cum poſtpoſitis propriis voluntatibus accommodat ſe voluntati proximi. i Quia ſi invicem] Moraliter tangit duo genera detrahendi. Qui mordet, partim aufert, & partim dimittit: hoc eſt quando bona apparentia inficiari non poſſunt, ſed tamen ſaltem diminuunt: qui autem totum inficiantur, hi comedunt. *Job* 31. Quis det de carnibus ejus, ut ſaturemur? *Job* 19. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Ibi *Greg.* Qui detrahunt alienæ vitæ, de alienis paſcuntur carnibus, & ſaturantur. *Prov.* 23. Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt. Carnes ad veſcendum conferre, eſt narrare vitia aliorum: Et ſignificantur detractores per beſtiam *Dan.* 7. Beſtia ſimilis urſo in parte ſtetit, & tres ordines dentium in ore ejus. Urſus habet quaſi humanas manus, & pedes; ſed os habet fœtidum, & dulcia diligit, in hoc non ſunt ei ſimiles detractores, quia quæ fœtent in homine, illa maſticant. Tres ordines dentium, tres modi detrahendi, nempe aperta bona diminuendo, occulta negando, falſum crimen imponendo. (Quod ſi mordetis.) Ille mordebat, qui dicebat. 1. *Reg.* 29. Rectus & bonus es tu in conſpectu meo, &c. Et ſubdit: Sed Satrapis non places: ecce morſus. Sic faciunt multi qui bona vident, quæ negare non poſſunt. *Jacob quarto.* Nolite detrahere alterutrum fratres mei: qui enim detrahit fratri, aut qui judicat, &c.

A a Dico

A niſi procedit ex ſeipſo. Ergo charitas non eſt Spiritus Sanctus, quod eſt contra Magiſtrum. Non per affectum carnis, i. non appellatur charitas dilectio, qua diligimus ea affectu carnali. Omnis Lex in uno ſermone impletur. Ad idem 1 *Tim.* 1. Charitas eſt finis præcepti. *Gloſſ.* Finis, ideſt, impletio. Et ſolet quæri cum duplex ſit charitas (movetur enim in Deum, & in proximum) quoad quem illorum motuum ſit impletio Legis? Et videtur, quod quantum ad motum quo per charitatem movemur in proximum, per hoc quod ſubditur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Sol. Decem ſunt præcepta Legis. Tria prima in prima tabula, quibus ordinamur ad Deum: & illorum impletio charitas eſt, quoad motum charitatis qui eſt in Deum. Sed dilectio proximi, ſive motus charitatis, qui eſt in proximum, impletio eſt ſeptem aliorum, quæ ordinant nos ad proximum. Sed quia non diligimus Deum quin diligamus proximum; nec proximum quin Deum: dicitur motus de utroque, & ſimpliciter dicitur, quod charitas eſt Legis impletio. Tamen magis proprie ea dilectione Dei omnia implentur: quia non diligit proximum, qui non diligit Deum. Præceptum ſervat. Contra. Qui præceptum ſervat, quantum poteſt, bona facit: ſed nullus quantum poteſt, bona facit: ergo nullus ſervat illud. Sed ſolvendum eſt ſicut illud ſuper *Matth.* 12. Bonus homo profert de theſauro, &c. Quantum boni intendis, tantum boni facis: ut ſit proportio in genere; non proportio in quantitate, i. multum boni intendis, multum boni facis. Similiter hic: Quantum poteſt bona facit, i. multum. In *Lev.* 19. Tota lex, *Matth.* 22. Dilectio Dei in dilectione proximi continetur, ſicut cauſa in effectu: quia non diligimus proximum, niſi propter Deum. In hoc præcepto perfectio ſalutis: quia per ipſum complentur omnia alia. Qui enim non diligit proximum quem videt: Deum quem non videt quomodo diligere poteſt? 1. *Joan.* 4. Sed conſtat, quod male inducitur hæc auctoritas, nec valet ad propoſitum niſi ſit a cauſa. Ergo non diligere proximum eſt cauſa non diligendi Deum: ſed affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis ex propriis cauſis: ergo ſecundum hoc dilectio proximi eſt cauſa dilectionis Dei. Sed contra. Dicit *Greg.* Amor Dei generat dilectionem proximi; & in dilectione proximi amor Dei calescit. Sol. Revera dilectio Dei eſt cauſa dilectionis proximi. Et in verbo *Joan.* eſt tantum comparatio quantum ad hoc, quod proximus eſt viſibilis, & Deus inviſibilis: & conſtat quod facilius eſt diligere, quod videmus, quam quod non videmus. Inducitur autem ad oſtendendum, quod dixerat: Sine proximo non poteſt diligi Deus, i. ſine hoc effectu non poteſt eſſe cauſa. Et hoc ſatis plene probatur per illam auctoritatem *Jo:* Diligere proximum, i. omnem hominem tanquam ſeipſum, ideſt, ad quod ſeipſum. Sed eodem præcepto tenetur diligere reprobos ea charitate: & ſcit Deum velle illos damnare, & tenetur conformare voluntatem ſuam voluntati Dei: quia ſuper illud. *Pſal.* 100. Non adhæſit mihi cor pravum, dicit *Gloſſ.* pravum, i. diſtortum eſt cor quod non vult, quod ſcit Deum velle: & ſciebat Deum velle hoc quod damnetur: Sol. Tenemur diligere omnem hominem ex charitate, niſi nobis ſit revelatum, quod ſit reprobus; quia diligere aliquem ex charitate eſt et velle Deum; improprie tamen ex charitate poſſumus velle tali bonum, quod habet, quod minus peccet: eſt autem iſte motus [ut dicit *Aug.*] caſtitatis ſive temperantiæ. Et hoc modo diligebat Chriſtus reprobos. Qui non diligit ſe. Contra. *Eph.* 5. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit. Iterum in primo de doctrina Chriſtiana, dicit *Aug.* An quis ſe diligat, dubitare temeritatis eſt. Sol. Hæc verba ſunt impropria: ſicut dicitur puero, Tu vis verberari: & ſumitur conſequens pro antecedente, i. Vis illud ex quo ſequitur, quod verbereris. Similiter dicitur aliquis odire ſe, quia vult illud ex quo ſequitur ſibi malum. Iterum, quid eſt quod dicit: Qui diligit iniquitatem. Sol. Aliquis diligit iniquitatem non in quantum eſt iniquitas, ſed in quantum eſt bonum delectabile. Quæ in ſacramentis ſunt, ideſt, quæ pertinent ad fidem. Ad charitatem referantur: ſed in his comprehenduntur omnes motus, qui ſunt ex præceptis, qui ſunt meritorii: ergo charitas informat omnes motus meritorios, & ita motus fidei.
Solut. Ad charitatem referuntur, ideſt, ad finem charitatis, ideſt, ad bonum, quod eſt proprie finis charitatis. Occaſione charitatis; ſupple, hoc dicit, deſtruant. Non ait, Non feceritis. Contra. *Rom.* 13. Curam carnis ne feceritis in deſideriis.

A Solut.

A a Dico autem in Chriſto:] quaſi dicat: Quod non detis libertatem in occaſionem carnis, hoc erit vobis.
b In Chriſto] ideſt in fide Chriſti, & non aliter. In qua
d Ambulate,] ideſt proficite bene operando. Et hoc
c Spiritu] ideſt ſecundum rationem: vel Spiritu ſancto.

a Dico autem in b Chriſto: c Spiritu d ambulate, & e deſideria carnis non perficietis. f Caro g enim concupiſcit adverſus Spiritum: Spiritus autem adverſus carnem. Hæc enim ſibi invicem h adverſantur, i ut non quæcumque vultis, illa faciatis. Quia ſi Spiritu k ducimini non eſtis ſub Lege. l Manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ ſunt m fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, n idolorum ſervitus; o veneficia, p inimicitiæ, q contentiones, æmulationes, r iræ, ſ rixæ, t diſſenſiones, u ſectæ, x invidiæ, y homicidia, z ebrietates, a comeſſationes: & his ſimilia. Quæ prædico vobis, ſicut prædixi: b quoniam qui talia agunt, regnum Dei

e Et deſideria carnis non perficietis] Job 39. Quis dimiſit onagrum liberũ, ut illum qui ſequitur ſpiritum? Et poſtea dicit, Exactoris vocem non audit. Ibi Gl. Exactor ventes eſt; ſermo vel vox naturæ, ideſt naturalis appetitus eſt; clamor autem exactoris eſt menſuram neceſſitatis excedere. Rom. 8. Non ſecundum carnem ambulemus. Eccl. 18. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, &c. Et hoc magnum eſt, & difficile, ſcilicet carnis deſideria non perficere. g Enim] ideſt, quia f Caro concupiſcit] quaſi bellum mutuum eſt inter carnem & ſpiritum. i Ut non quæcumque vultis,] ſecundam rationem, &c. f Caro concupiſcit adverſus Spiritum:] Job 7. Quare poſuiſti me contrarium tibi? Bern. Poſuiſti: non me prohibuiſti; alioquin me ipſe poſui. Et factus ſum mihimetipſi gravis. Juſtiſſime quidem ut hoſtis tuus ſit meus; & qui tibi repugnet & mihi. Ego vero qui tibi: ego vero qui mihi repugno: & ſic invenio in me quod contradicit legi tuæ, & menti meæ. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, &c. h Hæc adverſantur,] Abdiæ 1. Surgamus adverſus Edom in prælium, ideſt carnem, &c. Judic. 2. Ego non delebo Gentes, dicit Dominus, ideſt motus carnis: ut in ipſis experiar Iſrael, utrum, &c. Et in eodem 3. Hæ ſunt Gentes, quas, &c. Num. 33. Si autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanſerint, ideſt motus, ſecundo primi, ſcil. qui non ſtatim tranſeunt, erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, &c. Joſ. 22. de eodem. k Quia ſi Spiritu, &c. non eſtis ſub Lege;] quia ubi Spiritus Domini, ibi libertas. 2. Cor. 3. Rom. 8. Si quis Spiritum Chriſti non habet; hic non eſt ejus, &c. Sed quomodo ſcietur hoc? Matth. 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Ideo ſubditur hic: l Manifeſta autem ſunt, &c.] quaſi dicat: Opera mala ſpiritus ſunt occulta: ſed opera carnis quaſi groſſa, & vincula videntur, Iſ. 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis iniquitatis, ideſt ſubtilibus laqueis. Sequitur: Et quaſi vinculum plauſtri peccatum, ideſt aperte peccantis quantum ad opera carnis. Et nota, quod ſeptem & octo ſunt hæc mala. Quatuor prima ad generativam, duo ultima ad nutritivam: hæc ſunt in homine contra ſeipſum: quintum, ideſt idolorum ſervitus contra Deum: reliqua omnia contra proximum. m Fornicatio,] Hebr. 12. Fornicatores, & adulteros judicabit Deus. 2. Cor. 13. Non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia.
n Idolorum ſervitus;] Epheſ. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod eſt idolorum ſervitus,) non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.
o Veneficia;] Apoc. ult. Foris canes, & venefici. Sap. 18. De omnibus non credentes propter veneficia; tunc primum cum fuit exterminium primogenitorum, &c.
p Inimicitiæ,] Ezech. 25. Ulti ſe ſunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres. q Contentiones,] Jac. 3. Si contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari. Rom. 13. Non in contentione, & æmulatione. r Iræ,] Eph. 4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. ſ Rixæ] Prov. 10. Univerſa delicta operit charitas. t Diſſenſiones,] Rom. 16. Obſervetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula faciunt. u Sectæ,] 2. Pet. 2. Introducunt ſectas perditionis. Et in eod. Sectas non metuunt introducere blaſphemantes. x Invidiæ,] Job 5. Parvulum occidit invidia. y Homicidia,] 1. Jo. 3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. z Ebrietates,] potus ſcil. ſuperfluus. Luc. 21. Attendite, ne graventur corda veſtra crapula, & ebrietate. a Comeſſationes:] cibus nimius. Rom. 13. Non in comeſſationibus. b Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.] vel (poſſidebunt.) 1. Corinth. 6. Neque fornicarii, &c. Item Rom. 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte. 1. Corint. 15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.

A a Fructus

Expoſitio Gloſæ.

A Sol. Feceritis eſt verbum ſubjunctivum, & præteriti temporis. Unde idem eſt quod non perficietis. Tamen ait: Non feceritis, quia nullus poteſt eſſe quin aliquando habeat delectationes carnales. Semper nova in hoc exiſtens, in verbo concupiſcit quod eſt inchoativum. Simile Rom. 8. Omnis creatura ingemiſcit, ergo ſemper nova. In bonis manifeſtum eſt, qui ſentiunt eas. Videte quale bellum. Furtne hoc bellum in Chriſto? Videtur quod ſic. Matth. 26. Pater ſi fieri poteſt, dicebat caro, & ratio oppoſitum. Contra, animalia omnia fuerunt pacata in arca, ideſt in Chriſto. Sol. In eo non fuit aliquod bellum; quia etſi caro ejus volebat contrarium ſpiritui, non tamen contraire, quia non volebat, niſi quod ratio volebat eam velle. Nec multum eſt vitium, ideſt peccatum, quia fere nunquam eſt primo primus ſine ſecundo primo, qui eſt peccatum. Vel vitium corruptio carnis eſt. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum: ſed per primum motum concupiſcit adverſus ſpiritum; ergo primus motus eſt peccatum. Sol. Primus motus non eſt peccatum: ſed quando incipit condelectari ſano. Cui vitio contraria virtus: ſed virtus non eſt contraria niſi peccato mortali. Sol. Virtus dicitur contraria illi vitio, quia reſtænat illud. Quia ſine utroque delectatio nulla ſentitur; ergo & nulla triſtitia ſentitur ſine utroque; ergo modo anima non contriſtatur igne gehennæ materiali. Sol. Anima poteſt habere delectationem ſine corpore, ſicut anima Apoſtoli quando raptus fuit, & quod partem ſuperiorem rationis, quæ eſt impermiſta corporis: delectationes autem carnales, de quibus intelligendum eſt quod hic dicitur, ſunt in conjuncto; & his non opponitur triſtitia de igne gehennæ. Volumus ut nullæ concupiſcentiæ ſint in vobis; ergo volumus ut nulli motus ſint in vobis, quod eſt impoſſibile, quia fatuum eſt. Item Jac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Solut. Differt dicere: Socratem volo non videre; & volo Socratem nunquam videre; quia illud eſt verum; volo enim quod aliquando Socratem non videam. Similiter volumus aliquando ut nullæ ſint in nobis concupiſcentiæ, ſicut Sacerdos quando celebrat: ſed non debet quis velle, ut nunquam ſint aliquæ. Ad illud Jac. 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum &c. Nempe ex hoc quod patientes eas ſuſtinetis, non dicit: Ex hoc quod incideritis: ſed cum incideritis: ſupple ex hoc quod patienter ſuſtinetis eas. Quæ errantibus & male agentibus poſita eſt. Tim. 1. Juſto non eſt lex poſita, ſupr. 3. Lex propter tranſgreſſiones poſita, donec veniret ſemen cui promiſerat, &c. Qui ducem habet Spiritum ſanctum, &c. Quia Joan. 14. Cum venerit Paraclitus, docebit vos omnem veritatem. Attende quod ait, &c. Verba ſunt Hier. contra Auguſt. Sicut ſup. 2. Tu intelligis, o Auguſtine, quid ſit eſſe ſub lege ſic, ideſt ſub hoc ſenſu. Hoc damnabiliter. Ratio eſt Auguſt. & exponit quid eſt eſſe ſub Lege. Sub Lege, inquit, eſt, qui timore, &c. a malo abſtinet. Ad idem ſuper illud Pſalm. 1. In lege Domini voluntas ejus. Gl. Aliud eſt eſſe in Lege, & aliud eſſe ſub Lege. Qui in lege eſt ſecundum legem agit voluntarie: qui autem ſub lege eſt, quæ ſunt ſecundum legem, agit neceſſitatis timore coactus; ille liber, iſte ſervus. Ad idem ſuper illud: Confige timore tuo, &c. Gl. Caſto, qui foras mittit timorem ſervilem, quo pœna timetur, non amatur juſtitia, &c. uſque: Et ſequeretur opus, ubi ſperaretur impunitas. Sed quæritur tunc quomodo eſt voluntas peccandi in latrone, qui ſervili timore abſtinet a peccato: Nam furaretur ſi vellet. Et dicitur, quod voluntate abſoluta vult non furari; voluntate vero conditionata vult furari, ideſt ſi ſequeretur impunitas, Alii dicunt, quod voluntate rationis vult non furari, voluntate ſenſualitatis vult; & non peccat ex hoc, & non eſt in mortali, quia vult hoc non ex amore. Manifeſta autem ſunt opera carnis. Gloſ. ideſt per ſe apparent mala. Hoc dicit, quia de quibuſdam ſpiritualibus eſt occultum utrum ſint mala, ut in laqueis ſimoniæ. Immunditia etſi non opere impleatur. Hoc intelligitur de cogitatione luxuriæ quando anima in ea æque ac in Deo, vel plus delectatur, etiam ſi conſentiat. Gen. 3. In pectore, ſive ventre, repes. Pectore, quoad cogitationem cum delectatione de luxuria; ventre quoad

A opus

▲ a Fructus autem Spiritus] Perfectio inſtructionis morum, ut dictum eſt, conſiſtit in duobus, in inſtructione declinandi a malo, & inſtructione operandi bonum. Ad malum autem, & a bono inclinamur per ſuggeſtionem hominum vel diaboli vel carnis. De hoc habitum eſt. Hic autem incipit inſtructio ad bene operandum, quæ diverſificatur ſecundum perſonas. Primo ergo oſtendit quæ generaliter facienda ſunt ab hominibus, in his duodecim fructibus. Secundo quæ Prælatis, ibi: (Fratres & ſi præoccupatus) Tertio docet quæ bona debeant facere ſpecialiter ſubditi, ibi: (Communicet autem is qui cathechizatur, &c.) Ad ultimum facit ſpiritualem exhortationem ad ipſos Galatas ut non ſe ſupponat jugo ſervitutis operum legalium. Et ſic in idem a quo incepit, concludendo terminat hanc Epiſtolam; & quod principaliter intendebat, concludit. Dicit ergo: (Fructus autem Spiritus ſancti) vel animæ ſpiritualis ſecundum rationem illuminatæ per gratiam Spiritus ſancti.

conſequentur. a Fructus autem Spiritus eſt, b charitas, gaudium; pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, c modeſtia, continentia,

b Charitas, &c. pax,] Auguſt. Pax eſt hominum ordinata concordia.

c Modeſtia,] Prov. 22. Finis modeſtiæ timor Domini. Fructus duodecim ſunt. Apocal. 22. Ex utraque parte fluminis, lignum vitæ afferens fructus duodecim per menſes ſingulos. Ezech. 47. Per ſingulos menſes afferens primitiva. In eodem: Et erunt fructus ejus in cibum, & folia in medicinam. Et nota, quod fructus ſunt terræ ut proferentis; arboris ut producentis; hominis ut poſſidentis; ſic opus bonum eſt Dei, virtutis, & hominis.

A a Adverſus

Interlin. Gloſſ. ▲ opus. Impudicitia non pudice vivere. Hoc intelligitur quantum ad circumſtantias fornicationis, ut ſunt tactus, baſia, & hujuſmodi. Vel impudicitia dicitur quæ venit de cibo & potu. Similiter Rom. 13. Impudicitiis. Luxuria quælibet ſuperfluitas. Unde dicitur a luxu qui eſt ſuperfluitas: & eſt etiam in veſtibus & ornatu; & univerſaliter in quolibet poteſt eſſe. Sed opponitur, quia infr. dicit Gl. quod omnia, quæ hic enumerat, tollunt regnum; ergo ſuperflua comeſtio eſt mortale peccatum. Solvitur, quod intelligitur de generibus ſingulorum, non de ſingulis generum. Sed contra: Dicit Gl. Etiam ſingula. Item ad idem Exod. 22. Si furatus fuerit aliquid, & illud inventum fuerit apud eum, reſtituet duplum: ſi autem demolitus fuerit, reſtituet quadruplum. Ex hoc videtur gravius eſſe peccatum cum res jam non extat, ſed cum ſuperflua quæ debent eſſe pauperum, comedantur, non extant; ergo majus peccatum eſt ſuperflua comeſtio, quam ſuperflua retentio. Et ita videtur peccatum mortale ſuperflue comedere. Solutio: Concedimus, quod plus peccat ſuperfluum comedens, in uno ſenſu, quam ſuperfluum retinens: conſumit enim alienum. Sed comeſtio ſuperflua duas habet ſignificationes. Vel enim eſt comeſtio ſuperfluorum; quæ ſcilicet debent dari pauperibus, & hæc mortalis eſt, & de hac intelligit hic. Vel ſuperflue comedere eſt metas neceſſitatis naturalis excedere in comedendo, & hoc quandoque eſt peccatum veniale, quandoque mortale. Item objicit de hoc quod dicit: Inimicitiæ perſeverantes: quia 1. Joan. 3. dicitur, quod omnis, qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Ergo ſive ſit odium perſeverantiæ, ſive non peccat mortaliter. Sed dicendum, quod hæc dicit ad differentiam iræ. Perſeverantem inimicitiam vocat odium, quod eſt ira inveterata. Iracundia, quæ non eſt perſeverans, quandoque eſt venialis, quandoque mortalis. De perſeveranti dicitur idem. Rom. 3. Diſſentiones, quando partes faciunt in Eccleſia. Secundum hoc videtur, quod Paulus & Barnabas peccaverunt mortaliter. Act. 15. quia fecerunt de ſe partes. Sed dicendum quod non, quia Spiritus ſanctus fecit illam diſſenſionem, & procuravit; & ex ea proceſſit major utilitas quam ſi non fuiſſent ſeparati, propter converſionem plurium ad prædicationem illorum: unde & Barnabas ibi melius fecit quam Paulus. Ebrietates aſſiduæ. Ergo aſſidua ebrietas, ſive conſuetudo inebriandi ſe, eſt mortale: ſed hoc non eſt niſi ſæpius bibere; ergo aut omnes vices illæ ſimul generant ebrietatem, aut aliqua. Tamen ſi aliqua tantum, quid eſt ergo quod dicit aſſiduæ? Si omnes ſimul; ergo non eſt dicendum quod in hac vice vel illa factus ſit ebrius: ſed in una; & in qualibet, eadem ratione. Si dicat quod illis vicibus ſit unum mortale; hoc nihil eſt, quia veniale non habet proportionem ad mortale. Præterea ſi multiplicitas inebriandi ſe, facit ebrietatem poſteriorem eſſe peccatum mortale: eadem ratione ille qui eſt in lupanari, cum ſæpiſſime fornicetur, magis peccat, quam ſi ſemel hoc faciat aliquis vir ſanctus. Solutio: Dicitur de aſſidua ebrietate, quod ſit mortalis, quia ut frequentius accidit in eis qui inebriant ſe, ut delectentur in potu ſupra Deum vel æque; & quia experti ſunt pluries vini effectum, nec cavent; & ideo patet quod contemnunt. Nec eſt ſimile de illis qui ſunt in lupanari: quia magis & magis debilitantur ad reſiſtendum fornicationi: ſed qui conſuetus eſt in ebrietate, potentior eſt ad reſiſtendum ebrietati, & cautior ad cognoſcendam fortitudinem vini. Non enim omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda ſunt carni. Ad idem ſuper illud 2. Corinth. 5. Ingemiſcimus gravati, &c. Gl. Et ſic corpus gravat animam, & habet incitamenta vitiorum, & deſideria vitioſa: non tamen omnia ſunt ex eo, nec omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda ſunt carni. Sed contra, ſuper illud Roman. 7. Concupiſcentiam neſciebam, &c. Hoc elegit Apoſtolus generale, &c. Unde omnia mala oriuntur. Ad idem, ſuper illud Roman. 7. Sum venundatus ſub peccato: Gl. ibi dicit, quod ex concupiſcentia oriuntur omnia peccata. Solvi poteſt ſecundum diverſos ſtatus: quia poteſt haberi reſpectus ad ſtatum Adæ qui fomitem non habuit, cujus peccatum non fuit ex carne: ſed habito reſpectu ad ſtatum præſentem, omne peccatum poteſt dici ex carne per occaſionem vel cauſam. Vel poteſt dici, quod omne peccatum eſt ex fomite qui eſt in anima, & hic appellatur concupiſcentia. Peccatum autem hic dicitur eſſe ex carne ſolum illud in quo caro habet delectari: alia tamen ex fomite ſunt: quia (ut dicit Auguſtinus in lib. de civitate Dei) omnia peccata ſunt ex fomite. Similis diabolo, quoniam noluit habere ſuperiorem. In veritate. Joann. 8. Hæc autem Apoſtolica ſententia, &c. Contra Origenem loquitur, qui dicitur fuiſſe deceptus per illud Iſa. 24. Et poſt multos dies viſitabuntur, &c. Sed illud, de viſitatione per vindictam intelligitur. Sicut probatur. 1. Corinth. 3. de ligno, fœno, & ſtipula. Quia nullus locus medius eſt. Ubi ergo erit locus Purgatorii, & Limbi? Et dicendum, quod quantum ad nos nullus erit eis locus niſi Paradiſus, & Infernus. Nominat fructus, quia propter ſe petenda ſunt. Sed hæc ſunt gaudium, pax, &c. Ergo virtutes propter ſe ſunt petendæ, & diligendæ: ſed frui eſt inhærere alicui rei propter ſe; ergo fruendum eſt virtutibus. Contra: In 1. lib. de doctrina Chriſtiana: Res autem, quibus fruendum eſt, ſunt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, eadem Trinitas. Præterea virtutes non videntur eſſe appetendæ propter ſe, niſi propter bonum quod in eis eſt; ergo cum anima & Angelus eas habentes ſint meliores, appetendi ſunt propter ſe. Solut. Deo fruendum eſt materialiter; virtutibus effective, quia faciunt nos tales qui poſſimus Deo frui: delectatione autem fruimur informative, ſicut aliquis eſt albus albedine. Sed quia concludit quod virtutibus eſt fruendum materialiter, quia propter ſe ſunt appetendæ. Dicendum propter ſe, id eſt, non propter aliud emolumentum temporale. Fructus autem, Spiritus ſancti ſcilicet, vel rationis; ergo charitas, gaudium, pax, &c. fructus rationis. Contra: Auguſtinus ait: Virtus eſt bona qualitas mentis, quam Deus operatur, &c. ergo virtus non eſt fructus rationis ſive mentis. Solutio: Virtus dicitur fructus Dei, ut arboris; animæ ſive rationis, ut ſubjecti: hominis ut poſſidentis. Ad cœlum evocat, vel evolat. Igitur machina mentis, vis amoris. Modeſtia, quæ modum in dictis vel factis ſervat; ſed omnis virtus conſiſtit in medio; ergo omnis virtus ponit modum in factis vel dictis; ergo modeſtia eſt virtus generalis ad omnes virtutes.

Solutio: Modeſtia proprie eſt tantum in dictis: additur tamen in factis, quia ex dictis quandoque exequitur factum.

Et nota, quod benignitati ſive largitati bene conjunguntur bonitas, id eſt dulcedo animi, & manſuetudo: quia ex dulcedine animi cum manſuetudine debet quilibet dare quod dat. Unde 2. Corinth. 9. Hilarem datorem diligit Deus. Et Eccleſiaſt. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros, &c. Continentia quando etiam a licitis ſe abſtinet; caſtitas quando recte utitur licito. Sed nonne idem eſt continentia quod caſtitas? Item ſecundum hoc, reddere debitum uxori eſt opus caſtitatis: quis hoc

A eſt re-

△ *a* Adverſus hujuſmodi non eſt Lex.] Imo eſt pro juſtis, ſed contra vitia. *b* Qui autem ſunt Chriſti,] Oſtendit, quod ſi volumus eſſe arbores iſtos fructus portantes, non debemus noſmetipſos in deliciis plantare, ſed cum Chriſto in cruce in qua magnum fructum faciemus. *c* Carnem ſuam crucifixerſit cum vitiis,

caſtitas. *a* Adverſus hujuſmodi non eſt Lex. *b* Qui autem ſunt Chriſti, *c* carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & *d* concupiſcentiis.

& concupiſcentiis, i. mortificaverſit in ſe per prudentiam vitia. *d* Et concupiſcentia] i. mala deſideria, i. præciderunt opera peccatorum quaſi malas arbores, & herbas, & deſideria horũ ſunt quaſi radices. Hoc modo poteſt terra veſtra fructus iſtos portare (ſi ſpiritu) Adhuc docet quid debent fugere omnes generaliter. Et continua ſic: Dico quod (qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis:] ut non moveantur ad mala opera, nec ad mala deſideria, & vivant ſpiritualiter. Vivendo autem ſpiritualiter non ſufficit quieſcere a malo, niſi & bonum faciunt.

△ Unde ſubdit,

Moraliter. Moraliter. *a* Qui autem ſunt Chriſti,] Hi ſunt ſpecialiter Religioſi, qui crucifigunt carnem ſuam cum vitiis, & concupiſcentiis. Sed ſunt quidam jejunantes, & vigilantes, qui crucifigunt ſe morbis, quia hoc faciunt, ut non infirmentur. Avarus crucifigit ſe paupertati, ne ſit pauper. Alii infamiæ. Qui autem crucifigunt ſe, ne in eis oriantur vitia & concupiſcentiæ, crucifigunt, ſe ſicut dicit Apoſtolus. 2. *Reg.* 22. Dentur nobis ſeptem viri de filiis Saul, ut crucifigamus eos Domino. Saul interpretatur abutens vel petitio; hæc eſt caro cujus filii ſunt deſideria. Nota: Quidam nolunt omnino crucifigi, ut Chriſtus: tantum manus, non pedes; crucifigentes ſe vitiis, ſed non concupiſcentiis. Sed nota, quod Chriſtus duas manus duobus clavis habuit affixas, pedes tantum uno. Quod ſignificat, quia mala opera, & verba omittenda ſunt propter Deum, & propter homines; & cor ſolum crucifigendum eſt propter Deum, qui ſolus illud videt. Item nota, quod quatuor milites crucifixerunt Dominum principaliter, multi tamen alii fuerunt cum eis; quia propter quatuor cauſas principaliter debet quis ſe crucifigere in cruce Religionis: & tamen propter multa alia. Primus miles, opportunitas benefaciendi; ſecundus, neceſſitas benefaciendi; tertius, promotio ad bonum: quartus, cautela. De primo dicit Pharao *Exod.* 8. Ite & ſacrificate Domino Deo veſtro in terra hac. Sic multi dicunt: Bene vivatis in hoc ſæculo, & ſufficit. Sed reſpondet Moyſes: Non poteſt ita fieri; ſed in deſerto, ideſt Clauſtro. Item propter neceſſitatem benefaciendi, quia remiſſi & tepidi ſumus in ſæculo, debemus nos ponere in arcto Religionis; ut ſic quaſi neceſſitate cogamur benefacere. *Luc.* 10. Porro unum eſt neceſſarium. Item propter promotionem ad bonum; per bonum exemplum quod invenitur in Clauſtro. Ferrum enim inter carbones vivos caleſcit, Sed tu es inter frigidos lapides in ſæculo, quomodo ergo calefieri poteris? Qui autem inter ignitos eſt in Clauſtro, & tamen cor habet frigidum, ſimilis eſt Diabolo, cui improperat Dominus, *Ezech.* 28. Poſui te in monte ſancto meo in medio lapidum ignitorum. Hoc autem maxime coaggravavit peccatum Diaboli, quia inter bonos Angelos, cum ipſe eſſet in ſe etiam innocens: tamen factus eſt ibi Diabolus. Sic qui inter viros ſanctos fuerunt mali, & maxime quibus Dominus conſervavit innocentiam ſuam. Quartus miles, per quem crucifigi debemus in
3. cruce Clauſtri, eſt cautela & in bono, & in malo. Quia ſi aliquis faceret dimidium bonorum in ſæculo quæ facit in Religione, pro magno & ſancto reputaretur; & ſic bona ſua eſſent ei occaſio ſuperbiendi: ſed in Religione non ſic, quia multi meliores ſunt ibi. Item ibi eſt cautela a malo, quia ibi fit homo animal occultatum ex omni parte, ſicut dicitur *Apoc.* 4. Cum enim prius non haberet niſi duos oculos, & de illis male ſe videret; modo quot ſunt fratres tot habens oculos qui eum inſpiciunt, & corrigunt viam greſſuum ejus. Sed nota, quod non invenitur quod aliquis ſe poſitum in cruce occiderit: ſed qui occidit ſe nimis affligendo, pejor videtur omnibus crucifixoribus. Et nota, ubi dicitur *Joann.* 19. de duobus latronibus, quod invenerunt eos vivos, & fregerunt eis crura ut citius morerentur. Per crura ſuſtentatio: quod facit qui ſuſtentationem cibi vel potus vel ſomni vel hujuſmodi ſibi ſubtrahit.

* Si Spiritu

Expoſitio Gloſſæ. △ eſt recte uti licito. Præterea ejuſdem virtutis eſt facere aliquid, & vitare ſive abſtinere a contrario; ergo abſtinere ab illicito, & uti licito, ejuſdem virtutis eſt; ergo eadem eſt virtus continentia, & caſtitas. Solutio: Continentia ordinat nos ad proximum amicum: caſtitas autem ad proximum inimicum: a quo etſi quandoque poſſumus expetere vindictam, tamen debemus hoc facere ſecundum honeſtatem, ut non excedamus. Et ſic patet quod nihil ad propoſitum de uſu uxoris; & quod non ſunt contrarii actus, nec ejuſdem virtutis. Caput virtutum præmiſit, ideſt charitatem. Contra: Imo fides prima petit campum; impugnatur autem fides, &c. Præterea ſicut ſe habet motus ad motum; ita habitus ad habitum; ſed credere naturaliter prius eſt, quam diligere. Unde *Aug. in lib. de Trinit.* Inviſa poſſumus diligere; incognita nequaquam. Ergo fides eſt prior quam charitas.

Solut. Fides prima eſt origine; humilitas conſervatione. Unde *Greg.* Qui virtutes, &c. ſine humilitate congregat quaſi pulverem in ventum portat. Modeſtia, prima eſt virtutum operatione; Charitas informatione ſecundum quoſdam: ſecundum alios dicitur prima ſicut mater augmentatione, & impinguatione: quia non valent alia opera bona ſine ea, per quæ augmentantur virtutes aliæ. Item dignitate, 1. *Corint.* 13. Non reputabuntur eſſe virtutes. Argumentum, quod ea informat omnes virtutes formatas. Primatum intellige quantum ad delectationem. Univerſa bona opera, membra ea iſto capite exorta. Sed hæc membra ſunt aliæ virtutes; ergo aliæ virtutes oriuntur ex charitate; ergo fides.

Sol. Fides non in quantum eſt virtus, oritur ex charitate: ſed in quantum eſt virtutis fructus, quod eſt ſecundum ſuum motum. Diabolus enim credit Deum eſſe: ſed quia non diligit, non fruitur eo. Qui non diligit bonum dilectione charitatis. Quaſi ſola ſit præcipienda ergo charitas eſt in præcepto. Contra: Supra humanam naturam eſt: quia virtus eſt, quam Deus efficit in nobis ſine nobis; ergo non debet nobis præcipi, ſicut nec cæco, quod videat quod impoſſibile eſt. Ergo nulla virtus eſt in præcepto, ſed tantum virtutis actus; & hoc ipſum cum modo habenti charitatem, & non habenti charitatem ſolus actus eſt in præcepto.

Sol. Quod ergo hic dicitur: Quaſi ſola eſt in præcepto, ideſt præceptum eſt cuilibet quod faciat quod in ſe eſt ad habendum charitatem, quo facto infunderetur charitas. Hic quæritur utrum ſint duodecim tantum fructus Spiritus, & non plures vel pauciores? Cum videantur ſecundum diverſitatem materiæ (ut patet per deſcriptionem in *Gl.*) plures eſſe materiæ quam duodecim, & plures fructus. Item videtur, quod ſuperflue enumeret Apoſtolus, vel Petrus diminute. 2. *Petr.* 1. ubi tantum octo enumerat. Miniſtrare in fide virtutem; in virtute ſcientiam; in ſcientia abſtinentiam; in abſtinentia patientiam; in patientia pietatem; in pietate fraternitatis amorem; in amore autem fraternitatis charitatem. Et præterea ibi enumerat ſcientiam: Paulus autem non. Et videtur, quod alter male. Item *Jacob.* 4. ſimiliter tantum octo: Sapientia primum quidem pudica eſt, &c. Item videtur male dicere, patientiam eſſe fructum, quia (ut dicitur hic in *Gl.*) patientia eſt tolerantia adverſorum. Similiter benignitas eſt largitas rerum, ut dicit *Aug.* in dialogo ad Oroſium: Quia fructus dicitur a fruendo. In primo libro de doctrina Chriſtiana dicit, quod res, quibus fruendum eſt, ſunt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Ergo ſecundum hoc, tantum illæ virtutes, quibus movemur immediate in Deum, debent dici fructus, videlicet fides, ſpes, & ſapientia.

Sol. Fructus dicitur a fruendo; fruimur autem tantum bono: bonum autem dividitur in delectabile, expediens, & honeſtum. Delectabile autem dividitur in quatuor, Deum, nos, & proximum, hic autem eſt amicus, aut inimicus. Charitate autem fruimur Deo; gaudio, nobiſmetipſis, pace, proximo amico: patientiam, proximo inimico. Et hoc patet per deſcriptiones horum in *Gloſſ.* Similiter bonum expediens eſt Deus, nos, proximus amicus & inimicus. Et his reſpondent per ordinem quatuor fructus ſequentes. Similiter bonum honeſtum dividitur in hæc quatuor, quibus reſpondent alii quatuor fructus per ordinem. Et hoc melius patebit in diſcretionibus in *Gloſſ.* Ad primum ergo dicitur, quod non eſt hæc diviſio ſecundum materiam, ſed magis ſecundum diviſionem finis. Ad contrarietatem de Petro, dicendum quod Apoſtolus enumerat fructus prout habentur in præſenti: Petrus autem & Jacobus prout erunt in patria. Ibi autem mutabitur expediens in honeſtum & delectabile; & ideo tantum unius erunt ſecundum diviſiones delectabilis, & honeſti. Quod objicitur, quod non enumerat hic ſcientiam, quam Petrus enumerat, dicendum quod datur intelligi per patientiam, manſuetudinem, caſtitatem, quæ ſunt ad proximum inimicum.

A Scientia

a Unde ſubdit. a Si Spiritu vivimus:] ſecundum quod docet Spiritus.
b Spiritu ambulemus,] ideſt ſecundum doctrinam Spiritus ſancti. Vita deprehenditur in animali ex motu & ſenſu, ideſt ſi movearis operando bona, & ſentias audiendo vera. Et ſubdit quomodo eſt ambulandum.
c Non efficiamur inanis gloriæ cupidi,] quæ frequenter ſequitur ſpiritualiter viventes.
d Provocantes] ad illicita. e Invidentes.] bonis operibus aliorum, quando non audemus eos ad malum provocare. Hoc ſequitur ex inani gloria.

a Si Spiritu vivimus: b Spiritu ambulemus. c Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, d invicem e provocantes invicem invidentes.

CAP. VI.

FRatres f & ſi præoccupatus g fuerit homo h in aliquo i delicto, vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite k in ſpiritu lenitatis, l conſiderans teipſum m ne & tu tenteris.

Moralit[illegible]. * a Si Spiritu vivimus: Spiritu ambulemus:] Bonæ enim operationes ſigna ſunt, quod vivimus ſpiritualiter, & quod Spiritus ſanctus vivat in nobis: ſicut motus exterior corporis ſignum eſt quod adhuc ſit anima in corpore. Sed per contrarium dicit *Greg.* Motus exterior indicat quod interior nulla ſtabilitate ſubſiſtat.
b Ambulemus.] *Joan.* 12. Dum lucem habetis, ambulate in luce.
c Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.] Vere inanis, quia tales paſcunt ſe vento. Unde ſignificantur per onagros. *Jer.* 14. Onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum amoris ſui. Onager quando non poteſt habere ſociam ſuam, aſcendit rupem, & vertit ſe ex parte ex qua ipſa eſt; & ipſa ventum odorans ſociat ſe illi. *Phil.* 2. Nihil per contentionem; nec per inanem gloriam, ſed in humilitate, ſuperiores ſibi invicem arbitrantes. 2. *Cor.* 10. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Et ex hoc
d Invicem provocantes] ad iram, quod videant alios laudari: ipſi ſunt incendiarii diaboli. Dicitur enim 1. *Cor.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et ipſi incendunt eos ad iram; unde ſunt excommunicati a Deo. *Eccl.* 28. Certamen feſtinatum incendit ignem. Et *ibid.* Si ſufflaveris, quaſi ignis exardeſcet. Provocare enim iram eſt exſuſſitare ignem. *Ephes.* 6. Patres, ideſt Prælati, nolite ad iracundiam provocare filios veſtros. 2. *Paralip.* 25. Cur malum provocas adverſum te, ut cadas tu, & Judas tecum?
e Invidentes.] Nullus adeo ſocius eſt fidelis ſicut invidus: condivit enim lucrum & damnum cum diabolo. Lucratur enim diabolus, quando homines malefaciunt: & invidus ſimiliter; quod patet, quia inde gaudet. Quando bona faciunt, perdit diabolus, & invidus ſimiliter, cujus ſignum, quia triſtatur inde. Nota: Invidia occidit Abel, vendidit Joſeph, tradidit morti Chriſtum, Adam ejecit de Paradiſo.

Expoſitio Gloſſ. A ſcientia autem docet converſari per hæc tria in medio pravæ hujus, & perverſæ nationis. Ad illud: Fructus dicitur a fruendo, dicendum quod etiam ibi ſumitur fructus large, ut comprehendat uſum fructum. Unde dicit *ibid. Auguſt.* Ab omni ligno poſſumus habere aliquod adjutorium. Unde in re nullum lignum infructuoſum. Et conſtat quod ligno non fruimur proprie. Propter hoc patet, quod frui ibi ſumitur large. Sed poteſt dici, quod Deo fruimur in ſe, vel creatura, prout ipſa eſt via ad Deum, & virtus eſt. Secundum quod dicit *Apoſtolus* ad *Philemonem* Fruar te in Domino. Charitas ergo, bonitas, & fides ſunt virtutes quibus fruimur Domino in ſe: aliæ autem octo, quibus fruimur eo in creatura. Impoſita eſt crux in exemplum in Chriſto. Reprimendam malitiam antonomaſtice. *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit ſapientia. Cum alia ſcelera finiantur. Ergo illi qui ſunt in Inferno peccant. Hæc ſolutio habita eſt ſupra. Livoris ignibus. *Job* 5. Virum ſtultum interficit iracundia, & parvulum occidit invidia. *Greg.* Parvulus invidia occiditur, quia niſi inferior eſſet, de bono alterius non doleret. Hinc *Gloſſ. Fulgen.* Ex invidia ſequuntur hi effectus: Vultus minax, torvus aſpectus, pallor in facie, in labiis tremor & ſtridor in dentibus, verba rapida, & effrænata convitia, & manus ad violentiam prompta, etſi gladio interim vacua, odio tamen furiatæ mentis eſt armata.

EXPOSITIO CAP. VI.

FRatres, etſi præoccupatus, &c.] Exhortatur ſpiritualiter Prælatos ad modum docendi ſubditos. Dicit ergo. f Fratres,] quaſi dicat: In corripiendo ſubditos, licet ſitis ſupra ipſos, recognoſcite vos eſſe fratres.
g Præoccupatus] Quod eſt quando non ex induſtria vel malitia, ſed ex ſurreptione potius vel ignorantia, vel infirmitate (præoccupatus) peccat. De præoccupatis ergo loquitur, non de obſtinatis vel hæreticis vel maleficis: de quibus dicitur *Exod.* 22. Maleficos non patieris vivere. 1. *Cor.* 5. Paulus tradidit Satanæ fornicatorem. Item Petrus Ananiam, & Saphiram. h In aliquo delicto] non dicit peccato, ſed delicto. i Vos qui ſpirituales] Ridiculum eſſet ſi hoc facerent carnales. Unde *Greg.* ſuper illud 2. *Reg.* 7. Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinum es, dicit ſordes tergere non valeat manus, quæ lutum tenent. Item qui carnalibus actibus adhuc incubat, proximorum mentes inſtruere neceſſe eſt, erubeſcat.
k In ſpiritu lenitatis,] Non acriter, ſed leniter tales ſunt tractandi. Unde *Eccl.* 8. Non deſpicias hominem avertentem ſe a peccato: nec improperes ei: Memento quoniam omnes in corruptione ſumus. 2. *Reg.* 23. David ſedens in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tener ligni vermiculus. Sic debet eſſe quilibet Prælatus in cathedra judicii ſua mollitie, & compaſſione penetrans duritiam cordium ſubditorum. *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli: eſto in illis, quaſi unus ex eis. Corripe eos non ut Dominus, ſed ut ſocius. 1. *Petr.* 5. Non dominantes in Clero, ſed &c. *Exod.* 22. Si egreſſus ignis invenerit ſpicas, & comprehenderit acervos frugum ſive ſtantes ſegetes in agris, reddet damnum, qui ignem ſuccenderit. *Gl.* Ignis eſt caſtigatio acerrima, & immoderata: ſpicæ, auditores ſimplices; acervus, provectiorum conventus, &c. *Cant.* 4. Mel & lac ſub lingua tua. 1. *Tim.* 5. Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem. Et 2. *Tim.* 2. Servum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt. *Pſ.* 104. Corripiet me juſtus in miſericordia. *Num.* 17. habetur quod virga Aaron protulit amygdala: quia non eſt correctio ſacerdotalis, quæ non compatitur infirmis; quæ non habet dulcedinem ſub amaro cortice. 3. *Reg.* 19. Non in ſpiritu Dominus. Quare: Quia non fuit lenis, ſed ſubvertens montes, ideſt mentes. Si autem peccaverit homo ex certa malitia, ita quod non præoccupatus, ſicut hic dicitur tunc non leniter ſicut hic, ſed ut dicitur 1. *Cor.* 5. Tradidit Apoſtolus fornicatorem Satanæ. Iſte proceſſus expreſſus habetur *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c.
l Conſiderans teipſum] *Eccl.* 31. Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo. [Conſiderans teipſum] *Bern.* Cur hoc? Ne ſi proximi malum conſiderans & tuum non attendens, movearis non ad miſerationem, ſed ad indignationem; non ad juvandum, ſed ad judicandum. Igitur eo ſpiritu fratri ægrotanti ſubvenias, quo tibi ſubveniri vis cum ægrotas. Et *poſtea* dicit: Diſcipulus veritatis ordinem ſequitur Magiſtri. In beatitudinibus enim Dominus prius mites quam miſericordes pronunciat. Item *Bern.* Vos qui ſpirituales eſtis inſtruite, &c. Inſtructio fratrum pertinet ad miſericordes. In ſpiritu lenitatis ad mites. Ac ſi diceret: Inter miſericordes deputari non poteſt, qui in ſemetipſo mitis non eſt. m Ne & tu tenteris.] Ideo quandoque facit Dominus, quod tententur Prælati, ut ſciant compati ſubditi in tentationibus.

A a Alter

Expoſitio Gloſſ. f Fratres, etſi præoccupatus, &c.] Ne inflatione bonæ vitæ; ergo ſecundum hoc charitas inflat: Contra. 1. *Cor.* 8. Scientia inflat, charitas ædificat. Ad quid ſic diſtinguit, ſi charitas inflaret? De ſcientia autem cum ſit donum Dei, quæritur quomodo inflat? Et primo cum ſcientia ſit in ratione, inflatio in affectu; quæritur quomodo ſcientia inflare facit affectum? Sol. Bona vita non dicitur hic charitas, ſed bona opera, de quibus patet quod plures inflantur; & ſic charitas non inflat occaſionaliter, non tamen tantum quantum ſcientia; quia habens ſcientiam, cum ſcientia manifeſtet ſe eſſe ſcientiam, plus videt eam, quam habens charitatem, quia charitas non manifeſtat ſe eſſe charitatem. Nemo autem inflatur, aut raro, de eo, quod non videt in ſe, aut credit. Quod ſi quæris quomodo inflat, cum ſit in ratione; patet per ſimile de pavone, qui ex pulchritudine quam habet in cauda, elationem habet in corde. Et delictum forte eſt declinare a bono; & ſic videtur quod peccatum omiſſionis ſit in ſola privatione; tamen videtur quod hoc primo valeat ad oppoſitum:

A quia

Digitized by Google

a Alter alterius] Poſtquam exhortatus eſt Prælatos, & Superiores, hortatur pares honorare fraternitatem, portare infirmitatem, ſubvenire orationibus, & proprii corporis labore, temporaliterque ſuccurrere, cum dicit: (Alter alterius onera portate.) Sic faciunt ſervi maxime tempore amoris; ideo dicit Habacuc: Ponet pedes meos quaſi cervorum. *Rom.* 15. Debemus ergo nos firmiores, imbecillitates aliorum ſupportare, &c. *b* Legem Chriſti,] qui præcepit mutuam charitatē portando peccata noſtra, i. pœnam pro eis: & vos debetis eſſe invicem, & eſſe pedes reputatione veſtra. *c* Nam ſi quis, &c.]Ly (aliquid) intenſive ſumitur, ſicut *Act.* 8. de Simone mago, qui dicebat ſe eſſe aliquem, i. magnum. Quod faciunt ſuperbi non ſupportantes ſe invicem: quia quia illum ſupportat, ſub eo eſt potius, quam ſupra eum. Sicut equus qui aliquem portat, ſub eo eſt potius, quam ſupra eum. *d* Exiſtimat ſe aliquid eſſe] ab omnibus; e converſo autem debet facere, ut ſi aliquid. Unde *Greg.* Ut aliquid ſimus: conſideremus quoniam prope nihil ſumus. *Act.* 9. Apertis oculis nihil videbat, ſcilicet ſe eſſe, judicio ſuo. *Iſ.* 40. Omnes Gentes quaſi non ſint, ſicut ſunt coram eo. Conſtitue ergo te coram Deo; & ſic nihil eſſe apparebis tibi. *Iſ.* 47. Dicis in corde tuo: Ego ſum, & præter me non eſt amplius, &c. *Soph.* 2. Dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & extra me non eſt amplius alia civitas ſcilicet, vel anima, vel ſcientia, vel congregatio. *Luc.* 18. Non ſum ſicut ceteri hominum. *Jer.* 22. Nunquid regnabis, quia confers cedro? 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti, &c. *Luc.* 18. Nemo bonus, niſi ſolus Deus. *Luc.* 17. Cum omnia bene feceritis, &c. 2. *Cor.* 12. Tametſi nihil ſum; ſigna tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos. *e* Seducit.] ideſt ſeorſum a Deo ducit. 1. *Jo.* 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. *Jac.* 1. Si quis putat ſe religioſum eſſe, (ecce præſumptio) non refrænans linguam ſuam (ecce jactantia) ſed ſeducens cor ſuum: hujus vana eſt religio. *f* Opus autem] quaſi: Non debet ſe exiſtimare eſſe magnum, eo quod laudatur. *g* Autem] pro ſed (opus ſuum probet,) ſicut examinatur argentum: quia ſemper eſt ibi aliquid ſpcis admiſtum. *Job* 9. Verebar omnia opera mea. *Ibi Greg.* Duo in bonis cavenda ſunt, deſidia & fraus. Deſidiam facit minor amor Dei; fraudem proprius amor ſui. *Greg.* Qualis unuſquiſque apud ſe lateat, illata contumelia probat. Sed multi ſi examinarent opera ſua, nihil invenirent niſi fæces. *Iſa.* 1. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. Sed *Prov.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum, &c. Et nota, quod dicit: (Opus ſuum) non alienum. Multi enim ſunt probatores optimi operum alienorum, ſed in ſuis deſideriis deficiunt: cum tamen dicat Apoſtolus 2. *Cor.* 13. Volmetipſos tentate, ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. Item 1. *Cor.* 11. Probet autem ſeipſum homo, &c. *h* Et ſic] ideſt poſtquam actus ſuos conſideravit. Plus alii de te, quam tu tibi credere noli. *i* In ſemetipſo tantum gloriam habebit,] ideſt in Deo, qui eſt in eo. 2. *Cor.* 13. Jeſus Chriſtus in vobis eſt: niſi forte reprobi eſtis. Vel (in ſemetipſo,) non in laude aliorum, ſed in propria, & pura conſcientia: quia gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 2. *Cor.* 1. Vel, ideſt gloriabitur in propria ſui conſideratione, quando Dominus dederit ei gratiam revertendi ad cor ſuum, ut ibi cognoſcat peccata ſua. *k* Et non in altero,] ideſt non in laude alterius; vel, ideſt non in conſideratione peccatorum alterius. Et eſt bonum recurrere ad propriam conſcientiam: quia quicquid dicant homines de nobis, oportet quod *l* Unuſquiſque onus ſuum portabit.] ideſt pœnam pro peccatis ſuis; Vel ſic: (Unuſquiſque onus ſuum) tam bonus, quam malus. *Matth.* 11. Onus meum leve. *Pſ.* 37. Sicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me. *Iſ.* 3. Dicite Juſto, quoniam bene: quoniam fructus adinventionum ſuarum comedet. Væ autem impio in malum. *Pſ.* 61. Tu reddes unicuique juxta opera ſua. 2. *Cor.* 5. Omnes nos manifeſtari, &c. *Jer.* 23. Onus erit unicuique ſermo ſuus. Et loquitur de falſis Prædicatoribus, & quæſtuariis, & qui quærunt laudem, & favorem; vel generaliter de omnibus, quia de omni verbo otioſo reddituri ſumus rationem in die

Habac. 3.

> Alter *a* alterius onera portate; & ſic adimplebitis *b* legem Chriſti. *c* Nam ſi quis *d* exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe *e* ſeducit. *f* Opus *g* autem ſuum probet unuſquiſque, & *h* ſic in *i* ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in *k* altero. *l* Unuſquiſque enim onus ſuum portabit. Communicet *m* autem is qui *n* catechizatur *o* verbo, ei qui ſe catechizat, in *p* omnibus bonis.

Judicii. Ideo ne tunc onere peccati opprimamur, ſalubre conſilium datur. *Iſ.* 58. Omne onus dirumpe. *m* Communicet autem is] Docuit quomodo Superiores, & Prælati ſe debeant habere inter ſe, & ſubditos, & ad quid teneantur; hic docet qualiter ſe debeant habere ſubditi ad Prælatos. *n* Qui catechizatur] ideſt inſtruitur.

o Verbo,] etſi non exemplo. *p* In omnibus bonis.] temporalibus. Ex hoc patet, quod Prælati habent jus recipiendi procurationes a ſubditis, etiam licet ipſi ſint mali. Unde 1. *Cor.* 9. Si nos ſpiritualia vobis ſeminavimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? *Matth.* 10. Dignus eſt operarius mercede ſua. In ſignum cujus, quando Diaconus (qui ſignificat Prædicatorem) vadit ad legendum Evangelium, quaſi ad prædicandum Evangelium, defertur ante eum pulvinar, per quod temporalia ſignificantur. *Hier.* in *Pſ.* 80. loquens Prædicatoribus: Sumite Pſalmum, & date tympanum, ideſt ſonitum prædicationis, qui faciet aves Domini ſurgere a luto peccati. 2. *Cor.* 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat. *Phil.* 4. Nulla Eccleſia communicavit mihi, niſi in ratione dati, & accepti, niſi vos ſoli. *Eccl.* 14.

21 q. 4. c. ? quia Catholica, & c. forte.

B

12. q. 1. c. Eccleſias.

A in diviA quia declinare a malo, etſi eſt pura privatio, non eſt laudabile, quia etiam ſic eſt in lapide; ſed inſurgere contra malum, & armari ad hoc quod non perpetretur malum, laudabile; ergo ſimiliter nec declinare a bono eſt vituperabile, prout eſt in pura privatione. Delictum enim ſive omiſſionis peccatum non eſt in ſola privatione (quod verum eſt) ſed eſt omiſſio, quando contemnit facere quod debet, vel quando facit tale cum quo non poteſt facere illud, ad quod tunc tenetur. Ut nequeat vitare, ideſt vix queat. Sicut illud *Amb.* impoſſibile eſt preces multorum non exaudiri. Et *Marc.* 9. Domine, adjuva incredulitatem meam, ideſt fidem meam modicam, per quam vix credo. Eum latet veritas; & tunc peccat per ignorantiam. Nihil ad miſericordiam ſic inclinat. Unde ſuper *Job* 5. Viſitans ſpeciem tuam non peccabis: dicit *Greg.* Proximum viſitat, qui ad eum paſſibus amoris tendit; ut in altero conſiderans ex ſeipſo colligat, qualiter infirmitati alterius condeſcendat. Legem Chriſti, ideſt charitatem, quæ dicitur Lex ſuper illud. 1. *Joann.* 2. Unctio docebit vos de omnibus. Magnum comparatione peccantis, quod eſt magnum peccatum. Unde *Gregor.* Sicut incentivum eſt elationis, conſideratio pejoris: ita cautela eſt humilitatis, reſpectus melioris ſpiritualis hominis. Non eum ſeducunt laudatores ejus. Contrarium ſequitur immediate, ait enim: Quia cum ipſe præſentior ſibi ſit quam illi, mavult ſe in illis quærere quam in ſeipſo; ergo laudatores ſeducunt ipſum. Ad idem *Iſa.* 3. Qui te benedicunt, illi te decipiunt. Sol. Laudatores decipiunt vel ſeducunt, ideſt ſeductionem incipiunt, qui laudator, conſentiendo conſummat eam. Unde quod dicit *Gl.* Non ſeducunt, ideſt ſeductionem non perficiunt. Et habetur ſimile ſuper *Marc.* 12. de vidua, quæ obtulit duo minuta. *Gl.* Deus non conſiderat quantum, ſed ex quanto. Conſtat enim, quod conſiderat utrumque, ſed non principaliter quantum, ſed ſecundario. Gloriabitur in Deo. 2. *Corinth.* 2. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Portans oleum, *Matth.* 25. Et nihil aliud, principaliter ſupple. Mundum cor. *Proverb.* 20. Quis poteſt dicere, Mundum eſt cor meum? Qui enim vere juſtus, &c. Sed Chriſtus vere juſtus fuit; ergo præpoſuit aliquem ſibi; ergo vel vere vel falſo aliquis fuit major ipſo: ſi falſo, ergo peccavit; ergo nullum præpoſuit. Quorum cognitio. *Prov.* 14. Cor quod novit amaritudinem animæ ſuæ, &c. Hæc propria ab unoquoque portantur, non ergo a Prælatis. Contra *Ezechiel.* 3. Fili hominis ſpeculatorem dedi te, &c. ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. Item *Hebræor. ultim.* Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Item *Num.* 25. quia populus peccaverat, præcepit Dominus ſic, dicens: Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos in patibulis contra Solem. Et *ibi* dicit *Origenes*: Si hæc omnes recogitarent, non ita honores ambirent. Solutio: Nullus portabit peccatum alterius. Unde Prælatus non punietur pro peccatis ſubditorum, ſed pro populo, & propria negligentia in corripiendo illos: & pro hac negligentia tantum dicitur Dominus ſanguinem eorum requirere, & Prælatus rationem pro animabus eorum reddere, ideſt pro negligentia quam habuit reſpectu animarum, quas ſumpſit. Dominus autem præcepit Principes ſuſpendi, quia negligentes fue-

Expoſitio Gloſæ.

A in diviſione ſortis da & accipe. Et dicit (in omnibus bonis] non tantum in cibis, ſed in omnibus neceſſariis. *Deut.* 12. Cave ne derelinquas Levitem in omni tempore, quo verſaris in terra. Vel ſic (Communicet) i. communiter ſe exhibeat in omnibus bonis, i. humiliet ſe ad faciendum omnia bona, quæ dicunt ei. Hæc autẽ expoſitio videtur eſſe ex abundanti. Sed quia dicerent aliqui: Non poſſumus ei communicare temporalia, quia pauperes ſumus. Hoc removet dicens: *a* Nolite errare] i. ex errore ita dicere. *b* Deus non irridetur.] i. non fallitur: bene ſcit utrum verum dicatis. *Gl.* Scit corda veſtra, non ignorat facultates. Excuſatio veriſimilis hominẽ poteſt placare: Deum non poteſt fallere. *Prov.* 24. Qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit & Servatorem animæ tuæ nihil fallit. *Job* 13. Nec decipietur ut homo veſtris fraudulentiis. *c* Quæ enim ſeminaverit] quaſi bene debetis eis communicare temporalia: (Enim) quia (quæ ſeminaverit, &c.) magnum fructum inde percipieris, licet parum eis detis, ſicut ille qui ſeminat. 2. *Cor.* 9. Qui parce ſeminat, parce & metet; & qui ſeminat in benedictionibus, &c. *d* Quoniam qui ſeminat in carne, &c.] Sicut illi qui dant amicis ratione carnis. Vel *e* in carne] ideſt de carne, in qua eſt ſemen peccatorum. *Oſee* 10. Araſtis impietatem, & meſſuiſtis iniquitatem, ideſt pœnam. In *eod.* 8. Ventum ſeminabunt, & turbinem metent. *Prov.* 22. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala. *Eccl.* 7. Non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. Ideo dicitur hic: (Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionem) *Rom.* 8. Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini. *Rom.* 6. Stipendia peccati, mors. *f* Qui autem ſeminat in Spiritu,] ideſt bona opera a charitate, quæ eſt a Spiritu ſancto provenientia.

De pœn. & rem. c. cum ex eo.

> *a* Nolite errare: *b* Deus non irridetur. *c* Quæ enim ſeminaverit homo, hæc & metet. *d* Quoniam qui ſeminat *e* in carne ſua, de carne & metet corruptionem. *f* Qui autem ſeminat in Spiritu, de Spiritu *g* metet vitam æternam. *h* Bonum autem facientes *i* non deficiamus: *k* tempore enim ſuo *l* metemus *m* non deficientes. *n* Ergo dum tempus habemus, *o* operemur bonum *p* ad omnes, maxime autem *q* ad domeſticos fidei.

g Metet vitam æternam.] *Oſee* 10. Seminate vobis in juſtitia, in veritate, non in falſitate, ut hypocritæ: & metite, ideſt metetis, in ore miſericordiæ, ideſt magnam miſericordiam: cum dicet filius Dei. *Matth.* 25. Venite benedicti patris mei, &c. Hoc eſt os miſericordiæ. *Prov.* 11. Seminanti juſtitiam merces fidelis. *h* Bonum autem facientes,] hortatur eos ad perſeverantiam: quia *Finis non pugna coronat*. *i* Non deficiamus:] *Jer.* 17. Et erit folium ejus viride; & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum: nec aliquando deſinet facere fructum. *Eccl.* 44. Illi ſunt viri miſericordiæ, quorum pietates non defuerunt. *Oſee* 6. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, ideſt cito receditis ab operibus miſericordiæ. *k* Tempore enim ſuo] ideſt convenienti, quod erit in futuro. *Gloſſ.* Non enim Deus facit ſtatim quicquid ad ſalutem oratur, nec ideo negat, quia differt: ſed (tempore ſuo) ideſt congruo præſtat. Simile *Luc.* 12. Ut det illis in tempore tritici menſuram. *Pſ.* 1. Lignum ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. *Jac.* 5. Agricola exſpectat pretioſum fructum terræ. *Phil.* 3. Poſteriorum obliviſcor, ad ea quæ ſunt anteriora, me extendo. *Ibi Gl.* Vita boni Chriſtiani ſanctum deſiderium eſt: quod autem deſideras nondum vides: ſed deſiderando capax efficeris, ut cum venerit, quod deſideras, implearis. Si enim velles implere aliquo ſinum tuum, & noſſes quoniam magnum eſt, extenderes ſinum, & extendendo faceres capaciorem. *l* Metemus] Qui metit, ſeparat a terra quod crevit in terra. *Eccl.* 3. Tempus plantandi, & tempus evellendi, quod plantatum eſt. *m* Non deficientes.] ideſt non deficiemus bene faciendo. *Jac.* 1. Sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes. Vel (Non deficientes) ideſt perpetuo. Vel (Non deficientes metemus) quia non fruſtrabimur fructu. *Oſee* 8. Culmus ſtans, non eſt in eo germen. *n* Ecce defectus. *n* Ergo dum tempus, &c.] Ex quo tantum eſt præmium perſeverantium in bonis operibus; ergo dum habemus in hac vita tempus benefaciendi. *Eccl.* 10. Noli cunctari in tempore anguſtiæ, ideſt, quia breve & anguſtum eſt tempus. *o* Operemur bonum] *Eccl.* 9. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia, &c. *Jo.* 9. Me oportet operari opera ejus qui miſit me, donec dies eſt: veniet enim nox quando nemo poteſt operari. *p* Ad omnes,) *Gl.* Ut ſit perfecta dilectio. *q* Ad domeſticos fidei,]

ideſt ad Chriſtianos. *Gl.* Faciliores & propenſiores in bono circa fratres eſſe debemus. Ergo omnibus impendenda eſt miſericordia: in quo ergo præponendi ſunt juſti, qui ſunt ex fide? Reſpondeo: Meliori major affectus; magis indigenti major effectus eſt tribuendus. Et nota, quod dicit: (Ad domeſticos fidei) non dicit carnis. *Cant.* 2. Ordinavit in me charitatem: non dicit, carnem. Tamen etiam propinquis ſecundum carnem magis ſuccurrendum eſt. 1. *Timot.* 5. Qui ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior. *Lev.* 16. Roget pro ſe, & pro domo ſua, pro univerſo cœtu filiorum Iſrael. Nota ordinem: primo pro ſe, &c. *Prov.* 11. Qui crudelis eſt, etiam propinquos abjicit. C

2. Theſſ. 3.

A *a* Videte]

A rant in populi correctione, quando debebant, & poterant corrigere eum. Alieno peccato nullus inquinatur: Videtur eſſe inſtantia in peccato Adæ, & in peccatis ſubditorum reſpectu Prælatorum. Solut. Hoc intelligitur de peccatis ſuperadditis: & peccato Adæ non inquinamur, ut cauſa propinqua, ſed fœditate carnis. De Prælatis dicitur, ſicut dicit *Gl.* ſuper *Matth.* Conſentire videtur, qui tacet, cum poſſit, & debet redarguere verbo, non exemplo. Argumentum, quod licet Doctores, & Prædicatores, & Prælati mali ſint, tamen ſubditi debent eis neceſſaria miniſtrare. Non in malis. *Matth.* 23. Quæ dicunt, facite, &c. Impoſturam, ideſt deceptionem. Similiter *Gen.* 26. Quare impoſuiſti nobis, ideſt decepiſti nos. Convenientem meſſem, ſcilicet corruptionem; ergo peccatores metent corruptionem in Judicio. Contra: 1. *Corinth.* 15. Mortui reſurgent incorrupti, etiam omnes mali. Sol. Qui facit carnalia opera, jam habet corruptionem: & ex hac corruptione in præſenti etiam habet corruptionem, ideſt aptitudinem ad corruptionem, naturalem ſcilicet & in futuro corruptionem gehennæ. Quod ergo dicitur 2. *Corinth.* 15. Reſurgent mortui, &c. intelligitur de incorruptione membrorum. Nec Deus imponit finem remunerationi; ergo homo non debet imponere finem operi etiam minimo, quia ſemper meretur, ex quo inceſſanter remunerabitur. Sed ſi hoc; ergo & mali ſemper demerentur. Solut. Eſt finis conſumens, ſcilicet mortale, quod deſtruit omnia bona præcedentia, quantum ad meritum vitæ æternæ, de hoc hic intelligitur. Et eſt finis conſummans qui eſt charitas, ſicut habetur 1. *Tim.* 1. Finis præcepti eſt charitas. *Gl.* prima conſummatio. Ex hoc in parte patet expoſitio illius *Gloſſ.* Quia homo peccavit in ſuo æterno; ideo punit eum Deus æternaliter. Quantum ſeminavimus in operibus, tantum, &c. Imo multo plus: quia ſupra meritum remunerabit nos. Sol. Tantum, & quantum non ſunt nota paritatis, ſed quantitatis, & hoc in genere. Et ſicut dicit *Auguſtinus* ſuper *Geneſ.* 3. Nec non in diſpari ſactu par ſuperbia. Et ſuper 1. *Corin.* 15. ſuper illud: Stella differt, &c. In diſparitatis claritate erit par gaudium, ideſt ſimile vel commune. Ut ſit perfecta dilectio; ergo ſi operamur, dilectio eſt perfecta; quilibet ergo operans in charitate, habet perfectam charitatem. Solutio: Duplex eſt perfectio. Sufficientiæ, quæ dicitur perfectio univerſitatis, quando quis diligit omnia diligenda, hæc ſufficit ad ſalutem, & de hac intelligitur quod hic dicitur. Et eſt perfectio intentionis, quæ eſt tantum in charitate perſonarum omnibus. Pari dilectione vita æterna optanda eſt. Secundum hoc tantum eſt diligendus unus quantum alius; & ita non debes plus diligere patrem, quam extraneum vel inimicum. Ad idem ſuper illud *Deut.* 6. Diliges Dominum Deum tuum, &c. *Gloſſ.* Æque omnes diligendi ſunt. Sed ſi ſimul omnibus proficere non poſſit, his potiſſimum conſulendum eſt, qui pro locorum opportunitate, &c. nobis conjuncti ſunt. Sed contra: Super illud *Cant.* 2. Ordinavit in me charitatem, dicit *Gloſſ.* Ut Deum plus diligamus, quam nos: & nos quam proximum. Super hoc ſunt duæ opiniones. Quidam enim dicunt, quod ordo charitatis inter nos & Deum attenditur penes affectum: quia magis affectuoſe debemus diligere Deum, quam nos. Inter nos autem & proximum attenditur penes effectum; & ſic magis diligendi ſunt parentes, & filii, & cognati, quam extranei. Alii dicunt, quod ordo charitatis proprie attenditur penes affectum. Et hoc videtur eſſe rationabile: quia gratia non deſtruit naturam, ſed perficit eam. Et ideo cum quilibet ſe diligat magis naturaliter, quam proximum; & domeſticum magis quam extraneum: charitas ſimiliter magis diligit parentes, & domeſticos, quam extraneos. Quicumque ergo facit oppoſitum,

Expoſitio Gloſſ.

A peccat

Digitized by Google

a Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu. *b* Quicumque enim *c* volunt placere *d* in carne *e* hi cogunt vos circumcidi tantum ut crucis Chriſti perſecutionem *f* non *g* patiantur. *h* Neque enim qui circumciduntur, *i* Legem cuſtodiunt *k*, ſed volunt vos circumcidi, ut in carne veſtra *l* glorientur. *m* Mihi autem abſit gloriari, *n* niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti *o* per quem *p* mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

▲ *a* Videte qualibus litteris] Hæc eſt ultima pars hujus Epiſtolæ, in qua redit ad id, quod principaliter intendit, ſcil. ut non ſe ſubjiciant legalibus obſervantiis. Et nota quod ex hoc loco uſque in finem Epiſtolæ ſcripſit propria manu: ſcriptura ſcil. quaſi loco ſigilli arens, ut ſic magis crederent eis, quæ hic dicuntur; & ne crederent ab aliquo, qui eos vellet ſubvertere ſcriptam fuiſſe; & propter Pſeudo, qui in perſona ejus falſa ſcribant eis.

Moraliter. Moraliter. *a* Videte qualibus, &c.] i. operatione bona, quæ eſt inſcriptio vel ſigillum inſcriptionis: vel ſicut antiquitus in fine litterarum ſolebant ſcribere propria manu loco ſigilli. Ideo dicit *Eccl.* 29. Quæ habes in manu ciba ceteros. Sed modo omnes noſtræ litteræ, ideſt prædicationes factæ ſunt ſine ſigillo, ideſt operis confirmatione. Et ideo non creditur nobis, ſicut nec litteris talibus. Et dicit ſignanter (Videte) non (audite.) Illa enim prædicatio eſt efficax, quæ in opere oſtenditur viſui, non ſolum auditui. *Iſ.* 52. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum, quaſi dicat: Talem exhibeo me in opere, qualis fui in prædicatione. *Habac.* 2. Scribe viſum, & explana ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit eum. *Apoc.* 1. Converſus ſum ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum. *b* Quicumque enim] Continuatio. Ideo ſcripſi, quia bene erat ei neceſſarium. (Quicumque enim,) ideſt Pſeudo. *c* Volunt placere) Judæis, *d* In carne:] ideſt in carnalibus obſervantiis. *e* Hi cogunt vos circumcidi] *Act.* 15. Quidam deſcendentes de Judæa docebant fratres: quia niſi circumcidamini ſecundum morem Moyſi non poteritis ſalvi fieri. *f* Ut non patiantur] ab infidelibus Judæis, qui tantum Legem eſſe tenendam adhuc credebant.

g Perſecutionem crucis] ideſt, quæ pro cruce (Chriſti) infertur. 1. *Corint.* 1. Prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum; Gentibus autem ſtultitiam, (Perſecutionem crucis.) Iſti enim Judæi perſequebantur Chriſtianos crucem prædicantes: & iſti Pſeudo crucem prædicabant, ut a Chriſtianis emolumentum acciperent, & cum hoc circumciſionem, ut ſic evaderent manus infidelium Judæorum. Vel hoc dicit ideo quod Romani Imperatores legem dederant, ut omnibus Judæis liceret uti ſacrificiis ſuis. Unde omnes circumciſi licet eſſent Chriſtiani, reputantur Judæi, nec perſequebantur eos Gentiles. Alii Chriſtiani qui non erant circumciſi, cogebantur adorare idola. Unde Pſeudo ſuadebant iſtis Galatis, ut circumciderentur ſub ſpe evadendi illam perſecutionem congaudendo cleui Judæorum. Sed licet ſic dicerent ob hoc monebant eos, ne perſecutionem paterentur pro prædicatione crucis; propter quam dabatur eis emolumentum temporale.

h Neque enim qui circumciduntur,] quaſi: Non debetis eis credere, quia ipſi hoc prædicant, & tamen non cuſtodiunt. Et hoc eſt: (Neque enim qui circumciduntur Legem cuſtodiunt) ideſt onus aliorum legalium non cuſtodiunt: & tamen tenentur, *ſup.* 5. Teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quia debitor eſt univerſæ Legis faciendæ, Vel *i* Legem cuſtodiunt] ideſt decem præcepta Legis, quæ ſine fide, ſpe, & charitate non poſſunt cuſtodiri. *k* Sed volunt vos circumcidi, ut in carne veſtra] ideſt in carnali circumciſione.

l Glorientur] apud Judæos, quia ſcilicet faciunt multos proſelytos. *Matt.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, qui circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum proſelytum. *m* Mihi autem, &c.] *n* Niſi in cruce Domini Jeſu Chriſti] 2. *Cor.* 13. Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate; ſed vivit ex virtute.

o Per quem ſcilicet Chriſtum crucifixum. *p* Mihi mundus crucifixus eſt] ideſt ea, quæ mundi ſunt, ſcil. delectationes mihi crux ſunt; & e converſo. Unde *Bernar.* Qui raptus eſt uſque ad tertium cœlum, crux illi eſt omne, cui mundus inhæret; & his adhæret, quæ mundo crux eſſe videntur. Quamvis in verbis his non incongrue poſſit intelligi crucifixum ei mundum reputatione; ipſum vero mundo crucifixum compaſſione. Crucifixum enim mundum videbat obligationibus vitiorum, & ipſe crucifigebatur per compaſſionis effectum.

Moraliter. Moraliter. *m* Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce] In tribus maxime quæ ſunt in cruce, gloriandum eſt, paupertate, amaritudine, vilitate. Sed quidam gloriantur de paupertate, fugiunt autem amaritudinem. Alii autem gloriantur in paupertate, & amaritudine, ſed vilitatem ſuſtinere non poſſunt: ut ſint cum Chriſto opprobrium hominum, & abjectio plebis. Chriſtus illa tria in cruce ſuſtinuit. Nudus enim pependit in cruce. In nuditate paupertas: in ſuſpenſione amaritudo, in cruce vilitas oſtenditur. *Thren.* 3. Recordare paupertatis meæ, ideſt exceſſus qui in me completus eſt cũ tam viliter fui crucifixus. De hoc exceſſu. *Luc.* 9. Erant autẽ Moyſes, & Elias, viſi in majeſtate: & dicebant exceſſum quem completurus erat in Jeruſalem. Abſinthii & fellis ecce amaritudo. R. (Mihi abſit autem gloriari.) Tria quædam præcipua in opere noſtræ ſalutis intueor, formam humilitatis qua ſemetipſum Deus exinanivit; charitatis menſuram quam uſque ad mortem crucis extendit; redemptionis Sacramentum, quo per ipſam mortem, quam pertulit abſtulit mortem noſtram. Horum duo prima ſine tertio ſunt ac ſi ſuper mare pingas. *n* Niſi in cruce, &c.] *Bern.* Ergo crux amari poteſt, & habet gloriationem. Ita: ſi ſit qui colligat ſuper lignum crucis vitam germinat, excitat jucunditatem, oleum lætitiæ ſtillat, balſamum ſudat ſpiritualium chariſmatum. Item *Hugo de S. Victore*: In cruce Chriſti gloriatio; in cruce dextri latronis conſolatio; in cruce ſiniſtri confuſio. In prima, pœna ſine culpa, & poſt gloriatio. In ſecunda, pœna, culpa, & poſt remiſſio. In tertia, pœna pro culpa, & poſt damnatio. Et *inf.* Si pro culpa pateris, erubeſce: ſi ſine culpa gloriare. Latro vis magis eſſe quam Chriſtus; & forte ſiniſter blaſphemator, non dexter confeſſor. Tu enim pro culpa pateris, nec agnoſcis, nec Judicem veneraris: ſi ſaltem dexter fuiſſes, culpam humiliter agnoſceres; patienter pœnam perferres, & mox veniam

A inveniſſes

Expoſit. Gloſſ. ▲ peccat. Sed nonne ſine peccato poteſt quis diligere magis B. Petrum, quam patrem ſuum? Conſtat quod ſic. Solvunt ergo ſecundum primam opinionem. Ad hoc quod hic dicitur: Pari dilectione, ideſt ſimiliter. Et habetur ſimile *Sap.* 6. Puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omnibus. Similiter illud *Deut.* Æque diligendi ſunt, ideſt ſimiliter. Ad illud: Aliquis poteſt plus diligere B. Petrum, verum eſt, quia ille modo attenditur de omnibus aliis circumſtantiis paribus. Tamen in *lib. de doctr. Chriſt.* videtur eſſe quædam auctoritas aperte contra hoc: ait enim: Non diligens te, &c. Sed retractata eſt in 1. *lib. Retractationum*. Invicem membra. *Epheſ.* 4. Ejuſdem magiſtri, quia dicitur *Matth.* 23. Unus eſt magiſter veſter. In quo præponendi ſunt Juſti; ergo ſi habeam patrem malum, & vicinum juſtum, & uterque æqualiter indigeat, citius debeo impendere beneficium juſto vicino, quam patri meo malo. Sol. Eſt impenſa quædam temporalium, quædam ſpiritualium. Secundum impenſam temporalium potius debeo ſubvenire patri meo malo; quam vicino juſto. Secundum impenſam ſpiritualium, ut eſt præbenda, vel promotio in Eccleſia Dei, potius debeo ſubvenire juſto, quam patri vel fratri iniquo. Da miſericordiam. *Eccl.* 12. Alia littera: Da miſericordi. Ideo bene, quia peccator eſt: quod faciunt quidam hiſtrionibus, quia ſunt hiſtriones; & eis qui adducunt ſibi meretriculas. Præputio præferebat, ideſt oſtendebat legis novæ præceptum, ſcilic. Non occides: *Exod.* 20. Quæ niſi in charitate, &c. adimpleri non poſſunt. Sed quilibet tenetur ad iſta decem præcepta ſine charitate, ſecundum quod ſunt præcepta. Cum enim dicit: Diliges Dominum Deum tuum, &c. modus non eſt in præcepto niſi habenti charitatem. Quod autem dicitur hic intelligitur de impletione meritoria. Multos proſelytos. Hi erant converſi de Gentibus, qui recipiebant circumciſionem. Nota *Gl.* Ecce, unde mundi philoſophus erubuit, ibi Paulus theſaurum reperit, &c. Unde 1. *Corinth.* 1. Prædicamus Chriſtum crucifixum: Judæis quidem ſcandalum, &c. Et in *eodem*: Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Nota *Gloſ.* Ideo enim crux Chriſti, &c. uſque ibi: Diligat. *Rom.* 1. Non erubeſco Evangelium. Unde Dominus prævidens, quod multi debebant erubeſcere crucem, dixit *Luc.* 9. Qui me erubuerit coram hominibus, erubeſcam & ego eum coram patre meo. Sub velamine, 1. *Corinth.* 10. Hæc omnia in figura contingebant illis. Dominus geſtans. *Joan.* 19. *Iſa.* 9. Factus eſt principatus ejus ſuper humerum ejus, ideſt crucem, quæ nobis apparuit in cœlo. Nos ergo ſicut

A filii

A invenites. *a* In Chriſto enim] quaſi: ideo ſolum in cruce glorior, & non in carnali circumciſione, quia (in Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium) ideſt æqualia ſunt Deo præputium & circumciſio, ideſt non magis diligitur aliquis a Deo propter unum quam propter alterum.

Cap. 5. *a* In Chriſto enim Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: *b* ſed nova creatura. Et quicumque *c* hanc regulam ſecuti fuerint, *d* pax ſuper illos & miſericordia, *e* & ſuper Iſrael Dei. *f* De cetero *g* nemo mihi moleſtus ſit, Ego enim *h* ſtygmata Domini Jeſu *i* in corpore meo porto. *k* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro Fratres. *l* Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Galatas.

D Sed nova creatura,] creatio nova, ſive regeneratio, quæ fit per fidem. Unde ponitur abſtractum pro concreto. Sicut dicitur in *Pſ.* 50. Cor mundum crea in me Deus. Et hoc dicitur, quia homo qui non habet gratiam, quaſi nihil eſt ante Deum. (Nova creatura) *Rom.* 2. Circumciſio cordis in ſpiritu, non littera, cujus laus non ex hominibus, ſed ex Deo. 2. *Cor.* 5. Si qua in Chriſto nova creatura, vetera tranſierunt. *Epheſ.* 2. Ipſius factura ſumus, creati in ipſo Chriſto Jeſu in operibus bonis. *Jac.* 1. Voluntarie genuit nos, &c. *c* Hanc regulam] ideſt hanc Epiſtolam, quæ eſt quaſi regula vivendi. 2. *Cor.* 10. Spem habentes creſcentis fidei veſtræ, in vobis magnificari ſecundum regulam noſtram. *Lev.* 19. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula. *d* Pax & miſericordia] i. tranquillitas mentis, & remiſſio peccatorum. *Micheæ* 5. Erit iſte pax, cum venerit Aſſyrius in terram noſtram. *e* Et ſuper Iſrael] ideſt Judæos, non quoslibet, ſed qui ſunt Dei, ideſt ſpirituales non carnales. *f* De cetero] i. amodo. Vel (De cetero) ut ſint duæ dictiones, ideſt de alio præter fidem, ſcilicet de legalibus. *g* Nemo mihi moleſtus ſit.] quaſi dicat: Satis afflictus ſum tribulationibus & verberibus, unde nullus debet addere mihi afflictionem ſuper afflictionem: quod faceretis, ſi perverteremini redeuntes ad legalia. Unde dicit, (Nemo mihi moleſtus ſit.) ideſt: Non redeat ad legalia, quod eſſet mihi moleſtum. *h* Stygmata] ideſt ſigna de perſecutionibus quas ſuſtineo & ſuſtinui pro Domino Jeſu. *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, &c. Et dicit, *i* In corpore] non tantum in veſte. *Col.* 1. Adimpleo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea. *k* Gratia] per quam teneatis, quæ vobis ſcripſi.

l Amen.] Per hoc verbum Hebræum vera eſſe quæ locutus eſt, oſtenditur. Hic ad ultimum nota ordinem totius Epiſtolæ. Eſt autem bipartita. In prima parte oſtendit multipliciter legalia non eſſe obſervanda. In ſecunda inſtruit eos in moribus, ibi: (State ergo, &c.) In prima ergo parte primæ partis commendat ſe ut ſermonem ſuum reddat authenticum. Et primo de electione, ibi: (Electus nec per hominem.) Sed antequam perficiat, redarguit a levitate, & inconſtantia, ibi: (Miror quod ſic cito, &c.) Poſtea excommunicat omnes perturbatores eorum, ibi: (Licet Angelus.) Quarto commendat ſe a ſinceritate doctrinæ ſuę & modo, ibi: (Ego hominibus ſuadeo, &c.) Quinto a converſione ſua, ibi: (Cum autem placuit ei, &c.) Et ſic terminatur primum capitulum. In ſecundo capitulo commendat ſe de hoc, quod nihil accepit ab Apoſtolis, ſed a Deo, ibi: (Deinde poſt annos quatuordecim.) Secundo commendat ſe a collatione Evangelii cum aliis Apoſtolis, ubi nil mali repertum eſt, ibi: (Aſcendi autem ſecundum revelationem in Jeruſalem, &c.) Tertio ex hoc, quod reſiſtit falſis fratribus nec conſentit eis, ibi: (Sed nec Titus.) Quarto ex hoc, quod alii Apoſtoli præbuerunt ei aſſenſum, ibi: (Dexteras dederunt.) Quinto ex hoc quod reſtitit Petro in faciem, ibi: (Priuſquam enim venirem.) Sexto, ibi: (Nos natura Judæi) a Legis cognitione. Septimo incipit probare quod Lex non eſt tenenda. Et primo ab auctoritate, quia Chriſtus præcepit, quod non amplius teneretur, ibi: (Quia ſi quærentes.) Octavo probat hoc per naturam magiſtri, quæ eſt ut nullus deſtruat quæ docuit, nec doceat quæ deſtruxit, ibi: (Si enim quæ deſtruxi.) In tertio capitulo probat non eſſe juſtificationem a Lege. Et primo per dationem Spiritus ſancti, ibi: [Hoc ſolum.] Secundo per exemplum Abrahæ, ibi: [Providens autem Scriptura.] Tertio auctoritate Legis, ibi: [Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones.] Quinto per naturam Mediatoris, ibi: (Mediator autem unius non eſt.) Sexto per ſimile ſumptam a Lege humana, ibi: [Itaque Lex pædagogus.] Item quartum capitulum probat idem. Et primo per ſimile ſumptum a Lege humana in tutoribus, ibi: [Quanto tempore. Secundo probat hoc auctoritate propria, ubi oſtendit quod debet ei credi. Primo, quia receperunt eum honorifice, Secundo, quia multum diligit eos, & dolet de perverſione eorum, ibi: [Filioli quos iterum parturio.] Tertio redit ad probationem ſuam, & oſtendit per auctoritatem Legis quod Lex non eſt tenenda cum Evangelio, ibi: [Scriptum eſt, Quoniam, &c.] In quinto capitulo incipit eos inſtruere in moribus, in principio monens eos, ne redeant ad ritum legalium, & auctoritate ſua oſtendit eis quod nõ debent, ibi: [Ecce ego Paulus.] Et ibi: [Teſtificor autem rurſus.] Secundo aggreditur moralem inſtructionem, quæ duas partes habet, ſicut & juſtitia, videlicet declinare a malo, & facere bonum. Et declinare a malo tripliciter eſt. Primo a malo ſuggeſto ab homine, ibi: [Currebatis.] Secundo malo ſuggeſto a diabolo, ibi: [Perſuaſio hæc non ex Deo] *Gl.* ſed a diabolo. Tertio docet eos declinare a malo ſuggeſto a carne, ibi: [Dico autem in Chriſto, Spiritu ambulate.] Poſtea docet eos facere bonum. Et primo bonum quod generaliter pertinet ad omnes, ibi: [Fructus autem Spiritu.] Et ſic finitur quintum capitulum. In ſexto autem capitulo, primo adhuc inſtat in hac generali inſtructione. Secundo autem docet quæ pertineat ad Prælatos, ibi: [Fratres etſi præoccupatus.] Tertio quæ ad pares, ibi: [Alter alterius.] Quarto quæ ad ſubditos, ibi: [Communicet.] Quinto ſubjungit generalem admonitionem perſeverantiæ, ibi: [Bonum autem facientes.] Ultimo reducit eis ad memoriam quod non debent ſervare legalia, quod principaliter intendebat. Et ſic terminatur Epiſtola.

A filii regni portantes inſignia nobilitatis noſtræ non erubeſcamus. Deformitas Chriſti. Contra: Speciosus forma præ filiis hominum. Sed hic deformitas appellatur vilitas, quam pro nobis ſuſtinuit. *Iſa.* 53. Noviſſimum virorum pulchritudo noſtra, ideſt cauſa noſtræ pulchritudinis ſpiritualis hic, & gloriæ in futuro. Non eſt magnum in ſapientia Dei, &c. ſed in cruce. Hoc videtur ſine merito. Imo illud æque meritorium eſt vitæ æternæ, ſicut iſtud: Præterea niſi in Chriſto fuiſſet ſapientia & majeſtas & poteſtas Dei, non eſſet gloriandum in cruce, ſive in eo crucifixo. Unde propter illa gloriandum eſt in cruce; ergo æque magnum vel majus gloriari in iſtis, ſicut in cruce. Sol. Majus gloriari in cruce eo modo quo dicitur majus eſt de impio facere pium quam creare cęlum & terram; quia impio aliquid eſt repugnans juſto; in coelo & in terra nihil repugnat creationi. Similiter in illis tribus nihil repugnat gloriationi, imo in eorum conſideratione eſt quædam dulcedo quæ movet ad gloriationem, ſed in conſideratione crucis & crucifixionis Chriſti eſt quidam horror qui repugnant gloriationi. Et ideo dicitur magnum in cruce gloriari; & non in illis, licet æque ſit meritorium. Ad illud dicendum quod revera magis gloriandum eſt in ſapientia, &c. & tamen gloriari in cruce eſt majus; ſicut magis diligendi ſunt amici quam inimici; tamen majus eſt diligere inimicos quam amicos. Nec ſuum aliquid in me cognoſcit. Sed hoc videtur falſum, quia Epiſcopus fuit magnus in ſeculo, & Epiſcopus fuit; quomodo ergo mundus in eo ſuum cognoſcebat? Sol. eſt quia illo tempore fuit quaſi ignoratus non habens propriam manſionem; & ideo in Eccleſiis non reputabatur magnus. Et in me non habet quicquam. *Jo:* 14. *Ibi Gl.* Pauper venit ut in eo non inveniret diabolus quod auferret. Et nota quia non, &c. plerumque, &c. Nota, quia *eodem Gl.* habetur ſuper *Job* 3. Quare miſero data eſt lux? Pax, ideſt tranquillitas mentis, & miſericordia, &c. Noli curare de ordine; quia quandoque in *Gl.* invenitur ordinatum e converſo, & quandoque ſicut eſt hic; ſed revera peccatorum remiſſio præcedit. Paſſiones & tribulationes. 2. *Cor.* 4. Mortificationem Domini Jeſu Chriſti in corpore meo porto. *Phil.* 3. Configuratus ſum morti ejus, ſi quo modo, &c. Mecum dimicant. Argumentum, quod magis peccant affligentes pauperes quam divites. Unde *Exod.* 22. Viduæ & pupillo non nocebitis; ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam eos, dicit Dominus. Expoſitio Gloſſa.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Pauli ad Galatas.

REVD.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Epheſios incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus Apoſtolus, &c.] Hanc Epiſtolam ſcripſit Epheſiis qui dicti ſunt Epheſii, ab Epheſio civitate quadam metropoli Aſiæ. Hi non fuerunt per Paulum converſi, ſed ad prædicationem diſcipulorum ejus. Fuerunt autem ſtabiles in doctrina fidei ſuſcepta. Scribit autem eis Apoſtolus a Roma [ubi erat in carcere] hæc non arguendo, ſed in melius exhortando, ne relabantur, & ne occaſione aliæ vitæ ſuperbiant. Materia eadem eſt, quæ & aliarum Epiſtolarũ. Dividitur autem in duas partes. In prima inſtruit eos in fide, & confirmat. In A ſecunda invitat eos ad mores, ſpecialiter autem ad mutuam charitatẽ & patientiam ibi [Obſecro itaque vos, &c.] *inf.* 4. In prima ergo parte inſtruit eos in fide ſ oſtendens quæ & qualia, & quãta contulit Deus toti mundo. Poſt quę ipſis Apoſtolis ſpecialiter ſint indulta. Deinde quæ Epheſiis ipſis, oſtendens a quo, & ad quid vocati ſunt. Et deinde Chriſti dignitatem, & prælationem oſtendit. In primo autem capitulo præmittit ſalutationem ſic [Paulus Apoſtolus, &c.] a Secundo agit gratias de beneficiis, ibi [Benedictus Deus, &c.] Tertio enumerat illa beneficia collata omnibus communiter majoribus, & minoribus. Quæ ſunt electio per gratiam ubi dicitur [Sicut elegit, & electio per præſcientiam, ut ubi dicitur] Qui prædeſtinavit & redemptio, ſive remiſſio peccatorum, ibi [In quo habemus redemptio, ſive remiſſio peccatorum, ibi [In quo habemus redemptionem, &c.] Quarto enumerat beneficia ſpecialiter collata ipſis Apoſtolis. Et primo beneficium reſerationis ſecretorum, ibi [Quæ ſuperabundavit in nobis, &c.] Secundo beneficium miniſterii eis collati, i. Apoſtolis, ibi [In quo nos ſorte vocati ſumus, &c.] In quinta parte enumerat beneficia collata ipſis Epheſiis quod ſcil. vocati ſunt ad fidem per auditum verbi, & Spir. S. ſignati, ibi [In quo & vos cum audiſſetis, &c.] In ſexta parte oſtendit eis Apoſtolus qualiter ſentiat de eis, & quantum diligat eos; & oret pro eis: & hoc eſt magnum beneficium eis collatum, quod tantus homo oret pro eis iam attente. Ibi [Propterea & ego, &c.] Dicit ergo.

INCIPIT ARGUMENTUM in Epiſtolam ad Epheſios.

EPheſii ſunt Aſiani. Hi accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ab urbe Roma de carcere per Tychicum diaconum.

Explicit argumentum.

INCIPIT EPISTOLA Pauli ad Epheſios.

CAP. I.

PAulus *a* Apoſtolus Jeſu *b* Chriſti per voluntatem Dei *c* Sanctis omnibus, qui ſunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Jeſu. *d* Gratia vobis, & pax a Deo patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. *e* Benedictus Deus: *f* & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos *g* in omni benedictione ſpirituali in cęleſtibus in Chriſto. *h* Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus *i* ſancti, *k* & immaculati in

Moraliter. *a* Paulus, &c.] Moral. *b* Per voluntatem Dei,] *Oſ.* 8. Ipſi regnaverunt, & non ex me, &c. Unde nota, quod Dominus prohibuit Samuelem, ut non oraret pro Saul, qui contra voluntatem Dei factus eſt rex, & de nullo alio prohibuit ei. Unde 1. *Reg.* 16. Uſquequo luges Saul, cum ego projecerim eum. *Jud.* 2. Cumque Deus ſuſcitaret Judices, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat gemitus eorum. Unde cum Dominus non audiat orationes modernorum Judicum, i. Prælatorum patet quod non ſuſcitati a Deo. *Heb.* 5. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, &c. 2. *Mach.* 4. Menelaus in ſe retorſit ſummum Sacerdotium, ſuperponens Jaſoni talenta argenti trecenta. *d* Gratia vobis, &c.] Ad hoc deberent eſſe Prælati ut multiplicarent gratiam, non tantum reconciliando proximos ad Deum, ſed etiam proximos ad invicem. Ideo vertens ſe Epiſcopus ad populum dicit, Pax vobis. Ideo dicit *Pſal.* 71. Suſcipiant montes pacem populo, &c. i. Prælati accipiant pacem

a Deo, ut dent populo, deberent enim eſſe columba *Gen.* 8. quæ ramum olivæ tulit in arcam. Unde *Eccl.* 44. de Noe, in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Item de Elia 48. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob. *Et* 50. de Simone: In diebus ſuis emanaverunt putei aquarum, i. abundantia gratiarum. Qui curavit in gentem ſuam, & liberavit eam a perditione: Ecce gratia & pax. Sed modo conſtituto aliquo in Prælatum & ingrediente, quaſi poteſt dici illud 1. *Reg.* 16. Pacificuſne eſt ingreſſus tuus? dictum eſt Samueli, & dixit, Pacificus, ad immolandum Domino veni. Sed hodie reſponderi poteſt, imo ad rapiendum. Item 4. *Reg.* 9. Pacatane ſunt omnia? Dixitque Jehu. Quid tibi, & paci? Tranſi, & ſequere me. Sic reſpondet Prælatus illi qui eum arguit. Quid pertinet ad te de vita mea? fac quod præcipio tibi. *c* Sanctis omnibus qui ſunt, &c.] Sed noſtri Prælati tantum habent pacem cum malis, bonos ſtatim impugnantes. Unde *Iſa.* 59. Qui receſſit a malo, prædæ patuit. Et nota quod dicit [ſanctis, & fidelibus] Sanctis, i. Clericis, qui Ordinem ſanctum habent. [Fidelibus,] ideſt, Laicis, qui fidem habent dictis eorum. Vel ſecundum quod *Gloſ.* exponit. *e* Benedictus Deus] Agit gratias Apoſtolus ad oſtendendum, quod numquam debemus ceſſare a gratiarum actione, quia Deus numquam ceſſat nobis bona facere. Ergo debemus gratias agere, ne ſimus ingrati: ſicut Ezechias. *Iſa.* 39. Item quia gratiarum actio mitigat tentationem. *Dan.* 3. Tres pueri benedicebant Deum in fornace, i. in tentatione, & Deus fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Sunt alii multo plures quaſi effectus conſequentes ad gratiarum actionem: ſicut patet in *Pſal.* 146. Laudate Dominum quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit jucunda, decoraque laudatio. Sequitur: Ædificans Jeruſalem Dominus [in hoc gratiæ præparatio] diſperſiones Iſrael congregabit [in hoc cordis collectio] Qui ſanat contritos corde [in hoc conſcientiæ remordentis extinctio] & alligat contritiones eorum [in hoc triſtitiæ expulſio] Quod ſignificatum eſt 3. *Reg.* 8. quando dicebant Sacerdotes: Confitemini Domino quoniam bonus, &c. domus impleta eſt fumo, & deſcendit gloria Domini, i. gratia. *Pſ.* 66. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum: quia per gratiarum actionem conſequitur homo bonorum operum multiplicationem. *f* Deus, & pater Domini] Quia non copulatur eſſentia perſonæ; dictio non copulatur dictioni, ſed ſic ſupplendum eſt. Qui eſt Deus, & eſt pater, &c. Ita copulatur oratio orationi. Simile 2. *Cor.* 1. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti. *g* In omni benedictione ſpirituali,] habita [cęleſtibus in Chriſto] i. Chriſto operante. Multas habet Deus benedictiones. Unde dicitur *Gen.* 27. Num unam tantum benedictionem habes pater? *Et* 49. Benedixitque ſingulis Benedictionibus propriis. Et utitur ordine artificiali in eis meliorem præponens, i. perfectam benedictionem vitæ æternæ, ad quam omnes aliæ ordinantur. De qua *Matt.* 25. Venite benedicti Patris mei, &c. Unde dicitur, Perpetua benedictione benedicat nos Pater æternus. Propter utramque benedictionem, ſcilic. gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, bis dicitur in *Pſ.* 66. Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus: Benedictione ſpirituali] non dicit materiali, vel carnali, de qua *Pſ.* 106. Benedixit eis, & multiplicati ſunt. Et *Gen.* 30. legitur, quomodo benedixit Dominus Laban ad introitum Jacob. Sequitur:

h Sicut elegit nos] Hic determinat de benedictione gratiæ in præſenti, quam explicat per effectus ſuos. Primus eſt electio. Unde dicit, [Sicut elegit nos] Elegit Deus nos in hæreditatem ſibi. Et hæc electio duplicem habet effectum, nempe gratiæ infuſionem, & peccatorum remiſſionem: Et hoc eſt quod dicit:

i Sancti & immaculati] Unde *Rom.* 8. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit per gratiam, & quos vocavit, hos & juſtificavit per peccatorum remiſſionem & magnificavit per bonam operationem: *Jo.* 15. Non vos me elegiſtis: ſed, &c. Vel [ſancti] bona agendo, & immaculati mala declinando. *k* In conſpectu ejus,] paſſive, i. in corde noſtro, ubi conſpicimur ab eo; non tantum in oculis hominum. *Job* 9. Si lotus fuero quaſi aquis nivis & fulſerit velut mundiſſimæ manus meæ: tamen ſordibus intinges me, i. ſordidum me eſſe oſtendes. [Vel in conſpectu ejus] active, i. ad hoc, ut conſpiciamus eum. *Sap.* 4. Felix ſterilis, & incontaminata, quæ neſcivit

conſpectu ejus in charitate. *a* Qui prædeſtinavit nos in *b* adoptionẽ filiorum, per Jeſum Chriſtum *c* in ipſum: *d* ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ *e* in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, *f* in qua *g* gratificavit nos in *h* dilecto filio ſuo. *i* In quo *k* habemus redemptionẽ per ſanguinem ejus in remiſſionem peccatorum: *l* ſecundũ divitias gratię ejus, *m* quę ſuperabundavit in nobis *n* in omni ſapientia, *o* & prudentia: *p* ut notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuę, *q* ſecundum beneplacitum ejus, quod propoſuit in eo, *r* in diſpenſatione plenitudinis *ſ* temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quę in cęlis, & in terra ſunt, in ipſo. *t* In quo etiam nos ſorte vocati ſumus prędeſtinati ſecũdum propoſitum ejus, qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuę, ut ſimus *u* in laudem glorię ejus nos *x* qui ante ſperavimus in Chriſto. *y* In quo, & vos

thorum in delicto: habebit fructum in reſpectione animorum ſanctarum. Et exponitur active, vel paſſive, i. cum reſpicientur a Deo; vel cum ipſæ reſpicient Deum in charitate. 1. *Tim.* 1. Finis præcepti eſt charitas.

a Qui prædeſtinavit nos] Hic eſt alter effectus, ſcilic, pignus vitæ æternæ habendæ. *b* In adoptionem filiorum,] i. de adoptione hæreditatis æternæ. *Rom.* 8. Ingemiſcimus adoptionem filiorum Dei expectantes. Item *in eod.* Accepiſtis Spiritum adoptionis, &c. *Jo:* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. *c* In idipſum:] i. ut ſimus ſimiles filio Dei *Rom.* 8. Qui prædeſtinavit nos fieri conformes imagini filii ſui. Vel [in ipſum] quia ipſum habebimus in præmium. Unde *Pſ.* 4. In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. *d* Secundum propoſitum, &c.] Dupliciter legitur hoc in *Gl.* ſed obſcure, i. ſecundum voluntatem ſuam propoſitam vel procul poſitam, i. ab æterno poſitam, & firmatam. Vel [propoſitam] i. omnibus palam oſtenſam per converſionem noſtram. Item [ſecundum propoſitum, &c.] i. ſicut propoſuit ab æterno, & voluit. *Rom.* 9. Cum nondum nati eſſent aut aliquid egiſſent boni aut mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus ſed ex vocante, dictum eſt *Gen* 25. Major ſerviet minori. *Jac.* 1. Voluntarie genuit nos. Et hoc fecit: *e* In laudem, &c.] i. ut appareat, & laudetur gratia ejus glorioſa, quæ & glorioſum Deum, & laudabilem oſtendit, & nos glorioſos facit. *Iſa.* 44. Laudate cœli, quoniam miſericordiam fecit Dominus. Jubilate extrema terræ, reſonate montes laudationem, ſaltus & omne lignum ejus: quoniam redemit Dominus Jacob, & Iſrael gloriabitur.

f In qua] i. per quam gratiam. *g* Gratificavit nos] gratos fecit. *h* In dilecto, &c.] per ea quæ fecit filius ſuus. 2. *Cor.* 5. Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians; in Chriſto, i. per ea quæ fecit & tulit Chriſtus, ſcil. per paſſionem Chriſti. *i* In quo, &c.] Non dicit in quo redempti ſumus, ſed [redemptionem] ad majorem expreſſionem. *k* Redemptionem] Gratia redemptionis univerſalis eſt, ideo præcedit gratiam remiſſionis, quæ particularis eſt: Mali enim redempti ſunt per ſufficientiam; boni quantum ad efficientiam *Oſee* 7. Prævaricati ſunt in me; & ego redemi eos *Iſ.* 44. Revertere ad me, quia ego redemi te. *Col.* 1. In quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. 1. *Pet.* 1. Non corruptibilibus, &c. *l* Secundum divitias, &c.] Quando enim miſit filium ſuum in mundum, tunc miſit cum eo abyſſum divitiarum gratiarum, ſed adhuc clauſus erat theſaurus. Unde *Col.* 2. Abſconditi erant in Chriſto theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ. Sed in cruce cum reſeratum eſt oſtium clave David, i. clavis Chriſti, tunc emanavit pretium redemptionis noſtræ.

n In omni, &c.] Hic oſtendit beneficia ſpecialiter Apoſtolis collata. Et primo beneficium reſerationis ſecretorum, quod magnum eſt. Unde dicit eis *Jo:* 15. Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos: quia ſervus neſcit quid faciat Dominus ejus: vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. *Amos* 3. Non facit Dominus verbum niſi revelaverit ſecretum ſuum ad ſervos ſuos Prophetas. Dicit ergo: *m* Quæ ſuperabundavit, &c.] Unde Apoſtoli poſſunt dicere illud *Pſal.* 147. Non fecit taliter omni nationi, &c. *n* In omni ſapientia] Hoc dicit quantum ad reſerationem ſecretorum divinorum. *o* Et prudentia] Hoc dicit quantum ad reſerationem ſecretorum humanorum. Et ſumitur hic prudentia pro ſcientia. Differentiam autem inter ſapientiam, & ſcientiam ponit *Auguſt.* 13. *lib. de Trin. cap.* 19. Hæc autem omnia, quæ pro nobis verbum caro factum temporaliter, & localiter fecit, & pertulit, ſecundum diſtinctionem, quam demonſtrare ſuſcepimus, ad ſcientiam pertinet non ad ſapientiam. Quod autem Verbum eſt ſine tempore, & ſine loco, & Patri coæternum, & ubique totum quantum poteſt veracem proferre ſermonem, ſermo ille erit ſapientiæ. Et in *eod.* 14. *lib.* 1. Diſputantes autem de ſapientia diffinierunt eam dicentes: Sapientia eſt rerum humanarum divinarumque ſcientia. Et poſt pauca ſubjungit illa diffinitio dividenda eſt; ut rerum divinarum ſcientia, proprie ſapientia nuncupetur: humanarum vero proprie ſcientiæ nomen obtineat. *Pſ.* 48. Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam. Et nota ex ſuperabundanti, quod minus eſt meditari corde, quam loqui; quod eſt contra quoſdam, qui magis ſunt intenti providentiæ temporalium, quam notitiæ divinorum. *p* Ut notum faceret, &c.] *Col.* 1. Myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis & generationibus, nunc manifeſtatum eſt Sanctis ejus. *Luc.* 10. Confiteor tibi Domine Pater rex cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Et *Matth.* 13. Vobis datum eſt noſſe myſterium, &c. Ad quod poſita ſunt fragmenta in cophinis, de quibus *Matt.* 14. Et dicit ſacramentum voluntatis, i. ſacramentum, & ſecretum voluntatem ſuam. Et quid ſit illud, ſubdit: *q* Secundum beneplacitum ejus; &c.] Bene dicit [ſecundum beneplacitum] quod plus eſt, quam voluntas: quia multa volumus, quæ multum non placent. *Gen.* 30. Cras reſpondebit mihi juſtitia mea, cum beneplaciti tempus advenerit. *Pſ.* 68. Tempus beneplaciti Deus *Alia litt.* [reconciliationis.] *r* In diſpenſatione plenitudinis temporum,] i. in tempore plenæ diſpenſationis. Tunc enim plene diſpenſavit nobis omnia: quia etiam verba ſua dedit in documentum; opera in exemplum; & ad ultimum corpus ſuum diſpenſavit in cibum, & ſanguinem in potum. Vel [in diſpenſatione plenitudinis temporum,] i. plenorum temporum. Tunc enim primo fuit tempus plenum gratiarum, implens figuras veteres. *Gal.* 4. At ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, &c. Nota Diſpenſatio eſt relaxatio juris. Diſpenſavit ergo Deus pater nobiſcum, quando miſit filium ſuum ad redimendum nos: quia ſi ſecundum rigorem juſtitiæ ageret nobiſcum, dimitteret nos in perpetua ſervitute.

ſ Inſtaurare omnia] *Gl.* i. ad primum ſtatum reducere; imo ad longe meliorem. Sed hoc dicit non ratione identitatis, vel quantitatis, ſed ratione ſimilitudinis: quia ſicut Adam fuit immortalis ſuo modo, & nos erimus immortales noſtro modo. Unde *Prov.* 3. Primi & puriſſimi fructus ejus, i. primis ſimiles in Chriſto. Unde *Iſ.* 56. Ædificabuntur in te deſerta ſæculorum, [ideſt, Paradiſus qui fuit deſertus ab Angelis] & vocaberis ædificaberis [i. Paradiſo:] & Templo fundaberis, i. Eccleſiæ militanti. *t* In quo etiam nos ſorte vocati ſumus.] Hoc eſt ſecundum ſpeciale beneficium, Apoſtolorum, ſcil. miniſterii collati ſunt beneficium ad annunciandum nomen Domini: quod ſatis magnum eſt. Unde *Iſa.* 49. Parum eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas Tribus Jacob, & fæces Iſrael convertendas, q. d. Non eſt parum. [In quo & nos ſorte vocati ſumus] ideſt, divina electione, quæ perſonam non accipit, ſicut nec ſors. *Col.* 1. Gratias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine. *Actor. cap.* 1. Cecidit ſors ſuper Matthiam, &c. Et in *Joann. cap.* 1. *Prov.* 16. Sortes mittuntur in ſinum: ſed a Domino temperantur. *Eccl. cap.* 17. Deſtinavit illis ſortem veritatis. *u* Ut ſimus in laudem gloriæ ejus:] ut ſcil. per nos laudent alii gloriam ejus. *Pſalm.* 68. Glorioſus Deus in Sanctis ejus.

x Nos qui ante] ideſt, prinſquam alii, ſperavimus in Chriſto, &c.

y In quo & vos.] Quinta pars in qua enumerat beneficia ſpecialiter collata ipſis Epheſiis. Et primo beneficium fidei per auditum verbi Dei: cujus oſtenduntur hic quinque effectus. Primus effectus verbi divini eſt fides, ibi [In quo credentes:] De quo *Rom. c.* 10. Quomodo credent ei quem non audierunt? Et poſtea ſequitur. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Secundus effectus eſt ſignatio, ſive ſigillatio imaginis Dei, & formæ vivendi. 2 *Cor. cap.* 1. Qui

ſignavit

ſignavit nos & dedit nobis pignus Spiritus. *Ezech. c.* 9. Signa Tau ſuper frontes virorum gementium, &c. *inf.* 4. Nolite contriſtare Spir. S. Dei, in quo ſignati eſtis, in die Redemptionis. *Apoc.* 7. Audivi numerum ſignatorum, centum quadraginta quatuor millia de quorum numero non erit, qui ſignatus non fuerit verbo Dei; ſed per hos omnes ſalvandi deſignantur. Dicit ergo: *a* Signati, & credentes eſtis] *Gl.* i. diviſi a grege Diaboli. Vel ſignati eſtis imagine Dei reformata in vobis.

D

Nota: ſignum dicitur character: ſic ſignati ſumus in baptiſmo, i. in charactere baptiſmi a grege Diaboli diſtincti. Sic ſumitur in prima expoſitione. Signum etiam dicitur ſigillum: ſic ſumus ſignati gratia quaſi ſigillo impreſſo nobis. Juxta illud *Pſ.* 4. Signatum eſt ſuper nos, &c. Sic ſumitur in ſecunda expoſitione: Signare etiam dicitur aliquod ſignum ponere. Unde *Jo.* 3. Qui acceperit ejus teſtimonium ſignavit quia Deus verax eſt. *Gl.* Signum poſuit in corde ſuo quaſi ſpeciale, hunc eſſe verum Deum. Item ſignati ſigno crucis, ut dicit *Gl.* ſuper *Apoc.* 7. Quoadulque ſignemus ſervos Dei noſtri. Et nota, quod non dicit ſimpliciter [ſignati] ſed addit [Spiritu Sancto] quia verbum Dei ſine gratia Spiritus Sancti non poteſt ſignare aliquam imaginem Dei. Tertius effectus eſt pignus, vel arrha hæreditatis æternæ, ſcil. quædam prælibatio dulcedinis æternæ quam accipit anima in audiendo verbum Dei. *Pſal.* 118. Quam dulcia faucibus meis, &c. *Sap.* 16. Panem de cœlo præſtitiſti eis ſine labore omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem. Subſtantiam enim tuam, & dulcedinem his oſtendebas, i. Paradiſum, & Angelos, & Sanctos: ſicut homo oſtendit parum de vino quando, vult vendere totum. Nota ibi: *b* Pignus hæreditatis] De hoc pignore habetur 2. *Cor.* 1. & *ibid.* 5. Qui ſignavit & dedit pignus Spiritus, in cordibus noſtris. Qui dedit nobis pignus Spiritus. Quartus effectus eſt redemptio, ibi [In redemptionem] Audiendo enim verbum Dei redimimus tempus male conſumptum. Unde in Sermonibus ſolent fieri indulgentiæ. *Inf.* 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Quintus effectus eſt laus Dei, ad quam inſtruuntur homines in prædicatione, quod notatur ibi [Laudem gloriæ ipſius. *c* Propterea & ego] Propterea. Hoc eſt aliud beneficium eis collatum propter bonam vitam eorum videlicet beneficium orationum. 2. *Machab.* 1. Et nunc hic ſumus orantes pro vobis. Et in *eod.* Accenſus eſt ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Orationem autem faciebant Sacerdotes, ut conſummaretur ſacrificium, i. rogabant ut Dominus conſummaret charitatem, quæ accenſa eſt in bonis per operationem. *e* Non ceſſo] *Rom.* 1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. *Col.* 1. Semper pro vobis orantes. *d* Audiens fidem veſtram, quæ eſt, &c.] quam habetis [in omnes Sanctos] Sed quare dicit [audiens fidem veſtram;] nonne viderat eos? ut dicitur. *Act.* 19. Paulus peragratis regionibus venit Epheſum. Solut. Diu abſens fuerat, ut dicitur. *Act.* 20. *f* Pater gloriæ] i. Chriſti. *Heb.* 2. Qui cum ſit ſplendor, & figura ſubſtantiæ. *g* De vobis, &c.] Oſtendit quid rogandum. Primum eſt, ut Deus aperiat corda eorum ad intelligenda, quæ Dei ſunt. Et hoc eſt [ut vobis Spiritum ſapientiæ det] 2. *Mach.* 1. Aperiat Dominus cor veſtrum Aperta cordis intelligentia, oſtendit quid debeamus intelligere, bona ſcil. gratiæ in præſenti. Et hoc eſt:

h Quæ ſit ſpes] *Iſa.* 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ, &c. Secundum eſt, bona gloriæ in futuro. Unde dicit. *i* Et quæ divitiæ, &c.] *Pſ.* 126. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. 1. *Pet.* 3. Ut vitæ æternæ hæredes efficiamur. Tertium, bona ſupererogationis, ibi:

cum audiſſetis verbum veritatis (Evangelium ſalutis veſtræ) in quo, & credentes *a* ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, *b* qui eſt pignus hæreditatis noſtrę in redemptionem acquiſitionis, in laudem glorię ipſius. *c* Propterea *d* & ego audiens fidem veſtram, quę eſt in Domino Jeſu, & dilectionem in omnes Sanctos: *e* non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti, *f* Pater glorię *g* det vobis Spiritum ſapientię, & revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis veſtri ut ſciatis, *h* quę ſit ſpes vocationis ejus, *i* & quę divitię glorię hereditatis ejus in Sanctis, *k* & quę ſit ſupereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus ſecundum operationem potentię virtutis ejus, quam operatus eſt in Chriſto, *l* ſuſcitans illum a mortuis, & conſtituens *m* ad dexteram ſuam *n* in cęleſtibus ſuper omnem Principatum, & poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem, *o* & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſęculo, ſed etiam in futuro. Et *p* omnia ſubjecit ſub pedibus ejus. Et ipſum *q* dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quę eſt corpus ipſius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

k Quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis] Unde virtus ejus propria eſt miſericordia. Unde Deus cui proprium eſt miſereri, & parcere. *l* Suſcitans] commendatio eſt Chriſti. *Hab.* 3. Suſcitans ſuſcitabit arcum tuum. Et poſſet eſſe thema in Reſurrectione. Deus enim pater hoc arcu ſeras, i. homines ad modum ferarum viventes ſagittavit, interficiens eos ſpiritualiter verbis filii tanquam ſagittis acutiſſimis. *Gen.* 49. Quis ſuſcitavit illum.

m Ad dexteram] *Pſ.* 109. Sede a dextris meis. *Marc. ult.* Aſſumptus eſt in cęlum, & ſedet a dextris Dei. *Hebr.* 1. Ad quem Angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis, &c. Dicitur Chriſtus ſedere ad dexteram Patris, i. in potioribus bonis ejus, ſecundum quod homo: vel in æqualitate Patris ſecundum quod Deus: vel ad dexteram ſuam, i. in ſede judiciaria. Secundum: *Gl.* hic dextera Dei eſt beatitudo æterna. *Prov.* 4. Vias quæ a dextris ſunt, novit Dominus: perverſæ autem viæ quæ ſunt a ſiniſtris. *Eccl.* 10. Cor ſapientis in dextera ejus, & cor ſtulti in ſiniſtra illius, i. ad peccatum, quod ducit ad ſiniſtram. *n* Super omnem Principatum, & poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem,] i. ſuper illos Ordines Angelorum. *Col.* 1. In omnibus primatum tenens. Nota quod hæc quatuor nomina ſuperpoſitionem notant, & ideo hæc ſola ponit hic. Alii Ordines, & iſti etiam nominantur alibi ut in *Pſal.* in pluribus locis, & in *Iſa.* 6. *Col.* 1. Sive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates, omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Item. *Col.* 2. Qui eſt caput omnis principatus, & Poteſtatis. 1. *Pet.* 3. Profectus in cœlum ſubjectis ſibi Angelis, & Poteſtatibus, & Virtutibus. 1. *Cor.* 15. Cum evacuaverit omnem Principatum, &c. Et eſt argumentum, quod de illis Ordinibus fuerunt Dæmones: ſicut etiam patet per illud *Col. cap.* 2. Expolians Principatus, & Poteſtates. Iterum *Roman.* 8. Certus ſum quod nec mors, nec vita, nec Principatus, &c.

o Et omne nomen,] i. ſuper omne nominabile, etiam ſecundum quod homo. *Hebr. cap.* 1. Tanto melior Angelis effectus eſt, quanto differentius præ illis, nomen hæreditavit. *Phil.* 2. Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, i. Tetragrammaton. Sed opponitur: Secundum quod homo [ut dicit *Gl.*] eſt ſuper omne nominabile: ſed ſecundum quod homo eſt nominabilis: ergo ſecundum quod homo eſt ſupra ſe hominem. Sol. Innominabilis eſt etiam ratione incarnationis: quia generationem ejus quis enarrabit? *Iſa. cap.* 53.

p Omnia ſubjecit] 1. *Cor.* 15. Idem *Matth. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas, &c. *Hebr. cap.* 2. In eo, quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei.

q Caput ſuper omnem Eccleſiam] *Col.* 3. Ipſe eſt caput Eccleſiæ. *Inf. cap.* 4. Caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis. Chriſtus dicitur caput Eccleſiæ in quantum filius Dei, quia dat ei ſenſus ſpirituales ſicut a capite ſunt ſenſus corporales. Vel etiam in quantum homo quia eſt ejuſdem naturæ cum membris, ipſe & dignior inter membra, ſicut caput ceteris membris dignius eſt. Primo modo poteſt dici caput Angelorum, ut dicitur. *Col. cap.* 2. Qui eſt caput omnis Principatus, & poteſtatis. Nota in capite ſunt hæc: facies, qua agnoſcitur homo: ſenſus omnes; origo nervorum: derivatio ſpirituum; ſuperior pars corporis, quod ſi auferatur, perit corpus.

CAP. II.

A

al. † Convivificavit.

ET *a* vos † cum *b* eſſetis *c* mortui delictis, & peccatis veſtris, in quibus *d* aliquando ambulaſtis ſecundum ſæculum *e* mundi hujus ſecundum *f* Principem poteſtatis aeris hujus, Spiritus, qui nunc, operatur in *g* filios diffidentiæ. In quibus & nos omnes aliquando converſati ſumus *h* in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis *ſ* & cogitationum; *k* Et eramus natura filii iræ: ſicut & ceteri. *l* Deus *m* autem qui dives eſt in miſericordia, propter *n* nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, *o* & cum eſſemus mortui peccatis, *p* convivificavit nos in Chriſto (cujus gratia eſtis ſalvati) *q* & conreſuſcitavit, & conſedere *r* fecit *ſ* in cœleſtibus in Chriſto Jeſu: *t* ut oſtenderet in ſeculis ſupervenientibus abundantes divitias gratię ſuę, in bonitate ſuper nos in Chriſto

EXPOSITIO CAP. II.

ET vos cum eſſetis mortui, &c.] *Gl.* commemorat priora, &c. Oſtendit autem in hoc cap. Apoſtolus a quo ſtatu & ad quem vocati ſunt, quia a morte peccati ibi [Et vos cum eſſetis mortui] A fallacia mundi ibi: [In quibus aliquando ambulaſtis,] A ſuggeſtione Diaboli, ibi [Secundum Principem poteſtatis] Ab illecebris carnis ibi [In quibus & nos, &c.] Ab errore ibi [Et cogitationum.] A peccato mortali, ibi [Et eramus natura filii iræ] A vilitate, ibi [Memores eſtote] Ab infidelitate, ibi [Eratis illo tempore ſine Chriſto.] A ſequeſtratione populi Dei ibi [Alienati a converſatione.] Ab ignorantia Legis, ibi [Et hoſpites teſtamentorum.] Poſtea oſtendit per antitheſim ad quid ſint vocati: Primo ad vitam æternam contra mortem peccati ibi [Deus autem, qui dives eſt] Ad æternam hæreditatem contra fallaciam mundi, ibi [Et conſedere fecit.] Ad divitias gratiæ contra tentationem Diaboli, qui facit homines diffidere de æterna beatitudine, ibi [Ut oſtenderet in ſæculis.] Ad fidem contra errorem, ibi [Gratia enim eſtis,] Ad recreationem contra originale peccatum, ibi [Ipſius enim factura,] Ad familiaritatem ibi [Nunc autem in Chriſto.] Poſtea iterum ad fidem, ibi [Ipſe enim eſt pax] Ad unitatem, ibi [Ut duos condat.] Ad legis vocationem, ibi [Ergo jam non eſtis hoſpites.] Dicit ergo: *a* Et vos] *Gloſ.* ſuppler hic [convivificavit; vel, ſuſcitavit] Et accepit iſtud verbum ab inferiori ubi dicitur, Deus autem, qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos, &c.] *b* Cum eſſetis mortui] Oſtendit quod vocati ſunt de morte ad vitam: ſicut dicitur *Ezech.* 16. Cum adhuc eſſes in ſanguine tuo, dixi tibi. Vive *Iſa.* 9. Habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis. *c* Delictis] i. omiſſis [peccatis] commiſſis. *d* Ambulaſtis] ſcil. proficiendo in pejus. *Col.* 3. In quibus, & vos ambulaſtis aliquando, cum viveretis in illis. item *inf.* 5. *e* Secundum ſæculum] ſpeciem mundi hujus. 1. *Jo.* 2. Si quis diligit ſæculum non eſt charitas Patris in eo. *f* Secundum Principem, &c.] *inf.* 6. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem ſed adverſus Principes, & poteſtates adverſus mundi Rectores tenebrarum harum. *g* In filios diffidentiæ] *Col.* 3. Propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. Utraque mater ejus, ſcil. & diffidentia, i. deſperatio, & incredulitas; mala eſt. *Job* 7. Deſperavi: nequaquam ultra jam unam. E converſo. *Rom.* 8. Certus ſum, quod nec mors, &c. *h* In deſideriis carnis] *Rom.* 13. Curam carnis ne feceritis in deſideriis. *Gal.* 5. Spiritu ambulate, & curam carnis non perficietis. Ad *Tit.* 3. Eramus enim, & nos aliquando inſipientes, & increduli, errantes inſervientes deſideriis, & voluptatibus. Nota oſtendit Apoſtolus, quod vocati ſunt a tribus. A fallacia mundi, cum dicit [Secundum ſæculum.] A poteſtate Diaboli, cum dicit [Secundum Principem.] Ab illecebris carnis, cum dicit [In deſideriis carnis.] Hi ſunt tres inimici Salomonis caro, mundus, dæmonia. 3. *Reg.* 11. Primus fuit Jeroboam qui interpretatur cauſa populi, hic eſt mundus per quem ſunt cauſæ, & lites. Secundus Razon qui interpretatur myſticus vel ſecretus: hic eſt caro. *Mich. ult.* Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui. Tertius fuit Adad Idumæus de ſemine regio, & interpretatur teſtis, vel patruus, hic autem eſt Diabolus, paratus ſemper perhibere teſtimonium contra nos. *Apoc.* 12. Ipſe eſt accuſator fratrum. *Zach.* 3. Satan ſtabat a dextris Jeſu, ut adverſaretur ei, Et eſt patruus noſter, i. frater patris noſtri, ſcil. cum quo ſimul creatus fuit. *Job* 40. Ecce Behemoth quem feci tecum. Eſt autem Idumæus, ſcil. ſanguineus per crudelitatem. Quis crudelis eſt, & non miſerebitur. *Jer.* 6. De ſemine regio, per ſuperbiam. *Job* 41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Hi etiam ſignantur per tres lanceas quibus confixus fuit Abſalon. 2. *Reg.* 18. *Apoc.* 9. Ab his plagis occiſa eſt tertia pars hominum. *ſ* Et cogitationum:] Ecce quod vocati ſunt ab errore qui ſurrepit in cogitationibus, *Sap.* 1. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. *Iſa.* 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis, dicit Dominus. *k* Natura filii iræ:] per originales, ſcil. quod contraximus a patribus. *Pſ.* 50. In peccatis concepit me mater mea, ſc. in originalibus. Et *Pſ.* 17. Præoccupaverunt me laquei mortis. *Eccl.* 41. Si nati fueritis, in maledictione naſcemini. *l* Deus autem, qui dives] inceperat oſtendere a quibus, & a quot vocati ſumus: ne autem fiat nimis longa interpoſitio, ſi continue omnia enumeraret, incipit oſtendere ad quid vocati ſumus, & hoc per antitheſim a quibus vocati ſumus. Primo ergo oſtendit, quod vocati ſumus ad vitam, contra hoc quod vocati ſumus a morte. Unde *m* Qui dives eſt in miſericordia] Sicut dicitur. Iſte homo habet magnum theſaurum, & miſericordia Dei eſt quaſi infinitus theſaurus. Unde *Matt.* 21. Dicit, quia Dominus his opus habet. Per aſinam, & pullum peccatores ſignificantur, quibus videtur Dominus indigere ad hoc quod expendat theſaurum miſericordiæ ſuæ. Sicut dicitur de aliquo, qui magnum theſaurum habet, & filium prodigum. Iſte indigebat tali filio, aliter numquam expenderetur theſaurus ejus. *n* Propter nimiam charitatem] *Jer.* 31. Charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te miſerans *Rom.* 5. Commendat Deus charitatem ſuam in nobis quoniam ſi cum peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo magis nunc juſtificati in ſanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ipſum. Et dicit: [propter nimiam charitatem] non dicit magnam. Magnum eſt, quod Deus miſit auxilium; majus quod filium miſit, maximum quod in veritate carnis; nimium quod in ſimilitudinem carnis peccati. Quomodo enim non nimium, quando illud apparuit quod omnino non fuit?

o Cum eſſemus mortui peccatis,] i. per peccata, quæ ſunt mors animæ, quia ſeparant a Deo, qui eſt vita animæ. Unde *Iſ.* 59. Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum. Aliter ſumitur mori peccato, ut *Rom.* 6. Qui mortuus eſt peccato juſtificatus eſt a peccato. Et *in eod.* Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? Sed in peccato datur caſus. *p* Convivificavit nos] i. ex toto vivificavit, juſtificando. *Rom.* 8. Spiritus vivit propter juſtificationem. Quod ſi Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis habitat in vobis: qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, vivificabit, & mortalia corpora veſtra, propter inhabitantem Spiritum ejus vobis. Vel [Convivificavit] nos cooperantes per liberum arbitrium: ſecundum illud *Aug.* Qui fecit te ſine te, non juſtificabit te ſine te. Vel [convivificabit] i. ad vitam gloriæ vocavit. *Pſ.* 65. Qui poſuit animam meam ad vitam. *q* Conreſuſcitavit] *Gl.* i. cum Chriſto jam ſuſcitavit ſæpe. *Col.* 2. & 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, &c.

r Et conſedere] tanquam Judices *Matth.* 19. Sedebitis, & vos ſuper ſedes, judicantes duodecim Tribus Iſrael. *Pſal.* 121. Quia illic ſederunt ſedes in judicio. Vel [conſedere] in æterna hæreditate ſecum ſedere in cœlo.

ſ Fecit] i. faciet, vel fecit jam in cauſa, quia gratiam dedit, per quam fiet hoc. Sic ergo vocavit nos ad æternam hæreditatem, contra fallaciam mundi, & temporalium, quæ nihil ſunt in comparatione ejus. Unde de Beato Martino legitur; Nec terram videre dignatus, cœlo totus inhiabat.

t Ut oſtenderet in ſæculis ſupervenientibus abundantes divitias,] datas non meritis noſtris. Hoc verum eſt quantum ad divitias gratiæ, & gloriæ; quia non habebimus eas propter merita noſtra principaliter. Ecce theſaurus miſericordiæ ad quem vocati ſumus contra aſtutiam Diaboli qua facit homines ruere in deſperationem *Pſal.* 32. Ponens in theſauris abyſſos, miſericordiarum ſcil. Iterum *Pſalm.* 41. Abyſſus Abyſſum invocat in voce cataractarum tuarum. Abyſſum miſericordiæ Dei in- [illegible] & vocat.

Jeſu. *a* Gratia enim eſtis ſalvati per fidem (& hoc non *b* ex vobis: Dei enim donum eſt) non ex operibus: ut ne quis glorietur. Ipſius enim *c* ſumus factura creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis *d* ambulemus, *e* Propter quod *f* memores eſtote quod aliquando vos qui Gentes eratis in carne, *g* qui dicebamini *h* præputium ab *i* ea quæ dicitur circumciſio in carne, *k* manu facta: qui eratis illo in tempore ſine Chriſto *l* alienati a converſatione Iſrael, *m* & hoſpites Teſtamentorum, *n* promiſſionis ſpem non habentes, *o* & ſine Deo in hoc mundo. *p* Nunc autem in Chriſto Jeſu vos, *q* qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. *r* Ipſe enim eſt pax noſtra, *ſ* qui fecit utraque unum: *t* & medium parietem maceriæ *u* ſolvens inimicitias in carne ſua: *x* Legem mandatorum *y* decretis *z* evacuans, *a* ut duos *b* condat in ſeipſo in uno novo

a vocat abyſſus noſtræ miſeriæ, etiam hac in voce vulnerum Chriſti, quæ clamat, veniam, & miſericordiam. *Heb.* 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam Abel. *a* Gratia enim ſalvari eſtis] Ecce vocati ſunt ad fidem contra errorem. *Iſa.* 19. Miſcuit Dominus ſpiritum erroris in medio Ægypti. Ab errore per gratiam liberati ſumus. *b* Non ex operibus,] *Rom.* 11. Si autem gratia Dei, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non eſt gratia. *Rom.* 4. Ei operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. *c* Ipſius ſumus, &c.] *Jac.* 1. Ut ſimus aliquod initiũ creaturæ ejus. 2. *Cor.* 5. Si qua nova creatura in Chriſto vetera abierunt, ecce nova. Quod dicit [Creati] quia creare eſt de nihilo facere aliquid, i. de peccatore, qui nihil eſt facere juſtum: ſed creare proprium eſt Dei. *Iſ.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. *Phil.* 2. Operatur in nobis velle, & perficere. *d* Ut in illis ambulemus.] *Col.* 2. In ipſo ambulate in charitate. *e* Propter quod memores] Redit iterum ad oſtendendum a quibus ſumus vocati, quia a vilitate, & immunditia Gentilitatis. Unde dicit [Propter quod] *Gl.* quia hæc bona habetis a Deo: quantum ad hoc eſt cauſale ly [propter] Vel, ut ſciatis omnia eſſe a gratia Dei, quantum ad hoc eſt finale.

f Memores eſtote] Vult enim Dominus, quod homo habeat in memoria ſtatum malum in quo fuit, ut humilietur, & ſit magis gratus Deo, ut doleat, & caveat. Unde *Deut.* 9. Memento & ne obliviſcaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Dominum Deum tuum in ſolitudine, *Deut.* 16. Memineris diei egreſſionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ. *Eccl.* 11. In die bonorum ne ſis immemor malorum. *Deut.* 5. Memento quod tu ſervieris in Ægypto. *Jer.* 3. Sanctus ego ſum, dicit Dominus, & non iraſcar in perpetuum. Tamen ſcito iniquitatem tuam, quia in Deum tuum prævaricata es. Et 2. Scito & vide, quoniam malum eſt, &c. *Ezech.* 16. Non es recordata dierum adoleſcentię tuæ, quando eras nuda & confuſione plena. 1. *Cor.* 12. Scitis quoniam cum Gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes. *g* Qui dicebamini præputium,] i. immunditia. *Col.* 2. Et vos cum eſſetis mortui in delictis, & præputio carnis veſtræ, convivificavit cum illo. *h* Dicebamini] dicor. *i* Ab ea, quæ dicitur] *Gl.* quæ non vere eſt, ſed dicitur, &c. *Rom.* 2. Non enim qui in manifeſto Judæus eſt: nec, &c. *k* Quæ circumciſio in carne,] Chriſti [manufacta] i. a Judæis. *Col.* 2. In quo circumciſi eſtis circumciſione non manufacta. *Jer.* 4. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum, viri Juda, & habitatores Jeruſalem.

l Alienati] Hic oſtendit, quod ſumus vocati a ſequeſtratione, qua ſejuncti eramus a populo Dei. *m* Hoſpites] Hic oſtendit, quod vocati ſumus ab ignorantia Legis, quia hoſpites, i. alieni a Teſtamentis Dei. *Inf.* 4. Alienati. *n* Promiſſionis ſpem, &c.] Sed Judæi habent ſpem promiſſionis, non rem; nos vero rem, non ſpem. *Iſa.* 19. Verbum miſit Dominus in Jacob, & cecidit in Iſrael. *o* Et ſine Deo, &c.] Judæi hæc omnia habebant; Gentiles non. Sed modo facti ſunt in caudam & advena factus eſt in caput: quia modo iſtis tandem dicitur 2. *Par.* 15. Tranſibunt dies multi in Iſrael ſine vero Deo, & abſque Sacerdote, & abſque Lege. *Oſee* 3. Dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine Rege, ſine Principe, ſine ſacrificio. *p* Nunc autem in Chriſto Jeſu, &c.] Oſtenſo a quibus vocati ſumus, oſtendit adhuc ad quid vocati ſumus per antitheſim. Et primo, quia ad familiaritatem Chriſti, quod eſt magna dignitas, contra vilitatem in qua fuerunt, & a qua vocati ſunt. Dicit ergo: *q* Qui aliquando eratis longe: facti eſtis prope, &c.] Longe per ſimilitudinem; tamen vocat Dominus ultimos, peccatores. *Soph.* 3. Ultra flumina Æthiopiæ inde ſupplices mei, i. ultimi peccatores. *Iſa.* 46. Vocavi ab oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ: ſic ergo facit prope. Et nota, quod Deus nobis approximat largiendo gratiam, ſi nos ei approximamus per deſiderium, & ſanctam operationem. *Jac.* 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Et *Pſal.* 144. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum, &c. *r* Ipſe enim, &c.] In fide. Unde dicit *Gl.* Hic ergo oſtendit, quod vocati ſumus ad fidem unius Dei contra errorem multorũ Deorum. Et dicitur pax noſtra; quia venit ad pacem faciendam: quia pacificavit nos Deo patri: item cum Angelis, & nos invicem. Propter primum dicitur Mediator Dei, & hominum: propter ſecundum: Rex pacificus, & Salomon; propter tertium dicitur lapis angularis. *Pſal.* 71. Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis. *Iſ.* 9. Princeps pacis. Et *in ead.* Et pacis ejus non erit finis. *Mich.* 5. Erit iſte pax noſtra, cum venerit Aſſyrius, i. Diabolus in terram noſtram, & quando calcaverit in domibus noſtris, i. pedem ſuggeſtionis in corde poſuerit Diabolus. *Ezech.* 34. Faciam cum eis pactum pacis. Sed videtur, quod imo guerram fecerit; quod patet, *Matth.* 10. Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere in terram: non, &c. ſed gladium. Sol. Hujus habetur. *Sap.* 14. In magno viventes inſipientiæ bello, tot & tanta mala pacem appellant. Mali enim quando incitabantur contra Martyres, videbatur eis, quod juraſſent ſe poſituros eos in pace. Nulla enim major guerra homini, quam quod dimittatur in pace, & libere peccare: ſicut vineis guerram facit, quando quis eas in pace dimittit: quod patet, quia ſtatim quaſi ablati ſunt fructus earum. De guerra vineæ. *Iſa.* 5. Oſtendam quid faciam vineæ meæ, [i. quam magnum malum] non putabitur, non fodietur. Similiter de terra. *Iſ.* 7. Vepres, & ſpinæ erunt in univerſa terra. Similiter per guerram nobis pax eſt & e converſo. Quod ergo dicit Dominus. Non veni mittere pacem, i. quod homines vocant pacem; ſed gladium. *ſ* Qui fecit utraque unum:] *Jo.* 10. Fiet unum ovile, & unus paſtor. Sic ergo fecit unum, quia eſt lapis angularis. *Iſ.* 28. Ecce mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, 1. *Pet.* 2. Ecce pono in Sion lapidem ſummum angularem electum, &c.

t In Medium parietem maceriæ] Intranſitiva eſt conſtructio, i. parietem, qui eſt maceria, i. inſtabilis. Et vocat medium parietem maceriæ, ritus legalium, & idololatriæ, quæ ſolvit Chriſtus in carne ſua, Idololatriam per veritatis manifeſtationem, legalia per rei exhibitionem. Unde *Jo.* 19. Conſummatum eſt. [Maceriæ] In *Pſ.* 61. Quouſque irruitis in hominem, interficitis univerſi vos, tanquam parieti inclinato [q. d. Vos qui Chriſtum crucifigitis, & hominem tantum crucifigere creditis] & maceriæ depulſæ. Per mortem ejus utraque maceria eſt expulſa. *Cant.* 2. En ipſe ſtat poſt parietem: verum, quia finivit parietem legalium.

a Duos in uno] *Job* 38. Quis demiſit, [i. deorſum ad terram in carnem miſit] lapidem angularem ejus? Deus ſcil. patet. In hoc adimpleta eſt prophetia *Oſ.* 1. Congregabuntur filii Juda, i. Judæi, & filii Iſrael, Gentiles ſcil. [qui erant idololatræ, ſicut decem Tribus, quæ per Iſrael; & quia videbant Deum per naturales rationes:] & ponent ſibimet caput unum. *Ezech* 37. Rex unus erit omnibus imperans, &c. *Gen.* 38. Quare avulſa eſt propter te maceria, i. pellis Legis de utero Synagogæ matris. *u* Solvens inimicitias] Ly [ſolvens] diaſyrticum eſt. *x* Legem mandatorum evacuans, i. quantum ad ea, quæ mandabant legaliter obſervanda. *y* Decretis,] i. mandatis evangelicis. Vel ex abundanti poteſt ſic exponi.

z Evacuans] i. evacuari permittens Legem a decretis Scribarum, & Phariſæorum. *Matt.* 15. Sine cauſa colunt me, docentes mandata, & doctrinas hominum. *Iſ.* 29. Timuerunt me mandato hominum, & doctrinis, &c. Hoc fecerunt Scribæ, & Phariſæi. Modo etiam Religioſi aliqui parum timorati majorem vim faciunt in ſuis mandatis, quam in evangelicis.

a Ut duos condat] Hic oſtendit, quod vocati ſumus ad unitatem contra ſequeſtrationem. *b* Condat,] id eſt ædificet,

ædificet, & uniat in ſemetipſo. Vel, i. ſecundum id quod factum eſt in ipſo. a In uno novo homine,] i. faciens pacem per ſeipſum, poſteaquam factus eſt novus homo; poſt reſurrectionem enim facta eſt unio Judæorum, & Gentium. Vel dicitur novus homo, quia dat novam præceptionem, & novam vitam, & nova omnia. Jo. 13. Mandatum novum do vobis, &c. 1. Cor 15. Noviſſimus Adam in Spiritum vivificantem. Apoc. 21. Ecce nova facio omnia. Item novus homo, quia novo modo conceptus & natus. Jer. 31. Novum faciet Dominus ſuper terram, &c. 2. Cor. 5. Ecce facta ſunt omnia nova. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit ſibi per Chriſtum. Unde ſubditur: b Ut reconciliet ambos, &c.] Job 9. Non eſt qui utrumque valeat arguere; & manum ſuam ponere in ambobus, i. in Deum & hominem, vel Gentilem Populum, & Judaicum. Pſ. 84. Miſericordia, & veritas obviaverunt ſibi: juſtitia & pax oſculatæ ſunt ſe. Quando tanta fuit Dei miſericordia, quod miſit filium ſuum, ablatum eſt obſtaculum, quia fecit miſericordiam, & juſtitiam in uno corpore, ideſt, in una Eccleſia. 1. Cor. 10. Unus panis, & unum corpus multi ſumus. c Interficiens inimicitias Col. 2. Delens quod adverſum nos erat chirographum decreti. d Evangelizavit pacem, &c.] Iſa. 61. Ad evangelizandum pauperibus miſit me, i. pauperibus a gratia, qui longe a Deo. Luc. 4. Pauperes evangelizantur, q. d. Ego ſum ille, de quo prophetavit Iſaias. e Qui longe: qui prope,] Iſ. 57. Creavi fructum labiorum pacem: pacem homini, qui longe eſt, & qui prope, eſt dicit Dominus. f Acceſſum] per ipſum ad Patrem. Unde Jo. 14. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Ideo dicit ibid. 10. Ego ſum oſtium. Et Jo. 18. Petrus introivit in atrium Pontificis per Joannem. Heb. 6. Ubi præcurſor noſter introivit, quaſi viam nobis oſtendens. Mich. 2. Aſcendet pandens iter ante eos. g In uno Spiritu,] 1. Cor. 12. Hæc omnia operatur unus atque idem Spiritus. h Ergo jam non eſtis hoſpites,] o vos Gentiles, in quibus adimpletum eſt illud. Iſa. 54. Ecce accola veniet, qui non erat mecum: advena quondam tuus adjungetur tibi. Iſa. 56. Ego dabo eis in domo mea, & in muris meis locum: & nomen melius a filiabus. Et loquitur eunuchis per quos Gentiles intelliguntur, qui nihil boni poterant facere. Exod. 12. Eadem lex erit indigenæ, & colono qui peregrinatur apud vos. Lev. 19. Advena ſi moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei: ſed ſit inter vos quaſi indigena: & diligetis eum quaſi vosmetipſos. i Cives] civitatis, de qua Heb. 11. Expectabat fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & conditor Deus. Pſ. 86. Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei. Apoc. 21. Vidi ſanctam civitatem Jeruſalem deſcendentem de cœlo: quia quicquid habet Eccleſia boni, habet de cœlo. k Domeſtici quoad ſupererogationes, quas habent Clauſtrales. Ideo Prov. ult. Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus, i. præceptis, & conſiliis. Iſ. 30. Alia littera: Beatus qui habet ſemen in Sion, domeſticos in Jeruſalem. l Super fundamentum Apoſtolorum,] i. ſuper doctrinam eorum, & hoc fundatur in Chriſto habens fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum, & Agni. Hoc eſt quod hic dicitur. m Ipſo ſummo, &c.] Iſa. 54. Fundabo te in ſapphiris. Apoc. 21. Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioſo ornata. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, &c. Tob. 13. Portæ Jeruſalem ex ſapphiro, & ſmaragdo, 3. Reg. 5. Præcepit Rex ut tollerent lapides pretioſos in fundamentum Templi. Cum lapides noſtri ita politi ſunt, & ornati, non mirum videtur, quod ſint Eccleſiæ fundamenta. [Ipſo ſummo angulari, &c.] Act. 4. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt a vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: & non eſt in aliquo alio ſalus. Matt. 21. Nunquam legiſtis, &c. 1. Petr. 2. Ad quem accedentes lapidem vivum, &c. n Ædificatio] 1. Cor. 3. Dei ædificatio eſtis, Dei agricultura. o In templum ſanctum] 1. Cor. 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. 1. Cor. 6. An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spir. S. &c. Sed ex quo omnis habens charitatem eſt templum Dei? quare dicit, [Creſcit in templum ſanctum] Sol. Per templum hic deſignatur ſoliditas, vel firmitas gratiæ: quia quod ſanctificatur, numquam ex tunc in alienos uſus licet transferri. Unde cum Miniſtri habentes charitatem non ſunt confirmati in gratia, non ſunt proprie templum: ſed facile transferunt ſe in uſum Diaboli. p In habitaculum] Heb. 3. Chriſtus tanquam filius in domo: quæ domus ſumus nos. 2. Cor. 6. Vos eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Dominus. Quoniam inhabitabo, &c. Et ſumitur de Ezechiele. q In Spiritu ſancto.] operante.

D

a homine faciens pacem, b ut reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, c interficiens inimicitias in ſemetipſo. Et veniens d evangelizavit pacem vobis, e qui longe fuiſtis, & pacem his qui prope, quoniam per ipſum habemus f acceſſum ambo in g uno Spiritu ad patrem. h Ergo jam non eſtis hoſpites, & advenæ, ſed i cives Sanctorum, k & domeſtici Dei, & ſuperædificati ſuper l fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, m ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu, in quo omnis n ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino. o In quo coædificamini † in habitaculum p Dei in Spiritu q ſancto.

al. † tabernaculum.

C A P. III.

Cujus r rei gratia ſ ego t Paulus vinctus Chriſti Jeſu pro u vobis Gentibus ſi tamen x audiſtis diſpenſationem gratiæ Dei, y quæ data eſt mihi in vo-

A

EXPOSITIO CAP. III.

Cujus rei gratia, &c.] In præced. capitulo oſtendit a quo, & ad quid vocati ſunt: hic oſtendit per quem, quia miniſterio Pauli. Et primo oſtendit quanta paſſus ſit pro eis eo quod vocavit eos ad fidem, ut ſic ſint magis grati Deo, quia tantum amicum ſuum permiſit tanta pati pro eis. Secundo oſtendit fuiſſe revelatum ſacramentum Dei, ibi [Quoniam ſecundum revelationem] Tertio oſtendit quod illud quod revelatum eſt ei, pertinet ad ſalutem Gentium. Poſſent enim dicere. Si multa revelavit tibi Deus, ſi bonus Clericus es: quid ad nos? Nulla nobis inde utilitas erit. Ideo dicit quod imo, ibi [Quod aliis generationibus non eſt agnitum, &c.] imo etiam ſe eſſe miſſum propter hoc a Deo dicit, ibi [Cujus factus ſum ego miniſter] Nec oſtendit ad quanta prædicanda miſſus ſit, ſe in principio annihilans, ut illa majora appareant, ibi [Mihi enim omnium Sanctorum minimo] In ſex oſtendit ſe orare pro ipſis, eo quod eorum Apoſtolus ſit: & exponit per partes, quæ & qualia, & quanta eis procuret. Dicit ergo: r Cujus rei] Continua ſic: Dixerat [in quo & vos coædificamini: hujus ergo rei gratia] ut ſcilic. coædificemini, ob rei hujus gratiam præbitam vobis.

ſ Ego Paulus vinctus] ſcil. Eo enim quod convertebat Gentes ad fidem Chriſti, Judæi invidia moti concitaverunt contra eum Gentes in tantum, ut ligaretur: ſicut habetur Act. 21. Tribunus apprehendit eum, & juſſit ligari catenis duabus. Et in tantum proceſſit res, quod ductus fuit Romam: ubi primo fuit ſub cuſtodia libera, poſt vinctus, ad litteram, & poſitus in vinculis ſcripſit hanc Epiſtolam ad Epheſios. t Paulus vinctus Chriſti Jeſu] Inf. 4. Obſecro vos fratres ego vinctus in Domino. Et dicit [Vinctus Chriſti Jeſu] i. ad honorem ejus. u Et pro vobis Gentibus] i. ad utilitatem veſtram. Col. 1. Nunc gaudeo in paſſionibus meis pro vobis. Et in hoc apparet zelus Apoſtoli quem habebat de ſalute animarum: quia cum non ore ad os poſſet eis prædicare; vinctus tamen prædicabat eis per epiſtolam. Sic & alii Sancti. Heb. 11. Sancti ludibria, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres: lapidati ſunt, &c. Similiter Jeremias licet eſſet captus, & in veſtibulo carceris poſitus, tamen veritatem prædicabat. Jer. 37. & 38. Sed modo non eſt ita de Prædicatoribus noſtri temporis, & hoc eſt, quia non zelant animas, ſed præbendas. Pro vobis, dico: Gentibus, quia ſcil. prædicavi vobis ſalutis verbum. x Si tamen audiſtis] i. intellexiſtis [diſpenſationem gratiæ Dei] active ſcil. i. ſi cognoſcitis Apoſtolatum, per quem diſpenſatur vobis gratia Dei. Apoſtolus enim diſpenſator erat cœleſtium, non terrenorum. Prædicator gratiæ, non pecuniæ. 1. Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Vel paſſive diſpenſationem gratiæ Dei, i. Apoſtolatum diſpenſatum mihi a Deo per gratiam. Col. 1. Cujus factus ſum ego Paulus miniſter ſecundum diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi in vobis 1. Cor. 9. Diſpenſatio mihi credita eſt. Et hoc eſt quod dicit. y Quæ] diſpenſatio [data eſt mihi in vobis] Gentibus Gal. 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum cir-

cumciſionis

Digitized by Google

carnificionis; operatus eſt mihi inter Gentes. *a* Quoniam] quod data eſt mihi diſpenſatio [Secundum revelationem] a Deo factam. *b* Notum mihi] q. d. A Deo didici, qui mihi Apoſtolatum in vobis commiſit. *Gal.* 1. Neque ab homine accepi illud, neque didici, ſed per revelationem

bis. Quoniam *a* ſecundum revelationem *b* notum mihi factum eſt ſacramentum, *c* ſicut ſupra ſcripſi in brevi: *d* prout poteſtis legentes intelligere prudentiam meam *e* in myſterio Chriſti, quod *f* aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, *g* ſicuti nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis ejus, & *h* Prophetis in Spiritu, *i* eſſe Gentes cohæredes, & concorporales, *k* & comparticipes promiſſionis in *l* Chriſto Jeſu *m* per Evangelium, cujus *n* factus ſum miniſter ſecundum *o* donum gratiæ Dei, quæ *p* data eſt mihi ſecundum operationem virtutis ejus. Mihi enim *q* omnium Sanctorum minimo data *r* eſt gratia hæc: In Gentibus evangelizare inveſtigabiles divitias Chriſti, & illuminare *ſ* omnes, quæ ſit diſpenſatio *t* ſacramēti *u* abſcōditi *x* a ſeculis in Deo *y* qui omnia *z* creavit: ut innoteſcat *a* Principatibus, & Poteſtatibus in cœleſtibus *b* per Eccleſiā multiformis *c* ſapientia Dei, ſecundū

Jeſu Chriſti. *c* Sicut, &c.] [in brevi] tempore [ſupra] ante [Scripſi] hoc, i. Non eſt multum tempus, quod ſcripſi vobis hoc: quia forte alias ſcripſerat eis aliqua breviter de hoc ſacramento, vel gratia Vel dicit [in brevi:] i. in brevitate, i. in brevibus verbis. *Sup.* 2. Ipſe eſt pax noſtra, &c. Et *poſtea* etiā ſubdit, Ut duos condat in ſemetipſo. Ubi aperte loquitur de reconciliatione Gentium ad Deum. Sed quia brevitatem ſequitur frequenter nimia obſcuritas: ideo ſubdit: *d* Prout poteſtis] q. d. Ita breviter ſcripſi, tamen prout poteſtis legentes intelligere: Ecce commendabilis eſt Paulus a brevitate loquendi, & apertione ſermonis. Item ab utilitate, cum dicit [prudentiam meam] i. ſcientiam, quæ eſt: *e* In myſterio Chriſti,] i. de ſecreto Chriſti, quod Deus oſtendit mihi de Gentibus ſalvandis per Chriſtum. *Prov.* 10. Os juſti parturiet ſapientiam, i. ea, quæ ad ſapientiam pertinent, loquetur. Et nota hic tria, breviter, & diſtincte, utiliter loqui. *Cant.* 4. Favus diſtillans labia tua, ſponſa. Favus reſiſtit, ecce utilitas ſermonis. In diſtillatione notantur duo, nempe breviter, & diſtincte loqui. Stilla enim eſt brevis, & diſtincte cadit. *Prov.* 12. Doctrina ſua noſcitur vir. *Eccl.* 20. Sapiens in verbo producit ſeipſum, i. manifeſtat cordis intellectum. *Habac.* 2. Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas ut percurrat, qui legerit eum. *Eccl.* 24 Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *f* Quod aliis] Tertia pars. Quod myſterium [aliis generationibus non agnitum] i. revelatum [ſicut nunc] Contra. 1. *Pet.* 1. De qua ſalute inquiſierunt, & ſcrutati ſunt Prophetæ priores, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt. *Et poſtea parum*: Quibus revelatum eſt, quia non ſibi ipſis, vobis autem miniſtrabant ea. Sol. Non eſt agnitum etiam cunctis Prophetis Veteris Teſtamenti. Unde dicit ſingulariter: *g* Sicut nunc, &c.] *Matt.* 13. Eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. *Col.* 1. Ut impleam Verbum Dei, myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis, & generationibus. *Luc.* 10. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, &c. intelligitur de oculis interioribus. *Eccl* 24. Adhuc doctrinam quaſi prophetiam effundam, i. quaſi viſionem occultam Prophetæ videbont, oculis corporeis: quia in veteri Teſtamento tenebroſa aqua in nubibus aeris. Sed *Prov.* 27. Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ virentes. *h* Et Proph tis,] revelatum eſt [in Spiritu] i. per Spiritum ſanctum Prophetæ dicuntur qui interpretantur Scripturas: ſic ſumitur. 1. *Cor.* 14. Prophetæ duo, aut tres dicant, *Act.* 13. Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, &c. *i* Eſſe Gentes] Hoc eſt myſterium. [Cohæredes] in Eccleſia triumphante *Rom.* 8. Hæredes quidem Dei; cohæredes autem Chriſti. [Concorporales] ejuſdem corporis in Eccleſia militante. Unde 1. *Cor.* 10. Unus panis, & unum corpus multi ſumus, *Et* 12. Multa quidem membra, unum autem corpus. *Epheſ.* 44. Unum corpus, & unus Spiritus. Et per hæc duo. *k* Comparticipes promiſſionis] ejus: quia hæc duo promittebantur, gratia in præſenti Eccleſia, & gloria in futura. *Pſ.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. *Pſ.* 118. Particeps ego ſum omnium timentium te. Et hoc totum factum eſt. *l* In Chriſto Jeſu,] i. per Chriſtum. *m* Et per Evangelium,] i. per meam prædicationem. Aliter non valet prædicatio, niſi Chriſtus ſit ibi *Greg* Fruſtra ad aures ſonat vox Prædicatoris, niſi intus moveat gratia largitoris *n* Cujus] Evangelii [factus ſum,] non auctor. *Rom.* 11. Quamdiu quidem ego ſum Gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo. 1. *Tim.* 2. Veritatem dico, & non mentior, Doctor Gentium in fide, & veritate. *Act.* 13. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. *o* Secundum donum, &c.] i ſecundum quod Deus dedit mihi gratiam. 1. *Cor.* 15. Non autem ego, ſed gratia Dei mecum. *p* Quæ data eſt mihi, &c.] i. ſecundum quod virtuoſe operatus eſt in me, me prius nominis ſui perſecutorem, faciens ejuſdem prædicatorem. Vel virtus Chriſti proprie eſt miſericordia: quia ejus proprium eſt miſereri; punire vero eſt alienum ab eo. *Iſ.* 28. Iraſcetur alienum opus ejus, *Et* 27. Indignatio non eſt mihi. Quis dabit mihi ſpinam, & veprem? Vel hoc, [ſecundum operationem, &c.] poteſt eſſe determinatio hujus [in Chriſto Jeſu,] i. ſecundum quod operatus eſt virtuoſe in Chriſto Jeſu, Chriſtum a mortuis reſuſcitans: per quod Gentes remiſſæ ſunt ad fidem. *q* Mihi enim omnium Sanctorum minimo] Quarta pars capituli. 1. *Cor.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei. In quo impletum eſt illud: *Iſa.* 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus leo, & ovis ſimul morabuntur, & puer parvulus minabit eos. Per iſta animalia Gentiles animales, & feroces intelliguntur, quos minavit docendo Paulus puer, i. parvulus, humilis, puer, & virgo. *r* Data eſt gratia hæc,] i. tanta, ſcil. [in Gentibus, &c. divitias Chriſti,] i. quas habuit Chriſtus. *Col.* 2. In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. *Iſa.* 33. Divitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia: timor Domini ipſe eſt theſaurus ejus. Et dicit, [inveſtigabiles:] quia ſicut dicitur. *Eccl.* 1. Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inveſtigabit? *Rom.* 11. O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei! Quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! Nec tamen penitus inveſtigabiles, quia non poſſent evangelizari. 1. *Cor.* 15.

ſ Et illuminare omnes] i. elucidare omnibus [quæ ſit diſpenſatio, &c. *Luc.* 1. Illuminare his, qui in tenebris, &c. Ad hoc dati ſunt Apoſtoli, & eorum ſucceſſores: quibus dictum eſt *Matt.* 5. Vos eſtis lux mundi hujus ut omnes illumineris communiter ſine perſonarum acceptione, ſicut Sol; & gratis faciatis hoc ſine numerum acceptione. *Matt.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. *Eccl.* 24 Doctrinam quaſi antelucanum illumino omnibus. Hoc eſt quod dicitur 1. *Tim.* 2. Qui omnes homines vult ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire.

t Quæ ſit diſpenſatio,] i. adimpletio.

u Sacramenti] i. redemptionis humanæ.

x Abſconditi a ſeculis,] a creaturis ſæculorum, & exiſtens. *y* In Deo,] i. ſola notitia Dei.

z Qui omnia creavit:] *Iſa.* 24. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi, & *ibid.* 45. Vere tu es Deus abſconditus. Contra *Amos* 3. Non facit Dominus verbum, niſi revelaverit, &c. Reſp. Paucis fuit ſecretum Dei notum tunc, etiam ita plene, ſicut nunc. *Deut.* 19. Abſcondita a Domino Deo noſtro, quæ manifeſta ſunt nobis, & filiis noſtris uſque in æternum; ut faciamus univerſa verba legis hujus.

a Ut innoteſcat, &c.] Datum eſt mihi evangelizare, ita ut innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus, qui ſunt in cœleſtibus, ſcil. in cœlo, i. Angelis, ad Litteram.

b Per Eccleſiam] i. per ea, quæ dicta & facta ſunt in Eccleſia per nos Apoſtolos. *c* Multiformis ſapientia Dei,] *Chryſ.* Multiformis et varia ſapientia Dei de reparatione, ſcil. hominum, & modo reparandi. Et dicit [multiformis ſapientia] Deus enim ſtudens ſaluti noſtræ, multis modis ſalutem noſtram fecit. *Greg.* In opere noſtræ redemptionis multa dixit, mira fecit, dura ſuſtinuit. *Pſ.* 9. Inter Gentes annunciate ſtudia ejus. *Chryſ.* ſuper *Jo.* 2. Et nobiſcum; Sed & Angeli per Joannis vocem didicerunt. *Et poſtea*: Si igitur Principatus, & Poteſtates, & Cherubim per Eccleſiam didicerunt: hoc manifeſtum, quoniam & ipſi multa alacritate circa hanc occurrerunt auditionem. Et hoc honorati ſumus non modicum, quod Angeli nobiſcum didicerint, quæ ignorabant. Et *poſtea* dicit modum, i. per quos, & quales Angeli didicerunt, nempe per piſcatores. Vel multiformis ſapientia

Pſal. 17.

Dei eſt ipſe Chriſtus qui ſecundum *Gloſ.* quaſi multas formas habet. Formam ſervi accipiens, in charitate. *Phil.* 2. Formam fugitivi, in deſcenſu in Ægyptum. *Matt.* 2. Formam miſeri, eſuriendo, ſitiendo, plorando; & in multis aliis. Formam peregrini, manſionem non habendo *Jerem.* 14. Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum? Ultimo formā viliſſimi peccatoris, & latronis in cruce moriendo. Has autem formas aſſumpſit, ut & nos eiſdem informet. Dicitur ergo multiformis: quia multis modis formatis, & multis informatis ſapientia fuit: quæ, dico, multiformis, vel quæ innotuit.

a præfinitionem ſæculorum, *b* quam *c* fecit in Chriſto *d* Jeſu Domino noſtro, *e* in quo habemus fiduciam, *f* & acceſſum *g* in confidentia per fidem ejus. Propter *h* quod peto *i* ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ k eſt gloria veſtra. Hujus *l* rei gratia flecto *m* genua mea ad *n* Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ex *o* quo omnis *p* Paternitas in cælis, *q* & in terra *r* nominatur *ſ* ut det vobis ſecundum *t* divitias gloriæ ſuæ, *u* virtutem *x* corroborari per Spiritum ejus, *y* in interiori homine:

a Secundum præfinitionem] i. ſecundum quod Deus præfinivit apud ſe ab

Ephes. 3. æterno ante ſæcula. *b* Quam] præfinitionem.

c Fecit] i. implevit Deus. *d* In Chriſto Jeſu] i. per Chriſtum. *e* In quo] i. per quem [fiduciam habemus] i. ſpem. *f* Et acceſſum] charitatem. *g* In confidentia] quaſi merito confidentiæ: ut ſic charitas augeatur ea ſpe, quæ confidentia eſt per ſpem: quia ſpes naſcitur ex fide. *Matth.* 1. Abraham genuit Iſaac, &c. i. fides ſpem, ſpes charitatem. Vel acceſſum, &c. i. acceſſum confidentem ad Patrem facit. *Joan.* 14. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Et nota, quod capite ingreſſo in gloriam confidentem acceſſum habent membra. *Jer.* 3. Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. *Mich.* 2. Aſcendit iter pandens ante eos: divident, & tranſibunt portam & ingredientur per eam, q.d. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matt.* 11. *Heb.* 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus: ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. *Bern.* Securum habes omnino acceſſum ad Deum, ubi filium habes ante patrem, matrem ante filium: filius oſtendit patri latus, & vulnera; mater oſtendit filio pectus, & ubera. Nec poteſt fieri ulla repulſa, ubi tot concurrunt charitatis inſignia. *h* Propter quod peto] Hæc eſt ultima pars hujus capituli, in qua oſtendit ſe orare pro eis, tum quia ipſorum Apoſtolus, tum quia magnum damnum eſſet, ſi amitterent tot, & tanta bona, quæ habebant. Primo ergo petit eis perſeverantiam in bonis, quæ habent ibi [Ne deficiatis.] Secundo augmentum, & robur virtutum, ibi [Ut det vobis, &c] Tertio virtutum radicationem, ibi [In charitate radicati, &c.] Quarto, ut detur illis intelligentia charitatis Chriſti, qua paſſus eſt pro nobis, ibi [Ut poſſitis comprehendere, &c.] Quinto intelligentiam eorum, quæ quotidie operatur Deus in nobis, ibi [Ei autem, qui poteſt, &c.] Dicit ergo: [Propter quod] i. quia habetis acceſſum ad Deum, & alia bona multa ſupra dicta. *i* Peto ne deficiatis in tribulationibus,] i. pro tribulationibus meis,] quæ ſunt [pro vobis,] i. quas patior quia vobis fidem prædicavi. Sciebat Apoſtolus, quod dicitur *Zach.* 13. Percute Paſtorem, & diſpergentur oves. Superiorum enim tentatio convertit ſæpe ſubditos. Quod ſciens Diabolus dixit 3. *Reg. ult.* Nec pugnabitis contra majorem, nec contra minorem, ſed contra Regem Iſrael ſolum, i. contra Prælatum. Ideo econtra munit Dominus Prælatos propter perfectionem ſubditorum. *Luc.* 22. Simon ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret ſicut triticum. ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando converſus, confirma fratres tuos. k Quæ eſt gloria veſtra,] i. tribulationes meæ cedent vobis ad gloriam in futuro, ſi non deficiatis. Et nota quod ly [quæ] trahit antecedentia ſua a ſubſequenti: ſicut *Gal.* 4. Unum in ſervitute generans, quæ eſt Agar. Vel etiam in præſenti erat gloria eorum hoc quod Dominus tantum amicum ſuum permittebat ita turbari pro eis: ſicut magna fuit gloria filio prodigo, quod pater ejus pro eo mactavit vitulum ſaginatum. *Luc.* 15. *l* Hujus rei gratia] ut non deficiatis ſcilic. & non cadatis a fide. *m* Flecto genua] Notatur vehementia deſiderii ſalutis eorum: ſicut *Act.* 7. Poſitis autem genibus oravit, Domine Jeſu ne ſtatuas illis hoc peccatum. 2. *Par.* 33. In oratione Manaſſes: Et nunc flecto genua cordis mei, precans a te bonitatem Domine.

n Ad patrem] eſt orandum. *Iſa.* 45. Mihi curvabitur omne genu. Omnes etiam orationes fere in Eccleſia diriguntur ad Patrem. *o* Ex quo] Patre, i. ex ejus diſpoſitione, & denominatione. *p* Omnis paternitas in cœlis,] quantum ad Angelos, & Sanctos, qui ibi ſunt fratres. *q* Et in terra] quantum ad Prælatos. *r* Nominatur] Non dicit, eſt: quia nec homo, nec Angelus vere, & proprie eſt pater ſicut dicitur *Matth.* 23. Unus eſt pater veſter. *Mal.* 2 Numquid non unus pater omnium noſtrum? *Iſa.* 63. Tu enim pater noſter, & Abraham neſcivit nos. Ideo dicitur *Matth.* 23. Patrem nolite vocare ſuper terram, i. nomen patris alicui appropriate, ſicut mihi. [Vel nominatur] i. nominabilis eſt. Et nota, quod Angeli dicuntur patres, quia nos inſtruunt; quia benefici ſunt; quia reverendi; item quia imitandi. Similiter prælatio hominum dicitur hic paternitas: ut inde ſumeretur, quod in amore præeſſe debeat, non in timore; vel ſi interdum opus eſt correctione, paterna ſit, non tyrannica. Item nota, quod pater dicitur multis modis. Perſonaliter vel pro generatione æterna. 1. *Jo.* 5. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, &c. Generatione humana. *Luc.* 16. Pater Abraham mitte Lazarum &c. Oratione. *Matt.* 23. Patrem nolite vocare ſuper terram. Prælatione 4. *Reg.* 5. Pater ſi rem grandem dixiſſet tibi Propheta, certe facere debueras. Reverentia 1. *Tim.* 5. Seniorem ne increpaveris, ſub obſecra ut patrem. Adoptione *Eſther* 2. Mardochæus adoptavit eam in filiam. Prædicatione 1. *Corinth.* 4. Nam ſi decem millia Pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres: nam in Chriſto per Evangelium ego vos genui. Exemplo, vel imitatione. *Ezech.* 16. Pater tuus Amorrhæus. *Jo.* 8. Vos ex patre Diabolo eſtis. *Amos* 9. Numquid non ut filii Æthiopum vos eſtis mihi, filii Iſrael? Beneficio 4. *Reg.* 2. Pater mi, currus Iſrael, & auriga ejus. *Job* 29. Pater eram pauperum. Reputatione. *Luc.* 2. Ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. *Pater multis dicitur.*

ſ Ut det vobis,] expeto, ſupple, [ſecundum divitias gloriæ ſuæ,] i. miſericordiam ſuam, & benignitatem copioſam, per quam eſt, & apparet glorioſus, vel per quam facit glorioſos. Et dicit, [ſecundum divitias,] i. ſecundum quod requirunt divitiæ. Non enim decet divitem, & nobilem parva dare, nec paucis, nec cum triſtitia. *Jac.* 1. Dat omnibus affluenter, & non improperat. *Eccl.* 1. Secundum ſtatum ſuum præbet illam diligentibus ſe. *Rom.* 8. Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? *Prov.* 8. Mecum ſunt divitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & juſtitia. *Sap.* 7. Infinitus eſt theſaurus hominibus: qui bene uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati. Quia ergo per divitias tales fit homo amicus Dei, & commendabilis Deo, ideo dicit hic:

t Secundum divitias gloriæ ſuæ,] quæ ſcilicet faciunt glorioſos: Divitiæ ignominioſæ ſunt, quæ mentem inquinant non emundant: de quibus dicit Apoſtolus *Philipp.* 3 Omnia arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. *Eccl.* 13. Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. *Prov.* 3. Stultorum exultatio, ignominia: quia exultant in divitiis, quæ ignominioſe eos inquinant. *Pſalm.* 4. Filii hominum uſquequo gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Ibi alia eſt Litera, Filii viri juſti uſquequo diligitis ignominioſe vanitatem? Ideo dicit:

u Virtutem] non pecuniam, ſed conſtantiam, det ſcil. & hoc quod ſequitur:

x Corroborari per Spiritum ejus,] ideſt, ab ipſo procedentem.

y In interiori homine:] Teſta roboratur per ignem, & Spiritus ſanctus ignis eſt, & in igne miſſus eſt. *Act.* 2. Similiter charitas ignis eſt. *Cant.* 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Similiter tribulatio ignis eſt, qui roborat. *Eccleſ.* 27. Vaſa figuli probat fornax: & homines juſtos tentatio tribulationis. *Prover.* 17. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino; ita corda probat Deus. Et dicit [In interiori homine:] Ille enim roboratur, cum exterior homo infirmatur. 2. *Corinth.* 12. Cum infirmor, tunc potens ſum. Et 2. *Corinth.* 4. Si is, qui de foris eſt, noſter homo corrumpatur: tamen is, qui intus eſt renovatur de die in diem. 2. *Reg.* 3. Facta eſt longa concer-

tatio

Digitized by Google

ratio inter domum David, & domum Saul, ideſt, inter corpus & animam: quia caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. *Gal.* 5. Sed David [ut ibi dicitur] proficiens, & ſemper ſeipſo robuſtior erat: domus autem Saul decreſcens quotidie. Saul caro, quia interpretatur petens vel abutens; & caro deſiderat ſemper, & petit: *Prov.*30. ſanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes: Affer, affer. *Eccl.* 9. Ne reſpicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos ipſius. David interpretatur manu fortis, vel aſpectu deſiderabilis: hic eſt ſpiritus, qui fortiter monet agere, & converſari honeſte. Et peto.

a habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris: b in charitate radicati, c & fundati, d ut poſſitis comprehendere e cum omnibus Sanctis, f quæ ſit g latitudo, h & longitudo, i & ſublimitas, k &

a Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris.] 2.*Cor. ult.* Chriſtus Jeſus in vobis eſt, niſi forte reprobi ſitis. Et nota quod Chriſtus pro qualibet virtute habitat in anima: ſicut dicit *Bern.* Cum aliquid virtutis in ma ſentio, Dominum virtutum adeſſe non ambigo. Per fidem tamen ſpecialiter dicitur habitare: quia fides mundat, & præparat ei habitaculum: *Act.*15. Fide purificans corda eorum. Et ideo quia fides prima, [dicit *Gl. hic*] & prius dicit per fidem Chriſtum habitare, &c. quia prius eſt credere, quam roborati in fide 1. *Cor.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, &c. Oro etiam, ut ſitis.

b In charitate radicati] ad modum arboris: ut ſicut arbor accipit incrementum a radice, mediante qua producit fructum & folia: ſic confirmatio charitatis ex ſe producit fructum boni operis, & folia bonæ locutionis ipſa opera protegentis; & ſic roboratur tota arbor ſpiritualis, ideſt, homo interior.

c Et fundati,] ad modum ædificii. Charitas enim eſt radix, & fundamentum ædificii ſpiritualis. 1. *Cor* 3. Ego plantavi, Apollo rigavit, &c. quoad primum: Dei ædificatio eſtis; quoad ſecundum *Col.*2. Radicati, & ſuperædificati in ipſo. Vel [radicati in charitate,] i. per charitatem in ſumma bonitate. Anima enim habet duas radices, intellectum, & affectum.

Prima debet radicari in prima veritate; ſecunda in ſumma bonitate per charitatem. *Job* 29. Radix mea aperta eſt ſecus aquas, Scripturarum ſc. vel gratiarum. *Oſee ult.* Erumpet radix ejus ut libani. Libanus eſt arbor a qua thus emanat, & illud, quod ſponte emanat, & ſine inciſione eſt pretioſiſſimum.

Tunc ergo radix juſti prodit ut libanus, quando ex radice charitatis exit opus pietatis, vel devotio orationis; quæ ſignificatur per thus, & hoc ſponte, ſolo ſcil. Dei intuitu, non timore vel cupiditate, non violentia. *Eccl.*24. Ego quaſi libanus non inciſus vaporavi habitationem meam, ſ. Spiritum ſanctum intus habitantem; exterius ſponte per vaporem, & fumum compaſſionis oſtendit per lacrymas ſc. Vel terra dicitur Chriſtus ſecundum humanitatem, quæ irrigua fuit in cruce. In hac terra, qui plantatur, fructificat. *Jer.* 17. Beatus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus. Et erit tanquam lignum, quod tranſplantatum eſt ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cum venerit æſtus. Terra aquoſa & humida caro Chriſti ſanguine proprio reſperſa, in qua terra jam foſſæ vulnerum factæ ſunt, ut ibi tranſplantemur de morte tranſlati in vitam, & ibi infigamus radicem intellectus, & affectus.

Sicut dicit Apoſtolus, Nihil judicavi me ſcire inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Ecce in Chriſto crucifixo radicem intellectus fixerat. Item *Rom.* 8. Quis me ſeparabit a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu? Ecce radix affectus. Ideo non timebat in æſtu tentationum a caſu, quia radicatus erat profunde: ſicut arbor, quæ habet profundas radices, non facile evellitur. *Eccl.*7. Alta profunditas, quis inveniet eam? *Sap.*4 Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile fundamentum collocabunt. *Luc.*8. Hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. *Job* 14. Si ſenuerit in terra radix ejus, & in pulvere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit.

1 *Cor.* 2.

Hoc eſt quod dicit Apoſt. *Rom.*6. Si complantati fuimus ſimilitudini mortis ejus: ſimul & reſurrectionis erimus. [Et fundati] in Chriſto, qui eſt fundamentum. *Matth.*7. Fundata enim erat ſupra firmam petram. 1.*Cor.* 3. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, &c. Sine hoc fundamento non poſſumus ædificari in domos ſpirituales 1.*Pet.*2. Tanquam lapides vivi ſuperædificamini in domos ſpirituales, &c.

d Ut poſſitis comprehendere] i. perfecte intelligere.

e Cum omnibus Sanctis] i. ſicut omnes Sancti.

f Quæ ſit,] ideſt, quanta debet eſſe.

g Latitudo,] ſcilicet qua ſe extendit homo ad inimicos diligendos.

h Et longitudo,] perſeverantiæ ejuſdem.

i Et ſublimitas,] ut Deus diligatur, & in præmium expectetur. k Et profundum,] occultum Dei judicium, quo illi dat gratiam, & illi non. *Pſ.* 35. Judicia tua, abyſſus multa.

Vel [Quæ ſit latitudo] crucis ſc. Dominicæ, i. quæ habeant myſteria illa quatuor ligna crucis? [Latitudo] i. lignum tranſverſum, in quo confixæ ſunt manus & extenſæ, ſignificat bona opera extenſa etiam ad inimicos, [ut dictum eſt] *Matt.* 5. [Longitudo,] i. lignum ab alto procedens verſus terram in quo corpus Chriſti affixum ſtetit, ſignificat perſeverantiam in bonis operibus. [Altitudo,] i. tabula ſuperior ſignificat expectationem æternorum. [Profundum,] i. lignum ſuppedaneum, quod non apparuit quia terræ erat infixum, unde totum ſurgit, ſignificat profunditatem gratiæ Dei, a qua ſunt & latido operum, & perſeverantia, & ipſum deſiderium æternorum.

Et hæc expoſitio eadem fere eſt cum prima. Modo expedit, ut poſſitis comprehendere, quæ & latitudo ſit, &c. qualiter Deus latior, & longior, excelſior, & profundior omnibus. *Job* 11. Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & unde cognoſces? longior terra menſura ejus, & latior mari. *Bern.* Comprehendere dicit, non cognoſcere, ut non curioſitate contenti ſcientiæ, tota cura fructui inhiemus: non enim in cognitione eſt fructus, ſed in comprehenſione. *Sap.* 13.

Longitudo autem Dei eſt ipſa æternitas, quæ tam longa eſt, ut non habeat finem: Latitudo eſt ipſa charitas, quæ nullis terminis anguſtatur. Diligit enim omnia quæ ſunt, & nihil odit eorum quæ fecit, Deus. Æternitas Deus charitas eſt, longitudo ſine protenſione, latitudo ſine diſtenſione.

Quid eſt Deus ſublimitas, & profundum. In altero intra omnia ſublime poterat, profundam ſapientiam ejus conſidera.

Sublimitas inattingibilis, profunditas inſcrutabilis. Non hæc diſputatio comprehendit, ſed ſanctitas: ſanctum autem facit affectio ſancta, & ipſa gemina, timoris donum ſanctum, & ſanctus amor. Timor quidem ſublimi, & profundo; amor lato largoque reſpondent. Quid tam timendum, quam poteſtas cui non potes reſiſtere? quam ſapientia cui reſiſti non poteſt?

Item quid tam amabile, quam amor ipſe quo amas, & quo amaris? amabiliorem tam victa æternitas facit, quæ dum non occidit, foras mittit defectus ſuſpicionem. Ama igitur perſeveranter, & longanimiter, & habes longitudinem dilatans amorem tuum uſque ad minutias, & latitudinem tenens.

Eſto igitur etiam in omni ſolicitudine timoratus, & ſublime profundumque comprehendiſti. Vel. [Quæ ſit latitudo.] Charitas enim fraterna extendit ſe ad dexteram per bonorum congratulationem; ad ſiniſtram per malorum compaſſionem tam corporalium, quam ſpiritualium, *Rom.*12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. [Longitudo] charitatis eſt perſeverantia, ut dictum eſt. *Iſ.*54. Longos fac funiculos tuos *Matt.*10. & 24 Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. [Sublimitas] eſt ſpes vitæ æternæ. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus. [Profundum] eſt timor gehennæ. *Iſ.*38. In dimidio dierum meorum vadam ad portas Inferi &c. per timorem ſc. & meditationem. *Job* 18. In profundiſſimum Infernum deſcendet anima mea. Vel [latitudo,] erit in patria in voluptatis affluentia & plenitudine; quia bonis hominum a dextris, & a ſiniſtris delectabitur. *Iſ.*60. Tunc videbis [præmia ſc. omnium Sanctorum, & merita] & afflues: & mirabitur & dilatabitur cor tuum. [Longitudo,] in æternitate conſtitutio, 1. *Cor.* 13. *Prov.*3. Longitudo dierum in dextera ejus. [Sublimitas,] in præmii magnitudine; quia ſupra condignum remunerabit Deus 2.*Cor.*4 Id quod eſt in præſenti momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. *Rom.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram, &c.

a Et pro-

a profundum: *b* ſcire etiam *c* ſupereminentem *d* ſcientiæ charitatem Chriſti, ut *e* impleamini *f* in omnem plenitudinem Dei. *g* Ei autem, *h* qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, quam petimus, aut intelligimus, ſecundum *i* virtutem, quæ operatur in nobis: ipſi *k* gloria *l* in Eccleſia, *m* & in Chriſto Jeſu in omnes generationes *n* ſæculi ſæculorum. Amen.

C A P. IV.

OBſecro *o* itaq; vos *p* ego vinctus in Dño, *q* ut digne ābuletis *r* vocatione, qua vocati eſtis

a Et profundam,] in ſecretorum cognitione. *Rom.* 11. O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c. *b* Scire etiam.] Hoc oro ſc. ut ſciatis ex parte charitatem Chriſti, quanta, ſc. charitate nos dilexit. *c* Super eminentem ſcientiæ] ut ſit dativi caſus: quia plene ſciri non poteſt, nec æſtimari. Unde 1.*Cor.* 1. Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. Et ſapientia humana non ſufficit ad intelligendum charitatem Chriſti quia videtur feciſſe ut ſtultus, cum morti ſe tradidit. Unde mors ejus exceſſus vocatur. *Luc.*9. Erant autem Moyſes, & Elias, viſi in majeſtate, & dicebant exceſſum ejus, quem completurus erat in Jeruſalem. *Thr.* 3. Recordare paupertatis meæ, & tranſgreſſionis, i. exceſſus mei. *Pſ.* 125. Magnificavit Dominus facere cum eis. *Eccl.* 24. Infirmior non inveſtigabit eam, a mari enim abundabit cogitatio ejus & conſilium illius in abyſſo magna. *Hab.* 1. Opus ſanctum eſt in diebus noſtris, quod nemo credet, cum enarrabitur. Vel [ſcientiæ] ponatur, ut ſit genitivi caſus ſic. *b* Scire ſcientiæ charitatem, &c.] i. qua Chriſtus dilexit nos ſapienter; licet charitas ejus ſtultitia reputaretur, 1.*Cor.* 1. Prædicamus Chriſtum crucifixum: Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Charitatem dico [Chriſti ſupereminentem] omni alii charitati. *Jo.*15. Majorem hac dilectionem nemo habet, &c. *Bern.* Majorem tu Domine habuiſti, quia etiam pro inimicis animam poſuiſti: *Gen.*2. In terra Hevilath naſcitur aurum: & aurum terræ illius optimum eſt. Chriſtus fuit terra doloris in paſſione, aurum hujus terræ, i. charitas optima eſt; quia purior fuit ejus charitas omni alia. Chriſtus enim pure dilexit nos, quod non propter ſuum commodum, ſed noſtrum. Homo autem etſi ſincere eum diligat, tamen præmium dilectionis expectat. Vel de charitate hominis, qua diligit Chriſtum, poteſt legi primu ſecundum quod ly [ſcientiæ] ſumitur dative. *b* Scire] i. per conjecturas in ſeipſo cognoſcere, & experiri. *d* Charitatem Chriſti,] i. qua diligitur Chriſtus. Charitatem, dico. *e* Supereminentem ſcientiæ] quia charitas ſupereminet ſcientiæ, ſicut oleum aquæ ſupernatat, 1.*Cor.*8. Scientia inflat; charitas ædificat. Vel genitive. *d* Charitatem ſcientiæ, &c.] i. charitatem cum ſcientia Chriſti: ut ſc. juncta ſit charitas ſcientiæ Chriſti, i. de Chriſto, vel qua ſciatur Chriſtus. Charitas enim ſine diſcretione erat, diſcretio ſine charitate jacet, ut dicit *B.Bern.* Charitatem dico ſupereminentem: quia charitas, quæ eſt cum ſcientia, omni alii charitati prævalet: non enim charitas vere dici poteſt, niſi regatur diſcretione. *e* Ut impleamini] bono gratiæ in præſenti, tendentes. *f* In omnem plenitudinem Dei] i. quam dat Deus, i. perfectam plenitudinem Gloriæ. *Eccl.*24. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, &c. Hoc dicit Sapientia comparans ſe fluminibus. *Sap.* 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et dicit [Plenitudinem Dei] quia Deus facit hanc plenitudinem & gratiæ, & gloriæ *inf.*4. Ut adimpleret omnia. Vel [plenitudinem Dei] quia Deo repletur anima, & non pecunia, vel alia re. *Aug.* Animam Dei capacem nihil Deo minus implere poteſt. *Eccl.*5. Avarus non implebitur pecunia. *g* Ei autem, &c.] quaſi, pro vobis oro Deum, pro datis, ut det ampliora, gratias agens. Et hoc eſt. [Ei autem,] i. Deo. *h* Qui potens eſt] i. complere in vobis. [Superabundanter,] i. pluſquam petere ſciamus. *Jac.*1. Qui dat omnibus affluenter & non improperat. *Luc.* 1. Ne timeas Zacharia, exaudita eſt oratio tua [*Gloſ.*] magis, quam petiiſti: rogaſti enim pro beatione plebis, & donatus eſt tibi præcurſor. Unde & in oratione dicitur: Dimittas quæ conſcientia metuit, & adjicias quod oratio non præſumit, 3. *Reg.* 3. Ecce dedi tibi ſecundum ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens, & intelligens, &c. ſed & hæc, quæ non poſtulaſti, dedi tibi divitias, ſc. & gloriam Regum, & notitiam. Et dicit [Aut intelligimus:] quia ea quæ ſunt ſupra intellectum dat Dominus, 1.*Cor.*2. Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, i. intellectum hominis, quæ præparavit Dominus his, qui diligunt illum. Et ſumitur de *Iſ.*64. *Aug. in prim. l. de doct. Chr.* Nulli enim deſideranti conceditur plus de illo exiſtimare, quam de illo res ſe habeat: ne ea vileſcat, cum minus invenerit: ſed quantumcumque veniens eaiſtimare potuerit, plus perveniens inventurus eſt, 3. *Reg.* 10. Verus eſt ſermo, quem audivi in terra mea, ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua, & non credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probavi, quod media pars mihi nunciata non fuerat: major eſt ſapientia tua, & opera tua, quam rumor quem audivi. Potens, dico, facere in vobis. *i* Secundum virtutem, &c. in nobis] Apoſtolis, q.d. Abundanter poteſt in vobis bona facere, ſicut jam fecit in nobis. *k* Ipſi] inquam [gloria, &c.] 1. *Tim.* 1 Soli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum Amen. *l* In Eccleſia] per Eccleſiam, quam de omnibus Gentibus vocavit. *m* Et in Chriſto Jeſu,] i. pro eo, quod Chriſtum nobis dedit. *n* Sæculi ſæculorum.] *Jo. Damaſ.* 2. *lib. c.* 1. Sæculum dicitur cujuſque vita; vel mille annorum tempus; vel tota vita præſens, futura vita dicitur pluraliter ſæcula.

E X P O S I T I O   C A P. IV.

OBſecro.] Hic incipit ſecunda pars Epiſtolæ, in qua inſtruit nos de moribus, primo generaliter, ſecundo ſpecialiter per ſingulos ordines, *inf* 5. [Mulieres ſubditæ, &c.] Et utitur ordine artificiali, non naturali: nam ſecundum artem generale prius eſt, quam ſpeciale; ſecundum naturam e converſo. Primo autem docet quid faciendum: ſecundo a quibus eſt abſtinendum, ibi [Hoc igitur, &c.] Prima autem pars ſubdividitur: quia primo monet eos, quod formam ſuſceptam doctrinæ teneant, ibi [Ut digne ambuletis.] Secundo ad unitatem ſpiritus invitat, ibi [Solliciti:] de qua oſtendit, quod conſiſtit in tribus. In mutua concordia: unde dicit: [In vinculo pacis.] In viciſſim ſubveniendo: unde dicit, [Unum corpus.] In idem volendo, & idem invicem de Deo ſentiendo: unde dicit: [Et unus Spiritus.] Et quod debeamus ſervare unitatem invicem, oſtendit per unitatem Domini, & fidei, & ſacramentorum: unde dicit: [Unus Dominus.] Secundo unitatem oſtendit per diverſitatem donorum: quia ſicut ad unam conjunctionem corporis faciunt diverſa membra: ſic unum corpus in Domino facit mutua ſubminiſtratio membrorum, diverſa dona habentium, ibi [Unicuique] Et oſtendit per quid data ſunt, & propter quid data ſunt, ibi [Propter quod.] Demum oſtendit quæ ſint illa dona, ibi [Et ipſe dedit.] Deinde oſtendit quam diu illa ſint neceſſaria, ibi [Donec.] In tertia autem parte monet eos eſſe ſtabiles, ibi [Ut jam.] Quarto oſtendit a quo eſt humanitas, quia a capite corporis, i. ab Epiſcopo ibi [Ex quo.] Poſtmodum dividitur ſecunda pars cap. Dicit ergo. *a* Obſecro,] non dicit, impero; quia, ſicut dicit Seneca, Generoſus eſt animus hominis, naturaliter in poteſtatem recalcitrans, facilius ducitur, quam trahatur. *Gal.* 4. Obſecro vos fratres nihil me læſiſtis. *p* Ego vinctus.] Nota, quod dulcedine obſecrandi in verbo, & oſtenſione exempli in facto eos incitat ad bonum: & iden dicit, [Obſecro.] Ad litteram, propter Dominum erat in vinculis. *q* Ut digne] proficiendo ſemper in bono. *Jo.* 12. Ambulate dum lucem habetis, ſc. gratiæ, vel præſentis vitæ, ne tenebræ vos apprehendant. Ambuletis, dico, digne. *r* Vocatione, qua vocati eſtis,] prædicatione ſc. ideſt, ſecundum quod prædicatio exigit, per quam vocati eſtis. *Phil.* 1. Digne Evangelio Chriſti. *Luc.* 12. Cui multum datum eſt, multum ab eo quæretur: & cui commendaverint multum, plus petent ab eo, ſicut agricola multum fructum petet a terra, in qua multum ſeminavit. Terra eſt anima; agricola, Chriſtus; vel vicarius ejus, Prædicator ſc. ſemen eſt verbum Dei. De hac terra dicitur. *Heb.*6. Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbam, &c. Vel [digne ambuletis vocatione,] i. ſecundum quod docet ſtatum ad quem vocati eſtis. Non enim decet filios Dei intendere inhoneſtis, 1. *Cor.* 14. Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis. *Rom.*13. Nox præceſſit: ſicut in die honeſte ambulemus. Vel [ambuletis] perſeverando [in vocatione] ideſt, in ſtatu in quo Deus vos vocavit, 1. *Cor.* 7. Unuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Et *ibid.* Unuſquiſque in quo vocatus eſt, ſemper maneat apud Deum. Et hoc faciatis digne Deo, ut ſc. dignitas Deo tribuatur per hoc. *Coloſſ.* 1. Ambuletis digne Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & creſcentes in ſcientia Dei. Et 1.*Theſ.*2. Teſtificati ſumus, ut ambularetis digne Deo, *Sap.* 3.

Deus

Digitized by Google

Deus tentavit illos, invenit illos dignos ſe. Subdit autem modum ambulandi, cum dicis: *a* Cum omni humilitate] i. perfecta, quæ eſt ſubdere ſe minori. *Matth.* 3. Sic decet nos implere omnem juſtitiam. Vel [cum omni humilitate] interiori, quæ proprie humilitas dicitur, & exteriori, quæ humiliatio poteſt dici. *Eccl.* 3. Quanto major es, humilia te in omnibus. *Jac.* 4. Deus ſuperbis reſiſtit, &c. *b* Supportantes invicem.] *Rom.* 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. *Gal. ult.* Alter alterius onera portate: ſicut cervi alter alterum ſupportant in tranſitu fluminis. 2. *Cor.* 11. Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate me.

Rom. 12. 1. *Cor.* 10.
B
[illegible]
2. *Cor.* 10.

cum *a* omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, *b* ſupportantes invicem *c* in charitate, *d* ſoliciti ſervare unitatem Spiritus in *e* vinculo pacis. *f* Unum corpus, & *g* unus Spiritus: *h* ſicut vocati eſtis in *i* una ſpe vocationis *k* veſtræ. *l* Unus Dñs, *m* una fides, *n* unum baptiſma: Unus Deus, & Pater omnium qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. *o* Unicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis *p* Chriſti. Propter *q* quod dicit, *r* Aſcendens in altum, captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus.

Sed quia omne onus leve fit mediante charitate: quia charitas adveniens omnia levia facit, totum enim onus in ſe transfert: ideo ſubdit: *c* In charitate.] 1. *Cor.* 13. Charitas omnia ſuffert. 1. *Cor.* 16. Omnia opera veſtra in charitate fiant. Et eſt argumentum ad hoc, quod modus ſit in præcepto. *d* Soliciti ſervare unitatem Spiritus,] i. quæ eſt in Sp. ſancto. *e* In vinculo pacis:] quia pax cordium unit, ſive cordium eſt unio. *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. 2. *Par.* 30. In Juda facta eſt manus Domini, ut daret ei cor unum. E converſo manus Diaboli facta eſt hodie etiam in Judæis, i. in confitentibus, ſc. Religioſis, & Clericis: & ideo habent cor diviſum. *Jer.* 32. Dabo eis cor unum, & animam unam, ut timeant me. *Ezec.* 11. Dabo eis cor unum, & Spiritum novum tribuam in viſceribus eorum. *Aug. in lib. contra hæreſes*, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus: non diviſoribus ſanctæ veritatis, ſed bonæ voluntatis. Idem in *eod.* Vis dividere pacem, & quæris habere Judicem pacem. Judex tuus dicit de cœlo, Pax ſum, litigare non novi: conſentientibus aſſideo, litigantes fugio. Item in *eod.* Non facio partem, quia non divido pacem. In *eod.* Partem vis facere, & pacem dividere: hæreditatem non poteris obtinere. Et nota quod pax dicitur vinculum Sanctorum. 1. *Reg.* 25. Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viventium apud Dominum Deum tuum. Sed & hæc pax ſervatur, invicem ſubminiſtrando: ideo ſubdit: *f* Unum corpus, i. hoc modo ſerveris, ut ſitis unum corpus, invicem ſubveniendo. *Roman.* 12. Multi unum corpus ſumus in Chriſto. Et 1. *Cor.* 12. & 1. *Cor.* 10. *g* Et unus Spiritus,] idem volendo, & 1. *Cor.* 1. Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. *h* Sicut vocati eſtis, &c. q. d. Concordes eſſe debetis & corpora ſubveniendo, & ſpiritu volendo, ſicut concordes eſtis idem præmium expectando. Et hoc eſt quod dicit:

i In una ſpe.] expectando, ſc. unam rem ſperatam quæ eſt effectus. *k* Vocationis veſtræ:] ut dicitur *Rom.* 8. Quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit, illos & magnificavit. Et nota, quod hæc tria reſpondent tribus, quæ dicta ſunt *ſup.* 3. Concorporales, hoc eſt, quod dicitur hic, [unum corpus] & comparticipes hoc eſt, quod dicitur, hic, [unus ſpiritus] & cohæredes, hoc eſt quod hic dicitur [in una ſpe, &c.] *l* Unus Dominus, &c.] Adhuc oſtendit unitatem eſſe ſervandam non tantum, quia vocati ſunt ad fidem, ſed etiam, quia militant ſub eodem Domino, & eadem fide, & eiſdem ſacramentis imbuti ſunt. Unde dicit. [Unus Dominus, &c.] *Deut.* 6. Deus tuus, Deus unus eſt. *Zach.* 14. In die illa erit Dominus unus, & nomen ejus unum. *Malac.* 2. Nonne unus fecit, & reſiduum ſpiritus ejus eſt? Et quid quærit unus, niſi ſemen Dei? 1. *Cor.* 8. Nam etſi ſunt, qui dicantur Dii ſive in cœlo, ſive in terra [ſiquidem ſunt Dii multi, & Domini multi] nobis tamen unus Deus pater ex quo omnia, & nos in illo: & unus eſt Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per illum. Homo ergo non ſe debet dividere Dominis. *Matt.* 6. Nemo poteſt duobus Dominis ſervire, diverſis, &c. *m* Una fides] i. omnium fidelium vita, quamvis plures ſint articuli. Vel una fides dicitur, quia eſt de eodem. Vel una dicitur non numero, ſed genere. *Iſ.* 33. Et erit fides in temporibus tuis divitiæ ſalutis, &c.

n Unum baptiſma] neceſſarium, & immutabile. *Rom.* 6 Conſepulti eſtis cum illo per baptiſmum in mortem: & ideo non iteratur, ſicut & Chriſtus jam moritur. 1. *Cor.* 12. In uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati ſumus. [Unus Deus, & Pater omnium, &c.] *Rom.* 11 Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. *o* Unicuique autem noſtrum, &c.] i. ſecundum quod dator Chriſtus menſurat uni hoc, alii aliud. Sed de Chriſto dicitur *Jo.* 3. Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum, Chriſto, ſc. ideſt, non ad partem menſuræ, ſed ad plenitudinem. Et nota quod iſta diverſitas gratiarum facit ad unitatem corporis Eccleſiæ. Unde concordia Eccleſiæ comparatur proportioni elementorum, quam Pythagoras vocavit catenam auream. *Rom.* 12. Habentes donationes ſecundum gratiam, quæ data eſt nobis differenter, ſive Prophetiam ſecundum rationem fidei, &c. *Ibid.* Unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei. 1. *Cor.* 12. Diviſiones gratiarum ſunt, &c.

p Propter quod] Ad probandum, quod Chriſtus homo dat diverſa dona. *q* Dicit] Sp. ſanctus per Pſalmos. *Pſ.* 67.

r Aſcendens] Chriſtus [in altum, &c.] Duabus de cauſis aſcendit Chriſtus. Ad introducendum ſuos in cœlum; & ideo dicit: [Captivam duxit captivitatem.] Et ut mitteret Spiritum ſanctum: & ideo dicit: [Dedit dona hominibus.] De primo *Mich.* 2. Aſcendet iter pandens ante eos: dividet, & tranſibunt. *Iſ.* 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, & cetera. Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine virtutis ſuæ. *Gen.* 32. In baculo crucis, ſcil. tranſivi Jordanem iſtum, ideſt, tranſcurſum mortis: & nunc cum duabus turmis regredior, comitatus, ſc. turba hominum, & Angelorum. *Amos* 9. Qui ædificat aſcenſionem ſuam in cœlo. *Deut.* 33. Aſcenſor cœli auxiliator tuus. *Deut.* 32. Levabo ad cœlos manum meam, ideſt, filium meum, dicit Deus pater per quem operor. Per hoc quod dicit [captivitatem,] notat liberationem a Limbo, per hoc quod dicit [captivam] firmam poſſeſſionem in bono. *Iſ.* 49. Nunquid tolletur a forti præda? aut quod captum fuerit a robuſto, ſalvum eſſe poterit? Quia hæc dicit Dominus, Equidem, & captivus a forti tolletur: & quod ablatum fuerit a robuſto, ſalvabitur. *Iſ.* 45. Ipſe ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet non in pretio, neque in muneribus. Chriſtus enim populum ſuum liberavit, & de ipſo civitatem cœleſtem ædificavit, in qua nondum fuerat homo. Item *Iſ.* 42. Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctos, &c. *Deut.* 32. Dictum eſt Joſue, confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces filios Iſrael in terram, quam pollicitus ſum eis. *Iſ.* 35. Redempti a Domino convertentur, & venient in Sion cum laude; & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum, & cetera. De ſecundo, ſcil. de donis Sp. ſancti dicitur 1. *Reg.* 30. Venit ergo David in Siceleg, & miſit dona ſenioribus Juda proximis ſuis. Siceleg interpretatur ſextarii effuſio. Hæc eſt vita æterna: in præſenti enim datur gratia ad menſuram; ſed in futuro dabitur menſura bona, & conferta, & coagitata, &c. ut dicitur *Luc.* 6. Item interpretatur adductio vocis defæcatæ. Hic enim quantumcumque ſit homo perfectus, ſemper eſt aliquid fæcis permixtum in laude, & operibus ejus; ſed in patria erit laus, & omnia ſincera, & pura. *Iſ.* 25. Faciet Dominus convivium medullatorum, & vindemiæ defæcatæ; per quod ſignificatur merces æterna, quæ erit in laude Dei ſincera. *Eccl.* 51. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam; & in ipſa laudabo eum. Nota quod prædicta effuſio ſignificata fuit 3. *Reg.* 18. Ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari, &c.

Nubecula Chriſtus, qui aſcendit de mari, ideſt, ab amaritudinibus mundi, & tunc fugit a conſpectu Eliæ, ideſt, Apoſtolorum, & venit pluvia grandis, ideſt, abundantia donorum Spiritus ſancti. Hoc eſt, quod diximus David miſiſſe munera proximis ſuis. *Matth. ult.* Ite nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam. *Jo.* 20 Vade ad fratres meos, & dic eis, aſcendo ad patrem meum, & cetera. *Iſ.* 8. Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus. De his donis dicitur 1. *Cor.* 12. Alii per Spiritum datur ſermo ſapientiæ; alii ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum; alteri fides, &c. *Prov.* 4. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.

A a Quod

C

(*a* Quod autem aſcendit; quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? *b* Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, *c* ut adimpleret omnia.) *d* Et ipſe dedit quoſdam quidem *e* Apoſtolos; *f* quoſdam autem Prophetas; alios vero *g* Evangeliſtas; *h* alios autem Paſtores, & Doctores ad *i* conſummationem Sanctorum *k* in opus miniſterii, *l* in ædificationem corporis Chriſti: *m* donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, *n* in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti;

a Quod autem aſcendit, quid eſt,] i. quæ cauſa eſt [niſi iſta] ſc. [quia, & deſcendit, &c.] i. Ecce ordo: ſi vis aſcendere, primo deſcende, *Job* 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinaverit oculos ſuos, ſalvabitur, *Prov.*15. Gloriam præcedit humilitas, *Pſ.*33. Humiles ſpiritu ſalvabit. 1. *Reg.* 15. Nonne cum parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? Hoc eſt quod ſequitur:

b Qui deſcendit, ipſe eſt, qui aſcendit ſuper cœlos.] Salomon longe ante quæſierat, *Prov.*30. Qui deſcendit de cœlo, & aſcendit, &c. Hanc quæſtionem ſolvit Apoſt. Et *Jo.*3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis, qui eſt cœlis. *Bern.* [Qui deſcendit, &c.] Ego Chriſtum credo in hoc ipſo, quod deſcendit, aſcendiſſe. Sic enim oportebat Chriſtum deſcendere, ut nos aſcendere doceremur.

Cupidi ſiquidem ſumus aſcenſionis, exaltari cupimus omnes. Nobiles enim creaturæ ſumus, & magni cujuſdam animi: ideo altitudinem appetimus deſiderio naturali.

Sed væ vobis, ſi voluerimus ſequi eum, qui ait, Sedebo in monte Teſtamenti. *Iſ.*14. Hunc ſequuntur, qui peccandi habent concupiſcentiam, quibus dominandi libido dominatur. Iſte eſt mons quem aſcendit Angelus & diabolus factus eſt. Alii cum Adamo aſcendunt montem ſcientiæ: pernicioſa eſt aſcenſio, imo deſcenſio magis de Jeruſalem in Jericho. *Inf.* dicit: Poteſtatis ambitio Angelum privavit felicitate angelica, ſcientiæ appetitus hominem immortalitatis gloria ſpoliavit.

Ergo fugiendus eſt nobis mons uterque, ſi præcipitium Angeli, ſi caſum hominis expaveſcimus. Quis ergo docebit nos ſalubrem aſcenſum? Chriſtus, qui deſcendit, ipſe enim eſt, qui aſcendit; qui ſuo aſcenſu nobis ſalubrem indicavit aſcenſum. Deſcendit de monte potentiæ carnis infirmitate circumdatus. De monte ſcientiæ, quoniam placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes. Quid enim impotentius parvuli corpore; quid infantilibus membris infirmius videtur? Quid indoctius apparet parvulo, qui ſola matris ubera novit? Imo quid eo inſipientius, qui tradebat in mortem animam ſuam? Ergo deſcendit.

Sed vide quo aſcendit. Primo in montem in quo transfiguratus eſt coram Diſcipulis: reſurrectionis gloria hæc eſt, quam in monte ſpei contemplamur. Ut quid enim aſcendit ut transfiguraretur, niſi ut doceret nos aſcendere ad futuram illam gloriam innuptam? Quid prodeſt ſcire quo ſit eundum, ſi qua debes ire non ſciveris? Alterum proinde montem aſcendas, in quo prædicantem videbis, & ſcalam erigentem, octo diſtinctam ſcalaribus, cujus ſummitas cœlos tangit. Scilicet Beati, qui perſecutionem patiuntur, &c.

Primum montem aſcendas jugi meditatione ſupernæ gloriæ. Secundum, in lege Dei meditans die ac nocte. Sic enim audis & tu, Et quo vado, ſcies. Propter primam aſcenſionem, & ſecundam ſcies; & propter ſecundam tertiam. Nihilominus lego montem in quem aſcendit ſolus orare. In primo ergo transfiguratus, ut ſcires quo ires. In ſecundo verba vitæ locutus eſt, ut ſcires qua via pervenires. In tertio oravit, ut eundi & perveniendi bonam obtinere ſtudeas voluntatem.

Item ſuper aſinum, quod eſt beſtiales motus domare, ut ſubjiciatur appetitus tuus, & tu domineris illius. Poſtea aſcende cum illo crucem, ut non ſolum ſuper te, ſed etiam ſuper omnem mundum mentis faſtigio erigaris, & abſit tibi gloriari, niſi in cruce, &c.

Jam vero quid reſtat, niſi ut ad illum aſcendas, qui eſt benedictus in ſæcula, cupiens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Sequitur:

c Ut adimpleret omnia.] Ante aſcenſionem enim terra erat inanis, & vacua. Quod inane eſt, non repletur; quod vacuum eſt, non eſt repletum. Terra ergo, i. cor terrenum non eſt repletum, & hoc eſt, quia terra, & temporalia ipſa ſunt inania, & ideo non replent. *Eccl.* 5. Avarus non implebitur pecunia. Sed poſt aſcenſionem Domini, Spiritus Domini replevit Orbem terrarum, *Sap.*1. Et *Actor.*2. dicitur: Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, &c. Nunc enim Deus pater aperuit manum, *Pſ.*103. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, *ſup.* 3. Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei, *Gal.*4. At ubi venit plenitudo temporis, &c. Ibi habetur quomodo implevit mentem, ventrem, & multa alia. Adeo omnia implevit, quod cœlum Sanctis regnantibus, terram Juſtis militantibus, Tartarum deſperatis peccatoribus deputavit.

Vel adimplevit corpus, i. ſufficienter ædificavit quantum ad bona membra, & diverſa habentia officia. Unde ſubdit:

d Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos] 1. *Cor.* 12. Quoſdam poſuit in Eccleſia, primum quidem Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, &c. Hæc diverſitas Miniſtrorum ſignificata eſt per diverſitatem Miniſtrorum, quos habuit Salomon in ædificatione Templi, 3. *Reg.* 5. Chriſti Miniſtri nos, qui adjutores Dei ſumus in ædificatione Eccleſiæ, 1. *Cor.* 3.

e Apoſtolos.] *Luc.*6. Elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit.

f Quoſdam autem Prophetas] ſicut Agabum, *Act.* 21.

Vel, ideſt, explanatores Scripturarum, 1. *Par.*25. Segregaverunt in miniſterium filios Aſaph, & Heman & Idithum, qui prophetarent. *Act.* 13. Erant in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores.

g Evangeliſtas,] Evangelium ſcribentes, ut Matthæum, Marcum, Lucam, Joannem.

Vel prædicantes, & legentes, ut ſeptem Diaconos ſub Apoſtolis. *Act.* 6. *Iſa.* 41. Jeruſalem Evangeliſtam dabo.

h Alios autem Paſtores & Doctores,] ideſt, Epiſcopos: qui paſcant exemplo, doceant verbo. *Jer.*3. Dabo vobis Paſtores juxta cor meum; & paſcent vos ſcientia, & doctrina. *Iſ.* 30. Non faciet avolare a te ultra Doctorem tuum.

k In opus miniſterii] dedit ſcilicet, quaſi dicat. Ad operandum dati ſunt iſti, non ad otiandum; ad onus; non ad honorem, 1. *Timoth.* 3. Qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. *Actorum* 13. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. In opus dicit, non in otium. Dicit ergo. [In opus miniſterii,] ideſt, ad proſequendum miniſterium ſuum.

i Ad conſummationem Sanctorum,] ut perfecti ſint illi, qui jam ſunt ſancti, & peccatores ædificentur in corpus Chriſti. Et hoc eſt, [In ædificatione, &c.] Vel [ad conſummationem Sanctorum,] qui ſunt in patria. *Pſalm.*41. Me expectant Juſti, &c. *Hebr.*11. Deo melius pro nobis providente, ut non ſine nobis conſummarentur. Et ideo *Rom.*11. Cum plenitudo Gentium intraverit, &c.

Et nota, quod Sancti conſummantur,
- Numero. *Apoc.*6. Cum impletus fuerit numerus conſervorum, &c.
- Merito. *Sap.*6. Cuſtoditio legum, conſummatio eſt.
- Vitæ termino. *Sap.*4. Conſummatus in brevi explevit tempora multa.
- Perfecta præmio in corpore, & anima. *Hebr.*11. Et non ſine nobis conſummarentur.

l In ædificationem corporis Chriſti,] In via ſcil. 1. *Cor.* 3. Dei ædificatio eſtis.

Secundum gratiam, quæ data eſt mihi, ut ſapiens architectus, &c.

m Donec occurramus.] Oſtendit quandiu prædicta ſunt neceſſaria. [Donec] ſc. [occurramus,] 1. *Theſ.* 4. Simul rapiemur in nubibus obviam Chriſto in aera.

Math. 25. Ecce ſponſus venit, exite obviam ei. *Apocal* 20. Vidi mortuos magnos, & puſillos, ſtantes in conſpectu throni, *Amos* 4. Præpara te in occurſum Dei tui Iſrael, non ſicut Miphiboſeth, de quo dicitur, 2. *Reg.* 19. quod deſcendit in occurſum David Regis, illotis pedibus, & intonſa barba, veſteſque ſuas non laverat a die, &c. *n* In virum perfectum, &c.] Hoc

in futuro

in futuro ſæculo. *a* Ut jam non ſimus parvuli] in præſenti, q.d. Ad hoc dedit prædictos Miniſtros, [ut jam, &c.] 1. *Cor.* 14. Nolite pueri effici ſenſu; ſed malitia parvuli eſtote: ſenſibus autem perfecti ſitis. *Rom.* 16. Volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. 1. *Cor.* 13. Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulus, &c. *Iſ.* 65. Puer centum annorum morietur. *Eccl.* 10. Væ tibi terra, cujus Rex puer eſt, i. ſequens puerilia. Dicit ergo: [Non ſimus parvuli,] per indiſcretionem.

ut *a* jam non ſimus *b* parvuli fluctuantes, & circumferamur *c* omni *d* vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia *e* ad circumventionem erroris. *f* Veritatem autem facientes *g* in charitate, creſcamus in illo *h* per omnia *i* qui eſt caput Chriſtus; *k* ex quo totum corpus compactum, & annexum *l* per omnem juncturam ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. *m* Hoc igitur dico *n* & teſtificor in Domino: ut *o* jam non ambuletis *p* ſicut & Gentes ambulant *q* in vanitate ſenſus *r* ſui tenebris obſcuratum habentes *ſ* intellectū alienati a vita Dei per ignorantiam, *t* quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum, *u* qui deſperantes, ſemetipſos *x* tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in avaritiam.

11. d. A. 6. de his.

b Fluctuantes] per inconſtantiam, vel hæſitationem. In *Epiſt. Judæ.* Nubes ſine aqua, i. ſine ſcientia, quoad primum: quæ a ventis circumferantur, ecce inconſtantia. Et 2. *Pet.* 2. Hi ſunt fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus exagitatæ. *Jac.* 1. Qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento movetur, & circumfertur. *Eccl.* 27. Homo ſanctus in ſapientia manet, ſicut Sol: nam ſtultus ut Luna mutatur.

c Et circumferamur omni vento doctrinæ, i. ventoſa doctrina, quæ eſt inanis & vacua a veritate, & inflativa. *Oſ.* 12. Ephraim paſcit ventum, i. delectatur in doctrina ventoſa, & inflativa. *Eccl.* 5. Non te ventiles in omnem ventum. *Ezec.* 5. Ventilabo univerſas reliquias tuas in omnem ventum. *Pſ.* 82. Domine Deus pone illos ut rotam. 1. *Reg.* 25. Porro anima inimicorum tuorum rotabitur quaſi in impetu & circulo fundæ. *Oſ.* 9. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, i. in volutationibus, i. in circuitu inveſtigantium. Unde ſeq. *d* Doctrinæ] dico, factæ [in nequitia hominum, & in aſtutia] Dæmonum. *Gen.* 3. Serpens erat callidior cunctis animantibus. 2. *Cor.* 11. Timeo autem ne ſicut ſerpens aſtutia ſeduxit Evam: ita & corrumpantur ſenſus veſtri. Vel [aſtutia, i. aſtuta doctrina hominum quæ tendit. *e* Ad circumventionem erroris,] i. ad hoc, ut circumveniendo trahant nos ad ſuum errorem. 2. *Cor.* 7. Capite nos, neminem læſimus, per nequitiam, ſcil. neminem circumvenimus per aſtutiam. *f* Veritatem autem facientes.] Non adulatores tantum, contra ſubditos malos. Item non dicentes tantum, contra magiſtros. Item non prætendentes, contra hypocritas. Item veritatem dicit, non vanitatem, contra curioſos. *Jer.* 23. In Prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem ſanctitatis, ſc. exterius, & iter mendacii interius. *Pſ.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus, &c. *g* In charitate creſcamus] non in cupiditate. *Gen.* 49. Filius accreſcens Joſeph, filius accreſcens. Et nota quod omnis motus voluntarius, & naturalis in fine intenditur, ſed violentus e converſo remittitur; & in hoc oſtendunt ſe hypocritæ. *h* Per omnia,] membra, ſc. ſpiritualis hominis creſcentes: ut non tantum creſcat lingua ad ardua, & ſublimia prædicanda, ſed & manum ad agenda. Vel [creſcamus in charitate,] quæ charitas diffunditur per omnia opera: quia irriguum eſt omnium operum.

i Qui eſt caput.] Sic *Col.* 2. Nemo vos ſeducat, &c. non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei. *k* Ex quo totum corpus] i. Eccleſia [compactum] fide [& connexum] charitate. Nota quod Eccleſia eſt tunica Domini inconſutilis pro qua ſervanda corpus expoſuit morti. *Aug. in lib. contra quinque hæreſes.* Caput meum ſpinis oppoſui; manus meas clavis objeci; lancea latus meum aperuit; tot, non dico, injuriis, ſed aſperitatibus laceratus ſum, ſanguinem meum fudi, animam meam poſui, ut mihi conjungerem te; & tu dividis te. Et *ibid.* dicit: Erubeſcite; tunicam hominis jam judicati, in cruce pendentis, Pilati milites non ſunt auſi conſcindere, & vos conamini charitatem hominis in cœlo ſedentis, imo regnantis cum Deo, dividere? Scilicet nunc adimpletum eſt illud *Mich.* 1. Ponam Samariam, i. Eccleſiam quaſi acervum lapidum in agro. In acervo lapidum nulla eſt compago, & *Mich.* 3. Jeruſalem in acervo lapidum erit [ubi ſubditi incompacti & disjuncti erant, & ſine charitate] & mons templi in excelſa ſylvarum] quantum ad ſterilitatem Prælatorum.] *Ezed.* 26. Omnes non compago retinebit. Per quid autem compaginetur corpus, ſubdit:

l Per omnem juncturam ſubminiſtrationis,] ideſt, invicem ſubminiſtrando, quia ſubminiſtratio eſt junctura, fomentum enim eſt dilectionis, invicem ſibi ſubminiſtrare. *Oſeæ* 11. In funiculis Adæ traham eos, in vinculis charitatis. *Col.* 3. Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis. [Subminiſtrationis] dico, non tantum verbo vel voce exhibitæ, ſed [ſecundum operationem in menſuram,] i. factam juxta menſuram. 1. *Petr.* 4. Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, illam in alterutrum adminiſtrantes. *Eccl.* 39. Omne opus hora ſua ſubminiſtrabit. 1. *Petr.* 4. Si quis miniſtrat, tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus. 2. *Cor.* 10. Secundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus augmentum, & cetera. Sequitur. *m* Hoc igitur dico, & cetera.] Hæc eſt ſecunda pars, in qua oſtendit a quibus eſt cavendum. Primo dicit quod ab imitatione malorum, ibi [Ut jam non ambuletis.] Secundo a peccato conſuetudinis, ibi Deponite.] Tertio a mendacio, ibi [Propter quod deponentes mendacium.] Quarto ab ira, ibi [Iraſcimini.] Quinto a furto, ibi [Qui furabatur.] Sexto a quolibet verbo malo, ibi [Omnis ſermo malus.] Septimo ab inobedientia, ibi [Et nolite contriſtari.] Octavo ab omni inordinatione, ibi. [Omnis amaritudo.] Et nono ab avaritia, ibi. [Eſtote autem invicem, & cetera.] Dicit ergo. Ita monui vos obſecrando; [Hoc igitur] ex quo tot habetis auxilia, [dico] non obſecro, ſicut *ſupr. in princ.* *n.* Teſtificor,] ideſt, præcipio Deo teſte, vel ſub teſtimonio Domini. Supra monuit de operibus perfectionis, ſed hic imperat, quia hic loquitur de operibus neceſſitatis. Unde dicit *o* Ut jam non ambuletis,] i. vivatis [ſicut Gentes, & cetera. *Gal.* 2. Si enim quæ deſtruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me conſtituo. 2. *Petr.* 2. Melius enim erat illis non cognoſcere viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem revertere ab eo quod illis traditum. Et poſt ſubditur: Canis reverſus ad vomitum, &c. Et nota quod dicitur:

8. m. 6.

p Sicut & Gentes ambulant, & cetera.] Hodie enim Chriſtiani non ſicut Gentes, ſed pejus quam Gentes faciunt, & Clerici pejus quam Laici, & Religioſi quam ſæculares. *Iſa.* 23. Erubeſce Sion, ait mare, & 24. Et erit ſicut populus, ſic & Sacerdos.

q In vanitate ſenſus ſui,] i. poſt vana, quæ ſunt ſenſui, ſcilicet ſenſualitati delectabilia. *Jer.* 2. Ambulaverunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt. Hic tamen dicitur [in vanitate ſenſus:] ut notetur, quod in terra vanitatis poſiti, abſorpti ſunt ab ea. [ſui] non Dei. *Rom.* 10. Item vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, ut dicitur *Sap.* 13. Ideo poſt vanitatem ſubdit de ignorantia. *r* Tenebris obſcuratum, & cetera.] Quod prius dixit [ambulant, & cetera] refertur ad effectum; hoc quod hic dicitur, ad intellectum. [Et dicit obſcuratum] non obſcurum. *Rom* 11. Obſcurentur oculi eorum, ne videant. *Sap.* 3. Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona.]

ſ Alienati a vita Dei,] gloriæ, & gratiæ quam dat Deus, vel quæ Deus eſt. *Supr.* 2. Alieni a converſatione Iſrael, & hoſpites Teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes & ſine Deo in hoc mundo. Obſcuratum dico per ignorantiam. *t* Quæ eſt in illis] permanens [propter cæcitatem] vel duritiam cordis, quia ſcire contempſerunt. *Matth.* 15. Sinite illos, cæci ſunt, & duces illorum. *Rom* 1. Obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Sap.* 10. Sapientiam enim prætereuntes, non tantum in hoc lapſi ſunt, ut ignorarent bona, & cetera. *u* Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderunt.] *Job* 16. Non credit quod reverti poſſit de tenebris ad lucem. *Prov.* 18. Peccator cum venerit in profundum, contemnit. *Iſa.* 22. Comedamus & bibamus; cras enim moriemur. Et hoc eſt quod dicit: *x* Tradiderunt ſemetipſos impudicitiæ,] ideſt fornicationi, & ideo traditores fuerunt Dei, ſicut caſtrum tradentes hoſti. 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio, &c. Et in *eod.* Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis. [Tunc tradiderunt ſe in operationem omnis immunditiæ.] *Sap.* 2. Nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra.

a In avari-

munditiæ omnis *a* in avaritiam. *b* Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi *c* tamen illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, *d* ſicut eſt veritas in Jeſu. † Deponite *e* vos *f* ſecundum priſtinam converſationem veterem hominem, *g* qui corrumpitur ſecundum deſideria *h* erroris. *i* Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ: & induite novum hominem, *k* qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia *l* & ſanctitate veritatis. *m* Propter quod deponentes mendacium, *n* loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo: quoniam ſumus

al. † deponere. De conſ. d. 4. c. 1. Rom. 6. Col. 3. Heb. 12. 1. Pet. 2.

a In avaritiam,] i. inexplebiliter, & inſatiabiliter. *Hier.* Voluptas futura cruciat, præſens non ſatiat, præterita non delectat. *Oſ.* 4. Fornicati ſunt, & non ceſſaverunt. *Prov.* 30. Tria ſunt inſatiabilia, & quartum quod nunquam dicit: Sufficit. Infernus, & os vulvæ, & terra, quæ non ſatiatur aqua: ignis vero nunquam dicit. Sufficit: *Prov.* 27. Infernus, & perditio nunquam implentur: ſimiliter & oculi hominum inſatiabiles. *b* Vos autem ita non didiciſtis Chriſtum] ſc. eſſe ſequendum. *Deut.* 18. Tu autem a Domino Deo tuo taliter inſtitutus es. Vel [didiciſtis Chriſtum] ſicut dicitur liber addiſci a diſcipulo. Chriſtus enim eſt nobis liber, expoſitus, gloſſatus, & illuminatus proprio ſanguine, & in cruce nobis extenſus: cujus omnis actio noſtra eſt inſtructio. *Pſ.* 103. Extendiſti cœlum ſicut pellem. *Job* 31. Librum ſcribat ipſe, qui judicat. Hic liber fuit ſcriptus intus, & foris: in quo ſcripta fuerunt lamentationes, & carmen, & væ, *Ezec.* 2. Maria legit in eo ſuſpenſo in cruce lamentationes; latro pœnitens, carmen; latro blaſphemus, væ. *c* Si tamen illum audiſtis.] Hoc dicit: quia licet librum habeamus, tamen Doctorem oportet habere, & ſubditos audire per obedientiam 4. *Reg.* 17. Illi autem non audierunt, ſed juxta conſuetudinem ſuam priſtinam perpetrabant. Vel hoc dicit: quia licet Chriſtus ſtet ad oſtium, & pulſet paratus ad intrandum, & inſtruendum: tantus tamen eſt intus tumultus affectuum, & curarum, quod audiri non poteſt. Unde *Pſ.* 68. Laboravi clamans, & raucæ factæ ſunt fauces, &c. E contra David dicit *Pſ.* 86. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, &c. *d* Sicut eſt veritas in Jeſu:] quia ſicut dicitur *Phil.* 1. Quidam ex contentione annunciant, non ſincere. *e* Deponere vos] vel [deponi te, &c. veterem hominem] i. ab interiori homine vetuſtatem tollite. *Col.* 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes novum eum, qui renovatur in agnitionem Dei. *Rom.* 6. Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, ut deſtruatur corpus peccati. *g* Qui corrumpitur] licet delectetur. *Eccl.* 18. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. Corrumpitur, dico, vivens. *h* Secundum deſideria] erroris. Vel [per deſideria,] i. non ſolum opera, ſed etiam per deſideria [erroris,] idest, erronea: quia ab errore veniunt, vel in errorem adducunt. *Eccl.* 2. Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Item nota quod dicitur, [Deponite veterem hominem, malum Abbatem, vel Canonicum, vel malum Prælatum qui inveteratus eſt in malo, & vivit: *f* Secundum priſtinam converſationem,] i. veterem. *Thr.* 3. Vetuſtam fecit pellem meam, i. converſationem. *Bar.* 3 Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es: Inveteraſti in terra aliena. *Pſ.* 6. Inveteravi inter omnes inimicos meos. Vetus Prælatus vetera quærens deponendus eſt: ut dicatur ei: Inveterate dierum malorum, nunc venerant peccata tua quæ operabaris prius judicans injuſta, &c. *Dan.* 13. *Iſ.* 22. Expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te, & privabo te officio, & beneficio. Et bene ſeq. [Qui corrumpitur, prece vel pretio [ſecundum deſideria erroris,] i. ſecundum cupiditatem, quæ facit eum errare in judicio. *Eccl.* 20. Xenia & dona excæcant oculos. Nota quod comeſtio carbonum corrumpit mulieres prægnantes, idest, Prælatos corrumpit amor temporalium, quæ dicuntur carbones, quia materia ſunt ignis cupiditatis. *Pſ.* 13. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt, &c. *Joel.* 1. Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo.

Vetus homo:
- Adam. *Gen.* 5.
- Fomes.
- Caro, 2. *Cor.* 4. Si is qui deforis eſt, &c.
- Corpus peccati, ideſt, congeries operum. *Luc.* 11. Si corpus tuum tenebroſum erit.
- Diabolus.
- Prava conſuetudo.

i Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ] intranſitive. Ad litteram, quædam mulieres dant [ut dicitur] gallinis venenum, & ex eis poſtea faciunt unguentum, quo utuntur ad mutationem veteris pellis, ut juvenes videantur. Sed juſti in ſpiritu renovantur. Et omnes oportet nos renovari, pelle ut ſerpens; plumis ut accipiter; roſtro ut aquila; cornibus ut cervus, ſpiritu ut homo. De primo dicitur, quod ſerpens in arcto ſe ponit, ut ſic pellem dimittat vel deponat. Pellem ergo dimittit, qui macerando carnem eam affligit: vel qui converſationem ſuam mutat & habitum Religionis aſſumit. *Matt.* 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Item accipiter mutat pennas calore Auſtri perflatus. Pennæ noſtræ ſunt deſideria quibus volamus ad cœleſtia. *Job* 39. Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter? i. pennas ſancti deſiderii aſſumit: ut dicat, Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Et ſolet poni accipiter in mutatorio, i. in Clauſtro: & quando vult aliquis mutationem accipitris accelerare, dat ei carnes venenoſas, & bufones, & hujuſmodi. Hæc ſunt verba detractionis, & opprobria, quibus ſatiabantur amici Sancti: ſicut dicitur *Thr.* 3. Saturabitur opprobriis. Et tanto citius plumeſcunt; quia quanto plus mala mundi ſentiunt, tanto magis cœleſtia concupiſcunt. *Greg.* Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Item de Aquila dicitur quod in ſenectute poſita aſcendit quantum poteſt in altum, & ita comburuntur pennæ ejus, & tunc cadit in fluvium frigidiſſimum ſuper quem volabat; & ſic renovatur. Sed hoc non eſt authenticum, quia poſſet improbari per naturam. Et ideo dicendum quod diu eſurit, uſque quo fame fere defecit, & tunc elidit roſtrum ad petram; & ſic renovatur. Ad petram ergo Chriſtum roſtra elidamus, ideſt verba mala exemplo Chriſti removeamus. *Iſa.* 6. Labia Iſaiæ mundabantur calculo, ut dignus eſſet loqui verba Dei. Sic innovare debemus roſtrum bene loquendo de Deo. Unde 1. *Pet.* 4. Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei. Item cervus mutat cornua; & nos debemus mutare poteſtatem, & fortitudinem. *Iſ.* 40. Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, &c. *Pſ.* 41. Sicut cervus deſiderat, &c. Item renovari debemus ſpiritu. Unde dicitur mandatum novum. *Jo.* 13. Mandatum novum do vobis, &c. *Ezech.* 11. Spiritum novum tribuam in viſceribus eorum. Hæc ergo ſunt encænia, i. renovationes, quæ factæ ſunt in Jeruſalem, i. in Eccleſia, vel in anima. *Jo.* 10 *Thr. ult.* Innova dies noſtros ſicut a principio. Dicit ergo [Renovamini ſpiritu mentis veſtræ.] Dicitur autem ſpiritus multis modis, ut dicit *Aug. in lib. de Trin.*

De conſ. d. 4. c. quiſquis & c. non illud, poſt princ. De pœn. d. 1. c. quomodo renovari. De apoſt. c. quidam. Phil. 1.

Spiritus dicitur:
- Deus, *Jo.* 4. Spiritus eſt Deus.
- Mens, ut hic, Spiritus mentis veſtræ.
- Intelligentia mentis. 1. *Cor.* 14. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.
- Anima. *Jo.* 19. Inclinato capite emiſit ſpiritum.
- Vis poteſtatis. *Eccl.* 3. Quis novit ſi ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum?
- Ventus, *Pſal.* 10. Spiritus procellarum pars calicis eorum, &c.

k Et induite novum hominem,] i. ſimilitudinem novi hominis, i. Chriſti. *Rom* 13. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum. Ibi require de hoc *k* Qui] Chriſtus vel ſpiritus [ſecundum Deum creatus. 2. *Cor.* 5. Si qua in Chriſto nova creatura vetera tranſierunt. *l* In juſtitia, &c.] Contra illa tria. 1. *Jo.* 2. Omne, quod eſt in mundo, &c. Ideo dicitur hoc ingredientibus Clauſtrum, q. d. Exiens de mundo innoves omnia, ſcilicet, quod vivas [In juſtitia] ad proximum contra avaritiam; [& ſanctitate] contra luxuriam; [veritatis] contra vanitatem ſuperbiæ, & inanis gloriæ ſive hypocryſis. Sed quare non dicit. In veritate? Reſpondeo. Ut inſinuet quia humilitas præeſt ceteris. Unde in juſtitia, & ſanctitate, quæ ſunt veritatis quaſi ancillantes ei.
m Propter quod deponentes] mendacium ad litteram; quia *Sap.* 1. Os quod mentitur, &c. Vel, i. amorem temporalium. *Iſ.* 28. Poſuimus mendacium, ſcilicet temporalia, ſpem noſtram; & mendacio protecti ſumus. *n* Loquimini veritatem.] *Zach.* 8. Pacem, & veritatem diligite. Et *eod.* Unuſquiſque malum contra amicum ſuum ne recogitetis: & juramentum mendax ne diligatis. Et debetis.

a Quoniam

Pſ. 4. Jac. 4. 1. Pet. 4.

invicem *a* membra. *b* Iraſcimini, *c* & nolite peccare. *d* Sol *e* non occidat ſuper iracundiam veſtram. *f* Nolite locum dare Diabolo. *g* Qui furabatur, jam non furetur: *h* magis autem laboret, *i* operando manibus ſuis *k* quod bonum eſt, ut *l* habeat, unde tribuat neceſſitatem patienti. Omnis *m* ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt *n* ædificationem fidei, ut *o* det *p* gratiam audientibus, Et *q* nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei: in *r* quo ſignati eſtis in die redemptionis. Omnis *ſ* amaritudo, & *t* ira, & *u* indignatio,

a Quoniam ſumus invicem membra.] *inf.* 5. Membra ſumus corporis ejus, de carne ejus, de oſſibus ejus. 1. *Cor.*12. Vos eſtis Corpus Chriſti, & membra de membro. *Rom.* 12. Multi unum corpus ſumus in Chriſto; ſinguli autem alter alterius membra. Item 1.*Cor.*10. Unus panis, & unum corpus multi ſumus. 2.*Reg.* 19. Os meum & caro mea vos. Et ideo quia eſtis membra invicem, nolite ſchiſma facere in corpore. Unde dicit: *a* Iraſcimini, & nolite peccare,] i. ſi inſurgat motus iræ, non conſentiatis, 1.*Cor.* 10. Tentatio vos non apprehendat; niſi humana. *Jac.*1. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram: ira enim viri juſtitiam Dei non operatur. *Matt.*5. Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. *Job* 14. Homo de muliere, plenus iracundia, *alia littera*. [Iraſcimini.] Ira per zelum. 1. *Mach.* 2. Accenſus eſt furor ejus ſecundum judicium Legis. *Jonæ* 4. Putaſne bene iraſceris? *c* Et nolite peccare] indiſcrete iraſcendo vel in corrigendo. *Eccl.* 5. Noli eſſe nimis juſtus.

d Sol non occidat, &c.] ideſt, ira non duret uſque ad occaſum Solis. *Eccl.* 17. Ira in ſinu ſtulti requieſcit, i. diu manet. *Job* 5. Virum ſtultum interficit iracundia. Vel [Sol juſtitiæ] *Malach. ult.* *e* Non occidat,] i. non deſerat; quia cum ira non habitat. Vel [Sol] i. ſplendor rationis. *Amos* 8. Occidet Sol in meridie, ideſt, in medio furore iræ. *f* Nolite locum, &c.] ſicut illi, qui non vitant occaſiones peccati, ſed portas ſenſuum pandunt. *Jer.* 9. Mors intrat per feneſtras. Et notandum, quod *Gloſſ.* dicit duas portas mortis, cupiditatem, & timorem. *Jac.*4. Reſiſtite Diabolo, & fugiet a vobis. Tentator non ceſſat pulſare, ut ingrediatur; & ideo monet Dominus, ut timoris valva in facie ejus elidatur. *Apoc.* 12. Væ terræ, & mari: quia deſcendit ad vos Diabolus habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet. *Eccl.* 10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, &c. *g* Qui furabatur, jam non furetur.] *Eccl.* 21. Fili peccaſti, ne adjicias iterum; ſed & de priſtinis deprecare. *Eccl.* 5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu: neque adjicias peccatum ſuper peccatum, & *inf.* Super furem enim eſt confuſio, & pœnitentia. *Exod.*20. Non furtum facies. *Prov.* 6. Furatur, ut impleat animam: deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, id eſt, perfecte punietur. Loquitur de fure, qui furatur per inopiam. *Eccl.* 41. Erubeſce a loco, in quo habitas, de furto. Sicut lupus, & maxime lupa nihil rapit in loco proximo cubili catulorum ſuorum. *Zach.* 5. Maledictio veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter.

g Magis autem laboret, &c.] 1.*Theſſ.*4. Rogamus autem fratres, ut abundetis magis: & operam detis; ut operemini manibus veſtris ſicut præcepimus vobis: & ut honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt: & nullius aliquid deſideretis. Et 2.*Th.*3. Denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim inter vos quoſdam ambulare inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes: Et in *ead.* Non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione, nocte die operantes, ne quem veſtrum gravaremus. Et hoc, quod fecit Apoſtolus, monet alios facere. Unde dicit:

i Operando manibus ſuis,] propriis, non vicariis. *Pſ.*3 Voce mea ad Dominum clamavi. Mea, dicit, non vicaria. Contra Canonicos, quorum opus eſt cantare, ſed ipſi Vicarios ponunt.

k Quod bonum eſt] ideſt, utilia operando, non taxillos, ſcil. Contra Moniales operantes burſulas, & chirothecas, & hujuſmodi munuſcula laſciva portantes.

l Ut habeat unde tribuat, &c.] non cognatis, vel amicis. *Act.* 20. Ipſi ſcitis quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, & meminiſſe verbi Domini Jeſu; quoniam ipſe dixit] Beatius eſt dare quam accipere. *Cantuarienſis*. Ponit hic duo exempla in *Poſtilla*. Unum eſt de quodam qui venit ad Eremitas, de quibus quæſivit. Quid operis facitis? Qui reſponderunt: Sine intermiſſione oramus. Quibus ille: Annon comedetis? Qui reſponderunt. Non: Quibus ille. Et ego do multas eleemoſynas de labore meo, quæ, ſive vigilem, ſive dormiam ſemper orant pro me. Aliud exemplum eſt de alio qui inceſſanter dabat eleemoſynas, & oſtenſum eſt ei in viſione quoddam pulcherrimum ædificium, quod ſurgebat, & creſcebat quotidie in conſummationem. *m* Omnis ſermo, &c.] Supra docuit manus ad opera: hic linguam ad bona verba monet exercere. Unde dicit [Omnis ſermo malus.] Vel ſic: Supra monuit ad bona opera: quia ergo ex operibus ſequitur aliquando jactantia: ideo dicit [Omnis ſermo] *Col.*4. Sermo veſter in gratia ſemper ſit ſale conditus. *Inf.*5. Omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos. *Col.*3. Deponite, & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. 1.*Pet.*4. Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei. Luc. 2.

n Ad ædificationem fidei,] ut fides in omnibus ædificetur, vel homines in fide. 1.*Cor.*14. Nam qui prophetat: hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & conſolationem, ideſt, incipientibus, proficientibus, pervenientibus.

o Ut det gratiam. *Act.* 10. Loquente Petro cecidit Spir. ſanctus, ſc. ſuper eos, qui audiebant Verbum *Prov.* 13. Doctrina bona dabit gratiam. *Jo.* 15. Vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. *Cant.*4. Mel & lac ſub lingua tua.

p Audientibus] non contemnentibus. *Eccl.*32. Ubi non eſt auditus, non effundas ſermonem.

q Et nolite contriſtare Sp. ſanctum Dei,] i. Prædicatores veſtros ſive Vicarios, & Miniſtros. *Matt.* 25. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Qui vos ſpernit, me ſpernit. 1.*Theſſ.*4. Qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum. *Iſ.*63. Ipſi ad iracundiam provocaverunt, & afflixerunt Sp. ſanctum ejus. *Gl.* Spirit. ſanctum ejus contriſtat, qui virum ſpiritualem contriſtat. *Eccl.*3. Quam malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem: & eſt maledictus a Deo qui exaſperat matrem. Puta Prædicatorem; qui Pater eſt corripiendo: mater jactando. Unde verſus:

Verbera patris habes, ubera matris habe.

*Bar.*4. Obliti eſtis Deum qui nutrivit vos: & contriſtatis nutricem veſtram Jeruſalem. *Thr.* 4. Facies Domini diviſit eos: non adjiciat ut reſpiciat eos. Facies Sacerdotum non erubuerunt: neque ſenum miſerti ſunt. Vel [contriſtare] i. a vobis per mala opera fugare. *Sap.* 1. Sp. ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. 1. *Th.* 5. Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere. E contra de Chriſto dicitur *Iſ.*4. Apprehendent ſeptem mulieres virum, &c. *Gl.* In ſolo Chriſto requievit Spiritus. Unde *Iſ.* 11. Et requievit ſuper eum Spiritus Domini.

r In quo ſignati eſtis] Dominus ſignat oves ſuas impreſſiones gratiæ. *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum, ſuper cor tuum, &c. *Aggæi ult.* Ponam te in ſignaculum quia elegi te. *Sup.* 1. In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto; qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitionis. Item 2.*Cor.* 1. & 5.

ſ Omnis amaritudo] Tria prima, quæ dicit hic pertinent ad cor, ſc. amaritudo, ira, indignatio; duo ad os, ſcil. clamor & blaſphemia; unum ad manum, ſc. malitia. Dicit ergo: [Omnis amaritudo] *Eccl.* 21. Non eſt ſenſus, ubi eſt amaritudo. *Col.*3. Viri diligite uxores veſtras: & nolite amari eſſe ad illas. *Sap.*8. Intrans in domum meam quieſcam cum illa; non enim habet amaritudinem converſatio illius, &c. *Oſee* 12. Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus ſuis. *Act.* 8. In felle amaritudinis video te eſſe.

t Et ira] omnis, ſcilicet: *Jacob* 1. Ira viri juſtitiam Dei non operatur. *Ambroſ.* Cum dicit: Omnis ira tollatur a vobis, nullam penitus velut neceſſariam, & vobis utilem excipit. Delinquentem itaque fratrem, ſi neceſſe eſt; ita curare feſtina, ut dum medelam leviori forſitan feſtucam laboranti procuras inferre, non te deteriori morbo cæcitatis involvas. *u* Et indignatio,] *Eccleſiaſt.* 1.

In multa

In multa ſapientia multa eſt indignatio. *Prov.* 29. Qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum proclivior.
a Et clamor] contra proximum, qui venit ex indignatione; *Iſ.* 5. Expectavi ut faceret judicium, & ecce iniquitas, & juſtitiam, & ecce clamor.

& *a* clamor, *b* & blaſphemia tollatur a vobis *c* cum omni malitia. *d* Eſtote autem invicem benigni, *e* miſericordes, *f* donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis.

C A P. V.

Eſtote *g* ergo imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi, *h* & ambulate in dilectione, ſicut *i* & Chriſtus dilexit nos; & *k* tradidit ſemetipſum *l* pro *m* nobis oblationem, & hoſtiam Deo in *n* odorem ſuavitatis, Fornicatio *o* autem *p* & omnis *q* immunditia, aut ava-

Col. 1. *b* Et blaſphemia] in Deum, & in Sanctos. *Lev.* 24. Qui blaſphemaverit nomen Domini, morte morietur. *c* Cum omni malitia] operis vel cordis ſecundum *Gloſ.* *Oſ.* 7. In malitia ſua lætificaverunt Regem,

A & in mendaciis ſuis Principes, i. emunctores burſarum, & corelli in guerris pleni malitia rapiunt, & ſuccendunt. Item adulatores lætificatores ſunt Regum, & Principum; in malitia enim, & mendacio lætificant eos non in juſtitia, & judicio. Ut autem prædicta a vobis tollantur. *d* Eſtote benigni] in effectu, ideſt, largi de facultatibus veſtris. 1. *Cor.* 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt. *Jerem.* 3. Omnes boni generantur in opere ejus, ideſt, veritatis.

ad d. c. elo... 12. q. ... 6, in co.

e Miſericordes] in affectu. *Luc.* 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.
f Donantes] *Cor.* 3. Donantes vobiſmetipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam, ſicut & Deus donavit vobis. Et hoc eſt quod dicit hic:
f Sicut & Deus in Chriſto donavit vobis] *Matth.* 6. Si non dimiſeritis hominibus, &c. Et dicit [In Chriſto] Unde *Rom.* 8. Qui enim proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo nobis omnia donavit?

E X P O S I T I O C A P. V.

Eſtote ergo, &c.] Adhuc eſt hoc de ſecunda parte Epiſtolæ de inſtructione morum. Et primo revocat eos ab odio, exemplo Chriſti, ibi [Imitatores Dei, ſicut, &c.] Secundo ab infamia, ibi [Fornicatio, &c.] Tertio ab errore, ibi [Scitote.] Quarto a conſenſu, & imitatione malorum, ibi [Nolite ergo effici participes. Quinto a pigritia, ibi [Surge qui dormis.] Sexto ab inſipientia, ibi. [Videte.] Septimo ab imprudentia, ibi. [Nolite fieri imprudentes.] Et ibi ſignabitur differentia inter hæc duo. Octavo a gula, ibi. [Nolite inebriari.] Nono a ſuperbia, ibi. [Subjecti invicem.] Terminata autem generali exhortatione, ſtatim aggreditur ſpecialem. Et primo inſtruit matronas, ibi. [Mulieres. [Secundo viros, ut fideliter diligant uxores, ibi. [Viri diligite.] Tertio, ut eis conſervent fidem, ibi. Propter hoc relinquet homo.] Ultimo, ut vir communicet uxori bona ſua, ibi. [Et vos ſinguli.] Dicit ergo:
g Eſtote ergo, &c.] Ex quo Deus vobis donavit: [Eſtote imitatores Dei,] invicem vobis condonando. Vel ſic continua: ſi vultis eſſe largi, & benigni pro Chriſto, primum ergo donate vos ipſos Deo ab odio recedendo; & ſic eritis [Imitatores Dei.] Contra: *Job* 11. Forſitan veſtigia comprehendes. Reſp. Non comprehenditur Deus per inveſtigationem, ſed per imitationem. Imitabilis autem non eſt creatione, vel potentia, ſed pietate, & miſericordia. *Luc.* 6. Eſtote miſericordes, ſicut, &c. *Matt* 5. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter, &c. *Job* 23. Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus; viam ejus cuſtodivi, nec declinavi ex ea. 1 *Pet.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus. *Matth.* 16. ſi quis vult venire poſt me, abneget, &c. peccata abjiciendo, & tollat crucem, ſcilicet pœnitentiam aſſumendo, & ſequatur me, intentionem in Deum dirigendo. Hoc faciebat Paulus; & ideo dicebat *ſup.* 1. *Cor.* 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Ideo dicit 1. *Cor.* 11. & *Phil.* 3. Imitatores mei eſtote, fratres, i. in fraternitate. Item 2. *Theſſ.* 1. Vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini, excipientes verbum tribulatione multa cum gaudio, &c. Et nota quod dicit:

h Et ambulate,] ideſt, proficite in dilectione, q. d. Dilectio eſt via optima, in qua viator non debet ſtare, ſed ſemper pergere. 1. *Cor.* 12. Adhuc viam excellentiorem vobis demonſtro.
i Sicut & Chriſtus dilexit nos.] Iſtud [ſicut] non dicit æqualitatem, ſed ſimilitudinem in genere facti. Sicut dilectio vicit Chriſtum, & triumphavit de eo, & quaſi infatuavit, ut dicitur. 1. *Cor.* 1. Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt omnibus hominibus. Ita & nos debemus nos abjicere amore ejus, & infatuari in lætitia crucis, i. pœnitentiæ. *Apoc.* 1. Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
k Et tradidit] *Gal.* 1. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, ut eriperet nos de hoc ſæculo nequam.
l Pro nobis] ideſt, amore noſtri, ideſt, vitæ noſtræ: quia vicarius noſter fuit, mori eligens, ne moreremur. Item [pro nobis,] i. peccato noſtro: quia a pœna debita pretio ſanguinis nos redemit.
m Oblationem, & hoſtiam Deo] Oblatio dicebatur in Lege de aridis, ut pane, vel conſimili: hoſtia de animalibus: libatio de liquidis. Chriſtus ergo dicitur oblatio: quia panis eſt. *Jo.* 6. Dicitur hoſtia, quia Verbum caro factum eſt, & in ara crucis immolatum. Libatio dicitur, quia fudit ſanguinem pro nobis. *Iſ.* 53. Oblatus eſt, quia voluit. *Heb.* 9. Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata. *Heb.* 10. Una enim oblatione conſummavit in ſempiternum ſanctificatos.
n In odorem ſuavitatis] Tria maxime redolentia ſunt; combuſta, contrita, effuſa. Species enim aromaticæ contritæ vel combuſtæ redolent, balſamum effuſum redolet, Chriſtus contritus eſt in paſſione flagellis, & verberibus. *Iſ.* 53. Contritus eſt propter ſcelera. Igne charitatis decoctus eſt, aliter enim non eſt eſibilis agnus. *Exod.* 12. Effudit etiam pretioſum balſamum ſanguinis ſui abundanter. *Pſ.* 21. Sicut aqua effuſus ſum, i. abundanter, & ſine reputatione. Chriſtus enim quod pertulit pro nobis, non reputat, dummodo nos habeat. *Prov.* 12. Juſtus pro amico damnum negligit. Sic ergo [ut dictum eſt] fracto alabaſtro & effuſo balſamo domus, ideſt Eccleſia triumphans, & militans, impleta eſt odore unguenti. *Gen.* 27. Ecce odor filii mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Ager dicitur plenus, quando eſt in flore. Maxime odor vinearum expellit bufones de agro: ſicut odor paſſionis Chriſti Dæmones expulit de mundo. *Jo.* 12. Nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras. Bufones enim Diabolus, & miniſtri ejus habent odorem Chriſti, & Sanctorum, qui dicunt, Chriſti bonus odor ſumus nos, &c. habent, inquam, odorem, ſed ferre non poſſunt: nam fœtet eis vita, & exemplum bonorum. Unde *Exod.* 5. Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone & ſervis. Et hoc eſt quod dicitur 2. *Cor.* 2. Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis vitæ in vitam. Dicit ergo: In odorem ſuavitatis Deo] Ad ſatisfaciendum pro vobis hominibus ad exemplum: Dæmonibus ad exterminium. *Gen.* 8. Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis; & ait ad Noe; Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines. *Lev.* 1. Habetur de hoc odore. *Eccl.* 50. Quaſi thus redolens, &c. Iſtud thus, ſcil. Chriſtum, protulit B. Virgo quæ fuit arbor thurifera, ut ipſa dicit. *Eccl.* 24. Ego quaſi libanus non inciſus, ideſt, Virgo incorrupta, vapori habitationem meam: ideſt, filium Dei, qui in viſceribus meis habitavit, protuli, & genui quaſi vaporem. Chriſtus enim ſecundum humanam naturam vapor fuit. *Jac.* 4. Quæ eſt vita veſtra? Vapor ad modicum parens. Vapor proprie in paſſione aut incenſo crucis oblatus Deo.
o Fornicatio autem] quæ eſt cum liberis a viro. 1 *Cor.* 6 Fugite fornicationem, &c. *Oſ.* 4. Spiritus fornicationis decepit eos. *Tob.* 4. Præter uxorem tuam nunquam patiaris crimen ſcire, ideſt, nedum facere. *Job* 31. Pepigi fœdus cum oculis, &c.
p Et omnis immunditia,] incontinentia pertinens ad libidinem quocumque modo fiat. 1. *Cor.* 6. Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, &c. regnum Dei poſſidebunt. *Hebr.* 13. Fornicatores, & adulteros judicabit Deus. Vel, [omnis immunditia] ideſt, quæcumque circumſtantia. Hæ ſunt reliquiæ Amalech, quas quia noluit Saul delere, reprobatus eſt. 1. *Reg.* 15. *Gen.* 19. Ne ſtes in omni circa regione.
q Aut avaritia] immoderata habendi cupiditas. *Hebr.* 13 Sint mores ſine avaritia: contenti præſentibus. *Iſa.* 57. Propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus ſum.

Nec

a Nec nominetur in vobis] ideſt, nec ſuſpicio ſit de vobis probabilis, per quam poſſitis eſſe nominati, & vocati in talibus. Supra ergo prohibuit malam conſcientiam, hic malam famam. Hæc enim duo ſunt neceſſaria: bona conſcientia propter nos, bona fama propter proximum. Ideo inungimur in baptiſmate chriſmate confecto ex oleo, & balſamo. *Eccl.* 14. Curam habe de bono nomine. *Prov.* 22. Melius eſt nomen bonum, quam divitiæ multæ. Ibi require. *Eccl.* 7. Melius eſt nomen bonum, quam pretioſa unguenta. Vel (nominetur) ideſt, laudetur in vobis, ideſt, inter vos. *Pſ.* 9. Quoniam laudatur peccator, &c. Vel (non nominetur in vobis) ad delectandum, ſed ad deteſtandum. Verba enim luxuriæ nõ decent in ore Chriſtiani, & maxime Sacerdotis, vel Religioſi; & ideo dicit: *b* Sicut decet Sanctos:] *Bern.* Merito os tuum divinis oleulu, & † oraculis conſecratam: quicquid ex eo otioſum, vel immundum exierit, ſacrilegium puta. *Iſ.* 14. Perdam Babylonis nomen (ut peccatum ejus non ſit in ore,) & reliquias (ideſt, circumſtantias peccati,) & progeniem (ideſt, voluntatem,) & germen (ideſt, opus.) Vel (ſicut decet Sanctos) habere nomen bonum. 1. *Tim.* 3. Oportet illum teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt. 1. *Theſſ.* 4. Honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt, *ſup.* 4. Obſecro vos ut digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, i. ſecundum quod decet ſtatum, ad quem vocati eſtis. *c* Aut turpitudo] ut in oſculis, & amplexibus. *Prov.* 6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ita ut non ardeat? Sic qui ingreditur ad uxorem proximi ſui, non erit mundus, cum tetigerit eam. Unde in Vitis Patrum dicitur: Cum deberet tranſire quidam ad matrem, involvit manum ſuam, ne eam nuda manu tangeret: & matre credente ſe contemptam a filio, & quodam quærente quare hoc feciſſet? Reſpondit: Caro mulieris, ignis eſt. *d* Aut ſtultiloquium] ut blanda verba. Noli altercari cum mulieribus. *Eccl.* 9. Eloquium ejus quaſi ignis exardeſcet. *Ibid.* Ne altercaris cum illa. *Iſ.* 32. Stultus fatua loquitur; & cor ejus faciet iniquitatem.

e Aut ſcurrilitas] jocularitas, quæ a ſtultis dicitur curialitas. *Bern.* Hodie ſcurrilitas affabilitas dicitur: & maturitas, crudelitas judicatur. *Hieron.* Stultiloquium nullius utilitatis, nihilque habet ſapientiæ; ſcurrilitas plerumque a ſapiente profertur cum quadam urbanitate. 2. *Reg.* 6. Quam glorioſus fuit Rex Iſrael hodie, diſcooperiens ſe ante ancillas ſervorum ſuorum, & nudatus eſt, quia ſi nudetur unus de ſcurris.

f Ad rem] ideſt, utilitatem. *g* Sed magis gratiarum actio, q. d. Sic honeſte vos habeatis, ut cum bonam vitam veſtram viderint, Deo gratias agant; ſecundum illud *Matt.* 5. Sic luceat lux veſtra, &c. Et bene dico. Non nominetur in vobis.

h Hoc enim ſcitote,] Hoc nolunt ſcire, qui contrarium faciunt. *Pſ.* 35. Noluit intelligere, ut bene ageret.

i Avarus, quod eſt idolorum ſervitus. *Coloſ.* 3. Mortificetis membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quæ eſt idolorum ſervitus. *Caſſian.* Quiſquis non communicat neceſſitatibus Sanctorum egenorum, & pecuniæ ſuæ, quam infideli tenacitate ſervat, Chriſti mandata poſtponit, idololatriæ crimen incurrit: amorem ſcilicet materiæ mundialis, divinæ præpoſuit Charitati. Idem, Qui pecuniam amat, ſimilitudinem tollit materiæ: ſolidam deſerit charitatem. *Oſee* 8. Argentum, & aurum fecerunt ſibi idola. k Non habet hæreditatem] 1. *Cor.* 6. Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſervientes. 1. *Cor.* 15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. *Rom.* 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte. *Apoc. ult.* Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſervientes, & omnis qui amat, facit mendacium. Et cum ita ſit,

l Nemo vos ſeducat,] *Coloſ.* 2. Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam. Et 1. *Cor.* 15. Nolite ſeduci: corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. 2. *Theſſ.* 2. Nemo vos ſeducat ullo modo.

[illegible] omnis, &c. ſicut ut eri in ſin & 4. [illegible] Salvator.

B

De exceſſib. Prælator. ac Clerici.

al. † ferculis.

ritia, nec *a* nominetur in vobis, ſicut *b* decet Sanctos: aut *c* turpitudo, aut *d* ſtultiloquium, *e* aut ſcurrilitas, quæ *f* ad rem non pertinet, ſed *g* magis gratiarum actio. *h* Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut *i* avarus (quod eſt idolorum ſervitus) non k habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. *l* Nemo vos ſeducat inanibus verbis: *m* propter hæc enim *n* venit ira Dei in *o* filios diffidentiæ. *p* Nolite ergo effici participes eorum. *q* Eratis enim aliquando tenebræ: *r* nunc autem lux in Domino, *ſ* ut filii lucis ambulate. (Fructus enim lucis eſt in omni *t* bonitate, & *u* juſtitia, & *x* veritate,) probantes *y* quid ſit beneplacitum Deo: *z* & nolite communicare *a* operibus infructuoſis *b* tenebrarum, magis *c* autem redarguite. Quæ enim in *d* occulto fiunt ab ipſis, turpe *e* eſt & dicere. Omnia *f* autem

m Propter hæc enim] verba, vel facta; ſcilic. fornicationem, &c.

n Venit ira,] ideſt, appropinquat vindicta.

o In filios diffidentiæ.] *Coloſ.* 3. Propter quæ venit ira Dei ſuper filios, &c. Vel (diffidentiæ) ideſt, incredulitatis. *Sup.* 2. Aliquando ambulaſtis ſecundum ſeculum Mũdi hujus, ſecundum Principem poteſtatis aeris hujus, Spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ.

p Nolite ergo effici participes eorum,] conſentiendo, vel imitando. *Pſ.* 124. Declinantes autem in obligationes, &c. *Rom.* 1. Non ſolum qui talia agunt, ſed qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte. 1. *Reg.* 20. Diſcede ab Amalech, ne forte involvam te cum eo. 2. *Cor.* 6. Quæ participatio juſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? *Oſee* 6. Galaad civitas operantium idolum, (ideſt, congregatio Clericorum colit numerum) participes Sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem.

Di [illegible] 4. 4. [illegible] fer.

C

q Eratis enim aliquando tenebræ,] q. d. Prædicta dimiſiſtis, & ideo non eſt revertendum ad ea. 1. *Joan.* 2. Tenebræ tranſierunt, & verum lumen jam lucet.

r Nunc autem lux] ideſt, diſcreti, & docti, & alios docentes. *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi. *Philip.* 2. Inter quos lucetis, ſicut luminaria in firmamento.

ſ Ut filii lucis ambulate] ideſt, mundæ conſcientiæ, ut filii diei. 1. *Theſ.* 5. Omnes enim filii lucis eſtis, & filii diei: non ſumus noctis, neque tenebrarum. Vel (ut filii lucis ambulate) ideſt, caventes offendicula, ut videntes, non tanquam cæci palpantes. *Jo.* 12. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, neſcit quo vadat. *Prov.* 4. Via impiorum tenebroſa; neſciunt ubi corruant.

t In omni bonitate] cordis. *u* Et juſtitia] operis.

x Et veritate] oris. Bonitas ergo reſpicit eſſe; juſtitia agere, veritas loqui. Hæc tria ſunt in *Pſ.* 118. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me, Domine. Vel bonitas ſervat concupiſcibilem, & dilatat: juſtitia cohibet iraſcibilem, veritas erigit rationalem. Vel bonitas ad Deum; juſtitia ad proximum; veritas pro veris, & æternis bonis. Item bonitas refertur ad Spiritum Sanctum; juſtitia ad Patrem, quia potens eſt juſtitiam agere; veritas ad Filium, qui dicitur ſapientia. Et hæc tria dicuntur fructus lucis, ideſt, fructus lucidi, & præclari, & in omnibus manifeſtandi. *Jo.* 3. Qui male agit, odit lucem.

y Probantes, &c.] quaſi, Ambulantes ut filii lucis, ideſt, circumſpecte agite, & conſilium inite, prius ſcilic. quam operemini. [Probantes quid ſit beneplacitum Deo] *Rom.* 12. Ut probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. *Heb.* 12. Placentes Deo cum metu, & reverentia, *inf. eod.* Intelligentes quæ ſit voluntas Dei.

z Et nolite communicare.] *Eccl.* 13. Quæ communicatio ſancto homini ad carnem? 2. *Jo. in fin.* Qui dicit ei, Ave, communicat operibus ejus malignis.

a Operibus infructuoſis:] quia ipſi ſunt arbores infructuoſæ, autumnales, bis mortuæ. *Jud.* Operibus dico.

b Tenebrarum,] ideſt, tenebroſorum: quia qui male agit, odit lucem; & non venit ad lucem, ut non arguantur ejus opera.

c Magis autem redarguite.] 2. *Tim.* 4. Argue, obſecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Et *Galat. ult.* Corripite in ſpiritu lenitatis. *Joan.* 3.

d Quæ enim in occulto fiunt.] 2. *Cor.* 4. Abdicamus occulta dedecoris. *Ezec.* 8. Ingredere & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt. Et poſtea ſequitur: Vide fili hominis, quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris, unuſquiſque in abſcondito cubiculi ſui. 1. *Tim.* 5. Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt præcedentia ad judicium; quorumdam autem ſubſequuntur quæ latent nunc, ſed poſt apparebunt.

e Turpe eſt & dicere.] *Chryſ.* Multi horrent dicere, vel audire, quæ non horrent facere; & hoc turpe eſt dicere, tamen arguere.

f Omnia autem, quæ arguuntur a lumine] i. ſanctis viris, qui

ſunt lumina. Tales debent arguere. *Job* 26. Revelabunt cœli, id eſt, cœleſtes viri, iniquitatem ejus. *Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.* *Jo.* 8. Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illum lapidem mittat. Vel

Juvenal. 2. Sat.

a Quæ arguuntur a lumine,] id eſt, aperte. *Matth.* 10. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, id eſt, aperte.

D

b Manifeſtatur] per confeſſionem, vel pœnitentiam. Vel ipſe peccator ſibiipſi manifeſtatur, qui intelligit culpam, cui arguitur.

c Omne autem] id eſt, peccatum manifeſtatũ per confeſſionem, vertitur in lumen cum peccatori innoteſcit. Omnis autem malus, lumen fit, quando convertitur.

Col. 1.

d Propter quod] ſcilic. quia fit lumen, dicit Spiritus ſanctus per me,

Rom. 13. 1. Theſ. 4.

quæ *a* arguuntur, *a* lumine *b* manifeſtantur. *c* Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. *d* Propter quod dicit: *e* Surge qui dormis, & *f* exurge a mortuis; *g* & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis: non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes *i* redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. *h* Propterea nolite fieri imprudentes, *i* ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Dei. *k* Et

vel per *Iſ.* 60. ubi dicitur: Surge, illuminare Jeruſalem, quia venit lux tua. Vel dicit, ſcil. ipſum lumen, id eſt, ratio illuminata, ſurge, &c. quia ipſum quod offert ſe homini, excitat a ſomno torporis ipſum ſicut lumen materiale, vel Sol ſua præſentia hominem excitat a ſomno, & ad opus invitat; ut dicitur *Eccl.* 43. Sol in aſpectu annuncians, &c. exitum. *Pſ.* 103. Ortus eſt Sol, &c. Poſt ſequitur, exibit homo ad opus ſuum, &c. Dicit ergo:

e Surge qui dormis.] *Hier.* ſuper hunc locum: Scio me audiſſe, &c. ſcilicet de Adam excitato a morte per Chriſti ſanguinem ſtillantem de cruce ſuper caput ejus. Nota triplicem caſum hominis, in ignorantiam, in culpam, & tertius caſus eſt in ignaviam, & torporem. Ut de primis duobus nequeat exire, timet aggredi pœnitentiam. Contra hoc dicit Apoſtolus: Surge qui dormis,] id eſt, ſurge a torpore ad pœnitentiam.

f Et exurge a mortuis,] id eſt, a peccatis ad gratiam. Item [Surge] a tenebris. *g* Et illuminabit te Chriſtus] per doctrinam infuſam, vel effuſam. *Pſ.* 40. Nunquid qui dormit non adjiciet, ut reſurgat? Alia *littera* [infundet] Verbum Diaboli eſt: Qui dormit, non addat, ut reſurgat. *Iſ.* 24. Gravabit eam iniquitas ſua, & corruet, & non adjiciet, ut reſurgat. *Jer.* 8. Nunquid qui cadit, non reſurget? *Amos* 5. Domus Iſrael ad meritum cecidit, non ad meritum reſurget.

h Propterea nolite fieri,] Hic revocat eos ab imprudentia, quæ eſt reſpectu futurorum: ante revocavit eos ab inſipientia, quæ eſt reſpectu præſentium. Dico [Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt:] ad quod neceſſaria prudentia eſt quæ cavet futura. [Propterea] ergo ut redimatis tempus [Nolite fieri] quod pejus eſt, [imprudentes,] id eſt, inconſiderate. *Matth.* 10. Eſtote prudentes] id eſt, ſicut ſerpentes, &c. *Prov.* 4. Palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. *Deuter.* 32. Utinam ſaperent, & intelligerent. *Eccl.* 36. Ante omnem actum præcedat conſilium ſtabile; *&* 32. Omnia fac cum conſilio. *Prov.* 13. Aſtutus omnia agit cum conſilio.

i Sed intelligentes quæ ſit voluntas Dei,] ut dicatis cum Chriſto: Non quod ego volo, ſed quod tu. *Matth.* 26. 1. *Theſ.* 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, &c.

k Et nolite inebriari vino,] vos qui prudentiæ operam datis. *Oſee* 4. Fornicatio, & ebrietas auferunt cor, id eſt, cordis intelligentiam. *Eccl.* 19. Vinum, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Et in *eod.* Operarius ebrioſus non locupletabitur. *l* In quo] vino [eſt luxuria] materialiter, non ſcilicet effective: quia Venter mero æſtuans de facili ſpumat in libidinem. *Hieron.* Item oleum flammæ adjicit. *Eccl.* 23. Aufer a me ventris concupiſcentias [hoc primum] & concubitus concupiſcentiæ non apprehendat me. Loth poſt prima vina commiſit inceſtum. *Gen.* 19. *Hieronym.* Quem Sodoma non vicit, vina infecerunt. Item Holofernes poſt vina concupivit Judith, ut habetur *Judith* 12. Hoc eſt, quod dicitur *Prov.* 20. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas; quicumque his delectatur, non erit ſapiens. Ibi require de hoc. *m* Sed implemini Spiritu ſancto non Pythonico, qui indicat non de ſpiritualibus, ſed temporalibus lucris. *Iſ.* 29. Et erit quaſi Pythonis Spiritus de terra vox tua. Item *Lev.* 20. Vir, ſive mulier, in quibus Pythonicus, vel divinationis Spiritus fuerit, morte moriatur. Item [Spiritus Sanctus] dicit non immundo, de quo *Oſ.* 4. Spiritus fornicationis decepit eos. Item [Spiritus ſanctus] id eſt, ſanctificante & ſolidante, non inaniter inflante. 1. *Reg.* 16. Spiritus malus exagitavit Saul, Spiritus ſcil. ſuperbiæ & invidiæ, quo tumebat contra David.

Sed contra, *Pſ.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me, &c.

nolite inebriari vino, *l* in quo eſt luxuria: *m* ſed implemini Spiritu ſancto, *n* loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, *o* gratias agentes ſemper pro *p* omnibus, *q* in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo & Patri. *r* Subjecti invicem *ſ* in timore Chriſti. *t* Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, *t* ſicut Domino, quoniam *u* vir caput eſt mulieris:

Num. 14. Servum meum Caleb, qui plenus alio Spiritu, ſecutus eſt me, inducam in terram hanc. *Dan.* 4. Scio, quod Spiritum Deorum ſanctorũ habeas in te. Ut autem poſſitis impleri iſto Spiritu: ſuis. *n* Loquentes, &c.] 4. *Reg.* 3. Cumque caneret Pſaltes, cecidit Spiritus ſuper Eliſæum. *Col.* 3. In omni ſapientia docentes, & commonentes voſmetipſos in Pſalmis, & Canticis ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Domino. 1. *Cor.* 14. Orabo ſpiritu, orabo & mente: Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. *Iſ.* 30. In canticis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. *o* Gratias agentes,] 1. *Theſſ.* 5. In omnibus gratias agite, hæc eſt enim voluntas Dei. [Semper] non ad horam, ſed continue benedicite Domino in omni tempore, &c.

E

p Pro omnibus] bonis, & beneficiis collatis: vel [pro omnibus] ſcilicet proſperis & adverſis.

q In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Deo & Patri] quia Pater in Filio laudandus eſt, & Filius in Patre. Et eſtote *r* Subjecti invicem. Ecce humilitas, quam facit timor. Unde dicit [Subjecti] Prælatis humiliter obediendo, & Prælatis ſubditis in charitate ei ſerviendo: ſecundum illud 1. *Cor.* 9. Cum eſſem liber in omnibus, omnium me ſervum feci. 2. *Cor.* 1. Non enim dominamur fidei veſtræ, &c.

Sed quia homo non debet homini eſſe ſubjectus in his, quæ ſunt contra Deum. Ideo ſubdit.

ſ In timore, ſcil. Chriſti: Vel aliter [Subjecti invicem] eſtote, ſcil. per humilitatem, & hoc in timore Chriſti: quia timor Chriſti parit humilitatem, & ſubjectionem. *Phil.* 2. In humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes. *Rom.* 12. Honore invicem prævenientes.

Vel [in timore Chriſti] qui hoc mandavit, ſcil. ut ſitis humiles & ſubjecti invicem, & majores minoribus. *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, &c. *Luce* 22. Qui præceſſor eſt, ſit ſicut miniſtrator. *Matt.* 20. Filius hominis non venit, &c. Et nota, quod hoc etiam dicitur Prælatis, ut ſubditi ſint minoribus [ut dicit *Gl.*] ſicut in omnibus ædificiis majora ligna ſupponuntur minoribus.

Unde *Eccl.* 3. Quanto majores, &c. *Job* 9. Sub quo curvantur qui portant Orbem, id eſt, ſub cujus timore Angeli ſe humiliant. 1. *Petr.* 5. Non dominantes in Clero, ſed forma facti gregis ex animo. *Eccl* 32. Rectorem te poſuerunt, &c. *Matth.* 20. Quicumque volt inter vos major fieri, ſit veſter miniſter. *t* Mulieres viris, &c.] Hic ſinitur prima pars ſecundæ partis. In præcedenti enim parte inſtruxit eos univerſaliter in moribus: in hac autem inſtruit eos ſpecialiter. Et primo matronas de humili ſubjectione, q. d. Cum omnes debeant ſibi invicem eſſe ſubjecti, multo magis mulieres viris. Dicit ergo *t* [Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino] id eſt, mera ſimplicitate, qua ſervi domino ſubjecti ſunt, i. conſimili. Notandum enim, quod [ſicut] non ſemper notat in ſimilitudine æqualitatem, ſed quandoque conformitatem: ſicut *Matth.* 5. Eſtote perfecti ſicut & pater veſter perfectus eſt. Ita & hic: Subditæ autem debent eſſe mulieres.

Unde *Eccl.* 25. Mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo. 1. *Pet.* 3. Mulieres ſubditæ ſint viris.

Et poſtea ſubdit: Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, ſicut habetur *Gen.* 18. Poſtquam dominus meus vetulus eſt, 1. *Tim.* 2. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubjectione: docere autem mulieri non permitto, nec dominari in virum, q. d. Privata eſt ſapientia, & potentia, & ideo docere, vel dominari non debent, 1 *Corinth.* 14. Non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & Lex dicit, *Gen.* 3. Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tibi. *u* Quoniam vir caput eſt,] ideo debent eſſe ſubditæ, quoniam vir caput eſt mulieris, id eſt, rector; a quo ſumpſit exordium; ut dicitur

1. Cor. 11.

Digitized by Google

1. *Cor.* 11. Omnis viri caput, Chriſtus; caput autem mulieris, vir; caput vero Chriſti, Deus.

a Sicut Chriſtus, &c.] ideſt, rector ejus, & auctor: ſicut dicitur *ſup.* 1. *Coloſ.* 1. Etiam, quod plus eſt.

b Ipſe eſt, &c.] ideſt, ſui, ideſt, Eccleſiæ; quod non eſt vir mulieris. *Philip.* 3. Salvatorem expectamus Jeſum Chriſtum, &c. *Iſ.* 43. Ego ſum Dominus, & non eſt abſque me Salvator.

a ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. *b* Ipſe, Salvator corporis ejus. *c* Sed ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulieres *d* viris ſuis in omnibus. *e* Viri diligite uxores veſtras; *f* ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, *g* & ſeipſum tradidit pro ea, *h* ut illam ſanctificaret, *i* mundans eam lavacro aquæ in ver-

c Sed ſicut Eccleſia, &c.] q. d. Chriſtus eſt ſalvator Eccleſiæ, quod non eſt vir mulieris: tamen ut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ideſt, dilectione, non ſerviliter. Ita & mulier.

d Viris ſuis in omnibus] quæ non ſunt, ſupple, contra Deum. Non enim in abuſionibus, vel furtis debet mulier viro ſubjici, ſed in Domino, ſicut dicitur *Coloſ.* 3. Mulieres, ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in Domino.

e Viri, diligite, &c.] Supra incepit a mulieribus; nunc a viris, quoniam prius occurritur morbo, qui plus timetur. Hic ad viros loquens, monet eos uxores diligere, dicens: (Viri, diligite uxores veſtras,) quarum caput eſtis.

f Sicut & Chriſtus Eccleſiam,] cujus caput eſt. Et nota, quod dicit (ſicut,) ideſt, non meretricio amore. Secundum illud *Hieron.* ſuper *Ezech.* 18. Ad mulierem menſtruatam, &c. ubi dicit: Adulter eſt, qui uxoris propriæ vehementior amator eſt. 1. *Petr.* 3. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ. 1. *Theſſ.* 4. Ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore. Vel (ſicut) ideſt, ſine amaritudine. *Coloſ.* 3. Viri, diligite uxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas. Vel (ſicut, &c.) ideſt, ſi peccaverit, indulge, nec odio habeas: ſicut & Chriſtus, qui etiam diligit ſuos contemptores. *Oſ.* 3. Dilige mulierem dilectam ab amico, & adulteram: ſicut diligit Dominus filios Iſrael, & ipſi reſpiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacia. Dicit ergo (Sicut & Chriſtus, &c.) quod facto probavit. Unde ſubdit:

g Et ſeipſum tradidit] in mortem pro ea, ut viveret. Nota quod dicit [dilexit, & tradidit] ideſt, in tantum dilexit, ut traderet ſe pro ea. *Sap. eod.* Dilexit nos, & dedit ſemetipſum pro nobis. *Galat.* 2. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Et ad quid tradidit ſe pro Eccleſia? *h* Ut illam, &c.] ideſt, ut ſanctam faceret. *Jo.* 17. Pater ſanctifica eos in veritate, non in ſuperficie, ut hypocritæ. Item in *eod.* Ego pro eis ſanctifico me (ideſt, offero meipſum) ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Nota, quod Chriſtus ſanguine ſuo innocenti in Baptiſmo lepram peccati mundavit a nobis.

Unde Conſtantinus deceptus fuit a Phyſicis, dicentibus ei, quod ſi in ſanguine puerorum innocentium lotus eſſet, mundaretur a lepra corporali. Ipſi autem decepti fuerunt forte, quia repererant ſcriptum, quod lepra peccati per ſanguinem innocentis mundaretur: quod interpretati ſunt de lepra corporis, & ideo erraverunt. Quomodo autem ſanctificavit Eccleſiam ſubdit.

i Mundans eam] a peccatis (lavacro aquæ) ſanctificare, (in verbo vitæ) ideſt, quo datur vita, ideſt, per formam expreſſam. Verbo enim accedente ad elementum, fit Sacramentum, in quo ſanctificatus homo accipit vitam æternam. Ad *Tit.* 3. Per lavacrum regenerationis, & renovationis, &c. Et *Zach.* 3. Erit fons patens domui David in remiſſionem peccatoris, & menſtruatæ, ideſt, a peccato actuali, & originali. Vel (lavacrum aquæ) ideſt, gratia, quæ aquæ comparatur, quia mundat. *Ezech.* 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, &c. Item fecundat, & refrigerat, & ſalit in vitam æternam. *Jo.* 4. Qui biberit ex aqua hac, &c. Hæc aqua, ideſt, gratia, datur aliquando in verbo vitæ, ideſt, prædicatione verbi divini, qua mundantur, & vivificantur animæ. *Jo.* 15. Et vos mundi eſtis propter ſermonem, quem audiſtis. *Jo.* 6. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Jacob.* 1. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. Mundans, dico, Eccleſiam, & hoc utique fecit Chriſtus.

k Ut] per hoc (exhiberet ipſe ſibi in futuro) glorioſam Eccleſiam, ſcil. animam, & corpore rutilantem, & gemmata ſtola decoratam. Eccleſiam, dico, non habentem nunc vel tunc. *l* Maculam] ideſt, mundam a peccato. *m* Neque rugam] ideſt, ſimplicem, & immunem a fallacia, & dolo. *Sapient.* 1. In ſimplicitate cordis quærite illum. *Eccleſ.* 2. Væ duplici corde. *Jac.* 1. Vir duplex animo, &c. Vel (Non habentem maculam) infamiæ per apertum peccatum, & notabile, ſive criminale Maculam, ideſt, velleris poteſt habere, quia Lana maculam habet, ſed non maculam corporis. *Lev.* 21. Omnis qui habuerit maculā corporis de ſemine Aaron Sacerdotis, non accedat offerre hoſtias Domino. Peccatum enim Sacerdotis apertum maxime ſcandalizat. *Cant.* 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Turpior macu-

bo vitæ, *k* ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem *l* maculam, *m* aut rugam, *n* aut aliquid hujuſmodi, *o* ſed ut ſit *p* ſancta, & immaculata: *q* ita & viri debent diligere uxores ſuas, ut corpora ſua. *r* Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit. *ſ* Nemo enim unquam carnem

la quæ fit, eſt ſanguinis, maxime in albo panno: Et tamen multi, qui albi ſunt per habitum monachalem, vel per corporis integritatem, Religioſi ſcil. etiam Prælati polluti ſunt, & maculati ſanguine, i. amore parentum, & nepotulorum. Sed judicium eorum eſt, quod dicit *Iſ.* 9. veſtimentum mixtum ſanguine erit in combuſtionem, & cibus ignis. (Neque rugam) nempe peccatum latens, & occultum. *Job* 16. Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me, apud Deum judicem, etſi non apud hominem. Vel (Non habentem maculam) culpæ (neque rugam) id eſt, contractionem pigritiæ. Vel, anima non ſolum debet mundari a culpa, ſed extendi per ſpem, & aviditatem ad cæleſtia; ſicut veſtis quæ & lavatur, & extenditur in ligno, ut non ſit rugoſa. Quod ſignificatum eſt in carne Chriſti, quæ effulſit in transfiguratione. *Matt.* 17. & *Marc.* 9. Et extenſa eſt in ligno crucis in paſſione. Similiter & nos ad imitationem Chriſti debemus nos in Baptiſmo, ad literam, mundare, & in ligno pœnitentiæ nos extendere: ſecundum quod dicit *Aug.* ſuper *Pſal.* 132. Videmus quotidie veſtes a fullonibus mundatas, quodammodo crucifigi, ut rugam non habeant: ſic & corpora noſtra crucifigenda ſunt ne rugam contrahant. Sequitur

n Aut] non habentem (aliquid hujuſmodi) ideſt, peccatum aliquod, propter quod ſit damnabilis.

o Sed ut ſit ſancta) hic per operationem boni.

p Et immaculata] in abſtinentia mali. Vel de futuro. Ut tunc (ſit ſancta) per gloriam, qua fruetur [& immaculata] ab omni corruptione: quæ tunc removebitur quando mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile hoc incorruptibilitatem, 2. *Cor. cap.* 15. Sicut ergo Chriſtus fudit ſanguinem ſuum, ut lavaret maculam Eccleſiæ, & extendit ſe in cruce, ut tolleret rugam: ſic viri, ſi opus eſt, debent mori pro ſalvandis uxoribus, & verbo vitæ eas inſtruere, ut exhibeant eas Deo.

q Ita & viri debent diligere uxores ſuas ut corpora ſua,] ideſt, ſeipſos, quia unum corpus ſunt. Item *Gloſ.* dicit, Quia una caro ſunt, & mulier portio corporis viri eſt: quod de Eva verum eſt originaliter; de aliis autem potentialiter, vel conſignificative, *Matth* 19. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Iſta autem mutua dilectio inter virum, & uxorem placet Deo, & hominibus.

Unde *Eccl.* 25. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier bene ſibi conſentientes. Et bene dixi, ut diligant uxores ut corpora ſua; quia

r Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit:] quia uxor corpus viri eſt, & vir caput mulieris; cum ergo mulier ſit caro ejus, debet eam diligere.

ſ Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit,] & ita uxorem debet diligere, quæ eſt ſicut caro ejus. [Sed nutrit] cibo & potu: [& fovet] carnem indumentis. Ita & uxorem ſuam debet vir nutrire, & fovere.

Sed contra hoc quod hic dicitur [Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit,] videtur illud, quod dicit Apoſtolus *Rom.* 7. Infelix ego homo, quis me liberavit de corpore mortis hujus? Quomodo enim hoc diceret, niſi odio carnem haberet, a qua liberari vellet? 2. *Cor.* 5. Qui ſumus in tabernaculo iſto, ingemiſcimus gravati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſuperveſtiri, ut abſorbeatur, quod mortale eſt, a vita.

Carnem ergo, ideſt, ipſam ſubſtantiam carnis diligebat Apoſtolus, ſed corruptionem, ſive carnalem moleſtiam odiebat,

Digitized by Google

bat. Unde ſignanter dicit [de corpore mortis hujus:] non dicit ſimpliciter (de corpore) Item quid eſt quod ſequitur. *a* Sed nutrit, & fovet eam,] Sed contra, Sancti macerant carnem ſuam, & currunt ad martyria, ſicut Apoſtolus, 2. *Cor.* 11. In fame & ſiti, in frigore & nuditate. *Heb.* 11. Circuierunt in melotis, &c.

agitur de illo, qui eſt vere principium. *h* In promiſſione] Ideſt, hoc præceptum eſt in promiſſione, quia in eo additur promiſſio, facilius eſt quam alia.

Unde per hoc quod ei additur promiſſio, intelligitur etiam in omnibus aliis, per locum a minori.

Item opponitur de deſperatis, qui ſe interficiunt. Sol. *Eccl.* 31. Vigilia, & tortura, & cholera vito infrunito; ſomnus ſanitatis in homine parco. Sancti ergo nutriunt carnem ad neceſſitatem, non tamen odio habent: ſicut nemo diceret, quod pannus habetur odio a fullonibus, quia conculcatur ab eis, & dealbatur, & coloratur, & ſic fit melior. Similiter corpora Sanctorum per afflictiones ſunt meliora. *b* Sicut & Chriſtus Eccleſiam] *Ezech.* 16. Veſtivi te byſſo, ideſt, decore virtutum, & polymito, ideſt, diverſitate præceptorum. *c* Quia membra ſumus corporis ejus] *Sup.* 4. Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus invicem membra. *d* Propter hoc relinquet homo] *Jer.* 12. Reliqui domum (i. Patrem) in quo habitoq; dimiſi hæreditatem meã,

ſuam odio habuit; *a* ſed nutrit, & fovet eam, *b* ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia *c* membra ſumus corporis ejus de carne ejus, & de oſſibus ejus. *d* Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Verumtamen & vos ſinguli *e* unuſquiſque ſuam uxorem ſicut ſeipſum diligat. Uxor autem timeat virum ſuum.

CAPUT VI.

Filii *f* obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim juſtum eſt. *g* Honora patrem tuum, & matrem tuam (quod eſt mandatum primum in *h* promiſſione) ut bene ſit tibi, & ſis longævus ſuper terram. *i* Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros: *k* ſed educate illos in diſciplina, & correctione Domini. *l* Servi, obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri; ſicut Chriſto: non ad oculum ſervientes *m* quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti, *n* facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate ſervientes, ſicut *o* Domino, & non hominibus: *p* ſcientes quoniam unuſquiſque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, *q* ſive ſervus, ſive liber. *r* Et vos domini *ſ* eadem facite illis, remittentes minas: *t* ſcientes, quia & illorum, & veſter Dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud Deum.

i Et vos patres nolite ad iracundiam provocare, &c.] *Coloſ.* 3. Patres, nolite ad iracundiam provocare filios veſtros, ut non puſillo animo fiant. *k* Sed educate] *Eccl.* 7. Si filii tibi ſunt, erudi illos a pueritia illorum.

l Servi,] Quia gravis eſt conditio ſervitutis ad ſuſtinendum, diutius immoratur circa admonitionem hanc. Dicuntur autem duo in hac parte. Nam primo monet de modo ſe habendi ad dominos ſuos. Secundo dicit cauſam, quare ita ſe habere debeant, ibi (Scientes.) Item in prima parte tria dicuntur.

Primum eſt modus ſerviendi.

Secũdo removet malum finem ſerviendi, ibi (Non ad oculum.)

Tertio ponit bonum finem, ibi (Sed ut Chriſti ſervi obedite. *Coloſ.* 3. Servi obedite per omnia dominis carnalibus

idem, cœlum vitus ſum dimiſiſſe: dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum meorum, *Jo.* 16. Ego a patre exivi, & veni in mundum. Exiſſe dicitur, quia alia forma nobis apparuit, quam eſſet apud Patrem. *Gl.* Moritur Adam, ut fiat Eva: moritur Chriſtus, ut fiat Eccleſia. Ergo ante non fuit. Reſp. Ut fiat Eccleſia, ideſt, ut uniatur ex militante, & triumphante: hoc eſt, ut regnum veniat ad regnum.

Item aperitur latus, ut prodeant inde Sacramenta, quibus formetur Eccleſia, ſicut ſanguis, & aqua. Sed quomodo aqua eſt Sacramentum? Reſp. Sanguis fuit Sacramentum, & res; aqua vero dicitur Sacramenta, quia eſt ſignum Sacramenti. Item *Marc.* 10. & *Matth.* 19. dicitur, quod hæc verba (Propter hoc, &c.) ſint verba Dei, &c. Sed *Gen.* 2. dicitur, quod ſunt verba primi hominis. Reſpondeo: Sunt verba Dei tanquam motoris, & inſpirantis. Item *Gl.* Adam angelicæ curiæ interfuit, ingreſſus in Sanctuarium Dei, ut videret noviſſima. Ergo vidit incarnationem, & alia myſteria, quæ ſunt completa in noviſſimis temporibus. Sed ſi non peccaſſet, Chriſtus non eſſet incarnandus: ergo prævidit peccatum ſuum. Reſp. Vidit incarnationem filii Dei, ſed non neceſſe eſt quod caſum ſuum viderit. Cum enim ſpeculum iſtud æternitatis intueretur potuit videre conſequens, non videndo tamen antecedens. *e* Unuſquiſque ſuam uxorem ſicut ſeipſum diligat.] Contra, *Luc.* 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, non eſt me dignus. Reſpondeo: Si non odit, ideſt, magis quam me diligit: vel, non odit, ideſt, ad modum odientis ſe habet, maxime ſi ſalutem impediunt.

EXPOSITIO CAP. VI.

Filii obedite] *Col.* 3. Filii obedite parentibus per omnia, *Eccl.* 3. Deus honoravit, ideſt, præcepit honorari] patrem in filiis, *ibid.* Qui honorat patrem ſuum, jucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ audietur. *Tob.* 4. *Prov.* 30. de hoc habetur (Hoc enim juſtum,) quia ſcilic. præceptum eſt hoc.

g Honora patrem tuum, &c.] *Exod.* 20 *Matth.* 15. ſimile habetur (Mandatum primum) in ſecunda tabula. Et hoc factum eſt, ut notaretur continuatio, & conjunctio præceptorum primæ tabulæ, & ſecundæ. Nam ultimum in prima confirmatum eſt, & primum in ſecunda.

Item primum eſt, quia eſt de his, quæ ſunt quædam hominis principia, & ſic continuatur ad præcepta primæ, ubi

non ad oculum ſervientes, 1. *Petr.* 2. Servi ſubditi eſtote dominis veſtris in omni timore; non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.

m Quaſi hominibus placentes.] *Gal.* 1. Si adhuc hominibus placerem, &c.

n Facientes voluntatem Dei ex animo,] *Coloſ.* 3. Quodcumque facitis, ex animo operamini.

o Sicut Domino, & non hominibus.

p Scientes,] quod a Domino accipietis retributionem. Seneca: Non qui miſſus aliquid facit, miſſus eſt, ſed qui invitus facit paria libens excipit, excipit partem acerbiſſimam ſervitutis effugieſque facere quod voluit. Cum Chriſto jubente ſervis, non homini ſervis, ſed Chriſto. Sed eodem modo ſi pro Chriſto, vel Deo diligis proximum, non proximum diligis, ſed Deum.

Reſpondeo non eſt ſimile, quia qui ſervit homini propter Deum, non expectat ab homine retributionem, nec movetur in hominem, ſed in Deum.

Sed qui diligit proximum propter Deum, movetur in proximum.

Item notandum, quod modum ſerviendi comprehendit ſub tribus.

Unum eſt ex parte animæ, ſc. timor reverentiæ. Aliud eſt ex parte corporis, ſcil. tremor. Tertium ad utrumque pertinet, ut ſcil. non ficte hoc faciant, ſed in ſimplici corde (Scientes, &c.) Secunda pars.

q Sive ſervus.] *Act.* 10. Non eſt acceptio perſonarum apud Deum. *Iſ.* 24. Sicut ſervus, ita & dominus ejus. *Job* 30. Parvus & magnus ibi ſunt; ſervus & liber a domino ſuo.

r Et vos domini,] quia conditio domini levis eſt ad ſuſcipiendum parvam moram. Contra hanc conditionem.

ſ Eadem facite illis:] ergo domini ſervis ſuis debent ſervire.

Reſpondeo: Eadem formaliter, ideſt, quod facietis facite eadem charitate & voluntate. *Gloſſ.* ſimilia exponit in quo ſcilicet in bona voluntate. *Coloſ.* 4. Domini quod juſtum eſt & æquum, ſervis præſtate: ſcientes quod & vos Dominum habetis in cœlo. *Job* 31. Si contempſi ſubire judicium cum ſervo, & ancilla mea, cum diſceptarent adverſum me?

t Scientes, quia & illorum, & veſter, &c.] *Act.* 10. *Col.* 3. Idem *Deut.* 10. Deus perſonam non accipit, nec munera. *u* De cetero fratres,] Tertia pars eſt admonitionis, in qua iterum admonet eos generaliter, & dividitur in duas

in duas partes. Nam in prima monet, ut quaſi bene informati doctrina & admonitione Apoſtoli, de cetero confortentur in bello ſpirituali. In ſecunda prædicit fructum victoriæ, ibi: Pax fratribus.] Item prima pars dividitur in quatuor. Nam primo monet eos confortari in bello. Secundo dicit quomodo cōfortabuntur, ſcilic. ſi accipiant armaturam Dei: quod dicitur, ibi: Et induite.] Tertio dicit quæ ſit neceſſitas accipiendi armaturam Dei, ibi, ſcil. (Quia nō eſt nobis, &c.) Quarto exponit quomodo ſit illa armatura Dei, ibi: State ergo.) Dicit ergo: *b* Confortamini.] *Iſ.* 35. Confortate manus diſſolutas ad operandū, & genua debilia roborate ad orandū. *Iſ.* 35. Confortamini, & nolite timere. *Joſ.* 1. Cōfortare, & eſto robuſtus. *c* In Domino] in auxilio Domini. *Jer.* 20. Dominus mecum tanquam bellator fortis. *Job* 17. Pone me juxta te, &c. 1. *Cor.* 10. Fidelis Deus qui non permittit, &c.

d Et in, &c.] Sed cùm idem ſit in Deo potentia & virtus: quare hoc dicit? Reſpondeo: Diverſa connotant. Nam (virtus) dicit in ratione tuentis (potentia) in ratione potentis *Gl.* (In potentia) qui dat potentem virtutem, ideſt, quæ tuetur. Et bene poteſt, & ideo monet.

e Induite, &c.] *Gl.* virtutes, quaſi. Virtutes extra appareant ſecundum exercitium, & ſic induimini armaturam quia exercitium virtutem ornat & munit. *Rom.* 13. Abjiciamus opera tenebrarum, 2. *Cor.* 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Deo.

f Ut poſſitis ſtare.] *Jac.* 4. Reſiſtite Diabolo, & fugiet a vobis, 1. *Petr.* 5. Cui reſiſtite fortes in fide.

g Adverſus inſidias.] *Eccl.* 11. Multæ ſunt inſidiæ Diaboli. In *eod.* Bona in mala convertens inſidiatur, & in electis ponit maculam.

h Quoniam non, &c.] Hic dicit quæ neceſſitas ſit ſumendi armatura. Conſiſtit autem hæc neceſſitas in duobus. Unum eſt ex parte ejus pro quo eſt pugna, ibi: in cœleſtibus.] Alterum eſt ex parte impugnantium, qui ſunt Potentes: quorum potentia notatur dupliciter: nam aut eſt abſoluta in ipſis; aut comparatione ad alterum. Abſoluta potentia determinatur, ibi: Spiritualia nequitiæ] & hoc dupliciter. Nam eſſentialis per hoc quod dicit (ſpiritualia:) accidentalis, per hoc (nequitiæ.) Potentia ad alterum dupliciter determinatur: in comparatione ad Dęmones; aut in comparatione ad homines in comparatione ad alios Dęmones, ibi: Principes, &c.] In comparatione ad homines, ibi: Rectores tenebrarum harum] qui præſunt aliis, ſed habet aliquos ſuper ſe, ſcil. Potentes qui ſunt ſupremi. Et per ſuperiores & ſupremos intelliguntur inferiores & ſic adverſus omnes habent pugnam (Adverſus Rectores mundi.] *Jo:* 14. Venit Princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam. *Jo:* 1. Mundus eum non cognovit. *i* Tenebrarum.] *Jo:* 1. Tenebræ eam non comprehenderunt. k Propterea accipite.] *Sap* 5. Accipiet armaturam zelus ejus, ideſt, Deus zelans faciet & accipiet arma. 1. *Mach.* 3. Induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica. *l* In die malo. *Gloſs.* in hac vita ubi eſt tentatio. *Job* 7. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram. *Sup.* 5. Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt.

m Et in, &c.] *Gen.* 17. Ambula coram me, & eſto perfectus.

n State ergo.] Hic determinat quæ ſit hæc armatura; quam comprehendit in ſeptem. Omnis armatura ſpiritualis aut eſt ad defendendum, aut ad percutiendum, aut ad utrumque. Ad defendendum ponuntur arma uſque, ibi (Et galeam) Ad percutiendum, ibi: Et gladium.] Et ad defendendum, & ad percutiendum, ibi: Per omnem orationem.] Item quæ ſunt ad defendendum, aut muniunt hominem contra id, quod eſt in ſe, quod notatur, ibi: Succincti.] Aut contra id quod eſt juxta quod notatur, ibi: Induti loricam juſtitiæ.] Qui enim reddit proximo quod ſuum eſt, munitus eſt contra eum, ut non poſſit agere contra eum. Aut munit contra id quod eſt ſupra ſe, quod notatur, ibi: Calceati pedes.] Pedes ſunt affectiones, que debent muniri virtutibus.

q In præparationem, &c.] ideſt, ut paratus ſit prædicare, vel implere Evangelium. Et qui talis eſt, munitus eſt contra Deum: quia non timet judicium Dei. Aut munit contra id quod eſt extra ſe, quod eſt Diabolus, vel mundus. Munitio contra Diabolum notatur, ibi: Et galeam ſalutis] i. ſpem. Armatura ad percutiendum eſt verbum Dei, quod notatur, ibi: Ac gladium.] Oratio autem & munit, & percutit. Munit cum homo petendo, vel orando elevatur a carne & mundo. Eſt enim oratio aſcenſus intellectus ad Deum. Percutit dum obtinet quę petit. Dicit ergo: [State ſuccincti, &c.] *Mich.* 7. Ab ea quę dormit in ſinu tuo, &c. *Luc.* 12. Sint lumbi veſtri pręcincti. *Prov. ult.* dicitur, Accinxit fortitudinem, &c. (Hic dicitur ſuccincti:) quę eſt diverſitas (Succincti) tollit malum finem: quia ſuccingi eſt non relaxari ad malum. Succingit ergo lumbos, qui continentiam obſervat non pro aliquo terreno. Alia duo ponunt bonum finem. Sed accingi ponit finem, quem conſequitur in via, quæ eſt victoria. Accingi enim eſt pręparatio ad pugnam propter victoriam. Præcingi ponit finem, quem conſequitur in patria. Unde præcingi eſt pro his, quæ ante ſunt, cingi, i. pro æternis. *o* In veritate] non ficte. (in charitate) alia littera. [Et induti loricam juſtitiæ.] Juſtitia lorica dicitur, quia ſicut lorica munit totum corpus: ſic juſtitia. *Iſ.* 59. Indutus eſt juſtitia, ut lorica. *p* Et calceati.] *Cant.* 7. Quam pulchri greſſus tui in calceamentis filia Principis. Ex his videtur quod Prædicatores Evangelii debent eſſe calceati. Contra *Matt.* 10. Nolite poſſidere aurum, & poſt. Neque calceamenta. Item *Exod.* 3. Tolle calceamenta de pedibus tuis, &c. Reſp. Calceamentum defendi a tactu terræ, & ſic dicuntur Prędicatores habere calceamenta. Item tegunt ſuperiorem partem pedis: per quod intelligitur occultatio Evangelii. Nam ſuperior pars pedis eſt affectus evangelizandi, qui regitur quando a prędicatione reprimitur timore vel terrore vel amore mundi. Et propter hoc ſignificandum dictum eſt quod non habeant calçeamenta, i. affectum evangelizandi non occultent. Propter hoc *Marc.* 6. dicitur quod Apoſtoli habebant ſandalia, quę non ſuperiorem partem pedum, ſed inferiorem defendunt a tactu terræ. *Jud.* 16. dicitur quod ſandalia ejus rapuerunt oculos ejus, i. excęcaverunt. Loquitur de Holoferne per quem intelligitur Diabolus. *r* Sumentes ſcutum fidei.] Fides dicitur ſcutum, quia ſcutum unum eſt, & eſt triangulum: ita fides eſt de unitate ſubſtantiæ, & Trinitate perſonarum, & triplex ſecundum tres vires; vel melius ſecundum ſtatus hominum tres, Noe, Daniel, & Job. Eſt etiam de Chriſto, quia omnes articuli poſſent ad eum reduci, quia eſt una perſona habens triplicem ſubſtantiam. Nam in natura humana eſt duplex ſubſtantia, ſc. anima & corpus. *ſ* Tela Nequiſſimi] i. Diaboli. Tela propter ſubtilitatem; ignea, quia incendunt, Caro nequam; mundus nequior; Diabolus nequiſſimus. Fides Dei ſcutum, quia cognitio de Deo ſubtilitates Diaboli impedit. Quia vero eſt prima gratia, eſt quaſi ros matutinus unde ignem extinguit. *t* Et galeam.] Galea ſalutis eſt ſpes, quæ munit contra mundum: qui enim ſperat æterna bona, de facili contemnit temporalia. *Iſ.* 40. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, 1. *Theſ.* 5. Induite loricam fidei, & charitatis, & galeam ſpem ſalutis accipite. *u* Ac gladium Spiritus,] quia Spiritus dat ipſum. Hęc eſt armatura ad percutiendum. Percutit enim carnem, mundum; & Diabolum. Nam aperit aſtutias Diaboli; carnem docet calcari; mundum contemni *Matth.* 10. Non veni mittere pacem, ſed gladium *Heb.* 4. Vivus eſt ſermo Dei & efficax, &c. *Cant.* 3. Lectulum Salomonis, &c. *x* Per omnem orationem] Ecce armatura ad defendendum & percutiendum. Sicut dictum eſt *ſup.* Dicuntur autem hic duo. Primo monet eos ut orent pro ipſo, quod Dominus det ei cum fiducia loqui verbum Dei. Secundo ne deficiant, & ſcandalizentur in perſecutione Apoſtoli dicit quod miſit eis Tychicum, qui ſtatum Apoſtoli plenius enarrabit & confortabit eos, ibi: Ut autem & vos.] In prima parte tanguntur tres conditiones, quæ exiguntur ad efficaciam orationis. Conditio ad ſalutem tangitur, ibi: Per omnem orationem.] Oratio enim eſt pro adipiſcendis bonis. Unde *Gloſſ.* Per omnia quę

a De cetero fratres, *b* confortamini in *c* Domino, & *d* in potentia virtutis ejus. *e* Induite vos armaturam Dei, *f* ut poſſitis *g* ſtare adverſus inſidias Diaboli. *h* Quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem: ſed adverſus Principes, & Poteſtates, adverſus mundi Rectores *i* tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. k Propterea accipite armaturam Dei: ut poſſitis reſiſtere *l* in die malo, & in omnibus perfecti *m* ſtare. *n* State ergo ſuccincti lumbos veſtros in *o* veritate, & induti loricam juſtitiæ, *p* & calceati pedes in *q* præparationem Evangelii pacis in omnibus *r* ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis omnia *ſ* tela Nequiſſimi ignea extinguere. Et *t* galeam ſalutis aſſumite, *u* ac gladium Spiritus (quod eſt verbum Dei:) *x* per omnem orationem &

oranda ſunt, ſcil. ea quæ ad ſalutem ſunt. *a* In Spiritu.] In quo notantur duo, ſcil. munditia conſcientiæ, quæ ſignificatur per hoc.
b In ipſo vigilantes.] *Col.* 4. Orationi inſtate: vigilantes in ea, in gratiarum actione. Orantes ſimul etiam pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, &c. *c* Ut detur mihi.] *Prov.* 16. Hominis eſt animum præparare, & Domini gubernare linguam, *eod.* Cor hominis

D diſponit viam ſuam; ſed Domini eſt dirigere greſſus in operatione, *Pſ.* 80. Dilata os tuum, & implebo illud, &c. Item *Pſ.* 138. Non eſt ſermo in lingua mea, a me, ſc. *d* Pro quo legatione fungor,] 1. *Cor.* 5. Pro Chriſto legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos, *Jer.* 49. Auditum audivi a Domino, & legatus ad Gentes miſſus ſum, *Prov.* 13. Legatus fidelis ſanitas.
e In catena,] 2. *Tim.* 2. In quo laboro uſque ad vincula, 2. *Tim.* 1. Det Dominus miſericordiam Oneſiphori domui, quia catenam meam non erubuit, &c. *Luc.* 12. Quis putas, eſt fidelis, &c.

obſecrationem orantes omni tempore *a* in Spiritu, *b* & in ipſo vigilantes in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus Sanctis, & pro me, *c* ut detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere myſterium Evangelii, *d* pro quo legatione fungor in *e* catena iſta, ita ut in ipſo audeam, prout oportet me loqui. Ut autem & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in Domino: quem miſi ad vos, in hoc ipſum, ut cognoſcatis, quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda veſtra. Pax fratribus, & charitas cum fide a Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Epheſios.

Incipit argumentum in Epiſtolam ad Philippenſem.

PHilippenſes ſunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide, nec receperunt falſos Apoſtolos. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis a Roma de carcere per Epaphroditum.

Explicit argumentum.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam ad Epheſios.

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam ad Philippenſes.

P R O L O G U S.

DAtæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in deſertum in locum ſuum, *Apoc.* 12. Per hoc quod dicit (Mulieri) intelligitur materia hujus Epiſtolæ. Per hoc (datæ ſunt alæ duæ) intelligitur modus agendi, ſive forma. Per hoc (aquilæ duæ magnæ) intelligitur auctor operis. Per hoc (ut volaret, &c.) intelligitur cauſa finalis. Mulier hæc eſt Eccleſia Philippenſium. Hæc eſt mulier amicta Sole juſtitiæ quam in tribulationibus ſuſtinendis exemplo ſui, & Chriſti Apoſtolus invitat ad tolerantiam, & Luna ſub pedibus ejus, *Apoc.* 12. Luna idest, temporalia, & mutabilia ſub affectu ejus, non in affectu. Communicaverunt enim Philippenſes ſua in miniſterium Evangelii.

Unde Apoſtolus *cap.* 1. gratias agit pro communicatione eorum, & in *ult. cap.* memorat ea quæ ad neceſſitatem ſuam miſerunt ei Romam per Epaphroditum. In *eod.* etiam memoriam facit eorum, miſerunt ei Theſſalonicam: Scitis, inquit, & vos Philippenſes quod in principio, quando profectus ſum a Macedonia, nulla Eccleſiarum communicavit mihi in ratione dati, & accepti, niſi vos ſoli: quia & Theſſalonicam ſemel & bis miſiſtis mihi.

Hæc eſt Hæmorrhoiſſa, quæ per tactum fimbriæ veſtimentorum Chriſti liberata eſt a fluxu ſanguinis. Hæc mulier peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea. Filius maſculus bonum opus, cujus exemplo aliqui rexerunt Eccleſiam. Virga ferrea, juſtitia vel inflexibilis, vel permanens, cujus exemplum tanquam alabaſtrum unguenti effunditur per totam domum Eccleſiæ. Unde *inf.* 2. Sitis ſine reprehenſione in medio pravæ, & perverſæ nationis, inter quos lucetis tanquam luminaria in mundo.

Et raptus eſt filius ejus ad Deum: quoniam opera ejus placuerunt in conſpectu ejus.

Unde Apoſtolus gratias agit Deo pro bonis eorum. Draco autem perſecutus eſt Mulierem ſuſcitando, Perſecutores in perditionem corporum, & falſos Doctores in perditionem animarum. Perſecutores ſuſcitavit, ut timore frænaretur verbi Domini decurſus; falſos vere Doctores, ut panis verbi Dei fidem non daret. Propter hoc datæ ſunt ei alæ duæ aquilæ magnæ. Aquila magna eſt Apoſtolus. Hæc eſt aquila, quæ ad præceptum Dei elevata eſt a litterali, vel carnali verbi Dei intelligentia, & in arduis, idest ſecretis myſteriis poſuit nidum ſuum. Ipſe enim prius in obſervantiis carnalibus quieſcebat; poſtea requievit in ſpirituali Legis intelligentia. Unde *Job* 39. Nunquid ad præceptum tuū elevabitur aquila, & ponet in arduis nidum ſuum? Hæc eſt aquila provocans ad volandum pullos ſuos. In hac enim Epiſtola pullos ſuos, idest, Philippenſes provocat ad volandum ſuper minas, & verbera perſecutorum, & etiam ſuper fallacias Pſeudo-Apoſtolorum. Et ſuper eos volitans: quia invitat ad tolerantiam paſſionum exemplo ſui. Huic Aquilæ duæ alæ datæ ſunt, de quibus *Iſ.* 6. Seraphim ſtabant ſuper illud (Templum) ſex alæ uni, & ſex alæ alteri. Per Seraphim intelliguntur Apoſtoli, qui ſtant ſuper Eccleſiam, & habent ſex alas, quarum duabus velant pedes, duabus faciem, duabus volant. Sic & Paulus, qui Seraphim vere, idest, fervens charitate fuit, duabus aliis velavit pedes infirmitatis. Iſtæ alæ ſunt continentia, & contemptus mundi. Nam in carne præter carnem vivere, & in mundo extra mundum converſari velamen eſt quoddam infirmitatis. Duabus etiam velavit faciem. Facies dignitas Apoſtoli, quæ conſiſtit in eminentia ſcientiæ, & Apoſtolatus poteſtate. Scientiam velavit per humilitatem mentis: nihil enim arbitratus eſt ſe ſcire niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Poteſtatem autem Apoſtolatus velavit humilitate exteriori: omnia enim omnibus factus eſt, ut omnes lucrifaceret. Duabus etiam volavit, patientia & ſapientia fidei: nam patientia volavit ſuper colla Perſecutorum; ſapientia fidei ſuper verſutias Pſeudo-Apoſtolorum. Hæ duæ alæ in hac Epiſtola dantur Eccleſiæ Philippenſium ab Apoſtolo per modum exhortationis. Hortatur enim eos ad tolerantiam paſſionum contra Perſecutores, & conſtantiam fidei contra falſos Doctores. In quo notatur modus agendi, quia ad hæc exhortatus eſt. Datæ ſunt autem alæ Mulieri ut volaret in deſertum in locum ſuum. Deſertum, hoc eſt, amor, patiendi pro proximo. Deſertum autem dicitur, quia deſeritur, *Pſ.* 113. Mare (perſecutionis) vidit (infirmus) & fugit: Jordanis converſus eſt retrorſum, idest, qui per humilitatem pœnitentiæ videtur deſcendere: Jordanis enim interpretatur humilis deſcenſus. Sed vere hic eſt requies Sanctorum: unde dicit, in locum ſuum, Auro enim hic locus eſt, in quo conflatur: *Job* 28. Aurum, idest, illi qui reponuntur in theſauris Domini, qui probantur deſiderio paſſionis. Hic eſt enim *Eccl.* 27. Fornax, quæ probat vaſa figuli, Unde *Eccl.* 10. Cum ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. Hoc intendit Apoſtolus in hac Epiſtola, quod ſcilicet locum ſuum non dimittant pro vexatione Perſecutorum, neque pro verſutiis pſeudo-Apoſtolorum, quod notatur, ibi: (Ut volaret, &c.) in quo notatur cauſa finalis.

Explicit Prologus Auctoris.

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam ad Philippenſes.

E X P O S I T I O C A P. I.

PAulus & Timotheus] Dividitur autem hæc Epiſtola in tres partes. In prima parte ſalutatio ponitur. In ſecunda gratiarum actio, ibi: Gratias ago] In tertia parte exhortatio, ibi: Scire autem, &c.] Dicit ergo:

a Paulus

Digitized by Google

Incipit Epiſtola Pauli ad Philippenſes.

CAPUT I.

PAulus & *a* Timotheus *b* ſervi Jeſu Chriſti, omnibus Sanctis in Chriſto Jeſu, qui ſunt Philippis, cum *c* Epiſcopis & Diaconibus. *d* Gratia vobis, & pax a Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. *e* Gratia ago *f* Deo meo in *g* omni memoria veſtri (ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio *h* deprecationem faciens) ſuper *i* communicatione veſtra in Evangelio Chriſti a prima die uſque *k* nunc: confidens hoc *l* ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet uſque in *m* diem Chriſti Jeſu. *n* Sicut eſt mihi juſtum hoc ſentire pro omnibus vobis: *o* eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, *p* & in defenſione, *q* & confirmatione Evangelii, *r* ſocios gaudii mei omnes vos eſſe. Teſtis enim mihi eſt Deus, quomodo cupiam vos omnes in viſceribus Jeſu Chriſti. *ſ* Et hoc oro, *t* ut charitas veſtra magis ac magis abundet in *u* ſcientia, *x* & in omni ſenſu, *y* ut probetis potiora, *z* ut ſitis *a* ſynceres *b* & ſine offenſa in diem Chriſti, *c* repleti fructu juſtitiæ per Jeſum Chriſtum, in gloriam *d* & laudem Dei. *e* Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me ſunt, magis

a Paulus & Timotheus,] Nomen auctoritatis vero poſuit, quia non minus debito ſenſerant de ipſo: Timotheum nominat in ſalutatione, quia eum miſſurus erat ad eos, Unde per hoc intendit eum ipſis reddere gratiorem.

b Servi] Super hoc dicit *Gl.* Sicut duo ſunt timores, qui faciunt duo genera ſervientium; ſic duo ſervientes, &c. Contra: Sed ſunt timores, humanus, mundanus, naturalis, initialis, finalis,
A filialis; quorum numerus ſic ſumitur; Timor vel eſt bonus, vel malus, vel indifferens.

Si malus, aut eſt humanus, aut eſt de his quæ pertinent ad res & perſonas, & ſic eſt mundanus. Si vero indifferens eſt, tunc dicitur naturalis. Si vero eſt bonus; aut eſt meritorius, vel ad meritum: ſi ad meritum, tunc eſt ſinalis, ſeu ſervilis. Si meritorius, aut eſt per ſtatum perfectæ charitatis, vel imperfectæ charitatis: ſi ſecundum ſtatum imperfectæ, tunc eſt initialis; ſi ſecundum ſtatum perfectæ, tunc eſt filialis. Cum ergo ſint undecim, non ſunt duo. Reſpondeo: Loquitur de timore dono Spiritus S. qui ſub duobus comprehenditur: nam aut eſt a Spiritu, & non cum Spiritu, & tunc comprehendit initialem & finalem. Timor autem naturalis quamvis ſit a Deo, non tamen dicitur donum Spiritus S. quia donum reſpicit bonitatem: ſed timor naturalis reſpicit juſtitiam; inflictus eſt enim homini propter peccatum. (Omnibus Sanctis) baptiſmate (in Chriſto) renatis. *c* Cum Epiſcopis, &c.] Per Epiſcopos intelliguntur Sacerdotes; quia cum non eſſent plures Epiſcopi unius civitatis, ſunt tamen plures Sacerdotes. Sed videtur tamen non obſervaſſe rectum ordinem: quia in ſalutatione minores præponit majoribus. Reſp. Prælatus & ſubditorum multitudo poſſunt accipi ſecundum comparationem quam habent ad dona: tunc multitudo ſubditorum præponenda eſt Prælato, quia plura dona accepit a Deo ipſa multitudo, quam Prælatus. Sic accipit Apoſtolus. Unde ponit nomina, quæ dicunt comparationem ad Deum, ſicut (Sanctis, & Epiſcopis.) Dicitur enim Epiſcopus quaſi ſuperintendens, vel ſupra, quod ſonat in ratione doni accepti a Deo. Si vero conſiderantur ſecundum comparationem, quam habent ad invicem, tunc præponendus eſt Prælatus.

d Gratias ago.] Secunda pars hujus Epiſtolæ, in qua primo agit gratias pro bonis eorum, orans ut ſtent in eis. Secundo orat ut creſcat charitas in eis, ibi (Et hoc oro.) In prima particula tria dicuntur. Nam primo agit gratias, orans ut ſtet in bono. Secundo dicit quod confidit ſuper hoc, ibi (Confidens.) Tertio quod juſtum eſt, quod confidat, ibi [Sicut eſt mihi.] Dicit ergo:

e Gratias ago] In hoc invitat eos ad faciendum quæ faciebant. *f* Deo meo.] Omnium eſt Deus, gratia creationis: hominum, per gratiam redemptionis: fidelium, per gratiam juſtificationis: Sanctorum, per privilegium amoris. Pauli autem hic dicitur ſpecialiter Deus: quia in Philippenſibus fecit quod Paulus voluit.

g In omni memoria,] ideſt, quoties memor ſum veſtri. *Prov.* 10. Memoria juſti cum laude, & nomen impiorum computreſcet. *Pſalm.* 9. Periit memoria eorum cum ſonitu, &c.

h Deprecationem faciens, &c.] ideſt, tempore determinato cum res poſtulat, ideſt, gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, ut dignum eſt. Et eſt argumentum, quod Prælatus debet orare pro ſubditis.

i Super communicatione,] ideſt, faciens deprecationem (cum gaudio) eo quod communicatis operibus Evangelii, & fidei. Vel quia veſtra communicatis in miniſterium Evangelii. *Hebr. ult.* Beneficentiæ, & communionis nolite oblivisci. k Confidens.] *Heb.* 6. Confidimus de vobis, dilectiſſimi, meliora & viciniora ſaluti.

l Quia qui cœpit.] Deus enim operatur in nobis velle, & perficere. *Jo.* 15. Sine me nihil poteſtis facere. *Apoc.* 1. Ego ſum Alpha & Omega. *Pſ.* 58. Miſericordia ejus præveniet me. Item *Pſ.* 22. Miſericordia ejus ſubſequetur me.

m Uſque in diem.] 1. *Cor.* 1. Qui & confirmabit vos uſque in finem.

n Sicut eſt mihi juſtum hoc ſentire.] Argumentum, quod Prælatus bene debet ſentire de ſubditis.

o Eo quod habeam vos in corde.] 2. *Cor.* 11. Æmulor enim vos æmulatione. 2. *Cor.* 6. Os meum patet ad vos, &c.

r Socios gaudii,] ideſt, ut ſitis ſocii remunerationis meæ, 1. *Jo.* 1. Si in luce ambulamus, ſocietatem habemus ad invicem. *Hebr.* 10. Vinctis compaſſi eſtis.

p Et in defenſione Evangelii.] 2. *Tim.* 4. In prima defenſione mea nemo mihi affuit.

q Et confirmatione] Infirmorum. *Act.* 15. Perambulabat Syriam, & Ciliciam, confirmans Eccleſias.

ſ Et] hoc (oro) Secunda pars, ubi dicit, quod orat pro augmento charitatis eorum. In quo duo conſiderantur, ſcil. quod orat, & propter quid orat, ſcilicet, ut ſciant, in quibus diligendus ſit Deus & proximus, & memoria teneant, ut poſſint eligere de bonis meliora. Finis autem orationis eſt, ut in præſenti ſint ſine culpa quantum ad ſe & ad alios, & abundent bonis operibus, & in futuro habeant gloriam Dei.

t Ut charitas] 2. *Theſ.* 1. Supercreſcit fides veſtra, & ſuperabundat charitas uniuſcujuſque veſtrum ad invicem. *u* In ſcientia] quoad intellectum. *x* Et in omni ſenſu] quoad affectum. 1. *Cor.* 4. Divites facti eſtis in illo in omni verbo, & in omni ſcientia. Vel [ſcientia] in credendo per affectionem. Unctio enim docet de omnibus. (Et in ſenſu) in omnibus memorandis. *y* Ut probetis.] *Epheſ.* 5. Probantes quid ſit beneplacitum Deo. *z* Ut ſitis] ſic [ſynceres] Bene ſequitur poſt probationem. *Iſa.* 42. Qui videt multa, nonne cuſtodiet? *a* Synceres] in vobis. *b* Et ſine offenſa] alterius. 1. *Cor.* 10. Sine offenſione eſtote Judæis, & Gentibus, & Eccleſiæ.

c Repleti fructu juſtitiæ,] in operibus quæ ſunt juſtitiæ fructus, dicit *Gloſ.* Ergo omnia opera ſunt juſtitiæ. Poſſet dici, quod juſtitia ſumitur pro juſtificatione, cujus fructus ſunt bona opera.

Sed contra hoc eſt quod ſequitur in *Gl.* Quæ eſt habitus animi. Juſtificatio enim non eſt habitus, ſed ſtatus.

Unde poteſt dici, quod juſtitia accipitur ibi pro juſtitia generali, quæ eſt habitus generalis. *Eph.* 5. Fructus lucis eſt in bonitate, & juſtitia, & veritate.

d In gloriam] tranſituri, ſcil. propter hoc. [In gloriam, & laudem Dei,] ideſt in gloriam æternam, quæ eſt materia laudis divinæ. *Jer.* 33. Erit mihi in nomen, & gaudium, & laudem. Vel ſic: [Ut ſitis] in præſenti [ſynceres, & ſine offenſa,] & in futuro [repleti fructu juſtitiæ in gloriam & laudem] i. ut in vobis laudetur, & glorificetur Deus. *Pſ.* 83. Beati qui habitant in domo tua, &c.

e Scire.] Tertia pars Epiſtolæ, quæ dicitur exhortatio, & dividitur in tres partes. Nam primo exhortatur eos ad tolerantiam paſſionum, ſcil. uſque ad tertium capitulum. Secundo ad cautelam contra Pſeudo, ſcil. a tertio capitulo uſque ad illam partem quarti capituli. [De cetero] Tertio exhortatur eos ad perfectionem morum, ab illo loco (De cetero) uſque in finem. Item prima pars dividitur in duas. Nam primo exemplo ſui invitat eos ad tolerantiam paſſionum. Secundo cum obſecratione concludit, quod impleant gaudium, ideſt, parati ſint pati pro Chriſto, ibi [Si qua ergo.] Item illa pars, in qua ponitur utilitas vinculorum, dividitur in duas. Nam primo dicit, quod vincula ſua profecerunt ad confirmationem Evangelii. Secundo, quod proficiunt ſibi ad gaudium, quia certus eſt, quod proficient ſibi ad vitam, ibi [Et in hoc gaudeo] ſecundum unam expoſitionem. Secundum aliam expoſitionem oſtenditur ibi, quod profectus Evangelii valet ſibi ad vitam æternam, & propter hoc dicit parte

tertia quod in nullo ſtatu deſiſtet a prædicatione Evangelii, item illa pars, in qua dicit, quod vincula ejus valent ad profectum Evangelii, dividitur in duas. Nam primo dicit quod valent; ſecundo quantum valent, ibi (ut plures) Dicit ergo: (Quæ circa me.) *Pſ.* 17. Circumdederunt me gemitus mortis, item *Pſ.* 95. Mirabiles elationes maris, &c.

a Ad profectum] *Exod.* 1. Quanto plus opprimebant eos, tanto plus multiplicabantur.

b Manifeſta fierent.) 2. *Cor.* 2. Gratias ago Deo, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odorem notitiæ manifeſtat per nos in omni loco. *c* Ut plures.] Hic oſtenditur modus, quo proficiunt vincula ejus. Et dicuntur hic duo: Primo enim dicit, quod occaſione vinculorum ſuorum quidam prædicant, ſed alii bona, alii mala intentione. Secundo, quod non eſt curandam qua intentione, dummodo Chriſtus annuncietur, ibi (Quid enim) [illegible] Ponuntur autem hic quinque genera prædicantium. Nam qui prædicabant, aut prædicabant bona intentione, aut mala. Si bona intentione, aut generali amore quem habebant ad Deum, & proximum; aut ea ſpeciali quem habebant ad Apoſtolum. Si ea generali amore, aut audaciores erant ad prædicandum exemplo fiduciæ, quam habebat Prædicans in vinculis, qui ſignantur ibi (ut plures, &c.) Aut exemplo charitatis, vel zeli Pauli, qui cogebat eum prædicare in vinculis, qui ſignantur ibi (Quidam autem, &c.) Si vero prædicabant ex ſpeciali charitate, quam habebant ad Apoſtolum, iſti ſunt illi, qui prædicabant, ut ſupplerent vices Apoſtoli, qui ſignantur ibi (Quidam ex, &c.) Quidam vero mala intentione prædicabant propter odium gloriæ Apoſtolatus, non perſonæ bonæ; ut illi qui invidebant gloriæ Apoſtoli, & prædicabant ut conſimilem conſequerentur gloriam, qui ſignantur ibi (Quidam quidem, &c.) Aut propter odium perſonæ ipſius; ut qui prædicabant, ut preſſuram ſuſcitarent vinculis ejus, qui ſignantur ibi (Quidam autem ex, &c.) Continua: [Vincula] ideo [ita ut plures, &c.] *Pſalm.* 26. Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo. *Proverb.* 28. Juſtus quaſi Leo confidens, abſque terrore erit.

d Vinculis meis] ablativus eſt, & conſtruitur cauſaliter, ideſt, propter vincula mea, ideſt, conſiderationæ meorum vinculorum. *Eccl.* 18. Secundum Judicem populi, ſic & miniſtri ejus, & qualis Rector civitatis, &c. *Prov.* 27. Ferrum ferro exacuitur, &c. [Quidam quidem, &c.] *Luc.* 9. & *Marc.* 9. Nolite prohibere: qui enim non eſt adverſum nos, pro nobis eſt. *Matth.* 23. Quæ dicunt, facite, &c. *Gloſſ. infr.* Tolerandus eſt mercenarius. Contra, Peccant mortaliter. Reſpondeo: Quod peccant, in judicio eſt Dei, non hominum, & propter hoc tolerandi; & non toleratur malum niſi cognitum: ſed peccatum mercenarii eſt in judicio Dei, quoad veritatem; in judicio hominum quoad conjecturam; & quantum ad hoc dicitur tolerari.

e Quid enim, &c.] Hic oſtendit, quod non eſt curandum qua intentione prædicetur, dum tamen Chriſtus annuncietur. Continua: Mali prædicant ad profectum; ſed non eſt curandum. [Quid enim] refert, [ſive occaſionem.] *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, &c. *Iſ.* 33. Beatus qui excutit manus, &c. *Gl.* Quiſquis a Deo aliquid præter Deum quærit, non caſte quærit. Ergo Eccleſia orando pro fructibus terræ, non caſte quærit.

Reſpondeo: Præter Deum dicitur quæri hoc quod non refertur ad Deum, ſive præter Deum, ideſt, non bona intentione. *Gloſſ.* Paſtor per veritatem annunciat. Ergo videtur quod mererie.

Contra. Eſto quod aliquis exiſtens in mortali occulto prædicet veritatem propter utilitatem audientium: talis non eſt Paſtor, quia non meretur; nec mercenarius, quia non quærit commodum terrenum; nec fur, quia non negat veritatem. Reſp. [In veritate] ideſt, in pura intentione; nec oportet, quod mereatur, niſi loquamur de merito congrui. (Annuncietur.) Non dicit, Chriſtum annuncient, quia Chriſtum annunciari bonum fuit, & in hoc gaudendum; ſed illos annunciare Chriſtum per occaſionem, non fuit bonum; ſicut Chriſtum crucifigi, bonum fuit, ſed illos crucifigere, fuit peccatum. *f* Et in hoc gaudeo.]

a ad profectum venerunt Evangelii; ita ut vincula mea *b* manifeſta fierent in Chriſto in omni prætorio, & in ceteris omnibus, ut *c* plures e fratribus in Domino confidentes, *d* vinculis meis abundantius auderent ſine timore verbum Dei loqui. Quidam quidem, & propter invidiam, & contentionem; quidam autem & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant; quidam ex charitate, ſcientes quoniam in defenſione Evangelii poſitus ſum. Quidam autem ex contentione Chriſtum annunciant non ſincere, exiſtimantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis. *e* Quid enim? Dum omni modo, ſive per occaſionem, ſive per veritatem Chriſtus annuncietur, *f* & in hoc gaudeo, ſed *g* & gaudebo. *h* Scio enim quia hoc mihi proveniet ad ſalutem, *i* per veſtram orationem, *k* & ſubminiſtrationem Spiritus Jeſu Chriſti, ſecundum *l* expectationem, & ſpem meam, *m* quia in nullo confundar, *n* ſed in omni fiducia ſicut ſemper & nunc *o* magnificabitur Chriſtus in corpore

Secunda pars illius, in qua ponitur utilitas vinculorum. Et exponitur primo, ut oſtendatur utilitas prædicationis quocumque modo factæ, & ſic per conſequens intelligitur utilitas vinculorum. Secundo ut primo, non per conſequens intelligatur utilitas vinculorum. Secundum primam expoſitionem ſic continuatur. Non refert qua intentione Chriſtus annuncietur: nam [Et in hoc gaudeo.] *g* Et gaudebo] in futuro.

h Scio enim, quia hoc] ſcilic. quod Chriſtus annuncietur [mihi proveniet ad ſalutem] Secundo modo ſic cōtinuatur, Non ſolum vincula mea profecerunt aliis, ita ut abundantius prædicarent, ſed etiam mihi profuerunt. Nam *f* Et in hoc] quod vinctus ſum [gaudeo] nunc, *g* Et gaudebo] in futuro. *h* Scio enim, quia &c.] ſcilicet pati pro Chriſto. [Et in gaudeo] quod Chriſtus annunciatur; & [gaudebo] ſemper, ſcilicet in futuro. Vel [in hoc] ideſt, in tribulationibus, & preſſuris, quas mihi ſuſcitavit. *Coloſ.* 1. Et in hoc gaudeo, in paſſionibus meis pro vobis. [Scio enim] Non dicit, credo, ut exprimat certitudinem: quia poteſt probari, quod Deus eſt juſtus, & ideo remunerator. [Quia hoc,] ideſt, hæc ſuſcitatio preſſuræ, ſive rebellio Pſeudo [mihi proveniat in ſalutem æternam,] 1. *Cor.* 3. Unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. Vel [in ſalutem,] ideſt, in majorem copiam gratiæ. *Rom.* 8. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. *Eccl.* 24. Aſſiſtens quaſi Geon in tempore vindemiæ. Geon enim creſcit ex concurſu arenarum: ſic ſapientia augetur in homine ea multiplicatione tribulationum. *Pſ.* 26. Si exurgat adverſum me prælium, &c. Et hoc *i* Per veſtram orationem.] Argumentum, quod orationes unius Sanctorum proſint magis ſanctis. *Rom.* 3. Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei, ideſt, miſericordia ejus. *k* Et] per (ſubminiſtrationem Spiritus Jeſu Chriſti,) ideſt, per fulcimentum, quod Spiritus S. miniſtrat, quaſi ſuffulciens me parietem ruinoſam. *Rom.* 8. Spiritus adjuvat imbecillitatem noſtram. *Coloſ.* 2. Totum corpus per nexus, & conjunctiones ſubminiſtratum creſcit, qua quæ agenda docet, & ſuggerit. *Jo.* 14. Docebit vos, & ſuggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. *Eccl.* 39. Omne opus hora ſua ſubminiſtrabit. Et hoc faciet. *l* Secundum expectationem, & ſpem meam,] ideſt, ſecundum quod expecto per longanimitatem, & ſpero. Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. *Rom.* 5. Et hoc eſt quod ſubdit: *m* Quia in nullo confundar,] q. d. Hoc ſpero firmiter [quia in nullo] ſcil. ſtatu, ſcilicet proſperis, vel adverſis: quia ſcio abundare, ſcio & penuriam pati, *inf. ult.* armatus a dextris, & a ſiniſtris [confundar] quin conſtanter expleam miniſterium meum, & prædicem. *Luc.* 9. Qui me erubuerit, & ſermones meos, &c. Vel [in nullo,] ideſt, nec in modico [confundar,] ideſt, fruſtrabor a premio: imo remunerabor etiam ſupra condignum. *Rom.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. 2. *Tim.* 1. Ideo hæc patior, ſed non confundor: ſcio enim, cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem juſtus Judex. *Eccleſ.* 2. Scitote quoniam nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. *Pſ.* 36. Non confundeatur in tempore malo. *n* Sed in omni fiducia.] *Joan.* 16. Confidite, quia ego vici Mundum.

o Magnificabitur Chriſtus in corpore meo,] ideſt, gloria, & fama ejus in corpore meo, ideſt, per paſſiones corporis mei. Ideo enim hoc dicebat, ſignificans qua morte eum erat glorificaturus. *Coloſ.* 1. Adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore ejus,

quod

quod eſt Eccleſia. 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore veſtro, 2. *Cor.* 4. Mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtetur in nobis.

meo, *a* ſive per vitam, *b* ſive per mortem. *c* Mihi enim vivere Chriſtus eſt, *d* & mori lucrum. *e* Quod ſi vivere in carne, *f* hic mihi fructus operis eſt, *g* & quid eligam, ignoro. *h* Coarctor autem e duobus; *i* deſiderium habens diſſolvi, & cum Chriſto eſſe, *k* multo magis melius: *l* permanere autem in carne, neceſſarium eſt propter vos. *m* Et hoc confidens, ſcio, *n* quia manebo, *o* & permanebo *p* omnibus vobis ad profectum veſtrum, & gaudium fidei: ut gratulatio veſtra abundet in Chriſto Jeſu in me, *q* per meum adventum iterum ad vos. Tantum *r* digne Evangelio Chriſti converſamini: ut ſive cum venero, & videro vos, ſive abſens audiam de vobis, *ſ* quia ſtatis *t* in uno ſpiritu unanimes, *u* collaborantes *x* fidei Evangelii, *y* & in nullo *z* terreamini ab adverſariis, *a* quæ eſt illis *b* cauſa perditionis; *c* vobis autem ſalutis: *d* Et hoc *e* a Deo. *f* Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, *g* non ſolum, ut in eum credatis, *h* ſed ut etiam pro illo patiamini,

a Sive per vitam,] ideſt, vivendo, eum teſtificabor verbo. *b* Sive per mortem,] ideſt, moriendo, teſtificabor eum facto. Ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum, 2. *Cor.* 13. Nota, quod
D
teſtimonium facti fortius eſt quam verbi, a quo Martyres dicti ſunt, ideſt, teſtes, *Rom.* 14. Sive vivimus, Domino vivimus; ſive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. *c* Mihi enim vivere Chriſtus eſt,] ideſt, propter ipſum vivo, & volo vivere, 2. *Cor.* 5. Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut & qui vivunt, jam non ſibi vivant. Vel [Mihi vivere Chriſtus eſt,] id eſt, vivificat me per gratiam.

d Et mori] pro Chriſto mihi [lucrum] eſt per gloriam. Sive [mihi eſt Chriſtus vivere,] in exemplo, [lucrum] in præmio. De primo dicitur *Gal. ſecundo.* Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. De ſecundo dicitur *Pſalm.* 118. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Unde illud, Mortis ſacræ compendio vitam beatam poſſident, 2. *Cor. quinto.* Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ſed æternam in cœlis.

e Quod ſi vivere in carne, ideſt, ſi dum vivo in carne,

f Hic mihi fructus operis eſt,] ideſt, tanta eſt mihi facultas vivendi, quia bene operando in carne Chriſtum magnifico.

g Et quid eligam, ignoro,] mori, aut vivere. Nota quod Sancti in præſenti nobis prodeſſe poſſunt dupliciter, dum vivunt, merendo, & orando, & ideo magis utile eſt propter ſubditos manere in carne, ſed delectabilius eſt eſſe cum Chriſto. Unde

h Coarctor autem e duobus,] ex deſiderio diſſolvendi, & neceſſitate vivendi.

i Deſiderium habens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto,] q. d. Hoc deſidero pro me: quia

k Multo magis melius] eſt mihi. Sancti enim propter oppreſſionem carnis eſſe cum Chriſto, deſiderant. *Rom.* 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Coarctantur undique tribulationibus, *Pſal.* 7. Circumdederunt me dolores mortis, 2. *Reg.* 24. Coarctor nimis, ſed melius eſt, ut incidam in manus Domini: multæ enim miſericordiæ ejus ſunt. Similiter Moyſes coarctabatur, cum dicebat *Num.* 11. Obſecro, ut interficias me, & inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Erat enim iſte Moyſes inter duas molas, ſcilicet inter deſiderium quietis, & profectum plebis.

Unde aliquando dicebat: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti, *Exod.* 32. Aliquando alia mola coarctatus dicebat: Si inveni gratiam in oculis tuis, oſtende mihi faciem tuam, *Exod.* 33. Similiter erat Apoſtolus.

Unde 2. *Cor.* 5. Sive mente excedimus, Deo; ſive ſobrii ſumus, vobis: charitas enim Chriſti urget nos. Dicit ergo: (Deſiderium habens, &c. multo magis melius) eſt, *Jonæ* 4. Et nunc Domine, quæſo, tolle animam meam a me, quia melior eſt mihi mors, quam vita. Et poſtea: Melius eſt mori, quam vivere, 3. *Reg.* 19. Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, *Tob.* 3. Fac mecum miſericordiam, & præcipue in pace recipi animam meam, vel ſpiritum meum, *Luc.* 2. Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace, 2. *Cor.* 5. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad Deum, *Eccl.* 41. O mors quam amara eſt memoria tua homini quieto, & pacem habenti in deſideriis ſuis!

l Permanere autem, &c.] Hæc eſt alia mola.

m Et hoc confidens ſcio,] ideſt, per confidentiam ſcio. Hoc dicit propter hoc, quod non omnino certus erat.

n Quia manebo] non parum; ſed

o Et permanebo] diu. Videtur autem, quod fuit deceptus Apoſtolus: quia poſt hoc non vixit, niſi duobus annis. Reſponſio: Hoc multum fuit ad profectum ſubditorum: quia in parvo tempore complevit, quod alius non feciſſet in longo tempore. Permanebo, dico *p* Omnibus vobis ad profectum.] 1. *Cor.* 10. Non quærens, quod mihi utile eſt, ſed quod multis; ut ſalvi fiant.

q Per meum adventum.] Nunquid venit ad eos? Reſponſio: Non putatur veniſſe, niſi per nuncios. Unde hoc peto.

r Digne converſamini, ideſt, ſecundum quod docet converſari auditores Evangelii. Indignum enim eſt ut qui prædicat, vel legit Evangelium, vel audit, faciat contrarium, 1. *Theſ.* 2. Teſtificati ſumus, ut ambularetis digne Deo. *Col.* 1. Ambuletis digne Deo, per omnia placentes, *Eph.* 4. Obſecro vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis. Ibi require.

ſ Quia ſtatis in uno ſpiritu.] Hos rumores deſiderabat audire Apoſtolus de ſubditis. 1. *Theſſ.* 3. Quoniam nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino, 2. *Theſſ.* 2. State, & tenete traditiones quas didiciſtis.

t In uno ſpiritu unanimes,] ideſt, voluntate, *Act.* 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una. Sed non tantum ſit unitas quantum ad corda, ſed quantum ad opera: ut ſimul ſitis

u Collaborantes,] unus exemplo alterius.

x Fidei Evangelii,] ideſt, ad implenda ea quæ fides exigit. Fides enim ſine operibus mortua eſt, *Jacob. ſecundo.* 2. *Timoth. ſecundo.* Labora, ſicut bonus miles Chriſti.

y Et in nullo,] ideſt, nec verbis, nec flagellis.

z Terreamini ab adverſariis,] quicquid dicant, quicquid minentur, *Matth.* 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, *Iſa.* 8. Timorem autem eorum ne timueritis: Et *Iſa.* 51. Quis tu ut timeas ab homine mortali? 1. *Mac.* 2. A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria ejus ſtercus, & vermis.

a Quæ eſt illis,] ideſt, adverſariis.

b Cauſa perditionis] æternæ: hoc, ſcilicet quod quærunt vos. Et hoc relativum (quæ) trahit genus ab hoc, quod ſequitur.

c Vobis autem] eſt (cauſa ſalutis,) *Matth.* 16. Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam. Et *Iſa.* 51. Nolite timere opprobrium hominum. Poteſtas enim adverſariorum a Deo, *Joan.* 19. Non haberes in me poteſtatem, niſi tibi datum eſſet a Deo.

d Et hoc] datum eſt vobis.

e A Deo,] ſcilicet pati ab adverſariis ad veſtram ſalutem. Unde ſequitur:

f Quia vobis donatum eſt pro Chriſto,] ideſt, merito Chriſti. Hoc ſcilicet:

g Non ſolum ut in eum credatis] corde.

h Sed ut etiam pro illo patiamini] toto corpore, *Luc.* 8. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, *Eccl.* 1. Quod beneplacitum eſt illi, fides & manſuetudo. Fides quoad ea, quæ ſunt credenda; manſuetudo quoad flagella. Item *Sap.* 3. Dabitur illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima. Sors, ſcilicet Martyrum, qui dicuntur victorum genus optimum. Sors enim optima in templo eſt Sacerdotum.

Martyres autem proprie ſunt Sacerdotes, qui ſe Deo obtulerunt, *Rom.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam Deo, *Judic.* 5. Qui obtuliſtis ſponte animas veſtras diſcrimini, benedicite Domino, *Act.* 5. Ibant gaudentes, &c.

Legitur de Origene, quod ipſe exibat ubi ſciebat eſſe aliquem perſecutorem Chriſtianorum, ut pateretur pro Chriſto, & etiam quando puer erat, expoliavit eum nudum mater ſua, & ipſe nudus proſiliit inter Perſecutores, qui propter pueritiam pepercerunt ei, 1. *Petr.* 4. Communicantes Chriſti paſ-

ſti paſſionibus, gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis, quia quod eſt honoris, & gloriæ, eſt virtus Dei, & qui eſt ejus Spiritus, ſuper vos requieſcet. Magnum ergo donum eſt, cum datur homini pati pro Chriſto, 1. *Mach.* 10. [Miſit ei purpuram, & coronam auream,] & quæ noſtra ſunt, ſentias nobiſcum, & conſerves amicitiam ad nos. Hæc duo dedit Ale-
A xander Jonathæ, ideſt, Chriſtus Martyribus ſuis: qui dicitur alleviians tenebras. Unde *Pſal.* 111. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde, miſericors, & miſerator Dominus. Purpura quam mittit in lumine, eſt imitatio paſſionis Chriſti, corona aurea eſt ſpes tribulationis. Et ſignanter dicit: (Et quæ noſtra ſunt) ſcil. aſperitatem, paupertatem, & vilitatem, ſentias nobiſcum: non dicit, videas, vel dicas, ſed (ſentias) quod paſſus ſum pro te, *Infr.* 2. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu. Sed quia illos exempla Apoſtoli ad patiendum invitaverunt, ſubdit:

a idem certamen habentes, *b* quale & vidiſtis in me, & nunc *c* audiſtis de me.

CAP. II.

SI *d* qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod *e* ſolatium charitatis, ſi *f* qua ſocietas ſpiritus, ſi *g* qua viſcera miſerationis: *h* implete gaudium meum, ut *i* idem ſapiatis, *k* eamdem charitatem habentes, *l* unanimes, idipſum *m* ſentientes. Nihil *n* per contentionem, neque *o* per inanem gloriam: *p* ſed in humilitate, *q* ſuperiores ſibi invicem arbitrantes: *r* non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed & ea quæ aliorum. *ſ* Hoc enim ſentite in *t* vobis, quod *u* & in Chriſto Jeſu,

a Idem certamen habentes,] ideſt

b Quale, & vidiſtis in me,] quia valde fui verberatus apud Epheſum pro Pythoniſſa, *Act.* 16. *c* Et nunc audiſtis de me,] quia Romæ ſum vinctus pro fide, 1. *Theſ.* 2. Imitatores facti eſtis, fratres, Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Judæa in Chriſto Jeſu: qui eadem paſſi eſtis, & vos a contribulibus veſtris, ſicut & ipſi a Judæis, qui & Dominum Jeſum occiderunt, & vos perſecuti ſunt.

EXPOSITIO CAP. II.

SI qua ergo conſolatio, &c.] Adhuc hortatur eos ad patientiam, ut ſic ipſe plene gaudeat de eorum perfecta patientia. Secundo monet, ut idem ſapiant in fide, ibi: Ut idem ſapiatis.] Tertio hortatur ad charitatem, ibi: Eamdem charitatem.] Quarto ad humilitatem, ibi: Nihil per contentionem.] Quinto provocat eos ad patientiam exemplo Chriſti, ibi: Hoc enim ſentite.] Sexto proponit exemplum gloriæ Chriſti, ne ſimilem ſperant, ibi: Propter quod & Deus.] Septimo monet ad obedientiam, ibi: Itaque chariſſimi] Octavo oſtendit eis Deum præſto eſſe ad auxilium, ibi: Deus enim eſt, qui operatur.] Nono, ut cum tranquillitate cordis, & firmitate fidei, & conſtantia patiantur, ibi: Omnia autem.] Decimo proponit ſe in exemplum, ibi: Non in vacuum.] Undecimo promittit eis ſe eſſe miſſurum Timotheum ad conſolationem, & confirmationem, & commendat eum, ibi: Spero autem in Domino.] Duodecimo, quod etiam Epaphroditum mittet eis, ibi: Neceſſarium autem, &c.] Dicit ergo: *d* Si qua, &c.] Continua ſic: Magnum donum datum eſt vobis, ſc. pati pro Chriſto: ergo implete gaudium meum, perſeverando in patientia: Si qua ergo conſolatio, &c.] Vel ſic: Quia me feciſtis gaudere de fide veſtra, & conſolatione veſtra in Evangelio Chriſti (ut dictum eſt *ſup.*) implete gaudium meum, ſi qua conſolatio in Chriſto eſt mihi in vobis; vel ſi vultis in aliquo conſolari me pro Chriſto. *e* Si quod ſolatium,] ideſt, ſi in aliquo diligitis me, quod quidem mihi eſt ſolatium: *f* Si qua ſocietas ſpiritus,] ideſt, ſpiritualis eſt: ſcilicet inter me, & vos. Vel [ſpiritus,] ideſt, voluntatis, id eſt, ſi vos vultis facere aliquid, quod ego velim. *g* Si qua viſcera miſerationis,] ideſt, ſi in aliquo compatimini mihi, qui pro ſalute veſtra patior. Si hoc, inquam, eſt, oſtendite illud per effectum: [& implete gaudium meum ut idem ſapiatis, &c.] Vel aliter: [Si qua conſolatio.] Quatuor dicit, quibus reſpondent quatuor alia per ordinem ſic:

d Si qua ergo conſolatio in Chriſto,] ideſt, ſi vultis habere conſolationem a Chriſto.

h Implete gaudium, &c.] q. d. Chriſtus non conſolabitur vos, niſi & vos eum conſolemini. In hoc, ſcilicet,

i Ut idem ſapiatis] in fide. *Rom.* 15. Deus patientiæ, & ſolatii det vobis idipſum ſapere in alterutrum ſecundum Jeſum Chriſtum, 1. *Cor.* 1. Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata; 2. *Cor.* 13. Nonne eodem ſpiritu ambulavimus: nonne eiſdem veſtigiis?

e Si quod ſolatium charitatis,] ideſt, ſi vultis habere ſolatium, quod charitas facit, dum animam afficit ſuis.

k Eamdem charitatem habentes:] Eamdem, ideſt, mutuam, & communem omnibus, 1. *Petr.* 4. Ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem habentes. Item

f Si qua ſocietas Spiritus,] ideſt, ſi vultis eſſe ſociales, & familiares Spiritui ſancto. Sitis.

l Unanimes,] *Rom.* 15. Unanimes uno ore honorificetis Deum: quærit enim concordes, & quietos, *Iſa. ult.* Super quem requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper humilem, & quietum, &c. Bonum eſt autem habere ſocium Spiritum ſanctum, &c. *Eccl.* 4. Melius eſt duos eſſe ſimul, quam unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Quia Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, *Rom.* 8. Spiritu autem auferetur opprobrium ſterilitatis, *Iſa.* 4. Apprehendent ſeptem mulieres, &c. aufer opprobrium noſtrum. Item,

g Si qua viſcera miſerationis] ſunt in vobis: ſitis.

m Idipſum ſentientes] per compaſſionem, ut mala cujuſcumque ſint omnium, *Rom.* 12. Idipſum invicem ſentientes, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes quaſi, Hoc faciunt, qui intus habent miſericordiæ viſcera, ideſt, qui intimo amore diligunt proximos: ſicut etiam Chriſtus nos, *Luc.* 1. Per viſcera miſericordiæ Dei, &c. 1 *Joan.* 3. Qui viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?

E contra dicitur *Prov.* 12. Viſcera impiorum crudelia. *Mach.* 13. Menelaus cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriæ ſalute, ſed ſperans conſtitui in principatum. Menelaus interpretatur viſcera maledicta, & ſignificat ambientem prælaturas, & dignitates.

n Nihil per contentionem] agentes, vel loquentes, nec in judiciis, nec in diſputationibus, *Matth.* 5. Qui voluerit tecum in Judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, 1. *Tim.* 2. Stultas, & ſine diſciplina quæſtiones devita; generant enim lites: ſervum autem Domini non oportet litigare. Item in *eodem*. Noli verbis contendere: ad nihil enim valent, niſi ad ſubverſionem audientium. 1. *Cor.* 11. Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. De Synagoga ergo dicuntur, qui clamoſi ſunt diſputatores, & propriam quærentes gloriam, de qua ſubdit: *o* Neque per inanem gloriam.] *Gal.* 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

p Sed in humilitate] ſimus, ſcilicet ut ſentiamus de nobis humilia, & de aliis meliora. Unde ſubdit:

q Superiores ſibi invicem arbitrantes.] *Rom.* 12. Honore invicem prævenientes. *Eph.* 5. Subjecti invicem in timore Chriſti. 1. *Petr.* 5. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

Omnes enim invicem humilitatem inſinuate: quia Dominus ſuperbis reſiſtit, &c. E contra *Luc.* 12. Intravit cogitatio in eos, quis eorum videretur eſſe major?

r Non quæ ſua ſunt, &c. 1. *Cor.* 10. Nemo quod ſuum eſt, quærat, ſed quod eſt alterius. *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. 1. *Cor.* 13. Charitas non quærit quæ ſua ſunt.

Sed modo omnes quæ ſua ſunt, quærunt, ut dicitur *infr. eod.* Et hoc eſt quia refrigeſcit charitas multorum, *Matth.* 24. Et 2. *Tim.* 3. Inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes. Et notantur hic tria per ordinem.

Patientia, ibi: Nihil per contentionem.] Patientia enim non reclamat. Et humilitas, ibi: Neque per inanem.] Charitas, ibi: Quæ ſua ſunt, &c.] Et ad hæc tria etiam nos invitat exemplo Chriſti, cujus humilitatem, patientiam, & charitatem oſtendit. Unde ſubdit:

ſ Hoc enim ſentite in vobis,] ideſt, hæc tria ſentite, non tantum eloquimini ut magiſtri, vel prætendite ut hypocritæ.

t In vobis,] ideſt, intra vos, non tantum extra in habitu, vel ſermone. *Matth.* 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos: non dicit, a verbis.

u Quod & in Chriſto Jeſu] videtis ſcilicet fuiſſe, & factum eſſe. Membra enim cum capite debent infirmari; quia

Cui caput infirmum, cetera membra dolent.

Dicit ergo: O membra ſentite dolorem capitis, *Thren.* 1. O

vos

vos omnes qui tranſitis per viam, &c. ſentite, & videte membra non paralytica, vel ſtupida, ſed Spiritu Dei vivificata. *Rom.*8. Qui ſecundum Spiritum ſunt, quæ ſunt Spiritus ſentiunt. Quid autem ſit illud, quod ſit in Christo, ſubdit: *a* Qui cum in forma, &c.) Et notantur tria; Humilitas, ex hoc quod (exinanivit.) Charitas, quia in hoc nobis ſervivit.

Unde dicitur (Formam ſervi, &c.) Patientia vero ejus monſtratur in mortis crucis anguſtia, ibi (Uſque ad mortem.) De hoc dicit Deus pater, per *Zach.* 3. Ecce ego adducam ſervum meum Orientem. Quia ecce lapis, quem dedi coram Jeſu; ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt: & ecce ego cælabo ſculpturam ejus, ait Dominus exercituum; & auferam iniquitatem terræ illius in die una. Eumdem Chriſtum vocat Deus pater ſervum ſuum pro humilitate carnis aſſumptæ, & Orientem, pro adminiſtratione luminis; & lapidem, ratione paſſionis. In nomine ſervi notatur humilitas; in nomine Orientis, charitas; in lapide, patientia demonſtratur. (Qui cum in forma Dei eſſet,) ideſt, in plena eſſentia, & æqualitate patris in ſingulari ſubſtantia ejus.

a qui cum in forma Dei eſſet, non *b* rapinam *c* arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; *d* ſed ſemetipſum exinanivit *e* formam ſervi accipiens, *f* in ſimilitudinem hominum factus, *g* & habitu inventus ut homo. *h* Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. *i* Propter quod & *k* Deus exaltavit illum, & donavit *l* illi nomen, quod eſt ſuper omne *m* nomen:

c Arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo] patri, per illius unitatem eſſentiæ, ideſt, certiſſime hoc ſcivit. In quo non eſt arbitratus.

b Rapinam,] ſed naturam, quam naſcendo a patre ſumpſit, non ſuperbiendo præſumpſit, ſicut Diabolus, & homo, qui tanquam Deus voluit eſſe. *Iſa.*14. *Gen.*3. Magnus latro eſt, qui vult furari Deo. Et multi ſunt hodie, qui poteſtatem, quæ Dei eſt, & ſapientiam, & gloriam rapiunt, tanquam fures Dei. *Eccl.*20. Qui poteſtatem ſibi aſſumit injuſte, juſte odietur. *Hebr.*5. Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur a Deo tanquam Aaron: ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, &c.

d Semetipſum exinanivit.] Licet tantus eſſet, exinanivit ſe, non ſubſtantiam evacuans, nec honorem inclinans, ſed

e Formam ſervi accipiens,] ipſe Dominus omnium, 2. *Col.* 8. Propter nos egenus factus eſt, cum eſſet dives. 1.*Reg.*18. Ego ſum vir pauper, & tenuis. *Pſal.*85. Inops & pauper ſum ego. *Apoc.ult.* Ego primus & noviſſimus; primus in dignitate, noviſſimus in ſervitute, quia (formam ſervi accipiens.) Hujus ſervitium cunctis ſervitiis laborioſius, & deſpicabilius, ſed fructuoſius. *Oſee* 11. Ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quod curarem eos. Chriſtus enim, ſicut nutrix, humiliter, & utiliter ſe depoſuit ad lavandas ſordes parvuli ſui, ſedit in cinere, lactavit ubere. *Oſ.*2. Ecce ego lactabo eam.

Sed nota, quod compreſſis labiis lac ſugitur ab ubere. *Greg.* Non dilates, ſicut Infernus, animam tuam ad hauriendas Mundi delicias, ſi de hoc ubere velis ſatiari, de quo non lac Ægypti, ſed Sanguis Chriſti bibitur. Animalia enim, ideſt, animales, lacte nutriuntur; ſed pulli aquilæ, ideſt, filii Chriſti pennati, lambunt Chriſti ſanguinem ſub ubere vulnerati.

Item ſervivit nobis, in brachiis portando; ſicut dicitur *Oſ.*11. Portabam eos in brachiis meis quaſi filios, ſc. meos. Nam in humeris portantur quæ gravant. Sicut ſimia catulum ſuum, quem plus diligit, portat in brachiis, minus dilectum in humeris. Chriſtus ergo nos quaſi pondus grave in humeris portat patientiæ. *Jer.*23. Vos eſtis mihi bonus, dicit Dominus: projiciam quippe vos, &c. q.d. Quos porto diu per patientiam, in Infernum projiciam per juſtitiam.

Sed tamen pro tempore paſſionis dicit: Portabo eos in brachiis: Nam Dominus tunc totum ſe effundens in miſericordiam omnes nos amplexaturus tanquam chariſſimos, brachia extendit in cruce.

Unde *Iſa.*65. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum. Volebat enim, & vult Deus animas, & corpora ſalvatorum in amplexibus ſuis præſentare Deo; ut ſignificatur *Gen.*32. In baculo meo, crucis ſcilicet, tranſivi Jordanem iſtum, ideſt, deſcenſum eorum, ideſt, fluxum mortalitatis hominum, per quem omnes deſcendunt in mortem: & nunc cum duabus turmis animarum, ſcilicet & corporum, vel hominum & Angelorum regredior. Unde *Oſ.*11. Et neſcierunt, quod curarem eos, q. d. Curavi eos, & neſcierunt. Medicus iſte ſic ſervivit ægrotis, ut morbum ſuum, eorum faceret ſalutem; & vulnera ſua, eorum faceret medicinam; & mortem, eorum vitam. *Iſa.* 53. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, tollendas, ſcilicet. Caſſianus, Filius erat, & factus eſt tanquam ſervus non ſolum formam ſervi accepit ut inesſet, ſed etiam malis ſervivit, ut vapularet, & ut peccati pœnam ſolveret, cum culpam non haberet. Iſte Medicus minuit ſibi propter ſanitatem noſtram & effudit Sanguinem abundanter, ut ſuo ſanguine tibi faceret medicinam. Unde quia huic Medico tam pio non compaſſus eſt homo: terra compaſſa eſt, & tremuit; petrarum duritia ſciſſa; Sol obſcuratus, ut retroceſſione ſuorum radiorum, eum minutum ſignificaret. Minuto enim debet claritas abſcondi.

B

f In ſimilitudinem hominum factus,] factor omnium. Hæc ſimilitudo, non imagine, vel ſimilitudine, ſed generis intelligitur veritate, qualiter & illud, Adam genuit, ſcilicet ad ſimilitudinem ſuam. *Rom.*6. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, idem peccatum damnavit. Unde & addit:

g Et habitu inventus] eſt [ut homo,] ideſt, verus homo, quia ly [ut] expreſſivum eſt veritatis. *Joan.*1. Gloriam ejus, quaſi unigeniti a patre. *Baruch* 3. In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Dicit autem Apoſtolus, (Habitu, &c.) comparans humanitatem veſti: quia veſtis induta non mutat hominem, ſed mutatur; ſic divinitas manſit, & humanitas melior fuit. Nam ſicut cum veſtis induitur, formam recipit, quam non habebat exuta; qui autem veſtitur, ſub veſte abſconditur: ſic divina natura ſub aſſumpta carne, quaſi ſub veſte delituit; ſed caro ab antiquæ vetuſtatis caligine atque corruptione, in claritatem gloriæ, & æternam incorruptibilitatem effulſit. Caſſianus. *f* In ſimilitudinem hominum.] Non Angelorum, quia non eguerunt; non Dæmonum, quia illi non reſurgunt; non hominis, quia primus homo, nec in carne peccati, nec in ſimilitudine carnis peccati erat creatus. Chriſtus autem univerſitatis hominum miſertus, profundis ſe immerſit, ne ſubtilis ille Diaboli oculus magnæ pietatis deprehenderet ſacramentum. Et poſtea ſubdit: Si enim cognoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 1.*Cor.*2. *h* Humiliavit ſemetipſum,] non alius eum coegit. *Joann.* 10. Ego pono animam meam, factus obediens uſque ad mortem. *Bern.* Non credo aliquod bonum tam placere Deo, quam obedientiam illi, qui mori maluit, quam non obedire. Mortem autem non quamlibet obiit, ſed crucis. *Sap.*2. Morte turpiſſima condemnemus eum. *Jer.* 11. Mittamus lignum in panem ejus. Hanc mortem ſuſtinuit, ut nos liberaret, & vivificaret.

Unde 2. *Reg.* 18. dicit David, ideſt Chriſtus: Fili mi Abſalom; Abſalom, fili mi, quis mihi det, ut moriar pro te Abſalom? ideſt, vice tui: vel pretium tui, ideſt, pro morte, te, o homo, recipiam in mercedem. Unde *Iſa.*62 Dicite filiæ Sion: Ecce Salvator tuus venit; ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo: q.d. O Prædicatores, dicite unicuique animæ fideli: Ecce Salvator tuus venit ad judicium, & opus illius coram illo, ſcilicet ſignum crucis, quod apparebit in Judicio, in qua fecit Dominus Chriſtus liberationem noſtram; pro quo requiret mercedem noſtram nosipſos, ſicut merces ejus cum ipſo, ut nullus eum ab hac mercede defraudet. *i* Propter quod] quia ſic humiliavit ſe. *k* Et Deus exaltavit illum] in reſurrectione. *Epheſ.* 1. Suſcitans illum a mortuis, conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuper omnem Principatum, & Poteſtatem, & Virtutem, & Dominationem, & omne nomen, quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro.

l Et donavit illi] ſecundum hominem.

m Nomen, &c.] Nunc datum eſt illi per gratiam, quod ab æterno habuit per naturam, ſc. filius Dei. Hoc autem habuit ante reſurrectionem, ſed poſt reſurrectionem dicitur donaſſe per manifeſtationem. Secundum Ambroſium exponitur, quod filio Dei æterna generatione donatum eſt, ut eſſet Deus, & hoc poſt reſurrectionem manifeſtatum eſt. Vel [Donavit nomen] ideſt, manifeſtavit dediſſe nomen Tetragrammaton, ideſt, Principium vitæ paſſionis iſte eſt. Hoc nomen ſuper cetera portabat Sacerdos. *Exod.*28.

Item Sacerdos illud nomen gerebat in fronte, cetera in ore.

*Prov.*30.

*Prov.*30. Quod nomen eſt ejus, & quod nomen filii ejus ſi noſti? q.d. Non; quia ineffabile.
a Omne genu, &c.] ideſt, Angeli, homines, Dæmones. *Rom.*14. Vivo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, *Iſa* 45. Quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua, 2.*Paral.* 29. Laudaverunt Deum magna lætitia, & incurvato genu, adoraverunt. *Eſther.*3. Solus Mardochæus non flectebar, nec adorabat eum, i. Aman, qui interpretatur iniquus, & ſignificat Diabolum. Sed quid eſt, quod dicit (cœleſtium?) Ergo habent genua animæ. Reſpondet *Aug.* Per affectum ſufficit, & nunc flecto genua cordis mei,

ut in nomine *a* Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; *b* & omnis lingua confiteatur, *c* quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. *d* Itaque *e* chariſſimi mei (ſicut *f* ſemper obediſtis) non in præſentia mei tantum, ſed multo magis nunc in abſentia mea, *g* cum metu, *h* & tre-

ideſt, me ſubjectum tibi cognoſco. *b* Et omnis lingua confiteatur,] ideſt, homines, de omnibus gentibus linguarum, vel Apoſtoli omnibus linguis loquentes, *Act.*2. Cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eloqui illis. Et in *eod.* Audiebat unuſquiſque lingua ſua illos loquentes. *Apoc.* 7. Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, ſtantes ante thronum, & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicentes Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & Agno, *Dan.*3. A me poſitum eſt hoc decretum, ut omnis populus, tribus, & lingua, quicumque locutus fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, diſpereat.
c Quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.] ſecundum quod Deus in ejus æqualitate, ſecundum quod homo, in potioribus ejus bonis. *Marc.ult.* Et Dominus quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris Dei. *d* Itaque,] Fratres. Supra invitavit eos ad patientiam exemplo humilitatis Chriſti patientis, & exemplo gloriæ ejus, merito patientiæ, & humilitatis ei collatæ. Hic hortatur eos, ut in hoc ſint obedientes ei. Dicit ergo [itaque] ex quo Chriſtus eſt per obedientiam exaltatus. *e* Chariſſimi] fratres. Cupiditas facit quoſdam charos chariſſimos, ideſt, ullos, charitas omnes facit chariſſimos, id eſt, ſuper omnia temporalia charos. *f* Sicut ſemper obediſtis,] ita nunc obedite [non in præſentia mei tantum, &c.] *Epheſ.*6. Non ad oculum ſervientes, ſicut ii qui faciunt opera ſua, ut videantur ab hominibus. *Matth.*23. *g* Cum metu] animi.
h Et tremore] corporis. *Prov.*28. Beatus vir, qui ſemper eſt pavidus. *Eccl.* 18. Vir ſapiens in omnibus metuet. *Job* 9. Verebar omnia opera mea, &c.
i Veſtram ſalutem operamini,] ideſt, ea quæ ſunt ad ſalutem. *Joan.* 6. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam; ideſt, bona opera, quorum fructus permanent in æternum, *Pſal* 9. Patientia pauperum non peribit in finem, ideſt, præmium patientiæ. Econtra *Eccl.* 14. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo: & omne opus electum juſtificabitur: & qui illud operatur, honorabitur in illo. Nota, quod dicit [cum metu,] quia ſecuritas quoſdam facit negligenter operari ſuam ſalutem. *Jerem* 48. Maledictus qui opus Domini facit negligenter. Alii autem audacter mortem operantur. *Sap.* 1. Deus mortem non fecit. Et poſt ſequitur: Impii autem manibus, & verbis acceerſierunt eam.
k Deus eſt enim, &c.] Oſtendit, quod ſollieiti debent eſſe operando ſuam ſalutem, quia Deus paratus eſt ad auxiliandum. Unde dicit [Deus qui operatur in vobis & velle] bonum [& perficere] illud *Rom.*9. Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis, Domine. *Iſ.* 43. Quoniam omnem qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, feci eum. 2. *Cor.* 4. Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.
l Pro bona voluntate] ſua, non veſtris meritis. *Rom.* 8. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Ibi *Gloſ.* Non propter meritum ſuum, ſed propter propoſitum Dei, ideſt, ſecundum præſcientiam, & prædeſtinationem Dei.
m Omnia autem facite, &c.] Quia timorem ſequitur aliquando impatientia, & intranquillitas cordis: Ideo monet eos, ut omnia agant, & patiantur cum tranquillitate cordis, ibi [Sine murmurationibus,] & cum firmitate fidei, ibi [Sine hæſitationibus,] & cum conſtantia, ibi [Inter quos lucetis ſicut luminaria.] Dicit ergo.

more *i* veſtram ſalutem operamini. *k* Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle, & perficere, *l* pro bona voluntate. *m* Omnia autem facite *n* ſine murmurationibus, *o* & hæſitationibus, ut ſitis *p* ſine querela, *q* & ſimplices filii *r* Dei, *ſ* ſine reprehenſione in *t* medio nationis *u* pravæ, *x* & perverſæ, *y* inter quos lucetis *z* ſicut lu- D

n Sine murmurationibus,] in tribulationibus, quia ad inſtructionem ſunt. *Iſa.* 26. In tribulatione murmuris, doctrina tua in eis; q.d. Male murmurant in tribulationibus, cum tu doceas eos per tribulationes, 1.*Cor.*10 Neque murmuraveritis, ſicut quidam eorum murmuraverunt, & a ſerpentibus perierunt, *Judæ* Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes. *Sap.*1. Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. Cuſtodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodeſt, & a detractione parcite linguæ. Sed quia murmuratio aliquando facit diffidentiam præmii, ſubdit:
o Et] ſine [hæſitationibus] de fide, vel de præmio promiſſo. *Jacob.* 1. Qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento movetur. *Actor. undecimo.* Dixit mihi Spiritus, ut irem cum eis nihil hæſitans. Quis enim hæſitat, fugit de prælio, cum neceſſarium eſſet ſtare. Et tales ſunt Prædicatores Sociorum, 2.*Macchab.*4. Ubi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſociis hæſitantibus, Ipſi ſex millia ſoli peremerunt centum viginti, propter auxilium illis datum de cœlo. Vel ſic:
n Sine murmurationibus] contra Prælatos, ſed æſtimabitur contra Deum.
p Ut ſitis ſine querela,] active, contra fratres; quaſi, Non ſitis queruloſi & contentioſi, de fratribus conquerentes, vel eis dantes occaſionem de vobis conquerendi. *Lucæ primo.* Incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini ſine querela. 1. *Theſſal quinto.* Integer ſpiritus veſter & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.
q Et ſimplices,] in vobis innocentes, & ſine fraude, & ſine dolo, ſicut
r Filii Dei,] quia Deus ſimplex eſt. *Eccl. ſecundo.* Væ duplici corde. *Jac. quinto.* Vir duplex animo. *Romanor.* 16. Volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo,
ſ Sine reprehenſione,] ad forinſecos. 1. *Cor.* 10. Sine offenſione eſtote Judæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei. 1 *Petr.* 2. Converſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum,
Et in *eod.* 3. Cum modeſtia, & timore conſcientiam habentes bonam, ut in eo, quod detrahunt de vobis, confundantur, qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto converſationem. Neceſſe eſt ergo, ut vivatis ſine reprehenſione, quia eſtis
t In medio nationis,] qui nati tantum ſunt, non renati. *u* Pravæ,] quantum ad mores & opera.
x Et perverſæ] quantum ad fidem. Vel [pravæ,] ad creaturam ſe convertendo: Hæc enim converſio eſt perverſio. *Jer.* 17. Pravum eſt cor hominis.
y Inter quos lucetis,] ideſt, ad lucendum conſtituti eſtis.
z Sicut luminaria in mundo.] *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi. *Eccleſ.* 43. Species cœli, gloria ſtellarum, [id eſt, Doctorum] mundum illuminans in altiſſimis Dominus, *Dan.*12. Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad juſtitiam erudiunt plurimos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *Apocal.*1. Septem ſtellæ Angeli ſunt ſeptem Eccleſiarum.
Sed nota, quod ultimus Angelus, ſcilicet Laodiceæ, non fuit clara ſtella: in quo ſignificatur quales futuri ſunt ultimi Prælati Eccleſiæ.
Dicuntur autem luminaria: quia ſicut luminaria cœli non perturbantur, licet hæc plaga inferior perturbetur, & mutetur, immobiles permanent, & fixi ſunt in cœlo Sacræ Scripturæ, ſicut ſtellæ, & moventur motu firmamenti, id eſt, ſecundum quod Scriptura eos dirigit, *Eccl.*50. In laude Simonis dicitur: Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ; & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet, & quaſi Sol refulgens; ſic ille

minaria in mundo , *a* verbum vitæ continentes *b* ad gloriam meam *c* in die Chriſti, *d* quia non in vacuum *e* cucurri , *f* neque in vacuum laboravi. *g* Sed & ſi immolor *h* ſupra ſacrificium & obſequium fidei veſtræ , *i* gaudeo, *k* & congratulor *l* omnibus *m* vobis, *n* Idipſum autem & vos gaudete, *o* & congratulamini mihi . *p* Spero autem in Domino Jeſu *q* Timotheum me cito mittere ad vos : *r* ut & ego bono animo ſim , cognitis quæ circa vos ſunt . *ſ* Neminem enim habeo tam unanimem , qui ſincera affectione pro vobis ſolicitus ſit . *t* Omnes enim quæ ſua ſunt quærunt non quæ Jeſu Chriſti . *u* Experimentum autem ejus cognoſcite , *x* quoniam ſicut patri filius *y* mecum ſervivit in Evangelio . Hunc igitur ſpero me mittere ad vos, mox *z* ut videro quæ circa *a* me ſunt . *b* Confido autem in Domino , quoniam & ipſe veniam ad vos cito . Neceſſarium *c* autem exiſtimavi, Epaphroditum fratrem , & cooperatorem & commilitonem meum, veſtrum autem Apoſtolum , & miniſtrum neceſſitatis meæ, mittere ad vos. Quoniam quidem omnes vos deſiderabat : *d* & mœſtus erat , propterea quod audieratis illum infirmatum . Nam & infirmatus eſt *e* uſque ad mortem : *f* ſed Deus miſertus eſt ejus : non ſolum autem ejus , verum etiam & mei ,

ſic ille refulſit in templo Dei . Prælatus ergo debet eſſe Sol, per charitatem & diſcretionem ardens & lucens; luna , per humilitatem & compaſſionem , ſtella per conſtantiam & firmitatem. Stella enim dicitur a ſtando . *Jud.* 5. Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo pugnaverunt contra Siſaram , qui interpretatur excluſio gaudii,i. contra Diabolum, qui nititur nos excludere a gaudio Paradiſi.

Item ſtellæ de die non apparent, ſed de nocte; ſic nec Sancti comparatione Dei, ſed Malorum .

a Verbum vitæ continentes :] non dicit , ſcientiæ: quia ſcientia inflat, & ideo continentem non implet, ſed inflat , niſi adſit charitas. Verbum autem Dei dicitur verbum vitæ , quia vivificat credentem. *Pſalm.* 118. Eloquium tuum vivificavit me . Et dicit [continentes,] q.d. Vaſa eſtis Evangelii prius repleti in vobis, poſt aliis effundentes. Ita ergo facite [ut dixi] quod erit.

b Ad gloriam meam ,] 1.*Theſſ.*2. Quæ eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ. Nonne vos ante Deum, 2.*Cor.*1. Gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra , *infr.*4. Fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi, gaudium meum , & corona mea.

c In die Chriſti,] ideſt, in die Judicii quando aſſumet ſibi tempus nobis conceſſum modo . *Pſal.*74. Cum accepero tempus ego juſtitias judicabo.

d Quia non in vacuum,] ideſt, ſine fructu.

e Cucurri] in facile converſis.

f Neque in vacuum laboravi,] in difficilius converſis, 1.*Cor.*9. Ego igitur ſic curro , non quaſi in incertum : ſic pugno , non quaſi aerem verberans, &c. 2. Contuli cum illis Evangelium , quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem his qui videbantur eſſe aliquid : ne forte in vacuum currerem , aut cucurriſſem , 1.*Cor.* 15. Gratia ejus in me vacua non fuit: ſed plus omnibus laboravi. Vel [Cucurri] dicit quantum ad motus interiores bonæ voluntatis: quia affectus ſunt pedes animæ . [Laboravi] quantum ad operationes : nec tantum laboravi pro vobis, ſed paratus ſum mori. Et hoc eſt :

g Sed & ſi immolor,] moriendo ſcilicet.

h Supra ſacrificium , & obſequium fidei veſtræ ,] quaſi . Jam obtuli fidem veſtram Deo , & opera veſtra ; ſed & ſi pro vobis morior , gaudeo . Nota quod Apoſtolus gaudebat , quia fidem illorum obtulerat Deo in ſacrificium, & opera eorum bona in obſequium ; ſcilicet ſeipſum pro eis offerre deſiderat . [Supra hoc ,] ideſt, ultra, 2. *Cor.* 12. Ego autem libentiſſime impendam , & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris .

i Gaudeo,] ideſt, gaudendo video, ideſt , bonum finem.

k Congratulor,] ideſt, ſimul gratias ago.

l Omnibus,] non uni , vel duobus , quia non accipio perſonas.

m Vobis,] non dormientibus, ſed patientibus.

n Idipſum autem , & vos ,] ideſt , propter idipſum , ideſt, ſi accidat me pati pro vobis.

Vel [propter idipſum, ideſt, ſi accidat vos pati pro me, [gaudete.] *Jac.* 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis.

o Et congratulamini mihi ,] gratias agite . *Lucæ cap.* 15. Convocat amicas & vicinas dicens : Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram . *Ibidem* 1. Audierunt vicini , &c. & congratulabantur ei, &c.

p Spero autem in Domino Jeſu,] ideſt, per miſericordiam Jeſu.

q Timotheum, &c. Ut & ego bono animo] quaſi dicat. Non ad aurum colligendum mitto, ſed ad veſtrum profectum. *Abd.* Legatum ad Gentes miſit, ideſt Timotheum qui interpretatur benefaciens , vel beneficus . Quam hodie gauderent , ſi mitteretur eis beneficium , ideſt, præbenda. *Luc.*22. Qui poteſtatem habent in ipſos, benefici vocantur. In *Abd.* ſubditur: Surgite , & ſurgamus omnes adverſus eum , i. adverſus Edom , in prælium, i. contra peccatum. *Iſa.*13. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos , qui argentum non quærant, nec aurum velint; ſed ſagittis parvulos interficient. Sed hodie impletur quod legitur 3. *Reg.* 10. quod claſſis Salomonis ibat per ſingulos tres annos in Tharſis , ut deferret inde aurum , & argentum , & dentes Elephantinos, i. adulatores quos ſecum habent Legati Domini Papæ, & ſimias , ideſt, aliquos Religioſos quos ſecum ducunt ad palliandas turpitudines alias: & pavones, ideſt, Nobiles, qui ſecum habent pulchras caudas, ideſt, familias. Tales vadunt Legati, & vadunt cum tanto exercitu,quod videtur, quod in expeditione vadant. Et nota, quod ab hoc loco Dominus Papa dicit quod a quolibet termino poteſt mittere Legatum unum in quamlibet regionem. Sed timeant quod 3. *Reg. ult.* dicitur quod fracta fuit claſſis in Aſiongaber.

r Ut & ego bono animo ſim , cognitis , &c.] Multi cognitis eis quæ circa ſubditos ſunt , poſſent dicere illud. *Pſalm.*9. Quis dabit capiti meo aquam , & oculis meis fontem lacrymarum , &c. Ideo mitto illum, & non alium.

ſ Neminem enim, &c.] ſincero affectu contra eos , qui zelant curam animarum pro lucro .

s Pro vobis,] non pro nobis. *Prov.* 11. Qui ſuſcepit animas, ſapiens eſt: non dicit, pecunias.

t Omnes enim quærunt, quæ ſua ſunt.] *Jer.*6. A minori uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent. Ideo dicit Apoſtolus . Non quæro mihi utile eſt , ſed quod multis, ut ſalvi fiant , 1.*Cor.* 10. & 2.*Cor.* 12. Non quæro veſtra , ſed vos , Sed hodie Paſtores non animas , non oves quærunt, ſed lanam, & pelles. *Matth.*10. Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum. Hodie poteſt dicere Papa; Ego mitto vos ſicut lupos in medio agnorum. *Zach.*11. Ecce ego ſuſcitabo Paſtorem in terra qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret , &c.

u Experimentum autem ejus cognoſcite,] q.d. Quod dico de eo, ſcio experimentaliter.

x Quoniam ſicut patri filius,] ideſt, ſolicite ex amore.

y Mecum ſervivit] Deo. Non dicit, mihi , ſed mecum: quia Deo ſerviebant in eo prædicando . Argumentum , quod obſequium eſt experimentum ſanctitatis . *Gen.* 24. Puella cui dixero, Da mihi aquam de hydria tua , & ipſa dixerit, Bibe Domine mi: iſta eſt, quam præparaſti filio Domini mei . *Hebr.* 12. Patet carnis noſtræ habuimus eruditores noſtri; multo magis obtemperabimus Patri ſpirituum , & vivemus.

z Ut videro,] quem exitum habebunt.

a Quæ circa me ſunt,] ideſt , ut ea vobis annunciet , 2.*Cor.*8. In multo experimento tribulationis , abundantia gaudii illorum fuit.

b Confido autem, &c.] Argumentum , quod Apoſtolus venit de Roma iterum ad eos.

c Neceſſarium , &c.] Novem cauſas ponit quare neceſſarium commilitonem miſerit, 2.*Tim.* 2. Labora ſicut bonus miles Chriſti. (Omnes vos deſiderabat.) Simile 2.*Cor.* 8. Cum eſſet ſolicitior. Ecce qualis Paulus, tales & diſcipuli ejus , ſcilicet zelantes animas, non burſas. *Sup.* 1. Teſtis eſt mihi Deus quomodo cupiam omnes vos eſſe in viſceribus Jeſu Chriſti . *Prov.* 10. Deſiderium ſuum Juſtis dabitur. *d* Et mœſtus erat , &c.] 2.*Cor.* 11. Qui infirmatur, &c. *Rom.*12. Flere cum flentibus.

e Uſque ad mortem,] ideſt, mortis periculum.

f Sed Deus miſertus eſt ejus.] In hoc ipſo quod eum infirmari voluit: quia infirmitas gravis ſobriam facit animam

D

mam, ut dicit *Eccl.* 31. Vel (miſertus) ſanando eum ab infirmitate.

a Excipite itaque, &c.] Argumentum pro legatis, & eorum proceſſione.

Sed non eſt prætermittendum de cauſa miſerationis, ſcilicet propter opus Chriſti. Simile 2.*Cor.* 8. Oſtenſionem ergo, quæ eſt charitatis veſtræ, & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in facie Eccleſiarum.

b Cum honore,] 1. *Tim.* 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.

c Ut impleret id, &c.] *infra* 4. Repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito, quæ miſiſtis, in odorem ſuavitatis, hoſtiam placentem, & acceptam Deo.

ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem. Feſtinantius ergo iterum illum: *c* ut viſo illo iterum gaudeatis, & ego ſine triſtitia ſim. *a* Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino: & ejuſmodi cum *b* honore habetote. Quoniam propter opus Chriſti uſque ad mortem acceſſit: tradens animam ſuam, *c* ut impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obſequium.

C A P. III.

d DE cetero fratres mei gaudete in *e* Domino. *f* Eadem vobis ſcribere, *g* mihi quidem non pigrum, *h* vobis autem neceſſarium, *i* Videte *k* canes, *l* videte malos operarios, *m* videte conciſionem. *n* Nos enim ſumus circumciſio, *o* qui ſpiritu ſervimus Deo: & gloriamur in Chriſto Jeſu, *p* & non in carne fiduciam habentes, *q* quamquam & ego habeam confidentiam in carne. *r* Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis: circumciſus *ſ* octavo die, ex genere Iſrael, de *t* Tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, *u* ſecundum Legem Phariſæus, *x* ſecundum æmulationem

E X P O S I T I O   C A P. III.

d DE cetero fratres, &c.] Sicut dictum eſt in principio, bipartita eſt hæc Epiſtola. In prima parte munit eos contra perſecutores: hic munit contra Pſeudo. Primo oſtendit ſe eis alias dixiſſe, quæ modo dicit, ut ſic melius ei credant.] Secundo oſtendit quod non debent credere Pſeudo: quia non procedunt ſecundum rationem, ſed ſecundum conſuetudinem tantum, ibi: Videte canes.] Tertio oſtendit circumciſionem ſpiritualem prævalere carnali, ibi: Nos enim ſumus circumciſio.] Quarto quod melius debent ei credere, cum naturaliter ſit Judæus, & provectus in Judaiſmo magis quam ipſi, ibi: Si quis alius videtur, &c.] Quinto exemplo ſui ad relinquenda legalia invitat, ibi: Sed quæ mihi fuerunt.] Sexto oſtendit quod poſt valefacta legalia amplexatus ſit paſſiones pro Chriſto; & quare, ſcilicet propter gloriam reſurrectionis, ibi: Configuratus morti.] Additque ea ſe non ad plenum fuiſſe amplexatum, ſed adhuc laborare, ut plus & plus amplexetur, ibi: Non quod jam acceperim.] Septimo invitat alios ad idem, ibi: Quicumque ergo perfecti ſumus.] Octavo hortatur eos, ut imitentur eum, non Pſeudo, ibi: Imitatores mei.] Nono ſubjungit cauſam, quare illi non ſunt imitandi, ibi: Quorum Deus, venter eſt, &c.] Decimo quod premium habebunt imitatores ipſius, ibi: Noſtra autem converſatio, &c.] Dicit ergo:

d De cetero, &c.] Huc uſque habuiſtis triſtitiam de me & Timotheo, & de infirmitate Epaphroditi; ſed quia mittam eum ad vos, [de cetero gaudete] & hoc

e In Domino,] 2. *Cor. ult.* Idem *infr.* 3. Gaudete in Domino ſemper, 2. *Cor.* 6. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. Quid mirum? Gloriandum enim eſt in tribulationibus, ut dicitur *Rom.* 5.

f Eadem vobis ſcribere.] Volo vos gaudere in Domino, & ne impediatur gaudium veſtrum, volo vos munire contra Pſeudo, ſicut alias feci. (Eadem vobis.) Eadem ſcilicet quæ dixi præſens apud vos.

g Scribere:] quia ut dicit *Greg.* Neceſſe eſt reminiſci quod mundus cogit oblivisci. Propterea gratior eſt veritas intelligentibus, 1. *Joan.* 2. Non ſcripſi vobis tanquam ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam, 2. *Petr.* 1. Incipiam vos commonere de his, & quidem ſcientes, & confirmatos vos in præſenti veritate. *Rom.* 15. Certus ſum & ego ipſe de vobis, quoniam pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita ut poſſitis commonere alterutrum. Audacius autem ſcripſi vobis ex parte, tanquam in memoriam vos reducens. *Jud.* Commonere vos volo ſcientes ſemel omnia. *h* Vobis autem neceſſarium] propter ſubverſores. *Jud.* Neceſſe habui vobis ſcribere precans ſupercertari traditæ Sanctis fidei. Subintrojerunt enim quidam homines (qui olim proſcripti ſunt in hoc judicium) impii, Domini noſtri gratiam transferentes in luxuriam.

i Videte,] ideſt, cognoſcite & cavete.

k Canes,] ideſt, Pſeudo, qui ex conſuetudine ſequuntur legalia, non ratione: ſicut canes ad aſſuetos non latrant, ſed ad inſuetos: & detrahunt veritati, & eam condemnant. *Apoc. ult.* Foris canes, & venefici, & impudici. *Iſa.* 56. Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.

l Videte malos operarios,] q. d. Canes ſunt detrahendo, mali operando. Non dicit, pigros: ſed, malos, ideſt, pernicioſos, qui alios corrumpunt. Tales multi ſunt, ſed pauci boni operarii. *Luc.* 10. Meſſis quidem multa; operarii autem pauci.

Et multi conſumptores frugum & vaſtatores, pauci cultores, 2. *Tim.* 2. Cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem.

m Videte conciſionem] Vim facit circa vocabulum conciſionis. *Hab.* 2. Concidiſti populos multos, & peccavit anima tua. *Jer.* 47. Uſquequo concideris? O mucro Domini uſquequo non quieſces? Dicuntur etiam conciſio, quia a Chriſto cæſi, ideſt, ſeparati, alios cædebant, ideſt, ſeparabant.

n Nos enim, &c.] ideſt vere circumciſi, non illi, q. d. Melius eſt quod vobis prædico, quam quod Pſeudo. *Rom.* 2. Non enim qui in manifeſto Judæus eſt: neque quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio: ſed qui in abſcondito Judæus eſt: & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera. *Col.* 2. Circumciſi eſtis circumciſione non manufacta in expoliatione carnis, ſed circumciſione Jeſu Chriſti. *Deut.* 10. & *Exod.* 4. *Jer.* 4. *Lev.* 12. *Act.* 7. *o* Qui ſpiritu,] ideſt, ratione ab omnibus expedita: quia ſpiritus regit, caro dominatur. *Rom.* 1. Teſtis eſt mihi Deus cui ſervio in ſpiritu meo in Evangelio. *Joan.* 4. Pater tales quærit, qui adorent eum in ſpiritu & veritate. Vel (Spiritu Deo.) Alias, Spiritui Dei, ſcilicet Deo qui eſt Spiritus. *Joan.* 4. Deus Spiritus eſt. *p* Et non in carne fiduciam habentes,] ideſt, in carnalibus obſervantiis, vel in genere.

Vel (in carne,) ideſt, in homine, qui eſt caro. *Jer.* 17. Maledictus qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum.

Vel (in carne,) ad litteram, quia decipit hominem, & ſuggerit voluptatem ſub prætextu neceſſitatis. *Joan.* 6. Spiritus eſt qui vivificat; caro non prodeſt quicquam. *q* Quamquam & ego habeam,] ideſt, habere poſſim confidentiam (in carne) ſi quid eſſet.

r Si quis alius, &c.] 2. *Cor.* 11. In quo quis audet, audeo & ego. Hebræi ſunt, & ego: Iſraelitæ ſunt, & ego: miniſtri Chriſti ſunt, & ego: ut minus ſapiens, &c.

ſ Circumciſus octavo die] ſecundum quod præcipitur *Gen.* 17. Octavo die circumcidetur infans, quaſi dicat. Mihi debetis credere de legalibus: quia non ſum proſelytus factus Judæus, ſed natus Judaiſmo, nec filius proſelyti, ſed

t De tribu Benjamin] quæ nobilis fuit inter Tribus, eo quod de Rachel quæ fuit uxor, non ancilla, & pulcherrima. Hoc autem procuravit Dominus quod Apoſtolus naſceretur de Benjamin, ut omnia dicta de Benjamin invenirentur in ipſo. Legitur enim quod Rachel periclitata eſt in ortu Benjamin, & Synagoga in converſione Pauli. Unde 1. *Cor.* 15. Noviſſime omnium tanquam abortivo viſus eſt mihi. Item *Gen.* 44. Scyphus Joſeph poſitus eſt in ſacco Benjamin, ideſt, doctrina Chriſti in corde Pauli. Item *Gen.* 49. Benjamin lupus rapax, mane, ideſt, in juventute, comedet prædam, ideſt, Eccleſiam: & veſpere dividit ſpolia, ideſt, poſt converſionem. Item fuit Benoni primo. *Gen.* 32.

u Secundum Legem Phariſæus.] Hoc dicit, quia Phariſæi magis conſonabant Legi in opinionibus ſuis. Alii erant hæretici, ut Saducæi qui negabant reſurrectionem. Alii erant Eſſæi, qui non habitant cum aliis, & erant abuſivæ & pravæ ſcientiæ. Phariſæi autem intentionis melioris erant Clerici, & majoris nominis, & nobiliores. Unde & dicebantur Phariſæi, ideſt, ſeparati a contemptibili plebe: ſicut Latine egregius dicitur, qui a plebe eſt ſeparatus. *Act.* 26. Secundum certiſſimam ſectam noſtræ Religionis vixi Phariſæus.

x Secundum] Legis (æmulationem perſequens Eccleſiam Dei)

Dei :) Et quia zelabam Legem, ſed non ſecundum ſcientiam. *Gal.* 1. Abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum, 1. *Cor.* 15. Non ſum dignus vocari Apoſtolus; quia perſecutus ſum, Eccleſiam Dei, 1. *Tim.* 1. Blaſphemus fui, & perſecutor.

perſequens Eccleſiam Dei, *a* ſecundum juſtitiam, quæ in Lege eſt, converſatus *b* ſine querela. *c* Sed quæ mihi fuerunt lucra, *d* hæc arbitratus ſum *e* propter Chriſtum detrimenta. *f* Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Jeſu Chriſti Domini mei. Propter quem omnia detrimentum *g* feci, *h* & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum *i* lucrifaciam, *k* & inveniar *l* in illo non habens meam juſtitiā, quæ ex Lege eſt, *m* ſed illam, quæ ex fide eſt Chriſti Jeſu, *n* quæ ex Deo eſt juſtitia in fide: *o* ad cognoſcendum illum, *p* & virtutem reſurrectionis ejus, *q* & ſocietatem paſſionis illius, *r* configuratus morti

a Secundum juſtitiam,] non veram. *Rom.* 10. Moyſes enim ſcripſit, quoniam juſtitiam, quæ ex Lege eſt, qui fecerit

B homo, vivet in ea, i. non punietur. Hoc habetur, *Lev.* 18.

b Sine querela.] *Luc.* 7. Incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela. Quæ videbantur mihi eſſe alicujus valoris quantum ad homines, ſed non quantum ad Deum. Sed quæ mihi,] ideſt, legalia; quæ videbantur mihi eſſe alicujus valoris, & quæ ſequebar tanquam lucra magna, & amabam.

d Hæc arbitratus ſum detrimenta,] ideſt, minoris valoris, imo & nociva eſſe, poſt veritatis agnitionem.

e Propter Chriſtum,] ut ſcilicet oſtendam Chriſtum eſſe ſufficientem ad ſalutem. Vel (Propter Chriſtum) habendum; quippe qui vellet habere Chriſtum, alia omnia, cum quibus Deus pars eſſe dedignatur, contemnens. *Matth.* 16. Quid prodeſt homini ſi univerſum mundum lucretur; animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? *Prov.* 12. Non inveniet fraudulentus lucrum, ideſt, ille, qui ſe fraudat, vel qui Deum defraudat re ſua, ideſt, ſeipſo quem ipſe emit pretio ſanguinis; 1. *Cor.* 6. Empti eſtis, &c. Talis non inveniet lucrum. Quare non inveniet? Quia amiſit Deum, & propriam animam, & ſic omnia bona, quaſi dicat, non tantum quædam.

f Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum, propter ſcientiam Chriſti, &c.] ideſt, quæ eſt de Chriſto, quæ eminet aliis ſcientiis. Omnes enim aliæ ſcientiæ famulantur Theologiæ. Et hoc eſt contra illos, qui ſcientiam Chriſti ſubeſſe faciunt Philoſophiæ, vel legibus: vel qui geminas audiunt ſcientias, 1. *Cor.* 2. Nihil judicavi me ſcire inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Vel ſcientia, Jeſu Chriſti, quam Jeſus Chriſtus docuit. *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Vel ſicut dicit *B. Bern.* Scientia Sanctorum eſt temporaliter cruciari, & in æternum glóriari. (Propter quem) habendum, vel honorandum, vel honore cujus, vel amore, ut ſcilicet vicem ei rependam, omnia non tantum mea, & meos, ſed me, vitam ſcilicet meam nihil facio. *Act.* 20. Non facio animam meam pretioſiorem, quam me. *g* Detrimentum feci] ideſt, reputavi, & feci, ac ſi eſſent detrimenta.

h Et arbitror] omnia (ut ſtercora.) Ecce ad quod pretium poſuit omnia temporalia iſte bonus arbiter rerum, quia ſtercoribus comparat ea præ fœtore inquinationis. *Habac.* tamen honeſtius aliquantulum ea vocat, cum dicit: Væ qui multiplicat non ſua! Uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum? *Habac.* 2. Et nota quod amor temporalium comparatur inquinationi ſtercorum.

Unde *Eccl.* 22. De ſtercoribus boum lapidabitur piger. *Thren.* 4. Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora, ideſt, Qui nutriti ſunt Pariſiis delicioſis cibariis, ideſt, Sacra ſcriptura, quæ comparatur igni, quia ignita eſt charitate, & Chriſti ſanguine. Tales amplectuntur ſtercora, quando ponuntur in prælatione. *Tob.* 2. Contigit autem, ut quadam die fatigatus a ſepultura, veniens domum jactaſſet ſe juxta parietem, & obdormiſſet, & ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos ejus, fieretque cæcus. Tobias eſt animus, ſive ſpiritus cujuslibet Juſti, qui fatigatur aliquando a ſepultura, ideſt, tædio afficitur in memoria mortis ſuæ, vel, ad Litteram, in operibus miſericordiæ, & tunc redit ad domum, ideſt, ad neceſſitates corporis explendas, & obdormit juxta parietem, ideſt, circa ea, quæ ſunt carnis, & non ſpiritus, ſtercora calida, ideſt, temporalia cum amore cupiditatis poſſeſſa eum excæcant. Temporalia enim ſtercora hirundinum dicuntur: quia Sancti (quorum ſanctitas in Æſtate futuri ſæculi apparebit, & modo latet in Hyeme hujus vitæ) reputant omnia, ut ſtercora. Item peccatum luxuriæ comparatur ſtercoribus. *Eccl.* 9. Mulier fornicaria, quaſi ſtercus in via ab omnibus conculcabitur. *Joel.* 1. Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo. Item ſuperbia, & gloria mundana, ſive nobilitas comparatur ſtercoribus, 1. *Mach.* 2. Gloria viri peccatoris ſtercus, & vermis eſt. *Malac.* 2. Diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus Sollemnitatum veſtrarum. Pro omnibus ergo quæ ſunt in mundo, dicit Apoſtolus, Omnia arbitror ut ſtercora: quia quicquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, &c.

i Ut Chriſtum lucrifaciam,] i. Chriſtum habeam præmium, tanquam pretioſam margaritam. *Matth.* 13. Inventa autem una pretioſa margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

k Et inveniar in illo,] ut membrum ejus. Multi reputantur modo membra Chriſti, ſed in ultimo examine invenientur membra Diaboli, 1. *Cor.* 12. Vos eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

l Non habens meam juſtitiam, quæ ex Lege eſt,] ideſt, obſervationum legalium, quam Lex præcipiebat. Et hæc juſtitia dicitur carnalis. *Hebr.* 9. Juxta quam, (ideſt, ſecundum Legem) munera, & hoſtiæ offeruntur, quæ non poſſunt juxta conſcientiam facere perfectum ſervientem ſolummodo in cibis, & potibus, & variis baptiſmatibus, & juſtitiis carnis uſque ad tempus correctionis impoſitis. Et dicit (meam juſtitiam) non Dei, q. d. (hominis,) ideſt, Talis juſtitia eſt hominis per præſumptionem; quia præſumit ſe ex talibus operibus juſtificari, vel quia apud homines juſtus reputatur propter hoc. Modo loco legalium credunt ſe juſtificari aliqui Clauſtrales per obſervantias exteriores quas magis obſervant, quam miſericordiam, & pietatem, & alia interiora. *Rom.* 10. Suam volentes ſtatuere juſtitiam, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.

m Sed illam] juſtitiam, ideſt, juſtificationem [quæ ex fide eſt Jeſu Chriſti :] quia fide purificat Deus corda hominum, ut dicitur *Actor.* 15. De fidei juſtitia dicitur *Rom.* 3. Nunc autem ſine Lege juſtitia Dei manifeſtata eſt : teſtificata a Lege, & Prophetis. *Gen.* 15. & *Rom.* 4. Credidit Abraham Deo; & reputatum eſt ei ad juſtitiam.

n Quæ ex Deo eſt juſtitia] quia per fidem animam mundat, & quæ manet in fide. Juſtitia enim oritur ex fide. Ex eodem autem habet aliquid eſſe, & augeri ſive conſervari in eſſe.

o Ad cognoſcendum] in patria. Hic eſt unus effectus fidei, ſcilicet videre facie ad faciem Deum. *Jer.* 31. Omnes cognoſcent me a minori uſque ad maximum. *Iſa.* 19. Et cognoſcent Ægyptii Dominum, &c. *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant, &c. *Rom.* 1. Juſtitia Dei in eo revelatur ex fide in fidem; ex fide ſpei in fidem rei. Et ad conſequendam.

p Virtutem reſurrectionis ejus.] Hic eſt ſecundus effectus, ſcilicet gloria reſurrectionis noſtræ, quæ eſt virtus ſive effectus reſurrectionis Chriſti, 1. *Cor.* 15. Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. Sed quia cum Chriſto non reſurgunt, niſi qui cum Chriſto mortificati fuerunt, ſubdit: *q* Et ſocietatem paſſionis illius] habendam. Scilicet ad hoc valet fides, ut cum Chriſto patiamur ex charitate, & in hilaritate. Vel [ſocietatem paſſionis illius,] ideſt, præmiorum pro paſſionibus, 1. *Cor.* 1. Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filii ejus Jeſu Chriſti, 1. *Cor.* 1. Societas veſtra ſit cum Patre, & filio ejus Jeſu Chriſto, 2. *Cor.* 1. Sicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationum, 2. *Tim.* 2. Si commortui ſumus, ſimul vivemus. Vel de præſenti legitur. *o* Ad cognoſcendum illum.] Multi enim errant in cognitione Dei. Deſperans non cognoſcit Deum, qui putat eum immiſericordem, Neque præſumptuoſus, qui ponit eum non juſtum, Nec hæreticus, qui ponit in eo falſum. Neque Judæus, qui ponit eum ſuperbum, & dedignantem purum hominem. Et ſic de quolibet peccatore, qui ponit Deum non videntem, vel non curantem ea, quæ fiunt. De omnibus his dicitur *Iſa.* 45. Vere tu es Deus abſconditus. Et ad conſequendam.

p Virtutem reſurrectionis ejus,] ideſt, juſtificationem, quæ eſt efficacia & virtus reſurrectionis Chriſti: quia mortuus eſt propter delicta noſtra; & reſurrexit propter juſtificationem noſtram, ut dicitur *Romanorum cap.* 4.

q Et ſocietatem paſſionis illius.] Hoc non muto. *r* Configuratus

ratus morti ejus.] Oſtendit quæ ampleaatus eſt propter Chriſtum, q. d. Prædicta onera legalia, quæ erant laborioſa ad faciendum, non dimiſi ut eſſem otioſus, ſed, [configuratus] ſum [morti ejus, &c.]

Vel ſecundum *Gloſſ.* inveniar cum illo configuratus. Ego dico, [Configuratus morti ejus,] & expreſſe imitatus paſ-
C ſionem Chriſti & mortem, paratus mori pro eo. *Roman.6.* Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus: ſimul & reſurrectionis erimus. *Galat.5.* Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.

ejus *a* ſi quo modo occurram *b* ad reſurrectionem (quæ eſt *c* ex mortuis. *d* Non quod jam acceperim *e* aut jam perfectus ſim: *f* ſequor autem, *g* ſi quo modo comprehendam, *h* in quo & comprehenſus ſum a Chriſto Jeſu. *i* Fratres ego me *k* non arbitror comprehendiſſe. *l* Unum autem (quæ *m* quidem retro ſunt obliviſcens, *n* ad ea vero quæ ſunt *o* priora, extendens meipſum) *p* ad deſtinatum *q* perſequor, *r* ad bravium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Jeſu. *ſ* Quicumque ergo *t* perfecti ſumus, *u* hoc ſentiamus: & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis Deus revelabit. Verumtamen

k Non arbitror me comprehendiſſe.] Tertullianus, nemini pigrum ſit inveſtigare quid ei deſit, aut ſarcire verecundum: ſed loquatur cum Apoſtolo. Ego, inquit, non arbitror me comprehendiſſe. Hæc ſcientia Sanctorum eſt, hæc longe eſt ab illa quæ inflat: hanc qui apponit, apponit & dolorem, ſed dolorem quem nemo ſapiens ſubterfugit, quia eſt medicinalis.

Et *Galat. ult.* Stigmata Domini noſtri Jeſu Chriſti in corpore meo porto; non in ore tantum.

a Si quo modo occurram,] ideſt, dignus inveniar occurrere ei in aerea.

Mali enim non occurrent; quia in aerea non elevabuntur in occurſum ejus, ut dicit hic *Gloſſ.* 1. *Theſſ.* 4. Simul rapiemur in nubibus, obviam Chriſto in aera. *Eph.* 4. Donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, &c. Occurram, dico, Chriſto in Judicio prius veniens.

b Ad reſurrectionem] veram & glorioſam, quæ eſt inter mortuos, ſed longe [ex mortuis,] ut dicit *Gloſſ.* Sed quomodo ex mortuis, ſi omnes reſurgunt. Solut. *Pſal.1.* Non reſurgent impii in Judicio, &c. Glorioſe, ſcilicet 1. *Cor.* 15. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Vel.

a Si quomodo occurram ad reſurrectionem] animæ in præſenti quæ eſt per gratiam; de qua *Joann.* 5. Venit hora, & nunc eſt in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii Dei, & qui audierint, vivent.

c Ex mortuis,] ideſt, peccatis, quæ dicuntur mortua ab effectu, vel quia fœtida ſunt ſicut mortuus, & abominabilis ſubſtantia. *Eccl.34.* Qui baptizatur a mortuo, ideſt, qui lavatur a peccato, & iterum tangit mortuum quid prodeſt lavatio ejus? Et nota quod dicit [Occurram] quia ad juſtificationem impii Deus occurrit gratiam faciens. *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. 1. *Petr.* 1. Sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam. *Hebr.*12. Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei.

d Non quod jam acceperim.] Hic oſtendit, quod ſi Chriſtum imitatur, non tamen ad plenum, quia nec ad finem viæ pervenit. Et hoc eſt [Non quod jam acceperim] quod ſequitur:

e Aut jam perfectus ſim] in cognitione Dei, 1. *Cor.* 13. Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt. *Matth.* 5. Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. *Gen.*17. Ambula coram me, & eſto perfectus. *Deut* 18. Perfectus eris, & abſque macula coram Domino Deo tuo.

Solut. Eſt perfectio viæ, & perfectio patriæ. Vel ſic. Aliud eſt perfectum eſſe; aliud præſumere eſſe. Iſtud malum, illud bonum. Unde *infr. eod.* Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.

f Sequor autem,] non præcedo, ut Petrus. *Marc.* 8. Vade retro me Satana. *Eccl* 23. Gloria magna eſt ſequi Dominum, ſcilicet in ſcala crucis.

g Si quomodo comprehendam.] 1. *Cor* 9. Sic currite, ut comprehendatis, q. d. bravium eſt, ut dicitur *inf. eod.*

h In quo, & comprehenſus ſum,] tripliciter legitur: quia hæc præpoſitio *In* poteſt ſumi conſueto modo, vel pro per, vel pro juxta. [Sequor vero,] *Gloſſ.* non paſſibus corporis, ſed mentis affectibus, & vitæ moribus.

g Si quomodo comprehendam,] ideſt, perfecte videam eum, ſive cognoſcam, & hoc modo cognoſcendi:

h In quo, & comprehenſus ſum,] ideſt, cognitus a Deo, q. d. Perfecte volo videre eum, ſicut ipſe perfecte videt me, 1. *Cor.* 13. Tunc autem cognoſcam, ut cognitus ſum, 1. *Joan.* 3. Quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Vel [In quo,] ideſt, per illud [in quo,] ideſt, per quod [comprehenſus ſum,] ideſt, per miſericordiam ipſius non per merita mea, per quam comprehenſus ſum, ideſt, per quam ipſemet me prædeſtinavit. Vel [comprehendam;] ideſt, videam & cognoſcam. [In quo,] ideſt, juxta quod comprehenſus ſum in via, ideſt, ut videam cum ea claritate in qua apparuit mihi in via, quando comprehendit, ideſt, convertit me.

i Fratres ego me, &c.] Replicat idem: quia difficile credi poterat, quod ille qui tot miracula faciebat, & qui mentiri nolebat, diceret ſe imperfecte, non perfecte quod quærit, aſſecutum.

l Unum autem] eſt, ſcilicet illud quod arbitror me non comprehendiſſe. De illo uno dicitur in *Pſal.*16. Unam petii a Domino, hanc requiram. *Luc.* 10. Porro unum eſt neceſſarium. Vel [Unum] de me vobis dico, hoc ſcilicet quod.

m Quæ quidem, &c.] Vel hæc expoſitio eſt Caſſiani; [Unum autem] mihi remanſit ad remedium, ad ſpem, & conſolationem: hoc ſcilicet. [Quæ quidem, &c.] Vel [Uno autem perſequor,] ideſt, diligenter ſequor. Qualiter? Hoc modo: [Quæ quidem retro ſunt obliviſcens.] Et merito jam præterita bona opera non recolo ad præſumendum; vel mala tranſacta ad delectandum; vel bona temporalia ad poſſidendum. Hæc omnia retro Apoſtolum erant, ſcilicet bona quæ fecerat; mala quæ dimiſerat; temporalia quæ contempſerat. Dicit ergo: [Quæ retro,] ideſt, bona quæ feci. Sanctus enim vir debet eſſe, ſicut viator bonus qui ſemper quærit de via futura; non de tranſacta. Sed quidam quaſi feſſi retro reſpiciunt dicentes. Tot bona feci: & hi nunquam proficiunt. *Luc.9.* Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Vel [Quæ retro ſunt,] ideſt, mala quæ feci non recolo ad delectationem, ſicut uxor Loth, *Gen.9. Luc.*17. Memores eſtote uxoris Loth, 2. *Petr.* 2. Melius eſt viam veritatis non agnoſcere, quam poſt agnitionem retrorſum converti. *Gloſſ.* Revocandus eſt animus a recordandis præteritis malis cum quadam delectatione, & cum quadam concupiſcentia fruendi; ne redeamus corde in Ægyptum. *Exod.* 16. Vel [quæ retro ſunt] ideſt, temporalia obliviſcens. *Gen.*12. Egredere de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui, dicitur Abrahæ: ipſe tamen egreſſus erat tunc, ſed non mente quantum ad memoriam, & voluntatem. Sed oportet quod etiam oblivioni tradantur. *Gen.* 46. Poſtquam Joſeph egreſſus eſt de terra ſua, genuit duos filios, Manaſſem, qui interpretatur oblivio, & Ephraim, qui fructifer. Ideſt, oblivionem terrenorum, & fructus bonorum operum. Aliter non ſunt fructus bonorum operum, niſi antecedat oblivio terrenorum. Hoc eſt quod prius naſcitur Phares, id eſt, diviſio a terrenis, poſtea Zaram, ideſt, oriens, ſcilicet fœtus boni operis. *Gen.*38. *Pſal.* 44. Obliviſcere populum tuum, &c.

n Ad ea vero quæ priora ſunt extendens meipſum] deſiderio.

Contra rota cadit ab anterioribus, ſed elevatur a poſterioribus; ideſt, Mali. *Pſal.* 82. Deus meus pone illos ut rotam.

o Priora,] ſcilicet futura merita, a quibus ſi ceſſaret, amitteret præterita. Vel [Priora] æterna, vel Dei promiſſa.

q Perſequor] dico donec veniam.

p Ad deſtinatum] præmium, ideſt, promiſſum, ſcilicet.

r Ad bravium] quod eſt præmium curſus, ad quod vocat me Deus, 1. *Cor.* 9. Hi qui in ſtadio currunt, &c. ſed unus accipit bravium.

ſ Quicumque ergo, &c.] Ex quo ita curro, ſicut ille qui adhuc remotus eſt a termino viæ, & ſentio de me quod adhuc imperfectus ſum, de quo tanta putaſtis o Philippenſes.

t Perfecti] inter viatores comparatione aliorum. *u* Hoc ſentiamus, ſcilicet quod ſumus imperfecti. *Luc.* 17. Cum omnia bona feceritis, dicite. Servi inutiles ſumus. *Eccl.*18 Cum conſummaverit homo, tunc incipiet. *Pſal.* 76. Et dixi. Nunc cœpi. *Num.* 18. Cum acceperit decimas a filiis

Iſrael

Digitized by Google

Iſrael: primitias earum offeratis Domino, i. decimam partem decimæ. Per decimam intelligitur perfectio, quaſi dicat: Totam perfectionem debetis Deo tribuere, & novem partes; i. imperfectionem vobis retinere. Quod ſignificatur *Exod.* 25. ubi in dimenſionibus perfectis auditur dimidius cubitus. Verbi gr. Latitudo Arcæ habebat cubitum & dimidium: per cubitum perfectio; per dimidium ſeu palmum imperfectio.

D

ad quod pervenimus, ut idem *a* ſapiamus, *b* & in eadem permaneamus regula. *c* Imitatores mei eſtote fratres: *d* & obſervate eos, qui ita *e* ambulant, *f* ſicut habetis formam noſtram. *g* Multi enim

a Ut idem ſapiamus,] quantum ad fidem. 1. *Cor.* 1. Idipſum dicatis omnes. *Sup.* 2. Idem ſapiatis.

b Et in eadem permaneamus regula.] rectitudine vivendi. *Lev.* 19. Nolite facere injuſtum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura. 2. *Cor.* 9. Secundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus.

c Imitatores, &c.] Supra hortatus eſt, ut non imitentur Pſeudo: hic dicit quare non ſunt imitandi, ibi [Quorum Deus.] Sed primo invitat ad imitationem ſui, & præmium imitantium ſubdit, ibi [Noſtra autem converſatio, &c.] Dicit ergo: [Imitatores mei eſtote] in credendo, operando, dicendo, ut dicit *Gloſſ.* Felix qui hoc poteſt dicere cum Domino. *Jo.* 13. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Sed *Matth.* 23. dicitur: Omnia quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite; ſecundum vero opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. Apoſtolus autem ſe imitabilem & in verbis, & factis exhibuit. Unde 1. *Cor.* 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Et idem dicitur 1. *Cor.* 11. 1. *Theſſ.* 1. Imitatores mei facti eſtis, & Domini excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio. *Epheſ.* 5. Imitatores Dei eſtote ſicut filii chariſſimi.

d Et obſervate, &c.] ideſt diligenter inſpicite, & imitamini. Alibi obſervare accipitur in malo. *Marc. tertio,* At illi obſervabant eum ſi Sabbato curaret: ut accuſarent eum.

e Ambulant] docendo, vivendo.

f Sicut habetis] ideſt ſcitis, quia vidiſtis [formam noſtram] credendi, & vivendi. 2. *Theſſ.* 3. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum gravaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed ut noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. 1. *Pet.* 5. Forma facti gregis ex animo. 1. *Tim.* 4. Exemplum eſto fidelium, in converſatione, in charitate, in fide, & caſtitate. *Deut.* 17. dicitur de Rege: Accipiet exemplar a Sacerdotibus Leviticæ Tribus. Sed hodie Sacerdotes accipiunt exemplar a Regibus in veſtibus & equitaturis, & pompis. Hodie liber Laicorum falſificatus eſt quaſi vita Sacerdotum: & ideo falſitas eſt in Laicis, quia ſicut Sacerdos, ſic populus, i. ſicut exemplar, ſic exemplum. De bonis deberemus exemplum bene vivendi accipere, & de hoc ponitur optimum exemplum *in princ. libri primi Rhetoricæ.* Ibi dicitur, quod cum quidam ſibi vellent facere imagines, vocaverunt quemdam peritum in hoc: ille autem convocavit omnes de illa civitate juvenes, & ſenes, & quando videbat in aliquo pulchrum naſum, vel conſimile faciebat conſimilem imaginem, & ſic de unoquoque. Sic & nos quod bene videmus in unoquoque, pro poſſe noſtro imitari debemus.

g Multi enim ambulant,] quaſi dicat: Bene dico determinans quos imitemini: quia [multi, &c.] *Ezec.* 2. Increduli & ſubverſores ſunt tecum; & cum ſcorpionibus habitas.

h Nunc autem & flens dico] Talis erat David dicens. *Pſalm.* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, &c. *Jer.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? *Pſalm.* 118. Tabeſcere me fecit zelus meus, &c. *Eſdr.* 9. Evulſi capillos capitis mei, & ſedi mœrens. *Ezech.* 3. Et ſedi ubi illi ſedebant, & manſi ibi ſeptem diebus mœrens in medio eorum. 2. *Cor.* 12. Et lugeam multos ex his, qui peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam de immunditia, &c.

i Inimicos crucis Chriſti] dicebam ſc. eos eſſe, & [adhuc dico:] quia prædicant legalia, & ita crucis ſufficientiam evacuant. Vel quia guloſi erant, & delitioſi;

& ita hoſtes crucis. Et eſt argumentum, quod amicus ventris eſt inimicus crucis, ideſt pœnitentiæ. Et hoc flebat Apoſtolus. Hæc erat cauſa fletus, ſc. quod hoſtes erant crucis. Hodie propter eos flendum eſſet, ſi quis eſſet, Paulus. Fere omnes videntes perſecutores

ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc *h* autem & flens dico) *i* inimicos crucis Chriſti, *k* quorum finis interitus: *l* quorum Deus venter eſt, & *m* gloria in confuſione ipſorum, *n* qui terrena ſapiunt

crucis, ideſt pœnitentiæ, magis fugimus, & odimus crucem, quam Diabolum. Diabolus enim bene eſt cum ſigno crucis, & bene ſuſtinet illud, ſed nos nec in nobis, nec in aliis ſignum pœnitentiæ ſuſtinere poſſumus. Contemnitur crux, licet ſit pretioſa: habet enim fructum ſalubrem, & pretioſum, ſcilicet ſanitatem animæ in præſenti per gratiam, & confirmationem ſalutis in futuro per gloriam. Unde *Cant.* 6. Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. Videtur ergo, quod non curemus de tali fructu, qui crucem pœnitentiæ non aſcendimus. *Sapient.* 10. Cum aqua deleret terram. [ideſt, diluvium peccatorum, animæ virtutes] ſanavit iterum Sapientia, per contemptibile lignum juſtum gubernans, ideſt, per crucem pœnitentiæ: quam vocat lignum contemptibile: quia licet crux pœnitentiæ ſit ſalubris, tamen apud omnes eſt contemptibilis. 1. *Corinth.* 1. Verbum crucis pereuntibus quidem ſtultitia: his autem qui ſalvi fiunt, ideſt nobis virtus Dei eſt. Item in *eodem.* Prædicamus Chriſtum crucifixum: Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. Sed Apoſtolus dicit: Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini, &c. *Galatas* 6. Boni ergo ſunt crucis amatores; mali ſunt ejus hoſtes.

k Quorum finis interitus:] æternus.

l Quorum] ideſt, quia eorum [Deus venter eſt,] quaſi dicat: Impinguantur ad interitum, ſicut bos. *Jeremiæ* 12. Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis. Ironice dicit, ſanctifica. *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Et nota, quod tria genera peccatorum tangit hic per ordinem. Concupiſcentiam carnis, ibi: [Quorum Deus venter eſt.] Superbiam, ibi: [Gloria in confuſione.] Avaritiam, ibi: [Qui terrena ſapiunt.] Primum, quantum ad corruptionem concupiſcibilis, ſecundum, quantum ad corruptionem iraſcibilis: tertium, quantum ad corruptionem rationabilis, ſcilicet terrenorum ſapor. Dicit ergo.

l Quorum Deus venter eſt,] quia quicquid faciunt, pro ventre faciunt. *Roman. ult.* Hujuſcemodi Domino Chriſto non ſerviunt, ſed ventri ſuo. *Eccleſ.* 6. Omnis labor hominis in ore ejus; ſed anima ejus non implebitur bonis. Quia ſicut dicit *Job* 24. Pavit ſterilem, & quæ non parit: & viduæ, ideſt animæ non bene fecit. Cum tamen dicat Apoſtolus *Hebr.* 13. Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis, quia non profuerunt ambulantibus in eis, quaſi dicat: Imo nocuerunt. Unde 1. *Corinth.* 6. Eſca ventri, & venter eſcis; Deus autem hunc, & has deſtruet. Seneca: Non ſum tam vilis, & ad tam modicum natus: ut corporis mei ſim mancipium. Sub gula autem comprehenditur luxuria, quia ex ea ſequitur. Et qui vult vitare luxuriam oportet eum vitare ingluviem. Unde tres pueri, qui vicerunt caminum ignis *Dan.* 3. prius vicerunt menſam regalem. *Daniel.* 2. Sequitur.

m Et gloria in confuſione ipſorum] Impiorum, i. ſuperbi ſunt, ſed gloria eos perducet in confuſionem. *Prov.* 29. Superbiam ſequitur humilitas, ideſt dejectio, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. *n* Qui terrena ſapiunt] i. quibus omnia ſpiritualia ſunt inſipida, & amara, terrena autem dulcia. *Pſal.* 71. Inimici ejus terram lingent. In quo notatur deſiderium, & ardor malus in facto. Lingent pulverem: quia ſerpens cui dictum eſt: Comedes terram omnibus diebus vitæ tuæ, & hujus maledictio cecidit ſuper omnes tales, qui ſunt de genere ſerpentium. *Bar.* 3. Filii Agar, qui exquirunt ſapientiam, quæ de terra eſt, negotiatores † terræ, & Theman, & fabulatores, & exquiſitores prudentiæ, & intelligentiæ, viam autem ſapientiæ neſcierunt, nec commemorati ſunt ſemitas ejus. Sicut dicitur: Hoc vinum ſentit territorium, vel ſicut vas uvarum dicitur ſapere vinum; ita quod terrena continet, odorem terreum & ſaporem habet. al. † Merchæ.

A a illud

illud dicitur & ſimiliter de ſpiritualibus: quia

Quod nova teſta capit, inveterata ſapit.

Rom. 8. Qui ſecundum carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſapiunt.

a Noſtra autem converſatio] Oſtendit, quare debent eum imitari, quaſi dicat: Debetis me imitari, quia converſatio noſtra talis eſt, quæ meretur cœleſtia præmia, quia [Salvatorem expectamus, &c.] Ergo [noſtra converſatio in cœlis,] i. pro cœleſtibus eſt, quæ mihi ſunt præmia. Vel [in cœlis,] ideſt cœleſtis eſt, & angelica,
A quia in carne præter carnem vivere, angelica vita eſt. 2. *Cor.* 20. In carne enim ambulantes non ſecundum carnem militamus. Vel [In cœlis eſt,] ideſt: Deſiderio mentis, & ſpe, & contemplatione converſor in cœleſtibus. *Matth.* 6. Ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum, ideſt mentis deſiderium. Theſaurus noſter, Chriſtus eſt. *Jo.*12. Ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit, primo ſpe, tandem re. *Matth.* 24. Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. *Job* 7. Suſpendium elegit anima mea, ideſt contemplationem cœleſtium; ſicut Maria, quæ optimam partem elegit, ut dicitur *Luc.* 10. Item 2. *Cor.* 4. Non contemplantibus nobis ea quæ videntur, ſed quæ non videntur: temporalia ſunt enim quæ videntur: quæ autem non videntur, æterna. 2. *Cor.* 3. Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu. Sic ergo per contemplationem Apoſtolus oſtendebat ſe eſſe de patria cœleſti. Sicut ad Litteram, dignoſcitur quod aliquis eſt de civitate aliqua, quando magnis Feſtivitatibus vadit illuc cum familia ſua. Sic anima maxime in ſolemnitatibus vacans contemplationi aſcendit in cœlum cum familia bonarum cogitationum, & ſanctarum affectionum; & ſic per ſaporem, ideſt per amorem cœleſtium probat, quod ſit de territorio cœleſti, ſicut de vino oſtendit ſapor in qua terra creverit. Unde *Col.* 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Tria enim maxime oſtendunt hominem eſſe de cœlo, lingua, & mores, & affectio, ſive amor. Lingua, ſicut Dominus ait *Jo.* 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur, & in eod. Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur. Ex hoc patet, quod pauci ſunt nuncii Dei, quia omnes de terra loquuntur. *Iſ.* 29. Et erit quaſi Pythonis de terra vox tua, & de humo muſſitabit eloquium tuum. Illi ſunt pure Azotici, ſed alii ſunt mixti, qui loquuntur lingua populi, & populi, Azotice, & Judaice: ſed abjecit eos Nehemias, & abſtulit ab Iſrael, ut dicitur *Nehemiæ* 13. Alii autem pure Judæi, ideſt cœleſtes, de quibus dicitur *Matth.*26. Vere tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit. Et *Marc.*14. Vere ex illis es; nam & Galilæus es. Item
B mores oſtendunt de qua patria ſit homo. Unde hic dicit Apoſtolus: [Noſtra converſatio in cœlis eſt] ideſt oſtendit, quod ſumus de cœlo. Sed illi duo teſtes aliquando fallunt, lingua ſc. & mores exteriores; quia multi bonum dicunt ac ſi ſint de patria cœleſti, & oſtendunt mores, ut hypocritæ, tamen ſunt de Babylone, quia non habent tertium, ſc. amorem, & affectionem cœleſtis patriæ; & ſicut Magi Pharaonis deficiunt, ſc. in tertio ſigno. Et hoc eſt verum ſignum & infallibile. Unde *Jo.*13. In hoc cognoſcent omnes, quod mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis adinvicem.

a Noſtra autem converſatio in cœlis eſt. *b* Unde etiam *c* Salvatorem *d* expectamus, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: qui *e* reformabit *f* corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ, *g* ſecundum operationem virtutis ſuæ, *h* qua poſſit etiam ſubjicere ſibi omnia.

C A P. IV.

i ITaque fratres mei k chariſſimi, & deſideratiſſimi, *l* gaudium meum, *m* & corona mea: ſic *n* ſtate *o* in Domino chariſſimi.

b Unde etiam] ideſt ex merito converſationis. *d* Expectamus] in ſpe. *c* Salvatorem] *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum. *e* Qui reformabit corpus] ſtola claritatis æternæ. *Malac.* 3. Quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum. Si ſtatua deformata eſt, oportet quod confletur: ſi turpis eſt pannus, oportet quod tradatur fullonibus. Sic Dominus corpora noſtra quaſi conflat, & fundit per ignem tribulationum, & quaſi inculcat ad modum fullonum, jejuniis, & vigiliis. Secundum quod dicitur de aliquo quando multum vigilavit, & laboravit. Iſte totus conculcatus eſt. Quibus ergo Dominus hoc facit, ſperent promiſſionem, non alii. Unde ſignanter dicit. *f* Corpus humilitatis] ideſt dejectionis, & conculcationis. Sed quid ergo fiet de ſuperbis? *Iſ.* 51. Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem: & humiliabitur. 1. *Jo.* 3. Scimus, quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus. *Epheſ.* 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Et hoc poteſt facere. *g* Secundum operationem] ideſt, poteſtatem operandi. *h* Qua poſſit etiam ſibi ſubjicere omnia.] ideſt, qua ſubjicit ſibi omnia, velint nolint. Poteſt enim & Filius inquantum Deus ſubjicere etiam ſibi homini omnia univerſali ſubjectione, licet non omnia ſubjecta ſint ei voluntarie. Unde *Hebr.* 2. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. In eo autem quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei. Nunc autem nec videmus omnia ſubjecta ei eſſe. *Exod.* 10. Uſquequo non vis ſubjici mihi. *Rom.* 10. Non omnes obediunt Evangelio. 1. *Cor.* 14. Oportet illum regnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedibus ejus. Noviſſime autem inimica deſtruetur mors. Omnia enim ſubjecit ſub pedibus ejus. Cum autem, &c. omnia ſubjecta fuerint ei: tunc & ipſe filius ſubjectus erit illi, qui ſibi ſubjecit omnia, ut ſit Deus omnia in omnibus.

E X P O S I T I O C A P. IV.

ITaque fratres, &c.] Hæc eſt ſecunda pars hujus Epiſtolæ, in qua ponit moralem inſtructionem. Et dividitur hæc ſecunda pars in duas principales. In prima parte proprie inſtruit eos in moribus. In ſecunda refert gratias pro beneficiis ſibi impenſis ab eis, ibi [Gaviſus ſum, &c.] In prima igitur primo hortatur eos ad perſeverantiam, ibi [State.] Secundo ad concordiam, ibi [Euchodiam rogo.] Tertio ad mutuam ſubminiſtrationem, ibi [Etiam rogo & te.] Quarto ad gaudium ſpirituale, ibi [Gaudete in Domino.] Quinto ad honeſte converſandum, ibi [Modeſtia veſtra.] Sexto revocat eos a temporali ſolicitudine, & invitat eos ad orandum, ibi [Nihil ſoliciti.] Septimo orat pro eis, & eis optat pacem, ibi [Pax, &c.] Octavo monet ut ſobrie, pie, & juſte vivant, ibi [De cetero fratres, &c.] Secunda autem pars hujus ſecundæ partis ſuo loco ſubdividetur. Dicit ergo. *i* Itaque fratres, &c.] Continuatur autem ſic: Supra poſuit præmium: hic autem propoſito præmio monet ad ſtandum ne præmio fruſtrentur. Vel ſic: Supra monuit vitare Pſeudos: hic monet ſtare in cœpta fide, & propoſito. Et dicit: [Fratres] Ecce ſpiritualis cognatio, & humilitas in hoc quod ſe eis connumerat. *Eccl* 32. Rectorem te poſuerunt, &c. k Chariſſimi] Ecce pretioſitas animarum in Prælato zelante. Pretioſum enim debet eſſe ſervo, quod Dominus tanti emit. 1. *Petr.* 1. Non corruptibilibus auro & argento, &c. *l* Et deſideratiſſimi,] quos videre deſidero, vel qui me deſideratis videre. Vel aliter. k Chariſſimi] enim nos ſumus. Chariſſimi in mercatu Chriſti, i. nimis chari: quia non valemus tantum pretium æſtimare. Attamen falſificamus nos, & perdimus per peccatum: quare ergo emit tam chare? Quia [Deſideratiſſimi] a Chriſto ſc. nimis deſiderati. Mercator enim, quæ plus deſiderat, charius emit, quam valeat. Dicit ergo. *l* Deſideratiſſimi, gaudium meum] in præſenti. *m* Et corona] in futuro. 1. *Th.* 2. Quæ eſt noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ. Nonne vos ante Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſtis in adventu ejus? Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium. 2. *Cor.* 1. Gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra. *Prov.* 17. Corona ſenum, filii filiorum. *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli: ſed eſto in illis quaſi unus ex ipſis. Curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita recumbe: ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam & dignitatem conſequaris congregationis. Super menſam erat aurea, & aureola, Menſa Domini ſunt Prælati, qui pro meritis ſuis, & pro meritis ſubditorum coronabuntur. E contra eſt de malis Prælatis. *Iſ.* 22. Dicitur ad Præpoſitum Templi: Coronans coronabit te tribulatione. *n* Sic ſtate] ideſt non aliter quam cœpiſti. *o* In Domino] in his, quæ Domini ſunt, ſcilic. fide, & bona converſatione. *Pſal.* 121. Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis, Jeruſalem. Bona converſatio eſt atrium ſupernæ Jeruſalem. *Ezech.* 1. Planta eorum, quaſi planta pedis vituli. Vitulus enim firmiter ſtat, & figit gradum. *Eccl.* 10.

Si ſpiritus

Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. *Eccl.* 3. Fili accedens ad ſervitutem Domini, ſta in juſtitia, & timore. Quaſi duo pedes ſuſtinentes hominem ſunt juſtitia de præteritis peccatis: & timor, i. cautela de futuris. *Nahum* 2. State, ſtate, &c. 1.*Cor.*16 Stare in fide, viriliter agite, & confortamini in Domino: non in peccato. In peccato enim non eſt ſtandum, ſed excundum. *Iſ.* 52. Recedite, exite inde.

a Euchodiam rogo, & Syntychen deprecor idipſum ſapere in Domino. Etiam rogo, & te germane compar, *b* adjuva illas, *c* quę mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, & *d* ceteris adjutoribus meis, *e* quorum nomina ſunt in *f* libro vitæ. *g* Gaudete in *h* Domino *i* ſemper: *k* iterum dico: Gaudete.

a Euchodiam rogo, &c.] Iſtæ mulieres religioſæ erant magni nominis, & ſolebant recipere Prædicatores, qui veniebant Philippis: & magnum periculum erat ne reciperent Pſendo; & ideo prius admonet has feminas quam alios, idipſum ſapere. *Supra ſecundi.* Implete gaudium meum, ut idem ſapiatis. 1. *Corinth.* 1. Idipſum dicatis omnes.

b Adjuva illas] *Prov.* 18. Frater qui juvatur a fratre, eſt quaſi civitas firma. Simile dicit de quadam muliere. *Rom. ult.* Suſcipiatis eam in Domino digne Sanctis: & aſſiſtatis ei in quocumque negotio veſtri indiguerit. *Job* 29. Oculus fui cœco, & pes claudo.

c Quæ mecum laboraverunt] Nunquid ergo circumduxit feminas, quæ miniſtrabant ei? Dicendum, quod non, ſicut dicitur 1. *Cor.* 9. Sed hoc dicit, quia quando venit Philippis, prædicavit: poſt feminæ ſuſceperunt eum. Sed quare non ſalutat Lydiam purpurariam, quæ primo eum ſuſcepit Philippis? *Act.* 16. Reſponſio: Forte jam mortua erat, vel abierat in civitatem Thyatirenorum, unde erat.

d Et ceteris adjutoribus meis,] quos nec in nomine ſcribo in hac epiſtola, nec inde tamen debent contriſtari, quia

e Quorum nomina] ideſt, merita, & præmia ſcripta ſunt.

f In libro vitæ.] qui eſt prædeſtinatio divina. *Luc.* 10. Gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in libro vitæ. *Iſa.* 4. Sanctus vocabitur omnis, qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſalem. Sed multi videntur eſſe ſcripti modo in illo libro, qui quando aperietur liber, non inveniet ſe ibi, nec genealogiam ſuam, ideſt prolem bonorum operum. Sicut dicitur 1. *Eſdr.* 2. de quibuſdam: Hi quæſierunt genealogiæ ſuæ ſcripturam, & non invenerunt: & ejecti ſunt de ſacerdotio. In cœlo non invenitur peccatoris ſcriptura: quia ſcriptus eſt in terra. *Jer.* 17. Recedentes a te in terra ſcribentur. *Apoc.* 20. Et libri aperti ſunt [conſcientiarum ſcil.] alius liber apertus eſt [qui eſt liber vitæ] & judicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris. *Eccl.* 24. Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentum Altiſſimi.

g Gaudete, &c.] Hic invitat eos ad gaudium ſpirituale. Et dicit bis, [Gaudete] quaſi dicat: Multum indigetis gaudio ſpirituali: quia in hoc valde confunditur Diabolus. Unde 1. *Reg.* 4. Philiſthiim ingemuerunt dicentes: Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudiuſtertius. Væ nobis, quis nos ſervabit de manibus iſtorum Deorum ſublimium? Bis dicitur [Væ nobis] ſicut & hic dicitur bis [Gaudete.] *Prov.* 20. Exultatio juvenum fortitudo eorum. E contra, *Prov.* 17. In mœrore animi dejicietur Spiritus. *Eccl.* 38. Triſtitia cordis flectit cervicem. [Gaudete,] contra triſtitiam ſæculi, quæ mortem operatur nunc. Vel [Gaudete] de bono viæ, quod jam habetis.

k Iterum dico: Gaudete.] de bono patriæ, quod expectatis. Unde *Cantic. ultim.* Læva ejus ſub capite meo, ecce primum; & dextera ejus amplexabitur me, ecce ſecundum. [Gaudete] de exhibitione: [Gaudete] de promiſſione: quoniam res plena gaudio eſt. [Gaudete] quia recepiſti dona ſiniſtræ: [Gaudete,] quia expectatis præmia dextræ. In dextra deliciæ, in ſiniſtra

Quadruplex bonum. ejus ſunt medicinæ. Eſt autem quadruplex bonum viæ, quod deſignatur per quatuor flumina Paradiſi, ſcilicet beneficium incarnationis, paſſionis Chriſti, renovationis noſtræ per pœnitentiam, & fructificationis bonorum operum per gratiam. Unde *Geneſ.* 2. Non erat homo, qui operaretur terram: ſed aſcendebat fons de terra irrigans ſuperficiem terræ univerſam. Et *poſtea* ſubditur: Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita. Beata ſiquidem Virgo eſt ipſa terra, quam operatus non eſt homo: de qua ſine virili ſemine aſcendit Chriſtus fons gratiæ. Ipſa enim locus voluptatis, & totius thalamus divinitatis, delectabilis, de qua egreſſus eſt fluvius miſericordiæ Chriſtus, irrigans ſuis beneficiis Paradiſum, ideſt Eccleſiam. Qui fluvius dicitur dividi in quatuor capita propter quatuor beneficia capitalia ab eo collata, quæ quatuor fluminibus Paradiſi deſignantur. Beneficium incarnationis ſignificatur per Geon, qui interpretatur terrenus; tunc enim terrenus factus eſt, *Baruch* 3.
quando ſcilicet in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Iſte eſt Nilus, qui fœcundat Ægyptum, ideſt mundum, & circuit Æthiopiam, quæ interpretatur caligo, vel tenebræ, quia Dei filius carnem aſſumens factus eſt terrenus, ut animam ſterilem fœcundaret, & mentis noſtræ caliginem illuminaret. Unde *Joann.* 9. Fecit lutum ex ſputo, ideſt ſalivam terræ miſcuit, divinitatem ſcilicet humanitati univit; & ſic totum genus humanum illuminatum eſt. Tigris ſignificat beneficium paſſionis. Tigris enim animal raptos ſibi catulos tanto amore requirit, quod non veretur inſilire in ſpiculum venatoris: ſic Chriſtus pro nobis ſe expoſuit ſpiculo mortis. Iſte fluvius vadit contra Aſſyrios, quia paſſio Chriſti Dæmones debellavit. Phiſon autem ſignificat beneficium noſtræ renovationis, quæ fit per pœnitentiam. Anima enim deformata, & adulta diverſis aduſtionibus, ideſt culparum iniquitatibus, ut dicitur *Iſa.* 13. Facies combuſtæ vultus eorum, ideſt ſordida, & fœtida; talis, inquam anima renovatione indiget. Hanc autem turpitudinem lavat abyſſus, ſeu profundus fluvius miſericordiæ Dei, qui eam renovat, ut qui circuit terram Hevilath, ideſt, mentem pœnitentis. Hevilath interpretatur parturiens. Anima enim pœnitens more parturientis dolet per contritionem, clamat per confeſſionem: & ſic ſpernit mundum, ſive diabolum emittit per anguſtias pœnitentiæ, quem receperat per voluntatem culpæ. *Job* 26. Obſtetricante manu ejus eductus eſt coluber tortuoſus. Euphrates ſignificat multiplicationem virtutum, & bonorum operum. Interpretatur enim fructificatio, quæ quidem eſt a gratia Dei. Unde *Levitic.* 26. Dabo vobis pluvias temporibus ſuis, ideſt donationes gratiarum: & terra, ideſt mens, gignet germen ſuum, cogitationis ſcilicet & voluntatis bonæ: & pomis arbores replebuntur, ideſt virtutes vobis datæ fructificabunt opera converſationis ſanctæ. Item [Gaudete] de beneficiis patriæ. *Geneſ.* 27. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, ideſt delectari in divinitate, & humanitate Chriſti: hoc eſt mel, & lac, quibus fluit patria cœleſtis. Abundantiam frumenti, vini, & olei. Frumentum eſt confortatio iraſcibilis; vinum jucunditatis concupiſcibilis; oleum claritatis rationabilis. Nam panis confortat, vinum lætificat, oleum illuminat. Vel frumentum, quod corroborat, ſignificat ſtolam corporis; vinum lætificans, & omnem curam ſepeliens, & omnem dolorem evacuans, ſignificat ſtolam animæ; oleum quod omni liquori ſupernatat, ſignificat gloriam utriuſque, quia hæc gloria quicquid excogitari poteſt, exuperat. Dicit ergo: [Gaudete] ergo quia habetis bonum Dominum, mitem, & manſuetum. Item

h In Domino] ideſt, ita quod gaudium veſtrum non ſit contra Dominum. Gaudium Diaboli eſt impietas contra Dominum. *Prov.* 2. Lætantur cum male fecerint, &c. Gaudium mundanum eſt vanitas contra proximum. *Job* 21. Gaudent ad ſonitum organi: ducunt in bonis dies ſuos, &c. Item gaudium carnis eſt voluptas contra ſeipſum. *Prov.* 14. Extrema gaudii luctus occupat. *Eccl.* 2. Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra deciperis.

i Semper:] Gaudium enim in Domino non eſt ad horam. 2. *Corinth.* 6. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: E contra dicitur *Job* 15. Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Et nota, quod præmunit nos Apoſtolus contra diverſa vitia. Primo contra triſtitiam, ibi: [Gaudete.] Contra immoderantiam ibi: [Modeſtia:] Contra ſcandalum, vel malam famam, ibi: [Nota ſit] Contra ſpem longæ vitæ, ibi. [Dominus enim prope eſt.] Contra avaritiam, ibi: [Nihil ſoliciti.] Contra ſuperbiam, & ingratitudinem, ibi: [Cum gratiarum actione, &c.] Eſt enim

Modeſtia.

- **Animæ**
  - Conſcientia, contra ignorantiam. *Pr.* 14. Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſcebitur extraneus, ideſt Diabolus, qui eum omnibus bonis noſtris poteſt perdere.
  - Conſcientia pura, contra culpam. *Pr.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. Sed ſunt quidam qui volunt radium Solis lavare, & auferre pulverem ab aere, & viam Domini præparare, ut ſit oratio ſine pulvere. Sed Joannes dicit: Dirigite viam Domini: non dicit radium. *Joan.* 3.
- **Propriæ** Patientia diſciplinæ, & tribulationis. *Rom.* 5. Gloriamur in tribulationibus, contra timidos. *Prov.* 21. Gaudium eſt Juſto facere juſtitiam.
- **Corporis** Abſtinentia a concupiſcentiis, contra voluptuoſos. 1 *Petr.* 2. Obſecro vos tanquam advenas & peregrinos abſtinere a carnalibus deſideriis. Unde dicit: Modeſtia veſtra nota ſit, &c.
- **Famæ** *Prov.* 22. Melius eſt nomen bonum, quam divitiæ multæ. *Eccl.* 41. Curam habe de bono nomine.
- **In bono** Patris, & matris, & Prælatorum Eccleſiæ. *Joan.* 3. Amicus ſponſi gaudio gaudet.
- **Proximi** Fratrum, & ſororum, ideſt Chriſtianorum omnium, contra invidos.

Bernard. De bono melius gaudere debes quam de tuo, imo plus. Unde *Joann.* 3. Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare. Hoc eſt contra ſtruthiones, de quibus *Job* 39. Duratur ad filios quaſi non ſint ſui. Dicit ergo:

B

Modeſtia *a* veſtra nota *b* ſit omnibus hominibus. Dominus *c* enim prope eſt: Nihil *d* ſolliciti ſitis: ſed *e* in omni oratione, & *f* obſecratione *g* cum gratiarum actione *h* petitiones veſtræ *i* innoteſcant apud Deum. Et *k* pax Dei, *l* quæ exuperat omnem ſenſum, *m* cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Jeſu. De cetero fratres

a Modeſtia veſtra, quaſi dicat: Timor moderetur gaudium ſpei, ne ipſum gaudium degeneret in diſſolutionem. Vel [Modeſtia veſtra,] i. moderata, & honeſta converſatio veſtra.

b Nota ſit omnibus hominibus.] ut alios ædificet. 1. *Petr.* 2. Converſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes; glorificent Deum: quaſi dicat: Non vos. *Matth.* 5. Sic luceat, &c. Et ideo ſitis modeſti, quia

c Dominus prope eſt.] ideſt, adventus Judicis in morte, ſcilicet ad remunerandum vel puniendum. Sicut dicitur pueris: Sitis in pace, quia magiſter prope eſt. *Joel.* 3. Cito, velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. *Jacob* 5. Judex enim ante januam aſſiſtit. ideo, quia mors inſtat.

d Nihil ſolliciti ſitis:] i. non ſitis avari circa nihil, i. circa temporalia. *Matth.* 6. Dico vobis ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis. *primo Petr. quinto.* Omnem ſollicitudinem veſtram projicientes in ipſum, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Unde Moyſi ſollicito nimis dictum eſt a Domino. *Exod.* 33. Ego oſtendam tibi omne bonum, i. ſufficiens & plenum. *Prov.* 11. Expectatio ſollicitorum peribit. Vel aliter.

c Dominus prope eſt.] ideſt, præſto ad adjuvandum. *Pſalm.* 144. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum. Et ideo:

d Nihil ſitis ſolliciti:] ideſt, non ſitis nimis timidi circa impugnantia adverſa. *Iſaiæ* 25. Factus eſt fortitudo pauperi, contra mundum, fortitudo egeno in tribulatione ſua; ſpes contra Diabolum a turbine, contra carnem umbraculum ab æſtu.

c Dominus prope eſt.] per naturæ conformitatem. *Lucæ* 10. Samaritanus alligavit vulnera ejus infundens oleum, & vinum.

d Nihil] ergo [ſolliciti ſitis. i. de impetratione veniæ non ſitis timidi, quia parvulus natus eſt nobis, & pro modico omnia nobis dabit. *Heb.* 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gloriæ ejus. Item [prope] per omnium vitiorum inveſtigationem, & apertam cognitionem. *Act.* 17 Non longe eſt ab unoquoque noſtrum, in ipſo enim vivimus. Et ideo opus eſt, ut ſimus modeſti, quia Dominus omnia videt. *Prov.* 20. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, qui inveſtigat omnia ſecreta ventris. Item [Dominus prope eſt] per gratiam inhabitantem. *Apoc.* 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. [Nihil] ergo [ſolliciti ſitis] de alienis negotiis, qui habetis talem hoſpitem; ſed omnem ſollicitudinem veſtram habete in eo recipiendo digne, & honeſte. Item [Dominus prope eſt] in ſacramento Euchariſtiæ. [Nihil ſolliciti ſitis] in perſcrutando hoc, quia hoc eſt inveſtigabile. *Eccl.* 3. Altiora te ne quæſieris, &c. *e* Sed in omni oratione,] Prius removet ſollicitudinem, quia ſollicitudo impedit orationem. Unde dicitur de quodam aliquantum devoto in oratione, quod eum dictum eſſet ei, quod oportebat eum equitare, veniens ad locum orationis nihil potuit cogitare, niſi qualem ſellam eſſet habiturus. Dicit [in oratione] ſimplici. *f* Et obſecratione] quæ fit cum admiratione. Et dicit: [omni] ideſt communiter facta pro omnibus hominibus, & de quibuslibet rebus.

g Cum gratiarum actione] de jam habitis. *h* Petitiones] quæ ſunt de neceſſariis. Nota, quod quilibet diligenter debet formare petitionem, quæ deferenda eſt coram tanto Papa, ſicut eſt Deus. Unde ſignanter dicitur [Petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum,] i. ferventes, & devotæ ſint, ut digne poſſint intrare apud Deum, & apparere coram eo. *Eccl.* 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat, donec appropinquet, non conſolabitur, & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat. Sed nota, quod non poteſt bene volare oratio ad tam alta, niſi habeat alas duas jejunium, & eleemoſynam. Unde *Tob.* 12. Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna magis quam theſauros auri condere. Talis oratio penetrat. Unde *Matth.* 18 Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis eſt. Ubi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum, duæ ſunt eleemoſyna, & jejunium, tres ſunt, ſi connumeretur oratio. Vel duo ſunt, caro, & ſpiritus, tres ſi adſit cum conſenſu carnis, membrorum miniſterium. Quando iſti tres conveniunt in unum, ſc. in obedientiam mandatorum, tunc Deus eſt in medio eorum, & obtinent omnia, quæ petunt apud Deum pro populo per approbationem. E contra. *Matt.* 7. & 25. Non novi vos. Vel [Apud Deum] quando homo in orando non quærit notitiam hominum, ſed ſolum Deum inſpectorem conſiderat. Supra dixit: [Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus] ad ædificationem. Hic dicit, quod omnino ſit nota Deo per intentionem bonam. *Greg.* Sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto. Vel *i* Innoteſcant apud Deum] per Angelos deferentes. *Tob.* 12. Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, ego obtuli orationem tuam Domino. *k* Et pax Dei] i. Deus, qui eſt ſumma pax. *l* Quæ exuperat omnem ſenſum,] quia comprehendi non poteſt Deus, nec etiam ipſa pax quam facit in ſublimibus. *Iſ.* 64 Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Et 1. *Cor.* 2. Aliquas etiam ſtillas illius pacis ſupernæ vix poteſt ſuſtinere etiam anima ſpiritualis: excedentia enim corrumpunt ſenſus, ſicut nimius ſplendor Solis corrumpit viſum. *Thr.* 1. Miſit ignem in oſſibus meis; & defeci, ferre non ſuſtinens. Unde *B. Bern.* Cum haberet quadam die hanc pacem cœpit clamare: Sufficit, ſufficit, *Greg.* In quantam miſeriam cecidimus, qui bonum ferre non poſſumus, ad quod creati ſumus. *Dan.* 10. Emarcuit in me virtus mea, & non potui ſtare ſuper pedes meos. Hoc dicit, quando vidit gloriam Domini. *m* Cuſtodiat corda veſtra] ab errore. *Pr.* 4. Omni cuſtodia cuſtodi cor meum. *Job* 12. Ipſe habet conſilium, & intelligentiam. *Eccl.* 39. Si Deus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replebit illum. Et nota, quod non ſolum eſt pax Dei, ſed etiam eſt pax Diaboli; ſed miſſum eſt bellum bonum, ut rumperetur pax mala. Unde *Matth.* 10. Non veni pacem mittere in terram, ſed gladium. Pax autem noſtra, quam facit Deus, multiplex eſt. Eſt enim pax temporis. *Rom.* 12. Cum omnibus hominibus pacem habentes. Item eſt pax pectoris, ſc. tranquillitas. *Rom.* 1. Gratia vobis, & pax. Item eſt pax æternitatis, *Iſ.* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Item eſt pax reconcilia-

Digitized by Google

ciliationis. *Iſ.* 27. Pacem mihi; pacem mihi faciet. Iterum Chriſtus dicitur pax noſtra. *Epheſ.* 2. Ipſe eſt pax noſtra, &c.

a Quæcumque ſunt vera,] ecce fides ad Deum.

b Pudica,] caſtitas in ſe, ſcilicet quantum ad carnem, contra luxuriam.

a quæcumque ſunt vera, *b* quęcumque pudica, *c* quæcumque juſta, *d* quęcumque ſancta, quęcumque *e* amabilia, *f* quęcumque bonę famę, ſi qua *g* virtus, *h* ſi qua laus diſciplinę: hęc *i* cogitate. Quę & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis, k in me; *l* hęc agite, & Deus pacis *m* erit vobiſcum. *n* Gaviſus ſum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando *o* refloruiſtis *p* pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis: *q* occupati autem eratis. *r* Non quaſi propter penuriam dico: *ſ* ego enim dici, in quibus ſum, *t* ſufficiens eſſe. *u* Scio & humiliari, ſcio *x* & abundare (ubique & in omnibus inſtitutus ſum) & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. *y* Omnia poſſum *z* in eo, qui me confortat. *a* Verumtamen bene *b* feciſtis communicantes *c* tribulationi meę. Scitis autem & vos Philippenſes, quod in principio Evangelii, quando profectus ſum a Macedonia, *d* nulla mihi Eccleſia communicavit in *e* ratione dati & accepti, niſi

c Juſta,] quantum ad proximum. Hæc tria ſunt illa tria, ad *Tit.* 2. Sobrie, & pie, & juſte vivamus in hoc ſæculo. Hæc ſunt illa tria. *Matth* 2. Obtulerunt ei aurum, thus, & myrrham. In thure cultus Dei, in myrrha ſobrietas, in auro juſtitia: cum aurum debeatur pauperibus, quorum eſt reditus.

d Quæcumque ſancta,] in propria vita, ſcilicet quantum ad ſe, ut ſanctitatem habeat homo in ſe. 2. *Cor.* 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus.

e Amabilia,] aliarum virtutum. *Gloſſ.* ideſt digna amari, ut modeſtus inceſſus, humilis ſermo, & hujuſmodi. *Eccl.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei ſenſatus: amictus corporis, & riſus dentium, & inceſſus hominis enunciant de illo. Et nota, quod honeſti mores exterius ſunt quaſi flores, ſuper quos bonæ apes reſident, & inde trahunt dulcedinem per exemplum. Sed multi ſunt ſicut ſcabrones, qui flores dimittunt, & ad ſtercora vadunt. Iſti ſunt Doctores, qui ſua vita prava dant aliis malum exemplum.

f Quæcumque bonæ famæ,] Hoc dicit, quia bona fama ex prædictis venit. *Prov.* 22. Melius eſt nomen bonum, quam divitiæ multæ. *Eccl.* 41. Curam habe de bono nomine, i. de his, quæ faciunt bonum nomen. Similiter dicit hic: [Quæcumque bonæ famæ. [Quæcumque,] ſunt [bonæ famæ] cogitate, ſc. & agite, ideſt quæcumque faciunt ad bonam famam, dummodo ſint bona. Et hoc eſt.

g Si qua virtus,] in eis eſt.

h Si qua laus diſciplinæ:] eſt in eis, i. laudabilis diſciplina, q. d. Soliciti ſitis de bona fama in his quæ ſpectant ad virtutes, & diſciplinatos mores. Non enim curanda eſt bona fama de viribus, vel de ſcientia mundi, vel de aliis ſæcularibus, ſed de virtutibus, & moribus. Vel ita diſtingue ut hoc: [Si qua laus] referatur ad alia prædicta hoc modo.

i Cogitate] quæ ſunt juſta, ſi qua virtus eſt in eis: & cogitate quæcumque ſunt bonæ famæ, ſi qua laus diſciplinæ] eſt in eis. [Hæc] inquam, cogitate [quæ] omnia ſupra dicta [didiciſtis, & accepiſtis.] Et exponendo dicit. k Et audiſtis, & vidiſtis] q. d. Didiciſtis audiendo verba; accepiſtis videndo opera in me docente, & faciente prædicta. Ideo ſecure dicebat: Imitatores mei eſtote, *ſup.* 3. 2. *Cor.* 7. Capite nos, neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus. Moderni Prælati hoc non poſſunt dicere.

l Hæc agite, & Deus] dator [pacis.]

m Erit vobiſcum.] adjuvans vos hæc facere. Vel, Deus qui eſt pax. 2. *Cor.* 13. Idipſum ſapite pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum. *Hebr. ult.* Deus autem pacis qui eduxit de mortuis Paſtorem magnum ovium in ſanguine teſtamenti æterni. Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: aptet vos in omni bono.

n Gaviſus ſum autem] Hic terminatur moralis inſtructio, &c.] Secunda pars cap. hujus, in qua reddit eis gratias de impenſo beneficio. Primo oſtendens ſe gaudere, quod bonum fecerunt ei. Secundo excuſat eos, quia tam tarde fecerunt, ibi: [Occupati.] Tertio dicit, quod non gaudet de dato, quia ſine dato ipſorum ſufficiebat ſibi paupertas ſua, ſed tamen benevolentiam eorum commendat, ibi: [Non quaſi propter pecuniam, &c.] Quarto reddit gratias, quod alias communicaverunt ei bona ſua, ibi: [Scio autem.] Quinto ait, quod non datum curat, ſed profectum eorum, ibi: [Non quæro] Sexto orat pro eis, ibi: [Deus autem.] Ad ultimum autem eos ſalutat. Et in hoc terminat epiſt. Dicit ergo. [Gaviſus ſum autem in Domino,] non in dono veſtro, i. non propter donum, q. d. Non quæro veſtra, ſed vos.

o Refloruiſtis] ad modum arboris, ideſt : iterum floruiſtis miniſtrando mihi neceſſaria, ſicut olim feciſtis. Quæ miniſtratio dicitur flos, quia inde fructus vitæ æternæ provenit. Vel [Refloruiſtis] ad ſimilitudinem arborum: quia ſterilitate aruerant, & quaſi marcuerant. *Job* 14. Lignum habet [q. d. lapis non habet] ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum virescit, & rami ejus pullulant. Si ſenuerit in terra radix ejus, & in pulvere mortuus fuerit truncus illius: ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quaſi cum primum plantatum eſt. Refloruiſtis, dico, ita ut oſtenderetis vos.

p Pro me ſentire,] ideſt, compati mihi, ad militatem meam, ſc. Quædam *Bibliothecæ* habent [per me] & ſic videtur, quod Apoſtolus eos revocaverit quandoque ab errore ad priorem fidem.

q Occupati autem, &c.] ideſt, impediti. *Eccl.* 40. Occupatio magna creata eſt hominibus, & jugum grave ſuper filios Adæ. *Eccl.* 1. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea.

r Non quaſi propter penuriam dico:] me gaviſum eſſe.

ſ Ego enim didici in quibus ſum, &c.] i. conſuetus ſum eſſe contentus his, quæ habeo, ſive multum, ſive parum habeam. 1. *Tim.* 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus.

t Sufficiens] ideſt, contentus in eis, non aliena quærens. 2. *Cor.* 11. Cum eſſem apud vos, & egerem; nulli oneroſus fui, & poſtea: In omnibus ſine onere me ſervavi vobis, & ſervabo. Et in *eodem*. In fame, & ſiti, in frigore, & nuditate.

u Scio & humiliari,] quia inde non frangor.

x Et abundare] quia inde non erigor. Hæc eſt optima ſcientia, ſcire pati omnem fortunam, ſed maxime proſperam. *Prov.* 13. Eſt quaſi dives cum nihil habeat [talis bene ſcit humiliari] & eſt quaſi pauper cum in multis divitiis, talis ſcit abundare. 2. *Cor.* 6. Sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. E contra multi mali male ſe habent in utroque. *Eccl.* 10. Qui gloriatur, [ideſt ſuperbit] dum eſt in paupertate: quanto magis in ſubſtantia, & qui gloriatur in ſubſtantia, vereatur paupertatem.

y Omnia poſſum] *Marc.* 9. Omnia poſſibilia ſunt credenti.

z In eo qui me confortat.] *Rom.* 4. Non hæſitavit diffidentia, ſed confortatus eſt fide. *Luc.* 22. Apparuit Angelus de cœlo confortans eum.

a Verumtamen] licet non indigerem.

b Bene feciſtis communicantes] bona veſtra.

c Tribulationi meæ.] i. mihi tribulatio. Vel [communicantes] q. d. Per compaſſionem feciſtis vos ſocios mihi in tribulatione, ideſt in fructu tribulationis. 1. *Petr.* 4. Communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete. *Hebr.* 10. Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.

d Nulla mihi Eccleſia communicavit] bona ſua.

e In ratione dati, & accepti,] *Gloſſ.* Ut ſcilicet rationabiliter conſideraret, quod deberet dare carnalia, quia ſpiritualia accipiebat. *Eccl.* 14. In diviſione ſortis da, & accipe. 1. *Cor.* 9. Si ſpiritualia vobis ſeminamus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus. *Pſ.* 84. Sumite pſalmum, & date tympanum. [Niſi vos ſoli] Quæritur, quare accepit ab iſtis, & non a Corinthiis, neque a Theſſalonicenſibus, ſicut dicitur 2. *Corinth.* 11. In omnibus ſine onere me vobis ſervavi, & ſervabo. Et 1. *Th.* 2. Cum tamen poſſemus vobis oneri eſſe, ut Chriſti Apoſtoli, ſed facti ſumus parvuli in medio veſtrum. Solutio. Ab iſtis potius accepit, quia nec erant a Pſeudo præventi, nec avaritia erat in eis, ut in illis.

vos ſoli; quia & Theſſalonicam ſemel, & bis in *a* uſum mihi miſiſtis. *b* Non quia quęro datum: ſed *c* requiro fructum abundantem *d* in ratione veſtra: *e* Habeo autem omnia, & abundo: *f* repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quę miſiſtis, *g* in odorem ſuavitatis, *h* hoſtiam acceptam & placentem Deo. *i* Deus autem meus *k* impleat omne deſiderium veſtrum ſecundum *l* divitias ſuas *m* in gloria in Chriſto Jeſu, *n* Deo autem & Patri noſtro *o* gloria in ſęcula ſęculorum. Amen. Salutate omnem Sanctum in Chriſto Jeſu. *p* Salutant vos qui mecum ſunt fratres. Salutant vos omnes *q* Sancti; maxime autem, qui de Cęſaris domo ſunt. *r* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Philippenſes.

a In uſum] q.d. Ad utendum miſiſtis, non ad theſaurizandum, nec ad luxuriandum: contra Prælatos avaros, & luxurioſos. *b* Non quia quæro datum:] *Eccl.* 20. Datus inſipientis non erit utilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt. *Pſ.* 72. Quid mihi eſt in coelo, qu. d. Magnum eſt quod habeo in coelo. Et ideo ſequitur: Quid a te volui ſuper terram? q. d. Nihil. *c* Sed requiro fructum] i. veſtrum profectum, qu. d. Quod datis, ſemen eſt; quod venditis, fructus eſt, 2. *Cor.* 9 Qui parce ſeminat, &c. Et in *eod.* Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti: & panem ad manducandum præſtabit, & augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ. Et hoc eſt quod dicit: *d* Abundantem in ratione veſtra:] q.d. Hunc fructum requiro in vobis, ut ſc. gratia fidei ſit in mente, & ratione veſtra. Fructus enim rationis, i. animæ, i. rationabiles ſunt motus fidei, bona conſilia, & ſancta deſideria. Vel [in ratione veſtra] Ut ſc. in computatione veſtra, cum requireretur villicatio commiſſa vobis in die Judicii, copiam bonorum operum habeatis. *Luc.* 16 Redde rationem villicationis tuæ. e Habeo autem omnia] ſc. ſufficientia omnia quæ miſiſtis habeo. *Matth.* 25. Omni habenti dabitur, & abundabit. *Luc.* 19. Idem. *f* Repletus ſum,] q.d. Nolo plus. *Ex.* 36. dixerunt Moyſi: Plus obtulit populus, quam neceſſarium. Juſſit ergo Moyſes præconis voce cantari: nec vir, nec mulier quicquam ultra offerat in opere Sanctuarii. E contra: in Eccleſia ſunt modo duo præcones, ſc. luxuria, & avaritia Sacerdotum, qui clamant; Affer, affer. Prælatus eſt ſanguiſuga, qui comedit libenter peccata populi, quæ ſunt ſanguis, & ſugit delicias eorum oblatas pro peccatis. *Oſ.* 4. Peccata populi comedent, &c. *g* Quæ miſiſtis, in odorem ſuavitatis] Eleemoſyna enim eſt thus, quia & ipſa orat. Unde *Eccl.* 29. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc exhorabit pro te ab omni malo. *h* Hoſtiam acceptam] Hoſtia enim offerebatur pro hoſtibus devincendis, q.d. Eleemoſyna, quam feciſtis in me, pugnabit pro vobis contra diabolum. Unde *Eccl.* 29. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam adverſus inimicum tuum pugnabit. Et nota, quod non tantum rerum largitio, ſed etiam carnis maceratio eſt ſacrificium Deo, ut dicitur *Rom.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam Deo viventem, ſanctam, Deo placentem. [Acceptam, & placentem] dicit, ut ſc. Deus accipiat eam placide. *i* Deus autem meus] quare dicit [meus?] *Rom.* 3. An Judæorum Deus tantum, nonne & Gentium? Solut. Omnium procreatione; ſed Sanctorum gratiæ collatione. Apoſtoli autem erat ſpecialis per familiaritatem: ſicut dicitur de aliquo, quod Rex eſt ejus, quando familiaris eſt ei, & facit de ipſo Rege quicquid vult. *k* Impleat omne deſiderium veſtrum] *Pſ.* 19. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: *Prov.* 11. Deſiderium juſtorum omne bonum eſt. *Ib.* 10. Deſiderium ſuum Juſtis dabitur. E contra, *Prov.* 12. Deſiderium impii monumentum eſt peſſimorum, ideſt diaboli. *Matth.* 8. habetur de illis monumentis.
l Secundum divitias ſuas] q. d. Sicut decet magnum magna date. *Eſther* 1. Vinum quoque, ut magnificentia regia dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur. *Epheſ.* 3. Det vobis ſecundum divitias gloriæ ſuæ virtutem. Ibi habetur de hoc. *m* In gloria] æterna, qu. d. Volo quod Deus det vobis divitias gloriæ, non ignominiæ. [in Chriſto Jeſu.] *n* Deo autem, & Patri noſtro] ideſt, qui eſt Deus, & eſt Pater.
o Gloria] Prius eis optavit gloriam: hic Deo optat gloriam, quia ejus eſt proprie. *Iſ.* 42. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus, ideſt hypocritis, qui ſunt idololatræ. 1 *Tim.* 1. Soli Deo honor, & gloria in ſæcula. *Tob.* 13. Regem ſæculorum exaltate in operibus veſtris, non ſolum in verbis. *p* Salutant vos qui mecum ſunt] 1. *Cor. ult.* Salutant vos omnes fratres: ſalutate invicem in oſculo ſancto. *q* Omnes ſancti maxime qui de Cæſaris domo ſunt.] Argumentum, quod Sancti poſſunt eſſe in curia Neronis. Putatur Seneca, qui tunc erat de domo Cęſaris, amicus Pauli fuiſſe, cui etiam ſcripſit epiſt. *r* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.] 2. *Tim. ult.* Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum ſpiritu tuo, gratia Dei vobiſcum. Amen. Hinc ſumitur quod reſpondetur Sacerdoti dicenti: Dominus vobiſcum. *Ruth.* 1.

Explicit Poſtilla D. Hugonis Cardin. ſuper Epiſtolam ad Philippenſes.

Incipit argumentum in Epiſtolam ad Coloſſenſes.

COloſſenſes, & hi ſicut Laodicenſes ſunt Aſiani. Et ipſi pręventi erant a Pſeudoapoſtolis. Nec ad hos acceſſit ipſe Apoſtolus: ſed & hos per epiſtolam corrigit. Audierant enim verbum ab Archippo; qui & miniſterium in eos accepit. Ergo Apoſtolus jam ligatus ſcribit eis ab Epheſo per Tychicum diaconum, & Oneſimum acolytum.

Explicit argumentum.

INCIPIT EPISTOLA Pauli ad Coloſſenſes.

CAP. I.

ſ PAulus *t* Apoſtolus Jeſu Chriſti per *u* voluntatem Dei, A

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus Apoſtolus, &c.] Hanc Epiſtolam ſcribit Apoſtolus Coloſſenſibus, Coloſſis autem eſt in Aſia quadam parte Græciæ. Illi converſi ſunt a diſcipulis Pauli Archippo, & Epaphra. Ipſi autem a Pſeudo præventis, & jam dubitantibus quid tenendum ſit, utrum id quod prædicabant diſcipuli Pauli, aut id, quod Pſeudo, ſcribit eis ab Epheſo, oſtendens eis quod fides Chriſti, & Evangelium ſufficeret ad ſalutem. Dividitur autem hæc Epiſtola in duas partes. In prima parte inſtruit eos in fide. In ſecunda de moribus, *infra* 3. ibi: [Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, &c.] Prima pars dividitur in duas partes. In prima commendat Chriſtum ut ipſum ſolum oſtendat ſufficere ad ſalutem, & hoc per primum totum capitulum. In ſecunda docet legalia eſſe abolita, per totum ſecundum. Primo ergo in prima parte, ſuo more ſalutat eos. Secundo, gratias agit de fide, & diſcretione creſcente in ipſis, quia didicerunt ab Epaphra, ibi: [Gratias agimus.] Tertio orat pro eis, & quid pro eis oret, inſinuat, ut ſcilicet perficiantur, & impleantur fide, virtutibus, gaudio, ibi: [Ideo & nos, &c.] Quarto, gratias agit, & agere docet de tanta vocatione, & a tanto, ideſt Patre, & in tanto, ideſt Filio, cujus benignitas deſcribitur, & operatio, & magnitudo, & multipliciter commendatur filius Dei, ibi: [Gratias agentes.] Quinto commemorat eis veterem eorum vitam, & ejus mutationem, ibi: [Et vos cum eſſetis.] Sexto, ſuam perſonam, & officium commendat, ut ei melius credatur, ibi: [Cujus factus ſum, &c.] Dicit ergo.
ſ Paulus] nomine.
t Apoſtolus] dignitate, non uni loco, ſed generaliter, ſpecialiter tamen illis, quibus per diſcipulos ſuos prædicaverat.
u Per voluntatem Dei,] beneplaciti, & approbationis, non per iram. *Oſee* 13. Dabo tibi Regem in furore meo. Item *Oſee octavo.* Ipſi regnaverunt, & non ex me. Principes extiterunt, & non cognovi. *Job* 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.

x Et

a *a* Et Timotheus frater:] non Imperator, non Tyrannus, ſed amator fratrum. Nota, quod Paulus interpretatur modicus, Timotheus benefaciens. Hæc duo debent ſociari, humilitas, & laborioſitas: quia qui hæc habet, poteſt alios corripere, & docere.

b His qui ſunt Coloſſis] Nomen eſt indeclinabile; & ideo quidam volunt pronunciare quaſi nomen barbarum: ſed male, quia non eſt barbarum, ſed Græcum. Interpretatur autem Coloſſis voci factæ obediens; vel factæ voci obedientia: ſimiliter Coloſſenſes, factæ voci obedientes, contra diſputantes de obedientia.

c Sanctis & fidelibus] ideſt majoribus, & minoribus. Vel [ſanctis] fide purificante, & mundante corda, *Act.* 15.

a & Timotheus frater: his *b* qui ſunt Coloſſis *c* Sanctis, *d* & fidelibus *e* fratribus in *f* Chriſto Jeſu. *g* Gratia vobis, *h* & pax *i* a Deo Patre noſtro. *k* Gratias agimus *l* Deo, *m* & patri Domini noſtri Jeſu Chriſti ſemper pro vobis *n* orantes: *o* audientes fidem veſtram in Chriſto Jeſu, *p* & dilectionem, quam habetis *q* in Sanctos *r* omnes, *ſ* propter ſpem, *t* quæ repoſita eſt vobis in cælis, *u* quam audiſtis in verbo veritatis Evangelii, *x* quod pervenit ad vos, ſicut & *y* in univerſo mundo

d Et fidelibus] in operatione. Vel [ſanctis] in ſe. 1. *Pet.* 1. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. *Lev* 11. 19. & 20.

d Et fidelibus] in commiſſa ſibi villicatione, quantum ad alios. *Luc.* 12. Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens? *Prov.* 28. Vir fidelis laudabitur. Vel [ſanctis] per collationem divinæ gratiæ.

d Et fidelibus] in gratiarum actione. *Bern.* Fidelis ſervus es ſi de multa ſubſtantia Domini tui, etſi non exeunt ex te, tamen tranſeunte per te nihil manibus tuis adhærere contingat. Sicut Joſeph fidelis fuit Domino ſuo nolens tangere uxorem ſuam. Uxor enim Domini gloria eſt. *Iſ.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. *Prov.* 20. Multi homines miſericordes vocantur: virum autem fidelem quis inveniet? quaſi dicat: Difficile eſt vocari miſericordem, ſive bonum; & tamen inde non gloriam quærere.

e Fratribus] non pediſſequis. *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt? noli extolli.

f In Chriſto Jeſu.] Hæc eſt bona fraternitas, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Vel [Fidelibus, & ſanctis in Chriſto Jeſu,] i. per gratiam, a qua eſt omnis ſanctitas.

g Gratia vobis,] in via.

h Et pax] in patria. Vel [Gratia.] *Gl.* i. remiſſio peccatorum. Sed nonne remiſſa erant eis peccata? Reſponſio: Continue peccamus. [Et pax] tranquillitas mentis.

i A Deo patre noſtro.] a quo & in quo eſt omnis pax. Unde *Jo.* 16. In me pacem; in mundo autem preſſuram habebitis.

k Gratias agimus Deo,] Gaudebat Apoſtolus, quia bonos rumores audierat de profectu eorum. *Luc.* 1. Erit tibi gaudium, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt. De nativitate enim Joannis, ideſt gratiæ, cum ſc. oritur gratia in aliquo, debent omnes gaudere, maxime pater Joannis, ideſt Prælatus. Sed *Prov.* 29. In multiplicatione Juſtorum lætabitur vulgus: non dicit, Magiſtri & Prælati, ſed vulgus, ideſt Laici. Dicit ergo: [Gratias agimus,] pro habitis.

l Deo,] qui poteſt dare ampliora.

m Et patri] idem vult.

n Orantes:] pro amplioribus habendis. Agimus, dicit, gratias.

o Audientes fidem veſtram, &c.] *Eph.* 1. Propterea & ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in Chriſto Jeſu, & dilectionem in omnes Sanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, &c.

p Et dilectionem quam habetis] ideſt, vos habere facto oſtenditis.

q In ſanctos omnes] 1. *Jo.* 3. Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

r Omnes,] contra acceptores perſonarum. *Proverb.* 28. Qui cognoſcit in judicio facientem, non bene facit iſte. Maxime tamen factis benefaciendum eſt. Unde *Galat. ult.* Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.

ſ Propter ſpem] ideſt rem ſperatam, non pro laude, vel terreno emolumento.

t Quæ repoſita eſt vobis in cœlis,] pro eleemoſynis veſtris, 2. *Tim. ult.* In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. *Job* 19. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. *Luc.* 12. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt. *Eccl.* 17. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit: quaſi rem ſperatam, vel fidem.

u Quam audiſtis in verbo veritatis Evangelii] i. vero & bono. *Act.* 26. Non inſanio, optime Feſte: ſed veritatis, & ſobrietatis verba eloquor.

x Quod pervenit ad vos] 2. *Cor.* 10. Uſque ad vos enim pervenimus in Evangelio Chriſti. B

y Sicut & in univerſo mundo] *Rom.* 10. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit ſonus eorum. *Matth* 26. Ubicumque prædicatum fuerit Evangelium hoc in toto mundo

eſt, & *z* fructificat, *a* & creſcit, *b* ſicut in vobis ex ea die qua audiſtis, *c* & cognoviſtis gratiam *d* Dei in veritate, *e* ſicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo *f* conſervo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Jeſu, qui etiam manifeſtavit nobis *g* dilectionem veſtram in Spiritu. *h* Ideo & nos ex qua die audivimus, *i* non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes *k* ut impleamini *l* agnitione voluntatis ejus, *m* in omni ſapientia, *n* & intellectu *o* ſpirituali; *p* ut ambuletis

dicetur, & quod hæc fecit, &c.

z Et fructificat,] i. fructificare facit in operibus bonis terram bonam in qua ſeminatum eſt, non in petra, & non in ſpinis. *Matth.* 13. *Marc.* 4. Et fecit aliud fructum centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. Hodie vix pro centum verbis habetur fructus unius boni operis.

a Et creſcit,] i. creſcere facit per intellectum, & cognitionem: vel propter numerum fidelium.

b Sicut in vobis ex ea die qua audiſtis,] primo per Archippum. Hoc, ſc. audire, commune eſt Theologis.

c Et cognoviſtis in veritate] Hoc ſpecialiter eſt Sanctis, qui non in phantaſmate cognoſcunt, ſed in veritate.

d Gratiam Dei] non dicit ſcientiam. Vel gratiam Dei in veritate,] i. quæ vere eſt ex Deo.

e Sicut] poſtea [didiciſtis ab Epaphra,] idem ſc. quod prius ab Archippo: non dicit, Ariſtotele vel Platone, vel Gratiano.

f Conſervo noſtro,] Quod magnum eſt eſſe conſervum Apoſtoli, hinc patet quod & Angelus gaudet ſe eſſe conſervum Joannis. *Apoc.* 19. Conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum.

g Dilectionem veſtram in ſpiritu.] i. ſpiritualem, non carnalem. 1. *Jo.* 3. Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate. Et quia tales eſtis.

h Ideo & nos] ut ſcilicet majora habeatis.

i Non ceſſamus pro vobis orantes, & poſtulantes, &c.] *Eph.* 1. Idem dicitur, *Iſa.* 58. Clama, ne ceſſes. *Iſa.* 62. Qui reminiſcimini Deum ne taceatis. 1. *Tim.* 2. Obſecro primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulatione, gratiarum actiones. Et nota, quod ſecundum B. *Bern.* tres ſunt ſpecies orationis, ſupplicatio, poſtulatio, inſinuatio. Supplicationis tres ſunt ſpecies captatio, exactio, pura oratio. Poſtulationis tres, obſecratio vehemens in neceſſariis, rogatio in mediocribus, petitio in minimis. Inſinuationes tres; quia aliquando fit cum timore, quia magna eſt perſona: vel fit aliquando cum fiducia, ut *Jo.* 2. Fili, vinum non habent. Aliquando cum contempto, ut *Mich.* 7. Princeps poſtulat, & judex in reddendo eſt, &c. Hoc apud homines eſt, non apud Deum.

k Ut impleamini] ſicut vaſa integra per corporis incorruptionem, & munda per mentis ſanctitatem, & vacua per humilitatem. *Eccl.* 21. Cor fatui quaſi vas confractum,

l Agnitione voluntatis ejus] non ſolum veritatis, intellectus enim rimatur veritatem Dei; affectus vero voluntatem. 2. *Theſſ.* 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. *Infra* 3. Induentes novum hominem, qui renovatur in agnitione Dei ſecundum imaginem ejus, qui creavit eum. Et nota, quod dicit: [Ut impleamini,] ſc. gratia in agnitione voluntatis ejus.] Multi enim quanto plus agnoſcunt, tanto plus evacuantur: quia ſcientia inflat. 1 *Cor.* 8. Sed, quod in genere dixit, per partes exequitur. [Impleamini] ſcilicet.

m In omni ſapientia] eorum quæ ſunt activæ vitæ.

n Et intellectu ſpirituali:] ideſt cognitione ſpiritualium rerum, quæ ſunt contemplativæ vitæ.

o Ut] ſic perfecte inſtructi.

p Ambuletis] opere exequendo.

a Digne Deo,] i. ſicut decet tantum Dominum. Vel ut ſitis digni eo habendo in præmium. 1.*Theſ.* 2. Teſtificati ſumus, ut ambularetis digne Deo. *Phil.*1. Tantum digne Evangelio Chriſti converſamini. Filius enim Regis ſi facit aliquid regiæ indecens Majeſtati, non ambulat digne ei. Cum ergo ſimus filii Dei ambulemus ſicut dignum eſt. *Eph.* 5. Eſtote imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi. Item in *eod.* Ut filii lucis ambulate. Seneca: Compoſitus miles compoſitam debet habere familiam.

b Per omnia] opera quæ agitis.

a digne Deo, *b* per omnia *c* placentes, in *d* omni opere bono fructificantes, & *e* creſcentes in ſcientia Dei, *f* in omni virtute confortati ſecundum *g* potentiam claritatis ejus, *h* in omni patientia, *i* & longanimitate, *k* cum gaudio, *l* Gratias agentes Deo, *m* & Patri, *n* qui dignos nos fecit in partem

c Placentes Deo] intentionem ad eum dirigendo, non ad laudis mercedem, vel lucri temporali. Talis meretur præmium æternum. *Eccl.*44. Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum. *Sap.* 4. Placens Deo factus eſt dilectus, & vivens inter peccatores tranſlatus eſt. Et dicit [per omnia,] non per quædam. Unde *Deut.*22. Non indueris veſte lana linoque contexta, ideſt malis, & bonis operibus. *Jer.*13. Nunquid avis diſcolor hæreditas mea mihi? *Pſ.*14. Qui ingreditur ſine macula, &c. hic, ſc. requieſcet in monte ſancto tuo.

d Et in omni opere bono fructificantes,] in vobis per bonorum operum multiplicationem; in aliis per prædicationem tam verborum, quam exemplorum. *Pſal.*127. Filii tui ſicut novellæ olivarum. *Eccl.* 39. Obaudite me divini fructus, & quaſi roſæ plantatæ ſuper rivos aquarum fructificate. *Phil.*1. Repleti fructu juſtitiæ, ſicut arbores, ſc. *Lev.* 26. Pomis arbores replebuntur. Sed quia per opera creſcit cognitio, ſicut dicitur in *Pſ.* 100. ſecundum aliam Litteram: Intelligentia optima his, qui faciunt eam; ideo ſubditur:

e Et creſcentes, &c.] Sed quia quidam creſcunt, ut veſica cum inflatur, ſicut ſaccus cum paleis impletur; ideo ſubdit:

f In omni virtute confortati] quantum ad virtutum radicationem. Iſta duo perficiunt animam, ſcientia & virtus. *Pſ.* Confortatus ſum, per virtutes per quas homo reſiſtit ſibi, & mundo, & diabolo. Unde dicit [creſcentes,] ſed [confortati:] quia qui proficit in virtute, humilior factus, videtur decreſcere; ſed tamen confortatur. Confortati, dico, a Chriſto.

g Secundum potentiam, &c.] i. ſecundum quod ille poteſt vos confortare, qui eſt claritas patris, i. filius. *Sap.* 7. Emanatio quædam eſt claritatis Dei ſincera: candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis. *Heb.*1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus. Vel [ſecundum potentiam claritatis ejus] i. ſicut decet potentiam, & claritatem ejus, i. nobilem non decet dare niſi magna. *Sap.*6. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia. Et nota, quod potentia attribuitur Patri; claritas Filio; tria quæ ſequuntur Sp. ſancto, ſc. modus confirmationis.

h In omni patientia,] contra adverſa mundi.

i Et longanimitate,] in mora præmii. *Haban.*2. Si moram fecerit, &c.

k Cum gaudio,] in utroque. *Rom.*5. Gloriamur in tribulationibus. *Jacob* 1. Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis. 2.*Cor.*9. Non ex triſtitia, vel ex neceſſitate. *Eccl.* 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Homo enim in tribulationibus cum libenter eas ſuſtinet, & paratus eſt eas ſuſtinere, tunc offert ſe Deo hoſtiam: vel offert ſe in alioum ipſi Domino. *Pſ.*72. Ut jumentum factus ſum apud te, ad onera ſc. paratus ſum. Carduis enim, ideſt aſperitatibus, quaſi cibariis paſcitur.

l Gratias agentes] Hæc eſt quarta pars capituli, in qua gratias agens commendat filium Dei multipliciter. Primo a gratuita ſuorum prædeſtinatione, ibi: [Qui dignos nos fecit.] Secundo ab opere redemptionis, ibi: [Qui eripuit.] Tertio a modo redemptionis, ibi: [In quo habemus redemptionem. Quarto a propria perſona, ibi: [Qui eſt imago Dei.] Quinto a dignitate, ibi [Primogenitus, &c.] Sexto ab operibus creationis, & recreationis, ibi: [Omnia per ipſum.] Septimo ab utraque natura, & ſapientia, ibi: [Quia in ipſo complacuit.] Octavo a meditatione, ibi: [Pacificans,] Nono a ſuffi-

cientia ſalvandi, ibi: [Et vos cum eſſetis, &c.] Sic autem commendat eum: ut relictis legalibus ipſi ſoli per veram fidem adhæreant. Dicit ergo: [Gratias agentes Deo] colendo, tremendo.

m Et patri,] reverendo, diligendo.

o fortis Sanctorum in *p* lumine: *q* qui eripuit *r* nos de *ſ* poteſtate tenebrarum, *t* & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ, *u* in quo habemus *x* redemptionem, *y* & remiſſionem peccatorum. *z* Qui eſt imago Dei *a* inviſibilis *b* primogenitus omnis creaturæ: *c* quoniam in ipſo condita ſunt

n Qui dignos nos fecit] per gratiam.

o In partem fortis Sanctorum] i. ut partem habeatis in hæreditate, quæ forte datur Sanctis, i. divina voluntate, ſive divina electione. *Epheſ.*1. In qua etiam nos forte vocati ſumus prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus. B

Num. 33. Unicuique ſicut ſors ceciderit, tribuetur hæreditas, ideſt, gratia pro gratia dabitur.

p In lumine;] æternæ claritatis. *Pſ.*15. Hæreditas mea præclara eſt mihi. Iterum *ibid.* Funes ceciderunt mihi in præclaris. Funes tribulationum, & perſecutionum, quibus menſuratur hæreditas præclara: quia ſecundum quod Sancti patiuntur in mundo, remunerantur in cœlo. Vel [In lumine] i. per lumen, i. per filium Dei, qui eſt lumen de lumine. *Pſ.* 35. In lumine tuo videbimus lumen. Vel per lumen fidei. 1.*Jo.*2. Tenebræ jam tranſierunt, & verum lumen jam lucet. *Jo.*3. Qui facit veritatem venit ad lucem. *Eph.*5. Fructus lucis eſt in omni bonitate, & juſtitia, & veritate.

q Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum,] i. Dæmonum, qui ſunt tenebræ, & habent poteſtatem in tenebroſos. *Epheſ.*6. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus Principes, & Poteſtates, & adverſus mundi Rectores tenebrarum harum. *Jo.*12. Nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras. *Luc.* 22. Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. [Eripuit] *Iſa.*49. Equidem & captivitas a forti tolletur, & quod ablatum fuerit a robuſto, ſalvabitur.

t Et tranſtulit] nos [in regnum filii dilectionis ſuæ,] ideſt in Eccleſiam dilecti filii ſui ejuſdem ſubſtantiæ cum patre. Et loquitur ſic ad expreſſionem dilectionis. 1.*Jo.* 3. Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus a morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: & qui eſt in morte, non eſt de regno ejus, ſed Diaboli. Unde *Matth.*22. Non eſt Deus mortuorum, ſed viventium. Vel

ſ De poteſtate tenebrarum,] ideſt de Limbo, qui eſt tenebroſus.

r Nos,] ideſt, ſimiles nobis Patriarchas, & Prophetas.

t Et tranſtulit in regnum] ſc. in Aſcenſione. *Pſal.* 67. Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, &c. *Zach.*9. Tu autem in ſanguine Teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu in quo non erat aqua.

u In quo habemus redemptionem,] Hic commendat eum a modo redemptionis, ſc. a pœna, & culpa.

y Remiſſionem peccatorum.] *Epheſ.* 1. In quo habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum ſecundum divitias gratiæ ejus.

x Redemptionem,] a pœna.

y Remiſſionem] a culpa. *Pſ.*129. Copioſa apud eum redemptio. Item *Pſ.* 110. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo.

z Qui eſt imago Dei] ideſt plene Deum patrem repræſentat. Et commendat hic eum a propria perſona in pulchritudine. *Sap.* 7. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius. *Interl.* Plena repræſentatio. [Qui eſt imago inviſibilis Dei] *Rom.* 8. Prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui. *Hebr.* 1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus.

a Inviſibilis] ideſt incomprehenſibilis.

b Primogenitus omnis creaturæ:] Hic commendat eum ab æternitate, & dignitate, ideſt genitus eſt primus dignitate, & prius quam creatura aliqua eſſet, ideſt ab æterno. *Eccl.* 24. Ex ore Altiſſimi prodii primogenita ante omnem creaturam. *Infra eodem.* Primogenitus ex mortuis. *Roman.* 8. Ut ipſe ſit primogenitus in multis fratribus.

c Quoniam in ipſo] Commendat eum a ſapientia. [In ipſo] omnia ſunt quaſi in arte. *Pſ.*103. Omnia in ſapientia feci-

Digitized by Google

feciſti, *Prov.* 8. Cum eo etiam cuncta componens. *a* Univerſa in cœlis, & in terra ;] Hoc eſt plane contra Manichæos.

b Viſibilia, & inviſibilia:] *Eccl.* 43. Pauca enim vidimus opera ejus. *c* Sive throni, &c.] *Ephe.* 1. Qui eſt ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem. Hinc ſumpſit Dionyſius ordines Hierarchiæ. Et breviter omnia concludens commendat eum ab ampla poteſtate cum dicit.

d Omnia per ipſum,] creantem. *e* Et in ipſo] conſervante, vel ut in arte, *Jo:* 1. Omnia per ipſum facta ſunt, 1. *Cor.* 8. Unus Deus pater ex quo omnia, & nos in illo, & unus Dominus Jeſus Chriſtus per quem omnia, & nos per illum, *Rom.* 11. Quoniam ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt omnia. Et explanat quod dixerat cum ſubdit:

a univerſa in cœlis, & in terra ; *b* viſibilia & inviſibilia : *c* ſive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates : *d* omnia per ipſum, *e* & in ipſo creata ſunt, *f* & ipſe eſt ante omnes ; *g* & omnia in ipſo conſtant. *h* Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, *i* qui eſt principium, k primogenitus ex mortuis : *l* ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens : *m* quia in ipſo complacuit *n* omnem plenitudinem inhabitare : *o* & per eum reconciliari omnia in ipſum, *p* pacificans per ſanguinem Crucis ejus *q* ſive quæ in cœlis, *r* ſive quæ in terris ſunt. *ſ* Et vos *t* cum eſſetis aliquando *u* alienati, & inimici *x* ſenſu in *y* operibus malis : *z* nunc autem *a* reconciliavit in *b* corpore carnis ejus per *c* mortem, *d* exhibere *e* vos ſanctos, & *f* immaculatos, *g* & irreprehenſibiles *h* coram ipſo :

f Et ipſe eſt ante omnes;] æternitate, & dignitate, quia eſt auctor omnium: *Iſa.* 48. Antequam fierent ibi eram, & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus ejus, *Prov.* 8. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret a principio, ab æterno ordinata ſum.

g Et omnia in ipſo conſtant,] quia in ipſo conſervantur omnia, *Heb.* 1. Portans omnia verbo virtutis ſuæ.

h Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ,] Hic commendat eum ab utraque natura per quam eſt caput Eccleſiæ. Si enim eſſet purus homo, non eſſet caput, *Eph.* 1. Ipſum dedit caput omnis Eccleſiæ, qui eſt corpus ipſius, & plenitudo, *Cant.* 5. Caput meum plenum eſt rore. Spiritus Sancti, dicit Eccleſia, quia de plenitudine ejus omnes accepimus, *Jo:* 1. *i* Qui eſt principium,] ſecundum Divinitatem, *Jo:* 8. Tu quis es? Dixit eis Jeſus: Principium qui & loquor vobis, *Gen.* 1. In principio creavit Deus cœlum, & terram. k Primogenitus ex mortuis.] ſecundum humanitatem, *Apoc.* 1. Primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, non quod prius reſurrexit, ſed quia ille qui reſurrexit, prior eſt omnibus dignitate, vel quia prior reſurrexit ad immortalitatem. Unde dicendum, quod eſt multiplex genitura ſive generatio. Naturæ, de qua *Gen.* 15. Generatione autem quarta revertentur huc. Item eſt generatio gratiæ, 1. *Pet.* 2. Quaſi modo geniti infantes, &c. 1. *Jo:* 5. Omnis qui natus eſt ex Deo non peccat; ſed generatio Dei conſervat eum. Item eſt generatio gloriæ, *Matt.* 19. In generatione cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, &c. Quia ergo hic dicitur [Primogenitus ex mortuis] intelligi debet generatione gloriæ, i. primo natus eſt, i. primo venit ad immortalitatem, & gloriam quam aliquis alius homo, multi tamen reſurrexerunt ante, ut 4. *Reg.* 4. *Jo:* 11. de Lazaro, ſed non reſurrexerunt ad immortalitatem, & ideo non dicuntur reſurrexiſſe a mortuis vere; quia iterum mortui ſunt. Eſt autem quarta generatio æterna, ſcil. generatio filii Dei, de qua dictum eſt *ſup. eod.* Primogenitus omnis creaturæ. Principium ergo eſt ſecundum deitatem; primogenitus ſecundum humanitatem. Et ita. *l* Ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens:] ſecundum quod Deus, & ſecundum quod homo omnes excedit, *Eccl.* 24. In omni gente, & in omni populo primatum tenui, excellentium, & humilium corda virtute calcavi, *Pſ.* 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. Et hoc dignum eſt. *m* Quia in ipſo complacuit] Trinitati. *n* Omnem plenitudinem inhabitare:] i. placuit Trinitati, quod in ipſo omnis plenitudo ſcientiæ, & virtutum non tantum eſſet, ſed etiam habitaret, *Matth.* 27. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Si aliud eſſet filius quam pater, non ſibi in eo pater placeret, *Prov.* 3. Quaſi in filio complacet ſibi. *o* Et per eum reconciliari omnia] placuit, ſcil. 2. *Cor.* 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, *Rom.* 5. Cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus, [Reconciliari dico omnia] tendentia [in ipſum] per fidem, & dilectionem. Vel [Reconciliari omnia in ipſo] oblato in Cruce Deo patri. Et ſubdit, quomodo, quia ſcilicet ipſe eſt,

p Pacificans per ſanguinem Crucis ejus] i. effuſum in Cruce, vel, i. per mortem quæ eſt turpior mors, *Sap.* 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. *q* Sive quæ in cœlis,] Angelos vel Sanctos qui jam ſunt in cœlo. *r* Sive quæ in terris ſunt,] ſanctos qui adhuc vivunt. Sic pacificavit omnia. Unde verus dicitur Salomon, *Eph* 2. Ipſe eſt pax noſtra, *Iſ.* 57. Creavit Deus fructum labiorum pacem, i. verbum patris, filium Dei, pacem ei qui longe eſt, & pacem ei qui prope eſt, i. terrenis, & cœleſtibus. Sed quomodo? [Per ſanguinem] ut dicitur hic. Sanguis enim Chriſti loquitur pacem, & veniam, ſanguis Abel vindictam, ut dicit *B. Greg. Heb.* 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam ſanguis Abel, 1. *Pet.* 1. In obedientiam, & aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, gratia vobis, & pax multiplicetur, *Matt.* 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, quia ſimiles filio Dei.

ſ Et vos] ſpiritualiter o Coloſſenſes.

t Cum eſſetis aliquando alienati,] a converſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum.

u Et inimici ſenſu] per intellectus repugnantiam. Vel [Inimici] ei contradicendo.

x Senſu] quia putabatis bene agere contradicendo doctrinæ Chriſti, *Jo:* 16. Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Valde periculoſus eſt talis ſtatus, *Prov.* 16. Eſt via quæ videtur homini recta, noviſſima autem ejus ducunt ad mortem. Vel ſecundum aliam litteram, [Inimici ſenſus,] i. conſilii ejus. Conſilium Dei eſt hic temporaliter cruciari, & in æternum gloriari, *Prov.* 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Vos, dico, viventes. *y* In operibus malis:] *Jo:* 13. Dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum opera mala.

z Nunc autem] cum eſſetis tales, ideſt, in hoc tempore gratiæ.

a Reconciliavit] *Rom.* 5. Cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per ſanguinem filii ejus, *Tit.* 3. Non ex operibus juſtitiæ quæ fecimus nos, ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit, *Epheſ.* 2. Nunc in Chriſto Jeſu vos qui aliquando eratis longe facti eſtis prope, *Iſa.* 42. Dedi te in fœdus populi, *Gen.* 9. Ponam arcum meum in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me, & terram. Arcus iſte fuit Jeſus poſitus in cruce, qui rubeum, & cæruleum colorem habuit, quia de latere ejus exivit ſanguis, & aqua, *Jo:* 19. Ex hoc arcu extenſo in Cruce jaculantur nobis ſagittæ amoris. *b* In corpore carnis ejus] i. carneo ſive fragili, & infirmo, i. per ea quæ pertulit in corpore ſuo ſcilicet.

c Per mortem,] ejus, *Heb.* 10. Sanctificati ſumus per oblationem corporis Jeſu Chriſti ſemel.

d Exhibere vos] ſcil. ad exhibendum vos, ut ſcil. nos exhibeamus, vel ipſe nos exhibeat.

e Vos ſanctos,] virtutibus.

f Et immaculatos,] a mortalibus.

g Et irreprehenſibiles] a venialibus. *h* Coram ipſo:] i. in judicio cum omnium judex videt omnia, vel ad videndum ipſum facie ad faciem. Vel [Sanctos] quoad Deum [Immaculatos] quoad ſeipſum [irreprehenſibiles] ad proximum, *Heb.* 9. Sanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi, 2. *Pet.* 3. Satagite immaculati ei inveniri in pace, *Tob.* 10. Monentes eam honorare ſoceros, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere Deo. Item 1. *Tim.* 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, 1. *Cor.* 10. Sine offenſione eſtote, *Tit.* 2. Verbum ſanum, & irreprehenſibile, 1. *Timoth.* 5. Hoc præcipe ut irreprehenſibiles ſint, 1. *Tim.* 6. Hoc præcipio tibi coram Deo, & ita ut ſerves mandatum ſine macula, & irreprehen-

henſibile. *Eph.* 5. Viri diligite uxores veſtras, ſicut, & Chriſtus Eccleſiam dilexit: & ſe pro ea dedit, ut illam ſanctificaret mondans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ſibi ipſi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugam, aut aliqoid hujuſmodi, &c. [Sanctos,] i. ſine terra contra avaritiam. [Immaculatos] contra luxuriam. [Irreprehenſibiles] contra ſuperbiam: contra hæc tria, ſubdit tria.

b Fundati, ſtabiles, immobiles] fundati in paupertate: contra terrenorum profanditatem quæ eſt ſine fundo.

c Stabiles] per continentiã contra fluxum aquæ libidinis.

d Et immobiles] per

a ſi tamen permanetis in fide *b* fundati, & *c* ſtabiles, *d* & immobiles a *e* ſpe Evangelii, quod audiſtis, quod prædicatum eſt in *f* univerſa creatura *g* quæ ſub cœlo eſt, *h* cujus factus ſum ego Paulus miniſter, qui nunc gaudeo in paſſionibus *i* pro vobis, *k* & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea, *l* pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia: cujus factus ſum ego miniſter *m* ſecundum diſpenſationem

humilitatem quæ ſe in ſe comprimit, ne moveatur ad ventum gloriæ vel ſuperbiæ: dicit ergo [Irreprehenſibiles coram ipſo,] i. in corde, obi Deus videt. *Prov.* 16. Spirituum ponderator eſt Dominus. 1. *Reg.* 16. Homo videt quæ parent, Deus autem intuetur cor. Vel [coram ab ipſo] in extremo examine, ut dictum eſt.

a Si tamen] quaſi dicat, hac conditione [ſi permaneris in fide fundati,] ideſt, firmi, non fluctuantes. Fides enim eſt fundamentum, 1. *Cor.* 3. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. *Eph.* 3. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris in charitate radicati & fundati. *Eccl.* 27. Homo ſapiens in ſapientia manet ut Sol: nam ſtultus ut Luna mutatur. *Tit.* 2. In omnibus fidem oſtendentes bonam. *Matt.* 10. & 24. Qui perſeveraverit uſque in finem, &c.

c Et ſtabiles] ut per vos non recedatis.

d Et immobiles] alio impellente.

e A ſpe Evangelii] i. de te ſperanda, quæ promittitur in Evangelio. *Tit.* 2. Expectantes beatam ſpem & adventum gloriæ magni Dei. *Eccl.* 11. Sta in teſtamento tuo & in illo colloquere. Vel.

b In fide fundati] contra doctrinam malam pervertentem fidem. *Eph.* 4. Non jam ſimus parvuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinæ. *Jac.* 1. Nihil hæſitans in fide. *c* Stabiles] contra peccata.

d Et immobiles] contra adverſa.

e Et ſpe Evangelii] i. a ſpe ad quam Evangelium invitat. 1. *Cor.* 15. Stabiles eſtote & immobiles abundantes in omni opere Domini. *Eccl.* 2. Qui timetis Dominum ſperate in eum, & in oblectationem vobis veniet miſericordia. *f* In univerſa creatura] i. in univerſis hominibus qui creata ſunt nova. *Matth. ult.* Prædicare Evangelium omni creaturæ, i. homini. 2. *Tim.* 3. Apparuit Angelis: prædicatum eſt gentibus: creditum eſt mando: aſſumptum eſt in gloria.

g Quæ ſub cœlo eſt,] i. adhuc in mando peregrinatur.

h Cujus factus ſum] Commendavit Chriſtum ut in eo ſolo ſpem ponerent: hic incipit & ſe commendare ut ei de Chriſto melius credant. Et primo commendat ſe a miniſterio Chriſti: ibi [cujus factus ſum.] Secundo, a tolerantia paſſionum abundantium: ibi [& adimpleo ea quæ deſunt.] Tertio, ab amplitudine miniſterii: ibi [quibus voluit Deus, &c.] Quarto, ab utilitate miniſtrationis: ibi [& exhibeamus omnem hominem. Dicit ergo [cujus factus ſum ego Paulus miniſter: qui nunc gaudeo in paſſionibus] illatis mihi. *i* Pro vobis:] quia vobis prædicavi. 2. *Cor.* 7. Superabundo gaudio in omni tribulatione veſtra pro vobis confirmandis: quia confirmabantur in fide quando videbant Apoſtolum pro Chriſto tot pati. *k* Et adimpleo] Expoſitio plana eſt in *Gl.* quod ſicut Amorrhæi dicuntur adimplere peccata ſua *Gen.* 15. Nondum impletæ ſont iniquitates Amorrhæorum. 1. *Theſ.* 2. Prohibentes nos gentibus loqui, ut ſalvi fiant, ut adimpleant peccata ſua ſemper. *Dan.* 11. Dirigetur donec impleatur iracundia: perpetrata quippe eſt definitio. Commendat autem ſe hic a tolerantia paſſionum. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam agnoſcitur. *Pſal.* 91. Bene patientes erunt ut annuntient. *l* Pro corpore ejus. *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. *m* Secundum diſpenſationem] i. ad hoc ut diſpenſem eis ſpi-

ritualia. Vel [Diſpenſationem,] i. ſecundum gratiam Apoſtolatus mihi diſpenſatam a Deo. 1. *Cor.* 9. Diſpenſatio mihi credita eſt. *n* In vobis,] gentibus. 2 *Tim.* 1. Per Evangelium in quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus & magiſter gentium. Item 1. *Tim.* 2. Doctor

Dei, quæ data eſt *n* mihi in vobis, *o* ut impleam verbum Dei: *p* myſterium, quod abſconditum fuit *q* a ſæculis & generationibus: *r* nunc autem *ſ* manifeſtatum eſt ſanctis ejus, *t* quibus voluit Deus *u* notas facere divitias *x* gloriæ ſacramenti hujus in gentibus, *y* quod eſt Chriſtus, *z* in vobis ſpes gloriæ, *a* quam *b* nos *c* annuntiamus: *d* corripientes omnem hominem, *e* & docentes *f* in omni ſa-

gentium in fide & veritate. *Rom.* 11. Quamdiu gentium Apoſtolus miniſterium honorificabo.

o Ut impleam verbum Dei:] i. impletum oſtendam promiſſum Dei de vocatione gentium: vel hoc per eum impletum eſt: hoc verbum dico quod eſt. *p* Myſterium quod abſconditum fuit a ſæculis, &c.] *Rom. ult.* Secundum revelationem my-

ſterii temporibus æternis taciti. *Eph* 3. Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicut nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis ejus.

q A ſæculis] i. a principio ſæculorum, & abſconditum fuit generationibus omnibus: non tantum uni: niſi cui per Spiritum Sanctum revelavit Deus. *Iſa.* 24. Secretum meum mihi. *Prov.* 25. Gloria Dei celare verbum: & gloria regum inveſtigare ſermonem.

r Nunc autem] tempore gratiæ.

ſ Manifeſtatum eſt Sanctis ejus,] plenius, quam ante cognoverunt Sancti veteris Teſtamenti: cognoverunt tamen & ipſi. Unde *Gen.* 18. Num potero celare Abraham quæ facturus ſum, cum facturus ſim eum in gentem magnam? *Amos* 3. Non faciet Dominus verbum, niſi revelaverit ſecretum ſuum ad ſervos ſuos Prophetas.

t Quibus] Sanctis [voluit Deus] ex ſola gratia.

u Notas facere divitias gloriæ ſacramenti hujus] ſcilic. copioſam gloriam tam digni ſacramenti: in quo ſunt multa, ſcil. fidei remiſſio, juſtitia, dona Spiritus Sancti, futura beatitudo: Dicit *Rom.* 11 O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus! ſacramenti dico exiſtentis.

x In gentibus] quod impletum eſt in gentibus.

y Quod Sacramentum eſt Chriſtus in vobis] gentibus, i. Domino Chriſto, i. illud Sacramentum eſt Chriſti incarnatio per quam ſalvantur gentes. Vel ſic: Quod Sacramentum eſt [Chriſtus in vobis] ſcil. quia Chriſtus eſt in vobis per gratiam ad quam vos vocavit, eſt illud ſacramentum, q. d. Sacramentum illud eſt de vocatione veſtra o gentes per gratiam per quam eſt ia vobis: ita ut ſit. *z* Spes gloriæ] ſcil. ut per eum ſperetis gloriam ſine lege.

a Quam] i. qualem, ſcil. ita glorioſum.

b Nos] Apoſtoli.

c Annonciamus;] quod ſine lege ſalvat gentes.

d Corripientes] a bono devianiem.

e Et docentes] exiſtentem in ignorantia. Vel.

d Corripientes] dehortando a malo.

e Docentes] exhortando ad bonum. *Zach.* 11. Aſſumpſi mihi duas virgas: unam vocavi decus: alteram funiculum & pavi gregem. Decus eſt exhortatio ad bonum: funiculus dehortatio a malo: quia prædicator ſive paſtor gregis debet anounciare quanta pœna ſequatur peccatum quodlibet & quantum damnum: & quanta gloria ſequitur quodlibet bonum & quantum lucrum & hujuſmodi. Vel. *d* Corripientes] rebelles & contra dicentes. 2. *Tim.* 2. Servum Domini non oportet litigare: ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati 2. *Cor.* 10. Conſilia deſtruentes & omnem altitudinem extollentem ſe contra ſcientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti, & in promptu habentes ulciſci omnem inobedientiam.

e Et docentes omnem hominem] i. obedientes & bonos. Sed nonne eſt hæc præſumptio? Reſp. i. omne genus hominum. 1. *Tim.* 11. Vult omnes homines ſalvos fieri, & ad cognitionem veritatis venire.

f In omni ſapientia,] ideſt, perfecta, & vera ſapientia: non in illa quæ ſtultitia eſt apud Deum, *prima Corinth.* 3. Sapientia hujus mundi ſtultitia eſt

apud

Digitized by Google

apud Deum. *a* Ut exhibeamus omnem hominem] i. aliquem de omni genere hominum. *b* Perfectum] i. ut offerat ſe Deo in ſacrificium. Et commendat ſe ab utilitate adminiſtrationis; quia per eam fiebant homines perfecti in fide Chriſti. *Rom.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam Deo. *c* In quo] i. ad hoc omnis homo ſit perfectus, *d* Et laboro] non ſolum prædico. 1.*Cor.* 15. Plus omnibus laboravi. 2.*Tim.*2. Memor eſto Dominum
A noſtrum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, ex ſemine David ſecundum Evangelium meum, in quo laboro uſque ad vincula, quaſi male operans. *e* Certando] cõtra rebelles. 1.*Cor*, 9. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aerem verberans. 2.*Tim.*4. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: in reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ: Et nota quod dicuntur hic duo. [Laboro] quaſi agricola pro fructu. 2.*Tim.*2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. [Certando] quaſi miles pro corona. Unde 2.*Tim.*2. Qui certat in agone, non coronabitur niſi legitime certaverit. Et hoc facio non meis viribus; ſed *f* Secundum operationem ejus, quam operatur in me] Quaſi, Ego non operor per me, ſed ipſe in me. *Phil.* 2. Operatus in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Operatus dico. *g* In virtute,] i. dando mihi virtutem, & conſtantiam. Vel [in virtute] & efficacia quam dat ipſi prædicationi meæ, q.d. Meus ſermo, vel prædicatio non confutat malos, & ædificat bonos: ſed virtus, & efficacia quam Deus dat ſermoni. 1.*Cor.*4. Regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute. Vel ſecundum *Gloſ.* [in virtute,] i. miraculorum, i. Certo contra perfidos adjuvantibus me ſignis virtutis, per quæ vita infidelitatis comprimitur: ut qui verbis contradicunt, virtuti cedant, q.d. Labori meo adjungit Deus miracula ad confirmationem. *Marc. ult.* At illi profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, &c.

pientia, ut *a* exhibeamus omnem hominem *b* perfectum in Chriſto Jeſu: in *c* quo & *d* laboro *e* certando ſecundum *f* operationem ejus, quam operatur in me in *g* virtute.

C A P. II.

VOlo *h* enim vos ſcire qualem ſollicitudinem habeam pro vobis, & *i* pro his qui ſunt Laodiceę, & *k* quicumque non viderunt faciem meam in carne, ut *l* conſolentur *m* corda ipſorum, *n* inſtructi in charitate, *o* & in omnes divitias plenitudinis intellectus in *p* agnitionem *q* myſterii Dei patris, & Chriſti Jeſu, in *r* quo ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcien-

E X P O S I T I O C A P. II.

VOlo enim vos ſcire.] In hoc cap. probat eis Apoſtolus, quod legalia debent ceſſare. Et primo oſtendit omnem ſufficientiam ſalutis eſſe in Chriſto; & ideo inſtructos eſſe monet contra Pſeudo, ne quærant ſalutem in legalibus, cum Chriſtus ſufficiat; ibi. [Inſtructi, &c. in quo ſunt omnes theſauri, &c.] Secundo probat idem per hoc quod doctrina iſtorum Pſeudo, qui Legem cum Evangelio docent tenendam, tantum eſt in verbis; & ideo non credendum eis, ibi. [Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat.] Tertio, quia ipſi tantum ſectantur legem rerum naturalium, ibi. [Videte ne quis.] Quarto, quia legalia plene ſunt in eis impleta, ibi. [Et eſtis in illo.] Quinto de his omnibus concludit, ibi. [Nemo ergo vos, &c.] Sexto oſtendit, quod docentes eos facere diſcretionem in cibis, & potibus, errant, & hoc faciunt ex ſuperbia, ibi. [Nemo vos ſeducat.] Septimo oſtendit, quod cum dimiſerint legalia propter fidem Chriſti, turpe eſſet redire ad ea, ibi. [Si ergo mortui, &c.] Primo ergo oſtendens magnitudinem ſollicitudinis quam habet erga eos: ut ſic ei melius credant: dicit, *h* Volo enim] q.d. Ideo prædicta de me refero vobis, quia volo vos ſcire quantam ſollicitudinem habeam pro vobis, qualem, ſcil. habet Paſtor pro grege; mater de parvulo, mulier de viro. 2.*Cor.* 11. Præter ea quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. *Pr.* 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera; Non enim habebis jugiter poteſtatem; ſed corona tribuetur tibi in generatione, & generationem. Item *Prov.* 12. Novit Juſtus animas jumentorum ſuorum; viſcera autem Impiorum crudelia. Item, *Prov.*6. Fac quod dico fili mi, & temetipſum libera: quia incidiſti in manus proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum: ne dederis ſomnum oculis tuis, neque dormitent palpebræ tuæ. *Gen.* 31. dicit Jacob, i. Prælatus ad Laban, i. Chriſtum, Oves tuæ, & capræ ſteriles non fuerunt; arietes gregis tui non comedi, nec captum a beſtia oſtendi ibi; Ego omne damnum reddebam, quicquid furto peribat, a me exigebas, die noctuque æſtu urgebar, & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. *i* Et pro his qui ſunt Laodiceæ,] quia & hi a Pſeudo erant præventi, & pro aliis adjacentibus vobis. *k* Et quicumque non viderunt, &c.] i. ſecundum carnem, ad Litteram, etſi ſcientiam habuerint, q.d. Licet non videritis me, nec ego vos; tamen propter hoc non minus ſollicitus ſum de vobis. Vel in hoc quod dicit [qui non viderunt, &c.] commendat eos qui licet Apoſtolum non viderint, crediderunt tamen, 1.*Pet.*1. Ut probatio fidei veſtræ multo pretioſior auro, & argento inveniatur in laudem, & gloriam, & honorem in revelationem Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem cum non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis. *Jo:* 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Vel hoc [Qui non viderunt, &c.] q. d. Si vidiſſetis me, amplius eſſetis roborati in fide. Præſentia enim Apoſtoli multum conferebat tam videntibus, quam audientibus, 3. *Reg.* 10. major eſt ſapientia tua, & opera tua, quam rumor quem audivi. *l* Ut conſolentur corda ipſorum,] Sic continua. Sollicitudine, dico, quam habeo, ut ipſi qui non viderunt faciem meam, vos ſcil. & alii [conſolentur, i. conforteni. *m* Corda ipſorum,] i. corda ſua invicem. Vel, [conſolentur,] paſſive. Vel *alia Littera*, [ut conſolationem accipiant] corda eorum. Ut ipſi ſint. *n* Inſtructi in charitate,] quam Deus ad vos habuit, q. d. In hoc omnis conſolatio eſt, ſcire ex quanta charitate Deus pater tradidit filium pro nobis, & filius ſeipſum. *Jo:* 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, qui hoc conſiderat, omnem conſolationem recipit, & ſpem vitæ æternæ. Qui enim proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? ut dicitur *Rom.* 8. Dicit ergo. Inſtructi in charitate. *o* Et] inducti ſive tendentes [in omnes divitias plenitudinis intellectus] i. divitias quæ implent intellectum. Et in hoc innuitur quod quædam divitiæ ſunt quæ non implent intellectum. Divitiæ, quæ replent, ſunt miſeriæ Chriſti, flagella, ſputa, alapæ, convitia, & alia quæ Chriſtus ſuſtinuit, quibus nos ditavit: his repletur intellectus qui hæc meditatur, & intelligit. Unde *Apoſt.* 1. *Cor.* 2. Nihil judicavi me ſcire inter vos niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. *Sap.* 6. Scire enim & noſcere ſenſus eſt conſummatus. Ecce impletio intellectus. [Et inſtructi in agnitione] vel tendentes. *17. diſt. c. legimus in fine.*

p In agnitionem myſterii Dei] i. ſecretorum quæ fecit Deus filium incarnando, miſeriis hujus vitæ ſubjiciendo, tandem morti exponendo. Hoc ſecretum fuit [Dei Patris Jeſu Chriſti.] Vel ſic:

q Myſterii Dei Patris] myſterii, dico, [Jeſu Chriſti,] i. per Jeſum Chriſtum impleti. Unde *alia litt.* habet, [Myſterii Dei in Chriſto impleti,] ſcil. paſſio Chriſti dicitur ſpecialiter ſecretum Chriſti, qui cum paucis revelavit. *Matth.* 20. Aſſumpſit duodecim diſcipulos ſecreto, & ait illis: Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & filius hominis tradetur Principibus ſacerdotum, &c. *Iſa.* 24. Secretum meum mihi. Item ideo dicitur ſecretum, quia ibi maxime latuit filius Dei. *Hab.* 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus. *Iſa.* 53. Et quaſi abſconditus vultus ejus, & deſpectus. *Iſa.* 45. Vere tu es Deus abſconditus, Et nota quod tria dicuntur hic in quibus debemus inſtrui, in charitate, in divitiis plenitudinis, in myſterio Dei; quia penſandum eſt quid pro nobis fecit, & quomodo. Vel charitas in nativitate, divitiæ in converſatione, myſterium in morte. In charitate, & ex charitate fecit omnia, & ſuſtinuit pro nobis, ecce modus. Sed quid ſuſtinuit? Miſerias in vita, ecce divitiæ intellectus; mortem in fine, ecce myſterium Dei. Sequitur. *r* In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ] Dei [abſconditi,] quia in quantum homo habuit plenam ſapientiam de divinis, & ſcientiam de humanis. Et ſimiliter ipſe in quantum Deus materia eſt ſapientiæ nobis, in quantum homo eſt nobis materia ſcientiæ, omnia enim quæ pro nobis Verbum caro factum temporaliter fecit, & pertulit, ad ſcientiam pertinent. *Levit.* 20. Dabo vobis terram fluentem lac humanitatis, & mel divinitatis. Et nota quod theſauri qui fuerunt in Chriſto abſconditi, nobis diffuſi ſunt in paſſione, quando de plenitudine ejus omnes accepimus. & quotidie fluunt in converſione cujuslibet peccatoris. Tanta enim eſt plenitudo in eo, quod ſemper fluunt, &

namquam

numquam exhauriuntur. *Deut.* 28. Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, cœlum, & pluviam tribuet terræ in tempore ſuo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Item. *Nu.* 20. dicit Moyſes, Domine Deus audi clamorem populi hujus, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Item nota quod Dominus effudit nobis theſaurum ſcientiæ, & ſapientiæ in prædicatione ſua, quando aperiens os ſuum dixit, Beati pauperes ſpiritu, &c. *Matt.* 5. tunc ſcientiá docuit de cavendo malo, & ſapientiam de adipiſcendo bono. Et per hoc oſtendit hic Apoſtolus Chriſtú ſufficere ad ſalutem. *Pr.* 21. Secundum aliam Litteram, Theſaurus deſiderabilis in ore

1. Cor. 5.

4. Reg. 4.

tiæ abſconditi. *a* Hoc autem dico, ut *b* nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum. *c* Nam etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcū ſum: *d* gaudens, & videns *e* ordinem veſtrum, & *f* firmamentum ejus, quę in Chriſtó eſt, fidei veſtrę. Sicut ergo accepiſtis *g* Jeſū Chriſtum Dūm noſtrum, in *h* ipſo *i* ambulate, *k* radicati & *l* ſuperædificati in *m* ipſo, & *n* confirmati in fide ſicut *o* & didiciſtis, *p* abundātes in illo in gratiarum *q* actione. *r* Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem *ſ* fallaciam: *t* ſecundum traditionem hominū, ſecundum *x* elementa mundi.

ſapientis requieſcit: *Iſa.* 33. Divitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia. Dicitur ergo tripliciter, [In quo ſunt, &c. In quo] informative, ſecundum quod homo. Vel [in quo] tanquam datoia. Vel [in quo,] quia eſt nobis materia bonum. *a* Hoc autem dico,] ſcil. quod inſtructi ſitis, & diſcreti: *b* Ut nemo, &c.] Vel ſubtilitate [ſermonum,] i. ſcientiæ quæ eſt tantum in nitore ſermonum; & ideo fallit. 1.*Cor.* 4. Non eſt regnum Dei, i. S. Script. in ſermone, i. in nitore verborum, ſed in virtute ſenſuum. ſcil. *Deut.* 11. Cavete ne forte decipiatur cor veſtrum, & recedatis a Domino. *Iſ.* 33. Populum imprudentem non videbis, populum alti ſermonis: ita ut non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ ejus, in quo nulla eſt ſapientia. Et nota quod cum dicitur in *hoc cap.* hoc verbum [Nemo vos decipiat,] primo, i. per primam Philoſophiam, quæ eſt in ſublimitate ſermonum, quæ cauſas rerum inveſtigat. Et cum *inf.* dicitur [Ne quis vos decipiat per Philoſophiam,] i. naturalem, [& inanem fallaciam,] i. Logicam. Et cum *inf.* dicitur [Nemo vos ſeducat, &c.] i. in morali Philoſophia, quæ docet religionem, & virtutes. Et quia poſſet quis dicere, Nemo vult nos decipere per ſublimitatem ſermonum: ideo dicit: Imo bene ſcio quod ita eſt. *c* Nam etſi corpore abſens ſum,] Vel continuatur ad illud ſuperius. [Volo enim vos ſcire qualem ſollicitudinem, &c.] q. d. Sollicitus ſum de vobis, [nam etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu, i. ſollicitudine mentis [vobiſcum ſum.] Vel ſpiritu vobiſcum ſum, i. cognitione mentis, ſicut & ſpiritus Eliſæi fuit cum Giezi, 4. *Reg.* 4. 1. *Cor.* 5. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam judicavi ut præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, congregatis vobis; & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, tradere hujuſmodi hominum Satanæ in interitum carnis. Vel Spiritu, i. per Sp. S. illuminantem me. *Gl.* Major enim fuit gratia in Apoſtolis, quam in Prophetis, ideo ait. [Spiritu vobiſcum ſum.] Sanctis enim datum eſt videre in Spiritu remota, quomodo autem hoc fit, difficile eſt ſcire. *d* Gaudens, &c.] i. quia. *e* Videns ordinem veſtrum,] i. quomodo ordinate vivitis, ſecundum quod ordo uniuſcujuſque exigit, conjugati ſicut conjugati, virgines ſicut virgines, Prælati ſicut Prælati. 1. *Cor.* 14. Omnia honeſte ſecundum ordinem fiant in vobis. *Hab.* 3. Elevatus eſt Sol, & Luna ſtetit in ordine ſuo. *Jud.* 5. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo, pugnaverunt contra Siſaram. 1. *Eſd.* 3. Fecerunt holocauſtum diebus ſingulis per ordinem. *Iſ.* 54. Sternam per ordinem lapides tuos. Sed quia mores etiam compoſiti cæteris, non placent Deo ſine fide, ideo ſubdit. *f* Et firmamentum ejus, &c.] i. ſtabilitatem fidei quam dat Chriſtus, vel quæ eſt de Chriſto, non autem a Lege. *Gl.* Per hoc promptiores facit eos circa Evangelium, quia gaudere ſe dicit in diſpoſitione converſationis eorum, & fidei ſtabilitate, ut ſcientes unde placeant Deo, in eo fierent fortiores. [Sicut ergo,] quaſi: Ex quo huc uſque bene feciſtis. *g* Sicut ergo accepiſtis Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum] in veſtra converſatione per fidem, ita *h* In ipſo] non contra ipſum, vel extra. *i* Ambulate,] i. proficite per bonam operationem, & honeſtam converſationem. *Gal.* 5. Spiritu ambulate, i. ſpiritualiter proficire. *Rom.* 8. Nihil ergo damnationis eſt his qui in Chriſto Jeſu ſunt, qui non ſecundum carnem ambulant. 1. *Cor.* 3. Cum enim ſint inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Sed quia arbor non ambulat, i. non creſcit niſi ſit bene radicata: ideo ſubdit; *k* Radicati] ſuper fidem, & charitatem quantum ad duplicem animæ radicem, intellectum, ſcil. & affectum qui debent radicari in ſumma veritate, & bonitate. *Eph.* 3. In charitate radicati, & fundati. *l* Et ſuperædificati] i. ſuper charitatem, & fidem quæ ſunt interius, ædificati in novis operibus. *m* In ipſo,] i. per ipſum. Vel [ſuperædificati In ipſo,] i. ſuper ipſum qui eſt fundamentum ædificati: ſive ſuper doctrinam Apoſtolorum. *Eph.* 2. Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, &c. *n* Et confirmati in fide] 1. *Pet.* 5. Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam gloriam ſuam, modicum paſſos in Chriſto Jeſu, ipſe perficiet, & confirmabit, ſolidabitque 1. *Cor.* 1. Confirmabit vos uſque in finem ſine crimine in die adventus D. N. Jeſu Chriſti. *o* Sicut & didiciſtis,] *Phil.* 4. Hæc cogitate, quæ docui vos verbo, & facto. *p* Abundantes in illo] i. per illum. *q* In gratiarum actione,] quaſi: In talibus reddatis ei gratias. Vel *p* Abundantes in gratiarum actione.] i. gratias agendo; quia quando gratias agimus de datis, Dominus abundantius dat alia. *Eccl.* 2. Ad locum unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. 1. *Theſ.* 5. In omnibus gratias agite. Et in hac ambulatione. *r* Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam,] ſcientiam rerum naturalium. Oſtendit quod non debent credere Pſeudo, quia ſectantur ſolum rationem naturalem. *ſ* Et inanem fallaciam:] i. deceptionem, & inutilitatem: quia Philoſophi falluntur, ſicut Pythagoras qui animas hominum in fabas miſit; & Plato de principio mundi erravit, & Ariſtoteles, & alii. *Rom.* 1. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Eph.* 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. *Sup. eod.* 1. *Cor.* 10. Nolite ſeduci: corrumpunt enim mores bonos colloquia prava. 1. *Jo.* 2. Hoc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos: & vos unctionem quam habetis in ipſo, maneat in vobis. Item. 1. *Jo.* 3. Filioli nemo vos ſeducat. *Prov.* 5. Ne intenderis fallaciæ mulieris, i. Philoſophiæ, quæ fallit ſuos ſectatores, *Eccl* 1. Acceſſiſti ad Dominum i. ad Theologiam, maligne, i. propter præbendam: & cor tuum plenum eſt dolo, & fallacia, i. Philoſophia fallente. Et quia ita pleni ſunt ea, non poſſunt bene addiſcere Theologiam. Philoſophia ergo dicitur fallacia, quia fallit, & deficit. Dicitur inanis, propter inutilitatem; vel inanis dicitur quia ſubtilis: inane enim dicitur quod valde ſubtile eſt: Ideo comparatur telis aranearum. *Oſee* 8. In telis aranearum erit vitulus Samariæ: quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent. Vitulus Samariæ eſt petulantia intellectus, quæ eſt in telis aranearum, ſcil. in ſubtilitatibus Philoſophorum. Philoſophi enim ſe eviſceraverunt ſicut aranea, ad texendum hanc telam; & tamen non capiunt niſi muſcas, ſcil. ſimplices, & fatuos, quos perplexitatibus verborum decipiunt: ventum ſeminant, i. totum agunt ad laudem; & turbinem metunt, i. damnationem. *Iſ.* 59. Telas araneæ texuerunt. Et *poſtea* dicit, Telæ eorum non erant veſtimentum, neque operientur operibus ſuis: quia tales ſubtilitates non operiunt pudenda peccatorum, nec muniunt contra æſtus tentationum, ſed tantum hominum, &c. Quæ ſcil. terrena Philoſophia eſt. *t* Secundum traditionem hominum,] non Dei. Hominum, dico, agentium, vel tradentium doctrinas ſuas. *u* Secundum elementa mundi,] i. ſecundum curſum, & commiſtionem elementorum. Vel ſic continua: Quæ Philoſophia eſt ſecundum elementa mundi, quæ non credunt niſi quod ex ſolis naturalibus poteſt procedere non ſecundum Chriſtum, quantum ad quædam; imo contra Chriſtum, non enim credunt Chriſtum, poſſe naſci de virgine, vel mortuum ſurrexiſſe. Vel [Secundum elementa.] *Gl.* illos tangit qui quaſi prudentius idola exponunt dicentes, Juno eſt aer, Neptunus eſt mare.

Vel aliter. *r* Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam,] i. per rationes, quibus nituntur probare, quod legalia ſunt obſervanda. *ſ* Inanem fallaciam.] quia falſa dicunt & inutilia. Decipiat, dico, agens. Secundum traditionem hominum,] i. ſecundum legalia: poſt exhibitam enim veritatem Lex non eſt traditio Dei, ſed hominum. *Matt.* 15. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Item *eod.* Irritum feciſtis mandatum propter traditionem veſtram. *x* Secundum elementa mundi.] id eſt, litteralem, & puerilem ſenſum. *Gal.* 4. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti eſtis a Deo;

a & non ſecundum Chriſtum, *b* quia in ipſo inhabitat omnis *c* plenitudo divinitatis *d* corporaliter: & *e* eſtis in illo *f* repleti, qui eſt *g* caput omnis Principatus & Poteſtatis. *h* In quo & *i* circumciſi eſtis *k* circumciſione non manufacta in *l* expoliatione corporis carnis, ſed in *m* circumciſione Jeſu Chriſti *n* conſepulti ei in *o* baptiſmo; *p* in quo & reſurrexiſtis *q* per fidem operationis Dei, *r* qui ſuſcitavit illum a mortuis. *ſ* Et vos cum mortui eſſetis in delictis, & *t* præputio carnis veſtræ, *u* convivificavit *x* cum illo: *y* donans vobis omnia delicta, *z* delens *a* quod adverſus nos erat chirographum *b* decreti, *c* quod *d* erat contrarium nobis. *e* Et ipſum tulit de medio

a eſt mare. Et de hoc habetur plene in *itinerario Clementis*. Tales non dicebant adoranda eſſe idola, ſed ea a quibus denominabantur, ſcil. aerem, ignem, aquam, &c. Unde *Sap.* 13. Neque operibus attendentes agnoverunt quis eſſet artifex, ſed aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut Solem & Lunam, rectores
C Orbis terrarum Deos putaverunt.

Aliter. A quomodo iterum convertimini ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſervire vultis? *a* Et non ſecundum Chriſtum,] i. ſecundum quod Chriſtus docuit ſpecialiter eſſe intelligendam Legem. Non decipiant ergo vos tales, quin credatis Chriſtum ſufficientem ad ſalutem. Et debetis hoc credere. *b* Quia in ipſo inhabitat omnis] i. omnino & perfecto modo. *c* Plenitudo, &c.] corporaliter, i. veraciter, completive, non umbraliter, ſicut in Templo: quia quæ immolabantur, & fiebant in templo, ad Litteram erant umbra Chriſti. *Heb.* 10. Umbram enim habens Lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: eiſdem ipſis hoſtiis quas offerunt indeſinenter, numquam poteſt accedentes perfectos facere, *inf. eod.* Quæ ſunt umbra futurorum; corpus autem, Chriſti. Vel. *d* Corporaliter:] i. ſolide, quaſi ſecundum tres dimenſiones corporum in omnibus rebus. Divinitas uno modo fuit in Chriſto ſicut in omnibus rebus eſt, potentialiter, eſſentialiter & præſentialiter. Secundo modo ſicut in Juſtis, per gratiam. Tertio modo per unionem ſicut in ſolo Chriſto. Vel in Chriſto habitat corporaliter, i. in ipſo homine corporaliter. *Heb.* 10. Corpus autem aptaſti mihi, Corporaliter ergo, i. ſenſibiliter nobis divinitas per Chriſtum innotuit. Aliter enim non poterat divinitas in ſenſum venire, niſi corpus aſſumpſiſſet: & Prophetis apparuit in aereo corpore, vel imaginatione. *Jo.* 1. Verbum caro factum eſt. Et nota quod dicit [In ipſo inhabitat omnis plenitudo.] In homine enim alio habitavit pars plenitudinis. *Jo.* 1. De plenitudine ejus omnes accepimus: non dicit plenitudinem. Et hoc eſt quod ſubdit: *e* Et eſtis in illo] quia ita plenus eſt, vos qui in eo creditis plenitudinem habere, i. per illum.
f Repleti] donis Spir. S. q. d. De plenitudine ejus accepiſtis. Et per hoc oſtendit, quod legalia jam ſpiritualiter ſunt impleta in eis; & ita non debent credere Pſeudo prædicantibus de legali obſervantia. *Act.* 2. Repleti ſunt omnes Spir. S. *Jo.* 1. Plenum gratiæ, & veritatis. *Eccl.* 24. In plenitudine Sanctorum detentio mea. Loquitor ſecundum modum, ſecundum quem communiter dicitur: Ego detineor in faciendo hoc: ſi filius Dei immens diligentiam quam habebat erga Sanctos, dicit ſe detentum implendo eos, gratia ſcil. & donis ſancti Spiritus. *Prov.* 3. Sapientia ejus eruperunt abyſſi, i. abyſſales gratiæ, & nubes rore concreſcunt. Et propter hanc abundantiam comparat ſe fluviis inundantibus. *Eccl.* 24. Ego Sapientia effudi flumina: ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluvio; ego quaſi fluvius Doria, & ſicut aquæductus exivi de Paradiſo. Dixi: Rigabo hortum plantationum, & inebriabo partus mei fructum. *g* Qui eſt caput, &c. poteſtatis.] Angelicæ q. d. Non tantum vos per illum eſtis repleti, ſed & Angeli. Unde *Gl.* Vos ergo replere poteſt qui ſupernos cives replet. Caput Angelorum eſt dignitate, & ſpiritualium gratiarum largiſione, ſicut a capite fluunt ſenſus. *Heb.* 1. Adorent eum omnes Angeli ejus. Et 1. *Cor.* 15. Qui ei ſubjecit omnia, nihil ſubjecit vel dimiſit in ſubjectum. *h* In quo] Hic probat, quod non debent acquieſcere Pſeudo-prædicatoribus de legalibus, & præcipue de circumciſione, quia in eo adimpleta eſt ſpiritualiter. Dicit ergo: [In quo,] i. per Jeſum Chriſtum, ſcil. *i* Et circumciſi eſtis:] cum non ſolum per Chriſtum eſtis repleti gratia [ut dictum eſt,] ſed & per ipſum eſtis purgati culpa. *k* Circumciſione non manufacta] i. opere humano. Circumciſi dico *l* In expoliatione corporis carnis, i. expoliati a corpore ſecundum quod eſt carnis, i. concupiſcentiis ſubjectum. Secundum hoc negatio ſtat in hoc quod dico [manufacta] Vel poteſt procedere ultra. *k* Circumciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis,] i. corporis quod eſt caro. Vel in expoliatione cutis carnis: *alia Litt.* i. non eſtis circumciſi illa circumciſione in qua ſeparatur cutis carnis a membro. *Rom.* 2. Neque quæ in manifeſto eſt in carne circumciſio: ſed qui in abſcondito Judæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu, non littera. *Deut.* 10. Circumcidite præputium cordis veſtri. Et hoc eſt quod dicitur: Sed eſtis circumciſi. *m* In circumciſione Jeſu Chriſti] quam fecit Jeſus Chriſtus ſpiritualiter. *Phil.* 3. Nos ſumus circumciſio, qui ſpiritualiter ſervimus Deo. *n* Conſepulti ei] mortui peccato ad ſimilitudinem ſepulturæ ejus. *o* In baptiſmo;] i. per religionem baptiſmalem. *Rom.* 6. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. *p* In quo & reſurrexiſtis] in novitate vitæ ambulando, ut dicitur *Rom.* 6. Et per hoc oſtendit quod ipſi debent ſervare Evangelium non legalia quia eis mortui ſunt, & vivunt Evangelicis. *Eph.* 2.
q Per fidem operationis Dei,] i. per fidem quam Deus operatur in unoquoque fideli. Vel per fidem, quæ habetur de hoc, quod ſicut Deus operatus eſt reſurrectionem filii ſui; ita operabitur & noſtram. Et hoc eſt quod dicit. *r* Qui ſuſcitavit illum a mortuis.] i. Pater Chriſtum, Deus hominem. *Rom.* 8. Quod ſi ſpiritus ejus qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, habitat in vobis, &c. Vivificabit & mortalia corpora veſtra propter inhabitantem Spiritum. *ſ* Et vos cum mortui eſſetis in delictis] peccatis actualibus. *t* Et præputio carnis veſtræ, i. in originali peccato. Vel [delictis] ſpiritualibus [& præputio] i. peccatis carnalibus. *Rom.* 8. Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. *u* Convivificavit] quamvis ſcil. tales eſſetis, i. ſecundum corpus & animam vivificavit. *x* Cum illo:] ſcil. ſicut ille. Simile *Job* 40. Ecce Behemoth quem feci tecum, i. ſicut te. *Eph.* 2. Cum eſſetis mortui peccatis convivificavit vos Chriſtus, cujus gratia eſtis ſalvati. 1. *Jo.* 4. Unigenitum filium ſuum miſit in mundum, ut vivamus per illum. *Iſ.* 26. Vivent mortui tui, interfecti mei reſurgent: *Pſal.* 67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis. Vox Dei eſt gratia quæ habet virtutem vivificandi animas. *y* Donans vobis omnia delicta] 1 *Jo.* 1. Si confiteamur peccata noſtra, fidelis & juſtus eſt, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. *Act.* 10. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſſionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum. *z* Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti.] Chirographum eſt litteræ quæ ſolent fieri in memoriam alicujus contractus. Fiebant autem ſic: In eadem ſchedula ſcribebatur bis idem dimiſſo intermedio ſpatio in quo ſcribebatur hoc nomen Chirographum magnis litteris: & poſtea ſcindebantur illæ litteræ per medium, & dabatur portio illa utrique. De hoc *Tob.* 4. Chirographum quidem illius penes me habeo, quod illis oſtendens, ſtatim reſtituet tibi. Quia ergo chirographum fiebat in memoriam eorum quæ acta erant, ideo ſumitur hic pro memoria. Decretum autem dicitur uno modo, lex vel præceptum Domini factum Adæ. Dicit ergo: [Delens chirographum decreti,] Legis ſcil. i. memoriam tranſgreſſionis, quæ erat ex decreto, i. ex Lege: quod chirographum. *a* Adverſus nos erat] Memoria enim peccati eſt in conſcientia remordente, & in Diabolo accuſante, & in Deo teſte, & judice. *c* Quod] decretum ſcil. Dei, i. Lex.
d Erat contrarium nobis,] quia irritabat concupiſcentiam. *Rom.* 5. Lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Vel aliter. *z* Delens, &c.] Decretum Dei fuit, quod Adæ præcepit. *Gen.* 2. De ligno boni & mali ne comedas. Hujus decreti chirographum, i. memoriam, delevit Deus, & abluit ſanguine Chriſti. Vel chirographum dicit peccatum Adæ, quod, quaſi cautionem contra nos, tenebat Diabolus: ſuper quo datum eſt decretum, i. ſententia cunctis hominibus adverſa, qua ſcilic. dictum eſt: Morte moriemini. Dicit ergo: [Delens chirographum quod erat adverſus nos] i. peccatum Adæ, cujus eramus rei. Chirographum dico.
b Decreti quod erat contrarium nobis,] ideſt, de quo datum eſt decretum, ideſt ſententia cunctis hominibus contraria. *e* Et ipſum] chirographum [tulit de medio]

dio] *a* Affigens illud cruci :] quia in morte Chriſti mortuum eſt peccatum, & in crucifixione Domini crucifixum. *Eſth.* 7. Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo quod paraverat Mardochæo : quia diabolus ſive peccatum, quod ſubvertere voluit hominem, per adventum Chriſti ſubverſum eſt. *Joſ.* 8. Regem Hai ſuſpendit in patibulo uſque ad veſperam, i. uſque ad tempus Antichriſti.

b Et expolians Principatus & poteſtates,] i. Dæmones, auferens ſcil. Sanctos a Limbo, vel animas a peccato. *Luc.* 11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia, quæ poſſidet : ſi autem fortior illo ſuperveniens vicerit illum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & ſpolia ejus diſtribuet.

D

Matt. 12. Marc 3. Luc. 11.

al † ſemetipſo.

a affigens illud cruci: & *b* expolians Principatus, & Poteſtates, *c* traduxit *d* confidenter palam triumphans illos in† *e* ſeipſo. *f* Nemo ergo vos judicet in *g* cibo, aut in potu, *h* aut in parte diei feſti, aut *i* Neomeniæ, *k* aut Sabbatorum, *l* quę ſunt *m* umbra futurorum: *n* corpus autem, *o* Chriſti. *p* Nemo *q* vos ſeducat, *r* volens in *ſ* humilitate, & religione Angelorum, *t* quæ non vidit, *u* ambulans fruſtra, *x* inflatus ſenſu carnis ſuæ, *y* & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones ſubminiſtratum, & conſtructum creſcit in augmentum Dei. *z* Si ergo *a* mortui eſtis *b* cum Chriſto ab *c* elementis hujus mundi : *d* quid adhuc tanquam *e* viventes *f* mundo decerni-

c Traduxit] ſuos de Limbo ad cœlum, vel de culpa ad gratiam. *Oſee* 13. Ero mors tua o Mors; morſus tuus Inferne. *Apoc.* 20. Mors & Infernus dederunt mortuos ſuos. Et *inf.* Infernus & Mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis. Vel, [Traduxit Principatus & Poteſtates, i. ab Eccleſia exterminavit.

d Confidenter palam triumphans illos] cum magna fiducia, & in apparentia quorum ad alios, vincens Dæmones in cruce, vel quando ad Inferna deſcendit.

e In ſeipſo.] oblato pro nobis, non in alio ſacrificio. Vel [In ſeipſo,] i. per ſui præſentiam, quando præſentialiter in Infernum deſcendit. *Iſa.* 45. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. 1. *Reg.* 15. Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur.

f Nemo ergo] ex quo Chriſtus delevit legalia, & implevit figuras eorum. Vel ſic continua ſecundum *Gloſ.* Et quia hæc omnia in Chriſto donata ſunt : [ergo] deinceps [nemo vos judicet,] i. damnabiles faciat, vel damnandos dicat.

g In cibo aut in potu,] ſumpto vel non ſumpto ſecundum ritum Judæorum, i. in diſcretione ciborum. *Jac.* 4. Tu quis es qui judicas proximum tuum? *Rom.* 14. Qui manducat, non manducantem non ſpernat; & qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat aut cadit. Item poſtea ſequitur: Alius judicat diem inter diem: alius judicat omnem diem. Qui ſapit diem, Domino ſapit. Et qui manducat, Domino manducat. *Heb.* 9. Non poſſunt juxta conſcientiam facere perfectum ſervientem ſolummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptiſmatibus, & juſtitiis carnis uſque ad tempus correctionis impoſitis.

h Aut in parte diei feſti] non obſervata, l. nemo vos damnet ſi nullam partem diei feſti præcepti in Lege *Lev.* 23. obſervatis, verbi gratia.

i Aut Neomeniæ, &c.] Vel partem diei feſti dicit, quia prima pars Sabbati ſervabatur a Judæis, ſicut modo ultima ſervatur a Chriſtianis. Vel partem diei feſti dicit, quia partes ciborum mittebant adinvicem in diebus feſtis. Unde *Eſther* 9. Scripſit itaque Mardochæus, ut eſſent dies iſti epularum, & lætitiæ, & mitterent ſibi invicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largirentur. Particulariter autem expone feſta cum ſubdit : [Aut Neomeniæ] in principio cujuſlibet menſis; de quo *Nu.* 28. *k* Aut Sabbatorum in qualibet ſeptimana. *l* Quæ ſunt] Loquitur pro tempore Legis, i. fuerunt. *m* Umbra futurorum] quæ jam venerunt.

n Corpus autem,] i. veritas hujus umbræ eſt.

o Chriſti.] i. pertinet ad Chriſtum. Vel hæc omnia ſunt, i. ſignant [corpus Chriſti.] vel quod traxit de Virgine, vel myſticum. *Heb.* 8. Qui exemplari, & umbræ deſerviunt cęleſtium. *Heb.* 10. Umbra enim habens Lex futurorum bonorum, non imaginem ipſam rerum. Quia ergo ſunt umbra.

p Nemo vos ſeducat, &c.] Oſtendit, quod non debent credere Pſeudo, quia ex inflatione ſuperbiæ ſuæ docebant legalia eſſe tenenda cum Evangelio. Dicit ergo : [Nemo] quantæcumque auctoritatis.

q Vos ſeducat,] ſub ſpecie pietatis, *ſup. eod.* dicitur idem. Item 2. *Theſ.* 2. Ne quis vos ſeducat ullo modo. *r* volens in humilitate ; & religione Angelorum, quæ non vidit,] Sic conſtrue : Volens [docere vel ſuadere ea.

t Quæ non vidit,] ideſt intellexit, ſcil. cæremonias quarum ſignificationem neſcit. Seducat dico

ſ In humilitate, & religione Angelorum,] quia videntur quaſi Angeli, & nuncii Dei per ſpeciem, & humilitatem religionis. Similiter ſumitur Angelus *Gal* 4. Sicut Angelum Dei excepiſtis me. Nota, quod illud loquitur contra hypocritas, qui docent quæ neſciunt, & alios per ſpeciem religionis fallunt. 1. *Tim.* 1. Volentes Legis eſſe doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. 2. *Tim.* 3. Semper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. 2. *Pet.* 2. His quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt. *Matt.* 7. Veniunt ad vos in veſtimentis ovium : intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. 2. *Tim.* 3. Habentes quidem ſpeciem pietatis; virtutem autem ejus abnegantes.

u Ambulans fruſtra,] i. operans bona pro vanitate, & fallacia, quia perdit mercedem. *Matt.* 6. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem ſuam.

x Inflatus ſenſu carnis ſuæ,] i. ſenſu carnali: qui tantum proceſſu naturæ conſiderat; vel qui curam carnis agit. 1. *Cor.* 8. Scientia inflat. *Rom.* 8. Prudentia carnis, mors eſt.

y Et non tenens caput, &c.] & ideo fruſtra ambulat. Caput Chriſtus eſt, de quo dicitur *Epheſ.* 4. Creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus : ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in menſuram uniuſcujuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. Qui iſtud caput non tenet, caret ſenſu & vita. Serpens quantum poteſt, tenet, & conſervat caput ſuum, & alia membra exponit pro capite. *Matt.* 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes; & ſimplices ſicut columbæ.

z Si ergo] vel [autem mortui, &c.] Oſtendit quod non debent ad legalia redire, quia turpe eſt redire ad vomitum : cum tamen quidam ex eis jam rediſſent, quibus loquitur hic, cum ſupra locutus ſit ad ſtantes ne ſeducerentur. Dicit ergo : [Si autem mortui eſtis] i. ſeparati fuiſtis.

c Ab elementis hujus mundi :] i. a legalibus quæ fuerunt rudimenta parvulorum. Unde *Gal.* 3. Lex pædagogus noſter fuit. Vel *a* Mortui ſcil. ſeparati a peccato, &c. *c* Ab elementis hujus mundi:] i. ab omni ſuperſtitione, & abſtinentia creaturarum mundi. Elementa enim dicit creaturas hujus mundi. Mortui, dico, per hoc quod eſtis.

b Cum Chriſto.] i. quia fidem Chriſti ſuſcepiſtis. Vel [Mortui cum Chriſto] i. ſicut Chriſtus. *Rom.* 6. Qui mortuus eſt, juſtificatus eſt a peccato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus etiam quod ſimul vivamus cum eo : ſcientes quod Chriſtus reſurgens a mortuis, jam non moritur : mors illi ultra non dominabitur, quod autem mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel : quod autem vivit, vivit Deo.

d Quid adhuc] nota veritate.

e Tanquam viventes mundo] non Deo, i. ſicut Judæi ſapientes mundana & terrena.

f Decernitis ?] i. judicatis legalia eſſe tenenda ? Vel [Decernitis] cibos, dicentes ſcil. hoc alii aliis.

Δ *a* Nec tetige-

Moraliter. *z* Si ergo mortui eſtis, &c.] Iſtud poteſt dici Religioſis, qui intraverunt Religionem, & ſic mortui eſſe debent. *Moraliter.*

c Ab elementis] i. a divitiis, & deliciis, in quibus mundus quærit elevari; & ideo dicuntur elementa, i. elevamenta. Dicit ergo:

z Si mortui eſtis cum Chriſto] in ingreſſa Religionis.

c Ab elementis hujus mundi] i. ab his ſeparati, in quibus elevabamini in mundo.

d Quid adhuc tanquam viventes decernitis?] quaſi diſcutitis, * & judicatis

a Ne tetigeritis,] cadaver, vel locum in quo ſederit menſtruata. *Lev.* 11. Qui tetigerit morticina eorum, polluetur. Item *Levit.* 15. per totum, & de menſtruata, & de aliis immunditiis. Item *Levit.* 13. de tactu leproſi.

tis? *a* Ne tetigeritis, *b* neque guſtaveritis, *c* neque contrectaveritis, *d* quę ſunt omnia in *e* interitum *f* ipſo uſu, ſecundum *g* pręcepta & doctrinas hominum, quę *h* ſunt rationem quidem *i* habentia ſapientię in ſuperſtitione, *k* & humilitate, *l* & non ad parcendum corpori, & non in honore aliquo *m* ad ſaturitatem carnis.

C A P. III.

Igitur *n* ſi conſurrexiſtis cum *o* Chriſto, *p* quę ſur-

b Neque guſtaveritis,] ut porcum, vel piſces ſine ſquamis, & pennulis. *Lev.* 11.
c Neque contrectaveritis] ex induſtria, & delectatione, & cum mora.
d Quæ] ſcil. hujuſmodi quæ dicitis.
e Sunt omnia in interitum] i. ducunt in interitum, & mortem.
f Ipſo uſu,] i. utentes eis: *Gal.* 5. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Iſta, dico, jam exiſtentia.
g Secundum præcepta & doctrinas hominum] non Dei. *Matt.* 15. Irrita feciſtis mandata Dei propter traditionem veſtram. *Job* 30. Semitis ſuis diſſipaverunt itinera mea.

Moraliter. * & judicatis quare hoc ſit, vel illud in ſeculo. Vel hoc dicitur de monachis Phyſicam ſequentibus, qui diſcernunt cibos & dicunt. Hoc eſt cholericum, & hoc eſt melancholicum; non poſſumus comedere. Sed qui ſemel vos nobis commiſiſtis, quid iterum vos de vobis intromittitis? *Marc. ult.* Si mortiferum quid biberint, eis non nocebit. Quid mirum, cum nec ipſa mors poſſit nocere? *Phil.* 1. Vivere mihi Chriſtus eſt, & mori lucrum. *a* Ne tetigeritis,] Hoc dicunt diſcipuli hypocritarum, non Jeſu Chriſti. [Ne tetigeritis:] quia nimis aſper eſt veſtitus talis, projicita longe a me. [Ne guſtaveritis] talem cibum, quia etiam guſtus mortiferus eſt. *c* Neque contrectaveritis] q. d. Ita fœtet quod nec etiam contrectandus eſt. Contra quos dicitur, 2. *Reg.* 19. Numquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuave, vel amarum; aut delectare poteſt ſervum tuum cibus, aut potus; vel audire poſſum ultra vocem cantorum, aut cantatricum? *d* Quæ ſunt omnia in interitum ipſo uſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum] Hoc dicunt hujuſmodi monachi de quibus dictum eſt. Non guſtetis talia cibaria, quia mortifera ſunt noſtræ complexioni ſecundum doctrinas hominum, i. ſecundum Phyſicam Hippocratis, & Galeni. Sequitur ſecundum primam expoſitionem, [Quæ ſunt, &c.] q. d. Ideo faciatis prædicta, [Quæ] i. quia ea.
h Sunt rationem quidem] i. ſpeciem.
i Habentia ſapientiæ] & non rem: habent ſimilitudinem quamdam ſapientiæ.
k In ſuperſtitione] in religione, ſcil. exteriori, quæ ſupra modum eſt. Et eſt argumentum, quod decreta, & præcepta hominum ſunt ſuperſtitio, i. vana religio ſuperſtans: quia ſupra, in habitu ſcil. vel ſermone eſt; non in corde: & quia majorem vim faciunt de ſignis exterioribus quam de interioribus rebus. *Act.* 17. Viri Athenienſes per omnia quaſi ſuperſtitioſos vos eſſe video: præteriens enim, & videns ſimulacra veſtra inveni Aram in qua ſcriptum erat, Ignoto Deo. Tales ſunt quidam Religioſi, qui ſemper quædam ſingularia, & ignota volunt facere & dicere; & quia in humilitate, quia viles ſe eis oſtendunt, ut diripiant.
l Et] ſunt [non ad parcendum corpori, &] ſunt [non in honore aliquo.] Scilicet dicunt ſe non parcere corpori, non curare de aliquo honore mundi. Et ſunt.
m Non ad ſaturitatem carnis,] quia parum comedunt, & ſic fallunt alios, cum tamen exercitatio corporis ad modicum ſit utilis, ſicut dicitur 1. *Tim.* 4. Alter exponitur in *Gloſ.* duobus modis.

E X P O S I T I O CAP. III.

Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, &c.] Secunda pars Epiſtolæ, in qua inſtruit in moribus, primo generaliter, ſecundo ſpecialiter, ibi [Mulieres ſubditæ eſtote viris, &c.] Primo autem invitat ad ſapiendum æterna, & cœleſtia ſectanda, ibi [Igitur ſi conſurrexiſtis.] Sed quia hoc non poteſt homo ſubditus peccatis: ideo ſecundo monet ad mortificationem carnis, & ſubjugationem peccati, ibi [Mortificate ergo.] Tertio invitat ad depoſitionem veteris hominis, ibi [Deponite.] Quarto ad expoliationem ejuſdem, ibi [Expoliantes.] Quinto eo expoliato monet eos ad induendum novum hominem, i. novam vitam, ibi [Induite.] Sexto ad opera novi hominis invitat, ibi [Et pax Chriſti.] Septimo modum operandi determinat, ibi [Omne quodcumque facitis.] Octavo ſpecialem admonitionem ſubjungit, diſtinguens diverſas perſonas, modos merendi & officia, ſcil. uxores, viros, filios, patres; ſervos, dominos, ibi [Mulieres.] Plantatos ergo in fide inſtruere volens in moribus, dicit. *n* Si conſurrexiſtis] quaſi. Ex quo plantati eſtis in fide, ſuperædificate bonos mores in vobis [ſi conſurrexiſtis] animo & corpore. Reſurrexiſtis animo in re, corpore in ſpe. *Greg.* Duæ ſunt mortes, duæ ſunt reſurrectiones. Prima mors eſt animæ, ſecunda corporis. Mors corporis ſeparatio ab anima; mors animæ eſt ſeparatio a Deo. Hanc operatur peccatum; illam pœna peccati. Item prima reſurrectio animæ; ſecunda corporis. Reſurrectionem animæ operatur humilis, & occultus adventus Chriſti, reſurrectionem corporis glorioſus & manifeſtus perficiet. Et ſicut corpus, i. homo exterior reſurrectione ſua vitam & ſenſum recipit; ita & anima ſua utique reſurrectione vitam & ſenſum recipit, i. cognitionem, & dilectionem. Quod autem cognitio vita ſit Veritas atteſtatur dicens. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te Deum verum, &c. Et quod dilectio ſit ſenſus, habes exemplum a corpore. Sicut enim homo exterior in vita non diſcernitur, quia in toto ſe æqualiter vivit; in ſenſu autem diſcernitur, i. viſu, auditu, &c. quia aliter ſentit in oculo aliter in aure, & ſic in ceteris.

Ita interior homo in veritate, juſtitia, ſapientia, charitate, æternitate. Aliter enim afficitur circa veritatem quam diligit propter libertatem; aliter circa juſtitiam quam propter æquitatem; aliter circa ſapientiam quam propter ſuavitatem; aliter circa charitatem quam propter virtutem; aliter circa æternitatem quam diligit propter ſecuritatem. Item *B. Greg.* Perſcrutemur conſcientias noſtras, utrum jaceamus adhuc aut ſurrexerimus, Jacent enim alii ſicut parvuli in cunis; alii ſicut paralytici in grabbatis; quidam velut mortui in ſepulchris. Et primi ſunt peccantes ex ignorantia; ſecundi peccantes ex torpore, & ignavia; tertii ex conſuetudine, & malitia. Primi ergo reſurgant ad ſtudium ſapientiæ; ſecundi ad opera juſtitiæ; tertii noviſſimi ad fructum pœnitentiæ. Nam & ipſis patet via inveſtigabilis indulgentiæ. *Iſa.* 26. Expergiſcimini, & laudate Deum, qui habitatis in pulvere, ideſt, in terrenorum amore: quia ros lucis ros tuus. Toties reſurgit homo, quoties peccatum dimittit. *Dan.* 12. Multi de his qui dormiunt in pulvere, evigilabunt: qui ſcilicet pulſantur, & excitantur a Domino tribulationibus, & anguſtiis ſicut lethargici. Alii in vitam æternam, ut perſeverantes in gratia; alii in opprobrium ſempiternum, ut recidivantes. Et nota quod ſicut dubium eſt apud Sanctos, utrum illi qui reſurrexerunt cum Chriſto, remunerati ſint; ita de ſurgentibus a peccatis incertum eſt utrum recidivent: unde ſemper debent ſibi timere. Item [Si conſurrexiſtis] ideſt, ſimul ex toto ſurrexiſtis; contra quoſdam qui dimittunt quædam peccata; quædam retinent.
o Cum Chriſto;] ideſt, ad ſimilitudinem Chriſti. Vel [cum Chriſto] ideſt, in ſocietate Chriſti. *Rom.* 6. Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus. Et poſtea. Si enim mortui ſumus cum Chriſto, credimus quia ſimul vivemus cum eo. Et ſignanter dicitur [cum Chriſto.] Quidam enim phantaſtice reſurgunt, & ideo non cum Chriſto, ſed cum Diabolo, ut hypocritæ quos facit reſurgere Pythoniſſa, ſicut Samuel, 1. *Reg.* 28. Illa erat divina; ſic Diabolus habet quoſdam divinos qui dicunt aliqui. Si taliter vixeris, dabitur tibi illa præbenda, vel prælatio talis: vel laudabilis eris hominibus: & ob hoc dimittunt peccata. Sed nota quod reſuſcitati a Diabolo non poſſunt diu vivere, nec comedere; ſic nec tales diu cavent a peccato, ſed quando ſublimati ſunt, peſſime vivunt. Ideo dicitur poſtea.
p Quæ ſurſum ſunt] i. ſpiritualia & æterna non terrena, maxime carnales obſervantias.

c Sapire.]

e Sapite,] *Phil.* 3. Gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt. Nota quod hoc eſt ſignum veræ reſurrectionis, ſcil. comedere, & ſpiritualium guſtum habere. Unde Dominus volens oſtendere, quod vere reſurrexiſſet, comedit favum mellis, & partem piſcis aſſi, quæ obtulerunt ei diſcipuli *Jo.*

Luc. 24. 21. Talem cibum debes comedere ſi reſurrexiſti, ſc. verba Chriſti prædicantis & exempla morientis, quæ ſignificantur per favum mellis, & per partē piſcis aſſi. Favus enim mellis eſt doctrina Chriſti, quæ illuminat intellectum: & accendit

ſum ſunt quęrite, ubi Chriſtus eſt a in dextera Dei ſedens, b quę ſurſum ſunt ſapite, c non d quæ ſuper terram. e Mortui enim eſtis & f vita veſtra g abſcondita eſt cum h Chriſto in i Deo. Cum autē k Chriſtus apparuerit, vita veſtra: l tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. m Mortificate ergo n membra veſtra, o quę ſunt ſuper terram

affectum; ſicut favus habet ceram ad lucendum; & mel ad reficiendum. Unde *B. Greg.* Sp. S. inſtar apis mel & ceram portantis habet unde reficiat affectum & illuminet intellectum. Hoc eſt quod dicitur *Jo:* 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Vita enim æterna conſiſtit in his duobus, in cognitione, & dilectione. Item verba Chriſti dicuntur mel, pro delectatione quia veniam & gratiam diſtillabat os ejus *Pſal.* 44. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. *Prov.* 16. Qui dulcis eſt eloquio majora reperiet. Piſcis autem aſſus eſt Chriſtus paſſus. Partem ergo piſcis aſſi comedit, qui particulariter recolit cum aviditate paſſionem Chriſti, non in groſſo, ſed in partibus ipſam, ſcil. flagella, minas, clavos, &c. quæ pertulit. Vel per favum mellis poteſt intelligi contemplatio divinitatis. Mel enim cum cera comedere, eſt divinitatem in ænigmate cognoſcere. 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Item Dominus oſtendit ſe reſurrexiſſe Apoſtolis per oſtenſionem vulnerum, per quod intelligitur integra confeſſio peccatorum. *Jo:* 20. Venit Jeſus, & ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum: & dixit, Pax vobis, & cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus, ſcil. vulnera manuum, per quæ ſignificantur peccata malarum actionum; & vulnera lateris, i. peccata malæ cogitationis. Talia debent oſtendi diſcipulis Domini, i. Sacerdotibus vicariis Domini. Hoc eſt quod dicitur *Matth.* 27. Et monumenta aperta ſunt. Iterum Dominus non tantum oſtendit vulnera, ſed palpanda præbuit: ſic peccator non tantum debet oſtendere peccata ſua, ſed etiam velle, ut ab aliis palpetur, i. arguatur & tangatur in loco vulnerum. Multi enim permittunt ſe bene tangi in loco ſano: ſic aliqui permittunt ſe argui de quibuſdam le-

Joan. 20. vibus, quæ forte magis videntur eſſe ad honorem eorum quam ad confuſionem; ſicut quando arguuntur de abſtinentia nimia, vel vigiliis, & talibus: ſed ubi vulnerati ſunt, i. in gravioribus culpis, nolunt tangi a diſcipulis Dei. *Luc.* 24. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipſe ſum. Palpate & videte quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet. Hoc dicit homo qui vere reſurrexit, Videte vulnera mea, & arguite ea, quia ego non ſum ſpiritus, i. ſpiritualis homo ſed carnalis. *Gen.* 27. dixit Iſaac, Accede huc, ut tangam te fili mi, ut probem utrum tu ſis Filius meus, annon: dicit ergo. [Si conſurrexiſtis, &c. quærite] per inveſtigationem intellectus. a Ubi Chriſtus, &c.] *Marc. ult.* Sedet ad dexteram Dei, i. in æqualitate Patris ſecundum quod Deus, vel in potioribus bonis ſecundum quod homo, *Jo:* 12. Ubi ego ſum illic & miniſter meus erit, modo ſpe & deſiderio; tandem re. b Quæ ſurſum ſunt ſapite,] per inveſtigationem affectus: quærere enim eſt intellectus per inveſtigationem. Aliter non valet ſapere per ſcientiam niſi vertatur in nutrimentum. d Non quæ ſuper terram,] i. terrena quæ ſuperficiaria ſunt. Non dicit quæ ſunt in terra, ſed [quæ ſuper terram.] Qui enim conſideraret terram interius vel proprii corporis, vel terrenorum abundantiam, quam labilis! quam fallibilis! quam caduca! Talis bene ſaperet cœleſtia: quia non eſt dubium quin ei deficerint iſta terrena. Sed omnes fere conſiderant ea quæ ſunt ſuper terram, i. ſuperficiaria terræ, ſcil. delectationes, & jucunditates, quæ apparent eſſe in terrenis, i. ſapit eis terra, & lingunt pulverem, ſicut ſerpens. Et hoc prohibet *Apoſtolus* hic. e Mortui, enim eſtis:] mundo; & ideo mundana non debent vobis ſapere. *Rom.* 6. Qui enim mortui ſumus peccato: quomodo adhuc vivemus in illo? Et in *e. d.* Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. Nota quod in morte Domini. Sol. obſcuratus eſt, ut dicitur *Luc.* 23. Item. *Matt.* 27. Velum templi ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo uſque deorſum; & terra mota eſt; & petræ ſciſſæ ſunt; & monumenta aperta; & corpora Sanctorum qui dormierunt, ſurrexerunt. Hæc moraliter fiunt in reſurrectione ſpirituali cujuslibet. f Et vita veſtra] ſc. vita gratiæ [Abſcondita eſt,] quia nemo ſcit utrum vivat ſpiritualiter. *Eccl.* 9. Nemo ſcit utrum amore an odio dignus ſit. Vel [abſcondita:] quia Sancti abſcondunt bona opera ſua, per quæ vivunt ſpiritualiter. *Greg.* Deprædari deſiderant qui theſaurum publice portant in via. Vel [vita veſtra,] gloriæ, ſcil. [abſcondita eſt:] quia nullus ſcit quanta ſit gloria æterna. *Iſ.* 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Vel [abſcondita] i. ſicut theſaurus in abſcondito repoſitus. *Apoc.* 2. Vincenti dabo manna abſconditum. *Pſ.* 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abſcondiſti timentibus te! *Matt.* 6. Theſaurizate vobis Theſauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur, Quæ, ſcil. vita eſt. h Cum Chriſto] i. in ſocietate Chriſti, vel in cognitione ejus: & eſt. i In Deo,] i. in cognitione Dei patris. *Jo.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. k Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra:] tunc plene oſtendet ſe, ſcil. in futuro. Chriſtus dicitur vita noſtra hic per gratiam; & in futuro per gloriam. *Gen.* 15. Ego protector tuus ſum, in via ſcil. & merces tua magna nimis in gloria ſcil. *Jo.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. *Deut.* 30. Elige vitam ut tu vivas, & ſemen tuum: & diligas Dominum Deum tuum atque obedias voci ejus, & illi adhæreas: Ipſe enim eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum. l Tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria,] i. glorioſi cum ipſo apparebitis. Sicut ſpem habebatis, ipſe vobis oſtendet ſe glorioſum in Judicio *Deut.* 33. Apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia. *Zach.* 14. Veniet Dominus Deus meus, omneſque Sancti cum eo. Item *eod.* In tempore veſperi erit lux, i. poſt mortem gloria apparebit. 1. *Jo.* 3. Chariſſimi nunc filii Dei ſumus, ſed nondum apparuit quid erimus, ſcimus autem quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, i. glorioſi. Sancti enim ſunt ſicut hirundines, quæ in hyeme hujus vitæ non apparent: ſed quando ſol juſtitiæ fecerit eis æſtatem perpetuam, tunc apparebit quales fuerint. 1. *Prov.* 28. Cum ſurrexerint Impii, abſcondentur homines ſcil. modo: & cum illi perierint, multiplicabuntur Juſti. E contrario eſt de Malis, quia ipſi ſunt lignum putridum, quod in nocte lucet, ſed in die apparet quale eſt, ſcil. putridum. Item mali in hac vita proſperantur & florent, ſed in futuro videbuntur quales erunt.

m Mortificate ergo] Ex quo mortui in præſenti habent vitam apud Deum abſconditam: [Ergo mortificate membra veſtra] i. membra veſtri veteris hominis, ſcil. ſingula peccata. Sicut novus homo dicitur congeries bonorum operum, & membra ſingula dicuntur ſingula bona opera, vel virtutes: Sic vetus homo dicitur congeries malorum operum, & ſingula peccata dicuntur membra. *Matt.* 6. Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebroſum erit. *Rom.* 6. Scientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: ut deſtruatur corpus peccati, nec ultra ſerviamus peccato. n Membra veſtra] i. membrorum concupiſcentias. *Rom.* 6. Neque exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viventes, & membra veſtra arma juſtitiæ Deo. Item *Rom.* 6. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ: & iniquitati ad iniquitatem; ita exhibete membra veſtra juſtitiæ in ſanctificationem. *Gal.* 5. Qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. Nota quod qui crucifigitur, manus non habet ſolutas, ſed linguam; ſic caro in crucifixione Pœnitentis habet linguam ſolutam, i. tentationem quia ſemper murmurat, & reclamat, & tentat; ſed manus non habet liberas, quia non imperat, ſed rogat. o Quæ ſunt ſuper terram] i. ſuper terrenos, quibus dominantur vitia. Et nota quod iſtum hominem nolunt quidam interficere, ſed incarcerare; quia ceſſant ad tempus ab actu peccandi, ſed non a voluntate. Tales reprobantur cum Saul. 1. *Reg.* 15. qui Agag regem pinguem incarceravit non occidit, i. ardentem peccandi voluntatem. Quam quidam incarcerant, ne in opus exeat peccatis ſed non extinguunt. Vivit enim in talibus peccandi voluntas ſi adeſſet facultas, vel ſperaretur impunitas. 1. *Reg.* 15. Audivi vocem Domini, & ambulavi in via per quam miſit me Dominus, & adduxi Agag regem Amalech. Id eſt, peccatum apertum dimiſerunt; ſed tamen Agag regem, i. voluntatem reſervant, licet ſit ligata timore

aliquo,

Digitized by Google

aliquo vel perdendæ famæ, vel præbendæ, vel alio commodo. 3. *Reg.* 20. dicit Michæas ad Achab, quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius. *a* Fornicationem.] Ecce deſcribit illa membra. (Fornicationem) *Gloſſa*, omnem concubitum præter legitimum connubium. *b* Immunditiam] quæ eſt contra naturam. *c* Libidinem] ſcil. ardorem per quaslibet turpitudines diſcurrentem. *Numer.* 15. Recordentur mandatorum Domini, nec ſequitur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes. *d* Concupiſcentiam malam] de alia re. *Exod.* 20. *e* Et avaritiam] quæ, ſi non corpus, animam tamen contaminat. *f* Quæ eſt ſimulacrorum ſervitus,] ideſt fugienda ſicut idololatria. *Eph.* 5. Avaritia quæ eſt idolorum ſervitus. Ibi require.

B

al. † incredulitatis.

a fornicationem, *b* immunditiam, *c* libidinem, *d* concupiſcentiam malam, & *e* avaritiam, quæ eſt *f* ſimulacrorum ſervitus. *g* Propter quæ venit ira Dei *h* ſuper filios † diffidentiæ: in *i* quibus & vos *k* ambulaſtis *l* aliquando: cum *m* viveretis in illis. Nunc *n* autem deponite & vos omnia, *o* iram, *p* indignationem, *q* malitiam, *r* blaſphemiam, turpem *ſ* ſermonem de *t* ore veſtro. *u* Nolite mentiri invicem: *x* expoliantes vos *y* veterem hominem cum *z* actibus ſuis, & *a* induentes *b* novum eum, *c* qui *d* renovatur in *e* agnitionem Dei ſecundum *f* imaginem *g* ejus, qui *h* creavit eum. *i* Ubi non eſt *k* Gentilis, & Judæus, circumciſio & præputium, barbarus, & Scytha, ſervus, & liber: *l* ſed omnia, *m* & in *n* omnibus Chriſtus. *o* Induite vos ergo ſicut electi Dei, *p* ſancti & *q* dilecti, viſcera *r* miſericordiæ,

al. † maſculus, & femina.

De pœn. d. 3. c. quomodo novari.

g Propter quæ venit ira] ideſt, vindicta Dei. *h* Super filios diffidentiæ] ideſt incredulitatis, ideſt, qui diffidunt de miſericordia Dei, vel de quibus diffidendum eſt propter eorum infidelitatem induratam. *Eph.* 5. Propter hoc venit ira in filios diffidentiæ. Item *Eph.* 2. Spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ. *i* In quibus] vitiis & vos & alii. *l* Aliquando,] non modo. *k* Ambulaſtis,] ideo turpius eſt ſi modo reditis ad ea. *Rom.* 6. Quem fructum habuiſtis in illis, in quibus erubeſcitis? Ambulaſtis, dico, *m* Cum viveretis,] ideſt cum vitam eſſe putaretis (in illis.) Unde *Rom.* 6. Nam finis illorum, mors eſt. Hoc memorat ut ſe evaſiſſe gaudeant, & de cetero ſibi caveant. Unde ſubdit, *n* Nunc autem deponite & vos omnia] quæ pertinent ad veterem hominem. Deponendus eſt vetus homo. *Rom.* 6. Non ergo regnet peccatum in veſtro corpore, nec obediatis concupiſcentiis ejus, ſicut nec ſubditi obediunt Prælato depoſito. *o* Iram] quæ eſt ſubitus animi motus. *Jac.* 1. Ira enim viri juſtitiam Dei non operatur. *p* Indignationem] de alio ſublimato. Nec eſt contrarium quod dicitur *Iſa.* 66. Servus meus indignabitur inimicis ſuis: quia loquitur in hoc loco de indignatione ſine judicio; ibi autem loquitur de indignatione quæ eſt ex zelo juſtitiæ. *p* Malitiam] in opere. *Gloſſa*, effectum ſcilicet iræ, & indignationis, malitia enim eſt quando quis damnum molitur alicui. 1. *Petr.* 2. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes, & rationabiles ſine dolo lac concupiſcite; lac, inquam concupiſcite, ideſt, abjicite omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ. *r* Blaſphemiam,] &c. Nota quod duo prima, ſcilicet ira, & indignatio ſunt in corde; malitia in opere. Hæc autem, tria, blaſphemia, turpiloquium, & mendacium ſunt in ore. Primum eſt ſuperborum, ſcilicet blaſphemia, ſecundum luxurioſorum: tertium avarorum. Avari enim ſolent mentiri, & per mendacia fraudare, & decipere in mercimoniis ſuis. Dicit ergo [Deponite blaſphemiam] in fratrem vel Deum *Eph.* 4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Et *poſtea* dicit: Omnis amaritudo & ira & indignatio, & clamor & blaſphemia tollatur a vobis cum omni malitia. *Lev.* 24. Educ blaſphemum & lapidet eum omnis populus. *ſ* Turpem ſermonem] deponite ſcilicet. *t* De ore veſtro.] *Eph.* 5. Omnis immunditia aut avaritia non nominetur in vobis. *u* Nolite mentiri invicem.] *Gl.* Prohibet ergo aliquando mentiri, & præcipue mentiri aſſidue. *Sap.* 1. Os quod mentitur, occidit animam. *Pſ.* 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. *Prov.* 19. Qui loquitur mendacia, peribit. *Eph.* 4. Deponentes mendacium, ſequimini unuſquiſque veritatem cum proximo ſuo. *Eccl.* 20. Potior fur quam aſſiduitas viri mentientis: perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium ſine honore. *Prov.* 10. Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventum, *x* Expoliantes vos.] Nota quod ſupra dicit (Mortificate, &c. Deponite &c.) hic dicit Expoliantes, &c.] Peccatum mortificatur per contritionem; deponitur per circumſtantiarum devitationem. Quando enim aliquis non habet voluntatem peccandi cum muliere, cum qua aliquando peccavit; libenter tamen cum ea loquitur & videt, & benefacit ei quaſi talia pietate. Hæ ſunt reliquiæ peccati quæ non depoſuit omnino peccatum. *Heb.* 12. Deponentes omne pondus; ideſt omnem voluntatem peccandi, & circumſtans nos peccatum, ideſt, omnes occaſiones & circumſtantias: per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen: expoliatur autem peccatum per geſtuum exteriorum, & habitus depoſitionem. Habitus enim & geſtus eſt pellis peccati exterior. *Job* 2. Pellem pro pelle: & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua, ideſt veterem converſationem pro nova, & honeſta. *Eph.* 4. Deponite vos ſecundum priſtinam converſationem, veterem hominem qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris: renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. *y* Veterem hominem] *Gloſ.* ideſt, habitum peccatorum.

z Cum actibus ſuis] ut nec actus peccati interdum adſit. Homo enim vetus nihil eſt aliud quam vita vetus quæ eſt in peccato, in quo ſecundum Adam vivitur. *a* Induentes] habitum virtutum qui non caret actibus. *b* Novum] hominem, ideſt, rationabilem mentem.

c Qui] novus homo *d* Renovatur in agnitionem Dei.] Vel ſecundum quod magis, & magis cognoſcit Deum, ſecundum hoc magis renovatur. Vel *e* In agnitionem Dei,] ideſt: ad hoc ut cognoſcant Deum. *Jer.* 31. Omnes cognoſcent me dicit Dominus, a minimo uſque ad maximum. Vel [in agnitionem Dei] ut ſcilicet cognoſcatur a Domino, illis enim qui non habebunt faciem renovatam dicet: Non novi vos, *Matth.* 7. & 25. Item *Matth.* 22. Cujus eſt imago & ſuperſcriptio? dicunt ei, Cæſaris, &c. 2. *Tim.* 2. Firmum Dei fundamentum habens ſignaculum hoc, novit Dominus qui ſunt ejus, *Gen.* 45. Præcepit Joſeph ut nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. *Eccl.* 24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, *Eccl.* 27. In die agnitionis invenies firmamentum. Renovatur, dico: *f* Secundum imaginem], ideſt, ſecundum illam partem, ſecundum quam eſt imago Dei, ideſt, in ratione quæ eſt imago *g* Ejus] ideſt, Dei. *h* Qui creavit eum] ideſt, ſecundum imitationem Dei: quia ſecundum quod plus imitatur Deum, & expreſſius repræſentat, ſecundum hoc plus renovatur, hic imperfecte, in futuro autem perfectius. Unde 2. *Cor.* 3. Nos autem revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu, de claritate gratiæ in claritatem gloriæ: ſive ſecundum aliam litteram, de gloria in gloriam. *Rom.* 8. Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii. *i* Ubi,] ſcilicet in quo novo homine non eſt maſculus, & femina, ideſt, diſcretio ſexus: quia femina facta eſt ad imaginem Dei ſicut vir. *k* Gentilis, & Judæus, &c.] In novo homine nulla exterior diverſitas alicui præjudicat, ſcilicet nec ſexuum, nec nationum, nec obſervationum, nec linguarum, nec conditionum. *l* Sed] Chriſtus eſt [omnia,] ideſt omnes partes novi hominis ſunt opera Chriſti. *m* Et] ipſe Chriſtus] eſt [in omnibus] fidelibus qui per eum novi ſunt. *Gal.* 3. Non eſt Judæus neque Græcus, non eſt ſervus, neque liber, non eſt maſculus neque femina: omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu; ergo Abrahæ ſemen eſtis. *Chryſ.* Qui diligit propter Deum, non genus ſcrutatur, non patriam, non divitias. *Rom.* 10. Non eſt diſtinctio Judæi, & Græci. *Act.* 10. In omni gente, quæ timet Deum, acceptus eſt illi. Dicit ergo: [Non eſt maſculus, &c.] q. d. Iſta non faciunt minus dignum vel magis dignum quantum ad novum hominem: *l* Sed omnia & in omnibus Chriſtus] ideſt Chriſtus facit omnia bona opera in homine, quæ ſunt membra novi hominis. Et hoc facit *n* In hominibus] quos innovat. *Eph.* 1. Qui omnia in omnibus adimpletur. 1. *Cor.* 15. Ut ſit Deus omnia in omnibus. *o* Induite vos ergo, &c.] Supra expoliari monuit veterem hominem: hic indui novum monet, & diſtinguit ſpirituales veſtes, ſcil. virtutes. Dicit ergo: [Induite vos ſicut electi Dei] per prædeſtinationem: *p* Sancti] per gratiæ collationem. *q* Dilecti] per gratiæ conſervationem. *Prov.* 8. Ego diligentes me diligo, ideſt, in gratia conſervo. Vel [Electi,] ad fidem. *Jo.* 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. [Sancti] *agioi*, ideſt, ſine terra per ſpem. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus, q. d. Spe ſumus cœleſtes, non terreni. *q* Et dilecti] per charitatem: quia qui diligit Deum, diligitur ab eo. Induite, dico. *r* Viſcera miſericordiæ] ideſt, compaſſio-

nem cordis vobis inſeparabiliter conjungite, quaſi veſtem ad munimentum, & ornatum. *Gal.* 3. Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. *Rom.* 13. Induimini Dominum Jeſum Chriſtum, i. fidem ejus, & amorem, quaſi veſtem contra Aquilonem, & quaſi ornamentum contra confuſionem nuditatis primorū parentum, qui conſuerunt periaomata. Dicit ergo: [Induite viſcera miſericordiæ,] i. intus in corde. *Philip.* 2. Si qua viſcera miſerationis, implete gaudium meum. *a* Benignitatem] exterius in ſermone. *Ep.* 4. Eſtote invicem benigni, miſericordes, donantes invicem. *b* Humilitatem] in habitu, & converſatione. *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. *c* Modeſtiam,] ut modum ſervetis in quolibet opere bono. Vel [modeſtiam,] ut modum ſervetis, maxime in proſperis. *Philip.* 4 Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. *d* Patientiam] in adverſis. *Jac.* 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, Prophetas qui locuti ſunt in nomine Domini. *e* Supportantes invicem.] *Gal.* 6. Alter alterius onera portate. 2. *Cor.* 11. Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate. *f* Et donantes, &c.] *Eph.* 4. Donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis. *Matth.* 18. Nonne oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? *Eccl.* 28. Homo homini ſervat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Item in *eod.* Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur. Et eſt magna pars capituli de tali materia. *g* Sicut & Dominus donavit vobis ita] integre & pure [& vos] condonate. *Jo.* 13. Exemplum dedi vobis, ita & vos facite. *h* Super omnia autem hæc charitatem habete.] Dupliciter legitur: [Super omnia] prædicta [habete charitatem, ideſt ſtudioſius charitatem quærite. Vel [habete charitatem] quæ eſt [ſuper omnia] 1. *Cor.* 12. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. 1. *Petr.* 4. Ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. *Prov.* 10 Univerſa delicta operit charitas. *Eph.* 3. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem. Hæc eſt veſtis Domini inconſutilis. *Joan.* 19. *i* Quod] donum, ſcilicet, charitas: vel [quod] ideſt, quia eſt charitas, ſcilicet. *k* Vinculum perfectionis.] Cetera enim perfectum faciunt, charitas autem omnia ligat, ne abeant. Dicitur ergo ſecundum hoc vinculum perfectionis, quia perfectionem ligat, & conſervat in Sanctis. Vel [vinculum perfectionis,] quia perfecte ligat, maxime unit, ſive conjungit Deo, qui eſt ſummum perfectum, & in hac junctura perficitur anima, quia adjungitur perfecto. 1. *Cor.* 6. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. *Jer.* 16. Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, immediate, ſcilicet, ſic agglutinavi mihi omnem domum Iſrael, & omnem domum Juda dicit Dominus, ideſt, invocantes, & peccata confitentes. *Act.* 20. Ecce ego alligatus ſpiritu, ideſt, ſpirituali vinculo charitatis, vado in Jeruſalem. *Deut.* 10. Patribus veſtris conglutinatus eſt, & dilexit eos. *Eccl.* 6. Decor vitæ eſt in illa, hoc dicit, quia charitas eſt forma virtutum, & vincula illius, alligatura ſalutaris. Et nota quod iſtud vinculum multiplex eſt. Habet enim tres funiculos, qui dicuntur *Matth.* 22. & *Deut.* 6. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. *Job* 11. Utinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia tua tibi, oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & intelligeres quod multiplex eſt lex ejus. Hoc exponit de charitate *Greg.* quæ, ſcilicet dicitur lex, quia ligat.
l Et pax Chriſti, ideſt, quam Chriſtus habuit in ſe, & præcepit aliis. *m* Exultet,] ideſt ſit cauſa exultationis. *Phil.* 4. Et pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras. *n* In qua,] ideſt, ad quam. Vel [in qua] ideſt ad hoc ut ſitis in ea. *o* Vocati eſtis,] 1. *Cor.* 7. In pace autem vocavit vos Deus. Vocati, dico. *p* In uno corpore,] ideſt, ad hoc ut ſitis in unitate corporis, quod eſt Eccleſia. 1. *Cor.* 10. Unum corpus multi ſumus. *q* Et grati eſtote.] *Sup.* ibi [Et pax Chriſti,

a benignitatem, *b* humilitatem, *c* modeſtiam, *d* patientiam: *e* ſupportantes in vicē & *f* donātes vobiſmetipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam: ſicut *g* & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super *h* omnia autē *i* hęc, charitatē habete, quod eſt vinculū *k* perfectionis; Et *l* pax Chriſti *m* exultet in cordibus veſtris, in *n* qua & *o* vocati eſtis in *p* uno corpore: & *q* grati eſtote. Verbū *r* Chriſti habitet in vobis abundāter, in *ſ* omni ſapiētia: docentes, & *t* commonētes voſmetipſos in pſalmis, *u* & hymnis, & cāticis ſpiritualibus, *x* in gratia *y* cātantes in cordibus veſtris *z* Dño. *a* Omne quodcūque *b* facitis in verbo aut in opere, *c* omnia *d* in nomine Dñi noſtri Jeſu Chriſti, *e* gratias agentes Deo, & patri per ipſum. *f* Mulieres ſubdi-

&c.] incipit deſcribere opera novi hominis, & primo ea, quibus homo communiter ſe habet ad homines: hic autem determinat ejus opera, quibus ſe habet ad Deum, determinans quatuor ſpecies gratitudinis contra quatuor ſpecies ingratitudinis: de quibus *Seneca in lib. de beneficiis* dicit, Ingratus eſt qui beneficium ſe accepiſſe negat, quod accepit: ingratus eſt, qui diſſimulat, ingratus eſt, qui non reddit: ingratiſſimus omnium, qui oblitus eſt. Contraria his hic nominantur cum dicit: [In pſalmis] in reddendo, [& hymnis] confitendo, [& canticis] beneficia ſe a Deo habuiſſe oſtendendo [in gratia cantantes] hoc eſt beneficia ad memoriam revocando. Et hoc patet pro *Gloſ.* [in pſalmis,] qui de moribus agunt. (in hymnis] qui de laudibus Dei agunt.] Et canticis, &c.) quæ ſunt de æterno. [In gratia,] i. in conſideratione beneficiorum Dei. Dicit ergo: [Et grati eſtote.] *Eccl.* 29. Ingratus ſenſu derelinquit liberantem ſe. *Sap.* 16. Ingrati ſpes, quaſi glacies hybernalis. Et ordina ſic litteram: [Grati eſtote] docentes neſcios. *t* Et commonentes voſmetipſos,] i. unus alium, ut doctrina ſint illis qui neſciunt, & commonitio illis, qui ſciunt, ſed pigri ſunt. Docentes dico & commonentes de his quæ continentur. *u* In pſalmis, &c.] *Eph.* 5. Loquentes vobiſipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris. *x* In gratia cantantes,] i. gratioſe, & devote. *Pſ.* 46. Pſallite ſapienter, i. cum ſapore. *y* Cantantes in cordibus veſtris,] non ſolum in labiis. *Matt.* 15. & *Iſa.* 29 Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe eſt a me. *z* Domino) i. ad honorem Domini, non laudem hominis. Et notantur hic tria, quæ ſatis competunt laudanti. Devotio, ibi (in cordibus veſtris.) Intentio, ibi [Domino.] Hæc duo ſunt in corde, tertium eſt in ore, ſcilicet vobis exultatio maxime in Choro, & in Eccleſia, quæ notatur ibi [Cantantes.] Et ut prædicta poſſitis monere, ſcilicet & docere. *r* Verbum Chriſti, &c.] i. Dominus det vobis gratiam intelligendi verbum ſuum, & proferendi aliis copioſe, 2. *Cor.* 9. Potens eſt Deus omnem gratiam facere abundare in vobis. Et dicit, [Habitet in vobis,] i. ut ſit in vobis non ad momentum memoria verbi Domini, ſed jugiter in manſionaria. Iſtud verbum demum, quod inhabitat: illuminat & accendit, & protegit: quia ignis eſt, & clypeus. *Prov.* 30. Omnis ſermo Dei ignitus clypeus ſperantibus in ſe. *Luc* 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut ardeat. In quibuſdam non habitat verbum Chriſti, ſed mundi. *Eccl.* 21. Cor fatui, quaſi vas confractum, omnem ſapientiam non tenebit. *Joan.* 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur. *Iſa.* 29. Et erit quaſi Pythonis de terra vox tua. *ſ* In omni ſcientia,] non in carnali, quæ non eſt omnis, i. perfecta. *Rom.* 8. Prudentia carnis, mors eſt. *Jac.* 3. Terrena, animalis, Diabolica. *Eccl.* 4. Sapientia ſecundum nomen ſuum eſt. *a* Omne quodcumque, &c.] Hic docet modum operandi. [Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere,] q. d. Omne quod facitis, & quodcumque, i. in univerſali & particulari quicquid facitis, facite. *d* In nomine Domini noſtri J. C.] i. ad gloriam ejus: & non ſolum ea quæ facitis in verbo, & opere; ſed etiam. *c* Omnia] quæ ſcilicet facitis in cogitatione. Et ita tria dicuntur hic (Omne quodcumque & omnia.] *a* Omne,] ſcilicet in verbo, *b* Quodcumque] in opere. *c* Omnia] in cogitatione. 1. *Cor.* 10. Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Vel ſic, *b* Quodcumque facitis in verbo, & opere] facite [omne,] i. perfectum, hoc modo, ſcilicet. *c* Omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti,] q. d. Sic erit perfectum quod facitis, ſi ad Chriſti gloriam refertis, quia ipſe eſt Alpha, & Omega, principium, & finis, *Apoc.* 1. & *ult.* *Iſa.* 41. Ego Dominus, primus, & noviſſimus ego ſum. *Eccl.* 1. Ad locum unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant.
e Gratias agentes,] q. d. Si omnia in nomine Chriſti facitis, in hoc gratias agitis Deo patri per Chriſtum. 1. *Theſ.* 5. In omnibus gratias agite. *Gl.* dicit hic, per ipſum Chriſtum, per quem Deus dedit omnia. Tunc enim vere agimus Deo gratias per Chriſtum, ſi modum præceptum ejus cuſtodiamus. *f* Mulieres ſubditæ, &c.] Hæc eſt ultima pars in qua

ſpiritualem

ſpiritualem admonitionem ponit ad diverſas perſonas, [mulieres ſubditæ.] *Eph.* 5. mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, &c. Ibi require de hoc. *a* Sicut oportet in Domino:] contra illos qui volunt abuti uxoribus. *b* Et nolite amari eſſe ad illas] ſcil. acerbi, q. d. Licet ſitis domini non tamen ſitis

tæ eſtote viris, *a* ſicut oportet in domino; viri diligite uxores veſtras: *b* & nolite amari eſſe ad illas. *c* Filii obedite parentibus per omnia: *d* hoc enim placitum eſt in Domino. *e* Patres nolite ad indignationem provocare filios veſtros, *f* ut non puſillo animo *g* fiant, Servi obedite per omnia Dominis carnalibus, *h* non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, *i* ſed in ſimplicitate cordis *k* timentes Dominum, quodcumque *l* facitis ex animo *m* operamini ſicut Domino, & non

auſteri. *Gloſ.* per hoc emollit rigorem dominationis: ut poteſtate qua prævalet quis in dominatu uxoris non nimis ſevere utatur *Eccl.* 21. non eſt ſenſus ubi eſt amaritudo. *Sap.* 8. non habet amaritudinem convictus illius. *Eph.* 4. omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia tollantur a vobis. *c* Filii obedite parentibus per omnia] bona vel indifferentia & hoc eſt quod ſubdit in Domino non contra Dominum. *d* Hoc enim placitum eſt Deo,] 1. *Eph.* 6. Filii obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim juſtum eſt. Ibi quære *Eccl.* 3. Honora patrem tuum & matrem ut ſuperveniat tibi benedictio a Deo, & hoc dicitur tam filiis carnalibus quam ſpiritualibus. *e* Patres nolite ad indignationem] vel [iracundiam] alia littera provocare filios veſtros.] Nolite dici,] ideſt, ex voluntate deliberata non faciatis hoc quaſi forte aliquando ex impetu accidat. *Eph.* 6. & vos Patres ad iracundiam nolite provocare filios *Prov.* 27. Impetum concitati ferre quis poſſit? *f* Ut non puſillo animo fiant] vel [puſillanimes,] ideſt, diutius non potentes pati. Dominus diligit puſillos, non vult eos offendi vel ſcandalizari: ſed conſolari. *Luc.* 12. Nolite timere puſillus grex: complacuit enim patri veſtro dare vobis regnum. *Matth.* 18. quicumque ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. 1. *Tim.* 5. corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. *g* Servi obedite per omnia] 1. *Eph.* 6. Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto non ad oculum ſervientes quaſi hominibus placentes, ſed ut ſervi Chriſti voluntatem Dei facientes ex animo. Et nota quod notantur hæc tria bona in ſervis. Simplicitas, rectitudo, & timor Dei. *Job* 1. & erat vir ille ſimplex & rectus ac timens Deum. *h* Non ad oculum] ecce rectitudo intentionis. *i* Sed in ſimplicitate,] ideſt, ſine fraude; ecce ſimplicitas: eſt autem multiplex fraudis error ſcilicet duplicitatis & perplexitatis. k Timentes Dominum:] ecce tertium, *Eccl. ult.* Deum time & ejus mandata obſerva, hoc eſt omnis homo. *l* Quodcumque facitis ex animo operamini,] ideſt, attente & diſcrete. Vel, ideſt, ex voluntate non pertimeſcentes pœnam ex Deo. *Gloſ.* dicit hic. Eam innocentiam Deus probat qua homo non metu pœnæ fit innocens, ſed amore juſtitiæ, nam qui timore non peccat, quamvis non noceat aliis, ſibi tamen plurimum nocet; Simulata innocentia non eſt innocentia; ſimulata æquitas non eſt æquitas; ſed duplex peccatum in quo eſt & iniquitas & ſimulatio. Et hoc eſt. *m* Sicut Domino ſervientes] non hominibus. *Eph.* 6. *n* Cum bona voluntate ſervientes.] Sicut Domino non hominibus ſervientes: quoniam unuſquiſque quodcumque fecerit bonum: hoc percipiet a Domino ſive ſervus ſive liber: & hoc eſt quod dicitur hic. *n* Scientes quod a Domino accipietis, &c.] Et propter alios Dominos Domino etiam dominantium ſcilicet. *o* Chriſto:] qui eſt rex regum, & Dominus dominantium. *Apoc.* 19.
p Servite in his] quæ jubet. *q* Qui enim injuriam] quaſi dicat non eſt dimittendum quin ex corde ſerviatur Dominis propter eorum crudelitatem: quia Dominus inde accipiet vindictam: ſicut bonos remunerabit. *Pſ.* Dominus interrogat juſtum & impium. Item *Pſal.* Dominus faciet judicium injuriam patientibus. Et hoc eſt quod dicitur: qui enim injuriam facit, ſive Dominus ſive ſervus. *r* Recipiet id quod inique geſſit] 2. *Cor.* 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ut recipiat unuſquiſque prout geſſit, ſive bonum ſive malum. Nota

quod Dominus facit duplicem injuriam ſervo; prima eſt fraus debitæ mercedis. Secunda læſio corporis, non enim debet eos verberare, vel lædere. De prima dicitur. *Tob.* 4. quicumque tibi aliquid operatus fuerit ſtatim mercedem ejus reſtitue, & merces mercenarii tui apud te omnino

hominibus, *n* ſcientes quod a Domino accipietis retributionem hæreditatis: *o* Domino *p* Chriſto ſervite. *q* Qui enim injuriam facit, *r* recipiet id quod inique geſſit, & non eſt perſonarum *ſ* acceptio apud Deum. *t* Domini quod juſtum eſt, & *u* æquum ſervis præſtate, *x* ſcientes quoniam & vos Dominum habetis in cęlo.

C A P. IV.

y ORationi inſtate, vigilantes *z* in ea in gratiarum *a* actione; orantes *b* ſimul & pro nobis: ut Deus aperiat *c* nobis oſtium ſermonis ad loquendum

non remaneat. Quod ſumpſit de *Lev.* 19. ubi dicitur: non morabitur opus mercenarii tui apud te uſque mane. *Eccl.* 34. qui effundit ſanguinem & qui fraudem facit mercenario fratres ſunt. De ſecunda fraude dicitur. *Eccleſ.* 7. ne lædas ſervum in veritate operantem: neque mercenarium dantem animam ſuam. *ſ* Et non eſt perſonarum acceptio apud Deum] q. d. quantumcumque potens ſit: ſi injuſte agat cum ſervo ſuo recipiet ex hoc pœnam debitam. *Sap.* 6. non enim ſubtrahet perſonam Deus qui eſt omnium dominator nec verebitur magnitudinem cujuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omnibus. *Iſa.* 24. Erit ſicut populus ſic Sacerdos: & ſicut Dominus ſic ſervus ejus. *Act.* 10. In veritate comperi quia non eſt perſonarum acceptor Deus, *Eph.* 6. *Rom.* 2. *t* Domini quod juſtum eſt,] ideſt juſtum pretium pro ſervitio.
u Et æquum,] ideſt quamdam æquitatem propter naturam; & non viles eos habeatis, ſed æquales per naturam vobis reputetis, maxime ſi boni ſint. *Eccl.* 7. Servus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, ne fraudes illum libertate: neque inopem derelinquas illum *Job* 31. Si contempſi judicium ſubire cum ſervo meo & ancilla mea cum diſceptarent adverſum me: quid enim faciam cum ſurrexerit ad judicandum Deus, & cum quæſierit, quid reſpondebo illi? Et hoc eſt quod ſubdit. *x* Scientes quoniam & vos Dominum habetis in cœlo] *Eph.* 6. Illorum & veſter Dominus eſt in cœlis q. d. potens eſt judex noſter. Ideo talia exigite, qualia vultis exigi a vobis *Aug.* Boni ex fide viventes & adhuc ab illa civitate peregrinantes, qui imperant ſerviunt eis quibus videntur imperare: quia non cupiditate imperant dominandi, ſed officio conſulendi, beneficio providendi.

E X P O S I T I O C A P. IV.

ORationi inſtantes] vel inſtate, &c. Sigillatim omnes monuit & particulariter: modo monet omnes univerſaliter. Et primo monet & rogat, ut inſtanter orent & per ſe & pro fructu prædicationis multiplicando. Secundo monet ut cauti ſint & providi tam in verbis quam in factis: ne verbo vel facto alios ſcandalizent, ibi [In ſapientia ambulate.] Tertio quia poterant mirari eo quod de ſtatu ſuo nihil eis mandaret in Epiſtola: dicit quod omnia ſcient per nuncios per quos miſit Epiſtolam, & commendat ipſos, ut melius ei credant: ibi [quæ circa me ſunt.] Quarto ſalutationes ponit familiarum fratrum: ibi [ſalutat vos Epaphras.] Ultimo, ponit propriam ſalutationem, ſalutat autem Laodicenſes; monet iſtos Coloſſenſes; ut legant eis hanc Epiſtolam, ipſi legant Epiſtolam Laodicenſium, & ſalutationem ſcribit manu propria, monens etiam ut memores ſint quanta patiatur, & paſſus ſit pro eis: ibi Salutate fratres qui ſunt, &c.] dicit ergo. *y* Orationi inſtate] quod eſt contra illos qui raro orant. *z* Et vigilantes in ea:] contra torpentes in oratione, licet frequenter orent. *a* In gratiarum actione] de præteritis q. d. non tamen oretis pro futuris habendis; ſed gratias agite de jam datis. *b* Orantes ſimul] & pro nobis 1. *Theſ.* 5. Fratres orate pro nobis. *Eph.* 6. orantes omni tempore in ſpiritu & in ipſo vigilantes in omni vigilantia & obſervatione; pro omnibus ſanctis & pro me, ut detur mihi ſermo in apertione oris cum fiducia notum facere myſterium Evangelii. Et hoc eſt quod dicitur *hic ult.* Deus aperiat nobis oſtium ſermonis, ut ſermo aliquando per os ſicut per oſtium exeat, aliquando clauſum lateat. *Pſ.* Pone Domine cuſtodiam ori meo, ut ſc. ſciam quid, quando, cui & quantum & quomodo loquar, &c. quæ exiguntur ad hoc ut ſermo competat *Eccl.* 3. Eſt tempus loquendi, & eſt tempus tacendi *Eccl.* 20. ex ore fatui reprobatur parabola, non enim

Myſterium Chriſti (propter quod etiam vinctus ſum,) ut manifeſtem *a* illud ita ut *b* oportet me *c* loqui. *d* In ſapientia ambulate *e* ad eos qui foris ſunt, tempus *f* redimentes. *g* Sermo veſter ſemper in gratia ſale *h* ſit conditus, *i* ut ſciatis quomodo oporteat vos unicuique reſpondere. Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet *k* Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter, & conſervus in Domino, quem miſi ad vos ad hoc ipſum ut cognoſcat quæ circa vos ſunt, & conſoletur corda veſtra cum Oneſimo chariſſimo, & fideli fratre, qui eſt ex vobis, qui omnia, quæ hic aguntur nota facient vobis. Salutat vos Ariſtarchus *l* concaptivus meus, & *m* Marcus *n* conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mandata. *o* Si venerit ad vos excipit illum. Et Jeſus qui dicitur juſtus, qui ſunt ex circunciſione. *p* Hi ſoli ſunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt ſolatio. Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt ſervus Chriſti Jeſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, ut ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei. Teſtimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro his qui ſunt Laodiceę, qui Hierapoli. Salutat vos Lucas Medicus chariſſimus, & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodiceę, & Nympham, & quę in domo ejus eſt, Eccleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos epiſtola hæc: facite ut & in Laodicenſium Eccleſia legatur, & ea, quę Laodicenſium eſt, vobis legatur. *q* Et dicite Archippo. Vide miniſterium quod accepiſti in Domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Colocenſſes.

Incipit argumentum in Epiſtolam ad Theſſalonicenſes primam.

THeſſalonicenſes ſunt Macedones. Hi in Chriſto Jeſu accepto verbo veritatis perſtiterunt in fide, etiam in perſecutione civium ſuorum. Propterea nec receperunt falſos Apoſtolos, nec ea quę a falſis Apoſtolis dicebantur. Hos collaudat Apoſtolus ſcribens ei ab Athenis per Tychicum, & Oneſimum Acolythum.

Explicit argumentum.

ſtiſſillam in tempore ſuo *Eccl.* 28. Ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. *Gloſſ.* dicit hic, oſtium, ideſt os. Os autem apertum eſt, quando multa & magna dicit *2.Cor.6.* Os noſtrum patet ad vos o Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt. *Job* 3. Poſt hoc aperuit Job os ſuum *Gloſſ.* Ut aperta pixide diffundatur odor. Unde in principio ſermonis Domini in monte *Matt.5.* quia magna
C dicturus erat, dicitur: Aperiens Jeſus os ſuum docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu, &c. Et *Act.1.* Aperiens Petrus os ſuum dixit. Vel [Aperiat nobis oſtium ſermonis, &c.] ideſt, occulta & clauſa ſacræ ſcripturæ nobis revelet. *Apoc.* 4. Vidi, & ecce oſtium apertum in cœlo, ideſt, in ſacra Scriptura, quæ clauſa erat myſteriis ante adventum Chriſti. Vel [Oſtium ſermonis] ideſt, intelligentias & corda auditorum, ut ſermo ingrediatur. Hoc oſtium clauſum eſt, quando auditores non intelligunt; apertum, quando intelligunt. *Iſa.* 45. Aperiam ante eum januas & portæ non claudentur. *2.Theſ.3.* Orate pro nobis ut ſermo Dei currat & clarificetur. *Act.* 14. Cum autem veniſſent & congregaſſent Eccleſiam retulerunt quanta feciſſet Deus cum eis, & quia aperuiſſet Deus gentibus oſtium fidei. *a* Ut manifeſtem illud] ita conſtanter, & diſcrete. *b* Ut oportet me] qui Apoſtolus ſum: *c* Loqui] *Mich.* 3. Repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini judicio & virtute, ut annunciem Jacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum. *Eph.* 6. Cum fiducia notum facere myſterium Evangelii. *Act.5.* Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *d* In ſapientia ambulate] ideſt, caute & diſcrete operamini & proficite.
e Ad eos qui foris ſunt,] ut non eos ſcandalizetis, ſed illuminetis etiam perfidos; multo magis eos qui intus ſunt; ideſt, in Eccleſia, *1.Petr.2.* Converſationem veſtram inter gentes habentes bonam, ut ex eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum, *1.Theſſ.4.* Honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, *1.Tim.* 3. Oportet autem & illum teſtimonium bonum habere ab his qui foris ſunt, *1.Cor.* 10. Sine offenſione eſtote Judæis & gentibus. *Eph.* 5. Videte quomodo caute ambuletis non quaſi inſipientes ſed quaſi ſapientes. E contra dicitur de malis. *Rom.2.* Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes. *f* Tempus redimentes] *Gloſſ.* Ambulate ſapienter, non impedientes, ſed redimentes tempus, ideſt, aliquibus modis præparantes opportunitatem prædicandi eis, habito tempore. *g* Sermo veſter ſemper] ſit [in gratia, &c.] Redimentes tempus, præparantes opportunitatem ad prædicandum vel benefaciendum. Vel redimentes tempus] ſicut quando aliquis invadiavit capam pro quinque ſolidis, reddit quinque ſolidos & ſic redemit capam. Similiter qui diu opera bona fecit & poſtea peccat mortaliter, invadiat totum tempus illud, & ſi tunc moreretur, non haberet vitam æternam pro illis bonis operibus. Sed quando per veram pœnitentiam aggreditur, ſtatim reviviſcunt opera, & ſic redimit illa *Eccl.*20. Eſt qui multa redimat modico pretio. *Eph.* 5. Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt [Sermo veſter ſemper in gratia ſit] ideſt, talis et gratus ſit auditoribus. Vel [in gratia] prædicanda, non in lege, ut. *h* Sale ſit conditus] Sale ſcilicet diſcretionis temperatus: quaſi dicat ſermo veſter ſit gratioſus & diſcretus *Lev.* 2. Quidquid obtuleris ſacrificii ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui, in omni oblatione offeres ſal. *Eph.* D
4. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Vel [Sale conditus] ideſt, correctione mixtus. Hoc ſale debet ſermo condiri ſcilicet temperari, non debet totum eſſe ſal. Ideo dicit conditus,) Modicum enim condit totum nec amaricat cibum omnino. *Matt.*5. Vos eſtis ſal terræ. *Marc.*9. Bonum eſt ſal, quod ſi ſal inſulſum fuerit in quo ſalietur? *i* Ut ſciatis] quomodo oporteat vos reſpondere. *Gloſſ.* Quia aliter idiotæ, aliter litterato, & aliis perſonis aliter & aliter reſpondendum eſt, *2. Petr.* 3. Parati ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt fide, & ſpe. *Rom.* 1. Sapientibus, & inſipientibus debitor ſum. *k* Tychicus] De iſto Tychico habetur *Eph.* 6. Et *2. Tim.* 4. *l* Concaptivus meus,] ideſt, particeps & ſocius laborum meorum. *m* Et Marcus conſobrinus Barnabæ] de quo Marco & Barnaba.
n Accepiſtis mandata] illa ſcilicet quod diſceſſiſſent a me, & ideo non reciperetis eos, ut habetur *Act.* 15. Tanta fuit diſſenſio inter Paulum & Barnabam, quod diſceſſit ab eis & iſtis miſit Apoſtolus Epiſtolam in qua continebantur quod reciperent iſtos, ſcilicet Barnabam, & Marcum, ſed modo reconciliatus erat. Et ideo mandat. *o* Si venerit ad vos excipite illum. [Vel accepiſtis mandata] quod rediit ad me. Nota quod ſicut dicitur *Act.*15. Barnabas enim volebat ſecum aſſumere Joannem qui cognominabatur Marcus, Paulus autem rogabat eum ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia & non iſſet cum eis in opus, non debere recipi eum. Facta eſt ergo diſſenſio ita ut diſcederent ab invicem, & Barnabas quidem aſſumpto Marco navigaret Cyprum. Paulus vero aſſumpto Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei a fratribus: Item *Act.* 13. habetur de iſto Marco, & de dimiſſione Pauli & Barnabæ ab Apoſtolis, habebant Joannem in miniſterio. Et in *eod.* Joannes autem diſcedens ab eis reverſus ad Jeroſolymam ad Petrum. Item *2.Tim.4.* habetur de iſto, Marcum aſſume, & adduc tecum. *1. Petr. ult.* Marcus filius meus. *Gloſſ.* A me baptizatus, a me doctus, Evangeliſta poſtea. *p* Hi ſoli] intellige de Judæis.
q Dicite Archippo] de quo habetur ad *Philem.* 1. Archippo commilitoni veſtro. *r* Vide miniſterium] Argumentum quod ſubditi prælatum debent monere ſicut Paulus Petro reſtitit, *Gal.* 2. *Iſa.* 33. Erubeſce Sidon ait mare.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam ad Coloſſenſes.

REVE-

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & D. DOMINI HUGONIS Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Theſſalon. primam incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus & Silvanus, &c.] Theſſalonica metropolis eſt Macedoniæ quæ eſt pars Græciæ & quædam ipſius provincia. Hæc uſque hodie eſt Macedoniæ metropolis, & dicitur vulgo Salonia. Theſſalonicenſes ergo ſunt Macedones, qui facile ab Apoſtolo converſi nec per tribulationes concivium ſuorū infidelium, nec per Pſeudo prædicatores potuerunt
A moveri a fidei veritate. Hos collaudat Apoſt. Erant tamen inter eos aliqui otioſi & curioſi, aliqui etiam de reſurrectione minus ſentientes, & ideo nimis temere de amicorum ſuorum morte dolentes: aliqui etiam eorum erant fornicatores. Eſt ergo intentio Apoſtoli malos corrigere & bonos ad perſeverantiam coarctare. Scribit autem eis ab Athenis per Tychicum, & Oneſimum, ut dicitur in *Prologo ſuper Bibliam*. Alii habent per Timotheum Diaconum quod quibuſdam verius videtur ex eo quod *inf.* 3. dicit ſe Timotheum mittere ad eos.

Sed contra hoc eſt, quod in *princ. Epiſt.* hujus dicitur eſſe ſalutator, ibi [Et Timotheus.] Quomodo ergo fuit bajulus? Præterea *infr.* 3. Ubi dicit ſe miſiſſe Timotheum, patet per Textum, quod jam miſerat Timotheum antequam ſcriberet hanc Epiſtolam. Dividitur autem hæc Epiſtola in duas partes. In prima invitat eos ad perſeverantiam in fide & tolerantiam tribulationum. In ſecunda parte inſtruit eos in moribus, *infr.* 5. Prima autem pars dividitur in duas. In prima ponit rationes quare debent perſeverare, & mala æquanimiter tolerare. In ſecunda removet impedimenta tolerantiæ, *infr.* 3. Primo ergo more ſuo præmittit ſalutationem. Secundo gratias agit de intelligentia eorum, ut ſic ad eam magis invitet. Et hæc eſt prima ratio, ut tolerando ſint participes orationum Apoſtoli, ibi [Gratias agimus Deo.] Secunda ratio, ne ſint ingrati beneficii accepti, ibi [Scientes fratres.] Tertia ratio, ut ſic ſint imitatores doctorum ſuorum, & Chriſti: quæ eſt magna laus diſcipulis, ſcilicet imitari bonum magiſtrum, ibi [Et vos imitatores, &c.] Quarta ratio eſt utilitas perſeverantiæ eorum, non tantum ſibi, ſed etiam aliis: quia vicini eorum converſi erant per bonum exemplum eorum, ibi [Ita ut facti forma ſitis omnibus.] Quinta ratio eſt facilitas converſionis eorum: unde ſi reſipiſcerent a fide, viderentur leves & inſtabiles, ibi, [Ipſi enim de vobis, &c.] Dicit ergo. *a* Paulus & Silvanus.] Iſte Silvanus ſecundum Rabanum idem eſt quod Silas: de quo habetur *Act.* 15. Paulus autem electo Sila profectus eſt. *b* Et Timotheus.] Similiter nomina iſtorum ponit 2. *Cor.* 1. Jeſus Chriſtus, qui in vobis prædicatus eſt per me & Silvanum & Timotheum, non fuit in illo eſt, & non, ſed & eſt in illo fuit. *Gloſ.* dicit hic. Hi coadjutores erant Apoſtoli in illis inſtruendis, & de profectu illorum pariter gaudebant, & ideo nominibus eorum præſcribitur ſalutatio: ſed Epiſtolæ ſolius Apoſtoli ſunt. Hi inquam, ſcribunt. *c* Eccleſiæ Theſſalonicenſium] congregatæ. *d* In Deo patre, & Domino noſtro Jeſu Chriſto,] q. d. quod Eccleſia eſt congregata in unitate fidei, Deo patre operante, & Chriſto ejus filio. Et ante omnia ſalutant in hunc modum. *e* Gratia vobis & pax] expoſitum ne exponas, actum ne agas. Vel mandant, ſc. hoc, [Gratia vobis,] ſc. remiſſio peccati in initio converſionis. *f* Et pax] in profectu converſationis: ut quiete vivant. *g* Gratias agimus Deo ſemper,] horis & temporibus conſtitutis. *h* Pro omnibus vobis,] i. propter bona, quæ Deus dedit vobis. *Eph.* 1. Non ceſſo gratias agens pro vobis memoriam veſtri faciens in orationibus meis. Duo dicit Apoſtolus, quod gratias agebat de bonis jam datis eis, & quod orabat pro amplioribus habendis. Unde ſubdit. *i* Memoriam veſtri, &c.] & hoc [ſine intermiſſione] certarum horarum. *Rom.* 1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio, ſemper in orationibus meis. *Inf.* 5. Sine intermiſſione orate. Unde autem gratias agat, ſubdit. *k* Memores operis fidei,] confeſſionis quæ eſt proprium opus fidei. *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam: ore autem fit confeſſio ad ſalutem. Sed quia parum eſt confiteri ſine opere ſubdit. *l* Et laboris] in operando & pro ſe & pro proximis. Sed quia labor premit mentem niſi charitas ungat, & relevet mentem, ſubdit: *m* Et charitatis] habitæ in Deum, & proximum. Item quia charitas refrigeſcit, niſi jugiter nutriatur iſte ignis in altari cordis; ideo ſubditur: *n* Et ſuſtinentiæ ſpei,] id eſt, quam fecit ſpes. Non enim tam mala poſſent ſuſtinere, niſi ſpes eos confortaret. Nota quod ſpes apponit ligna in corde, ut nutriatur ignis charitatis, bona ſcilicet futura, quæ jam habet ſpes, ut dicitur *Rom.* 8. Spe enim ſalvi facti ſumus. Suſti- B
nentia ſimiliter apponit alia ligna, mala, ſcilicet præſentia quæ inferuntur, quæ ſunt materia amantis, ut magis ametur Deus. Quia, ſicut dicit *Greg.* mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Apponit nihilominus ſuſſlatoria dettactionum & tentationum, quæ omnia primo recipit ſuſtinentia, & confert ea poſtmodum charitati. *Iſa.* 54. Ecce ego creavi fabrum ſufflantem in igne prunas. *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit. Vel aliter. Poſſunt enim tres combinationes fieri in littera. Prima operis & fidei. Fides enim viva probatur per opera. *Jac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Item in *eod.* Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Secunda combinatio eſt laboris & charitatis: quia charitas labore cognoſcitur, 2. *Cor.* 5. Charitas Chriſti, urget nos. Item tertia combinatio eſt ſuſtinentiæ & ſpei: quia ſpes, ut dictum eſt, ſubſtinentiam operatur in eſſe, item ſpes per ſuſtinentiam declaratur. Unde *Rom.* 5. Patientia probationem operatur; probatio vero ſpem, declarando, ſcilicet [Spei dico, Domini noſtri Jeſu Chriſti,] q. d. Spes non fruſtratur, quia eſt [Domini noſtri Jeſu Chriſti] qui bene vult, & poteſt implere. *Rom.* 5. Spes autem non confundit, id eſt inconfuſibilem ſervat: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: [Domini,] dico, exiſtentis. *o* Ante Deum, &c.] quia filius eſt advocatus noſter apud patrem, 1. *Joan.* 2. Advocatum habemus apud patrem Jeſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Vel [ſpei exiſtentis ante Deum, & patrem noſtrum;] quia ita certi eſtis ac ſi jam videatis eum & ita vos animat. Vel [ante Deum;] quia intenditis ei placere, non ad aſpectum hominum. Hypocritæ enim ſuſtinentiam ſuam oſtendunt hominibus; & ſperant ab hominibus mercedem; & tamen nec ſpes, nec ſuſtinentia eorum eſt apud Deum. *Matth.* 6. Attendite ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis. Vel [ante Deum,] id eſt, ſperatis quod Chriſtus remunerabit vos in futuro coram patre ſuo. *p* Scientes, &c.] q. d. Nos agimus gratias Deo de vobis, nos dico [ſcientes] o [fratres dilecti a Deo electionem veſtram] id eſt ſcientes quod dilecti, & electi eſtis a Deo. Et ita hoc quod dicit [a Deo] diaſyrticum eſt. *Joa.* 14. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. *Col.* 3. Induite vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ. Vel [ſcientes electionem veſtram,] i. conſiderantes quos & quales elegerit vos, ſcil. ſimplices & ignobiles, 1. *Cor.* 1. Videte vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, nec multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret: ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus. Quod autem ſitis dilecti a Deo, & electi, patet. *q* Quia Evangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum,] vel in oſtenſione verborum. *r* Sed & in virtute] miraculorum, *Marc. ult.* At illi profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Vel [in virtute] bonæ operationis, quæ magis movet auditorem quam ſtrepitus verborum. *Eccl.* 4. Ne abſcondas ſapientiam in decore ejus. *ſ* Et in Spiritu ſancto,] quia per me recipiſti dona Sp. S. & hoc non parce, ſed copioſe. Et hoc eſt quod dicit: *t* Et in plenitudine

Incipit Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes prima.

CAP. I.

PAulus *a* & Silvanus & *b* Timotheus *c* Eccleſiæ *d* Theſſalonicenſium in Deo patre & Domino Jeſu Chriſto, *e* gratia vobis *f* & pax. Gratias *g* agimus Deo ſemper pro omnibus *h* vobis: *i* memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione, *k* memores operis fidei veſtræ *l* & laboris, *m* & charitatis, *n* & ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Jeſu Chriſti, *o* ante Deum & patrem noſtrum: *p* ſcientes fratres dilecti a Deo electionem veſtram: *q* quia Evangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed *r* & in virtute *ſ* & in Spiritu ſancto *t* & in plenitudine multa

ſitudine multa,] i. in magna abundantia donorum Spiritus ſancti. *Rom.* 15. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti veniam. Hanc plenitudinem ſumunt fideles a Chriſto, ſed aliquando miniſterio Prælatorum. *Joan.* 1. De plenitudine ejus omnes accipimus. Nota quod Legati & Prælati moderni qui veniunt ad viſitandum ſuas Eccleſias, nec ſermonem prædicationis, nec virtutem afferunt bonæ operationis, nec Spiritum ſanctum, ideſt, ſpiritum concordiæ & charitatis miniſtrant, ſed litigii, odii, & ſchiſmatis, nec plenitudinem, ſed exinanitionem: non enim ut impleant ſubditos, ſed ut impleantur, veniunt, in ventre ſcilicet & in burſa. Aliqui tamen ſunt, qui bene ſciunt prædicare, ſed non operantur. Tales toti ſunt in ſermone & non in virtute. *Job* 19. dicit Dominus, derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Dentes Domini ſunt boni expoſitores Scripturæ. Sed noſtri nunc modo labia tantum, toti in verbis & foliis ſine fructu operum. Sed legitur quod Dominus maledixit ficus, in qua non invenit niſi folia *Matth.* 21. Mane facto revertens in civitatem eſurit. Et videns fici arborem unam ſecus viam, venit ad eam; & nihil invenit in ea niſi folia tantum: & ait illi. Nunquam ex te naſcatur fructus in ſempiternum. Et areſacta eſt continuo ficulnea. *Jerem.* 8. Non eſt uva in vitibus & non eſt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt. Nota quod Prælati deberent proferre ficus dulcedinis & conſolationis, & uvas unde exeat vinum paternæ correptionis: ſed non habent niſi folia. Verba pietatis habent, ſed non opera. Et illa etiam defluunt in terram per cupiditatem: quia qui verba ſua convertunt ad lucra, ſunt ſicut illi qui vendunt linguas ſuas. *Habac.* 3. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis. Non florebit per bonum propoſitum, non germinabit per boni operis initium. Et ideo ſequitur. Mentietur opus olivæ, ideſt, opus pietatis & miſericordiæ non erit in ſubditis: & arva, ideſt, Laici agreſtes & ſimplices non afferunt cibum, ideſt, bona opera in quibus reficiantur. Nobis ergo bene dici poteſt, quod dictum eſt Paulo. *Act.* 17. Quid vult ſeminiverbius hic dicere? Quaſi. Ita ſcimus illud divinum, ſcilicet vos eſſe electos & dilectos a Deo.

a Sicut] vos [ſcitis] iſtud viſibile, ſcilicet.

b Quales;] ideſt, quam afflicti.

c Fuerimus in vobis,] ideſt, inter vos. Et hoc.

d Propter vos,] ideſt, pro veſtra ſalute quaſi dicat per hoc etiam quod nos paſſi ſumus in exemplum vobis, patet quod Deus vos dilexit, & elegit. Deus enim non permitteret me Apoſtolum ſuum tot pati pro vobis, niſi vos amaret. *Col.* 1. Nunc gaudeo in paſſionibus pro vobis, & adimplebo ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, in carne mea pro corpore ejus. *Infr.* 2. Nam ipſi ſcitis fratres, introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit, ſed ante paſſi multa, & contumeliis &c. Vel.

a Sicut] ſcitis, quia vidiſtis.

b Quales,] ideſt, quam ſanctæ converſationis, quam ſtrenuæ operationis, quam efficacis prædicationis.

c Fuerimus in vobis.] Felix Prælatus qui habet ſubditos teſtimonium perhibentes ſuæ converſationi.

d Propter vos.] Argumentum, quod Dominus multa bona dat Prælatis propter bonos ſubditos. Et e contrario aliquando mala multa ſubditorum impediunt ipſum Prædicatorem. *Marc.* 6. Non poterat ibi ullam virtutem facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curavit. *Ezech.* 3. Adhærere faciam linguam tuam palato tuo, & eris mutus, non quaſi vir objurgans: quia domus exaſperans eſt. *Am.* 4. Ego prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres menſes ſupereſſent uſque ad meſſem: & plui ſuper unam civitatem, & ſuper civitatem alteram non plui, pars una compluta eſt: & pars ſuper quam non plui, aruit.

e Et vos imitatores noſtri facti eſtis,] quaſi dicat. Nos paſſi ſumus in exemplum veſtri & vos in hoc pro ſecuti eſtis me. Et ita patet vos eſſe dilectos & electos Dei.

f Et Domini.] 1. *Petr.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Hodie poſſunt dicere Prælati. Vos imitatores noſtri facti eſtis & Diaboli, 1. *Cor.* 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Item *infr.* 3. *Phil.* 3. Imitatores mei eſtote. *Eph.* 5. Imitatores Dei eſtote.

C

a ſicut ſcitis *b* quales *c* fuerimus in vobis propter *d* vos. *e* Et vos *f* imitatores noſtri facti eſtis, & Domini, *g* excipientes verbum in tribulatione multa cum *h* gaudio Spiritus ſancti; *i* ita ut facti ſitis forma *k* omnibus credentibus in Macedonia & in Achaja. *l* A vobis enim *m* diffamatus eſt ſermo Domini, non ſolum in Macedonia & in Achaja ſed in omnem locum *n* fides veſtra, quæ eſt ad Deum, profecta eſt, *o* ita ut non ſit nobis neceſſe quicquam loqui. Ipſi enim *p* de nobis *q* annunciant qualem introitum habuerimus ad vos, *r* & quomodo *ſ* converſi eſtis *t* ad Deum *u* a ſimulacris, *x* ſervire *y* Deo vivo & vero, *z* & expectare filium ejus de coelis (*a* quem *b* ſuſcitavit ex mortuis,

g Excipientes verbum in tribulatione multa,] ſicut ſemen ex pluvia. Cum enim ſemen jactatur in terram, pluvia moderata ſequens multum confert. Sic verbum Dei cum tribulatione creſcit & proficit. E contra quidam ſunt qui in tribulatione deficiunt. *Matth.* 13. Facta autem tribulatione & perſecutione propter verbum, continuo ſcandalizantur.

h Cum gaudio Spiritus ſancti,] ideſt, quod fecit in vobis Spiritus ſanctus. *Jacob* 1. Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in varias tentationes incideritis. *Rom.* 14. Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed juſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto, & non in mundo.

i Ita ut facti ſitis forma,] ideſt, exemplum.

k Omnibus, &c.] 1. *Petr* 5. Forma facti gregis ex animo. *Phil.* 3. Obſervate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. Iſti obſervabant formam Apoſtoli, & aliis eamdem imprimebant, 2. *Theſſ.* 3. ipſi ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos neque gratis panem manducavimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrum gravaremus, non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed ut noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. *l* A vobis enim,] ideſt, per exemplum patientiæ veſtræ. *m* Diffamatus eſt ſermo Domini,] ideſt, divulgatus: quia exemplo veſtro alii verbum Dei audiunt, & prædicant.

n Fides veſtra, quæ eſt ad Deum, profecta eſt.] *Rom.* 1. Fides veſtra annunciatur in univerſo mundo, *Matt.* 5. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio. *Eccl.* 9. Verba ſapientum audiuntur in ſilentio plus quam clamor principis inter ſtultos. Sapientia eſt Prædicator, qui plus attendit operi quam ſermoni: cujus verba ſunt opera quæ audiuntur a ſilentio: quia quando ſilet a prædicatione, prædicat tamen in operatione. Clamor Principis eſt ſermo ſuperbi Doctoris: cujus lingua magniloqua, ſed operatio nulla. *o* Ita ut non ſit nobis neceſſe quicquam loqui] de vobis ad alios incitandos: quia fama veſtra & converſatio eſt prædicatio. Vel [loqui] ideſt, vos inſtruere non eſt neceſſe: quia firmiter credidiſtis mihi [Nobis] 2. *Cor.* 3. Nunquid egemus, ſicut quidam, commendatitiis epiſtolis ad vos aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus. *p* Ipſi enim de nobis,] ideſt, omnes alii ad commendationem fidei veſtræ.

q Annunciant qualem introitum habuerimus ad vos,] ideſt, quam efficacem. Vel [qualem] quia ſcilicet, non ad lucrum, vel laudem veni ad vos. Vel [qualem,] i. quam durum; quia afflictus fui quando veni ad vos, & tamen credidiſtis mihi. Et hoc eſt. *r* Et quomodo,] ideſt, quam vehementer. *ſ* Converſi eſtis] ad meam prædicationem, licet videritis me afflictum. *t* Ad Deum] unum. *u* A ſimulacris] multis, ideſt, a cultu multorum idolorum. Vel [ad Deum a ſimulacris,] ideſt, ad veritatem a ſimulatione, 1. *Cor.* 10. Nolo vos fieri ſocios Dæmoniorum. *x* Servire,] ideſt, ad ſerviendum.

y Deo vivo & vero,] quia ipſe eſt veritas & vita. Veritas in intellectu, vita in affectu; vita autem eſt in conductu. *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Via in exemplo; veritas, & vita in præmio, quantum ad intellectum & affectum. Nos ergo debemus ſervire ei, ut habeamus meritum apud ipſum, & expectare eum in præmium. Unde ſubdit: *z* Et expectare filium ejus] venturum [de coelis.] De primo dicitur *Col.* 3. Domino Chriſto ſervite. Item *Phil.* 3. Nos ſumus circumciſio, ſpiritu Deo ſervimus. De ſecundo ſcilicet de expectatione dicitur *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum quando revertatur a nuptiis. *Iſa.* 30. Deus judicii Dominus: beati omnes qui expectant eum. *a* Quem] filium. *b* Suſcitavit] pater [ex mortuis.] Ipſum dico per hoc factum ſuis Dominum &c.

a Jeſum,

a Jeſum,]i. regem, & Salvatorem. Eſt enim rex ad milites ſuos; medicus ad ægrotos. b Qui eripuit nos] jam ſpe; tandem re. Vel jam eripuit per remotionem culpæ; tandem per collationem gloriæ; jam eripuit per cauſam; tandem per effectum. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus.

c Ab ira ventura.] *Apoc.*6. Abſcondite vos a facie ſedentis in throno, & ab ira Agni: quia venit dies magnus iræ eorum. *Soph.* 1. Dies illa, dies iræ.

tuis) a Jeſum, b qui eripuit nos c ab ira ventura.

CAP. II.

NAm d ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos, e quia non inanis fuit: f ſed g ante h paſſi i multa & contumeliis affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciam k habuimus l in Deo noſtro, m loqui ad vos Evangelium Dei in multa ſolicitudine. n Exhortatio enim noſtra non de o errore, neque de p immunditia, q neque in dolo t

EXPOSITIO CAP. II.

NAm ipſi ſcitis, &c.] Adhuc in iſto capitulo invitat eos ad tolerantiam paſſionum. Et primo exemplo ſui, oſtendens quomodo paſſus eſt; & tamen ſemper fiduciam in Deo habuit. Secundo oſtendit ſe fuiſſe veracem in ſermone, non doloſum, ibi: [Exhortatio enim noſtra.] Tertio ſe ſimplicem in intentione, ibi: [Neque enim aliquando fuimus.] Quarto ſe fuiſſe humilem, officioſum, & ferventem in eruditione eorum, ibi: [Sed facti ſumus.] Quinto ſe proprio jure ceſſiſſe, ibi. [Memores enim eſtis.] Sexto ſe inceſſiſſe ſine ſcandalo, ibi. [Vos enim teſtes.] Septimo ſe de profectu eorum gaudere, ibi. [Ideo & nos gratias agimus.] Octavo quomodo ipſi ſuſtinendo tribulationes, eum expreſſe imitantur, ibi. [Vos enim imitatores.] Nono, quod magnam gloriam expectat de eis ſi patienter ſuſtineant, ibi. [Quæ eſt enim ſpes noſtra.] Decimo dicit ſe mittere ad eos Timotheum, qui confortet, & conſoletur eos in tribulationibus, ibi. [Propter quod non ſuſtinentes.] Undecimo, quod multum intentus eſt orare pro ipſis, ibi. [Ipſe autem Deus, & pater.] Dicit ergo; d Nam ipſi] q. d. Non dico vobis qualem introitum habuimus, & ejus qualitatem non expono, quia non eſt neceſſe [nam ipſi ſcitis introitum noſtrum ad vos] i. Hoc ſcitis de introitu noſtro ad vos. e Quia non inanis fuit,] i. facilis, ſed difficilis, & ideo non fuit ſterilis: quia difficultates in principio prædicationum ſunt ſignum quod proſperatur prædicatio: juxta illud *Job* 38. Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum, & viam ſonanti tonitrui, ut plueret ſuper terram abſque homine in deſerto, &c. Quando enim magna perturbatio eſt ventorum, & tonitruorum, magna ſequitur abundantia pluviarum. Sic quando perſecutiones ſuſtinet Prædicator in principio, poſtea plus proficit: *Pſalm.* 92. Mirabiles elationes maris, & ſequitur: In altis Dominus. *Pſal.* 134. Fulgura in pluviam fecit. Vel [Non inanis fuit,] i. non in proſperitate ſæculari quæ inanis eſt, non in jocis, & gaudiis mundi. *Gen.* 1. Terra erat inanis, & vacua, i. terrenitas. *Jer.*4. Aſpexi in terram, & ecce vacua erat, &c. *Eph.* 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Dicit ergo: [Non inanis fuit:] quia quando veni ad vos, proſpera hujus mundi, jocos, & gaudia nec habui in me, nec vobis prædicavi. f Sed] fui l In multa ſolicitudine] pro adverſis quæ ſuſtinuimus, propterea k Habuimus fiduciam] non in nobis, quia fragiles ſumus, ſed l In Deo noſtro loqui ad vos Evangelium Dei] Vos, dico: g Ante] i. priuſquam ad vos veniremus. h Paſſi, & contumeliis affecti in Philippis ſicut ſcitis] *Act.*16. Sic ergo Apoſtolus & ante adventum ſuum ad eos, & poſtea paſſus eſt. Et ideo dicit quod adventus ſuus non fuit inanis, i. in proſperitate, quæ inanis eſt, & inanem reddit amatorem ſui: ſed in adverſitate quæ ſolida eſt; & ſolidat ſuum poſſeſſorem, ſicut ignis teſtam. *Eccl.* 27. Vaſa figuli probat fornax: & homines juſtos tentatio tribulationis. De his adverſis quæ ſuſtinuit in introitu ſuo ad eos, habetur. *Act.* 17. Venerunt Theſſalonicam ubi erat ſynagoga Judæorum. Secundum conſuetudinem autem Paulus introivit ad eos; & per tria Sabbata diſſerebat eis de Scripturis, aperiens, & inſinuans, quia Chriſtum oportuit pati & reſurgere a mortuis, & quia hic eſt Jeſus Chriſtus quem ego annuncio vobis: Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti ſunt Paulo, & Silæ, & de colentibus, Gentilibuſque magna multitudo, & mulieres nobiles non paucæ. Zelantes autem Judæi concitaverunt civitatem. Et *infr.* Hi ſunt ubi urbem concitant, & contra decreta Cæſaris faciunt, alium regem dicentes eſſe Jeſum. Et *inf.* Per noctem dimiſerunt Paulum, & Silam in Beroam. Vel e Non fuit inanis]i. infructuoſus, ſed magnum fructum habuit in vobis. *Job* 39. Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris, aut parturientes cervas obſervaſti? Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciviſti tempus partus earum. Incurvantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Parturitio præcedit ortum fœtus: ſic dolor, & compaſſio in tribulationibus debet eſſe in Prælatis, ut poſſint fructificare in ſubditis. Et hoc eſt quod dicit,] Sed ante paſſi, &c.] Parturitio in me præceſſit, fructum in vobis. *Gal.* 4. Filioli quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis. E contra poteſt dici de introitu multorum Prælatorum, quod inanis eſt, & ſine fructu. Non enim quærunt animas, ſed pecunias; intrant non ad implendum ſubditos, ſed evacuandum. Et ideo dicitur adventus inanis, quia animas non ædificant, ſed necant. *Joel.* 2. Quaſi hortus voluptatis, terra coram eo: & poſt eum ſolitudo deſerti. Ipſi habent naturam viperæ, quæ in ortu ſuo necat matrem: ſic Prælatus malus in ortu ſuo, i. introitu Prælationis, cum jam factus eſt Prælatus, ſuo exemplo corrumpit Eccleſiam; ſicut Benjamin in ortu ſuo, & matrem ſuam occidit. *Gen.* 35. Bonorum autem introitus fructuoſus eſt. Unde legitur quod quando inventum eſt corpus B. Martini, floruerunt arbores, & ſegetes in meſſem tactæ ſunt, in ſignum quod fructuoſam, dum vixerat, fecerat Eccleſiam. Vel ſic: Hoc de introitu meo ſcitis, [quia non fuit inanis] i. propter nulla mala ceſſavi vobis loqui verbum Dei: quod eſt ſignum devoti, & fidelis Prædicatoris, i. ſi in preſſura loqui verbum Dei non timeat: Inanis enim eſt ille qui terrore præſenti formidinem prædicandi patitur. Non fuit inanis, dico: ſed licet [Ante eſſemus paſſi, & contumeliis affecti in Philippis ſicut ſcitis] propter Pythonem quem a puella ejecimus. *Act.* 16. Videntes autem domini ejus quia exiit ſpes quæſtus eorum, apprehendentes Paulum, & Silam perduxerunt in forum ad Principes: & offerentes eos Magiſtratibus dixerunt: Hi homines conturbant civitatem noſtram cum ſint Judæi: & annunciant morem quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere cum ſimus Romani. Et cucurrit plebs adverſus eos: & Magiſtratus, & ſciſſis veſtimentis eorum juſſerunt eos virgis cædi. Et cum multas plagas eis inculiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes Cuſtodi ut diligenter cuſtodiret eos. Qui cum tale præceptum accepiſſet, eos miſit in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno. Talia patiebantur Apoſtoli, & gaudebant. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu Concilii, quoniam digni habiti ſunt &c. Et eſt argumentum, quod dignitas eſt pati pro Chriſto. *Act.* 14. Factus eſt impetus Gentilium, & Judæorum cum Principibus ſuis ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos. Hoc eſt ergo quod dicit hic, [Paſſi, & contumeliis affecti.] Et licet hoc paſſi fuiſſemus, tamen] fiduciam habuimus in Deo noſtro, non in vobis. m Loqui ad vos Evangelium Dei,] ideſt, fideliter locuti ſumus vobis Evangelium Dei. 2. *Cor.* 1. Ut non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos. *Act.* 14. Multo tempore demorati ſunt, fiducialiter agentes in Domino teſtimonium perhibente verbo gratiæ ſuæ, dante ſigna & prodigia fieri per manus eorum.]Fiduciam habuimus,] cum hic eſſemus [in multa ſolicitudine,] ideſt, multum ſoliciti quod timuimus. m Loqui Evangelium in multa ſolicitudine] loquendi, ſc. utilia vobis, q. d. Verbum fuit in ore, ſolicitudo in mente. *Gloſ.* Per hæc de ſe relata, & per illorum bene cœpta, monet eos permanere in patientia. n Exhortatio enim] quaſi: Ita paſſi ſumus, non tamen quia falſa prædicamus: [Exhortatio enim, &c.] Vel ſic continua: Merito habuimus fiduciam in Deo: quia [exhortatio noſtra,] ideſt, prædicatio qua exhortamur alios: o Non de errore,] ideſt, de mendacio quantum ad fidem. p Neque de immunditia,] quantum ad mores; ſicut quidam uſus mulierum prædicant.

q Neque in dolo:] ideſt, corrupta intentione, ſc. latenter quærens lucrum, vel laudem. *Gloſ.* Veritas in dolo eſt quando non amore veritatis vel auditorum utilitate prædicatur, ſed in gloria, vel ut aliquod lucrum acquiratur. *Jerem.* 48. Maledictus qui facit opus Dei fraudulenter: maledictus qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. 1. *Pet.* 2. Rationabiles ſine dolo lac concupiſcite. Vel [Non de errore:] ſicut quidam Pſeudo qui reſurrectionem dicebant non eſſe, ut Saducæi *Matth.* 22.

p Neque de immunditia,] ſicut Manichæus, & Nicolaitæ qui uſus feminarum docent; vel ſicut illi qui carnales obſervantias prædicant. q Neque in dolo:] ſicut

Cælibati hypocritæ, qui matrimonium condemnant ut videantur religioſi. Similiter Prædicatores debent cavere errorem in ore: immunditiam in vita; & dolum in mentis intentione. *Job* 13. Nunquid indiget Deus veſtro mendacio, ut pro eo loquamini dolos? *a* Sed ſicut probati ſumus a Deo,] ideſt, probati facti, vel digni reputari ad hoc. *b* Ut crederetur nobis Evangelium] tanquam fideli ſervo. *Gal.* 2. Cum vidiſſent quod creditum eſt mihi Evangelium præputii, ſicut, & Petro circumciſionis, &c. E contra *Jo.* 2. Jeſus autem non credebat ſe eis, eo quod ipſe noſſet omnes, & quia opus ei non erat, ut quis teſtimonium perhiberet de homine. Cum ergo hodie animæ pretio ſanguinis Chriſti redemptæ credantur, & committantur latronibus, & occiſoribus: patet quod hoc non fit a Deo. Sed hodie creditur anima cui non crederetur cappa. *Luc.* 16. Qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in majori iniquus eſt. Item *Luc.* 12. Quis putas, eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram?

a ſed ſicut probati ſumus a Deo ut *b* crederetur nobis Evangelium, *c* ita loquimur: non *d* quaſi hominibus placentes, *e* ſed Deo, qui probat corda noſtra. *f* Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: *g* neque in occaſione avaritiæ, *h* Deus teſtis eſt, *i* nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. k Cum *l* poſſemus oneri vobis eſſe, ut Chriſti Apoſtoli: *m* ſed facti ſumus parvuli in medio *n* veſtrum, *o* tanquam ſi nutrix *p* foveat filios ſuos. *q* Ita deſiderantes *r* vos

c Ita loquimur,] ideſt. Ita pure, & ſincere miniſtramus frumentum verbi Domini, ſicut nobis creditum eſt ad miniſtrandum. *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. 2. *Cor.* 2. Ex ſinceritate, ſicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur. *d* Non quaſi hominibus placentes,] ideſt, placere intendentes hominibus ad laudem, ſicut qui nitorem habent verborum. *Eph.* 6. Non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, &c. *Gal.* 1. An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſervus non eſſem. Sed contra. 1. *Cor.* 10. Ego per omnia omnibus placeo. Sol. *Rom.* 15. Unuſquiſque veſtrum proximo ſuo placeat in bonum.

e Sed Deo qui probat corda, &c.] ideſt, probata facit, & accepta ſibi, ut ſibi, non hominibus placemus: quod niſi ipſe operetur in nobis, vitare nequimus. Quas enim vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non ſentit, niſi qui ei bellum indixerit: quia ſi cuiquam facile eſt laudem non cupere dum negatur, difficile eſt tamen ea non delectari, cum offeretur. Vel [probat corda,] ideſt, examinat, & dijudicat intentiones, & cogitationes cordium. *Prov.* 16. Omnes viæ hominum patent oculis ejus. Spirituum ponderator eſt Dominus, ideſt, intentionum. *Pſal.* 7. Probans corda, & renes Deus, ideſt, cogitationes, & affectiones. Vel, ideſt, intentiones, & operationes. *Jerem.* 17. Ego Dominus ſcrutans corda, & probans renes. *Jerem.* 11. Tu autem Domine Sabaoth qui judicas juſte, & probas corda, & renes.

f Neque enim,] quaſi dicat: Vere non quærimus hominibus placere: [neque enim, &c.] q. d. bene ſcitis quod ſemper correxi vos, & increpavi in his, in quibus culpabiles eratis. *Prov.* 24. Ne lactes quemquam labiis tuis. *Prov.* 6. Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam. *Prov.* 27. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit. *Iſa.* 3. Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. *Judæ* 1. Mirantes perſonas quæſtus cauſa. *g* Neque, &c.] Continuatur ad id quod dicit ſuperius [Neque in dolo,] q. d. Quod prædicatio mea non fuit in dolo: patet, quia [neque in occaſione avaritiæ.] Non dicit, in avaritia, ſed [in occaſione avaritiæ] quod plus eſt, q. d. Non feci, nec etiam dixi aliquid, per quod intenderem aliquod lucrum temporale a vobis. Sed de hoc. *h* Deus teſtis eſt;] qui novit intentiones. De non adulando invocat teſtes homines, de intentione Deum, quia latet. Ad *Titum* 1. Docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. 1. *Timot.* 6. Qui veritate privati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. *i* Neque quærentes, &c.] Hoc dicit contra Pſeudo qui ſe potius quam Dei doctrinam commendare volebant. Contra quos *Dominus* dicit de ſe *Joan.* 8. Ego gloriam meam non quæro: eſt qui quærat, & judicet. *Joan.* 5. Quomodo vos poteſtis credere qui gloriam ab invicem accipitis? *Bern.* Adulterinæ cogitationis puer reus eſt, qui oculis ſponſæ placere appetit, per quem ſponſus verba tranſmittit. Sed contra hoc quod hic dicitur, videtur eſſe illud 2. *Cor.* 11. Quoniam multi gloriantur ſecundum carnem: & ego gloriabor. Solutio: Non intendebat ſe efferre propter ſe, ſed propter Pſeudo deprimendo, qui periculoſe ei præferebantur. Nota quod hic dicuntur tria contra triplex peccatum, concupiſcentiam carnis, & concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ. Delicioſi enim ſunt adulatores: quia ſicut dicitur *Matth.* 11. Qui mollibus induuntur, in domibus Regum ſunt. Et loquitur ibi de adulatoribus. Avari autem ſunt, qui quærunt occaſiones lucrorum, ſicut Decani, & Archidiaconi, qui ſtudent ut nutriant cauſas, & litigia, quæ ſuſpendunt, & dilationes fruſtratorias faciunt. Tertii autem ſunt ſuperbi, qui gloriam quærunt. Hæc tria notantur ſimiliter. 1. *Petr.* 5. Paſcite qui eſt in vobis, gregem Dei, non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum. Paſcite, dicit: non dicit, paſcamini, contra guloſos, neque turpis lucri gratia, contra avaros; neque ut dominantes in Cleris, contra ſuperbos.

k Cum poſſemus, &c.] q. d. Non in occaſione avaritiæ prædicavimus: [cum] i. quamvis *l* Poſſemus, quod non Pſeudo, [eſſe vobis oneri, ut Apoſtoli Chriſti] 1. *Cor.* 9. Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? 2. *Tim.* 2. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus edere. *Pſal.* 80. Sumite pſalmum, &c. Et nota quod debitum accipiendi neceſſaria notat onus: ad innuendum quod cavere debent Prælati quantum poſſunt, ne nimis onerent ſubditos, etiamſi neceſſaria videantur. Vel per *Gloſ.* propter Pſeudo qui illud indebite exigebant.

m Sed facti ſumus parvuli in medio veſtrum,] non Prælati, ſed in vobis exiſtentes, ſicut unus aliorum. *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt? Noli extolli; ſed eſto in eis quaſi unus ex illis: Apoſtolus autem inter eos erat quaſi minimus, non quaſi unus. *Iſa.* 60. Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortiſſimam. *Interl.* ideſt, Paulus, qui dicit 1. *Cor.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum, &c. Hoc eſt contra ſuperbos.

a Tanquam ſi nutrix] Hoc eſt contra avaros: & quia nutrix non paſcitur, ſed paſcit filium; nec filius theſaurizat nutrici, ideſt matri, ſed mater filio. Vel [parvuli] per ſimplicitatem, benignitatem, humilitatem. 1. *Cor.* 3. Tanquam parvulis. *Matth.* 18. Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. *n* In medio veſtrum] non curans perſonarum acceptionem. Prælatus enim debet communis omnibus eſſe, ſicut lignum vitæ in medio Paradiſi. *Gen.* 2. Unde *Exod.* 32. Ite & redite de porta uſque ad portam per medium caſtrorum; & occidat unuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.

p Tanquam ſi nutrix foveat filios ſuos] proprios. Alienos enim quandoque nutrit mulier pro mercede, non ex amore. Et notantur in hoc tria, labor, & humiliatio, & dilectio, ut dicit *Gloſ.* Talis nutrix erat Moyſes, qui labore fatigatus dicebat *Num.* 11. Cur afflixiſti ſervum tuum? quare non invenio gratiam coram te? & cur impoſuiſti pondus univerſi populi hujus ſuper me? Nunquid ego concepi hanc omnem multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum; & defer in terram pro qua juravi patribus eorum. 1. *Cor.* 3. Tanquam parvulis in Chriſto lac dedi vobis potum, non eſcam. Apoſtolus enim fuit bona nutrix fœcunda lacte cœleſtis doctrinæ. Et ideo Dominus tanquam bonæ nutrici dabat ei ſatis de bono vino, ideſt, de ſecretis doctrinæ cœleſtis. Sed quædam ſunt nutrices, quæ multum comedunt, & bibunt; & tamen parum, aut nihil habent de lacte. Ita multi ſunt Prælati qui multa bona receperunt a Domino, & multas habent poſſeſſiones datas a Deo in nutrimentum parvulorum: & tamen non habent lac compaſſionis: nec doctrinæ cœleſtis: cum tamen Noemi quæ interpretatur pulchra, i. Prælatus, per bonam vitam debeat nutrire filium Ruth: ſicut dicitur *Ruth.* 4. Sufceptum Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ officio fungebatur. Et Mardochæus qui interpretatur amare conterens Impudicum, ſc. Diabolum, nutritius fuit Eſther, ut dicitur *Eſther* 2. *Iſa.* 49. Et erunt Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ. Item *Iſa.* 60. Suges lac Gentium, & mamilia Regum lactaberis.

q Ita deſiderantes] non veſtra, ſed *r* Vos] i. veſtram ſalutem.

Digitized by Google

lutem. 2.*Cor.*12. Non quæro, quæ veſtra ſunt, ſed vos.
a Cupide] ideſt, ferventer, & libenter.
b Sed etiam animas noſtras:] ideſt: Mori parati fuimus, & expoſuimus nos morti pro aſſertione Evangelii. Nota quod Apoſtolus quando inſtruere eos volebat, & animare ad recipiendum Evangelium, pericula mortis ſe non metuere oſtendebat. 2.*Cor.*12. Libentiſſime impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris. *Philip.*2. Sed & ſi immolor ſuper ſacrificium & obſequium fidei veſtræ; gaudeo & congratulor omnibus vobis. Et hoc ideo.

91 *dist.* c.1

a cupide volebamus tradere vobis non ſolum Evangelium Dei, ſed b etiam animas noſtras: Quoniam c chariſſimi nobis facti eſtis. Memores enim eſtis fratres laboris noſtri & d fatigationis: e nocte & die operantes, f ne quem veſtrum graváremus, g prædicavimus vobis Evangelium Dei, h Vos teſtes eſtis & i Deus, quam k ſancte, & l juſte, m & ſine querela, n vobis qui credidiſtis, o affuimus: p ſicut ſcitis q qualiter unumquemque veſtrum (tanquam r pater filios ſuos) deprecan-

c Quoniam chariſſimi nobis facti eſtis] Bene chari ſunt qui ſunt vita chariores. *Joan.* 15. Majorem charitatem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. [Memores enim.] Vel ſi continua: [Chariſſimi eſtis: quoniam memores] & ita debetis diligere me, quia ſcitis quoniam dilexi vos, & quoniam laboravi pro vobis. *Luc.*6. Nam & peccatores diligentes ſe diligunt. Et hoc eſt quod dicit: Memores enim eſtis fratres laboris noſtri. Sed quia labor aliquando non gravat, quia modicus eſt: ideo ſubdit: d Et fatigationis] q. d. Laboravi pro vobis uſque ad fatigationem exemplo Domini: de quo dicitur *Joan.*4. Jeſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. Vel [laboris] fatigationis in tribulationibus. Et ſubdit, quomodo laboravit, quia ſcilicet: e Nocte & die operantes] manibus noſtris. f Ne quem veſtrum gravaremus] accipiendo ab eo. g Prædicavimus vobis Evangelium Dei] Ecce quomodo os turturis retorquetur ad axillas: Ecce quomodo opus, & Evangelium conveniunt, vita & doctrina. 2.*Theſſ.*3. Ipſi enim ſcitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, ſed in labore & fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrum gravaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed ut noſmetipſos formam daremus vobis. Contra. *Philip.* 4. Nam & Theſſalonicam ſemel & bis mihi in uſum miſiſtis. Sol. Non ſuffecit ei quod illi miſerunt; & ideo laboravit. Et nota quod hic dicit, [Nocte] ergo non dormivit tota nocte, contra ſomnolentos, [Et die] contra vagos, qui de die vagantur. [Operantes] non ſemper orantes. [Prædicavimus] contra otioſos Prædicatores. [Evangelium] Philoſophiam. [Dei] non gratiam. [Ne quem gravaremus.] Multo ergo debent erubeſcere Epiſcopi noſtri & alii Prælati qui ſine fructu prædicationis viſitationes faciunt, cum ex hoc ipſo quod non prædicant, nihil juris accipiendi habeant, & maxime cum ſufficientes reditus habeant. Apoſtolus autem indigebat, & jus accipiendi habebat ratione prædicationis: nihil tamen accipiebat, imo accipere recuſabat, ſicut Abraham, cui dixit Rex Sodomorum. *Gen.* 14. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Et reſpondit ei: Levo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ, quod a filio ſubtegminis uſque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditavi Abraham. Sed e contra Prælati noſtri pro ſubditis non pugnant ſicut Abraham, ſed contra ipſos, ſicut Abimelech. *Jud.* 9. Jurant, ad litteram, ſe accepturos quicquid potuerunt a ſubditis, ſed non levant manus ad Deum, ſed ad Diabolum, non in cœlum, ſed in Infernum, quo etiam deſcendunt viventes, ſicut dicit *Pſal.* 54. & ſicut comminatur eis Dominus. *Job* 15. Ignis devoravit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Hoc ſciunt jam per experimentum; quia jam ignis infernalis, ignis ſcilicet cupiditatum, & curarum comburit eos. *Num.* 16. Tu ſcis quod ne aſellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam illorum. Ipſe tamen omnibus periculis ſe pro eis expoſuerat, & quadraginta annis duxerat eos per deſertum. Modo noſtri Prælati nec pro ſubditis laborant; & tamen non ſolum aſellos, ſed & deſtrarios & paleſredos rogant; & ſi non obtinent; per potentiam affligunt, & opprimunt. *Act.*20. Ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtraverunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini noſtri Jeſu Chriſti. [Quoniam dixit] Beatius eſt dare quam accipere.

Si ergo illos oportet eſſe hoſpitales, qui de labore manuum vivunt, quam excuſationem habent illi, qui patrimonium Chriſti imburſant?
b Vos teſtes eſtis, &c.] Hic oſtendit quod ſine ſcandalo alicujus converſatus eſt inter eos. *Gloſſ.* Quaſi: Ita, ut dictum eſt, ante converſionem veſtram nos habuimus erga vos, ſicut etiam poſt converſionem. [Vos teſtes eſtis] operationum. i Et Deus] teſtis eſt ſimiliter intentionum. k Quam ſancte] quantum ad vos, per ſanctimoniam. *Hebr.* 12. Pacem habete cum omnibus per ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum. l Et juſte] quantum ad proximum, per generalem juſtitiam. m Et ſine querela] quantum ad Deum, per mandatorum obſervantiam. *Luc.* 1. Erant autem ambo juſti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & juſtificationibus Domini ſine querela. Hæc tria notantur ad *Titum* 2. Sobrie & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo. Sobrie ad ſe, juſte ad proximum; pie ad Deum, quia pietas eſt cultus Dei. Vel [ſancte] quantum ad vos, ut dictum eſt [juſte] quantum ad proximum, faciendo debita; [& ſine querela,] ſcil. non faciendo indebita. Hodie pauci ſunt Prælati, qui teſtes habeant ſuos ſubditos de hujuſmodi: imo in morte eorum deberet ei dici quod dicitur uſurariis & raptoribus: Nihil detis pro Deo, ſed reddatis omnia quæ abſtuliſtis; Multi enim conqueruntur de eis in morte eorum, qui non audent in vita. Non ita fecit Samuel qui dicit 1. *Reg.*12. Loquimini de me coram Domino & Chriſto ejus, utrum bovem cujuſquam tulerim aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus accepi: & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. Et dixerunt; Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicujus quidpiam. Hodie nullus habet tale teſtimonium: quia nullus eſt Samuel, nullus eſt Paulus. Hodie poſſent bene dicere; Teſtes eſtis, & Deus quam immunde, & injuſte, & cum querela vobis affuimus! Sed Apoſtolus dicit contrarium. Et nota quod dicit: n Vobis qui credidiſtis] q. d. Novitiis erratis in fide; & ideo magis cavi mihi ne facerem aliquid quod vos poſſet ſcandalizare. Vel hoc dicit, quia in multis querelis fuit apud non credentes. o Affuimus] ſicut aquila ad cadaver corrodendum, ideſt, arguendum. Medicus ægrotum ad ſanandum, nutrix parvulo ad lactandum. *Job* 39. Ubicumque cadaver fuerit, ſtatim adeſt, Prælatus ſcilicet peccatori ad compatiendum.

Sed verius forte exponitur de cupido Sacerdote, qui ſtatim adeſt funeri, ubicumque ſciverit, quod habeat aliquid de teſtamento. *Matth.* 24. Ubicumque fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ.

p Sicut ſcitis] quaſi, Prædicta ſcitis, ſicut ſcitis] hoc aliud.

q Qualiter deprecantes vos,] ſcilicet [unumquemque veſtrum,] Nota tamen argumentum quod Prælatos alloqui debet ſingulos.

r Tamquam pater filios ſuos,] id eſt, tanto affectu, quanto pater filios. *Supra eodem* Vocat ſe nutricem, hic patrem. Hoc eſt quod dicitur:

Verbera patris habes, ubera matris habe.

1. *Cor.* 4. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui: Ecce pater. Item *Galat.* 4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis: Ecce mater. *Eccleſ.* 4. Eſto pupillis miſericors, ut pater. Et nota quod dicit, deprecantes vos,] non dicit imperantes. *Ezech.*34. Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia: ideo diſperſæ ſunt oves meæ. Ad *Philem.* Multam fiduciam habens in Chriſto Jeſu imperandi quod ad rem pertinet, propter charitatem tamen magis obſecro.

Sic etiam facit Dominus. Unde *Iſa.* 30. Erunt aures tuæ audientes vocem poſt tergum manentes. *Job* 26. Obſtetricante manu eductus eſt coluber tortuoſus. Sed quaſi de malis Prælatis dicitur. *Job* 40. Oſſa illius, id eſt, Diaboli quaſi fiſtulæ æris ſonantis: quia mali Prælati qui ſunt oſſa diaboli, ſubditis terribiliter, & clamoſe præcipiunt.

a Et

Digitized by Google

a Et conſolantes] in adverſis ſpe præmii. *Iſa.* 61. Ut conſolarer omnes lugentes: ut ponerem omnem conſolationem lugentibus Sion; & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu; pallium laudis pro ſpiritu mœroris, & hoc eſt mercatum Chriſti, quod Paulus opprobriis, & tribulationibus ſpectaculum facti, in altero autem ſocii taliter converſantium effecti. Nam, & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum in gaudio ſuſcepiſtis. Et nota quod dicit, [imitatores facti eſtis] quilibet enim bonos debet imitari. *Ezech.* 1. Unumquodque animalium quatuor facies habebat. Boni enim homines ſunt virgæ variæ, de quibus *Gen.* 30. Ubi dicitur quod virgas varias, & exeorticatas poſuit Jacob in oculis ovium coeuntium. *Pſ.* 44. Aſtitit regina a dextris tuis, &c. D

propoſuit qui non habet talem monetam; non emet tales merces.

b Teſtificati ſumus] i. ſub teſtimonio Sanctorum adjuravimus. Nota quod tria hic dicuntur deprecatio de bonis agendis, conſolatio in malis tolerandis: adjuratio ſive teſtificatio quantum ad perſeverantiam in utroque. Primum petit amore ſui, ſecundum ſpe præmii, tertium intuitu boni exempli. Hoc enim eſt teſtificari, exempla, ſc. Sanctorum, & Chriſti proponere, & ad talia obſecrando invitare. *c* Ut ambularetis] proficiendo [digne Deo] *Col.* 1. Ambuletis digne Deo, per omnia placentes. *Phil.* 1. Tantum digne Evangelio Chriſti converſamini. *d* Qui vocavit vos in ſuum regnum, & gloriam.] ideſt; Fecit vos de ſuo regno, ut hic vos regeret per gratiam, & poſt in gloria coronaret. Vel [Regnum, & gloriam.] i. Regnum glorioſum. Regnum mundi vile eſt & ignominioſum. *Jo.* 18. Regnum meum non eſt hinc. *Sap.* 6. Concupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnum perpetuum. *e* Ideo] ſc. quia vos vocavit. *f* Et nos] non ſolummodo vos: [gratias agimus Deo ſine intermiſſione :] certarum horarum. *Gloſſ.* Vocavit, dico, & hoc inde apparet, quia nos firmiter & cito recepiſtis. Quod ita ait: *g* Quoniam cum accepiſſetis a nobis verbum auditus Dei,] ideſt, cum accepiſtis ſolo auditu verbum Dei, ideſt, quod de Deo eſt. Vel *h* Verbum auditus Dei,] ideſt, quod audivimus Deo loquente in nobis. Apoſtolus enim fuit † Theodidatus. Similiter *Iſa.* 53. dicit: Quis credidit auditui noſtro? Vel [verbum auditus Dei] in quo auditur Deus. *Luc.* 10. Quis vos audit, me audit. Cum ergo [Accepiſſetis illud] in aure, audiendo, [accepiſtis] illud in manu, operando [Non ut verbum hominum] *Infr.* 4. Qui hæc ſpernit non hominem ſpernit, ſed Deum. Simile: Liber de phyſico auditu, ideſt, de quo auditur phyſica. Cum ergo accepiſſetis illud in aure, audiendo. *i* Accepiſtis illud] in manu, operando.

al. † theodoctos.

k Non ut verbum hominum] qui dicunt & non faciunt; *Matth.* 23. Vel [hominum] qui facile mentiuntur: & ideo non credendum eſt homini. *Pſalm.* 115. Omnis homo mendax. Vel [Non ut verbum hominum,] ſc. quaſi a ſapientibus eſſet. *l* Sed ſicut verbum Dei,] 1. *Cor.* 7. Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam. Et in *ead.* Non ego ſed Dominus. 2. *Cor. ult.* An experimentum ejus quæritis, qui in me loquitur Chriſtus? Item 1. *Cor.* 14. Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. 1. *Petr.* 4. Si loquitur, quaſi ſermones Dei.

m Vere verbum Dei] debet proferre, ut non adulteretur, non corrumpatur ſinceritas verbi Dei. *Jerem.* 23. Qui habet ſermonem meum, loquetur ſermonem meum vere. Quid paleis ad triticum, dicit Dominus, ideſt; cur admiſcetis ſæculares ſcientias divinæ ſcientiæ?

n Qui operatur in vobis, qui credidiſtis in ipſum,] Ita & ipſam fidem dat, & opus fidei. *Phil.* 2. Operatur in vobis velle & perficere. *Iſa.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. Sed contra: *Matth.* 25. Unicuique ſecundum propriam virtutem. Sol. *Eccl.* 1. Secundum datum ſuum præbet illam diligentibus ſe, &c. Ergo utrumque dat, ſed hominis eſt recipere; ſicut terra recipit ſemen, & non contradicit; & ideo fructus dicitur eſſe ipſius terræ, non hominis. *o* Vos enim] q. d. Bene patet quod Deus in vobis operatur.] Vos enim imitatores facti eſtis fratres, Eccleſiarum Dei quæ ſunt in Judæa] ædificatæ, & fundatæ [in Chriſto Jeſu] in quo ecce: *p* Quia eadem paſſi, &c.] *Act.* 5. Habetur quomodo Diſcipuli a Judæis multa paſſi ſunt. Item *Act.* 8. Saulus autem devaſtabat Eccleſiam, &c. *Heb.* 10. Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen paſſionum ſuſtinuiſtis, & in altero quidem

tes vos, & *a* conſolantes, *b* teſtificati ſumus *c* ut ambularetis digne Deo, qui *d* vocavit vos in ſuum regnum, & gloriam. *e* Ideo, & *f* nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione: *g* quoniam cum accepiſſet a nobis *h* verbum auditus Dei, *i* accepiſtis illud non ut *k* verbum hominum, ſed *l* (ſicut eſt *m* vere) verbum Dei, *n* qui operatur in vobis, qui crediditis. *o* Vos enim imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei quæ ſunt in Judea, in Chriſto Jeſu: *p* quia eadem paſſi eſtis, & vos a contribulibus veſtris, ſicut & ipſi a Judeis, qui & *q* Dominum occiderunt Jeſum, & *r* Prophetas, & *ſ* nos perſecuti ſunt: & *t* Deo non placent, & *u* omnibus hominibus adverſantur, *x* prohibentes nos Gentibus loqui, ut ſalvi fiant, ut *y* impleant peccata ſua ſemper: *z* pervenit enim ira Dei ſuper illos *a* uſque

q Qui, & Dominum occiderunt Jeſum] Judæi, ſc. linguis, & procuratione, hora tertia, ut dicit *Marc.* 15. Sed milites executione hora nona, ut dicit *Matth.* 27. & *Luc.* 23. *r* Et Prophetas,] *Matth.* 23. Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. Item in *ead.* Ecce ego mitto ad vos ſapientes, & ſcribas; & ex illis occidetis. Et *infr.* Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus, &c. *Act.* 7. Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, &c.

ſ Et nos] Apoſtolos [perſecuti ſunt] *Matth.* 10. Et perſequentur vos de civitate in civitatem.

t Et Deo non placent,] quia infideles. *Hebr.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.

u Et omnibus hominibus adverſantur,] quia nequam, & rebelles. Dicitur de B. Sebaſtiano: Neceſſe erat, ut quem Deus perfunderat gratia, ab hominibus omnibus amaretur. [Et omnibus hominibus,] ideſt, ſaluti omnium hominum.

x Prohibentes nos Gentibus loqui, ut ſalvi fiant.] Invident enim ſaluti Gentium, ſicut fratres Joſeph invidebant ei pro amore patris. *Gen.* 37. Et frater filii prodigi invidit ei. *Luc.* 15. Et Eſau Jacob. *Gen.* 27. *Sap.* 6. Neque cum invidia tabeſcente iter habebo: quia talis homo non erit particeps ſapientiæ. Talis homo invidus eſt, & malus. *Act.* 12. Vade, quoniam ad nationes longe mittam te. Audiebant autem eum uſque ad hoc verbum. Ecce quomodo invidus non poteſt audire bonum alterius, nec videre. *Iſa.* 45. Væ qui dicit patri. Quid generas? & mulieri: Quid parturis? Ideſt, qui reſiſtit Prædicatori, ut fructificet in converſis. Et hoc faciunt.

y Ut impleant peccata ſua ſemper] Illud [ut] eſt conſecutivum. Et nota quod eſt quædam impletio, quæ eſt conſummatio ſive accumulatio peccatorum: hæc mala eſt. *Gen.* 15. Necdum completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum uſque ad præſens tempus. *Dan.* 11. Adverſus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec impleatur iracundia: perpetrata quippe eſt definitio. 2. *Mach.* 6. In aliis nationibus Deus patienter expectat, ut eas cum dies Judicii advenerit in plenitudine peccatorum puniat.

Item impletio ſive completio dicitur conſumptio, ſicut dicitur candela completa quando eſt conſumpta. Sic bonum eſt implere peccata ſua, ideſt, finire. *Iſa.* 40. Completa eſt malitia ejus, dimiſſa eſt iniquitas illius. *Thren.* 4. Completa eſt malitia tua, filia Sion, non addet ultra ut tranſmigret te. Et nota quod primo modo complent peccata ſua, ideſt, accumulant, qui non tantum in ſe peccant, ſed etiam alios a bono impediunt, ſicut Judæi. Contra tales dicitur. *Prov.* 3. Noli prohibere eum, qui poteſt benefacere: ſi vales, & ipſe benefac. *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines, vos enim non intratis: nec introeuntes ſinitis intrare. *Geneſ.* 49. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor retro. Expone hanc auctoritatem, ut ibi:

z Pervenit enim] quaſi: Quod impleverint peccata, effectus indicat: quia [pervenit ira Dei,] ideſt, vindicta per nationes.

a Uſque in finem,] incluſive: quia illa exterminatio ſemper durabit. *Dan.* 9.

Et poſt finem belli ſtatuta deſolatio. *Matth.* 24. Non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Et *ead.* dicit: Et tunc veniet conſummatio. Cum

ergo

Digitized by Google

ergo videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta, &c. qui legit, intelligat. *Pſalm.* 58. In ira conſummationis, & non erunt. Vel [ira] i. execræcatio. [Uſque in finem.] excluſive; quia in fine convertentur, quando Abraham revertetur ad pueros expectantes cum aſino. *Gen.* 22. *Rom.* 11. Reliquiæ ſalvæ fient. Vel ſecundum aliam Litteram, [Prævenit ire Dei:] Sicut *Act.* 12. de Herode, cujus Infernus incepit in præſenti: ſicut & Judæis contigit: *a* Uſque in finem.] i. uſque ad æternam pœnam *Gloſ.* Quæ ideo prævenire dicitur: quia vindictam futuri judicii, in qua illi æternaliter puniëntur: prævenit hæc temporalis pœna, & poſt ſequetur æterna. *b* Nos autem] Oſtendit ſe habuiſſe propoſitum eundi ad eos, & doluiſſe de eorum tribulatione. Unde dicit; *c* Deſolati a vobis] i. propter vos qui eratis deſolati, & tribulati. *Iſa.* 3. Lugebunt portæ, i. Prælati, & i. quia deſolata in terra ſedebit Eccleſia, ſcilicet ſua. *d* Ad tempus] ſcilicet antequam ſciremus conſtantiam veſtram. Nos, dico, remoti a vobis. *e* Ore] quia non poteramus loqui vobis. *f* Aſpectu] qui non poteramus vos dicere. *g* Non corde,] ideſt, dilectionis affectu. *Col.* 2. Nam etſi corpore abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum, gaudens & videns ordinem veſtrum. *Cor.* 5. Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu. In hoc notatur ſolicitudo Prælati pro ſubditis: ſicut dicitur de Heli 1. *Reg.* 4. Erat cor illius pavens pro Arca Domini.

h Abundantius] magis quam ſi nihil pateremini.

i Feſtinavimus faciem veſtram videre] Simile *Rom.* 1. Deſidero enim vos videre, ut aliquid vobis impertiar gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos, ideſt, conſolari in vobis.

Item *Rom.* 15. Cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis.

k Sed impedivit nos Satanas.] Simile *Rom.* 15. Impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus ſum uſque adhuc. Diabolus enim ſemper nititur impedire Prædicatores & Doctores, ne fructum faciant.

Quod ſignificatum eſt. *Apoc.* 7. Ubi dicitur. Vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor Angulos terræ tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram. Dæmones dicuntur quatuor, quia contra Eccleſiam Dei exercent quatuor perſecutiones, Tyrannorum, Hæreticorum, falſorum Fratrum, & Antichriſti, & membrorum ejus. Vel quia quatuor modis tentant, ſicut dicit *Gloſ.* ſuper illud *Pſalm.* 90. A ſagitta volante, &c. Ibi diſtinguit quatuor tentationes Diaboli: quæ ſunt levis & occulta; levis, & aperta: grevis & occulta, gravis & aperta. Hi ſtant ſuper quatuor angulos terræ. In angulos ſolent ſordes confluere, q. d. Dæmones tentant terrenos homines plenos ſpurcitiis, qui ſunt in quatuor partibus mundi. Vel anguli terræ ſunt Reges & Principes tam ſæculares quam Eccleſiaſtici. *Iſa.* 19. Deceperunt Ægyptium anguli populorum ejus, ideſt, Prælati populum. Eſt enim ibi duplex Littera, Angeli vel anguli. Item Dæmones tenent quatuor ventos, ideſt, impediunt Prædicatores quatuor Evangeliorum, ne per eorum prædicationem inſuffletur ſpiritus vitalis in hominibus. *Ezech.* 37. Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, i. Prædica o tu Prædicator ad Sp. Sanctum habendum, non ſpiritum laudis; ad utilitatem ſcil. non ad laudem. Et dices ad Spiritum. A quatuor ventis veni Spiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos ut reviviſcant. Et Prophetavi, ſicut præceperat mihi. Et ingreſſus eſt in ea Spiritus, & revixerunt. Et in veritate ita eſt, quod ſi Prædicatores ad Spiritum ædificationis prædicarent, mortui reſurgerent. Sed hodie tenent Diaboli ventos, ideſt, Prædicatores ne prædicent, & ſi prædicant, non prodeſt quia vita mala deſiccat omnes rivos prædicationis ipſorum. *Iſa.* 37. Siccavi veſtigio pedis mei omnes rivos aggerum, ideſt, fluenta doctrinarum, ne fluant ad populos: quia, ad Litteram ipſi etiam ſubditi nolunt recipere doctrinam eorum, quia vident in eis impreſſa veſtigia

a in finem. *b* Nos autem fratres *c* deſolati a vobis *d* ad tempus *e* horæ, *f* aſpectu, *g* non corde, *h* abundantius *i* feſtinavimus faciem veſtram videre cum multo deſiderio. Quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & ſemel & iterum, *k* ſed impedivit nos Satanas. *l* Quæ eſt enim noſtra ſpes, *m* aut gaudium, *n* aut corona gloriæ? *o* Nonne *p* vos ante Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſtis in *q* adventu ejus? Vos enim eſtis gloria noſtra *r* & gaudium.

CAP. III.

ſ PRopter quod non *t* ſuſtinentes *u* amplius, placuit nobis rema-

dæmonum, ſuperbiam, ſc. invidiam, luxuriam, & avaritiam. *Jud.* 7. Holofernes, ideſt, Diabolus interrupit aquæ ductum ne flueret in Betholiam, ideſt, in Eccleſiam. Aquæductus per quem aqua ducitur ad civitatem, eſt bona vita Præceptoris, per quam gratia recipitur prædicatione ipſius. Licet contre hoc quod hic dicitur [impedivit nos Satanas] videatur eſſe illud. *Act.* 16. Vetati ſunt a Sp. Sancto loqui verbum Dei in Aſia. Et poſtea dicitur. Tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit eos Spiritus Jeſu. A Quomodo ergo potuit Satan impedire? Solut. Bene contingit eumdem a Deo & a Diabolo impediri, ſed intentionibus diverſis. *Luc.* 22. Satanas expetivit. Require ibi: Quaſi: Ideo venire volui, vel ideo Satanas impedivit.

l Quæ eſt enim ſpes noſtre, &c.] *Phil.* 4. Fratres mei chariſſimi, & dilectiſſimi, gaudium meum, & corona mea. Nota hic Gloſſam: [Quæ eſt enim noſtra ſpes] lo præſenti.

m Aut gaudium,] ſcilicet præmium quod erit commune omnium bonorum.

n Aut corona gloriæ,] ſcilicet præmium quod tantum erit victoriæ.

o Nonne vos] eritis, ſc. corona gloriæ? Manifeſtum eſt, quia perfectio Diſcipulorum, gaudium & corona eſt Magiſtrorum. Hi enim ſunt, qui labores fructuum ſuorum edituri ſunt. Fructus enim Magiſtri eſt obedientia diſcipuli, cujus bona converſatio coronam dat Magiſtro, judice Chriſto. Unde patet quod duplicem coronam habebunt, auream & aureolam; juxta illud *Cant. ult.* Ducenti his qui cuſtodiunt fructus ejus. *Iſa.* 61. In terra ſua duplicia poſſidebunt. Ad hoc ſignificandum habet Dominus Papa in die qua cantatur, Lætare Jeruſalem, duplicem coronam, diadema, ſc. ſupra mitram: ad innuendum quod ipſe eſt ſummus Doctor, & duplex præmium debet expectare. Unde in converſione B. Pauli (qui fuit ſummus Doctor in Eccleſia] cantatur verſus ante Antiphonam, & in natali B. Virginis ſecundum quorumdam uſum, & in feſto B. Laurentii; ad innuendum quod Doctores & virgines & Martyres habebunt duplicem coronam. *Eccl.* 30. Qui docet filium ſuum lætabitur in illo. *Prov.* 10. Filios ſapiens lætificat patrem. E contra mali Prælati duplicia poſſidebunt in Inferno. *Iſa.* 22. Coronans coronabit te tribulatione. *Sap.* 3. De patre conqueruntur filii. *q* In adventu ejus.] *Phil.* 2. Inter quos lucetis tanquam luminaria in firmamento: verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Chriſti, quia non in vacuum cucurri. Et hoc ſi ſteteritis, i. perſeveraveritis. *p* Ante Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum] i. beneplacito ejus. Vel quando [vos eritis ante Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum] bene firmati: tunc vere [eritis gloria noſtra] vel [vos eſtis gloria noſtra,] i. gloriamur de vobis apud alios. *r* Et gaudium] noſtrum, ſc. quia gaudemus in vobis, q. d. Et gaudemus in vobis apud nos, & gloriamur de vobis apud alios. 2. *Cor.* 1. Gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra. *Prov.* 17. Corona ſenum filii filiorum, gloria filiorum patres eorum, &c.

EXPOSITIO CAP. III.

PRopter quod non ſuſtinentes] Tres partes ſunt hujus capituli: totum tamen capitulum eſt de legatione Timothei, & cauſis legationis. In prima parte prima cauſa ponit, ſc. pro fide eorum confirmanda inter tribulationes Perſecutorum. In ſecunda ponitur ſecunda cauſa, ſc. ad avertendum Pſeudo, ibi [Propterea & ego amplius non ſuſtinens.] In tertia ponit ad ipſos affectionem, & ſigna affectionis ejuſdem, ſc. gratiarum actiones, ibi [Quam enim gratiarum actionem, &c.) Dicit ergo:

ſ Propter quod, &c.] i. quia eſtis gloria noſtra, vel quia ſumus deſolati a vobis: vel quia deſiderabam videre vos & non potui venire ad vos. Ideo miſimus ad vos Timotheum. Et hoc eſt quod dicit: *t* Non ſuſtinentes amplius) ignorare ſtatum veſtrum. *u* Placuit nobis) ſolum, ſcilic. mihi, & Silvano. Et nota quod iſte nominativus (ſuſtinentes)

nere *a* Athenis ſolis. *b* Et miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum Dei in Evangelio Chriſti, *c* ad confirmandos vos & exhortandos pro fide *d* veſtra: ut nemo moveatur *e* in tribulationibus iſtis. *f* Ipſi enim ſcitis quod in hoc *g* poſiti ſumus. Nam & cum apud vos eſſemus, *h* prædicebamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt, & ſcitis. *i* Propter a *k* & ego amplius non ſuſtinens, *l* miſi ad cognoſcendum fidem veſtram: ne forte *m* tentaverit vos is qui *n* tentat, *o* & inanis fiat labor noſter. *p* Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & *q* annuntiante nobis fidem *r* & charitatem veſtram, *ſ* & quia memoriam noſtri habetis bonam ſemper, *t* deſiderantes nos videre, ſicut & nos quoque vos: *u* ideo conſolati ſumus fratres, *x* in vobis, *y* in omni neceſſitate, *z* & tribulatione *a* noſtra *b* per fidem veſtram: *c* quoniam nunc vivimus, *d* ſi vos ſtatis *e* in Domino

ſtinentes] ponitur abſolute: ſicut *Num.* 20. Ut ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Et in *Pſalm.* 125. In convertendo Dominus captivitatem Sion, &c.

a Remanere Athenis] Contra: *Act.* 17. Perduxerunt Paulum uſque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum, ut quam celeriter venirent ad eum: profecti ſunt, &c. Solut. Alia eſt iſta hiſtoria.

b Miſimus Timotheum] iſte erat fidelis legatus, & ideo mittebat eum Apoſtolus. 1. *Cor.* 4. Ut commonefaciat vos vias meas, quæ ſunt in Chriſto Jeſu. *Phil.* 2. Spero in Domino Jeſu Timotheum me cito mittere ad vos, ut ego bono animo ſim, cognitis his, quæ circa vos ſunt: neminem enim habeo tam unanimem, qui ita ſincera affectione ſit ſolicitus: Omnes enim quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti: experimentum autem ejus cognoſcite, quoniam, ſicut patri filius mecum ſervivit in Evangelio.

c Ad confirmandos vos] in fide, ut in quibus bonis eſtis, ſtetis. Et ex hoc patet quid ſit exhortatio, ſc. monere perſeverantiam in inceptis. Ex hoc:

d Pro fide veſtra] defendenda; [ut nemo, &c.] Redde ſingula ſingulis. Ad confirmandos pro fide veſtra, & exhortandos ut nemo moveatur, recedendo a bono incepto *Eccl.* 10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. *Matth.* 7. Deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti; & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra firmam petram.

e In tribulationibus iſtis.] ideſt, iſto tempore præſenti permanentibus. Vel [iſtis.] ideſt, vilibus & nullius omnino momenti, quia ſtatim tranſeunt. *Prov.* 10. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius. Juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum *Prov.* 12. Non contriſtabit juſtum, &c. Deſpective ſumitur [iſtis.] q. d. Dedecus eſt forti militi cadere ad ictum ſtipulæ. Sicut vulgo dicitur quod malus miles dejicitur ad ictum mollis caſei, *Eccl.* 22. n De ſtercore boum lapidabitur piger.

f Ipſi enim ſcitis quod in hoc,] ſc. tribulationibus.

g Poſiti ſumus,] ideſt, ſtabiles, quaſi. Exemplo ducis debetis vos, qui eſtis quaſi milites mei, ſtare in bello. *Act.* 21. Ego non ſolum alligari, ſed etiam mori pro nomine ejus, &c. Vel] Poſiti ſumus,] ideſt, deſtinati a Chriſto ad ferendas perſecutiones, etiam nos Apoſtoli, *Matth.* 10. Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum. *Pſalm.* 43. Dediſti nos tanquam oves eſcarum. Item *Pſal.* 42. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris.

h Prædicebamus vobis, &c.] ut levius ferrent cum evenirent. *Greg.* Minus feriunt jacula quæ prævidentur. Et in hoc etiam animavit eos quod oſtendit ſe tribulationes prævidiſſe, & tamen non caviſſe nec fugiſſe. *Act.* 14. Per multas tribulationes, &c. *Apoc.* 2. Nihil horum timeas quæ paſſurus es: Ecce Diabolus miſſurus eſt aliquos ex vobis in carcerem ut tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem.

i Propterea] quia nos paſſi ſumus, ne pro nobis terreamini, non ſolum propter alia, quæ ſuperius dixi.

k Et ego amplius non ſuſtinens,] neſcire quid ageretur apud vos. *l* Miſi] Timotheum creatum ab Apoſtolo Epiſcopum. *Act.* 16. n Qui tentat,] i. cujus officium eſt tentare. *Matth.* 4. Et accedens Tentator.

m Tentaverit] i. deceperit quantum ad infirmos.

o Et inanis fiat labor] i. quicquid boni huc uſque feciſti, *Gal.* 4. Timeo autem ne forte ſine cauſa laboraverim in vobis. *Ezech.* 18. Si averterit ſe Juſtus a juſtitia ſua, & fecerit omnes abominationes quas operari ſolet impius: nunquid vivet? Omnes juſtitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur. Et nota quod hic docet Apoſtolus quantam ſolicitudinem deberent habere Prælati de ſubditis, ut mittant Legatos, & Prædicatores ſi in propria perſona non poſſunt venire. Quod ſignificatum eſt. *Gen.* 37. Fratres tui paſcunt oves in Sichimis, veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente, Præſto ſum; ait: Vade & vide ſi cuncta ſint proſpera erga fratres tuos & pecora,

& renuncia mihi quid agatur. *Exod.* 3. Veni ut mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum Iſrael de Ægypto. Nunc Prælati noſtri non mittunt Timotheum, vel Moyſen, ſed Judam proditurem.

p Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annuntiante, &c.] Sic Legati debent redire miſſi, & nunciare quæ invenerunt; nec afferre divitias quas rapuerunt *Job* 38. Nunquid mittes fulgura: & ibunt & revertentia dicent tibi, adſumus? *Tob.* 12. Tempus eſt ut revertar ad eum qui me miſit, &c. *q* Et ennunciante nobis fidem,] quia illuminatur intellectus. B

r Et charitatem] qua inflammatur affectus. Hæc duo quemadmodum ſunt Domini; ita reliqua duo ſcilicet memoria, & deſiderium pertinent ad Prælatum ſuum ad Paulum, ſcilicet: Unde dicit: *ſ* Et quia memoriam noſtri habetis bonam] i. in bono. E contra alii Doctorum habent memoriam in malo. Vel [bonam] ideſt, vobis utilem. Multum prodeſt memoria Sanctorum ad incitamenta bonorum. *Cant.* 1. In odorem unguentorum tuorum currimus. *Eccl.* 49. Memoria Joſiæ in compoſitione odoris facta opus pigmentarii. In omni ore quaſi mel indulcorabitur ejus memoria *Gen. ult.* Deus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiſcum, i. memoriam fortium operum, non carnalium. Sed multi non conſiderant niſi carnem Prælatorum ſuorum, ideſt, carnalia opera. In Legenda B. Eligii legitur quod dixit diſcipulis ſuis; Memoriam meam ſemper habete. *Iſa.* 51. Attendite ad petram unde excisi eſtis, & ad cavernam laci unde præciſi eſtis. *Eccl.* 41. Erubeſcite a patre & matre de fornicatione. Ad hoc ſignificandum præcepit Dominus *Exod.* 28. quod Aaron ferret in rationali duodecim nomina filiorum Iſrael, ideſt, memoriam haberet de bono exemplo eorum. Dicit ergo: [Memoriam noſtri habetis bonam,] eorum, ſcil. quæ docuimus vos: ſemper enim, non ad tempus.

t Deſiderantes nos videre.] ut ampliora vos doceamus, *Prov.* 11. Deſiderium ſuum Juſtis dabitur. *Prov.* 13. Lignum vitæ deſiderium veniens. *Iſa.* 53. Deſideravimus eum deſpectum, &c.

y Ideo conſolati ſumus] Ex hoc oſtendit quare miſerit Timotheum, ſc. ut auditis bonis rumoribus, & de eis gaudeat. Et ex hoc quod hic dicitur, videtur quod per Timotheum miſerit eis hanc Epiſtolam: & etiam per id quod ſupra dixit: Miſimus Timotheum fratrem noſtrum, &c. Sed ſi per eum miſit Epiſtolam; quomodo ergo ex parte Timothei ſalutat eos in principio Epiſtulæ? Sed dicendum quod revera Timotheum miſit poſtquam miſerat Epiſtolam. Et quod dicit: Miſimus Timotheum, dicit: quia jam diffinierat quod ipſum mitteret. *x* In vobis] ideſt, pro vobis. *y* In omni neceſſitate,] i. rerum penuria. *z* Et tribulatione] i. corporis & mentis anguſtia. *a* Noſtra] i. quam ſuſtinemus, q. d. Leve eſt mihi omnem penuriam & afflictionem ſuſtinere, dummodo ſtetis in fide. Et hoc eſt quod dicit:

b Per fidem veſtram.] quam audivimus confirmandam. Et quod dicit in [vobis] exponitur per id quod dicit, [per fidem veſtram:] Vere conſolati, dico: ſumus.

c Quoniam nunc] etiam in hac miſeria, [vivimus,] quaſi in cœlo eſſemus.

d Si vos ſtatis] recti & firmi.

e In Domino] ideſt, in fide Domini. [Quoniam nunc vivimus, ſi vos ſtatis in Domino.] Sic deberent Prælati bona ſubditorum tanquam ſua reputare. Quod ſignificatum eſt *Geneſ.* 45. ubi dicitur: Cum vidiſſet Jacob plauſtra univerſa, quæ miſerat, revixit ſpiritus ejus, & ait, ſufficit ſi adhuc vivit filius meus Joſeph: vadam, & videbo eum antequam moriar. Item *Gen.* 44. Si intravero ad ſervum tuum patrem noſtrum, & puer defuerit) cum anima illius ex hujus anima pendeat [videritque eum non eſſe nobiſcum, morietur. ſ Si vos ſtatis in Domino,) ideſt, in fide Domini. 1. *Cor.* 16. State in fide: viriliter agite. 1. *Cor.* 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.

a Quam

a Quam enim gratiarum actionem poſſumus *b* Deo retribuere pro vobis, *c* in omni gaudio, *d* quod gaudemus propter *e* vos ante Dominum noſtrum, *f* nocte ac die *g* abundantius orantes, ut videamus faciem veſtram, & *h* compleamus ea, quæ deſunt fidei veſtræ? *i* Ipſe autem Deus *k* & Pater noſter, & Dominus *l* Jeſus † Chriſtus *m* dirigat *n* viam noſtram ad vos. *o* Vos autem Dominus multiplicet, *p* & abundare faciat charitatem veſtram *q* in invicem, & *r* in *ſ* omnes quemadmodum, & nos in *t* vobis ad confirmanda corda veſtra *u* ſine querela, in ſanctitate, *x* ante *y* Deum, & patrem noſtrum *z* in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus Sanctis ejus. Amen.

al. non habet. †Chriſtus.

a Quam enim] quaſi vere conſolati ſumus, in tantum quod non poſſemus de hoc ſufficientes Deo gratias agere: [quam enim gratiarum actionem] mentalem, ſcil. per gratitudinem; vocalem, per laudem; activam, per obſequium, & operationem. De prima dicitur *Luc.* 1. Magnificat anima mea Dominum. De ſecunda: *Pſalm.* 62. Labiis
D exultationis laudabit os meum. *Eccl.* 43. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis: major eſt enim omni laude. De tertia dicitur. *Mich.* 6. Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu Deo excelſo. *b* Deo retribuere pro vobis,] Argumentum, quod pro aliis tenemur ad gratias hujuſmodi. Eſt contra invidos: quibus oppoſita eſt gratulatio. *Rom.* 12. Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. *Luc.* 15. Congratulamini mihi, quia inveni ovem quam perdideram. *Damaſc.* Invidia eſt triſtitia de alieno bono: miſericordia eſt triſtitia de alieno malo.

c In omni gaudio] De omni enim bono eorum novum oritur gaudium; unum de patientia; aliud de prudentia; aliud de pudicitia; item aliud de concordia: & ſic de aliis. *Iſa.* 9. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda. Item *Iſa.* 60. Tunc videbis eos, & affluės, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando converſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi, i. quando conjuncti fuerint homines ſimiles mari, ideſt, cum peccatores multi numero uniti fuerint fide, & animo. *Actor.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, &c. *Matth.* 2. Videntes ſtellam gaviſi ſunt gaudio magno valde. Ita debemus gaudere quando videmus hominem ſtabilem bona vita, lucentem ſcientia, & doctrina: talis enim ſtella eſt.

d Quod gaudemus propter vos] ideſt, propter bona, quæ dat vobis Deus.

e Ante Dominum noſtrum,] ideſt, in corde gaudemus, ubi Deus videt. Vel [ante Dominum,] ideſt, ad gloriam Domini, non ante mundum; quia de gaudio mundi dicitur *Prov.* 14. Extrema gaudii luctus occupat.

f Nocte ac die abundantius orantes] q. d. Non ſolum gaudemus in vobis, & gratias agimus Deo de bonis vobis datis, ſed etiam oramus de amplioribus habendis: & hoc eſt quod dicit: *g* Orantes ut videamus faciem veſtram, & compleamus] abundantius, ſc. quam ante: quia modo plus poſſet addere eis. *Rom.* 1. Deſidero videre vos, ut aliquid vobis impertiar gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos. Præſentia enim ipſius Apoſtoli multum eis conferebat: & ſermo vivus ex ipſo fonte hauſtus plus ſapiebat. 2. *Joan.* 2. Spero me futurum ad vos, & os ad os loqui. *h* Et compleamus ea, quæ deſunt fidei veſtræ.] q. d. Volo venire ad vos, & ſtare vobiſcum, non tranſire: ut ſic plenius inſtruam vos in fide. 1. *Cor.* 16. Nolo vos modo in tranſitu videre. Sed quid eſt quod dicit, [ea quæ ſunt fidei veſtræ:] nunquid non perfecte crediderunt? Reſp. Perfectam fidem habebat, quia credebant implicite: ſed omnia credibilia nondum perfecte & explicite didicerant; quia parvuli erant, nec poterant capere. *Hebr.* 5. Perfectorum eſt ſolidus cibus: eorum qui pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali. *i* Ipſe autem Deus] qui ſcit & poteſt. *k* Et pater noſter] qui vult.

l Et Dominus Jeſus Chriſtus] per quem omnia facit pater. *m* Dirigat] non dicit, dirigant: quia indiviſa ſunt opera Trinitatis. *n* Viam noſtram ad vos] i. faciet directam, & ab impedimentis liberam. Hic orat Apoſtolus ut oratione poſſit amovere impedimenta Diaboli, de quibus *ſup.* 2. Impedivit vos Satanas, &c. Et bene dicit Satanas: quia homo poteſt proponere, ſed Domini eſt dirigere. *Jer.* 10. Scio Domine quod non eſt hominis via ejus, nec viri eſt, ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos, ideſt, affectiones, & operationes. *Prov.* 16. Hominis eſt animam præparare; & Domini eſt gubernare linguam; non ſolum viam affectionum, & operationum, ſed & viam ſermonum. Sermo enim eſt via. *Lucæ* 1. Ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis. *Pſalm.* 5. Dirige Domine in conſpectu tuo viam meam. *Prov.* 16. Revela Domino opera tua; & dirigentur cogitationes tuæ. 2. *Theſſ.* 3. Dominus dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti. *o* Vos autem Dominus multiplicet] numero fidelium. 1. *Parol.* 21. Augeat Dominus populum ſuum centuplum quam ſunt. *p* Et abundare faciat] merito virtutum, & operum. *Gen.* 1. & 9. Creſcite, & multiplicamini, ſc. numero, & merito. Vel [multiplicet] quantum ad opera exteriora: [& abundare faciat] quantum ad interiora. Unde non ſimpliciter dixit, abundare faciat: ſed [abundare faciat charitatem veſtram] veritatem, *alia Littera*: ut ſit charitas in affectu: & veritas in intellectu. *Eph.* 4. Veritatem facientes, in charitate creſcamus. Et per hoc patet quod opus fidei auget charitatem. *Col.* 3. Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis, Charitatem, dico, oſtenſam. *q* In invicem,] inter vos domeſticos: *r* Et in omnes:] etiam inimicos. *Gal.* 6. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. 1. *Petr.* 4. Ante omnia in vobiſmetipſis charitatem continuam habentes: quia charitas, &c. Hoc faciat Deus in vobis, ſcilicet abundare charitatem veſtram in omnes. *ſ* Quemadmodum & nos in vobis] abundamus charitate: vel nos in vobis ſumus; & e contra. 2. *Cor.* 7. In cordibus noſtris eſtis ad commoriendum, & ad convivendum. Dico ut faciat charitatem veſtram abundare ad hoc, ſcilicet:

t Ad confirmanda corda veſtra] ita ut ſitis. *u* Sine querela,] i. ſic patientes in adverſis, ut non conqueramini: vel ita innocentes, ut quis de vobis non poſſit conqueri. Et ut ſitis. *x* In ſanctitate,] i. in virtutum conſummatione. Per hoc exiſtentes. *y*. Ante Deum, & patrem] i. beneplacito Dei, non ad aſpectum hominum, q. d. Sic ſit ſanctitas in aperto, quatenus intentio lateat in occulto. Nos, dico, poſiti mente, ideſt, mentis ſollicitudine, & timore. *z* In adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus Sanctis] i. ſicut faciunt omnes Sancti. Vel exiſtentes [ante Deum, & patrem noſtrum] ideſt, in beneplacito ejusuſque [in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti,] qui erat [cum omnibus Sanctis] cum quibus veniet ad Judicium. *Zac.* 14. Et veniet Dominus Deus meus, omneſque Sancti cum eo. Et erit in die illa: Non erit lux, malis, ſc. ſed frigus, & gelu. *Iſa.* 3. Dominus ad Judicium veniet cum Senatoribus, & cum Senioribus populi ſui. *Deut.* 33. Apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia. Nota quod hic plura dicuntur. [Ad confirmanda] hoc dicit contra vacillantes. *Job* 4. Vacillantes confirmaverunt ſermones tui. [Corda] non pedes: contra ſtolidos, quia cor ſapit. *Jer.* 5. Audi popule ſtulte non habens cor. *Oſee* 7. Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta, non habens cor.] Sine querela;] contra acidioſos, qui de modico conqueruntur. *Eccl.* 18. Fili in bonis ne des querelam, ideſt, in tribulationibus quæ optimæ, & utiliſſimæ ſunt. [In ſanctitate;] contra avaros & immundos ſine terra ſcilicet cupiditatis, & voluptatis. *Eph.* 4. Induite novum hominem qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis. [Ante Deum] contra hypocritas. *Job* 13. Non veniet in conſpectu ejus omnis hypocrita. [Et Patrem noſtrum:] contra impios, & inobedientes, qui Deum, a quo omnis paternitas nominatur, nec diligunt ut patrem, nec honorant, nec obediunt ei, nec ejus vicariis qui ſubſunt patres. *Ezec.* 5. Filii comedent patres ſuos: quia male detrahunt Prælatis ſuis. In adventu Domini: contra ſecuros, qui non attendunt ſeveritatem adventus Judicis: & ideo contemnunt benignitatem adventus Salvatoris. *Eccl.* 18. Sunt impii, qui ita ſecuri ſunt, quaſi Juſtorum facta habeant. [Jeſu Chriſti:] contra incredulos, & ingratos in beneficiis Salvatoris: qui Jeſus eſt, ideſt, ſalvans per gloriam: & Chriſtus, ideſt, ungens per gratiam. *Hab.* 2. Qui incredulus eſt, non erit recta anima ejus. [Cum omnibus:] contra ſingulares, vel diſcordes. *Sap.* 18. Abſconſe enim ſacrificabant juſti pueri bonorum, & juſtitiæ legem in concordia diſpoſuerunt. Primum dicit contra ſingularitatem, quia opera ſingularia, illa apparent: ſed opera in communitate facta, illa non faciunt hominem apparentem extra vel ſupra alios. Secundum dicit contra

contrà diſcordes : [Sanctis :] contra ſocios malorum. Concordia enim ad peccatum mala eſt, *Eccl.* 13. Omne animal diligit ſibi ſimile.

EXPOSITIO CAP. IV.

De cetero ergo, & cetera.] Hæc eſt ſecunda pars primæ partis Epiſtolæ, in qua agit de remotione impedimentum tolerantiæ, & perſeverantiæ. Primum impedimentum eſt diverſitas, & varietas præceptorum quod removet ibi. [Ut quemadmodum accepiſtis.] Secundum eſt peccatum, per quod homo ſubjacet miſeriæ : & etiam morti, quod removet ibi : Hæc [eſt voluntas.] Tertium eſt contemptus præcepti, quod removet ibi. [Qui hæc ſpernit.] Quartum eſt torpor charitatis, quod removet ibi. [De charitate autem fraternitatis.] Quintum eſt acedia, quod removet ibi. [Rogamus vos autem fratres.] Sextum eſt deſperatio reſurrectionis, quod removet ibi. [Nolumus autem vos ignorare.] Dicit ergo: *a* De cetero, &c.] quaſi. Qui ita vos diligimus, & ſoliciti ſumus de vobis.

CAP. IV.

De *a* cetero *b* ergo fratres, rogamus vos, & obſecramus in *c* Domino Jeſu; *d* ut quemadmodum accepiſtis a nobis, *e* quomodo vos oporteat ambulare, *f* & placere Deo, ſic *g* & ambuletis, *h* ut abundetis magis. *i* Scitis enim quæ *k* præcepta dederim vobis per *l* Dominum Jeſum. *m* Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: *n* ut abſtineatis vos a fornicatione, *o* ut ſciat unuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, *p* & honore

b Ergo fratres rogamus vos, & obſecramus.] Rogatio, litania eſt ubi ſimpliciter dicitur, omnes Sancti, orate pro nobis. Obſecratio autem eſt, ut cum dicitur : Per paſſionem tuam libera nos Domine. Sacrorum obteſtatio contrà delinquentes. *Phil.* 4. Euchodiam rogo. *Gloſſ.* i. ſicut omnes moneo. Et Syntychen deprecor. *Gloſſ.* quia magis de ea timeo. *Gloſſ.* tamen *Ambr.* dicit hic : Conſuetudo eſt Apoſtoli ut verba duplicet vel triplicet, unum habentia intellectum, ſicut hic:

c In Domino Jeſu;] ideſt, ſi amatis: vel, ideſt, per miſericordiam Domini Jeſu. *Rom.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam Deo, &c. *d* Ut quemadmodum accepiſtis] quaſi. Non mitto vobis ea quæ jam præcepi vobis. 2. *Tim.* 3. Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum. *Gal.* 1. Licet nos aut Angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. *e* Quomodo vos oporteat ambulare,] ideſt, curſum hujus vitæ ducere. *f* Et placere Deo,] in operatione conſiliorum. Primum eſt naturæ, ſc. vivere; ſecundum eſt gratiæ, ſcil. placere Deo, vel ambulare in præceptis, [placere Deo] in conſiliis. *Sap.* 4. Placens Deo factus eſt dilectus, & vivens inter peccatores tranſlatus eſt, de mundo, ſc. in clauſtrum. *g* Sic & ambuletis] in præceptis, ſicut cœpiſtis. *h* Ut abundetis magis] in ſuperetogationibus faciendis. Vel *g* Et ambuletis] perſeverando, & ſemper proficiendo. *h* Ut abundetis magis] in præmio. Multi ſic volunt ambulare, i. proficere, ut ad ultimum abundent : ſed totum perdunt per indiſcretionem. *Prov.* 19. Qui feſtinus eſt, pedibus offendet. 1. *Cor.* 9. Sic currite, ut comprehendatis. Vel ſecundum aliam Litteram. [Rogamus, ut ambuletis,] ſubaudi [quemadmodum accepiſtis a nobis] a me & a Silvano [quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, &c. ut abundetis magis: ſicut prius.

i Sitis enim] quaſi: Ideo moneo abundare, & placere, quia ſcitis. *k* Quæ præcepta dederim vobis] ideſt quam honeſta, & utilia, & pauca, & immobilia; q. d. Non mitto vobis aliquod præceptum : quia quodlibet optimum eſt, nec præcipio nova. 1. *Joan.* 2. Non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio. Contra quoſdam Religioſos, qui quodlibet onus importabile, ſc. præcepta nova ſuperaddunt capitibus ſubditorum. Sed optimum conſilium datur ſubditis. *Lev.* 26. Vetuſtiſſima Veterum comedetis, i. ſervabitis præcepta antiquorum Patrum, regulam, ſc. Benedicti, vel Auguſtini, & novis Conſtitutionibus, ſc. ſupervenientibus vetera projicietis, ſc. Conſtitutiones præcedentis anni dimittetis, ſi fiant novæ in ſequenti anno: ſicut aqua ſuperveniens fugat aliam. *l* Per Dominum Jeſum] i. auctoritate, & voluntate ejus, qui eſt Dominus potens punire tranſgreſſores præceptorum, quæ dedi vobis, & eſt Jeſus, i. ſalvans adimplentes. Quod autem eis voluntates, & auctoritatem dederit, oſtendit : *m* Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra.] Nota quod voluntas Dei dicitur hominum ſanctificatio, ut hic: Item veritatis agnitio. 1. *Tim.* 2. Qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *Joan.* 6. Hæc eſt voluntas patris mei qui miſit me, ut omnis qui videt Filium, & credit in ipſum, habeat vitam æternam. Item voluntas Dei eſt diſcipulorum ſuorum ſecum habitatio. *Joan.* 17. Volo pater ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum. Item fidelium confutatio. 1. *Petr.* 2. Sic eſt voluntas Dei ut benefacientes, obmuteſcere faciatis impudentium hominum ignorantiam. Item filii paſſio : *Matth.* 26. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Item præceptorum adimpletio. *Matth.* 6. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo, &c. ibi *Gloſſ.* Voluntas Dei eſt præceptorum cuſtodia. *Jo:* 4. Meus cibus eſt ut faciam voluntatem patris mei qui in cœlis eſt. Dicit ergo: [Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra,] quæ eſt caſtitas ſive ſanctimonia. *Hebr.* 12. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam. Vel ſanctificatio dicitur datio eleemoſynarum, & ciborum. *Nehemiæ* 12. Dabant partes Cantoribus, & Janitoribus per dies ſingulos; & ſanctificabant Levitas, & Levitæ ſanctificabant filios Aaron, ideſt, dabant ei cibaria. *Eccl.* 7. Sacerdotes illius ſanctifica. Item *Eccl.* 27. In exultatione ſanctifica. Vel ſanctificatio dicitur quodlibet opus bonum, per quod magis ſanctus fit homo, ideſt, firmior in bono, ſecundum quod videtur velle. *Gloſſ.* Secundum quod ſanctificatio dicitur caſtitas, poteſt dividi: dicit enim *Caſſianus* : Sciendum quia eſt caſtitas carnalis, ſenſualis, ſpiritualis. Caſtitas carnalis eſt, ſi homo carnem ſuam ab omni inquinatione prohibeat. Caſtitas ſenſualis eſt, ſi homo membrorum omnium ſenſus ab omni illicita delectatione contineat. Caſtitas ſpiritualis eſt, ſi omnes affectus immundos, & cogitationes impuras a cordis ſui oculis abjiciens, eas, priuſquam carnem affectumque perſtringant, ejiciat. *n* Ut abſtineatis vos a fornicatione,] Hic docet quomodo poſſimus ſancti fieri : Primo tangit hic duo. Primum eſt abſtinere a præteritis concupiſcentiis, quod eſt dimittere peccatum aſſuetum. Secundum eſt cavere futurum. Primum tangitur hic.

o Ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere] ideſt, corpus regere in ſanctificationem, ideſt, per macerationem carnis, per quam caro ſanctificatur, & mundatur, ſicut linum per tonſionem. Sed quia non eſt ſuffocanda caro, ſed ſervanda ut ſoror: ſuadet. *p* Et honore] ſc. non tantum ſanctificet eam, ſed honoret per neceſſariorum miniſtrationem. Hæc duo neceſſaria ſunt: ne parum nec nimis faciat : & in hoc eſt cautela, & diſcretio, ne quid magis, ne quid minus. Dicit ergo: *n* Ut abſtineatis vos a fornicatione,] *Act.* 15. Abſtineant a contaminatione ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocato, & ſanguine. 1. *Cor.* 6. Fugite fornicationem. *Gen.* 19. Ne ſtes in omni circa regione. Contra illos, qui actum volunt vitare turpidinis, ſed non circumſtantias. Sed *Num.* 21. habetur quod Iſrael non miſit nuncios ad Og regem Baſan, ſc. turpitudinis: quia nullum fœdus habendum eſt cum eo. *Gen.* 31. Jacob fugiens non ſalutat Laban, ideſt, libidinem. *o* Ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione,] i. corpus regere per frænum abſtinentiæ, & temperantiæ. *Iſa.* 52. Pollutum nolite tangere; exite de medio ejus : mundamini qui fertis vaſa Domini. *p* Et honore] in neceſſariorum miniſtratione, ut dictum eſt. Hoc modo ſumitur honor. *Exod.* 20. Honora patrem tuum, &c. Vel in ſanctificatione,] virtutum [& honore] ut caveatur omnis turpitudo, & peccatum quod inhonorat Dei templum. 1. *Cor.* 3. & 6. An neſcitis quia membra veſtra templum ſunt Sp. Sancti? *Eccl.* 10. Quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? Vel [vas ſuum poſſidere,] uxorem, dominando illi. [In ſanctificatione,] abſtinendo a coitu pro tempore, & loco. [Et honore] non turpiter abutendo ea. 1. *Petr.* 3. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem. Magnum dedecus facit ei qui abutitur ea, quia comparat eam jumento. Propter hoc peccatum etiam interfectus eſt Onan. *Gen.* 38. Quia ſcilicet abutebatur uxore ſua. *Tob.* 6. Oſtendam tibi qui ſunt quibus poteſt prævalere Dæmonium. Hi namque qui conjugia ita ſuſcipiunt, ut Deum a ſe, & a mente ſua excludant, & ſuæ libidini ita vacant, ſicut equus, & mulus quibus non eſt intellectus;

Item voluntas Dei multiplex.

Rom. 12. *Epheſ.* 5. 32. 4. 4. 6. *unuſquiſque.*

Pſalm. 31.

intellectus: habet ſuper eos Dæmonium poteſtatem.

a Non in paſſione deſiderii] ideſt, non in ardore talis libidinis quæ eſt paſſio quædam, quia ibi patitur natura. *Rom.* 13. Curam carnis ne feceritis in deſideriis. 1.*Petr.* 4. Quia qui paſſus eſt in carne, deſiit a peccatis: ut jam non hominum deſideriis ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt in carne vivat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium conſummandam his, qui B ambulaverunt in luxuriis, in deſideriis, vinolentiis, comeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. *b* Sicut & Gentes quæ ignorant Deum] 1.*Cor.* 12. Scitis quoniam cum Gentes eſſetis, ad ſimulacra muta prout ducebamini euntes.

a non in paſſione deſiderii, *b* ſicut & Gentes, quæ ignorant Deum. Et *c* ne quis ſupergrediantur, *d* neque circumveniat *e* in negotio fratrem ſuum, quoniam *f* vindex eſt Dominus de his omnibus, *g* ſicut prædiximus vobis, & *h* teſtificati ſumus. *i* Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, *k* ſed in ſanctificationem. *l* Itaque qui hæc ſpernit, *m* non hominem ſpernit, ſed Deum, *n* qui etiam dedit Spiritum ſuum Sanctum *o* in nobis. *p* De Charitate autem fraternitatis non neceſſe habuimus ſcribere vobis: *q* ipſi enim vos a Deo didiciſtis, ut diligatis invicem. *r* Etenim facitis illud in omnes fratres in univerſa Macedonia. *ſ* Rogamus autem vos fratres, *t* ut abundetis magis: *u* & operam detis, *x* ut quieti ſitis,

c Et ne, &c.] Nota, quod ab illis qui volunt ſanctificari Domino, removet tria generalia peccata, per ordinem; jam removit concupiſcentiam carnis: hic removet ſuperbiam, cum dicit: *c* Et ne, &c.] Deinde avaritiam, cum dicit: *d* Neque circumveniat] ex avaritia enim fit fraudulentia in negotiis. Dicit ergo: [Et ne quis ſupergrediatur] per violentiam & potentiam, contra ſuperbos qui ſunt ſicut ſimia, quæ ſemper vult ſaltare ſuper humeros hominum. *Jac.* 2. Nonne divites per potentiam opprimunt vos? *d* Neque circumveniat] ideſt, decipiat dolo, & fraude. *e* In negotio] quolibet [fratrem ſuum] cui debet potius ſubvenire. *Ezech.* 28. In iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam. Item *Eccl.* 26. Difficile exuitur negotians a negligentia. Item *Ezech* 28. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti: dolus enim eſt ibi, & ſimulatio, & mendacium ſive perjurium *Jer.* 5. Sicut decipula plena avibus, ſic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati ſunt & ditati. Incraſſati ſunt & impinguati, & præterierunt ſermones meos peſſime. *Ezech.* 27. Græcia & Thubal, & Moloch, ipſi inſtitores tui. Græcia interpretatur Eſt & Non: per quod intelligitur mendacium mercatorum. Thubal, adductus ad luctum: in quo ſignificatur ſimulatio eorum: ſimulant enim luctum, quia dicunt ſe omnia amittere, ſi pro tanto dant merces ſuas. Item Moſoch interpretatur captans in dolo: in hoc fraus eorum intelligitur: quia ita proditores ſunt quod ſi ex improviſo reſpondet emptor. Tantum dabo vobis pro hoc panno, ſtatim ſcindunt pannum ne poſſit pœnitere. *f* Quoniam vindex, &c.] prædictis. *Rom.* 12. Mihi vindictam, & ego retribuam. *Eccl.* 5. Deus enim vindicans vindicabit. *g* Sicut prædestinaſio vobis] q. d. Non eſt modo novum. *h* Et teſtificati ſumus,] ſcil. ſub teſtimonio Scripturarum probavimus. *Gal* 5. Prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. *i* Non enim] quaſi ideo etiam ab iſtis abſtinendum eſt, quia [non vocavit nos Deus ad immunditiam, i. ut immunditiæ peccati ſerviamus. *k* Sed in ſanctificationem,] i. ut ſancte vivamus mundi a prædictis peccatis, 1.*Cor.* 7. Unumquemque ſicut vocavit Deus, ita ambulet. Et *ſupr.* In pace vocavit nos Deus. *Rom* 8. Quos vocavit, hos & juſtificavit. Nota quod Diabolus vocat, & habet ſua interiora, vel invitatoria ad immunditiam, hiſtriones ſc. adulatores, vetulas † medicatrices. *Sap.* 2. Venite & fruamur bonis quæ ſunt, & utamur creatura tanquam in juventute celeriter. Vino pretioſo, & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ: ubique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra: & hæc eſt ſors. In hac auctoritate notantur ſex invitatoria Diaboli ad peccatum. Primum eſt malorum ſocietas, quæ notatur ibi; Venite: & ibi nemo noſtrum. Secundum rerum temporalium facultas, quod notatur ibi. Fruamur bonis quæ ſunt, & utamur creatura: & poſtea & vino pretioſo, &c. Ita enim dicunt mali. Propter hoc enim Deus fecit vinum & panem & alia, ut bibamus, & comedamus: & mulieres, ut fornicemur. Tertium invitatorium ad peccatum, laſcivia juventutis, quod notatur ibi: Tanquam in juventute celeriter. Quartum eſt opportunitas temporis ibi: [Non prætereat nos flos temporis, &c.] Nullum pratum, &c. Ecce tempus & locus.. Quintum eſt favor mundi ibi: Ubique relinquamus, &c. Sextum eſt deſperatio æterni boni ibi. Quoniam hæc eſt pars noſtra, &c. E contra Dominus habet invitatoria ſua. *Matth.* 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, &c. *l* Itaque qui hæc ſpernit] q. d. Ex quo Deus vult nos ſanctificari, & vocavit ad ſanctificationem: [Itaque qui hæc ſpernit] prædicta, ſcilicet *m* Non hominem ſpernit] ſolum, ſed Deum] *Luc.* 10. Qui vos ſpernit me ſpernit: qui C me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. *n* Qui etiam dedit] ad hæc peragenda [Spiritum ſuum ſanctum in nobis.] ideo non ſpernatis tantum adjutorem, qui non habitat in corpore ſubdito peccatis, ut dicitur. *Sap.* 1. *o* Nobis] credentibus. *Act.* 10. Et in nationes gratia Sp. Sancti effuſa eſt. 2.*Cor.* 1. Dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.

Item 2.*Cor.* 5. Qui dedit nobis pignus, &c. *Epheſ.* 1. Signati eſtis Spiritu promiſſionis.

Vel [Dedit in nobis] Apoſtolis, ut major nobis eſſet auctoritas arguendi. Contra cujus auctoritatem agere non eſt tutum. 2.*Cor. ultim.* An experimentum ejus quæritis qui in me loquitur Chriſtus?

p De charitate autem, &c.] Hic removet quartum impedimentum, ſc. torporem charitatis, & pulchre monet eos ad charitatem, per hoc quod dicit quod non neceſſe habet ſcribere eis de hoc. Per hoc enim magis excitantur: quia virtus laudata creſcit. Dicit, [De charitate autem fraternitatis, ut] fratres [diligatis] 2.*Petr.* 1. Miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam; in ſcientia autem abſtinentiam; in abſtinentia patientiam; in patientia autem pietatem; in pietate autem fraternitatis amorem; in amore autem fraternitatis charitatem. *Rom.* 12. Charitatem fraternitatis invicem diligentes. 1.*Joan.* 4. Qui non diligit fratrem ſuum quem videt: Deum quem non videt quomodo diligere poterit? *q* Ipſi enim vos a Deo didiciſtis] præter legem naturæ. Lex enim naturalis docet diligere invicem. *Eccl.* 13. Omne animal diligit ſibi ſimile, ſic & omnis homo proximum ſibi. Vel didiciſtis] per inſpirationem, vel infuſionem gratiæ. Charitas enim infuſa a Deo docet de omnibus. 1.*Joan.* 2. Unctio docet vos de omnibus. *Rom.* 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris. Vel [didiciſtis] per exhibitionem miſericordiæ: quia ipſe miſertus vobis, oſtendit per hoc quomodo aliis debetis miſereri. *Matth.* 18. Serve nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Vel [didiciſtis] per apertionem doctrinæ. Hoc eſt quod vobis præcepit Dominus *Joan.* 13. Mandatum novum do vobis. Ut diligatis invicem, ſicut ego dilexi vos. 1.*Joan.* 4. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

r Etenim facitis illud,] q. d. Non fuit neceſſe monere hoc: [quia facitis illud,] ideſt, facto oſtenditis vos diligere, non dicto tantum. 1.*Cor.* 2. Oſtenſionem charitatis veſtræ, & noſtræ gloriæ pro vobis oſtendite in faciem Eccleſiarum.

ſ Rogamus autem vos fratres] Hic removet quintum impedimentum, ſc. acediam quæ multum facit inſtabilem. *t* Ut abundetis magis] *Gloſſ.* In charitate, ideſt, in operibus charitatis. *Prov.* 15. In abundantia & juſtitia virtus maxima eſt.

u Et operam detis] ideſt, attentionem.

x Ut quieti ſitis,] a curioſitate & varietate deſideriorum & propoſitorum quæ veniunt ex otio. *Jer.* 31. Quouſque deliciis diſſolveris filia vaga? *Prov.* 7. Garrula & vaga, quietis impatiens. 2.*Theſſ.* 3. Non inquieti fuimus inter vos.

Vel [quieti] ideſt, pacifici invicem. 2.*Tim.* 2. Servum Domini non oportet litigare. Et nota quod dicit: [Operam detis] *Gloſſ.* quaſi, difficile eſt dimittere conſuetudinem, ſed cogite vos. Unde ſuper *Joan.* 11. Lazare

al. † medicatrices.

veni

Digitized by Google

veni foras, &c. dicit *Gloſſ.* Difficile ſurgit quem agger malæ conſuetudinis premit.

a Et ut veſtrum, &c.] ideſt, ſalutem veſtram. Multi ita ſoliciti ſunt de alieno negotio, quod perdunt ſuum: agunt enim officia Curiarum, vel Papæ, vel Regum. *Phil.* 2. Cum metu, & tremore veſtram ſalutem operamini.

& *a* ut veſtrum negotium agitis, *b* & operemini manibus veſtris, *c* ſicut præcipimus vobis: & ut *d* honeſte *e* ambuletis ad eos, qui foris ſunt: *f* & nullius aliquid deſideretis. *g* Nolumus autem vos ignorare fratres,

b Et operemini manibus veſtris,] ideſt, propriis, non vicariis.

c Sicut præcepimus vobis] verbo, vel exemplo. 2. *Theſſ.* 3. Cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari non manducet. *Supra eod.* Nocte, ac die operantes ne quem veſtrum gravaremus. *Epheſ.* 4. Qui furabatur, jam non furetur; magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat, unde tribuat neceſſitatem patienti.

D

13. q. 2. c. qui divina, & habent.

d Et ut honeſte ambuletis] ideſt, curſum hujus vitæ honeſte converſando ducatis.

e Ad eos qui foris ſunt:] ut ædificentur. *Coloſſ.* 4. In ſapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt. 1. *Petr.* 2. Converſationem veſtram inter Gentes habentes bonam. 1. *Tim.* 3. Oportet autem, & illum teſtimonium bonum habere ab his qui foris ſunt.

f Et nullius aliquid deſideretis] q. d. Ideo opus eſt agendum, quia & honeſtum eſt, & quaſi lux ad infideles: & non deſideretis rem alterius, nedum rogetis, vel tollatis. *Exod.* 20. Non concupiſces rem proximi. *Act.* 20. Argentum, aut aurum aut veſtem nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis. *Num.* 16. Tu ſcis quod ne aſellum quidem unquam acceperim ab eis. 1. *Reg.* 12. Si de manu cujuſquam munus accepi; contemnam illud hodie, reſtituamque vobis.

g Nolumus autem] Hic removet ſextum impedimentum quod eſt deſperatio reſurrectionis. Erant autem quidam inter eos, qui de reſurrectione mortuorum diffidentes, de morte ſuorum charorum inconſolabiliter dolebant, quibus dicit:

g Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus] ideſt, de mortuis, quod ſcilicet reſurrecturi ſunt, q. d. Hoc expedit vobis ſcire. Et nota quod mortui dicuntur dormientes, & mors ſomnus, quia cito reſurgunt. *Joan.* 1. Lazarus amicus noſter dormit. Item quia integri, ſicut dormientes de ſomno. *Job* 19. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. Item ſicut dormientes in mane evigilant, & ſurgunt, ſic in mane Judicii reſurgent mortui. *Iſa.* 26. Expergiſcimini & laudate qui habitatis in pulvere: quia ros lucis ros tuus. *Dan.* 12. Multi qui in pulvere ſunt, evigilabunt: alii in vitam æternam; alii in opprobrium ſempiternum, ut videant ſemper. Item dormientes aliquando vident horribiles, & triſtes viſiones, ſimiliter in morte vident dæmones, maxime peccatores. *Sap.* 17. Dormientes aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. Dormientibus enim aliquando videtur quod animæ extrahuntur a corporibus ſuis. *Job* 20. Vadent, & venient ſuper eum horribiles.

Item mortui dicuntur dormientes & ſomnus mors.

h Ut non contriſtemini] de morte amicorum. Idem dicitur *Jerem.* 22. Nolite flere mortuum, neque lugeatis ſuper eum fletu. *Lev.* 19. Non incidetis ſuper mortuos carnes veſtras. *Lev.* 21. Non contaminabitur Sacerdos in mortibus civium ſuorum, ideſt, Clerici. Maxime enim Clerici, & Religioſi debent conſolationem facilem accipere de morte ſuorum. Sed contra hoc quod hic dicitur, videtur illud quod dicitur *Eccl.* 7. Mortuo non prohibeas gratiam, ne deſis plorantibus. Item *Jerem.* 34. Væ Domine, plangent te. Item dicitur; Pium eſt flere Martinum, Item *B. Bernard.* quaſi inconſolabiliter luxit Bernardus fratrem ſuum. Reſp. Hoc ſolvitur per *Textum*. [Ut non contriſtemini] inconſolabiliter, ſcilicet:

i Sicut, &c.] ideſt, infideles.

k Qui ſpem non habent,] Unde *Gloſſ.* Contriſtamur in noſtrorum mortibus neceſſitate amittendi, ſed cum ſpe recipiendi. Inde angimur, hinc conſolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc ſanat divina promiſſio. Hoc eſt quod dicitur *Eccl.* 38. Fili in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare. Incipe, dicit ut notet quod modeſte plorandum eſt.

Item in *eod. cap.* Propter delaturam autem amare fer luctum illius uno die, & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundum meritum ejus uno die, vel duobus propter detractionem. Debemus autem conſolari de mortibus charorum noſtrorum propter quatuor rationes.

de dormientibus, ut *h* non contriſtemini, *i* ſicut & ceteri, qui *k* ſpem non habent. *l* Si enim credimus quod *m* Jeſus mortuus eſt, & reſurrexit, ita, & Deus eos, *n* qui dormierunt per Jeſum, *o* adducet cum eo

Prima ratio eſt, pro mortis communione: quia omnes involvit ſententia, & judicium mortis. *Eccl.* 9. Communionem mortis ſcito. Item *Eccl.* 40. Omnia quæ de terra ſunt in terram pariter convertentur. Et in *eod.* 41. dicitur idem, & eiſdem verbis. Item propter juſtitiam Judicis. In *eod.* 41. Noli metuere mortis judicium. Et poſtea ſubdit: Hoc judicium a Deo omni carni, q. d. Mors nemini parcit: non eſt apud eam perſonarum acceptio. Secunda ratio eſt, quia mors eſt ab ærumnis hujus mundi liberatio, e carcere eductio, debiti ſolutio, laborum merces, exilii finis, viæ terminus, hoſtis triumphus. *Eccl.* 22. Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requievit. Tertia ratio quare debemus conſolari, eſt quia non poſſumus flendo eos ſuſcitare. *Eccl.* 38. Ne dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam a te. Et poſtea ſubdit: Neque enim eſt converſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis. Quarta ratio eſt, quia omnes ſequemur eos, & ſatis cito, & in hoc conſolari debemus: ſicut aliquis ſciens ſe in proximo curſurum ultra mare ſine reverſione, non multum doleret, imo gauderet ſi videret amicum ſuum illuc procedere. *Eccleſ.* 38. Memor eſto judicii mei, ſic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Unde 2. *Reg.* 12. Dixit David, Propter infantem dum adhuc viveret, jejunavi, & flevi: dicebam enim. Quis ſcit ſi forte donet eum mihi Dominus, & vivat infans? Nunc autem quia mortuus eſt quare jejunem? Nunquid potero revocare eum amplius? Ego vadam magis ad illum: ille autem non revertetur ad me. Et conſolatus eſt David Betſabeæ, &c. Item 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. Dicit ergo: [Ut non, &c.] reſurrectionis. *Prov.* 24. Non habent futurorum ſpem mali. 1. *Cor.* 15. Si in hac vita tantum, in Chriſto ſperantes ſumus: miſerabiliores omnibus ſumus hominibus.

l Si enim] quaſi. Non inconſolabiliter deberis contriſtari: quia [ſi credimus quod Jeſus, &c.

n Dormierunt] i. mortui ſunt [per Jeſum] ideſt, in fide Jeſu. Vel [per Jeſum] euntes, ſicut itur per viam: quia ipſe eſt via, *Joan.* 14. Vel [per Jeſum] euntes, ideſt, qui eum ſequendo venerunt ad ſomnum mortis, quaſi. Non ſolum illos qui vivi invenientur, ſed etiam mortuos de quibus dubitatis, non ſolum reſuſcitabit, ſed etiam.

o Adducet] ut ſint [cum eo] immortales, & in eadem beatitudine. *Joan.* 12. & 17. Volo Pater, ut ubi ego ſum, illic ſit, & miniſter meus. *Matth.* 24. Ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. *Joel.* 3. Congregabo omnes Gentes, & deducam in vallem Joſaphat, & diſceptabo ibi cum eis. Et nota quod de Chriſto dicit *Apoſtolus*.

m Mortuus eſt] ut veritatem exprimat naturæ: de hominibus autem pure, dicit;

n Eos qui dormierunt] ut ſpem excitet reſurrectionis in ipſo homine. Et nota quod ex quo hic dicitur. [Si enim credimus, &c.] Et 1. *Cor.* 15. Si reſurrectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit, oſtendit Apoſtolus reſurrectionem Chriſti eſſe cauſam noſtræ reſurrectionis glorioſæ, & per reſurrectionem Chriſti probat noſtram futuram. Prima ratio eſt per oſtenſionem juſtitiæ Dei: quia ſicut juſtitia Dei exigebat quod Chriſtus reſurgeret, & ſic glorificaretur in corpore, & iſtam juſtitiam oſtendit Deus pater in reſurrectione filii: ita juſtitia Dei exigit ut nos reſurgamus in corpore, & remuneremur in anima cum corpore. Item reſurrectio Chriſti eſt cauſa motiva quantum ad partem noſtræ reſurrectionis: ſicut Rex quando facit filium ſuum militem, ex hoc movetur ut cum filio multos faciat milites, propter excellentiam filii ſui demonſtrandam. Unde dicitur: *Coloſſ.* 1. Ipſe eſt primogenitus mortuorum.

Item cauſa motiva eſt ex parte noſtra, ut videntes Chriſtum reſurrexiſſe glorioſe mereamur reſurrectionem glorioſam. Et ideo dicit Apoſtolus *Roman.* 4.

Mortuus

Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram. Monet enim nos reſurrectio Chriſti ad juſtitiam in præſenti ut habeamus gloriam in futuro, ſicut ipſe. Nota quod de reſurrectione mortuorum habetur *Job* 14. Putaſne mortuus homo rurſum vivat? Et Reſpondet quod ita. Unde dicit: Cunctis diebus quibus nunc milito expecto, donec veniat immutatio mea, ſicut pueri, qui expectant novam veſtem in paſcha. Item *Job* 19. Credo quod redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra reſurrecturus ſum, &c. *Iſ.* 26. Expergiſcimini, & laudate. *Ezech.* 37. Oſſa arida audite, &c. *Dan.* 12. Qui in pulvere terræ, &c. *Matth.* 22. De reſurrectione mortuorum, &c.

a Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, *b* quia nos qui vivimus, *c* qui reſidui ſumus in *d* adventum Domini non præveniemus eos qui dormierunt, *e* Quoniam ipſe Dominus *f* in juſſu & in voce *g* Archangeli & in *h* tuba Dei deſcendet *i* de *k* cœlo: *l* & mortui qui in Chriſto ſunt *m* reſurgent primi. *n* Deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, *o* ſimul *p* rapiemur cum illis in nu-

a Hoc enim] quaſi bene dico quod mortuos adducet, nam hoc ordine, quod vivi reperti non prævenient mortuos, etſi illos putetis magis cum Jeſu adducendos, & hoc eſt quod ait: [Hoc enim vobis, &c.] ideſt, vere ſicut Dominus docuit nos. Vel modus jurandi eſt.

b Quia nos, &c.] ideſt, illi de nobis qui vivi invenientur.

c Qui reſidui ſimus] a tormentis antichriſti. Vel (reſidui) ideſt, vivi relicti in mundo, aliis ſanctis præcedentibus. Reſidui dico.

d In adventum Domini,] ideſt, cum veniet Dominus in judicium. Vel (in adventu, &c.] longo tempore quaſi adeo feſtina erit reſurrectio mortuorum, ideſt, ſubito facta, quod non erit ibi prius, nec poſterius, 1. *Cor.* 15. In momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba. Nota quod dicit hic *Aug.* & *Haimo* in *Gloſſ.* Sic videntur hæc verba Apoſtoli ſonare quaſi Apoſtolus ſuo tempore demonſtraverit diem judicii venturum. Quo circa Theſſalonicenſes legentes hanc Epiſtolam, putaverunt tempore Apoſtoli diem judicii ſtatim venturum.

Unde & alia ſcribitur Epiſtola, ubi exhortatur eos ne terreantur quando inſtet dies Domini. In perſona ergo illorum loquitur, qui vivi in corpore inveniendi ſunt in adventu Domini. Et ſe illis ultimis vivis connumerat, quia cum eis unum corpus ſunt, & quia Apoſtoli illis ultimis ſimiles ſunt in paſſionibus.

e Quoniam ipſe] quaſi dicat beri vivi reperti non prævenient mortuos in reſurrectione; imo mortui, qui jam longo tempore in monumentis ſunt, & ideo minus videntur reſurgere, primi reſurgent, & hoc per potentiam Domini. Unde dicit [Quoniam ipſe Dominus] Jeſus Chriſtus, qui epiſcopus eſt. Deſcendet] in propria perſona, in iſtum aerem in quo judicabit. *Joel* 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in valle Joſaphat, & ibi diceptabo cum eis, ideſt, in aere ſuperiori loco ad litteram. Tamen *Hier.* dicit, quod hoc dicitur ſecundum interpretationem hujus nominis Joſaphat quod interpretatur judicium. *k* De cœlo] ad litteram localiter ſecundum humanitatem. Vel (deſcendit) ideſt, de occulto in notitiam inferiorum veniet ſecundum deitatem quia noſcetur ab illis ſecundum deitatem quibus ante non erat agnitus plene.

f In juſſu] ideſt, in poteſtate magna & imperio, ſicut ſummus Imperator. *Matth.* 25. Cum autem venerit filius hominis in majeſtate ſua, & omnes Angeli ejus cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab invicem, ſcilicet & loco & merito. *Matth.* 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute magna & majeſtate, & mittet Angelos cum tuba & voce magna, & congregabit electos ſuos a quatuor ventis cœli. De quarta tuba ſubdit.

g Et in voce Archangeli] qua dicit ſurgite mortui qui jacetis in ſepulchris, &c. *Pſal.* 67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis. *Gloſſ.* ideſt, potentiam ſuſcitandi corpora. Hanc vocem autem ipſe proferet filius Dei, qui eſt Angelus magni conſilii, & princeps Angelorum, ſicut videtur *Job* 13. Vocabis me & ego reſpondebo tibi. Et *Joan.* 6. Mortui audient vocem filii Dei, & qui audierint vivent, ideſt, reſurgent. Aut aliquis Angelus, vel forte plures, ſicut videtur *Matth.* 24. Mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna. De qua etiam voce ſubdit,

k Et tuba Dei,] ideſt, quæ erit Dei *Gloſſ.* Chriſti. Vel (Dei) quia Deus dabit ei efficaciam reſuſcitandi corpora, Unde ſubdit.

l Et mortui qui in Chriſto ſunt] ideſt, qui interim quieſcunt in Chriſto.

m Reſurgent primi] dignitate quantum ad prophetas, & Apoſtolos & Martyres. Vel primi etiam tempore ſecundum quoſdam. Et nota quod vox illa dicitur vox tubæ pluribus rationibus, ut patet in *Gloſſ.* Tuba namque dicitur vox magna Angelorum, quæ dicitur tuba, quia manifeſta erit. *Pſ.* 49. Deus manifeſte veniet, Deus noſter & non ſilebit. Item ideo ait [In tuba] quia quaſi ad bellum veniet: Multiplex enim eſt uſus tubæ, ſicut habetur *Num.* 10. Convocat enim ad bellum contra inimicos. Unde *Job* 20. Utinam impleatur venter ejus, ut emittat Deus, ſc. in eum iram furoris ſui, & pluat ſuper illum bellum ſuum. Dominus hic ſtillat bellum ſuum contra nos quando verberat, & flagellat particularibus guttis, i. adverſitatibus ſed in judicio pluet ſuper peccatores laqueos, ut dicit *Pſal.* 10. *Job* 26. Cum vix parvam ſtillam ſermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? De hoc bello dicitur *Sap.* 5. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. Item [In tuba] dicitur, quia ſicut tuba in feſtis ſonat, ſic amicos ad ſolemnitatem æternæ gloriæ invitabit, de qua ſolemnitate dicitur peccatoribus *Oſee* 9. Quid facietis in die ſolemni in die feſtivitatis Domini? Ad hanc ſolemnitatem ſignificandam cantamus in magnis ſolemnitatibus, bini & bini. Tunc dicimus illud: Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Tunc erit etiam plenum convivium ad quod nos invitat tuba. De quo dicitur *Iſa.* 25. Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium vindemiæ; convivium pinguium medullatorum vindemiæ defæcatæ. Ad hoc convivium invitat Dominus omnes quos in præſenti flagellat: Mala enim quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt: ut dicit *Greg.* Unde *Luc.* 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.

Item tuba terret: ideo ergo vox illa dicitur tuba, ut nos terreamur de illo magno bello.

Unde *Am.* 3. Si clanget tuba in civitate, & populus non expaveſcet. *Hier.* Sive comedo ſive bibo, ſive lego, ſive quid aliud facio, ſemper videtur auribus meis inſonare illa terribilis vox, ſurgite mortui, venite ad judicium Salvatoris.

n Deinde nos qui vivimus qui relinquimur,] ideſt, illi de nobis qui vivi erunt, & reſidui Antichriſto.

p Rapiemur] ab Angelis.

o Simul cum illis] qui nos præceſſerunt ad requiem. Nota quod ex textu & *Gloſſ.* Videtur quod aliqui reſurgent priuſquam alii. Dicit enim textus [Mortui qui in Chriſto ſunt, &c.] Ad idem videtur facere illud *Aug. in* 20. *lib. de civit. Dei* 18. *cap.* Eo ipſo tempore conflagrationis ejus, ubi erunt ſancti, cum eo habentes corpora in aliquo corporali eſſe neceſſe ſit, reſpondere poſſumus eos eſſe in ſuperioribus partibus, quo iſta non aſcendet flamma incendii; quemadmodum nec aqua diluvii. Talia quippe inerunt illis corpora, ut illic ſint ubi eſſe voluerint, ſed nec ignem conflagrationis illius pertimeſcunt immortales & incorruptibiles facti ſicut tres pueri habentes corruptibilia atque mortalia corpora in camino ardenti vivere illæſi potuerunt. Videtur ergo ex quo in ſuperioribus partibus erunt Sancti in corporibus immortales facti tempore conflagrationis, quod ante conflagrationem illam reſuſcitabuntur ut dicit *Aug.* in *Gloſſ.* ſuper hunc locum, ergo non ſimul reſurgent.

Sed contra hoc videtur illud eſſe 1. *Cor.* 15. In momento, in ictu oculi in noviſſima tuba, ergo non erit ibi ordo ſecundum prius, & poſterius. Unde etiam *Gloſſ.* dicit: ſuper illum locum. In momento, ideſt, in breviſſimo & noviſſimo & anguſtiſſimo temporis ſpatio.

Solut. Dicunt quidam quod ad vocem tubæ mortui reſuſcitabuntur ſimul; vivi autem in ipſo inventi in ipſo raptu, quo rapientur obviam Chriſto in nubibus, incinerabuntur, & reſuſcitabuntur ſecundum diverſas partes raptus, & dicunt quod illi, qui jam mortui fuerant prius, reſuſcitabuntur.

Et ad illud Apoſtoli in momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba; dicunt quod intelligendum eſt de reſurrectione cujuslibet, vel quia modica erit illa prioritas qua aliqui prius reſurgent aliis, & momentanea. Ideo dicit Apoſtolus: [in momento, &c.] Unde *Gloſſ.* ibidem dicit: Et quia in momento eſt mora licet bre-

pis, addit in ictu oculi, &c. Et poſtea dicit *Gloſſ.* Et ſi ſit ibi prius & poſterius, tamen quaſi ſimul totum ſit. *Canguar.* tamen aliter dixit & forte melius, videlicet quod non erit ibi ordo ſecundum prius & poſterius in tempore, ſed erit ibi ordo dignitatis in reſurgentibus.

Unde dicit, quod cum dicit Apoſtolus: mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi: ly primi, dicit proprietatem dignitatis, ideſt, Apoſtoli & Martyres, ut dictum eſt. Similiter dicit poſterioritatem ſecundum minorem dignitatem, & dicendum quod in ipſo raptu erunt vivi, & mortui & ſuſcitabuntur ſecundũ diverſas partes raptus, licet reſurrectio ſimul erit in inſtanti. Ad illud *Aug.* quod ſancti tunc erunt in ſuperioribus partibus jam immortales facti, & ita videtur quod prius debeant reſurgere quam vivi tunc: dicendum quod ille ignis adhuc erit in die judicii ſecundum quod dicitur in fine (Dominus in igne veniet) ideſt, judicabit quando adhuc erit ille ignis. Et conſtat quod omnes tunc erunt reſuſcitati, & ſic non habetur per hoc quod ibi ſit ordo temporis, propterea quæritur de hoc quod dicit (Nos qui vivimus, &c.) videtur enim. Dicit ergo (Nos qui vivimus, &c.) Alia littera. (Rapiemus bajulis nubibus) quod idem eſt. *a* Obviam, &c.] Loquitur tantum de bonis. *Matth.* 25. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obviam ei, valde honorifice, & decenter debemus obviare ei propter quod dicit, *Am.* 4. Præpara te in occurſum Dei tui Iſrael, &c. quia ecce formans montes & creans ventum & annuncians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ, Dominus exercituum nomen ejus.

bibus *a* obviam Chriſto in aera, *b* & ſic ſemper cum Domino erimus. *c* Itaque *d* conſolamini invicem *e* in verbis iſtis.

C A P. V.

DE temporibus *f* autem *g* & momentis fratres *h* non indigetis, ut ſcribamus vobis. *i* Ipſi enim diligenter ſcitis quia *k* dies Domini *l* ſicut fur in nocte, ita veniet,

Sed mali remanebunt in terra, *Pſal.* 48. Sepulchra eorum domus illorum in æternum. Hoc vellent ipſi, quod ſemper jacerent corpora eorum in ſepulchris, ſed tamen extrahuntur de ſepulchris ſuis inviti, ſicut butones cum quadam violentia expelluntur de cavernis ſuis, *Apoc.* 6. Abſconderunt ſe in ſpeluncis & in petris montium & dicunt montibus & petris: Cadite ſuper nos & abſcondite nos a facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ejus, & quis poterit ſtare? Tamen quantumcumque velint ſe abſcondere non poterunt, ſed exibunt de cavernis. *Mich.* 7. Velut reptilia terræ turbabuntur de ædibus ſuis: Dominum Deum noſtrum non deſiderabunt, & timebunt te.

b Et ſic, &c.] Poſtquam ei obviam venerimus (ſic) id eſt, habentes corpora ſempiterna, ſicut ipſe Dominus *Oſee* 6. In conſpectu ejus, vivemus. *Gloſſ.* (Et ſic, &c.) non ita accipiendum eſt, quaſi in aere non dixerit cum Domino ſemper eſſe manſuros, quia nec ipſe ibi manebit, ſed ita (& ſic) ideſt, opera habentes ſempiterna (ſemper erimus cum Domino) ubicumque cum illo fuerimus. *c* Itaque] quia, omnes reſurgemus, cum Chriſto erimus. *d* Conſolamini invicem] unus alterum de morte amicorum. *Iſa.* 40. Conſolamini, conſolamini popule meus. Alia littera. Conſolamini, conſolamini ſacerdotes populum Domini, *infr.* 5. Conſolamini invicem & ædificate alterutrum. Et in *eod.* Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos. *Hebr.* 13. Sufferatis verbum ſolatii.

e In verbis iſtis] Tantæ ſpei pereat contriſtatio, detergatur luctus ex animo, fides expellat dolorem, in tanta ſpe non decet eſſe triſte templum Dei, ibi habitat bonus conſolator, ibi qui non fallit promiſſor.

E X P O S I T I O C A P. V.

DE temporibus, &c.] Ut dictum eſt ſupra, Apoſtolus intendebat removere impedimenta tolerantiæ, & perſeverantiæ quorum unum erat deſperatio de reſurrectione propter quod certitudinem de hoc determinavit. Sed poſſet aliquis dicere Apoſtolo, tu dicis nobis quod reſurrectio erit, dic ergo nobis quando erit: Propter hoc in principio hujus capituli dicit eis quod non ſcribit eis aliquid de hoc, quia tantum ſciunt ipſi de hoc ſicut ipſe, quia nemo ſcit determinate quando erit, veniet enim ſicut fur, latenter & ex inſperato, cum homines erunt ſecuri, & hoc inſtruendo determinat in prima parte; Secundo monet exhortando eos ut ſint cauti ibi [Vos autem fratres] Ut vigiles, ibi (non dorm.) Ut armati ibi (Induite loricam fidei.) Deinde ſequitur ſecunda pars totius epiſtolæ, in qua ponitur moralis inſtructio, Dicit ergo.

f De temporibus autem] quaſi de reſurrectione indiguiſtis, ut ſcriberem vobis, ſed de temporibus quaſi quoto anno, vel quota parte anni, an æſtate, vel hyeme, an die, vel nocte futurus ſit dies judicii.

g Et momentis] ideſt, quota parte diei vel noctis.

h Non indigetis, &c.] quia, ſc. tantum ſcitis de hoc quantum & ego. *Gloſſ.* quia nihil aliud ſcriberem niſi quod ſcit, ſcilicet eum venturum. Et hoc eſt quod ait, *i* Ipſi enim ſcitis.] Vel (non indigetis,) ideſt, non eſſet vobis utile hoc ſcribere, quia ſi ſciretis illud, tamen non eſt utile quod ſciatis. *Eccl.* 3. Non eſt tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt ſcire oculis tuis. *Eccl.* 7. Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cum ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum quo vivit ſub ſole. *Act.* 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Sunt autem multæ rationes quare Dominus voluit incertum eſſe adventum ſuum. Prima ratio eſt, ut ſemper parati ſimus tanquam quotidie adventum Domini expectantes, *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, &c. *Greg.* De morte incerti ſumus, ut ſemper ad mortem parati inveniamur; ſecunda ratio eſt, ne non pigreſcamus, *Marc.* 13. Vigilate & orate, neſcitis enim quando tempus ſit.

Et poſtea ſubdit, vigilate ergo; neſcitis enim quando Dominus veniet ſero, an media nocte, an galli cantu, an mane, ne cum venerit repente, inveniat vos dormientes. *Eccl.* 9. Quodcumque poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia eſt apud inferos quo tu properas.

E contra mali dicunt *Ezech.* 12. In tempora longa iſte prophetat. Tertia ratio eſt, ut fidei meritum augeatur. Fides enim tanto majus habet meritum quanto minus experimentum. Quarta ratio eſt, ut in malis præſumptio reprimatur per timorem, & bonis conſolatio tribuatur. Cum enim boni premantur a malis & ſciunt, quod hoc eſt in Dei diſpoſitione, ut ſubito moriantur, tunc conſolantur, & mali incerti de ſua vita aliquando reprimuntur. *Job* 15. Cunctis diebus ſuis ſuperbit impius, & numerus annorum incertus eſt tyrannidis ejus. Et ideo levius fertur perſecutio a juſtis, quoniam ſemper ſperatur finis. *Auguſt.* Propter deſperantes propoſuit Deus ſalutis portum, propter præſumentes diem mortis fecit incertum. Quinta ratio eſt, ut ſubita bona fiat gratiora bonis, & ſubita mala moleſtiora malis. *Eccl.* 11. Facile eſt in oculis Dei ſubito honeſtare pauperem. *Job* 20. Omnis dolor irruet in eum, ideſt, quaſi ſubito, & cum impetu veniet, *Sapient.* 5. Et mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis gementes, & præ anguſtia dicentes inter ſe: Nos inſenſati vitam eorum æſtimabamus inſaniam.

i Ipſi enim diligenter ſcitis] ideſt, ſcire poteſtis, ſi diligenter ſcripturas conſideratis. Diligenter dicit non præſumptorie.

k Quia dies Domini] eſt tempus adventus Domini, qui dicitur dies, quia tunc manifeſtabuntur abſcondita cordium, 1. *Cor.* 4.

Unde *Matth.* 24. De die illa & hora nemo ſcit, &c. *Job* 20. Detrahetur in die furoris Domini. *Job* 21. In diem perditionis ſervatur malus, & ad diem furoris ducetur.

Aliquando etiam tempus adventus dicitur nox pro incertitudine & pro inviſione. *Matth.* 25. Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit.

Et dicit [Dies Domini:] Modo enim dies noſtri ſunt dati nobis ad pœnitentiam. *Pſal.* 74. Cum accepero tempus ego juſtitias judicabo.

l Sicut fur in nocte] venit [ita veniet] ſcilicet ex improviſo, & latenter. *Apoc.* 16. Congregate eos ad prælium ad diem magnum omnipotentis Dei, & ecce venio ſicut fur 2. *Petr.* 3. Adveniet dies Domini, ſicut fur, in quo cœli magno impetu tranſient. *Apoc.* 3. Veniam ad te tanquam fur nocte.

Sicut fur venit, non dico die, ſed nocte, &c. Nota: Fur venit ad ſpoliandum & occidendum. *Joan.* 11. Fur non venit niſi, ut furetur & mactet, & perdat. Ita Dominus quando venit in morte cujuslibet peccatoris, aufert res, & occidit quantum ad corpus, mactat quantum ad animam, quam tradit morti infernali. *Jerem.* 1. Virgam

vigilantem

Digitized by Google

vigilantem ego video: *Alia littera*: virgam furis, ideſt, ſententiam judicii quæ impios ſpoliabit, *Oſee* 2. Auferet fornicationes ſuas a facie ſua, & adulteria ſua de medio uberum ſuorum, ne forte expoliem eam nudam. Item *ibid.* dicitur: Et interficiam eam in ſiti.

Cum *a* enim dixerint, Pax, & ſecuritas: *b* tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habentis; & non effugient, *c* Vos autem fratres, non eſtis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat: omnes enim vos filii *d* lucis eſtis, & filii diei, *e* Non ſumus noctis neque tenebrarum: igitur non *f* dormiamus, *g* ſicut & ceteri, ſed *h* vigilemus, & *i* ſobrii ſimus. *k* Qui enim dormiunt, *l* nocte dormiunt: & *m* qui ebrii ſunt *n* nocte ebrii ſunt. Nos *o* autem qui diei ſumus, *p* ſobrii ſimus *t*

a Cum enim,] Oſtendit quod veniet ex inſperato. [Cum enim, &c.] Miniſtri Antichriſti poſt mortem ipſius; poſt mortem namque Antichriſti dies quadragintaquinq; conceduntur bonis ad pœnitentiam, qui titubaverunt in perſecutione illa. Miniſtri autem Antichriſti gaudebunt illis diebus ducentes uxores, & convivia celebrantes, & jocos diverſi generis exercentes, ac dicentes, licet princeps noſter mortuus ſit, tantummodo habeamus pacem, & ſecuritatem. Et cum talia dixerint.

b Tunc repentinus] *Luc.* 17. Regnum Dei non veniet cum obſervatione. *Jerem.* 8. dicentes: Pax pax: cum non eſſet pax, confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt, *Jer.* 6. Item. *Ezech.* 13. Eo quod deceperint populum meum dicentes, Pax, pax, & non eſt pax. Similiter eſt de adventu mortis: Quandoque enim infirmatur homo graviter, & credit, quod debeat mori, & non moritur tunc, ſed convaleſcit, & quando eſt ſanus, & in pace, & credit ſe evaſiſſe mortem, tunc ſuperveniet ei interitus, *Jerem.* 8. Expectavimus pacem, & non erat bonum tempus medelæ, & ecce turbatio. *Jerem.* 6. Repente veniet vaſtator ſuper vos, *Iſa.* 47. Veniet ſuper te malum, & neſcies ortum ejus, & irruet ſuper te calamitas, quam non poteris expiare, veniet ſuper te miſeria repente quam neſcis, *Luc.* 12. Anima habes multa bona repoſita in annos plurimos, &c. Et poſt ſubditur: Stulte hac nocte repetent animam tuam a te, quæ autem paraſti, cujus erunt? Unde in perſona talium dicitur *Eccleſ.* 11. Inveni requiem mihi & nunc manducabo de bonis meis ſolus, & neſcit quod tempus prætereat illum, & mors appropinquat, & relinquat omnia aliis, & moriatur. Quod ſignificatum eſt 3. *Reg.* 19. Ecce ſpiritus grandis, & fortis ſubvertens montes, & conterens terras ante Dominum, non in ſpiritu Dominus. Similiter aliquando venit aliqua impetuoſa infirmitas, quæ comparatur vento, ſicut aliqua gutta ſubito, & credit homo quod debeat ſtatim mori, ſed tamen, nondum venit dies Domini, ut moriatur: non enim in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum, ideſt poſt illam infirmitatem venit commotio, ideſt debilitas maxima vel diſſolutio membrorum, ita quod totus tremit, ſicut paralyſis, & tamen non in commotione Dominus, adhuc non moritur, & poſt commotionem ignis, ideſt, febris acuta, & non in igne Dominus, adhuc evadit homo, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis, ibi Dominus; cum enim poſt omnia credit eſſe ſanus, & in quiete, tunc venit mors. *Sap.* 19. Dum quietum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, &c. Et nota quod dicit (ſuperveniet] ideſt, deſuper a Deo ad opprimendum, & calcandum malos veniet, *Job* 18. Calcet ſuper eum quaſi rex interitus, conſumat brachia ejus primogenita mors. Interitus dico, qui erit ita gravis, & ſubitus, ſicut dolor in utero habentis; ideſt, mulieris parturientis, cujus dolor eſt ſuper omnem dolorem in hac vita, *Jerem.* 30. Interrogate, & videte ſi generat maſculus: quare ergo vidi omnis viri manum ſuper lumbum ſuum quaſi parturientis, & converſæ ſunt univerſæ facies in auruginem? Væ quia magna dies illa, & non eſt ſimilis ejus. *Pſal.* 37. Ibi dolores ut parturientis, in ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis, ideſt, eos qui hic explorant gaudia hujus mundi, *Iſa.* 13. Torſiones, & dolores tenebunt, quaſi parturientes dolebunt. Et non effugient mali dolorem cum parturiens evadat, ſed iſti non evadunt. *Job* 11. Oculi impiorum deficient; & effugium peribit ab eis. E contra dicitur de juſto. *Proverb.* 12. Effugiet juſtus de anguſtia.

c Vos autem] q.d. illis erit improviſus dies Domini, ſed vobis non. Quia vos, o fratres, non eſtis in tenebris, ignorantiæ, quas illuminat Deus veritatis per fidem. 1. *Joan.* 2. Tenebræ tranſierunt, & verum lumen jam lucet. *Epheſ.* 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Item ſunt tenebræ culpæ, quas illuminat Deus charitas per charitatis infuſionem, 1. *Joan.* 2. Qui odit fratrem ſuum in tenebris eſt. *Job* 3. Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, ideſt, culpam pœnitentia deleat.

Item ſunt tenebræ miſeriæ, ſive pœnæ, quas illuminat Deus fortitudo per ſpem. *Job* 17. In tenebris ſtravi lectulum meum.

d Filii lucis,] ideſt, Dei per fidem, quæ eſt lux, *Joan.* 1. Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. B

e Et filii diei,] ideſt, Dei, qui eſt dies, *Jo.* 11. Qui ambulat in die non offendit. *Joan.* 12. Dum lucem habetis credite in lucem ut filii lucis ſitis. Nota *Gloſ. diſputabilem*. (Filii lucis) ideſt, fidei, &c.

f Igitur non dormiamus ſicut, & ceteri.] Hic hortatur eos ad vigilantiam, & alacritatem bene agendi. Non dormiamus, ideſt, non per pigritiam torpeamus. *Rom.* 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquavit, abjiciamus ergo opera tenebrarum. Opus tenebrarum eſt dormire, & torpere.

Item. *Roman.* 13. Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere: non dormiamus ergo. Quare? Ne cum venerit Dominus repente inveniat vos dormientes, ſicut dicitur. *Marc.* 13.

g Sicut, & ceteri] q.d. non vos moveat exemplum malorum ad torpendum.

h Sed vigilemus,] in oratione contra ſuperbiam.

i Et ſobrii ſimus] contra gulam, & omnem ſuperfluitatem (Vigilemus,) in choro, (ſobrii,) in refectorio, 1. *Petr.* 5. Sobrii eſtote, & vigilate in orationibus. 1. *Petr.* 5. Prudentes eſtote, & vigilate in orationibus. Vel (vigilemus,) ideſt, vigilanter, & diſcrete iſta temporalia eſſe caduca penſemus. (Et ſic ſobrii ſimus) ſobrie eis utendo ad ſuſtentationem, non ad ſuperfluitatem, *Marc.* 13. Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Item *Luc.* 12. & *Matth.* 24. *Tit.* 2. Sobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo.

k Qui enim dormiunt:] quaſi vere nos, qui non filii noctis ſumus, non debemus dormire; quia qui dormiunt, ideſt, torpent a bono opere. *Epheſ.*

l Nocte dormiunt,] ideſt; noctem peccati habent in mente, ideſt, vita, & peccata ſua trahunt eos ad hoc. *Pſalm.* 103. Ortus eſt Sol, ideſt, lumen gratiæ, & congregati ſunt: & in cubilibus ſuis collocabunt, Dæmones ſcilicet, qui fugiunt de cordibus pœnitentium quando oritur in eis Sol juſtitiæ. Et ſequitur.

Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam, ideſt, uſque in finem vitæ ſuæ perſeverando.

Et nota quod peccatum dicitur nox, quia nocet. Unde *Aug.* dicit: Non eſt malum, niſi quia nocet.

m Et qui ebrii ſunt:] his temporibus immoderate utendo.

n Nocte ebrii ſunt,] ideſt, ex nocte vitiorum hoc habent.

Nota quod duo dicit hic: ſomnum, & ebrietatem contra vigilantiam, & temperantiam.

Ebrietas eſt abuſus rerum temporalium per nimium amorem, qui in affectu eſt. Talis ebrius non appretiat res ſecundum quod valent. Somnus eſt excæcatio, & indiſcretio intellectus, circa rerum æſtimationem.

Et nota quod ex ebrietate ſequitur ſomnus, ſimiliter ex nimio amore affectus ſequitur excæcatio in intellectu, quia nimis amor non habet verum judicium. Cum enim homo diligit nimis rem, non æſtimat eam ſecundum proprium valorem, & ita oculus ſequitur cor. Contra hoc dicit *Job* 31. Si ſecutus eſt oculus meus cor meum. E contra ſapiens judicat de rebus ſecundum quod ſunt, & appretiat ſecundum quod valent. Unde ſubdit:

o Nos autem qui diei ſumus,] ideſt, virtutibus lucentes.

p Sobrii ſimus] moderate his utentes. (Induti, &c.) Nota quod Apoſtolus in hoc loco munit nos contra omnia tela inimici, ideſt, contra omnia peccata. Vigilantia enim in orationibus reſiſtit ſuperbiæ; ſobrietas gulæ, & luxuriæ, fides idololatriæ, ideſt avaritiæ, quæ eſt idolorum ſervitus, charitas, quæ major horum eſt, tribus reſiſtit, invidiæ, iræ, odio; ſpes acidiæ; dicit ergo.

a induti loricam fidei, & charitatis; & galeam ſpem ſalutis. Quoniam non *b* poſuit nos Deus *c* in iram: ſed in *d* acquiſitionem ſalutis per Dominum *e* noſtrum Jeſum Chriſtum, *f* qui mortuus eſt pro nobis: ut *g* ſive dormiamus, ſive vigilemus, *h* ſimul cum illo vivamus. *i* Propter quod *k* conſolamini invicem: & *l* ædificate alterutrum, ſicut & facitis. *m* Rogamus autem vos fratres, ut noveritis *n* eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos: *o* ut habeatis illos abundantius in charitate; *p* & propter opus illorum *q* pacem habete cum eis. *r* Rogamus autem vos fratres, *ſ* corripite inquietos, *t* conſolamini puſilla-

a Induti loricam, &c.] Nota quod hæ tres virtutes Theologicæ cuſtodiunt vitam in anima; & ideo comparantur loricæ, & galeæ, quia arma illa membra vitalia cuſtodiunt. Fides dicitur lorica, quia ſicut lorica contexitur ex pluribus maculis quæ cum ſimul conjunctæ ſunt totum corpus cuſtodiunt ſic fides diverſos habet articulos, qui cum conjunctim creduntur, totum corpus, i. congeriem bonorum operum ſalvam cuſtodiunt: aliter non quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: *Hebr.* 11. Item charitas dicitur lorica, quia totum corpus veſtit, *Matth.* 22. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? 1. *Petr.* 4. Charitas operit multitudinem peccatorum, habet autem plures maculas, quia omnia bona aliorum conjungit ſibi per congratulationem, & omnia mala per compaſſionem. Vel maculæ charitatis ſunt, quas determinat Apoſtolus. 1. *Cor.* 13. Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c. Spes autem ſalutis æternæ dicitur galea, quia de uno eſt. *Pſal.* 26. Unam petii a Domino hanc requiram. Item ſicut galea deſuper conſervat a læſione: ſic ſpes conſervat caput, idest, mentem a læſione deſuper veniente, ne deſperet anima in conſideratione Judicis deſuper venientis in ira, & furore. Vel ſic continue. (Et galeam ſpem ſalutis,) idest, ſpem quæ eſt galea ſalutis, idest, ſalvans. *Rom.* 8. Spe enim ſalvi facti ſumus, *Iſa.* 59. Galea ſalutis in capite ejus. Item *Iſa.* 6. Induit me veſtimentis ſalutis, *Sap.* 5. Accipiet pro galea judicium rectum. Ille enim recte judicat, qui Deum judicat miſericordem: & ſic in eo ſperat. De his armis habetur plenius. *Eph.* 6. De armatura autem Diaboli habetur *Eccl.* 43. Sicut lorica induci, &c. Et *Job* 40. de Behemoth. Et 1. *Reg.* 17 De Goliath.

b Quoniam, &c.] q. d. bene dico, quia ſpes eſt galea ſalutis. (Quoniam non poſuit nos Deus) idest, non ſtabilivit nos in prædictis virtutibus.

c In iram] idest, adhuc, ut habeamus iram, idest pœnam æternam. *Tob.* 3. Non delectaris in perditionibus noſtris. *Sapient.* 11. Nihil odiſti eorum quæ feciſti. Vel *Sap.* 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Et poſtea dicit: Injuſtitia autem mortis eſt acquiſitio: Impii enim manibus ac verbis accerſierunt illam. *d* Sed in acquiſitione ſalutis] quia, ideo dedit nobis arma; ut pugnemus, & his armis acquiremus victoriam, & coronam, gratiam dedit in merito, & gloriam in præmio. *Matth.* 11. Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nec ſolum ſalutis noſtræ debemus eſſe acquiſitores, ſed etiam alienæ, maxime Prælati, & Prædicatores, *Joſue* 1. vos tranſite armati ante fratres veſtros, omnes fortes manu; & pugnate pro eis donec det requiem Dominus fratribus, *Num.* 32. Expedite pergite coram Domino ad pugnam, & omnis vir bellator armatus Jordanem tranſeat, donec ſubvertat Dominus inimicos ſuos, & ſubjiciatur ei omnis terra. Hic ergo debemus modo uti armis Domini nobis datis, ut ſcilicet expugnemus hoſtes, & nobis acquiramus ſalutem, & proximis noſtris, & Deo totum tribuamus. 1. *Petr.* 2. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: Nos ſcilicet & alios Deo acquirentes, & nobis, & aliis ſalutem obtinentes. Sed hodie verius poteſt dici Clericis noſtris: Vos eſtis genus abjectum, venale ſacerdotium, genus pollutum, populus perditionis, quia ſe, & alios perdunt. *Jerem.* 50. Grex perditus factus eſt populus meus, paſtores mei ſeduxerunt eos. *e* Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum] qui poteſt, & vult nos adjuvare in pugna, *Epheſ.* 6. Confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. *f* Qui mortuus eſt pro nobis,] 1. *Petr.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, *Rom.* 5. Secundum tempus Chriſti pro impiis mortuus eſt, *Matth.* 26. Hic eſt ſanguis meus novi teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. *g* Ut ſive dormiamus] ad litteram (ſive vigilemus, &c.) *Col.* 3. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini facite. Vel (ſive dormiamus, &c. ſcilicet ſi mortui fuerimus) ſive vigilemus, idest, in carne vivamus.

h Simul cum illo] idest, ad ſimilitudinem ejus. Vel cum illo, idest: conjuncti (vivamus) vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro; *Phil.* 1. Mihi enim vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum, *Rom.* 14. Sive vivimus, Domino vivimus, ſive morimur Domino morimur, 2. *Cor.* 5. Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut qui vivunt jam non ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. *i* Propter quod] idest, quia hæc eſt ſpes vobis.

k Conſolamini invicem] alii alios, de morte ſuorum dolentes, *ſup.* 4. Conſolamini invicem in verbis illis.

l Et ædificate] neſcientes 1 *Cor.* 14. Poteſtis per ſingulos prophetare, ut omnes diſcant, & omnes exhortentur. *Rom.* 15. Ita ut poſſitis alterutrum monere, 3. *Joan.* Chariſſime, fideliter facis quicquid operaris in fratres.

m Rogamus, &c.] Hæc eſt ſecunda pars epiſtolæ, in qua incipit moralis inſtructio. In prima inſtruit quomodo ſubditi debent ſe habere erga Prælatos, ibi [Rogamus, &c. Ut noveritis, &c.] Secundo inſtruit Prælatos quomodo ſe habeant erga ſubditos ibi (Rogamus autem, &c.) Tertio quomodo omnes communiter ſe debent habere. Et primo quomodo erga Deum, videlicet gaudendo in ipſo: orando ipſum, ei gratias agendo, ibi: [Semper gaudete.] Quarto quomodo ſe debent habere ad proximos, ſi boni ſunt, congaudendo & laudando & bonum eorum promovendo, ſi mali ſunt mala eorum fugiendo, ibi [ſpiritum nolite, &c.] Quinto orat pro eis, ibi [Ipſe autem Deus.] Ad ultimum orationibus eorum ſe commendat, &c. [Fratres orate pro nobis] Dicit ergo [Rogamus, &c. noveritis] per exhibitionem neceſſariorum, idest, facto oſtendatis. Et loquitur communi modo, ſicut dicit pauper diviti, vos non cognoſcitis me.

n Eos qui laborant inter vos, &c.] Tria dicit de prælatis. Præſunt enim dignitate, & ſimiliter debent præeſſe in labore, ut dicant illud Apoſtoli: Plus omnibus laboravi. Præeſſe ergo debent dignitate, prodeſſe labore & admonitione, ut laborent operando, & moneant prædicando: Noveritis dico, 1. *Cor.* 4. Miſi ad vos Timotheum, &c. qui vos commonefaciat vias meas, id eſt.

o Ut habeatis, &c.] idest, ut ex charitate eos honoretis, reverendo, obediendo: neceſſaria eis miniſtrando, 2. *Tim.* 5. Qui bene præſunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim Scriptura, non infrænabis os bovi trituranti *Eccleſ.* 10. In medio fratrum rector illorum in honore eſt, & qui timent Deum, erunt in oculis illius. Nota quod dixit [noveritis:] Non ſolum Deum debemus noſcere, & conſiderare præeminentiam Prælatorum, ſed pericula & labores, contra quoſdam murmuratores qui ſemper conſiderant præeminentiam ad indignandum, non afflictionem ad condolendum. *Num.* 23. Partem Iſrael videas & totum videre non poſſis.

p Et propter, &c.] idest, ſi vos arguunt, pacifice ſuſtinete, ſcientes opus illorum hoc exigere: *Rom.* 12. Cum omnibus hominibus pacem habentes. Vel [propter opus] idest, laborem eorum.

q Pacem habete,] idest, pacifice ei obedite, *Hebr.* 13. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis, ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris redditur, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.

r Rogamus autem vos.] Hic monet Prælatos quomodo ſe habeant ad ſubditos.

ſ Corripite inquietos,] idest, curioſos & gyrovagos, 2. *Theſſ.* 3. Non fuimus inquieti apud vos. *Prov.* 29. Virga & correptio tribuunt ſapientiam, puer autem, qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam. *Prov.* 28. Qui corripit hominem, poſtea inveniet gratiam magis, quam qui per linguæ blandimenta decipit. *Col.* 3. Patres nolite ad iracundiam provocare filios veſtros, ut non puſillo animo fiant. *Jer.* 48. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter, &c. 19. Corripe amicum ne forte non intellexerit, & dicat non feci, & ſi fecerit ne iterum addat facere. Et nota quod dicit. [Corripite,] ut fratres.

t Conſolamini,] ut matres,

n Suſcipite.

Digitized by Google

a Suſcipite infirmos,] ut medici. *Rom.* 14. Infirmum in fide ſuſcipite, non in diſceptationibus, &c.

b Patientes eſtote ad omnes,] ut ſervi omnium. *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Vel (patientes,) quantum ad rebelles, & incorrigibiles. *Ezech.* 3. Ut adamantem, & ſilicem dedi faciem tuam. *Jer.* 1. Dedi te in columnam ferream, quæ ſcilicet verberata non ſentit, & nihilominus ſuſtentat ædificium.

D

c Videte ne quis malum, &c.] *Prov.* 20. Ne dicas reddam malum pro malo. Nota quod multi ſunt qui ad tempus patiuntur contumelias illatas & ſuſtinent: ſed conſimilia inferunt poſtea, quod prohibet hic Apoſtolus. Item *Gloſſ.* dicit: Tunc malum pro malo redditur, ſi corripiendus non corripitur, ſed prava diſſimulatione negligitur.

nimes, *a* ſuſcipite infirmos, *b* patientes eſtote ad omnes. *c* Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, *d* ſed ſemper, quod bonum eſt, ſectemini in invicem, & in omnes. Semper *e* gaudete. Sine *f* intermiſſione orate. *g* In omnibus gratias agite. Hæc *h* eſt enim voluntas Dei in Chriſto *i* Jeſu *k* in omnibus vobis. Spiritum *l* nolite extinguere. *m* Prophetias nolite ſpernere. Omnia autem probate: quod bonum *o* eſt, tenete. *p* Ab omni ſpecie mala *q* abſtinete vos. *r* Ipſe autem *ſ* Deus pacis *t* ſanctificet vos per *u* omnia: *x* ut integer ſpiritus veſter, *y* & anima, *z* & corpus ſine querela *a* in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur. *b* Fidelis

d Sed ſemper quod bonum eſt, &c.] *Rom.* 12. Providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Et non ſolum patientes ſitis, ſed etiam.

e Semper gaudete,] quicquid fiat vobis. *Phil.* 4. Gaudete in Domino ſemper, &c. Ibi require 2. *Cor. ult.* de cetero fratres gaudete. 2. *Cor.* 6. Quaſi triſtes, ſemper gaudentes. Hoc eſt optimum antidotum contra omnes tentationes, ſcilicet lætitia ſpiritualis. Unde *Iſa.* 30. In citharis, & tympanis, & in bellis præcipuis expugnabis eos. *Jac.* 1. Omne gaudium, &c.

f Sine intermiſſione] certarum horarum (orate,) Simile 2. *Reg.* 9. Tu comedes panem in menſa mea ſemper, id eſt, certis horis. Non enim ſemper ſedebat ad menſam. *Eccl.* 18. Non impediaris orare ſemper, 1. *Reg* 7. Ne ceſſes clamare pro nobis ad Dominum. *Eph.* 6. Orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes in omni inſtantia. *Iſa.* 58. Clama, ne ceſſes. *Rom.* 1. Sine intermiſſione memoriam noſtri facientes in orationibus. *Sup.* 1. Memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione. Vel (ſine intermiſſione orate) ideſt, juſte vivite, & æterna deſiderate: Juſtus enim nunquam deſinit orare, niſi deſinat Juſtus eſſe, &c.

g In omnibus,] etiam adverſis (gratias agite.) *Col.* 2. Abundantes in gratiarum actione.

h Hæc eſt enim voluntas Dei] ideſt. Hæc omnia facere eſt voluntas Dei, ideſt, placet Deo. *Supr.* 4. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Voluntas, dico, oſtenſa, *i* In Chriſto Jeſu:] quia Chriſtus hoc docuit, & fecit.

k In omnibus vobis,] quibus dat gratiam hæc prædicta faciendi.

l Spiritum nolite, &c.] Oſtendit, quomodo ſe debeant habere ad proximos, (Spiritum nolite extinguere:) gratiam quam habet frater, non impugnare, ſive ſit gratia prædicandi, ſive legendi, ſive orandi. Sed multi ſunt ſicut Diabolus qui extinguit cereum ſanctæ Genovefæ. Tales ſunt qui bonum malo impediunt. Alii adhuc ſunt crudeliores, & ſunt ut mulieres quæ partus ſuos in utero interficiunt, ut quando bonum propoſitum conceptum opprimunt. *Iſa.* 26. A timore tuo Domine concepimus, & quaſi parturivimus ſpiritum ſalutis. Item *Iſa.* 37. Venerunt filii uſque ad partum & virtus non eſt pariendi. Vel, (Spiritum nolite extinguere,) ideſt, donum Spiritus ſancti abſcondere. Unde alia littera, (Gratiam nolite celare.) *Prov.* 11. Qui abſcondit frumentum in tempore maledicetur in populis. *Matth.* 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio. Et cum talentum ſibi traditum a Domino abſcondunt, ſicut ſervus piger, *Matth.* 25. *Prov.* 31. Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt. Vel (Spiritum nolite extinguere,) ideſt, malis operibus a vobis excludere. *Epheſ.* 4. Nolite contriſtare Spiritum Sanctum Dei, in quo ſignati eſtis. *Lev.* 6. Ignis in altari meo ſemper ardebit, 2. *Reg.* 14. Quærunt extinguere ſcintillam meam.

m Prophetias] ideſt, expoſitiones Sacræ ſcripturæ etiam a minoribus prolatas, maxime a Sanctis. *Eccl.* 6. Proverbia laudis non effugiant a te. *Eccl.* 8. Non te prætereant narratio Seniorum. Sed tamen non omnia indiſcrete recipiatis.

n Omnia autem probate) ideſt, diſcutite omnia, probanda, ſcilicet. Certa enim non egent diſcuſſione, quaſi dicat Hæreticorum, & ſubverſorum verba eliminate. Et nota quod duobus modis loquitur Deus homini. Interius inſpirando. Unde dicit, [Spiritum nolite extinguere.] Et exterius per Prædicatores.

Unde dicit, [Prophetias nolite ſpernere.] Sed & Angelus ſatanas transfigurat ſe in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. & miniſtri ejus ſimiliter in miniſtros Chriſti. Ideo dicit, [Omnia probate,] tam interiores ſuggeſtiones, quam exteriores. *Joan.* 4. Probate Spiritus utrum ex Deo ſint. *Jer.* 6. Probatorem dedi te in populo meo robuſtum: & ſcies, & probabis viam eorum.

o Quod bonum eſt] in re, [tenete] in perſeverando. Et non tantum bonum in re, ſed etiam bonum in ipſo tenete: unde ſubdit. *p* Ab omni ſpecie mala abſtinete vos,] ideſt, ab omni re quæ ſpeciem mali prætendit. Et hoc debet caveri tam in doctrina, quam in operatione: unde *Oſee* 2. Vocabit me, vir meus: & non vocabit me ultra, Baalim. Hoc dicit, quia hoc nomen, Baalim, ſpeciem mali prætendit, & ſic vocabant idola ſua, tamen idem eſt in re quod Vir meus, 2. *Mach.* 6. Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere: ut multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur: & per hoc maculam atque exeerationem meæ ſenectuti conquiram. Vel [Ab omni ſpecie mala,] a lupo rapinæ, a leone ſuperbiæ; ab urſo luxuriæ. *Pſal.* 81. Facies peccatorum ſumitis, ideſt, Herodis, & Antiochi, &c.

q Abſtinet vos.] *Sap.* 2. Abſtinet ſe a viis noſtris tanquam ab immunditiis, & præfert noviſſima Juſtorum.

r Ipſe autem, &c.] Supra monuit eos ad agendum: hic rogat Deum pro eis, ut perficiat. Dicit ergo.

ſ Deus pacis,] ideſt, Deus qui eſt pax, vel Deus dator pacis, quaſi, qui poteſt omnem inquietudinem removere.

t Sanctificet vos,] ideſt, confirmet.

u Per omnia,] ideſt, in omnibus prædictis. Similiter petit pro ſubditis. *Rom.* 15. Deus pacis ſit cum vobis omnibus. Amen 2. *Cor.* 13. Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. *Rom. c.* 15. Deus autem patientiæ & ſolatii det vobis idipſum ſapere in alterutrum. Et *infr.* Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio, & pace.

x Ut integer Spiritus veſter, & anima, &c.] Spiritus, ideſt, ſuperior pars rationis, de qua ad *Eph. c.* 4. Renovamini autem ſpiritu mentis veſtræ, ideſt, qui eſt mens, quæ ſervit legi Dei. *Rom. c.* 7. [Servetur integer,] ut non conſentiat carni.

y Et anima,] ſimiliter ſervetur integra ſenſualitas, conſentiendo rationi. Vel [Spiritus veſter,] ideſt, gratia Spiritus ſancti. Vel [Spiritus veſter,] ideſt, intellectus, [& anima,] ideſt, animæ affectus. Et nota quod dicit [integer,] Spiritus enim per errores, & cogitationes malas dilaceratur: anima per malas affectiones, & cupiditates, corpus autem corrumpitur per carnales delectationes in opere peccati. *Iſ. cap.* 18. Ite Angeli veloces ad gentem convulſam, & dilaceratam, ad populum terribilem. Sicut enim terribilis eſſet ad videndum homo dilaceratus; ita anima diſtracta, & dilaniata.

z Et corpus ſine querela ſervetur,] ideſt, nihil agatis ejus miniſterio, unde aliquis poſſit conqueri. *Philip. c.* 2. Sitis ſine querela, & ſimplices filii Dei ſine reprehenſione. *Sup. c.* 2. Sine querela vobis, qui credidiſtis, affuimus. *Luc. c.* 1. Erant autem juſti ambo, &c. Similiter de Apoſtolis cantatur? Fuerunt ſine querela, ante Dominum. *Gloſſ.* Nota quod ait, Sine querela, etſi non ſine peccato, &c. Et hoc fiat in vobis, uſque.

a In adventu Domini, &c.] ideſt, uſque in finem vitæ veſtræ. Vel [in adventu, &c.] ideſt, in Judicio ſitis ſine querela, ut creaturæ Dei non poſſint conqueri de vobis. Tunc enim peccatores accuſabuntur ab omni creatura, ſicut dicit *Hier. in lib. de quindecim ſignis.*

b Fidelis,] quaſi, orout ſanctificet, & ſanctificatos ſervet. Nec inde dubitandum eſt, [quia fidelis,] Deus [eſt,] ideſt, verus in promiſſis. *Pſal.* 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis.

a Qui vocavit vos] ad vitam. *Pſ.65.* Qui poſuit animam meam ad vitam. *b* Qui etiam faciet] i. perficiet quod incepit, dans hic incrementum gratiæ, & poſtea coronam gloriæ. *Rom* 8. Quos vocavit, hos & juſtificavit; & quos juſtificavit, hos & magnificavit. *Luc.* 1. fecit mihi magna, qui potens. Et nota quod dicit [faciet:] non dicit quid, quia non eſt docibile: quia oculus non vidit, &c. *1.Cor.2.* Simile *1.Reg.26.* Et quidem faciens facies, & potens poteris.
c Orate pro nobis, &c.] *Rom.15.* Adjuveris me in orationibus veſtris pro me. *Col.4.* Orantes ſimul & pro nobis.
d In oſculo,] non ſimulato, vel immundo, ſed.
e Sancto,] quod eſt ſignum dilectionis. Conſuetudo erat eorum quibus mittebat epiſtolas quod deoſcularentur ſe adinvicem. Tamen de oſculo nihil dicit ad Romanos, nec ad Galatas, nec ad Coloſſenſes. *f* Adjuro vos, &c.] Hoc petit ſub adjuratione: quia utile eſt valde quod omnes audiant, & habeant epiſtolam ejus. Contra illos qui quando habent aliqua bona & nova, ſemper abſcondunt. *Col. ult.* Cum lecta fuerit apud vos epiſtola hæc, facite ut in Laodicenſium Eccleſia legatur.

eſt *a* qui vocavit vos; *b* qui etiam faciet. Fratres orate *c* pro nobis. Salutate fratres omnes in *d* oſculo ſancto. *e* Adjuro *f* vos per Dominum, ut legatur Epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes prima.

INCIPIT ARGUMENTUM in Epiſtolam ſecundam.

AD Theſſalonicenſes ſecundam ſcribit epiſtolam Apoſtolus & notum facit eis de temporibus noviſſimis, & de adverſarii dejectione. Scribit hanc Epiſtolam ab Athenis per Titum Diaconum, & Oneſimum Acolytum.

Explicit Argumentum.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis ſuper primam Epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & D. DOMINI HUGONIS Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Theſſalonicenſes ſecundam incipit.

E X P O S I T I O CAP. I.

PAulus & Silvanus, &c.] Hæc epiſtola dividitur in duas partes. In prima invitat eos ad tolerantiam paſſionum, quas modo majores ſuſtinebant, quam quando miſit eis aliam epiſtolam. In ſecunda moraliter eos inſtruit, *infr.* 3. Primo ergo invitat eos ad tolerantiam tribulationum, pluribus rationibus: quia ſic augetur gratia eorum: unde & gratias agit Deo ſuper hoc ibi (Gratias agere debemus.) Secundo, ut ſic ſint aliis exemplum patiendi pro Chriſto, ibi [ita ut, &c.] Tertio, ut per tribulationes purgentur & humilientur, & ita fiant digni regno Dei, ibi [Ut digni habeamini.] Quarto invitat eos per magnitudinem præmii, ibi [Si tamen juſtum eſt.] Quinto per certam expectationem vindictæ Domini de ſuis perſecutoribus, ibi [Qui pœnas dabunt.] Sexto, quia ex eorum tolerantia laudatur & glorificatur Deus ibi [In quo etiam oramus, &c.] Hanc ergo epiſtolam ſcripſit eis ab Athenis in conſolationem, qui tribulati erant modo plus quam ante a perſecutoribus, & territi per primam epiſtolam de die judicii. Item quoſdam corripit acriter. Cum eo autem erant tunc Athenis Silvanus & Timotheus, quos ſecum nominat. Præmittit autem ſalutem more ſuo, dicens:
g Paulus, &c.] Supra in prima Epiſtola eadem eſt ſalutatio: & etiam Corinthiis quibus hi tres prædicaverunt, ſicut dicitur *2.Cor.1.* Et nota quod geminatur epiſtola, quia majori conſolatione indigebant, erant enim valde tribulati. *Num.* 20. Percuſſit virga bis ſilicem & egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ, quia ſicut ſecunda percuſſione dedit petra aquas; ita per ſecundam epiſtolam conſolatio & ſocietas iſtis profluxit.
h Eccleſiæ Theſſalonicenſium.] Non dicit Prælato, ſed Eccleſiæ, forte nondum inventa erat talis præeminentia. Prælato ſimul ſcribit & Eccleſiæ, & in uno nomine tam Prælatum quam ſubditos nominat; ſecundum illud. *Eccl.32.* Eſto in illis quaſi unus ex ipſis. Ideo forte Joannes ſcribere noluit Eccleſiæ cuidam, propter Prælatum arrogantem, *3. Joan* Scripſiſſem forte Eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere Diotrephes, non recipit nos, &c. Diotrephes, decor inſanit. Eccleſiæ, dico, conſtitutæ vel congregatæ. A
i In Deo, &c.] Id eſt, in fide ejus: ipſi, dico ſcribunt in hunc modum: [Gratia vobis, &c.]
k Gratias agere debemus Deo.] Nota quod debitores ſumus Deo, hominibus, & nobis. Deo debemus ex corde pietatem, ex opere orationem; ex ore gratiarum actionem, ut dicit *Gloſſ.* Fratribus debemus ex dilectione compaſſionem, & bonis congratulationem. *Rom.* 1. Sapientibus & inſipientibus debitor ſum: *Rom.* 13. Reddite ergo omnibus debita, &c. Item in *eodem*, nemini quicquam debeatis, niſi ut invicem diligatis. Nobis debemus illa tria quæ dicit *Eccleſ.* 33. Cibaria, & virga, & onus aſino: panis, & diſciplina, & opus ſervo. Item nota quæ debemus ſecundum *Beatum Bern.* Innocentes vero ſunt qui ſanitatem corpori, puritatem cordi, pacem fratri, imitationem Sanctis, compaſſionem mortuis, auxilium angelo, pietatem Deo præſtant. Nota illud quod dicit.

INCIPIT EPISTOLA Pauli ad Theſſalonicenſes ſecunda.

PAulus *g* & Silvanus & Timotheus Eccleſiæ *h* Theſſalonicenſium in Deo patre, & Domino Jeſu Chriſto, Gratia vobis & pax a *i* Deo patre noſtro & Domino Jeſu Chriſto: Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis fratres, *l* ita ut dignum eſt, quoniam *m* ſupercreſcit fides veſtra, *n* & abundat charitas uniuſcujuſque veſtrum in invicem: *o* ita ut & nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei, *p* pro patientia veſtra & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris, *q* & tribulationibus, *r* quas ſuſtine-

l Ita ut dignum eſt:] quia pro magnis bonis; magnæ gratiæ agendæ ſunt. *Pſalm.*115. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. *Mich.6.* Quid dignum offeram Domino? Curvabo genu Deo excelſo, *2. Mach.*1. De magnis periculis a Deo liberati magnifice gratias agimus ipſi, utpote qui adverſus talem Regem dimicavimus. Nota quod ab hoc loco ſumptum eſt illud in præfatione Miſſæ, vere dignum, & juſtum eſt, &c.
m Quoniam ſupercreſcit, &c.] Ecce prima cauſa propter quam debent libenter tolerare tribulationes: [quoniam] ſcilicet [ſupercreſcit fides veſtra,] in tribulationibus ſicut granum ſinapis, quod contritum redolet.
n Et abundat charitas uniuſcujuſque, &c.] Ecce quomodo gratia creſcit in anguſtiis, ſcilicet fides in Deum, & charitas in proximum: & in hoc eſt conſolatio tribulationum. *Pſal.* 39. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, &c.
Et *Cor.* 1. Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis: ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Nec eſt mirum ſi gratia creſcit in tribulatione quia [ſicut dicit *Greg.*] ignis flatu premitur, ut creſcat. *Pſalm.9.* Dum ſuperbit impius contra pauperem, incenditur pauper, ideſt, ignis charitatis augetur in eo. *Job* 41. Halitus ejus prunas ardere facit. *Iſa.* 54. Ego creavi fabrum ſufflantem in igne prunas.
o Ita ut & noſipſi, in vobis, ideſt, de vobis gloriemur in Eccleſiis Dei.] Simile *1. Corith. ſeptimo.* Si quid apud illum de vobis gloriatus ſum, non ſum confuſus.
p Pro patientia veſtra, & fide] ſervata [in omnibus perſecutoribus veſtris] de loco ad locum. *Matth.* 10. Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam, *1.Cor.4.* Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur & obſecramus. *q* Et tribulationibus,] ideſt, tormentis in corpore *1. Theſſ.* 2. Eadem paſſi eſtis & vos a contribulibus veſtris, ſicut & ipſi a Judæis, qui & Dominum Jeſum occiderunt, & prophetas, & nos perſecuti ſunt. Et nota quod bene conjungit patientiam & fidem: quia fide patiuntur Sancti, & vincunt. *Heb.c.*11 Sancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt. *r* Quas ſuſtinetis in

exemplum

exemplum,] id eſt, in oſtenſionem. *b* Juſti judicii Dei:] quia ſi Juſtus in terra recipit: quanto magis impius, & peccator. *Prov.* 11. Nota *Gloſſ.* Si enim tam ſevere punit Deus, &c. *Ezech.*15. Fili hominis quid fiet, &c. 1. *Petr.*4. Si initium a nobis: quis finis eorum, qui non credunt. *Jerem.*46. Ecce quibus non erat judicium, ut biberent calicem, bibentes bibent, & tu quaſi innocens relinqueris? Non eris innocens, ſed bibens bibes. *Jer.* 25. Ecce in civitate in qua invocatum eſt nomen meum, ego incipiam affligere: & vos quaſi innocentes & immunes eritis. *Luc.* 23. Si in viridi hæc fiunt, in arido quid fiet? *Pſal.* 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem, pœnas ſcilicet Bonorum, ut fugiant a facie arcus, id eſt, a ſententia judicii. *Ezech.* 20. A ſanctuario meo incipite. *Jer.*45. Ecce quos ædificavi, ego deſtruo: & quos plantavi, ego evello. Et tu quæris tibi gaudia; noli quærere. Pauci volunt obedire huic præcepto: ſed & omnes fere refugiunt maledictionem, ſicut Baruch, qui interpretatur benedictus dives, ſcilicet cui benedixit Deus temporaliter. Sed ſine dubio oportet pati, vel in præſenti, vel in futuro. *Iſa.*32. Super humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent, quanto magis ſuper omnes domos gaudii civitatis exultantis? *Sapent.* 12. Ipſum quoque qui non debet puniri, condemnas, & exterum judicas a tua virtute, in præſenti, ſcilicet, id eſt, a tua miſericordia, quæ propria virtus Dei dicitur, *Nahum* 1. Mundans non faciet innocentem. *Num.* 14. Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem, & ſcelera, nullum innoxium derelinquens, 2. *Mach.*6. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultionem adhibere, magni beneficii indicium eſt. Si ergo pœnæ Bonorum ſunt exemplum pœnæ Malorum, in Inferno, ſimiliter ipſa pœna Malorum, quam aliqui ſuſtinent in præſenti, ſignum eſt, & exemplum pœnæ eorum in futuro, ſicut in Herode, & in Antiocho. *Jud.*11. Facti ſunt in exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. *Deut.*29. In exemplum ſubverſionis Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Seboim. Vel poteſt legi de judicio Dei in præſenti.

C al. † tribulationem.

tis *a* in exemplum *b* juſti judicii Dei, *c* ut digni *d* habeamini in regno Dei, *e* pro quo *f* & patimini. *g* Si tamen juſtum eſt apud Deum retribuere † retributionem his, *h* qui vos tribulant *i* & vobis qui tribulamini *i* requiem nobiſcum *k* in revelatione Domini Jeſu de cœlo cum *l* Angelis virtutis ejus, *m* in flamma ignis *n* dantis vindictam his, qui *o* non noverunt Deum, & *p* qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti. *q* Qui *r* pœnas dabunt *ſ* in interitu æternas *t* a facie Domini, & a

a In exemplum, &c.] Per hoc enim quod iſti boni & meliores fiebant ſuſtinendo tribulationes, apparebit aliis quod bonum & juſtum eſt judicium Dei, quo bonis adjudicat tribulationes in præſenti, & malis bona temporalia. *c* Ut digni habeamini.] Ecce tertia ratio quare invitat eos ad patientiam, ſcilicet magnitudo præmii, (Ut digni,) id eſt, glorioſi, & in magno honore.

d Habeamini in regno Dei,] id eſt, in æterna beatitudine. Argumentum, quod indigni ſunt, qui non patiuntur. *Sap.*3. Deus probavit illos, & invenit illos dignos ſe, 2. *Tim.* 2. Si ſuſtinemus, & conregnabimus. *Rom.*8. Hæredes autem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, ut & conglorificemur. *e* Pro quo] regno, ut digni habeamini. *f* Et patimini] mala, non ſolum operamini bona. Juſti judicii, dico *g* Si tamen juſtum eſt, &c.] Si id eſt, quia juſtum eſt, & ſic, (tamen) ponitur expletive. Vel modus loquendi eſt ſicut dicitur, Rex puniet te, ſi tamen poteſt te punire, q.d. multo plus poteſt. Alia littera planior eſt, (Si quidem juſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem, &c.) *Gloſſ.* Quid enim juſtius, &c.

h His qui vos tribulant.] *Pſal.* 27. Redde retributionem ipſorum ipſis. *Jud.*1. Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. *Jer.* 50. Reddite illi ſecundum opus ſuum: juxta omnia quæ fecit, facite ei. *Apoc.* 18. Reddit illi duplicia, &c. In poculo quod miſcuit vobis, &c. 2. *Cor.* 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ut recipiat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. *Gal.* 5. Qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque eſt ille. *i* Requiem nobiſcum,] id eſt, æqualem nobis. Poſt laborem ſequitur requies, poſt tempeſtatem, tranquillitas, & poſt fletum, exultatio; poſt noctem, dies, poſt hyemem, æſtas. *Tob.*3. Poſt tempeſtatem, tranquillum facit, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis *Job* 17. Rurſum poſt tenebras ſpero lucem.

E contra Mali de die veniunt ad noctem. *Iſ.*21. Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos, Venit mane, & nox, poſt ſc. Proſperitas præcedit in Malis, ſed ſequitur adverſitas. Sequitur ibidem, Si quæritis quærite: convertimini, & venite. *Geneſ. octavo*. Æſtas & hyems, dies & nox non requieſcent, id eſt, non ceſſabunt, quia ſemper erunt æſtas & dies Bonis; hyems & nox malis.

Et nota quod dicit, (Requiem nobiſcum.) In hoc augetur gaudium, quia nullius boni poſſeſſio jucunda eſt ſine ſocio. Quæ requies Bonis, & quæ tribulatio Malis erit? B

k In revelatione Domini Jeſu] id eſt, in manifeſtatione, quando ſe manifeſtabit, 1. *Petr.* 5. Seniores qui in vobis ſunt obſecro conſenior & teſtis paſſionum Chriſti, qui & ejus quæ in futuro revelanda eſt, gloriæ communicator. *Rom.* 1. Revelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem hominum. Domini, dico [venientis de cœlo] ad Litteram alias, id eſt, de occulto ad notitiam.

l Cum Angelis virtutis ejus,] id eſt, quorum miniſterio apparebit virtus Dei: dum bonos eligent, malos foras mittent: & tunc erit gloria his, & terror illis. *Matth.* 13. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ſuo omnia ſcandala. *Matth.* 24. Videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute magna & majeſtate. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna, &c. *Matth.*25. Cum venerit filius hominis in majeſtate ſua, & omnes Angeli ejus cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem majeſtatis, &c.

m In flamma ignis,] venientis, ſcilicet quia ad Litteram, ignis ante ipſum præcedet. *Iſa.ult.* Ecce Dominus in igne veniet.

Vel (in flamma ignis,) quantum ad effectum, quia inimicos exuret. *Iſa.*30. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus. *Dan.*7. Thronus ejus, flammæ ignis: rotæ ejus, ignis accenſus, fluvius igneus rapiduſque egrediebatur de ore ejus. Millia millium miniſtrabant ei, &c. Ecce Angeli, & ignis Domini, dico. *n* Dantis vindictam,] id eſt, inferentis.

o His qui non noverunt Deum,] id eſt, noſcere noluerunt, quantum ad infideles, 1. *Cor.* 14. Ignorans ignorabitur. *Roman.* 12. Mihi vindictam, & ego retribuam. Et his.

p Qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti,] qui ſcilicet ſciunt veritatem & non faciunt, quantum ad malos Chriſtianos. *Rom.* 10. Non omnes obediunt Evangelio. *Gal.*5. Quis vos impedivit veritati non obedire? 1. *Petr.* 4. Quis finis eorum, qui non credunt Evangelio? Contra 2. *Cor.*4. & *Tim.*2. Secundum Evangelium meum. Deinde aggravat pœnas eorum ſimiliter dicens.

q Qui] utrique, ſcilicet ſcientes, & neſcientes.

r Pœnas dabunt,] id eſt, ſuſtinebunt, dare enim ponitur aliquando pro ſuſtinere, 2. *Mach. c.*7. Tu vero judicio Dei juſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolves.

Item 2. *Mach.*4. Cito injuſtam pœnam dederunt, qui pro civitate, & populo, & ſacris vaſis cauſam proſecuti ſunt, Item ſimile habet poeta.

Craſſe dabis pœnas, manet gaudere ſepaſti.

Et nota quod ſignanter dicit, (dabunt.) Qui enim patitur, dat ei quem offendit pœnas quaſi gratas. Illæ enim pœnæ Malorum quaſi acceptæ pro magno munere erunt Bonis. *Pſ.*57. Lætabitur Juſtus cum viderit vindictam. *Iſa. cap.ult.* Et erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni. *Iſ. c.*3. Spiritus ejus velut torrens inundans uſque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frænum erroris, quod erat in maxillis populorum. *Iſ. cap.*30. Erit vobis ſicut vox ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitia cordis. Pœnas dico.

ſ In interitu æternas:] quia pœnæ ſemper manebunt, & ſemper interibunt mali cum eis, quia mors vivet in eis. *Pſ.*48. Mors depaſcet eos. *Tob. c.*14. Prope eſt interitus Ninive: non enim excidit verbum Dei. *Phil. cap.* 3. Quorum finis interitus: ſed tamen non finietur interitus, nec finiet eos, ſed erit æternus. *Matth. c.*25. Ite maledicti in ignem æternum. *Apoc. c.*14. Fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula. *Iſ.*34. Et erit terra ejus in picem ardentem nocte, & die non extinguetur in ſempiternum. Dabunt, dico; ipſi tunc remoti. *t* A facie Domini, & a gloria virtutis ejus.] quia ejus gloriam non videbunt, id eſt, glorioſam virtutem ejus.

Vel gloriam, quam virtus ejus dabit Sanctis. *Iſa.*26.

Digitized by Google

Alia littera. Tollatur impus ne videat gloriam Dei, Vel abſcondere volentes ſe a facie, &c. ſcilicet a præſentia ejus, ſecundum quam virtuoſus Bonis, terribilis apparebit Malis. *Iſa.* 2. Introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terræ, a facie formidinis Domini, & a gloria majeſtatis ejus, cum ſurrexerit percutere terram. *Pſal.* 96. Montes ſicut cera fluxerunt a facie Domini, &c.

D

Item *Iſa.* 64. Deſcendiſti, & a facie tua montes deſfluxerunt. Et hæc prædicta fient.

a Cum venerit] Chriſtus [glorificari in Sanctis.] In hoc enim quod glorificabit Sanctos glorioſus apparebit: ſicut quando famuli alicujus

gloria virtutis ejus, cum *a* venerit glorificari in Sanctis ſuis, *b* & admirabilis fieri in omnibus *c* qui crediderunt: *d* quia creditum eſt *e* teſtimonium noſtrum ſuper *f* vos in die illo. *g* In quo etiam *h* oramus ſemper pro vobis, ut dignetur *i* vos vocatione ſua Deus noſter, & *k* impleat omnem voluntatem bonitatis, † *l* & opus fidei in *m* virtute,

pl. † ſuæ

bene veſtiti ſunt, in hoc apparet gloria domini. [Cum venerit glorificari in Sanctis] ideſt, in numeroſitate & multitudine Sanctorum cum quibus veniet glorioſus ad Judicium. *Prov.* 14. In multitudine populi, dignitas Regis. *Deut.* 33. Apparuit de monte Pharan, & cum eo Sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex. Dilexit populos; omnes Sancti in manu illius ſunt. *Iſa.* 3. Dominus ad Judicium veniet cum Senioribus populi ſui. *Prov.* 31. Nobilis in portis vir ejus, cum ſederit cum Senatoribus terræ. *Zach.* 14. Veniet Dominus Deus meus, omneſque Sancti cum eo.

b Et] cum venerit [admirabilis fieri in omnibus,] etiam Minoribus.

c Qui crediderunt.] ſcilicet parvuli, etſi tempus operandi non habuerunt. *Iſa.* 9. Vocabitur nomen ejus. Admirabilis. *Eſth.* 15. Valde mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. *Pſal.* 67. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, &c.

d Quia creditum eſt, &c.] Sic continua, Si eſt admirabilis in omnibus qui crediderunt: ergo & in vobis, & hoc [Quia creditum, &c.] Vel aliter continuatur ad præcedens ſuperius: quaſi, Ideo dabit vobis tribulatis requiem nobiſcum, quia

e Teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo] i. Judicii venturo [creditum eſt] a vobis, ideſt, credidiſtis id quod dixi vobis de die Judicii, & timuiſtis quamvis eſſet. *f* Super vos] ideſt, ſuper humanum ſenſum, q.d. Plus mihi, quam vobis credidiſtis, vel quàm rationi humanæ, 1. *Tim.* 3. Prædicatum eſt Gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Vel [creditum eſt] ita quod erat [ſuper vos,] vobis dominans non quærentibus rationem de hoc quod teſtificabar vobis, & præcipiebam; ſicut nec ſervus quærit rationem de hoc quod præcepit ei dominus ſuus. Vel [teſtimonium noſtrum creditum eſt in die illo] i. propter illum diem; quia quæcumque teſtificatus ſum vobis feci, ut ſitis paſſati in diem illum. Vel [teſtimonium noſtrum in die illo] declarandum eſt: quia tunc plene cognoſcetis quod vobis teſtificatus ſum. *g* In quo etiam.] Ordo verborum talis eſt: (in quo) die. *i* Ut dignetur vos, &c.] dignos faciat vos hic per gratiam quos vocet ad regnum ſuum in æternam ſuam gloriam. *h* Oramus etiam ſemper pro vobis,] q.d. Hoc oramus Deum ut dignos vos faciat illa glorioſa vocatione, qua dicet: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis præparatum eſt. *Matth.* 25. *Oſ.* 10. Seminate vobis in veritate juſtitiam, non in falſitate ut hypocritæ, & metite, ideſt, metet in fructum æternæ gloriæ in ore miſericordiæ, ideſt, in illa miſericordia & dulciſſima vocatione, Venite benedicti, ideſt, in illa miſericordia, &c. *Col.* 1. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine. *Sap.* 6. Dignos ſe ipſa circuit quærens. Vel *g* In quo,] ideſt, pro cujus diei vitando periculo. *h* Etiam oramus.] Pro vitando enim periculo illius diei ſemper orandum eſt. Et etiam oramus ut hic interim.

k Impleat omnem voluntatem bonitatis,] ideſt, plene faciat vos velle omne bonum. *Pſ.* 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. *Phil.* 2. Operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate.

l Et] impleat in vobis (opus fidei) ideſt, confeſſionem quæ proprie eſt opus fidei. *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, &c. Et hoc.

m In virtute] conſtantiæ, 2. *Petr.* 1. Miniſtrate in fide virtutem, ideſt, ſitis conſtantes in fide.

n Ut clarificetur nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti in vobis, ideſt, in veſtra converſione & bona vita celebretur fama & honor Dei. *Joan.* 12. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo.

Et clarificavi, & iterum clarificabo. Sed nota quod nomen Domini per quoſdam obſcuratur. *Rom.* 2. Per vos nomen Domini blaſphematur inter Gentes.

n ut clarificetur a nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti in vobis *p* & vos in illo ſecundum gratiam Dei noſtri & Domini Jeſu Chriſti.

CAP. II.

q Rogamus autem vos fratres per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, *r* & noſtræ congregationis in ipſum: *ſ* ut non cito moveamini a veſtro *t* ſenſu

Vel aliter. Primum refertur ad cor, ſcilicet voluntas perfecta bonitatis: ſecundum ad manum, ſcilicet operatio fidei: quia fides ſine operibus mortua eſt, *Jac.* 2. Tertium ad os, ſcilicet, clarificatio nominis Domini; quod

A

ſit per prædicationem nominis ejus. *o* Et vos in illo,] ſcilicet clarificemini in futuro, ideſt, per illum.

p Secundum gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti,] ideſt, non ſecundum merita noſtra, ſed pluſquam digni ſitis. Vel ſecundum gratiam, &c.] ideſt, ſicut Chriſtus homo clarificatus eſt, 2. *Cor.* 3. Nos autem revelata facie gloriam Domini ſpeculantes: in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu.

EXPOSITIO CAP. II.

Rogamus autem vos, &c.] Adhuc hortatur eos ad tolerantiam paſſionum, & perſeverantiam deſtruendo impedimenta. Removet ergo impedimentum deſperationis quod generabatur in eis ex inepto timore quem habebant propter Pſeudo dicentium, quod dies judicii inſtaret. Et quia in præcedenti Epiſtola dixerat Apoſtolus, Nos qui vivimus, qui reſidui ſumus, &c. Hoc ergo male intelligentes, & timentes, quia adhuc imperfecti erant, & pauca bona fecerant, deſperabant, & propter hoc Apoſtolus revocat eos ab hoc timore, oſtendens eis ſigna quædam præcurrentia ad judicium. Primum ergo, diſceſſio ab Imperio Romano, & Eccleſia Romana, ibi: Quoniam niſi venerit diſceſſio primum,) Secundum eſt promotio antichriſti, ibi: Et revelatus fuerit.) Tertium eſt perſecutio ipſius, ibi: Qui adverſatur.) Quartum eſt determinatio acceſſus ad fidem, & diſceſſio a fide, ibi: Nonne retinetis, &c.) Quintum eſt occulta iniquitas, quæ non revelabitur, quia tunc non erit pudor peccandi etiam hypocritis, qui prius videbantur boni, ibi: Et nunc qui detineat, Sextum eſt interfectio antichriſti, ibi: Et tunc revelabitur ille iniquus.) Septimum eſt miracula, & prodigia quæ faciet antichriſtus, & complices ejus, ibi: (Cujus eſt adventus ſecundum operationem.) Octavum eſt ſubverſio fere omnium in errorem, ibi: Ideo quia mittet.) Ultimo his oſtenſis redit ad id, quod intendebat docens eos gratias agere Deo, & firmos manere in propoſito, nec terreri propter hujuſmodi rumores, ibi: [Nos autem debemus, &c.] Primo ergo rogat adjurans eos, ut nulla ratione credant modo inſtare diem.

q Rogamus autem vos fratres, per adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti,] ideſt, adjuramus vos per adventum ejus, vel ſi vultis eſſe ſalvi in adventu ejus.

r Et noſtræ congregationis in ipſum,] tendentes, ideſt, in Chriſtum, ideſt, ſi vultis eſſe in noſtra congregatione, quando occurremus ipſi Chriſto venienti ad judicium, ſicut dictum eſt 1. *Theſſ.* 4. Rapiemur cum ipſis in nubibus obviam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus. Et ſimiliter in Domino *Matth.* 24. Ubicumque fuerit corpus, &c.

Vel (Congregationis in idipſum,) ſcilicet in identitate mentium, & corporum unitate. *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.

ſ Ut non moveamini] pro aliqua tribulatione Perſecutorum, vel ſuaſione Pſeudo-prædicatorum.

t A veſtro ſenſu,] ideſt, ab eo quod recte ſentitis. *Eccl.* 19. Qui cito credit, levis eſt corde. *Levit.* 26. Terrebit vos ſonitus folii volantis. *Job* 15. Sonitus terroris ſemper in auribus ejus: cum pax ſit, ſemper inſidias ſuſpicatur. *Iſa.* 7. Nunciaverunt domui David dicentes. Requievit Syria ſuper Ephraim, ideſt, confœderati ſunt,

Et com-

Et commotum eſt cor ejus, & cor populi ejus, ſicut moventur ligna ſylvarum a facie venti. Domus David, ideſt, pœnitentes ſicut David aliquando terrentur, quando vident hoſtes ſuos confœderatos inſurgere contra ſe, Mundum ſcil. Carnem, Diabolum: ſicut dicitur in *Proſa*, Mundus, Caro, Dæmonia, diverſa movent prælia, certant pari ſpecie, pacem de terra tollere. Videtur enim homini, quod non poſſit reſiſtere, quia Diabolus ei hoc ſuggerit. Et hoc eſt, quod dicitur. Nunciaverunt domui David, dicentes: Requievit Syria ſuper Ephraim, ſcil. confœderata ſunt, & colligata contra te vitia. Per Syriam, quæ ſublimis interpretatur, ſignificatur ſuperbia, de qua tentat Diabolus. Per Ephraim, quæ interpretatur fructifer, intelligitur ubertas tam divitiarum Mundi, quam deliciarum carnis. Iſti ſunt tres hoſtes Salomonis: Razon, Adad, Idumæus, & Jeroboam ſervus. Item iſti ſunt latrones Syriæ, & Moab filiorum Ammon. Propter terrorem talium non debemus moveri, quia nihil poſſunt. *Iſ.* 8. Ne dicatis conjuratio; omnia enim quæ loquitur populus iſte, eſt conjuratio, & timorem eorum ne timeatis, neque paveatis dominum exercituum, ipſum ſanctificate, & ipſe pavor veſter, & erit vobis in ſanctificationem. Multi ſunt nimis timidi vacillantes omni vento perſuaſionis, & tribulationis, ſicut arundo, *Matth.* 11. Quid exiſtis in Deſertum videre arundinem vento agitatam? q. d. non: quia in deſerto clauſtri, vel pœnitentiæ debet eſſe ſtabilitas, non mobilitas arundinis, ut in arundineto, & in locis aquoſis: ibi enim ſunt arundines, quia illi qui ſæcularibus inſiſtunt, inſtabiles ſunt, & leves. *Epheſ.* 4. Non ſimus fluctuantes, & circumferemur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, &c. 2. *Pet.* 2. Hi ſunt fontes ſine aqua; & nebulæ turbinibus agitatæ. Dicit ergo (Ut non cito) ideſt, de facili (moveamini) per verba,

Matth. 24. Eph. 5.

3. Reg. 11. 4. Reg. 24.

a neque terreamini, neque per *b* ſpiritum, neque *c* per ſermonem, neque *d* per epiſtolam tanquam per nos miſſam, *e* quaſi inſtet dies Domini, *f* Ne quis vos ſeducat ullo modo. Quoniam *g* niſi venerit † diſceſſio *h* primum, & revelatus fuerit, homo *i* peccati filius perditionis, *k* qui adverſatur, *l* & extollitur ſupra *m* omne

a Neque terreamini] ad minas, & verbera. Vel (non cito) ideſt, per aliquid quod cito tranſit, quia nihil vobis infertur; quod diu duret, quia prope eſt.

b Neque per ſpiritum] malignum ſub ſpecie Angeli lucis, apparentem in viſione, hoc vobis perſuadeat, 1. *Joan.* 2. Probate ſpiritus utrum ex Deo ſint. *Eccl.* 10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. *Luc.* 9. Neſcitis cujus ſpiritus eſtis.

c Neque per ſermonem] alicujus Pſeudo, qui per Scripturam velit oſtendere vobis imminere diem judicii. Item *Jer.* 23. Qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum vere.

d Neque per Epiſtolam, &c.] ideſt, ſub nomine meo; Pſeudo enim non ſolum verbo, ſed etiam ſcripto alios ſeducebant, & ſub nomine verorum Apoſtolorum Epiſtolas deceptorias miſerunt, quas irritat hic Apoſtolus. Simile *Eſther* 16. Eas litteras, quas ſub nomine noſtro dictaverat, ſciatis eſſe irritas. Non terreamini, dico, quaſi pro vicino periculo.

e Quaſi inſtet dies Domini] ideſt, adventus ad judicium. Contra, *Jac.* 5. Ecce Judex ante januam aſſiſtit. *Deut.* 32. Juxta eſt dies perditionis. 1. *Jo.* 2. Noviſſima hora eſt. *Soph.* 1. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta, & velox nimis. *Reſp.* Adventus Domini particularis, ſcil. in morte cujuslibet juxta eſt, ſed Adventus Domini ad judicium generale non inſtabat tunc, ſicut credebant, tamen aliquando dicitur inſtare, quia breve eſt omne tempus hujus vitæ. Quid per ſingula? Generaliter dico vobis uno verbo.

f Ne quis vos ſeducat ullo modo] prædicto, vel alio a prædictis. *Luc.* 21. Videte ne ſeducamini; multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego ſum, & tempus appropinquabit: nolite ergo ire poſt illos; cum ergo videritis prælia & ſeditiones, nolite terreri; oportet primum hæc fieri, ſed nondum ſtatim finis. *Eph.* 5. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. *Coloſ.* 2. Nemo vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam. Et *inf.* Nemo vos ſeducat volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans.

g Quoniam niſi venerit, &c.] q. d. nemo vos ſeducat, dicens inſtare diem Domini, quoniam non veniet Dominus ad judicium, [niſi venerit diſceſſio primum] vel ab obedientia Romanæ Eccleſiæ, vel a fide. Nota quod dicitur, quod Monarchia Romani Imperii dividetur in decem regna, & tunc veniet Antichriſtus. Et invenitur hoc in *Daniel.* 7. Beſtia quarta regnum erit quartum in terra, quod majus erit omnibus regnis, & devorabit univerſam terram, & conculcabit, & comminuet cornua decem. Porro cornua decem ipſius regni, decem reges erunt, & alius conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit, & ſermones contra Excelſum loquetur. Et exponit, quod beſtia quarta eſt regnum Romanorum, quod majus fuit omnibus aliis Regnis Perſarum, & Græcorum, ſive Macedonum. Decem cornua ſunt decem reges, ut dicit Angelus, in quo dividetur regnum Romanorum. Parvum autem cornu erit regnum Antichriſti, quod in principio erit parvum: Tres reges, quos devincet, ſunt reges Ægypti, & Lybiæ, & Æthiopiæ. Alii autem ſeptem hoc viſo ſubmittent ſe ejus imperio. De hoc videtur in *Apocal.* 17. Decem cornua, quæ vidiſti, decem Reges ſunt.

77. q. 5. § ſciendum.

al. † diſceſſio.

Item in noviſſimis erit diſceſſio ab obedientia, & fide Romanæ Eccleſiæ,

Unde habetur in ſcriptis cujuſdam ſanctæ mulieris, cui multa revelata ſunt quod omnes Eccleſiæ diſcedent a fide, præter quinque, in quibus ſunt quinque Patriarchatus. Unde 1. *Tim.* 4. Spiritus manifeſte dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide attendentes ſpiritibus erroris. 2. *Tim.* 3. Hoc autem ſcito, quod in noviſſimis diebus erunt tempora periculoſa, &c. Et notandum, quod eſt multiplex diſceſſio. Localis. Unde *Actuum* 15. Facta eſt diſſenſio inter eos, ita ut diſcederent ab invicem.

Multiplex diſceſſio.

Item ſchiſmatis. 1. *Cor.* 1. Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata. Item eſt diſceſſio hereſeos, 1. *Tim.* 4. In noviſſimis temporibus diſcedent quidem a fide.

Item inobedientiæ. *Rom.* 10. Non omnes obediunt Evangelio. Item, timoris. 2. *Tim.* 4. Omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.

Item ſuperbiæ, quæ ſignificata eſt *Jo.* 6. Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? Ita dicunt ſuperbi, dura eſt iſta dominatio, ſicut 3. *Regum* 12. Item eſt diſceſſio mentalis, quæ maxime modo viget in noſtris temporibus. *Proverbior.* 23. Comede, & bibe, dicit tibi, & mens ejus non eſt tecum: ſi datur legatis cibus, non affectus.

h Et revelatus fuerit,] ideſt, manifeſtatus. *i* Homo Peccati] Antonomaſtice, vel in deſignatione eſſentiæ, ideſt, valde peccator. Vel vulgariter dicitur: iſte eſt homo meus, ideſt, ſervus meus. Eodem modo, homo peccati, ideſt, totus ſervus peccati. Et dicit [Revelatus,] quaſi qui ſe prius velabit, ut hypocrita, *Job cap.* 34. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Et in hoc tangit ſecundum ſignum, quia ſcilicet primo occulte veniet, deinde manifeſte. Unde *Dan. cap.* 7. Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud parvulum ortum eſt de medio eorum, & tria de cornibus primis evulſa ſunt a facie ejus. Ecce quod hic dicit, Revelatus (filius perditionis,) ideſt, Diaboli, per quem perditio venit in mundum. Vel (Filius perditionis,) ideſt, perditus, ideſt, damnatus, vel quia perdetur ſpiritu oris Domini. *Job* 21. In diem perditionis ſervatur malus, ad diem furoris ducetur. *Proverb.* 16. Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoque ad diem malum. Vel (Filius perditionis,) quia multos perdet & corporaliter, & ſpiritualiter. *Daniel.* 8. Interficiet robuſtos, & populum ſanctorum ſecundum voluntatem ſuam, & dirigetur dolus in manu ejus. *Geneſ.* 49. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, &c. Et exponitur de Antichriſto, ſecundum *Damaſcenum*, quia homo ex forma Adæ geſtatus, & ſuſcipit omnem actum Satanæ:

Ecce duplex expoſitio, activa, & paſſiva in hac auctoritate Damaſcen. notatur.

k Qui adverſatur, &c.] Ecce tertium ſignum. (Qui adverſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus.) Vel veneratur, ut ipſe in templo Dei ſedeat, ut, Deus demonſtrans ſeipſum, quoniam eſt Deus. (Adverſatur) ideſt, adverſabitur Chriſto, & membris ejus.

l Extollitur,] ideſt, extolletur, ideſt, efferet ſe.

m Supra omne, quod dicitur Deus] verbo, (aut) colitur obſequio: Vel (quod dicitur Deus,) vel falſa opinione;

opinione, ut dii gentium, vel beneficii gratia, ut ſancti. *a* Aut quod colitur] ut Deus Trinitas *Dan.* 11. Elevabitur, & magnificabitur adverſus omnem Deum, & adverſus Deum Deorum loquetur magnifica. Et *inf.* Deum patrum ſuorum non reputabit, & erit in concupiſcentiis feminarum, nec quemquam Deorum curabit, quia adverſus univerſa conſurget. Deum autem Maozim in loco ſuo venerabitur, i. habitaculũ
B fortitudinis eorum, i. caſtella, & munitiones habebit pro Deo. *b* Ita] i. in tantum extolletur.
Iſa. 11. *c* Ut in templo Dei ſedeat,] in Eccleſia, vel in templo a Romanis deſtructo, quod Judæi tunc reædificabunt. Naſcetur autem Antichriſtus in Babilone de tribu Dan. Juxta quod Jacob ait. Fiat Dan coluber in via, &c. & cum venerit Jeroſolymam, circumcidet ſe dicens Judæis, ego ſum Chriſtus vobis promiſſus, tunc confluent ad eum omnes Judæi, & reædificabunt templum a Romanis deſtructum, ſedebitque ibi, dicens ſe eſſe Deum. Dicitur etiam, quod tunc exibunt de montibus Caſpiis, & venient ad eum innumerabiles. *Job* 21. Dulcis fuit glaſies cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahet, & ante ſe innumerabiles. *Matth.* 24. Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele Propheta, ſtantem in loco ſancto, qui legit intelligat *Dan.* 9. Erit in templo abominatio deſolationis. *Damaſc.* (in templo Dei) non vero dicit, ſed veteri Judaico, non enim nobis, ſed Judæis veniet. Item *Dan.* 11. Figet tabernaculum ſuum Apadno inter maria ſuper montem inclytum, hæc eſt villa quædam dicta Emaus, ſive Nicopolis, *Luc. ult.* Diſtat autem a monte Oliveti per tria milliaria, ibi primo faciet ſe adorari. Alia littera: (In templo Dei,) ideſt, dicet ſe ſuis eſſe templum Dei, ideſt, Eccleſia ſicut dicitur. Sede in amicum, ideſt, ut amicus.

d Oſtendens ſe, &c.] Ipſe enim dicet ſe eſſe Deum, & Meſſiam promiſſum. Multi horrent hodie iſta verba de Antichriſto, & tamen ſunt ipſi Antichriſti, efferentes ſe ſupra Deum. *Bernard.* Horret humanus auditus verbum malignum, utinam abhorret ſimiliter cogitatum, & actum. Dico enim vobis, quod non ille tantum: ſed omnis ſuperbus extollitur ſupra Deum. Vult enim Deus fieri voluntatem ſuam, & ſuperbus vult fieri ſuam, jam videtur æqualitas, ſed vide proportionem male congruam. Deus enim in his, quæ ratio approbat, ſuam vult fieri voluntatem, ſuperbus non cum ratione, & contra rationem. *Ezech.* 28. Elevatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum, ideſt, potens, ſicut Deus, ita dicit ſuperbus, & in cathedra Dei ſedi, in corde maris, ideſt, ſapiens doctor ſum, cum ſis homo, & non Deus, & dediſti cor tuum, ſicut cor Dei. Ecce ſapientior es tu Daniele, omne ſecretum non eſt abſconditum a te.

e Nonne retinetis, &c.] q. d. ita debetis credere, ſicuti ſcribo vobis, quia olim idem vobis dixi. Et hoc eſt, quod dicit: [Nonne retinetis, quod, &c.] ideſt, hæc eadem quæ dico modo de adventu Antichriſti, & de die judicii. Et hoc eſt contra magiſtros, qui una die dicunt unum, & altera die dicunt oppoſitum. *Luc. ultim.* Hæc ſunt verba, quæ etiam locutus ſum ad vos cum adhuc eſſem vobiſcum, q. d. ego non muto ſententiam meam, ita cito: Mors enim intercedens non mutavit ejus ſententias, ſed modo una præbenda mutat oppoſitionem. Hoc eſt, quod dicitur hic: (Hæc dicebam vobis,) eſt contra malos Doctores, illud autem quod prædixit (Nonne retinetis, &c.) eſt contra malos ſcolares, qui non curant repetere, vel retinere, quod audiunt. *Eccl.* 21. Cor fatui quaſi vas confractum, omnem ſapientiam non retinebit. Bene retinet homo unam ſtultitiam, & unam fabulam, ſed non unum ſermonem, vel lectionem, ſicut cribrum, quod fæces retinet, & pulverem ſive furfurem, ſed farinam delicatam non retinet. Unde *Eccl.* 27. Sicut in percuſſura cribri remanebit pulvis; groſſus ſcil. ſic apoſtia hominis in cogitatu illius, ideſt, vanitas mundi, & voluptas, quæ aporiant hominem ſpiritualiter. Unde manent in memoria, ſicut pulvis groſſus manet in cribro.

f Et nunc,] quaſi, Hoc retinetis, & etiam quid nunc detinet] Antichriſtum, ideſt, quæ ſit cauſa dilationis ejus. *g* Scitis] ſcilic. quod nondum eſt diſceſſio. Detineat dico, ita tamen.

quod dicitur Deus, aut *a* quod colitur, *b* ita ut *c* in templo Dei ſedeat *d* oſtendens ſe, tanquam ſit Deus, *e* Nonne retinetis quod cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis? *f* Et nunc quid detineat, *g* ſcitis: *h* ut reveletur in ſuo tempore. *i* (Nam myſterium jam operatur iniquitatis: *k* tantum ut qui *l* tenet, nunc teneat, donec *m* de medio fiat.) Et *n* nunc *o* revelabitur ille iniquus *ſ* quem *p* Dominus Jeſus interficiet *q* ſpiritu oris ſui; & *r* deſtruet illuſtratione *ſ* adventus ſui eum. *t* Cujus eſt adven-

h Ut reveletur in ſuo tempore,] ideſt, ſibi congruo, vel a Deo diffinito: tempus congruum ſuæ malitiæ adimplendæ erit diſceſſio ab obedientia, & fide Eccleſiæ Romanæ cum jam plenitudo gentium pro parte intraverit. *Rom.* 11. Cum refriguerit charitas multorum. *Matth.* 24. Similiter tempus diaboli, & tempus diſcordiæ, & ſchiſmatis, *Eccl.* 12. Si inveneris tẽpus non ſatiabitur ſanguine, etſi incurrerint tibi mala, invenient eum illic priorem, *Luc.* 22. *f* Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.

i Nam myſterium, &c.] Dico, quod revelabitur in tempore ſuo, quod probat a minori. [Nam jam,] in tempore non ſuo, (myſterium iniquitatis,) ideſt, iniquitas occulta (operatur) quaſi dicat, jam incipit malitia Antichriſti, ideſt, membrorum ejus, ſed latet ſub nomine pietatis palliata, quia volunt haberi miniſtri Chriſti cum ſint Pſeudo 1. *Jo.* 4. Omnis ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis, quoniam veniet, & nunc jam in mundo eſt. 1. *Jo.* 2. Noviſſima hora eſt, & ſicut audiſtis, quoniam Antichriſtus] venit, nunc Antichriſti multi facti ſunt, unde & ſcimus, quia noviſſima hora eſt. *Damaſc.* Qui non confitetur filium Dei veniſſe in carnem, & eſſe Deum perfectum, & hominem verum proprie, & præcipue, Antichriſtus dicitur, qui in conſummatione ſæculi veniet. Vel ita: Vere revelabitur: [Nam,] diabolus, [jam operatur myſterium iniquitatis,] ideſt, perſecutionem Sanctorum per Neronem, quæ eſt myſterium, ideſt, ſignificatio illius ultimæ perſecutionis Antichriſti.

k Tantum] hoc ſupereſt agendum, vel hoc neceſſe eſt agere.

l Ut qui tenet nunc,] fidem (teneat) firmiter, perſeveranter in confeſſione fidei. *m* Donec de medio fiat] ideſt, uſque ad mortem conſtans ſit, *Heb.* 10. Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Vel [Donec de medio fiat] ideſt, donec moriatur Antichriſtus. Mos enim eſt Græcorum ſic loqui: Factus eſt de medio, ideſt, mortuus eſt, vel remotus, *Coloſ.* 2. Ipſum tulit de medio affigens illud Cruci. *Gloſ.* 1. de communi, ut nullus illud timeret. Vel [de medio fiat,] ideſt, donec occidatur a Chriſto educto igne de medio ipſius, ideſt, de corde. *Ezech.* 28. Producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te. Hoc modo forte interficitur ab ore Chriſti, ideſt, ſubito igne. Vel (Donec de medio,) regum aliorum, (fiat) Antichriſtus, ideſt; appareat. *Dan.* 7. Cornu aliud parvulum ortum eſt de medio eorum. Vel (Donec de medio fiat.) ideſt, terminus vitæ ejus abbrevietur, & ſic de medio ejus fiat finis. *Prov. cap.* 10. Anni impiorum breviabuntur. *Pſ.* 5. Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. *Matth. cap.* 24. Et erit tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi uſque modo, neque fiet, & niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro, ſed propter electos breviabuntur dies illi.

n Et nunc,] ſcil. quando fiet de medio, ideſt, quando mortuus erit.

o Revelabitur ille iniquus,] ideſt, tunc apparebit fuiſſe iniquus, & non verus, quia occidetur a Chriſto. Unde ſubdit.

p Quem Dominus Jeſus interficiet, &c.] Vel (revelabitur) malitia ejus ab Enoc, & Helia, ſed maxime a fidelibus poſt mortem ejus. *Apoc. cap.* 11. Enoc, & Helia. *Job cap.* 20. Revelabunt cœli iniquitatem ejus, & terra conſurget adverſum eum.

q Spiritu oris ſui,] ideſt, verbo ſuo, & præcepto, ſive per ſe, ſive per Michaelem. *Iſa.* 11. Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium. *Dan.* 11. Dirigetur donec compleatur iracundia *ſup.* 1. *Theſſ.* 5. Repentinus ſuperveniet interitus. *Gloſſ.* Poſtea interficietur Antichriſtus a Michaele. *r* Et deſtruet,] eum, ideſt, Antichriſtum cum membris ſuis plene deſtruet, quaſi damnabit dicens: Ite maledicti in ignem æternum. *Matth.* 25.

ſ Illuſtratione adventus ſui,] ideſt, in claro adventu ſuo. *Damaſc.* Et maledicet præſentia ſuperapparitionis ſuæ. Item *Damaſc.* Veniet Dominus de cœlo quemadmodum viderunt eum euntem in cœlum, cum gloria, & virtute, & interficiet hominem iniquitatis.

t Cujus] Antichriſti [adventus eſt ſecundum operationem

rationem Satanæ,] qui eum poſſidebit, & inſtigabit ad omne malum, & cooperabitur: *Damaſcenus*. Præſciens Deus iniquitatem futuræ voluntatis ejus concedet cohabitare Diabolum.

rus ſecundum operationem Satanæ, *a* in omni virtute, *b* & ſignis, *c* & prodigiis *d* mendacibus, *e* & in omni ſeductione iniquitatis his, qui pereunt, *f* eo quod charitatem veritatis non receperunt ut ſalvi fierent. *g* Ideo mittet *h* illis Deus operationem *k* erroris, *l* ut credant mendacio: *m* ut judicentur *n* omnes, qui non crediderunt veritati, *o* ſed conſenſerunt iniquitati. *p* Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper *q* pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod *r* elegerit vos Deus *ſ* primitias *t* in ſalutem, *u* in ſanctificatione ſpiritus, *x* & in fide veritatis, *y* in qua *z* & vocavit vos per *a* Evangelium noſtrum, *b* in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Jeſu Chriſti.

a In omni virtute,] humanæ poteſtatis; ideſt, divitiarum. Vel (in omni virtute,) quia ſimulabit juſtitiam in principio. Unde *Damaſcenus*. Educatur occulte, repente elevat ſe, & imperat, & in primordiis tyrannidis ſuæ ſimulat juſtitiam, cum autem dominator factus fuerit, perſequitur Eccleſiam.

b Et ſignis,] minoribus.

c Et prodigiis] majoribus.

d Mendacibus] vel (mendacii) ſecundum *Damaſcenum*, quia phantaſtica erunt miracula ejus, vel quia ad mendacium trahunt, ſi qua vera ſunt. *Matt.* 24. Tunc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere, ſurgent Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur ſi fieri poteſt, etiam electi. *Apoc.* 13. Et fecit ſigna magna, ut etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram. Inutilia enim ſigna faciet, Chriſtus autem tantum fecit utilia, ut dixit *Chryſoſt.*

e Et,] erit adventus ejus, in omni ſeductioone iniquitatis his qui pereunt, ideſt, minis & blanditiis, & omnibus aliis modis ſeducet eos, qui perditioni deditι ſunt. *Damaſcenus* Eos qui imbecillem, & inconſtantem baſem mentis habent, ſeducet & apoſtatare faciet. *Apoc.* 13. Seducet habitantes terram propter ſigna, quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem beſtiæ, ideſt, beſtialiter vivant. Et *infr.* Datum eſt illi: ut daret ſpiritum imagini beſtiæ, & loquatur imago beſtiæ. In *libro Clementis* habetur ſatis de hoc, Et dicit: His qui pereunt, eſt opertum.

f Eo] ideſt, ideo quod charitatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent, ideſt, quia non crediderunt adventum Chriſti, qui eſt veritas, omnia promiſſa, & figurat complens, charitas, pro ſalute omnium moriens: *Damaſcenus* Pro eo, quod amorem non receperunt ad hoc, ut ſalvarentur ipſi. *Joan.* 5. Ego veni in nomine Patris mei, & non ſuſcepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. Nota quod dicit amorem veritatis; multi enim hodie habent odio veritatem, & diligunt vanitatem, *Am.* 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati ſunt. *Iſ.* 59. Corruit veritas in platea, & æquitas non potuit ingredi. *Pſ.* 4. filii hominum viri inclyti uſquequo ignominioſe diligitis vanitatem? Alia littera.

g Ideo] quia non receperunt veritatem.

h Mittet illis Deus,] ideſt, judicio ſuo venire permittet.

i Operationem erroris] ideſt, Antichriſtum, qui alios trahet ad errorem, Non dicit operatorem, ſed operationem, ut expreſſius loquatur, & eſt emphaſis, ut dicamus ipſum ſcelus, *Gl.* 1, eum qui eſt ipſa malitia, quia eſt pater omnis malitiæ, & iniquitatis. Et dicit (mittet) juſte promittendo, *Apoc. ult.* Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, *Joſ.* 11. Domini ſententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Iſrael, & non mererentur ullam clementiam 3. *Reg.* 12. Non acquievit rex populo, quoniam adverſatus fuerat eum Dominus. *Rom.* 1. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut facerent ea, quæ non conveniunt, &c.

k Erroris.] *Roman.* 1. Evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt cor eorum. *Epheſ.* 4. Sicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus, ſuis tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati per errorem a vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis illorum.

l Ut credant mendacio,] quod ſcilicet Antichriſtus ſit Deus.

m Ut judicentur,] ideſt, damnentur.

n Omnes qui non crediderunt veritati,] ideſt, Chriſto, qui eſt veritas, *Jo.* 14.

o Sed conſenſerunt iniquitati] ideſt, Antichriſto, qui emphatice dicitur iniquitas. Vel conſenſerunt iniquitati aliorum. *Rom.* 1. Digni ſunt morte non ſolum, qui faciunt ea, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus: *Damaſcenus* propterea mittet eis Deus afflictionem erroris, ad credendum eos mendacio: ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, & acceptaverunt injuſtitiam; nos autem debemus gratias agere, &c.] Ecce hic gratias agit Apoſtolus de hoc, quod vocatus fuit, & iſti ſimiliter in tempore apto, & non in tempore Antichriſti. Unde dicit: (Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper,] ideſt certis horis.

D

q Pro vobis fratres,] ideſt, pro bonis vobis collatis 1. *Theſſ.* 3. Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo exhibere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos. Debemus dico gratias agere Deo.

r Quod elegerit vos Deus,] me ſcilicet & vos.

ſ Primitias,] ideſt, primitivam Eccleſiam, ut non eſſemus in illo periculoſo tempore Antichriſti. Non hoc timuit Apoſtolus pro ſe, ſed pro infirmis. *Am.* 5. Væ deſiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? Elegit, dico, per gratiam.

t In ſalutem] æternæ gloriæ, quia gratiam, & gloriam dabit Dominus. Vel elegit vos Apoſtolos, primitias omnium credentium, ideſt, priuſquam alios, vel potiores, quam alios, ſicut primitiæ erant de potioribus. *Rom.* 8. Sed & noſipſi primitias ſpiritus habentes intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis noſtri. In ſalutem aliorum elegit dico nos & vos. *u* In ſanctificatione ſpiritus,] puta per Spiritum ſanctum ſanctos nos fecit in Baptiſmo. Vel elegit in ſalutem gratiæ, quæ ſalus eſt: [In ſanctificatione ſpiritus,] quia ſicut *Eccl.* 30. Salus animæ in ſanctitate juſtitiæ, 1. *Theſ.* 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra.

u Ex fide veritatis,] ideſt, qua creditur veritas. Fides Antichriſti erat falſitatis. Unde dicitur Pſeudo Chriſtus, ideſt, falſus Chriſtus. Nota quod duo dicit: Sanctificationem, & fidem: quia ſicut ſanctificat affectum per charitatem, ſic illuminat intellectum per fidem. Et nota, quod dicit, (ſanctificationem ſpiritus,) non dicit carnis. Hypocritæ enim non ſunt ſancti in ſpiritu, ſed carnis ſanctificationem habent exterius, & ſimiliter Judæi. *Heb.* 9. Cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis. [Et fide veritatis.] Fides eſt cum fit, quod dicitur, quia fides ſine operibus mortua eſt. *Jacob. cap.* 2.

y In qua] fide.

z Et vocavit vos,] ſicut alios.

a Per Evangelium noſtrum,] quaſi dicat, ego fui præco Domini ad vocandum vos per tubam Evangelii. 1. *Cor. cap.* 4. Per Evangelium ego vos genui, *Exod. c.* 3. Cernens Dominus quod pergeret Moyſes ad videndum, vocavit eum de medio rubi, ideſt, illos Dominus vocat, qui ſe præparant ad videndum. Vocavit, dico. *b* In acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Jeſu Chriſti] ideſt, ut per fidem acquiratis gloriam, quam habet Chriſtus. Multi enim acquiſitores ſunt gloriæ mundi, non Chriſti, & tamen nunquam obtinetur gloria mundi. *Bar. cap.* 3. Non eſt finis acquiſitionis eorum, qui argentum fabricant, ideſt, divina eloquia tractant & ſoliciti ſunt, ut placeant, ſcilicet auditoribus, & non eſt inventio operum illorum, quia ficus ſunt folia habentes, & non fructum. Et nota quod gloria æterna eſt fructus vocationis, *Rom. c.* 8. quos vocavit, hos & juſtificavit, & quos juſtificavit, hos & magnificavit. *Eph. cap.* 1. Ut ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus. Poſt vocationem inducitur gloria, ſicut hic, [In acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Jeſu Chriſti] 1. *Theſ.* 5. Non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Vel [in acquiſitionem gloriæ Domini] ideſt, Domino acquiratis gloriam, ideſt, multitudinem converſorum, quia in multitudine populi dignitas regis. *Prov.* 14. Vel laudem acquiratis ei, non vobis. *Pſ.* 113. Non nobis Domine non nobis ſed, &c.

a Itaque

a Itaque fratres b ſtate: c & tenete d traditiones, quas didiciſtis, e ſive per ſermonem, f ſive per epiſtolam noſtram. g Ipſe autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus & pater h noſter, qui dilexit nos, & dedit i conſolationem æternam, k & ſpem bonam in gratia: l exhortetur corda veſtra, &

a Itaque fratres] quaſi quia hæc bona ſunt vobis, & temporis opportunitas: quia non inſtat dies Domini, ſicut credebatis. b State] non cadatis per deſperationem 1. Cor. 10. Qui ſtat, videat ne cadat. Vel (State) per fidem. c Et tenete,] in manu per operationem. Hæc duo dicuntur. 1. Cor. 16. State in fide, viriliter agite. d Traditiones quas didiciſtis,] a nobis, q. d. non dico vobis nova, ſed ea quæ olim dixi, & didici a Deo. 1. Cor. 11. Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis. Contra homines traditiones ſuar adinvenerūt, & ideo ſemper nova precepta faciunt, Col. 2. Ne quis decipiat vos per Philoſophiam & inanem fallaciam ſecundum traditiones hominum 1. Pet. 1. Redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, Matth. 15. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras.

e Sive per ſermonem,] me præſente.

f Sive per epiſtolam noſtram] me abſente.

g Ipſe autem, &c.] Supra monuit eos, hic orat pro eis Deum, ut adjuvet eos, & perficiat, quod non poſſunt. h Qui dilexit nos, &c.] & ex dilectione nobis in conſolationem filium ſuum tradidit, contra miſeriam hujus ſeculi. Gal. 2. Qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro me. Eph. 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, Joan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. Rom. 8. Quia proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo cum illo non omnia nobis donavit? Omnia peccata condonavit, omnia bona æterna danda promiſit. Et in hoc eſt duplex, & ideo dicit duo.

i Conſolationem æternam,] quia bona æterna promittit. k Et ſpem bonam in gratia,] qua peccata dimittit. Sic ergo dando filium omnia dedit, gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. [Conſolationem æternam,] in peregrinatione. (Et ſpem bonam,) in morte. Et nota, quod dicit (æternam) non temporalem, quam multi quærunt. Luc. 6. Væ vobis divitibus, qui habetis conſolationem veſtram hic. Econtra dicitur de bona conſolatione. 2. Cor. 1. Qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Iſ. ultim. Quomodo ſi cui mater blanditur, ſic ego conſolabor vos. Item nota, quod dicit (ſpem bonam) quia eſt mala ſpes, ut alienæ mortis pro præbenda ejus, ſicut canis deſiderat, ut occidatur porcus propter hoc, quia ſperat habere veſicam. Cato. In mortem alterius tu tibi ſpem ponere noli. Ipſe tamquam qui jam tot bona fecit.

l Exhortetur corda veſtra] ideſt voluntates ſemper ad melius excitet. Homo enim fruſtra loquitur ad aures, niſi Deus cordi prædicet. Pſ. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Oſee 2. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus.

m Et confirmet in omni opere.] Phil. 1. Qui cœpit in vobis opus bonum, ipſe perficiet uſque in diem Jeſu Chriſti. n Et ſermone bono.] Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros, ſic & verbum melius quam datum. Quidam ſemper dure loquuntur, & tamen molliter agunt, cum econtra deberent facere. Eccl. 6. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Econtra in Pſalm. 9. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt. Et nota quod hic petit eis tria bona, Voluntatem bonam, ibi (Corda veſtra) Operationem firmam, ibi (confirmet in omni bono) Et opportunum ſermonem, ibi (in ſermone bono.) Hæc ſufficiunt. Et nota, quod ab iſto loco ſumitur, quod dicitur in abſolutione. Et conſervet, & confirmet in omni opere bono.

EXPOSITIO CAP. III.

DE cetero, &c.] Incipit ſecunda pars Epiſtolæ de morali inſtructione. Et primo rogat, ut orent pro ſe, & officio ſuo, ut ſermo & prædicatio ſua proficiat, & ut ipſe liberentur ab amicis ſuis. In ſecunda parte confortat eos dicens ſe confidere de eis; ut ſic animet eos ad bonum, & orat pro eis, ibi (Fidelis Deus, &c.) Tertio monet eos ut non communicent, ſed ſubtrahant ſe ab inordinate ambulantibus, ibi (Denunciamus autem vobis, &c.) Quarto invitat eos ad videndum de proprio labore exemplo ſui, & precepto, ibi (Ipſi enim ſcitis.) Quinto interdicit non laborantibus accipere ſumptus ab aliis, ibi (Nam & cum eſſemus.] Sexto de otio, & curioſitate eos reprehendit ibi: (Audivimus enim.) Septimo ad beneficentiam eos invitat ibi: (Vos autem fratres) Octavo quomodo ſe debeant habere erga inobedientes, quia excommunicare debent eos pro vitio, diligere autē pro natura, ibi (Quod ſi quis inobedierit) Ultimo orat pro eis & ſalutat, ibi (Ipſe autem Dominus.) Dicit ergo.

confirmet m in omni opere, n & ſermone bono.

CAPUT III.

DE cetero, o fratres, p orate pro nobis, q ut ſermo r Dei currat, ſ & clarificetur, ſicut t & apud vos: u & ut liberemur ab importunis, x & malis A

o De cetero,] ideſt, propter prędicta ad quæ monui vos, O.

p Fratres orate pro nobis.] Ecce humilitas Apoſtoli, qui tantum confidebat de oratione etiam minorum. Similiter Col. 4 orantes ſimul pro nobis: ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti.

q Ut ſermo Dei,] ideſt, Evangelium, quod vobis Deus dedit, vel quod de Deo agit.

r Currat] ſine impedimento ad omnes gentes, ut libenter audiatur, hoc pertinet ad officium.

ſ Et clarificetur,] ideſt, intelligibilis fiat hominibus quantum ad intellectum, contra involutores verborum, Eccl. 4. Ne abſcondas ſapientiam in decore ejus. Item Prov. 14. Doctrina prudentium facilis. Ex hoc ſequi videtur, quod doctrina difficilis, & involuta eſt imprudentium. Job 38. Quis eſt iſte involvens ſententias ſermonibus imperitus? Sap. 6. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia: nota quod dicit (Currat) ſicut fluvius ad abluendum, ad refrigerandum, ad fecundandum. Pſal. 147. Qui emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo ejus. Fullones habentes aquam ad abluendum, fabri ad refrigerandum, agricolæ ad fecundandum. Prælatus ergo non eſt bonus faber, nec bonus fullo, nec bonus agricola, niſi habeat aquam divini ſermonis. Ad hæc tria, Pſ 45. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus. Job 12. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas pariter ſubvertent terram. Sic prædicatio, ſi nulla eſt, anima areſcit, ſi nimia vileſcit, & ſic ſubvertit, & ideo medio ponendum eſt, Eccl. 39. Benedictio Domini quaſi fluvius inundabit. Item Job 38. Habemus de hoc fluvio: Lapidem quoque caliginis, & umbram mortis dividit torrens a populo peregrinante. Iſte fluvius debet dividi, ſicut fit in calidis regionibus & in areolas tranſmutit per rivulos, ut fœcundetur rationabilis, & concupiſcibilis, & iraſcibilis. Vel currat, ſicut moneta Domini, quaſi pretium pro fructu bonorum operum. Dominus enim dat pecuniam ſuam, ut recipiat fructum boni operis. Multi interdicunt, quod non currat hæc moneta, ſicut illi, qui magna copia recipiunt doctrinam Domini, & tamen nullum bonum opus reddunt. Matt. 22. Oſtendite numiſma cenſus. Vel [currat] ſicut nuncius. Unde Evangeliſta interpretatur bonum nuncium. Prov. cap. 13. Legatus fidelis ſanitas. Vel [currat] ſicut fama. Luc. 7. Exiit hic ſermo in univerſam Judæam. Item ſicut cibus, & potus in ſanguinem converſus per venas diſcurrit, & vivificat membra, ſi obſtinatur via ipſi ſanguini, membrum ſtupidum, & paralyticum reddit: Sic eloquium Domini maſticatum per meditationem, decoctum per amorem, converſum in ſanguinem per pœnitentiæ, & compunctionis amaritudinem omnia membra vivificat; Pſalm. 118. Eloquium tuum vivificabit me, Ezech. 47. Omnia ad quæ venerit torrens, virent: Joan. 6. Verba, quæ ego eloquor, ſpiritus & vita ſunt. Vel [currat] ſicut vinum de torculari. Torcular enim eſt juſtus in tribulatione, & preſſura poſitus, cujus doctrina tanto abundantior, & vehementior eſt, quanto magis premitur tribulationibus. Pr. 19. Doctrina viri per patientiam agnoſcitur. Pſ. 91. Bene patientes erunt, ut annuncient, ideſt, prementur, ſicut in torculari, ut vinum abundet. [Clarificetur,] hæc moneta non clarificatur, ſicut nec materialis, niſi per uſum.

t Sicut & apud vos,] cucurrit, ſcilicet & clarificata eſt. Et orate ſimiliter.

u Ut liberemur ab importunis, & malis hominibus.] Importunus dicitur ſine opportunitate, vel ſine portu, quaſi ſcil. neſcit quo tendit, in diſputando, & litigando, & hujuſmodi eſt quantum ad ſcientiam.

x Malis hominibus,] quantum ad mores: Tales erant

Pſeudo.

Pſeudo. *a* Non enim omnium eſt fides.] Ideo dico liberemur; quia multi impugnant noſtram fidem, & nos pro ipſa fide, quam prædicamus. *Rom.* 10. Non omnes obediunt Evangelio. *Iſ.* 43. dicit, Domine, quis credidit auditui noſtro? Et *ſup.* 1. Dantis vindictam his, qui non obediunt Evangelio. *Joan.* 13. Ego ſcio quos elegerim.

hominibus. *a* Non enim omnium eſt fides. *b* Fidelis autem Deus eſt, qui *c* confirmabit vos, & cuſtodiet *d* a malo. *e* Confidimus autem de vobis, fratres in Domino, quoniam quæcumque præcipimus, & facitis & facietis. *f* Dominus autem dirigat corda veſtra *g* in charitate Dei, & patientia Chriſti. *h* Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, *i* ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante *k* inordinate, *l* & non ſecundum traditionem, quam acceperunt a nobis. *m* Ipſi enim ſcitis, *n* quemadmodum oporteat imitari nos, *o* quoniam non inquieti fuimus *p* inter vos, neque *q* gratis panem *r* manducavimus ab aliquo, *ſ* ſed in labore, & fatigatione, *t* nocte; ac die operantes, ne quem veſtrum gravaremus.

B *b* Fidelis autem Deus.] Hic confortat eos de auxilio Domini, 1. *Cor.* 10. Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis.

c Qui confirmabit vos.] in bono incepto *ſupr.* 2. Confirmet vos in omni opere bono, 1. *Petr.* 5. Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Jeſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque.

d Et a malo cuſtodiet,] *Matth.* 6. Sed libera nos a malo.

e Confidimus, &c.] Similiter. *Gal.* 5. Ego confido de vobis in Domino, quod nihil aliud ſapietis.

f Dominus autem dirigat corda veſtra,] quaſi dicat confido de vobis, quod facietis præcepta noſtra, ſicut Architenens ſagittam. *Iſ.* 49. Poſuit me ſicut ſagittam electam.

Item (Dirigat,) ſicut Nauclerus navem dirigit per gubernaculum, & ventus ad portum dirigit per impulſum. Hæc duo neceſſaria ſunt navi, ut ventus impellat, & Nauta dirigat. Sic Spiritus ſanctus impellit voluntatem, & dirigit per diſcretionem. *Prov. ult.* Facta eſt quaſi navis inſtitoris de longe portans panem ſuum. *Pſalm.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

Item *Iſ.* 63. Spiritus tuus Dux ejus fuit, ſicut ventus, qui ducit navem.

Item, [Dirigat] ſicut viatorem conductor. *Mich.* 2. Aſcendit iter pandens ante eos. *Pſalm.* 5. Dirige in conſpectu tuo viam meam.

Item, (Dirigat,) ſicut miles equum, vel currum Auriga. *Pſ.* 72. Ut jumentum factus ſum apud te, ſcilicet ut dirigas me, ſicut homo jumentum ſuum, 4 *Reg.* 2. Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & Auriga ejus. Dominus eſt currus noſter etiam nos ſufferendo in peccatis noſtris per pœnitentiam, & eſt quaſi Auriga nos in bonum dirigendo.

Item, (dirigat,) ſicut Scriptor calamum ad ſcribendum. *Pſ.* 44. Lingua mea calamus Scribæ.

Item, [dirigat,] ſicut linea, vel regula ædificium. Chriſtus enim eſt forma noſtra, ad quam debemus dirigi. *Phil.* 2. Exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens, propter hoc virga directionis virga regni tui.

Item, (dirigat,) ſicut Figulus lutum dirigit in opus ſuum *Jer.* 18. Sicut lutum in manu Figuli; ſic vos in manu mea domus Iſrael.

g In charitate Dei, & patientia Chriſti.] Charitas enim
al † diligit. Dei, idest, quam Deus dat, vel qua † diſligitur Deus, eſt via directa in proſperis. Quem enim charitas Dei afficit, proſperitas non allicit, nec retrahit. *Eph.* 5. Ambulate in dilectione, 1. *Cor.* 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Patientia autem via eſt in adverſis, Charitas autem ut dictum eſt in mari. *Pſ.* 76. In mari via tua, Domine, & ſemitæ tuæ, in aquis multis. Et dicit: (Et patientia Chriſti,) ſcilicet ad ſimilitudinem Chriſti, cujus patientia ponitur nobis in exemplum. *Jac.* 5. Exemplum accipite fratres, exitus, & mali, longanimitatis, laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini, ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis. *Jer.* 29. Ego ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dem vobis fidem, & patientiam. Sed nota, quod quidam patiuntur cum triſtitia, ut Simon Cyrenæus: *Matth.* 17. Hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus. Iſte tulit crucem, ſed non eſt crucifixus. Alii patiuntur pro culpa, ut latro dexter, 1. *Petr.* 4. Nemo veſtrum patiatur, ſicut homicida, aut fur. Iſte tamen ſalvatur, quia pœnituit. Eodem modo, qui pro peccatis ſuis compungitur. Alii patiuntur, non tantum cum triſtitia, ſed cum murmure, & blaſphemia, ut latro ſiniſter.

Unde *Luc.* 23. Si tu es Chriſtus, ſalvum fac teipſum, & nos.

Item alii patiuntur pro favore, vel laude, ut hypocritæ. *Matth.* 6. Exterminant facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes.

Item alii patiuntur pro munere, ut mercenarii. Alii pro amore, ut filii.

h Denunciamus autem.) Incipit de curioſis, & hic monens bonos, ut eos corripiant, quaſi quod præcipimus, facietis, & qui noluerit facere, excommunicetur, & hoc eſt, quod dicit. [Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti,] idest, ſicut Chriſti nuncii auctoritate ejus vobis præcipimus.

i Ut ſubtrahatis vos, &c.] quia ſicut dicitur. *Eccl.* 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et loquitur hic de corporali ſubtractione, vel mentali, quæ eſt per deteſtationem ſui peccati, 1. *Cor.* 5. Scripſi vobis in Epiſtola, ne commiſceamini fornicariis.

k Inordinate,] idest, aliter, quam ordo naturæ exigit (inordinate,) quia omne peccatum eſt inordinatio.

Sed dicit *Greg. ſup. Job* 27. Quod eſt inordinatum in culpa, Deus ordinat in pœna, 1. *Cor.* 14. Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis. 1. *Eſd.* 3. Fecerunt holocauſtum diebus ſingulis per ordinem, ſicut præceptum eſt. Holocauſtum eſt mortificatio carnis, vel devotio charitatis.

l Et non ſecundum,] idest, contra, (traditionem, quam acceperunt a nobis,) *ſup.* 2. Tenete traditiones, quas didiciſtis, ſive per ſermonem, ſive per Epiſtolam noſtram. Et dicit (Acceperunt exempla.) Unde ſubdit:

m Ipſi enim ſcitis,] qui audiſtis, & vidiſtis.

n Quemadmodum,] idest, in quibus, [oporteat imitari nos.] 1. *Cor.* 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti; quaſi dicat in his, in quibus imitor Chriſtum, ſequimini me, non in aliis.

Et eſt argumentum, quod Sancti non ſunt imitandi in omnibus, homines enim ſunt in aliquibus.

Vel [Quemadmodum oporteat imitari nos,] idest, quomodo me habui, in quo ſum imitandus. Non ſolum, inquam, verbo didicerant, ſed exemplo.

o Quoniam non inquieti fuimus inter vos.] Hoc dicit, arguens quoſdam, qui tales erant, qui inquietabant alios, qui otioſi erant, & ab aliis expenſas quærebant. Tales ergo arguit, ut alii cautiores ſint. *Prov.* 21. Mulctato peſtilente, ſapientior erit parvulus.

p Inter vos,] non ſuper vos, vel ſubter, ſed inter. *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, ſed eſto in illis, quaſi unus ex ipſis.

q Neque gratis,] idest, ſine labore proprio.

r Panem manducavimus,] ſumptum, (ab aliquo) 1. *Theſ.* 4. Nullius aliquid deſideretis. *Caſſian.* Qua fiducia otioſis manibus gratis manducamus, ſi vas electionis Evangelica prædicatione conſtrictus, ſine opere manuum comedere non præſumat? *Eccl.* 40. Vir reſpiciens in menſam alienam, non eſt vita ejus in cogitatione victus, alit enim animam ſuam alienis cibis, vir autem diſciplinatus cuſtodiet ſe ab eis.

ſ Sed in labore, & fatigatione,] fuimus, ſcilicet, in labore fatigante.

Hoc dicit, quia eſt quidam labor, qui non fatigat, ſed delectat.

t Nocte, ac die laborantes.] Ne noctis tempus quieti corporis videretur indultum.

Item dicitur 1. *Theſſ.* 2. Memores facti eſtis, fratres, laboris noſtri, & fatigationis noſtræ, nocte & die operantes, ne quem veſtrum gravaremus. *Act.* 20. Argentum, aut aurum, aut veſtem nullius concupivi, ſicut ipſi ſcitis, quoniam ad ea; quæ opus mihi erant, & his, qui mecum ſunt miniſtraverunt manus iſtæ. Et ne quis diceret, ideo non accepiſſe, quia non haberet poteſtatem, ſubdit.

o Non

a Non quaſi, &c.] quaſi dicat, ideo non dimiſimus accipere, [quaſi non habuerimus poteſtatem.] *Caſſiod.* Noverat Apoſtolus Dominum præcepiſſe, qui Evangelio ſervit, de Evangelio vivat. *Luc.* 10. & *Matth.* 10. Dignus eſt operarius mercede ſua, 1. *Cor.* 9. per totum habebitur de hoc. b Sed,]

C ideo non accepimus, [ut noſmetipſos formam, &c.] A Corinthiis non accepit propter pſeudo repulſionem, ab iſtis autem ad exemplum, & imitationem. *Tit.* 2. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, 1. *Petr.* 5. Forma facti gregis ex animo. *Phil.* 3. Obſervate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram, 2. *Cor.* 7. Capite nos, neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.

a Non quaſi non habuerimus poteſtatem, b ſed ut noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. c Nam & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, d quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. e Audivimus enim inter vos quoſdam ambulare f inquiete, g nihil operantes, h ſed curioſe agentes. His autem qui ejuſmodi ſunt, i denunciamus, k & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, l ut cum ſilentio m operantes ſuum n panem manducent. o Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes. p Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc q notate, & † ne r commiſceamini cum illo, ſ ut confundantur. t Et nolite quaſi inimicum exiſtimare

c Nam & cum eſſemus, &c.] quaſi operamur inter vos ad exemplum veſtrum, & vere, ſic enim faciendum dicebam & hoc eſt, quod ait. Nam, (& cum eſſemus) 1. *Joan.* 2. Non mandatum novum ſcribo vobis: ſed mandatum vetus.

d Quoniam ſi quis, &c.] Hoc dicit contra quoſdam, qui ſtatim, ut converſi erant ad fidem, nolebant laborare manibus ſuis, ſed quaſi trutanni fiebant, ſicut modo apud nos Judæi converſi: Contra quos dicit, (ſi quis) & denunciat. (Quoniam ſi quis non vult operari, non manducet) 1. *Theſ.* 4. Operamini manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis, & ut honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt. *Eccl.* 6. Omnis labor hominis in ore ejus. Ergo ſi nullus eſt labor, nihil in ore, ſed omnis, & ſolus labor in ore.

Sed videtur, quod nos Clerici omnes faciamus contra hanc denuntiationem Apoſtolicam, qui non laboramus, & tamen comedimus, cum hoc intendit Apoſtolus dicere de labore manuali, unde & ipſe manibus propriis laborabat.

Item videtur Apoſtolus contrarius ei, quod dicit Dominus *Matt.* 6. Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis, &c. Ex conflictu harum duarum auctoritatum fuit magna diſſenſio in Conſtantinopoli inter quoſdam Religioſos. Quidam enim adhærentes huic auctoritati Apoſtoli, dicebant ſe ſuſtentari de proprio labore. Alii propter verbum Domini volebant eſſe otioſi.

Hanc diſſenſionem ſignificavit Epiſcopus Conſtantinopolitanus Greg. Papæ, propter quod fecit *B. Aug.* quemdam librum Monachorum, in quo multipliciter probat, quomodo hoc verbum Apoſtoli de opere, & labore manuali intelligendum eſt, nec eſt contrarium verbo Domini, quia non prohibet ſolicitudinem prudentiæ & laborem manuum ſed ſollicitudinem avaritiæ.

Vel hoc etiam facit, ideo ut moneat eos, quod non in opere confidentiam habeant, ſed in Domino. Diſtinguit tamen *Aug.* diverſas perſonas, quæ in Religione poſſunt bene, & ſancte vivere ſine labore manuum, ut patet in his ſequentibus auctoritatibus. Dicit enim. Si autem ſermo alicui erogandus eſt, & ita occupatur, ut manibus operari non vacet, numquid hoc omnes, qui ſunt in monaſterio poſſunt, vel divinas lectiones, exponere, vel de aliquibus quæſtionibus ſalubriter diſputare? Quando ergo non omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt, quamquam etſi omnes poſſent, viciſſim facere deberent, non ſolum, ne ceteri a neceſſariis occuparentur, ſed etiam, quia ſufficit, ut audientibus pluribus unus loquatur. Item ibidem. Iſti autem fratres noſtri temere ſibi arrogant, quantum exiſtimo, quod ejuſmodi habeant poteſtatem. Si enim Evangeliſtæ ſunt, fateor habent: ſi miniſtri, & diſpenſatores Sacramentorum, bene ſibi non arrogant iſtam, ſed plane vendicant poteſtatem. Item *ib.* Iſti autem, qui præter iſtam ſocietatem ſanctam vitam labore corporis tranſigebant, ex quorum numero plures ad monaſteria veniunt, quia & in ipſo humano genere plures ſunt, ſi nolunt operari non manducent, neque enim propterea in Chriſtiana militia ad paupertatem divites humiliabantur, ut pauperes in ſuperbiam extollantur, nullo enim modo decet, ut in ea vita, ubi ſunt Senatores laborioſi, ibi fiant opifices otioſi & quo veniunt relictis divitiis ſuis, qui fuerunt prædiorum Domini, ibi ſiant ruſtici delicati. Item *ib.* Cur igitur iſti manus otioſas & plena repoſitoria volunt habere, cur ea, quæ ſumunt ex laboribus aliorum recondunt, & ſervant, unde quotidie proferuntur? Per hæc verba *Aug.* a labore manuum abſoluti ſunt, qui habent officium prædicandi, & docendi, & etiam addiſcendi, & qui Sacramenta diſpenſant. Abſolvit etiam infirmos, & qui in ſæculo nutriti fuerunt in deliciis. Sed ſecundum hoc, quid eſt de his, qui dum erant in ſæculo, manibus laborabant. Dicendum quod ſi prædictis miniſtratis computatur eis pro vita de labore proprio, dummodo otiari non quærant, alioquin ſi laborare recuſant, periculum eſt eis. D

al. † non.

e Audivimus enim.] Quoniam ideo monemus vos ad laborem, quia (audivimus inter vos quoſdam ambulare inquiete.) *Phil.* 3. Multi ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti, ideſt, inimici laboris, & pœnitentiæ, quia volunt otiari.

f Inquiete,] ideſt, diſcurrentes, & vagantes ad aliena negotia, 1. *Theſ.* 4. Operam detis, ut quieti ſitis. Item 1. *Theſ.* 5. Corripite inquietos.

g Nihil operantes,] ideſt, non laborantes manibus propriis.

h Sed curioſe agentes,] vel ad aliena negotia diſcurrentes, ut hoc modo mereantur paſci. Tales ſunt hiſtriones, & adulatores, qui laborare nolunt, ſed per vicum diſcurrunt hac & illac 1. *Tim.* 5. Otioſe diſcunt circuire domos non ſolum otioſe, ſed & verboſe, & curioſe loquentes, quæ non oportet. *Prov.* 21. Deſideria occidunt pigrum, noluerunt enim manus ejus quicquam operari.

i Denunciamus,] præcipiendo.

k Et obſecrans in Domino Jeſu Chriſto, &c.] ideſt, per Dominum adjurando petimus. Vel (denunciamus) ut ſciant, (& obſecramus,) ut faciant. Vel [denunciamus] eorum culpam, [& obſecramus,] eorum pœnitentiam. Et nota quod tria indicit eis, primo ſilentium, cum dicit.

l Ut cum ſilentio;] ut ſcil. non ſint rumoroſi, Otium enim, & loquacitas concomitantur, 1. *Tim.* 5. Non ſolum otioſe, ſed & verboſe, & curioſe loquentes, quæ non oportet. *Iſ.* 32. Cultus juſtitiæ ſilentium. Secundo operationem indicit, ibi.

m Operantes] *Eccleſ.* 33. Multa mala docuit otioſitas. Tertio frugalitatem, cum dicit.

n Panem ſuum manducent,] non alienum, ut hiſtriones & lenones. [Suum,] ideſt, proprio labore acquiſitum. *Eccl.* 40. Vir reſpiciens menſam alienam, &c. Ne autem hac occaſione divites ceſſarent miniſtrare pauperibus, addit. o Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes,] pauperibus, quia etſi operentur, poſſunt tamen multis indigere, *Gal.* 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Vel [Benefacientes,] vobis in hoc, quod datis pauperibus. *Prov.* 11. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors.

p Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro per Epiſtolam,] ideſt, quod eſt in hac Epiſtola.

q Hunc notate,] ideſt, quaſi notabilem & reprehenſibilem, vel quis ſit, mihi ſignificate:

Vel in hoc per Epiſtolam determinat ly, notate, ideſt, ſignificate mihi per Epiſtolam veſtram, cum quis inobediens fuerit. Quantum peccatum ſit inobedientia dicitur 1. *Reg.* 14. Quaſi peccatum hariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.

r Et ne commiſceamini cum illo,] *Cor.* 5. Cum hujuſmodi, nec cibum ſumere. Et *ſupr.* Ne commiſceamini fornicariis, 2. *Joan.* Nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.

ſ Ut confundatur,] ad ſalutem. *Eccl.* 4. Eſt confuſio adducens gloriam.

t Et nolite quaſi inimicum exiſtimare,] illum in hoc, quod devitatis eum, nec credatis inimicari ei. *Aug.* Neque enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtifera plurimos perdat.

Vel [Nolite quaſi inimicum exiſtimare,] illum, ideſt, non odite naturam, ſed vitium.

a Sed

a Sed corripite, ut fratrem,] ideſt, miſericordia ſit in affectu interius, licet auſteritas appareat exterius, *Cant.*4. Mel, & lac ſub lingua tua, ideſt in corde, licet amarum verbum ſit in ore, *Num.* 17. Virga Aaron protulit amygdala, *Pſ.* 140. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me, *Gal.* 6. Vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. *b* Ipſe autem Deus pacis, &c.] Et 2. *Cor.* 13. Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum, *Rom. ult.* Deus autem pacis conteret Sathanam ſub pedibus veſtris velociter, *Phil.* 4. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras.

al. † Dominus.

al. † Dominus.

c Det vobis,] pacem temporis, quæ continuetur vobis uſque in pacem æternitatis.

d In omni loco] cœlo, mundo, & in corde tam proprio, quam alieno, ut ſic habeatis pacem æternitatis in cœlo, pacem temporis in mundo, pacem tranquillitatis in corde proprio. Et hoc. *e* Deus ſit cum omnibus vobis,] Non dicit cum uno. Et eſt argumentum, quod orare pro multis melius eſt, quam pro uno. *f* Salutatio mea manu Pauli,] ſcripta eſt, ſcilicet ſcribæ, *Col. ult.* Salutatio mea manu Pauli, *Gal. ult.* Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu. *g* Quod ſignum,] ideſt, quam ſalutationem loco ſigni, ideſt, ſigilli. *h* In omni epiſtola, ita ſcribo,] vobis quomodo ſit gratia Domini, &c. Contra ad *Eph.* & ad *Theſ.* 1. non habetur hæc ſalutatio, &c. Reſpondeo, hoc, ſcilicet gratia Domini, &c. vel aliquid ſimile ponitur in fine cujuslibet Epiſtolæ, & illud erat ſcriptum manu Pauli, quia cognoſcebant manum ejus.

i Gratia,] veniæ, in initio converſationis, & bonæ vitæ in ſtatu probationis & finalis gloriæ, in tranſitu mortis. *k* Domini noſtri,] defendentis. *l* Jeſu,] ſalvantis. *m* Chriſti,] ungentis. Amen.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam ad Theſſalonicenſes ſecundam.

a ſed corripite, ut fratrem. *b* Ipſe autem † Deus pacis *c* det vobis pacem ſempiternam *d* in omni loco. † *e* Deus ſit cum omnibus vobis. *f* Salutatio mea manu Pauli, *g* quod eſt ſignum *h* in omni Epiſtola, ita ſcribo. *i* Gratia *k* Domini noſtri *l* Jeſu *m* Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes ſecunda.

INCIPIT ARGUMENTUM in Epiſtolam ad Timotheum primam.

Timotheum inſtruit, & docet de ordinatione Epiſcopatus, & Diaconii, & omnis Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſcribens ei a Laodicea per Tichicum Diaconum.

Explicit Argumentum.

INCIPIT EPISTOLA Pauli ad Timotheum prima.

C A P. I.

n PAulus *o* Apoſtolus *p* Jeſu Chriſti *q* ſecundum imperium *r* Dei *ſ* Salvatoris noſtri, *t* & Chriſti Jeſu ſpei noſtræ. *u* Timotheo dilecto filio *x* in fide. *y* Gratia, & miſericordia, & pax *z* a Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro. *a* Sicut rogavi te, *b* ut remaneres Epheſi, *c* cum irem in Macedoniam, *d* ut denunciares quibuſdam,

A

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & D. DOMINI HUGONIS Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Timotheum primam incipit.

E X P O S I T I O C A P. I.

PAulus Apoſtolus, &c.] In prima parte primi capituli deteſtatur fabuloſam doctrinam, & commendat charitatem. In ſecunda vero legem laudat, ſed impoſitam negat, ibi: [Scimus autem, &c.] In tertia gratias agit de ſua converſione a lege ad Chriſtum, ibi: (Gratias ago ei, qui, &c.] in quarta commendat Dei miſericordiam circa credentes exemplo ſuo, ibi: (Fidelis ſermo.) Quinto injungit Timotheo certamen, ſive militiam pro fide contra pſeudo, ex quibus dicit ſe quoſdam damnaſſe, ibi: (Hoc præceptum commendo tibi.) Hic eſt ille diſcipulus chariſſimus, & dilectus Apoſtolo, de quo *Phil.* 2. Neminem habeo tam unanimem, qui ſincera affectione pro vobis ſolicitus ſit. Item iſte fuit legatus Corinthiorum, & Theſſalonicenſium, & Philippenſium. Item ipſe aſſociatur Apoſtolo in titulis Epiſtolarum. 2. *Cor.* 2. & 1. *Theſ.* 1. Aliter. (Paulus Apoſtolus, &c.) Apoſtolus ſcribit ab urbe Roma Timotheo, quem creaverat, & conſtituerat Epiſcopum Aſianis. Et eſt intentio ejus inſtruere præcipue in eis, quæ pertinent ad Epiſcopale officium. Dividitur autem in duas partes. In prima inſtruit, quomodo ſe debet habere Epiſcopus ad eos, qui ſunt extra Eccleſiam. In ſecunda quomodo ad eos, qui ſunt in Eccleſia, quæ incipit, *inf.* 3. Primo ergo præmittit ſalutationem more ſuo, Secundo docet eum reſiſtere perverſoribus interdicendo eis doctrinam, quæ nociva eſt, ibi, (Sicut rogavi) Tertio docet, quod inutilis eſt eorum doctrina, quia non eſt ad charitatem, ibi: (Finis enim præcepti.) Quarto probat, quod nociva eſt, quia veritatem Sacræ ſcripturæ adulterat, & homines excæcat, ibi: (A quibus quidam.) Quinto quia veritate abutetur, ibi: (Scimus, quia bona eſt lex.] Sexto, quia contraria Evangelio, ibi: (Et ſi quid aliud.) Septimo oſtendit ſe ſcire hujuſmodi errores, cum prius fuit in eis, ibi. (Gratias ago.) Ultimo invitat Timotheum, ut ſicut reſtitit cõtra tales, ita & adhuc inſtet, & eos excommunicet, ibi: (Hoc eſt præceptum,] dicit ergo.

n Paulus,] nomine.

o Apoſtolus,] officio, & dignitate.

p Jeſu Chriſti,] *Gloſſ.* Nomen dignitatis præponit in hac auctoritate, ut Timotheus munitus reſiſtat pſeudo Apoſtolis. *q* Secundum imperium Dei,] 1. *Cor.* 1. Paulus Apoſtolus per voluntatem Dei. Item 2. *Cor.* 2. Et nota quod dicit (imperium) quaſi dicat neceſſitas mihi incumbit ut 1. *Cor.* 9. Sicut qui inſilit honori, non a Deo dato, culpatione dignus eſt, ita qui renuit, & reſilit, obnoxius eſt inobedientiæ. Sed ad ſublimitates, & honores hodie non oportet imperare, nec cogere, ſed neque vocare, ipſi enim ſe ingerunt, licet olim pſeudo, *Jer.* 23. Non mittebam eos, & ipſi currebant. Et *Jer.* 49. Qui habites in cavernis terræ, & apprehendere niteris altitudinem collis, *Heb.* 5. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui a Deo vocatus eſt tanquam Aaron. *r* Dei,] non ambitionis, *Matth.* 6. Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. *ſ* Salvatoris,] ad differentiam Dei perditoris, 2. *Cor.* 4. Quod ſi opertum eſt Evangelium noſtrum in his, qui pereunt, opertum eſt in quibus Deus hujus ſeculi excæcavit mentes infidelium, *Iſ.* 45. Neſcierunt, qui levant ſignum ſculpturæ, & rogant Deum non ſalvantem.

t Et Chriſti Jeſu ſpei noſtræ,] ideſt ſpei noſtræ, per quem ſperamus gloriam, ſive, qui eſt noſtra ſpes, quoniam tu es, Domine, ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum, *Iſ.* 25. Spes a turbine, umbraculum ab æſtu: Paulus, inquam, ſcribit hoc. *u* Timotheo dilecto filio ſuo,] quem ſcil. genuit. *x* In fide] *Cor.* 4. Nam in Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui, ſcil. ut pater. Item *Philem.* Quem ego genui in vinculis meis. Item, ut mater, quæ parturit filios, *Gal.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Et vice alia ſalutat in hunc modum. *y* Gratia, &c.] ſit tibi, (a Deo, &c.) in aliis Epiſtolis non ponuntur, niſi duo, (gratia, & pax) ſed iſti tanquam Epiſcopo optat amplius, quam plebi. Et ſumitur hic gratia alia, quam in aliis Epiſtolis, quia idem eſt, quod remiſſio peccatorum, Pacem tranquillitatem animi, gratiam autem vocat donationem Spiritus Sancti, i. poteſtatem dandi Spir. S. Amplioꝛa exortat puerol, ſcil. proprio ſpirituali filio formidans. Ita enim formidavit, ut quod nunquam fecit, de corporalibus ei ſcribens, ſcil. vino *inf.* 5. *z* A Deo Patre,] qui libenter dat, & utiliter. Si quis patrem petierit panem, nunquid lapidem dabit illi? *Luc.* 11. (Et Chriſto Jeſu Domino noſtro.) *a* Sicut rogavi te.] Poſt ſalutationem prius de pſeudo repellendis, incipit hic legem adhuc tenendum docentibus, q.d. o Timothee, ita fac, ſicut rogavi te, quaſi comparem, *Chryſ.* Vide manſuetudinem, non magiſtri utitur voce, ſed famuli, non dicit præcepi, vel injunxi, ſed rogavi. Deinde ſubdit quid rogaverit, & quando, & propter quid. Quid, ſcil.

b Ut remaneres Epheſi] ad ordinandum Eccleſiam. Deinde ſubdit, quando ſcil. *c* Cum irem in Macedoniam] Poſtea ſubdit, ad quid rogavit remanere, ſcil. *d* Ut denunciares quibuſdam,] pſeudo diſcretis a Catholica fide, & ita ly, (quibuſdam) ponitur diſcretive, tam doctoribus, quam minoribus Chriſti. Non poſuit eos nominatim ne inverecundiores eos appareret ſuperbia redargutionis.

e Ne aliter

C

a Non quaſi non habuerimus poteſtatem, *b* ſed ut noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. *c* Nam & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, *d* quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. *e* Audivimus enim inter vos quoſdam ambulare *f* inquiete, *g* nihil operantes, *h* ſed curioſe agentes. His autem qui ejuſmodi ſunt, *i* denunciamus, *k* & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, *l* ut cum ſilentio *m* operantes ſuum *n* panem manducent. *o* Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes. *p* Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc *q* notate, & † ne *r* commiſceamini cum illo, *ſ* ut confundantur. *t* Et nolite quaſi inimicum exiſtimare

D

al. † non.

a Non quaſi, &c.] quaſi dicat, ideo non dimiſimus accipere, [quaſi non habuerimus poteſtatem.] *Caſſiod.* Noverat Apoſtolus Dominum præcepiſſe, qui Evangelio ſervit, de Evangelio vivat, *Luc.* 10. & *Matth.* 10. Dignus eſt operarius mercede ſua, 1. *Cor.* 9. per totum habebitur de hoc. *b* Sed,] ideo non accepimus, [ut noſmetipſos formam, &c.] A Corinthiis non accepit propter pſeudo repulſionem, ab iſtis autem ad exemplum, & imitationem. *Tit.* 2. In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum, 1. *Petr.* 5. Forma facti gregis ex animo. *Phil.* 3. Obſervare eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram, 2. *Cor.* 7. Capite nos, neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.

c Nam & cum eſſemus, &c.] quaſi operamur inter vos ad exemplum veſtrum, & vere, ſic enim faciendum dicebam & hoc eſt, quod ait, Nam, (& cum eſſemus) 1. *Joan.* 2. Non mandatum novum ſcribo vobis: ſed mandatum vetus.

d Quoniam ſi quis, &c.] Hoc dicit contra quoſdam, qui ſtatim, ut converſi erant ad fidem, nolebant laborare manibus ſuis, ſed quaſi trutanni fiebant, ſicut modo apud nos Judæi converſi: Contra quos dicit, (ſi quis) & denunciat. (Quoniam ſi quis non vult operari, non manducet) 1. *Theſ.* 4. Operamini manibus veſtris, ſicut præcipimus vobis, & ut honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt. *Eccl.* 6. Omnis labor hominis in ore ejus. Ergo ſi nullus eſt labor, nihil in ore, ſed omnis, & ſolus labor in ore.

Sed videtur, quod nos Clerici omnes faciamus contra hanc denuntiationem Apoſtolicam, qui non laboramus, & tamen comedimus, cum hoc intendit Apoſtolus dicere de labore manuali, unde & ipſe manibus propriis laborabat.

Item videtur Apoſtolus contrarius ei, quod dicit Dominus *Matt.* 6. Nolite ſoliciti eſſe quid manducetis, &c. Ex conflictu harum duarum auctoritatum fuit magna diſſenſio in Conſtantinopoli inter quoſdam Religioſos. Quidam enim adhærentes huic auctoritati Apoſtoli, dicebant ſe ſuſtentari de proprio labore. Alii propter verbum Domini volebant eſſe otioſi.

Hanc diſſenſionem ſignificavit Epiſcopus Conſtantinopolitanus Greg. Papæ, propter quod fecit *B. Aug.* quemdam librum Monachorum, in quo multipliciter probat, quomodo hoc verbum Apoſtoli de opere, & labore manuali intelligendum eſt, nec eſt contrarium verbo Domini, quia non prohibet ſolicitudinem prudentiæ & laborum manuum ſed ſollicitudinem avaritiæ.

Vel hoc etiam facit, ideo ut moneat eos, quod non in opere confidentiam habeant, ſed in Domino. Diſtinguit tamen *Aug.* diverſas perſonas, quæ in Religione poſſunt bene, & ſancte vivere ſine labore manuum, ut patet in his ſequentibus auctoritatibus. Dicit enim. Si autem ſermo alicui erogandus eſt, & ita occupatur, ut manibus operari non vacet, nunquid hoc omnes, qui ſunt in monaſterio poſſunt, vel divinas lectiones, exponere, vel de aliquibus quæſtionibus ſalubriter diſputare? Quando ergo non omnes poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt, quamquam etſi omnes poſſent, viciſſim facere deberent, non ſolum, ne ceteri a neceſſariis occuparentur, ſed etiam, quia ſufficit, ut audientibus pluribus unus loquatur. Item ibidem. Iſti autem fratres noſtri temere ſibi arrogant, quantum exiſtimo, quod ejuſmodi habeant poteſtatem. Si enim Evangeliſtæ ſunt, fateor habent: ſi miniſtri, & diſpenſatores Sacramentorum, bene ſibi non arrogant iſtam, ſed plane vendicant poteſtatem. Item *ib.* Iſti autem, qui præter iſtam ſocietatem ſanctam vitam labore corporis tranſigebant, ex quorum numero plures ad monaſteria veniunt, quia & in ipſo humano genere plures ſunt, ſi nolunt operari non manducent, neque enim propterea in Chriſtiana militia ad paupertatem divites humiliabuntur, ut pauperes in ſuperbiam extollantur, nullo enim modo decet, ut in ea vita, ubi ſunt Senatores laborioſi, ibi fiant opifices otioſi & quo veniunt relictis divitiis ſuis, qui fuerunt prædiorum Domini, ibi fiant ruſtici delicati. Item *ib.* Cur igitur iſti manus otioſas & plena repoſitoria volunt habere, cur ea, quæ ſumunt ex laboribus aliorum recondunt, & ſervant, unde quotidie proferuntur? Per hæc verba *Aug.* a labore manuum abſoluti ſunt, qui habent officium prædicandi, & docendi, & etiam addiſcendi, & qui Sacramenta diſpenſant. Abſolvit etiam infirmos, & qui in ſæculo nutriti fuerunt in deliciis. Sed ſecundum hoc, quid eſt de his, qui dum erant in ſæculo, manibus laborabãt. Dicendum quod ſi prædictis miniſtratis comportatur eis pro vita de labore proprio, dummodo otiari non quærant, alioquin ſi laborare recuſant, periculum eſt eis. *e* Audivimus enim.] Quoniam ideo monemus vos ad laborem, quia (audivimus inter vos quoſdam ambulare inquiete.) *Phil.* 3. Multi ambulant, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti, ideſt, inimici laboris, & pœnitentiæ, quia volunt otiari.

f Inquiete,] ideſt, diſcurrentes, & vagantes ad aliena negotia, 1. *Theſ.* 4. Operam detis, ut quieti ſitis. Item 1. *Theſ.* 5. Corripite inquietos.

g Nihil operantes,] ideſt, non laborantes manibus propriis.

h Sed curioſe agentes,] vel ad aliena negotia diſcurrentes, ut hoc modo mereantur paſci. Tales ſunt hiſtriones, & adulatores, qui laborare nolunt, ſed per vicum diſcurrunt hac & illac 1. *Tim.* 5. Otioſe diſcunt circuire domos non ſolum otioſe, ſed & verboſe, & curioſe loquentes, quæ non oportet. *Prov.* 21. Deſideria occidunt pigrum, noluerunt enim manus ejus quicquam operari

i Denunciamus,] præcipiendo.

k Et obſecrans in Domino Jeſu Chriſto, &c.] ideſt, per Dominum adjurando petimus. Vel (denunciamus) ut ſciant, (& obſecramus,) ut faciant. Vel [denunciamus] eorum culpam, [& obſecramus,] eorum pœnitentiam. Et nota quod tria indicit eis, primo ſilentium, cum dicit.

l Ut cum ſilentio;] ut ſcil. non ſint rumoroſi, Otium enim, & loquacitas concomitantur, 1. *Tim* 5. Non ſolum otioſe, ſed & verboſe, & curioſe loquentes, quæ non oportet. *Iſ.* 32. Cultus juſtitiæ ſilentium. Secundo operationem indicit, ibi.

m Operantes] *Eccleſ.* 33. Multa mala docuit otioſitas. Tertio frugalitatem, cum dicit.

n Panem ſuum manducent,] non alienum, ut hiſtriones & lenones. [Suum,] ideſt, proprio labore acquiſitum. *Eccl.* 40. Vir reſpiciens menſam alienam, &c. Ne autem hac occaſione divites ceſſarent miniſtrare pauperibus, addit. *o* Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes,] pauperibus, quia etſi operentur, poſſunt tamen multis indigere, *Gal.* 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Vel [Benefacientes,] vobis in hoc, quod datis pauperibus. *Prov.* 11. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors.

p Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro per Epiſtolam,] ideſt, quod eſt in hac Epiſtula.

q Hunc notate,] ideſt, quaſi notabilem & reprehenſibilem, vel quis ſit, mihi ſignificate:

Vel in hoc per Epiſtolam determinat ly, notate, ideſt, ſignificate mihi per Epiſtolam veſtram, cum quis inobediens fuerit. Quantum peccatum ſit inobedientia dicitur 1. *Reg.* 14. Quaſi peccatum hariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere.

r Et ne commiſceamini cum illo,] *Cor.* 5. Cum hujuſmodi, nec cibum ſumere. Et *ſupr.* Ne commiſceamini fornicariis, 2. *Joan.* Nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.

ſ Ut confundatur,] ad ſalutem. *Eccl.* 4. Eſt confuſio adducens gloriam.

t Et nolite quaſi inimicum exiſtimare,] illum in hoc, quod devitatis eum, nec credatis inimicari ei. *Aug.* Neque enim hoc fit crudeliter, ſed miſericorditer, ne contagione peſtifera plurimos perdat.

Vel (Nolite quaſi inimicum exiſtimare,) illum, ideſt, non odite naturam, ſed vitium.

a Sed

Digitized by Google

a Sed corripite, ut fratrem,] ideſt, miſericordia ſit in affectu interius, licet auſteritas appareat exterius, *Cant.* 4. Mel, & lac ſub lingua tua, ideſt in corde, licet amarum verbum ſit in ore, *Num.* 17. Virga Aaron protulit amygdala, *Pſ.* 140. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me, *Gal.* 6. Vos qui ſpirituales eſtis, hujuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. b Ipſe autem Deus pacis, &c.] Et 2. *Cor.* 13. Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum, *Rom. ult.* Deus autem pacis conteret Sathanam ſub pedibus veſtris velociter, *Phil.* 4. Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras.

al. † Dominus.

al. † Dominus.

c Det vobis,] pacem temporis, quę continuetur vobis uſque in pacem æternitatis.

d In omni loco] cęlo, mundo, & in corde tam proprio, quam alieno, ut ſic habeatis pacem ęternitatis in cœlo, pacem temporis in mundo, pacę tranquillitatis in corde proprio. Et hoc. e Deus ſit cum omnibus vobis,] Non dicit cum uno. Es eſt argumentum, quod orare pro multis melius eſt, quam pro uno. f Salutatio mea manu Pauli,] ſcripta eſt, ſcilicet ſcribæ, *Col. ult.* Salutatio mea manu Pauli, *Gal. ult.* Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu. g Quod ſignum,] ideſt, quam ſalutationem loco ſigni, ideſt, ſigilli. h In omni epiſtola, ita ſcribo,] vobis quomodo ſit gratia Domini, &c. Contra ad *Eph.* & ad *Theſ.* 1. non habetur hæc ſalutatio, &c. Reſpondeo, hoc, ſcilicet gratia Domini, &c. vel aliquid ſimile ponitur in fine cujuslibet Epiſtolæ, & illud erat ſcriptum manu Pauli, quia cognoſcebant manum ejus.

i Gratia,] veniæ, in initio converſationis, & bonæ vitæ in ſtatu probationis & finalis gloriæ, in tranſitu mortis. k Domini noſtri,] defendentis. l Jeſu,] ſalvantis. m Chriſti,] ungentis. Amen.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam ad Theſſalonicenſes ſecundam.

a ſed corripite, ut fratrem. b Ipſe autem † Deus pacis c det vobis pacem ſempiternam d in omni loco. † e Deus ſit cum omnibus vobis. f Salutatio mea manu Pauli, g quod eſt ſignum h in omni Epiſtola, ita ſcribo. i Gratia k Domini noſtri l Jeſu m Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes ſecunda.

INCIPIT ARGUMENTUM in Epiſtolam ad Timotheum primam.

Timotheum inſtruit, & docet de ordinatione Epiſcopatus, & Diaconii, & omnis Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſcribens ei a Laodicea per Tichicum Diaconum.

Explicit Argumentum.

INCIPIT EPISTOLA Pauli ad Timotheum prima.

C A P. I.

n PAulus o Apoſtolus p Jeſu Chriſti q ſecundum imperium r Dei ſ Salvatoris noſtri, t & Chriſti Jeſu ſpei noſtræ. u Timotheo dilecto filio x in fide. y Gratia, & miſericordia, & pax z a Deo Patre, & Chriſto Jeſu Domino noſtro. a Sicut rogavi te, b ut remaneres Epheſi, c cum irem in Macedoniam, d ut denunciares quibuſdam,

A

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & D. DOMINI HUGONIS Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Timotheum primam incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus Apoſtolus, &c.] In prima parte primi capituli deteſtatur fabuloſam doctrinam, & commendat charitatem. In ſecunda vero legem laudat, ſed impoſitam negat, ibi: [Simus autem, &c.] In tertia gratias agit de ſua converſione a lege ad Chriſtum, ibi: (Gratias ago ei, qui, &c.] In quarta commendat Dei miſericordiam circa credentes exemplo ſuo, ibi: (Fidelis ſermo.) Quinto injungit Timotheo certamen, ſive militiam pro fide contra pſeudo, ex quibus dicit ſe quoſdam damnaſſe, ibi: (Hoc præceptum commendo tibi.) Hic eſt ille diſcipulus chariſſimus, & dilectus Apoſtolo, de quo *Phil.* 2. Neminem habeo tam unanimem, qui ſincera affectione pro vobis ſolicitus ſit. Item iſte fuit legatus Corinthiorum, & Theſſalonicenſium, & Philippenſium. Item ipſe aſſociatur Apoſtolo in titulis Epiſtolarum. 2. *Cor.* 2. & 1. *Theſ.* 1. Aliter. (Paulus Apoſtolus, &c.) Apoſtolus ſcribit ab urbe Roma Timotheo, quem creaverat, & conſtituerat Epiſcopum Aſianis. Et eſt intentio ejus inſtruere præcipue in eis, quę pertinent ad Epiſcopale officium. Dividitur autem in duas partes. In prima inſtruit, quomodo ſe debet habere Epiſcopus ad eos, qui ſunt extra Eccleſiam. In ſecunda quomodo ad eos, qui ſunt in Eccleſia, quæ incipit, *inf.* 3. Primo ergo præmittit ſalutationem more ſuo, Secundo docet eum reſiſtere perverſoribus interdicendo eis doctrinam, quæ nociva eſt, ibi, (Sicut rogavi) Tertio docet, quod inutilis eſt eorum doctrina, quia non eſt ad charitatem, ibi: (Finis enim præcepti.) Quarto probat, quod nociva eſt, quia veritatem Sacræ ſcripturæ adulterat, & homines excæcat, ibi: (A quibus quidam.) Quinto quia veritate abutitur, ibi: (Scimus, quia bona eſt lex.) Sexto, quia contraria Evangelio, ibi: (Et ſi quid aliud.) Septimo oſtendit ſe ſcire hujuſmodi errores, cum prius fuit in eis, ibi. (Gratias ago.) Ultimo invitat Timotheum, ut ſicut inſtitit cōtra tales, ita & adhuc inſtet, & eos excommunicet, ibi: (Hoc eſt præceptum,] dicit ergo.

n Paulus,] nomine. o Apoſtolus,] officio, & dignitate. p Jeſu Chriſti,] *Gloſſ.* Nomen dignitatis præponit in hac auctoritate, ut Timotheus munitus reſiſtat pſeudo Apoſtolis. q Secundum imperium Dei,] 1. *Cor.* 1. Paulus Apoſtolus per voluntatem Dei. Item 2. *Cor.* 2. Et nota quod dicit (imperium) quaſi dicat neceſſitas mihi incumbit ut 1. *Cor.* 9. Sicut qui inſilit honori, non a Deo dato, culpatione dignus eſt, ita qui renuit, & reſilit, obnoxius eſt inobedientiæ. Sed ad ſublimitates, & honores hodie non oportet imperare, nec cogere, ſed neque vocare, ipſi enim ſe ingerunt, ſicut olim pſeudo, *Jer.* 23. Non mittebam eos, & ipſi currebant. Et *Jer.* 49. Qui habitas in cavernis terræ, & apprehendere niteris altitudinem collis, *Heb.* 5. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui a Deo vocatus eſt tanquam Aaron. r Dei,] non ambitionis, *Matth.* 6. Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. ſ Salvatoris,] ad differentiam Dei perditoris, 2. *Cor.* 4. Quod ſi opertum eſt Evangelium noſtrum in his, qui pereunt, opertum eſt in quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, *Iſ.* 45. Neſcierunt, qui levant ſignum ſculpturæ, & rogant Deum non ſalvantem.

t Et Chriſti Jeſu ſpei noſtræ,] ideſt ſpei noſtræ, per quem ſperamus gloriam, ſive, qui eſt noſtra ſpes, quoniam tu es, Domine, ſpes mea, altiſſimum poſuiſti refugium tuum, *Iſ.* 25. Spes a turbine, umbraculum ab æſtu: Paulus, inquam, ſcribit hoc. u Timotheo dilecto filio ſuo,] quem ſcil. genuit. x In fide] *Cor.* 4. Nam in Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui, ſcil. ut pater. Item *Philem.* Quem ego genui in vinculis meis. Item, ut mater, quæ parturit filios, *Gal.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Et vice alia ſalutat in hunc modum. y Gratia, &c.] ſit tibi, (a Deo, &c.) in aliis Epiſtolis non ponuntur, niſi duo, (gratia, & pax) ſed iſti tanquam Epiſcopo optat amplius, quam plebi. Et ſumitur hic gratia alia, quam in aliis Epiſtolis, quia idem eſt, quod remiſſio peccatorum. Pacem tranquillitatem animi, gratiam autem vocat donationem Spiritus Sancti, i. poteſtatem dandi Spir. S. Amplìora exortat puero], ſcil. proprio ſpirituali filio formidans. Ita enim formidavit, ut quod nunquam fecit, de corporalibus ei ſcribens, ſcil. vino *inf.* 5. z A Deo Patre,] qui libenter dat, & utiliter. Si quis patrem petierit panem, nunquid lapidem dabit illi? *Luc.* 11. (Et Chriſto Jeſu Domino noſtro.) a Sicut rogavi te.] Poſt ſalutationem prius de pſeudo repellendis, incipit hic legem adhuc tenendum docentibus, q.d. o Timothee, ita fac, ſicut rogavi te, quaſi comperem, *Chryſ.* Vide manſuetudinem, non magiſtri utitur voce, ſed famuli, non dicit præcepi, vel injunxi, ſed rogavi. Deinde ſubdit quid rogaverit, & quando, & propter quid. Quid, ſcil.

b Ut remaneres Epheſi] ad ordinandum Eccleſiam. Deinde ſubdit, quando ſcil. c Cum irem in Macedoniam] Poſtea ſubdit, ad quid rogavit remanere, ſcil. d Ut denunciares quibuſdam,] pſeudo diſcretis a Catholica fide, & ita ly, (quibuſdam) ponitur diſcretive, tam doctoribus, quam minoribus Chriſti. Non poſuit eos nominatim ne inverecundiores eos appareret ſuperbia redarguionis.

a Ne aliter

Digitized by Google

ne *a* aliter docerent, *b* neque intenderent fabulis, & genealogiis *c* interminatis, *d* quæ quæſtiones *e* præſtant *f* magis, quam ædificationem Dei, quæ eſt in fide. *g* Finis autem præcepti eſt charitas *h* de corde puro, & conſcientia *i* bona, *k* & fide non ficta. *l* A quibus quidam *m* aberrantes *n* converſi ſunt in vaniloquium; volentes eſſe legis Doctores, non *o* intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. *p* Scimus autem quia bona *q* eſt lex, ſi quis ea legitime utatur,

a Ne aliter,] pſeudo doctores. (Aliter,) ideſt, contrarium, quam nos. *Gal.* 1. Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. *Tit.* 1. Docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia.

b Neque intenderent fabulis,] docendis, quantum ad Doctores, vel addiſcendis, quantū ad ſubditos. Fabulas dicit doctrinam eorum, qui legalia tenenda prædicabant, vel fictiones quaſdam, & excogitationes Judæorum, de quibus dicit Dominus *Matt.* 15. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. Ipſi enim dicunt, & credunt Adam primo habuiſſe duas uxores, ex quibus texuit genealogias infinitas. Et hoc eſt, quod dicit.

c Interminatis,] ideſt, ſine termino, vel improhibitis, ſicut dicitur, prohibemus hoc ſub interminatione anathematis.

d Quæ quæſtiones,] ideſt, lites.

f Præſtant,] juſtitiæ (Dei) ideſt, non ædificant homines in juſtitia Dei, 2. *Tim.* 2. Noli verbis contendere, ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium, 2. *Tim.* 2. Profana autem, & vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, ut cancer ſerpit,

Item 2. *Tim.* 4. Coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, vel ſcalpentes auditum, ſecundum aliam litteram, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.

Item *infr.* 4. Ineptas, & aniles fabulas devita, *inf.* 6. Profanas vocum novitates, &c.

d Quæ,] juſtitia, vel ædificatio, ſive crementum juſtitiæ eſt in fide. Fides enim vivificat, & in juſtitia conſervat. *Abac.* 2. *Rom.* 1. Juſtus ex fide vivit.

e Quæſtiones,] ret. Vides qualiter detrahit quæſtioni, ubi enim fides non eſt, quæſtiones ibi, ita oportet inveſtigare, quid fides indiget quæſtione? queſtio fidei interpretativa eſt, qui enim quærit, nondum invenit, qui quærit credere non poteſt, propterea ait, nec occupemur circa quæſtionem, ſi nec credimus non eſt fides. Fides enim mentem quieſcere facit.

g Finis.] Doctrina eorum Inutilis eſt, quia finis omnis doctrinæ eſt charitas, ſed doctrina eorum charitatem impediebat, quod bene dico, quia fabula eſt eorum doctrina, & nihil facit ad ædificationem (Finis autem præcepti eſt charitas) & eorum doctrina impedit charitatem. Vel (Finis autem) quaſi dicat ipſi docent fabulas, ſed finis, ideſt adimpletio legis eſt charitas, quare non eſt opus aliis, maxime fabulis eorum. Vel continua ad proximo dictum, quod vere in fide eſt ædificatio juſtitiæ Dei, quia ex fide eſt ſpes, & inde charitas, quæ eſt adimpletio legis. Et hoc eſt, quod dicit. (Finis autem præcepti). ideſt, completio, & conſummatio præcepti, ideſt, præceptorum, omnium (eſt charitas) *Rom.* 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Vel (Finis præcepti) ideſt, gratia charitatis habendæ eſt præceptum, quia ad hoc, ut habeatur charitas fuerunt data mandata. Sic ergo eſt finis præcepti, ſicut ſanitas eſt finis medicinæ. Vel charitas eſt finis præcepti, ideſt, terminat, vel conſumit præcepta legalia, ſicut dicitur candela finiri cum conſumitur. *Matth.* 11. Lex, & Prophetæ uſque ad Joannem. Vel (Finis præcepti) ideſt, charitas terminat præceptum, quia vere diligenti, & perfecto non oportet præcipere. *Inf. eod.* Lex juſtis non eſt poſita. Alia littera. Finis autem terminationis eſt amor ex puro corde, & conſcientia bona, & fide non ficta. Et eſt bonum verbum contra illos, quos non movet ad prædicandum animarum charitas, ſed lucrorum cupiditas, qui faciunt caudam argenteam ſuis ſermonibus.

Sed quia quidam amor eſt immundus, ut in luxurioſis, ideo dicit.

h De corde puro.] Item quidam amor eſt, & ſi non immundus, tamen inter immundos eſt, ſcilic. quædam ſocialis affectio, qua ſe invicem ſimiles diligunt, ut fur furem, ideo dicit.

i Conſcientia bona,] ex bona converſatione, ut dicit *Chryſ.* Et quia quidam diligunt verbo, & lingua, ſed non opere, & veritate, ideo ſubdit. *k* Et fide non ficta,] ideſt, fidelitate vera, ſive fideliter, & veraciter. 1. *Jo.* 13. Nolite diligere lingua, ſed opere & veritate. *Bern. d* De corde puro,] ut puritas cordis in duobus conſiſtat in quærenda gloria Dei, & utilitate proximi. De hoc tanto puritatis bono gloriari non poteſt veraciter, niſi qui extrinſecus gloriam perfecte reſpuerit, nec enim poteſt Dei, vel proximi quærere lucra, qui propria non contempſerit. Sequitur, *i* Et conſcientia bona, &c.] Duo ſunt, quæ faciunt conſcientiam bonam: Commiſſa flere, flenda non committere. Horum neutrum ſolum ſufficit, ſequitur.

k Et fide non ficta] Triplex eſt fidei diviſio. Eſt enim fides mortua, ficta, probata. Mortua eſt, quæ per dilectionem non operatur, quaſi carens anima, quæ eſt anima. Ficta quæ ex charitate moveri inchoat ad bene operandum, ſed non perſeverans deficit & moritur tanquam abortiva. Et dicitur ficta fides eo ſenſu, quo vaſa fictilia dicimus non inutilia, quia non ſunt inutilia quamdiu ſunt, ſed quaſi fragilia cum cito pereunt. De hac fide dicitur. *Luc.* 8. Hi ſunt, qui ad tempus credunt. Probata eſt, quæ perſeverat cum charitate. *Matt.* 10. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Vel (Non ficta,) ideſt, non erronea, quam ſibi fingit humanus animus, ſicut hæreticorum. (Non ficta) ideſt, non ſimulata. Aliter exponit ſecundum *Aug. in Gl. h* De puro corde] ideſt, de puro intellectu, ut nihil, niſi Deus diligatur. *i* Et conſcientia bona] ideſt ſpe. Ille enim ſperat, qui bonam conſcientiam gerit, quia ſecundum conſcientiam bonam menſuratur ſpes, & ſumitur confidentia. *k* Et fide non ficta,] ut dictum eſt, ideſt, non ſimulata, vel, ideſt non fragili. Vel hæc tria (Ex corde puro, &c.) poſſunt referri ad illa tria. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua; ideſt, ex intellectu ſine errore, voluntate ſine contradictione, memoria ſine oblivione. Similiter dicitur hic (Ex toto corde) ideſt, intellectu ſine errore. (Et conſcientia bona) ideſt, ex voluntate ſine contradictione, conſcientia enim bona eſt voluntas ſine culpa. (Et fide) ideſt, fideliter, & vere, non ficte, quod quidem eſt; quando memoria eſt ſine oblivione. Omni enim tempore diligit, qui amicus eſt, ut dicitur *Prov.* 17. *l* A quibus] Oſtendit, quod doctrina pſeudo erat nociva, quia aberrat a charitate, & excæcat hominem. Unde (A quibus) prædictis, ſcil. fide, ſpe, & charitate. *m* Quidam] Ex quo aliquis non docet, vel prædicat propter Deum, & utilitatem proximi, aberrat tanquam cæcus. Nec mirum, quia avertit ſe a luce ſpirituali, ideſt, a Deo, qui lux eſt veritatis. *Jo.* 11. Qui ambulat in luce non offendit, quia lucem hujus mundi videt. *n* Converſi ſunt] de legalibus prædicandis. Nota hic duas cauſas erroris, ſcilic. contemptum charitatis, & appetitum dignitatis. Propter hæc duo veniunt hereſes. Primum tangitur, ibi. (A quibus) Secundum, ibi. (Volentes, &c.) De primo dicit *Chryſ.* Nihil ita lædit genus humanum, ut contemnere amorem, & non cum multo diligere ſtudio, quemadmodum neque diligit, ut perſequi cum virtute eum. Et hoc Chriſtus oſtendens dicebat. Si duo concordaverint in idem, omne quodcumque petent, accipient. Et rurſus *Matth.* 24. Cum multiplicata fuerit iniquitas, infrigidabitur amor multorum. Sed hæreſes genuit omnes, ex non amando fratres ſuos invidebant proſperantibus, ex invidendo diligebant dignitatem, ex diligendo dignitatem hæreſes genuerunt. Item *Chryſ.* Volentes autem eſſe legis magiſtri. Vides, & aliam cauſam, quæ eſt amor dignitatis, propterea, & Chriſtus dicebat. *Matth.* 23. Vos autem nolite vocari Rabbi. Et rurſum. Nec ipſi legem cuſtodiunt, ſed ut in ſua carne glorientur. *Gal.* 5. Dignitatem deſiderant, ait, & propterea ad veritatem non reſpiciunt. Item *Jac.* 3. Nolite plures magiſtri fieri, fratres chariſſimi, ſcientes, quod majus inde judicium ſumitis, 2. *Tim.* 4. Coacervabunt ſibi magiſtros prurientes. Vel ſic [Aberrantes] Ecce averſio a bono. [Converſi ſunt] Ecce converſio ad malum. *o* Non intelligentes, neque quæ loquuntur] i. quæ volunt probare, i. ſcripturas, & teſtimonia Prophetarum, quas adducunt ad probandum. Vel a converſo ſic. Quia non intelligunt, depravant Scripturas: Unde 2. *Pet. ult.* In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles homines damnant ad ſuam perniciem. *p* Scimus autem] Ne credat quis, quod Apoſtolus legem vituperaret, eo quod dixerat eos oberrare in lege, addit hoc. *q* Bona eſt lex] *Rom.* 7. Lex quidem bona, & ſancta, & mandatum ſanctum. Et hoc ſi ea quis legitime utatur, aliter non eſt bona. Unde *Ezec.* 20. Dedi eis præcepta non bona, judicia in quibus non vivetis *Chr.* Sunt qui utuntur lege illegaliter, puta concomitantur per verba eſt per

opera

Digitized by Google

ſcientes hoc, *b* quia juſto lex non eſt poſita, *c* ſed injuſtis, *d* & non ſubditis, *e* impiis, *f* & peccatoribus *g* ſceleratis, *h* & contaminatis, *i* parricidis, & matricidis, k homicidis *l* fornicariis, *m* maſculorum concubitoribus, *n* † plagiariis, *o* mendacibus, *p* & perjuris, *q* & ſi quid aliud ſanæ doctrinę *r* adverſatur, quæ eſt ſecundum *ſ* Evangelium glorię B. Dei, *t* quod *u* creditum eſt mihi. *x* Gratias, *y* ago ei, qui me confortavit in *z* Chriſto Jeſu Domino noſtro.

al. † plagiariis.

opera vero prævaricantur, hoc eſt, illegaliter uti. Utitur quidem, ſed non in propriam utilitatem. Hoc eſt, quod dicitur: *Matt.* 23. Dicunt, & non faciunt. Tales ſunt, ſicut illi, qui clamant bonum vinum, & tamen parum guſtant de eo. Item ſicut hiſtriones, qui clamant torneamenta, & tamen numquam ibi feriunt unum ictum.

C Talibus non eſt lex bona, quia non in uſum ut eam convertunt. Sicut, nec vinum bonum eſt dolio, nec granum horreo, ſed ſtomacho, *Mal.* 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Labia dicit, non venter. Item *Chryſ.* Eſt, & aliud legaliter uti lege, puta ſi legaliter uteris, mittit te ad Chriſtum. Cum enim ejus intentio ſit juſtificare hominem, non poteſt autem; mittit ad eum, qui poteſt. Baculus enim miſſus per *Giezi*, i. onus legis datum per Moyſen non ſanavit puerum, ſed ipſemet Heliſæus deſcendit, & ſe puero coaptavit, quod factum eſt, quando Chriſtus naturam noſtræ infirmitatis aſſumpſit, ut a morte nos liberaret. 4. *Reg.* 4. Item nota, quod legaliter utitur lege, qui eam complet ex ſuperabundantia amoris, non ex ſpiritu ſervitutis. Unde *Chryſ.* Eſt autem, & aliter legaliter uti lege, cum ex multa abundantia eam cuſtodiat quis, quidam ex ſuperabundantia, ſicut fræno, aut ordinate utitur, non qui ſaltat, ut equus, neque qui mordet, ſed qui ſimpliciter ad circuminducti ſchematis gratiam; ita & legaliter utitur, qui non propter neceſſitatem litterarum ſobrius eſt, ſed per amorem. Item *Chryſ.* Quis autem lege legaliter utitur? Qui novit, quoniam non indiget ea. Et ne videretur legem reducere per hoc, quod dicit eam bonam. Ideo ſubdit. *a* Scientes hoc, quia] i. impoſita, ut magis premens, quia duris data eſt in flagellum, rudibus, & ſervis in pædagogum, perfectis, & filiis in ſignum, *Gal.* 5. Quod ſi ſpiritu ducimini; non eſtis ſub lege. *Chryſ.* Non eſt opus fræno duro in bene frænabilem equum, neque pædagogia in eum qui non indiget pædagogo. *b* Juſto non eſt lex poſita,] Notandum, quod eſt alia lex promulgata a ſpiritu ſervitutis in timore, alia a ſpiritu libertatis data in ſuavitate, nec ſub illa coguntur filii, nec ſine iſta patiuntur injuſti. Vis audire, quod non eſt lex poſita? Non accepiſti, *Rom.* 8. ait, ſpiritum ſervitutis in timore. Vis audire, quod non ſine lege charitatis ſunt? Sed accepiſtis inquit ſpiritum adoptionis filiorum. Denique vis audire juſtum virum de ſe facientem, & quod non ſit ſub lege, nec tamen ſit ſine lege. Factus ſum, inquit, his, qui ſub lege erant, quaſi ſub lege eſſem. 1. *Cor.* 9. His, qui ſine lege erant factus ſum, quaſi ſine lege eſſem, cum ſine lege Chriſti non eſſem. Unde apte non dicitur. Juſti non habent legem, aut juſti ſunt ſine lege, ſed juſtis non eſt lex poſita, hoc eſt, non tanquam invitis poſita, ſed voluntariis, eo liberaliter data, quo ſuaviter inſpirata. Vel. *b* Juſto lex non eſt poſita,] ut per eam juſtificetur, quia nec ex ea juſtus eſt, ſed ea fide. *Abac.* 2. Juſtus autem ea fide vivit, *Gen.* 15. Credidit Abraham Deo & reputatum eſt ei ad juſtitiam.

c Sed injuſtis, &c.] *Gal.* 3. Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt, ſcil. ne fieret, vel ut puniret. [Injuſtis,] quantum ad coæquales. *d* Et non ſubditis,] quantum ad ſuperiores. *e* Impiis,] contra Deum. *f* Et peccatoribus] in ſe, &c. *g* Sceleratis,] quibus ſcelus per ſe placet ſine emolumento aliorum exteriorum. *h* Et contaminatis,] ex conſortio aliorum, ut quando favore aliquo, vel timore conſentiunt peccato. *Eccl.* 13. Qui tangit picem inquinabitur ab ea, & qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam, *Gl.* Verba, & familiaritas malorum multos contaminant, 1. *Cor.* 15. Corrumpunt bonos mores eloquia prava, 2. *Cor.* 7. In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio. *i* Parricidis, & matricidis,] qui patrem, & matrem occidunt, *Exod.* 21. Qui percuſſerit patrem ſuum, aut matrem, morte moriatur. Vel neceſſaria ſubtrahunt. *Marc.* 7. Irritum feciſtis mandatum Dei, ut traditionem veſtram ſervetis. *Exod.* 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, & qui maledixerit patri, & matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, ſi dixerit homo patri, aut matri corban, quod eſt, donum quodcumque eſt ex me, tibi profuerit, & ultra non dimittis eum quicquam facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes verbum Dei propter traditionem veſtram. *Prov.* 28. Qui ſubtraxit aliquid a patre ſuo, vel a matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt. k Homicidis,] *Exod.* 20. Non occides, *Ex.* 21. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur.

l Ex fornicariis,] *Exod.* 20. Non mœchaberis. *m* Maſculorum concubitores,] quod prohibetur. *Lev.* 18. Cum maſculo non commiſcearis coitu femineo, quia abominatio eſt, 1. *Cor.* 6. Nolite errare, neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Ad deteſtationem hujus vitii legitur, *Gen.* 18. Deum dixiſſe. Deſcendam, & videbo utrum ſermonem, qui venit ad me, opere compleverint. Hoc enim vitium a Deo deteſtabile eſt, quod nulla ratione credi debet, niſi videatur. Sodoma etiam interpretatur muta, ad notandum, quod de tali vitio aperte loqui etiam in ſermonibus non debemus, niſi valde caute, & ideo muta interpretatur, ad innuendum, quod tales peccatores inter alios homines loqui non debent, neque etiam mittere. Et nota, quod cantor Pariſienſis dicebat ſe legiſſe in ſcripturis Hieronymi, quod ea nocte, qua natus eſt Salvator, mortui ſunt omnes Sodomitæ ubicumque erant. Cujus talem aſſignabat rationem *B. Hier.* Juſtum erat, ut auctore naturæ naſcente morerentur hoſtes naturæ, non valentes ſuſtinere adventum, & ſplendorem ipſius. Item dixerunt fide digni, quod ſi hoc vitio aliquis laboret uſque ad ætatem, in quo Chriſtus mortuus eſt, aut vix, aut numquam dimittit illud, & hoc ſatis invenitur in confeſſionibus talium. Item dicitur, quod *Aug.* dixerit, quod propter hujuſmodi flagitium diſtulit Dominus incarnationis beneficium, & pene dimiſit. Adeo enim fœdata erat natura, quod auctor naturæ vix ei voluit fœderari. *n* Plagiariis,] qui plagas cujuslibet generis infert proximis. Vel plagiarii ſecundum legiſtas ſunt, qui furantur pueros, & eos deferunt de plaga in plagam, ut poſſint vendere ipſos, & ſic dicitur hoc nomen a plaga. Vel poteſt dici a plagio, quod eſt venditio liberi hominis, & ſic plagiarii dicuntur, qui vendunt liberos homines. *o* Mendacibus,] *Apoc. ult.* Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſervientes & omnis, qui amat & facit mendacium. *p* Et perjuris,] *Exod.* 20. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. *q* Et ſi quid aliud ſanæ doctrinæ] i. legi naturali, vel inſtructioni morali, vel inſtitutioni. *r* Adverſatur,] ſicut doctrina pſeudo, quæ contraria eſt Evangelio. *Tit.* 2. Loquere quæ decent ſanam doctrinam. Sed ſic dicitur. 2. *Tim.* 4. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. *ſ* Quæ eſt ſecundum Evangelium,] i. concordat Evangelio. Omnis enim veritas concordat Evangelio. Dico. *t* Gloriæ B. Dei,] i. quod prædicat, vel dat gloriam Dei.

u Quod] Evangelium, [creditum,] i. commiſſum, [eſt mihi,] tanquam fideli diſpenſatori 1. *Cor.* 4. Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur. *x* Gratias ago, &c.] Alia littera ſecundum *Chryſ.* gratias habeo ſuſcitanti me Chriſto Jeſu Domino noſtro, quoniam fidelem me æſtimavit, ponens in miniſtrum eum, qui Domini fuit blaſphemus, & perſecutor, & conviciator, ſed miſertus eſt mei Deus, quoniam ignorans feci in infidelitate. Superabundavit autem gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum fide, & amore, qui eſt in noſtro Jeſu. [Gratias ago.] Aliquis poſſet dicere, quomodo ſcis tu, quod vane, & inutiliter nos doceant iſti? Reſpondet bene ſcio, quia aliquando fui de conſortio talium, ſed converſus ſum modo. Et hoc eſt, quod dicit. [Gratias, &c.] Vel ſic continua. Creditum eſt mihi Evangelium, unde gratias ago 1. *Tim.* 2. In omnibus gratias agite. *y* Ei, qui me confortavit] i. fortem fecit, & conſtantem, *Phil. ult.* Omnia poſſum in eo, qui me confortat. *z* In Chriſto Jeſu Domino noſtro,] i. in his, quæ ſunt Jeſu Chriſti ſcil. in fide ejus prædicanda, & exemplis ejus imitandis. Multi ſunt fortes, ſicut aſinos in poſterioribus, i. in his, quæ, mundi ſunt, non in his, quæ Jeſu Chriſti ſunt. Aſinus retro eſt fortis, ante habet crucem, ſic multi ſunt ad malum fortes, ſed ad bonum agendum crucifixi ſunt, i. impo-

Digitized by Google

a quia fidelem me *b* exiſtimavit *c* ponens in *d* miniſterio, *e* qui prius fui blaſphemus, *f* & perſecutor, *g* & contumelioſus, *h* ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, *i* quia ignorans *k* feci in incredulitate. *l* Superabundavit autem gratia Domini noſtri cum *m* fide, & dilectione, *n* quæ eſt in Chriſto Jeſu. *o* Fidelis *p* ſermo, & omni *q* acceptione dignus, *r* quia Chriſtus *ſ* Jeſus *t* venit in hunc mundum *u* peccatores *x* ſalvos facere, *y* quorum primus *z* ego ſum, *a* ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, *b* ut in me *c* primo oſtenderet Chriſtus *d* Jeſus omnem patientiam *e* ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam:

rentes, & infirmi, ſtatim dolent caput, ut dicunt, ſi jejunant, vel vigilant. *Iſ.* 5. *Væ*, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. *Job* 21. Quis impii vivunt, ſublevati ſunt, confortatique ſunt divitiis. Confortari in divitiis eſt roborari in poſterioribus. Sed de bonis dicitur *Iſ.* 40. Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem, ad bene operandum, ſcil. aſſument pennas, ut aquilæ, ad contemplandum, ſcil. Hæc duo ſunt neceſſaria Doctori, operatio, & contēplatio. *Job* 5. Homo naſcitur ad laborandum, & avis ad volandum. Et inde gratias ago.

Inſt. c. 4.

D

a Quia fidelem me] ſervum. [exiſtimavit,] i. prævidit, & elegit. *Prov.* 20. Virum fidelem quis inveniet? *Luc.* 12. Quis putas, eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. *b* Exiſtimavit] *Act.* 9. Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram Regibus & gentibus, & filiis Iſrael. *Chryſ.* Sicut enim qui portant ſignum regale in prælium, multa indigent in fortitudine, & experientia, ut id non tradant hoſtibus; ita, & qui nomen Chriſti portant non tantum in prælio, ſed & in pace multa indigent virtute. Unde. *c* Ponens,] i. firmans, & ſtabiliens, ſicut columnam. *d* In miniſterio,] non dicit in dominio. *Act.* 13. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod eos aſſumpſi. In opus dixit, non in otium; in laborem, non in honorem. *e* Qui prius fui blaſphemus,] etiam Domini, & ita dignus morte *Deut.* 24. Educ blaſphemum extra caſtra, & lapidet eum omnis populus. Item in *eod.* Qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur. *f* Et perſecutor,] Sanctorum facto. *g* Et contumelioſus,] verbo, 1. *Cor.* 15. Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei. *Act.* 9. Saulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini, &c. hæc duo, & Apoſtoli, & Dominus Apoſtolorum paſſus eſt, ſcil. verba, & verbera. *Sap.* 2. Contumelia, & tormento interrogemus eum. Verbo interrogatus, ſive probatus Sapientia, tormento probatur patientia. *h* Miſericordiam Dei conſecutus ſum,] i. remiſſionem peccatorum, per cujus miſericordiam non per merita mea. *Thr.* 3. Miſericordiæ Domini multæ, quia non ſumus conſumpti. *i* Quia ignorans feci] i. facilius habui miſericordiam, quia non ex certa ſcientia peccavi. Unde ly, quia, non dicit cauſam, ſed occaſionem, & hoc non quantum ad Deum, ſed quantum ad ipſum. Credebat enim ſe præſtare obſequium Deo perſequendo Sanctos, ſicut dicitur *Jo.* 16. Et eſt argumentum, quod ignorantia excuſat a tanto, etſi non a toto. *Lev.* 5. Qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Dominum. *Luc.* 12. Servus qui cognovit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparavit, & non fecit ſecundum voluntatem ejus, plagis vapulabit multis. Vel. [Miſericordiam conſecutus ſum de eo, quod ignorans feci,] alia litera. Ego dico degens. *k* Incredulitate,] & non ſolum miſericordiam veniæ conſecutus ſum, ſed & ſuperabundantiam gratiæ. Unde dicit: *l* Superabundavit autem gratia, &c.] *Rom.* 5. Ubi abundavit delictum, ſuperabundavit, & gratia. Gratia Domini donorum. *m* Cum fide, & dilectione,] i. cum perfectione fidei, & dilectionis & fidei operantis per dilectionem *Gal.* 5. Fides, quæ per dilectionem operatur, &c. Vel, cum fide, & dilectione,] i. in fide & dilectione. *n* Quæ eſt in Chriſto Jeſu,] non in lege. Quod autem in Apoſtolis ſuperabundavit gratia, per diluvium doctrinæ ejus. Unde *Rom.* 15. In virtute ſignorum, & prodigiorum in virtute Sp. S. ita ut a Jeruſalem per circuitum uſque ad Illyricum repleverim Evangelium Chriſti. *Pſ.* 45. Dedit abyſſus vocem ſuam, i. Paulus, repletus Dei gratia, ſicut abyſſus aperuit os ad prædicandum; i. idem Paulus profundus in ſcientia, manus ſuas levavit ad orandum, vel operandum pro cœleſtibus. *Gen.* 7. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ cataractæ cœli apertæ ſunt, & facta eſt pluvia ſuper terram. Hoc factum eſt, quando Dominus Paulo, & aliis Apoſtolis dedit plenam gratiam, & ſcientiam, ut totum mundum inebriarent. Et bene dico, quod ſuperabundavit gratia, ubi abundant mala. Nec mirum. *r* Quia Chriſtus Jeſus] qui eſt, ingens gratia. *ſ* Jeſus] i. ſalvans in gloria. *t* Venit in hunc mundum] i. tam miſerum & inopem. Nota quis venerit, ſcil. [Chriſtus Jeſus.] Et quo, ſcil. in vallem miſeriæ, ſcil. [in hunc mundum.] Et ad quid, ſcil. *u* Peccatores] i. ſua peccata recognoſcentes. *x* Salvos facere] *Gl.* venit de cœlo magnus medicus, quia magnus per totum orbem jacebat ægrotus. *Jo.* 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. Et in eodem ſubditur. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum. *Matt.* 9. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. *y* Quorum,] i. inter quos. *z* Primus ego ſum,] i. maximus inter peccatores, quis tamen ad genus peccati. Ecce humilitas Apoſtoli qua ſe reputavit inter peccatores maximum, non ſolum fuiſſe, ſed eſſe. Non enim dicit, quoniam primus ego fui; ſed ego ſum. Ad litteram etiam eſt hodie, quod illi, qui primi ſunt in ſcientia, & dignitate, primi etiam ſunt in Domini perſecutione *Eccl.* 12. Si incurrerint tibi mala, invenies eum illic priorem, i. Prælatum Ducem conventus. Et ille. *p* Sermo,] ſcil. quod Chriſtus Jeſus venit ſalvare peccatores, eſt, *o* Fidelis] i. verus. *q* Et omni acceptione dignus,] i. acceptabilis, quia utilis. Et dicit, [omni,] quia etiam hic, & in futuro utilis eſt corpori, & animæ. Vel [Fidelis,] i. verus ad credendum. [Et omni acceptione dignus,] ad operandum, i. ut manu operationis bonæ cum Chriſto operemur ſalvationem noſtram, qui venit ſalutem peccatorum operari in medio terræ. Sermo debet accipi non tantum audiri, & multi ſunt, qui ſermonem libenter accipiunt, ſed non poſſunt, quia non incorporatur per operationem in Prædicatoribus, ſed tantum perſtrepit auribus, & quia audibile eſt tantum verbum noſtrum, non viſibile, vel tangibile, ideo non capitur. *Exod.* 20. Populus autem videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ. Blaſphemus, & perſecutor eram, ut dixi. *a* Sed ideo] q. d. ad hoc vocavit me ſcil. ut ſim exemplum miſericordiæ ejus aliis oſtendendo. Et hoc eſt. *b* Ut in me primo] i. maximo peccatore. Vel primum, quaſi maxime, vel ante. *c* Oſtenderet] in me ſcil. priuſquam in aliis perſecutoribus. *d* Chriſtus Jeſus omnem patientiam] i. perfectam, & longanimitatem ſecundum *Chryſ.* *e* Ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi] mundantes, [in vitam æternam,] ſcil. ut omnes ſperent de venia, quantumcumque deviaverunt a culpa. Ideo Pſalmi David ſunt in uſu, ut Evangelium Matthæi, maxime, & Epiſtolæ Pauli, & memoria Magdalenæ in Evangelio, ut peccatoribus detur ſpes veniæ: *Oſee* 2. Dabo eis vinitores, idest, Prælatos, ſcilicet, & Petrum, ex eodem loco, primo de luto peccatorum aſſumptos, ſicut nos ſumus. Ideo enim Dominus voluit homines iſtos Prælatos & Confeſſores hominum, vel peccatores præeſſe peccatoribus, ut Prælati ipſi ſciant compati, & ſubditi non deſperent de venia peccati, & non erubeſcant confiteri. Unde *B. Greg.* dicit, ideo Dominus Principem Apoſtolorum tentari voluit, ut ex ſuo caſu diſceret, qualiter aliis compati deberet. Et hoc eſt, quod ſubditur in auctoritate *Oſee* prædicta. Et vallem Achor ad aperiendam ſpem. Vallis Achor, eſt peccator profundus in peccatis, ſicut Magdalena, quæ fuit vallis per omnium ſordium receptionem, ſed Achor fuit vallis hæc per vehementer dolorem, & compunctionem. Achor enim interpretatur turbatus. Hæc vallis aperuit nobis ſpem, ſicut dicit *Greg.* Ipſa lucet in firmamento cœli, i. Eccleſiæ, quis enim timet ſibi naufragium tangens hoc ſignum? *Rom.* 9. Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam. Item *Rom.* 2. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. *Eccl.* 5. Altiſſimus patiens eſt redditor. *Iſa.* 46. Audite me, domus Jacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui portamini a meo utero, qui geſtamini a mea vulva, uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portabo, ego feci, & ego feram, ego portabo, & ego ſalvabo.

a Regi

a Regi autem ſæculorum; *b* immortali, & *c* inviſibili, ſoli *d* Deo, *e* honor, & gloria, *f* in ſęcula ſęculorum, *g* Amen. *h* Hoc præceptum *i* commendo tibi, fili Timothee, *k* ſecundum præcedentes in te prophetias; *l* ut milites in illis bonam *m* militiam, *n* habens fidem, *o* & bonam conſcientiam. *p* Quam *q* quidam repellentes circa fidem *r* naufragaverunt, *ſ* ex quibus eſt Hymeneus, & Alexander, *t* quos tradidi Satanæ, ut diſcant *u* non blaſphe-

a Regi autem, &c.] q. d. miſericordiam conſecutus ſum, & ideo ago gratias Regi ſæculorum. *Tob.* 13. Regem ſæculorum exaltate in operibus veſtris, non tantum in vocibus, 1. *Cor.* 6. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro, non in ore tantum. Et nota quod bene ponit Deo regnum, immortalitatem contra ſervitutem, mortalitatem, diviſionem, potentiam, & poſtea ſubditur, honor, & gloria contra miſeriam & confuſionem, & ignominiam. Dicit ergo. [Regi autem,] ad differentiam aliorum Regum, qui terris imperant, non ſęculis, ſcil. temporibus. *Apoc.* 19 Rex Regum, & Dominus dominantium, *inf.* 6. Beatus ſolus potens Rex Regum, & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem. *b* Immortali,] i. immutabili, quia ſuper tempus eſt, a quo eſt omnis mutatio; Reges autem terrarum, qui ſunt ſub tempore mortales, & mutabiles. *Eccl.* 10. Omnis potentatus brevis vita. Et poſtea ſubdit: Sicut, & Rex hodie eſt, & cras morietur, *Job* 24. Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur, ſicut omnia, i. communia quaſi diceret omnes potentes in majoribus, in minoribus, & communibus, ſive plebeis hominibus æquabuntur in morte. Ideo dicitur. *Eccl.* 9. Communione mortis ſcito, quem in medio laqueorum ingredieris. Si hoc Reges terræ attenderent, non ita ſe extollerent. Sicut legitur de Nabuchodonoſor *Jud.* 3. Præceperat Nabuchodonoſor, ut omnes deos terræ exterminaret, ut ipſe ſolus Deus diceretur. *c* Inviſibili,] ad differentiam idolorum viſibilium. *Iſ.* 44. Quis formavit Deum, & ſculptile conflavit ad nihil utile. *d* Soli Deo,] Ly, [ſoli,] adjectivum eſt de ly, [Deo] qui ſolus eſt Deus ad differentiam alicujus creaturæ, quæ inviſibilis eſt, non tamen Deus eſt. Et ſupponit ly, [Deo] pro tota Trinitate. Et eſt hoc contra Manichæos, qui ponunt duo principia. *Iſ.* 45. Ego Dominus, & non eſt amplius, extra me non eſt Deus. Item in *eod.* Numquid non ego Dominus, & non eſt ultra Deus abſque me, Deus juſtus, & ſalvans non eſt præter me. *Item* 43. Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit, ego ſum Dominus, & non eſt abſque me ſalvator. *e* Honor & gloria,] ſit ei. [Honor,] i. revereantur omnes creaturæ. [Gloria,] i. jucunditas, quam habet in ſe, quaſi diceret recognoſce ſoli ei bonum, quod habet. Vel, [honor ſit ei,] ſicut patri, Et [Gloria,] ſicut Regi, & Domino. Sed nonne multi honore digni ſunt præter Deum? *inf.* 5. Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur. Sol. Honor ſit Deo, cum ſit homini propter Deum. Tamen hic loquitur de honore latriæ, qui ſoli Deo debetur, quia ſolus Deus debet adorari, & ei ſoli debet ſacrificium offerri. *Act.* 12. Populus acclamavit voces Dei, & non hominis. Dico ergo, quod eſt honor, ſive gloria latriæ quam debet homo Deo, & eſt honor, ſive gloria reverentiæ, quam debet homo proximo. Unde *Rom.* 12. Honore invicem prævenientes. Et eſt gloria conſcientiæ, quam debet homo ſibi, 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Item 1. *Cor.* 9. Bonum eſt mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet. De prima gloria loquitur hic, & *Phil. ult.* Deo, & Patri noſtro gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Item *Iſ.* 42. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. *f* In ſæcula ſæculorum,] i. ſuper, *g* Amen.] i. vere.] Multi dant gloriam Deo, & honorem, ſed non vere, ſicut illi, de quibus dicit Dominus. *Iſ.* 29. Appropinquat populus iſte ori ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longe eſt a me. Et *Matt.* 15. idem ſenſus eſt. *h* Hoc eſt præceptum] Demonſtratis beneficiis Dei, & gratia erga peccatores, oſtendit quomodo doceat populum credentem, & excommunicet rebelles pſeudo, ſicut ipſe Apoſt. tales excommunicabat. Dicit ergo, [Hoc præceptum] ſpirituale, [commendo tibi.] Sed ſi præceptum eſt quare non præcipitur, ſed commendatur? Reſp. Formam dedit Prælatis, ut quod præcipiendum erat commendabile, & ideo ſponte appetibile oſtendat. 2. *Tim.* 2. Hæc commenda fidelibus hominibus. Commendo dico. *k* Secundum præcedentes] i. ſecundum conſcientiam Prophetarum quæ in te fuit, antequam ordinatus eſſes Epiſcopus, q. d. non alia præcipio tibi, niſi quod docent lex, & Prophetæ, 2. *Cor.* 1. Non alia ſcribimus vobis, quam quæ legiſtis, & cognoviſtis. 1. *Jo.* 2. Non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum, quod habuiſtis ab initio: Et quod eſt illud præceptum? Hoc eſt, ſcil. *l* Ut milites, &c.] i. ſecundum quod Sp. S. oſtendit mihi de te; Forte aliqua bona ſigna habuerat Apoſt. de Timotheo antequam promoveret eum ſicut legitur de *B. Bern.* quod cum conceptus fuiſſet, viſum eſt matri, quod haberet catulum album in ventre habentem ſupra dorſum maculam parvam, quod ſtupefacta nunciavit hoc cuidam bono, qui dixit ei, quod portabat in utero unum optimum Prædicatorem, cum macula tantum originalis peccati naſciturum. Vel ſic, *i* Commendo tibi,] i. depono apud te, vel injungo tibi. *l* Ut milites] Prophetis exponendis & opere implendis. *m* Bonam militiam,] i. utilem multis, [& hoc ſecundum,] i. ſic milites operando, & prædicando, ſicut edoctus es, quod eſt contra illos, qui multa ſciunt & non faciunt *inf.* 4. Hæc proponens fratribus bonus eris miniſter Jeſu Chriſti, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ quam aſſecutus es, Et *inf.* Noli negligere gratiam Dei, quæ data eſt tibi per prophetiam. Et dicit [bonam militiam,] quia eſt, & mala ſicut Chriſto, & membris ejus, illudere & crucifigere *Jo.* 19. Et milites hi fecerunt, econtra bonam militiam, Diabolo animas auferre, & Deo lucrari. 2. *Tim.* 2. Labora ſicut bonus miles Chriſti, nemo militans Deo implicat ſe ſæcularibus. Non eſt enim bonus miles, qui ſe armat pro muſca capienda, imo ignominioſus eſt. Et certe multi ſunt hodie tales, qui induunt arma ſua, ſcil. ſtudent in Theologia, & habitum honeſtum, ut capiant muſcam, i. præbendulam aliquam. Tales militant in terram; ſicut dicitur de malo milite, & pigro, illi bene militant juxta ignem. Sed *Job* dicit 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram, i. pro ſuperioribus. *Job* 25. Numquid eſt numerus militum ejus, 2. *Par.* 17. Joſaphat poſuit militum numeros in cunctis urbibus Juda. Modo ponuntur in Eccleſiis non armati milites, ſed parvuli vagientes, & milites abjiciuntur *Nahum* 2. Templum ad ſolum dirutum eſt, & miles captivus deductus eſt. Hodie pauci ſunt. Joſaphat, pauci ſunt miniſtri militum. *Chryſ.* Bonus magiſter militum, niſi prius bonus miles fuerit, numquam erit. Ita, & qui docet. Seq. *d* Habens fidem, &c.] quaſi hoc facias tu, dico, [habens fidem,] ut intellectus ſit ſine errore. *o* Bonam conſcientiam,] ut affectus, ſive voluntas ſit ſine torpore culpæ. Vel, [fidem] quæ eſt cognitio Dei. [Et bonam conſcientiam,] i. utilem cognitionem tui, quia conſcientia eſt, propria cordis ſcientia. Hæc duo petit *Aug.* Domine, noverim me, noverim te. Cognitio ſui humiliat, cognitio Dei ad amorem inflammat. *Act.* 23. Ego omni conſcientia bona converſatus ſum ante Deum, 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum. *p* Quam] ſcil. conſcientiam. Vel [quam] fidem; ſecundum *Chryſ.* Quidam repellentes] Conſcientia bona repellitur per flagitia, fides repellitur per argumenta. Unde *Chryſ.* A fide quidem revertuntur, qui argumentis omnia quærunt. *r* Naufragaverunt,] etiam aliquos ſe inde mergentes. Fracta enim nave ſubmerguntur nautæ, & navigantes. *Chryſ.* Navis munita eſt fides. Et nota, quod navis frangitur, cum aqua doctrinæ deficit, & ventus, i. interpretatio nimis impellit *Prov.* 29. Cum prophetia defecerit, diſſipabitur populus. Et notanter dicit. [Quam quidam, &c.] quia ſicut intellectus bonus datur omnibus facientibus eum, ita ſubtrahitur non facientibus. Malam ergo conſcientiam peccato maculatam ſequitur naufragium erroris circa fidem, i. circa credenda. *ſ* Ex quibus eſt, &c.] Nomina propria ponit, ut ambiguum tollat, 2. *Tim.* 4. Alexander ærarius multa mala oſtendit mihi, reddet illi Dominus ſecundum opera ſua. *t* Quos tradidi Satanæ,] i. eos excommunicavi, ita eos & tu excommunicato. Tantæ autem poteſtatis erat Apoſt. ut prolata ſententia in ipſos, Diabolus eos vexaret. Hoc eſt quod dicit, [tradidi Satanæ] vexandos. *u* Ut] ſic correpti diſcant non blaſphemare.] Vides quoniam blaſphemare eſt quærere ſyllogiſmis divina. Sed quid eſt, quod dicit, [diſcant] ergone Diabolus magiſter eorum? Non, ſed vexatio, *Iſ.* 28. Sola vexatio dabit intellectum auditui. 1. *Cor.* 5. Congregatiſque vobis & meo ſpiritu cum virtute Domini Jeſu, tradere hujuſmodi hominem Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini.

23. q. 4. c. qui peccat & c. quid crudeles.

Pſal. 100.

C A P. II.

a OBſecro igitur primum *b* omnium *c* obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, *d* pro omnibus hominibus, *e* pro regibus, & *f* omnibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, *g* ut quietam, *h* & tranquillam vitam agamus *i* in omni pietate, & *k* caſtitate. *l* Hoc enim *m* bonum eſt, *n* & acceptum *o* coram ſalvatore noſtro Deo, *p* qui omnes homines vult ſalvos fieri,

E X P O S I T I O C A P. II.

OBſecro ergo, &c.] Hæc eſt ſecunda pars Epiſtolæ in qua ſubdit Apoſtolus, quomodo ſe debeat habere Timotheus, ad eos qui ſunt in Eccleſia. Et primo quomodo ſe debeat habere circa principale officium quod eſt orare pro populo maxime in miſſa. *Heb.* 8. Omnis enim Pontifex ad offerenda munera, & hoſtias conſtituitur. Et primo docet ritum, & modum orandi, ſc. obſecrando, ſimpliciter orando, poſtulando, gratias agendo, & pro quibus orandum, ſcil. pro omnibus, & ſpecialiter pro Regibus, & Prælatis. Secundo fiduciam impetrandi excitat, quod Dominus noſter vult omnes ſalvos fieri, & ipſe eſt mediator noſtræ ſalutis & etiam medius, per quem orationes noſtræ Patri offeruntur, ibi. [Hoc enim bonum eſt, &c.] Tertio docet, qui debeant orare, & quando & ubi quia non ſolum Epiſcopi & Prælati debent orare, ſed etiam alii, ſed differenter quia viri ſuo modo, ſicut dicitur, ibi. [Volo ergo viros, &c.] Et mulieres ſuo modo ſcil. in ſilentio, ſicut dicitur, ibi. [Mulier in ſilentio, &c.] Dicit ergo: *a* Obſecro ergo] vel [obſecras] ſive exhortare. *b* igitur primum omnium fieri,] i. ante omnia.
c Obſecrationes,] ſcil. Prædicationes, Alia littera. [Orationes poſtulationes,] vel [interpellationes.] Alia littera [gratiarum] actiones. *Chryſ.* ponit hunc textum. Intercelliones, obſecrationes, gratiarum actiones. Et nota, quod per hæc quatuor, quatuor partes in Miſſa intelliguntur. Dividitur enim Miſſa, quæ celebratur in commemorationem paſſionis Chriſti, in quinque partes, quia quinquies ſanguinem ſuum fudit. Primo in circumciſione: *Luc.* 2. Secundo in oratione quando poſitus in agonia prolixius orabat: *Luc.* 22. Tertio in flagellatione, quando ſpinea corona capiti ejus impoſita eſt: *Matt.* 27. *Jo.* 19. Quarto in perforatione manuum, & pedum in cruce. Quinto in apertione lateris poſtquam jam mortuus erat: *Jo.* 19. Ideo prima pars Miſſæ eſt, a *Te igitur* uſque ad *Qui pridie*, *quam pateretur*. Secunda a *Qui pridie* uſque, ad *memoriam*. Tertia a *memoria* uſque ad *Pater noſter*. Quarta eſt oratio, quæ dicitur, *embolismus*, inter *Pater noſter*, & *Dominus vobiſcum*. Et dicitur *emboliſmus*, quaſi ſuperexcreſcens, quia poſtea fuit ſuperaddita. Unde Apoſtolus non tangit illam, ſed tantum alias quatuor. Quinta pars Miſſæ eſt poſt *emboliſmum* uſque ad finem Miſſæ. Sic ergo in his verbis Apoſtoli intelligitur id, quod fit in canone Miſſæ. Et redde hæc tria verba Apoſtoli quatuor prædictis partibus per ordinem prætermiſſo *emboliſmo*. Vel aliter poteſt diſtingui, ut obſecratio dicatur oratio facta Deo pro re difficili, vel pro converſione impii, & malis amovendis, oratio pro agnitione gratiæ jam habitæ, poſtulatio pro collatione gloriæ, gratiarum actio de omnibus. Et nota, quod ſimiliter quatuor modi orandi habentur, *Phil.* 4. In omni obſecratione & oratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Ibi require de hoc. Item aliter exponitur ſecundum *B. Bern.* [Obſecro, &c.] quos adhuc conſcientia, quia timet per ſeipſos accedere, ſtudent per alios ſupplicare, ut *S. Petre, ora pro nobis*. Maxime autem per obſecrationes ut *per paſſionem, & crucem tuam libera nos Domine*. Sic orat fur deprehenſus, & vicinus ſuſpendio, quigon ſe iavenit, unde moveat ad pietatem. Sequitur autem. Orationes jam accepta virtute continendi. Oratio, quaſi oris ratio, quando ore ad os jam cum Domino loquitur. Seq. Poſtulationes, ut poſtquam in lamentis perſeverans fiduciam acceperit, veniæ jam ſecurus ad poſtulationes pro ſociis etiam accedit. Sed caveat, ne poſtulet non poſtulanda. Item poſtea dicit. Porro ad quartum genus orationis per paucos credimus pervenire, quia charius, & pretioſius eſt, cum teſtimonium reddit Sp. S. ſpiritum, quem habet ex Deo, quoniam exauditum eſt deſiderium cordis ejus, ita ut certus jam non orare, ſed gratias agere poſſit, hoc eſt quartum quod dicit Apoſt. [Gratiarum actiones.] Vel [Obſecrationes,] pro fidelibus mortuis, [Orationes] pro peccatoribus vivis. [Poſtulationes.] Pro juſtis vivis. [Gratiarum actiones,] pro Sanctis. Terminato modo orandi, dicit pro quibus. Primo, ſcil. *d* Pro omnibus] i. pro univerſali Eccleſia. ſic fit in parochiis in Dominicis diebus. Primo fit pro univerſali Eccleſia. Deinde pro Prælatis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus. Pro omnibus ſpecialiter ad Sacerdotes pertinet orare, pro omnibus etiam hoſtibus *Chryſ.* Velut communis orbis univerſi Sacerdos eſt omnium procurationem habens, ſicut & Deus, unde *Deut.* 33. Ponent thymiama in furore tuo, & holocauſtum ſuper altare tuum. *Sap.* 18. Properans homo ſine querela deprecari pro populis proferens ſervitutis ſuæ ſcutum orationem, per incenſum, deprecationem allegans reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati oſtendens, quod tuus eſt famulus. *Chryſ.* Pro omnibus quomodo orabit pro affligentibus & calumniantibus? Sol. Quomodo ſi percuſſus infans percutiat patris vultum, nihil amoris ſuccidetur, ita & nos ſi percutiamur ab his, qui extrorſum ſunt, nihil debemus minuere bonæ voluntatis.
e Pro Regibus] *Chryſ.* Ne videretur blandiri dicturus pro Regibus, promiſit pro Regibus omnibus. Item *Chryſoſt.* Deus ad utilitatem continuam principatum conſtituit, qualiter igitur non inconveniens eſt illos pro vobis militare, & non vos pro eis non orare, *Jer.* 29. Quærite pacem civitatis, ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax veſtra, *Bar.* 1. Et orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filii ejus, ut ſint dies ipſorum ſicut dies cæli ſuper terram. Et poſtea ſubdit: Ut vivamus ſub umbra ejus, & ſub umbra Balthaſar filii ejus, & ſerviamus eis multis diebus. *f* Et omnibus, &c.] Ut Ducibus & Comitibus. Ideo præceptum eſt in Synodo, quod ſpiritualis fiat oratio pro Principe terræ. *g* Ut quietam,] a perſecutione. *h* Et tranquillam] ab omni inquietatione [agamus] *Chryſ.* Si quis quiete exiſtente turbatur, valde miſer eſt. *i* In omni pietate] in cultu, in religione divina. *k* Et caſtitate,] integritate fidei. Hæc duo ſunt neceſſaria ut fides interior ſervetur incorrupta, & cultus exterior divinus in omnibus teneatur, Vel aliter [ut quietam, &c.] Sicut dicit *Chryſoſt.* Triplex eſt prælium, ſcil. contra Barbaros, aliud invicem inter nos, tertium unuſcujuſque ad ſeipſum hoc eſt difficillimum. De hoc loquitur hic ſecundum *Chryſ.* Cum dicit, [tranquillam, &c.] Sed poteſt illud triplex prælium referri ad ea, quæ hic dicuntur ſic. [Quietam,] a perſecutione Tyrannorum. Tranquillam inter vos, & in te. Deinde ſequitur de pace intra vos; quæ eſt, cum anima bene ordinatur interius ad Deum per pietatem, ideo dicitur hic, [in omni pietate,] & exterius ad proximum, per honeſtatem converſationem. Unde alia littera habet. [Et honeſte,] ubi nos habemus [caſtitate.] Quæ littera ſatis competit huic expoſitioni. Caſtitas enim corporis ſpeculum eſt bonæ converſationis apud homines. *l* Hoc enim bonum eſt,] Hæc eſt ſecunda pars in qua excitat fiduciam impetrandi, Deo enim placet, ut oremus. Unde dicit, [hoc enim] ſcil. orate pro omnibus, & pro Regibus. *m* Bonum eſt,] i. utile Eccleſiæ. *n* Et acceptum] ideſt, gratum.
o Coram Deo, & Salvatore noſtro] & ideo poteſt dare, & ſcit quia Deus, & vult, quia ſalvator, cujus officium, & uſus eſt ſalvare. Unde ſubdit:
p Qui omnes homines vult ſalvos fieri,] *Chryſ.* Si ipſe omnes homines, vult ſalvari, & tu velis, ora ergo pro omnibus etiam pro inimicis. *Ezech.* 18. Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat. 2. *Pet.* 3. Nolens Deus aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti. 2. *Reg.* 14. Non vult Deus perire animam. Et nota, quod multis modis exponitur. [Hoc enim,] i. fidelis ſermo, & omni acceptione. Primo ſic. [Vult omnes ſalvos fieri,] ſupple, ſi velint ſalvari cum effectu. Vel [Vult omnes, &c.] ideſt, nullus fit ſalvus, niſi quem vult ſalvari. *Jo.* 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et 1. *Cor.* 15. In Chriſto omnes vivificabuntur. Et de B. Virg. dicitur cunctas hæreſes ſola intermiſit, ideſt quæcumque interemptæ ſunt, per te ſunt interemptæ. Vel [Vult omnes homines, &c.] ut fiat diſtributio pro generibus ſingulorum, ideſt, de omni genere hominum vult aliquos ſalvos fieri. Vel, [Vult omnes homines ſalvos fieri,] ideſt, facit omnes velle, ideſt, appetere ſalutem, omnis enim homo naturaliter appetit beatitudinem, ad quam creatus eſt. Vel [Vult] i. conſulit, hortatur, & jubet. [Omnes homines ſalvos fieri,] i. dat id, per quod ſalvi fiant. *Chryſ.* Salutem autem non habent, quia non

aſt

Digitized by Google

eſt ſalus, ſed nomen ſalutis, ut nuncupatio ſolum, *a* Et ad agnitionem veritatis venire,] i. Chriſti qui eſt via in exemplo, veritas in promiſſo, & vita in præmio. *Jo.* 14. Item *Jo.* 17. Sermo tuus veritas eſt, Et nota quod ideo Dominus voluit veritatem Evangelii tradere per nova exempla, & per parabolas, ut omnes intelligant, *Matt.* 11. Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus & revelaſti ea parvulis. Et vera vult omnes ſalvos facere, quia ipſe eſt mediator ſalutis. Et hoc eſt, quod dicit:

a & ad agnitionem veritatis, venire. *b* Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum *c* homo Chriſtus Jeſus, *d* qui dedit redemptionem *e* ſemetipſum *f* pro omnibus. *g* Cujus teſtimonium *h* temporibus *i* ſuis *k* confirmatum eſt, *l* in quo *m* poſitus ſum ego *n* Prædicator & Apoſtolus. *o* Veritatem dico, non *p* mentior, *q* Doctor gentium *r* in fide *ſ* & veritate. *t* Volo ergo viros orare in omni loco, *u* levantes puras manus

b Unus enim Deus, &c.] Sic ordina. *c* Homo Chriſtus Jeſus mediator Dei & hominum,] & ideo vult ſalvare homines, [eſt unus Deus,] cum Patre in eſſentia & poteſtate & Sapientia, *Deut.* 6. Audi Iſrael, Dominus Deus tuus unus eſt; *Eph.* 4. Unus Deus & pater omnium qui ſuper omnes & per omnia & in omnibus nobis. Eſt in Chriſto duplex mediatio. Una ſubſtantialis in quantum utramque habet naturam. Alia accidentalis, quia juſtus quantum ad Deum, mortalis quoad homines. De iſto mediatore habetur *Gal.* 3. Mediator unus non eſt, Deus autem unus eſt. *Heb.* 8. Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti mediator eſt, *Heb.* 9. Novi teſtamenti mediator eſt, *Heb.* 12. Teſtamenti novi mediator Jeſus. *Deut.* 5. Ego ſequeſter & medius fui inter Deum & vos, *Job* 9. Non eſt qui utrumque valeat arguere, & ponere manum in ambobus. Tempore enim Job nondum erat mediator, & ideo petebat, utinam eſſet nobis arbiter, *Job* 23. ſubſtantialiter. Nota quod Chriſtus dicitur pacificus, quia pacem fecit inter homines, & duos parietes conjunxit, ſcil. Judæos & Gentes. Dicitur etiam mediator Dei & hominum, quia pacem inter Deum & hominem reformavit. Juſtus cum Deo, quia peccare non potuit, miſer cum homine, miſeria pœnæ, ſcil. & ita directe fuit medium conjungens duo extrema. Hunc mediatorem intellexit *Job* 6. cum ait. Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera. In ſtatera enim ſcil. in Chriſto, poſita ſunt peccata humani generis in lance una, & calamitas ipſius Chriſti in lance alia, & quia hæc gravior fuit, ideo traxit ſurſum peccatores. Appellat etiam Job Chriſtum æquitatem, *Job* 23. Nolo multa fortitudine contendat mecum, ne magnitudinis ſuæ mole me premat, æquitatem proponat contra me, æquitas eſt inter ſtrictum jus, & omnimodam remiſſionem peccatorum. Si enim Chriſtus diſtricte ageret, neminem ſalvaret, ſi vero ſine omni ſatisfactione remitteret, nimis eſſet remiſſus. Intervenit ergo æquitas, i. temperata juſtitia, ut cum ſatisfactione peccata remittantur. Igitur Chriſtus cum eſſet mediator & arbiter & non diſtrictus Judex, habuit familiaritatem per conjunctionem, nec cum duobus diſcordantibus. Quod attendens *Oſee* 6. dixit: Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus ejus. Nox eſt peccatorum, Deus vero eſt dies plenus. Chriſtus autem mediator fuit ſicut diluculum, quia diem divinitatis univit carni habenti ſimilitudinem peccati. Hic eſt, quod B. V. dicitur mediatrix, quia aliquando, ſcil. ante conceptionem peccare potuit, poſt vero non potuit. Unde munda & fecunda virgo & mater. Sequitur: *d* Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus] & ita omnes vult ſalvos fieri. *e* Semetipſum,] gratis dedit & ſponte, *Jo.* 10. Ego pono animam meam. Non vendidit, quia emi non poteſt. *f* Pro omnibus] quantum ad ſufficientiam, etſi non quantum ad efficientiam *Gal.* 1. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, *Gal.* 2. Qui dilexit me & tradidit ſeipſum pro me, *Eph.* 5. Dilexit Eccleſiam & tradidit ſemetipſum pro ea. *g* Cujus,] rei ſcil. redemptionis: *h* Teſtimonium,] Prophetarum, ſcil. temporibus ſuis confirmatum eſt,] i. temporibus congruis impletum eſt, id quod teſtificati ſunt Prophetæ de Chriſto, *Gal.* 4. At ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum, *Heb.* 1. Multifarie, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, noviſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio. Sic ergo per filium confirmatum eſt, quod a Prophetis fuit teſtificatum. Vel *h* Cujus teſtimonium,] quod teſtificati ſunt Apoſtoli verbis. *i* Temporibus ſuis,] i. congruis.

k Confirmatum eſt,] miraculis multipliciter in fine, *Matt. ult.* At illi profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. De teſtibus habetur *Act.* 1. Eritis mihi teſtes in Judæa & Samaria & uſque ad ultimum terræ. *Iſ.* 43. Vere vos teſtes mei, dicit Dominus, *Job* 10. Inſtauras teſtes tuos contra me. B

l In quo,] i. in qua re prædicanda.

m Poſitus ſum a Deo,] non intruſus a meipſo. *Heb.* 5. Nec quiſquam ſibi ſumit honorem, ſed qui a Deo vocatus eſt tanquam Aaron. Vel [poſitus,] in dignitate. Prædicator enim nomen eſt actus, Apoſtolus dignitatis. 2. *Tim.* 1. In quo poſitus ſum ego Prædicator & Apoſtolus, & magiſter Gentium. Et C

10. dec. q. 96 diſt. cap. cum ad verum. De pen diſt. 4. c. multiplex. 1. Tim. 1.

n Prædicator & Apoſtolus] ſcil. Prædicator, quia miſſus, *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? *Hier.* 23. Ipſi currebant, & ego non mittebam eos.

o Veritatem dico,] teſtificando hoc, ſcil. quia Chriſtus dedit ſe, & quod ego ſum Apoſt. &c.

p Non mentior] in aliqua parte. Ego dico.

q Doctor Gentium,] & ideo debetis mihi credere, quia eſtis de gentibus, *Eph.* 3. Mihi autem omnium Sanctorum minimo data hæc eſt gratia in gentibus evangelizare inveſtigabiles divitias Chriſti. *Rom.* 1. Quamdiu quidem ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo.

r In fide & veritate,] i. fideliter docens & prudenter. *Luc.* 12. Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Vel [In fide] quantum ad ea credenda. *ſ* Et veritate] quantum ad mores & præcepta. Vel

r in fide, & veritate,] i. doceo fidem in via Chriſti, ſcil. propter quem habetur veritas plena in patria.

t Volo ergo, &c.] Docuit Epiſcopos orare, & ne credat quis hoc tantum eſſe Epiſcoporum, ideo invitat omnes fideles dicens: [Volo ergo,] quaſi quia viros bonum eſt orare, vel quia ſum Doctor gentium, ideo, [volo viros orare in omni loco.] Hic quærit *Chryſ.* de hoc *Matt.* 6. Cum oratis, non ſiatis ut hypocritæ, qui amant in Synagogis & in angulis platearum ſtantes orare & ibidem. Intra in promptuarium tuum, &c. Et ſolvit ſic. Vanam gloriam reſecans Chriſtus docet occulte orationes facere. Paulus vero dicit in omni loco, ad diſtinctionem Judaicæ orationis, quia hoc Judæis non licebat. *Deut.* 12. Cave ne offeras holocauſtum in omni loco, quem videris. Sed videtur falſum quod dicit *Chryſ.* & quod dicit hic *Gloſ.* [In omni loco] ubicumque ſit non ſolum Eccleſiis, imo videtur, quod omnis locus ſit aptus ad orandum. Verbi gratia. Chriſtiano non licet orare in Synagoga Judæorum, vel in conventiculis hæreticorum. Sol. In omni loco congruo, ſupple, & non ſuſpecto. Vel ſi intelligatur de oratione mentali, quaſi de cordis affectu & devotione in Deum planum eſt, quod ubique orandum eſt, *Mal.* 1. In omni loco offertur nomini meo oblatio munda. *Greg.* Veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus, non verba compoſita reſonare, *Jo.* 4. Venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate.

Et nota univerſitatem orationis, quia pro omnibus, ut dictum eſt, debet fieri & ubique.

Et dicitur hic, & ab omnibus, quia a Prælatis, & ſubditis tam viris, quam mulieribus. Vel [In omni loco,] ubicumque erunt, orent ſic ſcilicet.

u Levantes puras manus.] *Chryſ.* Sanctas vel juſtas, ut operatio ſit bona & ſurſum elevata, ideſt, pro cœleſtibus facta. *Chryſ.* Sanctæ manus ſunt, quæ eleemoſynas operantur. *Thren.* 3. Levemus corda noſtra cum manibus ad Deum, ſcilicet, affectiones & operationes ad ipſum referamus.

Ideo in præfatione Miſſæ, Sacerdos cum dicit: Surſum corda, elevat manus, ut innuat, quod & affectiones ſuas, & operationes ad Deum dirigat. Et hoc ſumme placet Deo. Unde *Pſal.* 140. Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum, quod erat pinguius, ideo magis acceptum.

Sed multum impedit orationem macula manus, ideſt, affectus pravus. *Iſa.* 1. Cum extenderitis manus veſtras, non exaudiam. Manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine.

a ſine ira & *b* diſceptatione. *c* Similiter & mulier *d* in habitu ornato cum *e* verecundia & *f* ſobrietate *g* ornantes ſe, *h* non intortis crinibus *i* aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera. *k* Mulier in ſilentio diſcat *l* cum omni ſubjectione. *m* Docere autem mulieri non permitto, *n* neque dominari in virum, *o* ſed eſſe in ſilentio. *p* Adam enim primus formatus eſt, deinde Eva. *q* Et Adam non eſt ſeductus, *r* mulier autem ſeducta in prævaricatione *ſ* fuit. Salvabitur *t* autem per filiorum ge-

a Si ne ira,] i. odio alicujus *Jac.* 1. Ira viri juſtitiam Dei non operatur. Talis non exauditur, qui nec orat ſicut debet, nec qualia debet petere, petit magis enim orat, contra proximum, quam pro eo. *Chryſ.* excogita quantum malum ſit orare adverſus fratres. Unde *ſup.* habetur. Gratiarum actiones pro omnibus, &c. etiam pro
1. Petr. hoſtibus. Ibi dicit *Chryſ.* Qui cogitur gratias agere pro proximi bonis, cogitur & proximum diligere. *b* Et diſceptatione.] *Chryſ.* Sine excogitatione, &
D dialogiſmo, & hæſitatione. Et diſtingue quod ira eſt in proximum; diſceptatio ſive hæſitatio in Deū. *Jac.* 5. Poſtulet autē in fide, i. cum fiducia nihil hæſitans, *Luc.* 11. Si vos, cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis, quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit bonum petentibus ſe? Et nota hic tria præparatoria ad oppoſitionem. Opera pura, i. ſine peccato quantum ad ſe, & pax quantum ad proximum & fiducia in Deum, ut non ſit in diſceptatione, i. hæſitatione, vel bona operatio in manu, pax in corde, & ſermo ædificationis non diſceptationis in ore. *Rom.* 14. Infirmum in fide aſſumite, non in diſceptationibus, quia iram cordis ſequitur diſceptatio ſermonis. Utrumque ergo prohibet Apoſtolus ibi ſicut hic, cum dicit: Sine ira & diſceptatione. *c* Similiter & mulieres;] orent ſicut dictum eſt de viris. Ipſæ dico exiſtentes. *d* In habitu ornato,] i. religioſæ ut mulier ſit honeſtæ & religioſæ converſationis & in habitu & inceſſu. *e* Cum verecundia,] vultus, ne ſit mulier effrons ſicut meretrix. *Hieron.* 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. *f* Et ſobrietate.] Ad litteram in cibo & potu, quia ſobrietas mater eſt caſtitatis. *Eccl.* 26. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. Sancta refertur ad ſobrietatem, & pudor ad verecundiam, quod idem eſt. Econtra valde indecens eſt in mulieribus inverecundia & ingluvies quæ eſt mater immunditiæ, *Eccl.* 26. Mulier ebrioſa ira magna, & contumelia & turpitudo illius non tegetur. *g* Ornantes ſe,] non ſolum verecundia & ſobrietate, ſed aliis virtutibus. Ecce ornatus mulierum, ſcil. religioſus habitus, verecundus vultus, ſobrius pectus, & aliarum virtutum ornatus. Iſtum ornatum primo commendat Apoſtolus, quod inſit in muliere, quæ vult orare & impetrare aliquid a Domino. Alium ornatum reprobat; de quo ſubdit; *h* Non intortis crinibus] ornantes ſe ſupple. [Tortis,] i. artificialiter criſpatis, vel tricatis, ſi tortos crines prohibet, multo magis fucatos & tinctos etiam unctos. Hujus pœna ponitur. *Iſa.* 3. Et erit pro criſpanti crine calvitium & pro faſcia pectorali cilicium. Criſpi enim crines ſignum ſunt corporis diſſoluti. Bonum eſt criſpari crinem mentis, i. cogitationem in ſe reflectere. Et non ornantes ſe, i. Aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa; ut ſcilic. hæc non habeant circa ſe, vel indumentis pretioſitatem tam veſtium, quam auri & gemmarum, vel ſic. [Non in tortis crinibus, aut auro, & margaritis] ut in crinibus hæc intorta ſint, 1. *Pet.* 3. Similiter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, ut ſi qui non credunt verbo, per mulierum converſationem ſalvi fiant, quarum ſit non extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus, ſed qui eſt abſconditus homo cordis in incorruptibilitate quieti, & modeſti ſpiritus, qui eſt in conſpectu Dei locuples. Sic enim aliquando ſanctæ mulieres ornabant ſe ſubjectæ propriis viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans. *Ibi Gl. Apud Pythagoram*, &c. Item Cypri Serica & purpura indutæ Chriſtum induere non poſſunt, auro & margaritis & monilibus ornatæ, ornamenta cordis & pectoris perdiderunt. Item *Chryſ.* ſuper illum locum. Accedis obſecrans Deum & circumindois aurum, num ſalutare noviſti? num nuptiis participaturum? num ad pompam, i. ſpectaculum acceſſiſti? qualiter potes gemere, qualiter lacrymari tali ſchemate circumindutaꝫ & ſi lacrymata fueris deriſio erit, videntibus hypocriſis eſt quum ab eadem mente, a qua tanta philotimia, i. amor honoris nata eſt, lacrymæ effundantur, auſer illam hypocriſim, Deus enim non irridetur. *Gal.* 6. Item *Chryſ.* Ne imiteris meretricantes, ſchema attrahit amatores, hinc multæ ſuſpicationem ſuſceperunt pernicioſam. Item *Chryſ.* Si divitiarum conjecturas abſtulit mulieribus Paulus, ut aurum margaritas, &c. multo magis ſupervenientia epichimata, ſuſpiciones oculorum confractam inceſſionem conquaſſatam vocem, oculum humidum, & omni fornicatione plenum. Et poſtea ſubdit: Si nuptis hoc prohibetur, unde eſt parvum hoc peccatum, ſed vehementer magnum ſufficiens omnem laborem virginita- 1. Cor. 14.
tis lædere, *Apoc.* 17. Et mulier erat circumdata purpura & inaurata auro & lapide pretioſo & margaritis habens Gen. 2.
poculum aureum in manu ſua plenum abominatione, & immunditia fornicationis, &c. *Chryſ. ſuper Matt.* Femina, quæ ſe ornat, ut videatur, poculis venenum porrexit aſpicientibus & ſi nullus inventus ſit, qui biberit, magna tyrannis eſt hujus vitii, quod patet in vetula Jezabel. 4 *Reg.* 9. Quæ tempore mortis filii ſui depinxit oculos ſuos & ornavit caput ſuum & reſpexit per feneſtram, &c. Si igitur feminis decorationes prohibentur, quid fiat de viris calamiſtratis? *Eccl.* 19. Amictus corporis & riſus dentium & ingreſſus hominis annunciant de illo. *k* Mulier, &c.] q. d. orare cum viris eſt commune mulieribus, ſed non loqui potius. [Mulier in ſilentio diſcat.] *Chryſ.* Neque de ſæcularibus, neque de ſpiritualibus loquitur. *l* Cum omni ſubjectione, ne erigatur, 1. *Cor.* 14. Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut lex dicit: Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent, turpe enim mulieri eſt loqui in Eccleſia. *m* Docere autem mulieri non permitto.] Sed quare, nonne utiliter docere poſſet aliqua femina? Sol. duæ rationes ſunt in textu quare non docere, nec dominari debet mulier. Prima eſt per ordinem creationis, ſcil. quia poſterior eſt facta. Secunda ratio eſt quia prior fuit in culpa & virum ſubvertit. Unde *Chryſ.* Edocuit quandoque virum & omnis ſubverſa ſunt, *Gen* 3. Tertia ratio eſt, *Chr.* Propterea enim eam ſubjecerit, quia principatu male uteretur, quæ paritate honoris male uſa eſt. Item quarta ratio eſt *Greg.* Si enim loquitur, magis irritat ad luxuriam, & irritatur, & ideo debet latere & ſilere. Unde 1. *Corinth.* 11. Debet mulier velamen habere ſuper caput ſuum propter Angelos. Quinta ratio eſt *Chryſ.* quia ſcil. nimis loquax eſt hoc genus.

n Neque dominari in virum,] permitto mulieri aliqua prælatione ſpirituali, etſi in ſuo ſexu.

o Sed eſſe in ſilentio,] ne loquendo viros inflammet, *Eccl.* 9. Eloquium ejus quaſi ignis exardeſcet.

p Adam enim] quaſi dicat quod mulier viro ſubſit, ordo creationis oſtendit, quia primo formatus eſt. Vel ſecundum *Chryſ.* plaſmatus, deinde Eva, 1. *Cor.* 11. Non vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter virum. Deinde ſubdit aliam cauſam, quare debet eſſe ſubjecta.

q Et Adam non eſt ſeductus,] prior, ſcil. in eo, in quo mulier eſt ſeducta, quia non credidit ſe futurum Deum. Item ſecundum *Chryſ.* ad comparationem mulieris, ait, eum non decipi, illa enim a ſervo ſerpente, hic autem a libera. Item illa eſt ſeducta a ſeductore, hic autem a muliere, quæ eum decipere non intendit. Et hoc eſt, Gen. 3.
quod ſequitur: *r* Mulier autem ſeducta,] a ſeductore cui credidit ſuadenti. Eritis ſicut dii.

ſ Fuit,] viro [in prævaricatione.] *Chryſ.* In tranſgreſſione, i. fecit eum prævaricari, & ideo dominari viro non debet, quia ſi dominaretur facilius ſeduceret. Sed quærit *Chryſ.* Quid vult dicere, quia Eva ſecundo plaſmata eſt, ideo reliquum genus in tranſgreſſione. Notam habet hoc rationem: nam primum a Dei donatione factum eſt totum, ſecundum a peccato Adæ. Item *Chryſ.* Quid ad reliquas feminas, ſi Eva hæc paſſa eſt valde, de natura enim feminea diſputat. Non enim dicit Eva ſeducta eſt, ſed mulier. Et poſtea ſubdit: Omnis natura mulierum in tranſgreſſione facta eſt per illam. Sicut de Adam legitur. *Rom.* 5. In ſimilitudine tranſgreſſionis Adæ, qui eſt typus futuri.

t Salvabitur autem,] quæ etſi fuerit mulier cauſa peccati, tamen ſalvabitur per filiorum generationem] vel generationem,] ſecundum *Chryſ.* q. d. ne anxiemini mulieres, quoniam generi veſtro detrahitur, dedit vobis Deus aliam occaſionem ſalutis, ſcil. filiorum educatio-

nem,

Digitized by Google

nem, non tam corporalem, quam ſpiritualem. Unde ſubdit. *a* Si permanſerint in fide, &c.] ſcil. ſi ad hoc, ut permaneant, laboraverint pro poſſe. Sed quærit. *Chryſ.* Quid igitur ad virgines, quid ad ſteriles, quid ad viduas, quæ antequam parerent, viros amiſerunt?

neratione *a* ſi † permanſerint in fide & *b* dilectione *c* & ſanctificatione cum *d* ſobrietate. *e* Fidelis ſermo.

al. † permanſerint.

C A P. III.

f SI quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat.

Et ſolvit, quod hoc non dicitur de filiis naturæ ſolum, ſed de filiis gratiæ, quando ſcil. a b hleræ Chriſti nutriuntur vel corporaliter, vel cum

A

convertuntur per inſtructionem bonam vel [per filiorum generationem,] i. per bonorum operum multiplicationem. Ad litteram autem magna merces eſt parentibus carnalibus, ſi generatos carne inſtruant in fide Chriſti permanere. *b* Et dilectione] i. in fide operante per dilectionem, vel in fide contra errorem intellectus. Vel [dilectione,] contra corruptionem affectus. *c* Et ſanctificatione] vel ſanctimonia, ut non vadant ad lupanaria, & ad alia loca immunda. *d* Cum ſobrietate,] ut non vadant ad tabernas & ad convivia mala. In his peccatis maxime laborant juvenes, in luxuria & gula. *Chryſ.* Audite, patres & matres, quod non ſine mercede vobis erit filiorum educatio, *inf.* 5. Habens teſtimonium in operibus bonis, ſi filios enutriverit. Si bonum fundamentum habent pueri, merces magna eſt parentibus. Ideo Heli periit, quia filios non correxit, 1. *Reg.* 4. Item *Chryſ.* Et nimium admonebat, ſed non ut debuit correxit, 1. *Reg.* 2. Sed nolens eos contriſtare, & eos, & ſeipſum perdidit. Et poſtea ſubdit. Quemadmodum fera indomita, talis eſt juventus. Si igitur ex prima ætate terminos eis fiximus bonos, non indigebimus multis poſt hoc laboribus, ſed conſuetudo lex erit de reliquo: In ſobrietate conſervemus eos. Vinum enim eos maxime in juventute lædit. Cito ei demus uxores, & pura eorum, & intacta corpora ſuſcipiant ſponſam, hi amores calidiores. Et poſtea ſubdit, Villas bonis cuſtodibus & aſinas & mulas damus, pretioſiſſimos autem filios non curamus. Aliæ expoſitiones patent in *Gl.* *e* Fidelis ſermo.] *Gl.* Verus eſt ſermo iſte, quem dixi, quem etiam dicturus ſum. Dicit *Chryſ.* Fidelis ſermo, i. credibilis ad hoc, quod præcedit, dictum eſt, non ad hoc, quod ſequitur, ſcilicet: Si quis Epiſcopatum deſiderat. Etenim hoc dubitatum erat, ſcil. de muliere. Ideo dicit. [Fidelis ſermo.] Et nota quod in aliquibus libris habetur littera ſequens. [Et omni acceptione plenus.] De quo nec *Gloſſ.* nec *Chryſ.* faciunt mentionem. Et forte ſumitur ab alio loco, *ſup.* 1. Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus.

E X P O S I T I O   C A P. III.

SI quis Epiſcopatum, &c.] In hoc cap. primo inſtruit eum quales debeat promovere, tam Epiſcopos, quam Sacerdotes. Secundo quales Diaconos, ibi. [Diaconos ſimiliter.] Tertio quales debeant eſſe uxores eorum, ibi. [Mulieres ſimiliter pudicas.] Quarto determinat, quare ſcribat ei de hujuſmodi, & interſerit de adventu ſuo & de commendatione Eccleſiæ, in qua ſapienter eſſe converſandum oſtendit. Determinans ergo primo qualis debeat eſſe Epiſcopus. Primo tangit quali intentione intrare debet, ibi. [Si quis Epiſcopatum, &c.] Secundo qualiter vivat, ibi. [Oportet autem, &c.] Tertio qualiter regat, ibi. [Habentem filios ſubditos. &c.] Quarto ut ſuperbiam caveat & malam famam, ibi. [Non Neophytum, &c.] Dicit ergo: Si quis Epiſcopatum] prout debet deſiderare, [bonum opus deſiderat,] q. d. qui recte vult appetere Epiſcopatum, appetat opus vere, non dignitatem; laborem non delitias; non creſcere faſtigio, ſed humilitate decreſcere, ut fiat ſervus & miniſter hominum propter Chriſtum. *Matt.* 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Et nota quod multi male intrant in Epiſcopatus & Prælationes, & male deſiderant eas multis de cauſis. Prima eſt corruptio intentionis, non enim prodeſſe appetunt, ſed præeſſe; honorem quærunt non onus; quietem, non opus; commodum proprium, non ſalutem animarum, quos introducit non Chriſti charitas, ſed propria cupiditas. Talibus dicit Dominus *Matth.* 22. Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Et *B. Bern.* exponit, i. quem introduxit propria cupiditas, non vera charitas. Iſti non habent veſtem, ſcil. charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum, ut dicitur 1. *Pet.* 4. Et *Prov.* 10.

Multi male appetunt Epiſcopatus & Prælationes.

Univerſa delicta operit charitas. Et ideo fœditates talium Prælatorum per totam Eccleſiam apparent. *Anon* enim Rex filiorum Ammon barbas eorum raſit, & veſtes eorum præcidit uſque ad nates, 2. *Reg.* 10. Sunt enim diſcooperta natibus, quia turpes ſunt in operibus ſuis, & habent barbas raſas, quia ſunt feminei & molles in alienis ſceleribus corrigendis. Et ideo duplici confuſione digni ſunt, quia etiam in ſe: & in aliis delinquunt. Sicut e converſo dicitur de bonis Prælatis. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, *inf.* 5. Sed notabile eſt, quod non totam barbam, ſed dimidiam partem barbæ raſit. Fortes enim ſunt Prælati in una parte, ſcil. in temporalibus conſervandis. Nolunt enim aliquo modo pati quod aliquid decidat tempore ſuo, ſed de animabus ſalvandis non curant, ibi non ſunt fortes. Qualiter ergo vivant in Prælatione qui corrupta intentione intrant, dicitur *Jo.* 10. Fur non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat. *Bern.* Qui infideliter intrant, quid niſi infideliter agant? *Iſ.* 21. Viſio dura nunciata eſt mihi. Præſcivit enim Propheta tempora, in quibus ſumus modo, & quid viderit ſubdit. Qui incredulus eſt infideliter agit, & qui depopulator eſt vaſtat. Et nota quod dicit hic *Chryſ.* Oſtendit, inquit, qualis debet eſſe Epiſcopus, non ad Timotheum ſolum, ſed omnibus loquens per illum omnes erudiens; i. diligens. Non accuſo ait, ſi quis non principatum non denominationem, ſed præſidentiam concupiſcit, bonum inquit operum deſiderat, quia Moyſes hanc deſideravit, ſed non poteſtatem; laborem non otium; & ita deſideravit, ut audiret, quis te conſtituit Principem & Judicem ſuper nos? Noſtri autem Theologi quando habent Epiſcopatus, dicunt, Amodo debeo quieſcere, quia diu laboravi in ſtudio, unde non propter laborem operis deſiderant Epiſcopatum, ſed propter quietem; dicentes cum Diabolo. *Iſ.* 14. Aſcendam in cœlum, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum. Et ſubditur propter quid. Sedebo in monte teſtimonii, in quo notatur appetitus quietis & dignitatis. Sed dicit *B. Bern.* O impudicus & impudens! millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei, & aliis ſtantibus ſolus ſedere præſumis? *Job* 9. Sub quo curvantur, qui portant orbem, i. Eccleſiam. In ſumma nota quod hodie intrant Eccleſiam ſicut ribaldus in furnum, leccator in tabernam, canis in Eccleſiam, lupus in ovile, fur in domum, vulpes in tugurium gallinarum, ut comedat eas. Sic ergo patet, quod corrupta eſt intentio omnium. *Act.* 20. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spir. S. poſuit Epiſcopos, & regere Eccleſiam Dei, quam acquiſivit ſanguine ſuo. Ego ſcio, quod intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos non parcentes gregi. Secundum malum eſt conſcientia peccati & malæ converſationis. Sciunt ſe enim eſſe in peccato & ſuiſſe & tamen audent aſſumere officium emendandi alios, cum dicat *Greg.* Qui premitur propriis peccatis non demit aliena. *Chryſ.* Si quis conſcius eſt ſibi aliorum peccatorum, non bene facit rem concupiſcens, a qua per opera ſe abjicit. Et poſtea ſubdit. Si dixerit ſanguinem, volo eſſe cortina, ridet pilos caprarum. Item ſi pes voluerit eſſe oculus, quis non rideat? Tertium malum eſt inexperimentum ſuæ virtutis. Fatuus enim eſt, qui ſine aliquo experimento virium ſuarum præſumit tantum aſſumere periculum. *Eccl.* 34. Qui non eſt expertus qualia ſcit? Item *Eccl.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Quartum malum eſt inconſideratio oneris, & tantæ perfectionis, quæ in Prælato exigitur. Unde Epiſcopus dicitur ſuperintendens, quia ſuper omnes debet intendere, pro omnibus ſollicitus eſſe, omnes vita & doctrina tranſcendere ſicut Saul, qui excedebat omnes ab humero & ſurſum *Chryſ.* Epiſcopatus dictus eſt ab Epiſcopando, i. intuendo omnes. Item *Chryſ.* Principantem omnibus claris clariorem eſſe oportet. *Bern.* Onus eſt & angelicis humeris formidandum. *Ezech.* 3. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, i. ſuperintendentem, 2. *Cor.* 11. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Sic ergo, ut dictum eſt, contingit male conſiderare Epiſcopatum & fruſtra. Etiam aliqui ambitioſi ſibi applaudunt de hac auctoritate Apoſtoli. Qui Epiſcopatum deſiderant, bonum opus deſiderant. Dicit enim *Gregor. in Paſtorali.* Notandum, quod illo tempore hoc dictum eſt. [Si quis Epiſcopatum, &c.] quo qui plebibus quiſquis præerat, primus ad martyrii tormentum ducebatur. Tunc enim laudabile erat Epiſcopatum quærere, quando per hunc, quem dubium non erat ad ſup-

Exod. 2.

Dan. 7.

1. *Reg.* 9.

plicia graviora pervenire. Ex hoc patet, quod rarus, aut nullus eſt, qui bene deſiderat Epiſcopatum, quia ſi offeratur Epiſcopatus, ubi ſit perſecutio, ſicut ultra mare & inter paganos nullus eſt, qui velit accipere. Oportet ergo eum, qui bonum opus deſiderat, quod bene operetur. Et hoc eſt, quod dicit. *a* Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilẽ eſſe] i. ſine peccato notabili. Unde *Lev.* 21. Locutus eſt *Dominus* ad *Aaron*, homo de ſemine tuo, qui habuerit maculam, non offeret panem Deo ſuo. Et poſtea numerat undecim maculas, propter quas quilibet

derat. *a* Oportet enim *b* Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, *c* unius uxoris virum, *d* ſobrium, *e* prudentem, *f* ornatum, *g* pudicum, hoſpitalem, *h* doctorem, *i* non vinolentum, *k* non percuſſorem, *l* ſed modeſtum, *m* non litigioſum, *n* non cupidum, *o* ſed ſuæ domui bene præpoſitum, *p* filios habentem ſubditos *q* cum omni caſtitate.

debet removeri a Sacerdotio, multo magis repelli debet, qui omnes illas habet. *Tit.* 1. Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe. *Col.* 1. Exhibere vos ſanctos & immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo. *Gl.* ſine peccato. Sed hoc ita juſſit intelligi. *b* Irreprehenſibilem] i. non obnoxium reprehenſioni, ut talis eligatur, cujus comparatione ceteri grex dicantur. *c* Unius uxoris virum,] i. monogamum. Tunc licebat Sacerdotes habere uxores, nec licebat habere plures, quam unam, quia ſic eſſet bigamus. Sed hodie multi ſunt, non viri, ſed fornicatores decem, vel viginti meretricum. Unde tales repelli debent multo magis ab Ordinibus, niſi prius de hoc pœnituerint. *Deut.* 17. Dicitur de Rege. Non multiplicabit ſibi uxores. Qua fronte ergo multiplicat ſibi Sacerdos meretrices, vel ad litteram, vel præbendas multas? Sed quæritur ſi ille, qui contrahit matrimonium cum multis, ſit irregularis, nec poteſt ordinari in Sacerdotem, quare ſimiliter non repellitur ab Ordinibus, qui diviſit carnem ſuam cum multis meretricibus, quia adeo dividit carnem ſuam ibi, & quandoque magis quam cum propria uxore. *Sol.* Bigamus non ordinatur in Sacerdotem, quia ibi eſt defectus Sacramenti. Unde ad innuendum quod non ſit niſi unicus Sponſus Eccleſiæ, oportet quod Sacerdos non ſit, vel fuerit vir niſi unius uxoris, ſi autem propter diviſionem carnis ſuæ cum meretricibus fieret irregularis, videretur quod Eccleſia illam diviſionem approbaret. Et nota quod Sacerdos tempore vicis ſuæ non cohabitabat cum uxore ſua, ſicut tangitur *in princ. Luc.* Et dicitur quod Oza a Domino percuſſus fuit cum tetigit arcam, quia nocte illa dormierat cum uxore ſua. Quid ergo de noſtris Sacerdotibus, qui dormiunt cum fornicariis ſuis & in craſtino celebrant?

d Sobrium,] Unde præcepit lex, quod tempore vicis ſuæ non biberent aliquid, quod poſſet eos inebriare. *Luc.* 21. Attendite vobis, ne graventur corda veſtra crapula, & ebrietate. *Prov.* 31. Noli Regibus, o Samuel, noli Regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas. *e* Prudentem,] in omnibus agendis. *Gl.* Hoc dicit contra eos, qui ſub nomine ſimplicitatis excuſant ſtultitiam Sacerdotum. *Chryſ.* habet vigilem, i. circumſpectum, i. mille habentem oculos & acute videntem. Multa enim offendunt mentis oculum, deſideria & ſollicitudines & rerum turba. Vigilare autem oportet non ſolum pro ſe, ſed & pro aliis, ſicut ducem exercitus die ac nocte circumire. *Prov.* 6. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, neque dormitent palpebræ tuæ. *Apocal.* 4. Animalia plena oculis ante & retro.

f Ornatum,] i. honeſtum. Secundum *Chryſ.* Ornatu duplici interiori quantum ad virtutes, & exteriori quantum ad bonos mores. *Aug.* In inceſſu, ſtatu, habitu, in omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cujuſlibet offendat aſpectum. *Eccl.* 19. Amictus corporis & riſus dentium annunciant de illo *Exod.* 28. In ſuperhumerali Sacerdotis erant duodecim lapides, in quibus erant ſculpta duodecim nomina filiorum Iſrael, quia quicquid boni eſt in quolibet pro poſſe ſuo debet Sacerdos imitari. *Sap.* 18. In veſte enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat.

g Pudicum,] i. verecundum. Verecundia enim ſignum eſt pudicitiæ. *Eccl.* 32. Ante verecundiam præibit gratia, & pro reverentia accedet tibi gratia bona.

Item *Eccl.* 7. Gratia verecundiæ illius ſuper aurum: *Tit.* 2. Senes ut Philoxenum, i. amatorem extraneorum *Deut.* 10. Deus veſter amat peregrinum, & dat ei victum & veſtitum. Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis advenæ in terra Ægypti. *Bern.* Epiſcopus ſi non omnem recipit, inhumanus eſt. *Roman.* 12. Hoſpitalitatem ſectantes, non ſolum ſuſtinentes ad ſectantes. *Heb.* 13. Hoſpitalitatem nolite oblivíſci, per hanc quidam placuerunt Angelis hoſpitio receptis, ut Loth. *Gen.* 19. 1. *Pet.* 4. Hoſpitales invicem ſine murmuratione. *h* Doctorem,] *Chryſ.* doctum. Secundum *Gl.* qui habeat gratiam docendi. *Hier.* Sancta ruſticitas, ſolum ſibi prodeſt & quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. *Aggæi* 2. Interroga Sacerdotes legem. *Deut.* 17. Accipiens exemplar a Sacerdotibus Leviticæ tribus. *Mal.* 2. Lex veritatis in ore ejus; non dicit vanitatis. Et poſtea ſubditur. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt de ore ejus, ſicut aliquod de ſuo publico requiritur. Ibi *Hier.* Sacerdos ſi de lege interrogetur, doceat, reſiſtentes convincat, alioquin ſibi fruſtra jactat dignitatem, cujus non exhibet operationem. *Chryſ.* Cetera quæ hic præmiſſa ſunt, oportet etiam habere ſubjectos alio principanti, 2. *Tim.* 2. Hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Ibi *Gl.* Idoneis vita, & ſcientia, & facundia. *i* Non vinolentum] qui hoc, ſcil. frequenter agat *Hier. in Gl.* quia venter æſtuans mero, cito deſpumat in libidinem. Noe ebrietate nudavit femora ſua. *Gen.* 9. Loth, quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. *Gen.* 19. *Prov.* 20. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas. *Eph.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Tamen hoc exponit aliter *Chryſ.* Dicit enim. Non vinolentum] non ebrioſum hic ait, ſed convitiatorem contumacem. *k* Non percuſſorem,] *Chryſ.* Non eum, qui maculas percutit Ruth, ſed foventem conſcientias, 1. *Cor.* 8. Sic peccantes in fratres percutientes conſcientiam eorum infirmam in Chriſto peccatis. Vel ſecundum *Gl.* [Non percuſſorem,] ad litteram. Debet enim eſſe patiens, ut ſequatur eum, qui poſuit dorſum ſuum ad flagella & genas ſuas ad alapas. *Pſ.* 91. Bene patientes erunt, ut annuncient.

l Sed modeſtum,] qui modum animi ſervet, vel in verbis modeſtus ſit & geſtis. *Phil.* 3. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. *Prov.* 22. Finis modeſtiæ timor Domini. *Chryſ.* Ubi nos habemus modeſtum, habet manſuetum, non bellicoſum.

m Non litigioſum,] i. litigiis aſſuetum, 2. *Tim.* 2. Servum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, 1. *Cor.* 11. Si quis videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei. *n* Non cupidum,] *Chryſ.* Non amatorem pecuniarum. *Eccl.* 14. Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia. *Gloſ.* Morbo cupiditatis omnes pene laborant. Ideo præcipit Epiſcopum non eſſe cupidum, quia facile a juſto deviaret. *Hier.* 6. A minore uſque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent, & a Propheta uſque ad Sacerdotem, cuncti faciunt dolum. *Exod.* 23. Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum. *Deut.* 16. Non accipias perſonam, nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum & mutant verba juſtorum. *Pſ.* 25. In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus. *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. *Iſa.* 1. Principes tui infideles, ſocii furum, omnes diligunt munera ſequuntur retributiones. Manus enim Sacerdotum modo innuctæ ſunt pice cupiditatis ad retinendum, quæ deberent eſſe innuctæ unctione charitatis ad largiendum. *Amos* 9. Percute cardinem & commoveantur ſuperliminaria, avaritia enim in capite omnium. Caput omnium eſt Romana curia, ſed forte de ea non dicitur hoc.

o Suæ domui] i. familiæ, [bene præpoſitum.] *Gloſ.* Non ut opes augeat, vel hujuſmodi alia faciat, ſed ut quod populis præcepturus eſt, prius a domeſticis exigat. *Chryſ.* Quis crederet, quoniam alienum ſubjiciat, qui filios non ſubjecit? Item *Chryſ.* Foris etiam amnuit, qui œconomus eſt, ideſt, domus ſuæ diſpenſativus, politicos, ideſt, urbanus eſſe fiet. Quomodo autem præeſſe debeat familiæ ſubdit ſic.

p Filios habentem ſubditos] i. humiles & obedientes.

q Cum omni caſtitate,] ne imitentur filios Heli, de quibus 1. *Reg.* 2. *Chryſ.* Filios habentem in ſubjectione, & cum omni honeſtate, ideſt, obedientes in præceptis, & honeſtos in moribus.

a Si autem

Digitized by Google

a Si quis autem domui ſuę preeſſe neſcit, *b* quomodo Eccleſię Dei diligentiam habebit? *c* Non Neophytum, *d* ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat Diaboli. *e* Oportet autem & illum teſtimonium habere bonum *f* ab his qui foris ſunt, *g* ut non in opprobrium incidat, *h* & in laqueum Diaboli. *i* Diaconos ſimiliter *k* pudicos, *l* non bilingues, *m* non multo vino deditos, *n* non tur-

a Si autem domui ſuæ præeſſe neſcit,] i. familiæ ſuæ, ad litteram, vel propriæ conſcientiæ.

b Quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?] q. d. quomodo in magno erit diligens, qui in parvo erit negligens? Quomodo aliena curabit, qui ſua negligit? *Luc.* 16. Qui fidelis eſt in minimo, & in majore fidelis, & qui in modico iniquus eſt, & in majori iniquus eſt. *Cant.* 1. Poſuerunt me cuſtodem in vineis,
B vineam meam non cuſtodivi, ideſt, animam meam, vel Eccleſiam unam. Et mirum eſt, quod tales perficiuntur pluribus Eccleſiis, qui nec uni ſufficiunt, nec propriam vineam, i. animam cuſtodiunt. *Bern.* Miror audaciam pluſimorum, quos videmus de ſuis vineis non colligere niſi ſpinas & tribulos, vineis tamen dominicis etiam ſe ingerere: vere tales fures ſunt, & latrones, non cuſtodes.

c Non Neophytum,] ideſt rudem noviter renatum, noviter converſum. *Chr.* Non juniorem dicit, quia *inf.* 4. dicitur: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, ſed Neophytum, i. nuper catechumenum, quia ſi nunquam fuit diſcipulus, ſi magiſter factus fuerit, cito in elationem elevabitur, ſed ſi antequam diſcat ſubjici, principetur, inflatur. Ideo ſequitur: Ut non fumigatus in judicium incidat Diaboli, ideſt in condemnationem eamdem, quam ille ab elatione ſuſtinuit. Et hoc eſt, quod littera noſtra habet.

d Ne in ſuperbiam elatus in judicium incidat Diaboli] Fumigare enim eſt efferri in ſuperbiam, quia ſuperbia fumus eſt. Unde ſolet dici, quod tria expellunt hominem de domo, i. Deum a corde hominis. Fumus. *Prov.* 27. Fumus ſuperbiæ, ſtillicidium avaritiæ, mala uxor, ideſt carnalis concupiſcentia. Vel iſta expellunt hominem de domo: quia iſta impediunt hominem, ne in Eccleſia Domini debeat promoveri, ſi talis ſit.

e Oportet autem, & illum teſtimonium habere bonum] q. d. non oportet ſolum quod bonus ſit in ſe, ſed ad alios, non ſolum fideles, ſed infideles. Et hoc eſt.

f Ab his qui foris ſunt] i. ab infidelibus. Hoc eſt, quod dictum eſt *ſup.* Oportet autem Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe. 1. *Theſ.* 4. Honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt. 1. *Pet.* 2. Converſationem veſtram inter gentes habentes bonam, ut in eo, quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum. Item *ibid.* Sic eſt voluntas Dei, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Sed *Chryſ.* opponit contra id, quod dicitur hic: Teſtimonium bonum, &c. quod dicitur, 2. *Cor.* 6. Per infamiam, & bonam famam. Sed non vitam reprehendebant, ſed prædicationem, nullus dixit de Apoſtolis, quod eſſent fornicatores, quod avari, &c. Item *Chr.* Difficile eſt hic rectam opinionem habere ab inimicis, ſed quid ſi male dixerint invidentes, non eſt hoc vitam irreprehenſibilem habentes, & illi reverentur; veritas inimici obſtruit ora. Item *Chr.* Luceat lux veſtra coram hominibus. *Matth.* 5. Sed quid ſi detrahitur, lucent opera: nequaquam quis Solem dixerit tenebroſum, neque ipſe cæcus verecundatur eum opinioni omnium obviare. [Ab his, qui foris ſunt.] *Chr.* Si teſtimonium oportet ab inimicis habere, multo magis ab amicis. Ideo autem *Exod.* 30. Ex ſpeciebus aromaticis fiebat oleum ad inungendos Sacerdotes, & modo etiam inunguntur oleo cum balſamo, ut ſignificetur bona eorum conſcientia & fama. Sed in pluribus falſa ſunt hæc ſigna, & ideo verſi ſunt in opprobrium, & deriſum. Sunt autem non ſolum mali in ſe, ſed infames apud alios. *Matth.* 2. Irritum feciſtis pactum Levi, dicit Dominus exercituum, propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis. Pactum illud fuit. *Exod.* 33. ſc. quod patrem, & matrem, & uxorem, & filios interficerent propter tranſgreſſionem mandatorum Dei. Unde *Deut.* 33. Hi ſunt, qui dixerunt patri, & matri, neſcio vos: & fratribus, ignoro illos. 1. *Reg.* 2. Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Qualis vero deſcriptus eſt, oportet eſſe Epiſcopus.

g Ut non in opprobrium incidat,] ideſt in contemptum apud infideles, vel etiam fideles, & ſic

h Incidat in laqueum Diaboli.] ideſt in odium eorum, qui eum contemnunt, & in alios laqueos Diaboli. Et nota, quod malus Prælatus incidit in opprobrium apud homines, & in laqueum apud Dæmones. Diabolus enim habet eos compeditos. *Iſ.* 24. Formido, & fovea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ, & erit, qui fugerit a facie formidinis, cadet in foveam, & qui ſe explicuerit de fovea tenebitur laqueo. *Job* 18. Tenebitur planta ejus laqueo, i. affectio amore terrenorum, quæ ſunt laqueus. Unde *Prov.* 21. Qui congregat theſauros lingua mendacii vanus, & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. *Sap.* 14. Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Et nota, quod non ſolum illaqueati ſunt a Diabolo, ſed laqueus Diaboli facti ſunt, per quos alios capit. *Oſee* 5. Laqueus facti eſtis ſpeculationis, & ſicut rete expanſum ſubter Tabor. *Iſ.* 42. Laqueus juvenum, omnes ſc. Epiſcopi, ergo Epiſcopi habeant bonum teſtimonium, ne incidant in opprobrium hominum, & in laqueum Dæmonum. Et hoc eſt, [ut non in opprobrium incidat.] *Chr.* Ita vivamus, ut non blaſphement nomen Dei. *Rom.* 2. Propter vos nomen Dei blaſphematur inter gentes. Item *Chr.* Non opus eſſet magiſtris, ſi opera miniſtraremus, nullus itaque eſſet bellim, ideſt infidelis, ſi nos eſſemus Chriſtiani, ut Epiſcopus. Et ne [incidat in laqueum Diaboli] tripliciter, i. non ſit illaqueatus a Diabolo, vel perplexitate peccatorum, vel amore temporalium. Vel ſecundum *Chr.* 1. In eiſdem peccatis, in quæ ille, ideſt Diabolus incidit. Vel aliter. Ne [incidat in laqueum Diaboli,] ideſt ne incidat in apertum peccatum, per quod ſit laqueus Diaboli alios trahendo malo exemplo ſuo.

i Diaconos ſimiliter, &c.] Secunda pars. Hic tranſit de Presbyteris, quia de illis ſatis acturus eſt *inf.* 5. Qui bene præſunt Presbyteri, &c. Vel alia ratione ſecundum *Chr.* qui dicit. Ordinem Presbyterorum dimittens ad Diaconos tranſivit, quia de Epiſcopis dixit hic & Presbyteris, intronizatione enim ſola eos ſuperaſcendunt. Dicit ergo. [Diaconos ſimiliter pudicos] oportet eſſe, ſc. Sed quid eſt quod dicit [ſimiliter] *Chr.* Diaconos eadem habere ſimiliter jubet, quæ Epiſcopos. *Eccl.* 10. Secundum judicem populi, ſic & miniſtri ejus. Qualis ergo Epiſcopus talis Diaconus ejus, qui interpretatur miniſter. Seneca: Compoſitus miles compoſitam debet habere familiam. *Eccl.* 45. dicitur de Aaron: Induit eum ſtola gloriæ, & coronavit eum in vaſis virtutis, circumpedes, & femoralia, & humerale poſuit ei, & circumcinxit eum in tintinnabulis aureis plurimis in gyro. Item *Eccl.* 50. Ipſe ſtans juxta Aram, circa illum corona fratrum quaſi plantatio Cedri in monte Libani, ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria ſua.

k Pudicos,] Sicut ſupra eodem, de Epiſcopo. *Chryſoſt.* Honeſtos: pudici autem dicuntur eſſe ventribus, oculis, & corde. *Iſ.* 52. Mundamini, qui fertis vaſa Domini. *Luc.* 12. Sint lumbi veſtri præcincti. *Numer.* 15. Ne ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes. *Ezechiel.* 6. Contrivi cor eorum fornicans, & recedens a me, & oculos eorum fornicantes. *ſecundo Petr.* 2 Oculos habentes plenos adulterii, & inceſſabilis delicti.

l Non bilingues,] ut qui ſeminant inter fratres diſcordiam. *Prov.* 6. *Chryſoſtom.* Non diliges, ideſt bilingues. Hoc eſt non epulos, ideſt doloſos, neque callidos. Nihil ita inutile in Eccleſia, ut callidum. *Eccl.* 28. Suſurro & bilinguis maledictus, multos enim turbavit pacem habentes. Item *Eccl.* 5. Devoratio peſſima ſuper bilinguem; ſuſurroni autem odium, & inimicitia. *Prov.* 18. Verba bilinguis quaſi ſupplicia, & ipſa pervenerunt uſque ad interiora ventris. Dicitur *Lev.* 19. Non eris criminator, nec ſuſurro in populis. *Prov.* 8. Arrogantiam, & ſuperbiam, & viam pravam, & os bilingue deteſtor. Quid ergo de trilingui vel tetralingui? *Eccl.* 28. Tertia lingua multos commovit. Ad minus tres linguas habent. Detractoriam boni, denigrationem veri, mali defamationem, falſi mali impoſitionem. Hi ſunt tres ordines dentium in ore beſtiæ. *Dan.* 7.

m Non multo vino deditos] ideſt ebrioſos. *Gloſſ. Eccl.* 31. Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. *n* Non turpe lucrum ſectantes] *Chryſoſtom.* Non vino multum attendentes, aut turpiter lucrantes. Prohibet ergo gulam, & avaritiam. *Gloſſa.*

Turpe lucrum

pe lucrum ſectantes, *a* habentes myſterium fidei in *b* conſcientia pura. *c* Et hi autem *d* probentur primum, *e* & ſic miniſtrent, *f* nullum crimen habentes. *g* Mulieres ſimiliter *h* pudicas, *i* non detrahentes, *k* ſobrias, *l* fideles in omnibus. *m* Diaconi ſint unius uxoris viri, *n* qui filiis ſuis bene præſint, *o* & ſuis domibus. *p* Qui enim bene miniſtraverint, *q* gradum ſibi bonum acquirent, *r* & multam fiduciam *ſ* in fide, quę eſt in *t* Chriſto Jeſu. *u* Hęc tibi ſcribo, fili Timothee, ſperans me venire ad te cito. *x* Si autem tardavero, *y* ut ſcias *z* quomodo oporteat te in domo *a* Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi *b* columna & firmamentum verita-

Turpe lucrum eſt emere, ut pluris vendere. Turpe eſt enim huic profeſſioni quæſtibus ſtudere. Et dicit [ſectantes.] Et notat frequentiam. *Eccl.*26. Difficile exuitur negotians a negligentia. Item in *eodem* 27. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic & inter medium venditionis, & emptionis anguſtabitur peccatis. C Vel [Non turpe lucrum ſectantes] ideſt lucrum in docendo quærentes, vel cordis, vel oris, vel manus. *Tit.*1. Docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia. 1. *Pet.* 5. Neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie. *Jud.* Mirantes perſonas quæſtus cauſa.

a Habentes myſterium fidei] ſcilicet D *Gloſſa*, ut ſciant, quod de fide aliis eſt occultum. 1. *Petr.* 3. Parati ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt, fide, & ſpe. Ad quod ſignificandum, Moyſes intrabat tabernaculum, per quod ſacra Scriptura intelligitur, quando oriebatur quæſtio in populo. *Deut.* 17. Si difficile, & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, &c. venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad judicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui judicabunt tibi judicii veritatem.

b In conſcientia pura.] manentes, ſc. Hæc puritas conſiſtit in innocentia, quod ſc. non ſit tibi conſcius malorum, vel cum ſcit ſe pœnitentiam egiſſe. Sicut Apoſtolus, qui dicit 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum, & tamen ipſe dicit alibi *ſup.* 1. Blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus, Et 1. *Cor.* 15. idem *Bern.* Duo ſunt, quæ faciunt puram conſcientiam; Commiſſa flere, & flenda non committere.

c Et hi autem] ſcilicet Diaconi & Epiſcopi.

d Probentur primum] in conſcientia & vita. *Chr.* Hoc eſt, quod ſupra dicitur de Epiſcopo. Non Neophytum, *ſup. eod.* Et nota, quod hinc incipit probatio ordinandorum. Propter hoc etiam ſolet dici, quod domus Epiſcoporum erant probatoria Clericorum. 4. *Reg. ult.* Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ, &c. quaſi dicat: nobiles non probantur, ita fit & nunc de Clericis.

e Et ſic miniſtrent] ideſt tales inventi, ſcilicet.

f Nullum crimen habentes.] Et dicit [habentes] non qui non habuerint. Item nota, quod Canon dicit, quod quia ſemel peccavit mortaliter poſt baptiſmum, ſine diſpenſatione non debet promoveri, &c. Sed intelligitur de diſpenſatione Dei, vel cujuslibet Sacerdotis.

g Mulieres ſimiliter pudicas,] Mulieres ſcilicet ordinandorum.

h Pudicas,] aſpectu, vel oculo. *Aug.* Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. *Prov.* 3. ſecundum aliam litteram: Abominatio Domini deligens oculum. Item pudicas ſermone. *Eccl.* 9. Colloquium ejus quaſi ignis exardeſcit. Item pudicas digito, pede, corde, veſte. De his habetur *Pr.* 6. Graditur ore perverſo, oculis annuit, pede terit, digito loquitur, pravo corde machinatur malum.

i Non detrahentes] Hoc addit, quia ſiquidem raro accidit, quod caſtæ ſint, & vix eſt, quin detrahant aliis. *Prov.* 24. Abominatio Domini omnis detractor. *Eccl.* 25. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, & non eſt ira ſuper iram mulieris.

k Sobrias] quia valde indecens eſt ebrietas in mulieribus. *Eccl.* 26. Mulier ebrioſa, ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.

l Fideles in omnibus.] dictis ejus, & etiam in factis.

m Diaconi ſint unius uxoris viri,] ſicut *ſup. eod.* de Epiſcopo. Unde *Lev.* 21. de Sacerdote dicitur: Scortum & vile proſtibulum non ducet uxorem, nec eam, quæ repudiata eſt a marito, quia conſecratus eſt Deo ſuo, & panes propoſitionis offert. Ecce quomodo noſtri Sacerdotes tenent fornicarias ſuas. Vel: [Unius uxoris] ideſt Eccleſiæ, vel Præbendæ, quia una diaconia aſſignatur uni diacono Cardinali, ſicut unus titulus Sacerdoti, quia in ordinibus non videmus, quod aliquis ad duos titulos ordinetur. Similiter unus Epiſcopus habet unum Epiſcopatum. Mirum eſt ergo, quomodo minores habeant pluralitatem beneficiorum.

n Qui filiis ſuis bene præſint,] Filiis ad litteram.

o Et ſuis domibus.] ideſt famulis, aliter non bene præerunt alienis. Sic ergo bene miniſtrent, ut dictum eſt, nec videatur grave.

p Qui cum bene miniſtraverint] in minoribus ordinibus.

q Gradum ſibi bonum acquirent,] ut ſint, vel fiant Sacerdotes, vel Epiſcopi in bonum, & utilitatem tam ſui, quam aliorum. Et nota, quod dicit [miniſtraverint,] non imperaverint. *Ezech.* 34. Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. *Matth.* 20. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. [Gradum] in hoc notatur profectus, & ordo. Et eſt hoc contra illos, qui ſubito aſcendunt in prælationes, cum tamen per gradus meritorum ad eas aſcendendum ſit. *Abac.* 2. Figam gradum ſuper munitionem neceſſariam. Unde ſtetit Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecit. De his habetur *Neh.* 8. Et *Ezech.* 31. Tamen contrarium videtur *Exod.* 20. Non aſcendes ſuper gradus ad altare meum. Sed ſolvitur per hoc, quod ſubditur: Ne reveletur turpitudo tua. Per gradum ergo turpitudinis, ideſt per gradus conſanguinitatis non eſt aſcendendum, ſed per gradus meritorum.

r Et multam fiduciam æternæ gloriæ acquirent, ſcilic. Et hoc.

ſ In fide,] per fidem.

t Quæ eſt in Chriſto Jeſu.] *Eph.* 3. In quo habemus fiduciam, & acceſſum in confidentia per fidem ejus, vel fiduciam prædicandi. *Act.* 4. ſcilicet: Da ſervis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.

u Hæc tibi ſcribo fili Timothee, ſperans me venire ad te cito.] quaſi dicat, licet ſperem venire, tamen hæc ſcribo quæ ſunt neceſſaria; plura tamen ſcriberem, ſi non ſperarem me cito venturum. Simile 2. *Joann. ultim.* Plura habens vobis ſcribere nolui per chartam, & atramentum. Spero enim me futurum ad vos, & os ad os loqui. Et nota, quod dicit ſperans, non enim erat certus. *Chryſoſt.* Ne mireris, ſi ignorat qui ſpiritu Dei ducebatur.

x Si autem tardavero] ſcribo hæc.

y Ut ſcias, &c.] Hoc dicit, quia poterat impediri. 1. *Theſ.* 2. Voluimus venire ad vos quidem & ſemel, & iterum, ſed impedivit nos Satanas.

z Quomodo] quam fideliter & prudenter, [oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi.] De hac domo dicitur *Iſ.* 56. Domus mea domus orationis vocabitur. *Hebr.* 3. Moyſes quidem fidelis erat in tota domo ejus, tanquam famulus in teſtimonium eorum, quæ dicenda erant. Chriſtus vero tanquam filius in domo ſua, quæ domus ſumus nos, ſi fiduciam, & gloriam Dei uſque ad finem firmam teneamus.

a Dei vivi,] quia ipſe vita eſt in ſe vivens, & omnia vivificans. 1. *Theſ.* 1. Converſi eſtis ad Deum a ſimulacris ſervire Deo vivo, & vero, & qui eſt vita, & veritas. *Joan.* 4.

b Columna, & firmamentum veritatis] Eccleſia dicitur domus Dei quantum ad ſubditos bonos, qui familiarius in contemplatione Deum tenent, & amplectuntur. Et dicitur columna, & firmamentum veritatis, quantum ad Prælatos, & Doctores, qui eum fulciunt, & roborant verbo, & exemplo. Primi ſunt contemplativi, alii ſunt activi. Iſti autem, ſc. Prælati & Doctores ſunt columna veritatis per doctrinam, & firmamentum per vitam; aliter veritas perit, ubi alterum deficit. *Prov.* 12. Labium veritatis firmum erit in perpetuum, ideſt doctrina veritatis firmabitur per exemplum bonæ operationis. *Marc. ultim.* Profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, ideſt, bonis operibus. Sed hodie dicunt laici: Signa veſtra non vidimus, jam non eſt Propheta, niſi forte Propheta Baal, & nos non cognoſcet amplius. Ideo dicit *Iſa.* 59. Corruit veritas in platea, & æquitas non potuit ingredi, quaſi dicat; cecidit columna Eccleſiæ, quæ eſt veritas in docendo, & ſimiliter firmamentum cecidit, quod eſt æquitas in operando. Firmamentum enim impugnat columnam, ideſt vita doctrinam, & ideo corruit

ædificium,

ædificium. *Tit. infr.* Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. *a* Et manifeſte, &c.] in Eccleſia, q. d. ideo caute in Eccleſia eſt converſandum & agendum, quia domus Dei eſt, & columna & firmamentum veritatis. Et quia in ea eſt. *c* Sacramentum,] i. Chriſtus

tis. *a* Et manifeſte magnum eſt pietatis *b* Sacramentum, *c* quod *d* manifeſtatum eſt in carne, *e* juſtificatum eſt in ſpiritu: *f* apparuit Angelis, *g* prædicatum eſt Gentibus, *h* creditum eſt in mundo, *i* aſſumptum eſt *k* in gloria.

C A P. IV.

1 SPiritus *m* autem manifeſte *n* dicit, *o* quia in noviſſimis temporibus *p* diſcedent quidam a fide attendentes *q* ſpiritibus erroris, *r* & doctrinis Dœmoniorum *ſ* in hypocriſi, *t* loquentium mendacium, *u* & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere,

ſecundum Divinitatem occultus, vel quia aut ignorabatur, *Iſ.* 45. Vere tu es Deus abſconditus. *Iſ.* 53. Quaſi abſconditus vultus ejus, & deſpectus. Unde nec reputavimus eum, Sacramentum dico. *b* Pietatis] i. quod eſt cauſa pietatis, ideſt Theoſebiæ.

A *a* Manifeſte magnum] quia Chriſtus magnitudinem ſuam, & miracula manifeſtavit. Et hoc eſt, quod ſubdit: *d* Quod manifeſtatum, &c.] *Chr.* Viſus eſt in carne. *Bar.* 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. *e* Juſtificatum, &c.] *Chr.* Juſtificatus eſt, ideſt, ſanctus, & juſtus oſtenſus, quia de Sp. ſancto conceptus. *Matt.* 1. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Vel per oſtenſionem Sp. ſanctus in Baptiſmo. *Luc.* 3. Deſcendit Sp. S. corporali ſpecie, ſicut columba in ipſum. *f* Apparuit Angelis] in aſcenſione. *Iſ.* 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom, &c. Per prædicationem Apoſtolorum eis innotuit aliquid de Chriſto. *Eph.* 3 Ut innoteſcat principatibus & poteſtatibus per Eccleſiam multiformis Sapientia Dei. *Chryſ.* Angeli nobiſcum cum viderint filium prius non videntes. *g* Prædicatum eſt Gentibus,] ab Apoſtolis 1 *Cor.* 1. Prædicamus Chriſtum Jeſum crucifixum, &c. *h* Creditum eſt, &c.] commiſſum eſt hoc Sacramentum hominibus, qui erant in mundo, vel creditum eſt ab his, qui ſunt in mundo, quod mirum eſt, cum Chriſtus doceat contraria eorum quæ quærit mundus, ſc. adverſa pati, ſpernere gloriam, & pecuniam mundi. Vel [Creditum eſt in mundo] ideſt, dum manſit in mundo, crediderunt ei diſcipuli ejus. *i* Aſſumptum eſt] *Chr.* Aſſumptus eſt de hac mortalitate ad gloriam, ut ſit ſuper omnem creaturam. *Phil.* 2. Propter quod & Deus exaltavit illum, &c. *Marc. ult.* Aſſumptus eſt in cœlum & ſedet a dextris Dei. *Act.* 1. Videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum. Vel aſſumptus in mente fidelium. *k* In gloria] i.glorioſe, quia ignominia paſſionis Chriſti eſt eis gloria. Et nota, quod ſupra dicit [Creditum] hic dicit [Aſſumptum] Debemus enim non tantum credere per fidem, ſed aſſumere per amorem, vel per bonam operationem, ſicut Simeon in ulnis. *Luc.* 2. Quia fides ſine operibus mortua eſt, *Jac.* 2. *Rom.* 11. Quæ aſſumptio niſi vita ex mortuis.

E X P O S I T I O C A P. IV.

SPiritus autem, &c.] In præced. cap. inſtruit eum quomodo, & quales Epiſcopi debeant ordinari, modo inſtruit eum in officio Epiſcopali. Eſt autem præcipuum, & principale officium Epiſcopi ſincere docere. Sinceritas autem doctrinæ conſiſtit in duobus. In deſtructione errorum, quod notatur ibi, [Attendentes ſpiritibus erroris] Et in ædificatione ſubditorum, quod notatur, ibi [Hæc proponens, &c.] Sed quia doctrinam debet comitari vita: ideo ſecundo dicit, quod in operibus pietatis ſe exerceat ibi, [Exerce autem teipſum, &c.] Tertio autem invitat eum ab hoc exemplo ſui ibi [Fidelis ſermo, &c.] quarto ad maturitatem eum invitat ibi: [Nemo adoleſcentiam] quinto, ut ſancto ſtudio intendat ibi [Dum venio] Sexto, quomodo unumquemque ſecundum modum, & ſtatum & poteſtatem perſonæ debeat exhortari, determinat, ibi [Seniorem ne, &c.] Dicit: *l* Spiritus autem] q. d. benedico quod hæc tibi ſcribo, ut ſcias, quomodo te oporteat converſari. Et hoc neceſſarium eſt. *m* Autem] i. quia [Spiritus, &c.] Vel aliter continua ſic: Ita digne eſt domus Dei, ſicut dictum eſt, ſed multi erunt corruptores ejus. Et hoc eſt, quod dicit. *m* Autem] pro ſed: *l* Spiritus] ſanctus.

n Manifeſte dicit] in corde meo, vel per ora Prophetarum. *Act.* 20. Sp. ſanctus per omnes civitates proteſtatur mihi dicens; quoniam vincula, & tribulationes Jeroſolymis me manent [Manifeſte] quia familiarius, & apertius revelabit Dominus ſecreta ſua Apoſtolo, quam aliis prophetis. Et ideo dicit [manifeſte] non per ſomnia, ut olim. *Num.* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnia loquar ad illum, at non talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt: ore enim ad os loquar ei, & palam, non per ænigmata, & figuras Deum videt. *o* Quia in noviſſimis, &c.] ideſt in iſtis temporibus, quæ noviſſima ſunt, q. d. modo inſtat tempus hæreticorum. 1. *Jo.* 2. Nunc antichriſti multi facti ſunt. Unde ſcimus, quia noviſſima hora 1. *Cor.* 10. Scripta ſunt ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum devenerunt. [Quidam] ergo notabiles *Chr.* ut Manichæus, ſc. & Marcioniſta. *p* Diſcedent] qu. d. modo videntur eſſe nobiſcum in fide. Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. *Iſ.* 49. Deſtruentes te & diſſipantes, a te exibunt. 2. *Pet.* 2. Fuerunt Pſeudo Prophetæ in populo ſicut & in vobis erunt Magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis. *Num.* 1. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam. *Act.* 20. Intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobiſipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut adducant Diſcipulos poſt ſe. Vel [In noviſſimis temporibus] cum tempore, ſc. Antichriſti maxime, diſcedent. Unde 2. *Theſ.* 2. Niſi venerit diſceſſio primum, & revelatus fuerit homo peccati filius perditionis.

q Attendentes ſpiritibus erroris,] i. ſpiritibus Dœmonum, in quibus Dœmones loquuntur. 2. *Theſ.* 2. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. *r* Et doctrinis Dœmoniorum] i. hominum Dœmonia habentium. *Chr.* ab illis energumeni, i. inſtructi hoc locuti ſunt. Vel *ſ* Dœmoniorum] i. malitioſorum hominum, & nequam, ut Dæmones. *t* In hypocriſi loquentium mendacium,] *Chryſ.* Pſeudoloruin, i. ideo ſimulata religione, ut magis decipiant. Fere enim omnis hæreticus eſt hypocrita. *Col.* 2. Nemo vos ſeducat volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans fruſtra, &c. *Prov.* 26. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credas ei quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius. Item *Eccl.* 12. Etſi humiliatus incedat corpus, abjice animum tuum, & cuſtodi te ab illo. *u* Et cauteriatam, &c.] i. remordentem, q. d. mihi falſa loquuntur, & fingunt, & in hypocriſi ea loquuntur, ſed conſcientia eos interius accuſat. *Prov.* 12. Eſt qui promittit, i. prædicat, & quaſi gladio pungit conſcientiæ; quia ſcit ſe mentiri. Vel [Cauteriatam] i. mutilatam, vel aduſtam ferro, vel charactere Diaboli, q. d. exterius habent ſimilitudinem Dei, quia hypocritæ ſunt, ſed interius habent cauterium Diaboli. *Tit.* 1. Coinquinatæ ſunt eorum & mens; & conſcientia. Nota quod Dominus ſignat ſuos, & Diabolus ſimiliter ſuos. Dominus igne tribulationis adurit ſervos, & amicos, & memoria ſuæ paſſionis ſculpit eos, & cauterium facit eis ad purgandos malos humores, ſc. malos mores. *Bern.* animi mali humores, mali mores. Ideo dicit Apoſt. *Gal. ult.* Stigmata Domini Jeſu Chriſti in corpore meo porto. Diabolus e contrario ſuis ſupprimit characterem ſuum & ſignum & cauterizat eos igne concupiſcentiæ, ferro obſtinationis, & duritiæ: & hoc facit ad evacuandos bonos humores, i. bonos mores. *Apoc.* 13. Faciet omnes puſillos & magnos divites & pauperes, liberos & ſervos habere characterem in manu ſua dextra, aut in frontibus ſuis, & ne quis poſſit emere, vel vendere, niſi qui habeat characterem nominis Beſtiæ, aut nomen, aut numerum nominis ejus. Item nota, quod latronibus ſolet fieri cauterium, ut caveant, ſic tales caventur, nec credatur eis, quia fures ſunt, & latrones. *Jo.* 10. Fur non venit, niſi ut furetur & mactet, & perdat. Et ut de multis mendaciis, quæ Hypocritæ loquuntur aliqua exempli cauſa ponantur, ſubdit: *x* Prohibentium nubere;] i. nuptias celebrare. Contra quos loquitur *Matth.* 19. Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet; Ergo nubere non eſt peccatum, quia Deus conjunxit nubentes. Et præterea ſi eſſet peccatum, & Deus vult, & præcipit, quod non ſeparentur, ergo cogit manere in peccato, quod falſum eſt. Præterea matrimonium fuit factum ante peccatum & comeſtionem pomi, quod patet per illud

Gen. 3.

a abſtinere a cibis, b quos Deus creavit c ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus: d & his qui cognoverunt veritatem: e Quia omnis f creatura Dei g bona eſt, h & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. i Sanctificatur enim per k verbum Dei l & orationem. m Hęc proponens n fratribus o bonus p eris miniſter Chriſti q Jeſu enutritus r verbis fidei, ſ & bonę doctrinę, t quam aſſecutus es. u Ineptas autē x & aniles fabulas y devita. z Exerce autem teipſum a ad pietatē

Gen. 3. Mulier, quam dediſti mihi, &c. Si ergo matrimonium eſſet peccatum, homo peccaſſet, antequam pomum concupiſceret. Item Dominus interfuit nuptiis. *Jo.* 2. & eas miraculo honoravit. Item de nupta natus eſt. Item *Heb.* 13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Et præcipientium. a Abſtinete a cibis,] quos immundos dicunt, & a Principe tene-
B bratum creatos, quod falſum eſt. Unde ſubdit: b Quos Deus creavit] non Diabolus. c Ad percipiendum cum gratiarum actione, &c.] In principio enim menſæ facienda eſt benedictio, & in fine gratiarum actio, ut ſit differentia inter comeſtionem Chriſtiani & canis. *Pſ.* 21. Edent pauperes, & ſaturabuntur, laudabunt Dominum, &c. Sed nonne lex prohibet abſtinere a cibis. *Lev.* 11. Et *Deut.* 14. Et *Act.* 15. Prohibitus eſt eſus ſanguinis & ſuffocati, & idolis immolati. Item jejunium commendatur & abſtinentia carnium in religioſis. Sol. In lege prohibita ſunt quædam animalia propter ſignificationem. Porcus enim ſignificat luxuriam & ſimiliter de aliis. Similiter propter pœnitentiam, quia ſcilicet, in animalibus peccaverant colendo ea: ideo, & in animalibus puniti ſunt abſtinendo ab eis. *Sap.* 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Item in onus præcepit eis Dominus diſcretionem ciborum, ut talibus præceptis intenti, & preſſi onere obſervationum non attenderent cultui Idolorum. Item quia voluptuoſi erant, & guloſi, ſicut dicitur. *Num* 11. Populus flagravit deſiderio carnium ſedens & flens, &c. Item prohibita ſunt eis aliqua cibaria, non quia immunda, ſed quia materia voluptatis, & tentationis cupide utentibus eis. Et eadem ratio eſt, quia Religioſi abſtinent a carnibus: in primitiva Eccleſia prohibuerunt Apoſtoli comedere ſanguinem & ſuffocatum: quia Gentiles proni erant ad homicidium: quia comeſtio ſanguinis eos delectabat, maxime ſanguinis humani, qui delectabilior eſt, ut dicitur. Idolothitum autem prohibuerunt propter fornicationem, & propter idololatriam, quia libentius idololatrarent, ſi eſſet eis licitum comedere idolothitum. Et præterea quia Judæi infirmi maxime in iſtis ſcandalizabantur; quia iſta magis erant in lege prohibita; quia & ante legem fuit prohibitus eſus ſanguinis. *Gen.* 9. Ideo ergo ſpecialiter iſta ſunt Gentilibus prohibita. procedente autem tempore illud mandatum revocatum eſt ab Apoſtolis, & illam revocationem promulgat hic Apoſtolus, & *Tit.* 1. & 1. *Cor.* 10. Dicit ergo. [Quos Deus, &c.] vel [percipiendum] dico [fidelibus] vel [quos creavit, fidelibus:] ideſt, his qui bene credunt de cibis.

d Et his, qui, &c.] ideſt, quod credunt intelligunt, quaſi talibus licet edere, qui credunt per fidem, & intelligunt per rationes, quod Deus eſt auctor omnium, & quod omnia bona facta ſunt ab eo. *Tit.* 1. Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil eſt mundum. *Rom.* 14. Ei qui exiſtimat quid eſſe commune illi, commune eſt 1. *Cor.* 8. Quidam autem cum conſcientia idoli uſque nunc, quaſi idolothitum manducant; & conſcientia ipſorum, cum ſit infirma, polluitur. Subditur autem de veritate, quam noverunt fideles, hanc ſcilicet: e Quia omnis, &c.] In ſui natura, ſed voluptas eſt prohibita, & mala. Unde *Chr.* Nonne prohibita voluptas vehementer.

f Creatura] *Chr.* Evellit hæreſim eorum, qui hylem ingenitam dicunt. g Bona] *Gen.* 1. Vidit Deus omnia, quæ fecerat: & erant valde bona. h Et nihil, &c.] ideſt, ſoler percipi 1. *Cor.* 10. Omne, quod in macello venit, manducate: nihil interrogantes propter conſcientiam. *Pſalm.* 23. Domini eſt terra, & plenitudo ejus. *Matt.* 15. Nihil quod intrat in os, coinquinat animam. *Tit.* 1. Omnia munda mundis. Et vere nihil rejiciendum eſt. i Sanctificatur enim] cibus *Gloſſ.* Ne Diabolus per eum noceat, ideſt, ſanctus ſit cibus & ſalubris non noxius animæ, vel corpori. k Per verbum Dei] ideſt, per filium, per quem creavit Pater *Jo.* 5. Pater meus uſque modo operatur, & ego operor. Propter hoc habent antiqui in conſuetudine dicere in principio comeſtionis: Verbum caro eſt, &c. Alii dicunt. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, &c. l Et orationem, &c.] Verbum enim ſanctificat, oratio impetrat, Diabolus vero per cibum tentat, ſicut piſcator, qui vult capere piſcem, & hamum tegit ſub pane, ſic Diabolus prætendit homini neceſſitatem, & occultat ſub pallio neceſſitatis voluptatem. Vel: [Per verbum] ideſt Evangelium. Unde alicubi legitur Evangelium in diebus Dominicis ſuper panem. Vel [Verbum] poteſt dici benedictio in principio; oratio autem gratiarum actio in fine, & ſic cibus ſanctificatur, ideſt ſancte ſumitur. Et notandum, quod dicit *Chryſ.* [Sanctificatur, &c.] Ergone immundum fuit, ſed duo dicit, ſc. quod nihil eſt commune, i. immundum, quod etſi eſſet, habet medelam, ſc. ſanctificationem, hic ſc. conſigna, gratias age, glorifica Deum, & omnis immunditia deſiſtit: Quocirca & idolothitum poſſumus ita purgare, ſi non ſciveris, quod idolothitum eſt, ſi vero ſciveris, & aſſumas, & immundus eris, non quia idolothitum, ſed quia juſſus non communicare Dæmonibus communicaſti: per illud 1. *Cor.* 10. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ Dæmoniorum. m Hæc] quæ dixi de creaturis & de nuptiis, quorum unum ſpectat ad nutritivam, ſc. cibi: alterum ad generativam ſcilicet, nubere.

n Præponens] ideſt, anteponens. Vel [Proponens] ideſt, publice ponens. o Fratribus] non canibus. *Matt.* 7. Nolite ſanctum dare canibus.

p Bonus eris miniſter] non Dominus 1. *Pet.* 5. Non dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo. q Chriſti Jeſu,] ideſt, a Jeſu Chriſto in miniſterium conſtitutus. *Heb.* 5. Nemo aſſumit ſibi honorem, ſed qui a Deo vocatur tanquam Aaron. Vel [Jeſu Chriſti] id eſt, Jeſu Chriſto miniſtrans, quod magnum habet præmium. *Jo.* 12. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus. Et hoc poteſt facere, ſcil. proponere prædicta fratribus, quia es:

r Enutritus verbis fidei] quantum ad credenda.

ſ Et bonæ doctrinæ,] quantum ad agenda. Hæc enim duo ſunt neceſſaria, recta fides & boni mores. Talis doctrina cibus eſt, & nutrit comedentes, ſumentes per intelligentiam, maſticantes per meditationem, decoquentes per amorem, & in omnia membra tranſeuntes per operationem. Aliter non nutrit; frumentum enim non paſcit, nec confortat horreum, ſed ſtomachum, non ſaccum intellectus, ſed affectum. Sed multi ſunt qui habent hunc cibum in ore, ſicut leo mortuus habebat favum in ore, & tamen non comedebat, ſed reſervabat Samſon, ſicut dicitur *Jud.* 14. Sed canis vivus, quando datur ei panis, ſtatim comedit. Sic bonus Prædicator debet habere cibum in ore, primo ad nutriendum ſe: non ſicut leo mortuus ad dandum aliis. *Eccl.* 9. Melior eſt canis vivus leone mortuo. Et hoc cibo habetur *Matt.* 4. Et *Deut.* 8. Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei. *Sap.* 16. Non naturales fructus paſcunt homines, ſed tuus, Domine ſermo. t Quam aſſecutus es] ſtudio, q.d. non ſolum eruditus es a Doctore in verbis fidei & morum, ſed etiam bonam doctrinam proprio ſtudio es adeptus. Et nota quod plurimi ſunt, qui ſequuntur, & non aſſequuntur, quia fugit ab eis *Sap.* 1. In malevolam animam non intrabit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. u Ineptas autem] i. irrationabiles, in quibus etiam aptitudo non eſt.

x Et aniles fabulas] i. infructuoſas, q.d. ſine ratione ſunt ad credendum, & ſine fructu ad amandum. Vel [Aniles] *Chr.* Vetulinas, i. quas ſolent anus narrare juvenculis. y Devita] omnino. *Chr.* Non dixit, abſtine, ſed devita. Item *Chr.* Aniles obſervantias fabulas ait, quod enim in tempore utile eſt, hoc in tempore inutile eſt, & nocivum, ſicut ſi homo viginti annorum adhuc fugit ubera, deriſibilis fit *ſup.* 1. Neque intenderet fabulis, & genealogiis interminatis *inf.* 4. A veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. *Job* 13. Nunquid indiget Deus veſtro mendacio, ut pro eo loquamini dolos? z Exerce autem teipſum ad pietatem] q.d. non ſolum prædicta propone verbo, vel non ſolum prædictas fabulas devita, ſed exemplo doce, & in operibus pietatis te exerce. Et hoc eſt quod dicit: a Ad pietatem] ideſt, ad opera miſericordiæ, & Theoſebiæ, qui eſt cultus Dei. *Chryſoſt.* [Ad pietatem] ideſt, ad fidem puram, & veritatem rectam.

Secundum *Chr.* aliter exponitur hoc: z Exerce teipſum ad pietatem] ideſt, ad fidem puram, & vitam rectam, *Aliter.*

O Hæc

jam rectam. Hæc enim eſt pietas. *a* Nam corporalis, &c.] Iſte juvenis erat, & juvenum conſuetudo eſt macerare carnem ſuam, quando convertuntur ad Dominum. Sed quia hoc modicum eſt utile reſpectu aliorum operum; ideo monet eum, ut exerceat ſe ad pietatem, q. d. tu es Epiſcopus; & ideo non tibi ſoli debes eſſe utilis, ſed aliis per pietatis opera. Et hoc eſt, quod dicit [Nam exercitatio, &c.] ideſt niſi addatur pietas, q. d. carnem domat aliquantulum. *b* Pietas autem ad omnia utilis eſt;] quia pietas ſaluti omnium ſtudet. Præterea pietas eſt quaſi vita omnium actionum. Unde Magiſter Hugo de Sancto Victore: Viſibilis actio, quaſi corpus eſt;

C

a Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt. *b* Pietas autem ad omnia utilis eſt: promiſſionem habens vitę, *c* quę nunc eſt, *d* & futurę. *e* Fidelis ſermo, *f* & omni acceptione dignus. *g* In hoc enim *h* laboramus, *i* & maledicimur, k quia ſperamus in Deum *l* vivum, qui eſt Salvator omnium hominum, *m* maxime fidelium. *n* Pręcipe hæc, & *o* doce. *p* Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, *q* ſed exemplum eſto fidelium

devotio quaſi ſpiritus; devotio actionem vivificat, quaſi anima corpus: omnis actio, quæ ſine devotione eſt, mortua eſt. Et poſtea dicit:

Quod vivit, moritur, ſed non vita, actio tranſit.

Pietas actionis inchoat in tempore, ſed non finitur cum tempore. Item nota, quod exercitatio eſt, ſicut cortex, pietas autem eſt, ſicut medulla. Exercitatio eſt, ſicut in *Gloſſ.* dicitur, in vigiliis, & jejuniis, & labore orandi, in quibus Timotheus intentus, ſed non adeo intentus operibus pietatis. Notandum ergo, quod multipliciter dicitur pietas. Dicitur enim pietas naturalis compaſſio. *Job* 31. Ab infantia mea crevit mecum miſeratio. Item Theoſebia, ut *Tit.* 2. Sobrie, & pie, & juſte vivamus. Item *ſup.* 2. Quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & caſtitate. Item honoratio parentum. *Exod.* 22. Honora patrem tuum, & matrem, &c. Item pietas dicitur affectus compaſſionis, & opera miſericordiæ ad proximum, ut hic dicit *Gloſſ.* Item *ſup.* 2. Oſtendentes pietatem per opera bona. Dicitur ergo [pietas autem, &c.] ideſt, quia habet promiſſionem.

c Vitæ, quæ nunc eſt] ut hic abundat bonis gratiæ, & etiam bonis temporalibus.

d Et futuræ.] ut in futuro abundet donis gloriæ, q.d. pietas habet benedictionem ſiniſtræ, & dextræ. *Can.* 2. & 8. Læva ejus ſub capite meo, &c. *Prov.* 3. In dextera ejus anni vitæ, & in ſiniſtra ejus divitiæ, & honor. Alia littera, *Marc.* 10. Amen dico vobis: nemo eſt, qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Evangelium, qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc; domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus, in ſæculo futuro vitam æternam.

Aliter.] ⊙ Hæc enim eſt pietas. *a* Nam corporalis, &c.] Quidam de jejunio hoc ajunt eſſe dictum: abſit: non eſt enim corporalis exercitatio, ſed ſpiritualis. Si enim corporalis eſſet, corpus nutriret; ſi vero eliquat, & ſubtiliat, non eſt corporalis.

b Pietas ad, &c.] Qui eſt ſibi conſcius mali, qui multa facit bona, etiam hic lætatur; quemadmodum e contrario, malus etiam hic cruciatur, cum timore vivens continuo, an non tales avari, & fures, & adulteri, & homicidæ, nonne difficillimam vivunt vitam? Seq.

e Fidelis ſermo] ideſt verax ſermo, ſcilicet dictus de pietate.

f Et omni acceptione dignus.] quia utilis eſt, fidelis eſt, ut credatur, & acceptione dignus, ut opere adimpleatur: minus enim accipit, *ſup.* 3. Vel ſecundum *Bern.* dicitur idem, ſecundum quod habent quidam libri. *Proverb.* 25. Sermo opportunus optimus eſt. Quod autem iſte ſermo ſit fidelis, & verus, acceptione dignus, oſtendo in me.

g In hoc enim] ſc. in ſpe hujus rei prædictæ, ſcil. in ſpe promiſſionis vitæ.

h Laboravimus] operando bona.

i Et maledicimur,] ideſt opprobria patimur. Ecce vita Sanctorum eſt bona agere, & mala pati. *Cor.* 4. Laboramus operantes manibus noſtris, maledicimur, & benedicimus, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus. Item 1. *Cor.* 4. In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur, &c. Item 2 *Cor.* 11. In laboribus plurimis, &c. Et *Act.* 21. 2. *Pet.* 2. Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Sed quia conſideratio præmii minuit flagella. Apoſtolus ſubdit, in qua ſpe laborat, ſcilicet

k Quia ſperamus in Deum vivum,] qui dat vitam gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. 1. *Theſſ.* 1. Servire Deo vivo, & vero, i. qui eſt veritas in intellectu, & vita in affectu, via autem eſt in ducatu. *Chryſ.* Cujus gratiæ interdicimus nos: ſi futura nos expectamus. Et poſtea dicit: Paulus laborat, & tu voluptari vis?

d Qui eſt ſalvator omnium hominum,] ideſt ut malorum ſalute temporali, quam & immeritis communicat. Juxta illud: Homines & jumenta ſalvabis, Domine. *Matth.* 5. Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos. *Chr.* Si infideles ſalvat hic, multo magis fideles illic. Et hoc eſt, quod ſubdit:

m Maxime fidelium,] eſt, ſc. Salvator, ſi enim tolerat, & ſalvat infideles, multo magis fideles. *Eccleſ.* 8. Peccator ex eo, quod centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus. Salvat autem Dominus hic, & in futuro fideles ſecundum animam. *Chr.* Quomodo ſalvat hic fideles?

Solut. Niſi Salvator eſſet, niſi prohibuiſſet ab omnibus impugnatos olim eſſe corruptos. Et poſtea ſubdit. Hic incitat eum a periculo. Vel [Maxime fidelium] i. maxima ſalute ſalvat fideles: malos enim non ſalvat, niſi miſericordia ſalvet, i. ſalute jumentorum. *Iſa.* 45. Deus juſtus, & ſalvans non eſt præter me.

n Præcipe] quaſi fabulas devita, & exerce te ad pietatem. Et [præcipe] ſcientibus hoc, ſc. devitare fabulas, & ut ſe exerceant ad pietatem.

o Et doce.] neſcientes. *Chr.* Cum per ignorantiam peccatur, opus eſt doctrina, cum vero ſcienter, præcepto. *Chr.* Præcipe, &c. Textum ponit ſic: Annuncia hoc, & doce: nullus tuam juventutem contemnat; ſed typus ſit fidelium in ſermone, in converſatione, in amore, donec veniam: attende locutionem Paradiſi, ideſt conſolationem doctrinæ, ut non negligas chariſma, i. gratiam, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum preſbyterii. Vel

n Præcipe] præcepta [Doce] conſilia. *Tit.* 2. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. *Chr.* Quædam præceptis indigent, quædam doctrina, ſi ergo injunxerit, ubi docere oportet, vel e converſo deriſibilis eris. Et poſtea dicit: Non eſſe pernicioſum, non judaizare in unctione, ſed dare ſua & virginitatem ſervare, &c. Hæc doctrina opus eſt. Et poſtea dicit: Vides, quod injungere, vel præcipere opus eſt Sacerdotum, & auctorum, & habilius diſponere.

p Nemo adoleſcentiam tuam contemnat,] Inſtruit eum ad maturitatem, qua indigebat, quia cum jam eſſet Epiſcopus, nondum tamen habebat viginti tres annos. Et eſt argumentum, quod Dominus Papa poteſt diſpenſare cum aliquo minoris ætatis, ſi ſit utilis ad Epiſcopatum. Dicit ergo:

p Nemo adoleſcentiam tuam contemnat,] ideſt, ita maturus ſis in moribus, & doctrina, & non ſis contemptibilis pro adoleſcentia. Talis erat Tobias, de quo dicitur *Tob.* 1. Cumque eſſet junior omnibus in tribu Nephtalim: nihil tamen puerile geſſit in opere. *Sapient.* 4. Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque numero annorum computata, cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectus prolixior vita immaculata: Senecta vita hominis ſe habet, ut fabula nunquam longa, ſed qualis ſit, attendatur.

Unde dicit *B. Ambroſ. de B. Agnete*. Computabatur inanis infantia, ſed erat aſpectu mentis immenſa. *Eccl.* 25. Corona ſenum in multa peritia, & gloria eorum timor Domini. *Chr.* Contemptibilis res juventus a communi præſumptione facta eſt. Et poſtea dicit: Oportet incontemptibilem eſſe Doctorem.

Sed dicis: Ubi eſt humilitas vel manſuetudo, ſi non contemnitur?

Solut. In his, quæ pertinent ad ipſum, contemnatur, & ferat, & oſtendat longanimitatem; in his vero, quæ ad alios non adhuc. Hæc enim non eſt manſuetudo, ſed ſtoliditas.

q Sed exemplum eſto fidelium] Prælati boni ſunt fidelibus in exemplum, ſed malis ſunt in deriſum. *Job* 17. Poſuit me

D *a* in verbo, *b* in converſatione in *c* charitate, *d* in fide, *e* in caſtitate. *f* Dum venio, *g* attende *h* lectioni, *i* exhortationi, *k* & doctrinæ. *l* Noli negligere gratiam, quæ in te eſt, *m* quæ data eſt tibi

fuit me quaſi io proverbium vulgi. Similiter quantum ad malos, ſcilicet & exemplum ſuum coram eis quantum ad bonos, ſcilicet. *Joann.* 13. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. *Chryſoſt.* Typus ſis fidelium, &c. Archetypus, ideſt exemplar vitæ, & imago Epiſcopis præjacet, ut lex animata, ut regula, ut terminus bonæ vitæ. Magiſtrum anim talem eſſe oportet. Nota, quilibet Prælatus debet eſſe liber ſubditorum per vitam, & doctrinam. Unde in rationali, quod habebat Sacerdos in pectore, duo deſcripta ſunt, vel erant, judicium, & veritas. *Exod.* 28 Judiciom ſcilicet diſcretionis, quantum ad doctrinam, & veritas vitæ. Sed contra exemplar ſunt hodie omnium monſtrorum, & abominationum. *Iſ.* 34. Requirite diligenter in libro Domini, ideſt in Clericis, & Prælatis, unum ex eis non defuit, ideſt de monſtris vitiorum, de quibus ibi loquitur. Qui extendit cœlum ſicut pelliem. Ipſi ſunt cœlum reſpectu ſubditorum: quia ſicut motus cœli eſt regula omnium motuum inferiorum, ita opera Prælatorum debent eſſe regula ſubditorum. Sed dicitur *Jerem.* 4. Aſpexi cœlos, & non erat lux in eis. Subditur autem, in quibus debet eſſe exemplar, ſcilicet:

a In verbo,] ut ſcilicet, tuo exemplo caute loquantur. *Proverb.* 17. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus, & prudens eſt. *Eccl.* 21. Verba prudentum ſtatera ponderabuntur. Et 28. Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua.

b In converſatione] honeſta, ut inceſſu, habitu, ſtatu, & in omnibus motibus ſis honeſtas, ut quilibet te reſpiciens reſpectu tui ſibi vileſcat. Secundum illud *Job* 33. Reſpiciet homines, & dicet: peccavi, & vere deliqui homines, ideſt, Prælatos rationabiliter inventos. *Ezech* 43. Fili hominis oſtende domui Iſrael templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis. *Job* 29. Videbant me juvenes, & abſcondebantur, & ſenes aſſurgentes ſtabant. Et quia modeſtia verbi, & honeſtas converſationis exterius debent eſſe vera, non ſimulata; ideo ſubdit:

c In charitate,] Dei, & proximi: quantum ad effectum, ut ſalus intendatur animarum, non lucrum temporalium.

d In fide, ſana, & recta quantom ad intellectum.

e In caſtitate.] mentis, & corporis. Si ergo debent eſſe iſta quinque in exemplari. Verba, converſatio, charitas, fides, caſtitas, ut ſit in verbis modeſtus, in converſatione honeſtus, & hæc ſunt exterius. Item per charitatem fervidus, per fidem illuminatus, & hæc duo ſunt interius. Item per caſtitatem mundus tam mente, quam corpore. Illud ultimum ad utrumque pertinet, ſc. ad interiora, & exteriora. Dicit ergo:

a In verbo,] ut non ſuperfluus ſit in loquendo, nec obſcurus, nec mutus; quod eſt contra elingues canes. *Iſ.* 56. Univerſi canes muti non valentes latrare. *Chryſ.* [In verbo] ut cum facilitate loquatur. *Prov.* 14. Doctrina prudentum facilis.

b In converſatione] Contra pervertentes exemplo, quod oſtendunt. *Tit.* 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

c In charitate] contra inaffectuoſos quantum ad animas, ſed cupidos quantum ad pecunias. *Phil.* 2. Omnes quæ ſua, ſunt quærunt, non quæ Jeſu Chriſti.

d In fide,] Contra infideles, qui adulterantur Scripturas. *Iſ.* 1. Principes tui infideles ſocii furum.

e In caſtitate.] Contra luxurioſos. *Malach.* 2. Contaminavit Judas ſanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni, diſperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, Magiſtrum, & Diſcipulum de tabernaculo Jacob. 1. *Timoth.* 5. Teipſum caſtum cuſtodi.

f Dum venio, attende lectioni] Sacræ Scripturæ, quaſi in ſpeculo inſpiciens poteris qualem te debes exhibere, & qualiter debeas docere. Et ponitur ly, [dum] incluſive, & ſuppletur [Dum venio] ideſt uſque dum veniam incluſive, maxime uſque tunc ſtudeas, per te, quia quando venero, tunc docebo te ego ipſe. *Chr.* [Donec veniam] Quid cum venero, nunquid tunc ceſſabit?

Solut. Simile *Matth.* 1. Non cognovit eum, donec peperit filium ſuum primogenitum.

g Attende lectioni,] divinarum Scripturarum. *Chryſ.* Diſcamus non negligere Mediatorem divinarum Scripturarum. Hoc eſt contra negligentes Scholares.

h Lectioni,] ut contemplans, vel diſcipulos excitans, ut Prædicator, & duce, ut Doctor. Et poſtquam ſtudueris, & didiceris. Attende

i Exhortationi,] quantum ad ſcientes.

k Et doctrinæ.] quantum ad neſcientes. Vel notatur hic ſtatus Scholarium, ſive Contemplativorum, qui debent attendere lectioni; & Prædicatorum, qui attendere debent exhortationi, & Doctorum, quorum officium eſt docere, & eſt prius doceri, quam docere. *Eccl.* 18. Ante judicium interroga teipſum, & antequam loquaris, diſce. Et notandum eſt, quod prius inſtruxit Timotheum in vita, ibi: [Eſto exemplom, &c.] hic inſtruit eum in doctrina, ibi: [Attende lectioni,] Iſte ordo ſignificatus eſt *Exod.* 29. Et *Lev.* 8. ubi dicitur, quod Sacerdos prius induebatur ſuperhumerali, deinde logion, ideſt rationali. Per ſuperhumerale intelligitur labor operis, per logion doctrina. *Pſalm.* 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Et poſtea ſubdit: Beati, qui ſcrutantur teſtimonium ejus, &c. Item *Matth.* 5. dicitur: Vos eſtis ſal terræ. Deinde, vos eſtis lux mundi. 2. *Regum* 23. Spiritus Domini locutus eſt per me, ideſt per vitam meam, & ſermo ejus per linguam meam. 1. *Mach.* 23. Juvenes induebant ſe gloriam, & ſtolas belli, ecce vita: & civitatibus tribuebant alimonias, ecce doctrina. *Job* 39. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum? *Judic.* 4. Delbora erat uxor Lapidoth. Delbora interpretatur apis, Lapidoth coruſcatio, quia melliflua doctrina Chriſti debet conjungi inſeparabiliter, quaſi per matrimonium vitæ coruſcanti, ideſt vitæ bonæ, quæ alios illuminat per bonum exemplum: *Ezech.* 16. Dedi armillam in manibus tuis, & torquem collo tuo.

l Noli negligere gratiam, &c.] Hic oſtendit, quod ſicut prædictum eſt, ſic debet facere, quia tenetur facere ex officio. Et hoc eſt:

l Noli negligere gratiam] Multi negligunt gratiam ſibi a Deo datam, qui ſc. non utuntur ea, ſive gratia prædicandi, ſive orandi, ſive bene operandi, quia diviſiones gratiarum ſunt, ut dicitur 1. *Cor.* 12. Sapientia abſcondita, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque, in multis autem moritur gratia ſibi data, quod patet, quia nihil movent in opus membrorum, & quod non movetur, mortuum eſt. 2 *Tim.* 1. Reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearum. In aliis vacua manet, quia non fecundatur: quod tamen petit, ſc. ut fecundetur. *Iſ.* 4. Apprehendent ſeptem mulieres virum unum in die illa, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur, tantummodo invocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum. 1. *Cor.* 15. Gratia Dei in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboravi. Fructus autem, quem parit gratia homini, qui utitur ea, ſunt bonæ cogitationes, & affectiones ſanctæ, ſive deſideria ſancta, locutiones utiles, & operationes. De quibus dicitur *Eccl.* 24. Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & a generationibus meis adimplemini.

Alii autem non utuntur gratia, ſicut debent, ſed abutuntur ea, qui eam in luxuriam ſufferunt. *Eccl.* 20. Gratiæ fatuorum effundentur. *Jud.* 1. Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam. Sic ergo, in quibuſdam gratia moritur, ſed in quibuſdam mortaliter peccantibus, in aliis vacua manet, ſed in negligentibus transfertur, aut in abutentibus ſpecialiter: aut hic loquitur de gratia Epiſcopatus, quæ non eſt negligenda. Prælatus enim diligens debet eſſe in officio ſibi commiſſo. *Prover.* 27. Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera. 2. *Cor.* 11. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt inſtantia mea quotidiana, ſollicitudo omnium Eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor, &c. *Eccl.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Item *Eccl.* 18. Homo ſapiens, in omnibus metuit, & in diebus delictorum attendet ab inertia. *Nehem.* 6. Opus grande ego facio; & non poſſum deſcendere, ne forte negligatur, cum venero. Dicit ergo:

l Noli negligere gratiam, quæ in te eſt,] ideſt officium Epiſcopatus.

m Quæ data eſt tibi] i. non vendita prece, vel pretio, vel per violentam appellationem uſurpata. Sed quomodo data eſt

data eſt, & a quibus ſubdit. *a* Per prophetiam] ideſt, per Sanctorum electionem, qui ex ipſo quod elegerunt te videntur dicere, quod futurus eſſes bonus. Modo non Prophetæ Domini, ſed Prophetæ Baal eligunt Prælatos, & Epiſcopos. Secundum ergo prophetiam Baal eliguntur. *Dan.* 14. Quare non adoras Bel. Et poſt ſubditur: Nonne tibi videtur Bel eſſe vivens Deus, an non
B vides, quanta comedat, & bibat quotidie? Vel [per prophetiam] ideſt ſecundum ſigna meritorum, quæ præceſſerunt in te oſtendentia, quod eſſes futurus idoneus Prælatus. Unde *ſup.* 1. Secundum præcedentes in te prophetias, ſed non ſicut *Jud.* 9. dicitur, quod ligna regionis elegerunt ſibi rhamnum in Regem, ideſt aliquem ſpinoſum divitiis, & cupidum. [Vel per prophetiam] ideſt per inſpirationem Spiritus ſancti, per quem convenit iſtum eſſe dignum Epiſcopali. Data eſt dico, per prophetiam.

a per prophetiam *b* cum impoſitione manuum Presbyteri. *c* Hęc meditare, *d* in his eſto, *e* ut profectus *f* tuus *g* manifeſtus ſit omnibus. *h* Attende tibi, & doctrinę, *i* inſta in illis. *k* Hoc enim faciens, & teipſum ſalvum facies, *l* & eos, qui te audiunt. *m* Seniorem ne increpaveris: *n* ſed obſecra, ut patrem. *o* Juvenes, ut *p* fratres, *q* anus, ut matres, *r* juvenculas, ut ſorores in omni caſtitate.

b Cum impoſitione, &c.] ſingulare pro plurali, ideſt, presbyterorum, quia ad minus tres oportet eſſe in conſecratione Epiſcopi. Vel [Presbyteri] dicit, ideſt Archiepiſcopi ſive majoris inter illos, qui ſolus imponit manus, ceteris conſentientibus, quia Presbyter fuit ipſe Paulus, videtur per illud 2. *Tim.* 1. Reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt, per impoſitionem manuum mearum. *Deut. ult.* Joſue vero filius Nun repletus eſt ſpiritu Sapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas. *Act.* 8. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Secundum *Chr.* Non eſt [Presbyteri,] in littera, quia non presbyteri Epiſcopum intronizabant, ſed Epiſcopi, ſed [presbyteri,] quia ſcil. presbyterium eſt cauſa, cur manus imponant, vel quia manuum impoſitio dat presbyterium ordinato.

c Hæc] prædicta ſcilicet.

d Meditare] i. verſa in corde per jugem memoriam.

e In his eſto] per operis executionem. Hæc duo neceſſaria ſunt Prælato. Meditatio & actio, ut habeat utramque Sponſam, ſicut Jacob, Rachel, & Liam. In meditatione notat ſibi, ut accenditur affectus ſuus, & illuminatur intellectus. *Pſ.* 38. In meditatione mea exardeſcet ignis. *Iſ.* 59. Quaſi columbæ meditantes gememus: in operatione autem alios ædificat, & accendit per exemplum. Vel [In his eſto] vel [ſta] ſecundum *Chr.* per perſeverantiam. *Caſſ.* Eadem ſæpe dicit oſtendens, quia in his maxime oportet ſtudere Magiſtrum.

f Ut profectus, &c.] ideſt nullus ignoret te omnibus proficere. Patet, quod Prælati nec ſibi, nec aliis proficiunt, niſi forte in pejus. 2. *Tim.* 3. Mali autem homines, & ſeductores proficiunt in pejus.

g Manifeſtus] *Matth.* 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus hominibus, qui in domo ſunt. *Phil.* 4. Modeſtia veſtra nota ſit, ut poſſit proficere aliis.

h Attende] primo tibi, & poſtea doctrinæ. *Gloſſ.* Ideſt, primo qualiter vivas; deinde qualiter doceas, ut prius induas ſuperhumerale, deinde rationale. *Lev.* 8. Ut prius ſit ſal terræ de mari pœnitentiæ ſumptum; poſtea lux mundi. *Matt.* 5. *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere. *Jo.* 5. Erat Joannes lucerna ardens, & lucens. 1. *Eſdr.* 7. Paravit Eſdras cor ſuum, ut inveſtigaret legem Domini, & faceret, ut doceret in Iſrael præceptum, & judicium. *Luc. ult.* Potens in opere, & ſermone. *Rom.* 2. Qui alium doces, teipſum non doces, qui prædicas non furandum, furaris. Dicit ergo [Attende tibi & doctrinæ,] quia ſi ſe perdit, ſicut dicitur vulgariter, de altero non gaudet. Mirum eſt de multis, quomodo audent dicere Domino illud *Jer.* 18. Attende Domine, ad me, & non ipſi attendunt ſibimet. Et illud *Dan.* 1. Exaudi, Domine placere, Domine attende, & fac. Seq.

i Inſta in illis.] ideſt in vita & doctrina. Vel [In illis] ideſt in prædictis, quæ pertinent ad officium Epiſcopale. 2. *Tim.* 4. Inſta opportune importune. Subdit autem de fructu duplici, ut ſic magis invitet ad laborem.

k Hoc enim faciens, &c.] Ecce primus fructus. *Chryſ.* Qui in ſermonibus doctrinæ nutritus eſt, prius ipſe fructificat. In admonendo enim alios, & ſeipſum compungit.

l Et eos, qui a te audiunt.] *Chr.* Hoc eſt, quod ait: Tuus, inquit, profectus manifeſtus ſit in omnibus: pinguia pecora ſignum ſunt boni Paſtoris, diſciplinata familia boni patris familias. *Prov.* 14. Ubi non ſunt boves, præſepe vacuum eſt, ubi autem apparent plures ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bovis. Vel [Teipſum ſalvum fac] attendendo tibi, ut eos qui te audiunt attendendo doctrinæ. *Jac.* 5. Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſalvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum.

m Seniorem, &c.] Hic docet, qualiter diverſimode diverſas perſonas debet inſtruere, & exhortari, q.d. & ſi inſtandum ſit tum cum diſcretione, & moderamine, ſic [Seniorem ne increpaveris] Seniorem, ſc. vel ætate, vel moribus.

n Sed obſecra, ut patrem] ut facilius ſuſcipiat admonitionem. Poteſt enim commonitus vereri, ne poſtea corripiatur, quod turpe eſt ſenioribus. Senior ſtultus eſt, ut ait B. *Greg.* vehementer increpandus. Unde *Eccleſ.* 25. Tres ſpecies odivit anima mea, & aggravor valde animæ illorum, pauperem ſuperbum, & divitem mendacem, & ſenem fatuum, & inſenſatum. Stabiles ergo ſenes, obſecrandi; ſed rebelles, & mali ſunt increpandi. Sicut fecit *Dan.* 13. Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius judicans judicia injuſta, & innocentes opprimens, & dimittens noxios. Bonos autem obſecrat Petrus. 1. *Pet.* 5. Seniores, qui in vobis ſunt obſecro, conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum. *Chr.* Mitigat correctionem modus, & manſuetudo increpantis. Horatius:

Ut cuique eſt ætas, ſicque quia factus adopta.

Philem. Multam fiduciam habentes in Chriſto Jeſu imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obſecro, cum ſit talis, ut Paulus ſenex.

o Juvenes] obſecra [ut fratres] ideſt affectuoſe, & charitative. *Iſ.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet. Talem enim virgam, ideſt talem correctionem ſequitur ſpes fructus. Vel

p Ut fratres,] ideſt, ut coæquales obſecra eos, non ut ſervos increpa. *Ezech.* 34. Cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.

q Anus, ut matres,] i. cum honore, *inf.* 5. Viduas honora, quæ vere viduæ ſunt.

r Juvenculas, ut ſorores] ideſt, cum benignitate. Sed periculoſa eſt familiaritas nimia cum juvenculis; ideo ſubdit:

ſ In omni caſtitate.] ideſt in omnimoda caſtitate mentis, & in omnibus ſignis corporis. *Gloſſ.* Ut nec nutus circa eas fiat in alloquio juvencularum; recte juvenis de caſtitate monetur. *Eccl.* 9. Eloquium ejus quaſi ignis exardeſcit. *Chr.* Ne mihi commixtionem, ideſt coitum ſolum dicas, ſed & ſuſpicionem cave. Collocutiones enim ad juniores difficile effugiunt ſuſpiciones. Et *infra* dicit: Quid dices, Paule, Timotheo? hoc injungis unique ait, & per ipſum orbi terrarum. Excogitet ergo quilibet, ut neque ſuſpicionem, neque occaſionem det detrahentibus. *Job* 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec quidem cogitarem de Virgine. *Eccl.* 9. Virginem ne conſpicias, ne forte ſcandalizeris in decore ejus. *Eccl.* 42. In medio mulierum noli commorari, de veſtimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas viri, *inf.* 5. Adoleſcentiores viduas devita. Et nota, quod in hoc loco ponit Apoſtolus modum admonendi diverſimode ſecundum diverſas perſonas. Sicut 1. *Jo.* 2. Scribo vobis adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum: ſcribo vobis infantes, quoniam cognoviſtis patrem, &c. Sed hic quærit *Chr.* quare Joannes non loquitur ibi de mulieribus admonendis. Unde dicit ſic: Et Joannes non ſcribit ſeveris mulieribus, & virginibus cum aliis quinque diſtinctionibus hominum. *Sol.* Uni viduæ ſcribit in Epiſtola ſecunda, quæ doctrix erat aliarum. Item quæritur, cur hic non dicit pueros vel filios. 1. *Jo.* 2. Scribo vobis, adoleſcentes. Et *ibid.* Scribo vobis infantes: & parum *inf.* dicit; Scribo vobis, ſimili.

EXPO-

CAP. V.

a **V**Iduas *b* honora quæ vere viduę ſunt. *c* Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: *d* diſcat primum domum ſuam regere, & *e* mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enim *f* acceptum eſt coram Deo. *g* Quæ autem vere vidua eſt, *h* & deſolata, *i* ſperet in Deum, *k* & inſtet *l* obſecrationibus, *m* & orationibus *n* nocte, ac die. *o* Nam quę in deliciis eſt, *p* vivens mortua eſt. Et hoc præcipe, ut irreprehenſibiles ſint

EXPOSITIO CAP. V.

VIduas honora, &c.] Supra docuit eum de Epiſcopali officio quoad viros, & in univerſali quoad mulieres, hic quoad mulieres ſpecialiter, & maxime quoad viduas. Vel aliter continua. Supra docuit Apoſtolus Timotheum,
A quomodo debuit ſubditos paſcere pabulo exempli, & pabulo verbi. Hic autem docet, qualiter debet paſcere ſubſidio temporali. Ter enim dictum eſt Petro: Paſce. *Jo. ult.* In prima autem parte capituli oſtendit quomodo debet paſcere viduas temporali beneficio. In ſecunda autem parte docet, qualiter paſcendæ ſunt, & honorandæ Eccleſiaſticæ perſonæ, & maxime Sacerdotes, & Prædicatores. Primo ergo docet veras viduas ſuſtentari de bonis Eccleſiæ. Et dividitur hæc pars in duas partes. In prima deſcribit veram viduam per multa. In ſecunda oſtendit quæ & quot deſtituunt veram viduitatem. Primum ergo, quod exigitur ad veram viduitatem, eſt religioſorum filiorum & familiæ educatio, & inſtructio, quod notatur, ibi: [Si qua autem, &c.] Secundum eſt, parentibus mutuæ vicis redditio, ibi: [Mutuam vicem, &c.] Tertium inſtantia obſecrationum, & orationum, ibi: [Inſtet obſecra.] In ſecunda parte hujus primæ partis, quæ eſt de viduis, enumerat veram viduitatem deſtruentia. Primum vivere delicioſe, ibi: Nam quæ, &c.] Secunda eſt vita mobilis, & reprehenſibilis, ibi: [Et hoc, &c.] Tertium eſt negligentia ſervorum, ibi: [Si quis, &c.] Quartum eſt minor ætas, & minus exercitium in bonis operibus, ibi: [Vidua eligatur.] Quintum lubricitas, vel pronitas ad luxuriam, ibi: [Adoleſcentiores.] Sextum, otioſitas ſive vitioſitas, ibi: [ſimul autem & otioſe.] Septimum, quid ſecurius eſt, oſtendit, ſcilicet tale nubere potius, quam viduas manere, ibi: [Volo ergo.] Octavo oſtendit, quod veræ viduæ debent ſuſtentari de bonis Eccleſiæ quando non eſt alius, qui ſuſtentet eas, ibi: [Si quis, &c.] In ſecunda autem parte capituli, in quo loquitur de Presbyteris, oſtendit primo, quales Presbyteri debent ſuſtentari de bonis Eccleſiæ, ibi: [Qui bene præſunt.] Secundo probat hoc auctoritate, ibi: [Dicit enim Scriptura.] Primo oſtendit, quomodo debet ſe habere erga Presbyteros ſibi ſubditos. Et primo oſtendit, quod non debet de facili admittere accuſationem erga Presbyterum, niſi ſit notorius, ibi: [Adverſus Presbyterum.] Secundo oſtendit, quoniam notorium coram omnibus debet arguere, ibi: [Peccantem coram omnibus.] Tertio præcipit, quod ſine deliberatione nihil faciat, ibi: [Teſtor, &c. ſine præjudicio.] Quarto, ut non ſit facilis ad ordinandum aliquos, nec ad credendum ſuper hoc rogantibus, ibi: [Manus cito, &c.] Quinto, ne maceret ſe nimis, ibi: [Noli adhuc] Sexto & ultimo determinat, quod quædam ſunt occulta bona, vel mala, in quibus neceſſarium eſt præjudicium, & examinatio, alia autem manifeſte ſunt bona, vel mala, in quibus non eſt neceſſaria examinatio, ſed in malis notoriis publica correctio, ibi: [Quorum hominum peccata, &c.] Dicit ergo:

a Viduas honora] & conſolando, & ſumptibus Eccleſiæ ſuſtentando. Sic ſumitur honorare. *Exod.* 20. Honora patrem, & matrem, &c. Non quaſcumque viduas, ſed

b Quæ vere viduæ ſunt] *Gl.* Sicut a viro, ita a mundi amore deſtitutæ, Vidua enim dicitur, quaſi vidua, & diviſa a viro ſc. & a mundo. Mundus enim eſt vir ut dicitur *Jo.* 4. Sed propter quid etiam non dicit: Honora virgines. Sol. Jam de juvenculis dixit.

c Si qua autem vidua, &c.] q.d. veras viduas honora, non tamen omnes veras, ſed potius: [ſi qua vero, &c.] Hoc dicit, quod quædam carent ſolatio viri, ſed non ſolatio filiorum, quando habent aliquando filios, qui bene poſſunt ſibi ſubvenire: tales viduæ non debent aſſumi ab Eccleſia: licet etiam ſint bonæ vitæ, ſed debent nutrire filios, & filii eis miniſtrare, & ſic erit eis opus meritorium. Et hoc eſt quod dicit: *d* Diſcat primum domum ſuam regere,] Item quædam ſunt ſine viro, & ſine filiis, & nepotibus, ſed habentes parentes divites, qui poſſunt ſubvenire. Tales debent redire ad parentes ſuos, & ſervire eis ſicut dicit, & novam vitam reddere parentibus, & parentes debent ſibi in neceſſariis providere, ut *Lev.* 22. ſi vidua, vel repudiata, & abſque liberis reverſa fuerit ad domum patris ſui, ſicut puella conſueverat, aletur cibis patris ſui. Vel melius dicitur aliter, quod viduæ olim aſſumebantur ab Eccleſia in cuſtodia, & illæ, quæ recipiebantur, ponebant omnia ante pedes Apoſtolorum, ſicut fit, ut videtur in religionibus mulierum. Et de hoc habetur *Matth.* 6 Inter has autem viduas non erant omnes recipiendæ propter ſcandala, quæ faciebant ibi aliquæ. Unde dicit Apoſt. quod ſi aliqua mortuo viro de novo voluerit omnia relinquere, & in congregatione viduarum recipi, quod ſi haberet filios, aut nepotes, primo probetur in fideli eorum regimine. Si parentes. *Chr.* pie agere. Dicit ergo, *c* Si qua autem, &c. diſcat primum domum ſuam regere,] id eſt familiam ſuam. *Tob.* 10. Monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. *e* Et mutuam vicem reddere parentibus] eos alendo, qui ſe aluerunt ſicut ciconia dicitur parentibus ſuis ſenio confectis miniſtrare. *Eccl.* 7. Honora patrem, & matrem, & gemitum matris tuæ, ne obliviſcaris: memento, quoniam niſi per illos non fuiſſes, & retribue illis, quomodo illi tibi. *Eccl.* 3. Qui timet Deum, honorat parentes, & quaſi Dominis ſerviet his, qui ſe genuerunt in opere, & ſermone, & in omni patientia. Et ideo hoc debet facere, qui hæc, aut parvulos regere vicem rependere, non ſolum in Eccleſia ſervire. *f* Acceptum eſt coram Deo] i. placitum ei. *g* Quæ autem vere vidua eſt,] quæ ſc. nec virum, nec filium habet, nec patrem, nec ſolatium poſſeſſionum, vel amicorum, ſed habet pro omnibus his Deum. Vel [Vera vidua eſt] ſecundum *Chr.* quæ ſæcularem non relegit vitam. Illa enim vere, vel vera vidua eſt, quæ mente ſeparata, & propoſito a nuptiis, & copula carnali, & etiam ab amore mundi, ut dictum eſt. Unde *Chr.* Non eſt hoc eſſe viduam non habere virum, ſicut nec eſſe Virginem non copulari nuptiis, ſed multis aliis indigere. *h* Et deſolata,] ab amicis tam filiis, quam parentibus, & etiam poſſeſſionibus.

i Speret in Deum,] id eſt ſperare debet in Deo, & recipi debet in Eccleſia. *Dan.* 23. Erat mulier fiduciam habens in Domino.

k Et inſtet] id eſt inſtare debet.

l Obſecrationibus] quæ ſunt pro remotione totius mali.

m Et orationibus] quæ ſunt pro adoptione bonorum. Vel, *m* Et orationibus] ſimpliciter factis.

n Nocte ac die] horis ſc. & temporibus conſtitutis, q.d. inſtanter & inceſſanter debent orare viduæ, maxime quæ ab Eccleſia ſunt aſſumptæ. Sic faciebat *Jud.* 8. In ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi cubiculum ſecretum, ſc. locat ad orandum, ſupple, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur, & habens ſuper lumbos ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ ſuæ præter Sabbata, & Neomenias, & feſta domus Iſrael. Et ſimiliter dicitur de Anna, *Luc.* 2. quæ non diſcedebat de templo jejuniis, & obſecrationibus ſerviens die ac nocte. [Nam quæ, &c.] Quaſi illa, quæ ſperat, & inſtat, vera vidua eſt, & vere vivens, nam alia non eſt vera vidua, ſed mortua.

o Nam quæ in deliciis eſt vivens] communi vita.

p Mortua eſt,] in anima. *Chryſoſtom.* Hoc dicit, quia multæ viduitatem eligunt, ut liberius vacent ſceleribus, & ſæcularibus deſideriis. Tales vivunt vita naturæ, ſed mortuæ ſunt vita gratiæ. *Iſaiæ* 38. Vivens vivens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie. *Chryſoſtomus.* Qui vivunt non differunt a mortuis ſolum in videndo Solem, & aerem, ſed in faciendo bonum aliquod, alioquin mortui. *Matth.* 22. Non eſt Deus mortuorum, ſed viventium. *Jac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Et *infr.* Vivens in delicatione non vivit, quia vivitur vivit ſoli. Et *inf.* Non videt, quæ oportet videre, non audit quæ oportet audire: non loquitur quæ oportet loqui, nihil novit horum, quæ ſunt futuræ vitæ. Hic pejus eſt mortuus, quam corporaliter mortuus, qui nec bonum, nec malum facit, vel ſentit, hic autem malum.

Et *inf.*

a Et *inf.* Si vides animam laſcivientis, vides utique triſtem, & timidam, & attenuatam. Sicut corpus mortui putreſcit, & defluit; ita talis caumate plenus eſt.

Et *inf.* Craſſus venter ſubtilem intellectum non gignit. Et *inf.* De virtuoſis dicit Paulus. *Rom.* 8. Vos autem non in carne eſtis, ſed in ſpiritu, &c. Ita, qui laſciviunt, non ſunt in anima, vel ſpiritu, i. vivi; ſed in carne.

B *a* Si quis autem *b* ſuorum & maxime *c* domeſticorum curam non habet *d* fidem negavit, *e* & eſt infideli deterior. *f* Vidua *g* eligatur non minus *h* ſexaginta annorum, quæ fuerit unius

a Si quis autem] Hic eſt tertium impedimentum veræ viduitatis, ſcil. negligentia ſuorum. Unde dicit. (Si quis) *Gl.* quaſi vera vidua, ſi domum habet, eam regat; ſi autem hoc negligit infideli deterior eſt. Et hoc eſt, quod ait. (Si quis autem ſuorum, &c.) ideſt, curam negligit. Et loquitur de cura temporali & ſpirituali. *b* Suorum) ideſt, familiæ ſuæ.

c Et maxime] ideſt, valde propinquorum, ut ſunt parentes, & fratres, & hujuſmodi.

d Fidem] ideſt, operibus, etſi non verbis. *Tit.* 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Item negat fidem, qui negat debitum pauperi. Item depoſitum Domini eſt apud te ærarium, quod tibi totum dedit, & tu negas ei aurum. *Chryſ.* Si ponis latum. Si quis autem proprios, & maxime domeſticos non curat, &c. Multi, inquit, non bene exiſtimant ſufficere ad ſalutem per propriam virtutem, ſed qui talentum unum ſuffodit, *Matth.* 25. Nihil minuit de pecunia Domini, tamen periit. Familiares, hoc eſt, qui ad genus pertinent. Non procuras, procurationem dicit tam circa animam, quam corpus. Hic *Hieron.* dicit: A familiaribus ſeminis tui non ſuper conſpicaris, ideſt, non ſuperbias eis. Et *infr.* Qui ſuos deſpicit, qualiter aliis dilectionem ſervabit? Nonne vanam gloriam dicunt omnes eſſe, cum aliis benefaciens ſuos contemnit? Ampliorem habens facilitatem, & majorem juſtitiam in benefaciendo proximo ſuo. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors; qui autem crudelis eſt propinquior abjicit. *Job* 39. Duratur ad filios ſuos, quaſi non ſunt ſui. *Gal.* 6. Operemur bonum ad omnes, maxime ad domeſticos fidei. *Cantic.* 2. Ordinavit in me charitatem.

e Et eſt infideli deterior] quia infidelis veritatem nondum novit, vel promiſit. 2. *Petr.* 2. Melius eſſet illis viam juſtitiæ non cognoſcere, quam poſt agnitionem retro converti. *Chryſ.* Talis legem Dei, & legem naturæ lædit. Unde eſt infideli deterior in hoc, quia paganus etſi alienos, non tamen ſuos poſt deſpicit. Si autem infideli deterior eſt, qui ſuos deſpicit, ubi ordinabitur, qui eos lædit. *Eccl.* 9. Melior eſt canis vivus leone mortuo, ideſt, paganus Chriſtiano impio. Sed objicitur de hoc, quod hic dicitur. (Si quis, &c.) Ecce aliquis habens parentes, ita pauperes, quaſi non habent unde vivant, niſi ſuſtineret eos proprii laboris lucro; ergo non licet ei intrare religionem; quia jam curam non poterit habere de eis: & ita fidem negat. Sed contra: *Matth.* 19. Omnis, qui relinquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Et *Luc.* 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe Diſcipulus. Item *Hier.* dicit ad quemdam, qui habebat propoſitum intrandi clauſtrum, differebat tamen propter parentum lacrymas. Dicit enim. Per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem ad vexillum S. Crucis convola. Gladium tenet hoſtis, ut me perimat, & ego de parentum lacrymis, cogitabo. Sol. Si quis intrat religionem, ut ibi habeat neceſſaria, ut non oporteat eum eſſe ſollicitum de parentibus ſuis, vel filiis: talis peccat, & in tali caſu loquitur hic Apoſtolus; quia erant quædam viduæ, quæ ut haberent neceſſaria, & liberius vacarent ſuis deſideriis, & ut amoverent ſollicitudinem de parentibus ſuis, volebant recipi in congregationem viduarum, & tales peccabant mortaliter. Si quis autem propter amorem Dei volet intrare clauſtrum: quia periculoſum eſt ei morari in ſæculo: vel talis operatio ſit periculoſa ei, cum melius poteſt facere in monaſterio, quam in ſæculo: talis curam parentum quantum ad temporalia poteſt dimittere: quia in hoc habet curam ſui ſpiritualem, & etiam curam parentum pro quibus poteſt orare. Plus etiam dico, quod ſi etiam ſciret quod pater ſuus deberet mori fame: non deberet dimittere introitum clauſtri: ſed forte ad horam bonum eſt differre, dummodo non timeret lapſum, nec periculum; alias non eſſet differendum. Dominus enim pro matre non dimiſit, quin Crucem aſcenderet; nec pro matre lugente voluit deſcendere. ſed eam commendavit Joanni, ideſt, gratiæ Dei, quia debemus orare pro parentibus, & curam eorum quantum ad animam agere, corporalem autem Deo committere. Quod ſignificatum eſt 1. *Reg.* 6. ubi dicitur. Ibant autem in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethſames, & itinere uno gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Vaccæ iſtæ debent eſſe clauſtrales, qui relictis vitulis ſuis, ideſt, carnalibus amicis retro ad eos non reſpiciunt, ſed Arcam Domini uno itinere, ideſt, concorditer portant. Arca autem Domini eſt regularis diſciplina, quam portantes mugiunt pro vitulis, ſed non redeunt, ideſt, orant pro amicis ſuis carnalibus, nec ad eos corporaliter revertuntur, ſed in directum vadunt ad Bethſames, ideſt, viam pœnitentiæ tenent, quæ ducit ad domum Solis, i. ad Paradiſum, ubi Chriſtus erit Sol domum illuminans. Sicut dicitur *Apoc.* 21. Civitas non eget Sole, neque Luna ut luceant in ea; nam claritas illuminabit eam, & lucerna ejus eſt Agnus. Item nota, quod Chriſtus in Cruce habuit matrem, a dextris, & Joannem, cui eam commendavit habuit a ſiniſtris ſicut pingitur in Eccleſiis. Per dexteram ſignificantur bona æterna per ſiniſtram, bona temporalia. *Prov.* 3. Longitudo eorum in dextera illius; & in ſiniſtra ejus divitiæ, & gloriæ. In hoc ergo, quod commendavit eam Joanni, qui erat a ſiniſtris, & voluit, quod ipſa ſtaret in dextris, ſignificatur nobis, quod nunquam debeamus ſic propinquis, & parentibus in temporalibus providere, quin eos magis diligamus ad æterna. Unde *Joan.* 13. Cum dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos, ideſt, ad habendum Deum, qui eſt finis noſter, & præmium finis itineris, præmium laboris, bravium certaminis. Chriſtus autem in Cruce Typus eſt pœnitentis in Clauſtro. Debet enim homo crucem pœnitentiæ aſcendere contemptis parentibus, ſecundum illud *Job* 6. Suſpendium elegit anima mea, & mortem oſſa mea, ideſt, omnino elegi eſſe mortuus ſine ſpe vitæ mundanæ iterum habendæ. Mortuis enim oſſibus non habetur ſpes vitæ. Debet etiam eſſe confixus clavis præceptorum, & conſiliorum. *Eccl. ult.* Verba Sapientum, quaſi ſtimuli & clavi in altum confixi. Item manus debet habere extentas ad bene operandum, & perforatas, ut nihil retineat. *Eccl.* 4. Non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & dandum collecta. Item debet habere pedes confixos, i. affectiones, ne ſint veloces ad effundendum ſanguinem peccati. Contra quoſdam, de quibus dicitur. *Proverb.* 1. Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant, ut effundant ſanguinem, ideſt, ut aperte peccent. Item debet habere Matrem Mariam, quia in mari tribulationum debet nutriri, ſicut bonus piſcis. Et debet pœnitens clauſtralis Mariam matrem ſuam, ideſt, amaritudinem ſuam commendare, & committere gratiæ Dei, quod eſt contra quoſdam religioſos, qui ſtatim quando habent aliquam amaritudinem infirmitatis, vel afflictionis, non ſe committunt gratiæ Dei, ſed medicinæ ſuæ, ideſt, conſolationi humanæ.

f Vidua] talis, ſicut dictum eſt vera, & deſolata.

g Eligatur] ut Eccleſiæ paſcatur alimoniis. Vel (Eligatur) ad hoc, ut præſit aliis.

Probabile enim eſt, quod non loquitur tantum de electione ad Alimoniam Eccleſiæ, ſed de præfectione aliis.

h Non minus ſexaginta annorum,] *Gloſſ.* in qua ætate extinctus eſt fomes libidinis. Sed quid eſt, quod hodie recipiuntur in Abbatiis juvenes, & etiam fiunt Abbatiſſæ, videtur enim, quod Papa non poſſit diſpenſare, cum hoc ſit præceptum novi Teſtamenti. Sol. In novo Teſtamento ſunt quædam præcepta naturæ moralia, contra quæ nullus poteſt diſpenſare. Quædam ſunt moralis diſciplinæ, circa quæ bene admittitur diſpenſatio; tale eſt hoc: Aliquando enim pro ætate computantur mores. Unde *Sap.* 4. Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Item conſiderando caſum, in quo loquitur Apoſtolus, non eſt recipienda ab Eccleſia, niſi talis, in qua, ut dicit *Gl.* extinctus ſit fomes libidinis. Loquitur enim de viduis tantum, quibus tenetur Eccleſia providere, quod non eſt verum, niſi de quibus non poteſt rationabiliter haberi ſuſpicio mala, & quæ omnino dimiſerunt vacare delectationi carnis. Et de talibus dicit, quod ſint ſexaginta annorum, quia de talibus non poteſt eſſe de facili ſuſpicio. *i* Quæ fuerit unius viri uxor] quia ſi plures

viros habuit, ſignum eſt quod ſit incontinens, *Gloſ.* Quæ fuerit unius viri uxor, propter Sacramentum ſupra dictum *Chryſ.* Quod ſi duos viros habuit, nunquid non cibanda non eſt? Item *Chryſ.* Cur non ſecundis copulavit nuptiis, an deteſtata eſt hanc rem? Nequaquam; hoc enim hæreticorum eſt. Poſtea autem tangendo ſolutionem ſubdit: Non immunditiæ, ſed occupationis ſunt nuptiæ. Sequitur:

viri uxor, *a* in operibus bonis teſtimonium habens, *b* ſi filios educavit, ſi *c* hoſpitio recepit, ſi *d* Sanctorum pedes lavit, *e* ſi tribulationem patientibus ſubminiſtravit, *f* ſi omne *g* opus bonum *h* ſubſecuta eſt. *i* Adoleſcentiores autem viduas *k* devita. *l* Cum enim *m* luxuriatæ fuerint, *n* in Chriſto nubere volunt habentes *o* damnationem; *p* quia primam fidem irritam fecerunt. *q* Simul autem, & *r* otioſe diſcunt circumire domos, non *ſ* ſolum otioſe, *t* ſed & verboſe, & curioſe loquentes, *u* quæ non oportet.

D

a In operibus bonis teſtimonium habens] *Sap.* 2. Salvabitur per filiorum generationem, i. bonorum operum multiplicationem ſi permanſerit in fide, & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate.

b Si filios educavit] fideliter, & diligenter.

c Hoſpitio recepit pauperes] extraneos, *Sap.* 4. habes de hoſpitalitate. Et *Heb.* 13. Et nota ordinem ſecundum *Chr.* Vides qualiter familiarum beneficia ubique præponit; dicit: Si filios educavit. Et poſt ſubdit: Si extraneos ſuſcepit, &c. Sed quid, ſi inops fuerit? Reſpondet ad hoc *Chryſ.* dicens: Non eſt ea, quæ duos obolos miſit pauperior. *Luc.* 21. Item ſi domum habet, non enim ſub dio jacet. Item ſi pedes lavare non eſt ſolita facere. Dicit ergo: (Si hoſpitio recepit) pauperes.

d Si Sanctorum pedes lavit] *Gloſ.* ideſt, Prædicatorum quos tunc ſuſcipere periculoſum erat. *Chryſ.* Lavit, non ancillis injunxit, ſicut Chriſtus. *Joa.* 13. Si ego lavi pedes veſtros Dominus, & Magiſter, quanto magis vos debetis alter alterius lavare pedes. Etſi ingenuitate, & progenitorum magna ſapias, non eſt tanta differentia inter te & pauperem, quanta eſt inter Chriſtum, & diſcipulos, ſi Chriſtum ſuſcipis non verecunderis, qui vos, inquit, ſuſcipit, me ſuſcipit. *Matt.* 10. *Luc.* 10. Abraham famulos habuit, & famulas, tamen uxori injunxit farinas fermentare. Et poſtea ſubdit: Quis ita miſer, ut dedignetur ipſe manum porrigere Chriſto, nos ſanctificamur, & manus noſtræ in dando. Qui ergo benefacit pauperi, non benefacit; ſed magis ipſe beneficia ſuſcipit, & gratias agere debet magis inopi, quam ſuſcipere: Medici vulnerum tuorum ſunt. *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Nota *Gloſ.* ſuper hunc locum. (Si Sanctorum] faciamus hic invicem humiles; quia humiliter ſecit Excelſus. Magna in hoc eſt commendatio humilitatis, & faciunt hoc ſibi invicem fratres etiam ipſo opere viſibili, & qui manu non faciunt, corde faciunt. Multo autem melius eſt, ut etiam manibus fiat, ne dedignetur, quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianis, qui enim ad pedes fratris inclinatur ei in corde, vel excitatur, vel ſi jam erat, confirmatur humilitatis affectus.

e Si tribulationem patientibus ſubminiſtravit,] in carcere, ſcil. vel hujuſmodi. *Matth.* 25. In carcere eram, & viſitaſtis me. *Chryſ.* Hic corporalem famulatum injungit, ut ſternere lectum, & hujuſmodi.

f Subminiſtravit] per ſe, non per vicarium. *Chryſ.* Ne des Præſidentibus Eccleſiæ diſtribuere, tu miniſtra quid per ſingula.

g Si omne opus bonum] non otium.

h Subſecuta eſt] ideſt, inde, & diligenter proſecuta, ideſt, ſubſequi, non apprehendere reputata, quod eſt humilium, & ferventium amicorum, qui quantumcumque, tamen dicunt cum David. *Pſ.* 46. Et dixi nunc cœpi. *Eccleſ.* 18. Cum conſummaverit homo, tunc incipit. *Philip.* 3. Fratres non arbitror me comprehendiſſe, ſequor autem, ſi quomodo comprehendam. Et nota, quod tot conditiones addit viduis, quæ deberent recipi ab Eccleſia, quam non vult gravare: & præterea, quia ſcandalum poſſet oriri de eis, ſi non eſſet, probate. Unde ſubdit:

i Adoleſcentiores autem viduas,] quarum ſanguis fervet.

k Devita] in cura Eccleſiæ non ſuſcipias. Nolebat enim Apoſtolus in cura Eccleſiæ, vel in profeſſione viduarum ſuſcipere, niſi illas, in quibus eſſet deſiccatus humor concupiſcentiæ, ſciens quoniam domus facta de lignis viridibus, ut ſæpe patitur ruinam, & ſciſſuram, ſicut hodie multæ religiones; quia non ſunt ibi niſi juvenes. *Eccl.* 21. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis quaſi qui colligit lapides ſuos in Hyeme: domus Dei, ideſt, religio, non debet ea impendiis alienis ædificari, ideſt, ex perſonis a Deo alienis, per malam vitam, nec ex lapidibus collectis in Hyeme, niſi prius deſiccentur. Si enim de talibus ſunt domus, fugiunt lapides de ædificio, vel franguntur, & domus ruit: quia non fuerunt deſiccati. Ideo inſtitutum eſt in religionibus, quod novitii, qui ſunt, quaſi lapides in Hyeme deciſi, ſunt in loco ſeparato tempore probationis ſuæ, donec deſiccetur in ei humor peccati. Vel aliter poſſunt vocari duo mala, quæ ſunt in religionibus, per illam auctoritatem. Unde eſt in poſſeſſionibus, quod male acquiſitæ ſint aliquando; quia & recipiunt ab uſurariis, & raptoribus. Iſta autem ſtipendia ſunt aliena. *Jer.* 22. Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitia. Secundum malum eſt in perſonis, quia non recipiunt idoneas perſonas nec bona intentione, & ideo male viventes in religione. Tales ſunt lapides hyemales. *Mich* 3. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitate, & religionem fundatis de iniquis, & conſanguineis, & peccatoribus.

l Cum enim] *Gl.* quaſi ideo tales viduas devita; quia (Cum luxuriatæ fuerint] *Gloſ.* ideſt, cum poſt votum continentiæ,

m Luxuriatæ] ideſt, delicate viventes in cibis, & veſtibus & hujuſmodi. Et in hoc ſua expenderint, tunc.

n In Chriſto nubere volunt,] ideſt, volunt intrare in congregationem viduarum, ut ſic de bonis Eccleſiæ ſuſtententur. Vel aliter cum delicate vixerint, & in delitiis ciborum vitam egerint; tunc dicunt, quod volunt in Chriſto, i. ſecundum Chriſtum nubere. Ad litteram volunt per matrimonium viris copulari, ſi liceat eis poſt votum continentiæ. Sed non licet, unde ſubdit:

o Habent damnationem;] *Gl.* in conjugali quippe vinculo, ſi pudicitia conſervatur, damnatio non timetur; ſed in viduali continentia, & virginali excellentia, virtus muneris amplioris expetitur: qua expetita, & electa & voto oblata, jam non ſolum capeſcere nuptias, ſed etiam ſi non nubatur, nubere velle damnabilis eſt; voventibus enim viduitatem, vel virginitatem non ſolum nubere, ſed etiam nubere velle damnabile eſt. Nota ordinem, quod poſt luxum ciborum ſequitur appetitus coitus. *Hieron.* Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidinem. *Chryſ.* ponit hanc litteram. Cum enim laſcivierunt a Chriſto recedentes; ſcil. a Chriſto, qui eſt verus Sponſus animæ, cui dedicaverant viduitatem ſuam.] Nubere volunt] mundo, vel viro. Ad litteram volunt conjungi, in his, in quibus eſt peccatum in averſione a Deo, quoniam ratio abſorbetur cum creatura. *Prov.* 2. Ut eruaris a muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit ſermones ſuos, & reliquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt.

o Habentes damnationem:] *Chryſ.* Judicium, de quorum judicio dicitur, *Ezech.* 16. Judicabo te judiciis adulterarum.

p Quia primam fidem irritam fecerunt;] vel annihilaverunt. Secundum *Chryſ.* ideſt, votum continentiæ, per quod ſe Deo copulaverunt. *Oſee* 2. Sponſabo te mihi in fide. *Gl.* Hanc fidem irritam fecerunt, & ſi non nubendo, tamen nubere volendo, ſimiles uxori Loth, quæ retro aſpexit. *Gen.* 19.

q Simul autem, & otioſe] quaſi non ſolum ſunt luxurias quærentes ciborum. & appetentes coitum virorum; vel non ſolum reſpiciunt retro, ſed:

r Et otioſe diſcunt circumire domos,] *Pſ.* 11. In circuitu impii ambulant. *Gen.* 34. Dina egreſſa eſt, ut videret mulieres regionis, & Sichen corrupta. *Eccl.* 9. Noli circumſpicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis ejus. *Job* 31. Si ambulavi in vanitate, & in dolo feſtinavit pes meus. *ſ* Non ſolum] autem (otioſe) Otioſitas enim nunquam ſola eſt, ſed eam multa mala comitantur. *Eccl.* 33. Multam malitiam docuit otioſitas. *Ezech.* 16. Secundum hoc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium. Unde illud:

Quæritur Ægyſtus quare ſit factus adulter? *Ovid. de remedio amoris.*
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Prov. 28. Qui ſectatur otium, replebitur egeſtate, ſpirituali, ſcil. *t* Sed & verboſe, & curioſe] in corde. Curioſitas autem nutrit verboſitatem. *Prov.* 8. Mulier garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. *u* Loquentes, quæ non oportet] ideſt, quæ oportet non loqui, ſcilicet, turpia, & inhoneſta *Col.* 3.

Deponite

Digitized by Google

Depoaite, & vos omnia, &c. turpem ſermonem de ore veſtro. *Eph.* 4. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat. Et nota, quod tria tanguntur hic. Ocioſitas, diſcurſus per domus, ſive vagacitas; tertium eſt verboſitas cui adjungitur curioſitas, tanquam mater filiæ. Ocioſitas ipſa indulget ad peccandum, circumitio locuio vel occaſionē quærit; verboſitas autem inflammat ad peccatum, *Eccl.* 9. Eloquium ejus quaſi ignis exardeſcit. *Jac.* 3. Ecce quantus ignis, quã magnam ſilvam accendit, & lingua ignis eſt univerſitas iniquitatis, &c. Hæc tria tanguntur. 2. *Theſ.* 3. Audivimus enim inter vos quoſdam ambulare inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes. Tria dicit: Inquietudinem quantũ ad diſcurrentes: otium, cũ dicit nihil operantes. Curioſitatem quantum ad verboſos, & rumoroſos, qui ſemper perquirunt rumores, vel audiunt. Contra hæc tria ſubdit alia, dicens. His autem, qui ejuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus, in Domino noſtro Jeſu Chriſto, ut cum ſilentio operantes panem ſuum manducent; Silentium dicit contra verboſitatem, operantes contra otium, panem ſuum manducantes, contra illos, qui per domos diſcurrentes comedunt panem alienum. *Eccl.* 21. Pes fatui facilis in domum proximi. Item *Eccl.* 29. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum, & ubi hoſpitabitur non fiducialiter aget. *Proverb.* 25. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, *Proverb.* 27. Domum fratris tui ne ingrediaris.

C

a Volo ergo juniores nubere, *b* filios procreare, matres *c* familias eſſe, *d* nullam occaſionem dare adverſario *e* maledicti *f* gratia. *g* Jam enim quædam converſæ ſunt retro *h* poſt Satanam. *i* Si quis fidelis habet viduas, *k* ſubminiſtret illis, *l* ut non gravetur Eccleſia, ut his, *m* quæ veræ viduæ ſunt, ſufficiat. *n* Qui bene præſunt Presbyteri, *o* duplici honore digni *p* habeantur, *q* maxime, *r* qui laborant *ſ* in verbo, *t* & doctrina. Dicit enim Scriptura. *u* Non

a Volo ergo, &c.] quaſi ne prædicta mala contingant, viduas juvenes ad votum, & profeſſionem caſtitatis, quoniam ſecurius eſt hoc. Dicit ergo, (Volo autem juniores,) vel minores nubere, quia melius eſt nubere, quam uri, ut dicitur. 1. *Cor.* 7. *Gen.* 19. Quando Loth voluit aſcendere in montem, ideſt, ad excellentiam caſtitatis vidualis, vel virginalis, indultum eſt ei, ut ſalvaret ſe in Segor, quod interpretatur parva, ideſt, in ſtatu conjugali, qui minor eſt reſpectu aliorum. *Matth.* 19. Qui poteſt capere, capiat. Sed contra hoc, quod hic dicit: (Volo, &c.) videtur illud eſſe. 1. *Cor.* 7. Dico autem non nuptis, & viduis bonum eſt eis, ſi ſic permanſerint, ſicut & ego. Sol. Sequitur, quod ſi non continent, nubant. *b* Filios procreare) *ſup.* 1. Salvabitur autem per filiorum generationem.

c Matresfamilias eſſe,] quantum ad dominationem, & gubernationem familiæ. *Tob.* 10. Monentes eam regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. Unde ſubdit:

d Nullam occaſionem dare adverſario,] ideſt, infideli.

e Maledicti] ideſt, maledicendi, quod eſt in.

f Gratia,] quia grata res eſt infidelibus maledicere de Chriſtianis, q. d. ideo volo tales nubere, ne ſint malis materia, & occaſio ſcandali. *Matth.* 18. Væ homini, per quem ſcandalum venit 1. *Petr.* 2. Sic eſt voluntas Dei, ut benefacientes obmuteſcere faciatis inſipientium hominum ignorantiam. Vel gratia gratis, quia ſine cauſa, & ſine culpa bonis detrahunt mali. Item ſine juratione incommodi, & ſine adoptione commodi. *Iſ.* 52. In Ægyptum deſcendit populus meus, ut colonus eſſet ibi, & Aſſur abſque ulla cauſa calumniatus eſt eum. Et non ſine cauſa, volo ita de juvenibus viduis.

g Jam enim quædam converſæ ſunt retro,] ideſt, ab anterioribus averſæ ad ea, quæ retro ſunt, & quæ relinquerunt convertunt ſe, ſicut uxor Loth. *Gen.* 19. *Luc.* 17. Memores eſtote uxoris Loth. Ideo enim verſa eſt in ſtatuam ſalis, ut ejus memoria ſit nobis condimentum & documentum, quia ſal condit, & ſapientiam deſignat. *Prov.* 21. Mulctato peſtilente ſapientior erit parvulus. *Sap.* 10. Incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis *Greg.* Converſæ ſunt retro, quaſi ad poſteriora. Contra quod dicit Apoſtolus: *Phil.* 3. Poſteriorum oblitus in anteriora me extendo. *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Ipſe dico eunte.

h Poſt Satanam] ideſt, ſequentes delectationes carnis; quas Diabolus ſuggerit *Eccl.* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas. *Iſa.* 59. Averſi ſumus ne iremus poſt tergum Domini. *Soph.* 1. Avertuntur poſt tergum Domini, & non quæſierunt Dominum, nec inveſtigaverunt eum.

i Si quis, &c.] q. d. juvenes ne recipias in Eccleſia. Sed (ſi quis fidelis habet viduas) juvenes in domo ſua forte ſorores ſuas, vel filias, vel de familia ſua.

k Subminiſtret illis] ideſt, det ei neceſſaria, q. d. bene volo, quod aliquis fidelis habeat juvenes viduas in ſua procuratione: ſed nolo, quod recipiantur tales in Eccleſia, tum propter ſcandalum, quod poſſet oriri, tum quia Eccleſia non ſufficeret tot viduis procurandis. Unde ſubdit:

l Ut non gravetur Eccleſia,] ideſt, non recipiat tales in Eccleſia ne nimis oneretur Eccleſia, ſed moderate.

m Ut] ſic (his, quæ veræ viduæ ſunt, ſufficiat) q. d. aliter non ſufficeret, ſi indifferenter omnibus haberet providere. Nota quod non vult Eccleſiam gravare Apoſtolus, nec de ſe, nec de aliis. 1. *Theſ.* 2. Nocte, ac die operantes, ne quem veſtrum gravaremus. 2. *Cor.* 12. Quid enim eſt, quod minus habuiſtis præ ceteris Eccleſiis, niſi quod ego ipſe non gravavi vos. Econtra multi Prælati ſunt hodie, qui bene poſſunt dicere, quid eſt, quod magis habuiſtis præ ceteris Eccleſiis, niſi quod ego gravavi vos? Bene poſſunt reſpondere ſubditi, & dicere. Certe Domine, nihil aliud habuimus a te, niſi quod gravaſti nos.

n Qui bene præſunt, &c.] Hæc eſt ſecunda pars capituli qua dicit, qualibus Eccleſia Presbyteris debeat providere, Dicit: (Qui bene præſunt Presbyteri,) ſcilic. vita, & doctrina, qui ſcilicet bene intraverunt, & vivunt honeſte, & regunt ſicut decet, Catholice. Sed multi ſunt, qui præſunt in docendo, ſed ſubſunt in operando, cum tamen dicatur de Saul, quod excedebat populum univerſum ab humero, & ſurſum 1. *Reg.* 9.

o Duplici honore digni habeantur,] ſicut primogenito dabantur duplicia. *Deut.* 21. Duplici, ideſt, obedientia, & humilitate ſpirituali, & providentia temporali. De primo dicitur. *Eccl.* 4. Presbytero humilia animam tuam. De ſecundo dicitur. *Deuteron.* 12. Cave ne derelinquas levitem omni tempore, quo verſaris in terra. *Galat.* 6. Communicet autem is, qui catechizatur verbo ei, qui ſe catechizat in omnibus bonis. 1. *Theſ.* 5. Rogamus vos, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis, & monent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate. Vel duplex honor quem habent Presbyteri eſt, quia accipiunt ſuſtentationem neceſſitatis a populo, & mercedem diſpenſationis a Domino 1. *Cor.* 9. Væ mihi, ſi non Evangelizavero, ſi autem volens hoc ago, mercedem habeo. Vel (Duplici honore,) ſcil. aurea, & aureola.

p Digni habeantur,] ſic habeantur in honore, & reverentia, tanquam digni tanta mercede apud Deum *Eccl.* 32. Curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita recumbe, ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, hoc ſcilicet, quod ſubdit: Coronam, & dignitatem accipias. Congregationis coronam vocat aureolam, quia gloria ſenum filii filiorum, ut dicitur *Proverb.* 17. Hæc duo ſignificata ſunt *Exod.* 25. per coronam menſæ, & aureolam ſuppoſitam coronæ. *Iſaiæ* 61. Vos autem Sacerdotes Dei vocabimini miniſtri Dei noſtri dicetur vobis. Et deinde ſubditur. Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt.

q Maxime] iſti digni habeantur duplici, ideſt, cumulato honore & abundanti.

r Qui laborant] operando.

ſ In verbo] ideſt, cum verbo qui ſcilicet habent laborem operis cum verbo exhortationis quantum ad ſcientes, qui ſunt ad mores exhortandi.

t Et doctrina] quantum ad neſcientes, qui ſunt ad fidem inſtruendi, & docendi. *Jerem.* 3. Dabo vobis paſtores juxta cor meum, & paſcent vos ſcientia, & doctrina.

Multi non paſcunt populum ſcientia fidei, neque doctrina morum, quia non habent iſtum paſtum, & longe ſunt a corde Domini, ubi talis paſtus eſſet hauriendus. In ipſo enim ſunt omnes Theſauri Sapientiæ, & Scientiæ abſconditi. *Coloſ.* 2. Probat autem quod dixerat. Primo per auctoritatem veteris Teſtamenti, dicens.

u Dicit enim Scriptura.] *Deuter.* 25. Non alligabis vel infrænabis os bovis triturantis, ideſt, non ſubtrahes neceſſaria Prædicatori, grana a paleis, nucleum

a cortice, pretioſa a vilibus ſeparanti. *Jer.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. 1. *Cor.* 9. An, & lex hic non dicit? Scriptum eſt in lege Moyſi. Non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo, an propter nos? utique hoc dicit *Deut.* 25. Non ligabis os bovis terrentis in area fruges tuas. Prædicator autem debet eſſe bos, ideſt, fortis, & patiens laborioſus, & curatus. Debet enim laborare arando, ideſt, prædicando. Prædicatio enim eſt quaſi vomer, quo ſcinditur terra, duritia cordis terrenorum, ut ibi ſeminetur ſemina virtutū. *Job* 1. Boves arabant, ideſt, Prædicatores prædicabant, & aſinæ, ideſt, populus, paſcebantur juxta eos. In prædicatione enim ſimplices auditores reficiuntur. *Prov.* 14. Ubi non ſunt boves, præſepe vacuum eſt, ubi autem apparent plurimæ ſegetes, manifeſta eſt fortitudo bovis. *Job* 24. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bovem viduæ ideſt, Prædicatorem Eccleſiæ auferunt Dæmones pro ſecuritate totius Parochiæ habendæ, cum tamen dicatur. *Deut.* 24. Non auferes loco pignoris viduæ veſtimentum.

D al. † infra: nobis.

† alligabis os bovi trituranti, a & dignus eſt operarius mercede ſua. b Adverſus Presbyterum c accuſationem d noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. e Peccantes f coram omnibus argue, ut & ceteri timorem g habeant. h Teſtor i coram Deo, & Chriſto Jeſu, k & Electis Angelis ejus, ut hæc l cuſtodias m ſine præjudicio, n nihil faciens in o alteram partem decli-

Item Prædicator debet findere ungulam, ſicut bos, per diſcretionem. *Col.* 4. In Sapientia ambulate ad eos, qui foris ſunt. Item debet eſſe cornutus per auctoritatem regiminis. Vel duo cornua debet habere, quæ ſunt Patientia, & Sapientia, quæ ex audita, & ſtudio S. Scripturæ aſſumentur. Unde *Exod.* 34. Legitur, quod facies Moyſi cornuta fuit ex conſortio ſermonis Domini. Nunc autem non ex conſortio Dei, ſed ex familiaritate magnorum ſibi multi aſſumunt cornua dignitatum, ut vere dicant illud *Am.* 6. In fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua. Et nota, quod dicit: (Non alligabis os) Liberum enim paſtum debent habere, ſcil. Prædicatores; ſed non debeat quærere delicata cibaria, ſicut nec boves quærunt. *Iſ.* 30. Commiſtum migma comedent, ſicut in area ventilatum eſt, quia vilia cibaria, & groſſa debent grata habere, non exquiſita. Hoc eſt, quod dicit *Luc.* 10. Edentes, & bibentes, quæ apud illos ſunt. Deinde probat idem per auctoritatem novi Teſtamenti, dicens:

a Et dignus eſt operarius mercede ſua.] *Luc.* 10. Habentur verba. Et *Matth.* 10. Dignus eſt operarius cibo ſuo. 1. *Cor.* 9. Qui militat ſtipendiis ſuis unquam?

b Adverſus Presbyterum] Oſtendit quomodo ſe debet habere adverſus Presbyteros ſibi ſubditos, ſi accuſantur a minoribus, monens eum, ut non facilis ſit ad credendum mala de eis. Facile enim boni, qui bene præſunt, & laborant in verbo, & doctrina exhortando, & corripiendo, incurrunt odia malorum. Dicit ergo: (Adverſus Presbyterum accuſationem noli recipere,] quia proni ſunt laici ad accuſandum eos. Cujus ratio dicitur. *Prov.* 15. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit. *Am.* 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati ſunt: Alia ratio dicitur *Job* 5. Parvulum occidit invidia.

c Accuſationem] *Eccl.* 26. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit. Delaturam civitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, quartum autem ſicut poſtea dicitur, mulier Zelotypa. Hæc quatuor timenda ſunt in aliquibus civitatibus. Primum eſt delatura, ideſt, fraudulenta detractio, maxime de Prælatis. Secundum eſt conſpiratio. Tertium eſt accuſatio falſa. Quartum eſt zelus, & invidia. De tertio iſtorum loquitur hic dicens:

d Noli recipere accuſationem, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus] *Gloſ.* Duo ſufficiunt ſi adeo probati ſunt. Hoc ideo dicit, quia non eſt facile accuſanda perſona tam alti ordinis, cum ſit vice Chriſti. *Jo:* 8. In lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimonium verum eſt. *Deut.* 17. & 19. Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit; ſed in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum.

e Peccantes] autem, ideſt, ſic convictos peccaſſe, vel peccantes notorios.

f Coram omnibus argue,] ſicut coram omnibus peccavit. Unde hoc, quod dico: (Coram omnibus,) Diaſyrticum eſt. *Lev.* 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice argue eum, ne habeas ſuper eo peccatum. Econtra ſi occultum eſt peccatum, occulte eſt corrigendus, Sicut dicit Dominus *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, ideſt, te ſolo ſciente, ſicut hic exponit. *Gl.* corripe ipſum inter te, & ipſum ſolum, quod ſignificatum eſt in Evangelio, quia Dominus juvenem, qui efferebatur mortuus in porta, ſuſcitavit. *Luc.* 7. Et puellam in domo. *Matth.* 19.

g Ut & ceteri timorem habeant] Presbyteri, ſcilic. & ſubditi. *Deut.* 19. Auferes malum de medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam audeant talia facere.

Item *Deut.* 21. Auferatis malum de medio veſtri, ut univerſus Iſrael audiens pertimeſcat. *Prov.* 29. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit.

h Teſtor, &c.] Hic oſtendit, quod nihil debet facere ſine examine, nec in accuſationibus recipiendis, nec correptionibus recipiendis, nec in aliis. Unde dicit: Teſtor coram Deo, &c.] ideſt, ſub teſtimonio Dei Patris, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctorum Angelorum tibi præcipio vel annuncio.

l Ut hæc] prædicta, & hæc ſequentia, (cuſtodias) q. d. niſi cuſtodias hæc, Deus Pater, qui miſit filium pro te, & ſancti Angeli, qui cuſtodes ſunt tui, erunt teſtes contra te in judicio, niſi hæc facias. Tres enim teſtes erunt contra malos in judicio, Deus, Angelus, & mundus. De duobus loquitur hic Apoſtolus.

Item quod Deus ſit teſtis, habetur. *Jer.* 29. Ego ſum Judex, & teſtis, dicit Dominus. De ſecundo: *Eccl.* 5. Ne dicas coram Angelo, non eſt providentia, ideſt, ne facias, ac ſi Angelus non videret, qui erit teſtis in judicio pro te, & contra te, ne forte iratus Dominus ſuper ſermone tuo diſſipet cuncta opera manuum tuarum.

Item *Eccl.* 10. Aves cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt ſententiam. De tertio teſte, ſcilicet de mundo habetur. *Iſ.* 1. Audite cœli; & auribus percipe, terra: quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutrivi, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. Poteſt autem unus teſtis addi, ſcil. conſcientia. De quo *Iſ. ult.* Vermis eorum non morietur. De his teſtibus dicit *Job* 10. Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam adverſum me. Vel poteſt ſic legi ſecundum *Chryſ.* Et eſt pene idem ſenſus.

h Teſtor coram Deo, & Domino Jeſu, & Electis Angelis ejus, &c.] q. d. teſtem invoco Deum, & Filium ejus & ſervos ejus, quod annunciavi tibi.

l Ut hæc cuſtodias, &c.] Simile Moyſes ait. *Deut.* 38. Teſtor hodie: Vel ſecundum litteram noſtram. Teſtes invoco hodie cœlum, & terram, quod propoſuerim vobis vitam, & bonum, benedictionem, & maledictionem, Vel

h Teſtor coram Deo, &c.] ideſt, adjuro, ſive conteſtor te per Deum. Simile *Mal.* 2. Dominus teſtificatus eſt inter te & uxorem pubertatis tuæ.

i Coram Deo] qui omnia videt 3. *Reg.* 17. Vivit Dominus Iſrael, in cujus conſpectu ſto 4. *Reg.* 3. Vivit Dominus Deus exercituum, in cujus conſpectu ſto.

k Et Electis Angelis ejus,] ad differentiam reproborum. Vel: (Electis) in prælationem, ut proſint nobis. *Iſ.* 62. Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes. *Dan.* 10. Nemo eſt adjutor meus in omnibus, niſi Michael Princeps veſter.

Vel Angelos vocat ſecundum *Chryſ.* ſervos Chriſti, & Vicarios ejus.

l Ut hæc cuſtodias] in corde per vigilem attentionem, in ore per eruditionem, in manu per executionem. *Deut.* 4. Cuſtodite mandata Domini noſtri, quæ ego præcipio vobis.

m Sine præjudicio] ideſt, diligenti examinatione.

n Nihil faciens in alteram partem declinando,] nimis extendendo juſtitiam, vel remittendo miſericordiam. Vel o In alteram partem,] ideſt, alienam a juſtitia. Vel: (Aliam partem) ideſt, declines in aliud, quam examinatio invenit. *Job* 29. Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inveſtigabam. *Gen.* 18. Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui venit ad me, opere compleverit, annon eſt, ita ut ſciam *Eccleſiaſt.* 33. Verumtamen ſine judicio nihil facias grave. *Proverb.* 4. Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Et poſtea ſubditur: Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram. *Deut.* 17.

Vir, aut

Vir aut mulier, qui faciunt malum in conſpectu Domini, &c. Cum hæc fuerit tibi nunciatum, audieuſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael, educes virum, &c. Item in *eod.* Sequeris ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, vel ad ſiniſtram. Et in *eod.* loquens de rege ait. Neque declinet ipſe in partem dexteram, vel ſiniſtram, ut longo tempore regnet ipſe, & filii ejus. *Deut.* 5. Cuſtodite, & facite ea, quæ præcepit Dominus Deus vobis, non declinabitis, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. *Joſ.* 23. Cuſtodietis cuncta, quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi, & non declinetis ab eis, nec ad dexteram, neque ad ſiniſtram.

21 d. ſt. 78 di. c. qui. dem. De electione nobis. De conſ. d. 1. c. ſunt tibi. De ferriae. c. & ſi. briſius.

nando. *a* Manus cito nemini impoſueris, *b* neque communicaveris peccatis alienis. *c* Teipſum caſtum cuſtodi, *d* noli adhuc aquam bibere, *e* ſed vino modico utere propter *f* ſtomachum tuum, *g* & frequentes tuas infirmitates. *h* Quorumdam hominum peccata manifeſta ſunt *i* præcedentia ad judicium, *k* quorumdam autem, *l* & ſubſequuntur. *m* Similiter autem, & facta bona manifeſta ſunt, & *n* quæ aliter ſe habent abſcondi non poſſunt.

a Manus cito nemini impoſueris] idest, cito ordines, ſed ſæpe proba antequam aliquem ordines in Sacerdotem vel Epiſcopum, *ſupr.* 3. Et hi probentur primum. *Chryſ.* Quid eſt cito, non ex prima probatione neque ex ſecunda, neque ex tertia. Argumentum, quod Epiſcopi debent examinare perſonas, quas inſtituerent. Unde dicitur de B. Dionyſio probitas, quia perſonas natura ordinis ampliavit. Unde & Dominus multum probavit Petrum, antequam navem Eccleſiæ ei committeret. *Joan. ult.* Petre amas me, &c. Non enim ei tunc commiſit, cum dixit ei. Eris homines capiens. Sed contra, dicitur enim. *Marc. ult.* Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Bonum eſt autem cito, & ſemper miſereri; ergo & manus imponere. *Reſp.* Multiplex eſt manus impoſitio ſive ad multa. Eſt enim manus impoſitio curationis. *Marc. ult.* Super ægros, &c. Item confirmationis. *Act.* 8. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spir. Sanctum. Et *Hebr.* 6. Impoſitionis quoque manuum ac reſurrectionis mortuorum, &c. Item ordinationis *ſup.* 4. Cum impoſitione manuum Presbyteri, &c. Et hic: Et 2. *Timoth.* 1. Reſuſcites gratiam Dei, quæ data eſt tibi cum impoſitione manuum mearum. Item promotionis in prælationem. *Deut. ult.* Joſue filius Nun repletus eſt Spiritu Sapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas, & obedierunt ei filii Iſrael. *Num.* 27. Tolle Joſue filium Nun virum in quo eſt Spiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum. Item conſecrationis. *Act.* 13. Tunc jejunantes, & orantes imponenteſque eis manus dimiſerunt illos, ſcilicet: Paulum, & Barnabam. Hæc quinque notantur pro univerſis.

Manus impoſitio multiplex.

Ordino, confirmo, propono, conſecro, curo.

Sequitur: *b* Neque communicaveris peccatis alienis] quod eſt quando Epiſcopus indignum inſtituit ſcienter, vel ſine diligentia, vel quando eum inſtitutum defendit, vel palpando ejus vitia negligit corripere, vel conſentit. *Eccl.* 13. Qui communicaverit ſuperbis, induet ſuperbiam. *Chr.* peccatori communicas, ita & peccatis. Item *Chr.* Nonne periculoſa res eſt peccatorum, quæ ille peccat, & tu vindictam ſuſtinebis, qui principatum tribuis, & etiam præteritorum, quia ſcimus ea non lugeri.

c Teipſum caſtum cuſtodi,] q. d. qui alios judicas teipſum non negligas. *Rom.* 2. Qui alium doces, teipſum non doces. 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, &c. Sed quæ neceſſitas fuit toties monere de caſtitate? Ratio ad hoc: Prima eſt in cautelam ampliorem, quia:

Non minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri.

Ideo, ergo dicit ei, ut cuſtodiat quam jam habebat, quia Theſaurus magnus eſt in vaſe fictili, caſtitas in carne mortali, & fragili. Paulus ergo monet eum ad cuſtodiam hujus Theſauri ſuo exemplo timent de illo. 2. *Cor.* 12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, &c. Et ideo etiam B. Job, qui fuit ita caſtus, ut diceret *Job* 31. Pepigi fœdus cum oculis, ut nec cogitarem de virgine, dicitur a Domino. *Job* 38. Accinge, ſicut vir lumbos tuos, & ſurge, & loquere omnia, quæ præcipio tibi. Alia ratio propter exemplum minorum, ut non dedignentur, ſi admoniti fuerint de ſobrietate, & caſtitate. Unde *Chryſ.* Si vero qua tenti intantum, ut infirmaretur, & jejuniis attendenti, injungit ſobrium eſſe multo magis nos non debemus gravari, ſi quid tale audimus.

d Noli adhuc, &c.] Quia dixerat teipſum caſtum cuſtodi ne hac occaſione maceret ſe nimis, ſubdit: Noli adhuc aquam bibere, ſicut prius.

e Sed modico vino utere] *Gloſ.* Sic enim docet caſtitati. *Eccl.* 31. Æqua vita hominibus vinum in ſobrietate, ſi bibas illud moderate, eris ſobrius. Et poſtea ſequitur. Exultatio animæ, & corporis vinum moderate potatum, ſanitas eſt animæ, & corporis ſobrius potus. (Modico) 2. *Mach. ult.* Semper vinum bibere, vel ſemper aquam contrarium eſt; alternis autem uti delectabile eſt.

f Propter ſtomachum tuum] & perſonam, qui erat Epiſcopus & ideo vita ejus, & ſanitas multis expediebat. *Bern.* Fruſtra ſibi blandiuntur quidam de exemplo Pauli hortantis modico vino utere propter ſtomachum. Attendere nolunt, primum quidem Apoſtolum minime ſibiipſi, ſed alii rem hujuſmodi indulgere, ſed nec diſcipulum ea poſcere ſibi. Denique hoc non monacho intimari, ſed Epiſcopo, cujus vita revera, & adhuc naſcenti Eccleſiæ pernéceſſaria erat. Timotheus hic erat, da mihi alterum Timotheum, & ego cibo eum, & ſi vis auro, & potu balſamo. Et poſtea ſubdit. Quod ſi ita tibi placet illa auctoritas de bibendo modo vino, quod ille prætermiſit, non prætermittas.

g Et frequentes infirmitates tuas.] *Chryſ.* Quare Paulus cujus veſtis mortuos ſuſcitavit, non curavit ſtomachum hujus? Poterat igitur hoc. Cur igitur non fecit? Ideo ut ſi nunc videamus viros virtuoſos infirmari, non ſcandalizemur. Et infra dicit: Ideo legi medicinæ permittit eum ſervare.

h Quorumdam, &c.] Quia dixerat. Peccantes coram omnibus argue, ne crederet quoslibet peccantes ſic debere arguere, determinat hic de apertis, & occultis peccatis. Vel aliter continua ſecundum *Gl.* Quia dixerat. Sine præjudicio nihil facias, determinat ubi præjudicium ſit neceſſarium, & ubi non dividens bona, & mala, manifeſta, & occulta, q. d. in occultis, opus eſt præexaminatione, in manifeſtis non. Et hoc eſt quod dicit: (Quorumdam hominum, &c.) *Gl.* Vel ita ideo bibe vinum, quia etſi non mox claruerit tua bona intentio, non tamen poterit abſcondi ſicut, & in malis eſt (Nam quorumdam hominum peccata] in anima ſunt, quæ bono animo fieri non poſſunt.

i Præcedentia ad judicium,] idest, quare ante judicium ſine diſcuſſione ſunt manifeſta. *Iſ.* 3. Peccatum ſuum, quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt. *Ezech.* 21. Revelaſtis prævaricationes veſtras, & apparuerunt peccata veſtra.

k Quorumdam autem] hominum peccata.

l Et ſubſequuntur] judicium in notoria, ſcil. quia non ſunt manifeſta, donec fuerint probata, examinata, quia ſub ſpecie religionis ſunt tecta. Et talium peccata non ſunt ſine præjudicio arguenda, vel coram omnibus, donec claruerint, ſed prius probanda ſunt. *Gen.* 18. Deſcendam, & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere impleverint, an non ſit, ita ut ſciam.

Vel (Præcedentia ad judicium,) idest, de quibus judicare poſſumus antequam ſit judicium Domini, quia ſunt manifeſta. (Quorumdam autem, & ſubſequuntur.) judicium Domini in notitia, vel pœna, quia per judicium Domini cognoſcentur, & punientur. *Matth.* 10. Nihil occultum quod non reveletur; neque abſconditum, quod non ſciatur. *Prov.* 26. Revelabitur malitia ejus in concilio.

m Similiter autem, & facta bona] quædam (manifeſta ſunt) ante judicium etiam diſcuſſioni noſtræ, vel ante judicium Domini, & talia non eſt opus probare.

n Et quæ aliter ſe habent] idest, bona, quæ non ſunt manifeſta.

o Abſcondi non poſſunt.] ſed diſcutientur diligenter a ſapientibus. *Prov.* 27. Quomodo in aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudentibus. *Matth.* 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Vel (Abſcondi non poſſunt.) In futuro judicio.

EXPOSITIO CAP. VI.

QUicumque ſunt, &c.] Prima pars hujus capituli eſt de de ſervis. Secunda de Clericis diſputatoribus, *ibi*. (Si quis autem) Tertia de avaris, ſive de avaritia, *ibi*. (Eſt autem.) Quarta de juſtitia ſpirituali fidei, *ibi*. (Certamen.) Quinta de divitibus, *ibi*. (Divitibus, &c.) Sexta de perſeverantia, *ibi*. O Timothee, &c.] Vel aliter particolariter poteſt diſtingui. In hoc capitulo docet eum quomodo ſe debet habere erga diverſas perſonas. Et primo, quomodo ergo ſervos, quos primo hortatur ad honorem Dominorum ſuorum prohibens, ne eos contemnant, ſed honorent. Secundo, arguit eos, qui ſervos ad aliud inſtruſit, quam ad honorem Dominorum ſuorum, *ibi*. [Si quis aliter docet.] Tertio, docet, quod de hujuſmodi quæſtionibus utrum ſervi converſi debeant eſſe liberi, non eſt curandum, *ibi*. (Sed languens circa quæſtiones.) Quarto, quod alios debet dehortari ab avaritia. Primo, quia divitiæ ſunt accidentia, & transeuntia, *ibi* (Nihil intulimus, &c.) Secundo, quia ſunt occaſio multorum malorum, *ibi* (Nam qui volunt.) Tertio, quia avaritia inducit infidelitatem, *ibi*. (Quam quidam appetentes.) Quarto, oſtendit ea quæ debet ſectari, *ibi*. (Tu autem, homo Dei hæc fuge, ſectare vero, &c.) Quinto, per quæ malis debeat reſiſtere, *ibi*. (Certa bonum certamen, &c.) Sexto, adjurat eum, ut obſervet præcedentia, *ibi*. (Præcipio.) Septimo, ut divites in humilitatem declinet, *ibi*. (Divitibus, &c.) Octavo, ut invitet eos ad bona opera, *ibi*. (Bene agere.) Ultimo, ut vanitates verborum in doctrina caveat, *ibi*. (O Timothee.) Dicit ergo:

A

41. diſt. c. de Judæis in fin. 45. diſt. c. generaliter.

CAP. VI.

a QUicumque *b* ſunt ſub jugo ſervi, *c* Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, *d* ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur. *e* Qui autem fideles habent Dominos, *f* non contemnant, quia fratres ſunt, *g* ſed magis ſerviant, *h* quia fideles ſunt, *i* & dilecti, *k* quia *l* beneficii participes ſunt. *m* Hoc *n* doce, & *o* exhortare. *p* Si quis aliter docet, *q* & non acquieſcit *r* ſanis ſermonibus Domini noſtri *ſ* JeſuChriſti, *t* & ei, qui ſecundum pietatem eſt, doctrinæ, *u* ſuperbus eſt nihil *x* ſciens, *y* ſed languens circa quæſtiones, *z* & pugnas verborum, *a* ex quibus oriuntur *b* invidiæ, *c* contentiones, *d* blaſphemiæ, *e* ſuſpiciones malæ, *f* conflictationes *g* hominum men-

a Quicumque] & juſti, & Sapientes.
b Sunt ſub jugo ſervi] Sub jugo, ſcil. & dominio infidelium. *c* Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur,] bene ſerviendo eis. Hoc dicit, quia quidam converſi ad fidem contemnebant Dominos ſuos infideles tanquam canes. Contra quos dicitur. 1. *Petr*. 2. Servi ſubditi eſtote omni tempore Dominis, non ſolum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis. *Col*. 3. Servi obedite per omnia Dominis carnalibus. 1. *Cor*. 7. Servus vocatus es, non ſit tibi curæ, ſed ſi potes fieri liber magis, utere, qui enim in Domino vocatus eſt, libertus eſt Domini. *Epheſ*. 6. Servi obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore in ſimplicitate cordis veſtri ſicut Chriſto, non ad oculum ſervientes.
d Ne nomen Domini] ab infidelibus Dominis dicentibus. Quis eſt iſte Chriſtus, qui ſervos noſtros aufert nobis? *Iſ*. 52. Dominatores ejus inique agunt, & jugiter tota die nomen Domini blaſphematur. *Rom*. 2. Habetur idem.
e Qui autem fideles, &c.] eos, ideo, quia fratres ſunt, non enim propter hoc debent eos contemnere, quia pares ſunt in fide Chriſti. Hoc dicit contra quoſdam, qui convertebantur cum Dominis ſuis & dicebant. Non eſt ſervus, & non eſt liber in fide Chriſti, ſed omnes ſumus pares, quia unus eſt Pater noſter, qui in cælis eſt, ut dicitur *Matt*. 23. Non debemus eis amplius obedire. Contra quos dicit: *f* Non contemnant, quia fratres ſunt,] i. pares in fide. *g* Sed magis ſerviant,] quam ante.
h Quia fideles ſunt,] per fidem. *i* Et dilecti] per charitatem. Quia dicitur *Proverb*. 8. Ego diligentes me diligo. *k* Quia] ſcil. Domini. *l* Beneficii participes ſunt,] per Sacramentorum perceptionem, & Euchariſtiæ communionem. 1. *Cor*. 10. Panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini eſt? *m* Hoc] quod eſt de ſervis. *n* Doce] neſcientes.
o Et exhortare] ſcientes. *Tit*. 2. Hæc loquere, & exhortare.

p Si quis aliter docet] ideſt, contrarium, ut, ſcil. omnis homo ſit liber, vel aliter quantum ad credenda, quam quod docuimus, & docemus. *Gal*. 1. Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit.
q Et non acquieſcit] Hoc facit Hæreticum, nolle acquieſcere, ſed ſuum errorem defendere. *Prov*. 5. Non audivi vocem docentium me. 1. *Reg*. 15. Quaſi peccatum hariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. *r* Sanis ſermonibus] non canceroſis, qui corrumpunt. 2. *Tim*. 2. Sermo eorum, ut cancer ſerpit. Sed ſanis, quia vitam dant, & conſervant. *Pſ*. 118. Eloquium tuum vivificabit me. *Prov*. 13. Legatus fidelis ſanitas, ideſt, ſermo Domini.
ſ Domini noſtri Jeſu Chriſti] qui dicit: Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. *Matth*. 22. Et *ibid*. 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, &c. Et ita Dominus docet humiliter obedire Dominis ſuis. Vel
r Sanis ſermonibus] quantum ad ea, quæ fidei ſunt.
ſ Domini] ideſt, Chriſti. Per me enim loquitur Chriſtus 2. *Cor*. 13. Ait: Experimentum ejus quæritis, qui in me loquitur Chriſtus.
t Et ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ] non acquieſcit, ſupple, doctrina, aut ſecundum pietatem eſt, quæ docet manifeſte vivere, quæ proximo ſuo non aufert jus ſuum, ſed reddit; & hoc pertinet ad bonos mores. Doctrina enim Chriſti, & ſuorum eſt in duobus, in fide, & moribus. *Tit*. 1. Secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ ſecundum pietatem eſt, &c. Qui inquam talis eſt. *u* Superbus eſt] & fumigatus, Secundum *Chryſ*. Quia ſuperbia eſt fumus. Talem enim non ducit ratio, ſed ſuperbia, ideo errorem ſuum defendit, nec patitur ſe vinci. Et ideo, quia ſuperbus eſt.
x Nihil ſciens] veritatem. Quia, ſicut dicit *Greg*. Timor mentis obſtaculum eſt veritatis. *Prov*. 10. Ubi humilitas, ibi Sapientia. Ergo a contrariis, ubi ſuperbia, ibi inſipientia. *Prov*. 21. Superbus, & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. *Job* 18. Nonne lux impii extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis ejus?
y Sed languens] ex defectu ſcientiæ, quia nihil ſciens eſt; ex defectu gratiæ, quia ſuperbus: & ita totus languet, tam in intellectu, quam in affectu. Hæc duo languorem inducunt. *Prov*. 19. Ubi non eſt ſcientia, animæ non eſt bonum. Et ita languor eſt ibi. Item *Eccl*. 3. Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas. Et nota, quod languor eſt morbus inveteratus & difficile curabilis. Sicut eſt de hæreticis obſtinatis. Unde *Eccl*. 10. Languor prolixior gravat medicum, ideſt, Prædicatorem Catholicum. Vel (Languens) quia inexpeditus ad ſolvendum.
z Circa quæſtiones] rerum (& pugnas verborum) Et ſignanter dicit (circa) Tales enim non poſſunt intrare in veritatis cognitionem, ſed extra circumferuntur. 2. *Tim*. 3. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes.
a Ex quibus oriuntur, &c.] Ecce quot, & quanta mala oriuntur ex curioſis diſputationibus, quæ fiunt, in Theologia maxime. Primum eſt, quod eſt hic.
b Invidiæ] quia in diſputando homines, qui volunt ſe oſtentare, invident aliis, quando ſuperantur. *Job* 5. Parvulum occidit invidia.
c Contentiones] Poſt invidiam cordis ſequitur contentio adinvicem in verbis, & contumeliæ. Ad litteram. *Prov*. 11. Ubi ſuperbia, ibi contumelia 2. *Timoth*. 2. Noli verbis contendere: ad nihilum enim valent niſi ad ſubverſionem audientium.
d Blaſphemiæ] in Deum; quia aſſerunt de Deo, quod non eſt in eo; vel auferunt, quod in eo eſt, curioſi in explorando, quæ attingere non poſſunt; & præſumptuoſi in affirmando, quod neſciunt. 2. *Petr*. 2. In his, quæ ignorant, blaſphemantes. *Pſ*. 72. Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terra, quia terrena de Deo inconvenienter dicunt. *Iſ*. 40. Cui ſimilem feciſtis Deum? aut, quam imaginem ponetis ei?
e Suſpiciones malæ] quia quædam in Deo inconvenienter opinantur, & plura, quam audeant dicere. *Eccl*. 3. Multos ſupplantavit ſuſpicio eorum. Vel (Suſpiciones malæ) quia dicitur de hujuſmodi clamoſis diſputatoribus iſte non venatur, niſi inanem gloriam. Unde tales dant offendiculum audientibus. Et ideo rei ſunt. *Exod*. 21. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, aut aſinus in eam; Dominus ciſternæ reddet pretium jumentorum. *f* Conflictationes] quia & voces, & geſtus tales habent, ac ſi deberent aggredi conflictum, ſive bellum inter ſe unus contra alium. *Gen*. 13. Facta eſt rixa inter paſtores gregum Abraham & paſtores Loth: Sed contra *Iſ*. 8. Aquæ Siloe fluunt cum ſilentio, *g* Hominum mente corruptorum.

Digitized by Google

piorum, & quia veritate privati ſunt,] Ecce unde oriuntur lites in diſputationibus, vel errorum defenſionibus in hæreticis, ſcil. ex corruptione mentis quantum ad affectum, & privatione luminis quantum ad intellectum. Corrumpit animam amor quæſtus, vel muneris, vel favoris, vel laudis, & excæcat eos. *Pſ.* 13. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. *Pſ.* 57. Supercecidit ignis cupiditatis, ſcil. & non viderunt Solem, & veritatis lumen. *Job* 39. Privavit eam Deus Sapientia, nec dedit illi intelligentiam.

10 q. 3 Epiſcopus.

te corruptorum, & qui a veritate privati ſunt, *a* exiſtimantium, quæſtum eſſe pietatem. *b* Eſt autem quæſtus magnus *c* pietas cum ſufficientia. *d* Nihil enim intulimus in hunc mundum *e* haud dubium, *f* quia nec auferre quid poſſumus. *g* Habentes autem alimenta, & quibus tegamus; *h* his contenti ſimus. *i* Nam qui volunt divites fieri, *k* incidunt in *l* tentationem, & in *m* laqueum Diaboli, & *n* deſideria *o* multa, & inutilia, *p* & nociva, *q* quæ mergunt homines in *r* interitum., & perditionem

a Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem,] i. faciunt, ac ſi prædicatio, & doctrina, quę eſt opus pietatis ſpiritualis, eſſet quæſtus, ideſt, pro quęſtu temporali facienda, quia ipſi pro lucro prædicant, vel docent. *Sap.* 15. Æſtimaverſit luſum eſſe vitam noſtram, & converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere undecumque etiam ex malo acquirere. Inde enim mirantes perſonas quæſtus cauſa.

[illegible] Eccl.

b Eſt autem pietas] ideſt, non eſt talis quæſtus, ſicut credunt, ſed, [eſt quæſtus magnus] ideſt, valde fructuoſus, quia fructus vitæ æternæ meretur *ſup.* 4. Et pietas valet ad omnia promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

c Pietas cum ſufficientia] quando, ſcil. homo non deſiderat plus habere quam neceſſe eſt. *Phil.* 4. Ego didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe. 2. *Cor.* 3. Sufficientia noſtra ex Deo eſt. *Eccl.* 29. Minimum pro magno ſufficiat tibi, & improperium peregrinationis non audies, i. in judicio non improperabitur tibi, quod tu non feceris fideliter peregrinationem præſentis vitæ. (Et eſt magnus quæſtus) ideſt, quæſtio magna, quod patet per difficultatem ſolvendi, quia vis eſt aliquis, qui eam ſolvat in affirmativam partem. In judicio enim Dominus quæret de operibus pietatis, & miſericordiæ. Et beatus erit, qui poterit ei bene reſpondere ſuper hoc *Pſalm.* 11. Jucundus homo, qui miſeretur, & commodat, diſponit ſermones ſuos in judicio. Quod autem homo modico debet eſſe contentus, & ſufficiens his, in quibus eſt, oſtendit:

d Nihil enim intulimus in hunc mundum] naſcendo; *Job* 1. Nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ, & nudus revertar illuc. *Eccl.* 5. Sicut egreſſus eſt nudus ex utero matris ſuæ, ſic revertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo, miſerabilis prorſus infirmitas, quomodo venit, ſic revertetur *Gen.* 2. Erat autem uterque nudus, & non erubeſcant.

e Haud] ideſt, non dubium eſt.

f Quia nec auferre quid poſſumus.] de mundo, ſcil. in morte. *Job* 27. Dives cum dormierit, nihil ſecum afferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet. *Pſalm.* 75. Dormierunt ſomnum ſuum, &c. Et nota, quod hæc eſt prima ratio, qua dehortatur ab amore temporalium, quia ſcil. omnia temporalia ſunt accidentia, & tranſitoria.

d Nihil intulimus, &c.] Ergo non ſunt nobis naturalia hæc accidentia. Unde *Matth.* 6. Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, & omnia adjicientur vobis, quaſi adjacentia, non quaſi principalia. Item ſi nihil auferre poſſumus, ergo ſunt tranſitoria. Sic ergo habent vere rationem accidentis, quia abſunt, & adſunt. Et quod ſint tranſitoria, dicitur *Sap.* 5. Quid nobis profuit ſuperbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia tanquam umbra, & tanquam nuntius præcurrens, & tanquam navis quæ pertranſit fluctuantem aquam, &c. Aut avis, quæ tranſvolat, &c. Aut tanquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, &c. Quaſi lanugo, quæ a vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis quæ a procella diſpergitur, & tanquam fluvius, qui a vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis unius diei prætereuntis. Hoſpiti fit feſtum una nocte, ſicut ſi eſſet Dominus domus, ſed hoc eſt pro pecunia ſua, in mane autem nihil fiet pro eo, nec aliqua mentio eſt poſtea de ipſo, ſed novo ſupervenienti fit feſtum. Sic facit mundus quibuſdam applaudens propter divitias, & honores, & emungit ab eo omnia temporalia, quæ habent ad modum hoſpitis, & ideo teneamus conſilium illud.

Quas dederis ſolus, ſemper habebis opes.

g Habentes autem] *Gloſſ.* Quaſi etſi nihil intulimus, vel ablaturi ſumus, non tamen omnino abjicienda ſunt temporalia, ſed [habentes alimenta, & quibus tegamur] Non dicit ornemur,

h His contenti ſimus] *Her.* 13. Sint mores ſine avaritia contenti præſentibus. *Eccl.* 39. Initium vitæ hominis aqua, & panis, & veſtitum, & domus protegens turpitudinem. Item *Eccl.* 39. Initium neceſſariæ rei vitæ hominum aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac & panis ſimilagineus, & mel botrus uvæ, & oleum, & veſtimentum.

i Nam qui volunt divites fieri] Non ſolum dico qui ſunt, ſed qui volunt eſſe. Prohibetur enim non poſſeſſio, ſed affectus. *Pſalm.* 61. Divitiæ ſi affluant, &c. *Eccl.* 5. Qui amat divitias, fructus non capiet ex eis. *Eccl.* 10. Nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam, hic enim, & animam ſuam venalem habet, quoniam in vita ſua projecit intima ſua. *Eccl.* 31. Qui aurum diligit, non juſtificabitur, & qui inſequitur conſumptionem, replebitur ex ea. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum. Et hoc eſt, quod ſubdit:

k Incidunt] ideſt, intus cadunt per conſenſum.

l In tentationem] ideſt, in id, de quo Diabolus tentat per divitias. *Matth.* 4. Hæc omnia dabo tibi, ſi procidens in terram adoraveris me. *Matth.* 6. Et ne nos inducas in tentationem. Et incidunt in periculum.

m Et in laqueum Diaboli. *Eccl.* 11. Si fueris dives, non eris immunis a peccato. Sed inter munera iſta, quæ fortunæ putatis, inſidiæ ſunt, in quantum inciditur per conſenſum voluntatis interioris a mundo contra Deum laqueus ſunt per actum male acquirendo; vel tentatio ſunt, cum alliciunt. Primo autem laqueus ſunt, cum retinent, & inficiunt. *Sap.* 14. Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animæ hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium. Si ergo laqueus Diaboli: Divitiæ ſunt hujus ſæculi, heu quam paucos invenimus, qui ab hoc laqueo liberati exultant! quam multos, qui dolent, quod parum ſibi videntur irretiti, ac quantum ipſi poſſunt, ſe involvere, & intricare laborant. Nota, quod divitiæ ſunt laqueus male acquirendo per fœnus, & rapinam, furtum, fraudem, & hujuſmodi. Servando autem ſunt laqueus immiſericordiæ, & impietatis, timoris mundani, ſuperbiæ, & perverſæ confidentiæ, & hujuſmodi, quæ ex divitiis oriuntur. Item in amittendo ſunt laqueus deſperationis, invidiæ, iræ, & odii, & hujuſmodi. *Prov.* 21. Qui congregat Theſauros lingua mendacii vanus, & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. *Chryſ.* Aufer amorem pecuniarum, ceſſabit prælium, ceſſabit lis, ceſſabit inimicitia, divitię datę ſunt in auxilium pauperum, in purgationem peccatorum, in acceptionem Dei. Nos autem utimur his adverſus miſeros pauperes, & adverſus animam noſtram, & adverſus Deum.

n Et] incidunt [in deſideria multa] quę nutriunt divitię, ſicut ligna ignem. *Prov.* 26. Cum defecerint ligna extinguetur ignis. *Eccl.* 28. Secundum ligna ſilvę, ſic ignis exardeſcit.

o Et inutilia] quia non proſunt,

p Et nociva] quia bonum gratię, & naturę ignis exardeſcit. Unde *Eccl.* 16. Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens, & errans cogitat ſtulta, ideſt, quia iſtis nimis vult cor ſuum impleri, & qui cor ſuum pro minimo habet, ſcil. avarus, qui in ſterquilinium projicit illud. Projicit enim in terram intima ſua, talis cogitat inania. Quomodo autem nocent, oſtendit:

q Quę mergunt homines] vel profundunt ſecundum *Chr.*

r In interitum] *Gl.* corporum, & perditionem animarum. Ad litteram aliquando mercatores lucris inhiantes maria transfretantes tandem ſubmerguntur. [In interitum,] culpę.

ſ Et perditionem] gehennę: Ecce quomodo deſideria nocent. *Prov.* 21. Deſideria occidunt pigrum, noluerunt enim quicquam manus ejus operari, tota die concupiſcit, & deſiderat, qui autem juſtus eſt, tribuet & non ceſſabit 2. *Theſſ.* 1. qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſed, ſupple, pecunię cui obediunt omnia, ut dicitur *Eccl.* 10. Pœnas dabunt in interitum ęternas a facie Domini. Et nota, quod dicit:

q Mergunt homines] Sunt enim pondus, & homines, ideſt, etiam rationabiles ſurſum tendentes deprimunt.

Unde *Jerem.* in Epiſtola quadam dicit, quod cum quidam Philoſophus in periculo maris exiſtens

ſollicitus eſſet de pecunia ſua, projecit eam in mare dicens: Abite in profundum mare malæ cupiditates: ſubmergam vos, ne ſubmergar a vobis. Et ſubjungit *Hier.* de ſuo Philoſopho. Inanis gloriæ popularis auræ vile mancipium totam ſarcinam ſimul abjecit, & tu, Chriſtiane, putas, te in culmine virtutum conſtitutum, ſi auferas partẽ de toto gloriç popularis auræ. *Matth.* 14. Videns Petrus ventum validum timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamavit dicens: Domine, ſalvum
C me fac. Petrus, ideſt, agnoſcens clamat per confeſſionem, & orationes. Et nota, quod, quando aliquis ſubmergitur, quicquid tenet ſecum ſubmergit. Ita enim fortiter tenet, quod nullus poteſt auferre. Ex hoc ergo, quod divites avari, qui ita tenent divitias ſuas, nec volunt eas diſtribuere pauperibus manifeſtum eſt, quod ipſi ſuis divitiis ſubmerguntur, quia aliter non ita fortiter tenerent eas. Ideo dicit Petrus Simoni. *Act.* 8. Pecunia tecum ſit in perditionem.

a Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, *b* quam *c* quidam appetentes *d* erraverunt a fide, *e* & inſeruerunt ſe doloribus *f* multis, *g* Tu autem, o homo Dei, *h* hæc *i* fuge. k Sectare vero *l* juſtitiam, *m* pietatem, *n* fidem, *o* charitatem, *p* patientiam, *q* manſuetudinem: *r* Certa bonum *ſ* certamen *t* fidei,

a Radix enim omnium malorum eſt cupiditas,] vel avaritia ſecundum *Chryſ. Gloſſ.* etiam dicit, quod in Græco habetur Philargyria, quæ propriæ eſt pecuniæ amor. Sed contra. *Eccl.* 10. Initium omnis peccati ſuperbia. Sol. Si ſtricte ſumitur cupiditas, & ſuperbia, ſimiliter tunc dicendum, quod radix omnium peccatorum eſt cupiditas, & ſimiliter ſuperbia, quia nullum genus eſt peccati, quod aliquando non proveniat ex ſuperbia. Nullum, quod aliquando non proveniat ex cupiditate, ſicut. Sol. *Int. Gl.* Unde etiam ſubditur in *Gl.* Et eſt utique aliquis homo, qui ex cupiditate fit ſuperbus, & aliquis homo, qui ex ſuperbia fit cupidus. Etenim homo, qui non eſſet amator pecuniæ, niſi pro hoc putaret ſe excellentiorem eſſe & eſt, qui non amaret ſe excellere, niſi putaret majores divitias habere ſe. Vel poſſunt cupiditas, & ſuperbia large ſumi, ideo quod cupiditas dicitur immoderata voluntas plus habendi, vel pecuniam, vel ſcientiam, & honorem. Et ſuperbia ſimiliter large dicitur contemptus, ſive inobedientia ſuperioris, & ſic ſuperbia eſt in omni peccato ſecundum quod dicit *Ambr.* Peccatum eſt prævaricatio legis divinæ, & cœleſtium inobedientiam mandatorum. Et ſecundum hoc cupiditas, & ſuperbia idem ſunt ſed differunt ratione, quia ſuperbia dicit averſionem a Deo, & cupiditas converſionem ad creaturam. Et hæc duo ſunt in omni peccato. Unum quaſi ex parte formæ, alterum quaſi ex parte materiæ. Et hoc eſt, quod dicit *Gloſſ. ſupr. Eccl.* 10. Caveamus cupiditatem, & ſuperbiam, non duo mala, ſed unum, a quo omnis malitia trahet initium: Illud etiam exponit *Auguſt.* de peccato Luciferi ſuper Eccleſiaſticum. Et hic etiam dicit idem *Aug.* in *Gloſſ.* Radix omnium malorum generalis cupiditas plus habendi, quam oportet. Hic eſt Diabolus, qui cecidit & primi homines. Secundum hoc, ergo poteſt dici, quod initium omnis peccati eſt ſuperbia, & ſimiliter cupiditas per occaſionem ideſt, peccatum Diaboli, quod fecit cupiditas, & ſuperbia. Unde *Tob.* 4. Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Secundum *Chryſ.* autem, & ſecundum quod videtur per antecedentia, & conſequentia loquitur Apoſtolus hic de cupiditate ſpecialiter, quæ eſt avaritia, ſcil. inordinatus amor pecuniæ. Dicit ergo. (Radix enim omnium malorum eſt cupiditas,) ideſt, avaritia, nullum enim genus peccati eſt, quod aliquando non proveniat ex avaritia. Et ſicut dicitur radix, ideſt, origo, vel radix, quia per avaritiam radicatur peccatum in homine, & colligatur, quia avaritia glutinum eſt Diaboli, quia per ipſum anima radicatur in peccato: Vel radix, quia ſicut radix ramis miniſtrat humorem, ut creſcant, ſic avaritia luxuriæ, gulæ, & ſuperbiæ exhibet facultatem, quia:

Non habet unde ſuum paupertas paſcat amorem.

Seneca. Pandemus ait divitias eſſe cauſam malorum, non quia ipſæ faciunt aliquid, ſed quia facturos irritant. Alia eſt cauſa efficiens, quæ protinus nocet alia præcedente, hanc præcedentem cauſam divitiæ habent, inflant animas, ſuperbiam pariunt, invidiam contrahunt. *b* Quam quidam] Tertia ratio quare vitanda ſit avaritia, quia inducit infidelitatem. (Quam) cupiditatem.

c Quidam appetentes,] ideſt, ſibi in cupiditate ſua complacentes. *Gl.* Qui pecuniam appetit capere, appetit illud quo habito ſequitur cupere. Vel

b Quam] ideſt, cujus rei materiam, ſcilicet, ipſas divitias.

c Appetentes] *Eccl.* 14. Inſatiabilis oculus cupiditati in parte iniquitatis. *Eccl.* 5. Avarus non implebitur pecunia.

d Erraverunt a fide] quia avaritia excæcantur ſpiritualiter. Unde dati ſunt Saræ mille argentei in velamen oculorum *Gen.* 20. *Chryſ.* Avaritia non permittit viam miſericordiæ trahens oculos ad ſeipſum, quemadmodum aliquis viam rectam vadens, non videns autem prætetit multoties locum, ad quem pergit *ſup.* 1. Habens fidem, & conſcientiam bonam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt. Item *ſup.* 1. A quibus aberrantes converſi ſunt in vaniloquium.

e Et inſeruerunt ſe doloribus multis,] quia non ſolum excæcat, ſed cruciat. *Job* 20. Cum ſaturatus fuerit arctabitur & æſtuabit, & omnis dolor irruet in eum. Unde dicit (Inſeruerunt ſe doloribus multis] ſicut prius inſeritur ſpinæ; dolorem inferentes, laborem in acquirendo, timorem poſſidendo, dolorem amittendo. *Gl.* dicit hic. Avari tanto plures ſollicitudinum cruciatus habent, quanto amplius deſiderant, vel quæ habita tranſeunt, vel quæ habere non poſſunt,

f Multis] animi, ſcil. & corporis, mundi, purgatoriis, vel inferni. 2. *Reg.* 22. Funes inferni circumdederunt me, præoccupaverunt me laquei mortis.

g Tu autem o homo Dei, hæc fuge] ideſt, quia es homo, ideſt, rationalis es Dei, vel quia etſi homo, quia fragilis, tamen Dei es, es enim Dei, non ſolum conditione ſicut omnes, ſed familiaritate. Magna enim dignitas eſt, ſi homo Dei es, Igitur ne quæras ſuperflua & a Deo abigentia. Homo Dei erat Elias, de quo dicitur 4. *Reg.* 1. Homo Dei. Rex præcepit, ut deſcendas. Et poſt ſequitur: Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cœlo, & devoret te, &c. Similiter ſi quis eſſet vere homo Dei, verbum eſſet ejus ignis. *Pſ.* 116. Ignitum eloquium tuum vehementer 4. *Reg.* 4. Animadverto, quod vir Dei ſanctus eſt iſte.

h Hæc] prædicta, ſc. avaritiam, & ea, quæ ſequuntur ex ea, vel hæc temporalia vana, & caduca.

i Fuge] exemplo Chriſti: qui fugit in montem, quando eum in Regem rapere vellent. *Joan.* 6. *Eccl.* 21. Quaſi a facie colubri fuge peccatum. Et etiam materiam peccati. *Cant. ult.* Fuge, dilecte mei, & aſſimilare capreæ, hinnuloque cervorum ſuper montes Bethel. *Pſ.* 74. Ecce elongavi *Gl.* Fuge hic: Nihil enim tam aſperum tamque pernicioſum, ſi vir Eccleſiaſticus, maxime, qui ſublimem tenet locum, divitiis hujus ſæculi ſtudeat, quia non ſolum ſibiipſi, ſed & ceteris omnibus obeſt, quibus contrariam dat formam.

k Sectare vero,] quaſi venator in re, & in aliis. *Phil.* 3. Sequitur, ſi quomodo comprehendam. *Jerem.* 16. Mittam eis multos venatores.

l Juſtitiam] contra injurias, & fraudes.

m Pietatem] contra immiſericordiam, & duritiam.

n Fidem] contra perfidos.

o Charitatem] contra odioſos. *p* Patientiam,] contra amaros.

q Manſuetudinem:] contra immites, & crudeles uſurarios. Hæc ſunt in *Matth.* 5. Dei juſtitia enim dicitur. Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam. Item de pietate dicitur. Beati miſericordes. Item de fide. Beati mundo corde. Item de charitate. Beati pacifici. Item de manſuetudine, Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram: Item de patientia. Beati qui perſecutionem patiuntur, &c. Item quia hæc avaris nimis odioſa ſunt, etſi ſemper præſto ſunt.

r Certa, &c.] Supra monuit eum, ut bona, quæ dicta ſunt, habere in ſe. Hic monet eum, ut malis reſiſtat pro fide, & pro aliorum ſalute. Dic ergo: (Certa) contra otioſos. *ſ* Bonum certamen] tibi utile, & aliis, contra curioſos, qui certant inaniter.

t Fidei] ideſt, pro fide tuenda contra perfidos. Vel (certa) contra malos Chriſtianos otioſos, & incertos.

ſ Bonum certamen] contra hæreticos pernicioſos.

t Fidei] contra infideles paganos. *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram, *ſup.* 1. Milites in illis militiam bonam. 1. *Cor.* 9. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno, non quaſi aerem verberans. *Hebr.* 12. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei,

Unde

Digitized by Google

Unde B. *Greg.* Cum ad fidei cognitionem venimus contra malignos Spiritus luctam ſumimus. Maligni autem Spiritus nihil in hoc mundo poſſident. Nudi ergo cum nudis luctare debemus, quia ſi veſtitus quiſque cum nudo aggreditur, citius ad terram dejicitur, quia habet unde teneatur. Ut autem alacrior ſit in pugna, ſubditur de corona.

D

a apprehende *b* vitam æternam, *c* in qua *d* vocatus es, *e* & confeſſus bonam confeſſionem *f* coram multis teſtibus. *g* Præcipio tibi *h* coram *i* Deo, qui *k* vivificat omnia. *l* & Chriſto Jeſu, *m* qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem, *n* ut ſerves mandatum a ſine macula *p* irreprehenſibile uſque in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, *q* quem ſuis temporibus *r* oſtendet *ſ* beatus *t* & ſolus potens, *u* Rex Regum, *x* & Dominus dominantium, *y* qui ſolus habet immortalitatem, & lucem *z* habitat inacceſſibilem, *a* quem nullus hominum vidit, *b* ſed nec videre poteſt, *c* cui honor, & imperium ſempiternum. Amen *d* Divitibus hujus ſæculi *e* præcipe, non ſublime ſapere

a Apprehende,] i. quaſi violenter cape per pugnam, ſc. *b* Vitam æternam.] *Matth.* 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud *Gl.* [Apprehende, ideſt, non quæras aliud niſi vitam æternam, quod debes, quia in eam vocatus. Et hoc eſt, quod ſubditur, *c* In qua,] ideſt, ad quam habendam.

d Vocatus es,] interius per gratiam, & exterius per doctrinam 2. *Thes.* 2. In quo vocavit vos per Evangelium noſtrum in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Jeſu Chriſti 1. *Petr.* 5. Deus omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam gloriam ſuam in Chriſto Jeſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque. Et etiam ideo debes certare, quia. *e* Et es,] jam [confeſſus bonam confeſſionem.] Hoc dicit, quia eſt, & mala confeſſio, ut hypocritæ. *Luc.* 18. Gratias ago tibi Deus, quia non ſum, ſicut ceteri hominum, &c. Item inſufficiens eſt, ut pigri Doctoris. *Tit.* 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis, &c. Item temporalis, & momentanea, nec in gratia, *Pſalm.* 48. Confitebor tibi, cum bene feceris ei. *f* Coram multis teſtibus,] in ordinatione, ubi, ſcilicet conſecratus es in Presbyterum, vel Epiſcopum, vel in prædicatione 2. *Tim.* 2. Quæ audiſti a me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, quia idonei erant alios docere. Vel aliter, *e* Et es confeſſus,] in tribulatione poſitus ſub perſecutoribus. Tunc enim eſt tempus confeſſionis, ſicut tunc oſtendit granum ſinapis virtutem ſuam, quando conteritur, ſic juſtus fidem exponit, cum premitur. Tales quondam ſoli dicebantur Confeſſores per antonomaſiam. *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Luc.* 9. *Marc.* 8. Qui me erubuerit, & ſermones meos, ideſt vitam meam, & doctrinam, ideſt me, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum. *f* Coram multis teſtibus] Deo & Angelis, & hominibus, 1. *Cor.* 4. Spectaculum facti ſumus mundo & Angelis, & hominibus.

g Præcipio tibi,] ideſt præceptum Dei annuncio tibi, *h* Coram Deo] qui præſens eſt, & teſtis eſt hujus, *i* Deo,] Patre. *k* Qui vivificat omnia,] nihil vivit, niſi per eum. *Chryſ.* q. d. ne formides mortem, Dei enim es ſervus, qui omnia poteſt vivificare. Hinc ſumptum eſt, quod dicitur in ſymbolo. In Spiritum Sanctum Dominum vivificantem. *Iſa.* 57. In excelſo habitans, & cum contrito, ut vivificet ſpiritum humilium, & vivificet cor contritorum. *l* Et] coram (Chriſto Jeſu,) ut eum imiteris. *m* Qui teſtimonium, &c.] ſcilicet bonam confeſſionem, ſe ſcilicet eſſe filium Dei. *Chr.* Sicut dicitur. *Joan.* 18. Dixit ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Reſpondit Jeſus, dixit: Tu dicis, & Rex ſum ego; ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimonium perhibeam veritati. Unde *Heb.* 12. Reſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem verecundiam contemnens, & in dextra throni Dei ſedit. *n* Ut ſerves mandatum,] Dei, a me tibi datum, quod eſt. *o* Sine macula irreprehenſibile,] quia nil turpe, nec inutile ei mandaverat: Vel ab affectu, quia facit obſervatorem ſine macula cordis, & ſine reprehenſione converſationis. *Pſal.* 18. Lex Domini immaculata, &c. *Rom.* 7. Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum; *Prov.* 6. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. *p* Uſque in adventum, &c.] i. donec ibi adveniat Chriſtus in morte, *Matth.* 10. & 24. Qui perſeveraverit uſque in finem ſalvus erit. *q* Quem,] adventum Chriſti, vel ipſum Chriſtum. *r* Suis temporibus,] ideſt congruis temporibus, quando ſcilicet tempus eſt, ut ſuos ſervos remuneret. *ſ* Oſtendet,] vel oſtendit ſecundum *Chryſ.* in morte Sanctorum. *t* Beatus, & ſolus potens] ideſt, tota Trinitas ſecundum *Gloſſ.* Sed ſecundum *Chryſ.* perſona filii. Unde dicit: De quo hæc dicta ſunt, de Patre, an de Filio omnino: Chriſtus enim oſtendit ſe Sanctis ſecundum utramque naturam in morte, cum eos remunerat in beatitudine. *Cant. ult.* Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te ſolum foris, & deoſculer te, & jam nemo me deſpiciat? *Joan.* 14. Ego diligo eum, & manifeſtabo ei meipſum. *u* Rex Regum] terrenorum. *Chryſ.* Hoc dicit, ut non formides eos, qui ſunt Reges. *Apoc.* 17. Agnus vincet illos, quoniam Dominus Dominorum eſt & Rex Regum. *Eccl.* 5. Quia excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alii, & inſuper univerſæ terræ Rex imperat ſervienti. Vel [Rex Regum] i. ſpiritualium virorum, quorum cor eſt in manu Dei, & vertitur ad voluntatem ejus, ut dicitur *Prov.* 21. Sicut diviſiones aquarum, ita cor Regis in manu Dei quocumque voluerit, inclinabit illud. *x* Et Dominus Dominantium] terrenorum, ſc. Dominorum, vel qui dominatur animo ſuo. *Apoc.* 19. Habebat in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum: Rex Regum, & Dominus Dominantium. *Apoc* 1. Primogenitus mortuorum, & Princeps Regum terræ. *y* Qui ſolus habet, &c.] ideſt, immutabilitatem ex ſe per naturam, ſed aliis dat per gratiam. *Plato in Timæo.* Dii Deorum, quorum opifex ego, & pater ſum, natura quidem diſſolubiles eſtis, &c. *ſup.* 1. Regi autem ſæculorum immortali, &c. *Aug.* in lib. de natura boni. Omnia, quæ fecit Deus, quia ex nihilo ea fecit, mutabilia ſunt, ipſi peribunt, tu autem permanebis. Item *Aug.* in *lib. de civ. Dei.* Deum volens ſicut poterat cito tantus ardor eorum diffinire, mens quædam eſt, inquit, ſoluta, ac libera ab omni contritione mortali, omnia ſentiens, & movens, ipſaque prædita vita ſempiterna. Et ibi dicit *Aug.* quod hanc diffinitionem habuit non a ſe, ſed a libris S. Scripturæ. *z* Et lucem habitat inacceſſibilem.] *Iſa.* 57. Dominus excelſus, & ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum nomen ejus. Sed contra 3. *Reg.* 8. Dixit Dominus ut habitaret in nebula. *Pſal.* 17. Poſuit tenebras latibulum ſuum. Sol. Deus habitat in ſe, ut lux in luce, quæ dicitur inacceſſibilis, quia nullus ad eam accedit ex ſe, in creaturis autem habitat, ut in tenebris, quia creaturæ tenebræ ſunt ex ſe. *a* Quem nullus hominum vidit] *Iſa.* 45. Vere tu es Deus abſconditus. Et 53. Quaſi abſconditus vultus ejus. *Job* 28. Abſcondita eſt ab oculis omnium viventium, volucres cœli latet, ideſt, Angelos latet. Dei *Inter. Ioan.* 1. Deum nemo vidit unquam. *b* Sed nec videre poteſt.] *Gloſſ.* Homo in hac vita, poſt autem videbit, ſi fuerit de illis, de quibus *Matth.* 5. Beati mundo corde, &c. *c* Cui honor, &c.] Nota ordinem. Poſtquam magnitudinem Dei incomprehenſibilem oſtendit, ſubditur de honore, & gloria, q. d. cum tantus ſit Deus, honorandus eſt, non perſcrutandus. Unde *Chryſ.* dicit: Cui eſt honor, &c. q. d. hoc ſolum ei poſſumus dicere, & facere, non perſcrutari, quis eſt. *Prov.* 25. Qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur a gloria.

d Divitibus] Hic notatur, ut divites inclinent ad humilitatem, quia ex divitiis ſolet generari ſuperbia. Nota *Gloſſ.* Supra egit de his, qui divites volunt fieri, dicens eos incidere in laqueum & tentationem Diaboli, hic agit de his, qui divites ſunt, monens ſperare in divitiis. Et quia dixit mala venire ex cupiditate, & contra eam ſuaſit, ne viderentur divites penitus abjiciendi, determinat qualiter, licet cupidi incidant in laqueum Diaboli, tamen non penitus ſunt abjiciendi divites, ſed potius præcipe divitibus, &c. Ait ergo [Divitibus hujus ſæculi,] qui habent ſæculares divitias.

e Præcipe non ſublime ſapere,] ideſt, non inde ſuperbire. *Gloſſ.* Nota, quod non expavit Apoſtolus divitias, ſed morbum divitiarum, ideſt, ſuperbiam, quæ eſt vermis divitum, grandis animus eſt, qui inter divitias iſto morbo non tentatur. Magnus eſt, qui non ſe magnum, ideo putat, quia dives eſt: Qui autem ſe putat magnum, ſuperbus & egenus eſt, in carne crepat, in corde mendicat, inflatus eſt, non plenus. *Rom.* 12. Non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes *Eccl.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

Et e contra dicitur *Oſee* 13. Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt & elevaverunt cor ſuum, & obliti ſunt mei. Sic ſuperbia oritur ex divitiis, ſicut a veſte tinea: *Eccl.* 13.

Si

a neque ſperare in incerto divitiarum, *b* ſed in Deo vivo, *c* qui præſtat nobis *d* omnia abunde *e* ad fruendum, *f* bene *g* agere, *h* divites fieri in *i* bonis operibus, *k* facile tribuere, *l* communicare, *m* theſaurizare ſibi *n* fundamentum bonum in futurum, *o* ut apprehendant *p* veram vitam. *q* O Timothee, depoſitum cuſtodi

Si dives fueris, non eris immunis a delicto. Secundum malum eſt falſa confidentia, quia vix accidit, quod homo dives non confidat in divitiis, quas nimis amat. *Prov.* 10. Subſtantia divitis urbs fortitudinis ejus. Contra hoc dicit: *a* Neque ſperare in incerto divitiarum,] id eſt in divitiis, quæ incertæ ſunt. Ideo Dominus divitias vocat fallacias. *Matth.* 13. *Pr.* 11. Qui confidit in divitiis ſuis, corruet. Sicut ille dives, de quo. *Luc.* 12. Anima, habes multa bona repoſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem præparaſti, cujus erunt? Ecce quomodo incertæ ſunt divitiæ. *Pſal.* 88. Poſuiſti firmamentum ejus formidinem. Quia tales in formidine ponunt ſpem, & firmamentum ſuum. Talis non erat Job, qui dicit *Job* 31. Si putavi aurum robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. *Jac.* 5. Agite nunc divites plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient vobis, divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt. *Luc* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram.

b Sed in Deo vivo,] præcipue ſperare 1. *Theſſ.* 1. Servire Deo vivo, & vero. Pecunia eſt Deus mortuus, quia non poteſt juvare, & tamen multi ſerviunt iſti Deo & ſperant in eo. *Sap.* 13. Non erubeſcit loqui cum illo, qui ſine anima eſt, & pro ſanitate quidem infirmum deprecatur, id eſt, nummum, & pro vita rogat mortuum, & in adjutorium inutilem invocat, & pro itinere petit ab eo qui ambulare non poteſt; & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis.

c Qui præſtat nobis, &c.] *Jac.* 1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

d Omnia,] id eſt, æterna. Quæ omnia, id eſt, perfecta ſunt.

e Ad fruendum,] quaſi dicat, illa dat abundanter, & ſine diminutione, quibus fruendum eſt in æternitate. Temporali autem pace dat ſuis ad utendum. *Iſa.* 30. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam brevem, & non faciet ultra avolare a te Doctorem tuum, id eſt, tribulationem, quæ optimus Doctor eſt. *Iſa.* 28. Tantummodo vexatio dabit intellectum auditui. Vel

c Qui præſtat nobis omnia,] temporalia bona, [abundanter,] id eſt, ſufficienter. *Matth.* 6. Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, & omnia adjicientur vobis.

e Ad fruendum,] non ad reponendum, ſed ad dandum pauperibus, ut ſic habeatur, & multiplicetur fructus ex divitiis. Sic ſumitur fructus large, ſicut & fructus. *Eccl.* 11. Mitte panem tuum per tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora invenies eum. *Iſa.* 32. Beati, qui ſeminatis ſuper omnes aquas. *Luc.* 13. Ecce tres anni ſunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea, & non invenio, ſuccide ergo eam, ut quid etiam terram occupat. *Chryſ.* Ponit hanc literam. Qui præſtat nobis omnia divitioſe, id eſt, in uſu, & miniſterio. Idem *Chr.* dicit: Pecuniæ apud Græcos achrymata dicuntur a chyraſte: ab utendo. Uſus enim eſt poſſeſſionum, non Dominium, ſicut dicitur. Neque enim plebeja proverbia oportet contemnere, quando enim habent fertilem agrum, dicunt: O ager, quantorum fuiſti, & quantorum eris. Et infra dicit: Virtus ſolum nobiſcum peregrinatur poſt mortem. Et *ſupr.* illa ſola noſtra ſunt, quæcumque hic præmittuntur in eleemoſynis.

f Bene agere,] q. d. hoc eſt, ad quod præſtat Dominus divitias. Et ideo monet divites bene agere. Contra divites, qui otioſi ſunt, vel inutilibus occupantur. [Bene,] contra inutilitatem.

g Agere,] contra carioſitatem. Vel [Bene,] id eſt, delectabiliter, utiliter, honorifice Deo, quia ei honor, & gloria *ſup. ead.* Et *ſup.* 1. *Gal.* 6. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, ſcilicet, ad nos, & ad proximum & ad Deum.

h Divites fieri in bonis operibus,] id eſt, præcipe illis bene agere, & ſic habent multitudinem bonorum operum. Vel ſpiritualiter.

i In operibus bonis,] id eſt, in operibus miſericordiæ; *Greg.* Si vere fratres divites eſſe cupitis, veras divitias amate. *Luc.* 12. Quæ paraſti, cujus erunt? Sic eſt, qui theſaurizat, non eſt in Deum dives. *Chryſ.* Virtus ſolum vult nobiſcum peregrinari poſt mortem, illa ſola noſtra ſunt, quæ hic præmittimus in eleemoſynis. *Apoc.* 14. Opera illorum ſequuntur illos. *Eccl.* 29. Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit. In hoc ergo, quod dicit: [Divites fieri,] notatur multitudo operum miſericordiæ.

Sed quia non ſufficit multa dare, ſi cum tædio, & difficultate detur, ideo ſubdit. *k* Facile tribuere,] præcipe, ſcilicet, Vel, [Faciles tribuere,] præcipe, ut faciles ſint ad tribuendum. *Aug.* Fructus muneris ſui dehoneſtat, qui accepturum mora nimia ſuſpendit. *Job c.* 31. Si oculos viduæ expectare feci. *Eccleſ.* 4. Cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum anguſtianti. *Eccl.* 29. Pro eleemoſyna non protrahas illum. *Prov. c.* 3. Ne dicas amico tuo, vade, & revertere, & cras dabo tibi, cum poſſis ſtatim dare. E contra *Eccl.* 18. Datum indiſciplinati tabeſcere facit oculos. Item *Eccl.* 20. Gratiæ fatuorum effundentur, datus inſipientis non erit utilis tibi. Sed quia multi multa dant, & facile, ſed non multis, imo accipiunt perſonas. Ideo ſubdit:

l Communicare,] id eſt, communiter juſtis dare, ſecundum quod magis indigent. Vel [Communicare] id eſt, ſua communia putare, non propria. *Job* 31. Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea. *Hebr. cap.* 13. Beneficentiæ, & communionis nolite oblivisci, talibus enim hoſtiis promeretur Deus.

m Theſaurizare ſibi fundamentum bonum,] id eſt, in præſenti acquirere bona opera, & virtutes quaſi theſaurum, id eſt avide, id eſt, deſignanter, & inſatiabiliter. Quæ opera debent eſſe.

n Fundamentum bonum,] id eſt, ſtabilia, & firma. Et hoc. *o* In futurum] ut ſcilicet intentio ſit ad futura, contra eos, qui dant, ut hic recipiant, vel bona agunt pro laude, vel pro aliquo munere *Eccl.* 20. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt Deo homo hujuſmodi, id eſt, hodie bonum pro Deo facit, & ſtatim mercedem a Deo exigit. Multi ſunt tales, qui quando jejunaverunt, vel laboraverunt aliquo modo pro Deo, tunc enim fœnerant Domino, & ſtatim expetunt a Domino mercedem, vel laudem, vel aliam conſolationem temporalem, quando enim parum jejunavit, vult poſtea tantum comedere, quod fere crepat: quando dedit unum denarium, vel unam veterem veſtem, credit ſibi licere retinere tria paria veſtium ſuperfluarum, &c. hujuſmodi. Vel

m Theſaurizare ſibi fundamentum bonum, &c.] id eſt, multiplicare ſibi divitias, & theſauros cœleſtes in futurum retinendum, qui ſunt fundamentum bonum, quia divitiæ æternæ ſunt ſtabiles. Divitiæ enim præſentes ſunt labiles, & inſtabiles, & ſine fundamento. *Chryſ.* Si divitias quæris, illas quære, quæ manent, quæ certæ ſunt. *Matth.* 6. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. *Prov.* 10. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius, juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum, quia juſtus ante confirmatur, quia ſtabilius adhæret. Vel [Theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum,] id eſt, theſauro temporali comparare ſibi, vel ædificare domum non manufactam ſed æternam in cœlis, quod facit, qui theſauros ſuos, id eſt, potiora bona ſua diſtribuit pauperibus. Et dicit ſignanter [Theſaurizare ſibi] quia de melioribus debet dare. *Prov. cap.* 3. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus. *Ezech. c.* 47. Non deficient fructus ejus, per ſingulos menſes afferet primitiva.

p Ut apprehendant veram vitam,] æternam. Expoſitio eſt præcedentis, quaſi dicit, iſte eſt theſaurus in futuro ſcilicet, vita æterna *ſupr. ead.* Apprehende vitam æternam, quaſi dicat, divitiæ faciunt pontem, & viam ad hoc. *Prov.* 18. Donum hominis dilatat viam ejus, & ante Principes ſpatium ei facit. *q* O Timothee.] Hic hortatur, ut ſit ſolicitus in officio epiſcopali, & nominat eum, ut reddat attentum. Dicit ergo. [O Timothee, depoſitum cuſtodi,] animam propriam, talentum donorum, epiſcopale officium, animas ſubditorum, 2. *Reg.* 20 Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima ejus 2. *Tim.* 1. Bonum depoſitum cuſtodi, per Spiritum Sanctum, qui habitat in nobis. *Chryſ.* Depoſitum eſt, quod habes, ne minuas, quia alienum eſt, quod tibi creditum eſt. *Prov.* 6. Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum.

a Devitans

a Devitans] *Gloſſ.* ut poſſis illud cuſtodire. *b* Profanas vocum novitates] non tamen ſententiarum, vel rerum in ſe, ſed vocum: quia etiam vocabula nova vitanda ſunt, non quælibet, ſed profana, quæ inveniunt hæretici. *Oſee* 2. Vocabit me vir meus, & non vocabit me ultra Baalim. *Ibi*, dicit *Gloſſ. Hier.* Et hoc habemus ſolis vocibus inordinate prolatis hæreſim poſſe incurri. Et ſupra dicit in *Gloſſ.* quamvis ſecundum Etymologiam poſſet dici; tamen odio idolorum non debet dici 2. *Tim.* 2. Profana, & vaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, ut cancer ſerpit. *Actor.* 17. Nova quædam infers auribus noſtris, &c. Et poſtea. Athenienſes autem omnes, & advenæ hoſpites ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid novi. Eſt autem aliqua novitas tam rerum, quam vocum, quæ non eſt profana. *Joan.* 13. Mandatum novum, &c. A *Iſa.*62. Vocabitur tibi nomen novum, quod os nominavit. *Apoc.*2. Et in calculo nomen novum ſcriptum eſt. Unde dicitur. *Act.* 11. Ut cognominarentur primum Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani. Et etiam devitans.

a devitans *b* profanas vocum novitates, *c* & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, *d* quam quidam *e* promittentes circa *f* fidem *g* exciderunt. *h* Gratia tecum. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Timotheum prima.

Incipit argumentum in Epiſtolam ſecundam.

ITem Timotheo ſcribit de exhortatione martyrii, & omnis regulæ veritatis, & quid futurum ſit temporibus noviſſimis, & de ſua paſſione ſcribens ei ab urbe Roma.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola Pauli ad Timotheum ſecunda.

C A P. I.

i PAulus *k* Apoſtolus *l* Jeſu Chriſti, *m* per voluntatem *n* Dei ſecundum *o* promiſſionem vitæ, *p* quæ eſt in Chriſto Jeſu, *q* Timotheo chariſſimo filio: *r* Gratia, & *ſ* miſericordia, *t* & pax a Deo Patre, *u* & Chriſto Jeſu Domino noſtro.

c Oppoſitiones ſcientiæ falſi nominis] ideſt, quæ falſo nomine ſcientia dicitur. Hoc eſt contra illos, qui ſemper opponunt de extraneis ſcientiis. 2. *Tim.* 1. Formam habe ſanorum verborum, quæ audiſti a me. Non dicit a Platone. Item ſophiſtica falſe nomen habet ſcientiæ. Rationalis enim Philoſophia, ideſt, Logica non eſt, neque naturalis, ideſt, Phyſica, neque moralis, ut Ethica, quia non mores docet, ſed lites. *Jud.* 1. Qui percuſſerit Cariath Sepher, ideſt, civitatem litterarum, & vaſtaverit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem. Talibus enim dandæ eſſent Eccleſiæ, qui cauſas, & advocationes præſcinderent, non nutrirent. Item omnis ſcientia, quæ non eſt ad primam & ſummam veritatem cognoſcendam, falſo habet nomen ſcientiæ, quia talis ſcientia non ſcientem, ſed ſtultum facit. *Jerem.*10. Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua. *Iſa.*47. Sapientia tua, & ſcientia tua decepit te. *Chryſ.* Cum fides non fuerit cognita, ſi eſt, tamen ex propriis cogitationibus, ideſt, argumentis concipitur quid cognitio non eſt, ita enim ſeipſos vocabant fortaſſis, ideſt; cognitores; ut quid plus aliis ſcientes.

d Quam] ſcientiam, [quidam] *Chryſ.* enunciantes.

e Promittentes] ideſt, profitentes ſe habere talem ſcientiam. *f* Circa fidem] exiſtentes non intus.

g Exciderunt] ab ipſa fide, quia rationes humanas conſequuntur. *Jer. c.*2. Filii Mempheos, & Taphnes conſtupraverunt te uſque ad verticem, i. uſque ad fidem, quam amiſerunt *ſupr.* 1. Habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidem repellentes circa fidem naufragaverunt. [Exciderunt] *Chryſ.* Tortuoſe, & erunt ſcientia advocatorum ſerpentina, & tortuoſa, quia injurioſe, & callide procedunt advocati; non tamen contra fidem aperte, ſed circa, quia ſub velamine nominis, ſive & ſcientiæ ſanctæ faciunt opera profana, magiſque nocent Eccleſiæ, quam hæretici, quia hæc peſtis latet ſub ſpecie pietatis, & legum cuſtodia.

h Gratia] ſit [tecum] quoniam gratia operans, conſervans, conſummans. *Eccl. cap.*24. In me omnis gratia viæ, & veritatis, & ſcientiæ activæ, & contemplativæ.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper primam Epiſtolam Pauli ad Timotheum.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Timotheum ſecundam incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus Apoſtolus Jeſu Chriſti per, &c.] *Chryſ.* Ad Timoth. Epheſiorum Eccleſiæ Epiſcopum intronizatum ſcripta eſt hæc ſecunda Epiſtola a Roma, quoniam ſecundo repræſentatus eſt Neroni. *Gloſſ.* jam enim a mundo tranſiturus Paulus hanc ſecundam Epiſtolam ſcribit a Roma Timoth. infirmitatibus, & adverſis jam fatigato. Hic conſtanter laborat in Dei gratia ſibi credita exhortans eum ad martyrium multis modis, & ut perſeveret in officio rectæ prædicationis, & ſancta operatione, & prædicans quid futurum ſit temporibus noviſſimis, & ſuo obitu. Et eſt etiam intentio Apoſtoli in hac Epiſtola exhortari Timotheum ad ſui officii diligentem executionem, & ad palmam martyrii, & quædam adhuc addere de Epiſcopali officio. Modus agendi patet in diviſione partium. Dividitur enim hæc Epiſtola in tres partes principales.

In prima parte principaliter monet eum, ad prædicandum, & ad patientiam. In ſecunda dicit ei de his, quæ noviſſimis temporibus erant futura *infr.*3. [Hoc autem ſcio, &c.] In tertia de reſolutione, ſive paſſione ſua inſtanti notat *infr.*4. Teſtificor coram Deo. Primum autem Capitulum dividitur in ſeptem partes. Primo ſalutat eum. Secundo, gratias agit, & ſe jugem ejus habere memoriam oſtendit, & deſiderium ejus videndi, *ibi*: [Gratias ago, &c.] Tertio per exemplum multorum invitat eum ad patientiam, *ibi*: [Recordationem accipiens.] Quarto, monet eum, ut ſtrenuus ſit cauſam ponens, *ibi*: [Noli itaque erubeſcere.] Sexto, ſe ei ponit in exemplum, *ibi*: [Scio cui credidi.] Ultimo, ad perſeverantiam eum invitat, *ibi*: [Formam habens, &c.] Vel poteſt diſtingui magis ſuccincte per quatuor partes. Primo, ſalutem, & gratias agit, & laudat ejus fidem a progenitoribus, quaſi hæreditariam, & hortatur contra negligentiam officii reſuſcitare gratiam. Secundo, contra erubeſcentiam hortatur prædicare, *ibi*: [Noli itaque erubeſcere.] Tertio exemplum ponit, & verborum ſuorum, *ibi*: [In quo poſitus, &c.] Quarto, de diſcipulis adverſis, & laude eorum, qui ſteterunt *ibi*: [Scis enim hoc, &c.] Dicit ergo:

i Paulus] nomine.

k Apoſtolus] dignitate & officio.

l Jeſu Chriſti,] quia eſt apud eum auctoritas.

m Per voluntatem] non per iram.

n Dei] non hominis. Contra illos, quos homines promovent, & non Deus. *Galat.* 1. Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, &c. *Oſee* 8. Ipſi regnaverunt, & non ex me. Apoſtolus dico non ſine ſpe præmii, imo,

o Secundum promiſſionem vitæ,] & non hujus vitæ, ſed:

p Quæ eſt, &c.] q. d. Chriſtus promiſit vitam æternam, ſi ei fideliter ſerviero. Et [qui etiam in Chriſto Jeſu] ideſt, in cognitione ejus. *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te verum eſſe Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Vel [in Chriſto,] ideſt, per Chriſtum.

o Secundum promiſſionem,] *Chryſ.* Secundum enunciationem, quaſi ne mihi pericula, quæ hic ſunt, dicas. Hæc enim generant nobis vitam æternam, in qua nec dolor, nec gemitus. Et *infr.* Si promiſſio eſt, ne quæras eam hic: Spes enim viſa non eſt ſpes: *Rom.*8. Paulus, inquam, ſcribit hanc Epiſtolam.

q Timotheo chariſſimo filio:] vel amabili ſecundum *Chryſ.* Quandoque enim contingit filios non eſſe amatos. *Iſa.*1. Filios enutrivi, & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me. Et ante alia ſalutat in hunc modum.

r Gratias, &c.] In prima Epiſtola eadem verba ſunt, & ibi expoſita videntur. *Gloſſ.* Gratia, ſc. donatio Sp. Sancti, qua miniſtri armantur.

ſ Et miſericordia] ſc. remiſſio peccatorum.

t Et pax] ſcilicet, tranquillitas mentis, & prælibatio æternæ vitæ: Sit tibi.

u A Deo Patre, &c.] *Chryſ.* A Deo Patre, &c. ſed cur tacet de Sp. Sancto? *Reſp.* Non tacet, quia ipſe eſt donum Patris, & Filii, & gratia, quæ hic optatur.

a Gratias

a Gratias ago Deo meo, *c* cui *b* ſervio a progenitoribus meis in *e* conſcientia † pura, quod ſine intermiſſione habeam tui memoriam in orationibus meis *f* nocte ac die *g* deſiderans te videre. *h* Memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear. i Recordationem accipiens k ejus fidei, quæ eſt in te *l* non ficta, *m* quæ & habitavit primum in avia tua Loide, *n* & matre tua Euniee, *o* certus ſum autem, *p* quod & in te. *q* Propter quam cauſam *r* admoneo te, ut reſuſcites gratiam *ſ* Dei, *t* quæ eſt in te per *u* impoſitionem manuum mearum. *x* Non enim dedit nobis Deus *y* ſpiritum timoris, *z* ſed virtutis, *a* & dilectionis, *b* & ſobrietatis. *c* Noli itaque erubeſcere *d* teſtimonium Domini noſtri, *e* neque me vinctum ejus,

al. † bona.

a Gratias ago Deo] omnium auctori. *b* Meo] cultu ſpeciali, & beneficio ampliori. Unde ſubdit: *c* Cui ſervio] ideſt, cui ſervio, in ſpiritu meo, in Evangelio filii ſui. *d* A primogenitoribus meis] i. exemplo progenitorum meorum. *Gloſſ.* Edoctus ab eis. Non dicit a genitoribus ſuis, quia iſti mali fuerunt, ſed progenitores ejus boni, ſc. Patriarchæ, & Prophetæ. *Gal.* 1. Amplius æmulatur exiſtens paternarum mearum traditionum *Gloſſ.* Quas boni Patres addiderunt.

e In conſcientia bona] converſatus ſum uſque in hunc diem. Vel [Conſcientia pura,] non adulterata per malam intentionem. *Matt.* 6. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit. Nota *Gloſſ.* [A progenitoribus meis] id eſt, ab antiquis Patribus, ſc. Abraham, Iſaac, & Jacob, & alii qui unum Deum vera fide coluerunt, quia una fides eſt utrorumque ſc. antiquorum, & modernorum Juſtorum. Dicit autem *Chryſ.* Quare dicit a progenitoribus; Laudes, inquit, progenitorum quæ cum eis communicamus, etiam noſtræ ſunt; cum autem non, magis nos condemnant. *Phil.* 3. Hebræos ex Hebræis. Gratias ago de hoc:

f Quod ſine intermiſſione, &c.] ideſt, de hoc quod iam bonus fuiſti, cujus memor ſum orans tibi ſemper majora bona. *Prov.* 10. Memoria juſti cum laudibus, nomen autem impiorum computreſcet. *Eccl.* 39. Collaudabunt multi ſapientiam ejus, & uſque in ſæculum non delebitur, non recedet memoria ejus, &c. *Rom.* 1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. *Eph.* 1. *Theſſ.* 1. Idem ego dico:

f Nocte ac die, &c.] ideſt, continue. *Gloſſ.* qui meus viſus eſſet confirmatio tua in gratia, ſicut Petrus ad aſpectum Domini rediit ad gratiam, unde flevit amare. *Matth.* 26. Et *Luc.* 22. *Sap.* 4. Repletus in Electus illius. Caladrius, ut dicitur, viſu ſanat, ſimiliter Juſtus: Unde *Ambr. ſup. Pſal.* 118. Plerique Juſti aſpectus admonitio correctionis eſt. Dicitur etiam quod natura Struthionis eſt, quod viſu ſuo fovet ova ſua. Viſus enim Sanctorum, & admonitio pia eorum multum confortant, & juvant ad gratiam confirmandam, & obtinendam. Unde Petrus gallo cantante, & Domino reſpiciente converſus eſt. *Hier. in prol. Bibl. c.* Habet neſcio quid latentis energiæ vivæ vocis actus, & in aures Diſcipuli de auctoris voce transfuſa fortius ſonat. Unde *Gal.* 4. Vellem eſſe apud vos, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis: Deſiderans, inquam, te videre.

g Ut confirmatus ſic, & ſic [ut gaudio implear] de tua perfectione. *Phil.* 2. Implete gaudium meum fratres. Ideo autem deſidero, quia ſum.

h Memor lacrymarum tuarum] *Gloſſ.* Flevit enim Timotheus a Paulo dimiſſus, paratus cum eo ire ad omnia pericula. Sed ubi flevit? *Act.* 20. Ubi dicitur, a Mileto autem mittens Epheſum vocavit majores natu Eccleſiæ. In Græco autem habetur. Omnes Presbyteros; ergo & Timotheus fuit ibi. In fine autem capituli ſubditur. Magnus autem fletus factus eſt omnium, & procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eum, &c. Vel aliter flevit in receſſu Apoſtoli. *Chryſ.* Decens erat in receſſu, *Pſal.* 130. ſicut ablactatus plorare, ſicut infans plorat ab ubere ſeparatus. Sicut 1. *Reg.* 20. Oſculantes ſe alterutrum flebant pariter. David autem amplius. Ego dico.

i Recordationem accipiens] ideſt, acceptam habens.

k Ejus fidei, &c.] i. non inventa ab hominibus, ſed infuſa a Deo, vel, ideſt, non fictilis, ideſt, non fragilis ad patiendum adverſa: Vel *l* Non ficta] i. non torpens ad opera bona, ſicut dicitur de pigro ſervo, quod abſcondit ſe. Vel: [Non ficta] i. hypocrita. *Sap.* 1. Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. 1. *Tim* 1. De corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. *m* Quæ & habitavit, &c.] Hic hortatur eum per exempla multorum, etiam a quibus eſt ſecundum carnem; Nec ſine ratione ponit propria nomina non virorum, ſed fœminarum, ut ſc. fortiorem faciat iſtum Epiſcopum exemplo fragilis ſexus. Timotheus autem interpretatur beneficium. Loide interpretatur conſecutio utilitatis, vel quæ ſecuta eſt utilitatem. Eunice Græce, fortunata. Hebraice autem Eunices iaſulius, vel amens interpretatur, & eſt nomen hæreticæ cujuſdam. *n* Et matre tua,] *Act.* 16. Filius mulieris viduæ, patre autem Gentili, &c. Et hæc eſt ratio, quare tacetur hic pater, quia infidelis. *o* Certus ſum autem] *Chryſ.* Viſus ſum. *p* Quod & in te] habitat.

p Propter quam cauſam] Hic monet eum ad ſtrenuitatem, q. d. multo magis debes tu fidem ſervare, & defendere, qui vir es; & Epiſcopus q. d. *Iſa* 51. Attendite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis, i. ad fidem parentum veſtrorum. Dicit ergo: [Propter quam cauſam] ſc. quia fidem habes, & fuiſti talis, & tam boni tui parentes fuerunt.

r Admoneo te, &c.] *Gloſſ.* ideſt, gratiam Epiſcopalem timore quaſi ſopitam. *ſ* Dei] i. a Deo tibi collatam. *Chryſ.* Rememoro te reignire chriſma Dei. Opus eſt deſiderio ad reignendum chriſma Dei, quia nondum ignis indiget lignis, ita gratia deſiderio, ut ſerveat. *Pſal.* 38. In meditatione mea exardeſcit ignis. *Prov.* 26. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis. 2. *Thr.* 5. Spiritum nolite extinguere. *t* Quæ eſt in te] i. data tibi a Deo auctore. *u* Per impoſitionem, &c.] quia miniſter fui tuæ ordinationis. *Tim.* 4. Noli negligere gratiam Dei, quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam, & impoſitionem manuum Preſbyteri. 1. *Tim.* 5. Manus cito nemini impoſueris. *x* Non enim] q. d. ideo ſis generoſus, & virtuoſe agas officium tuum non depreſſus aliquo timore. Quia, [Non dedit nobis Deus] & tibi. *y* Spiritum timoris] mundani, i. non dedit nobis ſpiritum ad timendum timore mundano. Dicitur autem large timor mundanus, quando timore damni rerum, vel afflictione corporis facit quis malum, vel bonum omittit: Iſte timor ſemper eſt malus. Hoc timore negavit Chriſtum Petrus. *Matth.* 26. *Iſ.* 51. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis qui quaſi fœnum, ita areſcit? *Rom* 8. Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, ſed Spiritum adoptionis filiorum, &c. Hoc eſt quod dicit hic: [Timoris] 1. *Cor.* 2. Nos autem non ſpiritum hujus mundi accepimus 2. *Par.* 13. Percuſſit Dominus Hieroboam, & omnem Iſraelem. *z* Sed virtutis] i. fortitudinis ad tolerandum adverſa, vel operandum ardua, quæ fortitudo eſt ex dilectione, & probat dilectionis veritatem. Unde ſubdit: *a* Et dilectionis] *Cant.* 8. Fortis eſt, ut mors dilectio, dura ad ſuſtinendum; ſicut infernus æmulatio fortis; eſt ſc. ad operandum dura. *Greg.* Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Sed quia dilectio errat ſine diſcretione, nimis enim impetuoſa eſt, ideo ſubditur: *b* Et ſobrietatis] i. moderantiæ, ſive diſcretionis. *Gloſſ.* Ecce a ſummo dono, i. excellentiſſimo 1. *Cor.* 12. Adhuc excellentiorem, &c. Ad imum, i. primum quantum ad diſcretionem agendorum. Non enim fit hic mentio de diſcretione in cibis: diſcretio autem agendorum prima eſt, principium: Vel [Virtutis, quantum ad opera juſtitiæ ad proximum. [Dilectionis] ad Deum. [Et ſobrietatis] in ſe. Hoc eſt, quod dicitur *Tit.* 2. Converſo ordine: Sobrie & pie, & juſte vivamus in hoc ſæculo.

c Noli itaque] Ex quo Deus dedit Spiritum fortitudinis, dilectionis, & diſcretionis. [Noli] ergo [erubeſcere teſtimonium Domini noſtri.] Supra inhibuit timorem, hic prohibet erubeſcentiam, ad quid valet dilectio, & diſcretio. *Eccl.* 4. Eſt confuſio adducens ignominiam. *Luc.* 9. Qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua, & Patris, & Sanctorum Angelorum. *Rom.* 1. Non enim erubeſco Evangelium. Virtus enim Dei eſt. *d* Teſtimonium Domini noſtri] id quod eſt, Domini noſtro. *Ap.* 19. Conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Jeſu, Deum adora; teſtimonium enim æternum Jeſu eſt Spiritus prophetiæ. *Iſ.* 8. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. Neque] erubeſcas, [me vinctum ejus] pro eo, ſc. Chriſto vel ejus, [Evangelium] i. pro Evangelio, quod prædicavi. *Eph.* 6. Pro quo legatione fungor in catena iſta. Philemonem autem Paulus vinctus Chriſti Jeſu, &c. *Act.* 23. Vinctus Paulus rogavit me hunc adoleſcentem adducere ad te. Dicit ergo: *e* Neque me vinctum ejus] erubeſcas, ſc. Sicut qui habuiſſet magiſtrum, qui detruſus eſſet in carcerem tamquam malefactor, forte erubeſceret, quod unquam fuiſſet magiſter ejus. *Eccleſiaſt.* 4. Ne revercaris proximum tuum

Digitized by Google

tuum in caſu ſuo. *a* Sed collabora] vel compatere alia littera, mecum in prædicando Evangelium. Vel [Collabora Evangelio,] ideſt, ad honorem Evangelii. *Phil.* 1. Quia ſtatis in uno ſpiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii, & nullo terreamini ab adverſariis. Quod poteſt ſcilicet collaborare in Evangelio prædicando, vel opere præcepta ejus exequendo. *b* Secundum virtutem Dei,] ideſt, a Deo datam, non ſecundum propriã virtutem. *Chryſ.* Patere mala, non virtute tua, ſed Dei hoc facis, tuum eſt eligere, & velle. Et debes collaborare pro Deo, quia eſt. *c* Qui nos liberavit,] pro nobis moriendo.

C

a ſed collabora Evangelio ſecundum *b* virtutem Dei; *c* qui nos liberavit & *d* vocavit vocatione *e* ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, *f* ſed ſecundum propoſitum ſuum, *g* & gratiam, *h* quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu *i* ante tempora ſæcularia. *k* Manifeſtata eſt autem nunc *l* per illuminationem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, *m* qui deſtruxit quidem mortem, *n* illuminavit autem vitam, & incorruptionem per *o* Evangelium, *p* in quo *q* poſitus *r* ſum ego Prædicator, & Apoſtolus & *ſ* Magiſter gentium. *t* Ob quam cauſam *u* etiam hæc patior,

Tim. 1.

d Et vocavit,] gratiam largiendo. Vel,] [Liberavit] a malo, [Et vocavit,] ad bonam. *Joan.* 8. etiam ſi filius vos liberaverit, vere liberi eritis. *Col.* 1 Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. Duo dicit: Eripuit & tranſtulit. Similiter hic duo dicuntur: (Liberavit & vocavit vocatione ſua.) *Gloſſ.* ſoli ſibi convenienti.

e Sancta] qui ad ſancta vocat. *Eph.* 1. In quo & ſorte vocati ſumus prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus, qui operatur omnia ſecundum meritum operum noſtrorum.

f Sed ſecundum propoſitum ſuum & gratiam,] ideſt, ſecundum quod per gratiam præviderat, *Titum* 3. Apparuit gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti non ex operibus juſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſalvos nos fecit. *Rom.* 9. Ut ſecundum electionem, & propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, major ſerviet minori. *Rom.* 8. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. (Secundum propoſitum,) nullo cogente, nullo conſiliante.

g Et gratiam] *Chryſ.* Non oportet formidare, cum enim poterat perdere vos, ut inimicos exiſtentes, gratia ſalvavit, ergo cum operatores nos viderit, magis cooperabitur.

h Quæ data eſt, &c.] ideſt, præviſa dari per Chriſtum. Sicut dicitur. *Apoc.* 13. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi, ideſt, prævitus occidi. Et *Joan.* 17. Clarifica me, Pater, apud temetipſum, claritate, quam habui, priuſquam mundus fieret apud te. Quam habui, ideſt, quam habere prævidiſti, ideſt, Ante tempora ſæcularia,] ideſt, ab æterno præviſa eſt. *Chryſ.* (Æterna..) Item *Chryſ.* Hoc eſt [illegible], ideſt, ſine principio. Qualiter ergo non æternus filius dari in tempore. *Titum* 1. In ſpem vitæ æternæ, quam promiſit, qui non mentitur Deus ante tempora ſæcularia; manifeſtavit autem temporibus ſuis. Et hoc eſt, quod ſubditur.

k Manifeſtata eſt autem nunc, ideſt, tempore gratiæ eſt exhibita gratia & oſtenſa.

l Per illuminationem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti,] ideſt, per Chriſtum, qui eſt illuminans intellectum, & ſalvans effectum, ſive conſervans a corruptione. *Pſal.* 26. Dominus illuminatio mea, ſalus mea. Duo dicit, quæ bene ſimul ſunt, illuminationem, & ſalutem: quorumdam enim illuminationem, ſcilicet, ſcientiam ſequitur perditio, quia ſcientia inflat, charitas autem ædificat. 1.*Cor.* 4. Item quorumdam humiliationem malam præcedit perditio. *Gen.* 3. Dedit viro ſuo, qui comedit, & aperti ſunt oculi amborum, Sed Dominus ipſe illuminat, & ſalvat ſimul. *Bern.* Spiritus Sanctus ſimilitudinem apis mel cum cera portantis, habet, unde illuminet intellectum, accendat affectum. 1. *Reg.* 14. Extendit Jonathas ſummitatem virgulæ, quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis, & convertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi ejus. Jonathas eſt Prædicator, cujus virgula eſt diſciplina, quam debet habere non in lingua, ſed in manu, ſummitas enim virgulæ percutit, & lædit. Hæc ſummitas intingenda eſt in favo mellis, quia aſperitas pœnitentiæ, vel diſciplinæ eſt miſcenda cum favo divinæ conſolationis, & dulcedine devotionis. Poſtea manus debet converti ad os, quia opus eſt, ut diſciplina præcedat in Prædicatore, alias infructuoſa ſit ejus prædicatio, melius enim prædicant opera, quam verba. Et nota, quod ſicut *Lev.* 1. præcipitur, quod os turturis torqueatur ad aſcellam, quia Prædicator debet facere, quod aliis prædicat eſſe faciendum. Ita manus debet referri ad os, ut bonam operationem ſequatur prædicatio. *Matth.* 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Sic illuminentur oculi Prædicatoris, quia amplior datur ei intelligentia. *Pſ.* 110. Intellectus bonus omnibus invocantibus eum: Multo magis facientibus, & prædicantibus. Tales enim non ſolum in ſe, ſed etiam in aliis faciunt. Talium prædicatio illuminat auditores, non excæcat: Sicut, & Chriſtus cœpit facere, & docere. *Act.* 1. Potens in opere, & ſermone, coram Deo, & omni populo: *Luc. ult.* Dicit ergo: (Per illuminationem Salvatoris,) ideſt, per prædicationem Chriſto illuminante, & ſalvante. *Luc.* 1. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra, &c. *Iſ.* 60. Surge, illuminare, Jeruſalem quia venit lumen tuum. *Joan* 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed 2.*Cor.* 4. dicitur. Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti: Quæ vero ſit illa gratia, de qua locutus eſt ſubditis, aperit. *m* Qui deſtruxit quidem mortem,] utramque, ideſt, corporis, & animæ. 1. *Cor.* 15. Ubi eſt mors victoria tua? Et reſpondet. *Oſ.* 13. Ero mors tua, o mors, morſus tuus, ero inferne. Unde. *Apoc.* 20. Mors, & infernus dederunt mortuos, ideſt, mors corpora reddidit, infernus animas. Sed nota, quod mortem animæ, ideſt, peccatum deſtruxit moriendo, & per hoc infernum, quia peccatum ſolum ardere facit in inferno *Joan.* 1. Ecce qui tollit peccata mundi. *Heb.* 2. Ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium. *Iſa.* 25. Præcipitabit mortem in ſempiternum. Mortem autem corporum deſtruxit ſua reſurrectione, quæ cauſa eſt noſtræ. 1.*Cor.* 15. Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. Vel mortem deſtruxit moriendo & vitam dedit reſurgendo. Unde ſubdit.

n Illuminavit autem vitam, &c.] ideſt, etiam lucem poſuit, ſive lucide, & aperte per prædicationem ſuam declaravit, quod habemus vitam incorruptibilem. Hoc. *o* Per Evangelium,] quia prædicatio Evangelii lux eſt, qua illuminamur ad cognoſcendum vitam incorruptam. *Eph.* 5. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. *Iſa.* 9. Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam (Vitam) quantum ad animam. (Et incorruptionem) quantum ad corpus. 1.*Cor.* 15. Oportet enim corruptibile hoc induere immortalitatem. *p* In quo,] Chriſto ſcilicet.

q Poſitus ſum,] ſicut in proprio loco, ad quem tendo per deſiderium, quieſco per amorem. Et dicit (poſitus,) quaſi immobiliter ei affixus. Unde *Gal.* 2. Chriſto confixus ſum cruci. Vel. *p* In quo,] Evangelium i. ad quod Evangelium prædicandum. *q* Poſitus ſum,] ideſt, confirmatus, & ſtabilis in fide conſtitutus immobiliter, vel a Deo electus. *Joan.* 15. Poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis. *r* Ego Prædicator, & Apoſtolus] ideſt, prædicans ex officio Apoſtolatus mihi commiſſi. Prædicator enim nomen eſt actus, Apoſtolus autem nomen officii vel poteſtatis. *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? *Eph.* 3. Per Evangelium, cujus factus ſum miniſter ſecundum donum gratiæ ejus. *Col.* 2. Cujus factus ſum ego Paulus miniſter, & magiſter gentium.

ſ Et magiſter gentium,] quia miſſus ſum ad docendas gentes, *Gal.* 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt, & mihi inter gentes, 1.*Tim.* 2. Veritatem dico in Chriſto Jeſu, & non mentior Doctor gentium in fide, & veritate. *Epheſ.* 3. Ad idem *Rom.* 11. Et nota, quod tria dicit: Prædicator, Apoſtolus, & Magiſter. Prædicator facundus, Apoſtolus virtuoſus, Magiſter doctus. Facundia enim debet eſſe in Prædicatore, virtus, & poteſtas, ſive auctoritas in Apoſtolo, ſcientia in Magiſtro. *Jer.* 3. Dabo vobis paſtores ſecundum cor meum, ecce Apoſtolatus, ideſt, miſſio Domini, & paſcent vos in ſcientia quantum ad magiſtros, & doctrina in prædicatione, quantum ad Prædicatores. Vel Prædicator in prædicationibus, Apoſtolus in audiendis confeſſionibus, & abſolvendis peccatoribus, Doctor in lectionibus. Sed quia doctrina viri per patientiam agnoſcitur, ut dicitur. *Prov.* 9. & in *Pſal.* 91. Bene, patientes erunt ut annuncient, ideo ſubditur.

t Ob quam cauſam,] quia, ſc. prædico, doceo, & officium Apoſtoli facio, quod ſpecialiter eſt ſolvere ligatos. *u* Etiam hæc patior.] *Gloſſ.* Quæ modo Romæ ſuſtineo: Nec determinat quæ, ut multa, & innumerabilia intelligat.

a Sed non confundor,] i. non deficio præ triſtitia, ſed gaudeo magis. *Col.* 1. Nunc gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea. Vel (Non confundor,) i. erubeſco, quia honor eſt pati pro Chriſto. *Eccl.* 23. Gloria magna eſt ſequi Dominum. 1. *Petr.* 4. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicens, aut alienorum appetitor; ſi autem ut Chriſtianus, non erubeſcat; glorificet autem Deum. Vel, [Non confundor,] ideſt, non timeo confundi, vel ſruſtrari ſpe mea quia probatio ſpem operatur; ſpes autem non confundit, ut dicitur. *Rom.* 5. *Pſ.* 24. Etenim univerſi, qui te expectant, non confundentur. *Iſa.* 49. Et ſcies quia ego Dominus, ſuper quo non confundentur, qui expectant eum. Unde ſubdit.

D

a ſed non confundor. *b* Scio enim cui credidi, *c* & certus ſum, *d* quia potens eſt *e* depoſitum meum ſervare in *f* illum diem. *g* Formam habens ſanorum verborum, *h* quæ *i* a me *k* audiſti in fide & dilectione in *l* Chriſto Jeſu. *m* Bonum depoſitum cuſtodi per Spiritum *n* ſanctum, qui habitat in nobis. *o* Scis enim *p* hoc quod averſi ſunt a me omnes, qui in Aſia ſunt, *q* ex quibus eſt Philetus & Hermogenes. *r* Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui, *ſ* quia ſæpe me *t* refrigeravit, *u* & catenam meam *x* non erubuit

b Scio enim cui credidi] ſicut dicitur vulgariter, quam bono, & fideli cuſtodi, me, & mea, & meos, ſcil. filios, & ſubditos commiſi, qui commiſſa poteſt, & ſcit, & vult cuſtodire ſalva, ſcilicet, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Et nota, quod quando quis operatur in vinea alicujus, & non ſtatim exigit mercedem, ſed differt in finem operis, dicitur quod iſte fecit ei credentiam de labore ſuo.

Et hoc facit Sapiens ſervus, non vult per partes recipere: ſed totum inſimul, fatuus autem quotidie partem pretii ſumit, ita quod in fine operis totum expendit. Similiter juſti reſervant prudenter, ut in ſumma recipiant, quando venerit tempus retributionis, ſc. in morte. *Sap.* 10. Reddet Deus mercedem laborum ſuorum, &c. Fatui autem, quandoquidem bonum faciunt, ſtatim volunt mercedem temporalem a Domino. *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem, id eſt mercedem. *Eccl.* 20. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis eſt homo hujuſmodi. Tales non credunt aliquid. Alii ſunt qui credunt, ſed neſciunt cui, & ex ſola conſuetudine bona opera faciunt, vel quia vident alios facere. *Eccl.* 42. Quæcumque tradas munera, & appende, datum vero, & acceptum omne deſcribe. Alii ſunt, qui debitoribus malis credunt labores multos, qui ſcil. nunquam reddent, ſicut eſt mundus, & favor mundanus, imo e contrario damna reportant, ſc. invidiam, odium, detractionem, & hujuſmodi. Nam de talibus dicitur. *Aggæi* 1. Qui congregavit mercedes, miſit eas in ſaccum pertuſum. Dicit ergo: (Scio cui credidi,) quaſi expertus in raptu. 2. *Cor.* 12. *Eccl.* 34. Qui non expertus, &c.

c Et certus ſum] quia ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis. *Prov.* 15. omnes dies pauperis mali ſecura mens quaſi juge convivium.

d Quia potens eſt,] & ſciens, & volens.

e Depoſitum meum ſervare.] ideſt, me, quod depono, & expono pro ſe, & ſibi committo. 2. *Mach.* 7. Cœlo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ipſa recepturum ſpero. [Vel depoſitum,] ideſt, cœleſtem theſaurum, ideſt, æternam ſalutem, quam emi, me pauperibus erogando. *Matth.* 19. Vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus & habebis theſaurum in cœlo. Vel [Depoſitum] ſc. diſcipulos, ſecundum quod exponit *Chryſ.* De hoc depoſito habetur. *Act.* 20. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ illius, qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus *Gloſſ.* [Depoſitum] i. ſalutem meam, quam ei commendavi, ſc. in ſpe, & fide illius collocavi. Hæc *Gloſſ.* eſt de media expoſitione.

f In illum diem,] mortis, ſcilicet, vel judicii; Qui bene dicitur notabiliter, diſcretive, vel articulariter, quia non aliter ſimilis, bonis jucunda, malis amara. *Johel. ult.* In illa die ſtillabunt montes dulcedinem. *Soph.* 1. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. *Gloſſ.* Vel, [Potens eſt depoſitum meum ſervare,] i. Evangelium, quod mihi commendavit, vel quod ei commiſi ſervandum. Uſque; [in illum diem,] ſcilicet deceſſus mei.

g Formam habens.] Hic oſtendit ad quid prædicta de ſe dixit, q. d. ita laboro in iſto officio mihi credito ſecurus de præmio, ſimiliter, & tu facias. [Formam habens ſanorum verborum,] ideſt, informatus ſana doctrina, & inſtructus. *h* Quæ a me,] non a Platone. *i* Audiſti,] non inveniſti. Et ſignanter dicit, [Formam, &c.] Apoſtolus enim verba ſua transformabat in opus, & ita incorporabatur in auditoribus. Sonus enim ecce tranſit, ſed opus manet. Illam ego formam tene in verbis, quam dedi tibi prius, ſc. facere, & poſt docere. Vel ſana docens, & quæ didiciſti. Secundum hoc ſic exponitur. *g* Formam habens, &c.] ideſt, alios informa in ſana doctrina, & inſtrue, *Tit.* 1. Potens ſit exhortari in doctrina ſana. Hæreticorum doctrina venenoſa eſt, Philoſophorum infirma, avarorum lutuoſa, luxurioſorum fœtida, ſuperborum inanis. Et nota quod porcus cognoſcitur leproſus in lingua, & ſimiliter ſanus. *Matth.* 12. De omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die judicii. Ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Si ita de otioſo, quid de pernicioſo? *h* Quæ a me audiſti] *Nehem.* 13.
Eccl. 12. Verba Sapientium quaſi ſtimuli, quaſi clavi in altum confixi, quæ per magiſtrorum conſilium danda ſunt a paſtore uno. Hoc eſt contra illos, qui adinveniunt novum modum loquendi, ut mira dicere videantur. Sed hoc non eſt Sapientiæ, ſed inſaniæ. 1. *Cor.* 14. Si conveniat univerſa Eccleſia in unum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles, nonne dicent, quid inſanitis? Linguis loquuntur, qui habent linguas diverſas populi, & populi Azotice, & Hebraice diſputantes, ideſt, Theologice, & Philoſophice. Tales inſaniunt. *Act.* 26. ſcil. Inſanis, Paule, multæ te litteræ ad inſaniam convertunt.

k In fide & dilectione] q. d. habe multa verba ſana, & non ſola verba, ſed cum fide, & dilectione, ut fides illuminet intellectum, & dilectio affectum. Quæ fides ut dilectio affectum eſt.

l In Chriſto Jeſu,] ideſt, quæ iſta dedit, vel ſicut Chriſtus inſtituit: dicit *Gloſſ.* Et hæc habens, per quæ potes cuſtodire.

m Bonum depoſitum cuſtodi] *Gloſſ.* Officium tibi commiſſum, vel animam propriam, vel talentum donorum, vel animas ſubditorum. 1. *Tim.* 6. O Timothee, depoſitum cuſtodi. Quod potes. *n* Per Spiritum ſanctum, &c.] ſcil. etiam in me, & in te, *Rom.* 8. Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram, qui ſignavit vos, & dedit pignus Spiritus in cordibus veſtris. 1. *Cor.* 6. An neſcitis, quia membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt? *Gloſſ.* Quidam libri habent [Formam habe.] Secundum hoc ſic continua litteram: Quaſi collabora in Evangelio, quod ut recte facias [habe formam ſanorum verborum, &c.] Nec hic mutatur ſententia. [Et cuſtodi bonum, &c.] Nec hic mutatur ſenſus. *o* Scis enim.] Hic oſtendit, quare debet perſeverare in fide conſtanter, quia, ſc. multi averſi ſunt ab ea. *Gloſſ.* quaſi ideo opus eſt, ut cuſtodias depoſitum bonum, quia ſcis. *p* Hoc quod averſi, &c.] Sic ordina litteram, ſ. quod omnes illi de Aſia averſi ſunt a fide, ſed quia omnes averſi ſunt ibi, ideo magis timendum erat Timotheo, qui erat Epiſcopus Aſiæ. *q* Ex quibus eſt Philetus, & Hermogenes] *Gloſſ.* A quibus tibi maxime cavendum. Et *Chryſ.* & *Orig.* habent Phigelus. Interpretatur autem Phigelus contrarius. Philetus interpretatur declinans. Hermogenes mons ſcrutatus, vel vomens eos in valle. *Gloſſ.* Hi, quos memorat, fallacia pleni erant. Simulate enim erant cum Apoſtolo, ut addiſcerent, unde illi calumniam facerent, ſed poſtquam viderunt ſe manifeſtatos, receſſerunt ab eo. *r* Det, &c.] Quaſi illi ita receſſerunt a me, ſed det miſericordiam [Dominus Oneſiphori domui,] i. familiæ. Hic erat Aſianus. Interpretatur autem Oneſiphorus reſpondens litteris, i. qui facit, quod legit. Item interpretatur decore adhærens, ſc. quia non dimiſit amicum etiam vinctum, & catenatum. *Eccl.* 22. Fide poſſide cum amico tuo in paupertate illius, & in bonis illius, ut læteris in tempore tribulationis illius, permane illi fidelis. *ſ* Quia ſæpe me refrigeravit] q. d. miſericordiam habeat a Deo, quia miſericordiam fecit proximo. *Matth.* 5. Beati miſericordes, &c. *t* Refrigeravit] non ſolum neceſſaria miniſtrando, ſed libenter, & hilariter dando. *Eccl.* 18. Nonne ardorem refrigerabit ros, ſic & verbum melius, quam datum, utrumque autem cum homine juſtificato. *u* Et catenam meam,] i. me catenatum. *x* Non erubuit] *Gloſſ.* Sicut, hi qui receſſerunt a me *ſup. eod.* Noli erubeſcere vinctum ejus, *Eccl.* 4. Ne reverearis proximum tuum in caſu ſuo. Et *Eccl.* 6. Si poſſides amicum tuum, in tentatione poſſide eum.

Item

Item *Eccl.6.* Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. Cetera patent in *Gloſſ.*

a Sed cum Romam veniſſet, &c.] ut ei liceret ad me ingredi. *b* Et invenit] me. Et ideo, *c* Det illi Dominus,] Pater. *d* Invenire miſericordiam, &c.] ideſt, a filio. *Pſ.109.* Dixit Dominus Domino meo, &c.] *Matth.22.* Vel loquitur more Hebræorum, qui carent relativis reciprocis.

A *e* In illa die] notabili, & ſingulari. *Luc.17.* Sicut fulgur, &c. ſic erit filius hominis in die ſuo.

f Et quanta Epheſi, &c.] q.d. non ſolum Romæ, ſed etiam Epheſi multa mihi miniſtravit: [Et quanta tu noſti,] qui aderas.

g Melius,] aliis pluribus, & melius, quam hic.

a ſed cum Romam veniſſet, ſollicite me quæſivit, *b* & invenit. *c* Det illi Dominus *d* invenire miſericordiam a Domino in *e* illa die. *f* Et quanta Epheſi miniſtravit mihi, *g* tu melius noſti.

C A P. II.

b TU ergo, fili mi, confortare *i* in *k* gratia, *l* quæ eſt in Chriſto Jeſu, & *m* quæ audiſti *n* a me per *o* multos teſtes, hæc *p* commenda fidelibus hominibus, & qui idonei erunt & alios *r* docere. *ſ* Labora ſicut *t* bonus miles Chriſti Jeſu.

EXPOSITIO CAP. II.

TU ergo, fili mi, &c.] Adhuc hortatur eum ad tolerantiam tribulationum, & dolorum. Et primo, ad militandum in eis, *ibi*: [Labora, &c.] Secundo, ſæcularia cavere negotia, quæ impediunt ad illa, *ibi*: [Nemo militans, &c.] Tertio, oſtendit ei, quid debet vitare per exemplum agonizantium, *ibi*: [Nam & qui certat.] Quarto, quod non debet eum movere indigentia neceſſariorum, *ibi*: (Laborantem, &c.] Quinto, proponit ei præmium laboris ſui, *ibi*: (Memor.) Sexto, ſeipſum proponit ei in exemplum, *ibi*: (In quo laboro.) Septimo, proponit ei præmium laborantium pro Chriſto, & pœnam non laborantium, *ibi*: (Fidelis ſermo.) Octavo oſtendit ei, in quo debet laborare, quoniam in doctrina Chriſti, in qua debet cavere a contentione, *ibi*: (Noli verbis contendere,) & ab hæretica pravitate, *ibi*: (Profana) Nono, oſtendit, quod debet præcedere ſecundum rectam doctrinam ponendo immobile fundamentum, *ibi*: (Sed firmum, &c.) Decimo, reſpondet Antipophoræ, quæ poſſet ei fieri: (Tu) dicis, quod non debeo ſuſtinere illos, quos ſcio eſſe hæreticos, ergo cum Deus multos ſuſtineat, videtur quod malefacit, aut quod non noſcat, quod ſunt hæretici. Et reſpondet. Quintimo, *ibi*: (Cognovit Dominus.) Undecimo oſtendit, quod Dominus ſuſtinet eos propter multiplicem utilitatem Eccleſiæ ſuæ, *ibi*: (In magna autem domo.) Duodecimo monet eum, ut laſcivia deſideria devitet, *ibi*: (Juvenilia autem, &c.) Tertiodecimo, ut ſtultas quæſtiones reprobet, *ibi*: (Stultas.) Ultimo, qualiter debet eſſe ſervus Dei, & qualiter debet ei ſervire oſtendit, *ibi*. (Servum autem Domini. &c.) Vel aliter diſtingue magis ſuccincte. In prima parte comparat Prædicatorem militi, negotiatori, ſpirituali agoniſtæ, agricolæ propter diverſos labores iſtorum, & fructus diverſos. Docet igitur primo tales eligere, quos aliis docendis proficiat. In ſecunda hortatur ad paſſionem: Primo, exemplo Chriſti: Secundo; etiam ſuo, & utilitatem, quæ inde conſequitur exponit, *ibi*: (Intellige, quæ dico, &c.) In tertia jubet declinare contentiones irrationabilium hæreticorum, *ibi*: (Noli verbis contendere.) In quarta aſſignat rationem, quare permittit Deus eſſe hæreticos. *1.Cor.11.* Oportet hæreſes eſſe, *ibi*: (In magna domo autem non ſolum.) In quinta prohibet lites, *ibi*: (Juvenilia deſideria fuge.) Et bene poſt hæreticos ponit litigatores; ſi enim minus nocent Eccleſiæ, nihilominus nocent. Facilius tamen reſipiſcunt a Diaboli laqueis, ut hic dicit in fine, & aliquando ad pœnitentiam redeunt. Dicit ergo. *b* Tu ergo fili mi,] quaſi illi ſunt averſi. Et exempla habens multa, maxime illius Oneſiphori: Ergo. *i* Confortare,] per exempla prædicta. *k* In gratia,] in te ſervanda, & aliis prædicanda. Et dicit: [Confortare in gratia] quaſi non ſufficit te habere gratiam, ſed fortem eſſe, & paratum reſiſtere omni tentationi, tribulationi, & timori. *Eccl. 7.* Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. *Deut.31.* Vocavit Moyſes Joſue, & dixit ei coram omni multitudine Iſrael: Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces populum iſtum in terram, quam daturum ſe patribus eorum juravit Dominus, & tu eam divides ſorte *ibid.* Præcipit Dominus Joſue filio Nun, & ait. Confortare & eſto robuſtus; tu enim introduces filios Iſrael in terram, quam pollicitus ſum. Item *Joſue 1.* Confortare, & eſto robuſtus; tu enim ſorte divides populo huic terram. Dicit ergo *i* Confortare in gratia] q.d. debilis eſt natura, niſi juvetur a gratia. *2. Cor. 12.* Sufficit tibi gratia mea.

l Quæ eſt in Chriſto Jeſu,] ideſt, data per Chriſtum, vel a Chriſto. *Gloſſ.* Et coadjutores tibi conſtitue: Unde ſubdit. *m* Et quæ audiſti,] non quæ finxiſti, vel inveniſti. *Rom.10.* Fides ex auditu. *Pſal 77.* Aperiam in parabolis os meum: loquar propoſitiones ab initio, quanta audivimus, &c. Non dicit, quanta invenimus de novo, ſed quanta audivimus ab initio.

n A me] non a Platone *ſup.1.* Formam habe ſanorum verborum, quæ a me audiſti. Sed nec Apoſtolus volebat ſibi credi, niſi teſtimoniis Scripturæ dicta ſua probaret. Unde ſubdit. *o* Per multos teſtes] probata, ſc. & confirmata, ſc. per Prophetas. *Iſa.43.* Vere vos teſtes mei dicit Dominus. Vel. [Per multos teſtes] *Chryſ.* Ac ſi diceret, non latenter audiſti, ſed multis præſentibus. *Joan.18.* Ego palam locutus ſum mundo, ego ſemper docui in Synagoga & in templo, quo omnes Judæi convenerant, & in occulto nihil locutus ſum. *Iſa.45.* Nam in abſcondito nihil locutus ſum in loco terræ tenebroſo. *p* Hæc commenda] vel [depone] *Chryſ.* Non dicit: Dic aliis, ſed depone quaſi theſaurum. *q* Fidelibus hominibus,] ideſt, ſanæ fidei. *Chryſ.* Non quæſtuariis. *r* Qui idonei erunt,] qui ſufficientes erunt *Gloſſ.* vita, ſcientia, & facundia. *ſ* Et alios docere.] Officia enim prædicationis ſunt hæc tria maxime neceſſaria. Propter quorum defectum clamat Jeremias ter. *Jer.1.* A, a, a, Domine Deus, ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Tria dicit: Neſcius, elinguis, puer, quantum ad mores. Per vitam autem non tantum intelligitur maturitas morum, ſed etiam ætas annorum, ut ſit Prædicator & etiam diuturnitas profeſſionis. *1.Tim.3.* Non Neophytum, ideſt, non Novitium. *Act.1.* Oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intravit, & exivit inter nos Dominus Jeſu, incipiens a Baptiſmate Joannis, uſque in diem, qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis, quaſi dicat, non Novitium, ſed antiquum oportet eſſe teſtem nobiſcum. Et tu ipſe ſimiliter. *ſ* Labora] non totum officium tuum aliis commenda, ſed labora tu ipſe. Vel ſecundum *Chryſ.* Tu igitur mala patere. Si mala pati regalis eſt militis; non mala pati non eſt militis. *t* Sicut bonus,] non ignarus.

u Miles Chriſti,] non carnis, non mundi, non Diaboli. Sed contra hos milites pro Chriſto habendo. *Tim.1.* milites in illis bonam militiam habens fidem, & bonam conſcientiam, Pravi milites fugiunt de prælio etiam ſine ictu dato vel recepto. *Prov.28.* Fugit impius nemine perſequente. Nota, qui, vel qualis debeat militare, & pro quo, & quibus armis, & contra quos hoſtes. Qui & quales determinantur. *Deut.20.* Non negotiatores vinearum, quas non fecerunt communes, non novi deſponſatores uxorum, ideſt, molles, & Zelotypi, non formidoloſi. Primi bellum Domini non debent agere, imo nec ducatum belli aſſumere; tales tamen multi ſe Duces militum profitentur; tales ſ. Prælati qui ſunt negotiatores agrorum, & vinearum, ad lucrum, non convivium. Sed contra eos dicit *Apoſt.* Nemo militans Deo, &c. Iſti ſunt avari: alii delitioſi ſunt, qui ſe maritaverunt carni ſuæ, needum eam cognoverunt: Tales ſunt, qui Zelotypi ſunt in procuranda carne ſua; ſed ſi cognoſcerent, quod non germinat, niſi ſpinas, & tribulos, eam ſic non amarent. Talis ſi moritur non cognita uxore, nec ducta, ideſt, inexperta carnis malitia, & iniquitate moritur, ſ. ſine fructu pœnitentiæ, quia nullum habuit a carne ejus, qui debet ei ſuccedere in uxorem, quia vermes ſumunt eam, & corrodunt, & ſic fructificat vermibus: Tertii formidoloſi Prælati, qui ideo timent arguere, & mala evellere, ne, & ipſi evellantur a prælationibus, & ſic timor naſcitur a timore. Primi ergo ſunt avari, ſecundi delitioſi, tertii ſuperbi. Tales enim non ſunt apti in bello Domini. Pro quo autem pugnandum ſit, dicit *Job* 14. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea: ſicut pueri, qui expectant novam veſtem in Paſcha. *Job 7.* Militia eſt vita hominis ſuper terram. Et pro cœleſtibus, quæ ſunt ſupra *Eph.6.* Contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, ideſt, pro cœleſtibus, non pro temporalibus. Non enim honorabile eſt militem accingere enſem pro muſca capienda, ideſt, prœbenda una. Quibus armis pugnandum ſit, dicitur. *2.Cor.10.* Arma mi-

litiæ

Militiæ noſtræ non funt carnalia, ſed potentia Deo. Et ad *Eph.* 4. habetur de his armis. Et *Sap.* 5. Hoſtes autem noſtri ſunt, mundus, caro, Dæmonia. Mundus trahit ad cupiditatem, caro ad voluptatem, Dæmones ad vanitatem. *Iſ.* 24. Formido, & fovea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ, cupiditatis, voluptatis, & vanitatis. Et ideo Væ, væ, væ, habitantibus in terra triplici, ſc. de qua *Apoc.* 8. De primo hoſte dicitur. *Jac.* 4. Unde bella, & lites in vobis, nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? De ſecundo. *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. De tertio. *Eph.* 6. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem tantum; ſed adverſus Principes, & poteſtates, &c.

Ne cler. vel monac. 1. — *23. q. 1. §. bella.*

a Nemo militans *b* Deo implicat *c* ſe negotiis ſæcularibus, *d* ut ei placeat; *e* cui ſe probavit. Nam & qui *f* certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitime certaverit. *g* Laborantem Agricolam *h* oportet primum de fructibus accipere. *i* Intellige, quæ dico; dabit enim tibi *k* Dominus in omnibus intellectum. *l* Memor eſto Dominum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine David ſecundum *m* Evangelium meum, *n* in quo laboro *o* uſque *p* ad vincula, *q* quaſi male operans; *r* ſed verbum Dei non eſt alligatum. Ideo

a Nemo militans Deo, &c.] q.d. ſi vis eſſe bonus miles pro ſpiritualibus, non ſis negotiator implicitus in ſæcularibus.

b Deo,] ideſt, ad honorem Dei, vel pro Deo lucrando. *c* Implicat ſe ſæcularibus negotiis,] ſed ſpiritualibus. Sed hodie clauſtrales negotia Regum etiam non rogati tractant, ſed ſine fructu. 1. *Theſſ.* 4. Veſtrum negotium agatis, & quieti ſitis. *Chryſ.* Hæc dicta ſunt ad Timotheum, dicuntur autem ad omnem magiſtrum, & diſcipulum per illum, nullus Epiſcopus dedignetur hæc gerens. 2. *Cor.* 7. In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negotio: Ergo negotia contaminant, ſed ſæcularia, non ſpiritualia. De ſpiritualibus enim dicitur. *Luc.* 19. Negotiamini, dum venio. Et *Matth.* 13. Simile eſt regnum cœlorum homini negotiatori. De ſæcularibus dicitur. 1. *Cor.* 6. Quis veſtrum habens negotium adverſus alterum audet judicari apud iniquos, & non apud Sanctos? q.d. qui injuſtam habet cauſam, non quærit juſtum judicem. Et poſtea dicitur: Sæcularia judicia, ſi habueritis, contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia illos conſtituite. Ideſt, laicos, & ſæculares, non clericos, vel clauſtrales. Nota. *Gloſſ. Auguſt.* Hoc dicit Apoſtolus ſcribens Timotheo, ne forte indigens Timotheus, & vellet victu quotidiano ab eis ſuſtentari, quibus Evangelium miniſtrabat, nec in opere corporali poſſet laborare, aliqua ſibi negotia quæreret, &c. *d* Ut ei placeat] ſcilic. Deo. *e* Cui ſe probavit.] *Gloſſ.* ideſt, devovit. Unde in clericatura diximus devoventes: Dominus pars hæreditatis meæ, &c. 2. *Cor.* 5. Contendimus, ſive abſentes, ſive præſentes placere Deo. *Rom.* 15. Etenim non ſibi Chriſtus placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt. Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me. *f* Nam & qui] quaſi ideo labora, ſicut bonus miles. Vel ideo nemo ſe impliceat ſæcularibus negotiis, quia aliter non datur corona, niſi legitime militet, ut in agone fit. Et hoc eſt. (Nam & qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitime,) ideſt, prout expetit lex agonis, (certaverit,] *Chryſ.* Qui in agone intrat, non ſufficit, ſi ungatur, ſi complicetur, niſi omnem legem certaminis cuſtodierit. 1. *Cor.* 9. Qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam. *Eccl.* 9. Qui in uno peccaverit, multa bona perdet. *Eccl.* 4. Pro juſtitia agoniſare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia: Hoc dicitur maxime Sacerdoti habenti curam animarum, qui eſt contra Diabolum in campo certaminis; unde ſi devincitur, omnes alii dimittunt cauſam ſuam: Quod ſignificatum eſt 1. *Reg. ult.* Et 1. *Mach.* 3. Et 3. *Reg. ult.* Quibus devictis etiam populus devictus eſt. *Gl.* Et quaſi ille quæreret, unde vivam, cum fodere, & mendicare confundar? ſubdit. *g* Laborantem agricolam.] Per hoc oſtendit, quod non debet implicare ſe ſæcularibus negotiis, licet non habeat, unde vivat, quia illi, quos inſtruit, tenentur ei providere. Et hoc eſt: (Laborantem agricolam,] ideſt, Prædicatorem, quia a cordibus auditorum debet malas herbas eradicare, & duritiam eorum confringere, & plurima eis per orationes impetrare, ſemina virtutum ſpargere. *Iſa. c.* 2. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, &c. ideſt, ſubtilitatem in exempla. *Zach.* 13. Homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea, ut ſcil. laborem in Paradiſo Eccleſiæ, ſicut præceptum eſt Adæ, & non deficiam, ſicut ipſe defecit. *Chryſ.* Agricola, non ſeipſum procurat, ſed fructus, & terram, & pro qua mercede. Et ſignanter dicit, [Laborantem, &c.] non ſimpliciter Agricolam. Sunt enim Agricolæ, qui tantum præcipiunt, quid ſit agendum, ſed non faciunt. *h* Oportet primum de fructibus accipere,] ſcilic. ſumere notitiam ab auditoribus. *Luc.* 10. Dignus eſt operarius mercede ſua, ideſt, 1. *Cor. cap.* 9. Quis plantat vineam, & de fructibus ejus non comedit? quis paſcit gregem, & de lacte ejus non manducat? Et poſt dicitur: Quoniam debet in ſpe, qui arat, arare, &c. [Primum] enim i. de potioribus & præcipue unde decimæ primo ſeparabantur in uſus Sacerdotum & Levitarum. Item Agricola debet prius guſtare cibum verbum Dei, quam aliis miniſtret, ſicut bonus, cocus. *Eccl.* 6. Quaſi is, qui arat, & ſeminat, accede ad eam, ſcil. ad Sapientiam, ſpe ſc. comedendi, & percipiendi fructus ejus. In opere enim ipſius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. *i* Intellige.] Poſſet quis reſpondere, quomodo dicis, quod ego accipiam ſumptus, cum tu non acceperis? Ideo dicit [Intellige] q.d. i. diſcerne quod, & quare dicitur: Et nota cauſas, quare non accepi. Una cauſa fuit, quia avari erant, quibus prædicabat Apoſtolus. Alia, ne pſeudo exemplo ejus occaſionem accipiendi haberent. Tertia, quia Apoſtolus ſciebat, & poterat laborare; ſed illi, quibus prædicabat Timotheus, non erant avari, nec pſeudo; & propterea, nec ſciebat, nec poterat laborare: [Intellige quæ dico,] quod potes.

B — *de conſ. d. 5. cap. cum tantum. 1. Joan. 2.*

k Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum,] non ſolum in his, unctio enim docet de omnibus. *Iſa.* 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem. 1 *Reg.* 3. Revelabit aurem pueri Samuelis. *Dan.* 10. Intellectu opus eſt in viſione. Propterea intellectum tibi dabo. *Pſ.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum, dabitur, ſcil. vel utilis eſt. *Sap.* 1. Auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. *Iſa. c.* 7. Niſi credideritis, non permanebitis. *l* Memor.] Proponit ei præmium laboris, ſc. reſurrectionem, quæ maxime excitat hominem ad laborandum, quam oſtendit in Chriſto; quia Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. 1. *Cor.* 15. Unde *Apoc.* 5. Primo viſione oſtenſa eſt reſurrectio Beato Joanni in figura leonis in Tribu Juda. Dicit ergo: [Memor eſt, &c.] natum. *Rom.* 1. Qui factus eſt ex ſemine David ſecundum carnem. Et hoc. *m* Secundum Evangelium meum, id eſt, ſecundum quod continetur in Evangelio Lucæ, quod a me exceptum eſt, ſecundum quod Marci Evangelium poteſt dici Petri. Vel, [Secundum Evangelium meum,] ideſt, prædicationem meam. Hoc autem dicit quia alii erant evangelizantes alias. *Gal.* 1. Si quis vobis evangelizaverit aliquid, præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. *n* In quo,] Evangelio prædicando.

o Laboro.] Hic ponit ſe in exemplum.

p Uſque ad vincula,] ſic & tu facias. *Col.* 1. In quo laboro certando ſecundum operationem ejus quam operatur in *Phil.* 1. Quæ circa me ſunt, magis venerunt ad profectum Evangelii, ita ut vincula mea manifeſta fierent in Chriſto, in omni prætorio, & in ceteris omnibus. Laboro, dico.

q Quaſi male operans] Exemplo Chriſti. De quo. *Iſa. cap.* 53. Tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt. Sed contra. 1. *Petr. cap.* 4. Nemo veſtrum patiatur quaſi fur, aut homicida, &c. Reſpondeo.

Æquivoce ſumitur, quaſi, quia in hoc loco eſt ſimilitudinarium, in alio veritatis expreſſivum, *ibi*, ſcilicet, Nemo veſtrum patiatur quaſi fur, quaſi, ideſt, vere fur exiſtens.

r Sed Verbum Dei non eſt alligatum,] in me, etſi corpus meum ſit ligatum in vinculis meis, tamen Evangelium non plus, quam etiam ante. *Phil. cap.* 1. Quæ circa me ſunt, magis venerunt ad profectum Evangelii. *Chryſ.* Ligantur manus, ſed non lingua, miles ligatus non pugnat & Agricolæ, ſi ligantur manus, non ſeminat quia manu ſeminat.

Doctor autem non manu, ſed lingua ſeminat. *Act. c.* 4. Non poſſumus quæ vidimus, & audivimus non loqui. Et nota, quod in aliquibus alligatur verbum Dei timore humano, & mundano, vel temporali commodo. *Matt.* 5. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum. *Gloſſ.* ſub modio ſcilicet timoris, vel commodo vitæ præſentis. Alligatur etiam propter conſcientiæ immunditiam. 2. *Cor.* 6. Os noſtrum patet ad vos.

Digitized by Google

vos, o Corinthii: cor noſtrum dilatatum eſt. Ibi *Gloſſ.* Male conſcia mens, loqui trepidat, ſenſum perdit, in verbis errat. Item alligatur propter peccata audientium. *Ezech.3.* Adhærere faciam linguam tuam palato tuo, &c. quia Dominus exaſperans eſt. Verbum Domini autem non erat ligatum in Apoſtolo, quia audacter, & ea pura conſcientia, & omnibus loquebatur C ram lingua, quam litteris, & epiſtolis. *2.Cor.3.* ubi Spiritus Domini, ibi libertas. *Act.* 5. Præcipiendo præcipimus vobis, ne doceretis in nomine hoc. Et al. † commune. poſtea dicitur: Reſpondit Petrus: Obedire oporter Deo magis, quam hominibus. Verbo autem non dico Dei, ſed hominis, vel Diaboli debet alligari. Lingua hominis fræno modeſtiæ, & diſcretionis in loquendo. *Eccl.*28 Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos. *Job* 30. Poſui frænum ori meo. *Greg.* Boni viri fræno conſilii frænant præcipitationem verbi. Lingua autem Diaboli non fræno debet ligari, quia frænum poteſt auferri, & debet, ſed vinculo indiſſolubili. Lingua ejus eſt ſuggeſtio mali. Hæc lingua vinculo cohibitionis, & timoris divini eſt reprimenda. *Job* 40. Nunquid fune ligabis linguam ejus? Vel lingua Diaboli eſt adulatio, vel detractio, quia detractor eſt os Diaboli. *Eccl.*28. Sepi aures tuas ſpinis, noli audire linguam nequam. Spinis, ideſt verbis duræ reprehenſionis. *Prov.*25. Ventus Aquilonis diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem. Non enim libenter apponit adulator vel detractor linguam ad ſpinas. Sequit. Ideo ideſt pro Evangelio, vel quia memor ſum Chriſtum reſurrexiſſe.

a omnia ſuſtineo *b* propter electos, *c* ut & ipſi ſalutem conſequantur, *d* quæ eſt in Chriſto Jeſu *e* cum gloria cœleſti. *f* Fidelis ſermo, *g* Nam ſi commortui ſumus, *h* & convivemus: *i* Suſtinemus, & conregnabimus: *k* ſi negaverimus, *l* & ille negabit nos: *m* ſi non credimus, *n* ille fidelis permanet, *o* negare ſeipſum non poteſt. Hæc † *p* commoneo teſtificans coram Deo. *q* Noli *r* contendere verbis, *ſ* ad nihil enim utile eſt, niſi ad ſubverſionem audientium. *t* Sollicite autem cura *u* teipſum *x* probabilem *y* exhibere *z* Deo operarium *a* inconfuſibi-

a Omnia ſuſtineo] incommoda, non tantum pro me, ſed *b* Propter Electos] *Chr.* Non hos, vel illos, ſed propter Electos dicit. *Col.*1. Gaudeo in paſſionibus meis pro vobis, ideſt quæ ſunt pro vobis. *Job* 15. Majorem charitatem; &c. *1.Jo.*3. Ille pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

c Ut & ipſi ſalutem conſequantur,] ideſt gratiam in præſenti. Non dicit præbendam, nec propter nepotulos, ſed ſalutem gratiæ, & propter Electos.

d Quæ] ſalus eſt in Chriſto Jeſu, non in homine, vel mundo vel divitiis. *Gloſ.* ideſt propter Jeſum Chriſtum præſtatur. *Act.*4. Non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Et hoc.

e Cum gloria cœleſti] quia gratiam ſequitur gloria. *Pſ.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Contra quoſdam qui hic talem ſalutem quærunt a Deo, i. divitias, glorias terreſtres, quæ non ſunt cum gloria cœleſti, imo pro gloria cœleſti, quia hi recipiunt mercedem ſuam. Et

f Fidelis] eſt iſte [ſermo] prædictus, ſc. quia electi conſequentur ſalutem, & gloriam. Et hoc oſtendit exemplo Chriſti, qui de morte venit ad vitam, & hæc eſt.

g Nam ſi commortui ſumus] veteri homini, ſicut Chriſtus mundo, ut Confeſſores. *Rom.* 6. Conſepulti ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus reſurrexit a mortuis; ita & nos in novitate vitæ ambulemus: ſi enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus. Vel. [Commortui] i. ſicut Chriſtus, morti dediti, ut Martyres.*

h Et convivemus:] in æterna vita. *2.Cor.*1. Sicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationum.

i Si ſuſtinemus] tribulationes pro Chriſto, & conregnabimus cum ipſo. *Rom.* 8. Si tamen compatimur, ut ſimul & glorificemur. *Eccl.* 22. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hæreditate illius cohæres ſis. *Apoc.* 1. Particeps in tribulatione & regno. *Matth.*5. Beati, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam, &c. *Gloſſ.* Vel

f Fidelis ſermo. Nam ſi, &c.] Ita ordina litteram, & continua, quaſi ut ſuſtineas eſto memor Chriſtum ſurrexiſſe.

g Nam ſi commortui ſumus] ad litteram, ut Martyres.

i Si ſuſtinemus] ut confeſſores, qui multa ſuſtinent pro Chriſto, licet non mortem. *Pſ.68.* Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium. Vel [Commortui,] omnino mortui, ut clauſtrales. [Si ſuſtinemus] ſicut ſæculares, qui ex parte aliqua vivunt mundo, tamen pœnitentiam faciunt. Vel [Commortui] peccatum abnegando. [Suſtinemus,] pœnitentiam agendo pro præterito. Dicto de præmio collaborantium, ſubdit de pœna pigrorum laborem refutantium.

k Si negaverimus] eum verbo vel facto coram hominibus.

l Et ille negabit nos] coram Patre, dicens: neſcio vos. *Matth.7. & 25. Luc.*12. Qui me negaverit coram hominibus, denegabitur ille coram Angelis Dei. *Luc.9.* Qui me erubuerit, &c. *Oſ.* 11. Circumdedit me Ephraim in negotiatione, & in dolo domus Iſrael. Petrus negavit Dominum. *Matth.26.* i. Clerici agnoſcentes. *Tit.*1. Confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant. *Jud.*1. Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem, & Dominum Jeſum Chriſtum negantes.

m Si non credimus] ideſt ſi diſcredimus.

n Ille fidelis permanet:] i. verus in dictis ſuis, puniendo nos incredulos, ſicut dicit *Marc. ult.* Qui vero non crediderit, condemnabitur. *Jo.* 3. Qui non credit, jam judicatus eſt. Et vere fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, i. verus, quia *o* Negare ſeipſum] qui eſt veritas [non poteſt] quod faceret, ſi dicta ſua non impleret, q.d. non poteſt veritas mentiri. *2. Cor.* 1. Dei Filius Jeſus Chriſtus, &c. non fuit in illo *eſt* & *non*, ſcil. falſitas, ſed in illo fuit eſt, ideſt veritas.

p Hæc] prædicta, ſc. ut patiaris, &c. [commoneo] teſtificans. [Vel ſecundum aliam litteram,] Commoneo alios [Teſtificans coram Deo] i. teſtem invocans Deum horum, vel ſub teſtimonio Dei adjurans. *Chr.* Terribile eſt dicere, hoc teſte Deo. Si enim teſtimonium vocamus in fallaciam, quæ per ſermones, multo magis Dei. *1.Tim.* 5. Teſtor coram Deo, & Domino Jeſu Chriſto, & Electis Angelis ejus, ut hæc cuſtodias.

q Noli contendere, &c.] Oſtendit, a quibus debet cavere in doctrina, q.d. prædicta fac, ſed [noli verbis contendere.] *Chr.* Avida eſt hæc res, & ſemper vult anima humana litigare, & ſermone pugnare. *Phil* 2. Unanimes idipſum ſentientes, nihil per contentionem, aut inanem gloriam, ſed in humilitate. *1.Tim.* 3. Non litigioſum. Item *1.Tim.* 6. Languens circa quæſtiones, & pugnas verborum. *Iſ.*8. Abjecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio. *3.Reg.6.* In ædificatione Templi non fuit auditus ictus mallei. Dicit ergo: [Noli verbis contendere,] ſi vis eſſe ædificator Templi.

r Verbis] q. d. verba ſunt gladii ad deſtruendum, vel ad ædificandum. *Pſ.* 58. Gladius in labiis eorum, quoniam quis audivit.

ſ Ad nihil enim utile eſt,] contendere, ſc. [niſi ad ſubverſionem audientium] *Chr.* Non ſolum non lucrum, ſed & multum nocumentum. *Prov.*18. Os ſtulti contritio ejus, labia ipſius ruina animæ ejus. *Prov.*14. Ubi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. *Prov* 12. Propter peccata labiorum ruina proximat malo. Nota *Gloſ.* Non poteſt eſſe, quin contentio extorqueat aliquid, quod dicatur contra conſcientiam, ut intus in animo perdat, & foris victor accedat. Nemo enim patitur ſe vinci, licet vera eſſe ſciat, quæ audit. Collatio ergo inter ſervos Dei eſſe debet altercatio. *t* Sollicite, &c.] Hic monet eum ad triplex officium Prælati, otium contemplationis, exercitium bonæ operationis, miniſterium verbi Dei.] Sollicite autem cura teipſum,] non carnem, ſed animam; non aſinum tuum, ſed teipſum. *Rom.* 13. Curam carnis ne feceritis in deſideriis. *x* Probabilem exhibere Deo] Hoc fit in contemplatione, in qua homo ſollicitus debet eſſe, & attentus, & ſeipſum, & cor ſuum exhibere Deo, & exponere ei. Et hoc non ut probetur ab hominibus, ſed ut placeat Deo, & ab eo commendetur; & ideo dicit: *u* Teipſum] præbe, fili, cor tuum mihi. [Probabilem] *2.Cor.*10. Non enim qui ſeipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commendat.

y Exhibere Deo] non mundo; carni, non Diabolo.

z Operarium inconfuſibiles] Hoc eſt ſecundum, ſcilicet bona operatio.

a Inconfuſibilem,] ideſt, talia opera fac, unde non confundaris in judicio. *Pſalm.* 126. Non confundetur, cum loquetur inimicis ſuis in porta. E contra dicitur ▲ de malis. *Phil.*

Vel aliter. *u* Teipſum] probabilem exhibere Deo in tollerandis pro Chriſto. *Sap.3.* Deus probavit illos, & invenit eos dignos ſe. *z* Operarium inconfuſibilem,] in agendis.

de malis. *Phil.3.* Gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt. Vel [Inconfuſibilem] ideſt non erubeſcat imitari Chriſti humilitatem, paupertatem, & laborem. Vel [Inconfuſibilem] ideſt indeficientem.

lem, a recte tractantem verbum Veritatis. b Prophana autem, & c vaniloquia d devita. e Multum enim proficiunt ad f impietatem, & g ſermo eorum, h ut cancer ſerpit. i Ex quibus eſt Himenæus, & Philetus, k qui a veritate exciderunt: l dicentes reſurrectionem jam factam, m & ſubvertunt quorumdam fidem. n Sed firmum fundamentum o Dei ſtat, p habens ſignaculum hoc. q Cognovit Dominus, qui ſunt ejus, & diſcedit ab iniquitate, r omnis

a Recte tractantem verbum Veritatis.] Hoc eſt tertium, ſc. prædicatio veritatis. Illi recte tractant verbum veritatis, qui ea bene utuntur ad feriendum peccata; ſicut miles bene ſcit tractare enſem, qui expedite, & prudenter pugnat in eo. *Jer.48.* Maledictus, qui prohibet gladium ſuum a ſanguine. Vel ſicut agricola inſtrumentum ſuum, quo acquirit ſibi victum, bene tractat, & cuſtodit; ſic Prædicator debet verbum veritatis fideliter tractare, ne ærugi-nem contrahat per alicujus humoris admixtionem, vel per diſſuetudinem exercitii. Item ſicut vir uxorem tractat bene, quando ea non abutitur ad ſterilitatem, ſed utitur ad fructum, ſic Prædicator debet tractare veritatem, non quærens ex ea datum, ſed fructum: non expletionem cupiditatis, ſed ſalutem animarum. 2. *Cor.* 2. Non ſumus ſicut plurimi adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate ſicut ex Deo coram Deo in Chriſto loquimur. Item 2. *Cor.* 4. Non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis. Quod autem veritas ſit ſponſa, habetur *Sap.* 8. Hanc amavi, & exquiſivi eam a juventute mea, & quæſivi ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Vel [Recte tractantem, &c.] ideſt, ſecundum capacitatem audientium miniſtrantem frumentum cibi. *Luc.* 2. Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſuram. Sic ergo notantur hic tria, ut dictum eſt. Primo, quomodo ſollicite ambulandum ſit cum Deo per cœleſtium contemplationem. *Mich.* 6. Sollicite ambulare coram Deo tuo. Secundo, quomodo operandum ſit tibi tantum. Tertio, quomodo docendus ſit proximus.

De perſ. d. ſ. ſignum.

Aliter. *a* Recte tractantem, &c.] in dicendis. Primum ad Martyres, ſecundum ad Confeſſores, tertium ad Doctores ſpiritualiter pertinet.

b Prophana autem verba] ut hæreſes.

c Et vaniloquia] ut verba Philoſophorum, quæ ſine fructu ſunt.

d Devita.] q. d. pernicioſa, & fabuloſa, ſive inania & inania non loquere. 1 *Tim.* 6. Devitans prophanas vocum novitates. 1 *Tim.* 4. Ineptas & aniles fabulas devita. Item 1. *Tim.* 1. Neque intenderent fabulis, & Genealogiis interminatis, quæ quæſtionem præſtant.

e Multum enim proficiunt] ideſt efficacia ſunt.

f Ad impietatem] ideſt contra cultum Dei. *Inf.* 3. Mali homines & ſeductores proficiunt in pejus.

g Et ſermo eorum,] ideſt hæreticorum.

h Ut cancer ſerpit.] *Gl.* ideſt a parvo ad majus paulatim tendit, quæ ſana ſunt corrumpendo, & ita ad impietatem trahendo. Cancer enim in principio eſt quaſi poſtula, deinde totum membrum paulatim occupat. Similiter eſt de hæreſi, & ideo cum omnia alia ſub ſigillo confeſſionis debeat Sacerdos abſcondere, ſolam hæreſim debet revelare, ſi in ea perſiſtat, quia in hoc imminet periculum Eccleſiæ. Lepra illa hæreſis eſt cancer univerſalis, de quo *Lev.* 13. Si creverit lepra in cute, contaminabit eum Sacerdos, ideſt contaminatum oſtendet, & publicabit. *i* Ex quibus eſt Himenæus & Philetus] Hos nominat, ut ab his ſpiritualiter caveat. Simile. 1. *Tim.* 1. Ex quibus Himenæus, & Alexander, quos tradidi Satanæ. Et *ſup.* 1. Philetus, & Hermogenes.

k Qui a veritate exciderunt:] ideſt ex toto ceciderunt, q.d. in ea olim fuerunt, & ideo magis noxii ſunt, quia ad hoc creditur eis. 1. *Jo.* 2. De nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. Item illi a veritate excidunt, qui ſequuntur umbram legalium, vel umbram temporalium. *Gal.* 5. Qui lege juſtificamini, a gratia excidiſtis. *Eccl.* 34. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum; ſic qui attendit ad viſa mendacia. Et poſtea dicitur: Multos errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis. Exciderunt a re qui ſequuntur ſomnia; a corpore, qui ſequuntur umbram.

l Dicentes reſurrectionem jam factam] ideſt, dicentes quod prophetiæ, quæ ſunt de reſurrectione mortuorum, impletæ ſunt in eis, qui reſurrexerunt cum Domino, ut dicitur *Matth.* 27. Aut cum eis, qui per gratiam quotidie in anima vivificantur. Unde dicunt non eſſe reſurrectionem corporum generalem, ſed nos utramque reſurrectionem prædicamus. Primam animarum, ſecundam corporum. De prima dicitur *Col.* 3. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt, ſapite. Et *Jo.* 11. dicit Dominus. Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me, &c. De ſecunda 1. *Cor.* 15. Si in hac vita tantum ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. *Rom.* 6. Si mortui ſumus cum Chriſto, credimus, quia ſimul vivemus cum ipſo.

m Et ſubverterunt quorumdam fidem.] ideſt, quoſdam a fide ſubvertunt, & ideo magis vitandi ſunt. Sed licet reprobi, ſubvertuntur.

n Sed firmum fundamentum Dei] ideſt electi, & fundati a Deo in fide.

o Stat firmum] ideſt perſeverat. *Matth.* 15. Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, radicabitur, q.d. plantati a Patre meo non eradicabuntur; ſive fundati in eo, quod idem eſt. 1. *Cor.* 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. *Matth.* 7. Deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat ſupra firmam petram. Fundamentum ergo ſtat, ideſt perſeverat.

p Habens ſignaculum hoc.] ſc. ſtare, & perſeverare, q.d. hoc ſignum eſt, quo Dominus ſignat ſuos, ſc. perſeverantia. Hoc eſt Tau, ultima ſc. littera in Alphabeto. *Ezech.* 9. Omnem, ſuper quem videris Tau, ne occidatis. *Gen.* 37. Fecit ei talarem veſtem pater ejus: ſecundum aliam litteram: Hoc ſigno cognoſcit Dominus ſuos. *Joan.* 10. Cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. Unde ſubdit:

q Cognovit Dominus qui ſunt ejus] *i.* eos, qui ſunt de familia, qui habent ſignum ejus. Unde talibus perſeverantibus dicit *Luc.* 22. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, q.d. bene cognoſco vos. Unde ſubdit: Ego diſpono vobis, &c. Vel aliter. [Cognovit Dominus.] Reſpondet Antipophoræ; quæ poſſet fieri, ex quo ſermo hæreticorum ſic ſerpit. Quare ergo permittit Dominus eos permanere, videtur, quod ignoret eos. Reſpondet, quod novit ſuos, q. d. in illa ineffabili præſentia Dei multi, qui foris videntur, intus ſunt, & multi qui intus videntur, foris ſunt, ideſt ex his quos novit Dominus nemo in æternam damnationem ſeducitur, quia [cognovit Dominus, qui ſunt ejus] nondum aperuit judicium, ſed jam factum eſt in notitia Dei; novit enim, qui permaneant ad coronam, & qui ad flammam. Novit triticum, & paleam. *Matt.* 3. *Job* 38. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſtis, quæ præparavi in tempus hoſtis, in diem pugnæ, & belli, ideſt, quos inter duos & frigidos peccatores fieri Prædicatores, & fidei defenſores elegerim, cognoviſti? Qu. d. non, ſed ego novi. Vel aliter.

n Fundamentum ſtat firmum habens, &c.] ſc. [Cognovit Dominus, &c.] Iſtius ſigilli duæ ſunt partes. Prædeſtinatio Dei, vocans, juſtificans, & conſervans: & liberi arbitrii cooperatio. Primum eſt quaſi ſigillum: ſecundum eſt quaſi contra ſigillum. De his duobus ſubdit, & primo de primo, dicens:

q Cognovit Dominus, qui ſunt ejus] ideſt amat, & defendit eos, quos prædeſtinavit. *Prov.* 12. Novit juſtus animas jumentorum ſuorum; viſcera autem impiorum crudelia. *Prov.* 27. Diligenter agnoſce vultus pecoris tui. Deinde aliam partem ſignaculi de *Iſ.* 55. ſumit, dicens:

q Et diſcedit ab iniquitate] non dicit ab iniquis, quia hic eſt palea cum grano. *r* Omnis, qui nominat] vera nominatione, ſcilicet Theologica, [vel invocat nomen Domini.] 1. *Cor.* 12. Nemo poteſt dicere Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto. Et nota, quod ait [Diſcedit.] Iſaias enim videns in homine liberum arbitrium,

A ita admonet

Vel aliter. *n* Habens ſignaculum hoc] i. hoc menti impreſſum, ſc. quod *q* Cognovit Dominus, &c.] Juſtus enim hæc duo habet in memoria impreſſa. Cognitionem Dei, & ejus voluntatem. De cognitione dicit: [Cognovit Dominus, &c.] De voluntate ejus dicitur: [Et diſcedit ab, &c.] *Aliter.*

A In magna autem

ita admonet diſcedere ab iniquitate. *Iſ.* 55. Derelinquat impius viam ſuam, &c. Prima autem auctoritas: Novit Dominus, qui ſunt ejus ſervi, ſecundum *Chr.* forte eſt de *Deut.* 31. Scio enim cogitationes ejus, quæ facturus ſit hodie, antequam introducam eum in terram, quam ei pollicitus ſum.

qui † nominat nomen Domini. *a* In magna *b* autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, *c* ſed & lignea, & fictilia, *d* & quędam quidem in honorem, *e* quædam autem in contumeliam. *f* Si quis ergo emundaverit ſe ab iſtis, *g* erit vas in honorem ſanctificatum, *h* & *i* utile domino ad omne opus bonum paratum. *k* Juvenilia autem deſideria fuge, *l* ſectare *m* vero juſtitiam, fidem ſpem, *n* charitatem, *o* & pacem cum *p* his qui invocant Dominum *q* de corde puro. *r* Stultas autem, *ſ* & ſine diſciplina quæſtiones *t* devita

al † invocat.

Ex his duobus, ſive per hæc, ſc. quod homo ex libero arbitrio diſcedat ab iniquitate, & quod Deus prędeſtinatum munit, & conſervat, fit omnis bona impreſſio in homine juſto, tam in cogitationibus, quam in affectionibus, quam locutionibus, & operibus, per quæ apparet omnibus tam bonis, quam malis amicis, & inimicis, quod Dei ſit ſignatio iſta ex prædeſtinatione, tanquam ex aureo ſigillo, & libero arbitrio, ex cooperatione, tanquam contrario ſigillo. *Rom.* 8. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit, juſtificavit, & glorificavit. Et habent ſe hæc, ut cauſa, & effectus, ut ſit prædeſtinatio cauſa vocationis, juſtificationis, juſtificatio vocatio glorificationis. *Gl.* autem hic additur: Quos præſcivit, & prædeſtinavit. Sed nota, quod præſcientia non eſt cauſa prædeſtinationis, quia ſi ſumitur ex ſimplici notitia, tunc generalius eſt; ſi vero ſcientia approbationis, aut finali, aut non: ſi finali; tunc idem: ſi non finali, tunc ſe habent, ut excedentia, & exceſſa. Sic enim quoſdam præſcivit, quos non prædeſtinavit; & e contra. *Job* 9. Stellas claudit ſub ſignaculo. *Cantic.* 8. Pone me, ut ſignaculum ſuper brachium tuum, ideſt, in operationibus. Vel ſignaculum ſuper cor tuum, ideſt in cogitationibus tuis, & affectionibus, ut ſigillum ſuper brachium tuum, ideſt in operationibus.

A *a* In magna autem] q. d. quidam ſunt ſubverſi, ut dictum eſt, quidam ſunt ſignati. Et non mirum, quia [in magna domo, &c.] Vel aliter continua. Supra dixit, hæreticos eſſe, qui alios ſubvertunt, hic autem oſtendit, quare Dominus ſuſtinet eos, quia propter utilitatem bonorum, qui per ipſos purgantur. *Pſ.* 67. Congregatio taurorum in vaccis populorum, ut excludat eos, qui probati ſunt argento. 1.*Cor.* 11. Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant. Et hoc eſt: [In magna domo] in Eccleſia. *b* Non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea] ideſt, boni, qui ſunt aurei per Sapientiam, & argentei per doctrinam, ſicut Paulus, de quo *Act.* 9. Vas electionis mihi eſt iſte, &c. Et *Eccl.* 51 Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo.
c Et lignea & fictilia,] ideſt mali, qui ſunt lignei incendio apti; & fictiles, ideſt factioni propinqui. Et ſicut alia vaſa proſunt in domo, ita mali etiam hæretici proſunt bonis.
d Et quædam quidem in honorem,] ita boni, qui ſunt in honorabiles actus.
e Quædam autem in contumeliam.] ideſt in contumelioſos actus, ſc. mali, in quibus colliguntur. *Oſee* 8. Devoratus eſt Iſrael, nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum. *Chr.* Quid eſt in contumeliam, vel in hanc vocationem, ideſt non utitur illis Deus in uſu pretioſo, ſed immundo. Verbi gratia. Avarus, vane glorioſus, caupo, negotiator in opere ſunt, ſed immundo; aureum autem vas circa menſam volvitur regalem, ſicut in templo diverſa vaſa erant, ſed circa menſam Domini aurea tantum, ideſt, *Theologo*, circa menſam ſac. Scripturæ. Sed iſta vaſa hodie converſa ſunt in vaſa ſtercorea, 1. *Mach.* 3. Templum ejus ſicut homo ignobilis, vaſa gloriæ ejus captiva abducta ſunt. *Dan.* 5. habetur, quod Balthaſſar de vaſis templi, quæ aſportaverat pater ejus, bibit vinum luxuriæ, & ebrietatis, ideſt Diabolus. E contra Dominus aliquando vaſa contumeliæ convertit in vaſa honoris, & gratiæ, ſicut dicitur de Magdalena: In vas tranſlata gloriæ, de vaſe contumeliæ. *Rom.* 9. Nunquid non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam? Et *inf.* Suſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam. *Sap.* 15. De eodem luto fingit, quæ ſunt munda in uſum vaſa, ſimiliter, quæ his ſunt contraria: horum autem quis ſit uſus, judex eſt figulus. [Si quis ergo] Poſſet aliquis dicere, vas ligneum, aut fictile non poteſt fieri aureum; ergo nec mali homines boni, quos ſic comparat. Reſpondet quod imo per ſolam emundationem. Juxta illud *Prov.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Et hoc eſt: [Si quis ergo emundaverit ſe] recedendo [ab iſtis] vaſis, ſc. contumeliæ, ut ſc. actus, & mores malorum non imitetur.
g Erit vas in honorem] quantum ad Deum. *h* Sanctificatum,] in ſe, ideſt mundatum fide & operibus. *Act.* 15. Fide purificans corda eorum. *i* Et utile] proximis, alios ſc. acquirendo. [Domino.] Ad idem *Matth.* 21. Dicite, quia Dominus his opus habet. Sed contra. Bonorum meorum non eges. Sol. 1. *Cor.* 3. Dei adjutores ſumus. *Chr.* ſi quis expurgaverit ſe. Vas teſteum fuit Paulus, ſed factus eſt aureum, non eſt naturalis neceſſitas, ſed electionis eſſe vas teſteum. Naturaliter enim nec aurum fit teſta, nec e contra. Judas fuit vas aureum factus eſt teſteum. Igitur ex immunditia fit teſta, adulter, avarus, &c. Qualiter ergo dicit 2.*Cor.* 4. Habemus theſaurum in vaſis fictilibus. Sed ibi dicit, corpus noſtrum, quod nihil aliud eſt, niſi lutum coctum, ideo cito conteritur. Et infra illic de natura diſputat, hic de electione; omne opus bonum paratum, in hoc notatur obedientia voluntaria, & prompta; non ad unum, ſed ad omne; non ad verba tantum. *Exod.* 19. Omnia, quæ præcepit nobis Dominus, faciemus. *Pſ.* 118. Paratus ſum, & non ſum turbatus, ut cuſtodiam mandata tua. *Jer.* 17 Non ſum turbatus te paſtorem ſequens. *k* Juvenilia, &c.] vel aliter continuatur ad præcedens ſecundum *Gl.* Quaſi aliorum prophana, & vaniloquia devita, in te autem, [Juvenilia deſideria fuge] ideſt, quæ ſolent habere juvenes, ut luxuriam, immunditiam, & hujuſmodi. 1.*Cor.* 13. Cum eſſem parvulus, ſapiebam ut parvulus, quando autem factus ſum vir, evacuavi, quæ erant parvuli. 1.*Reg.* 10. dicitur, quod ex quo Saul unctus fuit in Regem, mutatus eſt in alterum virum. *Pſ.* 76. Hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi. *Job* 12. In antiquis eſt Sapientia, ideſt eſſe debet. Hodie antiqui in ætate, & viri in virtute quando inunguntur mutantur in juvenes & effeminatos, infatuantur enim prælatione carnali amore, & ideo væ eſt Eccleſiæ. *Eccl.* 10. Væ tibi terra, cujus Rex eſt puer, ideſt cujus Prælatus puerilia ſequitur deſideria; ſicut Roboam, qui derelicto conſilio ſenum, ſecutus eſt conſilium juvenum. 3. *Reg.* 12. Et nota, quod dicit. [Deſideria] multo fortius opera & verba.
l Sectare] vero notat frequentiam & attentionem, quia malum offert ſe, bonum autem quaſi fugit, ideo ſemper quærenda eſt faciendi bonum opportunitas.
m Juſtitiam,] in juſtificando te. *n* Fidem, ſpem, charitatem] quantum ad Deum, unum quantum ad veritatem ſummum, alterum quantum ad bonitatem.
o Pacem] cum proximis. *Hebr.* 12. Pacem ſequimini cum omnibus. *Rom.* 12. Cum omnibus hominibus, quantum in vobis eſt pacem habentes, maxime autem [Cum his, qui invocant, &c.] Vel aliter: Quaſi hæc omnia ſectare.
p Cum his] ſicut hi, qui invocant. Unde ſubdit:
q De corde puro.] non tantum de labiis, ut hypocritæ. *Matth.* 15. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me. [De corde puro,] ideſt, conſcientia pura. *Pſ.* 49. Peccatori autem dixit Deus, &c. *Eccl.* 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. 1.*Cor.* 1. Cum omnibus qui invocant nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti in omni loco ipſorum, & noſtro gratia vobis, & pax. *Joel.* 2. Omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.
r Stultas] quaſi dicat, prædicta ſectare. [Stultas autem quæſtiones,] ideſt, quæ non pertinent ad Dei defenſionem.
ſ Et ſine diſciplina] ideſt, quæ non pertinent ad morum ædificationem.
t Devita] quia fructu carent, & nocent. *Supr. eodem.* Noli verbis contendere, &c. Cum adducit a quæſtionibus nonne ſufficiebat evertere eos, utique ſi novit inutiles tales agones, quoniam nullus erit finis, ſed pugna? Vel [Stultas, & ſine diſciplina, &c.] Hoc dicit, quia multi ſtulte quærunt, quoniam de inutilibus ſciendis ſolliciti ſunt, & in quærendo indiſciplinati ſunt, quia cum lite quærunt, & ſic peccant tam in modo quæſiti, quam in modo quærendi. Unde *Auguſt. in lib.* Confeſ-

Confeſſionum narrat, quod cum quidam quæreret ab aliquo, quid Deus feceſit antequam mundum creaſſet, reſpondit ei, præparabat infernum ad deſtruendum te, & conſimiles quærentes. Sunt autem quædam utiles quæſtiones, quæ fidem defendunt, vel mores, de quibus 1. *Pet.* 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt fide, & ſpe. Devita dico, *a* Sciens quia generant lites] non ædificationem fidei, vel motum. *Supr. eod.* Ad nihil valent, niſi ad ſubverſionem audientium. *b* Servum autem Domini non oportet litigare,] ergo qui litigant, non ſunt ſervi Dei.

A *c* Litigare,] tempus litibus expendere. 1. *Cor.* 11. Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei.

a ſciens quia generant lites: *b* ſervum autem Domini non oportet *c* litigare, *d* ſed manſuetum eſſe ad omnes, *e* docibilem, patientem, *f* cum modeſtia *g* corripientem eos, qui reſiſtunt veritati, *h* ne quando *i* det illis Deus pœnitentiam *k* ad cognoſcendam veritatem, *l* & *m* reſipiſcant a diaboli laqueis, *n* a quo *o* captivi tenentur *p* ad ipſius voluntatem.

C A P. III.

HOc *q* autem ſcito, quia in noviſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, *r* & erunt homines ſeipſos amantes,

d Sed manſuetum eſſe, &c.] Hæc quæ dicuntur hic ſpecialiter, quærunt DD. manſuetum eſſe, i. infatigabiliter docere, & patienter fructum expectare, & hoc eſt [Manſuetum] eſſe, i. tractabilem [ad omnes] etiam malos, ut ſic attrahat eorum affectus. *Ezech.* 3. Ut adamantem, & ſilicem dedi faciem tuam, quod fit per manſuetudinem, qui dicitur adamas, quia etiam ferreos attrahit: & per patientiam, quæ comparatur ſilici, quia omnia ſuſtinet. *Matt.* 5. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. *Pſ.* 36. Manſueti autem hæreditabunt terram. *e* Docibilem] i. infatigabilem in docendo, quaſi ſemper paratum, & voluntarium ad docendum. Manſuetudo attrahit, ut dictum eſt, affectus auditorum: doctrina autem illuminat intellectus eorum. Sed quia nec ſic homines converti volunt niſi maximo labore, ſicut dicitur *Ezech.* 24. Multo labore ſudatum eſt, & non exivit ex ea rubigo nimia ejus, ideo oportet, quod Prædicator ſit patiens in expectando fructum, i. converſionem auditorum. Unde ſubdit: *f* Patientem] *Jac.* 5. Ecce agricola expectat pretioſum fructum. *Chr.* Hoc maxime oportet DD. Piſcatores enim etſi nihil capiunt per totum diem, non tamen deſiſtunt. Unde *Luc.* 5. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. *Chr.* Non eſt hominem audientem continue nihil pati, i. vix contingit, quin conteratur, qui audit continue. Cum ergo nobis ceſſantibus totum perdit. Tale ſit quale ſi imperitus agricola vineam plantat, & fodit in primo anno, in ſecundo quærens fructum ſumere, & in tertio, quibus prætereuntibus jam derelinquit in quarto, quando retributionem laborum erat percepturus. Sed quia manſuetum dixerat, ne manſuetudo ſit remiſſa nimis, ſubdit de correctione facienda. *f* Cum modeſtia] inquit [corripientem] q. d. cum hoc quod modeſtus eſt, i. lenis in mente, & manſuetus debet habere correctionem in ore. *Chr.* Nec eſt hoc contrarium, quod dicitur *Tit.* 2. Argue cum omni imperio, quoniam hoc manſuetudinis eſt. Sic ergo ſimul correctio, & manſuetudo, vel correctio ex manſuetudine proveniat. Et hoc eſt [Cum modeſtia,] ideſt mentis lenitate. *g* Corripientem eos qui reſiſtunt] Veritati ſc. vitæ, ut mali Chriſtiani; & veritati doctrinæ, ut hæretici; & veritati juſtitiæ, ut mali Prælati. *Gal.* 6. Vos, qui ſpirituales eſtis, corripite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *Chryſ.* Licet in manſuetudine tangere magis, quam eum temeritate evertere: oportet enim, qui debet aliud utilium diſcere, ante omnia delectabiliter ſe habere ad magiſtrum; alioquin nihil licitum fiet: delectabiliter autem non ſe habebit aliquis ad temerarie loquentem ac conviciantem. Unde *Gl.* hic: Ecce patet, quod nec deeſſe voluit fratrum correctioni, nec ſtudere certamini; multi enim homines, cum a ſomno excitantur, litigare volunt; qui rurſus dormire, cum litigare prohibentur. Corripientem dico. *h* Ne quando] i. ut vel ſi aliquando, etſi non ſtatim. *i* Det illis Deus pœnitentiam] q. d. aliter inaniter exterius laborat lingua Prædicatoris, niſi intus gratia operetur conditoris, ut dicit *Greg.* Ut enim Petrus amare fleret, reſpexit eum Dominus. *Matt.* 26. Et Gallus ſimiliter cantavit, quia ad converſionem peccatoris concurrunt doctrina exterius, & interius divina gratia.

k Ad cognoſcendam veritatem] Vexationem enim pœnitentiæ ſequitur intelligentia veritatis. *Iſ.* 28. Tantummodo vexatio, &c. Item pœnitentia cordis, quæ oculum purgat a luto peccati, ſequitur intuitus luminis. *Matt.* 5. Beati mundo corde, &c. *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit Sapientia, &c. Cognita autem veritate magis ac magis diligitur bonitas Dei, & cavetur fallacia, & perplexitas mundi vel peccati. Unde ſubdit.

l Et reſipiſcant] ideſt ad ſaporem boni convertentes ſe recedant. *m* A Diaboli laqueis,] ideſt perplexitatibus Diaboli, & amore mundi. *Gloſſ.* Reſipiſcere eſt quaſi relapere. De his laqueis 1. *Tim.* 6. Incidunt in laqueum, & in tentationem Diaboli, &c. *n* Quo] Diabolo.

o Captivi tenentur] in carcere peccati. *p* Ad ipſius voluntatem] exequendam. *Jo.* 8. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Sed contra voluntas Diaboli eſt ſtatim perdere, & præcipitare. Unde *Iſ.* 10. Ad conterendum erit cor ejus, & ad internecionem gentium non paucarum. Unde *Jo.* petiit ad conterendum. *Jo.* 1. & 2. Item in porcos intrans legio eos ſubmerſit. *Matth.* 8. Sol. Non dicit perduntur, ſed tenentur, permittitur enim tenere, non perdere. *p* Ad ipſius voluntatem.] ideſt, in peccato, quod placet Dæmonibus.

E X P O S I T I O   C A P. III.

HOc autem ſcito,] Hæc eſt ſecunda pars Epiſtolæ, in qua inſtruit eum de noviſſimis temporibus. Primo, oſtendens quoniam erunt periculoſa, & quare? quia ſc. abundavit amor proprius, & poſtea ſubjungit ſequentia ad amorem proprium. Secundo oſtendit, quod erunt periculoſa, quia abundavit hypocriſis; ibi: [Habentes quidem ſpeciem.] Tertio, quia abundavit avaritia & luxuria, ibi [Ex his enim ſunt, &c.] Quarto, quia abundavit contradictio, & rebellio, ibi [Quemadmodum autem Jannes.] Quinto, oſtendit ei, qualiter poterit ſe contra hoc defendere, ibi [Tu autem aſſecutus.] Sexto, quod boni, & juſti in his diebus multas tribulationes patientur, ibi [Et omnes qui volunt.] Ultimo invitat eum ad perſeverantiam, & ut permaneat in ſtudio S. Script. ibi [Tu vero permane.] Vel aliter: Quinque partes. Poſtquam dixit diverſa vaſa in domo Dei eſſe. Primo de malis vaſis dicit. Prima autem pars hujus cap. eſt de malis ultimi temporis Antichriſti. In ſecunda oſtendit, quod ſunt præcurſores de numero illorum, ſecundum illud 1. *Jo.* 4. Multi Pſeudo prophetæ exierunt in mundum. Item 1. *Jo.* 2. Nunc Antichriſti multi ſunt, ibi [Ex his ſunt.] In tertia docet Timotheum pugnare contra hæc mala triplicibus armis, ſc. ſcientia, virtutibus, & exemplis, ibi [Tu autem aſſecutus es.] In quarta generalem ſententiam ponit de bonis & malis, ibi [Et omnes qui, &c.] In quinta utilitatem totius ſac. Script. commendat, ibi [Tu vero permane in his, quæ didiciſti.] Dicit ergo: *q* Hoc autem autem ſcito,] q. d. dixi profana & ſtulta devita. Ad ipſam autem vitanda. [Scito, quod in noviſſimis diebus inſtabunt] Sanctis tempora periculoſa.] Vel [ſæva.] Et ſecundum *Chr.* difficilia, i. periculum inſtabit Sanctis & temporibus ultimis pro malitia, & inſtantia hominum. *Chr.* Non diebus detrahit, vel temporibus, ſed hominibus. 1. *Tim.* 4. Spiritus manifeſte dicit, quod in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium. De hoc dicitur *Dan.* 12. & *Matth.* 24. & *Marc.* 13. Dies illi tribulationis, quales non fuerunt ab initio creaturæ, &c. Tunc enim conflabitur una perſecutio ex Tyrannis, hæreticis, & hypocritis. Ibique require de hoc. Hæc eſt autem cauſa periculi, quam ſubdit. *r* Et] i. quia [erunt homines ſeipſos amantes,] Incipit a radice, i. ab amore ſui. *Phil.* 2. Omnes quæ ſua ſunt quærunt. Et hoc provenit ex hoc quod refrigeſcit charitas multorum. Quando ergo refrigeſcit charitas ab amore Dei, & proximi, convertitur ad amorem ſui. Sicut ſolet dici de ribaldo, qui quando magnum frigus eſt, amplectit ſe brachiis, ut ſic calefaciat ſe quoquo modo, & dicitur deriſorie, iſte ribaldus multum diligit ſe, qui ſic ſe amplectitur. Ita eſt in nobis. Ex hoc enim, quod ita amplectimus nos, & fovemus nos, vel ea, quæ pertinent ad nos. Verbi gratia, verba, & opera noſtra, quæ defendimus, & excuſamus, & opiniones, & ſententias noſtras ſuſtinemus. Lætatur enim homo in ſententia oris ſui, ut dicitur *Prov.* 15. Ex hoc patet, quod nos diligimus nos nimis. *Chr.* Omnium malorum cauſa eſt hæc

ſcilicet

ſcilicet amor ſui, & radix, & fons, cum homo, quæ ſua ſunt ſolum cogitat, non quæ alterius. Si enim invicem ſumus membra. *Rom.*12. 1.*Cor.*12. *Epheſ.*4. Salus proximi ſalus tua eſt. Dolor unius membri univerſitendit doloribus, ſi ædificatio Dei ſumus, quæcumque pars patitur, pars reliqua læditur. Ideo dicitur 1. *Cor.* 10.
B Nemo, quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius. *Gal.*6. Alter alterius onera portate. *Phil.*2. Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum.

a cupidi, *b* elati, *c* ſuperbi, *d* blaſphemi, *e* parentibus non obedientes, *f* ingrati, *g* ſceleſti, *h* ſine affectione: *i* ſine pace, k criminatores, *l* incontinentes, *m* immites, *n* ſine *o* benignitate, *p* proditores, *q* protervi, *r* tumidi, cæci

Ab amore autem ſui oriuntur omnia ſequentia mala, ſicut dicit *Gloſ.* Unde *Chr.* Quodlibet horum naſcitur ab altero. Amorem latum exiſtentem contrahit in locum brevem Philargyria, ideſt amor ſui, ab hac avaritia, ab avaritia elatio, ab elatione, ſuperbia a ſuperbia blaſphemia a blaſphemia deſperatio, a deſperatione inobedientia. Qui enim adverſus homines elevatur, facile adverſus Deum, & qui ad homines elevatur, facile proruit in contemptum ad Religioſos, multo magis ad Deum. Et *inf.* Contempſit fratrem Cain, illico & Deum. *Gen.*4. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? &c. Honoremus nos invicem, ut diſcamus & Deum honorare. *a* Cupidi,] pecuniæ. Cupiditas enim eſt ſitis argenti, ſive pecuniæ, quam habet febricitans, ſive hydropicus. Pecunia enim aqua eſt, aqua enim labilis eſt, & inſipida. Item non mota putreſcit, ſecundum illud: *Et vitium capiunt, ni moveantur aquæ.* Similiter divitiæ diſtributæ proſunt, ſed retentæ, & reſervatæ putreſcunt. *Jacob* 5. Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt. Item aqua non ſatiat, ſed inflat; ſimiliter divitiæ non replent deſiderium, ſed inflationem ſuperinducunt, ſecundum illud:

Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Eccl. 5. Avarus non implebitur pecunia, quaſi dicat, Hydropicus vel febricitans non ſatiabitur aqua. Unde *Chryſ.* Qui febricitat nunquam impletur, ſic & concupiſcentia pecuniæ ſemper ebrians. Dicit ergo. [Cupidi] pecuniæ.

b Elati] ad dominium ſive ad adipiſcendas dignitates.

c Superbi] *Gloſ.* De honoribus ſibi impenſis a ſubditis. Elatio reſpicit altum, ſuperbia excellentiam. *Pſal.* 104. Domine, non eſt exaltatum cor meum, per ſuperbiam; neque elati ſunt oculi mei per elationem, ideſt, nec placuit mihi alios excedere, nec placuit mihi in alto eſſe. *Prov.*6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, &c. oculos ſublimes, &c. *Iſ.*2. Oculi ſublimes humiliati ſunt. *Jer.* 22. Nunquid regnabis quoniam confers te cedro? Hoc eſt proprium elati dicere intra ſe, tu melior es Epiſcopus quam ille, tu nobilior, ſapientior, &c. quaſi dicat, tu altior es cedro. De ſuperbis dicit *Jac.*4 Deus ſuperbis reſiſtit, &c. *Job* 40. Reſpice cunctos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo. Ibi dicit *Greg.* Locus impiorum ſuperbia eſt. Sicut enim ex ſuperbia oritur impietas; ita in ſuperbia continetur impius; ergo in loco ſuo conteritur, quia ipſa ſuperbia, qua elevatur, opprimitur.

d Blaſphemi] in Deum per hæreſes. Item blaſphemia eſt quodammodo contra veritatem, non tantum verbo, ut hæretici: ſed etiam facto, ut illi qui dicunt, & non faciunt. *Chr.* Blaſphemia eſt Dei, tamen detrahit dogmati per opera. *Titum* 1. Confitentur ſe noſſe Deum, &c. *Matth.*12. Spiritus blaſphemiæ non remittetur. *Iſ.*52 Dominatores ejus inique agunt, non dicit, inique dicunt, ſed agunt, & jugiter tota die nomen Domini blaſphematur inter gentes per vos, ideſt per opera veſtra. Tales ergo lapidandi ſunt, ut dicitur *Lev.*24. Educ blaſphemum extra caſtra, & ponent omnes, qui audierunt, manus ſuas ſuper caput ejus, & lapidet eum univerſus populus. Duo dicit, manus imponere, & lapidare, quia talis dupliciter eſt arguendus factis, & dictis, i. exemplo operum bonorum, & increpatione verborum. *Eccl.* 22. In lapide luteo lapidabitur piger, ideſt ille, qui non facit, quod dicit, & omnes loquentur ſuper aſpernationem illius. Sequitur.

e Parentibus non obedientes,] carnalibus, vel ſpiritualibus, cum tamen dicatur *Eccl.*3. Qui timet Deum honorat parentes, & quaſi Dominus ſerviet his, qui ſe genuerunt in opere, & ſermone, & omni patientia. *Deut.* 21. Si genuit homo filium contumacem, & protervum, qui non audierit patris, & matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum, & ducent ad ſeniores, &c. lapidibus obruet eum omnis populus civitatis. De his, & de aliis multis, quæ in hoc loco dicuntur habetur *Rom.* 1. Detractores Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia. Et loquitur de Philoſophis, quod nunc competit clericis.

f Ingrati] beneficiis tam Dei, quam hominum. *Pſ* 108 Pro eo; ut me diligerent, detrahebant mihi. *Oſ.*7. Ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacium. *Sap.*16. Ingrati ſpes quaſi glacies hibernalis tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſupervacua. *Coloſ.*3. Grati eſtote.

g Sceleſti,] ut quando modum peccandi tranſcendunt. 2.*Mac.*9. Orabat autem hic Dominum ſceleſtus, a quo non erat miſericordiam conſecuturus. 2.*Mach.*5. Sceleſtis manibus ſumens vaſa tractabat indigne, & contaminabat. Hoc faciunt Clerici, & Sacerdotes qui vaſa Domini, imo etiam ipſum Dominum pollutis manibus contrectant.

h Sine affectione:] ad miſeros. *Prov.* 12. Viſcera impiorum crudelia. *Rom.*1. Sine affectione.

i Sine pace,] ideſt inquietantes alios. *Iſ.* 57. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. Vel [Sine pace,] æternitatis. 1.*Theſ.*5. Cum dixerint pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperveniet interitus.

k Criminatores] q.d. non ſolum ſunt inquietantes alios, ſed crimen aliis imponentes. *Lev.*19. Non eris criminator, nec ſuſurro in populis. Alia litera. [Detractores, ut dicit *Gloſſ.* & *Chr.* hanc ponit.

l Incontinentes] *Gl.* gulæ vel libidinis, non refrænantes malas cupiditates. *Chr.* Oculus, lingua, &c. membra, maxime autem cor tenendum eſt, quia nihil fugacius mente. *Eccl.* 30. Contine, & congrega cor tuum. *Prov.* 4 Omni cuſtodia ſerva cor tuum. *Eccl.* 15. Qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam. Hoc dicit, quia multi continentes ſunt caſti corpore, ſed non continentes juſtitiæ, ſed laudis ut hypocritæ: non enim amore juſtitiæ ſe macerant, ſed amore laudis, de quibus dicitur *Matth.*9: Receperunt mercedem ſuam.

m Immites] i. crudeles exercendo lites. *Eccl.*13. Immitis animus illius conſervabit verba tua, & non parcet de malitia tua, & de vinculis. Tales contraria paſſuri ſunt illi, de quibus dicitur *Matt.* 5. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.

n Sine benignitate] ideſt largitate, dum neſciunt ſubvenire aliis. Sic ſumitur benignitas. *Epheſ.* 4. Eſtote invicem benigni miſericordes donantes invicem.

o Proditores] ſecretorum, vel animarum, per fraudulentiam, ſc. *Gloſ.* Alterius, dum indicant inimicis priram, quæ occultanda noverunt. *Prov.*11. Qui ambulat fraudulenter revelat arcana; qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. 2.*Mach.*5. Auſus eſt, etiam intrare templum univerſa terra ſanctius Menelao Ductore, qui legum & patriæ fuit proditor. *Act.*7. Cujus vos nunc proditores, & homicidæ fuiſtis. Sic fuit in fine Synagogæ, & ſic erit, imo ſic eſt modo in fine Eccleſiæ, quia quis eſt Principum, vel ſæcularium, vel Eccleſiaſticorum, qui non habeat ſuos proditores? Bonum eſt autem eſſe proditorem ſecretorum Diaboli per confeſſionem ſui peccati. Secreta enim Diaboli ſunt ſuaſiones ejus ad peccatum, quæ ſi revelantur, confunditur Diabolus; & ultra ita confidenter non dicit homini ſua ſecreta. Hanc autem proditionem facit timor Domini. Unde *Sap.* 17. Nihil enim eſt timor, niſi præſumptionis adjutorium, proditio cogitationis auxiliorum. Timor enim facit prodi cogitationes in confeſſione, ad remedium, & auxilium Dei conſequendum. *Eccl.*1. Timor Domini expellit peccatum, ideſt prodit in lucem.

p Protervi] vel [procaces,] habitu, vel verbis, ideſt inverecundi. *Gloſ.* pudorem non ſervantes, ſed humanam verecundiam inverecunde agitantes. *Eccl.*20. Odibilis eſt qui procax eſt ad loquendum. *Deut.* 21. Si genuerit homo filium contumacem, & protervum, &c. lapidibus obruet eum omnis populus.

q Tumidi] inflato corde. *Col.* 2. Inflatus ſenſu carnis ſuæ, ideſt ſenſu carnali, quia talis ſcientia inflat. 1. *Cor.*8. Sed quia tumor mentis obſtaculum eſt veritatis, ut dicit *Greg.* ideo dicit:

r Cæci] non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, ut dicitur 1.*Tim.* 1. Nota, quod tria excæcant, humor, tumor, pulvis. Humor ignarus, tumor concretus, pulvis injectus. Humor luxuriæ, tumor ſuperbiæ, pulvis avaritiæ. His tribus incommodis laborant ſpeculatores,

emulatores Eccleſiæ Clerici, ſc. Sacerdotes, & Religioſi. Et ideo dicit *Iſ.*42. Quis cæcus, niſi qui venundatus eſt? & quis cæcus, niſi ſervus Domini?

a Voluptatum] quarumlibet, [amatores magis, quam Dei] ideſt carnales lætitias ſpiritualibus præponentes.

a voluptatum amatores magis, quam Dei. *b* Habentes quidem ſpeciem pietatis: *c* † virtutem autem ejus *d* abnegantes. *e* Et hos devita. *f* Ex his enim ſunt qui *g* penetrant domos, *h* & captivas ducunt *i* mulierculas k oneratas peccatis, *l* quę ducuntur *m* variis deſideriis, *n* ſemper diſcentes, *o* & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. *p* Quemadmodum autem *q* Jamnes, & Mambres reſtiterunt *r* Moyſi

al. † veritatem.

B

Chr. Argento, vel voluptate minus honoratur Deus. Etenim pro illis ſuſtinent homines pericula, inſidias, vigilias, peregrinationes, &c. nos autem propter Deum, nec verbum aſperum ſuſtinemus. *Mich.* 6. Ambulaſti in voluptatibus eorum, ut darem te in perditionem. *Iſ.*13. Sirenæ in delubris voluptatis, i. cantatrices & meretriculæ in domibus Sacerdotum & in cavernis Clericorum.

b Habentes quidem] q. d. tales ſunt in re, ut dictum eſt, tamen ſunt, habentes ſpeciem pietatis, ideſt, pellem ovis, cum ſint lupi. Eadem enim habent veſtimenta cum bonis; & ideo periculoſi ſunt. *Matth.*7. Attendite vobis a falſis Prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos, non a foliis. 2. *Corinth.*11. Operarii ſubdoli transfigurant ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum. Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis.

c Virtutem autem ejus] i. virtutem pietatis, i. quæ ipſa eſt abnegantes factis. Vel ſecundum *Gloſs.* [Virtutem ejus] ideſt charitatem de corde puro, &c. 1.*Tim.*1. quæ eſt virtus pietatis. Alia littera. [Veritatem ejus] ideſt rem pietatis.

d Abnegantes] facto. *Tit.*1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant.

e Et hos.] i. tales [devita *Chryſoſt.* Si in poſterioribus temporibus futuri ſunt, qualiter iſte eos vitabit? Sed dicendum eſt tunc fuiſſe tales aliquos, etſi non multos. *Chr.* Habentes, &c. qualiter ait *Roman.* 2. Confidis te, &c. & ita habentem formam ſcientiæ, & veritatis in lege, &c. qualiter ibi figurationem laudat, hic vitupérat? Solutio: Aliter ſumitur hic & *Rom.* 2. ſicut imago nunc pro idolo ſumitur, nunc pro femina. 1.*Cor.*11. Vir eſt gloria Dei, &c. Item pulchram mulierem quando laudare & admirari volumus, picturis aſſimilamus, & picturas tamen admirari nolumus, dicimus, quia loquimur, non idem facimus, ſed quia prope ſimilitudinem venit ibi prope pulchritudinem. Et *infr.* Hoc exemplar pietatis quaſi imago picta, & mortua. Et *infr.* Fides ſine operibus ſicut corpus pulcherrimum ſine fortitudine. *Jacob* 2. mortua.

f Ex his enim ſunt,] antichriſtiani, quaſi dicat: Nunc Antichriſti multi ſunt. 1.*Jo.* 2.

g Qui penetrant domos viduarum] ad litteram, i. ſubintrant, & diſcurrunt per domos ad decipiendum, quia hæreſis latebras quærit. Et dixit [Penetrant] quaſi de aula in cameram, ut ſecretius loquantur, & omnia ſecreta tua ſciant. *Eccl.*13. Ex multa loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis immitis animus illius, &c. *Eccl.*21. Pes fatui facilis in domum proximi ſui. Et nota, quod in hoc notantur tria. Inverecundia diſcurrendi per domos, aſtutia occulte, & latenter ſeducendi. Item curioſitas ſecreta aliorum inquirendi. Hoc modo non docuit Chriſtus, ſcil. in occulto. *Jo.*18. Ego palam ſemper locutus ſum mundo. *h* Et captivas ducunt] ideſt ſubdolis verbis, & verſutiis ſeducunt, *i* Mulierculas] prius, & per eas viros earum. *Chryſ.* Vides eos frequentare actus Diaboli, qui Adam per feminam cœpit. [Mulierculas]. Non dicit mulieres, ſed mulierculas, ut non tantum ſexum, ſed etiam ætatem juventutis deſignet. Ad litteram enim tales ducunt captivas. Unde ſicut dicit *Hieron.* Vix invenies aliquem hæreticum caſtum. *Eccleſ.* 28. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, de omnibus ſcilicet ſuis, & privavit illas, ſcilicet laboribus ſuis. Vel ſecundum *Gloſs.* [Captivas duxit mulierculas] viros ſeductibiles, quaſi mulieres, ſeducunt. Tales ſunt hodie Sacerdotes, & Clerici, qui habent curam animarum. *Iſ.*27. Venientes & docentes eam. *Iſ.* 3. Effeminati dominabuntur eis.

k Oneratas peccatis,] *Gloſſ.* & ideo dignæ erant ſeduci. *Chr.* Hoc vehementer proprie dixit, multitudo enim peccatorum cauſa eſt ſeductionis. *Pſ.*37. Sicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me. Et poſt ſeq. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ, Inſipientia enim, ſive ſeductio ſequitur peccatum: peccatum enim obſcurat. 2.*Th.*2. Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut ſalvi fierent, ſed ſupple cupiditatem vanitatis, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. Unde ſubdit:

l Quæ ducuntur variis deſideriis] *Eccl.* 9. Ne reſpicias mulierem multivolam, ne forte incidas in laqueos illius. Dicitur autem multivola, quia multos vel multa vult, Et hoc eſt quod dicit:

m Variis deſideriis] *Chryſ.* Gloriæ ſc. laſciviæ honoris fortaſſis & turpes enigmatice inſinuavit concupiſcentias. Seducitur autem homo, dum dicitur per deſiderium, ſicut oculus ſequitur affectum, frequenter, quod enim placeat affectui, hoc bonum eſſe judicatur, & ita ſeducitur homo per deſiderium. Contra quod dicit *Job* 31. Si ſecutus eſt oculus cor meum. Ex quibus deſideriis ſunt,

n Semper diſcentes] ideſt ſemper curioſe inquirentes, & curioſa diſcentes.

o Et nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes] Diſcunt vanitatem, & nunquam ſciunt veritatem. *Gloſs.* Quaſi ſemper ambulant, & nunquam ad viam perveniunt, & hoc eſt, quia per anfractus viarum exorbitant. *Heb.*5. Etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, ut vos doceamini, quæ ſint elementa exordii ſermonum Dei. Et nota plures cauſas quare qui ſemper diſcunt, nunquam vere ſciunt veritatem. Prima eſt, quia qui nimia comedit, non digerit, & ita nocet ei; ita qui multa audit, & nihil retinet nihil ſcit. Multi enim una die volunt omnia capere; & ideo nihil habent. *Prov.* 13. Subſtantia feſtinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Item *Prov.* 19. Qui feſtinus eſt pedibus, offendit. Item *Prov.*25. Mel inveniſti, comede, quod ſufficit tibi. Et in *eod.* Sicut qui multum mel comedit, &c. Vel comedens, & non dirigens eſt multa ſciens, & non faciens, & tali nocet ſcientia. *Bern.* Sicut multum comedenti, & non dirigenti noxium eſt homini, ita multa ſcienti, & non facienti peccatum eſt illi. Secunda cauſa eſt, quia ordinem in diſcendo non ſervant, ut primo minora, poſtea majora. 1.*Cor.* 3. Tanquam parvulus in Chriſto lac vobis potum dedi. Tertia cauſa eſt, quia non curant, nec amant, ſed volunt ſcientes videri. Tales ſcientiam veritatis non ſequuntur, quia non habent initium hujus. *Sap.*6. Initium illius eſt veriſſima diſciplinæ concupiſcentia. *Job* 34. Nunquid qui non amat judicium ſanari poteſt? Quarta cauſa quia ingenio ſuo & ſtudio confidunt non in Deo, qui dator eſt Sapientiæ. *Jacob* 1. Si quis indiget Sapientia, poſtulet a Deo, qui dat omnibus, &c. Quinta cauſa eſt, quia pigri ſunt, nec volunt laborare ad Sapientiam conſequendam. *Eccleſ.* 6. Quaſi is, qui arat, & qui ſeminat, accede ad eam. Sexta cauſa eſt, quia quod audiunt, ſollicite non repetunt. Animal autem quod non ruminat immundum eſt. *Lev.* 11. Septima cauſa eſt, quia ſollicitudo mundi ſuffocat ſemen verbi Dei. *Luc.* 8. Spinæ ſimul exortæ ſuffocaverunt illud. Octava cauſa eſt immunditia vitæ, quæ ſapientiam excludit. *Sapient.*1. In malevolam animam non intrabit Sapientia, &c. *Matth.* 5. Beati mundo corde, &c.

p Quemadmodum autem] ſecundum *Chr.* ſic continuatur, q.d. ne turbemur, ſi ſunt viri pernicioſi, &c. fuerunt enim in tempore Moyſi, & ante Cain, Abel, & Abraham & Pharao, Jacob & Eſau, Moyſes & Magi, Prophetæ & Pſeudo-Prophetæ, Apoſtoli & Pſeudo, Chriſtus & Antichriſtus.

q Jamnes & Mambres] duo fratres Magi, de quibus *Exod.*7. & 8. ſed nomina non ſunt ibi, ſed in apocryphis invenit ea Apoſtolus, ut dicit *Gloſ.* vel per Spiritum ſanctum, ut addit *Chr.* *r* Reſtiterunt Moyſi] uſque ad tertium ſignum quod fuit, ſc. ſignum, & plaga; nam alias fuit quartum. Tria enim fecerunt Magi, verterunt virgas in colubros, aquas in ſanguinem, & ranas de aqua eduxerunt, & de terra, & non potuerunt Cyniphes educere. Et in his oſtenditur, quod tribus modis reſiſtitur veritati. Primo per aſtutiam venenoſam, quæ ſignificatur per colubros. Secundo, quando ſic non poſſunt reſiſtere veritati, adducunt ranas, ſcilicet, garrulationem

Digitized by Google

latiønem. Tertio, quando ſic vincere non poſſunt, per ferocitatem vincere volunt, quæ ſignificatur in ſanguine, ſicut faciunt hæretici, ubi poteſtatem habent, & ſic faciet Antichriſtus. Et hoc eſt, quod dicit:

C

a ita & hi reſiſtunt *b* veritati; homines corrupti *c* mente, *d* reprobi circa *e* fidem, ſed ultra non *f* proficient. *g* Inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus ſicut & illorum fuit. *h* Tu *i* autem aſſecutus es *k* meam doctrinam, *l* inſtructionem, propoſitum, *m* fidem, *n* longanimitatem, *o* dilectionem, *p* patientiam, *q* perſecutionem, *r* paſſiones, *ſ* qualia mihi facta ſunt Antiochiæ, *t* Iconii, Liſtris, *u* quales perſecutiones ſuſtinui, *x* & ex omnibus eripuit me Dominus. *y* Et omnes, qui pie volunt vivere in *z* Chriſto *a* Jeſu, *b* perſecutionem patientur.

a Ita & hi, &c.] *Job* 24. ſi rebelles fuerunt lumini. Item *Job* 6. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis? Et 21 Reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati. *b* Homines corrupti mente] quantum ad affectum per peccatum. *c* Et reprobi circa fidem] per errorem quantum ad intellectum. 1. *Tim.* 1. Habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragaverunt. *Gl.* aliter. *b* Corrupti mente, *Gl.* Corruptæ rationis, & hoc facit quando diſputatur utrum ratio peccet.

Tim. 3.

c Et reprobi] operibus, ſemper reſiſtentes.

d Circa fidem,] & nunquam in fide. *Jer.* 2. Filii Mempheos, & Taphneos conſtupraverunt te uſque ad verticem. Ibi *Greg.* Uſque ad verticem conſtuprare, eſt poſt mala in ipſa fidei ſubtilitate corrumpi. Et nota, quod multi non ſunt reprobi in lingua, ſed reprobi ſunt in vita: probant enim Dominum per verba, ſed reprobant per opera. Sunt ergo reprobi active, ideſt reprobantes, & ideo reprobati a Deo erunt in judicio. *Matth.* 7. Neſcio vos, & 25. Neſcient enim reſpondere ſummo Epiſcopo, qui tunc examinabit eos non in quæſtionibus linguæ, ſed in operibus miſericordiæ. Et qui non bene reſpondet, reprobabitur ab ordinibus quando faciet filios ſuos patri ſuo regnum, & Sacerdotes. *Apoc.* 5. *Iſ.* 61. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei noſtri dicetur vobis. *Pſ.* 111. Jucundus homo, qui miſeretur, & commodat, diſponet, &c. q. d. quomodo reſpondebit ad ordines. 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim ipſe reprobus inveniar, ideſt reprobatus in vita, qui probor in lingua. *e* Sed ultra] ideſt non diu poſt hoc: ipſi

f Non proficient.] ſeducendo alios, quia cito deficient a ſeductione, quia ſeparabuntur a Catholicis. Contra: *Sup.* 2. Multum proficiunt ad impietatem. Et *infr.* Mali homines, & ſeductores proficient in pejus. Solut. Hoc non eſt ſimpliciter proficere, ſed deficere. *Chryſ.* autem ſolvit ſic: Illic dicit, quod in errore ſiſtent, hic vero, quod non decipient ſicut prius cum vitari cœperint a fidelibus. *Exod.* 9 Non poterant malefici ſtare coram Moyſe propter beneficia, tunc cum primum fuit exterminium primogenitorum ſpoponderunt populum Dei ſe eſſe.

g Inſipientia enim eorum, &c.] ideſt convincentur de errore ſicut Moyſes Magos convicit eſſe fallaces, & impotentes in defectu tertii ſigni, & hoc maxime factum eſt per Joannem Apoſtolum in Aſia. *Jer.* 17. Clamavit perdix, congregavit, quæ non peperit, divitias fecit non in judicio in medio dierum ejus dereliquit eum, & in noviſſimis diebus ſuis erit inſipiens, ideſt apparebit inſipiens: *e* Sed ultra] ideſt poſt hanc vitam.

f Non proficient.] ſed omnibus modis deficient. *Pſ.* 36 Vidi impium ſuperexaltatum, &c.

g Inſipientia enim, &c.] *Matth.* 10. Nihil opertum, quod non reveletur. Tunc manifeſtabuntur abſcondita cordium.

h Tu autem] quaſi illi contradicunt veritati: [Tu autem, &c.] Vel ſic: Ita, ut dictum eſt, iaſtabunt periculoſa tempora [Autem] pro ſed

i Tu aſſecutus es] Non tantum ſecutus, contra eos, qui ſemper ſequuntur, & nunquam aſſequuntur. *Sup. eod.* Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Sapientia enim fugit ab eis. *Sap.* 1. In malevolam animam, &c. *Tim.* 1. Enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es.

k Meam doctrinam,] non errorem. 2. *Petr.* 2. Secuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amavit, [Meam] cum pondere, & diſcretione. *Sup.* 2. Quæ audiſti a me hæc commenda fidelibus. *Chr.* [Doctrinam] hoc dicit de ſermone. [Inſtitutionem, vel ductionem] hoc de vita. *Phil.* 4. Scio humiliari, ſcio & abundare, ubique & in omnibus inſtitutus ſum.

l Propoſitum,] meum, quia tendis, quo ego per intentionem rectam.

m Fidem.] *Gloſſ.* inviſibilium. *Chr.* Non in ſermonibus ait ſolis philoſophabar, ſed fide.

n Longanimitatem,] in expectatione promiſſorum.

o Dilectionem,] Dei & proximi.

p Patientiam,] in adverſis. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam agnoſcitur.

q Perſecutiones,] *Gloſſ.* de loco ad locum. *Matth.* 10. Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. 2. *Cor.* 11. Per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effugi manus ejus.

r Paſſiones,] *Gloſſ.* Tormentorum. 2. *Cor.* 11. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter.

ſ Qualia] tormenta.

t Liſtris,] q. d. talia ſuſtinuiſti exemplo meo, & ideo debes perſeverare in hoc ad imitationem mei. De hoc habetur *Act.* 14. Factum eſt in Iconio, ut ſimul intrarent Synagogam, &c. Cum factus eſſet impetus gentilium, & Judæorum cum Principibus ſuis, ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos, confugerunt ad civitates Lycaoniæ Liſtram, & Derben, &c. *Chr.* Antiochiam, quæ Piſidiæ dicuntur, unde fuit Timotheus. *Chr.* Cur hæc ſola dixit ex multis? Quia erant ipſi nota, vel quia recentia, & non memorat ſecundum ſpem: non enim quærit oſtentationem.

u Quales perſecutiones ſuſtinui,] tales, ſupple, aſſecutus es.

x Ex, &c.] ne caderem in eis. Vel eripuit jam ſpe, tandem eripiet in re. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus. Sic ergo & te eruet. *Pſ.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Item *Pſ.* 33. Multæ tribulationes Juſtorum, & de his omnibus liberabit eos Dominus. 2. *Cor.* 2. Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu.

y Et omnes] quaſi ita paſſus ſum, & ſimiliter [omnes, qui pie volunt vivere,] ideſt religioſe, & juſte, curſum hujus vitæ peragere. *z* In Chriſto Jeſu] ad ſimilitudinem Chriſti, qui venit pati. *b* Perſecutionem patientur.] *Chr.* Perſecutionem hic dicit dolores, & tribulationes. Etenim non eſt poſſibile viam virtutis vianti ſine tribulatione eſſe, & tentationibus, & triſtitia. *Jo.* 16. In me pacem, in mundo autem preſſuram habebitis. Vel ſic: [Omnes, &c.] in futuro non dicit, qui vivunt, ſed qui vivere volunt; nec ſimpliciter volunt: multi enim volunt futuram, ſed non pie. *Pr.* 13. Vult, & non vult piger. *Bern.* Quam pauci, bone Jeſu, poſt te ire volunt, cum tamen ad te pervenire nemo eſt, qui nolit ſcientes delectationes in dextera tua uſque in finem: Qui autem pie volunt vivere cum Chriſto in futuro, pie volunt pati cum Chriſto in hoc ſæculo. Et hoc eſt. *b* Perſecutionem, &c.] Perſecutio enim ad patriam ducit. Unde *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Patiuntur autem Sancti a mundo, a ſe, a Deo, a Diabolo, quod notatur *Iſ.* 37 Dies tribulationis eſt, & anguſtiæ, & correctionis, & blaſphemiæ. Dies tribulationis quantum ad ea, quæ patimur a mundo, ideſt ab hominibus tyrannis, hæreticis, & falſis fratribus. *Jo.* 15. Non eſt ſervus major Domino ſuo, ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. *Ibid.* Si de mundo eſſetis, &c. *Geneſ.* 25. Major ſerviet minori. Major poteſtate, & ita Tyrannus ſerviet Juſto probando eum, & tribulando. *Pſal.* 9. Dum ſuperbit impius contra Juſtum, ſcilicet, incenditur pauper ad amorem cœleſtium. *Greg.* Ignis flatu premitur ut creſcat. Item dies anguſtiæ, quando tribulationes, & impugnationes oriuntur ex carne; ſpinas enim, & tribulos germinat terra maledictionis noſtræ. *Gen.* 3. *Galat.* 5. Caro autem concupiſcit adverſus ſpiritum, ſpiritus adverſus carnem. *Jacob.* 4. Unde bella & lites in vobis, nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? Item dies correctionis ſunt, quando Dominus flagellat filium, quem recipit. *Tobiæ* 12. Quia acceptus Deo eras, neceſſe erat, ut tentatio probaret te. *Eccleſ.* 27. Vaſa figuli probat fornax. *Sapient.* 3. Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus: Dies autem blaſphemiæ ſunt, quando inimicus tentat ad ſeducendum, cujus ſuggeſtio dicitur blaſphemia, quia hoc facit in odium, & contumeliam Dei;

quia ot minuat multitudinem populi. Et ſicut dicitur *Prov.*14. In multitudine populi Regis dignitas, & in paucitate plebis ignominia Principis. Juſto autem judicio Dei fit, ut fideles in numero creſcant, & merito augeantur, qui tribulationibus, & tentationibus atteruntur: numero enim creſcunt. Unde magis opprimebant, tanto magis multiplicabātur numero, ſc. & creſcebant merito. Sed hoc judicium Dei eſt occultum, &c. Nota utilitates tentationis, & tribulationis. Primo convertit apud Deum. *Iſ.* 26. Domine, in anguſtia requiſierunt te. *Pſ.*82 Imple facies eorum ignominia, &c. Secundo, exaltat. *Gen.*7. Factum eſt diluvium quadraginta diebus, & multiplicatæ ſunt aquæ, & levaverunt arcam, &c. Tertio, accelerant ire ad Deum. *Pſ.*17. Multiplicatæ ſunt infirmitates, &c. Quarto, a mundo exire compellant. *Exod.*12. Urgebant Ægyptii populum exire de terra velociter, cum tot mala mundus ingeminet, quid aliud, niſi quod fugiatur clamat? Quinto, fecundat. *Jo.*15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. *Exod.* 1. Quanto opprimebant, &c. Sexto, lætificat ſpiritum. *Dan* 3. Fecit medium fornacis tanquam ventum roris flantem. Septimo humiliat. *Job* 6. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Octavo examinat. *Pſ.* 16. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, &c. Nono purgat. *Iſ.* 4. Si abluerit Dominus ſordes, &c. Quod flagellum grano, quod lima ferro, quod fornax auro, hoc tribulatio juſto. In *lib. Proſperi*: Juſto judicio Dei datur plerumque peccatoribus poteſtas, qua Sanctos prius perſequuntur, ut qui ſpiritu Dei aguntur, fiant per laborum exercitia puriores. Decimo, defendit. *Exod.*14. Erat autem aqua filiis Iſrael, quaſi murus ad dexteram eorum, & ad lævam. *Pſ.*59. Da nobis auxilium de tribulatione. Undecimo, hoſtes impugnat. *Sap.* 12. Cum das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas. Duodecimo, animam decorat, & lavat. *a* Mali autem homines,] juſtis patientibus [mali] in ſe. *b* Et ſeductores] aliorum [proficiunt,] & florebunt in temporalibus. *c* In pejus] ideſt in ſuum detrimentum. *Jer.*48. Date florem Moab, quia florens egredietur. *Jo* 24. Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur. *Chr.* Non turberis, ſi modo mali florent, ea triſtaris. *Pſ.*36. Ne zelaveris facientes pernicioſa, quoniam tanquam fœnum velociter areſcent: nullus certantium quærit remiſſionem, ideſt otium; non enim pugilans in laſcivia eſt, nullus exutus, & unctus remiſſionem quærit, pugna eſt præſens vita, agon, conflictus, prælium, coarctatio. Vel [proficiunt in pejus] ideſt ſemper in deteriora peccata ruere, & alios ſecum trahere feſtinant. *Prov.* 1. Pedes eorum ad malum currunt, quantum ad ſe, & feſtinant, ut effundant ſanguinem, ideſt alios in peccatum ſecum trahant. Unde ſubdit: *d* Errantes] a bono, & vero. Sed quia error nunquam ſtat, ſed ſerpit, ut dicit *Chr.* Et *ſap.*2. Sermo eorum, ut cancer ſerpit: ideo ſubdit: *e* Et in, &c.] ſc. Judæ d. Errore Balaam mercede effuſi ſunt, i. peccant pro lucro. Et ſignanter dicit: Effuſi ſunt mercede, quia avarus intima ſua projicit: *Eccl.*10. Projecit intima ſua. *Iſ.*19. Errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius, &c. vomens. *f* Tu vero] quaſi illi erranti [Tu vero permane] firmus in his, quæ didiciſti, non inveniſti, ſed didiciſti a Deo vel a me. 2. *Pet.* 1. Non indoctas fabulas ſecuti notam facimus vobis Domini noſtri Jeſu virtutem & præſentiam. In hoc permanendum eſt. *Eccl.*11. Sta in teſtamento tuo; & in illo colloquere. Duo dicit, ſtare, & colloqui; ſtare in ſe debet, & colloqui aliis. Et hæc duo notantur hic. *g* Quæ didiciſti,] ut ſcires tibi. *h* Et credita ſunt tibi] ideſt commiſſa ad diſpendendum aliis. *Eccl.* 10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. Velaliter: [Et credita,] ideſt, quæ credidiſti [tibi] vel a te, vel apud te; vel ad utilitatem tuam. Permane, dico, in his, ſc. eſt, ſciens,] ideſt memoriter retinens, a quo,] ideſt a vero doctore, ſc. a me *l* Didiceris:] Non enim omni credendum eſt. *Job* 4. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint. 2. *Job* Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum accipere in domo. Et ideo etiam permane. *m* Quia ab, &c.] Et ideo firmior debes eſſe in permanendo in his. *Chr.* ſicut radix latens in profundo multo tempore nutrita non poteſt convelli de facili, ſcilicet, quia,

D

a mali autem homines, *b* & ſeductores proficiunt in *c* pejus, *d* errantes *e* & in errorem mittentes. *f* Tu vero permane in his; *g* quæ *h* didiciſti, & credita ſunt *i* tibi: *k* ſciens a *l* quo didiceris: *m* & quia ab infantia ſacras litteras noſti, *n* quæ poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, *o* quæ eſt in Chriſto Jeſu. *p* Omnis enim *q* Scriptura divinitus *r* inſpirata utilis *ſ* eſt ad docendum, *t* ad arguendum, *u* ad corripiendum, ad erudiendum in *x* juſtitia,

Quod nova teſta capit, inveterata ſapit.

*Prov.*22. Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Ideo mane colligendum eſt manna. *Exod.* 16. Bonum eſt viro, cum portaverit jugum Domini ſui ab adoleſcentia ſua. *Tob.*1. Quem ab infantia timere Deum docuit, & abſtinere ab omni peccato. E contra mali, qui mala diſcunt in eiſdem ſequenter ſeneſcunt. *Job* 20. Oſſa ejus implebuntur vitiis adoleſcentiæ ejus, & cum eo dormient in pulvere [Ab infantia] dicit contra ſenes, qui uſque ad ſenectutem differunt venire ad Theologiam. *Iſ.*65. Non erit ibi amplius infans dierum, & ſenex, qui non impleat dies ſuos; quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum erit maledictus. Sacras Litteras non dicit, Poetas vel Philoſophos, vel quod pejus eſt, Leges, *Prov.*19. Ubi non eſt ſcientia, animæ non eſt bonum. *n* Quæ] litteræ ſacræ, ſc. ſacræ legis & Prophetarum [te poſſunt, &c.] obtinendam [per fidem] quam docet Scriptura: Fides obtinet ſalutem gratiæ & gloriæ. *Rom.*1. Juſtus ex fide vivit. *Act.*15. Fide purificans corda eorum. Vel [Inſtruere] per fidem, quia fides eſt clavis, per quam reſeratur ſac. Scriptura, quæ docet viam ad ſalutem. *Iſ.*7. Niſi credideritis, non intelligetis. Et dicit ſignanter [Inſtruere ad ſalutem] non ad convictionem, ſicut illi, qui volunt inſtrui, ut ſciant, alii ut ſciantur. *Jo.*6. Verba, quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Quæ fides eſt. *o* In Chriſto Jeſu.] i. de Chriſto, vel quæ data eſt ab ipſo, vel quæ conſervatur in ipſo, vel quæ ſalus eſt in Chriſto Jeſu. *Act.* 4. Non eſt in aliquo alio ſalus. *p* Omnis enim] q.d. permane in his, quæ didiciſti, & quæ commiſſa ſunt tibi ad ſalutem noſcere ſac. Litteras, ut dictum eſt, ſed etiam utile eſt aliis, & hoc eſt [Omnis enim Scriptura] i. ſac. Script. quæ eſt de omnibus neceſſariis ad ſalutem; & quæ eſt omnis, i. perfecta, & ideo privilegiat ſibi nomen Scripturæ per antonomaſiam. *q* Divinitus inſpirata] i. per Sp. ſanctum: Ecce cauſa efficiens. *r* Utilis eſt] Ecce finalis, quia Scriptura modo doctrinaliter, modo increpatorie procedit. In hoc etiam notatur naturalis cauſa, quia de his eſt, quæ ſpectant ad docendum, & arguendum, &c. Et dicit quatuor. *ſ* Ad docendum] neſcientes, ſc. quæ ſunt in tenebris ignorantiæ. *Pſ.*8. Lucerna pedibus meis verbum tuum. *Prov.*6. Mandatum lucerna eſt, & lex lux. *t* Ad arguendum] negligentes. Piger enim debet ſtimulari ſicut aſinus. *Eccl. ult.* Verba Sapientum, ideſt ſtimuli ad corripiendum, ideſt increpandum duriter, in malo perſiſtentes, & veritati rebelles. *Jerem.*23. Nonne verba mea quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petras?

u Ad erudiendum in juſtitia] ideſt in via juſtitiæ pœnitentes, & ducere volentes. Vel ad juſtitiam, pœnitentes enim debent doceri, quomodo juſtitiam faciant de inimicis Dei, i. de peccatis ſuis, ut non plus, vel minus faciant. Sicut ergo utilis ad docendum inſcios, ad arguendum pigros, ad corripiendum obſtinatos, ad erudiendum pœnitentes, & contritos. Hæc eſt quadratura arcæ, & menſæ. *Exod.*28. Vel [Utilis eſt] aliæ ſcientiæ vel inutiles vel noxiæ ſunt, niſi referantur ad iſtam. [Ad docendum] in hiſtorialibus libris quoad indoctos: [Ad arguendum] in Prophetis quoad improvidos: [Ad corrigendum] in Agiographis moralibus, ut liber Pſalmor. & Salomonis quoad pigros, & incompoſitos: [Ad erudiendum] in Evangelio, quoad filios ſubditos. Velaliter ad docendum, in ſenſu hiſtoriali, [Ad arguendum,] in ſenſualibus, qui arguit unum ex altero, & novum ex veteri [Ad corrigendum,] in ſenſu morali, qui mores corrigit, & corripit [Ad erudiendum,] in ſenſu anagogico, qui extra ruditatem inferiorum ponit. Vel aliter [Ad docendum] in lectionibus [Ad arguendum] in diſputationibus per argumenta [Ad corrigendum] in meditationibus quaſi corripiendum, quia ibi cor rapitur [Ad erudiendum] in prædicationibus.

x In juſtitia.] Hujuſmodi enim debet docere, arguere, corripere, erudire hac intentione, ut juſtitiam homines exequantur, & ipſe juſtitiam quaſi juſtam retribu-

tionem

Digitized by Google

tionem a Domino conſequatur. a Ut perfectus ſit, &c.] Ordo literæ præpoſterus eſt, & eſt ſic ordinanda. [Ut homo, &c.] in prædicatione: [Sit perfectus] in executione.

EXPOSITIO CAP. IV.

ut a perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.

CAP. IV.

b Teſtificor corā Deo & Chriſto Jeſu, qui c judicaturus eſt d vivos e & mortuos, f per adventum ipſius g & regnum ejus: h prædica verbum, i inſta opportune, k importune l argue, m obſecra, n increpa in omni o patientia & doctrina. p Erit enim tempus q cum ſanam r doctrinam non ſ ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria t coacervabunt ſibi magiſtros u prurientes

Teſtificor] Hæc eſt tertia pars Epiſtolæ in qua certificat eum de paſſione ſua & morte. Et primo inſtat eum ad inſtantiam prædicationis, ibi [Teſtificor, &c. prædica, &c.] A Secundo oſtendit quare debet inſtare, quia tempus erit, quando non recipietur, doctrina ibi [Erit enim tempus.] Tertio, quia hoc eſt officium, ibi [Tu vero, &c. opus fac Evangeliſtæ.] Quarto, certificat eum de paſſione ſua: [Ego enim jam delibor] Quinto, ut feſtinet venire ad eum, & quid ſecum afferat & quos ſecum ſocios adducat ibi, [Feſtina] Sexto, quos adverſarios, & quos adjutores habeat determinat, ibi [Alexander] Ultimo, monet eum, ut quoſdam ſpecialiter ſalutet, ibi [Saluta Priſcam] Dicit ergo. b Teſtificor, &c.] i. adjuro te Deum Patrem teſtem adducens, & Chriſtum Jeſum filium ejus. Simile 1. *Tim.* 5. Teſtor coram Deo & Chriſto Jeſu & electis Angelis ejus, &c.

c Qui] Chriſtus ſcil. [judicaturus eſt] quia omne judicium dedit Pater Filio. *Jo:* 5. Item *Act.* 10. Ipſe eſt, qui conſtitutus eſt a Deo Judex vivorum, & mortuorum. d Vivos] ſcil. illos, qui vivi reperientur, i. qui reſidui erunt tormentis Antichriſti.

e Et mortuos,] ſcil. qui mortui reperientur, de hoc dicit 1. *Theſ.* 5. Vel [Vivos] juſtos [Et mortuos] malos 1. *Pet.* 4. Reddent rationem ei, qui paratus eſt judicare vivos & mortuos. *Rom.* 14. Mortuus eſt, & reſurrexit, ut vivorum & mortuorum dominetur.

f Et] adjuro te [per adventum ipſius] priorem cui debes gratias agere, vel futurum, qui timendus eſt, ſcil. ſi vis eſſe ſecurus in adventu ejus. *Mal.* 3. Quis poterit cogitare diem adventus ejus, aut quis ſtabit ad videndum eum? g Et regnum ejus:] & ſi vis eſſe particeps regni ejus poſt adventum. Loquitur de regno, quia in adventu ſuo afferet regnum Sanctis. *Apoc. ult.* Ecce venio cito, & merces mea mecum. h Prædica verbum,] i. filium Dei neſcientibus declara. Vel verbum Evangelii & in prædicando converſis remiſſionem, ſed. i Inſta opportune:] quantum ad bonos, quibus placet. k Importune,] quantum ad nolentes. *Chryſ.* Inſta temporanee 2. *Cor.* 11. Inſtantia mea quotidiana, &c. Sed contra. *Eccl.* 20. Ex ore fatui reprobatur parabola: non enim dicit eam in tempore ſuo. Item *Eccl.* 20. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus, laſcivus autem, & imprudens non ſervabit tempus. *Eccl.* 3. Eſt tempus tacendi, &c. *Gloſ.* Quid eſt ſermo, niſi ſemen, quidum ordinate mittitur, audientis mens quaſi uterus imprægnatur; ſi importune, polluit mentem, & generandi perdit virtutem. *Heb.* 6. Terra ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, &c. *Matt.* 24. Ut det illis cibum in tempore. *Eccl.* 8. Omni negotio tempus eſt, & opportunitas. *Prov.* 15. Sermo opportunus optimus eſt. *Prov.* 25. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Solut. poteſt trahi ex *Gloſ.* Inſta opportune ſecundum veritatem; importune autem ſecundum malorum reputationem. Secundum *Greg.* ſic ſolvitur. Dicit enim: Totum perit, niſi importunitas habeat opportunitatem: ideo dicturus importune præmiſit opportune. Illa enim importunitas mala eſt, quæ neſcit opportunitatem. Secundum *Chryſ.* Importune, ideſt, infatigabiliter, quantum ad te *Chryſoſt.* Qui eſt intemporanee, hoc eſt, ne temporanee, tempus habes terminatum, ſemper ibi tempus ſit. *Iſ.* 58. Clama, ne ceſſes. *Eccl.* 9. Mane ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua. *Eccl.* 19. Corripe amicum: ſæpe enim fit commiſſio, i. peccatum. Unde illud.

Si tibi ſit charus, noli deſiſtere cœptis.

Exod. 28. Sonitus audiatur, quando ingreditur tabernaculum. Et nota, quod hæc, quæ dicit, reſpondent prædictis in alio caſo. Omnis Sapientia divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, &c. Dicitur enim hic.

h Prædica verbum, inſta, &c.] i. inſtanter prædica docens neſcientes. Hoc eſt, quod ſupra dicitur. Ad erudiendum: quia tales inſtruendi ſunt, & extra rudem, & veterem vitam provehendi.

m Increpa] aſperis verbis in malo perſiſtentes, & rebelles, hoc eſt, quod ſupra dicitur ad corrigendum. Vel ſic ſecundum eumdem ordinem, quo prius.

l Obſecra,] hoc eſt, *ſupra*. Ad corripiendum, quia manſuetudo, & obſecratio multum correctiva. *Pſalm.* 89. Superveniat manſuetudo; & obſecratio multum correctiva eſt. *Pſalm.* 89. Superveniet manſuetudo, & corripiemur.

m Increpa] Hoc eſt, *ſup.* Ad erudiendum. Multis enim increpationibus, & circumciſionibus purgatur ruditas antiquæ vitæ.

n In omni patientia] Hoc eſt, *ſup.* In juſtitia.

o Et doctrina.] Hoc eſt: *ſup.* Ad omne opus bonum inſtructus. Vel ſic diſtingue. Hic vero [Prædica verbum] neſcientibus. Inſta & pigris & neſcientibus. [Argue,] delinquentes. [Obſecra] corrigibiles, maxime ſenes. 1. *Tim.* 5. Seniorem ne increpaveris: ſed obſecra, ut patrem. [Increpa,] juvenes, maxime indociles, laſcivientes. Sed quia correctio, & increpatio nimis ſevera non ædificat ſed gravat, ideo ſubdit. [In omni patientia & doctrina] q. d. patienter. *Pſ.* 140. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me. *Chryſ.* Intolerabilis eſt increpatio, quæ non habet conſolationem admiſtam, & recto ordine procedit. Increpationem enim debet præcedere patientia, & tunc habet effectum doctrina. Tunc enim doctrinam recepit adjutor, cum patienter increpatur. In hoc enim, quod increpat, oſtendit ſe odio habere vitium hominis & culpam. In hoc quod patienter ſuſtinet oſtendit ſe diligere naturam. *Pſ.* 91. Bene patientes erunt, ut annuncient. Item iſta duo jungit: patientiam, doctrinam. Patientia enim movet affectum, & doctrina inſtruit intellectum: patientia in exemplo; doctrina in verbo, ſicut debet Prædicator. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam agnoſcitur. Item *Prov.* 19. Melior eſt patiens viro forti. *Gloſ.* Vel ita poteſt diſtingui [Inſta opportune] & poſtea [importune argue, &c. Increpa] aſperis verbis perſiſtentes. Et hoc [in omni patientia,] repugnantium. [Et doctrina] accipientium, i. ita patienter ſuſtineas repugnantes, ut doceas accipientes. Et nota, quod huic acriori perſuadet Apoſtolus patientiam, quanto minus patienti perſuadet impetum. *Tit.* 2.

p Erit enim] quaſi modo hoc eſt neceſſe, ſcil. ut prædices, quia [Erit enim tempus, &c.] *ſup.* 3. Inſtabunt tempora periculoſa. *Act.* 20. Intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & ex vobiſipſis ſurgent viri loquentes perverſa. *Matt.* 24. Surgent Pſeudo Chriſti & Pſeudo Prophetæ.

q Cum ſanam doctrinam] de qua *ſup.* 1. Formam ſanorum verborum, quæ a me audiſti.

r Non ſuſtinebunt,] etiam audire non poterunt, quaſi onus ſit eis. *Eccl.* 21. Compedes in pedibus ſtulto doctrina. Item *Eccl.* 1. Execratio peccatoribus Sapientia. Et dicit [Non ſuſtinebunt,] ſicut equus redorſatus non ſuſtinet tangi. *Amos* 5. Odio habuerunt corripientem in porta. *Eccl.* 2. Deprime cor tuum, & ſuſtine, & inclina aurem, & ſuſcipe verba intellectus, &c.

ſ Sed ſecundum, &c.] i. multos magiſtros quærent qui pro deſideriis ſuis doceant ea, ſine quibus deſideria ſua doceant eos. *Iſ.* 30. Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aſpicientibus nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia: videte nobis errores. auferte a me viam: declinate a me ſemitam: ceſſet a facie noſtra ſanctus Iſrael.

t Coacervabunt] *Chryſ.* Cumulatio confuſionem ſignificat. Et nota, quod hoc eſt contra permutantes ſæpe magiſtros, qui acervos faciunt Doctorum, *Prov.* 28. Propter peccata terræ multi Principes ejus.

u Prurientes auribus,] ideſt, deſiderio audiendi quaſi deſiderantes ſemper nova audire: *Act.* 17. Athenienſes ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere aut audire aliquid novi. Sed econtra dicitur *Jer.* 6. Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in eis. Vel aliter [Magiſtros] dico [prurientes] i. pruritum facientes.

a Auribus,]

a auribus, & *b* a veritate qui-
dem *c* auditum avertent, *d* ad
fabulas autem convertentur. *e*
Tu vero vigila, *f* in omni-
bus *g* labora, *h* opus fac Evan-
B geliſtæ, *i* miniſterium tuum *k*
imple, *l* ſobrius eſto. *m* Ego
enim jam delibor, & tempus *n*
reſolutionis meæ *o* inſtat, *p* Bo-
num certamen certavi, *q* cur-
ſum conſummavi, *r* fidem
ſervavi. *ſ* In reliquo *t* repoſi-
ta eſt mihi *u* corona juſtitiæ,

a Auribus,] Muſcas enim multas immittunt auribus, & ſic faciunt eas prurire. *Chryſ.* habet [Scalpentes auditum] i. delectantes auditores, qui habent ſcabiem, i. ſic delectantur, ſicut ſcabioſus quando ſcalpitur. Scabies eſt ſcientia ſæcularis, vel proſperitas temporalis, vel curioſitas novitatis. *Lev.* 21. Si albuginem habens in oculo, ſi jugem ſcabiem, &c.

b A veritate quidē] quæ eſt eis aſpera.

c Auditum avertent,] *Tullius.* Qui veritatem ab amico audire contemnit, profecto ſalus ejus deſperanda eſt. Idem. Obſequium amicos, veritas odium parit. *Prov.* 28. Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea dixeris, quæ verſantur in corde ejus. *Eccl.* 21. Audivit luxurioſus, & diſplicebat ei, & projecit illud poſt dorſum ſuum. *Iſ.* 59. Corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.

d Ad fabulas autem convertentur,] audiendas, ſcilic. & diſcendas. *Eccl.* 21. Homo acharis quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinatorum aſſidua erit, & ſimiliter ſupple, in aure, ſicut in ore. Et nota, quod eſt fabula deriſionis. Unde *Deut.* 29. Eris perditus in proverbium, & in fabulam omnibus populis. Et 3. *Reg.* 9. Erit Iſrael in proverbium, & in fabulam omnibus populis. Et *Tob.* 3. dicitur ſimile. Item eſt fabula fictitiæ novitatis: ſicut Machometus multas fabulas finxit. Similiter & Judæi, 1. *Tim.* 4. Ineptas autem & aniles fabulas devita, 2. *Pet.* 1. Non indoctas fabulas ſecuti notam fecimus vobis Domini noſtri virtutem, & præſcientiam.

e Tu vero] i. ita futurum eſt, ut dixi. Tu vero vigila, quia janitores, & ſpeculator. *Marc.* 13. Janitori præcepit, ut vigilet. Et eſt contra ſomnolentos. *Prov.* 6. Uſquequo piger dormies, quando ſurges de ſomno tuo?

f In omnibus labora,] quia 1. *Cor.* 3. Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis, ſecundum gratiam Dei, quæ data eſt mihi, ut ſapiens Architectus fundum poſui. Dicit ergo.

g Labora,] contra otioſos Prælatos. *Eccl.* 33. Multam malitiam docuit otioſitas. [In omnibus] hoc dicit contra delicatos, qui opera manualia non faciunt. Contra quos dicit 1. *Theſſ.* 4. Operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis.

h Opus fac Evangeliſtæ,] Contra litigatores, qui non evangelizant, ſed litigant. Servum Dei non oportet litigare. *Sup. ead.* 1. Prædica verbum, inſta opportune, &c. Sed hodie magis attendunt litigio quam Evangelio. *Oſee* 4. Quia ſcientiam repuliſti, repellam te & ego, ne ſacerdotio fungaris mihi. Non eſt idem fungi ſacerdotio & fungi litigo. Sed *Eccl.* 45. dicitur. Fungi ſacerdotio, & habere laudem in nomine ipſius. *Rom.* 1. Itaque quod in me promptum eſt, & vobis, qui Romæ eſtis, evangelizare, non dicit litigare. Et nota, quod dicit [Fac] non dicit dic. [Opus] non otium. *Gloſ.* i. quod ore prædicas, hoc opere teſtare, ut torqueas os turturis ad aſcellas. *Lev.* 1. Et ſicut mala punica, & tintinnabula in extremis oris hyacinthinæ tunicæ. Opus fac, dico, ut impleas miniſterium tuum. Unde addit.

i Miniſterium tuum] Epiſcopatus, ſupple.

k Imple,] ſcientia, vita, & doctrina. Et impleas, [ſobrius eſto, &c. Miniſterium tuum,] Sacramentum diſtribuendo, & hoc eſt, contra Sacerdotes, qui numquam celebrant, vel raro. [Imple] contra imperfecte agentes. *Matt.* 5. Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter perfectus eſt. *Bern.* Honora miniſterium tuum, miniſterium, inquit, dominium ipſum itaque honora, non te, non quærit quia, quæ ſua ſunt, ſed quærit honorari non miniſterium, honorificabit autem non cultu veſtium, non faſtu equorum, non amplis ædificiis, ſed ornatis moribus, ſtudiis ſpiritualibus, operibus bonis.

l Sobrius eſto,] i. in omnibus modis ſerva per quod implere poteris, quia hæc virtus temperat alias. Hoc ideo maxime dicit, ne ſe nimis affligeret propter prædictum præceptum. Sed de hoc quæritur, quomodo hæc virtus, i. ſobrietas temperet alias, quia hoc non videtur; temperare enim non eſt aliud, niſi modificare actum, quælibet enim virtus modificat actum ſuum, quia ponit ipſum in medio, ergo ſobrietas, non eſt modificatio aliarum.

m Ego enim] quaſi vigila, labora, & ſic te oportet facere. [Ego enim jam delibor] i. incipio offerri Deo grata hoſtia. Libare dicimus, vel deguſtare, vel fundere, vel immolare, inde componitur delibare, quod ponitur hic pro immolatione. Paſſionem enim ſuam delibationem appellat, Deo enim immolatur, qui pro juſtitia patitur. Nota quando offerebatur vinum, aut aliquid liquidum, erant quædam vaſa, in quibus prægustabat Sacerdos utrum eſſet dignum offerri. Similiter tribulationes, quas ſuſtinebat Apoſtolus, erant quaſi prælibationes & prægustationes oblationis ejus in ſacrificio paſſionis & mortis. Ipſa autem paſſio, ſive mors ejus dicitur libamen, ſive libatio, quia libamen cum omni ſacrificio offertur, & Paulus cum omnibus moriebatur, 1. *Cor.* 15. Quis infirmatur, & ego non infirmor? 1. *Cor.* 15. Quotidie morior propter gloriam veſtram, fratres, quam habeo in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Item quia ipſe fuit primitiæ Chriſtianorum, i. de primis Deo immolatis per martyrium. *Rom.* 11. Quod ſi delibatio ſancta eſt & maſſa. Item libamen dicitur a libeo, bes, quod eſt placere. Dicitur ergo paſſio Pauli libatio quia placuit Deo. *Pſ.* 115. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Item ſecundum *Chryſ.* non dicit ſe ſacrificium, quia totum non cedit Deo, ſed libamen, quod totum accipit Deus. *Num.* 28.

n Et tempus reſolutionis meæ] mortis, [inſtat] i. prope eſt, ſicut de B. Martino legitur, indicabat ſe jam reſolvi. Et quaſi quæreret aliquis unde hoc ſcis, reſpondet, ecce quia Dei præveniente gratia.

o Bonum certamen certavi,] quaſi dicat, ſecurus ſum de proxima corona, quia probus miles fui, 1. *Cor.* 9. Sic pugno, non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, &c.

q Curſum conſummavi,] & ideo ſecurus ſum de bravio, 1. *Cor.* 9. Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum. Et poſtea. Sic currite, ut comprehendatis.

r Fidem ſervavi,] ſicut ſerpens caput ſervat: *Matt.* 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Nota quod tria dicit. Certamen, curſum, fidem. Certamen in prædicatione, quia hoc eſt officium militis ſpiritualis pugnare gladio verbi Dei. *Heb.* 4. Vivus eſt ſermo Dei & efficax, &c. Curſum in operando. *Pſalm.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Fidem in credendo, fides eſt in ventre, certamen prædicationis in ore, quia fide creditur ad juſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem. *Rom.* 10. Curſus in opere; quia fides ſine opere mortua eſt. *Jac.* 2. Vel aliter. *p* Certamen] contra rebelles.

q Curſum conſummavi,] curſum, ſcil. conſummavi ne dicatur nihil *Luc.* 14. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare, *Greg.* ſuper *Job* 31. Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, &c. *Phil.* 3. Ego me non arbitror comprehendiſſe. Et infra Qui etſi aliquando dixit: Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi, intuendum ſummopere eſt, quia ea illo tempore intulit, quo jam de corpore diſceſſurum ſe eſſe cognovit. Ibi quippe præmiſit dicens. Ego jam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, tunc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis, cum jam prævidit ad largitatis ſpatium minime ſubeſſe tempus operationis. Sicut enim dum vivimus, debemus bona noſtra a memoria expellere, ne extollant, ita appropinquante exitu, plerumque ea ad memoriam iterum revocamus, ut videlicet fiduciam præbeant & deſperatum timorem premant, qui etſi Corinthiis bona ſua enumerando narravit, illos confirmare ſtuduit, non ſe oſtendere.

ſ In reliquo] i. in futuro q.d. quia ſic certavi, ut miles, ſic cucurri, ut curſor Regis, deferens ejus litteras, ſic fidem ſervavi, i. fideliter mihi credita diſpenſavi: idcirco præmium expecto in futuro.

t Repoſita eſt mihi] in ſalvo loco, ut ſcil. nullus poſſit auferre.

u Corona juſtitiæ,] *Gl.* Et idem ſperare potes, *ſup.* 1. Scio, cui credidi, & certus ſum; quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem, *Eccl. ult.* Modicum laboravi & inveni mihi multam requiem. Sed quomodo eſt illa corona juſtitiæ, cum potius debuit dixiſſe, corona miſericordiæ, ut videtur. Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis, Domine *Iſa.* 26. De hoc dicit B. *Bern.* Ceterum ſive ipſa voluntas, de qua omne meritum pendet ab ipſo Paulo, non eſt quopacto eam, quam ſibi repoſitam præſumit, coronam vocat juſtitiæ, antequam

juſte

juſte ex debito requiritur; quodcumque vel gratias promittitur. Denique ait. Cui credidi & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum, Dei promiſſum ſuum appellat, & quia credit, promiſſum quidem repetit ex miſericordia, ſed jam ex juſtitia. Perſolvendum eſt ergo quam Paulus expectat coronam juſtitiæ, ſed juſtitiæ Dei, non ſuæ. Juſtum quippe eſt, ut reddat, quod debet; debet autem,
C quod pollicitus eſt. Juſtitiæ. *Chryſ.* Hic ait juſtitiam univerſalem amorem, non igitur ai[illegible] dolere oportet, quia vado coronandus Chriſti manu, & hoc eſt, quod ſubdit.

a quam *b* reddet mihi *c* Dominus *d* in illa die *e* juſtus Judex. *f* Non ſolum autem mihi, ſed & his, qui diligunt adventum ejus. Feſtina *g* venire ad me cito. *h* Demas enim me *i* dereliquit diligens *k* hoc ſæculum, *l* & abiit Theſſalonicam, *m* Creſcens in Galatiam, Titus in *n* Dalmatiam. *o* Lucas eſt mecum ſolus. *p* Marcum aſſume, & adduc tecum, *q* eſt enim mihi utilis in miniſterio. *r* Tichicum autem Epheſum. *ſ* Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer tecum, *t* & libros, *u* maxime autem Membranas. *x* Alexander ærarius multa mala *y* mihi oſtendit, *z* reddet illi Dominus ſecundum opera ejus, quem & tu devita. *a* Valde enim reſtitit verbis noſtris,

a Quam reddet] quia merui, & ipſe promiſit, & ideo dicit, dabitis.

b Mihi] qui indigeo.

c Dominus] qui poteſt.

d In illa die] notabili, Et de hoc certus ſum, quia ipſa eſt.

e Juſtus Judex.] *Pſ.* 7. Deus Judex fortis, juſtus, & patiens. Nota quod ipſe idem, qui eſt Judex juſtus, erit corona juſtitiæ fidelibus ſuis, qui ei fidem, i. fidelitatem ſervaverunt in diſpenſando ſua ſicut dicitur *Eſther.* 6. quod Mardocheus coronatus fuit & remuneratus, quia fidelis fuerat Aſſuero. *Eccl.* 45. Corona aurea ſuper caput ejus expreſſa ſigno ſanctitatis. *Pſ.* 20. Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo, i. de illo lapide, quem reprobaverunt ædificantes, i. de Chriſto, de ipſo coronabuntur Sancti, quando ipſe erit omnia in omnibus *Iſa.* 28. Erit Dominus exercituum corona gloriæ & ſertum exultationis reſiduo populi ſui. Non ſolum autem mihi, ſed & his, qui diligunt adventum ejus, i. boni, illi diligunt adventum ejus, quia ibi ſalvandi ſunt. *Soph.* 3. Expecta me in die reſurrectionis in futurum, mali autem timent, i. habent, quare timere debeant, quia ibi ſunt damnandi. *Oſee* 9. Quid facietis in die adventus ejus, 1. *Corinth. ult.* Si quis non amat Jeſum Chriſtum, ſit anathema, Maranatha, ideſt, Dominus venit. Et nota, quod dicit. [Sed & his.] *Chryſ.* Si omnibus, multo magis Timotheo. Unde non dixit tibi, ſed omnibus, & multo magis tibi [Qui diligunt Epiphaniam.] Epiphania apparitio dicitur, quia deſuper apparebit, & deſuper orietur. *Matth.* 24 Sicut fulgor exit ab Oriente,

Item *Chryſ.* Qui lætatur in potentia ejus, digna gerit gaudia, dat ſua, & animam, ſi oportet, ut ante illam univerſalem apparitionem particulari potiatur, de qua *Jo.* 14. Et pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & apud eum manſionem faciemus.

g Feſtina] quaſi quia inſtat tempus reſolutionis meæ. [Feſtina.] *Chryſ.* ſtude [venire ad me cito,] & etiam ideo, quia ſum ſolus. Unde.

h Demas enim, &c.] Dignum eſt enim quærere, cur vocat ad ſe Timotheum, cui commiſerit Eccleſiam, & gentem tantam. Paulus enim debuit venire ad eum, ſicut promiſit, 1. *Tim.* 3. Hæc ſcribo tibi, ſperans me venire ad te cito, ſi autem tardavero, &c.

Solut. Neceſſitas erat magna, ſcil. propter tria maxime. Paulus enim tunc clauſus erat a Nerone, & volebat eum videre ante finem ſuum.

Item volebat ei multa deponere. Item quaſi ſolus erat, nec habebat Evangelii Prædicatores, quia Demas, & alii receſſerunt. Unde ſequitur. [Demas enim, &c.] Et non dicit, ut te videam, antequam moriar, ſed quia ſum ſolus, quia illa carnalis cauſa videretur amor, Et poſtea ſubdit aliam cauſam, ut ſcil. mortuo Paulo, diſcipuli deſolati habeant conſolationem.

i Dereliquit me] tempore adverſitatis. Et nota, quod dicit, [me:] multi enim hominem derelinquunt, quando ea, quæ hominis ſunt, comederunt, ſequentes proſperitatem ejus, non ipſum. *Eccleſ.* 6. Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in tempore tribulationis.

k Diligens hoc ſæculum,] i. ea quæ ſunt in mundo, cum tamen potius ſint deteſtanda, quam amanda, quia inutilia ſunt amantibus. *Eccl.* 5. qui amat divitias, fructus non capiet ex eis. *Chryſ.* Amans hoc ſæculum, i. vitam præſentem. *Chryſ.* hoc eſt, amans remiſſionem quaſi in periculum ſuum. Et *inf.* Huic detraxit ſoli, volens nos firmare, ut non molles efficiamini in periculis. De iſtis habetur. *Col.* 4. Salutat vos Lucas medicus chariſſimus, & Demas.

l Et abiit Theſſalonicam,] apoſtatans a me.

m Creſcens in Galatiam,] miſſus a me in miniſterium, ipſe enim non apoſtataverat, abiit.

n In Dalmatiam,] miſſus a me *Chryſ.* Titus habuit vehementer magnam inſulam, i. Cretam in cura.

o Lucas eſt mecum ſolus.] *Chryſ.* Lucas indiviſe ſe habuit ad Paulum, qui & Evangelium ſcripſit, & Actus, & univerſales Epiſtolas, i. catholicas, amator laboris, & diſciplinæ, de quo 2. *Cor.* 8. Cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias.

p Marcum aſſume, & adduc tecum,] qui & Joannes dictus eſt. *Act.* 13. Habebant autem & Joannem in miniſterio, ideſt, Marcum. Et *Act.* 15. Barnabas volebat ſecum aſſumere Joannem, qui cognominatur Marcus. *Coloſ.* 4. Marcus conſobrinus Barnabæ, de quo accepiſtis mandata, ſi venerit ad vos, excipite illum, 1. *Pet. ult.* Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, & Marcus filius meus.

q Eſt enim mihi utilis in miniſterio.] Evangelii, ut dicit *Chryſ.* Etenim in vinculis non negligebat Evangelii prædicationem, & ideo Timotheum, & Marcum vocat.

r Tichicum autem miſi Epheſum,] q. d. ideo tu potes venire, quia ego miſi Tichicum apud Epheſum, qui erit ibi pro te, quaſi Vicarius tuus, ne remaneat ſine paſtore. De iſto Tichico habetur. *Coloſ.* 4. Quæ circa me ſunt, omnia vobis nota faciet Tichicus chariſſimus frater noſter,

ſ Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum,] Secundum Haimonem, penula erat veſtis conſularis Patri Pauli data in inſigne a Romanis, quando ſuſceptus eſt in ſocium, & civem Romanum, per quam defenderet ſe ab adverſariis tanquam civis Romanus. Secundum *Hier.* autem dicitur volumen legis *Chryſ.* Phelonem, quem reliqui, &c. Phelonem veſtimentum dicit. Et poſtea dicit Phelonem, i. veſtimenta quærit, ut non indigeat ab aliis accipere, *Act.* 20. Beatius eſt magis dare, quam accipere.

t Et libros,] *Chryſoſt.* Quid ei opus libris debenti ire ad Deum?

Sol. tunc maxime opus erat, ut eos fidelibus deponeret. Item alia ratio eſt, ut eſſent ei ſolatio in tribulatione, & ut aliis daret exemplum ſtudendi, 1. *Machab.* 12. Habentes ſolatio libros ſanctos, qui ſunt in manibus noſtris. Et eſt argumentum pro ſtudio, aut enim volebat ſtudere non obſtante morte imminente, vel aliis ſtudium commendare.

u Maxime autem membranas.] ut ibi ſcribam Epiſtolas meas. Et nota, quod qui Spiritum Sanctum, & Chriſtum gloriatur in ſe loqui, 2. *Cor.* 13. hic membranas pro memoria faciebat.

x Alexander ærarius, &c.] Hic oſtendit, quos habebat adverſarios & quos adjutores, q. d. illi me dereliquerunt, quos dixi, alii autem me impugnaverunt, & hoc eſt. [Alexander ærarius,] i. faber in ære, & cuſtos ærarii. Hic enim vel cuſtos erat eorum quæ offerebantur in templo Dianæ, vel fabricator eorum, quæ fiebant ex ære in eo, & ideo adverſabatur Apoſtolo, qui templum illud deſtruxerat. *y* Oſtendit,] i. fecit Athenis. *Gl.* Iſte eſt Alexander, quem ſupra dixit reverſum ad apoſtaſiam, 1. *Tim.* 1. Ex quibus eſt Hymenæus, & Alexander, quia fabricavit ædes Dianæ apud Athenas, & omnes contra Apoſtolum commovit. Sed contra hoc, quod dicit *Gl.* videtur *Act.* 19. quod Demetrius in Epheſo faciebat ædes argenteas Dianæ. Nota quod dicit *Chryſ.* hic [Alexander ærarius multa, &c.] Etiam inhonorati tentationes afferunt graviores, qui enim a magno patitur, habet mitigationem eminentiam ejus, qui facit; qui a vili, & abjecto majorem habet triſtitiam,

z Reddet] non dicit reddat, quia non optat, ſed indicat. *a* Reſtitit verbis noſtris,] *ſup.* 3. Quemadmodum Jamnes, & Mambres reſtiterunt Moyſi.

a In prima,

a In prima mea defenſione nemo mihi affuit, b ſed omnes me dereliquerunt c non illis imputetur. d Dominus autem mihi aſtitit, e & confortavit me, f ut per me prædicatio impleatur, g & audiant omnes gentes, & liberatus ſum de ore leonis. h Liberavit me Dominus ab omni opere malo, i & ſalvũ faciet k in regum ſuum cæleſte, cui gloria in ſæcula ſeculorum. Amen. l Saluta Priſcam, & Aquilam, m & Oneſiphori domum. n Eraſtus remanſit Corinthi. Trophimum autem reliqui o infirmum p Myleti. q Feſtina ante hyemem venire. r Salutant te Eubolus & ſ Pudens & Linus t & Claudia, & fratres omnes. Dominus u Jeſus

a In prima, &c.] i. quando primo cepi defendere Evangelium, contra illum, ſcil. Alexandrum. Et per hoc quod dicit in prima, innuit ſe ſæpe congreſſum contra illum. Vel [Defenſione] i. tribulatione, & preſſura, quæ erit mihi defenſio in die judicii. b Sed omnes, &c.] ſap. 1. Averſi ſunt a me omnes qui ſunt in Aſia. Matt. 26. Tunc diſcipuli relicto eo omnes fugerunt Zachar. 13. Percutite paſtorem, & diſpergeatur oves Chryſ. In bello, qui periclitantem dimittit, proditor habetur, multo magis in prædicatione. c Non illis imputetur.] Chryſ. Vide qualiter parcit ſuis. Gl. Nota quia non orat pro Alexandro qui invidentia fraternitatem oppugnando peccaverat, ſed pro his, qui non abruperant amorem, ſed timore ſuccubuerunt. d Dominus autem mihi aſtitit,] Chryſ. Derelictum non dereliquit Deus. Heb. 13. Ipſe enim dixit, non te deſeram, neque derelinquam. Joſ. 1. Sicut fui cum Moyſi, ita ero tecum, non dimittam, neque derelinquam te. d Aſtitit,] adjutor ad patiendum.

D

e Et confortavit me,] ad agendum, & prædicandum. f Ut per, &c.] i. plene ad multos per me deriveiur. Rom. 15. Ita ut ab Jeruſalem per circuitum uſque ad Illyricum repleverim Evangelium. Ut prædicatio impleatur cum Prædicator, quod prædicat, exequitur, vel quando multos capit. Eſt enim ſicut rete, quod quando laxatur congregat multos piſces. Luc. 5. Duc in altum & laxate retia veſtra in capturam. Duc in altum per orationem, & laxate retia per prædicationem ſuavem & attrahentem. Matth. 13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare & ex omni genere piſcium congreganti, quam cum impleta eſſet, educentes, &c.

g Et audiant, &c.] Chryſ. Neronem dicit leonem propter furorem, & fortitudinem regni ejus, & intrepidabilitatem. Gloſ. De cujus manibus liberatus eſt, quando venit Romam: adductus ab his, qui prærerant Judææ, ob hoc, quia Cæſarem appellavit. Act. 25. Nam cum veniſſet Romam, duobus annis manſit in libera cuſtodia. Act. ult. Poſt etiam tranſivit ad alias naves quæ erant in circuitu Romæ. Vel [De manu leonis] idaſt, Diaboli: qui eſt leo rugiens, 1. Pet. 5. h Liberavit me, &c.] in præſenti per gratiam. i Et ſalvum me faciet] in futuro per gloriam. Et eſt argumentum, quod jam certus erat de præmio ducens me. k In regnum, &c.] quia hic deſpexi me. Jo. 12. Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam.

l Saluta Priſcam, & Aquilam,] Aquila erat vir. Priſcæ de quibus in Act. 18. Chryſ. Cur feminam anteponit viro? quia in fide calidior. m Et Oneſiphori domum,] i. familiam. Chryſ. Ipſe erat in Roma, ſed familiam ejus ſalutat, ut ſup. 1. Det miſericordiam Dominus Oneſiphori domui. Cetera patent in Gloſ. n Eraſtus remanſit, &c. Trophimum autem] Act. 21. habetur de iſto Trophimo. Gloſ. imo hos nominat, ut veniens per eos viſitet. o Infirmum] Chryſ. Quare non curavit eum. Simile Phil. 3. de Epaphrodito. Infirmatus eſt uſque ad mortem. Sol. non omnia valebant ſancti Apoſtoli facere, ut non plus in eis æſtimet quis ſupra id, quod videt. Simile Moyſes ſubtilis vocis erat, cur non tranſmutabatur? Item non potuit ingredi terram promiſſionis. Et ita multa facit Deus ut oſtendatur infirmitas noſtræ naturæ. Act. 14. Deus putabatur. Item datus eſt colaphus, i. ſtimulus carnis, 2. Cor. 4. Habemus theſaurum in vaſis fictilibus, &c. p Myleti.] Myletus prope Epheſum eſt, & inde navigans in Judæam dimiſit hunc; g aus poſtquam venit Romam rurſus, uſque in Hiſpaniam abiit, ſi vero & illum rurſus ad has partes, neſcimus. q Feſtina ante hyemem] Gloſ. Propter imbres, & frigora commonet, ut autumno veniret. Chryſ. Qualiter properat, qualiter nunquam, quod triſte eſt, ponit. Non dicit antequam ego defungar, ſed ante hyemem.

Chriſtus cum x ſpiritu y tuo. z Gratia vobiſcum. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Timotheum ſecunda.

Incipit argumentum in Epiſtolam ad Titum.

Titum commonefacit, & inſtruit de conſtitutione Presbyteri, & de ſpirituali converſatione, & hæreticis vitandis, qui in Scripturis Judaicis credunt: ſcribens et a Nicopoli.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola Pauli ad Titum.

C A P. I.

b Paulus c ſervus Dei d Apoſtolus autem Jeſu Chiſti ſecũ-

r Salutant te Eubolus] Eubolus interpretatur cohabitatio. ſ Et Prudens] verior littera eſt Pudens qui ſecundum Remigium interpretatur indutus conſilio, vel indumentum conſilii. Chryſ. ponit Pudens & Linus Chryſ. Hunc Linum hiſtoria tradit ſecundum poſt Petrum Epiſcopum Romanum. t Claudia] Chryſ. Vide mulieres ignitas circa fidem. Sed cur tot exiſtentibus feminis harum ſolum meminit? Quia clariores erant, & a ſæcularibus rebus magis exierant, denique martyrizatæ ſunt multæ. u Dominus Jeſus] Gloſ. Poſt ſalutationem fratrum ipſe ſalutat quaſi ſubſcribens hoc modo [Dominus Jeſus Chriſtus cum ſpiritu tuo.] Hinc ſumptum eſt, quod reſpondetur in Eccleſia, Et cum ſpiritu tuo. Ruth 2. Dominus vobiſcum. Et Jo. 20. Pax vobis. Chryſ. [Dominus Jeſus] quaſi ne doleas, quia ego diſcedo. Dominus tecum. Et non dixit tecum, ſed A

x Cum ſpiritu tuo,] duplex auxilium gratiæ ſpiritu & Deo auxiliante ei. Non eſt enim Dominus vobiſcum, niſi gratia exiſtente ſpirituali. Et Gloſ. Et cave, ne admonitus iraſcaris, ſed potius.

y Gratia ſit vobiſcum,] i. maneat veſtra dilectio.

z Amen,] i. fiat vel vera ſunt, quæ hactenus dixi. Chryſ. [Gratia ſit vobiſcum] in magnis domibus illos famulos videmus majorem habere gratiam, qui non, quæ ſua ſunt curant, ſed quæ Dominorum, qui non quæ ſua ſunt, ſed quæ Domini, faciunt, & non e converſo.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Pauli ad Timotheum ſecundam.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Titum incipit.

Paulus ſervus, &c.] Iſtum Titum genuit in fide Apoſtolus: quem creavit Epiſcopum: imo potius Archiepiſcopum Cretæ, quæ eſt inſula, ſive regio quædam. Unde monet eum, ut honeſtos Sacerdotes & Epiſcopos conſtituat. Et eſt ejus intentio ut ipſum inſtruat, quomodo ſe debet habere ad omnes, ad pares, ad inferiores, & ad illos qui ſunt extra Eccleſiam. Non dicit quomodo ad Superiores, quia ipſi ſe habent per modum paritatis ad alios ſecundum quod Dominus Papa ſcribit Epiſcopis tanquam fratribus. In prima ergo parte docet, quomodo ſe debet habere ad Coepiſcopos ſuos. In ſecunda quomodo ad inferiores, & maxime ad Converſos de circumciſione. In tertia quomodo ad illos, qui ſunt extra Eccleſiam, & præcipue ad hæreticos. Primo ergo ſalutat eum. Secundo revocat eum ad memoriam ad quod conſtitutus ſit, ibi [Hujus rei gratia] Tertio inſinuatur ei quales Epiſcopos & Presbyteros debet conſtituere, ibi [Si quis, &c.] Dicit ergo.

a Paulus] nomine.

b Servus] conditione, ſed hæc conditio nobilitas eſt, hæc ſervitus ingenuitas eſt, quia.

c Dei.] Unde Beata Agatha dixit. Summa ingenuitas eſt, quæ ſervitio Chriſti approbatur. Servus enim Regis par Comitis eſt, ut dicitur. Unde in Collecta dicitur cui ſervire regnare eſt. Unde David hac nobilitate commendans ſe ait. Ego ſervus tuus & filius ancillæ tuæ. Iſa. quadrageſimo nono. Parum eſt mihi, ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandum tribus Jacob, & fæces Iſrael convertendas, quaſi dicat, non eſt parum, imo magnum. Gloſ. Qualiter Moyſes & David ſervi ſunt appellati Deuteron. ultim. & Ezech. 32. Et Maria ancilla Luc. 1.

d Apoſtolus autem] poteſtate & dignitate. Roman. 1.

a Per quem accepimus gratiam, & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Hanc prædixerat miſſionem. *Pſ. 67.* Venient legati ex Ægypto, Apoſtolo dico. *a* Secundum fidem, &c.] i. prædicans fidem, quam tenent vel per quam ſalvantur Electi, qui non falluntur, nec inducuntur in errorem. Unde *Matt.* 24. Ita ut in errorem inducantur etiam, ſi fieri poteſt Electi, q. d. non poteſt fieri. *b* Et agnitionem veritatis,] Hic eſt ordo; fidem ſequitur agnitio. *Iſ.* 7. alia littera. Niſi credideritis non intelligetis. Quod ſignificatum fuit. *Gen.* 29. Jacob primo contraxit cum Lia, quæ erat lippis oculis, i. cum cognitione fidei, quæ eſt per ſpeculum, & ænigma; poſtea cum Rachele, quæ erat venuſto aſpectu, hæc erit in patria. Idem etiam ſignificatũ eſt. *Gen.* 28. ubi Jacob vidit in ſomnis Deum. Et poſtea *Gen.* 32. Exiens de Meſopotamia vidit eum facie ad faciem. Item *Exod.* 3. ubi de rubo loquitur Dominus Moyſi quæſito nomine ejus reſpondit. Ego ſum, qui ſum & ſic nominat ſe nomine univerſitatis, in quo notatur cognitio fidei, quæ eſt per ſpeculum univerſitatis creaturarum.

dum fidem *a* Electorum Dei, & *b* agnitionem veritatis, quæ ſecundum pietatem *c* eſt in ſpem *d* vitæ æternæ, *e* quam promiſit qui non mentitur *f* Deus *g* ante tempora
B
ſecularia; *h* manifeſtavit autem temporibus ſuis *i* verbum ſuum in prædicatione, *k* quæ credita eſt mihi ſecũdum *l* Præceptum *m* Salvatoris noſtri Dei. Tito dilecto filio ſecundum *n* communem *o* fidem. *p* Gratia, *q* & pax a Deo Patre, & Chriſto Jeſu Salvatore noſtro. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, *r* ut ea, *ſ* quæ deſunt, *t* corrigas, *u* & conſtituas per *x* civitates Presbyteros, *y* ſicut & *z* ego tibi diſpoſui. *a* Si quis ſine crimine eſt unius *b* uxoris vir, *c* filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, *d* aut non ſubditos. *e* Oportet *f* enim Epiſcopum

c Quæ ſecundum pietatem eſt] i. Dei religionem. Hoc dicit, quia eſt veritas quædam ſecundum vanitatem, ut in ſcientiis, quæ paſcunt curioſitatem, non ædificant ad pietatem, i. in cultum Dei *1. Tim. 6.* Si quis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ; ſuperbus eſt nihil ſciens. Omnem doctrinam debemus referre ad pietatem, i. Dei cultum, & noſtram utilitatem. *Aug. in Ench. in princ.* Hæc enim maxime, i. fides, ſpes, charitas, imo hæc ſola in religione ſequenda ſunt. Ex hoc ſequitur, quod illa ſola veritas eſt ſecundum pietatem, quæ illuſtrat quoad fidem, inflammat quoad charitatem, confirmat quoad ſpem. Apoſtolus dico. *d* In ſpem] i. propter ſpem [vitæ æternæ] Vel Apoſtolo. *a* Secundum fidem Electorum] i. præmiſſus ad prædicandum credenda. *b* Et agnitionem veritatis, &c.] i. miſſus ad prædicandum facienda, & vitanda. *d* In ſpem vitæ] i. miſſus ad prædicandum præmia ſperanda, ſcil. vitam æternam. *e* Quam] vitam æternam. *f* Promiſit qui non mentitur, Deus] *Chryſ.* q. d. non oportet dubitare, etſi poſt mortem fuerit, quem enunciavit, qui non mentitur Deus. Non enim eſt quaſi homo, ut mentiatur. *Pſ.* 144. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, *Rom.* 3. Eſt autem Deus verax, omnis homo mendax, *Pſ.* 88. Quæ procedunt ex labiis meis, non faciam irrita *2. Cor.* 1. Non fuit, in illo eſt, & non; ſed eſt in illo, fuit, *Heb.* 11. Fidelem credidit eſſe eum, qui repromiſit, *Rom.* 4. Pleniſſime ſciens, quia quæcumque promiſit, Deus potens eſt & facere [Promiſit] i. prævidit, & præſcivit ſe promiſſurum. *g* Ante tempora ſæcularia;] vel æterna quod idem eſt, i. ante omnia tempora. Simile *Apoc.* 13. Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi. Et *Tim.* 1. Secundum gratiam, quæ data eſt nobis in Jeſu Chriſto ante tempora ſæcularia. Vel [Promiſit] i. fixum, & notum habuit [Ante tempora ſæcularia] q. d. non eſt recens promiſſio, nec incerta, ſive fallax. Et hoc eſt: Qui non mentitur. Ut autem certior ſit ejus promiſſio. *h* Manifeſtavit ſuis temporibus] i. congruis. *Gal.* 4. At ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum, &c. *2. Cor.* 6. Ecce nunc tempus acceptabile, *Iſa.* 49. In tempore placito exaudivi te. *i* Verbum ſuum] i. filium, qui eſt vita æterna, *Jo.* 14. Ego ſum via veritas & vita: Manifeſtavit verbum ſuum. *Pſ.* 97. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum. Item qui ſedes ſuper Cherubin, manifeſtare coram Ephraim, Benjamin, & Manaſſe. Ante incarnationem ſedeat ſuper Cherubin, i. ſuper plenitudinem ſcientiæ, quia nullus fere poterat attingere ad hoc, ut ita aperte cognoſceret benignitatem incarnationis ejus, ſicut modo videmus. Secundo petebat *Pſal.* 79. Manifeſtare coram Ephraim, &c. Per Ephraim pœnitentes, & incipientes, qui fructificant, & agunt dignos fructus pœnitentiæ. Per Benjamin juſti, & proficientes, qui jam pœnitentiam egerunt qui jam ſunt filii dextræ. Per Manaſſem contemplativi & perfecti, ſive pervenientes, qui jam poſteriorem ſunt obliti: Manaſſe enim oblivio interpretatur: Manifeſtavit, dico, non ſolum in carnem mittendo, ſed. *k* In prædicatione, &c.] i. commiſſa ut fideli diſpenſatori *1. Cor.* 9. Diſpenſatio mihi credita eſt, *Gal.* 2. Cum vidiſſent, quod creditum eſt mihi Evangelium præputii, ſicut & Petro circumciſionis, &c. *Eph.* 3. Mihi autem omnium Sanctorum minimo data eſt hæc gratia in gentibus evangelizare inveſtigabiles Chriſti divitias. *l* Secundum præceptum] *Act.* 22. Vade quoniam ego ad nationes longe mittam te. *m* Salvatoris noſtri Dei,] qui ſalvat hic per gratiam, & in futuro per gloriam. *Phil.* 3. Salvatorem expectamus Dominum Jeſum Chriſtum. Paulus inquam, ſcribit hanc Epiſtolam Tito, &c. *n* Communem] i. Catholicam in qua fide eum genuit quia catholicon græce, commune dicitur, vel univerſale. *o* Fidem,] i. non ſecundum privatam alicujus fictionem, vel inventionem. Et in ſcribendo primo ſalutat ſic. *p* Gratia,] ſit tibi. *q* Et pax, &c.] Hæc plana ſunt *Chryſ.* Supra ſcribens Timotheo addit Miſericordia, quia forte in miniſterio auſterus erat hic, iſte remiſſus [Hujus rei gratia, &c.] Primo dicit quid agere debeat, ſcil. corrigere, & ædificare, & hoc eſt. *r* Ut ea, &c.] Sic conſtrue. *t* Ut corrigas,] mala in peccantibus. *Pſ.* 118. In quo corrigit adoleſcentior, &c. addas bonis. *ſ* Quæ deſunt,] ad perfectionem, hoc eſt officium Prælati. Primo corrigere. Unde *Jer.* 1. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & regna, ut evellas, & deſtruas, diſſipes, & ædifices, & plantes ea, quæ deſunt *Marc.* 10. Unum tibi deeſt, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: *Col.* 1. Adimplebo ea, quæ deſunt paſſionum Chriſti in carne mea pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia. *u* Et conſtituas, &c.] Ecce aliud officium Prælati, ſcil. ædificare, & plantare. *x* Per civitates] diverſas, ut ſic levius ſit onus partium in multos. *y* Presbyteros] i. Epiſcopos. *z* Sicut & ego diſpoſui, tibi] i. quales conſtituendo docui. *Exod.* 18. Provide de omni plebe viros ſapientes, vel potentes ſecundum aliam litteram, vel timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam, & ex eis conſtitue Tribunos, & Centuriones, & Quadragenarios, & Decanos, qui judicent populum omni tempore. Quicquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo judicent, leviuſque ſit tibi in alios partito onere. *a* Si quis ſine crimine] i. peccato criminali, vel infamia criminis. Non dicit ſine peccato *1. Jo.* 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, &c. *1. Cor.* 1. Confirmabit uſque in finem ſine crimine. Nota quod idem dicitur de Epiſcopis *1. Tim.* 3. quod nunc de Presbyteris dicit. Sic miniſtrent nullum crimen habentes *Pſal.* 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, i. in Eccleſia tua ad miniſtrandum tibi? Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam. *Lev.* 21. Homo de ſemine tuo per familias, qui habuit maculam, non offerat panes Deo ſuo, non accedat ad miniſterium ejus *Pſ.* 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabit. *b* Unius uxoris vir.] *Chryſ.* Propter hæreticos hoc dicit, qui damnant nuptias *1. Tim.* 4. Prohibentium nubere, &c. Et eodem præcepto ſecundas nuptias arcet a Presbyteris dicens [Unius uxoris vir] Propter ſacrum; & quia in hoc habetur ſpes continentiæ ejus. Significat enim Prælatus vir unius uxoris Chriſtum qui eſt vir unius, i. Eccleſiæ univerſalis, quæ una eſt ſicut dicitur *Cant.* 6. Una eſt columba mea, & *2. Cor.* 11. Deſpondi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. *c* Filios habens fideles,] i. ſanæ fidei, & pios, quantum ad Deum, non in accuſatione luxuriæ, ideſt ſobrios, & caſtos in ſe, qui non ſunt accuſati de luxuria, i. accuſabiles, ſicut accuſati ſunt filii Heli *1. Reg.* 2. Audivit Heli omnia quæ faciebant filii ſui univerſo Iſraeli, & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſervabant ad oſtium tabernaculi. *Gen.* 37. Accuſavit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.

d Aut non ſubditos,] ideſt, inobedientes ſive incorrigibiles. *Deuter. vigeſimo primo.* Si genuerit homo filium contumacem, & protervum qui non audierit patris, & matris imperium, lapidibus obruet eum populus, i. objurgationibus. *e* Oportet enim] i. neceſſe eſt ad tractationem officii. *f* Epiſcopum] quem ſupra dixit Presbyterum.

byterum. *a* Sine crimine eſſe,] ideſt, irreprehenſibilem, quia Rector eſt aliorum, ut ſecundum eum regant ſe ſubditi. *Eccl.* 10. Secundum Judicem populi, ſic & miniſtri ejus. Et qualis eſt Rector civitatis, tales & habitantes in ea. *b* Sicut Dei diſpenſatorem, 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.

C

c Non ſuperbum] 1. *Tim.* 6. Superbus nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum.

d Non iracundum,] *Jac.* 1 Ira viri juſtitiam Dei non operatur.

e Non violentum,] *Lev.* 10. Prohibetur, ne Sacerdotes tempore adminiſtrationis ſuæ bibant vinum. *f* Non percuſſorem,] conſcientiarum fratrum. Vel litteram, 1. *Tim.* 3. Non vinolentum, non percuſſorem. *g* Non turpis lucri cupidum,] ſcil. ſæcularis, 1. *Tim.* 3. Non turpe lucrum ſectantes. Item 1. *Tim.* 6. Exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem, Et ſubditur *infr. eod.* [Docentes, &c.]

h Sed hoſpitalem,] idem dicitur, 1. *Tim.* 3. Et *Rom.* 12. Et *Hebr.* 13. Hoſpitalitatem nolite oblivisci.

i Benignum] bene conjungit hic hoſpitalitati benignitatem, contra illos, qui hoſpitibus ſuis pauperibus dure loquuntur. *Eccl.* 20. Datus inſipientis non erit tibi utilis, oculi enim illius ſeptemplices ſunt: exigua dabit, & multa improperabit. *Sap.* 1. Benignus eſt Spiritus Sapientiæ. k Sobrium,] in ſe.

l Juſtum,] proximis, 1. *Tim.* 3. Sobrium, ornatum Sed quæ eſt differentia inter ſobrium, & non vinolentum? Reſponſio. Sobrium in cibis, non vinolentum, hoc pertinet ad potum.

m Sanctum,] Deo. *Lev.* 9. Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum. *n* Continentem] ſe ab illicitis, i. ab ira, ſuperbia & ceteris. *Sap.* 8. Non poſſem eſſe continens, niſi Deus det.

p Eum, qui ſecundum doctrinam, &c.] i. ſanam, & veracem, i. ſecundum doctrinam Chriſti, non Ariſtotelis, vel Hypocratis. *Pſ.* 118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. *Deut.* 4. Sicut mandavit mihi Dominus Deus noſter, ſic facietis. Hæc eſt enim veſtra ſapientia, & intellectus *Chryſ.* Qui per fidem traditus eſt, non indiget ſyllogiſmis.

q Ut potens ſit] vita, & ſcientia. *Luc. ult.* De Jeſu Nazareno, qui fuit vir Propheta potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo. Coram Deo, per bonam vitam; coram populo per bonam famam, 2. *Cor.* 2. Chriſti bonus odor ſumus. *r* Exhortari] ſcientes [in doctrina ſana] *Chryſ.* Si neſcis recta docere, procul ſis a throno doctrinali, 2. *Tim.* 4. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. Dicitur autem doctrina ſana, quæ eſt viva, fortis, & temperata, ſicut homo dicitur ſanus, quando eſt vividus, & fortis, & bene temperatus. Et ſicut ſanitas eſt ex æquitate humorum; ſic ſana doctrina ex æqualitate, & convenientia morum. *Bern.* Animi boni humores, boni mores. *Oſee* 10. Vitis frondoſa Iſrael fructus adæquatus eſt ei. Item ſicut cibus dicitur ſanus, & medicina ſana, ſic doctrina dicitur ſana ab effectu, quia ſanat. *Sap.* 16. Non herba neque malagma ſanavit eos, ſed tuus ſermo, Domine, qui ſanat omnia. Item ſicut urina dicitur ſana, quia indicativa eſt ſanitatis, ſic doctrina dicitur ſana, quia indicat ſanitas verborum ſanitatem affectionum. Ex abundantia enim cordis os loquitur, ſicut dicitur *Luc.* 6. Sicut potus cognoſcitur in lingua, utrum ſanus ſit, vel leproſus.

ſ Et eos, qui contradicunt] tam lingua, quam vita, repugnavit veritati [arguere.] Non ſolum debet exhortari ſcientes, & benignos; ſed convincere rebelles, & malevolos, 2. *Cor.* 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia, ſed potentia Dei ad deſtructionem munitionum conſilia conſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe adverſus Dei ſcientiam.

t Sunt enim] quaſi bene dixi. Et eos, qui contradicunt [Sunt enim multi] in Creta. *u* Inobedientes.] in ſe. *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus. *Pſ.* 39. Multiplicati ſunt ſuper numerum [Inobedientes] Ecce ſuperbia contra potentiam patris. *Rom.* 3. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. *x* Vaniloqui] Hoc eſt contra filium qui eſt verum verbum, non vanum, 2. *Reg.* 17. Verbum Dei in ore tuo verum eſt. *y* Et ſeductores,] Contra Sp. S. qui bene facit alii, non fraudat, non decipit, ſed effugit fictionem, & deceptionem. *Sap.* 1. Sp. S. diſciplinæ effugiet fictum, i. fictionem, per quam alii ſeducuntur, 2. *Tim.* 3. Errantes, & in errorem mittentes. *Chryſ.* Unde etiam tales, qui nolunt ſubjici, ſed principari.

a ſine crimine eſſe, *b* ſicut Dei diſpenſatorem, non *c* ſuperbum, d non iracundum. *e* non vinolentum, *f* non percuſſorem, *g* non turpis lucri cupidum, *h* ſed hoſpitalem, i benignum k ſobrium, *l* juſtum, *m* ſanctum, *n* continentem, amplectentem *o* eum, *p* qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem, *q* ut potens ſit *r* exhortari in doctrina ſana, *ſ* & eos, qui contradicunt arguere. *t* Sunt enim multi etiam *u* inobedientes, *x* vaniloqui *y* & ſeductores, *z* maxime autem qui de circumciſione ſunt, *a* quos oportet redargui, *b* qui *c* univerſas domos ſubvertunt, *d* docentes quæ non oportet, turpis *e* lucri gratia. *f* Dixit quidam ex illis proprius illorum Propheta: *g* Cretenſes ſemper mendaces, *h* malę beſtię, *i* ventres pigri.

z Maxime autem qui] q. d. iſti ſunt pejores, ſcil. Judæi, qui docent legalia cum Evangelio ſervanda, ſicut enim optimi fuerunt de Judæis, ſic etiam peſſimi. Unde *Jer.* 24. Ficus malas, malas valde. *a* Quos oportet redargui,] *Chryſ.* Si incorrigibiles ſunt, ad quid arguentur? Solut. ne ſubvertant domos. Unde ſubdit.

b Qui] i. quia. *c* Univerſas domos ſubvertunt,] i. totam familiam 2. *Tim.* 3. Ex his ſunt, qui penetrant domos, captivas ducentes mulierculas. Tales arguendi ſunt, & cenſura Eccleſiaſtica coercendi. *Eccl.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.

d Docentes, quæ non oportet,] ideſt, quæ oportet non doceri.

e Turpis lucri gratia.] Sed voluntarie turpe lucrum obtulit Simon. *Act.* 8. Item turpe lucrum recepit Giezi, 4. *Reg.* 5. Sed cum eo recepit lepram Naaman, ſicut ibidem dicitur. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo in æternum. Vel [Turpis lucri gratia,] ideſt, ut faciant unum Proſelytum, ſicut dicitur *Matt.* 23. Circuitis mare, & aridam, ut faciatis unum Proſelytum.

f Dixit quidam, &c.] Quaſi vere tales ſunt, ſicut etiam dixit [quidam ex illis proprius illorum Propheta,] i. Poeta eorum, quem habuerunt pro Propheta. Vel Propheta, ſicut Caiphas, vel Balaam. Nec ſequitur, illorum Propheta, ergo Propheta; imo ibi eſt fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter. Iſte fuit Epimenides Cretenſis, in cujus libris hoc invenitur.

g Cretenſes ſemper mendaces,] Semper, ecce pertinacia, & aſſiduitas. *Eccl.* 20. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſidue erit, potior erit fur, quam aſſiduitas viri mendacis.

h Malæ beſtiæ,] i. crudeles ſanguinem ſitientes.

a Ventres pigri,] ideſt guloſi, & ideo pigri. Hic ponuntur tria peccata, in quibus iſti erant notabiles, mendacium, crudelitas, & gula. [Cretenſes] interpretantur vocati, & vocatione conſummati, quia a Principibus vocantur mendaces. *Oſee* 7. In malitia ſua lætificaverunt Regem, & in mendaciis ſuis Principes. *Matth.* 11. Qui mollibus induuntur, in domibus Regum ſunt. Ad litteram, molles ſunt in verbis ad arguendum, & in veſtibus. Non enim mordere audent, nec latrare illi, qui ſunt in curiis, ſed lambere, & adulari. *Proverbior.* 29. Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios. Habent ergo mendaces in ſuis curiis. Item habent ſecum prædatores, & vaſtatores. Unde ſubdit [Malæ beſtiæ] Beſtia enim dicitur, quaſi vaſtia. Beſtia etiam Græce dicitur tyria, ideſt ſerpentis genus. Similiter Prælati, & Principes ſunt vaſtatores, & habent ſecum vaſtatores. *Ezech.* 19. Mater tua Leæna inter Leones cubavit, in medio Leunculorum enutrivit catulos ſuos, & eduxit unum de Leunculis ſuis, Leo factus eſt & didicit capere prædam, & homines comedere: *Jud.* 2. Vocavit Nabuchodonoſor Rex Holofernem Principem militiæ ſuæ & dixit ei, egredere adverſum omne regnum Occidentis, & contra eos præcipue, qui contemnunt imperium meum: non parcet oculus tuus ulli regno: omnemque urbem munitam ſubjugabis mihi. Nabuchodonoſor interpretatur prophetia lagunculæ anguſtæ, & ſignificat Epiſcopum, ſive quemlibet

Digitized by Google

libet Prælatum avarum, qui ſemper prophetat de anguſtia lagunculæ. Semper enim credit, quod debeant ſibi deficere neceſſaria. Talis mittit legatum talem, qualis ipſe eſt, Archidiaconum, vel Decanum, Holofernem, ſcil. qui interpretatur infirmans vitulum ſaginatum, i. evacuans burſam divitum Sacerdotum, & ita infirmantur vituli, i. divites laſcivi, quia ad litteram magis dolent de nummo, quam de Deo. Vel infirmant eos, quos ſuſpendunt, &

D

al. † adverſantium.

a Teſtimonium hoc verum eſt. b Quam ob cauſam c increpa illos dure, d ut ſani e ſint in fide, f non g intendentes Judaicis fabulis, h & mandatis hominum i † avertentium ſe a veritate.

deſtituunt ab officio, & beneficio, niſi redimant, ſe nummis. Unde *Mich.* 4. Si quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium. *Pr.* 30. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes, affer, affer. Sanguiſuga eſt Prælatus avarus, ſanguiſuga bibit, & evomit: ſimiliter avarus multum ſitit, & bibit, ſed cum potu muſcam recipit, quæ eum evomere compellit, quod devorabit. *Job* 20. Divitias, quas devoravit, avomet, & de ventre ejus extrahet eas Deus. *Iſa.* 33. Cum conſummaveris deprædationem, deprædaberis. Hujus ſanguiſugæ duæ ſunt filiæ, i. duæ familiæ, ſive duo genera familiæ. Sunt enim quidam de familia ſua, qui ſemper rapiunt, & lucra quærunt. Alii qui omnia expendunt, & comedunt. Primi dicunt, affer aurum, & argentum. Secundi clamant, affer cibum, & potum. Primi ſunt [malæ beſtiæ] Secundi ſunt [ventris pigri] ſive [ventres pigri] ſecundum quod invenitur in quibuſdam libris. Sed cur vocat homines ventres? Reſp. ad expreſſionem majorem, quia ventribus erant dediti. *Philip.* 3. Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum, qui terrena ſapiunt [Pigri] quia ventris pondus facit eos pigros. *Eccl.* 10. Væ terræ, cujus Rex puer eſt, & cujus Principes mane comedunt. Hi ſunt Cretenſes. Hi ſunt tres hoſtes, quos habuit Salomon 3. *Reg.* 11. Primus eſt Adad, qui interpretatur præcipuus. Hi ſunt guloſi, qui præcipui ſunt, i. præ aliis capiunt, vel præcipui ſunt Dominis ſuis, eos ad edendum, & bibendum invitantes. Alius eſt Jeroboam, qui interpretatur cauſa populi, i. raptores. Tertius eſt Razon, qui interpretatur myſticus, vel ſacratus, i. mendaces, quia omnia verba Dominorum ſuorum ſacra dicunt, & ſecreta Dominorum ſuorum ſciunt. Item hæc tria, quæ hic dicuntur poſſunt referri ad animam rationalem, & ſenſibilem & vegetabilem [Mendaces] quantum ad rationem, quia verum pertinet ad rationem, & contrarium intentionis loquendi eſt contrarium mendacium [Malæ beſtiæ] quantum ad ſenſibilem, i. ſequentes impetum voluntatis, ſicut beſtiæ feroces. Chaldæi, qui interpretantur, feroces, vaſtaverunt Jeruſalem, & templum, 4 *Reg. ult.* Item quantum ad vegetabilem ſequitur [Ventres pigri] ſecundum *Chryſ.* [Ventres otioſi] ſcil. præ multitudine ciborum. a Teſtimonium hoc verum eſt.] Hoc addit Apoſtolus, ne nimis credas, quæ dixit ille Poeta, qui gentilis erat, & ideo ejus verbum confirmavit. Et commendat quantum ad hoc, non tamen omnia, ideo dicit [Teſtimonium hoc] q. d. non dico de omnibus verbis ejus. Et eſt argumentum, quod poſſumus de libris gentilium elicere, quæ vera ſunt, ſicut aurum de ſtercore, quod in terra jacet, ſicut dicit Virgilius de Ennio. Item *Act.* 17. Apoſtolus illud verbum. In ipſo enim vivimus, movemur & ſumus, ſumpſit a quodam, qui illud verbum dixerat de Jove. Item *Deut.* 21. Si videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, volueriſque habere uxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radet cæſariem, & circumcidet ungues, & deponet veſtem, in qua capta eſt. Item ſicut filii Iſrael acceperunt ab Ægyptiis aurum, & vaſa argentea. *Ex.* 12. Item *Act.* 7. Eruditus eſt Moyſes in omni Sapientia Ægyptiorum. Item *Dan.* 1. Ut docerent eos litteras, & linguam Chaldæorum. Et poſtea dicitur. Invenit in eis decuplum ſuper omnes Hariolos, & Magos. Sed contra *Jer. in Prol. Bibl.* loquitur contra Homerocentonas, & Virgiliocentonas, & Sancti in pluribus locis, contra ſcientia Philoſophorum loquuntur, 1. *Cor.* 1. Perdam Sapientiam ſapientum, & Prudentiam prudentum reprobabo. *Abd.* Perdam Sapientiam de Idumæa. Sol. Omnis ſcientia ancillari debet Theologiæ, non principari. Unde errant illi, qui de acceſſorio faciunt principale, qui modo in Theologia ſequuntur Philoſophos, non Theologos, & magis innituntur vanitati, quam utilitati. Sunt enim in Sapientia mundi multa ſuperflua, & curioſa, corda lanianția, & deſſuentia, & ſuperficialia tantum, & hæc removenda ſunt in aliis ſcientiis. Superfluitas, ſcil. quæ notatur per cæſariem mulieris, quæ aſſumi dicitur in ſecundum *Deut.* 21. Et curioſitas dilanians cor, quæ ſignificatur per ungues. Et ſuperficies, ſive apparentia vanitatis, quæ ſignificatur per veſtem, quæ omnia amovenda ſunt, utilia tamen, ſi ibi ſunt quædam, quæ inſerviunt Theologiæ, debent aſſumi ad ædificationem, & non ad oſtentationem, ſicut fecit Apoſt. Unde ut vitaret oſtentationem, noluit nominare auctores, quorum tamen verba poſuit. Et hoc effecit Apoſtolus, ut magis crederent, & benigni ſibi eſſent audientes, quod verba ſuorum auctorum rationabilia confirmaret. Item ſicut dicit *Chryſ.* Quoniam eos magis erubeſcere facimus, quando a propriis afferimus accuſationes. *Luc.* 2. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini, primitias tantum eorum offeretis ac munera. Mel & fermentum, eſt integra ſapientia Philoſophorum, quę dulcis videtur multis. Primitiæ ſunt quædam bonæ ſcientiæ, quæ modicæ ſunt in comparatione totius maſſæ, tales poſſunt offerri Domino, ſicut patet in *Gl.* Hoc etiam ſignificatur *Joſ.* 6. ubi dicitur. Quicquid auri, & argenti fuerit, & valorum æneorum, ac ferri, Domino conſecretur repoſitum in theſauris ejus. De anathemate enim Hiericho, i. de ſcientia ſæculari poteſt reſervari in uſus templi Domini, nec in uſus proprios, aurum Sapientiæ, argentum ornatæ eloquentiæ, æs ſonoritatis apertæ, & fructuoſæ, & ſtabilis, & ferrum, i. ſoliditas regularum, & principiorum, quæ ſunt in aliis facultatibus. b Quam ob cauſam] quaſi docent, quæ non oportet, vel quia ſunt mendaces, & crudeles, & guloſi. c Increpa illos dure,] non molliter, ut ſoles. Nota quod iſte Titus manſuetus erat nimis, & ideo ſtimulandus erat ad rigorem. Timotheus autem rigidus erat, & ideo frænandus erat. Unde 1. *Tim.* 4. Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra, ut patrem [increpa] *Prov.* 15. Qui acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis. d Dure,] quod quia non fecit Heli, periit 1. *Reg.* 2. Nolite filii mei, non eſt bona fama, quam audio, &c. Non ait ribaldi, ſed filii mei & ideo dicitur non corripuiſſe eos, quia non dure arguit, ſed remiſſe 1. *Reg.* 3. Eo quod noverat indigne agere filios ſuos, & non corripuerit eos, idcirco juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis & muneribus uſque in æternum. *Apoc.* 3. Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. *Prov.* 27. Melior eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula. Exemplum de Chirurgo qui parcit urere, vel ſecare, & dimittit totum putreſcere. *Aug.* Domine, hic ure, hic ſeca. e Ut ſani ſint] Ecce finis increpationis. Propter ſanitatem enim fit ſectio, vel increpatio dura, f In fide,] non dicit in carne, anima enim ſecanda eſt, non caro. Niſi enim pateretur ſectionem non diceret Simeon. *Luc.* 2. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Quid autem ſit reſecandum, ſubjungit. g Non intendentes Judaicis fabulis,] i. legalibus, quæ ſuo tempore ſervanda fuerunt. h Et mandatis hominum] quæ inſuper adinvenerunt. Vel ipſa legalia poſt, tempore gratiæ dicit eſſe mandata hominum, non Dei. *Iſ.* 29. Timuerunt de mandato hominum & doctrinis 1. *Tim.* 1. Ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & Genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis, quam ædificationem. Et eſt argumentum contra ſtudentes in his, quæ non ædificant. i Hominum] dico [adverſantium] vel [avertentium ſe a veritate] Iſtud poteſt dici de legiſtis, & Advocatis, qui adverſando veritati, & litigando divites fiunt. Et tales ſunt etſi non auctores, tamen compilatores, & expoſitores juris eccleſiaſtici. Tales non ſunt ſani in fide quoad Deum, nec in fidelitate quoad proximum. Tamen fides eſt caput, quod maxime ſervandum eſt in ſanitate, ſicut ſerpens facit. *Matt.* 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, &c. Seneca. Qui fidem amittit nihil tetinet. Unde Cui caput infirmum, &c. Hic Herodiadis, i. Diabolus *Matth.* 14. nihil aliud petit, niſi caput Joannis 4. *Reg. ultim.* & *Jer.* 52. Nabuchodonoſor excæcavit Sedechiam. Idem autem eſt caput, & oculus ſpiritualis, ſcilicet, fides. [Mandatis hominum] ideſt, legibus, & decretis, quæ hodie ſubvertunt mandata Dei *Epheſ.* 2. Legem mandatorum decretis evacuans. *Job* 30. Oppreſſerunt quaſi fluctibus

ctibus

Ctibus ſemitis ſuis, diſſipaverunt itinera, i. traditiones hominum diſſipaverunt legem Dei, & opprimunt pedes ejus, & pauperes, & infimos. *Matt.* 15. Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras [Hominum] legiſtarum, i. Advocatorum [Avertentium ſe a veritate.] *Proverb.* 28. Pro buccella panis deſerunt veritatem, 2. *Tim.* 4. A veritate quidem auditum avertentes ad fabulas convertentur.

30. diſt. c. propoſuiſti q. 1. c. Dominus.

a Omnia munda b mundis, c coinquinatis autem, d & infidelibus e nihil eſt mundum, f ſed inquinatæ ſunt eorum & mens, g & conſcientia. h Confitentur ſe i noſſe Deum, k factis autem negant, cum ſint † abominabiles, l & incredibiles, m & ad n omne opus bonum o reprobi.

al. † abominati.

a Omnia enim] Quaſi legalia docent prædicti, & cibaria diſcernenda dicunt, & in hoc veritati contradicunt, quod non deberent [Quia omnia] ſunt [munda] per naturam. Sed quia licet omnia ſint in ſe munda, tamen male ſumenti immunda ſunt, ſubdit.

b Mundis] per gratiam, qui ſcil. bona fide ſumunt, & juſti ſunt. *Rom.* 14. Omnia quidem munda ſunt, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.

Item *ibid.* Scio, & confido in Domino Jeſu, quia nihil commune per ipſum, niſi ei, qui exiſtimat quid commune eſſe illi, commune eſt.

Item 1. *Cor.* 10. Omne, quod in macello venit, manducate nihil interrogantes propter conſcientiam. Sed quæritur, ſi omnia munda mundis, ergo a contrario ſenſu, omnia immunda immundis.

Item quomodo audet Apoſtolus revocare ſua auctoritate, quod non ſolum ipſe, ſed & concilium ſtatuit Apoſtolorum ipſo præſente. *Act.* 15. Scribere ad eos, ut abſtineant a contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. Videtur ergo, quod teneamur abſtinere ab hujuſmodi. Unde Alexander Papa noluit hoc determinare, & ſi hoc, non ergo omnia munda mundis. Ad id facit quædam *Gl.* ſuper *Ezech.* 44. in qua dicit *Hier.* quod hoc juxta litteram tenendum eſt. Sol. Ad primum dicendum, quod verum eſt, quod omnia immunda immundis, ſub illo ſenſu, ſub quo dictum eſt, omnia munda mundis. Immundis enim, ideſt, cum conſcientia, & ſine fide manducantibus nihil eſt mundum, ſicut dicit textus ſequens. Et nota, quod aliud eſt comedere cum immunditia, quod faciunt, qui comedunt, & ſunt cum peccato, vel in peccato, nec exigitur, quod peccant comedendo; aliud eſt comedere per immunditiam, ſicut faciunt raptores, & guloſi, & peccant comedendo. De canone autem Apoſtolorum dicendum, quod ex littera, & circumſtantiis litteræ patet ſolutio. Scribitur enim his, qui convertuntur ex gentibus, i. ex ritu gentium, in quo ſolebant fornicari in veneratione Priapi, & Beelphegor, ut dicitur *Nu.* 25. & ideo ſpecialiter fuit eis prohibita fornicatio, & corporalis, & ſpiritualis, ſcil. idololatria, quia una fovebat alteram. Item ſolebant edere de ſanguine quaſi pro Marte, vel pro Pallade, & de ſuffocatis in veneratione Bacchi, vel Plutonis. Unde a talibus tales arcentur, i. nuper converſi, quod patet *Act.* 21. De his qui crediderunt ex gentibus, nos ſcripſimus judicantes, ut abſtineant ſe ab idolis, immolato, ſanguine, ſuffocato, & fornicatione. Et quia pro aviditate comedendi ſanguinem, proni erant etiam ad occidendum hos, quorum ſanguis delectabilior erat, ut dicitur, & quia Judæi maxime in his ſcandalizabantur. Paulus autem illud decretum ſua auctoritate non revocavit, ſed revocatum ab Apoſtolis promulgavit, cum dixit [Omnia munda mundis.] Vel melius intentionem, qua fuit datum illud decretum, oſtendit, & quomodo ab Apoſtolis fuit inſtitutum declaravit, ipſe enim illi concilio interfuit. Alii autem aliter ſolvunt dicentes, quod in illo canone non inhibita fuerunt ſanguis, ad litteram, & ſuffocatum, ſed bibere ſanguinem humanum, quia ita crudeles erant gentiles, quod non ſufficiebat eis interficere inimicos ſuos, niſi etiam eorum ſanguinem biberent. Similiter ſuffocatio hominum ibi prohibetur, ut dicunt, & hoc volunt habere a quibuſdam gloſſis, quæ ſunt ſuper illum locum. Dicit ergo [Omnia munda mundis.] *Gen.* 9. Omne, quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum, &c. 1. *Tim.* 4. Omnis creatura Dei bona.

c Coinquinatis autem:] i. perverſos mores habentibus, & infidelibus per errores. e Nihil eſt mundum,] i. nullus cibus tam mundus in natura, qui eos mundare valeat. Vel [Nihil eſt mundum,] ideſt, nihil eſt, quod digne, & munde ſumunt, ſed cum immunditia peccati ſumunt. Peccator enim non eſt dignus pane, quo veſcitur, non tamen ſequitur, quod pecces comedendo, ſed in hoc, quod ingratus eſt beneficio paſcentis eum, cum ſit in peccato. Et loquitur ſpecialiter de illis, qui manducant cum conſcientia.

d Et infidelibus] *Gloſ.* qui non credunt in Deum, vel Deo, nihil eſt.

e Mundum,] quia non ſunt digni donis Dei. f Sed inquinatæ ſunt eorum & mens,] i. intellectus. 11. q. 3. c. exiſtimat.

g Et conſcientia] i. affectus. Hæ ſunt duæ vires, vel partes animæ, quaſi dicat, non ex cibo eſt eorum inquinatio, ſed ex malo intellectu, & conſcientia peccatorum. *Matth.* 15. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore. Et poſtea ſubditur. Quæ procedunt ex ore, de corde exeunt malæ cogitationes, homicidia, &c. Et vere inquinatæ ſunt mens eorum, & conſcientia, quia.

h Confitentur] quidem verbis.

i Se noſſe Deum,] per fidem.

k Factis autem negant,] quia voce Chriſtiani ſunt, ſed opere pagani. *Gen.* 27. Vox quidem vox Jacob eſt, manus autem manus Eſau. *Jer.* 12. Prope es tu, Domine, ori eorum. *Iſa.* 29. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me, 2. *Tim.* 3. Habentes quidem ſpeciem ſanctitatis in lingua, virtutem autem ejus abnegantes in opere, & vita. Quod autem facta poſſunt negare, vel affirmare habetur *Jo.* 5. Opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. Ergo & quæ tu facis, teſtimonium perhibent de te, ergo teſtes ſunt operationes. Ergo vim habent vocis. *Matt.* 7. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.

i Se noſſe Deum,] 1. *Cor.* 8. Si quis ſe exiſtimet ſciſſe, quod nondum novit, quomodo oporteat eum ſcire, ſi quis autem diligit Deum, hic cognitus eſt ab eo, quaſi dicat, ita debes noſſe Deum corde, ore, & opere, ut etiam noſcaris, ne tibi dicatur illud *Matth.* 7. Neſcio vos. Debes enim, & lingua, & vita, confiteri. *Iſa.* 63. Verumtamen populus meus eſt, filii non negantes, 1. *Jo.* 2. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt. Talis Antichriſtus eſt, ut dicitur 1. *Jo* 4. Nunc Antichriſti multi ſunt. Sed objicitur, gravius eſt peccare facto, quam verbo; ergo eodem modo gravius eſt negare Deum facto, quam verbo, ergo quilibet malus Chriſtianus magis peccat, quia Chriſtum facto negat; quam hæreticus qui verbo. Sed non ſequitur, quia negare, ut verbi eſt, proprie ſumitur, ut facti eſt, ſumitur improprie. Si autem ſumeretur univoce, tunc majus eſſet, & gravius negare facto, quam verbo, ut quando quis luxuriatur cum aliquo facto Deum negat eſſe, quando autem verbis incitat eam ad luxuriam, verbis negat, & magis peccat primo modo, quam ſecundo, quod eſt negare Deum verbo. Item *Gl.* Fides talium morum prope fides eſt Dæmoniorum, quia Dæmones credunt & contremiſcunt. *Jac.* 2. Prope autem dicit, quia Dæmones credunt inviti, iſti autem voluntarii. Item credulitas Dæmonum non eſt virtutis informis. l Cum ſint abominabiles,] in deſideriis, & affectionibus, quantum ad concupiſcibilem. 1. Joan. 2.

m Et incredibiles,] i. non habiles credere, i. non habentes habitum fidei ad credendum, licet habeant potentiam naturalem, & hoc quantum ad rationalem.

n Et ad omne opus bonum reprobi,] ideſt, reprobantes bonum quantum ad corruptionem iraſcibilis, cujus eſt repellere malum, & aggredi arduum. *Pſ.* 13. Abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis. *Deut.* 18. Quando ingreſſus fueris terram, quam Dominus Deus dabit tibi, cave, ne imitari velis abominationes illarum gentium. Et nota, quod juſte abominabilis eſt Deo quilibet peccator, quia Deum poſuit abominationem ſibi. *Pſ.* 87. Poſuerunt me abominationem ſibi. Spiritualiter autem abominabilis eſt guloſus, luxurioſus, quia fœtidus eſt, & fœtor ejus provocat Deum ad eum evomendum. *Iſ.* 14. Quaſi cadaver putridum non habebis conſortium. *Nahum.* 3. Omnis, qui viderit te, reſiliet a te. Dicit ergo [Abominabiles] per luxuriam [incredibiles] per ſuperbiam. *Jo.* 5. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab invicem accipitis. [Et ad omne opus bonum,] i. ad opera pietatis, quæ ſpecialiter dicuntur bona, quia valent ad omnia, ut dicitur 1. *Tim.* 4.

o Reprobi,] per avaritiam, quia nolunt dare eleemoſynas, nec alia opera pietatis facere, & ita reprobi facti ſunt, i. reprobantes bona opera. Vel, i. reprobati a Deo, ut non

habeant

Digitized by Google

habeant gratiam ad bene operandum. *Jer.6.* Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos. Vel poſſunt notari tria peccata, oris, cordis, & operis. [Abominabiles] in ore per detractionem, quæ ſætor, & anhelitus corruptus, & abominabilis eſt Deo, & hominibus.

Unde *Pr.* 24. Abominatio hominum detractor.

Item *Prov.* 6. Sex ſunt, quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus, &c. ſeminantem diſcordiam in fratres [Et incredibiles.] Hoc planum eſt quantum ad cor. [Et ad omne opus] Ecce tertium, ſcilicet peccatum operis.

C A P. II.

a TU autem *b* loquere, *c* quæ decent *d* ſanam doctrinam. *e* Senes *f* ut ſobrii ſint, *g* pudici, *h* prudentes, *i* ſani in fide, *k* in dilectione, *l* in patientia. *m* Anus ſimiliter in habitu ſancto, *n* non criminatrices, *o* non multo vino ſervientes. *p* Bene docentes; *q* ut prudentiam doceant *r* Adoleſcentulas, *ſ* ut viros ſuos ament, *t* filios ſuos diligant, *u* prudentes, *x* caſtas, *y* ſobrias, *z* domus curam habentes, *a* benignas, *b* ſubditas *c* ſuis viris, ut non *d* blaſphemetur verbum Dei.

E X P O S I T I O C A P. II.

TU autem loquere.] Duæ ſunt partes principales hujus capituli. In prima docet differentias doctrinarum ſecundum ſtatus hominum differentes. Et ponit quinque. Senes, anus, adoleſcentulas, juvenes, & ſervos. In ſecunda parte, commendat nobis bonos mores, & ſpem, maxime per Chriſti adventum in carnem, *ibi* [Apparuit gratia] Dicit ergo.

a Tu autem] quaſi illi docent quæ non oportet, ut dictum eſt, ſed. [Loquere.] *Chryſ.* ſic continuat. Sunt immundi, ſed tu horum gratia; & ſi non ſuſcipiant, tu tamen, quæ tua ſunt, gere.

c Quæ decent ſanam doctrinam.] Sic poteſt conſtrui [Decent] Sacerdotem, ſcilicet.

d Sanam doctrinam,] 2. *Tim.* 1. Formam habe ſanorum verborum, quæ a me audiſti. *Supr.* 1. Potens ſit exhortari in doctrina ſana. *Col.* 4. Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus.

e Senes] hortare, ſcilicet.

f Ut ſobrii ſint] in cibo, & potu, quantum ad nutritivam. *Jer.* Quod in adoleſcentibus eſt libido, hoc in ſenibus eſt ebrietas, ideſt, proni ſunt ad hoc.

g Pudici] quantum ad generativam. Valde enim indecens eſt ſeni luxuria. Unde Ovidius.

Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem.

Ideſt, ſi corpus mortuum eſt, ſed cor fervet libidine. *Eccl.*25. Tres ſpecies odivit anima mea, & aggravata eſt valde anima illorum. Pauperem ſuperbum, divitem mendacem, ſenem fatuum, & inſenſatum, ideſt, luxurioſum, & ebrioſum, quia fornicatio, & ebrietas infatuant. Unde *Oſ.*4. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Et ſicut ebrietatem, & fornicationem ſequitur infatuatio; ita ſobrietatem, quantum ad nutritivam, & pudicitiam, quantum ad generativam, ſequitur prudentia, quantum ad rationem, ſicut dicitur *Dan.* 1. Pueris autem his dedit Deus ſcientiam, & diſciplinam in omni libro, & Sapientia, merito, ſcilicet, ſobrietatis, & caſtitatis. Unde ſequitur.

h Prudentes] quod decet ſanes. *Job* 12. In antiquis eſt Sapientia, & in multo tempore prudentia. *Eccl.*25. Quam ſpecioſa veteranis Sapientia, & glorioſus intellectus, & conſilium. Sed quia quidam nimis ſunt prudentes, qui plus ſapiunt, quam oportet ſapere, & ſic a vera Sapientia deviant, ſubdit. *i* Sani in fide] ſcil. ut habeant integram fidem, & vivam ad operandum. Membrum autem mortuum eſt, quod non movetur; ſic fides ſine operibus. Hoc autem fit per dilectionem; quia fides per dilectionem operatur, ut dicitur *Gal.* 5. Unde ſubdit. *k* In dilectione] ad proximum. Sed quia omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur, ſicut dicitur 2. *Tim.* 3. Unde ſubditur. *l* In patientia] tentationum, ſcilicet & tribulationum. *Chryſ.* Hoc maxime ſenibus convenit, ſcilicet patientia. Et nota, quod competenter ponit ſanitatem in his tribus prædictis, in fide, dilectione, & patientia. Fides enim ſanitas eſt rationabilis, dilectio concupiſcibilis, patientia iraſcibilis. Hortare etiam. *m* Anus ſimiliter eſſe in habitu ſancto,] i. quæ oſtendant ſanctitatem interiorem, & cuſtodiam. *Eccl.*19 Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis annuntiant de illo. 1. *Tim* 2. Mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & ſobrietate. 1. *Petr.* 3. Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti veſtimentorum cultus. Ibi dicit *Cyprian.* Serico, & purpura indutæ Chriſtum induere non poſſunt. Gemmis & monilibus ornatæ ornamenta cordis, & pectoris amiſerunt. 4. *Reg.* 9. Jezabel depinxit oculos ſuos ſtibio.

n Non criminatrices,] ideſt, crimina aliis imponentes, quod ſolent facere vetulæ adoleſcentulis. *Lev.* 19. Non eris criminator, neque ſuſurro in populis.

o Non multo vino ſervientes.] *Jer. Gl.* Solent enim eſſe quædam, quæ corporis frigeſcente luxuria, vino ſe pro libidine dederunt. *Chryſ.* Maxima hæc eſt mulierum minoratio, & ſenectutis, ex eo enim, quod refrigidata eſt ætas multum ſit deſiderium vini, ſervientes vino ſicut Deo ſuo. 18. q. 5. c. 1. in fine. *Rom.* 16. Chriſto Domino non ſerviunt, ſed ſuo ventri. *Eccl.* 26. Mulier ebrioſa ira magna, & contumelia, & turpitudo ejus non tegetur. *Joel.* 3. Puellam vendiderunt pro vino, ut biberent. Ita faciunt vetulæ mediatrices, quæ vendunt puellas, & adoleſcentulas.

p Bene docentes] non carmina, non incantationes, non veneficia, ſed bene, & bene docentes, 1. *Tim.* 4. Aniles fabulas devita. *Apoc.*2. Permittis mulierem Jezabel, quæ ſe dicit propheten docere, & ſeducere ſervos meos fornicari, & manducare de idolothitis. Sed contra illud [Bene docentes, &c.] illud 1. *Tim.* 2. Docere mulieri non permitto. Sol. concedit ei docere puellas, non viros, ut dicit *Gloſſ.* Nec publice, ſed private admonere.

Unde mulieri admonitorium ſermonem concedit in domo; nunquam autem præſidere concedit, nec longum extendere ſermonem permittit. Dicit ergo [Bene docentes] ita ſcilicet.

q Ut prudentiam doceant adoleſcentulas] ut faciant juniores eſſe cautas in inſidiis hominum, & Dæmonum. *Chryſ.* Subjicit juniores his, qui ſenuerunt, nec ſolum de filiabus hic loquitur, ſed de omni juniore. Et ut doceant eas, ſcilicet adoleſcentulas.

ſ Ut viros ſuos ament] Cavere enim prudenter debent adulteras, & diligere viros. *Tob.* 10. Monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. Vel ita [Bene docentes] ita ut [prudentiam doceant.] Hic diſtingue. Deinde ſequitur.

r Adoleſcentulas] hortare.

ſ Ut viros ſuos ament.] *Eccl.*25. Manus debiles, & genua diſſoluta mulier, quæ non beatificat virum ſuum. *Prov.*12 Mulier diligens corona eſt viro ſuo, i. facit eum Regem, i. lætum. *Gloſſ.* Ament viros pudica dilectione, ut ſc. cum pudore viris debitum potius reddant, quam exigant.

t Filios ſuos diligant.] non tantum carnali dilectione, ſed & ſpirituali: quod non faciunt, quæ mittunt eos ad proſtibulum, ut in malo aſſueſcant, & quæ docent eos jurare, fœnerari, & choreas ducere. *Oſ.* 9. Ephraim ad interfectionem educet filios ſuos. *u* Prudentes.] *Pr.* 19. Domus divitiæ dantur a parentibus; a Domino autem uxor prudens.

x Caſtas] per continentiam. *y* Sobrias] per abſtinentiam. Hæ ſunt duæ partes temperantiæ, continentia, & abſtinentia. Eſt autem caſtitas conjugalis, vidualis, virginalis. Prima eſt fides thori, de qua hic loquitur [Sobrias] propter aliam cauſam, quam habeant, ſcil. ne flamma libidinis ardeant. *Prov.*20. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas.

Ideo dicit. *Eph* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.

z Domus curam habentes,] ideſt, familiæ. *Tob.* 10. Regere familiam, gubernare domum. *Chryſ.* Quæ cura domus occupatur, non ſtudebit circa ornatum foraneum. *Eccl.*26 Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit. *Pr.* 4. Sapiens mulier ædificat domum ſuam, & inſipiens extructam quoque manibus deſtruet. *a* Benignas] non adulteris, ſed domeſticis. *Eccl.*26. Dolor cordis, & luctus mulier Zelotypa, ideſt, de qua habetur per geſtus, & ſigna dilectionis quod ſit adultera facta.

b Subjectas viris ſuis] ſicut ſtatuit Dominus. *Gen.* 3. viri poteſtate eris.

c Suis] etiamſi pauperis conditionis. Vel [Suis] non alienis. *Col.*3. Mulieres, ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in Domino. *Eccl.*25. Mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo. Subjectas dico.

d Ut non blaſphemetur verbum Dei,] ideſt, Doctrina Evangelica a viris earum infidelibus; ſed magis ipſi ædificentur, 1. *Petr.* 3. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, ut

etſi qui non credunt verbo, per mulierum converſationem, ſine verbo lucrifiant. *Matth.*18. Væ homini, illi, per quem ſcandalum venit. *Chryſ.* Si infidelis vir cohabitat fidei mulieri non virtuoſæ, blaſphemia ad Deum tranſit. *Rom.* 2. Per vos nomen Domini blaſphematur inter gentes. *Iſa.*52. Jugiter tota die nomen meum blaſphematur. Si vero ornata fuerit mulier, prædicatio fructificat gloriam ea illa. *Gloſſ.* Vel poteſt hoc referri ad ſenes, & ad omnia ſuperiora, quaſi hortare ſenes, & anus, & adoleſcentulas, ut ita ſe habeant, ut diai.

a Juvenes ſimiliter hortare ut ſobrii ſint. b In omnibus teipſum c præbe exemplum d bonorum operum e in doctrina, f in integritate, g in gravitate. h Verbum i ſanum, k irreprehenſibile, ut is, l qui ex adverſo eſt, vereatur, m nihil habens malum dicere de nobis. n Servus Dominis o ſuis ſubditos p eſſe, in omnibus q placentes, r non contradicentes, ſ non fraudãtes, t ſed in omnibus u fidem x bonam y oſtendentes, ut doctrinam Salvatoris noſtri Dei ornent z in omnibus.

Quod debent facere, ideo (ut non blaſphemetur nomen Domini) quod fiet, ſi male ſe habent.

a Juvenes, &c.] ne oleum igni adjiciant, ideſt, eſcas calidæ juventuti, quia ſicut dicit *Hieron.* Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidinem. *Chryſ.* Neque pecuniarum, neque gloriæ deſiderium, neque aliud quid ita moleſtat juvenes, ut corporum amor, ideſt, feminarum. Et ut prædicta facilius fiant a ſubditis, qui magis attendunt ad exempla, quam verba, ideo. *b* In omnibus,] ideſt, quantum ad omnes, & quantum ad omnia.

c Teipſum præbe exemplum] quaſi tu es liber, & exemplar ſubditorum, *Sap.*18. In veſte poderis, quam habebat, totus erat deſcriptus orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinum lapidibus ſculpta erant. *Deut.*17. Deſcribet ſibi Rex Deuteronomium legis, accipiens exemplar a Sacerdotibus Leviticæ Tribus. Hodie e contra Sacerdotes accipiunt exemplar a Regibus, & militibus, exemplar, ſcilicet, faſtus, & pompæ, & expenſarum, & familiarum, 1. *Tim.*4. Exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in charitate, in caſtitate. Ibi require de hoc.

d Bonorum operum] non malorum, non tantum verborum, contra otioſos Doctores. Poſt opera debent ſequi verba. Unde ſubdit.

e In doctrina] contra illos, qui nolunt docere, vel diſcere. *Pr.*11. Anima, quæ benedicit, impugnabitur, & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Qui abſcondit frumenta, &c. *Roman.* 12. Qui docet in doctrina, &c. Contra illos, qui vivunt extra doctrinam ſuam. Sed quia doctrina viri per patientiam agnoſcitur, ut dicitur *Pr.*19. ideo ſequitur. *f* In integritate,] ideſt, in patientia, contra effractos, quibus viſa patientiæ fracta ſunt. Vel [In integritate] ſc. caſtitate mentis, & corporis, contra luxurioſos, 1. *Theſſ.* 5. Integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini Jeſu Chriſti ſervetur, quaſi dicat, non ſufficit una integritas, ſc. carnis, quam & fatuæ virgines habuerunt, ſed ex omni parte unitas continuitatis ſervetur. *g* In gravitate] contra leves, & inconſtantes. Nota, quod eſt gravitas culpæ, quæ eſt deponenda; & gravitas gratiæ, quæ tenenda eſt, & gloriæ, quæ eſt petenda. De prima dicitur *Iſa.* Væ populo gravi iniquitate. *Hebr.* 12. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Gravitas autem gratiæ eſt duplex maturitas, ſc. exterior in converſatione. *Pſ.*34. In populo gravi laudabo. Et charitas interius in mente. Pondus enim animæ, ut dicit *Aug.* eſt amor. Si ille amor eſt charitas, bonum eſt; & ſi eſt cupiditas, culpæ eſt. De tertio autem, ideſt, de pondere gloriæ dicitur 2. *Cor.*4. Id quod in præſenti momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Item eſt pondus pœnæ æternum, quod ſequitur pondus culpæ. *Iſ.*27. In menſura contra menſuram cum abjecta fuerit, judicabit eam. *h* Verbum] tuum ſit.

i Sanum] quantum ad veritatem dicti.

k Irreprehenſibile] quantum ad modum dicendi, ut loco dictum ſit, & tempore loquendi. *Eccl.* 3. Omnia tempus habent, &c. tempus tacendi, tempus loquendi. *Eccl.*20. Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit eam in tempore ſuo. Vel [Sanum] quantum ad fidem. (Et irreprehenſibile) quantum ad mores, ut vita non reprehendat ipſum verbum, tunc enim non creditur verbo linguæ. Cur non creditis veritati, 1. *Tim.* 6. Serves mandatum ſine macula irreprehenſibile. *Job* 24. Quis me poteſt arguere eſſe mentitum? q. d. nullus per vitam meam poteſt arguere linguam meam, quia quæ dico, facio.

l Ut is, qui ex adverſo eſt,] i. contrarius (vincatur) vel (vereatur,) ideſt, confundatur. *Eccl.*4. Confuſio adducens gloriam. *Chryſ.* Hic ſcilicet e contrario, ait Diabolum, & omnem, qui illi miniſtrat, 1. *Petr.* 2. Converſationem veſtram inter gentes habeates bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent eū.

Et *in eod.* Sic eſt voluntas, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. *m* Nihil habens malum dicere de nobis,] 1. *Tim.* 5. Nullam occaſionem dare adverſario maledicti gratia, *Rom.*3. Ut omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo. *n* Servos] hortare.

C

*Epheſ.*6. *Coloſ.* 3. 1. *Petr.* 2. 21. q. 5. c. *ſi apud.*

o Dominis ſuis] etiam diſcholis.

p Subditos eſſe in omnibus] ſcilicet, quæ non ſunt contra Deum, 1. *Petr.* 2. Servi ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcholis. *Col.* 3. Servi, obedite per omnia Dominis carnalibus, non ad oculum ſervientes, *Epheſ.*6. idem. Sit eſſe.

q Placentes] hominibus propter Deum. Vel ſic junge. (In omnibus placentes,) *Cor.* 5. Per omnia placentes in omni opere bono, 1. *Cor.* 10. Sicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis.

*Sap.*3. Placens Deo factus dilectus, &c.

r Non contradicentes] verbis.

ſ Non fraudantes] rebus, ſicut. *Actorum* 5. Fraudavit de pretio agri. *Prov.* 12. Non inveniet fraudulentus lucrum. Vel [Non fraudantes] aliquid de debito ſervitutis.

t Sed in omnibus] etiam in minimis.

u Fidem bonam oſtendentes,] ideſt, fidelitatem etiam in modicis. *Luc.*11. Qui fidelis eſt in minimo, & in majori fidelis eſt. *Matth.*25. Super pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.

x Bona] Hoc dicit, quia eſt & fides mala in conſpirationibus, ac colligationibus impietatis. *Iſa.*58. Diſſolve colligationes impietatis. Similiter hæc tria debet homo Deo, qui eſt verus Deus, exhibere.

r Non contradicentes, &c.] Debet enim non contradicere verbo veritatis ulli. *Job* 24. Ipſi rebelles fuerunt lumini. *Oſ.*4. Populus enim tuus ſicut hi, qui contradicunt Sacerdoti, vel ſacro Doctori.

ſ Non fraudantes] Deum rebus ſuis, ideſt, membris ſuis per malam operationem, quia homo totum ſe debet Deo, & ratione creationis, & ratione redemptionis. Ideo præcipitur *Deuterom. ſexto.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Totus enim homo ſuus eſt. *Jerem.*48. Maledictus, qui opus Dei facit fraudulenter, ideſt, qui opere Dei unum membrum, ſicut aurem, vel pedem Deo dat, & alterum, ſcil. manum, vel oculum ei aufert, hoc enim fraus eſt, & dolus.

t Sed in omnibus fidem bonam oſtendentes] per gratiarum actiones, & ſuarum injuriarum apud Deum relationem.

In hoc enim eſt fidelitas ſervi, ſi ſuo Domino ſervat fideliter, quæ ſunt ejus.

Hæc autem ſunt ſpecialiter gloria, & vindicta, quæ Deo ſunt reſervanda a famulo fideli. *Iſa.*42. Gloriam meam alteri non dabo. *Deut.* 32. Mea eſt ultio, & ego retribuam eis. *Bern.* Fidelis ſervus es, ſi de multa gloria Domini tui, & ſi tranſeunte per te, non tamen exeunte a te, nihil manibus tuis adhærere contingat. Tales ſervi pauci inveniuntur. *Luc.* 18. Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem ſuper terram? *Pr.*20. Multi homines miſericordes vocantur, virum autem fidelem quis inveniet? Sequitur.

y Ut doctrinam Salvatoris noſtri Dei ornent.] Hoc referatur ad omnia prædicta, ſcil. ad ſenes & ad anus, & ſervos, &c. quaſi hortare omnes prædictos, ut ita ſe habeant, ut præſcriptum eſt, ut ita ornent.

z In omnibus,] actibus ſuis bonis, & moribus honeſtis doctrinam, non verba decorata. *Eccl.*4. Non abſcondas Sapientiam in decore ejus, multo fortius non alieno decore. *Prov.* 14. Lingua ſapientum ornat ſcientiam dupliciter, docendi facilitate, & operis executione. *Prov.* 14. Doctrina prudentium facilis, quia quod aperte docuit, evidenter in opere oſtendit. E contra dicitur

Prov.

Digitized by Google

Prov. 26. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata, i. ſicut vas terreum operiti argento ſordido, ideſt, ſcuria argenti, turpe, & indecens, & inutile eſt; ſic eloquentia doctrinæ peſſimo corde ſociata. *a* Apparuit enim] quia omnes monendi ſunt ad bonum,

a Apparuit enim gratia Dei, & Salvatoris noſtri *b* omnibus hominibus *c* erudiens nos, *d* ut abnegantes impietatem, *e* & ſæcularia deſideria, *f* ſobrie, *g* & juſte, *h* & pie vivamus *i* in hoc k ſæculo, *l* expectantes beatam ſpem, & *m* adventum *n* gloriæ magni Dei, *o* & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, *p* qui dedit ſemetipſum pro nobis, *q* ut nos redimeret ab omni iniquitate, *r* & mundaret ſibi *ſ* populum

quia deſuper habent auxiliũ manifeſtum, quia [Apparuit gratia Dei,] ideſt, Deus per gratiam ſuam 1.*Tim.*3. Manifeſte magnum eſt pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt gentibus, creditum eſt mundo, aſſumptum eſt in gloria.

D *De conf. 4. e prenom interrogatur.*

Item [Apparuit gratia Dei, &c.] ideſt, amor, quo dilexit nos, apparuit, & dignatio ejus in hoc, quod carnem aſſumpſit. *Inf.*3. Apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris noſtri Dei, ideſt, benignitas in humanitate. *Joan.*3 Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret pro mundo, Non ſolum in carnem, ſed in mortem. *Job* 28. Tunc vidit illam, & enarravit, & præparavit, & inveſtigavit, ideſt, videri fecit in carne, & enarrari, & præparari, & inveſtigari. Quatuor dicit. Vidit quia ſpecies eſt. *Hebr.*1. Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figuræ ſubſtantiæ ejus. Et enarravit, quia verbum. *Joan.* 1. In principio erat verbum. Præparavit, quia remedium ſive medicina. *Eccl.* 8. Altiſſimus creavit de terra Medicinam.

Et inveſtigavit, ideſt, inveſtigari fecit, quia eſt exemplum, & ideo ejus veſtigia inveſtiganda ſunt, ut ſequamur. *Job* 23. Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus. Hæc quatuor poſſunt referri ad quatuor, quæ hic dicuntur. Videri enim refertur ad hoc, quod dicitur hic [Apparuit gratia] Enarravit ad erudiendum, hoc eſt, quod dicitur hic (Erudiens nos) Præparavit quantum ad remotivum impedimentorum adventus ejus, ideſt, impietatis errorum, & ſæcularium deſideriorum, hoc eſt, quod dicitur hic (Abnegantes, &c.) Inveſtigari fecit per imitationem exemplorum, quod fit. Si [ſobrie & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo] Dicit ergo (Apparuit gratia Dei, & Salvatoris noſtri,] ideſt, apparuit in carne Deus gratioſus, & ſalvator gratiam conferens in vita, & in gloria ſalvans. Et dicit (Dei & Salvatoris) ad denotandum, quod eſt Deus, qui non ſalvat. *Iſ.*45. Rogant Deum non ſalvantem. Item in eodem. Ego Dominus, & non erit ultra Deus abſque me, Deus juſtus, & ſalvans non eſt præter me.

Item *Iſa.* 43. Ego ſum Dominus, & non eſt abſque me Salvator. *b* Omnibus hominibus,] ideſt, ad utilitatem omnium, quia ſufficiens eſt omnibus gratia Dei Salvatoris. Ecce copioſitas gratiæ. *Pſal.* 129. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum, &c. *Pſ.* 18. Non eſt, qui ſe abſcondat a calore ejus. *c* Erudiens nos] tria, ut ſubdit. Quid vitandum, quia (Ut abnegantes, &c.) Quid agendum, quia (Sobrie, & juſte, & pie, &c.) Quid ſperandum, quia (Beatam ſpem, &c.) Hæc tria notantur *Matth.* 16. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, quantum ad impietatem, & deſideria ſæcularia: & tollat crucem ſuam, ſobrie, & juſte, & pie vivendo: & ſequatur me, non mercedem laudis humanæ, ſed beatitudinis æternæ expectando beatam, ſcilicet ſpem, & adventum gloriæ Dei magni. Dicit ergo (Erudiens nos) quos ſpecialiter diligit, non omnes. *Deut.*8. Sicut erudit homo filium ſuum; ſic Dominus Deus erudit te, ut cuſtodias mandata ejus. *Pr.* 13. Qui diligit filium, inſtanter erudit illum. *Pſ.*2. Erudimini, qui judicatis terram. *d* Ut abnegantes impietatem] infidelitatis, quæ corrumpit intellectum. *e* Et ſæcularia deſideria] quæ inficiunt affectum, *Chryſ.* Quicquid diſſolvitur cum mundo, ſæculare deſiderium eſt, 1.*Joan.* 2. Quicquid in mundo eſt, aut eſt concupiſcentia, &c. Specialiter autem ſæculare deſiderium eſt avaritia, ut dicit *Chryſ.* Unde 1.*Tim.*6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt hominem in interitum. Notandum eſt, quod eſt triplex impietas. In Deum, ut idololatria.

Item contra parentes. *Matth.* 15. Deus dixit, honora Patrem, &c. Item contra pauperes, qui ſunt fratres, & proximi. *Pr.* 12. Viſcera impiorum crudelia.

f Sobrie] contra luxuriam.

g Et juſte] contra avaritiam.

h Et pie] contra ſuperbiam. Item (ſobrie) contra carnem (juſte,) contra mundum (pie,) contra Diabolum, qui eſt impius. Item (ſobrie) in ſe. (& juſte) ad proximum (& pie) ad Deum. *Sap.*1. Dicitur de Epiſcopo, ſobrium, juſtum, ſanctum. *Matth.* 2. Obtulerunt Magi Domino, aurum, thus & myrrham. Aurum in electis, quoad proximum. Thus devotionis, quoad Deum. Et myrrham mortificationis, quoad ſe. *Pſ.*64. Sanctum eſt templum ſuum, mirabile in æquitate. Sanctum ad ſe, mirabile quoad Deum. In æquitate, quoad proximum.

D *De conf. de 5 cap. ſeſſuntiam.*

i Vivamus,] ideſt, curſum hujus vitæ tranſeamus. Vel (Vivamus,) vita gratiæ. *Phil.* 1. Mihi vivere Chriſtus eſt.

k In hoc ſæculo,] tam fragili, & nequam, *Joan.* 17. Non rogo, ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos a malo. Subditur autem de præmio juſtitiæ, quia juſtitia eſt in prædictis duobus, in abnegando malum, & faciendo bonum, & pro his.

l Expectantes beatam ſpem;] ideſt, rem ſperatam, quæ eſt beata, ſive beatitudinem ſperatam. Eſt autem, & miſera ſpes, de qua *Sap.* 5. Spes impii quaſi lanugo. Et *Job* 8. Spes hypocritæ ſterilis. Vel, (Expectantes,) ut certi de præmio.

Item ut ſolliciti de ipſo habendo, ſicut homo, qui expectat, ſollicitus eſt. *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis. *Pſ.*36. Expectans expectavi Dominum. Certus ſum, & ſollicitus. *Iſa.*30. Beati omnes, qui expectant eum: populus enim Sion habitabit in Jeruſalem.

m Et adventum,] vel [manifeſtationem gloriæ.] Tunc enim veniens ad judicium apparebit glorioſus, qui hic fuit ignominioſe tractatus. *Matth.* 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute magna, & majeſtate.

n Magni Dei,] apparenter, qui hic apparuit parvus puer. Quia ſicut dicit *B.Bern.* in primo adventu fuit parvus Dominus, & amabilis, in ſecundo erit magnus, & terribilis. In primo adventu comparatur rori. *Iſa.*45. Rorate cœli deſuper, &c. In ſecundo fulguri. *Matth.*23. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & apparet uſque in Occidentem; ita erit adventus filii hominis. Inter duos adventus eſt magnus, & laudabilis.

o Et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti,] q.d. magnus erit in punitione malorum, & ſalvator bonorum ſalute æterna. Qui etiam malos ſalvat ſalute tranſitoria, 1.*Tim.*4. Qui eſt Salvator omnium hominum, maxime autem fidelium. *Job* 36. Sed non ſalvat impios, & judicium pauperibus tribuit. Quia autem de expectatione gloriæ prædixit, nec ſufficiunt ad eam habendam merita noſtra, ſubdit de beneficiis Chriſti incarnati, per quem illam gloriam ſumus adepti. *p* Qui dedit ſemetipſum pro nobis,] ideſt, vice noſtra, & amore noſtro.

q Ut nos redimeret] ab omni iniquitate tam originali, quam actuali, 1.*Tim.*2. Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *Oſ.*13. De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos. *Iſa.*43. Noli timere, quia redemi te.

r Et mundaret] in Baptiſmo. Duo dicit: [redimeret, & mundaret,] Redemit captivos, & exules ſolvendo pretium, mundavit in Baptiſmo remittendo delictum. Duo enim mala incurreramus, fœditatem culpæ, & elongationem gloriæ æternæ, quia clauſa erat janua, & nos omnes relegati eramus in exilio, & miſeria.

Redemit ergo a miſeria aperiens januam; mundavit a culpa conferens gratiam.

In hujus rei ſignum exivit ab eo jam mortuo ſanguis, & aqua, *Joan.c.*19. Sanguis redemptionis, & aqua ablutionis, quia ex morte ejus conſecuti ſumus hunc duplicem effectum. Dicit ergo. (Et mundaret.) in Baptiſmo.

Mundat etiam Dominus a culpa, de qua mundans non facit innocentem, ideſt, non parcit, ſed punit. *Jer.*49. Non eris innocens, ſcilicet, a pœna.

ſ Sibi,] ideſt, ad honorem ſuum, & obſequium.

t Populum acceptabilem,] vel (peculiarem,) ideſt, proprium. *Deut.c.*7. Te elegit Dominus Deus tuus, ut ſis ei populus peculiaris.

Peculiarem, ideſt, nihil habentem commune ad reliquos, 2. *Cor. cap.*6. Quæ participatio juſtitię cum iniquitate, &c.

Quamdiu enim granum habet communitatem ad paleam, tamdiu indiget purgatione flagelli, & aurum quamdiu habet

fæcis admiſtionem, debet comburi. Unde *Aug.* Quod flagellum grano, quod lima ferro, hoc tribulatio juſto. Hoc eſt, quod dicitur hic. *a* Acceptabilem] vel [propitium] *Tob.* 12. quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te. Vel [acceptabilem,] ideſt, prudentem, & in-

a acceptabilem *b* ſectatorem bonorum operum. *c* Hæc loquere. *d* & exhortare, *e* & argue *f* cum omni imperio: Nemo te contemnat.

CAP. III.

ADmone *g* illos Principibus, *h* & Potentatibus *k* ſubditos eſſe, *l* dicto obedire, *m* ad omne *n* opus *o* bonum paratos *p* eſſe, *q* neminem blaſphemare, *r* non litigioſos, eſſe, *ſ* ſed *t* modeſtos, omnem oſtendentes manſuetudinem *u* ad omnes homines. *x* Eramus enim aliquando *y* & nos inſipientes *z* & increduli, *a* errantes, *b* ſervientes deſideriis, *c* & volupeatibus variis

telligentem, quia acceptus eſt Regi miniſter intelligens, ut dicitur *Pr.* 24. Sed hoc non ſufficit, ſcil. ſcire voluntatem Domini ſui, & non ſe præparavit, & non fecit ſecundum voluntatem ejus, niſi ſequatur. Unde & additur ibidem. *Pr.* 13. Iracundiam autem illius inutilis, ſc. otioſus. *Luc.* 12. Servus, qui cognovit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparavit, & non fecit ſecundum voluntatem ejus, plagis vapulabit multis; ideo dicitur.

A *qq.diſ. 6.1. d.2.q.6.ſi. aut. ſacr. ſcien.*

b Sectatorem bonorum operum] ut ſcil. prudens ſit ad intelligendum voluntatem Domini, & libens ad exequendum. *Matth.* 24. Fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Fidelis in operando, prudens in intelligendo. Et nota, quod dicit Sectatorem; verbum enim inchoativum, ſc. ſectari ſollicitudinem notat, & imperfectionem, quia homo debet ſe imperfectum reputare. *Eccl.* 18. Cum conſummaverit erit homo, tunc incipiet. *Luc.* 17. Cum omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, Servi inutiles ſumus, 1. *Tim.* 6. Sectare vero juſtitiam, fidem, charitatem, &c. *Chryſ.* habet hanc literam. Zelotem, ideſt, æmulatorem bonorum operum. *Chryſ.* Vides quia his, quæ a nobis opus eſt non ſimpliciter operari; ſed cum deſiderio eamus ad virtutem, & cum vehementia. Eripere enim a malis ejus philantropiæ, ideſt, clementiæ fuit quæ nec poſt hoc illius & noſtrum. Et nota, quod hic dicit quatuor. Redemptionem, mundationem, acceptabilitatem intelligendi, & ſollicitudinem operandi. Quæ quatuor nobis ſunt per Chriſtum, ſicut dicit Apoſtolus ordine alio, 1. *Cor.* 1. Factus eſt nobis Sapientia a Deo ex juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Sapientia inſtruendo; & juſtitia exemplum operandi tribuendo: ſanctificatio emundans a culpa; redemptio, quia redemit a delicto, & miſeria. *c* Hæc loquere] neſcientibus.
d Et exhortare] ſcientes. 1. *Tim.* 6. Hæc doce, & exhortare. *e* Et argue] negligentes, vel rebelles. *f* Cum omni imperio,] ideſt, poteſtate. *Chryſ.* Cum omni injunctione *Chryſ.* Cur hoc dicit, cum 2. *Tim.* 4. Argue, obſecra, & hic ſimiliter. Deprecare. Et poſt ſubdit [Argue] quia ſunt quædam peccata, a quibus homines avertendi ſunt ſuadendo cum modeſtia, ut divitias contemnere, adulterum, aut fornicatorem, navium invaſorem arguere, & ſimilia, prohibendum eſt non ſimpliciter, ſed cum auctoritate, & potentia multa. Sed contra *Ezech.* 34. Cum auſteritate imperabatis, & cum potentia. Item 1. *Petr.* 5. Neque ut dominantes in clero, ſed forma facti gregis ex animo; ergo male dicit hic [cum omni imperio] Reſpondeo, aliud eſt cum imperio, aliud cum auſteritate; odio enim ſunt habenda vitia, non fratres. Ratione enim vitii increpandus eſt, & caſtigandus homo; ratione naturæ, ut frater amplectendus. *Gen.* 9. Terror, ac tremor veſter ſit ſuper animalia terræ. Et *Gen.* 1. Dominamini piſcibus maris, ideſt, avaris, & volatilibus cœli, ideſt, ſuperbis, & univerſis animantibus ſuper terram, quæ moventur, ideſt, delitioſis; tales enim animales, & brutales ſunt; ita ergo argue imperioſe, [ut nemo te contemnat] pro ſimplicitate & levitate, 1. *Tim.* 4. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat, 1. *Cor.* 16. Opus Dei operatur, ſicut & ego; ne quis ergo illum ſpernat. *Luc.* 10. Qui vos ſpernit, me ſpernit.

EXPOSITIO CAP. III.

ADmone illos] Prima pars eſt de obedientia. Secunda de ingratitudine: Enumerat enim quales fuerimus & quanta Dominus nobis licet indignis præſtiterit, ibi. Eramus enim, & nos] In tertia docet, quid ſit operandum, & quid vitandum, ſc. quæſtiones hæreticorum, ibi [Fidelis ſermo] In quarta vocat ad ſe Titum, & Zenam, & Apollo mittens ei Vicarium Arthemam, ibi [Cum miſero ad te Arthemam, &c.] Dicit ergo. *g* Admone] quaſi etſi tu habes imperium ſpirituale: tamen [Admone illos Principibus] majoribus, ut Regibus, & Ducibus. *h* Et Poteſtatibus] minoribus, ut Præpoſitis eorum. *i* Subditos eſſe] Chriſtianam enim religionem privat jure ſuo, 1. *Petr.* 2. Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi quaſi præcellenti, ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis, *Rom.* 13. Omnis autem anima Potentatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim Poteſtas, niſi a Deo, quæ autem a Deo ſunt, ordinata ſunt. *k* Dicto] illorum ſimplici.
l Obedire] non tantum præcepto terribili, quod eſt contra clauſtrales multos, 2. *Theſſ.* 3. Si qui non obedit verbo noſtro, per Epiſtolam hunc notate. *Matth.* 8. Homo ſum ſub poteſtate habens ſub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alii veni, & venit, & ſervo meo fac hoc, & facit. *m* Ad omne opus] non ad id tantum, quod ipſe cupit ſibi injungi. *Bern.* In talibus non ipſe obedit Prælato, ſed magis Prælatus ipſi. Hæc eſt obedientia cæca. Unde Dominus a cæco quæſivit. *Luc.* 18. Qui tibi vis faciam? *Aug.* Ille meus miniſter erit, qui non audire, quod voluerit, paratus eſt; ſed velle, quod audierit. *n* Opus] non omne. *o* Bonum,] quia in malo non eſt obediendum.
p Paratos] prompta enim debet eſſe obedientia. *Pſ.* 118. Paratus ſum, & non ſum turbatus, &c. *Jer.* 17. Non ſum turbatus te paſtorem ſequens. *q* Neminem blaſphemare] occulte detrahendo. *r* Non litigioſos eſſe] unum contra alium verbis confligendo. Et dicit [Neminem] ergo nec patrem ideſt, Prælatum, vel Deum, quod faciunt, qui in religionibus Prælatis detrahunt, & blaſphemando ſchiſmata faciunt, & litigia, *Petr.* 2. Dominationem contemnunt, audaces, ſibi placentes ſectas non metuunt introducere blaſphemantes, ſciſmata, & litigia faciunt, dum Prælatum blaſphemant detrahendo. Unde bene ſequitur. *r* Non litigioſos.] Hic eſt ordo, prius occulte detrahunt blaſphemantes, poſtea ſe aperte contra eus erigunt litigantes, 2. *Tim.* 2. Servum Dei non oportet litigare, ergo non ſunt Domini, qui litigant, 1. *Tim.* 6. Pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum. *ſ* Sed modeſtos] in verbis, & in cibis, & in aliis omnibus. *Phil.* 4. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. *Pr.* 22. Finis modeſtiæ timor Domini, quia timor invitat modeſtiam, & omnem exceſſum. *t* Omnem oſtendentes manſuetudinem,] ideſt, perfectam & in omnibus tam verbis, quam factis [oſtendentes] non tantum intus habentes. *Phil.* 4. Nota ſit omnibus. *Pr.* 22. Finis modeſtiæ timor Domini quia timor invitat, 2. *Tim.* 2. Manſuetum eſſe ad omnes. Unde ſubdit.
u Ad omnes homines] non ad beſtias, ideſt, incorrigibiles, Unde *Sap.* 2. Argue eum omni imperio. In malis etiam modus correctionis ſervandus eſt, ut aſperitas ſit contra vitia, & manſuetudo exhibeatur ad perſonas, 2. *Cor.* 8. Oſtenſionem ergo, quæ eſt charitatis veſtræ, noſtræ gloriæ pro vobis in illos oſtendite in faciem Eccleſiæ. *x* Eramus enim] quaſi ideo ſimus eis manſueti, quia [Eramus & nos aliquando inſipientes] Large ſumitur inſipientia hic. Et alibi dicit *Gal.* 6. Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *Exod.* 23. Peregrino moleſtus non eris, ſcitis enim advenarum animas, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti. *Eph.* 2. Eramus natura filii iræ, ſicut, &c.
y Inſipientes,] ideſt, inſipidi quantum ad affectum, licet ſapientes ſtulti facti ſunt.
z Increduli] quantum ad intellectum. *Joan.* 3. Qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.
a Errantes] per mala opera, a via mandatorum Dei. 2. *Tim.* 3. Errantes, & in errorem mittentes.
b Servientes] per malæ conſuetudinis jugum. *Joan.* 8. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.
Hic notatur quaternarius malus. Primum in affectu, ſecundum in intellectu, Tertium in actu. Quartum in conſuetudine, dicit.
c Servientes deſideriis, & voluptatibus variis,] carnis. *Eph.* 2. In quibus nos omnes aliquando converſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ facientes voluntatem carnis, & cogitationum. Hoc tamen prohibetur *Rom.* 13. Curam carnis ne feceritis in deſideriis, *Galat.* 5. Spiritu ambulate, &

deſideria

deſideria carnis non perficietis. Et nota, quod dicit (Variis) Caro enim eſt ſicut mulier meretrix, quæ ſemper nova exigit & petit, nunc peplum, nunc pallium, &c. ſimiliter caro nunquam ceſſat petere ſuperflua & varia, *Eccl.9.* Ne reſpicias in mulierem multivolam. *a* In malitia agentes] vitam. *Chryſ.* Degentes in malitia, ideſt, in mala voluntate nocendi, quantum ad inferiores, licet nocere non poſſint. 1.*Cor.*
B ſ. Non in fermento malitiæ, & nequitiæ. *b* Et invidia] quantum ad profectum majorum, *Job* ſ. Parvulum occidit invidia.
c Odibiles] Deo & hominibus per detractionem. *Rom.* 1. Detractores Deo odibiles, *Prov.* 24. Abominatio hominum detractor.
d Odientes invicem] unus alium. *Joan.* 3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.

a in malitia, & *b* invidia agentes, *c* odibiles, *d* odientes invicem. *e* Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Salvatoris noſtri Dei, *f* non ex operibus juſtitiæ, quæ fecimus nos, *g* ſed ſecundum ſuam miſericordiam *h* ſalvos nos fecit *i* per lavacrum regenerationis, *k* & renovationis Spiritus *l* Sancti quem effudit in nos abunde *m* per Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum, *n* ut juſtificati gratia ipſius *o* hæredes ſimus ſecundum ſpem *p* vitæ æternæ. *q* Fidelis ſermo eſt. Et de his *r* volo te confirmare, *ſ* ut curent *t* bonis operibus præeſſe, *u* qui credunt Deo.

e Cum autem benignitas, & humanitas apparuit,] ideſt, quando benignitas in humanitate innotuit. Benignitas enim bona igneitas, ſc. charitas Dei, quæ etſi apparuit in operibus creationis, & gubernationis excellenter; tamen emicuit in opere incarnationis. *Jerem.*31. In charitate perpetua dilexi te, imo attraxi te miſerans. *Eph.*1. Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, vivificavit nos in Chriſto. *Col.*2. Idem magnum eſt, quod ad nos Deus Angelos miſit; majus, quod filium miſit; maximum, quod in veritate carnis; nimium, quod in ſimilitudinem carnis peccati. Quomodo enim non nimium, quando illud apparuit, quod omnino non fuit, ſcil. peccator? Vel (Benignitas & humanitas,] ideſt, benignus Deus, & humanus apparuit. Vel (Benignus & humanus.) Benignus in effectu, humanus in affectu. Unde dicitur miſericors, & miſerator Dominus. Humanitas enim idem eſt, quod pietas & compaſſio cordis; benignitas enim eſt in ſubventione operis. *Sap.*7. Humanus, benignus. Hæc duo nobis in nativitate Chriſtus apparenter exhibuit; in paſſione autem ea etiam abundantius non ſolum declaravit, ſed effudit. Latebant autem ante ejus adventum. Unde conquerebatur Propheta. *Iſa.*63. Ubi eſt multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum tuarum ſuper me continuerunt ſe? Multitudo viſcerum refertur ad effectum, miſerationes ad affectum. Huic quæſtioni Prophetæ reſpondet Dominus per *Jer.*29. Ego ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis & non afflictionis. Has cogitationes nobis aperuit per verbum ſuum Deus Pater, ſicut & nos cogitationes per noſtrum verbum. Ergo miſit verbum, & caro factum eſt;
Joan. 1. & ſic apparuit benignitas, & humanitas Salvatoris in nativitate, tunc enim miſit in mundum ſaccum plenum miſericordiæ & clementiæ; quia in viſceribus miſericordiæ viſitavit nos oriens ex alto. Sed adhuc latebant in parte, donec conciderunt ſaccum ejus, & circumdati ſumus lætitia. *Bern.* Cogitabas, quid Domine? cogitationes pacis & non afflictionis, ſed ego neſciebam, ac clavus penetrans, clavis reſerans factus es mihi, ut pateant miſericordiæ tuæ, Domine. [Apparuit ergo benignitas, &c.] *Sup.*2. Apparuit gratia Dei, & Salvatoris noſtri.

f Non ex operibus, &c.] quia opera juſtitiæ non feceramus. 2.*Tim.* 1. Qui liberavit nos, & vocavit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante tempora ſæcularia. *Iſa.* 43. Narra, ſi quid habes, ut juſtificeris, pater tuus primus peccavit, & interpretes tui prævaricati ſunt. *Baruch.* 2. Domino Deo noſtro juſtitia; nobis autem & patribus noſtris confuſio faciei, ſicut eſt dies hæc, *Dan.* 9. Idem *Jer.* 2. Quid niteris oſtendere bonam viam tuam ad quærendam dilectionem? *g* Sed ſecundum ſuam miſericordiam.] *Thr.*3. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes ejus, *h* Salvos nos fecit] per gratiam in præſenti, & in futuro per gloriam. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus. *i* Per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti,] ideſt, per Baptiſmum, in quo homo regeneratur, & fit filius gratiæ, & renovatur a vetuſtate culpæ, & hoc per Spiritum ſanctum. Duo autem dicit hic, lavacrum & Spiritum ſanctum. Aqua enim lavat exterius, & Spiritus ſanctus interius mundat. *Joan.* 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, &c. 1.*Petr.* 1. Qui ſecundum ſuam miſericordiam regeneravit nos in ſpem vivam per reſurrectionem, &c. 1. *Petr.* 3. Octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam, quod & nos nunc ſimilis formæ facit ſalvos baptiſma, 1.*Cor.*10. Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari. *k* Et renovationis Spiritus ſancti.] De renovatione habetur *Eph.*4. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ. 4.*Reg.* 5. Deſcendit, & lavit in Jordane ſepties, juxta ſermonem viri Dei, & reſtituta eſt caro ejus, ſicut caro pueri parvuli, & mundatus eſt. *Rom.* 6. Conſepulti ſumus cum eo per baptiſmum in mortem, ut quomodo ſurrexit Chriſtus a mortuis per gloriam Patris; ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Item *Iſa.* 41. Gentes fornicationem mutant. Ibi require de renovatione multiplici. *l* Quem effudit in nos abunde] ad remiſſionem omnium peccatorum, & copiam virtutum, *Joel*2. Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, *Ezech.* 39. Non abſcondam ultra faciem meam ab eis, eo quod effudero Spiritum meum ſuper omnem domum Iſrael, *Iſ.*44. Effundam aquam ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: & effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam, 1.*Joan.* 4. In hoc cognoſcimus, quoniam in ipſo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis, *Joan.* 1. De plenitudine ejus omnes nos accepimus abunde, *Jac.* 1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Et hoc.

m Per Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum] per quem dedit nobis Spiritum ſanctum Pater ſicut per manum ſuam: ipſe enim filius eſt dextera Dei Patris, per quem omnia, & Spiritus ſanctus eſt ipſum donum. Effudit, inquam, ad hoc.

n Ut juſtificati gratia ipſius] ſcilicet, gratia juſtificationis, & remiſſionis.

o Hæredes ſimus vitæ æternæ] per gratiam adoptionis, quæ facit filios.

Si autem filii & hæredes, hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti, *Rom.*8. & 3. Juſtificati gratis per gratiam ipſius, & redemptionem, quæ eſt in Chriſto. Gratia juſtificat, redemptio hæreditatem perditam reſtaurat, *Rom.* 5. Juſtificati ex fide pacem ad Deum habeamus.
p Secundum ſpem] etſi nondum ſecundum rem, *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus.

o Hæredes vitæ æternæ.] Multi e converſo ſunt hæredes mortis. *Eccl.* 20. Perditionem autem hæreditabunt ambo, ſcilicet, fur & mendax.

Item *Eccl.*10. Cum morietur homo, hæreditabit ſerpentes, beſtias & vermes.

q Fidelis ſermo eſt] ille, ſcilicet, quem dixi, quod Chriſtus ſalvavit & hæredes fecit (Fidelis,) ideſt, verus, ideſt, *Tim.*1. Fidelis ſermo, & omni acceptatione dignus, &c. (Et de his) prædictis.

r Volo te confirmare] argumentum contra illos, qui quod prædicant, rationibus, vel auctoritatibus non confirmant, 1.*Cor.*9. Numquid ſecundum hominem hæc dico, an & lex non dicit? Hæc ergo confirmatio eſt certiorationis conſolidans in vero rationem. Eſt & alia confirmatio conſolationis conſolidans in bono voluntatem, de qua *Luc.* 22. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Confirmare dico alios.

u Qui credunt Deo] ut fidem habeant non mortuam, ſed ad bona opera vivam. Et hoc eſt.

ſ Ut curent bonis operibus] præeſſe. Hæc eſt bona præſidentia, quando homo præ aliis laborat & operatur, quando primus eſt in labore, & noviſſimus in recreatione. Hæc præſidentia debet ſequi fidem, quia fides ſine operibus mortua eſt. *Jac.* 2.

Item *in eod.* Vis autem ſcire, o homo, inanis, quia fides ſine operibus mortua eſt, & otioſa? Abraham pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuum? Non dicit occidens, ſed offerens, quia voluntas pro facto reputatur. Et *infr.* Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantum. Curent ergo.

t Bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo] quia aliter vana eſt fides. *Chryſ.* Curent non expectant indigentes ire ad ſe. (Bonis operibus) ut dent eleemoſynas. (Præeſſe) non proviſione ſolum, ſed defenſione viduarum.

Vel (Bonis operibus) ſc. præeſſe; quidam enim habent bona opera, ſed non præſunt eis; quia permittunt per jactantiam exire, vel per inanem gloriam perire, vel

Epiſtola ad Titum.

a Hæc *b* ſunt bona, *c* & utilia hominibus. *d* Stultas autem quæſtiones; & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita, *e* ſunt enim inutiles, *f* & vanæ. *g* Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correptionem *h* devita, *i* ſciens quia *k* ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, *l* & delinquit, cum ſit *m* proprio judicio condemnatus. Cum *n* miſero ad te Arthemam, aut Tichicum, *o* feſtina ad me venire Nicopolim. Ibi enim ſtatui hyemare. *p* Zenam legiſperitum, *q* & Apollo ſollicite *r* præmitte, ut nihil illis deſit. *ſ* Diſcant autem *t* & veſtri bonis operibus *u* præeſſe ad uſus neceſſarios, *x* ut non ſint infructuoſi. Salutant te, qui mecum ſunt *y* omnes. *z* Salutat eos, qui nos amant *a* in fide. *b* Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Titum.

per negligentiam, & acediam, Nec ſolum operibus, ſed affectionibus, & cogitationibus, & locutionibus debet homo imperare, ut ſit ratio ſicut Abbas in clauſtro animæ, vel ſicut Rex in regno, vel Sacerdos in templo. *Seneca*. Vis imperium magnum? dabo tibi; impera tibi. *Cant.* 1. Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodivi. Ibi require de bono. *Bern.* Et ideo volo te confirmare alios in prædictis, quia.

21. q. 1. c. per dignum & q. 1. cap. dixit Apoſtolus.

a Hæc] prædicta.
b Sunt bona] in ſe. *c* Et utilia hominibus] aliis, 1. *Cor.* 10. Per omnia omnibus placeo, quærens non quod mihi utile eſt, ſed quod multis.
d Stultas autem quæſtiones, &c.] 1. *Tim.* 6. Languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, & contentiones, &c. 1. *Tim.* 1. Neque intendens fabulis, & genealogiis interminatis. *Sup.* 1. Ut ſani ſint in fide non intendentes Judaicis fabulis. *e* ſunt enim inutiles,] ideſt, ſine fructu. *f* Et vanæ] ideſt, falſæ, quaſi dicat, & ſine utilitate, & ſine veritate ſunt. *Jer.* 51. Non eſt Spiritus in eis, vana ſunt opera & riſu digna. Non ſolum hæc devita, ſed etiam.
g Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem,] ideſt, poſtquam bis feceris correctionem (devita.) Hæreſis enim morbus contagioſus eſt, *Eccl.* 13. Qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea. Et in lege præcipitur, ut ejiciantur extra caſtra.
h Devita,] ideſt, nuncia devitandum, ut alii non communicent operibus ejus malignis. *Gloſſ.* Hæretici ſunt, qui per verba legis legem impugnant. Proprium enim ſenſum aſtruunt verbis legis, ut pravitatem mentis ſuæ legis auctoritate commendent, qui vitandi ſunt, quia frequentius correcti, exercitatiores eſſent ad malum. Et ſumitur ex hoc argumentum, quod non eſt diſputandum cum hæreticis, vel Judæis, cum pertinaces ſunt. Sed quomodo dicit *Gloſſ.* Correcti? Reſpondeo. Correcti non in ſe emendati, ſed quantum eſt ex parte corrigentium, ſecundum illud *Jer.* 51. Curavimus Babylonem, &c. Sed contra *Matth.* 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c. Item *Chryſ.* opponit. Qualiter *ſupr.* 1. dixit. Et eos, qui contradicunt, arguere, &c. Et 2. *Tim.* 2. Cum modeſtia corripite eos, qui reſiſtunt veritati, ne quando det illis Deus pœnitentiam, &c. Sol. ibi loquitur de his, de quibus ſpes haberi poterat. Hic autem dicit, Devita de incorrigibilibus, maxime, quando læſerunt. Unde ſubdit. *i* Sciens quia ſubverſus eſt, &c] ideſt, tunc devita, quando videris in eo ſigna ſubverſionis & nullum ſignum correctionis. *Chryſ.* Curare enim eos, qui inſanabiliter ægrotant, ultimæ eſt inſaniæ. *Gloſſ.* Sciens quia hic hujuſmodi eſt, ideſt, incorrigibilis.
k Subverſus eſt,] ideſt, perditus.
l Et delinquit] quia ſcienter peccat.
m Proprio judicio condemnatus] quia ſubverſor fidei eſt, & tamen ſcit ſe errare, ſed ſuperbia ſua, & avaritia trahit eum ad hoc. Sunt enim multi hæreſiarchæ, qui noverant veritatem, & tamen impugnabant ſuperbia ſua, vel avaritia, & luxuria trahebantur ad diverſas ſectas, *Job* 34. Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt. *Luc.* 19. Ex ore tuo te judico, ſerve nequam. Vel *Gloſſ.* Proprio judicio ſe condemnat, qui errorem laudat, & veritatem vituperat, ſic enim judicat bonum malum, & e converſo, & ideo condemnat ſe, ideſt, damnationem meretur. *Chr.* Et peccat exiſtens per ſe, damnabilis per ſe: non enim habet dicere, non fui admonitus.
n Cum miſero Arthemam ad te aut Tychicum] qui interim provideant Cretenſibus, dum ad me veneris.
o Feſtina] Et non vult gregem ſine cuſtode remanere, ideo mittit pro eo Vicarium. Et dicit, ut feſtinet, quia vult eum videre cauſa effectus; & ut plenius confirmet in Eccleſiaſtica diſciplina. Arthemam autem interpretatur anathematizans, vel conturbans eos. Talis decebat, ut vicarius eſſet Epiſcopi mollis, qui rigidius gladio anathematis quandoque feriret. Tichicus tacens vel taciturnus. Talis debuit mitti contra linguatos & ſemper mendaces, *ſup.* 1. (Cum miſero, &c.) Quid dicit præſiſtere eum Cretæ, & rurſus ad ſe vocat? Solutio, noluit enim diu tenere Nicopoli, quæ non multum diſtabat, ubi noluit hyemare, ut eum informaret in Eccleſiaſtica diſciplina. Unde dicit (Feſtina ad me venire Nicopolim, ibi enim ſtatui hyemare.) *p* Zenam legiſperitum.] Hoc imo dicit, non quia petitio ſit Apollo, ſed quia hujus profeſſionis fuerat in Synagoga.
q Et Apollo] qui profectus erat in ſcripturis. Zena interpretatur commotio vel commovens, Apollo, mirabilis. De illo habetur *Act.* 18. Judæus quidam Apollo, Alexandrinus genere.
r Sollicite præmitte] ita, ſcilicet, [ut nihil illis deſit] *Gloſſ.* Ut quæ ad viaticum neceſſaria ſunt illis, habeant in ſuis ſitarciis. Sed contra. *Matth.* 10. Non peram in via, &c. Item *Marc.* 6. Præcepit eis, ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum, non peram, non panem, neque æs in zonis.

Solutio, diſtingue tempora, & concordabit Scriptura. Tempore enim pacis quando miſit eos Dominus ad prædicandum, dixit, ut non ſibi providerent in neceſſariis, ſicut habetur *Matth.* 10. *Marc.* 6. Tempore autem perſecutionis ſibi providendum eſſe dixit Dominus. *Luc.* 22. Ibi enim dicitur: Quando, inquit, miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, nihil. Dixit ergo illis, ſed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram, &c. Propterea illud dixit Dominus diſcipulis miſſis in prædicationem, ut non impedirentur onere neceſſariorum. Iſtud autem, quod hic dicitur, dicit Apoſtolus de Diſcipulis itinerantibus non prædicantibus. Dicit ergo. (Sollicite præmitte, ut nihil illis deſit.) Subdit autem, unde debet eis ſubvenire in neceſſariis dicens.
ſ Diſcant autem & veſtri,] ideſt, Cretenſes, de quibus *ſup.* 1. Cretenſes ſemper mendaces, &c.
t Bonis operibus præeſſe,] ideſt, eleemoſynas abundanter & præcellenter facere. Vel præeſſe ſibiipſis, in bonis operibus, ideſt, eleemoſynas dando miniſtris Eccleſiæ. Non dico ad quemlibet uſum, ſed.
u Ad uſus neceſſarios non ſuperfluos. Item in uſus dicit, non abuſus, 1. *Tim.* 6. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.
x Ut non ſint infructuoſi] quia per eleemoſynas fit homo fructuoſus, & fertilis. 2. *Petr.* 1. Hi enim ſi vobis adſint & ſuperent, non vacuos, nec infructoſos vos conſtituent in Domini noſtri Jeſu Chriſti cognitione, *Matth.* 3. & 7. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Judæ* Arbores autumnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, &c. *Gloſſ.* Apollo Epiſcopus fuit Corinthiorum, 1. *Cor.* 4. Qui propter ſeditionem concitatam adverſus ſe a Pſeudo-Prophetis diſceſſerat cum Zena ſocio ſuo ad Titum Cretenſem Epiſcopum. Sed Corinthiis jam ſedatis per Epiſtolas Pauli mandat Tito, ut priuſquam veniat Nicopolim, præmittat eos ita ſollicite, ut nihil eis in viatico deſit.
y Omnes] generaliter dicit, propter compendium.
z Saluta eos, qui nos amant.] Cur non ſalutat inimicos? Reſpondeo, quia non ſcribit niſi amicis. Hi profecto indigni ſunt ſalutatione. 1. *Cor.* 16. Si quis non amat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit anathema. Sic ergo diverſis diverſa mandat, vel prædicit bonis ſalutem; malis autem anathematizationem.
a In fide,] ideſt, qui fideli affectu nos amat, non ficte vel carnaliter. 2. *Cor.* 5. Itaque nos ex hoc neminem cognovimus ſecundum carnem. Deinde generaliter ſalutat dicens. *b* Gratia Dei ſit cum omnibus vobis.] Amen.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Pauli ad Titum.

Reve-

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Philemonem incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

PAulus vinctus, &c.]hanc Epiſtolam familiarem ſcribit Apoſtolus Philemoni cuidam viro laico honeſtæ & laudabilis vitæ pro Oneſimo ſervo ejus, qui ab eo furtive receſſerat, quem baptizavit Paulus, & convertit ad fidem, & pro eo rogat, ſcribens ei ab urbe Roma de carcere. Et ſunt in hac Epiſtola tres partes principales poſt ſalutationem. In prima parte eſt gratiarum actio pro fide hujus, & pietate inter fratres. Secunda pars eſt obſecratio pro Oneſimo, & narratio de facto & converſione ejus, ibi [Propter quod multam fiduciam, &c.] Tertia eſt de obedientia hujus, & de hoſpitio ſuo Paulo præparando, & de ſalutationibus fratrum.

Incipit argumentum in Epiſtolam ad Philemonem.

PHilemoni familiares litteras facit, pro Oneſimo ſervo ejus, ſcribens ei ab urbe Roma de carcere per ſupra ſcriptum Oneſimum.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola Pauli ad Philemonem.

a PAulus *b* vinctus Chriſti *c* Jeſu, *d* & Timotheus *e* frater Philemoni *f* dilecto adjutori noſtro *g* & Appiæ *h* ſorori chariſſimæ, *i* & Archippo commilitoni k noſtro

A Dicit ergo. *a* Paulus] nomine. *b* Vinctus] in carcere. *c* Chriſti Jeſu,] i. pro Chriſto Jeſu. Non dicit [Apoſtolus] quod eſt nomen dignitatis, ſed (vinctus) quod eſt nomen humilitatis, quia non imperat, ſed orat. Seneca. Demiſſo vultu dicendum etiam rogo. Dicit ergo (Paulus vinctus Chriſti Jeſu) quaſi, cujus debes miſereri. *Chryſ.* Paulus gloriatur de vinculis propter Chriſtum. Sicut & ad *Gal.6.* Stigmata, ideſt, vulnera Domini noſtri Jeſu Chriſti in corpore meo porto. *d* Et Timotheus frater] Hunc addit, ut rogatus a multis magis credat. Sed quomodo poteſt hoc eſſe, quod Timotheus eſſet tunc cum Paulo, cui jam ſcripſerat ultimam Epiſtolam, in qua ei mandaverat, ut veniret ad ſe, 2.*Tim.*4. Ego jam delibor, &c. Et poſtea ſequitur. Feſtina ad me venire. Hic autem dicit. Para mihi hoſpitium, tanquam venturus adoleſcens. Sol. ſicut enim dicitur ſuper Epiſtolam ad *Hebr.* Apoſtolus ſcripſit Epiſtolam ad Timotheum ſecundam Romæ vinctus, & duos annos tunc fuit in Roma, ut dicitur *Act. ult.* Deinde dimiſſus ad Hiſpanias veniens vidit Judæos, & prius Romam rediit. Paulus, inquam, & Timotheus ſcribunt hanc Epiſtolam *e* Philemoni dilecto] vel diligibili propter virtutes, quas habet. *f* Adjutori noſtro] in miniſterio prædicationis, quam adjuvat bene operando, & pauperibus Sanctis ſubveniendo. *Phil.* 1. Adjuva eas, quæ mecum laborant in Evangelio, *inf.* Demas Lucas, adjutores mei. *g* Et Appiæ] *Chryſ.* Mihi videtur conjux hujus eſſe. *Gloſſ.* Cui ſcribit, ut hæc virum exoret. Appia autem interpretatur libera, vel continens, vel continentia. Ubi enim Spiritus Domini, ibi libertas. *h* Sorori chariſſimæ] vel amabili ſecundum *Chr.* ideſt, quam diligo ſororia & ſancta dilectione, in fide non ficta. 1.*Tim.*1. *i* Et Archippo] filio ejus Coloſſenſium miniſtro, ut & hic patrem exoret. *Chryſ.* Hic eſt Archippus, de quo ſcribens Coloſſenſibus, ait, *Col.*4. Vide miniſterium, quod accepiſti in Domino, ut impleas illud. k Commilitoni noſtro,] ideſt, mecum militanti pro cauſa Chriſti tuenda, 2.*Tim.*2. Labora ſicut bonus miles Chriſti. Valde bonus miles debet eſſe, qui commilitat Paulo, non iners, non inermis, ſine ſcientia & virtute, 1.*Tim.*1. Secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conſcientiam. *l* Et Eccleſiæ,] ideſt, familiæ.

m Quæ in domo tua] vel ejus eſt. *Chryſ.* Magnus vir erat, cujus domus Eccleſia appellatur, in qua nihilominus aliqui fuerunt ſervi infideles, quod patet per Oneſimum. Et ante omnia ſalutat in hunc modum, Gratia vobis, &c. *n* Gratias ago, &c.] Ne diceret iſte, ſi non eſſet Oneſimus, nequaquam mihi ſcripſiſſet; ideo prius alias cauſas ponit. Primo amorem ejus, Secundo, veniam, ideſt, hoſpitalitatem. *Gloſſ.* Ideo commemorat, ut memorata bonitas moveat eum ad veniam. Et nota, quod omnis Epiſtola Pauli incipit a gratitudine, præter ultimam, in qua ponit cauſas gratiarum. In hoc ergo monet Apoſtolus nos ad gratiarum actionem. *Col.* 2. Grati eſtote. 1.*Theſſ.*5. In omnibus gratias agite. Dicit ergo (Gratias ago) pro bonis jam tibi datis.

o Deo meo,] ideſt, mihi ſpeciali & familiari.

p Semper memoriam tui faciens in orationibus meis] pro bonis, ſcilicet, amplioribus tibi dandis, 2.*Tim.*1. Sine intermiſſione memoriam tui facio, &c. Idem dicitur *Eph.* 1. & *Phil.*1. & 2. & 1.*Theſſ.*1.

q Audiens,] & ideo gaudens 3.*Joh* Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare.

r Charitatem tuam, & fidem, quam habes,] ideſt, teſtimonium charitatis, quantum ad effectum; fidei, quantum ad intellectum.

l & Eccleſiæ, quæ in *m* domo tua eſt. Gratia vobis, & pax a Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. *n* Gratias ago *o* Deo meo ſemper *p* memoriam tui faciens in orationibus meis, *q* audiens *r* charitatem tuam, & fidem, *ſ* quam *t* habes in Domino Jeſu, & in omnes Sanctos, *u* ut communicatio fidei tuæ *x* evidens fiat in *y* agnitione omnis operis boni in *z* Chriſto Jeſu. *a* Gaudium enim magnum habui, *b* & conſolationem *c* in charitate tua, *d* quia viſcera Sanctorum

Joan. 5. Erat Joannes lucerna ardens, & lucens. Ardens per charitatem, lucens per fidem. *ſ* Quam] fidem & charitatem.

t Habes in Domino Jeſu & in omnes Sanctos] vel in omnibus Sanctis, quia in Chriſtum credebat, & diligebat, & per opera fidei & charitatis Chriſto ſerviebat, etiam Sanctis. De charitate patet. Sed de fide quæritur, qualiter habetur in Sanctos fides. Reſpondet. *u* Ut communicatio fidei tuæ] Dei ſecundum communem fidem, &c. Fides ergo facit filios & patres; ergo & fratres. Sic ergo fides habetur in Sanctos omnes, ideſt, in comparatione ad Sanctos, quia per fidem fiunt fratres. Item per fidem creduntur Sanctis (Ut communicatio, &c.) Vel ſic continua. In orationibus meis ad hoc factis (Ut communicatio fidei tuæ,) ideſt, fides tua, quæ eſt communis noſtræ.

x Evidens fiat,] ideſt, appareat efficaciter in bona operatione. Et huic expoſitioni convenit littera, quam ponit *Chryſ.* Ut communicatio fidei tuæ comparabilis fiat. Fides enim ſine opere mortua eſt, *Jac.*2. Et non dixit fides tua, ſed communicatio fidei tuæ, quaſi dicat, ſi communicator es ſecundum fidem, ſecundum alia etiam debes communicare. Vel aliter] ut communicatio fidei tuæ] ideſt, id, quod ex fide tua pauperibus impertiendo communicas, evidens fiat aliis ad exemplum. Et notantur in hoc tria. Fides quæ ſibi utilis eſt. Et communicatio, quæ utilis eſt ſibi, & aliis. Tertio autem evidentia, quæ utilis eſt aliis, etſi non ſibi quandoque. *Matth.* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. *Joan.*5. Erat Joannes lucerna ardens & lucens. Ardere parum facium, & lucere, & ardere ſimul profectum. Evidens, dico, fiat & hoc. *y* In agnitione omnis boni in Chriſti Jeſu,] ideſt, ita ut cognoſcatur omne bonum eſſe in te per Chriſtum, ideſt, bonorum omnium ſufficientia. Et loquitur de bono gratiæ in illo, & bonis operibus, quorum exemplar eum optat eſſe, ut ſit liber vitæ aliis per exemplum. *Titum* 2. In omnibus teipſum præbe in exemplum bonorum operum. 1.*Tim.*4. Exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate vel in agnitione, &c. ideſt, tali intentione bonum operaris, ut habeas vitam æternam, quæ eſt cognitio omnis boni. Quæ cognitio eſt. *z* In Chriſto Jeſu] quia & ipſe Chriſtus eſt omne bonum, & eſt via ad ſummum bonum. Ipſe enim eſt via & vita, forma & corona, exemplum, & præmium, ut dicit *B. Bern.* Hoc bonum deſideravit Moyſes dicens. *Exod.*34. Si inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te, &c. Et poſtea ſequitur. Oſtende mihi gloriam tuam. Reſpondit Dominus: Ego oſtendam tibi omne bonum. *Prov.* 11. Deſiderium juſtorum omne bonum eſt, ideſt, beatitudo æterna.

a Gaudium enim] quaſi, ideo oro, vel omnino pro te gratias ago, quia [gaudium, &c.] Interius in corde.

b Et conſolationem] in adverſitate.

c In charitate tua] quam per opera probaſti te habere, quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Et

a requieverunt per te frater. *b* Propter *c* quod multam fiduciam habens in *d* Chriſto Jeſo imperandi tibi, quod ad rem pertinet *e* propter charitatem magis obſecro, *f* cum ſis talis, & Paulus ſenex, nunc *g* autem & vinctus Jeſu Chriſti obſecro te pro meo filio, *h* quem *i* genui in vinculis, k Oneſimo *l* qui tibi *m* aliquando *n* inutilis fuit, nunc autem & *o* mihi, & tibi utilis, quem remiſi *p* tibi. Tu autem illum, *q* ut mea viſcera ſuſcipe. Quem ego volueram mecum detinere, *r* ut pro te mihi miniſtraret, in vinculis Evangelii. *ſ* Sine conſilio autem tuo nihil volui facere, *t* uti ne *u* velut ex *x* neceſſitate bonum tuum eſſet, *y* ſed voluntarium. *z* Forſitan enim ideo diſceſſit ad horam a te, ut *a* æternum illum reciperes, *b* jam non ut ſervum, *c* ſed pro ſervo chariſſimum *d* fratrem, *e* maxime mihi. *f* Quanto autem magis tibi, *g* & in carne & in Domino?

hæreſt. Quia viſcera Sanctorum,] ideſt, filii Sanctorum chariſſimi, vel affectus eorum. *a* Requieverunt per te frater] quia eis miniſtraſti neceſſaria, & conſolatus es eos, & ita Sanctorum affectus erga te propenſus te conſolante requievit, & refrigeratus eſt, 2. *Cor.* 7. In conſolatione autem noſtra abundantius magis gaviſi ſumus ſuper gaudio Titi, &c. Hoc eſt quod hic dicitur. [Quia viſcera Sanctorum] Sancti enim refrigerantur non tam ea ſubventione dati, quam ex voluntate donantis. *Eccl.* 18. In omni dato non des triſtitiam verbi mali, nonne ardorem refrigerabit ros; ſic & verbum melius, quam datum, 1. *Joan.* 3. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem neceſſe habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, i. affectionem pietatis maternæ, quomodo charitas Dei manet in eo? *Gen.* 43. Commota fuerant viſcera ejus ſuper fratre ſuo, & erumpebant lacrymæ. E contra *Prov.* 12. Viſcera impiorum crudelia Job viſcera ejus eorum refectio. Unde dicit *Job* 31. Si non benedixerint mihi latera ejus, & de velleribus ovium mearum calefactus eſt. Sic dicuntur hic viſcera requieſcere, ſicut latera, quando induuntur. Et nota, quod Apoſtolus gaudebat de hoc, quod iſte evidenter opera charitatis exhibebat, & prudenter, quia in Sanctos, non hiſtriones. Pauci ſunt hodie, qui gaudeant de evidenti bono alterius, & qui orent pro hoc, ſicut Paulus gaudebat & orabat.

Unde *ſup.* Ut evidens fiat. *Iſa.* 32. Gaudia onagrorum paſcua gregum, ideſt, merita ſubditorum, 2. *Joan.* Gaviſus ſum valde, quia inveni de filiis tuis ambulantes in veritate. E contra mali torquentur, quando bona aliorum intuentur, etiam ipſos bonos vident. *Sap.* 2. Gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis via illius & immutatæ ſunt viæ ejus. Unde *Exod.* 10. dixit Pharao ad Moyſen. Cave, ne ultra videas faciem meam; quocumque die apparueris mihi, morieris. *b* Propter quod] quia ita charitativus es, & benignus aliis.

c Multam fiduciam habens] non dico, poteſtatem.

d In Chriſto Jeſu,] ideſt, per Chriſtum [Imperandi tibi, quod ad rem pertinet,] ideſt, tibi utile eſt, & mihi. *Gloſ.* Non dico me habere poteſtatem imperandi tibi quodlibet. Et eſt argumentum, quod obedientia determinata eſt. *Matth.* c. 23. Quod dicunt, facite, pertinentia, ſcil. ad cathedram, 1. *Cor.* 10. & 13. Poteſtatem dedit mihi Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem.

e Propter charitatem, &c.] 1. *Theſſ.* 2. Tanquam pater filios ſuos deprecantes vos, & conſolantes teſtificati ſumus, ut digne ambularetis Deo. Item 2. *Theſſ.* 3. Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed ut formam daremus vobis.

f Cum ſis talis,] & ideo non impero tibi, ſed [obſecro] Unde 1. *Tim.* 4. Seniorem ne increpaveris, &c. *Lev.* 19. Coram cano capite conſurge & honora perſonam ſenis, & time Dominum Deum tuum, 1. *Petr.* 5. Seniores, qui in nobis ſunt, obſecro conſenior, & teſtis Chriſti paſſionum. Hoc eſt, quod ſubditur.

g Nunc autem & vinctus Jeſu Chriſti,] i. pro Chriſto Jeſu, & ideo magis debes moveri, & ratione ætatis, quia [ſenex] & ratione paſſionis, quia [vinctus] & ratione cauſæ, quia [Jeſu Chriſti] Ego, inquam, talis. *h* Obſecro te pro meo filio] in fide.

k Oneſimo] nomine. *i* Quem genui per Evangelium,] 1. *Cor.* 4. In Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. *Gal.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis. *k* In vinculis,] ideſt, dum eſſem in vinculis, & ideo tenerius eum diligo, ſicut Chriſtus latronem, quem in dolore ſuo genuit in cruce, affectuoſe dilexit, quod oſtendit in verbo illo. Hodie mecum eris in paradiſo. *Luc. cap.* 23. Dicitur etiam, quod mulieres filios ſuos magis diligunt, quos in majori anguſtia pepererunt. Similiter Jacob amplius Joſeph & Benjamin dilexit, quos in ſenectute genuit. *Gen.* c. 43. Eſt nobis pater ſenex & puer parvulus, qui in ſenectute illius natus eſt cujus uterinus frater eſt mortuus, & ipſum ſolum habet mater ſua, pater vero tenere diligit eum. Item [vinculis] dicit, q. d. propter hoc dignus eſt honore quoniam in ipſis certaminibus genitus eſt, & in tentationibus. *m* Qui tibi, aliquando] dum infidelis erat. *n* Inutilis fuit] tua tollendo, ideſt, tibi nocuit, & eſt ibi Liptote, ideſt, inutilis & damnoſus, & ita dignus ira & pœna ſecundum illud. *Pr.* 14. Acceptus eſt Regi miniſter intelligens, iracundiam autem illius inutilis ſuſtinebit, *Matth.* 25. Inutilem ſervum projicite in tenebras exteriores. C

o Nunc autem mihi, & tibi utilis] quia mihi ſervit, & orat pro te. *p* Quem remiſi tibi] ſed contra *Deuter.* 23. Non trades Domino tuo ſervum, qui ad te confugerit, habitabit tecum in loco, qui ei placuerit. Sol. loquitur de exulibus ex ira Regum & fugientibus mortis periculum.

q Tu autem illum, ut mea viſcera, ſuſcipe,] ideſt, recipe eum in filium chariſſimum. Filii dicuntur viſcera matrum, quia de viſceribus earum exierunt, & ideo ut viſcera ſua voluit Apoſtolus iſtum recipi, 2. *Reg.* 4. Commota ſunt viſcera ejus ſuper filio ſuo. Vel [Ut viſcera mea,] ideſt, ut affectum meum, quia eum reficiendo, reficis, & recipis meum in te affectum. Sic & de Domino Jeſu Chriſto, quia dicit ſe recipi in ſuis membris. *Matth.* 10. Qui vos recipit, me recipit, & eum, qui me miſit.

r Ut pro te mihi miniſtraret, &c.] Paulus enim diu fuit in cuſtodia libera, ſcil. per biennium, ut dicitur. *Act. ult.* Permiſſum eſt Paulo permanere ſibimet cum uno cuſtodiente ſe milite. *ſ* Sine conſilio,] ideſt, conſenſu diſcreto. *Eccl.* 32. Sine judicio nihil facias grave. *t* Uti ne,] ideſt, ut non. *u* Velut ex neceſſitate,] i. contra velle tuum. *x* Bonum tuum eſſet] quod ſervus tuus mihi ſervit, 2. *Cor.* 9. Non ex triſtitia, aut ex neceſſitate, hilarem enim datorem diligit Deus. *y* Sed voluntarium] Aliter enim Deus non acceptat. *Exod.* 25. Providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie.

z Forſitan enim] quaſi ideo ſuſcipe illum, quia utilis fuit fuga ejus per occaſionem, ſc. non per intentionem [Forſitan ideo diſceſſit ad horam a te] Argumentum, quod malum eſt occaſio boni, ſicut venditio Joſeph. *Gen.* 45. Pro ſalute veſtra miſit me Dominus ante vos. Item *Gen.* 50. Vos cogitaſtis de me malum, & Deus convertit illud in bonum. *Eſther.* 4. Quis novit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris. *Rom.* 8. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti. Dicit autem Apoſtolus [Forſitan] ut ſententiam temperet, quia omnia humana ſunt dubia, & potuit alia eſſe cauſa; quare ſic fieri Deus diſpoſuerit, ſive permiſerit.

a Ut in æternum, &c.] hic, & in futuro tibi utilem.

b Jam non ut ſervum] tamen.

c Sed pro ſervo,] ideſt, loco ſervi, quod ante erat.

d Chariſſimum fratrem] quod plus eſt, quia nunc ſerviet amore, non ex timore; 1. *Tim.* 6. Qui fideles habent Dominos, non contemnant, quia fratres ſunt, ſed magis ſerviant, quia fideles ſunt & dilecti. Vel ſecundum aliam litteram. Sed plus ſervo, ſcil. chariſſimum fratrem, chariſſimum, dico.

e Maxime mihi] quia genui eum. Vel [mihi] quia ego quondam peccator & pœnitens, tales diligere debeo ſimiles mihi. *Gal.* 6. Conſiderans teipſum ne & tu tenteris. Vel [maxime mihi] fratrem ſcilicet quia ego ſum magiſter tuus, reputo eum mihi fratrem, & patrem in fide. *f* Quanto autem] quoniam etiam debet eſſe charus & frater. *g* Et in carne,] quia erat ejus Dominus carnalis, & ideo debebat eum diligere ſicut & ille ei obedire ex amore. *Eph.* 6. Servi obedite Dominis carnalibus.

h Et in Domino] per fidem [Quanto autem magis] quam ante [Tibi] frater eſt [Et in carne] per conditionem primæ nativitatis ab Adam [Et in Domino] per fidem communem divinitatis, quaſi diceret, hoc duplici vinculo alligatus

ligatus es, & ſecundum carnem, & ſecundum Deum Oſ. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. *Gl.* (Et in Domino) per fidem, quæ omnem ſuperbiam amputat, *Job* 5. Quomodo poteſtis credere, qui gloriam, &c. Hæc duo debent eum movere ad humilitatem, ſcil. quod æqualis erat ei ſervus ſuus & in primo parente Adam ſecundum carnem & in creatore omnium Domino. Omnes enim æquales natura genuit & omnes Deus condidit, ſine perſonarum acceptione quemlibet gubernans. *Sap.* 12. Non eſt enim alius Deus, quã tu, tibi cura eſt de omnibus. *Mal.* 2. Nunquid non unus Pater eſt omnium noſtrum, nunquid unus Deus creavit nos; quare ergo unuſquiſque noſtum deſpicit fratrem ſuum, violans pactũ patrũ noſtrorum? *Matt.* 23. Unus eſt Pater veſter, qui in cœlis eſt. Et quia ita eſt.

a Si ergo *b* habes *c* me ſocium, *d* ſuſcipe illum, ſicut me. *e* Si autem aliquod *f* nocuit *g* tibi, aut debet, *h* hoc mihi imputa. *i* Ego Paulus ſcripſi mea manu, *k* ego *l* reddam, ut non dicam tibi, quod teipſum mihi debes, *m* Ita *n* frater *o* ego te fruar in Domino, refice viſcera *p* mea in † Domino. *q* Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi ſciens quoniam *r* & ſuper id, quod dico, facies. *ſ* Simul autem, & para mihi hoſpitium: Nam *t* ſpero per orationes *u* veſtras *x* donari me vobis,

D al. † Chriſto.

a Ergo] ideſt, ideo. *b* Si habes] ideſt, ſi habere, vis. *c* Me ſocium] in via & patria; in tribulatione & in regno *Apoc.* 1. Ego Joannes frater veſter particeps & ſocius in tribulatione, & in regno. 1. *Jo:* 1. Et vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cum patre, & cum filio ejus Jeſu Chriſto. 1. *Cor.* 1. Fidelis Deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filii ejus.

d Suſcipe illum ſicut me,] q. d. aliter non es ſocius meus. *Phil.* 2. Si qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis implete gaudium meum, ut idem ſapiatis.

e Si autem aliquid] ideſt, in aliquo.

f Nocuit tibi] l. læſit te. *Eccl.* 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & ſic deprecanti tibi peccata ſolventur. Homo homini ſervat iram, & a Deo quærit medelam. *g* Aut debet] aliquid tibi. *Matth.* 6. Dimitte nobis debita noſtra. Et poſtea. Si enim dimiſeritis hominibus delicta eorum, dimittet & vobis Pater cœleſtis delicta veſtra: ſi autem non dimiſeritis hominibus, nec Pater veſter, &c. *h* Hoc mihi imputa] In hoc omnem excuſationem tollit, q. d. ego fidejubeo pro eo. Nota, quod eſt fidejuſſio temeritatis, & cupiditatis in multis, qui inſcipiunt curas animarum temere, & cupide. Contra quos dicitur *Prov.* 22. Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades offerunt pro debitis; ſi enim non habes; unde reſtituas, quid cauſæ eſt, ut tollat operimentum de cubili tuo? *Prov.* 27. Tolle veſtimentum ejus, qui fidejuſſor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. Item eſt ſponſio, ſiva fidejuſſio charitatis, de qua *Prov.* 12. Qui negligit damnum propter amicum, juſtus eſt. Item *Eccl.* 29. Vir bonus fidem facit proximo ſuo. Et poſt Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris; dedit enim pro te animam ſuam. Quocumque autem modo fidejuſſeris pro anima proximi, ſive ex cupiditate, ſive ex charitate, obligatus es creditori, & ſollicitus ſis: *Prov.* 6. Fili ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus; fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipſum libera; quia incidiſti in manum proximi tui: diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Et ut magis credatur, quod dicit, addit: *i* Ego Paulus ſcripſi mea manu] *Gal.* 6. Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu. *k* Ego reddam tibi, quod ille abſtulit, & in quo te læſit, reddam recompenſationem hic, vel in futuro. *Eccl.* 8. Non ſpondeas ſupra virtutem tuam; quod ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita. Et hoc dico tibi.

l Ut non dicam tibi] hoc ſcil. *m* Quod & teipſum] non ſolum tua (mihi debes) q. d. poſſem dicere hoc ſcilic. quod non oportet me recompenſationem tibi facere, quia meus es tu, ſed pro pace, & reverentia dico, quod reddam tibi. *Tob.* 9. Si meipſum tradam tibi ſervum, non ero condignus providentiæ tuæ.

n Ita frater ego te fruar in Domino,] i. gaudebo de te in Domino in regno, & delectabor te in Domino, ita, ſcil. ſi feceris hoc quod peto. Hoc primo [Refice, &c.] Et nota, quod ſecundum hoc ſumitur frui large pro uti cum delectatione, vel pro uti ſimpliciter. Sic ſumitur *Eccl.* 8. Fruere magnatis ſine querela. *Deut. c.* 28. Filios generabis, & filias, & non frueris eis. Vel *o* Fruar te in Domino,] ideſt, Domino in te ſicut Angeli modo Deo fruuntur, & in ſe, & in creatura eum intuentes. Sic ſumitur frui per ſe, ſecundum quod dicit *Aug. in lib. de doctrina Chriſtiana*: Frui eſt alicui rei inhærere propter ſe. Hi duo modi inveniuntur in *lib.* 1. *de doctrina Chriſt.* ubi dicitur Inde ad Philemonem Paulus. Ita inquit, frater ego te fruar in Domino, quod ſi non addidiſſet in Domino, & te fruar, tamen dixiſſet in eo conſtituiſſet ſpem beatitudinis ſuæ, quamquam dicatur viciniſſime frui cum delectatione uti; cum enim adeſt, quod diligitur, etiam delectationem ſecum neceſſe eſt gerat; per quam ſi tu tranſieris, eamque ad illud quod permanendum eſt retuleris; uteris ea; & abuſive, non proprie diceris frui; ſi vero inhæſeris atque permanſeris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ; tunc vere ac proprie dicendus es frui, quod non eſt faciendum, niſi in illa Trinitate, i. in ſummo & incommutabili bono. Item *Aug. in eod. lib.* 1. *de doctr. Chriſt.* Frui enim eſt amore inhærere alicui rei propter ſe, uti autem, quod in uſum venerit ad id, quod amas, obtinendum referre, ſi tamen amandum eſt, nam uſus illicitus abuſus potius, vel abuſus eſt nominanda. Quomodo ergo ſi eſſemus peregrini qui beate vivere, niſi in patria non poſſemus, eaque peregrinatione utique miſeri, & miſeriam finire cupientes in patriam redire vellemus; opus eſſet vel terreſtribus, vel magnis vehiculis; quibus utendum eſſet, ut ad patriam, qua fruendam erat, pervenire valeremus: quod ſi amœnitas itineris, & ipſa geſtatio vehiculorum nos delectaret, converſi ad fruendum his quibus uti deberemus, nollemus cito viam finire: & perverſa ſuavitate implicati alienaremur a patria, cujus ſuavitas faceret beatos. Sic in hujus mortalitatis via peregrinantes a Domino, ſi redire in patriam velimus, ubi beati eſſe poſſimus, utendum eſt hoc mundo, non fruendum, ut inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciantur, hoc eſt, de corporalibus, temporalibuſque rebus æterna & ſpiritualia comparemus. Res igitur, quibus fruendum eſt, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus eſt, eademque Trinitas una quædam ſumma res, communiſque omnibus fruentibus ea. *p* Refice viſcera mea] i. filium, vel affectum meum (In Domino) i. propter Dominum. Viſcera ſua vocat Apoſtolus, quos intime diligebat. *Phil.* 1. Teſtis eſt mihi Deus, quomodo cupiam omnes vos in viſceribus Jeſu Chriſti. *Chryſ.* Ponit hanc litteram. Ita ergo, frater, a te juvet in Domino, requieſcere fac viſcera mea in Chriſto. *Sup. eod.* Viſcera Sanctorum requieverunt per te, frater. Deinde blanditur ei dicens:

q Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi] Argumentum, quod illis ſolis præcipiendum eſt, de quorum obedientia confidunt. Habebat autem Apoſtolus auctoritatem prædicandi. Unde *Rom.* 1. Per quem recepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus.

r Sciens quoniam & ſuper id quod dico, facies] In hoc facit eum promptiorem. *Gl.* Provocat eum ſic blandiendo, ut amplius faciat, quam poſtulatur ab eo. Solet enim fieri, ut qui de ſe videt bene ſentiri, meliorem ſe præbeat. *Heb. c.* 6 Confidimus de vobis: Dilectiſſimi, meliora & viciniora ſaluti. *Gal.* 5. Confido de vobis in Domino, quod nihil aliud ſapietis. 2. *Cor.* 7. Gaudeo, quod in omnibus confido in vobis. Et *ſup.* Reminiſcentis omnium veſtrum obedientiam. *ſ* Simul autem & para mihi hoſpitium:] Hoc etiam dicit, ut eum moveat ad veniam. Et aſſumunt ex hoc argumentum Legati & Archidiaconi, qui præparationem volunt, & exigunt, a ſubditis. Sed hæc auctoritas eis tollitur, ſi intentio Apoſtoli diligentius penſetur, hoc enim dixit, non ut ſibi præparentur lautiora & ſuperflua; ſed ut ſe confidentiam, & familiarem ad eum habere dilectionem oſtendant, cum ſcriptum ſit *Luc.* 10. Edentes & bibentes, quæ apud illos ſunt. Propterea jocoſe dixit hoc ut ſervo. Unde *Chryſ.* Jocoſum videtur verbum, ut homo pauper diviti mandet ultra terrarum ſpatia per Epiſtolam præparationem hoſpitii; quid enim pro eo præparandum erat, qui pane, & pulmento vili contentus erat? *t* Nam ſpero per orationes veſtras] *Phil.* 1. Scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum veſtrum.

u Per orationes veſtras] *Jac. ult.* Multum enim valet deprecatio Juſti aſſidua.

x Donari me vobis.] Hoc dicit, ut magis obediant. Solent enim abſentes contemni. *a* Salutat te Epaphras] De iſto loquitur *Col.* 1. Sicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſervo noſtro, qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti. *b* Concaptivus meus in Chriſto Jeſu] ideſt

pro Chriſto

Digitized by Google

pro Chriſto. Sed quomodo erat captivus, notat oſtendens eum eſſe in tribulatione.

c Marcus, Ariſtarchus, &c.] *Col.* 4. Salutat vos Ariſtarchus concaptivus meus, & Marcus conſobrinus Barnabæ. Et *inf.* Qui ſunt ex circumciſione. Et primo dicit: Salutat vos Lucas medicus, & Demas, &c. Ergo Lucas fuit de gentibus. Et *ſup.* dicitur: Cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, &c. nunquid iſte fuit ille Oneſimus? non: Sed hic quæritur de hoc, quod hic ponitur Demas in ſalutatione, ex hoc enim conſtat, quod erat fidelis. Et adhuc loquens doctrinâ Apoſtoli, quod videtur ei contrarium quod dicitur 2. *Tim. ult.* Demas me dereliquit diligens hoc ſæculum. Et abiit Theſſalonicam. Et *inf.* Lucas eſt mecum ſolus. Hæc autem Epiſtola ſcripta eſt poſteaquam illa ad Timotheum, quod patet ex hoc, quod in ſecunda ad *Tim.* mandat quod ad ſe veniat cito, ſubdens: Ego jam delibor, &c. Hic autem in principio Epiſtolæ præponitur Timotheus in titulo cum Paulo; ergo jam, ut dictum eſt, Demas dereliquerat Apoſtolum: quomodo ergo hic ponitur Demas tanquam ipſe eſſet cum Apoſtolo? Reſpondeo vel loquitur de diverſis, qui vocantur hoc nomine Demas; vel quia ille ex timore Apoſtolum dereliquerat, jam pœnitens credi poteſt rediiſſe.

2. *Tim.* 4.

d Lucas] *Chryſ.* Quid Lucam ultimo ponit, nec hæc oportet imperſcrutata dimittere. Et poſtea dicitur Lucas: ultimus exiſtens factus eſt primus.

e Adjutores mei] in prædicatione, & operatione Evangelii. *Phil.* 4. Cum Clemente, &c. adjutoribus meis.

f Gratia Domini, &c.] *Chryſ.* Oratione Epiſtolam concluſit. Simile 2. *Tim.* 4. Dominus noſter Jeſus Chriſtus cum ſpiritu tuo. Et nota quoddam eſſe notabile in Apoſtolo quod omnes ſera Epiſtolas, niſi illam ad Hæbræos, a gratiarum actione incipit, & terminat omnes fere in orationem; ut ſic omnem operationem ſuam & ſcripturam & a Deo inciperet per gratiarum actionem, & in Deum terminaret per orationem. Hinc etiam inolevit, ut in fine litterarum ſcribatur, valete.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Pauli ad Philemonem.

a Salutat te Epaphras concaptivus *b* meus in Chriſto Jeſu, *c* Marcus, Ariſtarchus, Demas, *d* Lucas *e* adjutores mei. *f* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Philemonem.

Incipit argumentum in Epiſtolam ad Hebræos.

IN primis dicendum eſt cur Apoſtolus Paulus in hac Epiſtola ſcribenda non ſervaverit morem ſuum, ut vel vocabulum nominis ſui vel ordinis deſcriberet dignitatem. Hæc cauſa eſt, quod ad eos ſcribens, qui ex circumciſione crediderant, quaſi gentium Apoſtolus, & non Hebræorum; ſciens quoq; eorum ſuperbiam, ſuamq; humilitatem ipſe demonſtrans, meritum officii ſui noluit anteferre: Nam ſimili modo etiam Joannes Apoſtolus propter humilitatem in Epiſtola ſua nomen ſuum eadem ratione non prætulit. Hanc ergo Epiſtolam fertur Apoſtolus ad Hebræos conſcriptam Hebraica lingua miſiſſe, cujus ſenſum, & ordinem retinens Lucas Evangeliſta poſt exceſſum Apoſtoli Pauli Græco ſermone compoſuit.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola Pauli ad Hebræos.

C A P. I.

g MUltifarie, *h* multiſque modis

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Pauli ad Hebræos incipit.

E X P O S I T I O C A P. I.

MUltifarie, multiſque modis, &c.] *Rom.* 11. Quamdiu quidem ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo, ſi quomodo ad enuntiandum provocem carnem meam, & ſalvos faciam aliquos de illis. Sicut dixit Apoſtolus, ſic complevit. Nam ad Hebræos hanc Epiſtolam ſcripſit lingua, ut dicitur, Hebraica, ſed poſt mortem a Luca fuit Græco ſermone compoſita, vel tranſlata. Intentio Apoſtoli eſt mutare converſos de Judæis ad ſolam fidem Chriſti, & ab obſervatione legalium revocare. Nomen autem ſuum vel dignitatem tacuit, quia non erat eorum Apoſtolus, & ideo nomen ſuum non invocavit ſuper eos maxime cum ſuperbi eſſent, & magis provocandi eſſent ad bonum per humilitatem, quam per auctoritatem. Hæc autem Epiſtola, ut dicit *Chryſ.* antiquior eſt illa, quæ ſcripta eſt ad Timotheum, in qua dicitur: Ego enim jam delibor. 2. *Tim.* 4. Et *ſupr.* dicit Idem *Chryſ.* Duos annos fuit in Roma. *Act. ult.* Deinde dimiſſus ad Hiſpanias venit, & vidit Judæos & poſt Romam rediit: Hanc autem Epiſtolam portavit Timotheus ſicut vult *Chryſ.* Unde *inf. ult.* dicitur: Cognoſcite fratrem veſtrum Timotheum dimiſſum, cum quo, ſi celerius venerit, videbo vos. Dividitur autem hæc Epiſtola in quatuor partes. In prima oſtendit Chriſtum excellentiorem eſſe omni creatura, & ideo in illo potiſſime fidendum, quod facit uſque ad principium ſeptimi capituli, *ibi*: (Hic enim Melchiſedech Rex Salem) In 1. *cap.* duæ ſunt partes. Commendat enim Chriſtum ultra omnes Prophetas & omnes homines. In prima parte ab æterna genitura, contra Judæos qui dicebant. *Jo.* 9. Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus; hunc autem neſcimus, unde ſit. In ſecunda parte præfert eum Angelis multis rationibus *ibi*. (Tanto melior, &c.) In ſecunda parte probat ſacerdotium Chriſti majus eſſe & dignius ſacerdotio Levitico, & hoc facit uſq; ad Principium. 11. *cap. ibi* (Eſt autem fides ſperandarum, &c.) In tertia agit de fidei commendatione per quā eſt A acceſſus ad Chriſtum, & hoc per totum 11. *cap.* In quarta de morali inſtructione, a 12. uſq; ad finem Epiſtolæ. In prima ergo parte commendat Chriſtum multipliciter. Et dividitur illa pars prima in duas partes. In prima oſtendit eum eſſe excellentiorem omni rationali creatura, quæ eſt Angelus, & durat uſque ad initium tertii capituli, *ibi*: (Amplius enim, &c.) In ſecunda excellentiorem rationali creatura, quæ eſt, & durat ab illo uſque ad principium 7. *cap. ibi* (Hic enim Melchiſedech) Volens ergo oſtendere quod excellentior eſt angelica creatura, commendat eum ſecundum ea, quæ ei competunt ſecundum utramque naturam. Et primo ſecundum ea quæ competunt ei ratione Deitatis. Primo ergo, commendat eum ab excellentia in magiſterio, *ibi* (Locutus eſt nobis in filio) quaſi abundantius docuit per filium, quam per prophetas. Secundo, a Dominio, *ibi* (Quem conſtituit hæredem) Tertio, ab identitate potentiæ cum Deo Patre, *ibi* (Per quem fecit) Quarto, a coæternitate, (Qui cum ſit ſplendor) Quinto a conſubſtantialitate, *ibi* (Et figura ſubſtantiæ ejus) Sexto, ab omnium creaturarum gubernatione *ibi* (Portans omnia) Septimo a redemptione ſive impiorum juſtificatione, *ibi* (Purgationem peccatorum faciens) Octavo, ab æqualitate ſive conſeſſu cum Deo Patre, *ibi* (Sedet ad dexteram) Nono ex prædictis infert, *ibi* (Tanto melior Angelis) Decimo, probat præcedentiam auctoritate S. Scripturæ, *ibi* (Cui enim aliquando, &c.) Undecimo, probat auctoritate Chriſtum majorem eſſe Angelis *ibi* (Et adorent eum) Duodecimo ſimiliter probat auctoritate *ibi* (Qui facit) Tertiodecimo, probat auctoritate Angelos eſſe ſervos: Chriſtum autem Dominum excellentiorem Angelis per ſuperabundantiam charitatis; & eum etiam probat excellentiorem ſecundum humanam naturam, *ibi* (Dilexiſti, &c.) Quartodecimo, probat idem per præceſſionem, *ibi* (Ipſi peribunt) Ultimo, per univerſalem ſubjectionem *ibi* (Ad quem autem Angelorum.) Et ibi oſtendit quod omnia ſubjecta ſunt Angelis, ſed potius Angeli ſubjecti ſunt ac adminiſtratorii. *Chryſ.* ponit hanc litteram. Multipartite, & multimode olim Deus locutus Patribus in Prophetis, in ultimo dierum eorum locutus eſt nobis in filio, quem poſuit hæredem omnium, per quem fecit & ſæcula, qui exiſtens a Panægyrina, ideſt, ſplendor gloriæ, character, ideſt ſignaculum hypoſtaſeos, ideſt, perſonæ ejus, tenenſque omnia verbo virtutis ſuæ per ſeipſam purgationem faciens peccatorum eorum. *Num.* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta, &c. *Iſ.* 6. Vidi Dominum. Aliter vidit *Ezech.* 1. *Apoc.* 1. *Exod.* 2. & 24. Dicit ergo:

g Multiſariam vel multifarie,] ideſt, multoties, & multis perſonis ut Abrahæ, Iſaac, & Jacob & eiſdem ſæpe.

h Multiſque] modis, i. multis qualitatibus, ſive ſpeciebus loquendi, quia modo per ſomnia, modo aperta voce, modo

modo inſpiratione, vel e converſo, multipliciter, i. diverſis modis loquendi. Sunt autem quindecim modi. Quia per ſomnia, *Dan.* 7. *Gen.* 28. Viditque Jacob in ſomnis ſcalam, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum, &c. *Num.* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei vel per ſomnia, *Job* 33. Semel loquitur, & ſecundo idipſum non repetit per ſomnium in viſione nocturna. Item locutus eſt ſermone vocali per ſubjectam creaturam, *Exod.* 3. Cernenſque Dominus quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait: Moyſes. Item per occultam inſpirationem, in qua neſcit homo quandoque utrum ipſe, vel Deus loquatur *Gen.* 15. His namque tranſactis factus eſt ſermo Domini ad Abraham, per viſionem. *Gloſſ.* per occultam inſpirationem. Quarto, loquitur per propheticam inſpirationem, in qua jam homo non occulte, ſed aperte ſcit quis loquitur, & intelligit, quod dicitur, *Pſalm.* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. *Oſ.* 1. Principium loquendi Domino in Oſee. *Iſ.* 38. Factum eſt verbum Domini ad Iſajam dicens: Vade & dic Ezechiæ, &c. Quinto, loquitur per applicationem ſpiritus ad ſpiritum, ut Angeli ad animam quaſi ſpeculi ad rem, & tunc reſultant in anima formæ, quibus plenæ ſunt intelligentiæ, ideſt, Angeli ut *Zac.* 1. Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me. Sexto, loquitur per opera ſignificantia, *Iſ.* 20. Locutus eſt Dominus in manu Iſaiæ filii Amos dicens, Vade ſolve ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis, & fecit ſic. Quod fuit idem, ac ſi diceret: Denudamini vos capti de hoſtibus, o Ægyptii Æthiopes, quia de illis loquitur ibi. Et in *Ezech.* 4. Sume tibi laterem & poſtea ſartaginem, &c. Item *Jer.* 1. Quid tu vides Jeremia? ollam ſuccenſam, &c. Item *Zac.* 1. & 6. Septimo, loquitur per figuras & cæremonialia, *Iſa.* 42. Qui vides multa nonne cuſtodies? & qui apertas habes aures nonne audies q. d. Dominus: Ego loquor vobis, o Judæi, per iſtas figuras, & non auditis, Octavo, loquitur per ſigna & portenta, *Exod.* 20. Cunctus autem populus videbat voces, & lampades & ſonitum buccinæ, montemque fumantem, &c. Nono, loquitur per ſcripturas. *Jer.* 20. Factus eſt Domini ſermo in opprobrium, *Pſ.* 48. projeciſti ſermones meos retrorſum. *Alibi* Lætabor ego ſuper eloquia tua, &c. Decimo, loquitur per miracula, *Jo:* 5. Opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. Undecimo, loquitur per flagella, ſicut homo loquitur equo ſuo, vel aſino, quando eum pungit, vel trudit. Ratio enim dicit ei, quod feſtinet. *Pſ.* 93. Qui fingis laborem in præcepto *Aug. in lib. Confeſ.* Non erat, quid reſponderem dicenti mihi: Surge, qui dormis niſi verba ſomnolenta & lenta, ſine modo, ecce modo, ſine paululum, ecce paululum, ſed modo & modo non habebant modum, & paululum ibat in longum. Duodecimo, loquitur per Doctores & Prædicatores, *Luc.* 10. Qui vos audit, me audit. Tertiodecimo, loquitur per ſanguinem ſuum, ſive per ſanguinis aſperſionem. *Heb.* 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem quam Abel. Quartodecimo, loquitur per omnes creaturas, quæ ſunt quaſi voces viſibiles, *Job* 12. Interroga jumenta, & docebunt te. *Prov.* 6. Vade ad formicam, o piger, & conſidera vias ejus, & diſce Sapientiam, *Pſ.* 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus, &c. Deus me fecit. Quintodecimo, loquitur per beneficia: *Pſ.* 98. In columna nubis loquebatur ad eos. Ultimus autem modus, quo Deus pater loquitur per ſe. Loquitur enim Pater per filium. Et hoc dupliciter. Ipſum generando, qui eſt verbum ſuum. *Pſ.* 32. Dixit & facta ſunt, ideſt, verbum genuit, per quem omnia facta ſunt. Sic continue loquitur per ipſum incarnando, quando verbum caro factum eſt, & ſic verbum transformatum eſt in vocem, verbum mentale in verbum vocale, vel potius viſibile, *Pſ.* 61. Semel locutus eſt Deus quaſi non continue, incarnatio ſemel facta eſt. Hæc enim diſtinctio in parte habetur a *B. Greg.* ſuper illud *Job* 11. Atque utinam Deus loqueretur tecum & aperiret labia ſua tibi [Multiſque modis] quia Deus loquens omnibus prædictis modis, loquitur tripliciter, ſive triplicia. Intectum per Anagogen; factum per hiſtoriam, vel per allegoriam: faciendum per Tropologiam. Sic ergo quod dicit (multifariam) refertur ad diverſos modos loquendi; hoc autem, quod dicitur multis modis] i. tribus, multis quia ſenſui loquitur per opera, & imaginationi per corporales imagines; intellectui per res ſpiritoales. Hæc autem diſtinctio habetur 2. *Cor.* 2. ubi loquitur de raptu Pauli, ſic diverſitas locutionis vel multitudo accipitur penes diverſitatem recipientium locutionem, ſenſus, ſcil. & imaginis & intellectus. Vel (multis modis) tripliciter, ſcil. ut in tribus ejus locutio effectum habeat in nobis, ut det nobis ſapientiam in cogitatione, locutione, & operatione. *Prov.* 22. Ecce deſcripſi eam, ideſt, Sapientiam tibi tripliciter, ideſt, in tribus habendam, cogitatione, locutione, & operatione. In his tribus debet quilibet poſſidere. Sapientiam quam nobis Deus offert in ſua locutione. Unde *Bern.* Cogitare loqui, & opere Sapientiam exercere præcipit: & hoc eſt, quod dicitur, in cogitationibus, ideſt, ad cogitandum interius corde & ſcientia, ideſt, ad docendum exterius ore & opere.

Quomodo loquatur Deus.

al. † In

a olim *b* Deus loquens Patribus, *c* in *d* Prophetis. *e* Noviſſime *f* † diebus iſtis *g* locutus eſt *h* nobis in filio, *i* quem *k* conſtituit hæredem *l* univerſorum, *m* per quem fecit & ſæcu-

a Olim Deus loquens Patribus in prophetis] Nota ſingula (Olim) quaſi non eſt novum, quod loquitur modo Deus per Chriſtum, ſed idem locutus eſt olim per Prophetas, ubi commendatur veritas dictorum Dei ea antiquitate, cum dicit (Olim) *Iſ.* 44. Ex tunc audire te feci, & annuntiavi, vos eſtis teſtes mei. Ex tunc ideſt ex antiquo. Item commendatur ea ipſo loquente, cum dicit.

b Deus] Deus enim vera loquitur, non homo, quia omnis homo mendax. 2. *Petr.* 1. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu Sancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Item commendatur ab illis, quibus locutio facta eſt, quia. *c* Patribus] *Act.* 13. Ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt. Item ab illis per quos facta eſt, cum dicitur. *d* In Prophetis] i. per Prophetas. Patribus enim in Prophetis locutus eſt Deus ſervis ſuis, per ſervos ſuos Prophetas, *Prov.* 29. Cum prophetia defecerit, diſſipabitur populus. Quinto commendatur a continuatione. Non enim ceſſat loqui per filium quod olim per Prophetas locutus eſt. *e* Noviſſime diebus iſtis. &c.] Qui olim per prophetias in veteri Teſtamento, modo per filium loquitur apertius in Evangelio. Olim terruit, nunc allicit; olim Dominus intonuit, modo parvulus vagit. Differenter loquitur ſed non diverſa, ſive contraria. Rota enim eſt in rota, & quod olim prædixit, noviſſime per filium exhibuit. Unde dicit (Noviſſime) ideſt, in fine temporum. 1. *Cor.* 10. Nos ſcimus, in quos fines ſæculorum devenerunt. *Iſ.* 2. Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, ideſt, Chriſtus ſuper omnes Sanctos, 1. *Jo:* 2. Filioli, jam noviſſima hora eſt, *Gen.* 49. Congregamini ut annunciem, quæ ventura ſunt vobis in diebus noviſſimis. Vel (Noviſſime) quia poſt hanc locutionem non ſequitur alia locutio, ideſt, alius modus loquendi. Eadem enim eſt locutio Apoſtolorum & Prædicatorum, quæ & Chriſti. Non tamen per identitatem dictorum, ſed modo dicendi], aperte enim locuti ſunt, ſicut Chriſtus. Et nota, quod prima lingua fuit enigmatica, ſcil. lingua veteris Teſtamenti. Secunda aperta, ſcilic. novi Teſtamenti. Hæc lingua debet eſſe ultima, quæ procedit ex ore Dei; ſed ex ore Diaboli modo procedit tertia lingua, non lingua Moyſi, vel lingua Chriſti; ſed Diaboli. De qua dicitur *Eccl.* 28. Lingua tertia multos commovit. *f* Diebus iſtis] q. d. quaſi adhuc ſuperſunt, qui audierunt, & viderunt. Unde *in prol. Luc.* dicit ipſe Lucas. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis. *g* Locutus eſt] Nota, quod dicitur loquens in Prophetis de præſenti, & dicit (locutus eſt in filio) quaſi de præterito, ut per hoc innuat, quod filius idem loquitur, quod Prophetæ, & e converſo, Prophetæ idem, quod Chriſtus; ut ſit rota in medio rotæ.

h Nobis in fine] ſcil. illorum Patrum, quibus olim locutus eſt per Prophetas ne aliud putetur nobis locutus, quam illis, quod potuit videri ſi alii loquerentur genti. *i* In filio] ideſt, per filium, quem ipſum verbum ſuum fecit carnem, ut nobis Pater loqueretur, *Jo:* 1. Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris ipſe enarravit. *k* Quem conſtituit] in immutabili ſtatu Deus Pater.

l Hæredem univerſorum] & poſſeſſorem omnium creaturarum. Hoc etiam eſt ſecundum humanam creaturam, ut dicit *Pſalm.* 2. Poſtula a me & dabo tibi, &c. Item hæredis nomine aſſignatur, quod proprius eſt filius. Et iterum quod immobilis eſt Dominus, *Pſalm.* 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo; &c. *Matth.* 21. Hic eſt hæres, *Iſa.* 45. Chriſto meo Cyro, quod interpretatur hæres. *Rom.* 4. Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini ejus ut hæres eſſet mundi, *Mich.* 1. Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Mareſa. Dicit ergo (Quem conſtituit) ſecundum humanam naturam. *m* Per quem fecit & ſæcula] ſecundum divinam, & ita commendatur ſecundum

atramque

utramque naturam. *Pſ.* 103. Omnia in ſapientia feciſti. Item *Pſ.* 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt. *Rom.* 11. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ergo quæ eſt ars Dei capax omnium artium plena rationū? *Jo.* 1. Omnia per ipſum facta ſunt. *Eccl.* 43. In ſermone ejus compoſita ſunt omnia.

Item *Eccl.* 24. Ego feci in cęlis ut oriretur lumē. *Prov.* 8. Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quicquā faceret a principio, &c. *a* Sęcula] quaſi dicat, non tantum ęterna, i. ſempiterna, ſed (Sæcula) i. ſæcularia & viſibilia, & mutabilia.

De pun. dif. 1. c. in anima.

a ſæcula. *b* Qui cum ſit ſplendor gloriæ, *c* figura *d* ſubſtantiæ ejus, *e* portanſque omnia *f* verbo *g* virtutis ſuæ, *h* purgationem peccatorum faciens, *i* ſedet *k* ad dexteram Majeſtatis *l* in Excelſis

Deinde perſequitur de divina natura dicens. *b* Qui cum ſit ſplendor] oſtendens primo per ſimilitudinem coævorum coæternitatem filii cum Deo Patre, quia cum Filius ſit ſplendor patris, & Pater ignis, & ſi ignis ſit æternus, ergo & ſplendor: ergo cum Pater ſit æternus, & Filius eſt æternus. Coæva enim ſunt ignis & ſplendor: ergo coæterni ſunt Pater & Filius quod oſtenditur ſic formando argumentum. Omne fecundius & potentius eſt magis efficax & potens ad producendum ſibi vicinum, quam quod non eſt ita fecundum; ſed ſi unum fecundum, & potens eſt Deus Pater; ergo potentior eſt ad producendum ex ſe coæternum ſibi, quod eſt ei vicinum, quam aliquod creaturarum ſibi coęvum; ergo debet Pater ſibi coęternum Filium. Quod autem Chriſtus comparetur ſplendori. *Iſ.* 63. Propter Sion non tacebo & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur, ut ſplendor, Juſtus ejus, &c. Et ſicut non diminuitur ignis licet ſplendor ab ipſo exeat; ita ſine diminutione patris generatur Filius a Patre, ſicut ſplendor ab igne. *Chryſ.* Audi ipſum Chriſtum dicentem: Ego ſum lux mundi. *Jo.* 8. Dicit ergo (Qui cum ſit ſplendor gloriæ) ideſt, ſplendor glorioſus, ejuſdem, ſcilic. gloriæ cum patre. Vel (Gloriæ) ideſt, Patris glorioſi, ideſt natus a Patre glorioſo, ſicut ſplendor: ab igne Deus, ideſt, Pater, eſt ignis, non ſolum conſumens, ſed ſplendor. *Sap.* 7. Virtus Dei eſt, & emanatio quædam claritatis Dei omnipotentis ſincera, & nihil inquinatum in illam incurrit. Candor enim lucis æternæ. *c* Et figura ſubſtantiæ ejus.] Et ſi ſplendor ſit coævus igni, non tamen ejuſdem ſubſtantiæ; ideo addit, hoc oſtendens non ſolum coæternitatem Filii cum Patre, ſed etiam conſubſtantialitatem ejus ad Patrem (Et figura) vel caracter, vel ſignum, i. expreſſiva imago. *d* Subſtantiæ ejus] i. ejuſdem ſubſtantiæ cum Patre, quia cum ſit omnino ſimplex & imparribilis ſubſtantia Patris; de neceſſitate apparet, quod totam ſubſtantiam ſuam conferat Filio quem ex ſe gignit. Non ſic autem eſt in patre carnali & filio: quia ſubſtantia patris carnalis partibilis eſt. Unde non tranſit tota in ſubſtantiam filii. *Sap.* 7. Speculum ſine macula Dei majeſtatis & imago bonitatis illius. *Col.* 1. Qui eſt imago Dei inviſibilis primogenitus omni creaturæ. *Eccl.* 24. Ego ex ore Altiſſimi prodii, primogenita ante omnem creaturam, ideſt ſimillimus ſum ei. Loquitur enim vulgariter ſecundum quod dicitur de aliquo, qui patri ſuo multum eſt ſimilis, videtur quod de ore ejus exierit. Per hoc autem quod dicitur figura ſubſtantiæ, notatur tam diſtinctio perſonarum, quam identitas ſubſtantię. Contra Sabellium, & Marcellum & Photinum, qui non ponunt alium Patrem a Filio in perſona. Contra quod dicit Apoſtolus, Filium figuram patris; figura autem alia eſt, quam ille, cujus eſt figura. *Chryſ.* Illis omnibus unam plagam dedit dicens. Caracter hypoſtaſeus, i. ſigillum perſonę ejus. *e* Portanſque omnia] Hic commendat Filium a gubernatione & ſuſtentatione omnium, ſive ab omnipotentia, qua potens eſt in eſſe ſuſtentare, quia cum ex nihilo ſint omnia, niſi ab eo conſervarentur, cito redigerentur in nihilum, non ſolum ea, quæ ratione contrarietatum qualitatum, ex quibus compoſita ſunt, neceſſario diſſolvuntur, ſed etiam, quæ ſimplicia, & ſtabilia ſunt: quia tamen ex nihilo ſunt, ex ſe diſſolvuntur, niſi a Deo portentur. Dicit ergo [Portanſque omnia] i. continens & gubernans tam ſpiritualia, quam temporalia. *f* Verbo] i. ſolo imperio. *g* Virtutis ſuæ] i. ſeipſo, qui eſt verbum Patris, ſua virtute omnia ſuſtentans & gubernans. Vel [Virtutis ſuæ] i. potentiæ & bonitatis. Vel [Verbo virtutis ſuæ] i. omnia portat facile, & ſine labore, i. virtuoſe. Et nota, quod tripliciter portat omnia, ſcil. in eſſe omnia conſervando, item motum omnium gubernando & dirigendo. Item nata ex eis propagando. Tria enim genera operum fecit Deus a principio. Opus creationis quando omnia in materia creavit. Opus diſtinctionis, quando in ſpeciebus & formis diſtinxit. Opus ornatus quando terram animalibus, mare piſcibus, aerem avibus, cœlum ſtellis decoravit, & ornavit. Quoad primum ſcilic. ad opus creationis omnia portat, ſuſtinet, & creata in eſſe conſervat. Quantum ad ſecundum opus, ſcil. quantum ad opus diſtinctionis, omnia portat, motus quarumlibet ſpecierum gubernando, & dirigendo; quia motus ſequitur ſpeciem. Quantum ad tertium, ſcil. opus ornatus omnia portat, omnia, quæ ad ornatum creata ſunt multiplicando, propagando, ut ſibi invicem ſuccedant, ſicut animantia.

Hæc tria operum genera Dei innuit *Eccl. in princ.* Ipſe creavit illam Spiritu ſancto, ſcil. ſapientiam creavit in effectu ſuo ſecundum quod exemplar producitur in exemplum, & vidit, hoc eſt, quantum ad opera creationis. Juxta illud *Gen.* 1. Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, i. ſuper materiam illam informem creatam ferebatur, ſicut mens artificis ſuper materiam de qua operaturus eſt. Hoc eſt igitur, quod dicit *Eccl.* Et vidit res, ſcil. in materia. Et dinumeravit, hoc eſt, quantum ad opera diſtinctionis, & menſus eſt, quantum ad opera ornatus, quæ maxime ſunt ſub menſura temporis, quia tempus vitæ uniuſcujuſque determinatum eſt. Idem innuitur *Iſ.* 40. Quis appendit tribus digitis molem terræ, ſcil. tribus dictis operibus. Sequitur. Qui menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderavit, &c. Item *Iſ.* 46. Ego feci, ego feram, ego portabo, & ſalvabo. Et nota in hac auctoritate quatuor opera Filii Dei. Opus creationis; cum dicit ego feci. Opus gubernationis, & conſervationis, cum dicit, ego feram. Opus redemptionis cum dicit, ego portabo in cruce, ſcil. Opus glorificationis, cum dicit & ſalvabo. Quæ etiam quatuor notantur hic in textu. Primum cum dicitur [per quem fecit ſæcula] Secundum, cum dicit [Portanſque omnia, &c.] Tertium, ſcil. opus redemptionis, cum ſubditur (Purgationem peccatorum faciens) Quartum, cum ſubditur (Sedet ad dexteram, &c.) Ibi enim ipſe glorificator & receptor ſuorum eſt in eadem manſione, in qua eſt cum Patre. Dicit ergo.

h Purgationem peccatorum facit] per ſanguinem proprium. Et in hoc commendat eum a redemptione. *Apoc.* 1. Qui dilexit nos, & lavit nos in ſanguine ſuo. *Inf.* 9. Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, multo magis ſanguis Chriſti, qui per Spir. S. ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis. Et nota, quod ſanguis eſt optimum emplaſtrum contra recens vulnus; ita memoria paſſionis Chriſti medela contra omnem morbum peccati. Dico [Purgationem, &c.] *Jo.* 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Rom.* 3. Quem propoſuit Deus propitiationem per fidem, 1. *Jo.* 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed pro totius mundi. Poteſt etiam hæc commendatio ſumi a juſtificatione impii, cum dicit [Purgationem, &c.] *Mal.* 3. Sedebit conflans, & emundans quaſi argentum & purgabit filios Levi. *Iſ.* 4. Si abluerit Dominus ſordem filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio ejus in ſpiritu judicii & ſpiritu ardoris. Spiritus judicii eſt contritio, in qua ſe judicat, & condemnat peccator. Spiritus ardoris eſt ira procedens contra peccatum.

i Sedet] Poſtquam per naturam, & poteſtatem & benignitatem Chriſtum commendavit, commendat per dignitatem: quia crucem ſuſtinuit, ut nos a peccatis mundaret, & ipſe qui ita humiliatus eſt [ſedet] i. quieſcit & regnat. *k* Ad dexteram Majeſtatis] i. in potioribus bonis Patris; ſecundum quod homo, vel in æqualitate Patris, ſecundum quod Deus. Et locatus non in Paradiſo, unde Adam excidit, ſed. *l* In Excelſis] ideſt ſuper omnia locorum dignitate. *Marc. ult.* Aſſumptus eſt in cœlum, ſed a dextris Dei. *Act.* 7. Ecce video cœlos apertos & filium hominis ſtantem a dextris virtutis Dei. *Col.* 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens *Infr.* 18. Qui conſedit in dextera. Item 10. & 12. Item. *Dan.* 7. Ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat & uſque ad antiquum dierum pervenit. Et poſtea dicitur. Poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ non auferetur. *Act.* 2. Dextera Dei exaltatus & promiſſione Spiritus ſancti accepta a Patre effudit hoc donum quod vos videtis, & auditis. Nota *Gl.* In hac ſerie prius alta commemorat, dicens [In filio] ubi proprius intelligitur filius, qui eſt ſuperior, & excellentior univerſis. Deinde ad humilia deſcendit ſubdens. Quem conſtituit hæredem [Deinde redit ad alta dicens] Per quem fecit & ſæcula, &c. Poſtea ad altiorem omnibus gradum venit dicens. [Qui cum ſit ſplendor] Deinde humilia loquitur [Purgationem peccatorum faciens] Deinde ad alta narrando revertitur;

citur ;

titur] Sed ad dexteram Majeſtatis. Sequitur: *a* Tanto melior, &c.] dignior Angelis eſt. *b* Effectus] i. evidenter ſecundum hominem factus. *c* Quanto differentius, &c.] ideſt, differentiorem honorificentiam, quam ante ſcilicet. *e* Hæreditavit] ideſt, firmiter habuit in reſurrectione, & aſcenſione,

a Tanto melior Angelis effectus, *b* quanto *c* differentius *d* præ illis nomen *e* hæreditavit. *f* Cui enim dixit *g* aliquando Angelorum, *h* Filius *i* meus *k* es tu, *l* ego hodie *m* genui te? *n* Et rurſum: *o* Ego ero illi in Patrem, *p* & ipſe erit mihi in filium. *q* Et cum iterum introducit *r* primogenitum *ſ* in orbem terræ, dicit: *t* Et adorent eum omnes Angeli Dei. *u* Et ad Angelos ſuos quidem dicit: *x* Qui *y* facit *z* Angelos ſuos Spiritus, & *a* Miniſtros ſuos *b* flammam ignis. Ad

qui paulominus ab Angelis fuit minoratus in paſſione, & carnis mortalitate. Et hunc honorem habuit. *d* Præ aliis] ideſt, Præ Angelis etiam in carnale mortali fuit Chriſtus, & honorabilior Angelis, & ita differens nomē habuit præ illis, ſed multo differentius habuit in reſurrectione, & aſcenſione, quoniam ad dexteram Dei ſedet. Quia autem
Act. 13. Chriſtus major fuerit Angelis etiam paſſibilis & mortalis, patet; quia
2. Reg. 7. 1. Par. 22. dicitur *Matth.* 4. Et accedentes Angeli miniſtrabant ei. *Marc.* 1. Eratque cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant ei. Minor tamen dicitur ab Angelis, non ſimpliciter, ſed quoad quid, ſcil. quantum ad paſſibilitatem, & quantum ad apparentiam; ſed quantum ad rem, & gratiarum plenitudinem omnino major. Unde *Gal.* 4. Quanto tempore hæres parvulus eſt nihil differt a ſervo, cum ſit Dominus omnium: nihil differt a ſervo, quia verberatur, ut ſervus: ſed tamen Dominus eſt omnium, & ita major ſervo. Et hoc eſt, quod dicitur *Joann.* 1. Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei deſcendentes, & aſcendentes ſuper filium hominis. Cœlumque fuit apertum, ideſt, Chriſtus perforatus, & apertus in paſſione: tunc cataractæ cœli apertæ ſunt in diluvio gratiarum: & tunc Angeli aſcenderunt, & deſcenderunt in filium hominis. Aſcenderunt, quia minor fuit Angelis ſecundum quid, ideſt, quantum ad paſſibilitatem: ſed deſcenderunt, quia major fuit Angelis, ſecundum gratiæ plenitudinem. Non enim dedit ei Deus Spiritum ad menſuram 1. *Jo: cap.* 3. Parce, ſicut quod menſuratur, parce datur. Vel (Hæreditavit) ideſt, habuit nomen differens. Et hoc (præ illis) ideſt, nomen valde differens. A nomine Angelorum, ſcil. filii per naturam, quod alii habent per adoptionis gratiam. *Phil.* 2. Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c. *Act.* 4. Nec enim aliud nomen eſt datum ſub cœlo hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. *Johel.* 2. Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, hic ſalvos erit.

f Cum enim] Probat auctoritate Prophetæ præcedentia, coæternitatem, ſcil. filii, & conſubſtantialitatem, quia generatus eſt ab æterno, & ab omnino ſimplici. Continuatur ſic, bene dico, quod differentius nomen præ Angelis habuit. *g* Enim] i. quia (Cui Angelorum) i. nulli. *h* Filius] ecce nomen. *i* Meus] i. conſubſtantiali, non adoptivus. *k* Es tu] diſcretive, i. nullus alius. *Matth.* 17. Hic eſt filius meus dilectus, hic & non alius. Et vere es filius meus, quia. *l* Ego hodie] ideſt, æternaliter. *m* Genui te?] Præſens, & præteritum conjungit, illam generationem innuens eſſe æternam, quia non ita fuit, quod præterierit, & propter hoc dicit: (hodie) nec ita eſt, quin ante fuerit, & ideo dicit: (Genui) Unde *Gloſſ.* Genui dicit, ne nova putaretur, aut ne modo videretur indigere, hodie dicit, ne præterita generatio videretur. *Eccl.* 24. Ego ex ore Altiſſimi prodii primogenita ante omnem creaturam. *Prov.* 8. Ante colles ego parturiebar. Et notatur per præteritum imperfectum æterna filii generatio, quia filius ſemper a Patre. Per hoc, quod verbum eſt meditativum intelligitur, quod incomprehenſibilis eſt illa generatio. *Iſ.* 53. Generationem ejus, &c. Poteſt etiam ille dies intelligi, quo Chriſtus ſecundum hominem natus eſt, vel dies reſurrectionis. *Act.* 13. Hanc Deus adimplevit filiis veſtris reſuſcitans Jeſum, ſicut in *Pſ.* 2. ſcriptum eſt: Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Aug.* Cum Chriſto gignitur hodie generatur, i. Chriſtus, eſt dies. *n* Et rurſum] dicit Scriptura de eodem.

o Ego ero illi in Patrem] Hoc dicitur de Salomone in figura filii Dei 2. *Reg.* 7. & 1. *Par.* 28. Ipſum elegi mihi in filium, & ego ero ei in Patrem, & firmabo regnum ejus uſque in ſempiternum. Vel in *Pſ.* 88. dicit. Ipſe invocavit me: Pater meus es tu, & ſuſceptor ſalutis meæ, & ego primogenitum ponam illum, &c. *Gloſſ.* tamen dicit, quod in *Iſ.* ſunt hæc verba. *Iſ.* 42. Ecce meus puer, vel ſervus ſecundum aliam litteram, ſuſcipiam eum electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium gentibus. Et ab hoc loco ſumitur illud *Matth.* 21. Ecce puer meus electus, quem ego elegi, &c. Dicit ergo: Ego illi in Patrem] ipſi præcipiendo ſicut pater filio, ipſum diſciplinando. *Iſ.* 33. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, ipſi hæreditatem dando. *Pſ.* 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.

p Et ipſe erit mihi in filium] alia littera: Obediendo, diſciplinam meam amplectendo, hæreditatem ſibi traditam mihi conſervando, & multiplicando. *Luc.* 1. Quod enim ex te naſcitur ſanctum, vocabitur filius Dei. Major ergo eſt Angelo, quod iterum oſtendit dicens:

q Et cum iterum introducit] Scriptura. *r* Primogenitum in orbem terræ] i. quando loquitur de filio Dei introducendo in mundum. *Matth.* 13. Exiit qui ſeminat ſemen ſuum ſeminare. Sed cur non manifeſtius loquitur Paulus exemplum de illo, qui vult Regi reconciliare incarceratos qui offenderunt eum, non ſtatim introducit eos ad Regem ſed prius eaiens loquitur eis & ita de Deo verbo hoc ait, ſed de Deo ſecundum carnem *Joann.* 1. in mundo erat, & mundus per ipſum factum eſt, &c. Et nota, quod dicit (Iterum) quia Scriptura ſæpe dicit introducendum. Vel (iterum) introducit per aſſumptionem carnis, ſecundum quam in mundum dicit introductum, non per naturam divinitatis ſecundum quam mundum fecit. *Joann.* 1. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Vel ſic ordina litteram (Et iterum) dicit Scriptura, cum ſcil. (introducit) i. introducendum dicit (Primogenitum) *Eccl.* 24. Primogenita ante omnem creaturam. *Rom.* 8. Ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. *Col.* 1. Primogenitus ante omnem creaturam. *ſ* In orbem terræ] quaſi hæredem in poſſeſſorem. *Jo.* 1. In propria venit: Quid dicitur hoc, quod ſubdit:

t Et adorent eum omnes Angeli Dei] Hoc habetur in *Pſalm.* 96. Dominus regnavit: exultet terra. In quo ſubditur: Adorate eum omnes Angeli, hic: Adorent eum, &c. & loquitur ille *Pſ.* de introductione Chriſti ſecundum hominem in mundum tanquam in poſſeſſionem, cum dicit: Dominus regnavit, quod patet ex titulo, qui eſt talis *Pſ.* David, cum terra ejus reſtituta eſt ei, [Et adorent] per hoc probat, quod major eſt filius, quam Angeli: Conſtat enim, quod minor non adoretur a majori, ſed e converſo. *Dan.* 7. Millia millium miniſtrabant ei: *Apoc. cap.* 4. Quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores ceciderunt coram Agno habentes ſinguli citharas, &c. Et dicit (Adorent) *Gl.* quia viſioni ejus obtemperavit. Unde ſubdit: *u* Et ad Angelos quidem dicit] Pater de filio. Vel Scriptura dicit de ipſo. (Ad Angelos) i. quiddam quod pertinet ad Angelos. *x* Qui] filius.

y Facit Spiritus] cœleſtes omnes. *z* Angelos] i. legatos. *a* Miniſtros] i. ad voluntatem ſuam faciendam. Et per hoc oſtendit Angelos ſervos ejus, & ipſum Dominum eorum. *Chryſ.* Ecce magna differentia. Angeli enim creabiles ſunt omnes, filius increabilis. Unde de Angelis dicit: *x* Qui facit] non autem de filio, ſed Angelos ſuos ſpiritus, &c. Sed contra *Act.* 2. Et Dominum ejus, & Chriſtum fecit Deus. Et ſecundum carnem dicit, fecit. Sed nunquid Angeli minoris ſoli, & miniſtrant? Non ideo ſubdit: *a* Et miniſtros, &c. ſic ordina litteram.

b Flammam ignis] i. Seraphin qui ſunt ordine ſuperiori. *y* Facit miniſtros ſuos] *Chryſ.* Non Angelos tamen, ſed omnem ſuperiorem virtutem miniſtrativam dicit: *Iſ.* 6. Volavit.

Vel aliter. *b* Qui facit, &c.] ideſt, qui mittit Angelos ſuos, ut læta, & levia nuntient. *a* Et miniſtros ſuos, &c.] quando per eos punit malos. Per ignem enim quælibet pena ſignificatur. Unde *Jer.* 29. Quos frixit Rex Babylonis in igne pro eo, quod fecerunt ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in uxores amicorum ſuorum, & in rei veritate lapidavit eos, ſicut habetur *Dan.* 13. *Gl.* (flammam ignis) dum ad exercitum vindictæ mittit, ut in Sodoma, & in aliis plurimis locis. Hic ſumitur argumentum, quod boni puniunt. *Gen. cap.* 19. Venerunt duo Angeli Sodomam, &c. non enim Loth Demones recepit. Idem *Apoc. c.* 16. Primus Angelus effudit phialam. *Apoc. c.* 15. Septem Angeli. *Gloſ.* Sicut in Eccleſia Spiritus, i. ſpirituales viros (Facit Angelos ſuos Spiritus) ideſt, miniſtros verbi ſui. *Mal.* 2. Legem inquirent de ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt. [Et miniſtros ſuos flammam ignis.] Ardere enim debent, ut ignis, & lucere, ut flamma. *Joan. cap.* 5. *Aliter.*

Erat,

Volavit ad me unus de Seraphin, qui dicuntur ardentes, & ſunt ſuperioris ordinis. Unde ſuperior cœleſtis Hierarchia, ſive Epiphanium incaleſcentis affectionis incendio, altioris intellectus faſtigio, judicii libra, reſultatio diſtributa, i. diviſa in hoc, quod dicit incaleſcentis affectionis incendio, Seraphim ſignificat. Per hoc, quod dicit altioris intellectus faſtigio, ſignificat Cherubin. In hoc, quod dicit libra judicii thronos. Per hoc, quod dicit reſultatio diſtributa, ſignificat, quod quicquid boni eſt in Angelis eſt quædam redundatio, & reſultatio infinitę bonitatis Dei ab eo collata, & diſtributa. In primo enim ordine reſultat ardor charitatis. In ſecundo ſcientiæ plenitudo. In tertio judicii certitudo. Omnes autem miniſtrant Chriſto. *Dan.* 7. Millia millium, &c. *Matth.* 4. *Marc.* 1. Angeli miniſtrabant ei. *Inf. eod.* Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, &c. *Matth.* 13. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno ejus omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Item dicit *Matth.* 24. Mittet Angelos ſuos in tuba, &c. ergo filio hominis miniſtrabunt. Item *Matth.* 25. Cum autem filius hominis venerit in Majeſtate ſua, & omnes Angeli ejus cum eo, &c.

a Ad filium autem: *b* Thronus tuus Deus in ſæculum *c* ſæculi, *d* & virga æquitatis virga *e* regni tui. *f* Dilexiſti juſtitiam, *g* & odiſti iniquitatem: *h* propterea unxit te Deus, *i* Deus *k* tuus *l* oleo † lætitiæ præ *m* participibus tuis.

al. † exultationis.

⊙ Erat Joannes lucerna ardens, & lucens: Et qui talis eſt poteſt alios calefacere ad bonum per exhortationem, & terere in eis mala per increpationem. *Jer.* 23. Nonne verba mea quaſi ignis ad calefaciendum in bono, & quaſi malleus conterens petras, i. duritiam malorum. Sed ſicut auctoritas dicit: Qui non ardet non accendit. *Eccl.* 48. Surrexit Elias Propheta quaſi ignis. Et poſt ſubdit: Et verbum ejus quaſi facula ardebat. Sequitur: *a* Ad filium autem.] Hic per dignitatem ſimul, & poteſtatem commendat Chriſtum. Et probat eum eſſe Deum Angelorum, q. d. prædictum pertinet ad Angelos, ſed (ad filium) dicit Deus Pater, quod ſequitur:

b Thronus tuus, &c.] ſicut habetur in *Pſalm.* 44. Sed videtur, quod ille pſalmus non ſit de filio, quia titulus dicit Filiis Chore. Sol. ſequitur, ibi: Canticum pro dilecto, ideſt, Chriſto. Et poſtea dicitur in ipſo pſalmo: Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, quod proprie filio Dei convenit: ſicut & illud, [Thronus tuus] o Deus fili, ideſt, regia dignitas, ideſt, judiciaria ſedes, ſive poteſtas permanet.

c In ſæculum ſæculi,] *Joan.* 5. Omne judicium dedit filio ſuo, &c.] *Luc.* 1. Et ſedebit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis *Iſa.* 9. Super ſolium David & ſuper regnum ejus ſedebit: Et nota, quod thronus proprie eſt Regis, tribunal Judicis, cathedra Magiſtri. De primo dicitur 3. *Reg.* 10. Fecit Salomon thronum de ebore grandem. De ſecundo *Joann.* 19. Sedit Pilatus pro tribunali. De tertio *Marc.* 11. Evertit cathedras, &c. *Gloſſ.* Cathedræ ſunt miniſtri. Dicit ergo: (Thronus) ideſt, regnum, vel judicium. Vel (thronus) ideſt, Angeli cœleſtes. *Iſa. ult.* Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Per cœlum Angeli, in quibus jam quieſcit. Per terram homines, ideſt, in quibus quaſi deambulat, qui non ſunt firmati: dicuntur autem Angeli thronus Dei, ſicut homines coronam Regis. Unde *Ezec.* 1. Super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi ſimilitudo lapidis ſapphiri, ſimilitudo throni & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper, quia inquantum eſt homo dominatur Angelis. *Iſ.* 6. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, i. ſuper Angelos, qui ſunt excelſi natura, & elevati confirmationis gratia. *Apoc.* 4. Ecce ſedes, ideſt, Angeli poſita erat in cœlo, quod eſt regio ſpirituum, & iris erant in circuitu ſedis. Iris, ut dicitur *Gen.* 9. eſt ſignum fœderis, quia officium Angelorum eſt homines reconciliare Deo. Similis viſioni ſmaragdinæ, quia cum intuentur angelicos Spiritus confortantur, ſicut in natura Smaragdi. Item *Dan.* 7. Thronus ejus flamma ignis. *Pſ.* 79. Qui ſedes ſuper Cherubin, &c. Per thronum omnes ordines Angelorum intelliguntur. Sed quia non tantum thronus eſt ſignum Regis, ſed etiam ſceptrum, & virga, ſubdit de ſceptro dicens: *e* Et virga regni tui] & diſciplina, quia illos, qui ſunt regnum tuum, dirigis, & corrigis.

d Et virga æquitatis] i. ſine acceptione perſonarum. Vel, ideſt, regula directa, & inflexibilis. *Pſ.* 2. Reges eos in virga ferrea, i. rigida poteſtate, & inflexibili æquitate pro manſuetis terræ. *Pſalm.* 95. Judicabit populos in æquitate. *Iſ.* 11. Percutit terram virga oris. *Apo.* 19. Et ipſe reget in virga ferrea, i. rigida poteſtate, quæ etſi quaque flectitur, non frangitur. Et nota, quod virga filius corrigitur, ædificium regulatur. Item grex paſcitur: Item hæreditas menſuratur, Quia ergo hæc quæ diximus, virga ſua facit, dicitur recte de eo: Virga æquitatis, &c. De primo dicitur *Hebr.* 12. Flagellat omnem filium, quem recipit. *Prov.* 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam. De ſecundo: *Apoc.* 11. Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi ſurge, & metire templum Dei, & altare & adorantes in eo. De tertio: *Pſ.* 22. Virga tua, & baculus tuus. Et *Mich.* 7. Paſce, Domine, populum tuum gregem hæreditatis tuæ habitantes ſolo in ſaltu. De quarto dicitur *Ezech.* 40. Ecce vir, cujus ſpecies quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu ejus, & calamus menſuræ in manu ejus. Idem eſt funiculus Chriſti, & virga ejus ſcil. diſciplinæ, quæ in præſenti ligat, & verberat, ſed hæreditatem cœleſtem nobis menſurat. *Pſ.* 118. Funes ceciderunt mihi in præclaris, &c. *Zach.* 11. Unam virgam vocavi decus, & alteram vocavi funiculum, & pavi gregem. Et nota quod dicit: Thronus tuus in ſæculum ſæculi] ſicut dicitur *Dan.* 7. Poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ non auferetur; regnum ejus, quod non corrumpetur. Et ſubdit cauſam ſtabilitatis regni ſui.

d Et] ideſt, quia [Virga æquitatis, &c.] Unde *Prov.* 16. Juſtitia firmatur ſolium. Item *Prov.* 25. Aufer impietatem de vultu Regis, & firmabitur juſtitia thronus ejus. Unde etiam ſubditur: *f* Dilexiſti juſtitiam,] i. omne bonum. *g* Et odiſti iniquitatem] i. omne malum. *Eccl.* 12. Altiſſimus odio habet peccatores. *Apoc.* 2. Odiſti facta Nicolaitarum, quæ, & ego odi. *Sap.* 14. Similiter ſunt odio Deo impius, & impietas ejus: Et in his duobus eſt perfecta juſtitia, in amore boni & odio mali. *Pſ.* 118. Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, legem tuam dilexi. *Sen.* Odium peccati non finem ſupple, iterum oportet habeas, vel facias.

h Propterea] i. ad hoc, ut prædicta tibi eſſent, ideſt, amor juſtitiæ, & odium iniquitatis. Vel [Propterea, i. quia dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem, inde tibi datum eſt hoc præmium, quia ſcil. *i.* Unxit te Deus] filium ſecundum hominem. *k* Deus tuus] pater unxit, ſcil. ut pugilem. Unde *Jer.* 20. Dominus mecum eſt tanquam bellator fortis. Item ut Pontificem *Hebr.* 9. Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum. Item ut Regem *Apoc.* 19. Rex Regum & Dominus dominantium.

l Oleo lætitiæ] i. exultationis, ideſt, Spir. Sancto, ſive donis Spir. Sancti. *m* Præ participibus tuis] i. præ Angelis, & hominibus, qui partem gratiæ habent, ſed Chriſtus Plenitudinem. *Joan.* 1. Plenum gratiæ, & veritatis. *Joan.* 3. Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum Chriſto, ſcil. [Præ participibus] ergo fuit unctus, quia plenus fuit, & ipſi ſemipleni. Item ipſe fructuoſus, omnes alii reſpectu ejus infructuoſi. *Cant.* 2. Sicut malus inter ligna ſilvarum, &c. Item *Cant.* 5. Electus ex millibus. Item alii mortales; ipſe ſtabilis, & æternus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech *inf.* 7. Plures facti ſunt Sacerdotes idcirco quia morte prohibentur permanere; hic autem eo, quod manet in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Dicit ergo [Unctus præ participibus] quoad plenitudinem fructuoſitatem, ſtabilitatem. Sed quæritur de hoc quod dicit: Propterea unxit te, &c.] Et dicit *Gloſſ.* quia dilexiſti juſtitiam; ergo Filius Dei, quia dilexit juſtitiam, fuit unctus. Sol. Triplex fuit unctio in Chriſto. Prima fuit in utero Virginis in conceptione, de qua dicitur in Epiſtola ad Quirinum Epiſcopum. In utero virginis homo conceptus eſt, ibi ab eodem ſpiritu unctus, ibi conceptus, nec ante conceptus, & poſtmodum unctus, ſed hoc ipſum de Spir. Sanct. ex carne Virginis concipi fuit a Spir. Sancto ungi. *Matth.* 1. Quod enim in ea natum eſt de Spir. Sancto eſt. Hæc unctio conſiſtit in tribus, in naturarum unione, in donorum plenitudine, in peccatorum immunitate.

Secunda unctio eſt manifeſtatio omnium horum in Baptiſmate, tunc enim dictum eſt ei: Hic eſt filius meus dilectus. *Matth.* 3. Jeſus autem plenus Spir. Sanct. reverſus eſt a Jordane. Tertia unctio fuit, ſive gratia immortalitatis in reſurrectione: de qua poteſt intelligi quod hic dicitur: Quia enim dilexit juſtitiam, &c. Meruit reſurrectionem glorioſam. Alii aliter ſolvunt, dicentes, quod

quod Chriſtus meruit habitum, nos habendum meremur. Unde dicitur, quod Chriſtus meruit habitam gratiam. Vel aliter, ut oleum lætitiæ dicatur hilaritas, & ſerenitas conſcientiæ, quam meruit, non merito præcedente, ſed cohærente, & quam ſibi etiam quilibet Juſtus mereretur, quia non ſimul cum bonis operibus habetur. Unde *Pſ.* 118. In cuſtodiendis illis retributio multa. Et nota, quod per prædicta: [Unxit te, &c.] probavit Chriſtum majorem Angelis etiam ſecundum hominem per gratiarum, & chariſmatum abundantiam, & plenitudinem. Nunc iterum redit ad æternitatem ejus oſtendendã per auctoritatem Prophetæ dicentis in *Pſalm.* 103.

D

a Et tu in *b* principio, *c* Domine, terram fundaſti, *d* & opera manuum tuarum ſunt *e* cœli. *f* Ipſi peribunt *g* tu autem permanebis, *h* & omnes, *i* ut veſtimentum veteraſcent. *k* Et velut amictum *l* mutabis eos, *m* & mutabuntur, *n* tu autem idem ipſe es, *o* & anni tui non deficient. *p* Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: *q* ſede a *r* dextris meis, *ſ* † donec ponam inimicos *t* tuos ſcabellum pedum tuorum? *u* Nonne omnes *x* ſunt adminiſtratorii Spiritus in miniſterium miſſi, *y* propter eos, *z* qui hæreditatem capiunt ſalutis?

al. † quouſque.

a Et tu,] Domine, Pater. *b* In principio] ideſt, in filio, qui eſt principium. *Gen.* 1. In principio creavit Deus cœlum, & terram. *Prov.* 8. Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret a principio. Vel (Tu Domine) fili. (In principio) rerum, ideſt, antequam res eſſent in forma diſtincta, & propria.

c Terram fundaſti] ideſt, feciſti in materia. *Pſ.* 103. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam. *Job* 38. Quando ponebam fundamenta terræ.

d Et opera manuum tuarum ſunt cœli.] Manus Dei eſt potentia quia jubet & facta ſunt. *Pſalm.* 32. Verbo Domini cœli firmati ſunt. *Iſa.* 40. Cœlos palmo ponderavit. Sed quare dicit, quod fundavit terram., & quod opera manuum ſuarum ſunt cœli, potius quam e converſo? Reſp. Fundamentum proprie eſt inferior parte ædificii, & ideo cum terra ſit infima in tota mundi machina, ei competit ratio fundamenti. Unde *Jerem.* 10. Qui fundavit terram in fortitudine ſua. Cœli autem dicuntur opera manuum ejus, quaſi in eis ſpecialiter operatus ſit, & ita in eo eſt major ſpecialitas, & magis in eis apparet Potentia, & Sapientia Dei, ſicut dicit Artifex de pulchriori opere, ego feci illud manibus meis. *Iſa.* 48. Manus mea fundavit terram, & dextera mea menſa eſt cœlos. Sed iterum de fundatione terræ contrarietas videtur. *Pſalm.* 135. Qui firmavit terram ſuper aquas. Contra *Joan.* 26. Qui appendit terram ſuper nihilum. Sol. Terra ſeipſa virtute divina eam ſtabiliente, Unde: Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, Unde bene dicit *Job*, & proprie eam fundatam ſuper nihil, quia eſt inferius terra. *Pſalm.* autem loquitur uſualiter, cum dicit: Qui fundavit terram ſuper aquas. Sicut cum dicitur: Caſtrum hoc fundatum eſt ſuper aquas, ideſt, juxta. Aliter enim cum aqua ſit levior terra, non poſſet ſuſtinere terram: Vel loquitur de aliquibus partibus terræ, quas ſubintrat aqua, & terra deſuper.

f Ipſi peribunt] Hic probat Chriſtum excedere omnem creaturam etiam Angelicam, per ejus immutabilitatem, cum omnia quantum in ſe ſint mutabilia. Dicit ergo: (Ipſi peribunt) cœli aerei ſecundum ſpeciem, quam nunc habent, non ſecundum ſubſtantiam, & in melius mutabuntur. Sicut dicitur de aliquo homine, quia periit; cujus facies mutata eſt. *Iſ.* 51. Cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra, ſicut veſtimentum, atteretur. *Job* 14. Donec atteretur cœlum, non evigilabit. *Matth.* 24. Cœlum, & terra tranſibunt. *Apoc.* 20. A cujus conſpectu terra fugit, & cœlum.

g Tu autem permanebis] *Pſ.* 118. Verbum tuum permanet in cœlo.

h Et omnes,] ſive cœli, ſive terra.

i Ut veſtimentum veteraſcent,] ideſt, ad interitum accedent. *Inf.* 8. Quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt, ſicut (veſtimentum) ſcil. ſicut humana corpora longævitate veteraſcent. Corpus enim humanum veſtimentum animæ eſt. Vel

e Cęli] ideſt, Sancti, ſicut veſtimentum vel veſtimentum ſecundum corpus. *Job* 4. Qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut a tinea.

k Et velut amictum,] ideſt, tam facile, ſicut amictus extenditur, & plicatur.

l Mutabis eos] in melius. *Apoc.* 21. Vidi cœlum novum, & terram novam. Comparatur cœlum amictui, quia operit omnia inferiora, & terram cingit.

m Et mutabuntur] ideſt, mutata ſic permanebunt.

n Tu autem idem ipſe es,] o fili, ideſt, immutabilis es, quia idem, ideſt, ſimplex omnino es, & ideo impoſſibile eſt, quod fiat in Deo aliqua mutatio: mutatio enim aliquid abjicit, & aliquid relinquit. *Exod.* 3. Ego ſum, qui ſum.

o Et anni tui non deficient] ideſt, æternitas tua non deficiet. Contra, hoc quod dicit (peribunt) *Mal.* 3. Ego Deus, & non mutor. *Num.* 23. Non eſt Deus, ut homo, ut mentiatur; vel ut filius hominis, ut mutetur. Idem 1. *Reg.* 15. Vel (Anni tui, &c.) ideſt æternitas tua non deficiet in cœlis, ideſt, in Sanctis. *Eccl.* 27. Vita viri in numero dierum; dies autem Iſrael innumerabiles ſunt.

p Ad quem autem, &c.] Hic probat majoritatem filii, per univerſalem ſubjectionem omnium.

q Sede] ut Victor, & Judex.

r A dextris meis,] ideſt, in æqualitate mea, ſecundum quod Deus; vel in potioribus bonis meis, ſecundum quod homo. Donec] ideſt, quouſque.

ſ Ponam, &c.] ideſt, donec ſubjiciam tibi omnia, vel voluntarie, ut pœnitentes; vel invite, ut rebelles (Ponam ſcabellum pedum tuorum,) ideſt, humiliati tuæ oſtendam ſubjectos maxime in judicio. Vel pedes domini ſunt Apoſtoli, & alii Sancti, qui malos judicabunt. *Mal. ult.* Calcabitis impios, dum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum. Et iſtud, donec, non excluſivum, ſed ultra etiam ſubjecti erunt. *Iſ. cap. ult.* Vel (Quouſque ponam) ideſt, quamdiu ponam, ideſt, æternaliter mecum ſedebis in gloria, ſicut æternaliter inimicos tuos ſubjiciam in pœna. *Act.* 2. Non enim David aſcendit in cœlum. Dixit autem ipſe: Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. *ſupr.* Sedet ad dexteram Majeſtatis in Excelſis. *Matt.* 22. Quomodo ergo David vocat eum Dominum dicens: Dixit Dominus Domino meo, &c. *Infr.* 10. Sed & ad dexteram Dei, de cetero expectans, donec ponantur inimici ejus ſcabellum pedum ejus. 1. *Cor.* 15. Oportet illum regnare; donec ponat inimicos ſub pedibus ejus.

u Nonne omnes, &c.] poſſet aliquis dicere, per hoc non probatur univerſalis ſubjectio, quia ſcilicet, dicitur, quod ſubjiciet ei inimicos. Reſp. Imo quia prædictam ſubjectionem facit, & faciet per miniſteriam Angelorum, quaſi. (Nonne omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus propter eos &c.) ideſt, propter bonos? q. d. ita: & hoc erit donec ponantur inimici ſub pedibus ejus, quando implebitur illud: Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. Vel aliter (Nonne omnes, &c.) q. d. nulli Angelorum dixit hoc aliquando, quia:

x Omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus in miniſterium miſſi, &c] Spiritus in natura, adminiſtratorii ex officio miſſi, & actu. Et ordina ſcil. litteram (Omnes Spiritus) cœleſtes etiam de ſuperiori ordine (Sunt adminiſtratorii) ideſt, miniſtrant Chriſto (In miniſterium miſſi propter eos, &c) q. d. quid mirum ſi miniſtrant Chriſto, quia & nobis ipſo mediante miniſtrant? *Iſ.* 6. Volavit ad me unus de Seraphin, i. de ſuperiori ordine. Miniſtrando tamen aſſiſtunt. Unde *Dan. cap.* 7. Millia millium aſſiſtebant ei, &c. *Tob. cap.* 12. Ego ſum Raphael unus de ſeptem, qui aſtamus ante Deum. *Luc.* 1. Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum. Nec mirum eſt, cum etiam de Elia dicatur 3. *Reg.* 17. Vivit Dominus, ante cujus conſpectum ſum.

y Miſſi propter eos] ideſt, bonos.

z Qui hæreditatem capiunt ſalutis] vel capient in futuro; vel capiunt jam in ſpe. *Rom. cap.* 8. Spe ſalvi facti ſumus. *Matt. c.* 19. Qui poteſt capere capiat. (Miſſi) *Luc.* 1. & 2. *Act. c.* 12. Quando abſolvit Petrum. *Chryſ.* Omnia nobis miniſtrant. 1. *Cor. c.* 3. Omnia enim veſtra ſunt, ſive mors, ſive vita, ſive mundus: miſſus eſt & unigenitus, ſed non a loco ad locum tranſiit, ſed carnem aſſumpſit noſtram: Quid formidatis? Angeli miniſtrant nobis. *Bern.* O quantum deſiderant cives cœli inſtaurari civitatis ſuæ ruinas? quomodo ſolliciti ſunt, ut veniant lapides vivi; qui reædificentur cum ais, diſcurrunt medii inter nos, & Deum, non dignabuntur, ut ſimus ſocii eorum, quorum facti ſunt jam miniſtri. Feſtinemus obſecro, feſtinemus, tota nos multitudo curiæ cœleſtis expectat, ipſe quoque Angelorum Creator expectat pariter & deſiderat, Quia ergo ſic miniſtrant.

EXPO-

C A P. II.

PRopterea *a* abundantius *b* oportet obſervare nos ea, *c* quæ audivimus, *d* ae forte pereffluamus. Si enim, *e* qui per Angelos *f* dictus eſt *g* ſermo, factus eſt *h* firmus, & omnis prævaricatio, *i* & *k* inobedientia accepit juſtam mercedis retributionem; *l* quomodo nos effugiemus, *m* ſi tantam neglexerimus ſalutem? *n* Quæ cum initium accepiſſet enarrandi per *o* Dominum ab eis *p* qui audierunt *q* in *r* nos confirmata eſt, *ſ* conteſtante *t* Deo ſignis, & portentis, *u* & variis virtutibus, & Spiritus *x* Sancti diſtributioni-

E X P O S I T I O C A P. II.

PRopterea] ergo (abundantius, &c.) Hæc eſt concluſio totius præcedentis capitis, q. d. propterea, quod talis, & tantus eſt Chriſtus, ut oſtenſum eſt, verbo ejus maxime obtemperandū eſt. Et ad hoc multas ponit cauſas, & rationes. Prima eſt, ne pęnam æternam incurramus, *ibi* (Ne forte) probat a minori, quod
A non obedientes ejus Evangelio, & non obtemperantes, pęnam æternam incurrent, *ibi* (Non enim qui per Angelos.) Secunda cauſa, quare ejus Evangelio obtemperandum eſt, quia prędicatio ejus multis ſignis & prodigiis confirmata eſt, & pluribus quam verba Angelorum, ſive lex, *ibi* (Quæ cum initium, &c.) Tertia cauſa eſt, quare Chriſto non Angelis ſubjecti ſumus, *ibi* (Non enim Angelis) Et hanc ſubjectionem probat auctoritate David, *ibi* (Teſtatus eſt autem.) Et quia illa auctoritas tres partes habet, oſtendit duas primas in Chriſto jam eſſe completas, & per hæc tertiam eſſe implendam. Duæ autem partes primæ ſunt minoratio, & coronatio. Tertia eſt utilis ſubjectio. Prima impleta fuit in paſſione, ſecunda in reſurrectione, & aſcenſione, tertia implebitur in judicii manifeſtatione. Poſtea reſpondet Antipophorę, quæ ſibi poterat fieri quare minoratus eſt filius Dei, ut pateretur, cum poſſet ſolo verbo liberare genus humanum. Et ponit multas cauſas, quare decens fuit, ut minoraretur per paſſionem. Prima, quia fuit utile, *ibi*: (Qui enim ſanctificat) Secunda, quia fuit naturæ conſentaneum, ut frater fratres redimeret, *ibi* (Propter quam cauſam) quia autem ſit frater noſter probat auctoritate David *ibi* (Nuntiabo nomen tuum fratribus meis) Tertia cauſa, quia Deus noſter erat, *ibi* (Ego ero, &c.) Quarta cauſa, quia ejus pueri, vel ſervi eramus, *ibi* (Ecce ego, & pueri) Quinta ut redemptio perditioni reſponderet, *ibi* (Ut per mortem) Sexta quia homo factus, ut, quæ hominis erant, aſſumeret, *ibi* (Nuſquam Angelos) ſeptima, ut tentati ab eo in eo conſolarentur, & ab eo ſemper quærerent auxilium, qui tribulationem eſſent experti, *ibi* (In eo enim in quo paſſus eſt.) Dicit ergo:

a Propterea, quia] ſcil. Chriſtus major eſt Prophetis, & Angelis, ut probatum eſt in *præced. cap.*

b Abundantius oportet, &c.] a filio dicta in Evangelio, quam quæ ab Angelis dicta ſunt, & Prophetis. (Nos) ſcil. Chriſtianos (Abundantius) quam Judæos, quibus dicitur *Deut.* 27. Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis hujus.

c Quæ audivimus] *Rom.* 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

d Ne forte pereffluamus] ideſt, æternaliter puniamur, ſi non perfecerimus audita. *Luc.* 12. Servus qui cognovit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparavit, & non fecit voluntatem ejus, vapulabit multis. Et nota, quod homo fluit per lapſum peccati in cogitatione, & delectatione: effluit autem per lapſum peccati in locutione, & opere; perfluit autem uſque ad lacum torrentis ſepulchri in æternam damnatione. Mali enim fuat quaſi torrens culpæ, & fluunt uſque ad lacum pœnæ. Ad mare enim inferni tendunt omnes delitiæ hujus mundi. Unde *Joſ.* 3. Steterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & ad inſtar montis tumeſcentes. Et poſtea dicit: Quæ autem inferiores erant in mare ſolicitudinis, quod nunc vocatur mortuum, deſcenderunt, &c. Ita eſt ſpiritualiter, quod aquæ de ſupernis venientes, ideſt, ſpirituales delitiæ, & divinæ conſolationis uſque ad cœlum exaltantur, ſed aquæ inferiores, ideſt, delitiæ carnales in mare mortuum, ideſt, in amaritudinem inferni convertuntur; ſic mali perfluunt omnino cum ſuis delectationibus *Job* 6. Fratres mei prætererunt me ſicut torrens, qui raptim tranſit in convallibus. Probat autem, quod puniuntur tentatores Evangelii Chriſti, per locum a minori ſic:

e Si enim qui per Angelos, &c.] ad Moyſen, & ad ceteros. *f* Dictus] i. miniſtratus, & prolatus. Voces enim illæ, quas audiebat Moyſes, quando legem accipiebat, firmabantur per Angelos *Gal.* 2. Lex ordinata per Angelos in manu mediatoris. *Act.* 7. Hunc Moyſen Deus miſit in manu Angeli, qui apparuit ei in rubo. Et poſtea dicit: Hic eſt, qui fuit in Eccleſia, in ſolitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in Monte Sinai.

g Factus eſt firmus] i. verus, & intranſgreſſibilis, & immutabilis. *Deut.* 12. Non addes quicquam, nec minues. *h* Et omnis prævaricatio) quæ eſt in faciendo vetitum. *Joſ.* 7. Filii Iſrael prævaricati ſunt mandatum, & uſurpaverunt de anathemate. *i* Et inobedientia] quæ eſt omittendo præceptum. *k* Accepit juſtam, &c.] i. ſecundum meritum puniuntur per legem, & puniti ſunt, ſicut patet *Num.* 16. Diſrupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum devoravit eos, &c. *Num.* 25. colligentem ligna in die ſabbati. *Infr.* 10. Irritam quis faciens legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus, aut tribus teſtibus moritur. 2. *Cor.* 3. Quia ſi miniſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria; Nam ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multo magis abundat miniſterium juſtitiæ in gloria, *Gl.* (Juſtam) dicit, ne putetur perire juſtitia per miſericordiam. 1. *Theſſ.* 1. Si juſtum eſt apud Deum retribuere his, qui vos contribulant: Quia vero ait: (Retributionem) ad pœnæ quantitatem refertur, quæ æqualis peccato erit. *Iſa.* 27. In menſuram contra menſuram cum abjecta fuerit, judicabit eam. Quia vero ait: [Mercedis] hoc ad qualitatem pęnæ refertur; ut qui libidinis igne perierit, igne punietur. Item *Gl.* [Omnis prævaricatio] dicit, non omnis prævaricator; ut oſtendat, quod pro ſingulis peccatis reddenda ſit pœna. *l* Quomodo nos effugiemus] gehennam, ſive manum Dei duram.

m Si tamen neglexerimus ſalutem?] quam nobis offert Chriſtus per Evangelium in prædicatione. [Salutem?] non dico ſermonem: in veteri enim Teſtamento erat ſermo; in Evangelio ſalus eſt. *Luc.* 1. Mutus factus eſt Zacharias, qui dubitavit de verbo Angeli: Et Sara, quæ interpretatur carbo vel anguſtia. *Gen.* 18. Quia riſit de Gen. 18.
verbo Angeli redarguta fuit. Et uxor Loth, quia prohibita reſpicere retro ab Angelo, mutata eſt in ſtatuam ſalis. Quia multo magis punientur non credentes verbis Chriſti. *Iſ.* 52. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa; quia ego, qui loquebar, ecce adſum. Et nota, quod dicit: (Quomodo nos effugiemus) Peribit enim effugium a malis. *Iſ.* 10. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis? Ad cujus effugietis auxilium? Et *ibid.* Derelinquetis gloriam veſtram. *Oſ.* 9. Quid facietis in die ſolemni? (Quomodo) cum auditor inferat calculum. Simile de Nathan 2. *Reg.* 2. 12. Quid faciet Agricolis illis, &c. *Matth.* 21.

n Quæ cum initium accepiſſet enarrandi] vel (enarrari per Dominum) ideſt, cum prius eſſet annuntiata per Chriſtum; non per Angelos ſed per Dominum Angelorum. *Matth.* 4. Exinde cœpit Jeſus prædicare, & docere: pęnitentiam agite; appropinquabit enim regnum cœlorum. *Joan.* 1. Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. *Jo* 5. Omnia, quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis. *o* Ab eis] ſcilicet Apoſtolis.

p Qui audierunt,] ab ipſo ore Chriſti.

q In nos,] Judæos, ſcilicet.

r Confirmata eſt] ideſt, non tantum prolata verbis, ſed ſignis oſtenſa. *In prol. Luc.* Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Quomodo autem confirmata ſubdit:

ſ Conteſtante Deo] ideſt, confirmante verba.

t Signis] i. per ſigna. *Marc. ult.* Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. *Act.* 15. Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia magna in populo, ſignis minoribus, & prodigiis majoribus.

u Et variis virtutibus] i. miraculis diverſis, quaſi magna, & multa miracula faciebant. *Matth.* 11. Cęci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, mortui reſurgunt, pauperes evangelizantur. *Iſa.* 35. Tunc ſaliet claudus, ſicut cervus, &c. Sed quia non tantum ipſi hæc faciebant per ſe Apoſtoli; ſed aliis dona Spir. Sancti tribuebant, ideo ſubditur: *x* Et Spir. Sancti diſtributionibus] ideſt, donis diverſis Spiritus Sancti, qui eorum miniſterio dabant Apoſtoli. *Act.* 8. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.

Vel melius ſecundum *Gl.* Spiritus Sancti diſtributioni-

bus

bus a ſecundum ſuam voluntatē. b Non enim Angelis ſubjecit Deus orbem c terræ futurum, d de quo loquimur: e Teſtatus eſt autem f in quodam loco g quis h dicens: i Quid eſt homo, quod memor es ejus, k aut filius hominis, quoniam viſitas l eum? m Minuiſti eum n paulominus o ab Angelis, p gloria q & honore coronaſti eum, r & conſtituiſti eum ſ ſuper opera manuum tuarum; Om-

bus, quia Sp. S. dabat diverſa dona, aliis genera linguarum, aliis alia dona & ſignificant per hoc affluentiam gratiarum & donorum, & hoc. a Secundum ſuam voluntatem,] i. ſecundum placitum ſuæ miſericordiæ, non ſecundum meritum hominum. 1. *Cor.* 12. Hæc omnia operatur unus, atque idem Spiritus dividens ſingulis prout vult. b Non enim] Tertia cauſa quare obtemperandũ eſt Deo magis, quam B Angelis, quia Dominus aſt omnium, & ideo poteſt condemnare neglectores ſuę ſalutis, & hoc eſt: [Non enim Angelis ſubjecit Deus orbem terræ,] i. orbem terrenum. Orbem dico, c Futurum,] ſubjectum ei, i. Chriſto. d De quo loquimur,] i. qui ſubjiciendus eſt Chriſto plene in judicio per manifeſtationem. [De quo] Chriſto, ſcilic. [loquimur.] Vel ita. [Deus non ſubjecit Angelis,] ſed Filio, [orbem terræ futurum,] i. antequam fieret orbis, & eſſet adhuc futurus, Chriſtus eſt Dominus, non Angeli, qui nondum erant. Sic dicitur futurum hic, ſicut *Rom.* 5. Qui eſt forma futuri. Reſpectu enim temporum ad futurum ſecundum carnem Chriſtum dicit eodem modo hic futurum. Orbem terræ dicit quantum ad filium Dei, qui ſemper erat, & ne de altero orbe diſputare intelligeretur, quam de præſenti, addit: [De quo,] orbe, [loquimur,] i. de præſenti orbe. Sed quæritur, quomodo dicit, non aſt ſubjectus orbis Angelis. Contra *Dan.* 10. Princeps regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & uno diebus, & ecce Michael unus de Principibus primis venit in adjutorium meum: &c. Item de malis. *Joan.* 14. Venit enim Princeps mundi hujus, &c. Sol. ratione officii, vel adminiſtrationis ſibi a Deo collati dicuntur Principes, ſicut Balivi, i. Regis, ſed Deus aſt ſummus Princeps, & Rex. *Apoc.* 19. Rex Regum, &c. Vel ſolvitur pro hoc, quod dicit. [Futurum,] in futuro enim ceſſabit omnis prælatio. 1. *Cor.* 15. Cum evacuaverit omnem principatum, & poteſtatem. *Iſa.* 2. Elevabitur Dominus ſolus in die illa, & Idola penitus contereutur. Idola, i. Prælati, qui ſunt idola, qui in hoc mundo principatum tenuerunt. *Sap.* 13. Solem, & Lunam rectores orbis terrarum Deos putaruot, i. Regem, & Reginam uxorem ejus; vel Sacerdotem, & Sacerdotiſſam, lectricem ejus. In futuro autem ceſſabit prælatio etiam Angelorum. Unde *Apoc. ult.* Et poſtquam audiſſem, & vidiſſem, cecidi, &c. & dixit mihi, vide, ne feceris: conſervus tuus, & fratrum tuorum ſum, Prophetarum, & eorum, qui ſervant verba prophetiæ hujus, Deum adora. Quia autem filio ſubjecta ſunt omnia, auctoritate David reſpondit dicens. e Teſtatus eſt] quaſi non ſolum hoc dico, ſed etiam hoc idem teſtatus eſt. f In quodam loco] ſcripturæ, ſcil. *Pſal.* 8. g Quis] notus, ſcil. & egregius Prophetarum excellentiſſimus David. h Dicens: Quid eſt homo, quod memor es, &c.] Tripliciter legitur in *Gloſ.* Primo, ut per hominem intelligantur mali terreni, per filium hominis Sancti ſpirituales. Secundo, ut per hominem intelligantur boni, maxime qui ante Chriſti adventum fuerunt; per filium hominis, Chriſtus. Tertio ſic, ut per hominem, & filium intelligatur Chriſtus. Et hæc omnia patent in *Gl.* Dicit ergo. i Quid eſt homo,] i. quam vila, quam fragile propter materiam. *Eccl.* 10. Quid ſuperbis terra, & cinis? Et in eodem: Rex hodie aſt; cras non erit, vel morietur. Item [Quid eſt homo,] i. quam pronus ad culpam. *Gen.* 8. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua: Item. [Quid aſt homo,] i. quam intentus ad malitiam. *Gen* 6. Videns Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra, Item. [Quid eſt homo,] i. quam fœtidus, & putrefactus per peccatum. *Joel.* 1. Computruerunt jumenta in ſtercore ſuo. Item. [Quid eſt homo,] i. quam rebellis ad pœnitendum. *Zach.* 7. Noluerunt attendere, & averterunt ſcapulam recedentes. Item. [Quid aſt homo,] i. quam oppreſſus dura ſervitute Dæmonum, & vitiorum, *Jer.* 16. Servietis Diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Dicit ergo [Quid aſt homo, quod memor, &c.] q. d. mirabile eſt, quod homo talis eſt, & tam peccator; & tamen memor es ejus, in ſalutem naturæ tribuendo. k Aut filius hominis,] i. Sanctus, & Spiritualis. l Quoniam viſitas eum?] q. d. mirum eſt etiam, quod quantumcumque homo ſit bonus; tu dignaris eum viſitare infirmum per gratiam tuam conſolando, *Job* 10. Viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum. Vel mirum eſt, quod hominem, vel filium hominis, i. totum genus Adæ in propria perſona viſitaſti in carnem veniendo. Et hoc eſt magna dignatio Dei, quod Medicus venit ad ægrum, & ſeipſum fecit medicinam vulnerum ſuorum. *Luc.* 1. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos oriens ex alto. Viſcera miſericordiæ fuerunt vulnerum noſtrorum unguenta, & medicinæ, quas ſuper nos fudit fracto alabaſtro in cruce, unde tota Eccleſia repleta eſt ex odore unguenti, & ſanata ex efficacia ejus, in cujus odorem currunt adoleſcentulæ, *Cant.* 1. Unde *Jer.* 8. Numquid reſina non eſt in Galaad, aut Medicus non eſt ibi? q. d. imo ibi eſt Medicus, & Medicina, imo Medicus eſt ipſa medicina, *Eccl.* 38. Altiſſimus de terra creavit medicinam. Unde notabiliter dicit, creavit, quaſi novam, & inauditam. Et nota, quod ſicut fit cauterium in uno membro, vel minuto, ut ſanentur alia, ſic Chriſtus, ut ſua membra ſanaret, cauterium ſibi fecit in circumciſione, vel in clavorum perforatione. Item ſibi pro nobis minuit in ſanguinis effuſione, unde & Sol ei compatiens tanquam minutus retraxit radios ſuos, ut minuto parceret. Sudavit etiam Chriſtus non ſudorem aquæ, ſed ſanguinis, ut nos refrigeraret, quando factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Item per totam vitam ſuam diætam cuſtodivit, ut omnem ſuperfluitatem humorum, i. pravorum morum, & affectionum reſecaret. Tandem inaudito genere ſanandi mortuus eſt, ut nos vivificaret. Non ſic impii Medici, non ſic potius occidere, qui occidi voluit. Mirum aſt autem quomodo tantam ſalutem, & curationem negligimus quomodo tam incurabiles ſumus. *Jer.* 51. Curavimus Babylonem, & non aſt curata. Item *Jer.* 30. Inſanabilis eſt fractura tua. Sed ſine dubio, qui nolunt modo viſitari a Medico ad ſalutem, viſitabuntur ad condemnationem. *Soph.* 1. Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis, *Ezech.* 9. Appropinquaverunt dies viſitationis urbis, & unuſquiſque vas interfectionis habet in manu ſua. Subditur autem quomodo per filium viſitavit nos Deus pater dicens. m Minuiſti eum o Deus Pater] i. filium tuum [minuiſti, quia feciſti mortalem, & paſſibilem.] *Phil.* 2. Exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens. Vel aliter legitur. i Quid eſt homo,] admirativa de Chriſto, i. quam magnum quod eſt, & dignum etiam, [Homo Chriſtus Jeſus,] per hoc, quod [memor es ejus,] faciendo eum immunem a peccato. k Aut] i. & [filius hominis,] i. Chriſtus, quid eſt, quod excelſus eſt, per hoc? [Quia viſitas eum, reſuſcitando. Chriſtus dicitur filius hominis, non hominum. *Matt.* 16. Quem dicunt homines eſſe filium hominis, *Pſ.* 79. Super filium hominis, quem confirmaſti tibi. Adam nec filius hominum, nec filius hominis, ſed homo dicitur ab humo: Cain autem, & alii non hominis ſed hominum filii fuerunt. [Minuiſti,] quaſi viſitaſti Chriſtum hominem, in reſurrectione. Et bene opus fuit: [Quia minuiſti eum,] paſſione. n Paulominus] i. valde parum. o Ab Angelis] quia non ſimpliciter minor, ſeu quoad paſſibilitatem. Sed poſtea. p Gloria] in reſurrectione. q Et honore] in conſeſſu Patris in aſcenſione. Vel, [Gloria,] in claritate immortalitatis. [Et honore,] quod ſibi flectatur omne genu. r Et conſtituiſti eum] ſtabiliter, & immobiliter. ſ Super opera manuum tuarum,] i. ſuper omnia creata cęleſtia. Nota, quod dicit: [Coronaſti eum,] Humilitatem enim ſequitur gloria coronæ, *Iſ.* 61. Ut darent eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris. Fuit autem quadruplex Chriſti corona. Prima carnea, ſecunda ſpinea, tertia lapidea, quarta aurea. Prima coronatus eſt a matre in utero. *Cant.* 3. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate ſuo, quo coronavit eum mater ſua. Secunda coronatus eſt ab impia noverca in crucis patibulo, *Jo:* 19. Plectentes et coronam ſpineam, &c. Tertia a Patre in cœlo empyreo. Quarta coronatur a Sponſa per converſationem fidelium in mundo, *Eccl.* 45. Corona aurea ſuper caput ejus, *Pſ.* 44. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu, &c. In prima fuit Rex Chriſtianorum. Unde *Pſ.* 67. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. In ſecunda Rex Judæorum. *Jo: c.* 19. Erat titulus cauſæ ejus inſcriptus, *Jeſus* Nazarenus Rex Judæorum. De quibus 2. *Timoth.* 2,

Si compatimur, & conregnabimus. In quarta Rex omnium pœnitentium ad fidem converſorum, *Apoc.* 19. Habens in veſtimento, & in fœmore ſuo ſcriptum, Rex Regum, &c. Prima corona eſt de floribus donorum Sp. S. confecta, *Iſa.* 11. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & Intellectus, Secunda ex ſpinis & compunctionibus de-
B lictorum noſtrorum *Iſa.* 53. Propter ſcelus populi mei per-
Num 12, cuſſi eum. Tertia ex gemmis & Margaritis præmiorum. *Phil.* 2. Propter quod & Deus exaltavit illum, &c. Quarta ex roſis Martyrum & violis confeſſorum & Liliis Virginum *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus.

nia *a* ſubjeciſti ſub pedibus ejus. *b* In eo enim, quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei. *c* Nunc autem *d* necdum videmus omnia ſubjecta ei. Eum autem, qui modico, quam Angeli minoratus eſt, videmus *e* Jeſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum, *f* ut gratia Dei pro omnibus guſtaret *g* mortem; *h* Decebat enim eum, *i* propter *k* quem omnia; *l* & per quem omnia, *m* qui multos filios in *n* gloriam adduxerat *o* auctorem ſalutis eorum, per paſſionem *p* conſummare.

a Omnia ſubjeciſti
Pſal. 73. ſub pedibus ejus,] i. humanitati ejus, i. ipſi homini. [Omnia,] i. Angelos: Quod oſtenſum fuit *Ezech.* 1. Ubi vidit quatuor animalia, & ſuper ea firmamentum & ſuper illud ſolium, & ſuper ſolium ſimilitudinem hominis. Per quatuor animalia quatuor elementa, & omnia viventia in his inferioribus. Per firmamentum, & ſolium, Angeli minores, & majores, & ſuper hæc omnia ſimilitudo hominis, i. homo Chriſtus 1. *Cor.* 15. Omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, *Eph.* 1. Conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non ſolum in hoc ſæculo; ſed etiam in futuro; & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.

b In eo enim quod omnia ei ſubjecit,] i. per hoc, quod Scriptura dicit, omnia ei ſubjecta. Unde alia littera exponit noſtram, quæ talis eſt in eo, quod dicit: [Omnia ſubjeciſti,] nihil dimiſit ei, non ſubditum, i. nihil excepit a ſubjectione ejus, nihil ſcil. creatum 1. *Cor.* 15. Cum autem dicat omnia ſubjecta ſunt ei, ſine dubio præter eum qui ſubjecit ei omnia.

c Nunc autem nondum videmus, &c.] ergo nondum impletum eſt, quod ei omnia ſunt ſubjecta per manifeſtationem, licet omnium Deus ſit per poteſtatem. Vel nondum [ſubjecta ſunt ei omnia] voluntaria ſubjectione, licet univerſa jam ſubjecta ſunt ſervitute voluntaria ſcil. ſive neceſſaria 2. *Theſſ.* 1. Non omnes obediunt Evangelio. In futuro autem plene, & manifeſte erunt omnia ſubjecta, quaſi nondum videmus omnia ſubjecta ei, ſed tamen pars prophetiæ jam impleta eſt, quia videmus eum, qui modico, quam Angeli minoratus eſt, i. minor factus. *d* Videmus] ſcil. Jeſum: Quid videmus de eo? Hoc ſcilicet.

e Propter paſſionem mortis gloria, &c.] merito paſſionis exaltatum, *Phil.* 2. Propter quod & Deus exaltavit illum, &c. *Pſalm.* 109. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput, *Chryſ.* Per paſſionem, hic aſperum gloria, &c. hic benignum. Item *Chryſ.* Gloria & honor crux eſt ſicut ipſe ait *Jo.* 21. Ut glorificetur filius hominis *Rom.* 8. proprio filio ſuo non pepercit Deus, &c. quanto magis tibi, &c. *inf.* 12. Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta. Vel hæc determinatio [Propter paſſionem mortis,] poteſt referri ad hoc, quod dico [minoratus eſt,] ſecundum paſſionem non ſolum minor Angelis, ſed etiam hominibus factus eſt. *Iſa.* 53. Vidimus eum noviſſimum virorum & deſpectum. *Pſ.* 21. Ego ſum vermis & non homo. Minoratus dico, & hoc ideo, quia.

f Ut gratia Dei] i. ipſe, qui eſt gratia Dei, qui gratis omnia dat. Vel quia gratis datus eſt nobis, *Iſ.* 9. Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. *g* Pro omnibus guſtaret mortem,] i. experiretur breviter dolorem mortis, cito enim tranſit. Vel gratia Dei, ablative, i. per gratiam Dei patris, qui gratis dedit filium, *Job* 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. *Tit.* 3. Non ex operibus juſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit. *Luc.* 1. Quia fecit mihi magna, qui potens eſt, &c. & miſericordia ejus a progenie in progenies, &c. Pro omnibus quantum ad ſufficientiam. Caput pro membris ſe expoſuit, ſicut quando fit cauterium in uno membro, non pro ipſius infirmitate, ſed pro alterius. Guſtare. In hoc notatur quod non potuit detineri in morte. *Chryſ.* Sicut Medicus non habens neceſſitatem cibaria, quæ infirmo præparata ſunt guſtare, guſtat inde prior, ut infirmo fiduciam guſtandi præbeat; ita homines formidabant mortem ſuſcipere; ideo ipſe non habens neceſſitatem moriendi ſicut dicit *Jo.* 14. Venit Princeps mundi hujus; & in me non habet quicquam.

h Decebat enim] Poſſet aliquis dicere, ſtultiſſimum fuit, cum poſſet totum genus humanum ſolo verbo liberaſſe quod mortem ſuſtinuit: Reſpondet, non eſt verum. *i* Enim] i. quia [Decebat eum,] ſcil. Deum Patrem. *k* Propter quem omnia,] facta ſunt: Ecce cauſa finalis. *l* Et per quem omnia,] Ecce cauſa efficiens, *Eccl.* 1. Ad locum unde exeunt, flumina revertuntur; quia Deus eſt initium & finis omnium. *Apoc.* 1. & *ult. cap.* Ego ſum α, & ω. *Rom.* 11. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia 1. *Cor.* 8. Nobis Deus unus Pater, ex quo omnia, & nos in illo, & unus Deus Jeſus Chriſtus per quem omnia, & nos per illum, ſed non in omnibus eſt ſcientia, &c.

m Qui multos filios] per gratiam adoptionis.

n Adduxerat] i. adducendos previdcat in gloriam æternæ remunerationis, *Job* 12. Ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit, quanto magis frater, & filius meus. 1. *Par.* 28. Filios multos dedit mihi Dominus, *Jo.* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. Cum, inquam, ſcil. Deum Patrem decebat.

p Conſummare per paſſionem] i. perficere ſuo fini, & conſummationi ſuæ paſſionis tradere.

o Auctorem ſalutis eorum,] i. decebat, ut Pater Filium traderet in conſummationem mortis, ut ſic per paſſionem eſſet auctor, & conſummator noſtræ ſalutis. *Inf.* 12. Aſpicientes in auctorem ſalutis, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta, decebat ut Pater charitatem ſuam commendaret, & oſtenderet. Et nota, quod dicit [Conſummare] Filius enim tunc conſummatus eſt apud Patrem, quando in oculis hominum abbreviatus eſt, & diminutus, *Iſa.* 53. Vidimus eum noviſſimum virorum, virum dolorum, ſcientem infirmitatem.

Item *Iſa.* 44. Ego primus, & ego noviſſimus; primus in cœlo, noviſſimus in patibulo, per diminutionem non eſt conſummatus, *Phil.* 2. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens, &c. propter quod & Deus &c. Vel ſic poteſt legi littera de filio.

h Decebat eum, &c.] ideſt, Filium Dei Jeſum Chriſtum. *o* Auctorem ſalutis eorum,] i. qui eſt auctor ſalutis filiorum ejus in quem decebat per paſſionem conſumi, i. conſummationem facere, ipſe enim per paſſionem ſuam conſummavit promiſſa in lege figurata; & ſalutem, quam cœperat in incarnatione perfecit in paſſione. *Jo.* 19. Conſummatum eſt, i. quicquid ſcriptum eſt de eo. *Iſa.* 10. Reliquiæ convertentur ex eo, conſummatio abbreviata inundabit juſtitiam, conſummationem enim & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ, *Pſ.* 73. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. Et dicit, quod [decebat,] non dicit neceſſe erat, ſed decebat, *Luc. ult.* Nonne oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in Gloriam ſuam. Oportuit, i. opportunum, & decens fuit: Sic intrare, *Prov.* 14. In multitudine populi dignitas Regis. *Auguſt.* Alius fuit Deo, qui omnia poteſt, modus poſſibilis; ſed nullus convenientior noſtræ ſaluti. Poſſunt autem aſſignari ad hoc quatuor rationes, quare decebat Chriſtum pati pro homine. Prima, quia non poterat adducere hominem in gloriam ſuam ſalva libertate arbitrii, niſi per amorem: Ideo dicitur *Oſee* 11. In funiculis filii Adæ; ſed amor non cogitur, ſed attrahitur. Unde: Si vis amari, ama, quia nihil ita trahit ad amorem, ſicut amor. Maximus autem amor eſt mori pro aliquo, ideo Chriſtus ſe mori tradidit. *Jo.* 15. Majorem dilectionem nemo habet, &c. *Bern.* Hoc eſt, quod plus movet, plus urget, plus accendit, calix tuus, Domine, quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis: Hoc facile amorem noſtrum totum vendicat: Dominus quaſi combuſſit ſe in cruce, ut nos accenderet igne charitatis. Sicut ille, qui vellet ſuccendere domum vicini ſui, accenderet propter hoc ſuam. *Job* 18. Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igne ſubverſa eſt, & Chriſtus in proprio ſolio crucis combuſtus eſt, ut nos accenderet, *Pſ.* 18. In ſole poſuit tabernaculum

naculum ſuum, &c. Unde ſeq. Nec eſt qui ſe abſcondat a calore ejus. Secunda ratio quare decebat eum pati, ut nullus de cetero de promiſſo ejus poſſet dubitare, *Rom.* 8. Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia nobiscum illo donavit? Tertia ratio eſt, ut ora loquentium iniqua, & ingratorũ obſtrueret. Dicebant enim quidam illud *Ezech.* 18. Non eſt ęqua via Domini. Et illud *Job* 13. Ad Omnipotentẽ loquar, & cum Deo diſputare cupio. Multis enim videbatur, quod plus feciſſent pro Domino, quam Dominus pro eis, &

Pſal. 22.

a qui enim ſanctificat, *b* & qui ſanctificantur *c* ex uno *d* omnes. Propter quam cauſam *e* non cõfunditur fratres eos vocare, *f* dicens: *g* Nuntiabo nomen *h* tuum *i* fratribus meis, *k* in medio Eccleſię *l* laudabo te. *m* Et iterum: *n* Ego ero fidens in eum. Et iterum: *o* Ecce ego, *p* & pueri mei, *q* quos dedit mihi Deus. *r* Quia ergo pueri communicaverunt *ſ* carni & ſanguini,

ideo tantum voluit facere, ut nullus poſſet ei e aæ quo reſpondere: ideo modo poteſt Dominus dicere nobis illud *Iſ.* 43. Reduc me in memoriam, ot judicemur ſimul; narra, ſi quid habes, ut juſtificeris. Quarta ratio eſt, ut contraria contrariis curarentur, ut ſicut homo voluit aſcendere ad alta Dei, & incurrit infirmitatem; ita Deus deſcenderet ad infima hominis, ut homo ſanaretur. Alias autem rationes, quare decebat, ponit Apoſtolus in textu, ſubdens.

Iſa. 8.

a Qui enim] q. d. bene dico, quia decebat pati pro filiis Dei ſicut decet fratrem pati pro fratre. Unde dicit [Qui enim ſanctificat] Jeſus Chriſtus. *b* Et qui ſanctificantur] per eum, i. nos, *Iſ.* 8. Dominum Deum exercituum, ipſum ſanctificate, & ipſe pavor veſter, & erit vobis in ſanctificationem. *c* Ex uno omnes,] ſumus, q. d. fratres ſumus Chriſti filii, ſcil. Dei *Rom.* 8. Hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti, quia [ex uno omnes,] i. ex Patre. *Eph.* 3. Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra nominatur. Vel. [Ex uno omnes,] Adam, ſcil. quia & Chriſtus etiam filius Adam, ſecundum carnem, ſed communi lege naſcendi non deſcendit ab eo; aliter non eſſet frater noſter, niſi homo eſſet, *Sap.* 7. Sum quidem & ego mortalis homo ſimilis omnibus, & ex genere illius terreni, qui prior factus eſt, i. Adæ & in ventre matris figuratus ſum caro, Hæc eſt autem cauſa dominicæ paſſionis ejus videl. utilitas noſtræ ſanctificationis, ut qui per Adam dejecti eramus, per Chriſtum filium Adæ revelaremur, quia ex uno ſumus omnes, & ſic per hominem tolleret opprobrium nominis dicentis: Aufer opprobrium noſtrum. *Iſ.* 4. Quod erat, quoniam in Paradiſo devictus erat homo a Diabolo, quod nunquam tolleretur, quia ſemper diceret Diabolus, ego vici hominem, niſi homo vinceret eum. Si enim Angelus, vel Deus vinceret eum, diceret non eſt mirum, quia fortior ille erat. Sed tamen, quia non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat comparari, ut dicitur *Job* 41. Purus homo non ſufficiebat, ut auferret illud opprobrium, & ideo verbum caro factum eſt, ut ſic illud impleretur. *Iſ.* 25. Opprobrium populi auferet de univerſa terra. *d* Propter quam cauſam] quia ſc. ex uno omnes. *e* Non confunditur] vel erubeſcit Chriſtus fratres eos vocare. *Chryſ.* Magni amoris eſt non verecundari humilitatem, etſi enim ex uno omnes, ſed ipſe differenter, *inf.* 11. Non confunditur Deus vocari Deus illorum. Similiter homo pauperes amicos, vel cognatos negare non debet. Sed mirum eſt, quod Chriſtus non confunditur nos vocare fratres ſuos, & ſe Deum noſtrum dicere; & nos erubeſcimus eſſe ſervi Dei, & fratres Chriſti, & fugimus fraternitatem ejus, & ſocietatem. Unde conqueritur in *Pſ.* 30. Qui videbant me foras, i. in paupertate, fugerunt a me in hoc ſæculo. Pauper eſt Chriſtus in membris, & fuit etiam in ſe pauper. Pauperem autem Chriſtum fugerunt multi, & adhuc fugiunt. *Prov.* 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum inſuper, & amici procul receſſerunt ab eo. *Pſ.* 87. Longe feciſti notos meos a me, &c. *f* Dicens,] in *Pſ.* 21. *g* Nuntiabo] poſt reſurrectionem. *h* Nomen tuum] i. Famam, & gloriam divinitatis. Et loquitur ad patrem. *i* Fratribus meis,] i. Apoſtolis, & aliis hominibus, qui ſunt fratres mei ſecundum carnem, quam aſſumpſit. *Chryſ.* Chriſtus crucem induens induit fraternitatem. Similiter *Matt. ult.* dicit mulieribus: Ite nuntiate fratribus meis. *Jo.* 20. Vade ad fratres meos, & dic eis, aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, &c. *Jo.* 17. Pater manifeſtavi nomen tuum hominibus, quod dediſti mihi. *k* In medio Eccleſiæ] exiſtens. *l* Laudabo te,] Pater. *Matt.* 11. Confiteor tibi Pater Domine cęli, & terræ. Nota, quod Chriſtus eſt in medio Eccleſiæ, ſicut columna in medio domus ad ſuſtentandum. *Jer.* 1. Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum. Item ſicut arbor vitæ in medio Paradiſi ad reficiendum. *Prov.* 3. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam, beati. Item ſicut lampas in medio Eccleſiæ ad illuminandum. *Jo.* 12. Deridetur juſti ſimplicitas, lampas contempta, &c. *Iſ.* 62. Propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur, ſicut ſplendor Juſtus, & Salvator ejus, ut lampas accendatur. Item ſicut cor in medio corporis, Chriſtus enim eſt cor totius Eccleſiæ, fons ſcil. caloris, a quo diffunditur calor vitalis in membris, & ideo cuſtodire ſollicite debemus eum, ſicut cor noſtrum. *Pr.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit, *Iſ.* 63. Ubi eſt, qui poſuit in medio ejus Sp. S. ſui? Item in medio eſt, ſicut Sacerdos in medio templi ad erudiendum, *Eccl.* 15. In medio Eccleſiæ aperuit os ejus, & implevit eum Dominus ſpiritu Sapientiæ. Item in medio dicitur Chriſtus quia modum tenuit in omnibus, & modum ponit in illis, in quibus quieſcit. In medio latronum fuit in cruce docens modum habere pœnitentibus. Item in medio animalium fuit in præſepio docens modum habere in victualibus. Item in medio diſcipulorum fuit docens modum habere in meditationibus, & in orationibus. Item in medio fuit Doctorum docens modum habere in diſputationibus, & locutionibus, & ſermonibus, & prædicationibus. Primum in cruce, ſcil. in capitulo, ſecundum in refectorio, tertium in oratorio, quartum in ſcholis. Item Chriſtus eſt in medio, quia medium hominis, i. cor requirit, medullam enim cordis, i. devotionem requirit. *Prov.* 23. Præbe, fili mi, cor tuum mihi, ſicut avis nobilis non vult, niſi cor captæ prædæ. Item in medio Planetarum eſt, i. Chriſtus in medio Sanctorum. Qui autem Sanctus proximior eſt, ille vicinius ſibi videtur lucere, ſicut ſtellæ Soli vicinæ diſparent. Item in hoc quod dicitur. [In medio Eccleſiæ laudabo te,] innuitur, quod vita communis eſt laus Dei non ſingularis. In congregatione enim concordi laudatur Deus. Unde *Pſ.* 150. Laudate eum in tympano, & choro. Tympanum eſt mortificatio carnis. Chorus eſt concordia regularis. In tympano ergo, & choro laudatur Deus quia illa mortificatio placet Deo, quæ fit in choro, i. in communitate. Item nota, quod dicit. [Nuntiabo.] Hoc eſt officium Prædicatoris nuntiare prædicando, laudare gratias in oratione ad Deum referendo. *Jo.* 15. Ut eatis, & fructum afferatis, &c. *Job* 38. Numquid mittis fulgura, & ibunt, & revertentia dicent tibi, adſumus. *m* Et iterum,] ad hoc dicit Scriptura in perſona Chriſti. *Iſ.* 8.

n Ego ero fidens in eum,] i. in Deum Patrem, quod non diceret, niſi ex Deo Patre eſſet. Et ita per hoc probat Apoſtolus, quod ſupra dixerat, quod ex uno omnes & quod Chriſtus eſt frater omnium noſtrum, qui ideo ratione humanitatis dicit ſe confidere in Deum. Et ſumitur hoc ex *Iſ.* 8. Ubi habetur in noſtra littera. Expectabo Deum, qui abſcondit faciem ſuam a domo Jacob, & præſtolabor eum. *Job* 13. Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Et iterum dicit *ib. Iſ.* 8. In perſona Chriſti. *o* Ecce ego,] præſto ſum ſervire tibi, o Pater. *p* Et pueri mei,] ſcil. Apoſtoli, & alii fideles. *Chryſ. ſupr.* fratrem ſe oſtendit, hic Patrem, cum dicit [Et pueri mei,] & in hoc etiam oſtendit ſe, quia ſecundum formam ſervi obedientiam moriendi obtinuerit Patri dicens. [Ecce ego, &c.] Quia autem pueri ejus ſumus, docuit eum pati pro omnibus. *Jo.* 10. Bonus paſtor. *q* Quos dedit mihi Deus.] *Jo.* 17. Quos dediſti mihi, cuſtodivi, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis.

r Quia ergo, &c.] Oſtendit, quod docuit Chriſtum pati, ſi opus eſſet. Quod autem opus fuerit, hic demonſtrat, quia corruptibiles ſumus, & fragiles, & redimi dignum erat a peccato, quod non erat in Angelo. Hoc eſt, quod dicit. [Quia ergo pueri.] Vel poteſt eſſe concluſio præcedentium ſic. [Quia ergo, &c.] quia ſumus ex uno, & fratres, & pueri ejus vocati in Scriptura per Prophetas. Docuit ergo eum per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret; ut dicitur *inf. eod.* Hoc eſt, quod dicit. [Quia pueri communicaverunt carni, & ſanguini,] i. incorruptibilitati. Sic ſumitur caro, & ſanguis. 1. *Cor.* 15. Caro, & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt, quod, [communicabunt carni, & ſanguini,] *Δ* ideſt, communi-

Vel aliter vult probare Chriſtum eſſe ejuſdem naturæ cum pueris, quia eodem cibo nutritus eſt, ſicut. *Iſ* 7. Butyrum, & mel comedet puer, ut, &c. ſcil. ad litteram, veſcetur, & paſcetur infantilibus cibis. Dicit ergo. *ſ* Pueri communicaverunt carni & ſanguini,] i. corruptibilibus cibis aliti ſunt.

A ideſt, communione carnis & ſanguinis i. corporis & animæ, & tunc communem participaverunt, i. homines erant corruptibiles conſtantes ex corpore, & anima. Per ſanguinem enim anima accipitur. Unde *Deut.* 12. Sanguis eorum pro anima eſt. [Ergo,] i. ideo. *a* Et ipſe] Chriſtus, [ſimiliter participavit eiſdē,] i. pueris, quia factus eſt puer conſtans ex corpore, & anima. Vel, [Eiſdem,] i. ſanguine, & carne, i. anima. Et hoc, ſimiliter,] i. veraciter non ficte. Vere enim fuit homo paſſibilis, & mortalis. *Chryſ.* [Communicaverunt, &c.] Vides ſimilitudinem ſecundum carnem: Verecundentur omnes hæretici, qui æſtimant eum, & dicunt veniſſe non in rei veritate. *b* Participant eiſdem,] non phantaſia, & imaginatione, ſed veritate oſtendens fraternitatem.

a & ipſe *b* ſimiliter participavit eiſdem, *c* ut per mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium, ideſt, *d* Diabolum, & liberaret eos, *e* qui timore *f* mortis per totam vitam *g* obnoxii *h* erant ſervituti. *i* Nuſquam enim Angelos apprehendit, k ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Unde *l* debuit *m* per omnia fratribus aſſimilari, *n* ut miſericors fieret, *o* & fidelis *p* Pontifex *q* ad Deum, *r* ut *ſ* repropitiaret delicta populi,

Oſee 13. 1. Cor. 15.

Aliter. A a Et ipſe ſimiliter participavit eiſdem,] ad litteram, ut oſtenderet veritatem naturæ ſuæ. Poteſt etiam exponi de cibo corporis, & ſanguinis ſui. Communicaverunt pueri in cœna, & ipſe ſimiliter Chriſtus participavit eiſdem, quia corpus, & ſanguinem ſuum ſumpſit, ſicut dicit *Chryſ.* ſuper *Jo. hom.* 82. Ipſe, inquit, Chriſtus bibit ſanguinem. *Luc.* 22. Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Item Sacerdos communicat, & Chriſtus tunc fuit Sacerdos, & formam tradidit. *c* Ut per mortem] ſuam [deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium,] i. qui imperabat ſuper homines, non ad profectum, ſed ad mortem, i. ad peccatum. Vel ad litteram. Dæmones multos vexabant plus, quam modo. Tunc impletum eſt illud *Oſee* 13. Secundum 70. Ubi eſt cauſa tua mors? ubi aculeus tuus, inferne? Et 1. *Cor.* 15. Abſorpta eſt mors in victoria. Hoc etiam ſignificatum eſt in Samſone, qui in morte ſua proſtravit hoſtes ſuos, *Jud.* 16. *Eſth.* 7. Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo quod paraverat Mardochæo. 1. *Reg.* 17. Stetit David ſuper Philiſthæum, & tulit gladium ejus, & eduxit de vagina, & interfecit eum. Et nota, quod Diabolus per mortem ſuam mundum mortificavit. *Sap.* 2. Invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum. Chriſtus autem morte ſua mortem noſtram deſtruxit. Unde *Greg.* Qui mortem noſtram moriendo deſtruxit, &c. i. Diabolum, ergo Diabolus habebat mortis imperium. Contra mors etiam imperavit Diabolo, quod mortuos etiam ipſe; & ita ſervos mortis, ſive de morte culpæ, ſive de morte pœnæ intelligatur. Unde *Rom.* 5. Regnavit mors in Adam uſque ad Moyſen, &c. Reſp. dicitur habuiſſe mortis imperium, quia per ſuggeſtionem peccati fuit cauſa, i. occaſio mortis, & quia quædam mors ei ſerviebat in hoc, quod ſtatim, ut mortui erant, trahebat eos ad inferos, omnes enim cogebat mors pro originali, *Prov.* 14. In malitia ſua expelletur impius, ſperat autem Juſtus in morte ſua. Et non ſolum liberavit a ſervitute mortis, & Diaboli, ſed a ſervitute legis, & timoris. Unde ſubdit. *d* Liberaret eos,] per mortem ſuam, *e* Qui timore mortis] corporalis. *f* Per totam vitam] hanc. *g* Obnoxii erant] i. ſubditi. *h* Servituti.] i. oneri, & ſubjectioni legalium, vel ſervituti Diaboli, & peccati. Quia enim timebant pelli ſuæ, legem ſervabant, & ſic a peccato non ſanabantur, ſed ſervi erant peccati, *Jo.* 8. Qui facit peccatum, &c. *Rom.* 8. Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. *Chryſ.* Qui mortem formidat, ſervus eſt, & omnia ſuſtinet pro non moriendo. Vel poteſt exponi de ſervitute timoris ſervilis, ſcil. ſervilis ſervitus eſt, quanto magis humanus, vel mundanus. Et nota, quod mali timent mortem, quia eis eſt vita pretioſa, & dilecta; mors autem amara, *Eccl.* 41. O mors quam amara eſt memoria tua homini injuſto, & pacem habenti in ſubſtantiis ſuis! *Pſ.* 33. Mors peccatorum peſſima. Boni autem gaudent in morte, maxime poſt adventum Chriſti, quia mors eorum eſt carceris eductio, hoſtis dejectio, exilii terminatio; ideo cupiunt Sancti diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. *Phil.* 1. *Prov.* 14. Sperat juſtus in morte ſua, *Deut.* 33. Lætare Zabulon in exitu tuo. *Pſ.* 115. Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, *Sap.* 4. Juſtus ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. *Eccl.* 1. Timenti Deum bene erit in extremis, in die defunctionis ſuæ benedicetur. Non ſic erat, quando omnes dicebant illud *Job* 17. In tenebris ſtravi lectulum meum: Et poſtea dicit, In profundiſſimum inferni deſcendent omnia mea. *Chryſ.* Quid formidatis mortem, quæ jam evacuata eſt per mortem? In veteri Teſtamento formidantes nullius delectationis ſenſum accipere poterant, Et *inf.* Velut ſi quis incarceratum debentem ad mortem duci impinguet voluptuoſe. Et *inf.* Qui mortem non formidat, extra tyrannidem Diaboli eſt. Si enim pellem pro pelle, & omnia, quæ habet quis, dedit pro anima ſua, qui & hanc didicit contemnere, unus erit, ſecundum non reliquit. Et *inf.* Qui de reſurrectione philoſophari novit qualiter formidabit mortem? *i* Nuſquam enim Angelos apprehendit,] quaſi participavit eis, ut homines ſanctificaret & liberaret, aliter enim non participaret eis, niſi eos eſſet liberaturus, quod patet in Angelis, qui incurabiles ſunt, & inaſſumptibiles. [Nuſquam enim Angelos apprehendit,] i. Angelicam naturam non aſſumpſit, nec eſt aliqua ſcriptura, quod Angelos apprehenderet.

k Sed ſemen Abrahæ apprehendit,] i. Scriptura bene teſtatur, quod ſemen Abrahæ apprehendit, ſed non quod Angelos. Et ita eſt. Unde *Iſa.* 41. Semen Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ. [Semen Abrahæ,] i. carnem de Abraham, vel de ſemine Abraham, *Rom.* 1. Qui factus eſt ei de ſemine David ſecundum carnem. Non dicit homines aſſumpſit, ſed honorabile genus, i. ſemen Abrahæ. Et *inf.* Oſtendit Judæos plus habere, quam gentes, quia ex ipſis Chriſtus, & honorat Patriarcham, & adimplet jurationes factas Abrahæ. *Gen.* 22. Et merito dixerat, *Sup. eod.* Ex uno omnes, &c. Sed prava erat hæc propinquitas, venit ergo ad Abraham, & dicit [Semen Abrahæ apprehendit] i. humanam naturam de ſemine Abrahæ. Et dicit. Apprehendit, quod eſt ex impetu aſſumere, & firmiter tenere, ita Chriſtus ex tanto impetu fervoris, & amoris humanam naturam aſſumpſit, quod videri poterat alienatus, *Pſ.* 67. Ibi Benjamin adoleſcentulus *Chryſ.* Magnum eſt, & mirabile, & ſtupore plenum, carnem, quæ non ex nobis eſt ſurſum ſedere, & adorari ab Angelis, & Cherubin, & Seraphin, & hoc multoties in mentem accipiens extaſim patior & magna de humano genere imaginor, & multum do ſtudium pro hoc.

l Unde] quia ſemen Abrahæ apprehendit.

m Debuit per omnia fratribus aſſimilari,] i. decuit, i. honeſtum fuit, ut conſimiles infirmitates acciperet; ſicut qui accipit aliquam poſſeſſionem accipit & cenſum. Cenſus autem terræ naturæ humanæ eſt infirmitas, & mors. *Chryſ.* Quomodo, qui ſæcula fecit, qui ſplendor eſt gloriæ, qui character hypoſtaſeos, fratribus potuit aſſimilari? Reſp. natus eſt, nutritus eſt, paſſus eſt, &c. Et *inf.* 4. Tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato.

n Ut miſericors fieret,] ideſt, in actu oſtenderet, quod erat in natura. *Inf.* 5. Qui condolere poſſet his qui ignorant, & errant, quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate.

o Et fidelis] ſcil. nullum fallens.

p Pontifex] i mediator, & pons.

q Ad Deum,] ducens non Pontificis officium fecit Chriſtus ſummus. Pontifex prædicando, orando, thurificando, conficiendo, ſive immolando, præbendas vitæ æternæ conferendo. In cruce enim oſtendit ſe Pontificem futurorum bonorum, quando præbendam Paradiſi dedit latroni dicens: Hodie mecum eris in Paradiſo, *Luc.* 23. Et nota, quod Pontifex iſte dicitur miſericors, & fidelis. [Miſericors,] homini miſero. [Et fidelis,] Patri ſuo. Mediator ergo eſſe potuit, & compoſitionem pro nobis cum Patre facere, qui partes amborum ſcivit ſervare, *Job* 9. Non eſt qui manum ponat in ambobus.

r Ut repropitiaret] quaſi Pontifex factus ſeipſum in ſacrificium offerret. *ſ* Ut repropitiaret delicta populi,] ideſt, frequenter peccata populi dimitteret, populi Judaici ſpecialiter; ſcilicet: Cur non dicit totius mundi? Reſpondeo, quia ad illos ſpecialiter miſſus, *Matth.* 15. Item *Matth. primo.* Salvum faciet populum ſuum a peccatis eorum, *Act.* 13. Vobis verbum ſalutis miſſum eſt. Vel, [Populi,] ideſt totius mundi generaliter 1. *Joann. ſecundo.* Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed pro totius

mundi

mundi, 1. *Jo.* 4. Miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. *Rom.* 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidem, & ſanguinem ipſius *Jo.* 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic enim ſolet quæri, quare potius ſemen Abrahæ apprehendit, quam Angelos, i. quare factus eſt homo, & non Angelus? Prima ratio eſt, ut tolleretur hominis opprobrium, quod non potuit auferri, niſi homo A devinceret Diabolum, vel Dæmonem, qui hominem vicerat. Secunda ratio eſt, ut tale quid faceret, quod in natura eſſet cujuſlibet hominis ſicut in jure civili, quando pater eſt infirmus hominis cauſam erga aliquem de perditione hæreditatis in bello, poteſt pro ſe filium ſuum ponere. Adam infirmus erat, & omnes alii, & ideo filius Dei factus eſt filius Adæ, ut poſſet pugnare pro eo, & pro genere ſuo. Tertia ratio eſt *Eph.* 1. ut ſcil. inſtaurarentur omnia in Chriſto, quæ in cęlis, & quæ in terra ſunt; propter hoc debuit habere participium cum omni creatura, qui omnem creaturam reſtauraret. Unde oportuit, quod eſſet homo, qui ſolus communicat omni creaturæ, i. homini, qui habet eſſe cum lapidibus, vivere autem cum plantis, ſentire cum animalibus ratiocinari cum Angelis. Quarta ratio eſt, quia totum genus humanum perierat, ſed non tota Angelica natura. Quinta ratio eſt, quia debebat eſſe mediator inter Creatorem, & creaturam; & ideo fuit congruum, ut mediam naturam aſſumeret; hæc ſola eſt homo, quia omnis creatura, aut eſt corporalis, aut ſpiritualis, aut media ex his, hæc eſt homo. Sexta, ut Diabolus ad tentandum provocaretur. Sciebat enim, quod nulla creatura, præter hominem, peccare poterat, unde ſi aliam ſumpſiſſet, numquam eum tentaſſet, & ita ab eo non vinceretur. *a* In eo, &c.] quaſi Pontifex factus eſt, ut repropitiaret delicta populi, qui bene poteſt hoc facere. [In eo enim in quo paſſus eſt ipſe,] i. in inferiori ſubſtantia, ſcil. in carne, in qua paſſus eſt a Pilato. *b* Et tentatus,] a Diabolo, vel expertus alia littera. *Matt.* 4. habetur, quomodo ſuperavit tres tentationes. *c* Potens eſt] i. potens eſſe oſtenditur. *d* Et eis, qui tentantur, auxiliari,] i. habilis, & paratus eſſe ad auxiliandum, q. d. non ignorat tribulationes noſtras, ſcit enim eas, ut Deus; & novit etiam experientia, ut homo, [Et paſſus.] *Inf.* 5. Didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam; Item hic dicit. In eo, in quo paſſus, &c.] q. d. licet ſecundum hominem, & in homine paſſus ſit; tamen non eſt impotens etiam ſecundum eam naturam, in qua paſſus eſt, tentatis auxiliari, quia quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus 1. *Cor.* 1. Et 10. Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari ſuper id quod poteſtis. Item magnum auxilium eſt tentatis, & tribulatis ipſa Chriſti paſſio. *Aug.* Magna conſolatio eſt membris ex capite & magnum auxilium 1. *Pet.* 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini *Inf.* 12. Recogitate eum qui talem apud ſemetipſum a peccatoribus ſuſtinuit contradictionem, ut non fatigemini animis veſtris deficientes.

a In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, *b* & tentatus, *c* potens eſt *d* & eis, qui tentantur, auxiliari.

C A P. III.

UNde *e* fratres ſancti vocationis *f* cęleſtis participes, *g* cōſiderate *h* Apoſtolum, *i* & Pontificē *k* confeſſionis *l* noſtrę Jeſum *m* qui fidelis eſt ei, *n* qui fecit illum, *o* ſicut & Moyſes *p* in omni domo ejus.

E X P O S I T I O   C A P. III.

UNde fratres] Hic incipit alia pars primæ partis totius Epiſtolæ in qua intendit oſtendere Chriſtum eſſe majorem omni creatura; nam in prima parte oſtenſum eſt, quod major eſt omni rationali creatura, quæ eſt Angelus. In hac ſecunda parte oſtendit, quod major eſt omni rationali creatura, quæ eſt homo, quæ protenditur uſque ad principium octavi capituli. Et dividitur in duas partes. In prima oſtendit, quod major eſt per Moyſen, qui major erat omnibus. Et hæc pars prima, in qua probat hoc per Moyſen, durat uſque ad principium quinti capituli. In ſecunda parte interpoſita interpretatione probat per Melchiſedech, & protenditur uſque ad principium octavi capituli. Hæc prima dividitur in duas partes. In prima oſtendit, quod Chriſtus eſt major Moyſe in multis modis. In ſecunda concludit, quod magis obtemperandum eſt Chriſto. Et incipit illa pars ſecunda, *ibi*. [Quapropter, &c.] & protenditur uſque ad principium quinti capituli. Probat ergo Chriſtum majorem Moyſe. Primo per amplitudinem poteſtatis, *ibi*. [Qui fidelis eſt.] Moyſes enim habuit poteſtatem tantum in domo Judæorum, Chriſtus in omni domo. Secundo, quia Chriſtus eſt fabricator domus ſpiritualis, Moyſes autem tantum diſpenſator, *ibi*. [Amplioris enim gloriæ.] Tertio, quia Chriſtus eſt hæres domus: Moyſes famulus: & major eſt hæres famulo, *ibi*. [Et Moyſes quidem fidelis,] Poſtea incipit ſecunda pars in qua concludit, quod Chriſtus eſt major: & quod magis obtemperandum eſt Chriſto. Et primo, hortatur nos ad hoc auctoritate David *ibi*. [Quapropter ſicut dicit Spir. S.] Secundo, hortatur ad idem; quia nunc eſt tempus acceptabile in quo nobis offertur gratia, per quam ei poſſimus obtemperare, *ibi*. [Videte fratres.] Tertio, ut promiſſa adipiſcamur, *ibi*. [Participes enim.] Quarto, ne in via proſternamur, *ibi*. [Quidam enim audientes.] Quinto, ne ab introitu æternæ gloriæ arceamur, *ibi*. [Quibus autem juravit.] Dicit ergo. *e* Unde fratres] quaſi, quia Chriſtus potens eſt, & quia pro nobis paſſus, & poteſt auxiliari. [Vel.] Unde, quia Chriſtus major eſt Angelis. [Fratres ſancti,] i. in Baptiſmo ſanctificati. *Pſ.* 85. Cuſtodi animam meam: quoniam ſanctus ſum. Vel, [Sancti, i.] ſine terra, quia vendiderunt, *Act* 4. *f* Vocationis cœleſtis participes,] i. vocati ad cœleſtia, & a cęleſti præcone Chriſti, ſcil. *Matt.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. *Greg.* In cœlo ſedet qui nos vocat; ne contemnamus vocantem. *g* Participes,] i. partem capientes per gratiam *Col.* 1. Gratias agentes Deo, & Patri, qui dignos nos fecit ſortis Sanctorum in lumine *inf. eod.* Participes enim Chriſti effecti ſumus. *Pſ.* 118. Particeps ego ſum omnium timentium, &c. *h* Conſiderate Apoſtolum, & Pontificem] q. d. qui vocati eſtis ad Chriſtum vitam, conſiderate Chriſtum viam, ut per eum veniatis ad ipſum Apoſtolum miſſum in incarnatione. *k* Et Pontificem] qui ſeipſum obtulit pro nobis in paſſione. *i* Apoſtolum,] idem eſt Apoſtolus, quod miſſus. Miſſus eſt autem Chriſtus a Patre. *Iſ.* 48. Antequam fierent ibi eram: & nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritus ejus. *Jo.* 3. Non enim miſit Deus filium ſuum, ut mundum judicet; ſed ut ſalvetur mundus per ipſum. *Exod.* 4. Obſecro, Domine mitte quem miſſurus es. *Malach.* 3. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam meam, &c. Apoſtolus ergo fuit, i. miſſus fuit ut voluntatem Patris ſui nobis nuntiaret *Jo.* 1. Ipſe enarravit ut nos de ſalute lætificaret. Unde *Prov.* 25. Aqua frigida animæ ſitienti: & nuntius bonus de terra longinqua. [Et Pontificem,] quia adhuc exorat pro nobis Deum Patrem, & ſeipſum nobis pontem, & viam fecit per mare hujus mundi. Unde dicitur Pontifex, quaſi pons factus per paſſionem ſuam; i. pontem faciens per orationem, quia etiam in cruce oravit pro nobis: & adhuc repræſentatio paſſionis ſuæ apud Patrem eſt oratio pro nobis. Unde *Pſ.* 140. Elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Ideo elevat Sacerdos manus in miſſa; & Chriſtus adhuc oſtendit cicatrices Patri. *Iſa.* 53. Ipſe peccata multorum tulit; & pro tranſgreſſoribus rogavit, ut non perirent: Pontificem dico. *l* Confeſſionis noſtræ Jeſum] i. quem nos confitemur. Vel, [Confeſſionis,] i. fidei noſtræ, i. qui dat fidem, & in quem credimus, vel [Confeſſionis noſtræ,] auctorem, vel materiam, vel finem, vel exemplar; ut notentur quatuor cauſæ. Vel [Confeſſionis noſtræ] auditorem; ipſe enim eſt Sacerdos qui audit confeſſiones, & abſolvit. *Pſ.* 31. Dixit, confitebor adverſum me injuſtitiam meam Domino. *m* Qui fidelis eſt] non a fide, ſed a fidelitate *Luc.* 12. & *Matt.* 24. Quis, putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. *n* Et qui fecit illum,] ſc. Deo patri. *Rom.* 1. Qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem. Fidelis dico. *p* In omni domo ejus,] i. Dei Patris, *Chryſ.* Nihil hic de Deitate ait, ſed de dignitatibus humanis, ſive ſecundum hominem. *o* Sicut & Moyſes] i. fidelis, Chriſtus tamen [In omni domu] Moyſes autem tantum in Judæa quia tunc in Judæa notus erat Deus. Et nota, quod dicit [Sicut Moyſes,] non adæquando Moyſen Chriſto; ſed quia in figura Chriſti de Moyſe dictum erat *Nu.* 12. At non talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt: ore enim ad os loquar ei, & palam, & non per ænigmata Deum videt, &c Hoc de Chriſto verum eſt; de Moyſe figuraliter dictum: neque enim Moyſes facie ad faciem vidit, ſicut Chriſtus, ſicut patet *Ex.* 33. ubi dicit. Oſtende mihi faciem tuam. [Vel lege ſic litteram [Qui,] Chriſto [fidelis, &c.] ſimpliciter fidelis dicitur, ſicut & Moyſes [In omni domo ejus,] i. in tota domo Judæorum fuit fidelis. Chriſtus ergo pluſquam Moyſes, qui ſimpliciter fidelis dicitur, & Moyſes in parte, ſcil. in ſpirituali domo ſibi commiſſa. [Omni domui,] i. populo Judæorum ipſe præfuit, ſicut œconomus, i. diſpenſator, ita erit Moyſes. Quod autem populus dicatur domus, habetur *inf. eod*

a Quæ domus ſumus nos. *Iſ.* 5. Vinea Domini Sabaoth, domus Iſrael eſt, i. populus Iſrael. *a* Amplioris enim] q.d. ex effectu patet, quod Chriſtus fuit fidelis, quia [Amplioris gloriæ eſt præ Moyſe,] i. quam Moyſes, vel ipſe eſt ens præ Moyſe. [Amplioris gloriæ dignus habitus eſt]

a Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus habitus eſt, *b* quanto ampliorem honorẽ habet *c* domus, *d* qui fabricavit illam. *e* Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. *f* Qui autem omnia *g* creavit, *h* Deus eſt. Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo ejus, *i* tanquam famulus *k* in teſtimoniũ eorum, quæ dicenda erant; *l* Chriſtus vero, tanquam filius in domo *m* ſua. *n* Quæ domus ſumus nos, *o* ſi fiduciam, *p* & gloriam ſpei uſque ad finem firmam retineamus. *q* Quapropter, *r* ſicut dicit Spir. S. *ſ* Hodie ſi *t* vocem ejus *u* audieritis, *x* nolite obdurare corda veſtra

Amplior gloria, quia
Chriſtus homo ſedet
a dextris Dei. *Eph.* 1.
B Suſcitans illũ a mortuis, & conſtituens
ad dexteram ſuam in
Rom. 14. cęleſtibus ſuper omnem principatum, &
poteſtatem: Moyſen
vero non ſuſcitavit.
Item ſi gloriari eſt
frequens fama cum
laude, Chriſtus ubiq;
C prędicatur; Moyſes
vero tantum in Judęa. *Act.* 15. Moyſes a
Pſal. 71. temporibus antiquis
in ſingulis civitatibus habet, qui eum
prædicent. Item majora de Chriſto prædicantur beneficia. Moyſes enim non crucifixus eſt pro populo; ſed afflictus: nec de cęlo deſcendit; ſed de monte. Amplioris ergo gloriæ dignus Patre habitus; & habendus ab homine. *b* Quanto ampliorem] i. habere debet honorem dico, *c* Domus,] i. in domo, vel de domo facta. Ille. *d* Qui fabricavit illam] Domus eſt mundus, vel omne mundanum genus, quam domum Chriſtus fabricavit, *ſup.* 1. Per quem fecit & ſæcula. *Pſ.* 94. Qui fabricatus eſt Auroram, &c. *Matt.* 13. Nonne hic eſt fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria? *Marc.* 6. Nonne hic eſt Faber, filius Mariæ frater Jacobi, & Joſeph? *e* Omnis namque, &c.] Dico bene fabricavit: per ſe enim non potuit fieri. [Omnis namque domus fabricatur ab aliquo.] Artifex, de quo ſubdit. *f* Qui autem omnia creavit, Deus eſt,] quod majus eſt, quam fabricare. Faber enim de materia facit domum; ſed Deus a nihilo, ideo dicit.
g Creavit,] Et ex hoc vult probare, quod Chriſtus eſt fabricator domus. Si enim Deus creavit omnia, vel fabricavit, & Chriſtus eſt Deus; ergo fabricavit omnia, quæ ſunt fabricata, ſed domus fabricata eſt; ergo Chriſtus eam fabricavit, & ita conſtat majorem eum eſſe Moyſe, qui non Dominus domus fuit; ſed de ipſa domo unus, i. de populo. Sed videtur quod hæc probatio non valeat ad propoſitum, quia intentio ejus eſt probare, quod Chriſtus eſt major Moyſe, in quantum Chriſtus eſt homo; ipſe autem eſt fabricator in quantum Deus, non in quantum homo. Sol. ex eo quod natura ejus humana, quam aſſumpſit, eſt Deo fabricatori, eſt ei maxima excellentia, in quantum eſt homo, & ideo bona eſt probatio. *h* Et Moyſes quidem, &c.] q.d. patet, quod amplioris gloriæ dignus eſt Chriſtus, quam Moyſes: quia Chriſtus fabricator eſt, ille autem fabricatus eſt. Item alia ratione idem oſtendit, quia ſcil. Moyſes famulus fuit domus: Chriſtus vero Dominus. Item ille carnalibus carnalia miniſtravit; Chriſtus ſpiritualibus ſpiritualia miniſtravit, vel dedit: & hoc eſt, quod dicit. [Et Moyſes quidem fidelis,] i. Dei, non ſua. *i* Tanquam famulus] in domo ejus, quæ erat Synagoga, non Dominus *Joſ.* 13. Poſſederunt terram, quam dedit eis Moyſes famulus Domini trans fluenta Jordanis, i. Moyſes paucis extra terminos terræ promiſſionis dedit hæreditatem; Jeſus vero noſter multis tradidit veram & promiſſam hæreditatem. In cujus etiam figura Joſue intravit terram promiſſionis, non Moyſes: & eam ipſe Joſue populo diſtribuit, *Nu.* 12. At non talis ſervus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt. *k* In teſtimonium, &c.] i. ubi teſtaretur eis, quæ conveniebant dici carnalibus: *Deut.* 5. Ego Sequeſter & Medius fui inter Deum & vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus. *l* Chriſtus vero tanquam filius] i. hæres legitimus. *m* In domo ſua:] i. propria. *Pſ.* 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. *Matt.* 21. Hic eſt hæres. *Jo.* 8. Filius manet in domo in æternum. *n* Quæ domus ſumus nos.] Totus mundus eſt domus Chriſti generaliter; ſed Sancti ſunt domus ejus ſpecialiter per gratiam ejus renati *Iſa. ult.* Cœlum mihi ſedes eſt. 1. *Cor.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Et 1. *Cor.* 6. idem. Sed multi expellunt Dominum, & proſcribunt a ſua hæreditate, i. ab Eccleſia, & ab anima. Ab Eccleſia proſcribunt eum Prælati qui ſunt pædagogi ejus, & habent eum pro parvulo, non pro Domino, quia volunt comedere fructus hæreditatis ejus. *Jo:* 1. In propria venit, & ſui eum non receperunt. *Gal.* 4. Quanto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt a ſervo, cum ſit Dominus omnium. Prælati enim, qui ſunt pædagogi ejus, volunt ſuam voluntatem facere, non illius, de hæreditate, & pro procuratoribus ſe gerunt, cum ſint diſpenſatores. Sed quando vocabuntur ad rationem reddendam, quid dicere poterunt? *Luc.* 16. Redde rationem villicationis tuæ. Item a domo ſua, i. ab anima excluditur per peccatum ab illo, qui cuſtodire debet domum ejus, i. cor ſuum. Tria ſunt, quæ expellunt hominem a domo, famus ſuperbiæ, ſtillicidium cupiditatis, & avaritiæ, & mala uxor, i. fervor carnalis concupiſcentiæ. Et dicitur hoc *Prov.* 27. *Iſa.* 36. Domus mea domus orationis vocabitur, i. cor hominis. Sed *Jer.* 7. dicit: Numquid ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua invocatum eſt nomen meum in oculis veſtris, ego ſum, ego vidi, dicit Dominus? De utroque ſcil. de *Iſa.* & de *Jer.* ſumitur illud *Matth.* 21. Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. Si corda noſtra ſunt domus Dei, non debent in ea fieri, niſi, quæ Dei ſunt; i. ſpiritualia. Extra, i. in carne debet eſſe comburens holocauſtum per carnis mortificationem, in qua debent mactari animalia, i. motus animales, & carnalia vitia; intus debet eſſe candelabrum, i. cognitio Dei, & eorum, quæ ſunt facienda & menſa refectionis ſpiritualis, & altare Thymiamatis, i. devotio orationis. *o* Si fiduciam, &c.] i. ſi habeamus ſpem firmam, & durantem: qua confidimus nos habituros æternam gloriam. Et nota, quod dicit. [Fiduciam, &c.] i. fiduciam æternæ gloriæ, quæ quaſi naſcitur ex ſe; & ſic fiducia dicit motum ſpei, vel poteſt dicere intentionem ſpei, & eſt ſenſus. [Fiduciam ſpei,] i. ſpem cum fiducia non dubiam, ſed ſecuram. *p* Et gloriam ſpei] i. ſpem glorioſam, quæ eſt, ſcil. de gloria æterna. Vel [Gloriam ſpei,] i. quæ comitatur ſpem, non poteſt enim eſſe ſpes ſine gaudio, & gloria conſcientiæ. *Pſal.* 121. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum Domini ibimus. *q* Firmam retineamus,] *Inf.* 6. Ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, & firmam uſque in finem, quia qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. *Matt.* 10. & 24. *r* Quapropter,] Secunda pars primæ partis; in qua hortatur nos obtemperare Chriſto auctoritate David [Quapropter,] quia ſc. ſumus Chriſti. *x* Nolite obdurare, &c.] Et hoc dico, ſicut dicit Sp. S. per David in *Pſ.* 94. *ſ* Hodie] i. in hoc tempore gratiæ, quo potens erat David in ſpiritu, 2. *Cor.* 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. *Iſ.* 49. In tempore placito exaudivi te. Item, [hodie,] dicit contra procraſtinantes fidei opera, vel pœnitentiam, ſera nimis vita craſtina eſt, hodie. *Soph.* 2. Vox clamantis in feneſtra, corvus in ſuperliminari. Corvus ſemper clamat cras, & numquam hodie. Sed multi ſunt qui promittunt ſe acturos cito pœnitentiam, & numquam perficiunt, ſemper prægnantes, & numquam parientes, niſi forte ſtipulam. *Iſ.* 33. Concipietis ardorem, & parietis ſtipulam. *Iſ.* 37. Filii venerunt, &c. *Matt.* 24. Væ prægnantibus, &c. Iſta vox, ſcil. corvina multos decipit; quia promittunt pœnitentiam, & ſubito moriuntur antequam aſſumant. *Eccl.* 29. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit. *t* Si vocem ejus] i. Chriſti per ſe loquentis. *u* Audieritis,] *Iſ.* 52. Ego qui loquebar, ecce adſum. *x* Nolite obdurare, &c.] Ad vocem Domini, qui vos vocat per beneficia, per flagella, per exempla per Sac. Script. per Angelos, per DD. per creaturas, per inſpirationem. His modis clamat Deus, & clamitat quotidie. *Prov.* 8. O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. *Pſ.* 68. Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. In quo notatur frequentia clamandi, & magnitudo clamoris. *Iſ.* 40. Vox clamantis in deſerto. Mirum eſt ergo quod cor noſtrum induramus ad vocem ejus, cum molliri debeat; quia verbum ejus ignis eſt. Cor ergo etiam ferreum deberet molliri. *Jer.* 23. Nonne verba mea ſunt, quaſi ignis? *Cant.* 5. Anima mea liquefacta, ut dilectus locutus eſt. Sed multi ſunt terra quæ ex verberatione induratur, & ſolidatur; & ideo durior eſt omnibus elementis, quia, circumquaque contunditur, ſic corda terrena ad continuationem per accidens indurantur. *Eccl.* 43. Vox tonitrui ejus verberabit terram. Et nota, quod dicit [Nolite obdurare.] Homo enim ex propria voluntate ſe obdurat; ſed Deus ex gratia mollit. *Job* 23. Deus mollivit cor meum. Econtra de malis. *Jer.* 7. Non audierunt, neque inclinaverunt

aurem,

a aurem ſuam, ſed induraverunt cervicem, & pejus operati ſunt, quam patres eorum. Item *Jer.* 5. Induraverunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reverti. *Zachar.* 7. Cor ſuum poſuerunt, ut adamantem, ne audirent legem. *Deut.* 10. Cervicem veſtram ne induretis amplius, quia ſicut dicit *Eccl.* 3. Cor durum male habebit in noviſſimo. *Job* 41. Indurabitur cor ejus quaſi lapis & quaſi malleatoris incus. C Sed nota, quod licet terra verberibus induretur; tamen, ſi interveniat aqua, molleſcit, ideſt, gratia, & intus etiam per aquam & ignem quantumcumque homo durus ſit, ſi Dominus immittat verbum ſuum, liqueſacit ea: flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ. Maxime autem manſueti animi illi moleſcunt ad verbum Domini, & formantur ad placitum Prædicatoris, & recipiunt formam novi hominis. *Jac.* 1. Cum manſuetudine ſuſcipite verbum inſitum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. *Eccleſ.* 5. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei.

al. † offenſus.

Matth. 11. Pſal. 147.

a ſicut in exacerbatione ſecundum *b* diem *c* tentationis in deſerto, *d* ubi *e* tentaverunt me patres veſtri, *f* probaverunt, *g* & *h* viderunt opera mea quadraginta annis. *i* Propter quod † infenſus *k* fui *l* generationi huic; & *m* dixi ſemper *n* hi errant corde, *o* ipſi autem non cognoverunt *q* vias meas, *r* quibus juravi in *ſ* ira mea, ſi *s* introibunt *u* in requiem meam. *x* Videte fratres, ne forte ſit in aliquo veſtrum *y* cor malum incredulitatis diſcedendi *z* a Deo vivo. *a* Sed adhortamini voſmetipſos per *b* ſingulos dies, donec *c* hodie cognominatur, *d* ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. *e* Participes enim Chriſti effecti ſumus.

a Sicut in exacerbatione] ideſt, vel irritatione. *Ezech.* 20. Irritaverunt me, nolueruntque me audire. Exacerbatione dico facta.
b Secundum diem] in die.
c Tentationis] factæ, (in deſerto.)
d Ubi] ideſt, in quo deſerto.
e Tentaverunt me patres veſtri] me, ideſt, Spiritum Sanctum, qui in David loquebatur, quaſi dicat, nolite facere ſicut patres veſtri fecerunt. *Jer.* 16. Dereliquerunt me patres veſtri. Et poſt ſubditur. Sed vos pejus operati eſtis. *Jer.* 7. Induraverunt cervicem, & pejus operati ſunt, quam patres eorum, 1. *Cor.* 10. Neque tentemus Deum, ſicut quidam eorum tentaverunt, &c. De hoc habetur *Exod.* 17. Vocatum eſt nomen loci illius tentatio propter jurgium filiorum Iſrael, & quia ibi tentaverunt Deum, dicentes: eſtne Deus in nobis, aut non? Similiter *Num.* 13. In miſſione exploratorum. Et 14. cum redire voluerunt ad ollas carnium. Item *Num.* 20. Hæc eſt aqua contradictionis: ubi jurgati ſunt filii Iſrael contra Dominum, & ſanctificatus eſt in eis. *Deut.* 6. Non tentabis Dominum Deum. *Matth.* 4. idem.
f Probaverunt me] ideſt, probabilem invenerunt.
g Et] ideſt, quia.
h Viderunt opera mea] *Joan.* 20. Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Vel (Probaverunt,) ideſt, curioſitatis cauſa exquiſierunt, an poſſem. Volebant enim ſcire, utrum poſſet Dominus ſatisfacere voluntati eorum. *Exod.* 17. Eſtne Deus in nobis, aut non?
g Et viderunt opera mea] ideſt, magnalia.
h Quadraginta annis.] *Exod.* 16. Filii autem Iſrael comederunt manna quadraginta annis. *Num.* 32. Circumduxit eos per deſertum quadraginta annis. *Deut.* 8. Adduxi te per deſertum quadraginta annis.
i Propter quod] quaſi ſcilicet tentaverunt.
k Offenſus fui] vel (infenſus,) ideſt, valde implacabiliter offenſus, vel proximus adhibendo correctionis flagella. *l* Generationi huic;] *Pſal.* 59. Iratus es, & miſertus es nobis. *Pſalm.* 88. Viſitabo in virga iniquitates eorum. *Num.* 14. Uſquequo detrahet mihi populus iſte? quouſque non credent mihi in omnibus ſignis, quæ feci coram eis? Feriam eos igitur peſtilentia, atque conſumam. *Exod.* 32. Dimitte me, ut iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.
m Et dixi] de illis.
n Semper hi errant corde.] ideſt, non ex ſurreptione, ſed ex ſtudio, & deliberatione peccant, & non deſiſtunt. Unde notatur diuturnitas peccati, per hoc quod dicit, (ſemper) & ſtudium, per hoc quod dicit, (corde.) *Deut.* 31. Semper contentioſe egiſtis contra Dominum. *Amos* 5. Nunquid hoſtias ſacrificium, & obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael, & portaſtis tabernacula Moloch. *o* Ipſi autem] quaſi ego ſic monebam per prophetam, ſed licet monerem; tamen
p Non cognoverunt] ideſt noluerunt cognoſcere.
q Vias meas,] ideſt, opera, vel mandata. *Jer.* 4. Stultus populus meus me non cognovit, filii inſipientes ſunt, & vecordes. *Amos* 3. Neſcierunt facere rectum, dicit Dominus. *Pſal.* 106. Viam civitatis habitaculi non invenerunt. Et ideo.
s Si introibunt] ideſt, non introibunt.
u In requiem mea.] ideſt, terram promiſſionis.
r Quibus juravi] ideſt, firmiter ſtatui.
ſ In ira mea,] ideſt, quoniam iratus fui eis. *Num.* 13. Non videbunt terram, pro qua juravi patribus eorum. Item *Num.* 32. Iratus Dominus juravit dicens, ſi videbunt homines iſti, qui aſcenderunt ex Ægypto a viginti annis, & ſupra, terram, quam ſub juramento pollicitus ſum Abraham, Iſaac, & Jacob.
x Videte] quaſi dicat: Propter incredulitatem patribus veſtris requies negata eſt, & ideo. (Videte, fratres, ne forte, &c.) *Infr.* 12. Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat. *Deut.* 29. Ne benedicat ſibi in corde ſuo dicens, pax erit mihi, & ambulabo in pravitate cordis mei, & aſſumat ebria ſitientem, & Dominus non ignoſcat ei. *y* Cor malum incredulitatis] ideſt, cor incredulum, & ideo malum. Maximum enim malum eſt infidelitas. Et dicit, (cor malum,) quia de corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, &c. Cor dico. *z* Diſcedendi a Deo vivo.] a quo, qui diſcedit, vitam amittit; quia ipſe eſt vita, quia vivit intus per fidem. *Sap.* 1. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. *Oſee* 7. Væ illis qui receſſerunt a me. *Jer.* 17. Domine, omnes, qui te dereliquerunt, confundentur, recedentes a te in terra ſcribentur, quaſi dicat, cito delebitur memoria eorum. *Jer.* 2. Quid in me invenerunt patres veſtri, qui elongaverunt a me, & ambulaverunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? Item *in eod.* Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ; & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas. E contra duo bona ſunt, ſe avertere a malo, & convertere ad Deum vivum. 1. *Theſſ.* 1. Converſi eſtis ad Deum a ſimulacris ſervire Deo vivo, & vero. *a* Sed adhortamini voſmetipſos] ad meliora. 1. *Theſſ.* 5. Ædificate alterutrum, ſicut & facitis, 1. *Cor.* 14. poteſtis per ſingulos prophetare, ut omnes diſcant, & omnes exhortentur. Et hoc non ad horam, ſed. *b* Per ſingulos dies] noctibus orandum, diebus exhortandum eſt. Unde *Pſalm.* 5. Lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrimis meis ſtratum meum rigabo in oratione, hoc pro ſe. Proximo autem eſt prædicandum *Apoc. ult.* Qui audit, dicat, veni. *c* Donec hodie cognominatur,] ideſt, quamdiu eſt tempus gratiæ, vel ſpatium vitæ, & tempus merendi. *Jo.* 9. Me oportet operari opera ejus, qui miſit me, donec dies eſt, venit enim nox, quando nemo poteſt operari. *Eccl.* 9. Quæcumque poteſt manus tua, &c. *Luc.* 13. Contendite intrare per anguſtam portam, quia dicitur *Matth.* 25. Clauſa eſt janua. Et dicitur fatuis virginibus: Neſcio vos. *Prov.* 1. Tunc invocabunt me, & non exaudiam. Adhortamini, dico. *d* Ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati] ideſt, per peccati delectationem, quæ fallax eſt, & obdurat cor. *Prov.* 11. Stultus illudet peccatum, ideſt, ludit, & delectatur in peccato, ſed peccatum illudit, & decipit. *Col.* 2. Videte, ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam. Et *eod.* Nemo vos ſeducat volens in humilitate, & religione Angelorum quæ non vidit. *e* Participes enim] quaſi ideo debetis exhortari vos invicem, quia ſocii eſtis, & confratres. (Participes enim Chriſti effecti ſumus,) ideſt, gratiarum Chriſti. *Joan.* 1. De plenitudine ejus omnes accepimus. Item Chriſti in corporis ejus ſuſceptione, 1. *Cor.* 10. Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Chriſti eſt, quando unus panis, & unum corpus multi ſumus; nam omnes de uno pane participamus? Item Chriſti in cœleſti illa promiſſione. *Joan.* 13. Si non lavero te, non habebis partem mecum. Item Participes Chriſti, ſocii Paſſionum Chriſti. *Apoc.* 1. Ego Joannes Frater veſter particeps in tribulatione, & regno. 1. *Petr.* 4. Communicantes Chriſti paſſionibus gaudete. Vel, (Participes Chriſti,) ideſt, facti corpus Chriſti. *Chryſoſt.* Qui eſt particeps unum facti ſumus nos & ipſe caput, nos corpus cohæredes corporales. *Epheſ.* 5. Ex carne ejus, & ex oſſibus ejus. Vel (Participes Chriſti effecti) ideſt, hæreditatis æternæ cohæredes.

a Si tamen initium ſubſtantiæ ejus uſque b ad finem firmum retineamus, c dum d dicitur. e Hodie ſi f vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra, g quemadmodum in illa exacerbatione. h Quidam enim i audientes k exacerbaverunt l ſed non univerſi, qui profecti ſunt ab Ægypto per Moyſen. m Quibus autem n infenſus eſt, o quadraginta annis. p Nonne illis, qui peccaverunt, q quorum cadavera r proſtrata ſunt ſ in deſerto? t Quibus autem juravit, u ut † non introirent in requiem ipſius, niſi illis, x qui increduli fuerunt. y Et videmus, z quia non potuerunt introire a in requiem ipſius propter incredulitatem.

C A P. I V.

Timeamus b ergo, c ne forte d relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe.

A a Si tamen initium ſubſtantiæ ejus] ſcilicet fidei, eſt prima virtutum, quæ ſunt divitiæ, & bona ſubſtantia. *Iſa.* 33. Divitiæ ſalutis Sapientia, & ſcientia. Timor Domini ipſe eſt Theſaurus ejus. Vel virtutum ſubſtantiæ, ideſt, fidem, per quam ſubſiſtimus, quæ fides dicitur initium. *Eccl.* 25. Timor Domini

Pſalm. 94. ſuper omnia ſe ſuperpoſuit, fidei autem initium agglutinandum, ideſt, fides eſt initium. a Si tamen initium ſubſtantiæ

D ejus uſque ad finem firmum retineamus,] ideſt, ſi illud, quod in nobis ipſe Chriſtus initiavit, perficere voluerimus, & in hoc perſeverare. *Jac.*

De pen. d. 1. §. Conſtitutus. 1. Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ ejus. Vel (Initium) conſecrationem, qua conſecramur Deo in Baptiſmo, vel in Religione.

Unde initiare eſt conſecrare. *Pſal.* 105. Et initiati ſunt Beelphegor. (Retineamus,) dico. c Firmum] vel firmiter. *Gloſſ.* ut nunquam deſeramus. b Uſque ad finem] vitæ. d Dum dicitur.] ideſt, quamdiu dicitur nobis. e Hodie, &c.] Hoc dicit, quia non ſemper dicetur, nec ſemper erit doctrina, maxime poſt mortem. *Amos* 8. Circumibunt quærentes verbum Domini, & non invenient, ſed ſupple, invenient verba hæreticorum, & Advocatorum. f Si vocem ejus audieritis, &c.] *Jer.* 26. Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea, quam dedi vobis, ut audiatis ſermones ſervorum Prophetarum, quos miſi ad vos de nocte conſurgens, & dirigens, & non audiſtis, dabo domum iſtam ſicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem. g Quemadmodum in illa exacerbatione.] obduraverunt corda ſua patres veſtri, quod oſtendit ſubdens. h Quidam enim] etiam plures eorum. i Audientes] promiſſam requiem terræ paſſive. k Exacerbaverunt] per infidelitatem, 1. *Cor.* 10. Sed non in pluribus eorum beneplacitum fuit Deo, nam proſtrati ſunt in deſerto, &c. *Num.* 14. Conſtituamus nobis Ducem, & revertamur in Ægyptum. Et nota, quod dicit (Audientes exacerbaverunt,) autem tantum dederunt Deo, ſed cor Diabolo. Tales qui audiunt, & non faciunt exacerbant Deum, ideſt, ſibi Deum acerbum vel acidum faciunt, cui tamen proprium eſt manſuetudo, & miſericordia. *Exod* 3. Si forte audiant, & quieſcant, quia domus exaſperans eſt. l Sed non univerſi, &c.] ut Caleph, & Joſue. *Num.* 14. & Sacerdotes etiam intraverunt terram, (qui profecti ſunt.) Similiter vos per Chriſtum educti eſtis de Ægypto vitiorum & ignorantiæ. Sed multi ſunt acerbatores, non tamen omnes, ut dicitur *Rom.* 11. Nunquid Deus repulit populum ſuum, abſit, nam & ego Iſraelita ſum ex ſemine Abrahæ de Tribu Benjamin, non repulit Deus plebem ſuam, quam præſcivit. An neſcitis in Elia quid dicit Scriptura, &c. Adhuc reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal 3. *Reg.* 19. *Num.* 32. Iratus Dominus adverſum Iſrael, circumduxit eum per deſertum quadraginta annis, donec conſumeretur univerſa generatio, quæ fecerat malum. m Quibus autem] horum prædictorum incredulis, vel bonis. n Infenſus eſt] ideſt, valde offenſus. o Quadraginta annis.] quia conſiſtit ex decem, & quatuor, ſub denario ſunt omnia genera rerum, & per quatuor tempora intelliguntur. *Gloſſ.* dicit. Hunc numerum annorum commemorat, quia hoc numero notatur tota vita noſtra. Quadragenarius enim indicat integritatem ſæculorum. Infenſus ergo dicitur illis quadraginta annis, quia iraſcitur uſque in finem vitæ ſuæ peccantibus. Deinde ſubdit reſpondens ſuæ interrogationi. p Nonne illis,] infenſus eſt, (qui peccaverunt,) quaſi dicat: Ita *Num.* 26. Hic eſt numerus filiorum Iſrael, &c. inter quos nullus fuit eorum, qui numerati ſunt a Moyſe, & Aaron in deſerto Sinai. Prædixerat enim Dominus, quod omnes morerentur in ſolitudine, nulluſque remanſit præter Caleph filium Jephone, & Joſue filium Nun. Poſita autem culpa ſubditur pœna duplici proſtratione, corporum, & amiſſione hæreditatis, dicens. q Quorum cadavera] ſcilicet omnium, qui exierunt de Ægypto a viginti annis, & ſupra. Proſtrata ſunt, ſine ſepultura. ſ In deſerto, beſtus, & avibus, 1. *Cor.* 10. Proſtrati ſunt in deſerto, hæc autem in figura contingebant illis, ut non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut & illi concupierunt. t Quibus autem] quaſi non ſolum proſtravit, ſed. u Juravit, ut non introirent] vel, (non introite in requiem ipſius.) Sed quibus hoc juravit, niſi his, qui increduli fuerunt. Et loquitur tam de requie æterna ſignificata, quam de temporali ſignificante. *Num.* 32. Quibus iratus juravit dicens, ſi videbunt homines iſti, qui aſcenderunt de Ægypto a viginti annis, & ſupra terram, quam juramento pollicitus ſum Abraham, Iſaac, & Jacob, & noluerunt ſequi me præter Caleph filium Jephune Cenezæum, & Joſue, iſti impleverunt voluntatem meam. al. † non introite.

A x Niſi illis, qui increduli fuerunt.] quaſi dicat, ſimiliter erit in illis, qui increduli erunt Chriſto. *Abac.* 2. Qui incredulus eſt, infideliter agit, & qui depopulator eſt, vaſtat. y Et] ita, (videmus,) impletum, ſicut juravit Dominus. z Quia non potuerunt introire] & ita exemplo illorum debemus eſſe cautiores. *Prov.* 21. Flagellato peſtilente ſapientior erit parvulus. *Jer.* 7. Ite in locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum prius: & videte, quæ fecerim ei, propter malitiam populi mei Iſrael, & nunc, quia feciſtis omnia opera hæc, &c. faciam domui huic, ſicut feci in Silo. Eodem modo in Eccleſia, ſicut olim in Synagoga, imo pejus fit modo in Eccleſia. Et ideo dicit. *Pſal.* 81. Diſperſi ſunt in Endor, facti ſunt ut ſtercus terræ. Endor fons generationis, ideſt, Eccleſia. a In requiem ipſius] ideſt, requiem æternam, ſicut nec in terram illam promiſſionis, non introierunt ad litteram. Et intelligitur hoc de quibuſdam tantum, qui non pœnituerunt in fine ab incredulitate, qui etiam temporaliter puniti, & æternaliter damnati ſunt propter incredulitatem.

E X P O S I T I O C A P. I V.

Timeamus, &c.] Hoc capitulum dividitur in duas partes principales. Prima dependet a præcedenti capitulo. In ultima enim parte præcedentis capituli hortatus eſt eos Chriſto obtemperare. In hac prima idem hortatur. In ſecunda redit ad propoſitum principale, ideſt, ad oſtendendum, quod Chriſtus eſt major omni creatura rationali, quæ eſt homo, ibi. (Vivus eſt ſermo Dei, &c) Primo ergo, oſtendit Chriſto eſſe obtemperandum, ne nobis imputetur, ſi non impletur in nobis promiſſio. Secundo, ne nobis per infidelitatem fiat promiſſio inutilis, ibi. (Etenim nobis nuntiatum eſt, &c.) Tertio, ut nobis facta promiſſio promiſit, ibi. (Ingrediemur enim in requiem, quia credimus.) Quarto, oſtendit promiſſionem eſſe a principio pronuntiatam, ſicut patet *Gen.* ibi. (Et quidem operibus, &c.) Quinto, oſtendit nondum eam eſſe impletam. Et hoc probat duabus rationibus. Prima eſt, quia illi, quibus facta eſt illa promiſſio, non intraverunt in requiem illam, & Deus non eſt fallax, nec mendax, ergo adhuc implebitur, ibi. (Quoniam ergo ſupereſt, &c.) Secunda ratio eſt, quia Propheta dicit, hodie,) etſi impleta eſſet promiſſio illa temporis Joſue, non diceret, (hodie ſi audieritis,) ſed ſi audiſſetis, ibi. (Iterum terminat.) Ex his duabus rationibus concludit requiem eſſe futuram, ibi. (Itaque relinquitur Sabbatiſmus, &c.) Dicit ergo. b Timeamus ergo,] quaſi ex quo illi propter incredulitatem ſuam non potuerunt. (Ergo timeamus, &c.) Timor enim utilis admonitor animæ ad bonum agendum, & eſt comes, & frater trium ſpiritualium, ſcilicet ſpei, fidei, & charitatis. Unde *Eccl.* 24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. *Eccl.* 2. Idem notatur, cum dicitur. Qui timetis Dominum credite illi, & non evacuabitur merces veſtra, qui timetis Dominum, ſperate in illum, & in oblectationem vobis veniet miſericordia: qui timetis Deum, diligite illum & illuminabuntur corda veſtra. Quid autem timendum ſit, ſubdit. c Ne forte exiſtimetur aliquis ex nobis] Ne forte, notatur libertas arbitrii. d Relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus,] ideſt contempta promiſſione

ſæpius facta intrandi in requiem æternam, quoniam requies ſignificata eſt per terram promiſſionis, [Timeamus] inquam [ne forte exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe] ab illa requie. Nec dicit, ne deſit aliquis; ſed ne exiſtimetur, ſive videamus, & reputetur deeſſe debere, ideſt ne alia opera faciat

a Etenim & nobis nuntiatum eſt, *b* quemadmodum & illis: *c* ſed non profuit illis *d* ſermo auditus, *e* non *f* admixtus fidei *g* ex his, quæ audierunt. *h* Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus, *i* quemadmodum dixit: *k* Sicut juravi in ira mea, *l* ſi introibunt in requiem meam. *m* Et quidem *n* operibus ab inſtitutione mundi perfectis. *o* Dixit enim *p* in quodam loco de die ſeptima ſic: *q* Et requievit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis. *r* Et in iſto rurſum: *ſ* Si introibunt in requiem meam. *t* Quoniam ergo ſupereſt quoſdam *u* introire in illam, & hi, *x* quibus prioribus annuntiatum eſt, non introierunt propter incredulitatem: *y* iterum terminat diem *z* quemdam *a* hodie in David *b* dicendo *c* poſt tantum temporis

aliquis noſtrum, per quæ poſſit reputari deeſſe. *Matth.* 5. Luceat lux veſtra coram hominibus. Et dicit: [Deeſſe aliquis ex nobis] quaſi dicat requies æterna nunquam deeſt homini, imo ſemper offertur ei, ſed homo deeſt ipſi requiei, *infr.* 12. Contemplantes, ne quid deſit gratiæ Dei. Et in *eod. infr.* dicitur: Tanquam filiis offert ſe Deus vobis. *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Sed multi claudunt oſtium Domino: multi deſunt requiei promiſſæ; ne requies ſit eis, ſicut cæcus deeſt Soli lucenti: contemnunt enim pollicitationem Domini, ideſt frequentem promiſſionẽ requiei, quam promiſerat ſub figura Abraham, Iſaac, & Jacob. *Iſa.* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &c. *Apoc.* 14. Amodo jam dicit Spiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis. *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, dicit Dominus. Sed iſtam promiſſionem multi relinquunt, & contemnunt. *Pſal.* 105. Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. *Joan.* 6. Multi abierunt retro. Euntes nec reſpicere liceat. Unde *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. Item *Luc.* 10. Mementote uxoris Loth. *a* Etenim & nobis nuntiatum eſt,] quaſi dicat, timeamus, ne quis ex nobis deſit ab illa requie, quæ nobis promiſſa eſt] & ad nos pertinet, quod patet, [quia nobis nuntiatum eſt] de æterna & vera requie per filium. *b* Quemadmodum & illis:] nuntiatum eſt per famulum. Quod enim tempore legis figuratum eſt, tempore gratiæ expreſſum eſt. 1. *Cor.* 10. Omnia in figura contingebant illis, ſcripta ſunt ad correptionem noſtram. *Rom.* 15. Quæcumque ſcripta ſunt, ad doctrinam noſtram ſcripta ſunt. Sed non profuit illis] ſed obfuit, quia ſervus ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens, vapulabit. *d* Sermo] promiſſus de requie, *e* Auditus,] in aure carnis, non receptus in aſſertione cordis. *f* Non admixtus fidei] quia non fuit creditus, ſed diſcrediderunt. *g* Ex his,] ideſt propter hæc, [quæ audierunt,] ab exploratoribus, qui mala retulerunt. *Num.* 13. quaſi dicat, non diſcrediderunt, non includitur a negatione. Vel aliter ut includatur: & ſic eſt ſenſus: *c* Non profuit illis ſermo auditus, & admixtus fidei. [Fidei] dico ſumptæ *g* Ex his, quæ audierunt,] ideſt, quam debuerunt ſumere ex his, quæ audierunt a Moyſe, quia fides ex auditu, quaſi dicat, non habuerunt fidem, non crediderunt, licet multa audirent a Moyſe. *Pſal.* 105. Non crediderunt verbis ejus, & murmurabant in tabernaculis ſuis, &c. Et nota, quod ſermo auditus debet miſceri. Primo cum fide. Unde dicit *Iſa.* 53. Domine, quis credidit auditui noſtro? De ſecundo dicit *Ezech.* 33. Audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos. Sed quomodo debet fieri iſta commixtio, docetur *Matth.* 13. Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ tribus ſatis. Similiter verbum Domini debet abſcondi, & miſceri tribus ſatis farinæ, ideſt in tribus viribus animæ, ut illuminent rationem per fidem, & accendant concupiſcibilem, & roborem iraſcibilem ad mali deteſtationem. Sed nota, quod modicum fermentum ſufficit ad magnam materiam: ſimiliter modica verba, & modicæ exhortationes debent ſufficere ad magna agenda. *h* Ingrediemur enim] quaſi nobis nuntiatum eſt de requie, & ad nos pertinet illa promiſſio requiei, quod patet per effectum. *h* Ingrediemur enim requiem,] veram nos, [qui credimus] Fides enim inducit. *Marc. ult.* Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic ſalvus erit. Cum ergo ſit nobis promiſſa, & nuntiata requies, & fides operans per dilectionem ſit introductiva, bonum eſt feſtinare ingredi, intus gradi. *Luc.* 13. Contendite intrare per anguſtam portam. Anguſta quidem eſt, ſed aperta: quia anguſta, timendum eſt: quia aperta, ſperandum. Sed veniet tempus, quando claudetur. *Matth.* 25. Clauſa eſt janua. Probat autem ingreſſum in requiem a contrario ſenſu, cum ſubdit. *i* Quemadmodum dixit.] quaſi bene dico, quod ingrediamur in requiem nos, qui credimus [Quemadmodum] ex oppoſito dixit Spiritus ſanctus in *Pſal.* 94. de incredulis, hoc ſcilicet, *l* Si introibunt in requiem meam.] Apoſiopeſis eſt, ideſt, non introibunt. *k* Sicut juravi in ira mea,] q. d. ſicut illi ad litteram propter incredulitatem in Palæſtinam, nec in veram requiem intraverunt; ſic per contrarium fideles per fidelitatem in veram requiem: quod enim infidelitas claudit, fidelitas aperit. Vel ſic: *h* Ingrediemur, &c.] q. d. patet, quod nos fideles intrabimus in requiem Domini, quia ex quo promiſſa eſt, & aperta; conſtat, quod aliqui intrabunt, ſed Judæi increduli non intraverunt, nec in figuralem requiem, nec in figuratam; ergo nos intrabimus. Probat autem eos non intraſſe, cum dicit [Quemadmodum dixi, &c.] *Rom.* 11. Vos enim aliquando non credidiſtis Deo; nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter incredulitatem eorum. Quæ eis abſtulit requiem, occaſio eſt nobis ſalutis, & requiei. *m* Et quidem] Poſſet aliquis dicere, nulla eſt requies, de qua tu loqueris. Reſpondet, imo quia Deus facit mentionem de illa ab inſtitutione mundi. Unde ne ignoretur iſta requies, notificationes quaſdam de ea ponit Apoſtolus, & ante legem, & ſub lege, & in gratia. Et primo, ante legem. Unde [Et quidem] Benedico, quod nuntiatum eſt nobis de illa requie, quia *n* Operibus ab inſtitutione mundi perfectis.] ideſt completis operibus ſex dierum, quæ facta eſt in principio mundi, quando ſcilicet completum opus creationis, diſtinctionis, & ornatus, & facto homine, propter quem facta ſunt omnia alia. *o* Dixit] Spiritus ſanctus per Moyſen. *p* Quodam loco] egregio & noto, ſcilicet in principio *Gen.* de die ſeptima ſic: *q* Et requievit Deus die ſeptima ab omnibus operibus ſuis.] Hoc habetur *Gen.* 2. Requievit Deus in die ſeptimo ab omni opere, quod patrarat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificavit illum, quia ipſo ceſſaverat ab omni opere ſuo, quod creavit, ut faceret. Vult ergo Apoſtolus innuere hic per Sabbatum, ſive requiem temporis, Sabbatum, & requiem æternitatis. Sicut enim ſex diebus operatus eſt Deus, & ſeptima quievit; ſimiliter per ea, quæ Deus operatur in nobis in ſex ætatibus mundi, vel in ætatibus ipſius hominis, ſcilicet infantia, pueritia, adoleſcentia, juventute, ſenectute, decrepita, tandem venitur ad ſeptimam æternæ quietis. In cujus etiam rei figuram Chriſtus ſeptima ætate natus eſt in mundo ad laborem, ut dicit *Gloſ.* & ſexta die paſſus eſt, *Joan.* 19. Septima vero in ſepulchro quievit. Vel legitur aliter, ſecundum quod eſt ibi; ſic: [Et quidem, &c.] quaſi nuntiatum eſt nobis de illa requie.] Et quidem operibus ab inſtitutione mundi perfectis] ideſt operibus ſex dierum completis, quæ opera inchoata ſunt a conſtitutione mundi nuntiatum eſt, ſupple, ſive præfiguratum de illa requie. Et ſubdit, quomodo, dicens. [Dixit enim in quodam loco, &c.] *r* Et in iſto rurſum loco] & in ipſo dicit Spiritus ſanctus *ſ* Introibunt in requiem meam.] ideſt in terram promiſſionis, quæ ſignificat veram requiem. Significatur ergo per requiem temporis, & requiem terræ requies æternitatis in cœlis. Sicut enim dicit *Chryſ.* Apoſtolus hic ponit tres requies. Unam Sabbati, aliam Palæſtinæ, quando Judæi a miſeria quieverunt; tertiam, quæ ſignificatur per duas prædictas. Primo ergo Apoſtolus oſtendit plures eſſe requies ſic. Ante legem legitur de requie, & ſub lege de alia, ergo plures ſunt requies. Et poſtea ponit tertiam requiem ſignificatam, Unde dicit: *t* Quoniam ergo ſupereſt] quaſi dicat, hoc & illo modo promiſſa eſt, & ſignificata requies cæleſtis [ergo ſupereſt] ideſt certum eſt. *u* Quoſdam introire in illam,] quod enim promiſſum eſt a Deo non excludit. Unde *Rom.* 9. Non autem quod exciderit verbum Dei, quoniam hoc eſt certum, quoſdam ſc. introire in requiem. Et quia hoc non ſufficeret ad differendum, quod illaturus eſt, addit aliud, ſcilicet: *x* Et hi, &c.] ut ex his duobus tertio neceſſario inferatur, hoc modo, quaſi & quia, hoc eſt ſcil. [Quoniam ſupereſt quoſdam introire in illam, & quia hi, quibus prioribus annuntiatum eſt] ideſt Judæi non introierunt propter incredulitatem ſuam, nec in terram promiſſionis ad litteram, nec in veram requiem cœli, quia ergo ita eſt, *y* Iterum] vel [rurſum terminat] Spiritus ſanctus determinat, & diſtinguit. *z* Diem quamdam] qua pronuntiata impleantur, ideſt tempus egregium, tempus gratiæ. *a* Hodie in David,] ideſt per os David. *b* Dicendo] David enim dixit. *a* Hodie] ad ſignificandum tempus gratiæ. *c* Poſt tantum temporis] ex quo

illa

Gen. 2.

Luc 12.

illa dicta ſunt patribus in deſerto. Unde patet, quod hæc eſt requies, de qua David dicit. *a* Hodie] quam illa, ad quam duxit Joſue. Nota breviter, quid intendit Apoſtolus dicere: dicit enim quod conſtat quoſdam intraturos in requiem promiſſionis, ſed Judæi non introierunt propter incredulitatem, ergo alii introibunt per fidem: vel illuminati; tunc etiam

Pſalm. 94. Joſ. 3. 6. novus populus intravit ad literam in terram promiſſionis, & *Num.* 26. Ad hoc etiam ſignificandum, quod fideles intraturi ſunt in requiem tempore gratiæ determinat David quemdam notabilem diem dicendo: [Hodie] & hoc poſt illud tempus, ex quo promiſſa fuit terra promiſſionis Judæis, & ita patet, quod David loquitur de alia requie.

a ſicut ſupra dictum eſt: *b* Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *c* Nam ſi eis *d* Jeſus *e* requiem præſtitiſſet, *f* nunquam *g* de alia *h* loqueretur poſthac die. *i* Itaque relinquitur Sabbatiſmus populo *k* Dei. *l* Qui enim ingreſſus eſt in requiem ejus, etiam *m* ipſe requievit ab operibus ſuis, *n* ſicut & a ſuis Deus. *o* Feſtinemus ergo ingredi *p* in illam requiem

Ubi autem dicat David hodie: ſubdit: *a* Sicut ſupra dictum eſt.] jam in tertio capitulo ſup. *b* Hodie ſi vocem ejus audieritis, &c.] Dominus enim locutus eſt per filium. Hodie, ideſt tempore gratiæ, ut emolliret corda audientium, & invitavit nos ad requiem, dicens: Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. *Matth.* 11. Et nota, quod in illa die notabili, de qua loquitur, dicit *Zach.* 14. Veniet Dominus Deus meus, omneſque Sancti cum eo. In die illa non erit lux, ſed frigus, & gelu. Et eſt bonum thema in Natali Domini, quando ad literam frigus eſt, & dies nebuloſi, & tamen Dominus venit in frigore hiemis & caligine noctis & temporis. 2. *Paral.* 6. Dominus pollicitus eſt, ut habitaret in caligine, &c. Sed quomodo omnes Sancti venerunt cum eo, cum pauci fuerunt cum eo in Nativitate, ſcilicet Joſeph & Maria. Unde dicit *B. Bern.* Si Rex eſt, ubi eſt aula regia, ubi thronus, ubi curiæ regalis frequentia? Nunquid aula regia ſtabulum, thronum præſepium, curiæ regalis frequentia Joſeph & Maria? Reſp. *Luc.* 2. Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis exercitus, &c. Sed quomodo dicit omnes Sancti cum eo? Reſp. Voto fuerunt cum eo tam Angelicæ poteſtates, quam antiqui Patres: omnes enim deſiderio affuerunt & voto. Item de iſta die dicitur 2. *Petr.* 3. Unus dies apud Dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut dies unus. Non tardat Dominus promiſſionem, &c. *c* Nam ſi eis, &c.] Hic oſtendit Apoſtolus, quod Propheta locutus eſt in prædicta auctoritate de requie æterna, non de requie Palæſtinæ; nam quaſi vere hæc eſt alia requies, quam illa, ad quam duxit Joſue: nam ſi illa eſſet, nunquam loqueretur David de alia; ſed locutus eſt; ergo certum eſſe aliam, ad quam Chriſtus duxit, quæ per illam in Palæſtina ſignificabatur, & hoc eſt quod ait: *c* Nam ſi eis] Vel ita continua. Vere ſupereſt quoſdam introire ſicut David determinat. *c* Nam ſi eis, &c.] ideſt filiis Iſrael *d* Jeſus,] ideſt Joſue, qui duxit in terram promiſſionis, *e* Requiem præſtitiſſet,] ideſt præſtando, ut Dux dediſſet requiem veram. *f* Nunquam de alia loqueretur poſthac die.] Conſtrue ſic [Nunquam poſthac] ideſt poſt illud tempus. *h* Loqueretur Spiritus ſanctus in David. *g* De alia die] qua ſcilicet debet dari requies, ſic eſt una pars poſthac. Vel eſt ibi littera poſt hanc. Vel ſic: [Numquam de alia] requie ſcilicet [loqueretur poſt illud tempus, ſcilicet dicendo. Hac die,] ideſt hodie. Et eſt ſumma hujus, quod dicit hic habentibus Palæſtinam, & qui jam diu in ea commorati fuerant, loquitur Propheta, dicens: Nolite obdurare corda veſtra, ne non intretis in requiem ad quam monet eos intrare. Sed ideo intraverunt in terram Palæſtinæ. Alia ergo eſt illa requies, de qua dicit Propheta: [Nolite

Pſal. 94. obdurare corda veſtra, &c.] Itaque cum Propheta locutus ſit de alia requie, ſcilicet de æterna. *i* Relinquitur Sabbatiſmus] ideſt reſervatur Sabbatum, & quies jucunditatis æternæ. *k* Populo Dei.] ideſt fidelibus. *Pſal.* 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te, ideſt reſervaſti. *Iſa. ult.* Erit menſis ex menſe, & Sabbatum ex Sabbato, ideſt defectus inferni erit ex defectu peccati, & quies æternitatis erit bonis ex quiete pectoris. *Chryſ.* dicit: Relinquitur requies populo Dei, quæ ſignificata eſt per requiem Sabbati. *l* Qui enim ingreſſus eſt in requiem ejus,] ideſt Dei, quam Deus promittit, vel dat. Vel [in requiem ejus] ideſt, quæ ipſe eſt *m* Etiam ipſe requievit ab operibus ſuis,] quibus laboravit in hac vita. *Apoc.* 14. Amodo jam dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis. *Pſal.* 114. Convertere, anima mea, in requiem tuam. Sed in quo habetur hæc requies, non in mundo, ſed in Deo. *Joan.* 16. In me pacem, in mundo autem preſſuram habebitis. *Eccl.* 24. In omnibus requiem quæſivi, & non inveni, ſupple, in hæreditate Domini morabor. *Pſal.* 131. Requies mea in ſæculum ſæculi, &c. *n* Sicut & a ſuis Deus.] requievit: Deus enim quievit, ideſt ceſſavit die ſeptimo a novis operibus, dans formam nobis laborandi in ſex diebus, ideſt in hac vita, quæ per ſex ætates volvitur. Vel in ſex ætatibus ipſius hominis, ut in futuro quieſcat & ceſſet a laboribus. Nunc amplius non turbabitur Martha, nec miniſtrabit. *Joan.* 9. Veniet nox, ideſt tempus quietis, quando nemo poteſt operari. In hoc etiam, quod Dominus quievit ab operibus ſeptima die, dedit nobis exemplum quieſcendi, & vacandi Deo: quia

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Hinc eſt etiam, quod Eccleſia ſtatuit, ut dies Dominica ſit dies quietis: quod inde ſtatutum multi male cuſtodiunt pro cupiditate acquirendi, & tamen ex hoc frequenter damna incurrunt. Unde *Lev.* 26. Tunc placebunt Sabbata ſua terræ cunctis diebus ſolitudinis ſuæ, eo quod requievit in Sabbatis veſtris, q. d. non cuſtoditis requiem, ideſt Feſta & Dominicas, ſed terra quieſcit a partu fructuum. 2. *Paral. ult.* Ut compleretur ſermo Domini ex ore Jeremiæ, & celebraret terra Sabbata ſua. Cunctis enim diebus deſolationis egit Sabbatum. *o* Feſtinemus ergo] Poſitis diverſis rationibus, quod Chriſto, & ejus Evangelio obtemperandum ſit, ut ingredi mereamur in illam requiem nobis promiſſam; oſtenſa etiam illa requie & probata per requiem temporis ante legem, & per requiem terræ promiſſionis ſub lege, concludit Apoſtolus ſic: [Feſtinemus ergo, &c.] quaſi ex quo populo Dei relinquitur Sabbatiſmus, ut dictum eſt. [Ergo feſtinemus ingredi] inchoante hic ingreſſum per fidem & operationem, ut poſſimus pervenire ad gloriæ adeptionem. *p* In illam requiem] veram *Feſtinandum eſt in requiem multis rationibus.*
& æternam. Sunt autem multæ rationes, quare feſtinandum ſit ingredi in requiem. Primo, propter deſiderium quietis, & finem laboris. *Phil.* 1. Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto: multo melius, 2. *Cor.* 5. Scimus quoniam ſi terreſtris domus hujus noſtræ habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus non manufactam, in cœlis æternam. Item, propter periculum hujus ſtationis, ubi latrones ſunt, & fures, & ſcorpiones. *Ezech.* 2. Increduli & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. *Matth.* 6. Ubi fures non effodiunt, nec furantur. Tertia ratio, propter ſecuritatem illius patriæ. *Iſai.* 33. Munimenta ſaxorum ſublimitas ejus. Quarta ratio eſt, propter obedientiam vocantis, & dilectionem invitantis. *Joſ.* 12. Tanquam filiis nobis offert ſe Deus. Quinta ratio eſt propter utilitatem venientis. 1. *Cor.* 2. Quod oculus non vidit, & auris non audivit, &c. Sexta ratio eſt, propter damnationem ſubitam contemnentis. *Eccl.* 5. Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. *Soph.* 1. Qui conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram. *Iſ.* 8. Velociter ſpolia detrahe, cito prædare. Septima ratio quare feſtinandum eſt, propter horrorem hoſtis jugiter inſequentis. *Zach.* 2. O, o, o, fugite de terra Aquilonis. *Gloſſ.* Tertia vocatio crebra eſt ad fugam admonitio. *Gen.* 3. Tu inſidiaberis calcaneo ejus, ideſt tu perſequeris fugientem. Octava ratio, propter inopportunitatem hoſpitis, ideſt mundi. *Eccl.* 29. Hoſpitabitur, & paſcet potabit ingratos, & adhuc amara audiet. Nona ratio eſt propter litigium uxoris, ideſt carnis. *Prov.* 25. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa, & in domo communi. Decima ratio eſt, quod fugiendum eſt cito de hoc mundo, vel de peccato, propter penuriam luminis. *Job* 37. Nos quippe involvimur tenebris. Undecima ratio eſt, propter immunditiam itineris. 1. *Reg.* 21. Porro hæc via polluta eſt. Duodecima ratio eſt, ne nobis claudatur ingreſſus illius requiei, modo enim tempus eſt ingrediendi per bona opera. *Eccl.* 9. Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia eſt apud inferos, quo tu properas. *Matth.* 25. Clauſa eſt janua. Janua enim miſericordiæ clauſa eſt fatuis virginibus, quæ non feſtinant oleum præparare. Propter has, & alias rationes feſtinandum eſt, non dormiendum. *Prov.* 24. Uſquequo piger dormis. *Luc.* 1. Exurgens autem Maria abiit in montana cum feſtinatione. Sed contra *Prov.* 19. Qui feſtinus eſt pedibus, offendet. Sol. Eſt feſtinatio levitatis, quæ eſt reprobanda, quia offenſionem generat. Et eſt feſtinatio ſtrenuitatis, de qua *Prov.* 4. Currens non habebis offendiculum. Propter hoc dicitur *Luc.* 13. Contendite intrare per anguſtam portam. Dicit ergo: [Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem.]

Ut ne]

Digitized by Google

a Ut ne] Ideſt non. *b* In idipſum quis incidat incredulitatis exemplum.] i. in eamdem incredulitatem, in qua patres fuerunt, quæ eſt nobis exemplum, ut caveamus. Unde *Pſ.* 94. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obrare corda veſtra, ſicut in exacerbatione, &c. Vel [In idipſum incredulitatis exemplum] i. in talem pœnam qualem pro incredulitate meruerunt: quæ nobis exemplum eſt; quia peſtilente flagellato ſapientior erit parvulus. *Prov.* 19. & 21. Unde 1.*Cor.* 10. Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam illorum, &c.

a ut ne in *b* idipſum quis incidat incredulitatis *c* exemplum. *d* Vivus enim eſt ſermo Dei, *e* & efficax, *f* & penetrabilior *g* omni gladio ancipiti, *h* & pertingens uſque *i* ad diviſionem animæ, ac ſpiritus, *k* compagum quoque ac *l* medullarum, *m* & diſcretor cogitationum, *n* & intentionum cordis. *o* Et non eſt ulla creatura *p* inviſibilis in conſpectu

Vel incredulitatis exemplum: Hoc dicit, quia qui non feſtinat, incidit in exemplum pro incredulitate; ita ut exempletur aliis in pœna: quia punitur, ut ſit in exemplum aliis æternæ damnationis. Unde Judæi etiam abeuntes poſt carnem alteram facti ſunt exemplum æterni ignis. Vel [Incredulitatis exemplum,] ideſt ſignum infidelitatis. Quia enim homo tardat ingredi requiem Domini, ſignum eſt, quod non veraciter credit illam eſſe veram, & æternam requiem. Fides enim ſine operibus mortua eſt. *Jacob* 2.

c Vivus eſt enim ſermo Dei,] Hæc eſt ſecunda pars, in qua redit ad principale propoſitum ad oſtendendum, ſc. Chriſtum majorem omni rationali creatura, quæ eſt homo. Et primo oſtendit, quod major eſt vita, & efficacia, & ſubtilitate ingenii. Secundo oſtendit eum excellere diſcretione, & ſcientia, ibi [Diſcretor, &c. omnia autem nuda, &c.] Tertio Pontificio, ibi [Habentes ergo Pontificem.] Quarto compaſſione, ibi [Non enim habemus, &c.] Quinto miſericordia, ibi [Adeamus, &c.] Dicit ergo:

c Vivus eſt] quaſi diceret, debemus feſtinare in illam requiem, & cavere nobis a pœna patrum incredulorum, quia [Vivus eſt, &c.] Vel ſic continua: Ita dico [Ingrediamur] per fidem Chriſti, quia ei credendum eſt.

d Enim] ideſt [Vivus eſt ſermo Dei] ideſt filius Dei, qui dicitur verbum Patris, quia immediate exiit ab eo, ſicut ſermo a mente, & poſtea induit carnem, quaſi vocem ad narrandum nobis Patrem. *Eccl.* 24. Ego eu ore Altiſſimi prodii, ſicut verbum a mente. *Jo.* 17. Sermo tuus veritas eſt. *Sap.* 18. Omnipotens ſermo tuus, Domine, exiliens de cœlo a regalibus ſedibus venit. *Iſ.* 55. Verbum, quod egredietur de ore meo, non revertetur ad vacuum. Iſte ſermo [Vivus eſt] quia eſt vita, in qua omnia alia viventia vivunt, & ita vita ſua, non ſolum hominem, ſed omnem aliam creaturam excellit. *Joan.* 1. Quod factum eſt in ipſo vita erat. *Jo.* 5. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo.

e Et efficax] in operando in tantum, quod verbo Dei cœli firmati ſunt. *Pſ.* 32. 103. 113. Omnia in ſapientia feciſti. Nec mirum, quia quæcumque voluit, fecit. Vel [Vivus] ideſt vita & remunerans, & vivificans fideles in requiem ſuam feſtinantes, & ideo feſtinemus ingredi in illam. [Et efficax] ideſt potens in puniendo incredulos, & pigritantes. Et non ſolum potens eſt, ſed etiam ſapiens, Unde ſubdit:

f Et penetrabilior] ideſt perſpicacior.

g Omni gladio ancipiti,] i. omni ingenio carnali, vel ſpirituali. *Pſ.* 93. Qui plantavit aurem, non audiet; aut qui finxit oculum, i. ingenium humanum, non conſiderat, quaſi diceret, imo. *Eccl.* 23. Oculi Domini multo lucidiores ſunt ſuper Solem, circumſpicientes in abſconditas partes. Unde ſubdit:

h Et pertingens] i. perfecta cognitione attingens.

i Uſque ad diviſionem animæ, ac ſpiritus] quia cognoſcit diviſionem, ſive differentiam inter animam & ſpiritum, i. ſuperiorem & inferiorem partem rationis, vel inter ſenſum brutalem, & animam rationalem. Vel ſicut dicit *Hugo de S.Victore*: [Vivus] in præceptis [Efficax] in promiſſis [Penetrabilis,] in judiciis. Et pertingens uſque ad diviſionem animæ, ac ſpiritus, i. perfecte cognoſcit, quid anima diſcernat, & quid ſpiritus cogitet. Unde *Hugo de S.Victore*: Tela ſunt, caro, ſpiritus, & mens. Ad carnem pertinet delectatio, ad ſpiritum cogitatio, ad mentem diſcretio. In delectatione eſt ſuperfluitas, & concupiſcentia; in cogitatione eſt neceſſitas, & providentia; in diſcretione virtus, & ſcientia. Hoc etiam ex ſuperabundanti ſolet exponi de verbo materiali, cujus diverſi effectus hic oſtenduntur. [Vivus] ſicut carbo dicitur vivus. Unde *Pſ.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Inflammat enim ad amorem, & illuminat ad cognitionem. Vel [Vivus eſt ergo ſermo Dei] per firmitatem, & perpetuitatem; non extinctus ſicut vita extinguitur per arrogationem, vel ſicut opiniones antiquorum logicorum. Item [vivus] ab effectu, quia vivificat. *Job* 6. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt. Et *infr.* Verba vitæ æternæ habes. *Pſ.* 118. Eloquium tuum vivificavit me. Item [vivus] dicitur ſermo divinus, ſicut aqua dicitur viva, quæ jugiter emanat, & jugiter ſcaturit, & ſurgit. *Prov.* 13. Lex ſapientis fons vitæ, ut declinet a ruina mortis. Item *Prov.* 10. Vena vitæ os juſti. Item ſermo dicitur vivus, qui habet ſenſum, & motum. Senſus enim & motus probant vitam ſermonis. Sermo autem qui vivit in prædicante efficax eſt in auditore. Unde ſubditur:

e Et efficax] i. potens ad multos effectus in audiente. *Eccl.* 8. Sermo ejus poteſtate plenus eſt. *Matth.* 7. Erat enim docens ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi. *Luc. ult.* Potens in opere, & ſermone. Nota, quod verbum Dei eſt efficax ſuper omnem medicinam. Sanat enim omnem infirmitatem ſpiritualem. *Pſal.* 67. Dabit voci ſuæ vocem virtutis, &c. *Sap.* 16. Non herba, neque malagma ſanavit eos, ſed tuus ſermo Domine, qui ſanat omnia. Et non ſolum ab infirmitate ſanat, ſed etiam a morte ſuſcitat: quod tamen nulla facit medicina aliqua alia. *Jo.* 5. Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filii Dei: & qui audierint vivent.

f Et penetrabilior] ideſt ſubtilior.

g Omni gladio ancipiti] i. omni alia ſcientia, qua pugnant diſputantes invicem. Sed ſicut dicit *Iſ.* 2. Conflabunt gladios ſuos in vomeres, ſc. ſubtilitatem ſcientiæ ſæcularis, & diſceptationem in utilitatem rudis prædicationis. Vel [Penetrabilior omni gladio ancipiti,] quia nihil ita vulnerat cor amore, ſicut ſermo Dei. *Pſ.* 119. Sagittæ potentis acutæ. *Eph.* 6. Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. *Iſ.* 49. Poſuit os meum quaſi gladium acutum, dicitur etiam anceps, quia eu utraque parte vitia, ſc. carnalia & ſpiritualia arguendo. *Apoc.* 1. Et de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat, quia utrinque ſecat vitia, ſc. carnis & mentis, a dexteris & a ſiniſtris. Quidam tamen gladium ſemicipitem habent: vitia enim arguunt carnalia, non ſpiritualia.

h Et pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus] Dividit enim verbum Dei animalitatem & ſpiritum. Hoc eſt enim firmamentum quod dividit aquas ſuperiores ab inferioribus. Ita enim ligat animam, quod ratio in æternis delectata non deſcendit ad carnales delectationes, & iterum pertingens uſque ad diviſionem.

k Compagum quoque ac medullarum,] Magiſter Ugo de S. Victore exponit hoc per duo quæ ſequuntur.

m Et diſcretor cogitationum, & intentionum cordis.] Compages enim ſunt cogitationes, medullæ autem ſunt intentiones. Vel per hæc quatuor notantur quatuor, quæ ſunt in peccatore, Conſenſus in peccatum, delectatio, & ſtudium peccati, & intentio. Unde dicit: *k* Compagum quoque] i. conſenſum. Per conſenſum enim colligat ſe anima ad peccatum, & per diverſos ſenſus ligat ſe ad diverſa peccata: hæc eſt compago, ſive compactio peccati. *Job* 41. Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquamis, &c. *Iſa.* 58. Diſſolve colligationes impietatis. *l* Et medullarum] i. delectationum. Unde impio dicitur *Job* 21. Viſcera ejus plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur. Vel ſecundum *Gl.* Compages dicitur junctura ipſius ſenſualitatis, & rationis, quam plene filius Dei cognoſcit. Medulla vero, quæ interior eſt, dicitur quicquid interius vel ſubtilius eſt in anima, vel ſpiritu, quod etiam videt filius Dei, & eſt diſcretor cogitationum. Cogitationes enim ſunt quaſi capilli hirti & fuſi, qui pectine divinæ diſcretionis diſtinguuntur, & diſcriminantur: ipſe enim ſcit diſtinguere inter bonas cogitationes & malas. *Sap.* 1. In cogitationibus impii interrogatio erit. Et quis interrogabit verbum Dei? Unde *Jo.* 12. Sermo, quem locutus ſum vobis, ille judicabit vos. *n* Et intentionum cordis.] an ſint rectæ, an non rectæ. *Luc.* 11. Si oculus tuus ſimplex fuerit, &c. *Prov.* 16. Spirituum ponderator eſt Deus, i. intentionum, ut generalius, & amplius dicatur.

o Et non eſt ulla creatura] terrena, vel cœleſtis. *p* Inviſibilis in conſpectu ejus] *Eccl.* 38. Nec eſt quicquam abſcon-

abſconditum ab oculis ejus, ſc. ex hoc videtur, quod ſermo videt. Sol. Chriſtus idem eſt ſermo & oculus. *Zach.* 9. Dominus eſt oculus hominis. Et nota, quod Dominus oculo cognitionis ſimplicis videt omnia bona & mala: ſed oculo miſericordiæ, & approbationis tantum videt bonos, vel bona. *Pſ.* 33 Oculi Domini ſuper juſtos. *Abac.* 1. Mundi ſunt oculi tui ne videas malum: & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Item oculo juſtitiæ videt malos. *Iſ.* 59. Vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus, quia non eſt judicium. *a* Omnia autem, &c.]

2.q.3.c.Deus omnipotens.

ejus. *a* Omnia autem *b* nuda *c* & aperta ſunt *d* oculis ejus, *e* ad quem nobis ſermo. *f* Habentes ergo Pontificem magnum, qui *g* penetravit *h* cœlos, *i* Jeſum filium Dei, *k* teneamus confeſſionem *l* ſpei noſtræ. *m* Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit *n* compati *o* infirmitatibus noſtris, *p* tentatum autem per *q* omnia pro *r* ſimilitudine *ſ* abſque pec-

q.d. quod nulla creatura eſt inviſibilis ei, ſed potius [Omnia] i. cœleſtia & terreſtria. *b* Nuda] i. diſcooperta. *c* Et aperta] i. manifeſta, quia ex omni parte plene viſa. *d* Oculis ejus] i. viſioni, & cognitioni filii Dei. *e* Ad quem nobis ſermo eſt,] i. cui oportet nos reddere rationem de operibus, cogitationibus, & intentionibus noſtris. *Eccl. ult.* Cuncta adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum ſit. *Matt.* 12. De omni verbo otioſo, &c. Magna ergo nobis indicta eſt neceſſitas bene agendi, ut cuncta agamus ante oculos Judicis cuncta cernentis, ut dicit *Boet. Job* 26. Nudus eſt infernus coram eo, & nullum eſt operimentum perditioni. *Prov.* 15. Infernus & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum. Et omnes greſſus eorum conſiderat, non ſunt tenebræ, & non eſt umbra mortis, ne abſcondantur, qui operantur iniquitatem. Item *Job* 28. Profunda quoque fluviorum ſcrutatus eſt. *Pſ.* 7. Scrutans corda & renes Deus, i. cogitationes & delectationes. 1. *Reg.* 16. Deus intuetur cor. *Eccl.* 16. Omne cor intelligitur ab illo. *Luc.* 16. Deus autem novit corda veſtra, [Ad quem] ad Deum, vel ſermonem, [nobis ſermo.] Hugo de S. Victore, eſt ſupple, vel erit, vel eſſe debet. Primum quidem fit ſermo Dei ad nos, poſtea noſter ad ipſum. Duobus modis fit ſermo Dei ad nos, interius per inſpirationem, exterius per prædicationem. Duobus modis fit noſter ad ipſum; vel conſulendo rationem, vel reddendo. Si enim modo conſulere rationem ad faciendum volumus, tunc ea neceſſitate de factis rationem reddemus. Vel aliter: Ad quem debet eſſe ſermo noſter, ut ſc. loquamur Chriſto de nobis, ut ipſe loquatur ad Patrem pro nobis; quia Pontifex eſt, ut offerat Deo Patri preces noſtras. Unde ſeq. *f* Habentes ergo Pontificem, &c.] *Sup.* invitavit nos ad feſtinandum in requiem per fidem, & operationem, & hinc etiam per incuſſionem timoris, quia vivus eſt ſermo Dei, &c. Unde per illa incutit timorem Judicis, ad quem nobis ſermo eſt reddendæ rationis in judicio. Hic autem invitat nos, ut teneamus ſpei noſtræ confeſſionem ratione auxiliaris nobis præſto exiſtentis, & exemplum exhibentis Chriſti, ſc. Pontificis Chriſti. Prius ergo ad timendum nos invitavit, nunc ad amandum, & confitendum. Unde dicit: *f* Habentes ergo Pontificem magnum, &c.] q.d. ille idem eſt Pontifex nobis pontem faciens in præſenti, qui erit Judex in futuro. k Teneamus, &c.] q. d. non ſimus ingrati beneficio tanti Pontificis. Dicitur autem Pontifex, quia pons nobis factus eſt exhibens exemplum vivendi per ſuam converſationem; vel quia pontem nobis fecit ad cœlum per ſuam orationem. Item, quia non ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed ſeipſum pro nobis obtulit per ſuam paſſionem. *Sup.* 3. Conſiderate Apoſtolum, & Pontificem confeſſionis noſtræ Jeſum, qui fidelis eſt ei, qui fecit illum, &c. [Habentes ergo Pontificem magnum] Non ſolum eſt Pontifex, ſed magnus Pontifex. *Eccl.* 50 Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit, &c. *Zach.* 3. Oſtendit mihi Dominus Sacerdotem magnum Jeſum ſtantem coram Angelo Domini. Et nota, quod magnum Jeſum ſtantem coram Angelo Domini. Et nota, quod magnus Sacerdos ordinat Sacerdotes, conſecrat Eccleſias, dat præbendas, & benedicit populo. Similiter Chriſtus bene dicitur magnus Sacerdos & Pontifex. Ipſe enim ordinat probos Sacerdotes. *Apoc.* 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes. Item conſecrat Eccleſias, ſc. Juſtorum animas. 1. *Cor.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Item dat magnas præbendas, *inf.* 9. Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum, &c. i. dator præbendarum cœleſtium. Item benedicit populo. *Matth.* 25. Venite, benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum, &c. *g* Qui penetravit] i. penitus intravit, ut ſequi poſſimus. *h* Cœlos] qui prius erant impenetrabiles, & duri, ſicut lapis adamantinus, ſed Chriſtus cum ſanguine proprio aſcendens ad cœlos, eos aperuit, ſicut adamas cedit ſanguini hircino calido, *inf.* 9. Non enim in manufacta Sancta Jeſus introivit, exemplaria futurorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Sed quis eſt ille Pontifex determinat nomine hominis, & notatur Deitas, ſubdens: *i* Jeſum filium Dei] Cum ergo tantum habeamus, & talem Pontificem.

Boet. de con. ſol. l. 5. proſ. 6.

k Teneamus] firmiter, & perſeveranter in proſperis, & adverſis. *l* Spei noſtræ] confeſſionem, & fidem cordis cum confeſſione oris. *Rom.* 10. Corde creditur, &c. quæ confeſſio eſt cauſa ſpei noſtræ, i. futuræ beatitudinis, quam ſperamus, quando ore fit confeſſio ad ſalutem. Vel [Confeſſionem ſpei] i. confeſſionem, quæ roboratur ex ſpe præmii promiſſi confitentibus. *Matt.* 10. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus confitebor & ego eum coram Patre meo, &c. Vel [Confeſſio ſpei] eſt confeſſio culpæ propriæ. Eſt tamen ſpes veniæ, *inf.* 6. Fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam ſpem propoſitam. *m* Non enim habemus, &c.] q.d. teneamus, & tenere debemus, quia non ſolum magnus eſt Pontifex noſter, & potens, ſed etiam miſericors. Unde dicit: Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit, i. qui non novit, vel qui non habeat naturam, ſecundum quam poſſit. *n* Compati] i. condeſcendere. Per ſimile hoc dicit, ſicut Medicus infirmo. *o* Infirmitatibus noſtris,] i. fragilitatibus. Hæc eſt magna conſolatio, quando aliquis de altitudine alicujus in prioribus dixerat, ſubdit de ejus miſericordia, & compaſſione. *Chr.* Non ignorans, ut multi Pontificum, qui ea, quæ in tribulationibus ſunt, ignorant; neque ſcimus quid eſt tribulatio: impoſſibile eſt enim ſciri ſine experientia. *Eccl.* 34. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. Item *Chr.* Si Angelus nobis datus eſſet Pontifex, ſcire poſſet infirma noſtra; ſed non compati, quia nec pati. Item *Bern.* Deus Dei filius, ſicut priuſquam ſe exinaniret, miſericordiam, vel ſubjectionem expertus non erat; ſic miſericordiam, vel obedientiam experimento non noverat: at ubi minoratus eſt, paulominus ab Angelis; in paſſione expertus eſt miſericordiam, in ſubjectione obedientiam: per quam experientiam non ei ſcientia, ſed nobis fiducia crevit, dum ex hoc miſero genere cognationis factus eſt nobis propior. *p* Tentatum autem] q.d. non habemus Pontificem, qui non poſſit compati, ſed potius tentatum a Diabolo de peccatis, & ab hominibus de ignominiis, & pœnis; & ideo tanquam bene poteſt compati, ſicut Medicus, qui pluries fuit infirmus. *q* Per omnia] genera, i. tentationum exteriorum, non interiorum. Exteriores enim tentationes peccata non ſunt tentando. *Eccl.* 34. Qui non tentatus eſt, quid ſcit? Et *inf.* Qui tentatus eſt, qualia ſcit. *Sup.* 2. In eo enim, in quo paſſus eſt ipſe, & tentatus potens eſt, & eis qui tentantur, auxiliari. *Matt.* 4. Ductus eſt Jeſus a ſpiritu in deſertum, ut tentaretur a Diabolo. Et nota, quod Diabolus tentavit eum de omnibus, de quibus tentaverat Adam, de gula, & avaritia, & ſuperbia: & ita tentatus eſt per omnia, ut in omnibus vinceretur Diabolus ab homine, in quibus vicerat hominem. Tentatum dico, *r* Pro ſimilitudine] carnis peccati, i. quia ſimul adhuc hominibus erat ſecundum pœnam. Ideo enim tentare auſus eſt Diabolus Chriſtum, quia vidit eum ſimilem hominibus mortalem. *Rom.* 8. Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum. Vel [pro ſimilitudine carnis peccati, i. ſecundum illam naturam, ſecundum quam habuit ſimilitudinem carnis peccati. Unde *Chr.* ponit hanc literam, [ſecundum ſimilitudinem, vel pro ſimilitudine] i. pro conformitate, & communitate tenenda, ut ſc. in omnibus eſſet in nobis conformis, non tantum natura, ſed in miſeria, & pugna, *inf.* 2. Debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret. Vel [Pro ſimilitudine] i. in exemplum daret aliis ſimilia patiendi, & ſuſtinendi. Unde 1. *Pet.* 4. Chriſto igitur in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini. *Aug.* Magna conſolatio membris ex capite. Ideo etiam Dominus voluit pati in meridie & in monte, in loco communi, ut omnibus exemplum relinqueret ſimilia pro eo ſuſtinendi. *ſ* Abſque peccato] quia ut dictum eſt, non fuit tentatus tentatione interiori. Et hoc bene decuit fieri, quia ex eo, quod tentatus eſt ſcit compati: ex eo vero, quod ſine peccato eſt, potens eſt liberare. Impoſſibile enim eſt afflictionem afflictiones ſcire hominum, qui afflictionis experimen-

tum

Digitized by Google

tum non habent, & ſenſibiliter omnia non ſuſtinuit. Chriſtus vero ſcit non ſolum per hoc, quod Deus, ſecundum quod omnia novit, ſed per hoc, quod homo, & ſimilia ſuſtinuit. *a* Adeamus ergo, &c.] quaſi & quia habemus tam miſericordem Pontificem, ergo [adeamus] fide, intentione, & opere. *b* Cum fiducia] i. fiducialiter. *c* Ad thronum gloriæ ejus,] i. in quo modo regnat gratia, & miſericordia, ut ſic effugiamus thronū juſtitię, & vindictæ. Modo enim ſedet Dominus in throno miſericordiæ daturus omnibus quæ petunt; in futuro ſedebit in throno

a Adeamus ergo *b* cum fiducia *c* ad thronū gratiæ ejus, *d* ut miſericordiā conſequamur, *e* & gratiā inveniamus, *f* in auxilio opportuno,

C A P. V.

A *g* OMnis namque Pontifex *b* ex hominibus *i* aſſumptus pro *k* hominibus conſtituitur in his *l* quæ ſunt ad Deū *m* ut offerat dona, & ſacrificia pro *n* peccatis.

juſtitiæ redditurus unicuiq; quod meruit. 2. *Cor.* 5. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. Thronus Chriſti dicitur Crux ejus. *Apoc.* 5. Vidi in medio throni agnum ſtantē tanquam occiſum, i. in cruce, quę dicitur thronus, quia in ipſa judicavit juſte, dans veniam latroni pœnitenti, & pœnam blaſphemanti; & non ſolum eſt thronus, ſed etiam ſceptrum regni, quia in ipſa aeris poteſtates baculavit, & deſtruxit. Unde *B. Bern.* ſuper illum locum *Matt.* 27. Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce. Non eſt bona conſequentia iſta, imo ſi Rex Iſrael eſt, ſceptrum regni non deſerat. Item thronus Chriſti eſt B. Virgo. *Eccl.* 24. Thronus meus in columna nubis. *Ezech.* 1 Aſpectus lapidis ſapphyri ſimilitudo throni. 3. *Reg.* 10. fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem. Hæc omnia competunt B. Virgini, quæ columna nubis fuit per gratiarum condenſitatem, & plenitudinem. Nubes enim rore creſcunt. *Prov.* 3. Unde *Luc.* 1. Ave gratia plena, Dominus tecum. Vel nubes eſt per compaſſionem, per quam pluit ſuper peccatores ſteriles. Item ſapphyrina fuit per cœleſtem converſationem, & eburnea per innocentiam virginalem. Iſte thronus bene dicitur gratiæ, quia plena fuit gratia, & per illam miſericordiam obtinemus de peccatis, & gratiam in bonis agendis. Chriſtus autem ſpiritualiter dicitur in hoc loco thronus gratiæ, quia in eo regnat gratia, per quem Chriſtum habemus acceſſum ad Patrem, & a quo gratiam & gloriam reportamus. Dicit ergo: [Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus,] i. ad Chriſtum, in quo regnat gratia, & dicit: [Adeamus cum fiducia.] Quid enim timendum eſt, ubi gratia regnat, ubi miſericordia dominatur, ubi ipſe Judex caro & frater noſter eſt, non jam Judex, ſed judicatus? *Bern.* Quoniam ei appropinquare audemus cum fiducia, quia jam nobiſcum deſcendit. *d* Ut miſericordiam conſequamur,] i. remiſſionem peccatorum. *e* Et gratiam inveniamus,] bene agendi de cetero. *Rom.* 5. Pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus & gloriamur in tribulationibus. Gratiam dico. *f* In auxilio opportuno] i. per quam auxiliemur in præſenti, ne tendamus in peccatum, nunc enim tempus auxilii eſt, non quando claudetur janua. *Matt.* 25 *Pſ.* 9. Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione. 2. *Cor.* 6. Tempore accepto exaudivi, &c. *Aug.* Non ſemper danda eſt eſca, ſed in tempore opportuno. *Eccl.* 8. Omni negotio tempus eſt, & opportunitas. *Eccl.* 35. Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis, ſicut nubes pluviæ in tempore ſiccitatis.

E X P O S I T I O C A P. V.

OMnis namque, &c.] Hoc cap. dividitur in duas partes principales. In prima, quia Chriſtum incœperat commendare a Pontificio, oſtendit Chriſtum habere ea, quæ conveniant Pontifici. In ſecunda autem parte convertit ad objurgationem Hebræorum, quibus ſcribebat, *ibi*: [De quo grandis nobis eſt ſermo, &c.] Et protenditur hæc pars uſque ad illud, *inf.* 6. [Abrahæ namque promittens Deus, &c.] quod facit, quia cum Chriſtus talis, ac tantus eſſet, nolebant tamen ei adhærere per fidem. Primum ergo, quod convenit Pontifici eſt, quod ſit ſequeſter & medius inter Deum, & populum, quod *ibi* tangit [Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur, &c.] Secundum eſt, ut offerat ſacrificia pro ſubditis, & compatiatur eis, *ibi*: [Qui condolere, &c.] Tertium eſt legitima inſtitutio in Pontificatu, *ibi* [Nec quiſquam aſſumit, &c.] Poſtea oſtendit inſtitutionem, *ibi* [Ita & Chriſtus non clarificavit ſeipſum, &c.] Secundo oſtendit, quod fuit ſequeſter, & medius, *ibi* [Qui in diebus carnis, &c.] Tertio in eruditione, & quod obtulit ſacrificium ſemetipſum pro nobis, *ibi* [Et qui cum eſſet filius Dei, &c.] Deinde ſequitur pars ſecunda, in qua primo increpat Judæos a debilitate intellectus, *ibi* [De quo nobis, &c.] Secundo, ab ineruditione, *ibi* [Etenim cum deberetis, &c.] Tertio, ab intellectus puerilitate, *ibi* [Omnis enim, qui lactis eſt particeps, &c.] Quarto, ab exercitatione, *ibi* [Perfectorum eſt ſolidus cibus, &c.] Dicit ergo. *g* Omnis namque, &c.] Vel ſic continuatur: Adeamus cum fiducia, quia noſter Pontifex homo eſt, & tamen ſuper omnes homines eſt, etiam ſuper legales Pontifices, qui ex eo tempore dominabantur in populo. Et hoc probo. [Omnis namque Pontifex] ſecundum legem. *h* Ex hominibus] i. ex numero hominum, *i* Aſſumptus,] ad aliquid dignius. Nota, quod in hoc quod dicitur ex hominibus, notatur, quod debet excedere vita Sacerdotis vitam plebis. Unde dicitur 1. *Reg.* 9. quod ab humero, & ſurſum eminebat Saul ſuper omnem populum. *Exod.* 28. Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, ut ſacerdotio fungatur mihi. Item [ex hominibus] dicit contra quoſdam hypocritas, & ambitioſos, qui nolunt accipere Epiſcopos ex hominibus, ſed quaſi Angelis, & tales quærunt, qui non poſſunt inveniri. Hoc autem faciunt, ut videantur boni, vel ut ipſi in Epiſcopos eligantur. *Ex.* 20. Altare de terra facietis mihi, i. Epiſcopum non de aere, neque de firmamento. Poſſet autem, ſi vellet, mittere Angelos, ut eſſent Prælati Eccleſiæ, ſed vult Dominus, ut ſit homo, i. fragilis, dum ſit rationabilis, ut ſciat compati, quia fragilis, & diſcretus, quia rationabilis. In hoc etiam arguuntur tumidi malitioſi, qui nolunt conſentire in Epiſcopum; qui ſit ex hominibus per manſuetudinem, & diſcretionem, ſed ex feris per crudelitatem, vel ex avibus per inſtabilitatem & elationem. *Ezech.* 19. Tulit unum de leunculis ſuis aliquem, ſc. Archidiaconum opprimentem Sacerdotes, & leonem conſtituit eum, i. fecit eum Epiſcopum crudelem, & raptorem, tamen non legitur, quod Dominus unquam ſub dominio ferarum conſtituerit hominem, quantumcumque peccaverit, ſed ipſum hominem ſuper feras conſtituit. Peccavit ergo, qui ſcienter crudelem conſtituit Prælatum. *Pſ.* 89. Supervenit manſuetudo, & corripiemur. Item nota, quod dicit. *h* Ex hominibus aſſumptus, quia de gremio Eccleſiæ debet aſſumi Epiſcopus, ſi bonus ibid. aliquis invenitur. *Deut.* 17. Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non ſit frater tuus. Item *Act.* 1. Oportet ex his viris, qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Jeſus, &c. teſtem reſurrectionis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis. *i* Aſſumptus] Hugo de S. Victore. Primum debet aſſumi intus per gratiam. Ad virtutis excellentiam, poſt foris per obedientiam ad excellentiam dignitatis: alii aſſumuntur intus, & non foris, ſicut boni ſubjecti. Alii foris, & non intus, ut mali Prælati. Alii foris & intus, ut boni Prælati. Alii nec foris, nec intus, ut mali ſubditi pro hominibus conſtituuntur. *Gl.* ut per eum impetrent a Deo miſericordiam. Sed aliquando conſtituitur Prælatus contra homines per crudelitatem, & malitiam. *Gen.* 16. Hic erit ferus homo, & manus ejus contra omnes, &c. Item *k* Pro hominibus] dicit, i. pro ſalute hominum. Unde *Lev.* 19. Cum mactaveris hoſtiam populi, ora pro eis. Pro ſalute enim hominum debet conſtitui Prælatus, non pro cuſtodia temporalium. Unde addit. *l* In his, quæ ſunt ad Deum] i. in offerendis muneribus, hoſtiis, & precibus, quæ ducunt ad Deum. Non dicit ad lites audiendas pro Deo, vel vineas, vel agros multiplicandos: ſed ad homines Deo reconciliandos. *Ex.* 18. Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur ad eum, oſtendaſque populo cæremonias, & ritum colendi viam, per quam ingredi debeant, & opus facere. Ecce quatuor, quæ debet docere Pontifex, & quintum quod facere debet. Primum eſt, ſc. vota & preces populi offerre in oratione. Deinde docere debet, non litigare, non ſtatuta hominum prædicare. 1. *Cor.* 6. ſed cæremonias, & ritum colendi, & viam Dei. Tria dicit cæremonia, i. Sacramenta, & ritum colendi, i. fidem, qua colitur Deus, & viam morum & bonorum operum. Officium enim Prælati non eſt litigare, ſed orare, & prædicare. 1. *Cor.* 6. Secularia judicia ſi habueritis contemptibiles, qui ſunt in Eccleſia, conſtituite ad judicandum. *Act.* 13. Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos. Sed hodie ſegregantur ad opus, ad quod non ſunt aſſumpti, ſc. ad opus temporale non ſpirituale. *Cant.* 1. Poſuerunt me cuſtodem in vineis ſpiritualibus, ſc. Sed ipſi ponuntur hodie in vineis materialibus. Unde ibi ſequitur: Vineam meam non cuſtodivi. Pro quo autem conſtitui debeant, dicitur *Deut.* 33. Ponent thymiama in furore tuo, & holocauſta ſuper altare tuum, hoc eſt quod dicitur. *m* Ut offerat dona] primitias & hujuſmodi, & de animalibus ſacrificia. *n* Pro peccatis.] dimittendis. Et

15. diſt. c. ſi. §. quibus, & pauca.

Quatuor officia Prælati.

dis. Et nota, quod dicit [dona.] Primo enim, offerebantur Sacerdotibus, & ſubditis; poſtea a Sacerdotibus Deo. *Lev.*17. Sacerdoti debent offerre filii Iſrael hoſtias ſuas. Et dicit [dona] quia non ſunt extorquendæ oblationes a Prælatis, ſed quæ donantur voluntariæ, non quæ extorquentur ab invitis. *Ex.* 25. Ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas. *Ma-*
B *lach.* 2. Operiebatis lacrymis altare Domini, i. donis violenter extortis.

a Qui condolere poſſit his qui ignorant, *b* & errant: *c* quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate, *d* & propterea debet *e* quemadmodum pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. *f* Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, *h* ſed qui vocatur a Deo tanquam *i* Aaron. k Ita & Chriſtus non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret, *l* ſed qui locutus eſt ad eum: *m* Filius meus es tu, *n* ego hodie genui te:

a Qui condolere] de peccatis. *Lev.*4. ſc. pro eo rogabit Sacerdos, & pro peccato ejus, & dimittetur ei. [Qui condolere poſſit,] q. d. hoc eſt neceſſarium in Pontifice, ut ſciat aliis compati, & condolere, & hoc quia [condolere poſſit,] conjuncta bonitate. *Rom.* 12. Flere cum flentibus. *Jac.*4. Miſeri eſtote, & lugere. *2.Cor.*11. Quis ſcandalizatur, & ego non uror? *Jud.*10. Qui doluit ſuper miſeriis eorum. *Amos ſexto.* Nihil patiebantur ſuper contritione. *Iſ.*1. Non eſt in eo ſanitas, i. a minore uſque ad majorem in Eccleſia, quia omnes avaritiæ ſtudent. *Jer.*9. Non omne caput debet eſſe languidum, i. omnis Prælatus, & omne cor mœrens: quia enim in corde eſt fons caloris, ſic Prælatus debet compati ſubditis ex fervore charitatis. Ad quod ſignificandum dicitur 3.*Reg.*6. quod oſtia Sancti Sanctorum erant de lignis olivarum. Propter quod etiam Sacerdotes inunguntur oleo, & Epiſcopi abundantius, ad ſignificandum, quod quanto eſt altior, tanto debet eſſe humilior, & ad compatiendum pronior. *Cant* 7. Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon, quod interpretatur circulus mœroris, quia oculi Eccleſiæ, i. Prælati debent eſſe circumdati mœrore, & compaſſione, & hoc eſt, quod hic dicitur [Qui condolere poſſit his, qui ignorant] i. qui ex ignorantia peccant, & his, qui

b Errant:] i. ſcienter peccant. Vel qui ignorant, & peccant, i. qui ignorantia errant. Ignorantia enim mater erroris. *Sap.* 5. Erravimus a via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis. Et merito condolere debet.

c Quoniam & ipſe] ut illi [circumdatus eſt infirmitate] peccati, non ita Chriſtus, & ideo plus poteſt juvare, quam legalis Sacerdos, qui circumdatus eſt infirmitate, & ex conſideratione ſuæ infirmitatis debet aliis condeſcendere. *Gal.*6. Conſiderans temetipſum, ne & tu tenteris. *1.Cor.*10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. *Eccl.*8. Memento quoniam omnes in corruptione ſumus. Item *Eccl.* 31. Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo. *d* Et propterea] quia ſc. infirmus eſt per peccatum, ſicut alii.

e Debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro ſemetipſo offerre] i. qua neceſſitate debet offerre pro populo, eadem neceſſitate pro ſemetipſo, qui ſimilis eſt aliis in infirmitate. Et quæ ſit illa neceſſitas, quare debeat offerre, ſubdit:

f Pro peccatis.] i. pro obtinenda venia peccatorum, tam ſuorum, quam aliorum; *Lev.*9. Accede ad altare, & immola pro peccato tuo; offer holocauſtum, & deprecare pro te, & pro populo. Contra: *Matth.* 17. Staterem da illis pro me, & pro te, hoc non convenit Chriſto. Chriſtus enim nonniſi pro ſuis membris obtulit.

g Nec quiſquam] ſupra de officio Sacerdotis dixit, hic loquitur de inſtitutione ipſius, quod a Deo inſtituebantur Sacerdotes legales, & dicit [Nec quiſquam] quaſi per hoc iterum ille Pontifex poteſt prodeſſe; ſic etiam & Chriſtus, quia vero: [Nec quiſquam ſumit ſibi honorem] non intrudit ſe in honorem Pontificatus, ſed ille recte Pontifex fit.

h Qui vocatur a Deo] ideſt, qui recte eligitur.

i Tanquam Aaron.] i. qui dignus ſit ſicut Aaron, qui judicio virgæ, & incendio maliorum electus eſt, & monſtratus dignus. In his verbis percutit cupidos ſe ingerentes, & ſui intruſores. *Eccl.*20. Qui poteſtatem ſibi aſſumit injuſte, odietur. *Amos* 6. In fortitudine aſſumpſimus nobis cornua. *Oſee* 8. Ipſi regnaverunt, & non ex me. *Eccl.*8. Interdum nominatur homo homini in malum ſuum. *Ezech.*29. Ecce ego ad te, Pharao Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis meus eſt fluvius, & ego feci memetipſum. Sed Prælatus debet vocari, & creari, [a Deo,] non a ſe, non a familiaritate Magnatorum, ſed a conſortio ſermonis Domini debet aſſumi. *Exod.* 34. Facies Moyſi erat cornuta ex conſortio ſermonis Domini, quia aliquis familiaris eſt Deo in lectione, & oratione, ut ſciat orare, & prædicare: talis debet eligi in prælatione, & talis a Deo vocatur. Unde poteſt dicere illud, *Pſ.*2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion *I. q. i. e. ſcripturas, de elect. qualiter.*
montem ſanctum ejus, prædicans præceptum. Unde cum Epiſcopus conſecratur, non ipſe ſponte librum ſumit, ſed ei imponitur ab aliis, ad innuendum, quod ab aliis debet conſtitui. Et ſi talis ſit, tunc dicetur de eo, quod dicitur de viro juſto: Hic accipiet benedictionem a Domino; &c. *Eccl.*10. In manu Dei poteſtas hominis, & *Pſ. 2. Pſ. 23.*
ſuper faciem Scribæ imponet honorem ſuum. In eodem *ſap.* In manu Dei poteſtas terræ. *Rom.*13. Non eſt poteſtas niſi a Deo. [Tanquam Aaron] *Exod.*28. Applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſrael, ut ſacerdotio fungantur mihi. *Lev.*8. Tolle Aaron cum filiis ſuis, &c. Item *Num.*17. legitur, quod Dominus oſtendit Aaron dignum Pontificatu per virgam, quæ floruit, & frondiut, & fructum fecit. Virga Aaron eſt baculus paſtoralis, i. auctoritas regiminis; vel correctio ſuæ converſationis, vel alienæ, quæ floret per bonam famam, & opinionem. Auctoritas enim regiminis, vel diſcretio bonæ converſationis odorabilis eſt, & redolet per florem bonæ opinionis. Frondet autem per doctrinam competentem, & fructificat per operationem reſpondentem: talis dignus eſt, ut vocetur ad Prælationem. Et nota, quod virga peperit amygdala, quia opera Prælati debent eſſe cibus, & medicina ægroti. Sed dicitur *Exod.*7. Hæc virga quandoque projicitur in terram, quandoque ſcilicet convertitur in colubrum, quia venenoſa eſt. *Pſalm.*2. Reges eos in virga ferrea. Ferrea virga dura eſt, & ad conterendum apta, non ad fructificandum. Ita eſt de malis correctionibus, quæ ſunt ſteriles, & non ſolum ſteriles, ſed alios conterentes.

k Ita & Chriſtus] Enumeratis tribus, quæ conveniunt Pontifici, oſtendit ea excellentiſſime fuiſſe in Chriſto, & ita excellentiſſime fuit Pontifex. Dicit ergo [Ita & Chriſtus] homo, [non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex fieret,] ideſt ipſe, inquantum homo non fecit ſe Pontificem, nec per miracula, quæ fecit, gloriam propriam quæſivit. *Joann.*8. Ego gloriam meam non quæro. Et *infra.* Si ego glorifico meipſum, gloria mea nulla eſt. *Roman.* 16. Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt: Improperia improperantium tibi ceciderunt ſuper me. Sed multi clarificant ſe, & captant favorem humanum, ut Pontifices fiant; Chriſtus autem exinanivit ſe, & ſic per meritum humilitatis oſtenſus eſt eſſe Pontifex.

l Sed qui locutus eſt ad eum.] Deus Pater, ſcilicet, ille clarificavit eum in Baptiſmo, qui ad eum locutus eſt in *Pſal.* 2.

m Filius meus es tu,] quod idem dixit in Baptiſmo. *Matt.* 3. Et in transfiguratione, *Matt.*17.

n Ego hodie genui te] mihi conſubſtantialem, quod idem eſt cum Patre in ſubſtantia. *Sup.*1. Habes hoc expoſitum. Cui enim Angelorum dixit aliquando: Filius meus es tu, ego hodie genui te? *Act.*13. Reſuſcitans Jeſum, ſicut & in *Pſ.*2. ſcriptum eſt: Filius meus es tu, &c. Sed quid eſt, quod dicit Apoſtolus: Ipſe enim debet probare eum eſſe Pontificem a Patre, & probat eum eſſe filium. Reſp. Apoſtolus ſignanter primo, dicit eum filium, & oſtendit per auctoritatem Prophetæ, deinde oſtendit eum Sacerdotem, ut oſtendat, quoniam per hoc, quod filius patris naturalis pollet Pontificio, & omnes excedit in officio Pontificatus, quia naturalis filius eſt. Et per hoc etiam innuit, quod qui vult eſſe Pontifex vere, oportet quod ſit filius Dei per gratiam. Vel aliter ſolvitur per hoc, quod eum dicit eſſe filium Dei naturalem, cum probat Pontificem verum, quia filii Pontificum erant Pontifices, etiam ante legem, primogenitus erat Sacerdos. Item in hac auctoritate, quam ponit Apoſtolus: Filius meus es tu, &c. ſupponit antecedentia, quæ promittuntur in illo verſu: Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus; ergo Pontifex eſt, quia prædicare Pontificis eſt; ideo Chriſtus de Tribu Regum, & de Tribu Sacerdotum naſci voluit. Seq.

a Quem-

a Quemadmodū & in alio loco dicit: *b* Tu es *c* Sacerdos *d* in æternum ſecundum ordinem *e* Melchiſedech. *f* Qui in diebus carnis *g* ſuæ preces ſupplicationeſq; ad *h* eum, qui† poſſet *i* illum ſalvum facere a morte, *k* cum clamore valido, *l* & lacrymis offerens, *m* exauditus eſt pro *n* ſua reverentia. *o* Et quidem *p* cum eſſet *q* filius Dei, *r* didicit ex his, *ſ* quę paſſus eſt, obedientiam,

a Quemadmodum] quaſi ſic illud locutus eſt Pater de generoſa Chriſti Nativitate. [Quemadmodum & in alio loco] de Pontificatu ejus. *b* Dicit] Deus Pater. *c* Tu] qui ſingulariter, [es Sacerdos] dignus, unctus plenitudine chariſmatum ab inſtanti conceptionis, ſed poſtea executus eſt officium Sacerdotis prędicando, orando, & ſeipſum in paſſione pro expiatione peccatorum noſtrorum immolando. Item in cœna Miſſam celebrando. *d* In æternum] i. non ad tempus, ut Aaron. Unde *inf.* 7. dicitur: Eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium. Sed quomodo fuit Sacerdos in æternum: fuit enim Sacerdos, ſecundum quod homo non fuit in triduo, ergo Sacerdos non fuit in triduo, ergo non in æternum. Item *Gl. ſup. Pſ.* 109. Tu es Sacerdos in æternum, i. ſacerdos æternus, ergo fuit homo etiam in triduo. Sol. Attribuitur Sacerdoti, quod eſt ſacerdotii: Chriſtus enim dicitur Sacerdos in æternum, quia Sacerdotium ejus non habuit finem, ſed ſtetit in Apoſtolis, & ſtabit uſque ad conſummationem ſæculi. Vel dicitur æternum Sacerdotium, quia non ei ſucceſſit aliud. Quod dicit *Gl. ſup. Pſ.* 109. Tu es Sacerdos in æternum, i. Sacerdos æternus, ſolvitur, i. æternus & Sacerdos. Vel poteſt dici, in triduo Sacerdos ratione animæ, per quam officium Sacerdotii potuit exercere, vel orando, vel alio modo. *e* Secundum ordinem Melchiſedech] quia panem, & vinum in Corpus, & ſanguinem ſuum conſecravit. Chriſtus enim ſacrificii ſimilitudinem præmiſit in Melchiſedech. *Gen.* 14. Quando protulit panem, & vinum, quia erat Sacerdos Dei ſummi. Nec intelligas, quod ea protulerit, ut Abraham comederet; ſed ut ſic pro Abraham illud ſacrificium offerret. *Amb.* Sacramenta Eccleſiæ priora ſub legalibus. Unde *Lev.* 26. Vetuſtiſſima veterum comedetis, quaſi ad ritum ſacrificandi, quem tenuit Melchiſedech, offerens panem & vinum, redibitis, & novis ſupervenientibus vetera projicietis, i. veterem ritum ſacrificandi in lege datum abjicietis. Item ſecundum ordinem Melchiſedech, de Chriſto dicitur. *Iſ.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? Non ſubdit etiam Scriptura initium, & finem ejus in figura Chriſti, qui caret initio & fine. Unde *Apoc.* 1. Ego ſum alpha & omega, primus & noviſſimus. Si noſtri Sacerdotes haberent ſine genealogia parentelam, ipſi eſſent de ordine Melchiſedech, & non pœniteret Dominum de promotione eorum; ſic enim dicitur in *Pſ.* 109. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, &c. Nota, quod per duas auctoritates probat Apoſt. quod Pater clarificavit Chriſtum. Primo ſecundum divinam naturam, quia oſtendit eum eſſe filiū Dei naturalem. Secundo, ſecundum naturam humanam, quia oſtendit eum ſummum & æternum Pontificem. Et quaſi quis quæreret, quid egit Pontifex iſte, ſubdit: Ecce *f* Qui] Chriſtus [in diebus carnis ſuæ] i. mortalitatis, & infirmitatis. *Matt.* 26. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Nota, quod Chriſtus habuit dies carnis, laboris, ſc. & afflictionis. *Job* 7. ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui; ſic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeravi mihi. Item habuit dies animæ, ſc. compaſſionis, & pietatis. *Job* 30. Compatiebatur anima mea pauperi. Item habuit dies, ſc. jucunditatis. *Zach.* 14 Erit dies una, quæ nota eſt Domino. *g* Preces, ſupplicationeſque] quia conſtructio pendet uſque ad illud. [Offerens, &c. preces] cordis [ſupplicationeſque] corporis. Supplicare enim eſt corpus plicare ſub. Et de Chriſto dicitur *Matt.* 26. Procidit in faciem ſuam orans. Item *Luc.* 22. Poſitis autem genibus orabat dicens: Pater, ſi vis, transfer calicem hunc a me. Unde *Gl.* quod iſtud intelligitur de hoc, quando imminente paſſione prolixius orabat. *h* Ad eum] i. Deum. *i* Qui poſſet illum ſalvum facere a morte] vel [a mortuis] i. qui poterat eum reſuſcitare, & ſic per reſurrectionem ejus alios ad fidem ejus vocare, maxime Apoſt. qui receſſerunt ab eo in paſſione. Offerens dico. *k* Cum clamore valido] i. cum intentione efficaciſſima, ut quando prolixius orabat. *Luc.* 22. Devotio enim cordis obtinet vim clamoris. *l* Et lacrymis] *Gloſſ.* Hoc in Evangelio non legitur, credendum eſt tamen eſſe factum. Et nota, quod *Gl.* non determinat ubi, vel quando Dominus flevit, niſi quod per antecedentia, quæ exponit fuiſſe facta, quando poſitus eſt in agonia: videtur dicere ſimiliter *Gl.* quod tunc flevit. Sed *B. Bern.* videtur dicere, quod hoc factum ſit in cruce: dicit enim eum in cruce fleviſſe, quod ſatis textui iſti competit. In cruce enim preces, & ſupplicationes Patri obtulit, quando pro tranſgreſſoribus rogavit, ut dicitur *Iſ.* 53. Et *Luc.* 23. Pater ignoſce illis. Dicitur etiam, quod Dominus in cruce dixit centum quinquaginta verſus Pſalmor. incipiens a *Pſ.* 21 Deus Deus meus reſpice in me, &c. uſque ad illum locum: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, &c. ut dicitur *Luc.* 23. [Et lacrymis] Tunc enim creditur fleviſſe a quibuſdam: ſed ſive tunc fleverit, ſive poſitus in agonia; certum eſt, quod tempore paſſionis flevit Dominus, ut dicit hic Apoſt. Unde notandum, quod Dominus legitur ter fleviſſe. In morte Lazari. *Jo.* 11. Item in Ramis Palmarum. *Luc.* 19. Videns civitatem flevit ſuper illam. Tertio tempore paſſionis, ut hic legitur. Ad innuendum, quod flendum eſt pro incolatu hujus miſeriæ, quod ſignificatur in fletu ſuper Lazarum, ſicut enim ibi dicitur, flebat, quia eum reſuſcitaturus erat ad ærumnas ſæculi. Item pro peccatorum gravitate, quod ſignificatur in fletu pro Jeruſalem deſtructione. Item pro deſiderio patriæ, quæ ſignificatur per fletum, quo Dominus flevit in paſſione, quaſi cupiens diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Vel aliter & melius Chriſtus flevit tria incommoda noſtra, miſeriam, ignorantiam, & culpam. Miſeriam in Lazaro, ut dictum eſt: ignorantiam, quando flevit ſuper civitatem, dicens: Quia ſi cognoviſſes & tu, q. d. ego defleo ignorantiam tuam. Culpam autem hominis flevit in cruce, quia ſicut dicit *B. Bern.* Chriſtus flevit in cruce, quia cum ſciret paſſionem ſuam omnibus eſſe ſufficientem cauſam ſalutis, paucis tamen efficientem; & in hoc flevit noſtram culpam hoc impedientem. Et ita *m* Offerens exauditus eſt] a Deo Patre, & hoc *n* Pro ſua reverentia] i. quia Patrem reveritus eſt in omnibus ei obediens uſque ad mortem, & ei honorem exhibens in omnibus operibus ſuis. Reverentia vel eſt honos exhibitus majori, vel reverentia eſt reſilitio a Dei majeſtate ad propriam humilitatem. Et eſt argumentum, quod reverentia meretur audiri. *Pſ.* 68. Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reverentiam meam, i. obedientiam paſſionis, & humilitatem. *Eccl.* 32. Pro reverentia accedet tibi gratia bona. *Sap.* 12. Cum magna reverentia diſponis nos, per reverentiam enim filii diſpoſitus eſt mundus, & redemptus. Nota, quod oratio noſtra exemplo Chriſti debet eſſe perfecta, ut corpore, & corde toto Deo proſternamur, & hoc ſignificatur ibi [Preces & ſupplicationes.] Item debet eſſe directa ad Deum, non diſtorta ad mundum vel lucrum, ibi: [Ad eum, qui poſſet illum ſalvum facere,] quod eſt contra illos, de quibus dicitur *Iſ.* 45. Rogant Deum non ſalvantem. Item oratio debet eſſe intenſa. Unde dicit: [Cum clamore valido.] Et devota, unde dicit: [Et] lacrymis. Et meticuloſa, unde dicit: [Exauditus eſt pro ſua reverentia] Multum enim placet Deo humilitas, ut timorati, ſicut Regi Aſſuero placuit reverentia ipſius Eſther, & ideo obtinuit quod petiit, quia ſpiritus Aſſueri in manſuetudinem converſus eſt. *Eſth.* 15. *inf.* 12. Habemus gratiam, per quam ſerviamus placentes Deo cum metu & reverentia. *o* Et quidem] quaſi exauditus eſt. Et merito quidem, quia *p* Cum eſſet] i. quamvis eſſet. *q* Filius Dei] naturalis, & ita Patri æqualis. *Phil.* 2. Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Et quamvis tantus eſſet ſecundum quod homo. Didicit obedientiam] i. expertus [ex his] i. per ea [Quæ paſſus eſt] i. expertus eſt, quanta ſit difficultas obedientiæ. Sed a quo magiſtro didicit Chriſtus? A flagello, talis magiſter durus eſt, ſed valde bene docet. Sic & Sanctis & Chriſto idem magiſter præficitur. *Ex.* 1. Præpoſuit eis, i. Hebræis magiſtros operum, ut affligerent eos oneribus. Quid enim mirum, ſi nos erudimur flagellis, ex quo Dei ſapientia didicit ex paſſionibus obedientiam? *Jer.* 6. Per omnem dolorem erudiens Jeruſalem. *Iſ.* 28. Tantummodo ſola vexatio dabit intellectum auditui. *Iſ.* 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem; ego autem non contradico, &c. *Bern.* Pati voluit Chriſtus, ut compati ſciret; miſer voluit fieri, ut miſereri diſceret. Unde *ſup.* 4. Non habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia, &c. *Eccl.* 34. Qui non eſt expertus quid ſcit? Item *Bern.* Sed & hoc ad corpus ejus, quod eſt Eccleſia, refertur, ut ſit ſenſus, didicit, &c. hoc eſt, obedientiam didicit in corpore ex his, quæ paſſus eſt in capite; nam illa mors, crux, opprobria, ſpinæ, flagella, quæ omnia caput noſtrum Chriſtus pertranſiit quid aliud corpori ejus, i. nobis, quam præclara obedientiæ documenta fuerunt? Denique Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ait *Apoſt. Petr.* ut ſequamini veſtigia ejus.

C

al. † poſſit.

Chriſtus legitur ter fleviſſe. Pſ. 109.

ejus. Ex his, quæ paſſus eſt, didicimus quanta nos, qui puri homines ſumus, oportet pro obedientia pati, quia is, qui & Deus erat, non dubitavit mori. Vel alia *Gl.* [Didicit] i. voluntarie ſuſcepit. [Obedientiam ex his] i. in his. [Quæ paſſus eſt,] quia non ſolum & ſupplicationes obtulit, ſed etiam obedivit Patri uſque ad mortem.

a Et] ita [conſummatus] i. mortuus & per paſſionẽ ejus cõſummans vitã, & cõſummans omnia, quę de eo ſcripta erant. Unde *Jo.* 19. Conſummatum eſt. Sic ſumitur conſummatus. *Sap.* 4. Conſummatus in brevi, i. mortuus explevit tempora multa. Vel [Conſummatus] i. per obedientiam paſſionis ad conſummationem, i. ad perfectionem ductus, quando etiam ad dexteram Dei

D

collocatus eſt.

a & conſummatus *b* factus eſt *c* omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ, *d* appellatus a Deo Pontifex, *e* juxta ordinem Melchiſedech. *f* De quo *g* nobis grandis ſermo *h* & interpretabilis *i* ad dicendum, *k* quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum. *l* Etenim cum *m* deberetis magiſtri eſſe propter tempus, *n* rurſum indigetis, ut vos doceamini, quæ ſint elementa exordii ſermonum Dei: *o* & facti eſtis, *p* quibus lacte opus ſit, *q* non ſolido cibo. *r* Omnis enim qui lactis eſt particeps, *ſ* expers eſt ſermonis juſtitiæ. *t* Parvulus enim eſt. *u* Perfectorum autem eſt ſolidus *x* cibus, eorum, *y* qui pro conſuetudine

b Factus eſt cauſa ſalutis æternæ] ſufficiens quidem omnibus, ſed efficiens cauſa fuit.

c Omnibus obtemperantibus ſibi] ideſt, obedientibus ei, & gratiam ejus in operationem bonam ampliantibus. Non dicit reſiſtentibus, ſed obtemperantibus. *Job* 24. Ipſi fuerunt rebelles lumini. *Eccl.* 24. Qui audit me non confundetur. Audit, i. obedit. 1. *Jo.* 5. Hæc eſt charitas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus & mandata ejus gravia non ſunt. Fructus ergo obtemperandi eſt ſalus æterna, quæ ſalus bene poteſt per Chriſtum eſſe, quia ipſe appellatus a Deo Pontifex, & ita vere eſt Pontifex, ex quo Deus hoc teſtatur. *Pſ.* 109. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es, &c.

d Appellatus a Deo Pontifex] ideſt vocatus a Deo ad Pontificium.

e Juxta ordinem Melchiſedech] i. ſecundum ritum oblationis ſignificatæ in pane, & vino, quæ ipſe obtulit. *f* De quo nobis, &c.] Secunda pars, in qua increpat Judæos, qui adhærentes legi, ad Chriſtum, & ad Evangelium venire nolebant. Dicit ergo [De quo] i. de qua re, i. quomodo ſecundum ordinem Melchiſedech ſit Sacerdos, & non ſecundum Aaron. *g* Nobis] eſt faciendus [ſermo grandis] i. profundus & diffuſus, *inf.* 8. ſequitur de hoc, & planius proſequitur. *h* Et interpretabilis] i. non habilis interpretatur. *i* Ad dicendum] i. ad explanendum nobis, quaſi diceret, non ibi poteſt ad plenum exponi, maxime vobis. *k* Quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.] i. debiles ſenſu ad capienda tanta myſteria, & intelligendum. *Jo.* 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. 1. *Cor.* 3. Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Et *inf.* Nondum enim poteratis intelligere, ſed nunc quidem poteſtis, adhuc enim carnales eſtis. Vel aliter: Et interpretabilis ad dicendum, i. qui indiget magna & ſubtili expoſitione. [Et ideo grandis eſt nobis ſermo] quoniam vos, [imbecilles facti eſtis] ad audiendum, i. ad intelligendum. *l* Etenim] quaſi vere imbecilles facti eſtis. [Etenim] ideſt, quia

m Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus] i. quia ſenes eſtis, vel quia diu exercitati eſtis in lege & Prophetis, & ab antiquo nuntiatum eſt vobis de Chriſto.

n Rurſum indigetis, ut vos doceamini] quaſi diu audiſtis de Chriſto, & tamen totum iterandum eſt, ut ſicut a principio catechizationis veſtræ erudiamini, & ita tempus magnum amiſiſtis. *Chr.* Propter quanta differam labentes debentes alios docere, neque ſimpliciter diſcipuli. *Hier.* Ridiculum eſt elementaris ſenex. *Iſ.* 65. Puer centum annorum morietur. Ideo dicit *Eccl.* 4. Fili conſerva tempus, i. non perdas tempus: quia ſicut non perit capillus de capite, ita nec momentum de tempore, dicit *B. Bern.* Et nota, quod ſicut quidam ſunt, qui ſecundum tempus ſuum non ſunt magiſtri, ita ſunt aliqui, qui ante tempus volunt magiſtri fieri. *Iſ.* 18. Ante meſſem totus effloruit. Ideo dicitur *Thr.* 1. Vocavit adverſum me tempus, tempus ſc. perditum, vel præoccupatum perditum per negligentiam: vel præoccupatum per præſumptionem, & ſuperbiam quaſi per tempus tribulationis, ſc. *Jer.* 30. Tempus tribulationis eſt. *Chr.* Unde debereris eſſe fortes, facti eſtis infirmi. [Rurſum indigetis, ut vos doceamini, quæ ſunt elementa exordii ſermonum Dei.] Sic multi videntur eſſe magni magiſtri, vel deberent eſſe, tamen ignorant elementa exordialia ſermonum Dei, i. bonam vitam, quæ debet primo addiſci, antequam homo poſſit intelligere ſermones Dei. Bona enim vita fundamentum eſt, ſuper quod debet ædificari ſcientia Script. Unde 1. *Tim.* 4. Attende tibi, & doctrinæ, i. primo ſtude bene vivere, poſtea ſcire. Primo ad vitam, poſtmodum ad ſcientiam. 2. *Tim.* 3. Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Vel [elementa exordii ſermonum Dei] ſunt modi diverſi, per quos invitat nos Dominus ad pœnitentiam. *Matt.* 4. Exordium enim ſermonum Chriſti fuit pœnitentiam agere. Ad quam multis modis invitat, per promiſſionem regni cœleſtis, per comminationem ſupplicii; per ſpem veniæ, per deteſtationem culpæ. Vel [Elementa exordii ſermonum Dei] ſunt articuli fidei, qui in exordio debent homini prædicari, quia fundamentum eſt fides, & eſt ibi intranſitiva conſtructio [elementa exordii] i. quæ ſunt exordium in ſermonibus Dei. Unde ut elementa tecitat eis Apoſt. *inf.* 6. Hæc ſc. fidei ad Deum, baptiſmum doctrinæ, impoſitionis manuum, reſurrectionis mortuorum, & judicii, &c. 1. *Cor.* 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, &c. *o* Facti eſtis] i. ad hoc redacti. *p* Quibus lacte opus ſit] ad ſimilitudinem infantium, i. humili ſermone, & facili inſtructione. 1. *Cor.* 3. Tanquam parvulis in Chriſto lac dedi vobis potum, non eſcam. *q* Non ſolido cibo.] i. doctrina ſubtiliori & altiori. *Iſ.* 28. Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum ablactatos a lacte. Unde *Gen.* 21. Crevit ergo puer & ablactatus eſt, fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus: tunc enim tranſiit puer ad menſam patris. *Chr.* Non dixit, opus habetis [ſed facti eſtis opus] habentes, ideſt vos hoc feciſtis, per negligentiam in neceſſitatem hanc incidiſtis. Item *Chr.* Lac vocat, quod congruit juſtioribus, quod perfectionibus contrarium eſt, & nocivum ſit in uſu, ut legalia, quæ nunc non oportet ſuperferri, nobis enim hæc obſunt, ſed illos nutriebant nunquam obſtantia eis. Secundum *Gl.* Lac eſt facilis doctrina, quæ ædificat parvulos quoniam mentes teneras, & anguſtas panis effocat, tamen ſicut dicitur *Thr.* 4. Parvuli petierunt panem, i. ruſtici idiotæ volunt doctrinam difficilem, & ideo ſiunt hæretici, quia lacte ſimplicis doctrinæ non ſunt contenti. Hoc eſt contra ſcholares, qui dimiſſa hiſtoria & moralitate Scripturæ, quæ ut lac nutrit, ſtatim reſiliunt ad quæſtiones difficiles. Sed hoc non expedit. *r* Omnis enim, qui lactis eſt particeps] i. qui lacte nutritur ſimplicis doctrinæ. *ſ* Expers eſt ſermonis juſtitiæ] i. qui juſtis, & perfectis convenit. Parvulis enim non prodeſt de altioribus, & ſubtilioribus loqui. Vel [Qui lactis eſt particeps] i. qui delectatur in carnalibus, vel legalibus. *ſ* Expers eſt ſermonis juſtitiæ.] i. ſermonis Evangelii. *Chr.* ponit hanc litteram: Omnis, qui participat lacte, expers eſt ſermonis juſtitiæ. Qui eſt autem ſermo juſtitiæ, ſicut Chriſtus ait *Matth.* 5. Niſi abundaverit juſtitia veſtra, &c. vita & converſatio. Vel juſtitiam vocat Chriſtum. 1. *Cor.* 1. Factus eſt nobis Sapientia a Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Expers eſt dico. *t* Parvulus enim eſt] ideo nec poteſt veſci pane ſolido. *Chr.* Videas aliam parvulitatem, quam naturalem. Parvulus enim dicitur humilitate. 1 *Theſſ.* 2. Facti ſumus parvuli in medio veſtrum. Item dicitur ſtoliditate. 1. *Cor.* 14. Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote; in quo notatur non tantum parvulitas ſtoliditatis, quæ reprobanda eſt, ſed etiam innocentiæ, & benignitatis, quæ amplectanda eſt. Item eſt parvulus quadam caſta ſimplicitate. Unde 1. *Pet.* 2. Sicut modo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcite. Item parvulus dicitur nocivus in fide natura, vel converſione, de qua loquitur hic. Unde *Chr.* Si decem millia annos illud in fide habeamus, & non certi fuerimus, in ea parvuli ſumus. *u* Perfectorum autem] quaſi parvulus eſt particeps lactis, ſed perfectorum ſenſu & opere. *Chryſ.* Perfectum illum vocamus, qui cum fide vitam habet rectam. 1. *Cor.* 14. Senſibus autem perfecti eſtote. *Matt.* 5. Eſtote perfecti ſicut Pater veſter perfectus eſt. Illorum perfectorum. *x* Eſt ſolidus cibus] Unde 1. *Cor.* 1. Sapientiam loquimur inter perfectos. Quos hic intelligi velit, perfectus explicat, ſubdens ſcilicet. *y* Eorum, qui pro

con-

conſuetudine] i. quia conſueti ſunt ſtudio, & lectione Scripturarum, & frequentia bonorum operum.
a Exercitatos habent ſenſus] i. intellectus non tantum naturaliter acutos, ſed pro conſuetudine exercitatos, quia conſuetudo altera natura eſt. Exercitatus, dico, ad diſcretionem boni, & mali a minori malo. Iſ. 4. Butyrum & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum. 1. Tim. 5. Quædam facta bona manifeſta ſunt prudentibus. Nec tamen exercitari debet homo ad diſcretionem boni ac mali, ſed ad operationem boni, & deteſtationem mali. 1. Tim. 4. Exercere autem teipſum ad pietatem: nam exercitatio corporis ad modicum valet; pietas autem ad omnia.

a exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, ac mali.

CAP. VI.

Quapropter b intermittentes c inchoationis d Chriſti ſermonem e ad perfectionẽ feramur, f non rurſum jacientes fundamentum pœnitentiæ g ab operibus h mortuis, & fidei ad Deum i Baptiſmatum doctrinæ, k impoſitionis quoque manuum, ac l Reſurrectionis mortuorum m & judicii æterni. n Et hoc faciemus, o ſi quidem permiſerit Deus. p Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, r guſtaverunt etiam donum cœleſte, & ſ participes ſunt facti Spir. Sancti

EXPOSITIO CAP. VI.

Quapropter intermittentes] Supra ab illo loco: De quo nobis grandis ſermo, incepit Apoſtolus increpare Hebræos, eo quod nolentes adhærere Chriſto in legalibus confidebant. Adhuc in iſto capitulo increpat & objurgat eos. Et primo, a læſione fundamenti ibi [Non rurſum, &c.] Secundo in quo læſus eſt, oſtendit ibi [Et hoc, &c.] Tertio, ab iteratione crucifixionis ibi [Rurſus, &c.] Quarto, increpat eos per quoddam ſimile; quia frequenter ſuſcipientes ſemen Doctrinæ non fructificabant, ibi [Terra enim, &c.] Quinto, blanditur oſtendens ſe multum de eis ſperare; quia multa bona eis deſiderat, ibi [Confidimus, &c.] Sexto, oſtendit, quare ſperat de eis meliora. Primo, quia Dominus promiſit Abrahæ: qui non fallet, ſed verus eſt in promiſſis ibi [Abrahæ namque, &c.] Secundo, juramentum interpoſuit ibi [In quo, &c.] Septimo, ex his duobus concludit, quia debent firmiter ſperare, ibi [Ut per, &c.] Octavo, oſtendit quod debemus omnes ſperare, quia caput noſtrum hujuſmodi promiſſionem adeptum eſt ibi [Ubi præcurſor noſter] Dicit ergo:
b Quapropter quia] perfectorum eſt ſolidus cibus.
c Intermittentes, vel [remittentes] i. dimittentes.
d Inchoationis, &c.] i. quo Chriſtus inchoat eſſe in nobis. Vel quod Chriſtus primo loquitur, in quo primo inſtruit per Prædicatores ſuos. Sermo inchoationis eſt catechiſmus, vel ſymbolum, vel pœnitentia. Unde Matth. 4. pœnitentiam agite, &c.
e Ad perfectionem feramur] ideſt, ad doctrinam altiorem 1. Cor. 13. Cum eſſem parvulus, loquebar ut parvulum, ſapiebam, ut parvulus, cum autem factus ſum vir evacuavi, quæ erant parvuli. Gal. 4. Quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa. i. ad rudimenta fidei. Et nota, quod dicit [Feramur] cum debuit dicere feramini vos imperfecti: ſed aſſociat ſe eis, ut liberius eis loquatur. Unde & ita dicit, quaſi, pro illis reſpondens [Et hoc, &c.] f Non rurſum, &c.] quaſi feramur ad perfectionem, & ideo oportet, quod jacimus bonum fundamentum, &c. hoc eſt, quod dicit [Rurſum] enim [jacentes fundamentum pœnitentiæ,] i. jacimus hæc omnia, ſicut lapis jacitur in fundamento. Jacientes dico [Non rurſum] i. non ſicut olim, i. non ita negligenter, ut olim, ut ſicut olim ceciderunt, ſic iterum nunc cadant. Et in hoc arguit eos, & increpat a læſione fundamenti. Vel [non rurſum] i. non amplius, niſi modo [jacientes, &c.] ita modo jaciamus, ut amplius jacere non ſit opus [Fundamentum pecuniæ] jacientes pecuniam quaſi lapidem in fundamento. Quæ pecunia eſt. g Ab] i. de h Operibus mortuis] i. de peccatis, quæ dicuntur mortua ab effectu, quia occidunt animas. Unde in lege prohibetur tangere mortuum. Num. 19. & Ezech. 44. Vel opera mortua dicuntur opera bona per peccatum ſequens mortificata; vel quando ſunt ſine fide: ſicut enim fides ſine operibus mortua eſt. Jac. 2. ita opera ſine fide mortua ſunt inf. 9. Sanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis. Vel [Ab operibus mortuis] i. a legalibus cæremoniis, ſecundum Chryſ. Et jacientes fundamentum fidei. Unde Chryſ. Fides eſt fundamentum, reliquum autem ſuperædificatio. 1. Cor. 3. Ut ſapiens Architectus fundamentum poſui: alius autem ſuperædificat lignum, fenum, ſtipulam. Eph. 2. In quo enim omnis ædificatio conſtructa eſt, &c. Item Chryſ. Sicut in elementis totum continetur, quod ſcribitur, & in fundamento tota nititur ædificatio, ita vitę puritatem continet certitudo, quæ circa fidem eſt, ſine qua non eſt eſſe Chriſtianum, ſicut nec ſine fundamento ædificium. i Baptiſmatum doctrinæ] Pluraliter dicit: Baptiſmata qui eſt Baptiſmus fluminis, & flaminis in pœnitentia, & ſanguinis in martirii ſuſtinentia. Unde verſus:

Flumine baptizor, ſeu flamine, ſive cruore.

k Impoſitionis quoque manuum] Fides enim hujus Sacramenti, ſcilic. confirmationis pertinet ad fundamentum. Et eſt hic argumentum de Sacramento Confirmationis. 1. Tim. 5. Manus cito nemini impoſueris, i. neque diſtinctionem de impoſitione manuum, & fundamentum. l Reſurrectionis mortuorum] Oportet enim ædificari ſuper fidem hujus articuli, ſcil. Reſurrectionis mortuorum, quam oſtendit Apoſt. 1. Cor. 15. Si reſurrectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit. 2. Timoth. 2. Memor eſto Dominum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ſecundum Evangelium meum. m Et judicii æterni] Judicium dicitur æternum quia quicquid in judicio ejus ſtatuitur, in æternum durabit; irrevocabilis enim erit ſententia. 1. Petr. 4. Reddent rationem ei qui paratus eſt judicare vivos, & mortuos. Et in eod. Tempus eſt, ut incipiat judicium a domo Dei. Eccl. ult. Cuncta adducet Deus in judicium. Sic ergo Apoſtolus in hoc loco dividit fundamentum in ſex. Pœnitere enim, & in Deum credere, ac baptizari in remiſſionem Peccatorum, & confirmari per impoſitionem manuum, ac reſurrectionem, & diem judicii præſtolari. Hæc autem omnia pertinent ad officia Neophitorum, ſic ergo ſex ponuntur. Unde 3. Reg. 5. legitur, quod Salomon poſuit in fundamento templi lapides quadratos grandes. Lapides enim quadrati ſex habent ſuperficies, quæ ſignificant iſta ſex, quæ hic ponuntur. Sap. 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile fundamentum collocabunt, & ita dicit, & commovebit eos a fundamentis, & uſque ad ſupremum deſolabuntur. Seq. n Et hoc faciemus] quaſi feramur, dico ad perfectionem, & fundamentum bonum jaciamus. Et hoc faciemus: Hic excitat eos Apoſtolus, ſicut inf. Confidimus autem de vobis meliora. Faciemus dico. o Si quidem permiſerit Deus] i. ſi ſpatium vitæ ad pœnitendum nobis conceſſerit, in hoc excitat eos ad timorem. Jac. 4. Pro eo, ut dicatis, ſi Deus voluerit, & ſi vixerimus, faciemus hoc vel illud.

De pœn. d. 4 intermittentes.

p Impoſſibile eſt enim] Oſtendit, in quo læſum erat fundamentum apud Hebræos. Quidam enim æſtimabant Baptiſmum eſſe iterandum. Alii pœnitentiam non valere cadenti in mortale. Alii credebant, quod poſt hanc vitam purgarentur omnia peccata in alia vita, quantacumque fecerit homo in præſentia etiam ſi non pœnituit. In qua opinione ſunt etiam adhuc Judæi, dicit: [Impoſſibile eſt] q. d. dico, quod feramur ad perfectionem, & quod ita fundemus in Sacramentis fidei, ut non decidamus a ſtabilitate fidei, & nemo credat poſt lapſum peccati per Baptiſmum ſecundo, vel tertio poſſe revocari [Impoſſibile eſt enim] non tantum difficile, & ideo nemo in hoc confidat vane. q Eos, qui ſemel ſunt illuminati] in intellectu per diſcretionem boni ac mali, ut non dicant bonum malum, & tenebras lucem. Eph. 5. Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Iſ. 58. Implevit ſplendoribus animam meam, i. fide & virtutibus ad illuminandum eam, & non tantum ad illuminandum intellectum, ſed ad reficiendum, & delectandum affectum. Unde ſubdit: r Guſtaverunt, &c.] Et nota, quod homo diverſos guſtus habet ſecundum diverſos ſtatus, ſecundum ſtatum converſionis & probationis, ſive profectionis, & in ſtatu perfectionis. In ſtatu converſionis guſtum habet ſuavem & delectabilem, ſpiritualem in gratia remiſſionis peccatorum, quæ ſerenat animam ſpe lætitiæ quodammodo reddendo ſecuram. Prov. 15. Secura mens quaſi juge convivium. Et de hoc dicit [Et guſtaverunt etiam donum cœleſte] ideſt, adepti ſunt remiſſionem peccatorum in Baptiſmo. In ſecundo autem ſtatu, ſcil. probationis, & profectionis reficitur anima in operatione boni, & hoc per gratiam cooperantem. Pſ. 18. In cuſtodiendis illis retributio multa, jucunditas & ſuavitas annexa. Et quantum ad hoc dicit:
ſ Et participes, &c.] ideſt, gratia Spiritus Sancti adjuvante ad operationem bonorum. In tertio ſtatu, ſc. perfectionis reficitur, & delectatur anima in contemplatione Dei, & meditatione ſæculi venturi, ubi ſunt delectationes in dextera Dei, uſque in finem. Et quantum

ad hoc dicit: *a* Guſtaverunt, &c.] i. Divinitatem Chriſti. *b* Virtuteſque ſæculi venturi,] i. gaudia Paradiſi, vel dotes animæ & corporis, quæ omnia prægustantur in contemplatione a Sanctis. Primus ergo guſtus eſt in peccatorum remiſſione quando palatum cordis reparatur in ægro, ut dicat:

> *a* Guſtaverunt nihilominus bonum Dei verbum, *b* virtuteſque ſæculi venturi, *c* & prolapſi ſunt *d* rurſus renovari ad pœnitentiam. *e* Rurſus crucifigentes ſibimetipſis *f* filium Dei,

Concupivit anima mea deſiderare juſtificationes tuas in omni tempore; ſicut infirmus cibum non deſiderat ſed cupit deſiderare. Secundus guſtus eſt in bonorum operatione. Tertius eſt in cœleſtium contemplatione. Primus eſt de ſpe veniæ, ſecundus de ſpe coronæ, tertius eſt jam quodammodo in ſperatorum adeptione. Item nota, quod in ſerie textus poſſunt notari refectiones quinque ſenſuum (Illuminati) Ecce viſus (Guſtaverunt) Ecce guſtus. (Participes, &c.) Ecce tactus, cujus eſt capere (Guſtaverunt, &c.) Ecce auditus, qui verba capit (Virtuteſque, &c.) Ecce odor patriæ cœleſtis. Dicit ergo (Guſtaverunt, &c.) i. per ſerenitatem conſcientiæ & ſpem veniæ, ſentientes ſe aſſecutos remiſſionem peccatorum, quæ eſt donum cœleſte; quia alius non poteſt donare peccata, vel remittere niſi Pater noſter, qui eſt in cœlis. *Iſ.* 43. Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me (Et participes, &c.) i. gratiarum, quas dat Sp. Sanctus, habentes, ſcil. diverſa dona, ut genera linguarum, interpretationes ſermonum, & alia dona 1. *Cor.* 12. Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem dominus. (Guſtaverunt nihilominus, &c.) i. Divinitatem Chriſti. *Pſ.* 33. Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. 1. *Pet.* 2. Ut in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtaſtis quam dulcis eſt Dominus. *Sap.* 12. O quam bonus, & ſuavis eſt, Domine, Spiritus tuus in nobis. *Pſ.* 30. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine. Vel (Bonum Dei verbum) ideſt, evangelicam doctrinam, quæ debet recipi, ſicut cibus ſapidus ad nutrimentum, non ſicut ventus ad inflandum, Scientia enim inflat, Charitas autem ædificat. 1. *Cor.* 8. Et ideo ſignanter dicit (Guſtaverunt) non dicit audierunt. Verbum enim habet ſaporem bonum in ſe, ſi homo haberet guſtum bene diſpoſitum. *Eccl.* 36. Fauces contingunt cibum, & cor inſenſatum verba mendacia. Iſti ſunt mali qui delectantur in otioſis & fabuloſis verbis, & aliquando illicitis, *Job* 34. Auris verba probat, & guttur eſcas guſtu dijudicat. *Job* 12. Nonne auris verba dijudicat, & fauces comedentis ſaporem, q. d. quidam verbum Dei recipiunt in aure ad intelligendum tantum, alii tantum recipiunt ea, ſicut cibum in ore cordis ad nutrimentum. Et dicit (nihilominus) q. d. licet illuminati ſint per ſcientiam & participes ſint Spir. Sancti per multarum gratiarum & donorum adeptionem (nihilominus) ideſt, nullo minus propter hoc humiles ſunt ad diſcendum, & audiendum ab aliis. *b* Virtuteſque, &c.] ſcil. guſtaverunt, ideſt, qui impaſſibilitatem, & immortalitatem futuram ſpe guſtaverunt. Vel (Guſtaverunt) ideſt, in parte experti ſunt dotes corporis, etiam in præſenti: ſicut Philippus agilitatem habuit, *Act.* 8. & Abacuc. *Dan. ult.* Et Moyſes claritatem quodammodo prægustavit quando ſplendida facta eſt facies ejus, ita ut non poſſent in eum intendere filii Iſrael. *Exod.* 34. & 2. *Cor.* 3. Et ſicut Stephanus. *Act.* 6. Cujus videbant faciem, ut Angeli. Item ſublimitatem prægustaverunt, ſicut qui in carceribus poſiti clauſis carceribus exibant, ut Petrus. *Act.* 12. Item impaſſibilitatem prægustaverunt ſicut B. Tiburtius, qui ſuper prunas quaſi roſas, ambulabat, & Vincentius ſimiliter, & Laurentius, qui quaſi inſenſibiles videbantur ad tormenta. Vel (Guſtare, &c.) eſt vivere in carne præter carnem, ut in terra ducere vitam innocentem ad modum Angeli. Vel ut dicit *Chryſ.* vivere ne Angeli eſt nullo indigere eorum, quæ hic ſunt, ſicut Apoſtolus, qui dicebat: Ergo didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe. *Phil.* 4.

c Et prolapſi ſunt,] quaſi qui poſt omnia prædicta ſibi Deo collata graviter peccando lapſi ſunt, impoſſibile eſt eos,

d Rurſus renovari] ideſt, rebaptizari, ideſt, poſt Baptiſmum novos fieri. Eos, dico, motos.

e Ad pœnitentiam] non quod excludat pœnitentiam, cum dicatur *Matth.* 18. Non dico tibi uſque ſepties; ſed uſque ſeptuagies ſepties. Et *Luc.* 12. recipit pater filium qui diſſipaverat omnia ſua, & dicit cito proferte ſtolam primam, ideſt, virtutes primas, quas habuit, vel opera ei reſtituantur propter miſericordiam. Sed per hæc verba iterationem Baptiſmi negat, unde ſignanter dicit (renovari) Unde *Chr.* Impoſſibile eſt, &c. quid igitur amiſſa eſt pœnitentia, ſed renovatio, ideſt, illa, quæ per lavacrum eſt reparatio, renovari enim hoc eſt novum fieri; facere autem novos ſolius eſt lavacri, deinde inveteratos eripere a vetuſtate pœnitentiæ. Sed quod non ſit iteratio Baptiſmi, patet, quia ſic oporteret, quod iteraretur paſſio Chriſti. Baptiſmus enim trahit effectum ſuum a paſſione Chriſti, & ſimilitudinem, ſicut dicitur *Rom.* 6. An ignoratis; quia quicumque baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus, ideſt, per efficaciam ſuæ mortis, & ad ſimilitudinem ejus quaſi. Unde poſtea dicitur: Si complantati facti ſumus mortis ejus ſimilitudini, ſimul & reſurrectionis erimus, ſcientes quia vetus homo noſter ſimul cum eo crucifixus eſt ut deſtruat corpus peccati, ut ultra non ſerviamus peccato. Sicut ergo non iteratur paſſio Chriſti, ita nec iterandus eſt Baptiſmus. Una enim eſt mors Chriſti, ſicut dicit *Gloſ.* unum Baptiſma conſecravit, quod ſufficit contra omnia peccata tollenda etiam ſequentia, ſi pœnitentia de illis agatur, ſicut illa mors ſufficit ad omnia peccata tollenda. Qui ergo Baptiſmum iterari dicunt, per conſequens iterum Chriſtum crucifigunt. Unde *Chryſ.* Baptiſma crux eſt, crucifixus eſt vetus homo noſter in Baptiſmo, ut dicitur *Rom.* 6. Sicut enim mortuus eſt in cruce Chriſtus; ita nos in baptiſmata, non morte carnis, ſed peccati. Qui ergo putat rebaptizandum; putet, & Chriſtum recrucifigendum, quod eſt traditio Origen. Et hoc eſt, quod dicit:

f Rurſus crucifigentes ſibimetipſis,] ideſt, quantum in ſe eſt.

g Filium Dei, & oſtentui habentes] ideſt, irriſioni, ideſt, dicere hoc, ideſt, quod ſit rebaptizandum, ac ſi dicant Chriſtum iterum crucifigendum, & irridendum. Sed hoc non eſt verum. Unde *infr.* 10. Voluntarie enim peccantibus poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur hoſtia pro peccatis. Vel ita: (Rurſum crucifigentes) & refertur ad hoc, quod prædixit (prolapſi ſunt) rebaptizari, propter quod debent ſibi cavere, ne prolabantur. Et eſt ideo, quia ſi prolabantur, & in peccatis jaceant, ſunt, (rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei) ideſt, quantum in ſe eſt, quia ejus gratiam contemnunt. Et in hoc oſtenditur ratio, cur non debeant prima fide relicta in peccatum cadere; non enim ultra poſſunt rebaptizari in remiſſionem peccatorum, & inſuper contemnunt, & hoſtem habent filium Dei. Vel aliter: Impoſſibile eſt eos, qui (prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam] i. poſt hanc vitam pœnitere fructuoſe, quia impoſſibile eſt eos, rurſus crucifigentes filium Dei] ideſt, effectum paſſionis Chriſti conſequentes, quia non poteſt eſſe, ut poſt mortem valeat eis crucifixio Chriſti, qui carnem ſuam non crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. *Gal.* 5. Neque poſſunt Chriſtum habere oſtentui, ideſt, oſtenſioni, ut eum imitentur in novitate vitæ. Vel (Oſtentui) ideſt, deriſioni, ut effectum ſuarum irriſionum conſequantur. Vel aliter: Impoſſibile eſt eos, qui [prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam] i. reparari per pœnitentiam ad ſtatum primum, ut ſint ſicut virgines poſt lapſum. Vel impoſſibile eſt pœnitere de peccato in Spir. S. ideſt, difficile. Vel de peccato ingratitudinis illos, qui poſt tanta Dei beneficia ſibi collata ingrati in peccatum grave prolabuntur. Vel impoſſibile eſt ex parte hujus, ſcil. quia homo eſt ſpiritus, vadens, & non rediens. *Pſ.* 77. Sic ſumitur impoſſibile. *Matth.* 19. Apud homines impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt. [Rurſus crucifigentes, &c.] Tales enim, qui prolabuntur poſt acceptam notitiam veritatis, & gratiam remiſſionis, iterum revertuntur ad vomitum, crucifigunt iterum, quantum in ſe eſt, Dominum, quia cauſam pro qua crucifixus eſt Chriſtus, iterare non deſiſtunt. Unde Hugo de S. Victore. Dicit tibi Chriſtus; ſerva ſalutem tuam, ego pro illa mortuus ſum, ſi illam amiſeris, ego iterum mori non poſſum, tamen eadem morte amiſſa ſalutem iterum reddere non poſſum: ſed nolo mihi injuriam facias, quia ſalutem tuam morte mea voluntarie peccando amiſeris, iterum, quantum in te eſt, crucifigi, iterum me mori compellis. *Pſalm.* 68. Super dolorem vulnerum meorum addiderunt. *Job* 16. In perſona Chriſti. Effudit in terram viſcera mea: concidit me vulnere vulnus. Viſcera Chriſti in terram effundit, qui amorem, quo Chriſtus pro nobis mori voluit pro nihilo ducens, terreno eum corde recolit, ideſt, duo & arido. Et concidit eum vulnere ſuper vulnus, qui iniquitatem ſuper iniquitatem apponit. *Galat.* 3. O inſenſati Galatæ, quis vos

faſcina-

Digitized by Google

a & oſtentui habentes. *b* Terra enim *d* ſæpe venientem ſuper ſe bibens *e* imbrem, *f* & germinans herbam *g* opportunam illis, *h* a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo: *i* proferens autem *k* ſpinas, ac tribulos *l* reproba eſt, *m* & maledicto proxima, *n* cujus conſummatio in combuſtionem. *o* Confidimus *p* autẽ *q* de vobis, dilectiſſimi, *r* meliora, & viciniora ſaluti, *ſ* tametſi ita lo-

faſcinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Chriſtus Jeſus proſcriptus eſt in vobis crucifixus. *a* Et oſtentui habentes] i. deriſioni, qui enim gratiam ejus contemnunt, eum habent oſtentui, *inf.* 10. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliã fecerit. *b* Terra enim] Hic increpat eos per ſimile terræ, quæ ſterilis exiſtẽs poſt imbrem maledictioni ſubjacet, & per hoc movet eos, ut ſint, ſicut bona terra.
C Unde dicit (Terra enim) Dixerat ſupra, Feramus ad perfectionem, ſubdens, & juſtum eſt hoc facere, quia (terra) Vel ſic: Non debetis crucifigere Chriſtum ſpinis veſtrorum peccatorum; ſed eſſe ſicut bona terra, quæ fructum reddit copioſum, non ſicut illa, quæ tantum profert ſpinas, & tribulos. *c* Enim] i. quia (Terra) i. anima, vel liberum arbitrium. *d* Sæpe, &c.] i. doctrinam, vel gratiam. Et nota, quod anima, vel liberum arbitrium ſive cor dicitur terra; quia ſicut dicitur *Prv.* 30. Terra nunquam ſatiatur aqua: ſicut nec cor impletur divitiis, Item terra ea ſe non generat, niſi ſpinas, & tribulos & malas herbas. *Gen.* 3. Germinabit tibi ſpinas, & tribulos, & ſic ex nobis non generamus, niſi peccata. *Oſ.* 13. Perditio tua Iſrael, tantummodo ex me auxilium tuum. Item terra dicitur, quia vertitur, ſed tamen nunquam movetur univerſaliter, ſic cor hominis tentationibus conteritur, ſed ſecundum ſyndereſim anima non movetur, ſemper enim remanet unus nuntius: i. ſynderesis, ſicut dicitur *Job* 1. Remanſi ego ſolus, ut nuntiarem tibi. [Sæpe] non ſemper *Gloſſ.* Sæpe venit, quia ſi rara eſt, non ſufficit, ſi aſſidua, vileſcit, *Eccl.* 3. Eſt tempus tacendi, & tempus loquendi. *Job* 12. Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur, ſi emiſerit eas, pariter ſubvertent terram. *d* Venientem, &c.] i. de nube ſuſcipiens. *e* Imbrem] i. doctrinam cœleſtem, quæ fluit de imbribus, i. de Prædicatoribus, qui dicuntur nubes. *Iſ.* 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, &c. quorum doctrinam pluviam dicit: Hoc eſt, quod dicit *ſup.* 5. Cum deberetis eſſe magiſtri ſecundum tempus. *Job* 38. Quis dedit vehementiſſimum imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui. *Iſa.* 55. Quomodo imber, & nix deſcendit de cœlo, & illuc ultra non revertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, ſic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Imber eſt vox audibilis; ros autem eſt gratia inviſibilis. Simul autem jungit imbrem & rorem, quia fruſtra exterius laborat lingua Prædicatoris, niſi intus operetur gratia Salvatoris. Utrobique ſcil. imbre & gratia privantur ſuperbi. Unde 2. *Reg.* 1. Montes Gelboe nec ros, nec pluvia veniant ſuper vos, &c. *f* Et germinans herbam] i. fidem & bona opera, quæ dicuntur herba, non triticum: quia quantacumque perfecta ſunt opera, tamen tenera ea eſſe, & infirma, & quaſi inutilia debet homo reputare, per illud *Eccl.* 18. Cum conſummaverit homo, tunc incipit 2. *Reg.* 23. Sicut lux Auroræ oriente Sole mane abſque nubibus rutilat, & ſicut pluviis germinat herba de terra, ſic eſt, ſupple ſermo Domini. Loquitur enim ibi de ſermone Domini, qui illuminat animam, ſicut pluvia facit germinare herbam 2. *Reg.* 23. Cuncta ſalus mea, & omnis voluntas, nec quicquam ea eis, quod non germinet. *Marc.* 3. Ultro enim terra fructificat, primo herbam, deinde ſpicam (deinde plenum fructum] in ſpica herbam, i. timorem gehennæ in converſione, quia ſicut herba primum eſt: ita initium Sapientiæ timor Domini. Unde *Iſ.* 26. A timore tuo, Domine, concepimus, & parturivimus, & peperimus Spiritum ſalutis. Spicam, i. aſperitatem pœnitentiæ in ſtatu perfectionis. Sed ſpica, i. pœnitentia ſterilis eſt ſine dilectione, ideo additur tertium, ſcil. plenus fructus in ſpica, i. charitas, & dilectio cordis latens ſub habitu pœnitentiæ, vel religionis, & iſte fructus charitatis copioſior eſt, in tertio ſtatu, ſcil. in ſtatu perfectionis, Dicit ergo (Et germinans herbam) i. timorem, vel fidem & bonam operationem. *g* Opportunam] i. congruam vel loco & tempore exhibitam. *Pſ.* 1. Quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo (Germinans) dico, non ſolum ſibi; ſed etiam aliis a quibus colitur, i. Prædicatoribus, qui gloriabuntur inde 1. *Theſſ.* 2. Quæ eſt enim ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ nonne vos ante Dominum? Vel. *h* Illis, a quibus colitur) idest, ſibipſis, qui ſe colunt in bonis operibus imitando majores, ſecundum illud. Et fecerunt fructum nativitatis quia patres ſuos, qui in fide eos genuerunt, imitantur. Terra, inquam, talis accipit benedictionem a Deo, hic argumentum, in futuro præmium: quia gratiam, & gloriam dabit Dominus. De prima benedictione, quia da multiplicatione gratiarum dicitur in *Pſ.* 83. Etenim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem, &c. *Eccl.* 36. Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam juſtitiæ.

i Proferens autem] in apertum, ut videantur.

k Spinas] ideſt, peccata, quæ pungunt.

l Reproba eſt] in præſenti per carentiam gratiæ.

m Et maledicto proxima,] ideſt, damnationi æternæ, Talis enim terra reproba eſt, quæ multum bibit per abundantiam doctrinæ, & nullum profert fructum pœnitentiæ his, a quibus colligitur *Aggæi* 1. Seminaſtis multum, ideſt, multum prædicaſtis, & intuliſtis parum, i. paucos convertiſtis, quia ipſi ſunt, ſicut reprobi. *Jer.* 2. Seminaverunt triticum, & meſſuerunt ſpinas. *Matth.* 13. Nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo, unde ergo habet Zizania? *Chryſ.* Hoc eſt, quod dicitur *Iſ.* 5. Expectavi, ut faceret uvas: fecit autem ſpinas, &c. Spinas autem vocat peccata. Etenim David ait: Converſus ſum in miſeriam in eo, quod ſpinæ infixæ ſunt mihi. Non enim ſimpliciter ſuperveniet peccatum, ſed infigitur, & ſi parvum eus remanet, intus dolet, & opus habet multa cura. Vel ſpinæ & triboli ſunt divitiæ, & opes, quæ diſtrahunt, & dilaniant ſuum amatorem. *Oſ.* 10. Lappa & tribulus aſcendunt ſuper aras eorum, ideſt, ſuper corda. *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleverant urticæ, operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ peccatorum, ſcilic. vel divitiarum. *Chryſ.* Quis ab his ſpinis & tribulis purus. Item *Chryſ.* Semper bibimus, ſemper audivimus, ſed confeſtim humorem perdimus Sole oriente, & propterea ſpinas afferimus. Quid eſt ſpina, ſolicitudo hujus ſæculi, & deceptio divitiarum, ut dicitur *Matth.* 13. Talis terra reproba eſt, reprobans, ſcil. bonum agere, & ideo reprobata a Deo per ſubtractionem gratiæ.

m Et maledicto proxima] Non dicit maledictione, ſed juxta *Chryſ.* nondum incidetis, ſed prope factum eſt. 2. *Petr.* 2. Cujus judicium jam olim non ceſſat, & perditio non dormitat. *n* Cujus conſummatio] i. finis ejus. *o* In combuſtionem) æterni judicii, vel incendii. *Iſ.* 33. Spinæ congregatæ igni comburentur. 2. *Reg.* 23. Prævaricantes autem quaſi ſpinæ evellentur, quæ non tollentur manibus. *p* Confidimus autem] Supra terruit eos infundens eis vinum, hic autem infundit eis oleum divinæ conſolationis, q. d. duriter vos increpavi, & terrui, ſed tamen (Confidimus de vobis, dilectiſſimi) 1. *Reg.* 2. Dominus mortificat terrendo, & vivificat conſolando poſt terrorem. *Job* 11. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperum, & cum conſumptum te putaveris, orieris ut Lucifer. Et nota, quod dicit: (Confidimus) *Chryſ.* Non dicit æſtimamus, vel ſperamus, ſed confidimus, quod minus eſt q. d. non æſtimo vos plenos ſpinis, ſed timeo, ne fiatis. Non dicit confido, ſed confidimus, ego, ſcil. & omnes. De nemine enim deſperandum eſt, dum eſt in via. *Johel.* 2. Quis ſcit, ſi convertatur, & ignoſcat Deus, & relinquat poſt ſe benedictionem. *q* De vobis] *Chryſ.* Non dicit in vobis, ſed de vobis, ſicut dicis etiam his, quos arguit. *Gal.* 5. Ego confido de vobis in Domino, quod nihil ſapietis, non dicit, confido in vobis, quod aliquid ſapiatis modo, q. d. de ſtatu veſtro præſenti non multum præſumo, ſed de futuro confido. Bonis autem & correctis dicit Apoſt. 2. *Cor.* 7. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis. Item 2. *Cor.* 10. Abſens autem confido in vobis. *r* Meliora] quam combuſtionem (Et viciniora ſaluti) quam ſint ſpinæ & tribuli, ſicut *ſup. eod.* dixit, (proxima maledicto) ita hic dicit (Viciniora ſaluti,) *Jac.* 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Vel (Meliora) non ſolum bona, ſed optima ſcil. charitatis opera. Unde 1. *Cor.* 12. Æmulamini chariſmata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. *ſ* Tametſi ita loquimur) i. quamvis ita loquamur terrendo, & increpando; confidimus tamen de vobis. *Gloſſ.* Quaſi non dicimus hæc putando vos etiam tales, ſcil. ſpinis plenos, ſed timendo ne tales ſitis, terreo verbis ne ipſa redoleatis. Et nota, quod ait: (Confidimus de vobis,) quia enim de præſenti non habet, unde laudet, de ſpe futurorum

eos attollit, ad quæ præterita allicit, & recreat animos eorum, & confortat; antiqua eis ad mentem revocans & facit eos exiſtimare Deum non oblitum bonorum, quæ fecerunt. Unde ſubdit:

a Non enim] quaſi ideo de vobis confidimus, quia multa bona operari eſtis, quæ reviviſcent, ſi pœnitueritis de malis: propterea per illa opera prima facilius poteſt homo redire, ſicut equus qui aſſuetus eſt abulationi, & obliviſcitur, cito redit ad excuſſionem fræni. Maxime autem per opera pietatis, redit homo ad ſtatum gratiæ. Unde 1. *Tim.* 3. Pietas valet ad omnia promiſſionē habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, ibi dicit *Amb.* Omnis ſumma diſciplinæ chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt; quę aliquis ſeqnens lubricum carnis patitur ſine dubio vapulabit, non tamen peribit. Hoc autem dicit *Ambr.* quod per orationes illorum, quibus impenduntur opera pietatis frequenter reſurgit, etiamſi in mortale inciderit. Ideo dicitur *Luc.* 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. *Act.* 9. Circumſteterunt illum viduæ flentes, & oſtendentes illi tunicas, quas faciebat illis dorcas. Dicit ergo (Non enim, &c.) boni facti in capite. Contra: *Ezech.* 18. Quacumque hora averterit ſe juſtus a juſtitia ſua & fecerit iniquitatem: omnes juſtitiæ ejus non recordabuntur. Reſpondeo, quod hic dicitur:

C

quimur. *a* Non enim injuſtus eſt Deus, *b* ut obliviſcatur operis veſtri, *c* & dilectionis, quam oſtendiſtis in *d* nomine ipſius, *e* qui miniſtraſtis Sanctis, *f* & miniſtratis. *g* Cupimus autem *h* unumquemque veſtrum *i* eamdem *k* oſtentare ſolicitudinem *l* ad expletionem ſpei uſque in finem; *m* ut non ſegnes efficiamini, *n* verum *o* imitatores *p* eorum, *q* qui fide & patientia hæreditabunt promiſſiones. *r* Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem juraret majorem; *ſ* juravit per

b Ut obliviſcatur, &c.] ſic intelligitur, ſi reſipiſcatis, vel non obliviſcitur, quin aliquo modo valeant homini, ſcil. non obliviſcitur, quia propter opera pietatis, ut dictum eſt, orant pauperes pro illis, qui ea ſibi impenderunt, & ſic obtinent eis gratiam. *Jerem.* 2. Recordatus ſum tui miſerens adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis.

c Et dilectionis per operationem] ideſt, charitatis priſtinæ, quam oſtendiſtis per operationem: quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, & hoc:

d In nomine ipſius] i. ad honorem ipſius; non ad propriam laudem, ut Hypocritæ. Sic ergo commendat eis dilectionem & operationem & intentionis rectitudinem. Oſtendiſtis, dico:

e Qui miniſtratis, &c.] olim exhibendo eis neceſſaria ex charitate. Sic ergo commemorat eis bona præterita, ut erubeſcant, & ut etiam confidant. Simile *Gal.* 3. Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini: tanta paſſi eſtis, ſine cauſa *inf.* 10. Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen paſſionum ſuſtinuiſtis. Et poſtea dicit: Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis cognoſcentes, vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.

f Et miniſtratis] q. d. non dico, quod excideritis omnino a prædictis operibus, ſed adhuc miniſtratis Sanctis, & in hoc habilitatis vos aliquo modo ad gratiam recipiendam, & hoc eſt, quod dicitur (Et miniſtratis) in præſenti. Sed videtur, quod opera mortua reviviſcant. Dicit enim, quod talis operis non obliviſcatur Deus. Propterea dicitur *Lev.* 25. Si attenuatus frater tuus vendidit poſſeſſiunculam ſuam, i. Diabolo converſationem ſuam, & voluerit propinquus ejus, poteſt redimere, quod ipſe vendiderat: quia operationibus bonorum redimitur peccator. Si autem non habuerit proximum *Gloſſ.* qui ſibi compatiatur, & ipſe pretium ad redimendum potuerit invenire, pretium, ſcil. ſatisfactionis, computabuntur fructus. *Gloſſ.* bonæ operationes, ea eo tempore, quo vendidit, i. in quo peccavit, ut dicit *Gloſſ.* ergo bona opera facta in tempore, & in ſtatu peccati computabuntur ad ſatisfactionem, quando homo pœnitet; ergo opera mortua reviviſcunt. Reſpondeo, dicimus, quod opera mortificata reviviſcunt, ſed opera mortua nunquam reviviſcunt, quia nunquam viva fuerunt. Illa autem auctoritatem *Lev.* intelligimus de obligatione, qua aliquis obligat ſe per peccatum veniale, quia non eum evolaret in morte, ſed obligatur ad pœnam. Et quod hoc intelligatur de venditione non ſimpliciter, ſed in parte, ſcil. de obligatione *Gloſſ. Ibid.* Quiſquis per virtutem ſuam habet poſſeſſionem; ſed cum per deſidiam cogitationes noſtræ infirmantur, & a propria poſſeſſione ex parte cadimus, docet quomodo reſtituatur. Unde patet, quod loquitur de venialium obligatione. Quædam autem diſtinguuntur opera. Sunt enim quædam opera mortua Sacramenta: quædam non ſunt Sacramenta, ſicut ſi iſte eſt in mortali, poteſt facere omnia bona dupliciter, vel in quantum et injuncta ſunt ad ſatisfactionem & ſunt opera pœnitentiæ, ſic redeunt, non in quantum ſunt opera, ſed in quantum ſunt Sacramenta, vel poteſt ea facere alio modo propter Deum: non in quantum ſunt pœnitentiæ, & ſic non reviviſcunt, neque etiam dicimus quod illa opera ſunt Sacramenta, ſed Sacramentalia.

g Cupimus autem] quaſi de præteritis operibus bonis vos laudo, de futuro autem bonum vobis cupio, & hoc eſt.

g Cupimus autem, &c.] *Chr.* Non dixit volo, vel volumus quod doctivæ auctoritatis eſt, ſed dicit cupimus quod eſt patris. *h* Unumquemque] *Chryſ.* Omnes pariter honorat, & omnibus ſalutem optat, ſicut de Deo dicitur, *Sap.* 6. Æqualiter eſt ei cura de omnibus, ideſt, oſtendere ſtudium, & certitudinem ſpei.

i Eamdem, &c.] eamdem, quam prius habebatis ſolicitudinem miniſtrandi Sanctis. *k* Oſtentare] i. non ſemel, ſed frequenter oſtendere. Solicitudo autem mentis oſtenditur per frequentiam operationis. *Matth.* 5. Luceat Lux veſtra coram hominibus, &c. Et nota, quod eſt ſolicitudo bona, de qua hic loquitur, & *Rom.* 12. Solicitudine non pigri. Et eſt ſolicitudo mala. *Phil.* 4. Nihil ſoliciti ſitis. *Matth.* 6. Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, &c. 1. *Petr.* 5. Omnem ſolicitudinem projicientes in eum. *l* Ad expletionem ſpei,] ut in futuro compleatur in nobis quæ modo ſperatis.

Nam ſpes expletur, cum res ſperata tenetur.

Spes enim non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt *Rom.* 5. in cordibus noſtris. *Eccl.* 2. Nullus ſperavit in Domino, & confuſus eſt. Ita inquam, cupimus vos oſtentare ſolicitudinem. *m* Ut non ſegnes efficiamini] in hac ſolicitudine, i. pigri & otioſi. *Chryſ.* Supra dixerat, deſides facti eſtis ad audiendum *ſup.* Ne ergo ibi morentur, ait: *m* Ut non, &c.] Otium enim corpori nocet, & animæ. *Eccl.* 33. Multa mala docuit otioſitas. *Prov.* 6. Uſquequo piger dormis, &c. *Joan. Damaſc.* Segnities eſt timor. Item *Prov.* 22. Dicit piger, leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum. Sed quia exempla Sanctorum, & martyria eorum elephantes acuunt ad prælium, ſicut dicitur 1. *Mach.* 6. Ideo ſubdit: *n* Verum] pro ſed:

o Imitatores] efficiamini, ſcil. *p* Eorum] i. Sanctorum. *q* Qui fide & patientia, &c.] i. qui merito fidei, & patientiæ immobiliter poſſidebunt promiſſam hæreditatem regni cœlorum, *inf.* 13. Quorum intuentes exitum converſationis imitamini fidem 1. *Cor.* 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. *Jac.* 5. Exemplum accipite, fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. *r* Abrahæ namque] Quia poſſet aliquis quærere, an factæ ſint promiſſiones, ideo reſpondet, & determinat quod factæ ſunt, & quæ ſunt illæ promiſſiones, dicit (Abrahæ namque) *Gloſſ.* Sciebat placere. Judæis promiſſiones Patrum memorari. Uno modo his laudibus extollit eos, quos ſupra obduratorum exemplo terruit. In hoc autem maxime elegit Abraham, cujus filii ſunt, ſi obediunt, quaſi, & vere facta eſt promiſſio. Abrahæ namque, &c.] In hoc excitat eis ſpem obtinendi promiſſiones factas patri eorum Abrahæ, ſi tamen ſecuti fuerint fidem, & opera Abrahæ: quia ſi filii per imitationem, ergo & hæredes per promiſſionis adeptionem. *Pſ.* 68. Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent ea, & ſemen ſervorum ejus poſſidebit eam, q. d. non quilibet, ſed imitatores, qui ſunt verum ſemen, illi hæreditabunt promiſſiones. *Rom.* 4. Non enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini ejus, ut hæres eſſet mundi, ſed per juſtitiam fidei. *Gal.* 3. Abrahæ autem per repromiſſionem donavit Deus. *ſ* Juravit per ſemetipſum] *Gen.* 15. Ego protector tuus, &c. Item *Gen.* 18. Ego Dominus Omnipotens ambula coram me. Item *Gen.* 22. Per memetipſum juravi, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli [Abrahæ] Ex hoc ergo: quod promiſit, & juravit per ſemetipſum, & hoc Abrahæ amico ſuo, conſtat firmitas promiſſionis. Non enim falleret Deus illum, quem tantum dilexit. *Gen.* 18. Num potero quicquam celare Abraham cum ipſe futurus ſit in gentem magnam (Juravit)

dico

dico. *a* Dicens] Abraham. *b* Niſi benedicens] in præſenti per copiam gratiæ. *c* Benedicam te] in futuro per collationem gloriæ, & multiplicans in aliis per fructum prædicationis. *d* Et multiplicans multiplicabo te] in futuro per coronam aureolam, quæ erat ex converſis. Qui enim multiplicatur in præſenti a Deo per multitudinem converſorum, multiplicabitur in futuro; quia ei accumulabitur gloria ſecundum numerum converſorum. Vel ſecũdum *Gl.* legitur ſic: *b* Niſi benedicens benedicam te] incremento virtutũ. Et eſt geminatio firmitatis indicium. (Et multiplicans multiplicabo te,) in futuro beatitudine per

ſemetipſum, *a* dicens: *b* Niſi benedicens *c* benedicam te, & multiplicans *d* multiplicabo te, & ſic *e* longanimiter ferens *f* adeptus eſt repromiſſionem. *g* Homines enim per *h* majorem ſui *i* jurant, & *k* omnis *l* controverſiæ eorum finis *m* ad confirmationem eſt juramentum. *n* In quo *o* abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis ſuæ hæredibus immobilitatem *p* conſilii ſui, *q* interpoſuit jusjurandum, *r* ut per *ſ* duas res immobiles *t* quibus *u* impoſſibile eſt mentiri Deum, *x* fortiſſimum ſolatium habeamus, *y* qui confugimus ad tenendam *z* propoſitam ſpem quam *a* ſicut anchoram habemus animæ

magnitudinem præmiorum, &c. Apoſiopeſis, i. defectio, quaſi ſi hoc non fecero, non mihi credatur de alio. Vel ita diſtingue. *b* Benedicens benedicam te] ſcil. aſſidue in his, qui ſtellæ ſunt (Multiplicans multiplicabo te] i. ſine fine in his, qui ſunt arena. *e* Et ſic] Abraham certum [longanimiter ferens] i. inter adverſa diu patienter expectans Chriſtum, qui repromiſit tandem. *f* Adeptus eſt repromiſſam benedictionem] i. æternam beatitudinem, quam per adventum Chriſti obtinuit. Unde *Jo*: 8. Abraham exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gaviſus eſt, De terra enim non poteſt intelligi, quod eam acceperit, quia nec paſſum pedis in ea obtinuit, ut dicitur *Act.* 7. Et *infr.* 11. Juxta fidem omnes iſti defuncti ſunt, non acceptis repromiſſionibus, ſed a longe eas aſpicientes; &c. *Gloſ.* Ecce tria hic dicit; ſcil. quod promiſſio facta eſt Abrahæ & per juramentum firmata, & in Abraham jam impleta. Et nota quod dicit: (Et ſic, &c.) *Chryſ.* Non repromiſſio ſola totum operata eſt; ſed patientia eo quod longanimitate multoties excidit repromiſſio per puſillanimitatem. Quod oſtendit per *Pſ.* 94. *ſup.* 3. Quoniam introibunt in requiem meam. Contrarium autem hic oſtendit per Abraham.

g Homines enim) quaſi ideo Deus per ſe juravit, cum majorem non habuit; quin homines. *h* Per majorem ſui] i. per Deum qui ſolus eſt verax ex ſe. *i* Jurant] i. debent jurare. *Deut.* 6. & 10. Per nomen ejus jurabis. Sed ſic dicitur *Soph.* 1. Jurant in Domino, & jurant in Melchon, i. per Regem. Et ex hoc videtur, quod peccavit Joſeph, qui juravit. *Gen.* 42. Per ſalutem Pharaonis non exibitis hinc, donec veniat frater veſter. Et *ſup. eod.* Per ſalutem Pharaonis. Et *Jud.* 11. Vivit Nabuchodonoſor Rex terræ, & vivit virtus ejus, &c. Item *Jud.* 12. Vivit anima tua, Domine. *k* Et omnis controverſiæ] i. altercationis ſive contradictionis hominum. *l* Finis eſt juramentum] quia juramentum finit lites, & altercationes. Juramentum dico, valens & factum. *m* Ad confirmationem, &c.] alterius partis. Ex hoc Apoſtolus vult concludere quod ex quo homini creditur per juramentum, quod multo magis Deo, qui mentiri non poteſt, credendum eſt. Quod autem juramentum finiat lites. & certificationem faciat, habetur *Exod.* 22. Ad Deos utriuſque cauſa perveniet. Et parum ante dicitur: Jurabit quod non extenderit manum ad rem proximi ſui. *n* In quo] i. propter quod ſcil. quia ſic inter homines conſuetudo eſt. *o* Abundantius, &c.] his, qui habituri erant, quod promittebatur, qui, ſcil. filii ſunt Abrahæ, non genere, ſed fide & imitatione. *Gal.* 3. Ex fide qui ſunt, hi filii ſunt Abrahæ. Et ita factus pro nobis maledictum, ſecundum quod ſcriptum eſt. Maledictus omnis, qui pendet in ligno, ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Jeſu: ut pollicitationes ſpiritus accipiamus per fidem. Volens, inquam; Deus oſtendere.

p Immobilitatem conſilii ſui] quod erat de ſalvandis Electis, per gratiam fidei, quod recte dicitur conſilium Dei, quia vix novit aliquis per fidem Chriſti ſalvari homines. Hinc ſumpſit *B. Greg.* qui dixit. Sententia Dei mutari poteſt, conſilium vero nunquam mutatur. Item *Eph.* 1. Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. *Iſ.* 46. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. *Prov.* 19. Voluntas Domini in æternum permanebit: Volens, inquam, hoc Deus.

q Interpoſuit] inter promiſſionem & impletionem.

r Jusjurandum] condeſcendens conſuetudini hominum, prout certos faceret quia oportebat, & ſine juramento Deo credi, vides ergo qualiter non dignitatem ſuam intuetur, ſed qualiter ſuadeat hominibus. Quia enim infidele eſt hominum genus, ideo condeſcendit ad eadem nobis, i. ad ſimilia, ut ſcil. interponeret jusjurandum. Et nota, quod dicit (pollicitationis ſuæ hæredibus) non dicit omnibus: non enim omnibus oſtendere voluit conſilium ſuum, ſed tantum hæredibus. *Pſ.* 147. Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis 2. *Theſſ.* 3. Non enim omnium eſt fides Item *Luc.* 8. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: ceteris autem in parabolis. Signanter etiam dicit (Hæredibus pollicitationis) Hæreditas enim ſequitur promiſſionem, non legem. *Gal.* 3. Si ex lege hæreditas, jam non ex promiſſione. *Ro.* 9. Qui filii ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine. Item nota, quod dicit (abundantius) Abundanter enim oſtendit per promiſſionem immobilitatem conſilii, ſed abundantius per juramentum. Interpoſuit, dico, juramentum. *r* Ut per, &c.] ſcil. promiſſionem & juramentum. *t* Quibus] i. in quibus ſcil. promiſſione & juramento. *u* Impoſſibile eſt Deum mentiri] i. fallere, quia Deus veritas eſt. *Jo*: 14. *Tit.* In ſpe vitæ æternæ, quam promiſit, quia non mentitur Deus 1. *Tim.* 3. & 4. Fidelis ſermo. *Pſ.* 114. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, &c. *x* Fortiſſimum ſolatium habenmus] nos, ſcil. quibus facta eſt promiſſio & atteſtatio per juramentum, q. d. non ſolum Abrahæ, ſed & nobis facta eſt promiſſio. Vides, quod non magis ad Abraham, quam ad nos dictum eſt. Solatium dico, habeamus in adverſis, nos. *y* Qui confugimus, &c.] Ille fugit ad ſpem, qui ſpe beatitudinis tribulationes ſpernit. Spem dico: *z* Propoſitam] nobis in Abraham & impletam. *Chr.* quaſi dicat, ſi hæc poſt tantum tempus evenerunt, quæ promiſit Abrahæ, ergo & illa, quæ nobis promiſſa ſunt evenient; non magis ad Abraham, quam ad nos dictum eſt. Vel (propoſitam) ideſt, omnibus oblatam, & omnibus offertur & gratia & gloria, *inf.* 12. Tanquam filiis nobis offert ſe Deus *Pſ.* 103. Extendit cœlum, ſicut pellem, ſc. ad vendendum. Et nota, quod dicit (Fortiſſimum, &c.) Si enim tenuerimus ſpem nobis oblatam a Deo, inveniemus ſolatium in tribulationibus, refugium in tentationibus, ſolatium contra miſeriam, refugium contra culpam. Solatium autem divinum dicitur fortiſſimum quia fortiſſimos milites facit ad differentiam ſolatii mundani, quod debiles & effeminatos reddit. Unde *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. Sed ſolatium Dei fortiſſimum eſt, quod habetur per ſpem, quia qui ſperat non ſolum vincit fortiter adverſa, ſed etiam ſolatium ſuum, & gaudium habet in adverſis. Unde *Rom.* 5. Non ſolum autem ſperamus, ſed & gloriamur in tribulationibus. 1. *Machab.* 2. Omnes, qui ſperant in eum, non infirmantur. *Theſſ.* 4. Conſolamini invicem in verbis iſtis. Non ſolum autem ſolatium habemus in tribulationibus, ſed refugium in tentationibus. Unde dicit (Qui confugimus, &c.) *Pſ.* 17. Protector eſt omnium ſperantium in ſe. *Pſ.* 142. Eripe me de Inimicis meis, Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, Item *Pſ.* 103. Petra refugium herinaciis. *Prov.* 18. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam curris Juſtus, & exaltabitur.

a Quam] ſpem, ſcil. (Sicut anchoram, &c.) Anima eſt ſicut navis. *Prov* 31. Facta eſt quaſi navis inſtitoris quæ clauſa debet eſſe, ad aquas inferiores, ſcil. ad delectationes carnales & vanitates temporales: Sed aperta debet eſſe ad pluvias ſuperiores, ut ſe perficiat ſurſum ad Deum fontem vivum qui pluit de cœlo gratiam, & Doctrinam. *Deuter.* 11. Terra ad quam ingredieris, &c. montuoſa eſt, & campeſtris de cœlo expectans pluviam, quam Dominus Deus tuus ſemper inviſit, & oculi illius in ea ſunt. Item navis arcta eſt in principio & in fine, & homo ſimiliter in nativitate & in morte, paupertatis & doloris. 1. *Tim.* 6. Nihil intulimus in hunc mundum, &c. Item navis ducitur ventis, & remis, ſimiliter anima flatibus & inſpirationibus divinis, & operibus propriis tendit ad litus patriæ cœleſtis. Item navis aliquando aſcendit, aliquando deſcendit, ſic anima aliquando aſcendit ad ſuperna per ſpem, aliquando deſcendit ad infima per timorem. *Pſalm.* 106. Aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos. Anchora hujus navis eſt ſpes, ut dicit hic Apoſt. Sicut enim anchora tenet navem, ſic ſpes tenet animam ac merga-

De jureſur. cap. & ſ Chriſtus.

D

mergatur. *Chryſ.* Hanc anchoram ſi non habuiſſemus olim utique ſubmerſi eſſemus, non enim in ſpiritualibus ſolum, ſed in temporalibus, in militia ſcil. in agricoltura, niſi quis ſpem proponat non tanget opera *Act.* 27. Timentes ne in aſpera loca incideremus de puppi mittentes anchoras quatuor optabât diem fieri.

tutam *a* ac firmam, & incedentem uſque ad interiora velaminis, *b* ubi præcurſor *c* pro nobis introivit Jeſus ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

d Hic enim Melchiſedech Rex Salem *e* Sacerdos Dei Summi, qui obviavit Abrahæ regreſſo a cæde Regum, & benedixit *f* ei cui *g* & decimas *h* omnium *i* diviſit Abraham

Aſpera ſunt loca inferni: puppis eſt finis vitæ: quatuor anchoræ ſunt ſpes de miſericordia prævalente, cooperante, conſummante, glorificante, iſtæ anchoræ tenent navem. *Chryſ.* Non permittit circumferri ſcapham animæ, quam tempeſtas concutit. Et nota,
A quod anchora effigitur in ſalo & in arena, & non videtur multum firmata. Sic ſpes Sanctorũ in paupertate, & tribulatione ſtabilitur, & ideo a perverſis infirma videtur. Sed ſicut dicitur: *Sap.* 3. Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt. In arenis jacitur anchora ſpei, quia ibi ſciunt Sancti jacere theſaurum ſalutis, & ſtabilitatem ibi inveniunt regni cœleſtis: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. *Deut.* 33. Theſauros abſconditos arenarum. In arenis ergo ſpem poſuit, qui de tribulationibus, quas pro Chriſto hic ſuſtinet copioſam ſe habiturum remunerationem confidit. *Prov.* 14. Sperat Juſtus in morte ſua, ideſt, pro morte ſua, quia ſcil. quotidie mortificatur pro Chriſto; remunerationem ſperat in futuro. Sed contra Apoſtolum videtur dicere *Greg.* qui dicit, quod anchora mentis eſt pondus timoris, ſi timor, non ergo ſpes. Reſpondeo, & timor eſt anchora, & ſpes. Timor enim navem mentis retinet contra ventum elationis, ſpes autem ex alia parte animam ſolidat contra ventum perſecutionis. Una figitur in profundo maris, ſcil. timor per cognitionem æterni ſupplicii. Alia figitur in littore æternæ quietis, ſcil. ſpe per meditationem præmii æterni. His ponderibus redditur gravis maturitatis pondere anima, ut ſecure per fluctus incedat ſecundum illud *Prov.* 16. Spirituum ponderator eſt Dominus. Et *Job* 28. Qui fecit ventis pondus, ideſt, contra ventos tentationem navem mentis per ſpem, & timorem gravem reddit, vel ventis, ideſt, animalibus.

a Tutam, ac firmam] Tutam propter promiſſionem, firmam propter juſjurandum. Vel (Tutam) contra convitia (firmam) contra adverſa. Vel (Tutam) quia potens Deus 2. *Tim.* 1. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem. Et (Firmam) quia juſtus eſt in depoſito reſtituendo, 2. *Tim.* 4. Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in die illa Judex juſtus. Vel ſecundum *Gl.* Vitam quæ tribulationum impulſu non deſtituatur. Et (Firmam) quæ nec etiam minus, nec ad interiorem & velatam beatitudinem, quam nemo vidit, ſicut eſt in hac vita. *Jo:* 1. Deum nemo vidit unquam. *Chryſ.* per ſpem jam in cœlo ſum. Unde *Rom.* 8. Spe enim ſalvi facti ſumus. Et nota, quod Pontifex ſolus intrabat in interiora veli, & ſemel in anno. Cum ergo ſpes illuc inducat, conſtat, quod ſpes pontificat. *Lev.* 16. Loquere ad Aaron, ne omni tempore ingrediatur Sanctuarium, quod eſt intra velum coram propitiatorio, &c. quia non ſemper contemplari cum Maria, ſed quandoque actuare cum Martha oportet: non ſemper in ſpe, ſed quandoque timore vacandum eſt. *b* Ubi] i. ad quæ interiora. *c* Præcurſor, &c.] pro nobis, ſcil. introducendis: quia viam oſtendit, & januam aperuit, locum paravit *Jo:* 14. Vado vobis parare locum, *inf.* 9. Per proprium ſanguinem introivit ſemel in Sancta. Et poſtea dicitur: Non in manufacta Sancta Jeſus introivit exemplaria verorum; ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. *Mich.* 2. Aſcendet iter pandens ante eos. In hoc ergo, quod introivit, dat nobis fiduciam, quia caput ſequitur corpus, & Regem exercitus. *Chryſ.* Præcurſor aliquorum, Præcurſor eſt, ſicut Joannes Chriſti, & non dixit ſimpliciter intravit, ſed ut Præcurſor pro nobis, utpote quod nos quoque debeamus eo pervenire. Non eſt enim multum interſtitium inter Præcurſorem, & eos, qui ſequuntur. Nam alioqui non eſſet præcurſor. Nam & Præcurſorem, & eos, qui ſequuntur, oportet eſſe in eadem via. Introivit, dico ipſe enim. Secundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus in æternum] Hoc ſupra expoſitum eſt. Et nota, quod dicit ecce alia conſolatio, cum Pontifex noſter melior eſt his, qui ſunt apud Judæos, non ſolum tropo, ideſt, modo ſed & loco, & Tabernaculo, & Teſtamento, & perſona, ſed hoc etiam in carne.

EXPOSITIO CAP. VII.

Hic enim Melchiſedech] Hic incipit ſecunda pars totius Epiſtulæ, & ſeptimum Capitulum. In prima quidem parte oſtendit Chriſtum eſſe majorem omni creatura. In hac ſecunda parte Sacerdotium Chriſti majus eſſe Levitico, uſque ad undecimum capitulum. Per totum illud capitulum, multis modis commendat fidem Chriſti, uſque ad duodecimum capitulum. Et ab illo loco, uſque ad finem moralis eſt inſtructio. Sacerdotii autem duæ ſunt partes, legis promulgatio, & ritus ſacrificandi, dividitur autem iſtud capitulum in duas partes principales. In prima parte probat Sacerdotium Chriſti majus eſſe Levitico, & per Melchiſedech, qui fuit major Abraham, quia benedixit Abrahæ, & ita fuit major eo Melchiſedech, ergo & ejus Sacerdotium majus Sacerdotio Aaron: ergo Sacerdotium Chriſti, cujus figura fuit Sacerdotium Melchiſedech, major eſt Sacerdotio Levitico. Et iſta pars durat uſque ibi (Si ergo, &c.) In ſecunda autem parte hoc idem oſtendit, ſed aliter, per hoc, ſcil. quia aliud Sacerdotium promittitur in *Pſ.* 109. Tu es Sacerdos in æternum, &c. quod non fieret, niſi melius & dignius eſſet Sacerdotium illud, quod promittitur. Et hæc pars protenditur uſque ad principium octavi capituli. In prima autem parte primo oſtendit, quod Melchiſedech Abrahæ benedixit, & decimas ab eo accepit ibi. (Hic enim, &c.) Secundo, quod typus fuit Chriſtus in nomine; quia Melchiſedech interpretatur Rex juſtitiæ, & in dignitate: quia Rex & Sacerdos, & quia ſine patre, & ſine matre, & ſine genealogia, & ſine principio, & fine, ibi. (Primum quidem, &c.) Tertio oſtendit, quod ex quo Abraham ei decimas dedit, major fuit Abraham, ibi (Intuemini.) Quarto, probat per conſuetudinem legis (Et quidem de filiis, &c.) Quinto oſtendit, quod Melchiſedech benedixit Abrahæ in digniori ſtatu exiſtenti, ibi (Cujus autem, &c.) Sexto, probat per communem animi conceptionem, ibi (Sine ulla, &c.) Septimo, per circumſtantiam litteræ, quia in textu *Gen.* ubi loquitur de Melchiſedech, nulla fit mentio de morte ejus, ibi (Et hi, &c.) Octavo infert ex eis Melchiſedech eſſe majorem Levi, ſive Aaron ibi, Et ut ita, &c.) Nono, hic ſubjungit rationem, quare hoc ſequitur, ibi (Adhuc enim, &c.) Dicit ergo.

d Hic enim, &c.] interpoſitis multis de correptione eorum, illum grandem ſermonem de Sacerdotio Chriſti, de quo ſuperius tetigit, *ſup.* 5. De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis, jam incipit proſequi, & ita ſolvit, quod promiſit, *ſup.* 6. Et faciemus, ſiquidem permiſerit Deus. Oſtendens ergo, quomodo Jeſus ſit Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, dicit (Hic enim, &c.) fuit Rex Salem. Quidam dixerunt, quod Salem idem eſt, quod Jeruſalem, quæ ab Jebu populo in hereditate dictum ſit Jeruſalem. Sed ſicut hic dicit *Gloſſ.* Salem fuit oppidum regionis Sichem, quod & hodie Salem dicitur, ubi ex multitudine ruinarum palatium Melchiſedechi oſtenditur. Unde *Jo:* 3. Erat Joannes baptizans in Ennon juxta Salim. Nota, quod *Gen.* 14. dicit *Gloſſ.* Salem idem eſt, quod Jeruſalem. *e* Sacerdos, &c.] qui non per hominem legitur electus fuiſſe, vel ordinatus; ſed per Deum conſtitutus, qui obviavit Abrahæ regreſſo.

Vel ſecundum *Chryſ.* revertente a cæde Regum quatuor, ſicut legitur *Gen.* 14.

f Et benedixit ei] ſcil. Abrahæ. *g* Cui ſcil. Melchiſedech. *h* Et decimas omnium] non ſolum frugum, ſed & præliorum. *Luc.* 18. Decimas do omnium, quæ poſſideo. Non dico, dedit, ſed.

i Diviſit] quia de præcipuis donavit. *Chr.* Non eſt dicere quod & participi prælii dedit; ideo præmiſit, quod occurrit reverenti. *Gen.* 14. At vero Melchiſedech Rex Salem occurrit ei offerens panem, & vinum, erat enim Sacerdos Dei Summi, & ait: Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creavit cœlum, & terram. Et poſtea dicitur: Et dedit ei decimas ex omnibus. *Gloſſ.* Tradunt Judæi iſtum Melchiſedech fuiſſe Sem filium Noe, & quando Abraham natus eſt, 390. annos habuiſſe, & Abrahæ, ut nepoti obviaſſe, & panem in refectionem ejus, & ſuorum protuliſſe, & ut Sacerdotem Dei decimas accepiſſe.

a Primum

a Primum quidem, qui interpretatur Rex juſtitiæ, *b* deinde autem Rex Salem, quod eſt Rex pacis, *c* ſine patre, *d* ſine matre, *e* ſine genealogia, *f* neque initium dierum, neque finem vitæ habens. *g* Aſſimilatus autem filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum. *h* Intuemini autem quantus *i* ſit hic, *k* cui & decimas dedit *l* de præcipuis *m* Abraham Patriarcha.

a Primum quidem, &c.] Melchos enim, vel Melchi dicitur Rex; Sedch, juſtus, vel juſtitia.
b Deinde autem] dictum eſt (Rex Salem, quod eſt,) i. quod interpretatur (Rex pacis) Salem enim interpretatur pax. Et eſt argumentum, quod ex interpretationibus licet exercere allegorias; multo fortius moralitates. Ipſe, dico eas.
c Sine patre, ſine matre] non quia non habuit, ſed quia Scriptura proinde non memorat in figura Chriſti. Et eſt argumentum, quod non ſolum ex eo, quod dicit Scriptura, ſed ex eo, quod tacet, myſterium eſt colligendum. Itemque de modo dicendi:
e Sine genealogia] ideſt, ſine prole.
f Neque initium, &c.] ideſt, non eſt ſcriptum illa habuiſſe. In omnibus præmiſſis. *g* Aſſimilatus] quia Scriptura tacet, quod aliquis ei ſucceſſiſſet: vel quia Sacerdotium ejus durat in Chriſto, & in Eccleſia in æternum. Videndum eſt ergo, quomodo in prædictis aſſimilatus eſt filio. *Chryſ.* Hæ quidem nuncupationes Rex juſtitiæ, Rex pacis in Chriſto vera veritas eſt: in iſto Melchiſedech typus fuerint. Chriſtus ergo dicitur (Rex juſtitiæ, &c.) quia prius regit ſuos hic in juſtitia; poſt in futuro reget eos in pace æterna. Ideo dicit Propheta: Dominus regit me, & ideo nihil mihi deerit, nec juſtitia in præſenti, nec pax æterna in futuro. De qua pace dicitur *Iſa.* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Prius autem eſt juſtitia, deinde pax: quia opus juſtitiæ eſt pax & ſecuritas uſque in ſempiternum. *Iſ.* 33. *c* Sine patre] ſecundum carnem. *d* Sine matre] ſecundum Deitatem.
e Sine genealogia] quia filios carnis non habuit.
f Neque initium, &c.] quia coæternus eſt Patri ſecundum Deitatem, & ita non eſt initiatus, ſive initium habens, ſed eſt initium aliorum, & conſummatio. *Apoc.* 1. Ego ſum Alpha & Omega. *Iſ.* 61. Ego Dominus: primus & noviſſimus ego ſum. Item *Iſ.* 44. Ego primus, & noviſſimus. Similiter Sacerdotes debent eſſe Reges juſtitiæ, & pacis, ut juſti ſint in ſe, & pacem cum Deo habeant, & ut alios in juſtitia regant & in concordia tam inter ſe, quam ad Deum. Officium enim eorum eſt in duobus, ſcil. in juſtitia, & pace facienda, ut juſte ſe habeant corripiendo populum, & pacem eis obtineant orando pro eo apud Deum. Unde de his duobus dicitur in *Pſ.* 71. Suſcipiant montes pacem populo, ideſt, ſuis precibus obtineant Sacerdotes apud Deum reconciliationem, & veniam de peccatis; & colles juſtitiam ſuſcipiant, ideſt, obtineant gratiam juſte corripiendi. Dicit ergo:
a Primum, &c.] *Sap.* 1. Diligite juſtitiam, qui judicatis terram, ideſt, terrenos homines. *Iſ.* 11. Percutiet terram virga oris ejus diſcretione & directione correptionis. Et dicit terram, non Cœlum. Cœli enim non dicuntur percuti, ſed terreri. Quod eſt contra quoſdam Prælatos, qui magis ſæviunt contra innocentes, & negligunt corripere prævaricantes, cum tamen dicat Dominus *Gen.* 9. Terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animantia terræ. Non dicit ſuper Angelos cœli, vel homines, ſed ſuper animalia terræ. *Sap.* 6. Altiſſimus interrogabit omnia opera veſtra, & cogitationes veſtras ſcrutabitur, quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte judicaſtis, neque cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrende & cito apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum his qui præſunt, fiet, &c.
b Deinde, &c.] Illud bene competit Sacerdoti, ut non ſolum ſit juſtus in correctione ad populum, ſed pacem faciens in oratione ad Deum, ut iram Dei quieret in lenitatem, ſicut Moyſes, qui pacem obtinuit populo ad Deum in oratione, & populum juſte punit poſtmodum de peccato. *Iſ.* 27. Quis dabit me ſpinam, & veprem in prælio, gradiar ſuper eam, pariter ſuccendam eam. An potius tenebo fortitudinem meam. Poſtea ſubditur: Faciet pacem mihi, ſupple, Prælatus, vel Sacerdos. Quales autem debeant eſſe, qui pacificare poſſint iram Dei, determinat ibidem, ſubdens: Qui egredientur impetu a Jacob, illi ſupple, pacem facient mihi, filii, ſcil. Jacob, quia luctando in oratione cum Angelo imitantur eum. Duobus enim brachiis luctandum eſt cum Angelo magni conſilii, quæ determinantur *Oſee* 12. Invaluit ad Angelum, & confortatus eſt: flevit, & rogavit eum: in Bethel invenit eum, & ibi locutus eſt nobiſcum. Angelus magni conſilii eſt Chriſtus filius Dei, cum quo luctamur duobus brachiis, fletu & oratione.

Sed in luctu orationis locus ſervandus eſt, ut eum in Bethel quæramus, ideſt, in utero Virginis incarnatum. Ibi enim loquitur, quia per B. Virginem nobis conſolationes ſuas tranſmiſit.

Item nota, quod bene junguntur hæc duo, Rex juſtitiæ, & Rex pacis, ſic debet Prælatus exercere juſtitiam contra vitia, ut pacem habeat cum natura: vitia enim impugnanda ſunt, non homines. Juſtus ergo ſit, & ne excedat degenerando in ſeveritatem, & auſteritatem. Sit pacificus per miſericordiam, quia univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.

Et juſtitia & pax per oſculum debent fœderari. Unde de Job dicitur *Job* 1. Erat ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo. Multum autem prodeſt manſuetudo, & ſimplicitas cum rectitudine ad fructum correctionis. Unde *Pſ.* 98. Quoniam ſupervenit manſuetudo, & corripiemur. 3. *Reg.* 10. Magnificatus eſt Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ. Ille enim optime regit etiam ſuper Regem, qui pacem cum omnibus ſervat; talis eſt Salomon, ideſt, pacificus. Sequitur:
c Sine patre, &c.] quia non debet Sacerdos Dei habere affectum carnalem nimis ad parentes. *e* Sine genealogia] i. ſine affectione ad nepotulos. Non enim debet circa ſe congregare turbam parentum, & nepotulorum. Unde *Lev.* 10. In ordinatione Aaron mortui ſunt filii ejus, ad ſignificandum, quod omnis carnalis affectio extingui debet in Sacerdotibus. *Deut.* 33. Illi ſunt, qui dixerunt patri & matri, neſcio vos; & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos: hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſervaverunt. Vel (Sine genealogia) quia non debent habere filios & filias ad luctamen, ſicut Sacerdotes veteris Teſtamenti habebant. *f* Neque initium, &c.] quia opera Sacerdotis nec debent eſſe in initio, nec in fine, ſed in medio; quia medium tenet virtus. Vel non debent eſſe in initio, ut ſint puerilia & tenera. Nec debent finem habere, ſed perſeverantia exigitur. Unde debent habere tunicam talarem hiacyntinam, i. operationem, converſationem cœleſtem, & perſeverantem. *Gen.* 37. Fecit Joſeph pater ſuus Jacob tunicam polymitam. Alia littera, talarem, unde Tau littera ſcribitur ſuper viros gementes & dolentes. *Ezec.* 9. Quæ ſignificat perſeverantiam: quia Tau eſt ultima littera in alphabeto apud Judæos. *Ezec.* 9. Omnem ſuper quem videris Tau non occidetis. *Apoc.* 7. Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadúſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum. *g* Aſſimilatus, &c.] in præſenti habens conſtantiam in gratia, in futuro habens ſtabilitatem in æterna gloria. Et nota, quod ille Melchiſedech dicitur aſſimilatus filio Dei. Non dicit, ſimilis, quia illa aſſimilatio ex parte eſt, & non omnino expreſſa. *Exod.* 15. Quis ſimilis tui in fortibus Domine? *Job* 36. Nullus ei ſimilis in Legiſlatoribus. *Chryſ.* Quis ſimilis tui in fortibus, Domine? *Chryſ.* [Aſſimilatus autem, &c.] Nisi hæc ſimilitudo, quia hujus principia neſcimus, ſed nec illius. Non autem in omnibus eſt ſimilitudo; ſi enim in omnibus ſimilitudo eſſet, jam non ſimilitudo, vel typus ejus eſſet, ſed veritas. Sed typus utique quemadmodum Dominus imaginibus quid habet ſimile, quid nec diſſimile. Sic ergo in iſto Melchiſedech ſignificatus eſt Chriſtus, ſicut & in aliis Prophetis, ſed expreſſius in iſto, ut dicit *Gl.* & *Oſee* 12. Et in manu Prophetarum aſſimilatus ſum. *Job* 37. Qui in manu omnium hominum ſignat, ut noverint ſinguli opera ſua. *h* Intuemini autem] Commemoratis quibuſdam, quibus aſſimilatur Melchiſedech filio Dei, ideſt, Chriſto, adhuc immoratur in commendanda dignitate ipſius, & excellentia Sacerdotii ipſius, prætereus eum ipſi Abrahæ patri omnium & omnibus Levitis; quia talis fuit Melchiſedech, ut dictum eſt (Intuemini) an etiam ex factis. *i* Quantus ſit hic] i. Melchiſedech. *k* Cui & decimas dedit] tanquam minor majori; & hoc *l* De præcipuis] ſuis, non ſolum frugum, ſed prædarum: & hoc eſt, quod ſuperius dixit, diviſit. *m* Abraham Patriarcha] i. Princeps inter patres. Ex hoc ergo, quod Abraham dedit decimas Melchiſedech, vult oſtendere Apoſtolus, quod Abraham minor fuit: ergo & Levi minor fuit quam Melchiſedech, ergo & minor fuit Levi quam Chriſtus, cujus figura fuit Melchiſedech. *Chryſ.* Si Melchiſedech, qui typum habet Chriſti, non tantum Sacerdotibus, ſed ipſo Protoplaſto Sacerdotum, ſcilicet Abraham melior eſt, quid ergo dicendum eſt de ipſa veritate? Et nota

quod dicit (De præcipuis) Ex hoc videtur, quod de potioribus dandæ ſunt decimæ, non de pejoribus. *Malach.* 1. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino. Item in *ead.* Si offeratis cœcum ad immolandum, nonne malum eſt? Offer illud Duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Quod eſt contra quoſdam, qui quando fortes ſunt, & incolumes, & juvenes, tunc non offerunt ſe Deo; ſed quando debiles ſunt, & imbecilles, tunc volunt intrare Religionem, vel quando vidēt, quod non poſſunt diu vivere. Et utinam vel tunc offerrēt ſe totos. Item hoc eſt contra illos, qui multa dant hiſtrionibus, vel meretricibus, & modicā dāt pauperibus: vel multa dant buſtæ, & nihil eſurienti animæ. Tales ſunt Cainitæ, de quibus dicitur. *Jud.* Væ illi, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt. Cain enim obtulit, ſed non de præcipuis ſicut Abel: recte diviſit, quia ſe Deo cum muneribus non obtulit, de primogenitis gregis ſui, & de adipibus eorum ſe obtulit Abel: & reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain autem, & munera ejus non reſpexit. Et poſtea dicitur ſecundum aliam litteram. Et dixit Dominus ad Cain: Quare concidit vultus tuus, nonne ſi recte offers, recte autem non dividas, peccaſti. Recte diviſit Cain, quia meliora ſua, vel ſe Deo non dedit, & ideo Dominus munera alia ſine ipſo non acceptavit. *I.* 60. Adducam filios tuos de longe, argentum & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui. Benedicit cum eis, quia Dominus oblationem auri, & argenti non quærit, niſi cum ipſa Eleemoſyna ſeipſum homo Deo obtulerit. Sequitur:

a Et quidem *b* de filiis Levi Sacerdotium accipientes *c* mandatum habent decimas ſumere a *d* populo ſecundum legem, *e* ideſt, a fratribus ſuis; quamquam & ipſi *f* exierint de lumbis Abrahæ. *g* Cujus autem generatio non annumeratur in eis, *h* decimas ſumpſit *i* ab Abraham & hunc, *k* qui habebat *l* repromiſſiones benedixit, *m* Sine ulla autem contradictione quod minus eſt *n* a meliore benedicitur.

a Et quidem] Supra prætulit Melchiſedech Abrahæ, quia ab eo decimas accepit; hic præfert eum Levitis, quia hoc modo intuemini, quantus ſit (quidem) ideſt, certe.

b De filiis, &c.] i. jure Sacerdotii, quod accipiunt.

c Mandatum habent] in lege decimas ſumere a populo, non enim auctoritate propria ſumunt, ſed auctoritate legis, & hoc habent ratione Sacerdotii, & hoc eſt quod dicit: *e* Secundum legem] ideſt, non abſoluta licentia accipiebant ſicut Melchiſedech. Sed [ſecundum legem] ideſt, non aliter, quam præcepit lex. *Num.* 18. Hic autem Melchiſedech ſecundum nullam legem accepit a Patriarcha, cum eſſet alienigena, & ita dignior. Et nota, quod dicit: *d* A populo] i. [a fratribus ſuis] quaſi diceret, non ab aliquo ſummo viro, vel alieno, ſed a populo humili, & ſibi cognatione carnis conjuncto. *Num.* 18. Sed per hoc, quod hic dicitur, & in textu, & in *Gloſ.* videtur quod ſoli Sacerdotes poterant ſumere decimas. Dicit enim textus [Et quidem, &c.] *Gloſ.* dicit, ideſt, per hoc, quod accipiunt Sacerdotium, mandatum decimas ſumere. Sed contra ſoli filii Aaron erant Sacerdotes; ergo ſoli filii Aaron ſumebant, quia nec omnes Sacerdotes erant, illi ſcil. qui habebant maculam corporis, non ab eo. *Lev.* 21. Si ergo ſoli filii Aaron accipiebant decimas, quid habebant alii Levitæ. Propterea *Num.* 18. plane determinatur, quod omnes Levitæ accipiebant decimas. Quid eſt ergo, quod hic dicit Apoſtolus, quod Sacerdotium accipientes ſumebant decimas. Reſp. hoc dicit Apoſtolus, quia pro Sacerdotio principaliter dabantur. Unde & Levitis dabantur, quia miniſtrabant Sacerdotibus. Unde *Num.* 18. Filiis Levi dedi omnes decimas Iſraelis, pro miniſterio, quo ſerviunt mihi in tabernaculo fœderis, Quod autem principaliter pro Sacerdotio darentur omnia, dicitur ibid. *Num.* 18. Omnia quæ ſanctificantur a filiis Iſrael, tibi tradidi, & filii tui pro officio Sacerdotali legitima ſempiterna. *f* Quamquam & ipſi exierint de lumbis Abrahæ,] q. d. licet pares ſint in genere, tamen ipſi Levitæ poſſunt a populo decimas ſumere. *Chryſ.* Tanta eſt enim Sacerdotii eminentia, ut qui pares honore a progenitoribus, & eumdem habebant propagatorem, ideſt, per avum, multo meliores & digniores eſſent aliis; decimas enim ab illis accipiunt, cum non inventus fuerit quis ab ipſis decimas aſſumens. Nonne ipſi in ordine Laicorum; ipſe non in Sacerdotibus, & non hoc ſolum, ſed neque par erat eis honor, ſed ex alio genere. Itaque nequaquam dediſſet allophylo, ideſt, alterius Tribus homini decimas Abraham, niſi multus eſſet ejus honor, &c. Unde ſubditur:

g Cujus autem generatio, &c.] quaſi filii Levi a fratribus accipiunt, ſed Melchiſedech.

g Cujus autem generatio non annumeratur in eis,] ideſt, a Judæis, quia fuit alienigena abſque legis mandato ſua auctoritate.

h Decimas ſumpſit] quaſi excellentior.

i Ab Abraham] Patriarcha. Per hoc ergo, ideſt, ab ipſis Levitis accepit Melchiſedech decimas, & ita major fuit Levitis, quia major fuit Abraham patre Levitarum. *Chryſ.* Qualiter oſtendit, quod Levi decimas dedit Abraham, aut decimas dedit Levitis, & quid ad vos Hebræos maxime, quid ad nos? Non enim altercamini Levitas meliores eſſe, quam Abraham; ſed Abraham meliorem Levitis conceditis.

k Et hunc] quia non ſolum decimarum ſumptione oſtendo Melchiſedech eminere Abrahæ, ſed per conſequens omnibus Levitis, ſed etiam ea benedictione. Et hoc eſt quod dicit [Et hunc] ſcilicet, Abraham tam magnum.

l Qui habebat repromiſſiones, benedixit] ideſt, illum, cui factæ ſunt promiſſiones gentium in ſemine ſuo benedicendarum. *Geneſ.* 16. Benedixit, ut pater benedixit eum, etiam in tempore majoris dignitatis. Sed quomodo habebat repromiſſiones, qui eas expectabat. *Heb.* 11. Juxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, &c. Solut. Spem habebat. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus.

m Sine ulla autem contradictione,] quia hoc eſt commune judicium, ſive communis conceptio.

n Quod minus eſt a meliore, &c.] ita Melchiſedech typus Chriſti major eſt Abraham, & filiis Levi; ergo multo fortius veritas Chriſti. *Gloſſ.* Provide typus Chriſti melior eſt promiſſiones habens, quia hoc videtur minus, quod benedicitur ab aliquo ex communi omnium judicio, & ſine ulla contradictione, etſi ergo in acceptione decimarum contradicatur, quod non ideo ſit minor; quia & filii Levi accipiunt a fratribus, hoc tamen non poteſt contradici.

Sed contra ipſos. *Pſalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, &c. Non ergo omnis qui benedicit, major eſt.

Item *Job* 29. Benedictio perituri ſuper me veniebat. Reſp. multiplex eſt benedictio. Auctoritatis, quæ pertinet ad ſuperiorem, qui habet auctoritatem benedicendi inferiori, de qua loquitur hic Apoſtolus; & de hoc dicitur *Lev.* 9. Extendens manum ſuam ad populum, benedixit ei.

Item *Num* 6. Loquere Aaron, & filiis ejus. Sic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis; Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat tibi Dominus faciem ſuam, & miſereatur tui. Convertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Invocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.

Item *Pſ.* 83. Etenim benedictionem dabit Legiſlator, &c. *Eccl.* 3. Benedictio patris firmat domos filiorum. Item eſt benedictio laudis, & gratiarum actionis, qua benedicitur Deus ab homine, de qua loquitur *Pſ.* 35. Benedicam Dominum in omni tempore, &c.

Item *Eccl* 4. Qui tenuerit vitam illam, hæreditabunt, & quo introibit, benedicetur Deus.

Item *Eccl.* 43. Benedicentes Dominum, exaltate eum quantum poteſtis; major eſt enim omni laude. Item eſt benedictio devotæ orationis, ſive bonæ optionis, qua benedicitur dives a paupere. *Job* 29. Benedictio perituri ſuper me veniebat. *Et* 31. Si non benedixerunt mihi latera ejus, &c. Item eſt benedictio promptæ ſubventionis, qua benedicitur pauper a divite, de qua 2. *Cor.* 9. Neceſſarium exiſtimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem: hanc paratam eſſe, ſi quaſi benedictionem, non quaſi avaritiam. Et 1. *Reg.* 25. Suſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua. Sed adhuc quæritur de benedictione Sacerdotali, quia nonne Sacerdos hebdomadarius dat benedictionem ipſi Decano, quando legit lectionem in choro; ergo major benedicitur a minori. Item Papa conſecratur ab Epiſcopo Hoſtienſi, & Sacerdos conſecrat Euchariſtiam, quæ major eſt. Item Archiepiſcopus ab Epiſcopo conſecratur. Sol. Quidam dicunt quod hoc intelligitur, quod dicit hic Apoſtolus, de benedictiones prælationis, non conſecrationis. Sed hoc nihil eſt. Unde dicendum eſt, quod conſecrat Sacerdos non Euchariſtiam, ſed panem benedicit, neque Epiſcopus Archiepiſcopum, ſed Clericum, ut ſit Archiepiſcopus, Decanus autem Concanonicus eſt inquantum legit

minor

minor eſt Sacerdote, tunc non facit officium Decani. Sequitur: *a* Et hic quidem,] quaſi hoc etiam modo intuemini dignitatem Melchiſedech. [Et,] ideſt, quia.

b Hic quidem,] ideſt, in Sacerdotio Levitico.

a Et hic *b* quidem *c* morientes homines decimas accipiunt; *d* ibi autem *e* conteſtatur, quia *f* vivit. *g* Et ut ita *h* dictum ſit, per Abraham, *i* & Levi, *k* qui decimas *l* accepit, *m* decimatus eſt. *n* Adhuc enim *o* in lumbis patris erat, *p* quando *q* obviavit ei Melchiſedech. *r* Si ergo conſummatio per *ſ* Sacerdotium Leviticum erat, (*t* populus enim ſub ipſo legem accepit,) *u* quid adhuc neceſſarium *x* fuit ſecundum *y* ordinem Melchiſedech alium ſurgere Sacerdotem, *z* & non ſecundum ordinem Aaron dici? Translato. *a* enim Sacerdotio, neceſſe eſt, & ut legis tranſ-

c Morientes homines, &c.] Unde filius ſuccedit patri morienti, ſicut Eleazar ſucceſſit defuncto Aaron. *Num.* 20. *infr. eod.* Plures facti ſunt Sacerdotes, idcirco, quod morte prohiberentur permanere.

d Ibi autem,] ideſt, ubi agit de Melchiſedech. *e* Conteſtatur,] Scriptura, ideſt, mecum teſtatur. Vel, (Conteſtatur,] ideſt, idem in multis locis teſtatur. *Gen.* 14. & *Pſ.* 109. Conteſtatur dico. *Pſalm.* 109.

f Quia vivit,] ideſt, per hoc quod de morte ejus nihil dicit, ſignificatur, quod aliquid æternum per ipſum Melchiſedech intelligitur. Unde Propheta dicit Chriſto. Tu es Sacerdos in æternum, i. qui non morieris, vel deficies a Sacerdotio, ſecundum ordinem Melchiſedech, de morte cujus non legitur: Similiter Sacerdotes noſtri deberent eſſe tales, de quorum morte non audiretur aliquid, ut ſcil. vitarent mortem, ſive maculam peccati; ſed omnino novi per gratiam, & ſtrenui per operationem bonam; non imbecilles, & quaſi mortui per tepiditatem. *Lev.* 21. Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium ejus, ſi cœcus fuerit, ſi claudus, &c. 1. *Mach.* 4. Elegit Judas Sacerdotes ſine macula voluntatem habentes in lege Dei, & mundaverunt Sancta. *Epheſ.* 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, ideſt, non nominetur aliud in vobis, ideſt, de vobis, niſi vita. Talis enim debet eſſe Sacerdos, ut non de morte ejus, ideſt, de peccato ejus fiat aliqua nominatio, ideſt, mala fama.

g Et ut ita, &c.] Supra dixit, quod Levitæ tanquam digniores acceperunt a populo decimas, & quod plus eſt Melchiſedech accepit ab Abraham patre Levitarum, & benedixit ipſi Abrahæ.

Hic concludit ex prædictis, quod etiam ab ipſo Levi, ideſt, a Levitico Ordine, qui tantus fuit, ut decimas a populo acciperet, accepit decimas Melchiſedech quodammodo, quia Levi erat in lumbis Abrahæ, quando Abraham ei decimas obtulit: & ita ſequitur, quod Melchiſedech dignior eſt, quam Levi; dicit ergo: (Et ut ita,) quaſi hoc etiam modo dignior eſt Melchiſedech, quam Levi, (Et,) i. quia. *h* Ut ita dictum ſit,] i. ut ita loquar per quemdam, ſc. tropum, & figuram loquendi. *i* Per Abraham,] ideſt, per hoc, quod Abraham dedit decimas, & Levi quodammodo in Abraham Melchiſedech.

k Et Levi,] ideſt, Leviticus Ordo.

l Qui decimas,] a fratribus ſuis.

m Decimatus eſt,] ideſt, decimas dedit Melchiſedech. Per hoc enim quod Abraham dedit decimas, & Levi quodammodo in Abraham non in propria perſona, ſed ut in cauſa: quia in eo erant ſecundum cauſam materialem, & ſecundum ſeminalem rationem. Et ideo dicit Apoſtolus; (Ut ita,] ideſt, ut loquar ſecundum tropum quemdam loquendi. Non enim proprie Levi in ſua perſona decimas dedit, ſed in Abraham.

Unde ſubdit: *n* Adhuc enim,] ſcil. quando Abraham decimas dedit. *o* In lumbis patris erat,] Levi, ſcil. in lumbi Abrahæ dupliciter ſecundum cauſam materialem, & ſecundum rationem ſeminalem.

p Quando obviavit,] occurrit.

q Ei,] i. Abrahæ revertenti de cæde quatuor Regum Melchiſedech. *Chryſ.* Non dixit adhuc in lumbis patris erant Levitæ, ſed Levi, qui eminentior. De quo etiam dicitur *Mal.* 2. Pactum meum fuit cum Levi vitæ, & mortis. Et nota, quod tripliciter exponitur hoc, quod Levi decimatus eſt per Abraham. Primo, ſicut dictum eſt, ideſt, in hoc, quod Abraham decimas dedit Melchiſedech, dedit & Levi quodammodo decimas, non in perſona ſua, ſed in parente. Item decimatus eſt, ideſt, decimarum ſolutioni obligatus. Levitæ enim ſolvebant decimas ſummo Sacerdoti, ut habetur *Num.* 18. Sicut Abraham ſolvit decimas Melchiſedech, qui erat Sacerdos Dei Altiſſimi. Item decimatus eſt in Abraham, i. ſicut Abraham peccato fuit obligatus, pro cujus purgatione ſolvit decimas; ita & Levi obligatus eſt peccato, quod eſt ratio ſolutionis decimarum.

r Si ergo conſummatio] Hæc eſt ſecunda pars capituli, in qua probat Sacerdotium Chriſti. Primo, per alterius Sacerdotii ſponſionem & ſucceſſionem; quia ſi eſſet perfectum Sacerdotium Aaron, aliud non promitteretur, ibi: Si ergo.] Secundo, oſtendit per Sacerdotii translationem quoad Tribum, ſc. de Tribu Levi ad Tribum Juda, de qua fuit Chriſtus, ibi: Translato enim] Tertio, oſtendit eſſe translatum, ibi: In quo enim] Quarto, probat idem per tranſlationem quoad ritum, ibi: Et amplius] Quinto hanc probat auctoritate, ibi: Conteſtatur enim.] Sexto, oſtendit, quare ſit translatum, ibi: Reprobatio] Septimo, redit ad propoſitum, & probat Sacerdotium Chriſti majus, quia promiſſum eſt ſub jurejurando; Sacerdotium autem Aaron non ita, ibi: Et quantum eſt.] Octavo, oſtendit auctoritate Scripturarum, ibi: Juravit Dominus.] Nono, oſtendit majus eſſe Sacerdotium Chriſti per eminentiam Sacerdotis, & per majoritatem familiaritatis ejus ad Deum, ibi: Et alii quidem.] Decimo, hoc idem probat per Sacerdotis perfectionem, ibi: Lex enim homines conſtituit.] *De conſ. c. translatio.*

Dicit ergo: (Si ergo conſummatio.) Iſtud (ergo) continuatur ad hoc, quod ſupponebant illi, quibus loquebatur, quaſi diceret: tu dicis, o Judæe, quod Sacerdotium Leviticum perfectum erat, quia habebat perfectam legem, & juſta judicia. Reſponde ergo, ſi potes, & ſolve hoc. (Si conſummatio,) i. perfectio. *ſ* Per Sacerdotium,] quia habebat perfectam legem, & juſta judicia, ſicut Judicis.

t Populus enim,] ideſt, ſub Sacerdotio, quaſi diceret, tu dicis, & ideo conſummatio erat per Sacerdotium Leviticum, quia tempore Sacerdotii adjuncta eſt lex ipſi Sacerdotio; & ita perfectio erat: quia Sacerdotium ſanctificabat, & lex inſtruebat. Si, inquam, hoc dicis, o Judæe, quæro a te hoc. *u* Quid adhoc,] ideſt, poſtquam vetus Sacerdotium conſummationem daret. *x* Neceſſarium fuit,] dici a Propheta David: *y* Secundum ordinem Melchiſedech.] Alium dicit, & ſecundum ritum, & ſecundum Tribum. *z* Et non ſecundum, &c.] quaſi diceret, ſi Sacerdotium Leviticum perfectum eſſet dictum fuiſſet de Chriſto. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Aaron, & non ſecundum Melchiſedech. Ergo conſtat, quod imperfectum erat Sacerdotium Leviticum, cui ſucceſſit novum, licet etiam lex ſub Sacerdotio data ſit, quia etiam de lege dicitur *Infr. eod.* Nihil enim ad perfectum adduxit. Lex enim morbum oſtendebat, ſed non ſanabat; Sacerdotium autem mentem non ſanctificabat offerentium vi ſua, nec Sacramenta ſacerdotalia, ſed omnia in figura contingebant illis, in figura Sacerdotii Chriſti, cujus Sacramenta ſua vi gratiam conferunt. Lex enim per Moyſen data eſt; gratia autem, & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. *Joan.* 1. Gratia in Sacramentis, veritas in mandatis novæ legis; ideo perfectum eſt Sacerdotium Chriſti: quia conſummationem dat plebi: quia habet legem veritatis, quantum ad intellectum illuminandum, & gratiam confert in Sacramentis, quantum ad effectum juvandum. Ideo ergo Chriſtus, non Aaron poteſt dicere vere illud, *Jo.* 19. Conſummatum eſt. Item non de Aaron dicit *Iſ.* 10. ſed de Chriſto, conſummatio abbreviata inundabit juſtitiam. Conſummationem enim, & abbreviationem Dominus exercituum faciet in medio omnis terræ. Sicut etiam dicit Apoſtolus, ab hoc loco illud aſſumens. *Rom.* 9. Verbum conſummans, & abbrevians in æquitate; quia verbum breviatum faciet Dominus ſuper terram. Item: *Iſ.* 28. Conſummationem, & abbreviationem audivi a Domino. Item *inf.* 8. Habentur de conſummatione illa verba: Ponitur illa auctoritas. *Jer.* 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Judæ Teſtamentum novum, &c.

a Translato enim, &c.] Quia ſi Leviticum Sacerdotium conſummaret, fruſtra ſurgeret alius Sacerdos. Sed ſurgit alius Sacerdos, ut dicit Propheta ſecundum ordinem Melchiſedech; ergo propter imperfectionem ſuam iſte transfert primum Sacerdotium; ergo & lex transfertur. Ergo non debetis o vos Judæi, tenere legalia. (Translato enim Sacerdotio, neceſſe eſt, ut legis translatio fiat.) Quia enim ab eodem, & ſub eadem ſponſione utraque data ſunt, quod de uno dicitur, neceſſe eſt ut de alio intelligatur. (Translato enim Sacerdotio) ideſt, deſtructo Sacerdotio Levitico, neceſſe eſt, ut lex deſtruatur, ideſt, legalium obſervatio,

Item

Item tranſlato Sacerdotio, ideſt, innovato Sacramento in Chriſto, neceſſe eſt, quod nova lex oriatur. Unde *Chryſ.* ſi alterum Sacerdotium, & legem alteram neceſſe eſt eſſe, ſc. Teſtamentum novum, de quo habetur *infr.* 8. Et poſtea dicit: Neque enim Sacerdotem convenit eſſe ſine Teſtamento, legibus, & præceptis; neque aliud accipientem Sacerdotium illo uti Teſtamento. *Lev.* 26. Novis ſupervenientibus, vetera projicietis. Alias expoſitiones ſuper hoc require in *Gloſſ.* Et nota, quod dicit *Gloſſ* Hæc tranſlatio Sacerdotii præfigurata fuit in Samuele, qui cum non eſſet de Tribu Levitica, ſed de tribu Ephraim, electus eſt Sacerdos a Domino, reprobatis filiis Levi, Domino dicente: Qui honorificaverit me, honorificabo eum; & qui inhonoraverit me, inhonoratus erit. 1. *Reg.* 2. Sumitur hoc, ubi dicitur ſecundum noſtram litteram: Locutus ſum loquens, ut domus tua, & domus patris tui miniſtret in conſpectu meo uſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc a me, quicumque honorificaverit, honorificabo eum, ſc. Sacerdotio; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Sed quæritur de hoc, quod dicit *Gloſſ.* de Samuele, qui cum non eſſet de Tribu Levitica, ſed de Tribu Ephraim, &c.

C

latio fiat. *a* In quo enim *b* hæc dicuntur, *c* de alia Tribu eſt, *d* de qua nullus altari *e* præſto fuit. Manifeſtum eſt enim, quod ex Juda ortus ſit Dominus noſter, *f* in qua tribu nihil de Sacerdotibus Moyſes locutus eſt. *g* Et amplius *h* adhuc manifeſtum eſt, *i* ſi ſecundum k ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius *l* Sacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt; *m* ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis. *n* Conteſtatur enim, *o* quoniam *p* tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. *q* Reprobatio quidem fit præcedentis *r* mandati propter *ſ* infirmitatem ejus, *t* & inutilitatem. *u* Nihil enim ad perfectum adduxit lex. *x* Introductio vero *y* melioris ſpei, *z* per quam *a* proxima-

a In quo enim] quaſi vere transfertur Sacerdotium, & ſurgit alius Sacerdos, quod oſtendo, & per ritum, & per Tribum. Primum autem de Tribu oſtendit, poſtea de ritu, quaſi vere ſecundum ritum alius ſurgit. Chriſtus enim, (in quo) i. de quo, vel ad quem. Vel, (in quo,) i. cujus conſideratione. *b* Hæc dicuntur,] ſc. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.

c De alia Tribu,] ideſt, de Tribu Juda.

d De qua,] alia nullus. *e* Altari præſto,] i. acceſſit ad miniſterium Altaris. Unde *Num.* 18. Sceptrum patris tui ſume tecum. Præſto enim fuit, ut miniſtraret. Alii enim non debebant accedere ad miniſterium. Unde Ozias, quia miniſtrare voluit, percuſſus eſt lepra. 2 *Paral.* 26. Et vere de alia Tribu fuit Chriſtus. Verum eſt enim, quod ex Juda ortus ſit Dominus noſter, ſicut habetur *Matth.* 1. Liber generationis Jeſu Chriſti filii David, &c. *Apoc.* 5. Vicit leo de Tribu Juda radix David, &c. Sic ergo de Tribu ad Tribum tranſlatum eſt Sacerdotium, de Sacerdotali ad regalem; ut in eodem ſit Sacerdotalis, & regalis Tribus, ut fuit Melchiſedech Rex, & Sacerdos. Secundum illud *Exod.* 19. Vos eritis mihi in regnum Sacerdotale. Non dixit, eſtis modo, ſed eritis. Item 1. *Petr.* 2. Vos eſtis genus electum regale Sacerdotium. In ſignum autem hujus, quod ſc. Sacerdotium transfertur ad Tribum regalem accepit Aaron uxorem Eliſabeth filiam Aminadab, ſororem Naaſon de Tribu Juda. *Ex.* 6. Nota *Gloſſ.* Et intuere myſterium. Primum fuit regalis, poſtea facta eſt Sacerdotalis; ſic Chriſtus Rex erat ſemper; Sacerdos autem factus eſt, quando carnem ſumpſit, quando ſe Sacrificium obtulit. *f* In qua Tribu nihil de Sacerdotibus Moyſes locutus eſt,] ut ſcil. de ea, i. de Tribu Juda aliquis eſſet Sacerdos. Sequitur:

g Et amplius.] Oſtenſo, quod alius ſurrexit Sacerdos per Tribum, oſtendit idem per ritum. Unde dicit: (Et amplius) quam per tribum. *h* Adhuc manifeſtum eſt,] hoc, ſc. quod transfert Sacerdotium, & ſurgit alius Sacerdos. Hæc enim eſt firmior probatio, ſc. per ritum, quia etſi tribus in Samuele mutata erat, non tamen ritus. Et vere manifeſtum eſt. *i* Si,] ideſt, quia

k Secundum ſimilitudinem Melchiſedech exurget alius Sacerdos,] ideſt, per hoc, quod Propheta dicit: Secundum ordinem Melchiſedech, ideſt, ſecundum ritum Sacrificii ejus ſurgere alium Sacerdotem. Per hoc inquam, manifeſtum eſt, quod tranſlatum eſt, quod transfertur Sacerdotium Leviticum. Secundum ordinem enim Melchiſedech Chriſtus ſurrexit, quia ſicut ille panem, & vinum obtulit Abrahæ; ita hic diſcipulis in eiſdem ſpeciebus carnem, & ſanguinem dedit. Alius dico.

l Qui non ſecundum legem, &c.] ideſt, qui non eſt factus Sacerdos ad hoc, ut teneret, vel tenenda doceret carnalia mandata legis, ideſt, carnales obſervantias.

m Sed ſecundum virtutem,] ideſt, ſecundum ſpiritualem intellectum ipſius legis, quam exequentes habent vitam æternam. Ecce diſtat inter Sacerdotium, & Sacerdotium. Illud carnale, hoc ſpirituale; illud temporale, hoc æternum. Unde *Jo.* 6. Verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, & vita, ideſt ſpiritualiter intellecta vivificant. *n* Conteſtatur enim] hoc David, ideſt, mecum teſtatur, vel Deus Pater conteſtatur hoc de filio ſub jurejurando.

o Quoniam] dicit de eo.

p Tu es Sacerdos in æternum, &c.] Sæpius hoc expoſitum eſt, ideo non eſt modo exponendum. Vel ſic, be- *Pſal.* 109.
ne dixi, quod Chriſtus factus eſt Sacerdos, non ſecundum legem mandatorum carnalium, ſed ſecundum legem ſpiritualem, quod oſtendo, quia conteſtatur Propheta hoc, vel pater de filio. *o* Quoniam,] dicit de eo. *p* Tu es Sacerdos in æternum,] non ſecundum ordinem Aaron; ergo tranſlatum eſt Sacerdotium; ergo & lex: & ita per hoc oſtenditur, quod Chriſtus non docet legalia tenenda, quia ſunt tranſlata. Sed quia forte ad transferendæ legis demonſtrationem Sacerdotii tranſlatio non videretur omnino ſufficere curioſis: ideo ſupponit hic cauſam, quæ omnium hominum animis ſatisfacit, ſi cauſam alicujus rei agnoverint. Oſtendit enim, quare vetus Teſtamentum ſit deſtructum, cum Deus illud dederit; & novum ſubſtitutum, quia ſcil. tempore ſui ſtatus illud fuit infirmum, & nunc prorſus inutile. Hoc autem, i. novum Teſtamentum perficit: quod quidem valet ad laudem novi Sacerdotis. Ait itaque ſic, quod oſtendens Dominus, quod juſte reprobata ſit lex tranſlata.

q Reprobatio quidem fit,] non annihilatio, ſecundum *Chryſ.*

r Præcedentis mandati,] ideſt, veteris legis. Et bene ait, (præcedentis) quia aliquid debet ſequi.

ſ Propter infirmitatem ejus,] quam habuit, dum ſtetit.

t Et inutilitatem,] quam modo habet; quia modo lex damnoſa eſt, ſi tenetur. Et ideo juſte reprobata eſt, & non ſine cauſa. *Chryſ.* Maxime certificat hominem ſcire cauſas. Et hoc in fidem ducit magis, cum cauſas ſcimus. Ex hoc autem hæretici inſurgunt. Sed audi diligenter. Non dixit, propter perniciem, vel malignitatem; ſed propter imbecille, & inutile. Sed, & alibi oſtendit imbecille. *Rom.* 8 Nam quod impoſſibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati.

u Nihil enim] quaſi vere fuit infirma tunc. [Nihil enim ad perfectum adduxit lex,] i. neminem juſtificatione perfecit. *Chryſ.* Nihil ad perfectum adduxit, ideſt, nullum perfectum operata eſt. Item nihil potuit, litteræ erant tantum ſuadentes hoc fac, hoc non fac; virtutem non imponentes, quod facit ſpes. Item nota, quod non dicit: Nihil vivit. Lex enim multum vivit, ſed non perficit. *Gal.* 3. Si enim data eſſet juſtitia. Et poſtea dicit: Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.

x Introductio vero,] quaſi illa reprobatur, (introductio vero,] fit per Pontificem prædictum.

y Melioris ſpei,] ideſt, melioris legis, per quam ſperatur gloria æterna ab obſervantibus. Unde *Matth.* 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Obſervatio enim mandatorum Chriſti dat vitam. Unde *Joan.* 6. Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Chryſ.* Melioris ſpei dicit: Nam habebant, & illa mandata ſpem, & non ſalutem. Terram enim ſperabant, & nihil pati mali, & ſimilia. Nos vero non terram, ſed cœlum: & quod multo melius eſt ſtatuens nos cum Angelis, tunc & miniſtrare Deo cum ipſis; ſecundum illud *Eccl.* 25. Et in habitatione ſancta coram ipſo miniſtravi. Unde ſubdit:

z Per quam,] ſpem, ſcilicet.

a Proximamus ad Deum] Per ſpem enim jam in cœlo ſumus.

Sicut dictum eſt *ſupr* 6. de ſpe. Quam, inquit, ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem, vel introeuntem uſque ad interiora velaminis. *Rom.* 8. Se ſalvi facti ſumus.

Sed cur de ſpe dicit Apoſtolus quod ea proximamus ad Deum, & non de charitate magis? Reſpondemus, quia

charitas

a charitas copulat Deo, & jungit, ſive unit, Secundum illud 1.*Cor.*6. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus efficitur. Spes autem ducit, & ita accedere ad Deum facit; fides autem via eſt. Accedamus ergo ad Deum per ſpem, & ipſe accedet ad nos per ſpei impletionem. Secundum illud *Jac.*4. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis.

mus ad Deum. a Et quantum eſt non ſine jurejurando Sacerdotes facti ſunt. c Hic autem cum d jurejurando e per eum, f qui dixit ad illum: g Juravit Dominus, h & non pœnitebit eum; i tu es Sacerdos in æternum. k Intantum l melioris Teſtamenti ſponſor factus eſt Jeſus. m Et alii n quidem plures facti ſunt Sacerdotes, o idcirco quod morte prohiberentur permanere; p hic autem q eo, quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium. r Unde ſ & ſalvare in perpetuum poteſt † accedentes t per ſemetipſum u ad Deum x ſemper vivens y ad interpellandum pro nobis. z Talis enim decebat, ut nobis eſſet Pontifex, a Sanctus, innocens, b impollutus, c ſegregatus d a peccatoribus,

Pſalm 109. a Et quantum eſt,] hoc, Adhuc oſtendit, quod majus eſt ſacerdotium Chriſti ſub jurejurando promiſſum, Sacerdotium autem Aaron non, Dicit ergo. [Et quantum eſt,] hoc quia per multa commendavimus Sacerdotium & adhuc aliud dico, a Et quantum eſt,] hoc, admirative q. d. valde magnum eſt, ſc. quod non ſine jurejurando Jeſus factus eſt Sacerdos, ſupple. Vel melius ſuſpenſive eſt conſtructio uſq; ibi. (Intantum melioris.) Unde illud. (Quantum,) quod hic dicitur, reſpicit, (in tantum, &c.) b Alii quidem ſine jurejurando,] ideſt, illi Sacerdotes Levitici generis non ſunt ſtatuti in Sacerdotiu ſub jurejurando, in quo innuitur, quod erant aliquando mutandi, c Hic autem,] ideſt, Jeſus factus eſt Sacerdos. d Cum jurejurando] facto. e Per eum,] ideſt, per Deum Patrem non per Moyſen, qui dixit ad illum. g Juravit Dominus, &c.] Sic ordina litteram.

D

al. † accedens.

f Qui,] Deus, (dixit ad illum,) ideſt, ad Chriſtum. Non dicit ad plures Sacerdotes, ſed ad unum. *Chryſ.* Ad unum, i. unus Sacerdos non eſſet novi Teſtamenti, niſi eſſet immortalis. Et jam quid dixit. i Tu es Sacerdos in æternum.] Et quod in æternum ſit Sacerdos. g Juravit Dominus.] Hoc dicit Propheta in propria perſona. (Juravit.) ideſt inconcuſſa veritate firmavit. h Et non pœnitebit eum,] ideſt, non mutabit factum, Deus enim dicitur de re pœnitere, quam mutat. *Gen.*6 Pœnitet me feciſſe hominem, ideſt, mutabo, quod feci, quia delebo hominem de facie terræ. Nota, quod ſi Sacerdotes noſtri eſſent promoti a Deo in Sacerdotium, & ſecundum ordinem Melchiſedech, exequerentur officium ſuum, & Dominum non pœniteret de promotione eorum. k Intantum, &c.] Illud intantum reſpicit ſupra illud, (Et quantum eſt, &c.) quaſi diceret ſecundum quod magnum eſt, hoc, quod cum jurejurando factus eſt Chriſtus Sacerdos, quod non alii, Sacerdotes, (Intantum.) certum eſt, quod.

l Melioris Teſtamenti.] Sic ergo ex laude Sacerdotis infert commendationem legis, cum ſic probat Teſtamentum novum eſſe melius per Sacerdotem meliorem. *Gl.* tamen legit illud. (Intantum,) ſine ſuſpenſione ad, (quantum) præcedens (Intantum,) i. per hoc, quod tanta eſt ſc. quod cum jurejurando factus eſt Sacerdos, & quod per eum approximamus ad Deum, certum eſt quod, m Jeſus factus eſt, &c.] quam ſit verus Sponſor, i. aſſertor veritatis, & ſponſor æternæ beatitudinis. Melius autem ſpondet lex Chriſti, quam lex Moyſi, cum quidem ſpondet lex triticum, vinum, & oleum, & Evangelium vitam æternam, quo pacto ibi gravia non imperantur. 1.*Joan.*5. Mandata ejus gravia non ſunt.

n Et alii quidem,] Hic oſtendit Sacerdotium Chriſti dignius per eminentiam Sacerdotis. Unde dicit. [Et alii quidem,] quaſi hoc iterum modo dignior eſt Jeſus. Et ideſt, quia. [Alii quidam plures,] ſecundum legem. o Idcirco, quod morte, &c.] i. diu manere in vita, & honore ſacerdotali. Quia ſicut dicit *Eccl.* 10. Omnis potentatus brevis vita. *Jo.*8. Et Prophetæ mortui ſunt. Et *Num.* 20. Et pergat Aaron ad populum ſuum, non enim intrabit terram, quam dedi filiis Iſrael. Et poſtea dicit. Cumque Aaron ſpoliaſſet, veſtibus ſuis induit Eleazarum. p Hic autem] ideſt, Jeſus. q Eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium,] quia non poteſt deponi pro culpa. Ille peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus 1. *Petr.* 2. & *Iſa.* 53. Manet autem Chriſtus in æternum.

r Unde,] ſcil. Jeſus, quia manens ſempiternum habet Sacerdotium.

ſ Et ſalvare in perpetuum poteſt, ideſt, ſalute perpetua.

Contra illos, qui volunt ſalvari a Chriſto ſalute temporali, quæ eſt communis hominibus, & jumentis. De qua *Pſal.*35. Homines, & jumenta ſalvabis, Domine. Sed ſuos ſalvat Chriſtus a miſeria, & a pœna. Unde ſignanter dicit. [Salvare in perpetuum poteſt accedentes] quia ſalutem perpetuam dat accedentibus ad ipſum. 1.*Petr.*2. Converſi eſtis nunc ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum, ideſt, ad Chriſtum, qui hic paſcit animam gratiam infundendo, & epiſcopat gloriam æternam in futuro conferendo. *Inf.*10. Accedamus cum vero corde in plenitudinem fidei aſperſi corda a conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Cum non hic tantum, ſed in futuro ſalvat, ut faciat perpetuos; alioquin ſi non ſint perpetui, qualiter ſalvantur in perpetuum? Sed etiam dicitur de non accedentibus, *Job* 36. Potentes non abjicit, cum, & ipſe ſit potens, ſed non ſalvat impios ſed accedentes illos ſalvat Deus. Accedentes, dico,

t Per ſemetipſum] ideſt, per Jeſum Chriſtum.

u Ad Deum] aliter nullus poteſt accedere ad Patrem, niſi per Chriſtum mediatorem, *Jo.*14. Nemo venit ad Patrem, niſi per me. Ipſe enim eſt oſtium, ut dicitur *Jo.* 10. Vel. (Salvare in perpetuum poteſt,) ipſe, dico, accedens ad Deum non per alienum Pontificem, nec per alienas hoſtias, ſed per ſemetipſum ſummum Sacerdotem, & hoſtiam *inf.* 9. Per proprium ſanguinem ſemel introivit in Sancta. Ipſe dico.

x Semper vivens,] quod non alii Sacerdotes; quia etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei. 2.*Cor.*13.

y Ad interpellandum pro nobis.] Repræſentatione enim ſui ex natura, qua Pontifex eſt, i. humana, quam cœlis intulit, interpellat pro nobis *Chryſ.* Hoc ſecundum carnem ait, quia ut Sacerdos interpellat. Qui enim dicit *Jo.*2. Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & vivificat, qualiter interpellat? *Rom.*8. Qui eſt ad Dexteram Dei; qui etiam interpellat pro nobis, 2.*Jo.*2. Advocatum habemus apud Deum Patrem Jeſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. *Inſ.*9. Non enim in manufacta Sancta introivit Jeſus in exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Talis enim, qui dicit, quod per ſe eſt accedens ad Deum ad interpellandum pro nobis, bene nobis expedit, & ſibi convenit.

z Talis enim,] ideſt, decebat, quod talis eſſet ille, qui pro noſtris peccatis mundanis, ſicut Pontifex offert, ſcilicet.

a Sanctus,] ideſt, mundus, vel firmus in mente quantum ad ſe.

b Innocens.] quantum ad proximum in opere.

c Impollutus,] in corpore. d Segregatus a peccatoribus,] ideſt, omnes homines tranſcendens in merito vitæ & converſationis. *De Chriſto.*

De Chriſto autem ſpecialiter dicuntur iſta, & ſingulariter. Dicitur enim. a Sanctus,] ideſt, mundus contra omnem carnalem concupiſcentiam. Item [ſanctus] dicitur, ideſt, agios, ideſt, ſine terra, contra omnem oculorum concupiſcentiam. Item, [ſanctus,] dicitur, ideſt firmus & ſolidus contra omnem inanem ſuperbiam. Item, [ſanctus,] dicitur, i. ſanguine proprio tinctus in paſſione propter redemptionem noſtram. Unde *Iſ.* 63. Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? iſte formoſus in ſtola ſua, &c. His quatuor modis dicitur Chriſtus ſanctus. 1.*Petr.*1. Eum, qui vocavit vos ſanctos, ut & ipſi in omni converſatione ſancti ſitis, quoniam ſcriptum eſt: Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum.

b Innocens,] quia ipſe eſt agnus ſine macula. De quo habetur *Exod.* 12. Et *Joan.* 1. Ecce agnus Dei. Item *Lev.* 19. [innocens] dicitur Chriſtus, qui nec miſerum facit nec miſerum derelinquit, imo miſerum genus humanum per pœnitentiam relevavit. Secundum illud *Pſal* 41. Abyſſus abyſſum invocat, ideſt, abyſſus miſericordiæ revocat abyſſum miſeriarum.

c Impollutus,] quia viæ ejus viæ pulchræ. *Iſ.*41. Semita in pedibus ejus non apparebit, i. pulvis ſemitæ, quæ non adhæret in pedibus diſcipulorum, viæ autem hominum pollutæ ſunt 1.*Reg.*21. Via hæc polluta eſt, ſed & ipſa ſanctificabitur in vaſis. Contra *Matt.*9. Cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit magiſter veſter. Solut. Segrega-

O tus ſuit

a & excelſior cœlis factus, *b* Qui non habet quotidie neceſſitatem, quemadmodum Sacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populo. *c* Hoc enim *d* fecit ſemel ſeipſum offerendo. *e* Lex enim homines conſtituit Sacerdotes infirmitatem habentes, *f* ſermo autem juriſjurandi, qui poſt legem eſt, *g* filium in æternum *h* perfectum.

C A P. VIII.

Capitulum *i* autem ſuper ea, quæ dicuntur. k Talem habemus Pontificem, *l* qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in *m* cœlis *n* Sanctorum miniſter, *o* tabernaculi *p* veri, *q* quod fixit Deus, &

nis honeſtæ. *a* Et excelſior cœlis factus,] i. etiam Angelos tranſcendens in omnimoda felicitate. Taliter ſimiliter deceret eſſe Sacerdotes noſtros, ſed tamen non tanta requirit Dominus in homine puro, quia ſic pauci, imo nulli fierent Epiſcopi. Satis ſufficeret Domino, ſi Sacerdotes noſtri, & Epiſcopi haberent illas ſedecim differentias, de quibus dicitur 1. *Tim.* 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, De Chriſto. unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, Doctorem, non vinolentum, &c. Oſtus fuit a peccatoribus non mente, ſed vita. *Sapient.* 2. Diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt vitæ ejus.
A *a* Et excelſior cœlis factus,] i. omni creatura *Job* 11. Excelſior cœlo eſt & quid facies? Profundior inferno, & unde cognoſces? Longior terra menſura ejus, & latior mari. *b* Qui non habet,] alii, (prius pro ſuis delictis, &c.) Sicut dicitur *Lev.* 16. Roget autem Sacerdos pro ſe, & pro domo ſua, & pro univerſo cætu filiorum Iſrael, non dicit pro his, qui extra cætum ſunt. In quo ſignificatur, quod orationes Eccleſiæ non proſunt excommunicatis. Item *Lev.* 16. Cum exierit Sacerdos ad altare quod coram Domino eſt, oret pro ſe. Item *in eod.* Poſtquam egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum, ac plebis, rogabit tam pro ſe, quam pro populo. Sed Chriſtus non habet hanc neceſſitatem. *c* Hoc enim] ſc. offerre. *d* Fecit ſemel,] in ara crucis non pro ſuis, ſed pro noſtris peccatis. *Iſa.* 53. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et *inf.* Et Dominus poſuit in eo omnem iniquitatem omnium noſtrum. *e* Lex enim.] Quaſi Levitici Sacerdotes habent neceſſitatem quotidie offerre, & non Chriſtus; quia illi infirmi, huic autem ſemel ſufficit, quia filius perfectus. (Lex enim homines conſtituit) infirmitatem, ſcil. culpæ & miſeriæ peccandi, & moriendi, & ideo pro ſe offerebant *ſupr.* 5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, qui condolere poſſit his, qui ignorant, & errant, quoniam, & ipſe circumdatus eſt infirmitate, & propterea debet quemadmodum & pro populo, ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. *f* Sermo autem juriſjurandi, &c.] dictus per David, conſtituit Sacerdotem, i. conſtituendo dicit, vel ſignificat. *g* Filium,] duraturum, (in æternum.) Filium, dico *h* Perfectum.] i. gratia, & veritate plenum, ut dicitur *Jo.* 1. quaſi diceret, lex conſtituit ſervum imbecillem, & mortalem, ſermo autem juriſjurandi conſtituit filium perfectum, & æternum, quando dicit *Pſ.* 109. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, &c. *Chryſ.* Contra ſervum dicit filium, contra imbecillitatem, dicit perfectum, ideſt, potentem; & æternum contra mortale.

E X P O S I T I O C A P. VIII.

Capitulum autem,] Sicut dictum eſt ſuperius, hæc Epiſtola dividitur in quatuor partes. In prima oſtendit Chriſtum excellentiorem omni creatura. Et durat hæc pars uſque ad principium undecimi capituli. Et dividitur in duas partes, quia in prima probat hoc per Sacerdotium Melchiſedech, qui decimas accepit ab Abraham, & benedixit ei. In ſecunda hoc idem probat per ſucceſſionem alterius Sacerdotii, quia ſc. Propheta dicit novum fieri Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech: & non ſecundum ordinem Aaron. In hoc autem octavo capitulo adhuc probat Sacerdotium Chriſti majus eſſe Sacerdotio Levitico. Primo, per dignitatem & poteſtatem offerentis: quia Chriſtus fuit Deus; Aaron, non, *ibi*. (Capitulum autem.) Secundo, per excellentiam oblati, *ibi* (omnis enim Pontifex.) Et oſtenditur excellentia oblati in duobus. Primo, quia non eſt carnale, quod notatur, *ibi* [Qui exemplari, &c.] Quod autem umbra ſit in lege probat per auctoritatem. *Ex.* 25. [Vide inquit, omnia facito.] Tertio, probat hoc idem per melioritatem miniſterii, oſtendens, quod meliorem legem miniſtravit Chriſtus, quam Moyſes, vel Aaron, *ibi*. [Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium.] Et probat eſſe melius. Primo, quia meliorem legem dedit, quia meliora promittuntur, *ibi*, [Quod in melioribus, &c.] Secundo, quia apparet hæc melioritas in evacuatione ſive per evacuationem priorum, *ibi*. [Nam ſi illud, &c.] Tertio, probat iſta duo auctoritate *Jer.* cum dicit. [Ecce dies veniunt, &c.] Ultimo, concludit ex ipſa auctoritate, quod per novum Teſtamentum debet fieri conſummatio veteris, *ibi*. [Dicendo autem novum, &c.] Dicit ergo. *i* Capitulum autem, &c.] Capitulum eſt brevis multorum complexio, ſic dicta, eo quod ſub brevitate totam ſummam capiat. Volens ergo Apoſtolus quodammodo prædicta perſtringere, & epilogare, dicit. [Capitulum autem] facio [ſuper ea, quæ dicuntur,] ideſt, breviter perſtringo ea, quæ prædicta ſunt. Et eſt continuandum ſic. Multa dixi de laude Sacerdotis ſummi; ſed ad quid dicerem plus? brevem facio recapitulationem dicens, Capitulum dicitur multis modis.
k Talem habemus, &c.] Et nota, quod multis modis dicitur capitulum, etiam præter capitulum Archidiaconorum, quod a captione dicitur: quia ibi munera, ne dicam rapinæ ab accuſatis capiuntur. Sunt autem quædam eorum capitula, ubi potius rapinæ fiunt nummorum, quam vindictæ ſcelerum, vel etiam quam ſimplices acceptiones munerum: & illa potius rapitula, quam capitula dicenda ſunt. Item capitulum quandoque dicitur a capite, quaſi parvum caput. Unde *Gen.* 1. alia littera. In capitulo fecit Deus cœlum, & terram. Hoc eſt in principio, ſive in capite temporis. Item quandoque dicitur a capiendo ſummam, ſc. ſententiæ, ut hic dicit *Gloſſ.* Item dicitur quandoque ab intercapedine, ſecundum quod liber diſtinguitur per capitula. Item capitulum dicitur ab eo, quod paucos capit propter ſecreta, ſic dicitur capitulum, quod eſt in clauſtris. [Talem.] Hic incipit illud capitulum, & finit, *ibi*. [Deus, & non homo] facietis ergo capitulum, & breviter in ſumma ea, quæ dixerat recapitulans, dicit. k Talem habemus,] ideſt, ab æterno quieſcit, & regnat.

l In dextera ſedis,] in æqualitate ſedentis Deitatis, ſcil. Dei Patris, qui quieſcit, & judicat. Et dicit. [Conſedit,] non dicit, ſedit, ſed conſedit, quia Deus eſt, & homo in dextera Patris quieſcentis ſecundum hominem in potioribus bonis, ſecundum autem Deitatem ab æterno, ſedit in æqualitate Patris idem Judea. Et dicit cum Patre *ſup.* 1. Sedet ad dexteram Majeſtatis in Excelſis, *Apoc.* 3. Ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus. Item *Apoc.* 7 Agnus qui in medio throni eſt reget eos.

m In cœlis eſt,] quia Chriſtus ſecundum humanam naturam locutus eſt, vel ſuper materiales cœlos, vel ſuper Spiritus Angelicos.

Et nota, quod Chriſtus dicitur Pontifex, i. faciens pontem *ſup.* 4. Habentes Pontificem magnum, qui penetravit cœlos Jeſum, &c. *inf.* 9. Chriſtus aſſiſtens Pontifex, &c. 1. *Petr.* 2. Converſi eſtis nunc ad Paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum. Chriſtus autem Pontifex noſter per crucem ſuam fecit nobis pontem. De ligno enim fit pons. *Sap.* 14. Ab initio cum perirent ſuperbi Gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens ſæculo remiſit ſemen nativitatis, *Sap.* 10. Cum aqua deleret terram, ſanavit iterum Sapientia per contemptibile lignum, quod contemnitur a multis. *Pſ.* 30. Qui videbant me foras fugerunt a me *Sap.* 14. Exiguo ligno crediderunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. Exiguo ligno, ideſt, parvæ pœnitentiæ, quia per parvam pœnitentiam liberatur homo, & ſalvatur.

Item *in eodem* dicitur.] Benedictum lignum, per quod fit juſtitia; per manus autem fit Idolum. Idolum enim maledictum eſt: & ipſe, qui fecit illud, ideſt, pœnitentia hypocritarum maledicta eſt; ipſa enim eſt, quaſi Idolum, habet enim ſimilitudinem pœnitentiæ, & non rem. Item Pontifex dicitur, quia ſeipſum in ara crucis obtulit primo Sacrificium. Non Nadab, & Abiu, ſed ſicut dicitur *Lev.* 10. Quod Aaron obtulit primo Sacrificium. Nadab filii ejus in igne alieno conſumpti ſunt; ita Chriſto ſeipſum in cruce offerente Sacerdotes, & Phariſæi igne invidiæ ſuccenſi ſunt.

n Sanctorum miniſter,] quia miniſtrat in Sanctis, i. in cœlis, non ſicut Sacerdos Leviticus in Sanctis manufactis. Unde ſubdit. *o* Et,] pro ideſt.

p Tabernaculi veri,] non umbratilis, ſed veri, ideſt, Eccleſiæ cœleſtis præſentis, in quo, & cui miniſtravit Chriſtus, gratiam, & gloriam dabit Dominus, & tranſiens miniſtrabit illis. Vel.

n Sanctorum miniſter,] quia miniſtrat Sanctum, & verum cœleſte confert. Secundum illud *Matth.* 25. Venite benedicti Patris mei, &c.

q Quod fixit Deus, & non homo,] quia tabernaculum

lum verum, ſc. cęleſtem Eccleſiam, & præſentem filius Dei in ſe, qui eſt fundamentum, & fundator ſtabilivit. *inf.* 11. Expectabat civitatem fundamenta habentem, cujus Artifex, & Conditor Deus. Item de iſto tabernaculo dicitur *Iſa.* 33. Oculi tui videbunt Jeruſalem civitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: quia, ſc. non eſt manu hominis
B factum illud tabernaculum. 2. *Cor.* 5. Domum habemus non manufactam, ſed æternam in cœlis. *Num.* 24. Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, & tentoria tua Iſrael ut valles nemoroſæ, ut horti juxta fluvios irrigui: ut tabernacula quę fixit Dominus, quaſi cedri juxta aquas, *Ex.* 25. Portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum ſanctum tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ, Domine.

non homo. *a* Omnis enim Pontifex ad offerenda munera, *b* & hoſtias conſtituitur. *c* Unde neceſſe eſt & hunc habere aliquid, quod offerat. *d* Si ergo eſſet ſuper terram, *e* non eſſet Sacerdos, *f* cum eſſent, *g* qui offerrent ſecundum legem munera, *h* qui exemplari, *i* & *k* umbræ deſerviunt *l* cœleſtium, & *m* ſicut reſponſum eſt Moyſi, *n* cum conſummaret tabernaculum. *o* Vide, *p* inquit, omnia facito ſecundum *q* exemplar, quod tibi *r* oſtenſum eſt in monte. *ſ* Nunc autem melius ſortitus eſt mi-

Et hoc eſt, quod dicitur. [Quod fixit Deus, &c.] Et nota, quod ex hoc, quod hic dicitur, arguit *Chryſ.* quod cœlum non movetur. Dicit enim ſic. Ubi ſunt, qui dicunt cęlum moveri? ubi ſunt, quæ ſphæræ formæ id eſſe nuntiant? utraque enim hæc deſtructa ſunt, hic dixit, quod fixit, quia, ſc. ſphęrica non figuntur. Et nota primo: notat filii Dei poteſtatem, & Majeſtatem, ſive cum Patre æqualitatem, cum dicit. [in dextera ſedis.] Alii enim Sacerdotes qui non ſunt æquales Deo, non dicuntur ad dexteram Dei ſedere: ſed pedibus ejus appropinquare. Secundum illud *Deut.* 33. Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius. Quod ſubditur. [Miniſter Sanctorum,] dignationis ejus. Primum eſt Poteſtatis; iſtud humilitatis. Primum eſt Majeſtatis, & gloriæ; illud autem ſervitutis, & miſericordiæ: per hæc ergo duo, potens & miſericors Pontifex noſter oſtenditur. Quod autem dicitur. [Et non homo] Hoc addit, quia & vetus tabernaculum poſuit Deus, ſed per miniſterium hominum.

a Omnis enim] quaſi Chriſtus eſt miniſter, & recte; quia omnis Pontifex conſtituitur ad miniſtrandum. Et hoc eſt, quod ait. [Omnis enim Pontifex.] Munera, ſicut panes, & Thus, & hujuſmodi. *b* Et hoſtia,] de animalibus. Hoc idem dicitur *ſupr.* 5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis. Similiter noſtri Sacerdotes deberent offerre Deo munera, ideſt, panes, ideſt, fructum ſuæ doctrinæ, & prædicationis, & Thus orationis. Et hoſtias i. macerationem carnis, *Rom.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam Deo viventem ſanctam Deo placentem. Vel munera debent offerre Deo in ſubditis, & hoſtias in ſeipſis; ut & ſeipſos per bonam vitam Deo tribuant: & ſubditos in orationibus Deo recommendent, *Gen.* 4. Reſpexit Dominus ad Abel, qui, ſc. primo ſe obtulit, & poſtea munera ejus, quia Dominus preces illius exaudit pro aliis, qui ſe primo per bonam converſationem ſibi devovit. *Eccl.* 44. Noe inventus eſt perfectus juſtus quantum ad ſe ſc. & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio aliorum ſc. Unde *Deut.* 33. Ponent thymiama in furore tuo, & holocauſta ſuper altare tuum. Thymiama, ſc. devotæ orationis pro ſubditis, & holocauſta, i. ſeipſos Deo concremabunt ſuper altare Domini, ideſt, in memoria crucis Chriſti, & paſſionis. Crux enim Chriſti altare noſtrum eſt, in quo debemus omnia offerre; quia omnia noſtra bona inſufficientia ſunt, niſi in fiducia Chriſti crucis, & paſſionis offerantur. *c* Unde,] quia omnis conſtituitur ad offerendum, [neceſſe eſt hunc,] ſc. Chriſtum, [habere aliquid, quod offerat] quia aliter non eſt Sacerdos, niſi aliquid habeat ad offerendum. Et verum eſt hoc, quod Chriſtus fuit Sacerdos, & hoſtia; unde ſeipſum obtulit, & ſeipſum offerendo in cruce Patri, & preces pro nobis, & ſupplicationes obtulit, *Gal.* 1. Qui dilexit nos, & dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, *ſup* 5. Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſet illum ſalvum facere a morte cum clamore valido, & lacrymis exauditus eſt pro ſua reverentia. *d* Si ergo] quaſi neceſſe eſt Chriſtum habere aliquid, quod offerat; ergo illud eſt cęleſte non carnale: quia ſi eſſet ſuper terram, quod Jeſus offert, i. carnale aliquid; tunc. *e* Non eſſet Sacerdos,] ideſt, tunc non oporteret quod Chriſtus eſſet Sacerdos, cum eſſent plures Sacerdotes legales, qui carnalia offerrent. Et hoc eſt, quod dicit. *f* Cum eſſent,] multi alii. *g* Qui offerrent ſecundum legem munera,] carnalia, ita & ſuperflue carnalia offerret Chriſtus. *h* Qui,] ſc. tales Sacerdotes.

i Exemplari, i. figuræ. *k* Et, pro, ideſt. *l* Umbræ deſerviunt cœleſtium.] Cœleſtium myſteriorum, ſc. *Col.* 2 Nemo vos judicet, aut in potu, aut in cibo, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbatorum, quæ ſunt umbra futurorum; corpus autem Chriſti, *Infr.* 10. Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. Et nunquid poteſt accedentes perfectos facere, &c. Deſerviunt dico umbræ. *m* Sicut reſponſum eſt Moyſi,] a Domino. Exod. 25. Actor. 7. Hic probat evacuanda eſſe illa legalia: quia umbra erant, & figura, quod oſtendit per hoc, quod Dominus dixit Moyſi. *n* Cum conſummaret,] ideſt, cum conſummationem tabernaculi, & eorum, quæ circa tabernaculum neceſſaria erant, intenderet. *o* Vide inquit,] Dominus, cui non dicit, audi, ſed vide; quia auditus noſter indiſciplinabilior eſt viſu. Non enim quæcumque audivimus, animæ deponimus; ſed ea, quæ videmus. *p* Omnia facito.] Nota, quod Dominus Moyſi duo oſtendit. Unum exterius in monte, alterum interius. In monte oſtendit quamdam ſimilitudinem ad litteram, quam imitaturus erat in opere tabernaculi. Propterea oſtendit illi in monte veritatem ſignatæ rei, unde præcepit Dominus, ut faceret tabernaculum ſecundum illam ſimilitudinem exterius oſtenſam, & taliter ipſum tabernaculum, & ea, quæ circa tabernaculum erant facienda diſponeret: & ut ipſa eſſent exemplar, & figura veritatis futuræ, quam etiam eidem Moyſi oſtenderat per fidem in monte. Et hoc eſt. [Omnia facito.] Omnia dicit, & de conſtructione tabernaculi, & de ſacrificiis, quæ in eo oblaturi. *q* Secundum exemplar] quaſi ſimilitudinem ad litteram illius. *r* Quod tibi oſtenſum eſt,] quia oſtendit ei Dominus in viſu, quod eſſet facturus. Vel, *q* Secundum exemplar,] i. ſecundum veritatem. *r* Quod tibi oſtenſum eſt,] i. ſic fac tabernaculum, ut congrue exprimat veritatem, & repræſentet oſtenſa tibi per fidem in monte. *Ex.* 26. Et eriges tabernaculum juxta exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Et ſicut de tabernaculo; ita de templo dictum eſt, 1. *Par.* 28. Omnia, inquit, venerunt ſcripta in manu Domini ad me, ut intelligerem omnia opera exemplaris. Item aliter exponitur. *p* Omnia.] Hoc dicitur Moyſi, vel Prælato, ut Eccleſiam ſuam diſponat in terra ſecundum ſimilitudinem Eccleſiæ triumphantis in patria. Unde *Matth.* 6. Fiat voluntas tua, ſicut in cęlo, & in terra, *Job* 38. Nunquid noſti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terra, i. nunquid terrena ordinabis ſecundum ordinem cęleſtium, q. d. non tu, ſed ego, *Apoc.* 21. Menſuram hominis, quæ eſt Angeli. Unde *Deut.* 32. Secundum aliam litteram, Conſtituit terminos populorum juxta numerum Angelorum Dei. Et nota, quod dicit. [Vide omnia facito.] Primum eſt videre, & poſtea facere, contra illos, qui multa ſciunt, *Iſ.* 42. Qui vides multa, nonne cuſtodies? & qui apertas habes aures, nonne audies? *Exod.* 25. Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod in monte tibi monſtratum eſt, ideſt, fac ſecundum quod noſti eſſe faciendum. Unde, quod hic dicitur. [Omnia facito ſecundum exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte,] aliter poteſt exponi, i. exterius oſtendas in monte. Mons enim eſt mens, ſecundum quod dicit *B. Bern.* Fundamenta ejus in montibus ſanctis, i. in mentibus ſacris. Beatus eſt iſte, qui ſic operatur, ſicut novit operandum. Unde *Joan.* 13. Si hæc ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea *Luc.* 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Vel. [Omnia facito ſecundum exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte,] ideſt, in operibus tuis Chriſtum imitare. Chriſtus enim eſt mons, de quo *Iſ.* 2. Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles. In monte illo oſtenditur nobis exemplar operationis noſtræ: quia omnis ejus actio noſtra eſt inſtructio, 1. *Petr.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c.

ſ Nunc autem.] Hic oſtendit majus eſſe Sacerdotium Chriſti per majoritatem legis, quam ipſe monſtravit. Dicit ergo: [Nunc autem,] quaſi illi Sacerdotes umbræ, & exemplari deſerviunt in veteri lege; ſed Chriſtus, [nunc,] ideſt, in tempore gratiæ.

t Melius ſortitus eſt miniſterium,] Sacerdotii quam fuerit

Digitized by Google

à fuerit in veteri lege. *a* Quanto & melioris, &c.] ideſt, legis: quia æterna promittit. *b* Mediator eſt,] i. dator medius inter Deum, & hominem, quaſi diceret, per hoc, quod melior eſt lex Chriſti, & meliora promittens, quam lex vetus, patet quod melior eſt Sacerdos, qui talem miniſtrat:

niſterium, *a* quanto & melioris teſtamenti *b* mediator eſt, *c* quod *d* in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. *e* Nam ſi illud *f* prius culpa vacaſſet, *g* non utique ſecundi locus *h* inquireretur. *i* Vituperans enim eos dicit: k Ecce dies veniunt, *l* dicit Dominus, & *m* conſummabo ſuper domum Iſrael, *n* & ſupra domum Juda *o* Teſtamentum novum, *p* non ſecundum Teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, *q* qua apprehendi manum illorum, ut educerem *r* illos de

quia ſi melius eſt, quod miniſtratur; ergo & melius eſt miniſterium: & ſimiliter melior eſt Miniſter. *Chr.* Vide quanto melius eſt miniſterio miniſterio: ſed illud tropus, hæc veritas *vſ.9.* ideo novi Teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub veteri Teſtamento repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. *Deut.5.* Ego ſequeſter, & medius fui inter Deum, & vos Nota, quod dicit, [ſortitus eſt,] ideſt, divina electione adeptus, quæ dicitur ſors; quia divina electio eſt ſine acceptione perſonarum. Unde. 1. *Par.* 24 Tam majores, quam minores omnes ſors æqualiter dividebat. Oſtendit autem melius eſſe Teſtamentum Chriſti dicens.

c Quod,] Teſtamentum novum, ſancitum eſt,] i. confirmatum ita ut duret. *d* In melioribus repromiſſionibus] quia vetus Teſtamentum promittebat terrena. Unde *Iſa.* 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. *Deut.6:* Audi, Iſrael, & obſerva, ut facias, quod præcepit tibi Dominus & bene ſit tibi, & multiplіceris amplius, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum dare terram lacte & melle manantem. Novum autem Teſtamentum promittit cœleſtia. Illud ergo, quod promittit æterna, & cœleſtia, & in talibus promiſſionibus ſtabile eſt, & firmum, patet, quod melius eſt, quam Teſtamentum vetus. Et nota, quod lex Chriſti dicitur Teſtamentum pro ſtabilitate, quia immobilis eſt. Unde *Matth.*24. Cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Item, quia conſummatum eſt in morte Teſtatoris, ideſt, Chriſti. Unde Chriſtus in morte diait. *Job* 19. Conſummatum eſt, quaſi diceret ſ: Teſtamentum firmum eſt; quia morior.

e Nam ſi illud.] quaſi diceret, bene dico, quod Teſtamentum Chriſti melius eſt, quam vetus, quod etiam adhuc oſtendo per ejus evacuationem. [Nam ſi illud prius,] ideſt, primum Teſtamentum.

f Culpa vacaſſet, &c.] Vetus Teſtamentum non vacavit culpa; ergo culpam habuit. Contra *Rom.*7. Quid ergo dicemus; lex peccatum eſt? Abſit. Et in eod. Lex quidem ſancta eſt, mandatum eſt juſtum & bonum. Reſpondeo, quod hic dicitur ſic intelligitur, [Nam ſi illud culpa vacaſſet,] ideſt vacare culpa ſuos obſervatores faceret, ideſt, ſi perfecte hominem a culpa mundaret. Unde *Chryſ.* Si enim primum illud eſſet inculpabile, i. ſi inculpabiles faceret. Non enim dicitur, culpabile, i. criminibus obnoxium; ſed non utile: quia nihil ad perfectum adduxit lex *ſup.*7. Ideſt ſufficiens, non ſicut domus, vel veſtimentum dicitur non inculpabile: quia habet cauſationem, vel minorationem. Vel dicitur non vacare a culpa, & ab actione culpæ: lex enim ſubintravit, ut abundaret delictum. *Rom.*5. Dicit ergo,] Nam ſi illud prius culpa vacaſſet, ideſt, feciſſet vacare.

g Non utique ſecundi locus,] ideſt, opportanitas.

h Inquireretur] i. a Sanctis veteris Teſtamenti tempore gratiæ, in quo daretur nova, & novus Rex non tam ferventi animo peteretur. Unde Job deſiderans novæ legis inſtructionem, & juvamen ajebat. *Job* 31. Quis mihi tribuat auditorem, ut deſiderium meum Omnipotens audiat, & librum ſcribat ipſe, qui judicat, ut in humero meo portem illum, & circumdem illum, quaſi coronam capiti meo. Et nota, quod primum deſcribitur liber portari in humero: poſtea quaſi corona circumdari; quia ſi modo bene portatur in opere; in futuro exhibebit nobis coronam juſtitiæ. De qua. 2.*Tim.*4. In reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. Iſte ergo liber novi Teſtamenti, qui in præſenti onerat, in futuro coronat. Non inquireretur a Sanctis, ſi ſufficienter per legem veterem inſtructi eſſent, & adjuti. Simile *ſup.*7. Si conſummatio per Sacerdotium Leviticum erat, quia adhuc neceſſarium erat alium ſurgere Sacerdotem. &c.

i Vituperans enim,] quaſi ſi illud vacaſſet culpa, non inquireretur locus ſecundi. Sed inquiritur [Vituperans enim eos.] Propheta, ſc. Jeremias eos, ſc. qui in lege erant. *Chryſ.* Non dicit id, ſed eos: quia ipſum Teſtamentum non erat culpabile, ſed ipſi dicit.

k Ecce dies veniunt] ideſt, paulatim appropinquant dies gratiæ, quos illuminabit Chriſtus ſuo adventu; quia ipſe eſt Sol juſtitiæ. *Mal.*3.

l Dicit Dominus,] qui non mentitur.

m Et conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Juda Teſtamentum novum.] Conſummatio dicitur fieri *Hier.* 3.
in novo Teſtamento: quia in eo implentur repromiſſiones, & obſervantiæ ſingulares. Item quia in novo Teſtamento ſolida, & plena promittuntur; in veteri autem inania, ideſt; temporalia, quæ inania ſunt, & vana. Unde *Jer.*4. Aſpexi terram: & ecce vacua erat, & nihil. Secundo, tempus gratiæ dicitur tempus plenitudinis, ſive conſummationis, *Gal.*4. Propter triplicem, ſc. repletionem ventris, mentis, & legis. Et de prima dicitur *Matth.*1. Ecce Virgo in utero habebit. De ſecunda dicitur *Act.*2. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. De tertia dicitur. *Matth.*5. Non veni ſolvere legem, ſed adimplere. *Iſa.* 10. Conſummatio abbreviata inundabit juſtitiam, conſummationem & abbreviationem faciet Dominus Deus exercituum in medio omnis terræ.

o Teſtamentum novum.] Novum dicitur; quia a novo datum: & quia ad innovandum: & ita dicitur novum ab effectu; quia innovat, ſicut *Joan.*13. Mandatum novum do vobis; ut diligatis invicem. Dicitur etiam innovare Teſtamentum Chriſti; quia cum gratia, & in ſpiritu innovante. Unde *Ezech.*11. Spiritum novum tribuam in viſceribus eorum. *Iſa.*43. Ego facio nova, & nunc orientur. *Pſ.* 50. Spiritum rectum innova, &c. De innovatione autem iſta, qua homo de veteri homine mutatur in novum, & quot modis fiat, require ſuper illud. *Iſa.*41. Gentes fortitudinem mutent. Et ad *Eph.*4. *ibi*. Renovamini ſpiritu mentis veſtræ. Et *Col.* 3. Item Teſtamentum dicitur novum; quia in eo nova dantur mandata, ſcil. miracula Chriſti & exempla.

Unde *Eccl.* 36. Innova ſigna, & immuta mirabilia.

n Super domum Iſrael, & ſuper domum, &c.] i. ſuper Judæos decem Tribubus, ad litteram, & de duabus. Illis enim promiſſus eſt Chriſtus: & illis exhibitus, & illis primo prædicatum eſt Evangelium regni cœlorum. Et nota, quod dicit, [ſuper,] quia deſuper datum eſt, & ſupra merita hominum fuit illud donum. Item quia datum ad hoc, ut ſit ſuper hominem, ideſt, ut dominetur homini. & homo obediat ipſi veritati Evangelii. Sed ſicut dicit Apoſtolus. *Rom.*10. Non omnes obediunt Evangelio *Iſ.* enim dicit: Domine, quis credidit auditui noſtro? *Iſ.*13.

p Non ſecundum,] quaſi ideo dico novum; quia erit; non ſecundum Teſtamentum, quod feci patribus eorum,] i. quia non erit de terrenis, ſicut illud vetus, quod factum eſt in monte Sinai, & datum patribus eorum.

q In die, qua apprehendi manum illorum] ſicut Medicus ægrotum ſublevat, & nutrix parvulum.

r Ut educerem eos de terra Ægypti.] Mox enim duplex pactum, ſive Teſtamentum facit cum homine. Primum facit in exitu Ægypti. Secundum facit in introitu terræ promiſſionis. Primum Teſtamentum eſt in exitu peccati, ſecundum in ingreſſu boni. Primum Teſtamentum, i. repromiſſio, quæ fit exeuntibus de peccato, eſt promiſſio veniæ. Promittit enim veniam pœnitentibus. *Ezec.*18. Quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum ejus non recordabor. Secundum Teſtamentum, ideſt, ſecunda promiſſio remunerationis æternæ pœnitenti. In prima promittit veniam, hoc eſt primum teſtificatoris, & perſeveranti promittit gloriam, hoc eſt ſecundum. *Matth.* 24 Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

Ad hoc autem, ut exeat peccator de Ægypto peccati, opus habet Apprehenſore, qui apprehendat manu ejus. Ad hoc vero, ut poſt exitum in Ægyptum non redeat, opus habet Ductore, qui eum teneat, & ducat in viam boni operis. Unde *Iſ.*42. Apprehendi manum tuam, & ſervavi te: apprehendi, ut exires, ſervavi te, ut perſeverares. Unde hic dicit. (In die qua apprehendi manum illorum, ut educerem eos de terra Ægypti.)

Dominus enim eſt, ſicut medicus, qui ægroti manum apprehendit, ut ſurgat de lecto carnalis concupiſcentiæ, vel de ſomno torporis, & ignaviæ.

Unde *Eph.*5. Surge, qui dormis, & exurge a mortuis & illuminabit te Chriſtus. *Luc.* 5. Surge, tolle lectum tuum, & va de in domum tuam,

Item

Digitized by Google

terra Ægypti: *a* quoniam ipſi non permanſerunt in Teſtamento meo: & ego neglexi eos, dicit Dominus; *c* quia hoc eſt Teſtamentum quod diſponam *d* domui Iſrael *e* poſt dies illos, dicit Dominus, † dabo leges meas in mentem eorum, *f* & in corda eorum ſuperſcribam eas: *g* & ero *h* eis in Deum; & ipſi erunt mihi in *i* populum. *k* Et non docebit unuſquiſque proximum ſuum; *l* & unuſquiſque fratrem ſuum, *m* dicens: Cognoſce *n* Dominum; quia omnes ſcient me à *o* † minore uſque ad *p* majorem eorum; *q* quia propitius ero iniquitatibus eorum, *r* & peccatorum illorum jam *ſ* non memorabor. *t* Dicendo autem novum, veteravit prius. *u* Quod autem antiquatur, *x* & ſeneſcit, *y* prope interitum eſt.

Item Dominus eſt, ſicut Nauta, qui manum apprehendit periclitantis, ut eum attrahat ad navem pœnitentiæ. Unde *Matt.* 14. Continuo Jeſus extendens manum apprehendit eum. Item ſicut mater, vel nutrix quæ manum accipit infantis adhuc imbecillis, ut eum ducat per viam juſtitiæ, *Num.* 11. Et porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum; & defert in terram pro qua juraſti patribus eorum. Sed nota, quod dicit [In die qua apprehendi manum eorum.] Oportet enim quod homo manum habeat; & illam Deo porrigat ſi vult ipſe, quod Dominus eum apprehendat. Dominus enim manum auxilii abſtrahit illis, qui ei manum non extendunt bonæ operationis; quia niſi cooperetur homo, non operabitur in eo Dominus. Dei enim adjutores ſumus. 1. *Cor.* 3. *Job* 8. Deus non projiciet ſimplicem nec porriget manum malignis. Manum enim dexteram licet aliquando ſiniſtram, quia ipſe Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, *Matth.* 5. Sed.

al. † dando.

D

a Quoniam ipſi] apprehendi manum eorum, quaſi parvulorum & infirmorum. Sed, (quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo,) ideſt, in obſervatione mandatorum meorum, quia vitulum fecerunt in Oreb, *Exod.* 32. Et ego neglexi eos q. d. non prius abjeci eos; ſed prius me abjecerunt: quia non permanſerunt in cuſtodia mandatorum, *Pſ.* 118. Spreviſti omnes diſcedentes a judiciis tuis, &c. *Deut.* 27. Maledictus qui non permanet in ſermonibus legis hujus, nec eos opere perficit. Alia littera eſt in *Jer.* ſecundum nos. Et ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus, ideſt, ego punivi eos, ſicut Rex, & Dominus, *Ezech.* 20. In furore effuſo regnabo ſuper vos, ideſt, in puniendo vos oſtendam me eſſe Dominum, & Regem veſtrum.

c Quia hoc eſt, &c.] quaſi vere novum Teſtamentum dabo, & non ſecundum illud vetus. [Quia hoc Teſtamentum, quod diſponam,] ordinaliter.

d Domui Iſrael,] ideſt, videntium Deum per fidem.

e Poſt dies illos,] ideſt, in diebus gratiæ a me præfinitis. Et dicit. [Poſt dies illos] quaſi illud futurum erat in ultimis temporibus. Et vere diſponam, quia, (dabo leges meas, &c.) Vel ſic ſecundum aliam litteram. Diſponam tantum, ita, ſc. (Dando leges meas,] i. mandata mea ſcribam in eorum intellectibus, ut ea intelligant. In corda eorum ſuperſcribam eas,] ideſt, amorem faciendi, & ſtudendi in mandatis meis in eorum affectibus. In prima iſtæ ſunt tabulæ cordis, in quibus debent ſcribi leges Domini. Unde *Prov.* 3. Miſericordia & veritas non te deſerant: circumda gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui. Item *Prov.* 7. Serva mandata mea, & vives: legem meam, quaſi pupillam oculi tui, liga eam in digitis tuis, i. legem habeas jugiter in manu per operationem, & ſcribe eam in tabulis cordis tui, ideſt, in intellectu per cognitionem & in affectu per devotionem. Tabulæ enim cordis ſunt intellectus, vel intelligentia capax, & memoria tenax. Apoſt. *Col.* 3. Epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata a nobis ſcripta non atramento, ſed Spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Signanter dicit, Spiritu Dei, quia Spiritus ſanctus digitus Dei eſt, *Luc.* 11. Quo præſente diffunditur charitas in cordibus noſtris *Rom.* 5. Quæ eſt plenitudo legis *Rom.* 13. Et finis præcepti, 1. *Tim.* 1. *g* Et ero,] quaſi ſubſcribam legem meam, & in mentibus eorum, & ſic ero illis. *h* In Deum] i. ipſi me habebunt pro Deo, me colendo, & me timendo. *i* Et ipſi erunt mihi in populum] i. ego habebo eos pro populo meo regendo, & protegendo, *Apoc.* 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cum illis: & ipſi populus ejus erunt: & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus, *Lev.* 20. Separavi vos a cunctis populis, ut eſſetis mei. Econtra. *Oſ.* 2. Non populus meus vos, & ego non Deus veſter. *k* Et non docebit, &c.] Quaſi prædicta dabit in hoc mundo, & in futuro dabit perfectam ſui cognitionem. Unde ſubdit. [Et non docebit unuſquiſque proximum ſuum,] quem amat. *l* Et unuſquiſque fratrem ſuum,] quem plus diligit. *m* Dicens cognoſce Dominum.] i. alter alterum non docebit. *n* Quia omnes ſcient me,] Ideo cognoſcent me ſicut ſum. 1. *Cor.* 13. Nunc cognoſco ex parte; tunc autem cognoſcam, ſicut cognitus ſum. Tunc enim per ſeipſam ipſa veritas; qua Deus illuminabit intellectus omnium ad ſui cognitionem, *Iſ.* 54. Ponam univerſos filios tuos doctos a Domino & multitudinem pacis filiis tuis, *Jo.* 1. Scriptum eſt in prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei, *Iſ.* 50. Mane erigit mihi aurem, ut audiam eum quaſi Magiſtrum, *Oſ.* 5. Et ego eruditor omnium eorum dicit Dominus, Scient dico.

al. † minimo.

o Me a minimo,] vel (a minore uſq; ad majorem eorum,] quaſi non ſolum majores eorum dignitate, & minimo plene cognoſcent, non inſtructi a majoribus. Vel. *p* A minore uſque ad majorem eorum] quia minores tempore vocationis prius vocantur frequenter ad gloriam æternæ felicitatis, ſicut latro prius eſt remuneratus quam Petrus, *Matth.* 20. Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens a noviſſimis uſque ad primos. Item nota, quod omne bonum incipit a minoribus, i. ab humilibus. Unde & Eccleſia dicitur incepiſſe ab Abel, & regnum a David. Malum autem incipit a majoribus ſecundum quod dicitur *Dan.* 13. Egreſſa eſt iniquitas a Senioribus judicibus, qui videbantur regere populum. Et ſimiliter pœna incipit a majoribus, *Ezec.* 9. A ſanctuario meo incipite, 1. *Petr.* 4. Tempus eſt, ut incipiat judicium a domo Dei. Indulgentia a minoribus, *Sap.* 6. Exiguo conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Vel de præſenti legitur. *k* Et non docebit unuſquiſque proximum ſuum, &c.] Quod factum eſt in novo Teſtamento in adventu Spiritus ſancti, qui docuit Apoſtolos, ſecundum quod Dominus promiſerat eis, *Jo.* 16. Cum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, *Luc. ult.* Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. *q* Quia propitius ero,] q. d. prædicta omnia faciam eis. [Quia propitius ero,] ideſt, peccata, quæ fecerunt in proximis remittam eis. *r* Et peccatorum illorum] quæ fecerunt in ſeipſis. *ſ* Jam non memorabor,] quia delebo ea. Vel pro eodem accipe iniquitates, & peccata, quibus Dominus propitius eſt, cum culpam diluit. Et ea dicitur non memorari ad puniendum, ſcilicet cum pœnam dimittit. Utrumque ergo facit Dominus, quia & culpam delet & pœnam. Vel omnino dimittit. Vel parvam pœnam pro emenda infligit, *Jerem.* 36. Revertatur unuſquiſque a via ſua peſſima, & propitius ero iniquitati eorum, & peccato eorum *Exod.* 22. Si clamaverint ad me, exaudiam eos, quia miſericors ſum. Hoc eſt, quod hic dicitur. [Et propitius ero iniquitatibus eorum] Item *Ezec.* 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis, quæ operatus eſt, omnium iniquitatum ejus non recordabor. Hoc eſt, quod dicitur (Et peccata illorum jam non memorabor.) *Gloſſ.* In quibuſdam libris habetur. (Et peccatum illorum, &c.) Et tunc de originali accipitur. Quare autem hanc de Jeremia adduxerit auctoritatem, aperit dicens; *t* Dicendo autem,] quaſi Propheta in prædicta auctoritate dixit novum (Dicendo novum veteravit prius,) ideſt, vetus oſtendit, & ſi vetus ; ergo finiendum. Unde ſubdit. *u* Quod autem antiquatur,] ut eſt in animatis. *x* Et ſeneſcit,] ut eſt in inanimatis. *y* Prope interitum eſt,] quia antiquatio, & ſenectus ſunt prænuncii mortis. Et hoc ergo vult Apoſtolos oſtendere, quod in adventu, quondam datum eſt novum Teſtamentum, primum Teſtamentum ſenuit, & ita paulatim uſque ad interitum deductum eſt, quia manifeſtata omni veritate poſt paſſionem Chriſti, & Apoſtolorum prædicationem, tunc omnino debuit ſepeliri. Si autem in ſenectute poſita non videbunt, lex tanquam idololatria ſperni. Sed ſicut dicit *Aug.* Cum honore fuerat mater ſepelienda, ſecundum illud *Prov.* 23. Ne contemnas, cum ſenuerit mater tua. Et nota, quod ſupra dixit. (Novum.) Non dicit aliud, quia Evangelium non eſt aliud, i. diverſum omnino. Unde *Chryſ.* Non dicit aliud ſed novum, ſi quis domum debentem cadere relicto fundamento renovetur dicitur, quod domum illam novam fecit, & etiam cœlum novum dicitur 2. *Petr.* 3. Fundamentum enim legis remanſit, vetuſtas autem, & ſufficientia abjicienda ſunt. Secundum illud. *Lev.* 26. Novis ſupervenientibus vetera projicietis. *Iſa.* 43. Antiqua ne intueamini, ecce ego facio nova.

EXPO.

EXPOSITIO CAP. IX.

A Habuit quidem, &c.]Oſtendit melius eſſe Sacerdotium, ſive miniſterium Chriſti Sacerdotio, & miniſterio Aaron, per hoc quod melioris teſtamenti Mediator eſt Chriſtus, unde differentiam Teſtamentorum oſtendit, & quod veteri novum ſuperemineat, & illud immutat, anne idem oſtendit ea ipſius tabernaculi antiqui ſchemate, ſive diſpoſitione. Oſtendit enim in hoc eſſe novum melius; quia ea, quæ fuerunt in veteri tabernaculo, fuerunt umbra & figura veri tabernaculi, & per hoc oſtendit novum teſtamentum melius, in quo veritas exhibita eſt. Primo ergo enumerat optima, quæ fuerunt in veteri Teſtamento, ſc. tabernaculum, & ea, quæ ad ipſum pertinent, *ibi*. (Tabernaculum, enim factum eſt) Secundo dicit umbram illam perfectionem habuiſſe, *ibi*. (Hoc ſignificante Spiritu ſancto.) Tertio, oſtendit, quod omnia impleta ſunt in tabernaculo, & ritus ſacerdotii Chriſti, *ibi*. (Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex.) Quarto, hoc idem, ſc. quod perfectione prædicta impleta ſunt in Chriſto, probat per locum a minori, *ibi*. (Si enim ſanguis, &c.] Quinto ex prædictis innuit, quod ideo datum eſt novum Teſtamentum, ut prævaricatio deſtrueretur, quæ non poterat deſtrui in lege; ut & præmiſſa implerentur, *ibi*. (Et ideo novi Teſtamenti Mediator, &c.] Sexto, oſtendit quare novum Teſtamentum, & quomodo ſit confirmatum, *ibi*. (Ubi enim teſtamentum eſt.) Septimo probat Sacerdotium Chriſti melius eſſe Levitico. Primo, a loco, in quo Chriſtus offertur in cœlo, ſc. *ibi*. (Non enim in manufactis, &c.) Secundo, in hoc, quod ſemel obtulit Chriſtus *ibi*. (Neque ut ſæpe, &c.) Dicit ergo. *a* Habuit quidem,] quia vetus Teſtamentum eſt prope interitum; ut dictum eſt; tamen aliquando habuit ſuum ſtatum. Et hoc eſt. (Habuit quidem,) olim, q.d. non modo habet ſed habuit olim. Et prius, i. primum Teſtamentum.

c Juſtificationes culturæ,] ſc. obſervantias carnales, per quas carnaliter colebant Deum; & ſic juſtificabant ſuo modo. *d* Et,] habuit, (ſanctum,) i. tabernaculum ſive templum. *e* Sæculare] i. temporale, & mutabile. Vel, (Sanctum ſæculare) i. tabernaculum, ſive templum, i. ſecundum opinionem ipſorum, qui erant ſingulares, & ſæcularibus, i. terrenis dediti. Vel ſecundum *Chr.* Sanctum ſæculare ſive mundanum dicitur locus, ad quem potuerunt omnes intrare. Dicitur enim *Chryſ.* Sic mundanum erat, quod omnibus conceditur intrare. Erat enim in eadem domo locus, ubi Sacerdotes ſtabant, ubi & Judæi, ubi proſelyti, ubi qui Nazareth, ubi qui Hellines. Quia igitur, & Hellinibus ingreſſibile erat mundanum id vocat. *f* Tabernaculum enim] quaſi vere habet tractum ſæculare, qui habuit tabernaculum primum, & ſecundum. [Tabernaculum enim factum eſt primum.] Sic ordina litteram. *h* Primum tabernaculum,] i. ſanctum. *g* Factum eſt] in quo tabernaculo, ideſt, in illo loco, quod dicebatur ſanctum. *i* Erant candelabra,] i. candelabrum aureum. Sed pluraliter dicit candelabra: quia licet unum eſſet, habebat ſeptem brachia, fuerat ſuper cornua altaris incenſi, ut dicit in *Exod.* textus conſtat, quod altare incenſi erat in Sanctis ſanctorum. Et hoc etiam videtur dicere ibidem *Gl.* ſuper *Exod.* quod ſcil. oblatio ſuper cornua altaris fiebat ſemel in anno in Sanctis Sanctorum. Sol. Diverſimode, videntur Sancti ſentire; ſuper hoc tamen communior opinio eſt, & magis cum textu legis in *Exod.* & *Lev.* conveniens quod altare incenſi fuit in Sanctis, non in Sanctis Sanctorum, ut plenius, ſumimus. In die decima Septembris tollebat de ſanguine hirci, & vitulæ thuribulum plenum prunis multumque tollens Thymiamatis, intrabat ultra velum, tantumque ferebat Thymiamatis, ut nebula & vapor operiret oraculum; ne viſa Majeſtate Domini forte moreretur, aſpergebatque ſepties digito de ſanguine coram propitiatorio ad orientem, eodem modo aſpergebat pavimentum: ſimili quoque aſperſione ſeptena expiabat Sanctuarium exterius, & pavimentum fundebat; quia de eodem ſanguine ſuper cornua altaris aurei, i. altaris incenſi, & aſpergebat illud ſepties digito, & ita expiabat totum Tabernaculum, & altare. Nota quod ibi legitur *Lev.* 16 Sacerdotem egredi de oraculo ad altare. Et ſic patet, quod illud erat extra tabernaculum. Non poteſt dici eum egreſſum ad altare coram tabernaculo cum dicatur ibi, ad altare quod eſt coram Domino. Sic enim dicit *Lev.* 16. Cum autem exierit ad altare, quod coram Domino eſt, orat pro ſe; & ſumptum ſanguinem vituli, atque hirci fundat ſuper cornua ejus per gyrum. Sic ergo patet, quod illud, altare incenſi erat extra oraculum. Aliud autem quod ſequitur, quid fiebat de illo thuribulo aureo de quo loquitur Apoſtolus dici poteſt, quod adolebatur in eo incenſum die propitiationis ſemel in anno. [illegible] Aliud enim erat thuribulum, in quo quotidie offerebatur incenſum, ſecundum quod quidam opinantur. Salomon autem ampliavit cultum Domini, & fecit unum thuribulum novum majus illo, quod fecerat Moyſes: in quo quotidie adolebatur incenſum; illud autem, quod fecerat Moyſes, repoſuit in Sanctis Sanctorum, ut in eo adoleret incenſum in die propitiationis ut dictum eſt. Ad hoc quæritur; quare Apoſtolus non facit mentionem de altari incenſi. Dicendum, quod ipſe ſatis innuit de eo, quando loquitur de thuribulo; vel forte quia volebat omnia exponere. Unde etiam dicit in textu. (De quibus non eſt modo dicendum per ſingula.] Ad hoc quæritur, quare altare dicitur fuiſſe coram propitiatorio, *Exod.* 30. magis, quam menſa? Dicendum, quod quia dicit in medio tabernaculi, ſicut, & propitiatorium erat in medio Sancti Sanctorum, & ita quodammodo ex oppoſito ſibi erant: Menſa autem erat in latere uno tabernaculi, ſicut & candelabrum in altero latere. Ad aliud, quod opponitur de *Exod.* 30. quod dicitur: Aaron deprecabitur ſuper cornua altaris ſemel in anno in ſanguinem, Dicendum, quod verum eſt, quod primo ferebat Sacerdos Sanguinem interius in Sancta Sanctorum, & aſpergebat ibi de ſanguine coram propitiatorio ſepties digito, & ſimiliter aſpergebat pavimentum; ſed poſtea egrediebatur cum reſiduo ſanguinis, & aſpergebat ſimiliter ſanctuarium exterius, & pavimentum: & ſecundo fundebat de eodem ſanguine ſuper cornua altaris incenſi. Sic ergo patent omnia ſecundum hoc. *Aug.* aliter autem ſenſit. Dicit enim quod thuribulum aureum idem eſt, quod altare incenſi: & dicit, quod erat in Sancta Sanctorum: & quod quotidie intrabat Sacerdos ad Sancta Sanctorum ad oſtendendum incenſum mane, & veſpere, ſed ſemel in anno cum ſanguine. Unde *Gl.* dicit hic. Sæpe quidem, cum ſanguine non niſi ſemel. Et ſuper *Exod.* 30. dicit *Gl.* Quotidie intrabat ſummus Sacerdos Sancta Sanctorum ad adolendum Thymiama; ſemel autem in anno cum ſanguine aſpergebat cornua altaris. Item ſuper *Lev.* 10. ubi dicitur, Vinum, & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis, &c. dicit *Aug.* ſuper locum illum. Tabernaculum, in quo erat arca teſtimonii, neceſſe erat quotidie intrare ſummum Sacerdotem propter incenſi commemorationem; non enim ſemel in anno; ſed cum ſanguine purificationis ſemel in anno, propter incenſum autem intrabat. Alii dicunt, quod duplex fuit altare incenſi. Unum in Sanctis, alterum autem factum eſt tempore Salomonis, quod poſitum eſt in Sanctis Sanctorum. Et hoc videtur velle Magiſter in hiſtoriis ſuper *Exod.* in Rubrica. De altare incenſi, & loco ejus. Dicit enim ſic. *Utrum* altare incenſi eſſet intra Sancta Sanctorum, Sancti videntur dubitare; nec eſt putandum in dubium veniſſe, quin eſſet in Sanctuario, cum Hebræus hoc dicit; & Joſephus plane, & prima poſitio tabernaculi facta a Moyſe hoc innuat, niſi quod Paulus ad Hebræos ſcribens thuribulum aureum ponit intra Sancta Sanctorum. Et poſtea ſolvit, Magiſter dicit. Potuit ſane eſſe, quod in templo vel omnia amplificata, & multiplicata præter altare aureum, quod erat extra velum, ad quod bis in die neceſſe ſuit ingredi, erat ſuperadditum Thuribulum, i. altare in adito, in quo Sacerdos ſummus primus Thymiama, quæ ſecum ferebat adoleret, quando ad interiora contingebat ipſum penetrare. Seq. *l* Superque eam,] i. ſuper Arcam. *m* Erant Cherubin gloriæ] i. glorioſe decorata ſc. duo Angeli glorioſi, & decori. *n* Obumbrantia,] aliis a connexis,

CAP. IX.

HAbuit *a* quidem, *b* & prius *c* juſtificationes culturæ, d & ſanctum *e* ſæculare. *f* Tabernaculum enim *g* factum eſt *h* primum *i* in quo erant candelabra, & menſa, & propoſitio panum, quæ dicitur Sancta. Poſt k velamentum autem ſecundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, aureum habens thuribulum, & Arcam Teſtamenti circumtectam ex omni parte auro: in qua urna aurea habens manna: & virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ Teſtamenti, *l* ſuperque eam *m* erant Cherubin *n* gloriæ obumbrantia propitiatorium.

k Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum aureum habens thuribulum, & arcam] intelligitur Eccleſia militans. Per ſecundum autem intelligitur Eccleſia triumphans, in qua digniora reponuntur. Per thuribulum,

Jure

a connexis. a Propitiatorium,] ideſt, tabulam, quæ ſuper Arcam erat. Sed videtur, quod debuit dicere, Cherubin gloriæ obumbrantes, non obumbrantia, quia quando eſt neutri generis tunc ſignificat ordinem, quando autem eſt maſculini generis, ſcribitur per enim & tunc

brantia a propitiatorium b de quibus non c eſt modo dicendum per ſingula.

B ſignificat aliquos de illo ordine. Hic autem ſumitur pro duobus Cherubin ergo maſculini generis. Sol. Unum ſumitur pro altero frequenter in Scriptura. b De quibus, &c.] quaſi dicat vetus Teſtamentum habuit ea, quæ enumerata ſunt, & hujuſmodi alia, de quibus ſcilicet, his, & hujuſmodi. c Non eſt modo dicendum per ſingula, [quia pauci de ea ſufficiunt ad executionem noſtræ demonſtrationis. Et nota, quod iſta enumeravit Apoſtolus, quia præclariora erant, & expreſſius veritatem novi Teſtamenti figurabant. In hoc etiam ingratitudinem parentum eorum & malitiam commemorat, quos imitabantur, quia ſicut dicit *Chryſ.* Omnia hæc honeſta erant, & clara judaicæ ingratitudinis monimenta, murmuraverunt enim in manna, in virga Aaron, tabulæque propter eorum peccatum confractæ ſunt, propterea ad nepotes tranſivit memoria. *Num.* 17. Refert virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii, ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, &c. Ecce gloriantur filii de ſigno paternæ rebellionis, ſicut mulieres de velamine capitis, & viri de tunicis pelliceis. Nota myſterium iſtorum, quæ dicta ſunt in *Gloſſ.* Prima enim pars tabernaculi, quæ dicitur Sanctum ſignificat Eccleſiam militantem, vel animam, in hac miſeria adhuc exulantem. Secunda pars, ideſt Sancta Sanctorum ſignificat Eccleſiam triumphantem, ſive animam cum Chriſto jam regnantem. Dicitur autem Eccleſia tabernaculum multis rationibus. Tabernaculum enim portabile erat a manſione in manſionem & Eccleſia portatur, & provehitur de virtute in virtutem donec perveniatur ad Deum Deorum in ſupernam Jeruſalem. *Num.* 33. Habetur de diverſis manſionibus. In hoc tabernaculo armantur Milites, regunt Paſtores, quieſcunt pauperes. Milites ſunt, qui per abſtinentiam, & continentiam carnem ſuam armant contra gulam, & luxuriam. Paſtores ſunt, qui pauperibus eleemoſynas largiuntur contra avaritiam. Pauperes ſunt, qui ſpiritum ſuum humiliant contra ſuperbiam. In hoc tabernaculo, quod eſt Eccleſia, occiditur Siſara, ideſt, Diabolus clavo divini timoris, malleo divinæ flagellationis. *Jud.* 4. Item iſtud tabernaculum habet pelles varias. Sunt enim ibi pelles rubricatæ, quæ ſignificant Martyres; & Hyacinthinæ, quæ ſignificant Confeſſores, & cortinæ, quæ ſignificant Virgines, & Saga, quæ ſignificant pœnitentes. De hoc tabernaculo require plenius ſuper illud. *Iſa. cap.* 54. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. In hoc tabernaculo poſita ſunt candelabrum, & menſa propoſitionis, & altare Thymiamatis. Similiter in Eccleſia ſunt incipientes, & proficientes, & perfecti qui ſignificantur per Lazarum, & Martham, & Mariam. Lazarus enim, qui ſurgit de tenebris ad lucem, ſignificat pœnitentes, & incipientes, qui indigent candelabro divinæ illuminationis, ut ſui ſolicita diſcuſſione, ſecundum illud. *Soph.* 1. Scrutabor Jeruſalem in lucernis. Et *Pſal* 20. Lucerna Domini ſpeculum hominis inveſtigans omnia ſecreta ventris.

Myſtice de tabernaculo Moyſi. De Eccleſia militante.

De his, quæ in tabernaculo.

Per Martham autem ſignificantur proficientes & activi, qui menſam Domino proponunt, qua eum reficiunt in pauperibus, & ſemetipſos paſcunt in bonis operibus, quia in cuſtodiendis mandatis ejus eſt retributio multa, ideſt, refectio. Per Mariam autem ſignificantur perfecti, & contemplativi, qui ſe Deo offerunt in ſuavitatem odoris, & ideo comparantur altari Thymiamatis, in quo aromata concremantur, ideſt, divina beneficia cum deſiderio, & ardore charitatis recoluntur, & ei offeruntur, & attribuuntur, a quo ſunt, ut ad originem redeant flumina gratiarum.

Aliter. Vel aliter per candelabrum ſignificantur Doctores Eccleſiæ, ut Prælati, qui ſunt, ſicut Noe. *Phil.* 2. Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo, verba vitæ continentes.

Per menſam autem ſignificantur conjugati, ut Job, qui aliis opera pietatis exhibent, & reficiunt pauperes.

Aliter. Per altare autem Thymiamatis ſignificantur Virgines, & continentes, ut Daniel, qui per devotionem, & ſancta deſideria in ara cordis quotidie ſe offerunt Deo. Vel aliter, ut per Sanctum deſignetur anima ſancta degens adhuc in hac miſeria, quæ habet candelabrum, ideſt, cognitionem veritatis per fidem, & menſam æternæ refectionis per ſpem, & in altare Thymiamatis, ideſt memoria Crucis Chriſti ſe Deo offert per charitatem. Poteſt etiam & per Sanctum nihilominus deſignari Eccleſia triumphans, vel jam cum Chriſto regnans, ubi eſt candelabrum, altare & menſa.

Aliud myſticum de Eccleſia triumphante.

Per candelabrum aperta cognitio deſignatur, quia tunc videbitur facie ad faciem, 1. *Cor.* 13. Per menſam ſignificatur dilectio.

Per altare autem fruitio. In candelabro autem ſunt ſeptem brachia. Hi ſunt ſeptem modi cognoſcendi Deum in patria.

Primus eſt agnitio ſine errore. *Iſa.* 30. Spiritus ejus velut torrens inundans uſque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum, & frænum erroris, quod erat in maxillis populorum.

Secundus eſt ſine oblivione. *Deut.* 33. Oculus Jacob in terra frumenti. Res autem, quæ ante oculos eſt, non traditur oblivioni.

Tertius ſine ignorantia. *Iſa.* 6. Duabus alis velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus. Sed tunc alæ iſtæ amovebuntur.

Quartus eſt ſine caligine. *Iſa.* 32. Non caligabunt oculi videntium.

Quintus ſine diſcontinuatione, modo enim interrumpitur cognitio. *Pſal.* 96. Alluxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, quæ ſubito apparent, & cito diſparent. Sed tunc continua, & perpetua erit cognitio, 3. *Reg.* 10. Beati viri, & beati ſervi tui hi, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam.

Sextus eſt ſine omni terrenitatis impedimento. Modo enim interpoſitio terræ frequenter facit Eclypſim. *Iſa.* 60. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, ſuper te autem orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur.

Septimus eſt, quod videbimus, non per ſimilitudinem rerum, ſed per earum præſentiam. *Pſal.* 35. In lumine tuo videbimus lumen. Menſam autem dilectionis, ſive charitatis habet duodecim panes, quia ſex modis diligetur Deus in ſe, & ſex modis in creatura. Ibi enim erit dilectio ſine contrarietate. Modo enim muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti. *Eccl.* 10. Item cum ſecuritate, modo enim timor admixtus eſt. *Jud.* 18. Vidimus terram valde opulentam, & uberem, nolite negligere, nolite ceſſare, eamus, & poſſideamus eam, nullus erit labor, intrabimus ad ſecuros in regionem latiſſimam, tradetque Dominus nobis locum, in quo nullius rei eſt penuria eorum, quæ gignuntur in terra. Hoc dicunt filii Dan; Dan, interpretatur judicium. Filii ergo Dan ſunt cogitationes diſtortæ.

Modi diligendi Deū.

Item tunc dilectio erit cum adeptione dilecti, & optati; modo enim non habemus dictum, niſi ſecundum aliquid; modo ſpes, quæ differtur, affligit animam, ut dicitur *Prov.* 13. Item ſine adulatione dilecti, modo enim vel auſertur omnino propter culpæ fœditatem, vel avolat ad tempus, quia non poteſt comprehendi hic, nec diu tecum propter affectus debilitatem. *Iſa.* 30. Et non faciet avolare a te Doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. *Cant.* 3. Tenui illum, nec dimittam. *Pſal.* 72. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.

Item tunc habebit dilectum ſine occultatione. *Cant. ult.* Quis dabit te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te ſolum foris, ideſt, ut videam te aperte, non ſub velamine, modo enim non videt dilectum aperte. *Job* 9. Si venerit ad me, non videbo illum: tunc dilectio erit cum omnimoda fruitione. *Pſal.* 20. Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei.

Iſti ergo ſunt panes dilectionis. Sed quia Dominus diligitur in ſe, & in creatura: duplica hos panes, & erunt duodecim fructus, quos affert lignum vitæ. *Apoc. ultim.* Vel aliter, & melius. Duodecim gaudia Paradiſi, ſive duodecim fercula in menſa Domini.

Aliter Duodecim gaudia, vel fercula in menſa Domini.

Primum ſanitas, ſine ægritudine. *Pſal.* 102. Qui ſanat omnes infirmitates tuas. *Iſa.* 25. Præcipitabit Dominus mortem in ſempiternum 1. *Cor.* 15. Abſorpta eſt mors in victoria.

Apoc. 7. *&* 3.

Secundum eſt plenitudo ſine defectione. *Iſa.* 25. Non eſurient, neque ſitient amplius, nec cadet ſuper eos Sol, nec ullus æſtus.

Tertium eſt refectio ſine tædio. *Eccl.* 24. Qui edunt me adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient, &c.

Quartum eſt ſcientia ſine ignorantia, & dubietate, 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. *Eccl.* 24. Sicut nebula texi omnem carnem. Quintum eſt gaudium ſine omni triſtitia,

& morte. *Prov.* 14. Cor, quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſcebitur extraneus. *Pſal.* 35. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Sed modo comedimus Agnum cum lactucis agreſtibus. *Exod.* 12. Sextum eſt pax ſine perturbatione. *Pſal.* 147. Qui poſuit fines tuos pacem, &c. *Iſa.* 48. Utinam attendiſſes mandata mea! facta fuiſſet, ſicut flumen, pax tua, *Pſal.* 36. Delectabuntur in multitudine pacis. Septimum eſt ſecuritas ſine omni timore. *Pſal.* 90. Non timebis a timore nocturno, Octavum eſt adimpletio omnium deſideriorum, & voluntatum. *Pſal.* 102. Qui replet in bonis deſiderium tuum. E converſo modo. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu. *Eccl.* 1. Nonum eſt lætitia de juſtitia Dei, & pœna malorum. *Pſal.* 57. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam *Iſa. ult.* Egredientur, & videbunt cadavera eorum, qui prævaricati ſunt in me. Decimum eſt gaudium de congregatione Sanctorum. Quod ſignificatur. *Gen.* 43. ubi Joſeph fecit convivium fratribus ſuis congregatis. *Pſal.* 146. Diſperſiones Iſrael congregabit. Undecimum eſt gaudium de conſideratione bonorum, quæ fecit. *Apoc.* 14. Opera illorum ſequuntur illos. *Pſal.* 127. Filii tui ſicut novellæ olivarum in circuitu menſæ tuæ. Duodecimum eſt gaudium de conſideratione bonorum, a quibus Deus liberavit eum. *Pſal.* 88. Miſericordias Domini in æternum cantabo. Vel aliter.

Primum gaudium eſt de exilii egreſſione. *Pſalm.* 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. *Jer.* 31. In fletu venient, & in miſericordia reducam eos.

Secundum eſt de carceris abſolutione, quia qui eſt in carne, eſt in carcere. *Pſal.* 141. Educ de carcere animam meam, &c. *Rom.* 7. Infelix ergo homo, &c.

Tertium eſt de laqueorum, ideſt, tentationum evaſione. *Pſal.* 90. Eripiet me de laqueo venantium, & a verbo aſpero, ideſt, de tentatione in præſenti, & de dura objurgatione judiciali in futuro.

Tunc enim dicunt Sancti illud. *Pſalm.* 123. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Quartum eſt de vinculorum diſſolutione, ut ſunt fames, ſitis, frigus, calor, ægritudo, neceſſitas moriendi, laſſitudo, &c. quibus homo ligatur. *Iſa.* 49. Non eſurient, neque ſitient amplius, & non cadet ſuper eos Sol, neque æſtus.

Quintum eſt de Diaboli dejectione 1. *Cor.* 16. Ubi eſt mors victoria tua? *Rom. ult.* Deus conteret Sathan ſub pedibus veſtris.

Sextum pœnæ æternæ evaſionem. *Pſal.* 57. Lætabitur Juſtus cum viderit vindictam, quam ſcilicet evaſit.

Septimum eſt plena libertas, quia modo ſumus in ſervitute, quia omnibus indigemus. *Rom.* 8. Ipſa creatura liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Octavum eſt optima ſocietas. *Matth.* 8. Recumbent cum Abraham Iſaac, & Jacob in regno cœlorum. *Pſal.* 132. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum.

Nonum eſt deſideratiſſima Chriſti fraternitas. *Cant.* 8. Quis det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ?

Decimum eſt conſummata charitas, tunc enim diligemus Deum ex toto corde, ideſt, ex toto intellectu ſine errore, & tota anima, ideſt, voluntate ſine contradictione, & tota mente, ideſt, memoria ſine oblivione 1. *Cor.* 13. Cum venerit autem, quod perfectum eſt, evacuabitur, quod ex parte eſt.

Undecimum eſt pacis tranquillitas. *Pſal.* 4. In pace in idipſum, &c. Item *Pſal.* 157. Qui poſuit fines tuos pacem, &c.

Duodecimum eſt confirmata ſecuritas, quod non timebunt gaudium ſuum amittere. *Pſal.* 90. Non timebis a timore nocturno. Sic ergo habes in tabernaculo Domini, & candelabrum ſeptem brachiorum, & menſam duodecim panum. Altare autem Thymiamatis eſt fruitio æternæ voluptatis, quæ naſcitur ex duobus prædictis. Ex cognitione enim, & dilectione ſurgit fruitio. Super altare enim ponebatur Thymiama cum igne, & ſic fiebat odor ſuaviſſimus. Thymiama eſt cognitio, ignis eſt dilectio. Et ex iſtis ſurgit odor, & delectatio fruitionis. Sed nota, quod ignis afferebatur de primo altari exteriori, quod erat ſub divo, quia nullus habebit charitatem in patria, qui eam non habuit in via. In Thymiamate erant quatuor, ut dicitur. *Exod.* 30. Stacten, & Onyca, & Galbanum, & Thus lucidiſſimum. Similiter in cognitione noſtra erunt hæc quatuor, quod Deum cognoſcemus eſſe ſine fine, ſine principio, ſine malo, quia ſcilicet eſt reprobator omnis mali, & fugator, & auctor omnis boni. Stactea enim myrrha eſt, quæ conſervat a putredine, & corruptione, & ſignificat, quod Deum cognoſcimus eſſe ſine fine. Onyca eſt quidam unguis. Unguis autem eſt principium manus, & ſignificat, quod Deum cognoſcemus eſſe omnium principium, & non principatum. Galbanicus odor ſerpentes fugat, & ſignificat, quod Deum cognoſcemus eſſe fugatorem omnis mali. Thus autem ſignificat, quod auctor eſt omnis boni.

Item aureum intelligitur Chriſtus. Per Arcam Teſtamenti B. Virgo. Per hæc duo ſunt digniora, quæ ſunt in cœleſti Eccleſia, per quæ in nobis aditum ad ea ſperamus. Chriſtus autem dicit thuribulum aureum, quia igne charitatis plenus, in quo offeruntur orationes Sanctorum, & exaudiuntur. Unde orationes in Eccleſia terminantur: Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c. Ipſe enim eſt Advocatus noſter, qui petitiones noſtras in curia ſuperna repræſentat Patri, ſicut & mater ejus Advocata noſtra eſt etiam, quia eas repræſentat filio uteri ſui. *Bern.* Magnum habes, o homo, acceſſum ad Deum, ibi filium habes ante Patrem, Matrem ante Filium. Filius oſtendit Patri latus, & vulnera; Mater oſtendit Filio pectus, & ubera, nec poteſt ulla fieri repulſa, ubi tot charitatis concurrunt inſignia. Ideo competenter iſta duo narrat Apoſtolus eſſe in ſecundo tabernaculo, thuribulum, & arcam; Chriſtum, ſcilicet & Mariam. Secundum illud *Pſal.* 131. Surge, Domine, in requiem tuam tu, & arca ſanctificationis tuæ. Dicitur autem Beata Virgo arca Dei, vel arca fœderis, ſive Teſtamenti, vel arca ſanctificationis. In ipſa autem Dominus tanquam in hoſpitio ſancto, & mundo requievit, quod in utero ejus cum genere humano ſe fœderavit. Unde *Gen. cap.* 9. Ponam arcum meum in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me, & terram. Hæc arca fuit de lignis Sethim. Sicut dicitur. *Exod.* 37. Fecit Beſeleel arcam de lignis Sethim. Beſeleel interpretatur obumbraculum divinum.

Hoc eſt, quod dicitur. *Luc.* 1. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. De lignis Sethim fuit, quæ ſunt imputribilia, & albæ ſpinæ ſimilia, quia Beata Virgo incorruptibilitatem, & integritatem ſemper cuſtodivit in mente, & auſteritatem, ſive ſpinoſitatem pœnitentiæ, ſive penuriæ ſuſtinuit in carne.

Item arca habuit quatuor circulos, & duos vectes, & B. Virgo jam creditur eſſe adepta quatuor dotes corporis, & duas animæ, quæ ſunt cognitio & dilectio, nam fruitio, quæ fuit tertia dos, vel eſt eadem cum prædictis, vel ſurgit ex his. Vel duo Vectes ſunt caſtitas, & charitas.

Item hæc arca habuit duos cubitos, & dimidium in longitudine, & cubitum & ſemiſſem in latitudine: altitudo quoque fuit unius cubiti, & dimidii, ut dicitur. *Exod.* 37. Et 26. Similiter Beata Virgo habuit longitudinem perſeverantiæ, latitudinem charitatis, & altitudinem paupertatis, ſive contemptus terrenitatis, quia elongata eſt a terrenis. Habuit autem duos cubitos, & dimidium in longitudine. Per cubitum intelligitur perfectio, per dimidium cubitum intelligitur imperfectio iſta, ideſt, Beata Virgo. Habuit ergo arca in longitudine duos cubitos, ideſt, in longanimitate habuit duplicem perfectionem, quia & fortis extitit in adverſis, & modeſta in proſperis, contra utramque fortunam armata armis juſtitiæ a dextris, & a ſiniſtris. Sed duobus cubitis additur dimidius; quia eam perfectionem haberet veraciter, ut dictum eſt, in longanimitate: imperfectionem tamen habuit in ſui reputatione, vel comparatione. Secundum illud. *Eccl.* 18. Cum conſummaverit homo, tunc incipiet, ideſt, in latitudine habuit cubitum, & dimidium, ideſt, in charitate imperfectionem; quia perfectam habuit charitatem, ita tamen, ut eam dimidiam reputaret.

Item eodem modo in latitudine paupertatis, vel cœleſtis deſiderii, vel ſpei habuit cubitum, & dimidium. Cubitum perfectionis in re, & dimidium imperfectionis in ſua opinione. Item arca in figura habuit quadraturam, & Beata Virgo in converſatione exteriori habuit maturitatem, quæ ſignificatur per quadraturam, quia quadrata ſtabilia ſunt, bene locantur & ſolide.

Item arca erat circumtecta auro intus, & exterius, & Beata Virgo tota aurea fuit, tractabilis, & ducibilis per obedientiam, & bonitatem, per dulcem, & utilem locutionem. Item in Arca erant quatuor, urna aurea habens manna, quia in utero Beatæ Virginis Chriſtus novem menſibus quievit, quia eſt urna aurea, ſecundum humanitatem habens manna Divinitatis, ſecundum Divinitatem enim Chriſtus eſt manna, quia eſt omnia in omnibus 1. *Cor.* 15. Sicut manna quodammodo erat omnia. *Sap.* 16. Panem de cœlis præſtitiſti eis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem. *Joan.* 1. Plenum gratiæ, & veritatis. Gratiæ ad affectum, & veritatis ad intellectum. Ecce urna aurea, in qua eſt manna. Vel

urna aurea, quæ fuit in Arca, eſt humilitas, quæ fuit in Beata Virgine.

Hæc urna fuit aurea, quia humilitas ejus non fuit obſtinata, nec fixa in proprio ſenſu, ſicut ſunt multi, qui volunt eſſe humiles, & ſi eis imperarentur ſublimia, nolunt eſſe obedientes. Et iſta non eſt vera humilitas, ſed ſicut dicitur ſuper *Matth.* 3. vera humilitas eſt, quam non deſerit comes obedientia. Sicut Joannes humilis fuit, dicendo: Ego a te baptizari debeo, &c. & tamen ideo præcipienti, ut hoc faceret ſine contradictione obedivit. Similiter Beata Virgo cum dixiſſet. Ecce ancilla Domini, ſubdit. Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Primum dixit ex humilitate cordis, ſecundum ex ſperata, & obedienti voluntate. In primo ſe præbuit urnam concavam per humilitatem, in ſecundo ſe oſtendit auream, ductibilem, ſcilicet & obedientem.

Luc. 1.

a His vero ita compoſitis, *b* in priori *c* quidem tabernaculo ſemper introibant *d* Sacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes. *e* In ſecundo autem ſemel in anno ſolus Pontifex, non ſine ſanguine, *f* quem offeret pro ſua, & populi ignorantia, *g* hoc ſignificante *h* Spiritu ſancto, *i* nondum propalatam eſſe Sanctorum viam,

In hac urna Dominus manna reponi voluit, quia humilitas ejus gratiam apud Deum copioſam invenit.

Sicut enim *B. Ber.* Capax eſt miſericordiæ fiducia, patientia vero juſtitiæ. Quale autem poterimus gratiæ receptaculum exhibere, balſamum eſt ſimiliter puriſſimum & ſolidiſſimum vas requirit, hoc eſt, humilitas cordis. Humilibus autem datur gratia, 1. *Petr.* 5. Gratia autem, qua repleta eſt Beata Virgo, dicitur manna; quia in ſua plenitudine hauriunt omnes, ſecundum quod ſunt: peccatores in ea inveniunt compaſſionem: pœnitentes conſolationem, proficientes auxilium, perfecti exemplum; ut nulli deſit illius gratia, quæ plenitudinem gratiæ invenit apud Deum.

Unde *B Bern.* Ille ſolus, o Beata Virgo, laudes tuas ſileat, qui te fideliter invocatam in ſuis neceſſitatibus ſenſerit defuiſſe.

Item quomodo in Arca fuit virga Aaron, quæ fronduerat, & floruit, & fructum fecit, ſic Beata Virgo rectitudinem vitæ tenuit, frondens per utilem locutionem, & florens per bonam opinionem, fructificans per bonam operationem. Ob hoc etiam non ſolum virgam habuiſſe, ſed etiam virga Jeſſe dicitur *Iſa.* 11. Egredietur virga de radice Jeſſe, &c.

Hæc virga ſimul fronduit, & floruit, & fructum fecit: quia Beata Virgo filium genuit, quia eſt frons, & flos, & fructus. De hac virga dicitur *Num.* 24. Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſrael. Beata Virgo dicitur ſtella, quia illuminat intellectus noſtros ad cognitionem veritatis. Dicitur virga, quia corrigit noſtras diſtortas voluntates, & dirigit ad amorem divinæ bonitatis. In Arca etiam fuerunt tabulæ Teſtamenti, & Deuteronomius, ſed interius erant tabulæ, exterius autem Deuteronomius in latere Arcæ. Similiter Beata Virgo legem ſervavit Chriſti interius in intellectu per cognitionem, in affectu per amorem. Iſtæ enim ſunt duæ tabulæ, in quibus debet ſcribi Teſtamentum Dei. *Prov.* 3. Circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui. Nec ſolum lex debet haberi interius in tabulis cordis, ſed etiam exterius in latere per bonam operationem, & carnis macerationem, & diſciplinam.

Et hoc eſt, quod dicitur *Prov.* 7. Liga eam in digitis tuis, & deſcribe in tabulis cordis tui. Beata Virgo legem Domini utroque modo cuſtodivit; omnia ejus verba interius in corde conſervans, ut dicitur *Luc.* 2. Et exterius operans.

Item propitiatorium tegebat Arcam, & Chriſtus, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, in omnibus protexit matrem ſuam.

Item ſuper Arcam erant Cherubin gloriæ obumbrantia ipſum propitiatorium, & etiam ipſam Arcam, quia ſupercœleſtes Spiritus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatæ Virgini matri ejus umbram ſolatii, & debitæ ſervitutis præbuere famulatum.

Et ſicut dicitur *Exod.* 37. Cherubin reſpiciebant in ſe mutuo verſis vultibus in Propitiatorium, & Angeli ſeſe invicem intuentur reflectentes cogitationem ſuam in Propitiatorium, ideſt, in Chriſtum, admirantes propitiationem ejus ſuper redemptione generis humani 1. *Petr.* 1. In quem deſiderant Angeli proſpicere.

Vel duo Cherubin, qui obumbrant Propitiatorium, ſunt Pater, & Spiritus ſanctus, qui obumbrationem filii, ideſt, ejus incarnationem operantur.

Unde *Luc.* 1. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te. Ecce unus Cherubin, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ecce alius Cherubin. Se autem reſpiciunt verſis vultibus in Propitiatorium, quia incarnationem filii operantur.

Unde *Iſa.* 48. Et nunc Dominus miſit me, & Spiritus ejus.

Item nota, quod Levitæ portabant Arcam fœderis Domini & Apoſtoli Beatam Virginem in hac vita ſuſtentabant & fovebant, tam ſolatio, quam obſequio, maxime beatus Joannes, cui cura ejus commiſſa eſt. Sed tandem aſſumpta eſt in morte, & impoſita in templo Domini, ideſt, in cœlo. Unde 2. *Par.* 35. Ponit Arcam in Sanctuario templi, quod ædificavit Salomon filius David Rex Iſrael, nequaquam eam ultra portabitis, 3. *Reg.* 8. Intulerunt Sacerdotes Arcam fœderis Domini in oraculum templi in Sancta Sanctorum. *Apoc.* 11. Apertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt Arca Teſtamenti ejus in templo ejus. Hæc autem, quæ dicta ſunt de Arca his duobus verſibus poſſunt perſtringi.

Fœdus, Ligna, Setbim, Vectes, Menſura, Figura,
Lex, Locus, Urna, Cherub, Liben, Aurum, Mannaque, Virga.

a His vero ita compoſitis,] quaſi de illis non eſt dicendum per ſingula; ſed hic dicendum, quod ſequitur, [his] prædictis tabernaculis.

b Ita compoſitis,] ideſt, ordinatis, ſicut prædictum eſt.

c In priori quidem tabernaculo ſemper introibant Sacerdotes,] ideſt, quotidie.

d Sacrificiorum officia conſummantes.] Prius enim offerebantur ſacrificia ad altare holocauſti duo agni, unus in mane, & pinguior, & inaccenſo igne ſumebat Sacerdos prunas in thuribulo, tenens thus thymiama, & ferebat ad altare thymiamatis interius in tabernaculum, & poſito incenſo; & in thuribulo ponebant, & prunas ſuper altare cum eo, & revertebatur; & ſic conſummatum erat ſacrificium. Inchoabatur enim in ſacrificatione animalis, & conſummabatur in oblatione thymiamatis. In quo ſignificatur nobis, quod prius oportet carnem immolare per macerationem, quam ſpiritus offeratur Deo per devotionem. Prius ergo occurrit altare holocauſti, ut poſt offeramus corpora noſtra Deo hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem in carnis mortificatione, ut dicitur *Rom.* 12. Poſtea altare incenſi, vel thymiamatis. Sequitur. Niſi ſpiritum Deo offeramus in beneficiorum ejus devota recordatione. Beneficia divina ſunt aromata, quæ ibi ſuccenduntur, cum in ardore dilectionis in ara crucis revolvuntur, ſicut poſt ſextam Feriam paſſionis venimus ad Sabbatum requietionis mentis, unde & Chriſtus ante crucifixus eſt, quam aromatibus ungeretur. *Prov. cap.* 24. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, poſtea ædifices domum. Prius enim naſcitur homo exterior ad laborem, & poſtea homo interior, ſicut diſpoſitio avis ad volatum. *Job cap.* 5. Sequitur.

e In ſecundo autem,] tabernaculo, [ſolus Pontifex non ſine ſanguine,] intrabat.

Sæpe quidem, ut dicit *Aug.* Introibant, imo quotidie, cum ſanguine non niſi ſemel. *Exod. cap.* 30. Deprecabitur Aaron ſuper cornua ejus ſemel per annum in ſanguine. *Lev. cap.* 16. Erit hoc vobis legitimum ſempiternum, ut oretis pro filiis Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum ſemel in anno.

f Quem,] ſanguinem, (offeret pro ſua, & populi ignorantia,) pro peccatis ex ignorantia factis. *Lev.* 16. in hac die expiatio veſtri erit.

Et nota, quod in hoc ſignificabatur, quod quotidie debemus nos ſacrificare Deo in præſenti Eccleſia, ſicut & Sacerdotes quotidie offerebant ſacrificia, ſed ſolus Chriſtus in anno benignitatis ſemel in Sancta Sanctorum intravit cum ſanguine proprio. *Pſal.* 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, &c. *Iſa.* 61. Ut prædicarem annum placabilem Domino, & diem retributionis Deo noſtro. Et hoc eſt, quod ſubditur.

g Hoc ſignificante,] quaſi illa prædicta fiebant in veteri Teſtamento, [hoc ſignificante,] in iſtis.

h Spiritu Sancto,] ſcilicet.

i Nondum propalatam eſſe Sanctorum viam,] ideſt, nondum licere etiam Sanctos ad cœleſtia introire, quomodo Chriſtus ſummus Pontifex veniret, qui cœlum in ſuo ſanguine aperiret, & pontem per crucem faceret.

Secundum illud *Mich. capit.* 3. Aſcendet iter pandens ante eos.

a Adhuc priore, &c.] Quamdiu enim legalis cultus tabernaculi ſtatum habuit, aditus cœli per ſummum Pontificem non patuit. Quia autem hæc de ſacrificiis conſummandis, vel in primo, vel in ſecundo tabernaculo ſecundum ſanctificationem dicta ſint, aperit ſubdens.

a adhuc priore tabernaculo habente ſtatum. *b* Quæ parabola eſt temporis inſtantis, *c* juxta *d* quam *e* munera, & hoſtiæ offeruntur. *f* Quæ non *g* poſſunt juxta conſcientiam perfectum facere ſervientem *h* ſolummodo in cibis, & in potibus: & in *i* variis Baptiſmatibus *k* & juſtitiis carnis *l* uſque ad tempus correctionis impoſiti. *m* Chriſtus autem aſſiſtens *n* Pontifex futurorum *o* bonorum per amplius, *p* & perfectius *q* tabernaculum *r* non manufactum, *ſ* ideſt, non hujus creationis, *t* neque per ſanguinem† hircorum aut vitulorum, ſed per proprium *u* ſanguinem introivit ſemel in Sancta æterna *x* redemptione inventa.

D

b Quæ parabola eſt,] ideſt, myſtica ſimilitudo.

c Inſtantis temporis,] ideſt pertinet ad tempus gratiæ, quod modo eſt, omnia in figura contingebant illis, ut dicitur 1. *Cor.* 10. *Ezech.* 17. Propone ænigma, & narra parabolam, &c. *Job* 29. Addidit quoque Job aſſumens parabolam, &c. *Matth.* 13. Aperiam in parabolis os meum.

d Juxta quam] parabolam.

e Munera, & hoſtiæ offeruntur,] in lege a figurativis Sacerdotibus. *Levit.* 1. & 2. Et nota, quod hoſtiæ ſunt de animalibus, & munera de aliis, ſc. de thure, & ſimila, & panibus. *Iſa.* 29. Colent eum in hoſtiis, & muneribus. Et vota vovebunt, & ſolvent.

† al. ſtatuo. &c.

f Quæ] munera, & hoſtiæ, [non poſſunt juxta conſcientiam perfectum facere ſervientem,] ideſt, non poſſunt hominem interius juſtificare in conſcientia quantum ad Deum, etſi exterius videantur juſtificare quantum ad uſum hominum. Perfectus autem ſive perfectione juſtus eſt homo, quando etiam intus eſt juſtus in conſcientia, & foris juſtus oſtenditur in operatione bona. Secundum illud *Luc.* 1. Erant autem ambo juſti ante Deum, hoc dicit, quantum ad conſcientiam, incedentes in omnibus mandatis, & juſtificationibus Domini, ſine querela, quantum ad proximum. Vel

g Juxta conſcientiam,] ideſt, teſte conſcientia. Servientem dico.

h Solummodo in cibis, &c.] diſcernendis. De cibis dicitur *Lev.* 11. & *Deut.* 14. Sed de potu, ut videtur, nihil ordinatum erat. Sol. Imo *Lev.* 10. Vinum & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu, & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii. *i* Et in variis Baptiſmatibus,] ideſt, ablutionibus. *Marc.* 7. Omnes Judæi, niſi crebro lavent manus, non manducant tenentes traditiones ſeniorum, & a foro venientes, niſi baptizentur, non comedunt, & alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſervare Baptiſma calicum, & urceorum, æramentorum, & lectorum.

k Et] in aliis [juſtitiis carnis] non ſpiritus. De quibus juſtitiis dicitur *Roman.* 10. Suam quærentes ſtatuere juſtitiam, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. His omnibus dico.

l Uſque ad tempus, &c.] Nota, quod dicit, [impoſitis] quaſi onus, ut eos refrænaret laſcivos. *Act.* 15. Hoc eſt onus quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus. [Uſque] ad tempus correctionis, ideo dicuntur ceremoniæ a chronon, quod eſt tempus, quia temporales erant & non ſempiternæ. Unde *Eccl.* 33. Immutabit tempus, & dies feſtos ipſorum, & in illis dies feſtos celebraverunt ad horam. Et dicit. [Uſque ad tempus correctionis,] i. uſque ad tempus gratiæ, quia in melius corrigendi erant, qui uſque huc ſub Pædagogo fuerunt. *Gal.* 3. Lex Pædagogus noſter eſt. Tempus gratiæ dicitur tempus correctionis, quia tunc auſteritas converſa eſt in indignationem, indignitas in dignitatem, vinum in oleum, gladius in unguentum, ut dicit *Pſal.* 89. Supervenit manſuetudo, & corripiemur. *m* Chriſtus autem, &c.] Hic oſtendit per quem impleta fuit umbra. Quatuor autem differentias oſtendit inter legalem Sacerdotem, & Realem. Legalis enim Sacerdos intrabat in manufactis; Chriſtus vero in non manufactis. Legalis in alieno ſanguine; Chriſtus in proprio. Legalis ſæpius; Chriſtus ſemel. Legalis ad inveniendum temporalem redemptionem; Chriſtus vero æternam. Dicit ergo: (Chriſtus autem.) Continuatio. Prædicta legalia non poſſunt facere perfectum, ſed umbratilia ſunt, ſed (Chriſtus aſſiſtens Pontifex.) Aſſiſtens ſcilicet Patri ad interpellandum pro nobis, *inf. eod.* Ut appareat nunc vultui Dei, pro nobis. Et *ſup.* 7. Accedens per ſemetipſum ad Deum ſemper vivens ad interpellandum pro nobis. Vel (Aſſiſtens) homini ad initiandum, & cœnandum cum eo. *Apoc.* 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, &c. Item aſſiſtens homini in exemplum, ſicut ſerpens erectus in palo. *Num.* 21. Item aſſiſtens homini paratus ad auxiliandum, ſicut Stephano. *Act.* 7. *n* Pontifex.] Illud jungitur cum præcedenti, & cum ſequenti. Chriſtus enim Patri aſſiſtit pro nobis, ſicut Pontifex, & Mediator intercedendo. Item ipſe aſſiſtit nobis (Pontifex futurorum bonorum,) ipſa promittendo, & tandem conferendo. Chriſtus enim eſt dator præbendarum cœleſtium immortalibus Canonicis, qui autem Chriſti non ſunt, præſentia bona quærunt, & concupiſcunt. *o* Per amplius, &c.] Sic ordina litteram, & conſtrue ſic. *m* Chriſtus] inquam, introivit. *q* Tabernaculum,] ideſt, cœlum. *o* Per amplius] quam illud terrenum quantum ad plurium capacitatem. *p* Et perfectius] quantum ad æternitatem; quia ibi æterna beatitudo eſt. Tabernaculum dico. *r* Non manufactum,] ideſt non opere humano factum. Unde exponendo ſubdit, (ideſt non hujus creationis,) cujus fuit in Eremo, ideſt humanæ. Illud enim finxit homo, ſcilicet Beſeleel. *Exod.* 33. Illud autem fecit Deus, & non homo, ut dicitur, *ſup.* 8. Et *inf. eod.* Non manufacta Jeſus introivit exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Introivit, dico.

t Neque per ſanguinem, &c.] effuſum, ut in veteri Teſtamento fiebat. *u* Sed per proprium ſanguinem introivit] dico (ſemel) quaſi per ſanguinem fuſum, ſemelque ſufficie mors ejus omnibus, nec oportet iterari per hæc. *x* Æterna redemptione inventa,] a nobis, vel a Chriſto nobis. Æterna autem dicitur redemptio, quia æternitatem confert redemptis. Vel poteſt aliter legi, ut ſint duæ dictiones. (Per amplius.) Et eſt ordo litteræ talis.

m Chriſtus Pontifex,] dator (futurorum bonorum) introivit ſemel in Sancta, non per ſanguinem hircorum, taurorum, & vitulorum, ſed per (proprium.) Ipſe dico. (Aſſiſtens,) Patri (per tabernaculum amplius, & perfectius non manufactum, ideſt, non hujus creationis,) ideſt, per carnem, quam aſſumpſit pro nobis, in qua etiam Patri aſſiſtit ad interpellandum pro nobis, cum tabernaculum carnem hic dicit Chriſti. Bene autem majus, & perfectius his dicitur; quia Deus verbum, & omnis actus ſpiritus habitat in eo. *Col.* 2. In ipſo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter. Et dicitur non manufactum, qui non humano opere conceptus eſt; ſed de Spiritu Sancto. *Matth.* 1. Quod in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt. Introivit Dominus in Sancta per proprium ſanguinem, per hoc inventa æterna redemptione. Chriſtus dicitur noſtram redemptionem inveniſſe, quia ſtudioſe eam quæſivit. Unde *Pſal.* 9. Annunciate inter gentes ſtudia ejus. Item quia etſi ſanguinem ſuum pro noſtra redemptione funderet; tamen ſeipſam inveniſſe reputavit, quia non appretiatur, quicquid pro nobis expenderit, dummodo in nobis ſuum habeant effectum, quæ pro nobis libenter ſuſtinuit. *Prov.* 12. Qui negligit damnum propter amicum, juſtus eſt. Præcipue Dominus in paſſione flevit; quia vidit laborem ſuum, quantum ad multos, inutilem exiſtere. Secundum illud *Pſal.* 92. Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Et nota, quod Chriſtus dicitur Pontifex pluribus rationibus. Primo quia, ſicut per mortem Pontificis exules redibant ad patriam; ita nos per mortem Chriſti redimus ad gloriam. *Num.* 35. Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in urbes ſuas reverti potuerunt. *Chriſtus dicitur Pontifex multis rationibus.*

Secunda ratio eſt, quia *Levitici* 21. dicitur: Super patre ſuo, & matre ſua non contaminabitur. Similiter Chriſtus. Unde *B. Bernar. in ſermone de circumciſione* dicit. Ad quid tibi, Domine, circumciſio neceſſaria; quia peccatum non commiſiſti, nec contraxiſti. Quod ipſe non fecerit, ætas manifeſtat; quod autem non contraxerit, multo certius probat Patris divinitas, & integritas Matris. Summus Sacerdos es, quem nec ſuper Matre, nec ſuper Patre contaminandum prophetatum eſt potius quam mandatum.

Tertia ratio eſt, quia decimam decimarum dabant Levitæ ſummo Sacerdoti. *Num.* 18. Et perfectio omnium bonorum noſtrorum debet Chriſto attribui, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate, ut dicitur *Phil.* 2. Quarta ratio eſt, quia in quatuor veſtibus differebat Pontifex ab aliis Sacerdotibus. In veſte Poderis hiacynthina: in Superhumerali, in Rationali, in Thiara. Similiter Chriſtus in his omnes Sanctos præcellit. In veſte Poderis hiacynthina, ideſt, in converſatione cœleſti, & ab omni contagio culpæ remota; quia peccatum non fecit, nec inventus

eſt

eſt dolus in ore ejus, ut dicitur 1. *Petr.* 2. & *Iſa.* 53. Item *Iſa.* 48. Tranſibit in pace, ſemita in pedibus ejus non apparebit. Et licet peccatum non fecerit, tamen pœnam pro peccatis ſuſtinuit. Unde & habuit ſuperhumerale, in quo erant ſcripta nomina filiorum Iſrael, in duobus peccatis pœnam pro peccatis omnium hominum, tam omiſſionis, quam commiſſionis ſuſtinuit. *Iſa.* 53. Vere languores noſtros ipſe portavit. Item Chriſtus habet Rationale judicii, & veritatis, quia in hoc ſæculo judicatus eſt a Pilato, omnes judicabit nationes, & ſingulariter omnes perſonas judicabit in futuro, quia pater omne judicium dedit filio. *Joan.* 5. Quartum eſt de lamina aurea, in qua ſcriptum erat nomen Dei Tetragrammaton, i. principium vitæ paſſionis, i. in quo ſignificabatur per laminam auream Chriſti charitas ampla, & ad omnes homines, etiam ad inimicos dilatata, ea qua charitate ipſe paſſus eſt, & ipſe fuit principium vitæ paſſionis, i. per paſſionem ſuam. Iterum notandum, quod in præcedenti textu tria, vel quatuor poſſunt notari. Primum demonſtratur divinæ largitatis magnum, ideſt, copioſum beneficium, cum dicit. [Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum.] In quo verbo notantur duo nobis beneficia Chriſti in via, & tertium in patria. Aſſiſtit enim Patri ſuo pro nobis intercedendo. Unde dicit. [Chriſtus aſſiſtens.] Pontifex autem eſt nobis pontem faciens ad beatitudinem, exemplum, documentum, auxilium exhibendo. Sic ergo notantur duo; quod pro nobis ad Patrem orat, & nos ipſemet vita, & moribus informat. Sic eſt Chriſtus Mediator noſter orando Patrem, & erudiendo hominem. Bene ergo dicit. [Chriſtus aſſiſtens Pontifex.] Aſſiſtens Patri Pontifex nobis. Tertium eſt beneficium in patria, quia eſt dator futurorum bonorum. Pontifex enim fuit nobis pontem faciens in exemplo, ut eſſet nobis poſtea dator futurorum bonorum in præmio. Ideo pontem facit ſeipſum, ut traheret nos ad cœlum. Ad ſimilitudinem enim pontis, qui de ripa ad ripam trahitur, ut via ſit tranſire volentibus. Sic Chriſtus, ut immortalitatis gloriam nobis per ſeipſum viam faceret, a ripa mortalitatis per errorem paſſionis ſuæ tranſivit ad gloriam immortalitatis. Sic ergo primo oſtenditur divinæ largitatis beneficium. Secundo, oſtenditur nobis via ad æternam beatitudinem, cum dicitur. [Per proprium ſanguinem ſemel introivit in ſancta,] & etiam per tabernaculum, [per amplius & perfectius.] Dico enim Chriſtus per tabernaculum introivit in ſancta, & per proprium ſanguinem, ſicut & Sacerdos legalis per tabernaculum intrabat ad ſancta ſanctorum, & cum ſanguine, ſic Chriſtus per tabernaculum, ideſt, per carnem ipſam pœnalitatibus, & laboribus ſubjiciendo, & proprium ſanguinem ipſum pro nobis fundendo introivit in ſancta ſanctorum, ideſt, cœlum. In hoc relinquens exemplum per paſſionem veniendi ad regnum per calicem tribulationis ad gloriam Majeſtatis. Quod fit dupliciter, per tabernaculum, ideſt, per carnem tranſeundo: vel totum ſimul, ut Martyres, vel quotidie per partes, ut pœnitentes. Secundum illud *Pſ.* 43. Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus, ſicut oves occiſionis. In hoc ergo, quod Chriſtus per proprium ſanguinem introivit in ſancta, arguuntur delicati, qui & hic volunt gaudere cum ſæculo, & in futuro regnare cum Chriſto. In alieno quidem ſanguine confidunt, ideſt, in aliorum pœnitentia, ut intrent in cœleſtia regna, ſicut Sacerdos veteris Teſtamenti, qui in alieno ſanguine intrabat in ſancta. Tertio, oſtenditur pretium noſtræ redemptionis, ut difficultas, ſive labor redimentis, cum dicit.] Per proprium ſanguinem æterna redemptione inventa.] Labor enim redimentis apparet in effuſione proprii ſanguinis. Facile enim erat quondam jugulare pecora pro hominum ignorantia, aut culpa, ſed difficile eſt etiam pro inimicis animas ponere, & ſanguinem fundere. Chriſtus enim ſanguinem libenter fudit pretium noſtræ redemptionis, unde ſe noſtram redemptionem inveniſſe reputat, & quaſi pro nihilo habuiſſe. Videtur enim ei labor modicus præ amoris noſtri magnitudine. Quia autem per Chriſtum potuit eſſe noſtra redemptio, a minori probat, quia ſcilicet, per illa legalia fiebat mundatio corporalis. Unde ſubdit.

> D *a* Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos *b* ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum *c* ſanctum *d* ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, *e* emundabit conſcientiam *f* noſtram ab operibus *g* mortuis ad ſerviendum *h* Deo viventi; *i* Et ideo novi *k* Teſtamenti mediator eſt

a Si enim ſanguis, &c.] non ſimpliciter, ſed.
b Ad emundationem carnis] non animæ, quia qui mortuorum, vel immundorum contactu immundus erat ſeptem diebus, die tertio, & die ſeptimo aqua expiationis, ea cineribus vitulæ rufæ facta, aſperſus mundabatur carnaliter ab illa irregularitate, & a pœna immunis reddebatur, & ſic ſecundum illas legales, & carnales obſervantias mundus habebatur. Et nota, quod hircus offerebatur pro peccato Principis, & vitula rufa pro peccato Synagogæ, ut habetur *Num.* 19. Præcipe filiis Iſrael, ut adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, &c. Et poſtea ſubditur. Qui tetigerit cadaver hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus, aſpergetur ex aqua hac die tertio, & ſeptimo, & ſic mundabitur. Si ergo ita eſt de illo ſanguine, quanto magis ſanguis Chriſti?
c Qui per Spiritum ſanctum,] non per ignem, non per aliud legali modo, ſed [per Spiritum ſanctum,] omnia ei dictantem, & ſuggerentem. *d* Semetipſum obtulit immaculatum] per Spiritum ſanctum [Deo] Patri, de quo conceptus immunis fuit a peccato. Fuit enim Agnus ſine macula, 1. *Petr.* 2. Qui peccatum non fecit, &c.
e Emundabit conſcientiam noſtram] interiorem, non carnem noſtram exteriorem tantum.
f Ab operibus mortuis,] i. a peccatis. Et dicuntur mortua ab effectu, quorum conſenſu, tanquam contactu mortuorum, immunditiam trahit. Conſcientiam emundabit, dico. *g* Ad ſerviendum] deinceps per opera juſtitiæ.
h Deo viventi.] Prius enim emundatur conſcientia, quam operatio digna. Prius declinatur a malo, poſtea exercetur bonum. Prius timor Domini expellit peccatum ut dicit *Eccl.* 1. poſtea amor compellit ad bonum agendum. Notantur plures effectus paſſionis Chriſti. Unus effectus paſſionis vel ſanguinis Jeſu Chriſti eſt januæ apertio, & æternæ gloriæ adeptio, quod notatur, ibi. [Per proprium ſanguinem, &c.] Unde etiam ipſa Crux clavis David. *Iſa.* 22. Et dabo clavem domus David ſuper humerum ejus, ut aperiat. Item notatur generis humani redemptio per pretii ſanguinis ſolutionem cum æterna redemptione inventa 1. *Petr.* 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione, ſed pretioſo ſanguine Agni incontaminati, & immaculati Jeſu Chriſti. Item tertius effectus eſt peccatorum noſtrorum ablutio, quod notatur, ibi. [Sanguis emundabit conſcientiam ab operibus mortuis.] Et de hoc etiam dicitur *Apoc.* 1. Qui dilexit nos, & lavit in ſanguine ſuo *inf.* 9. Sine effuſione ſanguinis non fit remiſſio. *Plures effectus paſſionis Chriſti notantur.*

Item alius effectus eſt ad bonum faciendum ex amore provocatio, quod notatur, ibi. [Ad ſerviendum Deo viventi.] Nihil enim ita movet hominem ad amorem, & ad laborem, ſicut memoria paſſionis Chriſti.

Unde *Mach.* 6. Oſtenderunt elephantis ſanguinem uvæ, & mori ad acuendos eos in prælium. *Bern.* Hoc eſt, quod plus me movet, plus urget, plus accendit, calix tuus, Domine quem bibiſti, opus noſtræ redemptionis. Sunt & alii effectus, qui alibi ſignantur, patrum, ſcilicet ſanctorum de limbo eductio. *Zach.* 1. Tu vero in ſanguine Teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.

Item noſtri tuitio. *Exod.* 12. Erit autem vobis ſanguis in ſignum in ædibus, in quibus eritis, & videbo ſanguinem, & tranſibo vos, nec erit in vobis plaga diſperdens.

Item inimici depreſſio. *Pſal.* 34. Effunde frameam, ut per hoc ſignificet, quod ſanguinis Chriſti effuſio framea eſt, qua atteritur inimicus.

Item alius effectus, pro nobis ad Deum poſtulatio, *inf.* 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam ſanguis Abel. *Job* 16. Terra ne operias ſanguinem meum; nec inveniat in te locum latendi clamor meus.

Item ad Deum confœderatio. *Col.* 1. Pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris ſunt. Sequitur. *i* Et ideo,] quaſi obtulit ſeipſum. [Ideo] quia, ſcilicet, non ſanguinem taurorum, vel hircorum obtulit, ſed ſemetipſum. *k* Novi Teſtamenti Mediator eſt,] ideſt, Mediator eſt pro nobis orando apud Patrem, & nobis prædicando ejus referens voluntatem. Unde dico. [Novi Teſtamenti Mediator eſt,] quia ipſe tanquam Mediator dedit nobis novum Teſtamentum, ut ſciremus voluntatem Dei Patris 1. *Tim.* 2. Mediator Dei, & hominum Chriſtus Jeſus. Ibi require, quomodo Chriſtus eſt in medio. *Chryſ.* [Mediator.] Pura Mediator impiorum eſt, non qui nubit, ſed qui debenti agere coegerit, ideſt, cooperatur, ita Mediator eſt filius Patris, & noſtrum, volebat Pater dimittere hæreditatem, ſed miſerebatur nobis, & habebat, ut alienos, igitur factus eſt Mediator noſtrorum, & ejus, & ſualit ei orando, ſermones Adæ

habens patris ad nos prædicando: mori debeamus, mortuus eſt pro nobis.

Et *inf.* Igitur in principio, ut ad filios quidem teſtatus eſt quia nec indigni facti ſumus, non adhuc Teſtamento, ſed filio opus. [Novi Teſtamenti.] Cui teſtamentum ad ultimum diem mortis fit, tale quidem Teſtamentum, quale ſit apud homines. Hos quidem hæredes habet; hos autem exhæredes, ita ut hoc de hæredibus audi Chriſtum dicentem. *Joan.* 17. Volo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum. De exhæredibus audi *Joan.* 17. Non pro omnibus rogo; ſed pro his, qui credituri ſunt per ſermonem eorum. Teſtamentum rurſus habet hoc ejus, qui teſtatur, hoc eorum, qui ſuſcipiunt, ut quidam accipiant, quidam non, & faciant ita & hoc, expedit enim eis, quibus dicit *Joan.* 13. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. Rurſum Teſtamentum debet habere teſtes. *Joan.* 8. Ego ſum, qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimonium perhibet de me Pater. Et de Paracleto dicitur *Joan.* 15. Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me.

Gal. 3. *De celebr. miſſa cum Morte. ver. teſtamentum.*

E

a ut morte intercedente *b* in *c* redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori Teſtamento, *d* repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt, æternæ hæreditatis. *e* Ubi enim *f* Teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat Teſtatoris. *g* Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, *h* alioquin *i* nondum *k* valet, *l* dum vivit, qui teſtatus eſt. *m* Unde nec *n* primum *o* quidem ſine ſanguine dedicatum eſt. *p* Lecto enim omni mandato legis a Moyſe univerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, & hyſopo, ipſum *q* quoque librum, & omnem populum aſperſit dicens: *r* Hic ſanguis *ſ* Teſtamenti

a Ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priore Teſtamento repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.] Sic ordina litteram. [Novi Teſtamenti] dator eſt, dico. (Ut qui) a Deo [vocati ſunt,] ideſt, ab æterno Electi. Secundum illud *Eph.* 1. In quo & nos ſorte vocati ſumus prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus.

d Repromiſſionem accipiant æternæ hæreditatis,] ideſt, æternam hæreditatem iterum, & iterum promiſſam. Et hoc. *a* Morte] Chriſti [intercedente,] i. inter ſcilicet promiſſionem remiſſionis culpæ, & hæreditatis æternæ complementum. Et morte, dico, quæ erat neceſſaria.

b In redemptionem] non modo Gentilium, ſed etiam.

c Earum prævaricationum, &c.] ideſt, quæ permanebant non remiſſæ, quantum ad reatum ſub lege. Non enim per expiationes veteris Teſtamenti tollebatur reatus, ſive culpa per veritatem, ſed per reputationem, vel quia tantum quædam irregularitas delebatur, non peccatum. *Chryſ.* Quid ergo, o Judæe, magnum ſapis in lege, ita tam magna vi conſtituit nos peccatum, quod niſi Dominator pro nobis mortuus eſſet, ſalvare lex non potuiſſet. Sed ſicut dicitur *Rom.* 5. Lex ſubintravit, ut abundaret delictum. Nota, quod dicunt ſupra, ideo Chriſtum mediatorem Dei, & hominum dediſſe novum Teſtamentum, ut electi inſtructi per illud ad ſcientiam, vel adjuti per gratiam ad faciendum duplicem mortis ſuæ conſequantur effectum, ſcilicet redemptionem culpæ, & repromiſſionem hæreditatis æternæ, ideſt, æternam hæreditatem, quam Deus dat ex voluntaria promiſſione, non ex lege hæreditatis, non ex promiſſione. Hic eſt duplex effectus mortis Chriſti. Venia, quæ pertinet ad gratiam, & hæreditas, quæ pertinet ad gloriam. *Pſal.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Hæc duo obtinet nobis mors Chriſti, de qua ſignanter dicit in textu. [Ut morte in redemptionem intercedente, &c.] mors enim Chriſti intercedit, & orat pro nobis, & impetrat nobis veniam non vindictam. Unde *inf* 12. Acceſſiſtis ad ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam Abel. Quia ſicut dicit *B. Greg.* Sanguis Chriſti loquitur veniam, non vindictam, 2. *Math.* 8. Invocabant Dominum, ut reſpiceret in populum, qui ab hominibus calcabatur, ut vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret. [Ubi enim] quaſi dicat, recte dixi, quod Chriſtus dator eſt novi Teſtamenti morte intercedente, quia ſecundum humanam conſuetudinem ita eſt, quod ubicumque,

f Teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris] ideſt, interveniat ante confirmationem Teſtamenti. Et vere neceſſe eſt. *g* Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt,] ideſt, ſolet confirmari per mortem Teſtatorum. *h* Alioquin,] ſi ſcilicet, non interveniat mors Teſtatoris. *i* Nondum valet,] Teſtamentum.

k Dum,] ideſt, quamdiu.

l Vivit] ille [qui teſtatus eſt] Poteſt enim mutare, ſi vult. Sic ergo Apoſtolus oſtendit confirmationem novi Teſtamenti in morte Chriſti per ſimilitudinem conſuetudinis hominum. Sicut ad *Gal.* 3. dicitur. Secundum hominem dico, tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. *m* Unde,] ideſt, ad hoc ſignificandum, quod ſcilicet, Teſtamentum morte confirmatur. *n* Nec primum quidem,] Teſtamentum.

o Sine ſanguine dedicatum eſt,] ideſt, firmatum, imo per ſanguinem. Et hoc in figura, quod novum Teſtamentum eſſet conſummandum per mortem Chriſti. Sicut enim perficitur littera, vel liber per rubricationem minii, ita novum Teſtamentum decoratur, & perficitur in ſanguine Chriſti. Item ſicut litteræ ſummæ ſunt per certa inſignia poſita in libris, ita Scripturæ ſecuræ ſunt & immobiles per inſignia ſanguinis Chriſti. Unde dicit *Matth.* 24. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Item nota, quod litteræ alicujus Domini roborantur per appoſitionem ſigilli integri, quandiu vivit, ſed quando vult certificare hæredem ſuum de hæreditate habenda, mittit ei ſigillum fractum in morte. Eodem modo Deus in veteri Teſtamento ponebat in litteris ſuis & in promiſſionibus ſuis ſigillum ſuum integrum, cum dicebat *Ezech.* 18. Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris. Et frequenter in veteri Teſtamento dicebat Dominus: Vivo ego, ſed in novo Teſtamento fractum ſigillum apponitur, ut confirmetur in morte teſtatoris, ut Dominus de facto dicere videatur in Cruce moriens. Morior ego, qui volo vitam peccatoris. Unde ad ſignificandum confirmationem hujus dicit *Joan.* 19. Conſummatum eſt. Et nota, quod in libris ſunt capitales litteræ de minio, ſimiliter principaliores ſententiæ, quæ ſunt in ſacra Scriptura, ſunt de morte Chriſti, & ſanguinis ejus effuſione. Ita ut dicat Apoſt. *1. Cor.* 2. Nihil judicavi me ſcire inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Quod autem primum Teſtamentum ſanguine confirmatum ſit, oſtendit ſubdens. *Sanh.* 11.

p Lecto enim, &c.] loquente [univerſo populo,] audienti. Omnem enim legit, ut totum poſtmodum confirmaret. Lecto, inquam [mandato] accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum, [mixtum,] cum aqua, & accipiens ipſum ſanguinem, & levi expreſſione reddens ſine excuſſione, [& hyſopo,] quia denſum eſt, & detentivum, & ideo aptum erat ut de lana fieret aſperſorium.

q Ipſum quoque librum] legis, in quo legebant, & in qua conſenſerant omnes, & omnem populum aſperſit dicens. *r* Hic,] eſt [ſanguis, &c.] Nota, quod *Exod.* 24. Legitur de hac aſperſione, ſed non fit ibi mentio de hircis, ſed de duodecim vitulis tantum, nec legitur ibi de aqua, ſed de ſanguine, tantum. Item de lana coccinea & de hyſopo non fit aliqua mentio, nec de aſperſione libri, ſed populi tantum. Unde videtur populus hic errare, cum aſſumeret auctoritatem a loco, ubi non ſit. Dicitur enim ſic. *Exod.* 24. Immolaverunt victimas pacificas Domino, vitulos duodecim. Tulit itaque Moyſes dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras, partem autem reſiduam fudit ſuper altare: aſſumens quoque volumen fœderis legit audiente populo, qui dixerunt: Omnia, quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait: Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. Sol. Apoſtolus loquebatur illis, qui ſciebant conſuetudines, & ritus legales, & ideo etiam magis credendum eſt Apoſtolo, qui ſciebat etiam conſuetudines legis, licet enim non legatur in Exodo de aqua, vel de lana, & hyſopo, & de hircis, & de aliis, quæ dicit Apoſtolus, tamen probabile eſt, & aliquo modo poteſt haberi ex alio loco legis. Hircus enim ſolebat occidi cum vitulo, ut habetur *Lev.* 19. Aſperſio etiam ſolebat fieri de cocco & hyſopo, ut dicitur. *Num.* 19. Coccus autem eſt lana rubea de ſerico. Et ideo dicit hic Apoſtolus de lana coccinea. Quod autem aqua cum ſanguine eſſet; vel quod liber aſperſus ſit, ibi non legitur. Sed de ritibus, & traditionibus hujuſmodi Apoſtolo credendum eſt perito in talibus, & qui peritis etiam loquebatur.

r Hic ſanguis,] eſt confirmator.

ſ Teſtamenti,] ideſt, fuſus ad confirmandum.

a Quod

a quod mandavit ad vos Deus. *b* Etiam tabernaculum, *c* & omnia vaſa Miniſterii ſanguine ſimiliter aſperſit. *d* Et omnia pene in ſanguine mundantur ſecundum legem, *e* & ſine ſanguinis effuſione non fit *f* remiſſio. *g* Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium *h* his mundari, *i* ipſa autem cœleſtia *k* melioribus hoſtiis, quam iſtis. Non *l* enim in manufactis ſanctis Jeſus *m* introiit exemplaria verorum, ſed in ipſum *n* cœlum, *o* ut appareat nunc vultui Dei pro no-

▲ *a* Quod mandavit ad vos Deus.] Vel ſicut dicitur *Exod.* 24. Quod pepigit Dominus vobiſcum. Ac ſi diceret ad litteram, ſic peribit nomen ejus, & ſanguis ejus effundetur, qui violabit fœdus hoc, ideſt, pactum inter vos & Deum. Hoc autem ſignum, ad confirmationem fœderis hujus habuerunt a Gentilibus qui porcam fœderis fœde laniantes ſic dicebant, fœde laniandum fœderis violatorem. *Inf.* 14.

Aliud autem ſignum fœderis terribilius habuerunt Judæi ex ſe, ſcilicet effuſionem aquæ, quod poſtea fecit Joſue, & Samuel 3. *Regum* 7. Quia ſicut aqua tota effunditur, ita quod nihil ex ea remanet in vaſe, quod non alii liquores, & ipſa etiam omnino perit fuſa in terram, ſic penitus cum ſtirpe ſua periret, qui ſolveret fœdus. Et propter iſtam effuſionem aquæ, quæ poſtea facta eſt in fœdere, dicit Apoſtolus hic de aqua. *Gloſ.* autem dicit hic, quod aqua, de qua hic loquimur in textu, mixta erat cum ſanguine. *Chryſ.* autem dicit, quod ex iſta aqua abluebatur ille, qui ſanguine prius erat aſperſus.

b Etiam tabernaculum, &c.] ideſt, quæ pertinebant ad miniſterium tabernaculi ſanguine ſimiliter aſperſit. Hoc non legitur *Exod.* 24. Sed probabile eſt, quamvis poſtea legatur tabernaculum factum forte per recapitulationem. Vel verius agitur hic de eo, quod *Levit.* 16. dicitur de purgatione tabernaculi, quæ fiebat per ſanguinem in die propitiationis ſemel in anno. Unde dicitur *Levit.* 16. Tollet de ſanguine vituli, & aſperget ſepties digito contra propitiatorium ad Orientem. Cumque mactaverit hircum pro peccato populi, inferet ſanguinem ejus intra velum, ſicut præceptum eſt de ſanguine vituli, ut aſpergat a regione oraculi, & expiet ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael. Et poſtea ſubditur. Poſtquam emundaverit ſanctuarium tabernaculi, & altare, tunc offerat hircum viventem.

c Et omnia, &c.] quaſi dicat, quid per ſingula dicam, uno verbo breviter dico.

d Omnia pene in ſanguine, &c.] Pene dicit, quia quædam vaſa ſola aqua lavabantur, ſed in nobis nihil ſine ſanguine Chriſti mundatur interius ſecundum *Chryſ.* pene, vel fere dicit, quoniam illa purgatio non erat perfecta. Sed contra *Levit.* 8. Tulit & unctionis oleum, quo linivit tabernaculum omni ſuppellectili ſua. Cumque ſanctificans aſperſiſſet altare, ſeptem vicibus unxit illud, & omnia vaſa ejus, labrumque cum baſi ſua. Item *Num.* 7. In die qua complevit Moyſes tabernaculum, erexit illud, unxitque, & ſanctificavit cum omnibus vaſis ſuis. Sol. Aliud eſt conſecratio, aliud mundatio. Bene fiebat conſecratio, ſine ſanguine, ſed mundatio raro, & ſic, quaſi dicat, quicquid ſic de vaſis, & de talibus inſenſibilibus quæ aliquando ſine ſanguine lavabantur in aqua tantum. Et ſine ſanguinis effuſione facta in aliquo ſacrificio.

f Non fit remiſſio,] peccatorum in rationalibus. Sed nonne de aqua expiationis mundabantur ſine ſanguine ſecundum legem? Reſponſio. Sanguis fuerat effuſus in immolatione vitulæ, de cujus cineribus fiebat aqua illa, quę poſtmodum per totum annum mundabat eos. Myſterium hujus patet in *Gloſſ.*

g Neceſſe eſt ergo.] Quaſi quandoquidem cum Moyſes, ita fecit, & lex, ita præcepit. Ergo [Neceſſe eſt exemplaria quidem cœleſtium] ideſt, figuras rerum ſpiritualium, ideſt, Eccleſiæ, ſive Sanctorum, quorum converſatio in cœlis eſt; ut dicitur *Phil.* 3. His prædictis ſacrificiis, & hoſtiis. *h* Mundari] carnaliter. *i* Ipſa autem cœleſtia,] ideſt, ſignata per illa figuralia ad Eccleſiam, ideſt, vel fidelem animam. *k* Melioribus hoſtiis, quam iſtis,] neceſſe eſt, ſupple mundari, ideſt hoſtia Chriſti. Sed pluraliter dicit, quia Chriſtus ſignificatur per omnes iſtas hoſtias legales, quæ mundabant. Et dicit, [melioribus] contra Manichæos, ut *Chryſ.* dicit. Quod enim melius eſt, bono aliquo melius eſt. Bona ergo ſunt exemplaria eorum, quæ ſunt in cœlis, alioquin, & ipſa eſſent pernicioſa, quorum ſunt exemplaria. *Chryſ.* ponit talem litteram. Neceſſe eſt ergo exemplaria eorum, quæ in cęlis, his purgari, ipſa vero ſupercœleſtia melioribus ſacrificiis ultra hæc, cui propter ſanguinem Chriſti ſanguis agni, & omnia præaſſumpta ſunt. Unde hic facit comparationem ſanguinis ad ſanguinem, & *inf.* Quæ notat cœleſtia. Num cœlum, num Angelos? Nihil horum, ſed noſtra. Num in cœlis, quæ noſtra? Ita & ſi in terra præficiuntur, ſicut Angeli in terra ſunt, ſed tamen cœleſtes dicuntur, & Cherubin in terra apparuerunt. *Ezec.* 10. Et *inf.* Et quid dico apparuerunt, in terra quidem degunt quemadmodum & in Paradiſo. Et *inf.* Deus dicitur in cœlo eſſe, non loco incluſus, abſit, ſed propter ſcheſim, i. habitudinem quoad Angelos. Si ergo nos propter Deum fuerimus, in cœlo ſumus.

l Non enim in manufacta] Sicut Chriſti mortem oppoſuit ſacrificiis legalibus, ſic & cœlum templo opponit, & comparat, & hoc facit, quia jactabant ſe Judæi de multitudine ſacrificiorum & de ſanctitate templi, & ideo ſacrificiis eorum præfert hoſtiam veram, ſcilicet, Chriſtum, & templo præfert cœlum, cum magis confidebant Judæi in templo. Propterea dicit *Jerem.* 7. Templum Domini, templum Domini eſt. Sed quid ibidem præcedit? Nolite confidere in verbis mendacii dicentes: Templum Domini, &c. Non enim fuerat prius tale templum tam pulchrum, & pretioſum, miſit enim Deus illud largitate magna fieri, lateres habebat aureos, & in muris laminas. Nec in iſto ſolo glorioſum erat, ſed in eſſendo. Unum enim & ſolum erat, & a finibus terræ illuc veniebant a Babylone, ab Æthiopia, ut dicitur *Act.* 8. Item *Actor.* 2. Parthi, & Medi, & Elamitæ, &c. Quia ergo inde ſuperbientes in talibus ſpem ponebant, ideo præfert hoſtiis illis Chriſti ſanguinem, & templo cœlum dicens. [Non enim] quod bene dico, quod melior hoſtia eſt Chriſtus, quia [Non in manufactis ſanctis Jeſus introiit] per ſanguinem ſuum, illi Sacerdotes legales introibant in manufacta per ſanguinem veterum hoſtiarum carnalium. In manufactis dico, quæ ſunt.

m Et exemplaria verorum,] ſanctorum, ideſt, figura cœleſtium manſionum, quæ ſunt veræ manſiones, & æternæ. De quibus dicitur *Joan.* 14. Et ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. De quibus manſionibus ſubdit. *n* Sed in ipſum cœlum] introivit per ſe hoſtia, vel melius per ſe hoſtiam. Et dicit ſignanter, ipſum, ideſt, verum cęlum per illud temporale ſignificatum. Introivit dico ut nobis aditum aperiret, & poſt ſe traheret. Secundum illud *Mich.* 2. Aſcendet enim iter pandens ante eos. Et *Joan.* 12. Omnia traham ad meipſum. Et ſimiliter. *o* Ut appareat nunc vultui Dei, &c.] ideſt, ut interponat ſe iræ Dei Patris, & reſpectui ejus, ſive cogitationi, ſecundum quam reſpicit mala noſtra ad puniendum, quia dicit *Pſal.* 33. Vultus Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Nota, quod dicit, [ut pro nobis,] Chriſtus enim nobiſcum fuit in mundo. Secundum illud *Bar.* 3. In terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Pro nobis modo in cęlo, ut dicitur hic, & *ſupr.* 7. Semper vivens ad interpellandum pro nobis 1. *Joan.* 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Contra nos autem ſi non pœnituerimus nunc, erit in judicio: tunc enim vulnera Chriſti, quæ modo peccatoribus ſunt in fiduciam reconciliationis, apparebunt in teſtimonium juſtæ damnationis. Secundum quod dicitur *Apoc.* 1. Videbunt in quem pupugerunt. Quia ergo nunc pro nobis Chriſtus, non negligamus etiam nos ipſi pro nobis, quandiu dies eſt, quandiu tempus noſtrum eſt operandi: *Joan.* 9. Veniet nox, quando nemo poteſt operari. *Eccl.* 9. Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia eſt apud inferos, quo tu properas. Tunc enim Dominus tempus nobis conceſſum ad pœnitentiam, quaſi abuſi ſumus eo in ſuperbiam, adducet contra nos. Secundum illud *Thr.* 1. vocavit adverſum me tempus.

Et in *Pſal.* 74. Cum accepero tempus, ego juſtitias judicabo. Item *Gloſ.* dicit hic. Nota, quod uſus loquendi ſic vellet, & approbaret ſcriptum eſſe ſic. In manufactis ſanctis exemplaribus virorum, vel in manufacta exempla virorum, quæ littera in codicibus Græcis invenitur, ideſt, hanc litteram ponit Levi. Non enim manufacta ſancta intravit Chriſtus anticipa virorum, ſed in ipſum cœlum oſtendi perſonæ Dei pro nobis, ſcilicet reconciliandis, ut nos Deo Patri, & Angelis reconciliaret.

Unde *Chryſ.* Quid eſt pro nobis cum ſacrificio potente propitiari Patrem, & Angelos, qui inimici erant nobis. *Col. cap.* 1. Pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris, ſive quæ in cœlis ſunt.

a Neque ut ſæpe.]Supra oſtendit, quod Chriſtus melior, & digniot hoſtia fuit, quam ſancta non manufacta apparuit; adhuc idem oſtendit per hoc, quod legalis Sacerdos multoties intrabat; Chriſtus ſemel. Ille in alieno ſanguine, hic in proprio. Multum ergo medium eſt, i. magna differencia inter illum, & iſtum.

a Neque ut ſæpe *b* offerat ſemetipſum, *c* quemadmodum Pontifex intrat *d* in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno: *e* Alioquin oportebat eum frequenter *f* pati ab origine *g* mundi. *h* Nunc *i* autem ſemel *k* in conſummatione *l* ſæculorum ad deſtitutionem peccati, *m* per hoſtiam ſuam apparuit. *n* Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel *o* mori, poſt hoc autem *p* judicium, ſic *q* & Chriſtus ſemel oblatus eſt *r* ad multorum *ſ* exhaurienda *t* peccata, ſecundo *u* ſine peccato *z* apparebit expectantibus ſe *y* in ſalutem † per fidem.

G Dicit ergo[Neque ut ſæpe] quod bene dico, quia Chriſtus introivit in ſancta non manufacta, nec vero ita intravit, nec ita ſe vultui Patris repræſentat. *b* Ut ſæpe offerat ſemetipſum,] in ara crucis, ideſt, ut ſæpe patiatur in cruce, quia ſufficit ſemel oblatus. Unde dicit *Pſal.* 129. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Redemptio enim facta ſemel per Chriſtum ita copioſa fuit ut omnibus ſufficiat.

c Quemadmodum Pontifex] legalis, (intrat in ſancta,) ſanctorum, (per ſingulos annos,) & ita Chriſtus major, qui ſemel tantum oblatus ſufficit, quam legalis hoſtia, quam frequenter oportebat offerri. *Lev.* 16. Erit vobis hoc legitimum ſempiternum ut oretis pro filiis Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum: ſemel in anno. Idem dicitur *Exod.* 30.

d In ſanguine alieno] Chriſtus vero in proprio, & ita efficacior fuit hoſtia iſta, quam illa.

e Alioquin,] quaſi bene dico, quod Chriſtus ſemel ſe obtulit, alioquin ſi oporteret ſæpe ſe offerre, oportebat eum frequenter pati in patiendo.

f Ab origine mundi,] quia ab origine mundi cauſa paſſionis ejus, ideſt, peccatum incæpit, & ideo ſi non ſic feciſſet Chriſtus, qui ſemel oblatus eſt pro peccatis & antecedentibus, & ſequentibus, oporteret, quod ab initio mundi pati inciperet, & ſemper pateretur; quod inconveniens eſt. Reſtat ergo quod ſemel oblatus ſuffecit ad purgationem etiam illorum peccatorum, quæ facta ſunt ab initio mundi. *Apoc.* 13. Quorum non ſunt nomina ſcripta in libro vitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi, prævisus occidi ante initium mundi. Vel hoc dicitur, quia fides paſſionis ejus purgavit a peccatis illos qui fuerunt ab initio mundi in morte Abel.

g Nunc autem ſemel,] quaſi dicat conſtat, quod Chriſtus non eſt frequenter paſſus. *h* Autem] pro ſed.

g Nunc] ideſt, in tempore gratiæ.

i Semel] in conſummatione ſæculorum ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit] ideſt, in fine temporum Chriſtus ſeipſum hoſtiam Patri obtulit ſemel, quia non oportuit eum ſæpe pati.

l Ad deſtitutionem peccati,] ut peccatum ita deſtituatur ut non dominetur, quod prius regnabat. Sicut dicitur *Job* 18. Calcat ſuper eum quaſi Rex interitus. *Rom.* 6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus. Et nota hic quatuor. Primum eſt ſufficientia hoſtiæ, per hoc quod dicit [ſemel] *Rom.* 6. Chriſtus reſurgens a mortuis jam non moritur. Secundum eſt temporis, cum dicit.

k In conſummatione ſæculorum,] ideſt, in fine temporum 1. *Cor.* 10. Scripta ſunt autem ad correctionem noſtram in quos fines ſæculorum devenerunt 1. *Joan.* 2. Chariſſimi noviſſima hora eſt. *Gal.* 4. Ubi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum natum ex muliere, &c. *Chryſ.* Propter quod in conſummatione ſæculorum, & non ante. Sol. Poſt multa peccata conveniens fuit medicina, ſecundum illud *Rom.* 5. Ubi abundavit delictum ſuperabundavit & gratia. Unde *B. Bern.* dicit ſuper illud. Ubi venit plenitudo temporis, &c. Opportune tunc venit æternitas, quando magis temporalitas abundavit. Tertium eſt efficacia paſſionis, ſive immolationis Chriſti, quod notatur, *ibi*. [Ad deſtitutionem peccati.] Quartum eſt dignitas hoſtiæ, quod notatur, *ibi*.

m Per hoſtiam ſuam apparuit,] ideſt, per ſeipſum, qui fuit & hoſtia, & Sacerdos, talis hoſtia digna eſt conſpectui divino repræſentari.

n Et quemadmodum] Supra per inconveniens oſtendit ſemel pati Chriſtum, hic oſtendit per legem, & jus naturæ dicens: Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori ſecundum conditionem, & legem naturæ. Per peccatum enim Adæ adjecta eſt natura neceſſitati moriendi. Secundum illud. *Eccl.* 40. jugum grave ſuper filios Adæ a die exitus de ventre matris eorum, uſque ad diem ſepulturæ in matrem omnium. *o* Poſt hoc autem] ideſt, poſt ſemel mori eſt.

p Judicium,] quia in morte quilibet recipit ſecundum merita ſua. Vel loquitur de judicio generali, quod erit poſtquam omnes ſemel mortui fuerint. De primo judicio. *Eccl.* 11. Si ceciderit lignum ab Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. De generali autem judicio dicitur 1. *Cor.* 15. Deinde finis erit cum tradiderit regnum Deo Patri. *Rom.* 5. 2. *Petr.* 5.

q Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt] ſicut hoſtia vera.

r Ad multorum exhaurienda peccata,] eorum efficacia hoſtiæ. *t* Secundu] autem [ſine peccato apparebit,] in judicio. al. † non habet per fidem.

y Expectantibus ſe in ſalutem per fidem] ideſt, ut ſalutem conferat gloriæ his, qui hic habuerunt ſalutem fidei & gratiæ. Nota ſimilitudinem, quaſi dicat ſicut hominibus ſtatutum eſt ſemel mori, & poſt mortem hominum remuneratur in judicio, ſic Chriſtus ſemel tantum mortuus eſt in mundo, poſtea autem remunerator ſuorum apparebit in judicio. Et nota ſingula verba. Dicit enim [Chriſtus ſemel oblatus eſt,] i. vera eſt hoſtia. Sed a quo oblatus eſt. A ſeipſo voluntarie oblatus eſt. *Joan.* 10. Ego pono animam meam, *Iſa.* 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Ergo non tantum eſt hoſtia, ſed Sacerdos. Sicut etiam *ſup.* dixit *eod.* Per hoſtiam ſuam apparuit, &c. Oblatus eſt, dico, ſemel, & hoc ſufficit, ſcilicet, ſemel offerri ad multorum exhaurienda peccata. *Chryſ.* Multorum dicit & non omnium quia non omnes crediderunt Evangelio. *Iſa.* 53. Domine quis credidit auditui noſtro? Pretium tamen datum eſt ſufficiens pro omnibus. Unde *Matt.* 26. Hic eſt ſanguis meus novi Teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

ſ Exhaurienda peccata.] In quo notantur duo, abundantia, ſive diluvium peccatorum, quod tunc erat, & plena purgatio eorum. Dicit enim, [Exhaurienda peccata,] ideſt, ex toto haurienda, licet multa eorum eſſet copia, ita ut diluvium Deo eſſet peccatorum. Unde *Oſ.* 4. Maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. *Chryſ.* ponit talem litteram hic. Ad referendum multorum peccata. Hoc eſt Sacerdotis. Secundum illud *Lev.* 15. Confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & univerſa delicta, atque peccata. *Dan. cap.* 9. Cum orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Iſrael, ut proſternerem preces meas in conſpectu Dei mei pro monte ſancto Dei, adhuc loquente me in oratione mea, ecce vir Gabriel, &c.

t Secundo, ſine peccato apparebit.] Primo quidem ſine peccato, ſed tamen peccator apparuit, quando ſimilitudinem carnis peccati aſſumpſit: quando maledictum factus, & in patibulo crucis. Piloſæ enim manus ſimilitudinem peccatoris fratris expreſſerunt, ut dicitur de Jacob *Geneſ.* 27. Sed in ſecundo adventu.

u Sine peccato apparebit] ideſt, non in ſimilitudine carnis peccati, ſed in carne glorioſa. Vel [ſine peccato,] ita quod tunc non erit hoſtia, ſed juſtitia in remunerando, vel damnando.

x Apparebit,] dico, [expectantibus ſe in ſalutem,] quia ſalvabit expectantes. *Iſa.* 33. Omnes, qui expectant eum. *Luc.* 12. Et vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis.

y In ſalutem,] dico, quæ eſt per fidem, quia ſalus gloriæ merito fidei datur. Vel [Expectantibus, per fidem.] Nota, quod Chriſtus primo venit ad exhaurienda peccata. Secundo ad conferenda præmia. Primo paſſus eſt in ſimilitudine peccatoris, & factus eſt hoſtia pro peccato. Secundo apparebit in gloria Majeſtatis, nam jam hoſtia exiſtens, ſed tunc promittit unicuique retribuens.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. X.

CAP. X.

UMbram *a* enim habens *b* lex futurorum bonorum, *c* non ipſam imaginem rerum per *d* ſingulos annos *e* eiſdem ipſis hoſtiis, *f* quas offerunt indeſinenter, nunquam *g* poteſt accedentes perfectos facere: *h* Alioquin ceſſaſſent offerri *i* ideo, k quod nullam haberent ultra conſcientiam peccati, cultores ſemel mundati, ſed in ipſis *l* commemoratio peccatorum per ſingulos

UMbram enim] Hoc capitulum dividitur in duas partes: primo, oſtendit Sacerdotium Chriſti majus Sacerdotio Aaron. Secundo, Hortatur relictis legalibus ad evangelica converti, *ibi* [Habentes itaque] Primo autem, probat Sacerdotium Chriſti eſſe majus ſacerdotio Aaron, quia Sacrificium Chriſti veritas eſt; Sacrificium autem Leviticum umbra *ibi* [Umbram enim habens, &c.] Secundo quia ſacrificium legale erat inefficax *ibi* [Eiſdem, &c.] Tertio, auctoritate hoc probat, ſcil. quod erat inefficax, *ibi* [Impoſſibile enim eſt, &c.] Ideo ingrediens mundum, &c. Quarto, idem probat per iterationem ſacrificiorum, *ibi* [Et omnis quidem Sacerdos, &c.] Quinto, per unitatem ſacrificii Chriſti *ibi* [Una enim oblatione] Ultimo, probat efficaciam Sacerdotii Chriſti auctoritate, *ibi* [Conteſtatur autem & Spiritus Sanctus.] Sic ergo dividitur prima pars capituli. Secunda ſuo loco ſubdividetur. Poſtea vel totum capitulum poteſt ſic dividi compendioſius. In prima parte repetit de umbra legis, quod dixerat *ſupr.* 8. ut addat approbationem novam, ſcilicet per iterationem crebram, inutilem, & impoſſibilem purificare. In ſecunda parte oſtendit auctoritate *Pſal.* 39. legalia debere ceſſare in adventu Chriſti *ibi* [Ideo ingrediens mundum, &c.] In tertia parte oſtendit effectum ſacrificii Chriſti; quia una oblatione plus poteſt, quam omnis iteratio ritus legalis, *ibi* [Et omnis quidem Sacerdos, &c.] Et ponit auctoritates, *Pſal.* 109. & *Jer.* 3. 31. In quarta exhortatio eſt ad unitatem, & charitatem, quam ſignificat Chriſti Sacramentum, & ſacrificium Euchariſtiæ *ibi* [Habentes itaque fratres fiduciam] In quinta incitat timorem indigne accedentibus, *ibi* [Voluntarie enim peccantibus] In ſexta excitat eos per priores agones ipſorum pro Chriſto; quos per negligentiam perdere ſtultum eſſet, *ibi* [Rememoramini, &c.] Dicit ergo. *a* Umbram enim] Continuatur autem ſic. Supra dixit, quod Chriſtus oblatus eſt ad exhaurienda noſtra peccata. Hic oſtendit, quod ita oportuit fieri; quia lex, quæ tantum figuram habebat, non poterat peccata tollere, nec peccata auferre. Et hoc eſt [Umbram enim habens lex futurorum bonorum,] id eſt habens figuram, & extraneam ſimilitudinem eorum bonorum, futura erant præſentialiter exiſtentia ſub figuris illis Euchariſtiæ, quæ interpretatur bonum donum, vel bona gratia, & ſimiliter aliorum Sacramentorum.

e Non ipſam imaginem rerum,] id eſt, in ipſas res exiſtentes ſub expreſſis imaginibus, vel Sacramentis. Lex enim vetus habebat umbram futurorum, id eſt, quamdam ſimilitudinem rerum futurarum in novo Teſtamento; ideo Sacramenta legis dicuntur umbra: ſed lex nuva habet imaginem rerum præſentium: vel habet Sacramenta, quæ efficiunt, quod figurant. Vel expreſſam habent ſimilitudinem cum illis rebus, quas continent; tamen ſine dubio res adhuc ſunt ſub imagine etiam in novo Teſtamento, licet ſint præſentes.

Et ſicut dicit *B. Bern.* Non pari jucunditate ſumitur adeps frumenti, & cortex Sacramenti. In veteri autem Teſtamento res erant ſub umbra: nec erant præſentes, ſed futuræ. Et hoc eſt, quod dicit [Umbram habens lex futurorum non ipſam imaginem rerum] id eſt, veritatem rerum ſub Sacramentuturum imagine, ſcilicet. *d* Per ſingulos annos, &c.] Sic ordina litteram. *b* Lex nunquam poteſt facere perfectos,] id eſt, virtutibus perficere Pontifices. *g* Accedentes per ſingulos annos] in Sancta Sanctorum. Cum ergo ipſos Magiſtros, & Pontifices non faciat perfectos quomodo ergo perfectos faciet remotos? *ſup.* 7. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Accedentes dico eum. *e* Eiſdem ipſis hoſtiis] quas lex præcipit. *f* Quas offerunt indeſinenter] quaſi dicat licet ipſas hoſtias legales indeſinenter offerrent; non tamen perfectos faciebant eos, *Exod.* 29. Agnos anniculos duos per ſingulos dies jugiter offerent, &c. Et nota, quod lex ſive legalia dicuntur umbra, ut dictum eſt, multis rationibus. Umbra enim refrigerium eſt æſtuantibus; & lex data fuit Judæis in remedium ad idololatriam Ægypti redire volentibus, *Lev.* 17. Sacerdoti debent offerre filii Iſrael hoſtias ſuas. Et poſtea ſubditur. Et nequaquam ultra immolabunt victimas ſuas Dæmonibus, cum quibus fornicati ſunt. Item umbræ in veſpere fiunt ſecundum illud *Jer.* 6. Longiores factæ ſunt umbræ veſperi.

Eodem modo lex in fine mundi, id eſt, in ultimis temporibus, in quibus Chriſtus venit, magis eſt obſcurata. Item umbra eſt inanis; & eludit tactum; ſic lex operibus ejus confidentem fallit, *Rom.* 10. Suam volentes ſtatuere juſtitiam juſtitiæ Domini non ſunt ſubjecti.

Item umbra obſtat lumini; ſic legalium obſervatio repugnat gratiæ fidei, *Gal.* 5. Qui in lege juſtificamini, a gratia excidiſtis. Item fugit captantem, id eſt, Judæum quia non eam intelligit. 2. *Cor.* 3. Cum legitur Moyſes; velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Item ſequitur fugientem, id eſt, Chriſtianum, qui non curat eam ſervare litteraliter, ſed allegorice, vel moraliter. *Eccl.* 31. Si ſecutus fueris non apprehendes; & non effugies, ſi præcurreris inter pueros, id eſt, Judæos quibus tanquam pueris data eſt in Pædagogum, *Gal.* 3. Lex Pædagogus noſter. Item umbra habet figuram corporis non rem; ſic lex figuram Evangeliorum. Unde hic dicit [Umbram enim habens lex futurorum bonorum, &c.] *h* Alioquin] id eſt, bene dico, quod illæ hoſtiæ non fecerunt eos perfectos [Alioquin] ſi perfecti fuerint, per illas ceſſabant offerri. Et ſubdit quare. *i* Ideo] ſcilicet. k Quod nullam haberent, &c.] id eſt, perfecte mundati per hoſtiam ſemel tantum, oblatam, quaſi dicat, ſi crederent ſe perfecte juſtificatos per unam hoſtiam, non iterarent eam ſingulis annis, vel diebus. Sicut medicina, quæ ſemel appoſita ſatis efficax eſt ſaluti non iteratur, id eſt, non iterum vulnerati apponitur. *Chryſ.* Panaci virtus eſt, ſemel imponi, & non multoties, ut curet: ſi autem multoties appoſitum non curat, accuſatio eſt imbecillitatis, & manifeſtum eſt ſignum, quod nihil valet. Et *infr.* Offerri quidem redargutio eſt peccatorum; ſemper autem redargutio eſt imbecillitatis. Sed quia poſſet aliquis quærere.

Ad quid ergo fiebant illæ hoſtiæ, ſi non mundabant conſcientiam a peccato? Reſpondet dicens: Sed in ipſis hoſtiis oblatis per ſingulos annos commemoratio peccatorum fit, non purgatio, vel abſolutio; infirmitatis accuſatio; non virtutis inſtructio, quaſi dicat, ideo voluit Dominus illas hoſtias offerri, ut offerendo eſſent memores ſuorum peccatorum, & agnoſcerent morbum, & ſic quærerent verum Medicum, & verum Sacrificium. Hoc autem quod dicitur.

l Commemoratio peccatorum] dupliciter intelligitur. Primo ſic, id eſt commemorabantur, & confitebantur peccata ſua illas hoſtias offerendo; Secundum quod dicitur *Lev.* 16. Confiteantur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & univerſa delicta, atque peccata. Vel [Commemoratio peccatorum,] quia illæ hoſtiæ figuræ erant illius hoſtiæ per quam peccata erant purganda, id eſt, Chriſti.

Sed quæritur de hoc; quod dicit [Alioquin ceſſaſſent offerri] Eadem ratione, & nos debemus ceſſare, ne offeramus, ſi per unam hoſtiam Chriſtum aſſecuti ſumus; quod quærimus. Omnis enim motus naturalis, aſſecuto fine quieſcit; ergo & voluntarius. Item quid eſt quod dicit, [Ideo quod nullam haberent ultra conſcientiam peccati cultores ſemel mundati] Ergo ſecundum hoc cum nos mundati ſumus per Chriſtum hoſtiam ſemel oblatam, non habemus iterum conſcientiam peccati; ergo aliqui ſunt, qui non habent conſcientiam. Ad idem facit illud, 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum. Item *Job cap* 27. Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea Et *Eccleſ. cap.* 13. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia. Sed contra *Prov.* 20. Quis poteſt dicere: mundum eſt cor meum: purus ſum a peccato? Item 1. *Joan.* 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Item *Eccl.* 7. Non eſt homo juſtus in terra, qui facit bonum, & non peccet. Solut. Ad primum dicimus, quod Chriſtus ſufficiens fuit hoſtia; nec iteratur hæc hoſtia; non enim Chriſtum occidimus; ſed occiſum ſemel repræſentamus, & commemoramus, cum mortem ejus annuntiamus. Unde *Luc.* 22. Hoc facite in meam commemorationem. Item 1. *Cor.* 11. Quotieſcumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Ad aliud dicendum, quod cultores ſemel mundati, non habent conſcientiam peccati.

Mors enim

Mors enim Chriſti cultores ſuos perfecte mundat; cultores autem Chriſti ſunt credentes, *Act.* 15. Fide purificans corda eorum. Ad idem autem, quod dicitur *Prov.* 20. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, &c. Dicendum, quod licet Juſtus non habeat peccati conſcientiam; tamen poteſt habere peccatum quod neſcit, ideo non debet dicere ſe mundum habere cor, quia hoc eſſet temeritatis, vel jactantiæ: unde 1. *Cor.* 4.
B dicitur: Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc juſtificatus ſum, &c. Unde *Gl.* dicit *Pr.* 20. Non dicit Salomon ſic: quis habet mundum cor, quia dicitur: Beati mundo corde, *Mat.* 5. Et *Pſ.* 23. Quis aſcendit in montem Domini, &c. Et poſtea dicit: Innocens manibus, & mundo corde. Sed quis poteſt dicere: quia temerarium eſt ſe laudare. Vel poteſt dici, quod illud, quis, notat raritatem: Pauci enim, vel forte nulli ſunt, qui habeant cor mundum ab omni mortali & veniali. Unde ſi omnes Sancti, quotquot ſunt a primo Juſto uſque ad ultimum, ſimul eſſent, nihil aliud dicerent, quam: Dimitte nobis debita noſtra, excepta B. Virgine, de qua, cum de peccatis loquimur, nullam proſus habere volumus mentionem. Dicendum eſt ergo, quod Juſtus conſcientiam habet peccati venialis; ſed non mortalis. Et ſic intelligitur illud *Job* 27. Nec reprehendit me cor meum, &c. Sequitur.

annos ſit. *a* Impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. *b* Ideo *c* ingrediens mundum dicit: *d* Hoſtiam, *e* & oblationem *f* noluiſti: *g* corpus autem *h* aptaſti mihi: Holocauſtomata, *i* & pro peccato *k* non tibi placuerunt. *l* Tunc dixi: Ecce *m* venio.

a Impoſſibile enim] Quaſi bene dico, quod per illas hoſtias fit tantum commemoratio peccatorum, non purgatio; quia [impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata.] Contra *Lev.* 5. Offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum Sacerdoti juxta æſtimationem menſuramque delicti, qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur ei. Sol. Pro oratione, vel aliter pro devotione, & contractione offerentis acceptabatur legale ſacrificium, & dimittebatur peccatum, non pro ipſa oblatione, vel aliter per ipſam oblationem purgabantur a quibuſdam immunditiis, & irregularitatibus, quæ erant ſecundum legem: ideoque quia hoſtia Chriſti ſufficit & vetus hoſtia perfectum non facit.

b Ideo,] ideſt, hoc confirmandum.

c Ingrediens mundum] Deus [dicit] ideſt, Propheta in perſona filii Dei in carnem venientis dicit hoc, quod ſequitur. Simile *ſup.* 1. Cum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit Filius Deo Patri. Propheta enim loquitur in perſona filii de ingreſſu ſuo in mundum, & reprobatione legalium, dicens in *Pſal.* 39.

d Hoſtiam] de animalibus. *e* Et oblationem] de pane, thure, & ſimila, & de aliis rebus. *f* Noluiſti] a tempore paſſionis, poſtquam, ſcil. manifeſta eſt veritas. *g* Corpus autem aptaſti mihi] ideſt, corpus aptum ad offerendum tibi mihi dediſti. In *Pſal.* 39. ſecundum litteram noſtram habetur. Aures autem perfeciſti mihi, potius ponit propter litteram: victima, & oblatione non indiges: aures feciſti mihi, vel aptaſti. Chriſtus autem dicitur habuiſſe corpus aptum, & perfectum ab inſtanti conceptionis: aptum quia ſine peccato conceptum eſt: perfectum, quia uno ſemine non diverſis. Unde *Pſ.* 66. Terra dedit fructum ſuum. Item non in fervore libidinis, ſed Spiritus Sancti operatione conceptus eſt, *Matt.* 1. Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Item quia ſtatim habet lineamenta diſtincta, ſed indiſtinguibiliter. *Jer.* 31. Novum faciet Dominus ſuper terram: mulier circumdabit virum. Item *Iſa.* 4. Apprehendent ſeptem mulieres virum unum, ideſt, univerſæ gratiæ. Ipſe enim in inſtanti conceptionis habuit plenitudinem gratuitorum & naturalium. Item ſtatim infuſa eſt anima, & unita eſt ſtatim carni, & divinitati. Corpus alterius hominis e converſo imperfectum dicitur; quia non ex uno ſemine creatur, ſed duo exiguntur. Item quia in fervore libidinis ſeminatur. Item quia ad hoc, ut habeat lineamenta diſtincta, quadragintaſex dies exiguntur. Item quia non ſtatim, ſed quadrageſimoſexto die infunditur anima. *h* Holocauſtomata, & pro peccato non tibi placuerunt] Hic exponit, quod ſupra dixerat [Hoſtiam & oblationem noluiſti, &c.] Holocauſta enim dicit, quod ſupra dixerat hoſtiam: & pro peccato habet, quia ſupra oblatio. Vel melius, quia ſupra dixerat de hoſtia, quæ fit de animalibus, ſubdividit hoſtiam in duo; in holocauſtum, & etiam pro peccato. Holocauſta enim, vel holocauſtomata dicit, quæ tota Deo comburebantur, & digniora erant aliis. Holom enim Græce, Latine totum, cauma incendium, inde holocauſtum, ideſt, totum incenſum: Pro peccato autem dicitur ſacrificium factum pro peccatis, ut de hirco, & apompejo ideſt, emiſſario, qui cum peccatis populi in deſertum mittebatur, *Jer.* 17. Secundum hoc pro peccato eſt una dictio: Vel poteſt eſſe, quod duæ dictiones ſint: Sic [holocauſta] tota comburebantur. *i* Et] ideſt, pro peccato.

k Tibi non placuerunt] etiam illa, quæ pro peccato fiebant ſingulis annis, ut de vitula rufa: *Num.* 19. Et illud holocauſtum erat dignius, & majus quod fieret in lege, & iſtud non placuit Deo, conſtat, quod nec illa. Reprobatio igitur illorum ſacrificiorum legalium non tantum ex hoc loco improbatur, ſed ex multis locis ſcripturæ habetur, *Iſa.* 1. Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi: Et in eodem ſanguine vitulorum, agnorum, & hircorum noli. *Gloſ.* Nunquam. Item *Iſa. ult.* Qui immolat bovem, quaſi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quaſi qui excerebret, qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat. *Mich.* 6. Nunquid placari poteſt Deus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? *Amos* 5. Si obtuleritis mihi holocauſtomata, & munera veſtra non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam, *Jer.* 6. Ut quid thus de Saba offertis; & calamum ſuaveolentem de terra longinqua? holocauſtomata veſtra non ſunt accepta: victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Item *Jer.* 7. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Holocauſtomata veſtra addite victimis veſtris, & comedite carnes; quia non ſolum locutus cum patribus veſtris; & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocauſtomatum, & victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis dicens: Audite vocem meam & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, &c. *Iſa.* 43. Non obtuliſti mihi arietem holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me: non te ſervire feci in oblatione: nec laborem tibi præbui in thure.

Item *Pſal.* 50. Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium dediſſem utique, holocauſtis non delectaberis. Item *Pſal.* 59. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? immola Deo ſacrificium laudis, &c.

Ex his, & aliis locis oſtenditur, quod Dominus legalia ſacrificia reprobavit, imo & amplius, quod, ſcilicet nunquam ea ſimpliciter acceptavit, & ſecundum ſe; quia nunquam ſecundum ſe fuerunt bona.

Voluit tamen ea offerri tempore ſuo pluribus rationibus.

Primo, pro figura futurorum. 1. *Cor.* 10. Omnia in figura contingebant illis.

Item pro devotione offerentium. Unde *Gen.* 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus. Item pro congregatione populi Iſrael ad templum, ut ſcilicet ibi inſtruerentur & docerentur; non enim libenter venirent ad templum, niſi ibi immolarent, & de victimis ſuis comederent. Item ne de viſceribus ſacrificia offerrent, voluit ſibi ea offerri, proni enim erant ad idololatriam, quam in Ægypto didicerant; & ita condeſcendit eorum infirmitati, voluit, & juſſit ſibi offerri. *Lev.* 17. Adolebant adipem in adipem ſuavitatis Domino: & nequaquam ultra immolabunt hoſtias ſuas Dæmonibus.

Unde *Chryſ.* Neque in principio ei ſacrificare præcepit. Solutio.

Condeſcendens hoc juſſit, ſicut Paulus ait 1. *Cor.* 7. Volo omnes homines eſſe ſicut me in continentia. Et rurſum ait 1. *Tim.* 5. Volo juniores nubere: filios procreare. Duas ergo voluntates ponit; ſed non hæ duæ ejus ſunt etſi injungit: ſed hæc quidem ejus impropria, quam ſine cauſa ponit.

Alia non ejus: ideo cauſam ponit, quia luxuriabantur. Ita eſt, & hic.

l Tunc dixit, ecce venio] Tunc ſcilicet, quando finis imponendus erat legalibus, quaſi tempus eſt, ut veniant promiſſa; quia auferuntur promittentia.

Et nota quod dicit, [Ecce] quod ad oculum demonſtrabitur. *Cant. cap.* 2. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles. *Iſa.* 35. Deus ipſe veniet, & ſalvabit nos. Item *Iſa.* 25. Dicens in illo die, ecce Dominus Deus noſter iſte: expectavimus eum: & ſalvabit nos. *Exod.* 15. Iſte Deus meus, & glorificabo eum. Item ecce dicit, quaſi admirabilis.

Solent enim miracula, & inaudita admiratione demonſtrari. *Eccl.* 36. Innova ſigna, & immuta mirabilia. *m* Venio] ad

a In capite libri *b* ſcriptum eſt de me, *c* ut faciam, Deus, voluntatem tuam. *d* Superius dicens, *e* quia hoſtias & oblationes, holocauſtomata, & pro peccato noluiſti: nec placita ſunt tibi: quæ ſecundum legem offeruntur: *f* Tunc dixi: Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem tuam: *g* aufert primum; *h* ut ſequens ſtatuat. *i* In qua *k* voluntate ſanctificati ſumus per oblationem *l* corporis Jeſu Chriſti ſemel. *m* Et omnis quidem Sacerdos *n* præſto eſt *o* quotidie miniſtrans, *p* & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, *q* quæ nunquam *r* poſſunt auferre peccata. *ſ* Hic autem unam *t* pro peccatis offerens hoſtiam in *u* ſempiternum ſedet in *x* dextera Dei: *y* de cetero

nin] ad me offerendum. *a* In capite, &c.] Sic ordina litteram. Venio, dico. *c* Ut faciam voluntatem tuam] o [Deus] ideſt, o Pater, ut ſcilicet quod lex non potuit, per me compleatur: qui faciam voluntatem tuam, tibi obediens uſque ad mortem pro redemptione hominum. 1. *Joan.* 8. Quæ placita ſunt ei facio ſemper. *Pſalm.* 39. Item *Joan.* 4. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus. Item *Joan.* 4. Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. *Matth.* 26. non quod ego volo, ſed quod tu. Venio dico, quod ita.

b Scriptum eſt,] ideſt, præfinitum de me.

a In capite libri,] ideſt, apud Deum Patrem, qui eſt caput mei; dicit Chriſtus: qui ſum liber humani generis, in quo legere debet, ideſt, qui ſum forma, & exemplum juſtitiæ hominibus iſte eſt liber vitæ, liber veritatis; quia nihil in eo ſuperfluum, nihil diminutum, nihil præpoſterum. His enim tribus modis dicitur liber falſus; vel quia ſuperfluit; vel quia diminutus eſt; vel præpoſtero ordine poſitus eſt. Sed in Chriſto nihil ſuperfluit; quia omnia numero, pondere, & menſura conſtituit. *Sap.* 11. Item nihil diminutum eſt; quia in ipſo ſunt omnes theſauri Sapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. *Col.* 2. Et *Eccl.* 28. Non eſt addere, neque diminuere. Item nihil præpoſterum in eo eſt. Unde *Pſalm.* 118. Ordinatione tua perſeveret dies. Vel ſic. [In capite libri ſcriptum eſt,] ideſt, in primo. *Pſal.* 1. Beatus vir, qui non &c. qui caput Pſalterii dicitur. Et nota quod eſt multiplex liber. Eſt enim filii Dei liber præſcientiæ, large ſumpto vocabulo, quantum ad omnes bonos, & malos. *Pſal.* 138. In libro tuo omnes ſcribentur. Item eſt liber prædeſtinationis, quantum ad bonos tantum. *Apoc.* 13. Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ Agni. *Exod.* 32. Domine, dimitte eis hanc noxam; aut dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.

Item *Pſal.* 68. Deleantur de libro viventium, &c. Item eſt liber mortis, quantum ad damnandos. Eſt præterea alius liber, ſcilicet liber Scripturæ, de quo dicitur *Supr.* 9. Ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit dicens: Hic eſt ſanguis Teſtamenti, &c. *Apoc.* 5. Vidi in dextera ſedentis ſuper thronum librum ſcriptum intus, & foris. Item eſt liber conſcientiæ, de quo *Daniel.* 7. Judicium ſedit, & libri aperti ſunt. Item eſt liber creaturæ, *Eccl.* 24. Hæc omnia liber vitæ. In capite omnium iſtorum librorum, ſcilicet Scripturæ, conſcientiæ, creaturæ debet eſſe ſcriptus Chriſtus, ideſt, in omnibus debet eſſe ſicut capitalis, & principalis littera. Sequitur.

d Superius dicens] Propheta in prædicta auctoritate.

Quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata, &c.] Hoc dicit, ſcilicet ſecundum legem, ne videretur ideo deſpicere: quia non ſecundum legem conferuntur. Hoc inquam, dicens Propheta in perſona filii Dei in principio prædictæ auctoritatis, poſtea ſubdit.

f Tunc dixi: ecce venio, ut faciam, Deus voluntatem tuam,] ut me ipſum in ſacrificium, & oblationem offeram. Hoc, inquam, dicens, & tali ordine.

g Aufert primum] Sacrificium, ideſt, auferendum ſignificat Sacrificium legale, & cum eo vetus Teſtamentum, quod per Moyſen datum eſt. Lex enim per Moyſen data eſt. *Jo.* 1. *h* Ut ſequens ſtatuat,] ideſt, ut novum ſacrificium ſtabile, & perpetuum fore oſtendat, & cum eo novum Teſtamentum, in quo eſt veritas, & gratia, quæ per quem Jeſum Chriſtum facta eſt.

i In qua voluntate] dixerat [ut faciam, Deus, voluntatem tuam] ſic oſtendit, quæ ſit illa voluntas Dei Patris ſcilicet redemptio & ſanctificatio humani generis per mortem Filii ſui. Et hoc eſt. [In qua voluntate] Dei Patris.

k Sanctificati ſumus,] ideſt, in oblatione Filii Dei ſecundum voluntatem Patris facta [ſanctificati ſumus,] ideſt mundati a peccatis. 1. *Theſ.* 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra; ideſt, mors Chriſti, in qua ſanctificamur. Unde ſubdit.

l Per oblationem corporis Jeſu Chriſti] factam [ſemel] per mortem enim Filii, quam voluntarie ſuſcepit: Oblatus enim eſt, quia voluit. *Iſa.* 53. Per hoc ſanctificati ſumus, ideſt, mundati. Unde *Apoc.* 1. Qui dilexit nos, & lavit nos in ſanguine ſuo: Vel [Sanctificati,] ideſt, per ſpem firmati. Quis enim deſperet de venia, cum Pater filium pro ſervo tradat in mortem: cum ipſe Filius ſeipſum offerat, & pro ſuis etiam crucifixoribus petat? *Rom.* 8. Qui proprio Filio non pepercit; ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo etiam non cum illo nobis omnia donavit? ſi non poſſent perire, pro quibus Pater tradidit Filium in mortem ut vivant: pro quibus ipſe Filius rogat Patrem, ne pereant? Sic enim ſcriptum eſt. Pro tranſgreſſoribus rogavit, ut non perirent. *Iſa.* 53.

m Et omnis quidem] Adhuc oſtendit inefficaciam legalium Sacrificiorum, quod una oblatione plus poteſt Chriſtus, quam iteratio ritus legalis: Unde dicit. [Et omnis quidem Sacerdos] legalis.

n Præſto eſt] ideſt, paratus eſt.

o Quotidie miniſtrans] orationes, & oblationes.

p Et eaſdem ſæpe hoſtias offerens] eaſdem in ſpecie, non numero. Vel eaſdem, quia pro una & eadem cauſa ſæpe illas hoſtias offerebant, ideſt, pro purgatione peccatorum: in quo notatur inefficacia hoſtiarum, & inſufficientia. Unde ſubdit. *q* Quæ nunquam,] i. nullo tempore; quantumcumque fiant.

r Poſſunt auferre peccata,] ideſt, a conſcientia. *Supr. eod.* Cum iiſdem ipſis hoſtiis, quæ offerunt indeſinenter nunquam poſſunt accedentes perfectos facere, alioquin ceſſarent offerri. *Supra* 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Nota quod dicit [Omnis quidem Sacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans] Multi numero: fere omnes Sacerdores parati ſunt ad miniſteria, & funera mortuorum, & ad alia officia; ſed propter lucrum, præſto ſunt ad oblationes recipiendas, ad illas habent manus apertas, oculos circumſpectos, pedes agiles. Cum tamen ſcriptum ſit *Eccl.* 4. Non ſit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta. Et dicit [Omnis] ſicut dicit *Jerem.* 6. A minore uſque ad maximum omnes avaritiæ ſtudent. Item præſto ſunt ad miniſteria, ad curas animarum ſuſcipiendas, non ſolum parati, imo opportuni. Unde *B. Bern.* Copioſiſſimæ pietatis inveniuntur in ſuſcipienda, imo in rapienda cura animarum, de ſalute noviſſima cogitatio eſt.

ſ Hic autem] quaſi Sacerdos legalis eaſdem hoſtias ſæpe offerebat. [Hic autem,] ideſt, Chriſtus.

t Unam pro peccatis ſe offerens hoſtiam,] iſtam, ſemel ſe offerens; quæ ſufficiens hoſtia ad omnium peccata tollenda. Sicut dicitur *Sup.* 9. Nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit.

u Sedet in ſempiternum,] ideſt, quieſcit, & regnat ſine fine.

x In dextera Dei,] ideſt, in æqualitate, ſecundum quod Deus; vel in potioribus ejus bonis, ſecundum quod homo. *Supra* 1. Sedet ad dexteram Majeſtatis in Excelſis. Item *Supra* 8. Qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis. Primo, dicit offerens, poſtea ſedens in dextera Dei. Prius eſt ſiberandum in miniſtrando, & offerendo, quam quieſcendum in throno. Lamech enim, qui interpretatur labor, tenuit Noe, qui interpretatur requies; per laborem enim venitur ad requiem, contra illos, qui volunt & hic florere cum mundo, & in futuro quieſcere cum Chriſto qui filii ſunt Diaboli: Qui ante laborem quieſcere volens, & gloriam præſumptuoſe appetens ait: Sedebo in monte Teſtamenti in lateribus Aquilonis. *Iſa.* 14. Et dicit *B. Bern.* O impudens? millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei: & tu cum aliis ſtantibus, & miniſtrantibus ſolus ſedere præſumis. Item *Bern.* Imprudentiſſime tibi arrogas gloriam ſine victoria; aut victoriam ſine pugna. Chriſtus autem ſuo ordine quietem adeptus eſt, vel primo offerens, poſtea ſedens extitit: offerens in Paſſione, ſedens in Aſcenſione. In primo peccata noſtra purgavit, in ſecundo cœleſtes nobis manſiones aperuit, & præparavit. Sed quia paucos movet humilitas Chriſti ſe in Cruce pro nobis offerentis; ſive Majeſtas, & gloria triumphantis, & regnantis; adhuc ſubdit, ut magis moveatur de benignitate ad patientiam ipſius expectantis, & alliciat ad majorem: & tandem de poteſtate judicantis, ut excitet, & concutiat cor per terrorem. Unde dicit. *y* De cetero, &c.] Et bene dico, quod ſedet modo. Ipſe dico [de cetero,] ideſt, de eo, quod reſtat, quantum ad membra faciendum, ideſt,

Digitized by Google

Ideſt, de gloria bonorum, & pœna malorum *a* Expectans,] ſine paſſione ſui differens, & tolerans. Ecce benignitas expectantis. *Rom.* 2. An divitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis ejus contemnis? Ignoras, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, ideſt, adducere cupit. Expectans, dico.

a expectans, *b* donec ponantur inimici ejus ſcabellum pedum ejus. *c* Una enim oblatione *d* conſummavit *e* in ſempiternum *f* ſanctificatos *g* Conteſtatur autem † nobis & Spiritus *h* Sanctus. *i* Poſtquam enim dixit: *k* Hoc autem Teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dominus, † dando leges meas in cordibus eorum, *l* & in mentibus eorum ſuperſcribam eas: *m* & peccatorum, *n* iniquitatum eorum *o* jam non recordabor amplius. *p* Ubi autem horum remiſſio, *q* jam non eſt oblatio pro peccato. *r* Habentes *ſ* itaque fratres, fiduciam in *t* introitum a Sanctorum in ſanguine Chriſti, *x* quam *y* initiavit nobis

b Donec ponatur inimici ejus ſcabellum pedum ejus,] ideſt, donec ei ſubjiciantur voluntarie per pœnitentiam, vel plene ſubjiciantur, &
al. † nos. appareant ſubjecti in judicio, ſive velint ſive
Jer. 31. nolint. Hoc eſt quod incutere debet nobis timorem. Tunc enim cu-
al. † dabo. gnoſcetur eſſe Dominus judicium faciens, qui hic contemnitur injuriam patiens: Sic ſubdit *B. Ber. ſupra* 1. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. Ibi require de hoc. Item 1 *Cor.* 15. Oportet illum regnare, donec ponam inimicos ſub pedibus ejus.

c Una enim] quaſi ideo unam tantum obtulit hoſtiam,] quia [Una oblatione,] Quatuor hic dicit per ordinem: Ubitatem oblationis, conſummationem, ſanctificationem, & perpetuitatem. Dicit enim [Una ublatione,] ideſt, ſe, qui eſt vera hoſtia, quam obtulit in Cruce. *d* Conſummavit] perfectione virtutum. *f* Sanctificatos,] i. mundatos a contagio peccatorum. Et hoc. *e* In ſempiternum] ſc. quamdiu durabit hoc ſæculum; quia illa hoſtia ſemper habet hunc effectum duplicem, & habebit uſque in conſummationem ſæculi, quod ſanctificat a peccatis & conſummat. In hoc notatur, quod perpetua eſt hæc oblatio, licet enim ſemel ſit oblata; tamen effectum ſuum habet perpetuum. Vel [Sanctificans] per gratiam. De hac ſanctificatione habetur *ſupr.* 2. Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur ex uno omnes.

g Conteſtatur] Probat hic efficaciam Sacrificii Chriſti per auctoritatem. *Jer.* dicens [conteſtatur autem] quia non ſolus ego prædicta affirmo, ſed [conteſtatur nobis,] ideſt verba noſtra confirmat de ſanctificatione, & conſummatione facta per Chriſtum. *h* Et Spiritus ſanctus] per *Jer.* 31. Signanter autem dicit. [Et ſpiritus ſanctus] contra hæreticos, qui dicunt Jeremiam non locutum per Spiritum Dei, ut Manichæus dicit. *i* Poſtquam enim dixit] Spiritus ſanctus per *Jer.* 31. k Hoc autem Teſtamentum] &c. addidit hoc [dando leges meas,] quaſi poſtquam illud dixit, ſignanter addidit aliud per quod probatur, quod prædiximus, ſcilicet, quod Chriſtus conſummat ſanctificatos: quia quos ſanctificat a malo, conſummat in bono. Per hoc enim, quod dicit [Dando[vel [dabo leges meas in cordibus eorum, &c.] oſtenditur, quod Chriſtus conſummator eſt; perficit enim & conſummat affectum per amorem boni, quod ſignificatur *ibi* [Dabo leges meas in cordibus eorum,] i. in affectionibus per amorem: perficit intellectum per cognitionem veri, quod notatur *ibi*. *l* Et in mentibus, &c.] ideſt, in intellectibus eorum imprimam per cognitionis infuſionem. *Pſalm.* 44 Lingua mea calamus Scribæ. Lingua Dei eſt ejus inſpiratio, vel gratiæ infuſio, vel prædicatio, quæ vult, quod Dominus ſcribat in corde ſuo opere, ut paret ei cor, non lapideum, ſed terreum, vel carneum: & quod deleat ibi omnes alienas imagines, & picturas, quas ibi depinxit. *Ezec.* 16. Feciſti tibi imagines maſculinas: & fornicata es in eis. Tales ergo imagines delendæ ſunt ſtilo compunctionis, ut ſuper cor novum, & molle, ideſt, devotum, ſicut cera mollis eſt, ſcribatur lua Domini in intellectu per cognitionem, & in affectu per amorem. *Ezec.* 18. Facite vobis cor novum: Item & ſpiritum novum: & quare moriemini domus Iſrael? *Ezec.* 11. & 36. Auferam a vobis cor lapideum, dicit Dominus: & dabo vobis cor carneum. Et *B. Bern.* dicit: Utinam, Domine, ſicut verbum tuum caro factum eſt; ita & cor meum lapideum fiat carneum, & devotum. De delectatione autem primarum picturarum, quæ digito Diaboli ſcriptæ ſunt, dicitur 4 *Reg.* 21. Delebo Jeruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ, delens vertam, & ducam crebrius illum ſuper faciem ejus. *Greg. Nazianz.* Utilius eſt, vel erit nondum cor inſcribere, quam ſuper malam doctrinam. Item debemus Deo exhibere cor noſtrum, ſicut pergamenum omnino defæcatum a ſorde carnalium voluptatum, & a pinguedine, & opulentia dignitatum, & depilatum a pilis temporalium. Et nota, quod dicit [Superſcribam eas] quaſi leges Domini, ideſt, præcepta ſuper vires hominis ſunt, in quarum completione nullus ſufficeret, niſi cooperetur gratia.

m Et peccatorum, &c.] Oſtenſio per partem auctoritatis, quod Chriſtus eſt conſummator; oſtendit per reſiduum, quod ipſe eſt ſanctificator: Sequitur enim in auctoritate. [Et peccatorum] quæ in ſe. *n* Et iniquitatum eorum] quæ in proximum fiunt. *o* Jam,] ideſt, poſt pœnitentiam [non recordabor amplius.] *p* Ubi autem] oſtenſo per auctoritatem Jeremiæ, quod Chriſtus ſanctificat, & conſummat; oſtendit, quod debet ceſſare legalis oblatio dicens. [Ubi autem horum] peccatorum, & iniquitatum [remiſſio] ſicut oſtenſum eſt quod per Chriſtum fit a peccatis ſanctificatio. *q* Jam non eſt oblatio pro peccato] facienda, ideſt, ceſſat oblatio legalis; veniente enim veritate, ceſſare debet figura. *r* Habentes itaque.] Hæc eſt ſecunda pars capituli, in qua hortatur, ut relictis legalibus, ad Chriſtum nos convertamus. Et quare hoc facere debeamus oſtendit: Primo, quia ipſe Chriſtus fecit nobis viam, *ibi* [Habentes itaque] Secundo, quia mundat nos, *ibi* [Accedamus cum vero corde] Tertio, oſtendit, quæ ſunt Evangelica, ad quæ accedendum eſt, *ibi* [Teneamus ſpei noſtræ, &c.] Quarto, quia niſi ad Chriſtum vero corde convolaverimus, mors ejus non proderit nobis, *ibi* [Voluntarie enim peccantibus] Quinto, quia ubi hoc fecerimus, puniemur, *ibi* [Terribilis autem, &c.] Sexto, probat hoc a minori, *ibi* [Irritam quis, &c.] Septimo, probat, quod tales puniet auctoritate, *ibi* [Mihi vindictam, &c.] Octavo, oſtendit, quod maxime Hebræi debent ad Chriſtum accedere, ne mortificentur bona, quæ fecerunt, *ibi* [Rememoramini] Ultimo, probat per fidem Chriſti eſſe ſalutem, *ibi*. [Adhuc enim modicum] Dicit ergo [Habentes itaque, &c.] Nota continuationem in *Gloſſ.* Finito grandi ſermone de Pontifice magno, ejuſque nova lege, & ſacrificio, quæ veteribus prætulit; ſubditur moralis inſtructio, in qua eos hortatur ad multa, ſed maxime ad fidem, patientiam, pacem, munditiam, fraternitatis charitatem: & infert ex omnibus ſuperioribus, quaſi quia una hoſtia conſummat: quia eſt Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech: & quia oſtenſa eſt diſtantia, quod illa legalia minora, hæc majora ſunt. *ſ* Itaque fratres habentes fiduciam,] ideſt, habemus certam ſpem. *t* In introitu Sanctorum,] ideſt, cœlorum, per gratiæ adeptionem.] Vel [Sanctorum,] ideſt, ſpiritualium, quæ intramus per fidei revelationem: Sanctum enim vocat hic, vel cœlum, ſpiritualia, ut dicit *Chryſ.* *u* In ſanguine Chriſti] non hircorum, ut *Lev.* 16. Et *ſupr.* 9. Nota, quod dicit [Habentes fiduciam, &c.] quaſi dicat certi ſumus per ſpem, quod intrabimus in Sancta Sanctorum cœleſtia per ſanguinem Chriſti. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus, quia ſi Chriſtus introivit, qui eſt caput; ergo & membra intrabunt: Si Dux muros civitatis penetravit; ergo exercitus intrabit. *Joan.* 12. Ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit. *Mich.* 2. Aſcendet iter pandens ante eos. Et hoc eſt, quod ſubdit.

x Quam initiavit, &c.] Huculque pendet conſtructio ab illo [Habentes itaque fiduciam, &c.] Et nota, quod in hac littera notantur multa, quæ in figura fiebant in veteri Teſtamento. Summus enim Sacerdos intrabat in Sancta Sanctorum ſemel in anno ad innovandum & purgandum tam tabernaculum, & vaſa ejus, quam populum univerſum. Et hunc introitum faciebat cum ſanguine: & per velamen quis tranſibat ad interiora. Populus autem erat exterius accedens, qui erat in atrio orans; & ſic accedebat templo per loci appropinquationem, & Deo per reconciliationem: & aſpergebatur, & mundabatur per ſanguinem illum, & per aquam expiationis, quæ illa die fiebat. Hæc omnia fiunt nobis ſpiritualiter per Chriſtum, ſicut hic dicit *Apoſtolus*. In ſanguine introivit in Sancta Sanctorum, ideſt, in cœlum, & fecit nobis viam novam, & viam ad cœlum tam verbo, quam exemplo dedicavit, & præparavit, per velamen, i. per ea, quæ in carne fecit, & ſuſtinuit. Et ideo talem habemus Pontificem, debemus nos attendere ad Deum per ipſum pœnitendo, ut aſperſionem ſanguinis Chriſti, & aquæ Baptiſmalis conſequamur. Dicit ergo [Quam viam,] i. quem introitum, ſcil. ad ſancta Cœleſtia. *y* Initiavit nobis] Chriſtus, qui primus

aſcendit

aſcendit, & in ſuo aſcenſu nos de hoc ipſo certos fecit *ſup.6.* Ubi præcurſor pro nobis introivit Jeſus ſecundum ordinem Melchiſedech. *Amos 9.* Qui ædificat in cœlo aſcenſionem, ideſt, facit ſcalam ad cęlos, ut eum ſequamur.

a viam novam, *b* & viventem per *c* velamen ideſt, carnem ſuam, *d* & Sacerdotem magnum ſuper domum *e* Dei accedamus cum *f* vero corde in plenitudine fidei *g* aſperſi corda a conſcientia mala, *h* & abluti corpus aqua munda, *i* teneamus k ſpei noſtræ confeſſionem *l* indeclinabilem: *m* Fidelis enim eſt, *n* qui repromiſit. *o* Et conſideremus invicem

a Viam] dico (novam) quia nullus ante eum intravit, imo ipſe ſolus aditum cęleſtis patriæ aperuit, qui habet clavem David
B *Iſa.22.* *b* Et viventem]
permanentem. Via enim, quam Chriſtus fecit, vivit, ideſt, permanet pervia ſemper; quia aperit, & nemo claudit: *Apoc.* Initiavit dico viam & introitum nobis fecit, & hoc.

c Per velamen, &c.] Sicut enim tunc, cum velum in altum levatum erat, tunc aditus ad ſancta patebat; ſic cum caro Chriſti aſſumpta eſt in altum, patet nobis via & aditus in cœlum. Dicitur autem caro Chriſti ſive humanitas ejus velamen, ſive velum, quia ipſa caro velabat, ſive occultabat divinitatem. Unde *Iſa.45.* Vere tu es Deus abſconditus. *Phil.2.* Habitus inventus eſt ut homo.

Vel ideo dicitur velamen; quia modo ſub velamine ſumitur a fidelibus.

d Et ſacerdotem magnum] repete, & habentes, quaſi dicat habemus hanc fiduciam prædictam, & hanc habentes, & etiam habentes (Sacerdotem magnum ſuper domum Dei) ideſt, ſuper populum Dei; quia ſemper vivens ſtat ad interpellandum pro nobis ut dicitur *ſup.7.* Item *Eccl.45.* Statuit ei Teſtamentum ſempiternum, & dedit illi Sacerdotium gentis, & beatificavit illum in gloria. Nos ergo habentes talem introitum, talem viam, Sacerdotem.

e Accedamus] ad introitum Sanctorum, ideſt, intremus poſt noſtrum Sacerdotem greſſibus bonarum affectionum, & operationum. *Chryſ.* Cui accedemus ſpirituali culturæ *ſup.4.* Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus, ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Vel aliter legitur ſic.

a Initiavit nobis viam novam, & viventem] ideſt, permanentem, & quod ſemper maneat via illa pervia, hoc eſt.

c Per velamen, ideſt, carnem ſuam] qua paſcimur in Sacramento quaſi viatico.

d Et] Etiam per (Sacerdotem magnum ſuper domum Dei) ideſt, per ipſum Chriſtum, qui nos adjuvat pro nobis ſemper interpellando. Nos ergo habentes omnia prædicta.

e Accedamus] tunc: Habemus enim multa, per quæ accedere debemus, quæ ſupra dicta ſunt. Habemus enim introitum in ſanguine Chriſti: habemus viam novam, & viam oſtenſam nobis in ejus converſatione: habemus in carne ejus viaticum, quam ſumimus in Sacramenti velamine: habemus ipſius ſummi ſacerdotis auxilium in noſtra ad Patrem acceſſione. Quid ergo ſtamus? cur non per ipſum ad Deum accedimus? Cur non per ipſum ingredi in Sancta Sanctorum feſtinamus? Quid amplius debuit nobis facere, & non fecit, quam ſanguinem pro nobis inimicis, ut cœlos penetraret, fundere, viam ad cœlos verbo, & exemplo oſtendere: carnem in judicium præbere: jugiter Patri pro nobis aſſiſtere? (Accedamus) ergo (cum vero corde in plenitudine fidei) Accedamus ad introitum Sanctorum. Quomodo autem acceſſus ad Sancta Sanctorum habeatur, ſubditur.

Cum vero corde in plenitudine fidei, &c.] Et notantur in ſerie hujus textus quatuor.

Illuminatio intellectus, mundatio affectus ab interiori pravitate, & ablutio corporalium actionum in lacrymarum effuſione, quartum eſt perſeverantia in ſpei confeſſione. Duo prima ſunt interius, unum quantum ad intellectum, alterum quantum ad affectum. Duo alia quodammodo ſunt exterius in corporis mundatione, ſcilicet, aqua Baptiſmi, & oris confeſſione. Primum ſignificatur, cum dicit (Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei) ideſt, cum corde veritate illuminato, & plene per fidem erudito. Unde dicit. (In plenitudine fidei) ut omnes articulos comprehendat, & illos plene, ideſt, ſine ambiguitatis admixtione credat. Væ enim duplici corde, ut dicitur *Eccl.2.* Vel ſecundum *Chryſ.* (Vero corde) ideſt, non ficto per Hypocriſim, ſed ſine ſimulatione, *Sap.1.* Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum.

Vel (Vero) ideſt, integro ſine diminutione. *Deut.6.* Diliges Dominum Deum tuum, &c. Vel (Vero) ideſt, recto, ideſt, ſine diſtortione *4. Reg. 10.* Nunquid eſt cor tuum rectum cum corde meo, ſicut, cor meum cum corde tuo?

Secundum, ſcilicet mundatio affectus notatur *ibi*, (Aſperſi corda) vel cordibus, ideſt, mundati in affectibus, & voluntatibus (A conſcientia mala) ideſt, a malitia, quæ inquinat conſcientiam. *Chryſ.* Per hoc, quod poſt fidem ſubdit de ablutione cordis, & conſcientiæ, oſtendit, quod non fides ſola quæritur; ſed & vita virtuoſa, & nullum ſibi conſcire perniciofum, ſecundum illud: Munditiam cordis indicat, & probat munditia carnis. Ideo ſubdit.

h Et abluti corpus aqua munda] ideſt a corporalibus vitiis mundati de cetero ſervetur ſine vitio corruptionis: & membra omnia ſint ſine nota perverſæ operationis. Dicitur autem dolor cordis ſine lacryma pœnitentis, aqua munda ab effectu, quia mundat: oculus enim pœnitentis debet eſſe ſicut fons, ut abundet aquis expiationis. *Zach.13.* Erit fons patens domus David in ablutione peccatoris, & menſtruatæ.

g Aſperſi corda a conſcientia mala] ideſt, a peccato, ac malo mundati.

h Et abluti a peccato corporali] ideſt, a peccato originali, quod per carnis concupiſcentiam contrahitur, per aquam Baptiſmi, de qua aqua dicitur, *Ezech.36.* Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.

Sed non ſuper omnes effunditur hæc aqua, ſive aqua Baptiſmi, ſive aqua gratiarum, vel lacrymarum. Sed ſicut dicitur *Iſa.44.* Effundam aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, ideſt, efficaciam dabo ſemini tuo, ideſt, tuæ prædicationi, ſi prius ſolicitus fueris, & attentus tuæ propriæ mundationi.

Sic ergo aſperſi, & abluti. *i* Teneamus] quicquid concurrat.

k Spei noſtræ confeſſionem,] ideſt, confeſſionem, & ſpem, quæ eſt cauſa ejus, ſive confeſſionem, quæ ex ſpe præmii ſolidatur. Spes enim anchora eſt mentis, quæ in fluctibus perſecutionum eam ſolidam facit. Unde *ſup.6.* Fortiſſimum ſolatium habeamus qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, & firmam incedentem uſque ad interiora velaminis. Vel [Spei noſtræ confeſſionem] ideſt, confeſſionem, quæ eſt cauſa ſpei noſtræ, ideſt, futuræ beatitudinis ſperatæ *ſup.4.* Habentes Pontificem magnum, qui penetravit cœlos Jeſum Filium Dei, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem.

l Indeclinabilem] q. d. ſi teneamus ſpem, & confeſſionem, ut non declinemus in adverſis per puſillanimitatem, & torporem, vel in proſperis per terrenorum amorem. Amor pondus animæ eſt; ſi eſt de terra inclinat deorſum; ſi eſt de cœlo elevat ſurſum, *Apoc.3.* Tene, quod habes, ne alius coronam tuam accipiat. *Prov.12.* Non contriſtabit Juſtum, quicquid ei acciderit. Et nota, quod dicit (Teneamus) quaſi pertinet ad manum (Et confeſſionem) quæ pertinet ad os. Sic debet retorqueri os turturis ad aſcellam. *Lev.1.* Ut opere teneamus, quod ore confitemur.

Contra illos, qui verbis confitentur; factis autem negant. *Tit.1.* Item *Prov.19.* Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam. Idem dicitur *Prov.26.*

m Fidelis enim, &c.] quaſi ideo teneamus confeſſionem & ſpem: quia ſpes non confundit, ut dicitur *Rom.5.* Non decipit, quia ille (fidelis eſt) ideſt, verax in promiſſis Deus.

n Qui repromiſit] ea, quæ ſperamus. *Rom.4.* In repromiſſione non hæſitavit diffidentia; ſed confortatus eſt fide dans gloriam Deo, pleniſſime ſciens, quod quæcumque promiſit Deus, potens eſt facere. Sequitur.

o Et conſideremus invicem] Quatuor prædicta pertinent ad hominem quantum ad ſe; hic autem ponit alia, quæ homini conveniunt quantum ad proximum. Dicit ergo, [Conſideremus invicem, &c.] Et hoc legitur tripliciter. Primo, quomodo minor debet conſiderare perfectiorem. Secundo, quomodo dives pauperem. Tertio, quomodo perfectior debet conſiderare minorem.

Primo, ſic conſideramus invicem, minor meliori non

invi-

invidendo, vel inſidiando, ſed. *a* In provocationem, &c.] ideſt, ita conſideremus invicem ut alter exemplo alterius provocetur ad dilectionem, & ad bonam operationem. Quod eſt contra invidos, qui ſemper in aliis non bona conſiderant ad amandum, & imitandum; ſed mala ad arguendum, & detrahendum; ſimiles ſcabronibus qui ſemper in ſtercoribus, & cadaveribus reſident & in talibus os fixum habent. De talibus conſiderationibus dicit *Mat.*
D 20. An oculus tuus nequam eſt, quia ego ſum bonus? *Eccl.* 31. Memento, quoniam malus eſt oculus nequam: nequius oculo quid creatum eſt? ideo ab omni facie ſua lacrymabitur, cum viderit ſuper bonum alterius. Tunc enim dolet invidus, quando videt bona aliorum. Item *Eccl.* 14. Nequam oculus invidi, & avertens faciem: *Chryſ.* Conſideremus invicem, non in aemulum, ſed in auxilium, ideſt, in provocationem & †exacu- (al. exacuitionem.)
ctionem amoris, & bonorum operum; ut ſi quis virtuoſus eſt, hunc conſideremus. Amemus etiam invicem: plenitudo enim legis eſt dilectio, *Rom.* 13. Non eſt opus ſudoribus, & laboribus, ſi amaverimus nos. Vel conſideremus invicem pauperum Chriſti penuriam, & ad compatiendum eis, & ſubveniendum. Unde ſubdit:

a in provocationem charitatis, *b* & bonorum operum, *c* non deſerentes *d* collectionem noſtram, *e* ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam, *f* ſed conſolantes, *g* & tanto magis, *h* quanto videritis appropinquantem diem. *i* Voluntarie enim peccantibus nobis *k* poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro pec-

a In provocationem charitatis.] Contra illos, quorum charitas ita ſicca eſt, quod non provocat hoſpites, & pauperes ad domum ſuam, ſed expellit. Sed in *Luc. ult.* dicitur de illis quorum cor ardens erat de Jeſu, quod coegerunt eum.

b Et bonorum operum] Sic debet vocari pauper a divite per charitatem cordis & operis ſubventione. Taliter enim provocatur ad orandum pro te, cum ſcilicet videt affectum tuum & experitur per effectum, cum poſſeſſionem cordis ſequitur ſubventio operis. Unde bene dicit [Et bonorum operum] non dicit verborum tantum. *Chryſ.* Facere: quia, dicere, majorem habet fortitudinem provocandi 1. *Joan.* 3. Nolite diligere verbo, neque lingua, ſed opere, & veritate. Item nota, quod perfecti debent conſiderare minores.

a In provocationem, &c.] ideſt, eos provocemus, & exhortemur ad charitatem cordis interius, & ad multiplicationem bonorum operum exterius. Contra illos, qui alios provocant ad mala. *Prov.* 1. Veni nobiſcum; inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra, &c. Item *Sap.* 2. Venite, & fruamur bonis, quæ ſunt: & utamur creatura tanquam in juventute celeriter.

c Non deſerentes, &c.] Iſtud exponitur quinque modis. Primo, contra ſingulares: ſecundo contra Apoſtatas: tertio, contra ingratos: quarto, contra inobedientes: quinto, contra tepidos, & puſillanimes. Dicit ergo.

c Non deſerentes] *Col.* 2. Non ſimus ſingulares, nec proprium ſeorſum ſemper ſequentes, ſed totam

d Collectionem] ideſt, totam congregationem ſequamur. Sicut ille Phariſæus, qui dicit *Luc.* 18. Non ſum ſicut ceteri hominum *Chryſ.* Novit Apoſtolus, quia cum exiſtentia, & congregatione multa ſit fortitudo. Ubi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum ego in medio eorum, dicit Dominus *Matt.* 18. Item *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Quæ enim amoris ſunt, augentur per congregationem; amore autem aucto nec ceſſat & quæ Dei ſunt ſequi. Si enim lapidem ad lapidem contriveris, ignem emittit; quanto magis multitudo ad amorem ſociata dilectionem parit? Hoc eſt, quod *ſup.* dicitur: Conſideremus invicem in exacuitionem amoris, & bonorum operum, *Prov.* 28. Ferrum ferro exacuitur & homo exacuit faciem amici ſui. Vel. *c* Non deſerentes collectionem noſtram] Contra Apoſtatas, qui deſerunt vocationem, & profeſſionem ſuam, *Eccl.* 10. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. Tertio, exponitur ſic [Non deſerentes collectionem noſtram] ideſt, negligentes, nec purgati ſuſcipiamus beneficia collectarum. Iſti enim Judæi, qui pauperes erant recipiebant eleemoſynas collectas a gentium Eccleſia, pro quibus orare tenebantur. Ille ergo deſerit collectionem, qui beneficia ſibi impenſa in oratione non recolit, ſed negligit, *inf.* 13. Beneficentiæ, & communionis nolite oblivisci. Quarto, exponitur ſic [Non deſerentes collectionem noſtram] i. conventus ad ſermonem, ad Eccleſiam, ad vocationes communes. *Gen.* 49. Congregamini, audite, filii Jacob, quæ ventura ſunt noviſſimis temporibus, Quinto, exponitur ſecundum *Gl.* de illis qui timore recedunt ab Eccleſia. Dicit ergo [Non deſerentes] tempore perſecutionis.

d Collectionem noſtram] ideſt, collectos in fide nobiſcum. Sunt, enim, qui ad tempus credunt. *Luc.* 8. *e* Sicut eſt conſuetudinis quibuſdam] noſtram ſcilicet deſerere collectionem: Non dicit ſubjectionis ſed conſuetudinis; quod graviſſimum eſt peccatum, ex quo peccato pauci reſurgunt. Peccator enim conſuetudinarius quaſi quatriduanus eſt, & jam fœtet: *Joan.* 11. *Jer.* 13. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, & Pardus varietates ſuas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.

f Sed conſolantes] unus alium, quaſi dicat non deſeratis collectos vobiſcum, ſicut quidam veſtrum faciunt; ſed potius ſitis conſolantes eos in perſiſtendo cum eis. Conſolantur enim laborantes, qui pariter in labore perſiſtunt: quia ſublevatio laboris eſt viſio collaborantis, ut ſi in itinere ſit facundus ſocius, pro nihil habetur via, ut dicit *Pſal.* 118. Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ *inf.* 12. Ideoque, & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Nubem teſtium vocat conſolationem, quæ exhibetur exemplis Martyrum, & Sanctorum, *Iſa.* 40. Conſolamini, conſolamini, popule meus, dicit Dominus Deus veſter. Item *Iſa. ult.* Ecce ego conſolabor vos, & in Jeruſalem conſolabimini, & videbitis, & gaudebit cor veſtrum.

g Et tanto magis] conſolemini, ſcilicet, invicem.

h Quanto] magis [videritis appropinquantem diem] retributionis, Conſideratio enim præmii minuit vim flagelli. *Rom.* 13. Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere; nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus, *Luc.* 21. Levate capita, quoniam appropinquat redemptio veſtra, *Phil.* 4. Gaudete in Domino ſemper. Et ſubditur quare, Dominus enim prope eſt: nihil ſolliciti ſitis, *Job* 3. Quaſi effodientes theſaurum gaudent vehementer, cum invenerint ſepulchrum.

i Voluntarie enim] quaſi dico, quod non deſeramus collectionem noſtram, ſed teneamus ſpem, & confeſſionem indeclinabilem, quia (*Voluntarie peccantibus nobis*) ideſt, nobis voluntariis ad peccandum exiſtentibus, & in voluntate, & propoſito peccari manentibus.

k Poſt acceptam notitiam veritatis] ideſt, non tantum voluntarie, ſed etiam ſcienter, & ex deliberatione peccantibus, quod grave eſt, quia ſicut dicitur 2. *Petr.* 2. Melius erat illis non cognoſcere viam veritatis, quam poſt cognitam retroire, ideſt, talibus, in qua jam de cetero.

l Non relinquitur pro peccatis hoſtia] ideſt, talibus non prodeſt Chriſtus, qui eſt hoſtia pro peccatis, *Iſa.* 49. Ego dixi, in vacuum laboravi, ſine cauſa & vane fortitudinem meam conſumpſi. *Jer.* 6. Fruſtra conflavit conflator; malitiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Et nota, quod per hoc, quod dicit (Voluntarie peccantibus) ſignificatur non ſolum peccatum, quia voluntarie fit; ſed conſuetudo ipſius peccati, & finalis impœnitentia. Non enim ait: Volentibus peccare, ſed voluntarie peccantibus.

Voluntarius enim eſt, qui in aliquo aſſiduus eſt; volens qui ad tempus. Per hoc, quod ergo ſignificat perſeverantes, uſque in finem *Oſee* 4. Fornicati ſunt, & non ceſſaverunt. Item per hoc, quod dicit (Poſt acceptam notitiam veritatis) aggravatur peccatum: quia nullo ignorantiæ velamine excuſantur, *Job* 34. Quaſi impios percuſſit eos in loco videntium, quia quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias intelligere noluerunt. Talibus non relinquitur hoſtia pro peccatis, ideſt, Chriſti hoſtia nihil eis proderit. Vel (Non relinquitur pro peccatis hoſtia) ideſt, non iterum immolabitur Chriſtus pro eis, *Rom.* 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur. Vel hoſtia pro peccatis eis jam non relinquitur: quia ideo per Baptiſmum non conſecrabuntur *ſupr.* 6. Impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cœleſte, &c. & prolapſi renovari ad pœnitentiam, renovari ſcilicet per Baptiſmum. Et nota, quod hic dicit (Non relinquitur hoſtia) non dicit indulgentia, vel venia, ſicut dicunt hæretici. *Chryſoſt.* Hic inſurgunt, qui pœnitentiam deſtruunt; & etiam illi qui ad Baptiſmum pigritantur. Sed ad utroſque dicemus, non hic pœnitentiam deſtruit, nec in deſperationem projicit eum, qui cecidit. Non ita inimicus eſt noſtræ ſalutis, ſed ſecundum deſtruit lavacrum.

Non enim dixit, non relinquitur pœnitentia, neque adhuc eſt remiſſio; ſed non adhuc eſt ſacrificium. Propterea deſperavit tantum ſupra de uno ſacrificio, ut non adhuc expectemus ſecundum Judaicam legem aliud ſacrificium.

Terribilis

peccatis hoſtia, *a* Terribilis autem quædam expectatio judicii, *b* & ignis æmulatio, *c* quæ conſumptura eſt adverſarios. *d* Irritam quis faciens *e* legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur, *f* quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit & *g* ſanguinem, Teſtamenti *h* pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & *i* Spiritui gratiæ *k* contumeliam fecerit. *l* Scimus enim *m* qui dixit, mihi *n* vindictam, *o* & ego retribuam. *p* Et iterum, *q* quia judicabit Dominus *r* populum ſuum. *ſ* Horrendum eſt

F

a Terribilis autem] quaſi non relinquitur hoſtia pro peccatis, ſed relinquitur [terribilis quædam expectatio judicii] quæ expectatio in præſenti cruciat conſcientiam peccatoris, *Pſalm* 87. Terrores tui conturbaverunt me. *Abacuch* 3. Audivi, & conturbatus eſt venter meus. *Jer.* Sive comedam, ſive bibam, ſive quid aliud faciam, videtur ſemper auribus meis inſonare illa terribilis vox: O vos mortui, qui jacetis in ſepulchris, ſurgite, & venite ad judicium Salvatoris. *Pſal.* 75. Terribilis apud omnes Reges terræ. *Matth.* 24. Et adventus filii hominis. *inf. eod.* Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis. *Sophon.* 1. Dies illa dies iræ, & *Malac.* 3. Quis ſtabit ad videndum eum; ipſe enim quaſi ignis conflans.

Deut. 17. Matth. 18. 2. Cor. 13.

b Et ignis æmulatio] ideſt, infeſtatio, ideſt, ignis infeſtans, qui cruciabit malos in futuro. Unde ſubdit: *c* Quæ conſumptura eſt adverſarios] Chriſti. *Pſ.* 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Et nota quod dicit [Ignis æmulatio] ſive zelus. Et eſt modus loquendi. Sicut enim zela acerba & valde ſæviens, & ſic quaſi a zelo; ita ille ignis, quæcumque aſſumpſit, non dimittit ſed comedens divellit. Pœnam vel etiam vindictam contemptorum Evangelii, probat a minori ſubdens.

d Irritam quis faciens] ideſt, prævaricans.

e Legem Moyſi, &c.] ideſt, ſi convictus fuerit per duos vel per tres teſtes. *Deut.* 17. In ore duorum, vel trium teſtium peribit, qui interficietur: nemo occidatur, uno dicente contra ſe teſtimonium. *Deut.* 19. Non ſtabit teſtis unus contra aliquem quicquid illud peccati, & facinoris fuit; ſed in ore duorum, aut trium teſtium ſtabit omne verbum. *Joan.* 8. In lege veſtra ſcriptum eſt, quod duorum teſtimonium verum eſt. Et nota, quod dicit, [Sine ulla miſeratione] *Deut.* 19. Non miſereberis ejus; ſed animam, pro anima, oculum, pro oculo, dentem, pro dente, manum, pro manu, pedem, pro pede. Et ex hoc videtur, quod non erat diſpenſatio in lege. Et hoc verum eſt, quantum ad gravia, quæ erant in lege Moyſi; ſed contra privatas lege quandoque fiebat diſpenſatio, ſicut cum Jonatha diſpenſatum eſt, 1. *Reg.* 14.

f Quanto] ergo [magis putatis, &c.] ideſt, vilipenderit ad modum conculcantis, quod facit ille, qui non credit ipſum ſufficere ad ſalutem, ſed legalia.

g Et ſanguinem, &c.] ideſt, ſanguinem Chriſti, qui eſt conſummator novi Teſtamenti qui multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

h Pollutum duxerit,] ideſt, peccata purgare non valentem putaverit. *Chryſ.* Sanguinem Teſtamenti communem, ideſt, immundum putavit: qui nil plus habere eum putat, quam hircorum, & boum.

i Et Spiritui gratiæ] ideſt, Spiritui gratis ſancto dato, vel qui dat gratiam.

k Contumeliam fecerit] remiſſionem, quam Spiritus ſanctus facit, carnalibus obſervantiis aſcribendo, vel malitia ſua a mente abjiciendo. Et nota, quod dicit [Fecerit] quidam enim dicunt. Contumeliam Spiritui ſancto: Sicut illi, de quibus dicitur *Matth.* 12. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, non remittetur ei, nec in hoc, nec in futuro ſæculo. Alii autem facto blaſphemant. Unde *Rom.* 2. & *Iſa.* 52. Propter vos nomen Dei blaſphematur inter gentes. *Gloſ.* Vel ille conculcat Chriſtum, qui libere peccat abſque timore, & pœnitentia, & qui eo indigne participat 1. *Cor.* 11. Sanguinem pollutum ducit, ſi ab eo mundatus ad vomitum redit. 2. *Pet.* 2. Et pœnitere negligit: Spiritui autem gratiæ injurius eſt, qui ejus beneficium grate non ſuſcipit. *Chryſ.* Et ſpiritui gratiæ convitiatur. Qui enim beneficium, ideſt, gratiam Spiritus non ſuſcipit, convitiatus eſt eum, qui bene facit te filium; cum vero vis fieri ſervus, venit habitare apud te; tu vero inducis ſuper eum pernicioſas cogitationes. Nota, quod maxima contumelia fit alicui, quando de domo propria expellitur, ita illi contumeliam faciunt, & convitiantur Spiritui ſancto, qui eum expellunt de domo ſua, ideſt, de corde. Tria autem expellunt hominem de domo; *Proverbior.* 27. Fumus, ſcilicet, ſuperbiæ, & ſtillicidium avaritiæ, & mala uxor, ideſt, carnalis concupiſcentia. Item nota, quod tria genera hominum notantur hic. Filium enim Dei conculcant perſecutores, & raptores, qui pauperes Dei opprimunt, & quaſi pedibus calcitrantes, contra Deum membra ejus violenter ſubjiciunt: Sed tamen contra ſtimulum calcitrant; ſicut dicitur *Act.* 9. Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Qui enim calcitrat, contra læſionem incurrit: quia ipſe ſpina eſt malis. Unde *Iſa.* 27. Quis dabit ſpinam meam veprem in prælio? Hoſtis enim conculcandus eſſet potius, & non amicus, Diabolus, non Chriſtus. *Judic.* 5. Conculca anima mea robuſtos ſcilicet, Dæmones *Rom.* 16. Dominus conterat Sathan ſub pedibus veſtris velociter. Sanguinem Teſtamenti pollutum ducunt Clerici, & Sacerdotes luxurioſi delicati, qui patrimonium Crucifixi, & bona Eccleſiæ, quæ ſanguine Chriſti ſunt acquiſita, in luxuriam convertunt, & pollutionem, ſicut dicitur *Judæ* Gratiam Dei noſtri transferentes in luxuriam: Spiritui autem gratiæ contumeliam faciunt ſuperbi, & guloſi, qui gratias ſibi collatas ipſi Spiritui gratiæ non attribuunt, ſed ad ſe injurioſe convertunt. *Iſa.* 42. Gloriam meam alteri non dabo. Si ergo filium Dei conculcant raptores, & avari, ſanguinem Chriſti pollutum ducunt luxurioſi, Spiritui gratiæ contumeliam faciunt ſuperbi. Sequitur.

Rom. 12.

Deut. 32.

l Scimus enim) quaſi vere talis multum punietur, quia (ſcimus) illum, ideſt, quam verus, & potens eſt ille.

m Qui dixit mihi] ſervate.

n Vindictam] injuriarum veſtrarum.

o Et ego retribuam] vel [reddam] *Rom.* 12. Vindicabo alienas injurias, & meas. Si enim alienas injurias vindicabit Dominus; ergo & ſuas vindicabit: Dominus autem omnium peccata malorum ſignavit ad vindictam. *Job* 14. Signaſti quaſi in ſacculo peccata mea. Et nota, quod idem, quod dicitur hic, dicit Apoſtolus *Rom.* 12. Date locum iræ; ſcriptum eſt enim: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: Ibi dicit ſcriptum eſt in proverbiis. Sed *Deut.* 32. Mea eſt ultio, & ego retribuam eis in tempore. Ibi dicit *Gloſ.* Ab hoc loco ſumitur illud Apoſtoli: Mihi vindictam, & ego retribuam, &c. Item ſuper illud *Ezec.* 9. Appropinquaverunt viſitationes urbis, dicit *Interl. Septuaginta*: Mihi vindictam, & ego retribuam. Sol. Non eſt inconveniens idem ſumi a pluribus locis Sacræ Scripturæ. Unde poteſt eſſe ſupra, & illud, & de *Prov.* & de *Deut.* & de *Ezech.* Tamen quod dicit *Gloſ.* ſuper *Rom.* 21. quod ſumitur de *Prov.* proprie intelligitur de eo, quod ibi ſequitur. Sed ſi eſurierit inimicus tuus, &c. Hoc enim habetur *Prov.* 25. Simile autem ei, quod dicitur hic: habetur *Prov.* 23. Propinquus fortis eſt, & ipſe vindicabit contra te rationem illorum. Item *Pr.* 20. Ne dicas: reddam malum pro malo: expecta Dominum, & liberabit te. *p* Et iterum] dicit Scriptura.

q Quia judicabit Dominus populum] ideſt, judicium faciet populo ſuo puniendo hoſtes, & perſecutores eorum. *Deut.* 32. Sanguinem ſervorum ſuorum ulciſcetur, & vindictam retribuet in hoſtes eorum: Et ſi ſervi ſanguinem ulciſcitur, Ibidem, ſcilicet in *Deut.* dicitur: Judicabit Dominus populum ſuum, &c. *Joan.* 5. Pater non judicat quemquam; ſed omne judicium dedit filio, &c. Vel [Judicabit Dominus] purgando, & ſeparando a malis, ſicut granum a paleis flagello correctionis, & purgationis.

r Populum ſuum] quanto magis puniet inimicos. 1. *Petr.* 4. Si primum a nobis quis finis eorum, qui non credunt? Et ſi juſtus quidem vix ſalvabitur, impius, & peccator ubi parebunt?

ſ Horrendum eſt] Quanta vindicabit, & puniet Dominus, & ideo [Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis] *Daniel* 13. Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quam peccare in conſpectu Domini. *Eccl.* 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum. Sed contra 2. *Reg. ult.* Coarctor undique nimis; ſed melius eſt, ut incidam in manus Domini dupliciter, temporaliter, & æternaliter. In præſenti, ſcilicet, quando ipſe pater miſericordiarum; vel in futuro, quando dicitur hoc [Horrendum eſt, &c.] In præſenti ergo bonum eſt incidere in manus Domini, ideſt, committere ſe illi in judicio pœnitentiæ: in quo Juſtus primo accuſator eſt ſui: *Proverbior.* 18. In futuro autem [Horrendum eſt incidere in

manus

Digitized by Google

incidere in manus Dei *a* viventis *b* Rememoramini autem priſtinos dies, *c* in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum *d* & in altero *e* quidem opprobriis, & tribulationibus ſpectaculum facti; *f* in altero autem ſocii taliter *g* converſantium effecti. *h* Nam & vinctis *i* compaſſi eſtis, k & rapinam bonorum *l* veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis *m* cognoſcentes vos habere *n* meliorem & manentem ſubſtantiam. *o* Nolite itaque *p* amittere confidentiam veſtram, *q* quæ magnam habet remunerationem. *r* Patientia enim vobis neceſſaria eſt, *ſ* ut voluntatem Dei facientes *t* reportetis *u* promiſ-

manus Dei viventis] Ad differentiam idolorum, quæ mortua ſunt, & ſine vita & ideo nec juvare, nec nocere poſſunt nec de injuriis vindicare. *Baruch. ult.* Neque ſi quid mali patiantur ab aliquo, nec ſi quid boni poterunt retribuere. *Sap.* 14. Dum confidunt in idolis, quæ ſine anima ſunt male jurantes noceri ſe non ſperant.

a Viventis] *Chryſ.* Deus ſemper vivit, ut ſi non recipiunt hic vindictam, recipiant in futuro, & ita nos incidimus in manus Dei. Non enim qui patitur, patitur male; ſed qui facit: nec qui beneficium ſuſcipit, beneficium accipit; ſed qui benefacit.

b Rememoramini autem] *Chryſ.* Captivi meritorum cum profunda dederunt, inciſionem doloris accipiunt, ita Paulus prius terruit de gehennæ memoria & judicio; modo unguenta apponit mitigationis, & zelum ex ſeipſis affert. Et *infr.* Quæ hortantur maxime a propriis, ſuadentur. Unde Paulus facit ad modum Samaritani, poſt vinum auſteritatis infundens oleum pietatis. Si enim lingua eſt curationis eſt, & mitigationis. Poſtquam ergo concuſſit animas eorum, & terruit, refovet eas per laudem priorum, ſcilicet, rememorando priorum bona, ut facilius excitet, &c. Quaſi ut ante incidatis in manus Dei [Rememoramini priſtinos dies] ut alacriores ad bonum ſitis: Quaſi dictum eſt quod credidiſtis, & ideo magis aſſueti eſtis ad bonum: unde & majus damnum incurritis, ſi non perſequimini cœpta 2. *Joan.* Videte voſmetipſos, ne perdatis, quæ operati eſtis. Item [Rememoramini priſtinos dies] ut ex intuitu bonorum præcedentium majorem fiduciam concipiatis *ſup.* 6. Non eſt injuſtus Deus ut obliviſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ejus *Jer.* 2. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ. *c* In quibus] diebus [illuminati] per fidem [magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum] Paſſiones enim contra eos certabant, ut patientiam, & fidem extorquerent. Tribulationes enim ſunt quaſi exercitus Domini, quem immittit Dominus contra nos, ut nos acquirat ſibi, & plene ſubjiciat ſuæ voluntati. Unde dicit Dominus exercituum, quia diverſas ſpecies tribulationis immittit: Quælibet enim creatura & quælibet pœna eſt de exercitu ſuo: Muſcæ pulices, & etiam alia modica nocumenta corporis inſurgunt contra nos, ut non retrahamus nos ſuæ ſervituti. *Job* 6. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores Domini militant contra me. Item Diabolus, vel mundus, vel caro ſeipſam quærit ſuffocare, & opprimere. Unde iſti tres hoſtes diripiunt totum hominem, animam, & corpus, & res, quodlibet autem iſtorum duorum armis impugnat aſtutia, & potentia ſive ſævitia arcu ſcilicet doloſitatis, & gladio poteſtatis. Doloſitatem hoſtis vincit ſapientia fidei, quæ deſurſum eſt: *Jac.* 3. Potentiam autem vincit Sapientia. Iſtæ ſunt duæ alæ, quæ datæ ſunt mulieri, ut fugiat; *Apocal.* 12. Et hæc duo tanguntur hic. Sapientia enim ſignificatur cum dicitur [Illuminati] Patientia: cum dicitur [Suſtinuiſtis] Tales enim vincunt omnia, qui illuminati Sapientia & armati patientia, certamen ſubeunt opprobriorum, & tribulationum, verborum, & verberum: quia verba vincunt per Sapientiam; verbera per patientiam. Illi autem, qui obtenebrati intrant certamen, vincuntur. Unde *Num.* 14. At illi contenebrati aſcenderunt in verticem montis, deſcenditque Amalechites, & Chananæus percutiens eos atque concidens perſecutus eſt. *d* Et in altero] *Chryſ.* Hic quidem duplex habuerunt certamen. Paſſiones enim erant eis, tum ex propriis doloribus, tum ex doloribus aliorum, quibus compatiebantur. Et hoc eſt [In altero, &c.] quaſi dicat, ſuſtinuiſtis magnum certamen, & ita magnum, quia [In alteris quidem] ideſt, in altera parte certaminis. *e* Opprobriis & tribulationibus ſpectaculum facti] eſtis. q. d. in uno certamine ſuſtinuiſtis opprobria verborum & tribulationes verberum. Et hoc non in ſecreto, ſed in publico, quod graviſſimum eſt. Unde dicit 1. *Cor.* 4. Spectaculum facti ſumus huic mundo, & Angelis, & hominibus: Mundo ad deriſionem; Angelis ad gratulationem: hominibus ad unitionem *Chryſ.* Magnum quidem eſt opprobrium ſubvertere animas, audi *Pſal.* 41. Dum dicitur mihi per ſingulos dies: ubi eſt Deus tuus. Et rurſus. Si inimicus meus exprobraſſet mihi: ſuſtinuiſſem utique. Quia enim valde glorioſum eſt genus humanum, propterea ab hoc facile occupatur: & non ſimpliciter dixit opprobriis, ſed cum intentione multa theatrizati. Nam triſte eſt exprobrari in occulto, ſed multo plus in publico, & a familiaribus, ideſt, Judæis parentibus. Horum.

d In altero certamine,] ideſt, in altera parte certaminis. *f* Socii taliter converſantium] ideſt, aſſidue patientium. *g* Effecti eſtis] ideſt compaſſi eſtis Apoſtolis, & aliis hujuſmodi tribulatis. Et ita duplex certamen ſuſtinuiſtis, in propriis, ſcilicet paſſionibus & in compaſſionibus aliorum. Et hæ ſunt duæ partes certantium contra nos paſſionum. *Apoc.* 1. Ego Joannes frater veſter, & ſocius in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Jeſu 1. *Theſ.* 2. Vos autem imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Judæa in Chriſto Jeſu: quia eadem paſſi eſtis, & vos a contribulibus veſtris, ſi & ipſi a Judæis: Et vere ſocii facti eſtis. *h* Nam & vinctis] qui non poterant ſibi quærere neceſſaria.

i Compaſſi eſtis] & affectu, & effectu, neceſſaria, ſcilicet, miniſtrando 2. *Timot.* 1. Det miſericordiam Deus Oneſiphori domui, qui ſæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit.

k Et rapinam bonorum veſtrorum] quæ auferebantur vobis quia miniſtrabatis. *l* Cum gaudio ſuſcepiſtis] non ſolum patienter, vel libenter ſuſtinuiſtis; ſed gaudenter ſuſcepiſtis, ideſt, quaſi donum deſuper datum accepiſtis 2. *Cor.* 11. Suſtinetis enim ſi quis devorat, ſi quis accipit, ideſt, rapit: Unde accipiter ab accipiendo, ideſt, rapiendo. Dicitur. [Cum gaudio.] *Chryſ.* Hoc eſt Apoſtolicum. Unde *Actor.* 5. Revertebantur a facie conſiſtorii, lætantes: quoniam digni effecti ſunt pro nomine Jeſu dehonorari: ergo pro nomine Jeſu honorari eſt lætabundum, *Jac.* 1. Omne gaudium exiſtimate, fratres, cum in varias tentationes incideritis. *Rom.* 5. Gloriamur in tribulationibus. 2. *Cor.* 7. Superabundo gaudio in omni tribulatione, *Prov.* 12. Non contriſtabit Juſtum quicquid ei acciderit. Item *Chryſ.* In hoc, quod dicit [Suſcepiſtis] voluntariam eorum patientiam oſtendit *Eccleſ.* 29. Perde pecuniam propter fratrem, & amicum.

m Cognoſcentes vos habere,] quaſi ideo prædicta ſuſtinuiſtis cum gaudio; quia cognoſcitis vos habere jam in ſpe, & tandem re habituros. *n* Meliorem & manentem ſubſtantiam,] ideſt, vitam æternam, ſive bona æterna, non pereuntem ſubſtantiam, ſicut hic, ſed manentem. *Chryſ.* quaſi dicat divitias non apparentes ut apparentes inſpexiſtis, *Eccl.* 11. Datio Dei permanet Juſtis, *Prov.* 18. Subſtantia divitis urbs roboris ejus.

o Nolite] quaſi quia ſic paſſi eſtis, & confiſi de ſubſtantia meliori, & manente [Nolite itaque amittere] per impatientiam. *p* Confidentiam veſtram,] ideſt, merita præcedentia, ſuper quæ fundatur ſpes, & confidentia. Et dicit [Nolite] quia nemo amittit eam, niſi volens. Vel [Nolite amittere confidentiam veſtram,] ideſt, nolite in tribulationibus deſperare, *Eccl.* 11. Confide in Deo, & mane in loco tuo, quia [Confidentia,] ideſt, ſpes. *q* Magnam habet remunerationem] etiam in præſenti; quia ſpe ſalvi facti ſumus: *Roman.* 8. *Matth.* 5. Gaudete, & exultate, ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cœlo. *Gen.* 15. Ego protector tuus: & merces tua magna nimis. Ut autem non amittatis confidentiam, hoc unum opus vobis eſt, ſcilicet patientia. Unde ſubdit:

r Patientia enim vobis neceſſaria eſt] ſi vultis confidentiam non amittere, *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, q.d. patientia eſt optimus cuſtos per quem cuſtoditur, & poſſidetur anima, *Prov.* 16. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo major eſt expugnatore urbium. Neceſſaria dico, ſcilicet, Ut voluntatem Dei facientes in præſenti. *t* Reportetis] in futuro, quæ hic ſeminatis. *u* Promiſſionem,] ideſt, vitam promiſſam. Quæ ſit autem voluntas Dei, dicitur 1. *Theſ.* 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, &c.

Ibi require. Item nota quod dicitur patientia ad reportandum promiſſionem, quaſi dicat, patientia eſt ſaccus neceſſarius

ceſſarius pauperi, ut in eo reportet eleemoſynam de curia cœleſti. Anima enim, quæ hic laceſſitur, & flagellis cæditur, omnes tribulationes ſuas ſimul congerit in ſacco patientiæ, ut eas oſtendat amico ſuo, pro quo talia patitur. Sicut dicitur, quod quædam erat, quæ amabat quemdam, pro cujus amore parentes ejus verberabant eam quotidie & capillos ſuos dilaniabant,
Abac. 2. & omnes capillos ſuos dilaniatos recolligebat ad amoris imitationem. Sic & nos in ſacco patientiæ Chriſto debemus oſtendere tribulationes, quas patimur pro ejus dilectione. Item omnia noſtra peccata debemus Chriſto oſtendere, ſicut vulnera Medico oſtendunt infirmi ad ſanandum. Item ſicut paupertatem ſuam oſtendit pauper eleemoſynario ad ſublevandum; ſed ſi vadis ad eleemoſynarium ſine ſacco patientiæ, nihil reportabis. *a* Adhuc enim] quaſi tenenda eſt patientia, nam tribulatio nec longa eſt tempore, nec vehemens magnitudine & intenſione. Et hoc eſt, quod [adhuc modicum] reſtat ad ſuſtinendum: i. parvo tempore ſuſtinendum, quandoque ad judicium generale.

ſionem. *a* Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus eſt, *b* veniet, *c* & non tardabit. *d* Juſtus autem meus *e* ex fide vivit. *f* Quod ſi ſubtraxerit ſe, *g* non placebit animæ meæ. Nos autem non ſumus ſubtractionis filii in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animę.

b Veniet] retributor ſpecialiter bonorum in morte.
c Et non tardabit] poſt mortem Sanctorum a retributione: quia ſtatim in egreſſu animæ a corpore, S. Martyres induuntur ſtola prima, ſtola, ſc. æternæ jucunditatis. Nota, quod duo dicit in expectatione: & duo ſubjungit in retributione. Quæ dicit in expectatione, ſunt modicum & aliquantulum; modicum temporis & aliquantulum paſſionis. Modica enim eſt paſſio in ſe, & momentanea, ſicut alibi dicit Apoſt. 2. *Cor.* 4. Id, quod eſt in præſenti momentaneum & leve tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. Duo dicit: Momentaneum quantum ad brevitatem temporis; & leve, quantum ad modicitatem paſſionis. Item 1. *Pet.* 1. Modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tribulationibus. Duo autem in retributione dicit, ſc. veniet, & non tardabit. Veniet jucunditas poſt paſſionis tribulationes; non tardabit æternitas finiens temporalitatem ipſarum anguſtiarum. *d* Juſtus autem] *Abac.* 2. Veniens veniet, & non tardabit. Idem autem dicit Dominus [Juſtus meus] i. per me Juſtus eſt, non per carnales obſervantias. *e* Ex fide vivit] vita gratiæ in præſenti, & per fidem veniet ad vitam gloriæ in futuro. In hac vita vivimus pane groſſo fidei; quia pauperes de pane groſſo ſolent vivere; in futuro quando divites erimus, vivemus pane ſinceræ cognitionis, ſine furfure ænigmatis, ſcil. Non pari jucunditate ſumitur adeps frumenti, & cortex Sacramenti: ſine pane inops eſt omnis menſa: & ſine fide vana eſt animæ refectio. Ideo *inf.* 11. dicitur, Fides eſt ſubſtantia, q. d. alia acceſſoria ſunt ad iſtam, quæ eſt fundamentum.
f Quod ſi ſubtraxerit ſe.] Juſtus a juſtitia, hoc eſt per fidem. *g* Non placebit animæ meæ] Antropoſpathos eſt. *inf.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Hæc auctoritas prædicta ſumitur de *Abac.* 2. Sed videtur Apoſt. in duobus peccare, ſc. in ſenſu, & ordine verborum. Ita enim in *Abac.* 2. Adhuc viſus procul, & apparebit in fine, & non mentietur: & ſi moram fecerit, expecta eum; quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima ejus in ſemetipſo; Juſtus autem in fide ſua vivet. Ibi ergo tarde, hic cito dicit venturum. Ibi prius dicit qui incredulus eſt, &c. & poſt dicit: Juſtus autem. Hic autem primo dicit: Juſtus autem; & poſtea: Quod ſi ſubtraxerit ſe. Dicendum, licet ordinem immutet quodammodo Apoſt. ſenſum autem, vel veritatem non mutat: quod enim modicum eſt reſpectu æternitatis, longum eſt expectanti in tempore & in loco exilii. Et ideo dicit Apoſtol. [adhuc modicum aliquantulum] & quantulumcumque [qui venturus eſt] q. d. licet longum ſit expectanti; tamen modicum eſt reſpectu valoris & pretioſitatis rei, quæ ventura eſt. Vel poteſt dici, quod primam auctoritatis partem ſuppreſſit. *Aggæi* 2. Adhuc unum modicum: & ego commovebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & movebo omnes gentes: & veniet deſideratus cunctis gentibus. Aliam autem partem auctoritatis aſſumpſit de *Abac.* 2. Et idem habetur *Rom.* 1. & *Gal.* 3.

EXPOSITIO CAP. XI.

Eſt autem fides, &c.] In iſto cap. commendat fidem, qua credimus in Chriſtum, & durat uſque ad principium duodecimi cap. Summa autem cap. eſt, quod primo ponit fidei diffinitionem. Secundo ejus multiplicem cõmendationem per multa exempla novi teſtamenti. Primo, novem exempla adducens de *Gen.* de aptatione, ſc. & creatione ſæculi, de Abel ad Enoch: de Noe ab Abram: de Sara ad Iſaac: de Jacob ad Joſeph. Secundo, ponit exempla de Moyſe in *Ex.* Tertio, ponit exemplum de *lib.* Joſue in Raab: & de muris Jerico, qui corruerunt. Quarto, de *lib. Judic.* de Gedeone. Quinto, de 1. *Reg.* de David & Samuel. Sexto, de omnibus libris in ſumma & de Sanctis, *ibi* [Sancti per fidem vicerunt regna] Commendatur autem per hæc quæ dicuntur hic fides multipliciter. Primo, quod fundamentum eſt aliarum virtutum, *ibi* [Eſt autem fides ſubſtantia.] Secundo, quia per illam intelligimus occulta & æterna; *ibi* [Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula:] Tertio quia reddit opera grata, *ibi* [Fide plurimam hoſtiam.] Quarto, commendatur, quia liberat ab ærumnis hujus ſæculi, *ibi* [Fide Enoch tranſlatus eſt] Quinto, quia liberat a diluvio, *ibi* [Fide Noe reſponſo accepto] Sexto, quia facit abrenunciare omnibus, *ibi* [Fide qui vocatur Abraham, &c.] Septimo, quia facit promiſſorum adimpletionem, & prolis multiplicationem, *ibi* [Fide demoratus eſt in terra promiſſionis] Octavo, quia fides obedientiam promptam facit, & obedientiæ cumulatæ oſtenſionem facit, *ibi* [Fide obtulit Abraham Iſaac.] Nono, quia meretur futurorum præcognitionem, *ibi* [Fide & de futuris benedixit, &c.] Decimo, quia liberat a periculo *ibi* [Fide Moyſes natus occultatus eſt, &c.] Undecimo, quia facit contemnere proſpera, & amplecti adverſa, *ibi* [Fide Moyſes grandis factus] Duodecimo, quia effectus fidei eſt audacia ſpiritualis, *ibi* [Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem Regis] Tertiodecimo, quia effectus fidei eſt Ægyptiorum exterminatio, & populi Judaici ſalus in celebratione Paſchæ & ſanguinis immolatione, *ibi* [Fide celebravit Paſcha, &c.] Quartodecimo, quia eſt miraculorum operatio, *ibi* [Fide tranſierunt mare] Quintodecimo, quia eſt Collegii Sanctorum aſſociatio, *ibi* [Fide Raab] Sextodecimo, quia eſt hoſtium impugnatio, & regnorum ſubjectio *ibi* [Et quid adhuc dicam] Septimodecimo, quia eſt totius creaturæ perfecta dominatio, *ibi* [Obturaverunt ora leonum, &c.] Octavodecimo, quia eſt tribulationum, & anguſtiarum patiens & benigna perpeſſio, *ibi* [Alii autem diſtenti ſunt] Ultimo autem ponit Sanctor. communem expectationem, *ibi* [Et hi omnes teſtimonio fider, &c.] Dicit ergo.

CAP. XI.

Eſt *h* autem fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium.

g Eſt autem fides] quod creditur his articulis. Et hoc dupliciter. Collective, ſc. omnes articuli. Unde in Symbolo Athanaſii. Hæc eſt fides Catholica, quam niſi quiſque. Vel ſigillatim. *Rom.* 1. Juſtitia Dei in ea revelatur de fide in fidem, i. de uno articulo in alium. Item fides eſt qua creditur. Et hoc dupliciter; vel habitus, vel motus. Eſt autem habitus duplex formatus, ut dicitur *sup.* 10. Juſtus ex fide vivit. Et 1. *Jo.* 5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra. Et eſt habitus informis. *Jac.* 2. Dæmones credunt, & contremiſcunt. Similiter motus fidei duplex eſt; vel informis. Unde *Aug.* Fides eſt credere, quod non vides. Vel formatus. Unde *Iſid.* Fides eſt, ſi fiat, quod in animo dicitur, i. obedientia. Item fides dicitur cognitio aperta. Sed iſta modis improprius eſt valde. Unde *Rom.* 1. De fide in fidem. Et dicit *B. Aug.* De fide ſpei tranſitur ad vim rei. *Eccl.* 40. Fides in ſæculum ſtabit. Item fides dicitur fidelitas. *Jer.* 5. Oculi Domini conſpiciunt fidem. *Iſ.* 1. Principes tui infideles ſocii furum. Item fides dicitur credulitas. 2. *Machab.* Singulos autem illorum armavit, non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus opportunis, & hortationibus: expoſito digno fide ſomnio, per quod univerſos lætificavit. In hoc autem loco definitur fides, ſecundum quod fides eſt id quo creditur habitus, ſc. credendi formatus. Dicit ergo. *h* Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium] *Chr. ſupr. Joann. Hom.* 87. Eſt enim fides ſperandarum ſubſtantia rerum redargutio non apparentium. Item ſuper hunc locum. Eſt autem fides earum quæ ſperantur hypoſtaſis rerum elenchus, id eſt, argutia earum,

carum, quæ non videntur. Elenchus enim argutio eſt in valde manifeſtis. Fides igitur eſt viſio manifeſtorum, & ad eadem his, quæ videntur ſuper certitudinem, ad ea, quæ, non videntur. Dicitur autem fides ſubſtantia rerum ſperandarum, quantum ad operativam. Argumentum non apparentium, quantum ad cognitivam. Fides enim eſt principium in cognitiva, & operativa. In operativa, quia fundamentum eſt, ſc. ſubſtantia rerum ſperandarum; fides autem per ſe cognoſcitur;

in *a* hac enim *b* teſtimonium conſecuti ſunt ſenes. Fide *c* intelligimus *d* adaptata eſſe ſæcula verbo Dei, ut *e* ex inviſibilibus viſibilia *f* fierent, Fide *g* plurimam *h* hoſtiam Abel, quam Cain obtulit Deo, per quam teſtimonium conſecutus eſt eſſe juſtus,

propter hoc autem digniſſimum eſt in hac facultate. Vel fides dicitur ſubſtantia rerum ſperandarum, quantum ad viam. Argumentum non apparentium, quantum ad patriam. Item fides dicitur ſubſtantia rerum ſperandarum, ad differentiam fidei informis, quæ non eſt ſubſtansia, ſed inanis eſt. Argumentum autem non apparentium dicitur ad differentiam aliarum virtutum. Dicit ergo [Eſt autem fides ſubſtantia rerum ſperandarum,] i. fides eſt fundamentum, & origo omnium virtutum, per quas res ſperandæ ſubſiſtunt quandoque in nobis. Vel [Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum] i. fides eſt origo, & radix ſpei, per quam ſpem res ſperandæ, i. res æternæ jam quodammodo ſubſiſtunt, & ſunt in nobis. Spe enim ſalvi facti ſumus, *Rom.*8. Vel ſecundum *Chr.* [Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum] i. fides eſt firmitas, & certitudo, ſive firma certitudo de rebus ſperandis. Fides enim certitudinem dat. [Argumentum non apparentium] vel conjunctio, i. præmonſtratio, & certitudo, pro rebus, quæ non apparent, i. habitus oſtendens, i. illuminans ad videndum, quod aliter inviſibile eſt. Et nota, quod argumentum dicitur multis modis. Dicitur enim argumentum aliquando brevis collectio materiæ ſubſequentis, ſicut dicitur in principio librorum. Hoc eſt argumentum totius libri. Aliquando dicitur Argumentum oſtenſio. Unde *Jo.*3. Qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus; qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur opera ejus. Et ita patet, quod idem eſt argui quod manifeſtari. Item *Eph.*7. Omnia, quæ arguuntur a lumine manifeſtantur. Aliquando ſumitur argumentum pro ſigno. Unde *Magiſt. Hugo de S Vict. in quodam tract. dicit*: In horum atteſtatione utimur ſignis pro argumentu, prodigiis pro argumentis. Aliquando dicitur experimentum ſicut dicit Boetium. Ratio rei dubiæ faciens fidem. Sic ſumitur in logicis, ſic fides accipitur pro effectu argumenti, i. pro certitudine quam facit argumentum; in Theologicis vero accipitur fides, non pro effectu argumenti: ſed pro principio, vel ipſo argumento. Logica eſt fides, i. certitudo fit ab argumento, ſed theologica fides facit certitudinem, ſive ipſa eſt certitudo. Item argumentum ſumitur pro acumine ingenii. Unde dicitur de B. Cæcilia, Domino, Cæcilia famula tua quaſi ovis argumentoſa tibi deſervit, i. ingenioſa, & ſtudioſa. Fides autem dicitur argumentum rerum non apparentium, i. oſtenſio earum, i. habitus illuminans ad videnda ea, quæ alio modo ſunt inviſibilia. Et dicitur argumentum pro ſimilitudine: quia ſicut per argumentum venitur ad notitiam concluſionis; ita per fidem in notitiam æternorum. Unde *Iſ.*7. Niſi credideritis, non intelligetis.

Gen. 1. *Gen. 4.* *Argumentum dicitur multis modis.*

Item fides præcedentium patrum eſt nobis argumentum rerum non apparentium, ut v.g. futura reſurrectio probatur: quia ita crediderunt Patriarchæ, Apoſtoli, & alii Sancti. Seq. *a* In hac enim] quaſi vera fides eſt ſubſtantia, i. fundamentum, & cauſa meritoria rerum ſperandarum: qu a cauſa juſtitiæ per quam ſperanda ſunt æterna. [In hac enim] propter hanc, ſc. propter fidem, *b* Teſtimonium conſecuti ſunt ſenes] i. antiqui patres Abraham, &c. ſunt conſecuti a Deo, vel ab hominibus teſtimonium juſtitiæ: quia propter ipſam Deus teſtatus eſt eos eſſe juſtos, Unde *inf. eod.* Hi omnes teſtimonio fidei probati inventi ſunt. *Gen.*15. Credidit Abraham Deo: & reputatum eſt ei ad juſtitiam: Sicut e converſo non credidit Eva, vel Sara Deo: & reputatum eſt ei ad ſtultitiam. Et nota, quod dicit, *b* Senes] non quia ætate ſint ſenes, quando teſtimonium a Deo conſecuti ſunt, ſed dicuntur ſenes, quia anteceſſores horum: & ſic conſtat fidem non eſſe novam, vel fictitiam, cum antiqui tenuerunt. *Lev.* 26. Vetuſtiſſima veterum, &c. *c* Fide intelligimus, &c.] Hic oſtendit per exempla, quod fides eſt certitudo de non apparentibus, quia v.g. [Fide] i. per fidem. *d* Intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei,] i. ſapienter diſpoſita verbo Dei, vel filio Dei, ita utique. *e* Ut ex inviſibilibus] ex informibus elementis. *f* Viſibilia fierent] i. formata & ſpem habentia. Terra enim, i. primordialis materia erat inviſibilis, & incompoſita, ut dicitur *Gen.*1. Secundum aliam litteram. Vel [Ut ex inviſibilibus] i ex his, quæ non poſſunt videri, i. ex elementis. [Viſibilia fierent] i. animalia habentia viſum. Vel [Ex inviſibilibus viſibilia fierent] i. ut juxta inviſibile exemplar, quod erat in mente Dei, fierent hæc viſibilia: quia ſicut dicitur *Jo.* 1. Quod factum eſt in ipſo vita erat, antequam, ſc. fieret. Et dicit. [Ex inviſibilibus] pluraliter, ſicut *Rom.* 1. Inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Et nota, quod dicit [Fide intelligimus] aliter enim, niſi per partem non intelliguntur hæc. *Chr.* Unde ſcis, quod verbo hoc fecit Deus? argumentatio enim hoc non probat. Sed hoc fide indiget: nullus enim erat quando facta ſunt. *Iſ.*7. Niſi credideritis non intelligetis. Sed per fidem manifeſtum eſt, quod ex non entibus fecit Deus ea, quæ ſunt: ex non apparentibus ea, quæ apparent; ex non ſubſiſtentibus ea, quæ ſubſiſtunt. Unde *Rom.* 4. Vocat ea quæ non ſunt tanquam ea, quæ ſunt. Hoc Philoſophi non intellexerunt, imo contrarium dicunt.

Nihil enim ajunt ex non entibus eſſe animale exiſtens, & tamen Deum inarchum, i. ſine principio concedunt: cum argumentatio non ſubmittat, ſed contrarium. Dicere enim, quod nec a ſe, nec ab alio genitus eſt, difficilius eſt dicere, quam ex non entibus fecit omnia Deus. Hoc fide indiget: nullus enim erat, quando facta ſunt. *g* Fide plurimam.] Sup. In commendationem fidei generaliter poſuit exemplum, quod per fidem antiqui teſtimonium ſunt conſecuti juſtitiæ, & incepit ab exordio, ſc. quod eſt a computatione ſæculi, nunc ſpecialiter exponit exempla multorum, & primo de Abel. Ideo autem addit exempla præcedentium patrum, ut probet fidem noſtram non eſſe novam. Et ſecundum *Chr.* Ut vel iſtos, quibus loquitur, qui inter tribulationes languerunt, & puſillanimes effecti erant, conſolentur, & hortentur a progenitoribus, & mirabilibus viris, qui pro fide tam multa paſſi ſunt: cum enim invenerint earumdem paſſionum communicationem anima requieſcet. Simile habetur. 1.*Mach.*2. Mementote operum Patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis: & accipietis gloriam magnam & nomen æternum. Abraham nonne in tentatione inventus eſt fidelis? Et *inf.* dicitur. Et ita cogitare per generationem in generationem; quia omnes, qui ſperant in eum, non infirmantur. Signanter autem hic incipit ab Abel, ſicut dicit *Chr.* qui male paſſus eſt, & in fratre, ſicut iſti a contribulibus ſuis, q.d. honoravit ille Deum: propter hoc mortuus eſt, & occiſus a fratre; & necdum tamen reſurrectione potitus eſt. Unde exemplo hujus libenter debetis ſufferre. Dicit ergo [Fide plurimam hoſtiam Abel, quam Cain obtulit Deo.] Quaſi bene dico, quod ſenes per fidem conſecuti ſunt teſtimonium juſtitiæ, ſicut apparet in hoc [Abel fide] i. per fidem inviſibilium. *h* Plurimam hoſtiam, quam Cain, obtulit Deo] i. acceptabiliorem pluris pretii. Vel ſecundum aliam litteram [Abel obtulit Deo hoſtiam fide plurimam] per fidem plurimam, quantam. *Chr.* Fide amplius ſacrificium Abel, quam Cain, obtulit Deo, i. honorabilius, quia recte obtulit, & recte diviſit, ut dicitur *Gen. c.* 4. Secundum aliam litteram. Et primus etiam obtulit, numquid enim habuit vel a patre, vel a matre, vel a fratre. Omnes enim hi offenderant Deum. Igitur qui honore erat dignus, primus interimitur a fratre: ut per hoc ſciatis, quod ſi eſtis digni, aut Domini ſine tribulatione non eritis. Fide autem Abel omnia fecit. Quæ enim miracula viderat, ut crederet, quod fieret ei aliqua retributio miſericordiæ? a fide ſola, virtutem.

i Per quam] fidem [teſtimonium conſecutus eſt eſſe juſtus] ideſt, per quam fidem meruit eſſe juſtus, & teſtificationem eſt adeptus de ſua juſtitia, *Matth.* 23. A ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ. Vel ſecundum *Chr.* dicitur teſtimonium juſtitiæ aſſecutus; quia dicitur ignis deſcendiſſe, & accepiſſe ejus ſacrificia.

Unde *Gen.* 4. ubi dicitur. Reſpexit ad Abel, & ad munera ejus. Alia littera habet. Et ignivit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium ejus. Et ſicut dicit *Jero. Theodotion* ſic tranſtulit. Et inflammavit Dominus, &c. Et hoc eſt, quod ſubdit.

a Teſti-

Digitized by Google

a Teſtimonium perhibente muneribus ejus Deo,] quia ea recepit & accepta ipſa inflammando.
b Et per illam defunctus,] ideſt, juſte vitam finiens.
c Adhuc loquitur] nobis, inſtruit nos in hoc, quod ſimiliter pro fide mori parati ſumus. Vel.

a teſtimonium perhibente muneribus ejus Deo, *b* & per illam defunctus *c* adhuc loquitur. *d* Fide Enoch translatus eſt, *e* ne videret *f* mortem, *g* & non inveniebatur; *h* quia tranſtulit illum Deus. *i* Ante translationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo. *k* Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo: *l* credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus *m* ſe *n* remunerator ſit.

B *b* Per illam & ipſe defunctus loquitur adhuc,] ideſt, materia eſt nobis loquendi; quia tanta fuit fides ejus, ut mors non extinxerit famam ejus, imo adhuc viget memoria ejus. *Chryſ.* In hoc oſtendit eum in parte potitum retributione. Qualiter? quia ſpeculatio, quæ ab eo multa eſt. Interfecit enim eum Cain, ſed non interfecit gloriam ejus & memoriam. Quocirca ait. Neque vos moriemini, o Hebræi. Quanto enim quis difficiliora paſſus eſt, tanto gloria ejus major. Bene autem dicit [Loquitur, ideſt, bene vivendi ſignum eſt & admonitio. Qui enim admonet alios, juſtos eſſe loquitur. Non tantum hortatur ſermo, quantum paſſio: ſicut cœlum apparens ſolum loquitur, & terra ſimiliter loquitur, & ceteræ creaturæ. Unde *Job* 12. Interroga jumenta & docebunt te: volatilia cœli, & indicabunt tibi: loquere terræ & reſpondebit tibi, & judicabunt aquæ maris]. Notandum etiam, quod ſanguis Abel dupliciter clamavit Deo vindictam & retributionem contra interfectorem; nobis autem ſolatium, & imitationem, ſive exhortationem. Unde *Gen.* 4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: quia evidentia ſceleris obtinet vim clamoris, ut dicit *Gl.* ſuper *Gen.*19. Sanguis autem Chriſti Deo pro nobis clamat veniam & remiſſionem; nobis autem clamat alacritatem, & imitandi ſtrenuitatem. Unde melius loquitur quam ſanguis Abel & efficacius, ſicut dicitur, *inf. Jo.* 16. Terra, ne operias ſanguinem meum: nec inveniat in te locum latendi clamor meus.

d Fide Enoch, &c.] Poſt Abel ponit exemplum de Enoch, in quo, ſicut dicit *Chr.* major virtus fidei oſtenditur, quam in Abel: quia quæ in ipſum Abel facta ſunt, ſufficientia erant iſtum evertere, qualiter præſciverat Deus, quoniam oſtendendus erat: dixit autem ad Cain: Peccaſti, ne adjicias adhuc. Honoratus eſt ab eo, non ultus eſt eum: & neque hic hanc pugnam immiſit, & non dixit, quæ utilitas periculorum & laborum Abel, honoravit Deum, & non ultus eſt eum. quæ enim utilitas, qui abjetat, ſupplicium fratris. Ponamus, quod difficilem debet vindictam, quid ad infernum. Et *inf.* Si vero qui de reſurrectione nihil ſciverant, & contraria videbant, ita placuerunt, quanto magis nos. Et *inf.* Fides autem contraria eſt eorum, quæ videntur: ſi videritis, vos nihil hic ſuſcipientes ne tumultuemini. Dicit ergo ad commendationem illius fidei. [Fide] i. merito fidei.

e Enoch translatus eſt,] ideſt, per fidem placuit Deo, & acceptus factus eſt ei; & ideo tranſtulit eum. Unde *Chr.* Qualiter fide tranſpoſitus eſt Enoch, vel translatus? quoniam tranſpoſitionis exceptio fuit cauſa acceptionis, aut fides.

Unde *Eccl.* 44. Enoch placuit Deo: & translatus eſt in paradiſum, ut det gentibus Sapientiam. Item *Sap.* 4. Placens Deo factus dilectus, & vivens inter peccatores translatus eſt, raptus eſt; ne malitia mutaret intellectum ejus; aut ne fictio deciperet animam illius. Translatus eſt autem in Paradiſum, unde ejectus eſt Adam.

f Ne videret mortem] per experientiam, vel ut neque etiam de longe videret mortem in aliis. Similiter nos fides liberat a morte, ſc. vera & præceptorum executoria. Unde *Jo.* 8. Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit in æternum.

g Et non inveniebatur] uſquam in aliqua parte mundi.

h Quia tranſtulit illum Deus.] Idem dicitur *Gen.* 5. Ambulavit eum Domino: & non apparuit, quia tulit eum Deus.

i Ante, &c.] Quaſi per fidem translatus eſt, quia per fidem fuit juſtus; quia per fidem placuit Deo. Et hoc eſt, quod ait.

i Ante translationem enim teſtimonium habuit placuiſſe Deo] ſic enim Scriptura teſtatur *Geneſ.* 5. Ambulavit cum Deo. Et *Sap.* 4. Placens Deo factus dilectus. Et vere per fidem placuit Deo.

k Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo] quia enim fides purificat cor, & mundat; ideo placitam reddit Deo animam. *Act.* 15. Fide purificans corda eorum. *Rom.* 3. Juſtitia eſt per fidem Jeſu Chriſti ſuper omnes, qui credunt in eum. *Rom.* 3. Arbitramur hominem juſtificari per fidem ſine operibus legis. Fides autem informis: quia non habet formam & ſpeciem non reddit animam Deo placitam, ſed fides, quæ operatur per dilectionem, ſicut dicitur *Gal.* 5. Unde 1. *Cor.* 13. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam. [Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo] oſtendit, quod non poteſt ad Deum accedere ſine fide. *l* Credere enim oportet] quemlibet [accedentem ad Deum,] i. accedere volentem. Alias non accedent familiaritatem, niſi credant veritati. Hoc, ſc. oportet credere. *m* Quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.] Eſſe enim ei convenit, quia immutabiliter eſt, eo quod unus & ſimplex eſt: *Exod.* 3. Qui eſt, miſit me ad vos. Item *Exod.* 20. Ego ſum Dominus Deus tuus, *Jer.* 51. Qui omnia fecit, ipſe eſt. *Sap.* 13. De his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt. Sed quia multi credunt Deum eſſe; & tamen eum juſtum non credunt; ſed vel iniquum in puniendo, vel pigrum in remunerando; ideo oportet credere, quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Inquirentibus, non fugientibus, vel contemnentibus, ſed intus quærentibus. *Iſ.* 55. Quærite Dominum, dum inveniri poteſt: invocate eum, dum prope eſt. *Oſ.* 10. Eſt tempus quærendi Dominum, cum venerit, qui doceat vos juſtitiam. Item [inquirentibus ſe] non ſua, ſed pure ea, quæ Dei ſunt, vel ad Deum ſunt quærentibus. *Matt.* 6. Primum quærite regnum Dei & juſtitiam ejus. Sed e contrario dicitur *Oſ.* 5. In gregibus ſuis & in armentis ſuis vadent ad quærendum Deum: & non ſervient, ablatus eſt ab eis. *n* Remunerator.] Ipſe enim dat ſe inquirentibus ſe. Unde *Gen.* 15. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis *Apoc. ult.* Ecce venio cito & merces mea mecum eſt, reddere unicuique ſecundum opera ſua. *Iſ.* 62. Ecce merces ejus cum eo, & opus illius cum illo. Et nota, quod dicit.

l Credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, &c.] Sicut enim in qualibet facultate principiis credendum eſt, & auctoritatibus ſecundum quod dicit Philoſophus. Diſcentem credere oportet; ita maxime in Theologia accedentem oportet credere. Accedentes autem ad Deum ſunt & Sacerdotes & Clerici, & Laici, quilibet ſuo modo in ſuo officio. Sacerdotes autem accedant ad Deum ſacramentandum; quia Sacramenta conferunt. Unde debent ſanctificari per fidem. *Ex.* 19. Sacerdotes, qui accedunt ad Deum, ſanctificentur, ne percutiat eos. Item accedunt & Clerici ad miniſtrandum: ſimiliter Laici ad Baptiſmum ſuſcipiendum, &c. Sacramenta. Item ſunt tria hominum genera accedentia ad Deum, familiares & amici: pauperes & egeni: peccatores & rei. Primi accedunt ad oſculum oris in ſignum familiaritatis. Secundum illud *Gen.* 27. Accede ad me, da mihi oſculum, fili mi.

Pauperes autem poſt beneficia accedunt ad oſculum manus gratias agentes de beneficiis. Sed quidam hoc ficte faciunt, ſicut dicitur *Eccl.* 29. Donec accipiant, oſculantur manus dantis: & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam: & in tempore redditionis poſtulant tempus, & loquuntur verba tædii & murmurationis. Tales ſunt Clerici hypocritæ, qui quando ſcholares ſunt, modica beneficia Dei quaſi manus ejus oſculantur, dum propenſiores ei gratias videntur referre, donec acceperunt magna beneficia prælationum, vel prebendarum: & in accipiendo ea promittunt ſe multa bona facturos, & humiliter loquuntur. Et hoc eſt, quod dicitur: Et in promiſſionibus humiliant vocem ſuam. Sed in tempore redditionis, quando ſc. promoti ſunt, & Dominus exigit, ut reddant ei in pauperibus, quod ipſe eis contulit; tunc poſtulant tempus, i. inducias benefaciendi: excuſant ſe de delictis, & loquuntur contra pauperes verba tædii & murmurationis. Tertii, ſc. peccatores, & rei accedunt ad oſculum pedum. *Bern.* In omnibus quidem ita videmus ſervos offenſorum Dominorum oſculari ſolum pedes, cum ab eis veniam petunt: & pauperes divitum manus, cum ab eis munera accipiunt. *Luc.* 7. Oſculabatur pedes ejus, & unguento pedes ungebat. *Bern.* Non tibi o quæcumque anima peccatrix, non tibi ille locus vilis, aut deſpicabilis videatur, ubi illa ſancta peccatrix peccata depoſuit, & induit ſanctitatem, & flevit amare, & de intimis viſceribus longa trahens ſuſpiria & ſaluratibus intra ſe ſingultibus felleos humores evomuit. Seq.

a Fide Noe, &c.] Aliud exemplum ponit de Noe ad commendationem fidei. Et ſicut dicit *Chryſ.* exemplum Enoch fidei ſolum fuit exemplum; de Noe vero & fidei, & fidelitatis. Hæc eſt perfecta conſolatio, cum induerit credentes bene ſperantes, & incredulos male patientes. Dicit

Gen. 6. Eccl. 44. ergo [Fide Noe reſponſo, &c.] ſic autem ordina litteram [Noe reſponſo accepto de his, quæ adhuc non videbantur,] ideſt, de diluvio futuro, & de his, quæ circa diluvium ſunt.

a Fide Noe b reſponſo accepto de his, quę adhuc non c videbantur, metuens aptavit Arcam in ſalutem domus ſuæ, d per e quam damnavit mundum: f & juſtitiæ, quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus. g Fide h qui vocatur Abraham, obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit neſciens quo iret. i Fide k demoratus eſt in terra repromiſſionis l tanquam in aliena, m in caſulis habitando cum Iſaac & Jacob cohæredibus repromiſſionis ejuſdem. n Expectabat enim fundamenta habentem civi-

c Metuens aptavit Arcam in ſalutem domus ſuæ.] Et hoc [fide] quia, ſcilicet credidit reſponſo Dei dicentis. *Gen. 6.* Finis univerſæ carnis venit ad me. Sed quid eſt, quod dicit. *(Gen. 22. & 12. 12. & 4. c. quia ignoret;)*

b Reſponſo accepto] *Chr.* Reſponſum vocat prædicationem Domini; quia Deus inquirenti forte, vel oranti reſpondit, ſicut alibi dicitur *Luc.* 2. Reſponſum acceperat a Spiritu Sancto, non viſurum ſe mortem, donec videret Chriſtum Domini.

d Per quam] fidem vel Arcam.

e Damnavit mundum,] ideſt, damnabiles oſtendit homines mundanos; quia dum viderent Arcam fabricari, non crediderunt.

Nota, quod dicit duo; ſalvationem domus, & damnationem mundi.

Quæ duo dicuntur 2. *Petr.* 2. Octavam Noe juſtitiæ præconem cuſtodivit diluvium mundo impiorum inducens. Item 1. *Pet.* 3. Qui increduli fuerant aliquando expectabant Dei patientiam in diebus Noe cum fabricaretur Arca, in qua pauci, i. octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. Vel. [Per aquam damnavit mundum,] i. ſignificavit mundanos in fine damnandos; quia ſicut tubitu tempore Noe, incredulis ſupervenit interitus; ita in fine. *Luc.* 17. Sicut factum eſt in diebus Noe; ita in diebus filii hominis: edebant & bibebant, & uxores ducebant, & dabantur ad nuptias uſque in diem, in quo intravit Noe in Arcam: & venit diluvium, & perdidit omnes. Idem dicitur *Matt.* 24.

f Et juſtitiæ, quæ per fidem eſt hæres eſt inſtitutus] vel [factus.] Ita fuit Juſtus ex fide, ſicut patres ſui: & ita fuit hæres juſtitiæ; quia patribus ſuis ſucceſſit in juſtitia: quæ juſtitia eſt per fidem: & ſimiliter fides facit juſtitiæ hæredem.

Unde *Rom.* 4. Si ex lege habentur tantum hæredes, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio. Vel [Hæres eſt juſtitiæ inſtitutus,] i. immobiliter poſſidens juſtitiam, quaſi bonam hæreditatem, & illam mittens ſuo exemplo ad poſteros. De qua hæreditate dicitur *Eccl.* 44. Cum ſemine eorum perſeveravit bona hæreditas, & nepotum ipſorum ſemen in Teſtamento ſtetit: & filiorum ipſorum hæreditas in æternum manet.

g Fide, qui vocatur Abraham, &c.] Hic ad patres Judæorum deſcendit, oſtendens in eis, omnem juſtitiam ex fide fuiſſe, per fidem repromiſſionem expectaſſe. Sicut enim dicit *Chr.* Ad antiquos patres ſuos reſpiciebant, qui crediderant ex Hebræis, quaſi multis bonis potiti fuiſſent, & ipſi tribulabantur; ideo oſtendit Apoſtol. quod nullus eorum aſportavit de repromiſſione; nec tamen murmuraverunt, q.d. ita & vos non debetis murmurare.

Ponit autem primo exemplum de Abraham dicens [Fide] ideſt, per fidem.

h Qui vocatur Abraham] *Chr.* Prius vocabatur Abraham, ut dicitur *Gen.* 7. Vel [Qui vocatur Abraham] a Deo imperante, ut exeat de terra ſua [Qui vocatur] ad cultum Dei, ſecundum illud *Rom.* 8. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit. Obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: nunquam ipſe terram illam poſſedit in perſona ſua; ſed in filiis poſtea: & exiit de terra ſua neſciens quo iret, tamen exiit de terra illa per fidem, qua credebat Deo imperanti ſibi, ut exiret, *Gen.* 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, qui jam quidem egreſſus erat corpore, ſed nondum mente, vel animo: quia adhuc redeundi tenebatur deſiderio; ſed perfecta fides qua credidit, & obedivit Deo imperanti, perfecte enim, & totum egredi fecit. In hoc autem eſt commendatio fidei ejus, quia Deo obedivit ad relinquendum omnia, terram, cognationem & domum; & tamen exemplum fidei non habebat a progenitoribus ſuis. Patrem etiam habuit gentilem. Unde *Joſ.* 24. Trans flumen habitaverunt patres veſtri ab initio. Thare pater Abraham, & Nachor, ſervierantque Diis alienis. Ideo dicitur Abraham prima via credendi *in prol. ſup. Matt.* qui primus aperte prædicavit fidem unius Dei: & etiam quia potiſſimum fuit exemplum fidelibus omnia pro Deo contemnendi, relinquendi, & in retributione patienter retributionem expectandi, ſed etiam pro fide exponendi, cum ipſe per filium ſuum de quo adhuc ſubditur. i Fide,] i. per fidem melioris terræ, i. vitæ æternæ. k Demoratus eſt in terra repromiſſionis] i. ſæpius ei promiſſa. *Gen.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 22.

l Tanquam in aliena,] i. ſicut advena & ſervus, non ſicut indigena & Dominus. Et patet ex hoc, quod non ampliavit ſibi Dominus. Et hoc, quod dicit.

m In caſibus habitando cum Iſaac, & Jacob cohæredibus repromiſſionis ejuſdem,] ideſt, ſicut Iſaac, & Jacob habitaverunt ibi; non enim eodem tempore cohabitaverunt ibi. Dicuntur autem cohæredes repromiſſionis, non tamen tantum Abrahæ datæ ſunt promiſſiones; ſed etiam ſemini ejus, & Iſaac, & Jacob. De Iſaac enim habetur 17. Pactum meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet in Sara. Unde etiam dicitur *Rom.* 9. In Iſaac vocabitur tibi ſemen. De promiſſione facta Jacob habetur *Gen.* 27. Terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo: in quo ſignificatur, quod imitatoribus eorum dabitur poſſeſſio hæreditatis æternæ: qui hic in caſulis habitant; non in palatiis. *Eccl.* 24. Beatus vir, qui in Sapientia morabitur, & in juſtitia meditabitur. Et poſtea ſubditur. Statuet caſulam ad manus illius: & requieſcent in caſula illius bona per ævum: ſtatuet filios ſuos ſub tegmine illius.

n Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, &c.] quaſi ideo habitavit Abraham in caſulis, & non in palatiis; quia [Expectabat fundamenta habentem civitatem] cœleſtem, ſc. quæ dicitur habere fundamenta propter firmitatem, & ſtabilitatem, *inf.* 13. Non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus. *Iſa.* 33. Oculi tui videbunt Jeruſalem civitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit. *Pſalm.* 86. Glorioſa de te dicta ſunt civitas Dei. Item *Pſ.* 121. Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipſum, ideſt, in commune omnia ferentur ad participandum. Et nota, quod eadem eſt civitas, cujus pars regnat in cœlis, & pars migrat in terris, Eccleſia ſc. militans, & triumphans, quæ dicitur ædificari ut civitas.

Sicut enim civitas habet diverſas familias; ita Eccleſia diverſas regiones, & diverſorum meritorum perſonas. *Pſ.* 47. Deus in domibus ejus cognoſcetur, cum ſuſcipiet eam. *Ibid.* Diſtribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.

Item Eccleſia ſicut civitas habet vicos & plateas, i. diverſos modos vivendi in terris; in conjugio, in continentia, in prælatione. *Cant.* 3. Surgam, & circuibo civitatem, quærens per vicos & plateas, quem diligit anima mea; in futuro. Plateæ iſtæ ſternentur auro mundo, i. charitate perfecta decorabuntur, & laudis jugis ſolemnitas. Item hæc civitas habet fontes duodecim minores & unum majorem, a quo exeunt diverſi rivuli & fluvii per totam civitatem. Fontes minores ſunt Sancti Chriſti. *Iſ.* 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Maximus autem fons eſt Chriſtus; de quo dicitur in *Pſ.* 35. Quoniam apud te fons vitæ. A quo fluunt rivuli, & fluvii, i. diverſa dona gratiæ Spiritus Sancti: & ſic fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Item hæc civitas habet victualia.

Eccleſia enim militans habet verbum Dei, Sacramentum corporis & Sanguinis Chriſti, exemplum in Sanctis bene vivendi. Similiter Eccleſia triumphans habet tres panes: quia in tribus perſonis ſociatur in Patre & Filio & Sp. Sancto. *Luc.* 11. Amice, accommoda mihi tres panes. Vel tres panes ſunt viſio, dilectio, fruitio.

Item hæc civitas habet hortum, quantum ad contemplantes: & vineas, quantum ad pœnitentes: & muros & turres quantum ad Prælatos & Præſidentes. De hortis. *Cant.* 8. Quæ habi-

habitas in hortis, fac me audire vocem tuam. Item de vineis dicitur *Cant.1.* Poſuerant me cuſtodem in vineis. Muri ſunt hujus civitatis ipſe Chriſtus, & Angeli. *Iſa.* 26. Urbs fortitudinis noſtræ Sion Salvator ponetur in ea murus, & antemurale. *Zach.2.* Ego murus ignis in circuitu. Item turres ſunt Apoſtoli, & Prædicatores. Unde ſubdit Chriſtus *Cant.* 8. Ego murus, & ubera mea turris. Item hæc civitas habet cives, i. charitate unanimes, a quibus civitas dicitur, quaſi civium
Gen. 22. unitas. *Act.4.* multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Multæ multitudinis viventium, & aperte contemplantium erit voluntas una: Item hæc civitas habet arma, de quibus habetur ad *Epheſ.* 2. Accipite armaturas Dei, &c. Ibi require. Item habet cuſtodes, & ſpeculatores. In præſenti. De quibus dicitur *Iſ.62.* Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes. In futuro autem non egebit cuſtodia hominum vel Angelorum, quando confortaverit ſeras portarum & benedixerit filiis ſuis in ſe, quam firmitatem & ſecuritatem expectabat in Domino Abraham. De hoc dicitur [Expectabat enim fundamenta habentem civitatem.] In qua expectatione invitat Apoſtolus bonos ad confidentiam, & malos ad verecundiam, ſicut dicit *Chr.* Iſtam enim civitatem acceperunt illi confidendo, quam & nos poſſumus hoc modo accipere. Verecundemur ergo, quoniam illis civitates terrenæ promiſſæ ſunt, & non attendebant, ſed cęleſtem inquirebant; nobis vero tota die de cœleſtibus loquitur Deus, & tamen nonniſi terrena deſideramus.

tatem cujus *a* artifex & conditor Deus. Fide & ipſa *b* Sara *c* ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit etiam præter tempus *d* ætatis; quoniam fidelem credidit eſſe eum, qui *e* repromiſerat. *f* Propter *g* quod & ab *h* uno orti *i* ſunt, & hoc k emortuo *l* tanquam ſidera cęli in multitudine, & ſicut *m* arena, quæ eſt ad oram maris innumerabilis. Juxta *n* fidem defuncti ſunt omnes iſti, non *o* acceptis repromiſſionibus, ſed a *p* longe eas aſpicientes, & ſalutantes, *q* & confitentes; *r* quia peregrini, & hoſpites *ſ* ſunt ſuper terram,

Et poſt dicit, quod illi oſtenderunt ſe majoribus dignos, non permiſit eos hæc terrena ſuſcipere; ſicut pater puero prudenti porrigit puerilia, non ut accipiat, ſed ut reſpuat, & meliora petat. Quod autem hæc civitas ſtabiliter fundata ſit, oſtendit, cum ſubdit.

a Cujus artifex, & conditor Deus] eſt, Unde *ſupra* 8. Miniſter Sanctorum, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. Deinde de Sara uxore Abrahæ dicens.

b Fide,] ideſt, per fidem.

c Et ipſa Sara ſterilis virtutem in conceptione ſeminis accepit] i. fœcunditatem in receptione ſeminis. Vel, i. potentiam concipiendi ſeminis, ideſt filium.

d Etiam] cum eſſet [præter tempus ætatis] quaſi dicat non ſolum erat ſterilis natura, ſed ætate vetula; & ideo majus fuit miraculum. Deſierant enim Saræ fieri muliebria, quia jam nonagenaria erat. Unde *Gen.* 18. Erant ambo ſenes provectæque ætatis, & deſierant Saræ fieri muliebria. *Rom.4.* Non infirmatus in fide, nec conſiderans corpus ſuum jam emortuum, & emortuam vulvam. Accepit, dico.

e Quoniam fidelem,] i. verum in promiſſis.

f Credidit eſſe eum, qui repromiſerat.] Primum quidem riſit, etſi ex gaudio, non tamen plena, ſed poſt verba Angeli in fide ſolidata eſt. Sic enim dicitur *Geneſ.* 18. Quod riſit dicens, poſtquam conſenui, & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abraham, ideſt, Angelus in perſona Domini: Quare riſit Sara, dicens: nunquid paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquam eſt difficile? Juxta condictum revertar ad te vita comite, & habebit Sara filium. Negavit Sara dicens, non riſi, timore perterrita.

Et ſicut dicit *Chryſ.* riſus fuit ab infidelitate; timor autem a fide.

Item in prima ergo promiſſione, quando primo dictum eſt ei de filio concipiendo, infidelis fuit.

In ſecunda autem promiſſione credidit, & timuit. Unde ſignanter dicitur. [Quoniam fidelem credidit eſſe eum, qui repromiſerat] non dicit promiſit.

g Propter quod] ſcil. quia fidelem credidit.

h Et ab uno] ſcil. utero Saræ.

k Et hoc emortuo,] i. utero Saræ. Vel ipſo Abraham virtutem & potentiam concipiendi, vel generandi non habente. Ambo enim ſeniores erant: & Sara cum ſenectute ſterilis erat.

i Orti ſunt] filii, qui ſunt.

l Tanquam ſidera cœli in multitudine] quantum ad bonos filios confideles.

m Et ſicut arena, quæ eſt ad oram] i. ad litus [maris innumerabilis] Hoc dicit, quantum ad malos & inſtabiles, qui fuerunt in Judæis. *Gen.15.* Suſpice cœlum & numera ſtellas, ſi potes. Et dixit ei: ſic erit ſemen tuum. Item *Gen.22.* Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cęli; & velut arenam, quæ eſt in litore maris. Boni dicuntur ſtellæ, ſive ſidera: quia lucent per fidem; alii ſunt per eminentiam & ſanctam converſationem fixi in firmamento per cœleſtium deſiderium, & amorem. Unde dicitur *Phil.2.* Inter quos luceris, ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes. Mali autem dicuntur arena; quia ſunt inſtabiles ſicut arena labilis eſt. *Thr.* 1. Peccatum peccavit Jeruſalem; propterea inſtabilis facta eſt. Item ſicci ſunt ab humore gratiæ. Unde *Pſ.* 142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Item incompacti ſunt per diſcordiam, & diſtentionem, non conjuncti per charitatem. *Pr.15.* Cor ſtultorum diſſimile erit, i. diſcors & incompactum. Vulpes enim Samſonis habent colligatas caudas; ſed capita diviſa, i. voluptates & deſideria contraria. Item ſunt ſteriles a fructu meritorum in præſenti & præmiorum in futuro. Unde *Apoc.* 21. Serpens ſtetit ſuper arenam maris. Item *Sap.* 3. Vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu & inutilia opera eorum. Item mali dicuntur arena, quia ſunt Dæmonum cibus ſicut pulvis. Arena enim pulvis eſt. Unde *Iſ.65.* Serpenti panis pulvis ejus. Et notandum, quod inſtabiles ſunt; ideo a gratia Dei ſunt ſicci: & quia ſicci, ideo incompacti, & quia incompacti ideo ſteriles. & quia ſteriles, ideo Dæmonum cibus. Sed quæritur de hoc, quod dicitur hic ad litteram de filiis Abraham. [Et ſicut arena, quæ eſt ad oram maris innumerabilis] Contrarium enim videtur *Num.1.2.3.* & 29. *Item 2.Reg.ult.* Ubi legitur quod filii Iſrael numerati ſunt. Solvit autem *Chr.* ſic, quod dicitur innumerabilis, aut per hyperbolem, i. ſuperabundantiam dictum eſt, aut intelligendum eſt de omnibus, quæ unquam fuerunt; nam una generatio numerari poteſt.

Item quia unaquælibet domus poteſt numerare avos ſuos uſque ad Abraham.

n Juxta fidem, &c.] q.d. prædicti non tantum vixerunt in fide; ſed & perſtiterunt ſemper uſque ad conſummationem vitæ. Et hoc eſt, quod dicit [Juxta fidem defuncti ſunt] ideſt, omnes prædicti præter Enoch, de quo prædictum eſt, quod translatus eſt in Paradiſum, mortui ſunt juxta fidem, i. adhærentes fidei.

o Non acceptis repromiſſionibus] in hac vita, quia ſperabat cœleſtia, non terrena quærebat; & in ſignum cęleſtium promiſſiones ei factæ ſunt terrenorum. Unde *Chr.* Si quid acceperunt, deguſtationes quædam fuerunt futurorum. Omnia autem de regno cœlorum dicta ſunt, quæ eis promiſſa ſunt. Sed nota, quod dicit [Non acceptis repromiſſionibus] Ad idem *Act.* 7. Et non dedit ei hæreditatem nec paſſum pedis. Sed contra. *Ezech.33.* Unus erat Abraham & hæreditate poſſedit terram, &c. Solut. In nepotibus poſſedit vel in ſpe.

p Sed a longe eas aſpicientes] erant, ſcil. ideſt, longe poſt mortem implendas expectabant, ideſt, in adventu Chriſti. *Iſa.* 33. Oculi ejus cernent terram de longe. Item. *Job* 39. Ubi loquitur de Aquila. In petra manet & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus, inde contemplatur eſcam, & de longe oculi ejus proſpiciunt.

q Et ſalutantes] eas, i. in promiſſionibus applaudentes, gaudentes & deſiderantes eas, ſicut faciunt nautæ longe viſis civitatibus deſideratis, quas ſalutatione præveniunt: ſed hoc etiam cum timore faciunt, quia multoties quando viderint Nautæ terram deſideratam, ſubito rapiuntur tempeſtate, ita multi contemplativi aliquando dantur in reprobum ſenſum. Ideo ſignanter ſubdit.

r Et confitentes, quia peregrini ſunt, & hoſpites ſuper terram] Timor enim itineris oſtendit hominem eſſe peregrinum & hoſpitem. Item nota, quod dicit.

p A longe eas aſpicientes,] ideſt, ab exilio reſpectum habentes in cœlo per fidem, quantum ad intellectum; quia ubi amor, ibi oculus.

q Et ſalutantes] i. ſalutem optantes, vel volentes per charitatem, quantum ad effectum; quia ibi cor, i. cordis affectio, ubi eſt theſaurus, ſicut dicitur *Mat.6.*

r Et confitentes] ideſt operibus oſtendentes. *ſ* Quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram] quia ubi dolor, ibi

a Qui enim hæc dicunt, b ſignificant ſe patriam inquirere. c Et ſiquidem illius meminiſſent, d de qua exierunt, habebant utique tempus e revertendi. f Nunc autem meliorem appetunt, ideſt, cœleſtem. g Ideo h non confunditur i Deus vocari Deus eorum. k Paravit enim illi civitatem. l Fide obtulit Abraham Iſaac, m cum tentaretur &

manus. Manus enim ſollicitæ operationis & fatigatio operantis oſtendit exilium & dolorem noſtræ peregrinationis. Sicut quando vides hominem caput, vel membrum aliquod ſtringere, & ei manum frequenter apponere, quoddam habes ſignum de ejus dolore. Tria ergo hic dicit Apoſt. ſecundum illa tria, quæ ſolent dici. Ubi amor, ibi oculus: ubi cor, ibi theſaurus: ubi dolor, ibi digitus. Et nota, quod Abraham, Iſaac, & Jacob oſtenderunt ſe peregrinos & hoſpites. Peregrinos in hoc, quod hæreditatem non poſſederunt. Peregrini enim ſunt, qui in aliena patria nihil habent. Item hoſpites ſe oſtenderunt per hoc, quod nec domos ædificaverunt; ſed in caſulis habitabant. Peregrinus autem non habet in terra aliena hæreditatem; hoſpes vero non habet propriam manſionem. Similiter Chriſtus fuit in mundo peregrinus & hoſpes, quia non habuit manſionem propriam, nec divitiarum facultatem. Unde *Matt.8.* Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet. *Job* 19. Quaſi peregrinus fui in oculis eorum. Item *Jer.* 14. Quare quaſi colonus futurus es in terra & quaſi viator declinans ad manendum? Sunt autem quidam peregrini in mundo, quidam mortui, tertii, quod plus eſt, etiam crucifixi ſunt. Peregrinum oſtendunt tria, maxime lingua, mores ſive operationes & affectiones. Sic loquitur de mundo, non eſt peregrinus, ſed indigena in eo: ſi habet linguagium cœleſte peregrinum ſe oſtendit. *Jo.* 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur. *Mat.* 26. Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua manifeſtum te facit. Item quia aliquando qui de terra ſunt, poſſunt tamen quodammodo linguam cœleſtem diſcere. Certius ſignum noſtræ peregrinationis ſunt mores & operationes. *Phil.* 3. Converſatio noſtra in cœlis eſt. Probat nos eſſe cœleſtes. Tertium ſignum certiſſimum eſt amor. Multi enim bene loquuntur de cœleſtibus, ſicut DD.multi, & Prædicatores; & mores habent ſatis honeſtos exterius, ut hypocritæ: qui tamen de patria cœleſti non ſunt. quia affectionem interiorem ad mundana, non ad cœleſtia convertunt. *Bern.* Peregrinus via incedit regia, non declinat ad dexteram, neque ad ſiniſtram, jurgantes non attendit, ſi nubentes aut choreas ducentes, aut quodlibet aliud facientes viderit, nihilominus tranſit, quia peregrinus eſt: nec pertinet ad eum de talibus, ad patriam tendit victum, & veſtitum habens, non vult aliis honorari. Hæres plane, qui ſic ſuum agnoſcit exilium, implorat incolatum dicens Domino.

Quoniam advena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres noſtri.

Multi ſunt peregrini coram mundo, ſed non coram Deo: ſicut hypocritæ, qui per dulcem locutionem, vel honeſtam exterius converſationem ſe ſimulant eſſe cives cœli; ſed per internam affectionem ſunt ruſtici inferni. Alii autem ſunt mortui mundo: quod plus eſt, quam peregrinari. Unde *Chr.* Paulus multo plus dicit, non ſolum ſe a mundo extraneum; ſed & mortuum; imo & crucifixum. *Gal.6.* Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Bern.* Peregrinus poteſt occaſione viatici pluſquam oporteat detineri quærendo & prægravari portando; mortuus ſi deſit etiam ipſa ſepultura non ſentit; ſic vituperantes, ſic adulantes audit, ut detrahentes; imo vero nec audit, quia mortuus eſt.

Qui vero raptus eſt uſque ad tertium cœlum, i. uſque ad tertium ſtatum, Crux eſt illi omen. *Chr.* dicit, quod ideo confitebantur ſe eſſe peregrinos & hoſpites, quia. *a* Qui enim hæc dicunt] i. verbis & operibus & affectione, & converſatione oſtendunt. *b* Significant ſe patriam inquirere] i. dant intelligi, quod aliam quærunt patriam, illam, ſc. cujus cives ſunt. Patria autem dicitur a patre; ergo pater noſter ſupercœleſtis; patria noſtra cœlum erat. *Mat.6.* Pater noſter, qui es in cœlis, &c. *Item* 5. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos, ut ſitis filii patris veſtri, qui in cœlis eſt. Et ne putaſet quis, quod illam quærerent, de qua exierunt, ſubdit. *c* Et ſi qui illius] patriæ, ſcil. *d* Meminiſſent, de qua exierunt, habebant utique tempus,] i. opportunitatem, & facultatem. *e* Revertendi] in Chaldæam, ſi vellent, Et nota, quod ſiquidem, duæ partes in hoc loco ſunt, *f* Nunc autem meliorem appetunt] i. cœleſtem, i. nunc patet per hoc, quod noluerunt reverti, quod cœleſtem patriam expectabant, & appetebant quæ melior eſt.

Unde *ſup.*10. Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Item *ſup.7.* Melioris Teſtamenti ſponſor factus eſt Jeſus. Similiter quantum ad nos eſt ſignum evidens, quod qui non vult reverti ad vomitum, i. ad peccata, quæ evomuit in confeſſione, ſicut canis, vel ad volutabrum luxuriæ, ſicut ſus; vel ad lucrum ſollicitudinis terrenæ, ſicut avarus. Hoc, inquam, ſignum eſt deſiderii, & inquiſitionis cœleſtis patriæ. Talis enim aptus eſt regno Dei, non alius. *Luc.9.* Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. *Deut.*17. Non multiplicabit ſibi equos, ut reducat populum in Ægyptum, præſertim cum Dominus præceperit vobis, ut nequaquam per eamdem viam revertamini. *Gal.2.* Si quæ deſtruxi, hæc iterum reædifico: prævaricatorem me conſtituo.

g Ideo] ſc. quia ſe cœleſtes oſtenderunt.

h Non confunditur,] ideſt non erubeſcit.

i Deus vocari Deus eorum] qui eſt Deus omnium per creationem, ſc. eorum Deus eſt per cultum ſpecialem, & beneficiorum multiplicium largitionem. *Chr.* Quanta eſt dignitas hominis, ut Deus cœli, Deus terræ vocetur. *Exod.* 3. Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Jacob, *ſup.* 2. Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare. Deus autem dicitur non confundi in hominibus, quando honoratur per vitam Sanctorum, & doctrinam. Confundi autem dicitur in his, per quos nomen ejus blaſphematur inter gentes. Item dicitur *Ezech.*30. & *Iſ.* 52.

k Paravit enim, &c.] quaſi merito cœleſtem patriam inquirunt, quia] Paravit illis civitatem.] Unde *ſup.eod.* Cujus artifex, & conditor Deus. Unde *Jo.*14. Vado parare vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipſum. *Eccl.* 16. Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundum meritum operum ſuorum. Item ponit illud exemplum de fide Abraham.

l Fide obtulit Abraham Iſaac,] i. voluit & paratus fuit offerre; obtulit ergo non re, ſed voluntate. *m* Cum tentaretur] a Deo, i. cum Deus experiretur fidem ejus, non ad ſui eruditionem: quia omnia ſcit antequam fiant; ſed ad aliorum exemplum, & imitationem, & ad ipſius, qui tentat probationem. Tentat enim Deus ad probandum: Diabolus autem ad ſubvertendum: tentatur homo ad experimentum. *Gen.* 22. Tentavit Deus Abraham. Abraham illi reſpondit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Iſaac: & vade in terram promiſſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper unum montium, quem monſtravero tibi. *Chr.* Cur tentavit? nonne ſciebat, quod glorioſus erat vir? Reſponſio. Tentavit, non ut diſcat, ſed ut aliis oſtendat virilitatem ejus. Et tentationum cauſam poſtea dicit. Neceſſe eſt tentari; quia multos habemus, qui inſidiantur. Sed quæ neceſſitas erat ſupercogitare ei novas tentationes? Hæc enim tentatio manifeſta erat, Deo præcipiente fiebat, aliæ vero Deo permittente veniebant. Si igitur tam probatos facit tentari, ut non exiſtente cauſa Deus ſuos athletas facit exerceri, multo magis nos oportet ferre omnia generoſe. *Chr.* Magnam vere fidem habuit Abraham, nam in Abel, & Noe & Enoch cogitationum erat pugna ſolum, & humanas oportebat ſuperexcedere rationes.

Hic autem, quod plus eſt quæ Dei erant, videbantur ſibi contradicere, & fides prœliabatur fidei, & præceptum promiſſioni.

Dixerat enim ei Dominus *Gen.*12. Egredere de terra tua: & dabo tibi terram, &c. Et non dedit ei de terra veſtigium. *Act.* 7. Item dixerat in Iſaac, vocabitur tibi ſemen, & credidit. Rurſus dicit: Sacrifica mihi hunc, *Gen.* 22. qui debet orbem implere ſemine, videns pugnam præcepti, & promiſſorum; & tamen non ſtupuit, nec dicit deceptus ſum; vos autem, o Hebræi, non poteſtis conqueri; quia Chriſtus, quod promiſit vobis, hoc facit. *Jo.*16. In mundo tribulationem habebitis. Item *Matt.*16. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur. Item *Jo.* 12. Qui amat animam ſuam perdet eam.

In Abraham autem contrarium ejus, quod promiſerat, facere videbatur, humanis argumentis videbantur contraria, quæ Deus dicebat, ſed fide conſona ei videbantur.

Apo-

Apoſtolus dicit hic. Cogitans quem ex mortuis potens eſt erigere Deus, qui eum ex non ente largitus eſt, & de matrice mortua & ſenſu.

a Et unigenitum offerebat,] ſc. ad offerendum ſe parabat. Hoc dicit, ne quis diceret, quod alium filium habuerit, de quo expectabat impleri promiſſa. Sed quid eſt, quod dicit [unigenitum] nonne habebat Iſmael?

a unigenitum offerebat, *b* in quo ſuſceperat repromiſſiones. *c* Ad quem dictum eſt, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen: *d* † arbitrans quia & a mortuis ſuſcitare potens eſt Deus. *e* Unde *f* & eum in parabolam accepit. *g* Fide & de futuris benedixit Iſaac, Jacob & Eſau. *h* Fide Jacob moriens *i* ſingulos filiorum Joſeph benedixit, k & adoravit faſtigium virgæ ejus. *l* Fide Joſeph moriens de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt; & de oſſibus ſuis mandavit. *m* Fide Moyſes natus occultatus eſt menſibus tribus a parentibus ſuis,

al. † cogitans. Sed unigenitum quantum ad ſermonem promiſſionis. Ideo addit.

b In quo ſuſceperat repromiſſiones] i. in quo factæ erant ei promiſſiones. Gen. 27. 48. & 49.

c Ad quem dictum eſt, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen] B ideſt, ex Iſaac naſcentur tibi filii, qui habebunt repromiſſiones. Et ne aliquis quæreret, quomodo Deum veracem credebat in promiſſis, qui ei filium immolare jubebat, reſpondens ſubdit.

d Arbitrans, quia & a mortuis ſuſcitare potens eſt Deus] Non enim argumentis humanis menſurabat Dei virtutem. *Gen.* 18. Nunquid Deo quicquam eſt difficile?

e Unde] & quaſi tantam habuit fidem.

f Et eum in parabolam accepit,] ideſt, cum eum vellet immolare, redditus eſt ei, & hoc in parabola, ideſt, non tantum in re, ſed in ſignificatione intellexit per eum Chriſtum ſignificari, cujus Divinitas non moritur, ſed aries hærens cornibus inter vepres, ideſt caro Chriſti laborans inter Judæos ſpinoſos in cornibus Crucis potuit Deo offerri ſpinis Judaicis ante coronatum. In hoc etiam moraliter ſignificatur, quod Abraham, i. cor Juſti, quando tentatur; vult immolare filium ſuum Iſaac, ideſt, riſum, qui dicitur filius, quia cor hominis nec aliter refugit triſtitiam, ſed quando tentatur homo, tunc vult immolare & mactare, ſive cohibere in ſe omnem lætitiam. Sed tamen Iſaac non mactatur, ſed aries, quia lætitia ſpiritualis, quæ deſignatur per Iſaac non extinguitur, ſed aries, i. caro, vel carnalitas occiditur, cum caro maceratur, quæ hæret ſpinis, ideſt quæ vicina eſt & familiaris peccatis. Duo autem cornua, per quæ caro hæret ſpinis, i. peccatis, ſunt duo peccata carnis, gula & luxuria, quæ dicuntur *Prov.* 30. Duæ filiæ ſanguiſugæ.

g Et de futuris benedixit Iſaac, Jacob, & Eſau] *Gen.* 27. Iſtud autem, quod dicitur. [Et de futuris] poteſt jungi cum præcedenti, vel cum ſequenti, ſic primo [Fide de futuris,] i. per fidem etiam de futuris habitam [benedixit, &c.] Iſaac enim fidem habuit, quia credidit non ſolum, quod benedictus Jacob eſſet melior; ſed etiam, quia Chriſtianus populus ſupplantaret benedictionem Judæis. Vel ſic ordina litteram [Fide benedixit Iſaac, Jacob, & Eſau] & hoc [de futuris] quia in poſteris implenda erat utriuſque benedictio.

Unde *Chr.* Jacob & Eſau non ſunt potiti benedictione ſibi facta; ſed ad nepotes eorum ſunt illæ benedictiones, ideo dicit de futuro, ipſi enim futuris potiti ſunt. Invenimus enim Eſau magis proſperantem, quam Jacob, qui in famulatu & periculis & inſidiis vixit apud Laban, & etiam poſtmodum omni tempore. Unde & ipſe dicit *Gen.* 47. Dies mei parvi & pernitioſi. Abraham etiam revera dives fuit ſed cum tribulatione vixit, non eſt enim juſtum non contribulari. Et nota, quod in hoc, quod Iſaac utrique & bono & malo filio benedixit, ſed non conſimili benedictione, ſignificatur, quod & bonis Deus, & malis benedicit; ſed bonis dat benedictionem dextera, i. bona æterna: malis autem dat benedictionem ſiniſtra, ideſt, bona temporalia.

Filiis enim concubinarum largitus eſt munera Abraham. *Gen.* 25. *Matt.* 5. Qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos: & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Item per idem ſignificatur, quod qui veram fidem habet, bonis & malis & amicis & inimicis benedicit.

h Fide Jacob, &c.] Hic ponit exemplum fidei Jacob dicens [Fide Jacob moriens] i. moriens in fide Vel [Fide,] i. per fidem. *i* Singulos filiorum Joſeph benedixit, ſc.] Ephraim & Manaſſe ſingulis cancellatis manibus propriam benedictionem dedit. *Gen.* 48.

k Et adoravit faſtigium virgæ ejus] Nota, quod in *Geneſ.* 47. habetur ſecundum aliam litteram noſtram. Adoravit Iſrael Deum converſus ad lectuli caput.

Ideo autem convertit ſe, quia caput lectuli erat ad orientem, ut dicit *Aug.* Quod quidam codices habent, Adoravit ſuper caput virgæ ejus, i. Joſeph, vel in capite virgæ ſuæ, i. virgæ propriæ, non virgæ Joſeph. Et utrumque ſtare poteſt. Potuit enim ſenex habere virgam, ut in tali ætate fieri ſolet, & innixus ſuper eam adoravit Deum. Vel poteſt eſſe, quod virgam, ſive ſceptrum, quod Joſeph gerebat ſuſcepit, donec juraſſet ei de eo ſepeliendo in terram Chanaam, & dum eam teneret poſt verba jurantis, nondum illa reddita, mox adoravit Deum. Dicit ergo [Et adora.] Jacob erectus & incumbens [ſuper faſtigium virgæ ejus,] i. ſuper cacumen virgæ Joſeph. Idcirco autem ſuper extremitatem virgæ adoravit, ſicut dicit *Chr.* ut non ſolum verbis, quæ futura erant, monſtraret; ſed ut ipſo opere oſtenderet, quod debebat de Ephraim ſurgere Rex alius, adoravit extremitatem virgæ ejus. Hoc ipſum ſignificabatur per hoc, quod fratres adoraverunt Joſeph. *Gen.* 42. Et ſimiliter per ſomnium ipſius Joſeph. *Gen.* 37. Vel myſtice [Adoravit ſuper faſtigium virgæ ejus] i. ſuper regnum Chriſti, i. pro regno Chriſti futuro in Gentibus, quod in illo ſignificabatur, oravit. Item. Gen. 50. Exod. 2.

l Fide Joſeph moriens de profectione filiorum Iſrael memoratus eſt, & de oſſibus ſuis mandavit] ut aſportarent ea in terram promiſſionis. Duo dicit Joſeph, ſc. per fidem crediſſe & prophetaſſe profectionem de Ægypto, in quo ſignificatur redemptio fidelium a peccatis, quam Joſeph in hoc per fidem intelligebat, & oſſium ſuorum deportationem mandaſſe, ut ſepelirentur in ſepulchro patrum ſuorum: quod voluit; quia in ea terra prævidit Chriſtum naſciturum, ut ideo cum eo reſurgeret.

Hæc duo ſc. profectio de Ægypto, & oſſium mandatio habentur *Gen. ult.* Ubi dicitur: Locutus eſt Joſeph fratribus ſuis dicens: Poſt mortem meam viſitabit Deus vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta. Et poſtea dicit, Dominus viſitabit vos, aſportate vobiſcum oſſa mea. Sicut autem mandavit, ita factum eſt. Unde *Exod.* 13. Tulit Moyſes oſſa Joſeph ſecum eo quod adjuraſſet filios Iſrael dicens: Viſitabit vos Deus: aufferte vobiſcum hinc oſſa mea. Item *Joſ. ult.* Oſſa Joſeph, quæ tulerant filii Iſrael de Ægypto ſepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Jacob a filiis Emor patris Sichem. Item *Eccl.* 49. Oſſa ipſius viſitata ſunt, & poſt mortem prophetaverunt. Et nota fidem ipſius Joſeph; quia ſicut dicit *Chr.* Quæ cura Joſeph fuit, ſolius fidei fuit, nihil enim promiſit ei Deus, ſed audierat promiſſa patribus facta, & non impleta; credidit tamen, & non dixit: mihi viventi non dedit Deus, neque patri, nec avo; atque talibus non dedit, nunquid illis malis & pernitioſis dabitur? ſed fide nunc omnia & credit etiam in malis filiis patrum promiſſa implenda, itaut de oſſibus ſuis mandaret, & non ſolum ipſe in ſe credidit, ſed & alios ad fidem induxit. Poterat enim vivus rediiſſe in terram ſuam, ſi voluiſſet, vel portatus fuiſſet ſtatim poſt mortem ſuam; ſicut patet ejus.

Sed ideo mandavit, ut illi ſperarent reditum, & dicerent: non hoc mandaſſet, niſi certus eſſet de reditu.

Moral. autem Joſeph, qui omni tempore vitæ ſuæ viſus eſt in Ægypto, ſed mortuus vult efferri extra & ſepeliri in ſepulchro patrum, tales ſignificat qui mundo vacant omni tempore, & vicina morte volunt relinquere mundum, imo poſt mortem tunc mundum relinquere volunt & dicunt.

Cum mortuus fuero veſtias me cuculla, & porta me ad Abbatiam.

Pejor eſt hic, quam Balaam, qui ait, *Num.* 23. Moriatur anima mea morte Juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia.

m Fide Moyſes, &c.] Hic ponit exemplum fidei parentum Moyſi.

Poſitis enim exemplis de libro Geneſi, ponit exempla de libro Exodi dicens [Fide Moyſes natus, occultatus eſt] propter Pharaonem, ſicut habetur *Ex.* 2. Et hoc [Fide,] ideſt, per fidem parentum ſuorum, qui credebant Deum facturum aliquid magni per eum, cum eſſet adeo elegantis formæ, ut dicitur *Exod.* 2. Et hoc eſt, quod ſubdit.

a Eo quod vidiſſent] eum eſſe [elegantem infantem] quia ab ortu fuit illi infuſa magna gratia venuſtatis, non natura, ſed dono Dei. *Chryſ.* Viſus eos ad fidem traxit: Non enim erat hoc naturæ, ſed gratiæ. Unde & Thremor, ſc. filia Pharaonis miſerta eſt ejus.

a eo quod vidiſſent elegantem infantem, *b* & non timuerunt Regis edictum. *c* Fide Moyſes grandis factus *d* negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, *e* magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere *f* jucunditatem, *g* majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti. *h* Aſpiciebat enim in remunerationem. *i* Fide reliquit *k* Ægyptum non veritus animoſitatem Regis. *l* Inviſibilem enim *m* tanquam videns ſuſtinuit. *n* Fide *o* celebravit paſcha, & *p* ſanguinis effuſionem,

b Et non timuerunt Regis edictum] quod erat tale. *Exod.* 1. Quicquid maſculini ſexus natus fuerit, in flumen projicite. Item *in eod.* Si maſculus natus fuerit, interficite illum; ſi femina, ſervate. Sed quidem, quod dicit: Non timuerunt Regis edictum. Dicitur enim *Exod.* 2. Quod cum celare non poſſent, expoſuerunt eum in carecto ripæ & abjerunt. Non timuerunt Regis edictum, i. pro timore edicti ejus non ſubmerſerunt puerum in flumine, ſed Deo committentes ejus cuſtodiam, in quem fidem habebant, eum in carecto ripæ expoſuerunt. Seq.

c Fide Moyſes, &c.] Hic ponit exemplum fidei Moyſi, qui per fidem aulam regiam dimiſit, & pro nihilo reputavit. Ac ſi dicat ad iſtos Hebræos, quibus loquebatur: nullus veſtrum dimiſit aulas regias, nec eſſe Regis filium pro fide contempſit, ſic Moyſes. Et hoc eſt, quod dicit [Fide Moyſes grandis factus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis] adoptivum, i. facto oſtendit, quod non curabat de ejus filiatione, vel adoptione. Et hoc quia fidem habebat de Dei promiſſione. Vel [Fide grandis effectus] i. per fidem animoſus factus.

d Negavit, &c.] *Exod.* 2. Adultum tradidit filiæ Pharaonis, quæ adoptavit eum in locum filii. Et poſtea ſubditur; Poſtquam autem creverat Moyſes egreſſus eſt ad fratres ſuos: & vidit afflictionem eorum: & virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus ſuis, cumque circumſpexiſſet huc, atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo. Si ergo fecit, negavit ſe eſſe Ægyptium & oſtendit ſe eſſe Hebræum. Unde *Act.* 7. Exiſtimabat autem intelligere fratres ſuos, quod Deus per manum ſuam daret ſalutem ipſis.

e Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati,] i. tranſitorii.

f Habere jucunditatem.] *Chr.* Peccatum dixit nolle aliis affligi. *Prov.* 16. Melius eſt humiliari cum mitibus, quam dividere ſpolia cum ſuperbis. *Pſ.* 18. Elegi abjectus eſſe in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. *Pr.* 17. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſaginatum cum odio.

g Majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti,] i. quod pateretur pro Chriſto, vel quod ſuſtineret in figura Chriſti, i. majus bonum exiſtimavit eſſe ferre improperium pro Chriſto, vel in ſimilitudine Chriſti, quam affluere deliciis, vel divitiis Ægypti. *Matth.* 5. Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſus vos mentientes propter me. Gaudete & exultate; quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Item *Luc.* 6. Beati eritis, cum vos oderint homines & exprobraverint, &c. Sic iſte Moyſes per fidem inviſibilium elegit hoc modo eſſe beatus, ut in præſenti ſuſtineret afflictionem. *Iſ. ult.* Dixerunt fratres veſtri odientes vos & abjicientes propter nomen meum; glorificetur Dominus; & videbimus in lætitia veſtra: ipſi enim confundentur. Nota, quod hic dicit Moyſen per fidem tria negaſſe. Honorem regni; quia negavit ſe filium filiæ Pharaonis, contra ſuperbiam. Item jucunditatem, ſive voluptatem peccati, contra gulam & luxuriam. Unde dicit [Magis eligens affligi cum populo Dei, &c.] Item divitias Ægypti, contra avaritiam.

Unde dicit [Majores divitias æſtimans, &c.] Fides enim vincit omnia iſta; Diabolicam, ſc. ſuperbiam. Unde 1. *Pet.* 5. Adverſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide. Item carnalem concupiſcentiam. *Eph.* 5. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Tela ſunt carnis irritamenta. Item fides vincit mundanam avaritiam. Unde 1. *Jo.* 5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.

h Aſpiciebat enim] quaſi ideo negavit regiam adoptionem, peccati jucunditatem, Ægypti locupletationem, quia [aſpiciebat in remunerationem] ad quam ibat, ut conſideratio præmii minueret vim flagelli. Sed quam remunerationem expectabat? Ille, qui dicit *Gen.* 15. Ego protector tuus & merces tua magna nimis. *Pſ.* 118. Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes propter retributionem *ſup. eod.* Accedentem credere oportet, quia eſt, & quia inquirentibus ſe remunerator ſit. Seq. de eodem Moyſe. Moyſes. *i* Fide reliquit Ægyptum] poſtquam occiderat Ægyptium. *k* Non veritus animoſitatem Regis,] i. furorem ipſius non timuit, i. non ex timore Ægyptum reliquit. Timuit quidem quodam naturali timore, ſicut dicitur *Exod.* 2. Timuit Moyſes, & ait: Quomodo palam factum eſt verbum iſtud, &c. Sed timor ille non coegit eum de Ægypto exire; imo fuga ejus non timoris erat, ſed cautelæ, & diſcretionis; quia volens ſe ad opus Dei ſervare, ad eos ceſſit & nolens Deum tentare.

Sancti enim, ut dicitur in *Gl.* quamdiu habent, quid faciant, non debent tentare Deum; ſed credere. Unde illud. *Matth.* 10.

Si vos perſecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. *Chr.* Furatus eſt ſeipſum Ægyptiis: & fuga ſalutem negotiatus eſt.

Diabolicum enim eſt inaniter & vane injicere ſe in pericula, & tentare, ſi ſalvat Dominus:

Unde *Matth.* 4. Si filius Dei es, mitte te deorſum, &c. Vel aliter.

i Fide reliquit Ægyptum] educens filios Iſrael, Ductor enim fuit eorum. *k* Non veritus animoſitatem Regis] i. furorem Pharaonis, qui ei comminabatur. Unde *Ex.* 10. Dicit Pharao ad Moyſen.

Recede a me, cave, ne ultra videas faciem meam: quacumque die apparueris mihi, morieris.

Sed Moyſes per fidem minas ejus contempſit. Talem enim decebat eſſe eum, qui dux erat populi futurus. *Eccl.* 7. Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte expaveſcas faciem potentis, ut ponas ſcandalum in agilitate tua.

l Inviſibilem] & ideo non timuit, quia [Inviſibilem] i. quem non videbat.

m Tanquam videns] ac ſi videret ſuſtinuit. Et dicit *Chr.* Si prævideamus Deum in intellectu, ſemper in memoria omnia leviter feremus. Si enim alicujus amici noſtri memoria mentem erigit, & dilectionem affert; qui eum, qui vere diligit nos, in mente habet, quid, inquam, triſte ſentiet; quid terribile, vel periculoſum timebit? *Eccl.* 2. Suſtine ſuſtentationes Dei, conjungere Deo: & ſuſtine, ut creſcat in noviſſimo vita tua.

n Fide celebravit paſcha,] ideſt, Agnum paſchalem celebriter fecit occidi, & comedi, vel, ideſt, diem illum ſive veſperam illam, in qua occiſus eſt Agnus celebrem dixit.

Et hoc fecit [fide] quia ſic credidit populum ſalvandum, & illos a Pharaone, & nos a Diabolo. *Chr.* De fide diſputans reminiſcitur tibi, cujus veritatem habemus. [Et celebravit] i. celebriter fecit. *p* Sanguinis effuſionem] ideſt, ſanguinis effuſi unctionem, vel unctionem, quia ſuperliminare domorum, & duos poſtes fecit aſpergi ſan-

a guine

Moraliter. Nota quod dicit.

n Fide celebravit Paſcha] Paſcha interpretatur tranſitus; quia qui fidem habet in tranſitu eſt. Tranſit enim de peccato ad pœnitentiam, ut ad gratiam.

Fide enim purificatur cor a peccato. *Act.* 15. Fide purificans corda eorum. *Eccl.* 1. Timor Domini expellit peccatum. Et dicit.

o Celebravit] quia cum gaudio debet homo peccatum relinquere, & pœnitentiam aſſumere & peragere. Secundum illud *Matt.* 6. Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava. *p* Et ſanguinis effuſionem] in confeſſione debet totus ſanguis effundi, ut jam homo exanguis efficiatur omnino; & ſic moriatur peccato. Vel ſanguis effuſio eſt carnis maceratio, & lacrymarum inundatio.

Et nota, quod ſanguis, ideſt peccati veſtigium debet remanere in ſuperliminari; ideſt in ratione quæ peccati memoriam habeat ad intelligentiam & humiliationem, & in utroque poſte in concupiſcibili per odium ipſius

* peccati.

a gnine agni. *Exod.* 12. Ad quid autem hoc fecerit, *a* Ne qui vaſtabat primitiva] i. primogenita Ægyptiorum. *b* Tangeret eos.] Angelus, ſcil. percutiens. *Exod.* 12. Cum viderit ſanguinem in ſuperliminari, & in utroque poſte tranſcendet oſtium domus, & non permittet percuſſorem ingredi, vel lædere, in quo notatur, quod qui ſuperliminare domus, i. ſynderesis, & utrique poſti animæ, ſc. intellectus, & affectus ſi retinet veſtigia paſſionis Chriſti, qui eſt Agnus immaculatus, evadet a percuſſione, & læſione Diaboli *Ezech.* 9. Signa Tau ſuper frontes virorum dolentium, & gementium. *Chryſ.* Si ſanguis agnelli in mediis poſtibus a tanta ſtrage ſervavit Judæos, multo magis ſanguis Chriſti ſalvabit nos, non poſtibus, ſed animabus inunctis. Dixit Moyſes ungite, & unxerunt, & confiſi ſunt, vos autem ipſius Agni ſanguinem habentes, non confiditis, non vaſtatur profunda voce, qui hoc munitur ſacrificio. *Sap.* 18. Dum quietum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens ſermo tuus, Domine, exiliens de cœlo a regalibus ſedibus venit durus bellator in mediam exterminii terram proſilivit gladius acutus inſimulatum tuum imperium portans, & ſtans replevit omnia morte, & ad cœlum attingebat ſtans in terra. *Chryſ.* Timuit ſanguinem Angelus: noverat enim cujus erat Apoſtolus, horruit dominicam mortem excogitans. Et eſt argumentum, quod bonus fuit Angelus, quod etiam videtur per illud *Act.* 7. Hunc Deus Principem, & Redemptorem miſit cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo, hic eduxit illos faciens prodigia, & ſigna in terra Ægypti. Item *ſup.* 1. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros. Ibi dicit *Gl. Greg.* Ad exterminium mittit Dominus Angelos ſuos, ut in Sodomam. Item *Iſ.* 37. Egreſſus eſt Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octogintaquinque millia. Et videtur, quod hic, & ibi exterminator fuit bonus Angelus. Unde *Iſ.* 10. Dicitur: Erit lumen Iſrael in igne, & ſanctus ejus in flamma. Ibi dicit *Gl.* i. Angelus, qui ſuccendit eos qui Judæis cuſtodiendis deputatus eſt. Contra in *Pſ.* 77. Ubi loquitur de interfectione Ægyptiorum ad litteram dicit: Immiſſionem per Angelos malos, viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, & non pepercit a morte animatum eorum. Item *Ezech.* 30. Diſſipabo terram, & ponam in manus aliorum. *Gloſ.* i. Dæmonum. Non enim boni Angeli, ſed mali tortores ſunt. Sol. Communiter dicitur, quod malus Angelus fuit exterminator Ægypti, ſed poſtea miſit Dominus bonum Angelum, qui prohibuit malos ſimul cum Ægyptiis exterminare Judæos. Et de illo dicitur *in lib. Sap.* quod attingebat uſque ad cœlum. Et de eodem agitur *Act.* 7. Sed *Pſalm.* videtur, quod fuerit bonus Angelus. Et quod dicit *Gloſ.* quod boni Angeli non ſunt tortores, ſed ultores malorum, ut patet in Sodomitis, & in exercitu Sennacherib.

vel † vaſtantes.

Exod. 14.

> *a* ne qui † vaſtabat primitiva *b* tangeret eos. *c* Fide tranſierunt *d* mare rubrum tanquam *e* per aridam terram, quod experti *f* Ægyptii *g* devorati ſunt, *h* Fide muri Jericho corruerunt circuitu dierum ſeptem. *i* Fide Raab meretrix non periit cum incredulis *k* excipiens *l* exploratores

Moraliter.

* peccati. Sequitur: *a* Ne qui vaſtabat primitiva, tangeret eos.] Qui enim ſemper habet peccatum in memoria ad humiliationem, ad odium, & deteſtationem, Diabolus, qui primitiva, ideſt, bonæ converſationis initia vult vaſtare, ſi habet ſuper eum poteſtatem. *Amos* 7. Oſtendit mihi Dominus, & ecce fictor locuſtæ in principio germinantium ſerotini imbris. Fictor locuſtæ eſt Diabolus ſuggeſtor inanis gloriæ, qui dicitur locuſta, quia in altum ſalit, & cito ruit. Iſte fictor locuſtæ venit in principio germinantium ſerotini imbris, i. in principio bonorum operum tentat de inani gloria, quæ bona opera dicuntur germinantia ſerotini imbris, quia imber gratiæ, & lacrymarum, ſero, i. latenter adveniens, & animam imbuens facit ipſa opera vivere, & creſcere & pullulare, niſi adveniat fictor locuſtæ.

Ad litter.

Exod. 9. Triticum & far non ſunt læſa, quia ſerotina erant. Seq. *c* Fide tranſierunt mare rubrum] Continuatio. Supra poſuit exempla magnorum ſanctorum Patrum, ne ergo dominentur iſti, & non poſſumus eſſe ſicut illi ſancti, ideo dicit hic de toto populo, quod tranſierunt mare, non ratione, ſed fide, quia ſi crediderunt Deo jubenti, nec tranſirent, & promittenti, quod ſit Ægyptios evaderent. *e* Tanquam per aridam terram,] i. ſine offenſione, & ſubmerſione ſua quaſi tranſirent per tritam terram. Unde *Exod.* 14. Ingreſſi filii Iſrael per medium ſicci maris. *Abac.* 3. Viam feciſti in mari equis tuis in luto aquarum multarum, i. ubi prius erat lutum. *Sap.* 10. Tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſierunt per aquam nimiam. Item *Sap.* 19. Aqua, quæ ante erat, apparuit arida, & in mari via ſine impedimento. Et ne videretur hoc caſu factum fuiſſe, & non fide, vel ne videretur phantaſia fuiſſe, addit:

f Quod experti Ægyptii] i. cujus rei experientiam ſumentes Ægyptii. *g* Devorati ſunt,] i. ſubmerſi ſub aquis. Involvit enim eos Dominus in mediis fluctibus, ut dicitur *Exod.* 14. Sed quid experti ſunt Ægyptii? Reſp. Experti ſunt per propriam ſubmerſionem, quam per infidelitatem injerant quod filii Iſrael per fidem a ſubmerſione liberati ſunt. Unde ipſi dixerunt. *Exod.* 14. Fugiamus Iſraelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Vel quod quaſi mare experti Ægyptii, i. cujus efficaciam, & ſævitiam experti devorati ſunt ab ipſo mari revertente ſuper eos. *Exod.* 14. Revertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus, &c. *d* Mare rubrum,] myſtice eſt Baptiſmus, qui dicitur mare propter peccatorum ablutionem, rubrum propter dominicam paſſionem, a qua traxit efficaciam Baptiſmus. In hoc ſalvantur Hebræi, i. fideles, ſed Ægyptii, i. Dæmones, vel vitia ſubmerguntur. Vel mare eſt mundus, quia tumet ſuperbia, livet invidia, ſpumat luxuria. Rubrum autem propter crudelitatem, vel peccatorum multiplicitatem. *Pſ.* 103. Hoc mare magnum & ſpatioſum, &c. Hoc mare poſſunt tranſire fideles. Sed miraculum eſt, quod homo evadit de tam periculoſo mari, i. mundo. Sed nota, quod virga diſciplinæ, & ventus gratiæ hoc mare fidelibus reddit meabile, ſicut habetur. *Exod. decimo quarto.* Sequitur:

Jos. 6.
Jos. 2.

Myſtice.

h Fide muri Jericho corruerunt,] completo [circuitu dierum ſeptem.] A Levitis Arcam Domini portantibus & æneis tubis clangentibus. *Joſ.* 6. Cumque ſeptimo circuitu clangerent buccinis Sacerdotes, dixit Joſue ad omnem populum: Vociferamini. Et poſtea ſubditur; Vociferante populo, & clangentibus tubis, muri Jericho corruerunt. Nota tamen quod non propter clamorem corruerunt, ſed propter clamantium fidem, ad litteram. Vel ad clamorem Domini dicuntur muri Jericho corruiſſe, i. defenſores muri, ſic obſtacula mundi cadunt ad voces fidelium Prædicatorum, tunc ſi intenſus ſit clamor & continuus, ſcil. per ſeptem dies, i. in hoc præſenti tempore. Vel ſeptem circuitus Jericho ſunt ſeptem mundi conſiderationes. Prima conſideratio eſt brevitatis. Secunda mutabilitatis. Tertia fidelitatis. Quarta doloſitatis. Quinta malignitatis. Sexta quod tibi adverſatur. Septima quod tibi minatur. Poſt has conſiderationes corruunt muri Jericho, ideſt, amor ditandi, timor depauperandi, pudor contemnendi. Poſt ruinam Jericho poſſidetur Jeſus. Hoc eſt, quod dicitur *Matt.* 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

i Fide Raab] Hic ponit exemplum de meretrice, quæ tantam fidem habuit, ut ſe, & domum ſuam ſalvaret, q. d. erubeſcite, ſi meretrices vos ſuperant in fidei virtute. *Matth.* 21. Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei. *Iſa.* 22. Erubeſce, Sidon, ait mare. Dicit ergo: [Fide Raab meretrix non periit] quamvis eſſet per fidem meretrix, a periculo mortis evaſit, & ita non periit.

k Cum incredulis] ſcil. cum viris Jericho. Sed quomodo per fidem. Quia, ſcil. docta ab exploratoribus fidem credidit Deum potentem ad dandum Judæis terram illam, cui non dixit apud ſe, ego cum multis ero, & in eis numquid ſapientior ſum viris prudentibus, qui non credunt & ego credo. Sed credidit civitatem, & Deum potentem eam ſubvertere. Unde dixit: *Joſ.* 2. Dominus Deus veſter ipſe eſt Dominus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum. Sed quia probatio fidei eſt operatio, quia fides ſine operibus mortua eſt. *Jac. cap.* 2. Ideo ſubditur:

l Excipiens exploratores cum pace [*Joſ. c.* 2. ipſa aſcendere fecit eos in ſolarium domus ſuæ, operuitque eos ſtipula lini. Exploratores autem duo, quos recipere debemus, ſunt Prædicatores duorum Teſtamentorum. Vel gemina dilectione Dei, & proximi pollentes, quos recipere debemus, doctrinæ eorum per fidem conſentiendo, præceptis obtemperando, & in neceſſitatibus eorum ipſius ſubveniendo, per illud *Matth. capit.* 10. Qui vos recipit, me recipit. *Roman.* 12.

Hoſpita-

Hoſpitalitatem ſectantes, *inf.* 13. Per hanc enim quidam placuerunt Angelis hoſpitio receptis. Angeli Domini ſunt Prædicatores, qui miſſi ſunt ab eo ad explorandum, & conſiderandum infirmiora terræ, i. ad inveſtigandum ſecreta peccata, & infirmitates peccatoris in confeſſione, ut ſic videant, quomodo Dominus ad cor peccatoris aditum valeat habere. *Gen.* 42. Exploratores eſtis, ut videatis infirmiora terræ veniſtis. Vel duo exploratores ſunt duę animi affectiones *ſ. 4. diſt. 4. naſci. Ibi Jepte.* ſpes & timor. Timor explorat pęnas inferni, ſecundum illud *Iſa.* 38. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Spes autem gaudia Paradiſi ſecundum illud *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus. *Pſ.* 138. Si aſcendero in cœlum, per ſpem, ſcil. tu illic es, propter pœnitentiam, ſi deſcendero ad infernum, per timorem, ſcil. ades per juſtitiam, ſcil. In cœlo invenitur remunerator pius, in inferno juſtus punitor. Iſtos exploratores qui recipit & conſervat, ſalvat animam ſuam. Sed oportet, ut non eos exterius prodas per oſtenſionem, ſed ſub ſtipula lini abſcondas, quæ eſt aſpera, i. ſub pœnitentia. Seq. *a* Et quid adhuc dicam.] *Chryſ.* Memoriam faciens de meretrice, & erubeſcere eos faciens per qualitatem perſonæ non amplas dilatat hiſtorias, ſed tranſcurrit valde prudenter ſatietatem fugiens, & denſitatem lædens, neque omnino ſiluit, neque dicens moleſtavit. Cum enim quis fortiter certaverit in oratione; i. prædicaverit, ſi immoratur decertans, pigrum facit auditorem, & larguionis, i. vanæ gloriæ accipit opinionem. Dicit ergo: [Et quid adhuc dicam] q. d. multa dixi exempla fidei, ſed ſi volo ſingula perſequi, quæ fide facta ſunt, quaſi infinita ſunt.

cum pace. *a* Et quid adhuc dicam? *b* Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, *c* Barach, *d* Samſon, *e* Jepte, *f* David, *g* Samuel & Prophetis, *h* qui per fidem vicerunt regna, *i* operati ſunt juſtitiam, k adepti ſunt repromiſſiones. *l* Obturaverunt ora *m* leonum, extinxerunt impetum ignis. *n* Effugaverunt aciem gladii *o* convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. *p* Caſtra verterunt exterorum, *q* acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos. *r* Alii

b Deficiet enim me tempus,] hujus Epiſtolæ. Tempus, quod competit Epiſtolæ, non epiſtolaris anguſtia evagari longius patitur, ut dicit *Hieron.* Vel [tempus] vitæ [enarrantem de Gedeon,] qualiter accepto ſigno velleris a Domino ivit contra Madianitas cum trecentis viris. *Jud.* 6. Quam cum Gedeon excuteret, atque purgaret triticum in torculari, ut fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini, & ait, Dominus tecum, virorum fortiſſime, &c.

c Barach] quomodo ad exhortationem uxoris ſuæ, quæ erat Prophetiſſa, aſcendit ſuper Siſaram. *Jud.* 4. Miſit Delbora & vocavit Albinoem de cæde Nephtalim, & dixit ad eum: Præcipit tibi Dominus Deus Iſrael, vade, & duc exercitum in montem Thabor, &c.

d Samſon] quomodo affligit vehementer Philiſtæos, ut habetur *Jud.* 13. 14. 15. 16. Quomodo nativitas prædicta eſt ab Angelo. *Jud.* 13. Ecce concipies, & paries filium, cave ne vinum bibas, aut ſiceram, nec aliquo veſcaris immundo, eritque puer Nazaræus.

e Jepte,] quomodo per fidem Deo juvante hoſtes ſuperavit. *Jud.* 11. Fuit in illo tempore Jepte Galaadites vir fortis, atque pugnator, filius meretricis, qui natus eſt de Galaad, &c.

f David] qui per fidem ſuperavit Goliam 1. *Reg.* 17. Dixit David ad Philiſthæum: Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſrael.

g Samuel] & aliis [Prophetis] Elia, & Eliſæo, Nathan, Gad, Oſee, Iſaia, &c.

h Qui per fidem, &c.] Gedeon enim vicit Reges quatuor, Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana.

Item Joſue devicit triginta unum Reges. *Joſ.* 12. David etiam multos, 2. *Reg.* 8. Samuel vicit Agag Regem, & occidit Amalech. 1. *Reg.* 15. Dicit ergo: *h* Qui per fidem vicerunt regna] contraria, & rebellantia.

i Operati ſunt] Sed contra *ſup. eod.* Juxta fidem omnes iſti defuncti ſunt non acceptis repromiſſionibus. Sol. Ideo loquitur de Abraham, Iſaac, & Jacob, qui terram promiſſam non poſſederant in ſe, ſed in ſuo ſemine. Unde iſti filii eorum, de quibus loquitur, adepti ſunt illas promiſſiones patribus ante factas. Item David accepit de ſucceſſione regni promiſſionem & illam adeptus eſt 3. *Reg.* 1. Adoravit Rex in lectulo ſuo, & inſuper hæc locutus eſt. Benedictus ſanctus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo videntibus oculis meis.

Moraliter autem iſtud exponitur de Sanctis, maxime de Martyribus, de quibus dicitur: Sancti per fidem vicerunt regna, &c. In quo notantur tria. Primum contra ſuperbiam, ſecundum contra laſciviam carnis, & voluptatem, tertium eſt contra temporalium rerum accumulationem. *h* Per fidem,] enim [vicerunt regna,] i. regnorum & prælationum præſumptuoſam ambitionem, contra ſuperbos; qui appetunt regnare, & dominari. *i* Operati ſunt juſtitiam,] carnem propriam juſtificando & puniendo per ipſius macerationem contra voluptuoſos. k Adepti ſunt repromiſſionem,] i. divitias cœleſtes non terrenas, contra avaros, & cupidos, qui non promiſſiones hæreditabunt, ſed comminationes. *Jac.* 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Dominus diligentibus ſe. Non dicit ſua, ſed ſe. Vel ſic: *Moraliter.*
h Per fidem vicerunt regna,] mundi, carnis, Diaboli, omnia peccata, ſcil. cupiditatem mundi, voluptatem carnis, vanitatem, i. ſuperbiam, quomodo proles Diaboli deteſtando, vel declinando, ne regnet. Secundum illud *Rom.* 6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiis ejus.

i Operati ſunt juſtitiam,] bona opera exequendo, ut non tantum declinetur peccatum, ſed bonum exerceatur. Unde ſignanter dicit: [Operati ſunt juſtitiam] non dicit locuti, vel audientes, ſed operantes. *Rom.* 2. Factores legis, non auditores juſtificabuntur. Hodie multi ſunt auditores, vel loquentes, ſed pauci ſunt operantes. *Matth.* 9. Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. *Pſal.* 118. Feci judicium, & juſtitiam. Non dicit: Dixi juſtitiam, ſed feci judicium, & juſtitiam, & ideo non tradas me calumniantibus me. *Jer.* 22. Pater tuus fecit judicium, & juſtitiam tunc, cum bene erat ei. Operationem enim juſtitiæ ſequitur retributio gloriæ. Unde ſequitur:

k Adepti ſunt repromiſſiones,] ideſt, ea, quæ promittebantur. Sequitur de Sanctis veteris Teſtamenti, de quibus proſequitur Apoſtolus hic ad litteram, ut exemplum fidei conferat illis, quibus loquitur. Dicit ergo:

l Obturaverunt ora] quia non tantum homines vicerunt, ſed etiam beſtias, quia [Obturaverunt ora leonum,] ut *Dan.* 6. & 14. Et ponitur plurale pro ſingulari. Simile *inf. eod* Lapidati ſunt, ſecti ſunt. Loquitur enim de Iſaia tantum, qui ſectus eſt. Item habetur in *Pſ.* 2. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum. Nam Reges dicit hic pro Herode, & Principes pro Pilato, ſicut dicitur *Act.* 4. Convenerunt vere in civitate iſta adverſus ſanctum puerum tuum Jeſum, quem genuiſti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus, & populis Iſrael facere, quæ manus tua, & conſilium tuum fieri docuerunt.

m Extinxerunt impetum ignis,] ut tres pueri miſſi in fornace. *Dan.* 3.

n Effugaverunt aciem gladii] i. exercitum accinctum gladio, ut Joſue, qui triginta unum Reges vicit *Joſ.* 12. David & multi alii:

o Convaluerunt de infirmitate] ut Ezechias. *Iſa.* 39. Et *Job ult.* Vel ſecundum *Chryſ.* Imbecillitate facti ſunt fortes. De captivitate enim Babylonis reverſi ſunt. Fortes facti ſunt in bello. Joſue ſucceſſor Moyſi in populis, qui fuit magnus ſecundum nomen ſuum, maximus in ſalutem Electorum Dei expugnare inſurgentes hoſtes. Et ſimiliter Judas Machabæus, de quo dicitur 1. *Mach.* 3. Induit ſe Judas lorica, ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in prælis, & protegebat caſtra gladio ſuo, ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione.

p Caſtra verterunt exterorum] quia hoſtes ſuos ſæpe verterunt in fugam. Unde dicitur de Gedeone. *Jud.* c. 7. Venit panis ſubcinericius in caſtra Madian, cumque perveniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud atque ſubvertit. *q* Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos] i. mortuos de ſuis venientes de reſurrectione, i. reſuſcitatos, ſicut factum eſt per Eliam 3. *Reg.* 17. Eliſæum 4. *Reg.* 4.

r Alii autem] Ecce ſupra dictum eſt, quanta per fidem fecerunt antiqui patres, modo quanta pro fide paſſi ſunt, ut ſic per miraculorum operationes invitet eos ad ſuſtinendas

pendas paſſiones, q. d. antiqui Patres non tantum per fidem fecerunt magna, ſed etiam pro fide paſſi ſunt dura tormenta. Unde dicit: [Alii autem diſtenti ſunt,] in equuleis, & diverſis tormentis. Unde *Marc.* 1. Et mulieres, quæ circumcidebant filios ſuos, trucidabantur ſecundum verbum Regis Antiochi & ſuſpendebant pueros a cervicibus per univerſas domos earum. Ecce quomodo diſtendebantur, Item 2. *Match.* 7. De ſeptem fratribus *Chryſ.* Habet ſic: Alii autem tympanizati ſunt, i. ligno percuſſi, vel tympaniſmus dicitur decollatio.

autem diſtenti ſunt, *a* non ſuſcipientes redemptionem, *b* ut meliorem invenirent reſurrectionem. *c* Alii vero ludibria, & verbera experti, inſuper *d* & vincula, & carceres: *e* lapidati ſunt, *f* ſecti ſunt, *g* tentati ſunt, *h* in occiſione gladii mortui ſunt. Circumierunt *i* in melotis, in pellibus k caprinis, *l* egentes, anguſtiati, afflicti, *m* quibus *n* dignus non erat mundus, *o* in ſolitudinibus errantes, *p* in montibus, & ſpeluncis, *q* & in cavernis terræ. *r* Et hi omnes *ſ* teſtimonio fidei proba-

a Non ſuſcipientes redemptionem,] i. evaſionem præſentem de manu inimicorum.

b Ut meliorem invenirent reſurrectionem,] i. vitam æternam, quæ melior eſt, quam vita temporalis, vel voluptas carnalis, quæ reſurrectio dabitur contemptoribus iſtius præſentis proſperitatis. Unde *Jo.* 12. Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Sed nota quod multi præſentem redemptionem, & inventam ſuſcipiunt, moventes a ſe quantum poſſunt obligationes & neceſſitates, & infirmitates carnis, famem, & ſitim, frigus & calorem, tribulationes, & tentationes, quia non ſperant ſibi futuram reſurrectionem ad vitam, dicentes illud *Iſa.* 12. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Et illud *Sap.* 2. Venite, & fruamur bonis, quæ ſunt, & utamur creatura tanquam in juventute celeriter. Vel. *a* Non ſuſcipientes, &c.] præſentem [ut meliorem invenirent] i. ut tanto majorem, & meliorem reſurrectionem haberent in futuro, quanto magis paterentur in præſenti pro Deo, delectabilior eſt quies, ſed multo delectabilior eſt poſt laborem, ſicut dicit *B. Bern.* Ideo Sancti eligunt pati in præſenti, & in futuro jucundari. *Chryſ.* Propter quid, cum Sancti poſſent vivere, noluerunt? Nonne quia meliorem vitam expectabant, & qui alios ſuſtentaverunt, ipſi egerunt. Hic autem mihi videtur loqui de Joanne, & Jacobo, qui tympanizati, ſunt, i. decollati. De Joannis decollatione habetur *Marc.* 6. Et de Jacobo habetur *Act* 12.

c Alii vero ludibria, &c.] quia illudebantur ad confuſionem, & flagellabantur ad dolorem 1. *Cor.* 4. Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus. Mundo ad deriſionem: Angelis ad congratulationem, hominibus ad animationem, & imitationem.

d Inſuper, &c.] experti ſunt, ſcilic. Per hoc autem, quod dicit [inſuper] notat hoc in eiſdem perſonis. De Jeremia autem certum eſt, quod fuit vinculatus, & in carcerem poſitus. *Jer.* 38. Tulerunt Jeremiam, projecerunt eum in lacum Melchiæ filii Amalech, qui erat in veſtibulo carceris, & ſubmiſerunt Jeremiam in funibus in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum. Item Michæas in carcerem miſſus eſt, ſicut habetur 3. *Reg. ult.*

e Lapidati ſunt,] *Gl.* Ut Jeremias in Ægypto, & Ezechiel in Babylone. Hoc non habetur in textu, ſed traditio antiqua eſt, quod Judæi interfecerunt eum lapidibus, quos abſconderant ſub muro latericio in porta domus Pharaonis in taphnis, quibus lapidibus obſidionem Memphis futuram ſignificabat, & Judæorum, qui in ea erant, deſtructionem. De Ezechiele etiam dicit Epiphanius, quod cum tranſgreſſores legis argueret, & præcipue quoſdam de tribu Dan, & Gad, illi exacerbati ſunt in eum, & diſtraxerunt equis per crepidines ſaxorum, & exacerbaverunt eum. Non ergo fuit lapidatus proprie, ſed quia per rupes, & ſaxa diſtractus interiit, quia hoc ſatis lapidationi æquivalet, ideo exemplum de hoc ponitur. Item Zacharias lapidatus eſt 2. *Paral.* 24. Qui congregati adverſus eum miſerunt lapides juxta imperium Regis. Unde *Matth.* 23. Jeruſalem, Jeruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. *Act.* 7. Lapidaverunt Stephanum invocantem, & dicentem, Domine Jeſu Chriſte, ſuſcipe ſpiritum meum.

f Secti ſunt,] ut Iſaias, quam Manaſſes ſecuit ſerra lignea, ut tradunt Hebræi. *g* Tentati ſunt,] blanditiis, & promiſſionibus, ſicut Eleazarus 2. *Mach.* 6.

h In occiſione gladii] i. gladio facto, [mortui ſunt] ut Urias 2. *Reg.* 11. Et Joſias 2. *Par.* 35. & 4. *Reg.* 23. *Chryſ.* Quid eſt, o Paule, quod ſupra eos laudas, qui effugerunt ora cultri *ſup. eod.* Effugaverunt autem gladii, modo autem eos admiraris, quaſi non effugerint, ſed in occiſione cultri mortui ſunt. Utique ita docuit, hoc quidem laudabile, ſcil. pati familiare Chriſto, illud vero, quod typus futuri erat. Duo enim ſunt mirabilia, quia is perfecit magna, & quia patitur magna. Deinde ſubdit alia antiquorum patientiæ exempla dicens. *i* Circumierunt] multa loca mundi in [melotis] q. d. ita pauperes fuerunt, & abjecti, quod nec veſtem, nec habitationem habuerunt. *Chryſ.* Superabundantia tribulationis hic exprimitur, quod neque veſtimentum habuerunt, neque civitatem, nec domum. Ideo dicit: [Circumierunt in melotis,] Secundum illud *Matt.* 8. Filius hominis non habet, ubi caput ſuum reclinet. Melota autem, ut dicit *Gl.* Veſtis eſt de pilis camelorum. Vel melius eſt, animal, quod & Taxus dicitur, cujus pellis melota dicitur, & eſt valde hiſpida.

k In pellibus carpinis,] ut Elias, & alii habuerunt 4. *Reg.* 1. Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. *Chryſ.* Elias pauper fuit, præter melotem nihil habuit, ideſt, præter veſtem. *Matth.* 3. Joannes habebat indumentum de pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos.

l Egentes, anguſtiati, afflicti,] Egentes neceſſariis [anguſtiati] curis animi, [afflicti,] laboribus corporis. Egeſtas contra divitiarum accumulationem 2. *Cor.* 6. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Item 2. *Corinth.* 11. Cum eſſem apud vos, & egerem, nulli oneroſus fui. Anguſtia autem contra præſumptionem, & elevationem. Mœror enim in corde juſti humiliabit eum, ut dicitur *Prov.* 12. *Iſa.* 26. Domine, in anguſtia requiſierunt te. Item afflictio exterior contra laſciviam carnis 2. *Cor.* 11. Et in labore, & ærumna, in vigiliis multis, in frigore, & nuditate, in fame, & ſiti, & jejuniis multis.

m Quibus] i. quorum converſatione.

n Dignus non erat mundus,] Et ideo cito ſublati ſunt de mundo, ubi tribulabantur. *Proverb.* 11. Juſtus de anguſtia liberatus eſt, ut non tradatur impius pro eo. *Iſa.* 57. Juſtus periit, & non eſt, qui recogitet in corde ſuo, & viri miſericordiæ colliguntur, quia non eſt, qui intelligat. *Gregor.* in *Paſtorali*. Militia remanentium in mundo meretur, ut hi qui prodeſſe poterant, feſtine ſubtrahantur. Vel, [Quibus dignus non erat mundus,] ideſt, qui mundum, ideſt, mundanam proſperitatem non reputabant dignam, ut eam amarent, & in ea ſiſterent, *Philip. cap.* 3. Omnia arbitror, ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. *Galat.* 6. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Quod *B. Bernard.* ſic exponit. Mihi mundus crucifixus eſt, ideſt, in ea reputatione, qui enim rapitur ad cœleſtia, Crux illi eſt eſſe. *Chryſoſtom.* Mundus inhæret, & his adhærent, qui mundo crux eſſe videntur. Seq.

o In ſolitudinibus errantes,] ut Mathathias, & ſequaces ejus 1. *Mach.* 2. Tunc deſcenderunt multi quærentes judicium & juſtitiam in deſertum. Item 2. *Mach.* 5. Judas autem Machabæus, qui decimus fuit, ſucceſſit in deſertum locum, ibique inter feras vitam in montibus agebat cum ſuis, & feni cibo veſcentes demorabantur ne participes fierent coinquinationis. Item Elias, & filii Prophetarum ſub Jezabel 3. *Reg.* 19. Et David ſub perſecutione Saul ſolitudines petiit. Unde 1. *Reg.* 23. Egreſſi de Cella huc, atque illuc vagabantur incerti.

p In montibus] Sicut David quem perſecutus eſt Saul perſcrutans eum in montibus, & ſpeluncis. Unde 1. *Reg.* 23. Quia ſi in terra ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum in cunctis millibus Juda. Item *in eodem*. Ibat autem Saul, & viri ejus ad latus montis ex parte una, &c.

q Et ſpeluncis, &c.] 1. *Reg.* 24. David & viri ejus in interiori parte ſpeluncæ latebant. Item de Elia dicitur 3. *Reg.* 19. Cumque veniſſet illuc manſit in ſpelunca. Et nota, quod ſpeluncæ ſunt, quæ naturales ſunt, cavernæ autem quæ aliquo caſu ſunt.

r Et hi omnes] quaſi tanta per fidem paſſi ſunt, & tamen hi omnes.

ſ Teſtimonio fidei probati,] ideſt, probi inventi. Et hoc

per

per fidem teſtimonium perhibentem eorum probitati. Fides enim teſtimonium perhibet de homine *ſup. eod.* In hac tamen non conſecuti ſunt quod fides de his perhibuit, & licet tanti fuerint.

ti, *a* non acceperunt repromiſſionem, *b* Deo probis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur.

C A P. XII.

IDeoque, *c* & nos *d* tantam habentes *e* impoſitam nubem teſtium *f* deponentes *g* omne pondus, & *h* circumſtans nos peccatum *i* per patientiam *k* curramus ad propoſitum

a Non acceperunt repromiſſionem,] i. plenam corporis & animæ retributionem, i. duas ſtolas etſi ſingulas. Vel [Teſtimonio fidei probati] i. in operibus & paſſionibus, quæ teſtimonium perhibent fidei eorum, quan-

A do, ſcil. per fidem magna operantur, quia fides ſine operibus mortua eſt. *Jac.* 2. Et pro fide dura & gravia patiuntur. Teſtimonium autem fidei probat hominem quia per operationes, & paſſiones probatus redditur. Unde ſignanter dicit: [Teſtimonio fidei probati] *Prov.* 17. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Deus. *Eccl.* 27. Vaſa figuli probat fornax & homines juſtos tentatio tribulationis. *Pet.* 1. Modicum nunc oportet contriſtari in variis tribulationibus, ut probatio veſtræ fidei multo pretioſior ſit auro quod per ignem probatur. Et licet illi probati fuerint. [Non] tamen [acceperunt repromiſſionem,] i. duas ſtolas, etſi ſingulas. *b* Deo pro nobis, &c.] i. in beatitudine proficiſcerentur ut ſic omnium conſummatio fidelium ſimul fiat, & in communi gaudio omnium majus fiat gaudium ſingulorum. *Chryſ.* Non illis injuriam fecit, ſed nos honoravit. Si unum corpus ſumus, major fiet corpori delectatio, cum membra in commune coronantur, & non ſecundum partem. Etenim ſancti non ſolum lætantur in propriis bonis ſed aliorum. *Joan.* 16. Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum plenum ſit. Tunc erit gaudium plenum, quando impletus erit numerus Electorum. Et nota, quod corpora, ſicut ſimul ſunt in materia, ita ſimul reſurgunt. *Eccl.* 18. Qui vivit in æternum, creavit omnia ſimul. Animæ vero ſicut ſigillatim creantur, ita ſigillatim ſalvantur. *Pſ.* 32. Qui finxit ſigillatim corda eorum. *Apoc.* 6. Datæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ, & dictum eſt illis, ut requieſcerent adhuc modicum, donec compleantur conſervi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi ſunt, ſicut & illi. *Chryſ.* Loquitur Dominus, ſicut pater filiis ſuis volentibus manducare, & dicit, expectate, donec veniant fratres veſtri, qui cito venient. 2. *Pet.* 3. Mille anni apud Dominum ſicut unus dies. Et *inf.* dicit: Nota, quod non dixit: Ut non ſine nobis coronarentur, ſed non ſine nobis perficerentur, vel conſummarentur. Jam enim licet in curia cœleſti habeant coronam, ſed non perfectam habent retributionem ſive confirmatam, unde habent primum ferculum, ſed expectant nos ad ſecundum, nec habebunt illud, donec venerimus, ſicut conſuetudo eſt, quod non datur ſecundum ferculum, donec venerint omnes invitati. *Pſ.* 141. Me expectant Juſti donec retribuas mihi. *Aug.* Chriſtus & concives noſtri extenſis brachiis cum canticis nos expectant, ſicut ad letetam expectant homines ſuos familiares ſtantes, & ludendo, & parati, ut cum veniunt, inter brachia eos recipiant. Et ſicut aliquando auferunt aliis capas ſuas ut ſecum remaneant, ita Dominus aufert capas aliquibus, i. temporalia vel corporis ſanitatem, & hoc eſt ſignum magni amoris. Vult enim Dominus omnibus modis, quod remaneamus ſecum,

E X P O S I T I O C A P. XII.

IDeoque, & nos tantam habentes, &c.] Hic incipit quarta pars hujus Epiſtolæ. Quia enim fides ſine operibus mortua eſt, ideo poſtquam inſtruxit eos in fide, inſtruit eos in moribus, & pluribus modis eos ad patientiam hortatur, & ad tribulationem ſuſtinendam. Dividitur autem hæc quarta pars Epiſtolæ, quæ eſt de moribus, in tres partes. In prima parte invitat ad ſuſtinentiam tribulationum. Secundum illud *Eccl.* 2. Fili, accedens ad ſervitutem Dei ſta in juſtitia. Sed quia ſuſtinere tribulationes non ſufficit, niſi etiam caveatur omne peccatum, & agatur omne bonum: ideo in ſecunda parte docet, quomodo debet caveri malum ibi: [Pacem ſequimini cum omnibus.] In tertia quomodo debemus operari bonum ibi: [Non enim acceſſiſtis.] Primo invitat nos ad ſuſtinendas tentationes multis modis. Primo quidem exemplo præcedentium patrum, ibi. [Ideoque & nos tantam habentes, &c.] Secundo exemplo Chriſti, ibi: [Aſpicientes in auctorem fidei, &c.] Tertio, oſtendit quod facile debemus ſuſtinere tribulationes, quia noſtræ tribulationes non ſunt graves, ſicut illæ fuerunt quas paſſi ſunt inde, & exemplatores, ibi: [Nondum enim uſque ad ſanguinem, &c.] Quarto quia tribulatis datur paterna conſolatio, ibi: [Et obliti eſtis conſolationis, &c.] Quinto, quia ſignum ſunt maximæ dilectionis Dei ibi: Quem enim diligit Dominus caſtigat, &c.] Sexto, quia ſunt confirmatio adoptionis ſpiritualis, ibi: [Quis enim filius quem, &c.] Septimo, probat tribulationes eſſe ſuſtinendas per locum a minori, quia ſi ſuſtinemus patienter correptionem patris carnalis, multo magis debemus ſuſtinere correptionem Patris noſtri ſpiritualis, & auctoris, qui nos creavit, ibi: [Deinde patres quidem carnis noſtræ habuimus, &c.] Octavo, quia hæc correptio utilis eſt nobis ad æternitatem, & fructum confert pacatiſſimum juſtitiæ, illa autem ad vanitatem, ibi: [Et illi quidem in tempore paucorum dierum, &c.] Ultimo, infert ex prædictis, ut omni infirmitate, & imbecillitate poſtpoſita firmiter ſtemus in nullo vacillantes, ibi: [Propter quod remiſſas manus, &c.] Et finitur prima pars hujus quartæ partis. Dicit ergo:

Epheſ. 4. Coloſ. 1. 1. Pet. 4.

c Ideoque & nos] Continuatur autem ſic: Supra poſuit exempla Sanctorum qui multa pro fide ſuſtinuerunt. Unde dicit: [Ideoque] quia ſcil. antiqui Patres tot, & tanta, & tam diverſa pro fide paſſi ſunt, ſicut dictum eſt.

d Et nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium] i. tantam multitudinem Sanctorum, qui ſunt teſtes fidei, qui ſicut nos refrigerant ab æſtu, & compluunt. Unde ſignanter dicit:

e Impoſitam] i. refrigerium, quia protegunt nos ab ardore & æſtu tribulationum.

f Deponentes omne pondus,] i. peccatum, quod deprimit animam.

h Et circumſtans nos peccatum] i. peccatum quod circumſtat, & imminet nobis, & ſi nondum viſum, i. deponentes non ſolum peccata, ſed circumſtantias, quæ poſſunt movere ad peccatum. *Gen.* 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Item *Gen.* 19. Ne ſtes in omni regione circa. Vel

g Omne pondus] i. tædium tribulationes ſuſtinendi *Job* 7. Factus ſum mihimetipſi gravis. *Matt.* 20. Portavimus pondus diei, & æſtus.

h Et circumſtans nos peccatum] ideſt, diſſenſionem peccati. Peccatum enim circumſtat, & obſidet animam, ut ingrediatur ad eam, vel ut anima non exeat ad bonum agendum. *Gen.* 4. Peccatum tuum in foribus aderit, quaſi dicat:

f Deponentes omne pondus & circumſtans,] ideſt, deponentes tædium bene agendi, & ſuſtinendi, & voluntatem peccandi.

i Per patientiam curramus] non temeritatem, ſed per patientiam curramus audacter, alacriter, conſtanter. *Chryſ.* Non dixit ſtemus, & pugnemus, ut pugiles, ſed quia facile eſt, curramus. 1. *Cor.* 9. Hi, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium. Unus, ideſt, qui in unitate perſeveraverit uſque in finem, &c. Sic ergo currite ut comprehendatis. Curramus, dico:

k Ad propoſitum nobis certamen,] i. ad martyrium quod nobis proponitur, ſicut bravium proponitur currenti exercitui ad imitandum, & ſequendum, ſicut denarius proponitur laboranti ad promerendum 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi, de reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. *Job* 39. Exultat audacter, in occurſum pergit armatis contemnit pavorem, nec cedit gladio. Nota quod hic tria dicit. Nubem teſtium, deponere pondus peccatorum, curſum ad certamen propoſitum. In primo monet ad exempla Sanctorum conſiderandum. In ſecundo ad peccata vitanda, & alia impedimenta bene agendi removenda. In tertio ad bona opera alacriter, & lætanter peragenda: Et nota ordinem. Prima enim duo ſunt ad tertium. Currere enim non poteſt homo competenter calore confectus, vel pondere depreſſus: Ideo nubem teſtium inducit, i. Martyres ad memoriam revocat in refrigerium tribulationum. Secundo, autem pondus allevat peccatorum. Tertio, invitat ad curſum, Martyres

autem

autem nubibus comparantur: a nubibus enim venit pluvia, & coruſcationes, & fulgura: Sic a Sanctis pluvia doctrinarum, coruſcationes miraculorum, fulgura comminationum. *Iſ.* 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, &c. Ibi require. *Job* 30. Frumentum deſiderat nubes.

nobis certamen, aſpicientes *a* in auctorem fidei, & *b* conſummatorem Jeſum, qui propoſito *c* ſibi gaudio ſuſtinuit *d* crucem, confuſione contempta, atque *e* in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate *f* enim eum, *g* qui talem ſuſtinuit *h* a peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem, *i* ut non fatigemini *k* animis veſtris deficientes: Nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis

Item nubes ad refrigerium ſunt; ita memoria Sanctorum. *Pſ.* 104. Dedit eis nubem in protectionem diei. *Greg.* Facta præcedentium recolamus; & gravia non erunt, quæ ſuſtinemus: exempla Sanctorum ſunt veteres panni, i. viles, quibus Jeremias, i. peccator extrahitur de lacu miſeriæ, & de luto fœcis. [*Jer.* 18.] Veteres enim panni, i. exempla antiquorum Patrum mitigant auſteritatem funiculorum, i. tribulationum, per quas extrahimur a peccato. *Pſ.* 59. Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana eſt ſalus hominis, q. d. da nobis in funiculis tribulationum auxilium veterum pannorum, i. ſolatium exemplorum Sanctorum. Illi panniculi putridi ſunt, & abjecti: quia exempla Sanctorum putrida, & vilia reputantur a malis. Primum ergo eſt refrigerium nubium, i. exemplorum conſulatio. Secundum oneris depoſitio: Eſt autem duplex onus, ſcil. divitiarum, & peccatorum. Unde dicit: [Deponentes omne pondus] quantum ad divitias, i. pondus cupiditatis, quod quærit: Omne enim pondus vocat cupiditatem, quæ omnia quærit, & cupit. Hoc omne oportet deponere, qui vult poſt Chriſtum currere. Unde *Matt.* 19. Dixit Simon Petrus ad Jeſum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, &c. Ibi dicit *B. Bern.* Optime, Petre, & non ad inſipientiam tibi: nam & mundus tranſit, & concupiſcentia ejus: & relinquere hoc magis expedit, quam relinqui; Ecce inquit Petrus: Reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: Nimirum, quia exultavit, ut gigas ad currendam viam ſuam; nec eum ſequi poteras oneratus. [Et circumſtans nos peccatum] deponentes, ſupple. Peccatum enim grave pondus eſt. *Pſ.* 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me. *Iſ.* 58. Diſſolve colligationes impietatis: ſolve faſciculos deprimentes in terra. *Iſ.* 52. Solve vincula colli tui, captiva filia Sion. *Eph* 4. Deponite vos ſuper priſtinam converſationem veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria carnis. *Col.* 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis. Tertium eſt currere ad certamen propoſitum, per quod ſignificatur alacritas, & ſtrenuitas ad bonum agendum, & contra vitia pugnandum; ideo dicit: [Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen.] Sicut *ſup.* expoſitum eſt de certamine Martyrii, vel de pugna contra vitia, vel contra opprobria, & flagella, *Sap.* 10. Certamen dedit illi forte, ut vinceret. 2. *Tim.* 3. Omnes, qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur: Sed quod exercitus alliciat maxime ad bellum prædicti ſui exemplo. Ideo ſubdit: *a* Aſpicientes, &c.] i. in Chriſtum, qui eſt dator fidei in præſenti. *b* Et conſummatorem Jeſum,] i. qui nos conſummabit in futuro: Ipſius enim, cujus eſt incipere in dando fidem, eſt etiam conſummare in futuro dando ſibi plenam & perfectam cognitionem; Ipſe auctor fidei, & conſummator cauſa efficiens, & finis. *Apoc.* 1. Ego ſum α, & ω principium & finis. *Chryſ.* Ipſe nobis fidem impoſuit, & dedit. *Jo.* 15. Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos. Ideo dicit: [In auctorem fidei, &c.] Paulus principium impoſuit: & ipſe finem imponet. Unde *Zach.* 3. Manus Zorobabel fundaverunt domum iſtam: & manus ejus perficient eam. Hoc eſt, quod dicit: [Conſummatorem, &c.] Ideo autem debemus in eum aſpicere, ut eum imitemur, quantum in nobis eſt, bonum opus inchoando, & uſque in conſummationem perſeverando. Talis enim aſpicit in auctorem, & conſummatorem, qui exemplum bonum incipiendi, & conſummandi exemplo Chriſti ſibi imprimet. Ideo dicit: [Aſpicientes, &c.] Sicut in artibus, & agonibus ad Doctores aſpicientes informamus menti artem poriſſimam, virtutem, regulas quaſdam accipientes; ita, & hic ſi volumus currere ad Chriſtum, aſpiciamus in eum, qui eſt auctor fidei, & conſummator. *Mich.* 7. Ego ad Deum aſpiciam, & expectabo Deum Salvatorem. 1. *Pet.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. Dixit Dominus ad Moyſen: fac ſerpentem æneum & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, vivet. Per hunc ſerpentem ſignificatur Chriſtus erectus in palo Crucis. *Jo.* 3. Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet filium hominis. Dicitur autem Chriſtus ſerpens; quia ſicut de ſerpente ſic dicta ſit tyriaca contra venenum; ſic de Chriſto facta eſt medicina contra venenum antiqui ſerpentis. Dicitur autem æneus; quia non conſumitur rubigine peccati, vel vetuſtatis: Secundum illud *Pſ.* 101. Omnes ſicut veſtimentum veteraſcent, &c. tu autem idem ipſe es, &c. Hic ſerpens [*Num.* 21.] debet poni in ſignum, ut cordi humano imprimatur memoria ſuæ paſſionis: & juge habeat homo remedium ſuæ infirmitatis. *Cant.* 8. Pone me, ut ſignaculum ſuper cor tuum, quicumque autem percuſſus aſpexerit in eum, vivet. Invenitur autem in ipſo contra ſuperbiam mortis vilitas, & deſpectio; contra acidiam mortis properatio. Sive contra triſtitiam, Pſalmorum decantatio. Pſallebat enim Chriſtus in Cruce illos Pſalmos: Deus Deus meus, &c. Contra invidiam, dolor de inimicorum ſuorum peccato, ſive compaſſio. Et etiam pro eiſdem dicitur *Luc.* 23. Pater, ignoſce, &c. Contra iram ineffabilis manſuetudo. *Iſa.* 53. Quaſi ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcat. *Jer.* 11. Ego quaſi agnus manſuetus ductus ſum ad victimam. Contra avaritiam patrimonii ſui ſuperaffluens, & cita largitio, quando dixit: Hodie mecum eris in Paradiſo. *Luc.* 23. Contra gulam aceti, & fellis guſtatio. Contra carnis concupiſcentiam, membrorum ejus in Cruce extenſio, Sicut ergo in ſerpente tyriaca invenitur. Seq. *c* Qui propoſito, &c.] æternæ fœlicitatis, ad quod per paſſionem itur. *d* Suſtinuit, &c.] i. pro nihilo habens confuſionem. Elegit enim confuſionem, ut ſic veniret ad glorificationem, & nos viam hujuſmodi doceret. *Luc. ult.* Nunne oportebat Chriſtum pati; & ſic intrare in gloriam ſuam? Exprobratiſſimam enim elegit. Unde *Phil.* 2. Mortem autem Crucis. *Sap.* 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. *Chryſ.* Propter hoc exprobratiſſimam elegit mortem, ut doceret nos contemnere gloriam, quæ ab hominibus eſt, & audere adverſus eam. Vel

c Propoſito ſibi gaudio] i. oblato temporalis regni, potius. *d* Suſtinuit Crucem, &c.] quia ſicut dicitur *Jo.* 6. Turbæ voluerunt eum capere, ut facerent eum Regem. Vel quia, ſicut dicit *Chryſ.* Abagabus quidem Rex propoſuit ei per Epiſtolam, & obtulit regnum ſuum, quod noluit. *e* Atque in dextera ſedis Dei ſedet.] Ecce bravium poſt curſum, corona poſt triumphum, honor poſt ignominiam, quies poſt laborem, ſcil. ſedet ad dexteram Majeſtatis in Excelſis. *Phil.* 2. Propter quod, & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, &c.

f Recogitate enim eum] q. d. ex quo tale exemplum habetis vobis in Chriſto propoſitum. [Recogitate ergo,] i. iterum, atque iterum cogitate, & ad mentem reducite. Vel [Recogitate eum] q. d. Supra monui vos in hoc, quod ſi eum recogitatis, non fatigabimini animis veſtris. Et hoc eſt, quod dicit: [Recogitate eum] ut ſequamini, & curratis. *g* Eum, qui talem] i. tam vehementem. *h* Suſtinuit a peccatoribus adverſus, &c.] i. in propria perſona. *i* Contradictionem] *Chryſ.* Contradictionem dicit injurias, convitia, plagas. *Luc.* 2. Ecce hic poſitus eſt in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur. *Rom.* 10. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi. *Greg.* In opere ſiquidem noſtræ redemptionis multa dixit, multa fecit, dira ſuſtinuit. In verbis autem habuit contradictores, in factis exprobratores, & in tormentis illuſores, ſic a peccatoribus ſuſtinuit contradictionem, & illuſionem. *Jer.* 15. Væ mihi mater mea, ut quid me genuiſti virum rixæ, & diſcordiæ in univerſa terra? *Jer.* 20. Factus ſum in deriſum omni populo meo, &c. Recogitate ergo eum, ut hic attendentes. *k* Ut non fatigemini animis veſtris deficientes:] i. ut non deficiat animus etſi fatigetur corpus. *Iſa.* 5. Non eſt deficiens, neque laborans in eo, non dormitabit, neque dormiet. *Chryſ.* Si paſſiones proximorum erigunt nos, quanto magis Dominatoris? Qualiter enim eſt Diſcipulus ſequens Magiſtrum, qualiter autem ſequaris, non ſequeris, vult enim & non vult piger. *l* Nondum enim,] quaſi dicat, & non debetis deficere, quia. Nondum enim uſque ad ſanguinem] nec certe uſque ad ſudorem, [reſtitiſtis] uſque ad ſanguinis effuſionem, ideſt, ſi

veſtra

veſtra amiſiſtis. Vos dieo: *a* Adverſus peccatum] i. infidelitatem, vel alia peccata repugnanres, quod tamen Chriſtus facit pro nobis abonde, & ſudans ſanguinem in oratione, & ſundens in paſſinne. *Matt.* 26. Non potuiſtis una hora vigilare meeam, mulio minus nec ſuſtinere. Et nota, quod ſicut dicit *Chr.* Duæ ſunt ſpecies conſolationis, & animationis contrariæ ſibi invicem, ſcilic. magna paſſos eſſe, & ad memoriam revocare, ut *ſup.* 10. Rememoramini priſtinos dies, in quibus magnum certamen paſſionum ſuſtinuiſtis. Item non vult æſtimare paſſiones ſuas, ut ne comprimatur elatio de paſſionibus naſcens ait: Nondum ad ſanguinem reſtitiſtis, &c.] Quod cum alii fecerunt, de quibus *ſup.* 11. In occiſione gladii mortui ſunt. Simile 1. *Cor.* 10. Tentatio non apprehendat, niſi humana, i. parva, ne deficiatis. Chriſtus autem pro nobis uſque ad ſanguinem ſtetit. Hoc autem poteſt dici quibuſdam, qui ita de facili tentationibus ſuccumbunt, quod nondum uſque ad ſanguinem reſtiterunt. *Jer.* 46. Præparate ſcutum, & clypeum, & procedite ad bellum, i. præparate animas veſtras ad tentationem. Et poſtea ſubditur: Vidi ipſos pavidos, & terga vertentes. Unde Jeremias *Thr.* 1. Hoc deplorat dicens: Abjerunt abſque fortitudine ante faciem tribulantis. *Nahum ult.* Omnes munitiones tuæ, ſicut ficus cum groſſis ſuis. *b* Et obliti eſtis, &c.] q. d. ideo deficitis, nec reſiſtitis. [Et] i. quia

Prov. 3. *Apoc.* 3. 21. *qu.* 4. *c. eo vindicta.*

a adverſus peccatum repugnantes, *b* & obliti eſtis conſolationis, *c* quæ *d* vobis *e* tanquam filiis loquitur *f* dicens: Fili mi, *g* noli negligere *h* diſciplinam Domini, *i* neque fatigeris dum ab eo *k* argueris. *l* Quem enim diligit Dominus, caſtigat, *m* flagellat autem *n* omnem filium, quem recipit. *o* In diſciplina perſeverate. *p* Tanquam filiis vobis offert ſe Deus. *q* Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod ſi *r* extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes: Ergo *ſ* adulteri, & non filii eſtis. *t* Deinde *u* patres *x* quidem carnis noſtræ habuimus *y* eruditores,

c Obliti eſtis conſolationis, &c.] Vel ſecundum *Gloſ.* legitur interrogative, quaſi ideo non debetis deficere, ſed ſemper reſiſtere.

b Et] i. quia eſtis vos.

c Obliti conſolationis] i. Chriſti in Scriptura conſolantis, q. d. non debetis oblivisci.

d Quæ] conſolatio, i. Chriſtus conſolator.

e Vobis tanquam filiis loquitur,] non tanquam ſervis, vel adulteris, ſed tanquam filiis legitimis.

f Dicens, fili mi, noli negligere diſciplinam Domini, &c.] Hoc ſumitur de *Prov.* 3. Et eſt argumentum, quod Dominus loquitur ibi in perſona ſua, ubi noſtra littera habet ſic: Diſciplinam, fili mi, neabjicias, cum ab eo corripetis, quem enim diligit Deus, corripit, & pater in filio complacet ſibi totum. Hoc ponit hic Apoſtolus per aliam litteram, & poſtmodum. Dicit ergo:

g Fili mi,] qui debes eſſe hæres paternæ hæreditatis.

h Noli negligere, &c.] non pro modico dono habeas hic, quod Dominus dignatur te diſciplinare, ſed gratias age in flagello. Vel [Noli negligere diſciplinam Domini,] i. non negligenter agas id, ad quod diſciplina Domini te invitat. Eſt autem duplex diſciplina. Verborum & verberum. *Apoc.* 3. Ego quos amo, arguo, & caſtigo verberibus. Diſciplina verborum invitat nos ad bonam operationem, diſciplina autem verberum ad malorum correctionem, *Job* 5. Beatus homo, qui corripitur a Domino. Increpationem ergo Domini ne reprobes, ipſe vulnerat, & medetur, percutiet, & manus ejus ſanabunt.

i Neque fatigeris,] i. uſque ad defectum, & torporem animi.

k Dum ab eo argueris,] i. dum ab eo flagellatis. Flagellum enim arguit hominem de peccato, & emendat. *Jud.* 8. Non ulciſcamur nos pro his, quæ patimur; ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella Domini, quaſi ſervi corripiunt, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram eveniſſe credamus. Et nota, quod dicit fatigeris, acidioſi, & pigri facile fatigantur. *Eccl* 6. Subjice humerum tuum, & porta illam, & ne acidieris in vinculis ejus.

l Quem enim diligit Dominus] ad coronam, [caſtigat] i. caſtum facit in præſenti per virgam, & ideo non debemus fatigari, cum ab eo flagellamur. Simile *Apocal.* 3. Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Eſt autem multiplex ratio, quare diſciplina Domini non negligenda eſt, ſed amplectenda. Primo quia ſignum eſt familiaritatis, & dilectionis. Unde dicit: [Quem diligit Dominus caſtigat] Illi enim quem Dominus corripit, offert & familiari dilectione ſuum calicem, in quo bibit. *Matth.* 20. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Secundo, quia eſt pignus paternæ hæreditatis. Unde ſubdit: *m* Flagellat autem omnem filium, quem recipit.] *Aug.* Pius pater flagellat unum filium, unde parat hæreditatem. Tertio, quia eſt ſignum divinæ adoptionis. Unde *inf. eod.* Quod ſi extra diſciplinam eſtis, cujus participes facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filii eſtis. Quarto quia ſignum Zelotypiæ. *Ezech.* 16. Auferetur zelus meus a te, & quieſcam, nec iraſcar amplius eo, quod non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ. Quinto, quia eſt medicina ſpiritualis purgans a noxis, & conſervans in bono. *Eccl.* 11. Malitia unius horæ obligationem facit luxuriæ maximæ. *Eccl.* 41. Infirmitas gravis ſobriam reddit animam. Sexto, quia cultus eſt Sapientiæ. *Greg.* Ideo Sapientia Salomonis, quia mala eum diſciplina interius cuſtodivit. *Eccl.* 22. Flagella, & doctrina omni tempore Sapientia. Item *Eccl.* 22. Pungens oculum deducit lacrymas, & qui pungit cor profert ſenſum. Item quia eſt obtentrix veniæ. Unde *Pſal.* 98. Deus, tu propitius fuiſti eis: [Et] i. quia ulciſcens in omnibus adinventionibus eorum. 2. *Machab.* 6. Etenim multo tempore non-ſinit ea ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere magni beneficii indicium eſt. *Amos* 3. Tantummodo vos cognovi. Dicit ergo [Flagellat] in præſenti.

n Omnem filium, quem recipit] ideſt, quem recepturus eſt in hæreditatem æternam in futuro. *Chryſ.* Si omnem filium flagellat, ergo qui non flagellatur, non eſt filius. *Eccl.* 30. Qui diligit filium, aſſiduat ei flagella. Nota *Gloſ.* Flagellat omnem filium, & unicum, qui ſine peccato fuit. Si ergo aliquis exceptus eſt a paſſione flagellorum, exceptus eſt a numero filiorum. Flagellat ergo omnem filium, quem recipit, q. d. Dominus eſt ſicut paterfamilias, qui granum flagellatum, & purgatum in horreum cœleſte recondit. *Matth.* 3. Cujus ventilabrum in manu ejus, & præmondabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum ſuum, paleas autem igni comburet inextinguibili. Quare ergo flagellas omnem filium? Ideo

o In diſciplina perſeverate,] uſque in finem patienter ferendo. *Matth. cap.* 10. & *cap.* 24. Qui perſeveraverit uſque in finem, &c. Hoc debetis, quia in hoc, quod diſciplinam nobis dat.

p Tanquam filiis vobis offert ſe Deus] i. patrem ſe eſſe oſtendit, & flagellando offert gratiam adoptionis. 1. *Pet.* 1. Sperare in eam, quæ vobis offertur gratiam. *inf. eod.* Ne quis deſit gratiæ Dei. Quin autem per flagella patrem ſe oſtendit Deus, probat per ſimilitudinem humanam ſubdens.

q Quis enim filius, quem non corripit pater] q. d. non eſt filius, ſed adulter. *Auguſt. in Gloſ.* Curre ſub manu patris flagellantis, quia dum flagellat, erudit ad hæreditatem. *Prov. cap.* 13. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum, qui autem diligit, inſtanter erudit. *Eccl. cap.* 3. Qui diligit filium, aſſiduat ei flagella. Et poſtea dicitur: Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus, dum infans eſt, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ.

r Quod ſi extra, &c.] quaſi, vos filii, ſtate in diſciplina [Quod ſi extra diſciplinam eſtis] cujus diſciplinæ, [participes facti ſunt omnes filii Dei] ſcil. omnes enim, qui pie vivere volunt in Chriſto Jeſu, perſecutionem patiuntur. 2. *Tim.* 3.

ſ Ergo adulteri eſtis, & non filii] i. adulterini filii, & non legitimi. Vel [Adulteri] i. poſſeſſio Diaboli.

t Et non filii Dei] ideo non habebitis hæreditatem, ſed confuſionem, & paupertatem. *Prov. c.* 13. Egeſtas, & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam. Apprehendite ergo diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, &c.

u Deinde] q. d. non ſolum ex præmiſſis patet, quod in diſciplina debetis perſeverare, ſed *u* Deinde] i. his quoque ſequentibus idem poteſt intelligi.

u Deinde] i. exempli cauſa, vel verbi gratia.

x Patres quidem carnis noſtræ habuimus,] i. qui nos genuerunt ſecundum carnem. *y* Eruditores, &c.] ſcil. qui erudiebant nos, vel quod præceptum eis erat. *Deut. c.* 11. Docete filios veſtros, ut ea meditentur.

Item

Item *Exod.* 13. Narrabis filio tuo. Hoc eſt, quod fecit mihi Dominus *Prov.* 13. Qui diligit filium, inſtanter erudit. *Eccl.* 8. Non te prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt a patribus ſuis. *a* Et reverebamur eos.] Revereri eſt cum timore honorem impendere.

a & reverebamur eos. Num multo *b* magis obtemperabimus *c* Patri Spirituum, *d* & vivemus? Et illi *e* quidem in *f* tempore paucorum dierum ſecundum voluntatem *g* ſuam erudiebant nos, hic *b* autem, *i* id quod utile eſt in recipiendo *k* ſanctificationem ejus. Omnis *l* autem diſciplina in *m* præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris, *n* poſtea autem *o* fructum pacatiſſimem exercitatis per eam *p* reddet juſtitiæ.

b Num]ergo, [multo magis obtemperabimus Patri Spirituum,] i. animarum Creatori, & Redemptori. *Gl.* Quæ non ſunt de materia, ut corpora ex partibus. *d* Et vivemus] *Chryſ.* q. d. ſi patres carnales reverentur filii, D quomodo Patrē Spirituum non reverebimini? Si quidem magna eſt differentia, & a perſonis, & a cauſa, i. a fine, quia illi multories ſuam delectationem attendunt, non ad id, quod utile eſt inſpicientibus, Deus autem noſtram quærit utilitatem. Hic eſt ſincerus amor, quod non pro ſe, ſed pro nobis nos erudit. *Pſ.* 15. Bonorum meorum non eges. Unde noſtram utilitatem Apoſtolus exprimit, cum dicit: [Et vivemus] vita gratiæ, & gloriæ. A re autem doctrina eſt, i. ab eis, quæ docentur. Patres enim carnales carnalia docent frequenter, & inutilia. Pater autem Spirituum docet ſpiritualia, & æterna. Mirum eſt ergo, quod tam pauci volunt obtemperare Deo ad bonum exhortanti, & tamen omnes obediunt Diabolo malum ſuadenti, vel pecuniæ fallenti. *Prov.* 17. Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtempetat labiis mendacibus. Et nota, quod obtemperabimus.

c Patri Spirituum,] i. Creatori, & Reparatori, ſive Ordinatori Spirituum. Idem dicitur *Num.* 27. Provideat Dominus Deus Spirituum univerſæ carnis hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc. *Prov* 16. Spirituum ponderator eſt Dominus, i. non ſolum Creator, ſed etiam Ordinator. *Job* 28. Qui fecit ventis pondus, i. qui animas pondere amoris ad ſe ordinavit. Et nota, quod dicit [Patri Spirituum] Unde ſurgunt hæretici, qui dicunt alium Creatorem Spirituum, & alium carnis. Sed ad hoc reſpondetur *Luc.* 10. Stulti nonne, qui fecit, quod deforis eſt, etiam id quod intus eſt fecit? Vel [Patri Spirituum] i. qui paterne diligit ſpirituales viros. *Pſ.* 108. Qui facis Angelos tuos ſpiritus.

d Et vivemus] vita datur obtemperantibus ſibi. Unde *ſup. eod.* Factus eſt omnibus cauſa ſalutis æternæ. *Prov.* 3. Cuſtodi legem meam, & conſilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Item *Prov.* 4. Suſcipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ.

e Et illi quidem] Supra oſtendit differentiam inter eruditionem carnalis patris, & ſpiritualis. Et primo a perſonis, quia ille carnalis, iſte ſpiritualis, ille homo, iſte Deus. Secundo a cauſa, i. a fine, cum dicit: [Et vivemus] Hic iterum oſtendit differentiam a re, & ab his, quæ docentur, dicens: [Et illi] q. d. alia ratio oſtenditur hic, quare obtemperandum eſt Deo. Et quia [illi quidem] i. patres carnis. *f* In tempore paucorum dierum] i. in vita ſua, & noſtra.

g Secundum voluntatem ſuam, &c.] Non dicit ſecundum rationem, ſed [ſecundum voluntatem ſuam] i. in his, quæ volebant, ſcil. in vanis, & quæ libenter patres ſui faciunt uſque in hodiernum diem.

b Hic autem] ſcil. Pater Spirituum erudit nos, ſupple, *i* Ad id quod utile eſt,] ad fidem, & bonos mores. *Iſa.* 48. Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas. Erudit, dico, ſi ſumus. k In recipiendo ſanctificationem ejus] i. ſi benigne, & patienter recipimus ejus diſciplinam, & correctionem, qua nos purgat, & ſanctificat diſciplina, quia eam recipiunt patienter. *Jer.* 6. Per omne flagellum erudiens Jeruſalem. *Deut.* 11. Cognoſcite hodie, quæ ignorant filii veſtri. qui non viderunt diſciplinam Domini noſtri magnalia ejus, & robuſtam manum ejus. Vel ita erudit nos ad id, quod utile eſt, &c. [In recipiendo ſanctificationem] i. ut recipiamus ejus munditiam. *Iſ.* 8. Dominus ipſe pavor veſter, & terror veſter, & erit vobis in ſanctificationem. *Chryſ.* Ille fecit omnia, ut ſanctificationem det nobis, Vos igitur ſtudete, ut recipiatis. Et poſtea ſubdit: Ergo caſtigatio eſt acceptio ſanctitatis: [Omnis autem diſciplina.] Hoc dicit, quod poterant objicere, ut ſolvat. Tu dicis, Apoſtole, quod nos perſeveremus in diſciplina; ſed hoc durum eſt. Et reſpondet ad hoc, quod verum eſt, quod durum eſt ſtare in diſciplina ad præſens; ſed in futuro erit fructus copioſus. Et hoc eſt, quod dicit:

l Omnis autem diſciplina] i. omne genus diſciplinæ, quæ correctio dicitur, ſive pædia in Græco, Pædos enim Græce, puer Latine. Inde pædia, i. puerorum eruditio, quæ fit per flagella.

m In præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris:] Videtur dicit quia exterius ſine dubio videtur amara diſciplina, ſed interius eſt jucunda. *Pſalm.* 30. Qui videbant me, foras fugerunt a me. *Bern.* Multi vident noſtram crucem, ſed non unctionem. Item incipientibus dura videtur, & arcta via diſciplinæ: ſed exercitatis per eam mollis, & lata videtur: qui jam prægustant fructum juſtitiæ, i. remunerationis æternæ. *Prov.* 4. Ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui. Item diſciplina amara eſt delinquenti; ſed dulcis eſt correctio Sapientis. *Caſſiod.* Neque equo calcat, nec emendatio eſt ſuavis delinquenti.

n Poſtea autem,] i. in progreſſu virtutis, vel poſt finem vitæ præſentis.

o Fructum pacatiſſimum, juſtitiæ, i. quem juſtitia meretur.

p Reddet] Deus [exercitatis per eam] ideſt, per diſciplinam aſſuetis ad bonum. Nota, quod duplex fructus eſt diſciplinæ, qui uterque poteſt dici fructus juſtitiæ. Fructus enim juſtitiæ eſt, i. juſtificationes, & gratiæ amplioris ſequitur diſciplinam etiam in præſenti. Sicut dicitur *Prov.* 1. Audi, fili mi, diſciplinam patris tui: & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. 2. *Cor.* 9. Augebit incrementa frugum juſtitiæ veſtræ. Item alius eſt fructus remunerationis æternæ in futuro: Iſte dabitur illis, qui exercitati ſunt ad bonum in præſenti per diſciplinam. *Iſa. cap.* 27. In cacuminibus ejus fructus ejus, ideſt, in ſupernis, & cœleſtibus. *Joan.* 16. Plorabitis, & flebitis vos; mundus autem gaudebit: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. *Chryſ.* Ne mireris, ſi dura exiſtens diſciplina fructus habet dulces: quia in arboribus cortex eſt inſipidus; fructus autem dulcis. *Prov.* 11. Fructus juſti lignum vitæ. Econtra dicitur de indiſciplinatis *Job* 17. Cor eorum longe feciſti a diſciplina, propterea non exaltabuntur. Dicit *Greg.* Omnis diſciplina] i. omne genus divinæ caſtigationis, ſicut vel infirmitas corporis, vel damnum rerum, vel quælibet anguſtia, & afflictio. [Omnis diſciplina] i. abundans, & perfecta diſciplina.

Vel [Omnis diſciplina] i. omnium filiorum diſciplina in ipſius unigeniti filii Dei. [In præſenti quidem videtur non eſſe gaudii, ſed mœroris. i. in ſuperficie conſiderata videtur amara, & gaudio impermiſta, quod quidem non eſt: habet amaritudinem carnis; ſed gaudium generat, & exultationem mentis etiam in præſenti, in futuro fructum æternæ remunerationis. Unde ſubdit: [Poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitiæ,] fructum gratiæ in præſenti, quæ cum Deo pacem facit, & fructum gloriæ in futuro in pace, & quiete æternitatis poſſidendum. 2. *Cor. c.* 4. Id enim quod eſt in præſenti momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operabitur in nobis.

Vel [fructum juſtitiæ,] ideſt, fructum ſeminatum in juſtitia, vel quem meretur, ſive profert juſtitia. *Oſee* 10. Seminate vobis in veritate juſtitiam, & facite veram, & non fictam juſtitiam, ſecundum quod exigit Spir. Sanctus, qui diſciplinæ effugit fictum, ideſt, fictionem; & metite in ore miſericordiæ, quando dicitur illud *Matth. cap.* 25. Venite benedicti Patris mei, *Jac.* 3. Fructus juſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem. *Pſalm.* 125. Euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua: Ecce mœror. Venientes autem venient, &c. Ecce exultatio.

Nota autem, quod Chriſtus per diſciplinam, quam ſuſcepit nobis fructum pacatiſſimum, ideſt, fructum ſecuræ, & firmæ pacis obtinuit.

Secundum quod dicitur *Iſa.* 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum. *Hugo de Sancto Victore*: Septem diſciplinas pro nobis ſuſtinuit Chriſtus in paſſione, i. flagella, ſputa, colaphos, ſpinas, clavos, potum fellis, &

lancea-

lanceationem lateris. In his ſeptem vere liberalibus diſciplinis tota Chriſtianæ patientiæ Philoſophia conſiſtit. Et *ſup.* Si ſupra dorſum innocentiæ fabricaverunt peccatores: quomodo noxium flagellis ſubducunt pœnitentes?

a Propter quod *b* remiſſas manus, *c* & ſoluta genua erigite, *d* greſſus rectos facite pedibus veſtris, *e* ut non claudicans qui erret, *f* magis autem ſanetur. *g* Pacem ſequimini cum omnibus, & *h* ſanctimoniam, *i* ſine *k* qua nemo vide-

Sequitur: *a* Propter quod] ut ſcil. habeatis talem fructum. *b* Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite, &c.] Nota, quod tria monet hic ſecundum ſuperficiem litteræ. Primo ad eleemoſynarum & opera pietatis alacritatem. Unde dicit: [Remiſſas manus,] i. pigras eleemoſynas erigite, ſcil. ſurſum ad Deum, ut pro Deo eleemoſynas propenſiores faciatis. Secundo, ad orationem *ibi*: *c* Et ſoluta genua erigite,] ideſt, infatigabiliter in orationibus perſeverate. In oratione enim genua fortia debent eſſe ad flexionem, & correctionem. *Iſa.* 35. Confortate manus diſſolutas, ad operandum: & genua debilia roborate, ad orandum, ſcil. Tertio, ad peregrinandum *ibi*:

d Et greſſus rectos, &c.] recta intentione peregrinationem facientes. Vel per manus intelligitur affectus charitatis, qua Deum, & proximum debet amplecti. Quæ manus non debet remitti: quia charitas ſemper debet intendi. Sed contra dicitur *Matth.* 24. Refrigeſcet charitas multorum. Per genua quibus firmiter ſtatur, ſpes intelligitur quæ animam roborat, & confortat. Per pedes fides intelligitur, quia totum portat. Dicit ergo:

b Manus remiſſas] i. affectum remiſſum erigite, ſcilic. ad Deum per memoriam ſuorum beneficiorum, ut ſic accendatur. Vel [manus remiſſas] i. pigras ad eleemoſynas & operationes bonas. *Prov.* 10. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa, manus autem fortium divitias parat. Et *Prov.* 12. Manus fortium dominabitur; quæ autem remiſſa eſt, tributis ſerviet. Item *Prov.* 18. Animæ effeminatorum eſurient, qui mollis eſt, & diſſolutus in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.

c Et ſoluta genua erigite] ſcil. ſpei fortitudinem per converſionem ad temporalia diſſolutam, erigite ad cœleſtia. *Eccl.* 25. Manus debiles, & genua diſſoluta, mulier, quæ non beatificat virum ſuum, i. anima Deum non laudans in omnibus privatur gratia bonæ affectionis, vel ſtrenuæ operationis, & fortitudine ſpei. *Ezech.* 7. Omnes manus diſſolventur; & omnia genua fluent aquis. *Dan.* 5. Compages renum ejus ſolvebantur, & genua ejus ad ſe collidebantur.

d Et greſſus rectos, &c.] i. fidei veſtræ ut ſcil. fides veſtra recte incedat per viam regiam, per tramitem, ſcil. articulorum. Fides enim dicitur bos; quia totum portat hominem: ſicut dicitur fundamentum, quia totum ſuſtinet ædificium ſpiritualiter. Rectos dicite, & facite.

e Ut non claudicans quis erret] i. ut nemo erret a fide quantum ad intellectum; vel claudicet, quantum ad affectum, mundum, ſcil. ſequendo, & cœlum. 3. *Reg.* 18. Uſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini illum, &c. Item 3. *Reg.* 4. Erat autem Jonathæ filio Saul, filius debilis pedibus Miphiboſeth. Vel. [Ut non erret] per infidelitatem, & deviet a rectitudine fidei, ſicut ille, qui carnales obſervantias cum Evangelio recipit, & ne claudicet, i. titubet in perſecutionibus per timorem.

f Magis autem ſanetur] ab errore, ſi erravit, vel titubatione, ſi claudicaverit. Vel

b Remiſſas manus] i. tepidas in oratione.

c Et ſoluta genua,] i. pigros in oratione, & puſillanimes in tribulatione, [erigite] i. confortate verbis exhortationis, exemplis & promiſſis. *Luc.* 22. Tu aliquando converſus confirma fratres tuos. 2. *Reg.* 11. Conforta bellatores tuos adverſus urbem, ut deſtruas eam, & exhortare eos. *Job* 4. Vacillantes confirmaverunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti. *Iſa.* 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo. *Eccl. ult.* Verba Sapientium quaſi ſtimuli, & quaſi clavi in altum confixi. Sed quia in aliorum exhortatione, & confortatione tam verbo, quam exemplo debet intentionem dirigere, ut placeat ſoli Deo. Ideo ſubdit:

d Et greſſus rectos facite pedibus veſtris,] i. habete rectam intentionem in operibus veſtris, vel locutionibus. *Joan.* 1. Dirigite viam Domini. *Proverb.* 19. Stultitia hominis ſupplantavit greſſus ſuos. *Prov.* 16. Cor hominis diſponit viam ejus, ſed Domini eſt dirigere greſſus.

e Ut non claudicans quis] in operibus bonis erret, a rectitudine intentionis.

f Magis autem ſanetur,] a peccatis bona operando recta intentione. *Jer.* 17. Sana me, Domine, & ſanabor; ſalvum me fac, &c.

g Pacem ſequimini] Hæc eſt ſecunda pars hujus quartæ partis, in qua docet cavere malum. Et primo docet cavere triplex malum. Malum ad proximum, *ibi*: [Pacem ſequimini] Malum in ſe, *ibi*: [Et ſanctimoniam] Et malum in Deum, *ibi*: [Contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei] Et de iſtis tribus conſequenter eodem ordine ſubdit dicens: [Ne qua radix amaritudinis, &c.] quantum ad proximum. [Ne quis fornicator] quantum ad ſe. [Aut profanus] quantum ad Deum. Secundo, oſtendit, quare debemus cavere mala prædicta poſt ne amittamus irrecuperabiliter hæreditatem gloriæ. Sicut Eſau primogenita amiſit, *ibi*: [Scitote enim, &c.] Secundo, ne auſteritatem antiquam incurrentes, amittamus ſuavitatem gloriæ nobis per Chriſtum oblatæ, ibi [Non enim acceſſiſtis ad tractabilem, &c.] Tertio, ut ad ſocietatem cœleſtium Angelorum digni ſimus pervenire, *ibi*: [Sed acceſſiſtis ad Sion montem, &c.] Quarto, ne arguamur de contemptu ſanguinis nos a ſtatu peccati revocantis, & redemptionis ingratitudine, *ibi*: [Videte, ne recuſetis loquentem, &c.] Et quod inductioni ejus, & vocationi debeamus obtemperare probat per locum a minori, *ibi*: [Si enim illi non effugerunt.] Ultimo, oſtendit idem per auctoritatem Aggæi. Et ſic terminatur illud capitulum. Dicit ergo: [Pacem ſequimini cum omnibus,] non ſolum cum amicis, ſed [cum omnibus,] i. uſque adeo patientes ſitis in tribulationibus, ſicut præmonui vos, ut etiam pacem habeatis cum tribulationibus veſtris. *Rom. cap.* 12. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes, &c. providentes bona, non ſolum coram Deo, ſed coram omnibus hominibus. Et nota, quod dicit: [Sequimini] Multi enim ſunt, qui pacem oblatam ſibi ab aliis recipiunt, ſed ſi fugiunt ab eis, nolunt eam proſequi, nec ſe coram illis, cum quibus diſcordant, humiliari. Sed dicit *Pſ.* 33. Inquire pacem, & perſequere eam, donec conſequaris eam.

h Et ſanctimoniam, quantum ad nos,] i. caſtitatem mentis, & corporis. *Theſſ. cap.* 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere, i. uxorem ſuam, vel carnem in ſanctificatione, & honore.

Vel [Pacem] mentis. Et ſanctimoniam, [carnis.] Et nota, quod ſanctimonia dicitur quaſi ſancta nomia, ideſt, ſancta lex, unde ſanctæ moniales quaſi ſanctæ ligatæ.

i Sine qua] pace ſcil. & ſanctimonia.

k Nemo videbit Deum] Ira enim, & diſcordia turbat oculum, vel extinguit, & immunditia inquinat, ſed pax ſerenat, & ſanctimonia mundat. *Matth. cap.* 5. Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt.

Econtra *Iſa. c.* 26. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Et nota, quod ſimul jungit pacem, & ſanctimoniam, quia enim ſupra dixerat patientiam habere, & pacem ſequi cum omnibus, ne putaretur, quod pax, & patientia circa ſtupra, & peccata ſit habenda, ideo ſubjungit: [Et ſanctimoniam,] Similiter hæc duo junguntur. *Jac. c.* 3. Sapientia, quæ deſurſum eſt primum quidem pudica eſt, deinde pacifica.

Item nota ordinem. Poſtquam monuerat in præcedentibus ad ſuſtinendas tribulationes, monet modo ad pacem, & ſanctimoniam.

Hæc enim duo maxime juvant in tentationibus, unanimitas ſive concordia, & innocentia. *Chryſ.* Nihil in tentationibus ita expugnabiles facit, ſicut divelli concorditer aciem in prælio, & neque labore indigebunt in hoſtes.

Unde *ſup. cap.* 10. Dicitur non deſerentes collectionem veſtram, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam, &c. *Joan. cap.* 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

Item *Joan. cap.* 13. In hoc cognoſcent omnes, quoniam Diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Innocentia ſimiliter fortem facit in tentationibus.

Unde *Chryſoſtom.* Magnum ſcutum eſt tentationibus inno-

bit Deum. *a* Contemplantes *b* ne *c* quis deſit gratiæ Dei, *d* ne qua *e* radix amaritudinis *f* ſurſum germinans *g* impediat, *h* & per illam *i* inquinentur multi. *k* Ne quis fornicator, *l* aut profanus, *m* ut Eſau, *n* qui propter unam eſcam vendidit primitiva ſua. *o* Scitote enim, quoniam & poſtea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus eſt. *p* Non enim invenit pœnitentiæ locum, quamquam *q* cum lacrymis inquiſiſſet eam. *r* Non enim acceſſiſtis ad tractabilem, *ſ* & acceſſibilem ignem, *t* & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum,

innocentia. *a* Contemplantes, &c.] Quaſi hortor vos ad pacem quemlibet quantum ad proximum, & ſanctimoniam in vobis, & ne dubitetis poſſe habere, quia præſto eſt gratia Dei, ſed cavete, ne deſitis ei. Et hoc eſt (Contemplantes,) i. ſollicite attendentes. *b* Ne quis] veſtrum, (deſit gratiæ Dei,] quæ vobis offertur. Gratia enim eſt ſicut radius Solis, qui præſto eſt te illuminare, niſi clauſam teneas feneſtram cordis tui. *Apoc.* 3. Ego ſto ad
E oſtium, & pulſo: ſi quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo, *ſup. eod.* Tanquam filiis offert ſe Deus. 1. *Pet.* 1. Sperate in eam, quæ vobis offertur gratiam, ſed etiam gloriam Deus. *Pſ.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus, *ſup.* 4. Timeamus ergo, ne forte, relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus exiſtimetur aliquis deeſſe. Et nota, quod homo aliquando deeſt gratiæ, aliquando reſiſtit gratiæ, aliquando impugnat eam. Deeſt enim gratiæ per pigritiam, quando ſubtrahit ſe ad cooperandum ei, ſeu ſimul ad operandum in ea, ſicut miles deeſt gladio, cum pigritatur operari ſtrenue in eo. Reſiſtit autem per malitiam quantum ad ſe, & impugnat in alio per invidentiam. *Job* 26. Ipſi rebelles fuerunt lumini. Vel ſic. *a* Contemplantes] i. attendentes. *b* Ne quis] non ſolum vos, ſed etiam, [ne quis] alius. *c* Deſit gratiæ Dei,] Unde *Chryſ.* ponens aliam litteram ſic exponit. Epiſcopantes, i. ſuperattendentes [Ne quis &c.] vel ut longam viam euntibus cum commeatu multo. Videte. Ne quis remanſerit, neque hoc peto ſolum, ut vos veniatis, ſed ut vos ſuperattendatis, ne quis ſit deficiens a gratia Dei, fides autem, & Evangelium, optima converſatio, futura bona omnia gratia Dei ſunt, ut retineatis gratiam vobis oblatam, & ſitis ſimiliter contemplantes. *d* Ne qua radix, &c.] Hoc autem ſumitur *Deut.* 29. Ne ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinem, &c. Et ſumpſit hoc a metaphora, i. a tranſlatione plantarum. Simile 1. *Cor.* 5. Modicum fermenti totam maſſam corrumpit. Et nota, quod iſtud bene reſpondet ei, quod dictum eſt *ſup.* Pacem ſequimini ad proximum, ita ſc. [Ne qua radix,] ideſt, ne quod initium diſcordiæ, & rancoris interioris. *f* Surſum germinans] i. in locutionem, vel operationem ſe extendens. *g* Impediat,] bonum ſuavitatis, & futuræ charitatis, Vel. *e* Radix amaritudinis] i. radix amara, vel radix ea, qua profertur amaritudo, eſt noxia cogitatio, ſive moroſa delectatio, quæ ſurſum germinat, quando ad conſenſum, vel ad operationem, vel locutionem venit. Dicit ergo. *d* Ne qua radix] i. mala cogitatio, vel noxia delectatio. *f* Surſum germinans,] i. uſque ad conſenſum, vel operationem ſe extendens. *g* Impediat,] gratiam vobis oblatam, vel vos a gratia. Vel. *h* Per illam] amaritudinem. *i* Inquinentur multi.] non ſolum vos, ſed alii veſtro exemplo. *Chryſ.* Decenter peccatum amarum vocavit, nihil enim peccato amarius. Et hoc ſoli illi ſciunt, qui poſtquam illud geſſerunt, a conſcientia laqueantur. *Oſ.* 12. Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus ſuis. *Act.* 8. In felle amaritudinis video te eſſe. Et iterum: Eſtote contemplantes. *k* Ne quis fornicator] ad litteram, vel fornicatione ſpirituali. Et hoc refertur ad hoc quod prædixit: Sanctimonia ſequimini, *l* Aut profanus] longe a phano, i. a templo Dei, i. penitus irreligioſus, & piger ad divina, & alienus a Deo. Et refertur ad hoc, quod prædixit, [Ne quis deſit] Vel (fornicator,) per luxuriam. (Aut profanus) per gaſtrimargiam. Unde *Chr.* dicit: Ne quis fornicator, aut contaminatus. *m* Ut Eſau] i. gaſtrimargus, i. incontinens ſæcularis ſpiritualia parvipendens. Mihi autem videtur ænigmatice inſinuare quoſdam in eis fuiſſe fornicatores, ſed ſimulat ignorantiam, & latenter arguit, ut ſic diligantur. Oportet enim primum ignorantiam fingere, poſtea vero, ſi permanſerint, redargutionem inducere; ne inverecundi fiant, quod Moyſes fecit in Cantic. *Num.* 25. Ut Eſau] Eſau enim dicitur fornicator, quia contra voluntatem patris, & matris ex libidine propria uxores plures, & alienigenas duxit. *Gen.* 28. Jacob tamen non arguitur, qui quatuor habuit. *Gen.* 30. quia ex diſpenſatione habuit. Dicitur & profanus, quia gaſtrimargus, i. ſervus ventris extitit & guloſus. Guloſus autem dicitur profanus, quia deſtruit in ſe fanum, i. templum Dei, quia de corpore ſuo fanum Diaboli, imo ſuum ventrem facit Deum ſuum. *Phil.* 4. Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum. *n* Qui propter unam eſcam, &c.] vel (primogenita ſua) i. dignitatem primogenitorum ſuorum. *Gen.* 25. *Chryſ.* Eſau maximum honorem a Deo datum ſibi, & gloriam propter pravam delectationem amiſit, procurans enim requiem temporalem, primogenita perdidit, & qui primus erat factus, eſt ſecundus propter negligentiam, & qui ſecundus erat factus, eſt primus propter ſuſtinentiam. Nota in *Gl.* quæ ſint primogenita. Sequitur. *o* Scitote enim,] quaſi vos ac ſitis, ſicut Eſau, quia ipſe irrecuperabiliter amiſit benedictionem, & reprobatus eſt. Et hoc eſt (Scitote enim, &c.) a Deo, quia non vere pœnituit. Unde ſubdit: *p* Non enim, &c.] i. locum veniæ & benedictionis per pœnitentiam non obtinuit. *q* Quamquam] i. benedictionem. Lacrymæ enim illæ non fuerunt ex humili corde, ſed ex indignatione contra fratrem, & ex dolore amiſſi honoris. Simile *Deut.* 1. Cumque reverſi ploraretis coram Domino non vos audivit, nec voci veſtræ voluit acquieſcere, quia non vere pœnitebant, ſicut nec Eſau. *Chr.* Sicut triſtitia Cain non fuit vera pœnitentia, quod ſequens invidia oſtendit *Gen.* 4. ita nec in iſto ſimul veræ pœnitentiæ verba, quod invidia, & indignatio demonſtravit. Sic enim dicitur *Gen.* 27 Veniet dies luctus patris mei, & interficiam Jacob. Sicut Judas pœnitentia ductus retulit triginta argenteos. *Matth.* 27. Propterea Eſau non quærebat pœnitentiam, ſed benedictionem, i. temporalem abundantiam. Unde quod dicitur [Quamquam, &c.] intelligitur, i. benedictionem, non pœnitentiam. Unde *Gen.* 27. Irrugit clamore magno, & conſternatus ait: Benedic etiam & mihi, pater mi. Et nota, quod exemplo Eſau incutit iſtis timorem, inſinuans quod modo eſt tempus veniæ, & locus pœnitentiæ; ſed in futuro his, qui abuſi ſunt eo in ſuperbiam, infructuoſa pœnitentia. *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus, dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, &c. *Luc.* 13. Contendite intrare per anguſtam portam: quia, dico vobis, multi quærent intrare, & non poterunt. Item nota, quod iſti claudicantes erant, ne omnino caderent caſu inſanabili, incutit eis timorem, ut dicit *Chryſ.* Quamdiu claudicatio eſt, facile eſt fieri rectum. His ergo, qui nondum ceciderant, ſic loquitur, quaſi non ſit pœnitentia cadentibus, ut magis timeant caſum. Galatis vero, qui jam ceciderant, ne incidant in deſperationem, contraria dicit *Gal.* 4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis, Quod autem cecidiſſent dicitur *Gal.* 5. Qui in lege juſtificamini, a gratia excidiſtis. *r* Non enim] Supra monuit eos, ne quis deeſſet gratiæ his modis, quos ſubdit: ſc. germinando amaritudinem, vel fornicando, vel profana agendo: hic autem oſtendit, quod nemo debet deeſſe: parata eſt enim gratia. Et hoc eſt, quod dicit: [Non enim, &c.] Aſperitatem legis deſcribit, ut e contrario intelligatur ſanitas gratiæ, dicens: (Non enim) *ſ* Ad tractabilem, & acceſſibilem ignem,] i. ad ignem palpabilem, ad quem motu corporis acceditur, ſed ad Spiritum, ſc. qui eſt ignis conſumens peccati rubiginem. Sed ignis iſte impalpabilis eſt; quia Spiritus ſanctus eſt, & inacceſſibilis motu corporis. Habitat enim lucem inacceſſibilem, ut dicitur 2 Tim. 6. Sed greſſu mentis acceſſibilis eſt cum adjutorio ejus. *Chryſ.* Quid eſt mons Sina ad cœlum? quid palpatus ignis ad impalpabilem ignem? *Deut.* 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Idem dicitur *inf.* 13. Lator autem legis, ut pugnator apparet, & terribilis. Et ſimiliter in igne apparuit in rubo, ut incuteret eis terrorem. *t* Et] non acceſſiſtis [ad turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum.] Hæc autem ad litteram in datione legis facta ſunt, ut terrerentur Judæi pigri, & cervicoſi. Unde *Exod.* 19. Cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operuit montem, clangorque buccinæ vehementius perturbabat. Et poſtea ſequitur: Totuſque mons Sina fumigabat, eo quod deſcendiſſet ſuper eum Dominus in igne, & aſcenderet fumus ex eo, quaſi de fornace, eratque mons omnis terribilis. Item *Deut.* 5. Hæc verba locutus eſt ad univerſam multitudinem in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis. Caligo enim eſt tenebroſitas ignis, & fumi.

a quam qui *b* audierunt, excuſarunt ſe, ne eis fieret verbum. *c* Non enim portabant, quod dicebatur, *d* & ſi beſtia tetigerit montem, *e* lapidabitur. *f* Et ita *g* terribile erat, quod videbatur. *h* Moyſes dixit: Exterritus ſum, & tremebundus. *i* Sed acceſſiſtis ad Sion montem, *k* & *l* civitatem Dei viventis *m* Jeruſalem cœleſtem, *n* & multorum millium Angelorum frequentiam, *o* Et Eccleſiam primitivorum, *p* qui conſcripti *q* ſunt in cœlis, *r* & Judicem omnium Deum, & † Spiritum *ſ* juſtorum perfectorum, *t* & Teſtamenti novi Mediatorem Jeſum, *u* & ſanguinis aſperſionem melius loquentem, quam Abel.

al. † Spiritus vel Spirituum.

Procella autem eſt tempeſtas major, quam turbo. Sonus autem tubæ dicitur ſonus quidam confuſus, & terribilis, ſicut ſonus tubæ. Vox autem verborum dicitur vox diſtincta, quam intelligebant, cum Dominus loquebatur. Vox autem iſta verborum intelligitur, non vox ipſius Dei, ſed Angelorum. Per ſubjectam enim creaturam, id eſt per Angelum loquebatur Deus Moyſi.

F *a* Quam] vocem ſc. tubarum Angelorum.

b Qui audierunt,] dicentes Moyſi. *Exod.* 20. Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Item *Deut.* 5. Cur ergo moriemur, & devorabit nos ignis hic maximus: ſi enim audierimus ultra vocem Domini Dei noſtri, moriemur. Quid eſt omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur. Quid autem omnia iſta ſignificarent patet in *Gloſſ.* Sequitur. *c* Non enim portabant, quod dicebatur,] id eſt non poterant ferre vocem Angeli præ timore videntes totum montem Sina fumare, procellas quoque, & tonitrua, & voces tubarum audientes.

d Et ſi beſtia tetigerit, &c.] ſic ſupplendum eſt, & dicebatur eis: longe ſtare a monte, quia ſi beſtia etiam, [tetigerit montem,] id eſt ſi tranſgreſſa fuerit terminos circa montem poſitos. Etiam beſtia.

e Lapidabitur.] multo magis homo, qui ſcivit præceptum ſibi fuiſſe, ut non accederet. *Exod* 19. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur, ſive jumentum fuerit ſive homo, non vivet. *Item in ead.* Manus non tanget eum, ſed lapidibus obruetur, lapidibus ſcilicet grandinis, ut dicit hic *Gloſſ.* aut jaculis confodietur.

f Et ita] ut dictum eſt.

g Terribile erat, quod videbatur.] non ſolum, quod audiebatur, ita ſc. erat terribile, ut dictum eſt, ut nec ferre poſſent verba, nec accedere ad montem auderent. Nam &c. *h* Moyſes dixit, exterritus ſum] ad viſa [& tremebundus,] ad audita. Quid ergo mirum de populo? Et ſi forte Moyſes non legatur hæc dixiſſe: verbo tamen fecit, vel ſigno forte ſe territum oſtendit in acceptione ſicut etiam territus fuit in viſione rubi. *Exod.* 3. Abſcondit Moyſes faciem ſuam; non enim audebat reſpicere contra Deum. *Mal.* 3. Quis ſtabit ad videndum eum? ipſe enim, quaſi ignis conflans. *Jer.* 10. Quis te non timebit, o Rex gentium? Quid autem iſta ſignificent, planum eſt in *Gloſſ.* Sequitur: *i* Sed acceſſiſtis, &c.] q. d. non acceſſiſtis ad tam aſpera, quæ dicta ſunt: [ſed acceſſiſtis ad Sion montem,] id eſt ad eos, qui in alto ſunt, & revelata facie gloriam Domini ſpeculantur. Mons enim altus eſt Sion, & ſpeculatio interpretatur. 2. *Cor.* 3. Nos autem revelata facie gloriam Domini ſpeculantes in eamdem imaginem transformamur de claritate in claritatem. Speculari enim Deum eſt vita æterna, &c. De altitudine autem Sion dicitur *Iſa.* 58. Suſtollam te ſuper altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Jacob patris tui. *Gal.* 4. Illa autem, quæ ſurſum eſt, Jeruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Quæ autem ſit iſta Sion determinat, cum ſubdit: *k* Et] pro id eſt. *l* Civitatem Dei viventis] id eſt civibus ſuis vitam æternam dantis. De hac civitate dicitur in *Pſal.* 86. Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei, *ſup.* 1. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, &c. Ibi require de hoc, ſcilicet *m* Jeruſalem cœleſtem,] id eſt ad viſionem cœleſtis pacis. Jeruſalem viſio pacis interpretatur. *n* Et multorum millium Angelorum frequentiam] acceſſiſtis, quia eorum ſocii eſtis, modo per gratiam, & in futuro per gloriæ participationem. Et dicit [multorum millium,] quia cum pluribus major erit beatitudo. *Deut.* 7. Millia millium aſſiſtebant ei. *o* Et] ad Eccleſiam primitivorum, i. Apoſtolorum, vel fidelium, qui primi crediderunt: quorum fidei adjuncti eſtis. Dicuntur autem primitiva, quia primi ad fidem converſi, & quia potiores fuerunt, fructus enim priores, & potiores dicuntur primitiæ, *Jerem.* 2. Sanctus Iſrael Domino primitiæ frugum ejus. *Neem* 10. Afferamus primogenita terræ noſtræ in domum Domini, & primitiva filiorum noſtrorum, & pecorum.

p Qui] Apoſtoli, & fidei primitivi.

q Conſcripti ſunt,] id eſt ſimul ſcripti cum Angelis cœleſtibus, i. perenniter locati, & ſtabiliti in cœleſtibus per adeptionem eorum. Vel conſcripti per prædeſtinationem infallibilem, quia eorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ. *Phil. ult. Luc.* 10. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. *Gloſſ.* Ac ſi diceret, ne accedatis ad Angelos pervenire, quia illuc veſtri Anteceſſores pervenerunt. Et hoc eſt, quod ait.

p Qui conſcripti ſunt,] i. cum eis, qui ſunt in cœlis ſcripti ſunt, i. in eorum ordine ſcripti ſunt. Nomen autem conſcriptionis cœleſtis æqualitatem quamdam innuit. Sicut 1. *Mach.* 8. Judas Machabæus, & fratres ejus, & populus ejus miſerunt nos ad vos habere vobiſcum ſocietatem, & pacem, conſcribere vos ſocios, & amicos ſuos. Nota, quod Eccleſia triumphans dicitur mons Sion propter eminentem ſpeculationem veritatis, quantum ad rationem: dicitur civitas Dei viventis, i. omnium unitas a Deo vivificata, propter concordiam mutuæ charitatis, & divinæ dilectionis, quantum ad concupiſcibilitatem: dicitur Jeruſalem cœleſtis, propter inventionem omnimodæ pacis, & ſecuritatis quantum ad iraſcibilitatem. Hæc autem civitas replebitur duabus turmis Angelorum, & fidelium hominum, & præſentia Dei firmabitur, & decorabitur, & ſtabilietur. Et hæc notantur in ſerie litteræ præcedentis. Quantum enim ad Angelos, dicit: [Et multorum millium Angelorum frequentiam] Quantum ad ſanctos homines, & fideles, dicit: [Et Eccleſiam primitivorum, qui conſcripti ſunt in cœlis.] De tertio autem, id eſt Chriſto ſubdit:

r Et ad judicem omnium Deum,] *i.* ad Chriſtum, cui pater dedit omne judicium: ad quem accedunt omnes pœnitentes per reconciliationem: proficientes autem accedunt ad eum per ampliorem ſecretorum ejus cognitionem, & per aſcenſum de virtute in virtutem: Perfecti autem accedunt ad eum, qui omnia pro ipſo reliquerunt, per judiciariam poteſtatem; quia cum eo judicabunt. Sicut dicitur *Prov. ult.* Nobilis in portis vir ejus, quando ſederit cum Senatoribus terræ. *Iſa.* 3. Dominus ad judicium veniet cum Senatoribus populi ſui, & cum Principibus ejus.

ſ Spiritus] vel Spirituum, vel [Spiritum juſtorum perfectorum.] Diverſæ enim litteræ ſunt hic, ſed ita proſequere. Et acceſſerunt ad Deum. [Spirituum juſtorum perfectorum,] ſcil. ad Deum, qui erit poſſeſſio: [Spirituum juſtorum perfectorum,] id eſt filiorum, qui in juſtitia ſunt perfecti, quibus erit omnia in omnibus, ut dicitur 1. *Cor.* 15. Dominus enim eſt hæreditas Sanctorum, & erit plenius in futuro. Unde *Pſalm.* 15. Dominus pars hæreditatis meæ. *Gen.* 15. Ego merces tua magna nimis. Vel dicitur Deus: [Spirituum juſtorum perfectorum] i. rector & protector, & conſervator ſanctarum animarum. Unde *Sap.* 3. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ. Non dicit pœnæ, ſed malitiæ. Vel dicitur Deus Spirituum, i. ponderator intentionum, ſecundum illud *Prov.* 16. Spirituum ponderator eſt Dominus. Vel ſecundum aliam litteram: [Et acceſſiſtis ad Spiritus,] i. ad animam. [Juſtorum & perfectorum,] qui eorum ſocii fide, & opere fuiſtis, quando converſi eſtis. Vel alia littera: [Ad ſpiritum juſtorum perfectorum,] i. ad Spiritum ſanctum, ſc. qui juſtificat a peccatis, & in virtutibus, & gratia conſummat. Per quem autem, hæc omnia habent, dicens: *t* Et] acceſſiſtis ad, [novi Teſtamenti Mediatorem Jeſum] i. qui eſt dator novi Teſtamenti ad eruditionem, & Mediator inter Deum, & homines ad ipſorum cum Deo reconciliationem, *ſupr.* 9. Ideo novi Teſtamenti Mediator eſt, ut morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priore Teſtamento repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis:

u Et] acceſſiſtis ad [ſanguinis aſperſionem, &c.] i. ad ſanguinis Chriſti emundationem, quia virtute ſanguinis ſui, id eſt paſſionis ſuæ eſtis emundati, quaſi dicat, prædicta omnia habuiſtis per Chriſtum, qui Mediator venit in mundum: quia homo factus, qui erat Deus; & ſic medius factus eſt in incarnatione, novi Teſtamenti dator fuit prædicatione per ſanguinem emundavit nos in paſſione ſimiliter. Nota, quod dicit: [Melius loquentem, quam Abel,] quia iſte veniam, ille vindictam: iſte ſalutem, ille damnationem clamat. *Gen.* 4. Ecce vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, *ſup.* 11.

Mortuus

Mortuus Abel adhuc loquitur, i. teſtimonium per res facit, ut dicit *Chryſ.* Evidentia enim rei obtinet vim clamoris. Unde *Iſa.*26. Revelabit terra ſanguinem ſuum. Et nota, quod duo hic dicuntur de ſanguine Chriſti, quod aſpergit, quod loquitur: Aſpergit enim nos, ideſt emundat per peccatorum remiſſionem, vel aſpergit, ut amolliat ad compaſſionem,
G & devotionem. *Sup.*9. Ipſum quoque librum & omnem populum aſperſit dicens: Hic eſt ſanguis Teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus. Item 1. *Petr.* 1. Petrus Apoſtolus electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Aſiæ, Cappadociæ, Bithyniæ ſecundum præſcientiam Dei Patris in ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam, & aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, gratia vobis, &
A pax multiplicetur. Aſpergit ergo ad emendationem, & ad amollitionem, clamat apud Deum Patrem pro vobis veniam.

a Videte, ne recuſetis loquentem. *b* Si enim *c* illi *d* non *e* effugerunt recuſantes *f* eum, qui ſuper terram loquebatur, *g* multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis advertimus, *h* cujus vox movit terram tunc, *i* nunc autem repromittit *k* dicens: *l* Adhuc ſemel ego movebo, non ſolum terram, ſed & cœlum. *m* Quod autem *n* adhuc ſemel dicit, *o* declarat mobilium translationem *p* tanquam † factorum, *q* ut maneant ea, quæ ſunt immobilia.

al. † facturum.

C A P. XIII.

r Itaque regnum immobile *ſ* ſuſcipien-

Unde *Luc.*23. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. 2.*Mach.*8. Rogabant Deum, ut vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret. Clamat etiam apud nos, ut ſimilia ei rependamus. Subdit illud *Prov.*23. Ad menſam magnam ſediſti: mementote ſimilia præparare. *Job* 16. Terra ne operias ſanguinem meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus. *a* Videte,] quod ſanguis Chriſti tam clamat. [Videte, ne recuſetis] i. contemnatis. *b* Loquentem:] i. Chriſtum Evangelium prædicantem. *Supr.*3. & 4. Hodie ſi vocem ejus audieritis nolite obdurare corda veſtra. *Prov.*18. Qui declinat aures ſuas, ne audiat legem, &c. Vel: [Loquentem] ſanguinem; qui nos invitat ad compaſſionem, & ad repetendam viciſſitudinem. *c* Si enim:] Hic probat per locum a minori, quod contemptores vocis ſanguinis Chriſti punientur, quia contemptores legis Moyſi puniti ſunt. Unde dicit: [Si enim illi, i. patres noſtri. *d* Non effugerunt] ideſt non evaſerunt pœnam. *e* Recuſantes eum,] ideſt Moyſen, vel Angelum, per quos Dominus eis loquebatur. Unde dicit: *f* Qui ſuper terram loquebatur,] eis, i. ea, quæ erant ſuper terram, ideſt terrena. Carnales enim obſervantias mandabat per Moyſen, & terra promittebat. *g* Multo magis] effugiemus, [qui de cœlis loquentem, &c.] i. te, ut dicit *Deut.*5. Sed quoniam per fidem advertimus, & perfectos teſtes agnoſcimus eum nobis loquentem de cœlo, i. ea, quæ ſunt cœleſtia, ideſt ſpiritualia, & æterna. Simile *ſup.*10. Irritam quis faciens legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur; quanto magis putatis, deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem Teſtamenti pollutum duxerit, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit, in quo ſanctificatus eſt. Et nota, quod illi non effugerunt pœnam. Ex hoc arguit, quod nec nos effugiemus; qui enim fugant a ſe divinam gratiam, non effugient ejus vindictam, qui repellit manum miſericordiæ, non effugiet manum potentiæ, & vindictæ. *Job* 21. Qui dicunt Deo, recede a nobis: ſcientiam viarum tuarum nolumus. Similiter, qui attrahit ad ſe culpam, non poteſt effugere pœnam. Pœna enim ſequitur culpam, ſicut ignis agit in rubiginem; & ideo perpetua erit pœna malorum: quia nunquam ſine pœnæ materia, ideſt ſine peccato erunt. *Prov.* 19. Qui mendacia loquitur non effugiet. In futuro enim judicio non erit locus effugiendi. *Supr.*2. Si omnis prævaricatio, & inobedientia accipit juſtam mercedis retributionem, quomodò nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem? *Iſa.*10. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis: ad cujus confugietis auxilium, & ubi derelinquetis gloriam veſtram? Sequitur: *h* Cujus vox movit, &c.] i. in datione legis, quia in ſtagore magno, & turbine, & procella deſcendit tunc Dominus ad terrorem. Unde *Pſal.* 67. Terra mota eſt, etenim cœli diſtillaverunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Jacob. *i* Nunc autem] ideſt tempore gratiæ. *k* Repromittit] vel (annunciat) Per Prophetam Ageum, qui loquitur non pro tempore illo, in quo erat, ſed pro futuro. (Adhuc ſemel ego.) *Aggæi* 2. Adhuc unum modicum eſt, & ego movebo cœlum, & terram, mare, & aridam: & movebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus. Item *Joheluls.* Dominus de Sion rugiet: & dabit vocem ſuam de Jeruſalem, & movebuntur cœli, & terra. Per hoc autem, quod dicit: [Adhuc ſemel] ſignificat, quod alias movit cœlum, & terram. Et iterum ſemel, ideſt in conſummatione ſæculi movebit, quando gloria innovabitur ſecundum formam. Vult ergo Apoſtolus incutere eis timorem per hoc quod ille, qui olim cœlum, & terram movit, ideſt aerem tempeſtavit turbinibus in procellis in legis datione: iterum terribilis apparebit cœlum, & terram movens in ſæculi conſummatione, quando exiget rationem de ipſius legis obſervatione. Et ideo dicit [Adhuc ſemel movebo,] non ſolum terram, ſed & cœlum. *Matth.*24. Cœlum, & terra tranſibunt, &c. Item Dominus movit terram in paſſione, & cœlum obduxit tenebris. Item ſemel in reſurrectione. *Matth.*28. Ecce terræ motus factus eſt magnus. Item Infernum movit in deſcenſu ſuo, cœlum vero in aſcenſione; ſed omnia ſimul concutient in ſecundo adventu. 2.*Petr.*3. Per quem cœli ardentes ſolventur & elementa ignis ardore tabeſcent. Allegorice. Vox ſanguinis Chriſti movit contra Judæos cœlum, & Angelos, qui & ab eorum cuſtodia receſſerunt, & ſimiliter aereas qualitates, & terram, ideſt Reges terræ, Romanos, ſcilicet Imperatores. *m* Quod autem, &c.] Prædictæ auctoritatis ſenſum exponit hic Apoſtolus, dicens: (Quod autem, &c.) q. d. per hoc quod Propheta dicit: (Adhuc ſemel) declarat, quod jam alias movit cœlum, & terram. Et quod anim. Adhuc ſemel,] i. perfecte & univerſaliter movebit ea tanquam mobilia ad nutum ejus, qui ea fecit. Unde ſignanter dicit: *p* Tanquam facturum] q. d. ipſe poterit ea movere, qui ea fecit. Vel: (Tanquam factorum) q. d. eo, quod facta ſunt, æterna non ſunt, ſed ex tempore inceperunt, & ita mobilia ſunt. *Baſilius*: Quæ ex tempore inceperunt, ex neceſſitate cum tempore conſumentur: ſi principium habet temporale, ne dubites de fine. 2. *Cor.* 4. Quæ viventur, temporalia ſunt. Item per hoc, quod dicit [ſemel] notat ſe ea ita movere, ut maneant poſtea æternaliter immobilia, ut ulterius non ſint movenda. Et hoc eſt, quod dicit. *q* Ut maneant ea, quæ ſunt immobilia.] ideſt, ut ſecundum id quod ſunt, i. ſecundum totum eſſe ſuum, ſcilicet & ſecundum materiam, & ſecundum formam maneant de cetero ſtabilia. Vel allegorice. *o* Declarat mobilium translationem] i. legalium, & ritum templi. Si enim ſtaret illud templum cum ritibus ſuis, quis non Judaizaret? nunc autem mutata ſunt illa legalia figuralia, (ut ea quæ ſunt,) ideſt veritas Evangelica, & ſpiritualia chariſmata, (maneat immobilia.)

Aggai 2.

EXPOSITIO CAP. XIII.

Itaque regnum, &c.] Hæc eſt tertia pars quartæ partis, in qua monet ad bonum agendum. Volens autem Apoſtolus abbreviare, & concludere Epiſtolam, multas tangit materias, & eaſdem, quaſi breviter tactas repliceat iterato. Primo igitur monet ad metum, & reverentiam erga Deum. Secundo autem ad opera charitatis. Quia enim, ſicut dicit *Eccl.* 25. Timor Domini initium eſt dilectionis ejus. Ideo præmittit de timore, poſtea vero de fraternitate, & hoſpitalitate, & compaſſione agit, *ibi*: [Charitas fraternitatis] Tertio, monet ad honorabile connubium contra hæreticos, qui damnant nuptias, *ibi*: (Honorabile, &c.) Quarto, monet ad confidentiam contra avaritiam, *ibi*: (Sint mores, &c.) Quinto, ad obedientiam promptam, *ibi*: (Mementote præpoſitorum, &c.) Sexto, ad ſobrietatem contra gulam, *ibi*: (Optimum eſt gratia, &c.) Et quod ſobrietati, & munditiæ carnis ſtudendum ſit, oſtendit per allegoriam ſurgentem de hiſtoria tam veteris, quam novi Teſtamenti, *ibi*: (Habemus enim altare, &c.) Septimo, monet ad contemptum terrenorum, & cœleſtium deſiderium, *ibi*: (Non enim habemus hic manentem, &c.) Octavo iterum monet eos ad eleemoſynarum largitionem, ſicut prius monuerat eos in ſecunda parte ad hoſpitalitatem, *ibi*: (Beneficentiæ, &c.) Nono: iterum monet eos ad pœnitentiam, ſicut in quinta parte eos monuit, *ibi*: (Obedite, &c.) Decimo, rogat orari pro ſe, & commendat eis Timotheum portatorem collectarum, *ibi*: [Orate pro nobis.] Dicit ergo: *r* Itaque] Patet, quod nos (ſuſcipientes,) nunc in ſpe, poſtea in re. *ſ* Regnum immobile] i. donum cœli, & terræ, & omnium creaturarum, quæ tunc erunt immobilia, vel (regnum) cœleſte, quod æternum eſt. 2. *Cor.* 4. Quæ non

non videntur, æterna ſunt. *a* Habemus gratiam,] i. fidem, ſpem, & charitatem cum ſancta operatione, aliter enim non veniremus ad gloriam niſi per gratiam. Vel alia littera: [Habeamus gratiam, &c.] quaſi dicat, ex quo nobis promiſſum eſt regnum cœleſte. (Itaque) nos (regnum immobile ſuſcipientes,] modo in promiſſione, & tandem in re.

al. † habemus.

a Habeamus gratiam,] idest gratias agamus Deo. *b* Per quam ſerviamus placentes Deo] i. ſic devoti ſimus Deo in gratiarum actionibus, ut ipſi placidi ſimus in noſtris operibus, & acceptabile fiet et ſacrificium noſtrum. *Chryſ.* Gratias ſemper Deo agere, & non murmurare, & eum colere acceptabiliter, & ei placere.

Deut. 4. Rom. 12. 1. Petr. 4.

pientes † *e* habemus gratiam, *b* per quam ſerviamus placentes Deo cum *c* metu, *d* & reverentia. *e* Etenim Deus *f* noſter ignis *g* conſumens eſt. *h* Charitas fraternitatis maneat in vobis, *i* & hoſpitalitatem nolite *k* oblivisci. *l* Per hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis. *m* Mementote vinctorum *n* tanquam ſimul vincti, & laborantium *o* tanquam *p* & ipſi in corpore morantes. *q* Honorabile connubium in omnibus

Phil. 2. Sine murmuratione. Omne enim quod operatur quis murmurans, ſucciditur, & perdit mercedem, ſicut illi, qui murmuraverunt. *Num.* 11. Sciamus ergo gratias agere, & pro redemptionibus, & pro repromiſſionibus, idest pro ſpiritualibus. Quia autem in gratiarum actione homo ſuam parvitatem, & pravitatem debet conſiderare, & Dei magnitudinem. Ideo ſubdit:

c Cum metu,] in conſideratione ſuæ pravitatis.

d Et reverentia.] divinæ Majeſtatis. Vel.

c Cum metu,] quia Judex eſt Deus.

d Et reverentia.] quia Pater noſter eſt, *Phil.* 2. Cum metu, & tremore ſalutem veſtram operamini. Nota, quod gratiarum actio cum metu, & reverentia multum placet Deo. Tunc enim eſt perfecta gratiarum actio de beneficiis acceptis divinis, quando cum timore petitur pro amplioribus accipiendis, & pro periculis vitandis. Sic enim beneficia accepta tunc excitabunt gratias agentem, quando timet ipſorum beneficiorum ſubtractionem, ſicque inter duas molas, ſpei ſcilicet, & timoris molitur, ut fiat panis Deo acceptabilis. Quare autem gratias agere debemus, ſubdit.

e Etenim Deus] creatione.

f Noſter] recreatione, & juſtificatione.

g Ignis conſumens] In hoc notantur tria beneficia. Ignis enim eſt illuminans intellectum ad cognitionem, & accendens affectum ad amorem, conſumens peccatorum adſtrictum rubiginem. Et ita facit Deus placenter. *Mal.* 3. Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum. *Iſa.* 4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio ejus in ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris. *Soph.* 1. In igne zeli ejus devorabitur omnis terra, idest terrenitas. Sed contra in *Antiphona*: Advenit ignis divinus non comburens, ſed illuminans. Solut. Conſumit culpam, ſed conſummat naturam. Vel aliter continua.

c Cum metu, & reverentia.] ſerviemus Deo.

e Etenim Deus noſter ignis conſumens eſt,] ad comburendas paleas, malos ſcilicet. *Jerem. decimoquinto.* Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, ſuper vos ardebit. *Deuteronom. quarto.* Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus æmulator. Iterum *Deuteron. nono.* Dominus Deus tuus tranſibit ante te ignis devorans atque conſumens.

h Charitas fraternitatis] Poſt timorem Dei agit de charitate fraternitatis, quantum ad proximos, dicens. (Charitas fraternitatis maneat in vobis,) idest charitas ſit inter vos, quia fratres eſtis, ut vos invicem diligatis. 1. *Petr.* 2. Omnes honorate, fraternitatem diligite. 2. *Petr.* 1. In pietate autem fraternitatis amorem, in fraternitatis amore charitatem. Item 1. *Petr. quarto.* Ante omnia autem mutuam charitatem in vobiſmetipſis continuam habentes. *Col.* 3. Super hæc autem omnia charitatem habentes, quæ eſt vinculum perfectionis. Sed quia charitatem cordis probat effectus. Ideo ſequitur.

i Et hoſpitalitatem nolite oblivisci.] Oblivisci dicit, quia hanc habuerunt antequam expoliarentur rebus ſuis: *Chryſ.* Non dicit: Hoſpitales fiatis, quaſi non exiſtentibus, ſed

k Nolite oblivisci.] quaſi dicat, quia jam olim fuiſtis ſed tribulationibus modo attriti, & rebus expoliati, non facere modo poteſtis. 1. *Petr.* 4. Hoſpitales invicem ſine murmuratione. *Rom.* 12. Hoſpitalitatem ſectantes, idest non ſolum ſuſtinentes, ſed etiam ſectantes. *Luc. ultim.* Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiſcum, &c. ibi *Gloſ.* Quo exemplo colligitur, quia peregrini ad hoſpitium non ſolum ſunt vocandi, ſed etiam trahendi. *Gen.* 19. Compulit illos oppido, &c.

l Per hanc] quaſi ideo non obliviſcamini hoſpitalitatem. [Per hanc enim placuerunt quidam Angelis hoſpitio receptis.] *Chryſoſt.* Quidam Lot hoc inchoari dicunt. *Gen.* 19. Obſecro, Domini, declinate in domum pueri veſtri. Et poſtea dicitur: Compulit eos oppido, &c. Vel de Abraham ſimiliter poteſt intelligi, qui tres Angelos recepit, *Gen.* 19. Vel alia tranſlatio. Per hanc enim quidam neſcientes hoſpitio receperunt Angelos, cui litteræ conſentit, qui taliter litteram habet. Per hanc enim latuit quoſdam hoſpitantes Angelos, idest non ſcientes eſſe Angelos, ſed arbitrantes eſſe homines hoſpitaverunt, propterea magna merces eis. Si enim ſcirent eſſe Angelos nihil mirabile. Et habetur ſimile exemplum de Beato Juliano, qui Dominum recepit in ſpecie leproſi, neſciens Deum eſſe, ſed leproſum. Cum gaudio autem ſuſcipiendi ſunt hoſpites, ſicut dicitur *Tobiæ ſeptimo*. Et ſuſcepit eos Raguel cum gaudio. Et poſtea ſubditur: Unde eſtis juvenes fratres noſtri? Nota, quod non prius quæſivit, qui eſſent, quam recepiſſet eos cum gaudio. Modo ſine gaudio, imo cum triſtitia recipiuntur ignoti, vel non recipiuntur. Et contra *Job* 31. Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatoribus patuit. Contra illos, qui ſemper habent januas clauſas.

m Memento vinctorum, &c.] Hic monet eos ad aliud opus pietatis, ut vinctis ſubveniant, ſcilicet miniſtrando quaſi præter etiam hoſpites (mementote vinctorum) pro fide Chriſti. Mementote dico, ita compatiendo, & ſubveniendo, ſicut velletis vobis ſubveniri, ſi eſſetis ſimul vincti. Et hoc eſt,

n Tanquam ſimul vincti,] idest ſic ſubvenite, & compatimini eis, ac ſi cum eis vincti eſſetis, *ſupr.* 10. Vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. *Matth.* 25. In carcere fui, & viſitaſtis me. Vinctus erat Paulus cum vinctis ſimul, qui dicebat 2. *Corinth.* 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor, quaſi dicat, quis vincitur, & ego non vincior! *Eph.* 3. Non deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ eſt gloria veſtra, ſcilicet, in eſſe ſocium tribulationum veſtrarum. Eſt autem duplex vinculum paupertatis, & ferri ad litteram. *Pſal.* 106. Vinctos in mendicitate, & ferro.

o Et] mementote, (laborantium) quocumque laboris genere.

p Tanquam & ipſi in corpore morantes,] idest, tanquam experti per hoc, quod eſtis in corpore, quid neceſſe ſit laborantibus. In corpore enim non eſt niſi labor, & dolor. *Job quinto.* De humo non egreditur dolor, idest de corpore non exibit afflictio, ſed ſemper inerit.

q Honorabile connubium, &c.] Hic loquitur Apoſtolus de nuptiis contra quoſdam hæreticos, qui eas damnant, quas tamen Dominus præſentia ſua, & matris ſuæ, & Diſcipulorum ſuorum honoravit, & primum miraculum notum, & apertum ibi fecit. *Joan.* 2. Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, &c. iſtos autem hæreticos reprobat alibi. 1. *Timoth.* 4. Spiritus autem manifeſte dicit, quia in noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide attendentes Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum loquentium in Hypocriſi mendacium, prohibentium nubere. 1. *Timoth. quinto.* Volo autem juniores nubere, filios procreare. Item 1. *Corinth. ſeptimo.* Si nupſerit virgo, non peccavit, tribulationem autem carnis habebunt hujuſmodi. Sed quia uxorati dupliciter peccant, vel per abuſum propriarum uxorum, vel per adulterium alienarum. Et ſimiliter e contrario mulieres. Ideo dicit Apoſtolus: (Honorabile connubium,] idest non meretricabile ſit, (in omnibus,) contra abuſum, ut honorem tribuant uxori, vel conjugio non abutentes ea. 1. *Theſſal. quarta.* Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere, idest uxorem in ſanctificatione, & honore. 1. *Petr.* 3. Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertientes honorem. Vel (Honorabile connubium) ſit, (in omnibus,) ut ſcilicet ad honorem Dei, & ad amorem filiorum ad cultum Dei procreandorum ducatur uxor, certiſque locis, & temporibus ab ea abſtineatur, & cognoſcatur.

r Et tho-

a & thorus immaculatus. *b* Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus. *c* Sint mores ſine avaritia *d* contenti præſentibus, *e* Ipſe enim dixit: *f* Non te deſeram, neque derelinquam, *g* ita ut *h* confidenter dicamus: *i* Dominus mihi adjutor eſt: *k* non timebo quid faciat mihi homo. *l* Mementote Præpoſitorum veſtrorum, *m* qui vobis locuti ſunt verbum Dei, *n* quorum intuentes exitum converſationis imitamini fidem. *o* Jeſus Chriſtus heri, *p* & hodie ipſe, & in ſæcula. *q* Doctrinis variis, & *r* peregrinis nolite *ſ* abduci.

A *a* Et thorus immaculatus.] ſcil. ſine macula adulterii. Primum ergo dicitur contra abuſum, ut ſcil. ſit honorabile connubium. Et ſecundum dicitur contra adulterium, ut ſcilicet [Thorus ſit immaculatus.] Vel, [Honorabile connubium,] ut recta intentione accipiatur, & ducatur uxor, & legitime. [Et thorus immaculatus,] ut uxor ducta recto modo, certo tempore, & loco, B & juſta ratione cognoſcatur. Sunt autem plures rationes, propter quas homo poteſt cognoſcere uxorem. Prima, & præcipua eſt ad procreationem prolis ad cultum Dei. Secunda ad vitationem fornicationis quantum ad ſe, ut ſcilicet ipſe vir cognoſcat uxorem, ut ſic ipſe vitet fornicationem. Tertia eſt, ut providens uxori eam cognoſcat hac de cauſa, ne ipſa, quam ſcit petulantem, & laſcivam, adulterium ſuſcipiat. Quarta ratio eſt, ſi ipſa petit debitum. In quinto caſu poteſt cognoſci mulier non ſine peccato quocumque, ſed ſine peccato mortali, ſi, ſcilicet libido eum moveat ad cognoſcendam eam, ita tamen, quod nullo modo cognoſceret niſi ſuam. Alias autem peccatum mortale, ſi ſcilicet cognoſcit eam cauſa libidinis explendæ tam ferventer, ut etiamſi ſua non eſſet, non minus cognoſceret. De talibus dicit *Aug.* quod nimius amator uxoris eſt adulter. Inde ſubdit.

b Fornicatores, &c.] ideſt æternaliter condemnabit. *Chryſ.* Si enim juſtæ nuptiæ conceſſæ juſto viro, fornicator torquetur. *Eph.* 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti. *Gal.* 5. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Et poſtea ſubdit: Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Et nota, quod per copulationem intelligitur diverſitas inter fornicationem, & adulterium. Contra illos, qui dicunt, quod fornicationis nomine intelligitur adulterium, & eſt expreſſa auctoritas, quod cognoſcere ſolutam eſt mortale peccatum. Et hoc valet, quando diſputatur de luxuria. Similiter 1. *Cor.* 6. Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt. *c* Sint mores, &c.] Hic prohibet avaritiam, & tenacitatem de habitis, & cupiditatem de habendis, dicens: [Sint mores ſine avaritia] i. non ſitis tenaces de habitis. Avaritia enim omnes bonos mores corrumpit, & malos introducit. *Eccl.* 11. Avaro nihil ſceleſtius: hic enim propriam animam venalem habet. Et nota, quod dicit: [Sint mores ſine avaritia] contra quoſdam, qui licet multa dent, & largiantur pauperibus, tamen mores, ſive modum tenacitatis retinent: quia avaro modo, & non libenti animo dant illud. 2. *Cor.* 9. Neceſſarium exiſtimavi rogare fratres, ut perveniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem, non quaſi avaritiam. *d* Contenti præſentibus.] ut ſcilicet ſitis cupidi non habitorum; ſed ſufficiat vobis, quod habetis. 1. *Tim.* 6. Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, &c. Et poſtea dicitur: Habentes igitur alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Sed ne forte dicerent: Quid facturi ſumus, ſi defecerint nobis neceſſaria, reſpondet: Dominus providebit vobis. Et hoc eſt. *e* Ipſe enim dixit:] ad Jeſum Nave, ille ſcilicet, qui non mentitur. *f* Non te deſeram,] ſed ero tecum tibi ſubveniendo, & neceſſaria dando. *Joſ.* 1. Sicut fui cum Moyſe, ita ero tecum: non dimittam te, nec derelinquam. *Deut.* 31. Dominus, qui ductor eſt noſter, ipſe erit tecum, nec dimittet, nec derelinquet te, noli timere, neque paveas. 3. *Reg.* 6. Non derelinquam populum meum Iſrael. *Pſal.* 36. Junior fui, & ſenui, & non vidi juſtum derelictum. Item *Pſal.* 146. Qui dat jumentis eſcam ipſorum, &c. *Matth.* 6. Nolite ſolliciti eſſe dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: hæc enim omnia gentes inquirunt. Item in *eod.* Dico vobis, ne ſolliciti ſitis, &c. *g* Ita ut, &c.] Ita dixit, quod [ita] eſt nobiſcum non nos deſerens,

h Ut confidenter dicamus,] omnem ſollicitudinem noſtram in eum projicientes, ſecundum quod dicitur 1. *Petr.* 5. *i* Dominus mihi adjutor eſt,] ſuppliendo mihi neceſſaria. Et ideo *k* Non timebo quid faciat mihi homo,] etiamſi auferat mea. *Rom.* 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Iſa.* 51. Quis tu, ut timeas ab omni homine mortali, & a filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcet? *Prov.* 29. Qui timet hominem cito corruet. *Chryſ.* Hoc & nos dicamus in omnibus tribulationibus, & tentationibus: Dominus mihi adjutor, non timebo, &c. Derideamus humana, dum habemus Deum in mente. Sicut enim, ſi ille eſt inimicus, etſi omnes ſunt amici, lucrum nullum; ita ipſo exiſtente amico, etſi omnes impugnant, nullum eſt nocumentum: Quia autem longum eſt de ſingulis faciendis monere; ideo Apoſtolus monet ſequi Magiſtros, dicens:

l Mementote, &c.] Apoſtolorum, ſcilicet eorum verba, & exempla habeatis jugiter in memoria: Verba ad obediendum eorum præceptis, & exempla ad imitandum, *inf. eod.* Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. De iſtis Præpoſitis dicitur *Iſa.* 60. Ponam viſitationem tuam pacem, & Præpoſitos tuos juſtitiam. 1. *Theſſ.* 5. Rogamus vos, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monet vos, ut habeatis illos abundantius in charitate. Nota, quod dicit, eos, qui laborant, contra otioſos inter vos contra abſentes, qui non cuſtodiunt gregem, & qui non ſunt in communione aliorum: & præſunt vobis in Domino contra ſæculares, qui præſunt in divitiis non in Domino, ideſt in his, quæ Domini ſunt: & monent vos, contra tacentes, & mutos canes. Ita autem mementote eorum verborum, & exemplorum, quia ipſi ſunt.

m Qui vobis, &c.] Hoc pertinet ad eruditionem. Sed quia non tantum locuti ſunt, nam etiam operati ſunt bona in vita ſua, & in fine quidam paſſi ſunt tormenta; ideo addit, de his, quæ pertinent ad exempli præbitionem, dicens: *n* Quorum, &c.] glorioſum, quia mortui ſunt in Chriſto, vel pro Chriſto. *Apoc.* 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Et dicit *B. Bern.* Multo magis, qui pro Domino occiduntur. *n* Converſationis, &c.] quaſi dicat, ſi vultis pervenire ad talem exitum, habeatis converſationem eorum, & fidem in exemplum, & ſequamini fidem converſationis eorum, ideſt converſationem fidelem, vel quæ eſt ex fide. Vult ergo monere eos, quod oculos habeant ad Prælatos, qui bene docuerunt, quorum mors pretioſa, & vita ſancta, & glorioſa. Tales enim debent eſſe Prælati, ut ſint forma gregis. 1. *Petr.* 5. Forma facti gregis ex animo. *Jac.* 5. Exemplum accipite exitus mali, & longanimitatis, laboris, & patientiæ Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini: ecce beatificamus eos, qui ſuſtinuerunt, ſufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis.

o Jeſus Chriſtus] Hoc refertur ad id, quod ſupra teſtatus eſt Deum dixiſſe ad *Joſue*: [Non te deſeram, &c.] Poterat enim illis videri, quod tantum illa promiſſio pertineret ad Joſue; ideo dicit, quod non, imo etiam ad alios, quia [Jeſus Chriſtus] q. d. qui heri, i. in præterito juvit Joſue. *p* Hodie] ideſt in præſenti juvabit nos. Vel ſic continua. Poterat dicere: non poſſumus imitari illos antiquos Sanctos, quia Dominus contulit eis tantam magnam gratiam, ideo reſpondet, quod ſimiliter modo paratus eſt dare, ſi eſſet, qui eam accipere vellet, quia (Jeſus Chriſtus heri, &c.] i. ſine fine, q. d. æqualiter potens eſt & liberalis, & erit, ſicut fuit. *Apoc.* 1. Ego ſum alpha & omega, principium & finis, dicit Dominus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt. *Pſal.* 101. Tu autem idem ipſe es, & anni, &c. *Iſa.* 59. Ecce non eſt abbreviata manus Domini, ut ſalvare nequeat: nec aggravata eſt auris ejus, ut non exaudiat; ſed iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum; & peccata veſtra obſcederunt faciem ejus a vobis. *q* Doctrinis, &c.] Hic loquitur contra ſuperſtitioſos in cibis, vel ſuperfluos. Quidam enim occaſione ejus, quod Apoſtolus prædicabat omnia, &c. dicebant non eſſe peccatum cibis affluere. Alii dicebant, a quibuſdam cibis ſecundum legem abſtinendum eſſe. Contra quos omnes Apoſtolus dicit: (Doctrinis variis) i. diverſis a noſtra doctrina. *r* Et peregrinis] ideſt extraneis a veritate. *ſ* Nolite abduci.] ideſt ſeduci per ſpeciem, & ornatum verborum: nec a veritate Evangelii adducamini propter ſuperſtitionem talium. *Chryſ.* Cum Chriſtus dicat, *Matth.* 15. Non quod intrat in os coinquinat hominem. 1. *Tim.* 4. In noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes Spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, &c. Vel. *q* Doctrinis variis,] ideſt ex veritate, & falſitate permiſtis. Nulla enim falſa doctrina eſt, ut dicit *Gloſſ.* quæ non aliquando vera intermiſceat. Talis doctrina eſt lepra vo-

> *a* Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor, non eſcis, *b* quæ non profuerunt ambulantibus *c* in eis. *d* Habemus altare, *e* de quo edere *f* non habent poteſtatem, *g* qui tabernaculo deſerviunt. *h* Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in *i* Sancta per Pontificem, *k* horum corpora cremantur extra caſtra.

latilis, unde & ipſi leproſi ſunt, i. doctrinis variis abducuntur illi, qui Theologiam, & leges permiſcent, vel aliquas ſæculares ſcientias ſimul audiunt de diverſis ſcientiis ſpiritualibus, & ſæcularibus. Contra quos dicitur *Deut.* 22. Non arabis in bove ſimul, & aſino: non indueris veſtimento, quod ex lana, linoque contextum eſt. Dicit ergo. [Doctrinis variis,] ex veritate, & falſitate permiſtis; vel ex diverſis ſcientiis ſpiritualibus, & ſæcularibus. [Et peregrinis] ideſt extraneis a ſtudio ſanctorum Patrum. Scientia enim Sanctorum, ut dicit *B. Bern.* Num. 19. temporaliter cruciari, & in æternum gloriari. Sed illam ſcientiam multi reprobant, & parvipendunt. 2.*Mach.*4. Et patrios quidem honores nihil habentes Græcas glorias optimas arbitrabantur. [Nolite abduci,] a Deo ad Diabolum Ducem. *Jud.* 2. Abduxit Holofernes omnes filios Madian, & prædavit omnem locupletationem eorum. Ideo autem attendere talibus non debetis. *a* Optimum enim eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis,] ideſt, gratia fidei confirmare cor debetis, & non ſtudere obſervationi ſuæ, diſcretioni ciborum, vel affluentiæ electorum. Gratia enim eſt ſtabilimentum cordis, & robur ſpiritui, ſi cor ea fuerit repletum. Vas enim plenum aliquo per ipſam repletionem ſolidatur, & ſtabilitur. Sic cor plenum gratia ſi fuerit, firmiter ſtat, ut non fluctuet, vel in proſperis, vel in adverſis. 1.*Cor.*16. State in fide, viriliter agite, & confortamini. E contra cor ſine gratia vacillat, & fluctuat. Unde *Iſa.* 57. Cor impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. Eſcæ autem non implent cor, nec ſolidant, ſed ventrem inflant, & gravant. De quibus ſubdit:

b Quæ non profuerunt] imo nocuerunt. *c* Ambulantibus in eis.] ideſt illis, qui perſeveranter ſtudent in eis, vel diſcernendo, ut ſuperſtitioſi; vel nimis affluendo, ut guloſi, de quibus dicitur 1.*Cor.*6. Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem, & hunc, & illas deſtruet. *Phil.* 3. Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum. Non ergo ambulandum eſt in eis; quia nocent, ſed in ſpiritualibus eſt ſtatuendum. Unde *Gal.* 5. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. *Rom.* 13. Carnis curam ne feceritis in deſideriis. Quomodo ergo eſcæ nocent, habetur exemplum. *Num.* 11. Adhuc carnes erant in dentibus eorum; & ecce furor Domini concitatus eſt in populum. *Pſ.*77. Adhuc eſcæ eorum erant in ore eorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Et nota, quod hoc verbum, quod dicit Apoſtolus [Optimum] eſt contra quoſdam, qui pro modica debilitate corporis, quam ſe habere putant, cum tamen magis ſit debilitas, & acedia animi, ſtatim quærunt ſolatium ciborum: ſed melius eſſet, quod cor ſolidarent gratia, quam ventrem inflarent eſca. [Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis,] ventrem, [quæ non profuerunt ambulantibus in eis.] Certum enim eſt, quod gratia ſobrietatis, & corpus, & cor ſolidat. Sicut dicit *Eccl.*31. Sanitas animæ, & corporis ſobrius potus. E contra propter crapulam multi obierunt. Multi etiam debiles efficiuntur per infirmarias. Unde 1.*Cor.* 11. Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt. Et poſtea dicitur: Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. *d* Habemus] enim, quaſi ideo non debemus diſcernere cibos ſecundum legem, quia [habemus altare,] ideſt Chriſtum, vel fidem Chriſti, in quo offeruntur orationes, & operationes noſtræ Deo, & acceptantur. Corpus ergo Chriſti, quod offertur altari, eſt altare Thymiamatis, in quo offeruntur thura orationum, ut habetur *Exod.*30. Ideo orationes finiuntur. Per Dominum noſtrum, &c. De quo habetur *Exod.* 20. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta, & pacifica veſtra. *Gloſſ.* Credes filium Dei incarnatum: in terra enim corpus humanum. *e* De quo edere non habent poteſtatem,] ſacerdotalem, ſcilicet poteſtatem edendi, ideſt non ſunt digni communione corporis, & ſanguinis Chriſti. *g* Qui tabernaculo deſerviunt,] ideſt obſervantiis legalibus ſubjecti ſunt, ſicut illi, qui cibos diſcernunt. Talis enim exterius eſt a veritate, qui umbræ deſervit, & exemplari. Sicut enim tempore figurarum, qui deſerviebant figuris de ipſis timebant, ita tempore gratiæ illi ſoli, qui veritate vivere debent. *Num.* 18. Si quis exterius acceſſerit, morietur. Item *in eod.* Omnis oblatio, & ſacrificium, & quicquid pro peccato, & delicto redditur mihi, & cedet in Sancta Sanctorum, tuum erit & filiorum tuorum in Sanctuario comedens illud. Mares tantum edent ex illo, quia conſecratum eſt Domino. Et poſtea dicitur filiis Levi, Dedi omnes decimas Iſraelis pro miniſterio, quo ſerviunt mihi in tabernaculo fœderis. 1.*Cor.*9. Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; qui altari deſerviunt, cum altari participant. Miniſtri ergo gratiæ de cibo gratiæ debent vivere; ſicut miniſtri carnales de cibis carnalibus vivebant. Sed multi ſunt hodie, qui dicunt ſe miniſtros Chriſti, & de altari volunt vivere; ſed ſunt miniſtri legis, qui non quærunt niſi carnalia, nec curant de ſpiritualibus. Paleas ſequuntur temporalium, non granum virtutum. Hi debent de Sacerdotio depelli; quia nomina eorum non ſunt ſcripta inter cœleſtes, & ſpirituales Sacerdotes. Sicut illi, de quibus dicitur *ſup.*12. Qui conſcripti ſunt in cœlis. *Eſdr.* 2. Hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non invenerunt, & ejecti ſunt de Sacerdotio, & dixit illis Atherſata, ut non comederent de Sancto Sanctorum, donec ſurgeret Sacerdos doctus, atque perfectus. *Neemiæ* 7. idem. Vel ſic,

d Habemus enim altare, &c.] quaſi dicat, Ideo non eſt ſtudendum ciborum affluentiis, & ſuperfluitatibus, quia [habemus altare,] ideſt crucem Domini, vel memoriam ſuæ paſſionis: in quo altari offerre debemus animales motus carnis per macerationem, vel thura, & Thymiamata per devotam orationem.

e De quo] ideſt, de cujus ſacrificiis, & oblationibus.

f Edere non habent poteſtatem,] ideſt non ſunt digni in ſpiritualibus delectari ſacrificiis, qui tabernaculo corporis deſerviunt, & ex toto ſerviunt carni.

g Qui] ſcilicet curam carnis agunt in deſideriis. Tales, quaſi dicat, qui recipiunt carnales delectationes, non habent guſtum ad ſpirituales. *Bern.* Delicata eſt conſolatio divina, quæ non datur admittentibus alienam. Vel altare, ut dictum eſt, eſt altare Eccleſiæ, ubi conſecratur Dominicum corpus, de quo edere non habent poteſtatem. [Qui tabernaculo,] ideſt corpori deſerviunt, ideſt omnino ſerviunt voluptatibus corporis, ut fornicatores, adulteri, ebrioſi, de quibus dicitur *Rom.* 16. Hujuſmodi Chriſto Domino non ſerviunt, ſed ventri ſuo. Nomine autem tabernaculi intelligitur corpus. Secundum illud 2.*Petr.* 1. Scio quoniam velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Tales ergo, qui tabernaculo deſerviunt, non ſunt digni edere de illo ſacrificio. 1. *Cor.* 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, judicium ſibi manducat, & bibit.

h Quorum enim] Per duplicem allegoriam. Unam veteris, aliam novi Teſtamenti, ideſt per allegoriam ſurgentem de duplici hiſtoria, ſcilicet veteris, & novi Teſtamenti probat non debere deſervire tabernaculo corporis. Et poſt oſtendit per hiſtoriam veteris Teſtamenti, dicens: [Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra.] Hoc habetur *Numer.* 19. & *Lev.* 16. Et eſt ſenſus: Ideo non eſt ſtudendum in procuratione carnis, imo potius caro maceranda eſt, ut ſic oblatio fiat Deo accepta, quia Sanctorum ſanguis infertur in Sancta.

i Per Pontificem,] ideſt vita, ſive vitæ illorum affinitas laudabilis Deo patri præſentatur, per Chriſtum verum Sacerdotem, qui eſt Advocatus noſter interpellans pro nobis, ut dicitur *ſupra*. *Romanor. octavo*, & 1. *Joan.* 2. Vel eorum ſanguis infertur in Sancta Sanctorum, & animæ eorum cum triumpho paſſionis fruituræ cœlo.

k Horum autem corpora cremantur extra caſtra,] quia Sancti extra converſationem ſæcularium, carnaliumque hominum fervore ſpiritus accenſi conſumunt quicquid carnale eſt in eis, & fluidum, atque libidinoſum macerando ſe, & mortificando membra ſua cum vitiis, & concupiſcentiis, ut dicitur *Galat. quinto*. Vitulus autem, & hircus ſic immolabantur, ſicut dicitur *Levit. decimoſexto*. Vitulum autem, & hircum, qui pro peccato fuerunt immolati, & quorum ſanguis illatus eſt, aſportabunt foras extra caſtra, &c. & comburent igni tam pelles, quam carnes, & fimum. Vitulus & hircus debent offerri Deo: quia petulantia carnis, & curioſitas mentis Deo debet macerari. Vel per vituli oblationem deſignatur pretioſa mors Martyrum. Per hirci vero immolationem pœnitentia peccatorum, qui corpora ſua offerunt Deo hoſtiam vivam,

ſanctam,

ſanctam Deo placentem. *Rom.* 12. Utrorumque autem ſanguis infertur in Sanctuario, quia pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, tam Martyrum, qui ſemel totum ſanguinem fundunt pro Chriſto, quam *Iſa.* 115. Confeſſorum, & pœnitentium, qui quotidie ſe mortificant Deo. Secundum illud. *Pſalm.* 43. Quoniam propter te mortificamur tota die, hoc dicit, quantum ad Confeſſores, æſtimati ſumus, ſicut oves occiſionis, hoc dicit quantum ad Martyres. Caſo autem hoſtiæ, & C pellis, & fimus igne comburantur. *Mich.* 1. *De cel. Miſſ. c.* 1. *in clem.* Caro, ideſt, voluptas carnalis contra delicatos, & pellis, ideſt, apparentia ſæcularis contra ſuperbos, & fimus, ideſt, abundantia temporalis per ignem Sancti Spiritus in homine, qui ſe Deo offert hoſtiam, debet extingui. Et nota, quod per hoc, quod dicit, quod ſanguis animalium infertur in Sancta, ſignificat, quod Sancti deſerviunt altari cœleſti. Per hoc autem, quod dicit, quod corpora cremabuntur extra caſtra, oſtendit, quod tabernaculo corporis non deſerviunt. Deinde per allegoriam novi Teſtamenti probat, quod non eſt deſerviendum tabernaculo corporis dicens:

a propter quod *b* & Jeſus; ut *c* ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt. *d* Exeamus igitur ad eum extra caſtra, *e* improperium ejus portantes. *f* Non enim habemus hic manentem civitatem, *g* ſed futuram inquirimus. *h* Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo *i* ideſt, fructum labiorum confitentium nomini ejus. *k* Beneficentiæ autem, *l* & communionis *m* nolite oblivіſci. *n* Talibus enim *o* hoſtiis promeretur Deus. *p* Obedite Præpoſitis veſtris &

a Propter quod] ideſt, propter illud idem deſignandum ſc. ut extra caſtra, ideſt, extra carnales concupiſcentias, vel carnalium hominum ſocietatem exeamus.

b Et Jeſus extra portam paſſus eſt.] ad litteram, extra portam Jeruſalem. Paſſus eſt, dico, ad hoc:

c Ut ſanctificaret populum per ſuum ſanguinem] ideſt, merito ſuæ paſſionis mundaret a peccatis non merito ipſius populi. Sicut enim de ſanguine hoſtiæ aſpergebatur populus, quod dicitur *Exod.* 24. Sumptum ſanguinem reſperſit in populum. Ita ſanguine Chriſti aſpergatur populus fidelium ad emundationem a peccatis, & mollificationem devotionis. Sed quare non fuit Chriſtus combuſtus extra portam, ſicut hoſtia comburebatur extra caſtra? Reſpondeo. Myſtice ſua paſſio dicitur combuſtio. Igne enim dilectionis, vel tribulationis coctus eſt in craticula Crucis. In lege etiam combuſtio vocatur quælibet acerba paſſio. Unde *Joſ.* 7. Quicumque hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni. Poſtea autem dicitur, quod lapidavit eum, ideſt, Auctor, omnis populus.

Myſtice. Myſtice. Porta civitatis eſt ſenſus corporis, in quorum nullo peccavit Chriſtus, & ideo extra carnis voluptates paſſus eſt, & nos ejus exemplo oſtio ſenſuum vitiis clauſo carnis deſideria patiamur.

d Exeamus igitur] quaſi quia ipſe extra caſtra paſſus eſt pro nobis, ut ſc. nos ſanctificaret, igitur. [Exeamus extra caſtra,] ideſt, ſocietates carnalium hominum, vel carnis voluptates pro Chriſto, ut ipſi vicem rependamus. *Prov.* 23. Ad menſam magnam ſediſti; ſcito quia talia oportet te præparare. Mortificemus ergo cum vitiis, & concupiſcentiis. Item *Gal.* 2. Chriſto confixus ſum Cruci. Dicit ergo. [Exeamus] *Luc.* 8. Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. *Gen.* 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. [Extra *Gal.* 5. caſtra,] *Lucanus.*

Nulla fides, pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur.

[Extra caſtra,] colligebatur manna; ſimiliter extra carnalem voluptatem poſitis datur gratia, vel doctrina. *Gen.* 19. Loth erat in oſtio tabernaculi, quando apparuerunt ei Angeli. In oſtio tabernaculi eſt, qui temporalibus utitur ad ſuſtentationem, non ad delectationem. Talis enim extra tabernaculum eſt omnino, quaſi de corpore cogitat, ut ſuſtentetur, nec intus eſt omnino, quia de ea non curat, ut delectetur. Sed quia non ſufficit exire. Ideo ſubdit:

e Improperium] i. crucem, & vilitatem pro eo patienter ferentes. *Matth.* 16. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. *Chryſoſtom.* Omnia faciamus cum gratiarum actione. 1. *Petr.* 3. Si exprobramini in nomine Chriſti, beati eritis. Et vere debemus exire caſtra. *f* Non enim habemus hic manentem civitatem,] in hoc ſtatu manet corpus. Vel, ideſt, non habemus in iſto mortali corpore manentem civitatem.

g Sed futuram inquirimus,] ideſt, ſecundum ſtatum futurum corpus. Vel, ideſt, manſionem cœleſtem, quia manſio terreſtris præterit, ſicut dicitur. 1. *Corint.* Præterit enim figura hujus mundi, *ſup.* 11. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus Artifex, & Conditor Deus.

Moraliter. *Chryſ.* Eſt civitas, deſideria populi, ratio, *Moral.* Rex, potentiæ animæ Duces. Hæc civitas in præſenti non manet, ſed mutatur, in futuro autem ſtabilietur per ipſum, ergo, &c. q.d. ex quo ita eſt, quod per Pontificem infertur ſanguis in Sancta, & oblatio Deo fit accepta per eum, ſicut dictum eſt ſuperius, qui eſt verus Pontifex, ergo:

h Per ipſum] Chriſtum, [offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo] q. dic. illi offerebant vitulos; nos offeramus Euchariſtiam, ideſt, gratiarum actionem. Hæc germinent labia noſtra. Unde exponendo qualem hoſtiam offerre debemus.

i Ideſt, fructum labiorum confitentium nomini ejus.] i. ſemper confiteamur nomen ejus, quod eſt laudare Deum & hoſtiam ei offerre, & ſic fructum pacis æternæ, vel præſentis reconciliationis, & indulgentiæ nobis germinant labia confeſſionis noſtræ. Secundum illud. *Iſa.* 57. Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe eſt, & pacem ei, qui prope eſt, ideſt, peccatori, & Juſto, Peccator enim conſequitur pacem reconciliationis, & Juſtus pacem fraternitatis conſcientiæ, & quietis æternæ. *Oſee ultim.* Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. *Eccl. ult.* Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum: confitebor nomini tuo, quoniam adjutor, & protector factus es mihi, & liberaſti corpus meum a perditione.

k Beneficentiæ autem, &c.] Evacuata ſententia pravorum de gula, redit ad bonos mores perſuadendos, & ad opera pietatis dicens: [Beneficentiæ autem,] q. d. non ſolum Deo offerre debetis laudes hoſtias, ſed etiam proximis largam eleemoſynam. Et hoc eſt: [Beneficentiæ autem,] ideſt, largitatis in alios quantum ad cenſum, ſive quantum ad effectum. Beneficus enim dicitur largus, & eleemoſynæ deditus, inde beneficentia dicitur largitas eleemoſynarum.

l Et communionis] quantum ad affectum, ideſt, charitatis, qua omnia putantur communia. *Rom.* 12. Neceſſitatibus Sanctorum communicantes, ideſt, affectum, & cenſum præbentes. 2. *Cor.* 8. Secundum virtutem teſtimonium illis reddo, & ſupra virtutem voluntarii fuerunt cum multa exhortatione obſecrantes nos gratiam, & communicationem quæ fit in Sanctos.

m Nolite oblivіſci.] q. d. etſi noſtra ſint ablata, tamen ex his, quæ habetis, date, ſicut ſolebatis. Hoc eſt, quod *ſupra* 10. Dicit: Non deſerentes collectionem veſtram. Vel [Beneficentiæ nolite oblivіſci,] quin bona faciatis pauperibus. 2. *Theſſ.* 3. Nolite deficere benefacientes in Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Eccl.* 12. Si benefeceris, ſcito, cui benefeceris. Et poſtea dicitur: Bene fac humili, & ne dederis impio. Sed quia multi benefaciunt pauperibus, ſed non abundanter. Ideo ſubdit: [Et communionis] q. d. ſic benefacite pauperibus, ut veſtra, quaſi communia eis impendatis abundanter ſecundum poſſibilitatem veſtram. Unde 2. *Cor.* 8. Non ut aliis ſit remiſſio, vobis autem tribulatio; ſed ex æqualitate in præſenti veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, & illorum abundantia illorum inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas.

n Talibus enim hoſtiis] ſcilicet, eleemoſynis, & operibus pietatis.

o Promeretur Deus,] non illis antiquis legalibus hoſtiis ſed eleemoſynis, & operibus pietatis obtinetur Deus in præſenti per gratiam, in futuro per gloriam. *Gen.* 15. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. *Apoc. ultim.* Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt. Per hoc autem, quod dicit: [Talibus hoſtiis promeretur Deus,] vel complacatur. *Secundum Chryſoſtomum*, habetur argumentum, quod eleemoſyna eſt hoſtia, qua Deus placatur, cum damus Chriſto tale ſacrificium, ut offerat patri, Aliter enim non offertur patri, niſi per filium. *Phil.* 4. Repletus ſum acceptus ab Epaphrodito, quæ miſiſtis in odorem ſuavitatis, hoſtiam acceptam placentem Deo.

p Obedite Præpoſitis veſtris] quantum ad præcepta

a & ſubjacete eis, b Ipſi enim c pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, d ut cum gaudio hoc faciant, e & non gementes. f Hoc enim g non expedit vobis. h Orate pro nobis. i Confidimus enim, k quia bonam conſcientiam habemus in omnibus

a Et ſubjacete eis.] quantum ad correctiones, & diſciplinas. *Levit.* 5. Si tetigerit immunditiam ſubjacebit delicto, ideſt, pœnæ delicto competenti. *Rom.* 13. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. 1. *Petr.* 2. Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Regi, quaſi præcellenti, ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis. *Coloſſ.* 3. Filii obedite parentibus veſtris per omnia Prælatis, qui ſecundum Deum vos genuerunt. *Epheſ.* 6. Filii, obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim juſtum eſt, i. non contra Deum. Et certe magnum malum eſt ſine Principe eſſe, & calamitatis materia, & principium inordinationis, & confuſionis, quod patet exemplis. Tolle navis gubernatorem, & ſcapha perit. *Proverb. undecimo.* Ubi non eſt gubernator populus corruit. Item Ducem exercitus tolle, & ordo, vel tenor perit legionis, ut habetur. *Judic. decimotertio.* Item Gregis Paſtorem, & diſpergentur oves. *Zach. decimotertio.* Percute Paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Non minus autem malum eſt inſuaſibilitas in ſubditis, ideſt, inobedientia. Deterius enim eſt non obedire Principi, quam non habere Principem. Sed ait aliquis. Multi ſunt mali Principes. Scio & ego. Melius autem eſt a nullo regi, quam a malo. Qualiter autem dicit: [Et ſubjacete eis.] Solut. Si pernicioſus eſt in fide, fuge eum: non ſolum ſi homo fuerit; ſed etiam ſi Angelus de cœlis. *Galat. primo.* Si autem integram fidem habet, ne ſcruteris, audi Chriſtum dicentem. *Matth.* 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis, facite; ſecundum vero opera eorum nolite facere, quaſi dicat, habent quidem dignitatem, ſed non vitæ ſanctitatem: tamen non judices eos. Nam quod dicitur *Luc. ſexto.* Nolite judicare, & non judicabimini, de vita eſt, & non de fide. Signanter autem dicit: Omnia, quæ dicunt, facite: ut dicit, credite, facere opus eſt. 1. *Petr.* 2. Servi, ſubditi eſtote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modeſtis, ſed etiam diſcholis. Si ergo malis Prælatis ſubaudiendum eſt, multo magis bonis Prælatis, & diſciplinatis, qui de animabus ſolliciti ſunt. Unde ſubdit:

b Ipſi enim, &c.] Quaſi debetis obedire eis, quia [ipſi pervigilant,] quaſi pro vobis ſolliciti ſunt prædicando, bonum exemplum dando, exteriora prout poſſunt providendo. Paſcunt enim vos verbo, & exemplo, & temporali ſubſidio, ſicut dictum eſt Petro. *Joan. ultim.* Ter Paſce, &c. *Chryſ.* Sicut ſubditos oportet eſſe obedientes, ita Prælatos vigiles. *Marc.* 13. Janitori præcepit, ut vigilet. Et *Luc. ſecundo.* Paſtores erant in eadem regione vigilantes, & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Ideo dicitur hic: [Ipſi enim pervigilant, &c.] q. d. periculum habent in ſuum caput peccata tua, & tu pigritatis. *Ezech.* 3. Si non nunciaveris, &c. quaſi rationem pro animabus reddituri. 3. *Reg.* 20. Cuſtodi virum nunc, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Si ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus. Fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipſum libera, quia incidiſti in manum proximi tui, diſcurre, feſtina, & ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis, &c. Item *Prov.* 22. Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis, *Chryſ.*

c Quaſi rationem, &c.] O Prælate, tanto igni ſubmittis caput minorum, ſi quem contigit de his, qui principantur ſalvari in tantis vitiis, & tanta pigritia; video tamen currentes, & ſponte ſe projicientes in pericula. Reddent autem rationem de ſubditis in judicio. Fiet enim illis quæſtio illa, *Jerem.* 13. Ubi eſt grex, qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum? Quid dices, cum viſitaverit te? Tu enim docuiſti eos adverſum te, ideſt, dixiſti bona, & feciſti mala. Item 33. Adhuc tranſibunt greges ad manum numerantis. Ideo autem obedite.

d Ut cum gaudio hoc faciant,] i. gaudenter, & vigilent hilariter, & curam veſtri agant videntes veſtrum profectum, & obedientiam.

e Et non gementes.] per inobedientiam; & rebellionem veſtram. *Gloſſ.* Tunc cum gaudio laborat operarius in agro, quando attendit arborem, & videt fructum; quando attendit ſegetem, & videt ubertatem: tunc intelliget, quod non ſine cauſa laboravit. Ubi enim plurimæ ſunt ſegetes, manifeſta eſt fortitudo bovis, ut dicitur *Prov.* 14. Nec ſine cauſa dorſum curvavit, non ſine cauſa manum attrivit, non ſine cauſa frigus, æſtuſque toleravit. *Gen.* 31. Die, noctuque, gelu, æſtuque urgebar, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Gaudet ergo Prælatus, cum videt laboris ſui profectum. Ideo ait: [Ut cum gaudio hoc faciant & non gementes,] *Iſa.* 61. Iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus; ideo gaudens gaudebo in Domino. 3. *Joan.* Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare, &c. Nota, quod dicit;

e Et non gementes,] in quo notatur, quod Prælatus ſi videt ſubditos rebelles, & inobedientes, & gemere debet, non ulciſci, non pugnare. *Chryſ.* Gemere debet, qui contemnitur a ſubditis, ſicut ille, qui dicit *Gal.* 4. Filioli, quos iterum parturio. Gemitus enim ſunt in parturitione, Item cum vides, quia eos, qui principantur, ulciſci non oportet, contemptum, multa eſt ultio lacrymari, & gemere; quia ſi ille gemuerit, Deus ulciſcetur. Ideo ſubdit:

f Hoc enim] ſcilicet, ut gementes curam agant veſtri.

g Non expedit vobis.] ut tales ſitis, pro quibus ipſi gemant, & conquerantur de vobis apud Dominum dicentes illud, *Jer.* 51. Curavimus Babylonem, quantum in nobis fuit, ſcil. & non eſt curata. Quod autem dicit: [Non expedit.] Liptote eſt, ideſt, nocebit vobis. Et eſt ſimile. 2. *Par.* 13. Filii Iſrael, nolite pugnare contra Dominum Deum patrum veſtrorum; quia non vobis expedit: Vel ita [Cum omni gaudio, &c.] quaſi ideo debetis obedire illis. [Ut] in die judicii, [faciant hoc,] ideſt, reddant rationem Deo, [cum gaudio] ſecuri de præmio veſtro, & participes gaudii, & præmii veſtri. *Pſalm.* 125. Venientes autem venient cum exultatione, &c. 1. *Theſſ.* 2. Quæ enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum Jeſum Chriſtum eſtis in adventu ejus. [Et non gementes] i. non anxii, vel hæſitantes de veſtra damnatione. *Iſa.* 35 Gaudium, & lætitiam obtinebunt, & gemitus, & dolor fugiet. *Matth.* 2. Intra in gaudium Domini tui: quia ſuper modica fuiſti fidelis. Sequitur:

h Orate pro nobis.] *Gloſſ.* Superbiam, & elationem quorumdam Pontificum percutit, qui dedignantur petere ſuffragia orationum a ſubditis. Simile *Rom.* 15. Adjuvetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. *Eph.* 6. Vigilantes in omni inſtantia, & in obſecratione pro omnibus Sanctis, & pro me. 1. *Theſſ.* 5. Orate pro nobis. Sed quia ſunt quidam, qui orationes petunt; & tamen de meritis ſuis fructum orationis repellunt a ſe. Ideo ſubdit;

i Confidimus enim,] Quod, ſcilicet, orationes veſtræ nobis proderunt. Et ſubdit, quare ſcilicet, poſſunt valere.

k Quia] ſc. [bonam conſcientiam] quaſi ideo confidimus nos poſſe juvari per orationes veſtras; quia in nullo ar-

a guit

Aliter. Vel aliter exponitur. i Confidimus enim, &c.] Inter iſtos Hebræos erant aliqui adverſarii Apoſtolo: qui nec etiam nomen ejus poterant audire. Propter quos etiam nomen ſuum poſuit in principio Epiſtolæ, ſicut dicit *Chryſ.* Illi dicebant, quod Apoſtolus odio habebat gentem ſuam, nec confidebat de ſalute eorum, ſed ad gentem converſus diſceſſionem docebat a Moyſe duce eorum, ſicut habetur. *Actuum* 21. Et iſti docebant, quod ſi qua genti ſuæ blanda, & ſuavia loquebatur, vel ſi beneficia impendebat eis; omnia ficte, & inſidioſe faciebat. Ideo Apoſtolus humiliter excuſans ſe ait;

i Confidimus enim,] q. d. non peto, quod oretis pro me, quia confidimus de vobis, quod tales eſtis, qui mihi poſſitis per orationes veſtras ſubvenire, & confidimus inde de veſtra dilectione ad nos. *Galat.* 5. Ego confido de vobis in Domino, quod nihil aliud ſapietis: *ſupra* 6. Confidimus de vobis meliora, & viciniora ſaluti, tamen & ſi ſic loquimur. Ideo autem confidimus de veſtra dilectione; quia in nullo conſcii ſumus vos læſiſſe, vel decepiſſe, vel ullum in poſterum decipere. Et hoc:

k Quia bonam conſcientiam] non ſolum in gentibus, ſed in vobis; & in nullo arguit nos conſcia, quia nocuerimus vobis,

vel

a gruit nos conſcientia de præteritis, ſed bonam conſcientiam habemus in omnibus, quia de præteritis pœnitemus, 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum. Sed quia non ſufficit de præteritis habere bonam conſcientiam, niſi cautela de futuris habetur. Ideo ſubdit;

a bene volentes converſari, b Amplius autem deprecor vos hoc facere, c quo d celerius reſtituar vobis. e Deus autem pacis, f qui eduxit de mortuis g Paſtorem magnum ovium in h ſanguine Teſtamenti æterni Dominum noſtrum Jeſum i Chriſtum, aptet vos in omni bono, k ut faciatis voluntatem ejus, l faciens in vobis, quod placeat coram ſe

a Bene volentes converſari,] in futuro, ideſt, ſine reprehenſione in medio hujus nationis pravæ & perverſæ, ut dicitur *Phil.* 2. Nihil autem ita facit hominem cautum in cuſtodiendo ſe a peccatis, ſicut timor Domini. Ideo dicitur 1. *Petr.* 1. In timore incolatus veſtri converſamini. Et B. *Bern.* dicit: Nihil tantum valet ad gratiam recuperandam, promerendam & retinendam, quam ſi te inſtanter tenueris in timore Domini.

a vel inſidias vobis fecerimus, nec cum fictione aliquid protulimus, vel negotiationis gratia, ſive quæſtus fecerimus, *Act.* 23. Viri fratres, ego omni conſcientia bona converſatus ſum ante Deum uſque in hodiernum diem, Item *Act.* 25. Judæis non nocui, ſicut tu melius noſti. Item *Act. ult.* Viri fratres, ego nihil adverſus plebem faciens, aut morem paternum, & vinctus Jeroſolymis traditus ſum in manus Romanorum. [Bene volentes converſari] ideſt, in Judæis, & inter gentes ſine offenſa & reprehenſione propoſitum habentes ſemper bene converſandi.

b Amplius autem deprecor vos hoc facere] quaſi dicat, ut oretis pro me. (Amplius autem deprecor vos facere) ideſt, orare pro me. (Amplius) ideſt, affectuoſius & cum majori ſtudio.

c Quo,] ideſt, ut.

d Celerius reſtituar vobis,] Prædicit eis adventum ſuum, ut attentiores faciat ad orandum, & benefaciendum. Sic etiam *Phil.* 2. Confido in Domino, quoniam & ipſe veniam ad vos cito, Vel

b Amplius, &c. quo celerius reſtituar vobis] quaſi non ſolum mea cauſa, ſed magis pro veſtra utilitate rogo vos hoc facere, ſcilicet, orare pro me.

Utilitas enim iſtorum eſſet, ſi Apoſtolus ad eos veniret.

Duplicem enim gratiam eis in adventu ſuo imponebat. Gratiam, ſcilicet, ſpiritualem.

Unde *Rom.* 1. Deſidero enim vos videre, ut aliquid vobis impertiar gratiæ ſpiritualis.

Item gratiam temporalem, quia collectas eis afferebat, ideſt, eleemoſynas, quas ab aliis ad opus eorum colligebat. Sicut habetur. 1. *Cor.* 16. De collectis autem, quæ fiunt in ſanctos, &c.

e Deus autem pacis, &c.] Sic continua ſecundum *Chryſ.* Prius ab eis petiit orationes; nunc & ipſe orat pro eis dicens: (Deus autem, &c.) Vel aliter ſecundum, *Gloſſ.* quaſi dicat, ergo ſuadeo vos ad prædicta bona; Deus autem, qui aptare vos poteſt ad illa facienda, quia ille [Deus pacis,] ideſt, dans pacem, ſive dator pacis, ut ſcilicet, vitia non inquietent.

f Qui eduxit de mortuis Paſtorem magnum ovium in ſanguine Teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem, &c.] Nota ſingula.

e Deus pacis,] ideſt, Deus, qui dat pacem reconciliationis, & indulgentiæ pœnitentibus.

Item pacem, ideſt, ſerenitatem conſcientiæ profitentibus.

Item pacem quietis & tranquillitatis æternæ pervenientibus, 1. *Cor.* 14. Non eſt Deus diſſenſionis, ſed pacis, *Phil.* 4. Hæc agite; & Deus pacis erit vobiſcum, 1. *Theſſ.* 5. Ipſe autem Deus pacis ſanctificat vos per omnia, *Rom.* 51. Deus autem pacis ſit cum vobis omnibus, Amen. 2. *Cor.* 13. Habere pacem, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum 2. *Theſſ.* 3. Deus autem pacis det vobis ſempiternam pacem.

f Qui eduxit de mortuis,] ideſt, de numero mortuorum, de morte eum reducens ad vitam, & mortem deſtruens, ut qui deſtruxit quidem mortem, illuminavit vitam,

Item 2. *Tim.* 2. Memor eſto Dominum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ſecundum Evangelium meum.

Vel, (Qui eduxit de mortuis,) ideſt, reſuſcitavit de loco mortuorum, de ſepulchro, qui eſt locus mortuorum, de quo eduxit Chriſtum Deus clauſo ipſo ſepulchro. Eduxit dico,

g Paſtorem ovium magnum Dominum Jeſum Chriſtum] Chriſtus Paſtor officio, magnus dignitate, ſanctitate immenſitate.

Paſtor autem ovium, ideſt, humilium & manſuetorum; non hædorum, non luporum; ſed ovium, 1. *Pet.* 2. Eratis ſicut oves errantes; nunc autem converſi eſtis ad Paſtorem & Epiſcopum animarum veſtrarum, Paſcit autem ipſe Paſtor ſeipſo oves ſuas.

Unde *Pſ.* 110. ubi dicitur: Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors, & miſerator Dominus; eſcam dedit timentibus ſe. Et hoc eſt, quod ſubdit:

h In ſanguine Teſtamenti æterni,] ideſt, qui paſcit ſuos proprio ſanguine. Secundum illud *Job* 39. Pulli Aquilæ lambunt ſanguinem.

Vel ſecundum *Gloſſ.* Qui Paſtor eſt effectus. [In ſanguine teſtamenti æterni,] ideſt, per effuſionem ſanguinis ſui.

Talem enim decuit eſſe Paſtorem, qui pro ovibus ſuis ſanguinem ſunderet ſuum, & animam poneret, *Jo.* 10. Ego ſum Paſtor bonus, bonus Paſtor animam ſuam dat pro ovibus ſuis.

Sanguis autem Chriſti dicitur ſanguis Teſtamenti æterni, confirmator Teſtamenti novi, ideſt, Evangelii. Quod dicitur æternum, quia aliud ei non ſuccedit, per ſanguinem enim, ideſt, per mortem teſtatoris confirmatur Teſtamentum, *ſup.* 9. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt.

Item in fœderibus faciendis ſolebat fieri ſanguinis effuſio.

Sicut dicitur *Exod.* 24. Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum. Vel aliter.

f Qui eduxit de mortuis Paſtorem ovium magnum,] ideſt, qui reſuſcitavit Chriſtum. Vel ſecundum *Chryſoſt.* Qui eduxit de terra, &c.

Et hoc in ſanguine Teſtamenti æterni, quaſi dicat merito paſſionis venit ad gloriam reſurrectionis. Non ſolum autem Chriſtus eduxit ſe de mortuis, ſed etiam alios de morte per ſanguinem ſuum liberavit, *Zach.* 9. Tu autem in ſanguine Teſtamenti eduxiſti vinctos de lacu, in quo non erat aqua.

Ipſe, inquam, Deus pacis, qui prædicta vobis fecit per Chriſtum.

i Aptet vos in omni bono,] ideſt, veſtram voluntatem præparet, ut omne bonum velitis,

Sed quia voluntas non eſt aptata, ſi ſit ad operationem ſegnis & pigra. Ideo ſubdit:

k Ut faciatis voluntatem ejus,] quaſi ea, quæ ipſe vult, perducatis ad effectum, 1. *Theſſ.* 4. Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. Aptat vos, dico, Deus.

l Faciens in vobis, quod placeat coram ſe,] quia ipſius eſt facere in vobis, quod gratum, & placitum ſit. Non enim in nobis habemus niſi malum ex nobis. *Rom.* 7. Non habitat in me, ideſt, in carne mea bonum.

Nota, quod tria petit, aptationem, operoſitatem, intentionis rectitudinem.

Aptationem voluntatis, cum dicit: (Aptet vos in omni bono) Operoſitatem, cum dicit: (Ut faciatis voluntatem ejus.) Rectitudinem intentionis, cum dicit: (Faciens in vobis, quod placeat coram ſe) Intentio enim recta facit animam Deo placentem, quando, ſcil. homo ſoli Deo intendit placere, non hominibus, niſi propter Deum, *Gal.* 1. Si adhuc hominibus placerem, ſervus Chriſti non eſſem, *Chryſ.* Hæc maxima virtus eſt facere, quod Deo eſt acceptabile. *Sap.* 9. Da mihi, Domine, ſedium tuarum aſſiſtricem Sapientiam, ut mecum ſit, & mecum laboret, &c. *Iſ.* 42. Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum, Electus meus, complacuit mihi in illo anima mea. Hæc autem tria fecit in hominem Deus.

Præparat enim, ſive aptat naturam per gratiam, ut bonum velit, vivat ſecundum voluntatem, exeat in orationem.

Phil. 2. Operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate.

Dirigit etiam voluntatem & operationem ad ſe, ut ſibi placeat per rectam intentionem.

Unde *Apocalyp.* 17. Dominus dedit in corda eorum, ut faciant quod placitum eſt ei. Dicit ergo. [Faciens in vobis, quod placeat coram ſe,] ideſt, veſtra bona opera acceptabilia faciens ſibi per intentionis rectitudinem. Et hoc,

a Per Jeſum Chriſtum,] per quem omnis oratio, operatio, & affectio redditur accepta, ſi fuerit facta in gratia ejus, & ad honorem ipſius, cui Chriſto una cum Patre & Spiritu ſancto ſit, vel etiam.
b Gloria in ſecula ſæculorum,] ideſt, ſine fine. *Rom.* 9. Ex quibus & Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. 1. *Tim.* 1. Soli Deo honor & gloria.

a per Jeſum Chriſtum, cui eſt *b* gloria in ſæcula ſæculorum, *c* Amen. *d* Rogo autem vos fratres, ut ſufferatis *e* verbum ſolatii, *f* Etenim perpaucis ſcripſi vobis, *g* cognoſcite fratrem veſtrum Timotheum dimiſſum, *h* cum quo ſi celerius venerit, *i* videbo vos. *k* Salutate omnes Præpoſitos veſtros, *l* & omnes Sanctos. *m* Salutant vos de Italia fratres. Gratia *n* cum omnibus vobis. Amen.

Explicit Epiſtola Pauli ad Hebræos.

c Amen,] confirmatio, quaſi ita fiat, vel ita verum eſt, ut dixi.
d Rogo autem vos, fratres, ut ſuffeiatis,] ideſt, patienter ſuſtineatis. *e* Verbum ſolatii.] Hanc Epiſtolam, quam in conſolationem vobis miſi, quia puſillanimes eratis in tribulationibus & gravati, *Chryſ.* Vide ſapientiam Apoſtoli, non dicit verbum admonitionis, vel exhortationis, quod pertinet ad pigros & negligentes; ſed verbum ſolatii, ideſt, mitigationis, quod pertinet ad tribulatos & puſillanimes, 1. *Theſſ.* 4. Conſolamini invicem in verbis iſtis. Et debetis patienter ferre.
f Etenim perpaucis ſcripſi vobis,] timens vobis tædium eſſe. Longitudo enim habet fatigare, quaſi dicas, non oportet cujuſdam longitudinem ſermonis abnuere. In hoc autem latentes tangis pſeudo adverſarios ſuos, qui Epiſtolas protrahebant, & longis eos ſermonibus fatigabant. Sed quare dicit. (Perpaucis,) cum Epiſtola iſta ſatis longa ſit: Solutio. *Chryſ.* Tanta ſcribens pauca dixit eſſe ad ea, quæ debebat ſcribere, vel dicere, ſicut *Eph.* 3. Sicut ſupra ſcripſi vobis in pauco, in quo poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in miniſterio Chriſti.
g Cognoſcite fratrem veſtrum Timotheum dimiſſum,] ideſt, ſciatis, quod Timotheus eſt. Sed unde, vel a quo? Reſpondet, *Gloſ.* A carcere, in quo detentus erat, *Chr.* æſtimo eum fuiſſe in carcere, aut ſi non hoc, ab Athenis abſolutum. Etenim hoc in actibus patet.

Vel ſecundum, *Gloſ.* [Dimiſſum,] in iter, quod volebat ad prædicandum directum.
h Cum quo, ſi celerius venerit,] ideſt, celeriter.
i Videbo vos.] In hoc reddis eos attentos & manſuetiores. Et nota, quod de Timotheo adducendo ſecum ſpiritualem facis mentionem; quia forte iſti ad Timotheum affectuoſe ſe habebant.

In hoc etiam commendatur Timotheus, ſicut *Phil.* 2. Spero autem in Domino Jeſu Timotheo me cito mittere ad vos. Et poſtea dicit:

Experimentum autem ejus cognoſcite, quoniam ſicut patri filius mecum ſervivit in Evangelio.
k Salutate omnes Præpoſitos veſtros,] ideſt, Prælatos.
l Et omnes Sanctos,] ideſt, ſubditos in Baptiſmo ſanctificatos.

Sed quare non mandat Præpoſitis, ut ſalutent minores, ſicut nunc fit? Hic autem dicit, quod ſalutent Præpoſitos. Et ſimiliter, *Col. ult.* Dicit ſubditis, ut admoneant Prælatum ſuum dicens: Dicite Archippo. Vide miniſterium tuum, &c.

Sol. Epiſtola conſolationis ſpecialiter mittitur ad infirmos.
m Salutant,] vos omnes fratres, [de Italia] Per hoc ſignificatur, quod de Roma ſcripſit hanc Epiſtolam.
n Gratia cum omnibus vobis. Amen] ſit ſupple, *Chryſ.* Gratia remiſſio eſt peccatorum, ſcil. purgatio, 2. *Cor. ult.* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Spir. Sanctus ſit ſemper cum omnibus vobis. Reſp. Si non convitiati fuerimus ad beneficium ſi non pigri circa donum. Quis enim convicians poteſt cuſtodire gratiam? Gratia enim cuſtodienda eſt: omnium enim bonorum cauſa eſt; ad omnia dirigit cum cœleſtia cogitamus, adeſt, cum ſæcularia recedunt. Audi enim, quod dicatur *Jo:* 14. Ut maneat vobiſcum in æternum Spiritus veritatis, quem mundus non poteſt accipere, qui non videt eum, nec ſcit eum. Vides ergo, quod non eſt mundanæ animæ & ſæcularia cogitantis habere eum. Et poſtea dicit: Sicut autem navis ſtante proſpero ſpiritu bonam opinionem dat Nautis; ita anima divino munita Spiritu omnibus ſuperior eſt procellis ſæcularibus. Navis autem, quæ in cœlis eſt, fert animam habens plena vela, in molle velum incidens ventus nequaquam habes ultra intenſionem puto cum oramus oportet tendere ſunes animæ, ideſt, deſideria vehementer.

Item & cum miſeremur, non laxet, & molliat velum timor paupertatis, vel procuratio filiorum & familiæ, ſi ſpes futurorum tendat velum, tunc undique ſuſcipit Spir. Sancti ictum in vela ſic extenſo: ſi quid temporale incideris, non nocet; quia ſtatim cadit hoc mare magnum & plenum feris, & multas tempeſtates generans in tranquillo tempore. Et poſtea dicit: Non ſit velum inveteratum, niſi ſit ſtrictum, non ſit de telis aranearum. Nihil enim ab his differunt cogitationes vilia ſolum conſequentiam ſervantes; virtute vero omnium privatæ.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Pauli ad Hebræos.

Roo-

Digitized by Google

Reverendiſs. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

De Sancto Charo,

Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ, Tituli Sanctæ Sabinæ, Cardinalis primi de Ordine Prædicatorum, in Poſtillam ſuper librum Actuum Apoſtolorum incipit.

SCribe viſum, & explana eum ſuper tabulam, ut percurrat qui legerit. *Abac.* 2. His verbis primo notatur Auctor, vel cauſa efficiens libri Actuum, ſcilicet, per ſuppoſitum hujus verbi, Scribe. Secundo, materia, vel cauſa materialis, ibi. Viſum. Tertio modus agendi vel cauſa formalis, ibi. Explana. Quarto, finis vel cauſa finalis, ibi. Ut percurrat. Hæc ad litteram dicuntur ad Abacuch, qui interpretatur luctator fortis, & ſignificat Lucam, qui luctam carnis vicit, quia ut dicit *Hieronymus in Prologo*, virgo fuit. Abacuch etiam inter Prophetas de paſſione Chriſti ſpecialiter agit. Unde cotona in manibus ejus, &c. *Abacuch* 3. Sic Lucas inter Evangeliſtas. Unde per vitulum ſignificatur, *Ezech.* 1. Et *Eccleſiaſtic.* 8. Diſciplina Medici, ideſt, Lucæ, qui ad litteram fuit Medicus, exaltabit, ideſt, exaltatum in Cruce ſpecialiter dicet, caput ejus, ideſt, Chriſtum. Et *Job* 38. Concentum cœli quis dormire facit? Concentus cœli, ideſt, concordia vel unio Eccleſiæ Chriſtus. De cujus dormitione, ideſt, paſſione Lucas ſpecialiter agit, Cui, ſicut Abacuch, recte dicitur: Scribe. Ipſe enim eſt vir a virtute, indutus lineis propter virginitatem, habens attramentum Scriptoris ad renes merito continentiæ virginalis. *Ezech.* 9. Propter quam ſpecialiter datum eſt ei ſcribere actus. Unde dicitur ei: Scribe viſum, ideſt, res viſas. Ecce materia. *Ezec.* 40. Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, &c. Filius hominis: non homo dicitur, ut notetur, quod merito virginitatis datum eſt ei hoc ſcribere. Filius enim fuit hominis interioris, ideſt, imitator rationis in omnibus non hominum, ut modo exteriorem ſequeretur hominem. Filii enim hominum graves corde, nec poſſunt cor ponere in omnibus, quæ oſtenduntur eis. Unde dicitur ei: Vide oculis tuis, actus, & auribus tuis audi Evangelium, & pone cor tuum, ut diligenter retineas, & annuncia omnia, quæ tu vides, ſcil. actus. Non dicit, quæ audis, ſcil. Evangelium. Licet enim ſcripſerit Evangelium; non tamen eſt ei proprium, quia & alii ſcripſerunt: ſed actus ſolus ipſe ſcripſit. Et hoc eſt, quod hic ei dicitur, Scribe viſum, & explana. In hoc notatur modus agendi, vel cauſa formalis. Sicut enim ex conjunctione formæ cum materia fit compoſitum, ſic ex materia & modo liber conſtituitur. Per hoc etiam, quod dicitur: Explana, notatur modus hiſtoricus, quia hiſtoria eſt de notis rebus, quæ quoniam notæ ſunt, maxime quoad nos explanari dicuntur. Ut percurrat, ecce finis in altero. Ad hoc enim ſcribuntur actus plane, ut percurrat, ideſt, perfecte apprehendat, quis legerit, ſcil. intellectu cognoſcendo, & affectu imitando. Finis autem, vel intentio pertinens ad Apoſtolos triplex, ſicut dicitur in *Gloſſ.* Prima; ut oſtendatur ſuppletio numeri Apoſtolici, cujus diminutio per Judam tangitur in Evangelio. Secunda ut oſtendatur auctoritas Apoſtolatus Pauli, de quo quidam dubitaverunt, quia non fuit de duodecim. Tertio ut perfecto numero Apoſtolorum perfectus adventus perfecti, ideſt, perficientis Spiritus Sancti Canonis enuntietur hiſtoria. Circa materiam hujus libri, multa poſſunt quæri. Primo, quæritur, cum actus ſit ſingularis, ars autem & ſcientia non ſint de ſingularibus, quomodo liber actuum ad artem, vel ſcientiam pertineat. Item dato, quod ſit ſcientia, videtur quod non poſſit eſſe una ſcientia, quia actus ſunt ſingulares & ſingularium, & ita diverſi & diviſi, & ita videtur in eis non eſſe unitas, quæ debetur ſcientiæ. Item cum hic fiat mentio de paucis Apoſtolis, quare dicitur liber actuum Apoſtolorum, quaſi de omnibus determinet, vel omnium actibus. Item cum tot ſint Apoſtoli in Eccleſia, quot Prophetæ in Synagoga. Unde *Apocal.* 4. Vidit Joannes viginti quatuor Seniores, quare in novo Teſtamento eſt liber de actibus Apoſtolorum, cum in veteri Teſtamento nullus ſit de actibus Prophetarum. Item quare eſt unus liber de actibus Apoſtolorum, & non eſt unus de Epiſtolis eorum. Ad primum dicimus, quod actus poſſunt conſiderari ſecundum eſſentiam, vel ſecundum naturam, & ſic ad ſcientiam non pertinet, vel ut ſunt exemplar, & imagines operandi & ſic docent, quid & qualiter ſit operandum, & ſic pertinent ad moralem Philoſophiam. Ex hoc etiam patet ſolutio ad ſecundum. Vel poteſt dici, quod actus non ordinantur ad ſcientiam, ſed ad vitam, unde non debent ad partes ſcientiæ, ſed ad partes vitæ reduci, Eſt autem duplex vita activa, ſcil. & contemplativa. Et poteſt reduci ad activam, quia ad hoc ſcribuntur actus, ut eam promoveant, ſecundum hoc poteſt dici, quod liber unus eſt a Scriptore, a modo ſcribendi, a fide. Ad tertium dicimus, quod eſt actuum Apoſtolorum generaliter in prima parte, in qua dicitur, quod eſt commune omnium, ſcil. videre Chriſtum aſcendentem, expectare & recipere Spiritum Sanctum, Sicut liber Geneſeos denominatur a prima parte, in qua agitur de creatione. Vel poteſt diſtingui triplex generalitas, univerſitatis, auctoritatis, & officii. Et eſt liber omnium generalitate univerſitatis uſque ad actus Petri. Et ab illo loco uſque ad actus Pauli generalitate auctoritatis. Et ab illo loco, ubi incipiunt actus Pauli generalitate officii. Licet enim omnibus conveniat auctoritas & officium prædicandi: tamen per appropriationem Petro attribuitur auctoritas, Paulo officium, & ſic in qualibet parte agitur de actibus Apoſtolorum generaliter. Ad quartum dicimus, quod Apoſtoli fuerunt initium naſcentis Eccleſiæ. Unde debuerunt actus eorum ſcribi, tanquam quædam vivendi regula in poſteris ſervanda. Prophetæ autem fuerunt ſignum deficientis Synagogæ, quæ Prophetas habuit ad revocationem, ſed quia populus duræ cervicis non potuit revocari exemplis actuum, ſed duris comminationibus Prophetarum, ideo non debuit eſſe liber de actibus Prophetarum, ſed de Prophetiis eorum. Ad quintum dicimus, quod actus ſunt ad informationem, Epiſtolæ vero ad reformationem. Unde actus, quia reſpiciunt ſtatum adhuc unitæ Eccleſiæ, compilari poſſunt, Epiſtolæ vero ſtatum reſpiciunt jam diſſipatæ Eccleſiæ, quæ pluribus modis diſſipata erat, & ideo diverſimode reformata, unde non debuerunt Epiſtolæ colligi, vel eſſe una; ſed plures.

Explicit Prologus Auctoris.

Incipit Præfatio Beati Hieronymi Presbyteri in Librum Actuum Apoſtolorum.

CAnit Pſalmiſta *Pſ.* 83. Ambulabunt de virtutibus in virtutes. Poſt Apoſtoli Pauli Epiſtolas dudum vobis uno volumine translatas, Domnion & Rogatione chariſſimi, actus Apoſtolorum compellitis, ut transferam in latinum, quem librum nulli dubium eſt a Luca Antiocheno arte Medico, qui poſtea inſerviens Paulo Apoſtolo Chriſti factus eſt Diſcipulus, fuiſſe editum. Cervices premit impoſita ſæpius oneris magnitudo: quia ſtudia invidorum reprehenſione digna putant ea, quæ ſcribimus. Illorum nunquam odio & detractione, juvante Chriſto, meum ſilebit eloquium. Actus Apoſtolorum nudam quidem videntur ſonare hiſtoriam, & naſcentis Eccleſiæ infantiam texere, ſed ſi noverimus Scriptorem eorum Lucam eſſe Medicum, cujus laus eſt in Evangelio: animadvertimus pariter omnia verba illius animæ languentis eſſe medicinam.

Explicit Præfatio.

LUcas Antiochenſis, &c.] Nota quod Prologus iſte dividitur in quatuor partes. In prima dicitur de cauſa efficiente, vel auctore hujus libri. In ſecunda, quod non immerito, ſed convenienter agit de actibus. In tertia ſubditur cauſa, quare agit de actibus. In quarta tangit brevitatem agendi. Prima incipit ibi. (Lucas, &c.) Secunda, ibi. (Hic ſpiritu) vel ibi. (Cui non immerito, &c.) Secundum diverſum modum legendi hoc quod dico. Non immerito legitur, cui, reſpective, vel abſolute, ſi reſpective, incipit ibi. Hic ſpiritu, Si abſolute. (Non cui immerito,) Tertia, ibi (ut Deo, &c.) Quarta, ibi,

Incipit Prologus.

LUcas natione Syrus, cujus laus in Evangelio canitur apud Antiochiam medicinæ artis egregius, & Apoſtolorum Chriſti diſcipulus, poſtea uſque ad confeſſionem

(Quod

(Quod legentibus.) Item quæritur, cur hic dicitur, qui obiit octoginta quatuor annorum, & in Prologo ſuper Evangelium quod ſeptuaginta quatuor tantum: uterque Prologus eſt Hieronymi.

Reſpondeo, quod fuit error Scriptorum, vel quod hic loquitur de annis generationis, ibi, de annis regenerationis ejus.

Item in prima *Gloſſ.* quæ ſic incipit. *Lucas medicus*, dicitur quod Lucas hunc librum Romæ compoſuit. In ſequenti quæ incipit, De loco quidem, dicitur quod græco ſermone ſcripti ſunt actus. Et ponuntur in ipſa *Gloſſ.* tres rationes, quare hoc? Solut. Lucas ſequebatur Paulum, & ſecundum quod Græcis prædicabat, ſcribebat græce, ad ultimum venit Romam, & prædicavit, ibique complevit actus Romana lingua. *Act.* 1.

Et exponitur illa *Gl.* Romæ compoſuit, i. complevit. Vel poteſt dici; quod prius græce ſcripſit, poſtea latine illud idem.

Paulum ſecutus Apoſtolum, ſine crimine in virginitate permanens, Deo maluit ſervire. Qui octoginta & quatuor agens ætatis annos in Bythinia de ſæculo noſcitur emigraſſe. Hic Spiritu Sancto inſtigante in Achajæ partibus Evangelium ſcribens Græcis fidelibus incarnationem Domini fideli narratione oſtendit, eumdemque ex ſtirpe David deſcendiſſe monſtravit. Cui non immerito ſcribendorum actuum Apoſtolorum poteſtas in miniſterio datur, ut Deo in Deum pleno & filio perditionis extincto, oratione ab Apoſtolis facta, ſorte dominicæ electionis numerus compleretur. Sicque Paulus conſummationem Apoſtolicis actibus daret, quem diu contra ſtimulum calcitrantem Dominus elegiſſet. Quo & legentibus, ac requirentibus Deum brevi potius volui oſtendere ſermone, quam prolixius aliquid faſtidientibus prodidiſſe, ſciens, quod operantem Agricolam oporteat primum de ſuis fructibus edere. Quem ita divina ſubſecuta eſt gratia, ut non ſolum corporibus, ſed etiam animæ ejus proficeret medicina.

Explicit Prologus.

INCIPIT LIBER Actuum Apoſtolorum B. Lucæ Evangeliſtæ.

C A P. I.

a PRimum quidem ſermonem *b* feci *c* de omnibus *d* o Theophile, *e* quæ cæpit *f* Jeſus facere, *g* & docere *h* uſque in diem, *i* qua præcipiens Apoſtolis per *k* Spiritum ſanctum, *l* quos elegit, *m* aſſumptus eſt. *n* Quibus *o* & præbuit ſeipſum *p* vivum *q* per paſſionem *r* ſuam in multis *ſ* argumentis *t* per

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper librum Actuum Apoſtolorum incipit.

E X P O S I T I O C A P. I.

PRimum quidem, &c.] Nota duplex eſt perfectio animæ. Prima ſecundum cognitivam, ſcil. ſcientia; alia ſecundum motivam, ſcilicet virtus. Prima perfectio ſignificatur per primum numerum perfectum, ſcilicet ſenarium conſtantem ex ſuis aliquotis. Sicut enim ſenarius malæ ſignificationis eſt, ita ſcientia, ſi ſit ſola. Senarius autem in theoricis eſt ſignum laboris, propter opera ſex dierum. *Gen.* 1. Et ſex dies ſunt, in quibus oportet operari. *Luc.* 13. In phyſicis, ſemper male critica eſt ſexta dies. In Geomanticis ſemper male ſignificat ſexta domus. In Aſtronomicis hexagonus aſpectus ſemper malus. Secunda vero perfectio, per ſecundum perfectum ſignificatur, ſcilicet viginti octo, ad quam quia liber actuum pertinet, dividitur in viginti octo capitula. Item dividitur generaliter in duas partes. In prima agitur de actibus, qui ſunt communes omnibus; ſcilicet uſque ad quartum capitulum. In ſecunda de actibus propriis Petri & Pauli. Vel aliter dividitur in tres partes. In prima determinat quædam communia omnibus Apoſtolis. In ſecunda actus Petri. In tertia Pauli. Et hoc ſecundum triplicem generalitatem prædictam univerſitatis, auctoritatis & officii. Item quocumque modo dividitur prima pars in tres partes ſecundum tria capitula. Primum autem capitulum dividitur in duas partes. In prima ponit quaſi Prologum uſque, ibi (Quibus & præbuit) In ſecunda aggreditur opus ſuum. Secunda autem in tres partes dividitur. In prima agit de apparitione Chriſti poſt paſſionem, ibi (Quibus & præbuit) In ſecunda de interpoſitione quæſtionis factæ ab Apoſtolis, & Aſcenſione, ibi (Igitur qui convenerant.) In tertia de ſuppletione numeri Apoſtolici per Mathiam, ibi. (In diebus illis) Dicit ergo. *a* Primum] nominaliter, i. Evangelium, quod dicit primum reſpectu ſecundi, ſcil. actuum. Dicitur autem Evangelium ſermo unus; quia in cubito conſummata eſt Arca. *Gen.* 6. Et primus, quia de eo, qui primus eſt. Vel (Primum) adverbialiter, Sermo autem dicitur Evangelium a ferendo. *Matth.* 13. Exiit, qui ſeminat, ſeminare ſemen ſuum. *c* De omnibus] Partitive. Non enim dicit omnia. *Jo. ult.* Sunt & alia multa, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere. Vel (De omnibus) modis doctrinæ. Vel (De omnibus) ideſt omnium de his. Simile. Narrabo omnia mirabilia, i. omnium narrabo. Primo ſumitur maſculine, ſecundo, neutraliter.

b Feci] ſcripſi, quia ſcribere eſt operari, vel quia factis meruit eſſe Scriptor Evangelii. Vel. *c* De omnibus] dictis & factis Chriſti, quæ judicavit digna, vel idonea officio ſuæ diſpenſationis. *d* O Theophile] cui Evangelium ſcripſerat, & actus ſcribit. Interpretatur autem Dei amator, quod ſi es & tibi ſcribitur. *e* Quæ cæpit] a Baptiſmo Joannis, quo baptizatus. 1. *Tim.* 2. A

h Uſque in diem,] quia de toto illo tempore Lucas ſermonem texuit & fecit quaſi Medicus animæ medicinam. *f* Facere,] prius. *g* Et docere] poſtea. *Gl.* Ne verbum opere deſtruatur. Bonum Doctorem inſtruit, qui quod docet, facit. *i* Præcipiens] præcepta dans: quæ vel hic, vel in Evangelio leguntur. Vel (Præcipiens) ſupple prædicare, quaſi mittens ad Evangelizandum. *k* Per Spir. ſanctum,] qui verba inſpirabat, & fiduciam dabat. *Matth.* 13. Non vos eſtis loquentes, ſed Spir. ſanctus. Vel

i Præcipiens per Spir. ſanctum,] quia quæ præcepit filius, hoc & Spiritus ſanctus. Vel (Propter Spiritum ſanctum præcipiens) quia non præciperet, niſi Spiritus Sanctus venturus eſſet. Vel hoc, quod dicitur (per Spiritum) determinat hoc, quod dicitur elegit. *Jo.* 15. Non vos me elegiſtis, &c.

l Quos elegit] Hoc ad laudem Apoſtolorum, quorum actus ſcribere propoſuit. *m* Aſſumptus eſt.] a Divinitate, vel a nube. *Marc. ult.* Dominus quidem Jeſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum.

Moraliter. *e* Cœpit facere & docere] Rectus ordo. *Exod.* 28. Prius præcipitur fieri ſuperhumerale, deinde rationale. Et *Iſ.* 9. Factus eſt principatus ſuper humerum ejus (Cœpit) quia doctrina & operatio Chriſti, quædam fuit inceptio Apoſtolis eadem facientibus & dicentibus &. Vel, (Cœpit,) quia ſemper quaſi incipiens fuit. *Pſ.* 76. Et dixi, nunc cœpi. Vel (Cœpit) dicit propter Spiritum Sanctum venturum, qui perfecit, quod ipſe cœperat. *n* Quibus & præbuit] Secunda pars, in qua aggreditur opus ſuum, primo agens de apparitione Chriſti poſt paſſionem. Hucuſque eſt quaſi Prologus & completio primi ſermonis, hic vero eſt initium ſecundi. Nam in Evangelio dicit Jeſum aſcendiſſe & apparuiſſe, ſed non per quadraginta dies, ut hic, nec ibi fecit mentionem de quæſtione facta, & aliis, quæ hic dicuntur. *o* Et præbuit] potentia Divinitatis. *p* Seipſum] ipſe, dico operans interius. Unde non dicit. *ſ* Argumentis] i. oſtenſionibus, ſed (in Argumentis) quia ipſa argumenta non dederunt fidem ſuæ reſurrectionis, ſed ipſe eis. *p* Seipſum) non alium, ſed alteratum, vel proprium, non phantaſticum corpus, quod & Apoſtoli cognoverunt. *q* Vivum] quaſi mirum quod poſt mortem vivebat. Vel (Vivum) non amplius moriturum. *r* Suam] voluntarie ſuſceptam. *Joannes* 10. Nemo tollit a me animam meam, &c. Vel alius diſſimilem quia non pro culpa ſua paſſus eſt, ſicut alii. *t* Per dies quadraginta] non continue ſingulis diebus; ſed in ſpatio tot dierum, ad ſignificandum, quod ipſe erat, qui quadraginta horis mortuus fuit. Hora enim nona expiravit. Unde quatuor horæ primæ diei, & duodecim noctis ſequentis, & vigintiquatuor diei Sabbati ſunt quadraginta. Hic

etiam

etiam numerus temporalem vitam ſignificat, in qua homo conſtans ex quatuor elementis, contra tranſgreſſionem decalogi inſtruitur, in qua poſtquam conſepulti fuerimus Chriſto per Baptiſmum in mortem. *Rom.* 6. quaſi tranſito rubio mari neceſſarium habemus in hac ſolitudine ducatum ejus qui nos præſentia Spiritus Sancti quaſi vera quiete Jubilæi remuneret. *Lev.* 25.

Luc. 24. *a* Apparens] quod erat inſolitum, & hoc ad inſtruendam fidem reſurrectionis. Unde & palpatus eſt & comedit. Per hoc etiam innuit ſe

Inf. 10. 19. impleturum quod promiſerat *Matth. ult.* Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Per hos autem quadraginta dies decies apparuit, ſicut ex diverſis Evangelii locis colligitur. *b* De regno Dei.] ideſt de Evangelio aperiens eis ſcripturas, vel de ſeipſo, vel de regno cœleſti, quæ omnia unum regnum ſunt, ut dicit *Gloſ.* Vel fidem prophetarum ad quam vocandi erant, vocat regnum Dei, vel Eccleſiam militantem, de cujus ordinatione loquebatur. Per hoc autem quod de his loquitur quæ conſueverat, oſtendit ſe illum eſſe, qui prius loquebatur eadem. *c* Et conveſcens] Adhoc ut veram reſurrectionem probet, oſtendit ſe viſui in videndo, auditui in loquendo, tactui in palpando guſtui in comedendo, odoratui in ſufflando Spiritum Sanctum, quæ ſunt ſigna veri corporis. *e* Ne diſcederent] *Luc. ult.* Sedete in civitate quouſque induamini virtute ex alto. *d* Ab Jeroſolymis *Gloſ.* A viſione pacis æternæ non diſcedit Eccleſia. *f* Sed expectarent] ad probationem fidei, obedientiæ & patientiæ. *g* Promiſſionem patris] quam faciet per *Joel.* 2. Effundam de ſpiritu meo, &c. Vel etſi a filio promiſſam, tamen a patre complendam. Os enim, & verbum patris eſt filius. Unde ſequitur.

h Quam audiſtis, &c.] Ideo autem indigetis promiſſione Spiritus, & neceſſe habetis expectare, quia in Joannis baptiſmate non eſt datus. Unde dicit. *i* Joannes quidem, &c.] Ex hoc videtur quod Apoſtoli ante miſſionem Spir. Sancti non erant baptizati niſi Baptiſmo Joannis. Contra. Quædam *Gloſ.* dicit conveniens erat eos eſſe baptizatos qui alios baptizabant, ſed Apoſtoli ante miſſionem Spir. Sancti baptizabant, non tantum aqua, ergo, &c. Sol. Triplex eſt Baptiſma. Aquæ ſcil. tantum, ſicut erat Joannis, in quo tantum erat tinctio in aqua. Unde quidam libri habent: Joannes tinxit aqua, &c. Non enim dabatur in eo Spir. Sanctus nec fiebat remiſſio peccatorum niſi forte ex contritione addita illi. Aliud eſt Baptiſma ex aqua & ſpiritu quo baptizati erant Apoſtoli antequam baptizarent, non tantum baptiſmate Joannis, de quo loquitur illa *Gl.* conveniens, &c. & ſic in Baptiſmo eorum dabatur Spiritu Sanctus. Tertium eſt Baptiſma ignis in quo datus eſt Spiritus ſanctus. De quo *Luc.* 3. Ipſe baptizabit vos in Spiritus ſancto & igni, de quo hic loquitur. Vel poteſt dici, *k* Baptizabimini] non in vobis ſed in ſubditis, ſcil. baptizando ſubdito. Et nota quod licet baptizarent, non tamen dicitur eis baptizabitis, ſed baptizabimini, ne, ſcil. videretur eis attribui auctoritas baptizandi, quod apud ſolum Deum eſt, cujus invocato nomine adeſt virtus Spir. ſancti purificantis animas & corpora baptizatorum, quod non fiebat in baptiſmo Joannis. Et innuitur hic Baptiſmus Apoſtolorum præcellere Baptiſma Joannis, quo baptizati erant ipſi Apoſtoli, ut patet in Andrea & alio diſcipulo, *Jo:* 1. Petro, etiam dictum eſt *Jo:* 13. Qui lotus eſt, non indiget niſi ut pedes lavet, quos poſtea lavit & corpus ſuum dedit, & poſt reſurrectionem inſufflavit ſpiritum. *Jo:* 20. & poſt aſcenſionem plenius miſit. Nunc quoque poſtquam baptizati in remiſſionem peccatorum Spiritum ſanctum receperint in Baptiſmo, datur nihilominus in confirmationem ad robur, ſcil. a quo adjuvantur, ut in bonis proficiant, ſic nondum baptizatus erat Petrus quando negavit, *Matth.* 26. Et nota quod ſicut juſtis circumciſio non fuit neceſſaria donec præciperetur Abrahæ, & poſteritati ejus; ſic poſtquam in novo teſtamento circumciſionis loco datus eſt Baptiſmus a Chriſto dicente: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c. *Jo:* 3. certum eſt nullum ad corpus Chriſti pertinere niſi baptizatum, præter eos quibus paſſio eſt pro Baptiſmo, propter quod Apoſtoli intelliguntur baptizati, licet non legatur, niſi de Paulo, *inf.* 9. *l* Non poſt multos] *Gl.* Ad probandum eorum obedientiam tempus interponitur, non multi autem dies pro celeritate ſalutis credentium, quibus prædicaturi erãt. *m* Igitur, &c.] Secunda pars ſecundæ partis. Quia dederat eis occaſionem quærendi loquẽs de regno. *n* Qui convenerant.] aſſiſtentes ſcilicet Apoſtoli adhuc carnales de regno carnali quærũt. *o* Reſtitues] Luc. 24. Inf. 12. & 19.

quia promiſſum erat per Prophetas, & iterſtitues quod amiſimus in primo parẽte, & in nobis. *p* Regnum Iſrael.] temporale. Credebant enim ſtatim poſt reſurrectionem Chriſtum temporaliter regnaturum. Ideo cum de paſſione loqueretur & reſurrectione futura, filii Zebedæi petierunt regnare cum eo. *Marc.* 10. Et *Luc. ult.* Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Nunc autem quærunt, utrum ſtatim poſt adventum Spiritus ſancti regnum illud veniat, hoc eſt (in tempore hoc Iſrael) non hujus, ſed huic Iſraeli, dicit *Gl.* quod manifeſtum eſt in Græco. De ſpiritali etiam regno congrue poteſt intelligi. *q* Non eſt veſtrum] ſupple quærere, quia non eſt veſtrum ſcire. Æqualia enim ſunt quæ poteſtis ſcire, & quærere, ſecundum illud Ariſt. quæſtiones ſunt æquales numero, &c. Tempus autem in quo reſtituitur regnum Iſrael, ignotum eſt, & non expedit illud ſcire, ut ſemper ita vivamus quaſi quotidie judicandi. Nec dicit, non erit, ſed (non eſt, &c.) In quo notat eos adhuc eſſe infirmos, & ad ſecreta minus idoneos, quaſi aliquando erit veſtrum, ſed non modo. *r* Tempora] ideſt numerum temporum uſque ad finem ſæculi. Tempus in parvo & magno, ſed momentum tantum in parvis ponitur.

ſ Poſuit] non ponet, quia Deus præteritum cernit quicquid vult eſſe futurum.

t In ſua poteſtate.] Hoc ut verus homo excuſabiliter dicit, tamen una eſt Patris & Filii & Spiritus ſancti poteſtas. Filius etiam poteſtas Patris eſt. *Marc.* 13. & *Matt.* 24. De die autem illa, &c. *u* Sed accipietis virtutem] Tollitur ſcientia Temporum, quæ parum vel nihil valet ad virtutem, ſed divinum adhibetur auxilium, ſicut pueris cum aliquid offertur, aliud datur, ne penitus triſtentur. *x* Virtutem] ut quod non poteſtis ex infirmitate, poſſitis ex virtute Spir. ſancti. Virtutem inquam ſcientiæ ſignorum & confidentiæ. *y* Supervenientis] quia ſuperior inferiori naturæ infunditur. *Luc.* 1. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te. *z* Spiritus ſancti] qui vos docebit.

a In vos] internus.

b Et eritis] quaſi ſuperveniens ſpiritus non regnum Iſrael auferet, ut putatis, ſed virtutem teſtificandi de me. Tantum enim diſtat tempus regni illius, ut prius, non tantum in Judæa, ſed per totum mundum Evangelium prædicetur. *c* Teſtes reſurrectionis] verbo & exemplo vel ſignis. *Prov.* 19. Falſus teſtis non erit impunitus. Luc. 24.

d In Jeruſalem, &c.] Ad litteram Judæa proxima eſt Jeruſalem, & Samaria Judææ. *g* Ad ultimum,] quia in omnem terram exivit ſonus eorum.

d In Jeruſalem,] viſione pacis, contritione per quam fit pax. *Iſ.* 38. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. *e.* Judæa] confeſſione. *f* Et Samaria] cuſtodia præceptorum Dei. *g* Ad ultimum terræ] qui alienatur a terrenis. *h* Et cum hæc,] quæ prædicta ſunt. *Marc. ult.* dicit: Poſtquam locutus eſt eis, aſſumptum eſt in cœlum, &c. Lucas vero ſignificantius adjecit, hoc eſt expreſſius dicit. Pſalm. 18.

k Elevatus eſt,] ſcilicet virtute divinitatis, ad quam refertur etiam quod ſequitur. (Euntem in cœlum) quaſi propria virtute. *i* Videntibus illis,] ut teſtes reſurrectionis ſint etiam teſtes aſcenſionis. *l* Et nubes ſuſcepit, &c.] Hoc refertur ad infirmitatem carnis. 3. *Reg.* 18. Nubecula aſcendit de mari poſtquam deſcendit pluvia gratiæ in miſſione Spiritus ſancti. Et nota, quod creatura ubique ſervit Creatori. Stella indicat naſcentem. *Matth.*

quadraginta *a* apparens eis, & loquens *b* de regno Dei. *c* Et conveſcens præcepit eis, *d* ab Jeroſolymis *e* ne diſcederent, *f* ſed expectarent *g* promiſſionem patris, *h* quam audiſtis, inquit, per os meum, quia *i* Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini *k* Spiritu Sancto, non *l* poſt multos hos dies. *m* Igitur *n* qui convenerant, interrogabant eum dicentes: Domine ſi in tempore hoc *o* reſtitues *p* regnum Iſrael? Dixit autem eis: *q* Non eſt veſtrum noſſe *r* tempora vel momenta quæ pater *ſ* poſuit in *t* ſua poteſtate, *u* ſed accipietis *x* virtutem *y* ſupervenientis Spiritus Sancti *z* in vos, *a* & eritis *b* mihi *c* teſtes in *d* Jeruſalem & in omni *e* Judæa & *f* Samaria & uſque *g* ad ultimum terræ, *h* Et cum hæc dixiſſet *i* videntibus illis *k* elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.

a Cumque intuerentur in cœlum euntem illum; ecce *b* duo viri aſtiterunt *c* juxta illos in *d* veſtibus albis, qui & dixerunt? Viri *e* Galilæi *f* quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic *g* veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. *h* Tunc reverſi *i* ſunt *k* Jeroſolymam *l* a monte qui vocatur oliveti qui eſt juxta Jeruſalem *m* ſabbati habens iter. † Et cum introiſſent in cœnaculum † *n* aſcenderunt ubi *o* manebant *p* Petrus & Joannes, Jacob & *q* Andreas, Philippus & *r* Thomas, *ſ* Bartholomeus & Matthæus, Jacob, *t* Alphæus & Simon *u* zelotes & Judas Jacobi. *x* Hi omnes erant *y* perſeverantes *z* unanimiter in *a* oratione cum *b* mulieribus & *c* Maria Matre Jeſu & fratribus *d* ejus. *e* In diebus illis exurgens *f* Petrus *g* in medio *h* fratrum *i* dixit. *k* Erat autem turba *l* hominum

Matth. 2. Sol, terra, & lapides compatiuntur patienti. *Matth.* 27. Aſcendentem nubes ſuſcepit, & redeuntem ad judicium comitatur. *Gloſſ.* dicit veſtigia Chriſti aſcendentis loco, in quo ſteterit ita impreſſa, ut reliquæ parti pavimenti ſtrati æquari non poſſit. *a* Cumque intuerentur in cœlum] In Græco habetur. Et cum in cœlum intuerentur eunte illo, ſcilicet intenderent in cœlum quo ibat, unde, & Angeli dicunt eis: Quid hic ſtatis aſpicientes in cœlum: Sed quod euntem intuerentur patet per hoc quod ſequitur (Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum.)

b Duo viri] Principalis ſexus & numerus teſtium oſtenditur. *Deut.* 19. In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Duabus autem de cauſis apparent Angeli, ut ſcil. Apoſtolorum triſtitiam promiſſione reditus conſolentur, & ut eum vere in cœlum ire monſtreat, non quaſi in cœlum, ſicut Helias 4. *Reg.* 2. *c* Aſtiterunt] quia infirmitatis & culpæ & mortis expertes ſunt. *d* In veſtibus albis] quia proſpera nuntiabant, & lætitiam angelorum de ſocietate humanæ naturæ ſignificabant. Albæ etiam veſtes congruunt exaltationi, qui enim in nativitate apparuit humilis Deus, in aſcenſione oſtenditur homo ſublimis. Quod etiam loca ſignant, quia in humili civitate natus, de ſublimi monte regreſſus eſt ad cœlos. *e* Viri Galilæi, &c.] In quibus debet eſſe prudentior ſenſus, quia Galilæi ceteris Judæis in ſapientia præeminebant. Vel Galilæi volubiles, quia in ſtabilitate ſui ſenſus obliti erant præcepta Dei.

f Quid ſtatis, &c.] Prius dictum. Sedere in civitate, &c. *Lev. ult.* ſed hic ſtant, in cœlum aſpicientes, quaſi ſubito reverſurum ſperarent, quaſi dicat, non videbitis eum modo, quia non eſt vir in domo ſua. *Prov.* 7. Abiit via longinqua, ideo non redibit cito, ſacculum pecuniæ ſecum tulit, corpus & animam, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ reconditi. *Col.* 2. In die plenæ Lunæ reverſurus. Hoc eſt quod hic dicitur. (Quemadmodum, &c.) *g* Sic veniet] ideſt, in eodem corpore, præſentibus Angelis & hominibus, in eadem natura carnis & ſubſtantia, qua etſi immortalitatem aſſumpſit, tamen naturam non amiſit. Cujus enim gloria in monte tribus diſcipulis præoſtenſa eſt. *Matth.* 17. Ab omnibus ſanctis videbitur, quando tolletur impius ne videat gloriam Dei. *Iſa.* 26.

h Tunc] poſt increpationem, quid hic ſtatis.

i Reverſi ſunt] ut ſederent in civitate. (Jeroſolymam) quia inde exierant in monte Oliveti. Olivetum dicitur multitudo olivarum. *Gloſſ.* Victo principe tenebrarum ſalvator in locum pacis & luminis fideles inducit, montem chriſmatis aſcendit, ſpiritum promiſſurus, cujus unctio docet de omnibus, 1. *Jo:* 2. Mons etenim Oliveti, mons luminum dicitur, trium, ſcilicet lucernæ de templo reſplendentis, Solis ab oppoſito Orientis, & olei in ipſo monte creſcentis, quæ tria habet Eccleſia ſcil. verbi Dei lucem, Solis juſtitiæ fulgorem & conſcientiæ puritatem. Vel myſtice. Reverſio Apoſtolorum ſignificat tranſitum perfectorum de contemplativa ad activam.

l A monte] *Gl.* Inde aſcendit Chriſtus, unde in morte Antichriſti Satanas eſt caſurus.

m Sabbati, &c.] ideſt, ſpatium milliarii, quod eſt mille paſſus, quod cujus ſit auctoritas ignoratur, dicit *Interlin.* Qui gloriam Chriſti aſcendentis intuetur itinere ſabbati, urbem pacis ingreditur, eritque ſabbatum ex ſabbato. *Iſa. ult.* Quia qui hic ceſſavit a malis requieſcit in cœlis.

n Aſcenderunt] in cœnaculum. In Græco ſic. (Cum introiſſent civitatem aſcenderunt in cœnaculum) ideſt, in excelſam domum quaſi obviam Spiritui Sancto in qua expectandus eſt.

o Manebant] perſeverantia perfectionis, quæ ſpiritum promeretur. Et dicitur cœnaculum tertium tectum in figura charitatis, fidei ſuperædificatæ & ſpei. *Rom.* 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris.

p Petrus] primus ponitur, quaſi paſtor & princeps.

Nota iſtud quod hic ponitur. Et cum introiſſet in cœnaculum ponitur in Græco.

p Et Joannes] Primi ponuntur, qui ſimul ad monumentum cucurrerunt. *Jo:* 20. Quia plus amabant. Primus ſi fas eſt dicere, plus ceteris dilexit, alium plurimum Jeſus amabat. Quærient quare hic mutetur ordo nominum, quia in vocatione ſic combinantur. Petrus & Andreas, Jacobus & Joannes. *Lucæ* 6.

Sol. Duplex fuit vinculum quo conjuncti fuerunt Apoſtoli, ſcilicet, naturæ & gratiæ. Vinculo ergo naturæ ſic combinantur Petrus & Andreas, &c. quia fratres fuerunt. Sed hic computantur ſecundum vinculum gratiæ, ſcilicet ſicut excellebant in gratia. Rabanus. Catalogus Apoſtolorum ponitur ne extra hos aliqui falſi recipiantur, paria etiam loca ponuntur ſingulorum diſtinguentibus gradibus meritorum.

q Et Andreas] virilis, Græcum nomen. *r* Bartholomæus] Syrum nomen.

ſ Et Thomas.] abyſſus vel geminus, Græce Didymus, vel quia geminus natus eſt, vel quia geminus fuit Chriſto, ſimilitudinem imaginis ejus gerens.

t Jacobus.] Hic frater Domini dictus eſt, filius Mariæ materteræ ejus, quæ dicitur Maria Cleophe a patre vel familia.

u Zelotes] Hebraice dicitur Chananæus, quia Chana Zelus interpretatur ubi aqua in vinum verſa eſt. *Joan.* 2. Hic poſt Jacobum fratrem ſuum rexit Eccleſiam Jeroſolymitanam. Hic fuit conſobrinus Salvatoris, quia patrem ipſius Cleopham fratrem fuiſſe Joſeph, Egeſippus dicit.

x Jacobi] ſupple frater, quia Thadæus dicitur, ideſt, corculus quaſi cordis cultor ſui & aliorum.

z Unanimiter] *Pſalm.* 67. Habitare facit unanimes in domo.

a In oratione] unanimes perſeverant, qui ſpiritum expectant. Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. *Sap.* 1.

y Perſeverantes] *Gloſ.* Cœpiſſe non eſt virtutis, ſed perfeciſſe.

b Cum mulieribus] quas habebant in ſuo comitatu, ſicut & Jeſus habuit. *Luc.* 8.

c Et Maria] Proprio nomine ceteris dignior ſignificatur, quia Virgo & mater. *Gl.* Principium naſcentis Eccleſiæ adornatur flore virginitatis.

d Et fratribus ejus.] Mariæ vel Jeſu. Quod in Græco diſtincte ponitur, curavit enim Lucas eo tempore oſtendere fratres Domini fidei participes eſſe, de quibus ante paſſionem dictum eſt: Neque enim fratres ejus crediderunt in eum. *Jo:* 7.

e In diebus illis] cum eſſent Apoſtoli in cœnaculo. Tertia pars ſecundæ partis. Hinc habet Eccleſia conſuetudinem dicendi. In diebus illis, in principio epiſtolarum de Actibus. In principio autem Evangelii. In illo tempore, ad ſignificandum quod ſcientia Chriſti & doctrina fuit ei data ad menſuram, ſed fuit continua, ſed Apoſtolorum non ita, quia quod dico tempus non importat diviſionem vel menſurationem. Cum vero dicitur. In diebus illis, dicitur diſtinctio & menſuratio temporis.

f Exurgens] carne propter turbam, ſpiritu propter profectum meriti. Vel exurgere dicitur, qui prius negando eſt lapſus. *Matth.* 26.

g Petrus] Paſtor pro omnibus loquitur.

h In medio] ubi & Jeſus ſtetiſſe dicitur. *Jo:* 20. quaſi communi miſeratione condeſcendens. Hoc exemplum eſt ſumendum paſtoribus Eccleſiæ.

i Fratrum] ideſt, filiorum Dei, quorum unum eſt pater in cœlis. *Matth.* 23. Licet quatuor modos quibus fratres dicuntur habuerit ille chorus. Natura Petrus erat frater Andreæ, & Joannes Jacobi. Gentes omnes Iſraelitæ. Cognatione illi qui fratres Domini vel Mariæ dicebantur erant invicem fratres. Affectu quoque carnali ex uno Adam omnes nati ſunt, ſed maxime fratres ſecundum gratiam regenerationis. *i* Erat autem] Parentheſis, ideſt, interpoſita narratio.

k Hominum] nondum deificatorum, quia nondum venerat ſpiritus, qui homines Deos facit.

a Simul

a Simul] loco & voluntate. b Fere] dicit ſecundum conſuetudinem numerantium, non quia de numero ſpiritus, qui loquebatur dubitaverit. Vel propter myſterium, quia licet tot eſſent numero quantum ad res numeratas, non tamen quantum ad ſtatum ipſorum numeratorum, quia nondum omnes perfecti erant, ſed alii plus, alii minus ad perfectionem accedebant.

c Centum viginti.] Hoc numero ætatis Moyſi, *Deuter. ultim.* cui ſucceſſit Joſue in ducatum populi, ſignificatur quod veteri legi ſucceſſit principatus Chriſti ducentis Iſrael ad regnum cœli. Typum quoque habet veteris, & novæ legis, quia ab uno uſque ad quindecim creſcit: habens ſeptem & octo. Decebat enim ut cum annis legislatoris prædicatoris gratiæ concordaret.

D

d Viri fratres] quorum eſt diſcutere cauſas ſingulorum.

Matth. 19. e Oportet] neceſſe eſt vel opportunum.

al. † commemoratio. Pſalm. 108. f Impleri ſcripturam] quia jam impleta eſt, non ſemiplena debet manere, ut perfectus numerus Apoſtolorum Spiritui Sancto præparetur.

g Prædixit Spiritus Sanctus] loquens in Propheta, non enim hominis, ſed Spiritus ſancti fuit ſententia.

h Dux eorum] ſcil. viæ eorum ad hortum, in quo erat Jeſus. *Jo.* 18. Sciebat autem & Judas qui tradebat eum locum. Vel (Dux) oſculi ad prodendum.

i Connumeratus] ſolo numero æquatus, non merito.

k Et ſortitus] Deo non juxta præſcientiam judicante.

l Sortem] Apoſtolicam.

m Miniſterii] doctrinæ & ſignorum. Vel miniſterium dicit ducatum eorum, qui comprehenderunt Jeſum.

n Poſſedit agrum] Contra. Prius fuit ſuſpenſus quam ager emeretur. Sol. Poſſedit agrum, quia poſſedit pretium vel quia ſepultus eſt in eo cum peregrinis. Vel (Poſſedit) id eſt, poſſideri fecit. *Gl.* Quidam ridiculoſe agrum exponunt infernum.

o De mercede] Ecce Iſachar qui interpretatur merces,

p Iniquitatis,] ſuæ.

q Et ſuſpenſus] *Gl.* Dignam ſibi pœnam proditor invenit, cum guttur quo vox proditionis exierat laqueo necavit. Dignum etiam locum interitus quæſivit, ut qui Angelorum & hominum Dominum prodiderat, cœlo & terræ perodioſus aereis ſpiritibus ſociandus periret in aere juxta exemplum Achitophel, 2. *Reg.* 17. Et Abſalon 2. *Reg.* 18.

r Viſcera] Et juſte, quia ſedes iniquitatis fuerunt & fraudit & bene non per locum oſculi, id eſt, os, quo oſculatum eſt Jeſum, quamvis falſa ſuperficie, viſcera funduntur, ſed per alium cui virus occultæ malitiæ inerat. *Eccl.* 10. Nihil iniquius quam amare pecuniam. Hic enim animam ſuam venalem habet, & in vita ſua projecit intima ſua. ſ Ita ut appellaretur] Reſume, poſſedit, vel notum factum eſt. Ita ut, &c.

t Lingua eorum] habitantium Jeruſalem, quia etſi utrique loquebantur Hebraice, diſtabat tamen proprietas linguæ Jeroſolymorum a Galilæis, de quibus & Apoſtoli erant. Unde & Petrus loquens, lingua ſua deprehenſus eſt eſſe Galilæus. *Matth.* 26.

u Acheldemach,] Hoc ut quidam dicunt Lucas ſententiæ Petri inſerit, quia Græce ſcribens agri apud Hebræos exprimit nomen & interpretationem ponit. Vel ipſe Petrus ſermone Jeroſolymorum memorat nomen illud, quorum lingua, ut dictum eſt, aliquantulum diſtat a lingua Galilæorum. Vel Latinum interpretem multi hic æſtimant addidiſſe.

x Scriptum eſt, &c.] Hucuſque pendet quod ſupra dixit. Oportet impleri ſcripturam.

y In libro] Per hoc oſtenditur unus eſſe liber pſalmorum, non quinque.

a ſimul b fere c centum viginti. d Viri fratres oportet e impleri f ſcripturam quam g prædixit Spiritus Sanctus per os David de Juda, qui fuit h dux eorum, qui comprehenderunt Jeſum, qui connumeratus i erat in nobis, k & ſortitus eſt l ſortem m miniſterii hujus. Et hic quidem n poſſedit agrum de mercede o iniquitatis, p & ſuſpenſus q crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia r viſcera ejus. Et notum factum eſt omnibus habitantibus Jeruſalem, ſ ita ut appellaretur ager ille lingua t eorum Acheldemach, u hoc eſt ager ſanguinis. x Scriptum eſt enim in y libro pſalmorum: Fiat † z commoratio eorum deſerta, a & b non ſit qui habitet in ea, & Epiſcopatum c ejus accipiat alter. d Oportet e ergo ex f his viris, g qui nobiſcum ſunt congregati h in omni tempore quo i intravit & exivit k inter nos Dominus l Jeſus, m incipiens n a baptiſmate Joannis uſque in diem o qua aſſumptus eſt a nobis, teſtem reſurrectionis p ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis. q Et ſtatuerunt duos, Joſeph qui vocabatur Barſabas, r qui ſ cognominatus eſt t Juſtus, & u Matthiam. Et x orantes dixerunt: Tu Domine qui y corda noſti omnium, oſtende z quem a elegeris b ex his duobus unum c accipere d locum miniſterii hujus & Apoſtolatus, de quo e prævaricatus eſt Judas, f ut abiret g in locum

z Fiat commoratio] vel, (commemoratio eorum) id eſt, ejus ſingulare pro plurali. In *Pſ.* etiam dicitur ejus, ſed hic dicit eorum, quia non ſolum in Juda, ſed in poſteris deſerta eſt. Vel ly, (eorum,) refertur ad undecim, quorum cohabitatio deſerta eſt a Juda.

a Deſerta] id eſt, deleatur de numero duodecim Apoſtolorum, tam in præſenti quam in futuro.

b Et non ſit] ipſe quia pœnitentia indignus judicatus eſt, vel ſupple donec alius aſſumatur. Unde ſequitur.

c Et Epiſcopatum] *Gloſſ.* Speculationem, & ſuperinſpectionem. Epiſcopus enim ſpeculator eſt vel ſuperinſpector.

d Aliter.] Comparatione Judæ. Vel (Alter) duorum quibus ſortes datæ ſunt, ſcilic. Mathias vel alius de diſcipulis. e Oportet] quia ſpiritus prædixit.

f Ex his] non ex aliis qui non viderunt teſtantem. Teſtis enim non eſt idoneus, qui non interfuit teſtandis.

g Viris,] non feminis, quarum ad peragendum ſexus infirmior eſt, ad prædicandum perſona verecundior, ad teſtandum auctoritas inferior.

h Omni tempore] non ex medio temporis ſpatio.

i Quo intravit] Hoc humilitatis eſt. k Inter nos] nobis præſentibus, vel inter homines. l Dominus] Bonus ſervus & fidelis, ut prius conſueverat Chriſtum Dominum ſuum, poſt aſcenſionem etiam profitetur.

m Incipiens, &c.] Quia ex tunc cœpit facere & docere. Vel hoc quod dicit.

n A baptiſmate Joannis] reſpicit quod prædictum eſt. (Intravit) quod ſequitur (uſque in diem, &c.) quod dictum eſt (exivit.)

o Quam aſſumptus eſt] hoc poteſtatis fuit. Uſque tunc autem in ingreſſu locorum & exitu, ſemper fuit qui multis civitatibus prædicavit, non habens ubi caput reclinaret. *Matth.* 8. p Reſurrectionis] quia de reſurrectione prædicabat. Eritis mihi teſtes. q Et ſtatuerunt duos,] pro charitate quæ gemina eſt. *Gloſſ.* Exemplis æqualibus duos pares eſſe cognoverunt quos ceteris præferendos non dubitaverunt, alterum vero alteri præferri non hominum erat, ſed Dei. r Barſabas] Filius quietis. Vel Barnabas. *Gl.* Hoc per anticipationem dicitur, quod nominis cauſa in ſequentibus monſtratur. ſ Qui cognominatus eſt] In laude Barnabæ immoratur ne velut indignus repelli videretur, quod poſtea declaratur, quia cum Paulo Apoſtolus gentium ordinatur, *inf.* 13. Illi officio reſervatus. t Juſtus] Tantæ virtutis fuit, ut etiam a Romanis, qui eum noſcerent, juſtus diceretur. Et eſt juſtus Latinum nomen vel Hebræum, & interpretatur parcens vel elevatus, dicit *Gl.* u Et Matthiam.] qui interpretatur donum Dei, cui donum Apoſtolatus a Domino collatum eſt. Vel Dei parvus. Et nota quod merito parvi tranſcenditur ille qui laude hominum juſtus erat. Clemens refert hos duos ad ſortem Apoſtolatus ſtatutos, de ſeptuaginta diſcipulis fuiſſe.

x Et orantes] Exemplum orandi ſortientibus datur, quia ſortes mittuntur in ſinum, ſed a Domino temperantur. *Prov.* 16. y Corda] quæ nos latent, qui opera ſola cernimus, 1. *Reg.* 16. Deus intuetur cor.

z Oſtende] De ſcientia Dei non dubitant, ideo quærunt, ut quod novit & ipſi noſcant.

a Quem elegeris] Præteritum ponit, quia jam in præſcientia electus erat.

b Ex his duobus] Sicut alterum eſſe, ſed neſciunt quem.

c Accipere] ut ſit unus teſtium.

d Locum miniſterii] id eſt ipſum miniſterium, ſcilicet, Apoſtolatum.

e Prævaricatus eſt] dejecit ſe impietate ſua. f Ut abiret] Ut conſecutivum, non cauſale. g In locum] infernum.

a Suum

a Summ.] *Gloſſ.* Ad id, ad quod præjudicatus eſt. *b* Et dederunt ſortes] *Hieron.* ſuper Jonam, & hic in *Gloſſ.* Non hoc exemplo indifferenter ſortibus eſt credendum, cum privilegia paucorum legem communem facere non poſſint. Sicut enim in condemnationem Balaam aſina loquitur. *Num.* 22. Et Caiphas prophetat ignorans. *Joan.* 11. Ita & fugitivus deprehenditur Jonas, & hic Matthias eligitur, non virtute ſortium, ſed voluntate ejus, qui ſortes regit incertas. Quod ſi quis neceſſitate compulſus, exemplo Apoſtolorum putat Deum ſortibus conſulendum, videat Apoſtolos hoc egiſſe collecto cœtu fratrum & fuſis ad Deum precibus.

a ſuum. *b* Et dederunt ſortes eis. *c* Et cecidit ſors *d* ſuper Matthiam, & annumeratus eſt *e* cum undecim Apoſtolis.

C A P. II.

ET cum *f* complerentur *g* dies Pentecoſtes, *h* erant omnes *i* pariter *k* in eodem loco. *l* Et factus eſt *m* repente de cœlo

c Et cecidit ſors] quaſi deſignat, quia a Deo temperatâ eſt.

d Super Matthiam] ut perfecto numero perfectus daretur ſpiritus.

e Cum undecim] pereunte filio perditionis. *Joann.* 17. Imperfectus remanſit Apoſtolorum numerus, quia ſecundum Lunæ ſimilitudinem creſcit & decreſcit Eccleſia. Sed vetera tranſierunt. *Apocal.* 21. Et nova fiunt. In undenario autem Petrus remanere nolebat, quia peccatum ſignificat, ſcil. decalogi tranſgreſſionem, ideo reintegratur numerus in duodecim, ut duas ſeptenarii partes, quia ter quatuor duodecim ſunt, gratia quam prædicabant etiam in numero ſervaretur, quia per ſeptem dona Spiritus Sancti in quatuor mundi partibus Trinitatis fides prædicanda erat abeis. Hi ſunt duodecim filii Jacob. *Gen.* 29. & 30. Duodecim fontes. *Exod.* 15. Duodecim lapides in veſte pontificis, *Exod.* 39. Duodecim panes propoſitionis. *Levit.* 24. Duodecim boves ſub mari æneo. 3. *Regum* 7. Duodecim lapides de Jordane elevati. *Joſ.* 4. Duodecim ſtellæ in corona mulieris. *Apoc.* 12. Duodecim fundamenta, duodecim portæ, *Apoc.* 21. Duodecim menſes anni, duodecim horæ diei, *Joann.* 11. Duodecim fructus ligni vitæ. *Apocal.* 22. Et nota quod Matthias congrue eligitur ſorte, ne a lege diſcreper, in qua ſummus ſacerdos ſorte quærebatur, ut patet in Zacharia. *Luc.* 1. Et hoc donec veniret verus ſacerdos, qui per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta. *Hebræor.* 9. Cujus in Paſcha immolatur hoſtia, ſed die Pentecoſtes apparente ſpiritu conſummata eſt. Figuram autem licuit exerceri, donec veniret veritas, ideo Matthias ante Pentecoſten ſorte ordinatur. Septem diaconi, *infr.* 6. Non ſorte, ſed ſola Apoſtolorum electione, & oratione ac manus impoſitione.

EXPOSITIO CAP. II.

ET cum complerentur, &c.] Hoc ſecundum capitulum primo dividitur in tres partes.

In prima agitur de miſſione Spiritus Sancti.

In ſecunda de prædicatione Petri, *ibi* (Stans autem Petrus.)

In tertia de compunctione auditorum, *ibi* (His auditis.) Item prima pars dividitur in tres partes.

In prima agitur de miſſione Spiritus ſancti.

In ſecunda de effectu ipſius ſpiritus, *ibi* (Et repleti ſunt.)

In tertia de conſequente ad effectum Spiritus Sancti miſſi, *ibi* (Erant autem, &c.) Item prima pars ſubdividitur in quatuor particulas.

In prima ponit duplicem adaptationem ad recipiendum Spiritum ſanctum, quarum prima attenditur ex parte temporis, cum dicitur (Et cum complerentur dies, &c.)

In ſecunda ex parte recipientium, cum dicitur. (Erant omnes.)

In tertia agit de modo dandi Spiritum ſanctum, *ibi.* (Et factus eſt repente.)

In quarta dicit, in qua ſpecie apparuit, *ibi* (Et apparuerunt, &c.) Ordo patet. Primo quæritur quomodo, vel ſecundum quam computationem dies Pentecoſtes ſit quinquageſimus a Paſcha. Et nota, quod dicitur *Lev.* 23. Numerabitis ergo ab altero die ſabbati, in quo obtuliſtis manipulos primitiarum ſeptem hebdomadas uſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, & in illa quæ erat quinquageſima celebratur Pentecoſtes, in memoriam legis quinquageſimo die a Phaſe datæ. *Exod.* 20. Appellat autem alteram diem ſabbati diem quæ erat poſt Phaſe, ipſum vero ſabbatum vocat ipſe Phaſe in quo immolabatur agnus, & eadem die offerebantur manipuli, ipſa autem dies erat quartadecima Luna primi menſis ad veſperum, ideſt, dies Jovis. Ergo cum debeamus numerare ab altero die ſabbati, ideſt, a die quæ ſequitur ſabbatum, ideſt, Phaſe, numerabimus a die veneris. Sed tunc aut incluſive aut excluſive, ſi incluſive, numerabimus diem Veneris, & ſic computando computatis ſeptem hebdomadis, ideſt, quadraginta novem diebus, ſabbato fuit dies Pentecoſtes. Et hoc concedunt plures, dicentes quod die ſabbati datus eſt Spir. ſanctus. Illum tamen non colimus ne videamur judaizare, ſed dominicam ſequentem, ſicut & Paſcha non die Veneris, ſed dominica celebramus. Si excluſive, incipitur computatio a ſabbato, & ſic dominica eſt quinquageſima dies, & ſic nullum eſt inconveniens. Et nota quod cum dicitur (Complerentur) poteſt dicere rem ſuam in fieri vel in facto eſſe. Si in facto eſſe, jam completi erant quinquaginta dies, ergo Spiritus ſanctus non eſt datus, niſi poſt quinquageſimum diem, quod falſum eſt.

Sed melius dicit rem in fieri, quod eſt præteriti imperfecti. Et eſt ſenſus.

f Et cum complerentur] ideſt, eſſent in fieri ad completionem, ſcilicet, quinquageſimo die quo incipiebat quinquageſimus compleri. Si autem dicit rem in facto eſſe, Pentecoſtes, intelliguntur dies præcedentes quinquageſimum, & illi jam completi erant.

Item quod dicitur in *Gl.* Die ſolemni Spiritus venit, &c. non intelligitur de prima vel ſeptima die Pentecoſtes Judæorum quæ maxime erat ſolemnis, ſed de tertia intermedia, quia omnes mediæ inter primam & ſeptimam erant ſolemnes, ſed non ita ut prima & ſeptima.

h Erant omnes] nullus abſens erat, vel quia numerus duodenarius completus erat.

i Pariter] habentes cor, ideſt, animam, *infr.* 4.

k In eodem loco.] non diverſis corporaliter, ſed in cœnaculo quo aſcenderant.

l Et factus eſt repente] Contra. Beda dicit. Virtus eſt lenta, vitium præceps.

Sol. Antequam virtus procedat in opus, præcedit deliberatio, & ſecundum hoc dicitur virtus lenta, ſed cum incipit operari repente operatur, & ſic quantum ad infuſionem dicitur ſonus repente fieri, non quantum ad deliberationem. Econtra in vitio non eſt deliberatio, & ſic eſt præceps, ſed tamen poſtea conſcientia remordente operatur lente.

h Sonus non vox

Myſtice. *g* Dies Pentecoſtes] Quinquageſimo die ſpiritus datur, quia per eum peccata remittuntur & charitas diffunditur. *Rom.* 5. Quæ operit multitudinem peccatorum. *Jac. ult.* In quo tanquam ſpiritnali Jubileo rei ſolvuntur, debita dimittuntur, exules in patriam revertuntur, hereditas amiſſa redditur: ſervi, ideſt, homines ſub peccato venundati. *Rom.* 7. A jugo ſervitutis liberantur. Quinquaginta, ſeptiesſeptem habent, ideſt, quadraginta duo & octo quæ partes ſimul faciunt quinquaginta, ſeptem ad vetus, octo ad novum Teſtamentum pertinent, quia ſeptima die requievit Deus. *Gen.* 2. Et ſeptem diebus comedebant Azyma. *Exod.* 12. Et nona die Dominus reſurrexit, & octava die reſurrectio noſtra ſperatur. Utriuſque ergo legis docens completionem, quinquageſimo die datur Spir. ſanctus, qui numerus ex ſeptem conſtat, & ſeptima lex in monte Sinai. *Exod.* 20. Spiritus ſanctus in monte Sion datur, Lex in ſublimi montis loco, Spiritus ſanctus in cœnaculo. Myſtice.

k In eodem loco] ut unitas Eccleſiæ commendetur in cœnaculo, quod eſt tertia manſio, quia incipiente tertia lege, ſcil. gratiæ, in qua qui ſpiritum deſiderat carnis domicilium mentis contemplatione tranſcendit.

l Repente] quia neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Vel. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. *Pſalm.* 45.

m De cœlo] datur Spiritus Sanctus ut diligatur Deus in terra, ut diligatur proximus.

Ad quæ duo commendanda, bis poſt reſurrectionem datus eſt, quia. *Joannes vigeſimo* Inſufflavit & dixit: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, quod prius ſoli Petro dederat. *Matth.* 16. Sed ut crederetur

Q per

Digitized by Google

a ſonus b tanquam c advenientis d ſpiritus vehementis, & replevit totam domum e ubi erant f ſedentes. g Et apparuerunt illis h diſpertitæ linguæ i tanquam ignis, k ſeditque l ſupra ſingulos eorum. m Et repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, n & cœperunt loqui o variis linguis p prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. q Erant autem in Jeruſalem habitantes r Judæi viri religioſi, ſ ex t omni natione quæ ſub cœlo eſt. Facta autem hac u voce convenit multitudo, & mente confuſa eſt, quoniam audiebat unuſquiſque lingua ſua illos loquentes. x Stupebant autem y omnes & z mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes iſti a qui loquuntur, Galilæi ſunt? b Et quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam c noſtram in qua nati ſumus? d Parthi & e Medi f & Elamitæ & qui habitant g Meſopotamiam, h Judæam i & Cappadociam, k Pontum l & Aſiam, m Phrygiam, n & Pamphyliam, o Ægyptum

a Sonus] non vox, propter generalitatem. Datus enim fuit Spiritus, ut linguis omnium loquerentur. Sonus autem generalior eſt quam vox. Item in ſono datur, quia ſicut ſonus ex percutiente eſt, & a vento, ſic Sp. S. a patre, & filio. [De cœlo] ut ſignificaret ſpiritum cœleſtem eſſe, ſonus autem poteſt dici locutio linguarum de ore Apoſtolorum ſonans. b Tanquam] ſimilitudo eſt, vel confirmatio. c Advenientis] Cum ſono venit qui ſonos venerat docere.

d Spiritus vehementis] non tamen aliquem terruit, ſicut in datione legis, ubi populus longe ſtabat præ timore. *Ezech.* 19. Hic vero congregati erant ex amore. *Bern.* [Vehementis] væ adimentis quia numquam poſtea graviter peccaverunt. Vel vehementis mentem ad ſuperna. Vel vehemens dicitur gratia Apoſtolorum comparatione præcedentium, vel in ſimilitudinem venti vehementis ſpiritus venit. e Ubi erant] in cœnaculo perfectionem ſignificante.

f Sedentes,] quia dictum erat ei: Sedete in civitate. *Luc. ult.* g Et apparuerunt] exterius igneo colore, interius ſpiritali inſpiratione.

h Diſpertitæ] diviſæ in ſpecie ignis, ut linguis omnium loquerentur, nec interpretibus indigerent qui in proximo debebant dividi in omnes terras; Poterant autem omnium linguas intelligere, & omnium verba formare; in quacumque lingua, vel lingua ſua, ideſt, Hebræa loquentes ab omnibus intelligebantur, ac ſi linguis ſingulorum propriis loquerentur.

i Tanquam ignis] genitivi caſus.

k Seditque] quod eſt regiæ poteſtatis, vel quia requieſcit in ſanctis quibus eſt ſuperior. Vel [ſedit] ſtabilibus ſtabilis *Sap.* 7. Judex judicibus nullo ab eis crimine effugandus.

l Supra ſingulos] in ſingulis totus, nec in multis diverſus aut diviſus.

m Et repleti ſunt,] non iterationem notat, quia non fuit interruptio, ſed perfectionem, ut alium non recipiant ſpiritum, quia plena non recipiunt augmentum. Spiritus enim ſanctus dividens ſingulis prout vult. 1. *Corinth.* 12. Ubi vult, quomodo vult, quantum vult inſpirat.

n Et cœperunt loqui] Ecce ſignum plenitudinis. Plenum enim vas erumpit, & ignis in ſinu non poteſt abſcondi. *Prov.* 6.

o Variis linguis] hoc ad plures, vel ad unam referendum eſt. In Græco dicitur aliis. Juxta illud *Iſa.* 28. In labiis aliis loquitur populo huic.

p Prout Sp. S.] qui erat alveus linguarum. Linguæ omnes dicuntur eſſe ſeptuaginta duæ, unde & diſcipuli ſecundi ordinis tot ſunt electi, *Luc.* 10. Ut numerus prædicatorum concordaret numero linguarum.

q Erant autem] urbis habitatores.

r Judæi] ad diem feſtum collecti. Ideo tam ſolemni die datus eſt Sp. S. ut tanta virtus haberet multos qui approbarent, & varias linguas cognoſcerent.

ſ Ex omni natione,] quaſi undecumque nati, Judæos autem in omnibus gentibus naſci fecit captivitas ſub Antiocho facta. 1. *Mach.* 1. Non multis autem temporibus ante. Vel ſi incredibile videtur, expone.

t Ex omni] i. ex pluribus. Vel [Ex omni] adjacente, ſicut fluvius egrediens de paradiſo irrigare dicitur totam terram adjacentem, ſcil. *Gen.* 2.

ſ Religioſi] Contra. Ignorabant Chriſtum, nec credebant. Sol. Non repugnabant legi, ſed parati erant obedire ſi cognoſcerent Chriſtum.

u Hac voce] ideſt, repentino ſonitu, quando cœperunt Apoſtoli loqui.

x Stupebant] corde.

y Omnes] religioſi.

z Et mirabantur] facie.

a Qui loquuntur] variis linguis.

b Et quomodo nos] Hebræi diſtantes ab aliis Hebræis.

c Linguam noſtram] propriam.

d Parthi] perfecte dividentes, vel perfectio dividentium.

e Medi] adæquati, vel menſuratores.

f Elamitæ] ab Elam: idem qui, & Perſæ.

g Meſopotamiam,] quæ interpretatur ambitus, quia duobus ambitur fluviis Tigri & Euphrate,

h Judæam] ſcilicet non totam gentem ſed partem illius, i. tribum Juda, & Benjamin ſignificat: ad differentiam Samariæ, & Galileæ decapoleos, & aliarum in eadem provincia regionum; quæ licet omnes Hebræa lingua loquantur, tamen ſingulæ domeſticam dicendi ſpeciem habent diſtinctam.

i Et Cappadociam] manus tortoris vel exploratoris, vel manus domino redimens.

k Pontum] inclinans, vel inclinatio.

l Aſiam] minorem.

m Phrygiam,] ſuſtollens Dominum, vel plaſmatio Domini, vel gradiens, vel elevatus ſeu offerens, vel elatio.

n Pamphyliam,] converſio a ruina, vel diviſio cadentium.

o Ægyptum] tenebræ, anguſtia vel tribulatio. [Cappadociam, Pontum, &c.] Hæ quinque provinciæ poſt Judæam poſitæ, Græce loquuntur, ſed eſt in ſono diverſitas. Unde mira patet in Apoſtolis gratia, non ſolum diverſis linguis loquentibus,

O per anticipationem, nunc cum cæteris per completionem. Etiam Petro attribuitur, & datur poteſtas dimittendi illis quot ad officium mittebat prædicationis, ante paſſionem quoque datus eſt Apoſtolis Spir. Sanctus ad gratiam doctrinæ, & ſanitatum, quando miſſi ſunt prædicare. *Matt.* 10. Ad ſananda corpora, poſt ad remittenda peccata, ob remedium animarum, ſecundum quod homo ex anima conſtat, & corpore. *Myſtice.*

e Ubi erant ſedentes] Seſſio ſignum ſtabilitatis eſt, & humilitatis, quibus ſedes paratur Spir. Sancto. Qui ſuper humilem requieſcit. *Iſa. ult.* Secundum aliam litteram. Hæc ergo humilitas concordiam faciens meruit virtutem, ſuperbia vero in turre Babel confuſionem. *Gen.* 11. Hæc enim colligit, illa diſpergit.

h Diſpertitæ linguæ,] ad ſignificandum quod Eccleſia omnium erat linguis gentium locutura.

i Tanquam ignis,] quia Deus noſter ignis conſumens eſt: *Deut.* 4. Et quia ad modum ignis ſpiritus purgat corda, urit peccata, illuminat ignorantias, calefacit, & torporem ignaviæ excutit, incinerat per humilitatem, indurat per fortitudinem, ſe communicat per miſericordiam, ſurſum tendit per deſiderium æternorum. Dicit etiam *Gloſ.* quod ignis incorporeus, & inviſibilis eſt in ſua natura, ſed aſſumpto aliquo corpore videtur diverſi coloris apparens propter materias in quibus ardet, ſic ſpiritus videri non poteſt niſi per creaturas in quibus operatur. *Gregor.* In linguis igneis Spiritus Sanctus apparuit, quia diſcipulos zelo ſuccenſos & verbo eruditos, intus reddit, & quia quos replet credere ex ſe, & loqui facit de ſe. Habent quoque doctores linguas igneas, quia auditores inflammant, ipſi æmulatores ardent, quos ſpiritus fervor accendit, & per pœnitentiam punit.

Item linguas attulit qui pro verbo venit, cognationem quippe habet lingua cum verbo, ut ab invicem nequeant ſeparari: ſic verbum Patris, & Spir. S. inſeparabiles ſunt, & unius naturæ.

Ecce non os relinquit orphanos. *Joan.* 14. Mittens paracletum, ideſt, advocatum qui pro eis omnibus loquitur linguis.

o Variis linguis,] quarum diverſitas diverſa ſignificat dona gratiarum.

loquentibus, ſed in unaquaque lingua ſecundum numerum provinciarum diſtantias proprietatum obſervantibus.
a Et advenæ Romani.] In Græco Peregrinantes Judæi ſcil. Peregrinam vitam Romæ ducentes.
b Judæi] de tribu Juda.

b Super omnem carnem] maſculi, & feminæ, Judæi, & Gentilis. *Col.* 3. Non eſt maſculus neque femina, &c.
c Carnem] ut ſic carneum non lapideum. *Ezech.* 11. Vel quæ ſit omnis caro exponit ſubdens.

c Et proſelyti] gentiles circumciſi, & ad Judaiſmum converſi.
d Omnes] religioſi.
e Alii] diſtantes a religioſis.
f Muſto pleni] Sed quare hoc dictum eſt, cum ebrietas non faciat homines facundos, ſed potius auferat eloquentiam? Reſponſio; Aufert eloquentiam ſecundum quod eſt peritus ſermo, ſed non removet verborum affluentiam. Tales credebant Apoſtolos, ſed manifeſtus eſt eorum error. Non enim multarum locutionum ſed unius tantum loquelæ affluentiam facit ebrietas.

partes Libiæ, quæ eſt circa Cyrenen *a* & advenæ Romani. Judæi *b* quoque, *c* & proſelyti, Cretes, & Arabes, audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei. Stupebant autem omnes *d* & mirabantur adinvicem, dicentes: Quidnam hoc vult eſſe? Alii *e* autem irridentes dicebant quia muſto *f* pleni ſunt iſti. Stans *g* autem Petrus *h* cum undecim elevavit *i* vocem ſuam & locutus *k* eſt *l* eis: *m* Viri Judæi, *n* & qui habitatis *o* Jeruſalem *p* univerſi; *q* hoc vobis notum ſit, & auribus percipite *r* verba mea. Non enim ſicut vos æſtimatis hi ebrii *ſ* ſunt cum *t* ſit hora *u* diei tertia. Sed hoc eſt quod dictum eſt per Prophetam Joel: Et erit *x* in noviſſimis diebus, dicit Dominus: *y* effundam de *z* ſpiritu *a* meo *b* ſuper omnem *c* carnem. *d* Et prophetabunt *e* filii veſtri, *f* & filiæ veſtræ, & juvenes *g* veſtri viſiones *h* videbunt, *i* & ſeniores veſtri *k* ſomnia ſomniabunt. Et *l* quidem ſuper *m* ſervos meos, & ancillas meas in diebus *n* illis effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt, & dabo *o* prodigia in cœlo ſurſum, & *p* ſigna in terra deorſum, ſanguinem, *q* & ignem *r* & vaporem *ſ* fumi. *t* Sol convertetur in tenebras, & Luna *u* in ſanguinem, antequam veniat dies Domini

d Et prophetabunt,] i. prophetias exponent, vel docebunt, i. non ventura prædicent. Vel [prophetabunt] non de Chriſto, ſed de quolibet alio ventura prædicent, quia lex, & prophetæ ſunt de Chriſto, uſque ad Joannem. *Matth.* 11. Qui promiſſum in lege, & prophetis oſtendit digito.
e Filii] ut Agabus, *inf.* 11. Et Simon niger *inf.* 13.
f Et filiæ] Philippi *inf.* 21. Et notat numerus largitatem, quia non prophetis, & ſacerdotibus tantum ut olim, ſed paſſim omnibus ſpiritus erat dandus. Iſti inquam prophetabunt ut ſitis inexcuſabiles.

Mystice. *u* ☉ *f* Muſto pleni quamvis irrideant, verum dicunt, quia non vino veteri quod in nuptiis Eccleſiæ defecit. *Jo:* 2. Sed muſto gratiæ ſpiritualis pleni erant. Nam vinum novum in utres novos verſat *Matth.* 9. Et jam non in vetuſtate litteræ ſed novitate ſpiritus Dei magnalia reſonabat. *Rom.* 7.
g Stans autem, &c.] Secunda pars hujus capituli, quæ dividitur in tres particulas. In prima arguit Petrus irridentes ſe, auctoritate Joelis. In ſecunda revocat ad fidem auctoritate David dicentis: Providebam Dominum coram me ſemper *ibi* [Viri Iſraelitæ, &c.] In tertia oſtendit verba illa non poſſe intelligi de David, nec ei convenire *ibi* [Viri fratres, &c.] Dicit ergo [Stans] ut melius audiretur. Vel [Stans] altitudine prima, vel in propoſito boni.
h Petrus] loquitur quaſi paſtor pro ovibus.
i Elevavit] ut indiceret ſilentium ad audiendum ſermonem.
k Locutus] ut muſto plenus.
l Eis] qui convenerant.
m Viri] propter fortitudinem.
n Judæi] propter ſcientiam.
o Jeruſalem] propter villæ excellentiam. Unde prudentes, & ſobrii debent eſſe.
p Univerſi] ſcil. ambo populi.
q Hoc] non quod irriſores dixerunt. Vel [Hoc] muſtum vel [hoc] quod ſeq.
r Verba mea] plena muſto ſpirituali.
ſ Ebrii] *Iſa.* 5. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam.
t Cum ſit hora diei tertia] Cum i. quamvis, vel quia non eſt hora bibendi propter terræ caliditatem, quia ſic corrumperetur natura, vel quia hoc factum fuit in Majo quando Judæi jejunabant. Et ſimiliter Apoſtoli adhuc ſervantes illam conſuetudinem. Vel non ſumus ebrii, cum ſciamus, quod ſit hora tertia. *Gl.* Sp. S. gloriam Trinitatis mundo prædicaturus congrue datur hora tertia orantibus, ut prædictum eſt, ad ſignificandum quod non datur niſi mentibus ad ſuperna elevatis.
u Hora tertia] Tertia lex. Item hæc hora qua ſpiritus mittitur, & ſexta qua Dominus crucem aſcendit. *Luc.* 23. Et nona qua ſpiritum emiſit; *Matt.* 27. Præ ceteris ſanctificatæ nobis commendantur. Unde *Dan.* 6. Ter in die adorans flectebat genua contra Jeruſalem.
x Et erit in noviſſimis diebus] Hoc non eſt in Joel, ſed addit Petrus ad reverentiam verbi Dei, ſicut prophetæ ſolent dicere, Hæc dicit dominus, ut attentos faciat ad verbum Dei quod ſequitur;
y Effundam] in modum fontis.
z De ſpiritu] Ly [de] diverſa dona reſpicit, primæ *Cor.* 12. non diminutionem ſubſtantiæ.
a Meo] mihi coæterno quaſi ad menſuram dabo ſpiritum.

g Et juvenes] ut Joannes, & Paulus 2. *Cor.* 12. Vel idest, novi fideles.
h Videbunt] clare omnia myſteria.
i Et ſeniores] ut Petrus, & Jacobus, vel veteri legi adhærentes.
k Somnia] umbras & figuras videbunt.
l Et quidem.] Adhuc exponit [ſuper omnem,] carnem.
m Super ſervos] prius ex timore; nunc ex obedientia.
n In diebus] noviſſimis. Hucuſque de adventu ſpiritus, nunc de judicii ſignis, & prodigiis ad litteram. Sed myſtice de Chriſto omnia hæc impleta ſunt.
o Prodigia] quæ porro dicunt, i. longe ſignant, & eſt prodigium quod proditur oculis, ſignum quo aliud ſignificatur. [Prodigia] in magnis. *p* Et ſigna] in parvis. [Prodigia] in cœlo cum Chriſto nato novus ſidus apparuit. *Mart.* 2. Et eo moriente Sol obſcuratus eſt, & terra tremuit. *Luc.* 23. Et *Matth.* 27. Vel prodigia in cœlo ſunt labores in Eccleſia: Signa in terra, vindicta in terrenos. Sanguis, martyrium: Ignis, Evangelium, vel Spiritus Sanctus. Vapor, compunctio animæ ab ardore ſpiritus procedens, ſicut fumus ab igne, vel ſanguis ſudor Chriſti ſanguineus. *Luc.* 22. Vel ſanguis de latere fluens contra naturam corporis mortui. *Jo:* 19. Quod fuit ſignum ſalutis noſtræ, & cauſa vitæ proceſſit de illius morte.
Ut ſicut tabernaculum victimarum ſanguine conſecratum eſt. *Lev.* 4. Sic fideles ſanguine Chriſti.
Et non tantum in Jeroſolymis ſit locus orationis, *Jo:* 4. Sed in omni loco dominationis ejus.
q Sanguinem] Chriſti, ante quem petræ ſciſſæ ſunt; *Matth.* 28.
r Et ignem] Spiritum Sanctum quoad Apoſtolos.
ſ Et vaporem] quoad alios qui poſtea perceperunt ſicut dicitur *inf.* 10. Patet ergo quod hoc poteſt legi pro tempore ante reſurrectionem, vel poſt, & ſic maxime intendit hoc Petrus.
Vel ignis illuminatio fidelium. Vapor cæcitas Judæorum.
Unde Dominus legem daturus in igne, & fumo deſcendit; *Exod.* 19. Quia humiles illuminat, ſuperbos caligine erroris excæcat.
t Sol convertetur in tenebras,] ad litteram in paſſione.
u Et Luna in ſanguinem] Sed cum plena eſſet, quia quartadecima occultata objectu terræ hominibus non potuit tunc apparere.
t Et Sol convertetur in tenebras.] Myſtice, Chriſtus in crucem, vel Evangelium in hæreſes, & Eccleſia in martyrium.
u Dies Domini] non hominum.

a Magnus]

a Magnus] ſeparatus ſpatio, opere, claritate. b Et manifeſtus,] quia Deus noſter manifeſte veniet. c Erit] quaſi metuentibus conſilium proponit.
d Omnis, &c.] Quia non eſt perſonarum acceptor Deus &c. *inf.* 10. e luvocaverit] ante diem, non in die. [Invocaverit] fide, ore, & opere.

f Salvus erit] ſaluta infinita corporis, & animæ.
g Viri] Secunda particula in qua revocat ad fidem [Viri] fortitudine. h Iſraelitæ] quibus prophetatum eſt.
i Audite] a me non ab ariſoribus completam eſſe prophetiam.
k Verba] dicta vel dicenda. Audite inquam Jeſum quem vos interemiſtis fuiſſe. l Virum] virilem, vel verum hominem. *Jer.* 31. Mulier circumdabit virum. Loquens
B ſcientibus legē Chriſtum a Prophetis promiſſum, non prius auctoritate ſua Dei filium nominat, ſed virum probatum a mortuis ſuſcitatum.

a magnus & b manifeſtus. c Et erit: d omnis quicumque invocaverit e nomen domini f ſalvus erit. g Viri h Iſraelitæ, i audite k verba hæc. Jeſum Nazarenum l virum approbatum a Deo in vobis m virtutibus & prodigiis, & ſignis quę fecit per illum Deus n in o medio veſtri ſicut vos ſcitis, hunc definito p conſilio, & præſcientia q Dei traditum r per manus ſ iniquorum t affligentes u interemiſtis. Quem Deus x ſuſcitavit y ſolutis doloribus inferni, z juxta quod impoſſibile erat teneri illum a ab eo. David b enim dicit in c eum: d Providebam e dominum f coram me g ſemper, quoniam a h dextris i eſt mihi ne k commovear. l Propter hoc m lætatum eſt n cor meum, & o exultavit lingua p mea, q inſuper & r caro mea ſ requieſcet in ſpe.

m In vobis] coram vobis, vel in veſtris corporibus quoad hoc quod dicit [virtutes, & prodigia] reſuſcitationibus mortuorum. n Deus] Pater vel divinitas.
o In medio] unde incacuſabiles eſtis.
p Conſilio] Sp. S. q Et præſcientia] Patris non veſtra.
r Traditum] Judæis a patre, vel a ſeipſo, vel a Diſcipulis. *Matth.* 26. [Traditum] militibus a Judæis. *Matt.* 27. ſ Iniquorum] militum. t Affligentes] variis illuſionibus. *Luc.* 23. u Interemiſtis] voce. Qui enim jubet, ille facit petentes Barrabbam dimitti & Jeſum occidi. *Matth.* 27. *Gloſ.* in hoc ſolo notabiles; quia non obedienti animo fecerunt, ſed ex invidia. Sed eſto quod non invidia fecerunt, ſed ut voluntati Dei obedirent, quæritur, utrum peccaſſent. Videtur quod non, quia ſic Abraham occidiſſet filium. *Gen.* 22. Suppoſito quod non fuiſſet revocatus: ergo a ſimili. Solut. Non eſt ſimile, quia etſi voluntas patris eſſet Chriſtum pati non tamen fuit in lege præceptum expreſſum de occidendo eum.
x Suſcitavit] ſecundum humanitatem quam maxime oderant [Suſcitavit] non communi reſurrectione, ſed tertia die, ut hujus reſurrectionis aſſertio eſſet teſtimonium deitatis. y Solutis] vel ejus reſurrectione, vel mortuorum ſolutione. In græco: Solvens per ipſum mortis dolores, quia in deſcenſu ad inferos liberavit ſanctos qui tenebantur in limbo, nec prius exire poterant, donec victor educeret in ſanguine teſtamenti vinctos de lacu. *Zach.* 9. Vincti enim erant, dicit *Gloſ.* antequam educerentur. z Juxta] prophetiam. b David] immutabilem.
a Ab eo] vel ab ea morte. Qui enim immunis erat a morte poterat quos vellet a dominio mortis eripere.
c In eum] non in ſua, ſed in Chriſti perſona.
d Providebam] Vox hominis aſſumpti. [Providebam] i. pro me eſſe videbam, quaſi præſens auxilium ſentiebam. e Dominum] deitatem vel patrem.
f Coram me] quia veniens in ea quæ tranſeunt non abſtuli oculum ab eo, qui ſemper manet.
g Semper] quaſi inſeparabilem. h A dextris] proſperis. i Eſt] more cuſtodis.
k Ne commovear,] a ſpe reſurgendi, Laboravit enim ſpe vitæ æternæ dicit *Gloſ.*
l Propter hoc] quia caro reſurget tertia die, vel quia dominus a dextris ſtat.
m Lætatum eſt] jucunditate. n Cor] cogitatio mea.
o Et exultavit] in verbis prophetæ.
p Lingua] patriarchæ de me locuti. r Et caro] non deficiet in interitu, ſed: ſ Requieſcet] in ſepulchro.
t In ſpe] reſurrectionis. q Inſuper] gaudebat quod ab inimicis commoveri non poterat, ſed ſuper hoc crevit lætitia quod in ſua reſurrectione exemplum dabat nobis.
u Animam] humanam quæ deſcendit ad inferos.
x In inferno] poſſidendam. y Nec dabis ſanctum] corpus ſanctificatum. z Tuum] per quod alii ſanctificandi ſunt. a Videre corruptionem.] putredinis, & vermium, quaſi non patieris corrumpi. Quia

t Quoniam non derelinques u animam meam in x inferno, nec y dabis ſanctum tuum z videre a corruptionem. b Notas mihi feciſti vias vitæ, c replebis me jucunditate cum d facie tua. e Viri f fratres g liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, quoniam defunctus eſt, & ſepultus eſt, & ſepulchrum ejus eſt apud nos uſque in hodiernum h diem. Propheta igitur cum eſſet, & ſciret, quia jurejurando i juraſſet illi Deus de fructu lumbi k ejus ſedere l ſupra ſedem ejus: prævidens m locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia neque n derelictus eſt in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. Hunc Jeſum o reſuſcitavit Deus, cujus omnes p nos q teſtes r ſumus. Dextera igitur ſ Dei t exaltatus, & u repromiſſione Spiritus Sancti x accepta a patre

b Notas] vel ſcio me ſurrecturum quia [notas, &c.]
b Vias] quæ ſunt in ſanctitatis jucunditate, quibus itur ad æternitatem: quibus poſt reſurrectionem. c Replebis] aſcendenti in cœlis dabis delectationes dexteræ uſque in finem in quibus eſt lętitia non ſemiplena. d Cum facie tua.] videbo facie ad faciem. 1. *Cor.* 13. Vel cum Chriſto Deo qui eſt facies patris. Sic loquitur Chriſtus ante reſurrectionem, vel poteſt loqui poſt ſic: d Providebam] ut ſupra.
a A dextris,] ſiniſtra vita præſens, dextera æterna.
k Ne commovear,] poſt reſurrectionem quando omnia immobilia.
o Et exultavit lingua] quia requies poſt laborem data eſt. In paſſione dixit: Triſtis eſt anima mea. *Matt.* 26. Et cœpit tædere, & pavere. *Marc.* 14. Ut ſe verum hominem monſtraret. Sed poſt [exultavit lingua] quia paſſione ſua genus humanum ſalvatum eſt.
y Nec dabis] per hoc probat ſe humanæ fragilitatis expertem, & ſupergreſſam eſſe humanam conditionem.
Moraliter: d Providebam,] Dicens quid fecit, paris hominibus conſulit. Qui enim præſentiam domini jugiter intuetur oculo mentis, hunc ad peccata Diabolus non convertit.
h A dextris,] alioquin diabolus occupat partem illam, ſicut de Juda dicitur: Diabolus ſtetit a dextris ejus.
b Notas, &c.] Non de illo ſolo intelligitur qui mortem deſtruxit per ſe reſurgens ad vitam, ſed etiam de juſtis qui per eum via veritatis inventa ad vitam redeunt, ſecundum quod dicitur *Sap.* 10. Ut videant facie ad faciem, quod eſt vita, & beatitudo perfecta. *Joann.* 17.
e Viri] corpore.
f Fratres] fide. Vocando blanditur, & principalem ſexum alloquitur:
g Liceat audenter dicere.] Hoc dicit ne indignentur. Et hæc eſt tertia particula ſecundæ partis capituli, in qua oſtendit verba præmiſſa non convenire David.
h Uſque in hodiernum diem] Unde patet eum non de ſe dixiſſe: non dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
i Juraſſet,] Juramentum Dei ſignificat immutabilitatem conſilii.
k Lumbi ejus] Viri luxuria in lumbis eſt.
l Sedere] quia Chriſtus ſuper ſpiritualem Iſrael ſedit:
m Providens] a longe.
n Derelictus] ſecundum animam.
o Reſuſcitavit Deus] *Am. ult.* Suſcitabo tabernaculum David quod cecidit.
p Omnes] non duo, vel tres, ut teſtimonium ſit ſufficiens.
q Nos] qui vidimus eum poſt reſurrectionem.
r Teſtes ſumus] reſurrectionis.
ſ Igitur] quia dixit David. A dextris eſt mihi, &c.
t Exaltatus dextera] ablative, i. proſperitate, i. vel ipſe [exaltatus] qui eſt [dextera Dei] patris.
u Et promiſſione] Joel. x Accepta] Accepit enim ut homo, ut effundat ſpiritum ſicut dicit *Joel.* 2. Vel accipiunt Apoſtoli ab ipſo exaltato promiſſum in Evangelio. *Jo.* 16. Spiritum.

a effudit b hunc quem vos videtis c & auditis. d Non enim David aſcendit in cęlos. Dicit autem ipſe: e Dixit f Dominus g Domino méo ſede h a dextris i meis. k Donec ponam l inimicos tuos m ſcabellum n pedum tuorum. Certiſſime o ergo ſciat omnis p domus q Iſrael, quia r & dominum ſ eum, & t Chriſtum u fecit x Deus y hunc Jeſum quem vos z crucifixiſtis. His a auditis compuncti b ſunt corde. c & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apoſtolos: d Quid faciemus viri e fratres? f Petrus vero ait ad illos, pęnitentiam g inquit h agite, & i baptizetur k unuſquiſque veſtrum in l nomine m Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum & accipietis n donum Sp. S. o Vobis ęnim eſt p repromiſſio, & filiis veſtris, & q omnibus qui r longe ſunt quoſcumque ſ advocaverit Dominus Deus noſter. t Aliis etiam verbis plurimis teſtificatus u eſt, x & exhortabatur eos: y dicens: z Salvamini a a generatione iſta b prava. Qui ergo receperunt ſermonem ejus baptizati ſunt, & c appoſitę ſunt in die illa animæ circiter d tria e millia. Erant f autem perſeverantes g in h doctrina Apoſtolorum, & communicatione i fractionis k panis & orationibus. Fiebat autem l omni animę timor. m Multa quoque n prodigia & ſigna per Apoſtolos in Jeruſalem fiebant, & metus erat magnus in o univerſis. Omnes etiam, qui credebant, erant p pariter & habebant q omnia communia. r Poſſeſſiones & ſ ſubſtantias vendebant & dividebant illa omnibus prout t cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes u unanimiter in x templo, y & frangentes z circa domos panem, a ſumebant cibum cum b exultatione, c & ſimplicitate d cordis,

a Effudit] ut Deus. Non recedit a verbo Prophetæ dicentis Effundam, ut ipſum eſſe ſignificet qui olim per prophetam locutus eſt. b Hunc] Spiritum in Græco. [Effudit hoc, &c.] in lingois igneis, vel mente. c Et auditis,] ſono, vel noſtro ſermone. d Non enim David] Unde patet quod non de ſua, ſed de Chriſti Aſcenſione loquatur. Qui prius Jeſum a Deo ſuſcitatum dixit, nunc fidem auditorum altius erigens, verum eſſe Deum aſſignat, quem effudiſſe Spiritum confirmat quod eſt Deitatis. e Dixit] interna ratione verbi coæterni. f Dominus] pater. g Domino,] homini Chriſto. h Sede] quieſce, vel judica quia pater omne judicium dedit filio. Jo: 5. i A dextris] in æternis bonis vel in unitate perſonæ cum filio qui eſt dextera Patris. Hoc eſt quod dicit Petrus, inf. 3. Quem oportet cœlum recipere, &c. Sed ex

C

hoc arguit Arrius filium minorem patre. Reſpondetur, nomen inferius illi convenire cui imperatur ſedere, ſicut & Petrus conſequenter exponit, quia eum dominum & Chriſtum Deus fecit. k Donec ponam] in præſenti, & futuro, i. ſemper, quia ſemper ponendi. l Inimicos] dæmones vel homines. m Scabellum] humiles vel ſubjectos. n Pedum] carnis vel Apoſtolorum. Aperte probat Petrum regnum Chriſti non terrenum ſed cœleſte & utramque in eo naturam aſtruit, in altera dicens filium David, in altera ejus dominum. Unde ſubdit: o Certiſſime ergo ſciat,] quia propheta hoc dicit: p Domus] continens pro contento. q Iſrael] corporalis & ſpiritualis. r Et dominum] David. ſ Eum] de quo dicit] domino meo. t Et Chriſtum] regem. u Fecit] in nativitate vel reſurrectione ſecundum carnem. x Deus] pater, vel deitas. y Hunc Jeſum] proprium nomen eſt illius hominis. z Crucifixiſtis] ſecundum carnem, quia deitas pati non potuit. Dominus nomen majeſtatis eſt & poteſtatis, cui omnis creatura ſubjici debet, Chriſtus regiæ, vel pontificalis dignitatis. In hujus Chriſti figura in lege reges, & pontifices ungebantur. Una ergo perſona in duabus naturis Chriſtus eſt dominus, in divina æternaliter ex patre, in humana temporaliter natus ex matre, ipſe vere eſt Chriſtus plenitudine Sp. S. unctus, qui eumdem ſpiritum potenter quibus voluit, dedit. a His auditis, &c.] Tertia pars in qua agitur de compunctione auditorum Petri. Et dividitur in quatuor partes. In prima, compuncti petunt conſilium. In ſecunda dat Petrus conſilium, ibi [Petrus vero, &c:] In tertia acquieſcunt conſilio ejus tria millia, ibi [Qui ergo, &c.] In quarta agit de profectu converſorum, ibi [Erant autem, &c. His auditis, &c.] Ex quo dixit: [Viri Judæi] ſup. eod. b Compuncti] Eccl. ult. Verba ſapientum quaſi ſtimuli. Pſ. 4. Et in cubilibus veſtris compungimini. Ecce poſt ignem ſequitur fumi vapor, & incipiunt compungi, & flere qui irriſerant, ut illum ſanguinem guſtare valeant, & per eum ſalvati, quem ſuper ſe & filios ſuos fuerant imprecati, Matt. 27. Abac. 3. Audivi & conturbatus eſt venter meus. Hebr. 4. Vivus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior, &c. c Dixerunt] quaſi ad medicos & duces cæci loquuntur, & ægri. d Quid faciemus] Ecce fructus compunctionis, inf. 9. Quid me vis facere? e Fratres] quia ipſi Iſraelitæ [Dixit] Secunda particula de conſilio Petri, f Petrus] fervore præcipuus. g Pœnitentiam] cordis. h Agite] opere implete. i Et baptizetur] Dicturus de baptiſmate præmittit lamenta pœnitentiæ, ut prius ſe aqua ſuæ afflictionis infunderent, & poſt Sacramento Baptiſmi lavarent. Sed objicitur illud Rom. 11. Sine pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei. Verum eſt de pœnitentia exteriori, interior autem, ſcil. contritio, vel attritio requiritur in adultis, quales iſti erant, in parvulis vero præcedit baptiſmus contritionem. k Unuſquiſque] nullus pro alio. l In nomine] in honore, vel in hac forma Chriſti in uno nomine; Trinitatis fides continetur, ſc. ungentis patris, uncti filii, ungentis Sp. S. præcipue crucis, vel crucifixi de qua prædixit: Quem crucifixiſtis. m Jeſu Chriſti] de quo dictum eſt, quod Deus eum dominum fecit & Chriſtum. Hoc dicitur quia filium non crediderunt. n Dominum,] quod in nobis miramini. Ex hoc videtur, quod remiſſio peccatorum precedat infuſionem gratiæ. Reſp. Sp. S. vel infuſio gratiæ præcedit remiſſionē peccatorum, ſed ſecundum quod datur ad robur, ſequitur eam. Et de hoc loquitur hic: a Vobis] Judæis.

p Repromiſſio] Joel. 2. Effundam de ſpiritu meo.
q Omnibus] etiam gentibus, quæ a dono ſpirituali non repelluntur. r Longe] loco, vel a notitia Dei. Vel a Vobis] hic ſtantibus, & omnibus Judæis procul poſitis. ſ Advocaverit] gratia non meritis, quia omnis quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Joel. 2. t Aliis] quæ Lucas tacet, quia ejuſdem erant qualitatis, & multa verba Petri brevi concludit ſententia.
u Teſtificatus] de Chriſto. x Exhortabatur] adjurabat, vel teſtificatio, & exhortatio idem eſt. y Dicens] ſe medicum & illos ægros oſtendens. z Salvamini] hæc eſt teſtificationis qualitas. a A generatione] Judæorum qui non credunt nec pœnitent. b Prava] Pſ. 77. Generatio prava & exaſperans Ezech. 3. Domus exaſperans eſt. Duæ ſunt generationes. Prima bonorum, alia malorum. c Et appoſitæ] numero fidelium. d Circiter] ad numerum dicitur ſicut circa ad locum. e Tria millia] Numerus fidei congruit quæ eſt una, & trina, & recte in primo baptiſmo ad confeſſionem Trinitatis [Tria millia] colliguntur. Luc. 23. Quinquageſimo die a phaſe, quia lex data eſt: Exod. 21. Solemnitatem primitiarum Moyſes præcepit initiari. Nunc autem poſt adventum Sp. S. non manipuli ſpicarum, ſed animarum primitiæ domino conſecrantur. f Erant autem, &c.] Quarta Particula. g Perſeverantes] non una die tantum: h In doctrina] fidei. i Et communicatione] non ſolius Petri, quia eadem erat omnium. k Panis] ſive communis ſive ſancti, l Omni animæ] exceptis credentibus. m Timor] pro prædicatione, vel pro prodigiis ſequentibus. n Prodigia] Prędicationi adjuncta. o In univerſis] imperfectis. Sed perfecta charitas foras mittit timorem 1. Jo: 4. p Pariter] ecce fraternitas. q Omnia communia] fraterni amoris indicium nihil habere proprium. r. Poſſeſſiones] agros. ſ Et ſubſtantias] pecora. t Prout cuique] non ſecundum honorem, ſed ſecundum indigentiam. Charitas enim diffuſa in cordibus per Spiritum Sanctum. Rom. 5. Cito generat amorem Dei, & proximi. Jo: Bis datus Spiritus Sanctus: Jo: 20. ſup. eod. Sen. Si ad naturam vixeris, numquam pauper eris, ſi ad opinionem, numquam dives. u Unanimiter] ut Apoſtoli. x In templo] in oratione: Ecce contemplativa. y Frangentes] ecce activa. z Circa domos] non in templo, ut ſanctus locus eſſet orationi, & communis victui.
a Panem] corporalem, vel Euchariſtiam.
b Cum exultatione] in honore ſui magiſtri.
c Et ſimplicitate] nihil interrogantes propter Conſcientiam. 1. Cor. 10. d Cordis,] unanimitate charitatis.

Collau-

a Collaudantes Deum] *Gl.* In laude cooperantes. *b* Et habentes gratiam] de perceptis gratias agentes. Secundum illud: Hymno dicto exiit in montem Oliveti. *Matt.* 26. 1. Hæc enim viciſſim ſibi connectuntur, ut virtutes ſermonibus & ſermones ſuccedant virtutibus. *c* Ad omnem plebem] i. coram plebe vel ipſi plebi gratias referentes, vel plebis gratiam invenientes. Nec ſolum priores perſeverabant, ſed etiam, *d* Dominus augebat quotidie] non tantum in Pentecoſte. *e* In idipſum] unionem Apoſtolicæ regulæ. In Græco. Dominus augebat eos qui ſalvi fierent quotidie Eccleſiæ. Poſt alia narratio ſic incipit: [In idipſum Petrus, &c.] quod ſic exponitur. Cum quotidie prædicantibus Apoſtolis Dominus augeret Eccleſiæ fideles, primi Apoſtolorum aſcenderūt in templum rogaturi. [In idipſum.] i. ut Eccleſiam ſemper augeret.

A

a collaudantes Deum *b* & habentes gratiam *c* ad omnem plebem. Dominus autem *d* augebat, qui ſalvi fiebant quotidie *e* in idipſum.

CAP. III.

PEtrus *f* autem, & Joannes *g* aſcendebant in templum ad horam orationis *h* nonam. *i* Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris ſuæ bajulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi quę dicitur k Specioſa, ut peteret eleemoſynam *l* ab introeuntibus in templum. Is cum vidiſſet Petrum, & Joannem incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemoſynam *m* acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne dixit: *n* Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: *o* Argentum, & aurum non eſt mihi, quod autem habeo *p* hoc tibi do: *q* in nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge *r* & *ſ* ambula. *t* Et apprehenſa manu ejus dextera allevavit *u* eum, & *x* protinus conſolidatæ ſunt baſes *y* ejus & plantæ. *z* Et *a* exiliens *b* ſtetit & ambulabat, & intravit *c* cum illis in templum, ambulans & exiliens & laudans Deum. Et vidit omnis *d* populus eum ambulantem *e* & laudantem Deum. *f* Cognoſcebant autem illum, quod ipſe erat qui ad eleemoſynam ſedebat ad Specioſam portam templi. Et impleti ſunt *g* ſtupore & extaſi in eo quod contigerat illi. Cum teneret autem Petrum & Joannem, *h* cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis ſtupentes. *i* Videns autem Petrus, reſpondit k ad populum. Viri Iſraelitæ quid miramini in hoc, *l* aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute *m* aut poteſtate *n* fecerimus hunc ambulare? Deus *o* Abraham, & Deus Iſaac, & Deus *p* Jacob, Deus *q* patrum noſtrorum glorificavit *r* filium ſuum *ſ* Jeſum, *t* quem vos quidem *u* tradidiſtis, & negaſtis ante faciem *x* Pilati *y* judicante illo

EXPOSITIO CAP. III.

PEtrus autem, & Joannes, &c.] Hoc capitulum tertium dividitur in duas partes. In prima agit de ſanatione claudi. In ſecunda de prædicatione Petri, *ibi* [Videns autem Petrus] Item ſecunda dividitur in quatuor particulas. In prima arguit eos qui credebant claudum ſanatum ab eis. In ſecunda oſtendit quod Deus voluit filium ſuum glorificari in ſanatione ejus *ibi* [Deus Abraham] In tertia invitat eos ad pœnitentiam *ibi* [Et nunc fratres.] In quarta oſtendit quod bene debent credere quæ dicuntur de Jeſu per auctoritatem Prophetarum *ibi* [Moyſes quidem, &c.] Dicit ergo: *f* Petrus] præcipuus exorditur. *g* Aſcendebant] qui orat aſcendit: *h* Nonam] non orationis, ſed diei. *Dan.* 6. Ter die adorabant. Similiter & Judæi ut dicitur in quadam *Gl.* hora tertia, quia tali hora lex data eſt, & Apoſtolis Sp. S. & ſexta, quia tunc erectus fuit ſerpens *Num.* 21. in palo, & Chriſtus in cruce, & nona, quia tunc exivit ſanguis & aqua de latere Chriſti. *Jo.* 19. *i* Et quidam vir] cujus notatur difficilis ſanitas, cum dicitur [claudus] Diuturna infirmitas, cum dicitur [Ex utero] Gravis infirmitas [Bajulabatur,] k Specioſa] ab ornatu ſpirituali, quem fecit Joathan filius Oziæ lepra percuſſi. 2. *Paral.* 27. Alii dicunt quod Alexander fecit, & uterque potuit diverſis temporibus. *l* Ab introeuntibus] miſericordes credidit eos qui templum frequentabant. *m* Acciperet] ab eis. *n* Reſpice in nos] paupertatem in habitu demonſtrantes, quaſi pauperes ſumus ſicut & tu. *o* Argentum non eſt mihi] ad manum, i. non habeo modo, vel non habeo ſimpliciter. *Matth.* 10. Nolite poſſidere aurum neque argentum. Quæ enim ad pedes Apoſtolorum ponebantur non recondebant ſibi, ſed ad uſus pauperum ſervabantur. *p* Hoc tibi do,] Alia oſtandit ſe habere. *q* In nomine Jeſu] Gratus ſervus, non ſe, ſed Dominum glorificat, ut credant in eum, cui reſiſtebant. *r* Surge] ecce ſanitas. *ſ* Et ambula] Manifeſtatio ſanitatis vel probatio. *u* Dextera] ſalutis eſt proſperitas. *x* Et protinus] non medicinali tarditate. *y* Baſes] ad eundum. *z* Et plantæ] ad ſtandum. Et dicitur planta a planitie. Et exiliens] non exurgens. *Iſ.* 35. Tunc ſaliet ſicut cervus claudus. *b* Stetit, & ambulabat] Duo præcepta implevit, nulla inceſſit cunctatio, ne putaretur aliunde ſanatio. *d* Vidit eum] ſanitatem ejus. *e* Et laudantem Deum] Exemplum gratias agendi. *f* Cognoſcebant] non dubitabant de perſona. *g* Stupore] non fide. *Gl.* Pavore, & exceſſu mentis dicitur extaſis, cum mens non a pavore alienatur, ſed inſpiratione revelationis aſſumitur.

Myſtice. *f* Petrus autem, &c.] Apoſtoli templum ingreſſuri claudum ſanant, poſt uſque ad veſperum multa millia verbo fidei imbuunt. Sic doctores Eccleſiæ primo Judæis, poſtea gentibus prædicant operarii, quos hora nona, & undecima paterfamilias miſit in vineam. *Matth.* 20. Populus autem Iſrael a tempore legis rebellis claudus fuit ex utero matris, quod ſignificat lucta Jacob cum Angelo *Gen.* 32. In qua factus eſt claudus, quia populus ille Chriſto prævalens in paſſione in quibuſdam per fidem benedictus, in aliis ex infidelitate claudus eſt. Porta ſpecioſa Chriſtus per quam qui intrat ſalvatur *Joan.* 10. Ad quem claudus ille vocibus Prophetarū affertur auxiliū petens. Sed intrare non valens niſi per Petrum, cui claves datæ ſunt. *Matth.* 16. *o* Argentum, &c.] Habuit Synagoga tabernaculum auro & argento diſtinctum, ſed omnibus pretioſior ſanguis Chriſti, quia populus ante poſtes auratos jacens debilis, in nomine Crucifixi templum cęleſte ingreditur.

t Et apprehenſa manu] Quem verbo erigit manu confortat, quia ſermo doctoris minus valet in audiente niſi commendetur exemplo actionis propriæ.

c Cum illis] in templum cęleſte. Ordo rectus. Primo ſurgit qui jacuerat, deinde iter virtutum arripit, & ſic regni januam intrat cum Apoſtolis.

B

k Cucurrit] Sanato Iſrael per Apoſtolos, cucurrit totus mundus ad modum pacifici Chriſti cujus multiplicabitur imperium, & pacis non erit finis. *Iſa.* 9. Qui terreno regno ruente ſolus pacificum tenet imperium.

i Videns autem Petrus, &c.] Secunda pars de prædicatione Petri, in qua arguit credentes quod ipſi claudum ſanaverunt. k Reſpondit] concurſui vel ſtupori turbæ. *l* In hoc] quod fecimus, quaſi noſtra apparet quare currebant populi.

m Virtute aut pietate] Hæc duo neceſſaria ſunt ſaluti: auctoritas.

n Fecerimus] nos. Non.

o Deus Abraham] quia credidit ei etiam tempore præputii. *Gen.*

p Deus Jacob] in tribus Trinitatem notat.

q Patrum noſtrorum] trium, vel omnium. Non eſt enim Deus mortuorum, ſed vivorum. *Matth.* 22. Et in hoc quod dicit [noſtrorum] notatur unitas, tres autem numerantur nullo impio medio, vel propter principatum juſtitiæ, vel propter continuam juſtorum ſeriem, vel propter numerum teſtium. *Deut.* 19. [Patrum noſtrorum] Memorans patres, fidem ſuadet ne quaſi novum introducere videretur.

q Deus Abraham, &c.] His tribus omne Sacramentum Eccleſiæ completur. Aut enim ex bonis boni, ut Iſaac ex Abraham, aut ex malis mali, ut Iſmael ex Agar, aut ex bonis mali, ut ex Iſaac Eſau, aut ex malis boni, ut filii Jacob ex ancillis.

r Glorificavit] in ſanatione paralytici.

ſ Jeſum] Salvatorem mundi.

t Quem vos,] quaſi ad ſalvandum venerat, & vos eum. *u* Tradidiſtis,] militibus ad mortem. Hoc dicit ut terreat. *x* Pilati] gentilis.

y Judicante] In quo judicantur Judæi.

dimitti. *a* Vos autem *b* ſanctum *c* & juſtum *d* negaſtis, *e* & petiſtis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitę *f* interfeciſtis. *g* Quem Deus *h* ſuſcitavit a *i* mortuis *k* cujus nos teſtes ſumus, & in fide nominis ejus hunc quem vos *l* vidiſtis, & noſtis *m* confirmavit *n* nomen ejus, & fides, *o* quæ *p* per eum eſt, dedit *q* integram ſanitatem *r* iſtam in conſpectu omnium veſtrum. Et nunc fratres *ſ* ſcio quia per *t* ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Deus autem, qui prænunciavit per os *u* omnium *x* ſuorum prophetarum pati Chriſtum ſuum, ſic implevit. *y* Pœnitemini igitur *z* & *a* convertimini ut deleantur *b* peccata veſtra, ut cum venerint tempora *c* refrigerii *d* a *e* conſpectu Domini, & *f* miſerit eum, qui prædicatus eſt vobis, Jeſum Chriſtum quem oportet cœlum *g* quidem ſuſcipere uſque in *h* tempora *i* reſtitutionis omnium, quæ locutus eſt Deus *k* per os ſanctorum ſuorum a *l* ſæculo Prophetarum. Moyſes quidem dixit: Quoniam *m* Prophetam ſuſcitavit *n* vobis *o* Dominus Deus *p* veſter de *q* fratribus veſtris *r* tanquam *ſ* meipſum *t* audietis, *u* juxta omnia quæcumque locutus fuerit vobis. Erit *x* autem *y* omnis anima quæcumque non *z* audierit Prophetam illum *a* exterminabitur *b* de plebe. *c* Et omnes Prophetæ a *d* Samuel & *e* deinceps *f* qui locuti ſunt annunciaverunt dies iſtos. *g* Vos eſtis *h* filii Prophetarum & *i* teſtamenti, quod diſpoſuit Deus *k* ad patres noſtros dicens ad Abraham: Et in ſemine *l* tuo benedicentur *m* omnes familiæ terræ. *n* Vobis primum a Deus ſuſcitans *p* filium ſuum, *q* miſit eum benedicentem *r* vobis, *ſ* ut convertat ſe unuſquiſque *t* a nequitia *u* ſua.

C A P. IV.

LOquentibus *x* autem illis ad populum, ſupervenerunt ſacerdotes & magiſtratus templi, *y* & Sadducæi, dolentes quod docerent populum & annunciarent in Jeſu *z* reſurrectionem ex mortuis, & injecerunt in eos manus & poſuerunt eos in *a* cuſtodiā in craſti-

a Dimitti] ſine iniquitate. *b* Sanctum] in ſe ſine peccato. *c* Et juſtum] ad proximum. *d* Negaſtis] non hunc ſed Barrabam, *e* Petiſtis] dimitti. *f* Vitæ] præſentis, & futuræ, vel vitæ Lazari & ceterorum. *g* Interfeciſtis] Qui tradit, interficit [Interfeciſtis] voluntate verbo. Contra illud *Exod.* 21. Qui percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur.

Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 18.

h Deus] pater. *i* A mortuis,] longe ne iterum moriatur. *k* Cujus,] Chriſti vel facti. Sapiens doctor primo humanitatis, qua occidi potuit recordatur, deinde reſurrectione patefacta Deum docet, & prædicat auctorem vitæ. *l* Vidiſtis prius paralyticum, nunc ſanum. *m* Confirmavit] in ſanitate.

D

n Nomen] cognitio. *o* Et fides] nominis invocatio. *p* Per eum] Chriſtum vel hominem. *q* Integram] corpore & anima.

Eccl. 17. Matth. 4. Marc. 1.

r Iſtam] corporalem. *ſ* Scio] Suaviter ſcelus eorum arguit. *t* Per ignorantiam] tam minores ignorātes eum eſſe Meſſiam, quam majores, qui non credebant eum eſſe Deum, licet ſcirent eſſe Meſſiam. Si enim cognoviſſent numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, 1. *Cor.* 2. *u* Omnium] Contra. Omnes prophetaverunt de paſſione. Sol. Ab uno prophetabant omnes, & ab illa unitate dicitur ab omnibus idem dici: Vel [Omnium] i. plurium. *x* Suorum] ad differentiam pſeudo. Igitur quia ſic feciſtis. *y* Pœnitemini] *z* De malis.] *a* Et convertimini] ad bona. *Pſ.* 33. Declina a malo & fac bonum. *b* Peccata] licet per ignorantiam facta. *c* Tempora] diſcretio univerſalis judicii, & redemptio juſtorum. *d* Refrigerii] quod præteritum eſt in incarnatione, vel futurum in judicio, tunc plene delebuntur peccata virtute reſurrectionis, & mors deſtruetur 1. *Cor.* 15. *e* A conſpectu] facie Chriſti. *f* Et miſerit] in carne, *g* Cœlum] ad litteram, ſicut eſt dicitur a patre in *Pſ.* 109. Sede a dextris meis, &c. *Marc. ult.* Aſſumptus eſt in cęlum, &c. Vel [Cęlum] Eccleſiam. Et tunc conſtruitur cum verbo [ſuſcipere] a parte poſt. *h* In tempora] in judicio. *i* Reſtitutionis] completionis, vel renovationis mundi. Tunc enim ſalvatis bonis cum Chriſto, & malis damnatis cum diabolo, nihil reſtabit de omnibus quæ promiſſa ſunt. *k* Per os] non ab hominibus, ſed per homines. *l* A ſæculo] non nuper inventum, ſed olim ſcriptum. Et ponit exemplum non de omnibus qui locuti ſunt, ſed de Moyſe magis authentico & primo legiſlatore cui magis credendum eſt. *m* Prophetam, &c.] Senſum Moyſis ponit Petrus non verba *Deut.* 18. *n* Suſcitavit] non Jeſum filium Nave, ſed Dominum Jeſum. *o* Vobis] ad profectum veſtrum. Suſcitabit inquam naſcendo, vel reſurgendo. *p* Deus veſter] ad differentiam falſorum Deorum. *q* De fratribus veſtris] de tribu Juda. *r* Tanquam meipſum] obediendo, ſicut mihi. *ſ* Meipſum] verum hominem. *t* Audietis] indicativum pro imperativo. In hoc confunduntur Judæi, quia ſi iſte audiendus erat, ſicut Moyſes, cum nullus fuerit comparabilis Moyſi, oportet de Chriſto intelligi. *u* Juxta omnia] nihil addentes, vel ſubtrahentes. *x* Erit] hoc ſcil. quod *y* Omnis anima] pars principalis pro toto homine. *z* Audierit] obediens, *a* Exterminabitur] ab hominibus vel a Deo, quia ſecundum legem occidebatur. *b* De plebe] ſpirituali Iſrael. *c* Et omnes] poſt Moyſen. *d* A Samuel] quaſi a principe prophetarum. *e* Et deinceps] uſque ad Jo. Baptiſtam. Et nota quod licet ante Samuelem Patriarchæ dictis, & factis de Chriſto prophetaverint, tamen ab iſto incepit qui judicum, & regum tempore fuit, quando mala creverunt quibus corrupta eſt Synagoga, & ex tunc habuit revocari per prophetas uſque ad tempus captivitatis Babylonicæ. *f* Locuti ſunt] prophetice tempora refrigerii, i. utriuſque adventus Domini. *g* Vos eſtis,] ideo inexcuſabiles. *h* Filii] antiqua conſuetudine, vel natura. *i* Teſtamenti,] quod infra ſequitur [In ſemine tuo, &c.] *k* Ad patres] quia non ſoli Abraham, ſed Iſaac & Jacob promiſſum eſt. Abrahæ enim primum facta eſt promiſſio. *Gen.* 15. *l* In ſemine] non in ſeminibus quaſi multis, &c. *Gal.* 3. *m* Omnes familiæ,] non una gens tantum, ſed & Græcis, & barbaris benedictio promiſſa eſt per Chriſtum, qua dicet omnibus electis: Venite benedicti, &c. *Matt.* 25.

A

Qui prius in Adam erant maledicti [Omnes familiæ] i. ſine eo nulla. Sicut illud *Jo.* 1. Illuminat omnem hominem, i. eum qui illuminetur.

n Vobis primum] ante gentes. Demulcet eos, ut libentius credant. *o* Suſcitans] ſecundum carnem.

p Filium ſuum] Quem dixerat ſemen Abrahæ dicit & filium Dei propter duas ejus naturas, ut nullus credat errori Neſtoriano. *q* Miſit] incarnari fecit.

r Benedicentem] prædicantem, vel benedictiones facientem. *ſ* Ut convertat] Libertatem arbitrii oſtendit. *t* A nequitia] a qua impugnatur. *u* Sua] ex ſe.

Myſtice. *m* Prophetam, &c.] Sicut Moyſes carnalem populum cæremoniis legalibus inſtruxit in terra promiſſionis introducendum, ſic Chriſtus per gratiam Evangelii ducit in cœlum. Cujus contemptores ejiciuntur de cętu ſanctorum. *l* In ſemine tuo] Ex hoc teſtimonio, & prædicto Moyſis patet ſeveritas, & bonitas Dei erga obedientes, & rebelles. Ideo ſicut docuit Petrus, propheta ille ab omnibus eſt audiendus.

E X P O S I T I O C A P. IV.

LOquentibus autem illis] Hoc capitolum dividitur in quatuor partes. In prima agitur de ſacerdotum adventu & incarceratione Apoſtolorum & quæſtione eis propoſita, & reſponſione Petri. In ſecunda de prohibitione prædicationis & reditu Apoſtolorum ad fratres, ibi [Videntes autem] In tertia de oratione eorum, & ſigno exauditionis, & de ſtatu eorum poſt orationem, ibi [Qui cum audiſſent, &c.]

x Loquentibus autem illis] Petrus pro ſe, & Joanne locutus eſt, vel multitudini ambo locuti erant.

y Et Sadducæi,] negantes reſurrectionem, ideo de doctrina eorum dolebant.

z Reſurrectionem] Hoc maxime contra Sadducæos, omnes vero dolebant, quia Jeſum quem occiderant Dei filium a patre glorificatum affirmabant.

a In cuſtodiam] incarcerem.

a Erat

a Erat autem] Ecce cauſa cuſtodiendi. *b* Multi] non omnes, utinam ſaltem hodie pauci. *Mich.* 7. Væ mihi qui factus ſum, &c.
c Virorum omnium] qui vocem paſtoris audierant, & agnoverant. *Jo.* 10.
d Quinque millia noviter converſorum, vel duo millia cum tribus primis ſignificant populum gentium legem ſpiritualiter ſervaturum ſicut *Matt.* 15. Quos dominus pavit. *Jo.* 6. Significant populum Judæorum a Chriſto liberatum. B Utrumque fit in veſpere quia cum venit plenitudo temporis miſit Deus, &c. *Gal.* 4.
e Principes, &c.] Qui tres erant conſiliarii totius populi.
f Et Annas] ſeorſum ponitur, quia princeps.
g Et Caiphas, & Joannes] Sacerdotes, qui de genere Aaron principatum gerebant.
h Et quotquot] Deſcriptis principibus, alii ſine numero ponuntur.
i In medio] conſilii.
k In qua] utrum divina propter claritatem facti, vel alia factum dicerent virtute.
l Tunc] in medio conſilii repletus in Pentecoſte, vel hoc dicitur propter augmentum gratiæ, vel quia convertebat in uſum quod habebat in habitu.
m Dixit] quaſi princeps.
n Si nos] interrogatio poteſt eſſe.
o Dijudicamur] ad judices ducimur.
C *p* In benefacto] pro ſanitate paralytici.

num: *a* Erat autem jam veſpera. *b* Multi autem eorum qui audierant verbum crediderunt, & factus eſt numerus *c* virorum *d* quinque millia. Factum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur *e* principes eorum, & ſeniores, & ſcribę in Jeruſalem, *f* & Annas princeps ſacerdotum, *g* & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & *h* quotquot erant de genere ſacerdotali. Et ſtatuentes eos in *i* medio interrogabant: *k* In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos? *l* Tunc Petrus repletus Spiritu Sancto, *m* dixit ad eos: Principes populi, & ſeniores Iſrael audite, *n* ſi nos hodie *o* dijudicamur *p* in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt: notum ſit *q* omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quia in nomine *r* Jeſu Chriſti Nazareni quem vos crucifixiſtis, quem Deus *ſ* ſuſcitavit a mortuis: in hoc iſte *t* aſtat coram vobis ſanus. *u* Hic eſt *x* lapis qui reprobatus eſt a vobis *y* ædificantibus, *z* qui factus eſt in *a* caput anguli, & non eſt in *b* alio aliquo *c* ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. *d* Videntes autem Petri *e* conſtantiam, & Joannis, comperto, quod homines eſſent *f* ſine litteris, *g* & idiotæ, *h* admirabantur, & cognoſcebant eos, quoniam *i* cum Jeſu fuerant: hominem quoque videntes *k* ſtantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant *l* contradicere. Juſſerunt autem eos foras *m* extra concilium ſecedere, & conferebant adinvicem dicentes: *n* Quid faciemus hominibus iſtis? Quoniam quidem notum ſignum factum eſt per eos omnibus habitantibus Jeruſalem. Manifeſtum eſt, & non poſſumus negare. Sed ne amplius divulgetur in populum, *o* comminemur eis ne ultra loquantur in nomine hoc *p* ulli hominum. Et vocantes eos, denunciaverunt *q* ne omnino loquerentur, *r* neque docerent in nomine Jeſu. Petrus vero, & Joannes reſpondentes dixerunt ad eos: Si juſtum eſt *ſ* in conſpectu Dei *t* vos potius audire *u* quam Deum, judicate. *x* Non enim poſſumus, *y* quę vidimus, & audivimus *z* non loqui. At illi *a* comminantes dimiſerunt eos *b* non invenientes quomodo punirent eos *c* propter populum, quia *d* omnes clarificabant id quod *e* factum fuerat *f* in eo *g* quod acciderat. *h* Annorum enim erat *i* amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat ſignum iſtud ſanitatis: *k* dimiſſi autem venerunt ad ſuos, & annunciaverunt eis quanta ad eos principes ſacerdotum, & ſeniores

interpretatur filius viſionis, ſimiliter dux populi Moyſes non Aaron, licet facundior. Et *Jer.* 1. Neſcio loqui. *Amos* 7. Non ſum Propheta. *i* Cum Jeſu] illiterato.
D *k* Cum eis] Apoſtolis.
l Contradicere] quia ipſe non eſſet, vel quia non ſanatus fuiſſet. *m* Extra concilium,] *Joh* 16. Abſque ſynagogis facient vos.
n Quid faciemus] ne factum illud amplius divulget hominibus prædictis.
o Comminemur] hoc conſilium tãtum reſtat. Vel *p* Ulli hominum.] Judæo, vel gentili.
q Omnino] aliqua occaſione vel aliquo loco.
r Docerent] prædicarent. *Matt.* 24. Odio eritis omnibus propter nomen meum. *Jud.* 7. Holofernes incidit aquæductum. *Am.* 7. Amaſias prohibuit ne prædicaretur in Bethel.
ſ In conſpectu Dei] apud Deum cui veritas placet.
t Vos] prohibentes prædicare.
u Quam] Deum imperantem.
E *x* Non enim poſſumus] i. nolumus, vel in natura verſum eſt, ut Angelis confirmatis non peccare.

q Omnibus] principibus, & ſenioribus. *r* Jeſu Chriſti] a ſalvatore ſalvatus eſt. *ſ* A mortuis] melius dicit quam a morte, quia pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, & per eum alii ſurrexerunt, ſed fidelis debet reſurgere a morte non a mortuis. *t* Aſtat] præſens qui ante ſtare non poterat. *u* Hic] quem vos crucifixiſtis.
x Lapis, &c.] *Auguſt.* De lapide reprobato hiſtoria non habetur. Quod enim dicitur in *Pſalm.* 118. non eſt hiſtoria, ſed allegoria.
y Ædificantibus] ſecundum legem.
z Qui factus] a mortuis ſuſcitatus.
a Caput anguli] ut ſit princeps duorum teſtamentorum & populorum in eadem fide, duos condat in ſe parietes, & tertius quem Judæi reprobabant volentes ſoli ſalvari in uno pariete.
b In alio] niſi in Salvatore.
c Salus] mundi vel hominis hujus, per ipſum enim, & patres noſtri ſalvi ſunt, quia de incarnatione crediderunt futurum quod nos credimus præteritum.
d Videntes autem] ſecunda pars in qua poſt reſponſionem Petri habito conſilio prohibent ne prædicent.
e Conſtantiam] audaciam.
f Sine litteris] quia litteras non didicerant, vel quia Grammaticæ peritiam non habebant.
g Et idiotæ,] qui proprium ingenium non exercuerant per doctrinam, idioma Græce: proprietas Latine. Vel dicitur idiota, ab idus quod eſt diviſio, & jota, quod eſt littera, vel ab aure diviſus, i. doctrina quæ aure ſuſcipitur, vel a litteris, quaſi nec per ſe exercitati, nec ab aliis docti. *h* Admirabantur] neſcientes cauſam conſtantiæ, & virtutis. Hic docemur quod parvulis, & minus peritis quandoque committitur verbum Dei. *Geneſ.* 42. Jacob tradidit Benjamin Judæ, non Ruben, qui

z Non loqui] Væ enim mihi eſt, ſi non evangelizavero. 1. *Cor.* 9. *y* Quæ] ſigna *Gloſ.* Ecce plenum frumentum in ſpica invenitur ante quaſi in herba flectebatur. *a* Comminantes] ne putarentur credidiſſe. *b* Non invenientes,] cauſam quæ placeret populo non conſcientiæ eorum.
c Propter populum] non propter Deum.
d Glorificabant] Deum in cujus nomine hoc fecerunt.
e Id quod factum fuerat] Eadem res clarificatur quando fama vulgante in notitiam defertur. Deus autem in factis hominum glorificatur. *Matt.* 5. Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, &c.
f In eo] paralytico ſanato.
g Quod acciderat] hoc non habetur in Græco.
h Annorum] cauſa clarificationis eſt longum tempus infirmitatis.
i Amplius] Ad litteram perfecta ætas oſtenditur.

Myſtice ſignificatur, quod Iſrael non tantum quadraginta annis in deſerto manna contempto ſordes Ægypti concupivit, ſed etiam in terra promiſſionis inter Deum, & idola claudicavit. 3. *Regum* 18. Ut quid claudicatis, &c. Vel numerus ille geminæ legis plenitudinem ſignificat, quia quater deni quadraginta ſunt. Myſtice.

Utriuſque ergo tranſgreſſor quaſi quadragenariam perfectionem jacendo debilis tranſcendit.
k Dimiſſi] Petrus, & Joannes.

dixiſſent, *a* Qui cum audiſſent *b* unanimiter *c* levaverunt vocem *d* ad Deum & dixerunt: Domine tu *e* qui feciſti cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, qui *f* Spiritu Sancto, *g* per os *h* patris noſtri David pueri tui dixiſti: *i* Quare k fremuerunt *l* gentes, & *m* populi *n* meditati ſunt *o* inania. *p* Aſtiterunt reges *q* terræ, *r* & principes convenerunt *ſ* in unum adverſus *t* Dominum, *u* & *x* adverſus Chriſtum ejus? Convenerunt enim vere *y* in civitate iſta adverſus ſanctum *z* puerum tuum Jeſum quem *a* unxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Iſrael, facere quę *b* manus c tua, *d* & conſilium tuum *e* decreverunt fieri. Et nunc Domine *f* reſpice minas *g* eorum & da ſervis tuis cum omni fiducia loqui *h* verbum tuum in eo quod *i* manum tuam extendas ad ſanitatem, & ſigna, & prodigia fieri per nomen k Sancti filii tui *l* Jeſu. Et cum oraſſent, *m* motus eſt locus in quo erant congregati, & *n* repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, *o* & loquebantur verbum Dei cum fiducia. *p* Multitudinis autem credentium erat cor unum, & *q* anima una, *r* nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia *ſ* communia. *t* Et virtute magna reddebant Apoſtoli *u* teſtimonium *x* reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri, & *y* gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quiſquam *z* egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quę vendebant, & ponebant *a* ante pedes Apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis *b* prout cuique opus erat. *c* Joſeph autem, qui cognominatus eſt Barſabas ab Apoſtolis, *d* quod eſt interpretatum *e* filius conſolationis, *f* Levites Cyprius genere cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit *g* pretium, & poſuit *h* ante pedes Apoſtolorum.

a Qui cum audiſſent] Tertia pars capituli. Auditis perſecutorum minis fiduciam reſiſtendi per ſigna virtutum ſibi depoſcunt.
b Unanimiter] *Matt.* 28. Si duo ex vobis conſenſerint, de omni re, &c.
c Levaverunt] more ſolito, ut aliis dent exemplum.
d Ad Deum] non ad hominem.
e Qui feciſti] Magna potentia oſtenditur. *f* Spiritu Sancto] non ſenſu humano. *g* Per eos] quaſi per tubam ut non crederetur vox hominis. *h* Patris noſtri] noſter ſuis pater ſed tuus puer. *i* Quare, &c.] Non quaſi neſcius quærit, F ſed inſaniam corripit eorum, qui in ſalvatorem inſurrexerunt non læſi abeo, ſed in multis adjuti. k Fremuerunt] more ferarum agitati, motu inperito & irrationali. *l* Gentes,] Romani milites ne regnum ad Judæos tranſiret. *m* Et populi] Judæi. *n* Meditati] ex deliberatione facientes. *Matth.* 26. Conſilium fecerunt, ut Jeſum dolo tenerent, & occiderent. *o* Inania.] Chriſtum non reſurgere. *p* Aſtiterunt reges] i. Herodes: Plurale pro ſingulari, vel Herodes & Pilatus dicuntur reges.
q Terræ] non cęli. *r* Et principes ſacerdotum.
ſ In unum] in atrium Caiphæ. *Matth.* 26. Vel Herodes & Pilatus convenerunt in amicitiam. *Luc.* 23.
t Dominum] patrem. Unde hoc probas? quia adverſus patrem. *u* Et] pro quia:
x Adverſus Chriſtum] qui contradicit filio, & patri. *Jo.* 2. Qui negat filium nec patrem habet. [Chriſtum ejus?] patris, de quo dicitur: Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo. *y* In civitate] malignitate.
z Puerum tuum] qui peccatum non fecit. 1. *Pet.* 2.
a Unxiſti] Spir. Sancto, i. Chriſtum feciſti: Secundum illud: Unxit te Deus oleo lætitiæ.
b Manus] poteſtas. *c* Tua] non ſua.
d Et conſilium] præſcientia.
e Decreverunt] ſicut de Chriſto præſcieras.
f Reſpice] Deo commendat quod patiuntur.
g In animas] vel [minas, & da ſervis tuis] id poſtulant quo indigent.
h Loqui] eſt inter perſecutores.
i Manum [potentiam, vel Chriſtum.
k Sancti] ad corroborationem prædicationis.
l Filii tui] In græco, pueri tui, quod magis congruit voci Apoſtolorum ſatagentium, ut per miracula homo crucifixus innoteſceret Deus eſſe, & Dei filius.
m Motus eſt] ad excitandas mentes, in quo patet virtus orationis, & ſignificatur corda terrena ſibi ceſſura, ſub quorum pedibus ſpiritu veniente terra concutitur pavore, ut diſcuſſa terrenitate diſcant ad cœleſtia conſurgere. *n* Et repleti] quantum ad noviter converſos, vel quantum ad augmentum gratiæ.
o Loquebantur] Hoc enim poſtulaverant.
p Multitudinis,] quia ſupra dictum eſt quod multiplicabantur. 1. *Cor.* 5. Senſus.
q Et anima] voluntas qui mundum perfecte reliquerant non ſe aliis præferebant, ſed tanquam unius matris Eccleſiæ viſceribus editi fraternitatis amore gaudebant. Nota in Babel facta eſt linguarum, & voluntatum confuſio. *Gen.* 11. Cum alter non intelligeretur ab altero. Hic linguæ & voluntates omnium humilitatis merito uniuntur quod uſque hodie ſervant clauſtrales, reprobi autem diabolo ſervientes diverſa mente, & pugnati inter ſe certamine agitantur. *r* Nec quiſquam] virtutes quas poſſident juſti non ſuas dicunt, ſed eorum quorum utilitati diſpenſant. *ſ* Communia] Græce cœna, inde cœnobitæ communiter viventes, cœnobia habitacula, quæ vita tanto eſt felicior, quanto ſtatum futuri ſæculi imitatus, ubi erit Deus omnia in omnibus 1. *Cor.* 15. Et quia ibi erit ſumma pax, typus ejus fit in Jeruſalem in viſione pacis. *t* Et virtute] fiduciæ, & ſignorum, vel latitudine charitatis æquanimiter portantes omnia proſpera, & adverſa. *u* Teſtimonium] hoc eſt eorum proprium quibus dictum eſt: Eritis mihi teſtes *ſupra* 1. Reſurrectionis quam oderant, quæ fidei ſunt principium. *x* Reſurrectionis] quam maxime oderant, & quæ fidei principale G eſt indicium. Per hoc autem diſcernit ordinem doctorum & auditorum, nam multitudo copula charitatis invicem jungebantur. Apoſtoli vero virtute fulgētes Chriſti myſteria prædicabant. *y* Et gratia magna] Spir. Sancti vel condonationis, de qua ſequitur [Vendidit agros] congruit hic locus ei quod *ſup.* dictum eſt: Quod qui ſpiritum, ſcil. receperant, linguas omnes loquebantur, & ſignificabat, quod Eccleſia in diverſis nationibus, & linguis habitura erat cor unum, & animam, i. non enim omnes loquebantur linguis ſed diverſarum linguarum adunatio in fide Chriſti indicabat, quia unus Dominus, una fides, unum baptiſma. *Eph.* 6.
z Quiſquam egens] in illo principio abundabant vel non reputabant ſe egere, quia læti omnia ſuſtinebant, tamen Apoſtolus dicit: In fame & ſiti, &c. 2. *Cor.* 11.
a Ante pedes] quaſi ad genua procidentes.
b Prout] non ſecundum perſonas & munera, ſed ſecundum indigentiam.
c Joſeph autem] Nota duas *Gloſ.* contrarias. Quarum una eſt *Rab.* dicentis quod Joſeph fuit electus cum Matthia, & ſocius Pauli. *Beda* dicit, quod fuit ſocius Pauli, ſed non fuit ille qui cum Matthia electus fuit. Hæc autem contrarietas quæ eſt facti bene ſuſtinetur, ſed non morum.
d Quod eſt interpretatum] *Beda.* Ubicumque ſcriptura nominum interpretationes ponit ſenſum ſaciatiorem ineſſe ſignificat.
e Filius conſolationis,] vel propter Eleemoſynam qua pauperes conſolatus eſt, vel pro mercedis conſolatione quam meruit, vel quia dignius fuit pro Juda Apoſtolos conſolari.
f Levites] & ſic non habebat hæreditatem. *Num. ult.* Quomodo ergo vendidit agrum? Sol. Habebant Levitæ agros ad alenda pecora. Unde & *Jer.* 32. Poſſedit agrum in Anatoth. Vel litera ſolvit, quæ dicit quod fuit Cyprius genere, quia in diſperſione facta ſub Antiocho illuc receſſit pater ejus, & ibi habere potuit, & vendere. Ideo dicit *Interl* [Haberet] Ubicumque, vel quacumque occaſione. *Gloſ.* Quia Cyprius fuit poſtea deceдens a Paulo patriam repetiit.
g Pretium] non partem, ſed totum.
h Ante pedes,] ut commune fieret omnium, & ſignificaret aurum eſſe calcandum quod ad pedes projicit.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. V.

VIr autem quidam, &c.] Hoc cap. dividitur in quatuor partes. In prima agit de Anania, & Saphira. In ſecunda de Virtute, & operibus Apoſtolor. *ibi*. [Per manus.] In tertia de invidia ſacerdotum contra Apoſtolos, *ibi* [Exurgens autem princeps.] In quarta de conſilio Gamalielis, *ibi* [Surgens autem, &c.] Item prima pars habet tres particulas.

In prima agitur quomodo Ananias fraudavit de pretio agri.

In ſecunda quomodo arguitus a Petro expiravit, *ibi*. [Dixit autem Petrus.]

In tertia quomodo uxor arguitur a Petro, & ſimiliter mortua eſt, *ibi*. [Factum eſt, &c.] Dicit ergo.

a Vir autem] Iſtius nomen ante non ponitur, ut Joſeph *ſup.* proximo, quia iſtum culpa ignobilem fecit.

b Saphira] quæ fuit conſors criminis, & ideo mortis.

c Et fraudavit,] Ideo fraus fuit, quia totum voverat, ſicut alii.

d Partem] quaſi non præcipuam, quia totum vendidit, ſed non totum attulit. Contra illud *Matth.* 19. Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Incepit perfectionem vendendo, ſed non perfecit totum dando.

e Dixit autem Petrus.] Secunda particula, quaſi princeps Apoſtolorum loquitur.

f Tentavit.] Increpatio eſt. In Græco: implevit, non intrando, quod ſolius Dei eſt, qui cor ſolus replere poteſt, ſed malitiæ ſuæ virus inferendo, & trahendo affectum ad incentiva vitiorum, quibus plenus eſt [Tentavit] Præteritum ponit, quia præterita, & conſummata erat tentatio. Quæ agitur tribus modis: Suaſione, delectatione, conſenſu, quod totum completum eſt in Anania.

Ideo increpatur Sathanas contrarium, qui Spiritui ſancto contradicit.

g Mentiri] Hoc ſciebat revelatione Spiritus ſancti, ideo non dicit nobis, ſed [Spiritui ſancto] Mendacium fuit, quia totum voverat, *Eccl.* 5. Melius eſt non vovere, quam poſt votum promiſſa non reddere.

h Nonne manens] quaſi aliter poteras agere.

i In tua] tuum erat, tibi proficere poterat.

k Poteſtate] quia non cogimur perfecti eſſe, *Matth.* 19. Si vis perfectus eſſe.

l Poſuiſti] definito conſilio.

m In corde tuo] quod cuſtodire debueras.

n Rem] mentiri vel fraudare.

o Sed Deo] Supra dixit: Spiritui ſancto. Per quod patet ſpiritum Deum eſſe. *Jo.* 4.

p Deo] qui ſcrutatur corda, & perdit omnes qui loquuntur mendacium. Quod iſte putavit ſecretum, apparet propter infidelitatem.

q Et expiravit.] Ut tranſgreſſores legis Chriſti quamvis temporali morte non puniantur, mortem ſciant ſibi imminere æternam, *Rab.* Legum initia ſemper vindictis commendantur. Nadab & Abiu igne conſumuntur. *Lev.* 10. Oza percutitur, 2. *Reg.* 6. Heli de ſella cadit, 1. *Reg.* 4. Ut ceteri terreantur. Lex enim Dei incipit a timore, & finitur in amore. Ideo nunc non ita punit delinquentes, quia ſervitur ei ex amore. *r* Et factus eſt timor] propter velocem vindictam. Anticipatio eſt, quia ante mortem uxoris pauci audierunt, quamvis etiam pauci timuerunt. *ſ* Factum eſt] Tertia particula de morte Saphiræ. *t* Horarum trium.] Parvum tempus pœnitentiæ datur, quia minus peccavit, quæ capiti conſenſit, 1. *Cor.* 11. *u* Neſciens] mortem viri. *x* Reſpondit] rei non verbo, introitui uxoris non ſermoni, vel cogitationi ſuæ, quia antequam veniret propoſuerat arguere eã. *y* Dic mihi] Culpam uxoris interrogans declarat ex ejus confeſſione, quam vir ſuam monſtraverat in opere. *z* Si tanti] Ex revelatione Sp. ſancti ſcivi pretium agri, & poteſt ſupponere li [tanti] pro toto pretio, & ſic monſtratur culpa confitentis, quia totum non attulit, vel pro parte præſenti, & ſic mentita eſt celans partem reſervatam. *a* Quid] ſupple eſt hoc, quod feciſti, quod malum eſt, quia hoc faciendo. *b* Convenit vobis tentare] quia credebant poſſe latere, vel quia probaverunt quanta ſit ejus ſcientia vel totum eſt increpatio. [Quid utique, &c.]

c Spiritum Domini] non nos homines, ut putaſtis, *Exod.* 16. Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum. Et *Num.* 16. Quid eſt Aaron, ut murmuretis contra eum? *d* Qui ſepelierunt] brevi narratione totum concludit: Qui enim ſepelitur mortuus eſt. *e* Et efferent te.] Statim morituram ſignificat, non quæſtus cauſa, ſed ad terrorem poſterorum tam crudelem dat ſententiam.

Prævidebat enim futura Zizania, quæ ſimplicitatem in Eccleſiæ moribus adulterarent. Ex his, ut dicit *Gl.* exorti ſunt Sarabaitæ, de quibus dicitur *in regula B. Benedicti*. Qui rebus ſuis nequaquam derelictis Apoſtolorum diſtinctionem ſe ſimulant cuſtodire.

f Cecidit] quia conſenſerat. *Rom.* 1. Non ſolum qui facit, ſed qui conſentit facientibus. Ex hoc videtur, quod mulier non debet excipi ab excommunicatione.

g Ad virum] i. juxta virum. Ex quo multi ſumunt exemplum ut uxores ad viros ſuos ſepeliant. Alii indignum putant a prævaricatoribus exempla ſumere.

h Eccleſia] congregatione fidelium. *i* In omnes] infideles. k Per manus.] Secunda pars principalis, quæ non dividitur, ſed tota eſt de virtute, & opere Apoſtolorum. [Per manus] non tantum per verba, vel umbram, quod de Petro dicitur *inf. eod.*

l Apoſtolorum] non ſolius Petri, qui licet pro honore ejus taceantur, tamen facta eorum non tacentur.

m Fiebant ſigna] Amplius cauſa timoris deſcribitur, & zelus Sacerdotum ſuſcitatur. *n* In plebe] non in Sacerdotibus, quia iſti credebant, illi non.

o Unanimiter] in hoc mirandi ſunt, quia magnitudo gratiæ non fecerat ſenſus diverſitatem.

p In porticu] orationi inſtantes, & doctrinæ.

q Salomonis] per quam Salomon intrabat in templum.

r Ceterorum] infidelium.

ſ Conjungere] ſorte territi exemplo Ananiæ, & Saphiræ vel ceterorum fidelium, conjungere, æquiparare. Sed magis reverentiam exhibebant, unde ſeq.

t Sed magnificabat eos populus] *Gloſ.* A longe ſtans, & ſtupens.

u Ac mulierum] Nullus enim ſexus a Domino excluditur, quia non eſt acceptor perſonarum Deus *infr.* 10. *Gal.* 3. Non eſt maſculus, neque femina.

x Ut in plateas, &c.] quaſi tanta erat multitudo credentium

C A P. V.

A VIr *a* autem quidam nomine Ananias cum *b* Saphira uxore ſua vendidit agrum, *c* & fraudavit de pretio agri conſcia uxore ſua, & afferens *d* partem quandam ad pedes Apoſtolorum poſuit. *e* Dixit autem Petrus ad Ananiam: Anania cur *f* tentavit Sathanas cor tuum *g* mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri? *h* Nonne manens tibi manebat, & venundatum *i* in tua erat k poteſtate? Quare *l* poſuiſti *m* in corde tuo hanc *n* rem? Non es mentitus hominibus, *o* ſed *p* Deo. B Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, *q* & expiravit. *r* Et factus eſt timor magnus in omnes qui audierunt. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, & efferentes ſepelierunt. *ſ* Factum eſt quaſi *t* horarum trium ſpatium, & uxor ipſius *u* neſciens, quod factum fuerat introiit. *x* Reſpondit autem ei Petrus: *y* Dic mihi mulier *z* ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam: *a* Quid utique *b* convenit vobis tentare *c* ſpiritum Domini? Ecce pedes eorum, *d* qui ſepelierunt virum tuum ad oſtium, *e* & efferent te. *f* Confeſtim cecidit ante pedes ejus, & expiravit. C Intrantes autem juvenes invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt *g* ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in univerſa *h* Eccleſia, *i* & in omnes qui audierunt hæc. k Per manus autem *l* Apoſtolorum *m* fiebant ſigna, & prodigia multa *n* in plebe. Et erant *o* unanimiter omnes *p* in porticu *q* Salomonis, *r* Ceterorum autem nemo *ſ* audebat conjungere ſe illis, *t* ſed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum *u* ac mulierum, ita *x* ut in plateas

tium

tiorum, ut omnes non poſſent Petrum contingere. Vel tanta fidei fortitudo, ut crederent ſolam Petri umbram ad curationem infirmorum ſufficere. Vel tot infirmi afferebantur a credentibus, ut Petrus omnes non poſſet tangere. *a* In lectulis] qualibuſcumque.

& oſſa habuiſſe, quem januis clauſis vidit intraſſe, ecce Petrus cum ſociis mortali adhuc carne veſtitus, clauſis januis egreditur. *y* Qui cum audiſſent, &c.] Tertia particula, in qua ſecundum præceptum Angeli prompta eſt obedientia prædicandi.

ejicerent infirmos, & ponerent *a* in lectulis, *b* & grabatis, ut veniente *c* Petro ſaltem umbra illius obumbraret quemquam eorum, *d* & liberarentur omnes ab infirmitate. Concurrebat autem & multitudo *e* vicinarum civitatum Jeruſalem afferentes ægros, & vexatos a ſpiritibus immundis, qui curabantur *f* omnes. *g* Exurgens autem princeps ſacerdotum, *h* & omnes qui cum illo erant, *i* quæ eſt hæreſis *k* Sadducæorum, repleti ſunt *l* zelo, *m* & injecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia *n* publica. *o* Angelus autem Domini *p* per noctem aperiens januas carceris, & educens eos dixit: *q* Ite, & ſtantes *r* loquimini in *ſ* templo *t* plebi *u* omnia verba vitæ *x* hujus. *y* Qui cum audiſſent, intraverunt diluculo in templum, *z* & docebant. *a* Adveniens autem princeps ſacerdotum, & qui cum eo erant, convocaverunt *b* concilium, & omnes *c* ſeniores *d* filiorum Iſrael, & miſerunt ad carcerem, *e* ut adducerentur.

Cum veniſſent autem miniſtri, *f* & aperto carcere non inveniſſent illos, reverſi nunciaverunt, dicentes: Carcerem quidem invenimus clauſum cum *g* omni diligentia, & *h* cuſtodes *i* ſtantes *k* ad januas. Aperientes autem neminem intus invenimus. Ut autem audierunt hos ſermones *l* magiſtratus templi, & principes ſacerdotum, *m* ambigebant de illis quidnam fieret. *n* Adveniens autem quidam nunciavit eis, quia ecce viri quos poſuiſtis in carcere; ſunt in *o* templo ſtantes, *p* & docentes populum. *q* Tunc abiit magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos *r* ſine vi. Timebant enim *ſ* populum ne lapidarentur. Et cum adduxiſſent illos ſtatuerunt in *t* concilio. Et interrogavit eos princeps ſacerdotum, dicens: *u* Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis *x* in nomine iſto, & ecce *y* repleſtis *z* Jeruſalem doctrina *a* veſtra, *b* & vultis introducere, ſuper nos *c* ſanguinem *d* hominis iſtius.

b Et grabatis] a graba quod eſt caput, quando aliquid capiti tantum non corpori ſubſternitur. *c* Petro] quaſi principe. *d* Et liberarentur.] *Jo.* 14. Majora horum faciet. *e* Vicinarum

D

civitatum] præter habitatores Jeruſalem. *f* Omnes] ecce generalitas curationis. *g* Exurgens autem princeps, &c.] Tertia pars, quæ dividitur in ſeptem. In prima agitur quomodo ſacerdotes invidentes Apoſtolis miſerunt eos in carcerem. In ſecunda, quomodo aperto carcere Angelus juſſit eos prædicare, *ibi*. [Angelus autem.] In tertia, quomodo obedientes Angelo prædicaverunt, *ibi*. [Qui cum audiſſent.] In quarta, quomodo congregati ſunt ſacerdotes ad judicandum eos, *ibi*. [Adveniens autem.] In quinta nunciatur eis, quod Apoſtoli prædicarent, *ibi*. [Adveniens autem quidam.] In ſexta adducuntur Apoſtoli ſine vi, *ibi* [Tunc abiit.] In ſeptima reſpondet Petrus, *ibi* [Reſpondens autem Petrus, &c.] Dicit ergo [Exurgens autem] ad terrendos Apoſtolos. *h* Et omnes] ad terrendum populum.

i Quæ eſt hæreſis,] i. hæc eſt una de ſeptem hæreſibus Judæorum. Hæreſis autem ſectio interpretatur, vel dicitur ab electione, quia ſpretis aliorum dictis quod ſequendum putat eligit. *k* Sadducæorum] qui interpretantur juſti, dicti a Sadoch ſacerdote, vel propter genus, vel propter mores, juſtificantes enim ſeipſos vendicabant ſibi quod non erant, negantes reſurrectionem corporum, animam cum corpore mori dicebant, *Matt.* 22. Nec Angelum nec ſpiritum eſſe dicebant, *inf.* 23. Omnes ſcripturas reſpuentes præter quinque libros Moyſi. Et ideo maxime perſequebantur Apoſtolos, quia reddebant teſtimonium reſurrectionis Chriſti. *l* Zelo] invidia.

m Et injecerunt] Ecce fructus zeli, qui tunc primo non incepit, ſed illa hora ad plenitudinem malitiæ pervenit.

n Publica] in qua erant latrones, nobiles enim in ſecreto ponebantur. Vel [publica] quia multi ibi erant propter loci firmitatem.

o Angelus] Secunda particula.

p Domini] ad differentiam mali.

q Ite] firmi.

r Stantes] ſtabiles vel manifeſti.

ſ In templo] loco celebri quem ſacerdotes frequentabant.

t Plebi] non ſacerdotibus.

u Omnia] nihil pro timore celantes.

x Vitæ hujus] Chriſtianæ, vel æternæ, dicit *Gl.* quod ideo non additur, quia famoſa erat ſecta Chriſtianorum, pro qua incarcerati erant. Et nota quod hic dicitur Angelus aperuiſſe januas carceris, paulo poſt dicitur quod miniſtri clauſum invenerunt carcerem. Reſponſio, quod duæ erant portæ. Anterior, ſc. & interior, quarum alteram aperuit, alteram non. Vel dicitur Angelus aperuiſſe, quia ita facile eduxit ac ſi aperta eſſet, & hoc miraculoſe. Vel hoc dicit ſecundum opinionem Apoſtolorum, opinantium januam fuiſſe apertam. Huic concordat *Gl. Bern.* Non dubitet Thomas Chriſtum carnem,

z Et docebant] ſicut erant juſſi [Loquimini, &c.]

a Adveniens, &c.] Quarta particula.

b Concilium] Ad hoc enim poſiti fuerant in cuſtodiam, ut ad judicium traherentur.

c Seniores] ætate.

d Filiorum Iſrael] ſacerdotum, vel ſcribarum.

e Ut adducerentur] Apoſtoli.

f Et aperto carcere] quem clauſum invenerunt.

g Cum omni diligentia] ut majus ſit miraculum.

h Et cuſtodes] ut minor ſit evadendi facultas.

i Stantes] non negligentes.

k Ad januas] non ex latere, vel poſt tergum.

l Magiſtratus] potentes, vel ſapientes. Et eſt legendum ſingulari numero ſecundum Græcum, ſicut & paulo poſt dicitur: Abiit magiſtratus.

m Ambigebant] utrum fraude factum eſſet, vel † potentia. Vel mirabantur, tum propter firmitatem carceris, tum propter celebritatem virtutis in publico factæ, ſicut dicit *Gloſſa*, *Bernardus*. Qui ſtipulante invidia dicunt Jeſum furantibus Apoſtolis de monumento ſublatum: *Matthæi ultim.* Quo furto dicunt Apoſtolos de carcere clauſo ſublatos? — al. † pecunia.

n Adveniens autem quidam, &c.] Quinta particula.

o In templo] Patet non fuiſſe fraudem cum non lateant poſt evaſionem.

p Et docentes] quod vos prohibuiſtis.

q Tunc abiit, &c.] Sexta pars, nec ſic credunt, malitia enim interior cor perfidum ſignis etiam manifeſtis obdurat.

r Sine vi,] Magnitudo fidei non timere facit eos, qui ſe vincerant.

ſ Populum] non Deum.

t In concilio] *Matt.* 10. Tradent vos in conciliis.

u Præcipiendo,] non leviter diximus, ſed auctoritate Pontificali [præcepimus.] In Græco: Nonne præcipiendo præcepimus vobis, &c. Nam ſic loqui magis convenit interroganti:

x In nomine iſto] Jeſu, ſcilic. quod propter claritatem, vel odium tacent.

y Repleſtis] non ſolum contra prohibitionem noſtram docuiſtis.

z Jeruſalem] Metropolim, in qua nos etiam converſamur. In quo ignorantes laudant Apoſtolos, qui minis non territi prædicare non ceſſant.

a Veſtra] nova & culpabili.

b Et vultis] interrogative dicunt, ſolet enim in verbis eſſe dubietas, cum in corde firma habeatur ſententia.

c Sanguine,] idest, ſanguinis vindictam prædicando eum juſtum fuiſſe, & Chriſtum. Hoc tamen & ipſi petierant, *Matth.* 27. Sanguis ejus ſuper nos. Quod dixerunt non animo imprecandi ſibi, ſed timentes ne Chriſtus permitteretur vivere, quem præ invidia non poterant etiam videre. Ideo omnibus modis volebant effundi ſanguinem ejus.

d Hominis] non Dei. Iterum nomen Jeſu tacent, ut ſupra.

Reſpon-

a Reſpondens autem Petrus, &c.] Septima particula. Temeraria Pontificis interrogatio prudenti reſponſione confutatur. *b* Et Apoſtoli] ea fervore, & zelo non patiuntur, ut prius, unum pro omnibus loqui. *c* Obedire] Breviter loquendo dant exemplum non attendi verborum circuitu. *d* Deus patrum] non novus nec a nobis nuper inventus, ut eorum inobedientia ſit inexcuſabilis.

F *e* Patrum noſtrorum,] *ſap.* 3. Dixerat: Deus Abraham, Iſaac, & Jacob, ideo nunc breviter tranſit. *f* Suſcitavit] in reſurrectione, hoc maxime oderant.

g Interemiſtis] Hic manifeſte ſanguinem introducunt.

h Suſpendentes] quaſi reum, & maledictum. *Deut.* 21.

i Principem] totius Eccleſiæ, quæ in cęlis, & in terra eſt.

k Et ſalvatorem] hominum.

l Exaltavit] virtutibus vel aſcenſu in cœlum.

m Dextera ſua] proſperitate æternitatis, vel filio.

n Ad dandam] utrique populo.

G *o* Pœnitentiam] Ideo virtutes oſtendit, ideo in cœlum aſcendit.

p Et remiſſionem] quæ eſt fructus pœnitentiæ.

a Reſpondens autem Petrus, & *b* Apoſtoli dixerunt: *c* Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *d* Deus patrum *e* noſtrorum ſuſcitavit *f* Jeſum quem vos interemiſtis *g* ſuſpendentes *h* in ligno. Hunc Deus principem, *i* & ſalvatorem *k* exaltavit *l* dextera *m* ſua ad *n* dandam pœnitentiam *o* Iſraeli & remiſſionem *p* peccatorum, & nos ſumus teſtes horum *q* verborum, & Sp. Sanctus *r* quem dedit *ſ* Deus omnibus *t* obedientibus ſibi. Hæc cum audiſſent diſſecabantur, *u* & cogitabant interficere *x* illos. *y* Surgens autem quidam in concilio Phariſęus *z* nomine Gamaliel *a* legis doctor *b* honorabilis univerſæ *c* plebi, *d* juſſit foras ad breve homines fieri. Dixitque ad illos, *e* Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis quid acturi *f* ſitis. Ante hos enim dies extitit Theodas dicens ſe eſſe aliquem, *g* cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occiſus eſt, & omnes quicumque credebant ei diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum. Poſt hunc extitit Judas Galilæus in diebus profeſſionis, *h* & avertit *i* populum *k* poſt ſe. Et ipſe periit, & omnes quotquot conſenſerunt ei diſperſi ſunt. Et nunc itaque dico vobis diſcedite *l* ab hominibus iſtis, & ſinite illos. Quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvetur, ſi vero *m* ex Deo eſt, non poteritis diſſolvere † illud, ne forte, & Deo repugnare videamini. *n* Conſenſerunt autem illi, & convocantes *o* Apoſtolos cæſis denunciaverunt *p* ne omnino loquerentur in nomine *q* Jeſu, & dimiſerunt eos, & illi quidem ibant gaudentes *r* a conſpectu concilii, quoniam digni *ſ* habiti ſunt pro *t* nomine Jeſu contumeliam pati. Omni autem die non ceſſabant in templo, *u* & circa domos docentes, *x* & evangelizantes *y* Chriſtum Jeſum.

CAP. VI.

IN diebus *z* autem illis creſcente *a* numero diſcipulorum *b* factum eſt murmur Græcorum *c* adverſus Hebræos, eo quod deſpicerentur *d* in miniſterio quotidiano viduę eorum. Convocantes *e* autem duodecim multitudinem *f* diſcipulorum dixerunt: *g* Non eſt æquum nos derelinquere ver-

i Et avertit] a veritate.

k Populum] multum, videlicet, non miremur multitudinem credentium. *l* Diſcedite] nolite interficere.

m Si vero] gravius inculcat concilium ne ſpernatur.

n Conſenſerunt autem, &c.] Secunda particula. Conſentire eſt ſenſum ſenſui jungere.

o Et convocantes] communi conſenſu.

p Cæſis] *Matt.* 10. In ſynagogis ſuis flagellabunt vos.

q In nomine Jeſu] Et eritis odio omnibus propter nomen meum. *r* Gaudentes] gaudio, & exultatione, quia merces veſtra, &c. *Mat.* 5. *Luc.* 6.

ſ Digni] Non putabant ſe laborare, ſed magnum munus accipere, quia beati qui perſecutionem patiuntur. *Matt.* 5. *t* Pro nomine] non pro alio crimine. *Gloſ.* Ubi Chriſtus in cauſa eſt, maledictio eſt optanda, 1. *Petr.* 4. Nullus veſtrum patiatur, ut fur, &c.

A *u* Et circa domos] templo vicinas, vel totius civitatis.

x Docentes] quæ pertinent ad mores.

y Et evangelizantes] fidem Jeſu, qui fuit Chriſtus. Ex hoc patet fidei fortitudo, quia nec verbo prohibiti nec flagellis cæſi poſſunt a prædicatione prohiberi.

al. † eos.

q Teſtes] reſurrectionis & aſcenſionis, & virtutum, & miſſionis Sp. Sancti. *r* Et Spiritus Sanctus] teſtis eſt ne vilis ſit ſermo humanus. *ſ* Dedit] jam coram vobis omnibus. *t* Omnibus] non tantum nobis, ſed etiam vobis ſi vultis accipere, & ſic ad pœnitentiam vocat. Qui ſpiritus ita nos roboravit, ut etiam vobis reſiſtentibus prædicemus, qui loquens in nobis format verba quæ auditis. *Matth.* 10. *u* Diſſecabantur] corde, quia nullus dolor major quam invidia. *x* Interficere] quia verbis non poterant eos prohibere. *y* Surgens autem, &c.] Quarta pars de conſilio Gamalielis. Et habet tres particulas. In prima monet Judæos, ut diſcrete ſe habeant circa Apoſtolos, ad hoc inducens per quædam exempla. In ſecunda cæduntur Apoſtoli, & ſic dimittuntur, ibi [Conſenſerunt.] In tertia dicitur, quod ibant gaudentes a conſpectu concilii. *z* Phariſæus] non Sadducæus, qui negabat reſurrectionem. *a* Gamaliel] qui, ut Clemens dicit, conſcius Apoſtolorum erat, ſed eorum conſilio cum Judæis erat, ut iniqua eorum conſilia deſtrueret, & furorem mitigaret. *b* Legis doctor] non imperitus qui non audiretur. *c* Honorabilis] propter quod facilius ei conſenſerunt. *d* Juſſit] ſecedere jubet, quaſi excludendos, ut tollat a ſe ſuſpicionem. *e* Viri] qui ſobrii, & prudentes eſſe debetis. *f* Quid acturi ſitis] non judicando cum furore. *g* Aliquem] magnum prophetam, vel Chriſtum. Hic ut dicit Joſephus ſuaſit multis, ut ſublatis de civitate facultatibus ſuis venirent ad ripas Jordanis, promittens ſe diviſo fluvio ſecum ſuis præſtare tranſitum, quia magnus erat. Quod audientes Romani miſſa multitudine equitum multos ex illis peremerunt, & caput ejus Jeruſalem pertulerunt.

h In diebus profeſſionis] quando exiit edictum a Cæſare Auguſto, &c. *Luc.* 2. Ut ſinguli ſolvendo tributum profiterentur de qua natione eſſent. Iſte vero Judas diſſuadebat tributum dari, ne libertatem amitterent, docens ex *Deut.* 6. Soli Deo ſerviendum, cui decimas ſolverent, & primitias, & oblationes, & vota, quem ſimiliter occiderunt Romani. Cujus error ita prævaluit, ut ſuper hoc Jeſus interrogaretur. *Matt.* 22.

EXPOSITIO CAP. VI.

IN diebus autem illis.] Hoc cap. ſextum dividitur in tres partes. In prima agitur de murmure diſcipulorum & cauſa murmuris. In ſecunda de ſedatione murmuris per inſtitutionem ſeptem Diaconorum, ibi [Convocantes] in tertia de virtutibus Stephani, & prædicatione ejus, ibi [Stephanus, &c.] Dicit ergo.

z In diebus autem illis] prius dixerat. Omni die.

a Creſcente] ſedulitate prædicantium.

b Diſcipulorum] Chriſtianorum, qui tunc diſcipuli vocabantur [Omni die.] *Gl.* Sæpe talia interponuntur capitula breviter multa colligentia, ut finem præterito ſermoni, & fundamentum faciant ſequenti.

a Creſcente numero] non merito. *Iſ.* 9. Multiplicaſti gentem, &c.

c Adverſus Hebræos] quia viduas ſuas præferebant viduis Græcorum in miniſterio utpote eruditiores. Græci autem vocantur de gentibus converſi, vel ipſi Judæi inter Græcos converſati tempore diſpoſitionis.

d Deſpicerentur] ut ex deſpectu plus gravarentur, vel quia nimis occupabantur in miniſterio eo quod bene ſcirent miniſtrare, ſicut Martha conqueritur de Maria. *Luc.* 10. Vel quia minus ſufficienter miniſtrabant eis Hebræi, vel quia non vocabantur ad miniſterium quotidianum, ſicut de Moyſe conqueruntur Dathan, & Abiron, & Chore. *Num.* 16. Et quandoque contemplativi clauſtrales vellent miniſtrare in activa, conquerente Maria de Martha, id ſignificatur per Ephraim contra Gedeonem murmurantem. *Jud.* 8.

e Convocantes autem duodecim, &c.] Secunda pars, quaſi communi conſenſu.

f Multitudinem.] *Gl.* Conſenſum quærunt multitudinis, quod in exemplum debet aſſumi, quamvis aliter poſſent ſedare murmur ſi voluiſſent.

g Non eſt æquum nos] Oſtendunt Epiſcopos, & doctores non debere temporalibus implicari, 1. *Timoth.* 2.

Et

bum Dei, a & miniſtrare menſis. b Conſiderate ergo c fratres viros d ex vobis e boni. f teſtimonii g ſeptem plenos Spir. ſancto, & ſapientia, h quos i conſtituamus k ſuper hoc opus. l Nos vero orationi, m & miniſterio verbi n inſtantes o erimus. Et placuit ſermo coram omni multitudine. p Et elegerunt Stephanum q virum plenum r fide, ſ & Spir.S. & Philippum t & Prochorum, & Nicanorem u & Thimonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum. x Hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & y orantes impoſuerunt z eis manus. Et verbum a Domini creſcebat b & multiplicabatur c numerus diſcipulorum in Jeruſalem d valde. Multa etiam turba ſacerdotum e obediebat fidei. Stephanus f autem plenus gratia g & fortitudine h faciebat i prodigia k & ſigna l magna in populo. Surrexerunt autem quidam de m ſynagoga, quæ appellatur Libertinorum, n & Cyrenenſium, o & Alexandrinorum, p & eorum qui erant a Cilicia, q & Aſia diſputantes cum Stephano, & non poterant r reſiſtere ſ ſapientiæ t & ſpiritui, qui loquebatur. u Tunc ſubmiſerunt x viros y qui dicerent z ſe audiſſe eum dicentem verba blaſphemiæ a in Moyſen, & Deum b Commoverunt itaque c plebem & ſeniores d & ſcribas, & concurrentes e rapuerunt f eum, & adduxerunt in concilium, & ſtatuerunt falſos g teſtes dicentes: h Homo i iſte non ceſſat loqui k verba adverſus locum l ſanctum, & legem. m Audivimus enim eum dicentem quoniam Jeſus Nazarenus n hic deſtruet locum iſtum, o & mutabit traditiones, p quas tradidit nobis Moyſes. Et intuentes eum omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem q Angeli. Dixit autem princeps ſacerdotum, ſi hæc ita ſe r habent? Qui ait.

a Et miniſtrare] *Gl.* Meliora ſunt fercula mentis quam dapes corporis. b Conſiderate] notat diſcretionem habendam in electione. c Fratres] concordium. d Viros] non mulieres, non effeminatos. *Iſ.* 3. Dabo pueros principes eorum & effeminari, &c. e Ex vobis] omnibus ſine acceptione perſonarum, ut digniores eligantur.

f Boni teſtimonii] quantum ad famam. g Septem] qui numerus convenit Spiritui ſancto. Unde ſeq. g Plenos Spiritu ſancto] quantum ad ſe conveniit. h Et ſapientia] ſcripturarum, ut ſint apti ad docendum alios. *Pſ.* 143. Promptuaria eorum plena. Vel qui receperint Spir. ſanctum in linguis, & ſignis. i Quos conſtituamus] quaſi noſtrum eſt eligere, noſtrum confirmare. k Super hoc opus] ut miniſtrent ipſi pro nobis aliis, vel præſint miniſtrantibus. l Nos vero] *Gloſſ.* De ſeipſis non interrogant, ſed judicant. *Gloſ.* Iſti actioni nos adhærebimus theorice, i. contemplationi. Sed nonne prædicatio eſt opus miſericordiæ, ergo opus activæ? Solut. Actus prædicationis eſt de activa, ſed theorica dicitur propter annexum, ſcil. lectionem, orationem & meditationem, quæ ſunt partes contemplativæ. In lectione habetur materia prædicationis, in meditatione diſpoſitio, vel ordo, in oratione formalis efficacia, quæ obtinetur per orationem.

n Verbi] prædicationis. o Inſtantes] ut alii inſtruantur. m Orationi] inſtantes 1. *Th.* 5. Sine intermiſſione orate. p Et elegerunt] populi multitudo. q Stephanum] Hic primus ponitur, & ſolus laudatur, ut in uno omnes laudentur, vel primo martyri honor deferatur.

r Plenum fide] in Deum, vel cui ab omnibus debeat credi. Utrumque probavit eventus. *Pr.* 20. Virum fidelem quis inveniet? vel [Plenum fide] quoad intellectum. ſ Et Spiritu ſancto] quoad effectum. t Et Philippum] Septem eliguntur quorum loco ſubſtituti ſunt Archidiaconi, ut quaſi columnæ ferant pondus Eccleſiæ. u Et Nicanorem] Hic ſolus advena dicitur, vel quia ceteri advenæ non erant, vel quia notabilit fuerat futurus quaſi alienus reputatur, & ultimus ponitur ſicut Judas in catalogo Apoſtolorum. x Statuerunt] qui elegerant. *Gl. Rab.* Hic ordo ſervandus eſt in ordinibus, eligat populus, ordinet Epiſcopus. Hi ſunt ſeptem Angeli *Apoc.* 1. & ſeptem candelabra lucentia. His dantur ſeptem tubæ, ideſt, gratia prædicationis. *Apoc.* 8.

y Orantes] Hoc exemplo orationes fiunt in ordinationibus, licet oratio Apoſtolorum non ſit ſcripta.

z Impoſuerunt manus.] *Gl.* Placuit eoſdem ſacri altaris & dominici ſanguinis, ſicut refectionis, & menſæ communis miniſtros ordinari. Impoſitio enim manus propriè eſt eorum qui ad ſacri altaris promoventur officium. Ex hoc volunt quidam Stephanum fuiſſe ſacerdotem. Poteſt tamen dici, quod prius miniſtraverunt menſis, quod quia diligenter fecerunt, poſtmodum ad menſam Domini ſunt admiſſi, altaris, ſcil. miniſterium, & tunc impoſuerunt eis manus, non ſtatim poſt electionem. Sed Stephanus tantum non vixit qui paulo poſt lapidatus eſt. Vel poteſt dici, quod antiquitus bene imponebantur manus diaconibus, ſed creſcente Eccleſia, ut fiat diſtinctio donorum, quæ dantur in ordinibus, modo ſolis ſacerdotibus imponuntur. a Et verbum Domini] Idem per alia verba *ſup.* dixerat. Non ceſſabant docere, &c. ſed hic recapitulat, ut ad narrationis ſeriem ordinate redeat, ne ſubito introductæ viliſcant ſententiæ. b Creſcebat] in fide & opere credentium. c Et multiplicabatur] Hoc ad laudem evangelii, & Apoſtolorum ponitur. Hic eſt rectus ordo, ut creſcente verbo multiplicetur & numerus. d In Jeruſalem] quia nondum erat aliis civitatibus prædicatum. e Sacerdotum.] Major cauſa perſecutionis, quia prius creſcente plebe zelus fuerat concitatus.

f Stephanus autem] Tertia pars, qui interpretatur coronatus ſublimiter, quia lapidatus humiliter, vel forma martyrii, ſcil. credentibus.

g Gratia] Sp. ſancti. h Et fortitudine] fidei. Vel. g Gratia] quoad ſe [Fortitudine] quoad B alios. *Prov.* 15. Domus juſti plurima fortitudo. i Faciebat] ecce fortitudo. l Signa] in parvis. k Prodigia] in magnis. m Synagoga] congregatio, & collectio. n Libertinorum] a regione, qui erant congregati ad feſtivitatem. Vel ſunt filii Libertorum, i. manumiſſorum. Conſtat ergo de ſtirpe eſſe ſervili, qui primum reſtiterunt fidei, qui etſi ab hominibus emancipati, tamen ſervi ſunt peccati. *Jo.* 8. Figura hæreticorum ſanctitatis, & fidei perſecutorum.

o Et Cyrenenſium] a Cyrene. p Et Alexandrinorum] ab Alexandria Metropoli Ægypti. Hæc tria loca ſibi propinqua ſunt, ideo ſimul ponuntur. q Cilicia & Aſia] minore, quæ etiam ſunt proximæ. r Non poterant] volebant quidem & conabantur. ſ Reſiſtere, qui tamen acquieſcebant, quia non recipit ſtultus verba prudentum, &c. *Prov.* 18. t Sapientiæ] Scripturarum.

u Qui loquebatur] cum omni fiducia, & ſine timore. *Luc.* 21. Dabo vobis os, & ſapientiam. *Matt.* 10. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Et *Jo.* 14. Non relinquam vos orphanos. x Submiſerunt] occulte introduxerunt. y Viros] autenticos, non unum, ſed plures, ut ratum eſſet teſtimonium.

z Qui dicerent] calliditate fraudis.

a Verba blaſphemiæ] quia novam legem veteri præferebat, Chriſtum. b Et Deum] patrem cui æqualem dicebat. c Commoverunt] ad conſilium.

d Et ſeniores] auctoritate præcellentes.

e Et concurrentes] quia non poterant reſiſtere, mortem parant inferre. f Rapuerunt] Ecce violentia.

g Falſos teſtes] ſicut in paſſione Chriſti: *Matt.* 26. *Prov.* 19. Falſus teſtis non erit impunitus.

h Dicentes] ex invidia accuſantes.

i Homo iſte] ex deſpectu, non proprio nomine, ſed hominem, quaſi carnalem, & infirmum dicunt.

k Non ceſſat] Addunt ad hoc quod fuerant juſſi.

l Locum] Jeruſalem.

m Et legem] quia templo, & legi Eccleſiam præferebat. n Nazarenus] a Nazareth, quæ eſt vilis, & inferior locus.

o Iſtum] ſanctum & cunctis reverendum.

p Traditiones] ut veteri legi nova ſuccedat. Sed quare dicuntur falſi teſtes: Dominus enim dixerat de Jeruſalem, quod non remaneret lapis ſuper lapidem. Et ſimiliter lex mutata eſt. Sol. Dominus non dixit ſe hoc facturum, ſc. quod lapis non remaneret, &c. ſed Romani in ultionem ſanguinis Chriſti fecerunt. Legem etiam non mutavit, ſed implevit. *Matt.* 5.

q Faciem Angeli] præ fulgore terribili, vel pulchritudine candoris. Et vere Angelus erat, ideſt, nuncius voluntatis Dei.

r Si hæc ita] blaſphemaſſe te Deum, & legem, & locum iſtum.

EXPOSITIO CAP. VII.

VIri fratres, &c.] Capitulum ſeptimum dividitur in duas partes. In prima agitur de prædicatione Stephani. In ſecunda de commotione Judæorum contra eum, *ibi* [Audientes autem hæc diſſecabantur.] Item prima dividitur in tres particulas. In prima agit quomodo Deus gloriæ promiſerit ſemini Abrahæ, & ſic ſe excuſat de blaſphemia in Deum & patres. In ſecunda texit hiſtoriam a principio Exodi uſque ad Tobiam, & *ibi* commendans Moyſen oſtendit ſe non blaſphemare eum, *ibi* [Crevit populus.] In tertia dicit quomodo David voluit pro tabernaculo ædificare templum quod reſervatum eſt Salomoni, & oſtendit ſe non blaſphemare locum. Hæc triplex blaſphemia imponebatur ei, *ibi* [Tabernaculum teſtimonii] In quarta arguit eos de duritia cordis, quia nunquam voluerunt intelligere ſcripturas, *ibi* [Dura cervice, &c.] Dicit ergo.

A

CAP. VII.

VIri *a* fratres, *b* & patres *c* audite *d* Deus *e* gloriæ apparuit *f* patri *g* noſtro Abrahæ cum eſſet in Meſopotamia *h* priuſquam moraretur in Charran, *i* & dixit k ad illum: Exi de terra *l* tua & de *m* cognatione tua, & veni in terram *n* quam *o* tibi monſtravero. Tunc exiit *p* de terra Chaldæorum, & habitavit *q* in Charram. Et inde poſtquam mortuus eſt pater ejus, tranſtulit illum in terram iſtam, in qua nunc vos habitatis. *r* Et non dedit illi hæreditatem *ſ* in ea nec *t* paſſum pedis, ſed repromiſit dare illi eam in poſſeſſionem, & ſemini ejus poſt *u* ipſum cum non haberet *x* filium. Locutus *y* eſt autem ei Deus quia erit ſemen ejus accola *z* in terra *a* aliena, & ſervituti eos ſubjicient *b* & male tractabunt *c* eos annis *d* quadringentis triginta *e* & gentem cui ſervierint judicabo *f* ego dicit Dominus. Et poſt hæc exibunt, *g* & ſervient *h* mihi in loco *i* iſto. k Et dedit *l* illi teſtamentum *m* circumciſionis, & *n* ſic genuit Iſaac, & circumcidit *o* eum die *p* octavo, & *q* Iſaac, Jacob, *r* & Jacob *ſ* duodecim patriarchas. Et patriarchæ æmulantes *t* Joſeph vendiderunt *u* in Ægyptum, *x* & erat Deus cum eo, & eripuit eum ex *y* omnibus tribulationibus ejus, & dedit ei gratiam, *z* & ſapientiam *a* in conſpectu Pharaonis regis Ægypti, & conſtituit eum præpoſitum ſuper Ægyptum, & ſuper

a Viri] propter fortitudinem, vel prudentiam.
b Fratres] coævi, vel quia ejuſdem generis.
c Et patres] quoad ſeniores, vel propter reverentiam.
d Audite] aure interiori. Blande loquitur ut libentius audiatur. *Prov.* 15. *Mollis reſponſio frangit iram.* Et *Eccleſ.* 6. *Verbum dulce multiplicat amicos, &c.*
e Deus gloriæ] Primo oſtendit ſe non blaſphemare Deum. *f* Apparuit] per Angelum. *g* Patri] tam fide quam carne. *h* In Meſopotamia] quæ eſt in capite Syriæ ad Aquilonem. *i* Charran] in Hebræo dicitur Hahatam. Et nota quod ubi Hebræi ponunt vocalem aſpiratam ante & poſt: Septuaginta ponunt, c, aſpiratum. Unde dicunt Charram. *Rab.* vero addit cauſa Euphoniæ.
k Dixit] *Gen.* 12. *l* Exi, &c.] Contra *Gen.* 11. Dicitur quod Abraham cum patre ſuo exivit de Hur Chaldæorum, & venit in Aram, ubi mortuo patre. *Geneſ.* 12. Egredere de terra tua, &c. Sol. Ibi dicit per anticipationem, ſecundum hiſtoriam hic. Velbis locutus eſt Dominus, ſemel ante mortem patris, & ſemel poſt, ſecundum *Hier.* Et dicitur hic de prima vice. *Gen.* 12. de ſecunda. [Exi de terra] mente, quia cum patre ſuo jam exierat corpore, ſed proponebat redire. Vel [Exi] amplius, quia ſecundum *Gl.* Meſopotamia, & Charran ſunt in Chaldæa ſecundum *Raban.* Unde licet de una parte Chaldeæ exiſſet, nondum penitus exierat. *m* Et de cognatione] Tertium quod dicitur in *Gen.* ſc. & de domo patris tui, prætermittit Stephanus tanquam notum his quibus loquebatur. *n* In terram] Chanaan. *o* Quam tibi monſtravero] ut major ſit obedientia. *p* Tunc exiit] voluntate & deſiderio. Vel ex tota terra Chaldæorum, cujus partes ſunt Meſopotamia, Hur, & Aram, vel Charran. *q* Et habitavit] *Bed.* dicit quod ſecundum fidem chronicorum eodem anno Chaldæam egreſſus, Meſopotamiam ingreſſus, in Charran moratus, & in terram promiſſionis inductus eſt. *r* Habitatis] vos, non Apoſtoli, nec Stephanus, qui jam quaſi in morte poſitus erat. *ſ* Hæreditatem,] quamvis multos agros poſſederit, tamen proprium non habuit, dicit *Gl.* quia non hæreditario jure, vel ratione promiſſionis divinæ, ſed titulo emptionis, & quaſi colonus poſſedit. *t* Nec paſſum,] i. nec minimam partem, ſpeluncam enim duplicem non gratis habuit, ſed emit ab Ephron: *Gen.* 23.
u Et ſemini] quia merito ejus data eſt ſemini. *x* Cum non haberet filium] ut magis appareat præſcientia Dei promittentis. *y* Locutus eſt] per Angelum. *Gen.* 15. Redit ad originem generis Iſrael, & amicitiæ divinæ exordium, ut nihil prætermittat in quo blaſphemaſſe videatur.
z Accola] advena, qui non ſuam colit terram. *a* In terra] Chanaan vel Ægypto. *b* Subjicient] Ægyptii. *c* Tractabunt] affligentes duris operibus luti, & lateris. *d* Annis quadringentis.] Tot annis peregrinabuntur, ſed in parte eorum ſervient, ſc. centum quadraginta quatuor annis, qui fuerunt a morte Joſeph uſque ad exitum de Ægypto, ſicut probatur in hiſtoriis: Ceterum a prima peregrinatione Abrahæ, quæ incepit *Gen.* 12. Uſque ad mortem Joſeph fuerunt anni ducenti octoginta ſex. Nam ſeptuaginta quinque annorum fuit Abraham quando exivit de Aram. *Gen.* 12. Et poſt anno vigeſimo quinto natus eſt Iſaac. Centenarius enim fuit pater quando natus eſt: *Gen.* 21. His adde omnes annos Iſaac, ſc. centum octoginta: *Gen.* 35. & ſunt anni ducenti quinque. Jacob autem in morte Iſaac, centum viginti annorum fuit, ut probatur. *Gen.* 37. in principio. Et decimo anno poſt intravit Ægyptum, quia centum triginta annorum tunc erat. *Gen.* 47. Poſt hoc autem vixit Joſeph ſeptuaginta uno annis. Nam triginta novem annorum erat in adventu patris, quod ex eo patet, quia triginta annorum fuit quando eductus fuit de carcere, *Gen.* 41. Et nono anno poſt venit pater ad eum, quia poſt ſeptem annos fertilitatis & duos ſterilitatis. Omnes autem anni Joſeph fuerunt centum & decem: *Gen. ult.* Ex quibus ſi dempſeris triginta novem, remanent ſeptuaginta unum, quibus adde ducentos quinque & decem, & erunt ducenti octoginta ſex. His ſi centum quadraginta quatuor annos ſervitutis addideris, ſient anni quadringenti triginta, ut hic habetur, & *Gal.* 3. & *Ex.* 12. Quod autem. *Gen.* 15. Tantum de quadringentis fit mentio. Dic quod illi a nativitate Iſaac computantur, quia fuit viginti quinque annis poſt factam promiſſionem, ſed adhuc quinque anni ſuperfluunt, ſed illos tacet ſcriptura, more ſuo, quæ non curat minutias annorum. Sic ergo lege litteram. *y* Erat ſemen ejus, &c.] Et quod additur [Servituti eos ſubjicient, &c.] Hyperbaton eſt, i. interpoſitio. *e* Et gentem] Ægyptios. *f* Judicabo] decem plagis, & ſubmerſione Pharaonis cum populo ſuo. *Ex.* 14. Judicium enim quandoque notat diſcretionem. *Pſ.* 42. Judica me Deus & diſcerne cauſam meam. Quandoque pœnam. Judica illos Deus. *g* Exibunt] de Ægypto. *h* Et ſervient] ſervire incipient liberati a ſervitute humana. *i* Iſto] Terram promiſſionis oſtendit locum ſanctum. k Et dedit.] *Gen.* 17. *l* Teſtamentum] Non blaſphemat. *m* Circumciſionis] quæ ideo fiebat in membro genitali, & occulto, quia per omnes generationes illius temporis erat ſervanda, non ab omnibus gentibus, ſed ab illo populo qui per hoc ab aliis nationibus dividebatur. Myſtice autem ſignificat carnis mortificationem, quia illo membro voluptas carnis expletur. Occultatio autem membri ſignificat jactantiam eſſe vitandam in circumciſione ſpirituali. *n* Et ſic circumciſus] non in præputio. *o* Circumcidit:] *Gen.* 21. *p* Die octavo] quo ſignificat octo beatitudines, vel octavam reſurrectionis in qua plene circumcidemur a culpa, & pœna. *q* Et Iſaac] circumciſus, circumciſum. *r* Jacob] *Gen.* 25. *ſ* Duodecim patriarchas] repete circumciſos, ut potius laudet quam vituperet eos. *t* Æmulantes] quia plus ceteris amabatur a patre. *Gen.* 37. *u* Vendiderunt] propter ſomnia, quæ pollicebantur ei magna. *x* In Ægyptum] Succincte tranſit, i. mercatoribus Madianitis, qui duxerunt eum in Ægyptum. *y* Ex omnibus tribulationibus] de manu fratrum, de ciſterna, de manu negotiatorum de manu Ægyptiæ, de periculo mortis, & tandem de ipſo carcere.
z Gratiam] coram principe carceris, & Pharaone, & ſacerdote cujus filiam duxit. *a* Et ſapientiam] interpretandi ſomnium, & providendi conſilium. *Gen.* 41.

B

Myſtice.

a Et cu-

a Et tribulatio] fames, ſc. ut legatur. [Et] pro, ideſt. *b* Non inveniebant] etiamſi quærerent dicit *Gl.* Ex hoc putatur ubique fuiſſe famem. *c* Patres] patriarchæ. Patet quod patres non blaſphemat quos etiam ſuos dicit. *d* Cum audiſſet.] *Gen.*42. *e* Patres] præter Benjamin.

duodecim Patriarchæ cum patre Jacob in ſpelunca duplici, ut videtur velle Stephanus. Et ſic conſtruitur primum Sichem cum ultimo, & eſt utrumque nomen civitatis. *ſ* Cum autem] Redit ad ordinem narrationis. Anticipatio enim fuit, quod de patribus præmiſit.

f Primum] Prima vice & tunc Joſeph cognovit eos, non ipſi eum. *g* Cognitus.] *Gen.*45.

Gen. 42. Gen. 45. *h* Et manifeſtatum] Prius enim celaverat, quia Ægyptii ovem adorantes, eſum ovium oderant quas Iſrael offerebat. *i* Cognationem] fratres ſuos, & fratrum filios, qui Jacob non erat cognatio, ſed progenies. *k* Septuaginta quinque] *Gen.* 46. Computantur tantum ſexaginta ſex præter Jacob & Joſeph cum duobus filiis ſuis, qui ſimul ſunt, ſeptuaginta.

Gen. 45. Sed Lucas ſequitur translationem Septuaginta, quæ tunc erat famoſa & a Græcis approbata, & ideo maluit conſentiendo eis fidem Chriſti confirmare quam ſermonem ſuū

C

ſuſpectum reddere, ſi olim creditæ editioni videretur con-

Exod. 1. traire. Vel poteſt dici, quod hic computantur quinque nepotes Jacob filii eorum Joſeph, qui erant in Ægypto qui non computantur in Geneſi.

omnem domum ſuam. Venit autem fames in univerſam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio *a* magna, & non *b* inveniebant cibos *c* patres noſtri. Cum audiſſet *d* autem Jacob eſſe frumentum in Ægypto miſit patres noſtros *e* primum, *f* & in ſecundo *g* cognitus eſt Joſeph a fratribus ſuis, *h* & manifeſtatum eſt Pharaoni genus ejus. Mittens autem Joſeph accerſivit Jacob patrem ſuum, & omnem *i* cognationem ſuam in animabus ſeptuagintaquinque. *k* Et deſcendit Jacob *l* in Ægyptum, & defunctus *m* eſt ipſe, & patres noſtri. Et translati ſunt in Sichem, & poſiti *n* ſunt in ſepulchro *o* quod emit *p* Abraham pretio argenti a *q* filiis Hemor filii Sichem. *r* Cum autem *ſ* appropinquaret tempus *t* promiſſionis *u* quam confeſſus *x* eſt Deus Abrahæ, crevit *y* populus, & multiplicatus eſt in Ægypto quoadusque *z* ſurrexit alius *a* rex in Ægypto qui non *b* ſciebat Joſeph. *c* Hic circumveniens genus *d* noſtrum *e* afflixit patres noſtros, *f* ut exponerent infantes ſuos *g* ne vivificarentur. Eodem *h* tempore natus eſt Moyſes, & fuit *i* gratus Deo, qui nutritus *k* eſt tribus menſibus in domo *l* patris ſui. Expoſito *m* autem illo *n* ſuſtulit eum filia *o* Pharaonis, & nutrivit eum ſibi in filium. *p* Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens *q* in verbis, & in operibus *r* ſuis. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, *ſ* aſcendit in cor ejus, ut viſitaret *t* fratres ſuos *u* filios Iſrael. Et cum vidiſſet quemdam injuriam patientem, vindicavit illum, *x* & fecit ultionem ei qui injuriam ſuſtinebat percuſſo Ægyptio. Exiſtimabat autem intelligere *y* fratres, quoniam Deus per *z* manum ipſius daret ſalutem illis. At illi non *a* intellexerunt. Sequenti vero die apparuit illis litigantibus, *b* & reconciliabat eos in pace dicens: Viri fratres eſtis. Ut quid nocetis alterutrum? Qui autem injuriam faciebat proximo, *c* repulit eum dicens:

t Tempus] anni quadringenti triginta. *Exod.* 12. *u* Promiſſionis.] *Gen.* 15. Poſt hæc exibunt, &c. *x* Confeſſus] In Græco, pollicitus.

Exod. 1. *y* Crevit populus] mortuo Joſeph, & fratribus, &c. Et eſt ſecunda particula primæ partis capituli.

Myſtice. Myſtice: Crucifixo Chriſto, & Apoſtolis paſſis, crevit Eccleſia. 17. Aſſe. 4. de menſa.

a Alius rex] diabolus, qui effeminatos diligit, maſculos odit.

Ibid. *z* Surrexit] per ſuperbiam. *b* Non ſciebat] i. beneficium non reddebat. *c* Circumveniens] præcipiendo obſtetricibus, ut necarent maſculos. *d* Noſtrum] ne blaſphemare videatur. *e* Afflixit] intantum. *f* Ut exponerent] in flumine. *g* Ne vivificarentur,] ideſt, vivi cuſtodirentur. Exod. 1.

D

l Deſcendit] ſecundum ſitum locorum. Deſcenſus eſt de terra promiſſionis in Ægyptum.

Myſtice. Myſtice quoque deſcendere dicuntur, quia libertati ſucceſſura erat ſervitus, & moraliter, qui mundo adhæret vere deſcendit.

m Defunctus] in Ægypto.

n Et poſiti] in Sichem, Synecdochice totum pro parte, quia hoc de ſolo Joſeph legitur: *Joſ. ult.* Qui fuit caput eorum. Vel poteſt dici verum eſſe, quod omnes translati ſunt, ut dicit Stephanus, ſequens opinionem vulgi. Et *Hier.* qui locum incoluit, dicit de Paulo, quod tranſivit Sichem, & vidit ſepulchra duodecim patriarcharum. *Idem.* Duodecim patriarchæ non ſunt ſepulti in Arbe, ſed in Sichem. Sed memoria Joſeph celebrior eſt qui hoc de oſſibus ſuis mandavit: *Gen. ult.* Ad cujus tribum Sichem pertinuit, quia pater dedit eam ſibi. *Gen.*48.

o In ſepulchro] Hoc de ſolo Jacob legitur, quod ſepultus ſit in ſpelunca duplici. *Gen. ult.* Ubi Abraham, & Sara, Iſaac, & Rebecca, Jacob, & Lia, unde & Hebron dicta eſt, ideſt conjugium,

p Emit] quadringentis ſiclis ab Ephron filio Seon. *Gen.*23.

q A filiis Emor] Duas hiſtorias confundit in unam, non tam ordinem hiſtoriæ quam cauſam de qua agebat intendens ut oſtendat, & Moyſi rebelles fuiſſe, & Chriſto in lege promiſſo, *Gen.*33. Jacob emit Sichem centum agnis a filiis Hemor patris Sichem. Hic vero dicitur Emor filius Sichem, & potuit eſſe, quod Emor; & patrem, & filium habuit nomine Sichem, a quo dicitur emiſſe Abraham in Jacob emente, ſicut ei data eſt terra in ſemine ſuo. Unde ſic conſtrue.

p Emit] Jacob.

r Sichem] ut ſit nomen civitatis.

q A filiis Hemor filii,] ideſt, habitatoris Sichem, & ſic ultimum Sichem eſt explanatio prioris.

Vel Sic [A filiis Hemor filii Sichem] quia filii Hemor erant filii, ideſt, habitatores Sichem. Vel. Translati ſunt in Sichem & reſume, Sichem dico, quam emit Jacob, ut *ſup.* & inde poſiti ſunt in ſepulcho, quod emit non filiis Hemor, ſed ab Ephron, ut *ſup.* Et ſic ſunt

h Eodem tempore] quo ſurrexit rex novus.

i Gratus Deo] a quo gratias habuit. Nec Moyſes blaſphemat. *k* Qui nutritus] quia elegantem habuit faciem, *Exod.*2. *l* In domo] occulte.

m Expoſito] in Nilo.

n Suſtulit] de flumine.

o Filia] quæ venerat ut lavaretur.

p Et eruditus] ut alios doceret. *q* Potens in verbis] *Gloſſ.* eloquens. Contra *Exod.*4. Impeditæ linguæ dicitur. Verum eſt, reſpectu ad Deum, ipſe, & omnis homo eſt ineloquens, vel eloquens erat quoad ſcientiam, & diſcretionem ſententiarum, non quantum ad formationem verborum, vel propter gracilitatem vocis, dicitur ineloquens, ſecundum *Aug.* Dicitur autem Moyſes quod interpretatur ſumens propter ſiſcellam bitumine linitam, vel ad litteram ſumptus ab aquis.

Myſtice. Myſtice: Moyſes Chriſtus eſt, qui percuſſo diabolo liberans genus ſuum occultatus eſt, qui projectus a Judæis ab Eccleſia gentium ſuſcipitur ad baptiſmum, veniente prius filia diaboli potens in opere, & ſermone: *Luc. ult.* Qui in plenitudine temporis: *Gal.* 4. *Viſitavit nos, & fecit redemptionem plebis ſuæ. Luc.*1.

r Et in operibus] fortis.

ſ Aſcendit in cor.] *Gl.* De bona cogitatione dicitur, quod aſcendit in cor, quia deſurſum venit, & cor poſt ſe ſurſum trahit, mala etiam cogitatio, quæ ab homine eſt, aſcendere dicitur, quia deorſum eſt: *Luc.*24. Cogitationes aſcendunt in cordibus veſtris.

u Fratres] genere.

t Viſitaret] quia opere ſervitutis infirmabantur.

x Illum] fratrem ſuum, dicit *Gl.* oſtendens, quod faciens injuriam non erat de genere ſuo, *y* Intelligere] quod ſicut in uno fecerat, in omnibus faceret, & eos penitus ab Ægyptiis liberaret, quia licet nullus præſens eſſet, qui videret. *Exod.*2. Liberatus tamen potuit aliis dicere, & ſic poſſent intelligere ſi vellent.

z Per manum] opus.

a Non intellexerunt] manifeſta Judæorum figura.

b Et reconciliabat eos in pace, &c.] Chriſtus pacem per Apoſtolos prædicabat, quibus Judæi reſtiterunt.

c Repulit,] verbo ſicut Judæi Chriſtum, dicit *Gloſſ.*

a Quis

a Quis te conſtituit.] Quidam putant illum qui defenſus eſt ex ira rem propalaſſe & ignarus prophetat, Moyſen datum Iſraeli principem & judicem. [Quis te conſtituit] Solus Deus, quia non eſt poteſtas niſi a Deo: *Rom.* 13. *Eccl.* 10. In manu Dei poteſtas hominis. Sic reſpondit Chriſtus *Luc.* 12. Quis me conſtituit judicem ac diviſorem ſuper vos?

a Quis te conſtituit principem & judicem ſuper nos? Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium? *b* Fugit autem Moyſes in verbo iſto, & factus eſt advena *c* in terra Madian, *d* ubi generavit filios *e* duos. Et expletis annis quadraginta *f* apparuit illi in deſerto montis *g* Sina Angelus in igne *h* flammæ rubi. Moyſes autem videns *i* admiratus eſt viſum. Et accedente illo ut conſideraret, facta eſt ad eum vox k Domini, dicens: *l* Ego ſum *m* Deus *n* patrum *o* tuorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Jacob. *p* Tremefactus autem Moyſes, *q* non audebat conſiderare. Dixit autem illi *r* Dominus: *ſ* Solve calceamentum pedum tuorum; locus enim in quo ſtas terra *t* ſancta eſt. *u* Videns vidi afflictionem populi *x* mei qui eſt in Ægypto & gemitum eorum audivi *y* & *z* deſcendi liberare eos. Et nunc veni & mittam te in Ægyptum. Hunc Moyſen quem *a* negaverunt dicentes: *b* Quis te conſtituit principem & judicem, hunc

Myſtice. Myſtice. Solus in contentione ſua illos redarguit Moyſes, & legi fuiſſe contrarios.

b Fugit] volens occultus eſſe & timens Ægyptios.

c In terra Madian] Chriſtus ad gentes.

d Generavit] de Sephora uxore ſua. *Exod.* 2.

e Duos] Gerſam & Eliezer.

f Apparuit] cum minaret gregem ad interiora deſerti, *Exod.* 3.

g Angelus] *Gloſſ.* Michael in perſona Domini, vel ipſe magni conſilii Angelus. *h* Flammæ] ut timerent, ſcientes, quia Deus noſter ignis conſumens eſt. *Deut.* 4. Vel ne aliquam ſimilitudinem ejus facerent & adorarent, quia flamma non eſt imitabilis. *i* Admiratus] quia contra conſuetudinem rubus ardens non comburebatur.

E

k Vox Domini] Nunc dicitur Dominus qui prius Angelus.

l Ego ſum] ſemper præſens, quod eſt verbum proprium Dei, ſecundum illud *Exod.* 3. Ego ſum qui ſum.

m Deus] non recens & novus, ſed.

n Patrum] nondum tuus vocandus.

o Tuorum] ut oſtendat eum verum eſſe filium eorum, & ſic utroſque ſimul & Deum commendat Stephanus, non blaſphemat.

p Jacob] Hi tres commemorantur, quia ipſis facta eſt promiſſio quæ impletur.

q Non audebat] audiens nomen Domini.

r Dixit] *Exod.* 3. Expoſitum eſt.

ſ Solve calceamentum, &c.] *Gloſ.* Serpentes non ſunt timendi ubi Deus præſens loquitur.

t Sancta eſt] *Gloſ.* Sancti pedes ſanctum locum debent contingere. *u* Videns] Deus totus viſus eſt, totus auditus, omnia videt, omnia audit, ſed videre & audire dicitur quando miſeretur.

x Audivi] quia licet aliquem tentari permittam, ideo non eſt putandum quod neſciam.

y Mei] dicens ſuum miſereri ſe oſtendit.

z Et deſcendi] Ejus deſcendere eſt compati. Et nota quod duo ſigna liberationis dedit Dominus hic. Primum quia ſicut rubus non comburebatur, ita populus in perſecutione ſervitutis non deficeret, ſed liberaretur. Secundum in ſolutione calceamenti quod eſt contra offendicula, ita & ſervitutis offendiculum erat amovendum, ita leviter ſicut aliquis diſcalceatur,

Myſtice. Myſtice. Ignis rubum non comburens, Sp. ſanctus peccata illius populi non conſumens, qui denſas nequitiæ ſpinas Dei beneficiis oppoſuit, vel Eccleſia perſecutione flammata non perit, & Chriſtus in ea loquitur.

ſ Solve calceamentum] ne te putes eſſe Eccleſiæ ſponſum, licet dux ſis populi, ſicut & Joannes Baptiſta fecit dicens: *Marc.* 1. Cujus non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere. De modo triplici diſcalceandi habes ſatis *Deut.* 25. Secundum quod propinquus volebat vel nolebat accipere uxorem defuncti. Vel. Moraliter.

ſ Solve calceamentum] operibus mortuis renuncia.

a Negaverunt.] A parte totum, quia unus negavit, ceteri conſenſerunt.

c Hunc Deus.] Ab humili ſolvitur quod ſuperbus interrogavit, dicens:

b Quis te conſtituit principem & judicem.] Ecce laus, non blaſphemia.

c Deus principem & redemptorem miſit, cum *d* manu Angeli qui apparuit illi in rubo. *e* Hic *f* eduxit illos faciens prodigia & ſigna in terra Ægypti & in rubro mari, & in deſerto annis quadraginta. Hic eſt Moyſes qui dixit *g* filiis Iſrael: Prophetam ſuſcitabit *h* vobis Deus de fratribus veſtris: tanquam *i* meipſum audietis. Hic eſt qui fuit in k Eccleſia in ſolitudine cum Angelo qui *l* loquebatur ei in *m* monte Sina, & cum patribus *n* noſtris qui accepit *o* verba vitæ dare vobis. *p* Cui *q* noluerunt *r* obedire patres veſtri, ſed *ſ* repulerunt & averſi ſunt *t* cordibus ſuis in *u* Ægyptum dicentes ad Aaron: *x* Fac nobis *y* Deos qui *z* præcedant nos. Moyſi enim *a* huic qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid *b* factum ſit ei. Et vitulum *c* fecerunt *d* in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulacro, *e* & lætabantur in *f* operibus manuum ſuarum. Convertit autem Deus *g* & tradidit eos ſervire *h* militiæ cœli:

d Cum manu] opere vel poteſtate, quia primogenita occidit. *Ex.* 12. Et alias plagas intulit.

e Hic] Moyſes.

f Eduxit] culpam in eos retundit quoniam ipſi rebelles, & increduli in Deū & Moyſen retorquebant. *g* Filiis Iſrael] vobis: *Deut.* 18. *h* Vobis] non alius præter vos.

i Tanquam me ipſum] carne viſibilem, ſed ſupra me majeſtate terribilem, quem Moyſes prædicat in forma hominis venturum, & præcepta vitæ daturum, ne nova videatur doctrina ejus cum venerit.

k In Eccleſia] congregatione populi, non ſolus ut prius.

l Qui loquebatur.] Hoc tam ei quam omni populo. *m* In monte Sina] *Ex.* 20

n Noſtris] non tantum veſtris.

o Verba vitæ,] i. legem. *Gal.* 3. Qui fecerit ea vivet in eis. Item *Lev.* 18 & *Ezech.* 20. Contra *Heb.* 7. Nihil ad perfectum duxit lex. *Sol.* Verba vitæ, ideſt, præparantia ad vitam quæ eſt in novo Teſtamento, vel quantum ad ſignificationem, non quantum ad litteram. Vel quod dicitur, Vita vivet, expone, ideſt, non punietur ſecundum legem quæ punit tranſgreſſores.

p Cui] Moyſi. *q* Noluerunt] Dupliciter accuſantur, & quia noluerunt & quia non obedierunt.

r Obedire] opere, licet promiſerint ore. *Exod.* 2.

ſ Repulerunt.] *Num.* 21. Cur eduxiſti nos de Ægypto ut moreremur in ſolitudine.

t Cordibus] ſi non corporibus.

u In Ægyptum] ad quam optabant reverti, vel ad mores Ægyptiorum reverſi ſunt, idolum adorando.

x Ad Aaron] quaſi principem: *Exod.* 32.

y Deos] Errore gentium, pluraliter dicunt Deos, non Deum tanquam divinitatis ignari. Deus enim factus non eſt, ſed omnia fecit, creator non creatura. *Gloſſ.* Deos dicunt propter duas columnas quæ præceſſerunt exeuntes de Ægypto, in quarum honore factum eſt unum ſimulacrum, ſed ambæ adoratæ ſunt, & ideo dicunt.

z Præcedant] nos providentia & poteſtate. Columna enim nubis in die ad refrigerandum, & ignis in nocte ad illuminandum præcedebat populum. *Exod.* 14. Dicitur quod eadem erat nubes quæ dicitur columna denſa per diem, clara per noctem, ſed dicitur duæ propter duplicem effectum vel officium.

a Huic] derogando dicunt & inhonorando.

b Quid factum] mors vel vita, quia quadraginta diebus & noctibus fuerat in monte cum Domino. *Exod.* 23. & *Deut.* 9. *d* Fecerunt] imo Aaron ad inſtantiam eorum. *e* Vitulum] ut adorarent, ſicut in Ægypto viderant coli Apim in ſpecie bovis. Quidam dicunt quod factus eſt ductilis, alii quod fuſilis, & tantum caput vituli vel vitulus integer caſu exiit de fornace in quam miſit Aaron aurum & argentum *Exod.* 32.

e Simulacro.] Accuſantur plus quam ſi vivo animali feciſſent. *f* In operibus] non creatorem, ſed opera venerantes a ſe facta.

g Et tradidit eos] permittendo. *h* Militiæ cœli] Soli, lunæ & ſtellis, quæ Deo militant peragentes curſus ſuos.

Quan-

ſicut ſcriptum eſt *a* in libro Prophetarum. *b* Numquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſrael? Et *c* ſuſcepiſtis *d* tabernaculum *e* Moloch, & *f* ſidus *g* Dei veſtri *h* Rempham, *i* figuras quas feciſtis k adorare eas, & *l* transferam vos *m* trans Babylonem: *n* Tabernaculum teſtimonii *o* fuit cum patribus *p* noſtris in deſerto ſicut *q* diſpoſuit illis Deus loquens ad Moyſen, ut faceret cum illo *r* ſecundum formam *ſ* quam viderat. Quod & induxerunt *t* ſuſcipientes patres noſtri cum *u* Jeſu in poſſeſſionem gentium, quas expulit Deus a facie patrum noſtrorum uſque in *x* diebus David. Qui invenit *y* gratiam ante Deum, *z* & petiit ut inveniret tabernaculum Deo Jacob. *a* Salomon autem ædificavit illi *b* domum. Sed non excelſus in manufactis habitat, *c* ſicut per Prophetam dicit, *d* Cœlum mihi *e* ſedes eſt, terra *f* autem ſcabellum pedum meorum. *g* Quam domum ædificaſtis mihi, dicit Dominus, *h* aut quis locus requietionis meæ eſt? Nonne manus mea fecit hæc omnia? *i* Dura cervice & incircumciſis k cordibus & *l* auribus, *m* vos ſemper Spiritui *n* ſancto *o* reſiſtitis, ſicut *p* patres veſtri, ita & vos. *q* Quem *q* Prophetarum non ſunt perſecuti patres *r* veſtri? *ſ* Et occiderunt eos qui prænunciabant de adventu juſti, *t* cujus vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis, *u* qui accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum & non *x* cuſtodiſtis. *y* Audientes autem hæc *z* diſſecabantur cordibus ſuis, *a* & ſtridebant *b* dentibus in eum. Cum autem *c* eſſet plenus Spir. ſancto, intendens *d* in cœlum, *e* vidit gloriam *f* Dei, & Jeſum

Quandoque etiam dicitur exercitus Angelorum militia cœli. Sed non ita accipitur hic, quia ſtatim ſubdit de ſidere. *Aug. Gl.* Manifeſtum eſt Deum operari in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates ad bonum, ſive ad malum. *a* In libro] quia apud Hebræos licet duodecim ſint auctores, nos reputatur liber duodecim Prophetarum, quia ſecundum literas alphabeti viginti duo volumina tantum computant in canone ſcripturæ. *b* Nunquid victimas, &c.] *Am.* 5. Quaſi non, quia non amore faciebant, ſed timore mortis illatæ adoratoribus vituli, veraciter autem & ex corde idolis ſerviebant. Ubicumque enim occaſio fuit, ſemper corde reverſi ſunt in Ægyptum, & Dominus non quæ offeruntur, ſed voluntate o reſpicit offerentis. *Gen.* 4. Reſpexit Deus ad Abel prius, & poſt ad munera ejus. *c* Et ſuſcepiſtis] pro tabernaculo Dei.

Am. 5. F

Exod. 32. *Judic.* 8.

d Tabernaculum] tantum ſupple. *e* Moloch] vel Melchon pro Deo vero, & eſt idolum Ammonitarum, quod interpretatur Rex noſter. *f* Et ſidus] ſupple ſuſcepiſtis.

g Dei veſtri] Luciferi, quem colitis ut Deum, ſicut alii Saraceni adorantes Deos in figuris ſolis tanquam luciferi & lunæ & ſtellarum.

h Rempham] qui interpretatur factura, vel requies noſtra. Unde ſtatim ſequitur.

i Figuras quas feciſtis.] Quidam dicunt ſidus Dei veſtri; ſive Rempham, ut ad Deum pertineat verbum, quia non dominum, ſed ſidus ejus ſuſceperunt.

k Adorare] in veritate, licet videremini ad tabernaculum Domini hoſtias offerre.

l Et transferam] propter hæc ſacrilegia.

m Trans Babylonem] ubi ducemini captivi. In Amos dicitur: Trans Damaſcum, nec eſt contrarium, quia Babylon trans Damaſcum eſt, & Stephanus magis ſequitur ſenſum quam verba Prophetæ.

n Tabernaculum.] Tertia particula in qua excuſat ſe de blaſphemia loci, ſicut ſupra de blaſphemia in Deum, & patres.

o Teſtimonii] quia in eo arca erat continens teſtimonium, id eſt, legem.

p Noſtris] *Gl.* Semper communes appellat patres.

q Diſpoſuit illis Deus] qui totius artis auctor fuit & diſpoſitor.

r Secundum formam] quia res ſecundum formam, ſic oſtenditur ipſum tabernaculum formam fuiſſe.

ſ Quam viderat] in monte Sina *Exod.* 25.

t Suſcipientes] venerandum, & humeris portandum. *Nu.* 7.

u Cum Jeſu] in figura Chriſti.

x In diebus David] incluſive, quia ſi excluſive, falſum eſt. Non enim tempore David factum eſt templum. Vel excluſive poteſt ſumi, propter deſtinationem templi factam a David, licet tempore ejus opus non fuerit inchoatum. *y* Gratiam] Gratus Deo gratis quod petebat accepit ab eo.

z Et petiit] ſciens tabernaculum illud non ſemper ſufficere, & Eccleſiæ formam eſſe, ſignificans Eccleſiam cum arca, id eſt, ſcriptura, ad gentes transferendam. Sicut enim facto templo deſtructum eſt tabernaculum, ſic & illud templum meliore ſuccedente delendum erat, quod latenter innuit Stephanus. *Jer.* 7. Non confidatis in verbis mendaciis, dicentes, Templum Domini, &c. Et poſt. Faciam domui huic, ſicut feci Silo. *a* Salomon] *Gloſſ.* David vir ſanguinum prohibitus eſt, *Paral.* 29. Salomon in figura veri pacifici Chriſti templum ædificavit. Et nota quod ſecundum *Rab.* David magis dicitur vir ſanguinum propter mortem Uriæ, quam pro bellis contra gentes geſtis ex præcepto Dei.

b Domum] templum, ad literam.

Myſtice Eccleſiam per illud ſignificatam. *Myſtice.*

c Habitat] 2. *Par.* 6 Dicit Salomon: Si cœlum & cœli cœlorum te non capiunt, quanto magis, &c. Et ſic de verbo Salomonis Judæos convincit, addens teſtimonium *Iſ. ult.* Cœlum, &c.] ut manifeſtius ſit Deum non tantum in templo eorum habitare, ſed omnē creaturam creatoris comparatione parvam eſſe. *Deut.* 19. In ore duorum vel trium teſtium, &c. [Cœlum] ſancti, quibus inhabitando Deus præſidet. *e* Sedes] quaſi thronus non domus, ſic oſtendit ſe circumdare omnia.

f Scabellum] peccatores quos damnatione proſternit.

g Quam domum] quaſi non confidatis in templo quaſi illius tantum ſim habitator.

h Aut quis locus.] Cujus ſedes cœlum, terra ſcabellum, quaſi diceret non aureus vel marmoreus, ſed quem Propheta Iſaias ſubdit. Super quem requieſcit ſpiritus meus? niſi ſuper humilem, &c.

i Dura cervice.] Quarta particula in qua purgatus a crimine triplici a falſis teſtibus ſibi impoſito arguit Judæos, quia qui ſine crimine eſt, dignus eſt officio doctoris [Dura cervice] non ſuſtinentes jugum legis, ſed nec jugum Chriſti ſuave. *Matt.* 11. *Iſ.* 48. Durus es tu & nervus ferreus cervix tua.

k Et incircumciſis] etſi carne, non tamen corde ab infidelitate.

l Et auribus,] quæ ſunt ſurdæ, nec vitiis purgatæ. Oſtendit carnalem circumciſionem, de qua contra gratiam Evangelii gloriabantur, non valere ad ſalutem ſine ſpirituali. *Jer.* 4. Auferte præputia cordium veſtrorum viri Juda, &c.

m Vos] non ego. Hucuſque dixit patres noſtri perſuadendo loquens, nunc increpans, patres tantum dicit eorum quibus ſimiles ſunt in malitia.

n Spiritui] non mihi quem accuſaſtis.

o Reſiſtitis] quia nunquam pœnitentiam agitis.

p Sicut patres] quibus pares eſtis in nequitia, de quibus prædixit: Cui noluerunt obedire patres noſtri.

q Quem] quaſi nullus eſt.

r Veſtri] non noſtri.

ſ Et occiderunt.] Tres gradus malitiæ ponit. Primo quod Spiritui ſancto reſiſtunt. Secundo quod Prophetas perſecuti ſunt. Tertio quod eos occiderunt creſcente ſemper malitia. *t* Juſti] Chriſti.

u Qui accepiſtis.] Unde inexcuſabiles eſtis diſpoſitione, miniſterio vel diſpenſatione.

x Et non cuſtodiſtis] opere ſcienter peccando.

y Audientes autem, &c.] Secunda pars cap. de commotione Judæorum contra Stephanum & lapidatione ejus.

z Diſſecabantur] quia zelabant legem Dei.

a Stridebant] nimietate furoris.

b Dentibus] more beſtiali. *c* Plenus Spir. ſancto] ſicut eſſe ſolebat, vel hora illa maxime ſuperabundavit gratia.

d In cœlum] unde ſperabat auxilium.

e Vidit] viſione corporali, ſicut in coruſcatione videtur ſignum diviſionis in cœlo, non tamen eſt, vel ſpirituali, vel etiam ex parte inſtrumenti videndi, quia Dominus aperuit oculos ejus, ut poſſent videre ultra etiam ſine apertione facta in cœlo. *e* Gloriam] ut tribulatus carne conſolaretur ſpiritu. *f* Dei] quem Stephanus invocabat.

Stantem.

a Stantem] *Hebr.* 12. Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum.
b A dextris] verum hominem qui vere reſurrexit & aſcendit.
c Dei,] ubi poſt labores quieſcit judicans & ſedens in throno, dicit *Gloſſ.*

d Video] non reſeratione elementorum, ſed revelatione ſpirituali quæ fiebat in corde juſti. *e* Cœlos apertos] & *Ezechiel.* 1. Aperti ſunt cœli.
f Et filium hominis] quem vos tantum hominem æſtimatis vel veritatem reſurrectionis oſtendit, & in hoc Judæos confundit.
A *g* Stantem] immobiliter quaſi non iterum caſurum. Vel habitus adjuvantis, injurias vindicantis, & pro ſervo pugnantis exprimitur per verbum ſtandi.

a ſtantem *b* a dextris *c* virtutis Dei: Et ait: Ecce *d* video cœlos *e* apertos, *f* & filium *g* hominis ſtantem a dextris *h* virtutis Dei. Exclamantes autem voce *i* magna continuerunt aures ſuas, & impetum k fecerunt unanimiter in eum. *l* Et ejicientes eum extra *m* civitatem lapidabant, *n* & teſtes *o* depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur *p* Saulus. Et lapidabant *q* Stephanum invocantem, & dicentem: *r* Domine Jeſu *ſ* ſuſcipe *t* ſpiritum meum. *u* Poſitis autem genibus, clamavit *x* voce magna, dicens: Domine, *y* ne ſtatuas illis *z* hoc peccatum, quia *a* neſciunt quid faciunt. Et cum hoc dixiſſet, *b* obdormivit in Domino.

CAP. VIII.

c SAulus autem erat *d* conſentiens neci ejus, *e* Facta eſt autem *f* in illa die perſecutio magna in Eccleſia qua erat *g* Jeroſolymis, & omnes *h* diſperſi ſunt per regiones Judææ & Samariæ, *i* præter Apoſtolos. Curaverunt k autem Stephanum viri *l* timorati & fecerunt *m* planctum magnum ſuper eum. *n* Saulus vero *o* devaſtabat Eccleſiam per domos intrans *p* & trahens *q* viros ac mulieres tradebat in cuſtodiam. *r* Igitur *ſ* qui diſperſi *t* erant *u* pertranſibant *x* evangelizantes verbum Dei. *y* Philippus autem *z* deſcendens in civitatem Samariæ prædicabat illis *a* Chriſtum. *b* Intendebant autem turbæ his quæ a Philippo dicebantur unanimiter *c* audientes & *d* videntes ſigna quæ faciebat. Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce

h Virtutis] quia judex omnium viſibiliter veniet.
d Video cœlos,] in ipſa paſſione præmium videt, ut qui terrenam vitam pro Chriſto contempſit, ſciat ſe meruiſſe cœleſtem.
i Continuerunt] ne audirent blaſphemum.
k Unanimiter] omnis turba arguitur, quia conſenſit.
l Et ejicientes] quaſi abominabilem.
m Extra civitatem] ſic ſe legem implere gloriabantur. *Lucæ* 24. Educ blaſphemum extra caſtra & lapidet eum, &c. Chriſtus extra portam paſſus eſt. *Hebr.* 13. Ad ſignificandum quod non habemus hic manentem civitatem: *Exod.* 13. Et teſtes,] falſi, qui primi lapidabant, ſecundum legem. *Deut.* 17. Manus teſtium, &c.
o Depoſuerunt] præ nimio furore, vel ne cum veſtimentis pollutum tangerent, vel ut expeditius lapidarent.
p Saulus.] poſt Paulus *infr.* 13. In quo notantur duo. Primo quod pœnitentia quælibet peccata curet. Secundo quod Deo cuſtodiente manus Pauli non eſt polluta ſanguine innocentis.
q Stephanum] hic nomen proprium ponitur ut cauſa nominis aperiatur. Hic enim vere eſt coronatus.
r Domine] quaſi præſentem precamur.
ſ Suſcipe] in cœlum quod vidi apertum. Chriſtus dicit: Commendo ſpiritum meum. *Luc.* 23. Qua Patri loquitur ſecurus, ille quaſi ſervus Domino ſupplicat.
t Spiritum] orat conſervari, quia corpus expoſuit lapidationi.
u Poſitis] ſecurus pro ſe genua non flexit.
x Voce magna,] quia magnum eſt orare pro inimicis, major iniquitas majus ſupplicandi remedium poſtulat.
y Ne ſtatuas] Chriſtum imitatur. *Lucæ* 24. Dimitte illis.
z Hoc peccatum,] ut non ſit inſolubile, ſed pœnitentibus dimitte.
a Quia neſciunt] Mira virtus martyris, orans excuſat eos charitate accenſus, quibus Paulo ante culpam improperavit perfidia zelo armatus.
b Obdormivit] reſuſcitandus. *Gloſſ.* Sancti non moriuntur, quia in melius mutantur, & vita temporalis in æternam vertitur.

EXPOSITIO CAP. VIII.

SAulus autem, &c.] Hoc capitulum dividitur in duas partes. In prima agitur de perſecutione Eccleſiæ & diſperſione fratrum. In ſecunda de actibus diſperſorum *ibi.* (Igitur qui diſperſi erant, &c.) Prima autem pars dividitur in quatuor. In ſecunda perſecutio facta, & diſperſio fratrum, *ibi* (Facta eſt autem, &c.) In tertia ſepultura & planctus Stephani, *ibi* (Curaverunt autem, &c.) In quarta perſecutio Eccleſiæ ſpecialis per Saulum, *ibi* (Saulus vero devaſtabat, &c.] Dicit ergo. *c* Saulus autem erat conſentiens neci] non quidem lapidavit, ſed lapidantibus conſenſit. *Gloſſ.* Unde periret, niſi gratia & pœnitentia ſubveniret, qui non ſolum qui faciunt, digni ſunt morte, ſed qui conſentiunt facientibus. *Romanor* 1. Et intellige de gratia illuminante quæ præcedit pœnitentiam, non de informante quæ ſequitur motum liberi arbitrii. Alioquin prima gratia illuminans vel præveniens non ſufficit ſine pœnitentia. In his maxime habent actuale peccatum. B
d Neci ejus.] in qua arbitrantur obſequium ſe præſtare Deo. *Job* 16.
e Facta eſt autem, &c.] Secunda pars. *f* In illa die] occiſo uno de principibus Eccleſiæ ante fuerat perſecutio, ſed non ita magna. *g* Jeroſolymis,] nondum alibi ſecundum illud. Eritis mihi teſtes, primo in Jeruſalem, &c. *ſup.* 1. *h* Diſperſi] ſicut grana ſeminis, ut ex ipſis multiplicarentur ſeges fidei.
i Præter Apoſtolos.] qui ut paſtores gregis conſtantiores erant ceteris.
k Curaverunt, &c.] Tertia pars, id eſt, ſepelierunt. Redit ad hoc quod dimiſerat. Dixerat enim de morte Stephani, ſed non de ſepultura. *l* Timorati] timore perſecutorum, vel timentes Deum Chriſtiani, qui poſtea ſunt diſperſi vel ipſi Judæi timentes Deum etſi nondum Chriſtiani.
m Planctum] ſecundum antiquum morem legis.
n Saulus vero. &c.] Quarta pars.
o Devaſtabat] diſcurrebat impiger ad vaſtandum.
p Viros] more vaſtantium nulli ſexui parcebat.
q Et trahens] non occidens, quia forte manus ejus ſervabat Dominus ne pollueretur.
r In cuſtodiam.] carceris. Dicitur autem Saulus a Saule rege Iſrael, qui fuit perſecutor David de tribu Benjamin, de qua & Paulus. Solent enim poſteri a majoribus ſuis denominari. Ecce Benjamin lupus in gregem graſſabatur in Chriſtianos.
ſ Igitur qui diſperſi, &c.] Secunda pars capituli, quæ dividitur in quinque. In prima agitur de prædicatione Philippi in Samaria & converſione Simonis Magi. In ſecunda de miſſione Joannis & Petri in Samariam, ut darent Spiritum Sanctum converſis a Philippo, *ibi* (Cum autem audiſſent, &c.) In tertia quomodo Simon voluit emere Spiritum Sanctum, & increpatus eſt a Petro, *ibi* (Cum vidiſſet, &c.) In quarta de reditu Apoſtolorum in Jeruſalem, *ibi* (At illi quidem, &c.) In quinta quomodo juſſus ab Angelo docuit & baptizavit eunuchum, *ibi* (Angelus autem.).
t Diſperſi] ut occaſione tribulationis fieret ſeminarium Evangelii.
u Pertranſibant] de loco ad locum. *Matth.* 10. Cum perſequentur vos in unam civitatem, fugite in aliam.
x Evangelizantes] quamvis timore diſperſi, tamen ſtabiles erant in prædicatione Evangelii.
y Philippus] Diaconus ſecundus a Stephano. Secundus poſt ipſum narratur quaſi hæres & ejuſdem gradus. Patet enim ipſum non fuiſſe Apoſtolum, quia non dedit Spiritum Sanctum, ſed Petrus & Joannes, & quia præmiſſum eſt quod omnes diſperſi ſunt præter Apoſtolos, hic dicitur cum Petro miſſus ad ſolutionem pulli & aſinæ. *Matth.* 21. Quia uterque primus prædicavit gentibus, nec propter hoc neceſſe eſt ipſum dici Apoſtolum, ſed diſcipulum de ſeptuaginta duobus.
z Deſcendens] ſecundum ſitum loci, vel quia erat inferior Jeruſalem.
a Chriſtum.] hominem eſſe verum Deum.
c Audientes] verba.
d Videntes] miracula. Et ideo.
b Intendebant] id eſt, credebant.

a Gaudium] quia cognita veritate exierant de tenebris ignorantiæ. *Gloſſ.* Ex hoc loco, & Samaritanæ hiſtoria *Joan.* 4. Probatur animo hujus gentis ad credendum fuiſſe promptos.
b Vir] quaſi ignobilis.

lebat Simon, imo proponebat vendere. *k* Poteſtatem] non baptizandi tantum in aqua vel miracula faciendi, quia & ipſe miracula falſa fecerat.
l Ut quicumque] *Gloſſ.* Succeſſores ejus falſa miracula feciſſe leguntur, qui malignis inſtructi artibus, Eccleſiam fraudulenter ingredi baptiſma fuſantur.

c Nomine] non merito, quia operetnobediens erat.
d Magus] *Gloſſ.* Magi de ſingulis philoſophantur, de natura mundi, curſu & motibus ſiderum.
e Seducens] ſeorſum a veritate ducens, vel in ſtuporem & admirationem convertens per præſtigia ſua.
f Magnum,] Prophetam vel Angelum, vel Dei filium *Gloſſ.* Semper bonis mala contraria adverſantur.
g A minimo] ſervo vel juniore.
h Ad maximum,] regnum vel decrepitum ſenem.
i Hic] Simon.
k Virtus] Chriſtus.
l Dei] non Angeli.
m Quæ vocatur] ignorabant nomen Chriſti.

C

magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati ſunt. Factum eſt ergo *a* magnum gaudium in illa civitate. *b* Vir autem quidam *c* nomine Simon qui ante fuerat in civitate *d* Magus *e* ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem *f* magnum, cui auſcultabant omnes *g* a minimo uſque *h* ad maximum, dicentes, *i* Hic eſt *k* virtus *l* Dei *m* quæ vocatur magna. Attendebant autem eum, propter quod multo tempore *n* magicis ſuis *o* dementaſſet eos. Cum vero credidiſſent Philippo Evangelizanti *p* de regno Dei & nomine *q* Jeſu Chriſti baptizabantur viri *r* ac mulieres. Tunc *ſ* Simon & ipſe *t* credidit, & cum baptizatus eſſet, *u* adhærebat Philippo. Videns etiam ſigna & virtutes maximas fieri, *x* ſtupens admirabatur. *y* Cum autem audiſſent *z* Apoſtoli qui erant Jeroſolymis quia recepiſſet *a* Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos *b* Petrum & Joannem. Qui cum veniſſent oraverunt pro ipſis *c* ut acciperent Spiritum Sanctum.

Nondum enim in quemquam illorum venerat, ſed baptizati tantum erant in nomine *d* Domini Jeſu. *e* Tunc *f* imponebant manus ſuper illos & accipiebant *g* Spiritum Sanctum. Cum *h* vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: *i* Date & mihi hanc *k* poteſtatem *l* ut cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit ad eum; *m* Pecunia tua *n* tecum ſit in perditionem, *o* quoniam *p* donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non eſt tibi pars neque ſors in ſermone *q* iſto. Cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. *r* Pœnitentiam itaque age *ſ* ab hac nequitia tua, *t* & roga Deum *u* ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. *x* In felle enim amaritudinis *y* & obligatione iniquitatis *z* video te eſſe. Reſpondens autem Simon dixit: *a* Precamini vos pro me ad Dominum ut *b* nihil veniat ſuper me horum *c* quæ dixiſtis, *d* Et illi quidem

m Pecunia tua] Non noſtra, qui non cupimus, ſed tua, quam ſpiritui comparas ut illum pro ea vendas & eam Spiritu emas. Ideo enim ſpiritum emere volebat, ut alius vendens plus pecuniæ acciperet.
n Tecum ſit] Hinc exemplum ſumitur ut perditorum eleemoſynæ non recipiantur.
o In perditionem,] non ut ſimpliciter pereat pecunia quæ nihil meruit ſed ipſe pereat pecuniæ, & pecunia ei. Vel.
n Tecum ſit] ideſt, tu eam retine, & hæc in perditionem, ut per ea injuſte congregata in æternum puniaris.

D

n Magicis] artibus, vel falſis virtutibus.
o Dementaſſet] rationem mentis ab eis abſentaſſet.
p De regno Dei] *Matth.* 4. Pœnitentiam agite, appropinquavit regnum cœlorum.
q Jeſu Chriſti] cujus erant ignari ut prædictum eſt. Vel in nomine Jeſu prædicavit Trinitatem. Qui enim unam perſonam de Trinitate perfecte credit, fide aliarum duarum carere nequit.
r Ac mulieres.] in Chriſto Jeſu, non eſt maſculus vel fœmina. *Gal.* 3.
ſ Simon] verbis Philippi & virtute devictus.
t Credidit,] vere. Vel ſicut dicit *Gloſſ.* Ficte, ne credentibus reſiſtens deſpectus haberetur.
u Adhærebat] corpore non corde, volens poteſtatem habere faciendi miracula.
x Stupens] cupiens ſe talia poſſe.
y Cum autem audiſſent, &c.] Secunda particula.
z Apoſtoli] de quibus non erat Philippus, dicit *Gloſſ.*
a Samaria] Nunc paret quod ipſa civitas fuit Samaria quæ *ſup.* dicitur civitas Samariæ.
b Petrum & Joannem.] qui erant columnæ. *Galat.* 2. Hos ſociat quia virginitas Eccleſiæ placet, ſicut & Chriſtus binos mittit. *Luc.* 12. Ut in ore duorum, &c. *Deut.* 19.
c Ut acciperent] *Gloſſ.* Jam enim ſola aqua erant baptizati, ideſt, ſolo baptiſmo aquæ in qua receperunt quidem gratiam Spiritus Sancti, ſed non viſibiliter vel ad robur.
d Domini Jeſu.] quia patrem credebant & Spiritum Sanctum ſicut alii Judæi vel plena fides unius perſonæ fidem Trinitatis confirmat.
e Tunc] ecce exemplum confirmationis.
f Imponebant] Petrus & Joannes, non Philippus, quod faceret ſi Apoſtolus eſſet. Hoc die ſolis Epiſcopis licet, ſicut tunc ſolis Apoſtolis.
g Et accipiebant] ad robur quod demonſtrabatur in hoc quod linguis loquebantur: Sic Presbyter baptizatum inungit chriſmate ab Epiſcopo conſecrato. Solus Epiſcopus in fronte linit oleo dans Spiritum Sanctum.
h Cum vidiſſet, &c.] Tertia pars.
i Date mihi] quod facere non poterant, quia audierant, *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date, quod no-

p Donum Dei] Spiritum ſanctum qui Deus eſt & donum Dei.
q In ſermone iſto.] ut per manus tuas accipiatur Spiritus Sanctus. Et nota quod non eſt imprecatio, ſed prædictio vel conformatio voluntatis ſuæ voluntati divinæ.
ſ Ab hac nequitia tua,] duplici, cupiditatis ſcilicet, qua de Spiritu commercium facere voluiſti, & pravæ fidei.
r Pœnitentiam itaque age] ut omnes videant quod es. Non quod ignoret eum Petrus pœnitentiam non acturum, ſed quia juſſus eſt omnibus prædicare, facit officium ſuum, ut ille ſit inexcuſabilis. Coram omnibus etiam arguitur, ne amplius eos fallat.
t Et roga Deum] cui patet cor, quem fallere non poteſt, quia Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum. *Sapient.* 1.
u Si forte] Non affirmat, ſed dubitando loquitur, ne deſperemus.
x In felle] perfidia.
y Et obligatione] *Prov.* 5. Funiculis peccatorum ſuorum conſtringitur impius.
z Video] quamvis celes te, non es mihi occultus. Sed ideo Spiritus Sanctus in columba deſcendit *Job primo*, ut a ſimplicibus ſuſcipi ſe doceret. Non qui amaritudinem ſervat in corde licet baptizati videntur, non eſt a peccato ſolutus, ſed quaſi ad punctum purgatus, acriore mox dæmone ſeptempliciter opprimitur. *Matth. decimoſecundo.*
a Precamini] Cauſa deſperationis non audet ipſe precari, quia non credit ſe exaudiri, & Apoſtolis ficte loquitur.
b Nihil venia] Præſentes plagas timens vult vitare.
c Quæ dixiſti:] Non quæ ego credidi, ſed quaſi infidelis imputat eis quæ ventura ſunt. Sed quare non perit iſte ſtatim Ananias, *Sup.* 5. Cum plus peccaverit quam ille?
Solut. In iſto erant aliqua ſigna pœnitentiæ, unde ſi ſtatim puniretur deſperarent alii, & non curarent pœnitere. Ideo etiam Dominus regnare permittit hypocritas. *Job* 34. Quia in eis videtur eſſe pœnitentia.
d Et illi] Quarta pars. Petrus ſcilicet, & Joannes.

e Teſtificati,

a Teſtificati] ſignis. *b* Et locuti] ſermonibus.
c Et multis] non tantum in Samaria.
d Angelus, &c.] Quia pars in qua poſt reditum Apoſtolorum texitur hiſtoria de Philippo. *e* Domini] ad differentiam Angeli Satanæ, qui & ipſe eſt Domini, quia ſervit ei in punitione malorum, ſed bonus ſervit opere, & intentione; malus opere tantum. *f* Contra meridianum] Indicium perfectionis eſt in utroque.
h Ab Jeruſalem] metropoli Judæorum.
i In Gazam,] metropolim Philiſthinorum. Africam, dicit *Gloſſ. Bern.* Vetus Gaza quondam terminus Chananæorum juxta Ægyptum funditus eſt deſtructa, & loco ejus alia ædificata.
g Deſcendit] id eſt, per quam deſcendit, ex natura loci. *k* Hæc eſt deſerta.] non via, ſcilicet Gaza.
l Abiit,] in altero perfectio, in altero obedientia.

Myſtice. *Iſa. 53. al. † viſitiam.* Myſtice. Ad meridiem Philippus exit, id eſt, Apoſtoli ad gentes, ubi calor fidei, Gaza gentilitas prius a Deo deſerta, ad quam de Jeruſalem via. Chriſtus eſt viam ſalutis aperiens, & peccati nigredinem unda baptiſmi dealbans. Bene etiam in meridie invenitur, & abluitur qui devotione ardens tanquam primitiæ gentium Domino conſecratur. *m* Vir] propter virilem animum. *n* Æthiops] natura, & merito, quia tenebroſus. *Pſal.* 67. Æthiopia præveniet manus ejus. *o* Eunuchus] typus gentium quæ in Chriſto a carnalibus deſideriis circumciduntur. *p* Potens] virtute, & mentis integritate. Tam ſtudioſus ut nec in via ceſſaret legere, tam Religioſus ut de ultimis mundi partibus ad templum Domini veniret. *q* Candacis] Mos erat regionis illius a feminis regi, & eas Candacis vocari, ſicut Imperatores, Cæſares. *r* Super omnes Gazas] Officium erat eunuchorum ſervare theſauros potentum. *ſ* Venerat] antequam Philippo loqueretur. *t* In Jeruſalem,] propter urbis celebritatem, & templi famam, quia mos erat gentilium famoſa adire loca cultui deorum dicata.

Myſtice. Myſtice. Candacis quæ interpretatur commendata, theſaurarium præmittens, Eccleſia eſt gentium fidei, & virtutis dona largitura. De qua in *Pſalm.*44. ſcribitur: Pro his qui commutabuntur. Et alibi. Obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. Hæc eſt regina quæ venit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. *Matth.* 12. & 2. *Par.* 9. *u* Spiritus] Sanctus vel Angelus.
x Philippo.] loquens in corde ejus, quaſi enim in corde facit ſpiritus verba, dum quæ agenda ſunt interius nunciat. *y* Iſaiam Prophetam,] *Raban.* Ubicumque in novo Teſtamento ſalutis narratur principium, de Iſaia ſumitur teſtimonium, qui interpretatur Domini ſalus.
z Et dixit.] *Rab.* Suas invicem linguas cognoſcunt, vel per doctrinam eunuchi, vel per ſpiritum Philippi.
a Et quomodo poſſum,] Arguit illorum audaciam qui ſine doctore Sacram Scripturam ſe putant intelligere.
b Oſtenderit] unde Propheta agat. Linguam enim non ignorabat qui librum legebat.
c Rogavitque] in figura doctorum qui de gentibus aſſumpti ſunt.
d Ut aſcenderet,] in hoc perfectus.
e Et ſederet] cum ſedente.
f Erat] Domino præparante.
g Hic:] vel (ſic) *h* Tanquam ovis] innocens.
i Ad occiſionem] *Iſa.* 53. Paſſionis crucis.

a teſtificati *b* & locuti verbum Domini redibant Jeroſolymam *c* & multis regionibus Samaritanorum evangelizabant. *d* Angelus autem *e* Domini locutus eſt ad Philippum, dicens: *f* Surge, & vade contra Meridianum ad viam quæ *g* deſcendit *h* ab Jeruſalem *i* in Gazam, *k* hæc eſt deſerta. *l* Et ſurgens abiit. *m* Et ecce vir *n* Æthiops *o* Eunuchus *p* potens *q* Candacis reginæ Æthiopum qui *r* erat ſuper omnes Gazas ejus *ſ* venerat adorare *t* in Jeruſalem, & revertebatur ſedens ſuper currum ſuum, legenſque Iſaiam Prophetam. *u* Dixit autem *x* ſpiritus Philippo: Accede & adjunge te ad currum iſtum. Accurrens autem Philippus, audivit eum *y* legentem Iſaiam *z* Prophetam, & dixit: Putaſne intelligis quæ legis? *a* Qui ait: Et quomodo poſſum, *b* ſi non aliquis oſtenderit mihi? *c* Rogavitque Philippum *d* ut aſcenderet, *e* & ſederet ſecum. Locus autem Scripturæ *f* quam legebat *g* erat hic: *h* Tanquam ovis *i* ad † occiſionem *k* ductus eſt, *l* & ſicut *m* agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic *n* non aperuit os ſuum. *o* In humilitatem, & *p* judicium *q* ejus ſublatum eſt. *r* Generationem ejus quis enarrabit? Quoniam tolletur *ſ* de terra vita. *t* Reſpondens autem eunuchus Philippo dixit, Obſecro te de quo Propheta dixit hoc? de ſe an de alio aliquo? *u* Aperiens autem *x* Philippus os ſuum, *y* & incipiens a ſcriptura *z* iſta evangelizavit illi Jeſum. Et dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam. Et ait eunuchus: Ecce aqua: *a* Quis prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus: *b* Si credis ex toto corde, *c* licet. Et reſpondens ait: Credo filium *d* Dei eſſe Jeſum Chriſtum. *e* Et juſſit ſtare currum. *f* Et deſcenderunt uterque in aquam, Philippus & eunuchus, & baptizavit eum. *g* Cum autem aſcendiſſent *h* de aqua, ſpiritus *i* Domini rapuit Philippum, *k* & amplius non vidit eum eunuchus. *l* Ibat enim per viam ſuam gaudens. Philippus autem inventus eſt in *m* Azoto, & pertranſiens evangelizabat *n* civitatibus cunctis, donec veniret *o* Cæſaream.

k Ductus] ut crucifigeretur propria voluntate, non reluctans, ſicut nec ovis. *Hier.* 11. *l* Agnus] Dei qui tollit peccata mundi. *Joan.* 1. Vel (Agnus) Paſchalis, quia paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, 1. *Cor.* 5. Qui non ſolum ſanguine redemit, ſed lana veſtit contra frigus infidelitatis. *Galat.* 3. Chriſtum induiſtis. Carne paſcit. Caro mea vere eſt cibus. *Job* 6.
m Coram tondente] Pilato & Judæis. G *Infr. 10.*
n Non aperuit] cum accuſaretur a principibus ſacerdotum nihil reſpondit. *Matth.* 27
o In humilitatem] paſſionis in qua humiliavit ſe factus obediens. *Phil.* 2.
p Judicium] ſed injuſte, ſe judicari permiſit, ſeditione Judæorum & voce Pilati damnatus.
q Sublatum] in Barrabam quem judicaverunt liberandum. *Matth.* 27.
r Generationem ejus] temporalem quando natus de virgine ſine ſemine, vel æternam ex patre. *Job* 1.
ſ De terra] ut in cœlo, non in terra vivat vita ejus. 1. *Cor.* 15. Secundus homo de cœlo cœleſtis, ſanctitate ſegregatus a terrenis.
t Reſpondens] loco ſcripturæ, ſi ipſe legebat, vel Philippo ſi Philippus revelabat.
u Aperiens] theſaurum ſcientiæ, ut ſpiritus loquatur in eo. *Pſalm.* 80. Dilata os tuum. *x* Os ſuum,] *Gloſſ.* quod nomini ſuo congruit, qui interpretatur os lampadis, quia obſcuritatem Prophetiæ protulit in luce ſcientiæ, vel circumlocutio ſignificat longiorem ſermonem.
y A ſcriptura iſta] Tanquam ovis. *Iſa.* 53.
z Evangelizavit] Solvit quæſtionem, quia hoc de Jeſu prophetatum eſt. *a* Quis prohibet] Fides plena eſt, aqua prope, baptizator præſens. Ad hoc enim prædicatio duxerat ut aqua indigeret, qui de baptiſmo in via audierat.
b Si credis] Non ignorabat ejus fidem, ſed quærebat apertam confeſſionem, ad exemplum baptizandorum.
c Licet] baptizari.
d Eſſe Jeſum] id eſt, filium hominis.
e Et juſſit] Eunuchus vel Philippus.
f Et deſcenderunt] Humiliari debet baptizandus, quia Jordanis deſcenſus interpretatur. *Gloſſ.* Quærens interpretem lectionis, Jeſum quem quærebat neſciens invenit. Et ſecundum *Hier.* Plus in deſerto fonte Eccleſiæ quam in aurato ſynagogæ templo reperit. Hic mutavit Æthiops pellem ſuam. *Hier.* 13. *In prolog. bibl. l. 5.*
g Aſcendiſſet] proficiendo. *h* De aqua,] quæ eſt quaſi fundamentum. *i* Rapuit] *Gloſſ. Hier.* dicit Angelum feciſſe in Spiritu Sancto. *Gloſſ. Rab.* Vel ſic ſecundum aliam litteram. Spiritus irruit in eunuchum, id eſt, fortiter ſicut & in Apoſtolos venit, quia quanto fides fortior, tanto ſpiritus impetus major. Hunc dicunt quidam Philippum fuiſſe Apoſtolum, tamen non legitur manum impoſuiſſe, nec Spiritum Sanctum invocaſſe. Unde patet Spiritum Sanctum ſponte in primitias gentium deſcendiſſe, ut excuſationem haberent Apoſtoli erga Judæos accuſantes quod gentes baptizabant. *k* Non vidit] quia perfectus factus non indigebat amplius doctrina. Spiritus enim ſanctus docet omnia. *Job* 14. Ibat ad terram ſuam vel ad regem cœlorum. *m* In Azoto,] una de quinque civitatibus Philiſthiim. *n* Cunctis] non diſcernens perſonas. *o* Cæſaream.] Paleſtinæ, ubi domum habuiſſe dicitur, 12. Quæ uſque hodie demonſtratur, & cubiculum quatuor filiarum ejus virginum prophetantium.

EXPOSITIO CAP. IX.

SAulus autem adhuc ſpirans] Hoc capitulum dividitur in duas partes. In prima agitur de actibus Pauli. In ſecunda de actibus Petri, *ibi* (Factum eſt.) Prima autem pars dividitur in ſex. In prima agitur quomodo petiit Epiſtolas ad captivandum & perſequendũ Chriſtianos. In ſecunda de converſione ejus, *ibi* (Et ſubito circumfulſit.) In tertia de ejus prædicatione, *ibi* (Et continuo.) In quarta de evaſione inſidiarum in Damaſco, *ibi* (Cum autem implerentur.) In quarta quomodo junxit ſe Apoſtolis, *ibi* (Cum veniſſet.) In ſexta de evaſione ſecundarum inſidiarum Jeruſalem, *ibi*. [Illi autem quærebant,]

A

B

CAP. IX.

a SAulus *b* autem adhuc *c* ſpirans minarum *d* & cædis in *e* diſcipulos *f* Domini, acceſſit ad principem ſacerdotum *g* & petiit ab eo Epiſtolas *h* in Damaſcum ad Synagogas, ut *i* ſi quos inveniſſet *k* hujus viæ viros ac mulieres vinctos *l* perduceret in Jeruſalem. Et cum iter faceret, *m* contigit *n* ut appropinquaret Damaſco. *o* Et ſubito *p* circumfulſit eum *q* lux de cœlo *r* & cadens in terram, *ſ* audivit vocem dicentem ſibi: *t* Saule Saule quid me perſequeris? *x* Qui dixit: *y* Quis *z* es Domine? Et ille: *a* Ego *b* ſum Jeſus quem *c* tu perſequeris. Durum eſt tibi *d* contra ſtimulum calcitrare. *e* Et tremens *f* ac ſtupens dixit: *g* Domine quid me vis facere? Et Dominus ad eum: *h* Surge & *i* ingredere civitatem, *k* & dicetur tibi quid *l* te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum *m* eo ſtabant *n* ſtupefacti, *o* audientes quidem vocem, *p* neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, *q* apertiſque oculis nihil *r* videbat. *ſ* Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum. Et erat *t* tribus diebus *u* non videns, & *x* non manducavit, neque bibit. Erat autem quidam *y* diſcipulus Damaſci nomine *z* Ananias. Et dixit ad illum in viſu Dominus: *a* Anania. At ille ait: *b* Ecce ego Domine. Et Dominus ad illum: *c* Surge & vade *d* in vicum qui vocatur rectus, & quære in domo *e* Judæ Saulum nomine *f* Tharſenſem. Ecce enim *g* orat. Et vidit virum *h* Ananiam nomine introeuntem & imponentem ſibi manus ut viſum *i* recipiat. Reſpondit autem Ananias: *k* Domine audivi a multis de viro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in *l* Jeruſalem. *m* Et hic habet poteſtatem a principibus ſacerdotum *n* alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit au-

b Adhuc ſpirans] nondum deſiſtens. Et continuatur ei quod *ſupr.* dictum eſt: Saulus vero devaſtabat Eccleſiam.

c Minarum] in verbis.

d Et cædis] in opere. Vel minis terrens abſentes, cæde afficiens præſentes. Dubitatur tamen utrum occideret vel flagellaret, vel utrumque (Spirans) ad modum ignis, non ab alio incitatus, ſed ipſe alios accendebat.

e In diſcipulos] ita vocabantur tunc Chriſtiani.

f Acceſſit] non vocatus, ſed ſponte zelo eum concitante.

g Et petiit] non expectans ut injungeretur ei.

h Damaſcum] Syriæ civitatem remotam, quia in proximis jam exercuerat perſecutionem.

i Si quos] quia pauci erant.

k Hujus viæ] qua vivebant diſcipuli.

l Perduceret] Non dicit occideret.

m Contigit] hoc verbum de bonis dicitur.

n Ut appropinquaret] antequam perveniret, prohibendus erat.

o Et ſubito] Neſcit tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Secunda pars de converſione & modo ejus.

p Circumfulſit] ut terreretur.

q Lux] *Gloſſ.* Ut prius Apoſtolis ignis *ſupr.* 2. Ita Paulo lux fulſit. Et poteſt dici quod fuit lux ſolis, quæ ſubito illuminavit aerem ſine præparatione alia, & fuit quaſi coruſcatio, & tunc illuminatio fuit miraculoſa, ſed viſio naturalis, ſicut in cæco illuminato. Vel poteſt dici quod fuit Chriſtus, tunc illuminatio naturalis, ſed viſio miraculoſa, vel claritatis Angeli ad eum miſſi.

r Et cadens] territus, vel quia adorans in faciem cadit.

ſ Audivit] Prius terretur viſu, poſt audito.

t Saule] Nomen dicit, ut ſciat ſe non ignotum Deo.

u Quid] increpando non neſciendo interrogat.

x Me] in membris in quibus adhuc patitur, & beneficia recipit: *Matth.* 25. Quod uni ex minimis meis, &c.

y Qui es] Angelus an Deus.

z Domine] Deum legis quærebat, Dominum neſciens qui de cœlis vocem dabat.

a Ego ſum] Deus de cœlo loquens quem mortuum putabas ſenſu Judaico.

b Jeſus] Nazarenus Non Deum ſe dicit vel Dei filium, ſed nomen humilitatis, quaſi exemplo invitans ad ſuperbiam deponendam.

c Perſequeris.] ut hominem.

d Stimulum] verba & potentiam meam. *Eccleſ.* Verba ſapientium quaſi ſtimuli.

e Tremens] præ fulgore. *f* Stupens] quia non putabat Jeſum in cœlo eſſe, vel propter vocem quæ fuit cum ſtupore.

g Quid me] indica voluntatem tuam & obedientiam. Intellexit enim quod ſtimulus urgebat ad opus. *h* Surge] Non quæ facienda ſunt monſtrat, ſed in civitatem mittit, ut tanto poſt ſolidius ſtaret, quanto funditus everſus ab errore priſtino excidiſſet: *i* Et ingredere civitatem,] Antequam intret, terretur, ne ſanctis inferat triſtitiam. Territus jubetur ingredi, ut fidem diſcat quam impugnaverat. *k* Dicetur tibi] exemplum diſcendi datur, ut nullus alium indignum exiſtimet a quo doceatur quod ignoret. *l* Oporteat facere,] quaſi impiger operare, ut bos, & eſto doctor Eccleſiæ, ſciens ſcriptum eſſe: Non alligabis os bovi trituranti. *Deut.* 25.

C

m Stabant] non ceciderunt.

n Stupefacti] lumine claritatis.

p Neminem] faciem loquentis non videbant.

o Audientes vocem] Pauli non Chriſti, ſicut dicitur *infr.* 22.

q Apertiſque oculis] Oſtenditur ei in corpore quod patiebatur in anima. Sicut enim apertus oculus ſine viſu, ſic lex inutilis ſine fide Chriſti, *Num.* 24. Qui cadit apertos habens oculos.

r Nihil videbat.] quia bene videre non poſſet niſi prius cæcatus, ſapientia qua turbabatur excluſa, fidei ſe committeret. *ſ* Ad manus] manus ejus manibus tenentes.

t Tribus diebus] quia non credebat Deum tertia die reſurgendo mortem viciſſe. *u* Non videns,] ut ſciat quam opportunum ſit animæ a cæcitate liberari.

x Non manducavit] Hoc animæ ſuæ accidebat quæ cibum interiorem non habebat. Docetur ergo corporis inedia animam indigentem oportere ſatiari. *Raban.* Pœnitentibus forma datur ut a triduo incipiant. *Gloſſ.* Apparet quod per triduum quo cæcatus lucem gratiæ expectabat, non torpens otio ſed illuſtratus a Deo cœleſtia rimabatur. Et eſt credibile quod tunc Evangelium didicerit, quod ſe non accepiſſe ab homine gloriatur. *Gal.* 1. Et nota in ejus converſione quinque.

Moraliter in quolibet peccatore. Primo illuminatur, deinde cadit & humiliatur, tertio arguitur, quarto cogitat a quo arguitur, quia quandoque Angelus Satanæ transfert ſe in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. Quinto cum videt quod a bono arguitur, debet eſſe paratus ad omnia, & tunc unctio docet eum, quid oporteat facere. *Moraliter.*

y Diſcipulus] Chriſti, ſcilicet Chriſtianus.

z Ananias.] *Gloſſ.* Merito vocatur gratia Dei, cui a Deo data eſt illuminatio Pauli.

a Anania.] familiaritatis eſt indicium vocare ex nomine.

b Ecce ego] Confitetur ſe ſervum & obedire paratum.

c Surge & vade] quaſi ſtatim ut ſurrexeris vade.

d In vicum] *Gloſſ.* Vici dicuntur agri aut extra civitatem aut intra ſibi proximi.

e Judæ] proprium nomen hoſpitis, vel in tribu Juda, ideſt, inter Judæos, qui in uno ſimul habitabant vico.

f Tharſenſem.] de Tharſo Ciliciæ, *infr.* 22. Unde cum parentibus migraverat.

g Orat.) mittens eum ſocio jam nulli timendum, ſed amplectendus eſt ut frater, quia mala quæ ſanctis intulit, paratus eſt ſuſtinere cum ſanctis.

h Ananiam nomine) In viſu alter oſtenditur alteri, & nomen indicatur, ut prius ſint ſibi invicem noti quam ſe videant. *i* Ut viſum recipiat.) interiorem & exteriorem. *k* Domine audivi) Ovis lupum timet.

l In Jeruſalem.) Et ideo in aliis locis timendus eſt.

m Et hic habet poteſtatem) & voluntas non deeſt.

n Alligandi omnes) non occidendi.

a Vas

a Vas electionis] probandus multis tribulationibus. Vel integer carne. *Jer.* 18. Integer Converſus fecit vas alterum ſicut placuerat, &c.
b Ut portet nomen] cujus invocatores alligare venit.
c Oſtendam] non tu eum docebis, ſed baptizabis.

Non enim timore mortis fugit, qui pluribus acquiſitis poſtmodum pro Chriſto mortuus eſt. *Philip.* 1. Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.
b Submittentes] de ſummo deorſum.
Moraliter. Inſidiæ Judæorum, laquei diaboli. Damaſcus ſanguinem bibens adverſitas ſæculi, ſporta de palmis junci, fidei ſpeique conjunctio, juncus enim fidei viriditas, palma ſpes æternitatis. *Moraliter.*

21. diſt. c. quamvis 11. diſt. c. 2. in princ. *d* Quanta oporteat eum pati.] ut in tentationibus probetur electum vas: *Eccl.* 27. Vaſa figuli probat fornax, &c.
e Et introivit] ad Saulum.
D *f* Et imponens] ut cathecumenis ſieri ſulet.
g Dominus] Jeſus, cui dixiſti: Domine quid me vis facere?
h Qui apparuit tibi] ſignum dicit, ut ſciat ſe a Domino eſſe miſſum.
i Ut videas,] utroque modo.
k Et implearis] in baptiſmo.
l Et confeſtim] ne putetur caſu factum.
m Squamæ,] in ſignum interioris viſus renovati, depoſito legis velamine, 2. *Cor.* 3. ſerpens ſquamas habet, & Judæi dicuntur genimina viperarum; *Luc.* 3. Quorum perfidiam ſecutus perdiderat viſum cordis.
n Cibum] duplicem.
o Fuit autem] *Iſa.* 11. Habitabit lupus cum agno, Saulus cum Anania.
p Et continuo] Tertia pars.
q Prædicabat] Jeſum eſſe hominem, & Deum.
r Omnes] infideles myſterium ignorantes.

tem ad eum Dominus: Vade quoniam *a* vas electionis eſt mihi iſte, ut *b* portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Iſrael. Ego enim *c* oſtendam illi, quanta *d* oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, *e* & introivit in domum & *f* imponens ei manus dixit: Saule frater: *g* Dominus Jeſus miſit me, *h* qui apparuit tibi in via qua veniebas, *i* ut videas, *k* & implearis Spiritu Sancto. *l* Et confeſtim ceciderunt ab oculis ejus tanquam *m* ſquamę, & viſum recepit, & ſurgens baptizatus eſt; & cum accepiſſet *n* cibum confortatus eſt. *o* Fuit autem cum diſcipulis, qui erant Damaſci per dies aliquot. *p* Et continuo ingreſſus in ſynagogas *q* prędicabat Jeſum, quoniam hic eſt filius Dei. Stupebant autem *r* omnes qui audiebant, & dicebant: Nonne hic eſt qui expugnabat in Jeruſalem eos qui invocabant *ſ* nomen iſtud? Et huc *t* ad hoc venit, *u* ut vinctos illos duceret ad principes ſacerdotum. *x* Saulus autem magis convaleſcebat, & confundebat Judęos, qui habitabant Damaſci *y* affirmans quoniam *z* hic *a* eſt Chriſtus. *b* Cum autem implerentur dies multi *c* concilium fecerunt Judæi, ut eum interficerent. Notæ *d* autem factę ſunt Saulo inſidię eorum, *e* Cuſtodiebant autem & portas die ac nocte, ut eum interficerent. Recipientes autem eum *f* diſcipuli ejus nocte, *g* per murum dimiſerunt eum, *h* ſubmittentes in ſporta. *i* Cum autem veniſſet in Jeruſalem *k* tentabat ſe jungere diſcipulis, & omnes timebant eum non credentes quod eſſet diſcipulus. *l* Barnabas autem apprehenſum illum duxit *m* ad Apoſtolos, & narravit *n* illis quomodo in via vidiſſet Dominum, & quia locutus eſt ei, & quomodo in Damaſco fiducialiter egerit *o* in nomine Jeſu. Et erat cum illis *p* intrans, & exiens in Jeruſalem fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque gentibus, *q* & diſputabat cum Græcis, illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognoviſſent fratres, *r* deduxerunt eum *ſ* Cęſaream, & dimiſerunt *t* Tharſum. Eccleſia quidem *u* per totam Judęam, & Galilæam, & Samariam *x* habebat *y* pacem, *z* & ędificabatur, *a* ambulans in timore Domini, *b* & conſolatione Sancti Spiritus *c* replebatur. *d* Factum eſt autem ut Petrus dum *e* tranſiret univerſos deveniret ad ſanctos, qui habitabant Lyddę. Invenit autem ibi hominem quemdam nomine Æneam ab *f* annis octo jacentem in grabato, qui erat paralyticus.

i Cum autem veniſſet] Quinta pars. Non quam cito baptizatus eſt, venit Jeruſalem, ſed abiit in Arabiam & iterum reverſus eſt Damaſcum, &c. *Galat. primo.* Utrum autem prima, vel ſecunda vice inſidias pertulerit, non facile patet, quia & ſecunda poteſt intelligi ex eo, quod dictum eſt: Cum implerentur multi dies, &c. *2. Cor. 11*
k Tentabat] Hoc eſt quod dicitur: *Galatas* 1. Eram ignotus faciæ Eccleſiæ, &c.
l Barnabas] Levites Cyprius, qui agrum vendidit. *Supra* 4
n Et narravit] Barnaba de Paulo vel Paulus de ſeipſo.
m Ad Apoſtolos] Petrum & Jacobum: *Gal.* 1.
o In nomine Jeſu] quod prædicavit in Damaſco.
p Intrans, & exiens] diebus quindecim, quibus cum Petro moratus eſt, & Jacobo. *Galat.* 1. Quod autem ſequitur, ibi. Venit in partes Syriæ, & Ciliciæ, hic dicitur.

ſ Nomen iſtud.] Jeſu, quod modo prædicat.
t Ad hoc] tantam diligentiam adhibuit perſecutioni.
u Ut vinctos] non ad hoc quod facit.
x Saulus autem] Tale exordium habuit vaſis probatio.
y Affirmans] *Rabanus*. Exemplum dat non erubeſcendi mutare ſententias ſuas ubi patet veritas: *Iſa.* 40. Mutabunt fortitudinem, &c. Hæc mutatio dexteræ excelſi.
z Hic] Jeſus homo.
a Eſt Chriſtus.] Deus.
b Cum autem implerentur] a baptiſmo Pauli. Quarta pars.
c Concilium] vel [conſilium fecerunt] utrum in Damaſco dubitatur, ſed tantum magis videtur ibi factum eſſe.
d Notæ] aut per judicium hominum, aut per Spiritum Sanctum, non tantum conſilium fecerunt, ſed etiam.
e Cuſtodiebant] non ipſi Judæi, ſed cives cum Aretha rege ſuo *ſecundo Corinthior. decimo primo*. Judæis enim concordabant gentiles in perſecutione Chriſtianorum. Vel Judæi, cuſtodiebant miniſterio non auctoritate propria vel ſuggeſtione.
f Diſcipuli ejus] in Græco non eſt ejus, ut intelligatur Chriſti, vel Eccleſiæ generaliter, quia nondum Paulus habebat diſcipulos.
g Per murum] *Greg.* In morem militis fecit, qui obſeſſus in angulo in latitudinem exit, ut plures occidat,

q Diſputabat cum Græcis,] ſcilicet Judæis, qui in diſperſione nati ſunt inter Græcos, *Bed.* & Græcos in Jeruſalem, Judæos docuit in Damaſco, quia in civitate Dei gentiles erant adunandi, & Judæi in perfidia gentium permanſuri.
r Deduxerunt] ipſe non timuit, ſed fratribus conſenſit.
ſ Cæſaream,] Paleſtinæ.
t Tharſum.] civitatem Ciliciæ ad amicos Eccleſiæ] *Matth.* 10. Fugite in aliam.
u Per totam Judæam;] non tantum in Jeruſalem.
x Et Samariam] *ſup.* 1. Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, &c. Talia ſæpe inſeruntur ad commendationem Apoſtolorum, & fidei, ut *ſup.*
y Pacem,] in ſeipſa.
z Et ædificabitur,] in unum Dei templum, 1. *Corinth. tertio.*
a Ambulans] creſcendo & proficiendo per gradus timoris, quaſi, & merito & numero.
b Et conſolatione] quæ in labore datur. Unde patet, quod tunc Eccleſia tentabatur.
c Sancti Spiritus] qui eſt Paracletus.
d Factum eſt] Secunda pars principalis de actibus Petri. Quæ habet duas partes. In prima agitur de curatione paralytici. In ſecunda de ſuſcitatione Thabitæ, ibi [in Joppe autem,]
e Tranſiret, &c.] diſcurrens prædicando. *f* Annis octo, &c.]

Non novem, ut virtus ſit glorioſior. Contra: Quanto diutius, tanto majus miraculum fuiſſet. Solue Octava die ſecundum naturam non eſt curatio infirmitatis, unde videtur eſſe contra naturam, nonus autem dies criticus eſt ſecundum naturam. Vel myſtice. Octo ſunt bis quatuor ſc. partes mundi, & tempora anni, uterque autem ſc. mundus, & annus volubilis eſt. Difficile ergo eſt his quaternariis involutum curari. Grabatum ſegnities in qua quieſcit animus æger voluptate carnis, & delectatione ſæculi. Vel aliter, corrige *Gloſſ.* quæ dicit: Non novem, pro noviter, ut virtus ſit glorioſior. Et eſt planum.

myſtice. *Sap. 3.* G

Et ait illi Petrus: *a* Ænea ſanet te Dominus *b* Jeſus Chriſtus. Surge *c* & ſterne tibi. Et continuo *d* ſurrexit. Et viderunt illum *e* omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ, *f* qui converſi ſunt ad Dominum. *g* In Joppe autem fuit quædam diſcipula nomine Thabita, quæ interpretata dicitur *h* Dorcas, hæc erat plena *i* operibus bonis, & eleemoſynis *k* quas faciebat. Factum eſt autem in *l* diebus illis, ut *m* infirmata moreretur. Quam cum *n* laviſſent, poſuerunt eam *o* in cœnaculo. Cum autem prope eſſet Lydda ab Joppe, diſcipuli audientes quia Petrus eſſet in ea, miſerunt *p* duos *q* viros ad eam, rogantes *r* ne pigriteris venire uſque ad nos. *ſ* Exurgens autem Petrus, *t* venit cum illis. Et cum adveniſſet, duxerunt illum in cenaculum; & circumſteterunt illum omnes *u* viduę *x* flentes, *y* & oſtendentes ei tunicas & veſtes quas faciebat illis Dorcas. Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua *z* oravit, & converſus ad corpus dixit: Thabita *a* ſurge. *b* At illa aperuit oculos, & viſo Petro reſedit. *c* Dans autem illi *d* manum erexit eam. Et cum *e* vocaſſet ſanctos, & viduas aſſignavit eam vivam. Notum autem factum eſt per univerſam Joppen, *f* & crediderunt multi in Domino. Factum eſt autem ut dies multos moraretur in Joppe apud Simonem quemdam *g* coriarium.

a Ænea] interpretatur frater.
b Jeſus] non ego, Domini quærit gloriam non ſuam.
c Et ſterne] non alius ſternat.
d Surrexit.] *Iſ.*35 Tunc ſaliet ſicut cervus claudus.
e Omnes] totum pro parte.
f Qui converſi] cum prius eſſent averſi.
c Surge & ſterne] ut qui fidem corde percepit, opera paret in quibus quieſcat.
g In Joppe] ſecunda pars.
h Dorcas] Licet *Gl.* dicat quod ſit Latinum, quia notum apud Latinos, tamen Græcum eſt, & interpretatur damula, vel caprea, quæ ſic dicitur ab acumine viſus: *Lev.*11. Dorcades Græce dicuntur munda animalia in rupibus morantia. Hi ſunt meritis excelſi, ſupernis intenti, in operibus circumſpecti, licet mundo contemptibiles, diſcreti & in lege Dei ruminantes.
i plena operibus] nihil habens imperfectum.
k Quas faciebat.] non accipiens perſonas.
l In diebus illis,] quibus Petrus venit Lyddam.
m Infirmata] non fuit mors ſubita.
n Laviſſent] Quidam libri habent laviſſent unguentis.
o In cœnaculo] vel propter altitudinem meriti, vel propter ſublimitatem miraculi futuri.
p Duos] ſicut Dominus binos miſit: *Luc.* 10. Quibus creditur in teſtimonio: *Deut.* 19.
q Viros] ſexum prudentiorem.
r Ne pigriteris] Cauſam non exprimunt, ne venire recuſet propter humilitatem.
ſ Exurgens] impiger & humilis.
t Venit] nulla excuſatione uſus.
u Viduæ] ſanctæ, pro ſancta ſanctum rogat.
x Flentes,] miſeriæ ſuæ miſericordiam coram eo qui erat miſericors, ideo compatitur.
y Et oſtendentes] non tantum ſuis vocibus pro defuncta, ſed ipſius allegant opera, quia eleemoſyna liberat, non tantum a ſecunda morte: *Apoc.*21. Sed etiam a prima: *Tob.*4. *Eccl.*29. Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & hæc pro te exorabit, &c.
z Oravit] ut ſervus, & Jeſus exaudivit ut Dominus.
a Surge.] in nomine Jeſu Chriſti, non meo.
b At illa] facta oratione.
c Reſedit.] ex juſſione Petri.
d Manum] auxilium, vel boni operis exemplum.
e Et cum vocaſſet] ſc. qui non fuerunt præſentes in ſuſcitatione, vel ad vitandam elationem exemplo uſus eſt Chriſti, Archiſynagogi filiam ſuſcitantis in ſecreto: *Matth.*9. Vel ne indigni ſignum viderent.
f Et crediderunt] Hæc erat præcipua cauſa virtutum.

g Coriarium.] a coriis, vel curiarium a curia.

Moraliter. Anima in peccatis mortua, operibus miſericordiæ, ſanctorum orationibus, & exemplis adjuta, ad vitam redit, ita ut recepto lumine circumſpectionis amiſſo ad doctrinam eorum qui adjuvant vivat.

C A P. X.

h VIr autem quidam erat in Cæſarea nomine Cornelius, *i* centurio *k* cohortis, quæ dicitur *l* Italica, *m* Religioſus, & *n* timens Deum cum omni † familia *o* ſua, faciens eleemoſynas multas *p* plebi, & deprecans Deum *q* ſemper. Is vidit in viſu manifeſte *r* quaſi hora diei *ſ* nona *t* Angelum Dei introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi: *u* Corneli,

al. † *domo.*

E X P O S I T I O

C A P. X.

VIr autem quidam, &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima dicitur quomodo Cornelius juſſus ab Angelo miſit ad Petrum. In ſecunda de adventu Petri ad Cornelium, *ibi* [Sequente autem.] In tertia de prædicatione Petri, *ibi* [Aperiens, &c.] In quarta de miſſione Spiritus Sancti in Cornelium, & ſuos, *ibi* [Adhuc loquente.] Item prima pars habet quinque particulas. In prima commendatur Cornelius, & jubetur ab Angelo accerſiri Petrum: In ſecunda mittit nuncios, *ibi* [Et cum diſceſſiſſet.] In tertia videt Petrus viſionem orans in cœnaculo, *ibi* [Poſtera autem die.] In quarta veniunt nuncii ad Petrum, & jubetur a ſpiritu venire cum eis, *ibi* [Ecce viri.] In quinta deſcendit Petrus, & loquitur nunciis, *ibi* [Deſcendens autem, &c.] Dicit ergo.

A

h Vir] perfectione, & virili opere: Sicut *Job* 1. Vir erat in terra Hus. [In Cæſarea] a *Cæſare* dicta in cujus honorem fuit ædificata a Philippo tetrarcha.
i Centurio] princeps perfecti numeri habens ſub ſe centum. *k* Cohortis,] militum Romanorum.
l Italica,] miſſa a Roma quæ eſt in Italia.
m Religioſus,] ſupra gradum timoris.
n Et timens Deum] infra gradum Religionis.
o Cum omni familia domus ſuæ] quæ erat Religioſa, & timorata: *Eccl.* 10. Qualis rector civitatis, &c.
p Plebi,] ſine acceptione perſonarum.
q Semper.] ſine intermiſſione orate, 1. *Theſſ. ult. Rab.* Hæc omnia bona naturæ, ex familiaritate Judæorum ac ſpirituali inſpiratione ei collata creduntur, plus tamen inſpirationi divinæ imputatur quam bono naturali, ut Eccleſia primitiva in ſimilitudinem Mariæ Virginis ſine viri ſemine, ideſt, doctrina magiſtri concepiſſe de ſpiritu credatur.
r Manifeſte] non nocte nec in ſomno, quia gentiles ſpirituales, & myſticas viſiones videre non conſueverant, in quo ſignificatur myſterium Dei ſine figura gentibus manifeſtandum.
ſ Nona hora] *Bed.* Oraculum baptiſmi competenter accepit nona hora, quia in morte illius baptizandus erat, *Rom.*6. Qui hora nona tradidit ſpiritum: *Matth.*27. Hæc etiam hora dedicatur orationi ſicut in Petri, & Joannis exemplo *ſup.*4. Hac hora veniunt gentes operari in vinea Domini: *Matth.* 20.
t Angelum Dei, &c.] non Satanæ, in quo excuſantur Apoſtoli gentibus prædicantes contra voluntatem Judæorum. Quomodo enim celaretur ab homine, quod manifeſtatur ab Angelo? Sed quæritur quomodo potuit videre manifeſte, non in figura hominis ut antiqui patres, quod eſt contra naturam hominis mortalis. Reſp. Potuit fulgor ille Angelicus mitigari, & natura humana potuit a Domino confortari: *Gl.* etiam dicit quod bona opera, & eleemoſynæ fulgorem Angelicum temperaverunt.
u Corneli,] Familiaritas oſtenditur, cum gentilis

nomen

At ille intuens eum, *a* timore correptus, *b* dixit: *c* Quis es Domine? Dixit autem illi: Orationes tuę & eleemoſynæ tuę d aſcenderunt in *e* memoriam in conſpectu Dei. *f* Et nunc *g* mitte *h* viros *i* in Joppen, k & accerſi Simonem *l* quemdam qui cognominatur *m* Petrus. Hic hoſpitatur apud Simonem quemdam *n* coriarium, cujus eſt domus juxta *o* mare: Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. *p* Et cum diſceſſiſſet Angelus qui loquebatur illi, *q* vocavit *r* duos domeſticos ſuos, *ſ* & militem metuentem Dominum ex *t* his qui illi parebant. Quibus cum a narraſſet omnia, miſit illos in Joppen. *x* Poſtera autem die iter illis facientibus & *y* appropinquantibus *z* civitati, *a* aſcendit Petrus in *b* ſuperiora ut oraret circa *c* horam ſextam. Et cum *d* eſuriret voluit guſtare. *e* Parantibus autem *f* illis, *g* cecidit ſupra eum mentis exceſſus. *h* Et vidit cœlum *i* apertum & deſcendens k vas quoddam *l* velut linteum *m* magnum *n* quatuor initiis ſubmitti *o* de cœlo in terram, in quo erant *p* omnia *q* quadrupedia *r* & ſerpentia terræ *ſ* & volatilia cęli. Et facta eſt vox ad eum: *t* Surge Petre, *u* occide, *x* & manduca. Ait autem Petrus: *y* Abſit Domine, quia nunquam manducavi omne commune *z* & immundum. Et vox iterum *a* ſecundo ad eum: Quod Deus *b* purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum eſt *c* per ter. *d* Et ſtatim receptum eſt vas in cęlum, & dum intra ſe hæſitaret Petrus quidnam

nomen notitiæ Angelorum inferitur.
a Timore] quia homo inferior Angelo dicit *Gloſſ.*
b Correptus] non tamen in faciem cecidit.
c Quis es] ad quid veniſti?
d Aſcenderunt] de valle gentilitatis, cujus obliviſcitur Deus.
e In memoriam] ut retribuat tibi in cœlo.
f Et nunc] ne differas.
g Mitte] ipſe non mittitur, quia tota ejus familia baptizanda erat.
h Viros] ſexum præcipuum.
i Joppeo,] civitas eſt terræ promiſſionis, mari Tyrrheno proxima, in ipſo orientali littore ſita, ubi Jonas primo navem intravit ut fugeret.
k Et accerſi] Ex hoc patet quod eleemoſynis & orationibus quæ dicuntur exaudiri plenam ſalutis ſuæ notitiam quærebat, quod doctor ſalutis vocari jubetur. Innuitur quoque ut dicit *Gl.* quia non operibus ad fidem, ſed fide venit ad opera. Si enim non crederet, quem oraret, vel quomodo audiret Deus ſi profectum boni ab ipſo non peteret? Sciebat quidem Deum creatorem omnium, ſed ignorabat filium incarnatum, quem bonis operibus cognoſcere meruit. Fide ergo venit ad opera in qua ſolidatur per opera.
l Quemdam] hactenus tibi ignotum.
m Petrus.] ad differentiam coriarii ejus hoſpitis.
n Coriarium,] ad differentiam Petri.
o Mare.] Tyrrhenum.

Moraliter. Moraliter, doctor Eccleſiæ libenter habitat cum obediente, qui caſtigat corpus ſuum & in ſervitutem redigit, 1. *Cor.* 9. Et fluxam mundi gloriam terroreſque contemnit.

p Et cum diſceſſiſſet] Secunda particula. Non dicit cum evigilaſſet, quia non in extaſi, ſed manifeſte vidit, ut dictum eſt.
q Vocavit] non diſtulit obedire.
r Duos] ampliorem mittit numerum, & teſtes idoneos.
ſ Et militem metuentem] Non dicit domeſticos metuentes, quia jam dixit eum Religioſum & timentem Deum enm omni domo ſua.
t Ex his] centum ſibi ſubditis.
a Narraſſet omnia,] quæ ſibi Angelus dixerat.

Myſtice. Myſtice, tres mittit, quia credenr gentilitas Apoſtolicæ fidei tres mundi partes ſubegit. Partim militiæ prædicationis, de qua nemo militans Deo 2 *Tim.* 2. Partim domeſticis negotiis occupanda. Primus eſt miles, ſecundus domeſtici, quia plures ſunt auditores quam prædicatores, qui quanto fortiores, tanto ſunt in membris Eccleſiæ pauciores: *Iſa.* 33. Ubi eſt litteratus, ubi legis verba ponderans?

x Poſtera autem die] Poſt viſionem Cornelii. Tertia particula de viſione Petri.
y Et appropinquantibus] Quidam libri habent, apparentibus quaſi tum prope exiſtentibus ut videri poſſent da domo Simonis.
z Civitati,] Joppe.
a Aſcendit] ſuperna viſurus myſteria, quaſi obviam pergit viſioni.
c Horam ſextam.] Exemplum datur orandi hora illa.
d Eſuriret] jejunii ſimul & orationis exemplum.
e Parantibus] prandium.
f Illis,] miniſtris.
g Cecidit] de ſurſum a Deo, vel a cœlo.
i Apertum] non reſeratione elementi, ſed revelatione ſpirituali.
n Initiis] angulis.
q Quadrupedia] animalium genera commune apud gentes. *x* Et immundum.] apud Judæos quod non findit ungulam nec ruminat: *Lev.* 11.
b Purificavit,] dicens occide & manduca.
c Per ter.] pro commendanda veritate viſionis.

Myſtice. Myſtice.

h In ſuperiora] ſignificatur Eccleſia relicta terrena cupiditate, converſationem in cœlis habitura: *Phil.* 3. Gentilis enim populus ſuperior, domus, ſynagoga inferior, quia terræ immerſa.
d Eſuriret] ſalutem gentium, quæ ſexta ætate facta eſt, eſuriens corpore reficitur mente, & ſalute gentium paſcitur quas convertere jubetur.
h Exceſſus.] elevatio a terrenis, apertio cœli, revelatio ſacramentorum cito futura gentibus.
k Vas] corpus Chriſti.
l Velut linteum] quia ſine ſemine conceptum candorem caſtitatis cuſtodivit.
m Magnum] propter Deitatis conſortium. Vel.
l Linteum] quia mortuum.
m Magnum] quia ſurrexit.
a Quatuor initiis] Evangelia de ipſo ſcripta. Vel.
k Vas & linteum] Eccleſia incorruptibili veritate prædita, quam tinea hæreſis vel vitiorum peſtis non conſumit, ſicut alias veſtes, habens candorem ſanctitatis & mortificationem carnis, cujus incorruptibilis ſubtilitas ſignificatur in tunica inconſutili quæ non eſt diviſa: *Jo. c.* 19. Quatuor initia, quatuor partes orbis in quibus quatuor Evangelia prædicantur.
o De cœlo] inde monemur ut ibi caput noſtrum eſt, & radix cujus rami ſumus, vel quia gratia ſubvenientis ſpiritus conſervatur Eccleſia & augetur.
p Omnia quadrupedia] omnes gentes credituræ & in unitate corporis Eccleſiæ aſſumendæ, cujus Petrus princeps.
q Quadrupedia] hærentes terrenis.
r Et ſerpentia] virulenti & doloſi.
ſ Et volatilia] ſuperbi, de quibus. Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, &c.

Unum autem incorruptum oſtendit: *Eccl. ult.* Deum time, hoc eſt, omnis, ideſt, verus homo.

t Surge] ad Evangelizandum: *Matth. ult.* Ite, docete omnes gentes.
a Occide] in gentibus quod ſunt, & fac quod es.
x Et manduca.] Eccleſiæ incorpora, quaſi mortifica ut hoſtiam Deo facias, ut de vetuſtate in novitatem tranſeant.
y Abſit] ſignificat faſtidium Judæorum contra gentes futuram & metum prædicandi gentibus propter ſcandalum Judæorum, & immunditiam incredulitatis gentium.
a Secundo] Prius in veteri, poſt in novo Teſtamento præcipitur ſalus prædicanti gentibus.
b Purificavit,] Per crucem Chriſti purificantur ſalvandi de gentibus.
c Per ter.] pro fide Trinitatis in qua baptizandæ ſunt gentes, quam & baptizandi confitentur interrogati. Credis in Deum, &c. Petrus quoque quod tertio negavit. *Matth.* 26. Trina confeſſione correxit. *Joannis ultim.*
d Et ſtatim receptum eſt, &c.] corpus Chriſti in Aſcenſione, rediens unde deſcendit, & Eccleſia in fine aſcendet, quando congregabuntur electi a quatuor plagis *Matt.* 13. Hæc Petro congrue oſtenduntur, dum Cornelius ad eum mittit ne dubitaret incircumciſo tradere fidem, erat enim ipſe de animalibus in vaſe ei oſtenſis. Ideo ne

trepidet ad faciendum, ſpiritu roboratur.
a Ecce viri] quaſi ad reſerationem occulti myſterii. Quarta particula.
b Dixit] in mente, non in aure carnis, vel Angelus quem viderat Cornelius.

doctorem demonſtravit, Sicut de Saulo dictum eſt. *Sup.* 9.
d Et ego] ut tu,
e Homo] verus, non Deus.
f Et loquens] *Sup.* dictum ſermonem, i. Surge, &c. Vel ſi aliud locutus eſt, brevitatis cauſa tacetur.

c Viri tres] Numerus teſtium, & principalis ſeaus. In figura horum trium tertio oſtenſa eſt viſio.
d Et deſcende] Explanat quod dictum erat, ſurge, occide & manduca.
e Nihil dubitans,] Ad hoc reſpondet quod dixerat: Abſit Domine.
f Miſi] propter hoc dictum eſt, quod Deus purificavit.
D
g Deſcendens] Quinta pars, quia ſpiritus dixerat deſcende, non expectat nuncium ab eis mittendum.
h Quem quæritis.] Oſtendit ſe ſcire adventum eorum, humilitatis etiam dat exemplum, dimittens circuitum verborum.
i Quæ cauſa eſt] *Bed.* Spiritus adeſſe milites dixit & qua cauſa venerant tacuit, quia ad conſervandam humilitatem aliquando Prophetiæ ſpiritus ex parte animum tangit, & ex parte non. Huic videtur obviare *Interl.* Quæ dicit, non quod ignoret interrogat, ſed ut confiteatur, & jactantiæ vitandæ relinquat exemplum.

eſſet viſio quam vidiſſet, ecce *a* viri qui miſſi erant a Cornelio inquirentes domum Simonis aſtiterunt ad januam. Et cum vocaſſent, interrogabant, ſi Simon qui cognominatur Petrus illic haberet hoſpitium. Petro autem cogitante de viſione, dixit *b* ſpiritus ei: Ecce viri tres *c* quærunt te. Surge itaque & deſcende *d* & vade cum eis nihil dubitans, *e* quia ego miſi *f* illos. *g* Deſcendens autem Petrus ad viros dixit: Ecce ego ſum *h* quem quæritis, *i* Quæ cauſa eſt propter quam veniſtis? Qui dixerunt: Cornelius Centurio vir juſtus & timens Deum & teſtimonium habens ab univerſa gente *k* Judæorum *l* reſponſum *m* accepit ab Angelo *n* ſancto accerſiri te in domum ſuam, & *o* audire verba abs te. *p* Introducens igitur eos recepit hoſpitio. *q* Sequenti autem die ſurgens, profectus eſt cum illis, & quidam ex fratribus ab Joppe comitati ſunt eum. *r* Altera autem die introivit Cæſaream. Cornelius vero expectabat *ſ* illos, convocatis cognatis *t* ſuis & neceſſariis *u* amicis. Et factum eſt cum *x* introiſſet Petrus, *y* obvius venit ei Cornelius, *z* & procidens *a* ad pedes ejus adoravit. *b* Petrus vero elevavit *c* eum dicens, Surge & ego *d* ipſe *e* homo ſum, *f* Et loquens cum illo intravit, & invenit multos *g* qui convenerant, dixitque ad illos: *h* Vos ſcitis quomodo abominatum ſit viro Judæo conjungi, aut accedere ad alienigenam, Sed mihi *i* oſtendit *k* Deus *l* neminem *m* communem aut immundum dicere hominem, propter quod ſine dubitatione *n* veni accerſitus. *o* Interrogo ergo quam ob cauſam accerſiſtis me? Et Cornelius ait: *p* A nudius quarta die uſque ad hanc horam orans eram hora nona in domo mea, *q* & ecce vir *r* ſtetit ante me in veſte candida, *ſ* & ait: Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ tuæ commemoratæ ſunt in conſpectu Dei. Mitte ergo in Joppen, & accerſi Simonem qui cognominatur Petrus, hic hoſpitatur in domo Simonis Coriarii juxta mare. Confeſtim igitur miſi ad te & tu *t* bene feciſti veniendo. *u* Nunc ergo omnes nos in conſpectu tuo *x* adſumus, *y* audire *z* omnia *a* quæcumque tibi præcepta ſunt *b* a Domino. *c* Aperiens autem Petrus os ſuum dixit: *d* in veritate comperi, quoniam non *e* eſt perſonarum acceptor Deus, *f* ſed in omni gente *g* qui timet eum, *h* & operatur juſtitiam,

g Multos] quos vocaverat.
Myſtice devotus auditor occurrit doctori, qui autem tarde credit quaſi a doctore jacens invenitur, ſed a præceptore erigitur, ſi humilitatis & pudoris profert indicia. Myſtice.
h Vos ſcitis] interrogatio eſt vel affirmatio.
i Oſtendit] in vaſe.
k Deus] ut non dubitem. E
l Neminem] intellexit Petrus hoc de omnibus gentibus dictum eſſe.
m Communem] quia nullus homo diſcernendus eſt, dicit *Gloſſ.*
n Veni accerſitus] *Gloſſa*: Communionem æqualitatis meruit ſanctitas actionis, ſicut in Ananiæ & Saphiræ culpa zelus ultionis vim aperuit poteſtatis *ſup.* 5.
o Interrogo, &c.] Quarta pars, non propter ignorantiam, ſed propter eorum confeſſionem.
p Quarta die] Prima die vidit Angelum, & miſit nuncios, ſecunda nuncii pervenerunt Joppen, tertia profectus eſt cum eis, quarta venerunt Cæſaream. *Bed* dicit quod in quibuſdam libris in Græco dicitur. Eram jejunans & orans a ſexta uſque ad nonam. *Gl.* Inſtantia jejunii & orationis meruit exaudiri, illa præcipue hora qua Chriſtus oravit expanſis in cruce manibus. *Luc.* 23.

Solutio. Nec omnino ignorabat, nec pro certo ſciebat niſi per quaſdam conjecturas.
k Judæorum] ſcil. veſtra, quia & tu Judæus eos, quod dicit ad perſuadendum.
l Reſponſum] eleemoſynis & orationibus.
m Ab Angelo] per quem reſpondit Dominus.
n Sancto] non ſpiritu immundo.
o Audire] obedire jubenti.
p Introducens] Hic incipit communio Apoſtolorum cum gentibus, quia deſcenderat ad eos, audiens præceptum ab Angelo ut intraret domum gentilis, ideo gentiles hoſpitio recepit.
q Sequenti autem die] Secunda pars principalis quæ habet quatuor partes. In prima venit Petrus cum nunciis. In ſecunda occurrit ei Cornelius, *ibi* [Et factum eſt.] In tertia adorat Petrum, & levatur ab eo, *ibi* [Et procidens.] In quarta quærit Petrus ad quid vocatus ſit, & reſpondit Cornelius, *ibi* [Interrogo ergo, &c. Sequenti,] quia nocte illa manſerunt ibi.
r Altera] quia nocte una fuerunt in via.
ſ Expectabat] Deſiderium & diligentiam ejus notat.
t Cognatis] Duplex cauſa vocationis, cognatio & amicitia.
u Neceſſariis] Neceſſarii amici inſeparabiles, qui nec in neceſſitate diſcedunt.
x Introiſſet] Cæſaream.
y Obvius] obedire paratus. Tertia pars.
z Et procidens] Geſtu corporis oſtendit devotionem mentis.
a Ad pedes] ſecundum morem orandi.
b Adoravit] ut Deum, quod fuit imperitia non nequitia.
c Elevavit] non enim Angelus eum Deum docuit, ſed

q Ecce vir] Semper in forma viri apparent Angeli propter excellentiam ejus. Et dicitur vir, quia aliqua lineamenta corporis habuit, licet *ſup.* dicatur quod vidit manifeſte.
r Stetit] Stare Angeli eſt non cadere.
ſ Candida,] quia nunciabat proſpera.
t Bene feciſti] ſicut & ego ad te mittendo.
u Nunc ergo] quia bene feciſti veniendo, non male ut Judæi putabant.
x Adſumus] ego & amici mei. *Rab.* In Græco dicitur: In conſpectu Dei adſumus, quod dicit recte, qui Deo paratus eſt obedire credens eum ubique præſentem eſſe.
y Audire] obedire.
z Omnia] nihil addemus.
a Quæcumque] nihil dimittemus.
b A Domino.] Doctus a Petro, jam non putat eum Deum, ſed Dei Apoſtolum.
c Aperiens] Tertia pars principalis habet duas partes. In prima dicitur Deus non acceptor perſonarum, ratione recreationis & creationis hominis. In ſecunda percurrit articulos fidei, *ibi* [Vos ſcitis:] Dicit ergo [Aperiens] qui quaſi clauſo ore patienter audierat.
d In veritate] non tantum in viſione, ſed manifeſtis ſignis narrante Cornelio quod ſibi acciderat.
e Non eſt perſonarum] non diſcernit inter gentiles & Judæos.
f Sed in omni] tam gentili quam Judæo. *g* Qui timet] ut tu. *h* Et operator] eleemoſynas, orationes, jejunia.

a Acceptus

a Acceptus eſt] ſicut & te acceptavit. b Verbum miſit] i. filium incarnari fecit, vel verbum Evangelii.
c Filiis Iſrael] *Matt.* 15. Non ſum miſſus niſi ad oves. *Iſa.* 9. Verbum miſit Dominus in Jacob, & cecidit in Iſrael. d Annuncians] per Verbum ſuum.

e Tertia die,] *Oſee* 6. Die tertia ſuſcitabit nos. f Manifeſtum fieri] poſt reſurrectionem.
g Præordinatis] quos elegerat Deus, & præfiguraverat in multis.
h Manducavimus] piſcem aſſum, & favum mellis. *Luc. ult.* Quæ ſunt ſigna veræ reſurrectionis. In *Gl.* additur, per quadraginta dies non aſſidue, ſed aliquoties, in tanto ſpatio tot diebus jejunavit cibo indigens ante mortem. *Matt.* 4. Comedit poſt reſurrectionem non indigens. Per primum docet abſtinera a carnalibus deſideriis, per ſecundum quod nobiſcum eſt uſque ad conſummationem ſeculi. *Matt. ult.* G

f Per Jeſum Chriſtum,] non per alium, qui eſt Verbum caro factum. *Jo:* 1.
e Pacem reconciliationis, & hoc non ſolum Judæis, ſed & gentibus ſpiritualibus filiis Iſrael.
g Hic eſt] Jeſus.
h Omnium] non unius gentis tantum.
i Deus,] creator ſcilicet.
k Vos ſcitis.] Secunda pars, in qua breviter percurrit omnes articulos, qui in ſymbolo continentur.
l Verbum] prædicationem Evangelii. Bene enim audierunt de hoc loqui.
m Judæam] quia alibi non prædicaverat Jeſus.
n Incipiens] ſupple fuit.
p Poſt baptiſmum] *Matt.* 4. Exinde cœpit Jeſus prædicare.

a acceptus eſt illi. b Verbum miſit c Deus filiis Iſrael d annuncians e pacem f per Jeſum Chriſtum, g hic eſt h omnium i Deus. k Vos ſcitis, quod factum eſt l verbum per univerſam m Judæam. n Incipiens enim o a Galilæa p poſt baptiſmum quod prędicavit q Joannes Jeſum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu Sancto, r & virtute, ſ qui pertranſiit t benefaciendo, u & ſanando x omnes y oppreſſos a diabolo, quoniam Deus erat cum z illo. Et nos a teſtes ſumus omnium, quę fecit in regione Judęorum, & Jeruſalem, b quem occiderunt ſuſpendentes c in ligno. d Hunc Deus ſuſcitavit e tertia die, & dedit eum f manifeſtum fieri, non omni populo, ſed teſtibus g pręordinatis a Deo, nobis qui h manducavimus, i & bibimus cum illo poſtquam reſurrexit a mortuis. k Et pręcepit l nobis prędicare m populo, & teſtificari, quia ipſe eſt, qui conſtitutus eſt n a Deo judex o vivorum, p & mortuorum. Huic q omnes Prophetę teſtimonium perhibent remiſſionem peccatorum accipere r per nomen ejus omnes qui ſ credunt in eum. t Adhuc loquente Petro verba hęc, u cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum. Et x obſtupuerunt ex circumciſione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes y gratia Spiritus Sancti z effuſa eſt. Audiebant enim illos a loquentes linguis, & magnificantes b Deum. Tunc c reſpondit Petrus: d Numquid aquam quis prohibere poteſt, ut non baptizentur hi, qui Spiritum ſanctum acceperunt, ſicut & nos? e Et juſſit eos baptizari in f nomine Jeſu Chriſti. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud eos aliquot diebus.

i Et bibimus] Hic exponit Petrus, quod in Evangelio non habetur, niſi ibi credamus indicatum, ubi ait: Donec illud bibam vobiſcum in regno. *Matt.* 26.
l Nobis] figuratis per ciborum reliquias.
k Et præcepit] *Marc. ult.* Ite docete omnes gentes.

o A Galilæa] Hoc eſt quod dicitur paulo poſt: Circuibat Jeſus totam Galilæam.
q Joannes] Baptiſta [Jeſum, &c.] Sic conſtrue: Scitis Jeſum, ut prædicavit Joannes, Jeſum a Nazareth. Quomodo unxit eum, &c. Ut ly quomodo determinet ly ſcitis. Vel hoc prædicavit Joannes quomodo unxit eum. *Jo:* 1. Vidi ſpiritum deſcendentem ſuper eum. Et *Marc.* 1. Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto, & igni. Et ſic ly, quomodo determinat ly prædicavit. Alia littera: Sicut unxit eum Deus. Et planior eſt, non oleo viſibili, ſed dono gratiæ ſignificato per oleum quo unguntur baptizati. r Et virtute,] ſignorum, *Iſa.* 61. Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxit me. Et ſtatim ſequitur de virtute Evangelii. Pauperibus miſit me, ut mederer, &c. Et nota, ſecundum *Bed.* non debet intelligi unctus ſpiritu tunc quando deſcendit ſuper eum in baptiſmo. *Matth.* 3. Hæc enim fuit figura quod Spiritus datur in baptiſmo, ſed unctione inviſibili unctus eſt, quando Verbum caro factum eſt, i. humana natura verbo Dei in utero Virginis copulata, facta eſt cum eo una perſona, & ideo confitemur eum natum de Spiritu Sancto, & Virgine Maria. Melius eſt enim ſic intelligere, quam divinitatem filii cum homine quem aſſumpſit cohabitantem ſignificare, ne Chriſti perſonam geminemus, ſicut Neſtorius.
ſ Qui pertranſiit] non habens ubi caput reclinet. *Matth.* 8. Impiger & humilis.
t Benefaciendo,] mores inſtruendo verbo, & exemplo, quia cœpit facere, & docere, *ſup.* 1.
u Et ſanando] per ſigna.
x Omnes] Non paucos, vel plures.
y Oppreſſos] corporali vexatione quam ſæpe permittitur diabolus inferre, vel qui maligno ſpiritu vexabantur. *Matth.* 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c.
z Cum illo.] pater cum filio; vel deitas cum homine vero. 2. *Cor.* 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.
a Teſtes] ſicut dicit *ſup.* 1. Eritis, &c. [Teſtes ſumus,] in regione, vel omnium, quæ fecit in regione.
b Quem occiderunt] Hic patet, quod merito reprobantur Judæi gentibus electis.
c Suſpendentes] ut reum, & maledictum. *Deut.* 21.
d Hunc Deus] Pater, vel deitas hominem.

m Populo,] non Judæis tantum.
n A Deo] Patre, qui omne judicium dedit filio. *Jo:* 5.
o Vivorum,] juſtorum, vel qui vivi erunt in adventu Chriſti.
p Et mortuorum.] peccatorum, vel qui ante mortui dormierunt.
q Omnes Prophetæ] non nos ſoli.
r Per nomen] *Joel.* 2. Quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.
ſ Qui credunt] fide & operibus.
t Adhuc loquente] nondum finitis verbis. Quarta pars principalis.
u Cecidit] repente deſcendit, vel de monte Judæorum cecidit in vallem gentium. *Pſ.* 64. Valles abundabunt frumento, quia ſuper humilem requieſcit. *Iſa. ult.*
x Et obſtupuerunt] neſcientes gratiam pertinere ad gentes. Ne dubitet Petrus baptizare gentes, vel a ſociis arguatur, ante baptiſmum etiam ſine invocatione Petri datur novo ordine Spiritus ſanctus, in teſtimonium fidei gentium, quod nuſquam Judæis legitur eveniſſe.
y Gratia Spiritus ſancti,] *Gl.* Dona. Spiritus donum Dei eſt in quantum eis datur, qui per ipſum amant Deum, apud ſe autem Deus eſt, & ſi nulli detur, patri, & filio coæternus, nec quia illi dant, & ipſe datur; ideo minor eſt illis. Ita enim datur ut donum Dei, & ſeipſum dat ſicut Deus. Spiritus enim ubi vult ſpirat. *Jo:* 3.
z Effuſa eſt.] *Joel.* 2. Effundam, &c.
a Loquentes] ſignum eſt quod Spiritus deſcendit.
b Magnificantes] quaſi non inania loquebantur, ſed magnalia Dei. c Reſpondit] ſtupori ſociorum.
d Numquid] quaſi Deus quod majus eſt prius dedit, & ordinem præpoſteravit, numquid poteſt prohiberi quod minus eſt.
e Baptizari] a ſociis ſuis, vel a ſeipſo.
f In nomine Jeſu Chriſti.] Quare non in nomine Trinitatis? Reſpondet Ambroſius: Per unitatem nominis plenum myſterium fieri, quia qui Chriſtum nominat & Patrem, a quo Filium, & Spiritum ſanctum deſignat, & e converſo, quia qui dicit unctum, & ungentem, & unguentum non tacet. Nomen autem Jeſus potius nominatur, ut veniat in notitiam: & quia *Roman.* 6. In morte ejus baptizati ſumus, & ut rationi jungatur auctoritas; ecce hic in ſpiritu baptizantur. *Supra* 1. Baptizabimini Spiritu ſancto: Et in uno Spiritu baptizati ſumus. 1. *Cor.* 12.

a Audierunt

EXPOSITIO CAP. XI.

AUdierunt autem, &c.] Hoc capitulum dividitur in quinque partes. In prima Apoſtoli arguunt Petrum de baptizatione gentium. In ſecunda excuſat ſe Petrus, & ponit duodecim excuſationes. Prima: [Surge Petre.] Secunda: [Reſpondit autem vox.] Tertia: [Hoc autem factum eſt per ter.] Quarta: [Et recepta ſunt omnia.] Quinta: [Et ecce viri tres.] Sexta: [Dixit autem Spiritus.] Septima: [Venerunt autem.] Octava: [Narravit autem.] Nona: [Qui cognominatur.] Decima: [In quibus.] Undecima: [Cecidit Spiritus ſanctus.] Duodecima: [Recordatus.] In tertia de receptione excuſationis, *ibi*: [His auditis.] In quarta redit ad hiſtoriam diſcipulorum diſperſorum, & actus eorum, *ibi*: [Et illi quidem.] In quinta agitur de collecta facta in Antiochia ad opus eorum, de Judæa, *ibi*. [In his autem.] Dicit ergo.

a Audierunt autem Apoſtoli, & fratres] præter Apoſtolos.

b Qui erant] quaſi non comites Petri.

c Et gentes] propter Eunuchum & Cornelium.

d Et manducaſti,] quaſi duo contra legem feciſti. Hic & Apoſtoli minores arguunt Petrum. Et Nathan David. 2. *Reg*. 12. Et aſina Balaam. *Nu*. 22. Ex quo videtur, quod liceat minoribus ſubditis arguere Prælatos. Contra, *Gal*. 2. Reſtiti ei in faciem. *Gl*. quod facere non deberet, niſi quia ſe æqualem æſtimaret. Ex hoc videtur, quod par poteſt redarguere, non minor. Item 2. *Reg*. 6. Oza mortuus eſt, quia tetigit arcam, quæ ſignificat prælatum. Non licet minori majorem arguere, niſi quando exceſſus prælati eſt notorius, & non eſt alius, qui arguat. Hoc fuit in Nathan, & aſina. *Gloſ*. autem ſuper *Gal*. non loquitur de argutione, ſed de modo, quia iſte modus ſcilicet in facie reſiſtere non pertinet niſi ad pares. Oza autem mortuus eſt, quia ut dicitur, nocte illa cognoverat uxorem, in quo ſignificantur ſubditi polluti, quibus non licet prælatum arguere. Item videtur, quod injuſte arguant Apoſtoli Petrum, quia *ſup*. 8. Miſerunt Petrum, & Joannem dare Spiritum ſanctum Samaritanis, qui erant Gentiles. *Reſp*. Samaritani non erant penitus Gentiles, imo in multis ſervabant ritum Judæorum, & habebant Pentateucum, ideo non eſt ſimile huic facto.

e Incipiens autem] a principio viſionis, vel ſalutem gentibus nunciare.

f Orans] *Gloſ*. In qua hora Deus me falli non ſineret.

g Et venit] non ab alio nunciatum eſt mihi.

h Conſiderabam] ſolerter & ſine negligentia.

i Quadrupedia,] *Gl*. Quoſdam miror hoc interpretari de eſcis prohibitis. *Lev*. 11. Cum nec reptilia edi poſſint, nec Petrus ſic intellexerit, ſed omnes homines æqualiter vocari ad Evangelium, propterea non quod beſtias comederit, arguitur, ſed quia gentibus communicavit.

i Quadrupedia.] Moraliter. Avari propter quatuor animi affectiones. *Moraliter.*

k Et beſtias] voluptuoſi. *Jer*. 50. Grex perditus Iſrael, Leones ejecerunt eum.

l Et reptilia] invidi detractores. *Mich. ult*. Lingent pulverem ſicut ſerpentes.

m Et volatilia] ſuperbi. *Abac*. 1. Si exaltatus fueris, ut Aquila.

n Surge Petre] Familiaris oſtenditur ex nomine. Prima excuſatio.

o Quia commune] ſicut vos modo refutatis.

p De cœlo] facta.

q Deus] non alius.

r Mundavit] mundari præcepit.

ſ Ne commune dixeris] non ſolum facto, ſed & verbo ne refutes.

t Per ter] indicium firmitatis. Unde oritur tertia excuſatio.

u Et recepta ſunt] In quo ſignificantur gentes in cœlo recipi.

x Et ecce viri] ne pro alia cauſa viſio æſtimetur oſtenſa.

y Aſtiterunt] non ego primo adii.

z Ut irem] prohibuit facere, quod facitis, & juſſit, quod arguitis.

a Sex fratres] perfectionis opera ſignificantes, quæ ſunt cum doctore, quando verba roborat per exempla.

b Qui cognominatur Petrus,] Bona excuſatio propter nomen dictum ab Angelo, ne error putaretur in nomine Simonis. *c* Salvus eris] Ecce Angelus ſalutem nunciat quam negatis.

d Sicut & nos] eodem modo non inferius quoad ſigna inviſibilia, non quoad robur.

e Verbi Domini,] quod completum eſt in gentibus.

f Ego quis] *Gloſ*. Nolite conari, ſi enim ego non potui, nec vos poteritis.

g His auditis] Tertia pars.

h Tacuerunt] ab increpatione Petri.

i Et glorificaverunt Deum] gratias agentes. k Et gentibus] ut nobis. *Job* 37. Ab Aquilone aurum venit, i. fides oritur in gentilitate, & adeo formidoloſa laudatio, quia ideo Judæa tremendo laudat Deum. Quæritur quis fuerit primitiæ gentium? Tres Reges primi crediderunt. *Matt*. 2. Et dicuntur primitiæ gentium. In *Homilia ſup*. 8. dicit *Gl*. quod Samaritani fuerunt primitiæ. Et hic dicit *Gloſ*. quod incipit communio Apoſtolorum cum gentibus. *Reſp*. Eunuchus ſimpliciter fuit primitiæ gentium, ſed Cornelius primitiæ multitudinis gentium, quia plures cum eo crediderunt. Vel aliter: Eunuchus fuit primitiæ quantum ad baptiſmum, quia prius baptizatur. Cornelius quantum ad communionem. Reges autem quantum ad fidem.

l Et illi quidem,] Quarta pars. Redit ad id, quod dixit, quod pertranſibant evangelizantes, *ſup*. 8.

m Sub Stephano] a morte ejus incepta.

n Et Antiochiam] Syriæ civitatem.

o Nemini loquentes] exemplo Chriſti dicentis, *Matt*. 15.

Non

CAP. XI.

A AUdierunt *a* autem Apoſtoli, & fratres *b* qui erant in Judæa, quoniam *c* & gentes receperunt verbum Dei. Cum aſcendiſſet autem Petrus Jeroſolymam, diſceptabant adverſus illum, qui erant ex circumciſione dicentes: Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſti *d* cum illis? *e* Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem dicens: Ego eram in civitate Joppe *f* orans, & vidi in exceſſu mentis viſionem, deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis ſubmitti de cœlo, *g* & venit uſque ad me. In quod intuens conſiderabam, *h* & vidi *i* quadrupedia terræ, *k* & beſtias, *l* & reptilia, *m* & volatilia cœli. Audivi autem & vocem dicentem mihi: *n* Surge Petre, occide & manduca. Dixi autem: Nequaquam Domine, *o* quia commune aut immundum numquam introivit in os meum. Reſpondit autem vox ſecundo de *p* cœlo: Quæ *q* Deus *r* mundavit, tu *ſ* ne commune dixeris. Hoc autem factum eſt *t* per ter, *u* & recepta ſunt omnia rurſum in cœlum. *x* Et ecce viri tres confeſtim *y* aſtiterunt in domo in qua eram, miſſi a Cæſarea ad me. Dixit autem Spiritus mihi, *z* ut irem cum illis nihil hæſitans. Venerunt autem mecum *a* & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri. Narravit autem nobis quomodo vidiſſet Angelum in domo ſua ſtantem, & dicentem ſibi: Mitte in Joppem, & accerſi Simonem, *b* qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba in quibus ſalvus *c* eris tu, & univerſa domus tua. Cum autem cœpiſſem loqui, cecidit Spiritus ſanctus ſuper eos, *d* ſicut & in nos in initio. Recordatus ſum autem *e* verbi Domini, ſicut dicebat: Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto. Si ergo eamdem gratiam dedit illis Deus, ſicut & nobis, qui credidimus in Dominum Jeſum Chriſtum, *f* ego quis eram qui poſſem prohibere Deum? His auditis *g* tacuerunt, *h* & glorificaverunt *i* Deum dicentes: Ergo & *k* gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam. *l* Et illi quidem qui diſperſi fuerant a tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano, *m* perambulaverunt uſque Phœnicem, & Cyprum, *n* & Antiochiam, *o* nemini loquentes verbum niſi ſolis Judæis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui cum introiſſent Antiochiam loque-

Non ſum miſſus niſi ad oves, &c. *a* ad Græcos] Contra, jam dixit, quod ſolis Judæis. Sol. Illi Græci erant Judæi in diſperſione nati. Vel illud: [Nemini loquentes] legitur cum exceptione, ſupple niſi in Antiochia, dicit *Int.* Vel diſcipuli non loquebantur niſi Judæis, ſed converſi per eos, vel eis adjuncti prædicabant Græcis. Unde dicuntur Cyprii & Cyrenæi, non de Jeruſalem. *Bed.* Ecce poſt vaſia oſtenſionem gentibus Evangelium prædicatur.
b Pervenit] quod & Græcis locuti ſunt.
c Super iſtis] Græcis in Antiochia credentibus.
d Et miſerunt Barnabam] ad probandum eorum fidem.
e Gratiam] virtutem per quam multus numerus eſt converſus.
f Propoſito] ſicut propoſuerant & cęperant. *g* In Domino,] fide Domini, vel ut membra Domini eſſent. *h* Et appoſita] in adventu Barnabæ ad priorem numerum.
i Profectus] nihil mutavit, vel addidit, ſed tamen perſeverantiam docuit, quia plene credebant. k Antiochiam,] ad fideles, a quibus non erat ei timendum. Dictum eſt enim *ſup.* 9. Quod fratres deduxerunt eum Cæſaream, & dimiſerunt Tharſum.
l Converſati] non otioſe. *m* Turbam] quam prius dixerat Domino appoſitam cum his qui per annum augebantur. *o* Chriſtiani] hoc nomine a Chriſto, ſicut quælibet ſecta trahit nomen a ſuo auctore. *n* Antiochiæ] ubi præ ceteris locis fides florebat. Et nota bonitatem Barnabæ, qui non ſolus præſumens docere, quærit Saulum ut habeat conſortem. Hic ſæpe commendatur a Luca, ne propter indignitatem meriti Apoſtolatu caruiſſe videatur. *p* In his autem diebus] illo anno quo ibi converſati ſunt. *q* Supervenerunt] de eminentiali loco tam ſitu quam merito. *r* Prophetæ] De quibus *Joel.* 2. Prophetabunt filii veſtri, &c. Laus eſt ejus Antiochiæ multos perfectos ibi convenire. *ſ* Surgens] corpore, quia multitudini loquebantur. *t* Agabus,] nuncius tribulationis, ſecundum nomen ſuum prædicit hic famem generalem, & Paulo vincula, *inf.* 11. *u* In univerſo orbe] non per locorum intervalla. *x* Sub Claudio] Tempus dicitur, & locus, ut certior ſit prophetia. *y* Habebat] Contra *ſup.* 4. dicitur, quod ponebant omnia ad pedes Apoſtolorum, ergo nihil habebant. Sol. Hoc fuit in Jeroſalem, ſed non inter gentes, quæ paulatim convertebantur, & non erant ſtatim perfecti, ſed paulatim proficiebant. *z* Mittere] collectionem eleemoſynæ.
b Fratribus] non ſibiipſis Contra. *Matt.* 6. Nolite ſolliciti eſſe de craſtino. Solutio: Duplex ſollicitudo eſt, ſuffocationis quando amor terrenorum amori Dei præponitur, hic prohibetur, & providentiæ hic conceditur, ſi tamen non pro terrenis militet quis Deo, ſed in eorum proviſione regnum Dei attendat, & in militia Dei temporalia non cogitet.
a In Judæa] Sciebant enim famem ibi amplius ſævituram, ubi erant pauperes ſanctorum. *Rom.* 15. Qui agris venditis pretia Apoſtolis detulerunt, & non multum vacabant lucris. Multi etiam pro fide a Judæis ſpoliabantur bonis ſuis, quibus dicitur. Rapinam bonorum veſtrorum etiam cum gaudio ſuſcepiſtis. *Heb.* 10.
c Barnabæ & Sauli,] qui erant probati & fideles miniſtri.

bantur *a* ad Græcos annunciantes Dominum Jeſum. Et erat manus Domini cum eis, multuſque numerus credentium converſus eſt ad Dominum. *b* Pervenit autem ſermo ad aures Eccleſię, quę erat Jeroſolymis *c* ſuper iſtis, *d* & miſerunt Barnabam uſque ad Antiochiam. Qui cum perveniſſet, & vidiſſet *e* gratiam Dei, gaviſus eſt, & hortabatur omnes *f* in propoſito cordis permanere in Domino, *g* quia erat vir bonus & plenus Spiritu ſancto, & fide, & appoſita *h* eſt multa turba Domino. *i* Profectus eſt autem Tharſum ut quęreret Saulum, quem cum inveniſſet, perduxit k Antiochiam. Et annum totum *l* converſati ſunt in Eccleſia, & docuerunt *m* turbam multam, ita ut cognominarentur primum *n* Antiochiæ diſcipuli *o* Chriſtiani. In his *p* autem diebus *q* ſupervenerunt ab Jeroſolymis *r* Prophetę Antiochiam, *ſ* & ſurgens unus ex eis nomine *t* Agabus, ſignificabat per ſpiritum famem magnam futuram *u* in univerſo orbe terrarum, quę facta eſt ſub *x* Claudio. Diſcipuli autem prout quiſque *y* habebat propoſuerunt ſinguli in miniſterium *z* mittere habitantibus in *a* Judæa *b* fratribus, quod & fecerunt mittentes ad ſeniores per manus *c* Barnabæ, & Sauli.

C A P. XII.

EOdem *d* autem tempore *e* miſit *f* Herodes rex *g* manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia. Occidit *h* autem *i* Jacobum fratrem Joannis gladio, videns autem quia placeret Judęis, k appoſuit ut apprehenderet & *l* Petrum. Erant autem *m* dies azymorum. Quem cum *n* apprehendiſſet miſit in *o* carcerem, tradens *p* quatuor

E X P O S I T I O CAP. XII.

EOdem autem tempore, &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima dicitur, quod Herodes quoſdam afflixit, Jacobum occidit, & Petrum incarceravit. In ſecunda quomodo Angelus eum liberavit, *ibi*: [Cum autem producturus.] In tertia quomodo venit ad domum ubi erant diſcipuli congregati, *ibi*: [Conſideranſque.] In quarta quomodo Herodes dolens de evaſione Petri voluit punire milites, ſed neceſſe habuit ire Cæſaream, ubi & mortuus eſt, *ibi*: [Herodes autem, &c.] Dicit ergo. *d* Eodem autem tempore] quo Barnabas & Saulus miſſi ſunt in miniſterium, non tempore famis, quæ facta eſt quarto anno Claudii, hoc autem tertio. *g* Manus,] ad tenendum, & ligandum. *e* Miſit] *Gl.* per miniſtros, qui enim jubet, ipſe facit. *f* Herodes] Nota, tres legimus Herodes. Primus Aſcalonita, ſub quo Dominus natus eſt, qui & innocentes occidit. Secundus Herodes Antipas filius ejus tetrarcha Galileæ, qui Joannem decollavit. *Matth.* 14. Et Pilato in necem Chriſti conſenſit. *Luc.* 23. Tertius Herodes Agrippa filius Ariſtoboli filii Herodis magni, quem Cajus ſuccedens Tiberio in imperio regem fecit Judææ, datis ei quatuor Tetrarchiis. Iſte eſt, de quo hic agitur. Qualiter autem ad regnum venerit, plane dicitur in hiſtoriis. Si vero alia *Gl.* dicit, quod Herodes Tetrarcha hoc fecerit, quod hic dicitur magiſtralis eſt, & non vera, cum ille perpetuo damnatus fuerit exilio, cum uxore ſua Herodiade a Cajo; iſte vero tertio Claudii anno, ſui autem regni ſeptimo percuſſus ab Angelo, ſicut *ſup.* dicitur, regnum reliquit Agrippæ filio ſuo. *h* Occidit] non tantum afflixit. *i* Jacobum] Zebedæi. De quo Clemens Alexandrinus dicit, quod qui obtulit eum Judici ad martyrium, confitens ſe eſſe Chriſtianum juſſit eum cum eo decollari. Et cum ducerentur rogavit dari ſibi a Jacobo remiſſionem. At ille, pax tibi, inquit, & oſculatus eſt eum, & ſic ambo capite truncati ſunt.
k Appoſuit] afflictioni quorundam & occiſioni Jacobi.
l Petrum] quia plus placeret ſi princeps occideretur.
m Dies azymorum.] Ideo non fuit occiſus, ſicut de Chriſto dixerunt Judæi, quod in paſcha non licebat eis occidere quemquam. *Joann.* 18. *o* In carcerem,]

putans

Moraliter. *d* Eodem autem tempore] quo facta eſt collecta, quia quanto plus creſcit Eccleſia in temporalibus, tanto plus affligitur. *g* Manus] opera malorum bonos opprimentium. *Exod.* & 1. *Mach.* 2.
e Miſi ut affligeret] Mittit diabolus ut affligat, & Dominus mittit verbum ut ſanet.
h Jacobum fratrem Joannis] non Eſau, i. luctantem vel operantem cum gratia non pro temporalibus.
l Apprehenderet & Petrum] cognoſcentem. Hunc bene reſervat, captum tamen, i. otioſum, torpentem ab opere, ſed operarios occidit. 1. *Reg.* 11. Naas vult eruere oculos dextros. *Deut.* 33. Vivat Ruben filius viſionis, & non moriatur. *m* Dies azymorum] Tunc maxime cum facit ſolemnitatem. *Amos* 5. Odi & projeci feſtivitates veſtras. *n* Cum apprehendiſſet] 3. *Reg.* 22. Non pugnabis ſuper majorem & minorem. *Job* 24. Abſtulerunt pro pignore bovem viduæ. Carcer peccatum vel mala conſcientia. *p* Quatuor quaternionibus.] Quaterniones, animæ affectiones duo milites, caro, & mundus. Duæ catenæ omiſſio & commiſſio. Cuſtodes, dæmones. Oſtium carceris, ideſt conſcientiæ. *Gloſ.* Ne quis confiteatur, & ſic ſolvatur. *Oſee* 13. Colligata eſt iniquitas Ephraim, abſconditum peccatum ejus.

Angelus

a quaternionibus militum b ad cuſtodiendum, volens poſt paſcha c producere cum populo. Et Petrus quidem ſervabatur in carcere d oratio autem fiebat e ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. f Cum autem producturus eum eſſet Herodes, g in ipſa nocte erat Petrus h dormiens inter duos milites vinctus i catenis duabus, & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce k Angelus Domini aſtitit, l & lumen refulſit in habitaculo, m percuſſoque latere Petri excitavit eum dicens: Surge velociter. Et ceciderunt n catenæ de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: o Præcingere, & calcea te caligas p tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi: Circumda tibi veſtimentum tuum, q & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, r & neſciebat quia verum eſt, quod fiebat per Angelum. Exiſtimabat autem ſe viſum videre. Tranſeuntes autem ſ primam & t ſecundam cuſtodiam, venerunt u ad portam ferream, quę ducit x ad civitatem, quę y ultro aperta eſt eis. Et exeuntes proceſſerunt vicum unum, & continuo z diſceſſit Angelus ab eo. Et Petrus a ad ſe reverſus dixit, b Nunc ſcio vere, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judęorum. c Conſideranſque venit ad domum Marię matris d Joannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi e congregati, & orantes. Pulſante autem eo ad oſtium januę, proceſſit puella ad videndum nomine Rhode. Et ut cognovit vocem Petri, prę gaudio f non aperuit januam, ſed intro currens g nunciavit ſtare Petrum ante januam. At illi dixerunt ad eam: h Inſanis? Illa autem affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dicebant: i Angelus ejus eſt. Petrus autem perſeverabat pulſans. Cum autem aperuiſſet oſtium viderunt eum, & obſtupuerunt. k Annuens autem eis manu l ut tacerent, narravit quomodo m Dominus eduxiſſet eum de carcere. Dixitque, Nunciate n Jacobo, o & fratribus p hęc.

putans licite teneri quamdiu non licebat occidi. a Quaternionibus] Quaternio dicitur, qui præeſt quatuor militibus, ſicut centurio qui centum.
b Ad cuſtodiendum,] quia non ſufficiebat ſolius carceris cuſtodia.
c Producere] quia amplior eſſet gratia, ſi Judæi eum occiderent, qui erat princeps, quam ſi ipſe Herodes ſicut & Jacobum.
Sup. 5. d Oratio] exemplum orandi pro periclitantibus, maxime pro paſtoribus Eccleſiæ. e Sine intermiſſione.] 1. *Theſ.* 5. Quia multum valet deprecatio juſti aſſidua. *Jac. ult.*
f Cum autem producturus] Secunda pars. B
g In ipſa nocte] quando opportuna erat ſolutio.
h Dormiens] non habens ſpem evadendi illa hora.
i Catenis duabus] Quatuor difficultates cumulant cuſtodiam, milites, catenæ, carcer, cuſtodes.
k Angelus Domini] non quilibet.
l Et lumen] ſignum potentiæ, vel præſentiæ Angeli Dei, cujus præſentia ſoli Petro lumen dabat, nec aliis ſplendebat.
Spiritus tripliciter corpori unitur. m Percuſſoque] Tactum corporalē habere potuit corpore ex aere formato.
Et nota, quod tripliciter unitur ſpiritus corpori. Primo, per ſenſum & motum, ſic unitur anima corpori. Secundo, quoad motum, & non ſenſum, ſic fit in Angelo corpus aſſumento. Tertio, ſpiritus ad ignem in purgatorio, quia ibi eſt ſenſus pœnæ, ſed non dat motum igni. Prima naturalis, & ſimplex, ſecunda voluntaria & ſecundum quid, tertia violenta & ſimiliter ſecundum quid non ſimpliciter.
n Catenæ,] prima ſolvitur anguſtia.
p Caligas] *Gloſ.* genus eſt calceamenti, & datur exemplum non ambulandi ſine calceamentis. Contra. *Matt.* 10. Neque calceamenta. Sol.
Myſtice. Myſtice, intelligendum eſt. Calceamenta ſunt Sanctorum exempla, quæ debemus, & ſi non operibus ſaltem affectibus imitari. Vel docemur, non nudis pedibus tangere terram, i. temporalia diligere immediate & propter ſe, ſed per medium utentes eis non fruentes.
o Præcingere,] *Gl.* Prophetas & Apoſtolos duris cingulis legimus uſos ad domandam ſc. carnem. Elias 4. *Reg.* 1. Et Joannes. *Matth.* 3. Sed Petrus propter rigorem carceris ad horam laxaverat, ut tunica circa pedes dimiſſa frigus noctis temperaret, exemplum præbens infirmis, ut ingruente moleſtia perſecutorum liceat aliquid laxare de rigore propoſiti. Sed quia dicitur: Sint lumbi veſtri præcincti. *Luc.* 12. Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis. *Eph.* 6. Virtutum verbique prædicandi jubemur ſpiritualium inſignia reſumere.
q Et ſequere me,] ne te timor impediat.
r Et neſciebat,] non putabat fieri, ſed imaginarie oſtendi.
ſ Primam] primum quaternionem cum ſuis.
t Et ſecundam] ſimiliter, vel duos milites, & alios carceris cuſtodes.
u Ad portam] quæ putatur fuiſſe in atrio carceris.
x Ad civitatem,] ex quo patet carcerem fuiſſe extra civitatem, vel in exteriori parte ipſius.
y Ultro] ſine labore humano. *Bed.* Arcta, & quaſi ferrea eſt via, quæ ducit ad vitam. *Matt.* 7. ſcil. Jeruſalem cœleſtem, ſequendo Apoſtolorum veſtigiis oſtium factum eſt nobis motabile, qui proprio ſanguine ferreum vicerunt. Ferrea enim oſtia Petro cedunt cuſtodi aulæ cœleſtis, qui Eccleſiæ tenens cacumen infernum ſuperat. *Matt.* 16.
z Diceſſit Angelus] ut ſciret verum eſſe quod fiebat, non ſomnium.
b Nunc ſcio] quaſi prius neſcivi.
* Angelus, gratia, percuſſio lateris, recordatio paſſionis Chriſti, de cujus latere ſalus noſtra fluxit. Quaſi vinctos percutit. 1. *Pet.* 4. Chriſto paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, excitatur percuſſus per contritionem. Lumen refulget per peccati recordationem. Oſtium carceris, ideſt os aperitur per confeſſionem. Cadunt catenæ per ſatisfactionem. Veſtimentum honeſta converſatio præcingenda eſt, ne ad terram defluat, ideſt pro terrenis aſſumatur. Prima, & ſecunda cuſtodia, mundus & caro, quibus contemptis porta ferrea, ideſt propria voluntas, quam durum eſt contemnere, facile aperitur per gratiam. Hæc ducit ad ſupernam civitatem. Vicus unus ſtatus perfectionis. Tunc diſparet Angelus, ad litteram, quia nunc eſt neceſſarius. C
a Ad ſe reverſus] Quamdiu eſt homo in ſtatu vitæ carnalis quaſi extra ſe eſt, & neſcit quid circa ſe geritur, ſed cum proceſſerit vicum unum, & tunc ad ſe redit cognoſcens, & periculum in quo fuit, & ſecuritatem ad quam venit. Vel [Reverſus] a culmine contemplationis, ad quam perfectus, quaſi egreſſus mente excedens Deo, 2. *Cor.* 5. Revertitur quando ſobrius eſt cum ſubditis, & fit intellectu communis.
c Conſideranſque] ubi eſſet. Tertia pars.
d Joannis] qui *inf.* 13. fuit ſocius Pauli & Barnabæ.
e Congregati] ad orandum pro Petro vel caſu, vel forte præ timore. f Non aperuit] ex impatientia nunciandi adventum Petri.
g Nuncia] ſic Dominum reſurgentem mulier prima nunciavit. *Matth.* 28. Ut ubi abundavit delictum, ſuperabundaret & gratia. *Rom.* 5.
h Inſanis] quia ſciebant Petrum incarceratum.
i Angelus] *Hier.* Magna dignitas animarum, ut unaquæque habeat ab ortu nativitatis Angelum ad ſui cuſtodiam deputatum. *Matth.* 18. Angeli eorum, &c. Et *Gen.* 48. Angelus qui eripuit me. Quia autem dicit *Gl.* Ticon. Videtur Angelos hominis interior ratio qua Deum fide ſpeculatur, non eſt verum. Sed quæritur, utrum Anti-Chriſtus habebit Angelum cuſtodem? Et videtur quod non, quia nihil proficeret propter illius obſtinationem. Reſp. Habebit non ut emendetur, ſed ad manifeſtandum Dei juſtitiam & illius inobedientiam. Chriſtus autem non habuit, quia non poterat demereri.
k Obſtupuerunt] quia certum habebant, quod ab hominibus non dimitteretur.
l Ut tacerent] donec narraret miraculum, vel ne clamore gaudentium adventus ejus in civitate cognoſceretur.
m Dominus] non homo, non ſua calliditas aut fortitudo.
p Hæc,] virtutem donatam eorum precibus.
n Jacobo] juſto filio Alphei, alter enim decollatus eſt.
o Et fratribus,] pro me orantibus.

a Abiit]

a Abiit] eadem nocte. *b* In alium locum.] timore Herodis Regis Judæorum. *c* Facta autem die] craſtina poſt eductionem Petri de carcere. *d* Milites,] cuſtodes.
e Quidnam] patet quod clauſum reliquit Petrus carcerem, quo aperto non eſſet ambiguum eum evaſiſſe. *f* Herodes autem] Quarta pars.
g Requiſiſſet] in carcere.
h Inquiſitione] utrum cuſtodes ſcirent quid factum eſſet de Petro.
i Duci] at vindicaret in eos.
k Deſcendenſque] at Petri ſolutio nulli noceret non permittitur punire cuſtodes.
l Cæſaream] Paleſtinæ, ut dicit Joſephus, quæ olim dicta eſt turris Stratonis in confinio Phœnicis, & Paleſtinæ, in litore magni maris, licet ſecundum ſitum locorũ Cæſarea Philippi dicere videatur, quæ etiam civitas erat Phænicis, ſicut Tyrus, & Sidon.
m Iratus] ideo illuc ibat.
n Illi Tyrii & Sidonii.
o Perſuaſo] ideſt perſuaſerunt.
p Super cubiculum] quaſi cuſtos theſaurorum.
q Alterentur] ideo neceſſariam habebant vicini regis pacem, quia regio eorum anguſta erat Galilææ & Damaſci finibus preſſa.

Et ingreſſus *a* abiit in *b* alium locum. Facta autem *c* die erat non parva turbatio inter *d* milites, *e* quidnam factum eſſet de Petro. *f* Herodes autem cum *g* requiſiſſet eum, & non inveniſſet, *h* inquiſitione facta de cuſtodibus juſſit eos duci, *i* deſcendenſque *k* a Judæa in *l* Cæſaream ibi commoratus eſt. Erat autem *m* iratus Tyris & Sidoniis. *n* At illi unanimes venerunt ad eum, *o* & perſuaſo Blaſto, qui erat *p* ſuper cubiculum regis poſtulabant pacem, eo quod *q* alterentur regiones eorum *r* ab illo. Statuto autem die Herodes veſtitus veſte *ſ* regia ſedit *t* pro tribunali, & concionabatur *u* ad eos. Populus *x* autem acclamabat *y* Dei voces & non hominis. *z* Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini, eo quod non *a* dediſſet *b* honorem Deo, *c* & conſumptus a *d* vermibus expiravit. *e* Verbum autem Domini creſcebat, & *f* multiplicabatur. *g* Barnabas autem & Saulus reverſi ſunt a Jeroſolymis, expleto *h* miniſterio, aſſumpto Joanne, qui cognominatus eſt Marcus.

r Ab illo.] Herodes vel Blaſto, qui erat amicus eorum & patronus.
ſ Veſte regia] Deſcribitur gloria, ut poſt major ſit miſeria.
t Pro tribunali] in vel ſuper, ſcil. in loco judicii.
u Et concionabatur] blandiendo & adulando.
x Acclamabat] vel quia bene concionabatur, vel propter regium cultum. *y* Dei voces] quaſi eſſet Deus, & non homo. *z* Confeſtim, &c.] Dicit in hiſtoriis, quod vidit bubonem indicem mortis ſuæ. *Inf.* Quinque dies futuræ, ſicut prædixerat ei augur in carcere Tyberii nuncians ei proſperitatem futuram, & ſtatim inclinans ad populum dixit: En ego deus vere morior. Hic bubo poteſt dici Angelus, ideſt nuncius percuſſionis, & ideo dicitur percuſſiſſe, vel forte fuit Angelus in figura avis illius.
a Non dediſſet] reſpuendo. *b* Honorem] divinum ſibi oblatum vel perſequendo Apoſtolos. Et eſt Liptote, minus dicit, & plus ſignificat. *c* Et conſumptus] non ſubito, ſed paulatim ſcilicet per quinquies dies.
d A vermibus] viſcera ejus corrodentibus.
e Verbum autem Domini] mortuo falſo Deo, veri Dei verbum creſcit in fidelibus,
f Multiplicabatur] in his, qui quotidie augebantur.
g Barnabas] Redit ad id quod dixerat. *Sup.* 11.
h Miniſterio] per manum Barnabæ & Sauli.

EXPOSITIO CAP. XIII.

ERant autem, &c.] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In prima dicitur quomodo ex præcepto Spiritus ſancti Paulus & Barnabas miſſi ſunt prædicare. In ſecunda dicitur quid acciderit eis quamdiu Marcus fuit cum eis, *ibi*: (Et ipſi quidem.) In tertia quid acciderit poſtquam receſſit ab eis, *ibi*: (Illi vero, &c.) Dicit ergo.
i Erant autem] præter illos, qui veniebant de Jeruſalem, *k* Prophetæ] de futuris.
l Et doctores] de præteritis, idem ſcilicet, vel alii Prophetæ, alii doctores.
m Niger] a colore ſi Latinum eſt, vel aſcendens interpretatur ſi Hebræum eſt. *n* Cyrenenſis] a Cyrene civitate prædicta. *o* Collactaneus] eodem lacte nutritus. *p* Et Saulus.] *Gl.* Tertio decimo anno poſt paſſionem videtur Saulus ſecundum ordinem hiſtoriarum Apoſtolatum cum Barnaba & Pauli nomen accepiſſe, quarto decimo autem juxta conditum Jacobi Cephæ, & Joannis. *Galat.* 2. ad magiſterium Gentium profectum. Cui conſentit Eccleſiaſtica hiſtoria dicens Apoſtolis fuiſſe præceptum, ut duodecim annis in Judæa prædicarent. Unde tertio decimo circa fines Judææ prædicaverunt gentibus, publice autem in quarto decimo anno.

CAPUT XIII.

A

ERant *i* autem in Eccleſia quæ erat Antiochiæ *k* & Prophetæ & *l* doctores in quibus Barnabas & Simon, qui vocabatur *m* niger, & Lucius *n* Cyrenenſis & Manahen qui erat Herodis Tetrarchæ Collactaneus *o* & Saulus. *p* Miniſtrantibus *q* autem illis Domino, & jejunantibus dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate *r* mihi *ſ* Saulum *t* & Barnabam *u* in opus ad quod *x* aſſumpſi eos, Tunc *y* jejunantes *z* & orantes, *a* imponenteſque eis manus, *b* dimiſerunt illos. Et ipſi *c* quidem miſſi a Spiritu ſancto abierunt Seleuciam, *d* & inde navigaverunt Cyprum. Et cum veniſſent *e* Salaminam, prædicabant verbum Dei *f* ſynagogis Judæorum. Habebant autem & Joannem in miniſterio. Et cum *g* perambulaſſent univerſam inſulam uſque ad Paphum, invenerunt quemdam virum *h* magum pſeudo Prophetam Judæum, cui nomen erat Barjeſu, qui erat cum *i* Proconſule *k* Sergio Paulo viro prudente. Hic accerſitis Barnaba & Paulo, deſiderabat audire verbum Dei. Reſiſtebat autem illis *l* Elimas magus: ſic enim interpretatur nomen ejus, quærens averte-

q Miniſtrantibus] prædictis Prophetis.
ſ Segregate] ut ſoli ſerviant doctrinæ.
r Barnabas] pater eos a Jeruſalem Antiochiam rediiſſe.
ſ Et Saulum] ideo dicitur vas electionis. *Sup.* 9. Et ſegregatus in Evangelium Dei. *Rom.* 1.
u In opus] Apoſtolatus.
x Aſſumpſi] aſſumam more Prophetico.

y Jejunantes] Ecce quod jejunium debet præcedere electionem, vel ordinationem Epiſcoporum.
z Orantes] ut eorum prædicatio proſperaretur.
a Imponenteſque] more ordinandorum. Sed conſtat, quod diſcipuli nec confirmare, nec ordinare poterant, & ibi nullos legitur fuiſſe de Apoſtolis, ideo exponit magiſter in hiſtoria, quod audita viſione Spiritus ſancti, miſerunt Barnabam & Saulum ad Petrum & Jacobum & Joannem in Jeruſalem, & illi gaudentes impoſuerunt illis manus ordinantes eos.
b Dimiſerunt illos] in opus ad quod aſſumpti ſunt.
c Et ipſi] Barnabas & Saulus. Secunda pars, quæ dividitur in quatuor. In prima agitur de via eorum & ſocietate Joannis. In ſecunda de Proconſule Sergio, quem impediebat Elimas magus ne crederet prædicationi Pauli, *ibi*: (Et cum perambulaſſent univerſam, &c.] In tertia de arguitione ejus & cæcatione per Paulum, & converſione Conſulis, *ibi*: (Saulus autem, &c.) In quarta de diſceſſu Joannis, *ibi*: (Joannes autem diſcedens ab eis, &c.)
d Seleuciam] a Seleuco rege dictam, dimiſſi ab hominibus, illuc a Spiritu mittuntur.
e Salaminam,] quæ in Cypro. Quidam libri habent Seleuciam, quæ eſt Salamina, & ſunt duo ejuſdem civitatis nomina.
f In Synagogis Judæorum] propter reverentiam vel duritiam eorum. *Rab.* Propter ignaros locorum ſemel annotandum credidi, ut ubicumque ſynagogam legeris, ſcias in civitate geſta quæ dicuntur.
g Et cum perambulaſſent, &c.] Secunda pars.
h Magum] maleficum.
i Proconſule] nomen dignitatis ſecundæ a conſule.
k Sergio Paulo] binomius erat, & ex bono naturæ verbum Dei audire deſiderabat.
l Elimas] qui interpretatur magus, quod ad tranſgreſſionem reſpicit. Ideo reſiſtebat, volens eum, qui converti cœperat a fide pervertere ad tranſgreſſionem, ſecundum nomen ſuum, quod interpretatur etiam tranſgreſſio, vel Dei mei menſura, nomen vero magi, ideſt malefici, quod aliis eſt commune, proprium ei erat.

a Saulus

a Saulus autem,] Tertia pars. Interpretatur autem tentatio reſpicientis vel ſecuritas, vel mirabilis. *b* Paulus] a Sergio Paulo Proconſule, quem convertit. *Gl.* Apte gentium Apoſtolus a gentili nomen ſortitur, non enim credendum eſt illis, qui dicunt eum fuiſſe binomium. *Iſaiæ* 65. Vocabit ſervos ſuos nomine alio. *Rab.* cum meritis mutantur nomina prius filius doloris, nunc filius dexteræ. *Geneſ.* 35. Non ſolum ſe, ſed alios plures ad dexteram vocans. Poſt gradum Apoſtolatus Paulus dicitur, de ſuperbo factus humilis, de perſecutore prædicator. Unde nomen ſuum ipſe interpretatur. 1. *Cor.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum. Sic Barnabas filius conſolationis dictus eſt pro Joſeph, *ſup.* 4.

i Fratres] quia Judæi eſtis. *k* Si quis] dubitando dicunt, quod eſt perfidiæ ſignum.
l Exhortationis] non prædicationis, non lectionis.
m Ad plebem] non ad nos, quia non indigemus.
n Dicite] quaſi hoc eſt opus dici quo nihil aliud operamur.

c Repletus] olim & nunc vivacius.
d Intuens] per Spiritum.
e In eum] magum.
f Plene] *Gl.* Plena non recipiunt augmentum.
g Fili diaboli] imitando.

C

re proconſulem a fide. *a* Saulus autem, qui & *b* Paulus *c* repletus Spiritu ſancto *d* intuens in eum, *e* dixit: *f* O plene omni dolo & omni fallacia *g* fili diaboli, inimice *h* omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere *i* vias Domini rectas? Et nunc ecce *k* manus Domini ſuper te, & eris *l* cæcus non videns *m* ſolem uſque *n* ad tempus. Et confeſtim *o* cecidit in eum *p* caligo, & tenebræ, *q* & circumiens *r* quærebat, qui ei manum *ſ* daret. Tunc Proconſul cum vidiſſet *t* factum, credidit, admirans ſuper doctrina Domini. Et cum a Papho navigaſſet Paulus, *u* & qui cum eo erant, venerunt *x* Pergen Pamphyliæ *y*: Joannes *z* autem diſcedens ab eis, *a* reverſus eſt *b* Jeroſolymam. *c* Illi vero pertranſeuntes *d* Pergen venerunt Antiochiam *e* Piſidiæ, & ingreſſi ſynagogam *f* die ſabbatorum ſederunt. *g* Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum, miſerunt *h* Principes ſynagogæ ad eos, dicentes: Viri *i* fratres, ſi *k* quis eſt in vobis ſermo exhortationis *l* ad *m* plebem dicite. *n* Surgens *o* autem Paulus, *p* & manu ſilentium indicens, ait: Viri *q* Iſraelitæ, *r* & qui *ſ* timetis Deum audite: Deus plebis Iſrael *t* elegit *u* patres noſtros, & plebem *x* exaltavit cum eſſent *y* incolæ in terra Ægypti, & in *z* brachio excelſo eduxit eos ex ea, *a* & per quadraginta annorum tempus *b* mores eorum ſuſtinuit *c* in deſerto. Et *d* deſtruens *e* gentes ſeptem in terra Chanaan, *f* ſorte diſtribuit eis *g* terram eorum, quaſi *h* poſt quadringentos, & quinquaginta annos, *i* & poſt hæc dedit judices uſque ad Samuel prophetam. Et exinde poſtulaverunt *k* regem, *l* & dedit illis Saul filium Cis, *m* virum de tribu Benjamin, *n* annis quadraginta. *o* Et amoto illo *p* ſuſcitavit illis *q* David regem, cui & teſtimonium perhibens dixit: *r* Inveni David *ſ* filium Jeſſe, *t* virum ſecundum cor meum *u* qui faciet omnes volun-

o Surgens] *ſecundum conſuetudinem legentium, propter multitudinem audientium.* Et eſt ſecunda pars.
p Et manu] aliquo conſueto ſilentii ſigno.
q Iſraelitæ] Judæi.
r Et qui] Gentiles timentes ſegregat, quia non omnes timebant Deum.
ſ Elegit] ex omni genere hominum Deos colentium.
t Fratres] non patres eum. *Joan.* 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.
u Noſtros] non veſtros dicit, ut facilius perſuadeat.
x Exaltavit] de ſervivio Ægypti.
y Incolæ] ſervientes in luto, & latere. *Exod.* 1.
z In brachio] Chriſto.

D

h Omnis juſtitiæ,] Dei & legis ejus.
i Vias] fidem, & pœnitentiam.
k Manus] poteſtas.
l Cæcus] extra, ſicut & intus es.
m Solem] materialem, ſicut non vides ſolem juſtitiæ.
n Ad tempus] pœnitentiæ vel mortis.
o Cecidit] non caſu, ſed delatum a Deo.
p Caligo] cæcitatis initium,
q Et tenebræ] ipſa cæcitas. *r* Et circumiens] in circuitu ſe vertens in modum cæcorum.
ſ Daret] ad ſe ducendum. *Bed.* Oportuit Paulum facere miracula ad conſummationem Apoſtolatus, quem diu calcitrantem Dominus elegit, *ſup.* 9.
t Factum,] id eſt, cum doctrina Chriſti virtutum miracula. Hic a Paulo capitur pſeudopropheta, vulpes parvula demoliens vineam Proconſulis mentem. *Cant.* 2. Sciebat enim ſui memor exempli de oculorum tenebris poſſe ſurgere lumen mentis, nec dignum eſſe oculis caruiſſe qui aliis eruere volebat oculos mentis.
u Et qui cum eo erant] Barnabas & Joannes.
x Pergen] nomen civitatis.
y Pamphyliæ] regionis.
z Joannes autem] Quarta pars.
a Reverſus] Hæc eſt cauſa futuri diſſidii.
b Jeroſolymam] unde cum eis venerat. *c* Illi vero] Tertia pars capituli, quæ habet quatuor partes. In prima dicitur, quomodo venientes Antiochiam rogati ſunt facere ſermonem. In ſecunda de prædicatione Pauli, *ibi*: (Surgens autem.) In tertia de effectu ſermonis, & utilitate, *ibi*: (Exeuntibus autem illis.) In quarta de invidia Judæorum erga Apoſtolos, *ibi*: (Videntes autem, &c. Illi autem) Paulus & Barnabas cum ſuis.
d Pertranſeuntes] pedibus non navigantes.
e Piſidiæ] nomen eſt Provinciæ ad differentiam alterius Antiochiæ, quæ eſt in Syria a Seleuco fundata, quæ olim Reblatha dicta eſt, & nunc Antiochia vocatur a multis, tamen putatur eadem eſſe, in qua primo vocati ſunt diſcipuli Chriſtiani, *ſup.* 11.
f Die ſabbatorum] qua conſueverant Judæi convenire, ſicut nunc dominica die.
g Sederunt] tanquam audituri lectionem legis non prædicaturi: Ecce exemplum humilitatis.
h Miſerunt,] Non poteſt civitas abſcondi, &c. *Matth.* 5.

a Et per quadraginta] longam pœnitentiam ſignificat. *Num.* 14. *Deut.* 8. *De pœn. diſt. 2. cap. cognoverunt.*
b Mores] malos. *c* Suſtinuit] gravitas eorum oſtenditur.
d Et deſtruens] poteſtate qua Ægyptios plagis percuſſit.
e Gentes] ſeptem vitia vel innumerabilia.
f Sorte] pacem ſignificat, & diviſionis æqualitatem. *Joſue* 14. *g* Terram eorum] Chananæorum, quæ ſecundum *Gl. Rab.* Ideo data eſt Iſraeli, quia in prima habitatione poſt diluvium filii Sem ſortiti ſunt eam, ſed poſt a Chananæis violenter poſſeſſa eſt, & ideo jure prælii priſtinis habitatoribus eſt reddita. Jure ergo delentur, quia in patre ſuo Cham maledicti ſunt, quia in patrem Noe impius fuit. *Gen.* 9. Maledictus Chanaan, &c.
h Poſt quadringentos, &c.] quod ſecundum diverſos numeros, & diverſos terminos computationis diverſimode exponitur. De hoc *ſup.* 7. Ab ortu Iſaac in quo vocatum eſt Abrahæ ſemen. *Rom.* 8. Fuerunt ſecundum *Exod.* quadringenti quinque anni uſque ad exitum Iſrael de Ægypto. His adde quadraginta annos deſerti & quinque in terra Chanaan, quibus peractis legitur terra a præliis ceſſaſſe. *Joſue* 14. & ſors miſſa eſt, & habebis quadringentos quinquaginta annos, ſicut hic dicitur.
i Poſt hæc] tempus judicum tranſit ad comprobandam Dei patientiam.
k Poſtulaverunt] contra voluntatem Dei.
l Et dedit] cumulatur Dei patientia.
m Virum] malum dicit *Gl.* de noviſſima tribu quod vindictæ genus eſt.
n Annis quadraginta] Liber Regum non aperte exprimit quot annis Saul regnaverit, ſed Apoſtolus vulgo loquens dicit quaſi crebrior fama habuit. Chronicæ vero teſtantur, quod Saul & Samuel quadraginta annis præfuerunt Iſraeli.
o Et amoto] pro malitia.
p Suſcitavit] propter humilitatem radicis vel perſonæ, vel propter figuram Chriſti ſuſcitati.
q David regem] continua oſtenditur patientia.
r Inveni] niſi ego quærerem nulli appareret. 1. *Reg.* 13. Quæſivit ſibi Dominus virum juxta cor ſuum, & præcepit ei Dominus ut eſſet dux, &c.
ſ Filium Jeſſe] parvæ ſtirpis.
t Virum] hoc propter ipſum vel Chriſtum de ſemine ejus natum. *u* Qui faciet omnes voluntates] Hoc maxime Chriſto convenit.

a Hujus

a Hujus Deus, &c.] Ad hoc tendebant prædicta.
b Secundum promiſſionem] iſtam. Qui faciet omnes voluntates meas in eis, &: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. *c* Eduxit] non ſubito, ſed poſt multas promiſ-
Pſalm.131. ſiones prophetarum. *d* Iſrael] ſpiritualis. *e* Jeſum] interpretationem ponit cum nomine. *f* Prædicante] non dante

nitur. *t* Filius] non ſervus, ut ceteri. *u* Meus] conſubſtantialis. *x* Ego] proprium deitatis eſt. *z* Genui] ideſt deitate, ubi nec heri, nec hodie, nec erat. *y* Hodie] de virgine, quia & illa generatio a Deo eſt. Et ſic patet, quod non ad reſurrectionem, de qua proxime meminit, pertinet hoc exemplum Pſalmi, ſed ad incarnationem, ſequens autem verſus manifeſte agit de reſurrectione, quod enim de incarnatione, paſſione, & reſurrectione dixit prophetæ teſtimonio aſtruit, quaſi diceret: tu qui es æternus ante ſæcula filius apparebis, & tempore de virgine natus: probata incarnatione ſtatim probat & reſurrectionem.

quod Chriſto ſervabatur. *g* Joanne] cujus auctoritas magna. *b* Ante faciem] in modum lucernæ. De quo Pſ.131. Paravi lucernã Chriſto meo.
E
i Pœnitentiæ] Gl. Remiſſionis qua per pœnitentiam peccatum remittitur. *k* Curſum] præcurſoris officiũ. *l* Quem me arbitramini] interrogative. *m* Non ſum] Ecce proprium deitatis eſt, vel non ſum ego Chriſtus, quem me arbitramini eſſe. *n* Poſt me,] quia ego præcurſor ejus ſum.
Ref. 15. *o* Non ſum dignus] humilitas. *p* Calceamenta pedum ſolvere] i. incarnationis myſteriũ aperire, ſcil. unionem deitatis ad carnem tanquam pedis ad calceamẽtum. Vel (Calceamenta pedum ſolvere) ideſt Eccleſiã in ſponſam ducere, ſicut mos erat in lege ſecundum unum modũ, vel ideſt humanitatem Chriſti a me removere, quia per ipſum neceſſe habeo ſalvari, ſicut alii. *q* Viri fratres] ſermo ſuavis.

tates mea. *a* Hujus Deus ex ſemine *b* ſecundum promiſſionem *c* eduxit *d* Iſrael ſalvatorem *e* Jeſum *f* prædicante *g* Joanne *b* ante faciem adventus ejus Baptiſmum *i* pœnitentiæ omni populo Iſrael. Cum impleret autem Joannes *k* curſum ſuum dicebat: *l* Quem me arbitramini eſſe *m* non ſum ego, ſed ecce venit *n* poſt me, cujus *o* non ſum dignus *p* calceamenta pedum ſolvere. *q* Viri fratres filii generis Abraham, & qui in *r* vobis timent Deum, vobis *ſ* verbum ſalutis hujus miſſum eſt. Qui enim habitabant Jeruſalem, & principes ejus *t* hunc *u* ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne ſabbatum leguntur, *x* judicantes *y* impleverunt. Et nullam cauſam mortis *z* invenientes in eo, *a* petierunt a Pilato, ut *b* interficerent eum. Cumque *c* conſummaſſent omnia, quæ de eo *d* ſcripta erant, *e* deponentes eum de ligno, *f* poſuerunt eum in monumento. *g* Deus vero *b* ſuſcitavit eum a mortuis tertia die, qui viſus eſt per dies *i* multos *k* his *l* qui ſimul aſcenderant *m* cum eo de Galilæa in Jeruſalem, qui uſque nunc ſunt *n* teſtes ejus ad plebem. Et nos vobis annunciamus *o* eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam *p* hanc *q* Deus adimplevit filiis noſtris *r* reſuſcitans Jeſum, ſicut & *ſ* in pſalmo ſecundo ſcriptum eſt: *t* Filius *u* meus es tu, *x* ego *y* hodie *z* genui te. Quod autem ſuſcitavit eum a mortuis amplius jam non reverſurum in corruptionem, *a* ita dixit: Quia *b* dabo vobis *c* ſancta *d* David *e* fidelia. Ideoque & alias dicit: Non dabis *f* ſanctum tuum videre *g* corruptionem. David enim *b* in ſua generatione cum *i* adminiſtraſſet voluntati Dei, *k* dormivit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, *l* & vidit *m* corruptionem. Quem vero Deus ſuſcitavit, non vidit corruptionem. *n* Notum igitur ſit vobis, viri fratres, quia *o* per hunc vobis remiſſio peccatorum annunciatur ab omnibus *p* quibus non *q* potuiſtis *r* in lege Moyſi *ſ* juſtificari. In hoc omnis qui credit juſtificatur. *t* Videte ergo ne ſuperveniat vobis *u* quod dictũ eſt in *x* prophetis. *y* Videte contemptores, & admiramini *z* & diſpergimini, *a* quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non *b* credetis ſi quis enarraverit vobis. *c* Exeuntibus autem illis,

a Ita dixit] Iſa. 55. Qui novi teſtamenti myſteria prærogat. Conſtituam vobis teſtamentum æternum ſancta David fidelia, ubi nos habemus: Feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias David fidelis.
F
b Dabo] implebo quæ promiſi David ſecundũ Chriſtum de eo naſciturum.
c Sancta David] ſanctum templum corporis Chriſti in paſſione ſoluti. Jo. 2. Tertia die reſuſcitati in corruptione & glorificati. Vel *c* Sancta] verba & exempla.
d David] ideſt Chriſti manu fortis.

r Vobis] Matth. 15. Non veni niſi ad oves, quæ perierant domus Iſrael. Vel (Vobis diſperſis,) quia habitatores Jeruſalem illud repulerunt. *ſ* Verbum] Evangelium, vel Chriſtum Verbum patris. *t* Hunc] Jeſum. *u* Ignorantes] eſſe ſalvatorem. *x* Judicantes] Chriſtum reum eſſe mortis, quia judices plebis erant. Vel (Judicantes) Voces prophetarum, quia non credentes. Qui enim detrahit fratri, aut judicat fratrem detrahit legi, & judicat legem. Jac. 4. Quanto magis Chriſto detrahentes.
y Impleverunt] prophetiam neſcientes, quia ſi manus inermis, os armatum. *z* Invenientes] quamvis quærerent. *a* Petierunt] Luc. 23. Inſtabant voce magna poſtulantes ut crucifigeretur. *b* Ut interficerent] per manus militum. *c* Conſummaſſent,] Unde ipſe dixit Joan. 19. Conſummatum eſt. *d* Scripta] de paſſione ejus prophetata. *e* Deponentes] non Judæi, ſed Joſeph genere Judæus per Synecdochen. Vel (deponentes) ideſt deponi permittentes, quia ad hoc urgebantur ſecundum legem. Deut. 21. Quæ dicit: Maledictus qui pendet in ligno, quaſi ſatis eſt maledictus non debet plus maledici, & ita nec plus pendere. *f* Poſuerunt] non miniſterio, nec auctoritate, quæ apud Pilatum erat, ſed ut prius permiſſione. *g* Deus vero] deitas ſua quæ cum Patre, & Spiritu ſancto una eſt. *b* Suſcitavit] ſecundum hominem.
i Multos] quadraginta. *k* His qui] certis & notis cognitoribus.
l Aſcenderant] ad montana proxima Jeruſalem.
m Qui] non eorum ſucceſſores.
n Teſtes] idonei. *o* Eam] reprehenſionem.
p Hanc] prophetiam quæ ſequitur (Genui te.)
q Deus] qui ſuſcitavit eum. *r* Filiis noſtris] In Græco filiis eorum, ſcilicet Jeroſolymorum. *ſ* In pſalmo ſecundo] Quidam libri habent primo. Et exponitur, quia apud Hebræos primus, & ſecundus pſalmus in unum ſunt compilati, qui & a beatitudine incipit, & in beatitudine fi-

e Fidelia] ſine mendacio. *f* Sanctum tuum] corpus Chriſti.
g Corruptionem] putrefactionem, quia reſurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Rom. 6. Ideo dicit: (Sancta David fidelia) ideſt incorrupta & in æternum manſura.
b In ſua generatione] quartadecima ab Abraham. Matt. 1.
i Cum adminiſtraſſet] feciſſet voluntatem Dei. Unde ſup. Qui facit omnes voluntates meas.
k Dormivit] ut naſcentium, ita & morientium numero appoſitus.
l Vidit] experimento. *m* Corruptionem] vermium, ideo prædicta de Chriſto, & non de David intelligi oportet.
n Notum igitur] Ad id reſpondet quod dixit: Deus vero ſuſcitavit eum. *o* Per hunc] Jeſum.
p Quibus] peccatis.
q Non potuiſtis] ne de lege confidant.
r In lege] Gl. Quæ fuit virtus, & augmentum peccati, 1. Cor. 15. Et nihil ad perfectum adduxit. Heb. 7.
ſ Juſtificari] quia juſtus ex fide vivit. Abac. 2.
t Videte] dum credeas juſtificatur.
u Quod dictum eſt] ſcilicet vos eſſe contemptores.
x In prophetis] in uno libro duodecim prophetarum.
y Videte contemptores] cavete infideles.
z Et diſpergimini] Abac. 1. Ab Aſſyriis & Chaldæis, tandem a Romanis.
a Quia opus) utriuſque vindictæ. Vel (opus) incarnationem cui non credendo contemptores eſtis.
q Non creditis) negantes incarnationem Verbi. Vel propter utriuſque vindictæ magnitudinem dicuntur non credere donec completæ fuerint, in Græco: Audite contemptores, & admiramini, reſpicite & diſpergimini. Littera noſtra habet Abac. 1. Aſpicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obſtupeſcite, quia opus factum eſt in diebus veſtris, &c.
c Exeuntibus) Tertia pars de effectu ſermonis.

A *a* Rogabant

a Saulus autem,] Tertia pars. Interpretatur autem tentatio reſpicientis vel ſecuritas, vel mirabilis. *b* Paulus] a Sergio Paulo Proconſule, quem convertit. *Gl.* Apte gentium Apoſtolus a gentili nomen ſortitur, non enim credendum eſt illis, qui dicunt eum fuiſſe binomium. *Iſaiæ* 65. Vocabit ſervos ſuos nomine alio. *Rab.* cum meritis mutantur nomina prius filius doloris, nunc filius dexteræ. *Geneſ.* 35. Non ſolum ſe, ſed alios plures ad dexteram vocans. Poſt gradum Apoſtolatus Paulus dicitur, de ſuperbo factus humilis, de perſecutore prædicator. Unde nomen ſuum ipſe interpretatur. 1.*Cor.* 15. Ego ſum minimus Apoſtolorum. Sic Barnabas filius conſolationis dictus eſt pro Joſeph, *ſup.* 4.

i Fratres] quia Judæi eſtis. *k* Si quis] dubitando dicunt, quod eſt perfidiæ ſignum.
l Exhortationis] non prædicationis, non lectionis.
m Ad plebem] non ad nos, quia non indigemus.
n Dicite] quaſi hoc eſt opus dici quo nihil aliud operamur.

C

c Repletus] olim & nunc vivacius.
d Intuens] per Spiritum.
e In eum] magum.
f Plena] *Gl.* Plena non recipiunt augmentum.
g Fili diaboli] imitando.

re proconſulem a fide. *a* Saulus autem, qui & *b* Paulus *c* repletus Spiritu ſancto *d* intuens in eum, *e* dixit: *f* O plene omni dolo & omni fallacia *g* fili diaboli, inimice *h* omnis juſtitiæ, non deſinis ſubvertere *i* vias Domini rectas? Et nunc ecce *k* manus Domini ſuper te, & eris *l* cæcus non videns *m* ſolem uſque *n* ad tempus. Et confeſtim *o* cecidit in eum *p* caligo, & tenebræ, *q* & circumiens *r* quærebat, qui ei manum *ſ* daret. Tunc Proconſul cum vidiſſet *t* factum, credidit, admirans ſuper doctrina Domini. Et cum a Papho navigaſſet Paulus, *u* & qui cum eo erant, venerunt *x* Pergen Pamphyliæ *y*: Joannes *z* autem diſcedens ab eis, *a* reverſus eſt *b* Jeroſolymam. *c* Illi vero pertranſeuntes *d* Pergen venerunt Antiochiam *e* Piſidiæ, & ingreſſi ſynagogam *f* die ſabbatorum ſederunt. *g* Poſt lectionem autem legis, & Prophetarum, miſerunt *h* Principes ſynagogæ ad eos, dicentes: Viri *i* fratres, ſi *k* quis eſt in vobis ſermo exhortationis *l* ad *m* plebem dicite. *n* Surgens *o* autem Paulus, *p* & manu ſilentium indicens, ait *r* Viri *q* Iſraelitæ, *r* & qui *ſ* timetis Deum audite: Deus plebis Iſrael *t* elegit *u* patres noſtros, & plebem *x* exaltavit cum eſſent *y* incolæ in terra Ægypti, & in *z* brachio excelſo eduxit eos ex ea, *a* & per quadraginta annorum tempus *b* mores eorum ſuſtinuit *c* in deſerto. Et *d* deſtruens *e* gentes ſeptem in terra Chanaan, *f* ſorte diſtribuit eis *g* terram eorum, quaſi *h* poſt quadringentos, & quinquaginta annos, *i* & poſt hæc dedit judices uſque ad Samuel prophetam. Et exinde poſtulaverunt *k* regem, *l* & dedit illis Saul filium Cis, *m* virum de tribu Benjamin, *n* annis quadraginta. *o* Et amoto illo *p* ſuſcitavit illis *q* David regem, cui & teſtimonium perhibens dixit: *r* Inveni David *ſ* filium Jeſſe, *t* virum ſecundum cor meum *u* qui faciet omnes volun-

o Surgens] ſecundum conſuetudinem legentium, propter multitudinem audientium. Et eſt ſecunda pars.
p Et manu] aliquo conſueto ſilentii ſigno.
q Iſraelitæ] Judæi.
r Et qui] Gentiles timentes ſegregat, quia non omnes timebant Deum.

D

ſ Elegit] ex omni genere hominum Deos colentium.
t Fratres] non patres eum. *Joan.* 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.
u Noſtros] non veſtros dicit, ut facilius perſuadeat.
x Exaltavit] de ſervitio Ægypti.
y Incolæ] ſervientes in luto, & latere. *Exod.* 1.
z In brachio] Chriſto.

h Omnis juſtitiæ,] Dei & legis ejus.
i Vias] fidem, & pœnitentiam.
k Manus] poteſtas.
l Cæcus] extra, ſicut & intus es.
m Solem] materialem, ſicut non vides ſolem juſtitiæ.
n Ad tempus] pœnitentiæ vel mortis.
o Cecidit] non caſu, ſed deſurſum a Deo.
p Caligo] cæcitatis initium,
q Et tenebræ] ipſa cæcitas. *r* Et circumiens] in circuitu ſe vertens in modum cæcorum.
ſ Daret] ad ſe ducendum. *Bed.* Oportuit Paulum facere miracula ad conſummationem Apoſtolatus, quem diu calcitrantem Dominus elegit, *ſup.* 9.
t Factum,] id eſt, eum doctrina Chriſti virtutum miracula. Hic a Paulo capitur pſeudopropheta, vulpes parvula demoliens vineam Proconſulis mentem. *Cant.* 2. Sciebat enim ſui memor exempli de oculorum tenebris poſſe ſurgere lumen mentis, nec dignum eſſe oculis carnis qui aliis eruere volebat oculos mentis.
u Et qui cum eo erant] Barnabas & Joannes.
x Pergen] nomen civitatis.
y Pamphyliæ] regionis.
z Joannes autem] Quarta pars.
a Reverſus] Hæc eſt cauſa futuri diſſidii.
b Jeroſolymam] unde cum eis venerat. *c* Illi vero] Tertia pars capituli, quæ habet quatuor partes, In prima dicitur, quomodo venientes Antiochiam rogati ſunt facere ſermonem. In ſecunda de prædicatione Pauli, *ibi*: (Surgens autem.) In tertia de effectu ſermonis, & utilitate, *ibi*: (Exeuntibus autem illis.) In quarta de invidia Judæorum erga Apoſtolos, *ibi*: (Videntes autem, &c. Illi autem) Paulus & Barnabas cum ſuis.
d Pertranſeuntes] pedibus non navigantes.
e Piſidiæ] nomen eſt Provinciæ ad differentiam alterius Antiochiæ, quæ eſt in Syria a Seleuco fundata, quæ olim Reblatha dicta eſt, & nunc Antiochia vocatur a multis, tamen putatur eadem eſſe, in qua primo vocati ſunt diſcipuli Chriſtiani, *ſup.* 11.
f Die ſabbatorum] qua conſueverant Judæi convenire, ſicut nunc dominica die.
g Sederunt] tanquam audituri lectionem legis non prædicaturi: Ecce exemplum humilitatis.
h Miſerunt,] Non poteſt civitas abſcondi, &c. *Matth.* 5.

a Et per quadraginta] longam pœnitentiam ſignificat. *Num.* 14. *Deut.* 8. *De pœn. diſt.* 1. *cap. cognoverunt.*
b Mores] malos. *c* Suſtinuit] gravitas eorum oſtenditur.
d Et deſtruens] poteſtate qua Ægyptios plagis percuſſit.
e Gentes] ſeptem vitia vel innumerabilia.
f Sorte] pacem ſignificat, & diviſionis æqualitatem. *Joſue* 14. *g* Terram eorum] Chananæorum, quæ ſecundum *Gl. Rab.* Ideo data eſt Iſraeli, quia in prima habitatione poſt diluvium filii Sem ſortiti ſunt eam, ſed poſt a Chananæis violenter poſſeſſa eſt, & ideo jure prælii priſtinis habitatoribus eſt reddita. Jure ergo delentur, quia in patre ſuo Cham maledicti ſunt, quia in patrem Noe impius fuit. *Gen.* 9. Maledictus Chanaan, &c.
h Poſt quadringentos, &c.] quod ſecundum diverſos numeros, & diverſos terminos computationis diverſimode exponitur. De hoc *ſup.* 7. Ab ortu Iſaac in quo vocatum eſt Abrahæ ſemen. *Rom.* 8. Fuerunt ſecundum *Exod.* quadringenti quinque anni uſque ad exitum Iſrael de Ægypto. His adde quadraginta annos deſerti & quinque in terra Chanaan, quibus peractis legitur terra a præliis ceſſaſſe. *Joſue* 14. & ſors miſſa eſt, & habebis quadringentos quinquaginta annos, ſicut hic dicitur.
i Poſt hæc] tempus judicum tranſit ad comprobandam Dei patientiam.
k Poſtulaverunt] contra voluntatem Dei.
l Et dedit] cumulatur Dei patientia.
m Virum] malum dicit *Gl.* de noviſſima tribu quod vindictæ genus eſt.
n Annis quadraginta] Liber Regum non aperte exprimit quot annis Saul regnaverit, ſed Apoſtolus vulgo loquens dicit quaſi crebrior fama habuit. Chronicæ vero teſtantur; quod Saul & Samuel quadraginta annis præfuerunt Iſraeli.
o Et amoto] pro malitia.
p Suſcitavit] propter humilitatem radicis vel perſonæ, vel propter figuram Chriſti ſuſcitati.
q David regem] continua oſtenditur patientia.
r Inveni] niſi ego quærerem nulli appareret. 1.*Reg.* 13. Quæſivit ſibi Dominus virum juxta cor ſuum, & præcepit ei Dominus ut eſſet dux, &c.
ſ Filium Jeſſe] parvæ ſtirpis.
t Virum] hoc propter ipſum vel Chriſtum de ſemine ejus natum. *u* Qui faciet omnes voluntates] Hoc maxime Chriſto convenit.

a Hujus

Digitized by Google

a Hujus Deus, &c.] Ad hoc tendebant prædicta. *b* Secundum promiſſionem] iſtam. Qui faciet omnes voluntates meas in eis, &: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. *c* Eduxit] non ſubito, ſed poſt multas promiſ-
Pſalm.131. ſiones prophetarum. *d* Iſrael] ſpiritualis. *e* Jeſum] interpretationem ponit cum nomine. *f* Prædicante] non dante quod Chriſto ſervabatur. *g* Joanne] cujus auctoritas magna. *b* Ante faciem] in modum lucernæ. De quo *Pſ.* 131. Paravi lucernã Chriſto meo.
E
i Pœnitentiæ] *Gl.* Remiſſionis qua per pœnitentiam peccatum remittitur. *k* Curſum] præcurſoris officiũ. *l* Quem me arbitramini] interrogative. *m* Non ſuũ] Ecce proprium deitatis eſt, vel non ſum ego Chriſtus, quem me arbitramini eſſe. *n* Poſt me,] quia ego præcurſor ejus ſum.
Isf. 15. *o* Non ſum dignus] humilitas. *p* Calceamenta pedum ſolvere] i. incarnationis myſteriũ aperire, ſcil. unionem deitatis ad carnem tanquam pedis ad calceamẽtum. Vel (Calceamenta pedum ſolvere) ideſt Eccleſiã in ſponſam ducere, ſicut mos erat in lege ſecundum unum modũ, vel ideſt humanitatem Chriſti a me removere, quia per ipſum neceſſe habeo ſalvari, ſicut alii. *q* Viri fratres] ſermo ſuavis.

nitur. *t* Filius] non ſervus, ut ceteri. *u* Meus] conſubſtantialis. *x* Ego] proprium deitatis eſt. *z* Genui] ideſt deitate, ubi nec heri, nec hodie, nec cras. *y* Hodie] de virgine, quia & illa generatio a Deo eſt. Et ſic patet, quod non ad reſurrectionem, de qua proxime meminit, pertinet hoc exemplum Pſalmi, ſed ad incarnationem, ſequens autem verſus manifeſte agit de reſurrectione, quod enim de incarnatione, paſſione, & reſurrectione dixit prophetæ teſtimonio aſtruit, quaſi diceret: tu qui es æternus ante ſæcula filius apparebis, & tempore de virgine natus: probata incarnatione ſtatim probat & reſurrectionem.

tates mea. *a* Hujus Deus ex ſemine *b* ſecundum promiſſionem *c* eduxit *d* Iſrael ſalvatorem *e* Jeſum *f* prædicante *g* Joanne *b* ante faciem adventus ejus Baptiſmum *i* pœnitentiæ omni populo Iſrael. Cum impleret autem Joannes *k* curſum ſuum dicebat: *l* Quem me arbitramini eſſe *m* non ſum ego, ſed ecce venit *n* poſt me, cujus *o* non ſum dignus *p* calceamenta pedum ſolvere. *q* Viri fratres filii generis Abraham, & qui in *r* vobis timent Deum, vobis *ſ* verbum ſalutis hujus miſſum eſt. Qui enim habitabant Jeruſalem, & principes ejus *t* hunc *u* ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne ſabbatum leguntur, *x* judicantes *y* impleverunt. Et nullam cauſam mortis *z* invenientes in eo, *a* petierunt a Pilato, ut *b* interficerent eum. Cumque *c* conſummaſſent omnia, quæ de eo *d* ſcripta erant, *e* deponentes eum de ligno, *f* poſuerunt eum in monumento. *g* Deus vero *b* ſuſcitavit eum a mortuis tertia die, qui viſus eſt per dies *i* multos *k* his *l* qui ſimul aſcenderant *m* cum eo de Galilæa in Jeruſalem, qui uſque nunc ſunt *n* teſtes ejus ad plebem. Et nos vobis annunciamus *o* eam, quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam *p* hanc *q* Deus adimplevit filiis noſtris *r* reſuſcitans Jeſum, ſicut & *ſ* in pſalmo ſecundo ſcriptum eſt; *t* Filius *u* meus es tu, *x* ego *y* hodie *z* genui te. Quod autem ſuſcitavit eum a mortuis amplius jam non reverſurum in corruptionem, *a* ita dixit: Quia *b* dabo vobis *c* ſancta *d* David *e* fidelia. Ideoque & alias dicit: Non dabis *f* ſanctum tuum videre *g* corruptionem. David enim *b* in ſua generatione cum *i* adminiſtraſſet voluntati Dei, *k* dormivit, & appoſitus eſt ad patres ſuos, *l* & vidit *m* corruptionem. Quem vero Deus ſuſcitavit, non vidit corruptionem. *n* Notum igitur ſit vobis, viri fratres, quia *o* per hunc vobis remiſſio peccatorum annunciatur ab omnibus *p* quibus non *q* potuiſtis *r* in lege Moyſi *ſ* juſtificari. In hoc omnis qui credit juſtificatur. *t* Videte ergo ne ſuperveniat vobis *u* quod dictũ eſt in *x* prophetis. *y* Videte contemptores, & admiramini *z* & diſpergimini, *a* quia opus operor ego in diebus veſtris, opus quod non *b* credetis ſi quis enarraverit vobis. *c* Exeuntibus autem illis,

F

a Ita dixit] *Iſa.* 55. Qui novi teſtamenti myſteria prærogat. Conſtituam vobis teſtamentum æternum ſancta David fidelia, ubi nos habemus: Feriam vobiſcum pactum ſẽpiternum, miſericordias David fidelis.
b Dabo] implebo quæ promiſi David ſecundũ Chriſtum de eo naſciturum.
c Sancta David] ſanctum templum corporis Chriſti in paſſione ſoluti. *Jo.* 2. Tertia die reſuſcitati in corruptione & glorificati. Vel *c* Sancta] verba & exempla.
d David] ideſt Chriſti manu fortis.
e Fidelia] ſine mendacio. *f* Sanctum tuum] corpus Chriſti.
g Corruptionem] putrefactionem, quia reſurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. *Rom.* 6. Ideo dicit: (Sancta David fidelia) ideſt incorrupta & in æternum manſura.
b In ſua generatione] quartadecima ab Abraham. *Matt.* 1.
i Cum adminiſtraſſet] feciſſet voluntatem Dei. Unde *ſap.* Qui facit omnes voluntates meas.
k Dormivit] ut naſcentium, ita & morientium numero appoſitus.
l Vidit] experimento. *m* Corruptionem] vermium, ideo prædicta de Chriſto, & non de David intelligi oportet.
n Notum igitur] Ad id reſpondet quod dixit: Deus vero ſuſcitavit eum. *o* Per hunc] Jeſum.
p Quibus] peccatis.
q Non potuiſtis] ne de lege confidant.
r In lege] *Gl.* Quæ fuit virtus, & augmentum peccati. 1. *Cor.* 15. Et nihil ad perfectum adduxit. *Heb.* 7.
ſ Juſtificari] quia juſtus ex fide vivit. *Abac.* 2.
t Videte] dum credens juſtificatur.
u Quod dictum eſt] ſcilicet vos eſſe contemptores.
x In prophetis] in uno libro duodecim prophetarum.
y Videte contemptores] cavete infideles.
z Et diſpergimini] *Abac.* 1. Ab Aſſyriis & Chaldæis, tandem a Romanis.
a Quia opus) utriuſque vindictæ. Vel (opus) incarnationem cui non credendo contemptores eſtis.
q Non creditis) negantes incarnationem Verbi. Vel propter utriuſque vindictæ magnitudinem dicuntur non credere donec completæ fuerint, in Græco: Audite contemptores, & admiramini, reſpicite & diſpergimini. Littera noſtra habet *Abac.* 1. Aſpicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obſtupeſcite, quia opus factum eſt in diebus veſtris, &c.
c Exeuntibus) Tertia pars de effectu ſermonis.

r Vobis] *Matth.* 15. Non veni niſi ad oves, quæ perierant domus Iſrael. Vel (Vobis diſperſis,) quia habitatores Jeruſalem illud repulerunt. *ſ* Verbum] Evangelium, vel Chriſtum Verbum patris. *t* Hunc] Jeſum. *u* Ignorantes] eſſe ſalvatorem. *x* Judicantes] Chriſtum reum eſſe mortis, quia judices plebis erant. Vel (Judicantes) Voces prophetarum, quia non credentes. Qui enim detrahit fratri, aut judicat fratrem detrahit legi, & judicat legem. *Jac.* 4. Quanto magis Chriſto detrahentes.
y Impleverunt] prophetiam neſcientes, quia ſi manus inermis, os armatum. *z* Invenientes] quamvis quærerent. *a* Petierunt] *Luc.* 23. Inſtabant voce magna poſtulantes ut crucifigeretur. *b* Ut interficerent] per manus militum. *c* Conſummaſſent.] Unde ipſe dixit *Joan.* 19. Conſummatum eſt. *d* Scripta] de paſſione ejus prophetata. *e* Deponentes] non Judæi, ſed Joſeph genere Judæus per Synecdochen. Vel (deponentes) ideſt deponi permittentes, quia ad hoc urgebantur ſecundum legem. *Deut.* 21. Quæ dicit: Maledictus qui pendet in ligno, quaſi ſatis eſt maledictus non debet plus maledici, & ita nec plus pendere. *f* Poſuerunt] non miniſterio, nec auctoritate, quæ apud Pilatum erat, ſed ut prius permiſſione. *g* Deus vero] deitas ſua quæ cum Patre, & Spiritu ſancto una eſt. *b* Suſcitavit] ſecundum hominem.
i Multos] quadraginta. *k* His qui] certis & notis cognitoribus.
l Aſcenderant] ad montana proxima Jeruſalem.
m Qui] non eorum ſucceſſores.
n Teſtes] idonei. *o* Eam] reprehenſionem.
p Hanc] prophetiam quæ ſequitur (Genui te.)
q Deus] qui ſuſcitavit eum. *r* Filiis noſtris] In Græco filiis eorum, ſcilicet Jeroſolymorum. *ſ* In pſalmo ſecundo] Quidam libri habent primo. Et exponitur, quia apud Hebræos primus, & ſecundus pſalmus in unum ſunt compilati, qui & a beatitudine incipit, & in beatitudine fi-

A *a* Rogabant

a Rogabant] Impletur quod prædixit : Non credetis si quis enarraverit vobis, dicit *Gl.* Contra statim sequitur. (Rogabant, &c.) Ergo acquiescebant verbo Dei. Solut. Non ex fide, sed ex perfidia dicebant, vel sic videbatur eis Paulus aliqua prædixisse supra legem, quæ volebant repeti, ut ex verbis ejus condemnarent eū.

g Disseminabatur] quia semen est verbum Dei. *Luc.* 8.
h Verbum] Evangelium, vel Christus.
i Per universam regionem] ut jam non esset tantum notus in Judæa Deus, sed jam tam gentibus, quam Judæis prædicabatur.

b Cumque dimissa] ab Apostolis vel cum inciperent domum redire.
c Multi] non principes.
d Colentium] Deū, dicit *Gl.* Et intelligitur de Judæis. Vel melius de proselytis, qui natura Gentiles erant, sed religione Judæi.
e Ut permanerent] perseverando tam incipientes, quàm perfecti, & non tantum auditores, sed factores essent verbi. *Jac.* 1. & *Rom.* 2.
f In gratia] quam acceperunt, sed adhuc rudes erant.
g Civitas] metonymice continens pro contento.
h Convenit] secundum consuetudinem Judæorum.
i Videntes] Quarta pars, de invidia Judæorum.
k Turbas] convenire ad Apostolos.
l Zelo] invidia non parvo.
m Et contradicebant.] *Gl.* Veritati contradicit invidia.
n Blasphemantes] *Gl.* Qui contradicit veritati, blasphemus est.

D

a rogabant ut ſequenti ſabbato loquerentur ſibi verba hæc. *b* Cumque dimiſſa eſſet ſynagoga, ſecuti ſunt *c* multi Judæorum *d* & colentium Deum advenarum Paulum & Barnabam, qui loquentes ſuadebant eis, ut *e* permanerent *f* in gratia Dei. Sequenti vero ſabbato pene univerſa *g* civitas *h* convenit audire verbum Dei. *i* Videntes autem *k* turbas Judæi, repleti ſunt *l* zelo, *m* & contradicebant his quæ a Paulo dicebantur blaſphemantes. *n* Tunc *o* conſtanter Paulus, & Barnabas dixerunt : *p* Vobis oportebat primum *q* loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, *r* & indignos vos judicatis *ſ* æternæ vitæ, ecce *t* convertimur ad gentes. Sic enim *u* præcepit *x* nobis Dominus : *y* Poſui te *z* in lumen gentibus, *a* ut ſis *b* in ſalutem uſque *c* ad extremum terræ. Audientes autem gentes gaviſæ ſunt, *d* & glorificabant verbum Domini; & crediderunt quotquot erant *e* præordinati *f* ad vitam æternam. *g* Diſſeminabatur autem *h* verbum Domini per *i* univerſam regionem. Judæi autem concitaverunt *k* religioſas mulieres honeſtas *l* & primos *m* civitatis, & excitaverunt perſecutionem in Paulum & Barnabam, *n* & ejecerunt eos de finibus ſuis. At illi *o* excuſſo pulvere pedum in eos venerunt Iconium. *p* Diſcipuli quoque replebantur *q* gaudio, & Spiritu ſancto.

CAPUT XIV.

FActum *r* eſt autem in Iconio ut ſimul introirent ſynagogam Judæorum, & loquerentur, ita ut crederet Judæorum, & *ſ* Græcorum copioſa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Judæi, ſuſcitaverunt & ad iracundiam concitaverunt animas gentium adverſus *t* fratres. † Multo igitur tempore *u* demorati ſunt *x* fiducialiter agentes in Domino, *y* teſtimonium perhibente *z* verbo gratiæ ſuæ, dante ſigna, & prodigia fieri per manus eorum. Diviſa eſt autem multitudo civitatis, & quidam quidem erant cum Judæis, quidam vero cum Apoſtolis. Cum autem factus eſſet impetus gentilium, & Judæorum cum principibus ſuis, ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos, intelligentes *a* confugerunt ad civitates *b* Licaoniæ, Liſtram, & Derben, & univerſam in circuitu regionem, & ibi evangelizantes *c* erant. † Et commota eſt omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas morabantur Liſtris. *d* Et quidam vir Liſtris infirmus pedibus *e* ſedebat claudus *f* ex utero matris ſuæ, qui nunquam ambulaverat. Hic audivit Paulum loquentem. Qui *g* intuitus cum

k Religiosas mulieres] sive de Judæis, sive de proselytis.
l Et primos] principes primarios.
m Civitatis] Antiochiæ Pisidiæ.
n Et ejecerunt] primarii, quia non credebant.
o Excusso] secundum illud *Matth.* 10. In testimonium quod inanem fecerant laborem Apostolorum, & quod nihil acciperetur ab eis, qui Evangelium respuunt, etiam necessarium victus, & tales a Christo rejicientur, sicut pulvis, quem projicit ventus a facie terræ, qui si Apostolos recipissent, sensus suos a pulvere vitiorum solvissent.
p Discipuli] Christiani.
q Gaudio] de fructibus Spiritus sancti. *Galat.* 5. *Glo∫* Judæis fidem persequentibus, discipuli econtra gaudio spiritus ditantur.

A

al. † Dominus autem dedit cito pacem.

al. † non habet. † Et commota, &c.

o Constanter] non timentes principes Judæorum.
p Vobis oportebat] secundum illud *Matth.* 5. Non sum missus.
q Primum] quia vobis promissum.
r Et indignos, &c.] Contra, zelabant legem ut haberent vitam æternam. Solutio : Loquuntur Apostoli secundum sensum, & fidem suam, non illorum, qui errabant.
ſ Æternæ vitæ,] illo scilicet, qui est vita æterna, non tamen inquantum vita æterna, qui illam non recipiebant.
t Convertimur] *Gl.* Transferentur montes in cor maris. *Rab.* Primo filiam principis venit Jesus sanare, sed Hemorroissa præripuit sanitatem. *Matth.* 9.
u Præcepit] prædixit. Non enim fuit præceptum, sed prædictio ex parte prophetantis, sed ex parte recipientium, quia ita servaverunt ac si esset præceptum.
x Nobis] quia licet prophetia de Christo ad quem loquitur pater, non incongrue membris attribuitur quod capitis est, *sup.* 9. Saule Saule quid me persequeris.
y Posui te] *Is.* 49. Non habemus : Dedi te in lucem gentium.
z In lumen] post tenebras perfidiæ.
a Gentibus] non in una tantum gente Judæorum.
b In salutem] quæ est necessaria contra peccati infirmitatem.
c Ad extremum] per omnes terminos.
d Gavisæ sunt,] post tenebras de lumine, post infirmitatem de sanitate.
e Præordinati] a Deo. Ordo est, ut post laborem quies, post mortificationem carnis vita sequatur.
f Ad vitam] qua indignos se judicaverunt Judæi.

EXPOSITIO CAP. XIV.

FActum est autem, &c.] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In prima agitur de multiplicatione fidelium in Iconio, & schismate infidelium contra fideles, & fuga Apostolorum. In secunda de sanatione claudi in Listris, & sedatione volentium sacrificare Apostolis, ibi : (Et quidam vir) In tertia de lapidatione Pauli procurata ab illis qui venerunt de Antiochia, & Iconio, & evasione [illegible] & reditu cum Barnaba in Derben, & Antiochiam confirmatis fratribus, & ordinatis per singulas civitates Episcopis, ibi : (Supervenerunt, &c.) Dicit ergo.
r Factum est autem, &c. ut simul] Paulus & Barnabas.
ſ Et Græcorum] gentilium vel Judæorum dispersorum.
t Fratres] credentes. Quod in Græco sequitur. Dominus autem dedit cito pacem, quidam Latini codices non habent. *u* Demorati] Iconii.
x Fiducialiter] cum fiducia prædicantes.
y Testimonium] in signis & prodigiis.
z Verbo] in quo per Spiritum sanctum datur remissio peccatorum.
a Confugerunt] *Matth.* 10. Si vos persecuti fuerint in unam civitatem.
b Licaoniæ] regionis, cujus civitates sunt Listra, & Derben.
c Evangelizantes] ad hoc fugerunt. Unde *Beda* : Fuga Apostolorum non plus ex timore, quam ex amore verbi Dei, & hoc de timore naturali, qui non est vitium.
d Et quidam] Secunda pars.
e Sedebat] quia nec stare, nec ire poterat. *f* Ex utero] nunquam ambulaverat, tanto majus miraculum. *g* Intuitus]

Spiritu

& videns, quia *a* fidem haberet ut ſalvus fieret, & dixit magna voce. *b* Surge ſuper *c* pedes tuos rectus. *d* Et exilivit, & ambulabat. *e* Turbæ *f* autem cum vidiſſent, quod fecerat Paulus, *g* levaverunt vocem ſuam Licaonice dicentes. *h* Dii ſimiles facti hominibus deſcenderunt ad nos. Et vocabant *i* Barnabam Jovem, k Paulum vero *l* Mercurium, quoniam ipſe erat dux verbi. Sacerdos quoque Jovis, qui erat *m* ante civitatem, tauros, *n* & coronas a ante januas afferens cum populis volebat *p* ſacrificare. *q* Quod ubi audierunt Apoſtoli Barnabas, & Paulus *r* conſciſſis tunicis ſuis *ſ* exilierunt in turbas clamantes, & dicentes. Viri quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus *t* ſimiles vobis homines, annunciantes vobis *u* ab his vanis converti ad Deum *x* vivum, *y* qui fecit *z* cœlum, & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, qui in præteritis generationibus *a* dimiſit omnes gentes *b* ingredi *c* in vias *d* ſuas. Et quidem non ſine *e* teſtimonio ſemetipſum reliquit, *f* benefaciens de cœlo dans pluvias, & tempora fructifera *g* implens cibo, & lætitia corda veſtra. & hæc dicentes vix *h* ſedaverunt turbas ne ſibi immolarent. *i* Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Judæi, k & perſuaſis turbis lapidanteſque Paulum *l* traxerunt *m* extra civitatem æſtimantes eum mortuum eſſe. Circumdantibus *n* autem eum diſcipulis, ſurgens intravit civitatem, & poſtera die profectus eſt cum *o* Barnaba in Derben. Cumque evangelizaſſent civitati illi, & docuiſſet *p* multos, reverſi ſunt *q* Liſtram, & Iconium, & Antiochiam, *r* confirmantes animas diſcipulorum, *ſ* exhortanteſque ut permanerent *t* in fide, & quoniam per multas *u* tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias *x* presbyteros & oraſſent *y* cum *z* jejunationibus *a* commendaverunt eos Domino in quem crediderunt. *b* Tranſeunteſque Piſidiam venerunt in *c* Pamphyliam & loquentes verbum Domini in Pergen, deſcenderunt *d* in Attaliam, & inde navigaverunt *e* Antiochiam, unde erant *f* traditi *g* gratiæ Dei in opus quod compleverunt. *h* Cum autem veniſſent, & congregaſſent Eccleſiam, *i* retulerunt k quanta feciſſet Deus cum *l* illis, & quia aperuiſſet gentibus *m* oſtium fidei. Morati ſunt autem tempus non modicum cum diſcipulis.

Spiritu ſancto monſtrante, vel ſignis infirmitatis, & fidei apparentibus.
a Fidem] quæ tanta erat ut ſalvari poſſet per eam, vel ut crederet per eam ſalvari.
b Surge] qui hucuſque ſediſti. In Græco habetur. Tibi dico in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſurge. Cui reſpondit *Int.* Bonus ſervus Dominum glorificat.
c Pedes tuos] non alienos ut ante.
d Et exilivit] Velocitas oſtenditur ſanitatis. *Iſ.* 35. Saliet ſicus cervus claudus.
e Et ambulabat] ne ad horam tantum exiliiſſe putaretur. Sicut autem in illo claudo, *ſup.* ſalus Judæorum ſignificatur primo fidei tempore cum necdum prædicaretur gentibus, ita in iſto ſalus gentium inter nova converſæ gentilitatis gaudia ſancti, Judæis ob perfidiam repulſis, & damnationis
D pulvere reſperſis.
f Turbæ] quarum ſenſus erant turbati.
g Levaverunt] in quo notatur petulantia, vel altior erat ſententia quam ſua lingua Barbara & unius Dei ignara.
h Dii ſimiles] Stulſus error gentilium qui omne, quod ſupra ſe vident Deos putant, qui in diverſis formis apparuiſſe referuntur.
i Barnabam] qui prios eſſe videbatur.
k Jovem] Deorum patrem, & hominum regem.
l Mercurium] qui eloquens & litteratus fuiſſe traditur, & linguam, & ſapientiam præſtare putatur.
Et dicitur Mercurius quaſi in medio currens, ſcilicet inter aures, & linguam: Græce vero hermes, i. interpres.
m Ante civitatem] Liſtris.
n Tauros] ad immolandum.
a Et coronas] ad ornandum caput Dei ſui, aut alio modo religionis nobis ignoto. Vel eorum mos erat, ut ſacrificantes diis ad honorem eorum coronas ſibi imponerent, victimis pariter coronatis. Vel ut faciem templi ornarent juxta ritum gentium, 1. *Matt.* 4.
p Sacrificare] Barnabæ quaſi Jovi.
q Quod ubi audierunt] ſcil. quod vellent ſacrificare.
r Conſciſſis] In ſignum magni doloris, ſecundum morem Judæorum.
ſ Exilierunt] animo commoti, non patienter ferentes ſe honorari in injuriam Dei, ſicut Herodes, *ſup.* 12. & ideo ab Angelo percuſſus eſt.
t Similes vobis] mortalibus.
u Ab his] Jove, Mercurio, & aliis diis [Converti] quia averſi eſtis.
x Vivum] non mortalem, ut vos, & Dii veſtri.
y Qui fecit] non factus eſt.
z Cœlum & terram,] i. omnes creaturas.
a Dimiſit] libertati arbitrii.
b Ingredi] non viam, ſed
c Vias] diverſorum errorum.
d Suas] non Dei.

e Sine teſtimonio] quia per creaturas, & beneficia Deum ſe eſſe teſtatus eſt.
f Reliquit] non ex toto, ſed bene fecit.
g Implens] ventri & voluptati carnis ſatisfaciens. *Rab.* Carnalibus loquitur de carnalibus, quia lætitia de cibis, & vino quod lætificat cor hominis.
h Vix ſedaverunt] ad oſtenſionem infirmitatis ſuæ.
i Supervenerunt autem quidam, &c.] Tertia pars:
k Et perſuaſis turbis] in occiſionem Pauli. *l* Traxerunt] ad lapidandum ſicut cadaver, 2. *Cor.* 11. Semel lapidatus ſum. *m* Extra civitatem] ut abominabiles, ſimiliter, & Stephanum, *ſup.* 7. Supra dixerat, in generali, quod fugerunt ad partes Lycaoniæ, & poſtea per partes narravit primo quid factum ſit in Liſtris, ſecundo quid in Derben. Unde ſtatim ſubditur.
n Circumdantibus] ne videretur a Judæis, & ſic eum defendere volebant.
o Cum Barnaba.] Sed quare Paulus, & non Barnabas lapidatus eſt? Reſponſio, quia Paulus tunc prædicabat.
p Multos] quia non omnes recipiebant.
q Liſtrum] per eadem veſtigia, quæ venerant.
r Confirmantes,] fidem in eis fundatam roborantes.
ſ Exhortanteſque] vel exorantes pro eis, quaſi incerti utrum ſint ad eos amplius reverſuri. Unde infra dicitur quod conſtituerunt presbyteros.
t In fide] fortes contra multitudinem tribulationum, quæ fidei poſcit conſtantiam.
u Per multas tribulationes.] Labor præmittitur, & poſt regni introitus prædicatur, quia etſi difficilis via, regnum tamen quo itur ad vitam appetendum eſt.
x Presbyteros] iidem tunc dicebantur presbyteri, qui Epiſcopi.
y Oraſſent] pro eis.
z Cum jejunationibus] cum diſcipulis jejunantibus, dicit *Gl.* Unde manifeſtum eſt, & ipſos jejunaſſe.
a Commendaverunt] oratione ut fortiores eſſent.
b Tranſeunteſque Piſidiam] regionem in qua erat alia Antiochia.
c Pamphyliam] in qua erat civitas Pergen.
d In Attaliam] civitatem ut plures dicunt.
e Antiochiam] de qua exierunt miſſi a Spiritu ſancto.
f Traditi] a fratribus.
g Gratiæ] Spiritui ſancto vocanti eos, *ſup.* 13.
h Cum autem veniſſent] Antiochiam.
i Retulerunt] aſſignaverunt fructum ſui laboris.
k Quanta feciſſet] in doctrina & ſignis.
l Cum illis] illorum obedientiæ cooperans.
m Oſtium] Chriſtum. *Joan.* 10. Vel fidem 1. *Cor.* 16. Oſtium mihi apertum eſt.

EXPOSITIO CAP. XV.

ET quidam deſceodeores.] Hoc capitulum dividitur io quatuor partes. In prima dicitur de diſſenſione orta Antiochiæ propier eos qoi dicebaot converſos ex Gentibus debere circumcidi, & ſervare legem, pro quo Barnabas, & Paulus miſſi ſunt ad Apoſtolos in Jeruſalem. In ſecunda dicitur quid Apoſtoli, & ſeniores ad hoc reſponderunt, ibi [Conveneruntque Apoſtoli] In tertia quod miſerunt per nuncios epiſtolam ſententiam ſuam continenrem ibi [Tunc placuit] In quarta de diſſenſione inter Barnabam, & Paulum pro Marco, & ſeparatione eorum, ibi [Poſt aliquot autem dies] Dicit ergo. *a* Et quidam] de Judæis Chriſtiani quidem, ſed adhuc judaizantes.

A

b Deſcendentes] ſecundum ſitum loci, vel parvitatem ſenſus. *c* De Judæa] vera confeſſione.

B

al. † præcipue.

d Fratres] de gentibus eredentes.

e Non poteſtis] non ſufficit ſola circumciſio ſpiritualis.

CAP. XV.

a ET quidam *b* deſcendentes *c* de Judæa docebant fratres *d* quia niſi circumcidamini ſecundum morem Moyſi non *e* poteſtis ſalvari. *f* Facta ergo ſeditione non minima, *g* Paulo & Barnabę adverſus illos, *h* ſtatuerunt, *i* ut aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam *k* alii ex aliis ad Apoſtolos, *l* & presbyteros in Jeruſalem, ſuper hac quæſtione. *m* Illi ergo deducti ab Eccleſia pertranſibant Phœnicem, & Samariam, narrantes converſionem Gentium, & *n* faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem veniſſeot Jeroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia, & ab Apoſtolis, & Senioribus, annunciante quanta Deus feciſſet cum illis. *o* Surrexerunt autem quidam *p* de hæreſi Phariſęorum qui erediderunt dicentes, quia oportet circumcidi eos, † *q* pręcipere quoque *r* ſervare legem Moyſi. *ſ* Conveneruntque Apoſtoli, & Seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna *t* conquiſitio fieret, ſurgens *u* Petrus dixit ad eos. Viri fratres vos ſcitis quoniam ab *x* antiquis diebus in nobis elegit *y* Deus *z* per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere. Et qui novit corda *a* Deus, *b* teſtimonium perhibuit dans illis Spiritum ſanctum *c* ſicut & nobis, & nihil *d* diſcrevit inter *e* nos & illos, *f* fide purificans corda eorum. Nunc *g* ergo *h* quid tentatis *i* Deum, imponere *k* jugum ſuper cervices *l* diſcipulorum, quod neque nos, *m* neque patres noſtri portare potuimus? Sed *n* per gratiam Domini Jeſu Chriſti *o* credimus ſalvari quemadmodum, *p* & illi. *q* Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in Gentibus *r* per eos. Et poſtquam

f Facta] a Judæis.
g Paulo] contra Paulum, vel a Paulo, & Barnaba contra Judæos.
h Statuerunt] illi Judæi, & fratres quos docebaot circumcidi, & etiam ipſi Apoſtoli.
i Ut aſcenderent] ſitu loci, vel altitudine ſenſus.
k Alii] ex utriſque diſſentientibus. De hac aſcenſione, *Gal.* 1. Poſt annos quatuordecim aſceodi, &c. Unde probat *Bed.* io eadem *Gloſ.* Paulum in eodem anno quo Chriſtus paſſus eſt cooverſum, ſic Petrus & Paulus poſt paſſionem Chriſti anno trigeſimonono, ideſt, Neronis ultimo paſſi ſunt. Petrus vero ſedit Romæ Epiſcopus vigintiquinque annis, quibus ſi addas quatuordecim prædictis erunt trigintanovem, & ſic eodem quartodecimo anno quo Paulus venit Jeruſalem, Petrus ivit Romam, quarto anno Claudii, qui & ipſe erat quartus decimus a converſione Pauli, & paſſione Chriſti. Quod verum eſt de anno emergenti, computando, ſcilicet, a paſſione Chriſti, de anno autem uſuali qui incipit a Januario, non eſt verum, quia in Jaouario ſequentis anni converſus. Ideo dicit magiſter in hiſtoriis, ipſum converſum ſecundo anno a paſſione, anno, inquam, uſuali non emergenti.
l Et presbyteros] ætate, vel gradu. *Deut.* 17. Si difficile, & ambiguum. Et *Mal.* 2. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam.
m Illi] qui ſtatuti ſuot ut aſcenderent ab Eccleſia Antiochiæ quam diaerat congregatam.
n Et faciebant gaudium] charitas congaudet veritati, 1. *Cor.* 13.
o Surrexerunt] corpore, vel incootinentia animi.
p De hæreſi] qui prius Phariſæi, modo in Chriſtum credebant.
q Præcipere] oportet vos o Judices.
r Servare] Gentiles Chriſto credentes. Hoc errore decepti Galatæ circumciſionem cum baptiſmi gratia miſcebant.
ſ Conveneruntque] ad audiendam utriuſque partis ſententiam, primo illorum denunciationem, hinc habetur exemplum faciendi conventus ad diſcernendum, quæ neceſſaria ſunt.
t Conquiſitio] utriuſque partis inter judices.
u Petrus] frequenter ſurgere dicitur, & pro omnibus loquitur quaſi princeps. *x* Ab antiquis] ex quo Cornelius baptizatus eſt, *ſup.* 10.
y Deus] non ego propria voluntate, ſed qui Cornelio oſtendit & mihi.
z Per os meum] non alterius ex Apoſtolis quaſi qui primus prædicavi Gentibus, primus ab eis excutiam jugum legis: Eunucho enim Philippus Diaconus non Apoſtolus prædicavit *ſupra* 8.
a Corda] veram eorum fidem.
b Teſtimonium] ſine quo non auderem.
c Sicut & nobis,] in linguis variis.
d Nihil diſcrevit] eumdem dans ſpiritum, & eadem dona.
e Inter nos] circumciſos, & incircumciſos.
f Fide] non circumciſione. *Rom.* 10. Non eſt diſtinctio Judæi, & Græci.
g Nunc ergo] ex quo teſtimonium perhibuit Deus.
h Quid tentatis] quaſi ejus teſtimonio non credentes, quaſi hoc non facimus nos, ſed vos.
i Deum] qui ſpiritum dedit incircumciſis.
k Jugum,] circumciſionis, & ſervitutem legis, quia ubi ſpiritus Domini, ibi libertas, 2. *Cor.* 3.
l Diſcipulorum] robur fidei credentium. *Deut.* 6. Non tentabis Dominum Deum tuum. *Bed.* Deum tentat qui aliter quam ipſe præcipit facere laborat, qui præcepta ejus ſine gratia ſe poſſe implere confidit.
m Neque patres] quia non potuerunt omnia, quæ in lege erant, obſervare præ intolerabili gravitate, & ideo obnoxii maledictioni. *Deut.* 27. Maledictus, qui non permanſerit, &c. Idem *Gal.* 3. Quod verum eſt de maledictione pœnæ. Vel expone [Neque potuimus,] i. via potuimus.
n Per gratiam, &c.] gratuitum donum Dei ſine operibus legis.
o Credimus] etiam nos circumciſi.
p Et illi] Gentiles credunt. Vel patres noſtri jugum legis portare non valentes, per gratiam ſe ſalvos fieri crediderunt. *Abac.* 2. Juſtus ex fide vivit.

Unde ſacramenta, etſi pro diverſis temporibus mutata, ad unitatem tamen fidei concorditer currebant. Ideo Petrus grave jugum tollere vult, ut ſuave imponat libertatis. Ex præmiſſis oritur quæſtio, utrum lex gravior ſit an Evangelium, an paria ſint.

Et videtur Evangelium gravius, quia cohibet animum cum manu, & lex manum tantum. Contra *Matt.* 11. Jugum meum ſuave eſt.

Item multo plura præcipiuntur in lege, ut hic dicitur. Quod æque gravia ſint, videtur per illud *Ezech.* 1. Rota in rota.

Sol. Poſſunt conſiderari ſecundum ſubſtantiam præceptorum, ut de manu & animo, ſic difficilius eſt Evangelium vel quantum ad motum, quia timor in lege movet, amor in Evangelio, & ſic levius: vel quantum ad numerum, ſic lex gravior. Si autem lex ſpiritualiter intelligatur, æque ſunt gravia, quia eſt rota in rota, unum in altero ſicut præmiſſum eſt, in quo & patres per gratiam ſunt ſalvati. *Matt.* 21. Qui præibant, & qui ſequebantur clamabant: *Oſanna filio David.*
q Tacuit autem omnis multitudo] Nota ordinem loquentium, quia ſingulis loquentibus tacent, prius Petro, deinde Barnabæ, & Paulo.
r In Gentibus] quia præputium non impedit virtutes.

a Viſitavit]

tacuerunt reſpondit Jacobus dicens: Viri fratres audite me. Simon narravit quemadmodum primum *a* Deus viſitavit ſumere *b* ex Gentibus populum *c* nomini ſuo, *d* ut huic concordant *e* verba Prophetarum, ſicut *f* ſcriptum eſt. Poſt hęc *g* revertar, & reędificabo tabernaculum David, quod cecidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud, ut requirant *h* ceteri hominum Dominum, *i* & omnes gentes ſuper quas *k* invocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens *l* hæc. Notum *m* a ſęculo eſt Domino opus ſuum. Propter quod *n* ego *o* judico *p* non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum, ſed *q* ſcribere ad eos, ut *r* abſtineant ſe *ſ* a contaminationibus ſimulachrorum, *t* & fornicatione, & ſuffocatis, *u* & ſanguine. *x* Moyſes enim a temporibus antiquis habet io ſingulis civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne ſabbatum legitur, *y* Tunc *z* placuit Apoſtolis, & Senioribus cum omni Eccleſia eligere *a* viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Judam qui cognominabatur

a Viſitavit] quia infirmæ erant. Et infirma mundi elegit Deus 1. *Cor.* 1. viſitando voluit. *b* Ex gentibus.] *Iſ.* 65. Ecce ego ad gentes quæ neſciebant me. *Et* 55. Ecce gentes quas neſciebas, vocabis. *c* Nomini ſuo] ut vocetur populus Dei. *Oſ.* 1. Et 1. *Pet.* 2. Ut huic] Simoni vel ſermoni.

e Verba prophetarum] dicit, licet de uno tantum faciat mentionem, quia unus eſt liber duodecim prophetarum, & omnes communicant illi libro. Vel *Interl.* ſolvit.

D [Verba] de ſalute gentium agentia.

Am. 9. *f* Scriptum.] *Am. ult.* Secundum aliam litteram.

g Revertar] ad litteram poſt tranſmigrationem & captivitatem Judæorum, & deſtructionem tabernaculi, reduxit eos Dominus in Jeruſalem, & reædificaverunt Jeruſalem, & templum, ita ut gentes hæc videntes laudarent Deum. Sed de hoc nihil ad præſens.

Myſtice. Sed myſtice conſonat ei, quod dictum eſt *ſup.* proximo. Dimiſit eos, ſcil. Gentes ingredi vias ſuas. Sed [poſt hæc revertar] ad eos [& reædificabo] in eis [tabernaculum David] i. fidem dando per quam purificentur. Hoc intendunt Simon, & Jacobus. Vel tabernaculum umbra legis eſt, Phariſæorum traditionibus corrupta, quæ Domino in carne apparente per gratiam, & fidem erecta eſt, ut non tantum Judæi, ſed & Gentes nomen ejus requirant.

h Ceteri] præter Judæos Chriſto credentes.

i Dominum] qui benefecit Iſraeli in ſe confidenti.

k Invocatum] a ſacerdotibus in baptiſmo. *Num.* 6. Invocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael. Et ponitur hic præteritum pro futuro more prophetico, i. invocabitur.

l Hæc] quæ prophetata erant implens.

m A ſæculo] præſcivit ab æterno, quod futurum erat in Gentibus.

n Ego] concordans Petro.

o Judico] recte judicat, quod trium teſtimonio confirmatur, duorum, ſcil. Apoſtolorum & Prophetæ, *Deut.* 19. In ore duorum, vel trium teſtium.

p Non inquietari.] *Gloſ.* Quod Deus ædificat homo inquietet.

Sed quare judicat, & diffinit Jacobus, & non Petrus. Sol. Quia erat Epiſcopus Jeroſolymitanus, & quia ibi mota erat quæſtio, ad ipſum ſpectabat ſolutio.

q Scribere] judico.

r Ut abſtineant] hæc ſit eorum circumciſio.

ſ A contaminationibus] cultibus.

t Et fornicatione] ut caſti ſint, ad quam maxime pronæ erant Gentes. *u* Et ſanguine] ne bibant ſanguinem diis ſuis immolatum ſecundum priſtinum morem. Quare autem ſuffocatum prohibuerit, non ſatis patet, ſicut dicitur in hiſtoriis. Primum prohibetur propter cultum unius Dei, ſecundum propter moralia decalogi, tertium, & quartum propter ſobrietatem, & honeſtatem. Inhoneſtum enim eſt, & aſcribitur guloſitati, vel avaritiæ comedere ſuffocatum, morticinum ſcil. vel a beſtia jugulatum, & in parte comeſtum.

Item leccacitatis eſt ſi occideres volatilia, ut non extrahatur ſanguis quod faciunt leccatores, ut carnes ſint teneriores. Hæc duo ultima dicit *Bed.* in *Gl.* ad tempus prohibita gentibus donec confirmati eſſent in Evangelio, ſed poſtmodum conceſſa pro inveterata gentilitatis conſuetudine. Sed ne putentur eadem perfectioribus ſufficere, ſtatim ſignanter addit.

x Moyſes enim, &c.] Quaſi etſi præceptorum acerbitate non graventur modo, poſtmodum tamen cum ad lectionem Moyſi, & prophetarum convenerint, paulatim vitæ inſtituta, & ſervandæ invicem dilectionis jura ſuſcipient. Primitivam enim Eccleſiam adhuc judaizantem, hoc ſabbatis celebraſſe conſtat.

Et nota quod obſervantia legalium utilis fuit, & neceſſaria ante paſſionem Chriſti, & erat peccatum non ſervare. A paſſione uſque ad confirmationem diſcipulorum in fide Chriſti, & Evangelii indifferentia erant legalia, poſt confirmationem vero abolita, & peccatum erat ſervare ea, quod patet *Gal.* 5. Unde in illo medio ſtatu potuit dici Gentibus, ut audirent ea non ut facerent, ſed ut ſpiritualiter intelligerent, & etiam ſic in fide confirmarentur. Poteſt etiam dici Jacobum hoc dixiſſe, non ut arctaret eos ad legem, ſed honorifice duceretur ſynagoga ad ſepulchrum. Et ne omnino gentes deſpicerent legem, ſi nihil imponeret eis de legalibus, ideo ad tempus hęc duo prohibita ſunt ſcilicet, quamdiu fuerant legalia indifferentia. Et hæc duo præcipue ad quæ proniores erant. Sed contra hanc *Bed.* ſententiam opponitur, quod dicitur in textu. [Hæc neceſſaria.] *Rab.* autem dicit neceſſaria eſſe ſine quibus non eſt ſalus, ergo ſimpliciter, non ad tempus prohibita.

Item videtur hoc ipſum aſtruere *Hieronym.* ſuper illud *Ezech.* 44. Morticinum & captum a beſtiis de avibus, & de pecoribus non comedent ſacerdotes, dicens. Et hic ponitur in illa *Gl.* Hoc præceptum convenit ſervare illis qui uncti ſunt oleo ſpirituali, ergo, &c. Si conceditur. Contra 1. *Tim.* 4. Nihil rejiciendum eſt, quod cum gratiarum actione percipitur. Et *Rom.* 14. Scio quia nihil immundum, &c. & *inf. eod.* Omnia quidem munda ſunt mundis. Ergo licet eis uti. Sol. ſecundum *Bed.* dicendum, quod neceſſaria dicuntur utilia. Et intelligitur dictum de idololatria, & fornicatione. Ad aliud dicendum, quod *Rab.* & *Bed.* de hoc diverſa ſentiunt.

Unde ſecundum Bedam non inconveniens, ſed *Rab.* dicit falſum, vel e converſo. *Hier.* autem non dicit, quod ſit neceſſe ſervare, ſed conveniens.

Et hoc verum eſt propter prædictas rationes, ut, ſc. nota avaritiæ, & leccacitatis declinetur. Vel ſi vis dicere, quod ſit neceſſe, verum eſt ſecundum veritatem prout accipiuntur hic, & tenemur ad ea ſicut ad alia, non ad tempus ſed ſemper, & ſunt præcepta non veteris, ſed novæ legis. Intelligitur autem non de quolibet, ſed de ſanguine humano, qui effundi prohibetur, ſecundum *Gl.* Ut quæ ſibi non vult fieri, alteri non faciat. *Tob.* 4. Quod eſt inferius præceptum dilectionis proximi, quod ſuperius eſt illud. *Matt.* 6. Quæcumque vultis, ut faciant, &c. Per primum malitia compeſcitur, per ſecundum benignitas propagatur, quod quaſi rudibus needum imponunt. [Moyſes enim, &c.] quaſi ibi paulatim diſcere poterunt integram dilectionem proximi. Similiter intelligitur ſuffocatum non jugulatum a beſtia, ſed coarctatur ad oppreſſionem, quæ fit inter homines, quando major opprimit minorem, & ſuffocat, & ſic idem prohibetur hinc, & inde, ſcil. ut quod ſibi non vult fieri, non faciat aliis, & ſic nulla eſt contrarietas inter *Hieron.* & *Rab.* & *Bedam.* Sed adhuc quæritur, quare hæc ſententia diffinitiva non declaratur. Magis enim debuit poni nomen ſpeciei quam nomen generis, ut diceretur a quo ſanguine, & a quo ſuffocato.

Sol. duplex. Una quia ſcribebatur gentibus habentibus uſum comedendi ſanguinem, quibus non erat abominabilis ſanguis niſi humanus.

Unde ſciebant Apoſtoli, quod ſic intelligeretur, & ſic plana eſt ſententia reſpectu eorum ad quos mittebatur, Alia ut ſervaretur myſticus ſenſus quia comedere ſuffocatum eſt imitari eum, qui per confeſſionem non ejicit ſanguinem peccati.

[Moyſes enim, &c.] Sic junge, ne ſententia ſit dubia. Ideo judico non tantum dicere, ſed ſcribere, quia ſcriptura Moyſi qua mandatur circumciſio ſingulis ſabbatis legitur. *y* Tunc] Tertia pars. Dicente Petro, narrantibus Paulo, & Barnaba, judicante Jacobo, merito. *z* Placuit] commendare legatis fidelibus.

a Viros] præter Apoſtolos, & Seniores.

a Primos] qui non erant Apoſtoli. *Rab.* Miſſi a Chriſto legati, ſuos poſſunt mittere legatos. *b* Apoſtoli] Communis titulus ponitur ne aliqua diſſenſionis occaſio relinquatur. *c* Fratres] ex Judæis. *d* Salutem] Eclypſis, quia omne verbum anguſtum eſt, in latitudine charitatis nullum verbum ponitur, ut omnia ſimul bona ejs velle intelligantur. Et nota primum illi beneficium eſt quod Apoſtoli Gentiles vocant fratres, i. utpote Dei filios.
e Quidam ex nobis] de quibus, *ſup. eod.* Simile 1. *Jo.* 2.
f Turbaverunt] gravem volentes imponere ſententiam.
g Evertentes] a veritate Evangelii.
h Non mandavimus] ideo dictum eſt [Exeuntes, &c.] Vel [Evertentes animas veſtras] ſupple verbis, quæ [non mandavimus.] *Jer.* 23. Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant. *i* Placuit] non coacti ſumus, ſed ex voluntate decrevimus.
k Collectis] ut major ſit auctoritas.
l Hominibus] Commendant ut credatur eis.
m Qui tradiderunt] in omnem tentationem.
n Animas] vitas.
o Pro nomine] nominis annunciatione.
p Miſimus ergo] quia complacuit nobis.
q Qui & ipſi] cum Paulo, & Barnaba.
r Referunt] quæ in Epiſtola continentur. *ſ* Eadem] quæ Paulus, & Barnabas. *t* Viſum] humano quidem ſenſu, ſed ſano.
u Spiritui ſancto] qui arbiter ſuæ poteſtatis ubi vult ſpirat. *Jo.* 3. Ubi vult loquitur.
x Et nobis] quibus ſine Spiritu nihil viſum eſt.
y Hæc neceſſaria,] ut *ſup. Pſ.* 36.
z Bene agetis] Perfecta juſtitia, declina a malo, & fac bonum. Talis inſtitutio ſobrietatem, & prudentiam docet, & juſtitiam. *Sap.* 8.
a Quam cum legiſſent] fideles ex gentibus in Antiochia. *b* Conſolatione] qua dictum eſt, viſum eſt nobis nihil oneris imponere, &c. *c* Et ipſi præter Paulum, & Barnabam. *d* Prophetæ] doctrina, & futurorum denunciatione. *e* Conſolati ſunt] conſolatione prædicta, ſicut in ipſa epiſtola continetur. *f* Et confirmaverunt] in fide Evangelii propter legem. *g* Facto] in Antiochia. *h* Dimiſſi] Judas, & Silas, i. abire permiſſi in Jeruſalem. *i* Viſum eſt] Materia eſt futuri ſermonis.
k Abiit] Jeruſalem. *l* Docentes] de moribus perfectis.
m Et evangelizantes] Chriſtum, & regnum cœleſte.
n Pluribus] doctoribus. *o* Domini] non ſuum non fictum. His diebus impletum eſt illud. *Gal.* 2. Cum veniſſet Cephas, &c. *p* Poſt aliquot, &c.] Quarta pars. *q* Viſitemus] utrum firma ſit eorum fides. *r* Eum] Barnabam. *ſ* In opus] Evangelii. *t* Non debere] ne contagione ejus qui timore fugerat vires aliorum corrumperentur. Ut diſcederent] non vitio commoti, ſed ſpiritu inſtigati, ut pluribus prædicent, non enim omnis contentio peccatum eſt, ſed tantum injuſta, nec erant eis voluntates contrariæ, ſed volita. Uterque enim intendebat commodum Eccleſiæ, Barnabas timebat, ne ille deſperaret. Paulus ne alios puſillanimes faceret.
x Aſſumpto Marco] qui legitur ejus conſobrinus fuiſſe.
y Cyprum] patriam inſulam, *ſup.* 4. Ibi prædicaturus.
z Sila] quem ad hoc remanere fecerat. *a* Traditus] commendatus.
b Syriam, & Ciliciam] Brevitatis cauſa non nominat ſingula loca.
c Eccleſiam] quæ jam fundata erat.

F Barſabas, & Silam viros primos *a* in fratribus, ſcribentes per manus eorum, *b* Apoſtoli & Seniores fratres, *c* his qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus ex gentibus *d* ſalutem. Quoniam audivimus, quia *e* quidam ex nobis exeuntes *f* turbaverunt vos verbis *g* evertentes animas veſtras, quibus *h* non mandavimus, *i* placuit nobis *k* collectis in unum eligere viros, & mittere ad vos cum chariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo, *l* hominibus qui *m* crediderunt *n* animas ſuas *o* pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: *p* Miſimus ergo Judam, & Silam, *q* qui & ipſi vobis verbis *r* referent *ſ* eadem. *t* Viſum eſt enim Spiritui *u* ſancto *x* & nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc neceſſaria, *y* ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, a quibus cuſtodientes vos *z* bene agetis. Valete. Illi ergo dimiſſi deſcenderunt Antiochiam & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam. *a* Quam cum legiſſent gaviſi ſunt ſuper *b* conſolatione. Judas autem & Silas *c* & ipſi cum eſſent Prophetæ, *d* verbo plurimo *e* conſolati ſunt fratres, *f* & confirmaverunt. *g* Facto autem ibi tempore, *h* dimiſſi ſunt cum pace a fratribus ad eos qui miſerant illos. *i* Viſum eſt autem Silæ ibi remanere; Judas autem ſolus abiit. *k* Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ *l* docentes, & *m* evangelizantes cum aliis *n* pluribus verbum *o* Domini. *p* Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus: Revertentes *q* viſitemus fratres per univerſas civitates in quibus prædicavimus verbum Domini, quomodo ſe habeant. Barnabas autem volebat ſecum aſſumere Joannem, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat eum, *r* ut qui diſceſſiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis, *ſ* in opus non *t* deberet recipi. Facta eſt autem diſſenſio, ita ut *u* diſcederent ab invicem, & Barnabas quidem *x* aſſumpto Marco navigaret *y* Cyprum, Paulus vero electo *z* Sila profectus eſt, *a* traditus gratiæ Dei a fratribus. Perambulabat autem Syriam, *b* & Ciliciam confirmans *c* Eccleſiam, præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & Seniorum. G

C A P. XVI.

PErvenit *d* autem in Derben, & Liſtram. Et ecce diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, *e* filius mulieris *f* viduæ fidelis, patre gentili. Huic teſtimonium bonum reddebant, qui in Liſtris erant, & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci, & aſſumens *g* circumcidit eum propter *h* Judæos qui erant

EXPOSITIO CAP. XVI.

PErvenit autem, &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima agitur de inventione, commendatione, & circumciſione Timothei quem ſecum duxit Paulus. In ſecunda de prohibitione prædicationis in Aſia, & viſitatione Macedoniæ, & tranſitu in Macedoniam, ibi [Tranſeuntes.] In tertia de prædicatione facta mulieribus in ſabbato, & converſione Lyddæ quæ eos recepit hoſpitio, ibi [Eramus autem] In quarta de clamore Pythoniſſæ, & ſanatione ejus, & incarceratione Pauli ad inſtantiam dominorum ejus, & liberatione per orationem, ibi [Factum eſt autem, &c.] Dicit ergo [Pervenit autem, &c.] A *Sup.* 11.
e Timotheus] qui interpretatur beneficus.
f Viduæ] vel Judææ. *Gl.* Et Judæam eam fuiſſe patet ex hoc, quod ait, patre gentili.
g Circumcidit] Quare hunc, & non Titum.
Sol. triplex. Ratione temporis, perſonæ & officii. Temporis, quia tunc erat indifferens, ſervare legalia, ut prædictum eſt, nec Epiſtola Apoſtolorum prohibebat, vel jubebat hoc fieri, ſed in converſione Titi jam divulgatum erat Evangelium, & ceſſabant omnino legalia.
Perſonæ, quia Timotheus Judæus erat ex parte matris, Titus utrubique gentilis, unde eſſet ſcandalum Judæorum niſi circumcideretur.
Officii, quia Timotheus fuit Epiſcopus converſorum ex Judæis, & ideo eis debuit ſimilari. Titus Epiſcopus converſorum ex gentibus.
h Propter Judæos, qui erant, &c.] ne ſcandalizarentur, vel ipſum perſequerentur, vel a fide alienarentur, 1. *Cor.* 9. Judæis Judæus factus ſum, &c.
Quibus vetus umbra paulatim tollenda erat ſicut Gentibus idololatria.
Item lex a Deo inſtituta illo tempore potuit ab Apoſtolis uſurpari pro declinanda perfidia Judæorum, Gentilis autem ritus, a Sathana inſtitutus a ſanctis nunquam eſt receptus, nec converſi redire permittebantur ad illum, ſicut Petro revertente ad piſcationem. *Jo: ult.* Matthæus non rediit ad Telonium. Titum autem ideo non circumcidit, ne occaſionem circumcidendi acciperent Gentes ab eo. Unde dicit *Gal.* 2. Sed propter ſubintroductos

ctos falſos fratres, *a* In illis locis] Liſtris, & Iconio, *b* Dogmata] ſtatuta, non quod ipſi fecerant. Eſt exemplum recte docendi etiam non quod feceris. *c* Decreta] per voluntatem Dei. *d* Confirmabantur] in his qui ante crediderunt. *e* Et abundabant] in nuper converſis qui baptizabantur.

bri habent [Conferentes verbum Domini die ſabbati.]

c Oratio,] i. locus aptus locutioni prædicantium, vel prædicationi orantium, qui enim orat ſibi tacite prædicat, vel aliis exemplo.

Hoc capitulum ſæpe infertur ad laudem Apoſtolorum, & commendationem Evangelii. *f* Tranſeuntes] Secunda pars. *g* Et Galatiæ] in qua ſunt Galatæ dicti a candore, quia interpretatur lactei. *i* In Aſia] minore, quia fere omnes civitates, & regiones prædictæ ſunt in Aſia majore. *Bed.* Terribilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum, quidam vult ſequi Jeſum nec permittitur, alter ſequi juſſus, patrem ſepelire prohibetur. *Matt.* 8. Saulus repugnans trahitur, *ſup.* 9. Cornelio oranti, & eleemoſynas facienti quaſi pro remuneratione via ſalutis oſtenditur, *ſup.* 10. Et nunc qui novit corda beneficii gratia doctorem removet ab Aſia ne ſanctum detur canibus: *Matt.* 7. & cor iniquum contempta prædicatione gravius judicetur. Iter vetatur iſti, quia Aſia ſervatur Joanni. *Hier.* etiam dicit, quod tunc erat fames facta ſub Claudio, & quia adhuc canes erant Aſiani, permiſiſſent Apoſtolos mori fame.

a in illis locis. Sciebant enim omnes quod pater ejus erat gentilis. Cum autem pertranſirent civitates, tradebant eis cuſtodire *b* dogmata, quę erant decreta *c* ab Apoſtolis, & Senioribus, qui erant Jeroſolymis. Et Eccleſię quidem *d* confirmabantur fide, *e* & abundabant numero quotidie. *f* Tranſeuntes autem Phrygiam, *g* & Galatiæ regionem vetati ſunt *h* a Spiritu ſancto loqui verbum Dei *i* in Aſia. Cum veniſſent autem *k* in Myſiam tentabant ire in *l* Bithyniam, *m* & non permiſit eos ſpiritus Jeſu. Cum autem pertranſiſſent Myſiam deſcenderunt Troadem, *n* & viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt. Vir *o* Macedo quidam erat *p* ſtans, *q* & deprecans eum, & dicens: Tranſiens *r* in Macedoniam adjuva *ſ* nos. Ut autem viſum vidit, *t* ſtatim *u* quæſivimus proficiſci in Macedoniam certi facti, quod vocaſſet nos Deus evangelizare eis. Navigantes autem a Troade *x* recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim, *y* & inde Philippos, quę eſt prima partis Macedonię civitas *z* Colonia. *a* Eramus autem in hac urbe diebus aliquot *b* conſiſtentes. Die autem ſabbatorum egreſſi ſumus foras portam juxta flumen ubi videbatur *c* oratio eſſe, & ſedentes *d* loquebamur mulieribus, quæ convenerant. Et quædam mulier nomine Lydia *e* purpuraria civitatis Thyathirenorum *f* colens Deum audivit, cujus Dominus *g* aperuit cor intendere his, quę dicebantur a Paulo. Cum autem baptizata eſſet & domus ejus, deprecata eſt, dicens: *h* Si judicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, *i* & manete, k & coegit nos. *l* Factum eſt autem euntibus nobis ad orationem puellam quamdam habentem ſpiritum *m* Pythonem obviare nobis, quę quęſtum magnum pręſtabat dominis ſuis *n* divinando. Hęc ſubſecuta Paulum, & nos clamabat, dicens: *o* Iſti homines ſervi Dei *p* excelſi ſunt qui *q* annunciat vobis vitam ſalutis. *r* Hoc autem faciebat multis diebus. *ſ* Dolens autem Paulus, *t* & converſus ſpi-

B

C

D

d Loquebamur] Patet quod orationem vocavit locutionem. *e* Purpuraria,] i. purpura induta, vel eam texens vel vendens, Eccleſiam ſignificat, quæ ſanguinem fundit, ut vitam emat, quia purpura ſãguine tingitur, & prædicationem a Judæis repulſam devote ſuſcepit.

f Colens Deum] verum, quia natura dictabat, vel forte audierat a Judæis.

g Aperuit] Diabolus corda claudit, ſed Dominus aperit.

h Si judicaſtis,] i. ſi digna ſum ut in me habitet Deus.

i Et] vos [manete] In domos gentilium non conſueverant intrare cauſa Judæorum.

k Et coegit nos.] *Luc. ult.* Hic dantur duo exempla, ſcil. cogendi hoſpites, & invitandi ad nuper converſos.

l Factum eſt autem euntibus, &c.] Quarta pars.

h A ſpiritu] *Gl.* Qui præſciebat illos non modo credituros. *k* In Myſiam] quæ eſt in Europa, tunc enim de Aſia tranſierunt in Europam.

l In Bithyniam,] i. rurſus in Aſiam, in qua nondum oſtium apertum. *Col.* 4. Ergo faciebant contra prohibitionem Spiritus Sancti. Sol. non credebant prohibitionem niſi ad tempus.

m Et non permiſit] quia non erant ſalutem recepturi. *Rab.* In figura hujus facti ſeminalibus induebantur ſacerdotes. *Exod.* 28. & *Ezech.* 44. Velut ſeminandi opus non facturi. *Rab.* Permittuntur Apoſtoli velle, ſed non ire, ut appareat infirmitas humana, & dicat Deo, fiat voluntas tua. Nominantur & provinciæ aliis reſervatæ, ut Joanni, & Philippo, & Lucæ, qui in Bithynia obiit.

n Troadem] ubi erat oſtium apertum.

o Vir] Angelus illius gentis aſſimilatus Macedoni proprietate linguæ, in quo notatur ſollicitudo Angelorum circa nos & inſtruitur prælatus, ut quærat ſibi adjutorem. *Prov.* 18. Frater qui adjuvatur a fratre, &c.

p Stans] Angeli Domini ſemper ſtare dicuntur.

q Et deprecans] ex forma humana, dicens forma ſpeciali, vel indicio verbi.

r In Macedoniam] Hic patet virum fuiſſe Macedonem.

ſ Nos] Ex perſona hominis dicitur. Non enim indigent Angeli auxilio hominum. Et innuit Macedones, vel per Angelos a Deo inſpirari, vel per aliquos doctores cœpiſſet doceri. *t* Statim] velox obedientia.

u Quæſivimus.] Hic primo oſtendit Lucas ſe fuiſſe comitem Pauli. *x* Recto curſu] ſcil. plenis velis.

y Et inde Philippis, quæ eſt prima] venientibus a mari. Et ſunt prædicta nomina civitatum.

z Colonia] *Bed.* Quæ præ defectu indigenarum novis cultoribus impletur, unde a cultura agri dicitur Colonia.

a Eramus autem in hac urbe] Tertia pars.

b Conſiſtentes] conſiliando, vel cogitando. Quidam li-

m Pythonem, &c. Python nomen maligni ſpiritus, per quem Pythoniſſæ agunt, ut mortuos ad divinationem ſuſcitent. Sicut 1. *Reg.* 28. Samuel, vel potius pro eo ſpiritus immundus ſuſcitatus eſt. Dicit *Beda*. Hoc genus ab Apolline Pythio inventum, & nomen accepit, cui etiam Hebræum conſonat, quia Python dicitur os abyſſi. *n* Divinando,] i. divinationis pretio. Et nota quod quidam dicunt hanc non fuiſſe obſeſſam, ſed habuiſſe ſpiritum familiarem futura ſibi tantum revelantem, pro eo quod quædam *Gl. Rab.* dicit, quod non in facie, ſed poſt eos clamat, ſemineam ſervans pudicitiam, ergo erat compos mentis.

Item alia *Gloſ. Bed.* Barjeu qui fidem impugnavit arte privatum excæcavit, *ſup.* 13. Hanc quæ perverſa licet mente loquebatur vera ſolummodo arte privavit, ergo artem tantum divinandi habens non erat obſeſſa. Ubi autem infra jubentur ſpiritus exire, ſolvuntur, non quantum ad obſeſſionem, ſed quantum ad revelationem. Alii dicunt, & melius, quod erat obſeſſa, ſicut videtur dicere textus.

Et ſicut ſpiritus prophetiæ non datur ad ſemper, nec ad omnem actum, ita & ſpiritus malus non vexat ſemper.

Unde bene poterat quandoque compos eſſe mentis, & ſemineam ſervare pudicitiam. Ad aliud dicimus, quod arte privata eſt non divinandi, ſed lucrandi, quia non habebat artem, licet prædiceret futura.

o Iſti homines] Non eſt voluntaria iſta confeſſio, ſed timore Spiritus ſancti cogente, vera loquitur mendax ſpiritus non auſus luce præſente ſuas tenebras celare.

p Excelſi] licet ſint humiles, excelſus eſt eorum Deus.

q Qui annunciant] Servos Dei, & Deum breviter laudat ejuſque doctrinam.

r Hoc autem faciebat] clamabat aut per bonum naturæ, aut Deo cogente per ſpiritum Pythonicum.

ſ Dolens autem Paulus] *Gl.* Illam a diabolo poſſideri. Patet quod erat poſſeſſa.

t Et converſus ſpiritui dixit] quia poſt eum clamabat,

a Præcipio] poteſtate non adjuratione. Hæc eſt enim poteſtas eorum, ut quæ ligaverint ſint ligata. *Matt.* 16. *b* Jeſu Chriſti] non meo. *c* Exire] quia indignum erat, ut verbum Evangelii immundus ſpiritus nunciaret: *Bed.* Qui purpurariam Eccleſiæ adunavit, hanc immundo ore Deum prædicantem puniens arte privavit non divinandi, ſed lucrandi, ut *ſup.* *d* Et exiit] ab ea quia erat obſeſſa. *e* Ejus] puellæ. *f* Quia exivit ſpes] vel ſpiritus. *g* Apprehendentes] De ſe tacet Lucas, licet cum eis fuerit ut vitet arrogãtiam. *h* Judæi] qui mali ſunt, vel captivi, vel alterius legis. *i* Morem] fidem Chriſti, in cujus nomine ſpiritus exierat. *k* Non licet] Jam enim decreverant Romani ne quis Deus reciperetur niſi approbante Senatu. *l* Suſcipere] auditu. *m* Facere] actu. *n* Romani] qui meliores Judæis ſunt, vel Domini vel diſſimilis legis. *o* Sciſſis, &c.] Alterum ad abominationem, alterum ad pœnam. *p* Diligenter] per quod patet major virtus liberationis. Et per hoc etiam quod ſequitur [Miſit eos, &c.] *q* Media autem nocte] ſurgebam ad confitendum tibi. *Gl.* Hac hora, & maxime in periculis ſervanda eſt diligentia orationis. *r* Eos] Paulum, & Silam. *ſ* Erant] juncti. *t* Ut moverentur] devotio orantium, & virtus orationis exprimitur. *u* Omnia] interiora, & exteriora. *x* Et univerſorum] non tantum Pauli, & Silæ. Horum exemplo Deum laudat, qui ſibi gaudendum exiſtimat cum in varias tentationes incidit. *Jac.* 1. Et in ſuis infirmiter gloriatur, &c. 2. *Cor.* 11. *y* Expergefactus] magno terræ motu. *z* Cuſtos] carceris.

E

F

titui dixit: *a* Præcipio tibi in nomine *b* Jeſu Chriſti *c* exire ab ea. *d* Et exiit eadem hora. Videntes autem domini *e* ejus, quia exivit *f* ſpes quæſtus eorum, *g* apprehendentes Paulum, & Silam perduxerunt in forum ad principes & offerentes eos magiſtratibus dixerunt: Hi homines conturbant civitatem noſtram, cum ſint Judæi *h* annunciant *i* morem quem non *k* licet nobis *l* ſuſcipere, neque *m* facere cum ſimus *n* Romani. Et cucurrit plebs adverſus eos, & magiſtratus *o* ſciſſis tunicis eorum juſſerunt eos virgis cędi. Et cum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi, ut *p* diligenter cuſtodiret eos. Qui cum tale præceptum accepiſſet, miſit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum ſtrinxit ligno. *q* Media autem nocte Paulus, & Silas adorantes laudabant Deum, & audiebant *r* eos, qui in cuſtodia erant. *ſ* Subito vero terræmotus factus eſt magnus, ita *t* ut moverentur fundamenta carceris. Et ſtatim aperta ſunt *u* omnia oſtia, & univerſorum *x* vincula ſoluta ſunt. *y* Expergefactus autem *z* cuſtos carceris, & videns januas apertas carceris *r* evaginato gladio volebat ſe interficere, æſtimans fugiſſe vinctos. *a* Clamavit autem Paulus voce magna dicens: Nihil feceris tibi mali, univerſi *b* enim hic ſumus. Petitoque lumine introgreſſus eſt, & tremefactus *c* procidit Paulo, & Silæ ad pedes, & producens eos *d* foras ait, Domini, *e* quid me oportet *f* facere, ut ſalvus fiam: At illi dixerunt: Crede *g* in Dominum *h* Jeſum, & ſalvus eris tu & *i* domus tua. *k* Et locuti ſunt ei verbum Domini cum omnibus, qui erant in domo ejus. Et tollens eos in illa hora noctis *l* lavit plagas eorum. Et baptizatus eſt ipſe & omnis domus ejus continuo. *m* Cumque perduxiſset eos in domum ſuam, *n* appoſuit eis menſam, *o* & lætatus eſt cum omni domo ſua credens Deo. Et cum dies factus eſset, miſerunt magiſtratus lictores dicentes: Dimittite *p* homines *q* illos. Nunciavit autem cuſtos carceris verba hęc Paulo quia miſerunt magiſtratus, ut dimittamini. Nunc igitur exeuntes ite in pace. Paulus autem dixit eis: Cęſos nos publice *r* indemnatos homines *ſ* Romanos miſerunt in carcerem, & nunc *t* occulte nos ejiciunt? Non ita, ſed veniant, & ipſi nos ejiciant. Nunciaverunt autem magiſtratibus lictores verba hęc: Timueruntque audito, quod Romani eſsent, & venientes deprecati ſunt eos, & educentes rogabant ut egrederentur de urbe. Exeuntes autem de carcere, introierunt *u* ad Lydiam, & viſis *x* fratribus *y* conſolati ſunt eos & *z* profecti ſunt.

C A P. XVII.

a CUm autem perambulaſſent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, ubi erat ſynagoga Judęorum. Secundum *b* conſuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per ſabbata tria diſserebat eis de ſcripturis adaperiens, & inſinuans, quia Chriſtum oportuit *c* pati, & reſurgere a mortuis, & quia hic eſt Jeſus Chriſtus quem ego annuncio vobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti ſunt Paulo, & Silę, & de colentibus *d* gentibus *e* multitudo *f* magna, & mulieres nobiles non paucę. *g* Zelantes autem Judęi *h* aſſumenteſque de vulgo viros quoſdam malos, *i* & turba facta *k* concitaverunt *l* civitatem, & aſſiſtentes domui *m* Jaſonis quęrebant *n* eos produ-

non unus tantum, ſed ambo præ gaudio, quia oſtium fidei apertum erat, vel oſtenditur æquitas benefaciendi. *l* Lavit] per eos plagas criminis amiſit. *m* Continuo.] *Gl.* Velocitas obedientiæ ſignificat, quia neſcit tarda molimina Spir. S. gratia. *n* Appoſuit] bonum utrumque exemplum. *o* Lætatus] Hic eſt fructus baptiſmi, ſcil. lætitia ſpiritualis. *p* Dimitte] ne plures credant. *q* Illos] quaſi deſpectos. *r* Indemnatos] ſine reatu certo a judicibus prolato. *ſ* Romanos] cenſus profeſſione vel cohabitatione, vel quia filius erat civis Romani, *inf.* 2. *t* Occulta] cum publice flagellaverunt; nolebat enim ut cum aliis civitatibus prædicaret, poſſet ei objici, quod per fraudem fugiſſet. *u* Ad Lydiam] regionem. *x* Fratribus] Chriſtianis, qui ibi erant. *y* Conſolati] adventu ſuo doctrina & exemplo. *z* Et profecti] poſt verbum, conſolationis.

G

EXPOSITIO CAP. XVII.

CUm autem, &c.] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In prima dicitur de adventu Pauli Theſſalonicam & prædicatione, & perſecutione quam ibi habuit. In ſecunda de advẽtu ejus Beroam, & quid ibi acciderit ei, ibi [Fratres vero confeſtim.] In tertia quomodo venit Athenas & quid ibi fecerit, ibi [Paulus autem, &c.] nomina ſunt civitatum. *b* Conſuetudinem] Judæorum & Pauli. *c* Pati & reſurgere] quod ad ſolum Jeſum pertinet. Judæi enim qui paſſionem, & reſurrectionem negare non poterant, Antichriſtum expectantes ea ad Jeſum pertinere contradicebant. Ideo Paulus non modo Chriſti myſteria prædicat, ſed docet omnia conſummata eſſe in Chriſto. *d* Et de colentibus] Deum. *e* Gentibuſque] i. de illis, qui gentilem ritum judaiſmo mutaverunt, & de his qui gentiles permanſerant multi credebant. *f* Multitudo] quæ ideo prius credunt, ut levius viros trahant. *g* Zelantes] illos qui credebant. *h* Aſſumenteſque] *Rab.* Prima cauſa malitiæ, quia de vulgo, ſecunda, quia præ vulgo mali erant. *i* Et turba propter] ſenſum turbatum. *k* Concitaverunt] ad conventum commoverunt. *l* Civitatem] Theſſalonicam. *m* Jaſonis] viri fidelis. *n* Eos] Paulum ac Silam quos putabant ibi eſſe.

A

B

a Clamavit.] *Rab.* Magna vox qua occulta declarantur. Sciebat enim in tenebris illum velle occidere ſe, ſed inimico cuſtodi pepercit.
b Univerſi] vincti quos cuſtodiebas quos timeas fugiſſe vis te occidere.
c Procidit] propter potentiam aperti carceris, & ſcientiam occultorum.
d Foras] de carcere.
e Domini] honorare eos incipit plus quam decuit.
f Facere] Sentit ſe haſtenus maleſeciſſe.
g In Dominum] non in Dominos, ut de nobis dixiſti.
h Jeſum] Salvatorem illi nunciant qui quærebant ſalutem: *i* Et domus tua] credens in eum. *k* Et locuti.]

a Trahe-

a Trahebant] putabant eos ab eo occultatos. b Et quoſdam fratres.] In Græco additur, alios, per quod innuitur Jaſonem fuiſſe fratrem.
c Hi] Apoſtoli & eorum ſucceſſores, ſupple ſunt.
d Regem alium] quod eſt contra decretum Cæſaris. *Job* 19. Qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Apoſtoli dicebant Chriſtum regem Judæorum, ideſt, confitentium. Unde & Judæi Chriſtum accuſaverant. e Concitaverunt] ipſi prius concitati. f Audientes] qui defendebant & excuſabant.
C g Satisfactione] pecuniaria vel corporali, vel quia negavit ſe ſuſcepiſſe eos. Et ſic contra conſcientiam, ergo peccavit mortaliter, ſicut Ananias. *Sup.* 5. Sol. Hoc mendacium fuit officioſum, quia profuit, non nocuit, illud nocuit, & non profuit. Item licet fecerit contra conſcientiam rei, non tamen fecit contra conſcientiam
D facti vel faciendi, quia conſcientia dictabat ei quod non deberet aliter dicere, & ſi diceret peccaret mortaliter prodendo homines utiles Eccleſiæ.
b Fratres vero, &c.] Secunda pars.
i Beroam] civitas.
k In ſynagogam] Fortitudo fidei oſtenditur quia pro Judæorum perſecutione loqui non ceſſant.

cere in populum. Et cum non inveniſſent eos, a trahebant Jaſonem b & quoſdam fratres ad c principes civitatis clamantes, quoniam hi qui urbem concitant & huc venerunt, quos ſuſcepit Jaſon, & hi omnes contra decreta Cæſaris faciunt d regem alium dicentes eſſe Jeſum. e Concitaverunt autem plebem & principes civitatis f audientes hæc. Et accepta g ſatisfactione a Jaſone & a ceteris, dimiſerunt eos. b Fratres vero confeſtim per noctem dimiſerunt Paulum & Silam in i Beroam, Qui cum veniſſent in k ſynagogam Judæorum introjerunt. l Hi autem erant m nobiliores eorum qui ſunt Theſſalonicæ, qui ſuſceperunt verbum cum omni aviditate quotidie n ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberent. o Et multi quidem crediderunt ex tis & gentilium mulierum honeſtarum, p & viri non pauci. Cum autem cognoviſſent in Theſſalonica q Judæi, quia & r Beroæ prædicatum eſt ſ a Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commoventes & turbantes multitudinem. Statimque tunc Paulum dimiſerunt fratres, ut iret uſque ad mare. Silas autem & Timotheus remanſerunt t ibi. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum u uſque x Athenas, & accepto mandato y ab eo ad Silam, &

l Hi autem] qui ſuſceperunt eos in Beroa.
m Nobiliores] genere vel animo.
n Scrutantes] *Joan.* 3. Scrutare ſcripturas, &c.
o Et multi] de Beroa.
p Et viri] vel virorum.
q In Theſſalonica] exiſtentes.
r Et Beroæ] præter Theſſalonicam.
ſ A Paulo] qui erat dux verbi, & ideo poſtea ſolus dimiſſus eſt ut iret ad mare.
t Ibi] Beroæ.
u Uſque Athenas] civitatem Atticæ.
x Et accepto mandato] verbo vel per Epiſtolam.
y Ab eo] Paulo.
z Profecti] ab Athenis fratres qui deduxerant Paulum. Quidam putant dictum de Sila & Timotheo ad Paulum profectis.
a Paulus autem.] Tertia pars.
b Spiritus] meus ad compatiendum non malitiæ eorum ſed naturæ, ſicut Chriſtus fremuit in ſuſcitatione Lazari. *Joan.* 11. Et David Abſalon, 2. *Reg.* 18.
c Diſputabat] inſtigante ſpiritu.
d Et colentibus] Deum vel Deos gentilibus.
e Epicurei] ab auctore ſuo qui dicitur voluptatis aſſertor, cujus traditiones ſequentes felicitatem hominis ſolam corporis voluptatem dicebat.
f Et Stoici] Græce, Latine elementa, contendebant omnia peccata eſſe paria, felicitatem in ſola animi virtute ponentes, qui inter ſe diſſidentes Apoſtolum unanimiter impugnabant, quia hominem docebat beatum fore in corpore & in anima, non in præſenti nec ex ſe, ſed gratia Dei in reſurrectione per Jeſum Chriſtum.
g Seminiverbius] quia ſemen eſt verbum *Luc.* 8. & 1. *Cor.* 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, &c. *Aug.*

Irridendo dicunt, ſed nos non reſpuimus, quia verbi ſeminator erat & meſſor morum, quod & nos facimus.
h Dæmoniorum] Hoc nomen audierunt a Judæis eſſe abominabile, ideo ei comparant doctrinam Pauli, vel Judæi ſunt ſcilicet qui hoc dicunt, Sadducæi negantes reſurrectionem cum Epicureis, qui dicunt ſpiritum mori cum corpore.

Timotheum ut quam celeriter venirent ad illum, z profecti ſunt. a Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur b ſpiritus ejus in ipſo, videns idololatriæ deditam civitatem. c Diſputabat igitur in ſynagogam cum Judæis & colentibus, d & in foro per omnes dies ad eos qui audierant. Quidam autem e Epicurei & f Stoici Philoſophi diſſerebant cum eo, & quidam dicebant: Quid vult g ſeminiverbius hic dicere? Alii vero: Novorum h dæmoniorum videtur annunciator eſſe, quia Jeſum & reſurrectionem annunciabat tis. Et apprehenſum eum ad i Areopagum duxerunt dicentes: Poſſumus ſcire quæ eſt hæc k nova quæ a te dicitur doctrina? Nova enim quædam infers auribus noſtris. Volumus ergo l ſcire quidnam velint hæc eſſe. Athenienſes autem omnes & advenæ hoſpites m ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere aut audire n aliquid o novi. Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienſes p per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos † video. Præteriens enim & videns q ſimulacra veſtra, inveni & Aram in qua r ſcriptum erat, ſ Ignoto Deo. t Quod ergo ignorantes colitis, hoc u ego annuncio x vobis. y Deus qui fecit

i Areopagum] Nomen curiæ Athenienſis ab Arios idolo Martis, & pagos quod eſt villa.
k Hæc nova] quantum ad opinionem hoc dicentium, non quantum ad veritatem, quia nihil novum ſub ſole. *Eccl.* 1. Vel, (Nova) quantum ad genera & ſpecies, non quantum ad individua. E
l Scire] qualia ſint & ad quid tendant.
m Ad nihil aliud] Ideo interrogabant qualis eſſet doctrina Pauli.
n Audire] diſcere.
o Aliquid novi] non ut firmiter crederent, ſed tantum mirarentur.
p Per omnia] ideſt, omnium genera. Vel (Per omnia) dogmata. al. † Judices F.
q Simulacra] deorum nobis notorum.
r Scriptum] ſingulis aris inſcriptum erat cui eſſent dedicatæ.

ſ Ignoto Deo] ſupple dedicata eſt hæc ara. Et unde hoc? dicitur in hiſtoriis, quia in paſſione Domini quando factæ ſunt tenebræ per tres horas *Matth.* 27. per totam terram, perceperunt Athenienſes non eſſe eclypſim ſolis naturalem quam impoſſibile eſt fieri luna quintadecima, ſed nec tamdiu durat, & ſenſerunt aliquam eſſe virtutem ſupra naturam Solis & planetarum, quæ hoc faceret & Deus eſſet quem quia ignorabant quis eſſet, vocaverunt ignotum Deum, & ſic colebant eum.
t Quod ergo ignorantes,] ſcilicet quod ara confitetur colitis, quia aram ejus habetis.
u Hoc ego] non nova ut dicitis, ſed illud ignotum.
x Annuncio,] ut jam non ſit ignotus Deus. *Bed.* Notus in Judæa Deus, ſed non receptus.

Ignotus Achajæ licet per multa quæſitus. Ideo ignorans ignorabitur, 1. *Corinth.* 14. Prævaricator damnabitur, neuter immunis a culpa, ſed excuſabilior qui fidem non obtulit Chriſto quem neſcivit.

Dicitur autem Deus ignotus quem nemo novit ut eſt.

Nemo enim novit filium niſi pater, &c. *Matth.* 11. Sic erat ignotus, & Paulo. Vel dicitur ſimpliciter ignotus, quia a Gentibus ignoratur.
y Deus quia fecit] Per creaturas notificat creatorem. Et nota ſermonis ordinem. Primo docet unum eſſe Deum creatorem omnium, deinde idolorum opinionem deſtruit, eo quod ſaxeis non includatur templis, nec egeat ſanguine victimarum omnium Dominus, tandem aſtruit eum ad cujus ſimilitudinem factus eſt homo, non eſſe metallis ſimilem, erroris remedium doceas pœnitentiam.

Et congrue, quia ſi prius coltus idolorum deſtrueret, non audiretur a Gentibus.

Unum autem aſſerens Deum, dicit per Chriſtum ſalutem

nobis datam, quam tamen magis hominem quam Deum nominat incipiens ab his quæ geſſit in corpore ſupra hominem, ut comprobet Deum eſſe fide paulatim creſcente, quia de initiis ad perfecta aſcenditur, non e converſo.
a Et ornata] fructus & habitatores cœli, & terræ.

ſuperiorem, aurum & argentum, &c. hujuſmodi inferiora quæ non debent ei comparari ut adorentur opera manuum hominum.
x Sculpturæ artis] actibus humanis.
y Tempora] præterita,

b Non in manufactis] non parvo loco clauditur, nec variis coloribus diſtinguitur, in idolis, ecce idola deſtruit. *c* Nec manibus] quaſi facientium eum. *d* Colitur] ſit ad hoc ut ſit Deus. *e* Vita] animam quam inſpirat. *f* Et inſpirationem] ſeptem. *g* Fecit] Adã. *h* Ex uno] homine, in Græco, ex uno ſanguine, quia ſanguis propagationẽ carnis ſignificat, & per carnem intelligitur homo.
i Tempora] ætatum & regnorum. *k* Et terminos] fines gentium ſingularum.
l Quærere] ad hoc facit genus humanum ut quærat fide.
m Attrectent] charitate.
n Quamvis] quaſi quæritur ab homine, quamvis ſit prope.
o Vivimus] utraque vita.
p Et movemur] utroque motu, ſc. membrorum & diſcurſu locorum.

mundum *a* & omnia quæ in eo ſunt; hic cœli & terræ cum ſit Dominus, *b* non in manufactis templis habitat, *c* nec manibus humanis *d* colitur indigens aliquo, cum ipſe det omnibus *e* vitam *f* & inſpirationem & omnia, *g* fecitque *h* ex uno omne genus hominum inhabitare ſuper univerſam faciem terræ definiens ſtatuta *i* tempora *k* & terminos habitationis eorum, *l* quærere Deum, ſi forte *m* attrectent eum aut inveniat, *n* quamvis non longe ſit ab unoquoque noſtrum. In ipſo enim *o* vivimus *p* & movemur & *q* ſumus, *r* ſicut & quidam veſtrorum Poetarum dixerunt *ſ* Ipſius enim *ſ* & genus ſumus. *t* Genus ergo cum ſimus Dei, non *u* debemus æſtimare auro & argento aut lapidi *x* ſculpturæ artis, & cogitationis hominis divinum eſſe ſimile. *y* Et tempora quidem hujus *z* ignorantiæ *a* deſpiciens Deus, nunc *b* annunciat *c* hominibus ut *d* omnes ubique *e* pœnitentiam agant, eo quod *f* ſtatuit diem in qua *g* judicaturus eſt orbem in *h* æquitate *i* in viro in quo *k* ſtatuit, fidem *l* præbens omnibus ſuſcitans eum a mortuis. Cum audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc *m* iterum. Sic Paulus *n* exivit de medio eorum. Quidam vero viri *o* adhærentes ei, crediderunt, in quibus & Dionyſius *p* Areopagita & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

CAP. XVIII.

POſt hæc *q* egreſſus ab Athenis venit Corinthum, & inveniens quemdam Judæorum nomine Aquilam; Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia & Priſcillam uxorem ejus, eo quod *r* præcepiſſet Claudius diſcedere omnes Judæos a Roma, acceſſit ad eos & quia ejuſdem erat artis, manebat apud eos & operabatur. Erant autem *ſ* ſcenofactoriæ artis. † Et diſputabat in ſynagoga per omne ſabbatum, interponens nomen Domini Jeſu, ſuadebatque Judæis & Græcis. Cum veniſſent autem de Macedonia Silas & Timotheus, inſtabat *t* verbo Paulus teſtificans Judæis *a* eſſe *x* Chriſtum Jeſum. *y* Contradicentibus autem eis, & blaſphemantibus, excutiens *z* veſtimenta ſua, dixit ad eos:

z Ignorantiæ] qua ignoratus eſt. *a* Deſpiciens] ignoſcens ut venialia. Vel de alto aſpiciens vel ſpernens & indigna judicans ſua notitia.
b Annunciat] per Apoſtolos.
c Hominibus] prudentibus. *d* Omnes] perſonæ.
e Pœnitentiam agent.] Ad hoc omnia dicta ſunt ut pœnitentiam quæ eſt in corde, agant in opere. *f* Statuit] *Gloſſ.* Quia Deo nihil futurum eſt. Item dies ſtatutus cauſa pœnitentiæ eſt. *g* Judicaturus] introducit quod oderant qui reſurrectionem non credebant. *h* In æquitate] non ſecundum acceptionem perſonarum. *i* In viro] Chriſto vero homine, vel virili & forti, cui pater omne judicium dedit, *Joh* 5. *l* Fidem] reſurrectionis ſuæ exemplo. Vel ſic. *h* Statuit] judicare. *l* Fidem præbens omnibus] quod reſurgant. *m* Iterum] quaſi modo nec credimus, nec reſpuimus. *n* Exivit] quaſi excommunicans eos. *o* Adhærentes] non remanentes ex timore. *p* Areopagita] Judex Areopagi, qui poſtea Epiſcopus Corinthiorum bene rexit Eccleſiam ad cujus utilitatem multa reliquit volumina, a loco dictus Areopagita.

A

Iſta clauſula.

† Et diſputabat, &c. uſque ibi Græcis ſumpta eſt de Græcis.

B

q Sumus] corporaliter vel ſpiritualiter, *Aug.* Id operatur in nobis quod vivimus, &c. Hoc eſt opus quo continet omnia, pertingens a fine uſque ad finem fortiter, quod opus ſi ſubtraxerit, nec vivemus, nec movebitur, nec erimus. Quæritur quam habitudinem notet hæc propoſitio. [In ipſo.] Et conſtat ſecundum expoſitionem *Aug.* quod cauſæ efficientis.

Sed videtur quod cauſam efficientem verius importaret hæc propoſitio ab, quam in, ſic, ab ipſo vivimus, &c.

Sol. Aliter eſt Deus cauſa efficiens quam aliæ cauſæ. Aliæ enim extrinſecæ ſunt, non unitæ rei. Deus autem prima eſt cauſa efficiens quod unitur effectui. Ideo in aliis ponitur cauſa quæ notet ſeparationem, hic autem unionem.

Item (Vivimus in ipſo) vita (movemur in ipſo) via (ſumus in ipſo) veritate. *Job cap.* 14. Vel (Vivimus) quoad initium vitæ (Movemur) quoad progreſſum (Sumus) quoad conſummationem.

r Sicut & quidam.] *Bed.* His qui Prophetas non recipiunt auctorum ſuorum loquitur teſtimonio, verſum Arati Poetæ ponet & de falſis eorum quibus contradicere non poterant ſuam veritatem confirmat.

ſ Et genus ſumus,] id eſt, creatura & opus quod creavit. *Aug.* In his quæ creavit oſtenditur Deus indeſinenter operari, neque enim tanquam ejus ſubſtantia in ipſo ſumus, ſicut dicitur vitam habere in ſe. *Jo:* 5. Sed cum aliud ſumus quam ipſe, non aliud in illo ſumus, niſi quia id operatur quod vivimus, movemur & ſumus, quia ſi pars poteſt eſſe in toto cujus pars eſt, ipſum totum non eſt niſi in illo a quo conditum eſt, neque hoc ſecundum corpus dicitur, quia & de mundo ſimiliter dici poteſt, in quo ſecundum corpus vivimus, movemur & ſumus. Sed de mente imaginem Dei facta dicitur quodam excellenti modo, quia qui non eſt in ipſo, de quo dicitur. *Rom.* 11. Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, nihil eſt.

t Genus ergo] non natura, ſed ſpiritu ejus editi, voluntate creati, & adoptione recreati.

u Non debemus.] Homo in medio eſt, habens Deum

EXPOSITIO CAP. XVIII.

POſt hæc] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In 1. agitur de adventu Pauli Corinthum, & quid ibi ei accidit. In 2. de tranſitu ejus in Syriam cum Priſcilla & Aquila, & diſputatione cum Judæis in Epheſo, & tranſitu in Galatiam & Phrygiam, *ibi* [Paulus vero.] In 3. de adventu Apollinis in Epheſum & prædicatione ejus, quem Priſcilla & Aquila plenius docuerunt, qui poſt in Achaja prædicavit, *ibi* [Judæus autem] Dicit ergo. *q* Poſt hæc egreſſus] Paulus. *r* Præcepiſſet Claudius] quia uxorem ejus ſibi familiares converterant ad Judaiſmum, quod Joſephus nono anno Claudii factum dicit. *ſ* Scenofactoriæ] *Bed.* quaſi exules & peregrini tentoria ſibi quibus in via uterentur faciebant. Scenæ enim dicuntur tabernacula quæ obumbrant, & fiebant de ſagis vel arborum frondibus vel virgultis. Vel ſcenos Græce Latine funis dicitur, & ſic erant funicularii. Myſtice. Sicut Petrus per retia fidei piſces de mari extrahit, ſic Paulus umbracula erigendo ab ardore tentationum & ventorum injuriis verbo & opere defendit. *t* Verbo] Evangelii. *a* Eſſe Jeſum] Deum. Vel [Jeſum] hominem illum eſſe. *x* Chriſtum,] i. Deum. *y* Contradicentibus] Chriſtum non eſſe. Prius auctorem quam illi venirent. Corinthiis non legitur prædicaſſe, ſed expectabat eos forte ut firma eſſet prædicatio duorum vel trium teſtimonio. Vel quia nihil accipiebat ab illis, ſicut dicitur *infr.* 20. neceſſe habebat operari ut quæreret ſibi cibum, ſed illi venientes intenderunt operi, Paulus vero prædicationi. *z* Excutiens veſtimenta] *Gl.* Evangelii complet præceptum. *Matt.* 10. Sed ibi dicitur de pedibus, hic de veſtibus. Sol. Non eſt contrarium, quia excuſſio pulveris undecumque ſignum eſt ingratitudinis auditorum quod præcepit

Myſtice.

Dominus

Dominus fieri, forte non habebat pulverem in pedibus quia non veniebat de longe, ſed ibi diu moram fecerat, ideo excuſſit de veſtibus.

a Sanguis] reatus veſtræ mortis ſit vel cadat.

b Super caput] animam. *c* Mundus] in cujus ſignum excuſſit veſtimenta. *Ezech.* 3. Tu animam tuam liberaſti. *d* Ex hoc] ſanguine ne requiratur de mano mea. Vel [Ex hoc] tempore vel loco. *e* Titi] Gentilis. *f* Juſti] aut proprium nomen ejus fuit, aut pro juſtitiæ merito ſic

C cognominatur.

g Colentis Deum,] quia de proximo legem audiebat. Non eſt ille Titus, cum quo, & Barnaba Jeruſalem aſcendit conferre Evangelium cum Apoſtolis. *Gal.* 2. Cui Epiſtolam ſcribit Epiſcopo Cretenſium.

h Criſpus] Hic eſt quem ſe baptizaſſe dicit: 1. *Cor.* 1. Criſpum & Cajum, &c.

i Archiſynagogus] princeps ſynagogæ, cui juncta erat domus

D Titi. *k* Noli timere] proximam oſtendit tentationem.

l Loquere] Evangelium. *m* Et ne taceas] veritatem propter timorem.

n Sum tecum] *Matt. ultim.*

o Achajæ] regionis in qua eſt Corinthus.

p Ad tribunal] ubi conſul ſedebat.

q Deum.] alterum, ſc. Jeſum. Vel Deum Judæorum, ſed alter coli præcipit, ideſt, quaſi patrem.

E *r* Aperire] ſecundum quod erat ei dictum ne taceas. Et ex hoc patet Deum cum eo fuiſſe.

ſ Facinus] manifeſtum ſcelus, etiam gentibus magnum.

t Suſtinerem] Judex eſſem inter vos.

a Sanguis veſter *b* ſuper caput veſtrum. *c* Mundus ego *d* ex hoc ad Gentes vadam. Et migrans inde intravit in domum *e* cujuſdam nomine Titi *f* juſti *g* colentis Deum, cujus domus erat conjuncta ſynagogæ. *h* Criſpus autem *i* archiſynagogus credidit Domino cum omni domo ſua, & multi Corinthiorum audientes credebant & baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per viſionem Paulo: *k* Noli timere, ſed *l* loquere *m* & ne taceas. Propter quod ego *n* ſum tecum, & nemo apponetur tibi ut noceat te, quoniam populus eſt mihi multus in hac civtate. Sedit autem ibi annum & ſex menſes, docens apud eos verbum Dei. Gallione autem proconſule *o* Achajæ inſurrexerunt uno animo Judæi in Paulum & adduxerunt eum ad *p* tribunal, dicentes, quia contra legem hic perſuadet hominibus colere *q* Deum. Incipiente autem Paulo *r* aperire os, dixit Gallio ad Judæos: Si quidem eſſet iniquum aliquid aut *ſ* facinus peſſimum, o viri Judæi recte vos *t* ſuſtinerem, ſi vero quæſtiones ſunt *u* de verbo *x* & nominibus legis *y* veſtræ, vos ipſi *z* videritis: Judex ego *a* horum nolo eſſe. Et minavit eos a tribunali. *b* Apprehendentes autem omnes Soſthenem principem ſynagogæ *c* percutiebant eum ante tribunal & nihil eorum Gallioni *d* curæ erat. *e* Paulus vero cum adhuc ſuſtinuiſſet *f* dies *g* multos, *h* fratribus *i* valefaciens k navigavit in *l* Syriam, *m* & cum eo *n* Priſcilla & Aquila, qui ſibi *o* totonderat in *p* Cenchris caput. Habebat enim votum. *q* Devenitque Epheſum & illos ibi reliquit. Ipſe vero ingreſſus ſynagogam diſputabat cum Judæis. *r* Rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret, non conſenſit, ſed valefaciens & dicens, Iterum revertar ad vos, *ſ* Deo volente, profectus eſt ab Epheſo. Et deſcendens Cæſaream *t* aſcendit & *u* ſalutavit Eccleſiam & deſcendit *x* Antiochiam. Et *y* facto ibi aliquanto tempore, profectus *z* eſt perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos. *a* Judæus *b* autem quidam Apollo nomine Alexandrinus genere vir eloquens devenit *c* Epheſum, potens *d* in ſcripturis. Hic erat doctus *e* viam Domini, & fervens *f* ſpiritu *g* loquebatur, & docebat diligenter ea quæ ſunt Jeſu, ſciens tantum baptiſma Joannis. *h* Hic ergo cœpit fiducialiter agere in ſynagoga. Quem cum audiſſent Priſcilla & Aquila *i* aſſumpſerunt eum & diligentius expoſuerunt k ei viam Domini. Cum autem vellet ire *l* Achajam exhortati fratres, *m* ſcripſerunt *n* diſcipulis ut *o* ſuſciperent eum. Qui cum veniſſet *p* contulit multum his qui crediderunt. *q* Vehementer enim Judæos revincebat, *r* publice oſtendens per ſcript. eſſe Chriſtum Jeſum.

loco in quo erat. *n* Priſcilla & Aquila] ordine præpoſtero. *Gloſſ.* Fides mutavit ordinem, quia illa prior converſa eſt. *Gal.* 3. Non eſt maſculus neque femina. Et non eſt perſonarum acceptor Deus. *Sup.* 10.

m Cum eo] Contra: *Infr.* dicitur quod reliquit eos in Epheſo: Expone [Navigavit] ideſt, navigare cœpit, ut iret.

l In Syriam,] & iſti cum eo uſque Epheſum non uſque in Syriam, vel quando receſſit a Corintho, iſti per Epheſum venerunt cum eo in Syriam, rediens autem de Syria ſecunda vice reliquit eos in Epheſo, vel forte antequam perveniret in Syriam miſit pro eis ut venirent ad ſe de Epheſo, & ſimul iverunt in Syriam. F

p Cenchris] portus eſt Corinthi.

o Totonderat] Quidam legunt pluraliter de Priſcilla, & Aquila, quidam ſingulariter de Aquila. *Aug.* & *Hieron.* de Paulo. Unde *Hier.* ſic ponit: Navigavit Syriam, & cum eo Priſcilla, & Aquila & totondit caput in Cenchris ſecundum legem Nazaræorum. *Num.* 6. Fecerat votum ad tempus quo expleto totonderat, nec fecit contra decretum Apoſtolorum. *Sup.* 15. Quia Epiſtola illa miſſa fuit Gentibus non Judæis, & nondum erant ad plenum abolita legalia ſecondum viſum, licet ſecundum fructum, ſed erant indifferentia, Paulus autem Judæis factus eſt Judæus ut, &c. 1. *Cor.* 9. Potius in iſto quam in alio, quia hoc partim erat Evangelicum & morale, ſcil. quantum ad jejunium, & macerationem carnis, ſed quantum ad tonſionem cæremoniale. G

q Devenit] eundo.

u De verbo] declarato, & nunc narrato.

x Et nominibus] Jeſu, & Dei, vel Dei patris.

y Veſtræ] non noſtræ, & nobis notæ.

z Ipſi videritis] quaſi voſipſi judicetis.

a Horum] verborum. Argumentum quod Judex ſecularis non debet ſe intromittere in negotiis Eccleſiaſticis. Et e converſo in ſenſu contrario, niſi ſint annexa juri Eccleſiaſtico. Ideo Ozias lepra percuſſus 2. *Paral.* 26.

b Apprehendentes autem omnes,] fideles. In Græco additur, Græci.

c Percutiebant,] & Paulus hoc permittebat. Argumentum quod percuti poſſunt qui prædicationem vel divinum officium vel negotium fidei impediunt. Græci enim fideles vindicabant in principem infidelem, injuriam quam fecerat Paulo impediendo prædicationem.

d Curæ] dativi caſus, vel ponitur genitivus pro ablativo.

e Paulus vero, &c.] Secunda pars.

f Suſtinuiſſe] perſecutionem vel moram.

g Dies multos] annum & ſex menſes.

h Fratribus] & Chriſtianis.

i Valefaciens] benedicens.

k Navigavit] rediit de Europa in Aſiam. Sed breviter anticipat, quia prius venit Epheſum, quæ vicinior erat

r Rogantibus] Judæis. *ſ* Deo volente] Simile: *Jac.* 3. Si Deus voluerit. *t* Cæſaream] a Cæſare Auguſto ſic vocatam. Metropolim Cappadociæ vel Paleſtinæ, nondum in Syriam Phœnicis venerat.

u Aſcendit] loco vel merito.

x Antiochiam] Syriæ.

y Et facto] ut ante ſolitus erat.

z Profectus] quia prius crediderant.

a Diſcipulos] ſuos vel Chriſtianos. *b* Judæus.] Tertia pars. *c* Epheſum] ubi remanſerant Priſcilla, & Aquila. *d* In ſcripturis] Veteribus. *e* Viam] fidem Chriſti. *f* Spiritu] Sancto vel ſuo. *g* Loquebatur,] prædicabat Jeſum. *h* Baptiſma] in aqua tantum & non in ſpiritu. *Job* 1.

i Aſſumpſerunt] ad hoſpitium vel privatum colloquium.

k Expoſuerunt] docentes ſpiritum eſſe neceſſarium.

l Achajam] ad Corinthios. *m* Scripſerunt] Priſcilla & Aquila & ceteri fideles.

n Diſcipulis] Corinthiis. *o* Ut ſuſciperent] non timerent quaſi Judæum.

p Contulit] conſolationem vel profuit 1. *Cor.* 3. Ego plantavi, Apollo rigavit, &c.

q Qui crediderunt] prius Paulo prædicanti.

r Revincebat,] & ſic conſolabatur Chriſtianos.

EXPO-

Digitized by Google

Liber Actuum Apoſtolorum.

CAP. XIX.

a FActum eſt autem cum Apollo eſſet Corinthi, ut Paulus peragratis ſuperioribus partibus *b* veniret Epheſum, & inveniret *c* quoſdam Diſcipulos. Dixitque ad eos: *d* Si Spiritum S. accepiſtis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque ſi Spiritus Sanctus eſt, audivimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerunt: In Joannis baptiſmate. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit Baptiſmo *e* pœnitentiæ populum *f* dicens, in eum qui venturus eſſet *g* poſt ipſum ut crederent, hoc eſt in Jeſum. *h* His auditis *i* baptizati *k* ſunt in *l* nomine Domini Jeſu: Et cum impoſuiſſet illis *m* manus Paulus: venit Spiritus Sanctus ſuper eos *n* & loquebantur linguis *o* & prophetabant. Erant autem omnes viri *p* fere duodecim. *q* Introgreſſus autem ſynagoga cum fiducia *r* loquebatur *ſ* per tres menſes diſputans *t* & ſuadens de regno Dei. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, *u* maledicentes *x* viam Domini coram multitudine, *y* diſcedens ab eis ſegregavit *z* diſcipulos, quotidie diſputans *a* in ſchola tyranni cujuſdam. *b* Hoc autem factum *c* eſt per biennium, ita ut omnes qui habitabant *d* in Aſia audirent verbum Domini Judæi atque Gentiles. *e* Virtuteſque *e* non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ita ut etiam *f* ſuper languidos deferrentur a corpore ejus *g* ſudaria vel *h* ſemicinctia, *i* & recedebant ab eis languores, & Spiritus nequam egrediebantur. *k* Tentaverunt autem quidam, & de *l* circumeuntibus Judæis *m* exorciſtis invocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos nomen Domini Jeſu dicentes: Adjuro vos per Jeſum quem Paulus *n* prædicat. Erant autem † *o* cujuſdam *p* Scevæ Judæi principis ſacerdotum ſeptem filii qui hoc faciebant. Reſpondens autem ſpiritus nequam dixit eis: *q* Jeſum novi & Paulum ſcio. *r* Vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in eos in quo erat

EXPOSITIO CAP. XIX.

a FActum eſt autem, &c.] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In prima agitur de adventu Pauli in Epheſum, & de his quæ fecit *ibi*: In ſecunda dicit quomodo propoſuit ire Jeruſalem, & inde Romam, & de diſcipulis quos miſit in Macedoniam pro collecta, *ibi*
A [His autem expletis] In tertia de commune populi facta per Demetrium, & ejus artifices, *ibi*: [Facta eſt autem] Item prima pars dividitur in tres partes. In prima agit de baptizatis Baptiſmo Joannis quos Paulus baptizavit in Epheſo. In ſecunda de prædicatione Pauli, & induratione quorundam & aliorum ædificatione & miraculis ejus, *ibi*: [Introgreſſus autem, &c.] In tertia de quibuſdam Judæis adjurantibus dœmones quos ipſi dœmones invaſerunt, & confeſſione fidelium & combuſtione librorum, *ibi*: [Tentaverunt autem,
C &c.] Dicit ergo [factum eſt autem, &c.]

b Veniret Epheſum,] ubi Priſcillam, & Aquilam reliquit.

c Quoſdam] baptizatos forte ab Apollo vel a Joanne ſecundum *Auguſtinum*.

d Si Spiritum Sanctum,] ideſt, baptizati eſtis Baptiſmo Chriſti quo datur Spiritus Sanctus. Vel (Si Spiritum Sanctum,) ideſt, impoſitionem manus poſt Baptiſma qua datur Spiritus Sanctus ad robur.

e Pœnitentiæ] non indulgentiæ, quia Joannes pœnitentiam docuit, non peccata remiſit. Sicut circumciſio in patribus fuit ſignaculum fidei. *Rom.* 4. Sic Baptiſmus Joannis ſignum fuit devotionis populi, & figura Baptiſmi Chriſti quo peccata remittuntur.

f Dicens] baptizando.

g Poſt ipſum] cujus erat præcurſor.

h In Jeſum] dicentem. *Matth. ult.* Docete omnes gentes baptizantes eos.

i His auditis] quaſi credere in Sp. Sanctum Joanni non eſt contrarium dicenti. Ego baptizo in aqua, ille autem baptizabit vos Spiritu ſancto. *Marc.* 1.

k Baptizati,] *Gloſ.* Non rebaptizati. *Rab.* Non eſt Baptiſma quod non datur in nomine Trinitatis, quæ in nomine Chriſti intelligitur per ungentem, unctum & unguentum. Quod autem *Gloſ. Rab.* dicit, baptizati a Joanne rebaptizati ſunt, non dicit iterationem effectus, quia nullus præceſſerat, ſed tinctionis in aqua.

l In nomine Domini Jeſu] quod audierant Joanni congruere dicenti, ut crederetur in Jeſum.

m Manus] conſummationis.

n Et loquebantur,] ſignum conſuetum Spiritus Sancti ſuſcepti.

o Et prophetabant] docendo vel futura prædicendo.

p Fere duodecim.] *Rab.* Judicia Dei abyſſus multa. Ecce Aſia prius viſitatione Apoſtolorum indigna. *Supra* 16. Nunc numero ſacratur Apoſtolico, & Prophetiæ munere ſublimatur.

q Introgreſſus] Secunda pars.

r Loquebatur] Breviandi cauſa tacet quid.

ſ Diſputans & ſuadens] Rectus ordo diſputat oſtendens regnum Dei eſſe, & ſuadet illud quærere.

ſ Per tres menſes] ideſt, tres defectus qui in nobis ſunt, ſcilicet imperfectio cognitionis, & dilectionis, & carentia fruitionis. *Pſal.* 88. Nunquid vane conſtituiſti omnes filios hominum? Quaſi non, ſed ut perfecte te diligant, te fruantur, & ita ſequitur regnum Dei eſſe.

u Maledicentes] non ſolum ut credentes.

x Viam] doctrinam.

y Diſcedens] Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem devita. *Tit.* 3.

z Diſcipulos] ne vel infidelium blaſphemiis inficerentur. 1. *Cor.* 5. Modicum fermentum.

B *a* In ſchola] ædificio ubi tyrannus docebat, ut ubi abundavit perfidia fides floreat. Et poteſt eſſe nomen dignitatis vel proprium quod interpretatur continens eos vel confirmans. *Gloſ.* Traditur quod ab hora quinta uſque ad nonam vel decimam docebat, quinque horas dans doctrinæ, & quinque operi, & duas cibo, & orationi, quod nulla tamen auctoritate confirmatur.

b Hoc] diſputatio in ſchola.

c Per biennium] Hoc tempore in Epheſo ſcripſit primam ad Corinthios Epiſtolam, mittens eis per Timotheum. al. † cuidam

d In Aſia,] minore a qua prohibiti ſunt: *Sup.* 16. ſed nunc permiſſi. Vel prohibiti ſunt ad conſummationem miniſterii quod ſervabatur Joanni, non quoad initiandum primitias fidelium.

e Non quaslibet] ideſt, non modicas, quia nulla virtus Dei modica eſt. Vel [Virtuteſque quaslibet,] ideſt, quantumvis magnas, quia nulla erat Deo impoſſibilis, qui nullo impeditur loco.

f Super languidos] More ſuo narrationem breviat.

g Sudaria] quibus ſudor laborantium tergitur.

h Et ſemicinctia] veſtes ex uno latere pendentes, vel Zonæ, vel veſtes nocturnæ, vel genus ſudarii quo Hebrei utuntur in capite.

i Et recedebant] *Joan.* 14. Majora horum faciet.

k Tentaverunt autem, &c.] Tertia pars.

l Et de circumeuntibus] inconſtantibus.

m Exorciſtis] adjuratoribus. Joſephus: Excogitavit Salomon, & docuit ſuos modos exorciſmi, quibus immundi ſpiritus expulſi non audebant ultra ad hominem reverti. Fit autem hoc per reprobos ad eorum condemnationem, & audientium utilitatem, quia licet illos deſpiciant qui ſigna faciunt, Deum tamen honorant ad cujus invocationem exeunt. *Matth.* 7. Nonne in nomine tuo dœmonia ejecimus?

n Prædicat,] quaſi nos non prædicamus, ecce ſignum infidelitatis.

o Cuidam] vel, cujuſdam.

p Scevæ] proprium nomen ſacerdotis.

q Jeſum novi, & Paulum ſcio.] *Gloſ.* De hoc dicit Aratus: Cognoſce furorem gens inimica tuum. Dœmon regnare fatetur quem veniſſe negas. Atque hoc convinceris ipſo, qui ſtimulante ruis.

r Vos autem qui eſtis.] tentantes invocare nomen Jeſu quaſi in hoc actu non cognoſco vos. Alias autem melius cognoſcebat eos quam Paulum, quia ſuam his imaginem.

h Ambo-

dœmonium *a* peſſimum, & dominatus *b* amborum invaluit contra eos, itaut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc *c* autem notum factum eſt omnibus Judæis atque Gentilibus qui habitabant Epheſi, *d* & cecidit timor ſuper omnes illos & magnificabatur nomen Domini Jeſu. *e* Multique credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos. Multi autem ex eis qui fuerant *f* curioſa ſectati, contulerunt libros & combuſſerunt *g* eos coram omnibus, & computatis *h* pretiis illorum invenerunt pecuniam denariorum *i* quinquaginta millium. k Ita fortiter creſcebat verbum Dei, & confirmabatur. *l* His autem expletis propoſuit Paulus *m* in Spiritu *n* tranſita Macedonia & Achaja ire Jeroſolymam dicens: Quoniam poſtquam fuero ibi oportet me, *o* & Romam videre. *p* Mittens autem in Macedoniam duos ex miniſtrantibus ſibi Timotheum, & Eraſtum, ipſe remanſit ad tempus in Aſia. *q* Facta eſt autem illo tempore *r* turbatio non minima de via Domini. Demetrius enim quidam nomine argentarius faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat *ſ* artificibus non modicum quæſtum, quos convocans, & eos qui ejuſmodi erant opifices dixit: Viri ſcitis, quia *t* de hoc artificio eſt nobis acquiſitio, & videtis, & auditis quia non ſolum Epheſi ſed pene totius Aſiæ Paulus hic ſuadens avertit multam turbam

dicens, quoniam non ſunt *u* dii qui manibus fiunt. Non ſolum autem hæc periclitabitur nobis *x* pars in redargutionem venire, ſed & magnæ Dianæ *y* templum in nihilum *z* reputabitur, ſed & deſtrui incipiet majeſtas ejus quam tota Aſia & orbis colit. His auditis repleti ſunt ira & exclamaverunt dicentes; *a* Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt civitas confuſione, & impetum fecerunt uno animo *b* in theatrum, rapto Gajo, & Ariſtarcho Macedonibus comitibus Pauli. Paulo autem volente intrare in populum, *c* non permiſerunt diſcipuli. d Quidam autem & de Aſiæ principibus qui erant amici ejus, miſerunt ad eum, rogantes ne ſe daret in theatrum. *e* Alii autem *f* aliud clamabant. Erat autem Eccleſia g confuſa, *h* & plures neſciebant qua ex cauſa conveniſſent. De turba autem detraxerunt i Alexandrum propellentibus eum Judæis. Alexander autem manu ſilentio k poſtulato volebat *l* rationem reddere populo. Quem *m* ut cognoverunt Judæum eſſe, vox facta eſt una *n* omnium quaſi per horas duas clamantium; Magna Diana Epheſiorum. Et cum *o* ſedaſſet ſcriba turbas, dixit: *p* Viri Epheſii, quis *q* enim eſt hominum *r* qui neſciat Epheſiorum civitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ *ſ* Joviſque prolis. Cum ergo his contradici non poſſit, oportet vos ſedatos eſſe, & nihil temere *t* agere. Adduxiſtis enim *u* homines iſtos

b Amborum] duorum exorciſtarum. Forte alii quinque fratres fugerunt, vel ipſi duo ſoli adjurabant eum.
a Peſſimum] grave ad nocendum. *Bed.* Sicut Sathanas transformat ſe in Angelum lucis. 2. *Cor.* 11. Ita & miniſtros ſuos. Unde ſicut ſeptem ſunt dona Spiritus Sancti, & cum ſeptem diſcipulis Dominus poſt reſurrectionem comedit. *Jo. ult.* Sic ſeptem dicuntur filii Scevæ qui interpretatur vulpecula clamans, & ſignificat propter aſtutiam omnes Eccleſiæ inſidiantes, hæreticos, Gentiles, & Judæos. *Cant.* 2. Capite nobis vulpes parvulas, garrula voce contra Eccleſiam perſtrepentes.

D *De pœn. d. 2. c. voluiſſent § hinc etiam.*

c Hoc] quod dœmon invaluit.
d Et cecidit] propter hoc factum.
e Multique] Philoſophi.
f Curioſa] artem magicam vel Phyſicam, quæ inutilis eſt quoad animam vel necromantiam cujus licet ſit bona ſcientia, tamen uſus uno modo ſimpliciter malus, ſcilic. quando homo diabolo thurificat adorans eum, ut faciat quod vult, alio modo bonus niſi fiat malo fine, quando per occultas virtutes herbarum, & verborum coguntur dœmones hominibus obedire.

F

g Et combuſſerunt eos] exemplum relinquentes.
h Pretiis] quæ inde poſſent haberi ſi venderentur vel quibus comparati erant. Sed ad quid ex quo comburebantur? Reſpondeo: Ad oſtendendum majorem virtutem fidei illorum. Nec mirum, quia dœmones quibus ſerviebant videbant Jeſum appellare & ejus Apoſtolos honorare.
i Quinquaginta millium] *Bed.* Sub quinquagenario numero debitum laxatur. *Luc.* 7. Quia per quinque ſenſus corporis tranſgredimur decalogum, ſed hic propter enormitatem magici ſceleris millenarius additur. Aliter quinquagenarius numerus refertur ad pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum. Unde quinquageſimus Pſalmus pœnitentialis eſt & quinquageſimus annus remiſſionis. *Lev.* 25.
k Ita fortiter] quod libros combuſſerunt.
l His autem expletis] biennio.
m In ſpiritu] ſancto vel ſuo.
n Tranſita] quia jam ibi prædicatum fuerat, ideo tranſitus ſufficiebat, tranſire volebat de Aſia in qua eſt Epheſus in Europam, ubi Macedonia & Achaja ſunt, & ſic per Aſiam redire in Jeruſalem.
o Et Romam videre] Forte prius non viderat, vel levem ducebat tribulationem quam ibi paſſurus erat.
p Mittens autem] quamvis proponeret venire ad præparandam eleemoſynam quam ferret ſanctis in Jeruſalem, ſicut dicitur 2. *Cor.* 9.
q In Aſia] minore.
r Turbatio] diſſentio Pauli & fidelium contra Demetrium & infideles. Tertia pars capituli.

ſ Artificibus] eadem operantibus.
t De hoc artificio] quia de ejus pretio lucra habebant.
u Non ſunt dii] ore proprio ſe condemnant. *Gloſſ.* Mira ſtoliditas talia colere, quæ ab homine conſtrui vel deſtrui poſſe conſtat.
x Pax] acquiſitio lucrorum. *Beda.* Non ſolum opera noſtra vana nec mercede digna redarguentur, ſed Religio noſtra dehoneſtabitur, ſi hujus doctrina prævaluerit idola Deus non eſſe.
y In nihilum] 1. *Cor.* 8. Idolum nihil eſt.
z Magna] ſupple deſtrui non poterit quia Demetrius peritoram dixit.
a Confuſione] hujus clamoris, vel duarum partium.
b In theatrum] *Interlin.* Spectaculum ubi rei puniebantur volentes eos ibi punire. Vel ſecundum *Bed.* locus eſt ſemicirculi formam habens, ubi populus ludos inſpiciebant, unde, & nomen habet. De hoc Arator. Non alio decuit cauſas meritumque Dianæ. Quam laſcivo tractare foro, capit area turpis. Conſilii deformis opus, &c.

G

c In populum] ideſt, in theatrum ad populum, quia non timebat puniri.
d Diſcipuli] ſui, vel fideles amici.
e In theatrum] ubi conventus populi, ne occideretur.
f Alii autem aliud] alium Deum dicebant magnum, vel opprobria in Paulum.
g Eccleſia] Catholica.
h Confuſa] a cultoribus Dianæ. Vel Eccleſia tota collectio illa in theatro permixta fidelibus ſimul & perfidis diverſa clamantibus.
i Detraxerunt] pro reverentia Judæi ne defenderet Paulum, vel Chriſtiani ne occideretur, quia favebat eis.
k Silentio poſtulato] dum trahitur.
l Volebat rationem reddere,] ideſt, ut populis redderet rationem Concilii, vel ipſe rationem redderet pro Paulo, & ſuis.
m Quem] Alexandrum.
n Omnium] Judæorum.
o Sedaſſet] vix poſtulaſſet ſilentium.
p Viri] Hæc eſt ratio, ſupple opportet ſedari.
q Enim] pro quia.
[Quis eſt, &c.] ſic: Et legitur cauſaliter vel expletive poteſt legi, ut ſit tantum ad ornatum ſermonis, ſic:
[Quis enim, &c.]
r Qui neſciat] quaſi nullus veſtro clamori contradicit:
ſ Joviſque prolis.] ſecundum fabulas.
t Agere] in Paulum, & ſuos.
u Homines iſtos] ex induſtria communiter loquitur ne Paulum defendere videatur.

a Sacrilegos,]

a Sacrilegos,] *Rab.* Sacrilegi qui dicuntur a profana diligentia quaſi colligentes ſuperſtitioſa in doctrina. Sacrum enim dicitur execrabile vel profanum.
b Aliquem] Chriſtianorum.
c Forenſes] a foro ubi cauſæ ventilantur, non theatrales ubi damnati puniuntur.

e A Philippis] quæ eſt prima pars Macedoniæ.
f Una autem Sabbati] Secundæ pars [Una] ideſt, prima, ſcilicet dominicæ quæ eſt prima a Sabbato. *Gloſſ.* Nomen diei ponitur ut ſit præparatio virtutis faciendæ vel docendæ.
g Ad frangendum] myſteria celebranda congregati.

d Et Proconſules, ut judicent.
e Accuſent] Demetrius, & ſui coram Conſulibus diſceptent.
f Si quid] præter cauſam artificum.
g In legitima] ubi de legibus agitur, non de occiſionibus.
h Nam, & periclitamur] ideo agantur quia putamur ſeditionem adverſus aliquos concitare.
i Obnoxius] reus, & occidi dignus.
k Rationem concurſus,] cauſam conveniendi. *Rab.* Hoc ait quaſi Judæus nolens Judæos ab idololatris occidi vel quaſi Chriſtianus.

Myſtice. A Myſtice. Iſte Demetrius ex re nomen habet, qui interpretatur multum perſequens. Templum Dianæ argento ædificat, quia gentilis aſtutia Religionem ſuam nudo ſermonis nitore ſolet aſtruere.

EXPOSITIO CAP. XX.

Poſtquam autem ceſſavit, &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima dicitur quomodo Paulus recedens ab Epheſo venit Athenas, inde propter inſidias Judæorum redit Macedoniam præcedentibus eum ſeptem ſociis. In ſecunda de ſuſcitatione juvenis cadentis de feneſtra, ibi: [Una autem ſabbati.] In tertia dicitur quomodo venit Miletum convocatis majoribus natu in Epheſo, ibi [Nos autem aſcendentes.] In quarta agitur de ſermone quem fecit Mileti, ibi [Vos ſcitis] Dicit ergo:

neque *a* ſacrilegos, neque blaſphemantes deam veſtram. Quod ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices, habent adverſum *b* aliquem cauſam, conventus *c* forenſes aguntur, *d* & Proconſules ſunt, *e* accuſent invicem. *f* Si quid autem alterius rei quęritis *g* in legitima Eccleſia, poterit abſolvi. *h* Nam & periclitamur argui ſeditionis hodiernę: cum nullus obnoxius *i* ſit de quo poſſumus reddere rationem concurſus *k* iſtius. Et cum hęc dixiſſet, dimiſit Eccleſiam.

CAP. XX.

Poſtquam *l* autem ceſſavit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis *m* exhortatus eos valedixit, & profectus eſt ut iret in Macedoniam. Cum autem perambulaſſet partes illas, & exhortatus eos fuiſſet multo ſermone, venit *n* ad Gręciam, ubi cum fuiſſet menſes tres, factę ſunt illi *o* inſidię a Judęis navigaturo in Syriam, *p* habuitque conſilium ut *q* reverteretur per Macedoniam. *r* Comitatus eſt autem eum *ſ* Soſipater Pyrrhi *t* Beroenſis Theſſalonicenſium vero *u* Ariſtarchus & *x* Secundus & Gajus *y* Derbeus, & *z* Timotheus, Aſiani vero *a* Tichicus *b* & Throphimus. Hi cum *c* pręceſſiſſent ſuſtinuerunt *d* nos Troade; nos vero navigavimus poſt dies Azymorum *e* a Philippis, & venimus ad eos Troadam in diebus quinque ubi demorati ſumus diebus ſeptem. *f* Una autem ſabbati cum conveniſſemus *g* ad frangendum *h* panem, Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum, protraxitque ſermonem uſque in *i* mediam noctem. Erant autem lampades copioſę *k* in cœnaculo ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adoleſcens nomine Eutichus ſuper *l* feneſtram cum mergeretur *m* ſomno *n* gravi *o* diſputante diu Paulo ductus ſomno cecidit *p* de tertio cœnaculo deorſum *q* & ſublatus eſt mortuus. *r* Ad quem cum deſcendiſſet *ſ* Paulus *t* incubuit ſuper eum & complexus dixit: Nolite turbari. *u* Anima enim ipſius *x* in eo eſt. Aſcendens autem frangenſque panem *y* & guſtans ſatiſque allocutus eſt uſque in lucem, ſic profectus eſt. Adduxerunt autem puerum viventem, *z* & conſolati ſunt non minime. Nos autem *a* aſcendentes navem navigavimus *b* in Aſſon inde ſuſcepturi Paulum. Sic enim diſpoſuerat ipſe per terram iter facturus. Cum autem inveniſſet nos in Aſſon aſſumpto eo venimus *c* Mytilenem. *e* Et inde navigantes ſequenti die venimus contra *d* Chium, & alia die applicuimus Samum, & ſequenti die venimus

h Panem] ſpiritualem vel corporalem.
i In mediam noctem] quia in craſtino iturus erat.
k In cœnaculo] quod myſtice eſt altitudo chariſmatum, nox obſcuritas ſcripturarum. Lampades exquiſitio ſecretorum, dies dominica memoria reſurrectionis Chriſti vel noſtræ. Hic datur exemplum & vix prædicatoribus de obſcuris lucide prædicandi, ſicut *Gal. 4.* Abraham duos filios habuit. Et poſt: Hæc ſunt duo teſtamenta. B
l Feneſtram] ad litteram vel fide.
n Gravi] propter infirmitatem fidei.
m Somno] ſpirituali vel carnali.
o Diſputante] quaſi hæc eſt cauſa dormitationis.
p De tertio] in aliquem errorem Trinitatis. Vel triplex cœnaculum, fides, ſpes, charitas ſed major horum eſt charitas. *1. Cor. 13.* De qua qui cadit moritur.
q Et ſublatus] de terra vel de pravitate ſenſus.
r Mortuus] carne vel ſpiritu. *Gloſſ.* Inter verba prædicationis occurrit occaſio curationis, vel dulcedine † mirabili ſermo firmetur, al. † miraculi.
& vigiliarum labor arceatur, diſceſſuri etiam magiſtri memoria menti arctius imprimatur.

l Poſtquam autem, &c. profectus eſt] ut propoſuerat.
m Et exhortatus] Suo more hiſtoriam breviat.
n Ad Græciam] Athenas.
o Inſidiæ] obſederunt viam expectantes navigaturum.
p In Syriam] Jeruſalem.
q Ut reverteretur] fugiendo inſidias.
r Comitatus] nominativi caſus.
ſ Soſipater] *Rab.* Antiqui ſic diſtinguunt. Soſipater Pyrrhi quaſi Pyrrhus clarior fuerit quam pater. Vel ſic [Soſipater Pyrrhi, ſupple filius & interpretatur narrans diſperſionem vel ſalvans diſperſos.
t Beroenſis] nominativus.
u Ariſtarchus] ſuſcitans coronam vel mons facturæ ſuperfluæ.
x Et Secundus] proprium nomen, & interpretatur elevans.
y Derbeum] a loco.
z Et Timotheus] beneficus.
a Tichicus] tacens vel taciturnitas.
b Et Trophimus] diſſolutus, vel diſſolvens Thalamos.
c Præceſſiſſent] recta via, quia non timebant inſidias.
d [Nos] Paulum, Lucam & alios in circuitu venientes.

ſ Deſcendiſſet] de cœnaculo vel compatiendo.
u Anima enim ipſius.] *Gl.* Non ex toto abſceſſit. Contra ſupra dicitur mortuus. Sol. Ly toto dicit totalitatem temporis, quaſi abſceſſit, ſed non ſic quaſi nunquam reverſura, imo ſtatim. Simile *Matth. 9.* Non eſt mortua puella ſed dormit.
x In eo eſt] ideſt, erit in proximo. Et loquitur prophetali certitudine, vel hoc dixit poſtquam jam fuerat amplexatus eum, & ſic anima redierat. *y* Et guſtans] cibum ſed parvum. *Gloſſ.* *z* Et conſolati] paſſive.

Myſtice. Myſtice. *t* Incubuit ſuper eum & complexus dixit:] *Gal. 4.* Quos iterum parturio. Operoſior eſt enim ſuſcitatio peccantium per negligentiam quam per infirmitatem. Hæc per iſtum, illa per Thabitam ſignificatur. *Sup. 9.* Illa die, hic nocte moritur, illa in cœnaculo ponitur. Unde iſte cadens moritur: Illa Petro abſente, hic doctore præſente, illa mox viſo Petro reſedit, hic tandem mane reſurgit orto ſole juſtitiæ. *Malac. ult.* Interpretatur autem amans vel fortunatus, quorum alterum caſu, alterum reſuſcitatione tangit.
a Nos autem aſcendentes navem, &c.] Tertia pars, Paulo per terram eunte.
b In Aſſon] civitas vel inſula.
c Mytilenem] *Gl.* Inſula vel civitas circa Aſiam quæ interpretatur declinans vel tranſmigrans. Vel [Mytilenem] civitas eſt in Cypro. Inſula. *d* Chium,] Inſula vel

vel civitas. *a* Miletum] inſula eſt.
b Propoſuerat] ſed mutavit propoſitum.
c Epheſum] ad vel præter.
d Pentecoſten] ſcilicet quinquageſimum. *Bed.* Conſtat paſchæ tempus, & pentecoſten temporibus Apoſtolorum celebratum.

h Subterfugi] prætermiſi aliquem ſermonem doctrinæ.
i Conſilium] maxime de incarnatione.
k Attendite] majoribus natu dicit, id eſt, vos & gregem cuſtodite ab hæreticis.
l Epiſcopos] ſpeculatores, non propter nomen ſolum vel honorem, ſed

e Jeroſolymis] ſecundum præceptum legis. *Deut.*16. Ter in anno. Sed ipſe non ad litteram, ſed ſolutis nexibus quinquageſimum diē remiſſionis. *Lev.*25 Spiritus ſanctus agere feſtinat. Argumentum quod Epiſcopi ſi poſſunt in ſolemnitatibus ſuis debent Eccleſiis intereſſe.
C *f* Mittens] non navigans.
g Majores] In Græco presbyteros.
h Vos ſcitis, &c.] Quarta pars, quæ dividitur in tres. Primo proponit ſe exemplum in tribulationibus tam præteritis quam futuris. Secundo proponit ſe exemplum diligentiæ habendæ circa ſubditos, ibi [Quapropter conteſtor] Tertio proponit ſe exemplum vitandæ avaritiæ, ibi [Argentum & aurum.] Ultimo facta oratione flentibus omnibus aſcendit navim. [Vos ſcitis] Non gloriatur ſed exemplum ſe proponit ut imitentur.
D *i* A prima die] qua dictum eſt ſupra devenit Epheſum.
k Utilium] verborum.
l Annunciarem] verbo.

a Miletum, *b* Propoſuerat enim Paulus tranſnavigare *c* Epheſum, ne qua mora illi fieret in Aſia. Feſtinabat enim ſi poſſibile ſibi eſſet ut diem *d* pentecoſten faceret *e* Jeroſolymis: A Mileto autem *f* mittens Epheſum vocavit *g* majores natu Eccleſiæ, qui cum veniſſent ad eum & ſimul eſſent, dixit eis: *h* Vos ſcitis *i* a prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſerviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidiis Judæorum, quomodo nihil ſubtraxerim vobis k utilium quominus *l* annunciarem vobis, & docerem *m* vos publice *n* & per domos, *o* teſtificans Judæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam & fidem in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Et nunc ecce *p* alligatus ego *q* ſpiritu vado in Jeruſalem, quę in ea ventura ſunt *r* mihi *ſ* ignorans niſi quod Spiritus ſanctus per omnes *t* civitates mihi *u* proteſtatur dicens, quoniam vincula, & tribulationes *x* Jeroſolymis me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio *y* animam meam pretioſiorem *z* quam me, dummodo conſummem *a* curſum meum, & miniſterium verbi quod accepi a Domino Jeſu teſtificari Evangelium *b* gratiæ Dei.

Et nunc ecce ego ſcio quia amplius non videbitis faciem meam *c* vos omnes per quos tranſivi prædicans regnum Dei. *d* Quapropter *e* conteſtor vos hodierna die, *f* quia mundus ſum *a* ſanguine *g* omnium. Non enim *h* ſubterfugi quominus annunciarem omne *i* conſilium Dei vobis. k Attendite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spir. ſanctus poſuit *l* Epiſcopos *m* regere Eccleſiam Dei quam acquiſivit *n* ſanguine ſuo *o* Ego ſcio quoniam intrabunt *p* poſt *q* diſceſſionem meam lupi *r* rapaces in vos non parcentes *ſ* gregi. *t* Et ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa ut abducant diſcipulos poſt ſe. *u* Propter quod vigilate memoria retinentes quoniam *x* per triennium nocte, & die non ceſſavi cum lacrymis monens unumquemque veſtrum. Et *y* nunc commendo *z* vos Deo *a* & verbo *b* gratiæ ipſius quæ potens eſt *c* ædificare, & dare *d* hereditatem *e* in ſanctificatis omnibus. *f* Argentum & aurum aut veſtem nullius *g* concupivi: ipſi ſcitis quoniam ad ea quę mihi opus erant & his qui mecum ſunt *h* miniſtraverunt manus iſtæ. Omnia *i* oſtendi vobis, quoniam ſic k laborantes oportet *l* ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Jeſu, quoniam ipſe

m Regere Eccleſiam Dei] non veſtram non quod una civitas plures habuerit Epiſcopos, ſed quos ſupra presbyteros Epheſi, nunc dicit Epiſcopos, conjunctus eſt enim gradus in multis ſimilis. E
n Sanguine] ſc. non parvo peccato. *Apoc.*1. Lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. *Bed.* non dubitat ſanguinem Dei dicere propter unionem perſonæ in duabus naturis pro qua dicitur filius hominis qui eſt in cœlo: *Jo.* 3. Contra Neſtorium. *2. Reg. 3. Dan. 13.*
o Ego ſcio] ideo attendendum.
p Intrabunt] qui deforis ſunt ex eccleſiis.
q Poſt diſceſſionem] de mundo, quaſi tunc erit timendum cum abero.
r Lupi] hæretici callidi in fraude, fortes in diſputatione, crudeles in occiſione. F
ſ Non parcentes. *Sup.* 3. Lupi veſperæ, &c.
t Et ex vobiſipſis] præter eos qui deforis intrabunt 1. *Jo.*2. Ex nobis exierunt, &c.
u Propter quod] quia intrabunt, & exurgent.

m Et docerem] facto.
n Publice] contra hæreticos.
o Et per domos] in occulto.
p Alligatus] quaſi coactus ad illud iter.
q Spiritu] Sancto præſciente vel mente mea.
r Mihi] per me vel per alios.
ſ Ignorans] ex me, ſed ſciens ex ſpiritu. Vel [ignorans] explicite, ſciens implicite.
t Per omnes civitates] non tantum in uno loco.
u Proteſtatur] Aperte oſtendit, hæc non ſibi, ſed aliis revelata de ſe *inf.* 22. In Tyro monebant eum diſcipuli ne iret Jeruſalem, & Agabus.
x Jeroſolymis] ut ibi aliquando perſecutus eſt Eccleſiam, ibi nunc pro pace Eccleſiæ doceret.
y Animam] vitam quæ inſpiratur ab anima temporaliter quam pro nihilo ducit, qui æternam vitam expectat.
z Quam me] id eſt, meam animam. *Jo.* 12. Qui amat animam ſuam, perdet eam.
a Conſummem] more militari. 2. *Tim.* 4. Curſum conſummavi.
b Gratiæ] remiſſionis peccatorum. Vel [Gratiæ] ſpiritualis.
c Vos omnes] qui eſtis in provinciis quibus prædicavi.
d Quapropter] quia non videbitis.
e Conteſtor] teſtamentum relinquo hoc t
f Quia mundum] quia non peperci vitiis quin ferirem. *Greg.* Tot occidimus quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus.
g Omnium] veſtrum.

x Per triennium] Unde Aratus. Qui canit Eccleſiæ tria dogmata ſepium edit: Hiſtoricum, morale ſonans typicumque volumen. Hinc Judæa vocans ſterilis quæ dicitur arbor: Expectata tribus fructum non protulit annis *Luc.*13. *y* Et nunc] fragiles deſignat Epiſcopos.
z Commendo] ut cuſtodes aliorum cuſtodiat Deus.
a Et verbo] Sp. Sancti qui loquebatur in Paulo.
b Gratiæ] quod præſtat gratiam audientibus. Hoc verbum dixerat memoriter retinendum, quia non parva eſt cuſtodia Dei præcepti memoria.
c Ædificare] vos in unam domum, i. Eccleſiam.
d Hæreditatem] cœleſtem.
e In ſanctificatis] ut ipſi ſanctificentur dono ejus, & ſint ejus hæreditas.
f Argentum] In hoc cognoſcuntur lupi, quia hæc concupiſcunt. *Mich.*2. Sacerdotes tui mercede docebant.
g Concupivi,] 2. *Th.* 3. Neque gratis panem, &c. *Nu.* 16. Tu ſcis quod nec aſellum, &c. 1. *Reg.*12. Si de manu cujuſquam munus.
h Miniſtraverunt] Exemplum operandi etiam Epiſcopis, & ſignum quo diſcernantur a lupis. 1. *Th.* Nocte, & die operantes, &c.
i Omnia] exempla operandi maxime non tantum prædicandi. Sicut ego cujus manus miniſtraverunt.
l Suſcipere infirmos,] ad miniſtrandum eis, ſicut ego feci his qui mecum ſunt, vel parcere eis ne graventur in dandis expenſis prædicatoribus ſuis. *Luc.* 10. Si quid ſupererogaveris, &c. Hoc eſt Evangelium prædicare,
ſumptos

ſumptus officio debitos non quærere 1. *Cor.* 9.
a Beatius eſt] Hoc in Evangelio non legitur. Non enim omnia ſcripta ſunt, ſed forte hoc Paulus ab Apoſtolis audivit, vel a Spiritu ſancto accepit. *Joan. ultim.* Multa quidem & alia. Vel poteſt dici quod hujus ſenſus eſt *Luc.*6. Omni petenti te tribue. Et *Matth.*10. Nolite poſſidere aurum, &c. *Bed.* Non illis qui ſecuti ſunt eum relictis omnibus. *Matt.* 19. Divites eleemoſynarios præponit, ſed illos maxime glorificat, qui renunciantes omnibus quę poſſident, nihilominus laborant manibus ſuis, ut habeant, unde tribuant neceſſitatem patienti. *Eph.* 4.
A *b* Oravit] pro ſe, qui profecturus erat, commendans eos Deo, maxime propter ſuum receſſum, & luporum adventum.

EXPOSITIO CAP. XXI.

CUm autem factum eſſet, &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima dicit quomodo Paulus per diverſa loca tranſiens, & veniens Tyrum rogatus eſt a fratribus ne iret Jeruſalem. In ſecunda quomodo de Tyro venit Cæſaream ad domum Philippi & de adventu, & prophetia Agabi de Paulo, ibi: Et expletis. In tertia quomodo veniens Jeruſalem de conſilio Jacobi aſſumpſit votum Nazaræorum propter Judæos ibi
B [Poſt dies] In quarta quomodo Judæi manus injecerunt in Paulum, falſo accuſantes eum, & de adventu tribuni, qui ereptum de manibus Judæorum duxit in caſtra, a quo peritam loquendi ad populum licentiam obtinuit, ibi [Dum autem ſeptem dies, &c.] Dicit ergo
[Cum autem factum eſſet, &c.]
d In Phœnicem] provinciam Syriæ in qua Tyrus & Sidon.
e Cum apparuiſſemus] ideſt, tantum appropinquaſſemus ut videre, vel de ea videri poſſemus.
f Ad ſiniſtram,] ad occidentem retrorſum euntes conſueto more nautarum.
g In Syriam] ideſt, Phœnicem.
h Tyrum] urbem Phœnicis provinciæ.
k Per ſpiritum] ſuum vel propheticum, ſciens eum alligandum.
i Diebus ſeptem] prædictis. Secunda pars.
l Profecti] de Tyro.
m Ibamus] Jeroſolymam.

n Oravimus] alterutrum. *Bed.* Uſque hodie monſtratur locus in arenis ubi pariter orabant. Hic impleta eſt prophetia. *Pſalm.* 44. Filiæ Tyri, &c. Nulla enim civitas cum majori dulcedine Apoſtolum ſuſcepit, tenuit, & dimiſit.
a Illi] Tyrii.

dixit: Beatius *a* eſt magis dare quam accipere. Et cum hęc dixiſſet, poſitis genibus ſuis *b* oravit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus eſt omnium, & procumbentes ſuper collum Pauli, oſculabantur eum dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non eſſent viſuri. Et deducebant eum ad navem.

C A P. XXI.

CUm autem *c* factum eſſet, ut navigaremus abſtracti ab eis recto curſu venimus Choum & ſequenti die Rhodum, & inde Patharam. Et cum inveniſſemus navem tranſfretantem in *d* Phœnicem aſcendentes navigavimus. Cum *e* apparuiſſemus autem Cypro, relinquentes eam *f* ad ſiniſtram navigavimus in Syriam *g* & venimus *h* Tyrum, Ibi enim navis expoſitura erat onus. Inventis autem diſcipulis, manſimus ibi *i* diebus ſeptem. Qui Paulo dicebant k per ſpiritum, ne aſcenderet Jeroſolymam. Et expletis diebus *l* profecti *m* ibamus, deducentibus nos omnibus cum uxoribus, & poſitis genibus in littore *n* oravimus. Et cum vale feciſſemus invicem aſcendimus in navem, illi *a* autem redierunt in ſua. Nos vero *p* navigatione explicita a Tyro deſcendimus Ptolomaidam, & ſalutatis fratribus manſimus die una apud illos. Alia autem die *q* profecti venimus *r* Cæſaream. Et intrantes domum Philippi Evangeliſtæ, qui *ſ* erat unus *t* de ſeptem, manſimus apud eum. *u* Huic autem erant filiæ quatuor virgines *x* prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, ſupervenit quidam vir *y* a Judæa propheta nomine Agabus. Is cum veniſſet ad nos, tulit zonam *z* Pauli, & alligans ſibi pedes, & manus dixit: Hęc dicit Spiritus ſanctus. Virum cujus eſt Zona hæc *a* ſic alligabunt in Jeruſalem Judæi, & tradent in manus Gentium. Quod cum audiſſemus rogabamus nos, & qui loci illius erant ne aſcenderet Jeroſolymam. Tunc reſpondit Paulus & dixit, quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego autem non ſolum alligari, ſed & mori in Jeruſalem paratus ſum propter nomen Domini Jeſu. Et cum ei ſuadere non poſſemus, quievimus dicentes: Domini voluntas *b* fiat. *c* Poſt dies autem iſtos *d* preparati aſcendebamus in Jeruſalem. Venerunt autem quidam ex diſcipulis a Cęſarea nobiſcum, adducentes hunc apud quem hoſpitaremur Jaſonem quemdam Cyprium *f* antiquum diſcipulum. Et cum veniſſemus Jeroſolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiſcum *g* ad Jacobum, omneſque collecti ſunt ſeniores. Quos cum *h* ſalutaſſet narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in gentibus per miniſterium illius. At illi cum audiſſent, *i* magnificabant Deum, dixeruntque ei: k Vides frater quot millia ſunt in Judęis, qui crediderunt, & omnes *l* æmulatores ſunt legis? *m* Audierunt autem de te, quia diſceſſionem doceas *n* a Moyſe eorum, qui per Gentes ſunt Judæorum, dicens non debere eos circumcidere filios ſuos, neque ſecundum *o* conſuetudinem *p* ingredi. Quid ergo eſt? utique oportet convenire multitudinem. Audient enim te ſuperveniſſe. Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor votum habentes ſuper ſe. His aſſumptis ſanctifica te cum

p Navigatione explicita] hucuſque navi vehuntur.
q Profecti,] per terram.
r Cæſaream] Paleſtinæ.
ſ Philippi] non Apoſtoli, ſed prædicatoris, qui Eunucho prædicavit, & in Samaria *ſup.* 8. Et ob promptum prædicationis officium Evangeliſta dictus eſt. C
t De ſeptem] Diaconibus.
u Huic autem erant, &c.] *Rab.* Alibi filiæ Philippi Apoſtoli, & propheteſſæ leguntur *Hier.* ſuper *Joel.* 2. Sed veritati hujus loci non eſt contradicendum, niſi forte uterque filias propheteſſas habuiſſe intelligatur.
x Prophetantes ſicut dicit *Joel.*2. Prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ.
y A Judæa] quæ ideo dicitur, qui Cęſarea in qua erant ad Samariam pertinet, in confinio Phœnicis, & Paleſtinæ ſita.
z Zonam Pauli] *Bed.* Veteres prophetas imitatur dicentes: Hæc dicit, Dominus, quia Spiritus S. æque Dominus eſt ut Pater, & Filius, nec eorum unio ſeparari poteſt, quorum una natura & voluntas una. D
a Alligabunt] per hoc fortitudo fidei monſtratur in Paulo. *b* Voluntas] de vita vel morte Pauli. *c* Poſt dies] Tertia pars. *d* Præparati] ſive vivere, ſive mori ad voluntatem Domini.
e Hunc] *Gl.* Philippum Evangeliſtam, vel Jaſonem, de quo *ſup.*17. *f* Antiquum] olim fidelem.
g Ad Jacobum] Alphæi filium, Mariæ materteræ Chriſti fratrem Domini, qui poſt paſſionem Domini ſtatim ordinatus Epiſcopus Jeruſalem triginta annis rexit Eccleſiam uſque ad ſeptimum Neronis annum, qui juxta templum ubi præcipitatus fuit, ſepultus eſt.
h Salutaſſet] Paulus.
i Magnificabant] gratias agentes.
k Vides frater] interrogative.
l Æmulatores] zelatores adverſus te.
m Audierunt] inde eſt zelus.
n A Moyſe] ideſt, Moyſi lege.
o Secundum conſuetudinem] antiquam. *p* Ingredi] in ſynagogam, vel

Digitized by Google

illis *a* & impende in illis *b* ut tradant *c* capita, & ſcient omnes quia quæ a te audierunt falſa ſunt, ſed ambulans *d* & ipſe cuſtodiens legem. *e* De his autem qui crediderunt ex Gentibus nos ſcripſimus judicantes *f* ut abſtineant *g* ſe ab idolis, immolato & ſanguine, & ſuffocato & fornicatione. Tunc Paulus *h* aſſumptis viris poſtera die *i* purificatus cum illis intravit in *k* templum annuncians expletionem *l* dierum purificationis donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. Dum *m* autem ſeptem dies *n* conſummarentur, hi qui de *o* Aſia erant Judæi cum vidiſſent eum in templo, *p* concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus clamantes: Viri Iſraelitæ adjuvate. Hic eſt homo qui *q* adverſus populum, & legem & locum hunc omnes ubique docens inſuper & gentiles induxit in templum & violavit *r* ſanctum locum iſtum. Viderant enim Trophimum Epheſium in civitate cum ipſo, quem æſtimaverunt quoniam in templum introduxiſſet Paulus. Commotaque eſt civitas tota, & facta eſt concurſio populi. Et apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum & ſtatim *ſ* clauſæ ſunt januæ. Quærentibus autem eum occidere, nunciatum eſt Tribuno cohortis, quia tota confunditur Jeruſalem. Qui ſtatim aſſumptis militibus, & Centurionibus decurrit ad illos. Qui cum vidiſſent Tribunum & milites, ceſſaverunt percutere Paulum. *t* Tunc accedens Tribunus apprehendit eum, & juſſit *u* alligari catenis duabus, & interrogabat quis eſſet, & quid feciſſet. Alii *x* autem aliud clamabant *y* in turba. Et cum non poſſet certum cognoſcere præ tumultu, juſſit duci eum in caſtra. *z* Et cum veniſſet *a* ad gradus contigit ut portaretur a militibus propter *b* vim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamans, *c* Tolle eum. Et cum cœpiſſet *d* induci in caſtra, Paulus dicit Tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dicit ei, *e* Græce noſti? Nonne tu es *f* Ægyptius qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum *g* ſicariorum? Et dixit ad eum Paulus. Ego homo ſum quidem *h* Judæus *i* a Tharſo Ciliciæ, non *k* ignotæ civitatis municeps. *l* Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno ſilentio facto, allocutus eſt *m* Hebræa *n* lingua dicens:

C A P. XXII.

Viri *o* fratres *p* & patres audite quam ad vos nunc reddo rationem. Cum audiſ-

nagogam, vel contraverſari in lege damnans ſcripta Moyſi tanquam ſacrilega, & non a Deo mandata. Hoc dicebant Judæi de Paulo neſcicotes Judæos fideles hæc obſervare, non pro adipiſcenda ſalute quæ in Chriſto revelata per baptiſmum dabatur, ſed pro commendata Dei auctoritate & ipſorum ſacramentorum ſanctitate. Ipſi vero ea ſervabant quaſi neceſſaria quibus adverſabatur Paulus, docens juſtificari hominem per gratiam in lege præfigurativa, ideo eum perſequebantur quaſi legis inimicum. Hanc eorum falſam criminationem vitavit eadem celebrando quæ ipſum damnare dicebant oſtendens nec Judæos ab hujuſmodi nefariis prohibendos, nec Gentiles ad ea quaſi neceſſaria cogendos.
a Et impende] junge te illis. *b* Ut] ideſt, donec. *c* Radant] ſed ſcient. *d* Sed ambulans] Non enim ita reprobas legalia, ſicut dictum eſt, ſi autem ideo celebraret ut actione ſimulata ſuam occultaret ſenteniam, non hæc diceiet Jacobus.
e De his] quaſi non eſt contra Epiſtolam noſtram quod modo debemus. *f* Judicantes] non tantum dicentes. *g* Ut abſtineant] nihil tale ſervantes, & non cogantur judaizare *Rab.* Non ſunt prohibiti hoc tēpore Judæi credentes ſecundum legem ingredi ſtante adhuc templo, ſed credeotes ex Gentibus prohibebantur ad legem converti, qui tamen moralia legis ſervare jubebantur. Et nota quod hic eſt quarta Synodus Jeroſolymis habita. Prima pro electione alterius Apoſtoli pro Juda, *ſup.* 1. Secunda pro electione ſeptem diaconorum *ſup.* 6. Tertia de circumciſione non imponenda gentibus converſis, *ſup.* 15. Quarta hic pro Judæis non prohibendis a cæremoniis, propter ſcandalum eorum qui putabant Apoſtolos legem Moyſi damnare ſicut idololatriam.
h Aſſumptis viris] quatuor habentibus votum.
i Purificatus] radens caput.
k In templum] donec offerretur. *l* Expletionem] finem.
m Dum autem ſeptem] Quarta pars.
n Conſummarentur] nondum conſummati eſſent. In Græco expreſſius. Cum incipiebant ſeptem dies conſummari, alioquin non ſtaret quod poſt quinque dies ſui adventus in Cæſaream, *inf.* 24. Diait Præſidi. Non ſunt pluſquam duodecim dies ex quo aſcendi Jeruſalem. Si enim his ſeptem & illis quinque diebus concilii dies quo ipſe Phariſæos & Saducæos diſſociavit, & altera die quo eum Judæi occidere voluerunt, *inf.* 23. adjiciantur, erunt pluſquam duodecim dies. Sed de illis ſeptem jam tranſierant duo, & ſic nulla erit contrarietas, *inf.* 23.
o De Aſia] minore. *p* Concitaverunt] in Paulum & ſuos. *q* Qui adverſus populum,] quia docebat credentes eſſe veram Jeruſalem, & novam legem præferebat, & locum Dei dicebat eſſe totam Eccleſiam.
r Sanctum locum,] civitatem Jeruſalem vel templum. *Bed.* Quia videbant Gentiles gratiæ ſectatores legis cæremonias, & templi ſolemnia minus frequentare, timebant ne venirent Romani & tollerent locum, & gentem. *Jo.* 11. *ſ* Clauſæ] ne in templum refugeret. *t* Tunc accedens] vel aſcendens. *u* Alligari] donec cauſa ejus judicaretur. *x* Alii autem aliud] Diverſi diverſa dicebant. Ideſt quia certam cauſam non habebant. *y* In turba] quæ turbidam profert ſententiam. *z* In caſtra] militum ſuorum ne Judæi occiderent eum. *a* Ad gradus] quibus deſcendebatur de templo vel aſcendebatur in caſtra. *b* Propter vim] ideo a fortibus portabatur. *c* Tolle eum] quod & de Chriſto dixerunt. *Joan.* 19. Quaſi noli inquirere cauſam, ſed duc ad mortem. *d* Induci] cum pararetur ejus inductio, nondum tamen a gradibus exierat.
e Græce] interrogative, quia ut putatur Tribunus Græcum loquebatur, vel ne Judæi intelligerent. *f* Ægyptius] *Bed.* Quidam Ægyptius venerat in Judæam qui fidem ſibi prophetiæ magica arte conſciſcens congregavit quatuor millia Judæorum quos ducens per deſertum venit ad montem oliveti paratus irruere in Jeruſalem & eam ſibi ſubjugare, cui occurrens Felix cum armatis, Ægyptio cum paucis fugato alios interfecit, quia ſi de hoc numero ſatellitum diſſenſio eſt inter Tribunum qui hoc dicit, & Joſephum qui de Ægypto ſcripſit, non eſt curandum. Potuit enim primo cum paucis venire, poſtea plures colligere, & iſti venerunt tempore Felicis.
g Sicariorum] gladiatorum, quia ſica dicitur gladius brevis quem manu portantes populo permixti occulte vulnerabant, ut querelam mors præveniret & percuſſor lateret. *h* Judæus] non Ægyptius. *i* A Tharſo] quo portatus eſt a parentibus migrantibus capto a Romanis oppido Galileæ Giſcali nomine ubi natus eſt, ſed Tharſenſem ſe dicit, quia ibi nutritus ſicut Chriſtus in Bethleem natus dicitur Nazarenus, ſed poſtmodum ob ſtudium legis Jeroſolymam veniens erudiius eſt a Gamaliele. Et nota, quod non in civitate Tharſo nutritus eſt, ſed in municipiis adjacentibus. Dicitur autem municipium territorium, vel rura adjacentia quæ tributa debita reddunt civitati. Unde non vocat ſe civem Tharſenſem ſed municipem. Quidam tamen libri habent, civis pro municeps. *k* Non ignotæ] Romanis. Vel municeps, ideſt, munia capiens, quaſi cenſum Romanis profeſſus.
l Rogo autem] quia veſter ſum. *m* Hebræa] ut omnis populus intelligeret vel plus taceret.

EXPOSITIO CAP. XXII.

Viri fratres, &c.] Hoc cap. dividitur in duas partes. In prima agitur de ſermone Pauli, in quo breviter dicit, quid ante converſionem fecerit, & modum converſionis, & de turbatione Judæorum pro eo quod dixit ſe miſſum a Domino ad gentes. In ſecunda quomodo Paulus flagellari juſſus dixit ſe eſſe civem Romanum & ſic ſolutus, in craſtino adductus eſt ad Judæos ut ſciretur cauſa ejus, ibi [Vociferantibus autem, &c.] Dicit ergo: *n* Viri] a virtute.
o Fratres] coævi. *p* Et Patres] ſeniores.

a Præſti-

a Præſtiterunt] propter hoc quod Hebræum loquebatur.
b Natus] ideſt, contritus in pueritia.
c Nutritus] in adoleſcentia quando legem didicit:
d Secus pedes] ad obſequium, & quia parvus & humilis ſedebat ad pedes magiſtri. *e* Æmulator] imitator vel zelator adverſus Chriſtianos. In Græco æmulator legis exiſtens. Secundum illud *Rom.* 10. Teſtimonium illis perhibeo quod æmulationem Dei habent. *f* Viam] fidem Chriſti quam nunc prædico. *g* Ad mortem] Chriſtianorum vel Stephani, vel mori paratus pro lege. *h* In cuſtodias] carceres, non quia ipſe faceret manu ſua ſed conſentiebat facientibus, *ſup.* 8. Tales digni ſunt morte. *Rom.* 1.

B

i Sicut princeps] capitum vocat in teſtimonium in præſenti, vel tunc teſtimonium reddebat quando per eum epiſtolas mittebat.

Cap. 9.

k Ad fratres] pro tempore moderno, non pro tempore perſecutionis. Tunc enim reputabat eos non fratres, ſed hoſtes. *l* Media die] ut ſciatur ſole lucidior eſſe.
m De cœlo] a Deo.
n Circumfulſit] exterius, ſignans quod illuminandus eſſet interius. *o* Saule] *Gloſſ.* Quidam libri habent, Saul, Saul ut oſtendatur omnine Saulis Saulum dictum. *p* Lumen] non faciem. *q* Non audierunt] intellexerunt, ſed tantum ſonum vocis Pauli, vel ejus qui Paulo loquebatur, non verborum diſcrimen. Et ſic non erit contrarium ei quod dictum eſt *ſup* 9.

C

r Quid faciam,] te cognoſcens ut obediam.

ſent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis *a* præſtiterunt ſilentium. Et dixit: Ego ſum vir Judæus *b* natus in Tharſo Ciliciæ, *c* nutritus autem in iſta civitate ſecus *d* pedes Gamalielis, eruditus juxta veritatem paternæ legis, *e* æmulator legis ſicut & vos omnes eſtis hodie, qui hanc *f* viam perſecutus uſque *g* ad mortem alligans & tradens *h* in cuſtodias viros ac mulieres, *i* ſicut princeps ſacerdotum mihi teſtimonium reddit, & omnes majores natu, a quibus, & epiſtolas accipiens k ad fratres Damaſcum pergebam ut adducerem inde vinctos in Jeruſalem ut punirentur. Factum eſt autem eunte me, & appropinquante Damaſco *l* media die, *m* ſubito de cœlo *n* circumfulſit me lux copioſa, & decidens in terram audivi vocem de cœlo dicentem mihi: *o* Saule Saule quid me perſequeris? Ego autem reſpondi. Quis es domine? dixitque ad me? Ego ſum Jeſus Nazarenus quem tu perſequeris. Et qui mecum erant, *p* lumen quidem viderunt, vocem autem ejus non *q* audierunt qui loquebatur mecum. Et dixi: *r* Quid faciam Domine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade Damaſcum, & ibi tibi *ſ* dicetur de omnibus quæ te *t* oporteat facere. Et cum non viderem præ *u* claritate luminis illius, *x* ad manum deductus a comitibus, veni Damaſcum. Ananias autem quidam vir ſecundum legem teſtimonium habens ab omnibus cohabitantibus Judæis, *y* veniens ad me, & aſtans dixit mihi: Saule frater *z* reſpice. Et ego eadem hora reſpexi in eum. At ille dixit: *a* Deus patrum noſtrorum præordinavit te, ut *b* cognoſceres voluntatem ejus, & videres juſtum & audires vocem ex ore ejus, quia eris teſtis illius *c* ad omnes homines eorum *d* quæ vidiſti *e* & audiſti. Et nunc quid moraris? Exurge & *f* baptizare, & ablue peccata tua invocato nomine ipſius. *g* Factum eſt autem revertenti mihi in Jeruſalem, *h* & oranti in templo, fieri me *i* in ſtupore mentis & videre k illum dicentem mihi: *l* Feſtina, & ego exi velociter ex Jeruſalem quoniam non recipient teſtimonium tuum de me. Et ego dixi, Domine, ipſi *m* ſciunt quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per ſynagogas eos qui credebant in te. Et cum funderetur ſanguis Stephani *n* teſtis tui, ego aſtabam, & conſentiebam, & cuſtodiebam veſtimenta interficientium illum. Et dixit ad me: *o* Vade quoniam ego ad nationes *p* longe mittam te. Audiebant autem eum uſque ad hoc *q* verbum, & levaverunt vocem ſuam *r* dicentes: Tolle de terra hujuſmodi. Non enim fas eſt eum vivere. *ſ* Vociferantibus autem eis *t* & projicientibus veſtimenta ſua, & pulverem *u* jactantibus in aerem, juſſit Tribunus *x* induci eum in caſtra, & flagellis cædi, *y* & torqueri eum *z* ut ſciret propter quam

fit teſtis viſorum & auditorum per prædicationem vel ſcripturam, vel famam ſuam.
c Ad omnes] ætates, conditiones, ſexus, & linguas.
d Quæ vidiſti] *Gloſſ.* in luce fulgenti priuſquam excæcareris.
e Et audiſti] in voce vocante dicit *Gloſſ.* Non quia vox luceret, ſed quia voci ſua erat annexa.
f Et baptizare invocato nomine ipſius, & ablue, &c.] Sic junge, quia tinctio in aqua cum invocatione nominis ejus ſufficit ad abluendum peccata. D
g Factum eſt autem] *Gloſſ.* Locum & tempus præterit & intellige locum non orationis vel viſionis qui ponitur in littera, ſed locum a quo reverſus eſt, ſc. poſt magnum circuitum de Arabia, & Damaſco. *Gal.* 1. Ubi totum determinat. Vel in hac *Gloſſ.* Locum ſuppledicit, & tempus præterit vel locum præterit, ſc. ubi tunc manebat in Jeruſalem.
h Et oranti] ne Sathanas illuderet.
i In ſtupore] Alii ponunt pavore, alii alienatione, vel extaſi.
k Illum] Chriſtum.
l Feſtina] *Gloſſa.* Neceſſitate & admonitione Dei fecit omnia. *Bed.* Hoc non ad elationem, ſed propter neceſſitatem dicit, ut videatur idonea evangelizare Gentibus. E
m Ipſi ſciunt] quaſi poſſet eis ſufficere exemplum converſionis meæ.
n Teſtis] martyris. *Beda.* Confitendo quod non cecidit & ſic minus peccavit.

ſ Tibi dicetur] Exemplum humilitatis, contra doctores non diſputandi nec præſumendi, licet a Deo ſimul edocti. *t* Oporteat facere,] non dicere, quia de dicendo edoctus fuit a Deo.
u Præ claritate] quæ excæcaverat.
x Ad manum] non ad oculum. *y* Judæis] & a Deo habebat, ſed plus credebatur Judæis.
z Reſpice] *Gl.* Lux erat in oculis Pauli excæcati, & illuminati, & ideo merito credidit. Quod multipliciter exponitur, ne contrarium videatur. Illuminati & cæcati ſecundum prius & poſterius, vel de luce interiori, & exteriori, vel de miraculoſa & naturali, corporali, vel ſpirituali. Unde *ſup.* 9. Lux enim corporalis exterior excæcavit eum diſgregando ſpiritus viſibiles, ſed intus illuminatus eſt. Ideo credidit, ideſt, ampliorem fidem habuit, quia & prius credebat, ſicut dicit *Gloſſ.* Deum eſſe credebat qui deſuper loquebatur.
a Deus patrum] non recens, ut Judæi putabant.
b Ut cognoſceres,] *Rab.* Rectus ordo præordinatus in præſcientia Dei cognoſcit veritatem, videt juſtum Chriſtum vel Evangelium, audit ex ore ejus non Apoſtol. *Gal.* 1. Non ab hominibus neque per hominem: Et ſic

Contra *Auguſt.* dicit quod plus omnibus peccavit. Quod verum eſt, comparando conſenſum conſenſui, non opus operi, quia omnibus lapidantibus conſenſit, ſinguli autem in actum ſuum conſentiebant. *Sup.* 9.
o Vade] quaſi quamvis ſciant, tamen non recipient te.
p Longe] tam loco quam fide.
q Ad hoc] mittam te ad nationes.
r Dicentes] Tribuno. Per hoc enim maxime timebant amittere & locum & gentem. *Job* 11. Et eſt argumentum, quod quando aliquis non poteſt proficere in uno loco debet ſe transferre ad alium.
ſ Vociferantibus, &c.] Secunda pars.
t Et projicientibus] *Gloſs.* Ut occiderent eum, vel ſignum eſt mœroris.
u Jactantibus] vel mœrore vel more brutorum animalium. *Bed.* Solus ſacerdos ſcidit veſtimenta ſua. *Matth.* 26. Quando ſacerdotium vetus erat mutandum, nunc autem quia tota gens ſpolianda erat gloria regni, omnes projiciunt veſtimenta jacto pulvere in cœlum. Secundum illud: Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit.
x Induci] quod prius præparatum fuerat nunc impletur.
y Et torqueri eum] ut ejus tormentis ſatiarentur.
z Ut ſciret, &c.] Ideo juſſit non occidi.

a Aſtrin-

a Aſtrinxiſſet] ad flagellandum. *b* Et indemnatum] in judiciario ordine de nullo reatu convictum.
c Multa ſumma] pecuniæ, vel annorum.
d Civilitatem hanc] Romanam pro qua cenſum dedi: Quod exponit alia littera quam ponit *Bed.* Tam facile dicis te civem Romanum eſſe cum ſis pauper ſupple. Ego enim ſcio quanto pretio civilitatem hanc poſſedi. Alia *Gl. Bed.* dicit: Civilitatem Reipublicæ administrationem, cui annexa erat civilis ſocietas, & illam magna pecunia emit.
G
e Et natus] & in hoc melius ſum Romanus, quam tu qui Romanum nomen emiſti. Ex hoc videtur, quod pater Pauli ante habuit civilem ſocietatem cum Romanis quam Paulus naſceretur. Potuit enim eſſe ut caſtrum Giſcalis, unde erat, non caperetur a Romanis vi, ſed voluntate ſe reddiderant, cujus redditionis forte fuit auctor pater Pauli, capto Giſcali Tharſum Ciliciæ commigravit, Migratio enim eſt voluntaria captivitas. Vel poteſt dici, quod ante fuerit Paulus natus. Et nunc expone (Natus) ideſt a natalibus meis habeo quod ſim civis Romanus, non ab emptione. Sibi enim & ſuis hæredibus civilitatem acquiſivit pater ejus.

cauſam ſic acclamarent ei. Et cum *a* aſtrinxiſſet eum loris, dixit aſtanti ſibi Centurioni Paulus: Si hominem Romanum, *b* & indemnatum licet vobis flagellare. Quo audito Centurio acceſſit ad Tribunum, & nuntiavit ei, dicens: Quid acturus es? Hic enim homo civis Romanus eſt. Accedens autem Tribunus, dixit illi: Dic mihi ſi tu Romanus es. At ille dixit: Etiam. Reſpondit Tribunus. Ego *c* multa ſumma *d* civilitatem hanc conſecutus ſum. Et Paulus ait: Ego autem & *e* natus ſum. Protinus ergo diſceſſerunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit poſtquam reſcivit, quia civis Romanus eſſet, & quia alligaſſet eum. Poſtera autem die volens ſcire diligentius, qua ex cauſa accuſaretur a Judæis, ſolvit eum, & juſſit ſacerdotes convenire, & omne concilium, & producens Paulum ſtatuit inter illos.

C A P. XXIII.

A

INtendens *f* autem in concilium Paulus, ait: Viri fratres ego omni *g* conſcientia bona converſatus ſum ante Deum uſque in hodiernum diem. Princeps autem ſacerdotum Ananias præcepit aſtantibus ſibi percutere os ejus. Tunc Paulus dixit ad eum: *i* Percutiet te Deus *k* paries dealbate. Et tu *l* ſedens *m* judicas me ſecundum *n* legem, *o* & contra legem jubes me percuti. Et qui aſtabant dixerunt: Summum Sacerdotem Dei maledicis. Dixit autem Paulus: *p* Neſciebam fratres *q* quia Princeps eſt ſacerdotum. Scriptum *r* eſt enim: Principem populi tui non maledices. *ſ* Sciens autem Paulus, & quia una pars eſſet Saducæorum, & altera Phariſæorum, exclamavit in concilio. Viri fratres ego Phariſæus ſum *s* filius Phariſæorum, *u* de ſpe, & reſurrectione *x* ego judicor, *y* Et cum hæc dixiſſet, facta eſt *z* diſſenſio inter Phariſæos, & Saducæos, & *a* ſoluta eſt multitudo. Saducæi autem dicunt non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, *b* neque ſpiritum, Phariſæi autem utraque confitentur. Factus eſt autem clamor magnus, & exurgentes quidam Phariſæorum *c* pugnabant, dicentes: Nihil mali invenimus in homine iſto. *d* Quid ſi ſpiritus locutus eſt ei aut Angelus? Et cum

EXPOSITIO CAP. XXIII.

INtendens autem, &c] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima dicit Paulus ſe bona conſcientia converſatum in lege, pro quo Ananias juſſit eum percuti, quem Paulus maledicens poſtea ſe excuſavit. In ſecunda quomodo Phariſæos, & Saducæos ab invicem ſeparavit, quibus turbatis milites Tribuni raptum Paulum duxerunt in caſtra, quem Dominus nocte illa conſolatus eſt, ibi: (Sciens autem.) In tertia de quibuſdam qui voverunt ſe occidere Paulum, quod per nepotem Pauli innotuit Tribuno, ibi: (Facta autem die) In quarta dicitur quomodo miſſus eſt Paulus per milites nocte Cæſaream ad Felicem Præſidem cum litteris cauſam miſſionis continentibus, & ſuſceptus a Felice, ibi: (Tribunus igitur, &c.)
g Conſcientia bona] Contra: Perſecutor fuit, ergo, &c. Sol. Ly, bona, poteſt ſumi materialiter. Et eſt ſenſus, i. conſcientia boni, quia licet erraret non erat conſcius ſibi niſi boni. 1. *Tim.* 1. Ignorans perſecutus ſum, vel ſumitur formaliter. Et hoc dupliciter. Vel a principio ſuæ nativitatis, ſic eſt falſum, vel a tempore ſuæ converſionis, ſic verum eſt. *h* Os ejus] quaſi impudenter glorianitis.
i Percutiet] deſtruet. Et eſt prædictio non optatio propter conformitatem juſtitiæ Dei, cum ipſe dixerit, *Rom.* 12. Benedicite, & nolite maledicere. Et *Luc.* 6. Benedicite maledicentibus vobis. Aliqui libri habent (percutiat) quod non ex motu iracundiæ, ſed inſpiratione divina dixit, quod maxime patet in ſequenti reſponſione.
Myſtice. Myſtice autem prædixit illud ſacerdotium ſimile parieti dealbato intus ſiguras habenti, in proximo deſtruendum per ſacerdotium Chriſti.
k Paries dealbate] videris eſſe quod non es. *Matth.* 23. Sepulchra dealbata.
m Judicas] pravo judicio, & ficto ſuperbiæ, ex ſenſu tuo.
l Sedens] *Matth.* 23. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. *n* Secundum legem] *Lev.* 24. Educ blaſphemum extra caſtra, ut lapidet eum, &c. *o* Et contra legem] *Exod.* 23. Innocentem & juſtum non interficias. Ubi per locum a majori omnis læſio prohibetur, quaſi ſi innocens, non ſum percutiendus, ſi blaſphemus, educendus, & lapidandus.
p Neſciebam] Mollis reſponſio frangit iram. *Bed.* Et ſi hunc vere noverat in novo teſtamento non eſſe Pontificem, tamē docens alios modeſtius ſe habere erga eos, in quorum ſunt poteſtate, temperate reſpondet.
q Quia princeps] perſonaliter poteſt legi, ut neſciret ipſum eſſe principem. Vel poteſt dici, quod ſciebat ipſum eſſe, qui dicebatur princeps, ſed ſciebat ipſum non eſſe verum, & Deo gratum ſacerdotum principem, quia ſacerdotium jam venale erat, & forte ille emerat. Vel ſecundum *Raban.* ſubtiliter dicit ſe neſcire principem, quia ſacerdotium vetus reprobatum erat.
B
r Scriptum eſt.] *Exod* 22. quaſi ſi ſcirem ipſum eſſe principem, reus eſſem.
ſ Sciens autem Paulus, &c.] Secunda pars.
s Filius] Phariſæorum. Contra. 2. *Timoth.* 4. Penulam, quam reliqui, &c. *Gloſſ.* dicit, quod eſt veſtis conſularis, quam Romani dederant patri Pauli quando factus eſt civis, quam adhuc Paulus ſervabat ſibi. Ex quo videtur, quod pater ejus non fuerit Phariſæus, ſed miles, vel nobilis, quia Phariſæi non utebantur hujuſmodi veſte. Sol. (Filius) imitator, ſcil. Gamalielis, cujus fuit diſcipulus. *Supra* 22.
u De ſpe] quantum ad beatitudinem animarum.
x Et reſurrectione] quoad corpora. *y* Judicor] condemnor, vel ad judicium trahor. Et ponitur ſpes pro confidentia quam habemus pro mortuis, vel quam habent ipſi mortui in gloria, & purgatorio. Sed aliter & aliter: nam iſti habent confidentiam de habenda gloria, quam nondum habent, illi de continuatione jam habitæ.
z Diſſenſio] *Bed.* Sicut bonorum unitas utilis, ſic malorum nociva bonis, & diſperſio utilis. Ideo Paulus eos diſſociare ſatagit, ut quem juncti vinxerant, diſſociati laxarent. Sic mare ſolidum filios Iſrael arctavit. *Exod.* 14. Diviſum liberavit.
a Et ſoluta] dimiſſa ut irent ad loca ſua.
b Neque ſpiritum] *Gl.* ſanctum, ergo nec Deum, quia Deus Spiritus eſt. *Jo.* 4. Sol. Spiritus non accipitur hic pro divina eſſentia, vel perſona, ſed ſicut dicit *Gloſſ.* idem eſt Angelus, quod ſpiritus; ſed Angelus dicitur quoad eos, qui mittuntur in miniſterium. *Heb.* 1. Spiritus quoad eos, qui aſſiſtunt Deo. *Dan.* 7. Vel poteſt dici, quod in *Gloſſ.* ſumitur ſanctum pro firmum, & intelligitur de ſpiritu humano. Credebant enim hominem habere ſpiritum, ſed non firmum, ideſt manentem, ſed mortalem cum homine, ſicut habent bruta.
c Pugnabant] *Gloſſ.* Pro Paulo contra Saducæos volentes liberare eum, non zelo juſtitiæ, ſed ſuperbiæ, & ſectæ ſuæ defendendæ.
d Quid] ſupple mirandum.
e Angelus] per ſubjectam creaturam. *Rab.* Apparet, quod ſecundum *Hic* Saducæi nec ſpiritum, nec Angelum confitentur,

Ideo autem Phariſæi nominat, quia noverant illis contrarium. *a* Diſcerperetur] avelleretur, *b* Ab ipſis] Sadducæis volentibus eum rapere, vel ab utriſque ſimul contendentibus, *c* Conſtans] Opportuna adhibetur conſolatio. *d* Teſtificatus] ſignificat eum de cetero laboraturum, vel ſolarium eſt ei volenti teſtificari eſt coram multis. De hoc 2. *Tim. ult.* Dominus mihi aſſiſtit, &c. Et nota, quod quater apparuit Dominus Paulo. Primo in via Damaſci, *ſup.* 9. Secundo oranti in templo, *ſup.* 22. Feſtina & exi. Tertio in Corintho, *ſup.* 18. Noli timere, &c. Quæ licet prius narrentur, per recapitulationẽ tamen ſecunda fuit prior tempore. Quarto hic. Fuit autem prima ad inſtructionem, quia vidit arcana Dei. Secunda & tertia ad protectum. Quarta ad conſummationẽ. Dicitur non iturus Romam ubi conſummavit vitam. *e* Facta autem die, &c.] Tertia pars.

f Et devoverunt] maledicto aſtrinxerunt. In Græco anathematizaverunt. *Beda*: Quod verbũ quantæ ſit auctoritatis norunt, qui anathemate ſacerdotali a conſortio Chriſti & Eccleſiæ alienantur. *Iſa.* 8. Omnia, quæ loquuntur populus ille conjuratio eſt.

g Donec occiderent] Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam. *Matth.* 5. Iſti e converſo iniquitatem eſuriunt, ſanguinem ſitiunt, ſed non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. *Proverb.* 21.

h Notum facite] non quod conjuravimus, ſed ut addit.

i Concilio] ad celandum conjurationem.

k De eo] ideſt cauſa ejus, & reatu.

l Et Centurionibus] qui præerant centum, quia alius non ita facile, vel cito habuiſſet acceſſum ad Tribunum; & mora periculoſa erat, quod forte Paulus dixit Centurioni. Unde facilius acquievit non dedignatus ducere puerum. *m* Promiſſum] ſcil. quod promiſit. *n* Parate milites] *Gloſſ.* Pedeſtres ignobiles, qui pedites pugnabant, tales fuerunt, qui Chriſtum crucifixerunt. *Jo.* 19. Si enim nobiles eſſent, ipſum pro mercede non crucifixiſſent, nec veſtimenta pauperis hominis diviſiſſent. *o* Equites ſeptuaginta] ne Judæi in via raperent Paulum, & Tribunus criminis accuſaretur apud præſidem, quaſi accepiſſet pretium a Judæis pro morte Pauli.

p Ad Felicem] minor ad majorem mittit cauſam.

q Claudius Liſias,] Non curavit Lucas ſuperioris nomen præponere, plus rei geſtæ ordinem, quam litteraturæ attendens honeſtatem.

r Antipatridem] civitatem ab Antipatre ſic vocatam.

ſ Reverſi] pedeſtres ab Antipatride.

t Qui] equites.

u Paulum] cum epiſtola.

x Audiam] Audierat enim ipſum eſſe a Cilicia, quæ erat ſubjugata Romanis, & ipſe a Romanis miſſus erat Præſes regionis.

y Herodis] antiqui præſidis.

magna diſſenſio facta eſſet, timens Tribunus ne diſcerperetur *a* Paulus *b* ab ipſis, juſſit milites deſcendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in caſtra. Sequenti autem nocte aſſiſtens ei Dominus ait: *c* Conſtans eſto. Sicut enim *d* teſtificatus es de me in Jeruſalem, ſic te oportet & Romæ teſtificari. *e* Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Judæis, *f* & devoverunt ſe, dicentes neque manducaturos, neque bibituros, *g* donec occiderent Paulum. Erant autem pluſquam quadraginta viri, qui hanc conjurationem fecerant. Qui acceſſerunt ad principem ſacerdotum, & ſeniores, & dixerunt: Devotione devovimus nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos *h* notum facite Tribuno cum concilio, *i* ut adducat illum ad vos tanquam aliquid certius cognituri *k* de eo. Nos vero prius quam appropiet parati ſumus interficere illum. Quod cum audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit, & intravit in caſtra, nuntiavitque Paulo. Vocans autem Paulus ad ſe unum *l* ex centurionibus, ait: Adoleſcentem hunc perduc ad Tribunum. Habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem aſſumens eum duxit ad Tribunum, & ait: Vinctus Paulus rogavit me hunc adoleſcentem perducere ad te habentem aliquid loqui tibi. Apprehendens autem Tribunus manum illius, ſeceſſit cum eo ſeorſum, & interrogavit illum: Quid eſt quod habes indicare mihi? Ille autem dixit: Judæis convenit rogare te, ut craſtina die Paulum producas in concilium quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo. Tu vero ne credideris illis. Inſidiatur enim ei ex eis viri amplius quam quadraginta, qui ſe devoverunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum, & nunc parati ſunt expectantes *m* promiſſum. Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, præcipiens ne cui loqueretur, quoniam hæc nota ſibi feciſſet. Et vocatis duobus Centurionibus, dixit illi: Parate *n* milites ducentos, ut eant uſque Cæſaream, & equites *o* ſeptuaginta, & lancearios ducentos a tertia hora noctis, & jumenta præparate, & imponentes Paulum eum ſalvum perducerent *p* ad Felicem præſidem. Timuit enim ne forte raperent eum Judæi, & occiderent, & ipſe poſtea calumniam ſuſtineret, tanquam accepturus pecuniam, ſcribens ei epiſtolam continentem hæc: *q* Claudius Liſias, optimo præſidi Felici ſalutem. Virum hunc comprehenſum a Judæis, & incipientem interfici ab eis, ſuperveniens cum exercitu eripui, cognito, quia Romanus eſt, volenſque ſcire cauſam, quam objiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum. Quem inveni accuſari de quæſtionibus legis ipſorum, nihil vero dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et cum mihi perlatum eſſet de inſidiis, quas paraverant ei, miſi ad te eum, denuntians & accuſatoribus, ut dicant apud te: Vale. Milites vero ſecundum præceptum ſibi aſſumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem, *r* & poſtera die dimiſſis equitibus, ut cum eo irent, *ſ* reverſi ſunt ad caſtra. Qui *t* cum veniſſent Cæſaream, tradidiſſent epiſtolam præſidi, ſtatuerunt ante illum, & Paulum. Cum legiſſet autem, & interrogaſſet de qua provincia eſſet, & cognoſcens quia de Cilicia, *x* Audiam te inquit cum accuſatores tui venerint. Juſſitque in prætorio *y* Herodis cuſtodiri eum.

C A P. XXIV.

POſt *z* quinque autem dies *a* deſcendit *b* princeps ſacerdotum Ananias cum *c* ſenioribus quibuſdam, & *d* Tertullo quodam oratore, quia adierunt Præſidem adverſus Paulum. *e* Et citato Paulo, cœpit accuſare Tertullus, dicens: Cum

EXPOSITIO CAP. XXIV.

POſt quinque autem dies] Hoc capitulum dividitur in quinque partes. In prima dicitur quomodo princeps ſacerdotum venit accuſaturus Paulum, & ponitur ipſa accuſatio facta per Tertullũ oratorem. In ſecunda Paulus annuente Præſide excuſat ſe ibi. (Reſpondit autem Paulus.) In tertia cognita cauſa utriuſque Præſes differt ſententiam uſque ad adventum Liſiæ jubens Paulum interim cuſtodiri, ibi: (Diſtulit autem.) In quarta, quomodo Felix cum uxore ſua venit audire Paulum, & ipſo prædicante perterritus dedit Paulo liberam cuſtodiam, ibi: (Poſt aliquot) In quinta quomodo præſes cedens ſuæ præfectioni reliquit Paulum vinctum, volens gratiam præſtare Judæis, ibi: (Biennio, &c.) Dicit ergo:

z Poſt quinque, &c.] Dubitatio, quæ hic poſſet eſſe de numero dierum ſoluta eſt, *ſup.* 21.

a Deſcendit princeps ſacerdotum] ad accuſandum Paulum.

d Tertullo] qui loqueretur contra Paulum.

e Et citato] ad collocutionem.

Moraliter. *z* Quinque dies] fides, ſpes, charitas, actio, & contemplatio, vel contritio, confeſſio, ſatiſfactio, jejunium, eleemoſyna. Poſt hæc deſcendit homo de Jeruſalem Samariam, quæ interpretatur excelſa ſuperbia. Moraliter.

a Felix]

a Felix] excludens, diabolus rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. *Job* 41. Et excuſatur Pauli humilitas.
b Princeps ſacerdotum] Simile *Am.* 7. de ſacerdote Bethel.
c Senioribus] a quibus egreſſa eſt iniquitas. *Dan.* 14. *Petr.* 18. Juſtus in principio accuſator eſt ſui non alterius.
d Tertullus] placens ſtercore. *Phil.* 3. Advocati moderni.

ſicut Prophetæ boni reputabantur apud Judæos, nec eſt jactantia quod comparabat ſe prophetis, quia per inſpirationem loquebatur ſicut & illi. *x* Patri] cujus filius demonſtror non ſervus. *y* Credens omnibus] non ut Sadducæi quædam reprobantes. *z* Scripta] inquantum veritas ſubjacet, non inquantum ſunt umbra. a Spem] de reſurrectione mortuorum. *b* In hoc credens. *c* Sine offendiculo] active, non paſſive, quia licet aliqui offenderentur, ipſe tamen non offendebat eos ſicut & Judæi de verbis Domini ſcandalizabantur. *Matth.* 13. & 15.

a Suſcipimus] ſupple beneficia, & eſt adulatio ad captandam benevolentiam. Vel (Suſcipimus,) ideſt gratum habemus, ſupple judicari apud te.
e Invenimus] per illos qui venerant de Aſia, *ſup.* 21.
d Peſtiferum] ideſt ferentem peſtem, ideſt morbum lethalem, ideſt mortem, ſcilicet prędicationem, quæ erat univerſalis morbus Judęorum. *Iſ.* 5. Væ qui dicitis, &c.
e Seditionis ſectæ] ideſt quæ eſt facta vel quam facit ſecta tranſitive vel intranſitive.
f Nazarenorum] a Jeſu Nazareno, quod erat illo tempore opprobrium apud Judæos, poſtea ſurrexit hæreſis, quæ dicitur Nazarenorum, qui volunt eſſe Chriſtiani ſimul & Judæi, qui credunt Chriſtum natum & paſſum Dei filium, & venturum.
g Templum violare] Inducendo in illud Gentiles.
h A quo] tribuno.
i Adjecerunt] vel audierunt perhibentes teſtimonium. *Job* 41. Corpus ejus quaſi ſcuta fuſilia, &c.

B

in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam, ſemper & ubique ſuſcipimus optime *a* Felix cum omni gratiarum actione. Ne diutius autem te pertraham, oro breviter audias nos pro tua clementia. Invenimus *b* hunc hominem *c* peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Judæis in univerſo orbe, & auctorem *e* ſeditionis ſectæ Nazarenorum, *f* qui etiam *g* templum violare conatus eſt, quem & apprehenſum voluimus ſecundum legem noſtram judicare. Superveniens autem tribunus Lyſias cum vi magna eripuit eum de manibus noſtris, jubens accuſatores ejus ad te venire *h* a quo poteris ipſe judicans de omnibus iſtis cognoſcere, de quibus nos accuſamus eum. *i* Adjecerunt autem & Judęi, dicentes hæc ita ſe habere. Reſpondit *k* autem Paulus annuente *l* ſibi præſide dicere: Ex multis annis eſſe te *m* judicem genti huic ſciens *n* bono animo pro me ſatisfaciam. *o* Potes enim cognoſcere, *p* quia non *q* plus ſunt dies mihi, quam duodecim ex quo aſcendi *r* adorare in Jeruſalem, & neque in templo invenerunt me cum aliquo *ſ* diſputantem aut concurſum facientem turbæ, neque in ſynagogis, neque in civitate, neque probare poſſunt tibi, de quibus nunc accuſant me; confiteor autem tibi hoc quod ſecundum ſectam *t* quam dicunt hæreſim ſic deſervio *u* patri & Deo meo credens *x* omnibus, quæ in lege & prophetis *y* ſcripta *z* ſunt, ſpem habens *a* in Deum, quam & hi ipſi expectant reſurrectionem futuram juſtorum, & iniquorum. In hoc *b* & ipſe ſtudeo *c* ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper. Poſt annos autem *d* plures eleemoſynas facturus *e* in gentem meam veni, *f* & oblationes, & vota, in quibus invenerunt me *g* purificatum in templo non cum turba, neque cum tumultu. Et apprehenderunt me clamantes, & dicentes: Tolle inimicum noſtrum. *h* Quidam autem ex Aſia Judæi, *i* quos oportebat apud te præſto eſſe, & accuſare ſi quid haberent adverſum me, aut *k* hi dicant, ſi quid invenerunt in me iniquitatis *l* cum ſtem in conſilio, *m* niſi de *n* una hac ſolummodo voce qua clamavi inter eos ſtans, quoniam de *o* reſurrectione mortuorum ego judicor hodie a vobis. *p* Diſtulit autem illos Felix, certiſſime ſciens *q* de via hac, dicens: Cum tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos. Juſſitque Centurioni cuſtodire eum, & habere requiem, nec quemquam prohibere de *r* ſuis miniſtrare ei. *ſ* Poſt aliquot autem dies veniens Felix cum Druſilla uxore ſua, quę erat Judęa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ eſt in Chriſtum Jeſum. *t* Diſputante autem illo de juſtitia, & caſtitate, & de judicio futuro *u* tremefactus Felix reſpondit: Quod nunc attinet, *x* vade, tempore autem opportuno accerſam te, ſimul *y* & ſperans quod pecunia ei daretur a Paulo, propter quod & frequenter accerſens eum, loquebatur cum eo. *z* Biennio autem expleto,

C

d Plures] a converſione mea. *Sup.* 21.
e In gentem meã] in Jeruſalem.
f Et oblationes, & vota] facturus licet ad hoc non venerit, tamen de conſilio Jacobi fecit votum, & oblationes pro more voti, quia ad orandum, & eleemoſynas faciendum tantum venerat.
g Purificatum] raſo capite ſervantem legem. *Num* 6.
h Quidam autem ex Aſia] invenerunt me in templo.
i Quos] Aſianos.
k Aut hi ipſi] Ananias cum ſuis.
l Cum ſtem] modo.
m Niſi] quia prædicavi. *n* De una] hoc per antiphraſim. Sciebat enim hoc ipſis placere.
o De reſurrectione] quod tamen ipſi credunt.
p Diſtulit] judicare inter eos. Tertia pars.
a De via] veritatis, quæ in Paulo erat, vel iniquitatis, quas faciebant in Paulum. Quare ergo non ſentiebant ſtatim pro Paulo? Quia Judex tenetur judicare ſecundum allegata, & probata, & quia ab utraque parte Lyſias invocabatur teſtis, ideo expectavit eum.

D

k Reſpondit, &c.] Secunda pars.
l Annuente] ſignum faciente. *m* Judicem genti] benevolum, quaſi diceret amicitiam veſtram novi. *n* Bono animo] cum fiducia. Sed ex hoc magis deberet differre. Sol. Sciebat ipſum bene ſervatorum jus reipublicæ, & quod juſte judicaret, & ipſe nullius mali ſibi conſcius erat.
o Satisfaciam] excuſabo me. *p* Cognoſcere] a me teſtibus.
q Non plus] quaſi non eſt antiquum tempus. *r* Adorare] non violare templum, ad hoc principaliter venerat, ſecundo autem ut faceret eleemoſynas, ſicut dicit *inf. eod.* Contra, *Jo.* 4. Veniet hora, &c. Ergo jam venerat veritas, & ſic non debuit diſcernere locum orationis. Sol. Nondum venerat veritas ſecundum plenam manifeſtationem, ideo licebat ſicut & de voto Nazaræorum, *ſup.* 21.
ſ Diſputantem] quæſtionantem vel prædicantem, ergo videbantur peccare cum ſciret illos indigere. *Proverb.* 6. Diſcurre, feſtina. Solut. Non tenebatur ibi prædicare, non enim erat Judæorum Apoſtolus, ſed Gentium, maxime quia erat de Epiſcopatu Jacobi, qui præſens erat: aliis autem Judæis inter Gentes diſperſis prædicaverat, quia hoc ipſo erant de ejus apoſtolatu, ſed non iſti.
t Sectam] Nazarenorum. In Gręco ſecundum viam quam increduli hæreſim vocant, dixerant enim ipſum auctorem ſectæ, &c.
a Deſervio] prophetica ſervitute, dicit *Gl.* ideſt bona,

r De ſuis] diſcipulis vel ſociis, vel de ſuis facultatibus nullus prohiberetur ei miniſtrare.
ſ Poſt aliquot] Quarta pars.
t Diſputante] prædicante. Nota, quod in hoc libro fere ubique prædicatio vocatur diſputatio, quia tunc jaciebant Apoſtoli fundamentum Eccleſiæ, & neceſſe erat, ut eſſent ſemper parati omni poſcenti reddere rationem de fide Chriſti. 1. *Pet.* 3. vel per miracula, vel per rationes.
u Tremefactus] ſervili timore perterritus.
x Vade] liberam oſtendit cuſtodiam.
y Simul,] ſic junge: Tremefactus, & ſperans, unde timore Dei, & ſpe pecuniæ dimiſit eum libere cuſtodiri. *z* Biennio, &c.] Quinta pars. *Bed.* Converſionis Pauli in Cæſarea, ano præſidatus Felicis, qui ſupra dictus eſt multis annis Judex fuiſſe, cum hiſtoriæ narrent ſecundo Neronis anno miſſum Romam Apoſtolum, Claudium vero Cæſarem eo tempore, quo Agrippam filium Herodis ab Angelo percuſſi, *ſupra* 12. Regem conſtituit Judæorum, Felicem quoque totius provinciæ, & Samariæ procuratorem miſiſſe. Sed ad-

hac non videtur, quod ita cito biennium converſationis Pauli in Cęſarea ſit elapſum. Ideo aliter ſolvit Magiſter in hiſtoriis, quia ante biennium Felix fuerat accuſatus apud Romanos, ſiquidem contentio fuerat inter Judæos, & Gentes de principatu civitatis Cæſareæ, & in principio Felix fovit partem Judæorum, donec exhauſit burſas eorum, poſt fovit partem Gentium, ſuper quo accuſatus fuit Romæ, a qua accuſatione cō- putat magiſter hoc biennium.

A *a* Reliquit] *Rab.* Utrum vivens vel moriens incertum eſt, ſed tamen melius videtur, quod vivens Judæis gratiam præſtiterit.

EXPOSITIO CAP. XXV.

FEſtus ergo cum veniſſet &c.] Hoc capitulum dividitur in quatuor partes. In prima veniens Feſtus Jeruſalem rogatur a Judæis, ut Paulus adducatur Jeruſalē, quo negante venerunt Cęſaream accuſaturi eum. In ſecunda excuſat ſe Paulus de omnibus,

B & ne gravaretur, Cęſarem appellat, ibi (Paulo rationē). In tertia venit Agrippa ſalutare Feſtum, & exponit ei totum negotium Pauli, ibi: (Et cum dies aliquot] in quarta producitur Paulus coram Agrippa volēte videre eum, & replicante Feſto cauſam, & appellationem Pauli, Agrippam ſuper hoc conſultante, datur Paulo licentia loquendi pro ſe, ibi (Altera autem die) dicit ergo.

accepit ſucceſſorem Felix Porcium Feſtum. Volens autem gratiam præſtare Judæis Felix, reliquit *a* Paulum vinctum.

C A P. XXV.

b FEſtus ergo cum veniſſet in provinciam *c* poſt triduum *d* aſcendit Jeroſolymam a Cæſarea. Audieruntque eum *e* principes ſacerdotum, & primi Judæorum *f* adverſus Paulum, & rogabant eum: poſtulantes gratiam adverſus eum, ut *g* juberet perduci eum in Jeruſalem inſidias tendentes, ut eum interficerent in via. Feſtus autem reſpondit ſervari quidem Paulum in Cæſarea, ſe autem *h* maturius profecturum. Qui ergo in vobis, ait, *i* potentes ſunt deſcendentes ſimul, ſi quod eſt in viro crimen accuſent eum. Demoratus autem inter eos dies non amplius quam *k* octo aut decem, deſcendit Cæſaream, & altera die ſedit pro *l* tribunali, & juſſit Paulum adduci. Qui cum perductus eſſet, circumſteterunt eum qui a Jeroſolyma deſcenderant Judæi multas, & graves cauſas objicientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente, quoniam neque in legem Judęorum, neque in templum, neque in Cæſarem quidquam peccavi. Feſtus autem volens Judæis gratiam præſtare reſpondens Paulo dixit: Vis Jeroſolymam *m* aſcendere, & ibi de his judicari apud me? Dixit autem Paulus: *n* Ad tribunal Cæſaris ſto, ibi me *o* oportet judicari. Judæis non nocui ſicut tu *p* melius noſti. Si enim nocui aut dignum morte aliquid feci, non recuſo mori. Si vero nihil eſt eorum, quæ hi accuſant me, *q* nemo poteſt me illis donare. *r* Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum concilio locutus reſpondit: Cæſarem appellaſti, ad Cęſarem, ibis. *ſ* Et cum dies aliquot tranſacti eſſent, *t* Agrippa Rex, & *u* Bernice deſcenderunt Cęſaream ad ſalutandum Feſtum. Et cum dies plures ibidem morarentur, Feſtus regi indicavit de Paulo, dicens: Vir quidam eſt derelictus a Fęlice vinctus, de quo cum eſſem Jeroſolymis adierunt me Principes Sacerdotum, & Seniores Judæorum poſtulantes adverſus illum damnationem. *x* Ad quos reſpondi, quia non eſt *y* conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem prius quam is, qui accuſatur præſentes habeat accuſatores, *z* locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quę ei objiciuntur. Cum ergo *a* huc conveniſſent ſine ulla dilatione in ſequenti die ſedens pro tribunali juſſit adduci virum. De quo cum ſtetiſſent accuſatores, nullam cauſam deferebant *b* de *c* quibus ego *d* ſuſpicabar *e* malum, quęſtiones vero quaſdam *f* de ſua ſuperſtitione habebant adverſus eum, & de quodam Jeſu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere. Hęſitans autem ego de hujuſmodi *g* quęſtione, dicebam

b Feſtus ergo cum veniſſet in provinciam] Palęſtinæ, ſicut ſemper mittebantur a Romanis Præſides aliis ſuccedentes. *c* Poſt] ex quo venerat. *d* A Cæſarea] ad quam prius venit. *e* Principes ſacerdotum] propter invidiam, quam præ aliis habebant erga Paulum, & quia præ ceteris tenebantur defendere legem, de qua erat diſceptatio contra Paulum. *f* Adverſus Paulum] locuturi.

g Ut juberet perduci] quia quæſtio erat de lege, & videbatur quod ibi deberet determinari, ubi præcipue lex vigebat, maxime cum & ipſe Præſes præſens eſſet, & hoc etiam pro gratia petebat, non quia debitum.

h Maturius] cito forte jam cognoſcebat fraudes eorum, negavit, vel quia Judex nihil debet immutare circa perſonas antequam cognoſcat aliquid de cauſa.

i Potentes] non quod ſit acceptor perſonarum in judicio. Sed dicit (Potentes) ſcilicet eundi Cæſaream. Non enim omnes ire poterant.

k Octo aut decem] In Cæſarea autem tantum tres, quia in Cæſarea omnes Gentiles habebant eumdem modum vivendi. In Jeruſalem vero diverſorum erant rituum, ideo plus habuit ibi facere.

l Pro tribunali] quod eſt locus judicii. Sed quare non dicitur in tribunali, quod videtur melius ſonare. Solut. Pro, notat finem, pro quo ſedetur ibi, ſcilicet ut fiat judicium. In, vero tantum ſonat ſeſſionem, & quietem.

m Vis Jeroſolymam] optionem dat, quia civis Romanus erat, ſed videtur, quod injuſte agat. Jam enim fuerat accuſatus, & nihil probare poterant contra eum, ſed purgaverat ſe ſufficienter, ergo debuit dimitti. Sol. Promittebant Judæi ſe probaturos in Jeruſalem, ubi erant teſtes, & poſſet facilius Paulus ſolus illuc ire, quam multi teſtes venire.

n Ad tribunal Cæſaris] quod Cęſari ſpecialiter factum erat in Cæſarea in ejus honorem ædificata, alioquin non eſſet Cæſaris, ſed Præſidis tribunal.

o Ibi me] quia hic eſt locus judicii, viam facit appellationi.

p Melius noſti] quam Judæi, vel Paulus, vel vicini. Contra de novo venerat. Sol. Melius ſupple quā prius, quia ex accuſationibus, & reſponſione Pauli ſatis perpendebat injuſte agi contra ipſum. Ideo dicit noſti, quia ſimpliciter non ſciebat. Vel (noſti melius) quam eſſet neceſſarium ad liberationem meam ad quam minor rei notitia ſufficere poſſet.

q Nemo poteſt] de jure. Hic ſumitur illud. Solum poſſumus, quod de jure poſſumus. Et ſi tu velis Judæis gratiam præſtare donando me.

r Cæſarem appello] ad nomen ejus confugio. *Bed.* Quod appellat, & Romam feſtinat, ideo facit, ut diutius prædicās multis fidelibus coronatus eat ad Chriſtum. 1. *Theſſ.* 2. Quæ eſt ſpes noſtra aut corona, &c.

ſ Et cum dies, &c.] Tertia pars.

t Agrippa] Hic Herodis Agrippæ filius uſque ad ſubverſionem Jeruſalem regnum Judææ tenuit.

u Et Bernice] vel Beronice, vir ſecundum quoſdam, vel ſecundum *Gloſſ.* uxor ejus, ſecundum *Hieronym.* cognata. Et dicitur uxor, quia præ nimio affectu aſſiſtebat ei quaſi uxor, tamen quidam dicunt, quod cognoſcebat eam, ſecundum illud: Cognati poterit nomine culpa tegi. Alii volunt, quod fuerit vir, quia non eſt conſuetum mulieres ſedere cum viris in judicio. Ad hoc reſpondeat quod in hoc notatur impudentia utriuſque qui ſeſe carere non poterant, vel ad tempus pro nimio amore.

x Damnationem] mortis, quæ grata eſſet eis.

y Conſuetudo] ſecundum leges Romanas.

z Locumque] ſpatium.

a Huc] Cæſaream.

b Deferebant] nihil contra Paulum probabant.

c De quibus] cauſis vel verbis, vel rebus.

d Suſpicabar] expectabam ab accuſatoribus.

e Malum] quod probaretur contra Paulum de verbo vel doctrina mala. Vel.

c De quibus] accuſatoribus.

d Suſpicabar malum] quod ſcilicet nullam cauſam dignam morte deferrent.

f De ſua ſuperſtitione] *Rab.* amborum, ideſt Pauli, & Judæorum legem vocat ſuperſtitionem.

b Deferebant] ſecundum ſenſum Judæorum.

g Quæſtione] quam ignorabam.

a Jeroſo-

a Jeroſolymam] ubi ſapientes. *b* Auguſti cognitioni] Neronis judicio.
c Volebam] Vellem nunc. *d* Altera autem die, &c.] Quarta pars. *e* Cum multa ambitione] ideſt, deſiderio videndi Paulum, vel multa pompa & turba regali officii eos ambiente. *Bed.* In Græco pro ambitione ponitur phātaſia. *f* In auditorium] domum ubi cauſæ audiebantur coram judicibus.
g Principalibus] vel principibus.
h Rex] Judææ.
i Et omnes] Ananias & præſentes Judæi.
k Et acclamantes] hic ſicuti in Jeruſalem.
G *l* Admiſiſſe] in opere, quia nihil erat probatum & ipſe ſufficienter ſe purgaverat. Superius autem hæſitavit de materia quæſtionis de lege non de Pauli innocentia, & ſic non eſt contrarium.
m Quid ſcribam] de teſtimoniis alicujus pro quo ſit vinctus.

ergo bona vita hæreſis dicebatur. Quod verum eſt a malis non a bonis. Et nota quod inter ſectas minus mala erat Phariſæorum, quia ponit reſurrectionem & obſervantiam legis & prophetarum. Unde plus concordat veritati quam aliqua aliarum.

ſi vellet ire *a* Jeroſolymam & ibi judicari de iſtis. Paulo autem appellante, ut ſervaretur *b* Auguſti cognitioni juſſit ſervari eum donec mittam eum ad Cæſarem. Agrippa autem dixit ad Feſtum. *c* Volebam & ipſe hominem audire. Cras, inquit, audies eum. *d* Altera autem die cum veniſſet Agrippa & Bernice cum *e* multa ambitione, & introiſſent in auditorium *f* cum tribunis & viris *g* principalibus civitatis jubente Feſto, adductus eſt Paulus. Et dixit Feſtus: Agrippa *h* rex & *i* omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum viri, videtis hunc hominem de quo omnis multitudo Judæorum interpellavit me Jeroſolymis petentes *k* & acclamantes, non oportere eum vivere amplius. Ego vero comperi nihil dignum morte eum *l* admiſiſſe. Ipſo autem hoc appellante, ad Auguſtum judicavi mittere. De quo quid certum ſcribam Domino non habeo. Propter quod perduxi eum ad vos, & maxime ad te rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam *m* quid ſcribam. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum & cauſam ejus non ſignificare. *n* Agrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipſo.

EXPOSITIO CAP. XXVI.

TUnc Paulus extenta manu] more concionantium vel pro ſilentio faciendo. Hoc capitulum dividitur in quinque partes. In prima captans Paulus benevolentiā Agrippæ, replicat converſationem ſuam in Judaiſmo mul-
B torum teſtimonio commendatam dicens ſe ſpem reſurrectionis habere ſicut ceteri Judæi. In ſecunda recapitulat quomodo perſecutus eſt Eccleſiam & modum ſuæ converſionis, & miſſionis ad gentes, ibi. (*Et ego quidem*) In tertio dicit ſe propter hoc a Judæis captum & fere occiſum teſtem nunc eſſe paſſionis, & reſurrectionis Chriſti, ibi (Hac de cauſa) in quarta dicit Feſtus eum inſanire & aſtruens ſe verum dicere de ſcripturis, Agrippam invocat teſtem, ibi (Hæc loquente) In quinta, dicit Agrippa Paulum perſuadere ſibi ut fiat Chriſtianus, quod optat Paulus ipſis & aliis, & receđentes dicunt Paulum non meruiſſe mortem, ibi (Agrippa autem, &c.)
Me beatum] eſſe dicendum non beatitudine patriæ, ſed viæ quæ eſt eſſe immaculatum. *Pſ.* 118. Beati immaculati in via. Et *Eccl.* 31. Beatus qui inventus eſt ſine macula tranſgreſſionis vel omiſſionis, *Pſ.* 33. Declina a malo & fac bonum.
p Cum ſim] quia confidebat de conſcientia. Vel (Cum ſic) Agrippa enim ſciebat quod propter altercationes & quæſtiones Judæorum crebro coram ſe ventilatas nullus damnabatur ad mortem, in hoc confidebat Paulus.
q Sciente omnia] vel omnes quaſi peritus es Judaicæ conſuetudinis.
r Conſuetudines] bonæ.
ſ Et quæſtiones] malæ *Gl.* *Bed.* Legerat illud *Iſ.* Beatus qui in aure loquitur ſapientis. Hoc littera noſtra non habet, & noverat tantum orationis verba proficere, quantum judicis ſententia cognoviſſet.
t Præſcientes] ante cognoſcentes quam vos Gentiles.
u Certiſſimam ſectam] in Græco pro (ſectam) hæreſim,

C A P. XXVI.

TUnc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere. De omnibus quibus accuſor a Judæis Rex Agrippa æſtimo me beatum *o* apud te cum *p* ſim defenſurus me hodie, maxime te *q* ſciente omnia, & quæ apud Judæos ſunt *r* conſuetudines *ſ* & quæſtiones, propter quod obſecro patienter me audias. Et quidem vitam meam a juventute quæ ab initio fuit in gente mea in Jeroſolymis noverunt omnes Judæi *t* præſcientes me ab initio ſi velint teſtimonium perhibere, quoniam ſecundum *u* certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus. Et nunc in ſpe quæ ad patres noſtros *x* repromiſſionis facta eſt a Deo, *y* ſto *z* judicio ſubjectus *a* in quam duodecim tribus noſtræ nocte ac die *b* ſervientes *c* ſperant *d* devenire. De qua ſpe accuſor a Judæis Rex. *e* Quid *f* incredibile judicatur apud vos ſi *g* Deus *h* mortuos ſuſcitat? Et ego *i* quidem exiſtimaveram me adverſus nomen Jeſu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Jeroſolymis. Et multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, a principibus ſacerdotum poteſtate accepta, & cum occiderentur *k* detuli ſententiam. Et per omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare, *l* & amplius *m* inſaniens in eos *n* perſequebar uſque in exteras *o* civitates. *p* In quibus dum irem *q* Damaſcum cum *r* poteſtate & permiſſu principum ſacerdotum die media in via vidi Rex de cœlo, ſupra ſplendorem ſolis circumfulſiſſe me lumen, & eos qui mecum ſimul erant omneſque nos cum *ſ* decidiſſemus in terram, audivi vocem loquentem

x Repromiſſionis] reſurrectionis, ergo reſurrectio fuit repromiſſa. Verum eſt *Oſ. 6. Soph. 3. Job 19. Ezechiel. 26.*
y Sto] ante tribunal.
z Judicio] tuo.
a In quam] ſpem refugiendi.
d Devenire] ſic ſupponit ſpes pro re ſperata. Vel ſecundum aliam litteram. (Inveniri) vivi vel perfecti, dicit *Gloſſ.* ſic ſupponit pro habitu. C
c Servientes] propter illam ſpem.
b Nocte, ac die] Hoc non dicitur prototo, ſed pro parte ſcilicet, duabus tribubus quæ ſub Cyro & Dario redierunt de captivitate 1. *Eſd.* 2. Nam decem Tribuum captivatio ſub *Oſee 3. Reg.* 19. ultima fuit & perpetua. *Oſee* 1. Non addam ultra miſeria, &c. Et in captivitate etiam idoli non Deo ſervierunt. *Hieronym.* 5. Servietis diis alienis, &c. Et de iſtis pauci redierunt, ut ſervirent Deo.
e Quid] adverbium interrogandi.
f Incredibile judicatur,] hoc, ſcilicet.
g Si Deus, &c.] Vel ſic.
e Quid incredibile] ut prius.
g Si] pro quia.
h Mortuos ſuſcitat] particulariter, quare non eſt incredibile ſi ab eo ſperatur generalis reſurrectio. Vel
e Quid] nomen, quaſi quod dicis o Agrippa, vel quid tibi videtur, &c. ut prius.
i Et ego, &c.] Secunda pars, ſicut iſti æſtimant modo.
k Detuli] *Gl.* Judicavi occidendos, non ait occidi. *Bed.* ponit aliam litteram. Occidendiſque illis detuli ſententiam, ideſt, qualiter occiderentur ſententiam dedi.
l Et amplius] quam prius.
m Inſaniens] ſicut lupus.
n Perſequebar] ex magno affectu.
o Exteras] non tantum propinquas.
p In quibus] civitatibus vel operibus illius inſaniæ.
q Damaſcum] metropolim Syriæ & Phœnicis.
r Cum poteſtate & permiſſu.] Sed principes ſacerdotum hoc non poterant, imo Romani. Sol. Principes ſacerdotum acceperant hanc poteſtatem a Præſide, ita ut poſſent eam delegare cui vellent quam Saulo dederunt. Ideo utrumque tangit & poteſtatem delegatam a Præſide, & permiſſum, ideſt, aſſenſum Principis ſacerdotum.
ſ Decidiſſemus] Contra *ſup.* 9. dicitur quod ſtabant ſtupefacti. Ibi *Gl.* Non ceciderunt.
Sol. Ceciderunt quidem prius ad ſubitum fulgorem, ſed ſocii ſtatim ſurrexerunt Paulo adhuc jacente, & ſtabant cum Dominus loqueretur illi. Ideo autem dicit eos *Gloſs.* non cecidiſſe, quia ſtatim ſurrexerunt.

Digitized by Google

a Hebraica lingua] in qua olim Deus patribus loquebatur. Ut magis credatur quod dicitur. *c* Me] in membris. *b* Saule.] *Gl.* Nomen geminat, ut ad ipſum pertinere viſionem oſtendat. *d* Contra ſtimulum] correctionem, quaſi diceret, huculque ſine ſtimulo reſtitiſti, nunc vero ſi recalcitras plus bigeberis. Jungitur bos futuræ agriculturæ Dei 1. *Corint.* 3. Vel ſtimulus charitas 2. *Corint.* 5. Charitas Chriſti urget nos.

rum. *f* Multæ litteræ] *Rab.* Philoſophi gentium multa legendo, vel ſcribendo ſectas mutabant.
g Ad inſaniam] mutabilitatem de ſententia in ſententiam vel de doctrina in doctrinam, ut te excuſaturus prædices reſurrectionem, & tuam narres converſionem. *Bed.* Sicut ſtulta amentia fuit, quod filius prodigus porcos pavit. *Luc.* 15. Sic de ſpirituali amentia, 2. *Cor.* 5. Sive mente exedimus Deo, &c. *Pſ.* 39. Non reſpexi in vanitates, & inſanias falſas. *h* Optime] Adulator videtur, ſed captat benevolentiá & loquitur, ut plures non ſecundum ſenſum ſuum. Vel (optime) in quantum Judex quia tenebat locum optimi Dei, ſcil. *i* Veritatis] *Gl.* Falſitas & petulantia inſaniæ ſunt propria. *k* De his] quæ de me narravi. *l* Horum] vel de me vel de Chriſto. *m* Scio] hoc ad perſuadendum loquitur non adulando. *n* Credis] quicquid eſt de eo prædictum, vel de Chriſto. Imbutus enim ritu, & lege Judæorum credebat prophetas vere dixiſſe, ignorás illam veritatem ad Chriſtum pertinere, quamvis in concione habita cum Judæis dixiſſe legamus, ſi de religionis auxilio præſumitis cum jam diſcipuli Jeſu orbem repleverunt, non ſine Dei nutu putamus illam religionem creſcere.

E

e Miniſtrum, & teſtem] Non eſt verus teſtis qui non eſt miniſter, exēplo ejus *Matt.* 20. Non venit miniſtrari.
f Quæ vidiſti] in hac prima viſione. *g* Apparebo] poſtea multis viſionibus.
h In quas] ideſt, in quos ambos, quia & Judęorum, & Gentium inſidias paſſus, & injurias. *i* Aperire] Cæci enim ſunt. *k* Oculos] interiores, vel etiam exteriores.
l De poteſtate] ecce tenebræ.
m Deum] lucem. Unde ſi eſt in littera (Et de poteſtate) poteſt legi expoſitive (Et) pro, ideſt, quaſi de infidelitate ad fidem, de vitiis ad virtutes, & mores.

mihi *a* Hebraica lingua. *b* Saule Saule quid *c* me perſequeris? Durum eſt tibi *d* contra ſtimulum calcitrare. Ego autem dixi. Quis es Domine? Dominus autem dixit. Ego ſum Jeſus quem tu perſequeris. Sed exurge, & ſta ſupra pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, ut conſtituam te *e* miniſtrum, & teſtem eorum, quæ *f* vidiſti, & eorum quibus apparebo *g* tibi, eripiens te de populis, & gentibus *h* in quas nunc ego mitto te *i* aperire *k* oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, *l* & a poteſtate Satanæ ad *m* Deum, ut accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem *n* inter *o* ſanctos *p* per fidem quæ eſt in me. Unde rex Agrippa non fui incredulus cœleſti viſioni ſed his qui ſunt Damaſci primum, *q* & Jeroſolymis & in omnem regionem Judææ, & Gentibus annunciabam, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum digna pœnitentiæ opera facientes. *r* Hac ex cauſa me Judæi cum eſſem in templo comprehenſum tentabant volentes me interficere. *ſ* Auxilio autem adjutus Dei uſque in hodiernum diem *t* ſto teſtificans minori *u* atque majori, nihil extra dicens quam ea, quæ prophetæ locuti ſunt futura eſſe, *x* & Moyſes, *y* ſi *z* paſſibilis Chriſtus,

ſi *a* primus ex reſurrectione mortuorum lumen annuntiaturus eſt *b* populo, & *c* gentibus. Hęc *d* loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit: Inſanis *e* Paule, multæ *f* te litteræ *g* ad inſaniam convertunt. Et Paulus, non inſanio inquit *h* optime Feſte, ſed *i* veritatis, & ſobrietatis verba loquor. Scit enim *k* de his rex ad quem & conſtanter loquor, latere enim eum nihil *l* horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum geſtum eſt. Credis rex Agrippa prophetis? *m* Scio quia *n* credis. Agrippa *o* autem ad Paulum. *p* In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Et Paulus. Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, ſed & omnes qui audiunt hodie fieri tales qualis *q* & ego ſum *r* exceptis vinculis his. Et exurrexit rex, & Pręſes & Berenice, & qui aſſidebant eis, Et cum receſſiſſent, loquebantur ad invicem dicentes, quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iſte. Agrippa autem Feſto dixit. Dimitti poterat *ſ* homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

G

C A P. XXVII.

t UT autem judicatum eſt eum navigare in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis cuſtodiis *u* centurioni nomine Julio.

A

n Et ſortem] hæreditatem quæ ſors dicitur, quæ ſine libero arbitrio provenit propter radicem merendi primam, ſcilicet gratiam gratis datam ſine prævitione liberi arbitrii. *o* Inter Sanctos] Sed cum hæc propoſitio dicat æqualitatem, ſicut ſuper ſuperioritatem, & ſubter inferioritatem, videtur, quod male, cum ſancti non ſint æquales. 1. *Cor.* 15. Stella enim a ſtella differt, &c. Solut. Sunt æquales quoad denarium *Matth.* 20. Vel dupliciter comparantur ſancti inter ſe, & ſic eſt ibi æqualitas, quia nulla prælatio, quæ cauſatur ex infirmitate, vel Deum a quo plus præmii accidentalis, vel eſſentialis accipit unus quam alius, & ſic major vel minor.
p Per fidem] *ſup.* 15. Fide purificans corda eorum. Sed quare non ita per ſpem, vel charitatem? Sol. Charitas magis conjuncta eſt dilecto, & ſpes ſperato quam fides credito, vel vero, & tanto difficilior eſt, & magis habet purgare.
q Et Jeroſolymis] antequam ordinaretur Apoſtolus Gentium, electus ad hoc a Spiritu ſancto, *ſup.* 13. tunc prædicavit Jeruſolymis, ſed poſt tantum ſolvit votum *ſup.* 21. quia tunc erat tantum Apoſtolus Gentium, vel ipſo jure Judæorum inter gentes diſperſorum.
r Hac ex cauſa, &c.] Tertia pars. *ſ* Auxilio autem adjutus Dei] auctoritate, & Liſiæ miniſterio *ſup.* 21.
t Sto] perſevero vel in mortem non cado. *u* Minori] ætate, vel perſona. *x* Et Moyſes] qui & ipſe fuit propheta ſecundum rem, ſed ſecundum officium dux populi, & ſic quodammodo pluſquam propheta. *y* Si] per quod. *z* Paſſibilis] Chriſtus erit ſupple hoc dixerunt prophetæ. *Iſ.* 53. ſatis de paſſione.
a Primus] quia primus reſurrexit non iterum moriturus, *Rom.* 6. *b* Populo] Iſrael per ſe *Matth.* 15. Non ſum miſſus, &c. *c* Et Gentibus] per Apoſtolos. Vel. *b* Populo] ex Gentibus, ſupple ſeparato, ſcilicet Iſrael. *d* Hæc loquente] quarta pars. *e* Inſanis] quia vinctus loco defendendi ſe accepto impertinentia ſuæ liberationi loquebatur, vel quia prædicabat in Chriſto reſurrectionem mortuorum.

o Agrippa] Quinta pars, *p* In modico] ideſt, quocumque modo, vel in quocumque ſtatu.
q Et ego] Chriſtianus, ſcilicet. *r* Exceptis] quia non opto vos, vinctos eſſe. *ſ* Dimitti] ſolvi a vinculis.

EXPOSITIO CAP. XXVII.

UT autem judicatum eſt, &c.] Hoc capitulum dividitur in quinque partes. In prima dicitur quomodo Centurio tradito ſibi Paulo cum ceteris vinctis volens navigare in Italiam aſcendit navem Hadrumetinam, & per Sydonem & Cyprum venit Lyſtram. In ſecunda quomodo aſcenderunt navem Alexandrinam, & per Boniportum venerunt Theſſalam, & prohibente Paulo navigationem propter ineptiam temporis, Centurio plus credens naucleris, quia ibi non erat bonum hyemare volebat venire Phęnicem, ibi: (Et ibi invenienș) In tertia quomodo venientes ad inſulam Candam, orta tempeſtate projectis in mare, quæ in navi erant deſperantes de ſalute, conſulatus eſt Paulus narrans viſionem, & promittens, quod nullus periret eorum præter ſolam navim ibi (Aſpirante autem) In quarta quomodo explorata aquæ profunditate Paulus indicavit Centurioni nautas velle fugere, qui impediti ſunt per dimiſſionem ſcaphæ, ibi (Sed poſtea) In quinta quomodo Paulus hortatus eſt eos comedere, & committentes ſe mari, & vento appropinquaverunt terræ, & fixa prora in litore puppis diſſolvebatur, ubi volentibus militibus occidere vinctos ne enatantes evaderent, centurio non illis permiſit, ibi (Et cum lux inciperet fieri, &c.) Dicit ergo.
t Ut autem judicatum eſt, &c.] Agrippa decernente. *u* Cuſtodiis] vinctis qui cuſtodiebantur.

a Cohortis

a Cohortis Auguſtæ.] a nomine Auguſti, qui milites miſerat.
b Autem] expletive.
c Hadrumetinam,] ideſt ad Romam navigantem, vel melius dictam ab Hadrumeto civitate Africæ.

i De Aſſon] nomen loci ſic dicti, quia inde ſolvuntur naves in mare progredientes.
k Typhonicus] a thyphos, quod eſt inflatio, quia facit mare inflari.
l Euroaquilo] a nomine regionis, & eſt ventus inter aquilonem, & orientem contrarius ituris in Phœnicem. Alia littera habet vetus tempeſtuoſus.

a cohortis Auguſtæ. Aſcendentes *b* autem navem Hadrumetinam, *c* incipientem navigare circa *d* Aſiæ loca ſuſtulimus perſeverante nobiſcum Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſe. *e* Sequenti autem die venimus Sidonem. Humane autem tractans *f* Julius Paulum permiſit ad amicos *g* ire, & *h* curam ſui agere. *i* Et inde cum ſuſtuliſſemus, ſubnavigavimus k Cyprum *l* propterea quod eſſent venti contrarii. Et pelagus Ciliciæ, & Pamphyliæ navigantes venimus Liſtram, quæ eſt *m* Lyciæ, *n* & ibi inveniens centurio navem Alexandrinam navigantem in Italiam, tranſpoſuit *o* nos in eam. Et cum multis diebus tarde navigaremus, & vix deveniſſemus contra *p* Gnydum *q* prohibente nos vento adnavigavimus *r* Cretæ juxta Salmonem, *ſ* & vix *t* juxta navigantes venimus in *u* locum quemdam qui vocatur Boni *x* portus cui juxta erat civitas Thalaſſa, Multo autem tempore peracto, & cum jam non eſſet tuta navigatio, eo quod *y* jejunium jam præteriiſſet, *z* conſolabatur eos Paulus dicens eis: Viri *a* video quoniam cum injuria, & multo damno non ſolum oneris, & navis, ſed etiam animarum noſtrarum incipit eſſe navigatio, Centurio autem gubernatori, & *b* nauclero magis credebat, quam his, quæ a Paulo dicebantur. Et cum aptus portus non eſſet ad hyemandum, plurimi ſtatuerunt conſilium navigare inde ſi quomodo poſſent devenientes *c* Phœnicem hyemare portum *d* Cretæ reſpicientem *e* ad Africum, & *f* ad Corum. *g* Aſpirante autem auſtro æſtimantes propoſitum *h* ſe tenere cum ſuſtuliſſent *i* de Aſſon legebant Cretam. Non poſt multum autem miſit ſe contra ipſam k ventus Typhonicus, qui vocatur *l* Euroaquilo. Cumque arrepta *m* eſſet navis, & non poſſet *n* conari in ventum, *o* data nave flatibus ferebamur. In inſulam autem quamdam decurrentes, quæ vocatur Cauda potuimus vix obtinere *p* ſcapham. *q* Qua ſublata *r* adjutoriis utebantur accingentes *ſ* navem, timente *t* ne in Syrtim inciderent ſubmiſſo vaſe *u* ſic ferebantur. *x* Valida autem nobis tempeſtate jactatis, ſequenti die *y* jactum fecerunt, & tertia die ſuis manibus *z* armamenta navis projecerunt. Neque autem ſole neque ſideribus apparentibus per plures dies, & tempeſtate non exigua imminente, jam ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ. Et cum multa *a* jejunatio fuiſſet, tunc ſtans Paulus in medio eorum dixit: Oportebat quidem o viri audito me non *b* tollere a Creta *c* lucrique facere *d* injuriam hanc *e* & jacturam. *f* Et nunc ſua-

d Circa Aſiæ] ad aquilonem, ubi erant portus famoſi, quia in Cæſarea non invenerunt navem euntem in Italiā directe.
e Sequenti] poſt egreſſum de Cæſarea.
f Tractans] cogitans.
B
g Ire] in Sidonem Pheniciæ urbem.
h Curam] procurationem navigationis.
i Et inde] a Sidone.
k Cyprum] ad occidentem.
l Propterea] ſupple appropinquavimus Cypro.
m Lyciæ] civitas. *Bed.* Pro Liſtra in Græco dicitur Smyrna. *Hier.* vero Mytham ponit.
n Et ibi inveniens] Secunda pars.
o Tranſpoſuit] de navi in navim.
p Gnydum] inſulam, vel Chium ſecundum quoſdam, quæ eſt inſula contra Aſiam.
q Prohibente] ideo dixit tarde.
r Cretæ] inſula eſt.
ſ Salmonem] nomen loci. *t* Juxta] Salmonem.
u Locum] in Creta.
x Boniportus] a bonitate, vel proprium nomen eſt.
y Jejunium] *Rab.* Fames magna in navigio, infirmiores reddens nautas. Alii dicunt quadrageſimam ante Natale Domini. Sed non videtur, quia nondum erat inſtituta, nec Lucas inde aliquid ſciebat. Sed melius putatur jejunium menſis ſeptimi, quod faciebant Judæi pro eo, quod tunc occiſus eſt Godolias. 4. *Reg. ult.* Vel jejunium menſis decimi quando cognoverunt tranſmigrati in Babylonem templum eſſe deſtructum. 4. *Reg.* 25. Menſis autem decimus Judæorum eſt Januarius, quia ab Aprili incipiunt computare, & tunc navigatio non eſt tuta.
z Conſolabatur] hortabatur.
a Video] ex ſignis tempeſtatum, vel ſpiritu prophetico.
b Et nauclero] ideſt naviculario, ſcilicet Domino navis.
c Phenicem] regio unde venerant.
d Portum Cretæ] qui eſt in Phenice e regione Cretæ, ad quam ire volebant.
e Ad Africum] meridianam occidentis partem, quæ de Africa nomen accepit.
f Corum inſulam] vel civitatem in Creta. *Bed.* Africus flat inter meridianam, & occidentalem plagam, magis vergens ad occidentalem. Corus ventus eſt inter Septentrionem, & occidentem, plus deflexus ad occidentem, & provincia Phœnicis Cretam habebat ad occidentem.
g Aſpirante, &c.] Tertia pars, a Creta, quia ad Boream erat portus Cretæ.
h Propoſitum] ad portum Cretæ venire.

m Arrepta] a vento.
n In] contra.
C
o Data nave] ceſſante remigio.
p Scapham] *Bed.* Levis eſt navicula de vimine facta cruda corio tecta, Græce dicta a contemplādo, eo quod per eam nautæ, vel pyratæ, qui maxime talibus utuntur, terram vel litus proſpiciunt. Vel eſt navicula de una arbore cavata, quæ intra magnam navem fertur, ut imminente tempeſtate per eam in mare miſſam navis muniatur, quam in mare miſſam vix tenere potuerunt propter impetum tempeſtatis.
q Sublata] a fluctibus.
D
r Adjutoriis] ſcaphæ.
ſ Accingentes] in procinctu tempeſtatis armātes, vaſe quodam facientes eam graviorem, ut magis poſſet ſubſiſtere.
t In Syrtim] loca arenoſa, ubi naves facile periclitantur. Et interpretatur anguſtia vel tribulatio.
u Vaſe] ſcapha, accingentes ſummis contra navem ligatām ad munitionem.
x Ferebantur] vento contrario navis, & ſcapha. Alia littera, timentes ne in Syrtes inciderent laxantes antemnam ita ferebantur. *Beda.* Alia littera apertius dicit: Arrepta navi cum non poſſent occurrere vento, commendata navi flatibus colligere vela cœperunt, tunc tranſcurrimus inſulam, quæ dicitur Cauda, quam occupare non potuerunt, ſed ſcapha amiſſa adjuvare ceperunt navem præcingentes eam, trahebant autem & anchoras timentes ne incurrerent in Syrtes. Ex quo patet, quod funibus a medio navis latere utrinque circa ejuſdem anteriora dimerſis, anchoras his quæ traherentur adjunxerunt, quod fiebat ad retardandum navigium ne curſu præpropero inciderent in Syrtes, ſolo audita terribiles, quia omnia ad ſe rapiunt.
y Jactum fecerunt, &c.] ejectionem eorum, quæ erant in navi.
z Armamenta] utenſilia.
a Jejunatio] voluntaria volentibus ſingulis ad honorem deorum ſuorum pro periculo. Simile *Jonæ* 1. Vel neceſſaria pro penuria.
b Tollere] iter arripere, & ſic.
c Lucrique facere] vitare per antiphraſim.
d Injuriam] tempeſtatis.
e Et jacturam] ut *ſupr.* vel damnum vaſorum perditorum.
f Et nunc] licet non audieritis me.

a Bono] ſano vel forti. *b* Nullius animæ] ut viros ſimul, & mulieres comprehendat, *c* Præterquam,] Contra *Bed.* Terminus deſignans exceptum debet contineri ſub toto, a quo ſit exceptio, ſed navis non continetur ſub anima, ergo, &c. Solut. Exponitur ly (præter) privative. medisse dicuntur. Vel ly hodie determinat ly jejuni, quia hodie eſtis jejuni, quæ eſt quartadecima dies. Vel forſitan in die non edebant, ut dicit *Gloſſ.*

d Expectantes] proſperitatem a qua jejuni erant, quia nondum venerant. Ecce alia expoſitio.

Et eſt ſenſus. (Præterquam) ideſt ſine ea re, quæ eſt navis, quaſi ſalus erit omni animæ ſine navi. Vel per ſupplementum, quaſi, Nullius animæ erit, &c.] nec alicujus alterius rei præterquam navis. Jactura enim jam facta præterita erat nō futura. Vel ſic, ut ly (quam) ſit nomen, quaſi (nullius erit amiſſio animæ præterquam] amiſſionem erit affirmādo, amiſſio navis. *d* Aſtitit] non dicit jactando, ſed ad fidem provocando. Ideo enim mare turbatū eſt, ut per id quod auditum non eſt, & per id quod auditum eſt ſpecialis in eo gratia commendetur.

e Ego] Apoſtolus.

f Deſervio] in Evangelio.

g Ne timeas] periculum maris.

b Cæſari] quaſi non fluctibus mergeris, ſed Romæ periclitaberis.

i Et ecce] quaſi nec ſociis tuis timendum eſt.

E deo vobis *a* bono animo eſſe. Amiſſio enim *b* nullius animæ erit ex vobis *c* præterquam navis. Aſtitit *d* enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus ſum *e* ego, & cui *f* deſervio, dicens: Ne timeas *g* Paule, *b* Cæſari te oportet aſſiſtere. *i* Et ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum. Propter quod bono animo eſtote viri. Credo enim Deo meo, quia ſic erit quemadmodum dictum eſt mihi. *k* In inſulam autem quamdam oportet nos devenire. *l* Sed poſtea quam quartadecima nox ſupervenit: navigantibus nobis *m* in Adria circa mediam noctem ſuſpicabantur nautæ apparere ſibi aliquam regionem. Qui & ſubmittentes bolidem *n* invenerunt paſſus viginti *o* altitudinis & puſillum inde ſeparati invenerunt *p* paſſus quindecim. *q* Timentes autem ne *r* in aſpera loca incideremus de puppi mittentes *ſ* anchoras quatuor optabant diem fieri. *t* Nautis vero quærentibus fugere de navi cum *u* miſiſſent ſcapham in mare ſub *x* obtentu quaſi inciperent a prora *y* anchoras extendere, dixit Paulus centurioni, & militibus: Niſi hi in navi manſerint vos ſalvi fieri non poteſtis. Tunc *z* abſciderunt milites funes
F ſcaphæ, & paſſi ſunt eam excidere. *a* Et cum lux inciperet fieri rogabat Paulus omnes ſumere *b* cibum dicens: Quartadecima *c* hodie die *d* expectantes jejuni permanetis, nihil accipientes,

propter quod rogo vos accipere cibum pro ſalute veſtra, quia nullius veſtrum capillum de capite peribit. Et cum hæc dixiſſet, *e* ſumens panem *f* gratias egit Deo in conſpectu omnium, & cum fregiſſet cœpit manducare. Animæquiores autem facti omnes, & ipſi aſſumpſerunt cibum. Eramus vero *g* univerſæ animæ in navi ducentæ ſeptuaginta ſex. Et *h* ſatiati cibo *i* alleviabant navem jactantes *k* triticum in mare. Cum autem dies factus eſſet, terram non agnoſcebant, ſinum *l* vero quemdam conſiderabant habentem *m* litus, in quem cogitabant ſi poſſent ejicere navem. Et cum anchoras *n* ſuſtuliſſent *o* committebant ſe mari ſimul laxantes juncturas gubernaculorum, *p* & levato artemone ſecundum *q* auræ flatum tendebant ad litus. Et cum incidiſſemus in locum *r* Dithalaſſum *ſ* impegerunt navem, & prora quidem fixa manebat immobilis, puppis vero *t* ſolvebatur vi maris. Militum autem conſilium fuit, ut *u* cuſtodias occiderent, ne quis cum enataſſet effugeret. Centurio autem volens ſervare Paulum prohibuit fieri. Juſſitque eos, qui poſſent natare mittere ſe in mare primos, *x* & evadere, & ad terram exire. *y* Et ceteros alios in tabulis ferebant quoſdam *z* ſuper ea, quæ de navi eſſent. Et ſic factum eſt, ut omnes animæ evaderent ad terram.

e Sumens panem) ut aliis exemplū daret.

f Gratias egit] ſecundum morem ſuum in comedendo, & pro ſalute navigantium, animæquior exhortationis verbo, & operis exemplo. *Bed.* Nemo ſæculi tempeſtatem evadit niſi qui paſcitur pane vitæ, & qui in nocte tribulationis quatuor virtutum cardinalium quaſi quatuor anchorarum innititur auxilio, coruſcante æternitatis die portum ſalutis ingreditur quærens flammā dilectionis, qua interiora caleſcāt. G

g Univerſæ animæ] *Bed.* Non dicit viri, quia forte erant & mulieres, vel propter confuſionem Chriſtianorū militum, & nautarum.

h Et ſatiati] fortiores facti, vel non indigentes tritico.

i Alleviabant] leviorem faciebant.

k Jactantes triticum] Contra, Supra dictum eſt, quod nullius rei fieret amiſſio niſi navis. Solutio: Non erant multi valoris triticum, & cetera, quæ jactabantur comparatione hominum, ideo non reputantur.

k In inſulam] quaſi pro ſignum eſt prophetia veritatis, ut cum ad viam venerint de ſalute ſua ſint certi.

l Sed poſtea, &c.] Quarta pars.

m Adria] regio ad quam navigabant, vel nomen cujuſdam freti in Tyrrheno mari, vel nomen illius terræ, de qua dicitur Adriaticum mare. Vel [Adria,] pluraliter accipitur pro ſcopulis, & ideo putabant nautæ regionem apparere. In libro Hebræorum nominum, Adria contingens mala, vel locus malorum dicitur.

n Bolidem,] vel [polidem] pondus plumbi, quo maris profunditas exploratur.

o Altitudinis] in profunditate maris.

p Paſſus quindecim] appropinquante terra.

q Timentes] quia adhuc nox erat.

r Aſpera] ſcopuloſa, ut ſupra.

ſ Anchoras quatuor,] ne procedere poſſent donec veniret dies.

t Nautis] qui ſemper in navi fuerant.

u Miſiſſent] dimiſiſſent.

x Obtentu] occaſione.

y Anchoras extendere] ut navim ſedarent.

z Abſciderunt] *Gloſſ.* Quia in naufragio magis nautarum, qui ſunt gnari maris, ſcientia proderat, quam militum arma, levius ferebant ſcapham, quam nautas excidere ne occaſionem fugiendi darent.

a Et cum lux inciperet, &c.] Quinta pars.

b Sumere cibum,] ut fortiores eſſent ad laborem ſuſtinendum.

c Quartadecima die] Videtur dicere eos jejunaſſe quatuordecim diebus, quod eſſet impoſſibile. Sed dicitur reſpective, quia parum comederant timore periculi non co-

l Sinum] portum.

m Littus] non turpem, ſed aditu facilem.

n Suſtuliſſent] de mari in navem.

o Committebant] ſine conatu navigii.

p Artemone] modicum velum directioni potius navis commodatum, quam celeritati.

q Secundum auræ flatum] ſicut ventus ducebat.

r Dithalaſſum] ideſt bimaritimum. Locus ubi terræ interjectu duplex mare intervenit, ut dum ſint reflexiones maris, quod ſcilicet mare Græce dicitur thalaſſa.

ſ Impegerunt] in illud quaſi dorſum mari injectum.

t Solvebatur] dirumpebatur. *Gl.* talis eſt caſus animi ſæcularia deſideria non calcantis, qui proram intentionis terræ infigit, & ſequens opus curarum fluctibus ſolvit, ſed fracta nave evadentes terram petunt, quia pereuntium exemplo alii cautius agunt.

u Cuſtodias] vinctos.

x Primos] ante vinctos.

y Et ceteros] non natantes.

z Super ea] præter tabulas.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

ET cum evaſiſſemus, &c.] Hoc capitulum dividitur in tres partes. In prima dicitur de nomine, & habitatoribus Inſulę humane excipientibus naufragium paſſum, & vipera, quæ adhęſit manui Pauli ſarmenta colligentis, ut ignem faceret, qua excuſſa illæſus extitit mirantibus cunctis. In ſecunda de patre Principis Inſulæ oratione Pauli a febribus ſanato & multis aliis infirmis, & de profectu in nave Alexandrina, & adventu Romam, & occurſu fratrum, ibi. (In locis autem.) In tertia de convocatione Judęorum, quibus expoſita cauſa ſua prædicationem non recipientibus confutat eos Iſaiæ teſtimonio, prædicans libere Gentibus ad ſe venientibus, ibi (Cum autem veniſſemus, &c.) Dicit ergo.

CAP. XXVIII.

a ET cum evaſiſſemus tunc cognovimus quia Militene *b* inſula vocabatur *c* Barbari vero præſtabant non modicam humanitatem nobis. Accenſa enim *d* pyra *e* reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, & frigus. Cum congregaſſet autem Paulus *f* ſarmentorum aliquantam multitudinem, & impoſuiſſet ſuper ignem, vipera a *g* calore cum proceſſiſſet *h* invaſit manum ejus. Ut vero viderunt Barbari pendentem beſtiam in manu ejus ad invicem dicebant: Utique *i* homicida eſt homo hic qui cum evaſerit de mari, *k* ultio non ſinit eum vivere. Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem nihil mali paſſus eſt. At illi exiſtimabant eum in *l* tumorem convertendum, & *m* ſubito caſurum & mori. Diu autem *n* illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, *o* convertentes ſe, dicebant eum eſſe Deum. *p* In locis autem illis erant *q* prædia Principis inſulæ nomine Publii, qui nos ſuſcipiens *r* triduo benigne exhibuit: Contigit autem patrem Publii *ſ* febribus *t* & dyſenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit, & cum oraſſet, & impoſuiſſet ei manus *u* ſalvavit eum. Quo facto, & omnes, qui in Inſula habebant infirmitates accedebant, & curabantur. Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus impoſuerunt, quæ neceſſaria erant. *x* Poſt menſes autem tres navigavimus in navi *y* Alexandrina, quæ *z* in Inſula hiemaverat *a* cui erat *b* inſigne caſtrorum. Et cum veniſſemus *c* Syracuſam, manſimus triduo, Inde *d* circumlegentes devenimus *e* Rhegium; & poſt unum diem *f* ſtante Auſtro, ſecunda die venimus *g* Puteolos, ubi inventis fratribus rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem, & ſic venimus Romam. Et inde cum audiſſent *h* fratres, occurrerunt nobis uſque ad *i* Appii forum, *k* & tribus Tabernis. Quos cum vidiſſet Paulus, gratias agens Deo *l* accepit fiduciam. *m* Cum veniſſemus autem Romam permiſſum *n* eſt Paulo manere *o* ſibimet cum *p* cuſtodiente ſe *q* milite. Poſt tertium autem diem convocavit *r* primos Judæorum. Cumq; veniſſent dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil adverſus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Jeroſolymis traditus

a Et cum evaſiſſemus, &c.]

b Miletum] vel (Militene) non Militene, ut quidam volunt, quod eſt nomen cujuſdam civitatis non Inſulæ. Volunt etiam quidam hanc eſſe Inſulam in qua prædicavit Joannes, ſcilicet Aſiam minorem, quod eſſe non poteſt, quia illa non eſt Siciliæ appoſita ſicut iſta.

c Barbari] habitatores Inſulæ.

d Pyra] maſſa, vel ſtrue lignorum, a pyr quod eſt ignis, ſecundum alios nomen eſt ligni.

e Reficiebant] igne. Contra. Refectio eſt deperditorum reſtauratio, ſed ignis conſumit, ergo, &c. Sol. Duplex eſt unctio, vel refectio, materialis, & formalis, ſecundum primam ignis non nutrit, vel reficit, ſed ſecundum ſecundam, quia calor exterior excitat calorem naturalem interiorem.

f Sarmentorum] ramos vinearum aptos igni.

g A calore] fugiens nimium calorem, qui temperatum diligit naturaliter. *h* Invaſit] non deſtruxit. *i* Homicida] quem ſciebant debere mori. *k* Ultio] divina.

l In tumorem] ſecundum morem percuſſorum a ſerpente.

m Et ſubito] cito poſt, quia venenum ſucceſſive operatur. *n* Expectantibus,] credentibus Paulum mori.

o Convertentes] facies ad invicem vertentes.

Myſtice. Myſtice, *Rab.* Egreſſus de mari Apoſtolus ignem accendit, quia corda, quæ undis tempeſtatum eripit, docendo amoris igne calefacit, ſarmenta, exhortationis verba de ſcripturis, quaſi vineis excerpta. Hac flamma pulſus Diabolus de cordibus fidelium, doctores perfundit veneno perſecutionum, ut eorum opera impediat, ſed ipſo igne comburitur, quia eiſdem virtutibus quibus ſancti proficiunt, impii cum auctore ſuo invidendo deficiunt. *Iſa.26.* Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hoſtes tuos devoret.

p In locis, &c.] Secunda pars.

q Prædia] vineæ, vel agri.

r Febribus] a fervore dictis.

ſ Et dyſenteria] quæ eſt paſſio inteſtinorum cum profluvio ventris.

t Triduo benigne] forte, quia audivit miraculum de vipera. *u* Salvavit eum.] Quærit *Bed.* Cur infidelem ægrum ſanans Throphimum reliquit infirmum Mileti *2. Tim. ult.* Et Timotheum ſimiliter infirmum, *1. Tim. 5.* fideles non curat. Solut. Quia ille per miraculum foris ſanandus erat, qui intus non vivebat, hoc non indigebant diſcipuli ſalubriter viventes.

x Poſt menſes] ex quo primum venerant de Aſia, vel in illam intraverant Inſulam, Quæritur de illis ſanatis, aut receperunt fidem, aut non, ſi ſic, debuit ſcribi, ſi non, videtur ſanctum dare canibus, *Matth. 7.* Reſponſio, Probabile videtur, quod ſic, ſed quia Paulus non fuit in eis, niſi nuntiator fidei, & quaſi in tranſitu, nec poſtea ad eos confirmandos rediit, non curavit Lucas ſcribere, ſed reliquit illi qui eos in fide poſtea confirmavit.

y Alexandrina,] altera.

z Inſula] Militene.

a Cui] Inſulæ.

b Inſigne caſtrorum.] quia forte aliqua caſtra olim fuerunt ibi fundata. Vel (Cui) navi quia ſub forma caſtrorum inſignia velis erant intexta nautarum. Vel (Caſtrorum) populi armati, Vel (Caſtrorum) *Bed.* Geminis Caſtores ſunt, Caſtor & Pollux, quos ideo Gentiles in mari Deos vocant, quia in prodigia nautarum ſi ſolæ Stellæ apparuerint in navi, vel antennis periculoſi, ſi vero geminæ, proſperi curſus ſunt nuntiæ. Alia littera. Cui erat ſignum Jovis filii, quia ſecundum fabulas Jupiter in ſpecie cygni cognoſcens Ledam, genuit ex ea duo ova, de uno nata eſt Helena, de altero iſti Caſtor, & Pollux.

c Syracuſam,] Siciliæ civitatem.

d Circumlegentes] circa Siciliam navigantes.

e Rhegium,] aliam civitatem Siciliæ.

f Flante auſtro,] quo indigebant Romam ituri.

g Puteolos,] Inſulam. Multi legunt Pateoloſum. Et eſt locus ultra Romam, ubi Virgilius fecit balnea medicinalia ſingulis inſcripta titulis, ut dicitur, contra quam ſcilicet valerent ægritudinem, unde invidentes Salernitani ſupervenientes in manu forti titulos deſtruxerunt ædificia mutilantes.

h Fratres,] Chriſtiani Romæ habitantes. Unde patet Paulum non primum prædicaſſe Romanis.

i Appii forum,] ab Appio Claudio conſtructum proximum mari.

k Et Tribus tabernis.] tribus domibus in littore poſitis ex uno fundamento ædificatis.

l Accepit fiduciam.] *Gloſſ.* Minus timuit, ergo prius timebat, ſi mortem, hoc erat imperfectionis, ſi ne Romani converterentur, hoc erat incredulitatis contra promiſſum ſibi a Domino. *Sup.23.* Sol. Non propter ipſam converſionem timuit, ſed propter modum convertendi in qua moram timebat, ſed nunc fiduciam accepit de celeri converſione.

m Cum autem veniſſemus.] Tertia pars.

n Permiſſum] *Gloſſ.* A Principe Peregrinorum, cui peregrini commendabantur.

o Sibimet] non cum ceteris peregrinis.

p Cuſtodiente] donec daretur in manus Romanorum.

q Milite] forte de militibus Liſiæ Tribuni, vel Præſidum Felicis, & Feſti.

r Primo Judæorum.] timens ne forte de Judæa mandaſſet eis, ut eum in dolo occiderent.

a Romanorum.] ideſt, Præſidis miſſi a Romanis.
b Qui cum interrogationem] Quid commiſiſſem.
c Accuſare.] coram Cæſare.
d Propter hanc igitur cauſam] quia nulla cauſa mortis eſt in me. *e* Propter ſpem] reſurrectionis.

ſionem præcedit ſanatio. Qui enim prius converſus non fuerit, perfecte ſanari non poteſt. Simile dicitur de Judæis. *Joann. 9.*
y Salutare] Chriſtus vel Evangelium,
z Et ipſi] gentes ſcilicet.

ſum in manus *a* Romanorum. Qui cum *b* interrogationem de me habuiſſent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla cauſa eſſet mortis in me. Contradicentibus autem Judæis, coactus ſum appellare Cæſarem, non quaſi gentem meam habens aliquid *c* accuſare. *d* Propter hanc igitur cauſam rogavi vos videre, & alloqui. *e* Propter ſpem enim *f* Iſrael catena hac circumdatus ſum. At illi dixerunt ad eum. g Nos neque litteras accepimus de te a Judæa, neque adveniens aliquis fratrum nunciavit aut locutus eſt quid de te malum. Rogamus autem a te audire, quæ ſentis. Nam *h* de ſecta hac notum eſt nobis, quia ubique ei contradicitur. Cum *i* conſtituiſſent autem illi diem, venerunt ad eum in hoſpitium plurimi, quibus exponebat teſtificans regnum Dei ſuadenſque eis de Jeſu ex lege Moyſi, & prophetis a mane uſque ad veſperam. Et quidam credebant his, quæ dicebantur, quidam vero non credebant. Cumque invicem non eſſent k conſentientes, diſcedebant, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus Sanctus *l* locutus eſt per Iſaiam Prophetam ad patres noſtros dicens: *m* Vade ad populum iſtum, & dic ad eos, *n* Aure audietis, *o* & non *p* intelligetis, *q* & videntes videbitis, *r* & non perſpicietis. *ſ* Incraſſatum eſt enim cor populi hujus, & auribus graviter *t* audierunt, & oculos ſuos compreſſerunt *u* ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, *x* & ſanem eos. Notum ergo ſit vobis, quoniam Gentibus miſſum eſt hoc *y* ſalutare Dei, & *z* ipſi audient. *a* Et cum hæc dixiſſet, exierunt ab eo Judæi multam habentes inter ſe quæſtionem. Manſit autem biennio toto in ſuo conductu, *b* & ſuſcipiebat *c* omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens, quæ ſunt de Domino Jeſu Chriſto, cum omni fiducia *d* ſine prohibitione.

Explicit liber Actuum Apoſtolorum.

f Iſrael] quam habent meliores, qui ſunt in Iſrael.
g Nos neque litteras] Sed videtur quod ſic. Dicitur enim in hiſtoriis, quod eo tempore quo traditus eſt Paulus Julio Centurioni. *Sap. 27* miſerunt Judæi Romam contra Agrippam accuſantes eum de multis maxime quia Hiſmaelem, qui non erat de genere Aaron inſtituerat Summum Sacerdotem. Et videtur quod eodem modo ſcripſerunt contra Paulum. Sol. Imo ideo omiſerunt ſcribere contra Paulum, quia per hoc poſſet impediri majus negotium quod habebant contra Agrippam: Vel forte tunc facilius liberaretur Paulus, Agrippa pro ipſo teſtificante. Vel ſi forte ſcripſerunt, nondum venerat Romam nuntius.
h De ſecta] Chriſtianorum.
i Cum conſtituiſſent autem illi] Judæi, vel (illi) Paulo.
k Conſentientes,] fideles, & increduli.
l Spiritus Sanctus] *Bed.* Hic aſſerit. *Iſa. 6.* Dictum eſſe a Domino ex quo oſtenditur una eſſe voluntas, & natura Domini & Spiritus Sancti, & in nomine Spiritus Sancti Domini quoque nomen intelligi.
m Vade] dicitur Chriſto, vel cuilibet doctori.
n Aure] exteriori.
o Audietis,] doctrinam.
p Et non intelligetis,] aure interiori.
q Videbitis,] ſigna.
r Et non perſpicietis.] quid ſigna portendant.
ſ Incraſſatum] ingroſſatum, & induratum.
t Graviter] quia ſurdi.
u Ne forte] *Bed.* Ne putetur craſſitudo cordis, & gravitas aurium naturæ eſſe, non voluntatis, ſubdit culpam liberi arbitrii. (Ne forte) quaſi præcedentibus meritis ipſi cauſa fuerunt ut Deus eis oculos clauderet: Et ſic ly (ne forte) legitur negative. Vel poteſt legi affirmative, & continuari ei, quod præceſſit ſic. Quaſi.
m Vade ad populum] & impropera eis peccata eorum.
u Ne forte] Ne pro an, quaſi ſi forte vel ſic audiant.
x Et convertantur,] quaſi ſi intelligerent converterentur (Convertantur) propter præparationem quæ poteſt eſſe ab homine ante ſanationem, ſed perfectam conver-

a Audient,] aure interiori non ut Judæi.
b Conductu,] hoſpitio quod conduxerat, Vel ſecundum *Raban.* In libera cuſtodia per quam conducebatur, vel in ſua conductione qua contra Judæos diſputabat. Sed mirum videtur, quomodo Nero tam propitius fuerit Paulo. *Rab.* Nondum regnaverat niſi per duos annos, & nondum ita excreverat malitia ejus, ſicut excrevit poſtea, & de controverſia Judæorum contra Gentiles non multum curabat. Hujus enim regni anno ſecundo in quo Feſtus Judææ procurator Felici ſucceſſit, qui erat a paſſione Chriſti vigeſimuſquintus venit Romam Paulus, ſecundum *Raban.* Nero autem necdum bene confirmatus in regno, prius permiſit Paulum eſſe Romæ ſub libera cuſtodia, ut quicquid vellet ageret toto biennio & poſtmodum liberius permiſit, ut in partibus Occidentis Evangelium prædicaret per decennium, quo expleto creſcente Neronis malitia, & Apoſtoli fama prius in carcerem Neronis miſſus, ubi plures de familia ejus convertit, & Senecæ magiſtri ejus familiaritatem obtinuit, eo ipſo anno decollatus eſt, ſcilicet, trigeſimo ſeptimo a paſſione, & Neronis quartodecimo additis ad vigintiquinque annos a paſſione, duobus annis regni ipſius jam elapſis quando venit Apoſtolus, & biennio liberæ cuſtodiæ in Roma, & decennio prædicationis in Occidente. Sed ſecundum *Beda*, trigeſimonono a paſſione, paſſi ſunt Petrus, & Paulus, ſicut probatum eſt. *Supr.* 15. Et ipſe fuit Neronis ultimus. Non enim ſunt audiendi qui dicunt Apoſtolos eodem die anno revoluto paſſos Romæ, ſed eodem die, & eodem anno ſicut dicit magiſter in hiſtoriis. Unde de ipſis cantitur. Glorioſi principes terræ, &c.
c Et ſuſcipiebat] non tantum Judæos, ſed etiam Gentes quas ſupra dixit ſalvandas reprobatis Judæis.
d Sine prohibitione.] quia nec Romæ nec in partibus occidentis prohibitus eſt prædicare Evangelium, uſque ad quartumdecimum Neronis annum, in quo tentus eſt, & martyrio coronatus. Amen.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Actus Apoſtolorum.

REVE

Digitized by Google

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Poſtillam ſuper ſeptem Epiſtolas Canonicas.

PROLOGUS.

FAcies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta opere plumario, & pulchra varietate contextum, quod appendens ante quatuor columnas de lignis Sethim, quæ ipſæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas. *Exod.26.* In hac auctoritate breviter notatur quicquid in principio hujus libri poteſt inquiri, & debet, ſc. quæ ſit materia tam generalis omnium ſeptem Epiſtolarum, quam ſpecialis, cujuslibet earum, quis modus agendi, quæ intentio, quis Actor, vel potius qui Auctores, quis finis, vel utilitas, & quas conditiones Auctores teneant in agendo. Per velum, quod erat quadratum tangitur generalis materia hujus libri, quæ eſt tota multitudo fidelium per doctrinam hujus libri reducenda ad quadraturam virtutum. Vel per quadraturam veli intelliguntur quatuor, quæ principaliter in hoc libro intenduntur, ſc. tentatorum conſolatio, ne in tentationibus deficiant. Inſtructio indoctorum, ne ipſi propter defectum ſcientiæ pereant. Increpatio infidelium, ut ipſi Chriſti fidem recipientes pœniteant de peccatis. Correctio deviantium, vel peccatorum, ut relicto erroris, & peccatorum invio, ad rectum tramitem juſtitiæ, & veritatis redeant. Hæc ſunt illa quatuor, quæ facit doctrina divinitus inſpirata. *2.Tim.* 3. Omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt, ad docendum indoctos, ad arguendum infideles, ad corripiendum deviantes, ad erudiendum, & conſolandum tentatos, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Spiritualis autem materia ſeptem Epiſtolarum tangitur per ea, quæ ſequuntur de Hyacintho, &c. Per Hyacinthum, quæ habet colorem cœli exprimitur ſpecialis materia Epiſtolæ Jacobi, quæ ſunt duodecim tribus, quæ erant in diſpoſitione, quæ facta fuit poſt mortem Stephani. *Act.*8. Vel quælibet fidelis anima, quam docet omnia, quæ in mundo ſunt contemnere, & ſic per conſequens cœleſtia amare, & appetere. Quæ autem mundus appetit maxime ſunt quatuor. Sapientia mundialis, potentia ſæcularis, fama popularis, affluentia temporalis, ſcil. divitiæ. Primum, ſc. ſapientiam mundi docet contemnere in primo capitulo, ubi docet tentationes amplecti, & in eis eſſe gaudendum. Secundam, ſc. potentiam ſæcularem docet contemni in ſecundo capitulo, ubi dicit: Nonne divites opprimunt vos per potentiam, &c. Tertium docet contemni in tertio capitulo, ubi dicit: Nolite plures magiſtri fieri, &c. quaſi nolite quærere cum mundo famam populi. Quartum ſc. divitias docet contemnendas eſſe in quarto, & in quinto. In quarto quantum ad voluntatem habendi. In quinto quantum ad actum ipſum habendi. Per purpuram notatur ſpiritualis materia Epiſtolarum Petri, quæ eſt litteraliter Proſelyti ad fidem converſi. Et recte per purpuram, quæ mollis, & flavi eſt coloris, quia in ſuis Epiſtolis agit ipſe de imitatione Paſſionis Chriſti, de die judicii, & hujuſmodi, quæ audita faciunt homines flavos eſſe per amorem, & timorem Dei, ſecundum illud *Cant.*1. Nigra ſum, ſed formoſa. Et paulo poſt: Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decoloravit me Sol. Per coccum, qui eſt flos cujuſdam herbæ ſubrubeus, ſignificatur ſpiritualis materia Epiſtolarum Joannis, ubi principaliter inſtruuntur fideles converſi de Gentibus in charitate Dei, & amore proximi, & propter hoc recte dicitur bis tinctus, propter duplex præceptum charitatis, de quibus *Matth.*22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, hoc eſt primum, & maximum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Per ruborem vero charitas deſignatur: Per byſſum, quod eſt genus lini candidiſſimi, & molliſſimi, notatur materia ſpecialis Epiſtolæ Judæ, ubi de munditia corporis, & caſtitate, quæ per byſſum ſignificatur, omnes generaliter fideles inſtruuntur ſine diſtinctione, vel differentia fidelium de Judæis vel Proſelytorum, vel Gentium, unde & recte dicitur retorta, quia Judas non ad quoſdam principaliter ſicut faciunt alii ſuam mittit Epiſtolam, ſed ad omnes. Per hoc quod dicit: Opere plumario, notatur modus agendi, qui ſicut acus, quæ quadam lingua pluma dicitur, diverſis foraminibus telam penetrat priuſquam depingatur, ſic diverſus modus agendi eſt hic, quia nunc vanitas mundi aperitur, nunc ejus contemptus indicitur, nunc peccatorum malitia manifeſtatur, ut ſic fugiant, nunc virtutum bonitas declaratur, ut appetantur, nunc cœleſtium præmiorum deſiderium accenditur, nunc ſuppliciorum inferni timor incutitur, & ſic tandem pulchra virtutum varietate anima decoratur. Et hoc eſt quod dicit: Pulchra varietate contextum, In quo intentio notatur, ut jam viſum eſt. Per quatuor columnas Auctores deſignantur, qui & ſunt quatuor, Jacobus, Petrus, Joannes, & Judas, De tribus, qui ſunt columnæ, dicitur *Gal.*2. Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe. Judas etiam de aliis duodecim fuit unus, qui ſunt Eccleſiæ fundamentum. Fundaverunt enim Eccleſiam ſanguine ſuo. Unde *Matth.*10. Numeratur inter alios Apoſtolos, & Tadæus, & Simon Chananæus, idem eſt quod Judas. Sequitur: De lignis Sethim, in quo notatur finis, & utilitas, quæ eſt, ut ad vitæ immortalis imputribilitatem ducamur. Ligna enim Sethim ſunt imputribilia. Per ea, quæ ſequuntur, notantur conditiones Auctorum, quæ ſunt tres. Prima eſt, qua attentionem auditorum ſic excitat, cum dicit: Quæ ipſæ quidem deauratæ erunt. Aurum enim ponderoſius eſt ceteris metallis, & per pondus ſcitur eſſe pretioſum. Per hoc igitur quod dicit: Deauratæ notatur hujus operis difficultas ratione ponderis. Unde dicit *Hieron. in Prologo Bibliæ* 7. Jacobus, Petrus, Joannes, & Judas, ſeptem Epiſtolas ediderunt, tam myſticas, quam ſuccinctas, & breves pariter ac longas, breves in verbis, longas in ſententiis, ut rarus ſit qui non in earum lectione cæcutiat. Sub difficultate autem latet utilitas, quia ſub deauratione ligna Sethim; per hæc ergo duo excitatur attentio. Secunda conditio eſt, quia benevolentiam captat, cum dicit: Et habebunt capita aurea. Per caput principium rei, per aurum charitas deſignatur. In hoc ergo notatur, quod principium ſcribendi has Epiſtolas fuit charitas. In hoc benevolentia auditorum acquiritur, quando ex amore, & charitate ſcribitur, & legitur. Tertia conditio eſt, quia arrogantiam vitat, quod notatur, cum dicitur: Baſes argenteas, Per argentum eloquii venuſtas, ſed per baſim humilitas ſignificatur. In hoc ergo vitant hi auctores arrogantiam, quia etſi eloquentes ſint, & faceti in ſuis Epiſtolis, tamen per humilitatem baſes ſe reputant. Sic ergo patet, quod ea, quæ in exordiis librorum ſolent inquiri, in præmiſſa auctoritate *Exod.* poſſunt congrue deſignari. Sed quæritur quare tantum quatuor Auctores, & ſeptem Epiſtolæ, vel quare Canonicæ appellentur. Ad primum eſt ratio prima, ut ſicut in ſcriptoribus Evangeliorum concordant in numero, ſic & veritatis Evangelicæ regulam ſequi viderentur. Secunda ratio eſt, quia quatuor ſunt, propter quatuor virtutes Cardinales, ad quas nos in ſuis operibus invitant. Juſtitiam enim docet Jacobus, quia ad fidem, & opera fidei hortatur, per quam quiſque juſtus efficitur; Et hoc bene convenit Jacobo, qui interpretatur ſupplantator. Prima autem ſupplantatio vitiorum fit per fidem. Unde illud: *Prima petit campum dubia ſub ſorte duelli, pugnatura fides.* Item temperantiam docet 1. *Petr.* 2. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones, ſicut modo geniti infantes. Et in *eod.* dicit: Obſecro vos tanquam advenas, & peregrinos abſtinere a carnalibus deſideriis, &c. Et hoc bene convenit Petro, qui interpretatur firmus. Firmitas autem maxime provenit ex temperantia, ſecundum illud *Aug.* Actus temperantiæ eſt nullo motu noxio delectari. Item fortitudo Joanni competit, qui agit de charitate, quæ hominem facit fortem. *Cant.* 8. Fortis eſt, ut mors dilectio, & Joannes interpretatur, in quo eſt gratia. Et hoc recte, quia ſine gratia nullus habet charitatem. Item Judas hortatur ad prudentiam. Magna enim eſt prudentia virtute fidei ſerpentis aſtutiam debellare. Unde dicit: Deprecans ſupercertari ſemel traditæ fidei ſanctis. Supercertari dicit, ideſt pro ſupernis certari, vel ſupra datam fidem certari, vel pro fidei confeſſione ſuper ſeipſum certari, dando animam pro fide, quæ eſt caput hominis interioris. Et hoc recte, quia Judas interpretatur confitens, & tam confeſſio laudis, quam peccati ſumma prudentia appellatur. Judas enim dictus eſt Tadæus, quod interpretatur corculus, quia ipſe cor ſuum prudenter cum cuſtodia ſervavit. *Pr.*4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum. Item hanc rationem ponit *Gl.* dicens quatuor ſunt Scriptores, & ſeptem Epiſtolæ, propter ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti, vel propter fidem Trinitatis, quam continet, quæ per quatuor mundi partes diffuſa eſt. Canonicæ autem dicuntur quaſi regulares, ad differentiam earum, quas fecerunt pſeudo-Apoſtoli ſub nominibus Apoſtolorum. Dicuntur & melius Catholicæ, quia a fide univerſalis Eccleſiæ non diſcordant.

Catholicam

Catholicum enim idem eſt, quod univerſale, vel commune. Prior autem eſt Epiſtola Jacobi, quam Petri vel Joannis, licet Petrus Princeps Apoſtolorum fuit, & Joannes prærogativa quadam a Domino præ ceteris dilectus, duplici de cauſa. Prima, quia inter Apoſtolos primus ipſe Cathedram principalem tenuit. Fuit enim Jeroſolymorum Epiſcopus, unde fons & origo prædicationis egrediens, per univerſum orbem diffuſa eſt ſecundum Prophetiam *Iſ.* 2. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Jeruſalem. Unde Cathedræ ejus dignitatem attendens Paulus, præponit eum Petro, & Joanni. *Gal.* 2. Jacobus, & Cephas, & Joannes. Secunda ratio eſt, quia duodecim Tribubus ſcripſit, quæ erant digniores, quia primo crediderant, quia cultum unius Dei tenuerant, quia Dominus Jeſus eis in perſona propria prædicavit, & ad eos ſpecialiter miſſus fuit. *Matth.* 15. Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierant domus Iſrael. Item Epiſtolæ Petri ſecundo loco ponuntur, quia ſcripſit electis advenis, & fidelibus Proſelytis, qui de Gentilitate ad ſuſceptionem legis, & poſtmodum ad ſuſceptionem fidei pervenerunt, ſicut dicit *Bed.* ſuper primam Epiſtolam Petri. Item Epiſtolæ Joannis ſequuntur, quia ſcripſit his, qui immediate de Gentibus crediderunt, qui nec natura, nec profeſſione Judæi extiterunt. Ultimo loco ſequitur Epiſtola Judæ, quia licet ipſe magnus fuerit, utpote Apoſtolus, tamen uſque ad tres primos non pervenit, 2.*Reg.*23. Vel alia eſt ratio ordinis, quia Epiſtola Jacobi prima ſcripta, deinde Petri, deinde Joannis, ordinem retineat quo ſcriptæ fuerunt. Jacobus enim trigeſimo anno poſt paſſionem fuit martyrio conſummatus, in brevi explevit tempora multa. *Sap.* 4. Petrus vero trigeſimooctavo anno, i. ultimo anno Neronis, & certum eſt, quod illo anno ſecundam Epiſtolam ſcripſit. Unde ipſe dicit, 2.*Petr.*1. Certus ſum, quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei. Unde patet, quod ſcripſit poſt Jacobum. Non autem ſeparatæ ſunt Epiſtolæ Petri, licet diverſis ſint ſcriptæ. Joannes vero multo poſt, Evangelium, & Epiſtolas ſuas ſcripſit, quando ſcilicet poſt mortem Domitiani de exilio reverſus, turbatam per hæreticos Eccleſiam invenit.

Explicit Prologus auctoris.

Incipit Prologus in ſeptem Epiſtolas Canonicas.

NOn *a* ita ordo eſt apud *b* Græcos qui integre ſapiunt, & fidem *c* rectam ſectentur Epiſtolarum ſeptem, quæ *d* canonicæ nuncupantur *e* ſicut in Latinis codicibus invenitur. Equidem quia *f* Petrus primus eſt in numero Apoſtolorum, *g* primæ ſint etiam ejus Epiſtolæ in ordine ceterarum. *h* Sed ſicut Evangeliſtas dudum *i* ad veritatis lineam correximus; ita has proprio ordini *k* Deo nos juvante reddidimus. Eſt enim *l* prima earum *m* una Jacobi, Petri duę, *n* Joannis tres, & Judę una. *o* Quę ſi ſic *p* ut ab eis *q* digeſtę ſunt, *r* ita quoque ab Interpretibus fideliter in Latinum eloquium *ſ* verterentur, *t* nec ambiguitatem legentibus facerent, nec ſermonum ſeſe varietas impugnaret, *u* illo præcipue loco ubi de unitate Trinitatis in prima Joannis Epiſtola poſitum legimus, *x* in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum eſſe a veritate fidei comperimus, *y* trium tantummodo vocabula, hoc eſt aquæ, ſanguinis, & ſpiritus in ipſa ſua editione ponentes, & Patris Verbique ac Spiritus teſtimonium omittentes, in quo maxime, & fides Ca-

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & D. DOMINI HUGONIS Cardinalis, &c.

Prologi S. Hieronymi in ſeptem Epiſtolas Canonicas.

EXPOSITIO.

NOn ita ordo eſt, &c.] Huic autem libro Hieronymus Prologum præmittit, in quo ſic procedit. Primo non eſſe eumdem ordinem apud nos, & Græcos Epiſtolarum Canonicarum oſtendit & cauſam ponit ordinationis earum. Secundo oſtendit, quod quia ambigue translatæ fuerunt a multis, qui ordinem rectum earum confundebant, propter hoc eas ad veritatem ordinis reduxit, ſicut & ante Evangelia correxit, ibi. [Sed ſicut, &c.] Tertio oſtendit, quod a Latinis translatoribus vitiatæ fuerunt, & in quibus, quia maxime in Epiſtola Joannis, ubi teſtimonia Trinitatis omiſerunt, ibi. [Quæ ſi ſic, &c.] Quarto ad Euſtochium virginem ſe convertit de ſuis obtrectatoribus loquens, qui eum falſarium judicant pro veritate Evangelii, quam exponit, ſed nec eos timere, nec a propoſito ſe recedere propter eos ſe promittit, ibi. [Sed tu virgo, &c.] Dicit ergo. *a* Non ita ordo, &c.] i. appellantur, vel dicuntur. *d* Canonicæ,] i. regulares, ſicut viſum eſt. Vel [Catholicæ,] i. univerſales, vel communes. *b* Apud Græcos, &c.] de divinis. *c* Et rectam fidem ſectantur] de una divinitatis ſubſtantia tribuſque perſonis. Ita inquam. *e* Sicut invenitur, &c.] qui ſc. non ab ipſo Hieronymo, ſed ante ipſum ab aliis fuerant translati. Cauſam ordinationis earum ſubjungit dicens. *f* Equidem] Bene dico, quod non eſt ordo ita. [Equidem quia Petrus, &c.] ſecundum quod cantat de eo Eccleſia. Tu es paſtor ovium Princeps Apoſtolorum. *g* Prima ſunt, &c.] Sed nunquid ſi recte ſapiunt, bene ordinant, quod ſi ſic, ergo bene ordinantur Epiſtolæ Petri ante alias, nunquid ergo de hoc ordine eos reprehendit? Sol. Recte ſapientes Græcos non redarguit, ſed translatores Latinos qui inordinate, & diminute transferebant de veritate ſcripturæ multa omittentes. Unde non de ordine Epiſtolarum, ſed de corruptione ſententiarum redarguit hujuſmodi Latinos Translatores. Vel dicendum, & melius, quod non erat hic ordo apud Græcos ſapientes, ut Epiſtola Petri prior eſſet, ſed iſti transferentes primo eam ponebant ratione præmiſſa, non attendentes, vel ordinem quo Epiſtolæ editæ fuerunt, vel dignitatem eorum quibus iſti ſcripſerunt. *h* Sed ſicut.] Secunda pars, in qua oſtendit, quod Epiſtolas ad verum ordinem reducit, quaſi diceret ita iſti peccant in ordine. [Sed] nos [ſicut correximus Evangeliſtas dudum,] i. antiquitus reducendo eos, ſc. *i* Ad veritatis lineam] ita has Epiſtolas reddidimus proprio ordini. Et hoc non noſtris viribus, ſed. *k* Deo nos juvante] ſine quo nihil poſſumus facere, imo nec etiam bonum cogitare, 2.*Cor.*3. Fiduciam talem habemus per Chriſtum ad Deum, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Sed quid eſt quod dicit, quod correxit Evangeliſtas, ſi hoc, aut ergo ad idem in corrigendo appoſuit, quod Dominus dixerat, aut aliud addidit, ſi illud idem, ergo non correxit, quia in verbis Domini nihil erat corrigendum, ſi aliud, ergo fuit Anathema. *Gal.*1. Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepiſtis, Anathema ſit. Sol. Illud ſolum appoſuit, quod Dominus dixerat, & ad veritatem Evangelii pertinebat quod fuerat, vel per Pſeudo-Apoſtolos, vel per indiſcretionem Translatorum depravatum, vel mutatum. Bene dico quod ordinavimus eas recto ordine. *l* Eſt enim] ideſt, quia. *m* Una Jacobi, & hæc eſt prima earum. *n* Petri duæ, Joannis tres, Judæ una] & ſic ſeptem in univerſo. Hæc ſunt ſeptem buccinæ quarum uſus eſt in Jubilæo, ſicut legitur *Joſ.*6. *o* Quæ, ſi, &c.] Hæc eſt tertia pars in qua oſtendit, quod nec eo ordine, nec ea ſermonum integritate translatæ fuerant qua editæ ſunt, & propter hoc corruptæ, & in quibus ſunt vitiatæ oſtendit. Bene ordinatæ ſunt, ut diximus, illi autem male ordinant, & hoc patet. [Quæ,] ideſt, quia illæ. *p* Sic ut ab eis,] ideſt, ab Apoſtolis. *q* Digeſtæ ſunt,] ideſt, cum maturitate, & diſcretione ſcriptæ, vel editæ ſunt. *r* Ita quoque,] ideſt, eo ordine, & ea ſermonum integritate.
ſ Verterentur fideliter, &c.] Latinis, ſcilicet. *t* Nec ambiguitatem, &c.] ideſt diverſitas vel oppoſitio [impugnaret] Apud Græcos erat ſervata, & ſermonum integritas, & veritas doctorum, ſed Latini Interpretes ante Hieronymum, nec ordinem ſervaverunt, nec integritatem ſermonum retinuerunt, & ſic erat ambiguitas, & veritas ſermonum, quia plura habebantur apud Græcos, quam apud Latinos. Sicut fit adhuc hodie de multis qui notare volunt poſt magiſtros in ſcholis, qui quia totum retinere non ſufficiunt, ſcripta habent corrupta, & in multis quæ notant non capiunt intentionem magiſtri. *u* Illo præcipue loco] Oſtendit in quibus corruperunt eas, ſc. ſi hoc eſſet non facerent ambiguitatem, & illud, ſed faciunt [præcipue in illo ubi legimus poſitum eſſe de unitate Trinitatis] ſc. in prima Epiſtola *Joan.* 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus, hoc totum omiſerant. Unde & ſequitur. *x* In qua] ſc. prima Epiſtola Joannis. *y* Comperimus multum erratum eſſe a veritate fidei] & hoc ab Infidelibus Translatoribus ponentibus in ipſa ſua editione tantummodo trium vocabula, aquæ, ſanguinis, & ſpiritus, omittentibus

tentibus teſtimonium patris verbique ac ſpiritus, in quo & fides Catholica. a Roboratur,] quæ eſt de trinitate perſonarum, & unitate eſſentiæ. b Et patris, &c.] ideſt, per quod probatur quod una eſt in divinitate trium ſubſtantia, vel eſſentia perſonarum, quod negant Arriani, ſcil. unitatem eſſentiæ, ſicut e converſo Sabelliani negant trinitatem perſonarum. Unde verſus. Arrius horret idem, dicit Sabellius idem, ſic patet de iſta Epiſtola, quod erratum ſit. c Vero] pro ſed (derelinquo prudentiæ, &c.] ſcilicet quantum editio, &c. d Sed tu] Quarta pars in qua ad Euſtochium convertit ſermonem, oſtendens ſe per eam morſibus patere detrahentiũ, tandem promittit, quod nec propter eos veritatem ſcripturæ relinquat, nec eos pertimeſcat. Dicit ergo. [Sed tu] quaſi illi depravant quod ego corrigo [ſed tu Euſtochium, &c.] ideſt, detractionibus. *Eccl.* 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Invidorum dico, (Qui pronuntiant, &c.) Et hoc facis tu Euſtochium. e Dum inquiris a me impenſius] ideſt, frequenter, & cum magna inſtantia (veritatem ſcripturæ) Euſtochium fuit filia Paulæ. Hæc Paula fuit quædam nobilis matrona Romana, dives, & potens, quæ viro mortuo duas habens filias alteram illarum conjugio copulavit, & ei hæreditatem ſuam reliquit, & cum altera filia ſua Euſtochio ſanctam terram petiit, & in Bethlehem cum filia ſua, & ceteris virginibus Deo dicatis finem vitæ ſuæ complevit. Ad petitionem iſtarum *Hieron.* libros Sacræ Scripturæ de Hebræo tranſtulit in Latinum. f Sed ego] quaſi diceret ita æmuli mei criminantur me, & mordent detrahendo, ſed

nec pertimeſco invidentiam meorum æmulorum in tali opere tam excellenti, ſcilicet, & tam arduo, & bono, quia. *Proverbiorum* 28. Fugit impius nemine perſequente, juſtus autem quaſi Leo confidens abſque terrore erit.

D

tholica a roboratur, b & Patris & Filii, & Spiritus Sancti una divinitatis ſubſtantia comprobatur, In ceteris c vero Epiſtolis quantum a noſtra aliorum diſtet editio; lectoris prudentiæ derelinquo. d Sed tu virgo Chriſti Euſtochium dum e a me impenſius ſcripturæ veritatem inquiris, meam quodammodo ſenectutem invidorum dentibus corrodendam exponis qui me falſarium corruptoremque ſanctarum pronunciant ſcripturarum. f Sed ego in tali opere, g nec æmulorum meorum invidentiam pertimeſco, nec Sanctæ Scripturæ veritatem poſcentibus denegabo.

Explicit Prologus in ſeptem Epiſtolas Canonicas,

Incipit argumentum in eaſdem.

JAcobus, Petrus, Joannes, & Judas ſeptem Epiſtolas ediderunt tam myſticas quam ſuccinctas, & breves pariter ac longas, breves in verbis, longas in ſententiis, ut rarus ſit, qui non in earum lectione cæcutiat,

Prologus S. Hieronymi in Epiſtolam S. Jacobi, ex libro de illuſtribus viris.

JAcobus qui appellatur frater Domini cognomento juſtus, ut nonnulli exiſtimant Joſeph ex alia uxore Jeſca eum genuiſſe, ut autem mihi videtur filius Mariæ ſororis matris Domini, cujus Joannes in libro ſuo meminit. Hic poſt paſſionem Domini, & reſurrectionem, ſtatim ab Apoſtolis Jeroſolymorum Epiſcopus ordinatus, unam tantum ſcripſit Epiſtolam, quæ de ſeptem † Canonicis eſt, quæ ab alio ſub nomine ejus edita aſſeritur, licet paulatim procedente tempore obtinuerit auctoritatem. Egeſippus vicinus Apoſtolorum temporum in quinto commentariorum libro de Jacobo narrans ait. Suſcepit Eccleſiam Jeroſolymæ poſt Apoſtolos frater Domini Jacobus, cognomento juſtus, hic de utero matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attonſus eſt, nec unctus unguento, nec uſus balneo. Huic ſolitum erat ingredi Sancta ſanctorum, veſtibus laneis non utebatur, ſed lineis, ſoluſque ingrediebatur templum, & fixis genubus pro populo precabatur, intantum, ut camelorum duritiam traxiſſe ejus genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum eſt. Sed & Joſephus in vigeſimo libro antiquitatum, & Clemens in ſeptimo Hypotipoſeon ideſt, Informationum, dicunt, mortuo Feſto Judæam procurabat, Albinum ſucceſſorem ejus miſſum a Nerone, qui cum necdum ad Provinciam veniſſet Ananus Pontifex adoleſcens Anani filius, de genere ſacerdotali, accepta actione Concilium congregavit, & compellens publice Jacobum ut Chriſtum negaret, contradicentem, lapidari juſſit. Qui cum præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus ſemianimis diceret: Domine ignoſce illis, quid enim faciant neſciunt, fullonis fuſte cerebro percuſſus interiit. Tradit item Joſephus, tantæ eum ſanctitatis fuiſſe, & celebritatis in populo, ut propter ejus necem ſubverſam Jeruſalem creditum ſit. Teſtantur acta Apoſtolorum multa de eo. Triginta annis Jeroſolymam rexit, uſque ad ſeptimum Neronis annum. Juxta templum ubi præcipitatus fuerat ſepultus eſt, titulum uſque ad obſidionem Titi, & ultimam Adriani notiſſimum habuit. Quidam e noſtris putaverunt eum in monte Oliveti conditum, ſed falſa eorum opinio eſt.

† Catholicis.

g Nec denegabo] quin aperiam veritatem Sacræ Scripturæ poſcentibus, quia 1. *Cor.* 9. Væ enim mihi eſt ſi non evangelizavero. Quam igitur ſine fictione didici, ſine invidia communico, & honeſtatem illius non abſcondo. Infinitus enim eſt theſaurus hominibus, quo qui uſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona commendati. Hoc eſt contra illos quibus datum eſt ſcire ſecreta ſcripturæ, qui nec prædicare volunt, nec docere. Et hi talentum ſibi commiſſum cum ſervo pigro in ſudario abſcondunt. *Luca* 19.

Explicit expoſitio Prologi S. Hieronymi.

Incipit argumentum in Epiſtolam Beati Jacobi Apoſtoli.

JAcobus Apoſtolus ſanctum inſtituit Clerum de cultura cœleſtium præceptorum, & regula Catholicę obſervantię, & de invictę patientię majeſtate, & de revelatione plurimorum, & de mandatione magiſtrorum.

Explicit argumentum.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtillam ſuper Epiſtolam Canonicam Beati Jacobi, incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

JAcobus Apoſtolus, &c.] Sicut ſupra viſum eſt, hanc Epiſtolam ſcribit B. Jacobus duodecim tribubus, ideſt, electu de Judæis, monens eos ad contemptum mundi hujus. Quia igitur in mundo tria ſunt deteſtabilia 1. *Joan.* 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Propter hoc in hac Epiſtola per totum hæc eſſe fugienda oſtendit. Et ſecundum hoc dividitur Epiſtola in tres partes. In prima monet fugiendam eſſe concupiſcentiam carnis per hoc, quod invitat ad tolerantiam tentationum, in quibus caro affligitur, & hoc in primo capitulo. In ſecunda monet fugere ſuperbiam vitæ, & hoc in ſecundo, & tertio capitulo. Sed in ſecundo oſtendit quomodo fugiatur ſuperbia generando in altero, per hoc, quod acceptionem perſonarum reprobat, ex qua ſæpe generatur in altero ſuperbia, in tertio agit contra ſuperbiam generandam in ſeipſo, per hoc, quod tam peritos quam imperitos a famæ appetitu dehortatur, quæ ſæpe naſcitur ex magiſterio. In tertia dehortatur concupiſcentiam oculorum ſive avaritiam, & hoc in quarto, & quinto capitulis. Sed in quarto dehortatur avaritiam prout tantum eſt in voluntate, vel in concupiſcentia, in quinto prout jam eſt in actu. Sic patet diviſio hujus Epiſtolæ. Alii autem dividunt eam ſecundum illa

quatuor,

quatuor maxime appetunt homines in mundo, ut diximus *ſup.* quæ ſunt, ſc. ſapientia mundi, potentia ſæcularis, dilatatio nominis, vel fama popularis, & quartum affluentia temporalis. Contra primum agit in primo capitolo, contra ſecundum in ſecundo, contra tertium in tertio, contra quartum in quarto, & quinto. Sed in quarto prout divitiæ tantummodo ſunt in voluntate, & in deſiderio, vel appetitu inordinato, in quinto prout jam habentur in actu, & indebito modo detinentur. Et ſecundum hanc diviſionem Epiſtola dividitur in quatuor partes.

Incipit Epiſtola Canonica B. Jacobi Apoſtoli.

C A P. I.

JAcobus *a* Apoſtolus Dei & Domini noſtri *b* Jeſu Chriſti ſervus *c* duodecim Tribubus, *d* quæ ſunt in diſperſione, *e* ſalutem. Omne *f* gaudium exiſtimate *g* fratres *h* mei, cum in tentationes *i* varias *k* incideritis *l* ſcientes, quod *m* probatio fidei veſtræ *n* patientiam operatur, *o* Patien-

Alii vero aliter dividunt in tres partes. In quarum prima monet perfectos ad tolerantiam exteriorum paſſionum, oſtendens, quod in eis eſt gaudendum, ibi. (Omne gaudium, &c.) In ſecunda egit de interioribus tentationibus, quæ a concupiſcentia veniunt, & in illis non eſt gaudendum, ſed fugiendæ ſunt, & tunc loquitur imperfectis. Perfecti enim cavent, ne ab hujuſmodi capiantur, *ibi*. [Nemo, &c.] In tertia parte moralem inſtructionem ſubjungit, ibi. (Si autem, &c.) *inf. eod.* Et hæc durat uſque in finem libri. Nos ſequamur exponendo ſecundam diviſionem, quæ fere eadem eſt cum prima. In hoc autem capitulo primo deteſtatur ſapientiam mundi, & carnis, quæ eſt mors. *Rom.*8. Prudentia carnis mors eſt. Et ſicut dicit *Aug.* Mundo lætari, vel ſapientia, augari in ſpectaculis, ebrioſitate ingurgitari, turpitudinem facere, & nihil mali pati. E contra ſapientia Dei, & ſanctorum eſt temporaliter affligi, vel cruciari, & in æternum lætari, ut dicit *B.Bern.* Unde dicit *Greg.* Sancti temporalem pœnam lucrum putant, quia per hanc æternam evadere non ignorant. Cum ergo in hoc capitulo de tolerantia paſſionum Jacobus nos inſtruit, ſapientiam mundi, & carnis dejicit, & deſtruit. Dividitur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima ſalutationem præmittit ibi. [Jacobus.] In ſecunda gaudendum eſſe in tentationibus oſtendit, ibi. (Omne gaudium, &c.) Et loquitur perfectis. Et ne aliquis crederet, quod in omni tentatione tam interiori, quam exteriori ſit gaudendum, propter hoc oſtendit in tertia parte, quod non eſt gaudendum in interiori, quæ provenit a concupiſcentia, ſed magis reſiſtendum, ibi (Nemo, &c.) & ſic loquitur imperfectis, qui ſæpe interiori tentationi conſentientes, vel concupiſcentiæ Deum offendunt, & ſic ſæpe furtum, & homicidium concipiunt, & in hac non eſt gaudendum, quia a Deo non immittitur. Quia vero fides facit gaudere in tribulationibus exterioribus, & facit reſiſtere interioribus. Sancti enim per fidem vicerunt regna. *Heb.*11. Fides autem eſt ex audito. *Rom* 10. Propter hoc in quarta parte monet nos ad audiendum, ibi. (Sic autem, &c.) Dicit ergo. *a* Jacobus Apoſtolus] Ecce auctoritas Epiſtolæ. Magnus enim erat ipſe. *b* Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervus] a ſervando, vel a ſerviendo (Domini noſtri Jeſu Chriſti) cui ſervire regnare eſt. *Iſa.*49. Parum eſt, ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas Tribus Jacob. Mittit ſupple, vel optat. *e* Salutem.] non corporis, ſed animæ. Vel (ſalutem) viæ quæ eſt conſtantia fidei, & patriæ, quæ eſt vita æterna. *c* Duodecim Tribubus,] i. electis de duodecim Tribubus. *d* Quæ ſunt, &c.] propter quod indigent ſalute, & conſolatione, ne ſicut diſperſi ſunt corpore, diſpergantur & mente. In hoc quod diſperſi ſunt commendat eos lateater in conſtantia, & fide. Commendat ergo ſeipſum auctor a proprio nomine, cum dicit (Jacobus) in quo ad amorem eos provocat, amici enim per nomina ſe invicem ſolent nominare.

Item per hoc removet pſeudo, & excludit, dum per nomen proprium quod ipſe eis ſcripſerit eos certificat.

Item commendat ſe ab officio, quod eſt celebre, ut dicit *Gloſſ.* cum dicit (Apoſtolus.) Et in hoc duo facit, timorem incutit, & Epiſtolæ auctoritatem tribuit. Hæc autem ſcilicet amor & timor ſunt maxime neceſſaria Prælatis; amor tamen debet prævalere timori. Unde *Aug.* Quamvis utrumque ſit neceſſarium, tamen plus a nobis amari appetit quam timeri. Item commendat ſe a conditione, cum dicit (Servus.) *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt; noli extolli, eſto in illis quaſi unus ex ipſis. Et in hoc provocat eos ad humilitatem. Moraliter. In hoc gaudeant, qui propter Dominum ſunt diſperſi per mundum, ut fructum afferant in patientia ſicut grana diſperguntur in agro, ut fructificent tempore opportuno. Tales enim verus Jacobus, verus, ſc. luctator, verus omnis ſpurcitiæ ſupplantator ſalutat, ſcil. Dei filius, i. ſalutem æternam ſe daturum diſpoſuit, & ordinat, *Luc.*22. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. Congregata ſicut ſcitis, non congregantur, ſed diſperſa. Unde *Pſal* 106. De regionibus congregabit eos. Et alibi, *Pſalm.* 146. Diſperſiones Iſraelis congregabit. *f* Omne gaudium] Hæc eſt ſecunda pars capituli ubi monet nos gaudendum eſſe in tribulationibus extrinſecis. In hac parte ſic procedit. Primo monet eos, ut gaudeant in tentationibus, ibi (Omne gaudium. Secundo oſtendit cauſam hujus, quæ eſt, ut nihil eis deficiat ad perfectum, ibi (Scientes quod probatio.) Sed quia multi utilitatem tentationis ignorant, unde in tentatione non exultant, propter hoc tertio oſtendit quomodo poteſt cognoſci utilitas tentationis, ſcilicet per orationem, unde dicit. (Si quis autem, &c.) Unde & quarto oſtendit quaſi occaſionaliter quomodo ſit petendum, vel orandum, ad hoc quod oratio, vel petitio ſit efficax, ibi (Poſtulet autem, &c.) Sed ſunt nonnulli, qui multas rerum ſuſtinent injurias, multas corporum angarias, ſed nullatenus paterentur ſe contemni. Volunt enim ſine defectu eſſe pauperes, ſine contemptu humiles, propter hoc quinto loco oſtendit, quod hæc eſt perfectio tolerantiæ paſſionum, quando homo in ſua dejectione, & contemptu gloriatur. Hic enim eſt ſummus humilitatis gradus, ut homo ſpernat ſeipſum, & ad hoc monet, ibi, [Glorietur, &c.] Et ad ultimum quaſi concludit, & oſtendit præmium, & coronam eorum, qui tales ſunt, ibi (Beatus vir, &c.) Dicit ergo (Omne gaudium,) ideſt, perfectum.

g Exiſtimate] ideſt, firmiter credite, vel reputate vobis eſſe paratum, ſc. quia tribulatio in præſenti juſtitiam, in futuro augebit coronam, ut dicit *Gloſſ.* Unde *infr. eod.* Cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ.

h Fratres mei,] Hoc dicit, quia ſumus ejuſdem diſcipuli, ejuſdem filii Dei, ſcilicet cui quotidie dicimus: Pater noſter qui es in cœlis. *Matth.*6. Et in hoc verbo omnes eos provocat ad mutuum amorem. Frater enim idem eſt quod ferens alterum. Unde quaſi nomen eſt amoris. *Gen.*13. Ne quæſo ſit jurgium inter me, & te, & inter paſtores meos, & paſtores tuos, fratres enim ſumus, Ita deberet quilibet dicere, cum inſurgunt in corde ſuo motus iræ adverſus aliquem. Bene dico exiſtimate omne gaudium.

k Cum incideritis] non ſuccubueritis (in varias tentationes) exteriores, ſcilicet a perſecutoribus illatas. Vel a concupiſcentiis, quæ varie tentant, ut dicit *Gloſſ Interl.* Sed nunquid concupiſcentia eſt interior? hic autem agit de exterioribus tentationibus, quid eſt ergo quod dicit? Solut. Principaliter loquitur hic de exterioribus in quibus debent gaudere perfecti, ex incidenti vero de interioribus, ut ſic ſuperbiam repellat. Nullus enim eſt quantumcumque juſtus qui non pulſetur a concupiſcentiis, etſi non dejiciatur, & in his etiam gaudere debent perfecti cum in has incidunt, & reſiſtunt, non ſuccumbunt. Tentatio enim cui non conſentitur, non eſt peccatum, ſed materia exercendæ virtutis. [Incideritis.] *Interl.* Ex alto fidei veſtræ. Hoc intellige ſecundum opinionem perſecutorum qui per perſecutiones ſanctos putabant avertere ab altitudine fidei. *f* Omne gaudium exiſtimate] in præſenti. *Proverb.* 14. Cor quod novit amaritudinem animæ ſuæ in gaudio ejus, non miſcebitur extraneus. (Omne gaudium) *Gloſſ.* quaſi ne indignemini ſi mali florent in mundo, & vos patimini, non eſt Chriſtianæ dignitatis temporalibus exaltari, ſed potius deprimi. Mali nihil habent in cœlo, vos nihil in mundo. *Pſalm.* 72. A te quid volui ſuper terram?

i In varias tentationes] quia 1. *Petr.* 4. Tempus eſt ut incipiat judicium a domo Dei, ideſt a bonis. Sed terminabitur ſuper malos. *Job* 21. In diem perditionis ſervabitur malus, & ad diem furoris ducetur.

l Scientes,] Hic oſtendit quare eſt gaudendum, quia tentatio datur infirmis, ut medicina ad purgationem, & perfectis ad meritorum cumulum, & fidei probationem, & ſic homo per patientiam exercetur, & perfectus eſſe oſtendatur. Sic fuit tentatus Job, ut ejus perfectio notificaretur ad exemplum, & ejus merita cumularentur ad præmium, *infra* 5. Sufferentiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis. Unde dicit. Exiſtimate dico (ſcientes) hoc ſcilicet. *m* Quia proba-

tio

tio fidei veſtræ] ideſt tribulatio per quam fidés veſtra probatur & examinatur. *Eccl.5.* Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis, *n* Patientiam operatur] i. virtutem patientiæ declarat & exercet. Idem dicitur *Rom.5.* Sed converſo ordine. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem. *o* Patientia autem] ſic exercitata (habet opus perfectum.) Eodem modo omnis virtus habet opus perfectum. Virtus enim

B

ſi eſt virtus, non errat. Alioquin ſi errat non eſt virtus, quare ergo hic magis dicitur de patientia? Solut. Omnis virtus opus habet perfectum quoad ſufficientiam, ſed patientia exercitata quoad excellentiam, & propter hoc dicitur de patientia. Pro eadem cauſa dicit Dominus *Luc.21.* In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. (Patientia ergo opus perfectum habet,) ideſt, facit perfecte operari. Toleranda eſt igitur tribulatio a vobis cum gaudio, *p* Ut ſitis perfecti uſque ad mortem in bono opere perſiſtentes, non propter tormenta defeſſi vel dejecti. *Eccl.4.* Pro anima tua agonizare uſque ad mortem. *q* Perfecti]ergo in tormentis quoad omne tempus tribulationum. *ſ* Et in nullo deficiente.] quantum ad genera tribulationum, quaſi diceret hoc facit patientia ſic exercitata, ut nec propter diuturnitatem, nec multitudinem, nec diverſitatem tribulationum deficiatis. Vel ſic. *p* Ut ſitis perfecti] per fidem. *r* Integri] per ſpem. *ſ* Et in nullo deficientes.] per charitatem. Vel. *q* Perfecti] in merito in præſenti. *r* Integri] in futuro præmio. *ſ* In nullo deficientes.] in utroque vel. *q* Perfecti] voluntate. *r* Integri] ſermone. *ſ* In nullo deficientes.] bona operatione. *Gal.6.* Bonum autem facientes. *t* Si quis autem] Hic oſtendit tertio quomodo fructus vel utilitas tentationis poſſit cognoſci. Continuatio. Quaſi ita utilis eſt tentatio vel patientia in tentatione. *u* Autem] i. ſed. *t* Si quis indiget ſapientia,] qua ſc. cognoſcat utilitatem patientiæ (poſtulet a Deo) Sed quid eſt quod dicit (indiget) Nonne perfectis loquitur, qui cognoſcunt ejus utilitatem? Sol. ſic. Sed hoc dicit, quia multi cognoſcunt utilitatem patientiæ qui non cognoſcunt eam cum ſapore. Unde non ſine cauſa dicit [ſapientia] in cognitione quæ eſt cum ſapore, qui per orationem debitam impetratur. Sed contra. Nunquid ipſe dulciſſimus eſt, & ſapidiſſimus & palatum animæ bene diſpoſitum in perfectis, ipſe autem præſens eſt palato animæ, ut dicit *Pſal.90.* Cum ipſo ſum in tribulatione, & ſapor ejus ſentitur, ſicut impoſſibile quin ſapor cibi materialis ſentiatur, ſi conjunctus fuerit palatu bene diſpoſito. Sol. Voluntarie ſaporem ſui infundit Dominus, cibus autem corporalis naturaliter. Unde non eſt ſimile quod dicit. Cum ipſo ſum in tribulatione. Verum eſt quoad conſervationem non quantum ad ſenſum vel ſaporem. Et quod omnes perfecti non ſemper habeant hunc ſaporem, patet per B. Antonium qui tota nocte tribulatus Jeſum vidit & quæſivit ab eo, Ubi eras in nocte? Cui Dominus reſpondit, Tecum eram gaudens in tuo certamine. *x* Qui dat omni] Quia dixit per orationem ſapientiam impetrari. Quinque autem ſunt quæ impediunt ne oratio ſit efficax in impetrando quod petit: propter hoc removeat ea homo ut ſit ſecurus de impetrando. Tria ſunt ex parte dantis ſc. impotentia, inſipientia & malitia. Hæc tria removet cum dicit [A Deo] qui eſt potens dare & ſcit & vult. Duo autem ſunt ex parte recipientis, indignitas, & fragilitas. Hæc removet cum dicit [Qui dat omnibus] Ne ergo propter tuam indignitatem, nec propter fragilitatem timeas ne relabaris, timeas petere, ſed confidenter petas, dat enim omnibus etiam malis. *Matth.5.* Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & ſuper malos. *Eph.2.* Deus autem qui dives eſt in miſericordia [Dat omnibus] non modica, ſed. *y* Affluenter]*Eph.3.* Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quod petimus aut intelligimus ſecundum virtutem quæ operatur in nobis ipſi

Quinque impediunt orationem quod non ſit efficax in impetrando.

tia autem opus perfectum habet; *p* ut ſitis *q* perfecti & integri *r* in nullo *ſ* deficientes. Si *t* quis *u* autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet a Deo qui *x* dat omnibus *y* affluenter *z* & non improperat, *a* & dabitur ei. *b* Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. *c* Qui enim *e* hæſitat ſimilis *f* eſt fluctui maris, qui a vento *g* movetur & circumfertur. *b* Non ergo æſtimet homo ille quod accipiat aliquid a Domino. Vir *i* duplex animo k inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *l* Glorietur *m* autem frater *n* humilis *o* in exaltatione ſua, dives *p* autem *q* in humilitate ſua,

gloria, 3.*Reg.3.* Sed & hoc quod non poſtulaſti dedi tibi, Sed adhuc aliquis poſſet dicere, verum eſt quod dat, non vendit, omnibus ſine acceptione perſonarum, & qui pie petunt, & afluenter, non parce, ſed tamen non liberaliter, nec curialiter facit, quia poſt datum improperat. Et ad hoc reſpondet quod non. Unde dicit. *z* Et non improperat,] ſicut mundus. *Eccl.20.* Exigua dabit & multa improperat, & apertio oris illius inflammatio eſt. Dominus facit e converſo, multa dat & nunquam improperat, quia *Eccl.* 18. Stultus acriter improperabit. Poſtulat inquam a Deo. *a* Et dabit ei] ſapientia ſcil. quæ de ſurſum deſcendit, *inf.3.* *Pſal.2.* Poſtula a me & dabo tibi. *b* Poſtulet autem in fide, &c.] Hic quarto determinat modum petendi, qui eſt duplex. Primo ut pie petatur. Unde dicit (Poſtulet autem in fide, &c.) i. pie in nomine Chriſti, & dabit ei. *Joan.* 16. Amen amen dico vobis, quia ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Secundo ut perſeveranter petatur, quod impedit timor non impetrandi, & propter hoc dicit, *c* Nihil hæſitans.] i. de impetratione non deſperans vel dubitans. Sed nota quod in hac littera ab illo loco [Si quis indiget] quatuor determinavit, quæ ſimul concurrentia orationem faciunt efficacem. Primum eſt ut homo pro ſe petat quod notatur, ibi [Si quis indiget] Secundum ut petatur quod eſt ad ſalutem, quod notatur cum dicit [Sapientia Tertium eſt ut pie, i. fideliter petatur, quod notatur, ibi [Poſtulet autem in fide] Quartum perſeveranter petat, quod notatur hic [Nihil hæſitans] Ubi hæc deficiunt, oratio non impetrat. Unde *infr.* 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Bene dico. Nihil hæſitans. *e* Enim] i. quia. *d* Qui hæſitat] i. pondere peccatorum preſſus de præmiis ſupercœleſtibus dubitat, aut ea petere trepidat. *f* Similis eſt fluctui maris,] quia cito decidit a fide, ſicut fluctus cito tranſit & recedit. Unde ſequitur. *g* Qui a vento movetur & circumfertur.] ſic talis homo ad quemlibet flatum tentationis. Quod tamen prohibet Apoſt. *Eph.4.* Ut jam non ſimus parvuli, & circumferamur omni vento. *Eccl.5.* Non te ventiles in omnem ventum. Et quia talis eſt. *b* Non ergo æſtimet] i. ex his æſtimet, i. ex ſua petitione [homo ille quod accipiat aliquid a Domino] Et ſubjungit cauſam hujus, quia ſcil. *i* Vir duplex animo] qualis qui genua flectit, ſed mente diffidit, qui cum mundo ſimul vult gaudere & cum Domino, quod eſt impoſſibile. Vel nunquid de una filia duos generos facere potuiſti? Totos nos debemus ſatisfactioni pro peccatis præteritis, totos creatori, totos redemptori. *Luc.16.* Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. *Matth.6.* Nemo poteſt duobus Dominis ſervire. Mundo ſimul & Deo ſervire contendit, qui de bonis quæ facit, favorem hominum, vel gloriam quærit. Et tali væ. *Eccl.2.* Væ duplici corde. Et talis. *k* Inconſtans, &c.] propter hoc non impetrat. [Viis ſuis] dicit quæ ſunt peccata. Illa enim ſola noſtra ſunt. *Oſ.13* Perditio tua Iſrael ex te. Et non dicit. Viis Domini, quia in illis non eſſet inconſtans. Viæ Domini ſunt bona opera per quas imus nos ad ipſum. Vel viæ ejus per quas venit ad nos, ſunt miſericordia, & veritas. Miſericordia in dando, veritas in reddendo, miſericordia in ſalvando, ſed veritas in puniendo malos. *Pſal.* 24. Univerſæ viæ domini miſericordia, & veritas. Qui hoc firmiter crederet non fluctuaret. *l* Glorietur autem]Hic quinto oſtendit quod non ſolum in patientia tribulationum, ſed in abjectione, & vilitate eſt gloriandum. Unde dicit [Glorietur] quaſi non ſolum in patientia tentationum eſt gaudendum. *m* Autem] i. ſed. *n* Frater] in Deo. *o* Humilis] in ſeipſo. Vel [humilis] pauper, & egenus, & depreſſus a malis. *l* Glorietur, &c.] i. in vilitate & abjectione, & paupertate, propter quæ exaltabitur, manifeſtabitur, & ditabitur a Deo. *Eccl.* 15. Et exaltabit illum apud proximos ſuos. Vel [in ſua exaltatione,] i. in victoria tentationum, pro qua exaltabitur, & coronabitur a Domino. Sed quid eſt quod dicit, quia quamdiu ſumus hic, nemo ſcit an amore aut odio dignus ſit. *Eccl.9.* Ergo quamdiu hic vivimus, non eſt gloriandum de victoria tentationum quia adhuc poſſumus cadere. Sol. non eſt gloriandum ſine humilitate, ſed glorietur humilis, i. quamdiu eſt humilis. *p* Dives autem] qui ſc. totam ſpem ponit in divitiis, glorietur, ſc. *q* In humilitate ſua,] i. pro pompa, & faſtu ſeculi, & divitiis, propter quæ dejicietur a Deo in vilitatem, & humiliabitur. *Luc.18.* Qui ſe exaltat humiliabitur. *Prov.* 29. Superbum ſequitur humilitas, ideſt, vilitas, & dejectio. Ironice dicitur, quaſi diceret non glorietur, ſed divitias dividat, & pauperibus deſerviat, ut

ſic

ſic Dei gratiam acquirat. *Pſal.* 111. Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus, &c. Sic eſt enim de divitiis ſicut de fimo, qui quamdiu eſt in acervo non facit niſi fœtere, ſed quando diſpergitur in agro, terram facit fructificare, ſic divitiæ quandiu ſunt in arca nihil boni faciunt, ſed ſeipſas conſumunt, ſed diſperſæ in terra pauperum fructum faciunt coram Domino copioſum,

a quoniam ſicut *b* flos fœni tranſibit. *c* Exortus *d* eſt *e* enim Sol *f* cum ardore, *g* & areſecit fœnum & flos *h* ejus decidit, *i* & decor vultus ejus deperiit. *k* Ita & dives in itineribus ſuis marceſcet. *l* Beatus vir *m* qui ſuffert tentationem, quoniam *n* cum probatus fuerit accipiet *o* coronam *p* vitæ, quam repromiſit *q* Deus *r* diligentibus ſe. *ſ* Nemo cum tentatur dicat, quoniam *t* a Deo tentetur. Deus *u* enim intentator malorum eſt. Ipſe *x* enim neminem tentat.

propter hoc forſitan Paolus divitias appellat ſtercora. *Phil.* 3. Omnia detrimentum feci & arbitratus ſum ut ſtercora ut Chriſtum lucrifaciam. Unde ſecundum hoc poteſt exponi in bono ſic (Dives) compatiens pauperibus & largiens eleemoſynas (Glorietur in humilitate ſua) virtute, qui ſe humiliat ut pauperibus ſerviat, & reddit cauſam, quaſi non debet gloriari in ſuis divitiis. (Quoniam, &c.) Vel ſic continua. Quaſi in hoc glorietur quod humiliter ſervit pauperibus. *a* Quoniam] tota ejus gloria ſuppie. *e* Tranſibit.] velociter. *Pſal.* 38. Neque deſcendet cum eo gloria domus ejus. Vel (Tranſibit,) i. ultra ibit quaſi non reverſurus ad priſtinam gloriam carnis. *b* Sicut flos fœni. *Pſal.* 89. Mane tranſeat & floreat, veſpere decidat, induret & areſcat: Et ſumptum eſt de *Iſa.* 40. Omnis caro fœnum & omnis gloria ejus quaſi flos agri. Caro autem dicitur fœnum, quia habet radicem cupiditatis & ſtipulam ſterilitatis vel vanitatis. Unde ſolæ comparatur quæ nullum fructum facit. *Sup.* 2. Coronemus nos roſis. *d* Exortus] quaſi vere tranſibit gloria mundi & carnis. *e* Enim] i. quia. *f* Sol] Juſtitiæ, ſc. Chriſtus. *d* Exortus eſt cum ardore,] charitatis, *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram & quid volo niſi ut accendatur. *g* Et areſecit fœnum] i. gloriam tam carnis quam mundi aridam & vanam eſſe oſtendit. *h* Et flos ejus] i. pulchritudo decidit. *i* Et decor vultus ejus deperiit.] i. honor ſæculi, pompa ſociorum, ornatus veſtigium, & faſtus amicorum. Vel. *d* Exortus eſt Sol, &c.] tribulationis: *Cant.* 1. Nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decoloravit me ſol. *g* Et areſecit fœnum, &c.] quia *Eccl.* 11. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ maximæ. Notandum eſt autem quod ſol nunc oritur bonis per gratiam, ſed in futuro per gloriam: *Mal.* 4. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol juſtitiæ. Sed malis exorietur in judicio per pœnam. Ipſe enim cui proprium eſt miſereri quaſi extra ſe oritur quando punit. Unde *Iſa.* 28. Alienum eſt opus ejus, ut operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus ejus ab eo: *Thr.* 3. Non enim humiliavit ex corde ſuo & abjecit filios hominum. Nota quod dicit (Deperiit) quod eſt decompoſitum. Periit enim malus quando receſſit a vita, ſed periit quando decidit a memoria, ſed de toto periit, quando ſepultus eſt in gehenna. Velut homo per culpam, periit in anima per mortem, ſed deperiit in judicio in corpore & anima. *k* Ita & dives marceſcet in itineribus ſuis] i. propter actus ſuos, quia *Matth.* 15. Omnis plantatio quam non plantavit pater meus cæleſtis eradicabitur. *l* Beatus vir, &c.] Hic ultimo quaſi ex præmiſſis concludit, quod beati erunt illi qui ſic pro Domino ſuſtinebunt, magnitudinem præmii oſtendens, ut ſic facilius hortetur eos ad contemptum mundi, ut dicit *Gloſſ.* Continua ita. Gloriandum eſt in defectione, quia inde provenit corona, ſed non eſt gloria ſine victoria, nec victoria ſine paſſionum ſufferentia (Beatus vir) non mulier, mollis vel effeminatus, ſed vir a virore fidei, a vigore ſpei, a virilitate charitatis. *m* Qui ſuffert tentationem,] i. in ſenſualitate ſubſtatione fert, ne ſc. ſuccumbat ratio, quia ſic eſſet anima hominis perverſa. Ex hoc enim omne peccatum provenit quod ratio ſenſualitati ſuccumbit. Vel (ſuffert,) i. pro eis quæ ſurſum ſunt fert. Vel (ſuffert,) i. ſub Deo fert, non murmurando. Vel (ſuffert,) i. ſeorſum fert conculcando & quaſi vilipendendo: *Job* 6. Quis det ut veniat petitio mea & quod expecto tribuat mihi Deus, & qui cœpit ipſe me conterat, ſolvat manum ſuam & ſuccidat me, & hæc mihi ſit conſolatio ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam ſermonibus Sancti. Et quare beatus. *n* Quoniam cum probatus fuerit] ſicut miles in tyrocinio, ſicut aurum in igne, vel in luto, ſicut olla quæ inter manus mulieris quæ concutiendo eam probat utrum ſit integra. Vel probatus, i. purgatus & perfectus: *Tob.* 12. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te. *o* Accipiet] quaſi gratis, non meretur: *Rom.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. *Bed.* Non ſunt condignæ ad præteritam culpam quæ remittitur ad pœnitentis conſolationis gratiam, quæ immittitur ad futuram gloriam quæ promittitur. *p* Coronam vitæ: *Prov.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus. Per coronam in qua idem eſt principium & finis, notatur etiam ſtatus bonorum æqualitas, quia tantum habebunt gaudium ſine fine, quantum prima die (Vitæ) dicit ad differentiam coronæ mortis, qua coronabuntur mali. *Iſ.* 22. Coronans coronabit te tribulatione. *q* Quam repromiſit Deus] qui verax eſt. Promiſit per prophetas, repromiſit per Apoſtolos, tandem miſit per filium qui eſt ipſa vita. *Joan.* 14. & 17. Hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te ſolum Deum verum & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Sed quibus? *r* Diligentibus ſe.] Deum, non mundum, 1. *Joan.* 2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt, ſi quis cum diligit mundum non eſt charitas Patris in eo, 1. *Cor.* 2. Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum. *ſ* Nemo cum tentatur] Hæc eſt tertia pars capituli in qua oſtendit quod non eſt gloriandum in tentationibus interioribus, quæ ſc. proveniunt ex concupiſcentiis malis, & loquitur imperfectis qui ſuis concupiſcentiis de facili conſentiunt, quibus eſſet reſiſtendum, & has non mittit Deus, quia in illis ſæpe concipitur furtum, adulterium, & homicidium. Exteriores vero mittit Deus, ad probationem ſuorum, ut dicit *Gloſſ.* Dividitur autem hæc pars in duas partes. In prima oſtendit malum culpæ, ſc. tentationem quæ provenit a concupiſcentiis, non a Deo, & propter hoc non eſt in ea gloriandum, ibi (Nemo, &c.) Quia vero eſt duplex malum. Pœnæ quod eſt a Deo, & in quo gloriandum, ut tentatio exterior, & malum culpæ, quod non eſt a Deo. Et ne crederet aliquis quod ſimiliter eſſet aliquod bonum quod non eſt a Deo, propter hoc in ſecunda particula oſtendit quod omne bonum indubitanter eſt a Deo, ibi (Omne datum, &c.) Dicit ergo (Nemo cum tentatur,) i. tentatione interiori capitur vel ſuccumbit, quam vel a Diabolo inſtigante vel etiam fragilitate naturæ toleramus. Nemo inquit. *t* Dicat quoniam a Deo tentetur.] quaſi Deus malas cogitationes immittat. Et loquitur contra quoſdam qui dixerunt quod homo ex neceſſitate peccat, quia Deus malas cogitationes immittit ſicut bonas. Error eſt hoc dicere & hæreſis. Hic dicit *Gloſſ.* Tribus modis tentatio agitur, ſuggeſtione hoſtis, delectatione, vel conſenſu noſtræ fragilitatis. Quia ſi ſuggeſtioni non conſentimus, tentatio nobis ad victoriam provenit. Si ſuggeſtio illicit delectando, offendimus, ſed nondum mortem incurrimus, i. nondum eſt peccatum mortale ſed veniale. At ſi delectationem concepti in corde facinoris ſequitur partus pravæ actionis, jam a nobis mortis reis victor hoſtis abſcedit. Ex quo videtur quod niſi cogitatio procedat ad actum, non eſt peccatum mortale. Quod eſt falſum, quia aliter non prohibetur concupiſcentia inter decem mandata. Præterea *Matth.* 5. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt in corde ſuo. Sol. Quando in tantum procedit cogitatio peccati quod ſic conſentit in opus quod ipſum faceret ſi locum & tempus haberet, peccatum eſt mortale, & hic conſenſus non differt ab actu vel ab opere quoad reatum vel culpam. Unde ſub partu pravæ actionis comprehendit cogitationem talem ſic progreſſivam. Unde dico ut nemo dicat quod a Deo tentetur. *u* Deus enim intentator malorum eſt.] neutraliter, i. Deus mala culpæ non immittit quibus tentantur & alliciuntur multi. Contra *Amos* 3. Si erit malum in civitate quod non fecerit Deus, quaſi diceret non. Sol. Non fecerit, i. fieri non permiſit. Vel loquitur de malo pœnæ quod bonum eſt & a Deo. *x* Ipſe enim neminem tentat.] Contra *Gen.* 22. Tentavit Deus Abraham. Solut. Tentat homo, ut experimentum habeat vel ut ſciat, tentat caro ut alliciat, tentat mundus ut ad ſe attrahat, tentat Diabolus ut pervertat. De his omnibus intelligitur quod dicitur hic, ſed tentat Deus ut promoveat, & erudiat, ſic intelligitur de Abraham, &c. *Auguſt.* Periculoſiſſima eſt tentatio, nulla tentatione pulſari. Inde enim proveniunt multa mala, ſcilicet elatio cordis, evagatio non ſolum mentis, ſed etiam corporis, incircumſpectio ſui, incompaſſio tentatorum, contemptus fratrum, ignorantia agendorum. Quia *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum. Propterea hoc dicit

Eccl.

Eccl. 34. Qui non eſt tentatus qualia ſcit? *Sap.* 3. In paucis vexati, in multis bene diſponuntur, quoniam Deus tentavit illos, & invenit illos dignos ſe. Bene dico quod nullus tentatur a Deo. *b* Vero] ideſt, ſed.

a Unuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua,] originaliter, quando ſcilicet caro quærit ſuavia carnaliter, ſive occaſionaliter ſuper concupiſcentiam. Diabolus immittit incentiva, & materialiter mundus præparat ligna, ut ſic accendatur magnus ignis peccati. De quo dicit *Pſal.* 117. Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Vel quando caro quaſi ligat ad voluptatem, mundus quaſi impellit ad vanitatem, &

a Unuſquiſque *b* vero tentatur a concupiſcentia ſua, *c* abſtractus, & *d* illectus. *e* Deinde concupiſcentia cum conceperit, *f* parit peccatum, *g* peccatum vero cum conſummatum fuerit, *h* generat mortem. *i* Nolite itaque errare fratres *k* mei dilectiſſimi. *l* Omne datum optimum, *m* & omne donum

Diabolus quaſi trahit ad iniquitatem. *c* Abſtractus,] a recto itinere. *d* Et illectus.] in malum. Vel. *c* Abſtractus,] a Deo. *d* Illectus.] creaturæ per amorem. Duo dicit quæ peccatum perficiunt, ſc. averſio a Deo quę facit generaliter omne peccatum, erit peccatum, & converſio ad creaturas quæ trahit peccatum in partem. Primum eſt quaſi materia peccati, ſecundum quaſi forma. Unde *Auguſt.* dicit. Peccatum eſt ſpreto incommutabili bono rebus commutabilibus adhærere, quod facimus libero voluntatis arbitrio. *e* Deinde concupiſcientia cum conceperit,] quod facit per delectationem vel conſenſum. *f* Parit peccatum,] cogitatum ducendo ad actum. *g* Peccatum vero cum conſummatum fuerit] per conſuetudinem. *h* Generat mortem.] Gehennæ. Sicut enim qui tentatus ſuperat, præmia vitæ acquirit, ſic qui a concupiſcentiis illectus ſuperatur, ruinam mortis merito incurrit, ut dicit *Gloſſ.* Sed nunquid conſenſus & opus ſunt mortalia ſicut & conſuetudo, quare ergo ſolum dicit de conſuetudine quod generat mortem? Sol. quia peccatum tractum eſt in conſuetudinem, jam quaſi nulla ſpes eſt, aut parva de reditu, ſed in aliis adhuc habet homo ſigna vitæ quamplura quando adhuc patet peccatum in cogitatione, pauciora vero quando jam propalatum eſt in opere. Et quia ita eſt. *i* Nolite itaque errare] credendo quod Deus tentet ad vitia, vel credendo quod in hujuſmodi tentationibus ſit gaudendum, potius enim eſt reſiſtendum ne uſque ad mortem procedat per conſenſum, vel opus ad conſuetudinem, imo etiam ne ædificemus lignum, fœnum, & ſtipulam, ideſt, venialia per delectationem, ſæpe enim illis Diabolus incendium ſupponit. *k* Fratres mei dilectiſſimi.] participatione naturæ, & ideo dilecti mei, quia de mea juriſdictione, & Apoſtolatu, & ideo dilectiores. Ipſe enim erat Epiſcopus Jeroſolymorum, unde illi fuerant diſperſi. Item ad idem præmium vocati velut ejuſdem hæreditatis participes, & ideo dilectiſſimi, unde & mihi credere debetis, qui nihil vobis inutile prædicarem. *l* Omne datum, &c.] Secunda particula tertiæ partis capituli in qua quia ſuperius oſtendit malum pœnæ eſſe a Deo, & non malum culpæ, ne ſimiliter crederet aliquis de bono quod aliquid eſſet a Deo, & aliquid non, propter hoc oſtendit quod omne bonum eſt a Deo dicens. (Omne datum optimum) In primo gradu ſunt temporalia bona quæ ſunt aliquod bonum. In ſecundo naturalia, quæ ſunt melius. In tertio gratuita, quæ ſunt optimum in hac vita, ſcil. virtutes, & gratia. *m* Et omne donum perfectum] gloria, ſcilicet, beatitudo æterna. *n* Deſurſum eſt deſcendens] quaſi radius a ſole. Unde?

o A patre luminum,] ideſt, a Deo qui eſt auctor omnium ſpiritualium bonorum, quæ ſunt lumina animæ. Unde *Pſ.* 35. Quoniam apud te eſt fons vitæ, &c. 1. *Tim.* 6. Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem. Sed quia ut dicit *Ariſt. in lib. de accid.* ſi eſt magis, & minus, ſequitur quod eſt magis, & minus ineſſe. Hoc non eſt niſi in univocis, bona autem non ſunt univoca. Propter hoc aliter poteſt dici totum de naturalibus, ut bonum dicatur quod ſumus, melius quod vivimus, optimum quod intelligimus. De his tribus dicit *Gloſſ.* ſuper illud. 1. *Theſſ.* 5. Deus pacis ſanctificet vos per omnia, ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur. Tria dicit ex quibus homo conſtat, ſpiritum, animam, & corpus, ſcilicet illud quo intelligimus, illud quo vivimus, illud in quo viſibiles ſumus. Vel bonum eſt potentia vegetabilis, melius potentia ſenſibilis, optimum potentia rationabilis. Vel aliter. Tria ſunt data Domini, & quartum eſt donum perfectum. Primum eſt bona temporalia quibus ſuſtentamur; ſecundum, miſericordia Domini qua a peccatis liberamur, tertium eſt gratia qua in virtutibus proficimus. Primum bonum eſt. *Lucæ* 11. Vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, &c. Secundum melius, *Pſalm.* 62. Quoniam melior eſt miſericordia tua, &c. Tertium optimum. *Hebr.* 13. Optimum enim eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Quartum donum perfectum eſt gloria, quia ei nihil deficit. *Gregor.* Fercula illa ſuper cœleſtem ſuavitatem infundunt, corruptionem non adducunt, ſemper reficiunt, & nunquam deficiunt, perſeverant incorrupta, ad refectionem manent integra, &

perfectum *n* deſurſum eſt deſcendens a patre *o* luminum, *p* apud quem non eſt tranſmutatio *q* nec viciſſitudinis obumbratio. *r* Voluntarie *ſ* enim *t* genuit nos verbo *u* veritatis, *x* ut ſimus initium *y* aliquod creaturæ ejus. *z* Scitis *a* enim fratres mei dilectiſſimi. *b* Sit autem omnis *c* homo *d* velox ad audiendum

ideo ibi vita ſine morte, quies ſine labore, ſalus ſine ægritudine, lux ſine nube, dies ſine nocte, pax ſine fine. Dico a Patre luminum. *p* Apud quem non eſt tranſmutatia] in eſſentia vel natura. *q* Nec viſſitudinis obumbratio.] in donorum diſtributione, ut ſcilicet bonis mala ſuccedant, quia ſola bona dat, malum vero culpæ quod dicitur obumbratio ab eo non eſt, malum pœnæ non obumbrat, ſed illuminat, *Gloſſ.* Pœna oculos aperit quos culpa claudit. Et quia poſſet aliquis dicere, bona iſta a Deo ſunt omnia, ſed tamen data ſunt nobis propter merita noſtra. Ad hoc reſpondet quod non (Enim) ideſt, quia. *r* Voluntarie] ideſt, gratis, & ſine meritis. *t* Genuit nos] per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus Sancti quem effudit in nos abunde. *Tit.* 3. De filiis iræ faciens nos filios lucis, & miſericordiæ. Et hoc. *u* Verbo veritatis,] prædicato, ſcilicet nobis Evangelio Chriſti. Simile 1. *Cor.* 4. In Chriſto Jeſu per Evangelium vos genui. Ad hoc autem nos genuit.

x Ut ſimus] non quod ipſe eſt, ſed ab ipſo creati.

y Initium aliquod creaturæ ejus.] per dominium. Homo enim ceteris creaturis dominatur, & non omnibus, quia nec majoribus propter exercitium, nec minoribus propter humiliationem ſui dominatur. Unde dicit, (aliquid.) Huic concordat alia littera quæ dicit ſic. (Ut ſimus primitiæ creaturarum ejus,) ideſt, habeamus principatum in creaturis ejus. Vel dicit (aliquod initium) quia hic initiamur per gratiam, & hoc in parte, quia in anima tantum. Unde dicit (aliquod,) ſed in futuro innovabimur & proficiemur in toto, quia in anima, & corpore per gloriam. *Iſa.* 61. Et in terra ſua duplicia poſſidebunt, & lætitia ſempiterna erit eis. *z* Scitis] Hic concludit quod non eſt multum loquendum eis de talibus, cum ipſi in ea re ſint periti, quaſi de hujuſmodi loquor. *a* Enim] ideſt, ſed vos (Scitis fratres mei dilectiſſimi) ſcilicet, quod a ſolo Deo eſtis illuminati, & a vobiſmetipſis ad vitia proni. *Oſee* 13. Perditio tua Iſrael ex te, tantummodo in me auxilium tuum. *b* Sit autem omnis homo, &c.] Quarta pars hujus capituli. Supra docuit, ut patientiam habeamus in tribulationibus, quia vero fides dat conſtantiam in eis, imo hæc eſt, quæ vincit tentationes. 1. *Joh* 5. Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Fides autem eſt ex auditu. *Rom.* 10. Propter hoc in hac parte monet nos ad audiendum. Procedit autem in hac parte ſic. Primo enim monet nos, & inſtruit ad audiendum. Et quia parum eſt audire niſi opus ſequatur, propter hoc ſecundo admonet nos ad faciendum quæ audivimus, ibi: (Eſtote autem, &c.) Quia vero nec audire valet, nec facere, niſi homo moderamen apponat linguæ ſuæ, propter hoc tertio monet, ut lingua coerceatur, & refrænetur a detractionibus mundanis, blaſphemiis, ſtultiloquio, multiloquio, & hujuſmodi, ibi: (Si quis putat, &c.) Quia vero factorem operis beatum dixerat, propter hoc quarto oſtendit, quæ opera magis ſint Deo accepta, quia miſericordia, & innocentia, primum ad proximum, ſecundum ad ſeipſum, ibi: (Religio munda, &c.) prima autem pars, in qua nos monet ad audiendum dividitur in tres, quia primo removet tria impedimenta auditus. Primum eſt loquacitas, quæ impedit exteriorem auditum, hoc removet, cum dicit. (Tardus ad loquendum.) Secundum eſt ira, quæ impedit interiorem auditum, hoc removet dicens. (Et tardus ad iram.) Tertium eſt immunditia vitæ, quæ impedit utrumque effectum, quod removet, ibi: (Propter quod abjicientes, &c.) Secunda docet qualiter ſit audiendum, ibi. (Inſitum verbum, &c.) Dicit ergo: Continuatio. Voluntarie nos genuit, &c. *b* Autem] ideſt, ſed, ad hoc, ut ſitis initium creaturæ, & permaneatis in eo ad quod geniti eſtis. *c* Omnis homo ſit velox

Digitized by Google

a tardus autem ad loquendum, & *b* tardus ad iram. *c* Ira enim viri *d* juſtitiam Dei non operatur. *e* Propter quod abjicientes omnem immunditiam, & *f* abundantiam malitiæ, in *g* manſuetudine *h* ſuſcipite *i* inſitum k verbum quod poteſt *l* ſalvare animas veſtras. *m* Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum, *n* fallentes, voſmetipſos. Quia ſi quis *o* auditor eſt verbi & non factor, hic *p* comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo. *q* Conſideravit enim ſe, *r* & abiit, & *ſ* ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

ad audiendum,] quia *Eccl.* 6. Si dilexeris audire, ſapiens eris, in multitudine Presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ eorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei poſſis audire, & proverbia laudis non te effugiant. Cum dicit, Omnis, notat nullum eſſe quantumcumque ſit ſapiens, qui doctrina non indigeat. *Prov.* 1. Audiens ſapiens ſapientior erit. Cum dicit. Velux, duo notat. Unum ex parte motus, ſcilicet brevitatem, ne diu expectet homo Theologiam audire. Sicut quidam qui donec ſunt ſenes non audiunt eam, in quibus deficit jam calor naturalis, & hebetes ſunt ad retinendum. Unde conqueritur Dominus *Mich.* 7. Væ mihi quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Item ex parte monentis notatur ſtrenuitas, & continuitas. Contra quoſdam, qui non continuant lectiones quas audire incipiunt. *Hier.* 14. Hæc dicit Dominus populo huic qui dilexit movere pedes ſuos, & non quievit, & Domino non placuit. *a* Tardus autem ad loquendum,] Hic removet impedimentum auditus, quod eſt loquacitas. Et eſt hoc verbum contra illos, qui prius volunt docere, quam audiant. *Eccleſ.* 20. Eſt tacens ſciens tempus aptum. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus. Propter hoc dicitur *Eccl.* 28. Ori tuo facito oſtia. Quæ ſunt duo, ſcilicet utilitas, & diſcretio. *Hieron.* Sit rector diſcretus in ſilentio, utilis in verbo, ut dicenda non taceat, & tacenda non dicat. *b* Et tardus ad iram.] Hic removet ſecundum impedimentum, quod eſt ira, quæ interiorem auditum impedit, ſicut loquacitas exteriorem, ſecundum illud: Impedit ira animum ne poſſit cernere verum. Sed quæritur, de qua ira intelligit hic, aut de ira per zelum, aut per vitium. Si de prima, ad illam non debemus eſſe tardi. Si de ſecunda, ad hanc nullo modo debemus inclinari. Sol. Poteſt intelligi de utraque. De ira per zelum ſit (tardus,) ideſt, maturus, ut diſcrete faciat. Velocitas enim indiſcreta poſſet eſſe in culpa. Unde ſequitur. *c* Ira enim viri] velox, ſcilicet, & præcipitata. *d* Juſtitiam Dei non operatur.] etſi juſtitiam apud homines. Unde dicit *Gloſſ.* Qui iratus judicat etiamſi juſtum judicat, tamen divini examinis juſtitiam in quam perturbatio non cadit, non poteſt imitari. Propter quod maturitas eſt ſervanda. *Proverb.* 29. Vir iracundus ſuſcitat rixas, & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccatum facilior. Item de ira per vitium ſit (tardus ad iram,) ideſt, nullo modo pronus, ut ſit pure negativum. Et tunc ſic expone quod ſequitur.

c Ira enim viri] quæ ſcilicet procedit ex libidine vindictæ, non ex amore juſtitiæ.

d Juſtitiam Dei non operatur.] quia talis ſine compaſſione, vera autem juſtitia compaſſionem habet non indignationem. De tali dicit *Job* 5. Virum ſtultum interficit iracundia. Vel (ira viri,) dicit, ad differentiam iræ pueri, quæ non eſt contraria juſtitiæ Dei, etſi non ſit meritoria. Propter quod hic removet tertium impedimentum quod eſt immunditia vitæ. Continuatio. Ira viri juſtitiam Dei non operatur. *e* Propter quod abjicientes omnem immunditiam,] exterioris converſationis.

f Et abundantiam malitiæ,] ideſt, pravitatem cordis quam ſolus Deus videt, & ideo dicitur abundans, quia hominibus non apparet, ſecundum illud: Simulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas. Vel immunditia eſt in cogitatione diſtorta, malitia in voluntate perverſa, ſed abundantia malitiæ in operatione mala. *Rom.* 13. Abjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. *Eph.* 5. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut avaritia non nominetur in vobis. Non dicit, non ſit in vobis, ſed non nominetur, quia homo Dei non ſolum debet a facto turpi cavere, ſed famam ſuam illæſam ſervare, & ſcandalum aliorum vitare. Vos itaquam abjicientes, &c.

h Suſcipite] ideſt, pro ſupernis capite vel ſeorſum capite a curis, ſcilicet temporalium ſemoti.

g In manſuetudine] i. in obſequio fidei captivantes intellectum. 2. *Corinth.* 10. Ut non verbum intellectui, ſed intellectus ſubjiciatur verbo. (In manſuetudine.) Ecce modus audiendi. *Eccl.* 5. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas, & cum ſapientia proferas reſponſum verum: *Matth.* 5. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. Suſcipite dico. k Verbum inſitum] cordi per prædicationem vel ſtudium vel per inſpirationem. Inſitum dico, ut ramus veteris converſionis a trunco cordis abſcindatur, & novus inſeratur, qui renovatur de die in diem, 2. *Cor.* 4. Vel. *k* Verbum] æternum, ſcilicet filium Dei. *i* Inſitum] trunco ſilveſtri humanæ naturæ, in horto florenti, auſtro flante, ſc. Spiritu Sancto operante in utero B. Virginis Mariæ. Hoc inquam verbum dulce modo, bonum, & ſuave per amorem in cordibus veſtris ſuſcipite, & in operibus per imitationem, ne ſentiatis ipſum in futuro verbum terribile, verbum importabile, verbum dico a verberando. *Iſa.* 30. Ardens furor ejus, & gravis ad portandum, labia ejus repleta ſunt indignatione, & lingua ejus quaſi ignis devorans. Verbum dico. *l* Quod poteſt ſalvare animas veſtras.] etſi modo corpora exponantur tribulationi vel morti. Perſecutores enim corpus poſſunt opprimere, ſed nihil animæ nocere, unde timendi non ſunt. *Luc.* 12. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent quid faciant. Non dicit autem quod ſalvabit, ſed (quod poteſt ſalvare) ne ſcilicet libertatem arbitrii excludat. Salvare dicit, non occaſionem acquirendi temporalia præbere, vel ruendi in peccata. *m* Eſtote autem factores verbi, &c.] *ſupr.* monet nos ad audiendum, impedimenta auditus removendo, & quid & qualiter ſit audiendum oſtendens, modo ſecundo monet nos ad faciendum quæ audivimus. Et hoc duplici de cauſa. Prima eſt, ut deceptionem evitemus. Qui enim audit, & non facit, fallitur. Et hoc oſtendit per ſimilitudinem conſiderantis ſe in ſpeculo, ibi. (Eſtote) Secunda eſt, quia qui facit quod audit, beatitudinem acquirit, quod oſtendit, ibi: (Qui autem perſpexerit, &c.) Dicit ergo. (Eſtote factores verbi & non auditores tantum) quaſi non ſolo auditu ſuſcipite, ſed opere implete. *Luc.* 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *Rom.* 2. Non enim auditores juſti ſunt apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur. Sed quid eſt quod dicit (factores verbi.) Verbum enim non videtur poſſe fieri, ſed potius audiri. Solut. Tria ſunt in verbo, vox quæ auditur, intellectus qui concipitur, res quæ ſignificatur & illa fit. Unde eſt ibi quaſi partitiva conſtructio. (Factores verbi,) ideſt, rei quæ ſignificatur per verbum. Vel (Factores,) ideſt, impletores dico, non auditores tantum.

n Fallentes voſmetipſos.] ideſt, quia ſic vos fallitis, ſi per auditum tantum creditis vos eſſe ſalvandos. Unde dico quod talis fallitur.

o Quia ſi quis auditor eſt verbi & non factor,] rei in verbo ſignificatæ, vel per verbum perceptæ.

p Hic comparabitur viro conſideranti vultum nativitatis ſuæ in ſpeculo.] materiali, ad litteram. Et talis quodam modo fallitur in hoc ſcilicet, quod non rem ſed ſolum umbram, vel rei imaginem, imo idolum videt. Unde ſequitur. *q* Conſideravit enim ſe,] ideſt, idolum ſui relucens in ſpeculo.

r Et abiit,] a conſideratione illa ceſſavit. *ſ* Et ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.] hoc eſt, quia umbram tantum & non veritatem vidit. Vel pro tanto ponitur ſimilitudo, quaſi ſicut nihil homini prodeſt vidiſſe in ſpeculo maculam vultui ſuo ſi eam non removet, ſed magis obeſt, ſic nihil prodeſt homini audire, ſi illud opere non implet. Verbum vero prædicationis ſpeculum eſt, in quo multi ſuam fragilitatem, & peccata, & pericula audientes ad horam compunguntur, ſed a loco recedentes ſtatim obliviſcuntur. Tales ſunt ſicut aqua quæ ictus recipit nec retinet, nec in ea apparent. De his *Lucæ* 8. Hi ſunt qui audiunt, deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes ſalvi fiant. De his conqueritur Dominus per *Pſalm.* 30. Oblivioni datus ſum tanquam mortuus a corde. Item Sacra Scriptura ſpeculum dicitur in quo multi contemplantes per ſtudium, & lectionem, ſuam miſeram conditionem, & exilium ubi ſunt cognoſcunt, quid faciendum ſit intelligunt, nec tamen faciunt. Unde ſunt ſimiles ruſtico qui juxta molendinum ſiti mortuus eſt, ut dicitur in vulgari proverbio. Propter hoc dicit *Job vigeſimo quarto* Inter acervos lapidum meridiati ſunt qui calcatis torcularibus ſitiunt. Secundum *Gloſſ.*

Vultus

a Qui *b* autem *c* perſpexerit in legem perfectæ libertatis, & *d* permanſerit in ea non *e* auditor oblivioſus factus, ſed *f* factor operis, hic *g* beatus in facto ſuo erit. Si quis autem *h* putat ſe religioſum eſſe *i* non *k* refrænans linguam ſuam, *l* ſed ſeducens cor ſuum, *m* hujus vana eſt religio. *n* Religio *o* munda, & *p* immaculata *q* apud *r* Deum & *ſ* Patrem *t* hæc eſt, *u* viſitare pupillos, & viduas in tribulatione *x* eorum, & *y* immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

Vultus nativitatis eſt miſeria doloris ad quam intrat puer cum naſcitur, quam in vagiendo indicit, ſed hac oblivіſcitur poſtmodum per illecebram, ideſt, delectationem carnis. *a* Qui autem, &c.] Hæc eſt ſecunda cauſa, beatitudo, ſcilicet, quam faciendo ea quæ audivimus acquirimus. Unde dicit (Qui autem) quaſi ſic fallitur qui audit, & non facit. *b* Autem] ideſt, ſed. *c* Qui perſpexerit] ideſt, perfecte aſpexerit. Aſpicit quis audiendo, ſed perſpicit operando. Vel (perſpexerit) uſque ad finem. Contra multos qui in principio libenter vel ſtudent, vel audiunt ferventer, ſed in medio tepeſcunt, & in fine omnino faſtidiunt, & frigeſcunt. De talibus dicit *Ariſt.* Aeres in principio in fine frangentur. Vel (Perſpexerit) intus uſque ad medullam aſpexerit. Contra multos qui tranſeunt multos libros ſicut gallus ſuper prunas. *Prov.* 2. Si enim ſapientiam invocaveris & inclinaveris cor tuum prudentiæ, ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & quaſi theſauros effoderis illam, tunc intelliges. Qui fodit theſaurum, manet in uno loco donec inveniat. Sic ſtudens non debet pertranſire donec intelligat. Dicit ergo.

a Qui autem perſpexerit in legem perfectæ libertatis,] ideſt, in mandatis Evangelii. *Joan.* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis. *Gal* 4. Jam non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ. Evangelium autem dicitur perfecta libertas ab effectu, quia perfecte liberat ab omni ſervitute, ſcilicet triplici, peccati, corruptionis, & mortalitatis. Hoc non faciebat lex Moyſi, quia ſub ea omnes deſcendebant ad infernum, vel ad limbum, quantumcumque eſſent juſti, modo autem evolant in cœlum. A ſervitute peccati liberat, ſicut dicit Apoſtolos *Rom.* 6. Nunc autem ſub lege gratiæ liberati a peccato, ſervi autem facti Deo, habetis fructum veſtram ſanctificationem, finem vero vitam æternam. Item a ſervitute corruptionis liberat in judicio, quando corruptibile hoc induet incorruptionem. 1. *Cor.* 15. Item a ſervitute mortalitatis poſt judicium quando corporibus reſumptis erimus immortales; non ſolum potentes non mori ſicut Adam in primo ſtatu, ſed non potentes mori. *Iſa.* 25. Præcipitabis mortem in æternum. Sequitur. *d* Et permanſerit in ea] per continuationem operis. Ecce perſeverantia. Hæc eſt cauſa, quare jubetur offerri. *Lev.* 3. Offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium Domino: adipem, & caudam totam cum renibus. *Matth.* 10. & 24. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

e Non auditor oblivioſus factus] Adhuc eſt ſuſpenſivum. *f* Sed factor operis,] Hic repetit primam lectam lectionem, ut ea magis memoriæ commendetur. Et hoc fit cum verbum Dei frequenter auditur. *Eccl.* 3. Quæ præcepit tibi Deus cogita illa ſemper. Et *Eccl.* 11. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere. Qui inquam talis fuerit, prædictum eſt. *g* Hic beatus in facto ſuo erit,] non in auditu tantum *Sapient.* 3. Bonorum operum glorioſus eſt fructus. *Pſal.* 127. Laborem manuum tuarum, &c. *h* Si quis autem putat] Hic oſtendit tertio quod prædicta omnia nihil valent ſine moderamine linguæ. Continuatio, quaſi non ſolum ſitis factores verbi, ſed linguam refrænate. *i* Autem] ideſt, quia. (Si quis putat ſe eſſe religioſum) propter fidem & opera fidei quæ habet. Religioſum dicit, quaſi religatum præceptis, religatum conſiliis, talis eſt vel eſſe debet religioſus. Vel religatum poſt diſſolutionem membrorum. Sicut dolium ligatur ut contineat, ſic religioſus ligatur circulis præceptorum, & prohibitionum regularium, qui ſe tenent viminibus vel parvis ligaturis modicarum obſervationum. Et ſicut ſi parvæ ligaturæ quæ tenent circulos rumpantur, totum dolium deſtruitur, ſic qui modica negligit, paulatim decidit. *Eccl.* 19. Inter omnia membra quæ religantur magis indiget religari lingua, quia in humido ſedet, unde magis labilis eſt. Item religioſus eſt quaſi religatus, ideſt, retro & non ante ligatus. *Phil.* 3. Quæ quidem retro ſunt obliviſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens meipſum, ad deſtinatum perſequor, ad bravium ſupernæ vocationis. *k* Non refrænans linguam ſuam,] ut & loquendo frænum habeat, & tacendo. *Eccl.* 6. Eſt tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. (Non refrænans) in quantitate, ſcilicet in multiloquio. *Lev.* 15. Vir qui patitur fluxum ſeminis immundus erit. Item in qualitate, ſcilicet in verbo inutili, vel nocivo. *Num.* 19. Vas quod non habuerit operculum vel ligaturam, deſuper immundum erit. Operculum ut aperiatur os ad utilia, ligaturam ut clauſum ſit & ligatum os ad inutilia, & nociva. *Prov.* 25. Sicut urbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. *l* Sed ſeducens cor ſuum,] ideſt; ſeorſum ducens ad temporalia quæ dividunt. *Pſalm.* 4. A fructu frumenti, vini, &c. Ecce diviſio. *Dan.* 13. Concupiſcentia ſubvertit cor tuum, ideſt, ſubtus vertit. Qui inquam talis eſt. *m* Hujus vana eſt religio,] ideſt, inutilis non munda. *Aug in lib. de quantit. animæ.* Eſt autem vera religio qua ſe unit Deo anima, unde ſe veluti abruperat, reconciliatione religatur. Notandum quod membra Eccleſiæ ligantur per charitatem, ſed religantur per compaſſionem. Et quia veram religionem opera miſericordiæ ſequuntur, propter hoc bene eam ſpecificat per ea dicens. *n* Religio munda, &c.] Unde hic quarto oſtendit quæ opera magis placeant Deo, quia miſericordia ad proximum, innocentia ad ſeipſum. Unde dicit (Religio munda) per intentionem. *p* Et immaculata] quoad ſe per cuſtodiam, & circumſpectionem ſui interiorem, & exteriorem. Item quoad proximum per affabilitatem. *Eccl.* 4. Congregationi pauperum affabilem te facito. Vel. *o* Munda] per bonam voluntatem. *p* Et immaculata] per operis executionem. *q* Apud Deum, & Patrem] ideſt, apud Deum qui eſt pater. *r* Deum] quem nullum latet ſecretum. *ſ* Patrem] qui pie ut filius nobis conſulit. *t* Hæc eſt,] quæ ſequitur. *u* Viſitare pupillos, & viduas] Et per hoc intelligit omnia miſericordiæ opera quæ impendimus proximo. *x* In tribulatione eorum, *Eccl.* 4. In judicando eſto pupillis miſericors, ut pater, & pro viro matri illorum. *Eccleſ.* 7. Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula, non te pigeat viſitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. *y* Et immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.] Ecce innocentia vitæ. Et per hoc intelligit omnia quæ valent ad cuſtodiam hominis. Et dicit. (Ab hoc ſæculo.) cujus Diabolus princeps eſt. *Job* 14. Venit enim princeps mundi hujus, ut per (hoc) & ibi per hujus, notetur abuſio. Unde non dicit, a ſæculo, ſed ab hoc ſæculo, quia Deus auctor & princeps ſæculi. Hujus autem ſæculi, ideſt, abuſionis ſæculi Diabolus & non Deus qui nullius mali vel abuſionis eſt cauſa.

EXPOSITIO CAP. II.

FRatres mei, &c.] Secundum capitulum in quo agit contra potentiam ſæculi, dicens, & monens ipſam non eſſe amplectendam, quæ quodammodo ea perſonarum acceptione, & ſurgit, & cognoſcitur. Etſi enim perſona divitum accipiatur, hoc non eſt propter divitias, ſed propter potentiam quam vel exercent, vel poſſunt exercere in pauperes per divitias quas habent. Unde *infr. eod.* Nonne divites per potentiam opprimunt vos? Quia igitur quodammodo ex potentia ſæculi acceptio perſonarum ſequitur, quæ mala eſt, & a Deo, & a ſcripturis prohibita, propter hoc dehortatur acceptionem perſonarum, ut ſic potentiam ſæcularem malam eſſe, & fugiendam oſtendat. Et hoc facit in prima parte hujus capituli, ibi: [Nolite, &c.] Deinde in ſecunda parte monet eos ut ſicut ipſi inſtructi ſunt loquantur, & faciant ibi. [Sic loquimini, &c.] Et ſecundum hoc patet quod hoc capitulum habet duas partes. Prima vero in qua perſonarum acceptionem excludit. Et dividitur in tres. Quia in prima docet tribus rationibus non accipere perſonas. Prima eſt, quia hujuſmodi judicium non eſt a Deo, ibi. [Nonne judicatis, &c.] Secunda ratio eſt exemplum Chriſti qui pauperes non divites elegit, ibi. [Nonne Deus elegit pauperes, &c.] Tertia ratio eſt, quia divites per potentiam pauperes opprimunt. Unde quod non eſt accipienda perſona divitum oſtendit, ibi. [Nonne divites, &c.] Si ergo fugienda eſt acceptio perſonarum, ergo & ſæcularis potentia, ex qua quodammodo procedit, non eſt appetenda. Et cum dico, ſæcularis potentia, abuſum tango, quaſi potentia omnis, & poteſtas a Deo eſt, & bona, ſed abuſus ſemper malus. Hoc ergo facit in prima parte. In ſecunda parte primæ partis oſtendit quod quamvis perſona divitum non ſit accipienda, ipſi nihilominus ſunt diligendi, ibi: [Si tamen legem perficitis.] In tertia parte oſtendit quod etſi bene faciant diligendo divites, peccant tamen accipiendo perſonas. Tum quia legis tranſgrediuntur præceptum. *Levit.* 19. Non confundas perſonam pauperis, nec honores vultum potentis, quod oſtendit, ibi:

ibi. (Si autem perſo nas accipitis.) Tum quia non tantum legis præceptum tranſgrediuntur, ſed etiom totam legem, quod oſtendit, ibi. (Quicumque autem totam legem, &c.) Dicit ergo.

a Fratres mei,] Continuatio. Ita religio munda, & immaculata (eſt viſitare, &c.) Sed ne crederet quis quod divites magis

A eſſent viſitandi quam pauperes, propter hoc dicit quod non. Unde (Fratres mei, &c.) Vel aliter continuatur. Religio munda, & immaculata, eſt immaculatũ ſe cuſtodire, & ut poſſitis immaculati eſſe. O (fratres mei nolite, &c.) qui eſt Dominus, & dator (gloriæ,) ideſt, non exiſtimetis quod fides Domini ſit in perſonarum acceptione quaſi Dominus taviter ad fidem divites & non pauperes. Non enim eſt ita. *Gal.* 3. Non eſt Judæus, neque Græcus, neque liber, non eſt maſculus neque femina, omnes enim vos unum eſtis in Chriſto Jeſu. Vel. *b* In perſonarum acceptione] ideſt, cum perſonarum acceptione. Et in hoc tanuit quod fidem habebant, ſed ab opere vacui erant, quia non pauperibus propter Deum, ſed divitibus, ut eis retribuerent dabant, cum tamen dicat Dominus. *Luc.* 14. Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum. Vel (In perſonarum acceptione,) ideſt, in perſonis acceptis, non ponatis fidem, ut ſcilicet eas quaſi Deum colatis. Perſona autem eſt idem quod per ſe una, quales ſunt homines qui volunt ſingulares videri, ut divites, & potentes, unde & ſingulariter ſedent ab aliis remoti. *Pſ.* 140 Singulariter ſum ego donec tranſeam. *c.* Gloriæ.] autem dicit, ut ſic eos ratione præmii alliciat ad amorem pauperum ut eis eleemoſynas largiantur, ut ex eis gloriam æternam accipiant. *Auguſt.* Da tectum, & accipe cęlum. Accipitur autem perſona quandoque in malum quandoque in bonum. In malo accipere perſonam, eſt ſtatum malum vel conditionem pro humano favore vel amore acceptare, vel potius commendare. Item præferre minus dignum magis digno propter favorem perſonæ, vel ſtatum, vel conditionem, vel circumſtantiam quæ eſt in ipſo in quantum in ipſo. Unde *Gregor.* Accipere perſonam eſt hominem, non quia homo, ſed propter aliquid quod circa ipſum eſt honorare. Item in bono acceptio perſonæ eſt honoris debita exhibitio, ſervato gradu dignitatis, & officii. Dicitur autem hic perſona ſubſtantia rationalis individua ſuis proprietatibus ſubſtantialibus a ceteris ſegregata, inter quas tamen exigitur aliqua proprietas præeminentior ceteris, ratione cujus ei debeatur honor qui ex divitiis ſolis contrahi non poteſt, nec debet, ſed ex potentia collata ad officium aliquod in Eccleſia, vel in ſæcularibus ſecundum inſtituta Eccleſiæ, & mores patriæ. Et propter hoc dixit Dominus quibuſdam. *Luc.* 20. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. *Epheſ.* 6. Servi obedite dominis carnalibus. Sed nonne omnis poteſtas a Deo eſt? Ita. Contra. *Rom.* 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſit ſubjecta. Non eſt enim poteſtas niſi a Deo. Ergo obediendum eſt poteſtati, & honoranda eſt poteſtas, & ſic perſona ejus accipienda. Sol. Verum eſt quod propter officium vel dignitatem honoranda eſt perſona, & non propter divitias aut ornatus vel hujuſmodi, quia hæc non ſunt data homini ut præſit propter illa, ſed ex illis uſum & neceſſitatem impleat. Item objicitur. Præferre perſonam perſonæ in judicio eſt accipere perſonam, & hoc eſt peccatum, ergo a ſimili præferre perſonam perſonæ in collatione Eccleſiæ vel in datione eleemoſynæ, eſt accipere perſonam, & peccatum, quid eſt quod dicit *Eccl.* 12. Benefac miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem. Solut. Non eſt ſimile, quia judicium reſpicit merita cauſarum, opus vero miſericordiæ conditiones perſonarum. Item quare magis excluditur hoc vitium a Deo quam alia? *Sap.* 6. Non enim ſubtrahit perſonam cujuſquam Dominus, qui eſt omnium dominator. *Actor.* 10. Non perſonarum eſt acceptor Deus. *Rom.* 2. Non enim eſt perſonarum acceptio apud Deum. Et in multis locis ſcripturæ. Solut. Quia acceptio perſonarum declinat in partem, Deus autem univerſalis eſt, & redemptor, & creator. Item dictum eſt quod homo propter officium vel dignitatem honorandus eſt. Quid eſt ergo quod dicit *Greg.* quod accipere perſonam in malum eſt hominem, non quia homo, ſed propter aliquid quod circa ipſum eſt honorare. Nonne enim officium vel dignitas circa hominem eſt? Solut. Non eſt officium vel dignitas circa hominem, ſed ſupra, quia a Deo eſt.

CAP. II.

FRatres *a* mei, nolite in *b* perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti *c* gloriæ. *d* Etenim ſi *e* introierit in conventu *f* veſtro vir, aureum annulum habens *g* in *h* veſte candida, *i* introierit autem & pauper in ſordido habitu, & *k* intendantis in eum, qui indutus eſt veſte præclara; & *l* dixeritis ei, tu ſede hic, bene, *m* pauperi autem dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum, *n* nonne judicatis apud voſmetipſos, & *o* facti eſtis judices *p* cogitationum iniquarum? *q* Audite *r* fratres dilectiſſimi. *ſ* Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo *t* divites in fide, & *u* hæredes regni, quod *x* repromiſit Deus diligentibus ſe? *y* Vos autem exhonoraſtis *z* pauperem

Oſtendit autem quæ ſunt illa propter quæ non eſt accipienda, vel honoranda perſona, ſcilicet ornatus veſtium, abundantia divitiarum dicens. *d* Etenim, &c.] Continuatio quaſi non eſt accipienda perſona propter divitias vel veſtes. (Etenim,) ideſt, quia. *e* Si vir] aliquis exiſtens. *h* In veſte candida,] exterius, & ſi totus ſordidus ſit & niger. *g* Habens annulum aureum] & propter hoc magnus in opinione vulgi. *f* Introierit in conventu veſtro] vel in conſpectu veſtro. *i* Introierit autem & pauper in ſordido habitu,] exterius, qui forſitan intus in mente candidus, & lucens eſt coram oculis Dei. B

k Et intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara,] quaſi propter hoc ſit melior.

l Et dixeritis ei, tu ſede hic, bene,] ideſt, in loco honeſto. *m* Pauperi autem dicatis, tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum,] in vili, ſcilicet loco. *Eccl.* 10. Gloria divitum honoratorum, & pauperum timor Dei eſt. *Gloſ.* dicit. Mundus pauperem abjicit, divitem colit, fides Chriſti, e contra docet. *1. Corinth.* 1. Infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia. Hic dicit *Aug. in Gloſ* Quod ſi hæc differentia ſedendi, & ſtandi ad honores Eccleſiaſticos refertur, non eſt leve peccatum, ut dives eligatur, paupere ſanctiore, & inſtructiore relicto. Si ad quotidianos conſeſſus, quis eſt, qui non peccat? Et ſolvit, quia ille peccat, qui intus ita judicat, ut quis quanto ditior, tanto eſt alio, qui eſt pauper, melior. Unde ſignanter ſequitur.

n Nonne judicatis apud voſmetipſos,] quaſi a vobis eſt hoc judicium non a Deo. a Et facti eſtis judices cogitationum iniquarum?] *Gloſſ.* ideſt, humanarum, quaſi diceret non judicatis, ut Deus, ſed ut homines, & male. Et eſt prima ratio, quare perſona non eſt accipienda propter divitias, quia tale judicium non eſt a Deo, ſed ab homine. Vel. *p* Cogitationum iniquarum?] ideſt, ſecundum cogitationes veſtras iniquas judicatis. Et ſic conſtruitur genitivus in deſignatione eſſentiæ. *q* Audite] ideſt, diligentius attendite. *r* Fratres mei, dilectiſſimi.] Hoc expoſitum *ſupr.* 1 *ſ* Nonne Deus, &c.] Hæc eſt ſecunda ratio quare perſonæ non ſunt accipiendæ, vel honorandæ propter divitias: exemplum videlicet Chriſti. Dicit ergo: (Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo,) ideſt, qui parum habent in pera de ſubſtantiis hujus mundi quaſi diceret ſic. Et quid mirum? Ipſe enim & de pauperibus naſci voluit, & propter nos ſeipſum depauperavit, ut nos ditaret. 2. *Corinth.* 8. Scitis enim gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui propter nos egenus factus eſt, cum dives eſſet. *Lucæ* 12. Nolite timere puſillus grex: complacuit enim patri veſtro dare vobis regnum. Elegit ergo pauperes in hoc mundo, ſed.

t Divites in fide,] Contra. Imo deberet dicere in ſpe. Sancti enim in vita hac habent ſpe quod in futuro habituri ſunt re. Solutio: Exiſtentes in fide, ſed divites ſpe. Sic expone. Vel. (Divites in fide,) ideſt, ex fide. Nam fides ſpem generat. Vel. [Divites in fide,] quia credunt omnia credenda, quia nunc in fide vident quicquid videbunt in patria aperta facie. Modo ergo dum vivunt ſunt divites fide, ſed in morte ditiores erunt, quia videbunt non jam fide, ſed re, & in reſurrectione erunt ditiſſimi, quando erunt glorificati in anima, & corpore. *Iſa.* 40. Suſcepit, ideſt, ſuſcipiet de manu Domini duplicia. Poſſidebunt enim duplicem ſtolam, *Iſa.* 61. In terra ſua duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis.

u Et hæredes regni,] *Matth.* 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

x Quod repromiſit Deus diligentibus ſe] *ſupr.* 1. Quam repromiſit Deus, &c.

y Vos autem] quaſi ſic elegit Deus. [Vos autem exhonoraſtis,] ideſt honore privaſtis. Vel. [Exhonoraſtis,] id eſt, contra honorem poſuiſtis.

z Pauperem] dicendo ei tu ſta illic. Sequitur.

a Nonne

Digitized by Google

a Nonne divites per potentiam *b* opprimunt vos, & ipſi *c* trahunt vos ad judicia? *d* Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod *e* invocatum eſt ſuper vos? *f* Si tamen *g* legem perficitis regalem ſecundum *h* ſcripturas, *i* Diliges proximum tuum, ſicut teipſum, benefacitis. Si autem *k* perſonas accipitis, peccatum operamini *l* redarguti a lege *m* quaſi transſgreſſores. *n* Quicumque *o* autem totam legem ſervaverit, *p* offendat autem in *q* uno, *r* factus eſt omnium reus. *ſ* Qui enim dixit: Non mœchaberis, dixit & Non *t* occides. Quia ſi non mœchaberis, *u* occides autem, factus es transgreſſor legis. Sic *x* loquimini, *y* & ſic facite, *z* ſicut

a Nonne divites] Tertia ratio quare non eſt accipienda, vel honoranda propter divitias perſona divitum, quia ſcil. per illas ipſi opprimunt pauperes. Unde dicit. [Nonne divites,] qui Chriſto divitias præferunt. *b* Opprimunt vos,] qui crediris, per potentiam violenter ſcilicet auferendo veſtra, quaſi diceret, imo. *Mich.* 3. Qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eos. *Hebr.* 10. Et rapinam bonorum veſtrorum eum gaudio ſuſcepiſtis. Item (Opprimunt) verberando. *Luc.* 21. Injicient vobis manus ſuas, & perſequentur, trahentes ad Reges, & Præſides propter nomen meum. Et non ſolum opprimunt vos, imo. *c* Et ipſi trahunt vos ad judieia.] etiam ſine culpa, facientes vos condemnati. Tales redarguit Apoſtolus 1. *Cor.* 6. Quare non magis injuriam accipitia, quare non magis fraudem patimini, ſed vos injuriam facitis, & fraudaris, & hoc fratribus. *d* Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen,] Jeſu Chriſti ſcilicet qui eſt ſalus veſtra?

e Quod invocatum eſt ſuper vos?] *Hier.* 14. Tu in nobis es Domine, & nomen tuum invocatum eſt ſuper nos. Hoc faciunt ipſi trahendo fideles pauperes ad judicia, cum deberent eos juvare. (Super vos,) dicit, ad veſtram protectionem. *Iſa.* 4. Super omnem enim gloriam protectio. *Pſal.* 70. De ventre matris meæ tu es protector meus. *f* Si tamen] Hæc eſt quarta pars primæ partis capit. in qua oſtendit, quod divites etſi propter divitias non ſint præferendi, tamen non ſunt contemnendi, ſed diligendi, quia ad hoc arctat nos lex Evangelii, quæ proximum omnem diligere præcipit. Continuatio. Ita non ſunt divites præferendi: [Sed tamen ſi perficitis,] ideſt, adimpletis diligendu eos. *g* Legem regalem] ideſt legem Evangelicam, quæ regalis dicitur, quia facit reges. 1. *Petr.* 2. Vos autem eſtis genus electum, regale ſacerdotium. Vel. [Regalem;] id eſt, communem, ſicut ſtrata publica, via regia dicitur. Perficitis inquam. *h* Secundum ſcripturas.] ſicut ſcripturæ monent, & reſtantur. Legem dico hanc ſcilicet. *i* Diliges proximum tuum, ſicut teipſum,] *Matth.* 22. *Rom.* 13. Qui diligit proximum legem implevit. Et bene dicit, implevit, quia dilectio proximi quaſi ultima, & completiva eſt in dilectione. Primo enim diligendus eſt Deus, deinde nos, ultimo proximus. Si inquam hanc legem perficitis (benefacitis: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Hoc exponitur quatuor modis: [Sicut teipſum,] i. quomodo teipſum, ſcil. gratis, & ſine reſpectu remunerationis humanæ, & citra Deum, & ſuper alias creaturas, ſic ſe diligunt illi, qui ſunt in Eccleſia militante. Item ad id ad quod teipſum, i. non quia frater, non quia cognatus, vel hujuſmodi, ſed quia homo ad imaginem Dei factus eſt, ſic qui ſunt in triumphanti Eccleſia diligunt illos, qui ſunt in militanti. Item propter quod teipſum, i. propter Deum, ſic qui ſunt in militanti diligunt illos, qui ſunt in triumphanti. Item quarto modo, in quo teipſum, ſic qui ſunt in triumphante Eccleſia diligunt illos qui ſunt in triumphanti. Vel quinto modo, ſicut teipſum, ideſt, in bono. Unde *Rom.* 13. *Gloſſ.* Qui proximum in malo diligit, nec ſe, nec illum diligit. *Pſal.* 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. *k* Si autem perſonas] Hæc eſt tertia pars primæ partis, in qua oſtendit, quod quamvis ipſi benefaciant diligendo divites, tamen peccant accipiendo perſonas, duplici de cauſa. Primo quia tranſgrediuntur præceptum legis: Unde dicit: [Si autem] quaſi benefacitis diligendo eos. *k* Si autem perſonas accipitis,] ideſt dignas acceptione reputatis, peccatum operamini.

l Redarguti a lege] *Deut.* 1. Quod juſtum fuerit judicate: ſive civis ſit ille, ſive peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum: Ita parvum audietis, ut magnum, &c. *m* Quaſi tranſgreſſores.] Iſtud (quaſi) expreſſivum eſt veritatis. *n* Quicumque] hic ſecundo oſtendit, quod peccant accipiendo perſonas, etſi bene faciant diligendo, per hoc quod totius legis rei efficiuntur, unde dicit: [Quicumque.] Continuatio. Bene dico redarguti a lege peccatum operamini, & non ſolum hoc. [Autem,] ideſt, ſed. *o* Quicumque totam legem ſervaverit,] ideſt, ſervandam propoſuerit. *p* Offendat autem in uno,] non ex ſurreptione, ſed reputans leve eſſe. *q* In uno,] ideſt, contra unum Deum, qui dator eſt omnium. Vel [in uno,] præcepto ſcilicet charitatis de qua dixi ſupra. Vel qui [in uno,] quolibet præcepto. *r* Factus eſt omnium reus.] tripliciter, ideſt, contra eum peccavit, qui dator eſt omnium, & ſic patitur detrimentum operum præcedentium, quæ non valent ei, quia damnatur ac ſi eſſet omnium reus, licet non tantum. Vel (Factus eſt omnium reus,) quia charitatem amittit, quæ eſt forma omnium virtutum. 1. *Tim.* 1. Finis præcepti eſt charitas, i. perfectio, & ſic pariter defectum obſervantiæ præceptorum, quæ non poteſt ſine charitate obſervari. Similiter intelligitur illa *Gloſ.* Tota vita infidelium eſt peccatum, i. deficit a bono gratiæ, ſuper illud *Roman.* 14. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Vel. (Factus eſt omnium reus,) hoc eſt verum propter virtutum connexum: Qui enim unam non habet, nullam habet, ſicut qui me offenderet, omnes amicos, & fratres offenderet. Et hoc probat, quia. *ſ* Qui dixit: Non mœchaberis,] *Exod.* 20. (Dixit) & hoc. *t* Et non occides,] nec voluntate, nec manu, nec conſilio, nec permiſſione. *u* Quia ſi non mœchaberis, occides autem, &c.] Tranſgreſſor eſt, qui facit contra legem ſcriptam, ſed prævaricator, qui facit contra legem naturæ. Sequitur. *x* Sic loquimini,] In hac ſecunda parte hujus cap. tanquam ſufficienter inſtructos in verbo *ſupr.* 1. Sit autem omnis homo velox. Item in opere: Eſtote factores. Item in linguæ reſtrænatione. Si quis putat ſe, &c. Item in charitate per hoc quod excludit acceptionem perſonarum in principio hujus capituli, & per hoc quod monet ad dilectionem proximi: Nunc monet eos, ut prædicta omnia retineant, & quia charitatem ſequuntur opera miſericordiæ, propter hoc diffuſius invitat eos ad opera miſericordiæ. Hæc autem pars dividitur in tres, quia primo invitat ad opera miſericordiæ. Secundo oſtendit, quod fides non valet ſine operibus, ibi. [Quid proderit fratres mei.] Tertio oſtendit utilitatem operum, ibi. [Vis autem ſcire, &c.] In prima etiam parte monet ad opera miſericordiæ, quatuor rationibus. Prima eſt, quia ipſi miſericordiam conſecuti ſunt, unde debent eſſe miſericordes, ibi. [Sicut per legem.] Secunda eſt, ne ſi negligant opera miſericordiæ judicentur per legem Evangelii, cujus tranſgreſſores gravius puniuntur, quam tranſgreſſores legis Moyſi, ibi: [Sicut per legem,] ſecundum alium modum exponendi. Tertia ratio ſumitur ab effectu ejus, quod eſt non facere miſericordiam, ibi: [Judicium enim ſine miſericordia.] Quarta ratio ſumitur ab effectu miſericordiæ, ibi: [Superexaltat autem.] Dicit ergo. *x* Sic loquimini,] quia viduæ, & pupilli ſunt viſitandi, quia divites propter divitias non ſunt accipiendi, ſed propter Deum diligendi. Ergo *x* ſic loquimini,] proximis, vel benigne compatiendo. *y* Et ſic facite,] ideſt, operamini miſericordiam eis exhibendo. *z* Sicut per legem libertatis, &c.] ut ſic oſtendatis vos eſſe ſub lege libertatis, & miſericordiæ, non ſub lege Moyſi, quæ eſt lex pœnæ, quaſi ſpontanea voluntate non coacti, & ore vos exhibeatis proximis affabiles, & benignos, & opere miſericordes, & pios, & corde amatores veros. Primum tangit cum dicit. [Loquimini.] Secundum cum dicit [Facite.] Tertium, cum dicit. [Per legem liber.] Lex enim libertatis eſt charitas, quæ ſemper debet eſſe in inceptione, quia ut dicit *Beda*. Charitas, aut deficit, aut proficit, unde ſemper debet eſſe in augmento. Item quia ſemper eſt in inceptione, quia ſemper ſolvitur, & ſemper debetur, & cum ſolvitur plus incipit deberi. Unde *Aug. ſuper illud Rom.* 13. Niſi ut invicem diligatis. Sola charitas eſt, quæ ſemper detinet debitorem. Redditur enim cum impenditur, debetur autem etiam cum reddita fuerit, quia nullum tempus eſt quo impendenda non ſit. Dicitur autem charitas lex libertatis, quia Deo nos ligat cum timore pœnarum nos cogendo, ſed deſiderio, & appetitu cœleſtium bonorum alliciendo. Hanc legem petebat *Pſalm.* 118. Legem pone mihi Domine, &c. Hæc vocata eſt ſuperius lex regalis. Senſus ergo eſt verbi. [Sic loquimini, &c. ſicut per legem, &c.] ideſt, eodem judicio charitatis vos exhibete faciles proximis, ſicut Deus ſe exhibuit vobis gratis ſcilicet & ſine ſpe terrenæ remunerationis. Et ſic tangitur hic prima cauſa. Vel [ſicut per legem, &c.] ideſt, quia judicandi eſtis per legem Evangelii, quæ gravius punit contemptores, quam lex Moyſi, ideſt, per hoc, ergo. Vel. [Sic loquimini,] & [ſic facite,] ſicut ſupra dictum eſt,

per legem libertatis inci- pientes judicari. *a* Judicium enim ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam. *b* Superexaltat *c* autem *d* miſericordia judicium. *e* Quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? *f* Nunquid poterit fides ſalvare eum? Si *g* autem *h* frater, aut ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis de vobis, illis, ite in pace, calefacimini, & ſaturamini, non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? Sic & *i* fides ſi non habeat opera, mortua eſt in *k* ſemetipſa. *l* Sed dicet quis: *m* Tu fidem habes, at ego opera habeo. Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & *n* ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam.

quia. *Hebr.* 10. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. Vel [Sic loquimini, &c.] ideſt, ac ſi faceretis ſi in ipſo opere jam inciperetis judicari: Et in hoc monet, ut in operibus noſtris ſemper attendamus judicium Dei, quod debemus pro eis ſubire. *Eccl.* 8. Quia non profertur cito contra malos ſententia abſque timore ullo filii hominum, perpetrant mala: unde *Hieron.* Sive bibam, ſive comedam, ſive aliquid aliud faciam, ſemper auribus meis intonare videtur illa extremi judicii buccina, qua dicetur: Surgite mortui, & venite ad judicium. Vel (Sic loquimini,) ſicut decet ſanctos, Deo, ſcilicet humiliter in oratione, proximis, utiliter in exhortatione, vobis prudenter in cogitatione, & ſcrutinio conſcientiæ. (Et ſic facite,) ſicut decet ſanctos ſcilicet corpus rationabiliter in ſervitutem ſpiritus, & ſpiritum in ſervitutem Dei redigendo. Item proximis miſericorditer per corpus ſubſerviendo, & nobis humiliter ſubjiciendo.

a Judicium] Quaſi ita debet eſſe in nobis, quia (judicium,) fiet (ſine miſericordia illi, qui non fecerit miſericordiam,) eam potuit antequam judicaretur, quanto enim majorem quis miſericordiam conſecutus eſt a Domino, tanto injuſtius miſericordiam negat proximo, & juſtius luit pœnas impietatis, ut dicit *Gloſſ.* Sed contra textum videtur dicere *Pſalm.* 24. Univerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas. Solut. Judicium fiet ei ſine miſericordia liberante, non tamen ſine miſericordia relaxante, de qua loquitur *Pſalm.* Vel ſine tanta quantam inveniret ſi miſericors fuiſſet.

b Superexaltat] Hæc eſt quarta ratio, quare ſic eſt faciendum, & loquendum, ut præoſtenſum, quæ ſumitur ab effectu miſericordiæ: Continuatio. Ita immiſericos ſine miſericordia punietur.

c Autem] ideſt, ſed, e converſo.

d Miſericordia ſuperexaltat judicium.] Dei in bonis, & miſericordibus, ideſt, ſuper id quod debetur ex judicio in altiori loco collocat; Et exponitur hoc quinque modis. Primo de miſericordia, & judicio hominis. Miſericordia enim hominis ſupponitur judicio, & ipſum illuminat, ſicut lucerna candelabrum, ut ſic commendabilius ſit, & magis placeat. Sic exponit *Interlin.* Superponitur judicio, & quaſi illuminat judicium, quia judicium, quod eſt cum miſericordia per ipſam miſericordiam commendabilius eſt, & magis placet. Secundo exponitur de miſericordia Dei in ſalvandis, & judicio Dei in damnandis quaſi in judicio Dei dolebit immiſericors, & miſericors gaudebit, quia Dominus ex ſua miſericordia plus de præmio ſupra condignum donabit bonis in judicio, quam ex eadem miſericordia relaxabit malis de pœna citra condignum ſui judicii. Utrumque enim faciet Deus ex miſericordia, & ſupra condignum remunerabit bonos, & citra condignum puniet malos. Tertio modo exponitur de miſericordia hominis, & judicio Dei. Unda enim miſericordiæ exhibitæ ab homine, in præſenti, extinguitur ignis peccati, unde levius erit in futuro judicium Dei. Quarto modo de miſericordia Dei, & judicio quantum ad numerum ſalvandorum tantum, quia plures ſalvantur per miſericordiam, quam per judicium. Plures enim ſunt juſti, qui decedunt in venialibus, vel pœnitentiis imperfectis, quam quorum merita ſufficiunt ad hoc, quod evolent in cœlum. Unde *Gloſ.* Plures per miſericordiam colliguntur. Quinto modo de miſericordia Dei in præſenti, & judicio Dei in futuro, quia miſericordia, quam Deus exhibet hic homini, exaltabit judicium in futuro, ideſt, altius faciet, & gravius, quia plus punietur in futuro, & gravius ille, qui hic magnam miſericordiam eſt conſecutus a Deo, ſi fuerit immiſericors, & hoc dicit illa *Gloſſ.* Quo plus majorem quis miſericordiam a Deo conſequitur, eo injuſtius indigenti proximo miſericordiam negat, & juſtius luit pœnas impietatis. Quia ergo tantus eſt effectus miſericordiæ, & Dei, & hominis in præſenti, & in futuro, in bonis, & in malis, faciles, & parati eſſe debetis ad opera miſericordiæ. *Matth.* 5. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.

e Quid proderit, &c.] Secunda pars ſecundæ partis cap. In qua oſtendit, quod tanta eſt utilitas operum, quod nec etiam fides valet ſine operibus. Et hoc probat duplici argumento. Primum ſumitur a ſimili ſumpto ex verbis pietatis ſine operibus ad fidem ſine operibus. Nam ſicut verba miſericordiæ hæc ſcilicet, Deus te conſoletur, bene faciat tibi Deus, non proſunt pauperi, niſi ſequatur opus miſericordiæ, ſic nec fides ſine operibus prodeſt habenti illam, quod dicitur, ibi (*Si autem frater*, &c.) Secundum a profectu aliorum ſumitur, talis enim fides non poteſt aliis per exemplum, quæ non habet opera per quæ cognoſcatur, unde nec diſtinguit ab infidelibus, nec a dæmonibus ibi: (*Sed dicet aliquis*, &c.) Dicit ergo [Quid proderit, &c.] Quia ab operibus poſſet ſe aliquis excuſare per fidem, quam habet credens eam ſolam ſibi ſufficere, propter hoc removet hoc dicens. [O fratres mei chariſſimi,] quid proderit ſi quis dicat ſe habere fidem, &c. quaſi diceret nihil, hoc eſt verum, cum habet tempus operandi, & negligit operari. *f* Nunquid fides] talis ſcilicet [poterit ſalvare eum?] quaſi diceret non, ſed ſola illa, quæ per dilectionem operatur: *Gal.* 5. De qua *Hebr.* 11. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Agit autem latius de operibus miſericordiæ, ut quos terruerat præcedente ſententia ſcilicet, Judicium ſine miſericordia, &c. conſoletur oſtendendo quibus remediis quotidiana purgentur peccata. D

g Si autem] Hic ſumitur primum argumentum, per quod probat, quod fides ſine operibus non valet.

Moraliter autem arguit hic quoſdam, qui pulchre alloquuntur pauperes, ſed tamen cum poſſint, nihil boni eis faciunt. Continuatio. Moneo vos ad opera miſericordiæ, non tantum ad verba. *Moraliter.*

h Autem] ideſt, ſed. *h* Si frater aut ſoror, nudi ſint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis de vobis illis, ite in pace, calefacimini, & ſaturamini, non dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori quid proderit?] illis charitas veſtra, ut dicit *Interl.* quaſi dicat nihil. Et exponitur ſic. Charitas, ideſt, fides, quam reputatis vobis valere ac ſi eſſet cum charitate, quaſi dicat nihil proderit vobis, nec illis. Contra. *Eccl.* 18. Nonne ardorem refrigerabit ros, ſic & verbum melius, quam datum, ergo plus prodeſt dicere, ite in pace, quam dare eleemoſynam. Solutio. Verbum cum dato melius eſt, quam datum tantum, vel verbum manſuetum, & dulce melius eſt, ideſt, efficacius ad acquirendam benevolentiam, & amorem cordis etiam ſine dato, quam datum cum improperio, & vituperatione, non tamen ad neceſſitatem ſupplendam. Non ſolum verba habebat Job, imo etiam opera, qui nudos operiebat. *Job* 31. Si deſpexi prætereuntem, eo, quod non haberet indumentum, & abſque operimento pauperem, ſi non benedixerunt mihi latera ejus. *Iſa.* 58. Cum videris nudum operi eum. Item famelicos ſatiabat. *Job* 31. Si comedi buccellam meam ſolus. Item frigidos calefaciebat: *Job* 31. Et de velleribus ovium mearum calefactus eſt. *i* Sic, & fides] Hic adaptat ſimile, dicens: [Sic & fides ſine operibus mortua eſt.] Non dicit, ſine opere, quia credere eſt opus fidei, quod tamen non facit fidem vivam, quia non fit tunc ex charitate. *k* In ſemetipſa.] ideſt, in proprio ſubjecto; quod non vivificat: Et dicit. [Mortua,] quia quod mortuum eſt, & ſenſu caret, & motu; ſic qui fidem habet ſine operibus, non habet ſenſum delectationis, quæ eſt in charitate, nec motum bonæ operationis.

l Sed dicet quis,] ideſt, aliquis. Secundum argumentum, quod fides ſine operibus inutilis eſt. Tum quia exemplo non prodeſt. Unde ab infidelibus, vel a Dæmonibus non diſtinguit. Tum quia deriſionem patitur ab his, qui habent opera. Continuatio. Non ſolum propter prædicta eſt inutilis: [Sed dicet aliquis,] habens opera, dicet irridendo.

m Tu fidem habes,] ut tu dicis, [& ego opera habeo, oſtende mihi fidem tuam ſine operibus,] quaſi dicat, hoc non potes facere, quia opera ſunt certa ſigna fidei *Matth. ult.* A fructibus, ideſt, ab operibus cognoſcetis eos.

n Et ego] habens opera [oſtendam tibi, &c.] ideſt, probare

poſſum

poſſum me eſſe fidelem per opera mea, ecce quomodo fides ſine operibus non prodeſt exemplo, nec diſcernit ab infidelibus qui habent opera,

a Tu credis.] Hic oſtendit, quod talis fides non diſtinguit a Dæmonibus unde & pro ea non eſt gloriandum, dicens:

D

a Tu credis, quoniam unus eſt Deus, bene facis, *b* & *c* Dæmones credunt & contremiſcunt. *d* Vis *e* autem *f* ſcire o homo *g* inanis, quoniam *h* fides ſine operibus † mortua *i* eſt? Abraham k pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt, offerens *l* Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides ergo quoniam *m* fides cooperabatur operibus illius, & ex *n* operibus fides conſummata eſt. Et impleta eſt *o* ſcriptura, dicens: *p* Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam, & amicus Dei appellatus *q* eſt. *r* Videtis *ſ* quoniam operibus *t* juſtificatur homo, *u* & non ex fide tantum. *x* Similiter *y* autem, & Raab meretrix, nonne ex operibus juſtificata ʒ eſt ſuſcipiens nuncios, & *a* alia via ejiciens? *b* Sicut *c* enim *d* corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt.

al. † otioſa.

[Tu credis quoniam unus eſt Deus, bene facis,] ſed non ſufficit, & ne potes, quod ſic credendo magnum aliquid facias.

b Et] ideſt, etiam.

c Dæmones credunt;] quod unus eſt Deus, ſicut & tu.

d Et contremiſcunt] quod plus eſt, qui ergo Deum non credunt, vel creditum non timent, Dæmonibus tardiores, vel proterviores ſunt, ut dicit *Gloſſ.*

e Vis autem ſcire, &c.] Hæc tertia pars ſecundæ partis capituli, in qua oſtendit utilitatem operum: Primo exemplo Abrahæ, qui ex operibus juſtificatus eſt, ideſt, juſtus oſtenſus, vel potius juſtus effectus, ut poſtea videbitur. Secundo exemplo Raab meretricis, quæ levibus, & modicis operibus miſericordiam invenit, & civis effecta in Iſrael, & annumerata in generatione Chriſti. *Matth.* 1. Et hoc facit loquens de Raab, ne illi eacellentiam operum Abrahæ calumniantes dicerent ſe non poſſe illum imitari. Continuatio; Quaſi non ſolum argumentis, vel rationibus patet hoc, ſed etiam exemplis.

f Autem,] ideſt, quia.

g O homo inanis,] ideſt, ſine operibus.

e Vis ſcire,] apertis eaemplis videre.

h Quoniam fides ſine operibus mortua eſt,] quia ut dictum eſt ſupra, nec ſenſum habet, nec motum ſuo ſcilicet modo. Vel, (Mortua,) ideſt, otioſa. Sic exponit *Interl.* quia non valet ad ſalutem.

k Abraham pater nonne ex operibus juſtificatus eſt,] quaſi diceret imo. Contra *Roman.* 4. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam, ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum, ergo cum Abraham fuerit juſtitia reputata ex gratia fidei, & non ex operibus, quia ſic non eſſet gratia, ſed debitum, patet quod Abraham ex operibus non fuit juſtificatus. Et in eodem paulo ante. Si enim Abraham ex operibus legis juſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum. Solut. Apoſtolus loquitur ad Romanos de operibus præcedentibus fidem, quibus non Abraham, nec alius juſtificatus eſt, hic vero eſt ſermo de operibus ſequentibus fidem, quæ dicuntur juſtificare; Tum quia juſtificationem jam habitam per fidem infuſam notificant: Tum quia eam perficiunt, & conſervant, & tunc res fieri dicitur, quando perficitur, vel quando innoteſcit. Unde & hic ſequitur.

l Offerens Iſaac filium ſuum ſuper altare.] *Gen.* 22. preparans ſe ad offerendum, ſcilicet. Hoc dicit, quia jam ipſum ſuper altare poſuerat ac ſi deberet immolare eum, & gladium ad immolandum levaverat, & hoc fuit poſtquam jam crediderat.

Unde per hoc patet, quod loquitur hic Jacobus de operibus poſt fidem. Et ſicut hic dicit *Gloſſ.* Hæc oblatio eſt opus & teſtimonium fidei, & juſtitiæ, Paulus in Abraham fidei conſtantiam. *Hebr.* 11. Fide obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur. Jacobus laudat operum magnificentiam, quia in utroque fuit perfectus Abraham, & de utroque in exemplum proponitur. Hoc ergo eis, qui de circumciſione crediderant proponit in exemplum, ut bonum patrem boni filii in tentatione imitentur, & operatione. Sic Paulus a diſcipulis ſe imitandum monebat, 1. *Cor. cap.* 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti, 2. *Cor.* 7. Capite nos neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.

m Vides ergo quoniam fides cooperabatur operibus.] Hoc dicit, quia per fidem fuit juſtificatus, *Actuum cap.* 15. Fide purificans corda. Vel hoc dicit, quia magnam valde fidem habebat, quando filium de quo promiſſionem receperat, offerebat. *n* Et ex operibus fides conſummata eſt.] Opera enim fidem perficiunt, notificant augmentant, & conſummant.

o Et impleta eſt ſcriptura] dicens, *Gen.* 15.

p Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam] quaſi ex fide, quam ex gratia Deus infudit, juſtum eum reputavit.

q Et ita appellatus eſt amicus Dei,] magna tentatio, dicit *Gloſſ.* cum filium ſuum jubetur occidere. Magna fides cum etiam de mortuo credebat ſe poſſe ſemen accipere, magnum opus cum dilectiſſimum non dubitaret offerre. Et quia ſic in Abraham factum eſt.

r Videtis,] ideſt, videre poteſtis aperte.

ſ Quoniam ex operibus] fidei.

t Juſtificatur homo] qui tempus habet operandi.

u Et non ex fide tantum,] ſine operibus. Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. *Gal.* 6. Quia *Joan.* 9. Veniet nox quando nemo poteſt operari.

Gen. 15. Rom. 4. Gal. 3.

x Similiter autem.] Hic adhuc oſtendit alio exemplo utilitatem operum, quia Raab meretrix juſtificata fuit per opera. Poſito itaque exemplo de operibus Abrahæ eacellentibus, propter quorum eacellentiam cauſari poſſet aliquis ſe non poſſe ea imitari, præſertim cum nullus modo cogat filios offerre, humilius exemplum ſubjungit. Continuatio. Non ſolum Abraham per opera majora juſtificatus eſt.

y Amen,] ideſt, ſed.

x Similiter & Raab meretrix ſuſcipiens nuncios,] populi Iſraelitici explorantes Hiericho civitatem.

a Et alia via ejiciens,] *Joſue* 2.

ʒ Nonne juſtificata eſt ex operibus,] ideſt, per opera hoſpitalitatis, miſericordiæ, & non ſolum a morte corporali liberata, *Joſue* 6. Sola Raab meretrix vivat cum univerſis, quia cum ea in domo ſunt, abſcondit enim nuncios, quos direximus. Imo etiam ſoluta eſt a peccatis, quia *Tob.* 4. Eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras. Item facta eſt civis Iſraelitici populi. *Joſue cap.* 6. Raab vero meretricem, & domum patris ejus, & omnia quæ habebat, fecit Joſue vivere, & habitaverunt in medio Iſrael uſque in præſentem diem.

Item numeratur in generatione Chriſti. *Matth. cap.* 1. Salomon autem genuit Booz de Raab. Ecce quantum valent opera miſericordiæ, quia & a morte corporali, & ſpirituali liberant. Unde 1. *Timoth.* 4. Pietas ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.

Moralit.

Moraliter. Raab meretrix eſt anima peccatrix, quæ ſe dilatavit per vicos, & plateas vitæ ſæcularis. Raab enim interpretatur latitudo: Et tamen nunc ſuſcipit nuncios, quando calamitates mundi, & miſerias conſiderans dolet, quod ſic in eis vitam vane expendit, & tunc incipit timere pœnas inferni. Nuncii ergo ſunt dolor de vita, quam male expendit, & timor de pœna futura, quam pertimeſcit, & propter hoc ad bona opera ſe convertit, & ſic juſtificatur a poſteriori.

Quæ nuncios ejicit, quando perfectior jam, nec de peccatis, nec de pœnis dolet, ſed ex imo pectoris alta trahens ſuſpiria, tota aviditate, & deſiderio aſpirat ad gaudia Paradiſi, cupiens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, mortem habens in deſiderio, & vitam in patientia.

b Sicut enim.] Ita omnes per opera fidei ſunt juſtificati, nec ſola fides ſufficeret eis.

c Enim,] ideſt, quia.

d Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt,] quia ſicut anima vivificat corpus, ita opus fidem, *Iſa. cap.* 26. A timore tuo Domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis, ideſt, opus fidei.

EXPOSITIO CAP. III.

CAP. III.

NOlite *a* plures magiſtri fieri *b* fratres mei, *c* ſcientes *d* quoniam majus *e* judicium ſumitis. *f* In multis *g* enim offendimus *h* omnes. *i* Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir. Poteſt *k* enim *l* fræno *m* circumducere *n* totum corpus. *o* Si *p* autem frænos equis in ora mittimus ad conſentiendum nobis, omne corpus illorum

A

NOlite *a* plures magiſtri, &c.] In hoc tertio capitulo dehortatur dilatationem nominis, vel appetitum famæ popularis. Et quia per magiſterium ſæpe ſolet nomen dilatari, propter hoc tam peritos, quam imperitos dehortatur hic ab appetitu magiſterii. Et

A Matt. 23.

ſecundum hoc capitulum habet duas partes. Primo enim loquitur imperitis ne ipſi errores doceant. Secundo peritos quaſi in fide inſtructos ſufficienter admonet, ut quod docent faciant, ibi: (Quis ſapiens, &c.) Prima pars dividitur in duas, in prima revocat ab appetitu docendi imperitos Judæos, qui dicebant legalia adhuc eſſe ſervanda: Hos ab officio verbi removet, ne veros impediant prædicatores, ut dicit *Gloſſ.* Et ſimiliter loquitur contra quoſdam hæreticos, qui adhuc ſunt in errore, ſcilicet quod legalia ſint ſervanda ſaltem veteris teſtamenti, ibi: Nolite, &c.) Hos omnes dehortatur a Magiſterio triplici ratione. Prima, quia tales majorem damnationem acquirunt, ibi: (Scientes.) Secunda, quia majorem offenſam Dei incurrunt. Unde dicit (In multis. Et eſt argumentum a minori ſic: Nos majores offendimus in multis de quibus minus videtur, ergo multo fortius minores. Tertia ratio ſumitur a labilitate linguæ, quia enim labilis eſt lingua, cito decidit in errorem, niſi per ſcientiam refrænetur, ibi. (Si quis in verbo, &c.) In ſecunda agit de refrænatione linguæ, ibi. (Poteſt enim fræno, &c.) Dicit ergo. (Nolite, &c.) Continuatio ſecundum *Gloſſ.* Sicut monui vos ad bona facienda, ſic moneo ad vitanda ſtulta magiſteria. Vel aliter, quia ſuperius docuit de operibus miſericordiæ corporalibus, nunc agit de operibus miſericordiæ ſpiritualibus, ſcilicet de magiſterio, Hortans igitur ne ſub prætextu miſericordiæ indocti præſumant docere dicit. k Fratres mei,] quibus bona cupio: Ecce charitativa admonitio. *a* Nolite, &c.] *Gloſſ.* Niſi tantum diſcreti, & in ſcripturis edocti. *Eccl.* 11. Priuſquam audias ne reſpondeas verbum, & in medio ſeniorum ne adjicias loqui. Vel in pluribus Eccleſiis non velitis eſſe magiſtri: Contra illos, qui in diverſis Eccleſiis habent perſonatus. Sed nonne bonum eſt ut ſint plures magiſtri, qui doceant veritatem? Conſtat quod ſic, ergo non prohibet plures eſſe, ſed, ut plures, vel de numero plurium, de quo numero dicitur *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus quaſi diceret loquendum eſt, ut plures, ſapiendum, ut pauci. Vel Magiſtri plures, & non unum dicit, qui aliud docet *Matth.* 23. Unus eſt magiſter veſter, non plures, quia *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere. Sed hodie non ſervatur hoc. Quare? Quia magiſtri Eccleſiæ non quærunt niſi temporalia, & animas non curant. Et hoc bene vult Diabolus, *Gen.* 14. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Unde dicunt facto multi hodie illud 1. *Reg.* 2. Dimitte me obſecro ad unam partem ſacerdotalem: Officium ſacerdotale habet duas partes. Una eſt cura animarum, alia eſt ſuſtentatio temporalium. Prima eſt principalis, ſecunda acceſſoria, ſed de acceſſorio fit hodie principale. *c* Scientes,] Prima cauſa dehortans quaſi: [Nolite, &c. Scientes,] per meam doctrinam cognoſcentes. *d* Quoniam] ſi præſumatis docere indocti, & Chriſtum non ſinceriter prædicare. *Iſa.* 1. Caupones tui miſcent aquam vino, ſecundum aliam litteram, ubi nos habemus. Vinum tuum mixtum eſt aqua. *e* Majus judicium ſumitis,] ideſt, majorem damnationem, quaſi voluntarii vobis acquiritis: Magnum eſt judicium, quia illiterati, majus, quia male morigerati, maximum, quia deficientes in utroque. Unde *Sap.* 6. Durïſſimum judicium his, qui præſunt, fiet. Durum quia non cuſtodierunt gregem ſuum, durius quia exemplo corruperunt, duriſſimum, quia verbi pabulo non paverunt. Unde illi pravo magiſtro, vel prælato dictum eſt *Iſa.* 22. Ecce Dominus aſportare te faciet ad infernum, ſcilicet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus ad ferrum, ſcilicet capite verſo ad terram. E converſo, 1. *Tim.* 3. Qui bene miniſtraverint bonum gradum ſibi acquirent; Et in eadem 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.

f In multis.] Secunda cauſa dehortans ab appetitu magiſterii, quia ſi majores offendunt in eo, multo fortius minores quaſi & propter hoc [Nolite, &c.] ne offendatis Deum.

g Enim,] ideſt, quia nos. *h* Omnes,] etiam majores [offendimus in multis,] ideſt, in verbo, & in ceteris, ut dicit *Gloſſ.* Vult oſtendere inevitabilem verbi offenſionem, ut imperitos deterreat ne cupiant prælationem, quia qui cupit præeſſe, oportet aliis perfectiorem eſſe, ne offendat dum debet prodeſſe. Nota, quod dicit inevitabilem offenſionem: ergo non poteſt evitari quin peccet homo in magiſterio, ergo ſimpliciter non eſt bonum eſſe in illo. Sol. inevitabilem, i. difficulter evitabilem, unde non notat impoſſibilitatem, ſed difficultatem. Vel loquitur de imperitis, & nomen appetentibus, quibus eſt immutabile, vel ſi de perfectis ſinceritar docentibus, tunc poteſt dici, quod vix poteſt eſſe, quin & ipſi aliqua venialia committant, ſed igne charitatis quo ipſi accenſi alios docent abſorbentur, ſicut gutta aquæ a magno igne. Unde non eſt ſimpliciter malum magiſterium, imo bonum, nec ab eis, qui poſſunt, & ſciunt facere, fugiendum, ſed magis appetendum. *Num* 11. Quis det, ut omnis populus prophetet, quia *Matth.* 10. Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.

i Si quis, &c.] Hæc eſt tertia cauſa, quia ſcilicet lingua labilis eſt, & cito deviat, niſi per ſcientiam refrænetur. Unde dicit. [Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.] Et non alius dicit *Gloſſ. Eccleſ.* 19. Quis eſt enim, qui non offenderit in lingua ſua? Sed ſuper illud: Linguam nullus homo domare poteſt, *inf. eod.* dicit *Gl.* Nullus eſt, qui aliquando in lingua ſua non delinquat. Ex hoc ſic arguo: Qui non delinquit in lingua eſt perfectus, & ſolus ille, nullus eſt talis; ergo nullus eſt perfectus. Solutio. *Gloſſ.* quæ ponitur infra loquitur de communi locutione. Hic vero eſt ſermo de prædicatione, vel hic loquitur de verbo illo, cujus offenſionem poteſt vitare humana fragilitas, ut verbum doli, detractionis, ſuperbiæ, jactantiæ, vel etiam ſuperfluæ, & otioſæ locutionis.

k Poteſt enim fræno, & cetera.] Hæc eſt ſecunda pars primæ partis capituli ubi quaſi nacta occaſione ex hoc, quod immediate dictum eſt: [Si quis in verbo non offendit, &c.] agit de refrænatione linguæ. Et hoc docet primo per utilitatem, quæ provenit ex refrænatione, quæ eſt duplex, regimen corporis in præſenti, & præmium animæ in futuro. Primum oſtendit, ibi. (Ecce naves, &c.) Præmittit autem de ipſius regimine ibi. (Poteſt enim, &c.) Secundum propter incommoda, quæ ſequuntur ex diſſolutione linguæ, ibi. (Ecce quantus ignis, &c.) Dicit ergo. (Poteſt enim.) Continuatio. Bene dico, quod qui non offendit in lingua, perfectus eſt vir, ergo multum utile eſt refrænare linguam. Et hæc eſt utilitas. k Enim,] ideſt, quia qui linguam refrænat, ſupple. *m* Poteſt circumducere,] ideſt, moderare. *l* Fræno,] linguæ, ut dicit *Gloſſ.*

n Totum corpus ſuum,] ideſt, omnia membra corporis. Unde *Prov.* 18. Mors & vita in manibus linguæ.

Et quod ita ſit oſtendit duplici argumento, quorum utrumque eſt, & a ſimili, & a majori. Primum a ſimilitudine equorum, qui per fræna circumducuntur, & domantur, ibi.

a Si autem frænos, &c.] Secundum a ſimili navium, quæ a gubernaculo diriguntur, ibi. [Et ecce naves, &c.] Dicit ergo. [Si autem frænos,] quaſi lingua refrænata totum corpus moderatur. Unde & ipſam debemus refrænare.

p Autem,] ideſt, quia.

o Si frænos mittimus equis in ora ad conſentiendum nobis, omne corpus illorum circumferimus,] per frænum, pro voluntate noſtra, ſic ſupple, frænum debemus ponere linguæ, ut totum corpus moderetur, & multo fortius. Vel ſecundum aliam litteram, quæ habet ſic. [Sicut frænos equis, & cetera] & tunc continuatur ei, quod dicitur, *infra eodem*. Et lingua modicum membrum eſt, & magna exaltat, quaſi ſicut per frænum, quod eſt modicum gubernaculum totum corpus equi circumducitur, ita lingua quod eſt majus quam frænum domatur, & trahitur, ſic lingua eſt parvum membrum, & tamen cum frænata eſt totum corpus hominis circumducit. Propter hoc dicit *Eccl. cap.* 28. Verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos.

Unde frænum eſt continentia, per quam noſtro creatori conſentimus, ut tangitur in *Gloſſ. Zachariæ cap.* 14. Et erit in die illa quod ſuper frænum equi eſt, ſanctum Domino.

Aliud frænum eſt laus Dei. Unde *Iſ. c.* 48. Laude mea infrænabo

ſimabo te, ne intereas. *a* Et ecce. Hic alio ſimili, oſtendit idem quod prius: tamen poteſt diſtingui ſic, ut in præcedenti ſimilitudine de equis magis oſtendatur convenientia, vel utilitas refrænationis linguæ, in hac autem, quæ eſt de navibus oſtendat præmium refrænationis ejuſdem, unde dicit, quod magna exaltat, ſcilicet præmia ſi bona eſt; ſupplicia ſi mala. Unde dicit *Gloſſ.* ſimilitudo de equis ad linguam, convenienti-

B am, & facultatem refrænandæ linguæ oſtendit: ſimilitudo de navibus etiam, & præmium continentiæ, vel pœnam incontinentiæ proponit. Dicit ergo. [Ecce naves cum magnæ ſint & a ventis validis,] ideſt, fortibus. *b* Minentur,] ideſt, ducuntur. *c* Circumferuntur a modico gubernaculo ubi impetus,] ideſt, voluntas.

circumferimus. *a* Et ecce naves cum magnæ ſint & a ventis validis *b* minentur, circumferuntur *c* a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis *d* voluerit. *e* Ita & lingua modicum quidem membrum eſt & magna exaltat. *f* Ecce quantus ignis, quam *g* magnam ſilvam incendit. *h* Et *i* lingua ignis eſt, *k* univerſitas iniquitatis, *l* Lingua conſtituitur in membris noſtris quæ *m* maculat *n* totum corpus, *o* & inflammat rotam nativitatis noſtræ *p* inflammata a gehenna. Omnis enim *q* natura beſtiarum, *r* & volucrum, & ſerpentium, & cæterorum domantur, *ſ* & domita ſunt a natura humana, *t* linguam autem nullus hominum domare poteſt. *u* Inquietum malum, *x* plena

d Dirigentis voluerit.] Simile *Job.* 37. de nubibus. Quæ luſtrant cuncta per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit.

e Ita & lingua quidem modicum membrum eſt, & magna exaltat,] præmia æternæ jucunditatis, ſi bene regitur. Unde *Prov.* 21. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtia animam ſuam: Vel ſupplicia æternæ perditionis ſi male cuſtoditur, & gubernatur. *Prov.* 21. Qui congregat theſauros lingua mendaci, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. Propter hoc dicebat *Pſalm.* 38. Pone Domine cuſtodiam ori meo & oſtium circumſtantiæ labiis meis. Quidam libri habent: [Magna exaltat,] ut dicit *Gloſſ.* & hoc eſt, quando cæteros deſpiciens ſingulariter ſe jactat ſapientem, & facundum. *f* Ecce quantus ignis, &c.] Hic oſtendit linguam eſſe refrænandam propter incommoda, quæ ſequuntur ex diſſolutione.

Et quatuor tangit incommoda. Primum eſt amiſſio bonorum operum, & virtutum, ibi: [Ecce quantus ignis, quam magnam ſilvam, &c.] Secundum corporis viliſicatio apud Deum, & etiam apud homines: ibi: [Quæ maculat.] Tertium contaminatio totius vitæ temporalis, ibi: [Et inflammat.] Quartum eſt unius membri inobedientia, ibi: [Omnis enim natura. Primum ergo eſt a parte animæ, ſecundum a parte corporis, tertium a parte conjunctionis utriuſque, quartum a natura ipſius linguæ. Dicit ergo. [Ecce quantus ignis,] quam parvus, quam modicus. Verum eſt hoc reſpectu linguæ, ex qua procedit, quæ modicum eſt membrum. *g* Quam magnam ſilvam,] virtutum, ſcilicet & honorum operum. *h* Incendit,] ideſt, conſumit, & perire facit, antecedens pro conſequente. *Eccl.* 11. Scintilla augetur ignis. *i* Et lingua ignis eſt,] ideſt, movet ignem cupiditatis, & invidiæ, & hujuſmodi & loquitur emphatice. Unde *Eccl.* 28. Certamen feſtinatum incendit ignem & lis feſtinans effudit ſanguinem, & lingua teſtificans adducet mortem, ſi ſufflaveris quaſi ignis exardeſcet.

k Univerſitas iniquitatis] ipſa eſt, ſuppler ſic *Gloſſ.* debet enim ibi eſſe punctus. Hoc dicitur, quia fere univerſa mala, aut proloquitur, ut latrocinia & ſtupra, aut facit, ut perjuria, & hujuſmodi, aut defendit, ut cum aliquis malum excuſat, quod admiſit, & bonum ſimulat, quod non facit. Hoc tangit *Gloſſ.* Vel dicitur [univerſitas iniquitatis] quia omnis malitia eſt in aliqua trium virium animæ: vel ex eis quibus ipſa deſervit. Vegetabili deſervit per maſticationem, ſenſibili per ciborum, & ſaporum diſcretionem, rationabili per uſum loquendi. Quia lingua ſit univerſitas iniquitatis, dicit *Eccl.* 28. Lingua tertia multos commovit. Tertia in peccatis, ſcilicet non ordine, ſed numero. Tribus enim modis committitur peccatum, cogitatione, opere, & lingua. Et ſequitur quomodo. Diſperdit illos de gente in gentem, civitates muratas divitum confregit, & deſtruxit, & domos magnatorum effodit, virtutes plurimorum populorum concidit, & gentes fortes diſſolvit. *l* Lingua conſtituitur in membris noſtris,] ideſt, inter membra noſtra. Et eſt hoc ſecundum incommodum, quod provenit ex linguæ diſſolutione notatum ex parte corporis.

m Quæ maculat totum corpus.] Ad litteram ejus vitium in cetera membra corporis redundat, unde totum corpus maculatum, & immundum reputatur, ſicut patet de his, qui propter perjuria, & falſa teſtimonia in toto corpore publice puniuntur, & de cetero viles, & infames ſunt perſonæ. Vel ſpiritualiter. *n* Totum corpus,] virtutum, ideſt, totam congeriem, ſic accipitur corpus. *Luc.* 11. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. *o* Et inflammat.] Hoc eſt tertium incommodum, quod provenit ex parte conjunctionis utriuſque & non ſolum maculat, &c. ſed [inflammat rotam nativitatis noſtræ:] ideſt, rotam vitæ hujus temporalis, & curſum, qua de die in diem, de ſeptimana in ſeptimanam, de menſe in menſem, de anno in annum, ſicut rotæ volvimur, malo igne cupiditatum, luxuriarum, & hujuſmodi ardente. Eſt enim ignis ut ſupra dictum eſt. Unde *Eccl.* 20. Apertio oris illius inflammatio eſt. Vel [Rotam nativitatis inflammat] quando ad vitia, ad quæ proni ſumus ex noſtra nativitate, propter fomitem peccati quem nobiſcum portamus, ſermonibus ineptis incitat. Unde 1. *Tim.* 4. Ineptas, & inanes, vel animales, ſecundum *Chryſ.* fabulas devita. Et quid mirum ſi inflammat? Quia. C

p Inflammata a gehenna,] ideſt, a Diaboli ſuggeſtione, propter quem facta eſt gehenna, & qui gehennam, ideſt, ſuam pœnam ſecum portat, unde commotus flammam ſuggerit vitiorum. *Iſ.* 30. Præparata eſt ab heri Tophet, ideſt, gehennæ ignis factus eſt a Deo die illa, quæ primo habuit heri.

Hæc fuit dies ſecunda in qua ceciderunt Angeli, ſicut dicunt Hebræi & ſatis bona eſt expoſitio.

Et quod Angelus cecidit ſecunda die videtur conſonare Eccleſia, quod ſecundum aliquam conſuetudinem cantat de Angelis ad honorem ſtantium Feria tertia.

Propter hoc etiam dicunt Hebræi, quod de opere ſecundæ diei non dicitur.

Et vidit Deus, quod eſſet bonum, &c. ſicut de operibus aliorum dierum *Gen.* 1.

q Omnis enim natura, &c.] Hoc eſt quartum incommodum a natura linguæ, quæ indomabilis eſt. Continuatio.

Ut mala eſt lingua, & multa incommoda ex ea proveniunt.

r Enim,] ideſt, quia.

q Omnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentium domantur,] quotidie.

ſ Et domita,] jam ante, [ſunt] ſicut frequenter legitur in vitis Patrum. Contra. Multa videmus indomita.

Solutio. Etſi ſint multa indomita; tamen poſſunt domari ab homine.

Vel poteſt dici, quod hoc refertur ad naturam primam, bene, ſcilicet inſtitutam, quando omnia ſubjecta fuerunt homini, & nihil repugnans. Unde poteſt fieri vis in hoc, quod dicit.

q Omnis enim natura,] modo enim nec majora, nec minora obediunt homini, ſed tantum media.

t Linguam autem nullus hominum domare poteſt] quin delinquat, dicit *Gloſſ.* quod verum eſt in communi ſermone, tamen venialiter.

Unde *Eccl.* 19. Eſt qui labitur in lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim, qui non delinquat in lingua ſua? Ibi dicit notabilis *Gl.* Omnis lingua pravorum beſtiis ferocitate, volucribus levitate, ſerpentibus virulentia præcellit.

Quare autem non poſſit domari, cauſam ſubjungit dicens.

u Inquietum enim] malum, eſt, ideſt, in uno non quieſcit, ideſt, in ſe ſolo, ſed de uno in alium tranſit convitiando, detrahendo, improperando, litigando, ita quod multos ſubvertit more veneni, quod de uno membro tranſit ad alia, ita quod totum corpus inficit. Unde ſequitur.

x Plena veneno mortifero.] *Eccl.* 10. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit.

Et quomodo ſit plena veneno oſtendit, dicens.

u In

Digitized by Google

veneno mortifero: *a* In ipſa benedicimus Deum, *b* & Patrem, *c* & in ipſa maledicimus homines, *d* qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt. *e* Ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio. Non *f* oportet fratres mei hæc ita fieri. *g* Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam? *h* Nunquid poteſt fratres mei ficus uvas facere, *i* aut vitis ficus? *k* Sic neque *l* ſalſa *m* dulcem poteſt *n* facere aquam. *o* Quis *p* ſapiens, & diſciplinatus inter vos, oſtendat *q* ex *r* bona converſatione, opera ſua in manſuetudine ſapientiæ.

In ipſa,] enim [benedicimus Deum,] ideſt, Patrem Vel [Deum,] ideſt, Chriſtum Dei filium. *b* Et Patrem,] laudando & gratias agendo. *c* Et in ipſa maledicimus homines] illis detrahendo. De quibus dicit *Bern. in lib. de conſc.* Si vis aliquem corripere, aperte increpa ne occulte mordeas. Quid enim prodeſt ſi me neſciente, aliis mala mea referas? Væ illi qui ſuam renuit corrigere vitam, & aliorum non deſinit detrectare. Si vis detrahere, in tua te peccata retorque, non aliorum delicta, ſed propria cerne. Et paulo poſt. Sicut iraſceris alii quando detrahit tibi, ſic iraſcere tibi quando detrahis alii. Homines dico.

d Qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt,] i. rationales, ſicut ipſe. Vel. [Ad ſimilitudinem,] ut ſicut Deus præeſt omnibus univerſaliter, ſic homo ceteris creaturis a ſe præeſt: Vel [ad ſimilitudinem,] ut ſicut a Deo tanquam ab uno principio omnia ſunt: ſic ab uno homine omnes homines exierunt etiam mulier; Et hoc modo mulier non eſt facta ad imaginem Dei, ſed ſolus homo. Unde. 1. *Cor.* 11. Vir quidem non debet velare caput ſuum, quoniam imago, & gloria Domini eſt: mulier autem gloria viri, non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. Et quid prodeſt Deum laudare & homini detrahere? Nihil: Quia *Prov.* 14. Qui calumniatur egentem exprobrat factori ejus. Unde & ſequitur. *e* Ex ipſo ore, &c.] quaſi diceret cum Deum benedicimus laudando, & hominem maledicimus detrahendo, in Deum redundat & benedictio noſtra & maledictio, quia homo eſt Dei imago. Vel. [Benedictio, & maledictio,] ideſt, benedictio vertitur in maledictionem. Et talibus dicit Dominus. *Mal.* 2. Maledicam benedictionibus veſtris, maledicam & illis. Verum eſt, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ut dicit *Eccl.* 15.

f Non oportet fratres mei, &c.] ideſt, non utile eſt, nec conveniens vobis. Et quod benedictio convertatur in maledictionem, oſtendit per exempla dicens.

g Nunquid fons de eodem, &c.] quaſi diceret non, ſed ſi amara miſceatur dulci dulcis convertitur in amaram, ſic non placet dulcedo linguæ ſi mixta eſt amaritudini. Sed quid eſt, quod dicit *Gloſſ.* Oportet prædicatorem aliquando dulci aliquando amara prædicatione uti, attrahendo, increpando. Et ſolvit, quia hoc difficile eſt: Verum eſt, quia oportet, ſi hoc faciat ea eadem intentione recta, & pura, & non ad eoſdem, ſed ad diverſos, & ſic eadem emanant ab eo, & non contraria, vel oppoſita, quia eadem eſt intentio in utriſque, honor ſcilicet Dei, & ſalus proximi. Unde ſicut enim aliquando aqua turbida, aliquando clara emanat de fonte, & tum ſaporem non mutat, ſic ea ore prædicatoris aliquando dulcia, aliquando aſpera emanant, quæ tamen eadem ſunt in intentione, veruntamen in eadem prædicatione, & eiſdem non debent amara & dulcia proferre.

h Nunquid poteſt] alio exemplo probat idem, quod prius, dicens: [Nunquid.] De hoc autem, quid dicit *Gl.* quod dulcis commixtione in amaram convertitur, non amara in dulcem, quæritur quare hoc? Solut. quia omne medium quaſi inſtabile eſt & infixum, habet enim naturam utriuſque extremi, unde facilius convertitur in extremum, quam e converſo, dulce autem medium eſt in ſaporibus, quod patet per hoc, quod dulci delectatur, & ſalvatur quodammodo ſenſus, & ſecundum Ariſtotelem ſenſus ſalvatur in mediis, corrumpitur autem in extremis, [Nunquid poteſt facere ficus uvas fratres mei?] quaſi diceret non: *Jud.* 9. Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque dulciſſimos?

i Aut vitis ficus?] quaſi diceret non. *Matth.* 7. Nunquid colligent de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus?

k Sic,] imo multo fortius.

l Neque] ideſt, non.

m Salſa,] aqua ſcilicet poteſt

n Dulcem facere aquam.] Sic maledicus, etſi aliquando bene loqui videatur, fructu caret benedictionis, & dulcedinis ut dicit *Gl.* Hoc facit inſidiando, aliquando enim bona dicit, ut ſic cautius immiſceat amara, lenit prius, & ungit ut melius pungat. *Eccl.* 11. Bona enim in mala convertens inſidiabitur, & in electis imponet maculam. Duas ſimilitudines poſui, quarum prima ſumitur a contrariis, ſecunda a diſparatis. Per primam docetur prædicator ne eumdem modum prædicandi teneat docendo bonos & malos. Bonis enim dulcia prædicanda ſunt ſcilicet de gaudiis Paradiſi, & ſecuritate, & quiete bonorum, ut ſic ſemper proficiant. Malis vero aſpera, & amara ſcilicet de ſuppliciis inferni, & de periculis in quibus dormitant, ut ſic a peccatis reſipiſcant. Item per ſecundam ſimilitudinem docetur, ut nec etiam diverſis bonis, eumdem modum prædicandi teneat: Aliter enim bonis clauſtralibus, aliter bonis ſæcularibus, aliter bonis conjugatis, aliter bonis viduis, & ſic de aliis, prædicandum eſt, ut docet beatus *Greg.* in paſtorali, ut unuſquiſque ſecundum ſuum ſtatum ſermonem habeat. Confutat ergo ex his ſimilitudinibus detrahentem proximo ſuo ſic. Sicut non eſt idem modus prædicandi obſervandus ad bonos, & malos, ſed his dota, illis blanda ſunt dicenda, quod ſignificatur per dulcem & amaram aquam, ſic nec lingua eoſdem debet maledicere, & benedicere, ſed hoc facit, qui Dominum laudat, & proximum qui eſt Dei imago vituperat, vel detrahit. Item ſicut non idem modus prædicandi tenendus ad omnes bonos, ſic imo multo fortius lingua non debet de eodem dicere bona, & mala, quod facit, qui dominum laudat, & proximo detrahit, vel qui ante hominem loquitur dulcia, & retro de eodem dicit amara, vel etiam qui Deum laudat ore, & corde ſe dicit amare, & proximum non diligit, vel rancorem erga eum portat. Illud enim verbum. [Ex ipſo ore, &c.] exponi poteſt, & de ore corporis, & de ore cordis, de quo dicit *Pſal.* 36. Os juſti meditabitur ſapientiam. Unde 1. *Joan.* 4. Qui non diligit fratrem quem videt, Deum quem non videt quomodo poteſt diligere?

o Quis ſapiens, & diſciplinatus, &c.] Hæc eſt ſecunda pars capituli in qua illos, qui ſibi periti videntur, & revera ſunt, hortatur, ut magis ad faciendum ſtudeant, quam ad docendum. Qui enim magis docere appetit, & non facere, ſæpe contentionem, & invidiam, & multa alia mala incurrit, ſicut dicit *Gloſſ.* Hæc pars dividitur in quatuor. In prima monet, & docet prius eſſe ſtudendum ad bene vivendum, quam ad bene docendum, *ibi.* [Quis ſapiens,] ubi etiam docet modum, *ibi:* [In manſuetudine] & cauſam, *ibi.* [Quod ſi zelum, &c.] quia ſi ipſi contentionem, & invidiam habeant in corde, evacuant ſapientiam. In ſecunda oſtendit, quod ſapientia quæ eſt deorſum, vel de his, quæ ſunt deorſum, vel ducunt ad deorſum, non eſt vera ſapientia *ibi:* [Non eſt enim iſta.] In tertia oſtendit de ſapientia cœleſti qualis ſit, *ibi.* [Quæ autem deſurſum eſt.] In quarta oſtendit fructum, ſive utilitatem ſapientiæ, quæ de cœlo deſcendit, & in hoc oſtendit diſtinctionem ſapientiæ inferioris & ſuperioris, *ibi:* [Fructus autem, &c.] Dicit ergo. [Quis ſapiens inter vos] ſapiens intelligendo, & cognoſcendo.

p Et diſciplinatus] operando, eſt, ſupple, ut ſic legatur interrogative, quaſi ſi aliquis talis eſt.

q Oſtendit,] prius exemplo, quam verbo. Unde dicit.

r Et bona converſatione,] etiam exteriori. Unde dicit: [Inter vos,] non ſolum in ſe. A doctoribus enim, & Prælatis exigitur non ſolum coram Deo bona conſcientia, ſed exterius converſatio lucida, ut ad ipſius aſpectum, ſicut ad ſpeculum terſum, & politum videant alii ſuarum imaginum deformitates, & abjiciant: *Rom.* 12. Providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Eis enim dicitur *Matth.* 5. Vos eſtis lux mundi: Et paulo poſt: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt: Sic legitur, ut dictum eſt interrogative.

Simile *Pſalm.* 33. Quis eſt homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos, faciat hoc, quod ſequitur: Prohibe linguam tuam a malo, &c. Vel poteſt legi remiſſive ſic.

o Quis ſapiens,] ideſt, Si [quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos oſtendat, &c.] non mutatur expoſitio, nec ſenſus. Et ſubjungit quomodo, ſcilicet hoc eſt faciendum, quia [in manſuetudine ſapientiæ,] non in indignatione, ne ſcilicet propter ſapientiam elevetur in corde ſuo, vel indignetur aliis. Vel [in manſuetudine ſapientiæ,] ideſt, quam habet ſapientia quæ eſt ſapientia a ſapore.

Manſuetudo enim eſt virtus, quæ diſponit cor ad hoc, ut nec injurias, nec verbera, nec contumelias ſentiat: ſicut patientia cor ordinat ad hoc, ut ſuſtineat, mitigat, ut ſtatim remittat,

remittat, ſed benignitas cor diſponit, ut homo non minus, quam prius in opere injurianti bene faciat. Sic ergo differunt iſtæ quatuor virtutes. Et quare faciendum eſt? Cauſam ſubjungit, dicens:

a Quod ſi] quaſi dixi, quod in manſuetudine oſtendatis bonam converſationem. [Quod] pro ſed, [ſi habetis zelum] ad Deum, quia ut Deo placeatis multa bona opera facitis. Zelum dico.

a Quod ſi zelum b amarum habetis, c & contentiones ſunt in cordibus veſtris, d nolite gloriari, e & mendaces eſſe adverſus veritatem. f Non eſt g enim h iſta ſapientia i deſurſum deſcendens a Patre luminum, k ſed terrena, l animalis, diabolica. m

b Amarum] ad proximam, quem deſpicitis ſuperbiendo, & verbis duris, & indignantibus exaſperatis.

c Et contentiones,] etſi non prorumpatis in verba, tamen propter bona opera veſtra. d Nolite gloriari] credere quod gloriam æternam habituri ſitis, cum alios ex ſuperbia deprimatis. Vel: [Nolite gloriari] ideſt ſuperbire.

e Et mendaces] ut habeat hæc copulativa vim conditionalis, quaſi diceret ſi ſuperbitis mendaces eritis adverſus Deum, qui eſt veritas. Pactum enim frangitis, quod in baptiſmo Deo promiſiſtis, ſcilicet abrenunciare pompis diaboli, quod non facitis, dum ejus opera facitis. *Job* 41. Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper univerſos filios ſuperbiæ. f Non eſt enim] hæc ſecunda pars ,] in qua oſtendit, quod ſapientia deorſum non eſt vera ſapientia. Unde dicit: [Non enim] Continuatio. Bene dico: In manſuetudine ſapientiæ. g Enim] ideſt, quia

h Iſta ſapientia] quæ non eſt cum manſuetudine.

i Non eſt deſcendens] ideſt a Deo, a quo omne bonum. *Sup.* 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens. In verbo deſcendendi exprimitur ſtatus gratiæ, quæ de cœlo deſcendit ad nos in hanc vallem miſeriæ. Item notatur ejus effectus, quia nos deſcendere facit, & eſſe in imo per humilitatem, ut tandem non extollat, & elevet in alta cœlorum ad Dei jucundiſſimam viſionem. *Luc.* 18. Qui ſe humiliat exaltabitur. Unde *Eph.* 4. Qui deſcendit ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos. [Deſurſum] imo deorſum, & aſcendens, ut tandem gravius cadat, tollatur in altum, ut lapſu graviore ruant. *Luc.* 18. Qui ſe exaltat, humiliabitur. *Job* 30. Elevaſti, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valde. Quo autem aſcendit, & per quid, & a quo, oſtendit dicens: k Sed terrena] ideſt terrenæ gloriæ cupida, ecce terminus a quo.

l Animalis] quærens voluptuoſa, in quibus gaudet ſpiritus. Ecce medium, per quod.

m Diabolica] ut ad ea, quæ diabolus ſuggerit, ſcilicet dignitates, & præeminentias ſe convertat. Ecce finis, ut ſcilicet aſcendat, ſicut diabolus aſcendere voluit, cum dixit, *Iſa.* 14. Aſcendam in cœlum. [Terrena] ergo propter concupiſcentiam oculorum. [Animalis] propter concupiſcentiam carnis. [Diabolica] propter ſuperbiam vitæ. 1. *Joan.* 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, &c. Hic eſt proceſſus amatorum mundi. Primo enim ad divitias anhelant, & facti divites eas vivendo carnaliter male diſpenſant, quia dant multas veſtes, multos cibos, & etiam in malis ſe exhibent ſocios ſociales, ut eorum amorem, & favorem acquirant, ut ab eis eligantur, & hoc eſt, quia ad Epiſcopatus, & alias dignitates aſpirant. B. *Bern.* Tentant pedibus, & manibus, ſi quomodo aſcendere valeant in patrimonium Jeſu Chriſti. Sic ergo eſt terrena, animalis, & diabolica, ſapientia mundi, quæ hæc tria quærit, divitias, delicias, & honores, & hoc non eſt deſurſum. Sed contra, *Eccl.* 1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt. Sol. Sapientia mundi ſecundum quid eſt ſapientia, & non ſimpliciter. *Eccl.* vero loquitur ſimpliciter. Vel poteſt ſic diſtingui, cum dicit: Sapientia mundi, iſte genitivus poteſt teneri materialiter, ut dicatur: Sapientia mundi, i. de mundo, & ſic ſapientia mundi eſt ſapientia & a Deo ſic loquitur *Eccl.* Vel finaliter mali, ideſt ad malum, ſic non eſt a Deo, ſed ab homine, vel a diabolo. Item *Gloſſ.* dicit hic: [Sapientia] quæ eſt indignans, & inflata. Contra. *Eccl.* 1. Eo quod in multa ſapientia multa ſit indignatio, & exponitur de bona ſapientia, quæ deſurſum eſt, quid ergo dicit hic? Solut. Eſt indignatio contra peccata, de qua loquitur *Eccl.* & eſt indignatio contra pauperes, de qua hic dicitur. Probat autem per effectum, quod illa ſapientia eſt deorſum, dicens: n Ubi enim, &c.] Continuatio. Vere non eſt deſurſum nec a Deo. o Enim] ideſt, quia] Ubi zelus,] qui eſt commotio animi, ſive in bonum, ſive in malum, ut dicit *Gloſſ.* [Zelus] ergo in animo, ideſt invidia.

p Et contentio] in verbis.

q Ibi inconſtantia] ex hoc patet, quod non eſt deſurſum, quia ſurſum nulla eſt mutabilitas. *Sap.* 1. Apud quem non eſt tranſmutatio, &c.

Ubi n enim o zelus, p & contentio, q ibi inconſtantia, r & omne opus pravum. ſ Quæ t autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, u deinde pacifica, x modeſta, y ſuadibilis, z bonis conſentiens, a plena miſericordia, & fructibus bonis,

r Et omne opus pravum] in conſpectu Dei etſi aliquando bonum videatur in facie hominum. Hoc enim eſt: Ubi eſt zelus in mente, ideſt mala cogitatio, & contentio in ore, ideſt mala locutio, & inconſtantia in corpore, vel in converſatione, quod ſit opus pravum. Unde *Iſa.* 14. De radice colubri egredietur regulus, & ſemen ejus abſorbens volucrem, ideſt de mala cogitatione doloſa locutio, & ex his inconſtantia corporis, & evagatio, & tandem perverſa operatio.

ſ Quæ autem deſurſum eſt] Tertia pars ubi, quaſi per oppoſitionem ad ſapientiam mundi determinat, quæ & qualis eſt vera ſapientia Dei. Continuatio. Sapientia mundi talis eſt. t Autem] ideſt [Quæ deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt,] caſte intelligit, & operatur, & hoc per temperantiam. Huic autem virtuti competit donum timoris, ſecundum quod dicit *Pſalm.* 118. Confige timore tuo carnes meas, & ex hoc ſequitur prima beatitudo, ſcilicet humilitas, vel paupertas ſpiritus. Quando enim homo videt carnis miſerias, pugnat contra eam, & tunc ſentit ejus rebellionem, & ſic humiliatur. Unde illud *Matth.* 6. In medio tui humiliatio tua. Et ſic obtinet primam petitionem, ſcilicet Sanctificetur nomen tuum. Nam qui ſe humiliat, nomen Dei ſanctificat in ſe. Sequitur. u Deinde pacifica] per juſtitiam, pacem ſcilicet faciens non pacem habens. Hic enim pax illa, quæ exſuperat omnem ſenſum non habetur, ſit tamen hic aliquid, per quod habebitur. Huic virtuti competit donum pietatis. Juſtitia enim docet ſubvenire indigenti, in quo conſiſtit opus pietatis. Et ex hoc ſequitur ſecunda beatitudo, ſcilicet: Beati mites: mititas enim, & benignitas maxime neceſſaria eſt in operibus pietatis, & ſic acquiritur ſecunda petitio, ſcilicet: Adveniat regnum tuum. De his enim dicitur: Quoniam ipſi poſſidebunt terram. Sequitur.

x Modeſtia] Modeſtus idem eſt, quod modi æſtus, ideſt amor menſuratus. Unde [Modeſtia] per prudentiam. Et huic competit donum ſcientiæ, ut ſciat homo bene converſari in medio perverſæ nationis, & ſic conſequitur tertiam beatitudinem, quæ eſt luctus. Cum enim videt homo mundi miſerias, & calamitates, inter quos converſatur, cogitur lugere, ut tandem in futuro conſoletur, & per hoc ſequitur, quod tertio petitur, ut ſcilicet ſit obediens Deo. Fiat voluntas tua. Sequitur.

y Suadibilis] ut ſcilicet alios ſuadere poſſit, vel alterius ſuaſioni aſſentiat ſi quid minus benefacit, & in hoc exigitur fortitudo, quia ſicut dicitur *Proverbior.* 16. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore urbium. Hæc autem virtus, quæ eſt fortitudo juvatur per donum fortitudinis, ut de periculis hujus mundi poſſit erui, & tunc ſitit homo, & eſurit juſtitiam, quæ eſt quarta beatitudo. Unde ut reficiatur petit, dicens: Panem noſtrum quotidianum, &c. & dabitur ei. Sequitur.

z Bonis conſentiens] ideſt, quod videt placere bonis ſibi non ſimpliciter, & hoc ſit per fidem, quæ facit bona ſapida, quæ dirigitur per donum conſilii. Et ſic conſequitur quintam beatitudinem, hanc ſcilicet: Beati miſericordes. Et quia miſericordi fiet miſericordia, propter hoc ſecure petit: Dimitte nobis debita noſtra, &c.

a Plena miſericordia, ideſt operibus miſericordiæ, & hoc ſit per ſpem de æternis, quæ meretur largiendo temporalia. Et huic virtuti competit donum intellectus, quod illuminat animam ad hoc, ut ſperet æterna. Unde *Job* 36. Annunciat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio ejus ſit, & ad eam poſſit aſcendere. Donum intellectus, quaſi nunciat de vita æterna habenda per ſpem, quam illuminat. Et quia ſic terrena abjiciuntur a corde, propter hoc conſequitur ſextam beatitudinem, quæ eſt: Beati mundo corde, & propter hoc petit, ne inducatur in tentationem, per quam aliquando cœleſtia

ſtia appetere pro terrenis relinquat. Sequitur. a Judicans] per charitatem illuminatam, & expeditam dono ſapientiæ. Cum enim ſaporat, & degoſtat dulcedinem charitatis, non lacerat proximum, vel diminuit bona ejus ad commendationem ſui. Judicans dico.

bonis a judicans ſine b ſimulatione. c Fructus d autem e juſtitiæ f in pace g ſeminatur h facientibus pacem.

C A P. IV.

UNde i bella & lites in vobis? k Nonne ex concupiſcentiis veſtris, l quæ militant in membris veſtris? m Concupiſcitis, & non habetis: n occiditis, o & p zelatis,

b Sine ſimulatione.] Ibi enim, ſcilicet in charitate ſic expedita eſt per experimentum non fallax: unde non poſtulat, nec ſanctius videri, quam ſit, nec doctior: & per hoc conſequitur ultimam
A beatitudinem, quæ eſt pax: Quia vero pax non eſt perfecta, ubi adhuc inſultant mala: propter hoc petit, ut ab omni malo liberatur: & dabitur ei quod petit, quando filius Dei vocabitur, & erit receptus in æterna tabernacula: ubi ſancti gaudium, & lætitiam obtinebunt: & fugiet dolor, & gemitus ab eis. *Iſa.* 51. & 35. Septem iſta, quæ hic dicuntur de ſapientia Dei ſunt ſeptem gradus portæ, quæ eſt contrà Aquilonem, ideſt converſationis, & vitæ ſanctorum, quæ eſt contra diabolum, qui per Aquilonem deſignatur, ſicut dicitur *Ezech.* 40. Et ſeptem graduum erat aſcenſus ejus.

c Fructus autem, &c.] Hæc eſt quarta pars hujus ſecundæ partis capituli, in qua oſtendit fructum, & utilitatem ſapientiæ, quæ de cœlo deſcendit, quam ex ea habebimus in futuro, & hoc; quia jam ante viſa eſt ejus utilitas, & fructus in præſenti, quæ in illis ſeptem præmiſſis conſiſtit. De utroque ergo fructu ſapientiæ cœleſtis agit, ut ſic eos, quibus ſcribit alliciat ad amorem ejus contempta ſapientia mundi. Dicit ergo: (Fructus.) Continuatio. Quaſi non ſolum hæc eſt utilitas ſapientiæ cœleſtis, quæ prædicta eſt.

d Autem] ideſt, ſed.

e Fructus] ideſt merces.

e Juſtitiæ] ideſt juſtorum operum.

g Seminatur] ideſt præparatur.

f In pace] æterna.

h Facientibus pacem] ideſt opera pacis: quæ faciunt illi, qui habent ſapientiam Dei, qui de cœlo deſcendit. De hoc fructu *Gal.* 5. Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Hic tria quæruntur: Quare dicit, quod fructus hic colligendus eſt in futuro cum hic ſeminetur. Item quare hic dicit, juſtitiæ, & ad *Galat.* ſpiritus? Item quare hic ponit tantum unum fructum: & Epiſtola ad *Gal.* 12. & quomodo illi fructus duodecim diſtinguuntur? Solut. Ad primum dicendum, quod quia dicitur hic, quod in pace ſeminatur, ideſt propter pacem habentem æternam, propter hoc in futuro eſt colligendus: quia pax æterna non eſt hic, ſed in futuro. *Iſa.* 32. Sedebit populus meus in multitudine pacis: in tabernaculis fiduciæ: in requie opulenta. Dicitur autem hic fructus effective, quia ſpiritus increati Dei, ſcilicet, qui in nobis juſta facit opera: pro quibus ipſe nobis vitam æternam retribuit, & propter hoc dicitur hic fructus juſtitiæ: ad *Gal.* vero dicitur fructus ſpiritus creari, ideſt animæ: & ſic accipitur formaliter. Ex hoc etiam poteſt patere, quare hic non ponitur niſi unus fructus: quia hic ponitur effective, prout eſt ſpiritus increati, qui eſt Deus: ad *Gal.* vero formaliter, prout ſcilicet anima diſponitur ad ſuas operationes. Sunt ergo duodecim, quia novem referuntur ad actus interiores: tres ad actus exteriores. Primi ergo tres ordinant concupiſcibilem, duo ſequentes iraſcibilem: quatuor alii rationalem. De primis patet ſic. Charitas enim ordinat concupiſcibilem ad Deum, gaudium ad ſeipſam: eſt enim gaudium puritas conſcientiæ: pax ad proximum. Pacem enim, prout ibi ſumitur: vult homo idem cum proximus, & ſic pertinet ad concupiſcibilem. Alio modo pax, ut eſt finis pertinet ad iraſcibilem. Notandum eſt, quod differenter appellatur pax hic & ibi. Nam hic dicitur pax perfectiſſima ordinatio ad merendum, prout, ſcilicet ordinat ad Deum, ad ſe, & ad proximum. Ibi vero, ſcilicet ad *Gal.* accipitur pax, prout tantum ordinat ad proximum. Ecce quomodo tres primi ordinant concupiſcibilem. Duo vero, ſc. patientia, & longanimitas ordinant iraſcibilem: longanimitas reſpectu finis: patientia reſpectu eorum, quæ ad finem. Alia quatuor ordinant rationem, ſcilicet bonitas, benignitas, manſuetudo, fides. Bonitas ad ſeipſam. Eſt enim bonitas dulcedo animi, benignitas ad proximum largiendo exteriora, manſuetudo ad proximum dando interiora, ut homo ſit tractabilis: & hæc duo pertinent ad rationem quoad regimen: quia per bonum ejus regimen fiunt. Tunc enim bene ordinata eſt ratio, quando nullis pulſatur inquietudinibus, opinionibus, dubitationibus. Ordinatur autem tunc dupliciter ad proximum, tunc bene regendo concupiſcibilem, ut ſua exteriora communicet, quod fit per benignitatem. Eſt enim benignitas largitas rerum, aut bene regendo iraſcibilem, ut ſcilicet non ſit intractabilis, ſed ſua interiora communicet, tamen ordinate, & hoc fit per manſuetudinem: Fides vero rationabilem ordinat ad Deum, ſic patet, quod novem fructus pertinent ad actus animæ interiores, & ordinant tres potentias animæ, ſcilicet concupiſcibilem, iraſcibilem, & rationabilem, ut viſum eſt. Tres ultimi, ſcilicet modeſtia, continentia, caſtitas, pertinent ad actus exteriores. Continentia quoad repreſſionem illicitorum, quoad tactum, & guſtum. Caſtitas quoad uſum licitum eorum, quæ ſunt circa tactum, & guſtum. Modeſtia vero quoad alios ſenſus.

E X P O S I T I O C A P. IV.

UNde bella, & lites in vobis, &c.] Hoc eſt quartum capitulum, & quarta pars hujus Epiſtolæ, quæ dehortatur avaritiam. Sed quia avaritia quandoque eſt circa concupiſcentiam, vel voluntatem habendi divitias, quandoque circa ipſum actum, propter hoc dividitur hæc pars in duas, quia in prima, ſcilicet in hoc quarto capitulo dehortatur avaritiam prout eſt in voluntate, vel concupiſcentia tantum. In ſecunda, ſcilicet quinto capitulo, prout eſt in actu. Dividitur autem hoc capitulum in tres partes. In prima oſtendit eos eſſe affectos cum concupiſcentia. In ſecunda ponit remedium contra inordinationem, quam faciunt concupiſcentiæ in eis, *ibi*: (Subditi ergo eſtote Deo, &c.) In tertia parte, quia ita erant cæci, quod medium non videbant, oſtendit eis ſuam cæcitatem, ut ſic eorum oculos aperiat ad videndum, *ibi*: (Ecce nunc, qui dicitis, &c.) Item prima pars dividitur in tres, quia primo oſtendit eos eſſe affectos concupiſcentiis, *ibi*: (Unde bella.) Secundo oſtendit, quod ſic concupiſcere eſt eis inutile. Et hoc probat per hoc, quod ipſi concupiſcunt, & non habent, movent membra, & non accipiunt, *ibi*: (Concupiſcitis, &c.) Tertio, quod non ſolum eis eſt inutile ſic affici concupiſcentiis, imo etiam damnabile, *ibi*: (Adulteri.) Dicit ergo:

i Unde bella, &c.) Continuatio. Fructus juſtitiæ ſeminatur in pace, quia ex ſapientia eſt pax & hic, & in futuro, ſed vos, quia pacem non facitis, hunc fructum non habetis. Unde dicit: (Unde bella, & lites ſunt in vobis) ex quo ſcilicet tantus eſt fructus ſapientiæ, in qua eſtis edocti. Et reſpondet:

k Nonne ex concupiſcentiis veſtris] ideſt, quia male divitias concupiſcitis, quaſi dicat, imo. Contra illud *Eccl.* 18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere, ſi præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, facies te in gaudium inimicis tuis. *Seneca*: Quietiſſimam vitam ducerent homines, ſi meum & tuum de medio tollerentur.

l Quæ militant in membris veſtris) Et ſi hoc eſt, tamen non regnent. *Rom.* 6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Militare ſonat pugnam, & conflictum, non victoriam, vel dominium: & caro noſtra quaſi ſemper pugnat, & confligit contra nos, ſed hoc cavendum eſt ne unquam dominetur. *Eccleſ.* 33. Filio & meliori, fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in via tua. 1. *Petr.* 2. Obſecro vos, tanquam advenas, & peregrinos abſtinere a carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam. Oſtenſo quod ipſi concupiſcentiis affecti ſunt, dehortatur eos hujuſmodi, quia ſcilicet concupiſcere eſt inutile eos. Unde dicit:

m Concupiſcitis, & non habetis] quod concupieratis. Et quia concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, ſicut dictum eſt *ſup.* 1. Propter hoc ſequitur hic.

n Occiditis] ſcilicet ut habeatis.

o Et] ſupple ſi non poteſtis occidere.

p Zelatis] ideſt invidetis ex indignatione.

a Et

a & non poteſtis adipiſci. *b* Litigatis, *c* & belligeratis, *d* & non habetis, *e* propter *f* quod non poſtulatis. *g* Petitis, & *h* non accipitis, eo quod male petatis, *i* ut in concupiſcentiis veſtris inſumatis. *k* Adulteri *l* neſcitis, *m* quia amicitia hujus mundi inimica eſt † Deo? *n* Quicumque ergo voluerit amicus eſſe ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituitur. *o* An putatis, quia inaniter Scriptura dicat, *p* ad invidiam concupiſcit *q* ſpiritus, *r* qui habitat *ſ* in vobis? *t* Majorem autem dat gratiam. *u* Propter quod dicit: *x* Deus ſuperbis reſiſtit, *y* humilibus autem dat gratiam.

a Et tamen adhuc [non poteſtis adipiſci] ideſt habere. Fugiunt enim a vobis ea, quæ male cupitis. *Eccl.* 12. Si ſecutus fueris, non apprehendes, ſi præcucurreris, non effugies. Vel [Adipiſci] ideſt poſſidere, cum habetis. *Job* 20. Cum habuerit quod concupierat, poſſidere non poterit. Unde ſublatus eſt de medio. *Luc.* 12. Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te, quæ autem paraſti cujus erunt? Reſpondet *Eccl.* 10. Cum morietur homo, hæreditabit ſerpentes, ideſt parentes divitiis; beſtias, ideſt dæmones anima ſua; & vermes corpore; & quilibet horum trium non
al. † Dei.
daret partem ſuam pro aliis duabus. Vel [Adipiſci] ideſt repleri ex eis; vacua enim ſunt, & omne tale attractivum eſt. Tria enim ſunt attractiva, ut dicit *Avic.* Vacuum, ſimile & calidum: vacuum propter defectum, & per cauſam materialem; ſimile ut finis; calidum ut efficiens, quia ergo temporalia: vacua ſunt cauſam habent attractionis; & ideo non repleot. *Eccl.* 11. Eſt homo laborans, & feſtinans, & dolens impius, & tanto magis non abundabit.

b Litigatis] in cauſis, & placitis coram Judicibus Eccleſiaſticis. *c* Et belligeratis] in foro ſæculari coram præpoſitis. *d* Et non habetis] decidentes a cauſa. Et horum rationem ſubjungit, dicens:

e Propter quod non] ideſt propter hoc quod recte, vel digne. *f* Non poſtulatis] ſed cum injuria, & injuſte, nec a Deo poſcitis ut debetis. Et quia poſſunt ipſi dicere, imo a Deo petimus. Reſpondet, verum eſt.

g Petitis] non ad neceſſitatem, ſed ad ſuperfluitatem, & voluptatem.

h Et ideo non accipitis, &c.] magis illa quam Deum diligendo; quod patet, quia propter illa habenda ſi poſſitis recte, ſi non, quocumque modo proximos ſcandalizatis, propter quos Chriſtus mortuus eſt. 1. *Cor.* 8. Si enim recte a Deo peteretis, certum eſt quod acciperetis: neque enim ſolum ſpiritualia dat Deus, imo etiam temporalia ad neceſſitatem providet ſervis ſuis. *Joan.* 16. Amen amen dico vobis, quicquid petieritis patri in nomine meo, dabit vobis. Sed e converſo, quid accidit vobis, quia non petitis, ut debetis? Hoc ſcilicet, *i* Ut in concupiſcentiis, &c.] ideſt non ſumatis propter hoc, quod male cupitis. Vel [conſummatis] ea, quæ petitis, [in concupiſcentiis veſtris] ideſt male in gula, & luxuriis. Vel [inſumatis,] ideſt conſummatis voſmetipſos in deſiderio habendi. Et huic concordat alia littera, quæ habet [infamamini,] ideſt conſumamini.

k Adulteri] Hic tertio oſtendit, quod non ſolum concupiſcunt inutiliter, imo etiam damnabiliter, ne ſoli illi, qui aperte blaſphemant putentur eſſe inimici Dei, de quibus dicit *Sap* 2. Nunne divites opprimunt vos, &c. oſtendit hic, quod omnes mundi amatores ſunt inimici Dei, dicens [Adulteri,] qui vero ſponſo relicto, temporalibus tanquam fornicarii adhæretis. *l* Neſcitis] quaſi diceret, imo ſcitis. Unde magis damnabiles eſtis.

m Quia amicitia hujus, &c.] Et cum dicit, hujus, abuſionem notat non ſubſtantiam mundi, quaſi diceret, non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. *Luc.* 16. Et quare, *Iſa.* reſpondet 28. Coanguſtatum eſt enim ſtratum, ita ut alter decidat, & pallium breve utrumque operire non poteſt. Quia vere ita ſit, quod amicus hujus mundi inimicus ſit Dei, hoc oſtendit triplici argumento, quorum primum ſumptum eſt a cauſa formali, *ibi*: [Quicumque, &c.] Tertium a cauſa efficiente, *ibi*: [Ad invidiam, &c.] Dicit ergo.

n Quicumque] Concluſio eſt, quæ ſequitur ex præmiſſis per locum a cauſa formali ſic: Quem informat amor mundi ipſe caret amore Dei; [ergo quicumque voluerit eſſe amicus hujus ſæculi] diligendo ſupra Deum ea, quæ ſunt mundi, [inimicus Dei conſtituitur] hoc ipſo quod temporalia præponit Deo. Unde *Luc.* 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores: adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus: multo magis ergo temporalia ſunt odienda propter ipſum. Cum dicit: [Voluerit] notatur libertas arbitrii. *Eccl.* 15. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuit ei, dabitur illi. Item notatur, quod non ſolum, qui eſt amicus hujus mundi eſt Deo inimicus, ſed qui vult eſſe ac ſi non poſſet. Unde *Matth.* 5. Beati pauperes ſpiritu, ideſt voluntate, per ſignificationem temporis. Quia voluerit, ſcilicet eſt futuri ſubjunctivi, notatur perſeverantia: quia ſi quis aliquando fuit amicus hujus mundi, ſed tamen poſtea propter Deum contemnit, non excluditur propter illud ab amore Dei. Verum eſt, quando ad Deum redit. *Hieron.* 3. Fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me, & ego recipiam te.

o An putatis] Hic probat idem quod ſupra per locum ab auctoritate, dicens: [An putatis, quia Scriptura dicat inaniter] hoc ſcilicet quod ſeparare debemus ab amore mundi, quaſi diceret, non debetis hoc putare. Dicit autem Scriptura hoc in multis locis. *Deut.* 7. Non inibis fœdus cum eis, ideſt cum amatoribus mundi, *Rom.* 12. Nolite conformari huic ſæculo.

p Ad invidiam, &c.] Hic probat idem, quod ſupra per locum a cauſa efficiente. Et exponitur hoc verbum quinque modis. Quia interrogative, & ſine negatione, uno modo ſic. *r* Spiritus] ſanctus ſcilicet. *ſ* Qui habitat in vobis] datus in Baptiſmo. *q* Concupiſcit] ne ipſe [ad invidiam] ideſt efficit ipſe ut vos invideatis vobis invicem, quaſi diceret, non. Unde ſequitur. *t* Majorem autem dat gratiam] ideſt ex gratia ſua bene vos facit operari, unde poteſtis provehi ad majora, quam ſint temporalia. Et quod Spiritus ſanctus non incitat vos ad invidiam, hoc probat per auctoritatem Scripturæ, dicens: *u* Propter quod] ſcilicet, quia non facit vos invidere [dicit] Scriptura ſcilicet, vel ipſe Spiritus ſanctus in Scriptura. *Prov.* 3. Secundum aliam litteram, ubi nos habemus: Ipſe deludet deluſores; manſuetis autem dabit gratiam: ſic dicunt quidam. Vel poteſt dici, quod de illo loco ſumptum eſt. *Prov.* 29. ſcilicet: Superbum ſequitur humilitas; humilem autem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Et quid dicit.

x Deus ſuperbis reſiſtit?] Ecce quod non facit invidere, quia ex ſuperbia naſcitur invidia. *Iſa.* 2. Dies Domini ſuper omnem arrogantem, & ſuperbum. Sed quare hoc dicitur magis de ſuperbia, quam de aliis peccatis, cum tamen Deus omnibus reſiſtat? Sol. Quia ſuperbus ſemper ſeipſum elevat contra Deum opprimendo pauperes, & hujuſmodi, quod non faciunt alii peccatores, ſed quaſi latent, & fugiunt. *y* Humilibus autem dat gratiam] Ecce quod dicit: [Majorem autem dat, &c.] *Matth.* 11. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Iſa.* 66. Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos? Item remiſſive exponitur quatuor modis. Primo modo cum negatione, ſic. [Ad invidiam non concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis,] ideſt Spiritus ſanctus, &c. ut prius, non facit vos invidere unum alteri, unde ſequuntur lites, & injuriæ, & vindictæ, quæ omnia ſequuntur amatores mundi, ſed potius facit vos concordes. 1. *Cor.* 14. Non enim diſſenſionis eſt Deus, ſed pacis. Cetera non mutantur. Item remiſſive, & ſine negatione ſimpliciter. Primo ſic. *r* Spiritus] ſanctus, ſcilicet ut prius. *ſ* Qui habitat in vobis concupiſcit ad invidiam] ideſt contra invidiam, ideſt hoc deſiderat, ut invidia tollatur. *Sap.* 1. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, ideſt, ſine vigore, & vi, & cognitione Dei, quales ſunt cogitationes invidi, *Job* 5. Parvulum occidit invidia. *Greg.* Niſi ſe minorem crederet non invideret: Ecce quomodo non habent vigorem ejus cogitationes. *Sap.* 2. Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum. Non autem bene conveniunt Diabolus, & Spiritus ſanctus. Unde ſi a Diabolo eſt invidia, non eſt a Spiritu ſancto. Item ſecundo modo ſic: [Spiritus] ſanctus, ut prius [Concupiſcit ad invidiam mundi] ſcilicet, ideſt cupit, ut vos invideatis, ideſt odiatis mundum, ideſt, ut non ametis. 1. *Joan.* 2. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. Et quare? Reddit cauſam, quia ſi quis dilexerit mundum, non eſt charitas patris in eo, ideſt Spiritus ſanctus, qui eſt amor Patris, & Filii. Tertio modo exponitur de ſuperfluo, de ſpiritu hominis, ſcil. de ſenſualitate, quæ hominem quodammodo inducit ad hoc, concupiſcendo res alterius, invidens alteri ſic. *r* Spiritus] ideſt ſenſualitas. *ſ* Qui habitat in vobis] ideſt, quæ *Rom.* 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. De hoc dictum eſt *ſup. eod.* Ex concupiſcentiis ve-

ſtris

Digitized by Google

ſtris, quæ militant in membris veſtris. Hic inquam ſpiritus [Concupiſcit] ideſt facit concupiſcere res aliorum. [Ad invidiam] quæ ex hoc ſequitur quod invident aliis. Unde illud: Invidus alterius rebus marceſcit opimis. Et alibi: Vicinumque pecus grandius uber habet. Sic ergo diſtinguitur littera, ut fiat periodus,

a Subditi ergo eſtote Deo: b reſiſtite autem Diabolo, & fugiet a vobis. c Appropinquate Deo, & d appropinquabit vobis. e Emundate manus peccatores, f purificate corda duplices g animo. h Miſeri eſtote, i & lugete, & plorate, k riſus veſter in luctum convertatur, l & gaudium m in mœrorem. n Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit o vos. p Nolite detrahere alterutrum fratres mei.

ibi: [Scriptora dicat] ſub interrogatione. Et poſtea, *ibi*: [Qui habitat in vobis] ſimiliter ſub interrogatione, & ſine negatione. Et hæc eſt melior punctatio. Vel poteſt totum poni ſub una interrogatione uſque hoc: [Qui habitat in vobis.] Si eſt ibi [non] remiſſive legitur ſic. [Ad invidiam non concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis, majorem, &c.]
B periodus. Si remiſſive & ſine negatione, ſit ibi periodus ſub interrogatione, [*Scriptura dicat*] & poſt ibi remiſſive [qui habitat in vobis, majorem, &c.] Hæc non mutantur a prima expoſitione. Sequitur.

a Subditi ergo, &c.] Secunda pars, in qua ponit remedia contra inordinationem quam faciunt erga Deum, *ibi*: [*Subditi* ergo, &c.] Secundo ponit remedia contra inordinationem, quam facit concupiſcentia ad proximum: *ibi*: [Nolite detrahere, &c.] Et ſecundum hoc hæc pars habet duas. In prima dicit quatuor. Primo oſtendit, quod Deo debemus ſubjici, *ibi*: [Subditi] Secundo oſtendit modum, *ibi*: [Appropioquate, &c.] Tertio cauſam: [Et Appropinquabit.] Quarto fructum vel utilitatem: [Et exaltabit vos] Dicit ergo: [Subditi, &c.] Continuatio: Quaſi Deus humilibus dat gratiam, humilitas autem ſubjicit Deo: [ergo ſubditi eſtote Deo] per humilitatem cordis, & humiliationem corporis, ut & Deum corde colatis captivantes intellectum in obſequium fidei. 2. *Cor.* 10. Et corde adoretis. *Matth.* 4. Dominum Deum tuum adorabis genua flectendo, & ceteris geſtibus corporis venerando.

b Reſiſtite autem Diabolo, & fugiet a vobis] Sic enim devincitur Diabolus. Unde 1. *Pet.* 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Sicut e converſo fugiendo vincitur Venus. 1. *Cor.* 6. Fugite fornicationem. Unde *verſus*: Cede: Venus cedit: inſta, magis improba lædit. Qua ſpecie Martis cedit victoria Parthis: † Cypris eo Marte, vel ea devincitur arte. Argumentum eſt hic, quod Diabolus ſemel devictus nunquam poſtea teneat de eo in quo victus eſt.

† Quam [illegible]

d Appropinquante Deo] per humilitatem, & bona opera, dicit *Gloſſ.* Ecce modus quo poſſumus Deo ſubjici. Et notantur duo, ſpes, & humilitas, quia appropinquare debemus per ſpem, ideſt conſiderare nos prope ipſum, non ſimul, ſed citra ipſum per humilitatem: [Appropinquate Deo,] ut miſeri ad miſericordem, ut nudi ad divitem, ut famelici ad panem, ut infirmi ad medicum, ut ſervi ad dominum, ut diſcipuli ad magiſtrum, ut cæci ad lumen, ut frigidi ad ignem. *Luc.* 15. Erant appropinquantes ei, ideſt Jeſu Phariſæi, & peccatores, ut audirent.

d Et appropinquabit vobis] liberando ab anguſtiis, gratiam dando, & de virtute in virtutem promovendo. Ecce cauſa quare appropinquandum eſt ei. *Pſ.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione. Et alibi: Gratiam & gloriam dabit Dominus. *Deut.* 33. Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina ejus.

e Emundate, &c.] Hic oſtendit qualiter eſt appropinquandum, quia exterius per bona opera, interius per munditiam cordis. Primo dicit: [Emundate manus] ideſt ab operibus malis ceſſate vos, ſcilicet, qui huculque fuiſtis peccatores, ut ſi quos malo corrupiſtis exemplo, reficiatis bono. Et quia non ſufficiunt exteriora opera, niſi & ſit interius in corde munditia, propter hoc ſequitur. *f* Et purificate corda] ſolum Dei amorem in corde retinendo, & amorem mundi abjiciendo. Vos ſcilicet qui fuiſtis. *g* Duplices animo] verbis Deum diligendo & corde, & opere temporalia ſequendo. *Tit.* 1. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant *Eccl.* 2. Væ duplici corde. Quia *ſup.* 1. Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Mundum eſt cor, quando temporalia ſub Deo diliguntur, licet plus debito, & cum peccato veniali; nondum purum. Sed purum eſt quando diliguntur in recta linea, non plus debito, nec cum veniali peccato. Primi ædificant lignum, fœnum, & ſtipulam, ideſt peccata venialia. Secundi argentum, aurum, & lapides pretioſos. 1. *Cor.* 3. Sed tunc pulchrum eſt cor, quando temporalia omnino abjiciuntur, ſecundum conſilium Domini, *Matth.* 19. Vade, & vende omnia quæ poſſidea, &c. Unde dicitur *Eccl.* 24. Ego mater pulchræ dilectionis.

h Miſeri eſtote] veſtras miſerias, & peccata recordando, & recognoſcendo: contra gloriam, quam in peccando habuiſtis. *i* Lugete] pro deſiderio cœleſtis patriæ.
k Riſus veſter,] quem prius habuiſtis de vanitatibus ſæculi.

l Convertatur in luctum] pro incolatu præſentis miſeriæ, *Eccl.* 2. Riſum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis.

m Et gaudium] convertatur [in mœrorem] pro ſtatu culpæ præteritæ. Propter hoc legitur Dominus ter fleviſſe. Pro deſiderio patriæ flevit in cruce, ſicut dicit *Apoſt.* *Hebr.* 5. Cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia. Item pro incolatu hujus mundi flevit, quando Lazarum ſuſcitavit. *Joan.* 11. Item pro ſtatu culpæ, vel peccati, quando flevit ſuper civitatem, quam videbat obſtinatam in peccatis. *Luc.* 19. Propter hoc dicit quaſi prædicando *Salom.* *Prov.* 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Bonum autem eſt lugere hic, quia qui lugent conſolabuntur. *Matth.* 5. *Jer.* 31. Convertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo a dolore ſuo. *Joan.* 19. Vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra convertetur in gaudium. Tria dixit, quorum primum pertinet ad bonorum operum tam interiorum, quam exteriorum perpetrationem, *ibi*: [Emundate & purificate] Secundum ad tribulationum, & tentationum perpeſſionem, *ibi*: [Miſeri eſtote] Tertium, ſc. luctus ad ſui corporis vilificationem, & quaſi abjectionem, *ibi*: [Lugete, &c.] Vel (emendate) ut reſiſtatis Diabolo aperte tentanti. (Purificate) ut reſiſtatis ei occulte pulſanti. Et hoc contra tria de quibus tentat. Contra concupiſcentiam carnis. Unde dicit [Miſeri.] Contra ſuperbiam vitæ. Unde dicit: (Riſus.) Contra concupiſcentiam oculorum. Unde dicit: (*Lugete.*) Sequitur.

n Humiliamini] hic eſt fructus, ſc. humilitatis in præſenti, & exaltatio in futuro, quaſi ergo ex præmiſſis concludens dicit: (*Humiliamini*, &c.) ideſt in cordibus veſtris, ubi Dominus conſpicit, 1. *Reg.* 16. Homo videt, quæ parent: Deus autem intuetur cor. De hoc dicitur *Eccl.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Sed ſunt, qui interius ſunt lupi rapaces, & tamen exterius ſe humiliant & habitu & geſtu, ut hypocritæ. De quibus dicitur *Eccl.* 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora ejus ſunt plena dolo. (Humiliamini) ergo in præſenti.

o Et exaltabit] Dominus, ſcilicet in futuro. *Luc.* 1. Et exaltavit humiles. Simile 1. *Petr.* 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore viſitationis.

p Nolite, &c.] Hic ponit remedium contra inordinationem quam facit concupiſcentia in proximum, ſc. ut non detrahat unus alii. Qui enim non vult detrahere, non odit proximum, & ſic res ejus male vel ad ſuperfluitatem non concupiſcit. Ponit autem duas cauſas, quare non eſt detrahendum. Prima eſt, quia qui detrahit proximo, detrahit legi, & ita Deo qui legem dedit, *ibi*: [Qui detrahit, &c.] Alia cauſa eſt, quia ſi frater bonus eſt, non eſt ei detrahendum; ſi malus, habet judicem Deum. Unde tu non debes judicare eum, vel detrahere, *ibi*: (Unus eſt, &c.) Dicit ergo (Nolite) quaſi non ſolum erga Deum boni ſitis, imo erga proximum. Unde: (Nolite detrahere, &c.) ideſt unus alii. *Prov.* 4. Remove a te os pravum, & labia detrahentia procul ſint a te. Nota, quod non dicit Jacobus, non detrahetis, ſed nolite detrahere: ut ſic etiam prohibeat voluntatem. Multi enim non detrahunt qui libenter detraherent ſi auderent. Detrahere autem eſt de bono aliquid minuendo trahere. Detractor autem in quatuor offendit: Quia Deo facit injuriam, cujus facturæ detrahit, cum deberet in ea delectari. *Pſal.* Delectaſti me, Domine, in factura tua. Item ſibi facit violentiam. Cujuslibet enim hominis natura eſt alium diligere: ſicut etiam patet in aliis animalibus, quia omne animal diligit animal ſuæ ſpeciei. Unde *Eccl.* 27. Volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt, & veritas ad eos qui operantur illam, revertetur. Item bono violentiam facit, quia omne bonum laudabile. Item proximum lædit, cujus bonum minuit. Propter hæc omnia dicit *Pſal.* 100. Detrahentem ſecreto proximo ſuo perſequebar. Et oſtendit cauſam unam, quare non eſt detrahendum dicens:

a Qui

a Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, &c.] Reddantur ſingula ſingulis. *Lev.* 19. Juſte proximo tuo judica, nec erit criminator, nec ſuſurro in populis. Et *Rom.* 14 Tu quis es, qui judicas ſervum alienum? ſuo Domino ſtat, aut cadit, ſtabit autem. Judicare legem, vel detrahere, eſt facientem legis præcepta, malum vel dicere, vel judicare: Et tali fiet judicium ſine miſericordia. *Sup.* 2.

b Si autem judicas legem, non es, &c.] ideſt vituperator, ut dicit *Gloſſ.* & ſic tranſgreſſor, & ideo puniendus. *Hebr.* 10. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine miſeratione duobus aut tribus moritur teſtibus, &c. Et quod talis ſit puniendus oſtendit.

a Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. *b* Si autem judicas legem, non es factor legis, ſed judex. Unus eſt *c* enim legiſlator, & judex, qui *d* poteſt perdere, & liberare. *e* Tu autem quis es, qui judicas proximum? *f* Ecce *g* nunc qui dicitis: *h* hodie aut craſtino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis *i* quid ſit in craſtinum. *k* Quæ *l* eſt enim vita veſtra? *m* Vapor eſt ad modicum parens, *n* & deinceps exterminabitur *o* pro *p* eo, ut dicatis: Si Dominus, voluerit, & ſi vixerimus, *q* faciemus *r* hoc aut illud. *ſ* Nunc autem *t* exultatis in *u* ſuperbiis veſtris. *x* Omnis exultatio talis maligna eſt. *y* Scienti igitur bonum facere, & non facienti,

c Unus eſt enim legiſlator, & Judex] Deus ſcilicet, propter quod puniet tranſgreſſores. Unde ſequitur.

d Qui poteſt perdere, & liberare,] 1. *Reg.* 2. Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit. Perdere poteſt malos in gehenna. *Luc.* 12. Oſtendam vobis, quem timeatis, eum timete, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Item ſalvare bonos in gloria. *Roman.* 2. Gloria & honor, & pax omni operanti bonum. [Unus eſt judex.] *Act.* 10. Ipſe eſt qui conſtitutus eſt a Deo judex vivorum, & mortuorum. Et ita ſi non facis quod debes, & uſurpas quod non debes, nihil reſtat niſi ut puniaris ab eo: [Qui poteſt, &c.] Et eſt hæc ſecunda cauſa quare non eſt detrahendum, quia ſi malus eſt frater, habet judicem alium quam te. *e* Tu autem quis es, qui &c.] quaſi dicat, tu forſitan in nullo ſuperas eum, quem judica. Unde *Greg.* Cogitare debemus cum aliquem redarguimus, quia aut in eiſdem peccatis fuimus, aut certe eſſe potuimus, & ſic cum manſuetudine corripimus. *f* Ecce nunc qui dicitis] Hæc eſt tertia pars, in qua cæcitatem eorum aperit, qui non videbant remedia appoſita, & ſibi data. Et dividitur in tres partes. Primo oſtendit cæcitatem, quæ proveniebat ex eo, quod non attendebant, qui vel quales eſſent, & ſic derogabant Deo promittentes ſibi lucra, *ibi*: (Hodie) Secundo quaſi collyrium ſuper hanc cæcitatem apponit, ut ſanet eos, ſcilicet infirmitatem tam ex parte animæ, quam ex parte corporis, *ibi*: [Qui ignoratis.] Tertio quaſi ex his concludit, *ibi*: [Nunc autem exultatis, &c.] Dicit ergo [Ecce] quaſi vitanda eſt detractio, ſed [ecce nunc] aliud ſcilicet vitium eſt in vobis. *g* Qui dicitis] ſtulte vobiſipſis longa vitæ ſpatia proponentes cum illo divite *Luc.* 12. Anima mea habes bona poſita in annos plurimos, comede, bibe, epulare. Et quid dicitis, hoc ſcilicet: [Hodie aut craſtino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, &c.] ideſt multa acquiremus. De hoc autem redarguit eos quod ſine conditione longam vitam ſibi promittentes, multa lucrari credebant propriis laboribus, & non attribuunt ſuum lucrum, vel profectum Deo. Unde dicit *Gloſſ.* Multimodam ſtultitiam notat, quia & de lucrorum augmento agunt, & ſe multo tempore victuros arbitrantur, non attendentes illud *Eccl.* 18. Numerus dierum hominum, ut multum centum anni, & ſuæ poteſtatis æſtimant ut annum faciant, cum tamen ignorent quid eis ſit futurum mali ſuper terram. *Eccl.* 11. Quomodo ignoras quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis, ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium.

i Qui ignoratis] Hic eorum oculos aperit collyrio infirmitatis. Unde primo oſtendit eorum infirmitates ex parte animæ, dicens: [Qui ignoratis] quaſi hoc dicitis [qui] ideſt quia [ignoratis, &c.] Vel ſic: Hoc dicitis, quia eſtis illi. Qui ignoratis, &c. quia *Eccl.* 9. Omnia in futurum ſervantur incerta. Hic ponitur cæcitas ex parte cauſæ formalis. *Prov.* 27. Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies.

k Quæ eſt enim] Hic oſtendit infirmitatem vel conditionem ex parte corporis, & tangitur hic cæcitas ex parte cauſæ materialis. Continuatio. Quaſi non debetis hæc vobis promittere. *l* Enim] ideſt, quia

k Quæ eſt vita veſtra] ideſt quam brevis, & reſpondet. *m* Vapor eſt, &c.] *Gen.* 47. Dies peregrinationis vitæ meæ 130. annorum ſunt parvi & mali. Dicit autem: [Vapor] quia vita non eſt niſi particularis diſſolutio, quæ tandem ducit ad mortem. *Sap.* 5. Et nos nati continuo deſinimus eſſe. Sed ſicut ſcitis, expreſſum ſignum eſt damnationis quando homo in morte inducitur, nec Dominum requirit: ſicut legitur de Aſa rege Judæ, 2. *Par.* 16. Ægrotavit Aſa anno 39. regni ſui dolore pedum vehementiſſimo, & nec in infirmitate quæſivit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. Multi adhuc hodie ſunt tales, cum tamen dicat *Pſalm.* Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui. Hæc enim vita mors eſt particularis. Unde mirum eſt, quod in morte oblitus eſt Deus ab illis. Dicitur autem: [Ad modicum] Propter vegetationem, quæ hic durat, ſed in futuro non erit, vita autem erit in futuro. Vel dicitur [parens] quia ſicut dicit Seneca: Expecta jam & non eris, ad litteram. Unde & hic ſequitur.

n Et deinceps] ideſt parum poſt hoc.

o Exterminabitur] quoad vegetationem, quæ non erit in futuro, ſed extra terminos vitæ illius ponitur, nec enim tunc ſancti fomentis ciborum indigebunt. Vel [Exterminabitur] quia cito deficiet vita corporalis. Vel de malis moraliter. *n* Et deinceps] ideſt cito.

o Exterminabitur] quilibet malus, ideſt extra terminos paradiſi ponetur. Et hoc eſt, quia in hac vita quandiu fuerunt ab itinere juſto abierunt in exterminium peccati.

p Pro eo] Hic ponit cauſam quare de brevitate vitæ, & de aliis eos allocutus eſt, ut ſcilicet, ipſi ſine conditione non loquantur de futuris. Continuatio: Brevis eſt vita, & hæc omnia ſupra dicta dixi: [Pro eo ut] vos [dicatis] cum ſcilicet habetis aliquid facere.

r Faciemus hoc, &c.] niſi Deum vella intelligemus, & ſic, Deo omnia relinquatis. *q* Et ſi vixerimus] ſcilicet [faciemus &c.] Sed nunquid hoc eſt ſufficiens ad hoc ut fiat bonum opus? Dicit, quod non. Quare ergo dicit hoc? Sol. Hoc dicit, non quod ſit ſufficiens, ſed propter modeſte loquentes, qui ita ſolent dicere. Vel [ſi vixerimus] quantum in nobis eſt. Notandum autem, quod prædicta conditio, ſc. ſi Deus voluerit, ſemper aut apponenda eſt actu, aut intelligenda habitu. Sicut Apoſtolus intelligendo eam dixit *Rom* 15. Per vos proficiſcar in Hiſpaniam. *ſ* Nunc autem] quaſi ex omnibus concludit, dicens (Nunc) Continuatio. Nec ſolum ſpatium vitæ & lucra futuri temporis vobis promittentes, ſed etiam [nunc] ideſt in hac vita brevi, cujus brevitas vos inſtruere deberet ne ſequeremini temporalia vel putaretis lucra.

t Exultatis,] i. gaudium extra oſtenditis. Et hoc ex ſuperbia. Unde ſequitur. *u* In ſuperbiis] i. in divitiis, quæ faciunt vos ſuperbos. *Eccl.* 40. Facultates, & virtutes extollunt cor. Vel [Exultatis] ideſt extra vos alas potentiæ extenditis. Et hic punit conditionem ex parte cauſæ finalis, quia non attendunt finem ad quem ſunt, propter hoc ſuperbiunt: oſtendit quod talis exultatio non eſt appetenda, dicens: *x* Omnis exultatio] ideſt malo igne ignita, i. a diabolo ſuggerente, qui quaſi cauſa eſt vel ſaltem occaſio. Et ſic arguitur cæcitas eorum a cauſa quaſi efficiente. Vel [maligna] malo igne concupiſcentiæ, ſc. ignita, a qua eſt peccatum originaliter, & ſic arguitur quaſi a cauſa materiali. Vel [maligna] malo igne peccati, & ſic arguitur ab effectu in ſeipſo, & a ſeipſo quæ eſt culpæ. Vel [maligna] ideſt malo igne gehennæ ignita, & ſic arguitur ab effectu in ſeipſo, & a ſeipſo, qui eſt pœna. Vel [maligni] malo igne invidiæ vel depreſſionis aliorum, & ſic arguitur ab effectu, quem facit in altero. His quinque modis exponitur hoc verbum. *y* Scienti igitur] Quia ſcitis bonum, & non facitis, ſed exultatis in ſuperbiis. (*Scienti igitur bonum, &c.*) præcipue ſc. ut ponat hoc pronomen cauſa majoris ſignificantiæ. *Luc.* 21. Ille autem ſervus, qui cognovit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparavit, & non fecit voluntatem ejus plagis vapulabit multis. Eſt autem hoc argumentum a minori ſic. Quia omnibus talis exultatio eſt maligna, multo magis, (igitur ſcienti, &c.) hic dicit *Gloſſ.* quia ſcientes bonum facere, & non facientes majus peccatum habent, quam ſi neſcirent, licet ipſa boni ignorantia magnum ſit peccatum, cum

ſcriptum

Digitized by Google

ſcriptum ſit: ignorans ignorabitur. 1. *Cor.* 14. Si quis ignoſat ignorabitur, ergo videtur, quod ignorantia ſit peccatum. Contra: Nulla ſcientia eſt virtus, ergo nulla ignorantia eſt peccatum, Item peccatum non deſtruitur niſi per gratiam, ignorantia poteſt deſtrui ſine gratia, ergo non eſt peccatum. Solutio: Dicunt quidam, A quod nulla ignorantia eſt peccatum, & concedunt, quod omnis ignorantia excuſat a tanto, & ſi non a tanto, & quod hic dicitur, & ad *Cor.* exponunt de contemptu ſciendi, vel addiſcendi. Alii dicunt, quod eſt ignorantia privationis, & hæc opponitur ſcientię prout eſt diverſum genus a virtute, & hæc non eſt peccatum, cum ſcientia non ſit virtus. Item eſt ignorantia diſpoſitionis, quæ eſt peccatum, & opponitur ſcientiæ, quæ eſt donum.

peccatum eſt illi,

C A P. V.

AGite *a* nunc divites, *b* plorate *c* ululantes *d* in miſeriis veſtris, *e* quæ advenient vobis. *f* Divitiæ veſtræ *g* putrefactæ ſunt, & *h* veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt. *i* Aurum, & argentum veſtrum *k* æruginavit, *l* & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & *m* manducabit carnes veſtras, *n* ſicut ignis: *o* theſaurizaſtis *p* vobis *q* iram in noviſſimis diebus.

E X P O S I T I O C A P. V.

AGite nunc divites, &c.] Hæc eſt ſecunda pars quartæ partis Epiſtolæ, in qua dehortatur, & dejicit amorem divitiarum quoad actum habendi. Et dividitur hoc capitulum in duas partes. In prima generaliter loquitur contra omnes divites, ſpecialiter contra illos, qui in mortem Chriſti conſenſerunt. In ſecunda loquitur ſpecialiter ad Judæos pauperes, invitans eos ad hoc, ut patienter ſuſtineant, *ibi*: Patientes, &c.] Item prima pars dividitur in quinque partes. In prima invitat divites, qui male congregaverunt, & male congregata detinent, & detinuerunt ad pœnitentiam, *ibi*: [Agite] In ſecunda oſtendit, quod niſi ipſi pœniteant, pro theſauro divitiarum dabitur eis theſaurus iræ vel pœnarum, cum ipſi ſint impii in pauperes, *ibi*: [Divitiæ veſtræ, &c.] In tertia arguit eos de eo, quod non reddebant mercenariis ſuis mercedem contra legem. *Lev.* 19. Non morabitur opus mercenarii tui apud te uſque mane, *ibi*: [Ecce merces, &c.] In quarta arguit eos de hoc quod luxurioſe vivebant, *ibi*: [Epulati, &c.] In quinta improperat eis mortem Chriſti, in quam ſpecialiter quidam conſenſerant, vel generaliter omnibus, qui eam non reducunt ad memoriam, *ibi*: [In die, &c.] Dicit ergo, invitans divites ad pœnitentiam: Agite, &c. dum ſcilicet tempus habetis. 2. *Cor.* 6. Ecce nunc tempus acceptabile. *Eccl.* 6. Quodcumque facere poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas. [Agite] qui malum faciendo hucuſque egiſtis. Malum enim agere non eſt agere, ſed bene agere eſt agere ſimpliciter, cum ſit a potentia naturali, malum vero agere non eſt a potentia, ſed a defectu. [Agite] Sed quid? Potentia. *Matth.* 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Qualiter vero ſit agenda pœnitentia oſtendit, dicens: *b* Plorate] in corde dicit *Gloſſ.* quia ſcilicet male, & ſuperflue congregaſtis.

c Ululantes] voce confeſſionis, & opere ſatisfactionis manifeſtantes dolorem cordis. *Joel.* 1. Flete & ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, ideſt, quibus temporalia ſuccedunt ſine difficultate. Et cum ſitis mali, & hoc,

d In miſeriis] ideſt pro miſeriis [veſtris.]

e Quæ advenient, &c.] In futuro, qui hic gaudetis in vanis. *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui hic habetis conſolationem veſtram. Vel [Ululate] ideſt ululantibus more luporum eſurientium quando nec guttam aquæ accipietis cum illo divite in inferno. *Luc.* 16. Et quare? Quia raptores fuiſtis, & mercedem operariorum retinuiſtis. Unde quia multos per rapinam mendicare coegiſtis, mendicabitis, & nihil accipietis. Et hoc juſtum eſt, quia *Sap.* 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. [Advenient] dicit, quia miſeria pœnæ veniet ad miſeriam culpæ, ut ſimul conjungantur, ut ſcilicet quamdiu durabit culpa, duret & pœna. Sed in inferno culpa perennis erit, ergo & pœna. Vel hoc dixit ad litteram Jacobus de deſtructione Judæorum futura per Romanos pro culpa quam commiſerant Dominum crucifigendo. Unde poteſt dici, quod Jacobus in hoc fuit Propheta. Vel hoc accepit de verbis Domini, qui prædixit deſtructionem Jeruſalem. *Luc.* 19. Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te undique, & ad terram proſternent te, &c.

f Divitiæ veſtræ] Secunda pars primæ partis, ubi eos redarguit de impietate avaritiæ dicens: [Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt,] quia nimis diu fuerunt incarceratæ. Ergo & vos putrefacti eſtis, qui eis adhæretis. Si enim paleam ſequeris, palea efficieris, ut dicit *Auguſt.* Unus enim ſpiritus eſtis cum divitiis, ſicut qui Deo adhæret, unus ſpiritus eſt. 1. *Cor.* 6. Vel *g* Putrefactæ] ideſt putreſient, quantumcumque eas bene ſervetis, & loquitur per præteritum de futuro, quia Sancti non reputant eas plus quam ſtercora putrefacta? ideo dicitur *Phil.* 3. Propter Chriſtum omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora. Vel dicit [Putrefactę] quia nec modo valent ad tollendas, vel mitigandas præſentes miſerias, ſicut patet in febricitantibus, qui ſi darent omnes divitias mundi aliquando in febre, vel febris acceſſione non liberarentur. Vel [Putrefactæ] quia ſimul ſunt, ſi enim diſpergerentur non putreſierent, ſed animam liberarent. *Prov.* 13. Redemptio animæ viri propriæ divitiæ.

h Et veſtimenta veſtra, &c.] non uſu neceſſario attrita. Veſtiunt enim perticas & arcas, ut cibum tineis præparent; & Dei imaginem, ſc. pauperem nudum dimittunt. *Job* 24. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore, quos imbres montium rigant; & non habentes velamen amplexantur lapides. Sed ſcitis quid erit talibus qui modo nolunt ſuam ſpeciem viſitare, in die Judicii coram toto mundo denudabuntur ipſi a fundamento deorſum uſque ad caput ſurſum, ut eorum pudenda, ideſt peccata ab omnibus videantur. *Abac.* 3. Denudaſti, ideſt denudabis in die judicii fundamentum ejus uſque ad collum.

i Aurum, &c.] quæ magis videbantur durabilia.

k Æruginavit] ideſt deficiet percuſſu temporis, quod tamen modo ita libenter congregatis, nec pauperibus erogatis. Vel [Æruginavit] ideſt nihil valebit vobis ſicut ærugo metalla minus valere facit. Unde *Ezech.* 7. Argentum eorum foris projicietur, & aurum eorum in ſterquilinium erit, argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.

l Et ærugo eorum, &c.] ideſt contra vos, [in teſtimonium.] Cogitabunt enim mali ſe male congregaſſe, & male ſervaſſe, & ex hac cogitatione vermem habebunt conſcientiæ eos graviter urentem, & contra eos grave teſtimonium dicentem. Unde dicit *Gloſſ.* Ecce ærugo pecuniæ vertitur in teſtimonium nequitiæ, & augmentum pœnæ, quia intelligit ſe male congregaſſe. Simile *Abac.* 2. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter juncturas ædificiorum eſt, reſpondebit: Quid? Verum eſſe teſtimonium lapidis.

m Et manducabit carnes veſtras] ideſt carnales concupiſcentias accuſabit. *n* Sicut ignis,] ſcilicet corpora ardebit, & flamma exterior corpora, & vermis interior animas cruciabit. Unde *Gloſſ.* Non ſolum immiſericordes divites viſibilis gehennæ igne cruciabuntur, ſed etiam memoria mali divitiarum urentur, quibus culpas ſuas redimere potuerunt. *Dan.* 4. Peccata tua eleemoſynis redime. Vel [Carnes veſtras,] ideſt corpora, dicit *Gloſſ.* Sed quomodo iſta cogitatio uret corpus? Reſpondeo: Loquitur cauſative, quaſi illa cogitatio erit cauſa quare magis dolebunt, & ex dolore ſe ipſos magis odibunt ex odio, & ex dolore attenuabuntur corpora, & aliquando ſua membra commanducabunt. *Apoc.* 16. Unus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, & factum eſt regnum ejus tenebroſum, & manducaverunt linguas præ dolore.

o Theſaurizaſtis] quaſi theſaurum pecuniarum modo facitis. Sed [Theſaurizaſtis] ex diverſis culpis.

p Vobis] acquiſitive.

q Iram in noviſſimis diebus] ſcil. ſentiendam. *Rom.* 2. Theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei. Ita autem theſaurus dicitur, quia modo latet, ſicut theſaurus ponitur in loco ſecreto. Quia ut dicit *Greg.* Deprædari deſiderant, qui theſaurum publice in via portant. In theſauro autem intelligitur & quantitas, & qualitas, quia de parvis rebus, vel de vilibus non fieret, nec diceretur theſaurus eſſe. In hoc ergo notatur & pœnæ multitudo, & multiplicitas, & ejuſdem acerbitas. *Job* 38. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? Primo igitur, ut viſum eſt, dehortatur avaritiam divitiarum generaliter, cum dicit: [Divitiæ veſtræ, &c.] Deinde ſpecialiter deſcendendo. Omnes autem divitiæ, aut immediate pertinent ad neceſſitatem hominis aut mediate. De his quæ immediate, quæ ſunt victus, & veſtitus dicit: [Et veſtimenta veſtra a tineis, &c.] De his quæ mediate ſubjungit: [Aurum, & argentum veſtrum] Et de malo, & de perverſo uſu omnium iſtorum concludit, dicens: [Theſaurizaſtis, &c.]

a Ecce

a Ecce mërces] Tertia pars primæ partis in qua arguit divites de rapina, quia mercedem ſuorum operariorum vel detinebant injuſte, vel auferebant, vel deſraudabant: & hoc facit, ut multiplices culpas oſtendat, ex quibus erit eorum theſaurus. Continuatio: Non ſolum damnabimini, quia veſtra non datis, ſed quia aliena retinetis, vel defraudatis alios. Unde, [Ecce merces operariorum qui meſſuerunt] i. collegerunt. *b* Regiones veſtras] i. meſſes in regionibus diſſeminatas, ad literam. *c* Quæ fraudata eſt a vobis] Ecce cauſa clamoris. Unde ſeq.

a Ecce merces operariorum qui meſſuerunt *b* regiones veſtras, *c* quæ fraudata eſt a vobis; *d* clamat: *e* & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. *f* Epulati eſtis ſuper *g* terram: *h* & in luxuriis enutriſtis corda, *i* in die *k* occiſionis adduxiſtis *l* & occidiſtis juſtum: *m* & non reſiſtit vobis. *n* Patientes igitur eſtote fratres, uſque ad adventum

d Clamat] Hoc dicit quia ſtatim, quando talia facitis, vel etiam cogitatis, notum eſt Domino, qui eſt in cœlis. *Eccl.* 35. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ipſius ſuper deducentem eas? A maxilla aſcendunt uſque ad cœlum, & Dominus auditor non delectabitur in illis. Vel clamat effective, quia facit pauperes clamare. Et in verbo, clamandi notatur extenſio peccati, & efficaciæ clamoris: Propter quod dicit *Eccl.* 34. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario; fratres ſunt. Et dicit ſignanter, quod merces clamat non pauper mercenarius: quia aliquando contingit, quod pauper læſus eſt, nec audet mirare præ timore divitis. *Eccl.* 23. Humilis deceptus eſt, & in ſuper arguitur. Nec impune ferent, quia merces retenta ſuo modo clamat. Et propter hoc dicitur *Deut.* 24. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui ſive advenæ, qui tecum moratur in terra tua. Nec ſolum neganda eſt non petenti, imo ſolvenda eſt, & mittenda tacenti, vel diſſimulanti. Unde *Lev.* 19. Non morabitur opus mercenarii apud te uſque mane, etiamſi ipſe diſſimulet, vel taceat non audens petere. Dixi, quod clamat, ſed non caret effectu. Unde ſeq.

e Et clamor eorum introivit, &c.] i. exercituum ejus, qui Dominus eſt exercituum, & Angelorum & hominum. Non dicit autem ſolum, [Domini] ſed addit: [Sabaoth] ad terrorem divitum, qui pauperes credunt non habere Dominum, cum tamen dicat *Pſal.* 9. Tibi derelictus eſt pauper, &c. Tobias autem filium ſuum inſtituens, inter alia ſic dicebat: Quicumque aliquid tibi operatus fuerit, ſtatim mercedem ei reſtitue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat: Notandum eſt hic, quod quatuor peccata leguntur clamare, præcipue propter ſuam immenſitatem & enormitatem. Homicidium: Unde *Gen.* 4. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Item peccatum contra naturam *Gen.* 18. Deſcendam; & videbo utrum clamorem, qui venit ad me opere compleverint, aut non. Item oppreſſio bonorum. Vel pauperum. Unde *Exod.* 3. Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur. Item retentio, vel defraudatio mercedis operariorum, ſicut hic:

f Epulati eſtis] Quarta pars primæ partis, ubi redarguit eos de luxuria, ut ſic oſtendat theſaurum iræ amplius cumulari, Continuatio: *Gloſſ.* Non tantum peccatis ſuperfluæ congregando, & aliena rapiendo, ſed etiam ſuperflue expendendo. Hæ enim ſunt tres dietæ Ninive, i. mundi. *Jonæ* 3. Ninive erat civitas magna itinere trium dierum. Dicit ergo [Epulati eſtis:] Non panem Angelorum, qui de cœlo deſcendit. *Jo.* 6. Sed in his, quæ ſunt. *g* Super terram] ideſt, terrena, & carnalia gaudia contemptis cœleſtibus, diligitis.

h Et in luxuriis enutriſtis corda veſtra] ideſt, luxurioſa ſecuti eſtis convivia, ea quibus cordium concupiſcentiæ exarſerunt. 2. *Pet.* 2. Voluptatem exiſtimantes diei delicias coinquinationis, & maculæ deliciis affluentes in conviviis ſuis luxuriantes. Ecce quod ex gula ſequitur luxuria. *Hier.* Venter mero æſtuans cito deſpumat in libidinem. Et *idem*: Venter & genitalia vicina ſunt, & ea vicinitate membrorum naſcitur conformitas vitiorum. Propter hoc dicitur *Iſ.* 5. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam ut vino æſtuetis: cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis veſtris: & opus Domini non reſpicitis, i. pauperem, qui fame, & frigore periit.

i In die occiſionis] Quinta pars primæ partis, in qua infidelibus divitibus de duodecim tribubus mortem Domini improperat: ut ſic eos ad fidem, & ejus opera converti faciat. De quibus dixit *in princ. hujus capitis*: [Agite nunc divites, &c.] Et *ſup.* 2. Nonne divites per potentiam opprimunt vos &c. His ergo ſpecialiter loquitur. Ipſi enim quaſi nihil mali feciſſent, luxurioſe, & avare vivebant. & propter hoc, mala quæ faciebant eis aperuit, inter quæ ſummum fuit mors Chriſti, in quam conſenſerunt: ut eſſet ſic eorum iniquitas conſummata: & propter hoc deſtructi fuerunt a Romanis ſc. a Tito, & Veſpaſiano, quadrageſimo ſecundo anno poſt paſſionem Domini. Dicit ergo [In die occiſionis Dominicæ] præviſo a patre.

k Adduxiſtis] ad judicandum coram Pilato, & principibus Sacerdotum. Nec ſolum hoc feciſtis, imo.

l Et occidiſtis juſtum] i. Chriſtum, qui antonomaſtice dicitur juſtus nihil habens de oppoſito juſtitiæ, nec actu, nec potentia. E converſo nos multum habemus de injuſtitia: & actu & potentia. Angeli vero nihil habent actu de injuſtitia, habent tamen potentiam: quod enim Ipſi non peccant, hoc non debent niſi ex gratia. Hoc inquam, feciſtis de eo. *m* Et non reſtitit vobis,] cum tamen poſſet. *Iſ.* 53. Sicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſic obmuteſcet. *Hier.* 11. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam, & non cognovi. 1. *Pet.* 2. Cum pateretur, non comminabatur. *n* Patientes igitur] Secunda pars cap. in qua loquitur ad Judæos pauperes ſpecialiter, & generaliter ad omnes tribulatos. Procedit autem ſic: Primo monet eos & invitat ad patientiam, multis rationibus. Secundo quia frequenter homines impatientes ad juramenta prorumpunt; & hoc magnum eſt impatientiæ ſignum, i. [propter hoc prohibet eos a juramento, ibi:] Ante omnia fratres, &c. Et quia vehementia tribulationum aliquando ſic abſorbet aliquos debiles, quod via poſſunt a juramentis abſtinere; propter hoc tertio, repreſſorium hujus violentiæ tentationum oſtendit, ſc. orare ſanctos, ibi [Triſtatur aliquis. &c.] Et quia ſine confeſſione parum valet oratio: confirmatur enim oratio per confeſſionem: propter hoc quarto, & ultimo invitat eos ad confeſſionem ibi [Confitemini alterutrum peccata, &c.] In prima autem parte procedit ſic: Primo monet ad patientiam exteriorum tribulationum, ibi [Patientes igitur, &c.] Secundo hortatur, ut ſibi in opere caveant, ne propter preſſuras tribulationum pacem cordis amittant ibi [Nolite ingemiſcere.] Ad patientiam vero exteriorum monet eos primo duplici argumento, quorum primum ſumitur a ſimilitudine Chriſti, & a majori concludit, ibi [Patientes] ſecundum a ſimilitudine agricolæ fructum terræ expectantis, ibi [Ecce agricola.] Secundo monet ad plura, & majora ſuſtinenda, ibi [Confirmate corda.] Tertio monet eos ad pacem cordis inter preſſuras ſervandam ibi, [Nolite ingemiſcere.] Sed hoc eſt difficile, & propter hoc magis meritorium: propter hoc, ut ipſi ad hoc faciendum ardentiores, & fortiores fiant, primo proponit eis præſcientiam judicii, ibi [Ecce judex, &c.] Secundo proponit exempla Prophetarum, qui pro Domino paſſi ſunt, ibi: [Exemplum accipite.] Tertio exemplum patientiæ Job nominatim, & expreſſe eis adducit, ut ipſi patientes ſint in præſenti; & exemplum Chriſti; ut ſicut ipſe pro nobis, non timeant ipſi mortem pro eo pati, ibi [Suſferentiam Job, &c.] Dicit ergo [Patientes, &c.] Increpatis ſuperbis rurſum ſe convertit ad bonos, ad patientiam invitans eos, ut dicit *Gloſſ.* Quia cito finientur preſſuræ.

Vel juſtis ad Dominum raptis. *Sap.* 4. Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus: aut ne fictio deciperet animam illius.

Vel perſecutoribus privatis poteſtate. *Eccl.* 10. Regnum a gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos. Quia videtis illos puniendos: [Patientes igitur eſtote fratres, uſque ad adventum Domini] qui incipit in fine cujuſque, ut dicit *Interl.* Unde *Eccl.* 1. Uſque in tempus expectabit patiens, & poſtea redditio jucunditatis.

Et *Eccleſiaſt.* 2. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam & qui dereliquerunt vias juſtas. Et hic eſt locutus a minori, & ſimili ſic: Chriſtus non reſtitit; ſed patiens fuit: ergo a minori, vel ſimili, & vos debetis non reſiſtere, ſed patientes eſſe 1. *Petr.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini

mini veſtigia ejus. Et quia poſſet aliquis dicere: Tu concludis, quod quia Chriſtus fuit patiens, & nos ſimus patientes; non bene arguis, quia Chriſtus fuit Deus: Propter hoc ſubdit evidentius exemplum dicens: *a* Ecce] q.d. evidens eſt quod propono vobis. *b* Agricola expectat pretioſum fructum terræ] i. tanquam ſui laboris pretium. *c* Patienter ferens] i. ſuſtinens. *Eccl.*2. Suſtine ſuſtentationes Dei: conjungere Deo, & ſuſtine. *d* Donec accipiat temporaneum] i. præmaturum. Unde *Int.* primitias. *e* Et ſerotinum,] qui ſcil. generalem maturationem expectat. Sic accipitur temporaneum. *Iſa.* Et erit flos decidens gloriæ exultationis ejus, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium, quaſi temporaneum ante maturitatem autumni. Tamen alio modo ſumitur. *Deut.*11 Dabit Dominus pluviam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, ut colligatis frumentum, vinum & oleum. Dicitur autem pluvia temporanea, quæ datur tempore ſerendi, i. in autumno; ſerotina vero quæ datur in meſſe. *Oſ.*6. Veniet nobis quaſi imber temporaneus & ſerotinus terræ. Arguit autem hic a ſimili, ſic: quia agricola fructum expectat terrenum, & pro eo patienter laborat: ergo & vos a ſimili, vel multo fortius debetis patienter expectare cœleſte, & pro eo laborare. Duo autem facit argumenta, & in primo comparatur patiens patienti, in ſecundo comparatur finis fini.

Domini. *a* Ecce *b* agricola expectat pretioſum fructum terræ, *c* patienter ferens, *d* donec accipiat temporaneum *e* & ſerotinum. *f* Patientes igitur eſtote vos, & *g* confirmate corda veſtra *h* quoniam adventus Domini appropinquabit. *i* Nolite ingemiſcere *k* fratres, in alterutrum; *l* ut non judicemini. *m* Ecce judex ante januam *n* aſſiſtit. *o* Exemplum accipite fratres, exitus mali, *p* & longanimitatis, *q* & laboris, *r* & patientiæ, *ſ* Prophetas: *t* qui locuti ſunt in N. D. *u* Ecce beatificamus *x* eos qui ſuſtinuerunt. *y* Sufferentiam Job audiſtis, *z* & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors *a* eſt Dñs, *b* & miſe-

Moral.

Moral. Temporaneum, & ſerotinum ſunt gratia præveniens & gratia ſubſequens, vel gratia in præſenti, & gloria in futuro; vel ſtola animæ, & ſtola corporis. Et hoc eſt, quod dicit *Gl.* Accipiens temporaneum, i. vitam animæ, ecce prima ſtola, & carnis incorruptionem ecce ſecunda ſtola, vel temporaneum in operibus juſtitiæ, ecce gratia in præſenti; ſerotinum in laborum retributione, ecce gloria in futuro. Unde Apoſt. *Rom.* 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam. *f* Patientes] Hic ſecundo monet eos, non ſolum ad hoc ut patientes, ſed ut ſint parati ad majora ſuſtinenda ſi oportuerit, & eſt quaſi concluſio præmiſſorum. Primo, quia Chriſtus paſſus eſt, & patiens fuit: quia agricola expectat fructum terræ patienter, quia in adventu Domini liberabimini; ergo ſi Dominus aliquantulam fecerit moram [vos tamen eſtote patientes] Et non ſolum hoc, imo, *g* Confirmate corda veſtra] i. præparate, ut etiam graviora ſuſtineatis ſi oportet. *Eccl.* 2. Fili accedens ad ſervitutem Dei ſta in juſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem, deprime cor tuum, & ſuſtine. Et quare hoc? *h* Quoniam adventus Domini appropinquabit,] in quo perſecutoribus veſtris raptis ad pœnam vos cum lætitia deducemini ad gloriam. *Apoc.ult.* Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, q.d. etſi modo gravia patimini, tamen hoc non durabit, ſed cito veniet judicium Domini, vel particulare in morte, vel univerſale in fine mundi: In quo quia fuiſtis in paucis vexati, in multis bene diſponemini. *Sap.*3. Unde 2.*Cor.*4. Id quod momentaneum eſt, & leve tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et dicit: [Appropinquabit] per ſpem, ut notetur diſtantia: quia adhuc dum hic vivimus, a Deo diſtamus; ſed in eis eſt gloria ſine diſtantia, quia jam Deum vident facie ad faciem. *Matt. c.*4 Appropinquabit enim regnum cœlorum. *i* Nolite ingemiſcere] Hic Judæos pauperes oppreſſos a divitibus, & omnes generaliter monet, ut inter preſſuras ſervent pacem cordis: dicens [Nolite ingemiſcere,] i. intus in corde gemere. k Fratres in alterutrum] i. quia videtis mutuas miſerias fratrum, qui ultra merita patiuntur, cum perſecutores nihil mali ferre videantur, nolite propter hoc murmurare in corde exiſtimantes Deum male judicare. Et quare? *l* Ut non judicemini,] i. damnemini propter malitiam, & murmur cordis veſtri in quo Deum iniquum exiſtimatis 1.*Cor.*10. Non murmuraveritis: ſicut quidam eorum murmuraverunt: & perierunt ab exterminatore. Signanter autem dicit [Nolite ingemiſcere,] verbum inchoativum eſt: quaſi, etſi aliquando gemat caro naturaliter preſſa doloribus, tamen hoc cavete, ne vel inchoatio gemitus, i. murmuris, vel diffidentiæ ſit in corde. Et quia hoc eſt difficile omnino, ſervare pacem cordis in anguſtiis, propter hoc, ut eos cautos reddat, & ad ſic faciendum doceat, proponit eis præſentiam judicis cuncta videntis Dei, vel quia omnes judicabit, quaſi [Nolite ingemiſcere.] *m* Ecce judex ante januam aſſiſtit] ut intus videat quicquid cogitatis. *Boetius*: Magna nobis indita eſt bene agendi neceſſitas, cum cuncta agimus ante oculos judicis cuncta cernentis. Hoc deberet homo cogitare ſemper in omnibus quæ agit: Deus me videt. *Eccl.*23. Oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi & hominum corda intuentes in abſconditas partes. Vel ſic, quod dixi [Ut non judicemini: Ecce judex ante januam] mortis, ſcil. ad hoc. *n* Aſſiſtit ad retribuendum bonis & malis ſecundum merita *Pſ.* 61. Duo hæc audivi, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia, &c. Et ibi addit finem. *Iſ.* 3. Stat ad judicandum Dominus, & ſtat ad judicandos populos. Et quia efficacius eſt exemplum quam verbum, ut dicit *Senec.* longum iter eſt per verbum, breve & efficax per exemplum; propter hoc adhuc proponit eis exemplum Prophetarum qui in moleſtiis tribulationum cor ſuum quietum ſervaverunt. Continuatio: Et ſi hoc, quod dixi de judice non ſufficit: *o* Exemplum accipite fratres exitus mali] non mali culpæ, quia dicit *Pſ.* 115. Pretioſa eſt in conſpectu, &c. ſed pœnalis: & tamen longanimes fuerunt. Unde ſeq. *p* Et longanimitatis] i. perſeverantiæ uſque ad mortem. *q* Et laboris] quotidiani. *r* Et patientiæ] indefeſſæ. Accipite, dico, exemplum. *ſ* Prophetas] non quoſcumque, ſed: *t* Qui locuti ſunt in nomine Domini.] i. qui a Domino fuerunt miſſi; qui in morte non murmuraverunt, nec in laboribus corde defecerunt, ſed omnia ferre voluerunt, ut dicit *Gl.* Et ſumitur hic quodammodo argumentum a minori ſic: Prophetæ qui fuerunt viri innocentes & boni a Domino miſſi, in laboribus multis fuerunt, & patienter tulerunt: ergo multo fortius vos debetis, qui multa mala feciſtis. Duo autem inſinuat, propter quæ Prophetæ ſunt imitandi. Tum quia boni fuerunt, cum dicit [Longanimitatis, &c.] Tum a Domino miſſi, ibi [Qui locuti ſunt in nomine Domini.] Iſtud enim tenetur finaliter ideſt, ad dilatandum nomen Domini. Hic eſt etiam alia cauſa, quare pacem cordis debetis ſervare in moleſtiis veſtris, patienter ferendo, quia: *u* Ecce beatificamus] i. magnos reputamus. *x* Eos qui ſuſtinuerunt] Hoc hodie ſatis verificatum eſt in multis, qui ſanctos beatificant verbo, ſed non imitantur facto: ſicut Balaam qui dicebat. *Num.*24. Moriatur anima mea morte juſtorum: & tamen nolebat operari opere juſtorum. Scitote enim quia nonniſi per opera juſtorum venitur ad finem juſtorum. *y* Sufferentiam] Hic tertio ponit eis exemplum ſpecialiter in Job, & in Domino: dicens [Sufferentiam Job audiſtis,] in lectione. *z* Et finem Domini vidiſtis,] in cruce, ut dicit *Gloſſ.* Longanimiter patientis. Finis autem Domini fuit duplex. Unus intrinſecus quem habuit in mundo, ſc. mors pœnalis quam in cruce ſuſtinuit: & unus extrinſecus vel extra mundum, ſc. reſurrectio glorioſa. De utroque dicit [Finem Domini.] Et primum proponit in exemplum pugnantibus, ut fortiter pugnent; ſecundum, ut concipiant ſpem; ut ſcilic. cum eo ſe gloriari ſperent. Dicit autem ſufferentiam Job, non finem, & e converſo finem Domini, ut ipſi exemplum patientiæ ab ipſo Job accipiant, non finem, cui in fine temporalia reſtituta ſunt duplicia, ideſt, ut non patiantur propter temporalia ſed propter æterna, qualis fuit finis Domini, qui propter mortem crucis accepit novitatem glorioſæ reſurrectionis. *Phil. c.* 2. Exinanivit ſemetipſum, formam ſervi accipiens, &c. Et *inf.* Factus obediens uſque ad mortem; mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

a Quoniam miſericors,] quaſi, & hæc eſt alia cauſa quare debetis imitari iſtos in pace cordis ſervanda in moleſtiis [Quoniam Dominus eſt miſericors,] in natura, quaſi dicat, non ſolummodo juſtus, & bona retribuat, imo. *b* Et miſerator,] ut multo plu-

ra remu-

ra remunerando tribuat, quam exigant merita noſtra; cum ſuos poſt mortem in occulto coronat. Unde *Sap.2.* Miſericordia ſuperexaltat judicium, imo etiam ſæpe in præſenti ſuos a tentationibus liberat, & coram hominibus viventes glorificat; ſicut legitur *Dan.3.* quod liberatis tribus pueris de fornace ignis, fecit eos Nabuchodonoſor honorari, præcipiens ne ab aliquo contra Deum illorum blaſphemia diceretur. Sic de Daniele liberato de lacu, & de aliis multis.

rator. *a* Ante omnia fratres *b* mei, nolite jurare neque per *c* cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. *d* Sit *e* autem ſermo veſter, *f* eſt, eſt, *g* non, non *h* ut non ſub *i* judicio decidatis.

a Ante omnia] Hæc eſt ſecunda pars ſecundæ partis cap. in qua quia impatientes ſæpe ſolent jurare & hoc magnum eſt ſignum impatientiæ, docet eos qualiter ſe habeant circa hujuſmodi. Sic autem procedit in hac parte. Primo prohibet jurare ante omnia. Secundo modum loquendi docet, & oſtendit ibi, [Sit autem ſermo veſter.] Tertio oſtendit quare ſic eſt faciendum, ibi [Non ſub judicio.] Quarto detractionem prohibuit, & temerarium judicium proximi. Item murmur contra Deum. Sed quia hoc quartum peccatum frequenter incurritur a tribulatis, ſc. juramentum, propter hoc ipſum prohibet hic dicens: [Ante omnia fratres mei,] moneo vos de hoc ſc. *b* Nolite jurare neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum.] De hoc verbo maxime nobis inſultant hæretici, ſc. pauperes de Lugduno, dicentes juramentum omnino hic prohiberi cum dicit Jacobus [Ante omnia] quaſi diceret omnino tanquam execrabile, & mortale, prohibeo vobis omne juramentum. Sed non ſic impii non ſic: neque enim omne juramentum voluit Jacobus prohibere, cum ſciret hoc eſſe præceptum in lege, ut redderent Domino juramenta; ſicut Dominus *Matth.5.* Unde cum Dominus venerit legem non ſolvere; ſed adimplere, convenit quod hoc præceptum non ſolvit, ſed adimplevit. Addit enim illi id quod ipſi deerat ad perfectum. In lege enim veteri pro quacumque cauſa, vel magna, vel modica, vel otioſa, vel ſuperflua jurare poterant, dummodo per Dominum, & non per idola jurarent: nec credebant peccare, quia lex pro hujuſmodi non puniebat. Sed Dominus hoc implevit *Matth.5.* Cum dixit: Ego autem dico vobis, non jurare omnino, i. non pro omni cauſa levi, ſc. vel otioſa, vel ſuperflua, vel nociva, non volo, ut juretis; quia debet a Phariſæis veſtra juſtitia abundare. Non prohibet igitur Jacobus omnino juramentum, nec Dominus prohibuit. Unde verbum illud [Ante omnia, &c.] exponitur ſex modis. Primo, ut prohibeatur hoc juramentum tantum quod provenit ex impatientia, & hoc quia ſecundum naturam ſunt ſermones inquirendi, & hoc maxime movet ad patientiam q. d. In tribulationibus poſiti [ante omnia] hoc cavete ſcil. [jurare, &c.] quia hoc magnum ſignum eſt impatientiæ. Prohibet autem hoc ante omnia: non quia ſit peccatum ante omnia; ſed quia ipſi tribulati ad hoc maxime ſunt proni: ſicut febricitanti prohibetur potus, quia magis pronus eſt ad bibendum, quam ad alia, licet alia ſint magis nociva. Secunda exponitur hoc de juramento, quod ſolet eſſe ex malo uſu mercatorum. Solent enim mercatores frequenter, & pro modico jurare. Et hoc patet per hoc quod *in fine c. præc.* egit de mercimoniis, & mercatoribus *& in principio hujus* loquitur hujuſmodi divitibus, & his Jacobus prohibet jurare, vel monet ne jurent, quia per hoc frequenter cadunt in perjurio. Et [ante omnia] dicit, quia proni ſunt, q. d. inter alia peccata hoc magis poteſt vobis nocere, quia ſæpe ſub prætextu veræ jurationis, & injuriam facitis, & fraudatis. Tertio modo exponitur de juramento proveniente ex mala quorumdam conſuetudine, etiam ſine mercatura, vel tribulatione in verbis communibus. Et hoc eſt, quod dicit *Gl.* Addit etiam hoc quod quibuſdam leve videtur, ut jurandi conſuetudinem tollat, quia omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, de eo reddent rationem in die judicii. *Matt.12.* Multo magis ergo de juramento ſine cauſa facto. Sed quid eſt hoc, conſuetudo facit juramentum peccatum? Hoc non videtur, quia ſi jurare non eſt in ſe peccatum, nec conſuetudo. Sol. Conſuetudo prohibetur vel cohibetur, quia ex ipſa faciliter cadit homo in peccatum mortale, ſc. in perjurium. Et hoc eſt, quod dicit alia *Gl.* Ideo à jurationis culpa compeſco vos ne frequenter jurando vera, aliquando etiam in perjurium incidatis. Unde *Eccl.23.* Jurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus ſunt in illa. De hoc, ſicut potius dicit [Ante omnia] propter pronitatem conſuetudine inditam. Item quartu modo exponitur de voluntate jurandi quæ prohibetur, & non juramentum. Et hoc ſic: [Nolite jurare] i. non habeatis voluntatem jurandi. [Ante omnia] i. propter omnia etiam propter vera, niſi cogat neceſſitas propria, aut utilitas proximi privata vel publica. Item quinto modo ex- *Matth. 5.
ponitur de communi ſermone, in quo aliqui incipiunt a juramento; hoc prohibet hic dicens: [Ante omnia nolite jurare] nolite incipere loqui a juramento; quia hoc procedit a libidine, & quod eſt tale, hoc utilitate caret & neceſſitate. Sed notandum, quod ſi libido eſt citra Deum, juramentum eſt veniale; ſi eſt ſupra Deum, eſt mortale; primum cohibetur ſecundum prohibetur. Item ſexto modo exponitur de juramento per creaturas. Unde non prohibetur hic ſimpliciter jurare, ſed per creaturas, ita quod in eis ponatur, vel credatur ineſſe aliquid numinis: & hoc prohibetur ſimpliciter, quia eſt peccatum mortale, eſt enim hoc idololatrare. Et tunc exponitur ſic littera: [Ante omnia fratres mei nolite jurare] ſine puncto [Neque per cœlum, &c.] totum ſub una diſtinctione ab illo loco [Nolite jurare, neque per cœlum] putantes in eo eſſe aliquid numinis a ſe. *c* Neque per terram] Similiter expone, quæ ſunt creaturæ Dei, & nihil habent niſi a Deo. Et non ſolum nolite jurare per creaturas Dei; ſed nec per ea, quæ ſunt fictiones, vel facturæ hominum, ſicut per idola. Idolum enim nihil eſt. *1 Cor.8.* i. nomen, quod putatur ibi præſidere, non præſidet. Et hoc eſt quod ſeq. [Neque aliud quodcumque juramentum.] Hæc ultima expoſitio magis eſt ſecundum litteram: tamen duæ primæ ſunt ſecundum litteram præcedentem; una ſecundum intentionem principalem epiſtolæ, alia ex incidenti, tertia autem, & quarta ſecundum *Gl.* ſed quinta quaſi ex ſuperfluo, vel ex incidenti: omnes aliæ ſunt ex propriis præter quintam. Sed ex hoc videtur verum eſſe quod dicunt hæretici, ſc. Valdenſes; quod crux non eſt adoranda, cum ſit opus hominum. Item ex prædictis videtur quod male facit, & peccat mortaliter qui jurat per crucem, vel Evangelium. Sol. Ad hoc ſic diſtinguitur: Jurare nihil aliud eſt quam Deum teſtem invocare; Deus autem tripliciter invocatur. In ſeipſo, ut cum juratur per Deum. Item in beneficiis, quando ſc. juratur per crucem, vel per Evangelium, & hoc ſignum eſt quod Deo grati ſumus de beneficio nobis per crucem, vel Evangelium ab ipſo collato, cum Dominum in ipſa creatura veneramur, non quia in creatura inquantum creatura credamus eſſe aliquid numinis vel deitatis a ſe; ſed quicquid habet, habet a Deo. Item tertio modo invocatur Deus ex vi creationis, ſicut cum dicitur. Per cœlum, & terram & hujuſmodi. Eadem etiam ratione crucem adoramus ſc. in ſignum gratitudinis, & memoriæ beneficii tanti nobis in cruce a Deo exhibiti. Unde non opus hominis, ſed Deum adoramus. Et notandum, quod minus eſt invocare Deum ex vi creationis, quam ex vi beneficii, vel quam in ſeipſo. Poſſumus autem dicere, quod prohibetur hic juramentum omne, vel cohibetur, quod non ſit, vel propter neceſſitatem vel propter utilitatem. Unde cum hic prohibetur minus, ſc. jurare per creaturas, quod eſt invocare Deum ex vi creationis, quod eſt minus, quam alia prohibentur, vel cohibentur alia quæ ſunt majora, ſc. invocare Deum, ut beneficium, vel in ſeipſo. Seq.

d Sit autem ſermo] Hoc eſt ſecundum ubi determinat, & docet modum loquendi. Continuatio: quaſi non debetis jurare ſine cauſa, & non ſolum hoc, quia parum non facere malum.

e Autem] ideſt, ſed: [Sermo veſter] ſcil. ante omnia: repete, ſit:

f Eſt, eſt] i. affirmativus ubi erit affirmandum, & ſit:

g Non, non] i. negativus ubi eſt negandum. Vel [Sermo veſter ſit eſt, eſt; non, non] i. ſi eſt affirmatio cordis, ſit affirmatio oris, & ſi eſt negatio cordis, ſit negatio oris. Vel [eſt, eſt; non, non] i. ſi eſt affirmatio in ore, ſit in opere; & ſi eſt negatio in ore, ſit in opere. Secundum primam expoſitionem docet nos habere diſcretionem. Per ſecundam docet nos fugere duplicitatem. Per tertiam docet cavere falſitatem, vel mendacium. Cauſam autem prædictorum ſubjungit dicens:

h Ut non] quaſi cavete malum in loquendo, & facite bonum hac de cauſa, [ut non decidatis,] ideſt, a veſtra libertate, qua Chriſtus vos liberavit. *Galat. cap.* 4. Deorſum cadetis. *i* Sub judicio,] reatus, ſcil.

a Triſtatur b autem aliquis veſtrum? c oret, d æquo animo & e pſallat. f Infirmatur aliquis in vobis? g inducat h Preſbyteros Eccleſiæ; i & k orent l ſuper eum, m ungentes eum n oleo in nomine Domini,

ſcil. vel peccati, quod facit qui pejerat, vel etiam vetum crebrius ſine cauſa jurat, vel qui indiſcretus eſt, vel duplex, vel falſus. a Triſtatur] Tertia pars ſecundæ partis cap. in qua quia ſupra docuit ea non jurare, quæ impatientiam oſtendunt modo dat remedia contra ea quæ provocant impatientiam. Hæc autem ſunt duo, triſtitia ſc. & infirmitas. De primo dicit. [Triſtatur, &c.] De ſecundo, ibi: [Infirmatur, &c.] Dicit ergo [Triſtatur, &c.] Continuatio: quia poſſet aliquis dicere, tu prohibes juramentum, ſed quid faciemus ſi vehementia tribulationum oppreſſi contriſtamur? dat remedium ſc. ut contriſtatus non juret ſed oret. Unde dicit [Contriſtatur] Non eſt tamen jurandum in tribulationibus, nec detrahendum: nec judicandum. b Autem] i. ſed hoc volo ſcire a vobis.

a Triſtatur, &c.] Pro violentia tribulationum, vel pro damno rerum, vel amicorum, vel periculo corporis; do ei remedium hoc ſc. c Oret] obſecrando, petitionem formando. e Et pſallat] dulcedine Pſalmorum triſtitiam expellendo. *Pſ.*118. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, & dulciora ſuper mel, & favum. Vel c Oret] liberari a triſtitia ſæculi quæ mortem operatur. 2.*Cor.* 7. Unde *Eccl.* 30. Triſtitiam longe expelle a te, multos enim occidit triſtitia, & non eſt utilitas in illa. Non ab infirmitate, in qua virtus perficitur. 2.*Cor.*12.

e Et pſallat] attente devotionem cordis excitando, quia ut dicit *Greg.* Cum vox pſalmodiæ per intentionem cordis agitur, aut prophetiæ myſteria, aut compunctionis gratia inſpiratur. Unde *Apoc.* 1.*Cor.* 14. Orabo ſpiritu, pſallam & mente. Et hæc faciat. d Æquo animo] i. ut ad Deum, & ad proximum, ut debet, ſe habeat. Vel [Æquo animo] i. ut non elevetur ſupra ſe per indignitatem, vel ſuperbiam; ſed per humilem patientiam in loco proprio ſe teneat. Vel [Æquo animo] ut opus & locutio poſtmodum bonæ cogitationi reſpondeant, ut ſc. ſicut orando cogitavit, ſic faciat loquendo, & operando. Sicut multi qui valde bene in ſecreto mentis cubiculo clauſo oſtio recepti cogitant quales ſunt, & quid ſibi ſit agendum: ſed nihil amplius agunt. De quibus *ſup.*1. Conſideravit ſe & abiit; & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. f Infirmatur, &c.] Hoc eſt ſecundum quod provocat impatientiam, ſc. infirmitas. Contra quod dat remedium, orationem ſcil. Preſbyterorum & unctionem olei. Unde, & agitur hic de extrema Unctione. *Gloſſ.* ſic continuat: Sicut dederat contriſtatio, ſic dat infirmato conſilium qualiter ſe a murmurationis ſtultitia tueatur dicens [Infirmatur, &c.] *Sup.* loquendo de triſtitia dixit: Triſtatur aliquis veſtrum; & non dixit in vobis; quare facit hic e converſo? Solut. Quia cum infirmitas non ſit peccatum, ſed pœna, non ſolum debemus compati infirmo fratri, ſed ejus infirmitatem noſtram reputare. Et hoc loquens de infirmitate dicit [in vobis.] Unde 2.*Cor.* 11. Quis infirmatur & ego non infirmor? Sed quia triſtitia ut frequentius peccatum eſt, non debemus eam noſtram reputare; ſed de ea dolere, & ſicut poſſumus remedium apponere. Et propter hoc *ſup.*dixit: Triſtatur autem aliquis veſtrum: & non, in vobis, & hoc quod dixit Apoſt. 2.*Cor.* 11. Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Ideſt, non doleo: quaſi diceret nullus. Non dixit, & ego non ſcandalizor; ſicut dixit, infirmor, quando loquebatur de infirmitate. g Inducat.] In hoc notatur quod hoc Sacramentum non datur niſi his qui petunt verbo, vel ſigno manifeſto. h Preſbyteros Eccleſiæ] non dicit Sacerdotes; nam hoc quod dicit Preſbyteros ſignificatur, & officium ut ſc. ſint Sacerdotes; & qualitas, ut ſc. ſint ſapientes & maturi; nam Preſbyter ſenior interpretatur. Unde *Gl.* Non ad juniores minuſque doctos cauſam ſuæ imbecillitatis referat, ne forte quid per eos allocutionis, vel conſilii nocentis accipiat. Sed objicitur hic: Non refert a quocumque Epiſcopo ordinetur quis, dummodo in forma Eccleſiæ, ergo a ſimili non refert hic a quocumque Preſbytero hoc Sacramentum detur, quia ut dicit *verſus*: Vim Sacramenti non mutat vita miniſtri. Sicut deterius non fit pro deterioris Sic non fit melius pro Preſbytero meliori. Sol. Quoad Unctionem non eſt electio Sacerdotum facienda; ſicut nec in aliis; ſed quia in hoc Sacramento exigitur oratio quæ melior eſt in uno quam in alio, & majorem habet efficaciam; propter hoc debet eligi melior. Nec eſt ſimile de Ordinibus; vel de aliis quia in eis ſufficit imo non exigitur, niſi ut forma Eccleſiæ ſervetur. Sed quare in hoc Sacramento exigitur oratio cum unctione & non in aliis? Sol. Quia hoc Sacramentum inſtitutum fuit, ad duo ſc. ad remiſſionem peccati, quæ fit per unctionem, & ad alleviationem infirmi quæ per orationem impetratur. Sed cum ſemper ſit ibi oratio, quare non ſemper impetratur alleviatio? Sol. quia indignus eſt, qui petit, vel pro quo petitur; vel melius, quia non ſemper expedit. Quia vero Unctio quæ fit de oleo ſignificat remiſſionem peccati, nam oleum ſanativum eſt, propter hoc confertur remiſſio peccati, ſi ſuſcipiens non eſt in peccatis, & digne ſuſcipit. Eſt enim Sacramentum novæ legis, & efficit quod figurat. Ex his patet quod alleviatio infirmi eſt effectus, & non eſt res ſacramenti, ſicut remiſſio peccati: quia oleum mitigativum eſt: unde ſignificat alleviationem infirmi & ſanationem; ſicut ſignificat remiſſionem peccati. Sed objicitur, quia ſacramentum novæ legis ſemper efficit quod figurat ergo ſi hoc ſignificat alleviationem, ſemper efficit eam; & ſic ſemper alleviatur infirmus; Et ipſi reſpondent, quia quando dicitur quod ſacramentum novæ legis efficit quod figurat, ly quod ſumitur particulariter, ut ſit ſenſus, quod ideſt, aliquid quod figurat, & non omne, ſed aliquid ſicut patet in Sacramento Euchariſtiæ, quia ſunt ibi duæ res ſacramenti, ideſt, duæ res ſignificatæ, ſc. corpus Chriſti myſticum, & corpus Chriſti naturale, & verum; & tamen ſacramentum non efficit corpus Chriſti naturale: Sed quare non datur hoc ſacramentum niſi infirmis? Item quare niſi a ſolis Sacerdotibus? Item quare alius Sacerdos oleum quo unguntur infirmi; quod Epiſcopus conſecrare non poteſt? Item quare confertur ſolis adultis, & non pueris? Sol Ad primum, hoc ſacramentum inſtitutum eſt ad ſupplementum Pœnitentiæ; propter quod non datur niſi infirmis, & in eo ſtatu in quo deſperatur de eorum ſalute. Ad aliud, quia ſacramentum pœnitentiæ non datur niſi a ſolis Sacerdotibus, ideo nec iſtud, cum ſit complementum pœnitentiæ, datur niſi a ſolis Sacerdotibus. Ad aliud; quia fuit ab Apoſtolis inſtitutum: ideo non conſecratur oleum niſi ab Epiſcopo: qui quia omnibus infirmis in ſua neceſſitate præſens eſſe non poſſet; propter hoc Sacerdotibus aliis licet inungere, & conferre hoc ſacramentum. Ad aliud quia ſacramentum Pœnitentiæ non confertur niſi adultis; nec illud confertur niſi infirmis adultis. Sed objicitur, nunquid pueri trium vel quatuor annorum veniunt ad confeſſionem? Ita, ſed hoc non quia indigent ſacramento Pœnitentiæ, vel quod recipiant ſacramentum, ſed ut aſſueſcant confiteri. Item quæritur, quare hoc ſacramentum poteſt iterari? Sol. Quia in hoc ſacramento non confertur character, omnis enim character aut eſt diſtinctionis, ut in baptiſmo; aut ſtrenuitatis, ut in Confirmatione, aut excellentiæ ſive dignitatis ut in Ordine: propter hoc poteſt hoc ſacramentum iterari, quia characterem non imprimit: & maxime, quia inſtitutum eſt in medicinam morbi, ut cum jam non ſit ſpes de auxilio naturæ, referatur ad auxilium Dei per orationem, & vim hujus ſacramenti. Dupliciter autem dicitur iteratio ſacramenti. Uno modo idem eſt, quod iterata benedictio ſacramenti; & ſic nullum iteratur. Alio modo iteratio ſacramenti eſt iterata ſuſceptio; & ſic quædam iterantur, quædam non. Nam illa quæ in ſuſcipiente relinquunt characterem, non iterantur, i. non iterum ſuſcipiuntur, ut Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, illa vero, non relinquunt characterem in ſuſcipiente, iterantur, i. iterum ſuſcipiuntur, ut ſunt alia quatuor. [Judicent Preſbyteros Eccleſiæ] Et ad quid? i Et orant] i. petant alleviationem, vel remiſſionem quod eſt. k Super eum] i. ſuper vim naturæ. Vel ſic [Orent pro eo; alia littera; cum ipſe infirmus non poſſit. l Ungentes eum] ex his patet, quod oratio, & unctio ſunt de efficacia hujus ſacramenti, & etiam Ordo: propter hoc dicit Dominus *Eccl.*38. Fili in tua infirmitate non deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & Dominus curabit te. Ungentes dico non quocumque, ſed tantum. m Oleo] Ecce materia hujus ſacramenti. Oleo dico conſecrato. n In N.D.] vel ungentes [in N. D.] ut quando inungitur, nomen Domini invocetur, ſicut dicit *Gl.* Et in hoc verbo notatur intentio quæ debet eſſe, ſc. ut intendat facere Preſbyter quod facit Eccleſia quæ in N. D. eſt fundata, & ordinata vel in hoc notatur fides recipientis; Nomen enim Domini eſt Jeſus, i. ſalus firmiter; enim debet credere recipiens efficaciam ſacramenti, ſc. quod per ipſum recipiet, ſi dignus eſt, remiſſionē peccati, ſi in eo eſt; & alleviationē morbi, ſi ei expedit. Unde

dit. Unde & ſeq. *a* Et oratio fidei,] i. facta in fide, vel ex fide: fides enim quodammodo monet. Alioquin fides mortua eſt ſi non habet opera. Et maxime ad orationem. Vel [Oratio fidei] i. oratio fidelis. *b* Salvabit infirmum] i. a Domino ſanitatem animæ & corporis impetrabit. *Pſal.* 102.

a & oratio fidei *b* ſalvabit infirmum, *c* & alleviabit eum Dominus, *d* & ſi in peccatis ſit, *e* remittentur ei. *f* Confitemini alterutrum peccata veſtra: & *g* orate pro invicem *h* ut ſalvemini. *i* Multum *k* enim valet *l* deprecatio juſti *m* aſſidua. *n* Elias homo erat ſimilis *o* nobis *p* paſſibilis, & *q* oratione oravit, ut non *r* plueret ſuper terram, & non *ſ* pluit annos tres, & menſes ſex. Et *t* rurſum oravit: & cœlum *u* dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum. Fratres mei: *x* Si quis *y* † ex vobis erraverit a ve-

Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Multi enim propter peccata etiam corporis plectuntur morte. 1.*Cor.* 11. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles dormiunt, i. moriuntur. Simile huic dictum eſt *ſup.* 1. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans. Sed quæritur hic, quare non ponitur in hac unctione balſamum, ſicut in unctione Baptiſmi, & Confirmationis? Sol. Baptiſmus eſt introeuntium: Confirmatio, pugnantium, ſive procedentium: a quibus exigitur bona vita pro ſe, fama pro aliis: unde inunguntur chriſmate, quod fit ex oleo, & balſamo, in oleo nitor conſcientiæ, in balſamo odor bonæ famæ; ſed hoc ſacramentum eſt exeuntium, quibus ſufficit nitor conſcientiæ bonæ, quia ſubtrahuntur de conſortio hominum: Et quod dixit communiter dicendo, [ſalvabit] ſubdividit dicens: *c* Et alleviabit, &c.] Verum eſt ſi viderit expedire ei. *d* Et ſi, &c.] infirmus. *e* Remittentur ei.] ſi digne ſuſcepit. Et quia ſine confeſſione parum valet oratio: vel quia ſine confeſſione non fit peccati remiſſio, ergo: *f* Confitemini] Et eſt hic illatio ex præmiſſis. Unde *Int.* dicit ergo: Et eſt hæc quarta pars ſecundæ partis cap. ubi monet ad confeſſionem. Sed quæritur hic quare in veteri lege non confitebantur homini? Et eſt ſolutio, quod confitebantur etiam homini, ſed facto non verbo, offerebant enim hoſtiam pro peccato, & ſic oſtendebant facto ſe peccaſſe, ſed aliquando ignorabatur genus, & ſpecies peccati pro quo offerebatur, tamen ſciebant quod peccaverant, aliquando vero, & genus vel ſpecies peccati ſciebatur, ſed non circumſtantiæ, quare aliqua hoſtia pro aliquo peccato determinate debebat offerri. Hujus autem ratio eſt, quia tunc non erat perfecta juſtitia, ſed modo quia eſt tempus perfectæ juſtitiæ, dicitur [Confitemini, &c.] i. homo homini, jam non ſoli Deo. Et ex hoc patet quod confeſſio eſt præceptum divinum, eſt enim de his quæ implent legem. Unde Joannes baptizabat, prius tamen confitentes peccata ſua. Unde *Matth.* 3. Tunc exibat ad eum Jeroſolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem; & baptizabantur ab eo in Jordane confitentes peccata ſua. Hæc autem confeſſio erat in ſignum quod in baptiſmo Chriſti debebat eſſe confeſſio peccati. Unde & Dominus prædicans pœnitentiam. *Matt.* 4. Pœnitentiam agite, &c. Implicite præcepit confeſſionem, ſed Apoſtoli poſtea diſtinxerunt. Unde & iſte dicit: [Confitemini, &c.] Tempus vero confitendi relictum eſt diſpoſitioni Eccleſiæ. Unde etiam Papa non poſſet abrogare præceptum de confeſſione; ſed tempus poſſet mutare. Sed quæritur, ſi hoc eſt præceptum, aut intelligitur de venialibus, aut de mortalibus? ſi primo modo, quid eſt quod dicitur, quia nec illa oportet confiteri? ſi de mortalibus, quid eſt ergo quod dicit *Gl. Int. ſuper* [Alterutrum] i. coæqualibus, non enim debemus confiteri mortalia niſi majoribus? Sol. Et ſic poteſt intelligi: ſi de mortali tunc eſt præceptum, & ſic legitur littera [Alterutrum] i. alter alteri, i. homo homini & non coæquali, ſed majori, ſc. Sacerdoti & ſecundum hoc dicit *Gl. una*: Gravioris lepræ immunditiam Sacerdoti pandamus. Si de venialibus, tunc eſt conſilium; & ſecundum hoc dicit *Int.* coæqualibus, levia & quotidiana: & tunc loquitur de generali confeſſione quæ fit in Prima, & Completorio. Ubi tamen conſuetudo Eccleſiæ vel inſtitutio ligat ad illam generalem confeſſionem, non poteſt omitti, nec debet ſine offenſa. [Confitemini] ergo [Alterutrum, &c.] *Eccl.* 17. Ante mortem confitere, a mortuo quaſi nihil perit confeſſio, confiteberis vivens, vivus & ſanus confiteberis, & laudabis Deum. *Luc.* 17. lie, oſtendite vos Sacerdotibus. Et *Iſ.* 43. Narra ſi quid habes ut juſtificeris. *Job* 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum, & celavi in ſinu meo iniquitatem meam. Hæc omnia intelliguntur de confeſſione ſecundum quod ipſa eſt præceptum. & ſunt præcepta quoad confeſſionem mortalium; conſilia vero quoad confeſſionem venialium. Seq. *g* Orate, &c.] Quia monuerat ad confeſſionem, ſignificans quod confeſſor & confitens pro ſe invicem debent orare, propter hoc ſubjungit de oratione. Primo oſtendens efficaciam orationis exemplo Eliæ: ibi [Multum, &c.] Secundo fructum, ibi [Si quis autem, &c.] Continuatio: Dixit [Confitemini, &c.] Et etiam ut veſtra confeſſio confirmetur [Orate pro invicem] confeſſor ſc. pro confitente, & e contra; reciproca enim relatione iſti pro ſe invicem tenentur orare. Finem autem rationis oſtendens dicit: *h* Ut ſalvemini] Quaſi aliquis quæreret, ut quid monet eos orare? reſpondet. [Ut ſalvemini,] i. ſalutem æternam conſequamini. Sic faciebat *Paulus Rom.* 1. Memoriam veſtri ſemper facio in orationibus meis. Quid autem ſit vere orare dicit *Gregor.* ſuper illud *Job* 41. Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. *Gloſſ.* Veraciter namque orare eſt amarus in compunctione gemitus, non verba compoſita reſonare. Deinde oſtendit efficaciam, & virtutem orationis, dicens, ideſt, [Multum] quaſi orate pro invicem.

k Enim] ideſt, quia:

l Deprecatio juſti,] qui non petit niſi pie ad ſalutem. Quid ergo oratio juſtorum multorum? *Amb. ſuper Epiſt. ad Rom. in fine.* Impoſſibile eſt preces multorum non exaudiri, ideſt, difficile. Unde *Matth.* 18. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo qui in cœlis eſt.

m Aſſidua] *Eccl.* 18. Ne impediaris orare ſemper: Hoc notatur perſeverantia talis, in qua omnia. [Multum enim valet] non dicit totum, quia poteſt aliquis juſtus pie, & perſeveranter, & ad ſalutem petere, qui tamen non obtinet; quia non pro ſe orat, ſed pro alio qui indignus eſt, nec ſe præparat *Hier.* 11. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiam. Et *Hier.* 15. Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Oſtendit exemplo Eliæ quod multum valet oratio juſti dicens: *n* Elias homo erat] nondum tranſlatus, vel raptus. De cujus raptu 4. *Reg.* 2. Aſcendit Elias per turbinem in cœlum.

o Similis nobis] origine carnis, ut dicit *Gl.* ex eadem materia, qua, & nos conceptus. *Sap.* 7. Nullus enim ex Regibus aliud habuit nativitatis initium.

p Paſſibilis] ſicut nos & mente & carne. Mente: Unde timuit Jezabel. 3. *Reg.* 19. Timuit ergo Elias, & ſurgens, abiit quocumque eum ferebat voluntas. Item carne: Unde ibidem dicitur, quod perrexit in deſertum viam unius diei; cumque veniſſet & ſediſſet ſubter unam juniperum, petivit animæ ſuæ ut moreretur.

q Et oratione oravit] ideſt, attente, & perfecto corde petivit; in reduplicatione enim notatur ardor cordis, & attentio. Et quid:

r Ut non plueret ſuper terram] Et hoc fecit ut ſuperbiam Achab regis, & idololatræ Gentis duritiam convinceret. Hoc oravit & exauditus eſt. Unde

ſ Et non pluit annos tres & menſes ſex,] Hoc legitur 3 *Reg.* 17. Et dixit Elias Theſbites de habitatoribus Galaad ad Achab; vivit Dominus Deus Iſrael in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluvia, niſi juxta oris mei verba.

t Et rurſum oravit] tempore opportuno.

u Et cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum] Hoc legitur 3. *Reg.* 18. ubi dixit: Exaudi me Domine, exaudi me Domine: ut diſcat populus iſte, quia tu es Dominus Deus. Et poſtea ſecuta eſt pluvia, ſicut legitur in fine ejuſdem c. *Oſ.* 2. In die illa exaudiam, dicit Dominus, & exaudiam cœlos; & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum & vinum, & oleum. *x* Si quis, &c.] Oſtenſo fine orationis, & efficacia, oſtendit fructum ſive meritum ipſius, quia per orationem frequentem anima proximi pro qua fit oratio, liberatur a morte æterna, quod valde magnum eſt, ut dicit *Gl.* Si enim eſt magnæ mercedis a morte eripere corpus quandoque moriturum; quanti eſt a morte animam liberare in cœleſti patria ſine fine victuram? Ergo. [Si quis] continuatio, quaſi talis eſt efficacia orationis. *y* Autem] i. ſed: [Si quis ex vobis erraverit a veritate] ſc. ſegregatus & vanitati adjunctus per amorem indebitum crea-

tutæ. *Rom.* 8. Vanitati enim omnis creatura ſubjecta eſt.
a Et converterit, &c.] Bene monendo, vel tacente lingua exempla bonæ operationis oſtendendo.
b Scire debet,] id eſt, peccatorum ſuorum quæ magis ſit in invio quam in via, ut dicit Pſalm. erraverunt in invio, & non in via. *Prov.* 14. Eſt via quæ videtur homini juſta: noviſſima autem ejus deducunt ad mortem.
c Salvabit animam, &c.] i. liberabit, hoc eſt valde magnum. Vel ſecundum quod habent aliqui libri [Animam ſuam,] ipſius ſcil. qui facit eum converti. *Ezech.* 3. Si autem tu annunciaveris juſto ut non peccet, & ille non peccaverit vivens vivet quia annunciaſti ei, & tu animam tuam liberaſti.
d Et operit, &c.] pallio charitatis quam ſua oratione ei impetravit. *Prov.* 10. Univerſa delicta operit charitas. Vel pallio cœli ſui quod ſuper ipſum extendit, de quo *Iſ.* 59. Indutus eſt veſtimentis ultionis, & opertus eſt quaſi pallio cœli. [Operit] *Gloſſ.* a conſpectu interni judicis ſuperpoſitione vitæ melioris abſcondit. Et hoc eſt quod Rachel abſcondit idola patris ſui ſub ſtramento camelorum, & ſedit deſuper. *Geneſ.* 31. Stramenta camelorum, ſunt vita, & exempla ſanctorum. Sedere deſuper eſt in bonis proximum cuſtodire. *Eccl.* 17. Unicuique mandavit de proximo.

ritate, *a* & converterit quis eum: *b* ſcire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore vię ſuę, *c* ſalvabit animam ejus a morte, *d* & operit multitudinem peccatorum.

Explicit Epiſtola B. Jacobi.

Prologus Hieronymi in Epiſt. S. Petri ex lib. de illuſtr. viris.

SImon Petrus filius Jonę Provincię Galilęę, e vico Bethſaida, frater Andręę Apoſtoli, & Princeps Apoſtolorum, poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſię, & prędicationem diſperſionis eorum qui de circumciſione crediderant in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecundo Claudii anno, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit. Ibique xxv. annis cathedram ſacerdotalem tenuit uſque ad ultimum annum Neronis, ideſt xiv. a quo & affixus cruci martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus elevatis, aſſerens ſe indignum quod ſic crucifigeretur ut Dominus ſuus. Scripſit duas Epiſtolas quę Canonicas nominantur; quarum ſecunda a pleriſque ejus eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & Evangelium juxta Marcum qui auditor ejus & interpres fuit, hujus dicitur. Libri autem ejus, e quibus unus Actorum ejus inſcribitur, alius Evangelii, tertius Prędicationis, quartus Apocalypſis, quintus Judicii inter apocriphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romę in Vaticano juxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur.

Explicit Prologus.

Incipit Argumentum.

DIſcipulos Salvatoris invicte, toto orbe diffuſos, & peregrinos in hoc ſeculo monſtrat, & pręteritę vitę pœnitere ſuadet, & in novam vitam proficere tota cum ſolicitudine exhortatur. Simon Petrus, filius Jonę Provincię Galilęę e vico Bethſaida, frater Andręę Apoſtoli.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola prima Canonica B. Petri Apoſt. Cap. I.

e PEtrus *f* Apoſt. *g* Jeſu Chriſti *a* *b* electis *i* advenis diſper-

rem, nunc invitat ad gratiarum actionem, nunc ad ſuſtinentiam tribulationum. Dividitur autem hæc Epiſt. in duas partes. In prima loquitur generaliter ad omnes ibi [Petrus Apoſt. &c.] in ſecunda ſpecialiter ſecundum diverſas perſonarum conditiones, ibi [Obſecro vos tanquam advenas, &c.] *inf.* 2. Iſte ergo incipit ab univerſali, & in particulari terminat; Jacobus e converſo. Sed quæritur unde hoc? Sol. eſt, quia Petrus erat univerſalis miniſter, & erat in ſummo gradu a quo non erat altius aſcendere in vita hac; propter hoc incipit ab univerſali deſcendens ad ſpecialia; Jacobus vero quia non erat in ſummo a particularibus incæpit aſcendendo ad univerſalia. Prima itaque pars hujus Epiſt. in qua univerſaliter Petrus loquitur ad omnes, & durat uſque ad illud: [Obſecro vos, &c.] dividitur in quinque. In prima generalem ſalutem præmittit, ibi [Petrus Apoſt. &c.] In ſecunda gratias agit ibi [benedictus Deus] In tertia invitat ad ſuſtinentiam paſſionum; ibi [In quo exultabitis] Et quia ex ſuſtinentia paſſionum elevatur ſpes in Deum ſecundum quod dicit *Greg.* Tanto ſpes in Deum A validior ſurgit, quanto quis pro eo majora ſuſtinuit; propter hoc in quarta parte monet ut firmam ſpem habeant de ſalute ibi: [De qua ſalute, &c.] In quinta parte monet eos ut non ſecretiora fidei, ſed magis redimenta, & ſupplicia inquirant: ut ſic perveniant ad majora. Sed quia hoc non poſſunt facere niſi malitiam deponant, propter hoc monet eos ad depoſitionem malitiæ, ibi, [Deponentes igitur] *inf.* 2. Præmittens igitur ſalutationem dicit [Petrus Apoſtolus] In hac oſtendit quis ſcribit, cum dicit [Petrus] Item quantus eſt qui ſcribit: [Apoſtolus] Ecce officium non pſeudo-apoſtoli, ſed [Jeſu Chriſti.] Item quibus quia [Advenis.] Item qualibus quia [Electis.] Item propter quid, quia [Diſperſionis.] Hæc eſt cauſa quare ſcribit ut diſperſos conſoletur. Item finis quem intendit: [In ſanctificatione.] Dicit ergo.
e Petrus.] Nomen celebre dicit *Gl.* Sed quare hoc non dixit de Jacobo quod eſſet nomen celebre? Solut. Hoc dicitur de Petro, quia hoc nomen impoſuit Dominus Petro. *Jo.* 1. Intuitus autem eum Jeſus dixit: Tu es Simon filius Jonæ, tu vocaberis Cæphas, quod interpretatur Petrus. Sed adhuc non videtur eſſe ſolutum, quia nonne Jeſus impoſuit nomen Jacob? *Marc.* 3. Impoſuit Simoni nomen Petrus, & Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus: & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filii tonitrui? Sol. Verum eſt quod Jacob impoſuit nomen, ſed non hoc nomen Jacobus, imo aliud a quo non eſt ipſe communiter nominatus, ſicut Petrus a nomine quod impoſuit ei Dominus. Ex hoc loco Evangelii, traxit conſuetudinem Romana Eccleſia quod Papæ in electione immutetur nomen.
f Apoſtolus] Ecce nomen officii, in quo dignitas notatur & auctoritas. Non cujuſlibet, ſed.
g Jeſu Chriſti] qui ad hoc eum elegit. Petrus inquam, ſcribit. *b* Electis] Ecce qualibus. *i* Advenis] i. Proſelytis, qui ſc. de Gentilitate venerunt ad Judaiſmum, & de Judaiſmo ad

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper I. Epiſtolam Canonicam B. Petri Incipit

EXPOSITIO CAP. I.

PEtrus Apoſtolus, &c.] Sicut Jacobus fidelibus converſis de duodecim tribubus ſcribit: ſic Petrus Proſelytis his, ſc. qui de Gentilitate ad Judaiſmum, & de Judaiſmo venerant ad fidem Chriſti. Et ſic patet quod ratione eorum quibus ſcribit, prior eſt Epiſtola Jacobi, quam Petri. Joannes vero ſcribit converſis de Gentilitate ad fidem; & propter hoc poſt Petri Epiſtolas ponuntur ejus Epiſtolæ; & etiam propter rationem traditionis eorum, prius enim ſcribit Petrus quam Joannes, & Jacobus quam Petrus; propter hoc eorum Epiſtolæ ſic ordinantur. Expoſita igitur Epiſtola Jacobi, aggrediendæ ſunt Epiſtolæ Petri, in quibus materiæ ſunt generales, vel ſpeciales Proſelyti ad fidem converſi de Gentilitate; myſtice autem generalis materia ſumus nos omnes Chriſtiani, qui ſumus advenæ, & peregrini ſuper terram, non acceptis repromiſſionibus, ſed a longe aſpicientes eas & ſalutantes; qui enim hoc dicunt confitentur pro ſe patriam inquirere. *Heb.* 11. Et propter hoc dicitur *inf.* 2. Obſecro vos tanquam advenas, &c. Intentio eſt inſtruere ipſos, & nos in faciendis, & vitandis. Finis idem qui, & in aliis S. Script. libris, ut in hac vita plurima varietate virtutum & gratiarum depicti tandem in æternæ beatitudinis gloriam ſublevemur. Modus agendi, nunc incutit timorem, nunc allicit ad amo-

mo ad fidem: Advenæ enim ut dicit *Gloſſ.* Latine idem eſt quod proſelyti Græce. *a* Diſperſionis Ponti, &c.] i. proſelytis, qui per prædictas regiones ſunt diſperſi, vel qui antequam converterentur, erant de prædictis regionibus. Ecce finis Scripturæ, & eſt hic tranſitiva conſtructio, ut ſit ſenſus. [Advenis diſperſionis] i. advenis, qui ſunt pars diſperſionis quæ eſt in prædictis locis. Nam alii erant cum illis, quibus non ſcribebat: omnes autem hæ provinciæ ſunt Græcorum in Aſia: ſed & eſt alia Bithynia in Europa de qua illi, qui in Aſia ſunt, Bithinii originem habuerunt. Illa autem quæ in Aſia eſt Bithynia, major Phrygia vocatur, quæ Hiera flumine a Galatia diſterminatur.

ſionis *a* Ponti, Galatię, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ, *b* ſecundum præſcientiam Dei Patris *c* in ſanctificationem Spiritus, & *d* in obedientiam, *e* & aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti. *f* Gratia *g* vobis *h* & pax *i* multiplicetur. k Benedictus Deus & l Pater. D. N. Jeſu Chriſti *m* qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam *n* regeneravit *o* nos in ſpem vivam per *p* reſurrectionem Jeſu Chriſti *q* ex mortuis, *r* in hęreditatem

b Secundum præſcientiam] Hoc continuatur ei, quod dixit [electis] Dico [Secundum præſcientiam Dei patris] i. electionem. *Rom.* 8. Quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui. *Eph.* 3. Secundum præfinitionem ſæculorum, quam fecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro. Et determinatur hic modus electionis, quaſi hoc, quod eſtis electi, non eſt ex meritis veſtris, ſed gratia Dei, ad *Tit.* 3. Non ex operibus juſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit. Electis dico ſecundum præſcientiam Dei patris. Et ad quid:

c In ſanctificationem Spiritus] i. quam fecit Spiritus in Baptiſmo, i. ut puritatem innocentiæ Baptiſmi qua Spiritus vos ſanctificavit, ſervetis. *d* Et in obedientiam] electis, ſc. ut obediendo Chriſto terrenis renuncietis: & hoc quantum ad illam partem juſtitiæ, quæ eſt declinare a malo. *e* Et in aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti.] Electis, ſc. Ut corde tenentes memoriter paſſionem Chriſti, & Diaboli poteſtatem evitetis, & bene operari non ceſſetis; & hoc quantum ad aliam partem juſtitiæ, quæ eſt facere bonum. Et tangit hic, quod dicitur *Exod.* 12. quod angelus exterminans filios Ægyptiorum tranſibat domos Judæorum, quarum poſtes liniti erant ſanguine agni. Et per hoc oſtendit, quod per ſanguinem Chriſti ſumus ſanctificati & redempti, ſicut in lege, quæcumque ſanctificabantur, aſpergebantur ſanguine. Unde *Hebr.* 9. Si enim ſanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Sp. Sanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo viventi, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis ad ſerviendum Deo viventi? Hic tangitur finis qui eſt triplex ſc. baptiſmalis ſanctificatio, terrenorum abrenunciatio, bona opera. Ad hoc enim vocati ſumus omnes in præſenti. *g* Vobis] qui tales etiam eſtis. *f* Gratia] i. remiſſio peccatorum.

h Et pax] ideſt reconciliatio ad Deum. *i* Multiplicetur,] vobis ut quod bene cœpiſtis opere compleatis, ut dicit *Gloſſ.* Et bene dicit primo [gratia] & deinde [pax] quia ſine gratia Chriſti ad pacem reconciliationis ejus non pervenitur, ut dicit *Gloſſ.* Quidam faciunt punctum poſt illud, [Jeſu Chriſti] ſed melius eſt, ut fiat poſt illud, [Multiplicetur] & totum a principio legatur ſub una diſtinctione. Sed quæritur hic, quare iſte in ſalutando gratiam nominat, & pacem; Jacobus vero ſalutem? Sol. Idem eſt in re ſalus, & gratia, ſed ſalus dicit, ut in ipſo, pax ut a quo. Unde in hoc ſignificatur humilitas Jacobi, quia dicit ſalutem: quia ſalus eſt in homine, & in hoc ſignificatur univerſalis auctoritas Petri quia dicit; pax quæ eſt a Deo. k Benedictus Deus, &c.] Secunda pars in qua agit gratias. Et hic eſt modus ipſius, & Pauli, ut in principio agat gratias; & in hoc ſignificatur generalitas officii: uterque enim eſt miniſter generalis. *Gal.* 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & Paulo inter Gentes. Hæc eſt cauſa quare in ſalutando ſunt conformes. Uterque enim dicit gratia vobis, & pax, tam Petrus ſc. quam Paulus. Nunquam autem verbum multiplicandi ponit Paulus ſalutando, quod facit Petrus; ut ſic, etſi uterque fuerit generalis notetur per hoc major generalitas Petri, multiplicationem pacis, & gratiæ optat ſalutanti. Agit autem gratias de noſtra regeneratione. Primo cum dicit: [Regeneravit] Item de modo regenerationis, cum dicit: [Secundum miſericordiam] Item de cauſa, cum dicit: [Per reſurrectionem, &c.] Item in effectu quem facit in nobis in præſenti, quia nos fecit ſperare vitam æternam, cum dicit [In ſpem] Item de effectu quem faciet in nobis in futuro, cum dicit: [In hæreditatem] Vel potius loquitur de fide in hæreditatem, & de ea gratias agit: Sic igitur patet quod de quinque agit gratias. Dicit ergo: Continuatio: Electi ſumus in ſanctificationem, & in obedientiam, & in aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti. Unde propter hæc omnia. k Benedictus Deus] creator omnium.

l Et pater Domini noſtri] hominis in mundo nati, ut dicit *Gloſſ.* [Jeſu Chriſti] patris conſubſtantialis filii, ut dicit *Gloſſ.* Sed quæritur ſi hoc nomen Deus teneatur eſſentialiter aut perſonaliter, Si primo modo, nulla eſt copulatio: eſſentia enim non facit numerum, quia eſſentia eſt perſona, & perſona eſt eſſentia. Item ſi ſecundo modo, ergo videtur eſſe negatio. Sol. Eſſentialiter tenetur; & non eſt ibi copula termini ad terminum, ſed orationis ad orationem ut ſit ſenſus.

k Benedictus ſit Deus] Trinitas, qui eſt creator omnium. Sic exponit *Gloſſ.* ſuper illud idem verbum: Benedictus Deus & pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, pater miſericordiarum, &c. 2. *Cor.* 1.

l Et pater Domini noſtri Jeſu Chriſti] ſit benedictus. Dicitur autem Deus benedici in ſuis, quando ipſi illuminantur in ejus cognitione. & proficiunt in bona operatione, & inſuper prorumpunt in gratiarum actionem ſecundum quod monet nos Angelus *Tob.* 11. Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. *Eccl.* 43. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis, major eſt enim omni laude.

m Qui per miſericordiam ſuam magnam,] Non noſtris meritis: Ecce modus redemptionis.

n Regeneravit nos,] dupliciter, ideſt, quos prius genuit ad vitam naturalem. Item redimendo generavit ad vitam ſpiritualem. Vel [Regeneravit] ideſt, generatos ad mortem. *Pſalm* 50. Quoniam in iniquitatibus conceptus ſum, &c. Iterum generavit ad vitam, ſicut dicit *Gloſſ.* *Thren.* 3. Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes ejus. Regeneravit, dico:

o In ſpem vivam,] i. ut nos vitam habere æternam ſperamus. Unde *Gloſ.* Sic dilexit vitam noſtram, ut pro hac filium mori diſponeret, & morte per reſurrectionem deſtructa, ſpem nobis exemplumque reſurgendi oſtenderet: mortuus eſt ne mori timeamus; ſurrexit ut reſurgere ſperaremus. Unde & ſequitur.

p Per reſurrectionem Jeſu Chriſti, ex mortuis, ſcilicet, reſurgentis, ſupple nos regeneravit [In ſpem vivam] *Roman.* 4. Mortuus eſt propter peccata noſtra: reſurrexit propter juſtificationem noſtram. Unde & ſeq.

r In hæreditatem, &c.] Notate quod dixit [ſecundum miſericordiam ſuam magnam.] In hoc innuitur, quod magna fuerunt peccata. Unde *Pſ.* 50. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. In magnitudine autem ſunt tres dimenſiones. Longitudo ſcilic. quæ eſt deſurſum in deorſum. Latitudo a dextra ad ſiniſtram, profunditas ab ante in retro. Sic & in nobis triplex erat diſcordantia: quia Deo eramus diſcordes, & Angelis, & hominibus, & nobiſipſis. Reconciliavit autem nos Deo: ecce longitudo. Item Angelis & hominibus: ecce latitudo.

Item nobis in anima, & corpore; ecce profunditas, vel altitudo; quia etſi motus carnis omnino non amoveantur, ſubſunt tamen, & poſſunt aliquatenus retardari.

p Per reſurrectionem] Ecce cauſa: Reſurrectio enim filii Dei cauſa eſt motiva noſtræ reſurrectionis, & ex parte filii, & ex parte patris.

q Ex mortuis] In hoc exprimitur veritas carnis. Unde *Pſal.* 87. Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio inter mortuos liber. *Apoc.* 2. Hæc dicit primus & noviſſimus qui fuit mortuus & vivit. [Ex mortuis] Dupliciter, vel in ſe jam re, vel in nobis per fidem. Sed ad quid? Ut ſc. ejus hæreditas eſſemus, ſicut dicitur: Ille duxit iſtam in uxorem.

Unde dicit [In hæreditatem] æternam, ſcilicet, ubi nec ſenio, nec morbo, nec aliqua mœſtitia tangemur. *Apocal.* c. 21. Mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor erit, neque dolor erit ultra: quæ prius abierunt. *Iſ.* 19. Benedictus populus meus Ægypti, & opus

> *a* Incorruptibilem *b* incontaminatam, *c* & immarceſcibilem, *d* conſervatam in cœlis, in vobis, *e* qui in virtute Dei cuſtodimini, per fidem *f* in ſalutem, *g* paratam *h* revelari in *i* tempore noviſſimo. k In quo *l* exultabitis *m* modicum *n* nunc *o* ſi oportet *p* contriſtari in variis † tentationibus; *q* ut probatio veſtræ fidei *r* multo pretioſior auro, quod per ignem probatur; *ſ* inveniatur *t* in laudem, & *u* gloriam, *x* & honorem *y* in revelatione

manuum mearum Aſſyrius, hæreditas autem mea Iſrael. Et exprimitur hic finis, vel effectus in nobis in futuro. Unde conſtruitur finaliter, ut ſit ſenſus [In hæreditatem] i. ad hæreditatem percipiendam. *a* Incorruptibilem] ubi ſc. non eſt corruptio pœnæ. *b* Incontaminatam,] ubi non eſt corruptio culpæ. *c* Et immarceſcibilem] ubi nullum eſt faſtidium. Hæreditatem dico non modo accipiendam, ſed *d* In cœlis conſervatam, in vobis] i. Ad opus veſtrum: Vel [In vobis] per idem quod eſt in vobis, ſc. per liber. arbitr. quia oportet nos eſſe cooperatores gratiæ 1. *Cor.* 3. Dei enim ſumus adjutores. Per hoc, quod dicit [conſervatam] duo intelliguntur, ſcilic. quia & Deus ſervat, & nos ſervamus, q.d. ſicut ex parte Dei ſervatur, ſic & fiat ex parte noſtra faciendo ſc. quod in nobis eſt. *Apoc.* 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Sic patet, quod [conſervatam] dupliciter conſtruitur, vel cum hoc: [In cœlis] vel cum hoc [In vobis] i. conſervatam vobis. Sed quia virtute noſtra, nec noſmetipſi poſſumus cuſtodiri, nec hæreditatem cuſtodire. Unde *Gl.* Nullus ſuæ libertatis potentia cuſtodiri valet in bonis, niſi ille perficiat a quo initium bonæ actionis, & meritum habeat. Propter hoc ſubdit: *e* Qui in virtute Dei cuſtodimini] Sed quare dicit, in virtute Dei, & non in gratia Dei? Sol. Idem eſt in nobis virtus Dei, & gratia ſecundum rem, ſed ratione differunt, quia virtus eſt proprie in conſervando, virtus enim eſt virum tuens, vel vi tuens; gratia vero eſt proprie in dando, vel in quiete habendo; propter hoc loquens de converſatione melius dicit: [Virtute] quam gratia. Cuſtodimini dico, & hoc per fidem quæ eſt principium vitæ ſpiritualis. *Unde illud*: Prima petit campum, dubia ſub ſorte duelli pugnatura fides. *f* In ſalutem] quæ eſt finis. Et hic ſpecificat, quod ſuperius dixit: [In hæreditatem, &c.] i. vitam æternam. Poſuit autem medium, cum dixit: In virtute ſcil. gratia conſervante in medio hujus vitæ, & ſic determinatur, & principium & medium & finis. Salutem dico: *g* Paratam] a filio Dei, qui primus aſcendit in cœlum, ut pararet nobis locum. *Jo.* 4. Si quo minus dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum. Item [Paratam] a vobis per bona opera. Unde *Gl.* Quæ etſi modo non apparet, tamen parata eſt revelari ſi nos fuerimus parati. *h* Revelari] i. ut reveletur, quia modo non eſt revelata nobis. 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Revelari dico, non quamdiu ſumus in hac vita ſed *i* In tempore noviſſimo] quando ſc. noviſſima deſtruetur inimica mors. 1. *Cor.* 15. Sed quomodo, dicit paratam, ſi in noviſſimo tempore? Paratam enim dicit rem propinquam; & noviſſimam, rem remotam: ergo videtur eſſe repugnantia; vel oppoſitio. Sol. Hoc dicit, ut innuat brevitatem totius temporis, quo vita hæc mortalis agitur, quia, ut dicit *Greg.* Breve eſt quidquid terminum habet. Vel hoc dicit propter incertitudinem noſtri noviſſimi quod forſitan multum eſt propinquum nobis. Unde dicebat Heliu *Job* 32. Neſcio enim quamdiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus. k In quo exultabitis] Hæc eſt tertia pars, in qua invitat eos ad ſufferentiam tribulationum. Primo, quia modicæ ſunt tribulationes, & magnum præmium, vel exultatio, ibi [In quo exultabitis modicum, &c.] Secundo propter earum utilitatem, vel effectum qui eſt duplex, purgatio in præſenti, de quo dicit, ibi: [Ut probatio, &c.] & gloria in futuro, de quo dicit ibi: [Inveniatur, &c.] Quia vero patientia, vel ſufferentia tentationum non prodeſt niſi ſit in amore Chriſti; propter hoc tertio commendat eos de dilectione Chriſti, ibi [Quem cum non videritis, &c.] Et quia per dilectionem fides perficitur & radicatur; propter hoc quarto commendat eos a fide ibi [In quem nunc quoque, &c.] Quia vero fidei ſuccedet viſio aperta, ubi ſumma erit exultatio, & lætitia; propter hoc quinto de remuneratione æterna quaſi certificat eos, ut ſic ad ſufferentiam paſſionum, conſideratione præmii alacriores, & fortiores reddat, ibi [Credentes autem exultabitis, &c.] Dicit ergo [In quo] ſc. tempore noviſſimo. *l* Exultabitis] ut victores. *Iſ.* 9. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe; ſicut exultant victores capta præda. *o* Si] i. quamvis. *p* Oportet contriſtari in variis tentationibus] quia nonniſi per triſtitiam poteſt ad gaudia perveniri, ut dicit *Gl. Interl. Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare, &c. contriſtari dicit non ſemper, ſed *m* Modicum] & ſecundum quantitatem, & ſecundum qualitatem dolorum. Et non ſolum modicum, ſed & *n* Nunc] i. in hoc tempore ubi eſt ſtatus acquirendi, & redimendi peccata. *Eph.* 5. Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt 2. *Cor.* 6. Ecce nunc tempus acceptabile. Et ſumitur hoc argumentum a conditione temporis quæ eſt brevitas: tempus enim dicit aliquid terminabile & ita breve. Unde *Gl.* Ubi æterna merces tribuetur, breve & leve videbitur, quod in tribulationibus ſæculi æternum videbatur, & grave. Et ne adhuc diceret quis quod tribulationes veniant ad malum, reſpondet quod non, ſed dico, ſc. *q* Ut probatio veſtræ fidei] i. fides veſtra per tentationes probata, & examinata. *r* Multo pretioſior auro, &c.] quaſi diceret plus placet Deo ſummo artifici veſtra fides, quam ut dicit *Interl.* alicui artifici aurum materiale. *Jac.* 1. Probatio fidei veſtræ patientiam operatur, &c. *Ibi* dicit *Gl.* Patientia ſanctorum auro comparatur: quia ſicut in metallis non eſt aliquid pretioſius auro: ita hæc apud Deum omni eſt laude digniſſima. Sicut aurum in fornace examinatum, probatum foris cujus ſit fulgoris apparet: ita fidelium conſtantia inter preſſuras contemptibilis videtur, ſed finito certamine in judicio quantæ ſit gloriæ oſtendetur. Unde *Pſ.* 115. Pretioſa in conſpectu Domini, &c. Hic eſt ergo primus effectus tentationis, vel utilitas in præſenti; quia ſicut fornax aurum, ſic tentatio purgat iſtos. Unde *Aug.* Quod fornax auro, quod lima ferro, quod flagellum grano, hoc tribulatio juſto. *Prov.* 17. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino; ita corda probat Deus. *Eccl.* 27. Figuli vaſa probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis. *ſ* Inveniatur] quaſi, non ſolum hic fructus, vel effectus tentationis, imo alius. Unde ſequitur [Inveniatur] *Gl.* Continuat ut dictum eſt, quæ dicit, & ſupple probatio fidei veſtræ [Inveniatur] in futuro, ſc. in die judicii. *t* In laudem] quaſi laudando vos dicet Dominus, Eſurivi & dediſtis mihi manducare. *Matt.* 25. *u* Et gloriam] quando ut lutum platearum malis deletis, & in infernum projectis dicetur bonis, qui patientes fuerunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi; & malis dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. Unde *verſus*: Mortis vel vitæ brevis eſt vox: Ite, Venite. Et hoc eſt, quod ſeq. *x* Et honorem] Hic enim erit ſanctorum, ut a malis ſeparati a Deo honorentur, quando ſc. præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et hoc erit: *y* In revelatione Jeſu Chriſti] i. in die Judicii ubi Dominus Jeſus Chriſtus, qui modo eſt Deus abſconditus. *Iſ.* 45. Et peccata hominum diſſimulat propter pœnitentiam. *Sap.* 11. Apparebit terribilis & quaſi furioſus malis per vindictam. *Apocal.* 1. Videbit eum omnis oculus & qui eum pupugerunt. Vel [In revelatione] dicit, quia ibi revelabuntur, & manifeſtabuntur abſcondita tenebrarum. 1. *Cor.* 4. Quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit abſcondita cordium. Secundum hanc expoſitionem ab illo loco [In quo exultab.] ut ſit una periodus uſque ibi [In tentationibus] punctus, & alius verſus uſque ibi [*Probatur*.] Et tertius, ibi [Jeſu Chriſti] Duobus aliis modis exponitur, & tunc aliter diſtinguuntur verſus. Primo modo ſic ut ſit ibi punctus, [Et exultabitis] & poſtea ſeq. [Modicum, &c.] uſque ad illud: [Probatur] ſub una periodo, & tunc conſtruitur ſic littera [In quo tempore] [exultabitis] ut prius; tamen hoc modo, ut, ſc. [Si oportet] vos, [modicum nunc] ut prius, [contriſtari in variis tentationibus] ſupple ne deficiatis. Et ſecundum hoc eſt littera defectiva, adhuc ſub una diſtinctione uſque ad id [Probatur] Contriſtari dico, ſed ad quid? [Ut probatio fidei, &c.] non mutantur. Vel tertio modo ut fiat ibi punctus [In quo exultabitis] ſicut in ſecunda lectura: & poſtea ſeq. [Modicum, &c.] totum ſub una dictione uſque ad illud [Jeſu Chriſti] & ſic [Si oportet contriſtari in variis tentationibus, &c.] ſive ſic, ut hoc verbum [inveniatur] reddatur huic nominativo [probatio] Sed quid eſt illud, quod dicit hic Petrus. [Si oportet contriſtari in variis tentationibus.] Contra *Jac.* 1. Omne gaudium exiſtimate fratres cum in varias tentationes incideritis? Solutio: Etſi Jacobus moneat ad gaudendum, non tamen

excludit

al. † tribulationibus.

Digitized by Google

a excludit per hoc quin aliqui contriſtentur in tentationibus, imo potius videtur innuere quod contriſtentur in eis per hoc, quod monet ad gaudendum. Vel alio modo, in tribulationibus gaudent ſancti ſecundum rationem. Unde *Iſa.* 42. Non erit triſtis, neque turbulentus.

a Jeſu Chriſti, *b* quem cum non videritis diligitis, *c* in quem nunc quoque non videntes creditis, *d* credentes autem *e* exultabitis lætitia inenarrabili, *f* & glorificata, *g* reportantes finem fidei veſtræ, *h* ſalutem animarum veſtrarum. *i* De qua ſalute *k* exquiſierunt *l* atque ſcrutati ſunt Prophetę, *m* qui *n* de futura in vobis gratia *o* prophetaverunt, ſcrutantes *p* in quod vel *q* quale *r* tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti, *ſ* prænuncians eas quæ in *t* Chriſto ſunt paſſiones, *u* & poſteriores glorias: quibus

Prov. 12. Non contriſtabit juſtum quicquid ei acciderit: tamen aliquando contriſtatur ſecundum ſenſualitatem, vel carnem. Unde *Matt.* 26. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Vel cum dicit hic. [Contriſtari,] ponit cõſequens pro antecedente, ut ſit [contriſtari,] i. gravari. Sæpe enim ex gravamine ſequitur triſtitia: & ſancti licet æquanimiter, tamen ſæpe in tribulationibus gravantur. Unde 2. *Cor.* 1. Non enim volumus vos ignorare fratres, de tribulatione noſtra quæ facta eſt nobis in Aſia: quoniam ſupra modum gravati ſumus ſupra virtutem, ut tæderet nos vivere. Sequitur. *b* Quem cum non.] Hic tertio oſtendit, unde habeat patientia tentationum, efficaciam; quia a dilectione, vel amore Dei. Et illud [quem] refertur ad illud, a Jeſu Chriſti, &c.] viſu corporeo; tamen fide videtis, & cognoſcitis aliquatenus, unde & diligitis: Quia ut dicit *Aug.* inviſa poſſumus diligere, incognita nequaquam. Et in hoc commendat eos a charitate. *c* In quam, &c.] Et in hoc commendat eos a fide. *Jo.* 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Creditis, i. ipſum eſſe remuneratorem. *Heb.* 11. Sine fide impoſſibile eſt Deo placere quemquam, nam credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt; & inquirentibus ſe remunerator ſit. Quia vero fidei ſuccedet viſio aperta quæ eſt tota merces, ut dicit *Aug.* propter hoc ſequitur. *d* Credentes autem,] non tunc ſed modo, i. qui eſtis modo credentes. *e* Exultabitis,] in futuro, lætitia inenarrabili. Unde *Paul.* hoc ſciens dicebat 1. *Cor.* 12. Et audivi arcana verba quæ non licet homini loqui. Unde *Iſa.* 64. A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit Deus abſque te quæ præparaſti expectantibus te. *f* Et glorificata,] i. a Chriſto reputata glorioſa, vel a Chriſto nobis glorioſe data. Exultabitis dico, *g* Reportantes finem, &c.] ipſum, ſcil. Deum, qui eſt veſter, ad quem etiam naturaliter debemus tendere, cum nec pacem inveniamus, donec ad ipſum pervenimus, *Aug. in lib. Conf.* Inquietum cor meum Domine, donec veniat ad te. *Jo*: 16. In me pacem habebitis. Quis autem ſit finis ille in nobis oſtendit dicens. *h* Salutem animarum veſtrarum, quæ eſt vita æterna, a qua omnis infirmitas excluderur. Unde illud: Nec languor hinc, nec ſenium, nec fraus, nec terror hoſtium, *Rom.* 6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero, vita æterna. *i* De qua ſalute.] Quarta para cap. Quia in fine præcedentis partis de dilectione eorum ad Deum quem non vident, tetigerat; & de fide, propter quam, gloriam æternam eos adipiſci prædixerat, & animarum ſalutem: propter hoc in hac parte invitat eos ad ſpem ſalutis de qua prædixit. Dividitur autem pars iſta in quatuor. Quia primo oſtendit, quod debent ſpem de ſalute habere, per hoc, quod ſalus iſta inquiſita eſt, & prænunciata a Prophetis, quæ evangelizata eſt eis, ibi: [De qua ſalute.] Secundo oſtendit, unde debent ſperare, quia ſcil. ex duobus, ſcil. ex meritis bonis; unde monet eos ad bona opera, ibi [Propter quod ſuccincti.] Item ex gratia, unde monet eos ad cognoſcendum, & ſciendum gratiam quam fecit eis Dominus, quando pro eis mortuus eſt innocens, & juſtus, ibi. [Scientes quod non corruptibilibus, &c.] Tertio tanquam ſpem firmam, & ſtabilem habentes, monet eos ut non ſolum in ſe habeant hanc, ſed per mutuam fraternitatis charitatem aliis oſtendant, ibi [Animas veſtras caſtificantes.] Quarto cauſam omnium prædictorum ſubjungit, quare ſpem ſuam aliis debent manifeſtare, & inter proximos bonam converſationem habere, quia ſcil. ſunt verbo Dei regenerati, quod numquam decidit, ſed permanet in æternum; non carne quæ cito deficit, & areſcit. Unde ſe invicem debent diligere, quia jam renati ſunt vita quæ ſemper durabit incorrupta, etſi aliqui cadant ex ea. Et hæc pars incipit ibi: [Renati non ex ſemine, &c.] Dicit ergo. [De qua ſalute.] Continuatio: Dixi quod per fidem veſtram reportabitis ſalutem, de qua ſalute. *k* Prophetæ exquiſierunt,] ab invicem. Et dicit, [Exquiſierunt] i. externus manifeſtare quæſierunt. *l* Atque ſcrutati ſunt,] a Domino, vel ab Angelis cum magno deſiderio, quando vel quo ordine ſalus æterna mundo adveniret. Unde *Dan.* cui inter omnes expreſſius tempus incarnationis revelatum fuit, præ deſiderio quaſi languebat. Unde *Dan.* 8. Ego Daniel langui, & ægrotavi per dies plurimos. *Et* 9. Poſui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in jejuniis, ſacco, & cinere: & oravi Dominum Deum meum. Unde & poſt orationem vir deſideriorum vocatur ab Angelo, & ei nunciatur incarnatio. *Ead.* Ego autem veni, ut indicarem tibi; quia vir deſideriorum es: tu autem animadverte ſermonem, & intellige viſionem: Septuaginta hebdomades abbreviatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum. Prophetæ, dico. *m* Qui,] ſupple habentes cognitionem internam. *n* De futura in vobis gratia prophetaverunt,] aperte nunciantes hominibus, quæ viderant in ſecreto contemplationis conſilio. Sicut *Iſ.* 7. Ecce virgo concipiet, &c. Et *Jer.* 31. Novum faciet Dominus ſuper terram: mulier circumdabit virum. *o* Scrutantes,] quotidie: Sicut *ille qui* dicebat: Putas durabo, putas videbo? Item *Nu.* 24. Quis victurus eſt, quando iſta faciet Deus. Venient in triremibus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos: & ad extremum etiam ipſi peribunt. Totum hoc refertur ad tempus gratiæ. Si ergo etiam ille malus propheta Balaam deſiderabat hoc tempus videre, quanto magis nos debemus grati eſſe, & æternam gloriam nobis paratam ſperare: Sed multi ſunt ita tepidi, de quibus dicit *Greg.* Compungor, & confundor in memetipſo, & vix contineo lacrymas; ita tædet teporis, & torporis horum miſerabilium temporum. Cuinam noſtrum tantum facit gaudium hujus gratiæ exhibitio, quantum acceſſerat veteribus ſanctis deſiderium ſola promiſſione? Scrutantes, dico.

p Quod,] i. ſub quo principe. *q* Vel quale tempus,] futurum pacificum, vel bellicoſum, vel quo anno, vel quo ordine. Significaret in eis ſpiritus Chriſti.] Spiritum Chriſti, vocat Angelos, vel Archangelos per quos Chriſtus operatur, & qui Chriſto ſubjecti ſunt, ut dicit *Gl.* Vel ſpiritus Chriſti poteſt dici Sp. S. non quia minor Chriſto, vel ſubjectus ut Chriſto, cum ſit idem in deitate, & æqualis patri, & filio, ſed quia a filio, ſicut a patre procedit. Vel ſpiritus poteſt dici ſpiritus Chriſti, ut ſit poſſeſſiva conſtructio. Spiritus enim ſanctus Chriſtum plenarie poſſedit. *Iſ.* 11. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, &c. Spiritus dico Chriſti. *ſ* Prænuncians eas:] non tantum adventum Chriſti in carnem, ſed, *t* Quæ in Chriſto, &c.] i. quod certo tempore Chriſtus qui eſt caput Eccleſiæ, multa deberet pati, & reprobari a Senioribus, & Scribis, & ad ultimum per crucem finiri, & in membris ſuis multipliciter flagellari. Unde & Petro fugienti Neronem obvians Chriſtus dixit: Vado Romam iterum crucifigi; & tunc reverſus eſt Petrus intelligens, quod Dominus vocaret eum per crucem ad gloriam. Et non ſolum prænuncians paſſiones, imo. *u* Poſteriores glorias] i. glorioſas conſolationes, i. jucundas, & delectabiles, quas immittit Dominus poſt paſſiones. *Tob.* 3. Poſt tempeſtatem, tranquillum facis, poſt & lacrymationem, & fletum exultationem infundis. Vel [poſteriores glorias,] appellat vitam æternam, quam poſt præſentis vitæ miſerias habent ſancti. Et vocantur pluraliter gloriæ propter particularia, & accidentalia gaudia, quæ habebimus ibi ſupra præmium ſubſtantiale, ut Martyres aureolam martyrii, & virgines, &c. Vel exponitur de Chriſto, qui poſt paſſiones habebit glorias, unam in reſurrectione, aliam in aſcenſione coram omnibus ſanctis, quando in majeſtate magna veniet, & virtute. *Matth.* 24. & *Luc.* 21. Vel [Poſteriores glorias,] appellat tempus gloriæ, ut ſancti Patres qui erant in limbo, gloriam diu deſideratam adepti ſunt. Et propter hoc dicuntur. [Poſteriores] i. tardæ, & diu deſideratæ. Unde in perſona eorum dicitur *Iſa.* 53. Deſideravimus eum deſpectum, & noviſſimum virorum, virum dolorum. Inſtanter, & perſeveranter pulſaverunt, *Luc.* 21.

Pulſate

Digitized by Google

Pulſate, & aperietur vobis. *a* Revelatum eſt,] dico, ut ſupple, annunciarent ea non ſuis diebus ventura, ſed longe poſt. Unde dictum eſt *Hab.* Scribe viſum, & explana illum ſuper tabulas, ut percurrat, qui legerit eum: Adhuc enim viſus procul, & apparebit in fine, & non mentietur: *Hab.* 2.

a revelatum eſt, quia *b* non ſibi ipſis: *c* vobis *d* autem miniſtrabant *e* ea, quæ nunc *f* nunciata ſunt vobis per eos *g* qui evangelizaverunt vobis Spiritu *h* Sancto miſſo de cęlo, *i* in quem *k* deſiderant Angeli proſpicere. *l* Propter quod *m* ſuccincti lumbos mentis veſtræ, *n* ſobrii, *o* perfecti *p* ſperate in eam, *q* quę offertur vobis gratiam *r* in revelationem Jeſu Chriſti *ſ* quaſi filii obedientiæ non *t* configurati *u* prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis,

Unde & de Ezechiele dicebant: Viſio quam hic videt in dies multos, & in tempora longa iſte prophetat. Et quare hoc? *b* Quia non ſibi ipſis;] qui bene credebant, & firmiter ſperabant. *d* Autem,] i. ſed. *e* Vobis miniſtrabant ea,] i. veſtris, & non ſuis temporibus futura, ut & vos curam gereretis ſalutis oblatæ, quam ſic amoverunt priores ſancti, ut dicit *Gl.* Et dicit [miniſtrabant,] quia ipſi non domini, ſed miniſtri erant, neque enim dicebant niſi quod Sp. S. dabat. Unde 2. *Pet.* 1. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia; ſed Sp. S. inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. *e* Ea,] inquam [quæ nunc,] i. tempore gratiæ, non jam futura, ſed adimpleta. *ſ* Nunciata ſunt vobis:] myſteria ſcil. veſtræ redemptionis. 1. *Tim.* 3. Et manifeſte magnum eſt pietatis ſacramentum quod manifeſtum eſt in carne, juſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis, prædicatum eſt in Gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria. Hic enumerat Paulus ea quæ nunciata ſunt, ſcil. omnia fere myſteria noſtræ redemptionis: Sed per quos nunciata ſunt, numquid per fatuos, & ſtultos? Non, ſed per eos tales, & tantos, quia Chriſti Apoſtolos.

g Qui evangelizaverunt vobis,] i. bonum nuncium portaverunt. *Iſa.* 14. Quid reſpondebitur nunciis gentis? Hoc ſcil. quia Dominus fundavit Sion per Apoſtolos, ſcil. qui fundamenta Eccleſiæ jecerunt. 2. *Cor.* 3. Ut ſapiens architectus fundamenta poſui. Et ſequitur: Et in ipſo ſperabunt pauperes populi ejus. [evangelizaverunt] inquam, non audacter, non procaciter, non deceptorie, ſed illuminati, & edocti. *h* Spiritu ſancto miſſo] eis, [de cœlo,] ſicut prædixerat Jeremias, *Thren.* 1. De excelſo miſit ignem, i. Spiritum ſanctum in ſpecie ignis in oſſibus meis, & erudivit me: Et Dominus promiſerat *Luc. ult.* Sedete in civitate quoadusque induamini virtute ex alto. Et tandem miſit, quando apparuerunt illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis, ſeditque Spiritus ſanctus ſupra ſingulos eorum: *Act.* 2. *i* In quem] ſcil. Spiritum ſanctum de quo immediate locutus eſt:

k Deſiderant Angeli proſpicere.] Qui tantæ eſt majeſtatis, & gloriæ, ut ſemper ejus viſio, ſicut & ipſius patris, & filii deſideretur ab Angelis. Vel [in quem,] i. Chriſtum. Et tunc refertur ad illud, quod ſuperius eſt dictum, ſpiritus Chriſti, [in quem Angeli deſiderant proſpicere,] etiam ſecundum humanitatem. Sed quærit *Gl.* Cur cernere deſiderant, cujus faciem cernere numquam ceſſant? Et ſolvitur. Niſi quia contemplatio divinæ præſentiæ ita Angelos beatificat, ut & ſemper ejus viſa gloria ſatientur, & ſuper ejus dulcedinem quaſi novam inſatiabiliter eſuriant. Unde illud: Mirantur nec deficiunt, in illum quem proſpiciunt: fruuntur nec faſtidiunt, quo perfrui magis ſitiunt; de hoc loco ſumptum eſt. Propter hoc dicit ſponſa de eo. *Cant.* 5. Et totus deſiderabilis. Et dicit [Proſpicere,] i. pro gratia, quam in ſe habet, cum admiratione aſpicere. Unde *Eſther* 13. Valde admirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. *l* Propter quod.] Secunda pars quartæ partis, in qua oſtendit, unde poſſumus ſperare, quia ſcil. ex duobus, ex meritis, & gratia. Unde ſecundum hoc, hæc pars habet duas. Primo enim monet ad bona opera, ut ſic habeamus bona merita ibi. [Propter quod.] Secundo monet ad cognitionem gratiæ quam fecit Dominus humano generi, cum pro eo fuit mortuus. Unde & ſperare poſſumus, quod ſuam gratiam non ſubtrahet nobis, niſi per nos ſteterit, ibi. [Scientes quod non corruptibilibus.] In hac parte autem ſic procedit. Primo monet eos ad opera caſtimoniæ, ſobrietatis, & obedientiæ; quia ex eis ſpes in Deum validior ſurgit, ibi. [Propter quod, &c.] Secundo, ut ad operandum promptiores reddat, & alacriores, tempus præteritæ vitæ ſuæ, quod ex ignorantiis, & peccatis amiſerunt eis, reducit ad memoriam, ibi. [Non configurati, &c.] Item ad hoc idem Chriſti exemplum adducit, ibi. [Sed ſecundum eum, &c.] Et quod ſic faciendum ſit, legis auctoritate quarto oſtendit, ibi. [Sancti eſtote, &c.] Quinto probat, quod ſic debent facere, ne ipſi ſint filii degeneres, & mendaces, ſi illum non imitantur quem invocant patrem in cęlis, ibi. [Et ſi patrem, &c.] Item hoc idem probat ſexto per juſtam examinationem judicii, in quo unuſquiſque recipiet ſecundum quod fecerit, ſi bona, bona, ſi mala, mala, ibi [Qui ſine perſonarum] Propter hæc omnia quaſi concludit ultimo, ut perſeverent in timore Domini, ibi. [In timore, &c.] Ibidem ponens aliam rationem, quare bene operandum eſt; quia tempus breve eſt, & nos ſumus peregrini, ibi [Incolatus. &c.] Patet ergo quam ordinate procedat. Primo enim oſtendit, quod ſpes ex bonis ſurgit; & deinde ad bene operandum ſex rationes adducit, quæ ſunt, amiſſio temporis præteriti, exemplum Chriſti, auctoritas legis quæ hoc præcipit, dignitas patris quem invocant in cęlis, diſtinctio, & æquitas judicii, periculoſa, & peregrina habitatio hujus mundi. Dicit ergo, quaſi concludendo ex præmiſſis. [Propter quod] quia ſcil. Prophetæ prædixerunt, & Apoſtoli evangelizaverunt. Vos. *m* Succincti lumbos mentis veſtræ] per ſanctimoniam, & integritatem cordis, ut ſcil. mala deſideria, voluntates perverſas, afflictiones ſuperfluas, & cogitationes inutiles, & nocivas a mente rejecetis. *Prov.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum. *n* Sobrii,] in vita, ne ſcil. ſuperbiatis, i. ultra menſuram, vel communitatem aliorum vos extendatis per ſingularitates; quia has non retinet Diabolus, ſed hominem, qui ſingularis eſt, deridet, & aſpernatur. Unde 1. *Reg.* 17. Legitur, quod Goliath petebat ſingulare certamen, hoc eſt quod Diabolus libenter dejicit hominem de communitate ad ſingularitatem. [Succincti,] ergo [lumbos mentis veſtræ,] qui ſunt intelligentia, & voluntas, debet enim ſuccingi intellectus ne defluat in pulverem errorum, & voluntas ne decidat in lutum voluptatum, vel malorum deſideriorum. *m* Succincti] ergo in ſcientia. *n* Sobrii] in converſatione bona. *o* Perfecti] in perſeverantia. In utroque. *p* Sperate in eam gratiam,] vel gloriam. *q* Quæ offertur vobis] gratis, a Chriſto, & a ſanctis. Gloriam dico dandam vobis. *r* In revelationem Jeſum Chriſti] quando cognoſcetur Dominus judicia faciens, qui modo contemnitur miſericordiam offerens, ut dicit *B. Bern.* Sperate dico. *ſ* Qua filii obedientiæ.] Ac ſi diceret, hanc habere poteritis, ſi fueritis filii obedientes patri corripienti. *Hebr.* 12. Quem enim diligit Dominus, caſtigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Et nota, quod dicit, [Succincti,] Ecce ordinatio quoad nos, & in nobis. Item [filii obedientiæ.] Ecce ordinatio in nobis quoad Deum: Hæc eſt duplex, obedientiæ quoad Deum patrem, & imitationis quoad Chriſtum hominem. Dicit ergo, [Sperate,] quaſi, ſi tales eſtis, mente ſcil. & corpore caſti, Deo conformes, & ſubjecti, expectate ſecuri gloriam, [quæ offertur vobis. Et dicit, offertur] non datur, vel redditur, ut ſic noſtram pigritiam, & ſtultitiam deteſtetur, qui nec volumus accipere, quod nobis offertur. Unde *Bern.* Erubeſcat humana pigritia; plus vult Deus dare, quam homo accipere; plus vult miſereri, quam homo miſeria liberari. Unde *Heb.* 12. Contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans impediat. [Filii obedientiæ.] Hoc dicit, quia ut dicit *Aug.* Sola obedientia veriſſime eſt virtus quæ totaliter contra ſe vivit: Ubi aliquid habet proprium, aut parvum, aut nullum bonum eſt. Unde *Prov.* 21. *Vir obediens loquetur victorias. Eccl.* 4. Multo enim melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali. Seq. *t* Non configurati.] Hæc eſt prima ratio propter quam debent bene operari, quia ſcil. magnam partem temporis ignoranter amiſerunt. [Continuatio: Dixit ut filii obedientiæ. [Non configurati,] i. ſimul mente, & corpore figurati.

u Prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis,] quæ ſcil. erant ex ignorantia. Unde tunc excuſabimini a tanto, etſi non a toto; ſed modo nec a tanto, nec a toto excuſaremini qui lumen veritatis, & gratiæ jam recepiſtis. Ignorans ignorabitur. 1. *Cor.* 14. Et loquitur Apoſtolus ad Corinthios de illis qui audierunt, & nolunt per negligentiam retinere. [Non configurati prioribus, &c.] q. d. nolite, ſicut canes ad vomitum reverti. *Rom.* 12. Nolite conformari huic ſæculo; ſed renovamini in novitate ſenſus veſtri, ut probetis, quæ ſit voluntas Dei.

a Sed]

Digitized by Google

a ſed *b* ſecundum eum, *c* qui vocavit vos *d* Sanctum, *e* ut & *f* ipſi in omni converſatione *g* ſancti ſitis, quoniam *h* ſeriptum eſt: *i* Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. *k* Et ſi Patrem invocatis eum, *l* qui ſine acceptione perſonarum judicat ſecundum uniuſcujuſque opus: *m* in timore *n* incolatus veſtri tempore *o* converſamini ſcientes, *p* quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis *q* de vana veſtra *r* converſatione paternę *ſ* traditionis: *t* ſed pretioſo *u* ſanguine *x* quaſi *y* agni incontaminati, *z* & immaculati Chriſti:

a Sed] ſcil. configurati. *b* Secundum eum] i. exemplo ejus, i. Chriſti. *d* Sanctam:] antonomaſtice, quia ſic fuit ſanctus, quod in ſanctificatione fuit in termino ſanctificatus, nihil habens de oppoſito, ſcil. de corruptione. *Pſ.* 15. Quoniam non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Propter hoc dicit. [Secundum eum] quaſi diſcretive, qui talis eſt quod nullus talis: & omnes excedit. *Pſ.* 140. Abſorpti ſunt juncti petræ judicea, i. magni homines nihil ſunt, Chriſto comparati. *d* Sanctum] ſanctificantem, & omnino ſanctificatum.

c Qui vocavit vos,] prædeſtinando. Hoc reſpondet ei, quod dictum eſt *ſup.* Secundum præſcientiã Dei patris. *Rom.* 8. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & magnificavit. Sed ad quid vocavit? *e* Et] hoc eſt. *f* Ipſi] vos. *g* Sancti in omni converſatione ſitis,] i. firmi; & ſtabiles contra vitia, & tribulationes. Simile 1. *Theſ.* 4. Non enim vocavit vos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Et eſt hæc ſecunda ratio quare monet eos ad bene operandum ſcil. exemplum Chriſti. Cum igitur dicit: [Secundum eum,] notatur cauſa exemplaris ſecundum quam nos debemus exemplari, & confirmari. Unde *Iſ.* 44. Artifex lignarius extendit normam. Iſte artifex fuit Deus pater, qui filium proprium voluit in ligno crucis extendi, ut fieret nobis norma vivendi. Sequitur *ibid.* Formavit illud in runcina quando ſcil. fuit lancea ſuffoſſus. Fecit illud in angularibus, quando in angulis crucis fuit manibus, & pedibus affixus. Et in circino tornavit illud, quando ſcil. fuit poſitus in ſepulchro. Et fecit imaginem viri quaſi ſpecioſum hominem, quando ſcil. floruit caro ejus in reſurrectione, & factus eſt ſpecioſus forma præ filiis hominum. Item cum dicit: [Ut & ipſi, &c.] notatur finis imitationis Chriſti. Et dicit: [in omni converſatione,] ſcil. & inter domeſticos, & extraneos, & inter bonos, & malos, & inter ſæculares, & religioſos. *Jac.* 1. Ut ſitis perfecti, & integri, & in nullo deficientes. Et hoc debetis facere ut dictum eſt. *h* Quoniam ſcriptum eſt.] *Lev.* 19. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Unde hic dicit. *i* Sancti eritis, &c.] qui ſum pater veſter, & volo vos eſſe mihi ſimiles. 1. *Jo.* 3. nunc filii Dei ſumus, ſed nondum apparet quid erimus; cum autem apparuerit, ſimiles ei erimus. Unde & de Chriſto dicitur, *Eccl.* 30. Mortuus eſt pater ejus, i. Chriſtus, qui eſt pater humani generis, & quaſi non eſt mortuus. Verum eſt, quia cito reſurrexit. Similem enim reliquit ſibi poſt ſe. Et eſt hæc tertia ratio ſcil. auctoritas legis. Seq. *k* Et ſi patrem.] Hic tangitur quarta ratio: quaſi diceret bene debetis operari, ne falſo patrem illum dicatis quem non imitamini, qui non vult habere filios, niſi bonos. Unde dicit *Gl.* ne per negligentiam, & deſidiam tanto patre ſitis indigni. Unde dicit. [Et ſi patrem invocatis,] i. in veſtrum auxilium vocatis, dicendo: Deus in adjutorium meum intende. *Matt.* 6. Pater noſter, qui es in cœlis, &c. Et *Iſa.* 63. Tu enim Pater noſter; & Abraham neſcivit nos, & Iſrael ignoravit nos; tu Domine Pater noſter, & redemptor noſter. [Si] ergo [patrem invocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum judicat ſecundum uniuſcujuſque opus.] *Act.* 10. Quia non eſt perſonarum acceptor Deus. Et tangitur ibi quinta ratio, ſcil. diſcretio, & æquitas judicii, ubi unuſquiſque recipiet ſecundum opus ſuum. Si, inquam, invocatis eum, &c. *m* In timore] incolatus veſtri tempore converſamini, i. dum vivitis in incolatu, & peregrinatione hujus mundi. Et tangitur hic ſexta ratio, quia ſcil. ſumus in terra aliena, ubi lucrari oportet, quod in patriam reportemus. *l* Sine perſonarum acceptione.] Non ſicut pater carnalis, qui filiis peccantibus indulgentius parcere, quam ſervis conſuevit; ſed Deus, & ſervos obedientes, imo & hoſtes manum ſibi dantes in filios adoptat, & qui filiorum nomine videbantur honorabiliores, pro inobedientia, hæreditatis reddit exortes, ut dicit *Gl.* Unde *Iſ. c.* 56. Hæc dicit Dominus eunuchis. Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus. Et dicit: [In timore] quia timor Dei ſuper omnia ſe ſuppoſuit. Beatus homo cui donatum eſt timorem habere Dei. *Eccl.* 27. Si non in timore Dei tenueris te inſtanter, cito ſubvertetur domus tua. *Prov.* 28. Beatus vir, qui ſemper eſt pavidus. Et quare? *Eccl.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Unde etiam, [in] præpoſitio notat ſtationem. Unde & per hoc vult, ut in timore Domini maneamus ut in theſauro copioſo. *Iſ.* 33. Divitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia; timor Domini ipſe eſt theſaurus ejus. *n* Incolatus veſtri,] i. vitæ quam ducitis in mundo, quem vivendo incolitis. Et hic incolatus odioſus eſt ſanctis. Expectant enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex, & conditor eſt Deus. *Hebr.* 11. Unde *Pſ.* 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt.

o Scientes.] Hæc eſt ſecunda pars ſecundæ partis quartæ partis capituli, in qua oſtendit ſecundum ea que ſpes ſurgit quod ſcil. eſt gratia. Ex duobus enim provenit ſpes, ex meritis, & gratia, ſecundum quod definitur: Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis, & gratia proveniens. *Spes.*

Monuit ergo eos prius ad opera; nunc docet ut gratiam Dei cognoſcant; & grati ſint Deo, ut ſic ſperent in Dei miſericordia, & gratia.

Unde dicit, Scientes, quaſi ideo converſamini in timore, quia care empti, & ideo a Deo dilecti. Sicut mercator diligit res quas care emit: & vos debetis vos diligere declinando a malis, quia qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Et hoc eſt, quod dicit; Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, &c. [Redempti] dicit, quia prius per modicam delectationem venditi. *Pſ.* 43. Vendidiſti populum tuum ſine pretio. Vel primo empti a Diabolo per ſuggeſtionem, ſed redempti a Chriſto per ſanguinis effuſionem. Vel Chriſtus emit hominem quando creavit. Sed etiam carius emit, quando omnes creaturas ei ſubjecit. Sed cariſſime redemit, quando pro eo ſanguinem ſuum fudit 2. *Corinth.* 6. Empti eſtis pretio magno. Et propter hoc ſequitur.

p [Non corruptibilibus auro, vel argento.] Aurum enim non curabat Diabolus, de quo dicitur *Job* 41. Sternet ſibi aurum quaſi lutum. Nec credendum eſt, quod ſanguis Chriſti pro nobis effuſus, Diabolo fuit datus. Abſit hoc: ſed Deo patri fuit oblatus, qua oblatione pater nobis placatus, de poteſtate Diaboli nos eripuit juſte, quos ille tenebat injuſte. Quando enim manum miſit Diabolus in eum in quo nihil juris habebat, ideſt, in Chriſtum, juſte amiſit, quos injuſte tenebat, ut dicit *Auguſt.*

q De vana veſtra converſatione.] Veſtra dicit, quia ex parte noſtra non eſt niſi vanitas, ſed rectificata per gratiam noſtram eſt vanitas, & veritas facta eſt. Fit autem converſatio vera, præcepta exequendo: vana e converſo legem Dei prævaricando.

r Paternæ traditionis.] Hoc dicit; q.d. hoc a patre habuiſtis, quod eſſetis vani, unde quaſi naturale erat vobis, & ideo major fuit gratia ab hujuſmodi liberari, & ſic magis vos debetis eſſe grati, quia *Hier. c.* 13. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Verum eſt niſi abundans gratia ſuperveniat.

ſ Sed,] ſupple redempti eſtis.

t Pretioſo] i. pretio pleno.

u Sanguine Jeſu Chriſti.] Unde *Aug.* O homo appende te ex pretio ne vileſcas, Jeſu Chriſti. Dico;

x Quaſi agni] i. quaſi agnus manſuetus, & ab omni peccato immunis. Et dicitur quaſi, quia non eſt agnus per naturam, ſed per ſimilitudinem, & figuram. *Hier.* 11. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. Agni dico.

y Incontaminati] i. ſine omni peccato actuali, & veniali. *z* Et immaculati] & a fomite, & ab originali liber. Nullus unquam fuit talis. Unde dicitur *Eccl.* 7. Virum de mille, i. de omnibus unum reperi: mulierem ex omnibus non inveni. Et *eod.* 4. Unus eſt, & ſecundum non habet, qui ſcil. ſit ei ſimilis; ſed ipſe eſt in excellentia bonitatis ſingularis.

a Præco-

a Præcogniti quidem ante conſtitutionem mundi, *b* manifeſtati *c* autem *d* noviſſimis temporibus *e* propter vos *f* qui per ipſum *g* fideles eſtis in Deo, *h* qui *i* ſuſcitavit eum a mortuis, *k* & dedit ei gloriam, *l* ut fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo. *m* Animas veſtras *n* caſtificantes *o* in obedientia charitatis, *p* in fraternitatis amore *q* ſimplici ex corde invicem *r* diligite *ſ* attentius: *t* renati non ex ſemine *u* corruptibili, ſed incorruptibili *x* per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum: *y* quia omnis caro, ut fœnum, & omnis gloria ejus *z* tanquam flos fœni. *a* Exaruit fœnum, *b* & flos ejus decidit, *c* verbum autem Domini manet in æternum.

a Præcogniti quidem ante conſtitutionem mundi,] i. a Deo præordinati ad hoc, ut nos redimeret, & pro nobis moreretur. Et hæc prævisio fuit ab æterno priuſquam mundus fieret. *Apoc.* 13. Agni qui occiſus eſt ab origine mundi, i. prævisus, & præordinatus occidi; *Prov.* 8. Delectabar corā eo omni tempore ludens in orbe terrarum. Ludus iſte erat prævisio mortis ejus. Præcogniti dico ante mundi conſtitutionem.
c Autem,] i. ſed.
b Manifeſtati in noviſſimis temporibus] facti viſibilis, & demonſtrabilis, ut poſſet digito monſtrari, & dici, hic eſt. Nonne ſic eum digito demonſtravit Joannes, qui dixit *Jo.* 1. Ecce Agnus Dei, ut adimpleretur Prophetia. *Iſa.* 25. Ecce Dominus Deus noſter, expectavimus eum, & ſalvabit nos; iſte Dominus, ſuſtinuimus eum. Tamen demonſtrabant eum ſibi invicem primi patres Eccleſiæ qui eum videbant.
d Noviſſimis temporibus.] *Iſa.* 2. Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons domus Domini eſt Chriſtus, ſuper quem fundata eſt domus Domini, i. Eccleſia; & eſt in vertice montium, quia omnes ſanctos ſuperat in ſanctitate, & eminentia vitæ. Manifeſtati dico, & hoc in humanitate aſſumpta. *e* Propter vos,] redimendos, liberandos, erudiendos, deducendos, & tandem inducendos in montem ſanctificationis ſuæ, montem quem acquiſivit dextera ejus. *Iſa.* 43. Hæc dicit Dominus redemptor veſter, ſanctus Iſrael; propter vos emiſi Babylonem, & detraxi vectes univerſos. Propter vos dico.
f Qui per ipſum,] i. per inſtitutionem ejus. *g* Fideles eſtis in Deo,] tanquam membra ejus. 1. *Cor.* 12. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.
h Qui] Deus, ſcilicet. *i* Suſcitavit eum a mortuis] unde & ſperare debetis, quod vos ſuſcitabit *Rom.* 8. Quod ſi ſpiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, habitat in vobis: qui ſuſcitavit Jeſum Chriſtum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra.
k Et dedit ei gloriam ſempiternam,] i. manifeſtationem gloriæ ſempiternæ, quando aſcendit coram Apoſtolis, vel quando ejus fides prædicata fuit, & recepta ab Apoſtolis: ut in nomine Jeſu omne genuflectatur. *Phil.* 2. Unde *Iſ.* 45. Mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua. Et hoc totum non quia ipſe indigeret; ſed. *l* Ut fides veſtra, & ſpes eſſet in Deo,] i. ut credentes omnia redemptionis noſtræ myſteria, ſpem haberetis in Deo de habenda gloria reſurrectionis quam ipſe primus Chriſtus accepit. Et ſicut dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 15. Si Chriſtus reſurrexit; & nos reſurgemus. Sic igitur patet quomodo oſtendit ex quibus eſt ſperandum, vel ex quibus ſurgit, & provenit ſpes. Sequitur. *m* Animas veſtras.] Hæc eſt tertia pars quartæ partis capituli in qua monet eos, ut ſpem quam habent, per bona opera, exterius aliis manifeſtent per mutuæ fraternitatis amorem. Continuatio. Quia ſpes nulla eſt, quæ ad Deum non dirigitur in corde, & proximo non oſtenditur in opere. Ergo. *r* Diligite,] invicem, i. unus alterum. *ſ* Attentius,] quam ſcil. hucuſque feciſtis. *Rom.* 13. Nemini quicquam debeatis, niſi ut invicem diligatis. *Eph.* 4. Sollicite ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Diligite inquam. *n* Caſtificantes,] animas veſtras uni ſponſo, ſcil. ſervantes fidem. 2. *Cor.* 11. Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. *o* In obedientia charitatis,] i. ex dilectione Dei ſitis obedientes, & parati ad omnia ſuſtinenda etiam damna, & incommoda. Et quia ſuſtinere injurias non ſufficit, niſi, & fratres etiamſi vorent ſupportentur, cum dicatur *Eccl.* c. 22. Amicum ſalutare non confundaris; & a facie illius non me abſcondam; & ſi mala mihi evenerint per illum ſuſtinebo. Propter hoc addit.
p In fraternitatis amore,] quem ſemper debetis integre cuſtodire, quia *Rom.* 13. Dicitur Qui diligit proximum, legem implevit. *Gal* 5. Lex in uno ſermone impletur; Diliges proximum, ſicut teipſum. *Hebr.* 13. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hoc facite. *q* Simplici ex corde,] ut non propter lucrum temporale vos invicem diligatis, ſicut faciunt multi; de quibus *Eccl.* 12. Una hora tecum manebit; ſi autem declinaveris non ſupportabit. *Eccl.* 13. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet, ſi habes, convivet tecum, & evacuabit te, & non dolebit ſuper te. Notandum eſt autem, quod eſt duplex caſtitas animæ. Una ſecundum ſe, ſcil. fides, per quam conjungitur anima vero ſponſo, i. Chriſto. *Oſee* 2. Sponſabo te mihi in fide. Item alia, ſecundum quod eſt conjuncta, & hæc eſt continentia. De prima dicitur hic; [Caſtificantes animas veſtras,] i. per fidem interius caſtas habentes, & exterius oſtendentes in ſuſtinentia tribulationum. Unde. [In obedientia] & dilectione fratrum. Unde. [In fraternitatis amore.] *Hebr.* 12. Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam ſine qua nemo Deum videbit. Patet ergo, quod ad quatuor bona vos invitavit hic. Ad mentis gaudium, vel integritatem, cum dixit; [Caſtificantes.] Ad ſuſtinentiam tribulationum, cum dixit: [In obedientia.] Ad amorem fratrum cum dixit; [In fraternitatis.] Ad lucri temporalis contemptum, cum dixit. [Simplici.] Primum habemus per fidem, ſecundum per patientiam, tertium per charitatem, quartum per ſpem, quia ſi ſperamus æterna, non curamus temporalia. Cauſam autem omnium iſtorum ſubjungit dicens. *Iſa.* 40. *Eccl.* 14. *Jacob* 1.
t Renati, &c.] Hæc eſt quarta pars quartæ partis capituli, in qua oſtendit cauſam omnium prædictorum, quare, ſcil. ſe debent habere, ut dixit, quia ſcil. ſunt regenerati in verbo vitæ, quod numquam excidet: non ex carne, quæ deficit, & areſcit. Unde dicit: [Renati] *Gl.* continuat dicens, ideo hoc agite ſc. quia eſtis, ſupple [renati non ex ſemine corruptibili,] ſicut prius nati ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conveniente, ſicut dicitur *Sap.* 7. & propter hoc immundi, [ſed] ſcil. [renati,] ex ſemine.
u Incorruptibili,] quod eſt doctrina Evangelii, quæ inquinatos mundificat. *Pſ.* 18. Lex Domini immaculata convertens animas. Et hoc.
x Per verbum Dei vivi,] i. per filium, qui ſolus poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine; *Job* 14. *Jo.* 1. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Verbum Dei dico. [Vivi,] in ſe, & ex ſe, & vitam, quæ eſt ſine fine, tribuentis, & permanentis in æternum. In ſe, quia dicitur *Pſ.* 89. A ſæculo, & in ſæculum tu es Deus. Vel in effectu. Vita enim quam dat, ſine fine durabit. Unde *Gl.* Sicut ex ſemine corruptibili caro, quæ corrumpitur, naſcitur; ſic per aquam verbo Dei conſecratam vita, quæ eſt ex carne, corruptibilis fit, ſed vita, quæ eſt ex ſpiritu vivificante dato in aquis Baptiſmi verbo vitæ ſanctificatis per virtutem paſſionis Chriſti, fit incorruptibilis, oſtendit per Prophetam dicens. *y* Quia omnis] quaſi diceret hoc patet, quod diximus; [Quia omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus,] i. delectationes carnis. *z* Tanquam flos fœni,] qui cito tranſit, & areſcit. *Jac.* 1. Sicut flos fœni tranſibit. *Eccl.* 14. Ante obitum tuum operare juſtitiam, quoniam non eſt apud inferos invenire cibum; omnis caro, ſicut fœnum veteraſcet. *a* Exaruit fœnum,] i. caro aliqua infirmitate defecit, vel ſenio. *b* Et flos ejus decidit,] ſine fructu. *Pſ.* 20. Dominus in ira ſua conturbabit eos, dando adverſitatem, & devorabit eos ignis, i. ex calida infirmitate morientur, ad litteram. Et quid ſequitur? Et fructum eorum de terra perdes. Propter hoc homo carnalis comparatur myricæ in deſerto, quæ aliquando florem habet, ſed numquam fructum. *Jer.* 17. Erit enim quaſi myricæ in deſerto, & non videbit cum venerit bonum. Unde *Jer. cap.* 48. Date florem Moab, quia florens egredietur. Moab, ideſt, homini carnali.
c Verbum autem Domini manet in æternum. *Matth.* c. 24. Cœlum, & terra tranſibunt: verba mea non præteribunt. *Apocal. cap.* 19. Et vocabatur nomen ejus, Verbum Dei. Hoc ſumptum de *Iſa. c.* 40. Sic enim dicitur. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus, quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflavit in eo. Vere fœnum eſt populus, exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: verbum autem

Domini

Digitized by Google

Domini ſtabit in æternum. *a* Hoc eſt autem verbum quod evangelizatum eſt in vobis] per me, & per alios Apoſtolos. Sicut ergo corruptibilis corruptibilem generat, ita verbum, quod manet in æternum, dat vitam æternam regeneratis ex aqua in carne, & anima. Unde *Jo:6.* Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus ſunt, & vita, i. vitam ſpiritualem tribuentia. Unde & in eodem, cum quæreret a Petro, & aliis diſcipulis, Numquid & vos vultis abire? reſpondit ei Simon Petrus, Domine ad quem ibimus, verba vitæ habes?

Hoc *a* eſt autem verbum quod evangelizatum eſt in vobis.

CAP. II.

DEponentes *b* igitur *c* omnem malitiam, & omnem *d* dolum, & ſimulationes, *e* & invidias, *f* & omnes detractiones *g* ſicut modo geniti *h* infantes *i* rationabiles & *k* ſine dolo, *l* lac *m* concupiſcite; *n* ut in eo *o* creſcatis *p* in ſalutem, *q* ſi tamen guſtatis quoniam dulcis eſt Dominus. *r* Ad quem accedentes lapidem

EXPOSITIO CAP. II.

DEponentes igitur, &c.] Hæc eſt quinta, & ultima pars primæ partis Epiſtolæ, & durat uſque ad illud [Obſecro vos,] *inf. eod.* In qua monet eos, ut fidei rudimenta, & ſimplicia prius inquirant, ut ſic poſſint venire poſtmodum ad majora. Procedit autem in hac parte ſic. Quia in malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, *Sap.* 1. Propter hoc invitaturus eos Apoſtolus ad inquirendam, & ſuggerendam Dei ſapientiam quæ eſt in myſteriis fidei, ſcil. Incarnationis, & Paſſionis, & hujuſmodi. Primo monet eos, ut ſeipſos mundos, & immaculatos ſtatuant, deponendo malitiam. Deinde ſecundo monet eos, ut rudimenta fidei inquirant prius, & ſic creſcant in ſalutem, *ibi.* [Sicut modo geniti:] Et quia ipſi poſſent dicere ſe hoc non poſſe facere ſine adjutore, propter hoc tertio oſtendit per quem, & quomodo poterunt de minoribus ad majora tranſire, quia accedendo ad Chriſtum quem reprobaverunt Judæi, *ibi.* [Ad quem accedentes.] Quarto auctoritate Iſaiæ oſtendit quod per eum poſſumus proficere; cum ipſe ſit lapis angularis poſitos in fundamento Eccleſiæ totam ſtructuram ſuſtinens, *ibi.* [Propter quod continet Scriptura.] Quinto oſtendit quam utile ſit accedere ad Chriſtum, & quam malum ab ipſo recedere, *ibi.* [Vobis igitur, &c.] Ut autem ipſi ſecurius ad Chriſtum accedant, nec eum tanquam crudelem, & extraneum paveſcant; propter hoc ſexto reducit eis ad memoriam bona, quæ ab ipſo ut a fideli amico receperunt, quia ſcil. ab eo ſunt ad magna vocati, & de peccatoribus electi, *ibi.* [Vos autem genus.] Ubi oſtendit primo ad quid ſunt vocati. [Vos eſtis.] Secundo, de quo, *ibi.* [Qui aliquando.] Dicit ergo: *b* Deponentes, &c.] Continuatio. Quia per verbum eſtis renati, tales eſtote per ſtudium bonæ converſationis, quales ſunt infantes recenter nati per naturam ætatis. Ita continuat *Gl.* Neque hoc poteſtis niſi deponatis venenum malæ conſuetudinis. Igitur. [Deponentes,] tanquam grave pondus. *c* Omnem malitiam,] i. voluntatem nocendi: *d* Et omnem dolum,] i. actum nocendi, & ſimulationes] quæ ſunt partim intra, partim extra, ut cum aliud eſt in corde, aliud in ore. Hæc eſt duplicitas. *Jac.* 1. Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. *Prov.* 11. Simulator ore decipit amicum ſuum, juſti autem, liberabuntur ſcientia. *e* Et invidias,] dolorem de aliena felicitate cum voluntate deeſſendi. *f* Et omnes detractiones,] Et dicit [omnes,] quia multis modis fit detractio. Aut quando bonum quod ineſt, non eſſe dicitur, aut obfuſcatur, aut diminuitur. Aut quando malum quod non ineſt, ineſſe dicitur. Aut quando bonum apertum eſt, & non poteſt omnino negari, ſed intentio creditur eſſe mala. Aut quando homo ſeipſum aliis connumerat, ut ſic aliis detrahat quibus aperte non audet. Detractor eſt beſtia quam vidit Daniel ſimilem pardo. *Cant.* 7. Et ecce alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi quatuor ſuper ſe. *Eccl.* 5. Super furem enim confuſio, & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem. Propter hæc omnia dicit Apoſt. *Hebr.* 12. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Quatuor dixit, [Malitiam,] in ſe; [Dolum:] in proximum: [Simulationes,] in Deum; [Et invidias,] in dona Dei, quæ ſunt vel bona † temporalia, vel naturalia, vel gratuita. Hoc eſt ſecundum

al. † ſpiritualia.

ad quod monet eos in prima parte capituli, ſcil. ad inquirenda ſimplicia fidei, & rudimenta prius; ut ſic tandem tranſeant ad perfectiora, & majora. *g* Sicut modo geniti infantes.] Non inveterati in malitia; ſicut legitur de illo malo Presbytero. *Dan.* 13. Inveterate dierum malorum. Unde & *Pſ.* 6. Inveteravi inter omnes inimicos meos. Sed. *h* Infantes,] per munditiam vitæ. 1. *Cor.* 14. Fratres nolite effici pueri ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote; quia *Matth.* 18 Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. *Iſa.* 40. Deficient pueri, & laborabunt; & juvenes in infirmitate ſua cadent; qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem. Quia igitur licet ſint infantes per munditiam, non tamen debent eſſe infantes per ſapientiam, propter hoc ſubjungit, *Rom.* 12. *i* Rationabiles] Rationabile obſequium veſtrum. Sed quia uſus rationis poteſt eſſe in bono, & in malo; propter hoc ſequitur. *k* Sine dolo lac concupiſcite,] i. ſimplicem doctrinam de uberibus matris Eccleſiæ quærite. Et in hoc ſignificat ipſos nondum eſſe perfectos, & magis indigere ſimplici quam ſolido cibo. 1. *Cor.* 3. Tanquam parvulis in Chriſto lac potum dedi vobis non eſcam. *Heb.* 3. Facti eſtis quibus lacte opus ſit non ſolido cibo. [Sine dolo.] Hic appellat dolum, verſutiam in temporalibus ſive ſapientiam mundi. De qua *Luc.* 16. Filii hujus ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Vult ergo eos eſſe. [Rationabiles, & ſine dolo,] i. ſimplices non verſutos in malo, & diſcretos in bono. *Matt.* 10. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. *l* Lac,] i. ſimplicem doctrinam, i. fidei rudimenta, & non altiora vel profundiora. Vel [Lac,] i. obſervantiam præceptorum. *Eccl.* 3. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, cogita illa ſemper: & in pluribus ejus operibus ne fueris curioſus. Quia *Rom.* 12. Non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem: *m* Concupiſcite,] q. d. ſemper reputate vos eſſe in inchoatione, ſecundum illud *Pſ.* 76. Dixi nunc cœpi, q. d. ſicut fuiſtis ferventes in principio, & ſitis in medio, & in fine. Vel [Concupiſcite,] i. ſimul cum aliis cupite, & deſiderate. Et ad hoc monet ad concordiam, & uniformitatem voluntatum. *Zach.* 8. Veritatem tantum, & pacem diligite. Et quare hæc omnia? *n* Ut in eo] lacte ſcil. *o* Creſcatis] per augmentum cognitionis ſecretorum Dei. *p* In ſalutem,] i. ut ſic tandem conſequamini. [Salutem,] i. plenam Dei cognitionem quæ eſt perfecta ſalus. *Jo.* 17. Hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te. Unde *Auguſt.* ſic orabat. Noverim te, noverim me. Hic eſt ordo, ut poſt ſimplicia fidei rudimenta quæramus per intellectus ſubjectionem ſine diſcretione rationum; & tandem ad majora perveniamus per divinæ majeſtatis contemplationem; & tandem perficiamur in ſalutem per apertam viſionem. Notandum eſt autem quod tria dixit. Quid concupiſcendum, quia [lac.] Item quomodo, quia, [Deponentes, &c.] Item ad quem finem, quia, [Ut in eo creſcatis in ſalutem.] Et hæc poteſtis. *q* Si tamen guſtatis quoniam dulcis eſt Dominus.] Et hic oſtenditur per quid poſſumus adipiſci hunc finem: quaſi diceret, hoc poteritis facere, ſi quanta ſit divina dulcedo, ſapietis. Nam qui nihil de ejus dulcedine guſtat, non eſt mirum ſi hic terreſtribus deſideriis ſordere non evitat. Propter hoc dicit *Pſal.* 33. Vacate a terrenis deſideriis, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Et alibi: Dulcis, & rectus Dominus. *Eccleſ.* 49. In omni ore quaſi mel indulcabitur ejus memoria. *r* Ad quem accedentes, &c.] Hic tertio, quia poſſent dicere, ſine adjutore ſe non poſſe hoc facere, oſtendit per quem poterunt de minoribus ad majora tranſire, ſi ſcil. ad Chriſtum acceſſerint, quem reprobaverunt Judæi, & ſi ſeipſos vivas hoſtias obtulerint ei. Unde dicitur. [Ad quem.] Continuatio: Quaſi, dulcis eſt Dominus, [Ad quem accedentes.] *Pſ.* 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. Ad ipſum accedamus per fidem, & per bonam operationem. Ad hunc poſſunt accedere veterati per peccata, vel per errores. *Eccl.* 25. Sicut aſcenſus arenoſus pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto. [Ad quem lapidem,] ſuper quem fundatur ſuperna civitas. Unde 1. *Corinth.* 3. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter id, quod poſitum eſt J. C. Hic eſt lapis, qui ſine manibus exciſus ſtatuam quam vidit Nabuchodonoſor, redegit in pulverem, i. potentiam ſæcularem: & crevit in montem magnum per fidelium Eccleſiæ multiplicationem. *Dan.* 2. Lapidem

dico

dico non materialem, ſed. *a* Vivum] in ſe, & vivificantem alios. Vel [vivum] dicit, quia etſi mortuus eſt prius ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei: 2 *Cor.* 13. *Apoc.* 2. Hæc dicit primus & noviſſimus, qui fuit mortuus; & vivit. Lapidem dico. *b* Ab hominibus reprobatum,] i. a Judæis dicentibus.

a vivum *b* ab hominibus quidem reprobatum, *c* a Deo autem electũ *d* & honorificatum. Et ipſi *e* tanquam lapides vivi, *f* ſuperędificamini *h* domos ſpirituales in *i* ſacerdotium ſanctum *k* offerre *l* ſpirituales hoſtias *m* acceptabiles Deo *n* per Jeſum Chriſtum. *o* Propter quod continet Scriptura. *p* Ecce ponam in Sion *q* lapidem *r* ſummum, *ſ* angularem, probatum, *t* electum, *u* pretioſum; *x* & qui crediderit in eum non confundetur. *y* Vobis *z* igitur *a* honor credentibus, *b* non credentibus, *c* autẽ *d* lapis *e* quẽ reprobaverunt ędificãtes *f* hic *g* factus eſt in caput anguli;

Non habemus regẽ niſi Cæſarem. *Jo.* 19. *Pſ.* 117. Lapidẽ quem reprobaverunt ædificãtes, &c. *c* A Deo autem electũ.] *Matt.* 12. Ecce puer meus electus quem elegi. Et ſumptum eſt illud de *Iſ.* 2. Ecce ſervus meus, ſuſcipiã eum; electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Et ad quid electum? Ut faceret utraque unum, i. pacificaret nos Angelis: Item hominem homini, Gentilem Judæo. Et ſumptum eſt de *Eph.* 2. Ipſe eſt enim pax noſtra qui fecit utraque unum. *d* Et honorificatum] per miracula, cum adhuc eſſet mortalis in mundo. *Marc.* 7. Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui. Vel [Honorificatum] in reſurrectione, quando datum eſt ei nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Et *Matt. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Vel [Honorificatum] in Aſcenſione quando regrediens in cęlum cum duabus turmis, Angelorum ſcil. & hominum. *Gen.* 32. In baculo meo tranſivi Jordanem iſtum; nunc cum duabus turmis regredior. Coronatus eſt gloria, & honore, ut dicit *Pſ.* 8. Et ipſi vos accedentes, ſcil. *e* Tanquam lapides] firmi in fide: Vivi, in bona operatione, quia fides quæ non habet opera, mortua eſt in ſemetipſa. Fides autem accipitur per lapidem propter firmitatem. Unde in tumulis mortuorum ſolent poni lapides deſuper per totum; aliquando ad ſignificandum, quod ille, qui jacet in tumulo, fuit firmus in fide toto tempore vitæ ſuæ; vel aliquando ad caput vel ad pedes ponuntur lapides quaſi dicatur, iſte & a fide vitam ſuam initiavit, & in fide uſque in finem vitæ perſeveravit. *f* Superædificamini,] i. ſuper hunc lapidem ædificamini cęmento charitatis compaginati. *h* Domos ſpirituales,] i. ut ſitis domus Spiritus, qui non habitat niſi in domibus mundis. *Sap.* 1. Spir. S. diſciplinæ effugiet fictum. Et *ibid.* In malevolam animam non introibit ſapientia, nec ſcil. Sp. S. habitabit in corpore ſubdito peccatis. Et quod ſine cęmento charitatis non poſſit domus eſſe ſpiritualis, patet per *Ezech.* 13. Ubi dicit Dominus: Deſtruam parietem quem linitis abſque temperamento, ſcil. charitatis; & adæquabo eum terræ. Vos dico exiſtentes. *i* Sacerdotium ſanctum,] uncti oleo lætitiæ per operationem bonam, ita ut ſitis digni. *k* Offerre] voſmetipſos. *l* Spirituales hoſtias,] non carnes vel legales, ſicut Judæi, quas ab eis ſibi potius voluit Dominus offerri, quam quod ipſi longa ducti conſuetudine eas Dæmonibus immolarent. Hoſtias dico. *m* Acceptabiles Deo,] non ſicut illæ legales, quæ Deo non placuerunt ſimpliciter. Unde ipſe dicit per *Pſ.* 49. Non accipiam de domo tua vitulos, &c. & alibi. *Pſ.* 39. Sacrificium & oblationem noluiſti. *Rom.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis, i. offeratis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem. Et hæc omnia. *n* Per Jeſum Chriſtum,] ad quem ut ad finem noſtrum, & præmium laborum noſtrorum. *Pſ.* 126. Filii merces fructus ventris: debemus omnia opera noſtra retorquere. Quod ſignificans, & docens Eccleſia, omnes fere orationes ſuas terminat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c. *o* Propter quod] Hic quarto oſtendit quod auctoritate Iſaiæ per ipſum poſſumus proficere, cum ipſe ſit lapis poſitus in fundamento Eccleſiæ, totam ſuſtinens ſtructuram bonorum operum. Unde dicit, [Propter quod,] confirmandum ſcil. quod Chriſtus eſt lapis, ſuper quem fundata eſt Eccleſia, ut non poſſit dejici. *Matth.* 7. Deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra firmam petram. Dicit ergo, [Propter quod continet Scriptura.] *Iſ.* 28. *p* Ecce ponam in Sion,] i. in Eccleſia quæ in ſpeculatione eſt vigilans, & expectans Dominum ſuum quando revertatur a nuptiis: *Luc.* 12. Sion interpretatur ſpecula. Et quid ponam? *q* Lapidem,] i. Chriſtum. 1. *Cor.* 10. Petra autem erat Chriſtus. *r* Summum,] i. omnibus perfectiorem, quia omnes percellit. Unde dicitur mons in vertice montium. *Iſ.* 2. Erit mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes Gentes. Et tangit illud quod ſcil. lapis quidam in ædificio Templi locum non invenit uſque in ſummo in angulo duarum materiarum. Unde & hic ſequitur. *ſ* Angularem,] ut duos populos, ſcil. Judæum, & Gentilem in unitatem fidei conjungeret. *t* Electum] ex millibus. *Cant.* 5. Imo ex omnibus ut dicit *Gl. Int. Eccl.* 7. Virum ex mille unum reperi: mulierem ex omnibus non inveni. *u* Pretioſum.] Hoc dicit, quia datus eſt in pretium noſtræ redemptionis. 1. *Cor.* 6. Empti eſtis pretio magno. *x* Et qui crediderit in eum,] finaliter [non confundetur.] *Gl.* Neque in præſenti de caſu erubeſcet, neque in futuro, vacuus erit præmio. Et hoc dicit, quia etſi cadat, erit ei bonum, quia fortior reſurget. *Rom.* 8. Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Vel. [Qui crediderit,] ut intelligatur compoſite, ſcil. inquantum crediderit, [non confundetur.] Simile 1. *Jo.* 3. Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat, hæc littera eſt ſecundum Septuaginta. *Iſ.* 28. Ubi nos habemus ſic: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretioſum, in fundamento fundatum; qui crediderit non feſtinet. Sed quare hic dicitur [ſummum] & in *Iſaia*, in fundamento poſitum? Videtur enim eſſe contrarietas. Sol. Hoc dicit, ut notetur differentia ſpiritualis, & terreni ædificii. Fundamentum enim ſpiritualis ædificii in ſummo eſt; ſed fundamentum terreni eſt in imo: & ſic non eſt contrarietas, quia quod dicitur in Iſaia fundamentum, hic appellatur ſummum. Sed adhuc quæritur, ſi idem dicitur utrobique quare ergo mutavit? Sol. Non mutavit, ſed expoſuit Apoſtolus, vel interpretatus eſt; & hoc potuit facere cum ipſe eodem Spiritu locutus ſit, quo Iſaias, & ceteri Prophetæ; imo ipſe erat major etiam Prophetis. Unde *Hier. in* 2. *Prolog. Bibliæ*: Non damno, non reprehendo Septuaginta, ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos præfero. Per iſtorum os Chriſtus mihi ſonat, quos ante Prophetas inter ſpiritualia chariſmata poſitos lego. Vel hoc eſt, quia verba ſacræ Scripturæ interpretari poteſt ſummus Pontifex, non mutare; & ipſe erat ſummus Pontifex. *y* Vobis igitur, &c.] Hic quinto oſtendit quam utile ſit ad Chriſtum accedere, & quam malum ab ipſo averti; quia accedentibus erit honor, ſed avertentibus dolor. Unde ex Prophetia concludens dicit q. d. ita qui crediderit, non confundetur, [igitur] ſed e converſo honorabitur.

z Igitur vobis credentibus] i. vobis qui creditis, erit. *a* Honor,] in adventu judicis, quia. *Jo.* 12. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum pater meus. Unde *Luc.* 12. Omnis quicumque confeſſus me fuerit coram hominibus: & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. *Rom.* 2. Gloria autem, & honor, & pax operanti bonum. Ita erit, [honor credentibus.]

c Autem,] i. ſed. *b* Non credentibus] factus eſt, ſcil. *d* Lapis quem reprobaverunt ædificantes,] i. ſicut ille lapis fuit ab ædificantibus Templum ad litteram reprobatus: ſic & iſte Chriſtus reprobatus eſt ab iſtis ædificantibus ſuos actus, ut dicit *Int.* Unde *Rom.* 10. Suam volentes ſtatuere juſtitiam, Dei juſtitiæ non ſunt ſubjecti. Vel ſic de futuro ſimul & de præſenti: [*Lapis*] fiet, [non credentibus,] in die judicii ſicut ille.

e Quem reprobaverunt ædificantes,] i. ſicut illi reprobaverunt Chriſtum in præſenti, nolentes eum ponere in ædificio cordis ſui; ſic ipſe reprobabit eos in futuro, nec eos recipiet in domo ſua in cœlo: quia *Luc.* 12. Qui negavit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. *Iſa.* 21. Qui incredulus eſt, infideliter aget. Unde *Rom.* 2. His autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ita & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam operantis malum. Ita non credentibus factus eſt lapis, &c. Sed.

f Hic,] i. in credentibus, ut [hic] ſit adverbium non pronomen, ſupple lapis.

g Factus eſt in caput anguli,] quia, ſcil. ipſe eſt ſtabilimentum, & perfectio ſpiritualis ædificii, cui innituntur, & a quo ſuſtentantur omnes boni. Unde *Iſ.* 22. Figam

Iſa. 28.

B

Pſ. 117. *Matt.* 21. *Marc.* 12. *Luc.* 20. *Act.* 4.

Digitized by Google

gam eum paxillum in loco fideli: & erit in ſolium gloriæ domus patri ſui, & ſuſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris ſui, vaſorum diverſa genera, omne vas parvulum a vaſis craterarum uſque ad omne vas muſicorum. Per hæc vaſa ſignificantur fideles ſancti minores, & majores,

a & lapis offenſionis: *b* & petra ſcandali *c* his qui offendunt verbo: *d* nec credunt, *e* in quo & poſiti ſunt. *f* Vos autem genus electum, *g* regale *h* Sacerdotium, *i* gens ſancta *k* populus acquiſitionis, *l* ut virtutes annuncietis ejus, *m* qui de tenebris vos vocavit *n* in admirabile lumen ſuum. *o* Qui aliquan-

qui omnes appodiantur Chriſto, & a Chriſto ſuſtentantur, & e converſo. *a* Et] factus eſt [lapis offenſionis,] in præſenti. *c* His, qui offendunt verbo,] i. qui male locuti ſunt de Deo. *Pſ.* 77. Male locuti ſunt de Deo. Quod faciant blaſphemantes Judæi, vel etiam falſi Chriſtiani multi, qui per jurationes aſſiduas Deum blaſphemare non ceſſant: De quibus dicit. *Hier.* Non minus peccant qui Chriſtum blaſphemant jam regnantem in cœlis, quam qui eum crucifixerunt adhuc mortalem in terris. Et eorum exaggerando peccata ſubjungit, *d* Nec credunt] in eum, ſcil. Chriſtum. *e* In quo poſiti ſunt,] i. in quo & a quo habent poſitionem, & ſitum. Vel [In quo,] i. ad quem poſiti ſunt finaliter, per naturam: Ad hoc enim facti ſunt ut voluntati Dei obediant. His inquam, qui tales ſunt. Factus eſt lapis offenſionis,] in præſenti, quia ceſpitant de vitio in vitium, non habentes ſtabilimentum, vel firmitatem, quia non ſunt appodiati Chriſto, ſed baculo arundineo, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam. *Iſa.* 36. Hic eſt vel mundus, vel peccatum, quæ nullum dant appodianti fulcimentum. Nec ſolum erit eis lapis offenſionis in præſenti, imo. *b* Et petra ſcandali,] in futuro, ut non tunc ceſpitent, ſed omnino, & fortiter cadant, quia *Matth.* 21. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem vero ceciderit, conteret eum. Et ſumptum eſt de *Iſa.* 8. In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſrael, & in laqueum, & in ruinam habitantibus in Jeruſalem, & offendent ex eis plurimi, & cadent, & contererentur, & irretientur, & capientur. Et *Rom.* 9. Offenderunt enim in lapidem offenſionis. *f* Vos autem eſtis, &c.] Hic ſexto reducit eis ad memoriam bona, quæ a Chriſto acceperunt, ne ipſi ad Chriſtum accedere timeant, qui ut benignus, & fidelis amicis ſuis confert tanta bona. Duo autem commemorat hic. Primum eſt, quia Chriſtus eos ad magna, & honorabilia vocavit. Unde dicit, [Vos autem genus.] Secundum eſt, quia de tenebris, & umbra mortis eos eduxit, & de non populo populum ſuum fecit.

Exod. 19.

Dicit ergo, [Vos autem,] quaſi, tales illi. [Autem,] i. [ſed vos] eſtis [genus electum] a Chriſto, i. generatio ſpiritualis electa per fidem, & ab aliis diſtincta, qui reprobantes lapidem, reprobi facti ſunt. *Pſ.* 23. Hæc eſt generatio quærentium Dominum. De hac dicit *Jac.* 1. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. Unde *Act.* 17. Ipſius enim, & genus ſumus. *g* Regale ſacerdotium,] i. potentes, & fortes ad expugnandum vitia, & diſſipandum mala, & hoc eſt regale. *Prov.* 20. Rex qui ſedet in ſolio judicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Item diſcreti, & ſapientes ad faciendum bona, & hoc eſt. *h* Sacerdotium,] quia Sacerdotum eſt hoſtias offerre; ſic & nos debemus nos omnes offerre Deo per ſtudium immaculatæ converſationis. Oportebat enim quod Sacerdotes eſſent ſine macula per exercitium bonæ operationis. Sic faciebat. *Job* 13. Et animam meam porto in manibus meis, i. vitam meam totam teneo in operibus bonis, paratus me offerre Deo. Unde *Eccl.* 58. Da ſuavitatem, & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem: ſuavitatem immaculatæ converſationis, memoriam bonæ operationis, & impingua oblationem ex adipe devotionis, ſic eſſet acceptabile Deo ſacrificium noſtrum. *i* Gens ſancta,] per terrenorum contemptum univerſalitatem, vel ad minus per ſubjectionem: aut omnino enim neceſſe eſt contemnere terrena, & dimittere, & nudum nudo Chriſto adhærere; aut ad minus ſubjicere, ne nimis diligantur, procul dubio qui aut utrumque iſtorum, aut alterum ſaltem non fecerit, ſalvus eſſe non poterit. Unde *Matth.* 10. Filioli quam difficile eſt confidentes in pecuniis in regnum Dei introire. Facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Dei. Et hoc eſt impoſſibile Camelum intrare per foramen acus, quocumque modo intelligatur; ſive de porta illa, quæ in Jeruſalem dicebatur acus: per illam enim non poterat Camelus intrare niſi prius eſſet depoſitum ejus onus: ſive de acu ad lateram, tunc planum eſt quod impoſſibile eſt, ergo divitem impoſſibile eſt intrare in regnum Dei, qui, ſcil. amat nimis divitias. *k* Populus acquiſitionis,] i. acquiſitus non modico pretio ſed ſanguine Redemptoris. Et tangit illud quod dixit *ſup.* 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis a vana veſtra converſatione; ſed pretioſo ſanguine agni incontaminati, & immaculati Jeſu Chriſti. Hic eſt ſtimulus qui debet pungere ad ſerviendum Deo qui tam care nos acquiſivit. *Eccl.* 38. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in jaculo, ſtimulo boves agitat. Bos agitatur ſtimulo, ut velocius incedat; ſic pretium quo Chriſtus nos acquiſivit, debet nos agitare, ut velocius poſt ipſum curramus. 1. *Cor.* 9. Sic currite, ut comprehendatis. Et ad quid hæc omnia? *l* Ut [ſcil.] virtutes annuncietis ejus:] ſicut illi fecerunt qui ſanguine agni liberati. *Exod.* 12. Et de mari rubro egreſſi, cantaverunt canticum Domino. *Exod.* 15. Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt. Propter hoc monet. *Pſal.* 77. Narrantes laudes ejus, & virtutes ejus, & mirabilia ejus quæ fecit. Et *Iſa.* 12. Annunciate hoc in univerſa terra. Hoc eſt enim quod maxime placet Deo, ut homo frequenter recolat Dei beneficia ſibi collata, & gratias agat, & inter omnia diem, qua eduxit eum Dominus de Ægypto, ideſt, de peccato in manu potenti, & brachio excelſo. Et talis dignus eſt, ut aliis annunciet magnalia Dei. Unde *Pſal.* 65. Audite & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit Dominus animæ meæ. Et quid? Sequitur. Ad ipſum ore meo clamavi, & exaltavi ſub lingua mea. Ejus, dico.

Oſee 2. Rom. 9.

m Qui de tenebris vos vocavit] ignorantiæ, & infidelitatis. *Pſalm.* 106. Eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & induxit.

n In admirabile lumen ſuum.] Hoc dicit, quia fides animam illuminat ad videndum mirabilia, ſcil. ut credat, quod tres unum ſunt. 1. *Jo.* 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spir. S. & hi tres unum ſunt. Et cetera quæ ſunt fidei. Unde *Job* 5. Qui fecit magna, & inſcrutabilia, & mirabilia abſque numero. Vel [In admirabile lumen,] i. in filii Dei cognitionem, & nominis ipſius exaltationem, a quo denominantur Chriſtiani. Unde *Gen.* 32. Noluit hoc nomen revelare Jacob Angelus, ſed tantum dixit: Tu quæris nomen meum quod eſt mirabile. Unde verbum, [Vos eſtis genus, &c.] ſpecialiter aliquando conveniebat Judæis, ſicut dicit *Gloſ.* Sed modo poteſt totum contrarium dici de eis: ſunt enim genus reprobatum, venale ſacerdotium, gens vilis, & abjecta, populus perditionis. Et ſumptum eſt hoc verbum de *Exod.* 19. Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Sed quid eſt quod in *Exod.* dicitur, regnum ſacerdotale: hic vero ſacerdotium regale? Solut. Hoc eſt ad innuendum prærogativam Novi Teſtamenti reſpectu Veteris. In Novo enim Teſtamento dignior eſt & eminentior ſacerdotalis dignitas quam regia: & propter hoc ſacerdotium ponitur ut per ſe ſtans, quia ſubſtantivum: & regale, ut alii adjacens, & adjectivum. E converſo autem erat in Veteri Lege: & propter hoc e converſo dicitur, regnum ſacerdotale, omnes enim tunc ſubjecti erant Regi, modo omnes ſubjecti ſunt ſummo Pontifici.

Unde & quodam loco dicitur, quod ſacræ leges non dedignantur ſacros Canones imitari.

Sed quare ſacerdotium in Nova lege dignius eſt quam regnum in Veteri fuit, e converſo? Sol. eſt, Quia illorum ſacerdotium erat tranſitorium; noſtrum vero durat in æternum, quia noſter Pontifex Chriſtus vivit in æternum. *Heb.* 7. Plures facti ſunt Sacerdotes ſecundum legem, idcirco quod morte prohiberentur permanere; hic autem eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium: unde & ſalvare in perpetuum poteſt. Sed regia dignitas prout modo eſt, non durabit in æternum. 1. *Cor.* 15. Deinde finis; cum tradiderit regnum Deo, & Patri, cum evacuaverit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem. Seq. *o* Qui aliquando.] Hic probat auctoritate Prophetæ, quod de tenebris ſunt vocati ad ſervitium Dei; & hoc ex miſericordia Dei, & ſicut dicit *Gl.* Et per hoc patet quod hanc Epiſtolam fidelibus ſcribit qui de Gentibus ad fidem venerant, prius in Judaiſmo; deinde ad finem Eccleſiæ.

Et hoc

Et hoc ſumptum eſt de *Oſee* 1. Ubi ſic dicitur: Voca nomen ejus, non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero veſter Deus. Et paulo poſt. Et erit in loco ubi dicetur eis non populus meus vos, dicetur eis, filii Dei viventis. Hoc eſt quod dicit. [Qui aliquando] eratis.

do *a* non populus: *b* nunc autem populus Dei; *c* qui non conſecuti miſericordiam: *d* nunc autem *e* miſericordiam conſecuti. *f* Chariſſimi obſecro vos *g* tanquam advenas, *h* & peregrinos, *i* abſtinere vos a carnalibus deſideriis *k* quæ militant adverſus animam.

a Non populus] Dei ſcil. Vel. [Non populus] quia eratis mali. Et quia ſicut dicit *Boetius*, mali, homines non ſunt. Unde *Iſ.* 40. *Rom. 13. Gal. 5.* Omnes gentes, i. Gentiles ad litteram, vel gentiliter viventes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo. *b* Nunc autem,] i. tempore gratiæ eſtis [populus Dei.] Et hoc ſignificatum fuit *Joſue* 6. quando Rahab meretrix effecta eſt civis populi Iſraelitici, ideſt, gentes factæ ſunt populus Domini. *c* Qui non conſecuti miſericordiam] prius, quia nec eam ſperare, nec petere noveratis. *Oſee* 1. Voca nomen ejus abſque miſericordia. *d* Nunc autem,] i. tempore gratiæ eſtis.

e Miſericordiam conſecuti.] *Oſee* 2. Miſerebor ejus qui fuit abſque miſericordia; & dicam non populo meo, populus meus es tu. Unde *Pſ.* 17. Populus quem non cognovi, ſervivit mihi, &c. Et *Iſ.* 65. Quæſierunt me qui ante non interrogabant: invenerunt qui non quæſierunt me. *Moraliter.* [Moraliter] poteſt exponi de peccatoribus qui prius non quærentes Dominum; nec invenientes, & poſtea quærunt ubi eſt, & inveniunt; ubi ſcil. Magi eum invenerunt ſcil. in domo cum Maria. *Matth.* 2. Hoc eſt quando peccator intrans domum conſcientiæ ſuæ, & videns eam, ſpeluncam latronum. *Matth.* 21. Replet eam amaritudine, Ecce Maria quæ interpretatur amara; & tunc invenit Jeſum quem prius neſciebat. Sed e converſo multi quærunt, vel quærere videntur, qui non inveniunt, ſicut hypocritæ. Et quare? Quia in exterioribus non intus quærunt. Unde *Matth.* 9. Exterminant facies ſuas, ut videantur ab hominibus; ſed intus ſunt pleni omni ſporcitia. Vel etiam eum non inveniunt, quia eum quærunt in temporalibus quæ deſiderant, & amplectuntur, & ſitiunt, ac ſi ibi eſſet Dominus. *Oſee* 5. In gregibus ſuis, & in armentis vadent ad quærendum Dominum, & non invenient: ablatus eſt ab eis. Unde in his perſona eorum dicitur. *Cant.* 3. Quæſivi illum, & non inveni. Et *Cant.* 5. Quæſivi, & non inveni illum.

f Chariſſimi obſecro vos, &c.] Hic incipit ſecunda pars totius Epiſtolæ. Unde magis eſſet ibi capitulum ſecundum tenorem ſententiæ. Et ſicut in prima parte generaliter omnes inſtruxit; ſic & in hac ſecunda particulariter procedit, ſcil. ſecundum diverſas conditiones diverſarum perſonarum, quas hic inſtruit. Et quia diverſæ conditiones hominum ſunt, propter hoc determinat quomodo ſe debent habere ſecundum illas. Dividitur autem pars iſta in quatuor. Primo enim oſtendit quomodo ſe debent habere ſecundum has conditiones, ſervus, & liber; & hoc uſque ad tertium capitulum.

In ſecunda parte oſtendit qualiter ſecundum iſtas, vir & mulier, ibi. [Similiter & mulieres,] *inf.* 3. In tertia inſtruit generaliter omnes, ponens quædam præcepta generalia, ſine quibus nulla ſalus eſt, ſicut mulier a viro ſeparari non poteſt, ibi. [In fide autem omnes unanimes, &c.] *inf.* 3. In quarta determinat qualiter ſe debent habere circa has conditiones, prælatus, & ſubditus, ibi: [Seniores ergo, &c.] *Inf.* 5. Ordinantur autem ſic: quia primo agit de liberis, & ſervis. Libertas enim inter alia, majorem dat occaſionem peccandi.

Item quia Sacerdotes minus debent eſſe proni ad peccata quam alii, propter quod minus indigent exhortatione; propter hoc ultimo loco agit de ipſis; & medio loco de mulieribus, & viris.

Item prima pars dividitur in duas, quia primo docet liberos qualiter ſe debent habere. Secundo ſervos, ibi. [Servi ſubditi eſtote, &c.] Item in prima parte, in qua agit de libertate ſic procedit: quia primo docet non abuti libertate, ibi. [Obſecro, &c.] Secundo docet bene uti, ibi. [Converſationem veſtram, &c.] Tertio ſubjungit cauſam, ibi. [Quia ſic eſt voluntas Dei.] Quarto modum, ibi. [Et non quaſi velamen, &c.] Dicit ergo: [Chariſſimi.] Chari, vinculo naturæ mihi connexi, ſed chariores vinculo charitatis fortius ligati. Chariſſimi, ſpiritualis fraternitatis ligamine fortiſſime mihi aſtricti: quia ſcil. eſtis de Apoſtolatu meo. Erant enim proſelyti, quia fuerant circumciſi, & ad fidem poſtea vocati. Petrus vero erat Apoſtolus circumciſionis. *Gal.* 2. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu circumciſionis, &c.

Hic eſt funiculus triplex, qui difficile rumpitur. *Eccleſ.* 4. [Obſecro vos,] non præcipio. Sed quare non præcepit? Sol. Quia erat præceptum naturæ.

Unde ſuum non erat illud præcipere, cum natura hoc dicat; ſed poterat ad obſervationem ejus monere.

g Tanquam advenas,] ad litteram quia de Gentilitate venerant ad Judaiſmum; & quia etiam tunc in aliena terra vivebant.

h Et peregrinos.] Hoc dicit, quia tunc erant diſperſi, propterea quod Judæi eos perſequebantur: & etiam Gentiles, quia converſi erant ad fidem.

[Moraliter.] Advena eſt qui in aliena terra vivit, *Moraliter.* ſed ibi poſſeſſiones non habet.

Peregrinus qui tranſeundo, terram alienam præterit, nec manens ad vivendum, nec poſſeſſiones acquirens ad manendum. Sed manſionarius eſt, qui vivit in aliqua terra, & manet, & poſſeſſiones acquirit.

In hoc mundo manſionarii ſunt mali qui ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terram. *Jer.* 12. Plantaſti eos, & radicem miſerunt, in perſona iſtorum loquitur. *Eccleſ.* 2. Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, & plantavi vineas, & feci hortos; & pomaria, & conſevi ea cuncti generis arboribus, & extruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſilvam lignorum germinantium, poſſedi ſervos, & ancillas, multamque familiam habui. *Pſ.* 48. Tabernacula eorum in progenie, & progenie; vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.

Sed advena eſt homo necdum perfectus qui adhuc vivens in mundo plus debito amat temporalia, minus tamen Deo.

Et talis etſi temporalia omnino non abjicit, tamen ea ſubjicit: nihil enim rapinæ, vel fraudis propter divitias molitur, cognoſcens quod aliunde venit, unde erubeſcit: & quod in terra inimicorum eſt, unde ingemiſcit: & neſcit quid ei futurum eſt, unde pertimeſcit. Sicut dicit *Bern.* Vide homo unde venis, & erubeſce: ubi es, & ingemiſce: quo vadis, & pertimeſce. Talis eſt advena. *Iſ.* 54. Advena quondam tuus adjungetur tibi.

Peregrinus eſt, qui ſolo corpore in hac peregrinatione conſtitutus, tota aviditate, & deſiderio in illa cœleſti patria converſatur: ut dicat cum Apoſtolo, Noſtra converſatio in cęlis eſt: *Philipp.* 3. Dicens etiam cum *Pſ.* 72. Et a te quid volui ſuper terram.

Unde & renuit conſolari anima ejus, memor enim eſt Dei. Et talis dicit cum paſtoribus. *Luc.* 2. Tranſeamus uſque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt. *Hebr.* 11. Confitentes quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram, qui enim dicunt hoc, ſignificant ſe patriam inquirere.

Tria autem ſunt ſigna quod aliquis eſt peregrinus, vel advena, ſi mores retinet alterius Provinciæ: Item ſi verba. Item ſi affectiones. Obſecro inquam vos.

i Abſtinere vos a carnalibus deſideriis,] abſque tentatione eorum ſitis.

Tenentur enim per delectationem moroſam, vel per conſenſum, vel per opus, vel per conſuetudinem. Sed per omnium iſtorum receſſum, & remotionem abſtinendum eſt, ut ſic præpoſitio dicat remotionem. Sunt enim ignis. *Job* 31. Ignis eſt uſque ad conſumptionem devorans. Sunt aqua ſubmergens. *Ezech.* 29. Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti, draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum.

Item venenum extinguens. *Prov.* 23. Et quaſi regulus venena diffundet.

Propter hoc dicit Apoſtolus. *Rom.* 14. Et carnis curam ne feceritis in deſideriis.

k Quæ militant adverſus animam,] ſicut contra caſtrum ſagittas acutas, & tela ignea immittendo, de arcu otioſitatis exeuntes.

Unde & Chriſti militibus neceſſarium eſt ſcutum fi- *Eph.* 6. dei, in quo poſſumus ignea nequiſſimi tela extinguere. De hoc bello *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. *Rom.* 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. *Jacob* 4. Unde bella, & lites in vobis? Nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris? Hæc igitur removenda ſunt, & ſubjicienda ne ſuperent.

Converſa-

a Converſationem.] Hæc eſt ſecunda pars primæ partis, in qua docet bene uti libertate.

Primo autem docet uſum generalem, cum dicit [Converſationem.] Secundo ſpecialem, cum dicit, [Subjecti, &c.] ubi oſtendit qualiter liberi bene ordinentur ad omnes, ſcilicet tam minores, quam majores. Continuatio: Quaſi dicat, obſecro vos abſtinere a carnalibus deſideriis. Vos dico. [Converſationem veſtram inter Gentes habentes, bonam,] non ſolum inter fideles: quaſi, ita vos habeatis honeſte converſando inter eas, ut veſtro exemplo eas convertatis. Et cauſam ſubjungit quare ſic debent honeſte converſari.

a Converſationem veſtram inter Gentes habentes bonam: b ut in eo quod detrectant de c vobis, tamquam de malefactoribus: ex bonis operibus d vos conſiderantes, glorificent e Deum f in die viſitationis. g Subjecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ h propter Deum: i Sive Regi k quaſi præcellenti, l ſive Ducibus tanquam ab eo m miſſis ad

b Ut in eo quod detrectant,] ideſt, frequenter detrahunt, vel detrahendo tractant.

c De vobis tanquam de malefactoribus,] ideſt, quæ vos malefacere reputant, quando idola ſpernitis, & unum Deum colitis, & adoratis. Ut inquam ipſæ

d Vos conſiderantes,] ideſt, ſimul unanimes tanquam ſidera lucentia vos aſpicientes, & ex vobis illuminatæ.

e Glorificent Deum] ex bonis operibus quæ vident in vobis relucere, ſicut in ſideribus in cœlo Eccleſiæ ordinatis ad cuſtodiam ſui, & proximi. *Baruch.* 3. Stellæ autem dederunt lucem in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt; vocatæ ſunt, & dixerunt, adſumus, & luxerunt ei cum jucunditate qui fecit illas. *Matth.* 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. De illo loco Matthæi ſumpſit Petrus quod dicit hic. Propter hoc dicit Paulus 1. *Corinth.* 6. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. Glorificent dico, & hoc.

f In die viſitationis] ſuæ, ſcilicet, quando convertentur a peccato. *Pſalm.* 8. Quid eſt homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam viſitas eum? *Iſa.* 60. Ponam viſitationem tuam pacem. Ante converſationem ſuam peccator non habet pacem, quia non eſt pax impiis, dicit Dominus, *Iſa.* 48. (Vel viſitationis) veſtræ ſcilicet, quæ eſt quando Dominus vos flagellat, & vos patienter fertis. Et tunc melius liberat cum patientiam dat, ut dicit *Gregorius:* Quia cum videbant eorum patientiam magni meriti credebant eos eſſe apud Deum; & ſic Deum inſuper laudabant. Vel (Viſitationis) quæ erit in die quando pro his recipietis præmium, illæ vero ſupplicium: quaſi glorificabitur Deus qui ſecundum merita reddet omnibus.

De viſitatione quæ tunc fiet vobis, dicitur, *Iſa.* 15. Secundum magnitudinem operis viſitatio eorum. De malis *Iſaiæ* 10. Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis? ad cujus confugietis auxilium?

Sed quæritur hic quare potius docet, vel monet abſtinere a carnalibus peccatis, quam ab aliis: cum ab omnibus ſit abſtinendum? Solutio. Quia carnalia majoris ſunt infamiæ, licet minoris culpæ, & minus celari poſſunt, quam alia.

Unde quia iſti inter Gentes converſabantur, maxime monet ab his abſtinere quia famam lædont, vel converſationem corrumpunt.

g Subjecti eſtote.] Hic ſpecificat uſum bonæ converſationis, monens quatenus tales ſe exhibeant; ut omnibus in bono placeant.

Unde dicit, (Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ.) Ergo Prælati ſuis inferioribus, & ſubditis debent ſubjici, contra *Auguſtin.* Ne apud eos quos oportet eſſe ſubjectos, dum nimium ſervatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Solutio. Ly (omni) facit accommodam diſtributionem, ut ſit ſenſus: (Omni,) ideſt, cui debetis, ſcilicet ſuperioribus.

Non enim exigitur a Prælatis, ut exterius ſuis ſubjiciantur ſubditis: mente tamen debent omnibus proſterni. Unde *Auguſt.* Honore coram vobis prælatus ſit timore coram Deo ſubjectus ſit pedibus veſtris.

Vel (Omni,) ideſt, generali, qualis eſt Rex, vel Epiſcopus, vel hujuſmodi qui ſunt perſonæ generales. Unde dicit *Bernardus ad Eugenium*, loquens de eo, & de aliis Epiſcopis, *de conſideratione quarta.* Oportet te eſſe conſidera formam juſtitiæ, pietatis, exemplar, ſpeculum ſanctimoniæ, aſſertorem veritatis, fidei defenſorem, doctorem Gentium, Chriſtianorum ducem, amicum ſponſi, ſponſæ paranymphum, Cleri ordinatorem, paſtorem plebeium, doctorem inſipientium, oppreſſorum refugium, pauperum advocatum, defenſorem pupillorum, judicem viduarum. Talis erat *Apoſtol.* qui dicit 2. *Corinth.* 9. Omnibus omnia factus ſum ut omnes ſalvos facerem. Et quia eſt mala ſubjectio, ut quando homo ſervit alii in peccatis, ad hanc removendam ſubjungit.

h Propter Deum] habendum, ut præpoſitio dicat; vel voti finem, vel ordinationem ad finem, ut ſit ſenſus in his propter quæ ordinamur ad finem, Deum ſcil. qui eſt finis, in quo ſolo nobis erit quies; quia, ut dicit *Auguſt. in libro confeſſionum*: Inquietum eſt cor noſtrum Domine, donec perveniamus ad te.

Vel (Propter) dicit cauſam meritoriam, ideſt, ut ſubjiciendo nos omnibus, magis mereamur.

Vel (Propter Deum,) non propter temporalia quæ iniqua ſunt & vana, non habentes oculum ad præſentem remunerationem, vel cordis, quæ eſt favor; vel oris quæ eſt laus vel gloria inanis, vel operis in donis ad litteram. *Epheſ.* 6. Ex animo cum bona voluntate ſervientes ſicut Domino, non hominibus, ſcientes quoniam unuſquiſque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino ſive ſervus ſive liber.

Vel (Propter Deum) non exterius tantum, ſed interius ex corde, ubi Deus videt. *Jacob c.* 4. Subditi eſtote Deo.

Qui enim propter Deum creaturis ſe ſubjecit, Deo ſe ſubjicit.

Vel (Propter Deum) quia talis eſt Dei voluntas, ut per cordis humilitatem ſubjiciamus nos omnibus hominibus; ſicut Chriſtus fecit, qui mulieri & fabro, *Lucæ* 2. Et Joanni Baptiſtæ ſe ſubjecit. *Matth.* 3. Sic decet nos implere omnem juſtitiam, ideſt, humilitatem perfectam quæ eſt, ut dicit ibi *Gloſ.* cum homo inferiori ſe obedit.

Magna enim eſt obedientia vel humilitas, quando homo majori ſe obedit; ſed nondum omnis major quando pari, ſed nondum omnis; ſed tunc eſt perfecta & maxima, quia nunc nihil deeſt, quando inferiori ſe ſubjicit propter Deum, & eſt omnis, quæ tunc habet tria appellata.

Propter quod dicitur *Proverbior.* 15. In abundanti juſtitia virtus magna eſt. Subdividit autem creaturam dicens.

i Sive Regi quaſi præcellenti,] ideſt, majoribus: Ex quo etiam patet quod non omni homini vult ut ſubjiciantur, niſi quibus debent, & inquantum debent.

Sed contra *Phil.* 2. Superiores invicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli, ſed quæ aliorum conſiderantes: ergo quilibet debet alii ſubjici, ut ſuperiori ſe. *Gloſ.* notabilis ſolvit ibidem dicens: Hoc non ita debemus æſtimare, ut nos æſtimare fingamus, ſed vere exiſtimemus poſſe eſſe aliquid occultum in alio, quo nobis ſuperior ſit, etſi bonum noſtrum quo illo videmur ſuperiores, non ſit occultum. [Sive Regi.] Unde *Matth.* 22. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, &c.

k Quaſi præcellenti.] Unde & Paulus primo admonet orari pro Regibus tanquam præcellentibus. 1. *Timoth.* 2. Obſecro igitur primum fieri omnium obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate conſtituuntur.

Vult igitur eumdem ordinem ſervari in oratione Paulus, quem iſte in ſubjectione.

Unde Paulus primo dicit: Pro omnibus hominibus, & iſte primo. (Subjecti eſtote omni humanæ creaturæ,] quod eſt idem.

Unde Paulus: Et pro Regibus, & hic (Sive Regi.) Item Paulus, & omnes quibus in ſublimitate conſtituuntur: & hic ſequitur.

l Ducibus,] ideſt, aliis minoribus, qui tamen poteſtatem habent quam ab alio acceperunt, non quam ſibi uſurpaverunt.

Unde & dicit. *m* Miſſis] a Regibus [tanquam] a Deo,

Te ſc.

ſc. ſicut ſubjecti effectis aliquibus miſſis [Ab eo,] ideſt, a Deo, *Rom.* 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi a Deo. Sed ad quid miſſis.

a Vindictam malefactorum,] ideſt, pœnam.

a vindictam malefactorum, *b* laudem vero bonorum: *c* Quia ſic eſt voluntas Dei, *d* ut benefacientes obmuteſcere *e* faciatis imprudentium hominum ignorantiam. *f* Quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem: *g* ſed ſicut ſervi Dei. *h* omnes honorate: *i* fraternitatem diligite: *k* Deum timete: *l* Regem honorificate: *m* Servi, ſubditi eſtote in *n* omni timore

Laudem vero bonorum,] ideſt, remunerationem, & gloriam. *Gloſſ.* Non quod ſemper ita fiat; ſed quod eſſe debeat actio Ducis, ſimpliciter narrat, qui etiamſi bonos damnat, non minus ad laudem eorum pertinet quod agit, ſi patienter improbitatem ejus tolerant boni, & ſapienter ejus aſtutiæ reſiſtunt, *Romanor, capit.* 13. Vis non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa.

Non dicit de illa, vel ab illa, quia ſi mala poteſtas non ipſa te laudabit, ſed per id quod ſuſtinebis ab illa, laudaberis coram Deo.

De vindicta *Rom.* 13. Non ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei qui malum facit.

Ex his patet quod ubi nihil erit judicandum, non erit prælatio vel poteſtas, ſed unus tantum erit Regens, & Magiſter Chriſtus.

c Quia ſic eſt.] Hic tertio ſubdit cauſam quare bene converſandum eſt: quaſi debetis converſari. [Quia ſic eſt voluntas Dei.] Vel ad immediate dictum continuatur ſic ſecundum *Gloſſ.* Quicquid Duces agant boni, laudes conſequuntur: [Quia ſic eſt voluntas Dei,] qui de malis elicit bonum.

Neque enim mala Deus ſapiens fieri ſineret niſi inde bonum eliceret, ut dicit *Auguſtin.* Sicut ſapiens medicus de veneno elicit theriacam; & nos igitur in hoc eum imitari debemus, ut etiam malis utamur in bonum, per bonam converſationem noſtram convertendo eos. Unde

d Ut benefacientes:] quaſi, hæc eſt voluntas Dei, ut benefacientes,] ideſt, per bonam converſationem veſtram etiam malis bene utentes.

e Obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam,] ideſt, Ducum, qui ignorant quod bene eis utimini, dum eos honoratis, licet ſint mali. Et iſtud (ut) dicit cauſam ejus quod dixit, quia ſic eſt voluntas Dei.

Vel eſt conſecutivum: q. d. ſubjecti eſtote: [Quia ſic eſt voluntas Dei;] & hoc ex hujuſmodi conſequimini, (Ut benefacientes, &c.)

Bene autem dicit ignorantiam & non invidiam, quia Gentiles inter quos iſti converſabantur, magis peccabant ex ignorantia quam ex invidia.

Unde ad bonam fidelium converſationem frequentius convertebantur, & ſic obmuteſcebant.

Sed Judæi, qui bonam converſationem, & magnifica eorum opera videbant, ex invidia non ex ignorantia eis detrahebant. *Lucæ ſeptimo*. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum: amicus publicanorum, & peccatorum.

Unde & ipſi, qui ex invidia hæc dicebant, non obmuteſcebant, quia non convertebantur.

f Quaſi liberi.] Hic quarto oſtendit modum bene converſandi.

Continuatio: Bona prædicta facite [Quaſi liberi,] ideſt, ſicut eſtis liberi, ſic libere & voluntarie dominis ſerviatis, in hoc veſtram libertatem oſtendentes.

Unde dicit *Gloſſ.* Quo majori libertate apud homines vincimini, eo liberius dominorum famulatui ſubjugati ſitis.

Dixi, [Quaſi liberi, & non quaſi velamen habentes malitiæ libertatem.]

Hoc dicit Apoſtolus contra quoſdam, qui dicebant; quia filius nos liberavit, vere liberi ſumus; & ideo Principibus negabant ſua jura, ſicut Judæi, *Joan. octavo*. Semen Abrahæ ſumus, nemini ſervivimus unquam.

Timeant hoc verbum Monachi exempti, qui ſuam libertatem faciunt velamen malitiæ, liberius peccantes, quia Epiſcoporum non timent correctionem. Et ſi ipſi petendo exemptionem fecerint contra Deum, videant ipſi, 1. *Cor.* 7. Si potes fieri liber, exemptus, magis utere, ſervitute ſcilicet.

Hoc verbum recogitent omnes quicumque ſint illi, qui ad ſervitium Dei vocati non habent multas coactiones præceptorum, ne aliquando vel aliqui ſuam libertatem faciant velamen malitiæ, in quocumque ſtatu ſint, ipſi ſive conjugati, ſive clerici, ſive religioſi, ſive ſæculares. *1. diſt. o. o. ibi. Regem reverentiam 11. qu. 1. a. magnum. Col. 3. Tit. 3.*

Vult ergo Apoſtolus, ut ipſi ſint liberi a ſervitute peccati. *Gloſſ.* Non habentes libertatem veſtram in velamen malitiæ; libertas veſtra non obvolvat corda veſtra, ut tanto licentius peccatis, quanto minus ſervitiis deprimimini; & ne culpam veſtram nomine libertatis prætendatis.

Vult autem liberos eos eſſe a ſervitio culparum, ut permaneant ſervi creatoris ſui, & fideles, ſed non Dei. Unde addit.

g Sed ſicut ſervi Dei.] Cujus ſervitus humilitatem requirit: quaſi dicat, Principibus, & Ducibus humiliter ſervite ſicut Domino ſerviretis, quia in ipſis Domino ſervitis, *primæ Corinthiorum ſeptimo*. Qui liber vocatus eſt, ſervus eſt Chriſti. Pretio enim empti eſtis.

h Omnes honorate: fraternitatem diligite, &c.] Docuit quomodo bene converſandum eſt inter majores, modo docet quomodo inter omnes.

Et hoc ſic faciendum eſt, ut quod Dei eſt in omnibus, ſcilicet imago ejus, invicem honoremus; & quod eſt noſtri, invicem diligamus.

Omnes ergo [honorate,] unumquemque ſcilicet pro modo ſuo, *Phil.* 2. In humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum.

Unde dicit *Gloſſ.* Alter alterum reputet digniorem, non hoc ita debemus æſtimare, ut nos æſtimare fingamus, ſed ut æſtimemus poſſe eſſe aliquid occultum in alio, quo nobis ſuperior ſit, etiamſi bonum noſtrum quo illo videmur ſuperiores, non ſit occultum. Vel, (Omnes honorate) invicem, quia omnes ſumus Dei imago.

Unde *Romanor. duodecimo*. Honorate invicem prævenientes.

i Fraternitatem diligite,] in tantum, ut etiam eos qui vobis ſubditi ſunt, ut fratres diligatis vos qui eſtis majores. *Rom.* 12. Charitatem fraternitatis invicem diligentes.

Et oſtendit modum diligendi, quia in timore Domini. Unde dicit.

k Deum timete.] Et in hoc notatur ordinatio ad Deum. Sed quare non dicit, Deum diligite, vel honorate?

Solutio. Quia liberi minus ſolent timere: quia libertas contraria eſt timori.

Et etiam cum dicit, timete,] non excludit honorem.

l Regem honorificate] quaſi præcellentem, reddendo ei tributa. *Matth.* 22. Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.

Similia verba legimus, *Rom.* 13. Cui tributum tributum; cui vectigal vectigal; cui timorem timorem; cui honorem honorem.

Et dicit, [Honorificate,] non honorate, ideſt, facite Regi honorem exterius opere, non ſolum mente interius.

m Servi, ſubditi eſtote in omni timore.] Hæc eſt ſecunda pars primæ partis, ubi monet ſervos ad bonam converſationem; & ad hoc maxime monet eos, ut benigne, & voluntarie ſubjiciantur dominis ſuis etiam malis. Et hoc propter duo.

Primo propter fructum qui inde ſequitur, ibi. [Hæc enim eſt gratia.]

Secundo propter debitum, ibi. [In hoc enim vocati eſtis.] Dicit ergo: [Servi ſubditi eſtote dominis,] veſtris ſcilicet [in omni timore,] ita ſcilicet, ut nec Deum offendatis, nec dominis ſervire recuſetis, ſicut dicit *Gloſſ. Interl.* Sed quid dicit

n In omni timore] ergo in ſervili, ſed ille eſt extra

tra charitatem, quia dicit *Aug.* quod ſequeretur in eo peccatum, ſi ſperaretur impunitas. Unde illud: Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Solut. Omne, totum, & perfectum dicimus idem. Unde.

In omni,] idest, perfecto perfectione ſufficientiæ, & hæc eſt ad minus in timore initiali: vel etiam perfecto perfectione majori, & quaſi excellentiæ; & hæc eſt in timore filiali qui etiam debet eſſe in ſervis, ut habeant oculum ad Deum, qui eos remunerabit. Vel.

D

Dominis, *a* non tantum bonis, *b* & modeſtis, ſed *c* etiam diſcolis, *d* Hæc *e* eſt enim gratia, ſi propter *f* conſcientiam Dei *g* ſuſtinet quis *h* triſtitias, *i* patiens injuſte. *k* Quæ eſt enim gratia, *l* ſi peccantes, & *m* colaphizati ſuffertis? Sed ſi *n* benefacientes patienter *o* ſuſtinetis: hęc eſt gratia apud Deum. *p* In hoc *q* enim *r* vocati eſtis: *ſ* quia & Chriſtus paſſus eſt pro *t* nobis: vobis *u* relinquens exemplum *x* ut ſequamini veſtigia ejus.

In omni timore,] i. generali, quali eſt timor initialis qui habet duos oculos; unum ad pœnam, & alium ad gloriam; unde dicitur generalis: Sed timor ſervilis ſingularis eſt, quia non habet niſi unum oculum, ſcilicet ad pœnam.

Sed cum dicat *Aug.* quod ſicut ſeta introducit filium, ſic timor ſervilis charitatem: quare timor ſervilis non dicitur initium, vel initialis? Solutio.

a. q. 1. cap. ultim. De catech. miſs. v. Chriſtus paſſus eſt.

Dicitur principium, ſed non initium; quia per ipſum non ſumus intus; quia quamdiu in Chriſto non ſumus, extra charitatem manemus: Dicitur ergo principium, & non initium; quia non it, ideſt, non intrat intus, ut ſcilicet ipſo manente ſit charitas. (Dominis,) dico: Et ſubdividit.

a Non tantum bonis,] Fide, & moribus inſtructis.

b Et modeſtis,] ideſt, menſuratis in imperando, & in condonando ſi quid committetis.

c Sed etiam diſcolis,] ideſt indiſciplinatis, agreſtibus ſcilicet, & indoctis. Unde dicit *Gloſſ.* Scola Græce, Latine locus in quo ad audiendos magiſtros liberalium artium conveniebant.

Unde ſcola, vacatio interpretatur, quia ibi vacabant ſtudiis: Scholaſtici igitur ſint eruditi; diſcoli vero indocti, & agreſtes. Alia littera habet.

[Difficilioribus.] Quales ſunt aliqui qui nihil quod eis fiat, gratanter recipiunt, ſimiles Holoferni cujus ferocitas non mitigabatur, quamvis eum reciperent in ſuis civitatibus gentes cum honore magno, & gaudio, & choris, & tympanis: nec tamen ita facientes ferocitatem pectoris ejus mitigaverunt: *Jud. 3.* Cum tamen dicat Apoſtolus *Epheſ. 6.* Et vos Domini eadem facite illis, remittentes minas: ſcientes, quia & illorum, & veſter Dominus eſt in cœlis: & perſonarum acceptio non eſt apud Deum.

Et quod debent ſubjici, oſtendit per hoc quod ſic faciendo merentur apud Deum. Unde dicit:

d Hæc eſt enim gratia.] Quaſi, propter hoc debetis ſubjici etiam malis.

e Enim,] ideſt, quia.

d Hæc eſt gratia,] ideſt, per hoc acquiritur, vel conſervatur Dei gratia, per quam merita bona cumulatis, hic inquam.

f Si propter conſcientiam Dei,] ideſt, bonam intentionem quam Deus cum homine ſcit.

g Suſtinet quis] patienter, & ſine murmure cordis.

h Triſtitias] illatas a Dominis, ideſt, pœnas. Ipſe dico.

i Patiens injuſte,] cum bene faciat ipſe quicquid debet.

Et dicit (injuſte) non ſine cauſa; quia aliquando quis juſte patitur, & pro peccatis, ſecundum conſcientiam Dei; quia bona intentione: & hæc pœna ſufficit ad ſolutionem, & deletionem pœnæ ad quam erat obligatus: & tali non debetur propter hoc ſupererogatio: ſed illi qui injuſte patitur ſecundum conſcientiam Dei debetur ſupererogatio præmii: *Lucæ decimo*. Quodcumque ſupererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. *Gloſſ.* Si propter Deum ſcientem bonam intentionem aliquis patiens a Domino verberatur injuſte, cum ei bene ſerviat, ſuſtinet, ideſt, leves reputat triſtitias; hæc eſt gratia, & per hoc gratus efficitur Deo, & hoc exigit gratia fidei.

Nam ſi vos ſuffertis patienter pœnas illatas a Dominis, vos dico peccantes nolendo obedire eis, & colaphizati ab ipſis dominis, ideſt, ſæpe correcti ab illis, ut per colaphos ad obediendum inducamini, quæ gratia erit vobis inde? Nihil propter hoc accipietis a Deo. Et hoc probat quaſi per locum a contrariis.

k Enim,] ideſt, quia [quæ eſt gratia,] ideſt, quomodo per hoc eſtis grati Deo?

l Si peccantes,] & propter hoc colaphizati, ideſt, colaphis afflicti.

m Suffertis] ut ſcilicet, ad obediendum reducamini, quaſi dicat, non meremini gratiam ſupererogationis, etſi meremini a pœna liberari. Et hoc eſt verum, ſi voluntarie, & propter Deum ſuſtinetis:

n Sed ſi benefacientes,] ideſt, ſi benefeceritis.

o Patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum,] id eſt, per hoc grati efficiamini Deo, & dilecti, & propter hoc amplius ab ipſo remunerandi. *Sap. 10.* Reddidit Deus, ideſt, reddet juſtis mercedem laborum, & deduxit, ideſt, deducet in via mirabili eos, illa, ſcilic. via, quæ ducit in civitatem habitaculi, quam non invenient mali.

p In hoc enim vocati eſtis.] Hic ſecundo monet ſervos ad obediendum propter debitum. Continuatio: Debetis obedire, & ſubjici.

q Enim,] ideſt, quia. [In hoc,] ideſt, in ſervitute vel ſubjectione manentes.

r Vocati eſtis] ad fidem, quaſi dicat, propter fidem non eſtis a dominorum ſubjectione liberati. *1. Cor. 7.* Unuſquiſque in ea vocatione permaneat in qua vocatus eſt. Servus vocatus es? non ſit tibi curæ: ſed ſi potes fieri liber, magis utere.

Qui enim in Domino vocatus eſt ſervus, liber eſt Domini. Vel

[In hoc,] ideſt, ad hoc, ut ſcilicet patiamini.

Et hoc probat exemplo Chriſti qui ſine cauſa, ideſt, ſine peccato paſſus eſt pro nobis.

Et ſicut dicit *Gloſſ. Interl.* Glorificat conditionem ſervorum quos benefacientes, & abſque culpa vapulantes a dominis crudelibus, & improbris, affirmat imitatores Dominicæ paſſionis.

Quaſi in hoc vocati eſtis.

ſ Quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis] omnibus ſcilicet tam Apoſtolis quam aliis.

t Vobis relinquens,] ideſt, retro linquens.

u Exemplum] ſcilicet patiendi, per nos, ſcilicet Apoſtolos.

Et dicit [vobis,] quia ipſi Apoſtoli non indigebant exemplo:

Ipſum enim Dominum viderant, & ejus paſſio formata erat in animalibus ſuis, & impreſſa, ſed illis erat neceſſarium exemplum qui Dominum non viderunt, ut ad ejus intuitum ſibi ſimilitudinem formarent.

Prius enim videtur imago, & poſtea formatur in anima ejus ſimilitudo: Hoc exemplum fuerunt Apoſtoli, circumferentes mortificationem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, in corpore ſuo. *ſecundæ Corinth. 4.* Et *Paulus Gal. 6.* Stigmata Domini Noſtri Jeſu Chriſti in corpore meo porto.

Unde *primæ Timoth. quarto*. Eſto exemplum fidelium in verbo in converſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Hoc dicebat Apoſtolus cuidam quaſi co-Apoſtolo Timotheo.

x Ut ſequamini veſtigia ejus] bene operando, Dicit, [Sequamini,] quaſi a longe; quia cum eo ire non poſſumus; quia noſtra opera ſuis operibus nullatenus poſſunt æquipollere: Exultavit enim ut gigas ad currendam viam. Unde & dicit.

[Veſtigia;] non rem. *Job 23.* Veſtigia ejus ſecutus eſt pes meus, viam ejus cuſtodivi, & non declinavi ex ea.

Sed quomodo, vel qua via ſequendus eſt, oſtendit. *Apoſtolus primæ Timoth. 6.* Ponens quaſi ſex paſſus, dicens: Sectare juſtitiam, ut ſcilicet te pro malis tuis punias: pietatem, ut in bonis te exerceas: fidem, ut omnia poſtponas: charitatem, ut ſoli Deo adhæreas: patientiam, ut adverſa patienter ſuſtineas: manſuetudinem,

nem, ut benignum, & blandum te aliis exhibens. Sed e converſo: multi magis ſequuntur ea, quæ eis non proderunt. Contra quos invehitur *Beatus Bernardus*. Si ſapis; ſi cor habes; ſi tecum eſt lumen oculorum tuorum; deſine ſequi illa, quæ aſſequi miſerum eſt. Beatus qui poſt illa non abiit, quæ poſſeſſa onerant, amata coinquinant, amiſſa cruciant. Tres bene invenio.

Iſa. 52. 1. Joan 3. De Lam. d. 2. c ſi eum ultra prin. 45. d cap. Epiſcop.

Primum qui ſequitur earnem; ſecundum qui ſequitur mundum: tertium, qui ſequitur Diabolum: ſed quartum de numero veſtrum requiro, ſcilicet qui ſequitur Deum. Et oſtendit, quod pro nobis mortuus eſt Chriſtus dupliciter.

Primo, quia non pro ſe, qui ab omni peccato fuit immunis, ibi.

[Qui peccatum.] Secundo oſtendit quod pro nobis, ibi.

[Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo, &c.] ubi oſtendit beneficia, quæ nobis contulit ejus paſſio. Quæ fuerunt ſex.

Primum eſt, qui loco noſtri, vel vice noſtri in pœna quam pro noſtris peccatis debebamus, ſe poſuit, ut eam pro nobis portaret, ibi.

[Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo, &c.] Secundum eſt, quia mortem æternam, quam facit peccatum, deſtruxit. Unde dicit;

[Ut peccatis mortui.] Tertium eſt, quia vitam reſtauravit, ibi;

[Juſtitiæ vivamus.] Quartum eſt, quia languidos infirmitatibus peccatorum ſanavit, ibi.

[Cujus livore ſanati eſtis.] Quintum eſt, quia errantes per devia errorum congregavit, ibi.

[Eratis enim ſicut oves errantes.] Sextum eſt, quia congregatos ſub fidei cuſtode, & bono poſuit ſub ſeipſo ſcilicet, ibi.

[Sed converſi eſtis nunc ad paſtorem.] Dicit ergo.

a Qui peccatum non fecit.] Et quia inſtruxerat ſervos: nunc ſecundum *Gloſſ.* inſtruit Dominos, in hoc quod totam Eccleſiam invitat ad memoriam Dominicæ Paſſionis, ut dicit *Gloſſa*. Supra ſpecialiter ſervos; nunc totam Eccleſiam inſtruit, ut etiam Dominus in memoriam revocet quid pro eorum liberatione ſuus auctor pertulerit. Dicit itaque,

[Qui peccatum non fecit] in opere.

b Nec inventus eſt dolus in ore,] ideſt, verbum malum, quia nec peccavit in locutione.

Unde in perſona ejus dicitur, *Job* 1. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis: neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt. Et dicit.

[Inventus,] a Phariſæis, & Scribis qui eum obſervabant; ut eum caperent in ſermone: *Matth. vigeſimo ſecundo*. Et hoc ſumptum eſt de *Iſaiæ quinquageſimotertio*. Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et quod non peccavit, oſtendit per partes, dicens.

c Qui cum malediceretur.] *Joann.* 8. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Et *Matth.* 27. Similiter principes Sacerdotum illudentes, cum Scribis, & Senioribus dicebant: Alios ſalvos fecit, ſeipſum non poteſt ſalvum facere. Vel

Cum malediceretur,] a latrone qui juxta eum pendebat; *Luc.* 23. Si tu es Chriſtus, ſalvum fac temetipſum: & nos. Et tamen.

d Non maledicebat] verba eorum mala ipſis non improperabat, quæ tamen ipſe ſciebat: & videbat: imo e converſo dicebat orans pro eis. *Lucæ vigeſimo tertio*. Pater dimitte illis; quia neſciunt quid faciunt. Vel

[Qui cum malediceretur,] ideſt, maledicto pœnæ pro nobis addiceretur. *Gal.* 3. Chriſtus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt, *Deuteronom.* 21. Maledictus omnis, qui pendet in ligno.

[Non maledicebat] vindicando ſe cum poſſet: imo

a Qui peccatum non fecit: *b* nec inventus eſt dolus in ore ejus. *c* Qui cum malediceretur non *d* maledicebat: *e* cum pateretur, *f* non comminabatur: *g* tradebat *h* autem *i* judicanti ſe *k* injuſte. *l* Qui peccata *m* noſtra *n* ipſe pertulit *o* in corpore ſuo *p* ſuper lignum;

etiam diſcipulos, ſcilicet Jacobum, & Joannem qui dicebant *Lucæ nono*. Domine, vis dicimus, ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos; ſicut Elias fecit? prohibuit dicens; Neſcitis cujus ſpiritus eſtis: Filius enim hominis non venit animas hominum perdere, ſed ſalvare:

Et ibi loquebantur Apoſtoli de illis, qui noluerunt Jeſum recipere in ſua civitate in hoſpitio: propter hoc; quod ibat in Jeruſalem. Sequitur.

e Cum pateretur] tam graviter, & dure, *Thren.* 1. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Et tamen.

f Non comminabatur.] *Pſal.* 37. Et ſicut mutus non aperiens os ſuum.

g Tradebat autem.] Quaſi, non comminabatur:

h Autem,] ideſt, ſed, e converſo. [Tradebat,] Deo Patri.

i Judicanti ſe injuſte,] orando pro ipſis: cum tamen ipſi eum qui juſtus erat, & innocens, nocentes, & injuſti condemnarent.

Unde *Iſa.* 53. Et pro tranſgreſſoribus oravit:

Vel alio modo, & ſecundum aliam litteram: & concionatur ei.

[Qui peccatum non fecit.] Quaſi, paſſus eſt, & non pro ſuis peccatis.

b Autem,] ideſt, ſed.

g Tradebat] ſe voluntarie non coactus. *Joann.* 10. Ego pono animam meam & iterum ſumam eam: nemo tollit eam a me; ſed ego pono eam a meipſo.

i Judicanti ſe injuſte] populo ſcilicet Judaico, dicenti, *Joan.* 9. Nos legem habemus: & ſecundum legem debet mori.

Et quod ſe traderet voluntarie, *Joan.* 18. Quem quæritis? Reſponderunt ei: Jeſum Nazarenum. Dicit eis ego ſum. Vel

[Judicanti ſe injuſte,] ſcilicet Pilato. *Joan.* 19. Quando ſedens pro tribunali tradidit illum Judæis, ut crucifigeretur. Et quod ipſe Jeſus voluntarie ſe tradidit Pilato. *Joan.* 19. Non haberes poteſtatem adverſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Propter hæc omnia dicitur. *Iſa.* 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit; & non aperuit os ſuum.

k Qui peccata] Oſtenſa Chriſti paſſione cum dixit, [Chriſtus paſſus eſt pro nobis.] Oſtenſo etiam quod pro nobis; quando ejus oſtendit innocentiam, cum dixit:

a Qui peccatum non fecit.] Oſtenſa ejus patientia cum dixit:

c Cum malediceretur, &c.] Item ejus charitate erga nos cum dixit. (Tradebat.) Modo oſtendit hic fructum paſſionis ejus, qui fuit multiplex, ſicut ſupra diximus.

Dicit ergo. (Qui peccata noſtra.) Quia poſſet aliquis dicere, ſi fuit innocens, quare ergo paſſus.

Reſpondet. (Qui,) ideſt, quia.

m Ipſe] per ſeipſum, non per alium;

n Pertulit,] ideſt, perfecte tulit & aſpere.

o In corpore ſuo] quod pro nobis expoſuit. *Job* 9. Terra tradita eſt in manus impii.

l Peccata noſtra,] ideſt, pœnam pro peccatis noſtris debitam, & dicit; (Noſtra) communiter omnium. 2. *Corinthiorum* 5. Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. Et hoc.

p Super lignum] corpore dico poſito ſuper lignum crucis benedictum. *Sapient. decimoquarto*. Benedictum enim lignum per quod fit juſtitia. Et *in eodem*. Exiguo ligno credunt homines animas ſuas; & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. Vel (Pertulit,) ideſt, perfecte tulit ideſt, abſtulit. Hoc eſt verum quoad ſufficientiam. *Hebr. ſeptimo*. Qui non habet neceſſitatem quotidie (quemadmodum Sacerdotes) prius pro ſuis delictis hoſtias offerre; deinde pro populo: hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offerendo Dominus. Vel (Pertulit,) ideſt, per ſe abſtulit: ipſe enim eſt Deus qui culpas dimittit: & per ſuam paſſionem peccata ſolvit. *Iſaiæ quadrageſimotertio*. Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Sequitur.

a Ut

a Ut peccatis] quaſi diceret propter hoc corporaliter mortuus in ligno (ut) nos (peccatis mortui) ut ſc. amplius non peccemus.
b Juſtitiæ vivamus.] Ut exhibeamus membra noſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. *Rom.* 6. Ut ſicut ipſe mortuus eſt corporaliter, & vivit vita nova; ſic & nos propter quos ipſe mortuus eſt. *Rom.* 4. Mortuus eſt propter peccata noſtra; reſurrexit propter juſtificationem noſtram. *c* Cujus livore,] i. dilectione. Et ponitur conſequens pro Antecedente. Amor enim nimis intenſus facit evacuationem ſpirituum; & ſi relinquitur pallor, vel livor. Et quod Deus nimium nos dilexit, dicitur *Epheſ.* 2. Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos; & cum eſſemus mortui in peccatis; convivificavit nos in Chriſto: cujus gratia eſtis ſalvati. Et ſic notatur quod cauſa efficiens ſit amor. Vel (Cujus livore,) in carne livida effecta per colaphos & verbera (ſanati eſtis.) Et ſic tangitur cauſa materialis. *Job* 6. Nec fortitudo lapidum, fortitudo mea: nec caro mea ænea. Vel [Cujus inquam] [livore,] i. invidia habita a Judæis.
d Sanati eſtis] occaſionaliter. Per hoc enim quod inviderunt ei Judæi, tradiderunt eum morti; & ejus morte nos fuimus liberati. *Matth.* 27. Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum. [Sanati eſtis] a morbo peſtifero peccatorum. *Sap.* 16. Miſericordia enim tua Domine adveniens ſanabit illos: Et paulo poſt; Neque herba neque malagma ſanavit illos: ſed tuus Domine ſermo qui ſanat omnia. Sed unde ſanavit, dicat hoc. *Iſa.* 1. Omne caput languidum, & omne cor mœrens; a planta pedis uſque ad verticem non eſt ſanitas in eo: vulnus, & livor & plaga tumens; non eſt circumligata nec curata medicamine neque fota oleo. Verum eſt donec filius Dei venit qui omnes ſanavit. *e* Eratis enim] prius ſcilicet.
f Sicut oves errantes] per diverſa vitia fluctuantes. 3. *Reg.* 22. Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus, quaſi oves non habentes paſtorem.
g Sed converſi eſtis nunc,] ideſt, in paſſione Chriſti.
h Ad paſtorem.] *Jo.* 10. Ego ſum paſtor bonus. *Iſa.* 44. Qui dico Cypro, paſtor meus es.
i Et Epiſcopum,] i. viſitatorem. *k* Animarum veſtrarum.] *Luc.* 1. Viſitavit nos oriens ex alto. Epiſcopus enim interpretatur ſuperintendens. Simile, 1. *Cor.* 6. Poſtquam multa peccata enumeravit dicit: Et hæc aliquando quidem fuiſtis: Ecce quod dicit hic [Eratis, &c.] Sed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis; ſed juſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri: Ecce quod dicit hic. [Sed converſi eſtis.] Et ſicut dicit *Gl.* tangit parabolam Evangelicam, ubi pius paſtor relictis nonaginta novem in deſerto, venit quærere unam ovem, quæ perierat, & in ſuis humeris reportavit. *Luc.* 15.

EXPOSITIO CAP. III.

Similiter, & mulieres, &c.] Tertium capitulum, ubi incipit agere de his conditionibus, vir & mulier: oſtendens quomodo ſecundum has bene eſt converſandum. Et eſt hæc ſecunda pars ſecundæ partis epiſtolæ quæ durat uſque, ibi. [In fide autem,] *inf. eod.* Ubi generaliter inſtruit omnes. Et ſic jam patet quod hoc capitulum dividitur in duas partes uſque ad illud [In fide] quæ etiam dividitur in duas. In prima oſtendit quomodo mulieres ſe debent habere erga viros, monens eas ad bonam converſationem ibi. [Similiter, &c.] Secundo oſtendit quomodo viri ad mulieres ſe debent habere ibi. [Viri ſimiliter.] Monet ergo mulieres ad duo: Primum eſt ut ſubjectæ ſint viris ſuis: Secundum eſt, ut non ſtudeant indebito ornatui exteriori; ſed magis ſint ſolicitæ de ornatu & pulchritudine interiori ibi. [Quarum ſit non extrinſecus.] Et ut ad faciendum hæc eas reddat promptiores; in exemplum eis proponit ſanctas mulieres inter quas Saram nominat, ut per eam alias intelligant ibi. [Sic enim aliquando. &c.] Dicit ergo:
l Similiter, &c.] Sicut ſervi a dominis, patiantur a viris ſuis ſi oportet; vel cum viris ſuis a perſecutoribus. Quod autem debeat pati vel ſuſtinere illatas a viris injurias, hoc intelligendum eſt, quando viri non impugnant fidem earum; nam ſi impugnarent, jam non pati, ſed recedere deberent; ſolvit enim matrimonium contumelia creatoris. *m* Subditæ ſint viris ſuis.] Non adulteris, dicit *Gloſſ. Interl.* Sicut multæ quæ viris relictis, adulteris ſe ignominioſe ſupponunt, de quibus dicitur *Ezech.* 16. Nec facta eſt quaſi meretrix faſtidioſa augens pretium; ſed quaſi mulier adultera quæ ſuper virum ſuum inducit alienos. Et *Iſa.* 57. Juxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum, dilataſti cubile tuum: & pepigiſti cum eis fœdus; dilexiſti introitum eorum manu aperta.
n Ut & ſi qui] virorum ſcilicet.
o Non credunt verbo] Evangelii: quia fides ex auditu; auditus autem per verbum Dei, vel verbo fidei. *Rom.* 10. Prope eſt verbum in corde tuo, & in ore tuo; hoc eſt verbum fidei quod prædicamus.

a ut peccatis mortui, *b* juſtitiæ vivamus: *c* cujus livore *d* ſanati eſtis. *e* Eratis enim *f* ſicut oves errantes *g* ſed converſi eſtis nunc *h* ad paſtorem *i* & Epiſcopum *k* animarum veſtrarum.

C A P. III.

Similiter, *l* & *m* mulieres, ſubditæ ſint viris ſuis; ut *n* & ſi qui *o* non credunt verbo, *p* per mulierum converſationem, *q* ſine *r* verbo lucrifiant: *ſ* conſiderantes *t* in timore ſanctam converſationem veſtram. *u* Quarum ſit non extrinſecus capillatura, *x* aut circumdatio auri:

r Lucrifiant] converſi ad fidem.
p Per mulierem converſationem.] bonam. 1. *Cor.* 7. Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem fidelem. Lucrifiant dico.
q Sine verbo] prædicationis, quia. 1. *Tim.* 2. Docere autem mulieri non permitto: neque dominari in virum. Ipſi dico.
ſ Conſiderantes.] O mulieres, [ſanctam converſationem veſtram,] Et tranſit de tertia perſona ad ſecundam; ut ex modo loquendi qui magis eſt familiaris, alliciat eas ad bene converſandum. Converſationem dico habitam.

A
1. *Cor.* 3.
Col. 3.
Epheſ. 5.

t In timore,] Dei ſcilicet *Eccl.* 25. Timor Dei initium dilectionis ejus: fidei autem initium ad glutinandum ei. Et bene dicit. [Subditæ ſint, &c.] quia *Eccl.* 25. Mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo. Et ex his patet quod mulier fidelis præcipitur manere cum viro infideli. 1. *Cor.* 7. Et ſi qua mulier fidelis habet virum infidelem: & hic conſentit habitare cum illa: non dimittat virum. Contra. *Deut.* 7. Neque ſociabis cum eis conjugia; filiam tuam non dabis filio ejus; nec filiam illius accipies filio tuo: quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me, & ut magis ſerviat Diis alienis. Item *Cyprian.* dicit quod non ſunt conjungenda fidelia membra cum infidelibus. Reſp. Moyſes intelligit de matrimoniis contrahendis: hic vero 1. *Cor.* 7. Intelligitur de contractis, ut ſi duo contraxerunt in infidelitate, & alter convertatur ad fidem; ſi poteſt ſine contumelia ſalvatoris, maneat cum infideli; ut ipſum per bonam converſationem lucretur Deo. Quod autem dicit *Cypr.* eſt verum: quando nulla eſt ſpes de converſione infidelis. Vel hoc dicit, quia non ſunt cum eis contrahenda matrimonia a fidelibus.
u Quarum ſit non.] Hoc eſt ſecundum ad quod monet eas: ad hoc ſcilicet ut magis interiori quam exteriori ſtudeant ornamento: quaſi, non ſolum ſint ſubditæ viris: imo etiam ſint tales [quarum ſit non extrinſecus capillatura.] Vel alia littera, (capillorum implicatio,) ſicut intortis crinibus, vel calamiſtratis, vel non naturalibus, vel arte colligatis.
x Aut] quarum non ſit (circumdatio auri:) Sicut fit quando veſtes ornantur auro, vel ipſæ mulieres aureis inauribus. Vel potius loquitur de ornamentis aureis, vel auratis, quibus ſuos capillos involvunt, ut dorſum caudæ appareant a poſteriori: in quibus maxime gloriantur.
Similes cato qui cauda ſua ſuperbit, & gloriatur: nec teneri poteſt in domo quamdiu habet talem caudam non combuſtam, vel abciſſam: ſic eſt de talibus mulieribus quæ cum caudam habent auro, & capillis flavis immiſſam, teneri non poſſunt. *Prov.* 7. Ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas: garrula, & vaga; quietis impatiens: non valens in domo conſiſtere pedibus ſuis; nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos inſidians.
Et hoc eſt valde admirabile, & quaſi contra naturam, quod in capite faciuat ſibi caudas contra legem, & naturam caudarum, quæ habent eſſe in loco infimo, & turpi: niſi forte per hoc oſtendant quod de parte corporis digniori, ſcilicet de capite faciunt turpem exitum Diaboli.
Hoc etiam eſt admirabile, quod cum caudæ datæ ſint cæteris animalibus in velamen turpitudinis; iſtæ ſolæ ſibi componunt cum magno labore, & ſumptu in apparentiam decoris, & pulchritudinis. Hæc eſt cauda leonis, cujus veſtigium beſtias, ideſt, beſtiales homines attonitos reddit. Hæc eſt cauda draconis quam vidit Joannes *Apoc.* 12. Et cauda ejus trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, ideſt, Clericorum: & utinam non Religioſorum; & miſit eas in

 terram;

terram, & ſtella in terra non lucet, Hæ ſunt caudæ ſcorpionum, blandientes exterius viſui, ſed venenum mortiferum infetentes cordi. *Apoc.*9. Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum; & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque. Tales quæ ſic ſe præparant malo fine, ſunt equi Diaboli. *Apoc.*9. Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt; & in caudis eorum; nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita: & in his nocent. Hæ ſunt Epiſcopiſſæ Diaboli nutritę a poſteriori, & caudatæ. Utinam tales mala conſiderarent quę inde proveniunt, & provenerunt. Nonne ſanctus propheta David captus eſt videns Bethſabee lavantem ſe ex adverſo ſuper ſolarium ſuum. 2.*Reg.*11. Cum tamen forſitan hoc nullatenus cogitaret? Quid ergo de illis, quæ ex induſtria ſe parant, & lavant ut homines capiant? Item nonne duo ſenes presbyteri qui videbantur regere populum, exardeſcentes in Suſannæ concupiſcentiam, quando eam viderunt lavare ſe in pomario, occurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce oſtia pomarii clauſa ſunt, & nemo nos videt, & in concupiſcentia tui ſumus; quamobrem aſſentire nobis; & commiſcere nobiſcum? *Dan.*13. Sed quid eis accidit? Mors: quia pro hujuſmodi a populo lapidati fuerunt. Item nunquid Abſalom cujus erat capillatura tam pulchra, ut cum ſemel in anno tonderetur, quia gravabat eum cæſaries, ponderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico. 2. *Reg.*14. Non dicit pondere Sanctuarii, quod eſt diſcreta examinatio conſcientiæ puræ; ſed pondere publico quod eſt appetitus laudis humanæ. Sed quid accidit ei propter hoc? Per capillos ſuſpenſus eſt, dum fugeret exercitum Joab, mulo ſuper quem inſidebat abeunte de ſub eo: & ibi eſt interfectus. 2.*Reg.*18. Propter hoc præcipit. *Apoſt.* 1.*Cor.*11. Ut mulieres velentur, dicens: Nam ſi non velatur mulier, tondeatur; ſi vero turpe eſt mulieri tonderi aut decalvari, velet caput ſuum. *a* Aut] ſc. quorum non ſit. *b* Indumenti, &c.] i. indumenti charioris ſuper alia veſtimenta, quo in feſtivitatibus utantur; ut ſic quia ſingulariter dicitur (Indumenti) notetur feſtivitas *Gloſſ.* Cypriani. Serico, & purpura indutæ Chriſtum induere ſinceriter non poſſunt. Auro, & margaritis, & monilibus adornatæ, ornamenta cordis, & pectoris perdiderunt. Quod ſi Petrus mulieres quoque admonet coercendas; & ad Eccleſiaſticam diſciplinam religioſa obſervatione moderandas, quæ excuſare cultus ſuos per maritum poſſunt: quanto id magis obſervare Virgines fas eſt quibus nulla ornatus ſui competit venia: cum non derivare poſſint in alterum mendacium culpæ, ſed ſolæ ipſæ remaneant in crimine. Quanto magis ergo Clerici debent ab hujuſmodi ornatibus abſtinere. Credite mihi, puto ſi Cyprianus vidiſſet Clericos noſtri temporis, non tacuiſſet hic de eis. Ex prædictis verbis Cypriani videtur quod peccant mulieres etiam conjugatæ, quæ ſic ſe ornant: propter quod dicit in fine. *Gloſſ.* cum derivare non poſſint in alterum mendacium culpæ: per hoc enim dat intelligere quod conjugatæ derivant in maritos mendacium culpæ. Contra: eadem *Gloſſ.* dicit, quod per maritum poſſunt ſe excuſare. Item nonne hoc licet ubi qualitas perſonæ excuſat; & mos regionis, vel finis, ſc. ſi aliter non poſſit maritus ſuus ab adulterio revocari? Ita, ut videtur. Sol. Cyprianus intelligit de illis quæ ſe ornant, ut placeant mundo quæ omnes ornamenta pectoris perdunt. Quod dicit, quod per maritus poſſunt excuſari; hoc eſt verum ſi hoc faciant ſine debito, & neceſſario, ut ſc. eos ab adulterio revocent, cum aliter non poſſint; ſed ſi poſſint aliter, finis eſt indebitus. Unde ſicut dicitur in fine *Gloſſ.* mulieres in maritos retorquent mendacium ſuæ culpæ: credimus eſſe de hoc, quod dicit de qualitate perſonæ, & conſuetudine; quod nec qualitas perſonæ nec conſuetudo loci excuſat ubi eſt finis indebitus; vel ubi conſuetudo eſt in præjudicium naturæ, ut in pictura faciei. Conſuetudo enim non eſt laudabilis quæ fit in præjudicium naturæ. Finis autem debitus, & neceſſarius excuſat etiam ſine electione perſonæ, vel loci, & etiam prædicta cum hoc. Et dico, finis neceſſarius, quia ſi mulier ornat ſe ſperans per hoc maritum ab adulterio retrahere, quem aliter poſſet revocare; finis non eſt neceſſarius nec excuſat. Sequitur.

a aut indumenti *b* veſtimentorum cultus: *c* ſed qui abſconditus cordis eſt homo, *d* in incorruptibilitate quieti, *e* & modeſti ſpiritus; *f* qui eſt in conſpectu Dei *g* locuples. *h* Sic enim *i* aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo, *k* ornabant ſe, *l* ſubjectæ propriis viris: *m* ſicut Sara obediebat Abrahę, *n* Dominum meum vocans; *o* cujus eſtis filiæ *p* benefacientes, *q* & non pertimentes ullam perturbationem. *r* Viri ſimiliter *f* cohabitantes *t* ſecundum conſcientiam

c Sed qui] non ſit talis ornatus exterior (ſed) ſit ornatus talis (ut homo) vivens (lege) cordis qui eſt abſconditus] apud Deum ſic manens. *d* In incorruptibilitate quieti ſpiritus] a rixa vitiorum. *e* Et modeſti,] ideſt, menſurati per amorem virtutum. Vel (quieti in ſe; (modeſti) ad alterum. Modeſtia enim proprie eſt virtus modificans verba. *Phil.*4. Modeſtia veſtra non ſit omnibus hominibus: Dominus enim prope eſt. Propter hoc dicit *Jac.* 3. Quod ſapientia Dei quæ deſurſum eſt, pacifica eſt, & modeſta, quaſi diceret non glorientur in cultu exteriori; ſed magis conſervent integritatem ſpiritus, cum non poſſint carnis. Vel homo, i. ratio quæ abſcondetur in contemplatione incorruptionis futuræ, quam habebit ſpiritus quietus, & modeſtus in præſenti. Gen. 18.

f Qui] ſcilicet ſpiritus.

g Eſt locuples in conſpectu Dei.] Quaſi, ſc. non quærit fieri locuples in præſenti. *Pſal.*72. Et a te quid volui ſuper terram. Duo ergo dixit: Primum eſt, quem ornatum non debent mulieres habere, ibi. [Quarum, &c.] Secundum quem ornatum debent quærere ibi. (Sed qui, &c.) Hæc duo docet *Apoſt.* 1.*Tim.*2. Similiter & mulieres in habitu ornato; cum verecundia, & ſobrietate ornantes ſe, non in tortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa; ecce primum; ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona: ecce ſecundum. *h* Sic enim.] Hic tertio ut promiores, & paratiores ſint ad prædicta, ponit eis exemplum de uxoribus Patriarcharum ſic ſe ornantibus interius, dicens, (Sic enim,) ideſt, in incorruptione ſpiritus.

i Aliquando & ſanctæ mulieres ſperantes in Deo.] *Interl.* Non in ornatu veſtium. *k* Ornabant ſe] interius.

l Subjectæ propriis viris.] Etiam in his quæ videbantur gravia, ut dicit *Gloſſ.* Secundum legem Domini: *Gen.*3. Sub viri poteſtate eris. *m* Sicut Sara obediebat Abrahæ] dicenti: Accelera, tria ſata farinæ commiſce. *n* Dominum eum vocans.] Ex reverentia dicit *Gloſſ.* *Gen.* 18. Poſtquam conſenui, & Dominus meus vetulus eſt: voluptati operam dabo?

o Cujus eſtis filiæ] in participatione hæreditatis, quam per bona opera acquiretis. Unde & ſequitur.

p Benefacientes] honorando ſoceros, diligendo maritos, &c. quæ docebant parentes filiam ſuam Saram uxorem Tobiæ junioris. *Tob.*10. Apprehendentes parentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire, monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam; gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. *q* Et non pertimentes ullam perturbationem.] Quaſi, non perturbemini, ſi aliquid mali inferatur maritis a perſecutoribus; vel vobis ab ipſis. Et non dicit timentes; quia timere naturale eſt, nec omnino caveri poteſt: ſed dicit pertimentes, ideſt, perfecte timentes, i. voluntarie, quod cavendum eſt, & caveri poteſt.

r Viri ſimiliter, &c.] Hæc eſt ſecunda pars hujus partis ſecundæ, in qua determinat quomodo viri ſe debent habere ad mulieres bene converſando cum eis. Ad hoc autem ponit duo. Primum eſt quomodo ſe debent habere in reddendo debitum, ibi. [Cohabitantes, &c.] Secundum eſt, quod debent providere in neceſſariis, & hoc honeſte, ibi. [Quaſi infirmiori, &c.] Dicit ergo, (Similiter, O viri) bene ſc. vos converſari volo ſicut illas, ut per bonam converſationem lucrifaciatis eas, quia. 1. *Cor.*7. Sanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem. Bene inquam, converſamini in hoc.

f Cohabitantes,] ideſt, debitum reddentes. 1. *Cor.*7. Uxori vir debitum reddat, ſimiliter & uxor viro; & non in paſſionibus deſiderii ſicut & Gentes quæ ignorant Deum, ſed.

t Secundum conſcientiam] ſicut, ſc. intelligitis Deum velle: i. ut filios generetis educandos ad cultum unius Dei. Et in hoc quod dicit, (Cohabitantes) ſignificatur æqualitas utriuſque in redditione debiti. Notandum eſt autem, quod triplex eſt concubitus. Primus maritalis, & ſecundum conſcientiam, qui fit ad generandos filios ad cultum unius Dei educandos; Secundus maritalis, & fragilis, qui fit cauſa vitandæ fornicationis: Tertius impetuoſus, & beſtialis, qui fit cauſa explendæ libidinis, non ut in ſuam, ſed in mulierem: Primus eſt meritorius; Secundus, ſi eſt peccatum, veniale eſt. Tertius eſt peccatum mortale. Et de hoc *Aug.* Vehemens amator uxoris adulter eſt. Et non ſolum hoc, ſed etiam ... impet-

Impertientes honorem] in neceſſariis providendo mulieribus. *a* Quaſi infirmiori, &c.] quam vos ſitis; & propter hoc magis concedendum eſt eis, & magis ei providendum. Sciendum autem quod mulier comparatur ad virum dupliciter. Uno modo ſecundum rationem tori; & ſic datur æqualitas inter virum, & mulierem. Unde 1.*Theſſ*.4. Ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore. Vas dicit non vaſculum, quia quando totum ad totum non eſt minor mulier. 1.*Cor*.7. Mulier non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir: ſimiliter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier.

a quaſi infirmior vaſculo *b* muliebri; impertientes honorem *c* tanquam & cohæredibus *d* gratiæ vitæ: *e* ut non impediantur orationes veſtræ. *f* In fide *g* autem omnes unanimes: in oratione *h* eſtote compatientes: *i* fraternitatis amatores: *k* miſericordes, *l* modeſti: *m* humiles

Alio modo quoad curam, & proviſionem neceſſariorum; & ſic minor eſt mulier viro. In omnibus enim minor eſt viro ratione thori: & ſecundum hoc dicitur vaſculum, & quia minor eſt, & quia receptiva ſeminis; & propter hoc utitur hic nomine diminutivo. Item mulier comparatur homini tanquam remedium: & ſic dicitur ciſterna ejus. Ciſterna enim facit aquam frigidam. *Hier*.6. Unde dicitur *Prov*.5. Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui. Et loquitur ibi de uxore ad quam ſolam præcipit, ut homo ſe teneat. Item ut ſerviens: & ſic dicitur caverna quæ habet aquas naturales non collectas: ſic mulier eſt naturaliter quoddam principium generationis. Unde *Iſa*.51. Attendite ad petram unde exciſi eſtis: ubi dicit *Interl*. i. Abraham, & ad cavernam laci de qua præciſi eſtis, ubi dicit *Interl*. i. Saram. Et etiam ibidem propheta ſe exponit ſtatim ſubdens: Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos. Et dicit (Impertientes) quia in parte debemus hic nos invicem honorare, ſed Deum totaliter. Quare autem ſic faciendum eſt, aſſignat duas cauſas. Prima eſt quia ſunt cohæredes gloriæ, ibi. (Tanquam cohæredes.) Secunda eſt, quia ſi ſic non faciunt, forſitan mulier quæ infirmior eſt, murmurabit, & ſic impedientur orationes utriuſque, ibi. (Ut non, &c.) Continuatio: Quaſi cohabitantes, &c. & impertientes, &c. *c* Tanquam, &c.] Gratiæ in præſenti, (Vitæ) in futuro. Vel tranſitive.

d Gratiæ vitæ,] i. gratiæ quæ eſt vita. Vel tranſitive ſub eodem ſenſu, ſic: [Gratiæ vitæ,] i. quæ facit vitam: & hoc dicitur ad differentiam non gratum facientis. *e* Ut non impediatur.] Secunda cauſa eſt, q.d. ſi converſamini modeſte, & quiete, [ut non, &c.] Si enim diſcordes eſſetis, veſtræ orationes Deo non placerent. In pace enim factus eſt locus ejus, ut dicit *Pſ*.75. Non enim diſſenſionis eſt Deus, ſed pacis, 1.*Cor*.14. Sic legit una *Gloſſ*. Vel ſecundum aliam *Gloſſ*. quæ ſic incipit; Impediri orationes, &c. determinatur hic tempus cohabitandi, vel reddendi debitum, quod ſibi debent conjuges ſic ſtatuere, ne impediantur ab oratione ſuo tempore facienda. Et ſic continuatur ei ſolum quod dictum eſt, *ſup*. (Cohabitantes ſecundum conſcientiam) hoc dico [ut non impediantur orationes veſtræ.] *Rom*. 12. Orationi inſtantes. *Eccl*. 18. Ne impediaris orare ſemper. *Gloſſ*. Impediri orationes officio conjugali commemorat: quia quotieſcumque uxori debitum reddo, orare non poſſum, quod ſi juxta Apoſtoli ſermonem. 1.*Tim*.5. ſine intermiſſione orandum eſt: Nunquam ergo mihi conjugio ſerviendum eſt, ne ab oratione cui ſemper inſiſtere jubeor, ulla hora impediar. Hic *Gloſſ*. habet difficultatem; quia ex hoc videtur, quod aut nunquam utendum eſt conjugio, aut ſemper tranſgreditur qui utitur eo. Sed reſponſio eſt, & intellectus. *Gloſſ*. Quia illud ſine intermiſſione orare, ſic intelligitur, i. horis ad orandum inſtitutis, & non intermiſſis, poſſunt ergo conjuges horas determinare ad reddendum debitum, & orandum. 1.*Cor*. 7. Nolite fraudare invicem niſi forte ad tempus ex conſenſu, ut vacetis orationi. Vel aliter; Sine intermiſſione orat, qui bene facere nunquam ceſſat; & ſic non ceſſat orare. Unde *Gloſſ*. interrogative eſt legenda. *f* In fide, &c.] Tertia pars ſecundæ partis epiſtolæ, in qua generaliter monet omnes ad bene converſandum. Sed quare hic, cum poſtea moniturus ſit prælatos, & ſubditos? Hujus eſt duplex ratio. Una eſt, quia proxime ante monuit viros, & mulieres; ſed quia ipſi quodam ſpirituali vinculo conjunguntur; viderentur non teneri aliis: propter hoc generalem ſubdit inſtructionem, ſpirituale vinculum a generali videtur abſolvere. Alia ratio eſt, quia liberos, & ſervos, & mulieres monuerat ad bene converſandum, ne iſtæ ſolæ perſonæ viderentur teneri ad hoc; propter hoc generaliter omnes monet bene invicem converſari. Hæc autem pars dividitur in duas. In prima docet converſari bene ponens conditiones in quibus conſiſtit bona converſatio. In ſecunda oſtendit cauſas, quare oporteat eos bene converſari, ibi. [Qui enim vult, &c.] Quatuor exiguntur in homine ad bene converſandum. Primum eſt unanimitas fidei, quæ eſt tanquam fundamentum in ædificio ſpirituali. Unde dicit. [In fide.] Secundum eſt communicatio ſuorum. Unde dicit [In oratione.] Tertium eſt modus communicandi. Unde dicit, [Modeſti, &c.] Quartum eſt contemptus damni. Unde dicit. [Non reddentes, &c.] Sufficienter ergo dicit, in quibus eſt bona converſatio, quia in fide, & moribus. Ubi igitur eſt unanimitas fidei, non eſt impedimentum converſationis, quoad fidem. Item ubi eſt communicatio ſuorum facta ut debet, non eſt impedimentum in via morum: quia qui ſicut debet, ſua communicat proximo, damnum pati non timet. Dicit ergo. [In fide.] Quaſi, non ſolum prædictos oportet bene converſari, ſed omnes.

g Autem,] Ideſt, ſed ut poſſitis hoc facere.

h Eſtote unanimes] in fide, ideſt, unius animi: ut nec cogitatione, vel affectione diſcrepetis, ut dicit *Interl*. Fides enim eſt fundamentum: quia *Hebr*.11. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum non apparentium. *Act*.4. Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una. Ecce unanimitas fidei. Quæ in duobus attenditur, in intellectu, & affectu. Unde dicit, cor unum, in intelligendis, & credendis; & anima una, in affectibus, ideſt, in volendis & operandis. Sequitur. [In oratione, &c.] Hic tangit ſecundum, quod eſt communicatio ſuorum. Hoc autem eſt dupliciter. Vel ſpiritualium. Unde dicit, [In oratione eſtote compatientes,] i. pro omnibus orantes, & aliorum onera ſupportantes, & veſtra invicem reputantes: Sicut ille dicit 2.*Cor*. 11. Qui ſcandalizantur, & ego non uror? Unde *Gloſſ*. *Interl*. Alter alterius onus, vel infortunium putet ſuum. Addit autem orationi compaſſionem. Arida enim eſt oratio niſi adſit compaſſio ejus pro quo oratur. Item communicatio non ſolum debet eſſe ſpiritualium, ſed etiam temporalium. Unde dicit:

k Miſericordes.] Unde *Interl*. Eleemoſynas impendendo. Sed quia miſericordia non ſolum eſt in dando, imo etiam in remittendo: ſecundum quod dicit Dominus *Luc*. 7. Dimittite & dimittemini; date & dabitur vobis; propter hoc dicit alia *Interl*. condonando peccata. *Eccl*. 28. Relinque proximo tuo nocenti te; & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur. Et quia non ſufficit communicare utraque bona ſolo effectu, niſi & communicentur affectu: propter hoc recte ponitur in medio.

i Fraternitatis amatores.] In hoc tangit duo, ſcilicet affectum, quo communicanda ſunt utraque bona; & cauſam. Affectum, cum dicit. [Amatores.] Cauſam cum dicit. [Fraternitatis,] quaſi dicat, bona veſtra, & actu communicate, qui actus exprimitur, cum dicit, [In oratione compatientes] & cum dicit [Miſericordes] ut ſic fraternitas in vobis conſervetur: & ſic fidei unanimitas. Unde dicit *Interl*. Ne deſtruatis fraternitatem: ne per hoc a fidelibus recedatis. Per hoc igitur quod hæc clauſula, [Fraternitatis amatores] ponitur in medio, actualis communicationis bonorum ſpiritualium, & temporalium ſignificantur duo: & quod utrumque, ſc. communicatio ſpiritualium, & communicatio temporalium non ſolum debet exhiberi effectu, ſed affectu. Item quod fraternitas conſervatur per hæc duo, per communicationem ſc. ſpiritualium, & temporalium, & voluntate exhibitam, & actu patet *Rom*. 12. Charitatem fraternitatis invicem diligentes. Modus autem communicandi eſt duplex. Unus in communicando, de quo dicit.

l Modeſti,] Omnia cum modo facientes, attendentes ſc. cui, vel quando, vel quantum, vel ubi, & ſic de aliis circumſtantiis, communicandum eſt, ne indiſcrete fiat communicatio. Unde *Marc*.9. Habete in vobis ſal diſcretionis. Prudentia enim non tam eſt virtus, quam auriga virtutum, ut dicit *B.Bern*. *Eccl*.12. Si bene feceris, ſcito cui benefeceris; & erit gratia in bonis tuis multa. *Job* 6. Aut poterit comedi inſulſum quod non eſt ſale conditum. Alius modus eſt ipſius communicantis. Unde dicit.

m Humiles] Ne ſcil. de his ſuperbiatis: quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, *Jacob* 4. Et parum valet vel oratio, vel eleemoſyna unde homo ſuperbit. De primo patet per iſtum Phariſæum qui in ſua oratione ſuperbivit, *Luc*. 18. De alio *Matth*. 6. Tu autem cum fa-

cum facis eleemoſynam, noli ante te tuba canere, ſicut hypocritæ in vicis faciunt, & in ſynagogis, ut honorentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Item contemptus damni eſt duplex: quia damnum vel infertur facto, vel verbo. De primo dicit. *a* Non

a non reddentes malum pro malo, *b* nec maledictum pro maledicto: *c* ſed e contrario benedicentes: *d* Quia in hoc *e* vocati eſtis, *f* ut benedictionem *g* hæreditati poſſideatis. *h* Qui enim vult vitam *i* diligere, *k* & dies videre bonos, *l* coerceat linguam ſuam a malo; *m* & labia ejus *n* ne loquantur dolum. *o* Declinet autem a malo, *p* & faciat bonum: *q* inquirat *r* pacem, *ſ* & perſequatur eam; *t* quia oculi Domini ſuper juſtos: *u* & aures ejus in preces eorum, *x* vultus autem Domini ſuper facientes mala. Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?

reddentes malum pro malo] 1.*Theſſ.*5. Videte ne quis malum pro malo reddat alicui: ſed ſemper quod bonum eſt, ſectamini invicem, &
Rom. 12. Prov. 20. in omnes. De ſecundo dicit. *b* Nec maledicto. Qui enim maledicit, damnum facit ei de quo maledicit in fama ejus. Et non ſolum non ceſſetis a prædictis. *c* Sed e contrario benedicentes] ſitis. *Rom.* 12. Benedicite & nolite maledicere. *Prov.* 25. & *Rom.*12. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, &c. Et quare ſic faciendum eſt, ſubdit. *d* Quia in hoc,] i. ad hoc. *e* Vocati eſtis] a Domino. *g* Ut hæreditate poſſideatis] firmiter, & ſolide, & ſine motione. *f* Benedictionem] paſſive, illam ſc. qua dicetur vobis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. *Matth.* 25. Si ergo ad hanc vocati eſtis miſericordia Dei: & vos debetis miſereri, non reddere malum pro malo. [Ut bene] active, quia ſcilicet Deum in futuro benedicetis in æternum. Et propter hoc etiam hic benedicere debetis. Unde dicit *Gloſſ.* Quod quiſque in futuro invenire deſiderat? hoc in præſenti meditari, & agere ſatagat. Unde *Iſ.*65. In quo qui benedictus eſt ſuper terram, benedicetur in Deo. Amen. *h* Qui enim vult, &c.] Hæc eſt ſecunda pars tertiæ partis, in qua determinat quare fideles debent invicem bene converſari. Et eſt prima cauſa: quia Deus videt bonos, & malos, retributurus utriſque ſecundum opera. Et hoc probat auctoritate prophetæ quam inducit propter illud quod eſt in fine, ſc. (Oculi Domini, &c.) Secunda cauſa eſt, quia bene agentibus nemo poteſt nocere, ibi. (Et quis eſt qui vobis.) Tertia cauſa eſt: quia bene converſando homo paratior eſt reddere rationem petenti de ſua fide, & ſpe, ibi. Parati ſemper.) Quarta ratio eſt: quia ſi oportet eos pati: melius ut bene facientes patiantur, quam e converſo, exemplo Chriſti qui bene faciens paſſus eſt juſtus pro injuſtis, non ſolum pro his, qui ſunt tempore gratiæ, ſed & pro illis, qui fuerunt ſub lege & ante legem: nam prædicavit illis per Noe qui arcam ædificavit in ſignum diluvii futuri. Et hæc ratio incipit ibi. [In quo & his, &c.] Deinde ex jam dictis concludit quod ſi Chriſtus paſſus eſt, juſtus pro injuſtis; & nos debemus eadem cogitatione armari, *inf.*4. ibi [Chriſto igitur, &c.] Dicit ergo. *h* Qui enim.] Continuatio: Dixi quod in hoc vocati eſtis, ut benedictionem in hæreditate poſſideatis: nam in conſpectu judicis, & retributoris operum eſtis. *i* Enim] i. quia dicit *Pſal.*33. [Qui vult vitam diligere,] i. oſtendere ſe dilectionem vitæ habere. Ex hoc videtur quod non omnis homo diligat vitam, cum dicit: Qui vult. Hoc tamen eſt falſum. Reſp. Omnis homo vult diligere vitam bonam qua talis eſt ſeu in ſeipſa: ſed non omnis vult eam diligere ut eſt finis ordinatus ad ea quæ ſunt ad finem. Et ſic multi volunt conſequens, non tamen antecedens: volunt enim bonum finem: nec tamen volunt operari unde poſſent conſequi bonum finem. Et hæc ſolutio habetur ex *Interl.* quæ dicit: Qui vult oſtendere ſe dilectionem habere. Dilectionem enim ſe habere oſtendit qui facit opera vitæ per quæ conſequatur finem. *k* Et dies videre bonos] in futuro: quia in præſenti ſunt dies mali. *Gen.*27. Dies peregrinationis meæ parvi, & mali centum triginta annorum ſunt. *Eph.*5. Quoniam dies mali ſunt. Sed numquid in patria erunt dies pluraliter? Hoc non videtur quia *Pſal.* 83. Dies una in atriis tuis, & *Zach.*14. Et erit dies una quæ nota eſt Domino: non dies neque nox. Sol. quia ibi non erit ſucceſſio temporis, propter hoc neque dies erit ibi, neque nox, ſed Sol juſtitiæ qui neſcit occaſum, ſemper lucebit in ſuperiori hemiſphærio, i. in paradiſo, unde erit quaſi una dies continuata. *Apoc.*21. Et civitas non eget Sole, neque Luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminabit ea, & lucerna ejus eſt agnus. Dicuntur tamen ibi plures dies eſſe propter durationem, & multitudinem. Item dicuntur dies boni propter diverſitatem gaudiorum quæ habebunt ibi ſancti. *l* Coerceat] hic non loquitur niſi de freno linguæ. Unde hoc? Sol. Quia omne peccatum in lingua. *Jac.*3. Univerſitas iniquitatis. *Gloſſ.* quia quæ per eam cuncta fere facinora aut concionantur, ut latrocinia, ſtupra; aut patrantur, ut perjuria, falſa teſtimonia, aut defenduntur, ut cum quilibet impurus excuſando ſcelus, quod admiſit, ſimulat bonum quod non fecit. Vel poteſt dici quod intelligitur hic frænum cogitationis, & operis: lingua enim media eſt inter cogitationem, & opus. Unde ipſa coercita intelliguntur coerceri extrema, & hoc eſt quod dicit, [Coerceat linguam ſuam,] i. ſimul cum extremis ſuis arceat a malo. *Prov.* 21. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. *Eccl.* 28. Ori tuo facito oſtia. *m* Et labia ejus] coerceat, ſcilicet.

n Ne loquantur dolum: Pſal.30. Muta fiant labia doloſa. Prius autem murmur occultum prohibuit. (Coerceat) modo apertum exterius verbum. Unde *Interl.* Exterius non proferat aliquid doloſum. *Pſal.* 11. Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa.

o Declinet autem a malo.] Et differt hoc ab eo quod dicit (coerceat, &c.) quia hoc dicit (Declinet) etiamſi exterius detur occaſio peccandi, ſupra dixit [coerceat,] ubi non datur occaſio.

p Et faciat bonum] etiam ubi poteſt malum facere. *Eccl.* 31. Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit. Sed quia prædicta non valent niſi fiant bono fine, propter hoc ſequitur.

q Inquirat pacem,] i. in omnibus his quærat, & non ficte, ſed ex animo. Unde [Inquirat,] i. intus quærat. *r* Pacem,] i. futuram quæ exuperat omnem ſenſum. *Phil.* 4. Vel præſentem cum Deo, & fratribus in quantum ordinatur ad futuram. Et hoc faciat non ad tempus, ſed perſeveranter. Unde & ſequitur.

ſ Et perſequatur,] i. perfecte ſequatur eam, ſc. uſque ad finem: ante enim non debet quis reputari perfectus, quia *Eccl.*9. Ne ſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aves comprehenduntur laqueo, ſic capiuntur homines in tempore malo cum eis extemplo ſupervenerit. Et propter hoc dicit *Eccl.* 11. Ante mortem ne laudes hominem quemquam. Et quidem, nequis dici Beatus ante obitum nullus, extremaque tempora debita. Vel (Inquirat pacem,) ut rem abſconditam, ut dicit *Interl.* *Iſa.*45. Vere tu es Deus abſconditus. [Et perſequatur eam] ut rem fugitivam, ut dicit *Int.* *Pſal.* 63. Aſcendet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus quaſi fugiens.

t Quia oculi.] Propter hoc inducta eſt tota auctoritas quaſi in hoc vocati eſtis ut benedictionem, &c. [Quia oculi, &c.] ut eos ſupra condignum remuneret. *Sap.*4 Gratia Dei, & miſericordia eſt in ſancto ejus, & reſpectus in electos illius. *u* Et aures, &c.] Non dicit in precibus, quod eſt, quando audit, & non exaudit, ſed tunc aures ejus ſunt in preces, cum ſcil. exaudit, & hoc notatur per hanc propoſitionem [in] quæ notat habitudinem cauſæ finalis. *Pſal.*9. Præparationem cordis eorum audivit auris tua.

x Vultus autem, &c.] ut ea puniat. Et ſicut in oculis notatur reſpectus miſerentis, ſic in vultu ſeveritas punientis, quæ dicitur eſſe ſuper facientes mala, non quia malos puniat ſupra condignum, ſed quia univerſaliter punit mala, licet citra condignum. Vel (ſupra notat oppreſſionem.

y Et quis eſt, &c.] Hic adhuc ponit aliam cauſam quare bene eſt converſandum, quia ſi hoc faciunt, nullus ei nocebit. Docet autem primo bene converſari intus cum dicit [Æmulatores.] Secundo exterius cum dicit. [Parati, &c.] Dicit ergo. [Et quis eſt qui vobis noceat, ſi boni] genitivi caſus, & neutri generis [æmulatores,] id eſt amatores [fueritis] quaſi diceret ſi habetis bonam converſationem [quis eſt qui, &c.] quaſi diceret, nullus. *Aug.* de vera religione: Qui huic jugo ſubjectus eſt, cetera ei ſunt ſubjecta, qui autem ſubjectus eſt, non reſiſtit; ergo qui jugo Domini ſubjectus eſt, nihil ei reſiſtit. Propter hoc dicit *Apoſt.* 1. *Cor.* 12. Æmulamini chariſmata meliora. *Gloſſ.* Si verba contumelioſa, ſi rerum damna, ſi inferunt tormenta, non nocent; ſed patientiam veſtram exercent. *Jacob.*1. Probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Et non ſolum non eſt qui noceat, imo etiam prodeſt vobis bene converſari. Unde ſequitur, ſed

z Et ſi

Digitized by Google

Sed *a* & ſi quid patimini propter juſtitiam, *b* beati. *c* Timorem *d* autem ne timueritis, *e* ut non conturbemini. *f* Dominum *g* autem Chriſtum ſanctificate in cordibus veſtris, *h* parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti *i* vos *k* rationem *l* de ea quæ in vobis eſt, ſpe & fide, *m* ſed cum modeſtia, *n* & timore, *o* conſcientiam habentes bonam; *p* ut in eo, quod detrahunt de vobis, confundantur *q* qui calumniantur *r* veſtram bonam in Chriſto converſationem. *ſ* Melius *t* eſt enim ut benefacientes ſi *u* velit voluntas Dei; *x* pati *y* quam malefacientes: *z* quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, *a* juſtus pro injuſtis, *b* ut nos offerret Deo,

a Et ſi quid patimini propter juſtitiam] tenendam in præſenti, conſequendam in futuro. *b* Beati] ſcil. eritis in futuro. *Matth.* 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam; ita beatitudinem conſequemini in futuro, ſi hic patimini. *d* Autem] ideſt, ergo. *e* Timorem] eorum ne timueritis,] ideſt, paſſiones ſuſtinere quas ipſi vobis inſligunt, non timeatis. *e* Ut non conturbemini] ratione. Turbatur quis ſenſualitate; ſed conturbatur ratione, *g* Autem,] ideſt, ſed. *f* Dominum autem Chriſtum, &c.] ideſt, ſanctum veneramini, & cogitate: & ejus amore efficiamini, & timore: & ſic omnis amor extraneus, & timor ceſſet a vobis cum quod ſanctū eſt, amatur, & veneratur. Unde hoc quod dixit (Si boni æmulatores fueritis] ſumptum eſt de hoc. *Iſ.* 8. Et timorem ejus ne timeatis neque paveatis. Dominum exercituum ipſum ſanctificate; & ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter; & erit vobis in ſanctificationem. Sed quare dixit (Timorem eorum ne timueritis) & non dixit, eos non timeatis.

Sol. Timor formaliter afficit: ipſi quaſi motive: non timentur autem ipſi niſi quia afficiunt, & propter hoc expreſſius dixit [Timorem eorum, &c.] quam ſi dixiſſet, ipſos non timeatis. Vel in hoc notat crudelitatem ipſorum qui eos perſequebantur. Et notandum, quod dixit (Ne timueritis) & non dixit, non timeatis: per hoc enim excludit timorem humanum, vel mundanum & non naturalem: quia timere non eſt a nobis, ſed a natura: ſed perfecte timere, humane, ſcil. vel mundane, hoc eſt a nobis: hoc enim poſſumus vitare, quia *Job* 2. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima ſua. *h* Parati.] Tertia ratio quare bene eſt converſandum; quia per hoc homo paratior eſt reddere rationem de fide, & ſpe ſua. Continuatio: Dixi [Sanctificate] in cordibus veſtris ſupple: Sed hoc parum eſt niſi & exterius ſanctificetur. Unde dicit, [Parati] Continuatio: Deum ſanctificate, vos dico, [Parati ſemper ad ſatisfactionem] per bonam converſationem (ſatisfactionem) activam, ut ſcil. dicatis; ſic tenet Eccleſia; in hac fide mortui ſunt ſancti: Et ſi hoc non ſufficiat poſcenti, parati dico ſatisfacere. *i* Omni poſcenti vos,] ideſt, omni qui petit a vobis. *k* Rationem,] ideſt, cauſam. *l* De ea quæ in vobis eſt, ſpe & fide.] Hoc fit duobus modis, vel quando effectus fidei proponuntur, ſicut ſunt miracula quibus fides manifeſtatur: vel quando inter preſſuras fides, & ſpes illibata tenetur. Sed cum dicit (Parati, &c.) loquitur generaliter: ergo omnes tenentur reddere rationem de fide ſua & ſpe. Sol. In primitiva Eccleſia omnes erant quaſi prædicatores: quia omnes gratiam Spiritus ſancti receperant: Unde omnes tenebantur reddere rationem ad minus per quaſdam perſuaſiones, & effectus: etſi non per eſſentiam fidei. Vel hoc dicit de his, qui propter fidem erant diſperſi. Unde & ipſi tenebantur rationem reddere de ea: quia propter eam diſperſi ſunt, Vel loquitur ſecundum conſuetudinem Eccleſiæ primitivæ: quia adulti accedebant ad Baptiſmum, qui prius erant inſtructi; ut de fide ſua reſpondere ſcirent. Sed quid eſt quod dicit (rationem) Contra. *Greg.* Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum. Præterea, fides principium eſt; & principium non habet cauſam, quomodo ergo exponitur (Rationem) ideſt, cauſam? Præterea, nonne fides eſt argumentum? & argumentum rei dubiæ facit fidem: ergo ipſa non eſt dubia? Sol. Ad primum dicendum, quod verum eſt quod fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum ſufficiens. Ad ſecundum, fides & ſpes non habent cauſas præcedentes in eſſe; ſed habent effectus conſequentes, qui in via cognoſcendi ſunt cauſæ, ſicut ſunt miracula.

Ad aliud. Eſt argumentum non apparentium in eſſendo; quia res non apparentes eſſe facit in nobis: non eſt autem argumentum in cognoſcendo. Unde non eſt eo modo argumentum quod diffinitur a *Boetio*. Sed quid eſt quod dicit (Omni poſcenti) ergo infideli? Contra *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus: neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. Reſponſio. Si quærit infidelis, ut inſtruatur, jam non eſt canis: & tunc dicendum eſt ei quid credendum, quid faciendum. Si vero quærit ad conculcandum, vel deridendum; tunc non eſt ei dicendum. Unde *Gloſſ.* Qui Eccleſiaſtico magiſterio præeſt, doceat patientes: obtuat reſultantes. Determinat autem modum reſpondendi.

m Sed cum] quaſi diceret, non tantum parati docere. (Sed cum modeſtia) verbi quod exterius profertur, doceat is ſc. Modeſtia enim eſt virtus qua omnes motus illicitos omnium membrorum corporis refrænamus: & ſic eſt virtus generalis. Unde dicit *Gl.* quæ eſt major omnium virtutum. Alio modo eſt virtus ſpecialis modificans verba. *n* Et timore] Dei, ne nimis ſubtilia vel nimis ardua inquitatis ad dicendum eis: quia *Prov.* 25. Perſcrutator majeſtatis opprimetur a gloria. *Prov.* 32. Finis modeſtiæ, timor Domini, Vos dico.

o Conſcientiam habentes bonam] in vobiſipſis, ut ſermo concurdet cordi: & utrumque operi: quia cum vox vitam non remordet, dulcis eſt ſymphonia. Cauſam autem quare ſic faciendum eſt ſubjungit dicens.

p Ut in eo, &c.] quaſi diceret, ideo prædicta prædicto modo facite (Ut illi) ſcilicet.

q Qui calumniantur,] ideſt, derident.

r Veſtram bonam converſationem] quam ſcil. habetis (in Chriſto) hæc fides, & ſpes cæleſtium, quæ habemus per Chriſtum. Illi inquam (confundantur) in eo quod detrahunt de vobis, ideſt, per bona opera veſtra, quæ ex fide veſtra facitis: quæ negare non poterunt eſſe bona.

ſ Melius eſt enim, &c.] Quarta cauſa quare bene converſandum eſt; quia magis merentur qui injuſte, & bene facientes patiuntur quam qui aliter: Unde dicit (Melius eſt) Continuatio: Quaſi, non ſolum propter prædicta debetis bene converſari, imo etiam propter quod ſequitur. *t* Enim,] ideſt, quia (Melius eſt benefacientes) vos. *x* Pati,] ideſt, utilius vobis.

y Quam male facientes] Hic arguit illos, qui dicit *Gl.* qui cum pro culpis arguuntur, ſuſtinet: ſed ſine culpa arguti per murmur. & impatientiam noxios ſe reddunt, qui hactenus innoxii videbantur. Melius enim fuit Tobiæ excæcari ſine culpa; ut ſic probaretur ejus patientia. *Tobiæ* 2. Quam Elymæ mago, qui inde deterior effectus eſt, cum pro culpa ſua fuerit excæcatus, quia Paulo reſiſtebat *Act.* 13. Et oſtendit quare melius dicens.

u Si velit voluntas Dei] vos, ſcil. ſic pati, ideſt, ſi velit hoc Deus; qui eſt voluntas beneplaciti Dei & loquitur hic emphatice. Unde in hoc ſignificat pati hujuſmodi, ſcil. ſine culpa eſſe ex beneplacito Dei. Et ad hoc ponit aliam cauſam quia ſcil. Chriſtus ſine cauſa, vel culpa paſſus eſt; quod non feciſſet niſi melius eſſet. *Job* 9. Et multiplicabit vulnera mea ſine cauſa. Unde dicit.

z Quia & Chriſtus] quaſi, & propter hoc eſt melius (Quia &) ideſt, etiam (Chriſtus ſemel mortuus eſt pro peccatis noſtris, delendis, & abluendis. *Apoc.* 1. Qui dilexit nos; lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, Et dicit (Semel) ad differentiam eorum qui ſuſcitati ab ipſo per ſe, vel per ſanctos ſuos ſicut Lazarus, poſtea mortui ſunt.

Vel moraliter hoc dicit: quia nos debemus ſemel mori peccato, ideſt, poſtquam peccatum dimiſimus nihil ulterius committamus, per hoc quod iterum in peccato ſuſcitemur.

a Juſtus pro injuſtis] Hæc fuit pietas ejus, & benignitas admirabilis. Qui ergo juſtus patitur, ut dicit *Gloſſ.* Chriſtus imitatur: qui propter peccata flagellis corripitur, latronem qui Chriſto cognito ſecum in Paradiſum intravit. Qui vero flagellis, quæ pro peccatis ſuſtinet non corripitur, cum latrone blaſphemante ad tartara deſcendit. Et de talibus dicitur *Jer.* 5. Percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriviſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. *Pſ.* 88. Deſtruxiſti eum ab emundatione. Multi enim pejores efficiuntur per flagella, quæ eos deberent emundare. Et quare Chriſtus mortuus.

b Ut nos offerret Deo, &c.] Patri ſuo in præſenti, oſtendendo ei noſtram converſationem laudabilem, & in futuro per vitam immortalem, & incorruptibilem: propter hoc dicitur *Sapient.* 3. Quia juſtorum animæ

in manu

in manu Dei ſunt ad offerendum eas Deo Patri. Offerret dico, ſed non niſi prius. *a* Mortificatos quidem carne] non dicit occiſos, ſed ſubnervatos in carne, cum Jacob tacto nervo femoris, claudicaret uno pede. Caro enim duos habet pedes; unus eſt neceſſitatis; alius ſuperfluitatis. Primus debet obſervari; alius mortificari. *Gen.* 32. Quam ob cauſam non comedunt filii Iſrael nervum: quia al. † carne. emarcuit in femore Jacob uſque in præſentem diem: eo quod tetigerit nervum femoris ejus, & obſtupuerit. Filii Iſrael, filii Dei ſunt, qui non comedunt nervum, id-D eſt, fortitudinem carnis non quærunt; ſed fortitudinē ſpiritus appetunt: Unde ſequitur.

a mortificatos quidem carne, *b* vivificatos autem Spiritu. *c* In quo & his qui in † carcere erant *d* Spiritu veniens *e* prædicavit; *f* qui increduli fuerant aliquando quando *g* expectabant Dei patientiam in diebus *h* Noc, cum fabricaretur arca *i* in qua pauci, ideſt, *k* octo animæ *l* ſalvę factæ ſunt per aquam. *m* Quod & vos nunc ſimi-

b Vivificatos autem ſpiritu] ideſt, lege, & doctrina ſpirituali, quam ipſe dedit nobis, quæ noſtrum ſpiritum vivificavit. *Heb.* 4. Vivus eſt ſermo Dei, & efficax. Vel.
d Spiritu] ſancto ſcil. quem effudit in nos abunde. *Tit.* 3.
c In quo.] Quarta cauſa quare bene converſandum eſt inter malos: quia eodem Spiritu ſanctificati ſumus in Baptiſmo, quo fuit Noe inſtructus inſtruendo arcam: in cujus factura malis quodammodo prædicabat; ſicut & Chriſtus nobis, unde dicit (In quo) ſcilicet Spiritu Sancto. Vel (in quo) ideſt, ut Deo offerret ipſe.
d Spiritu veniens,] ideſt, per Spiritum ſanctum.
e Prædicavit his, qui erant] incluſi (in carcere) peccati, & infidelitatis. Sed per quem prædicavit? Per Noe quem Spiritus ſanctus inſtruxit, ut faceret arcam: & hujuſmodi conſtructio fuit quædam prædicatio. Alia littera habet, (in carne) ideſt, in carnalibus deſideriis a quibus abſtinere docuit, *ſup.* 2. De hoc carcere dicit *Iſ.* 42. Dedi te in fœdus Populi, in lucem Gentium; ut aperires oculos cæcorum; & educeres de concluſione vinctum: de domo carceris ſedentes in tenebris. His dico.
f Qui increduli fuerant aliquando] quia Noe ædificanti, & Domino per ipſum comminanti non credebant; ſed comedebant, & bibebant; & nuptui tradebant uſque in diem quo intravit in arcam Noe: & non cognoverunt, ideſt, noluerunt cognoſcere donec venit diluvium, ſicut dicit Dominus, *Matth.* 24.
g Quando expectabant, &c.] putantes, quod Deus patienter ſuſtineret; manentes in peccatis nec credentes Noe. Expectabant inquam.
h In diebus Noe, &c.] *Gen.* 6. Fac tibi arcam de lignis lævigatis, &c. *i* In qua pauci] credentes. *k* Ideſt, octo animæ] pars pro toto, ideſt, homines. *l* Salvæ factæ, &c.] quia aqua diluvii nullos extra arcam poſitos ſervavit. Cum autem dicit, (Octo, animæ) dat intelligere, quod nullus ſalvatur qui non habet fidem reſurrectionis, quæ ſignificatur per octonarium: Sed quare ſignificatur reſurrectio per octonarium? Solutio, Quia aliquot denarii, ideſt, quinque, duo, unum, conſtituunt octonarium; & ideo per octonarium ſignificatur Novum Teſtamentum, quod prædicat reſurrectionem: quod etiam eſt virtus Veteris Teſtamenti: quod ſignificatur per denarium. Utrumque tamen eſt in utroque, ſicut Ezechiel vidit totam in tota. *Ezech.* 1. Per arcam myſtice ſignificata eſt Eccleſia, quæ de diverſis fidelibus eſt collecta, ſicut arca de diverſis lignis fabricata: in qua pauci reſpectu damnatorum ſalvantur; quia *Matt.* 7. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam, verum eſt: & pauciores ambulant per eam; ſed pauciſſimi finem vitæ aſſequuntur: Vel pauci intrant; pauciores ambulant; pauciſſimi perveniunt. Unde *Iſa.* 16. Et relinquetur in eo, ſicut racemus parvus, & modicus, neque quam multus. *m* Quod & vos nunc] Modo adaptat exponens quid ſignificatum fuerit per prædicta dicens. (Quod) ideſt, cui ſimile. *o* Baptiſma facit nunc,] ideſt, tempore gratiæ ſcil. (ſalvos) ſed modo ſpiritualiter; tunc vero carnaliter. Baptiſma dico. *n* Similis formæ] hoc dicit; quia per illud figuratum fuit noſtrum Baptiſma, in quo non ſalvantur, niſi qui habent fidem, & ſpem reſurrectionis. Dico quod Baptiſma ſalvos facit, non tantum illud quod eſt. *p* Depoſitio ſordium] carnis exterius, ſed ubi eſt. *q* Interrogatio conſcientiæ bonæ] tendens (in Deum) ut cum dicitur vel ipſi baptizando ſi eſt adultus; vel patrinis ejus ſi eſt parvulus; Credis in Deum, &c. Ergo ut dicitur, ſine his interrogationibus non eſt ſalus. Contra; Accedente verbo ad elementum fit Sacramentum, ut dicit *Aug.* ergo ſufficit ad eſſentiam Sacramenti ſine interrogatione conſequi effectum Baptiſmi. Sol. Non ſufficit ſecundum ritum Eccleſiæ, etſi ſufficiat ad conſequendum effectum Baptiſmi; vel non ſufficiebat quoad illos, qui timebant confiteri ore, quod credebāt, talis itaq; Baptiſmus qui eſt interior; & non tantum exterior ſalvat.
r Per reſurrectionem] ideſt, per ſpem de reſurrectione futura.
ſ Jeſu Chriſti,] ideſt, quam faciet Dominus noſter Jeſus Chriſtus.
t Qui eſt in dextera Dei patris] Unde poterit facere reſurgere nos: Et ſic (per) dicit cauſam. Vel dicendum, quod ly (per) notat ſignum, &

lis *n* formæ ſalvos facit Baptiſma, *o* non carnis *p* depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ *q* interrogatio in Deum per *r* reſurrectionem *ſ* Jeſu Chriſti a mortuis, *t* qui eſt in dextera Dei; deglutiens *u* mortem, ut vitæ æternæ *x* hæredes efficeremur: *y* profectus in cœlum *z* ſubjectis ſibi Angelis & Poteſtatibus, & Virtutibus.

non cauſam. Reſurrectio enim Domini non fuit cauſa mundandi, nec cauſa offerendi, ſed ſignum tantum. Paſſio enim vim mundandi habuit; aſcenſio vim offerendi; ſed reſurrectio vim ſignificandi: Unde ſic exponitur ſecundum hoc: Baptiſma dico, quod ſalvat & non cauſaliter, ſed ſignificative (per reſurrectionem Jeſu Chriſti.) Unde dicit *Gloſs.* Sicut Chriſtus reſurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos purificati a vitiis per aquam regenerationis, in novitate vitæ ambulemus. Et quod dicit per aquam intelligendum eſt materialiter tantum. Dominus enim tactu carnis ſuæ mundiſſimæ vim regenerandi dedit aquis; & hæc vis fuit particularis. Exit autem in actum quando advenit cauſa univerſalis quæ eſt in verbo; quia accedente verbo ad elementum fit Sacramentum: ſicut patet in grano, quod habet vim particularem generandi aliud granum. (Quid eſt in dextera Dei) ideſt, in æqualitate patris in quantum Deus; vel in potioribus bonis patris in quantum homo; & hoc potiſſimo modo.
u Deglutiens mortem] quia in ipſo abſorpta eſt mors. 1. *Cor.* 15. *Oſ.* 13. Ero mors tua o mors & dicit (deglutiens) quia quod deglutitur, cito tranſit: ſic mors ejus etſi amara fuit, cito tamen tranſiit. Unde *Pſ.* 109. De torrente in via bibet. Et in hoc etiam notatur, quod amara fuit, & graviſſima ejus paſſio: ſicut amaræ potiones ſolent deglutiri.

Et hoc eſt quod optime erat complexionatus; & propter hoc graviſſime doluit in morte ſua. *Thren.* 3. Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ in anguſtia, & dolore. Erat tamen verus comprehenſor; ſed tamen ſine diminutione doloris.

Vel (deglutiens) dicit: quia quod deglutitur manens in ſubſtantia, qualitate mutatur; & nutrit corpus: ſic Chriſtus mortem deglutivit, ut ipſa manens in ſubſtantia, quia adhuc morimur, mutata ſit qualitate; quia virtute priori & efficacia privatur: Et nutrit corpus Eccleſiæ, quia ipſa interveniente ſi quid in factis eſt purgandum, & puniendum, purgatur & punitur.

Vel ſecundum *Gl.* (deglutiens,) mortem, ut ultra non appareat: ſicut illud quod deglutitur, abſconditur: & hoc jam fecit in ſe, tandem facturus in nobis in generali reſurrectione, quando præcipitabit mortem in ſempiternum. *Iſa.* 25. Vel per hoc ſignificatur deſiderium moriendi pro nobis, quod habebat Dominus, ut nos liberaret. *Luc.* 12. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor uſquedum perficiatur? Et quare hoc?
x Ut vitæ æternæ hæredes efficeremur.] *Pſ.* 15. Tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.
y Profectus in cœlum,] poſt legationem completam. *Joann.* 17. Opus conſummavi, quod dediſti mihi. Et dicit [Profectus,] quaſi, virtute propria aſcendit. *Pſal.* 46. Aſcendit Deus in jubilo. *Matth.* 25. Et profectus eſt ſtatim.

Sed ad quid profectus? Ut viam monſtraret. *Mich.* 2. Aſcendet enim pandens iter ante eos. Item ut hoſpitium nobis acciperet. *Joan.* 14. Si quo minus dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum. Profectus eſt dico.
z Subjectis ſibi Angelis, & Poteſtatibus, & Virtutibus,] qui ei miniſtraverunt in deſerto. *Matth.* 4. Tunc acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei.

Sed in aſcenſione fuerunt ſubjecti loco illi homini, ſcilicet Chriſto; quia ſuper omnes exaltatus eſt ſicut dicitur. *Pſalm.* 8. Elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos, ideſt, ſuper omnes Angelos. Vel ipſi dico, ſubjecti ſunt Angeli per manifeſtationem, qui ſecundum

veritatem

veritatem ab exordio ſuo fuerunt ei ſubjecti, Sed quid eſt quod non nominat hic aliquem de tertia Hierarchia? Gl. ſolvit dicens: Angeli primus, Poteſtates ſecundus, Virtutes tertius ordo. Sed quare per Virtutes cum ſint de prima Hierarchia, ſignificatur ordo ſupremus? Sol. Quia virtus eſt nomen bonitatis vel excellentiæ, & in illos
A qui ſunt de ſuperiori Hierarchia magis & excellentius infundit Dominus de ſua bonitate, propter hoc ſignificantur per virtutes,

C A P. IV.

CHriſto *a* igitur *b* paſſo in carne *c* & vos eadem cogitatione armamini; quia qui paſſus eſt in carne, *d* deſiit a peccatis; *e* ut jam non hominum deſideriis, *f* ſed voluntati Dei *g* quod reliquum eſt in carne vivat temporis. *h* Sufficit *i* enim *k* præteritum tempus ad voluntatem *l* gentium conſummandam,

EXPOSITIO CAP. IV.

CHriſto igitur, &c.] Hæc eſt ſecunda pars ſecundæ partis tertiæ partis epiſtolæ, in qua prius poſuerat cauſas quare bene converſandum eſt, inter quas Chriſtum eſſe paſſum oſtendit; qui tamen in omnibus intentionem bonam habuit; concludit ergo ex præmiſſis, ut ſicut ipſe pro nobis paſſus eſt, ſic & nos pro ipſo morti noſmetipſos exponamus ſi opus fuerit. Dividitur autem hoc caput in duas partes; In prima concludendo monet eos quibus ſcribit, & nos omnes in eis, ut cogitatione paſſionis armentur contra inſultus Diaboli, ibi (Chriſto igitur.) In ſecunda quaſi bene armatos admonet eos ne deficiant in bello tentationum, cum incubuerit ſuper eos, ibi (Chariſſimi nolite, &c.) Prima etiam pars habet tres, quia primo monet eos, ut armentur. Secundo, ut cito armentur, ibi (Omnium autem, &c.) In tertia monet eos, ut ſuam armaturam cuſtodiant, oſtendens per quid vel quomodo poſſunt eam ſervare, ibi. Eſtote itaque prudentes, &c.] Prima etiam pars dividitur in quatuor, quia primo monet eos armari, Secundo oſtendit quare debent armari, propter utilitatem ſcil. quæ inde provenit, ibi [Quia qui paſſus eſt, &c.] Tertio oſtendit quod Gentes ex nunc, vel ſaltem amodo debent deſinere a peccatis, ibi [Sufficit enim &c.] Quarto monet eos quibus ſcribit ne ipſi curent ſi irridentur a gentibus propter hoc quod ſuam malam converſationem reliquerunt, ibi [In quo admirantur, &c.] Dicit ergo. *a* Chriſto, &c.] Continuatio: Ut nos eſſemus hæredes gloriæ Chriſti Chriſtus paſſus eſt, Chriſto igitur, &c. *Gl.* ſic continuat: Poſtquam exemplum Dominicæ reſurrectionis & noſtræ ablutionis de arca & diluvii Sacramento inſtruxit, redit ad hoc quod cœperat, ut imitantes Salvatorem inter bona quæ agimus, patienter malorum nequitiam toleremus. Unde dicit [Chriſto igitur] quia deglutivit mortem. *b* Igitur Chriſto paſſo in carne,] non in deitate. Unde *Job* 9. Terra tradita eſt in manus impii, ideſt, Pilati. *c* Et vos, &c.] ut ſicut ipſe ſponte, ſic & vos ſponte toleretis, quaſi diceret, ejus paſſionem recogitate memoriter, parati pro eo ſimilia pati eodem modo, ut ſcil. non murmuretis, etſi non tanta ſed pro modulo veſtro. *Luc.* 9. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, ſicut ſcil. ego feci, & tollat crucem ſuam non meam, quia non poſſet, & ſequatur me. Et dicit [Armamini] quia memoria vel cogitatio paſſionis Chriſti, maxima eſt fortitudo & arma potentia contra Diabolum, quæ multum ipſe abhorret, quibus victus fuit. Unde *Ber.* Tanta eſt virtus Chriſti ut ſi in mente fideliter habeatur, nulla libido, nulla peccati prævalere poſſit invidia, ſed continuo ad memoriam ejus totius peccati & mortis fugatur exercitus. Hoc eſt ergo primum quod facit memoria paſſionis Chriſti quia fugat exercitum peccati. 2. *Cor.* 10. Arma militiæ noſtræ non ſunt carnalia ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum. Aliud eſt, quia hominem acuit ad pugnandum & ſtrenuum reddit. *Heb* 12. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit a peccatoribus adverſus ſemetipſum contradictionem ut non fatigemini animis veſtris deficientes. Tertium eſt, quia mala hujus mundi facit æquanimiter pati. Hæc eſt farina quæ pulmentum condit in domo Elizæi. 4. *Reg.* 4. Hoc eſt lignum quod dulcoravit aquas amaras. *Exod.* 15. Unde dicit beatus *Bern.* Audi luctam: ſuſtinuit te dilectus: ſuſtine tu dilectum: non illum vicere peccata tua; te quoque illius flagella non ſuperent; & obtinebis benedictionem. Item facit propriam voluntatem deponi; *Thren. cap.* 3. 2. Memoria memor ero & tabeſcet in me anima mea, ideſt voluntas propria; Et hoc eſt magnum, quia ut dicit *Bern.* Nihil ardet in inferno niſi propria voluntas. Et idem, Tolle propriam voluntatem & jam non erit infernus. Item quintum eſt quia facit mundum contemni. Unde *Gal.* 6. Mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo: Et quare hoc? Quia memor erat paſſionis Chriſti. Unde *paulo poſt* dixit: Stigmata Domini noſtri Jeſu Chriſti in corpore meo porto. Multi autem putant ſe contemnere mundum, qui adhuc in eo ſunt & amplectuntur eum. Si vis ſcire ſi contemnis eum, audi beatum *Bern.* Quippe triumphati mundi teſtimonium eſt ſi corpus caſtiges; non obedias voluptati; ſi fletui magis præbes oculos quam petulantiæ, vel curioſitati; ſi charitate caſtifices animum ut nulli deinceps ſerviat vanitati. Et nota quod dixit (In carne paſſo) per hoc intelligitur quod in Chriſto eſt duplex natura, quia præpoſitio ſcil. [In] determinat hoc quod dico Chriſto, & non hoc quod dico paſſo; & ſic intelligitur quod tantum in altera natura paſſus eſt. Item dicit [Armamini] & non, induimini, quia indumentum notat ornatum tantum; ſed armamini, notat impugnationem, & per cogitationem paſſionis Chriſti debemus vitia impugnare. Item quia armatura eſt exterius, indumentum aliquando interius; & recogitatio paſſionis quando debet aliis oſtendi ut ipſi ad ſimile acuantur. 1. *Mach.* 6. Dicitur quod oſtenderunt elephantibus ſanguinem uvæ & mori, ad acuendum eos in prælium. Item notandum quod dicit [Armamini] & non, patimini; quia pati pro Chriſto non eſt datum omnibus ſed paucis; ſed armari cogitatione paſſionis omnes poſſunt & nulli eſt negatum Sequitur [Qui paſſus eſt.] Hic oſtendit ſic faciendum, quia [Qui paſſus eſt in carne] eam ſubjiciens martyrio, vel macerationibus & jejuniis eam caſtigando ut ſic carnales concupiſcentias extinguat in ſeipſo; quia qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. *Gal.* 5. Vel [qui paſſus in carne,] clavis timoris confixus. *Pſ.* 118. Confige timore tuo carnes meas; nihil curat de his, quæ ſunt in mundo ſed omnia reputat ut ſtercora, *Phil.* 3.

d Deſiit a peccatis] ideſt, talis mortuus peccatis jam crucifixus cum Chriſto.

e Ut jam non hominum deſideriis,] carnalibus ſcil. ſed.

f Dei voluntati vivat] ideſt, ad Dei voluntatem, & timendo compleat.

g Quod reliquum eſt temporis] agendum [in carne] q. d. ita mortuus eſt peccatis ut in martyrio non murmuret; ſed voluntarie & ex charitate ſuſtineat illud modicum quod reſtat vitæ ſuæ: & ſic complacebit in ipſo voluntas Dei. Vel aliter.

e Ut jam non hominum deſideriis ſed voluntati Dei vivat,] ideſt vivendo oſtendat ſe ſubjicere voluntati Dei. *g* Quod reliquum eſt] ideſt, reſiduum temporis vitæ ſuæ explendæ [in carne] Vel aliter. *e* Ut jam non, &c.] quaſi diceret qui ſic paſſus eſt in carne, ut nihil curet in mundo, hoc tantum deſiderat ut finito certamine accipiat coronam vitæ quam promiſit Deus diligentibus ſe. *Jac.* 1. Sed quid eſt quod dicit [Qui paſſus eſt carne, deſiit a peccatis] Hoc videtur falſum quia multi carne domita & afflicta adhuc habent alia peccata ſpiritualia ut ſunt ſuperbia vel avaritia. Sol. Propter hoc quidam exponunt [Qui paſſus eſt carne, deſiit a peccatis] carnalibus ſcil. Alii exponunt de omnibus peccatis, ſed tunc ſumitur pro toto hoc interiori ſcil. & exteriori, ut ſit ſenſus: Qui paſſus eſt carne, ideſt, totaliter interius & exterius, [deſiit a peccatis] omnibus tam ſpiritualibus quam carnalibus; Et ſic accipitur caro *Gal.* 5. Qui autem Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis: Sic accipitur caro pro homine toto. *Gen.* 6. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Probat autem, quod ipſi debent armari cogitatione paſſionis, cum dicit.

h Sufficit, &c.] Et hæc eſt tertia pars in qua oſtendit quod Gentes ſaltem amodo debent a peccatis deſiſtere. Continuatio, quaſi, debetis cogitatione armari.

i Enim,] ideſt, quia. *k* Præteritum tempus ſufficit ad voluntatem Gentium conſummandam,] ideſt, adimplendam vel terminandam voluntatem veſtram gentilem & malam; & ſic exponitur intranſitive: Vel tranſitive ſic, ideſt. Ut impleretis. *l* Voluntatem gentium] ideſt, malorum hominum qui gentiliter vivunt ſerviendo eis, quaſi diceret, multa & immania ſcelera uſque ad hoc tempus gentiliter viventes, vel voluntati gentium ſervientes commiſiſtis, quod ſufficit ut jam ad Deum convertimini. Et dicit [ſufficit,] imo nimis eſt, q. d. multum de tempore amiſiſtis quod tamen multum eſt charum, quia dicit *Bern.* Sicut capillus de capite; ita momentum de tempore non peribit. Malorum dico hominum;

a Qui

dam, his qui *a* ambulaverunt in luxuriis, *b* deſideriis; c † violentiis, *d* comeſſationibus, *e* potationibus *f*. & illicitis idolorum cultibus: in *g* quibus nunc obſtupeſcunt. *h* In quo *i* admirantur k non concurrentibus vobis in eamdem *l* luxuriæ confuſionem, *m* blaſphemantes: qui *n* reddent rationem ei, qui paratus *o* eſt judicare *p* vivos & mortuos. Propter *q* hoc etiam *r* & *ſ* mortuis evangelizatum *t* eſt, ut *u* judicentur quidem ſecundum homines *x* in carne, vivant *y* autem *z* ſecundum Deum *a* in ſpiritu. Omnium *b* autem *c* finis *d* appropinquabit. *e* Eſtote *f* itaque prudentes, & vigilate *g* in orationibus,

al. † vinolentiis.

a Qui ambulaverunt in luxuriis] actu. Et quia luxuria nomen eſt actus; & multi quamvis natura deficiat, deſideriis inardeſcunt: propter hoc ſubdit. *b* In deſideriis] malis. *c* Violentiis] quas pauperibus inferebant. Et hoc bene ſequitur quia deficiente natura cum non poſſint implere deſideria ſua, fiunt ambitioſi & avari plus de viatico acquirentes cum minus reſtet de via. Et hi ſunt qui carnem crucifigunt cũ vitiis, non tamẽ cum concupiſcentiis: & propter hoc non ſunt Chriſti. Alia littera habet (Vinolentiis,) ideſt, ebrietatibus; quia tantum bibũt quod efficiuntur ad operandum ineati: Et poſt hoc ſequitur immoderatus appetitus ciborum: Unde dicit. *d* In comeſſationibus (luxurioſi,) i. luxuriâ provocantibus. *Prov.* 23. Non eſſe in conviviis potatorum, nec in comeſſationibus eorum qui carnes conferunt ad veſcendum. Et ex cibis poſtea ſequitur potus. Unde dicit. *e* Et potationibus] *Prov.* 23. Vacantes potibus. Et quia ex his ſequitur idololatria; quia ſedit populus manducare & bibere; & ſurrexerunt ludere, ideſt, idololatrare, ut dicit *Gl.* propter hoc ſubdit. *f* Et illicitis idolorum cultibus] Et dicit (illicitis,) quia colentibus idola dabatur licentia peccandi; propter quod Apoſtolus ab eis aufert licentiam; ut ſic appareat quod ipſi non poſſunt alios licentiare; & in hoc notatur cauſa quare illi colebant idola ſcil. propter licentiam peccandi quæ eis dabatur. Hæc omnia prohibet. *Apoſt. Rom.* 13. Non in comeſſationibus & ebrietatibus & impudicitiis. *g* In quibus] omnibus ſcilicet ſupradictis. *h* Nunc obſtupeſcunt] converſi ad fidem, vel pro quibus jam relictis obſtupeſcunt, confuſi & triſtes quia tanto tempore cum eis fuerunt. *Rom.* 6. Quem fructum habuiſtis in eis in quibus nunc erubeſcitis? *i* In quo admirantur, &c.] Quarta pars ubi monet eos ne ipſi curent ſi ipſi deridentur a Gentibus propter hoc quod ſuam malam converſationem reliquerunt. Unde dicit (In quo.) Hoc non refertur ad immediate dictum, ſed ad illud totum quod dictum eſt *ſupr.* [Qui paſſus eſt, &c.] ſic: In quo] ideſt, propter quod, ideſt, quia carnem crucifigitis & a peccatis deſiſtitis: Ipſi. k Admirantur non concurrentibus vobis] ablativus abſolutus, ideſt, quia vos cum eis non curritis. *l* In eamdem luxuriæ confuſionem] in qua ipſi ſunt vel in qua vos fuiſtis. Admirantur dico. *m* Blaſphemantes] ideſt, vituperantes: Eſtis enim diſſimiles. Sicut dicunt mali. *Sap.* 2. Gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ ejus. Ponit autem duas cauſas quare non debent curare ſi a malis irridentur. Prima eſt quia ipſi de ſua mala converſatione reddent rationem: Unde dicit. *n* Qui reddent,] ideſt, exigetur ad reddendum (rationem) *Eccl. ult.* Cuncta quæ fiunt adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum ſive malum ſit. Et non homini qui decipi poſſit, ſed. *o* Ei qui paratus eſt] etſi nondum manifeſtatus. *p* Judicare vivos & mortuos] & tunc illis blaſphemiæ, & vobis patientiæ præmia reſtituet. *Act.* 10. Quia ipſe eſt conſtitutus a Deo judex vivorum & mortuorum. *Jo.* 5. Neque enim pater judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio. Et dicit (Paratus) ad differentiam judicum hujus ſæculi, quos oportet cauſas æſtimare antequam judicet; ſed ipſe non indiget examinatione: quia omnia novit & videt: Unde ipſe eſt teſtis & judex. *Hier.* 29. Unde *Job* 9. Neque enim viro qui ſimilis eſt mei reſpondebo, nec qui mecum in judicio ex æquo poſſit audiri. Deinde ponit ſecundam cauſam quæ eſt, quia mortuis in peccatis propter hoc prædicatum eſt verbum vitæ, ut vitam carnalem relinquat. Unde dicit. *q* Propter hoc enim.] Continuatio: quaſi, non debetis curare, ſi blaſphement vos, quia cum eis non curritis. *r* Enim,] ideſt, quia. *ſ* Propter hoc & mortuis,] in peccatis.

t Evangelizatum eſt,] verbum Dei. *u* Ut judicentur quidem] ipſi quibus prædicatum eſt. *x* Secundum homines in carne] ideſt, a ſeipſis damnentur audito verbo veritatis; & hoc ſecundum ea quæ ipſi homines ab homo commiſerunt in carne, vivendo ſcil. carnaliter; & ſic convertantur. Vel (Secundum homines) ideſt, rationabiliter: Ad hoc enim data eſt ratio homini ut ſecundum illam ſeipſum diſcutiat, & dijudicet mala quæ fecit vivendo carnaliter, puniendo. Et non ſolum hoc: *z* Autem] ideſt, ſed. *y* Vivant] in ſpiritu; ideſt, vita ſpirituali. *a* Secundum Deum] *Gal.* 5. Spiritu ambulate; & deſideria carnis non perficietis. *b* Omnium autem finis.] Secunda pars primæ partis capituli in qua monet eos ut cito armentur, & hoc quia cito veniet finis quando remunerabuntur: quaſi, moneo vos non tantum ad hoc ut armemini; ſed ut cito armemini, quia ſi armati inventi fueritis, cito remunerationem accipietis. *c* Autem,] ideſt, ſed. *d* Finis omnium appropinquabit] ubi recipietis bona quæ egiſtis. (Finis,) ideſt, mors vel judicium univerſale mundi: Sperat enim juſtus in morte ſua: *Prov.* 14. Et propter hoc cupit diſſolvi & eſſe cum Chriſto: *Phil.* 1. Sic eſt de Patribus Novi Teſtamenti, e converſo fuit de Patribus Veteris Teſtamenti: ſemper enim metuebant mori; in cujus ſignum jurando dicebant: Vivit Dominus: *Jer.* 4. Quia vitam deſiderabant. Unde *Jac. Gen.* 47. Dies ſuos vocavit parvos. Item cum aliquem benedicebant ſic dicebant. Vivat Rex Salomon: 3. *Reg.* 1. *Tob.* 9. & videatis filios veſtros & filios filiorum veſtrorum uſque in tertiam & quartam generationem. Et ſic in multis locis. Sed unde hæc diverſitas. Solut. *Job* 17. In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea: quia enim Patres Veteris Teſtamenti ſciebant ſe deſcenſuros ad Limbum: propter pœnam damni quam ibi expectabant; mori non deſiderabant: licet enim in Limbo non eſſet pœna materialis; & in hoc mundo ſint labor & ærumna: tamen magis volebant hic vivere, quia vivendo cumulabantur eorum merita quod non fiebat in Limbo. Patres vero Novi Teſtamenti ſtatim evolant in cœlum ſi digni ſunt: unde & hoc appetunt ut de carcere corporis educantur. *Pſ.* 141. Educ de carcere animam meam. Unde & illis Dominus dies miſericorditer prolongabat, ſicut legitur de Ezechia. *Iſ.* 38. Item [Finis] non ſolum bonorum imo & malorum (appropinquabit) & hoc dicit ut a blaſphemis ſic malos retrahat (Appropinquabit) quem ipſi libenter elongarent ſi poſſent. Sunt enim ſicut latro, qui cum ducitur ad ſuſpendium, libenter prolongaret diætas; etſi etiam ipſe eundo laboraret. Vel ſic ſecundum *Gl.* Quia dixerat quod judex paratus eſt, poſſent dicere, non veniet cito ad judicium, ſed diu vivemus hic: propter hoc oſtendit quod neſcimus quando vel quam cito veniet mors uniuſcujuſque; & propter hoc debemus cito armari.

De conf. 3. c. Omnia. &c.

b Autem,] ideſt, ſed. *d* Omnium finis] particularis ſcilicet judicium cujuſlibet. *e* Appropinquabit,] quod fit quotidie quando moriuntur homines. *Sap.* 5. Et nos nati continuo deſivimus eſſe. *f* Eſtote itaque] Tertia pars primæ partis in qua monet eos quaſi ſufficienter armatos ad cuſtodiam armaturæ ſuæ. Unde & oſtendit per quid poſſunt eam cuſtodire; quia per virtutes quæ ipſos ordinant & in ſe & in alios. Unde hæc pars dividitur in duas. In prima oſtendit quomodo & per quas virtutes poſſunt in ſe ordinari, ibi (Eſtote, &c.) In ſecunda pars quas ad alterum, ibi (Hoſpitales, &c.) Ordo vel cuſtodia hominis in ſe, in duobus eſt ſcil. fuga mali & appetitus boni. Malum enim vel præteritum eſt, & hoc per charitatem deletur quæ operit peccata: vel futurum circa quod eſt cautela quam facit prudentia: bonum vero impetratur per orationem. Unde hæc tria ponit, prudentiam, orationem & charitatem. Dicit ergo (Eſtote) quia incerta eſt hora mortis: ſic continuat *Gloſ.* Vel ſic: Quia armati eſtis, & hanc armaturam neceſſe eſt cuſtodire (Itaque,) ideſt, igitur (Eſtote prudentes) ut in fide permanentes ſciatis præcavere futura mala. *g* Et vigilate in orationibus] ut ſic adipiſcatis bona. Et non dicit tantum, orate; ſed addit (Vigilate) quia diligenter & ſollicite videndum eſt & quid & ad quid & quomodo ſit orandum. *Jacobi* 4. Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Per hoc etiam notat utilitatem & fructum orationis; ubi vigilantia opus eſt propter inſidias inimici, quia tunc multimodas cogitationes, & varias & vanas immittit, ſicut legitur. *Gen. decimoquinto* Quod aves multæ inſidebant ſuper ſacrificium Abrahæ quas ipſe abigebat. Per hoc etiam notatur quod oratio ſomnolenta & tepida parum valet, *Apocal. tertio* Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus

eſſes

eſſet aut calidos; ſed quia tepidus es; & nec frigidus, vel calidus incipiam te evomere ex ore meo. *Prov.*6. Uſque quo piger dormis? Item per hoc quod dicit (Orationibus) pluraliter, notatur quod non tantum ſemel vel bis ſufficit orare; *Iſ.* 23. Bene cane, frequenta canticum *Aug.* Orationes veſtras quanto crebriores habetis, tanto ſanctiores habere debetis. Item in hoc notatur inſtantia orationis quæ non recedit vacua. Sicut legitur. *Luc.* 11. De eo qui amico petenti tres panes, propter ejus inſtantiam nō ſolū tres dedit ſed quotquot neceſſarios habuit.

C

a. 4. ſ. qui Sacramen. ſo. De pœn. diſ. 1. c. in tantum. De bapt. c. maiores. Prov. 10. Rom. 13. Heb. 13.

Item *Luc. cap.* 18 De judice iniquo qui viduā propter ejus inſtantiam exaudivit. Item in hoc notatur continuatio orandi, vel perſeverātia. *Jac. ult.* Multum valet oratio juſti aſſidua. *Gl.* dicit hic (Vigilate) Ne animus aliquid cogitet præter id, quod ſolum precatur: cum ad orandum ſtamus, omnis carnalis cogitatio abſiſtat, Unde *Aug.* Pſalmus & hymnus: cum oratis Deum, hoc verſetur in corde quod profertur in ore; Sic ſtemus ad orandum ut mens noſtra concordet voci noſtræ. Ergo non videtur valere oratio quæ mente non tractatur contra 2. *Reg.* 7. invenit ſervus meus cor ſuum ut oraret te. Ergo non habebat omnino cor in oratione. Præterea quid eſt quod dicit quod carnalis cogitatio abſiſtat? hoc non poſſumus facere quin ſurgant cogitationes ex carne vel carnis corruptione. Sol. Non dicit, ait *Gloſſ.* nec præcipit quod animus nihil aliud cogitet; ſed dicit ad hoc eſſe vigilandum & ſtudendum: neque enim poſſumus facere quin aliqua alia cogitemus; ſed ea removere debemus & abigere, ut procul abſiſtant ne orationis fructum impediant.

a Ante omnia *b* autem mutuam in vobiſmetipſis charitatem *c* continuam *d* habentes, *e* quia charitas operit multitudinem peccatorum. *f* Hoſpitales invicem *g* ſine murmuratione. *h* Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam *i* adminiſtrantes *k* ſicut boni diſpenſatores *l* multiformis gratiæ Dei. *m* Si quis loquitur *n* quaſi ſermones

Et hoc eſt quod dicit poſtea *Gloſſ.* Omnis carnalis cogitatio abſiſtat: non enim dicit, ſurgat. Et ſequitur in *Gloſſ.* Intentio cordis ſincera Deum non ſono vocis ſed ſenſu animi oret.

Ex hoc videtur quod non oportet orare voce: ad quid ergo oramus vocaliter. Præterea ſenſus animi eſt devotio quam non habet omnis qui orat; quid eſt ergo quod dicit ſenſu animi? *Sol.* Ad primum: non dicit hoc propter hoc, quod vocalis oratio non ſit bona; ſed quia melior eſt mentalis quæ eſt cum deſiderio. Deſiderium animæ enim loquitur Deo. *Pſ.* 20. Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei. Et quod dicit, quod non eſt orandum ſine devotione quæ eſt ſenſus animi; dicendum, quod ille dicitur devotionem habere qui eſt ſine peccato mortali; etſi motum devotionis ſpiritus non ſentiat.

Sed quia oratio ſine charitate non valet: eſt enim oratio aut de dimittendis, aut de accipiendis; hoc autem non eſt niſi per mutuam charitatem; propter hoc ſubdit de charitate, dicens.

a Ante omnia] Vel quia prudentia ad futura, charitas ad præterita ſe habet, oratio ad utrumque, propterea etiam poſt orationem, de charitate ſubdit, dicens [Ante omnia] *Gloſſ.* ſic continuat. Ut intelligatis modum orandi, & impetrare poſſitis quod oraveritis, habete charitatem.

b Autem] ideſt, ſed [Ante omnia] ſcilicet.

d Habentes in vobiſmetipſis charitatem mutuam,] ut unus alterum diligat. Et hoc non ad horam ſed.

c Continuam] ne unquam a charitate cadatis. Et dicit. (In vobiſmetipſis) ideſt, propter id, quod in vobis eſt, ideſt, ad id alios diligite, ad quod vos. *Matth.* 19. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Item (In vobis,) i. propter interiora non propter exteriora tantum.

Charitas autem non volat ad muſcas. *Aug.* Non enim carnalis ſed ſpiritualis debet eſſe inter nos dilectio. Et dicit (Continuam) etſi ceteras virtutes ſemper non habemus ſaltem quoad uſum, non enim ſemper oramus, & hujuſmodi, charitatem tamen ſemper in interiori homine retinere debemus etſi non ſemper eam oſtendamus. Propter hoc dicit *Apoſt. Hebr.* 13. Charitas fraternitatis maneat in vobis.

Vel hoc dicit quia charitas forma eſt virtutum, & ſine ipſa ceteræ virtutes nihil ſunt ad meritum. *1. Cor.* 13. Si linguis hominum loquar & Angelorum; charitatem autem non habeam; factus ſum velut æs ſonans.

Et quare ipſam ante omnia habendam eſſe monuit, oſtendit dicens. *e* Quia charitas operit multitudinem peccatorum] *Prov.* 10. Univerſa delicta operit charitas *Pſ.* 31. Beati quorum tecta ſunt peccata. Et dicit (Operit,) quia ceſſante charitate redeunt peccata, ſaltem quoad ingratitudinem.

Sed quid eſt quod dicit. *Jac. ult.* quod oratio vel prædicatio operit multitudinem peccatorum? Sol. Charitas operit peccata, ut coopertorium pueros, ſed oratio ut mater quæ pannum tenet ſuper puerum ne decidat. Et quia charitas operit peccata, ut veſtra cooperiat, eſtote. *f* Hoſpitales, &c.] Et oſtendit hic per quas virtutes bene ordinati ad alterum, poſſunt ſuam armaturam cuſtodire, nempe per hoſpitalitatem & cetera opera miſericordiæ. Primo monet ad opera miſericordiæ. Secundo oſtendit modum, ibi (Sine murmuratione) Tertio finem, ibi (Si quis loquitur, &c.) Dicit ergo (Hoſpitales eſtote invicem.) *Hebr.* 13. Hoſpitalitatem nolite oblivisci. Et poſtea ſubjungit breviter de aliis operibus miſericordiæ, ibi (Unuſquiſque, &c.) Sed quare ſingillatim, & nominatim dicit. de hoſpitalitate? Solutio. Quia hoc erat magis difficile in primitiva Eccleſia. Et hoc. facite. *1. § 2. cap. non ſolum.*

g Sine murmuratione.] Ecce modus exhibendi opera miſericordiæ quæ ſe extendere debet ad omnia: quaſi, etſi oportet vos multum laborare in ſerviendo fratribus quos in hoſpitio ſuſcipitis; tamen hilariter hoc facite, vel hoc quod dicit [Hoſpitales] refertur ad ſuſcipientes [Et ſine murmuratione refertur ad ſuſceptos, qui cum gratiarum actione debent recipere illud, quod apponitur eis, ſive ſit multum, ſive parum: ut dicant cum *Apoſt. Phil.* 4. Ego autem didici in quibus ſum ſufficiens eſſe; ſcio & humiliari; ſcio & abundare, ubique & in omnibus inſtitutus ſum; & ſatiari & eſurire & abundare & penuriam pati poſſum in eo qui me confortat.

h Unuſquiſque ſicut, &c.] Hic ſub brevitate agit de operibus miſericordiæ aliis ab hoſpitalitate, de qua jam dixit quaſi diceret, non ſolum hoſpitales, ſed (Unuſquiſque ſicut accepit gratiam) a Deo, gratis, ſic ſupple ſitis.

i Adminiſtrantes illam in alterutrum] gratis, & ſine ſpe temporalis remunerationis unus alteri de gratia quam habetis, ſerviatis. *Matth.* 10. Gratis accepiſtis, gratis date. Ad hoc enim datæ ſunt diverſæ gratiæ ut ſibi invicem ſubſervirent, 1. *Cor.* 12. Unicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus, ideſt, gratia per quam poteſt ab eo manifeſtari Spiritus ſanctus ad utilitatem, aliorum ſcil. Adminiſtrantes dico. *k* Sicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei] diſpenſatoris ac ſi dicat, non ut veſtra, vel quæ habeatis a nobis, miniſtrate aliis bona, ſed ut vobis credita & ad tempus commiſſa. 1. *Cor.* 4. Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti & diſſpenſatores miſteriorum Dei.

l Multiformis] Hoc dicit propter multos & diverſos effectus gratiarum: vel forſitan omnes virtutes etſi ſint diverſi habitus, ſunt tamen una gratia: ſicut diverſa lumina candelabrorum, vel lampadum in una domo exiſtentia non faciunt niſi unum lumen.

Item ſicut unum donum diverſimode habilitat animam, ſicut patet de dono timoris, quod quaſi ad omnes operationes habilitat animam. Et dicitur multiformis, quia uſus gratiæ formatur ſecundum applicationem animi ad id quod deſiderat, ut ſi quis ſe applicat ad patientiam; magis ei datur uſus ejus. Et hoc vult dicere *Gl. Inter.* quæ dicit, formate ſecundum deſiderium uniuſcujuſque; ſicut manna ſapiebat ſecundum cibos quos volebant. *Sap.* 16. Omnem ſaporem ſuavitatis habentem. *m* Si quis loquitur.] Ecce finis quo debent fieri opera miſericordiæ, quia ad honorem Dei. Et in hoc etiam tangitur ordinatio hominis ad Deum, quæ eſt ut totum bonum quod habeat homo, Deo attribuat. Dicit ergo (Si quis loquitur) ideſt, habet ſcientiam loquendi, loquatur, ſcil. *n* Quaſi ſermones Dei] ideſt, totum dicat ad honorem Dei; ut ſoli Deo honor tribuatur, non vobis, qui eſtis ejus miniſtri. Ejus enim ſunt ſermones quos loquimini. *Pſ.* 113. Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Et in hoc docetur bona intentio quæ debet hominem movere ad loquendum. Item notatur diſcretio & etiam utilitas per hoc quod dicit (Quaſi ſermones Dei) *Eph.* 5. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei. Item quia hoc quod dicit [Quaſi] notat quod ſermones noſtri multo minoris & inferioris efficaciæ ſunt quam ſermones Dei. De quo dicit *Pſ.* 1. quod folium ejus non defluet. Dicit hic, *Gloſſ.* notabilis. Si quis habet ſcientiam loquendi, non ſibi ſed Deo imputet: timeat ne præter voluntatem Dei vel præter auctoritatem Scripturarum, vel præter utilitatem fratrum doceat,

nec

Dei. *a* Si quis miniſtrat tanquam *b* ex virtute quam adminiſtrat Deus; *c* ut in omnes & honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum, *d* cui eſt gloria, *e* & imperium in *f* ſæcula ſæculorum, Amen. *g* Chariſſimi nolite peregrinari in *h* fervore *i* qui ad tentationem vobis ſit; *k* quaſi novi aliquid vobis contingat: *l* ſed communicantes Chriſti paſſionibus, *m* gaudete, ut & in revelationem *n* gloriæ ejus *o* gaudeatis *p* exultantes. *q* Si exprobramini in *r* nomine Chriſti, beati eritis: quoniam *ſ* quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei,

nec quod docendum eſt, taceat. Sequitur. *a* Si quis miniſtrat] opere ſerviendo, vel temporalia, eleemoſynas ſcil. largiendo, vel quodlibet aliud bonum opus faciendo, miniſtret, ſcil. *b* Tanquam ex virtute Dei quam adminiſtrat Deus, ideſt, a ſe nihil virtutis habere per quam hoc faciat, reputet, vel cognoſcat; ſed Deo a quo totum bonum habet, totum attribuat. 1. *Cor.* 4. Quid habes quod non accepiſti? Vel (Si adminiſtrat) Sacramenta Eccleſiæ, credat non a ſe efficaciam Sacramenti, ſed a virtute Dei qui ibi latenter operatur habere. Vel (Si miniſtrat) verbum prędicationis, a Deo ſe habere cognoſcat & ſciat. 2. *Cor.* 9. Qui autem adminiſtrat ſemen ſeminanti; & panem ad manducandum præſtabit. Et hoc ita fiat.

c Ut in omnibus honorificetur Deus] & hoc [per Jeſum Chriſtum,] adjutorem noſtrum & mediatorem ad Deum patrem. Vel (per Jeſum Chriſtum,) quem in omnibus operibus veſtris & verbis invocatis. *d* Cui eſt gloria] in ſe: *e* Et imperium] quoad alios. *f* In ſæcula ſæculorum, Amen] Confirmatio eſt. Propter hoc dicit Apoſtolus. *Col.* 3. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere; omnia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti facite; gratias agentes Deo & Patri per ipſum. Et nota quam ordinate procedit; quia enim ſupra cor dixit (ante omnia mutuam charitatem, &c.) cor ordinaverat: Sed ne quid inordinatum remaneret; linguam inſtruit & docet cum dicit (Si quis loquitur, &c.) Deinde monet ad opus cum ſubjungit (Si quis miniſtrat, &c.) Sequitur.

g Chariſſimi, nolite peregrinari] Secunda pars capituli, in qua tanquam ſufficienter armatos & de armorum cuſtodia inſtructos monet ne deficiant ſi per eos ingruerit bellum. Dividitur autem pars iſta in ſex. Primo enim monet eos ne deficiant in tentationibus. Secundo oſtendit quod gaudium debeat eſſe eis ſi communicent paſſionibus Chriſti, ibi (Sed communicantes, &c.) Tertio monet eos ut ſi non eſt eis datum communicare paſſionibus Chriſti, ſaltem gaudeant in opprobriis pro Chriſto ſibi illatis [Si exprobramini] Quarto hortatur ne ipſi erubeſcant pati pro Chriſto ſi aliquando ſic oportet, ibi [Nemo autem veſtrum &c.] Quinto oſtendit quare gloriandum eſt in hujuſmodi, ibi [Quoniam tempus eſt, &c.] Sexto oſtendit modum quomodo debent ſe habere in patiendo, ut ſcil. animas ſuas commendantes Deo, ibi [Itaque & hi qui patiuntur, &c.] Dicit ergo [Chariſſimi, nolite peregrinari] ideſt, reputare vos alienos, vel exules a ſocietate membrorum Chriſti.

h In fervore] tentationum.

i Qui fervor ſit vobis ad tentationem] ideſt, ad probationem & examinationem veſtræ fidei. Vel.

g Nolite peregrinari] ideſt, deficere a ſtatu fidei.

h In fervore] tribulationum. Et cauſam hujus reddit.

i Quid ſit vobis in tentationem] ideſt, ad purgationem, & ſic ad bonum veſtrum, unde non debetis convertere in diſpendium & damnum. Unde *Gen.* 22. Tentavit Deus Abraham. *Sap.* 2. Deus tentavit illos, & invenit eos dignos ſe.

Et *Deut. cap.* 13. Tentat vos Dominus Deus veſter ut palam ſciat utrum diligatis eum aut non, in toto corde & in tota anima veſtra. Et deinde ſubjungit aliam cauſam, quare propter tentationes non debent a fide recedere, vel credere ſe a Deo derelictos eſſe: quia nihil novum quod juſti tententur. Unde dicit. *k* Quaſi aliquid] ac ſi dicat, non debetis putare [quaſi aliquid novi contingat vobis] quod ſcilicet non contigerit aliis: quaſi diceret, non eſt hoc novum nec ſolum in vobis; quia. 2. *Tim.* 3. Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu, perſecutionem patientur. Vel [Nolite mirari, alia litera, &c.] & hoc dicitur quibuſdam qui quamdiu ſunt in vita ſæculari, nec de fide, nec de hujuſmodi ſentiunt tentationes; ſed quam cito aggreſſi ſunt viam pęnitentiæ, tentantur & tunc incipiunt admirari. Sed non eſt admirandum: neque enim ſic tentantur tunc quod prius non eſſet in eis radix tentationis; ſed Diabolus non curabat ad actum illam producere; Illos enim pulſare negligit, quos quieto jure poſſidere ſe ſentit. Hoc verbum [Nolite peregrinari] dicitur quibuſdam qui dum ſunt in fervore devotæ orationis, peregrinantur multa proponendo, promittendo difficilia & ardua, quæ poſtea non ſolvunt. Unde peccant gravius quam ſi non promiſiſſent. *Prov.* 20. Ruina eſt hominis devorare ſanctos: & poſt vota retractare.

l Sed communicantes, &c.] Hic oſtendit quod debent in ſe gaudere, quia patiuntur: Sic enim ſiunt in præſenti ſocii Chriſti, & in futurum erunt participes gaudii: Continuatio: nolite peregrinari, &c. [Sed communicantes gaudete] ideſt, quia communicatis [paſſionibus Chriſti] Et dicit [Communicantes] quaſi in parte accipientes: quia ad faſciculum ejus omnino accedere non poſſumus. *Cant.* 1. Faſciculus myrrhæ, dilectus meus. Vel [Communicantes] ideſt, commune hoc cum Chriſto hic habentes. 2. *Cor.* 5. Semper mortificationem Jeſu in corpore noſtro circumferentes. Et dicit [Paſſionibus] in plurali, quia tota ejus vita fuit paſſio. Unde in prima Dominica Adventus cantatur Evangelium quod recitat proceſſionem illam quæ fuit facta in die palmarum quando ejus paſſio incepit: quaſi diceret Eccleſia, a principio vitæ ſuæ uſque in finem ſemper fuis in paſſionibus. Vel [in paſſionibus] dicit pluraliter, propter, circumſtantias paſſionis.

m Gaudete] dico, in præſenti ſcil. *n* Ut & in revelatione gloriæ ejus] ideſt, in die judicii quando aperte regnabit. *Luc.* 3. Videbit omnis caro ſalutare Dei: qui modo regnat occulte, non revelatus niſi aliquibus juſtis & paucis. 1. *Cor.* 15. Oportet autem illum regnare. *Gloſſ.* occulte. *Iſ.* 45. Vere tu es Deus abſconditus. Quando ſcil. revelabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. *o* Gaudeatis] animo. *p* Exultantes] cor- 1. Cor. 4.
pore: non quia gaudium ſit in corpore ut in ſubjecto, ſed in anima; ſed ideo dicitur eſſe in corpore, quia per corpus manifeſtabitur, ſecundum quod dicit *Pſ.* 83. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Et nota ordinem loquendi: Primo dicit [Communicantes, &c.] Et poſtea ſubjungit [Ut revelatione, &c.] Primo enim oportet ut ſimus fratres Chriſti ex parte matris, ut tandem ſimus fratres ex parte patris. Mater Jeſu eſt Maria quæ interpretatur amara, hæc eſt tribulatio vel pœnitentia. Vis ergo eſſe frater *Jeſu*? neceſſe eſt ut ſis in tribulatione vel pœnitentia. Pater ejus eſt Deus: *Pſ.* 816. Ego dixi Dii eſtis, ideſt Domini. Si vis habere ſecundum, *ſcil.* ut *ſcis* frater in gloria, neceſſe eſt ut habeas primum, *ſcil.* ut ſis frater in pœnitentia. Joanni dictum eſt: *Ecce* mater tua. *Jo:* 19. Sed multi dicunt hodie. *Jo:* 14. Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Et iſti ſabulas Gentilium introducunt in Eccleſiam Dei quod eſt nefas & nugatio apud Deum. Volunt enim eſſe Minervam quæ de cerebro Jovis nata, ut ſabulati ſunt Gentiles, patrem habuit ſine matre. Contra Chriſtum eſt hoc qui aliquando habuit patrem ſine matre, & ſemper, ſi vellet, ſic eſſe potuit: tamen naſci de matre voluit ut nos qui ſine doloribus eſſe non poſſumus, hanc matrem voluntarie amplecteremur, non quærentes gaudia, ubi non eſt niſi triſtitia. *Hier.* 45. Ecce quos ædificavi, ego deſtruo; & quos plantavi, ego evello, & univerſam terram hanc & tu quæris tibi gaudia? noli quærere. *q* Si exprobramini] Hic tertio monet eos ut ſi non eſt eis datum pro Chriſto pati; tamen gaudeant in opprobriis pro Chriſto ſibi illatis, dicens [Si exprobramini] quaſi gaudete, quia [etſi exprobramini,] ideſt, opprobria patimini. *r* In nomine] Sic continuat *Gl.* quæ dicit, quia [in nomine Domini] quo dicit, Cauſam; & tunc exponitur ſic [In nomine] ideſt, pro nomine. Item perſeverantiam; unde dicit *Gloſſ.* [in nomine] permanentes [Beati eritis] quare autem beati, oſtendit dicens. *ſ* Quoniam quod eſt honoris & gloriæ & virtutis Dei requieſcit ſuper vos] in præſenti vel in futuro. In pœnitente eſt honor, bona operatio. Unde Dominus multiplicat & auget gratiam. Item gloria in præſenti, pura & munda conſcientia. 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Item virtutis in præſenti, fidelis ſcil. & fortis contra Diabolum reſiſtentia & pugna *inf.* 5. Cui reſiſtite fortes in fide. His tribus tria debentur in futuro. Honori enim boni operis reddetur in futuro honor poſitionis ad dexteram Dei quando ſeparabuntur hędi ab agnis, ut agni ſint participes honori Chriſti. Item gloriæ puræ conſcientiæ dabitur gloria exultationis, & vocationis ad regnum: Venite benedicti patris mei, &c. Item virtuti dabitur in futuro

non

a qui eſt ejus ſpiritus, *b* ſuper vos *c* requieſcet. *d* Nemo autem veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. *e* Si autem *f* ut Chriſtianus, non erubeſcat, *g* glorificet autem Deum iſto nomine: *h* quoniam tempus eſt, ut *i* incipiat judicium a domo Dei. *k* Si autem primum a nobis, *l* quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio?

non ſolum ut non infeſtent vos Diabolus & ejus membra; ſed liberatio ab omni occupatione & miſeria. Propter hæc tria dicit Apoſtolus ad *Rom.* 2. Gloria autem, honor & pax omni operanti bonum. Et propter hoc dicit de futuro [requieſcet] quia modo non permanent in nobis, ſed in futuro requieſcent. Et unde hæc omnia ſubjungit. *a* Et qui, &c.] ideſt, Chriſti. *c* Requieſcet] tunc in vobis ſine omni motu & perturbatione. *b* Super vos] non ſolum in nobis, quia tunc erit nobis ad manifeſtationem: & dicit (Spiritus) Chriſti, quia ei datus eſt non ad menſuram: *Joan.* 13. Ideſt, non ad partem menſuræ, ſed ad plenitudinem, nobis vero datur ad partem, vel dicit (Spiritus) Chriſti, quia in Chriſto fuit manens ſemper. *Iſ.* 11. Et requieſcet ſuper eum Spiritus Domini: non in nobis, quia prius fuimus filii iræ: *Eph.* 2. Unde *Jo.* 1. Dictum eſt Joanni Baptiſtæ: Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat. Sed modo quieſcit in nobis per pacem pectoris; Tandem vero, ſcilicet in futuro requieſcet per pacem æternitatis. *d* Nemo autem veſtrum.] Hic quarto monet eos ut ſi pati oportet, tales ſe exhibeant, ut pro ſua paſſione præmium expectent, non ut pœnam ſolvant. Quod faciunt illi qui pro peccatis puniuntur nec etiam erubeſcunt pro Chriſto: Unde dicit (Nemo veſtrum, &c.) ſcil. violentus invaſor. Hi omnes pro ſuis ſceleribus patiuntur, nullam ſpem remunerationis habentes. Unde dicit *Gloſſ. Interl.* Ubi nulla remuneratione expectatur. Et *Gl.* marginalis. Non enim debetis credere quod ſine remuneratione patiamini ſicut illi qui pro ſuis ſceleribus patiuntur & inviti puniuntur. Sed ex his Gloſſis videtur quod nullus poſſit mereri ſuſtinendo paſſionem ſuſpendii. Ad idem: Fur velit nolit ſuſtinet ſuſpendium; ergo non meretur. Item contra iſta; ſi aliquis ductus ad patibulum, pœnam ſuſpenſionis & opprobrium a ſacerdote ſuo recipiat in remiſſionem peccatorum, conſtat quod minor pœna ſufficeret ei ad deletionem peccatorum, & hanc ſuſtinet voluntarie; ergo ſatisfacit pro peccatis, ſi poſt hoc evolat; ergo per hoc expectat remunerationem. Præterea nonne dexter latro meruit ſuſtinendo? conſtat quod ſic; ergo ut prius. Dices forſitan, quod hoc eſt verum quod meretur, quia voluntarie ſuſtinet. *Gl.* autem hic loquitur illis qui ſuſtinent inviti. Contra: Nonne illi qui ſunt in Purgatorio, voluntarie ſuſtinent? conſtat quod ſic: & tamen non merentur, quia etſi velint pati, ut citius evadant: tamen velint nolint patiuntur; ergo a ſimili fur non meretur. Sol. Poteſt dici quod talis ſuſtinentia non eſt meritoria plenæ liberationis; & hæc eſt cauſa quia etſi voluntarie ſuſtinet pœnam ſibi injunctam, & minor illi ſufficeret, non tamen voluntate libera, ſed coacta: Quamvis enim voluntas cogi non poſſit coactione ſufficienti; poteſt tamen cogi coactione efficienti. Quod autem objicitur de latrone dextro: Dicendum quod tanta fides ejus fuit & contritio, quod ſufficit ad plenam liberationem. Præſentia enim Domini multum contulit. Sic etiam tanta poſſet eſſe fides & contritio latronis cum ſuſpenditur, quod ſufficeret ad plenam liberationem: quia tamen hoc nobis incertum eſt, cum ſciamus quod velit nolit patitur, propter hoc Deus, quod ſatis eſt probabile, ipſum per hoc omnino ſolvere a pœna poſſet, tamen dicitur, ut dictum eſt, quod Gloſſæ hic loquuntur de illis qui omnino patiuntur inviti. Et quod objicitur de illis qui ſunt in Purgatorio qui etſi velint pati, non merentur: Dicendum quod non eſt ſimile propter ſtatum. In Purgatorio non eſt ſtatus merendi; ſed in hac vita eſt ſtatus merendi. Notandum eſt autem quod per quatuor quæ hic ponit, intelligit omne peccatum per quod nocetur proximo: Aut enim nocetur in perſona propria; & ſic dicit (Homicida) Aut in fama, & ſic dicit (Maledicus) Aut in ſubſtantia: & hoc dupliciter: Aut latenter: & ſic dicit (Fur) Aut aperte & cum violentia; & ſic dicit (Alienorum appetitor) Hæc autem quatuor ponit: quia ſolum ea quæ erant in proximum, puniebat lex, & non peccatum in ſe. Unde ſic poſſunt aliter quam prius diſtingui: quia peccatum aut fit in perſona proximi; & ſic (Homicida) Aut in rem & hoc dupliciter: Verbo cum dicitur (Maledicus) ſicut falſus teſtis, vel hujuſmodi: Aut facto, & hoc dupliciter: Latenter, unde dicitur (Fur) Vel aperte, unde (Alienorum appetitor) Sequitur. *e* Si autem] patiens (ut Chriſtianus) dicit, quaſi, hoc eſt, hominis chriſtiani, ſcil. pati: dixi (non erubeſcat) *f* Autem] ideſt, ſed: *g* Glorificet Deum in iſto nomine] Chriſtiano ſcil. permanens in ipſo 1. *Cor.* 6. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. *k* Quoniam tempus eſt, &c.] Hic quinto oſtendit, quare gloriandum eſt in hujuſmodi (Quoniam tempus eſt, ut judicium) examinationis per tentationes & paſſiones. *i* Incipiat a domo Dei] ideſt, in homine ex quo incipit domus Dei: & bene dicit [incipit] quia terminatur in domo Diaboli. Unde ſi libenter patimur, non ſumus de domo Diaboli. Et cum omnes teneamur ad pœnam: Omnes enim naſcimur filii iræ: *Eph.* 2. Neceſſe eſt, ut vel hic vel in futuro purgemur. Sed hic eſt tempus ut purgentur electi qui ſunt domus Dei: ſed mali qui ſunt domus Diaboli, in futuro non ideo purgabuntur, ſed condemnabuntur. Alia nondum eſt; alia in præſenti tribulatione, quæ nec acerba multum eſt, nec ſempiterna; ut fugiatur futura quæ & acerbiſſima eſt & æterna. De hoc dicitur *in Gl.* Duo judicia Dei: Unum occultum, ſcilicet pœna qua nunc unuſquiſque homo aut exercetur ad purgationem, aut monetur ad converſionem; aut ſi contemnit vocantem, excæcatur ad damnationem. Alterum manifeſtum, quo venturus eſt judicare vivos & mortuos: & nunc eſt tempus ut Eccleſia per exteriora ſæculi ad gloriam præparetur. Reprobi vero ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendent: *Job* 21. (Tempus eſt ut judicium, &c.) Unde *Ezech.* 9. A ſanctuario meo incipite. *Luc.* 10. Sanctificabor in his qui appropinquant mihi: & in conſpectu omnis populi glorificabor. *k* Si autem primum a nobis,] qui ſumus domus Dei, incipit, ſcilicet judicium. *l* Quis finis, &c.] quaſi dicat, nunquid ipſi quaſi innocentes relinquetur? quaſi dicat. Non *Iſ.* 32. Super humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent; quanto magis ſuper omnes domos gaudii exultantis? Et *Jer.* 49. Ecce quibus non erat judicium ut biberent calicem, bibentes bibent: & tu quaſi innocens relinqueris: non eris innocens, ſed bibens bibes [Et ſi juſtus] qui apud homines videtur mundus: de quo etiam habet bonam opinionem Mundus [Vix ſalvabitur] cum aliud ſit judicium Dei, aliud mundi: quia tanta eſt juſtitia Dei; interdum quæ hominibus videntur juſta, Dei judicio inveniuntur incerta: Sic *exponunt Auguſt.* Si inquam ſic eſt: impius & peccator ubi parebunt? *Pſalm.* 36. Quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. Sed contrarium videtur hic dicere *Gloſſ. Interl* quæ dicit. In ſecundo loco: Sed non eſt: quia non eſt inventus locus ejus nec in cœlo, nec in mundo, ſed in inferno qui eſt locus fœtidus, Vel ſic [Si juſtus vix ſalvabitur] ideſt, per multos labores, & cum magno certamine [Impius & peccator, &c.] *Luc.* 23. Si in viridi ligno hæc faciunt; in arido quid fiet? Vel tertio modo.

Si juſtus vix ſalvabitur] a Deo ſcilicet, ideſt, ſi Deus cum difficultate, ſalvat etiam juſtos: ut non notetur eſſe in Deo difficultas ſalvandi: ſed ut oſtendatur quod tota natura humana eſt perdita de ſe; & ex parte noſtra eſt repugnantia. [Impius,] per infidelitatem. Et [peccator] per morum depravationem.

Ubi parebunt?] Nunquam, ut videtur; quia ſe elongaverunt ab eo, qui eſt locus omnium & ubique eſt.

Solutio. Erunt in tempore quantum ad eſſe: & erunt in loco quantum ad male eſſe. Et hoc eſt quod dicit *Pſalm.* 88. Et erit tempus eorum in ſæcula. Non dico tempus prout motus primi mobilis, ſed prout eſt mora motus rerum mutabilium: quia mali de pœnis ad pœnas mutabuntur. *Job* 24. Ad nimium calorem tranſibunt ab aquis nivium. Sed objicitur; Si mutatio de pœna in pœnam erit tempus eorum; & diverſæ ſint ibi mutationes ſecundum diverſitates peccatorum: ergo erunt ibi diverſa tempora. Ignis enim aget in diverſos diverſimode ſecundum diverſitatem peccatorum: Similiter & aqua & omnia elementa. Unde nihil erit ibi a quo dicatur una pena. Vel quarto modo: Si juſtus vix,] Ideſt, vi crucis, [ſalvabitur] X enim ſi figuram habet crucis; [Impius & peccator ubi parebunt] qui virtutem crucis vel recipere noluerunt, ſicut impius] qui extitit infidelis: vel receptam dimiſerunt per peccata, ſicut [peccator,] qui fidem habens non addit opera. Vel alio modo ſic

a Si

a Si juſtus vix ſalvabitur] ideſt, per fidem & virtutem quinque vulnerum Jeſu Chriſti. Vix enim tres habet litteras. Prima eſt, V, quæ ſignificat quinque: Secunda, I, quæ ſignificat Jeſum: Tertium, X, quæ ponitur loco diviſionis Chriſti: Si inquam ſic eſt. *b* Impius, &c.] quaſi diceret, nuſquam bene erunt. Parere enim dicit bene eſſendi circumſtantiam. Et ſumptum eſt hoc de *Prov.* 11. Si juſtus in terra recipit: quanto magis impius & peccator? *c* Itaque, &c.] Hic ſenio docet eos quemadmodum ſe tenere debent in patiendo, ut ſcil. nihil de ſe confidant, ſed in Deo totam ſpem ponant, ſuas animas ipſi commendantes. Continuatio: Quia a domo Dei incipit judicium (Itaque) ideſt, igitur. *d* Et hi, &c.] ideſt, propter juſtitiam & conſervationem fidei (Secundum voluntatem Dei) hoc dicit, quia Deus vult ipſos pati, ut ſic deſęcati a ſordibus, puri & mundi appareant in conſpectu Dei; quia 1. *Theſſ.* 4. Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Vel (Secundum voluntatem Dei) ideſt, qui propter hoc & ad hoc finaliter patiuntur, ut impleatur voluntas Dei quæ eſt ut ipſi ſalventur 1. *Tim.* 2. Qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vel ſic (Qui patiuntur) & ſupple, vivunt. *e* Secundum, &c.] ideſt, ſine culpa. Unde & hic dicitur (In benefactis) ideſt, cum benefaciant, bene patiuntur. Unde *ſap.* 4. Melius eſt enim benefacientes, ſi velit voluntas Dei, pati quam malefacientes. Hi inquam.

f Commendent animas ſuas] non cuicumque, ſed

g Creatori] qui amat animas; *Sap.* 11. Et nunquid ſecure poſſunt ei commendari? Ita: quia.

h Fideli] qui tutum reſtituet. Unde 2. *Tim.* 1. Scio enim cui credidi; & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem. Quidam libri habent (Commendant) & ſecundum hoc notatur ibi una utilitas ſic patiendi pro Chriſto: quia qui ſic ſecundum voluntatem Dei patiuntur, Deum ſibi & quodammodo ſe Deo obligant & aſtringunt: ſicut dicitur quod aliquis qui debet alii ſervire per aliquod tempus conventione facta inter eos de mercede ſervientis, quod ille ſerviens commendavit ſe ei cui ſervit; & uterque obligatur & aſtringitur alteri: Sic accipitur commendare. 1. *Reg.* 1. Ubi Anna ſic loquitur de Samuel filio ſuo: Idcirco & ego commendavi eum Domino cunctis diebus quibus fuerit accommodatus Domino.

EXPOSITIO CAP. V.

SEniores, &c.] Quarta pars & ultima ſecundæ partis Epiſtolæ in qua oſtendit qualiter ſe debent habere circa has conditiones, Prælatus & ſubditus. Et ſpecialiter inſtruit Seniores, & hoc ultimo loco, quia minus debent ipſi indigere inſtructione quam alii minores. Et ſignificatum eſt *Joann. ultim.* Ubi Dominus dixit Petro bis, paſce agnos; & ſemel tantum, paſce oves; Per agnos minores, per oves majores. Dividitur autem hoc capitulum in ſex partes. Primo enim obſervando monet ſeniores: Secundo minores invitat ad obedientiam & ſubjectionem, *ibi* (Similiter, &c.) Tertio omnes tam majores quam minores invitat ad humilitatem, *ibi* (Omnes enim, &c.) Quinto omnes invitat & hortatur ad ſobrietatem & vigilantiam contra inſidias Diaboli, qui circuire inſidiando non ceſſat, *ibi.* [Sobrii, &c.] Quinto ne ipſi deſperarent quia tantum habent adverſarium, conſolatur eos, *ibi* [Scientes, &c.] Sexto, & ultimo oſtendit per quem Epiſtulam iſtam miſit eis, quia per Sylvanum, hortans eos ut in oſculo pacis ſe invicem ſalutent, *ibi.* [Per Sylvanum, &c.] Dicit ergo: *k* Seniores.] Hæc pars prima dividitur in tres. Primo enim obſecrat Seniores ut paſcant gregem ſibi commiſſum, oſtendens multis rationibus quod hoc debent facere, *ibi* [Seniores.] Secundo oſtendit modum paſcendi, *ibi* [Providentes, &c.] Tertio finem, *ibi* [Et cum &c.] Monens itaque ad paſcendum gregem, oſtendit quatuor rationibus quod in hoc debent ei credere & obtemperare; Primo propter modum loquendi qui cum poſſet, ut Prælatus imperare, tamen obſecrat, *ibi* [Obſecro] Secundo propter favorem perſonæ, *ibi* [Conſenior] quia ſenibus eſt credendum; Tertio quia ipſe Chriſtum patientem vidit & multa pro eo ſuſtinuit, *ibi* [Et teſtis] Quarto quia tam dilectus a Deo fuit, quod ejus gloriam prælibavit in transfiguratione: Unde dicit. [Qui & ejus, &c.] Continuatio. Quia pati nos oportet & dignum eſt ut qui primi ſunt dignitate, ſint etiam primi in onere: Ergo ego. *m* Conſenior] officio & ætate: Unde meis monitis credendum eſt, quia *Job* 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. *n* Et teſtis paſſionum Chriſti,] & quia ipſum patientem vidi, & quia multa pro eo ſuſtinui: Captus enim fuit & ligatus ab Herode: *Actor.* 12. *o* Qui &] pro etiam, ſum (communicator gloriæ ejus) quam prælibavi in transfiguratione ejus. *Matth.* 17. & poſt dies ſex aſſumpſit Jeſus Petrum & Jacobum & Joannem fratrem ejus, & *Prov.* 11. duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Gloriæ dico. *p* Quæ in futuro revelanda eſt,) A

a Et ſi juſtus quidem vix ſalvabitur, *b* impius & peccator ubi parebunt? *c* Itaque *d* & hi qui patiuntur *e* ſecundum voluntatem Dei: *f* fideli *g* creatori *h* commendent *i* animas ſuas in benefactis.

CAP. V.

SEniores *k* ergo qui in vobis ſunt, *l* obſecro *m* conſenior, & *n* teſtis Chriſti paſſionum, *o* qui & ejus *p* quæ in futuro revelanda eſt, gloriæ *q* communicator: *r* Paſcite qui eſt in vobis *ſ* gregem Dei, *t* providentes non coacte, ſed ſpontanee *u* ſecundum Deum:

ideſt, cujus me fore ſpero participem in futuro. Vel. *q* Communicator] in reſurrectione, quia ei apparuit ipſa die reſurrectionis: *Luc.* 24. Quia ſurrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Vel Communicator,] in aſcenſione, quia ipſum vidit cum aliis Apoſtolis aſcendentem in cœlum. *Act.* Videntibus illis elevatus eſt. Ego inquam talis. *l* Obſecro,] ideſt, propter ſacra, vel per ſacra rogo, & moneo. *k* Seniores qui ſunt in vobis:] Non dicit ſuper vos, quia ſic debet præeſſe Prælatus aliis ut cordis humilitate omnibus ſubſit. Unde *Aug.* Honore coram vobis Prælatus ſit, timore coram Deo ſubjectus ſit pedibus veſtris. Et dicit (Obſecro) non impero, ut formam det Prælatis ne ſint proni ad imperandum, & maxime ſenioribus, quia 1. *Tim* 5. Seniorem ne increpaveris, ſed obſecra ut patrem. Et de quo obſecrat, ſubjungit: De hoc ſcilicet.

r Paſcite] verbo, exemplo, temporali ſubſidio. Propter hoc dictum eſt ter Petro *Joan ult.* Paſce, paſce, paſce.

ſ Gregem Dei qui in vobis eſt,] ſicut regnum in Rege: Vel (in vobis,) in vos, ideſt, quem debetis conſiderare non tanquam minorem, ſed vos communes exhibere ei. *Ezech.* 32. Rectorem te poſuerunt noli extolli: eſto in illis quaſi unus ex illis. Sed quidam ſeipſos paſcentes, gregem famelicum relinquunt. *Zacch.* 11. O paſtor & idolum, derelinquens gregem. Unde quidam dixit de talibus; Cum non paſcant, ſed paſcantur, non a paſco derivatur, ſed a paſcor paſceris. *Ezech.* 34. Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos. *t* Providentes.] Hic oſtendit modum paſcendi. Tria autem perficiunt hunc modum: Primum eſt ut etiam licet ipſi ſint inopes, non tamen prædicent cauſa inopiæ vitandæ, imo pure propter Deum; Unde dicit (Providentes;) Secundum eſt ut ſi ipſi non ſint inopes, ne inhient ad turpe lucrum, *ibi.* (Neque turpis;) Tertium eſt ut ipſi non appetant favorem vel dominium, *ibi.* (Neque ut dominantes.) Duo ergo removet a Prælatis; primum, avaritiam duplicem; Aut quæ poteſt excuſari cauſa inopiæ ſub prætextu indigentiæ, cum dicit. (Non coacte;) Aut quæ non habeat excuſationis colorem, ſed eſt turpe lucrum cum dicit. Neque turpis;] Et ſecundum, eſt dominium, cum dicit: (Neque dominantes, &c.) Dicit ergo: [Providentes:] Paſcite dico providentes in neceſſariis, ſi opus eſt etiam corporis, vel animæ quod majus eſt & hoc. [Non coacte,] propter inopiam, quaſi diceret, etſi indigetis rebus temporalibus, tamen propter illa habenda non prædicetis vel miniſtretis pabulum verbi Dei; ſed ſolo intuitu ſupernæ mercedis; Unde ſequitur. *u* Sed ſpontanee ſecundum Deum,] tripliciter; Primo ut nihil prædicetis niſi divinum. Contra illos qui pro quæſtu mendacia prædicant: & ſic ly [ſecundum] ſumitur materialiter: Vel [Secundum Deum,] ideſt ſervando formam quam Deus dedit in paſcendo & providendo gregi; & ſic ſumitur ly [ſecundum] formaliter; Vel [Secundum Deum,] ideſt ut Deum finem ponatis nihil aliud quærentes niſi ipſum: & ſic ſumitur ly [ſecundum,] finaliter. Et hoc eſt quod dicit *Apoſt.* 1. *Cor.* 9. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo; ſi autem invitus, diſpenſatio credita eſt mihi. Invitus, dicit *Gloſſ.* Ut qui neceſſitate hujus vitæ cogatur, & propter hoc prædicet. Unde *Auguſt. de ſermone Domini in monte*: Si coactus inopia rerum quæ temporali vitæ ſunt neceſſariæ, prædico Evangelium; alii per me habebunt mercedem, ego autem non, quia non ipſum Evangelium diligo, ſed ejus pretium in temporalibus conſtitutum: quod nefas eſt fieri ut non tanquam filius miniſtret quiſquam Evangelium, ſed tanquam ſervus, cui tradita eſt diſpenſatio, ut tanquam alienum erogans, nihil inde ipſe capiat præter cibaria. Unde expreſſe eſt hoc contra illos qui hac intentione audiunt Theologiam, ut ditentur vel ut pontificentur.

Neque

a Neque turpis lucri gratia] ſcilicet provideatis, vel prædicetis, ſicut faciunt illi, qui abundantes ſuperflua, vel congregant, vel quærunt, quaſi dicat, nullus amor quæſtus vos compellat, vel dignitatis appetitus, ſed intrinſecum ſit principium, ſcilicet honor Dei, vel utilitas. Unde dicit:

b Sed voluntarie] ideſt gratis, ſicut faciebat *Pſalm.* 53. dicens: Voluntarie ſacrificabo tibi.

c Neque ut, &c.] ſed miniſtrantes ſicut Dominus. *Matth.* 22. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, Et notandum, quod dicit: (Ut) quaſi dicat, non dico ſolum ut non dominantes, imo etiam, ut non videamini velle dominari. Hoc præceptum hodie tranſgrediuntur multi Prælatorum, qui plus ſe erigunt, quam poſſunt: ut valde bene competat eis illud *Iſa.* 16. Audivimus ſuperbiam Moab, ideſt Prælatorum, vel Clericorum carnalium: Superbus eſt valde; ſuperbia ejus, & arrogantia ejus, & indignatio ejus pluſquam fortitudo ejus. Et *Jerem.* 48. Superbus eſt valde: audivimus ſublimitatem, & arrogantiam, & ſuperbiam cordis ejus. Ego ſcio, ait Dominus, jactantiam, & arrogantiam ejus: & quod non ſit juxta eam virtus. Unde *Num.* 16. Multum erigimini filii Levi. Remotiſque impedimentis determinat bonum modum, dicens:

d Sed forma, &c.] ideſt perfectio: & hoc

e Ex animo] quaſi dicat, ex animo habere debetis, ut bene præſitis gregi, ut ſcilicet animus bene ſit diſpoſitus, & bene regat corpus. Et ſic (facti forma) ideſt, transformati ex animo bene regente corpus. Tria dixit: (Neque ut dominantes, &c.) in hoc notatur virtus humilitatis. (Sed forma) in hoc monet eos ad regulam, & exemplum exterioris bonæ converſationis: (ex animo) in hoc notatur bona interim diſpoſitio, & ſolicitudo mentis, quam habebat Apoſtolus, qui dicebat. 2. *Cor.* 11. Præter illa, quæ extrinſecus ſunt, inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Et notandum, quod dicit: (Forma) non utique ſubſtantialis, ſed accidentalis; & talis ſeparata a ſubjecto nihil eſt; ſic ergo Prælatus ſeparatus a grege ſuo, nihil eſt. *Job.* 18. Habitent in tabernaculo ejus ſocii ejus, qui non eſt. Item (Forma) dicit, ut ad ejus aſpectum alii majores informentur, & concipiant fœtus ſimiles; ſicut ad virgas Jacob concipiebant oves. *Gen.* 30. Sic fuerunt forma gregis antiqui Prælati. *Auguſt.* & ceteri Confeſſores, & Martyres, qui non cauſa dominandi, ſed potius laborandi prælaturas habuerunt, ſecundum quod docet *Apoſt.* 1. *Tim.* 3. Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. De hoc *Greg.* loquens in Paſtorali bene determinat formam Prælatorum, dicens: Notandum, quod pro illo tempore hoc dicitur: Si quis Epiſcopatum, &c. quo plebibus quiſquis præerat, prius ad martyrii tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile erat Epiſcopatum quærere, quando per hunc quemque dubium non erat ad ſupplicia graviora pervenire.

f Et cum apparuerit] Hic aperit & finem, & utilitatem. (Et cum, &c.) Chriſtus, qui modo eſt Deus abſconditus. *Iſa.* 45. Hoc erit in die judicii, quando revertetur, & ponet cum ſervis ſuis rationem. *Prov.* 7. In die plenæ Lunæ revertetur, &c.

g Percipietis] ideſt perfecte accipietis.

h Immarceſcibilem, &c.] ideſt gloriam interminabilem, quæ ſignificatur per coronam, quæ nec principium habet, neque finem. (Immarceſcibilem) quia nec uſu, nec ſenio minorabitur, nec deficiet, ſed ſemper in eodem ſtatu permanebit. Nec ſic eſt de gloria hujus mundi. Unde *Jac.* 1. Ita & dives in itineribus ſuis marceſcet. Vel coronam gloriæ appellat coronam, quæ erit ſuper gloriam ſubſtantialem data Prędicatoribus, & hæc eſt aureola: quia enim in rationabili vi optimum eſt prædicare: propter hoc Prædicatoribus prærogativa debetur ſuper gloriam ſubſtantialem, & hæc aureola: ſimiliter, quia in iraſcibili optimum eſt, ſuſtinere pro Chriſto mortem: propter hoc Martyres habent aureolam. Item quia in concupiſcibili optimum eſt, ab omni carnis, & mentis corruptione alienari, propter hoc Virgines habebunt aureolam.

i Similiter adoleſcentes] Secunda pars, in qua monet minores ad ſubjectionem, & obedientiam. Jam enim Senioribus inſtructis ad hoc, ut ſint forma gregis, non reſtat amplius, niſi ut ſubditos moneat informari forma ſibi propoſita. Et hoc eſt quod dicit: (Similiter) Primo ex animo non ficto, vel falſo exterius. Vos (adoleſcentes)

k Subditi eſtote Senioribus] non rebelles, quia *Prov.* 22. Adoleſcens juxta viam ſuam etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. *Pſal.* 118. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam. (Subditi ergo eſtote) obediendo. 1. *Reg.* 15. Melior eſt obedientia, quam victimę: & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum; quoniam quaſi peccatum hariolandi eſt, repugnare; & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Magnum enim eſt inobedientiæ vitium, ut dicit *Beatus Bern.* per quam Angelus cœlum, homo paradiſum, Saul regnum perdiderunt.

l Omnes autem, &c.] Tertia pars, in qua omnes tam Prælatos, quam ſubditos invitat ad humilitatem: & hoc facit, ut dicit *Gloſſ.* Ne Prælati audientes minores ſibi debere ſubjici, putarent ſubditis ſuis, & non ſibi jura humilitatis ſervanda eſſe. In hac parte ſic procedit. Primo monet omnes generaliter ad humilitatem non ſolum habendam, imo etiam aliis oſtendendam, & exhibendam, ibi: [Omnes autem, &c.] Secundo oſtendit cauſas tres, quare ſic eſt faciendum: Quarum prima eſt, quia Deus odit ſuperbiam, *ibi*: [Quia Deus] Secunda eſt, quia diligit humilitatem, *ibi*: [Humilibus autem, &c.] Tertiam concludit ex his duabus, quæ eſt via, quia Deus potens eſt, & ſuperbos punire, & humiles exaltare, *ibi*: [Humiliamini, &c.] Tertio finem, & utilitatem humilitatis oſtendit, *ibi*: [Ut vos exaltet] Quarto modum humiliandi ſe, *ibi*: [Omnem ſolicitudinem] Et cauſam modi, *ibi*: [Quoniam ipſi, &c.] Eſt autem triplex humilitas; quoad ſe, & hæc attenditur in pœnitentia. Quoad Chriſtum, & hæc eſt in proximum, licet minores, mundi apud Deum honore, & reverentia. Item quoad inimicos, & perſecutores, & hæc probatur in patientia. Unde dicit *Gloſſ.* ſuper illud: [Humiliamini, &c.] Humilitatem dicimus, vel quando aliquis pro abluendis peccatis incipit ſalubriter atteri, vel quando ſpontanea mentis devotione, perfectiores Deo proximis humiliantur, vel quando contra perſecutores virtute patientiæ invictus animus armatur. Dicit ergo: [Omnes autem,] Continuatio: Non ſolum Prælatos ad providentiam gregis moneo, vel ſubditos ad ſubjectionem, vel obedientiam Prælatis.

a neque turpis lucri gratia, *b* ſed voluntarie *c* neque ut dominantes in cleris, *d* ſed formam facti gregis *e* ex animo. *f* Et cum apparuerit princeps paſtorum, *g* percipietis *h* immarceſcibilem gloriæ coronam. *i* Similiter adoleſcentes *k* ſubditi eſtote Senioribus. *l* Omnes *m* autem invicem humilitatem *n* inſinuate: *o* quia Dominus ſuperbis *p* reſiſtit; humilibus autem dat gratiam. B

m Autem] ideſt ſed.

l Omnes] vos, & majores, & minores.

n Inſinuate invicem humilitatem] ideſt manifeſtate, & oſtendite, ut ſitis ſemper parati unus aliis humiliter ſubvenire; & hoc notatur per verbum inſinuandi; quod enim in ſinu eſt, promptum, & paratum eſt. Aliud etiam notatur, ut ſcilicet humilitas ſit cum charitate, quia quod in ſinu eſt, calidum eſt; quaſi diceret, charitatis calore humilitatem extrahentes, bonæ converſationis exemplum aliis propinate. Hic eſt ſinus, ſcilicet charitas, in quo manus Moyſi retracta ſecundo a lepra ſanata eſt, quia *ſup.* 4. Charitas operit multitudinem peccatorum. *Exod.* 4. Sed quid eſt, quod primum manum in ſinu poſitam protulit leproſam? Hoc eſt, quia cum homo primo habens gratiam, opera quæ fecit prius conſiderat leproſa ea invenit, & quaſi omnino deficientia; ſed cum factus perfectior, opera ſua facta in gratia ad ſinum reducit charitatis, munda invenit ea a lepra peccati. Vel primo mittit manum in ſinum, qui Deum ſe dicit diligere, & revera multa bona propter Deum facit; & tamen odit proximum. Et propter hoc manus ejus, ideſt opera ſunt leproſa, ſed tamen ſecundo manum mittit in ſinum, ut compleat ſecundum mandatum charitatis, ſcilicet, ut cum Deo diligat proximum; tunc ſine lepra fiunt opera, quæ facit. Et propter hoc dicit: [Inſinuate] quaſi, in humili converſatione permanentes, & charitatem in vobis ad Deum tenete, & exterius proximo oſtendite. Vel ſi eſt, *ibi*: [Enim] tunc continuatur ſic, Quaſi, volo Prælato providere gregi, & ſubditos obedite Prælatis; & ſic utrobique erit humilitas. [Enim] ideſt, quia [Omnes, &c.] Subjungit cauſas quare debent humiliari. Prima eſt,

o Quia Dominus ſuperbis reſiſtit] Odit enim ſuperbiam. *Eccl.* 10. Odibilis Deo, & hominibus ſuperbia.

p Humilibus autem dat gratiam] Hæc eſt ſecunda cauſa, quia diligit humiles. Unde & humilitatem docuit. *Matth.* 9. Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Humiles autem vocat hic *Gloſſ.* pœnitentes. Item legitur *Jac.* 4. Deus ſuperbis reſiſtit, &c. Et ibi expoſitum fuit. Sumptum autem eſt hoc de *Prov.* 29. Superbum ſequitur humilitas, humilem autem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Et quia ita eſt, ergo.

a Humiliamini igitur ſub potenti *b* manu Dei, ut *c* vos exaltet in tempore *d* viſitationis, omnem ſolicitudinem *e* veſtram projicientes *f* in eum, *g* quoniam ipſi cura eſt de vobis, *h* Sobrii eſtote, *i* & vigilate, quia *k* adverſarius veſter diabolus, tanquam *l* leo rugiens *m* circuit, quærens quem devoret, *n* Cui reſiſtite fortes *o* in fide, ſcientes eamdem paſſionem ei, quæ in mundo eſt, veſtræ *p* fraternitati fieri. *q* Deus *r* autem omnis gratiæ *ſ* qui vocavit nos *t* in æternam ſuam gloriam in *u* Chriſto Jeſu, modicum paſ-

a Humiliamini igitur ſub, &c.] Et eſt hæc tertia cauſa quare debent humiliari, quia humilibus poteſt Deus retribuere, & ſuperbos punire. *Unde* dicit, in qua. Manus enim, & munera diſtribuit amicis, & inimicos percutit, quaſi dicat: (Humiliamini) ut manum Dei apertam inveniatis ad largiendum, & clauſam ad feriendum: quam ſuperbi invenient clauſam ad dandum, & apertam ad puniendum. *Deut.* 23. Et vindictam retribuet in hoſtes eorũ, & propitius erit terræ populi ſui. Et dicit:

Jac. 4. q. 1. 6. nullis. *Luc. 12.*

b Dei] ut per hoc omnes inſtruat, ut quicquid faciunt ſibi ſubjicere, retorqueant ad Deum per ſinceram intentionem. Sed quis finis iſtorum, vel utilitas? Hæc ſcilicet,

D

c Ut vos exaltet, &c.] ideſt in die judicii quando in virga viſitabit iniquitates malorum, & pacem viſitationem bonorum; ſicut ipſemet promittit. *Iſai.* 60. De hoc *ſup.* 2. Glorificent Deum in tempore viſitationis. *d* Omnem ſolicitudinem] Hic determinat modum humiliandi ſe: & eſt quarta particula hujus partis, dico, humiliamini vos, dico,

e Projicientes] ideſt procul a vobis abjicientes, ut nihil a vobis vos putetis facere, ſed totum a Deo, Quid enim habes quod non accepiſtis? & quid ergo gloriaris ac ſi non acceperis? 1. *Cor.* 4. (Omnem ſolicitudinem) ideſt finem ſolicitudinis, vel executionem. Et in hoc notat, quod primo debet homo facere, quod in ſe eſt, præparando ſe ad gratiam Dei; aliter eſſet tentare Deum,

e (Projicientes) Dico.

f In eum] ideſt Deum, qui fidelis eſt. Unde *Auguſt.* Projice te in eum: non enim tam crudelis eſt, ut ſe ſubtrahat ut te abjiciat, & te cadere permittat. Et *Pſal.* 14. Jacta cogitatum tuum in Domino. (Solicitudinem) dicit Triplex eſt autem ſolicitudo. Prima providentiæ ſpiritualis quoad animam. De qua 1. *Cor.* 7. Qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt Domini, quomodo placeat Deo: ſecunda providentiæ temporalis quoad corpus. De qua 1. *Cor.* 7. Volo vos ſine ſolicitudine eſſe, non quia mala ſit, ſed quia impediat a majori bono, ſcilicet a contemplatione æternorum. Tertia avaritiæ, vel curioſitatis. *Matth.* 6. Dico vobis, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Et *Prov.* 10. Expectatio juſtorum lætitia; ſpes autem impiorum peribit. Prima præcipitur: ſecunda permittitur: tertia prohibetur. De duabus hic loquitur. Unde dicit *Gloſ.* (Solicitudinem) animæ, & corporis. Et dicit (In eum,) ut ſcilicet ei firmiter adhæreamus. Unde *Gloſ.* Tanquam anchoram in mari. Et *Pſal.* 72. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. Et quare? Quia 1. *Cor.* 6. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. Et ſubjungit cauſam modi, dicens: *g* Quoniam ipſi cura eſt de vobis] *Sap.* 6. Puſillum, & magnum ipſe fecit: & æqualiter eſt illi cura de omnibus. *h* Sobrii, &c.] Quarta pars cap. in qua omnes hortatur ad ſobrietatem, ut ſic poſſint vigilare contra inſidias diaboli, qui inſidiando non ceſſat circuire. Continuatio: Non ſolum vobis eſt neceſſaria humilitas, vel ſpes in Deum, imo etiam ſobrietas, quoad repreſſionem malorum deſideriorum, & motuum corporis, & vigilantia, vel circumſpectio quoad recuſationem inſidiarum diaboli. Ergo (Sobrii eſtote) compeſcendo carnis deſideria, quæ militant adverſus animam, *ſup.* 2. Eſt autem ſobrietas virtus ſpecialiter ſemper, motus gulæ refrænans. De qua *Eccl.* 31. Sanitas eſt animæ, & corporis ſobrius potus. *Eccl.* 37. In multis eſcis eſt infirmitas; & aviditas appropinquabit uſque ad choleram: propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam. Sed quia ſobrietas cauſa eſt vigilantiæ, ſecundum quod dicitur *Dan.* 6. Cibique non ſunt allati coram eo, ideſt coram Rege; inſuper & ſomnus receſſit ab eo; propter hoc ſubjungit: *i* Et vigilate] ne vos occupet dormientes. Unde *Marc.* 13. Videte, vigilate, & orate. Ita legitur 2. *Reg.* 4. Quod Isboſeth dormiens ſuper ſtratum ſuum meridie, interfectus eſt a duobus filiis Remon Berothite, Rechab, & Baana. Et quare vigilandum ſit, ſubjungit:

Triplex ſolicitudo.

k Quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens,] ut ſic deterreat mentes fidelium, ne vox veritatis audiatur. *l* Circuit] ideſt, circum viam, & non intrat in viam. *m* Quærens quem devoret] Unde *Job* 1. Circuivi terram. *Job* 18. Abſcondita eſt in terra pedica ejus, & decipula ejus juxta ſemitam. Unde ſi ſimus in via, non poſſumus timere eum: quia ſicut ipſe viam circuit, ſic miſericordia Domini circundabit nos. Dicit hic *Gloſ.* notabilis: Circuit tamquam hoſtis clauſos obſidens muros, an ſit aliqua pars murorum minus ſtabilis, cujus aditu ad interiora penetretur: effert oculis formas illicitas, & faciles voluptates, ut viſu deſtruat caſtitatem: aures per canora tentat, ut molliat Chriſtianum rigorem, linguam convitio provocat, manum injuriis laceſſentibus ad cædem inſtigat; honores terrenos promittit, ut cœleſtes adimat, & cum latenter non poteſt fallere, apertos addit terrores. In pace ſubdolus, in perſecutione violentus, contra quem animus tantum debet eſſe paratus ad reſiſtendum, quantum ille paratus eſt ad impugnandum. Et propter hoc ſequitur.

n Cui reſiſtite fortes in fide] Hæc eſt enim victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. 1. *Joan.* 5. Unde *Jacob* 4. Reſiſtite autem diabolo, & fugiet a vobis. Notandum autem eſt, quod diabolus comparatur leonis, quia ſuperbus eſt. *Job* 41. Omne ſublime videt: Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. *Jer.* 48. Superbus eſt valde. Quia crudelis eſt. *Jer.* 6. Crudelis eſt, & non miſerebitur. Quia fortis. *Job* 41. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei, qui factus eſt, ut nullum timeat. *o* Scientes, &c.] Hæc eſt quinta pars cap. ubi conſolatur eos, quia de tanto adverſario præmiſit. Dat eis duplicem conſolationem. Prima eſt, quia non ipſi ſoli patiuntur, ſed omnes, qui fuerunt ab initio mundi, *ibi*: (Scientes, &c.) Secunda eſt, quia ipſi bonum habent adjutorem, *ibi*: *q* Deus autem omnis gratiæ, &c.] Continuatio: Dico, reſiſtite: (Scientes eamdem paſſionem] ideſt eaſdem inſultationes diaboli.

p Fieri fraternitati veſtræ, quæ eſt in mundo] ideſt fratribus veſtris, qui per mundum ſunt diſperſi, ut tandem congregentur in horreum Paradiſi. Unde & majorem fiduciam concipere debetis, & libentius ſuſtinere. Unde Tobiæ dictum eſt. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te. *Tob.* 12. (Deus autem) Secunda conſolatio eſt, quia Deus, qui vocavit eos perficiet, & confirmabit. Unde non debent deſperare, qui tantum habent adjutorem. Continuatio: quaſi nolite timere adverſarium, vel in tentatione deficere, quia non ſolum habetis omnes juſtos ſocios paſſionum. *r* Autem] ideſt, (Deus omnis gratiæ) dator, ſcilicet triplicis, naturalis, acquiſitæ, & infuſæ: Naturalis, ſicut uſus potentiarum animæ; acquiſitæ, ſicut ſunt ſcientiæ: infuſæ, ſicut ſunt virtutes. Vel (Omnis) ſcilicet naturalium, ut ſunt memoria, intelligentia, voluntas, ratio, ingenium, & hujuſmodi: dicuntur gratis datæ gratiæ non gratum facientes, ut pulchritudo corporis, venuſta membrorum diſpoſitio, gratia ſtudendi, vel legendi, vel miracula faciendi, & hujuſmodi, ſine quibus eſt ſalus: aut gratiæ gratum facientes, ut ſunt virtutes. Vel (Omnis gratiæ,) ſcilicet incipientis, concomitantis, & conſummantis. Vel (Omnis gratiæ) ſcil. bonorum temporalium, naturalium, & supernorum, ſive ſupercœleſtium. Vel (Omnis gratiæ) ſcilicet bonorum corporis, ſicut eſt ſanitas, & hujuſmodi bonorum animæ, ſicut eſt virtus; & bonorum utriuſque, ſicut eſt beatitudo, in qua utramque, ſcilicet ſtolam dabit. Vel (Omnis gratiæ) ideſt perfectæ, & hic in via: & ſic ſolum intelligitur de virtutibus infuſis, ſive quæ faciunt gratum. Unde dicit *Gloſ. Interl.* fidei, ſpei, & aliarum. Item perfectæ, ſcilicet in patria, ubi evacuabitur, quod ex parte eſt, cum venerit, quod perfectum eſt. 1. *Cor.* 13. Et dicit (Omnis) in ſingulari, quia ad unum finaliter datur gratia, ſcilicet ad Deum habendum. Vel dicit: (Omnis,) quia forſitan una eſt gratia omnis virtus, diverſos habens effectus, in quos diſtribuit ly (Omnis) Deus, dicit inquam. *ſ* Qui vocavit nos] per Scripturas, per prædicationem, per filii proprii miſſionem, per inſpirationem, per beneficia, per flagella, per comminationes, per promiſſiones. Et ad quid? *t* In æternam ſuam] ideſt, ut ſuæ gloriæ, quæ æterna eſt, ſitis participes: Ita tamen ſi permanetis *u* In Chriſto Jeſu] ideſt in fide ejus. Vel (in Chriſto Jeſu) ideſt per Chriſtum Jeſum, qui veniens evangelizavit nobis. Vocavit dico non tales quales fuiſtis prius, vel quales ſunt amatores mundi hujus, qui ſequuntur concupiſcentias, ſed *x* Paſſos] & hoc (modicum) & ſecundum tempus, & ſecundum qualitatem paſſionis, & ſecundum quantitatem in comparatione præmii, quod inde eſtis recepturi. 2. *Corinth.* 4. Id quod in præſenti momentaneum eſt, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. *Iſa.* 54. Ad punctum

in

Digitized by Google

in modico dereliqui te: momento indignationis abſcondi faciem meam parumper a te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. *a* Ipſe] ſcilicet, qui vocavit.
b Perficiet] rationem plena cognitione. *c* Confirmabit] voluntatem, quæ modo eſt fluida, omnimoda pace.

ſos *a* ipſe *b* perficiet, *c* confirmabit, *d* ſolidabitque. *e* Ipſi gloria *f* & imperium *g* in ſæcula ſæculorum, *h* amen. *i* Per *k* Sylvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, *l* breviter ſcripſi, *m* obſecrans & conteſtans *n* hanc eſſe veram gratiam Dei, in qua *o* ſtatis. Salutat vos Eccleſia, *p* quæ eſt in Babylone collecta; *q* & Marcus *r* filius. *ſ* Salutate invicem *t* in oſculo ſancto. *u* Gratia vobis omnibus *x* qui eſtis in *y* Chriſto Jeſu, amen.

Explicit Epiſtola beati Petri Apoſtoli prima.

d Solidabitque] memoriam, continua & infallibili rerum detentione. Et hoc eſt quod dicit B. *Beta*. Modo ratio jactatur opinionibus, & obſcuritatibus: voluntas fluctuat perturbationibus, memoria perturbatur oblivionibus. Sed qui replet in
D
bonis deſideriũ animæ, futurus eſt rationi plenitudo lucis; voluntati multitudo pacis; memoriæ continuatio æternitatis. Vel (Perficiet) rationabilem viſione ſui aperta, (Confirmabit) concupiſcibilem, dilectione perfecta, & integra, & vera: (Solidabitque) iraſcibilem, interminabili † confirmatione. Vel (Perficiet) contra mundum. (Confirmabit,) contra carnem. (Solidabit) contra diabolum. Vel (perficiet) contra concupiſcentiam oculorum (confirmabit) contra concupiſcentiam carnis (Solidabit) contra ſuperbiam vitæ. Unde 1. *Cor.* 10. Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere. Vel ſecundum *Gloſſ.* (Perficiet) virtutibus, quas jam habetis, alias neceſſarias ſuperaddendo. (Confirmabit) in tribulationibus patientiam dando: (Solidabit) timorem diſſolventem, ſcilicet humanum, vel mundanum auferendo, & charitatem, quæ reducit in unitatem Eccleſiæ conferendo. 1. *Joan.* 4. Perfecta charitas foras mittit timorem.

† comprehenſione.

e Ipſi gloria] ſit a nobis, quam ſemper in ſe habuit. *f* Et imperium] in nobis. *g* In ſæcula ſæculorum] ideſt tales ſitis, ut ipſum in cœleſti patria in æternum laudando glorificetis, qui vobis gratiam contulit in præſenti vita, ut in vobis ſit glorioſus, qui ineffabilis eſt in majeſtate ſua. *h* Amen] confirmatio eſt prædictorum.
i Per Sylvanum.] Sexta pars eſt cap. ubi oſtendit per quem eis hanc Epiſtolam miſit, quia per illum, qui ſibi erat neceſſarius, & utilis, in quo ſe eos multum diligere oſtendit. Dicit ergo: (Per Sylvanum fidelem) mihi & neceſſarium. *k* Fratrem vobis, ut arbitror, &c.] quaſi judicio meo pluribus indigeatis: Scripſi inquam. *l* Obſecrans] non imperans. *m* Et conteſtans] ideſt probans auctoritate Scripturarum. *n* Hanc, &c.] Hic commendat eos a fide, & operibus: tunc enim vera eſt gratia quando fidem ſequuntur opera. Vel (obſecrans) vos ſc. ut faciatis (hanc gratiam eſſe veram in vobis) non cadendo ab ea, ſed ſemper in melius proficiendo, *o* Salutat] Hic ultimo ſalutationem ſubjungit, monens eos ad oſculum pacis, dicens: (Salutat vos Eccleſia] ideſt congregatio fidelium. *p* Quæ eſt, &c.] a Deo ad gratiam fidei. Babylonem vocat Romam propter cultum idololatriæ. Et dicit: quia ſicut populus parvus numero, & captivus, propter deſiderium terræ plorabat ſuper filiam Babylonis, ſic Eccleſia adhuc parva, & rudis Romæ ſulgebat. Et per hoc patet, quod de Roma miſit hanc Epiſtolam.
q Et Marcus] Evangeliſta, ſcil. *r* Filius meus] quia ipſum convertit, & baptizavit, & in fide inſtruxit. Poſita ſalutatione eorum, monet ad mutuam ſalutationem, dicens:
ſ Salutate] vos (invicem) in ſignum communis fidei. Et modum ſubjungit cum dicit: *t* In oſculo ſancto] *Gloſſ.* pacifico, columbino, non ficto, non ſubdolo, non venenoſo. *Prov.* 27. Meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis. Et ſicut in exteriori oſculo labia conjunguntur, ſic debent in ſpirituali conjungi voluntates. *u* Gratia] Hic ſuam poſt alias ponit ſalutationem terminans in gratia ſicut a gratia incepit, ut ad locum unde exeunt flumina, revertantur. *Eccl.* 1. Dicit: (Gratia vobis omnibus) ideſt remiſſio peccatorum eſt, vel ſic. Et quia dixerat omnibus, ſubdit vobis, ſc. *x* Qui eſtis] permanentes fide, & operatione. *y* In Chriſto Jeſu. Amen. Hic eſt modus ſalutandi & Petro, & Paulo. Et hoc, quia uterque erat miniſter gratiæ generalis. *Rom.* 16. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

EXPOSITIO CAP. I.

Simon Petrus, &c.] Primitiva Eccleſia a duobus paſſa fuit. Primo a perſecutoribus, vel tyrannis. Secundo a

Incipit Argumentum in Epiſtolam ſecundam.

Simon Petrus per fidem huic mundo ſapientes mortuos eſſe declarat, eiſdemque pietatis quanta ſit magnitudo, luce ipſa clarius manifeſtat.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola ſecunda beati Petri Apoſtoli.

CAP. I.

Simon *z* Petrus, ſervus, & Apoſtolus Jeſu Chriſti, *a* his, qui *b* coæqualem nobiſcum ſortiti ſunt fidem

falſis fratribus, vel hæreticis. Petrus igitur doctor Eccleſiæ, & inſtructor. In prima Epiſtola munivit Eccleſiã contra perſecutores, vel tyrannos. Unde & in illa invitavit ad patientiã, in hac ſecunda munit Eccleſiam contra hæreſes, unde & invitat ad ſapientiam. In perſecutionibus enim neceſſaria eſt patientia; ſed contra hæreticos neceſſaria eſt ſapientia. Hæ ſunt duæ alæ datæ mulieri, ideſt Eccleſiæ. *Apoc.* 12. Et datæ ſunt mulieri alæ duę aquilæ magnę, ut volaret in deſertum in locum ſuum, ubi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis a facie ſerpentis. Dividitur autem hæc Epiſtola in tres partes ſecundum quod continet tria cap. In prima hortatur, & monet ad conſtantiam fidei; & hoc in primo cap. In ſecunda oſtendit, quare debent eſſe conſtantes in fide, quia ſcil. multi venient hæretici, qui eos avertant a fide niſi fuerint conſtantes, ibi: (Fuerunt vero, &c.) *inf.* 2. In tertia parte, ut ipſi conſtantiores ſint, & fortiores ad reſiſtendum hæreticis, judicium futurum oſtendit, & errorem hæreticorum cauſamque deceptionis eorum aperit, & ideo hanc Epiſtolam a ſe ſcriptam oſtendit, ibi: [Hanc ecce vobis chariſſimi, &c.] *infr.* 3. Prima pars, ſcil. primum cap. dividitur in tres partes, quia primo ſalutationem præmittit. Secundo, quæ ſunt neceſſaria ad hoc, quod ipſi conſtantes in fide, oſtendit, ibi; [Gratia vobis. &c.] ſecundum quoſdam, vel ſecundum alios & melius, ibi: [Quomodo omnia, &c.] In tertia monet eos ad conſtantiam tum a parte ſui, tum auctoritate Chriſti, ibi: [Juſtum autem arbitror, &c.] Dicit ergo.
A
z Simon Petrus] Sed quęritur hic, quare in prima Epiſtola non appoſuit hoc nomen Simon, ſed tantum dixit Petrus? Item quare non appoſuit hoc nomen ſervus, hic autem apponit? Solutio: In prima Epiſtola tantummodo poſuit hoc nomen Petrus, quia tunc invitabat eos ad patientiam: quaſi dicat, ego firmus ſum ad ſuſtinendam perſecutionem, & expertus; & ſic volo vos eſſe. Petrus enim interpretatur agnoſcens, quaſi dicat: experto credite. Nec poſuit ibi nomen ſervitutis ad innuendum, quod perſecutiones non debent ſerviliter ſuſtineri, quia dignitates ſunt. *Act.* 5. Et illi ibant gaudentes a conſpectu Concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati. In hac autem Epiſtola, quia invitat ad ſapientiam, pręmittit nomen humile, ſcilicet Simon, & nomen dominii, ſcilicet Petrus; ut per hoc notet, quod in obedientia, & conſtantia fidei eſt firmiter permanendum. Dicit itaque [Simon Petrus, & Apoſtolus Jeſu Chriſti.] Commendatur autem perſona ſcribentis ab obedientia, cum dicit: [Simon] quia interpretatur obediens. Item a ſtabilitate, & veritatis cognitione cum dicit: [Petrus] Ab humilitate cum dicit: [Servus] Ab officio cum dicit: [Apoſtolus] Ab auctoritate, & dignitate cum dicit: [Jeſu Chriſti] qui eſt Deus rex noſter ante ſęcula, &c. ut dicit *Pſ.* 73. *a* His qui, &c.] Hoc dicit, quia omnes fideles unum ſunt in fide, quod non erant proſelyti cum Judęis in lege. *Gal.* 3. Non eſt Judęus, neque Gręcus; non eſt ſervus, neque liber; non eſt maſculus, neque femina: omnes enim vos unum eſtis in Chriſto.
b Nobiſcum ſortiti ſunt fidem] ideſt divina electione adepti. Et dicit [ſortiti] quia ſine perſonarum acceptione fidem receperunt, ſicut ſors perſonam non accipit. Hic commendat eos, quibus ſcribit, a fide quam receperant, & opere exercebant. Sed quęritur hic, quare mutat perſonam, qui prius ſingulariter, & in tertia perſona locutus eſt, dicens: Simon, &c.] modo loquitur pluraliter, & in ſecunda cum dicit: [Nobiſcum] Solut. jam patet, quia prius commendabat ſe a conſtantia, in qua erat unus, & ſingularis: ſed modo commẽdat illos a gratia fidei, in qua ipſe communis eſt

illis. Unde cum illis connumerat ſe, dicens: (Nobiſcum, &c.) Sortiti ſunt dico. *a* In juſtitia Dei noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti] Hæc eſt juſtitia, quam Salvator noſter in Evangelio oſtendit, ut dicit *Gloſſ.* *Matth.* 5. Niſi abundaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. (Juſtitia Dei) ideſt, quam fecit Deus noſter in nobiſipſis. Unde hoc nomen juſtitia comparata ad genitivum, ſumitur active; comparata autem ad illos, in quibus fit, formaliter. Secundum quoſdam hic terminatur ſalutatio, ſed tunc oportet ſupplere ſic; his, qui tales ſunt, mittit ſalutem Simon Petrus, & illa ſecundum alios non terminatur hic; & tunc ſuſpenſivum eſt totum a principio uſque ad illud: (Per quem, &c.) & ſub una periodo legitur, & ſic continuatur: his ſcil. qui prædicti ſunt, mittit Simon Petrus, &c. hanc ſalutem.

a in juſtitia Dei noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti, *b* Gratia vobis, *c* & pax adimpleatur *d* in cognitione Dei, & Chriſti Jeſu Domini noſtri; *e* Quomodo omnia *f* nobis *g* divinæ virtutis *h* ſuæ, quæ ad *i* vitam, & pietatem, *k* donata ſunt per cognitionem ejus, *l* qui vocavit nos propria *m* gloria, *n* & virtute: *o* per *p* quem maxima, *q* & pretioſa nobis *r* promiſſa donavit, ut per *s* hoc efficiamini divinæ conſortes *u* naturæ fugientes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionis:

b Gratia vobis, &c.] Gratia, ut ſitis in fide conſtantes ne vacilletis tentati: (Pax) ut ſitis corde integri ne turbetis, per diviſiones hæreſum pulſati.

c Adimpleatur] utrumque impletur per operationem, ſed adimpletur per longanimitatem, quando ſcilicet eſt perſeverantia uſque ad finem. Sed quare hic dicit, (adimpleatur) cum in prima Epiſtola dixerit, multiplicetur. Solut. Quia hic loquitur eis, qui jam habent fidem, & non indigent, niſi ut confirmetur, & adimpleatur: vel quia in prima Epiſtola loquebatur incipientibus ſecundum ſtatum præſentem, ubi multiplicatur gratia per fidem: in hac vero loquitur perfectioribus, & pro ſtatu futuro, ubi adimplebitur per ſpeciem, vel apertam viſionem, ſic ſolvit *Gloſſ.* Adimpleatur dico

d In cognitione Domini noſtri Jeſu Chriſti] ideſt, ut cognoſcatis Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quia hæc eſt vita æterna. *Joan.* 17. Ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum.

e Quomodo omnia, &c.] Secunda pars cap. in qua oſtendit quæ ſunt neceſſaria ad conſtantiam fidei. Quia duo: Primum eſt cognitio utilitatis fidei, de quo dicit: (Quomodo, &c.) Secundum eſt radicatio fidei per opera bona, de quo dicit, ibi: (Vos autem curam, &c.) Utilitas autem fidei eſt in tribus: quia per fidem Jeſu Chriſti, & ejus cognitionem data ſunt nobis bona, per quæ vitam præſentem poſſumus & bene regere, & bene ordinare. Unde dicit: (Quomodo omnia, &c.) Item, per quæ vitam futuram poſſumus obtinere. Unde dicit: (Per quem, &c.) Item, per quæ poſſumus hujus mundi, mala ſcilicet vitia vitare. Unde dicit: (Fugientes) Dicit itaque: (Quomodo, &c.) non eſt ibi periodus, ſed totum dependet a præcedentibus. (In cognitione) ideſt, ut cognoſcatis quomodo, ideſt quam plene, & perfecte.

k Donata ſunt] nobis per gratiam ejus.

f Omnia] ſcilicet dona, non infirmitatis, ſed

g Divinæ virtutis ſuæ] non modica, ſed magna, quia

h Quæ ad vitam] in nobis, & pietatem ad proximum ſunt, ſcilicet ſufficientia: vel (vitam) in futuro obtinendam.

i Et pietatem] in præſenti exercendam. Dona dico virtutis dedit, & hoc: (Per cognitionem ejus,) ſcilicet Salvatoris.

l Qui vocavit nos] ſpecialiter Apoſtol. *Matth.* 4. & *Marc.* 1.

m Propria gloria ſua] ſcilicet non noſtra, qui eramus idiotæ, & ſimplices. 1. *Corinth.* 1. Infirma mundi elegit Deus.

n Et in virtute] ideſt miraculis, quæ coram nobis fecit. Vel ſpecialius.

l Nos] ideſt me, & Jacobum, & Joannem in ſua transfiguratione in monte Thabor. *Matth.* 17. Ubi eum vidimus in propria gloria, quando facies ejus reſplenduit ſicut Sol, & veſtimenta ejus ſicut nix fuerunt alba: & virtute, quando Eliam, & Moyſen cum eo audierunt, & viderunt loquentes. Unde & Petrus ſtupefactus dixit: Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Eliæ unum, neſciens quid diceret. Vel generaliter: (Qui vocavit nos,) omnes fideles ad ſalutem: Propter hoc enim, ut ſcilicet nos ſalvaret miſſus in mundum. *Iſai.* 43. Propter vos emiſi Babylonem (Propria gloria, & virtute) ſcilicet in ſua virtute glorioſa, etſi apparuit in infirmitate. Vel [Propria gloria, & virtute] meritis, ut de bonis, quæ facimus, vel habemus, propria ejus ſit gloria. Et per hoc quod dicit: [Virtute) notatur difficultas, quæ eſt ex parte peccatoris redeundi ad gratiam. Senſus ergo verborum eſt, propter hoc opto, ut gratia, & pax vobis adimpleatur, ut cognoſcatis, quam utilia ſunt dona, quæ dedit vobis Deus per cognitionem ſui, & fidem. Et primum eſt, quod ſunt utilia, quia ad vitam præſentem ordinandam. Unde dixit: (Quæ ad vitam) Et ad alia duo, quæ ſequuntur. Et notate, quod tria dixit: (Donata divinæ virtutis) & (quæ ad vitam, &c.) Quibus reſpondent hæc tria, quæ ſequuntur: (Quia quod donat vel dat nobis, hoc eſt pietatis, & benignitatis:) Et huic reſpondet illud.

l Qui vocavit nos] ex pietate ſua, & benignitate. Item, quia ſolus dat, hoc eſt virtutis. Et huic reſpondet illud: (propria virtute.) Item, quia tanta dat, quæ ad vitam ſufficiunt ordinandam, hoc eſt bonitatis. Unde huic reſpondet illud.

m Propria gloria] Sequitur ſecunda utilitas, promiſſio ſcilicet vitæ æternæ, & adeptio, non ſolum Apoſtolis, qui de Judæis fuerunt, quibus ſpecialiter fuit miſſus Chriſtus, ſed & Gentibus, quæ in eum credere voluerunt. Unde dicit:

n Per *o* quem] Salvatorem ſcilicet, vel per quæ dona, vel per quam cognitionem ejus.

ſ Donavit] vobis de Gentibus converſis, qui Deum carnaliter, ſicut nos non videtis.

p Maxima & pretioſa] dona, ſcilicet vitam æternam,

q Nobis] Judæis, ideſt, de quibus nos Apoſtoli ſumus.

r Promiſſa] per Prophetas. Bonum naturæ magnum eſt, bonum gratiæ majus, ſed bonum gloriæ maximum. Bonum naturæ non dicitur pretioſum, ideſt pretio emptum; ſimiliter nec bonum gratiæ, quia datur ſine pretio, & gratis: ſed bonum gloriæ non datur ſine pretio, quia non datur ſine meritis; & propter hoc dicitur pretioſum. Vel ſecundo modo, per quam cognitionem [donavit] ille, qui nos vocavit, omnibus nobis, & Judæis, & de Gentibus converſis. Maxima, & pretioſa] per Spiritus ſancti ſacramenta, quæ Spiritus ſanctus nobis reſeravit, quæ ſunt pretioſa, non quia habentur pretio, ſed quia ſervantes faciunt pretioſos Deo. Notandum autem eſt, quod Spiritus ſanctus habetur pretiu, non in quantum juſtificans, ſed in quantum docens in finem, & confirmans; quia radicatio virtutum non habetur niſi per bona opera. Vel tertio modo: Per quæ dona nobis ſpecialiter Apoſtolis, [maxima, & pretioſa.] ideſt operationem miraculorum in Gentibus, ſicut promiſerat. *Joan.* 14. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet. Sed quia poſſet aliquis dicere, ſi vobis donavit, non ergo nobis: Propterea removet hoc, dicens:

s Ut per hoc] quaſi non ſolum nobis propter vos donavit, ſed ut a vobis tranſirent ad nos: Et hoc eſt, [Ut per hoc, &c.] *Gloſſ.* Continuat ei, quod dictum eſt: Gratia vobis ſit, & pax. Et per hoc efficiamini conſortes divinæ naturæ, ideſt per electionem participes: non ut divina natura pars ſit veſtri; ſed participes ſitis videndo Dominum, diligendo, & delectando: Et ſic genitivus conſtruitur in habitudine cauſæ non materialis, ſed efficientis, formalis, & finalis. Ipſe enim Deus, qui eſt divina natura, & finis noſter eſt, & per gratiam, quæ informat, nos ſuæ gloriæ facit participes. Conſortes dico, ita tamen ſi fueritis.

u Fugientes corruptionem ejus concupiſcentiæ, quæ eſt in mundo.] Hæc eſt concupiſcentia oculorum. Sed quare non dixit, fugientes concupiſcentiam carnis, vel ſuperbiam vitæ? Solut. Quia concupiſcentiam carnis omnino non poteſt devinci; unde eam fugere non poſſumus: ſed contra eam ſanctificandum eſt prælium, ut ſpiritui ſubjiciatur. Item ſuperbia vincitur reſiſtendo. Unde in 1. *Epiſtola* 5. Cui reſiſtite fortes in fide. Sed concupiſcentiam mundi omnino poſſumus evitare; & propter hoc eam dicit eſſe fugiendam. Vel per corruptionem concupiſcentiæ accipitur hic libido, quæ eſt improba voluntas, a qua procedit omne malum. Sic accipitur ſuper illud *Rom.* 7. Concupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum, niſi lex diceret: Non concupiſces. *Gloſſ.* Bona eſt lex, quæ dum concupiſcentiam prohibet, omne malum prohibet. Et ſic oſtendit hic, quod per bona, quæ a Deo recepimus, poſſumus evitare omne peccatum. Et

hæc

Digitized by Google

nem. *a* Vos *b* autem omnem *c* curam *d* ſubinferentes *e* miniſtrate *f* in fide veſtra virtutem, *g* in virtute autem ſcientiam, *h* in ſcientia autem abſtinentiam, *i* in abſtinentia autem patientiam, *k* in patientia autem pietatem *l* in pietate autem *m* amorem fraternitatis, *n* in amore autem fraternitatis charitatem. *o* Hæc enim *p* ſi vobiſcum adſint *q* & ſuperent, *r* non vacuos, nec *ſ* ſine fructu vos conſtituent *t* in Domini noſtri *u* Jeſu Chriſti cognitione. *x* Cui *y* enim *z* non præſto *a* ſunt hæc, cæcus *b* eſt & manu *c* tentans,

hæc eſt tertia utilitas. a Vos autem, &c.] Secunda pars ſecundæ partis. Supra oſtendit quanta ſit utilitas cognitionis fidei. Per hanc enim cognoſcimus & vitam præſentem bene regere, & futuram acquirere, & mala fugere: & hanc eis optavit, ut dictum eſt. Modo oſtendit, quomodo fides poteſt radicari, & confirmari, quia per opera. In hac autem parte ſic procedit. Primo enumerat ea, per quæ fides poterit radicari, ponens octo gradus virtutum, quibus fugientes mundialis concupiſcentiæ corruptionē, ad habitationem regni aſcendere debemus, ut dicit *Gloſſ.* Secundo oſtendit utilitatem iſtorum graduum multiplicem, ibi: (Hæc enim ſi vobiſcum, &c.) Tertio, quia tam utiles ſunt, monet eos, & hortatur, ut hos gradus, & onera ſemper conſervent, ibi: (Propter quod vos incipiam, &c.) Hi autem gradus ſic diſtinguuntur, quia de operationibus virtutum hic agit, ſive de motibus. Omnis autem motus vel operatio eſt, a quo, in quid, & per medium. Tres igitur primi ſunt. Unde motus ſc. fides, virtus, & ſcientia. Fides, ut primum movens, quia fides movet ad omnia opera virtutum: virtus ut confirmans, & perficiens: ſcientia ut conſulens. Vel fides ut imperans: virtus ut eliciens: ſcientia ut dirigens. Quia enim fides eſt in intellectu, in quo non radicatur, propter hoc virtus eſt ei neceſſaria, quæ eſt in affectu, in quo radicatur fides. Sed his duobus habitis poteſt modo moveri ad opera: ſed quia hoc poſſet nimis præcipitanter facere, propterea adhuc indiget diſcretione, unde ſequitur ſcientia, quæ eſt auriga virtutum. Item tres modi ſunt, quaſi illud, per quod eſt motus: quia enim licet tres primi ſufficiant ad eliciendum, non autem eſt operatio, niſi ſit illud, quod elicitur, propter hoc ſequuntur partes juſtitiæ, quas eliciunt primi tres gradus, ſcilicet abſtinentia, patientia, & pietas. Abſtinentia, qua cavetur malum faciendum: patientia, qua cavetur malum non reddendum: pietas, qua ſit bonum. Sed quia nondum eſt operatio perfecta, niſi dum eſt informata, & debito modo ad finem ordinata, propter hoc ſequuntur alii duo gradus, amor fraternitatis, & charitatis, in quibus determinatur & finis, & forma operationis. Dicit ergo: (Vos autem.) Continuatio: Non ſolum fugite concupiſcentiam mundi.

b Autem] ideſt, ſed *d* Vos ſubinferentes] ideſt ſub Deo in vos ipſos ferentes. *c* Omnem curam] ideſt diligentiam bene operandi, ideſt: Deo auctoritatem, vobis ſubauctoritatem, vel miniſterium tribuentes.

e Miniſtrate] aliis per exemplum, etſi vobis ſufficit fides veſtra in vobis. Et per hoc quod dicit: (miniſtrate) patet, quod non eſt hic ordo habituum, ſed motuum. In his verbis determinat ſufficienter quomodo radicanda eſt fides, quia ſubinferendo omnem curam, & miniſtrando. Et ſubjungit per quæ vel quibus eſt radicanda, cum dicit:

f In fide, &c.] quaſi miniſtrantes (In fide veſtra virtutem) ideſt bene operandi fortitudinem. Eſt autem virtus in fide, ſicut forma in materia. Sicut enim corpus ſine anima mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt. *Jac.* 2. *g* In virtute autem ſcientiam] Eſt autem in virtute ſcientia, i. in fortitudine cordis, quæ diſſolutionem, & mollitionem amovet; ſicut Rex in regno, vel regens in eo, quod regitur, quia prudentia ponit in debitis circumſtantiis docens quid, quando, & qualiter faciendum, & ſic de aliis. Unde dicit *Greg.* Fortitudo, quæ plus poteſt, ſine moderatione rationis præceps ruit. Unde quodammodo adaptatur fortitudini virtuti fortitudo donum, & etiam fortitudinis dono combinatur donum conſilii. *Iſa.* 11. Spiritus conſilii, & fortitudinis, &c. In cujus rei ſignum Judæ Machabæo, qui erat fortis viribus, adjunctus eſt Simon, qui erat ſapiens, & diſcretus.

h In ſcientia autem abſtinentiam] quæ docet cavere a malo faciendo. (Abſtinentiam) dicit, ut ab omnibus impedientibus curſum abſtineant, quia 1. *Cor.* 9. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet. Unde hic ſumitur abſtinentia communiter pro fuga omnis mali. Recte ergo dicitur, quod fidem ſequitur virtus, ideſt converſatio bona, ſed virtutem ſcientia, ut cæleſtis non terreni præmii faciamus bona, ſcilicet Scientia abſtinentiam, ut cum ſpe cæleſtium didicerimus agere bona, a malis abſtineamus, ut dicit *Gloſſ.*

i In abſtinentia autem patientiam] in non reddendo mala, ſed ſuſtinendo, quia *Prov.* 16. Melior eſt vir patiens viro forti, &c. *k* In patientia autem pietatem] ut erga eos, quos toleratis, pie ſoliciti ſitis orando pro ipſis, ut ſic ſaltem convertantur orationibus veſtris, qui nolunt converti doctrinis, & increpationibus, ut dicit *Gloſſ.* Unde *Matth.* 5. Orate pro perſecutoribus, & calumniantibus vos. 1. *Cor.* 14. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Abſtinentia itaque eſt in non faciendo malum, ut dictum eſt, ſed quia hoc parum eſt niſi æquanimiter ſuſtineantur injuriæ, propter hoc ſequitur patientia. Et quia adhuc parum eſt niſi ſit pietas ad proximum, propter hoc ſequitur pietas; & ſic ſufficienter determinat ea, per quæ tamquam per medium venitur ad finem. Deinde ſubdit de forma, & fide, dicens:

l In pietate autem] miniſtrare ſcilicet, *m* Amorem fraternitatis] ut vos invicem ut fratres diligatis: Ecce forma.

n In amore autem fraternitatis charitatem] Dei, ut ipſum ſuper omnia, & ut finem diligatis. Et propter hoc in fine omnium ponit charitatem, ideſt amorem Dei: & ſic determinatur finis omnium prædictorum. Bene autem, ut dicit *Gloſs.* Charitas Dei adjungitur amori fraternitatis, quia nec Deus ſine proximo, nec proximus ſine Deo perfecte diligitur. Unde iſta duo conjunguntur. *Matth.* 22. In his duobus mandatis univerſa lex pendet & Prophetæ. Unde *Rom.* 13. Plenitudo legis eſt dilectio. a Hæc enim, &c.] Hic ſecundo determinat utilitatem graduum permiſſorum, quæ eſt in præſenti, de qua dicit ibi: (Hæc enim, &c.) Vel in futurum, de qua dicit, ibi: (Quapropter, &c.) Iſta autem, quæ eſt in præſenti comprehenditur in duobus: In conſecutione commodi cum dicit: (Non vacuos, &c.) Et amotione incommodi, ibi: (Cui enim, &c.) Eſt autem duplex incommodum, pœnæ ſcilicet in intellectu. Unde dicit: (Cæcus) Et culpæ in affectu. Unde dicit (Oblivionem, &c.) Dicit ergo: (Hæc enim continuatio: Ideo miniſtrate.

p Enim] i. quia (hæc) prædicta. *q* Si adſint] i. in præſentia ſint (vobiſcum) Unde *Prov.* 6. Cum ambulaveris, gradiantur tecum: cum dormieris cuſtodiant te. (Adſint) in affectu cordis. *r* Et ſuperent] vitia. Hoc dicit ad differentiam illorum, qui nondum ſunt in tribulationibus exercitati, nec adhuc vicerunt. Multi habent prædicta, qui non ſunt docti pugnare. Ideo dicit (ſuperent) quaſi diceret, ſi habetis hæc in victoria. *t* Conſtituent vos, &c.] virtutibus in præſenti. Minus dicit, & plus ſignificat, quaſi, imo plenos. *Prov.* 13. Juſtus comedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorum inſatiabilis. *ſ* Nec ſine fructu gloriæ] in futuro. De quo *Cant.* 2. Et fructus ejus dulcis gutturi meo. Vel (Non vacuos) ſerenitate conſcientiæ, & deſideriis ſanctis, & affectionibus, quæ ſunt quaſi bonus liquor in vaſe cordis contentus, ut in ſcypho, de quo potat Dominus vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque, & dentibus illius ad ruminandum. *Cant.* 9. Nec ſine fructu boni exempli ad proximum. 1. *Petr.* 2. Converſationem inter Gentes habentes bonam, ut in eo, quod detractant de vobis tamquam de malefactoribus, ea bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deum in die viſitationis. Et hoc *u* In Domini noſtri Jeſu Chriſti cognitione] ideſt in die judicii, ubi cognoſcetur Dominus Jeſus Chriſtus judicia faciens, & ubi ipſe cognoſcet de cauſis ſubditorum, ibi colligetis fructum ſeminum, quæ modo ſpargitis. *Jac.* 3. Fructus autem juſtitiæ in pace colligendus, qui ſeminatur modo facientibus pacem. Vel *x* In cognitione] ideſt, quia cognoviſtis Dominum Jeſum Chriſtum, ut præpoſitio dicat habitudinem cauſæ quaſi efficientis. *y* Cui enim] Hic oſtendit aliam utilitatem in præſenti, quia per hæc vitantur incommoda. Continuatio: Quaſi, vere debetis miniſtrare.

z Enim] i. quia: (Cui hæc, &c.) Vel ſic continua: quaſi, ſi hæc prædicta habueritis non ſolum in habitu, ſed etiam in uſu tantum, ut dictum eſt, conſequemini utilitatem. Et hoc probat per oppoſitum, quia, qui hæc non habet, incommodum ſequitur, & utilitatem. Unde dicit: (Cui enim hæc,] ideſt prædictæ virtutes. *a* Præſto non ſunt] ideſt, qui hæc non habet *b* Cæcus eſt] quia a Solis divini lumine eſt alienus, ne videat cœleſtia. *Apocal.* 2. Et neſcis, quia cæcus es, & miſer, & miſerabilis. *Proverb.* 4. Via impiorum tenebroſa; neſciunt ubi corruunt. *c* Et manu tentans] quia ignorat inferiora qualiter ſint diſponenda. *Iſa.* 59. Palpavimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis

attrectavimus. *Job* 12. Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quaſi ebrios. Ecce duplex ignorantia intellectus cœleſtium, ſcilicet & inferiorum, ſcilicet ignorantia credendorum, & ignorantia agendorum. Propter hoc dicitur de talibus. *Job* 12. Qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat.

a oblivionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. *b* Quapropter fratres magis ſatagite *c* ut per bona *d* opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. *e* Hæc *f* enim *g* facientes *h* non peccabitis aliquando. *i* Sic *k* enim *l* abundanter *m* miniſtrabitur *n* vobis *o* introitus in *p* æternum regnum Domini *q* noſtri *r* & Salvatoris Jeſu Chriſti. *ſ* Propter quod vos incipiam *t* ſemper *u* commonere de his, *x* & quidem *y* ſcientes, & *z* confirmatos vos in præſenti veritate. *a* Juſtum *b* autem *c* arbitror quamdiu *d* ſum in hoc tabernaculo, *e* ſuſcitare vos in

a Oblivionem] Ecce ſecundum incommodum, culpa ſc. in affectu, quæ eſt ingratitudo, de hoc recepit remiſſionem peccatorum in baptiſmo, vel in pœnitentia, & poſt iterum relapſus eſt, quaſi non ſolum cæcus, imo (oblivionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum] per baptiſmum, vel per pœnitentiam. Et dicit: (Veterum,) propter originale, quod a primo parente deſcendit: vel propter actualia, quorum cauſa quodammodo eſt fomes, quem ab antiquo hominis primi peccato contraximus: vel dicunt vetera ab effectu, quia hominem faciunt inveteraſcere. *Pſal.* 6. Inveteravi inter omnes inimicos meos. *Baruch* 3. Quid eſt Iſrael, quod in terra inimicorum es? Inveteraſti in terra aliena.

b Quapropter, &c.] Hic quaſi concludendo monet eos, ut hoc teneant, oſtendens utilitates, quas inde conſequentur in futuro, ſi in iſtis ſe exerceant. Et eſt prima, quia in his exercitati non peccabunt, *ibi*: (Hæc enim facientes.) Secunda, quia per hoc augmentum recipient virtutum, *ibi*: (ſic enim, &c.] Dicit ergo (Quapropter] ne perdicta viteris incommoda. *c* Satagite magis] ideſt in uſu iſtorum majori ſtudio vos exercete. *Eccl.* 9. Quodcumque poteſt manus tua, inſtanter operare.

d Ut per bona opera certam veſtram, &c.] ideſt oſtendatis vos a Deo certe, & veraciter electos. Et hoc faciunt ſicut dicit *Gloſſ.* qui ſacramentis fidei quæ perceperunt, bona opera adjunguat. Vel

e Faciatis] ideſt benefaciendo faciatis vos certos de præmio veſtræ vocationis, & electionis, ut dicit *Interl.* Sed contra. *Prov.* 20. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato? *Eccl.* 9. Nemo ſcit, an amore, an odio dignus ſit. *Job* 9. Si venerit ad me, non videbo eum; & ſi abierit, non intelligam. Quid eſt ergo quod dicit, quod faciant ſe certos? Solut. Loquitur non certitudine ſcientiæ, ſed conjecturæ; non rei, ſed ſpei. *f* Hæc enim] Oſtendit hic utilitatem primam futuram, dicens: (Hæc enim] quaſi ſatagite. *g* (Enim] ideſt, quia

h Facientes hæc] ideſt in illis vos exercentes.

i Aliquando non peccabitis] nec venialiter, nec mortaliter, quia venietis ad ſtatum, ubi non erit poteſtas peccandi. Et hoc eſt, quod dicit *Gloſſ.* Ad vitam attingetis ubi amplius nec peccabitis: & ſic ly (aliquando] cadit ſupra negationem, ut cadat ſub negatione, ſic (Non peccabitis aliquando] quia in iſtis eritis bene exercitati: & ſic non exponitur niſi de mortalibus. Sed contra. 1. *Job* 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Solut. Illud intelligitur de venialibus. Vel dicendum, quod eo ipſo peccat homo, quod dicit ſe non habere peccatum. Vel tertio modo exponitur hoc compoſite. (Hæc facientes] ideſt inquantum facientes (non peccabitis.] Sequitur.

k Sic enim] Et hæc alia utilitas, ſcilicet augmentum gratiæ. Continuatio: Quaſi & propter hoc debetis miniſtrare.

l Enim] ideſt, quia ſic miniſtrando hujuſmodi.

m Abundanter miniſtrabitur vobis introitus, &c.] Per hoc quod dicit, (Abundanter) tangitur profectus, & augmentum gratiæ.

o Introitus] ideſt virtutes, per quas introibitis (in regnum) Ex hoc ergo videtur, quod virtutes ſunt ex operibus. Sed hoc eſt falſum. Non enim, quia bonum facimus, ſumus boni: ſed quia ſumus boni, bonum facimus. Habent enim virtutes ſubjectas qualitates. Solut. Hoc nomen (virtutes) non accipitur in *Gloſſ.* pro eſſe virtutum, ſed pro actu vel ſtatu, vel motu earum. Per hoc quod dicit.

n Miniſtrabitur] exprimitur meritum, Dominus enim miniſtratur & illis, qui aliquid meruerunt. Unde pueris poſt baptiſmum decedentibus datur corona: datur quidem eis tanquam amicis, & non tanquam dominis, qui aliquid meruerunt. Abundanter vero miniſtrabitur illis, qui in bonis operibus ſe exercent, & nunquam torpeſcunt. Aliis vero, qui torpeſcunt, quamvis a dominio non cadant, ſi miniſtratur, non tamen ita abundanter.

p In æternum regnum] ad differentiam regni mundi, quod eſt breve, & tranſitorium. *Eccl.* 10. Omnis potentatus brevis vita. Et de regno Domini. *Luc.* 1. Et regni ejus non erit finis. *q* Domini noſtri] per creationem.

r Et ſalvatoris] per redemptionem. Et iſte eſt modus ut ſimul duo beneficia Domini memorentur, ſcilicet beneficium creationis, & beneficium recreationis. Unde *ſup. eod.* In juſtitia Dei noſtri, qui ſcilicet creavit: & Salvatoris Jeſu Chriſti, qui nos recreavit.

ſ Propter quod, &c.] Hic tertio hortatur eos ut gradus prædictos & teneant, & conſervent, dicens (Propter quod) quia tam utiles ſunt prædicti gradus.

t Incipiam ſemper commonere] ideſt quaſi incipiens ſemper ſolicitus ero vos monere, & tamen ſemper monebo. Et in hoc notatur affectus boni Prælati, & diligentia circa gregem. Erat ſimilis illis paſtoribus, qui vigilabant, & cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum. *Luc.* 2. & dicit; (Commonere) ideſt ſimul omnes, & me vobiſcum monere: quaſi, hoc facio, quod moneo, & omnes vos volo eſſe ſimiles mei. Et in hoc notatur bonitas Prælati, qui ea quæ docet, prius facit, gregem ſuum præcedendo, quaſi diceret illud 2. *Cor.* 6. Ut non vituperetur miniſterium noſtrum. Commonere dico, & de quo?

u De his] ideſt de gradibus prædictis, ut per eos aſcendamus ſimul in domum Domini, ſicut *Pſ.* 121. promittit: Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Hi enim ſunt gradus, quibus aſcendimus ad portam Auſtralem, ideſt ad gloriam cœleſtem, ubi lux ſemper in meridie ſplendens, in fervore charitatis corda ibi accendens, ſicut dicitur *Ezech.* 40. Octo gradus erant, quibus aſcendebatur per eam. Et *Pſal.* 83. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum. Dixit, (incipiam ſemper commonere) ideſt frequenter, non tantum ſemel monebo, imo etiam ſæpius monebo vos.

x Quidem] hoc eſt certe. *y* Scientes] de prædictis: quaſi diceret, quamvis hæc ſciatis, tamen monebo vos, ut quæ ſcitis, opere compleatis; vel ut magis ſitis in eis confirmati. Et ſequitur, frequenter ſcil. monebo vos. Quia volo

z Vos confirmatos] eſſe (in prædicati veritate) ut ſc. magis confirmemini; quia ut dicit *Bern.* Frequenter oportet reminiſci quod mundus cogit oblivíſci. Et propter hoc dicebat *Pſal.* 67. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

a Juſtum autem, &c.] Oſtenſis ſuperius eis, quæ ſunt neceſſaria ad hoc, quod ſint in fide conſtantes, monet eos hic ad conſtantiam fidei, & longanimitatem. Et dividitur hæc pars in duas. Primo enim invitat eos a patre ſui, qui cito docere ceſſabit, de tabernaculo corporis tranſiturus ad palatium cœli. Propter quod etiam monet frequentius, ut ipſius documentum poſt ſuum obitum memoriter retineant, & faciant. Secundo monet eos ad idem auctoritate Chriſti, quem prædicat, ibi: (Non enim indoctas, &c.] Dicit ergo. Continuatio: Viſa utilitate fidei, & quomodo poteſt fides radicari, moneo vos ad ipſius fidei conſtantiam.

b Autem] ideſt quia *c* Arbitror juſtum] eſſe, ſcilicet per hoc, quod Dominus me benigne vocavit. *Luc.* 22. Et converſus Dominus reſpexit Petrum. Et *paulo poſt*: Egreſſus foras flevit amare. Item per hoc, quod curam paſtoralem mihi commiſit. *Matth.* 16. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Item per hoc, quod alios me confirmare monuit. *Luc.* 22. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Et *Joan.* 21. Paſce, paſce, paſce. Et quaſi arbitror, item.

e Suſcitare vos in commonitione] ideſt per commonitionem. Et hoc quod dicit (ſuſcitare) ſignificat, quod illi erant torpeſcentes, & quaſi dormientes. Et hoc faciam,

d Quamdiu ſum in hoc tabernaculo] ideſt in hoc corpore, quod dicitur tabernaculum, quia in ipſo modo militant ſancti contra certamina, & bella vitiorum. *Hebr. ult.* Habemus altare, de quo edere, non habent poteſtatem, qui tabernaculo corporis deſerviunt. 2. *Corinth* 5. Nam qui ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus gravati, eo quod nolumus expoliari, ſed ſupervestiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt a vita. Hoc eſt tabernaculum, quod transferri poteſt: eſt enim tranſitorium, & caducum. Sed cum pax erit reformata omnino poſt reſurrectionem, hoc tabernaculum recipietur in cœlos numquam ultra caſurum. Unde *Iſai.* 23. Oculi videbunt Jeruſalem civitatem opulentam, tabernaculum quod transferri nequaquam poterit: nec auferentur

commonitione, *a* certus quod *b* velox eſt depoſitio tabernaculi mei *c* ſecundum quod & Dominus noſter *d* Jeſus Chriſtus ſignificavit mihi. *e* Dabo *f* autem operam, & frequenter habere *g* vos poſt *h* obitum meum, ut horum omnium memoriam faciatis. *i* Non enim indoctas fabulas ſecuti, *k* notam fecimus *l* vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem, & præſcientiam, *m* ſed ſpeculatores *n* facti illius magnitudinis. *o* Accipiens enim *p* a Deo patre honorem, *q* & gloriam, *r* voce *ſ* delapſa ad *t* eum hujuſcemodi a magnifica gloria: *u* Hic eſt filius meus dilectus, *x* in quo *y* mihi complacui, *z* ipſum *a* audite. *b* Et hanc vocem *c* nos audivimus *d* de cœlo allatam, *e* cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. *f* Et habemus *g* firmiorem propheticum ſermonem, cui *h* benefacitis *i* attendentes quaſi *k* lucernæ lucenti in caliginoſo loco,

rentur clavi ejus in ſempiternum, & funiculi ejus non rumpentur. Ecce quomodo iſte ſenior & jam morti appropinquans commonere non ceſſabat, ut dicat cum Paulo illud *Apoc.* 10. Non enim ſubterfugi quo minus annunciarem vobis omne conſilium Dei. Hoc eſt contra multos, qui cum ſeneſcunt, nolunt laborare, cum tamen audierint quod dicebat *B. Martinus*: Nec deficientem cauſabor ætatem. *Gen.* 18. Quod eucurrit ad armentum & tulit inde vitulum teneerrimum; & tamen erat ſenex.
D Et ſi torpor vel tepiditas reprobatur in ſenibus, quid dicemus & de juvenibus, qui ferventes eſſe deberent in Dei opere, & negligunt quod facere poſſent. *a* Certus, &c.] Hæc eſt cauſa quare eos hortatur ad conſtantiam, ſicut dicit *Gloſſ.* qui cito removebitur ab eis: & multi Pſeudo ſubintrabunt, contra quos oportet eos armari. Unde dicit: (Certus, &c.) Continuatio: Juſtum arbitror quia (certus) quod (depoſitio tabernaculi mei,) ideſt corporis. *b* Eſt velox] ideſt propinqua. Depoſitio dicit, quia grave pondus eſt corpus. *Rom.* 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Vel loquitur per metaphoram militantium, qui poſt pugnam tabernacula deponunt, cum jam habent victoriam, & ad domos propias redeunt. Simile 2. *Tim.* 4. Ego enim jam delibor, & tempus meæ reſolutionis inſtat: bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi: Ecce finis belli & victoria. Unde & ſequitur de corona: De reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. Et quomodo certus? *c* Secundum quod & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſignificavit mihi. *Joan. ult.* Cum autem ſeneueris alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Et in hiſtoria Evangelica dictum eſt a Domino ipſi Petro fugienti Neronem: Venio Romam iterum crucifigi; & tunc intellexit Petrus hoc dictum de ſua paſſione, & reverſus eſt Romam. Hoc tangit *Gloſſ.* hic. Sed quid eſt hoc? conſtat quod hoc dixit ei Dominus longe poſtquam ſcripſerat Epiſtolam iſtam, quia illo anno quo fuit ipſe Petrus crucifixus. Verum eſt, ſed forte dixit ei ſimile huic antequam ſcriberet Epiſtolam. Licet cito ſim tranſiturus. *e* Autem] i. ſed interim. *d* Dabo operam] ideſt laborabo attente. *f* Et] hoc eſt etiam (vos frequenter habere memoriam horum) i. ad hoc laborabo vobis hoc frequenter annuncians, ut cum a vobis ſublatus fuero, & Pſeudo intraverint, memoriter teneatis ea, quæ ſcripſi vobis. Et hoc *g* Poſt obitum meum] Depoſitio ſanctorum dicitur obitus ab eo, quod idem eſt, quod contra, & eo, is. Tunc enim obviam veniunt ſponſo. Unde *Matth.* 25. Ecce ſponſus venit in morte, exite obviam ei. Et non ſolum ut in memoria habeatis, ſed *h* Ut horum omnium memoriam faciatis] ideſt compleatis opere, quod memoriter teneatis in corde. Sicut docet *Pſal.* 102. dicens: Et memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea. *i* Non enim, &c.] Hæc eſt ſecunda pars tertiæ partis capituli, in qua invitat eos ad conſtantiam fidei auctoritate Chriſti, cujus fidem ipſe prædicat. Chriſti autem auctoritatem in tribus comprehendit. Primo in hoc quod ipſius gloriam vidit in monte Thabor. Secundo, quia vocem patris filium commendantem audivit: *ibi*: (Accipiens enim, &c.) Tertio, quia per Prophetas nunciatus fuit, *ibi*: (Et habemus firmiorem) Dicit ergo: (Non enim) Continuatio. Propterea etiam ad fidei conſtantiam vos tam ſolicite admoneo, quia magnum eſt, quod ego prædico. *i* Enim] ideſt quia nos. k Non ſecuti fabulas indoctas] ſicut Pagani, qui quicquid eos delectabat, Deos poſuerunt: nec ſicut hæretici, qui depravando Scripturas fabulas interſeruerunt. 1. *Tim.* 4. Ineptas, & inanes fabulas devita. Nos inquam non ſecuti fabulas. *l* Notam fecimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem] Hoc dicit, ut per hoc appareat, quod ipſe potens eſt, & omnia operatur, & continet. *Iſa.* 40. Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ? *m* Et præſcientiam] quia omnia ſunt ei præſentia, & ab æterno prævidit. *Iſa.* 48. Antequam venirent, prædixi tibi. Sed potius docuimus quæ vidimus. *n* Speculatores facti illius magnitudinis] ideſt transfigurationis, quod fuit valde magnum. *Gloſ.* Transfiguratio Domini, & claritas ejus ſignum erat reſurrectionis ſuæ & noſtræ. Per Eliam qui cum eo apparuit, intelligitur reſurrectio eorum, qui fuerunt ante legem. Per Moyſen eorum, qui ſub lege. Per Petrum & Jacobum, & Joannem, eorum qui ſub gratia. *o* Accipiens enim] Hic ſecundo oſtēdit magnitudinem Chriſti per hoc quod vocem audivit Patris filium commendantis. Unde patet, quod non prædicat incertū quid dicens: Dixi, magnificavit, & vere. *p* Enim] ideſt quia (accipiens a Deo patre.) Et reſpondet antipophoræ: quia aliquis poſſet quærere quomodo Chriſtus hoc habuit. Et dicit, quod accepit a Deo patre. *q* Honorem] quando veſtimenta ejus fulſerunt. *r* Et gloriam] quando pater ei perhibuit teſtimonium. *Pſ.* 8. Gloria & honore coronaſti eum. Accipiens dico honorem & gloriam. *ſ* Voce hujuſcemodi delapſa] i. de cœlo lapſa. *t* Ad eum, &c.] ideſt a patre magnifice glorioſo; hæc autem fuit illa vox. *u* Hic eſt filius meus] conſubſtantialis. Hic & non alius. *x* Dilectus] quia idem in eſſentia, & unigenitus. *Joan.* 1. Quaſi unigeniti a patre, ideſt vere unigeniti. *y* In quo] Ecce identitas eſſentiæ, quia hæc propoſitio (in) nota eſt identitatis. *z* Mihi complacui] ideſt cum eo placui. Ecce diverſitas perſonarum ratione aſſociationis. *a* Ipſum] diſcretive. *b* Audite] ſicut docuit & prædixit Moyſes. *Deut.* 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me ſuſcitabit Dominus Deus tuus; ipſum audies. Hæc verba ſcripta ſunt *Matth.* 3. & 17. & *Marc.* 9. *c* Et hanc vocem nos audivimus] ego Petrus ſc. & Jacobus & Joannes, ſicut tres Evangeliſtæ teſtantur, *Matth.* 17. & *Marc.* 9. & *Luc.* 9. Ut in ore duorum aut trium teſtium ſtet omne verbum. *d* De cœlo allatam,] & ſic probata eſt ejus divinitas, quia de cœlo ubi erat notum de eo, ad terras ubi adhuc latebat myſterium. Sed quæritur quare non dixit prolatam? Sol. Quia forſitan vox illa per Angelum fuit dicta, unde proprie non fuit prolata. Nos inquam audivimus. *e* Cum eſſemus cum ipſo in monte] Thabor ſcil. ubi fuit transfiguratus, vel in monte Oliveti, ubi Angelus apparuit ei confortans eum, quaſi ad modum confortantis ſe habens ad eum, & hoc pro membris ſuis. *Luc.* 22. Vel audierunt vocem dicentem: Et clarificavi & adhuc clarificabo. *Joan.* 12. *f* Et habemus] hoc eſt tertium, per quod oſtendit omnia vera eſſe, quæ de Chriſto dicuntur, & ſic eos ad fidei conſtantiam fortius armat. Hoc eſt teſtimonium Prophetarum, qui de Chriſto omnia prædixerunt. Continuatio. Et ſi nobis, qui vidimus & audivimus non creditis, ſed nos habetis ſuſpectos, non ſolum prædictis ſignis oſtenditur, imo & aliter, quia *f* Et] nos (habemus propheticum ſermonem) David ſc. dicit *Gloſſ.* *g* Firmiorem] inter alios Prophetas, quia clarius de Chriſto prophetavit. Sed nonne Evangelium clarius eſt? Sol. Hoc dicit de David reſpectu aliorum Prophetarum: vel hoc quantum ad quaſdam circumſtantias, tamen ſimpliciter Evangelium clarius eſt. Vel loquitur non ſolum de David, ſed de omnibus Prophetis quibus reſiſtere non poſſunt, qui eos intelligunt. Et dicit: (Firmiorem) non ſimpliciter, ſed reſpectu eorum, quibus loquitur, qui erant in eis inſtructi, & edocti. Et quia de ſermone prophetico locutus eſt, monet eos, ut in eo attendant, donec lux veritatis, quæ ab eis de Chriſto eſt, in ſuis cordibus eluceſcat, *ibi*: (Cui benefacitis.) Sed quia poſſet aliquis dicere, tu per ſermonem propheticum commendas, & probas auctoritatem Chriſti, ſed ipſi Prophetæ dixerunt, quæ ignoraverunt, & quando, & de quo. Unde non eſt bona tua probatio: propterea removet hoc oſtendens modum prophetandi, quia non a ſe, ſed a Spiritu ſancto ſunt Prophetæ locuti, *ibi*: (Hoc primum intelligentes, &c.) Ita habemus ſermonem propheticum.
h Cui] vos (attendentes) ut lucem cognitionis, & ſcientiæ poſſitis habere. *Joan.* 5. Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vitam æternam habere, & illæ ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. *i* Benefacitis] quia a Deo eſt: quod patet per modum loquendi, quem habent Prophetæ diverſum ab aliis hominibus, & per modum ſcribendi, qui diverſus eſt a ſcripturis ſæcularibus. Cui dico exiſtenti. *k* Quaſi lucernæ.

Matth. 17. Marc. 9. Luc. 9.

Deut. 18.

næ] Vel cui attendite (quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco) ideſt in nocte hujus ſæculi plena caligine ignorantiarum, tenebris peccatorum, nebulis errorum, & ideo laborioſa. *Job* 7. Noctes laborioſas enumeravi mihi. Prophetica doctrina eſt quaſi lucernæ lux in teſta; ſed Evangelica eſt lux ſplēdens jam non in teſta, ſed ſuper candelabrum poſita.
1 Tim. 3. *Matth* 5. *Prov.* 6. Mandatum lucerna eſt, & lex lua. Sed quamdiu lucebat in caliginoſo loco? *a* Donec dies] ideſt aperta Dei viſio, & charitas plena illuceſcat, quod erit in futuro quando erit dies illa, de qua dicit *Pſ.* 83. Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia.
A *b* Et] donec, ſcilicet (Lucifer) ideſt cognitio preſens præambula ad futuram, ſicut Lucifer præcedit diem, (Oriatur in cordibus veſtris.) Vel (Lucifer) ideſt Chriſtus, qui in corde ejus oritur qui fidem ejus cuſtodit, & ipſum opere imitatur. Vel poteſt illud (Donec) continuari ei, quod dicit: (Attendentes) ideſt attendite ſermoni prophetico. (Donec, &c.) nec mutatur expoſitio. Vel poteſt ſic dici: Attendite (Donec dies,) ideſt plena dilectio illuminans affectum. [Et Lucifer] ideſt præſens cognitio illuminans intellectum. [Oriatur, &c.] Sicut enim Lucifer præcedit Solem vel diem: ſic cognitio dilectionem, quia ut dicit *Auguſt.* Invita poſſumus diligere, ſed non incognita.

donec *a* dies eluceſcat: & *b* lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hoc *c* primum intelligentes, quod omnis Prophetia Scripturæ propria *d* interpretatione non fit. Non enim *e* voluntate humana allata *f* eſt aliquando Prophetia: *g* ſed Spiritu ſancto *h* inſpirati, *i* locuti ſunt ſancti Dei homines.

C A P. II.

FUerunt *k* vero *l* & *m* Pſeudo Prophetæ *n* in populo, ſicut *o* & in vobis erunt *p* magiſtri mendaces, qui *q* introducent ſectas perditionis,

Moraliter. Vel moraliter: Lucerna eſt quilibet fidelis quandiu eſt in mundo, quia nondum apparet quid erit. Unde comparatione claritatis futuræ, quam expectat, eſt lucerna, licet comparatione malorum ſit dies, quibus etſi luxerit, tamen lucem non comprehendunt. Unde & in nocte ambulant, & offendunt. *Joan.* 11. Si autem ambulaverit, in nocte offendit, quia lux non eſt in eo. Vel lucerna eſt quilibet martyr, ardens interius, & lucens vehementer in ſplendoribus ſanctorum, ſcilicet virtutibus ſuæ lucis radium emittens, per confeſſionem fidei. Sed quando lucernæ hujus teſta confrigitur, tunc lumen ejus plene innoteſcit, & non ſolum radius exit, & ſic hoſtes fidei fugiunt perterriti; ſicut legitur de Gedeone, qui fractis lagenis victoriam habuit de ſuis hoſtibus. *Jud.* 7. De his lucernis dicitur *Luc.* 11. Nemo lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum, &c. *c* Hoc primum, &c.] Hic oſtendit, quod Prophetæ non a ſe, vel a ſua voluntate ſunt locuti, ſed a Spiritu ſancto. Continuatio: Quaſi attendentes beneficiis [hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturæ] Hoc dicit ad doctrinam Prophetiæ facti, ſicut Iſaias ambulavit nudus. *Iſa.* 20. & Ezechiel ſe ligari fecit, & portari per foramen. *Ezec.* 12. *d* Prophetia interpretatione non fit] non enim ſua voluntate, vel propria expoſitione prædicabant populis, ſed ea, quam a Deo audierunt. *Gloſ.* Sicut ergo Prophetæ non ſua, ſed Dei verba ſcribebant: ita lector non ſua interpretatione, vel propria expoſitione uti debet, ne a fide exorbitet, ſed laboret attendere, quomodo verba ſua voluerit intelligi ille qui ſcripſit. Et in hoc nos inſtruit quomodo Scripturas debemus exponere, & ſcrutari, ut non noſtro intellectui eas ſubjiciamus, tradendo ad noſtrum intellectum, ſed intellectum noſtrum eis ſubjiciamus. Contra eos, qui in Parnaſſo monte ſomniant, & ſuis ſomniis inducunt Scripturas, & frequenter pervertunt. Unde talibus poteſt dici illud quod reſpondet Neemias nuncio Sanaballath. *Nehem.* 6. Non eſt factum ſecundum verba hæc, quæ tu loqueris: de corde enim tuo tu componis hæc. Unde tales non loquuntur verba Domini, ſed ea obloquuntur, quia ea depravant. *Jer.* 23. Non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Verumtamen ſi aliquando aliquis ad ædificationem populi aliqua dicat, quæ vel acciderunt, vel accidere poſſunt, dummodo non aberrent nec in via fidei, nec in via morum, verba Domini loquitur. Unde dicit *Greg. ſup. Ezech.* Qui in expoſitione ſacri eloquii, ut auditoribus placeat quid fingit, ſua verba loquitur, non Dei. Quia in verbis dominicis aliter quam is qui protulit ſenſit, & ſub alio intellectu, tamen ad ædificationem charitatis tendit, Domini ſunt verba, quæ dicit. Et quod Prophetis fit per revelationem Spiritus ſancti hoc oſtendit, dicens: *e* Enim] ideſt, quia *f* Prophetia non eſt allata, &c.] Ad idem 4. *Reg.* 3. Nunc autem adducite mihi pſaltem. Cumque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini. Non ergo poterat prophetare Eliſæus quando volebat; ergo ſimiliter de aliis. Contra. 1. *Cor.* 14. Et ſpiritus Prophetarum Prophetis ſubjectus eſt; ergo potuerunt prophetare quando volebant, & quando nolebant, tacere. Et *Iſa.* 59. Quem ſpiritus Domini cogit. Solut. Prophetare dicitur duobus modis. Uno modo Prophetiam concipere, & ſic non potuerunt prophetare quando volebant: hoc enim eſt in voluntate Spiritus ſancti revelantis, ut prævideant futura. Alio modo idem eſt quod Prophetiam dicere, & ſic potuerunt quoties volebant poſt revelationem acceptam, & hanc dicere non cogebat eos ſpiritus, nec non dicere, tamen peccarent ipſi ſi tacerent, ea quo eis erat facta revelatio. Primo modo loquitur hic Petrus, & liber Regum. Secundo modo Apoſt. *Ad Cor.* Quod dicit de *Iſa.* non intelligitur de Prophetis, ſed de Cyro, quem Dominus miſit ad liberandum Judæos ſecundum literam. Vel de Chriſto ſecundum myſterium, qui cooperante Spiritu ſancto miſſus eſt liberare nos. Vel exponitur ſic: [Non enim voluntate humana] ſed mota a Deo, ſicut patet in Balaam, qui a Deo movebatur, nec aliud poterat dicere, niſi quod Dominus imperabat. Sic exponitur illud *Joan.* 6. Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, tantum ſcilicet [Allata] quare non dicit, prolata? Jam patet ſolutio per prædicta, quia voluntate humana proferri poterat, ſed non afferri, ideſt concipi [Allata] ergo per inſpirationem, prolata per locationem. Dico, Allata, &c.
g Sed Spiritu ſancto] ideſt per Spiritum ſanctum.
h Inſpirati] effective. Vel [per Spiritum ſanctum] formaliter, ideſt revelatione, & inſpiratione facta a Spiritu ſancto. [Inſpirati] ideſt intus in ſecreto cordis edocti & inſtructi.
i Locuti ſunt ſancti Dei homines] ea quæ prius conceperunt, & propter hoc eis, quæ de Chriſto dixerunt per Spiritum ſanctum credere debetis, quia Spiritus ſanctus non loquitur nec docet niſi veritatem. *Joan.* 16. Cum autem venerit ille Spiritus, docebit omnem veritatem.

E X P O S I T I O C A P. II.

FUerunt vero, & Pſeudo, &c.] Quia eos quibus ſcribit ad fidei conſtantiam monuit, erga eos ſolicitudinem oſtendit Apoſtolus: propterea in hoc capitulo cauſam prædictorum oſtendit, quæ eſt ſc. quod hæretici venturi ſunt magiſtri errorum, inter quos ipſos multum cautos, conſtantes, & ſtabiles eſſe oportebit. Dividitur autem hoc cap. in quatuor partes. In prima generaliter oſtendit deceptiones & fallacias hæreticorum. In ſecunda probatur, quod omnes peccatores damnabuntur, & e converſo boni liberabuntur, *ibi*: (Si enim Deus, &c.) Et hoc facit, ut hæreticos prius aliis damnabiliores oſtendat. Unde in tertia parte quaſi concludendo, & eos aliis comparando oſtendit damnationem eorum eſſe majorem futuram, quam aliorum prædictorum, *ibi*: [Magis autem eos, &c.) In quarta cauſam damnationis hæreticorum ſubjungit, *ibi*: (Hi vero velut, &c.) In prima parte ſic procedit. Primo eis proponit venturos eſſe inter eos magiſtros errorum, ſicut jam antea multi Pſeudo fuerunt. Secundo aperit malitiam eorum: primo oſtendens quales ſunt in ſe, quia (Mendaces:) ſecundo quam in malitia efficaces, *ibi*: (Qui introducunt,) tertio quem effectum ex hoc conſequentur in aliis, *ibi*: (Et multi,) quarto quo fine, quia propter avaritiam, *ibi*: (Et in avaritia, &c.) quinto quis terminus eorum & ſtatus, quia pœna æterna, *ibi*: (Quibus judicium, &c.) Dicit ergo. *k* Fuerunt.] Continuatio: Ita Prophetæ ſancti locuti ſunt a Spiritu ſancto. *l* Vero] ideſt ſed. *m* Et] ideſt etiam. *n* Pſeudo Prophetæ fuerunt in populo] Iſraelitico ſicut Balaam. *Num.* 23. Et 3. *Reg.* 22. Congregavit Rex Iſrael Prophetas quadringentos circiter viros. Et in multis locis.
o Sicut & in vobis] ideſt inter vos. *p* Erunt magiſtri mendaces] quaſi diceret, modo jam ſunt, ſed nondum magiſtri, quia ſe non audent manifeſtare. (Et mendaces in ſe) quia ſe dicunt vera dicere, & non mentiuntur. *Jer.* 14. Viſionem mendacem & divinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. De adventu illorum loquitur expreſſe Apoſt. 1. *Tim.* 4. In noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide, attendentes ſpiritibus erroris, & doctrinæ dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium. 2. *Tim.* 4. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Nec ſolum mendaces in ſe, ſed ad alios ſunt fallaces. Unde ſequitur.
q Qui introducent ſectas perditionis,] ideſt quæ ſunt
cauſa

Digitized by Google

a Et eum qui emit eos, b Deum c negant, d ſuperducentes ſibi e celerem perditionem. f Et multi ſequentur eorum luxurias, g per quos h via veritatis i blaſphemabitur: & in k avaritia fictis l verbis de vobis m negotiabuntur. n Quibus o judicium p jam olim q non ceſſat: r & perditio eorum ſ non dormitat. t Si enim Deus u Angelis peccantibus non pepercit, x ſed rudentibus y inferni z detractos in tartarum a tradidit b cruciandos c in judicium reſervari, d & originali mundo non pepercit,

cauſa perditionis ad quam ducunt. Dicuntur autem ſectæ a ſecando, quia ſecant, & ſeparant a Deo: Sap. 1. Perverſæ cogitationes ſeparant a Deo. Vel dicuntur a ſector ſectaris, quod eſt frequentativum, io quo pertinacia notatur, quæ ſola facit hæreticum. Eſt autem hæreticus, ut dicit Aug. qui alicujus temporalis commodi, & maxime gloriæ principatus, vel ſui gratia falſas opiniones aut novas vel gignit, vel ſequitur. Et Gloſſ. dicit hic quod hæreſis Græce eſt ſecta Latine. Et quare perditionis cauſam trahit? a Et] i. quia. c Negant,] modo jam in cordibus, ſed tunc aperte.
b Deum qui emit eos,] ſuo ſanguine, non corruptibilibus auro, vel argento, &c. 1. Petr. 1. Sed quare tanti emit cor impiorum pro nihilo, ſicut dicitur. Prover. 10. Sol. Etſi cor pro nihilo datur a malis, nihilominus eſt pretioſum, quod patet per hoc quod dicit Dominus Prov. 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Ipſe enim qui emit, verus eſt æſtimator. d Superducentes ſibi] ideſt ſuper veritatem ducentes. e Celerem perditionem,] quia alieni a Redemptore nihil certius quam foveam expectant, ut dicit Gloſ. Ecce efficacia ſuæ malitiæ in ſe, quæ conſiſtit in duobus. In modo prædicandi, unde dicit (Celerem, &c.) Item in qualitate rei prædicatæ, unde dicit ſecundam diviſionem: f Et multi] Ecce efficacia quam conſequuntur in aliis. Prius enim dicit efficaciam in ſeipſos. (Et multi ſequentur eorum luxurias,) ideſt eos luxuriantes, quia loquuntur placentia ſicut ipſi volunt. Iſa. 30. Loquimini nobis placentia. Et Propheta addit, imo potius videte nobis errores. In Epiſt. Judæ Gratiam Dei transferentes in luxuriam. Et ideo qui eos ſequuntur ſimul cum eis punientur. Jer. 14. Prophetæ illi & populi illi quibus prophetant, erunt projecti. Roman. 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. g Per quos] Ecce effectus. h Via veritatis] caſtitas, & cetera bona, ut dicit Gl. (Blaſphemabitur,] non ſolum ab eis, quos ſecum ſeductos trahunt, ſed etiam ab aliis imperitis qui omnes Chriſtianos talibus flagitiis credent eſſe mancipatos, qualia illi perpetrant in odium nominis Chriſti. Via autem veritatis in duobus conſiſtit, ſcilicet in operandis & in credendis. Hæc ergo blaſphematur vel per fidei corruptionem, vel per morum depravationem. k Et in avaritia] Ecce finis. Fingunt enim novas doctrinas, ut aliquid lucrentur. m Et negotiabuntur de vobis] ſicut homo de panno vel de hujuſcemodi negotiatur, ut ibi lucretur. l Fictis verbis] dicentes licita. (Et hoc in avaritia,) ideſt, quia avari & cupidi a vobis aliquid extorquere volunt, exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem. 1. Tim. 6. Contra quos 1. Petr. 5. Non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia. Et expreſſiſſime eſt hoc verbum contra Prædicatores quæſtuarios, qui fictis verbis decipiunt homines, pro nummo promittentes remiſſionem peccatorum. Rom. 16. Hujuſcemodi enim Chriſto Domino non ſerviunt, ſed ventri ſuo, & per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda innocentium. Et bene dicit: [Negotiabuntur.] Ipſi enim emunt quæſtum Epiſcopatuum, ac ſi emant unum equum. Baruch 3. Negotiatores terræ Theman & confabulatores eorum. Sed audiant quid ſequitur hic.
n Quibus judicium] i. damnatio, Hoc de ipſis ſicut & de Pſeudo exponitur, quaſi enim pares ſunt, & fratres. Et determinatur hic terminus ſive ſtatus, ubi aliquando ſtabunt & pro prædictis conſequentur, ſcilicet pœnam æternam. Unde dicit: [Quibus] acquiſitive, magiſtris & ſequacibus. o Judicium] pœnæ æternæ. p Jam olim] ab æterno præviſæ a Deo, & ſuper eos venturæ.
q Non ceſſat:] Gloſ. præſentialiter excruciat. Hoc intellige propter remorſum conſcientiæ, quæ eos jam incipit urere, & de malis eorum remurmurat. Vel præſentialiter hoc refertur ad Deum, cui præſens eſt pœna eorum. Omnia enim ſibi ſunt præſentia. r Et perditio eorum] ideſt, Diabolus. Non dicit, perditor, ſed perditio emphatice, ad exprimendam ipſius malitiam, quæ. ſ Non dormitat,] ad litteram, quia mole carnis non premitur. Vel hoc dicit, quia dormitare dicit interruptionem diabolus vero continue eſt in procinctu nocendi. Sed myſtice, diabolus aliquando retrahit ſe, maxime quando vehemens eſt dolor contritionis. Hoc videtur per amicos Job: quia videbant dolorem vehementem non loquebantur ei verbum: Job 2. Et ſi hoc, quomodo ergo dicit quod non dormitat? Sol. Perditio non interrumpitur, quia etſi actu non nocet, tamen ſemper voluntatem nocendi habet, & ſi actu non tentat, ſemper tamen tentare deſiderat: & ſemper habet nocendi intentionem, etſi ſemper non habet executionem. t Si enim Deus, &c.] Secunda pars, in qua oſtendit, quod omnes peccatores damnabuntur, & juſti a Deo liberabuntur: & hoc facit ut ſpecialiter ad damnationem hæreticorum deſcendat. Job 4. Una autem eſt conditionalis, cujus antecedens durat uſque ad illud, [Novit, &c.] Ubi eſt ejus conſequens: in qua nihil aliud intendit probare niſi hoc, ſicut Deus malos antiquitus damnare potuit, & juſtos eripere: ſic & adhuc poteſt: & per hoc latenter admonet eos, ut deſiſtant a malis, quia ſi hoc faciant, Deus eos liberabit. Triplicem ergo ſimilitudinem ad peccatorum damnationem inducit. Prima eſt de Angelis peccatoribus, ibi: [Si enim, &c.] Secunda de toto mundo quem diluvio delevit, ibi: [Et originali, &c.] Tertia de Pentapo quam ſubvertit, ibi: [Et civitates,] Duas ad liberationem bonorum: unam autem ſimilitudinem adducit, ibi: [Sed Gen. 7. octavum Noe, &c.] Et aliam, ibi: [Et juſtum Loth.] Secundum hoc patet jam quod hæc pars dividitur in duas: In antecedens illius conditionalis, & in conſequens. Antecedens in quatuor ſecundum quod ponuntur quatuor ſimilitudines. Conſequens in duas dividitur ſecundum quod duo ibi concluduntur, ſcilicet damnatio peccatorum omnium & liberatio juſtorum. Notandum autem eſt, quod per illas tres ſimilitudines omne peccatum comprehendit, quod ex tribus radicibus provenit, de quibus 1. Joan. 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia, &c. In Angelis enim punivit ſuperbiam, in mundo luxuriam. Hæc enim legitur Gen. 6. Cauſa diluvii quia filii Dei, accipiebant filias hominum: ſed in Sodomitis peccatum contra naturam, quod in quibuſdam ex avaritia procedit. A mulieribus enim abſtinent aliqui, quamvis pejus in occulto faciunt, vel quia nolunt dare, vel quia volunt accipere præbendas, vel hujuſcemodi. Vel poteſt dici quod de avaritia tetigit, cum dixit. Et in avaritia fictis verbis, &c.] De ſuperbia. [Si enim Angelis, &c.] De luxuria naturaliter. [Et originali.] Item contra naturam. [Et civitates, &c.] Dicit ergo: [Si enim Deus,] quaſi, judicium eorum præviſum eſt, & hoc probo.
t Enim] ideſt, quia. u Si Deus Angelis peccantibus non pepercit,] ſuperbiendo. Gloſſ. Qui ſunt dignioris naturæ. Ex quo videtur quod ſit argumentum a majori. Et hoc etiam dicit Gloſſ. prius probat a majori. Sed contra: Majus eſt peccatum diaboli quam hominis: ergo ſi punit peccatum diaboli, non ſequitur propter hoc, quod peccatum hominis puniatur: quia potentes potenter tormenta patientur. Sapientia 6. Exigua enim conceditur miſericordia. Unde ibi videtur eſſe locus affirmans a majori, & ſequitur potius e converſo. Sol. Ibi fit comparatio naturæ ad naturam: quia aliter non valeret argumentum, ſi compararetur ſcilicet peccatum peccato. Dignior eſt enim natura Angelorum quam hominum, & cum illi ſunt puniti: ergo multo fortius homines punientur. x Sed rudentibus] ideſt, funibus. y Inferni] ideſt hujus inferioris aeris, qui infernus dicitur reſpectu cœli. z Detractos] ideſt, de cœlo tractos. Luc. 10. Videbam Satanam quaſi fulgur de cœlo cadentem. a Tradidit reſervari] ideſt, ad reſervandum dedit, uſque.
c In judicium] quando de hujus aeris habitatione per ſententiam judicis retrudentur in profundum inferni inferioris. Unde Iſa. 32. Grando autem in deſcenſione ſaltus. Tradidit inquam.
b Cruciandos, &c.] Vel [tradidit reſervari in tartarum] ibi ſcilicet [cruciandos,] ideſt poſt judicium, Iſa. 24. Et congregabuntur in congregatione unius faſcis in lacum, & concludentur ibi in carcere. Rudentes ſunt funes quibus vela ſuſpenduntur quando naves a portu recedunt, & in altum mare ſe recipiunt. Per hos ergo ſignificantur conatus ſuperbiæ Dæmonum, quibus ſe in altum erigentes, in profundum abyſſi deciderunt: eſt ergo ſenſus. [Rudentibus inferni] conatibus, vel propter conatus ſuperbiæ detracti ſunt ad inferiora hujus aeris: ut ſit ibi conſtructio in habitudine cauſæ. Propter hoc dicit Pſalm. 35. Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatorum non moveant me: ibi ceciderunt, &c. d Et originali] Secunda ſimilitudo. Dicit ergo: [Etſi Deus] ſcilicet [non pepercit mundo originali,] ideſt hominibus viventibus ſecundum originem pri-

mi peccati: Vel mundum originalem dicit homines, qui ante diluvium fuerunt non habentes legem niſi quam ab origine, ideſt a natura traxerunt, non enim habebant niſi legem naturalem. Vel hoc dicit, quia ante diluvium non fuerat aer immutatus ſicut poſtea fuit, propter altitudinem aquæ quæ

a ſed octavum Noe juſtitiæ *b* præconem cuſtodivit, diluvium mundo impiorum *c* inducens; *d* & civitates *e* Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem *f* redigens, everſionem damnavit: exemplum eorum, qui impie acturi ſunt, *g* ponens: *h* & juſtum Loth oppreſſum a nefandorum injuria: *i* ac *k* luxurioſa converſatione *l* eripuit. *m* Aſpectu enim & *n* auditu *o* juſtus erat,

totam ſuperficiem terræ obtexit, & in aera ſe levavit. Unde idem mundus fuit, & ante diluvium & poſt ſecundum eſſentiam, & non idem ſecundum qualitatem, *a* Sed octavum Noe, &c.] Prima ſimilitudo liberationis bonorum (Sed cuſtodivit Noe octavum.) Hoc dicit quia forte ultimus interfuit: vel propter numerum: quia tantum octo fuerunt, vel propter figuram quia in hoc figurabatur reſurrectio, quæ fiet in octava ætate, ſicut

Gen. 19.

dictum eſt 1. *Petr.* 3. In qua pauci, i. octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. Noe dico. *b* Præconem juſtitiæ] conſervandæ in mundo. Per hoc enim quod Arcam fabricabat, eo ipſo eos ad juſtitiam monebat. Unde 1. *Petr.* 3. Et his qui in coactione concluſi erant, veniens ſpiritualiter prædicavit, qui increduli fuerunt aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, quando fabricaretur Arca. *c* Inducens mundo diluvium] i. ſubmerſionem (impiorum.) Vel ſic: (Inducens diluvium mundo impiorum,) i. hominibus mundi, qui erant impii. Juſtos enim ſervavit, & pios, Noe ſcil. & ſuos. Unde *Pſal.* 31. De juſto: In diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt, aquæ ſcil. ut eum ſubmergant. *Sap.* 10. Cum aqua deleret terram, ſanavit iterum Sapientia, per contemptibile lignum gubernans juſtum. Impii autem ſubmerſi fuerunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. Et hoc quia jam erant in animabus ſubmerſi diluvio peccatorum.

Exod. 31.

Jam enim inundaverunt aquæ maledictum, & mendacium, & furtum, & homicidium, & adulterium. *Oſee* 4. Et per diluvium latenter: inſinuat extremum judicii diem in quo impii damnabuntur in corpore & anima: & juſti liberabuntur poſiti in gloria. *Job* 3. Ibi impii ceſſaverunt, i. ceſſabunt, a tumultu, i. ab inquietatione bonorum & ibi requierunt & requieſcent feſſi robore. *d* Et civitates] Tertia ſimilitudo damnationis malorum. Et ſi (damnavit) everſione incendii quando pluit Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ignem a Domino, & civitates ſubvertit: *Gen.* 19. *e* Sodomorum & Gomorrhæorum] Quinque fuerunt civitates ſubverſæ ſcilicet Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, & Segor: quare ergo hic non nominat niſi duas? Solut. Quia forte in illis duabus hoc peccatum maxime vigebat: vel quia non ſimul fuerunt ſubverſæ. Unde etiam tunc ad preces Loth Dominus non ſubvertit Segor, *Gen.* 19. Non ſubvertam urbem, pro qua locutus es. Unde *Iſa.* 15. Veſtes ejus uſque ad Segor vitulam conternantem, ideſt, tertio motu terræ ſubverſam: Hæc eſt una expoſitio. Damnavit dico. *f* Redigens in cinerem] Primo igne: ſecundo in fructibus qui ſunt pulcherrimi exterius, in tantum quod provocant cupiditatem edendi, ſed intus nihil niſi cinerem habent: & fumum fœtidum ſi carpantur reddunt: & hoc eſt in illius peccati ſcilicet Sodomitici exprobrationem, de quo dicit *B. Ber.* Flamma gehennalis moram non ſuſtinens has execrabiles prævenit tollere nationes. Damnavit dico. *g* Ponens exemplum eorum, qui impie acturi ſunt,] quaſi diceret, in hoc ſanctificans quod maxime puniendi eſſent qui eos imitarentur, per hoc quod etiam locum & terram circumadjacentem ubi illud peccatum factum fuerat, tam graviter punivit. *h* Et juſtum Loth] Secunda ſimilitudo liberationis bonorum. Dicit ergo. [Et quaſi juſtum Loth oppreſſum a nefandorum injuria.] Tangit illud *Gen.* 19. Quod omnes viri civitatis vallaverunt domum ejus, a puero uſque ad ſenem. *i* Ac] pro & *k* Luxuria converſatione oppreſſum] ſcil. dolore cordis: cruciabatur enim, quia mala eorum quæ videbat, corrigere non valebat. Sicut de muliere legitur *Apoc.* 12. Quod habens in utero, mente ſcilicet bonam voluntatem corripiendi alios, clamabat parturiens, cupiens generare, & cruciatur, ut pariat in aliis per bona opera. Sicut facit quilibet juſtus, ſi aliud non poteſt, dolet tamen de malorum ſceleribus. Ab his inquam juſtum. *l* Eripuit.] Per hoc Verbum notatur violentia. Fecit enim violentiam eorum converſationi, *Sap.* 10. Hæc juſtum a pereuntibus impiis liberavit fugientem deſcendente igne in Pentapolim. Et tunc eripuit. *m* Aſpectu enim] etſi multa turpia videret. *n* Et auditu] etſi multa inhoneſta audiret. *o* Juſtus erat,] ideſt, inter tales juſtitiam ſervabat, fulgens tanquam luminare magnum

Phil. 2. De pen. d. 5. c. ſi enim v. verſus.

p habitans apud eos, qui de die in diem animam juſtam iniquis operibus *q* cruciabant. *r* Novit Deus pios de tentatione eripere, iniquos *ſ* vero in diem judicii reſervare cruciandos. *t* Magis *u* autem *x* eos, qui poſt carnem in concupiſcentia *y* immunditiæ ambulant, *z* dominationemque contemnunt, *a* audaces, *b* ſibi placentes ſectas *c* non metuunt intro-

in medio pravæ & perverſæ nationis: quod erat magnum & admirabile. *p* Habitans apud eos qui de die in diem] ideſt, continue, & inceſſanter. *q* Cruciabant animam] ejus ſcilicet (juſtam) operibus ſuis (iniquis) pro quibus ipſe cruciabatur & dolebat. In his mirabiliter commendatur. Sed videtur quod non potuit inter eos eſſe juſtus: quia 1. *Corint.* 15. Corrumpunt mores bonos colloquia prava. Et *Eccl.* 13. Qui tetigerit picem, Inquinabitur ab ea: & qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam. Et *Eccl.* 19. Qui ſe jungit fornicariis, nequam erit. Sol. Colloquia corrumpunt, & non eloquia: quia tunc corrumpunt, quando invicem ut faciant, loquuntur, hoc notat aſſociatum ſignificatum per [con] cum dicitur, colloquia, ideſt, ſimul loquia ad faciendum. Similiter, qui tetigerit picem, per mentis conſenſum. Et illud: qui ſe jungit fornicariis, conſentiendo mente in malis eorum operibus, quia *Rom.* 1. Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt, ſe qui conſentiunt facientibus. Si igitur prædicta ſic ſe habet, patet quod Deus novit pios eripere de tentationibus, ſicut Noe & Loth *Iſa.* 43. Cum ambulaverit in igne, tecum ero, & flamma non ardebit in te. Et non ſolum hoc. *ſ* Vero] ideſt, ſed. *r* Novit iniquos reſervare in diem judicii cruciandos,] ſicut diabolum, mundum originalem, & Sodomitas & Gomorrhæos; ſic & faciet omnibus malis. Et dicit: [In diem judicii,] quia etſi modo exuti, corpore & anima retrudentur in pœna: tunc enim induentur ſicut diploide confuſione ſua, ſicut dicit *Pſalm.* 108. *Iſa.* 40. Suſcipit enim ideſt, ſuſcepit de manu Domini duplicia pro peccatis ſuis omnibus. *t* Magis autem, &c.] Tertia pars, ubi oſtendit hæreticos magis eſſe damnandos quam ceteros peccatores. Et dividitur hæc pars in duas. Primo enim quaſi ex præmiſſis concludendo dicit, quod major erit hæreticorum damnatio quam aliorum peccatorum. Secundo magnitudinem damnationis eorum oſtendit per hoc, quod etiam Angeli mali qui ſunt fortiores quam ipſi per naturam, vix poſſunt ſuſtinere pœnam illam, ibi: [Ubi Angeli, &c.] Dicit ergo: [Magis.] Continuatio: Quaſi ita omnes peccatores reſervat in judicio puniendos. *u* Autem] ideſt, ſed [Magis,] puniet. *x* Eos qui ambulant poſt carnem] ipſam ſequendo in deſideriis. Et exponit ſe dicens. *y* In concupiſcentia immunditiæ] exiſtentes, ideſt, quamcumque immunditiam concupiſcunt, ſectantes. Unde dicit *Gloſſ.* Qui more brutorum animalium luxuriantur. In quorum perſona dicitur. *Eccl.* 2. Omnia, quæ deſideraverunt oculi mei, non negavi eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur & oblectaret ſe in his, quæ præparaveram: quaſi diceret gravius quam ceteri prius dicti punientur qui peccant contra naturam: Sed adhuc gravius ſuperbi, de quibus dicit [Dominationemque contemnunt,] ideſt, Dominum Jeſum, qui dominator & Dominus univerſæ terræ, contemnunt. Ecce ſuperbia quæ eſt averti a Deo, a qua incipit omne peccatum. Unde dicit *Eccl.* 10. Initium omnis peccati hominis, apoſtatare a Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor ejus: quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia. Sed adhuc gravius omnibus prædictis punientur, qui ſectas introducunt, de quibus dicit. *a* Audaces,] ad majora crimina, ſicut ad introductionem ſectarum. Et hos quaſi auctoritate vocat *Gloſſ.* hæreticos: quia dictum eſt *ſup.* hæreticus eſt, qui falſas ac novas opiniones aut gignit, aut ſequitur.

b Sibi placentes] non curantes de proximo: quia ut dicit *Ambroſ. ſuper illud verbum Romanor. decimo quinto* Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere, *Ambroſ.* Ille ſibi placere dicitur, qui ita facit quod ſibi bonum videtur, ut non curet, ſi non placeat proximo. *c* Non metuunt introducere ſectas blaſphemantes,] ipſum Deum, contra quem ſectas inducunt, & ad blaſphemandum alios accen-

dunt

Digitized by Google

dunt: unde ipſi gravius ceteris punientur. *Hebr.* 10. Irritam quis faciens legem Moyſi ſine ulla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis deteriora putatis mereri ſupplicia qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit.

ducere blaſphemantes. *a* Ubi *b* Angeli, *c* fortitudine, & *d* virtute cum ſint *e* majores non *f* portant adverſus ſe *g* execrabile judicium. *h* Hi vero velut *i* irrationabilia pecora naturaliter in *k* captionem *l* & in perniciem, in his *m* quæ ignorant *n* blaſphemantes, in corruptione ſua *o* peribunt, *p* percipientes mercedem injuſtitiæ *q* vo-

Propter hoc dicitur, quod pœna Arrii quanta futura ſit, non eſt determinatum, quia adhuc neſcitur quot per ejus hæreſim damnabuntur. Nota ergo quod tria genera hæreticorum tetigit. Quidam enim ſunt, qui a fide deviant cauſa luxuriæ, (de quibus dixit,) Qui poſt carnem. Alii cauſa ſuperbiæ, quia nolunt ſubjici: unde dixit, (Dominationem,) & plus peccant quam primi. Alii vero non ſolum hoc habent, ſed ſectas inducunt, de quibus dicit [Audaces, &c.] & iſti graviſſime peccant. Eſt ergo ſenſus omnium iſtorum: [Magis, &c.] quaſi diceret certum eſt ex præmiſſis quod omnes iniqui damnabuntur generaliter, ſed inter alios magis hæretici, & inter illos illi magis, qui cauſa ſuperbiæ deviant quam cauſa luxuriæ, & illi maxime, qui inducunt ſectas: ut ſicut eſt in peccatis ordo, & gradus, ſic erit in ſuppliciis. Quanta autem erit hæc pœna? Tanta quod non poterunt ſuſtinere. Et hoc oſtendit per locum a majori: quia ſcilicet Angeli mali, qui ſunt fortiores in natura quam homines, vix poſſunt eam portare, & hoc eſt quod dicit. *a* Ubi Angeli, &c.] Hoc exponitur quatuor modis: tripliciter de malis Angelis. Primo modo ſicut [ubi] ſit locale, quaſi diceret, cruciandos reſervavit, ſcilicet in inferno. *a* Ubi] ideſt, in quo inferno. *b* Angeli,] mali, ſcilicet. *f* Non portant] ideſt, vix portant. *g* Execrabile judicium,] ideſt, damnationem eis inflictam [adverſus ſe.] Hic dicit quod Deum judicant injuſtum, quia ſic eos judicavit: etſi tamen juſtum ſit judicium Dei: unde adverſus eos eſt, quia in hoc etiam peccant: & cum creſcit culpa, creſcit & pœna. (Execrabile) dicit, ideſt, inopinabile. Quanta enim ſit pœna illa, opinari non poteſt. Vel [Execrabile] dicit quia inflictum eſt pro peccato execrabili, ideſt, odibili Deo, & hominibus. *Eccl.* 10. Odibilis Deo, & hominibus ſuperbia, & execrabilis omnis iniquitas Gentium: Non portant dico. *e* Cum] tamen [ſint majores] hominibus in natura. *c* Fortitudine,] in ſe, ideſt, fortes quantum ad ſe.

d Et virtute] quantum ad operationem vel ſuſtinentiam pœnæ: ſic ergo eſt, quaſi diceret, tantæ ſunt pœnæ in inferno quod Angeli mali, qui ſunt fortiores quam homines, tunc vix eas poterunt ſuſtinere: quomodo ergo ſuſtinebunt eas homines? Unde *Iſa.* 33. Quis habitare poterit de vobis cum igne devorante? aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis. Item ſecundo modo exponitur ut ly [ubi] ſit cauſale, ſic. *a* Ubi] ideſt, pro quibus peccatis, ſcilicet quæ prædiximus. *b* Angeli,] non portant quaſi diceret, importabiles ſunt pœnæ illæ, & tamen portare, & ſuſtinere eas oportet. Unde expreſſius loquitur quam ſi dixiſſet, vix portant. Pro peccatis vero prædictis cauſaliter dicuntur puniri mali Angeli: non quia ea habeant, nec enim luxurioſi ſunt, vel ſecundum ſe: ſed quia ad illa homines inſtigant, & allicere non ceſſant: cetera non mutantur. Vel tertio modo exponitur de judicio præſumptionis, ſic: Quaſi, novit reſervare Deus iniquos in ſua prævìſione, cruciandos in ſua ultione, quæ erit in die judicii. *a* Ubi] ideſt, in qua præviſione ita modo ponuntur quod. *f* Non portant judicium] præſumptionis, ideſt, non præſumunt ſe erigere contra Deum preſſi mole pœnarum. Sic vult exponere quædam *Gl.* quæ dicit, Territi magnitudine pœnarum, jam ab illo judicio præſumptionis deſiſtunt. Sed contra: *Pſal.* 73. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Et ſuper illud. *Iſa.* 14. Quo modo cecidiſti de cœlo Lucifer? *Gloſ.* Qui prius cogitabat in cœlum aſcendere ſuper aſtra cœli, ideſt, ad ſolium Dei: poſt lapſum quoque idem arrogat ſibi. Sol. Verum eſt, quod ſemper ſuperbiunt, & ſemper peccant: ſed mole pœnarum preſſi non poſſunt ſe ita erigere contra Deum, ſicut poterant ante lapſum. Et quod dicit hic *Gl.* Ab illo judicio præſumptionis deſiſtunt, & hoc eſt verum, in quantum ſe Deo poſſe fieri æquales prius putaverunt. Vident enim modo per magnitudinem pœnarum quod non poſſunt: verumtamen non deſiſtunt ab illo judicio præſumptionis quantum ad ſanctos qui ſunt membra ſupra quos ſemper conantur conſcendere: & in hoc etiam contra Deum præſumunt, non tamen ſicut ante lapſum omnino. Et hoc eſt quod ſequitur in *Gloſ. ſuper Iſa. prædicta.* Unde & gloriantur aſcendere ſuper Angelos in cœlum vel ſuper nubes, corda ſcil. electorum, & ſedere in monte teſtamenti, ideſt, in Eccleſia: & in lateribus Aquilonis, ideſt, in frigidis. Cetera non mutantur a prima expoſitione. Vel quarto modo exponitur de bonis Angelis ſic: Reſervat Deus iniquos in die judicii. *a* Ubi] ideſt, judicio damnationis iniquorum, vel ultionis Dei. *b* Angeli,] boni [cum ſint majores] hominibus fortitudine reſiſtendi peccato. *d* Et virtute] faciendi bonum, quia ſunt in gratia confirmati: majores ſunt hominibus propter ſtatum, ſcilicet. Et hoc ideo dicimus, quia quoad meritum aliqui homines majores ſunt apud Deum, quam aliqui Angeli: & majores erunt quantum ad præmium. Nec obſtat illud, quod dicit Dominus. *Luc.* 7. Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptiſta nemo eſt: qui autem minor eſt in regno cœlorum, major eſt illo: quia hoc dicitur propter ſtatum. *f* Non portant judicium] damnationis [execrabile adverſus ſe] etſi aliquando adverſus alios: quia pœnam, vel damnationem juſſu Dei aliquando infligunt malis, ſicut ſubverterunt Sodomam, & ceteras civitates. *Gen.* 19. Et dicit [Adverſus ſe] quia nihil eſt puniendum in ipſis: quia confirmati in gratia nunquam peccant. Sunt enim beati quia ſemper vident faciem patris: *Matth.* 18.

h Hi vero, &c.] Hæc eſt quarta pars, in qua cauſam damnationis hæreticorum diffuſius oſtendit. Et dividitur in duas. Primo enim cauſam damnationis oſtendit generalem omnium hæreticorum: Secundo tantum Hæreſiarcharum, ibi: [Hi ſunt fontes, &c.] in prima parte procedit ſic: Primo enim ponit peccata, quæ magis ſunt communia omnibus hæreticis: quia quod irrationabilia animalia faciunt naturali appetitu, hoc ipſi faciunt voluntate euntes ſcilicet poſt concupiſcentias ſuas, omnia quæ deſiderant volentes amplecti, in ventrem, & luxuriam proni: & propter hoc cadent in corruptionem. Secundo oſtendit in quo ſunt corrupti ibi. [Voluptatem, &c.] Tertio probat ab effectu, & fine, & in ſe, & in alio quod ipſi ſunt corrupti, ibi: [Pellicientes, &c.] Quarto pœnam omnium iſtorum replicat, ibi: [Maledictionis.] Quinto oſtendit quod inexcuſabiles ſunt, & a tanto, & a toto, ibi: [Derelinquentes, &c.] Unde & eos comparat Balaam, qui contra voluntatem Domini auſus eſt maledicere populo Domini, & hoc ex certa ſcientia, nec tamen potuit: ſic & iſti Deum blaſphemant. Et ſicut ille habuit correctionem ab aſina: ſic iſti ab omni creatura, quæ ſuo modo loquitur contra eos: Dicit ergo: [Hi vero, &c.] Continuatio: Quaſi ita, non portant Angeli mali cum quibus illi damnabuntur, quod iſti non timent. *h* Vero] ideſt, ſed. [Hi] ſcilicet hæretici; magiſtri errorum ſcilicet etſi nondum perfecti: ſic expone ne videatur hic agi de Hæreſiarchis. *o* Peribunt in corruptione ſua] ideſt, ſenſu corrupto manentes, & a ſocietate ſanctorum ſeparati in perditionem ibunt. Ipſi dico. *n* Blaſphemantes in his] ideſt, de his. *m* Quæ ignorant] ut de articulis fidei, quod Deus homo, quod paſſus eſt, quod mortuus, & ſepultus, quæ omnia ipſi ignorant, quia nolunt intellectum ſubjicere: ſed quod ſupra naturam, & rationem eſt, volunt rationibus naturalibus cognoſcere; Contra quos 2. *Cor.* 19. Captivantes omnem intellectum in obſequium fidei. Et hæc eſt cauſa, quare blaſphemant ignorantia. Si enim cognoſcerent, diligerent, & non blaſphemarent: unde & peribunt. *Prov.* 7. Ignorans quod ad vincula ſtultus trahatur, donec transfigat ſagitta jecur ejus, velut ſi avis feſtinet ad laqueum. Ad laqueum peribunt dico quo tendunt ſcilicet. [In captionem,] culpæ ſupple in qua capiuntur, ſicut aves laqueo. *Job* 18. Abſcondita eſt in terra pedica ejus, & decipula ejus ſuper ſemitam. *l* Et] ex hoc cadunt, [in perniciem,] gehennæ, ideſt, in pœnam nocentem. Pernix pernicis media longa idem eſt, quod velox, ſed media brevi idem eſt quod nocivus. Unde & poteſt ſic exponi. *k* In captionem, &c.] ideſt, in velocem captionem, quia velociter tranſeunt de vita, & capiuntur in pœna. *Pſalm* 54. Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Et in hæc tendunt voluntarie, ideſt. [Velut pecora, &c.] naturaliter tendunt, ſcilicet ad delectabile ſibi. Vel [in captionem, & perniciem,] tendunt ſcilicet, & ponitur conſequens pro antecedente, ideſt in cibum, propter quod cadunt in laqueum, & capiuntur. Et ſic erit ly (captionem) dialyticum.

p Percipientes mercedem injuſtitiæ *r*] quia de peccato ruunt in peccatum. Et hoc eſt miſeria magna. *Prov.* 14. Miſeros homines peccatum facit.

q Vo-

luptatem *a* exiſtimantes *b* diei delicias, coinquinationis, *c* & *d* maculæ: *e* deliciis affluentes: in *f* conviviis ſuis luxuriantes vobiſcum: *g* oculos habentes plenos adulterii, & *h* inceſſabilis delicti: *i* pellicientes animas k inſtabiles cor *l* exercitatum in avaritia habentes: *m* maledictionis filii: *n* derelinquentes rectam viam, *o* erraverunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor, *p* qui mercedem *q* iniquitatis amavit, *r* correptionem vero habuit ſuæ veſaniæ: ſubjugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit prophetæ inſipientiam.

a Voluptatem, &c.] Hic ſecundo oſtendit in quo corripit, quia in duobus. In judicio: unde dicit, [Voluptatem.] Item in electione eum dicit. (Deliciis affluentes.) Vel in intellectu, & affectu. Dicit ergo: (Voluptatem,) & propter hoc peribunt quia in judicio corrupti ſunt. *b* Exiſtimantes, &c.] luxuriam, quæ non unum tantum, ſed plures coinquinat. Et hoc notatur per notam aſſociationis, quæ eſt (con) Non enim dicit inquinationis, ſed coinquinationis. *c* Et] ſcilicet delicias. *d* Maculæ:] ideſt, gulæ, quæ unum ſolum, ſcilicet guloſum maculat. (Voluptatem diei) ideſt, bonas eſſe, & licitas: quia cum vacent deliciis impuriſſimis, & execrandiſſimis, has optimas, & quaſi luciſluas judicant. Sicut illi de quibus. 2. *Mach.* 4. Et patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: Ecce perverſitas judicii. *e* Deliciis affluentes:] non ſolum exiſtimantes. Et in verbo affluendi notatur, quod deliciæ non ſunt manentes: Ecce mala electio. De his duobus dicit *Iſa.* 5. Væ qui dicitis bonum malum, ecce corruptio judicii: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ecce corruptio electionis. *f* In conviviis ſuis, &c.] ut ſic vos decipiant contra illud. *Rom.* 13. Non in comeſſationibus, & ebrietatibus: quia talibus væ. *Amos* 6. Qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti. Et dicit (Luxuriantes) plura habendo incitamenta, & acumina, & ſapores: vel quia ſe cum habebant mulierculas, quarum viſu delectari ad libidinem incitabantur. Et huic concordat littera ſequens. *g* Oculos, &c.] quia *Eccl.* 19. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Et ſicut dicit *Beatus Auguſt.* Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. Impudicus oculus eſt cum huc, & illac inverecunde fertur, maxime in facies mulierum: quaſi enim venenoſa eſt facies mulieris. Unde dum ejus idolum in oculo exteriori recipitur, ad mentem uſque infertur: niſi valde diſponatur mens tota, inficitur, & maculatur; unde mirabilis efficaciæ, & naturæ pejoris longe quam regulus: non enim interficit regulus, niſi quando videt, ſed mirabiliter iſtæ interficiunt quando videntur: Nonne hoc ſenſit David ſanctus propheta Domini, qui ad viſum Bethſabeæ in ejus concupiſcentiam exarſit, & propter hoc, & adulterium, & homicidium commiſit 2. *Reg.* 12. Unde dicit *Gregor.* Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Quia qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt in corde ſuo *Matth.* 5. Nec tamen ut dicit *Aug.* mulieres videre prohibemini: ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle criminoſum eſt. Etſi ergo videri permittuntur, hoc tamen conſulerem ſervo Dei, quod nunquam in facie inſpicerentur: quia ſicut de facie Domini quando fecit de funiculis flagella, & ejiciebat vendentes, & ementes de templo, radius ſplendens exibat, quo omnes terrebantur, nec audebant ei reſiſtere, ſicut dicunt ſancti: ita e converſo de facie mulieris multivolæ non dico, ſplendor, ſed faſcinatio, quæ obſcurat bona, egreditur qua videntes infatuantur frequenter. Unde dicit *Eccl.* 9. Averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam: hoc dicit, quia paucæ ſunt mulieres, quæ ſe non ungant aliquibus, & ſic alienam ſpeciem aſſumant. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Talia ſunt convivia quorundam, qui ut videantur curiales invitant clericos, vel ſacerdotes, & ex altera parte mulieres nobiles, vel pulchras ſic diſponunt, ut unus comedat cum una exadverſo, ut ſic ſe invicem in facie videant. Vix ego crederem ſancto Paulo, quin in talibus conviviis eſſet luxuria etſi non opere vel in ore, tamen in corde, & forſitan per hoc poſtea in opere: & horum ille miſer Dominus menſæ eſt cauſa. *Prov.* 22. Vacantes potibus, & dantes ſymbola conſumentur. Sequitur. *h* Et inceſſabilis delicti: (Et) *i* pro (Inceſſabilis delicti) illa ſcilicet a quibus facile non ceſſatur, quia naturalia ſunt ut ſaturitas, & ebrietas vel ſomnolentia vel fornicatio. *Oſee* 4. Fornicati ſunt, & non ceſſaverunt. Vel (Luxuriantes) luxuria ſcilicet ſpirituali, quæ eſt a fide averſio. Vobiſcum enim comedunt, ut a fide vos avertant, qua eſtis deſponſati Deo. *Oſee* 2. Sponſabo te mihi in fide. *g* Oculos habentes] ideſt, Hereſiarchas qui ſic eos docuerunt, habuerunt oculos Jezabel depictos ſtibio exterioris converſationis, ut ſic eis credatur. De hoc legitur. 4. *Reg.* 9. Vel hic dicitur oculus, mens ipſa quæ habet providere. De quo *Luc.* 22. Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. *i* Pellicientes] Hic tertio probat per effectum, vel finem, & in ſe, & in alio quod ipſi ſunt corrupti. Finis vel effectus in alio eſt perditio animarum: unde dicit: [Pellicientes, &c.] Finis vel effectus in ſe eſt exercitatio: unde dicit: [Cor exercitatum, &c.] Dicit ergo: [Pellicientes, &c.] ideſt, decipientes: quia in ſuperficie aliquam veritatem prætendunt, ut ſic decipiant. k Inſtabiles] dicit quia anchoram ſpei non habent, nec repreſſorium timoris Dei de quo. *Eccl.* 25. Timor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit, Et *ibid.* 27. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubvertetur domus tua. Pellices autem dicuntur meretrices a pollutione, vel pellis formoſitate qua incautos alliciunt, ut dicit *Gloſſ.* Proprie pellex eſt mulier, quam aliquis, habens uxorem, in adulterio detinet: & conſtat quod talis deceptus eſt: ecce finis quem intendunt in altero. *l* Cor exercitatum, &c.] *Jer.* 6. Omnes avaritiæ ſtudent, & a propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum: & hic eſt finis in ſeipſo: & tamen primus ordinatur ad ſecundum, quia propter hoc decipiunt, ut aliquid accipiant, quia avari ſunt: Sequitur. *m* Maledictionis] Hic ſubjungit quarto pœnam omnium prædictorum, quia [maledictionis] ſunt [filii] ut hæreditario jure poſſideatur ab eis pœna æterna, quia in ipſis eſt continua culpa. *n* Derelinquentes rectam viam,] Hic quinto oſtendit, quod nec a tanto, nec a toto excuſabiles ſunt, quia ex certa ſcientia peccant, non ex ignorantia, vel ex infirmitate: unde eos comparat Balaam. Continuatio *p* Quaſi, dixi, quod ſunt filii maledictionis; & hoc probat, quia. [Derelinquentes viam] fidei [rectam] quæ ducit ad vitam [rectam] dicit non latam, quia illa ducit in perditionem. *Jer.* 2. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas. *o* Erraverunt, &c.] qui ex certa ſcientia venit, ut populo Domini malediceret contra voluntatem Domini. Et quare? *p* Qui] ideſt, quia ipſe. *q* Amavit mercedem iniquitatis] ideſt, munera iniqua, quæ pro iniquitate promiſſa dilexit, cum tamen dicat *Job* 15. Ignis devorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Vel dicit mercedem iniquitatis hoc quod a Rege debebat honorari: & hunc honorem tantum appetebat, quod ipſum Dei voluntati præponebat; & ſic erat iniquus, cum mercedem temporalem Deo præponebat. Balaam interpretatur populus vanus, & ſignificat hæreticos, qui vere vani ſunt, quia veritatem deſerunt. Boſor interpretatur in tribulatione, & ipſi in tribulatione maxima erunt. Vel per Balaam ſignificati ſunt multi Prælatorum qui vani ſunt, quia vident vana, & amant ſomnia. *Iſa.* 56. Et propter hoc gregem ſuum deprimunt, & præcipitant. Balaam enim interpretatur præcipitans eos; quos, niſi populos ſibi ſubjectos? Unde talibus dicitur *Oſee* 5. Laqueus facti eſtis ſpeculationi; & ſicut rete expanſum ſuper Thabor; & victimas declinaſtis in profundum; Et quare hoc? Quia veniunt ex Boſor, quod interpretatur carneus, ſive in tribulatione; Ecce amor carnalis parentum erga liberos, propter quos ditandos, & promovendos ſunt in magna ſolicitudine, & tribulatione. Item quia amant mercedem iniquitatis; ecce avaritia quæ maxime regnat in Prælatis. Sequitur; *r* Correptionem vero, &c.] Sed non legitur. *Num.* 22. Ubi agitur de hiſtoria, quod aſina corripuerit eum, ſed hoc ſolum dixit ei, quid feci tibi, cur percutis me jam tertio? *Et paulo poſt.* Nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueviſti uſque in præſentem diem, dic quid ſimile unquam fecerim tibi? Ergo, ut videtur non corripuit eum de hoc, quod volebat populum maledicere. Sol. Per hoc quod locuta eſt aſina quod conſuetum non erat, debuit corripi, & ceſſare a via, quam cœperat; & per hoc, quod pedem ſedentis attrivit juncta parieti, potuit intelligere, quod non debebat illuc ire. Unde hoc fuit ei pro correctione. Sic creaturæ omnes, quæ ſecundum quid non ſimpliciter ſunt bonæ, oſtendunt quod aliud eſt, quod eſt bonum ſimpliciter; quia ſecundum quid ducit ad ſimpliciter, & imperfectum ad perfectum; unde & per hoc docent ſe eſſe fugiendas & aliud appetendum. Unde dicunt in *Pſ.* 113. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Omnis enim creatura clamat,

Digitized by Google

clamat, Deus me fecit, & per hoc dat intelligere ut aliud ab ipſo non quæratur. Unde *Auguſt.* Cœlum & ſtellas interrogavi de Deo meo, & reſponderunt mihi quia non ſumus nos ipſæ, ſed ipſe nos fecit. Sed quid eſt, quod dicit quod aſina locuta eſt voce hominis, cum illa non habuit vocalia inſtrumenta apta ad vocem humanam formandam? Solutio: Potuit eſſe miraculoſe, ut ſi Angelus linguam ejus movens vocem humanam formavit: vel potuit loqui ſine miraculo, prius tamen data ſibi miraculoſe potentia, ſicut cæco nato potentia videndi; & ſic actus fuit naturalis. *a* Hi ſunt, &c.] Hæc eſt ſecunda pars quartæ partis ubi agit de Hæreſiarchis, cauſam damnationis eorum oſtendens triplicem. Prima eſt, quia ipſi in ſe ſunt corrupti. Secunda, quia alios decipiunt & corrumpunt, ibi: (Superbia, &c.) Tertia, quia pejores ſunt, qui a via veritatis receſſerunt, quam ſi eam nunquam tenuiſſent, ibi: (Si enim, &c.) Oſtendit ergo corruptionem eorum in ſe: quæ eſt duplex. Affectus: unde dicit: (Fontes, &c.) Item intellectus, unde dicit: (Et nebulæ.) Et propter hæc duo, quia ſunt in tenebris interioribus: exteriores eis tenebræ debentur, unde dicit: [Quibus caligo, &c.] Et ſic patet, quod hæc prima pars habet tres. Dicit ergo: [Hi ſunt, &c.] Talis fons lutum habet, & magis limum, unde magis polluit, quam ante. Et loquitur de Hæreſiarchis qui perfecti ſunt in errore: Ecce hypocriſis, ſimulatio operationis bonæ: & ſic corruptio affectus. *b* Et nebulæ turbinibus] ideſt, Dæmonibus [exagitatæ] unde ſunt ſignum tempeſtatis. Turbo eſt commotio aeris per conflictum & concurſum contrariorum ventorum, propter hunc aliquando ſequitur tempeſtas: ſic iſti concurſu Dæmonum & conflictu vitiorum exagitati per diverſa deſideria tempeſtatem magis inducunt in terra cordium auditorum, quam rorem ſalutiferum: Ecce ſimulatio contemplationis divinæ; & ſic corruptio intellectus. Prælati debent eſſe fontes, a quibus exeat aqua eruditionis doctrinæ, qua laventur ſordes peccatorum. *Ezech.* 16. Lavi te aqua: & mundavi ſanguinem tuum ex te. Item aqua ſalutaris ſapientiæ, de qua. *Eccl.* 15. Vel deſideriis cœleſtis patriæ. *Joan.* 4. Qui bibunt ex hac aqua: extinguitur ſitis malorum deſideriorum, Item aqua conſolationis qua refrigeretur ardor tentationum. *Eccl.* 18. Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum, conſolationis ſcilicet melius quam datum. Item aqua compaſſionis, quæ infirmos inebriet. *Pſal.* 67. Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu vero perfeciſti eam. Item aqua benignitatis quæ emolliat duros. *Prov.* 15. Mollis reſponſio frangit iram. Et *Eccl.* 16. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Item aqua bonæ converſationis exterioris quæ fœcundat & impræegnare facit bonos, etiam malos 1. *Petr.* 2. Converſationem veſtram inter Gentes habentes bonam, ut in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes glorificent Deum. Item aqua charitatis quæ in ventre Eccleſiæ decoquat univerſos: Hi ſunt ſeptem rivi, de quibus dicitur *Iſa.* 11. Levavit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet eum in ſeptem rivis. Unde *Joel.* 3. Et per omnes rivos Juda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Item debent eſſe nebulæ per elevationem a terra, quod fit in contemplatione. *Job* 7. Suſpendium elegit anima mea. Multi ſunt hodie & fontes ſine aqua, & nebulæ manentes in terra, & cum turbinibus vitiorum extra ſe agitati. Sed quid ea hoc accidet. Hoc ſcilicet. *c* Quibus caligo tenebrarum reſervatur.] Ecce pœna quæ eis ſervatur propter ſe, quia ſunt cæci, ſed reſervatur propter alios qui per ipſos ſunt corrupti. *d* Reſervatur,] ideſt, retro in poſterum ſervatur quaſi theſaurus qui modo eſt abſconditus.

e Caligo tenebrarum] ideſt, pœna æterna ſequens ea tenebris culpæ. Et ſic eſt conſtructio per comparationem cauſæ ad effectum, quia interiores tenebræ ſunt cauſa exteriorum. *Matth.* 22. Ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Vel pœna æterna dicitur caligo in ſe; ſed tenebræ, in comparatione ad ſenſum. Vel dicitur caligo propter carentiam viſionis, & tenebræ propter obſcuritatem aeris. Ibi enim erit aer indenſatus in tantum quod obſcurus reddetur, & quaſi erunt ibi tenebræ palpabiles. Nec ſumitur hic tenebræ pure negative. *Gloſſ.* tamen exponit hic de præſenti [Caligo] ſcilicet peccatorum ut amplius fiant mali. Unde dicit: Quibus obſcuritas peccatorum ſervatur ut ſordeſcant amplius. Et quia illi tales ſunt, decipiunt multos; unde ſequitur.

f Superbia, &c.] Et eſt hæc ſecunda cauſa ſuæ damnationis, quia ſcilicet alios decipiunt. Unde & in hac parte ſic procedit. Primo oſtendit, quod decipiunt multos, & corrumpunt, & per quid ibi: [Superbia, &c.] Secundo in quo, ibi: [In deſideriis.] Tertio quos ibi: [Eos qui paululum.] Quarto cauſam deceptionis ponit, ibi: [Qui in errore, &c.] Quinto modum, ibi: [Libertatem, &c.] Dicit ergo: [Superbia] Continuatio. Quia tales ſunt in ſe, & non ſolum, ſed & alios corrumpunt.

a Hi ſunt fontes ſine aqua, *b* & nebulæ turbinibus exagitatæ: *c* quibus *d* caligo tenebrarum reſervatur. *e* Superbia *f* enim *g* vanitatis loquentes, *h* pelliciunt *i* in deſideriis, *k* carnis luxuriæ *l* eos *m* qui paululum effugiunt. *n* Qui in errore *o* converſati, *p* libertatem illis promittentes cum ipſi ſervi *q* ſint corruptionis. *r* A quo enim quis ſuperatus eſt, hujus & ſervus eſt. *ſ* Si enim *t* refugientes coinquinationes *u* mundi in cognitione *x* Domini noſtri, & Salvatoris Jeſu Chriſti, *y* his rurſus *z* implicati ſuperantur facta ſunt eis *a* poſteriora deteriora prioribus,

g Enim] ideſt, quia ipſi. *h* Loquentes ſuperbia vanitatis] 1. *Regum* 2. Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. Aliquando autem oritur ſuperbia ea bono. Hæc enim eſt non vanitatis originaliter, etſi finaliter quia facit vanum. *Job* 11. Vir vanus in ſuperbiam erigitur. Aliquando ex nihilo, ut in illis qui ſe putant aliquid valere, & tamen nihil boni habent, unde debeat ſuperbia naſci, quales ſunt Hereſiarchæ. Et quia ſic glorioſe & magnifice loquuntur. *i* Pelliciunt] ideſt, decipiunt.

m Eos qui paululum effugiunt,] a peccatis, ideſt, qui non ab omnibus abſtinent, ideſt, ſimplices. 1. *Corint.* 11. Qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet. Nota quod Pilatus effugit quando Chriſtum liberare voluit, ſed Paulum quando Judæos qui erant ejus inimici conſuluit. Iterum determinat in quibus decipiunt, quia.

k In deſideriis carnis] ideſt, turpibus actibus carnalium voluptatum.

l Luxuriæ] ideſt, guloſitatis & caſtrimargiæ. Dicunt enim comedamus & bibamus: *Eſa.* 22. Sed dimittunt vel immutant quod ſequitur. Cras enim moriemur. Et ſicut dicit *Gloſſ.* Quis non libenter audiat, manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus. Pelliciunt dico.

n Qui] ideſt, quia illi. *o* Converſati in errore] quia errant ipſi & alios errare faciunt. *Pſalm.* 106. Et errare fecit eos in invio, & non in via. Unde aliquando ipſi in dolore clamabunt illud. *Sap.* 5. Erravimus a via veritatis, *Pſalmus* 118. Erravi ſicut ovis quæ periit.

p Libertatem promittentes] Ecce modus deceptionis, quia dicunt, ſecta noſtra concedit libenter vacare deſideriis, nec propter hoc perite. *Eccleſiaſt.* 29. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit. Et *paulo poſt*. Peccator tranſgrediens mandatum Domini incidet in promiſſionem nequam. Sic promittunt, ſed non ſolvunt.

q Cum ipſi ſervi ſint corruptionis,] ideſt, diaboli corrumpentis. *Roman.* 6. Cum enim ſervi eſſetis peccati, liberi fuiſtis juſtitiæ. Et quod ſervi, hoc probat per jus commune.

r A quo enim qui ſuperatus eſt, hujus & ſervus eſt,] ideſt, ei ſubjectus, quia *Joan.* 8. Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Jam de jure communi oſtendit quod ſunt ſervi: modo oſtendit idem a natura ſervitutis. Dicunt. *ſ* Si enim] quaſi, ut ſunt ſervi.

t Enim] ideſt, quia: [Si] aliqui [refugientes] prius.

u Coinquinationes mundi] ideſt, peccata quæ mundus immittit: Refugientes dico.

x In cognitione Domini noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti,] ideſt, quia ipſum cognoverunt per fidem, & ab ipſo fuerunt cogniti per gratiæ infuſionem, ut hoc nomen [cognitione] ſimul & active teneatur & paſſive.

y His rurſus implicati ſuperantur] ab aliis coinquinationibus ſcilicet.

z Facta ſunt eis poſteriora, deteriora prioribus] quia Deum magis offendunt quam ante baptiſmum: & gravius punientur, quia mendaces ſunt promiſſiones factæ in baptiſmo: quia *Ezech.* 17. Qui diſſolvit pactum, nunquid effugiet?

a Poſteriora, &c.] Hoc ſumptum eſt de *Lucæ decimo primo* Simile. *Geneſ. decimo nono* Uxor Loth, quia retro reſpexit, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Et hæc eſt tertia cauſa damnationis eorum, quia plus peccant, poſt cognitionem veritatis peccantes, quam ante. Unde & ſequitur.

a Me-

a Melius] Continuatio: Dicit quod poſteriora habeot pejora. *b* Enim] ideſt, quia (Melius) erat eis, ideſt, minus malum alus ſcilicet pasibus. *c* Non cognoſcere, &c.) Tunc enim excuſabiles foiſſent ſaltem a tanto.

d Quam poſt, &c.] ante ſcilicet, quia modo facti ſont tranſgreſſores quod prius non erant. *Iſai.* 24. Prævaricantes prævaricati ſunt, & prævaricatione tranſgreſſorum prævaricati ſunt. Et proptes hoc ſequitur Formido & fovea & laqueus ſuper te qui habitator es terræ. Deinde tertio per auctoritatem probat quod ſunt ſervi, dicens.

e Contigit enim eis] ideſt, evenit vel accidit.

f Illud veri, &c.] Sumptum eſt de *Prov.* 26. Sicut canis qui severtitus ad vomitum ſuum: ita ſtultus qui iterat ſtultitiam ſuam. Et hoc dicit, quia ſicut canis qui comedit tantum qood evomit; ſic iſti prius loti in baptiſmo, poſtea coinquinantur secidivando, cum deberent dicere com ſponſa, *Cant.* 5. Lavi pedes meos, quomodo coinquinabo eos? Et talibus non prodeſt, imo magis obeſt ſua lavatio. Unde *Eccl.* 24. Qui baptiaatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lavatio ejus? Sic homo qui jejunat in peccatis ſuis, & iterom eadem faciens. Quid proficit humiliando ſe, orationem illius quis exaudiet? *g* Et] ſupple tales ſunt quaſi (ſus lota io volutabro luti,) ideſt, in luto io quo ſe revolvit. Hæc lotio eſt inquinatio: Unde *Gloſſ.* Sus dom in luto lavatur, ſordidior redditur: ſic qui peccata plangit, nec tamen deſerit, pœnæ graviori ſe ſubjicit: quia ſcienti bonum facere & non facienti, peccatum eſt illi: *Jac.* 4. Hoc apponit Apoſtolus de ſuo, quia non eſt in Proverb. Per ſuem ſignificat luxurioſos io quibus diabolus dormit. *Job* 40. Sub umbra dormit, in ſecreto calami, in locis humentibus. Unde & ipſi in die judicii auferentur de medio ſicut lutum quod in feſtis auferetur de vico. *Pſal.* 17. Ut lutum platearum delebo eos.

EXPOSITIO CAP. III.

HAnc ecce, &c.] Hæc eſt tertia pars epiſtolæ, in qua ot ipſi firmiores ſint & conſtantiores in fide, & ad reſiſtendum hæreticis fortiores, judicium futurum oſtendit: errores hæreticorum, cauſamque deceptionis eorum aperit: unde propter hoc iſtam epiſtolam eis ſcribere ſe oſtendit. Dividitur ergo hoc capitulum in duas partes. In prima certificat eos de judicio futuro. In ſecunda monet eos ut ad illud ſecure expectandum ſe præpareot, ibi: (Cum igitur hæc omnia, &c.) Prima pars dividitur in duas. Primo oſtendit quare hanc Epiſtolam ſcribit eis; & duas dat de hoc rationes. Prima eſt ut ipſi ſiot ſinceri, quæ tangitur ibi: (Sinceram) Secunda eſt ut ipſi ſint memores eorum quæ ſcripſit eis, & quare debeot eſſe memores, oſtendit. Secundo certificat eos de die judicii, ibi: (Unum vero hoc non lateat, &c.) Dicit ergo: *h* Hanc ecce, &c.] *Gloſſ.* Jam aliam epiſtolam ſcripſi vobis ad repellendos Pſeudo, & ut meam ſolicitudinem magnam vobis oſtendam, ecce pro eadem cauſa hanc etiam ſecundam ſcribo vobis. Ergo videtur aperte dicere *Gloſſ.* quod utraque epiſtola fuerit contra Pſeudo: ſed hoc non videtur de prima. Solut. Quidam dicunt, quod unam fecit epiſtolam quam non habemus, & illa ſicut iſta fuit data contra Pſeudo, de qua loquitur hic. Vel poteſt dici, quod prima quam habemus, eſt contra Pſeudo materialiter, & indirecte: hæc vero ſecunda formaliter & directe. *i* In quibus] ideſt, epiſtolis. *k* Excito in commonitione] quam vobis facio, & volo ut alios vos moneatis: & hoc notat aſſociatio, ſcilicet (con) Unde *Gloſſ. Interl.* ut vos commoneam, & vos alios commoneatis. *l* Veſtram mentem ſinceram] excito ſcilicet ſinceram dicit, ideſt ſine cera, ideſt, ſine mollitie, vel mobilitate, ut ſcilicet non ſitis molles per diſſolutionem, vel mobiles de ſcientia in ſcientiam. Et hæc eſt prima cauſa quare ſcribit, ut ſcilicet ſint ſinceri, & non cito credant hæreticis. Secunda cauſa eſt ut ipſi ſint ſemper memores ſuæ doctrinæ: unde dicit: Et memores] Quare autem debent eſſe memores, duplex eſt ratio: prima eſt auctoritas: ſecunda eſt utilitas, de qua dicit, ibi: (Hoc primum ſcientes.) Auctoritas vero eſt triplex. Magna quia eſt a Prophetis prædicta: major quia ab Apoſtolis, ſe ſcilicet & aliis nunciata: maxima quia a Domino præoſtenſa. Unde dicit. *m* Ut memores] Continuatio, quaſi diceret, vobis ſcripſi (ut memores ſitis verborum quæ prædixi vobis;) Verborum dico acceptorum. *n* A ſanctis prophetis] vel quæ ab eis confirmata ſunt: ecce prima auctoritas quæ eſt magna. *o* Et] ut memores ſitis verborum. *p* Apoſtolorum veſtrorum] qui nunciaverunt & evangelizaverunt vobis: ecce major auctoritas: verborum inquam Apoſtolorum.

q Præceptorum] ideſt, quæ ſunt præcepta. *r* Domini & Salvatoris:] quia ipſe qui venit ſalvare nos, hæc præce-
pta inſtituit & ſervari præcepit, ne ſcilicet Pſeudo crederemus. *Marc.* 13. Si quis dixerit vobis, ecce hic eſt Chriſtus & ecce illic, ne credidesitis, exurgent enim Pſeudo Chriſti & Pſeudo Prophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos ſi fieri poteſt, etiam electos. *ſ* Hoc primum] Hæc eſt ſecunda cauſa quare vult eos eſſe memores, ſcilicet

a Melius *b* enim erat illis non cognoſcere *c* viam juſtitiæ *d* quam poſt agnitionem retrorſum converti ab eo quod illis traditum eſt, ſancto mandato. *e* Contigit *f* enim eis illud veri proverbii, Canis reverſus ad ſuum vomitum: & *g* Sus lota in volutabro luti.

C A P. III.

HAnc *h* ecce vobis chariſſimi ſecundam ſcribo *i* Epiſtolam, in quibus veſtram excito *k* in commonitione *l* ſinceram mentem, *m* ut memores ſitis eorum quæ prædixi, *n* verborum a ſanctis *o* Prophetis & Apoſtolorum *p* veſtrorum præceptorum *q* Domini & Salvatoris. *r* Hoc *ſ* primum ſcientes quod venient *t* in noviſſimis diebus in deceptione *u* illuſores juxta proprias concupiſcentias ambulantes, *x* dicentes. *y* Ubi eſt promiſſio aut *z* adventus ejus?

otilitas, quæ eſt ut ipſi ſciant repellere Pſeudo qui diem judicii dicent non eſſe venturum, & cauſam deceptionis eorum oſtendit cum dicit (Latet enim, &c.) Dicit ergo: (Hoc primum) quaſi, volo vos eſſe memores (hoc primum ſcientes, &c.) ideſt, tempore Anti-Chriſti cujus iſti ſunt præcurſores. *t* Venient illuſores] Chriſtianę fidei illudentes, ſicut antiquitus ei, de quo eſt fides, & in quem dirigitur ſpes noſtra: illuſerunt Judæi. Et per hoc oſtendit, quod illi ſcilicet heretici iterum quantum in ſe eſt, crucifigunt Chriſtum cum ejus fidem impugnant. *Hebræor.* 6. Rurſum crucifigentes in ſemetipſis filium Dei & oſtentui habentes. Venient inquam. *u* In deceptione] ideſt, ut decipiant & ſeducant corda innocentium per dulces ſermones & benedictiones, ſicut dicit Apoſtolus. *Rom.* 16. Ipſi dico. *x* Ambulantes juxta, &c.] quia faciunt novas peccatorum adinventiones, & propter hoc ibunt in adinventionibus ſuis, quia ſicut dicitur *Iſaiæ* 3. Lingua eorum & adinventiones eorum contra Dominum.

y Dicentes, ubi eſt promiſſio] facta ſcilicet antiquis Patribus de eorum liberatione: quaſi, in Chriſto non fuit impleta.

z Aut] ubi eſt adventus ejus] ſcilicet ad judicium: quaſi, non poteritis aliqua ſigna oſtendere quod judicium ſit futurum, non credentes Angelis dicentibus *Act.* 1. Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum. Et Dominus etiam ſignum dedit adventus ſui. *Marc.* 13. Cum videritis abominationem deſolationis ſtantem, ubi non debet, qui legit, intelligat diem adventus eſſe propinquum. Nonne & nos videmus hodie hanc abominationem ſtantem ubi non debet, ideſt, fidei corruptionem, in qua multi deſolantur a gratia Dei quæ jam ſtat ubi non debet, quia etiam in regno chriſtianiſſimo ſe diffudit, quod eſt ſignum certiſſimum judicii proxime venturi. Hieronymus vero quindecim ſigna futuri judicii quæ ante accident non aſſerendo, ſed recitando proponit, dicens ſe ea legiſſe in Annalibus Hebręorum. Et hæc fient quindecim diebus: ſed utrum continue vel interpolate non determinat. Prima die eriget ſe mare quindecim cubitis ſuper altitudinem montium, & erit quaſi murus, & ſimiliter omnes aquę. Secunda die deſcendent ad ima, itaut ſemita eorum vix poſſit videri. Tertia die erunt in ęqualitate ſicut in principio. Quarta die omnes piſces & belluę marinę ſuper aquas congregabuntur, & dabunt voces & mugitus, quorum ſignificationem nemo ſcit. Quinta die ardebunt aquę ab ortu Solis uſque ad occaſum. Sexta die omnes herbę & arbores dabunt rorem ſanguineum. Septima die omnia ędificia deſtruentur. Octava die petrę bellabunt adinvicem, ita ut unaquęque alteram in tres partes dividat. Nona die erit terrę motus qualis non fuit ab initio mundi. Decima die omnes colles & montes & valles in planiciem convertentur, & erit ęqualitas terræ. Undecima die exibunt homines de cavernis terræ clamantes, nec poterit alter alteri reſpondere. Duodecima die cadent ſtellę de cœlo & omnia ſigna. Decima tertia, congregabuntur oſſa mortuorum, & exurgent uſque ad ora ſepulchrorum.

Deci-

Decima quarta die morientur omnes vivi, ut ſimul cum mortuis reſurgant. Decima quinta ardebit terra, & poſt erit judicium: Nec ego affero illud, ſed recito ſicut inveni, & ſicut *Hieron.* recitat. Poſitis verbis malignantium, Apoſtolus tamen quare hoc dicunt, oſtendit quia ſcilicet non vident aliquid in mundo mutatum, ſed talis eſt mundus qualis fuit a principio ut ipſis videtur; & hoc eſt quod dicit.

a Ex quo enim] Continuatio: Quaſi, propter hoc dicunt: Ubi eſt, &c. *b* Enim] ideſt, quia, *d* Omnia] ideſt, curſus omnium. *e* Perſeverant] ideſt, uno modo, & nihil videmus mutatum. *a* Ex quo, &c.] antiqui. *c* Dormierunt,] ideſt, mortui ſunt. *f* Ab initio creaturæ,] ideſt, ex quo mundus creatus eſt: quaſi, nihil mutatum eſt, vel nullum ſignum datum eſt adventus ex quo homines ceperunt mori ab initio mundi. Et ita hæc determinatio, (Ab initio creaturæ) determinat hoc verbum (dormierunt:) Vel ſic poteſt legi. *a* Ex quo, &c.] ideſt, mortui ſunt in ſpe reſurgendi, ſicut vos Catholici dicitis, & ſunt verba hæreticorum: Vel potius ſunt verba Apoſtoli rationem eorum oſtendentis, & verba eorum recitantis, quia hoc vult. *Gloſſ. Interl.* dicens: Hic Apoſtolus ex ſua parte (Ex quo) fuit, ita inquam, i. ex tempore Chriſti, poſt quod cœpit reſurrectio prædicari, & adventus ad judicium. *d* Omnia] ideſt, curſus & ordo omnium creaturarum. *e* Sic perſeverant] ideſt, ſine mutatione, ſupple ſicut perſeveraverunt. *f* Ab initio creaturæ,] mundi, ideſt, ex quo mundus eſt creatus quaſi diceret, ex quo Chriſtus reſurrexit, nulla mutatio in machina mundi facta eſt, quæ eſſet ſignum adventus ſui, ſed adhuc tenet mundus ſuum ordinem quem ab initio habuit, & tenuit: Et ſic hæc determinatio (Ab initio creaturæ) determinat hoc verbum (perſeverant.)

g Latet] Hic improbat rationem eorum per hoc quod accidit de diluvio per quod totus mundus immutatus fuit. In hoc etiam verbo oſtenditur cauſa deceptionis eorum, quia prædicta dicunt eo quod judicium per aquam fuiſſe non credant, & ſic decepti futurum per ignem judicium negant. Item per hoc probare incipit, quod judicium per ignem futurum eſt, quia ſi judicium per aquam accidit, ſicut fuit per Scripturam prænunciatum; ergo judicium per ignem futurum eſt, quia per Scripturarum, & Apoſtolorum, imo etiam per os Salvatoris eſt prænunciatum. Continuatio: Quaſi, ita dicunt iſti hæretici ſcilicet. *h* Enim] ideſt, quia (Latet eos, &c.) ideſt, quod judicium ſit futurum (Latet) vel vere, vel quia ſcire nolunt. Hoc ſcilicet. *i* Quod cœli] Hoc exponitur dupliciter. Primo, ut [Quod] ſit nomen ſic: Quaſi, latet eos] qui ſic dicunt [quod,] ideſt, quale, quid, vel cujuſmodi res. *k* Cœli] aerei ſcilicet. *l* Et terra erant prius,] in principio creationis. Cœli dico, & terra deputata [de aqua.] Et hoc. *p* Dei verbo:] ideſt per verbum Dei, ideſt filium, ita ſcilicet deputati ut utrumque appareat in propria forma. [Prius] ſcilicet erant illa duo, aer qui hic dicitur cœlum, & terra erant. *o* Conſiſtens] ideſt, ſimul quaſi unum exiſtens confuſum. *n* Et per aquam] quæ uſque ad globum lunarem diffuſa, totum aerem, & terram velabat, & illa duo quaſi unum confuſum reddebat: cum jam cœlum ſuperius eſſet quoquo modo illuminatum, & a confuſione per nubeculam remotum. Unde dicit *Gloſſ.* Ante illam ſeparationem ita confuſa, & commiſta erant duo elementa, ut aqua occupans ſuperficiem terræ uſque ad lunarem globum aſcenderet. De hoc dixerunt quidam Philoſophi, quibus etiam adhærent Manichæi, quod non decuit in primo opere ſummi opificis eſſe, confuſio naturarum. Unde non dicunt verum Deum fuiſſe illum de quo dicit Moyſes. *Gen. 1.* In principio creavit Deus cœlum: &c. propter hoc quod ſequitur. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: quia non decebat quod primum opus ejus eſſet tenebrarum, quia non decebat quod eſſet abyſſus vel confuſio: imo primum opus ejus maxime debuit eſſe lucidum, & perfectum. Sed errant, quia maxime fuit hoc conveniens, quod primum opus ejus eſſet in confuſione, ut per hoc ſignificaretur, quod in primo principio rerum omnium efficiente futura erat quædam confuſio, ſcilicet in Deo Dei filio, quæ fuit quando Verbum factum eſt infans, Deus, homo: ſimul in unum dives, & pauper. Unde in ſua nativitate cantatur de eo: Cantate Domino canticum novum. Unde? quia ipſe fecit. Et propter hoc ſignificandum fuit confuſio in primo principio materiali omnium. Secundo modo exponitur ut [quod] ſit conjunctio ſic. *g* Latet eos] quia neſciunt vel neſcire ſe fingunt ut nos decipiant. *i* Quod cœli] ideſt, ſpiſſus aer noſter, modo ſc. [Erant] alterius modi. [Prius] enim ante diluvium quam ſcil. poſt, quia tunc erat aer ſerenior. Unde dicit *Gl.* Perierunt & cœli ſecundum ſpecies hujus aeris, qui ſerenitatem, quam habuit prius, in parte amiſit. *l* Et terra] ſimiliter erat prius, ideſt, ante diluvium alterius mundi. Unde dicit *Gloſſ.* Periit terra, quia ſubmerſa tanto tempore fructificare deſtitit; poſtea etiam diſſimilem pleriſque in locis ab ea quam prius acceperat, faciem recepit. Quæ terra in principio mundi ſeparata.

a Ex quo *b* enim Patres *c* dormierunt, *d* omnia ſic *e* perſeverant ab initio *f* creaturæ. *g* Latet *h* enim eos hoc volentes *i* quod *k* cœli erant prius, *l* & terra de *m* aqua, & per *n* aquam *o* conſiſtens *p* Dei verbo: *q* per quæ ille *r* tunc *ſ* mundus *t* aqua inundatus periit. *u* Cœli *x* autem *y* qui nunc ſunt, & terra eodem verbo *z* repoſiti ſunt, igni *a* reſervati in diem *b* judicii, *c* & perditionis *d* impiorum hominum. Unum

m De aqua,] fuit. *p* Verbo Dei] ideſt, per verbum Dei quando aquis congregatis in unum terra apparuit arida. Et verbo Dei fuit vel eſt. *o* Conſiſtens] terra [per aquam] quia ut dicit *Gloſſ.* divina diſpoſitione venis aquarum eſt tota plena ſicut corpus humanum ſanguine, ne deficeret ariditate ſi etiam non eſſet aquis ſuperius irrigata. Sed quæritur hic quare potius terra venas habet aquaſum, & non cetera elementa. Solutio: Quia ipſa ſicca eſt in ſummo, & propter hoc non poſſet conſiſtere ſine aqua. Et ſi oppones de igne elemento, quod eſt ſiccus; verum eſt, ſed non in ſummo, imo calidus eſt in ſummo, & ſuam ſiccitatem temperat humiditas aeris qui eſt humidus in ſummo. Quatuor enim ſunt qualitates, caliditas, frigiditas, humiditas, & ſiccitas. Ex his per combinationem habet quodlibet elementum duas, unam in ſummo, alteram non in ſummo. Aer humiditatem in ſummo frigiditatem non in ſummo; Aqua frigiditatem in ſummo, humiditatem non in ſummo; Terra ſiccitatem in ſummo, frigiditatem non in ſummo. Per hæc quatuor conjunguntur quatuor elementa, gravia cum levibus, & levia cum gravibus, ut conſtituant univerſum, ſicut dicunt verſus: Ut levium levitas gravium gravitate gravatur: Sic gravium gravitas levium levitate levatur. Sequitur: *q* Per quæ] & hoc latet eos quod per illa duo, ideſt, in illis duobus, aere, & terra. *r* Tunc] ideſt, ante diluvium vel tempore diluvii potius. *ſ* Mundus, &c.] ideſt, purgatus a peccatis hominum. *t* Aqua] ideſt, per aquam; occupavit enim aqua terram, & etiam aerem ubi aves volitant, quindecim cubitis excellens ultra montes quam humana opera poterant aſcendere. Et quia hoc latet eos de judicio facto per aquam, propter hoc negant judicium futurum per ignem, de quo ſequitur. *u* Cœli autem, &c.] Et ex his etiam dictis rationem illorum improbavit, qui dicebant nullam mutationem factam eſſe ab initio mundi. Facta enim eſt mutatio per diluvium, quæ quodammodo eſt ſignum judicii per ignem futuri. Et per hoc etiam probavit judicium per ignem eſſe futurum; quia ſicut Scriptura prædixit de judicio per aquam, & ſic prædixit per ignem; & ſicut prædixit, accidet. De hoc judicio ſubjungit dicens. [Cœli autem,] quaſi, non ſolum per aquam purgati ſunt cœli, & terra.

y Qui] ideſt, quales ante diluvium fuerunt.

x Autem] ideſt, ſed. *u* Cœli autem, & terra, &c.] quæ nunc eſt poſt diluvium. Et hoc dicit, quia in diluvio terra immiſta fuit aeri, unde aer factus fuit ſpiſſior, & terra rarior, & hoc patet, quia de uno pugillo aquæ fierent decem pugilli aeris, & de uno pugillo terræ fierent decem pugilli aquæ; & propter hoc dicit. [Qui nunc ſunt] non quia aer vel terra ſint modo alia ſubſtantia, quam ante diluvium, ſed mutata in qualitate ut diximus. *z* Repoſiti ſunt, &c.] ideſt, ejuſdem filii poteſtate prius poſiti antequam eſſet admiſtio terræ, & aquæ, quæ fuit in diluvio, & nunc iterum poſiti, ideſt, habentes ſuam partium poſitionem. *a* Reſervati igni] ideſt ut per ignem purgentur iterum ſicut prius per aquam, quia iterum peccatis hominum ſunt coinquinati; & hoc tangit ly (Reſervati) Et quando purgandi? *b* In diem judicii,) ideſt in quo Deus judicabit ſalvandos bonos. Et etiam in diem. *c* Perditionis) ideſt, quæ etiam dies erit dies perditionis. *d* Impiorum) hominum qui in illo die damnabuntur in anima, & corpore. Unde dicit *Pſalm. 96.* Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. *e* Unum vero, &c.) Secunda pars primæ partis ubi certificat eos de judicio futuro. Primo eliminans multorum hæreſes, de eo ibi: (Unum vero, &c.) Deinde ſecundo oſtendens quod etſi cito non veniet, tamen veniet, & cauſam quare tardat aliquantulum, dicit quia Dominus peccatores ad pœnitentiam expectat, ibi: (Non tardat, &c.) Tertio oſtendit quam horribiliter veniet, ibi: (Adveniet autem, &c.) Dicit ergo, itaque (unum vero, &c.)

ro, &c.) Exponitur multis modis ſecundom quod multorum hæreſes per hoc verbum elidit. Erunt enim quidam qui dicent judicium non eſſe futurum, quia aliquantulum tardare videtur: & jam forte multi ſunt tales. Et propter hanc incredulitatem falſam multi ſecurius peccant. Unde *Eccl.* 8. Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala. Contra quos loquitur hic. Continuatio: venit judicium per aquam, ſic & veniet judicium per ignem, quod multi negabunt, quia cito non venit.

a vero hoc non lateat *b* vos chariſſimi, *c* quia unus dies apud Dominum ſicut mille anni, *d* & mille anni *e* ſicut dies unus. *f* Non tardat Dominus promiſſionem *g* ſuam, ſicut quidam exiſtimant: *h* ſed patienter *i* agit propter vos, nolens *k* aliquos perire, *l* ſed omnes ad pœnitentiam reverti. *m* Adveniet autem dies Domini ut fur: *n* in quo cœli magno impetu *o* tranſient: *p* elementa vero *q* calore ſolventur: *r* terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.

a Vero] i. ſed. *b* Hoc non lateat vos] Minus dicit & plus ſignificat: imo certi ſitis de hoc quod ſequitur ſcilicet. *c* Quia unus, &c.] eſt ſicut unus dies apud nos. *d* Et mille anni,] ſunt ſcil. apud Deum. *e* Sicut unus dies] apud nos ſcilicet: quaſi diceret, quod nos reputamus longum, breve eſt apud Deum & cito venturum: patienter igitur expectandum eſt, quod procul dubio dies judicii veniet. Et ſic reſpondet illi ſupra: (Ubi eſt, &c.) quaſi diceret, prope eſt. Vel ſecundo modo ſic. Dicent enim quidam vel jam dicunt vel dicebant tempore Apoſtuli, quod etſi judicium ſit futurum, tamen tot erunt diſcutienda quot uno die non poterunt diſcuti, & ſic multa remanebunt indiſcuſſa, & propter hoc non eſt timendum. Contra quos dicit, imo & ſcitote. *e* Quia unus dies] tantum valebit (apud Dominum) ad diſcutiendum de omnibus factis hominum: (Sicut mille anni,) ideſt bene æque diſcutiet & faciet hoc uno die, ſicut in mille annis. Unde 1. *Cor.* 15. In momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba, &c. Vel tertio modo ſic. Dicunt enim aliqui Pſeudo, Tot habetis peccata quod non ſufficeret totum tempus uſque ad judicium ad ea punienda, ad quid ergo feceritis pœnitentiam? Contra quos dicit. *e* Unus dies] pœnitentiæ ſcil. tantum valet aliquando (apud Deum) ad impetrandam miſericordiam Domini, & ad vitam quam dat Dominus habendam (Sicut mille anni,) ideſt, multi dies pœnitentiæ. Et hoc dicit, quia tantum valet unum opus & in uno die factum ſi ex eadem charitate aliis paribus, quam plura valerent. Et hoc intellige quantum ad conſecutionem gloriæ vel ſalutis æternæ: non tamen quoad dimiſſionem pœnæ vel ſatisfactionem, vel velociorem gloriæ, vel ſalutis æternæ adeptionem. Ad hoc enim magis valent plura quam unum. Unde *Ezech.* 4. Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Sequitur, [Et mille anni, &c.] Hoc exponitur duobus modis ſecundum quod duos errores hic elidit. Erunt enim quidam dicentes quod tot fluent tempora, quod multa latebunt in diem. Contra quos dicit [mille anni] erunt ſcil. [apud dominum] ideſt, in ejus cognitione [Sicut unus dies.] Continens ponitur pro contento, ideſt, quæcumque fient mille, ideſt, multis & infinitis annis, ita erunt cognita Deo ſicut quæ fiunt uno die. Unde *Job* 10. Nunquid ſicut dies hominis, qui videt obſcure, dies tui? quaſi diceret, non; Aut anni tui ſicut humana ſunt tempora? deficientia ſcilicet & fluxibilia, quaſi diceret, non: quia tibi ſunt omnia præſentia. Vel ſecundo modo ſic. Dicunt quidam, quod non oportet pœnitere, quia in uno die totum delebitur, ſicut dicunt iſti Bugarii & quando conſolatus eſt homo quantumcumque ſit peccator, per appoſitionem manus alicujus perfecti de ipſis, omnia peccata ei dimittuntur. Contra quos dicit [Mille anni] quaſi diceret, non credatis eis qui ſic dicunt. [Quia mille anni] pœnitentiæ, non plus ſufficerent ad pœnam ſolvendam vel ad vitam habendam [Sicut unus dies] non ſufficeret niſi eſſet gratia Dei. Et hoc eſt quod dicitur *Rom.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Cum igitur non ſufficit pœnitentia totius hujus temporis, ſed multo major exigeretur, ſemper eſt pœnitendum. *f* Non tardat Dominus] Hic oſtendit quod etſi cito non veniat judicium, veniet tamen ſed differtor propter peccatores quos Dominus ad pœnitentiam expectat. Unde dicit [Non tardat Dominus] implere ſcilicet. *g* Promiſſionem ſuam,] de die judicii venturi. Sed ubi hoc promiſit? *Luc.* 21. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & majeſtate. *h* Sicut, &c.] & male, de quibus *ſup.* dictum eſt: & hic dicit quod non tardat, quia nondum eſt tempus debitum in quo debeat implere, ſed faciet tempore convenienti & debito, quia ipſe novit quando ſit implendum. *i* Sed patienter agit] ideſt, expectat: *Rom.* 2. Ignoras quod benignitas ad pœnitentiam te adducit. *k* Nolens, &c.] ideſt, non volens. Et intelligendum eſt de voluntate ſigni, & non de voluntate beneplaciti, quia illi nihil reſiſtit. Simile. 1. *Tim.* 2. Qui vult omnes homines ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire. *l* Sed omnes] volens ſc. [ad pœnitentiam reverti.] Unde ipſe ſic prædicavit. *Matt.* 4. Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hæc eſt ergo cauſa, quare tardat dies judicii. *m* Adveniet, &c.] Hic oſtendit quam horribiliter veniet: hæc horribilitas erit in duobus. Unum eſt, quod ſubito veniet & ex inſperato, quia [ut fur] Secundum eſt, quia ipſa elementa tunc comburentur & innovabuntur, ibi: [In quo cœli, &c.] Continuatio; quia dixit quod non tardat Dominus [Autem,] ideſt, ſed [Dies Domini, &c.] ſubito ſcilicet ex improviſo. 1. *Theſſ.* 5. Dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperveniet interitus. *n* In quo cœli] aerei [Magno impetu] ignis ſcilicet involventis. *o* Tranſient:] qui in diluvio tranſierunt: quia tantum aſcendet ignis judicii quantum aſcendit aqua diluvii, ut dicit *Gloſſ.* De hoc igne dicit *Pſalm.* 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Vel cœli allegorice dicuntur ſancti, in quibus purgabitur ſi quid in eis invenietur purgandum. *p* Elementa vero] quaſi diceret non ſolum aer, imo ut communius dicam [Elementa] ſcilicet omnia quatuor, ut dicit *Gloſſ.* *q* Calore] illius ignis maximi [ſolventur. Unde *Gloſſ.* Elementa quatuor quibus mundus conſiſtit, ille maximus ignis abſumet. Vel myſtice elementa, ideſt, ſancti qui fuerunt aliis materia bene operandi, per temporale ſupplicium ſolventur in melius. *r* Terra autem, &c.] Ardebit enim terra illo igne maximo qui præcedet faciem judicis, & etiam aer quantum potuerunt attingere humana corpora quibus coinquinaretur. Sed quæritur hic de hoc, quod dicit, quod tranſibunt, aut ſecundum qualitates: & videtur dicere *Gloſſ.* quod duo ex toto conſumentur, ignis ſcilicet & aqua: & duo in meliorem faciem morabuntur, aer ſcilicet & terra. Unde dicit *Gloſſ.* ſuper illud. Novos cœlos, &c. Non ait alios, ſed veteres & antiquos commutandos in melius. Unde *David*: Ipſi peribunt, tu autem, &c. qui mutabuntur, conſtat pro certo, quia conſumpti per ignem, mox abeunte igne gratiorem reſument ſpeciem. De igne & aqua nihil tamen habemus, quin potius habemus in *Apoc.* 21. Et mare jam non eſt; habemus & in Prophetis, Lux lucernæ amplius non lucebit tibi. *Apoc.* 22. Non egebit lumine lucernæ, neque ſolis lumine. *Iſa.* 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem: nec ſplendor Lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam. Hæc *Gloſſ.* expreſſe videtur dicere, quod duo ex toto conſumentur, & duo in meliorem faciem mutabuntur. Et alia *Gloſſ.* idem facit quæ dicit. Nec cuncta in tantum conſumet ut non ſint, ſed duo ſuſtinet in totum. Duo enim in meliorem reſtituet faciem. Sed contrarium videtur & auctoritatibus & rationibus ſuper illud 1. *Cor.* 7. Præterit figura hujus mundi, dicit *Gloſſ.* Figura, ideſt, pulchritudo non ſubſtantia hujus mundi præterit, ideſt, quotidie ſeneſcit. Sic dicit *Hyamo* & *Aug.* Tandem in judicio mundanorum ignium conflagratione peribit non ſubſtantia, ſed figura atque ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniant. Et ideo non dixit mundus, ſed figura, quia ſubſtantia non petit, ſed qualitates. Item ſuper illud. *Matth.* 5. Unum jota non præteribit de lege *Gloſſ.* Donec elementa ſecundum formam mutentur, ergo ſecundum ſubſtantiam non mutabuntur. Item illud corpus videtur eſſe nobilius, quod magis accedit & appropinquat ad bonitatem creatoris, ſicut in Spiritibus nobilior eſt Seraphin quam Angeli: ſed cœlum magis accedit ad creatorem, &c. elementa quam terra, quia terra eſt inferior omni elemento, & quaſi fæx: & iſta ſtabit, *Eccl.* 1. Terra autem in æternum ſtat: ergo multo fortius alia elementa: ergo cœlum & aqua. Cujus contrarium dicunt *Gloſ.* Item corpora ſuper cœleſtia remunerabuntur, quia ſervierunt homini: ergo ſimiliter elementa: ergo ſtabunt. Item per inconvenientia probatur; quod non peribunt, quia elementa omnia occupant: ergo ſi duo peribunt, locus eorum remanebit vacuus: ſed hoc non deceret in illo ſæculo, quia nec modo deceret. Item ſic eſſet inordinatio in illo univerſo, quia machina mundi periret quæ eſt de

concordia

Digitized by Google

concordia elementorum. Sicut ergo modo eſſet indecens: multo fortius tunc. Dices forſitan quod duo quæ manerent adinvicem, haberent ordinationem, & colligantiam, & ita non eſſet indecentia, Contra dicit. *Boetius*. Qui numeris elementa ligas, i. ad ſimilitudinem, & proportionem numerorum: ſed in numeris, ſic eſt, quod duo ſolidi nō poſſunt cōjūgi uno medio. V. g. octo, & viginti ſeptē ſunt numeri cubici, & ſolidi qui duobus numeris conjunguntur, duodecim qui ſe habet ad octo in ſeſquialtera proportione, & decem, & octo, qui ſe habet ſimiliter ad viginti octo in ſeſquialtera proportione: duodecim autem in nulla proportione ſe habent ad viginti ſeptem, nec decem, & octo ſe habent in aliqua proportione ad octo: nec eſt alius numerus inter iſtos duos qui ſe habeat in æquali proportione ad illos duos: ergo ad hoc quod conjungantur, duo media exiguntur: ſed duo plani numeri poſſent uno ſolo medio conjungi, ſicut nonus, & quartus uno medio conjunguntur, ſc. ſenarius qui ad utrumque ſe habet in ſeſquialtera proportione: ergo cum quodlibet elementum ſit ſolidum, & cubicum, habet enim tantum duo elementa, nec æternam dimenſionem cum ſit corpus cujus non poſſunt eſſe tantum duo elementa, nec tantum etiam tria, quorum unum eſſet medium duorum, quia illa uno medio tantum non poſſunt conjungi. Patet ergo quod duo non poſſunt conſumi ſecundum eſſentiam. Si dicas, quod ſecundum qualitates: Contra, mediantibus illis conjungitur invicem: ergo ſi deſtruantur, deſtruetur ordinatio eorum, & conjunctio. Item *Gl. ſup.* 1. *Cor.* 7. Ipſa ſubſtantia eas qualitates habebit quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniunt: ergo habebunt qualitates. Propter hoc quæritur, quomodo habebunt illas qualitates, quia mutabilis ad immutabile nulla eſt convenientia: ſed illæ qualitates erunt mutabiles, ut dicit *Gl.* ergo non convenient corporibus immortalibus: cujus contrarium dicit *Gl.* illa. Item in fine dicit *Gl. præd.* quia ſubſtantia non perit, ſed qualitates; & prius dixerat quod habebat qualitates mirabili mutatione convenientes corporibus immortalibus; ergo videtur ſibi contradicere. Propter hoc dixerunt aliqui, quod nullum elementorum conſumetur ſecundum eſſentiam. Sed cum dicit *Gl* quod duo ex toto conſumet, intelligendum eſt ex toto, ſc. ſecundū omnes ſui partes primas, infimum; ſc. ſupremum, & medium, aliquid de eis conſumet. Sed contra eos eſt, quod ignis ſecundum ſui ſupremum non conſumetur, nec terra ſecundum ſui infimum. Præterea textus, qui dicit. Novos cœlos, & novam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, &c. eſt contrarius illis; ergo adhuc redit, quod ignis, & aqua ex toto conſumentur, & alia duo innovabuntur. Propter hoc dicunt alii, & videtur melius quod omnia elementa manebunt, & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum qualitates, tamen qualitates non manebunt in quātum ſunt agentes vel patientes, ſed in quantum ſunt unum. Illud quod dicit *alia Gl.* duo in meliorem reſtituet faciem; & *alia*, quæ dicit, ea toto conſumet; utrumque convenit omnibus elementis, quia omnia ſecundum qualitates, & ſubſtantiam immenſa in melius mutabuntur. Sed quare dicit hoc de duobus, ſc. igne, & aqua, quod ex toto conſumentur, & non de aliis. Sol. Hoc dicit non per proprietatem, ſed per appropriationem, quia cum ignis, & aqua habeant qualitates activas, minus videtur quod debeant conſumi; & tamen conſumentur in quantum ſunt agentes, & per hoc patet, quod & aliorum qualitates conſumentur non ſecundum quod ſunt, ſed ſecundum ſuos actus quos modo habent. Unde quod iſtis attribuitur per appropriationem, quaſi per locum a minori, patet quod convenit aliis. Similiter hoc quod dicit, quod duo reſtituet in meliorem faciem, ſc. terram, & cęlum, hoc dicit de illis per appropriationem, & per locum a minori ſimiliter convenit aliis; & ſic patet quod quatuor conſumentur, & quatuor in meliorem formam mutabuntur. Alii dicunt quod *Gl.* loquuntur hic opinando, & ſi quæ ſunt contrariæ, loquuntur ſimiliter opinando. Nec eſt multum curandum ſi ſibi contradicunt auctores in eis in quibus nec fides, nec mores boni læduntur. Sic ergo ſoluta ſunt omnia. Seq. *a* Cum igitur hæc omnia.] Hæc eſt ſecunda pars in qua monet eos ut ſe ita præparent, ut ſecure expectent judicium. In hac parte ſic procedit. Primo oſtendit quales debemus eſſe ad hoc quod ſecuri poſſimus diem illum expectare. Secundo propter quid debemus eſſe tales, *ibi*. [Per quem.] Tertio qualiter debemus ipſum expectare, *ibi*. [Propter quod.] Quarto, quod ſic faciendum eſt, oſtendit

a Cum igitur hęc omnia diſſolvenda ſint: *b* quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus, *c* & pietatibus, *d* expectantes, & *e* properantes *f* in adventum diei Domini, *g* per quem *h* cęli ardentes ſolventur, *i* & elementa *k* ignis ardore tabeſcent.

auctoritate Pauli, *ibi*. [Sicut, &c.] Quinto, & ultimo monet eos ut ſe cuſtodiant ne decidant ab hac veritate, *ibi*. [Vos igitur, &c.] Dicit ergo. [Cum igitur,] quaſi, quia cito veniet judicium vel ſubito, quia hora qua neſcimus. [Igitur cum hæc omnia] elementa ſc. diſſolvenda ſint, ut diximus. *b* Quales oportet, &c.] quoad voſipſos, ſcil. ut corde ſimul, & corpore ſitis ad Dominum verſati. 1. *Pet.* 1. Ut & ipſi in omni converſatione ſancti ſitis. *c* Et pietatibus] quoad cultum Dei, & ſubſidium proximi. Vos dico. *d* Expectantes,] per fidem, & ſpem. Spes enim eſt expectatio futuræ beatitudinis. *Iſ.* 30. Beati omnes qui expectant eum. *e* Et properantes,] per bonam operationem. *f* In adventum,] quaſi, multum vos oportebit eſſe bonos, [Properantes] quaſi, via longa eſt, & dies ſunt pauci, quia ad magna eſtis vocati, quia jam diu expectati, quia deſiderati. Item ne ſitis excluſi. *Cant* 2. Surge, propera amica mea. Sed quare loquitur illis de die judicii in quo illi viventes eſſe non debebant reperti? Sol. Hoc dicit quia erant inter eos hæretici qui de hoc male ſentientes, eos decipiebant, reddit eos cautos ut ſic futurum credant. Eſt enim articulus fidei de judicio futuro. *g* Per quem.] Hic oſtendit propter quid oportet eſſe in ſanctis converſationibus, &c. Quia propter duo, ſc. propter judicii horrorem, *ibi*. [Per quem.] Et propter Domini promiſſionem conſequendam, *ibi*. [Novos vero.] Quia ille dabit ſanctis. Dicit ergo. [Per quem.] Dixi in adventu Domini, [Per quem] adventum ſcil. *h* Cœli ardentes,] i. aer. Et non ſolum aer, imo. *i* Et elementa,] cetera ſcil. *k* Ignis ardore tabeſcent] faciem judicis præcedentis. Sed quid eſt, quod dicit, [Per quem,] imo videtur quod deberet dicere, in quo cœli ardentes, &c. Sol. Prima dies erit menſura incendii, vel quantum durabit illa dies, durabit incendium: tamen hoc non dicunt *Gl.* ſed dicunt oppoſitum. Vel poteſt dici quia forte tunc non erit ſol lucens ſuper terram, ſed ardens. Et videtur hoc, per hoc quod dicunt aliqui, quod omnia corpora ſupercœleſtia tunc convenient in effectu calidi: ſecundum etiam quod dicit *Aug.* quod mundus conflagratione omnium mundanorum ignium peribit: & propter hoc dicit, [Per quem,] & non in quo. Vel ly, [Per quem,] referetur ad hunc genitivum Dei. Item quid eſt quod dicit, [Cœli, &c.] Aut loquitur de cœlo empyreo: aut de aereo. Videtur quod de cęlo empyreo: quia ſicut terra propter peccata hominum in ea habitantium debet purgari, ſic cœlum ubi Angeli peccaverunt: & ubi eadem cauſa, idem effectus: ergo purgabitur cœlum empyreum, & ſic videtur quod intelligit de illo. Contra *Job* 37. Tu forſitan cum eo fabricatus es cœlos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fundati ſunt? Ex hoc videtur quod non indigent purgari: ergo videtur quod dicitur hoc de cœlo aereo. Sed ſi hoc, mala videtur eſſe copulatio. Aer enim eſt unum ex quatuor elementis. Sol. Cęlum empyreum divina bonitate fundatum eſt, & ſolidatum, & non propria natura. Unde *Plato in Timæo*: Dii Deorum, opera quidem mea quorum opifex ego & pater ſum, natura quidem diſſolubilia, ſed voluntate mea indiſſolubilia. Cęlum ergo empyreum purgatione non indiget, quia nunquam ibi fuit habitatio peccatorum: ſed quam cito peccavit Angelus tam cito cecidit. Sed terra eſt habitatio peccatorum, & propter hoc indiget purgatione, maledicta enim fuit in opere Adæ, *Gen.* 3. Ubi loquitur de aere, nec eſt copula mala, quia per cœlum ſupponitur aer, per elementa, alia tria. Sed cum unus ſit aer, quare dicitur in plurali, & cum de terra loquatur prius in ſingulare. Item quare aer dicitur cœlum. Sol. Ad primum, Pluraliter dicitur ad inſinuandum quod non eſt purus ſicut cœlum empyreum. Item cęlum dicitur propter ſui raritatem, per quam lumen induit materialiter, quia ex ſe lumen non habet. Poſtea quæritur de hoc quod dicit. Quod elementa tabeſcent ardore ignis; quis eſt ille ignis: aut elementum, aut aliud? Si elementum, hoc non videtur, quia dicit *Gl.* quod ille ignis aſcendet in tantum, quantum aſcendit aqua diluvii: ſed ſi eſſet elementum, oporteret quod deſcenderet, Item *alia Gl.* Mox abeunte igne gratiorem reſumet ſpeciem: ergo ille ignis abibit: ſed ignis elementum non abibit. Item omnes qualitates elementares purgabuntur: ſed ignis elementum non habet contrarietatem ad omnes illas; ergo ignis ille non erit elementum. Quid ergo erit? Et videtur dicere *Aug.* quod judicium, ſive purgatio illa fiet conflagratione omnium mundanorum ignium; ſicut factum eſt diluvium commiſtione omnium aquarum. Et conſtat quod de igne elemento non intelligit, quia ille non eſt niſi unus ignis. Propter hoc dicunt quidam quod corpora ſupercęleſtia creata fuerunt ſic, ut aliquando convenirent in naturam humidi, ſicut fuit in diluvio: & aliquando in naturam, vel in affectum calidi convenientiſſimo tempore ſecundum naturam. Et hoc

Digitized by Google

videtur poſſe haberi ex verbis præmiſſis. *Aug.* Sed ſi hoc eſt verum, & diluvium fuit naturale, & judicium per ignem erit naturale. Item ſecundum eos etſi homo non peccaſſet, oporteret eſſe duplex judicium: quia adhuc ſtellæ manerent in ſuo ordine. Sed hoc non videtur eſſe verum, quia ſi homo non peccaſſet, nihil eſſet purgandum. Propter hoc dixerunt alii, quod ille ignis eſt quinta eſſentia, qui etſi ſit lux in ſua natura, tamen habebit a Deo virtutem purgativam ad tempus. Sed hoc videtur contra *Baſilium*, qui dicit illum philoſophum deſipuiſſe, qui poſuit quintam eſſentiam. Præterea ſi eſſet quinta eſſentia, cum ſit ſupra elementa quatuor, deſcenderet: ſed *Gl.* dicit hic quod ille ignis aſcendet. Propter hoc dixerunt alii quod ille ignis erit ignis gehennæ, qui tempore ad hoc determinato a Deo divina diſpoſitione egredietur de inferno, & ſe ſuper terræ ſuperficiem diffundet. Et hoc volunt quodam modo

Apoc. 21. gl. † &

D

a Novos vero cęlos, *b* & novã terram † ſecundum promiſſa ipſius expectamus, *c* in quibus juſtitia habitat *d* Propter quod chariſſimi *e* hęc expectantes, *f* ſatagite *g* immaculati, *h* & inviolati *i* ei *k* inveniri *l* in pace: & *m* D. N. J.C. longanimitatem, ſalutem arbitramini, *n* ſicut *o* & chariſſimus frater noſter Paulus *p* ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis; ſicut & in omnibus epiſtolis *q* loquens *r* in eis *ſ* de his *t* in quibus ſunt quędã difficilia *u* intellectu, *x* quę indocti, *y* & *z* inſtabiles *a* depravant, ſicut & ceteras Scripturas ad ſuam ipſorũ † damnationem. *b* Vos igitur *c* fratres *d* præſciẽtes cuſtodite, *e* ne inſipientium *f* errore traducti *g* excidatis a propria firmitate. *h* Creſcite vero *i* in gratia, *k* & cognitione D. N. J.C. Salvatoris. *l* Ipſi gloria, & nunc & in diem *m* æternitatis. Amen.

al. † perditionem.

Explicit Epiſtola B. Petri Apoſt. ſecunda.

confirmare, per quod narrat *B. Aug.* quod eſt quidam locus in Sicilia ardens, ubi de die fumus videtur teterrimus, & de nocte flamma, quæ foramen ſuum multum dilatavit tempore *Aug.* Hoc etiam monet eos quod ille ignis purgabit ſi quid inveniet purgandum in bonis; ſed malus involvet in pœnis in æternum arſuros: & etiam hoc quod dicitur quod aſcendet. Sed contra illos eſt *Gl.* quæ dicit, quod ille ignis abibit. Alii dicunt, quod Deus creabit novum ignem, qui facta purgatione ſtatim ceſſabit, & ad nihil aliud erit quam ad purgandum, & quod purgandum eſt, erit materia illius, quod quando ceſſabit, & ignis ille ceſſabit. Sed contra iſtos eſt illud quod dicit *Gl. ſuper verbum illud Gen.* 2. Requievit Deus ab omni opere, quod patravit, non quaſi opere laſſus: ſed ab univerſo opere requievit, quia novas creaturas facere ceſſavit. Quis ergo ſit ignis ille, Deus ſcit. Tamen duæ ultimæ opiniones probabiliores, videntur, & ultima magis. Et ad illud, quod videtur contrarium, dicendum, quod ille ignis non erit novus quoad ſimilitudinem, erit enim ſimilis igni creato ab initio mundi. Sed quæritur hic quid appellat *Auguſt.* ignes mundanos. Poſſumus dicere quod illos appellat corpora ſuper cœleſtia, quæ convenient in effectum caliditatis, & innovabunt ignem illum a Deo creatum. Et ſciendum quod ſi homo non peccaſſet, non oporteret eſſe duplex judicium: quia etſi quondam conveniſſent in effectum humidi, non eſſent tamen ſufficientia, ut fieret diluvium, niſi Deus aquas traxiſſet de cavernis terræ, quod non feciſſet, niſi homo peccaſſet. Vel poteſt ſic dici [Cęli ardentes,] hoc poteſt intelligi de ipſo aere nobis propinquo, qui quaſi elementatus eſt, & habet permiſtionem. Quod vere ſequitur. [Et elementa,] hoc intelligitur de qualitatibus quoad agere, & pati: & propter hoc *ſup.* dixit. [Solventur] ſc. a permiſtione quoad eſſentiam quæ depurabitur. Et hic dicit [Tabeſcent,] propter actus vel effectus quos non retinebunt ut prius *Iſa.* 51. Cęli ſicut fumus liqueſcent. Fumus non adnihilando, ſed attenuando liqueſcit: ſic aer rarificabitur, & purificabitur. Et ſequitur. Et terra ſicut veſtimentum atteretur, i. peribit in quantum cedit in uſus hominum: Sequitur. Et habitatores ejus ſicut hoc interibunt: ſed habitatores non interibunt ex toto *Dan.* 12. Multi de his qui dormiunt in pulvere terræ, evigilabunt, alii in vitam æternam, alii in opprobrium, ut videant ſemper. Ex quo patet quod nec elementa ex toto ſolventur. *a* Novos.] Hic monet ut ſimus præparati propter promiſſionem Domini, qui novos cœlos dabit ſuis: unde dicit, [Novos cœlos,] i. innovatos. *b* Et novam terram.] Ubi promiſit hoc? *Iſa.* 65. Ego creo cęlos novos, & terram novam: & non erunt in memoria priora. Et *Apoc.* 21. Vidi cœlum novum, & terram novam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit: Cœlos dico. *c* In quibus,] quia modo non ſunt cum ſint mobiles, & inſtabiles, ſed tunc erunt firmi. Vel cœli ſunt juſti quibus qui modo in præſenti vita fluctuant per cogitationes diverſas ſibi invicem ſuccedentes, & firmabuntur, & totum cor ſuum figent in unum, ſcil. in Deum. *d* Propter quod.] Hic oſtendit qualiter debemus expectare, quia longanimiter, & ſpe ſalutis, unde dicit, [Propter quod,] q. d. dies Domini venit, vos, *e* Chariſſimi,] quæ prædiximus. *f* Satagite,] i. ſatis bene operando agite. *k* Inveniri,] i. inveniamini, i. Ei, i. ab eo, vel ad honorem ejus. *g* Immaculati,] a venialibus in corpore *Int.* Sed contra: Nullum peccatum eſt in corpore, niſi tantum quoad originem; ſed ſic eſt ibi etiam mortale: quare ergo magis dicit a venialibus quam a mortalibus? Sol. Per corpus intelligitur hic inferior pars rationis, quam contingit venialiter peccare. Vel poteſt dici, & melius, quod non eſt *una Gl. ſed duæ*, quæ non referuntur ad invicem. *h* Et inviolati.] *Gl.* A criminalibus in mente ponitur ibi pro ſuperiori parte rationis. Vel dicendum ut prius quod ſunt duæ *Gl.* quarum una non refertur ad aliam. Per duo ergo verba excluduntur omnia peccata tam venialia, quam mortalia. Seq. *l* In pace,] i. in peccatis remiſſis pacificati: & in hoc intelligitur perpetratio omnis boni. *m* Et Domini, &c.] i. intelligite quod Dominus benigne expectat ad multorum ſalutem, quod tamen non dicunt hæretici. *n* Sicut & chariſſimus.] Hic quarto oſtendit, quod faciendum eſt ut ipſe prædixit auctoritate Pauli, dicens. [Sicut, & chariſſimus.] Vel ſic continua: Dominus nos expectat ad pęnitentiam, & propter hoc judicium differt, [ſicut &] hoc eſt, etiam, ſicut ego. [Chariſſimus, &c.] *Rom.* 2. An ignoras quoniam benignitas ejus ad patientiam te adducit? *p* Secundum datam] a Deo in ſuo raptu, qui audivit arcana verba quæ non licet homini loqui. 2. *Cor.* 12. Sed quid eſt, quod dicit, quia Paulus ſcribit certis perſonis; iſte autem diſperſis: ergo videtur, quod Paulus non ſcripſit iſtis. *Gl.* ſolvit hic dicens quod Paulus quibuſdam ſpecialiter Eccleſiis ſcripſit; hic autem omnibus Eccleſiis quæ ſunt generaliter per Orbem dicit. [Sicut &] hoc eſt etiam ipſe. *q* Loquens, &c.] loquens inquam. *r* In eis,] ſc. epiſtolis. *ſ* De his,] quæ ſc. ego prædixi vobis, ut vos ea faceretis, quaſi diceret, ita intelligite, & arbitramini longanimitatem ſimiliter, ſicut Paulus in ſuis epiſtolis ſcripſit vobis. Et ſuperfluit hic hoc, quod dixit, [in eis,] more Hebræo. *Gl.* Ecce primus Apoſtolorum oblitus ſui primatus, & datarum ſibi clavium. *Matt.* 16. Datam Paulo miratur ſapientiam. quia mos eſt electorum, ut magis aliorum, quam ſuas virtutes admirentur, & per has ſe ad profectum excitent. *t* In quibus,] ſc. Epiſtolis Pauli. *u* Sunt quædam,] i. ad intelligendum. Quomodo intelligebant eas ſimplices, quibus ſcribebat Apoſtolus? *Reſp.* Quia mittebat eas per diſcipulos ſuos, qui eas exponebant eis. Vel hac erat a Sp. S. & eas intelligebant ſimplices quando audiebant. *x* Quæ,] quia ſcil. ſunt difficilia. *y* Indocti,] qui lumen veritatis non habent. *z* Et inſtabiles,] qui forte ex ſuperbia nolebant audire vel ſtare, ubi legebantur epiſtolæ, donec eas intelligerent: & quia non intelligebant, poſtea depravabant. Et huic concordat *Int.* dicens, quia inter doctos non permanerent donec erudiantur. Et quia tales ſunt. *a* Depravant.] *Gl.* Remedium eſt indoctis humili ſtabilitate, verbis doctorum auditum præbere. *b* Vos igitur, &c.] Quinta, & ultima pars ſecundæ partis, in qua monet eos ut ſe cuſtodiant ne decidant a veritate. Quia propter omnia prædicta igitur vos. *c* Præſcientes] hoc, quod ſcil. judicium eſt futurum. *d* Cuſtodite] vos ſollicite. *e* Ne inſipientium,] i. hæreticorum. *f* Errore traducti excidatis,] i. extra vos cadatis. *g* A propria firmitate.] Hoc competit nomini Petri, & conſonat ei quod dictum eſt in principio, ſcil. quod in hac epiſtola invitat ad patientiam, & fidei conſtantiam. Dixi, ne excidatis. *i* Vero,] i. ſed. *h* Creſcite vero in gratia.] Hoc reſpondet ei quod dixit in principio. Simon qui interpretatur obediens, & talibus datur gratia. *k* Et in cognitione Domini, &c.] ſcil. quaſi, qui jam per fidem cognoviſtis, amplius cognoſcite per fidei radicationem in operibus bonis. Et ſic tangit illud quod dixit *ſup.* 1. Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Domini Noſtri Jeſu Chriſti. *l* Ipſi gloria, & nunc,] ſc. Inter quotidianas adverſitates. *m* Et in diem æternitatis, Amen,] quaſi, ſi inter mala hujus mundi, & preſſuras ipſum glorificatis, dabitur vobis ut participes ſitis gloriæ ejus in vita æterna, ubi videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. *Jo.* 16. Amen, Amen.

Explicit Expoſitio.

REVE-

Digitized by Google

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper I. Epiſtolam Canonicam B. Joannis, incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

Quod fuit ab initio, &c.] Sicut ad hæreticos qui male ſentiebant de æterna Chriſti generatione Joan. Evang. ſcripſit: ſic & adverſus eoſdem, vel alios male ſentientes de fidei ſinceritate hanc epiſtolam ſcripſit. Dicebant enim opera charitatis eſſe, crebro convivari, luxuriari, conſentire vitiis alienis, contradicentes paſſionibus Chriſti, communicare & aliis quæ ſunt pro dilectione Dei, & proximi: quos Apoſtolus vitandos dicit per hoc ad plenum de ſinceritate fidei, ſpei & charitatis fideles inſtruens. Et ſic patet materia, & auctor hujus operis. Sed intentio eſt ut arceat hæreticos qui contra fidem & charitatē prædicabant. Dividitur autem hęc epiſtola in quinque partes, ſecundum quod continentur ibi quinque capitibus. In primo oſtendit & determinat quid credendum ſit, ibi [quod fuit ab initio, &c.] In ſecundo quid diligēdum ſit, ibi [Filioli mei hæc ſcribo vobis ut non peccetis.] ubi incipit ſecundum capitulum ſecundum quoſdam: Tamen ſecundum alios incipit ibi [Mandatum novum, &c.] Secundum alios, ibi [Scribo vobis filioli.] Sed ſecundum tenorem ſententiæ verius incipit, ibi [Filioli mei hæc ſcribo vobis.] In tertio oſtendit qualiter diligendum, ibi. Videte qualem charitatem, &c. *inf. 3. cap.* In quarto agit de cautela diligendi & credendi, oſtendens quid imitandum & quid non, ibi [Nolite omni ſpiritui credere, & cetera.] *inf. 4. cap.* In quinto agit plenius de effectibus fidei & charitatis, ibi [Omnis qui credit quoniam Jeſus eſt Chriſtus, &c.] *inf. 5. cap.* Item hoc primum capitulum habet quinque partes. In quarum prima determinat quid credendum nempe quæ ſunt de divinitate Chriſti & humanitate, de quibus eſt omnis articulus fidei. Sed quia res diligentius, quanto eſt ſollicitius quæſita ſervatur, cum ipſius utilitas cognoſcitur; propter hoc in ſecunda parte oſtendit utilitatem credendi: quæ eſt duplex. Una quidem ut ſimus participes & ſocii Chriſti; ibi. [Quod vidimus & audivimus, &c.] Et alia, plenitudo gaudii, ibi. [Et hæc ſcribimus vobis] Tertio oſtendit quomodo hanc Chriſti ſocietatem habere poſſumus, quia ſcil. ſi fuerimus in luce, ipſe enim eſt lux, ibi. [Hæc eſt annunciatio, &c.] Vel potius in hac tertia parte ſpecificat illud, quod generaliter prius de fide annunciaverat, ut ſic eos ad lucem veræ fidei adducat. Deinde quarto oſtendit quomodo poſſumus ambulare cum Chriſto ſi ſumus in luce fidei ejus, per hoc ſcil. quod per ejus ſanguinem a peccato ſumus mundati, ibi [Et ſanguis, &c.] Sed quia poſſet aliquis dicere, quomodo ſanguis ejus nos mundavit, cum non eſſemus peccatores? propter hoc oſtendit quod nullus homo omnino mundus eſt, & qui ſe eſſe mundum omnino credit, ſeipſum decipit. Unde dicit. [Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, & cetera.] Dicit ergo.

a Quod fuit ab initio, &c.] Sed quæritur hic primo, quare iſte generaliter ſcribit nec certæ perſonæ, nec certæ genti, cum e converſo & Jacobus & Petrus certæ genti etſi non certæ perſonæ ſcripſerunt, quia Jacobus Judæis diſperſis ad fidem de Judaiſmo converſis, Petrus vero proſelytis ad fidem converſis.

Solutio. Nec perſonam determinat hic, nec gentem, quia agit de ſinceritate fidei, & charitatis, quæ non habent electionem, quia ad hæc tenentur omnes: ab ea vero de quibus ſcribunt alii duo, non tenentur omnes niſi pro tempore & loco: ſicut ad ſuſtinentiam paſſionum ad quam monet Jacobus, tenentur omnes homines in tempore adverſitatis.

Item ad conſtantiam fidei ad quam monet Petrus in prima epiſtola tenentur omnes in tempore perſecutionis.

Item ad cautelam hæreticorum quam docet in ſecunda, quando pullulant hæreſes.

Sed ad fidem ſinceram tenentur omni tempore & omnes.

Item quæritur quare non præmittit [ſalutem,] ſicut alii?

Solutio. Quia de Verbo æterno determinat, quo nihil majus eſt ad ſalutem.

Unde aliam ſalutem non præmittit. Dicit ergo.

a Quod fuit, &c.] Notandum quod tria dicit hic. A

Quædam primo quæ pertinent ad divinitatem eum dicit. [Quod fuit, &c.] Secundo ea quæ pertinent ad humanitatem cum dicit, [Quod audivimus.] Tertio quæ ad vitæ æternæ manifeſtationem: Chriſtus enim ens Deus & homo vitam manifeſtavit, & attulit mundo, cum dicit. [Et vita, &c.]

Secundum hoc dicit tria verba. Vidimus, teſtamur, & annunciamus.

Unde & ſic accipienda eſt conſtructio: Nos Apoſtoli [Teſtamur illud quod fuit, &c.] Hæc enim duo pertinent ad divinitatem quæ inviſa eſt nobis, tamen audita. Et teſtimonium bene fertur, & bonum eſt de auditu.

Præfatio Hieronymi in Epiſtola Canonica Joannis ex libro de Illuſtribus viris.

Joannes Apoſtolus quem Jeſus dilexit plurimum, filius Zebedei, frater Jacobi Apoſtoli quem Herodes poſt paſſionem Domini decollaverat, noviſſimus omnium ſcripſit Evangelium, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis adverſus Cerinthum alioſque hęreticos; & maxime tunc Ebionitarum dogma conſurgens: qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Unde etiam compulſus eſt divinam ejus nativitatem edicere. Sed & aliam cauſam hujus ſcripturę fuerunt: Quod cum legiſſet Matthęi, Marci, & Lucę volumina, probaverit quidem textum hiſtoriæ & vera eos dixiſſe firmaverit, ſed unius tantum anni in quo paſſus eſt poſt carcerem Joannis hiſtoriam texuiſſe. Prętermiſſo itaque anno cujus acta a tribus expoſita fuerant, ſuperioris temporis antequam Joannes clauderetur in carcerem, geſta narravit, ſicut manifeſtum eſſe poteſt his qui quatuor Evangeliorum volumina legerint: quæ res diaphoniam quę videbatur Joannis eſſe cum ceteris, tulit. Scripſit autem unam epiſtolam cujus exordium hoc eſt: Quod fuit ab initio, quod audivimus, & vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtrę tractaverunt de Verbo vitę: quę ab univerſis Eccleſiaſticis & eruditiſſimis viris comprobatur. Reliquę autem duę, quarum principium eſt, Senior Electę dominę & natis ejus: & ſequens, Senior Cajo chariſſimo quem ego in veritate diligo, &c. Joannis presbyteri aſſeruntur, cujus & hodie alterum ſepulchrum apud Epheſum oſtenditur; & nonnulli putant duas memorias ejuſdem Joannis Evangeliſtę eſſe: Super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem ejus ventum fuerit, diſſeremus: Quartodecimo igitur anno ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano, in Pathmos inſulam relegatus ſcripſit Apocalypſim: quam interpretantur Juſtinus Martyr, & Ireneus. Interfecto autem Domitiano, & actis ejus ob nimiam crudelitatem a Senatu reſciſſis, ſub Nerva principe rediit Epheſum, ibique uſque ad Trajanum principem perſeverans totius Aſię fundavit & rexit Eccleſias: confectuſque ſenio, ſexageſimo octavo anno poſt paſſionem Domini mortuus, & juxta eamdem urbem ſepultus eſt.

Argumentum in Primam Canonicam Beati Joannis.

Rationem verbi, & quod Deus ipſe ſit charitas, manifeſtat: & ſuſurrones fratrum nec Deum ſcire, nec pios fieri poſſe eo uſque diſſertat, ut eſſe comprobet homicidas eo quod odium ſit interfectionis occaſio.

Incipit Epiſtola prima Beati Joannis Apoſtoli.

CAP. I.

Quod a fuit ab initio, quod

[Et vidimus,] unde & reſpondet alteri. [Vidimus] illud [Quod vidimus oculis noſtris.] Et hoc teſtamur. [Et annunciamus] vitam quæ manifeſtata eſt nobis; ut ſic ſingula reddantur ſingulis: vel ut omnia omnibus, ſic: [Et vidimus & teſtamur & annunciamus quod fuit ab initio.]

a audivimus, *b* quod *c* vidimus oculis *d* noſtris, *e* quod perſpeximus, *f* & manus noſtræ contrectaverunt de Verbo vitæ (*g* & vita manifeſtata eſt:) *h* & vidimus & teſtamur *i* & annunciamus vobis vitam *k* æternam, *l* quæ erat apud Patrem *m* & apparuit nobis. *n* Quod vidimus *o* & audivimus, annunciamus vobis, ut & *p* vos *q* ſocietatem *r* habeatis nobiſcum *ſ* & ſocietas noſtras ſit cum patre & filio ejus Jeſu Chriſto. *t* Et hæc ſcribimus *u* vobis ut *x* gaudeatis *y* & gaudium veſtrum ſit ple-

Et eſt ibi inculcatio verborum, ad majorem certitudinem. Item. [Et vidimus & teſtamur, & annunciamus quod audivimus,] Item. [Et vidimus & teſtamur & annunciamus vitam, &c.] Et tunc reſpectu hujus verbi [vidimus] primum [quod] ſupponit pro perſona Chriſti quæ fuit viſibilis quantum ad humanitatem, & hoc ſi vidimus,] copulat viſionem corporalem: ſi vero viſionem fidei; tunc primum [quod] poteſt ſupponere pro eſſentia, vel pro perſona ſimplici, quæ fuit ab æterno in natura divinitatis. Chriſtus enim qui ab æterno fuit in Trinitate perſona ſimplea, in tempore fuit perſona compoſita ex duabus naturis, divina ſcil. & humana, non tamen confuſis vel commiſtis, ſed aſſociatis in una perſona. Exponamus ergo litteram: [Quod fuit ab initio,] i. ante initium temporis, ſcilic. de quo a principio temporis verum fuit dicere, quoniam fuit: & non fiat vis in verbo præteriti temporis. Hoc eſt quod dicitur *Jo.* 1. In principio erat Verbum. Vel [Ab initio,] i. a Patre. Unde *Jo.* 1: Et Verbum erat apud Deum, ut ens a patre: & ſic præpoſitio notat ſub auctoritatem reſpecto filii; auctoritatem vero reſpectu patris. Vel ly [apud] notat generationem filii a patre æternaliter geniti. Similiter. *Pſ.* 109. Ante luciferum genui te. Item [Ab initio,] i. in ipſo initio ſcil. patre, ens in vero eſſe divinitatis, idem eſſentialiter, quod ipſe pater. Et hoc eſt quod dicit *Jo.* 1. Et Deus erat Verbum. *a* Quod audivimus,] i. de quo audivimus per legem, & Prophetas quod apud Deum exiſtens ab æterno, in tempore incarnaretur, & viſibilis appareret. Unde *Jo.* 1. Hoc erat in principio apud Deum: quaſi. De eo qui æternaliter eſt in patre, ab æterno præviſum eſt ut fieret hoc, i. viſibile, & demonſtrabilis, in tempore, & hoc nunciaverunt Prophetæ. Ecce quam breviter & ſubtiliter tangit hic illa quatuor verba quæ dicuntur in principio Joannis: & ſic oſtendit quid debemus credere de divinitate. Vel poteſt dici quod hic incipit agere de humanitate cum dicit. [Quod audivimus.] Homo enim auditur. Unde *Origenes. Jo.* 1. Verbum caro factum eſt, ut poſſet audiri, voce loquens humana. Unde dicit. [Quod audivimus,] i. quem audivimus loquentem & prædicantem, inter homines docentem.

b Quod, i. quem. *c* Vidimus oculis noſtris,] ſenſualiter ad nos venientem, & inter homines converſantem. *Bar.* 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. *d* Quod] i. quem. *e* Perſpeximus,] i. vitam ejus & mores perfectos eſſe conſpeximus, & propter hoc ipſum ſecuti ſumus, *Matt.* 19. Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. *Matt.* 4. Relictis retibus & patre ſecuti ſunt eum, Jacobus ſcil & Joannes & alii, ſcil. Apoſtoli. Vel. [Quod perſpeximus,] i. diligenti & perfecta indagatione inquiſivimus utrum ipſe eſſet de quo prædixerant Prophetæ, & utrum in ipſo implerentur Scripturæ. Unde etiam ſic faciebat Beata Virgo mater ejus, *Luc.* 2. Maria autem conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo, cum verbis ſcil. Prophetarum, utrum hic eſſet quem prædixiſſent Prophetæ: non quia dubitaret, ſed quia de hujuſmodi congratulabatur vehementer. Et ſic nos invenimus, ſicut audieramus. *Jo.* 1. Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetis, invenimus Jeſum filium Joſeph a Nazareth. *Matt.* 2. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus. Vel [perſpeximus,] transfiguratum in monte Thabor. *Matt.* 17. Ubi ſpiritualibus oculis divinam ejus virtutem vidimus. Et quod ſcil. *f* Manus noſtræ contrectaverunt de Verbo vitæ,] i. filio Dei vivo in ſe, & ex ſe, & alios vivificante: quaſi magna familiaritate ei conjuncti, non eſſe phantaſma, ſed veram carnem ipſum habere palpando probavimus & ante & poſt reſurrectionem, ut dicit *Gl.* Et eſt hic argumentum quod non ſolus Thomas palpavit carnem Domini poſt reſurrectionem, imo & alii Apoſtoli: cujus ſignum eſt illud quod dictum eſt eis pluraliter. *Luc. ult.* Palpate & videte quoniam ſpiritus carnem, & oſſa non habet. Tamen ſoli Thomæ dictum eſt, *Jo.* 20. Infer digitum tuum huc: & hoc fuit, quia ipſe ſolus dixerat ſe non aliter crediturum. Quod vero præ familiaritate tetigerit Joannes primum planum eſt, quia ſuper pectus ejus legitur recubuiſſe in cœna. *Jo.* 13. & *ult.* Et non ſolum audivimus, imo. *Joan.* 20. *c.* 2. *Joa*

g Et vita manifeſtata eſt,] nobis ſcil. per fidem; vel per miracula quæ fecit, oſtenſum & manifeſtatum quod ipſe eſt vita. Hæc inquam prædicta. *h* Et vidimus & teſtamur,] i. horum teſtes ſumus uſque ad ſanguinis effuſionem. *Act.* 2. Cujus nos teſtes ſumus: ſecundum quod prædixerat Dominus, *eod.* 1. Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa & Samaria, & uſque ad extremum terræ. Ex *Iſa.* 44. Vos eſtis teſtes mei. Et quia hoc vidimus, & teſtamur, ſecure.

i Annunciamus vobis vitam,] non temporalem, ſed [æternam,] eſſe fidelibus: ſic, ſupplet *Gl.* loquitur, quia qui erat in patre ab æterno, factus eſt nobis, vita: qui primo erat panis Angelorum, factus eſt cibus hominum: Unde in fœno jacuit, quod eſt cibus jumentorum. *Hab.* 4. Secundum aliam litteram. In medio duorum animalium cognoſceris. Et ſpecificat ſe magis dicendo.

k Quæ] ſcil. vita.

l Erat apud patrem] abſcondita. *Iſa.* 45. Vere tu es Deus abſconditus.

m Et apparuit nobis,] in tempore, viſibilis in humanitate; ſecundum quod diu petierat *Pſ.* 79. Qui ſedes ſuper Cherubin, appare coram Ephraim, Benjamin & Manaſſe. Ephraim, boni conjugati qui in bonis operibus debent eſſe fructuoſi: Benjamin boni Clerici qui ſunt filii dextræ Dei, i. Chriſti, ipſum imitantes in paupertate, & cæteris bonis: Manaſſe, Religioſi qui mundum & omnia ea, quæ in eo ſunt, debent propter Dominum oblivisci. Uſque huc eſt unus verſus. Seq.

n Quod vidimus,] Oſtenſo quid credendum, quia ea quæ prædicantur de Chriſti divinitate, & ea quæ de ejus humanitate, quod ipſe ſcil. verus Deus & verus homo eſt; nunc oſtendit propter quid hæc annunciant Apoſtoli, ſive quanta eſt utilitas credendi hæc, quia duplex. Una quidem ut ſimus ſocii, & participes Chriſti. Unde dicit. [Quod vidimus,] i. quem transfiguratum vel manentem nobiſcum vidimus: ſicut prædixerat, *Iſa.* 8. Et vocabitur nomen ejus Emmanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus.

o Et quod audivimus] de ipſo a patre dicente. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et repetit, quod dixerat, non nugatorie ſed ad majorem dictorum certitudinem. Vel [quod audivimus] ex ore ejus, hoc ſcil. [annunciamus vobis] ſecundum quod ipſe nos docuit. *Matt.* 10. Quod in aure audiſtis, prædicate ſuper tecta. Et quare hoc? [Ut & vos ſocietatem, &c.] non minus ſcil. beati quam illi qui viderunt, quia *Jo.* 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt, &c. *Matth.* 3

q Societate.] Primo in credendo, & tandem omnia patienter propter Dominum ſuſtinendo. Et ex hoc patet quod illis ſcribit qui nondum erant in ſinceritate fidei imbuti.

r Nobiſcum] qui ſumus Apoſtoli Chriſti. Sed quia hoc parum eſſet, propterea ſubjungit.

ſ Et ſocietas noſtra ſit cum patre & filio ejus Jeſu Chriſto:] quaſi diceret, ut per noſtram ſocietatem quæ eſt in fide Eccleſiæ tranſeamus ad Dei ſocietatem quæ eſt in aperta viſione, cum paſtoribus. *Luc.* 2. Tranſeamus uſque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum eſt, quod Dominus fecit & oſtendit nobis. Non ſolum annunciamus vobis, imo.

t Et hæc ſcribimus vobis:] quod enim dicitur, fluit quantocyus, ſed quod ſcribitur, manet. Scribimus ergo ut memoriter teneatis.

u Ut,] ſic per horum memoriam.

x Gaudeatis in præſenti,] in fidei aſſociatione, quia ſcil. vobis eſtis aſſociati in fide. *y* Et tandem, [gaudium veſtrum plenum ſit,] quando omnes ſimul erimus recepti in æterna beatitudine: quando illud implebitur quod dicit Dominus. *Joan.* 16. Iterum autem [illegible] videbo

videbo vos, & gaudebit cor veſtrum & gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Modo enim gaudium non eſt plenum, ſed riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. *Prov.* 14. Vel, [Ut gaudeatis,] in conſcientia munda. [Et gaudium,] in futuro propter aliorum ſocietatem. *Pr.* 14. Cor quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſcebitur extraneus: Verũ eſt in futuro. *a* Et hæc eſt.] Hic oſtendit C tertio, quomodo poſſumus acquirere ſocietatẽ Chriſti ſicut ſc. in luce fuerimus, ſicut ipſe eſt lux. Unde dicit, [Et hæc eſt,] i. res digna annunciatione, ut ſc. ejus ſocietatem habeatis. Heb. 7. Apoc. 1. *b* Quam,] ſocietatẽ, vel annunciationẽ, *c* Audivimus ab eo, &c.] Quoniam Deus lux eſſentialiter: quia nec actu nec potẽtia habet aliquid de tenebris. D *Joan.* 8. Ego ſum lux mundi. Et *Jo.* 1. Et lux in tenebris lucet. A *d* Et tenebræ in eo,] nec ignorantiæ, nec peccati. *Jac.* 1. Apud eum non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

a Et hæc eſt *b* annunciatio quam *c* audivimus ab eo & annunciamus vobis: Quoniam Deus lux, *d* eſt, & *e* tenebræ in eo non *f* ſunt ullæ. *g* Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus: cum eo, & in tenebris ambulamus: *h* mentimur & veritatem non facimus. *i* Si autem in luce ambulamus, *k* ſicut & ipſe eſt in luce: *l* ſocietatem habemus adinvicẽ, *m* & ſanguis Jeſu Chriſti filii ejus emundat nos ab omni peccato. *n* Si dixerimus quoniam peccatum *o* non habemus, ipſi nos ſeducimus *p* & veritas in nobis nõ eſt. *q* Si confiteamur peccata noſtra: *r* fidelis *ſ* & juſtus eſt, ut remittat nobis peccata noſtra, *t* & emundet nos *u* ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccavimus: *x* mendacem facimus eũ, *y* & Verbũ ejus non eſt *z* in nobis.

CAP. II.

Filioli mei hæc ſcribo

Sap. 7. Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata invenitur prior. Vel; *e* Tenebræ] i. peccatores. *f* Non ſunt in eo,] manentes ſc. quia. 2. *Cor.* 6. Quæ ſocietas luci ad tenebras? Et quia Deus eſt lux: *g* Si dixerimus,] i. in nobiſipſis mendaces ſumus. *h* Et non facimus,] quia aliis occaſionem mentiendi damus: & ſic & nobis & aliis nocemus: Et quaſi ab oppoſitis concludit hic. Unde *Int.* dicit ſuper illud verbum [Si dixerimus, &c.] Sequitur quod quaſi mentimur ſi dicimus nos habere ſocietatem Chriſti ſi ſumus in tenebris. Sed. *i* Si autem] proficiendo in bonis operibus. *Prov.* 4. Juſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit uſque ad perfectum diem. *k* Sicut & ipſe eſt,] bonum exemplum aliis oſtendendo, ſicut ipſe fecit, *l* Societatem habemus] i. & inter noſipſos homines, & inter nos & Chriſtum, quaſi diceret, ſi lucem boni exempli præbemus aliis ſicut ipſe Chriſtus, i. ea intentione qua Chriſtus, qui hoc fecit & quia nos diligebat & ut ad mutuam charitatem & dilectionem vocaret: ſed hoc in quantum ea intentione facimus, ſocii Chriſti ſumus in intentione, & aliorum in dilectione: Unde *Int.* dicit. Per charitatem. Et notandum quod dicit nos ambulare in luce & Chriſtum eſſe in luce. Unde hoc? quia nos ad meliora proficere poſſumus de virtute in virtutem: ſed Deus in luce eſt, nec poteſt amplius proficere cui nihil lucis, vel bonitatis poteſt addi. Unde 1. *Tim.* 6. Lucem habitat inacceſſibilem. Sed quia poſſet aliquis dicere, quomodo poſſumus nos ambulare in luce, & ſocietatem habere? Reſpondet, quia non a nobis, ſed merito Jeſu Chriſti, qui ſuo ſanguine nos ab omni peccato mundavit. Unde dicit. *m* Et ſanguis Jeſu Chriſti, &c.] tam originali quod tollitur in baptiſmo qui virtutem ſuam habet & efficaciam a paſſione Chriſti: quam etiam ab actuali per pœnitentiam quæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium peccati: Unde *Gl.* Sacramentum Dominicæ paſſionis omnia originalia, & actualia lavavit. Si hoc: ergo non oportet nos pœnitere, cum paſſio Chriſti ſufficiat ad mundandum nos ab omni peccato. Sol. Imo quia paſſio Chriſti etſi ſufficiat, non tamen efficit niſi volenti vel per ſe ſicut in adulto; vel per alterum ſicut in parvulo. Et hæc eſt quarta pars capituli Et ſanguis, &c.] Seq. *n* Si dixerimus.] Quinta pars capit. in qua oſtendit quod nullus homo eſt mundus: Et hoc probat per duo. Primum eſt, quia ſi ſe mundum putat, ſeipſum decipit. Secundum eſt, quia Deum mendacem facit. De primo dicit. [Si dixerimus;] quaſi diceret aliquis, Chriſtus nos mundavit ergo mundi ſumus & ſine peccato. Propterea reſpondet quod non: [Quia ſi dixerimus,] elati per ſuperbiam: *o* Quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus,] i. ſcorſum a veritate ducimus propria arrogantia decepti: vel ſurſum per ſuperbiam nos ducimus contra Deum. *p* Et propter hoc [veritas in nobis,] i. ipſe qui eſt veritas, qui ſuperbis reſiſtit. *Jac.* 4. Deus ſuperbis reſiſtit. Et 1. *Pet.* 5. Dominus ſuperbis reſiſtit. [Si dixerimus.] *Pr.* 20. Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum: purus ſum a peccato? quaſi diceret, nullus: Unde dicit *Gl.* hic. Impoſſibile eſt quemlibet ſanctum aliquando non cadere in minimis peccatis, nec juſti eſſe deſinunt, quia citius opitulante Deo reſurgunt; Unde *Pr.* 24. Septies enim in die cadet juſtus, & reſurget; impii autem corruent in malum. Sed quid eſt quod dicit *Gl.* Impoſſibile. Nonne quodlibet per ſe poſſumus vitare? Conſtat quod ſic: & univerſale non eſt niſi collectio particularium: ergo omne veniale poſſumus vitare: ergo mentitur *Gl.* ut videtur. Sol. Sicut contingit aliquid ſcire in univerſali, ignorare autem in particulari; ut ſcio quod omnis mula ſterilis eſt, poſſum ignorare de mula, quam video groſſam & pinguem: ſic dicimus quod vitari poteſt quodlibet veniale in particulari; non tamen univerſaliter poſſunt omnia vitari. Sic in navi in multis locis perforata poſſum obſtruere quodlibet foramen ſcil. quod voluero, non tamen omnia: & hoc eſt quod dicit *Gl.* Impoſſibile, &c. Sed numquid Apoſtoli induti erant virtute ex alto? Conſtat quod ſic, quia erant repleti Sp. S. *Act.* 2. Ergo nec venialiter poterant peccare. Item numquid de parvulo baptizato poteſt dici poſt baptiſmum, quod peccatum non habeat? Conſtat quod ſic: ſed hoc intelligitur de adultis. Quod vero objicitur de Apoſtolis, dicimus quod ſi peccatum veniale non habebant, non tamen erat eis revelatum quod non haberent: unde non audebant dicere ſe ſine peccato eſſe: Unde 1. *Cor.* 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum. Ita ſi dixerimus quod peccatum non habemus, non eſt in nobis veritas. Sed. *q* Si confiteamur,] vere, i. ex vero corde [peccata noſtra:] *r* Fidelis,] ut impleat quod promiſit. *Iſ.* 30. Si revertamini & quieſcatis, ſalvi eritis. Ibi dicunt *Sept.* Cum converſus ingemueris, tunc ſalvus eris. *ſ* Et juſtus eſt] Dominus, ut remittat nobis peccata noſtra:] Ergo remiſſio peccatorum eſt ex juſtitia: Contra. Imo ex pura miſericordia *Thr.* 3. Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti. Sol. Duo ſunt in peccato, culpa & pœna: remiſſio culpæ eſt ex miſericordia: ſed remiſſio pœnæ eſt ex juſtitia. *Homo enim* motu liberi arbitrii poſt remiſſionem culpæ operatur cum gratia Dei, & ſic meretur remiſſionem pœnæ. Remittit nobis Dominus in præſenti vita peccata majora, ſed in futuro minora emendat per ignem Purgatorii; unde dicit. *t* Et emundet nos] poſt diſſolutionem carnis. *u* Ab omni,] i. a minoribus peccatis, ſc. venialibus vel remittit in præſenti vita tam actualia, quam venialia. Sed in futuro emundabit, i. ex toto mundabit & a poteſtate peccati, quam auferet omnino a nobis, ut vere morti inſultent tunc ſancti & dicant: Ubi eſt mors victoria tua, ubi eſt mors ſtimulus tuus, ſcil. fomes peccati, qui prius nos ſtimulabat? Et reſpondebitur, Abſorpta eſt mors in victoria. [Si dixerimus] Secundum per quod oſtendit quod nullus eſt mundus a peccato, quia qui ſe mundum reputat, Deum facit mendacem qui ſolus mundus eſt vere, *Job* 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu qui ſolus es? mundus ſcil. Unde dicit. [Si dixerimus quoniam non peccavimus] & ſic non egemus abſolvi. *x* Mendacem facimus eum.] *Int.* qui dicit: Nec infans unius diei ſine peccato eſt. Hoc expreſſe non legitur, ſed ſumptum eſt de verbis. *Job* 25. Numquid juſtificari poteſt homo comparatus Deo aut apparere mundus natus de muliere? Unde *Gl.* Solus Deus ex ſe verax: Homo ex Deo verax, & ex ſe mendax. *Rom.* 3. Deus verax, omnis homo mendax. *Rom* 8. Vanitati omnis creatura ſubjecta eſt non volens. *y* Et Verbum ejus,] i. Chriſtus qui peccata remittit. *z* Non eſt in nobis,] cum ſimus ſuperbi, & ipſe ſit humilis: Ipſe autem ſuperbis reſiſtit. Vel, [Verbum ejus,] verbum ſcil. humilitatis de quo. *Eccl.* 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

2. Reg. 8. 1. Pet. 6.

De pœn. d. 2. c. Si enim inquit de conſ. d. 2. c. ...iterantur.

EXPOSITIO CAP. II.

Filioli mei.] Hæc eſt ſecunda pars epiſtolæ in qua oſtendit quid diligendum. Dividitur autem hoc capitulum in duas partes. In prima docet materiam diligendi quæ eſt duplex, Deus ſcil. & proximus. In ſecunda parte removet impedimenta diligendi, *ibi.* [Nolite diligere mundum, &c.] Sed quia duplex eſt materia diligendi, Deus ſcilic. & proximus: propter hoc prima pars dividitur in duas. In prima enim agit de dilectione Dei: In ſecunda de dilectione proximi, *ibi*, [qui dicit, &c.] In hac ergo

a vobis, ut non peccetis. *b* Sed etſi quis peccaverit, *c* advocatum habemus apud Patrē, *d* Jeſum Chriſtum *e* juſtum: *f* & ipſe *g* eſt propitiatio *h* pro peccatis noſtris, *i* non pro noſtris *k* autem tantum, ſed etiam pro *l* totius mundi. *m* Et in hoc ſcimus *n* quoniam cognovimus eum, ſi *o* mandata ejus obſervamus. *p* Qui dicit ſe noſſe Deum, *q* & mandata ejus non cuſtodit: *r* mendax eſt, *ſ* & in eo veritas non eſt. *t* Qui autem ſervat verbum ejus: *u* vere in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc *x* ſcimus quoniam in *y* ipſo ſumus: *z* Qui dicit, ſe in ipſo manere, *a* debet ſicut ille ambulavit & ipſe ambulare: *b* chariſſimi non mādatum novum ſcribo vobis, *c* ſed mandatum *d* vetus quod *e* habuiſtis ab initio,

Inf. 4. De pæn. d. 2. c. ß enim in princ.

A parte, [Filioli mei, &c.] uſque ad id, [Qui dicit, &c.] Agit de dilectione Dei. In hac parte procedit ſic: quia enim non poſſumus Deum diligere niſi ipſe impendat gratiam: ipſe vero facit quod in ſe eſt, ſi nos faciamus quod in nobis eſt, i. ſi præparemus nos ad recipiendam gratiam ejus: Propter hoc primo monet nos ad præparandum, ut ſic gratiā ejus digne recipiamus: Unde dicit, [filioli.] Sed hæc præparatio poteſt eſſe duplex, vel potius ſecundum duos ſtatus hominum. Quidam enim ſunt, quia ſua naturalia illæſa a peccato ſervaverunt perſeverando in innocentia baptiſmali: Hos ante lapſū monet præparare ſe ad dilectionē Dei, quod faciunt non peccando: Unde dicit, [Filioli, &c.] Alios qui peccaverunt, poſt lapſum monet ad præparandum ſe ad dilectionem Dei, quod faciunt medicū quærendo: Unde dicit, [Sed etſi quis peccaverit.] Deinde ſecundo oſtendit quod ad ipſum poteſt quilibet ſecure accedere, *ibi* [Et ipſe eſt propitiatio.] Sed quia probatio dilectionis eſt exhibitio operis: propterea nihil reſtat amplius, niſi eo invento qui eſt propitiatio pro peccatis, ut obtemperemus ejus mandatis. Unde quarto oſtendit quod ſi ipſum diligimus, ipſius mandata ſervare debemus, *ibi.* [Et in hoc ſcimus, &c.] Dicit ergo, [Filioli mei, &c.] *a* Hæc ſcribo vobis.] Reſpondet hic aliquibus qui poſſent dicere, quare dixiſti. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, &c. Reſpondet quaſi propter hoc prædixi ne peccaretis exiſtimantes vos eſſe mundos, & propter hoc etiam ſcribo vobis ut non peccetis. Hoc erat quod *Pſ.* 118. petebat a Domino dicens. In corde meo abſcondi eloquia tua ut non peccem tibi. Monet ergo hic eos qui non peccaverunt mortaliter, ad præparandum ſe ad dilectionem Dei, quod faciunt non peccando. In hoc autem quod filiolos vocat eos, notantur duo, & tenerrimus affectus ſuę erga eos charitatis & ſignum obedientiæ illorum, & ſubjectionis. Et hic quidem utitur diminutivo nomine, quia parvuli obedientes ſolent eſſe & ſubjecti, *Gal.* 4. Quanto tempore hæres parvulus eſt, nihil differt a ſervo cum ſit dominus omnium: ſed ſub tutoribus eſt uſque ad præfinitum tempus a patre. *Heb.* 12. Patres carnis habuimus eruditores, & reverebamur eos; non multo magis obtemperabimus Patri ſpirituū, & vivemus? *b* Sed etſi quis] Dixit ut non peccetis, & tamen peccantes non deſperetis. Unde dicit. [Sed etſi quis peccaverit:] fragilitatem ſuam attendat, & Dei auxilium invocet, clamet & exaudietur in cœlis, quia. *c* Advocatum, &c.] Deum, [patrem,] in cœlis. Ecce quod judex eſt benignus. Numquid pro modico ipſe advocat pro nobis? Non: quia, *d* Jeſum] habemus, ſc. advocatum qui nihil allegat niſi quod eſt pro noſtra ſalute. Sed numquid modicus eſt ipſe vel parvus? Non ſed. *e* Chriſtum,] unctum ſc. oleo lætitiæ præ participibus ſuis. *Heb.* 1. Unctus quidem ut ſacerdos, ut Deo patri nos offerat hoſtias mundas & immaculatas. *Col.* 1. Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem exhibere vos ſanctos & immaculatos & irreprehēſibiles coram ipſo, Deo ſcil. Item unctus ut rex, quia debellavit aereas Poteſtates. Sed quia poſſet aliquis dicere. Verum eſt quod benignus eſt & potens eſt, ſed muneribus corrumpitur: propter hoc oſtendit, quod non: Unde dicit. *f* Juſtum,] qui nec prece, nec pretio corrumpitur quia eruat & juſta procedat. Propter hoc dicit *Gl.* ſuper illud verbum. *Pſ.* 110. Sanctum & terribile nomen ejus: Ametur Chriſtus, quia advocatus eſt: timeatur, quia judex eſt *Jo.* 1. Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio. Notandum eſt quod Chriſtus tripliciter & tribus vicibus legitur advocaſſe pro nobis. Ante paſſionem ſuam. *Joh* 17. Ego pro eis rogo, non pro mundo, ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Secundo in ipſa paſſione. *Luc.* 23. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Tertio poſt paſſionem, ſicut hic dicitur [Advocatum. Primam allegationem fecit verbo: ſecundam cum ſanguinis effuſione: tertiam facit quotidie cicatricum oſtenſione. Unde dicit *B. Bern.* quod filius oſtendit patri latus & vulnera. Deinde oſtenditur quod ſecure poſſumus accedere ad ipſum, dicens. *g* Et ipſe,] i. hoſtia Deo patri oblata. *h* Pro peccatis noſtris,] per quam Deus pater factus eſt propitius nobis. Et ſic legitur paſſive. Vel poteſt legi active, ſic. *g* Ipſe eſt propitiatio,] i. propitiator. *h* Pro peccatis noſtris,] quia ſua prædicatione, & intercesſione propitiavit nos patri. Dixi pro peccatis noſtris, *k* Autem,] i. ſed. *i* Non tantum] ſe obtulit ſcil. pro nobis. *l* Sed etiam pro] ſalute totius mundi ſcil. unde & nos omnes ardenter, & vehementer debemus eum diligere: unde *inf.* 3. Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, ſed opere, & veritate. Propter quod ſequitur hic. *m* Et in hoc. Et eſt hæc quarta pars hujus partis in qua agit de dilectione Dei: in qua oſtendit multipliciter quod ſi Deum diligamus, debemus ſervare mandata ejus. Primo igitur probat hoc per effectum in ſe ipſo, quia per mandatorum ejus obſervationem cognoſcimus Deum. Unde dicit [Et in hoc ſcimus] quia mandata ejus ſervare debemus. *m* Et,] i. quia. *o* Si mandata ejus,] i. ob ipſum, i. propter ipſum ſervamus; & in hoc ſanctificatur finis cuſtoditionis. Si inquam, hoc facimus. *n* Scimus, &c.] *Gl.* Hoc eſt Deum noſſe, quod amare. Ergo cognitio Dei & amor idem eſt quod eſt falſum. Sol. Verum eſt quod cognoſcere & amare non ſunt idem ſecundum eſſentiam, ſed gratia materiæ: quia Deus tam bonus eſt quod cognoſci nequit niſi ametur. Vel [quoniam cognovimus,] eſt præteriti temporis intelligitur dilectio quæ eſt ex cognitione præcedente. Et ſignificatur hic dilectio reſpectu cognitionis ſicut effectus ad eam, licet ſimul ſint tempore. Poſita una cauſa quare mandata Dei ſervanda ſunt, ponit ſecundo aliud argumentum ad idem quod ſumitur ab effectu in contrario dicens. *p* Qui dicit,] i. diligere. Et accipitur hoc modo noſſe *Jer.* 9. In hoc glorietur qui gloriatur, ſcire & noſſe me: Scire, cognoſcendo, noſſe diligendo. Qui hoc inquam, dicit. *q* Et mandata] quia *Jo.* 14. Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit. *r* Mendax eſt.] Contra imo mentiens: quia mendax dicit habitum mentiens actum: & ex una operatione non relinquitur habitus. Sol. poteſt dici quod Theol. relinquitur habitus ex una ſola operatione. Vel poteſt dici quod mendax accipitur hic pro vanus: Qui enim Deum non habet quaſi relinquitur propriæ naturæ: & ita mendax & vanus eſt. Unde & ſeq. *ſ* Et in eo,] i. vera entitas i. ſtabilitas quia *Rom.* 8. Vanitati omnis creatura ſubjecta eſt. Unde ſic eſt expoſitio præcedentis. Vel [veritas] quæ eſt habitus mentis, ſive virtus qua homo dicitur veridicus. Vel, [veritas,] i. Chriſtus cujus potentia habilis & confirmata. [Noſſe Deum.] *Int.* Non eſt magnum unum Deum noſſe, cum & dæmones credant & contremiſcant. Sumptum eſt de *Jac.* 2. Et videtur eſſe contraria textui: quia hoc eſt Deum noſſe & ipſum diligere, ſicut dicit *Gl.* ſuper illud *ſup.* [Et in hoc ſcimus.] Et qui cuſtodit mandata, Deum novit. Hoc autem eſt valde magnum: quid eſt ergo quod dicit? Sol. *Gl. Int.* loquitur de cognitione naturali, qua quælibet creatura ſuum creatorem clamat. Unde *Job* 12. Interroga jumenta, & docebunt te. *t* Qui autem ſervat,] ſed ſervare mandata exigitur ad ſalutem, & qui ſervatur, ea habet perfectam charitatem: Ergo omnis qui ſalvatur, habet perfectam charitatem. Hoc eſt ſecundum quod videtur: Sic verum eſt quod omnis qui ſalvatur, habet perfectam charitatem. Vel poteſt dici quod aliud eſt mandatum illud quod per hominem derivatum eſt ad nos: aliud eſt verbum ſcil. conſilium quod per ſeipſum, & non per hominem Dominus Jeſus dedit nobis. Dicit ergo: [Qui ſervat verbum:] quaſi, per obſervationem mandatorum ſcimus: quod diligimus, ſed per obſervationem verbi, i. conſiliorum perfectam charitatem habemus; ut ſic intelligatur de perfectione ſtatus. *u* In hoc,] ſi mandata ejus ſervamus. *x* Scimus,] ſcientia experimenti, *y* Quoniam in ipſo ſumus,] ſicut membra in corpore, ſicut quod regitur in regente: quaſi diceret. Per hoc habemus experimentum quod ſumus membra Chriſti. 2. *Cor.* 12. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro Chriſto ſcilicet dependentia. Si ergo ſumus in ipſo, neceſſe eſt ut ipſum imitemur. Unde ſequitur. *z* Qui dicit ſe in ipſo manere] Et hoc dicit quilibet Chriſtianus in baptiſmo vel per ſe vel per alium, quod ſcilicet manebit in Chriſto. Quicunquam hoc dicit. *a* Debet ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare] *Gl.* In via juſtitiæ, charitatis & patientiæ. Contra. *Iſa.* 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem levem, i. carnem habebit ad nullum peccatum trahentem: nos autem carnem habemus ponderoſam, non levem. Ergo non poſſumus ambulare ſicut ipſe. Sol. Ly [ſicut] non dicit expreſſam ſimilitudinem, ſed ſecundum quod permittit fragilitas humana. Unde dicit *Gl.* Pro ſuo modo. Et in his verbis monet nos, ut conformemus nos Chriſto quantum poſſumus in operando. *b* Chariſſimi.] Hoc eſt tertium argumentum per quod probat mandatum eſſe ſervandum, quia ſcilicet non eſt novum, quod ipſe præcepit, ſed antiquum.

A & ab

A & ab antiquis eſt ſervatum & approbatum. Unde dicit, [Chariſſimi non mandatum, &c.] i. inauditum. *c* Sed mandatum vetus,] i. ab antiquo impoſitum. *Deut.*6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. *d* Quod] nominaliter vos. *e* Habuiſtis ab initio,] temporis, quia ſcriptum

f Mandatum vetus eſt verbũ quod *g* audiſtis. *h* Iterum mãdatum novum ſcribo vobis, *i* quod *k* verum eſt & in ipſo *l* & in vobis: *m* quia *n* tenebrę tranſierunt, & verum lumẽ jam lucet. *o* Qui dicit ſe in luce eſſe, *p* & fratrem ſuum odit: *q* in tenebris eſt *r* uſque adhuc. *ſ* Qui diligit fratrem ſuum, *t* in lumine manet, *u* & ſcandalum in eo non eſt. *x* Qui autem odit fratrem ſuum, in *y* tenebris ambulat, *z* & neſcit quo eat: *a* quoniam tenebræ obcęcaverunt oculos ejus. *b* Scribo vobis filioli, quoniam *c* remittuntur vobis peccata propter nomẽ ejus. *d* Scribo vobis patres, *e* quoniam cognoviſtis eum *f* qui ab initio eſt, *g* ſcribo vobis adoleſcentes, *h* quoniam viciſtis Malignum. *i* Scribo vobis infantes, *k* quoniam cognoviſtis Patrem. *l* Scribo vobis patres, *m* quoniam cognoſcitis eum, qui ab initio eſt. *n* Scribo vobis juvenes, *o* quoniam fortes eſtis, *p* & verbum *q* Dei in vobis manet, *r* & viciſtis Malignum,

eſt in corde hominis ut diligat ſuum creatorem & ſuum fratrem. Unde Cain redargutus fuit a Domino
B
non tantũ quia occidit fratrem, ſed etiam quia non ſervavit: quod patet per hoc, quod ipſe reſpõdet Domino. Num-
Joan. 13.
quid cuſtos fratris mei ſum ego? *Gen.*4. Vel ſic quaſi, patet quod vetus eſt.
e Quod,] i. quia [vos habuiſtis illud ab ini-
Iſai. 4.
tio] ſcil. mandatum vetus eſt verbũ quod audiſtis] a me, & ab aliis prædicatoribus.
f Ab initio] prædicationis: q.d. nõ diſcrepãtia vel diſſona vobis prædico, ſed eadem: *g* Iterum.] Alia ratio quare hoc mandatum ſervandũ eſt, quia novum eſt & verum: unde dicit, [Iterum,] in hoc notatur utilitas hujus mandati quod toties repetitur. *h* Mandatum novum ſcribo vobis.] Sed videtur contrarius eſſe ſibi, quia ante dixit, quod erat vetus. *Quædam Gl.* ſolvit hoc dicens. Eadem charitas mandatum vetus eſt, quia ab initio commendata eſt: eadem novum, quia tenebris ejectis, deſiderium novæ lucis infundit. *i* Quod verum eſt] quia quod obſervantibus ipſum promittitur, procul dubio ſolvetur: & jam aliqui per ejus obſervationem venerunt in lucem. Unde dico. *k* Et in ipſo] Chriſto ſc. in quo tranſierunt tenebræ mortalitatis, & refulget lumen immortalitatis. Et non ſolum in ipſo, imo. *l* Et in vobis] i. in aliquibus veſtrum qui defuncti jam ſunt in lumine clari-
Deut. 32.
tatis æternæ, ſtola animæ decorati & veſtiti. Vel [in vobis,] in præſenti, a quibus excluſæ ſunt infidelitatis tenebræ, & lumen fidei lucet. Vel poteſt ſic continuari litera: Quia parati eſtis ad diligendum, propterea pono vobis & do præcepta, unum quidem de dilectione Dei, & aliud de dilectione proximi: Unde dicit. [Iterum:] Per hoc notatur idem eſſe præceptũ & antiquis & modernis ſub radice charitatis: [Mandatum novum, &c.] i. innovatum quoad modum diligendi proximum. Prius enim dicebatur in lege, Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum. Modo dicitur *Matt.*5. Diligite inimicos veſtros. Novum ergo dicitur quoad dilectionem proximi, & hoc etiam quoad modum: ſed vetus dicitur quoad dilectionẽ Dei, quia nec etiam quoad modum mutatur, nec in Novo, nec in Veteri Teſtamento. Vel poteſt dici novũ: quia charitas quanto plus redditur, plus debetur: Cetera non mutantur. Seq. *m* Quia tenebræ:] q.d. bene dico bonum & verum. [Quia tenebræ] errorum. *n* Tranſierunt, &c.] fides ſc. & Chriſtus, de quo dicit *Pſ.*35. Et in lumine tuo videbimus lumen. *o* Qui dicit, &c.] Hæc eſt ſecunda pars primæ partis: quia enim duplex eſt materia diligendi, Deus, ſc. & proximus: dicto de dilectione Dei, modo dicit de dilectione proximi dicens. [Qui dicit ſe eſſe in luce] dilectionis Dei, vel Chriſtianæ fidei, & bonæ operationis. *p* Et fratrem ſuum odit] contra præceptum Domini dicentis *Matt.* 22. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *q* In tenebris eſt] i. in peccatis. *r* Uſque adhuc,] i. modo etiam poſt baptiſmum, in quo lucem fidei & ceterarum virtutum recepit. Et magis exponit ſe dicens, *ſ* Qui diligit fratrem ſuum,] ut ſc. toleret etiam damna pro eo: quia. 1.*Cor.*3. Charitas omnia ſuffert: quia tunc proſunt ei fides & bona opera. *u* Et ſcandalum, &c.] *Pſ.* 118. Pax multa diligentibus legem tuã, i. charitatem; & non eſt illis ſcandalum. *t* In lumine permanet] quia *Rom.*13. Qui diligit proximum, legem implevit: Et hoc eſt verum, quia ad dilectionem proximi ſequitur dilectio Dei, ſicut cauſa ad effectum immediatum. Et propter hoc bene dicitur, quod qui diligit proximum, legem implevit; non autem qui diligit Deum legem implevit. Dilectio enim Dei cauſa eſt dilectionis proximi: ſed cauſa poteſt intelligi ſine effectu, ſed effectus immediatus nõ poteſt intelligi ſine cauſa. Et dicit [Scandalum,] intellige activum, quod eſt, quando homo facto ſuo vel verbo minus recto dat alii occaſionem ruendi. Factum vero vel dictum minus rectum eſt quando homo non adhibuit diligentiam, quam debuit ne alius illo qui fecit vel dixit male ædificaretur quia ſic occaſionem dedit alii ruendi: ſed ſi factum vel dictum rectum eſt, & habet debitas circumſtantias, ſi aliquis videns vel audiens ſcandalizatur eo, non eſt culpa facientis, vel dicentis, ſed ejus qui male accipit, & eſt ſcandalum paſſivum. De tali loquitur Dominus, *Matt.* 15. Reſpondens diſcipulis dicentibus. Neſcis, quia Phariſæi audito, &c. Neque enim Dominus eos ſcandalizavit, ſed ipſi ſe. Proprie autem ſcandalum eſt obex in via, ubi pes offendere poteſt. *x* Qui autem odit, &c.] quia gratiam non habet quæ eſt lumen animæ, & ita relinquitur propriæ naturæ, quæ ex ſe eſt quaſi tenebrę, quia ex nihilo eſt, & in nihilum tendit. *y* Et in tenebris ambulat] de peccato ſcil. rurſum in peccatum. *z* Et neſcit quo eat,] i. finem peccati non attendit. Vel [neſcit,] quia viam qua ad gratiam, vel ſalutem revertendum ſit ignorat. Neque enim via qua venimus, revertendum eſt, ſed alia. *Matt.* 2. Per aliam viam reverſi ſunt in regionem ſuam: Vel [neſcit,] quo eat,] i. ad quam pœnam ſit recipiendus. *Pr.* 4. Via impiorum tenebroſa: neſciunt ubi corruant. Hoc autem non eſt quin dies ſit lucens, & clara, vel quin via ſit aperta, ſed. *a* Quoniam tenebræ, &c.] i. contra ſe, & contra Deum obcęcaverunt. *Eph.*4 Sicut Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a via Dei, &c. *b* Scribo vobis filioli, &c.] Poſito mandato de dilectione tam Dei quam proximi: quia hoc mandatum generale eſt, & nullus ab eo excluditur, propter hoc oſtendit ſe ad omnes ſcribere: Unde nec nominatam gentem determinat, ſed conditiones gentium quæ omnibus ſunt communes nominat, ut ſic omnes hoc mandato teneri oſtendat dicens [Scribo vobis filioli.] Et Neophyti parvuli ſunt, ſcil. non ætate, ſed ſcientia: Et quid? [Quoniam remittuntur, &c.] i. Chriſti non propter hominem, ſicut putabant aliqui qui dicebant. 1.*Cor.*1. Ego quidem ſum Pauli; ego autem Apollo. *Joel* 2. Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit: quia *Act.* 4. Non eſt in aliquo alio ſalus: nec enim nomen aliud eſt ſub cęlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Quia igitur remittuntur peccata, propter hoc debetis ſervare mandata. *Pſ.* 31. Beati quorum remiſſæ ſunt, &c. *d* Scribo vobis parentes,] non ætate, ſed ſapientia qui alios debetis docere, & in quibus amor mundi frigeſcit. *Job* 8. Interroga generationem priſtinam, & inveſtiga Patrum memoriam. *Sap.* 4. Cani ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis, vita immaculata. Scribo inquam vobis, ut vos, ſcil. cuſtodiatis hæc mandata, ſcil. de dilectione. Et quare? *e* Quoniam &c.] qui eſt vere, *f* Ab initio temporis,] & primogenitus ante omnem creaturam. *Eccl.* 24. Ego ex ore Altiſſimi exivi primogenita ante omnem creaturam. Vel ab initio,] i. a Patre, qui eſt principium ſine principio. *g* Scribo vobis adoleſcentes,] quod ſcil. debetis ſervare mandata.
h Quoniam viciſtis Malignum,] i. Mundum qui eſt quaſi clibanus igne multo cupiditatis, & immunditiæ ſuccenſus. *Jo.* 16. Confidite quia ego vici Mundum. Adoleſcentibus datur victoria, quia carnis ſuſtinent incentiva, & ætatem certaminis congruam habent: unde & debent amplius laborare ne vincantur a Mundo vel diabolo. Sed hodie verificatum eſt illud. *Iſ.* 3. De quo gloriatur diabolus. Auferet a Jeruſalem, & Juda validum, &c. *Pſ.* 77. Juvenes eorum comedit ignis. *i* Scribo vobis infantes,] humiles ſcil. ſpiritu.
k Quoniam cognoviſtis Patrem.] *Matt.* 11. Confiteor tibi Pater Domine cœli, & terræ, &c. Ex hoc patet, quod duplex eſt intentio hujus Epiſtolæ. Generalis per hoc quod ponit ibi generales conditiones omnium gentium, quæ ſunt pater, adoleſcens, & infans. Item ſpecialis, quia ſcribit Gentibus ad fidem converſis. *l* Scribo vobis Patrem.] Repetit de patribus, & de adoleſcentibus, ut dilectionem Dei eorum memoriæ commendet firmius. Sed quare non repetit de aliis eadem cauſa? Sol. Quia gravius punirentur iſti, qui adulti & ſapientes ſunt ſi non diligerent, quam parvuli infantes qui diſcretionem non habent; propter quod frequentius monet eos dicens, [Scribo vobis Patrem,] ut ſcil. diligatis.
m Quoniam cognoviſtis eum] ut Patris, i. æternorum cognitionem haberetis; unde terrena debent vileſcere vobis, & Deum quem cognoviſtis, magis diligere debetis. Hæc eſt enim magna ſapientia. Unde *Job* 12 In antiquis eſt ſapientia. *n* Scribo vobis juvenes,] ut ſcil. diligatis. *o* Quoniam, &c.] ad ſpirituale certamen. Et appellat hic juvenes, non ætate, ſed ſpirituali novitate. Et ne crederent ipſi hanc fortitudinem a ſeipſis habere, ſubdit. *p* Et verbum Dei,] i. fides Verbi Dei, i. filii Dei. Vel [verbum Dei,] i. prædicatio fidei. *q* In vobis manet] a quo eſtis fortes, i. perfecte manet. Unde & ſequitur. *r* Et viciſtis Malignum,] i.

Digitized by Google

mundum in malo concupiſcentiam poſitum. Unde turpe eſſet vobis vinci ab eo, quem prius viciſtis. Propter hoc ſcribo vobis ut fortius reſiſtatis. *a* Nolite, &c.] Secunda pars cap. vel poteſt dici quod hæc ſecunda pars incepit, *ibi*. [Scribo vobis filioli] & tunc diverſas perſonas quas ibi nominat, admonet ad fugã mundi. Prius enim quam impedimenta removeat, diverſas perſonas, ad ea fugienda invitat dicens. [Scribo vobis filioli] ut ſc. fugiatis, & non diligatis Mundum:

a Nolite diligere *b* Mundum *c* neq; ea, quæ in Mundo ſunt. Si quis † *d* dilexerit Mundũ, non eſt *e* charitas Patris in eo. Quoniã *f* omne quod eſt in Mundo, *g* cõcupiſcẽtia carnis eſt, *h* & concupiſcẽtia oculorũ, *i* &

al. † diligit.

Nihil amplius notatur in expoſitione totius litteræ. Prius enim dicebatur: [Scribo vobis filioli] & ſic de aliis, ut diligatis & Deum & proximum. Notandum autem, quod hoc nomen [filioli,] generaliter ſupponit pro omnibus fidelibus: & iſtos appellat filiolos quia eos in fide præceſſit, ut dicit *Gl. Int.* Hoc etiam habetur ex *alia Int.* quæ dicit, Obedientes patri, quia omnes fideles ſunt obedientes. Dicendo ergo, [filioli,] ſcribit omnibus fidelibus ſecundum tempus fidei. Deinde ſcribit omnibus fidelibus ſecundum ſtatum. Primo perfectis cum dicit, [Patres.] Secundo proficientibus cum dicit [Adoleſcentes.] Tertio incipientibus cum dicit, [infantes.] Et tandem repetit de patribus & juvenibus ad ſignificandum, quod incipientes non ita tenentur ad fugam Mundi, ſicut proficientes & perfecti. Vel poteſt dici quod uſque ad illud [Scribo vobis, &c.] ſecundo poſitum, egit, de dilectione, & duravit prima pars cap. ibi vero incipit ſecunda. Unde ſicut ſuperius diverſos homines ſecundum ſtatus diverſos monuit ad dilectionem: ſic & hic diverſos monet ad fugam Mundi, & hæreſum deteſtationem, de quibus agit in hac parte ſecunda. Sed quæritur quare non repetit de infantibus, ut eos moneat ad fugam Mundi, ſicut monuit omnes ad dilectionem? Sol. Quia omnes tam parvi quam magni tenentur ad dilectionem; ſed ad fugam Mundi omnimodam non tenentur incipientes, qui intelliguntur per infantes: quia *Luc.* 5. Nemo mittit vinum novum, i. omnimodam fugam Mundi, in utres veteres, i. in noviter converſos vel incipientes; ſed perfecti & proficientes ad hoc magis tenentur, &c. [Nolite diligere, &c.] Hic removet duo impedimenta dilectionis. Primum dilectio mundi, de quo dicit hic. [Nolite: &c.] Secundum eſt hæreſis, de quo dicit hic, [Filioli, noviſſima, hora eſt.] Duplici ergo argumento oſtendit hic Mundum non eſſe diligendum. Primum ſumitur ab effectu dilectionis, quia non poſſunt ſimul diligi Deus & Mundus, *ibi*. Si quis, &c.] Secundum a permanentia Dei & tranſitu Mundi: quia Mundus tranſit, & Deus permanet, unde Mundus non eſt diligendus, ſed Deus, *ibi*. [Et Mundus tranſit, &c.] Dicit ergo, [Nolite,] vos patres, & juvenes. *b* Diligere Mundum, &c.] Sed nonne idem eſt Mundus, & ea quæ ſunt in Mundo: cujuſmodi ergo eſt diviſio iſta? Sol. *Gl.* ſic dicit, Mundum, i. abundantiam Mundi, & pulchritudinem ejus. Differunt autem iſta duo, abundantia, quæ ad Mundum refertur, & pulchritudo ad ea, quæ in Mundo ſunt. Vel dicit [Mundum] generaliter, i. Mundi habitationem. *c* Neque ea quæ, &c.] particulariter, ſcil. aurum & argentum, &c. Unde [Mundum,] i. mundi ordinationem, ſic ut ibi ponatis veſtram ſollicitudinem, ſicut illi, qui vane ſequuntur naturas rerum, quod eſt curioſitatis. [Nec ea quæ, &c.] Hoc dicitur contra avaros, luxurioſos, & ſuperbos. Sed quid eſt hoc, nonne mundus poteſt diligi? Sol. Diligere eſt ex diverſis eligere, unde ibi prohibetur amor rerum ſuper Deum, & non ſub Deo. Quare autem mundus non eſt diligendus, oſtendit ab effectu dilectionis mundi dicens. *d* Si quis dilexerit, &c.] quia ſimul ex æquo non poteſt diligi Deus, & mundus. Unde *Gl.* Unum cor duos ſibi adverſarios amores non capit. *Matt.* 6. Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ. *Iſ.* 28. Coanguſtatum eſt enim ſtratum, ita ut alter decidat, *e* Charitas Patris in eo,] i. effectus amoris Patris: hic eſt, qui dedit filium ſuum nobis. In hoc enim apparuit benignitas Patris, ſcil. in incarnatione filii. *Eph.* 2. Deus autem qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos in Chriſto, cujus gratia eſtis ſalvati. Sed quare dicit. [Dilexit,] & non diligit. Sol. Etſi hæc ſit vera. Qui diligit mundum non eſt charitas Patris in eo: tamen per hoc non eſt bene nota veritas, quia antecedens non eſt bene notum: quia nullus de alio poteſt ſcire in præſenti, utrum diligat mundum; ſed per effectum & finem patet, quod quis dilexerit eum. Unde loquitur ſecundum veritatem & veritatis manifeſtationem. Et quod charitas Patris non ſit in eo, hoc probat. *f* Quoniam omne quod eſt, &c.] Contra, Sed aſinus & homo, & hujuſmodi ſunt in mundo: ergo ſunt concupiſcentia carnis, &c. quod eſt falſum: Propter hoc quidam ſic exponunt: [In mundo,] i. in homine diligente Mundum: Et hoc videtur velle illa *Gl.* Omnes dilectores nihil habent niſi hæc tria, quibus omnia vitiorum genera comprehenduntur. [Omne,] inquam [quod eſt in mundo,] i. in homine tali: *g* Concupiſcentia carnis eſt] cum per tactum, vel guſtum delectatur. *h* Et concupiſcentia oculorum,] quando viſu delectatur, ut in pulchris veſtibus & auro, & talibus delectatur, ut dicit *Gl.* *i* Et ſuperbia vitæ,] omnis ambitio ſæculi. Et ſic ly [concupiſcentia,] eſt nominativi caſus. Sed quod non ſic poſſit exponi, probatur tum quia ex hoc ſequeretur, quod concupiſcentia, & ſuperbia eſſent partes hominis diligentis mundum, quod eſt falſum: tum quia nihil probaret per hoc, quia ſic æquivoce ſumeretur mundus hic & ſup. ibi. [Si quis dilexerit mundum, &c.] Ubi ſuit expoſitum, mundum, i. abundantiam, & pulchritudinem mundi: propter hoc dicendum quod ly [mundo] non accipitur hic pro homine, ſed ut prius pro abundantia mundi, & pulchritudine: & tunc concupiſcentia, & ſuperbia ſunt, ablativi caſus, ut ſit ſenſus: [Omne quod eſt in mundo, i. tota mundi abundantia, & pulchritudo [eſt concupiſcentia carnis concupiſcentia oculorum, &c.] i. juxta opinionem ambulantium ſecundum concupiſcentiam carnis, qui ſunt luxurioſi: aut ſecundum opinionem avarorum: aut ſecundum opinionem ſuperborum: quia ſecundum veritatem nihil, quod eſt in mundo, eſt vere, vel permanet vere, cum ſit tranſitorium: quæ tamen omnia reputant prædicti per concupiſcentiam, vel ſuperbiam, permanentia. Et ſic patet, quod homo, & aſinus etſi ſint partes mundi, non tamen ſunt concupiſcentia carnis, vel concupiſcentia oculorum, nec ſuperbia vitæ: quia hæc tria nomina non ſunt nominativi caſus, ſed ablativi. Vel poteſt accipi mundus utrobique, ſcil. & cum dicit. [Si quis dilexerit mundum, &c.] Et cum dicit. [Quoniam omne quod eſt in mundo. &c.] pro abuſu mundi: & ſic nec homo, nec aſinus ſunt partes mundi: tamen ſic non exponunt *Gl.* [Concupiſcentia carnis,] pro generali dilectione animæ quæ fit per quinque ſenſus, ſic accipitur hic. Unde *Gl. marg.* Concupiſcentia carnis eſt deſiderium omnium, quæ ad voluptatem, & delicias corporis pertinent, ut cibus, potus, concubitus, & hujuſmodi. Sed contraria videtur *Gl. Int.* quæ dicit. [Concupiſcentia carnis] cum per tactum, vel guſtum caro delectatur: ergo ſolummodo eſt in duobus ſenſibus. Sol. Per hos duos ſenſus, ſc. tactum, & guſtum intelliguntur omnes alii. Sed quare magis per iſtos, quam per alios: vel ſi dicas, quod æque bene intelligeretur per alios quare magis poſuit iſtos? Sol. Per iſtos melius, quam per alios, quia in iſtis magis delectatur caro; propterea ponit iſtos, & non alios, nec per ipſos alios excludit, imo potius dantur intelligi. Sed quare hoc, cum dicit *Gl.* quod omnes dilectores mundi nihil habent niſi hæc tria, quibus omnia vitia reductibilia ſunt ad hæc tria. Unde quæritur quomodo reducantur. Item cum concupiſcentia carnis comprehendat quinque ſenſus: ergo comprehendit concupiſcentiam oculorum, qui ſunt unus ex quinque ſenſibus: male ergo dividit concupiſcentiam oculorum contra concupiſcentiam carnis. Item cum ſit delectatio in omni ſenſu, ſi bene dividit, quare non ponit concupiſcentiam tactus vel alterius ſicut concupiſcentiam oculorum? Sol. Omnis concupiſcentia animæ inordinata vel eſt ipſius in ſeipſa, vel per ſenſus extra. Prima eſt ſuperbia vitæ ſive honoris ambitio, vel dignitatis, vel hujuſmodi. Altera eſt duplex. Aut enim attenditur in delectando in carnem per ſenſus; aut in cogitando aliquid per ſenſus. Primo modo eſt concupiſcentia carnis, & pertinet ad omnes ſenſus, ſecundum quod dicit *Gl.* Concupiſcentia carnis eſt deſiderium omnium, quæ ad voluptatem & delicias corporis pertinent, ut cibus, potus, concubitus, & hujuſmodi. Secundo modo eſt concupiſcentia oculorum. De utraque vero dicit *Aug.* Præter concupiſcentiam carnis quæ eſt in delectatione omnium ſenſuum, & voluptatum cui ſervientes depereunt, qui faciunt longe ſe a te, ineſt animæ per eoſdem ſenſus corporis, quædam non ſe oblectandi in carne, ſed experiendi per carnem vana, & curioſa cupiditas nomine cognitionis & ſcientiæ palliata. Unde patet quod tam concupiſcentia carnis, quam concupiſcentia oculorum pertinet ad quinque ſenſus. Et ſic patet quod ad iſtas tanquam ad fines ultimos omne peccatum actuale reducitur. Unde *Auguſt.* Divitiæ ad hoc exponuntur, ut alicui iſtarum trium concupiſcentiarum, vel duabus earum, vel omnibus ſerviant. Ad aliud jam patet ſolutio: quia ſicut concupiſcentia carnis communis eſt, & ſe extendit ad omnes ſenſus ſecundum viam delectandi: ſic concupiſcentia oculorum communis eſt, & ſe extendit ad omnes ſenſus ſecundum viam cognoſcendi: per hoc etiam patet ſolutio. Ad aliud dicimus quod per concupiſcentiam oculorum intelligitur

A con-

Digitized by Google

a concupiſcentia, & tactus, & omnium aliorum. Sed adhuc quæritur quare magis per oculos nominat ipſum, quam per alios ſenſus? Sol. *Aug.* ſolvit dicens quod concupiſcentia oculorum, quoniam in appetitu noſcendi eſt, oculi autem ſunt ad noſcendum, concupiſcentia oculorum eloquio Dominico appellata eſt.

> *a* ſuperbia vitę, *b* quæ non *c* eſt ex Patre, *d* ſed ex mundo eſt. *e* Et mũdus † tranſit, *f* & concupiſcentia ejus. *g* Qui autem facit voluntatẽ *h* Dei, manet in æternum. *i* Filioli noviſſima hora eſt. *k* Et ſicut *l* audiſtis, quia antichriſtus *m* venit: *n* nunc antichriſti multi *o* facti ſunt: *p* Unde ſcimus, quia noviſſima hora eſt. *q* Ex nobis prodierunt; *r* ſed non erant ex nobis, *ſ* nam ſi fuiſſent ex nobis, *t* permanſiſſent utiq; *u* nobiſcum, *x* Sed ut manifeſti

1. q. 4. c. Eccl. ſ. hoc ita. at. † tranſibit.

Ad oculos enim proprie pertinet videre: utimur tamen hoc verbo in ceteris ſenſibus, cum eos ad noſcendum intẽdimus.

a3. q. 4. c. Nabuchod. De pœn. d. 4. c. ſi ex hon. De conſ. d. 4. c. ſolet.

Dicimus autem non ſolũ videre quid luceat, ſedet iã videre quid ſonet, quid oleat, quid ſapiat, quam durum ſit: ideoque concupiſcentia oculorum, generalis experientia omniũ ſenſuũ dicitur. Seq. in *Aug.* Ex hoc autem evidentius deffinitur, quid voluptatis, quid curioſitatis agatur per ſenſus; quia voluptas pulchra, canora, ſuavia, lenia, ſapida ſectatur. Curioſitas autem his contraria tentandi cauſa non ad ſubeundam moleſtiam, ſed experiendi noſcendique libidinem. Seq. [Et concupiſcentia oculorum] quando, viſu ut in pulchris veſtibus auro, & in talibus delectatur ſc. ut dicit *Gl. Int.* Contra *Aug.* Concupiſcentia carnis in delectatione omnium ſenſuum eſt, & voluptatum. Sol. Dupliciter poteſt delectari in pulchris veſtibus & hujuſmodi: aut in pulchritudine, & ſic pertinet ad concupiſcentiam carnis: aut in experientia, & cognitione pulchritudinis, & ſic pertinet ad concupiſcentiam oculorum; quod ergo dicit *Int.* Quando viſu delectatur, &c. Intelligendum eſt non in pulchritudine, ſed in experientia pulchritudinis. Seq.

a Superbia vitæ.] Sed quæritur cum hæc diviſio ſecundum *Aug.* ſit concupiſcentiæ, quare hæc non vocatur concupiſcentia ſicut aliæ? Sol. Ut oſtendatur differentia hujus ad ceteras: nam concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum ſunt juxta viam humanæ naturæ, & quaſi naturales ad revelationem humanæ miſeriæ; ſed quia inordinatæ ſunt, vocantur concupiſcentiæ, ut ſic ipſo nomine notetur inordinatio, ſi autem ordinati eſſent iſti appetitus, competerent humanæ naturæ, ſola autem inordinatione vitioſi ſunt, ſed ambitio honoris quantum in ſe, non eſt juxta vitam humanam: nam via vitæ humanæ eſt via miſeriæ & exilii, in quo ſtatu non bene competunt honores, & ideo eſt ſupra viam vitæ humanæ. Unde dicitur ſuperbia vitæ, quaſi ſuper viam vitæ humanæ. *b* Quæ non eſt ex Patre,] ſc. concupiſcentia in hæc tria membra diviſa, ut relativum referatur ad concupiſcentiam. Unde Gl. Quæ concupiſcentia & ſuperbia? concupiſcentia ſcil. generalis, & communis duplici concupiſcentiæ præd. & ſuperbiæ vitæ. *c* Non eſt ex Patre] Sed contra: Illa concupiſcentia pœna eſt, & omnis pœna a Deo: ergo eſt a Patre. Reſp. Concupiſcentia poteſt dici ipſa corruptio naturæ contracta, & ſic eſt ſolum pœna & a Deo, & hæc eſt lex membrorum, de qua dicitur *Gal.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, &c. Dicitur etiam concupiſcentia, improba voluptas ſive libido, quæ eſt pœna: & hæc non eſt a Deo: Et quod dicitur, omnis pœna eſt a Deo, intelligitur de ea, quę tantum eſt pœna, & non culpa. *d* Sed ex mundo eſt] i. ex amore mundi. *e* Et mundus tranſit.] Secundum argumentum, per quod probat, quod mundus non eſt diligendus, quia tranſit & qui ei adhæret: E contra Deus manet in æternum, & qui facit ejus voluntatem. Dicit ergo [Mundus tranſit] *Gl. Int.* In novam formam, Argumentum quod mundus permanebit ſecundum eſſentiam; non tamen omnia quæ ſunt in mundo permanebunt, ſed principalia: ſc. principia generationis materialia ut elementa, & effectiva ut ſuperiora corpora, quæ ſunt cauſa efficiens univerſalis generationis moventia cauſam particularem, & ſingula viventia vita vegetabili. Sic autem dicendo non excludo Deum, qui eſt cauſa univerſaliſſima, & cauſaliſſima: operatur enim hæc, ſed mediante natura. Permanebit etiam cauſa finalis, homo. ſc. ſed alteratus. Reſurgent enim alii in mortem, alii in vitam. Sic permanebunt tres cauſæ mundi univerſales, efficiens ſc. univerſalis ut ſuperiora corpora, Sol & Luna; & cauſa materialis univerſalis ut elementa: finalis ut homo: ſed cauſa formalis mutabitur. Dicit autem [Tranſit] in præſenti, quia ultra procedere non ſinit & jam prope interitum eſt. Mundus dico, tranſit: *f* Et concupiſcentia ejus] quia in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Unde *Ez.* 7. Ecce venit, finis venit, venit finis, evigilavit adverſum te: ecce venit: venit contritio ſuper te qui habitas in terra. *g* Qui autem] quaſi mundus tranſit; ergo omnis qui adhæret ei: *h* Autem] i. ſed [Qui facit voluntatem Dei, manet in æternum] quia *Jo.* 11. Omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum: quomodo Deus manet in æternum: quia qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. 1. *Cor.* 6. *i* Filioli noviſſima, &c.] Jam removit unum impedimentum dilectionis Dei, & proximi, ſc. dilectionem mundi, modo removet aliud impedimentum, quod eſt hæreſis. Et eſt hæc ſecunda pars ſecundæ partis c. & dividitur in quatuor. Primo enim oſtendit hæreticos eſſe vitandos. Secundo monet eos, ut quod ipſi a principio audierunt; permaneat in ipſis, *ibi* [Vos quod audiſtis, &c.] Tertio oſtendit quomodo poſſunt manere in prædictis, *ibi*: [Hæc ſcripſi vobis, &c.] Quarto monet eos, ut ſi in prædictis permanent, vel ſi quid boni faciunt, Deo & non ſibi totum attribuant, *ibi* [Sed ſcitis, &c.] Monens ergo vitare hæreticos, tria dicit: Unum eſt quod hæreticis eſt reſiſtendum. Unde dicit [Filioli, &c.] Aliud eſt quod oſtendit eis, quod poſſunt reſiſtere ſi volunt, *ibi* [Sed vos unctionem, &c.] Tertio oſtendit quod ipſi habent ſcientiam reſiſtendi, *ibi* [Non ſcripſimus vobis] Dicit ergo [Filioli] quaſi, ſicut dilectio mundi impedit dilectionem Dei, ſic hæreſes: a quibus eſt cavendum, & maxime modo: quia [O filioli noviſſima hora eſt] Ecce brevitas, unde debetis magis inſiſtere charitati, & Pſeudo repellere. *Rom.* 13. Hora eſt jam de ſomno ſurgere: Quia ergo [filioli] charitatem debetis amplecti; Filius enim dicitur a *filos* quod eſt amor; Quia [noviſſima] debetis feſtinare ingredi in illam requiem. *Heb* 4. Quia [hora] non debetis timere perſecutionem, citu enim eſt tranſitura *Job* 20. Velut ſomnium avolans non invenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. *k* Et ſicut] i. cum quanto impetu, & violentia. *l* Audiſtis quia, &c.] i. veniet 2. Revelabitur ille iniquus. *m* Nunc] i. jam in hoc tempore. *n* Multi] qui prius fuerant Chriſtiani, & baptiſmum receperant. *o* Facti ſunt antichriſti] in hæreſim labentes vel ad Judaiſmum vel Paganiſmum poſt fidem acceptam reverſi. *p* Unde ſcimus, &c.] 1 *Tim.* 4. In noviſſimis temporibus diſcedent quidam a fide. Sicut Dominus prædixit. *Matt.* 24. Surgent enim Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ: Quia igitur multi antichriſti, cautos vos oportet eſſe, & ſapientes ad cognoſcendum, & fortes & conſtantes ad reſiſtendum, ne documenta eorum recipiatis. Et quia poſſet aliquis dicere quomodo facti ſunt antichriſti? Reſpondet, quia ſc. *q* Ex nobis prodierunt] ab unitate Catholica recedentes: q. d. quando nobiſcum erant, non videbantur eſſe antichriſti: unde erant nobiſcum ſolius nominis communicatione, & non rei, & quia ex nobis exierunt, quales erant apparuit. Dico quod ex nobis prodierunt. *r* Sed non erant ex nobis] merito, vel rei veritate, quod probat exitus, & finis, unde nec in eorum exitu putare debetis quod Eccleſia aliquid paſſa ſit: Quare? Quia ad ventilationem areæ Domini quaſi paleæ avolaverunt granis remanentibus. Unde *Gl.* Multi qui non ſunt ex nobis accipiunt nobiſcum Sacramenta Chriſti: ſed tentatio probat, quod non ſunt ex nobis; quando illis tentatio venerit, quaſi occaſione venti volant foras, quia grana non erant. Item nihil paſſa eſt damni Eccleſia ſed potius eſt purgata quaſi ab humoribus malis. Unde alia *Gl.* Quomodo humores mali in corpore quando evomuntur, relevatur corpus, ſic quando exeunt mali, relevatur Eccleſia. Probatur autem quod non fuerunt ex nobis. *ſ* Nam ſi fuiſſent ex nobis] nomine ſc. & & merito. Unde *Int.* prædeſtinatione, & electione Domini. *t* Permanſiſſent utique] i. certe. *u* Nobiſcum] i. perſeveranter, & uſque ad finem manſiſſent. Unde *Gl.* Non potuiſſent egredi, niſi Chriſto eſſent contrarii. Quia ergo non permanſerunt nobiſcum, patet quod nec ex nobis erant, & Chriſto erant contrarii, quia *Sap.* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt. Sed nunquid omnes, qui ſunt de Eccleſia, merito permanebunt in illa? Conſtat quod non; quid eſt ergo quod dicit [Si fuiſſent ex nobis, &c.] Sol. Si fuiſſent prædeſtinatione, & electione. Vel fiat vis in verbo præteriti temporis, ſc. fuiſſent, ut in hoc notetur perſeverantia. *x* Sed] non permanſerunt, [ut manifeſti ſint] illi ſc. qui ſunt mali, per hoc, quod diſceſſerunt a bonis. Propter quod dicit Apoſt. 1. *Cor.* 7. Si infidelis diſcedit, diſcedat. Vel; [Ut manifeſti ſint] boni ſcilicet. 1. *Cor.* 11. Nam oportet hæreſes eſſe, id eſt, opportunum eſt bonis, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant. Et hoc dico:

a Quoniam

a Quoniam non ſunt, &c.] ut ly [quoniam] reddat cauſam utriuſque expoſitionis præmiſſæ. Vel ſic: Ut manifeſti ſint quoniam, &c.] quaſi, quia non permanſerunt, manifeſtatum eſt, quia non ſunt ex nobis.

b Sed vos, &c.] Oſtenſo quod reſiſtendum eſt hæreticis, oſtendit quod ipſi poſſunt eis reſiſtere ſi velint: quaſi diceret. Tales ſunt illi: Sed e converſo [vos unctionem habetis a Sancto,] i. a Chriſto, qui antonomaſtice Sanctus eſt. *Dan.9* Cum venerit S.Sanctorum. Vel [A Sancto,] i. a Spir. ſancto. *2.Cor.1.* Qui unxit nos Deus. Unctio enim habetur a Chriſto quaſi effective, licet a Sp. ſancto quaſi formaliter. In hoc notat duo quod illi e converſo habent unctionem diaboli, & quod privati ſunt unctione Sp. ſancti. Unctio diaboli eſt peccatum. Unde *Oſ.12.* Oleum in Ægyptum ferebant, i. peccata in infernum, quibus magis accenſus ardeat ignis gehennalis.

De Sanct. s. an. in prim.

ſint: *a* quoniam non ſunt omnes ex nobis. *b* Sed vos unctionem habetis a Sancto, *c* & noſtis omnia. *d* Non ſcripſimus vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam: *e* & quoniam omne mendacium ex veritate non eſt. *f* Quis eſt mendax niſi is, qui negat, quoniam Jeſus non eſt Chriſtus? *g* Hic eſt antichriſtus, *h* qui negat patrem & filium. *i* Omnis qui negat filium *k* nec patrem habet. *l* Qui confitetur filium, *m* & patrem habet. *n* Vos autem *o* quod audiſtis *p* ab initio, in vobis permaneat: *q* quia ſi in vobis *r* permanſerit, quod audiſtis ab initio, *ſ* & vos in filio, & patre manebitis. *t* Et hęc eſt repromiſſio, *u* quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam ęternam. *x* Hęc ſcripſi *y* vobis de his qui ſeducant vos. *z* Et vos unctionem quam *a* accepiſtis ab eo, *b* maneat in vobis. Et non ne-

c Et noſtis omnia] quæ de fide & veritate recte ſunt tenenda. Unctio enim docet vos: quia *Jo.14.* Sp. ſanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, neceſſaria ad ſalutem. Unde & ſeq.

d Non ſcripſimus vobis.] Et hæc eſt tertia pars hujus totius partis, ubi oſtendit quod bene debent hæreticis reſiſtere, quia habent ſcientiam reſiſtendi dicens: [Non ſcripſimus vobis quaſi ignorantibus, &c.] q.d. non ſicut parvulis lac propinavimus vobis, ſed tanquam adultis cibum ſolidum propoſuimus. Et non ſolum veritatem ſcitis, imo. *e* Et] hoc, [quoniam omne mendacium, &c.] ideſt, nullum: q.d. hoc ſcitis quod mendax eſt omnis, qui negat Chriſtum: ſed omnis hæreticus negat Chriſtum: ergo omnis talis mendax eſt. Ibi dicit *Gl.* Nullum mendacium ex veritate: Ex hoc arguo: ergo omne mendacium peccatum. Et hoc magis videtur per illud, quod ſequitur in *Gloſ.* Qui mentitur non eſt ex Chriſto: ſed Chriſtus non amittitur niſi per mortale: ergo omne mendacium eſt mortale. Sol. Secundum materiam ſermones ſunt inquirendi. Unde cum ſit ſermo de hæreticis, qui mentiuntur in doctrina Religionis, propter hoc mendacium reſtringitur ſecundum materiam, & omne mendacium in doctrina Religionis eſt mortale. Et quod de hoc intelligat, patet per hoc quod ſequitur in littera.

2. Cor.

f Quis eſt mendax, &c. quoniam Jeſus] proprium nomen, [non eſt Chriſtus?] q.d. iſte plus aliis mentientibus eſt mendax. Unde *Gl.* Singulare ponit mendacium negationis Chriſti, in cujus comparatione cetera aut parva aut nulla videantur. Jeſum non eſſe Chriſtum, ideſt Meſſiam in lege promiſſum negant omnes Judæi. Unde hic proprie loquitur contra eos Apoſtolus. Generaliter negant ipſum omnes, qui non obtemperant mandatis ejus. *Heb.6.* Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. Alia littera habet. [Qui negat, quoniam Jeſus non eſt homo, eſt mendax.] Et eſt contra Manichæos qui dixerunt quod Chriſtus non eſt homo.

h Hic eſt antichriſtus] i. Chriſto contrarius. *h* Qui] i. quia ipſe [negat patrem & filium] Et hoc probat dicens: *i* Omnis qui negat filium, &c.] quia *Jo.5.* Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum. Sed non hoc videtur: quia Judæi cognitionem habebant de patre, nec ipſum negabant. Unde *Jo.* 8. Nos ex fornicatione non ſumus nati: unum patrem habemus Deum. *Et inf. eod.* Dicit eis Dominus. Quem vos dicitis, quia Pater noſter eſt. Sol. Patrem Judæi cognoſcebant ſecundum illam notionem, quæ eſt innaſcibilitas, non ſecundum illam, quæ eſt generatio. Primo modo bene poteſt cognoſci pater ſine filio & intelligi: ſecundo modo, non. Unde ſic exponitur. *i* Qui negat filium] i. Jeſum eſſe Dei filium. *k* Nec patrem habet] ſecundum illam notionem, quæ eſt generatio. Vel ſecundum *Gl.* [Non habet] placatum. Sed quod hoc non ſufficiat ſc. cognoſcere patrem ſecundum innaſcibilitatem, propter hoc ſubjungit: *l* Qui autem confitetur] corde, voce, & opere. *m* Filium & patrem habet] quia *Jo.14.* Ego in patre, & pater in me eſt. Et illud *Jo.10.* Ego & pater unum ſumus. Vel ſecundum *Gl.* Patrem habet ſibi propitium. Vel aliter, & melius exponitur ſecundum aliam punctationem. *f* Quis eſt, &c] Hoc non mutatur. Et poſtea ſubdit: [Hic] qui eſt mendax, & negat Jeſum eſſe Chriſtum: [Eſt antichriſtus] ut ſit ibi punctus. Et poſtea ſequit. [qui negat patrem] ſupple negat [& filium.] Et ſupple. Qui habet patrem, habet & filium. Et e converſo dicit [Omnis qui negat filium] alia non mutantur. Et propter hoc, ſicut dicit *Gl.* ſubdit, [omnis] ne quis ſc. dicat ſe colere patrem, qui non colit Chriſtum.

n Vos autem, &c.] Hic ſecundo monet eos, ut quod ipſi audierunt a principio, firmiter teneatur ab ipſis ut & ipſi permaneant in eis, quæ audierunt. Et oſtendit utilitatem duplicem quæ inde ſequitur. Prima eſt, quia ſic in filio, & in patre permanebunt. Secunda, quia per hoc vitam æternam conſequentur, *ibi*: [Et hæc eſt repromiſſio, &c.] Dicit ergo [Vos quod audiſtis] Continuatio; quaſi ita, multi jam facti ſunt antichriſti, ſed vos ego moneo, ut in vobis permaneat illud quod audiſtis a principio per meam prædicationem, & aliorum Apoſtolorum. Quare autem ſic eſt faciendum, cauſam ſubjungit. *o* Autem] i. quia. *q* Si] illud verbum ſc. fidei. *p* Quod audiſtis] a nobis ſc. *r* Permanſerit] i. perfecte manſerit [in vobis] Et in verbo futuri temporis notatur perſeverantia. *ſ* Et vos in filio, & patre manebitis] *Jo.14.* qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Et *Jo.* 15. qui manet in me, & ego in eo hic fert fructum multum. Sed quæritur hic, quare ponit filium antequam patrem, dicens [in filio & patre manebitis] Sol. Quia *Joan.* 14. Nemo venit ad patrem niſi per me, dicit filius. Et *eod.* 15. Sicut palmes non poteſt fructum facere, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis. Et hæc eſt ſecunda utilitas quæ eſt, quod per hoc conſequemini vitam æternam. Unde dicit: *t* Et hæc eſt repromiſſio] ſc. [Vitam æternam, quam ipſe] qui verax eſt.

u Pollicitus eſt nobis] i. promiſit, cujus memoria perſeverantes nos facit in opere. Et dicitur repromiſſio, quia multoties promiſſa, per Prophetas ſc. & per Apoſtolos, & per ſeipſum. Vel alia littera. [Et hæc eſt promiſſio, quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam] ſc. hæreticis reſiſtendo, in dilectione Dei & proximi, & non mundi maneamus. *x* Hæc ſcripſi vobis.] Hic tertio oſtendit quomodo poterunt manere in prædictis, ſi ſc. retinent gratiam, quæ fuit eis in principio data a Deo. Unde dicit [Hæc] prædicta. *y* Scripſi vobis de his qui vos ſeducunt] i. ſeorſum a fide ducunt.

z Et vos] ut ſcilic. eos vitetis, & caveatis ab eis, & ſemper hoc potetis facere unctione *Sp.* ſancti.

a Quam unctionem accepiſtis ab eo] hoc eſt a Deo.

b Maneat in vobis,] non excluſa per peccatum. Hæc unctio eſt inviſibilis effectus ſacramentorum, quem Spiritus ſanctus facit in corde recipientis digne. Unde 2. *Cor.* 1. qui unxit nos, & dedit nobis pignus Spiritus. Unde in perſona fidelium cantat Eccleſia. Et unxit me unctione miſericordiæ ſuæ. Vel hæc unctio eſt charitas, quæ eſt ſicut unguentum in capite, ideſt in mente, quod deſcendit in barbam, ut hominem faciat ſcil. virilem, & fortem ad reſiſtendum. Barba enim ſignum eſt virilitatis, & nihil eſt fortius homine, qui habet charitatem: Hæc autem diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum. *Roman.* 5. Et dicit: [Ab eo] hoc eſt a Deo: quia ipſe eſt ſolus, qui intus operatur. Unde dicit *Gloſſa*. Nemo docenti tribuat quod ex ore docentis intelligit; niſi intus ſit qui doceat, lingua doctoris exterius in vacuum laborat; nec tamen doctor taceat, quod poteſt, agat: quia *Ezech.* 4. Si autem tu annunciaveris impio, & ille non fuerit converſus ab impietate ſua, & a via ſua impia, ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. [Et vos unctionem, &c.] Simile *Joann.* 14. Et ſermonem quem audiſtis, non eſt meus, ſed ejus qui me miſit.

c Et ſi hæc unctio ſemper maneat in vobis.

b a Non

a non neceſſe habetis, ut aliquis *b* doceat vos: ſed ſicut unctio ejus *c* docet vos de omnibus, *d* & verum eſt, *e* & non eſt mendacium. *f* Et ſicut docuit vos, manete in eo. *g* Et nunc filioli manete in eo: ut cum *h* apparuerit, habeamus fiduciam, *i* & non confundamur *k* ab eo in adventu ejus. *l* Si ſcitis quoniam juſtus eſt: *m* ſcitote quoniam *n* & omnis qui facit *o* juſtitiam, *p* ex ipſo natus eſt.

C A P. III.

VIdete *q* qualem *r* charitatem dedit nobis Pater, *ſ* ut filii Dei nominemur, & ſimus. *t* Propter *u* hoc mundus *x* non novit nos. *y* Quia non novit eum. *z* Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus: *a* & nondum apparuit quid erimus.

a Non neceſſe habetis, &c.] i. *Ybr.* 1. In omni loco fides veſtra, quæ eſt ad Deum, perfecta eſt ita ut non ſit neceſſe quicquam loqui, quia *Matth.*23. unus eſt magiſter veſter. Ex his ergo videtur quod Sp. ſancto manente in corde hominis, non ſit neceſſe doceri: ſed in quolibet fideli eſt Sp. ſanctus, ſic eſt præſumendum? Sol. Minus indigent doceri illi, quos Spiritus interius docet. Unde *Gl.* ut docente vos interius Spiritu, minus indigeatis exterius doceri inſtitutione hominum. Bene dico quod non eſt neceſſe. *b* Sed ſicut unctio ejus docet vos] interius. *c* De omnibus] quæ ſunt renenda, & quæ facienda; ſic ſcil. & tenete, & facite. [De omnibus] ergo de naturis rerum, & eventibus temporum & hujuſmodi. Sol. Hic ſit accommoda diſtributio, ut ſit ſenſus de omnibus faciendis, & vitandis, & hoc verum ſi non poſſet haberi qui in eis inſtrueret: vel generaliter eſt verum, quia nunquam aliquis male ageret, qui unctioni quam recipit in baptiſmo, vel cordi ſuo docenti, & contra malum remurmuranti crederet, & obediret. *d* Et verum eſt] Prima cauſa quare debent permanere, quod enim prædicatum eſt eis, verum eſt, & permaneus in æternum, & verum eſt quod prædicamus vobis, quia qui aliter prædicant, falſi ſunt, unde dico non jam ſignificative tantum, ſicut fuit in veteri lege, ſed re, & veritate. Unde ſeq. *e* Et non eſt mendacium] i. mutabile, ſicut lex vetus erat mutabilis. Alia translatio habet ſic: [Et verax eſt] ſc. unctio. [Et non eſt mendax,] i. nullum mendacium ſuadet, & propter hoc debetis manere in illa. Et quia poſſet aliquis dicere, quomodo manebit in nobis unctio, propterea ſi ſc. vos manetis in eo. Unde dicit: *f* Et ſicut docuit, &c.] & ſic ipſe manebit in vobis. *Jo.* 14. Manete in me, & ego in vobis, ſicut palmes non poteſt facere fructum, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Qualiter autem poſſumus manere in eo, oſtendit ipſe *Jo.*15. Si præcepta mea ſervaveritis manebitis in dilectione mea, ſicut ego præcepta patris mei ſervavi, & maneo in ejus dilectione. *g* Et nunc filioli] Alia cauſa eſt, quare debent in Chriſto manere, ut ſc. cum Chriſtus venerit ad judicium, ipſi ſint ſine confuſione. Unde dicit [Et nunc] idem reitero vobis, ut mentibus altius infigam. Et quid hoc, ſc. [O filioli manete in eo, &c.] ut ſi hoc feceritis. *h* Habeamus fiduciam, &c.] ad judicandum quod nos remunerabit, perſecutores noſtros puniendo. [Habeamus fiduciam] quia *Rom.*5. Spes autem non confundit. Et 1.*Tim.*4. ut non contriſtemini ſicut & ceteri, qui ſpem non habent. Et dicit: [Cum apparuerit] quia etſi modo per fidem appareat, hæc tamen apparitio in tenebris eſt, cum ſit ænigmatica, ſed tunc clarius, & quaſi in luce apparebit. Sed quare modo ſe conjungit eis? Sol. Quia bonitas converſorum eſt gloria magiſtrorum. Vel dicendum quod hic ſe conjungit eis, quia ipſe in dilectione manens præmium reportabit. Et non ſolum habemus fiduciam de præmio, imo & propter hoc manendum, ut *i* Et non confundamur ab eo] pro eo neglecto vel negato, dicit *Gl.* *k* In adventu ejus] *Gl.* Qui inter perſecutores in Domino manet, non confuſus ſpem habet in ejus adventu ſed qui hic erubeſcit confunditur in ejus adventu cujus præcepta negligit. *Luc.*9. Qui me erubuerit, & ſermones meos; hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in majeſtate ſua, & patris, & ſanctorum Angelorum.

l Si ſcitis] Hic quarto monet eos, ut ſi ipſi in prædictis permanent, vel ſi quod aliud bonum faciunt, ut non ſibi ſed Deo attribuant. Continuatio: quaſi, debetis prædicta tenere, & in eis manere, [Si ſcitis hoc quoniam juſtus eſt] ut ſuos fideles remuneret digne, & malos puniat juſte. Si inquam hoc ſcitis. *m* Scitote] etiam hoc: *n* Quoniam omnis qui facit juſtitiam] actu exequitur. *o* Ex ipſo natus eſt.] ſecunda nativitate quæ eſt per gratiam, [Ex ipſo] miniſtrante. *p* Natus] de malo in bonum, ut dicit *Gl.* Et ſi nati ſumus ex juſto, juſtitiam juſti patris oportet ſequi. *Gl. marginalis*: In nobis juſtitia incipit ex fide, initium juſtitiæ confeſſio peccatorum, perficietur juſtitia quando non erit lucta cum carne, ſed triumphus ex hoſte, quando ſc. inſultando dicent ſancti, illud 1.*Cor.* 15. Abſorpta eſt mors in victoria, ubi eſt mors ſtimulus tuus, ubi eſt mors victoria tua?

E X P O S I T I O   C A P. III.

VIdete qualem, &c.] In præced. cap. oſtendit quid diligendum, & quomodo permanendum in dilectione: quia declinando a malo, & implorandum advocatum; vel facto, vel bonum faciendo per obſervantiam mandatorum, & fugam hæreſis. Nunc in hoc cap. oſtendit; qualiter diligi debet Deus, & proximus. Et hæc eſt tertia pars totius Epiſt. Dividitur autem hoc c. in duas partes. In prima oſtendit qualiter diligendus eſt Deus. In ſecunda oſtendit qualiter diligendus eſt proximus, ibi: [Nolite mirari, &c.] Prima etiam pars habet duas. In prima oſtendit quare Deus ſit diligendus. In ſecunda quod omnis juſtitia eſt a Deo, ibi: [Filioli nemo, &c.] In hac autem parte, in qua oſtendit qualiter Deus eſt diligendus, dicuntur ſeptem. Primo enim oſtendit qualem affectum Deus pater erga nos habuerit, ut ſic oſtendat qualiter Deus diligendus ſit a nobis, ibi [Videte, &c.] Et cum loquimur de affectu Dei dicentes: Deus habet affectum: loquimur per modum hominum, ut intelligamus revera in eo non eſſe affectiones. In hoc autem oſtenditur affectio Dei erga nos, quod filii Dei nominamur, & eſt hæc magna dignitas. Sed quia nondum apparet hæc dignitas, propter hoc ſecundo oſtendit quando apparebit, ibi [Chariſſimi nunc filii, &c.] Tertio oſtendit, quod propter iſtam ſpem debemus ipſum imitari, ibi [Et omnis, qui habet, &c.] quarto oſtendit, quod peccatores quia ſpem iſtam non habent, ipſum non imitantur, ibi [Omnis qui, &c.] quinto oſtendit quomodo poſſumus ſpem iſtam habere: quia etſi non ex nobis, tamen ab ipſo qui apparuit, ut peccata tolleret, ibi [Et ſcitis.] Sexto oſtendit, quod ipſe Chriſtus poteſt peccata tollere, quia nunquam peccatum habuit, ibi [Et peccatum in eo, &c.] Septimo, & ultimo oſtendit quod Chriſtus peccata non habet, ibi [Omnis qui in eo, &c.] Dicit ergo: *q* Videte, &c.] Diligenter attendite. *r* Qualem charitatem, &c.] i. quantis, & qualibus donis paternam charitatem Deus erga nos oſtendit. Sed quare non dixit quantam? Sol. Quia modus plus accendit quam quantitas, vel quam res ipſa. Sed quæ eſt hæc charitas? Hæc ſc. *ſ* Ut filii Dei nominemur, & ſimus] *Jo.*1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. Et probat quaſi per locum ab oppoſitis, quod nos ſumus filii Dei. *t* Et propter hoc,] quod filii Dei ſumus. [Et] propter hoc: *u* Mundus] i. amatores mundi. *x* Non novit nos.] imitando, vel diligendo. *y* Quia non novit eum] *Jo.*15. Et hæc facient vobis propter nomen meum, quia neſciunt eum, qui miſit me. [Non novit nos.] quia non ſumus de mundo qui ſuos filios diligit. *Jo.*15. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret: quia vero de mundo non eſtis, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus: Sed quare non novit mundus? quia 1. *Cor.* 2. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Quia *Sap.*1. In malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Eccl.* 21. Non eſt ſenſus ubi eſt amaritudo: Eſt autem hic argumentum tale: Mundus ſuus novit filios: ſed nos non novit, quia neque patrem novit: ergo non ſumus filii mundi: ergo ab oppoſitis ſumus filii Dei. Sed quia poſſent dicere quid eſt quod dicis, quod ſumus filii Dei, cum hoc non appareat? propter hoc reſpondet dicens: *z* Chariſſimi nunc filii Dei ſumus:] q. d. ne miremini quia dixi, quod ſumus filii Dei.

a Et nondum apparuit quid erimus] quia *Col.*3. Vita noſtra abſcondita eſt cum ipſo in gloria. Et quare modo abſconduntur boni? *Prov.*28. Cum ſurrexerint impii, abſcondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur juſti. Unde *Iſ.*32. Erit vir ſicut qui abſconditur a vento, & celat ſe a tempeſtate. Et quod non oporteat modo apparere, oſtendit per hoc, quod nec Chriſtus cujus ſumus filii, modo apparet, ſed in judicio apparebit, ubi & nos

non apparebimus cum ipſo. Unde dicit: *a* Scimus] etſi nondum apparuit quid erimus, quia in cor hominis non aſcendit. 1. *Cor.* 2. Tamen [Scimus] fide illuminante. *b* Quoniam cum apparuerit] in ſecundo adventu. *c* Similes ei erimus] i. immortales ſecundum corpus & impaſſibiles. *Col.* 3.

De conſ. d. 3. c. alle vex vandus auſ. Iſ. 51. 1. Petr. 2.

a Scimus quoniam *b* cum apparuerit, *c* ſimiles ei erimus: *d* quoniam videbimus eum ſicuti eſt. *e* Et omnis qui habet ſpem hanc in eo, *f* ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. *g* Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: *h* & peccatum eſt iniquitas. *i* Et ſcitis quia ille apparuit ut peccata tolleret: *k* & peccatum in eo non eſt. *l* Omnis qui in eo manet, non peccat; *m* & omnis qui peccat, *n* non vidit eum, *o* nec cognovit eum. *p* Filioli nemo vos *q* ſeducat. *r* Qui facit juſtitiam, juſtus eſt, ſicut & ille juſtus eſt. *ſ* Qui facit peccatum, ex diabolo eſt: *t* quoniam ab initio diabolus *u* peccat. *x* In hoc apparuit filius Dei, *y* ut diſſolvat opera diaboli.

Cum autem Chriſtus apparuerit, vita veſtra; tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Et probat quod erimus immortales. *d* Quoniam videbimus eum ſicuti eſt.] quod non eſſet ſi carnem mortalem haberemus: quia *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet, vita ſcil.

B mortali *Jo.* 1. Deum nemo vidit unquam. Unde *Gl.* Quia eum in ipſa divinitatis ſuæ ſubſtantia contemplabimur, quod in hac vita nulli conceditur. Sed quid eſt quod dicit [quoniam videbimus eum ſicuti eſt.] ſed ipſe eſt pleniſſime, & perfectiſſime: ergo videbimus eum pleniſſime, & perfectiſſime. Contra: *Iſid.* Sibi ſoli Trinitas nota eſt, & homini aſſumpto? Sol. Sicuti eſt videbimus quia facie ad faciem, & ſine velamine quem modo videmus ſub figuris, & ænigmate: non tamen pleniſſime quantum ad ipſum quia non erimus capaces plenitudinis ſuæ gloriæ. Et, quia tunc erimus ei ſimiles in gloria, debemus, & modo eſſe ſimiles ei in vita. Unde dicit: *e* Et omnis qui habet, &c.] ſc. ut ei ſit ſimilis in futuro. *Rom* 8. Spe ſalvi facti ſumus. *f* Sanctificat ſe,] i. ſanctum facit & purum, temporalia relinquendo, ſicut ille ſanctus eſt. 1. *Pet.* 1. Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum. Et *Jo.* 17. Ego ſanctifico meipſum, ut ſint, & ipſi ſanctificati in veritate. *Joſ.* 2. Sanctificamini, in præſenti vita; cras enim, i. in futura vita, faciet Dominus inter vos mirabilia. *Lev.* 19. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Contra *Job* 25. Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu ejus. Præterea autem loquitur de ſanctitate Chriſti creata, aut increata; ſi de increata, ſed noſtra creata eſt: creati autem ad increatum nulla eſt proportio: ſi de creata, ſed illa eſt non ad menſuram, noſtra vero ad menſuram. Sol. De utraque poteſt loqui: ſi de creata tunc, ly [ſicut] non dicit ſimilitudinem in modo ſed ſimilitudinem in qualitate: ut ſit ſenſus, ille ſanctus eſt, & vos ſancti ſitis. Si de increata, tunc ly [ſicut] dicit ſimilitudinem ut exemplati ad exemplar, quia virtutes quæ in nobis ſunt, exemplatæ ſunt ad virtutes exemplares. Ideo

g Omnis qui, &c.] i. contra legem Dei. Unde *Gloſſ.* Græce nomos lex, inde anomin, i. iniquitas quæ eſt contra legem vel ſine lege. Unde dicit: *h* Et peccatum eſt, &c.] quicquid enim peccamus, contra legem Dei facimus. Unde *Pſ.* 118. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ. Ex hoc loco *Aug.* aſſumpſit illam deffinitionem peccati: Peccatum eſt factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei; & hoc intelligitur de mortali. Sed quia poſſent ipſi dicere, nullus ſine peccato eſt: ergo nullus poteſt hanc ſpem habere: propter hoc reſpondet quod verum eſt ex ſe, ſed tamen poteſt eam habere ex Dei auxilio: unde dicit: *i* Et ſcitis, &c.] Unde *Jo.* 1. Ecce qui tollit peccata mundi. *Gl.* Tollit dimittendo facta, adjuvando ne fiant, ducendo ad vitam ubi omnino fieri non poſſint. Propter hoc ter dicitur in Miſſa, Agnus Dei: ſed bis; Miſerere nobis: quaſi, Agnus Dei miſerere, peccata dimittendo. Item Agnus Dei miſerere, ne fiant adjuvando. *Eccl.* 2. Quoniam pius, & miſericors eſt Deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in veritate. Et oſtendit quod potuit peccata tollere, quia fuit ſine peccato, ut dicit: *k* Et peccatum in eo non eſt.] nec actus, nec voluntatis. 1. *Pet.* 2. Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. Et *l* Omnis qui in eo] Hic ultimo probat quod Chriſtus peccatum non habet. Unde dicit: [Omnis qui in eo manet, non peccat.] Ex quo patet quod ipſe immunis eſt a peccato, quia etiam adhærentes ei vitant peccata: ſed omnis juſtus in eo manet: ergo nullus juſtus peccat. Contra *Sap.* 1. Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus. Et *Prov.* 24. Septies cadet juſtus, & reſurget: impii autem corruent in malum. Sol. Juſtus cadet, ſed in die, quia non cadit a charitate. Et omnis qui in eo manet, non peccat: verum eſt in quantum manet in eo, ut ſic intelligatur per reduplicationem. Si autem peccat venialiter, hoc non eſt, quia eſt in eo, ſed quia eſt ex illo. Vel poteſt dici quod hoc non intelligitur niſi de mortali: unde omnis qui manet in eo in quantum manet in eo, non peccat mortaliter. Vel poteſt dici: Omnis qui manet in eo per fidem; non peccat, peccato infidelitatis. *m* Et omnis qui peccat] in quantum peccat, & poteſt intelligi de peccato mortali tantum: vel de mortali ſimul, & veniali: vel de peccato infidelitatis. *n* Non vidit eum] fide, credendo humanitatem, *o* Nec cognovit eum] quoad divinitatem, *Apoc. 22. Jo. 1.*
vel guſtando ejus ſuavitatem: ſi enim guſtaſſet quam dulcis eſt Dominus, non peccaret. Vel [Non vidit, nec cognovit,] perfecte, vel finaliter, quaſi diceret, ſicut qui manet in eo, non peccat: ſic per oppoſitum qui peccat, non cognoſcit eum. Ex quo patet quod ipſe peccatum non habet cui adhærentes vitant peccata, & cui non adhærent peccatores, ſed longe ſunt ab eo. *Pſ.* 118. Longe a peccatoribus ſalus.

p Filioli nemo, &c.] Secunda pars primæ partis in qua oſtendit quod omnis juſtitia eſt a Deo. Et excludit errorem Pelagii qui dicebat quod homo poteſt juſtificari ex ſolo libero arbitrio. Unde dicit [Filioli nemo vos ſeducat] ut ſc. credatis quod juſtitia a nobis, non a Deo.

q Seducat] i. ſeorſum a veritate fidei, & integritate morum ducent. Simile *Eph.* 5. Nemo vos ſeducat. Sed quare dicit [filioli] & non filii? Sol. Quia in præſenti ubi charitas eſt imperfecta, quodammodo facit filiolos: in futuro vero erunt filii ubi charitas erit perfecta. Vel ſic vocat eos propter tempus, quia ipſe eos præceſſerat in fide. Et quod juſtitia eſt a Deo, hoc oſtendit dicens:

r Qui facit juſtitiam, juſtus eſt, &c.] Sed ex hoc objicitur ſic: Ille juſtus eſt naturaliter & ex ſe, ergo qui facit juſtitiam, juſtus eſt naturaliter & ex ſe? Sol. [Sicut] non dicit ſimilitudinem niſi exemplati ad exemplar. Juſtitia enim Dei increata, & juſtitia hominis creata non ſunt ſimiles niſi in effectu, ſicut e converſo dicitur in medicinis quod medicinæ ſunt contrariæ non ſecundum ſubſtantiam vel eſſentiam, ſed ſecundum effectus. Et ſi juſtitia hominis eſt exemplata: non eſt ergo ab homine: ita qui facit juſtitiam, juſtus eſt: ſed e converſo.

ſ Qui facit peccatum, &c.] Ex hoc arguit Manichæus ſic: Si omnis homo facit peccatum: ergo omnis homo ex diabolo eſt: ergo multo fortius ea quæ ſunt inferiora homine, ſunt ex diabolo? Sol. Nec homo, nec iſta viſibilia ſunt ex diabolo, nec per creationem, nec per originem carnis, ſed per imitationem; ſicut dicit Dominus *Jo.* 8. Si filii Abrahæ eſtis, opera ejus facite, quaſi diceret, imitamini ipſum. Et hoc eſt quod ſeq.

t Quoniam, &c.] Et redditur hic cauſa imitationis, & non creationis, unde in ipſo textu poteſt confundi Manichæus. *Gl.* hic dicit [Ab initio] ſuæ creationis diabolus, incipiens peccare, peccat continue uſque in præſenti: Ergo diabolus in omni opere ſuo peccat? Sol. Verum eſt in omni opere vel motu egrediente a libero arbitr. quia ejus arbitrium pure confirmatum eſt ad malum. Sed quæritur utrum poſſit moveri motu naturali ad diligendum Deum? Sol. Opinio vel dubitatio eſt. Quidam dicunt quod ſic, alii dicunt quod non, quia ejus natura per conſuetudinem malam ita ſopita eſt, quod nec etiam motu naturali poteſt diligere Deum; Sicut videmus quod aliquis cholericus ex natura, per conſuetudinem ſæpe fit melancholicus eo quod ſopitur ejus natura.

u Peccat] ſed intelligendum eſt uſque ad diem judicii. Vel dicitur peccare ab initio, quia quodammodo fuit principium quare homo peccavit. Unde quod naſcimur omnes in peccato, ſed quodammodo a diabolo. Unde quia homines non ceſſant peccare, nec ipſe dicitur ceſſare. ſed ſemper peccat. Et quia ita eſt.

x Filius Dei apparuit in hoc] i. propter hoc.

y Ut diſſolvat opera diaboli.] tollendo ſc. peccata. Opera autem diaboli appellat peccata, quia ſunt nativitas imitationis qua ex diabolo naſcuntur peccatores. Et cum dicit [Diſſolvat] notatur difficultas. Quomodo autem diſſolvit oſtendit, ſcilicet quia regenerando nos in baptiſmo. Unde dicit,

z Omnis

boli. a Omnis qui b natus eſt ex Deo, peccatum non facit c quoniam ſemen ipſius in eo d manet, e & non poteſt peccare, quoniam † in ipſo natus eſt. f In hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diaboli. g Omnis qui non eſt juſtus, non eſt ex Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. h Quoniam hæc eſt annunciatio i quam audiſtis ab initio. k Ut diligatis alterutrum. l Non ſicut Cain qui ex Maligno, m erat & n occidit fratrem ſuum. o Et propter quid occidit eum? p Quoniam opera ejus maligna q erant, r fratris autem ejus juſta. ſ Nolite mirari fratres ſi odit vos mundus. t Nos ſcimus, quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam u diligimus fratres. x Qui non diligit, y manet in z morte. a Omnis qui odit fratrem ſuum, homi-

a Omnis qui natus eſt ex Deo, &c.] hoc intelligendum eſt per reduplicationem, vel per appoſitionem, vel de peccato infidelitatis. b Natus] per Baptiſmi gratiam, vel per Pœnitentiam. Et in quantum talis [peccatum non facit] Ex hoc etiam ſumunt Manichæi argumentum ſic: Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; ergo a deſtructione conſequentis qui facit peccatum, non eſt natus ex Deo. Sed quod ita intelligendum ſit exponit ut ſit ſenſus, ſc. quamdiu manet in Deo: patet per illud quod ſeq.

De pœn. d. 1. c. porro. §. ſi autem quantum ſi

al. ſ. ex Deo.

c Quoniam ſemen ipſius] Dei, ſcil.
d Manet in eo] i. gratia Dei, quæ in ipſo ſeminata eſt in Baptiſmo, vel in pœnitentia: q. d. In hoc nemo vos ſeducat, dicendo quia vel juſtitia ſit ex homine, vel cum peccato aliquis in Deo maneat: quia omnis juſtitia eſt ex Deo, & omne peccatum ex diabolo, ſicut dicit *Gl.* De hoc ſemine. *Luc.*8. Semen eſt verbum Dei. Dixit quod talis non facit peccatum, & non ſolum hoc, imo:
e Non poteſt peccare quoniam in ipſo natus eſt.] i. in Deo, in quo peccatum nullum eſt. [Non poteſt peccare,] Et exponendum eſt ut prius, *i.* quamdiu manet in Deo, vel in quantum eſt ex Deo. Vel poteſt ſic exponi. a Omnis qui natus eſt ex Deo] per prædeſtinationem, [Peccatum non facit] finaliter, & ſic cetera. Sed hæc expoſitio non ita convenit litteræ ſicut prima. Et quia dixit quoſdam filios diaboli, oſtendit quæ eſt iſtorum differentia dicens: f In hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diaboli] quia ſc. illi bona faciunt, iſti mala. Unde *Matt.*7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Et hoc probat per hoc quod filii diaboli nec Deo reddunt quod ſuum eſt, nec proximo, quia fratres non diligunt. Unde dicit: g Omnis qui non eſt juſtus, ex Deo non eſt, & qui non diligit fratrem ſuum] ſc. non eſt juſtus, ergo ex Deo eſt & ſi per creationem, non per imitationem; ergo e converſo qui fratrem diligit, juſtus eſt, quia *Rom.* 13. Qui diligit proximum, legem implevit. Et hoc probat dicens: h Quoniam hæc eſt annunciatio] Emphatice loquitur, i. res digna annunciatione, quaſi: Dignum eſt hoc ut ſemper debeat eſſe in annunciatione. Unde expreſſius loquitur dicens: Annunciatio, quaſi dixiſſet, res annunciata: annunciatio; dico: i Quam audiſtis ab initio] prædicationis noſtræ, vel converſationis noſtræ. Et quæ?
k Ut diligatis alterutrum] ſc. unus alterum: Sed quare hoc magis dicit, quam ut diligatis Deum? Sol. Quia in dilectione proximi intelligitur dilectio Dei. Et hoc eſt, quia proximus non diligitur niſi propter Deum, & hoc finaliter, unde cauſa finalis primo monet: & propter hoc in dilectione proximi intelligitur dilectio Dei. Et hoc eſt quod dicitur *Rom* 13. Qui diligit proximum, &c. Et *ſup.*2. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine eſt, & ſcandalum in eo non eſt. Unde dicit *Gloſ.* Dilectio certum ſignum eſt quo diſcernuntur filii Dei, & filii diaboli. Alia ſunt communia bonis, & malis. In hoc fonte non communicat alienus. *Prov.* 5. Quicquid vis habe, hoc ſolum niſi habeas, nihil tibi prodeſt. Alia non habeas, hoc habe, impleſti legem: plenitudo legis charitas. *Rom.*13 Dixi, diligatis invicem, & hoc ex corde vero, & puro.
l Non ſicut Cain, qui ex Maligno] i. ex Diabolo.
m Erat] per imitationem invidiæ. Diabolus enim amiſſa felicitate invidit homini, & eum decepit, & occidit ſpiritualiter, quia fuit occaſio peccati quod eſt mors animæ, & cauſa mortis corporis. *Sap.*2. Invidia diaboli mors intravit in Orbem terrarum; imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius. Et quod fuit ex Maligno patet quia. n Et occidit fratrem ſuum] *Gen.*4. & *Sap.* 10
o Propter quid occidit eum] ſupple, fuit hoc quod ſeq.
p Quoniam opera ejus] i. Cain. q Maligna erant] i. malo igne invidiæ plena. r Fratris autem opera] i. Abel erant bona, q.d. Hæc fuit cauſa quare occidit: Sua enim opera diſplicebant Deo, & opera fratris placebant, & propter hoc ei invidit, & ex invidia occidit, ut dicit *Gl.* Opera enim Cain mala non dicit niſi propter invidiam, & odium fratris: Opera Abel juſta non dicit niſi propter charitatem. Et paulo poſt, Cain recte offerebat creaturam creatori, ſed non bene dividebat, quoniam credebat placere munera, quæ cum odio fratris offerebat: Abel cum dilectione obtulit, & placuit. Unde in Epiſt. *Judæ* Væ illis qui in viam Cain abierunt. ſ Nolite mirari] Secunda pars cap. in qua oſtendit qualiter proximus ſit diligendus. Et dividitur in duas partes. Primo enim oſtendit modum diligendi proximum. Secundo oſtendit utilitatem obſervationis hujus mandati, *ibi* [In hoc cognoſcimus, &c.] Modus autem diligendi proximum conſtat in tribus: quia debet diligi firmiter, efficaciter, & vere. De primo dicit [Nos ſcimus, &c.] De ſecundo dicit [In hoc cognovimus charitatem Dei,] De tertio dicit [Filioli mei non diligamus verbo.] Sed quia odium quo eos odit mundus; poſſet eos retrahere a mutuo amore, propterea primo oſtendit non eſſe mirandum, ſi mundus eos odit dicens. [Nolite mirari ſi odit vos mundus] q. d. Propter odium mundi non debet dilectio veſtra minui. Non eſt mirandum quia *Jo.* 15. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret, non eſt curandum de amore ejus, quia fallax eſt, & doloſus, & a Deo ſeparat. *Jac.*4. Neſcitis quoniam amicitia hujus mundi inimica eſt Deo. Et oſtendit quod ipſi non ſunt de mundo dicens: t Nos ſcimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam] gratiæ. u Quoniam diligimus fratres] q.d. Per dilectionem ſumus ſeparati a morte, ergo non eſt mirandum ſi mundus nos odit. Et dicit [Tranſlati ſumus] & non tranſivimus, quia alius tulit nos de mundo, & non ipſi nos. Et quis eſt qui nos tulit? Filius Dei. *Iſ.* 53. Languores noſtros ipſe portavit, & interiores, & exteriores. *Oſ.*11. Ego quaſi nutricius Ephraim portabam eos in brachiis meis [verum eſt] exterius in cruce: tunc enim ad ſe nos traxit. *Jo.* 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Qui ergo ab ipſo non trahitur, non eſt quia *Job* 18. Socius eſt ejus, qui non eſt. Et probat quod dixerat per locum ab oppoſitis, quia: x Qui non diligit] ſicut mundus. z Manet] i. manſionem habet. y In morte] culpæ, a qua per ſe exire non poteſt. Hic dicit *Gl.* Vita carnis, anima, vita animæ, Deus: corporis mors amittere ſpiritum, animæ mors amittere Deum. Sed quæritur hic de hoc quod dictum eſt [Tranſlati ſumus, &c. quoniam diligimus] aut loquitur de naturali dilectione, aut de gratuita. Si de naturali; ſed illa non eſt meritoria, ergo non transfert, vel trahit de mundo. Si de gratuita; ergo videtur quod tranſlatio implicet dilectionem, & hoc male quia nullus ſcit ſe habere charitatem. Sol. Copulat gratuitam dilectionem, & loquitur per hypotheſim: unde ſenſus eſt, ſi diligamus fratres, tranſlati ſumus, &c. nec tamen ponitur implicative. Item quæritur de *Gl.* quæ dicit ſuper illud. [Nolite mirari] Propter mundum non debet minui dilectio; ergo videtur quod propter aliud poſſit minui. Item charitas poteſt augeri, ergo poteſt minui. Contra: Non poteſt minui per veniale, quia ei non opponitur; nec per mortale, quia illud omnino tollit; ergo nullo modo poteſt minui. Sol. Charitas poteſt augeri ſecundum eſſentiam, non tamen poteſt minui: & quod hic dicitur, intelligendum eſt quoad frequentiam motus vel fervorem. Per fervorem vel frequentiam motus minuit veniale. Et quod objicit. Poteſt augeri, ergo minui? Sol. Hoc ſequitur in illis qualitatibus quæ participant ſecundum magis, & minus naturam ſui contrarii, ſed charitas nullo modo participat ſuum contrarium ſc. peccatum mortale, quia cum eo nullo modo poteſt eſſe. a Omnis qui odit] Alia ratio ad idem, quia omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Unde *Gl.* Si quis concipit odium fratris ſui, nonne committit in corde ſuo homicidium fratris ſui? Non movet manus ad occidendum, & homicida jam tenetur: vivit ille, & iſte interfector judicatur: quaſi diceret: Multum eſt ab hujuſmodi cavendum. Eſt autem aliud non diligere, & aliud odire: quia non diligere eſt quædam privatio; odire poſitio. Sufficienter ergo oſtendit quod ſeparari debemus a mundo: & quia non diligit nos, imo etiam quia odit nos. [Homicida] dicit hoc quia primo ſe interficit, deinde fratrem quem provocat ad odium, & rancorem. Et quod dixit *ſup.* [Qui non diligit] intelligendum eſt de odio occulto: & per hoc quod dicit hic. [Qui odit, &c.] intelligitur odium progreſſivum, unde ſemper ſequitur mors ſpiritualis, & frequenter cum hac mors corporalis.

Gen. 4. Jo. 5. De pœn. d. 1. c. porro §. Cum ergo. q. 1. ſum. De pœn. d. 1. c. Homicid.

a Et

cida eſt. *a* Et ſcitis quoniam *b* omnis homicida non *c* habet vitam æternam *d* in ſeipſo manentem. *e* In hoc cognovimus charitatem Dei, *f* quoniam ille animam *g* ſuã pro nobis poſuit: *h* & nos debemus *i* pro fratribus animas † ponere. *k* Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, *l* & viderit fratrem ſuum † neceſſitatem patientem, & *m* & clauſerit viſcera ſua ab eo: *n* quomodo charitas Dei manet in eo? *o* Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, *p* ſed opere *q* & veritate. *r* In hoc cognoſcimus quoniã ex *ſ* veritate ſumus: *t* & in cõ-

al. † noſtras.

al † neceſſe habere.

a Et ſcitis] per legem ubi legitur. Non occides. *Exod.*20. *b* Quoniam omnis homicida] qui vel ferro percutit vel odio inſequitur, ut dicit *Gl.* Et per hæc duo quæ ponit, intelligi poſſunt duo genera homicidii, quorum alterum eſt corporale quod fit quatuor modis. Voluntarie, & hoc ſemper eſt
Jo. 13 mortale. Juſtitia, & hoc ſi fiat livore vindictæ vel non amore juſtitiæ, eſt mortale propter intentionem malam; alias ſi fiat ſecundum leges, & ex amore juſtitiæ, nec peccatum eſt, nec mortale. Item neceſſitate quæ ſi eſt inevitabilis, excuſar. Item caſu, & tunc ſi interfector vacabat rei licitæ, & impoſuit diligentiã quam debuit, non eſt ei imputandum; alias ſic: Per hoc ergo quo dicit *Gl.* Qui ferro percurit, intelligit omne homicidiũ corporale quod eſt peccatum. Item per hoc quod ſequitur: Vel odio inſequitur, intelligit omne homicidium ſpirituale, quod fit quinque modis, odiendo, detrahendo, malum conſulendo, nocendo, victum ſubtrahendo: Hæc omnia ſunt mortalia. Omnis inquam homicida. *c* Non habet vitam] gratiæ.
d Manentem in ſe] etſi per fidem hic inter ſanctos vivere videatur, quia in perpetuo damnabitur, qui hoc genere homicidii tenetur, cum diſcederet a fratribus. Et hoc quod dicit [in ſeipſo] poteſt determinare hoc verbum [habet] ſub hoc ſenſu: quaſi, talis [non habet in ſe vitam] gratiæ ſc. vel Deum, qui eſt vita manens, etſi in ſe habeat vitam tranſeuntem. Vel poteſt determinare participium, & eſt ſenſus, Deus eſt in unoquoque per præſentiam, potentiam & eſſentiam; & ſic homicida habet Deum, non tamen permanentem, quia non habet per gratiam. Deus enim non eſt in illo ut in habitaculo vel in domo, cum non ſit templum ſanctum Dei. 1.*Cor.*3. Sed fovea ericii, i. diaboli. *Iſ.*34. Ibi, i. in corde homicidæ vel peccatoris, habuit foveas ericius, i. diabolus diverſis fallaciis, & deceptionibus, & enutrivit catulos ſuos, malas ſc. cogitationes, & circumfodit, & fovit eos. Ex his omnibus patet, quod nos debemus firmiter diligere fratres, quia mundus odit nos. *e* In hoc] Hic oſtendit quam efficaciter debemus diligere proximum. Et efficacitas conſiſtit in duobus. Primo in hoc quod debemus contemnere noſtram vitam temporalem pro ſpirituali vita proximi. Et hoc probat exemplo Chriſti. Secundo quia omnia temporalia debemus communicare ei, *ibi*: [Qui habuerit] Quia multas rationes de habenda charitate poſuit; tandem ſupponit de charitatis perfectione quæ eſt ut animas noſtras ponamus pro amicis, ſicut Chriſtus poſuit ſuam pro nobis. Unde dicit. [In hoc cognovimus charitatem Dei] erga nos. *f* Quoniam ille] ſcil. Chriſtus. *g* Animam ſuam poſuit] pro nobis. Voluntarie enim ſe obtulit, ſeu ex dilectione. *Joan.* 10. Nemo tollit eam a me, ſed ego ponam eam a meipſo. *Iſ.*53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. *h* Et nos] imitantes ipſum. Debemus pro fratribus animas ponere. *Jo.*15 Majorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Aug.* Animam meam pro proximo pono, quando ori ſubtraho quod pauperi impendo. Sed objicitur hic: videtur enim quod illud argumentum non ſequatur. Ipſe poſuit, ergo & nos debemus ponere; nulla eſt enim proportio ipſius ad nos. Item ipſe habuit ſpiritum non ad menſuram. *Jo.*3. Nos vero ad menſuram. Sol. Chriſtus nobiſcum communicavit in pœna tantum: nos invicem communicamus in pœna, & culpa: unde plus compati debemus nobis invicem quam Chriſtus nobis: quaſi ergo diceret, Chriſtus minus debebat compati nobis quam nos invicem, & ipſe in tantum compaſſus eſt quod animam ſuam poſuit: ergo & nos debemus invicem ponere animas noſtras. Sed adhuc objicitur: nonne hoc eſt opus perfectionis ponere animam pro fratribus? Ita vult *Gloſſ.* quæ dicit: De charitatis perfectione ſupponit, & hoc dicitur omnibus: ergo omnes tenentur ad perfectionem vel ad opera perfectionis. Sol. Omnes tenentur in caſu; ſed Prælatus alicubi tenetur ubi non alii, quia debet opponere ſe Prælatus in perſecutione fidei, quando omnes non tenentur niſi ab eis requiratur: unde Prælatus tenetur ex officio, ſed perfecti tenentur ex commiſſo, quia ſc. talentum ſibi commiſſum non debent abſcondere. Sed nunquid imperfecti tenentur? Videtur quod non, quia imperfecta charitas non reſiſtit magnis tentationibus? Sol. Imo quantacumque charitas ſufficit ad reſiſtendum quantæcumque tentationi, ſicut dicunt quidam, & ſecundum iſtos imperfecti tenentur ponere animas, ſed non ita cito ſicut perfecti, quia non ita de facili poſſunt reſiſtere tentationi ſicut perfecti. Alii dicunt quod parva charitas non ſufficit ad reſiſtendum magnæ tentationi, & ſecundum iſtos dicendum quod non tenentur dare animam ſuam primo, ſed ſecundo: quia primo tenentur ſe præparare, & per hoc dabitur eis major gratia, qua habita magis poterunt reſiſtere. *k* Qui habuerit] Hic oſtendit aliam efficaciam dilectionis proximi, quia debemus exponere neceſſitati ejus temporali bona temporalia, ſicut neceſſitati ſpirituali vitam temporalem. Unde dicit: *k* Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi,] i. divitias quæ dicuntur ſubſtantia, quia illis ſuſtentamur, vel quia ſubeſſe debent, & ſubſtare, & non dominari *Gl.* continuat ſic: Et ſi pro temporis opportunitate vel humana infirmitate non contigerit animas ponere, debemus ſaltem res noſtras pro fratribus deponere, & hoc eſt nutrimentum charitatis. Qui didicit rem ſuam dare, quandoque poterit ſeipſum deponere. *l* Et viderit fratrem ſuum neceſſitatem patientem] vel victus vel veſtitus.
m Et clauſerit viſcera ſua ab eo] ut vel ſaltem non compatiatur ei; vel nihil det, etiamſi compatitur. *Greg.* Facilius manus invenit dationem, quam animus compaſſionem. *n* Quomodo charitas Dei] i. habitus charitatis Dei formaliter, i. charitas data a Deo qua informamur; & ſic eſt conſtructio tranſitiva inter [ly charitas, & ly Dei] & exponitur de charitate creata. Vel [charitas Dei] i. charitas quæ eſt Deus, i. *Sp.* Sanctus qui facit in nobis bona, & ſic legitur effective de charitate increata, & eſt conſtructio tranſitiva. [Quomodo] ergo [charitas Dei manet in eo] quaſi diceret, non manet in eo. Male enim animam poſſet proferre qui non vult ſuperflua dare. Propter hoc dicit *Iſ.* 58. Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam. *o* Filioli] Hic oſtendit quam vere diligendus eſt proximus, dicens [Filioli mei] Hoc dicit, vel quia eos præceſſit in fide: vel ad innuendum quod hic ſumus filioli ubi charitas omnino perfecta non eſt, ſed in futuro erimus filii quando charitas erit omnino perfecta. *Gl.* Sic continuat: Quia non eſt perfecta charitas in illo qui non ponit animam pro fratribus, vel qui ſaltem non dat pecuniam: ergo ut perfectam charitatem habeatis [Filioli mei non diligamus verbo neque lingua] tantum *Gl.* In verbo pura locutio, non opus; in lingua intelligitur multiplex oratio, ſicut quidam ſæpe repetitis ſermonibus affectum ſuum volunt commendare. *Prov.*14. Ubi plurima verba ſunt, ibi frequens egeſtas. *p* Sed opere] i. rei exhibitione. *q* Et veritate.] i. mentis integritate, ut ſicut os datis, ſic & detis animum. *Luc.*6. Omni petenti te, tribue. *Gl.* Ut ſimplici intentione beneficia præſtemus, non propter jactantiam, non propter aliquod commodum, ſed reſpectu ſolius Dei. *Jac.*1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Sed objicitur de hoc quod dicit [opere] ergo omnes tenemur diligere opere, ergo effectu, ergo inimicos. Contra: Tenemur aliquando inimicos exponere, & maxime inimicos fidei, ergo non tenemur eos diligere effectu? Sol. Eſt inimicus duplex, perſonalis qui ſc. perſonæ vel rebus vult nocere, hunc tenemur diligere non ſemper, ſed in caſu, effectu, ſcil. in articulo neceſſitatis; & eſt inimicus generalis qui ſc. perſequitur mores Eccleſiæ, & maxime fidem, talem non tenemur diligere effectu, nec affectu, ſed tenemur eum exponere. Et quod dicitur hic, intelligitur de primo, qui ſc. eſt perſonalis. *Prov.*25. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum. *r* In hoc cognoſcimus] Hæc eſt ſecunda pars ſecundæ partis cap. in qua oſtendit utilitates quæ ſequuntur ex obſervatione hujus mandati, quæ ſunt duæ. Una eſt quia ſi diligamus, ſatagemus ſemper mundis cordibus apparere. Secunda eſt quia ſi diligamus, ſecure petemus a Deo, & ſecuri erimus de impetrando, *ibi*: [Chariſſimi ſi cor noſtrum, &c.] Dicit ergo: [In hoc cognoverunt] ſi pietatis opera in veritate facimus. [Cognoſcimus ipſum.]
ſ Quoniam ex veritate ſumus; ideſt, ex Deo qui eſt veritas, & quem imitamur. *Joan.* 13. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis; ſi dilectionem habueritis ad invicem. *t* Et in conſpectu ejus,] Per hoc cognoſcimus

gnoſcimus nos eſſe, ſc. ſi exhibeamus opera charitatis proximis. Unde *Pſ.16.* Ego autem in juſtitia apparebo conſpectui tuo. Et per hoc etiam: *a* Suadebimus corda noſtra.] ut ad meliora proficiamus, ſecundum illud Apoſt. *1.Cor.* 12. Æmulamini autem charismata meliora. Et in hoc quod dicit: [ſuadebimus] oſtendit quod voluntas

ſpectu ejus *a* ſuadebimus corda noſtra. *b* Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum: *c* major eſt Deus corde noſtro *d* & novit omnia. *e* Chariſſimi ſi *f* cor noſtrum non reprehenderit nos, *g* fiduciam habemus ad Deum; *h* & quicquid petierimus, *i* accipiemus ab eo; *k* quoniam mandata *l* ejus cuſtodimus, *m* & ea quę ſunt placita coram eo, facimus. *n* Et hoc eſt mandatum ejus *o* ut credamus in nomine filii ejus Jeſu Chriſti, *p* & diligamus alterutrum *q* ſicut dedit mandatum nobis. *r* Et qui ſervat mandata ejus, in illo manet, *ſ* & ipſe in eo. *t* Et in hoc ſcimus *u* quoniam manet in nobis *x* de Spiritu *y* quem dedit nobis.

non poteſt cogi. *Ap.3* Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum ut locuples fias. Et ita ex prædictis oſtendit quod debemus diligere ex

D veritate. Tertio oſtendit, quod in opera ſimul & veritate. Unde prius dicta non reſpiciunt niſi alterutrum tantum, ſc. diligere in veritate; ſed quod dicitur nunc, reſpicit utrumque ſc. diligere, & opere, & veritate. Unde dicit: *b* Quoniam ſi reprehenderit nos] Et reſpondet hic quibuſdam qui poſſent dicere. Non poſſumus ita diligere, quia ſi damus indignis, peccamus. Reſpondet quod non, ſi bonam mentionem habemus in dando. [Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum] de hoc quod damus indignis, bona tamen intentione. *c* Major eſt Deus, &c.] i. videt conſcientiam, & intentionem remunerandam, q.d. nos habemus cor pravum, credentes quod Deus ſecundum bonam intentionem non remuneret, ſed [major eſt Deus corde noſtro] ad remunerandum intentionem. Unde *Prov.16.* Omnes viæ hominum patent oculis ejus, ſpirituum ponderator eſt Dominus, i. intentionum. *Heb.3.* Omnia nuda & aperta ſunt oculis ejus. Et quod Deus major eſt, oſtendit dicens: *d* Et] i. quia ipſe [novit omnia] Vel ſic: quaſi, diligamus opere, & veritate [Quoniam ſi cor noſtrum reprehenderit nos] i. ſi aliquid in noſtro corde reprehenſibile eſt, eo quod minus debito diligamus, & Deum hoc latere volumus, non poſſumus, quia [major eſt Deus corde noſtro] i. perſpicacior ad videndum quam cor noſtrum ad celandum vel occultandum. Et hoc probat dicens: [Et novit omnia] *Pr.15.* Infernus & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum *Job 26.* Nudus eſt Infernus coram illo loco, & nullum eſt operimentum perditionis. Vel aliter ab illo loco [In hoc cognoſcimus] quaſi, ſi diligimus in veritate. [In hoc cognoſcimus, quoniam ex veritate ſumus in conſpecto ejus] ſine puncto, [Suadebimus corda noſtra] facere quæ ſunt placita in conſpectu ejus, i. laboremus ad hac, ut cogitemus quæ ſunt digna ejus conſpectu; & ſic non eſt punctus ibi, in conſpectu ejus, qui erat ſecundum primam lectionem, [Suadebimus] dico, quoniam ſi habemus malam cogitationem in corde vel malam intentionem, non poteſt Deum latere. Unde ſeq. [Quoniam ſi reprehenderit nos

Boetius de conſ. lib. 5. Proſa 6. Act. 4.

cor noſtrum, major eſt Deus corde noſtro, & videt omnia.] *Boetius:* Magna nobis indicta eſt bene agendi neceſſitas ſi diſſimulare non velimus, cum cuncta agimus ante oculos judicis cuncta cernentis. *e* Chariſſimi] Secunda utilitas, quia ſi diligimus, ſecure poterimus dicere: Dimitte nobis debita noſtra; & ſecure petemus, & de impetrando ſecuri erimus. Dicit ergo [Chariſſimi ſi cor] q.d. ſi recte non diligimus, ſed ficte verbo ſc. & lingua, non poſſumus hoc celare Deum, ſed *f* Si cor noſtrum non, &c.] i. ſi puram dilectionem habemus, ſaltem fratrum non autem emolumentum quærentes. *g* Fiduciam habemus ad Deum] *Job 11.* Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe. Vel [Fiduciam habemus] perveniendi ſc. [ad Deum] *Unde Iſ.12.* Ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo. *h* Et quidquid petierimus ab eo] perſeveranter pulſando. *i* Accipiemus] *Luc.* 11. Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulſanti aperietur. [Quicquid] ipſum ſc. vel aliud magis expediens nobis, & ſic conſtruitur ly [quicquid] cum hoc verbo [poterimus] Et hoc quod dicit [quicquid] intelligitur ad ſalutem: per tempus conſignificatum in hoc verbo [petierimus] ſignificat illa conditio orationis quæ eſt perſeveranter, ex parte autem ſuppoſiti, intelligitur pie. Tales enim debemus eſſe qui accipiamus, ſc. Beatitudinem. Si ly [quicquid] conſtruitur cum hoc verbo [accipiemus] intelliguntur quatuor conditiones, ſc. tres primæ jam dictæ ſicut dictum eſt, ſc. ad ſalutem, perſeveranter, & pie; & quarta, quæ eſt nobis. Et tunc eſt ſenſus: [Accipiemus quicquid petierimus] quoniam ſi pro nobis petimus, certum eſt quod accipiemus. Item ſi pro alio, & ipſe ſit indignus, oratio noſtra in ſinum noſtrum revertetur, ut ſic gratia nobis detur. & augeatur. Unde propter hoc dicit Dominus *Jo.15.* Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Et quare hoc? *k* Quoniam mandata ejus] de dilectione Dei & proximi. *l* Cuſtodimus] corde. *Pſ.118.* Cuſtodivit anima *Jo. 15.* mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehementer. Servavi mandata tua, & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. *m* Et ea quæ ſunt placita coram eo, facimus] Coram poteſt conſtrui cum participio, ut ſit ſenſus. [Quæ ſunt placita coram eo] i. digna præſentari ei: vel cum verbo [facimus coram eo] i. in abſcondito cordis, ubi ipſe videt. Unde unus de his qui quod petebat, accepit, dicebat *Iſ.38.* Memento quæſo quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto. Et oſtendit quæ ſunt illa mandata dicens:

n Et hoc eſt mandatum] Sed quid eſt: debuit dicere quę eſſent mandata, & ſingulariter dicit: [Hoc eſt mandatum] unde hoc? Solut. Hoc facit ut oſtendat quoniam etſi plura ſint mandata per eſſentiam vel per naturam, unum tamen eſt per continentiam vel connexionem. *Act. 4.* Dicit ergo: [Et hoc eſt mandatum] Dei. *o* Ut credamus in nomine filii ejus Jeſu Chriſti] cum non ſit aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos ſalvos fieri. Unde *Jo.20.* Hæc autem ſcripta ſunt ut credatis, quia Jeſus eſt filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. Et non ſolum credatis [quia dæmones credunt, & contremiſcunt. *Jac.2.*] imo:

p Diligamus alterutrum. Sed quare hæc duo mandata conjungit? Hoc ideo eſt ut dicit *Gl.* quia hæc duo nequeunt ſeparari, & verum dicit: Et quantum credis, tantum diligis, & quantum diligis, tantum credis, & non quocumque modo, ſed *q* Sicut dedit mandatum nobis,] i. ut diligamus ſicut ipſe nos dilexit, ut per [ſicut] oſtendatur dilectio in fide, vel ſimilitudo dilectionis in fide, i. ad id ad quod nos ipſe dilexit. *Joan.* 13. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem ſicut dilexi vos. *r* Et qui ſervat.] Hæc eſt tertia humilitas obſervationis mandatorum, quia: [Et qui ſervat mandata ejus, in illo manet,] & ſic eſt in pace, & quiete. *Pſ.75.* In pace factus eſt locus ejus. *Jo.16.* In mundo preſſuram, in me autem pacem habebitis. Unde impii quia in eo non manent, pacem non habent. *Iſ.57.* Cor impii quaſi mare fervens, quod quieſcere non poteſt. Et hoc eſt, quia non eſt in termino, ſc. in Chriſto. Omnis enim donec ſit in ſuo termino & in fine non quieſcit. Et quare impii non ſunt in termino. Reſpond. *Pſ.79.* quia exterminavit eos aper de ſylva, &c. ideſt, ſuperbia, & luxuria. Sed [qui ſervat mandata ejus, in illo manet,] per debitam reverentiam, & ſubjectionem. *ſ* Et ipſe in eo,] per gratiam inhabitantem, ut in vaſe mundo, & defæcato. *Jo.14.* Et ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *t* Et in hoc ſcimus] quia ſc. ſervamus mandata, ſcimus. *u* Quoniam manet in nobis,] ſupple illud. *x* De Spiritu quem dedit nobis,] ideſt, gratia Sp. ſancti quam dedit nobis. Vel ſic [Et ſcimus quoniam manet in nobis.] Scimus dico in hoc, i. per hoc quod ſequitur, de Spiritu, ideſt, per Spiritum ſanctum.

y Quem dedit nobis,] & ſic ly [hoc] demonſtrat hoc totum, [de Spiritu, &c.] & eſt conſtructio appoſitiva. Spiritum autem appellat hic dona Spir. ſanctus, quæ in primitiva Eccleſia viſibiliter conferebat Spiritus ſc. credentibus, ſicut genera linguarum vel hujuſmodi. Vel Spiritum dicit hic Sp. ſanctum datum Apoſtolis tripliciter, & ad tria. Primo ante reſurrectionem & ad tria, ſc. ad innocentiam vitæ, ad particularem doctrinam, & ad miraculorum operationem. Item ſecundo poſt reſurrectionem, ſed ante aſcenſionem. *Jo.* 20. Inſufflavit, & dixit eis: Accipite Spir. ſanctum, & hoc ad ſignificandum quod ipſe idem erat qui in Adam inſpiraverat ſpiraculum vitæ. *Gen.2.* Et ad uſum clavium, & poteſtatem. Item tertio poſt aſcenſionem. *Act.2.* Et hoc ad robur, & confirmationem, ut quaſi olla excocti audacter nomen Domini prædicarent non timentes eos qui occiderent corpus, ſcientes quod animam non poſſunt occidere. *Matth.* 10.

§ X.

EXPOSITIO CAP. IV.

CHariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, &c.] Quarta pars Epiſt. in qua agit de cautela, & diſcretione diligendi, oſtendens quid imitandum, & quid non. Et recte hoc: Oſtenſo enim quomodo diligendus eſt proximus in præced. cap. quia quos diligimus, ſequimur, & imitamur, propter hoc bene ſequitur, A hoc cap. in quo agit de diſcretione imitandorum. Dividitur autem in tres partes. In prima agit de diſcretione habenda in credendo, & imitando. In ſecunda quaſi ſufficienter inſtructos invitat ad amorem mutuum, oſtendens multis rationibus cur hoc faciendum ſit, ibi [Chariſſimi, diligamus invicem, &c.] In tertia oſten- B dit, quid ſit vera charitas, vel quomodo ſciemus nos habere veram charitatem, ibi [In hoc perfecta eſt charitas, &c.]. Prima etiam pars dividitur in duas, quia primo monet ne omnibus credant. Secundo oſtendit quibus eſt credendum, ponendo differentias plures inter bonos quibus eſt credendum, & malos quibus non eſt credendum, ibi [In hoc cognoſcitur, &c.] Dicit ergo. *a* Chariſſimi, &c.] q. d. quia illos imitamur quos diligimus, propter hoc docendi eſtis quibus debetis credere, & quos imitari. *b* Nolite itaque [credere omni ſpiritui] i. omni ſpiritualiter loquenti, quia non omnes loquuntur, ut debent. Vel [Omni ſpiritui] i. omni homini, quem vocat ſpiritum a digniori parte, quia ſecundum animam homo loquitur, & corpus eſt inſtrumentum, & ſpiritus imperat corpori tanquam inſtrumento. Cum dicit [Omni] non facit diſcretionem. *Gl.* Hic eſt opus illa gratia Sp. ſancti, quæ diſcretio ſpirituum dicitur. 1. *Cor.* 12. *c* Sed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint] i. ſi ſecundum Deum ſpirituales ſint, innitentes charitati. Quædam enim dona ſunt communia tam bonis quam malis etiam ſine charitate, unde opus eſt diſcretione. Quomodo poſſit probari oſtendit Dominus. *Matt.* 7 A fructibus eorum cognoſcetis eos: nunquid colligunt de ſpinis uvas, aut de tribulis ficus? Sed videtur quod male dicat: quia hoc non eſt omnium, ſed ſolum eorum quibus datum eſt ut habeant diſcretionem ſpirituum. Sol. Non eſt omnium ſecundum veritatem, ſed omnium poteſt eſſe ſecundum ſignum, quia a fructibus cognoſci poſſunt. Vel melius: Eſt diſcretio interior, & exterior. Interiorem non habet niſi qui habet donum diſcretionis. Exteriorem poteſt quilibet habere a ſignis, & circumſtantiis, & operibus. Probate inquam, quia neceſſe eſt. *d* Quoniam multi pſeudo-prophetæ exierunt in mundum.] Sed a quo, cum nihil ſit extra mundum? Sol. Ab occulto venerunt in manifeſtationem, & ſic exierunt in mundum. De his dicitur *Ap.* 16. Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudo-prophetæ tres exire ſpiritus immundos. *e* In hoc cognoſcitur] Secunda pars primæ partis in qua oſtendit quibus eſt, & quibus non eſt credendum, oſtendendo quomodo cognoſcantur mali. Ponit autem hic duplicem differentiam inter bonos, & malos. Prima eſt quia illis qui Chriſtum Jeſum negant, non eſt credendum, ibi ; [Omnis ſpiritus, &c.] hoc enim non faciunt boni. Secunda eſt, quia illi de mundo magis loquuntur bona quam de Deo, unde non eſt credendum eis, ibi [Ipſi de mundo ſunt] Dicit ergo [In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei] i. ſi homo loquens ſpiritualiter ſit ex Deo: quia [Omnis ſpiritus] i. omnis homo loquens ſpiritualiter, i. ſpiritualibus. *f* Qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, &c.] Confitetur voce, corde, & opere, quia *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Hunc verſum ſicut dicit *Gl.* abraſerunt hæretici, ne per eum de errore ſuo convincerentur. Sed objicitur. Multi enim confitentur, hoc ergo eis eſt credendum, cum tales ſint ex Deo; ergo illis eſt credendum, qui dicunt ipſum fuiſſe purum hominem, ipſi enim dicunt ipſum veniſſe in carne. Sol. Confitetur, i. ſimul corde, ore, & opere fatetur, ita quod ex nulla parte diffiteatur. Unde *Matt.* 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine intrabit in regnum cœlorum, i. qui bis tantum, confitetur, ſed qui ter confitetur, corde, ore, & opere, vel ex toto, quod non faciunt prædicti qui etſi dicunt hominem, negant Deum eſſe, unde non ſimul fatentur, ſed dividunt ipſum. Contra quos dicit *Aug. in lib. contra quinque hæreſes*: Meretrix non permiſit dividi filium ſuum. 3. *Reg.* 4. Et tu dividis Deum tuum? Sed quid eſt quod dicit, in carne, debuit dicere, in carnem; quia ſecundum hoc videtur conſentire hæreticis, qui dicunt quod Chriſtus aſſumpſit carnem in cœlo, & ſic in carne venit in uterum. Sol. Non conſentit eis; ſed quia duplex fuit nativitas Chriſti hominis, una in utero, alia ex utero; ſic fuit duplex ejus adventus in carnem, quando conceptus in utero Virginis veram carnem aſſumpſit? unde *Hier.* 31. Mulier circumdabit virum. *Gloſſ.* Gremio uteri ſui. Item in carne venit, quando natus eſt in Jo- mundo de utero Virginis. Et hic ultimus adventus ſupponit primum, & de hoc loquitur hic: *g* Et omnis ſpiritus qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt,] ſicut qui ſolvit divinitatem. Vel ſicut Manichæus qui ſolvit carnem dicens, ipſum non habuiſſe carnem veram. Vel ſicut Apollinaris qui ſolvit animam dicens non habuiſſe animam, ſed divinitatem pro anima. Vel ſicut ſchiſmatici qui in Eccleſia faciunt diviſionem. Vel ſicut illi qui præcepta negligunt, & peccatis ſe exponunt. Vel ſicut illi qui aliis dant exemplum peccandi. Sed objicitur ſic: Non eſt ſolutio niſi compoſiti, ergo in Jeſu quem ſolvunt hæretici, eſt compoſitio. Et hoc verum eſt, quia Jeſus eſt nomen perſonæ, in qua eſt aſſociatio duarum naturarum, divinæ ſc. & humanæ. Omnis talis. *h* Ex Deo non eſt,] intelligendum eſt, per ſe ſc. in quantum talis. Unde *Ex.* 12. Os non comminuetis ex eo. Unde *Jo.* dicebat *Luc.* 3. Non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus, i. aperire conjunctionem divinitatis ad carnem. Qui ergo hoc vult facere quod non præſumpſit Joannes, ſolvit Jeſum. *i* Et hic eſt antichriſtus,] per figuram vel ſignificationem, quia ſc. membrum ejus eſt, & ad ipſum pertinet. *k* De quo audiſtis quoniam venit] imminente die judicii; ſi [venit] eſt præſentis temporis, tunc eſt præſens confuſum; ſi præteriti, ponitur pro futuro propter certitudinem, i. veniet. *l* Et nunc jam in mundo eſt] in membris ſuis quæ eum præcedunt. *Job* 21. Ante ſe innumerabiles. Et 2. *Theſ.* 2. Nam myſterium jam operatur iniquitatis. Sed quia de antichriſto prædicit, & de membris ejus, ne ipſi nimis terrerentur conſolatur eos dicens: *m* Vos ex Deo eſtis filioli] & ideo eum timere non debetis, quia hic eſt ad utilitatem noſtram. Quæ autem hæc eſt utilitas, ſubdit: *n* Et viciſtis eum] per fidem Chriſti, & confeſſionem, & amorem *ſup.* 2. Verbum Dei in vobis permanet. [Et viciſtis] Malignum. Dico quod viciſtis, ſed non ex vobis, imo per Deum. *o* Quoniam major eſt, qui in vobis eſt] Deus ſc. *p* Quam qui in mundo. Hic ſicut dicit *Gl.* ad duo nos hortatur ſc. ad ſpem, & charitatem, per hoc quod dicit Deum eſſe in nobis. *Act.* 17. Non longe eſt ab unoquoque noſtrum: In eo enim vivimus, movemur, & ſumus. Quia ergo per ipſum viciſtis, non debetis gloriari in vobis, nec ſuperbire, quia 2. *Cor.* 3. Sufficientia noſtra ex Deo eſt. Et *Iſ.* 1. Fortitudo veſtra ut favilla ſtupæ. *q* Ipſi de mundo.] Hæc eſt ſecunda differentia propter quam non eſt credendum illis, quia [ipſi de mundo, &c.] Vel ſic, cognoſcetis eos, & a bonis poteritis diſtinguere, quia [ipſi de mundo ſunt. *r* Et ideo de mundo loquuntur] Neque enim aliam linguam didicerunt, & nullus intelligit niſi linguam quam didicit. Unde non loquuntur niſi de mundo. *Jo.* 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur. *Iſ.* 29. De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Unde poteſt dici ei illud, *Matt.* 26. Et tu Galilæus es, i. mundanus, vel volubilis: nam & loquela tua manifeſtum te facit. Et in hoc apparet magnus amor, & affectio quam habent ad temporalia, quia ſemper de eis loquuntur, quia *Matt.* 12. Ex abundantia cor- *Iud.* 12 dis os loquitur. Hi ſunt qui poſſunt dicere Scibolet, quod interpretatur ſpica paleæ, quia de paleis, hoc eſt de temporalibus, & ſciunt, & volunt loqui. *ſ* Et mundus eos audit] Mundus enim quod ſuum eſt diligit. *t* Nos ex Deo ſumus] & ideo quæ Dei ſunt, loquimur, & audimus, & ab his, qui Dei ſunt, audimur *Jo.* 8. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Unde & ſeq. hic: *u* Qui novit Deum] per fidem, & amorem. *x* Audit nos] veritatem prædicantes. Et e converſo. *y* Qui non eſt ex Deo non audit nos] Unde *Jo.* 8 Propterea vos, non auditis, quia ex Deo non eſtis. *Luc.* 10 qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. *z* Et in hoc] quod, ſc. diximus. *a* Cognoſcimus] i. diſcernimus,

CAP. IV.

CHariſſimi, *a* nolite *b* omni ſpiritui credere, *c* ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint: *d* quoniam multi pſeudo-prophetæ exierunt in mundum. *e* In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei. *f* Omnis ſpiritus qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe, ex Deo eſt. *g* Et omnis ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, *h* ex Deo non eſt, *i* & hic eſt antichriſtus *k* de quo audiſtis, quoniam venit, *l* & nunc jam in mundo eſt. *m* Vos ex Deo eſtis filioli, *n* & viciſtis eum: *o* quoniā major eſt qui in vobis eſt, *p* quam qui in mundo. *q* Ipſi de mundo ſunt, *r* ideo de mundo loquūtur, *ſ* & mundus eos audit. *t* Nos ex Deo ſumus. *u* Qui novit Deum, *x* audit nos: qui non *y* eſt ex Deo, non audit nos. *z* In hoc *a* cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erro-

ris. *a* Chariſſimi *b* diligamus invicem, quoniam *c* charitas ex Deo eſt. Et *d* omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & *e* cognoſcit Deum. *f* Qui non diligit, non novit Deum; *g* quoniam Deus charitas eſt. In *h* hoc apparuit chatitas Dei in nobis, *i* quoniam filium ſuum unigenitum miſit *k* Deus in *l* mundum, ut *m* vivamus per eum. In *n* hoc eſt charitas: *o* non quaſi non dilexerimus Deum, *p* ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, *q* & miſit filium ſuum propitiatorem pro peccatis noſtris. *r* Chariſſimi, ſi Deus dilexit nos: *ſ* & nos debemus alterutrum diligere: *t* Deum nemo vidit unquam. Si *u* diligamus invicem, *x* Deus in nobis manet,

nimos, Spiritum veritatis, & Spiritus erroris; quia in his qui audiunt, eſt ſpiritus veritatis; & in his qui negligunt eſt ſpiritus erroris. 1. *Tim.* 4. Attendentes ſpiritibus erroris. *a* Chariſſimi diligamus] Secunda pars capituli in qua multis rationibus monet nos ad diligendum proximum. Prima ratio eſt aſſecutio commodi, *ibi* (Et omnis qui diligit, &c.) Secunda eſt vitatio incommodi, *ibi* (Qui non diligit, &c.) Tertia quia Deus pater dilexit nos, *ibi* (Chariſſimi ſi Deus, &c.) Quarta, quia per nimiã charitatem Deũ videmus oculis interioribus quem exterioribus non videmus, *ibi*. (Deum nemo, &c.) Quinta quia ex eo quod diligimus invicem, Deus manet in nobis, & charitas perficitur & manet, *ibi*. (Si diligamus.) Dicit ergo; quaſi. Quia ſumus ex Deo & non ex mundo.

Joan. 1. *&c.*

C

b Diligamus invicem] non tantum lingua vel verbo, ſed opere & veritate, *ſup.* 3.

c Quoniam charitas ex Deo eſt] ideſt, filius a patre, vel Spiritus ſanctus ab utroque, & tam a filio eſt charitas quam a Spiritu ſancto. *d* Et omnis qui diligit, &c.] Hæc eſt magna utilitas. *e* Et cognoſcit Deum] hoc & in futuro plenius cognoſcet. Eſt ergo argumentum Apoſtoli: Qui diligit Deum cognoſcit. Sed unde locus? Reſpondeo, ab effectu, quia cognitio naturaliter procedit, & dilectio eſt quidam effectus cognitionis. Sed quæritur. Cum dicit quod ex Deo natus eſt, de qua nativitate loquitur, aut regenerationis aut creationis. Si de prima, hoc non eſt magnum, qua omnia a Deo creata ſunt: Si de ſecunda ſed multi regenerati poſtea redierunt, & ſic etiam non eſt magnum. Si de prædeſtinatione, ſed multi nati ſunt ex Deo ſic, ſcil. per prædeſtinationem, qui nondum Deum cognoſcunt per amorem vel per fidem, nec diligunt fratres. Sol. Qui diligit fratrem, inquantum diligit ex Deo natus eſt per gratiam inhabitantem. Nec obſtat quod multi tales ſint reprobi, quia quando diligunt hoc tunc a gratia habent & inquantum ſic, ſunt Deo grati. Unde non intelligit hic de nativitate creationis, nec recreationis, nec prædeſtinationis, ſed gratiæ inhabitationis. *f* Qui non diligit, &c.] Secunda ratio quare debemus invicem diligere, ſcil. vitatio incommodi. Unde dicit. [Qui non diligit, non novit Deum] Et hoc probat. *g* Quoniam Deus charitas eſt] ad cujus notitiam non venitur niſi per charitatem. Sed nonne multi noverunt Deum per intelligentiam, qui tamen non diligunt, quid eſt ergo quod dicit? Solut. Loquitur hic de cognitione ſenſus vel experientiæ, & non de notitia intelligentiæ. Vel ſic (Qui non diligit, non novit Deum) qui eſt charitas exemplaris quam nemo novit niſi per charitatem exemplatam; quæ prior eſt quod nos, & per ejus cognitionem venimus ad cognitionem exemplaris. Qui igitur hic non habet charitatem exemplatam, quæ eſt via ad exemplar quod eſt Deus non habet cognitionem Dei prout ipſe eſt exemplar charitatis; quia *Sap.* 1. In malevolam animam non introibit ſapientia. *h* In hoc charitas] Hic facit interpoſitionem, in qua probat quod Deus eſt charitas, dicens (In hoc apparuit charitas Dei in nobis) per effectum. *i* Quoniam filium ſuum unigenitum] Hic eſt filius meus dilectus. 2. *Petr.* 1. Non ex multis unum, ſed [unigenitum] & ideo plus dilectum, quaſi hæredem univerſorum per quem fecit & ſæcula. *Heb.* 1. *Matth.* 21. Hic eſt hæres. *k* Miſit Deus] pater. *l* In mundum] ubi non eſt niſi labor. Hoc ſignificatum eſt *Gen.* 36. Ubi Joſeph miſſus a patre, ut videret quid ageret fratres ſui. Ubi ſic legitur: Miſſus de valle Hebron quod interpretatur tranſcendens, ideſt, de cœlo, ubi omnia mundana tranſcendebat, venit in Sichem quod interpretatur labor vel humerus, & hic eſt mundus ubi ſuper humerum ſuum impium laborem crucis portavit Dominus: & poſtea legitur quod invenit fratres ſuos in Dothaim quod interpretatur ſufficientia defectionis, & hoc eſt quod Chriſtus mundum invenit in omnimodis defectionibus [Miſit filium] quia ante miſerat Prophetas quibus non credebatur qui etiam non ſufficiebant liberare genus humanum. Et ſignificatum fuit. 4. *Reg.* 4. Ubi Giezi veniens cum baculo Heliſæi; i. Prophetæ, & Moyſes cum lege & ſuis ſcripturis miſſus non potuit reſuſcitare filium Sunamitidis, i. genus humanum non potuerunt liberare. *Matth.* 1. Cum appropinquaſſet tempus fructuum, miſit ſervos ſuos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus, ideſt, vineæ, & agricolæ apprehenſis ſervis ejus alium ceciderunt, aliud occiderunt, alium vero lapidaverunt. Item miſit alios ſervos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Noviſſime autem miſit ad eos filium ſuum dicens: Forſitan verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra ſe: Hic eſt hæres venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus. Propter hoc dicit *Apoſt. Rom.* 8. Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Sed ad quid miſit? *m* Ut vivamus per eum] vita gratiæ vivificati. *Eph.* 2. Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos Chriſto, cujus gratia ſalvati eſtis. *n* In hoc eſt charitas] Dei patris ad nos, quod ſcilicet filium miſit per quem ad ſe nos traxit. *Joann.* 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia trabam ad me. Unde *Hier.* 31. Charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. *o* Non] ſic Deus pater non dilexit [quaſi nos dileximus Deum] prius, ſcil. ut quaſi merito noſtræ dilectionis diligeret nos ipſe. *p* Sed quoniam ipſe prior dilexit nos] ſcil. prædeſtinando & vocando. *Mal.* 1. Jacob dilexi, &c. Et in hoc manifeſta eſt charitas Dei, quia gratis ſe dedit, & non meritis noſtris *Jo:* 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, non mundus, non caro, ut exiretis ad opus deſideratum. *Act.* 13. Segregate mihi Barnabam, & Saulum ad opus ad quod aſſumpſi eos. *q* Et miſit filium ſuum propitiatorem, &c.] 2. *Cor.* 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illi delicta ipſorum. Et *paulo poſt.* Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit Deus, i. hoſtiam pro peccatis noſtris. Alia littera habet, Litatorem, i. ſacrificatorem, ipſe ſacrificium Deo patri obtulit pro nobis ſemetipſum in ara crucis. *Iſ.* 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. *r* Chariſſimi] Tertia ratio, quare debemus invicem diligere, quia ſi Deus non dilexit qui nec nobis nec noſtris indigebat, multo fortius ergo nos debemus nos invicem diligere qui nobis invicem indigemus. Unde dicit [Chariſſimi ſi Deus dilexit nos] Iſtud [ſi] non eſt dubitativum, ſed affirmativum. Unde ſenſus eſt: Ex quo Deus dilexit nos. *Rom* 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum S. qui datus eſt nobis. *ſ* Et nos debemus alterutrum diligere] ut ſimus imitatores ejus, ambulantes in dilectione. *Eph.* 5. Imitatores Dei eſtote ſicut filii chariſſimi, & ambulate in dilectione ſicut & Chriſtus dilexit vos. Unde *Joan.* 13. Exemplum dedi vobis, ut & vos ſimiliter faciatis. *Gloſſ.* Sicut Deus non expectavit ut eum diligeremus, ita & nos non expectemus, ut alii nos diligant, ſed priores diligamus. *t* Deum nemo, &c.] Quarta ratio propter quam debemus diligere invicem, quia per charitatem oculis ſpiritualibus Deum videmus qui non videtur corporalibus. Dicit ergo [Deum nemo vidit unquam] i. nullus homo, oculis ſcil. corporis, ſicut videntur hæc viſibilia ſenſibus corporis. Nota *Exod.* 13. Non videbit me homo & vivet, vita ſcil. carnali. Sed ſi aliquando viſus eſt ſpecie qua voluit, apparens viſus eſt latente natura & incommutabiliter in ſe permanente. Purgandi ergo ſunt oculi mentis, ut eis Deum videamus. Beati enim mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. *Matt.* 5. Sed quia hæc viſio non erit hic, ſed in futuro, interim diligamus invicem, & ſic Deus in nobis manebit, etſi eum non videamus. *Job* 9. Si venerit ad me, non videbo eum. Et *eod.* 23. Si ad Orientem juro, non apparet; ſi ad occidentem, non intelligam illum; ſi ad ſiniſtram quid agam: Non apprehendam eum; ſi me vertam ad dexteram, non videbo eum; ipſe vero ſcit viam meam. Dilectio enim cor mundum facit, ut Deum poſtmodum videat. Et ſequitur. *u* Si diligamus] Quinta ratio, quia ex hoc quod diligimus invicem, Deus in nobis manet & charitas perficitur. Continuatio; quaſi [Deum nemo, &c.] ſed tamen ſi diligamus, ſincera & diſciplinabili charitate, non remiſſa & deſidioſa conſuetudine, ut dicit *Gl.* Et alia *Gl.* Dilige, & quod vis fac; ſive taceas, dilectione tace; ſive clames, dilectione clama; de hac radice non poteſt exire niſi bonum. *x* Deus in nobis manet] etſi non videatur a nobis *Joan.* 14. Et ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus?

De conſ. d. 2. c. iteratur infra 21. q. 4. c. quis non poteſt.

Joan. 1. 1. *Tim.* 6.

a & charitas ejus in nobis perfecta eſt. *b* In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, *c* & ipſe in nobis: *d* quoniam de Spiritu ſancto ſuo dedit nobis. *e* Et nos vidimus & teſtificamur, *f* quoniam Pater miſit filium ſuum *g* Salvatorem mundi. *h* Quiſquis confeſſus fuerit *i* quoniam Jeſus eſt filius Dei: Deus in eo *k* manet, & ipſe in Deo. *l* Et nos cognovimus *m* & credimus charitati quam habet Deus in nobis. *n* Deus charitas eſt: & *o* qui manet in charitate, in Deo *p* manet, & Deus in eo. *q* In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die judicii: *r* quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo,

a Et charitas ejus in nobis, &c.] i. ſufficiens. Unde loquitur de perfectione ſufficientiæ: *inf. eod.* cum dicit, perfecta charitas foras mittit timorem; loquitur de perfectione excellentiæ. Vel (perfecta) i. movens ad perfectionem, perfecta ſcil. ſecundum ſpeciem & intentionem: quia ſpiritus manens in nobis facit nos ad meliora ſpirare, & ad perfectiora ſperare. Unde dicit *Gl.* Incipe diligere: cœpit Deus in te eſſe, creſce in dilectione; & amplius in te habitando Deus faciet te perfectũ ut diligas & inimicum ſicut & ipſe dilexit qui pro eis oravit. *Luc.* 23. Et tunc charitas ſuam habet latitudinem, quã do diligitur inimicus, *Matth.* 6. Diligite inimicos veſtros, &c. Sed de hoc quod dicit (Deũ nemo vidit unquam) quæritur. Nonne Paulus in ſuo raptu Deum vidit facie ad faciem, ſicut Seraphin? Ita; etſi forte non ita clare, fuitne ergo mortuus? Sol. Non: quia anima ejus erat in corpore. Sed anima comparatur ad corpus dupliciter, aut ut forma ad materiam, & ſic eſt in quiete, & ſic erat anima in corpore Pauli; aut ut motor ad motum, vel efficiens ad organum, & hoc modo non erat anima in ipſo, quia corpus non movebat, omnino intenta contemplationi Dei. Sed quia dixerat quod Deus in nobis manet & hoc erat dubium: propter hoc probat illud, & oſtendit quomodo ſcire poſſumus ſi Deus manet in nobis. Dicit ergo. *b* In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus,] per fidem & amorem: *c* Et ipſe in nobis] per gratiam inhabitantem. *d* Quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis] ideſt, dona Spiritus ſancti dedit hominibus. Et ſignanter dicit (De ſpiritu ſuo) & non Spiritum ſuum, quia Deus pater totum ſpiritum dedit filio: *Joann.* 3. quia non ad menſuram, ideſt, particulariter: ſed nobis in parte, quia diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus. Unde partitio notatur ficti in Spiritu ſancto non quoad eſſentiam ejus, ſed quoad dona. Simile *Num.* 11. Auferens de ſpiritu qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris. Habet ergo Eccleſia in univerſo plenitudinem donorum, ſed ſingula membra habent partem. Unde patet quod Eccleſia ſponſa eſt Chriſti *Apoc.* 21. Veni & oſtendam tibi ſponſam uxorem agni, *Et paulo poſt.* Oſtendit mihi civitatem ſanctam Jeruſalem, ideſt, Eccleſiam deſcendentem de cœlo, a Deo habentem claritatem Dei, dona ſcilic. omnia Spiritus ſancti (Dedit nobis, de Spiritu] Et hoc probo, quia. *e* Et nos vidimus] quia videre non poſſumus niſi per Spiritum illuminantem, & teſtificamur per Spiritum confortantem nos. Ad hoc. *Rom.* 8. Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro. Hoc inquam teſtificamur. *f* Quoniam Pater miſit filium ſuum] ad viſibilitatem hominum. *Baruch* 3. Poſt hæc in terris viſus eſt & cum, &c. Non quia indigeret, non quia deberet, ſed ſola charitate. Filium dico, *g* Salvatorem mundi] in primo adventu, ſed judicem in ſecundo. Unde *Matth.* 21. Clamabant ei pueri, Oſanna filio David, &, O fili David ſalva nos, obſecro. *Joann.* 4. Ipſi enim audivimus & ſcimus, quia hic eſt vere Salvator mundi. Ita nos teſtificamur. *h* Quiſquis confeſſus fuerit] per eumdem Spiritum veraciter, corde, ore & opere perſeveranter: *i* Quoniam Jeſus eſt filius Dei, &c.] ut in ſua domo quieſcens, & ut in thalamo proprio deliciis affluens. *Prov.* 8. Deliciæ meæ cum filiis hominum. *k* Et ipſe in Deo] manet ſcilic. Qui aliquis ore confitetur veraciter, hoc eſt Spiritu ſancto. *1. Cor.* 2. Nemo poteſt dicere Dominus Jeſus niſi in Spiritu ſancto. *l* Et nos cognovimus] ſic eſſe. *m* Et credimus charitati quam habet Deus, &c.] Propter quam filium miſit, *Joan.* 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, non venderet, nec redderet ut debitum, ſed daret ut gratuitum donum. Et quid mirum ſi habet charitatem in nobis, ideſt, erga nos, quia ipſe.

n Deus charitas eſt] ergo amat, ergo non propter noſtra merita miſit filium, ſed quia nos amat, Et hoc quod dicitur hic, Deus charitas eſt, arguit Magiſter in ſententiis; quod charitas eſt Spiritus S. & ex eo quod dictum eſt *ſup. eod.* quod Charitas eſt ex Deo, & charitas eſt Deus; arguit ergo charitas eſt Deus de Deo. Et *Rom.* 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spir. S. qui datus eſt nobis. Et hoc intelligitur niſi de Spiritu S. ergo Spiritus S. eſt charitas qua nos diligimus. Et hoc videtur velle expreſſe *Aug. in Gloſſ.* ſuper illud, *ſup.* Omnis qui diligit ex Deo natus eſt. *Gloſſ.* intelligimus in dilectione Spiritum ſanctum eſſe; hic eſt fons in quo non communicat alienus, cum in omnibus aliis Sacramentis Eccleſiæ communicet. Ad hunc fontem bibendum nos hortatur dicens, Diligamus invicem. Ex hac ergo *Gloſſ.* videtur quod diligamus invicem charitate quę eſt Spiritus; & ſic videtur vera eſſe opinio Magiſtri. Solut. Non tenetur illa opinio. Unde notandum quod eſt charitas duplex, creata & increata, vel exemplaris & exemplata. Unde cum dicitur *ſup.* quod charitas eſt ex Deo, tunc charitas ſumitur pro charitate creata, vel exemplata; & ſecundum hoc in argumento Magiſtri eſt fallacia æquivocationis: pro charitate vero increata ſumitur in *Gloſſ. Aug.* Nec fontem ipſum totum bibere poſſumus, ſed rivulum, vel ex rivulo ſi & quis ex fonte procedit, ſicut dona Spiritus ſancti recipimus. Ita Deus charitas eſt.

o Et ideo, qui manet in charitate, in Deo manet,] ſicut in continente ſe ne cadat: *p* Et Deus in eo] non incluſus, vel contentus. Viciſſim enim Deus & habens charitatem in ſe manentem ſunt ut continens & contentum. Sic enim continet illum in quo habitat, ut protegat ipſum, ſicut domus protegit contentum. Unde *Iſ.* 31. Proteget Dominus Jeruſalem, protegens & liberans, tranſiens & ſalvans. Unde *Iſa.* 4. Super omnem enim gloriam protectio: & tabernaculum in umbraculum diei ab æſtu carnalis concupiſcentiæ, & in ſecuritatem, & in abſconſionem a turbine tribulationis mundanæ, & a pluvia fraudis diabolicæ. *q* Deus charitas eſt] Hoc bis dictum eſt in hoc capitulo propter duplicem adventum. Primum quidem, quia pro charitate nimia qua Deus nos dilexit, filium incarnari voluit ſicut *ſup.* dictum eſt. Secundo repetitur idem propter ſecundum adventum, ut per hoc notetur quod tunc ſalus fidelium per charitatem complebitur (Deus charitas eſt) quia ignis illuminans intellectum, inflammans affectum, conſumens rubiginem vitiorum, elevans nos ad alta virtutum. *Deut.* 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Hunc ignem venit Dominus mittere in terram, ut in nobis luceret; *Luc.* 12. Hic eſt ignis qui ſemper debet ardere in altari cordis, cui debet ſacerdos miniſtrare ligna. Sacerdos qui animalia in ſacrificium immolat, eſt carnis maceratio quæ beſtias malorum motuum occidit & caſtigat. Ligna aut ſunt opera macerationis carnis quibus augetur charitas, quæ ſunt aſperitas veſtium, ariditas ciborum, protenſio vigiliarum frequentia diſciplinarum, continuatio jejuniorum & hujuſmodi. Deus igitur quia eſt charitas, maxime eſt diligendus. Si enim quod charitativum eſt, diligi debet, maxime ipſa charitas diligenda eſt. Unde *Matth.* 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc eſt primum & maximum mandatum. *q* In hoc perfecta eſt charitas, &c.] Hæc eſt tertia pars capituli, in qua oſtendit quid eſt charitas vera, & quomodo ſcire poſſumus quod perfectam charitatem habemus, Procedit autem ſic in hac parte. Primo oſtendit quo ſigno nos cognoſcimus veram charitatem habere, quia ſcil. ſi diem judicii non timemus. Secundo oſtendit, quę ſit vera & perfecta charitas, illa ſcil. quæ timorem non habet, ibi (Timor non eſt in charitate) Tertio ex omnibus præmiſſis concludit ut Deum diligamus, ibi (Nos ergo diligamus, &c.] Quarto oſtendit quid impedit, ne diligatur Deus, quia ſcilicet ſi non diligitur proximus, ibi (Si quis dixerit, &c.) Dicit ergo (in hoc perfecta eſt charitas, ut fiduciam habeamus in die judicii) non timentes ſcilicet apparere judici, ſed dicentes cum Apoſtolo *Phil.* 1. Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto, Et habere hanc fiduciam ſignum eſt quod habemus charitatem perfectam. *Unde Gloſſ.* in hoc ſigno poteſt probare quicumque quantum profecerit in charitate. Sed quomodo charitas habet fiduciam. Sol. Per hoc quod non habet timorem, quia ubi non eſt timor, ibi eſt fiducia, maxime timor ſervilis: quia aliter erit contrarium illud *Prov.* 14. In timore Domini fiducia fortitudinis, Per hæc omnia habemus fiduciam, quia imitamur eum. Unde, *r* Quia ſicut ille, & nos ſumus in hoc mundo] i. in dilectione inimicorum ſimiles illi ſumus, ſicut ille inimicos dilexit. Pluit enim ſuper juſtos, & injuſtos. Unde (ſicut) non dicitur ad æqualitatem, ſed ad quamdam ſimilitudinem;

a Timor non eſt in charitate: ſed *b* perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam *c* timor pœnam habet. *d* Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate. Nos *e* ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. *f* Si quis dixerit, quoniam *g* diligo Deum, & fratrem ſuum oderit: mendax *h* eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et *i* hoc mandatum habemus a *k* Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

C A P. V.

Omnis qui credit quoniam

militudinem; ut cum dicitur. Sicut habeo aures, ita & imago, ſed ad imaginem Dei facti ſumus, quare non ſicut Deus ſumus, ut dicit *Gl.* *a* Timor, &c.] Hic oſtendit quæ ſit vera & perfecta charitas, quia illa quæ timorem non habet. Unde dicit (Timor, &c.) tamen locum præparat charitati, ſicut dicit *Gl.* Et propter hoc patet quod intelligit de timore ſervili, quia de eo dicit *Aug.* quod ſicut ſeta introducit filum, ſic timor ſervilis charitatē. Eſt autem multiplex timor. Mundanus, quando aliquis timens res mundi perdere, eis adhæret, potius peccans quam eas deſerat, hic naſcitur ex nimio ardore rerum temporalium. Quia amor malus, eſt quandoque mortalis, quandoque venialis. Mortalis: cum aliquis æque vel plus Deo diligit res ſuas, prius peccaret mortaliter quam amitteret res ſuas. Venialis: quando plus juſto diligit aliquis res ſuas citra Deum, quoniam prius faceret veniale peccatum quam perderet res ſuas. Ex amore ergo veniali timor venialis, ex mortali mortalis. Item timor humanus quo quis nimis timet pelli ſuæ, i. plus debito, & eſt hic timor vitium, i. malus habitus: cujus actus eſt peccatum quandoque veniale, quandoque mortale: omnino ſicut dictum eſt de timore mundano. De hoc dicitur *Matth.* 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & poſt hoc non habent quid faciant. Item eſt timor naturalis quo quis timet naturaliter nocivum naturæ, iſte nec bonus nec malus eſt, nec actus ejus eſt meritorius nec demeritorius, quia non ſubeſt libero arbitrio. Et dicitur naturalis non a natura inſtituta, ſed deſtituta: eſt enim pœna pro peccato primorum parentum inflicta, & in nobis originaliter pertracta. Hoc timore timuit Chriſtus naturaliter mori: *Matt.* 14. Cœpit Jeſus pavere & tædere. Et oritur iſte timor a naturali amore, quo quilibet naturaliter amat ſibi utile. Item eſt timor ſervilis, quo quis timet peccare principaliter propter gehennam. Item eſt timor initialis, quo quis timet gehennam & Dei offenſam, ſive ſeparationem a Deo: Unde habet quaſi duos oculos, ſcil. unum ad pœnam, alium ad Deum, & hic eſt principalior. Item eſt timor filialis, quo quis principaliter timet offenſam Dei, vel ſeparationem a Deo. Primus timor & ſecundus non ſunt a Spiritu ſancto, nec cum charitate. Tertius ineſt omni homini, & eſt a Deo. Quartus eſt a Spiritu ſancto, ſed non cum charitate. Quintus & ſextus a Spiritu ſancto ſunt. Patet ergo quod dicit quod timor non eſt in charitate, intelligi poteſt de humano, mundano & ſervili. *Gl.* tamen videtur dicere de ſervili. Sed per locum a majori per illum intelligit de aliis. Quia enim magis videretur quod timor ſervilis qui eſt a Spiritu ſancto, eſſet in charitate quam alii duo, mundanus, ſcil. & humanus, ſed non eſt ille; ergo nec hi; Sed *b* Perfecta, &c.] *Gloſſ.* Illum de quo dicitur, initium ſapientiæ timor Domini, quo timet quiſque incipiens ſervire juſtitiæ, ne veniat diſtrictus judex, & ſe minus caſtigatum damnet. Hæc *Gloſſ.* videtur eſſe contraria ei quod dictum eſt quod timor ſervilis non eſt in charitate quod videtur dicere illa *Gloſſ.* unde Gloſſæ videntur eſſe contrariæ. Et videtur quod illa *Gl.* Timor ſervilis, ſcilic. locum præparat charitati; ex qua accipitur quod charitas expellit ſervilem timorem, ſit minus vera: quia ſecundum hoc perfecta charitas non differret ab imperfecta, quia charitati etiam imperfectæ eſſentiale eſt, ut expellat ſervilem timorem, qui eſt cum mortali. Sol. Loquens de timore ſervili non addit charitatis (perfectæ) ſed tantum dicit (Timor, &c.) q. d. Timor non eſt in charitate perfecta; quia ſicut dictum eſt opponendo, charitati etiam imperfectæ eſſentiale eſt quod expellit ſervilem timorem. Sed loquens de timore initiali, addit (perfecta) dicens (Perfecta charitas foras, &c.) & *Gl.* exponit de initiali, quem perfecta charitas mittit foras quoad uſum & eſſentiam; imperfecta vero quoad eſſentiam, & non quoad uſum: adhuc enim timet pœnas: ſed timorem ſervilem charitas imperfecta foras mittit, & quoad eſſentiam & quoad uſum. Vel poteſt dici quod charitas ejicit ſervilem quoad utrumque ut prius; perfecta autem charitas initialem quoad ſtatum. Multiplex autem eſt perfectio. Sufficientiæ; quantulacumque enim charitas ſufficit ad ſalutem. Item comparationis, ſicut Noe perfectus in generationibus ſuis: *Gen.* 6. Item ordinis, ad quam tenentur omnes in ſacris Ordinibus conſtituti, ſcilic. ut caſte vivant. Item prælationis, & hæc exigit ut animam ſuam ponat Paſtor pro ovibus ſuis. Item Religionis, & hæc exigit ut qui tales, omnibus abrenuntient, & omnia relinquant etiam voluntatem habendi. Item tranquillitatis mentis, ut nihil ſit in conſcientia quod remordeat vel pungat. Dixi quod perfecta charitas, &c. *c* Quoniam timor pœnam habet] vel initialis, vel ſervilis; ſed perfecta charitas ad imitationem Chriſti etiam inimicis benefacit, & in tali charitate non eſt timor. *d* Qui autē, &c.] Contra: *Mat.* 14. Cœpit Jeſus pavere & tædere, &c. *Prov.* 28. Beatus vir qui ſemper eſt pavidus: & *Hier.* Prudenter timetur quicquid accidere poteſt. Sol. jam patet, quia qui timet initiali timore, non eſt perfectus. Et quod objicitur de Domino, dicitur de timore naturali ſine quo non eſt homo, quamdiu vivit in natura corrupta, hoc timuit Dominus ſua tamen voluntate; neque enim natura erat in eo corrupta: unde pœnam prævidens, formavit eam in ſua imaginatione, & tunc ſecutum eſt quod ipſe naturaliter timuit. Præterea eſt duplex timor voluntarius. Unus quidem qui cadit in deliberationem liberi arbitrii; & hunc non habent ſancti, & hic eſt timor paſſionis perturbans rationem. Et eſt alius timor qui dicitur compaſſionis; & hunc habent ſancti. Vel poteſt dici (Qui timet) i. qui facit aliquid timore pœnæ, hic non eſt, &c.] ſed ſancti propter timorem nihil faciunt, aliquando tamen ſi videntur aliquid facere ex timore, tunc moventur amore. *e* Nos ergo, &c.] Et quare (Quoniam ipſe, &c.) Hoc idem dixit *ſup. eod.* Sed quare hic repetitur? Sol. Ad majorem expreſſionem. Vel, prius loquebatur de dilectione prædeſtinationis, modo autem de effectu dilectionis, quem prius nobis oſtendit quam nos ipſi. Et concludit hic ex omnibus præmiſſis: deinde oſtendit quid impedit ne diligatur Deus a nobis, ſi ſcil. proximum non diligimus, dicens: *f* Si quis] *Gloſſ.* continuat dupliciter: Uno modo, diligamus Deum, quia (Si quis, &c.) Vel aliter. Unde *Interl.* Quia multi dicunt verbo, diligo: Sequitur. Si quis dixerit] verbo tenus. *g* Quoniam diligo, &c.] Frater enim tuus imago Dei eſt, ſi ergo non diligis imaginem Dei, nec eum cujus eſt imago, diligis? ergo mendax es ſi te Deum diligere dicis, & fratrem odis, & ita illius filius qui eſt mendax, & ejus pater, i. mendacii, ſcilicet Diabolus. *Joan.* 8. Et quod talis ſit mendax, hoc probat, dicens. *h* Qui enim, &c.] quaſi diceret, non poteſt. Et eſt hic locus a primo ſic: Qui non diligit fratrem quem videt, non diligit imaginem Dei; & qui non diligit imaginem Dei, Deum non cognoſcit; & qui Deum non cognoſcit, ipſum non diligit, ergo a primo, qui non diligit fratrem Deum non diligit; & hoc magnum damnum eſt, & incommodum, & propter hoc diligendus eſt proximus, quia Deus hoc præcepit. Unde dicit. *i* Et hoc, &c.] *Mat.* 22. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. *k* Ut qui, &c.] quaſi diceret. Illum non diligis cujus mandata negligis. Purgemus ergo per dilectionem, mentis oculos ab ira, & odio, & omni mala voluntate, ut poſſimus incommutabilem Dei ſubſtantiam intueri. Et notandum quod cum dicit (Qui diligit, &c.] copulatur hic non ſolum motus exterior, ſed interior. Unde qui oſtendit ſe fratrem diligere, & non diligit corde, judaizat, & Judæo eſt ſimilis. Dicunt enim Judæi, & male quod ſolum intelligitur de ſigno exteriori, quod dicitur de dilectione proximi.

EXPOSITIO CAP. V.

Omnis qui, &c.] Quinta pars epiſtolæ, in qua agit de effectibus fidei & de ejus certitudine. Dividitur autem capitulum hoc in quatuor partes. In prima oſtendit, & determinat effectus fidei. In ſecunda ad majorem fidei efficaciam, & certitudinem oſtendit quod Chriſtus eſt & Deus & homo. Et ponit rationes ad utramque partem: ibi (Quis eſt, &c.) in tertia parte oſtendit quod recipienda ſunt teſtimonia quibus probatur quod Chriſtus eſt Deus, & homo, ibi (Si teſtimonium) In quarta oſtendit quæ utilitas proveniat ex receptione hujuſmodi teſtimoniorum, quia hoc facere eſt fidei acquieſcere ibi (Hæc ſcribo vobis, &c.) In prima autem parte ſunt quatuor particulæ ſecundum quod dicuntur ibi quatuor effectus fidei. Quorum primus eſt, quia facit filios Dei, ibi (Omnis qui credit, &c.) Secundus eſt, quia facit proximum diligi, & hic effectus ſequitur ex primo, ibi (Et omnis qui diligit) Tertius, quia facit mandata levia *ibi* (Et mandata ejus) Quartus eſt, quia fides removet impedimenta quæ poſſunt facere mandata gravia, *ibi* (Quoniam omne quod natum eſt, &c.) Dicit ergo. Omnis qui credit quoniam Jeſus eſt Chriſtus] id eſt, Meſſias in lege promiſſus,

Multiplex timor.

A

a Ex Deo natus eſt] per gratiam, & hoc eſt verum cum reduplicatione. Qui ergo diligit Deum, diligit eum qui ab eo genitus eſt. Sed quid eſt quod dicit (Omnis qui, &c.) Sed contra: Demones credunt. *Jac.* 2. Ergo ex Deo nati ſunt. Sol. Qui credit in fide, quæ per dilectionem operatur; hanc non habent demones, ſed tantum fidem informem quæ ſine charitate eſt.

Jeſus eſt Chriſtus, *a* ex Deo natus eſt. *b* Et omnis qui diligit eum, qui genuit: diligit *c* & eum qui *d* natus eſt ex eo. *e* In hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos Dei; cum Deū diligamus, & mandata ejus faciamus. *f* Hæc eſt enim charitas Dei, *g* ut mandata ejus cuſtodiamus: & *h* mandata ejus gravia non ſunt. *i* Quoniam omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: *k* & hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.

Sed ſi hoc; ergo habent aliquam gratiā. Contra: Mortale peccatū aufert omnem gratiam, ergo cū fides informis ſit gratia, demones non habēt fidē informem. Sol. Quidam dicunt, quod fides informis eſt habitus infuſus ſicut & fides formata, & in hoc conveniunt fides informis, & formata, quia utraque eſt habitus: ſed ſecūdum hoc fides non eſt gratia gratum faciens, ſed ſecūdum ſtatum fidei operatis per dilectionem. Unde propter hoc non ſequitur quod demones non habeant fidem informem. Alii dicunt quod fides informis non eſt habitus infuſus ſed experimento acquiſitus, tamen per gratiam advenientem poteſt fieri habitus gratuitus faciens gratum, unde cum dæmones multa ſint experti, & de divinitate & humanitate Chriſti fidem habent informem. Poteſt etiam dici quod fides informis eſt habitus partim naturalium potentiarum exercitio acquiſitus, & in parte infuſus. Unde eſt quaſi habitus medius inter habitum qui eſt ſcientia quæ eſt omnino per acquiſitionem, nec tamen ſine Deo, & fidem formatam quæ eſt omnino per intuitionem; & hunc habitum medium habent demones (Ex eo natus eſt) Ecce primus effectus fidei qui eſt, quod fides facit filios Dei. *Jo:* 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. *b* Et omnis, &c.) In fide ſcil. & operibus bonis, i. Deum qui per doctrinam Evangelii nos genuit, & ad vitam gratiæ perduxit. *Jac.* 1. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis. *c* Diligit & eum] i. hominem vel fratrem. *d* Qui natus eſt ex eo] i. Deo. *Jo:* 15. Nolite mirari ſi odit vos mundus, ſcitote quoniam me priorem vobis odio habuit. Et hic eſt ſecundus effectus fidei qui eſt, quod fides facit proximum diligi. Sicut enim credentes Deo ipſum diligimus, & eum qui ab eo natus eſt vel genitus. Et poteſt fieri hoc argumentum: qui diligit patrem, diligit & ejus filium naturalem, & qui diligit filium, diligit ejus membra, quæ ſunt omnes fideles, qui ſunt membra filii per adoptionem. 1. *Cor.* 12. Vos eſtis membra de membro, i. de Chriſto dependentia. Sed quia contingit diligere tantum verbo, & hoc non eſt verum ſignum, quod diligamus Deum: ſed quando ſic diligimus ut mandata ejus ſervemus, tunc videtur & ſignum eſt quod ipſum diligimus: Propter hoc dicit. *e* In hoc, &c.] q. d. In hoc apparet quod diligimus fratres ſi mandata Dei facimus, quod ſignum eſſe videtur quod ipſum diligimus, quem ſi diligimus, & fratres diligimus. *Gl.* continuat ſic. Quia multi diligunt proximos propter conſanguinitatem, vel commodum temporale, determinat quis ut verus amor proximorum dicens (In hoc cognoſcimus, &c.] q. d. Verus eſt amor ſi propter Deum proximum diligamus, quod facimus ſi Deum diligimus, cujus dilectionis ſignum eſt, ſi ejus mandata ſervemus. *Jo:* 14. Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit. Et probat quod in cuſtodia mandatorum oſtenditur vera charitas Dei: Unde dicit. *f* Hæc eſt, &c.] i. in hoc apparet quod diligimus Deum. Unde (Charitas Dei) i. charitas quam habemus ad Deum, ut quodammodo genitivus conſtituatur finaliter. *g* Ut mandata, &c.] Qui enim Regem non diligit, legem non diligit, ex amore regis lex ejus debet impleri. 1. *Tim.* 1. Finis præcepti eſt charitas. *Joann.* 14. Si diligitis me mandata mea ſervate. Tertius effectus fidei eſt, quia facit mandata levia. Unde dicit. *h* Et mandata, &c.] imo levia; & propter hoc etiam ſunt cuſtodienda. Et hoc fuit ſignificatum. *Gen.* 29. Ubi dicitur de Jacob quod videbantur ei dies parvi præ amoris magnitudine. Et *Matth.* Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve. Contra: *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cælorum. Unde *Matt.* 7. Arcta eſt via quæ ducit ad vitam. Sol. In ſe & materialiter ſunt gravia, ſed formaliter ſunt levia, quando ſcil. ex amore implentur. Et hoc eſt quod dicit *Gloſſ.* Quæ enim natura ſui dura ſunt & aſpera, amor Dei & ſpes præmii facit levia. Vel dicuntur levia, quia etſi ſimus ſub onere, Dominus tamen a ſuperiori onus levat; ſicut mater onus quod portat, aliquando ſuper caput filii parvuli ponens, ſuperius idem onus levat & portat, quoniam aliter ſubſterneretur puer: & tamen dicitur puer portare; ſic Dominus totum homini attribuit, i. ipſum remunerat ac ſi totum portaſſet. Unde *Gen.* 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad juſtitiam. E converſo, peccata ſunt gravia & ponderoſa, in tantum quod in puncto ad infernum demergunt: *Job* 21. Unde *Zach.* 5. Ecce talentum plumbi portabatur; & ecce mulier una ſedens in medio amphoræ & dixit, hæc eſt iniquitas. Amphora dicitur, quia ſicut Amphora continet aquam, ſic cor continere debet Dei ſapientiam. In ejus medio ſedet iniquitas, quando peccatum eſt in eo. Et dicitur peccatum talentum plumbi, quia aggravat & deprimit, & quia maculam culpæ relinquit. Et ita plumbum dicitur etiam talentum, quia ad pœnam debitam, & peccato commenſuratam obligat. *Iſ.* 27. In menſura contra menſuram: cum abjecta fuerit, judicabit eam. *Apoc.* 18. Quantum glorificavit ſe & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. *i* Quoniam omne, &c.] Quartus effectus fidei, quia ſcil. fides removet impedimenta quæ poſſunt facere mandata gravia. Continuatio: quaſi diceret, quia non ſunt gravia, & bene (Quoniam omne] quaſi qui Dei mandata uſque ad opus perducit, hic vincit mundum: quia ſæculi blandimenta vel adverſitates contemnit, quærentes quæ ſurſum ſunt non quæ ſuper terram. *Col.* 3. Sed objicitur ſic: Iſte imperfectus natus eſt ex Deo, ergo vincit mundum: ſed vincere mundum non eſt niſi abrenunciare mundo, & hoc eſt perfectorum, ergo iſte imperfectus eſt perfectus. Præterea aliquis hæreticus qui fuit baptizatus, natus eſt ex Deo; ergo vincit mundum, quod non eſt verum. Sol. Si mundus ſonat in vitium, tunc omnes tam perfecti quam imperfecti mundum vincunt, ei abrenunciando; & ad hoc tenentur omnes ad cavendum a peccato. Si vero mundus non dicit vitium ſed res mundi, tunc perfecti tenentur vincere penitus abrenunciando & abjiciendo: *Matth.* 19. Si vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & veni ſequere me, nudus ſcilicet nudum. Sed imperfecti tenentur ſaltem vincere ſubjiciendo, diligentes citra Deum, etſi plus juſto, vel debito. Et iſti tales ædificant lignum, fœnum & ſtipulam, ſicut dicit *Apoſtolus* 1. *Cor.* 3. Ideſt, venialia committunt. Sed primi ædificant ſupra fundamentum fidei aurum, argentum & lapides pretioſos, ideſt, virtutes & bona opera, ſicut ibidem dicit Apoſtolus. Et ne quis ſua virtute confidat ſe poſſe vincere mundum, oſtendit quod non: Unde dicit. *k* Et hæc, &c.] Et melius dicit (victoria) quam ſi diceret. Hæc eſt fides quæ vincit mundum: quia fides non vincit mundum niſi informata charitate, vel potius niſi informando ſubjectum, nec facit victorem niſi informando, ſicut albedo non facit album niſi informando. Et quod per fidem ſit victoria de mundo, patet, quia quicquid eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. *ſup.* 2. & hæc omnia vincit fides. Unde *Heb.* 11. Fide Moyſes grandis factus, negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis. Hic devicit ſuperbiam vitæ quæ maxime regnat in potentibus, vel in quibus eſt major occaſio ſuperbiendi; & ipſe ſi voluiſſet, poterat eſſe Rex Ægypti, quia filia Pharaonis adoptaverat eum ſibi in filium. Sequitur. Magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere jucunditatem. Hoc eſt contra voluptatem vel concupiſcentiam carnis; quæ refugit afflictiones & jucunditatem & delicias quærit. Sequitur *ibidem*. Majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti. Hoc eſt contra æmulatores & congregatores divitiarum quærentes Dominum in gregibus, & armentis, & non invenient.

Moraliter. *i* Quoniam omne, &c.] Duplex enim eſt nativitas, naturalis & ſpiritualis. Prima fœtida eſt, ſed ſecunda munda. Naturalis non eſt idem quod generatio: naſcimur enim ex utero ſed generamur in utero. Spiritualis vero idem eſt quod generatio: nam ſecundum Spiritum S. generamur, & tunc ſpiritualiter naſcimur. Naſci ergo ſpiritualiter eſt ingredi in eſſe ſpirituale: & hoc eſt dupliciter, aut in eſſe ſpirituale ſimpliciter, ut quando de filiis iræ ſimus filii gratiæ; aut ſecundum quid, ut quando homo naſcitur in prælationem, vel beneficium ſpirituale. Quia vero dupliciter ſimus filii gratiæ de filiis iræ: aut inviſibiliter, quia ſecundum judicium Dei vel cæli tantum, ut in Baptiſmo contra originale: aut viſibiliter, i. ſecundum judicium certo, ut in pœnitentia contra actualia. Propter hoc in utraque nativitate neceſſe eſt ut habeamus teſtimonia hæreditatis percipiendæ, quia utroque modo ſimus filii Dei; & ſi filii & hæredes. *Rom.* 8. Utraque nativitate naſcitur mundus: In priori per Dei miſe- Moraliter.

Digitized by Google

inveniet *Oſ.* 5. Quia ablatus eſt ab eis, i. deorſum latus per amorem temporalium quem de ſuo ſuperpoſuere. Et cauſa ſtatim ſubjungitur, quia ſcil. in Domino prævaricati ſunt. Et quare prævaricati? Quia nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph; *Amos* 6. Ideſt, Chriſti paſſionem non recolunt. Vel pauperibus, & egenis qui ſame conteruntur, non ſubveniunt. *a* Quis, &c.] Secunda pars capituli in qua oſtendit quæ eſt fides illa quæ vincit mundum, quia ſcil. fides de divinitate, & humanitate Chriſti. Unde ad majorem efficaciam fidei probat quod Chriſtus, & Deus, & homo eſt. In hac parte ſic procedit: Primo enim dicit, & determinat quæ eſt fides illa quæ eſt neceſſaria nobis ad hoc quod mundum vincamus, quia ſcil. fides de Chriſti duplici natura. Secundo ne poſſet aliquis dubitare de Chriſto quod ſit verus Deus, & verus homo, probat per depoſitiones teſtium legitimorum omni exceptione majorum invicem penitus concordantium, ibi (Et ſpiritus eſt, &c.) Dicit ergo [Quis eſt autem.] Continuatio, quaſi diceret: Fides, i. homo habens Fidem vincit mundum. *b* Autem] ideſt, ſed. *c* Qui vincit mundum] i. cujus fidei virtute vel merito poteſt quis vincere mundum? *d* Niſi] ille [qui credit, &c.] i. niſi per illam fidem quæ eſt de divinitate Jeſu Chriſti, in qua eſt Jeſus filius naturalis, coæternus, & conſubſtantialis patri, quaſi diceret: Hæc fides eſt neceſſaria ad hoc quod vincatur mundus. Sed quia fides de divinitate Chriſti non ſufficit niſi & adſit ſimul fides de humanitate, ſicut legitur in ſymbolo Athanaſii. Sed neceſſarium eſt ad æternam ſalutem ut Incarnationem Domini noſtri Jeſu Chriſti fideliter credat: propter hoc ſubdit. *e* Hic eſt, &c.] Et ejus humanitatem oſtendit duplici argumento. Quorum primum eſt, quia baptizatus fuit, ut ad hoc nos invitaret, & vim aquis conferret tactu ſuæ mundiſſimæ carnis; ergo homo. Unde dicit (Hic eſt, &c.] Baptiſmi, in qua baptizatus fuit, ut ſic noſtram ablutionem ſignificaret. Secundum argumentum eſt quod ſanguinem pro nobis effudit, quod non poſſet facere niſi eſſet homo verus: Unde dicit. *g* Et] qui venit, ſcil. [per ſanguinem] i. ut moreretur, & per ſanguinem nos redimeret. Et quis eſt hic tam demonſtrabilis, tam amabilis? *h* Jeſus Chriſtus] Jeſus cauſa ſalutis veniens: Chriſtus, cauſa ungendi, ut dicit *B. Bern.* Venit dico. Non in aqua, &c.] Indigebamus enim utraque ſcil. ablutione, quia cecideramus in luto, & eramus maculati: Beati tamen immaculati in via, ut dicit *Pſ.* 118. Item redemptione, quia ſuperflue, & prodige expenderant Patres noſtri, & mutuo acceperant quod non potuerant ſolvere. Mutuabitur enim peccator & non ſolvet: nec non eramus ſolvendo qui fuimus eorum ſucceſſores, & propter hoc eramus captivi. Illic enim in peccato interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos verba cantionum, ut ſic dicamus, licet verior littera eſſet cantionum. Et cum non haberemus obſides, qui nos liberarent, captivi ducti fuimus in Babylonem, i. in dominium, & poteſtatem diaboli, ubi ſedimus, & flevimus, donec recordaremur Sion, i. adventus Chriſti, quem quaſi in ſpecula, & de longe viderunt Patres antiqui. Unde *Ezech.* 12. Viſio quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iſte prophetat. Hic dicebat populus captivatus in Babylone ad litteram. Neque enim Patres ante legem, neque Patres ſub lege, nec legislator Moyſes, nec Prophetæ, nec Reges potuerunt genus humanum liberare, nec redimere, donec venit Chriſtus pauper, & modicus, qui ſua ſapientia liberavit civitatem quam Rex magnus obſederat, i. diabolus. *Eccl.* 9. Unde *Iſ.* 64. Abraham neſcivit nos, & Iſrael ignoravit nos; tu Domine, pater noſter, & redemptor noſter, a ſæculo nomen tuum, i. ab æterno nuntiatus es, & ab antiquo promiſſus, ut nos redimeres: Vel poſſumus ſic diſtinguere literam ſub eadem tamen intentione. *e* Hic eſt, &c.] ſcil. *f* Qui venit] virtute propria qua Deus eſt, de utero Virginis exiens, non natura: *f* Per aquam] Baptiſmi ut prius: *g* Et ſanguinem] quem emiſit quando fuit circumciſus. Et hæc duo fecit ut legem impleret non ſolum veterem terminando, imo & novam dando, & confirmando: Et hæc duo tangit hic, ſcil. circumciſionem, & Baptiſmum ut notaret Apoſtolos quod in ſuo adventu liberaturus erat Patres qui fuerant circumciſi, & vocaturus Gentes per virtutem Baptiſmi. Et quod ſequitur, refertur ad paſſionem, dicens. *i* Non in aqua, &c.] quia & aquam emiſit, & ſanguinem lanceatus pro nobis in paſſione. Unus enim militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit ſanguis & aqua. Et notandum, quod ter ponitur ibi [aqua] in his verbis, & bis [ſanguis] dicens [Hic eſt qui &c.] Primo dicit aquam, quia aquam Baptiſmi conſecravit: ſecundo, quia aquam lacrymarum effudit: tertio, quia aquam elementum, vel potius vari corporis humorem de latere emiſit. Sed ſanguinem dicit primo, quia parvulus octo tantum dierum partem ſanguinis in arrham mercati quod pro toto mundo fecerat ad Deum patrem, dedit in die circumciſionis, ne pater reſiliret a pacto. Et ſecundo dicit ſanguinem, quia de eodem ſanguine adultus, & magnus totum pretium noſtræ redemptionis perſolvit in ſua paſſione, & arrha eſt pars pretii. Sequitur.

a Quis *b* eſt autem *c* qui vincit mundum niſi qui credit quoniam Jeſus *d* eſt filius Dei? *e* Hic eſt *f* qui venit *g* per aquam & *h* ſanguinem Jeſus Chriſtus. *i* Non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine. *k* Spiritus eſt qui *l* teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas.

k Et Spiritus, &c.] Hic ſecundo ut non poſſet aliquis dubitare de Chriſti divinitate, & humanitate, probat per teſtes quod ipſe eſt verus homo, dicens [Et Spiritus, &c.] Primo ergo probat Chriſtum eſſe hominem & Deum per teſtimonium Dei in unitate eſſentiæ intellecti, cum dicit [Et Spiritus, &c.] Secundo ſubdividit, probans ſic ipſum eſſe Deum, & hoc per teſtimonium Trinitatis perſonarum, ibi [Quoniam tres ſunt, &c.] Deinde Chriſtum probat eſſe verum hominem per depoſitiones trium teſtium humanorum vel terrenorum, ibi [Et tres, &c.] Dicit ergo [Et Spiritus, &c.] quaſi hæc fides de divinitate & humanitate Chriſti vincit mundum, & hoc ſcil. certum eſt, quia Spiritus teſtificatur quod verus Deus, & verus homo eſt Chriſtus, ideſt, Deus eſſentialiter.

l Quoniam, &c.] i. vere ens, i. utriuſque naturæ veritatem habens, & nullam habens phantaſiam, vel falſitatem. Et hoc eſt contra Manichæum qui dixit Chriſtum habuiſſe phantaſticam, & non veram carnem. Veritas enim eſt idem quod vera entitas. Similiter accipitur Spiritus. *Jo.* 4. Deus Spiritus eſt. Poteſt enim eſſe nomen eſſentiæ, ſicut & perſonæ. Sed ubi teſtificatur Dei eſſentia quod Chriſtus eſt Deus & homo? Reſpondeo, non verbo, ſed operibus quæ Chriſtus fecit dimittendo peccata, cogitationes hominum videndo, ſe ſuſcitaturum mortuos, & omnes judicaturum in eis promittendo, quæ opera nullus poteſt facere niſi Deus. *Joann.* 15. Si opera non fecissem quæ nemo alius

* miſericordiam: in ſecundo per juſtitiam & Dei & noſtram: De utraque nativitate ſequitur in littera cum dicit. *e* Hic eſt Jeſus Chriſtus, qui venit per aquam] Baptiſmi ſcilicet. Ecce prima. In ipſius enim adventu ſpiritualiter naſcimur in gratia. *g* Et ſanguinem] qui ſcil. per macerationem carnis & cetera opera abſtinentiæ & alia, quæ fiunt in pœnitentia. Sed quoniam primo modo eramus filii iræ ſecundum judicium cœli: neceſſe eſt habere teſtimonium in cœlo, quoniam ſumus filii Dei facti Baptiſmo. Et hi ſunt tres [Pater] potens dat teſtimonium potenter dejectæ adverſariæ poteſtatis & potenter factæ ſui hominis liberationis. Unde *Pſ.* 135. In manu potenti & brachio excelſo [Verbum] ideſt, filius ſapiens dat teſtimonium ſapienter redemptæ, & redditæ libertatis. *Joann.* 8. Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis [Spiritus] bonus dat teſtimonium tandem percipiendæ hæreditatis. Spiritus enim eſt qui teſtimonium reddit Spiritui noſtro quod ſumus filii Dei. *Rom.* 8. Tres autem ſunt; quia non niſi ad invocationem Trinitatis confertur gratia Baptiſmi. Et hoc eſt quod ſequitur [Et hi tres ſunt] quia teſtimonium unius non eſt ſine teſtimonio alterius. Quia vero per actuale peccatum eramus filii iræ ſecundum judicium & cœli & terræ, & in pœnitentia ſimus filii gratiæ, & ita naſcimur: propter hoc hujus nativitatis ſunt tres qui dant teſtimonium. Unde dicit: Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra [Spiritus] contribulatus. [Aqua] lacrymarum, [Sanguis] diminutus in laboribus & abſtinentiis, vel effuſus in diſciplinis. In cœlo dant teſtimonium tres, [Pater] humilians in contritione [Filius] vel (Verbum) erudiens in confeſſione [Spiritus ſanctus] corroborans in ſatisfactione. Item ſpiritualis nativitatis quæ ſecundum quid eſt, & eſt quando aliquis promovetur in prælatione, quandoque eſt de cœlo, quandoque de terra. Et de hac dicit ibi [Non in, &c.] Prælatis enim non ſufficit aqua lacrymarum ut bene converſentur apud ſe, ſed exigitur ſanguis pœnitentiæ exterioris, qui accendat alios: vel ad litteram, exigitur ab eis ut pro grege ſanguinem effundant. *Jo.* 10. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ovibus ſuis. Hæc nativitas quando eſt de cœlo, habet teſtimonium de cœlo. Pater potens, debet enim eſſe prælatus potens in opere. Verbum, ut prælatus ſit abundans in verbo docente. Spiritus, ut zelo zeletur pro Domino exercituum. Sed his tribus teſtibus debet quiſque ingredi in tabernaculum Domini.

Moraliter.

a Quoniam tres ſunt b qui teſtimonium dant in cœlo c Pater, d Verbum, & Spiritus ſanctus, e & hi tres f unum ſunt. g Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, h Spiritus, i aqua & ſanguis; k & tres unum ſunt

Amo facit, &c. Quia ergo hęc ſunt opera ſolius Dei, & Deus ſua eſſentia operetur, per hoc a Divina eſſentia verus Deus eſſe probatur. Item de ejus humanitate teſtimonium perhibuit divina eſſentia, quando eum ſic tentationibus carnis expoſuit, ut clamaret ipſe voce magna, Eli, Eli lammalabacthani, hoc eſt, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me, i. tot & tam gravibus tribulationibus ea poſuiſti. Vel poſſumus dicere quod tunc perhibuit divina eſſētia teſtimoniū humanitati Chriſti quādo miſit Angelum confortantē eum. *Luc.* 22. Apparuit Angelus de cœlo confortans eum. Si enim aliqua facta fuit ei conſolatio, non fuit hoc niſi quantum ad carnem. Et conſtat quod Trinitas, ſive divina eſſentia Angelum miſit, quia Deus ſua eſſentia operatur, & propter hoc ſunt indiviſa opera Trinitatis. Unde miſſio vel apparitio Angeli eſt opus totius Trinitatis, & ſic divina eſſentia Chriſtum verum hominem probavit. *Gl.* tamen hoc exponit duobus modis aliis. Primo modo (Et Spiritus eſt) ſanctus ſcil. ut ſumatur perſonaliter pro tertia perſona in Trinitate (Qui teſtificatur, &c.) *Luc.* 13. Deſcendit Spir. S. corporali ſpecie, ſicut columba in ipſum. *Gl.* Et licet ſecundum hominem ſit paſſus, tamen Spiritus viſus eſt ſuper eum in columbæ ſpecie. Item alio modo, ut ſpiritus accipiatur pro homine ſpirituali. Omnis enim ſpiritualis doctor teſtatur hoc quod Chriſtus eſt verus Dei & hominum mediator & reconciliator, ut dicit *Gl.* Et ſic accipitur ſpiritus, *ſup.* 4. Omnis ſpiritus enim ſpiritualis homo, vel ſpiritualiter loquens & docens qui confitetur Jeſum Chriſtum in carne veniſſe ex Deo eſt. Sequitur (Quoniam tres) Hoc ſubdividit, primo oſtendens Chriſtum eſſe vere Deum ſecundum teſtimonium Trinitatis perſonarum. Continuatio: quaſi, habet Chriſtus veritatem utriuſque naturę: Et hoc probo per teſtes. Primo de divina. *a* Quoniam tres ſunt] Qui tres? Reſpondet *Aug.* Tres res quibus fruendum eſt, tres ſcil. perſonæ. *b* Qui teſtimonium, &c.] quod Chriſtus verus eſt Deus. *c* Pater] ſcil. *d* Verbum] ipſe filius. *e* Et Spir. S.] Pater dedit teſtimonium divinitatis filii quando dixit: Hic eſt demonſtrabilis, & viſibilis filius meus dilectus. *Mat.* 3. *Marc.* 1. *Luc.* 3. *Mat.* 17. & 2. *Pet.* 1. Vox enim illa appropriata eſt Patri, etſi fuerit totius Trinitatis. Ipſe filius dedit teſtimonium de ſe quando transfiguratus eſt coram diſcipulis. *Mat.* 18. *Mar.* 9. *Luc.* 9. & 10. Quando dixit: Ego & pater unum ſumus. Et *Jo:* 14. Philippe qui videt me, videt & patrem meum. Spiritus teſtimonium perhibuit, quando ſuper ipſum corporali ſpecie ſicut columba deſcendit. *Mat.* 3. *Mar* 1. *Luc.* 3. Vel quando miſſus ad diſcipulos, eos corroboravit. *Act.* 2. Et repleti ſunt omnes Spir. S. &c. Sicut ipſe promiſerat eis. *Jo:* 16. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos. *Luc. ult.* Vos autem ſedete in civitate quouſque induamini virtute ex alto. Sed quid eſt quod dicit (in cœlo) Nonne Deus Trinitas, & quælibet perſona ubiq; eſt; quare ergo magis dicit, quod de † Trinitate tres dant teſtimonium in cœlo, quam alibi? Sol. Hoc dicitur per quamdam appropriationem, quia in cęlo magis relucet bonitas & claritas Dei, (In cęlo) i. cœleſtibus, quia ſoli cęleſtes eorum intelligunt teſtimonium: quia *Jo:* 3. Qui de terra eſt, de terra loquitur, & ſimiliter qui de cœlo eſt, de cœlo loquitur. Vel potius (In cœlo) i. de cęlo, i. de Chriſto, qui & cęlum dicitur & terra. *Joel.* 2. Dabo prodigia in cęlo & in terra, i. in Chriſto, qui & cęlum eſt propter divinitatem, & terra quoad humanitatem, ſanguinem effuſum in paſſione & ignem charitatis quos bonos ad ſe trahit, & vaporem fumi, i. terribilem ſententiam Judicis; qua in inferno lędentur mali. Fumus enim, quia lędit oculos, ſignificat pęnam Inferni, cui nulla tēporalis lęſio poteſt comparari. Unde ignis devorans appellatur. *Iſ.* 33. Quis ex vobis habitare poterit cum igne devorante? Ecce tres teſtes adducit ad probandum quod intendit, ut imitetur hic illud quod in *Mat.* 18. Scriptum eſt: In ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum. Sed nunquid iſti falſo deponunt & ſibi contradicunt? Non. Unde ſequitur. *f* Et hi, &c.] i. vere & uniformiter ſine omni contradictione, idem deponunt. Unde dicit *Interl.* Unus Deus de una re teſtantes. Propter quod firmiter eis credendum eſt, merito ergo qui non crediderit, condemnabitur. Cum enim ſit ſufficientia teſtium, & omnimoda concordia eorum, recipiendum eſt eorum teſtimonium. *g* Et tres ſunt] Hic ſecundo oſtendit, quod Chriſtus eſt verus homo dicens (Et tres, &c.) apud terrenos qui volunt credere, vel contra eos, qui habitant in terra, quibus dicitur *Apoc.* 8. Væ, væ, væ, habitantibus in terra propter contemptum trium teſtium; vel propter triplicem terram eſt tantum triplex. Interior, perverſa voluntas qua homines nolunt dimittere peccata. Exterior carnalis voluntas vel amor patentum, qua allecti, & abſtracti homines faciunt mala. Item inferior, ſcil. temporalis proſperitas cui ſicut lappæ capillis adhærent homines. *Oſee* 10. Lappa, & tribulus aſcendet ſuper aras eorum, i. in cordibus amor temporalium, Propter hoc dicit *Jerem.* 22. Terra, terra, terra ſcribe virum iſtum ſterilem. De hac triplici. *Job* 16. Terra ne operias ſanguinem meum, nec inveniat in te locum latendi clamor meus. Et hoc dicit, quia ſanguis Chriſti clamat ut a ſuis fidelibus, & amicis vindicetur. *Gen.* 4. Vox ſanguinis fratris tui Abel, ideſt, Chriſti, clamat ad me de terra, dicit Deus pater cuilibet fideli. Vel (In terra) ideſt, de terra, ideſt de corpore Chriſti: quaſi dicat: Tres ſunt teſtes, quod Chriſtus ſecundum corpus eſt de terra, *Job* 9. Terra data eſt in manus impii, i. corpus Chriſti in manus Pilati. Vel quod Chriſtus carnem aſſumpſit in Virgine Maria. *Pſ.* 84. Et terra noſtra dabit fructum ſuum. Et qui ſunt iſti teſtes? Spiritus] quem tradidit. *Jo:* 19. Et inclinato capite tradidit ſpiritum Deo patri, ſcil. pro nobis, i. animam ſicut & corpus jam tradiderat in oblationem, & hoſtiam in odorem ſuavitatis. *Eph.* 5. (ideſt Aqua) lacrymarum quas tribus vicibus effudit. Quando Lazarum ſuſcitavit. *Jo:* 11. Item quando pro nobis ad crucis tormenta in Jeruſalem veniens, videns civitatem flevit ſuper illam. *Luc.* 19. Item in cruce. *Heb.* 5. Cum clamore valido, & lacrymis, &c. De hac aqua. *Job ult.* Super omnes rivos Juda ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & rigabit torrentem ſpinarum. *k* Et ſanguis] ſcil. quem pro nobis quinquies effudit. In circumciſione, primo adhuc tener infantulus. *Luc.* 2. Secundo in oratione, quando factus eſt ſudor ejus tanquam guttæ ſanguinis decurrentis in terram. *Luc.* 22. Item quando cæſus eſt virgis, & flagellis ad columnam, ſicut cantat Eccleſia: Flagellis cæciderunt me. Et *Matth.* 26. Et colaphis eum cæciderunt. Item quoniam ſpinis coronatus eſt. *Joann.* 19. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti ejus. Et ſatis probabile eſt quod ſanguis effluxerit, etſi expreſſe non legatur. Item quinto quando in cruce fuit levatus, & tunc etiam per quinque partes & loca corporis, ſanguinem ſuum fudit, per utrumque pedem, per utramque manum, & latus: propter quod dicit *Apoſt. Heb.* 9. Neque per ſanguinem hircorum, aut taurorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa. Hi ergo ſunt tres teſtes irrefragabiles quod Chriſtus eſt verus homo. Nec habet animam niſi homo, nec lacrymas emitteret ipſe ſi eſſet Angelus, & non homo; nec ſanguinem effunderet niſi eſſet vera, & non phantaſtica ejus caro. Vel poſſumus dicere (Aqua, & ſanguis) quæ ſimul exierunt de ejus latere. *Joan.* 19. Et continuo exivit ſanguis & aqua. Sanguis in redemptionem, & aqua in ablutionem. 1. *Petr.* 1. Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine agni incontaminati, & immaculati Jeſu Chriſti. *Apoc.* 1. Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. De aqua in ablutionem. *Zach.* 13. In die illa erit fons patens domui quæ fuit David, & habitantibus Jeruſalem in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Et ne in aliquo poſſet obviari prædictis teſtibus. Vel quia ſanguis, & aqua diſtincte exierunt de corpore Chriſti, ſignum fuit quod in eo fuit duplex natura, humana, ſcilicet & divina. Item notandum quod exivit de corpore non ſolum per incontinentiam, quia non poſſet eum tenere corpore aperto; imo etiam per motum ſanguinis, qui etiam de corpore mortuo exivit, & hoc per miraculum. Unde in hoc ſignificatum eſt quod in ipſo erat divinitas: & etiam probatur ipſum fuiſſe, & verum Deum, & verum hominem, quod etiam anima ſeparata a carne non fuit divinitas ab ea ſeparata.

* Quoniam tres, &c.] ideſt, in promotione facta ſecundum cœlum, ſcilicet opera bona ſcientia, & zelus animarum. Nam ſicut in generatione naturali tria ſunt neceſſaria, ſcilicet calor diſſolvens, materia quæ diſſolvitur, & ventus impellens; ita in promotione Prælati charitas quæ perficit opera, eſt calor diſſolvens: ſcientia eſt quaſi materia quæ diſſolvitur; nam charitas debet coaptare ſcientiam auditoribus, ut prædicator omnibus omnia fiat; ventus impellens eſt zelus qui cogit Prælatum exire in uſum ſcientiæ per prædicationem. Moraliter.

Item nec nativitas quando eſt de terra, ſuos habet teſtes qui ſunt tres (Spiritus) potentia ſæcularis, quæ ſic dicitur tum, quia inſtat, tum, quia pertranſit, *Pſ.* 102. Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, &c. (Aqua) ſapientia mundi

* vel ſcien-

De ſumma Trinitate, c. damnamus. De celebr. miſſ. c. in quadam.

al. 1 divinitate.

a Si teſtimonium hominum accipimus, *b* teſtimonium Dei majus eſt. *c* Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei *d* quod majus eſt, *e* quia teſtificatus eſt de filio ſuo. *f* Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. *g* Qui non credit filio, mendacem facit eum: *h* quoniam non *i* credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt *k* Deus de filio ſuo. *l* Et hoc eſt teſtimonium, *m* quoniam vitam æternam dedit nobis Deus: *n* & hæc vita in filio ejus eſt. *o* Qui habet filium *p* habet vitam: *q* qui non habet filium Dei, *r* vitam non habet. *ſ* Hæc ſcribo vobis, ut ſciatis quoniam vitam habetis æternam, *t* qui creditis in nomine filii Dei. *u* Et hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum. Quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem ejus, *x* audiet nos. *y* Et ſcimus quia audit nos quicquid *z* petierimus. *a* Scimus, quoniam habemus petitiones *b* quas poſtulamus ab eo

vel ſcientia ſæcularis. *Jer.* 2 Quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? Tertius teſtis eſt (Sanguis) cujus teſtimonium hodie multum approbatur in Eccleſia, & recipitur, etſi etiam ſit ſingulare. Unde ſicut antiquitus aqua legis mutata fuit in ſanguinem, quando jure hæreditario ſibi ſuccedebant ſacerdotes; ita hodie quod magis eſt mirabile, vinum Novi Teſtamenti mutatum eſt in ſanguinem, i. ſanguinis ſucceſſionem. Hodie enim dicunt etſi non verbo, tamen facto: Poſſideamus hæreditate ſanctuarium Dei. *ad litter.* Et ſanguis ſanguinem tetigit. *Oſee* 1. Quia hodie paucis licet intrare in Eccleſiam Dei, niſi ſint de genere vel de ſanguine Aaron.

a Si teſtimonium, &c.] Hæc eſt tertia pars in qua oſtendit quod recipienda ſunt teſtimonia, quibus probatur quod Chriſtus eſt Deus & homo. Et hoc probat duplici argumento. Primum a minori ſic: Quia non accipimus teſtimonium hominum, ergo multo magis teſtimonium Dei. Dicit ergo [Si teſtimonium hominum accipimus] qui mentiri poſſunt:

b Teſtimonium Dei majus eſt] & melius accipiendum: Ipſe enim mentiri, vel falſa teſtificari non poteſt. Majus dico. *c* Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei] patris ſcilic.

d Quod majus eſt] quam teſtimonium hominum.

e Qui teſtificatus, &c.] *Matth.* 3. & 17. Hic eſt filius meus dilectus. Si ergo creditis hominibus prænunciantibus venturum: credite patri teſtificanti adveniſſe ipſum. *Jo:* 5. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi.

f Qui credit, &c.] Hoc eſt ſecundum argumentum quod ſumitur ab effectu ſic: qui credit in filium, Deum facit veracem: qui vero non credit, Deum facit mendacem; ſed hoc eſt vituperabile, primum vero laudabile. Dicit ergo (Qui credit, &c.) quia ſcil. credit Deo patri teſtificanti. *Sup.* 2. Qui autem confitetur filium, patrem habet. *Jo:* 3. Qui credit in filium, habet vitam æternam; qui autem incredulus eſt filio, non videbit vitam æternam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Hoc exponit ſic *Gl.* (Qui credit in filium Dei) fide, ſcil. operante per dilectionem movetur in ipſum.

g Habet teſtimonium, &c.] ideſt, per hoc teſtificatur de ſe quod ipſe eſt filius Dei.

h Qui non, &c.] ideſt, filium qui dicit. Ego & pater unum ſumus. *Jo:* 10. Et probat quod qui non credit in filium, facit patrem mendacem, dicens (Qui non credit filio, mendacem facit eum) ideſt, patrem qui de eo teſtificatus eſt. Unde & ſequitur.

i Quoniam non, &c.] pater ſcilicet.

k De filio ſuo] *Joan.* 12. Et clarificavi & iterum clarificabo. Propter hoc dicit Dominus. *Joann* 8. Si Deus pater veſter eſſet, diligeritis me utique: Ego enim ex Deo proceſſi & veni: neque enim a meipſo veni, ſed ille me miſit.

l Et hoc eſt teſtimonium] cui credendum eſt.

m Quoniam vitam æternam dedit nobis Deus.] *Sup.* 2. Hæc eſt repromiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis vitam æternam: hanc habemus jam ſpe, ſed tandem habebimus re.

n Et hæc vita in filio ejus eſt] ideſt, in filium. Nemo enim venit ad patrem niſi per filium. Ipſe enim eſt via. *Joann.* 14. Ego ſum via, veritas & vita; nemo venit ad patrem niſi per me. Et ipſe eſt oſtium. Via eſt incipientibus, vita proficientibus, veritas perfectis, ſed oſtium intrantibus. Vel (in filio) ideſt, per confeſſionem fidei filii & ejus imitationem. Et ne parum videatur dixiſſe quod vita eſt in filio, ait.

o Qui habet filium] credendo & imitando.

p Habet vitam. *Joan.* 17. Hæc eſt vita æterna ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Et e converſo.

q Qui non habet filium Dei] per fidei confeſſionem, & amorem.

r Vitam non habet] *Joan.* 3. Qui incredulus eſt filio, non videbit vitam æternam.

ſ Hæc ſcribo vobis] Quarta pars in qua oſtendit quanta ſit utilitas in recipiendo prædicta teſtimonia, quia ipſa recipere eſt fidei acquieſcere. Et dicuntur ſex in hac parte. Primo ponit duplicem utilitatem; unam in futuro, ſcil. vitam æternam; & aliam in præſenti, ſcil. quia quicquid petierimus a Deo, obtinebimus. Secundo oſtendit quod non ſolum pro nobis debemus orare, ſed ſalutem proximi debemus petere ibi (Qui ſcit) Tertio oſtendit quæ ſit utilitas orare pro his qui non peccat peccato ad mortem, ibi (Et dabitur ei) Quarto oſtendit, qui ſunt qui peccant peccato ad mortem, & qui non, ibi (Scimus quod omnis, qui natus) Quinto oſtendit per quid poſſumus cavere, quod non peccemus peccato ad mortem, vel per quid poſſumus ſcire quod non peccamus ad mortem, ibi (Et ſcimus, &c.) Sexto monet eos, ut caveant ab hæreticis ibi (Filioli, &c.) Dicit ergo (Hæc ſcribo) Continuatio: quaſi Teſtimonium Dei majus eſt quam teſtimonium hominis, unde magis debet recipi: Et non ſolum propter hoc, ſed quia major inde ſequitur utilitas: Unde (Hæc ſcribo vobis ut ſciatis) ideſt, de futura beatitudine certi ſitis.

Quoniam vitam habetis æternam] modo ſpe, tandem re. *Joan.* 11. Ego ſum reſurrectio & vita. Sicut certus eſt de foro vel de mercato tenendo qui jam arrham recepit, & vos arrham habetis.

t Qui creditis in nomine filii Dei] Hæc arrha eſt fides. Unde ſancta Agnes dicebat, Annulo ſuo ſubarrhavit me Dominus Jeſus Chriſtus, & immenſis monilibus ornavit me.

u Et hæc eſt fiducia] Secunda utilitas, quia ſi credamus, quicquid petierimus, obtinebimus: quaſi, non ſolum in futuro vitam æternam habebitis imo in præſenti petita impetrabitis.

Et hæc eſt fiducia quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem ejus non ſecundum deſideria carnis noſtræ: quia. 1. *Petr.* 2. Chariſſimi obſecro vos tanquam advenas & peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſideriis quæ militant adverſus animam. Vel (ſecundum voluntatem Dei) quæ eſt ut noſtram ſalutem, & proximi velimus & quæramus. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra. 1. *Theſſ.* 4. Ecce quod vult, ut ſalutem noſtram velimus quod facimus ſanctificando nos, & mundando. Item *Lucæ* 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur? Hæc eſt charitas & dilectio proximi, quæ accenditur cum ſalus Domini quæritur & amatur, & quod vult Dominus. Unde 1. *Tim.* 2. Qui vult omnes homines ſalvos fieri. Vel (ſecundum voluntatem Dei) ut ſcilic. in ejus diſpoſitione ponamus totum, quoniam melius ſcit quid eſt nobis utile quam noſipſi. *Rom.* 8. Nam quid oremus ſicut oportet neſcimus, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis, ideſt, docet nos poſtulare. Si inquam ſic petimus.

x Audiet nos] dando effectum petitionum. Et dicit, (audiet) & non audit, quia quicquid petitur, debet peti in futuro vel ad futurum ordinari, Bene dixi quod audiet de futuro. Et hoc probat dicens.

y Et ſcimus quoniam audit nos] etiam in præſenti, annuendo quicquid petierimus, etſi ſtatim non det. Ipſe enim qui eſt adjutor in opportunitatibus, tempus novit quando utilius dabit; quia. *Eccl.* 8. Omni negotio tempus eſt & opportunitas [Quicquid petierimus] vel in futuro vel ordinatum ad futurum. Et dicit (Quicquid) ideſt, quod ſit quid ſolidum, non vanum. *Pſ.* 4. Ut quid diligitis vanitatem?

z Petierimus] perſeveranter nos qui ſumus boni. Et eadem multipliciter quæ promiſerat, inculcat ut nos ad orandum vivacius incitet. Et ſi ſecundum voluntatem ejus petimus ſupple.

a Scimus, quoniam habemus petitiones] ideſt, res petitionum.

b Quas poſtulamus ab eo] *Phil.* 4. Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratione & obſecratione cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Si ergo habemus quod petimus, ergo.

Qui ſcit fratrem ſuum, &c.] Et oſtendit hic ſecundo quod non ſolum pro nobis, ſed pro proximis debemus petere dicens. *a* Qui ſcit, &c.] ideſt, quod non ducat ad mortem, vel non obliget, quale eſt veniale; vel etiam mortale, de quo tamen penitet, & ita non eſt in eo finaliter. Unde. *b* Peccatum non] durans ſcil. uſque (ad mortem) Unde dicit *Int.* non criminaliter, vel non uſque ad finem vitæ (Qui) inquam [Hoc ſcit] ſcientia experientiæ in ſeipſo. Unde *Eccl.* 31. Cognoſce ex teipſo quæ ſunt proximi tui: ſic exponitur, ſi peccatum non ad mortem ſupponit pro veniali. Vel [Qui ſcit] ſcientia conjecturæ, vel per ſigna pœnitentiæ [peccatum, &c.] i. quod pœnitet ante mortem etſi prius peccavit: ſic exponitur, ſi peccatum non ad mortem ſupponit pro mortali, quod tamen relinquitur ante mortem. Qui inquam hoc ſcit [Petat] Pro eo ſecure. *Jac.* 1. Poſtulet autem in fide, nihil hæſitans: *d* Et dabitur, &c.] Ei dico [peccanti non ad mortem] *Gl. marg.* Loquitur de quotidianis, & levibus quæ ſicut difficile vitantur, facile curantur, ſi dicto, vel cogitatu, vel oblivione, vel ignorantia peccaſti, confitere fratri, ſicut *Jac.* docet *ult.* Et videtur textus eſſe contrarius huic *Gl.* quæ dicit, quod dabitur ei vita: quia qui peccat non ad mortem, ideſt venialiter, non amittit vitam, quia non amittit charitatem. Sol. Dabitur ei vita, i. augmentabitur. Vel hoc dicit, quia mortis occaſio auferetur, ſcil. veniale, quod quodammodo occaſionaliter ducit ad mortem, quia diminuit motum & fervorem charitatis. Cum itaque dicit [Qui ſcit, &c.] Hæc eſt ſecunda pars hujus quartæ partis, ubi oſtendit quod non ſolum pro nobis debemus petere, ſed pro ſalute proximi. Et cum dicit [Et dabitur ei] ponitur tertia pars ubi oſtendit utilitatem orandi pro proximis. Sed quia dixerat, quod eſt peccatum non ad mortem, per hoc relinquit eſſe peccatum ad mortem, propterea oſtendit quid ſit illud dicens pro eo non eſſe ab omnibus orandum. Unde [Eſt autem peccatum] quaſi, non ſolum eſt peccatum non ad mortem, ſed. *e* Eſt peccatum, &c.] i. quod obligat ad mortem ſcil. mortale. Vel [ad mortem] i. quod durat uſq; ad mortem. Unde *Intr.* Uſq; ad finem vitæ, Et ſecundum hoc, peccatum ad mortem, eſt peccatum in Spiritum ſanctum quod eſt finalis impœnitentia. *f* Non pro, &c.] Sed contra: De nemine deſperandum eſt dum eſt in via: præterea nonne ei poſſumus impetrare & mereri gratiam, qui eſt in peccato mortali? Sed pro multis talibus orat Eccleſia neſciens utrum finaliter deceſſerint in mortali. Si dicatur quod ſi ſciret Eccleſia quod aliquis moreretur impœnitens, non oraret pro illo. Sed contra: Nullus poteſt hoc ſcire. Si dicis, imo per præſumptionem; ſed in dubiis interpretandum eſt in meliorem partem; ergo adhuc debet Eccleſia interpretari de eo quo habet præſumptionem qui moritur impœnitens, qui moriatur ſine peccato; ergo & orare pro illo? Sol. poteſt intelligi de utroque, Et de illo ſcil. qui adhuc vivens eſt in mortali: & ſecundum hoc ſic exponitur littera [Non pro, &c.] deſpective ſcil. i. quilibet qui ſimiliter in peccato eſt, ſed homo magni meriti, vel qui eſt ſine peccato mortali: quia non impetraret. Vel ſic [non pro, &c.] generali ſcil. oratione, quæ eſt in confeſſione generali quæ purgat tantum venialia, & mortalia non: ſed ſi mortale eſt, debet confiteri ſacerdoti. Unde *Gloſſ.* Si grave peccatum fuerit, induc presbyteros Eccleſiæ, & ad illorum examen caſtigare. Item poteſt intelligi de illo qui in peccato mortali decedit: & tunc exponitur ſic [Non pro, &c.] nec tamen prohibeo, imo ſub dubitatione & opinione relinquo: quaſi diceret, *Jo:* De hoc eſt opinio, utrum damnatis proſint ſuffragia Eccleſiæ. Unde non dico, nec ſupple prohibeo orare pro illis: quaſi diceret. Opinionem non determino. Sed dicunt quidam quod nihil omnino proſunt damnatis orationes Eccleſiæ. Et hoc probant per hoc quod hoſtia frangitur tantum in tres partes, Una pro vivis qui ſunt in mundo, illa ſcil. quæ ſumitur cum ſanguine: alia pro his qui jam ſunt in Paradiſo, non quia indigeant, ſed de eorum liberatione reddit Eccleſia gratias Deo: tertia pro his qui ſunt in Purgatorio. Unde patet, quod damnati non participant in hoc Sacramento, ergo multo fortius nec in aliis. Et iſti exponunt ſic litteram [Non dico] i. prohibeo. Sed nunquid ſecundum iſtos orat Eccleſia pro multis damnatis? Ita ſed tamen non ſcit ipſos eſſe damnatos pro quibus orat, nec præſumit; ſi enim præſumeret probabiliter, non oraret, ſicut pro illis non orat qui ſcil. laqueo ſe ſuſpendunt, ſicut Judas. Et quod objicit. Si adhuc dubitat, ergo interpretari debet in meliorem partem; ergo orare debet pro illis. Sol. Hoc verbum. Dubia interpretanda ſunt in meliorem partem, ſic intelligitur, quod hoc verum eſt quando æquales præſumptiones, vel pauciores ſunt contra meliorem partem quam pro ea, ſed ſi plures & efficaciores ſunt rationes vel præſumptiones contra meliorem partem; tunc non oportet, nec debet fieri interpretatio in meliorem partem. Si ergo præſumptiones plures & efficaciores habeat Eccleſia de aliquo quod deceſſit impœnitens; nec in generali, nec in particulari debet ſecundum iſtos orare pro illo. Verumtamen ſi oraret in generali, etſi ei non prodeſſet, cederet tamen in commodum aliorum qui digni ſunt ut oretur pro ipſis. Item ſunt alii qui dicunt quod valde malis non proſunt, ſed illis qui fecerunt multa bona opera in hac vita, quibus meruerunt ut eis prodeſſent ſuffragia.

a Qui ſcit fratrem ſuum peccare *b* peccatum nõ *c* ad mortem, *d* petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. *e* Eſt peccatum ad mortem: *f* non pro illo dico, ut roget quis.

Et iſti ſic exponunt [Non pro illo; &c.] In ſpeciali ſcilic. poteſt tamẽ pro eis orari in generali. Ad illud autem quod de hoſtia objicitur, reſpondent quod ſpecialiter pro tribus prædictis ſunt tres partes fractionis, tamen generalis intentio eſt in Sacramento qua orat pro illis. Et ſic patet quomodo hoc exponitur utroque modo, ſcilicet ſi peccatum ad mortem vocetur mortale, in quo aliquis eſt adhuc vivens in hac vita; item ſi peccatum ad mortem accipiatur hoc peccatum mortale in quo aliquis decedit ab hac vita, ideſt, pro peccato mortali poſt mortem quod aliquis ſecum portat ad infernum. Vel ſicut diximus, poteſt tertio modo accipi hoc peccatum ad mortem, ſcilicet peccatum in Spiritum ſanctum. Peccatur enim in Patrem & Filium per fragilitatem humanam; in Patrem per impotentiam, in Filium per ignorantiam; ſed in Spiritum ſanctum per certam malitiam. Et de hoc dicit Dominus, *Matth.* 12. Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum verbum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo neque in futuro. Et *Marci* 3. Amen dico vobis quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blaſphemiæ quibus blaſphemaverunt. Qui autem blaſphemavit in Spiritum ſanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti. Hoc exponitur dupliciter, Uno modo ſicut dicit textus negative, & tunc intelligitur in illo peccato, peccatum in Spiritum ſanctum quod dicitur finalis impœnitentia. Illud enim nec in hoc ſæculo remittitur, quia talis moritur finaliter impœnitens: item nec in futuro, quia æternaliter punitur; nec eſt poſt hanc vitam ſtatus in quo poſſint dimitti peccata mortalia. Item alio modo ſic: Non remittetur, vel non habebit remiſſionem, ideſt, via remittetur vel via habebit remiſſionem; & ſic intelligitur de aliis peccatis in Spiritum ſanctum quæ ſunt quinque, præſumptio, deſperatio, pœnitentia de pœnitentia, impugnatio agnitæ veritatis, & deſtructio fraternæ charitatis. Si igitur intelligatur verbum Domini negative, ſicut jacet, ſicut prius expoſitum eſt, ſic non eſt niſi unum peccatum in Spiritum ſanctum, ideſt, finalis impœnitentia, quod ſe extendit ad alia quinque prædicta, & tunc ſic exponitur littera. *e* Eſt peccatum ad mortem] ideſt, in Spiritum ſanctum. *f* Non pro illo dico] imo prohibeo, [ut roget quis.] Et tunc [quis] ſumitur univerſaliter, ut ſit ſenſus, Prohibeo ut aliquis homo oret pro eo qui finaliter impœnitens decedit, quia non valeret ſua oratio. Vel ut reſolvatur in affirmativum præceptum ſic [Dico,] ideſt, præcipio. [Ut non aliquis,] ideſt, nullus [Reget pro illo] qui finaliter impœnitens decedit. Si vero verbum Domini exponitur privative, ut peccatum in Spiritum ſanctum dicatur non remiſſibile, ideſt, via remiſſibile; tunc ſunt quinque peccata in Spiritum ſanctum quæ ſic diſtinguuntur. Peccatur enim in Spiritum ſanctum aut in ſe, aut in ſuis donis. Si in ſe; hoc eſt dupliciter, aut nimis oſtendendo ipſius bonitatem, ſicut dicitur feciſſe *Origenes* qui dicitur dixiſſe quod Deus etiam Diabolum ſalvaret & pro eo ſicut pro homine mortuus eſſet, & ſic eſt præſumptio; aut nimis diminuendo, ſicut fecit Cain qui dixit *Geneſ.* 4. Major eſt iniquitas mea quam ut veniam merear; & Judas qui ſemetipſum deſperans laqueo ſe ſuſpendit. *Matthæi* 27. Et ſic eſt deſperatio. De his duobus dicit *Pſalm.* 79. Incenſa igni & ſuffoſſa ab increpatione vultus tui peribunt. Si vero impugnatur Spiritus ſanctus in donis, hoc eſt tripliciter, aut in ſe dico impugnante, aut in proximo: Si in ſe, ideſt, in eo qui impugnat, ſic eſt Pœnitentia de eo quod pœnituit. Et propter hoc dicit *Præpoſitus* quod omnia peccata redeunt, quod verum eſt quoad ingratitudinem. Et de hoc dicit *Eccleſ.* 34. Qui baptizatur a mortuo & iterum tangit mortuum, quid prodeſt lavatio ejus? Si vero in proximo, hoc eſt dupliciter, aut quoad intellectum, ſic eſt impugnatio agnitæ veritatis, ut ſunt hæretici.

qui

Digitized by Google

a Omnis iniquitas, *b* peccatum eſt: & eſt *c* peccatum ad mortem. Scimus *d* quia *e* omnis qui natus eſt ex Deo, *f* non peccat: *g* ſed generatio Dei *h* conſervat eum, *i* & *k* malignus non tanget eum. *l* Scimus quoniam ex Deo ſumus, *m* & mundus totus in *n* maligno *o* poſitus eſt, Et *p* ſcimus quoniam filius *q* Dei venit: & *r* dedit nobis *ſ* ſenſum ut *t* cognoſcamus *u* Deum verum, *x* & ſimus in *y* vero filio

qui ex ſuperbia nolunt ſuum intellectum ſubjicere fidei: de quibus. *Rom.*1. Quia cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis. Aut quoad effectum, & ſic eſt deſtructio fraternæ charitatis. In hoc peccato ſunt ſchiſmatici & hæretici. Alii credentes ſe obſequium præſtare Deo. *Jo.*16. Quod dividant unitatem Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ, & præcipue illi, qui dicuntur Valdenſes, qui deſtruunt omnes inſtitutiones Eccleſiæ, dicentes quod nec Dominus Papa, nec aliquis ſacerdos ſub ipſo, poteſt vel obligare vel ſolvere niſi corrigiam calceamenti ſui. De his dicitur *Pr.*6 Sex ſunt quæ odit Deus, & ſeptimum deteſtatur anima ejus, i. voluntas ejus, eum ſcilicet qui ſeminat diſcordias inter fratres; i. qui ad hoc nititur, ut deſtruat fraternam charitatem. Sed quæritur, de quo intelligatur hic cum dicitur, peccatum ad mortem, i. in Spiritum ſanctum. Et dicimus ſine oppoſitione quod poteſt intelligi de omnibus, ſed ſpecialius, & verius de duobus ultimis, quæ ſunt impugnatio agnitæ veritatis, & deſtructio ſupernæ charitatis. Et hoc patet per intentionem hujus partis, quia in hoc capitulo agit de effectibus fidei & de certitudine ejus, contra quam ſunt & faciunt hæretici. Pro iſtis ſi ſunt impœnitentes non eſt orandum; & tunc ſic exponitur, [Non pro illo dico ut roget quis,] i. nolo ut oretur pro eis, vel prohibeo: Si vero ſit pœnitens, poteſt pro eo orari, ſed non a quocumque, ſed ab hominibus magni meriti. Dicitur enim irremiſſibile propter ſuam tenacitatem, ut notetur difficultas reſpectu peccati, non Dei. Sed contra: Non in die Paraſceves Eccleſia etiam publice orat pro hæreticis? Sol. ſic: Sed hoc facit tunc Eccleſia, quia quaſi totam ſe effundit in miſericordia, ut ſic noteeur ſuperabundans charitas Chriſti, qui ea die propria viſcera aperire voluit, ut ſic viſcera miſericordiæ nobis aperiret, in quibus viſitavit nos oriens ex alto. Sed ſi objicitur de Domino, & de B. Stephano qui pro inimicis oraverunt; ergo & nos debemus pro hæreticis: illi enim qui Dominum crucifixerunt, & qui Stephanum lapidaverunt, impugnabant veritatem. Sol. Quidam impugnant veritatem ex ignorantia, ſicut illi qui Dominum crucifixerunt, & qui Stephanum lapidaverunt: quod patet per Paulum qui dicit de ſe. 1. *Tim.* 1. Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Quidam vero ſcienter, & pro his non eſt orandum, maxime in publico: hoc tamen intelligendum eſt ſecundum formam datam a Domino. *Matth.*18. Ut ſc. ſemel & ſecundo admonitus noluerit pœnitere, tunc abjiciendus eſt ab Eccleſia & abſcindendus, nec debet Eccleſia pro tali communem orationem facere, poteſt tamen privatam. *Matth.*18. Si peccaverit in te frater tuus, i. te ſciente ſolo, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, ſi autem audierit, lucratus es fratrem tuum, ſi autem non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum, quod ſi non audierit, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus: Et expreſſius dicit hoc Apoſtolus de hæreticis: ad *Tit.*4. Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita ſciens, quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt & delinquit cum ſit proprio judicio condemnatus. Sequitur. *a* Omnis iniquitas.] Continuatio: quaſi, ſic pro invicem eſt orandum, & hoc eſt valde neceſſarium, quia [Omnis iniquitas,] ideſt, quicquid ab æquitate rationis diſcrepat. *b* Peccatum eſt:] tamen non omnia peccata ſunt ejuſmodi modi vel generis, ſed differt peccatum a peccato, quia ſupra omnia peccata eſt majus peccatum in Spiritum ſanctum. Unde dicit. *c* Et eſt peccatum ad mortem,] ſupple eſt ſupra alia: vel peccatum mortale eſt ſupra omnia venialia, Et ſecundum hoc iniquitas accipitur pro venialibus & exponitur ſic: [Omnis iniquitas peccatum eſt,] veniale, ſed ſupra hoc multo majus eſt peccatum mortale: unde dicit, (Et eſt peccatum ad mortem) ſc. majus quam veniale. Vel tertio modo, ut iniquitas accipiatur pro peccato mortali, quod habet homo adhuc vivens in mundo, quo poteſt pœnitere vel revocari per orationem alterius, peccatum vero ad mortem accipitur pro mortali quod ſecum homo detulit poſt mortem: unde ſic exponitur: Omnis iniquitas peccatum eſt] mortale, ſed adhuc in ſtatu, in quo homo poteſt penitere de eo. [Et eſt peccatum ad mortem,] i. mortale, quod ſecum portavit aliquis in Infernum, ſupple ſupra illud eſt quantum ad hoc quod illud poteſt deleri quamdiu eſt homo in hac vita, illud omnino nunquam delebitur, ſed in æternum ardebit: & propter hoc dicit *Eccl.* 9. Melior eſt canis vivus leone mortuo. Viventes enim ſciunt ſe eſſe morituros: mortui autem nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem. Iniquitas ergo accipitur hic ſicut prius accipiebatur peccatum non ad mortem. D

d Scimus, quia omnis, &c.] Hic oſtendit quarto qui ſunt qui peccant peccato ad mortem, & qui non. Unde dicit. (Scimus, quia omnis qui natus eſt ex Deo) in quantum natus ex Deo. *f* Non peccat,] Ut ſic intelligatur per ſe, ſicut hic triangulus habet tres angulos, &c. Vel intelligatur per compoſitionem, i. quamdiu natus eſt ex Deo, i. quamdiu permanet in nativitate quam habet ex Deo. *f* Non peccat,] mortaliter; vel [non peccat,] peccato infidelitatis. Unde ſic exponitur:

e Omnis qui natus eſt ex Deo,] i. qui ſervat nativitatem fidei quam habet ex Deo, vel per eſſentiam ut qui habet fidem informem, vel per formam ut qui habet fidem formatam, [non peccat;] per infidelitatem, quia veritatem fidei non impugnat: *g* Sed generatio Dei,] gratia qua regeneratus eſt. *h* Conſervat eum,] a peccato ad mortem, vel ab infidelitate. *i* Et,] i. ita. *k* Malignus non tanget eum,] i. mundus in malo igne concupiſcentiarum poſitus. *Jap.c.*2. Omne quod eſt in mundu, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Vel Malignus, i. Diabolus [Non tanget eum,] quia non poteſt niſi permiſſus. Unde volens tangere impetrat licentiam a Domino, *Job* 1, Tange cuncta quæ poſſidet niſi in faciem benedixerit tibi. Vel [Malignus] dicitur hic amator mundi qui in quantum talis a Diabolo eſt, qui eſt princeps hujus mundi: *Joan.*14. [Non tanget eum,] quia nulla eſt eorum commiſtio, ſicut lux & tenebræ non poſſunt eſſe ſimul. Unde *Gloſſ.* Quomodo dies & nox miſceri non poſſunt, ſic juſtitia & iniquitas, Malignus & generatio Dei. Unde 2. *Cor.*6. Quæ participatio enim juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras: quæ autem conventio Chriſti ad Belial, aut quæ pars fidelis cum infideli? *l* Scimus quoniam ex Deo ſumus,] renati in Baptiſmo. Et eſt hic minor propoſitio ſui argumenti quod eſt tale: Omnis qui natus eſt ex Deo, non peccat: nos ſumus nati ex Deo: ergo non peccamus. Syllogiſmus eſt in tertio primæ. Sic patet qui ſunt, qui non peccant. Et ſicut nos non peccamus, ſic e converſo mundus peccat: Unde dicit. *m* Et mundus totus] *Gloſſ.* Non ſolum amatores mundi, ſed etiam nuper nati qui non habent diſcretionem boni & mali, propter primam prævaricationem pertineat ad regnum Diaboli, niſi gratia Dei eruantur a tenebris. Et ſic per hoc intelligitur quod argumentatur a minori: quod ſi parvuli ſunt in Maligno, ideſt, in poteſtate Diaboli, ergo multo magis amatores jam in ejus amore inveterati. *n* In Maligno,] ideſt, in poteſtate Maligni. *o* Poſitus eſt,] unde & mentes eorum excæcavit. Unde 2. *Cor.*4. Deus hujus ſæculi excæcavit mentes infidelium. Propter hoc dicebat *Pſal.*25. Odivi Eccleſiam malignantium, & cum impiis non ſedebo. Et alibi *Pſal.*9. Contere brachium peccatoris & maligni. *p* Et ſcimus quoniam &c.] Hic quinto oſtendit per quid poſſumus cavere ne peccemus peccato ad mortem, aut potius per quid poſſumus ſcire ſi peccamus peccato ad mortem, quia per filium Dei qui dedit nobis ſenſum cognoſcendi ipſum, & fugiendi peccatum. *Pſal.*59. Dedit eis ſignificationem ut fugiant a facie arcus. Unde dicit [Et ſcimus,] per quem poſſumus cavere a mundi malignitate.

q Quoniam filius Dei venit,] per Virginem in mundum & docuit nos fugere mundum malignum. Quod ante incarnationem filii petebat. *Pſal.*34. In perſona antiquorum, qui quaſi erant in poteſtate Maligni, dicens, Domine quando reſpicies nos, ſcilicet carnem aſſumendo. reſtitue animam meam a malignitate eorum, &c. Et alibi. *Pſal.*143. De gladio maligno erue me. Venit dico. *r* Et dedit nobis] credentibus.

ſ Senſum] & cognitionis & experientiæ. *Sap.*9. Senſum tuum quis novit niſi tu dederis ſapientiam?

t Ut cognoſcamus,] fide illuminati. *u* Deum verum] patrem. *x* Et ſimus] per amorem. *y* In vero filio ejus] Jeſu Chriſto, quia aliter nullum fructum faciemus. *Jo.* 15. Sicut palmes non poteſt facere fructum a ſemetipſo niſi manſerit in vite; ſic nec vos niſi in me manſeritis.

Et be-

De pro. 4. 3. c. ille ros pontus. De pro. 4. 2. c. ponim in prin. & § præceden. fi.

ejus. *a* Hic eſt *b* verus Deus, & vita æterna. *c* Filioli *d* cuſtodite vos a ſimulacris.

Explicit Epiſtola Beati Joannis Apoſtoli prima.

Incipit argumentum in Epiſtolam ejuſdem ſecundam.

Usque adeo ad ſanctam feminam ſcribit, ut eamdem dominam non dubitet litteris appellare: ejuſdemque filiis teſtimonium quod ambulent in veritate, perhibeat.

Explicit Argumentum.

Et bene, dicit *Interl.* [Nobis,] credentibus: qui enim ſuavitatem fidei non habent, neque cognitionem Dei habent. *Eccl.* 21. Non eſt ſenſus, ubi eſt amaritudo, ſc. infidelitas. *a* Hic] ſc. filius Dei vivi Jeſus Chriſtus. *b* Verus Deus eſt, & vera vita,] & in ſe & nobis conferendo. Ipſe enim eſt qui dat vitam mundo. *Joan.* 6. Et in *eod.* Omnis qui videt filium, & credit in eum, habet vitam æternam. *c* Filioli] Hic ultimo monet eos, ut caveant ab hæreticis, & eſt quaſi concluſio eorum, quæ prædicta ſunt. Dicit ergo [Filioli,] obedientes; & dilecti mihi, quia verum Deum cognoſcitis, & vitam æternam expectatis. *d* Cuſtodite vos a ſimulacris,] i. a falſis hæreticorum doctrinis, ne eorum errores ſequamini. Simulacra enim Gentium argentum & aurum. Hoc eſt quod dixit Jacob aſcenſurus in Bethel. *Gen* 35. Con-
Pſal. 113. vocata omni domo ſua, Abjicite Deos alienos: quia, etſi ſunt qui dicantur Dii, ſive in cœlo, ſive in terra [ſiquidem Dii ſunt multi, Domini multi] nobis tamen unus Deus Pater ex quo omnia, & nos in illo, & unus Dominus Jeſus, per quem omnia & nos per illum *Cor.* 8. Sed cum iſtos in multis commendaverit ut perfectos, quare modo monet cuſtodire ſe ab hæreticis? Sol. Ad cautelam majorem: abundans enim cautela non nocet. Sed ſicut dicit *Gloſſ.* timeri poterat ne aliquis nuper converſus reliquias ſuperſtitionis retinuiſſet, cum etiam hæ ſint demoliendæ. *Iſa.* 14. Perdam Babylonis nomen, reliquias & progeniem & germen.

Explicit Poſtilla D. Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Canonicam Joannis primam.

INCIPIT POSTILLA EJUSDEM ſuper Epiſtolam Canonicam Joannis ſecundam.

EXPOSITIO CAP. I.

Senior Electæ Dominæ, &c.] Dubitaverunt quidam de hac epiſtola, & de ſequenti utrum eſſent Joannis Apoſtoli, ponentes eas fuiſſe alterius Joannis presbyteri. Sed quod ſint Apoſtoli, patet per hoc quod in verbis & modo tradendi ſunt ſimiles, & in aſſertione fidei contra hæreticos.

Scribit itaque in hac epiſtola cuidam Babyloniæ quæ proprio nomine vocabatur Electa, monens ipſam & filios ejus ne propter hæreticos moveantur a veritate fidei. Patet ergo jam intentio operis, quæ eſt monere iſtos, ut in fide ſint ſtabiles & firmi, & in charitate radicati, in qua ab eo ſunt fundati.

Materia duplex: ſpecialis, Electa ſcilicet & filii ejus: generalis vero eſt Eccleſia tota, quæ in hac epiſtola monetur, ut caveat ab hæreticis. Finis vero eſt vita æterna quæ promittitur fidem obſervantibus, & hæreticorum pravitatem fugientibus, *Marc. ult.* Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur. Dividitur autem hæc Epiſtola in quinque partes. Primo ſalutationem præmittit. Secundo oſtendit ſe gaudere de profectu eorum ad quos ſcribit, & ſic eos hortatur ad meliora, ibi [Gaviſus ſum valde, &c.] Tertio monet eos ut ſint fortes contra hæreticos, & cauti, ibi [Et nunc rogo te, &c.] Quarto monet eos ut non ſolum reſiſtant hæreticis, vel non conſentiant, imo ut in nullo communicent eis, ibi [Si quis venit ad vos, &c.] Quinto dicit quod plura eis ſcripſiſſet niſi cito ſe ad eos venire ſperaret, ibi [Ecce prædixit,] Dicit ergo: [Senior,] ego ſc. Joannes.

Et hoc dicit, quia ad litteram & ætate & moribus & ſapientia & fide antiquior erat illis.

Sed quare nec Apoſtolum ſe vocat, nec proprio nomine ſe nominat?

Solutio. Quia quantumcumque homo magnus ſit & dignus, non debet confidere, ut familiarem ſe exhibeat feminæ.

Ego inquam ſenior, cui credendum eſt ſcribo.

f Electæ,] proprium nomen eſt matronæ, per quam Eccleſia intelligitur, quæ eſt electa ut Sol. *Cant.* 6. *g* Dominæ, & natis ejus] tam natura quam fide, dicit *Interl.* Et in ordine horum verborum *Gl.* notat quod eſt duplex materia Eccleſiæ: ſpecialis, quia ſcribit huic matronæ & filiis, quod ſignificatur per hoc quod dicit. Tam natura quam fide.

Incipit Epiſtola Beati Joannis Apoſtoli ſecunda.

Senior *e* Electæ *f* dominæ: *g* & natis ejus, quos *h* ego diligo in veritate, *i* & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognoverunt veritatem, *k* propter veritatem quæ permanet in nobis, & *l* nobiſcum erit in æternum. Sit *m* vobiſcum gratia, *n* miſericordia, *o* pax *p* a Deo patre, & a Chriſto Jeſu filio Patris in veritate *q* & charitate. *r* Gaviſus ſum valde, quoniam inveni

Item generalis, & notatur per hoc quod dicit, Fide. Primo ergo ſcribit illi & filiis ejus naturalibus. Secundario toti A Eccleſiæ, & filiis ejus ſpiritualibus. In hoc igitur quod dictum eſt [Senior Electæ dominæ & natis ejus.] Oſtendit quis & quibus ſcribat. Secundo oſtendit affectum ſuum ad eos, ibi. *h* Quos ego diligo in veritate,] ideſt, in Domino, qui eſt veritas. Vel [In veritate,] i. B ad veritatem conſequendam, ideſt, vitam æternam, ubi eſt plena veritas, & nulla omnino falſitas. Et quid mirum? Alioquin faceret contra illud quod *ſupr.* 3. præceperat, Filioli diligamus non verbo neque lingua, ſed opere & veritate. Tertio oſtendit affectum univerſalis Eccleſiæ ad eos, dicens.

i Et non ego ſolus, ſed & omnes, &c.] i. Chriſtum. Unde & diligunt ipſum & ſe invicem. Et per hoc quod ſimul ſalutavit eos, intelligitur uniformitas & unitas fidelium, qui in uno omnes concordant *Eccl.* 13. Omne animal diligit ſimile ſibi; ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſui conjungetur, & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur. Et *Eccl.* 27. Volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt; & veritas ad illos qui operantur illam, revertetur. Quarto oſtendit propter quid habet hujuſmodi affectum, quia.

k Propter veritatem, quæ permanet in nobis,] qui ſcribimus vobis, ideſt, perfecte & perſeveranter manet inviolabilis, incapugnabilis. Et hoc quia ſimul ſumus unanimes. Unde *Greg.* Omnis pugna unanimiter aggreſſa victoriam parit.

l Et nobiſcum erit in æternum,] noſtrum ſcilicet uſque ad finem vitæ: vel [In æternum] Dei nos ducens. [In nobis,] eſt veritas ornando & juſtificando; ſed [nobiſcum] cooperando, ſed quæritur hic: quare non ſolus ſcribit, ſed totam Eccleſiam ſibi aſſociat in ſcribendo?

Solut. Hoc facit ut viſa uniformitate fidelium deterreat a ſocietate hæreticorum, ut dicit *Gloſſ.* qui unanimiter contra Eccleſiam pugnantes a ſe invicem diſſentiunt & diſcordant: ſunt enim vulpes Samſonis habentes facies averſas, & caudas adinvicem colligatas. *Jud.* 15. Perrexit & cepit trecentas vulpes, caudaſque earum junxit ad caudas, & faces ligavit in medio, quas igne ſuccendens dimiſit, ut huc illucque diſcurrerent. Quinto determinat quid ſcribat dicens.

m Sit vobiſcum gratia:] remiſſio peccatorum perſeveret & permaneat.

n Miſericordia] ſi poſt baptiſmum in aliquo lapſi eſtis. *o* Pax,] ne amplius Deum vel fratres offendatis. Vel [Gratia,] ut quid ſit agendum, plenius cognoſcatis. [Miſericordia] ut proficiatis, [Pax.] ut hæreticis fortiter reſiſtatis.

Vel [Gratia] ideſt, gratiarum actio quoad Deum; & [miſericordia,] ideſt, exhibitio operum miſericordiæ quoad proximum: & [pax,] a malis deſideriis quoad nos. Et hoc.

p A Deo patre & a Chriſto Jeſu filio patris in veritate,] quia coæternus & conſubſtantialis eſt ei. *q* Et charitate,] i. quem veriſſime & firmiſſime diligit tanquam unigenitum. *Joan.* 1. Quaſi unigeniti a patre. Sed cum pater & filius ſint unum. *Jo.* 10. Ego & pater unum ſumus: quomodo cadit ibi copula? Solut. verum eſt quod ſunt unum in eſſentia & operatione: Indiviſa enim ſunt opera Trinitatis: & ſic non poteſt inter eos cadere copulatio: ſed non ratione auctoritatis vel principii. A patre enim eſt principium & auctoritas, & ſic quantum ad hoc eſt ibi copulatio, & diverſitas. *r* Gaviſus ſum, &c.] Secunda pars epiſtolæ, in qua oſtendit ſe gaudere de profectu eorum, & per hoc latenter eos invitat ad melius, quia laudata virtus creſcit, dicit ergo [Gaviſus ſum valde,

quoniam

quoniam inveni,] ſolicite vobis inquirens qualiter proficiatis. *a* De filiis tuis] partitive. *b* Ambulantes in veritate,] in luce fidei, & bonæ operationis de die in diem proficientes. *Eph.5.* Ut filii lucis ambulate: & hoc faciunt ita perfecte, & plene. *c* Sicut mandatum accepimus a Patre,] per filium. Gaudet ergo de profectu diſcipulorum, quia quodammodo ſuus erat, & ſuum reputabat. Charitas enim omnia facit communia. Unde *Greg.* Penſent invidi quantum bonum ſit charitas quæ omnium bona noſtra facit. Unde 1. *Theſſ.*2. Quæ eſt enim ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ: Nonne vos ante Dominum noſtrum Jeſum eſtis in adventu ejus? Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium. 2.*Cor.*7. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis. Item quia charitas ignis eſt, qui ſeipſum multiplicat.

de *a* filiis tuis *b* ambulantes in veritate, *c* ſicut mandatum accepimus a Patre. *d* Et nunc rogo te domina, *e* non tanquam mandatum novum ſcribens tibi, ſed *f* quod habuimus *g* ab initio, *h* ut diligamus alterutrum. *i* Et hæc eſt charitas, *k* ut ambulemus ſecundum mandata ejus. *l* Hoc eſt enim mandatum, ut quemadmodum audiſtis ab initio, *m* in eo ambuletis; quoniam *n* multi ſeductores *o* exierunt in mundum *p* qui non confitentur *q* Jeſum Chriſtum *r* veniſſe in carne, *ſ* Hic *t* eſt ſeductor, & Antichriſtus. *u* Videte voſmetipſos, *x* ne perdatis quæ operati eſtis, *y* ſed ut mer-

Propter hoc non eſt mirum, ſi de eorum profectu gaudet Apoſtolus qui plenus eſt charitate. *d* Et nunc rogo, &c.] Tertia pars, in qua hortatur contra hæreticos, ubi tria determinat quæ adhuc ſunt neceſſaria. Primum eſt, ut in veritate fundentur: hæc autem veritas eſt obſervatio mandati Domini. Secundum eſt ut inſiſtant firmitati, ibi. [Quoniam multi ſeductores, &c.] Tertium eſt modus reſiſtendi, de quo dicit, ibi: Omnes qui præcedunt.] Dicit ergo. (Et nunc,) quia ita certificatus ſum de veſtro profectu, ſecure poſſum rogare ut perſiſtatis in veritate recepta. Unde. (Rogo te domina,) & debes de facili retinere quod rogo quia non mitto mandatum ſicut hæretici, qui nova inducentes, fraternæ charitatis fœdera dirumpunt. Unde dicit. *e* Non tanquam mandatum novum, &c.] *Hier. 6.* State ſuper vias veſtras, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis. Et *Eccl.9.* Novus enim non erit ſimilis illi. *f* Sed quod habuimus,] a Deo. *g* Ab initio.] fidei noſtræ. Et quid eſt illud? Hoc, ſc. *h* Ut diligamus alterutrum.] Et quia antiquum eſt mandatum, debent illibata ſibi data ſervare. 1.*Jo.*2. Non mandatum novum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus quod habuiſtis ab initio. Oſtendit autem quoniam pater, ſi diligimus, & in veritate permanemus, quod mandata Dei ſervamus. Unde dicit. *i* Et hæc eſt charitas,] I. In hoc cognoſcitur charitas.

Ut ambulemus ſecundum mandata ejus,] quæ, ſc. ſunt data de charitate. Diai. Ut diligatis alterutrum. *l* Hoc eſt enim mandatum ut quemadmodum ab initio, &c.] prædicationis eſſe ambulandum, ita *m* In eo ambuletis.] Vel continuatur ſic ei quod eſt dictum *ſupr.* [Non tanquam,] quaſi, Ego hoc ſcribo vobis non tanquam mandatum novum, [Hoc eſt mandatum, &c.] Vel continuatur ei quod dictum eſt *immediate*; quaſi: Ambulemus ſecundum mandata. [Hoc eſt enim mandatum,] non novum, nec modo primum vel primo datum, ſed datum. Ut i. ad hoc, ut finaliter (ambuletis) in eo (quemadmodum audiſtis ab initio.) Et ſic ly (ut) eſt finale: *n* Quoniam multi.] Hic oſtendit quod debent inſiſtere firmitati propter tria: primo propter multitudinem malorum impugnantium: ſecundo propter incommodi vitationem, & fugam, ne ſc. amittant bonum quod jam fecerunt, ibi. [Videte voſmetipſos, &c.] tertio propter conſecutionem commodi, ut ſc. plenam mercedem recipiant, ibi. Sed ut mercedem, &c.] Dicit ergo. [Quoniam multi,] quaſi, debetis perſeverare, & firmi eſſe in veritate, & neceſſe eſt. [Quoniam multi ſeductores,] i. ſeorſum a via fidei, & morum ductores. *o* Exierunt in mundum,] diligentes ipſum, & doctrinam ejus. 1.*Jo.*4. Multi Pſeudo-prophetæ exierunt in mundum. Sed unde? A noſtro conſortio, hoc dicit *Gloſſ.* Unde 1.*Joan.* 2. Ex nobis exierunt, ſed non exierunt, ſed non erant ex nobis. Seductores dico: *p* Qui non confitentur,] nec vita, nec doctrina. *q* Jeſum Chriſtum,] magiſtrum & normam ſanctitatis. *r* Veniſſe in carnem:] ſicut Manichæi qui Chriſtum negant veram carnem habuiſſe. Vel poteſt hoc de Judæis exponi, qui Chriſtum qui jam venit, non recipiunt, ſed expectant, & recipient Antichriſtum. Unde *Jo.*5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me, alius veniet in nomine ſuo, & illum recipietis. Ab his ergo eſt timendum, quia *ſ* Hic,] quicunque ſit ille, *t* Eſt ſeductor, & Antichriſtus,] & qui ei conſentiunt. *Jo.* 4. Hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit, & jam in mundo eſt Antichriſtus per anteceſſionem. Unde *Job* 21. Poſt ſe omnem hominem trahet, Antichriſtus ſcilicet, ideſt, illos qui erunt omnis homo, i. totaliter humo ab humu, & ante ſe innumerabiles. Et dicit innumerabiles, quia alii negant Chriſtum eſſe Deum, alii habere veram carnem, alii animam, ſed pro anima divinitatem, alii negant ipſum habere verum patrem Deum. Propter hoc in perſona Domini conquerentis de iſtis dicit *Hier.*15. Væ mihi mater mea, quare genuiſti me virum rixæ, virum diſcordiæ in univerſa terra? Non fœneravi, nec fœneravit mihi quiſquam. Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus. *u* Videte.] Secunda ratio quare inſiſtendum firmitati ſc. propter fugam incommodi. Unde dicit, (Videte,) ſolicite & diligenter inſpicite, (voſmetipſos.) Et quare? *x* Ne perdatis quæ operati eſtis; quia *Eccl.9.* Qui in uno offendit, multa bona perdet. Et *Jac.*2. Quicumque totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. *y* Sed ut.] Tertia ratio quare inſiſtendum eſt firmitati, eſt adeptio commodi. Unde (Sed ut) dico, ne perdatis, (Sed ut mercedem plenam accipiatis,) gaudii, & lætitiæ ſempiternæ. *Iſa.*51. Gaudium, & lætitiam obtinebunt; fugiet dolor, & gemitus. Vel (Plenam,) quia remunerabit ſupra merita quæ ſunt quaſi ſemiplena. Neque enim ſufficiunt ad tantam gloriam, ſed tunc replebuntur vaſa vacua a vero. *Eliſeo* 4 *Reg.*4. Quando pro operibus ſemiplenis, & vacuis dabitur merces plena, & integra. *Luc.* 6. Menſuram bonam & confertam, & coagitatam, & ſuperfluentem dabunt in ſinum veſtrum. Quatuor dicit quæ erunt in gloria. Primum eſt multitudo deliciarum; unde dicit Bonam: de hoc *Iſa.*32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Secundum eſt veritas, & ſoliditas gaudiorum; unde dicit Confertam, quaſi dicat ſolidam. *Eccleſ.*50. Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo. 1. *Petr.* 5. Ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque. Et hoc eſt majus quam prius, quia aliquid poteſt eſſe ſuperficialiter delectabile, & non interius. Tertium eſt plenitudo omnium bonorum; unde dicit Coagitatam, quia menſura ſolet coagitari, & concuti, ut magis impleatur. *Pſ.* 15. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. *Pſal.* 103. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Hæc impletio erit in tribus quoad animam, quia vis rationabilis implebitur lucidiſſima, & limpidiſſima cognitione, in quantum capacitas ſua ſe extendet: item vis concupiſcibilis jucundiſſima, & vera dilectione: item pleniſſime ſublimitatis gloria, & honore. Item quoad corpus in quatuor, quia vacuitas mortalitatis implebitur immortalitate. Mortalitas corpus facit vacuum in quatuor, quia evacuat impaſſibilitatem, claritatem, agilitatem, ſubtilitatem, quæ omnia tunc implebuntur bonitate; quia vacuitas paſſibilitatis implebitur paſſibilitate; vacuitas obſcuritatis, & tenebroſitatis implebitur claritate; vacuitas ponderoſitatis, & gravitatis implebitur agilitate; vacuitas obtuſitatis, & hebetudinis ſubtilitate. 1.*Cor.* 15. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione; ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria; ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute; ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale.

Quatuor in gloria.

Quartum eſt remuneratio ſuperexcreſcentium meritorum; unde dicit Superfluentem. Unde 3. *Regum decimo.* dicit *Regina Saba* Salomoni: Non credidi narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probavi quod media pars mihi nunciata non fuerit: major eſt ſapientia tua, & opera tua quam rumor quem audivi. Unde & pro unaquaque mna acquiſita a ſervis, unius civitatis datur poteſtas a Domino; nec ſolum propter mnas acquiſitas reportatas Domino dedit poteſtatem ſuper totidem civitates, imo etiam pro mna quam eis dederat. *Lucæ decimonono.* Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquiſivit. Et ait ille: Euge ſerve bone, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem civitates. Et alter venit dicens: Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait. Et tu eſto ſuper quinque civitates.

Vel dicit (Plenam,) quia excedit cognitionem noſtram intelligentiam. 1. *Corinth.* 2. Oculus non vidit, nec au-

Digitized by Google

nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Et ſumptum aſt de Iſa.6 Et Jo 3. Major eſt Deus corde noſtro, ideſt quam cor noſtrum poſſit intelligere. Et ipſe erit merces noſtra. Gen. 15. Ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Et hoc eſt quod dicit Gloſſ. hic, Deum plenum cum jucunditate capiatis.

al † recedit.

cedem plenam accipiatis. a Omnis qui † b præcedit, & non c permanet in doctrina Chriſti, d Deum non habet. a Qui permanet in doctrina, f hic patrem, & filium habet. g Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, h nec Ave ei dixeritis: i qui enim dicit illi Ave, communicat operibus illius malignis. k Ecce prædixi vobis, ut in die Domini non confundamini. l Plura habens vobis ſcribere, m nolui per chartam, & atramentum; a Spero enim me futurum apud vos, o & os ad os loqui, p ut gaudium veſtrum plenum ſit. q Salutant te filii ſororis tuæ Electæ. r Gratia tecum.

Explicit Epiſtola Beati Joannis Apoſtoli ſecunda.

Incipit argumentum in Epiſtolam ejuſdem tertiam.

GAjum pietatis cauſa extollit, atq; ut in ipſa pietate maneat, exhortatur: Diotrepem impietatis, & ſuperbiæ cauſa objurgat: Demetrio autem bonum teſtimonium perhibet cum fratribus univerſis.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola Beati Joannis Apoſtoli tertia.

SEnior a Gajo chariſſimo quem ego diligo in veri-

a Omnis qui præcedit, &c.] Hic oſtendit quomodo reſiſtendum eſt hæreticis, manendo ſc. in doctrina Chriſti. Unde dicit. [Omni qui præcedit] ſua opinione, (24. qu.3, c. omnis.) & præſumptione, non credens alieno ſenſui, ſed ſibi ſuæque ſapientię innitens: contra illud. Prov. 3. Ne innitaris prudentiæ tuæ. b Et] qui ſc. c Non permanet in doctrina Chriſti] aliter ſapiendo, & agendo. d Deum non habet] per gratiam inhabitantem. e Qui permanet in doctrina] veritatis. f Hic & patrem, & filium habet.] Sed quare hic interponitur copulatio, cum habere illos non (Joan. 16. 1. Joan. 2.) ſit habere duos, quia Joan.14. Qui videt me, videt & patrem, dicit filius. Solut. Alia eſt notio patris, alia filii: propter hoc aliud eſt cognoſcere patrem, aliud eſt cognoſcere filium; & non cognoſcere eſt habere. Unde referendo ad notiones, alio motu movemur in filium, & alio in patrem. g Si quis.] Hæc eſt quarta pars, in qua monet eos ut non ſolum reſiſtant hæreticis, vel non conſentiant, imo nec communicent eis. Unde dicit, [Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum.] Unde Gal.1. Licet nos aut Angelus de cœlo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema ſit. 2.Theſſ.3. Denunciamus vobis fratres in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem quam acceperunt a nobis. h Nec Ave ei dixeritis,] quia ſignum videtur conſenſus erroris, ut dicit Gl. Tit. ult. Hæreticum hominem poſt unam, & ſecundam correptionem devita, ſciens, quia ſubverſus eſt qui ejuſmodi eſt. Hoc eſt intelligendum de præciſis; imo videtur quod debet intelligi de omnibus peccatoribus: quia 1 Cor. 5. Si quis nominatur frater inter vos, & eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, aut maledicus, aut guloſus, aut rapax, cum hujuſmodi, nec cibum ſumere. Sol. A præciſis abſtinere debemus propter prohibitiones Eccleſiæ; notoriis vero non debemus communicare propter ſcandalum infirmorum, vel ne detur eis per hoc audacia peccandi, vel ne nos corrumpamur a conſortio eorum, quia corrumpunt bonos mores colloquia prava. 1.Cor.15. Unde Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. i Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus illius malignis:] quia ut dicit Gloſſ. Vox iſta inſtituta fuit ad ſignificandum quod eorum opera, quibus dicimus Ave, placeant nobis; & ſic qui dicit Ave, applaudit operibus ejus, cui dicit: & ſic quodammodo communicat, Unde & B. Virginem frequenter ſalutare debemus ut ſic ejus operibus applaudamus, & tandem cum ipſa gloriam communicemus. Rom.16. Salutate Mariam. Notandum autem quod tres non ſalutantur. Excommunicatus, Homo alterius legis, Hoſtis. Excommunicatus eſt diabolus. Primo, quia eſt falſarius, Bullam enim Domini Papæ falſavit. Ezech.28. Tu ſignaculum ſimilitudinis: plenus ſapientia, & perfectus decore in deliciis Paradiſi fuiſti. Item quia incendiarius ſacri loci, ſc. templi Dei. 1.Cor.3. Templum Dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Item quia manus violentas injecit in Clericum, etiam in ipſum Papam, a quo non vult petere abſolutionem. 1.Reg.2. Si peccaverit vir in virum placari ei poteſt Deus; ſi autem peccavit in Deum, quis pro eo orabit? Iſte ſalutat nos ſicut Joab Amaſam. 2.Reg.20. ſuggerendo: ſic hunc ſalutant homines, ei conſentiendo; Unde dicit: [Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus illius malignis.] Item Homo alterius legis non ſalutatur, hic eſt caro. Rom.7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legis mentis meę. Item Gentiles, qui faciunt in mente imagines maſculinas. Ezech.16. Hi ſunt motus carnales, qui ſunt occidendi gladio continentię. Item Judæi, qui ſunt motus gulæ, & hi ſunt ſubiiciendi. Item hæreticus non eſt ſalutandus, per quem ſignificatur tentatio ſub ſpecie boni, & tales motus ſunt comburendi, ſc. Spiritus ſanctus orari debet, ut det diſcretionem de iſtis. Item tertius qui non ſalutatur eſt Hoſtis, hic eſt mundus, qui ſalutat in horto cum Juda: iſtum reſalutant qui divitias amant, & hi difficile intrabunt in regnum cœlorum.

k Ecce prædixi vobis] Quinta pars capituli, in qua dicit quod plura ſcripſiſſet eis, niſi cito ſe ad eos venturum ſperaret. Primo tamen cauſam quare ſcripſerit eis, aperit, dicens. [Ecce prædixi vobis ut in die Domini non confundamini,] ideſt, in die judicii, quæ dicitur dies Domini, quia in ea Dominus ſecundum merita judicabit, dabitque ſententiam, a qua appellare non licebit. Modo vero eſt dies hominis, in quo poteſt laborare homo, & mereri. Propter hoc dicit Dominus Jo.9. Me oportet operari opera ejus qui miſit me donec dies eſt. Et Apoſtol. Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum.

l Plura habens vobis ſcribere,] de communione charitatis, vel de aliis documentis.

m Nolui per chartam, & atramentum,] ſcribere ſcil. Et quare? n Spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui.] Plus enim viva vox, & præſentia magiſtri movebit vos quam ſcriptura. Unde Hieronymus in Prologo Bibliæ cap.2. Habet neſcio quid latentis energiæ viva vox, & in aures diſcipuli de auctoris ore tranſfuſa fortius ſonat.

o Os ad os loqui] veſtrum ſcilic. quos inſtruere cupio. Vel [Ad os] illorum quod obſtruere, ut ſic laudentur omnes qui jurant in eo, obſtructo ore loquentium iniqua. Et quare hoc? p Ut gaudium veſtrum plenum ſit,] & erit quando plenam mercedem accipietis, ſicut dictum eſt, ſupr. eod. Et hoc erit in futuro, quoniam in præſenti non eſt plenum. Unde Prov. 14. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat. Joan. 16. Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum plenum ſit: Vel in præſenti, quod eſt quando fide confirmata mali confunduntur. 1. Petr. In modeſtia & timore conſcientiam habentes bonam, ut in eo quod detrectant de vobis, confundantur.

q Salutant te filii ſororis tuæ,] vel ad litteram, vel alterius Metropolis Eccleſiæ, ut dicit Gloſſ. Et ſicut adverſariis veritatis Ave prohibet dicere, ita e contra electos ex perſona electorum ſalutat.

r Gratia tecum. Amen.] q. d. Ego ſic te ſaluto poſt alios. Similes 1. Tim. in fin. Gratia tecum. Amen. Pſal. 113.

Explicit Poſtilla D. Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Canonicam Joannis ſecundam.

INCIPIT POSTILLA EJUSDEM ſuper Epiſtolam Canonicam Joannis tertiam.

EXPOSITIO CAP. I.

SEnior Gajo, &c.] Iſte Gajus fuit Corinthius, de quo Rom. 16. Salutat vos Gajus hoſpes meus. Iſte fide ſuſcepta profecit in operibus bonis, ita ut etiam prædicatores reciperet in periculo corporis ſui.

Hunc monet Joannes ne deſiſtat ab operibus hoſpitalitatis quæ incepit, propter garritum, & contradictionem Diotrepis Hæreſiarchæ; ſed potius Demetrium, cui laus eſt a fratribus, imitetur. Dividi autem poteſt hæc Epiſtola in octo partes.

Primo enim determinat cui mittit Epiſtolam, ſignificans quod

Digitized by Google

quod ex affectu ſcribit. Secundo oſtendit ſe orare pro eo, ut bene faciat in omnibus, ibi [Chariſſime in omnibus, &c.] Tertio oſtendit ſe gaudere de bono teſtimonio quod perhibent illi fratres, ibi [Gaviſus valde ſum.] Quarto monet eum ut ſemper bonis operibus hoſpitalitatis ſc. & miſericordiæ inſiſtat, ibi [Chariſſime, fideliter facis.] Quinto dicit, quod hæc forſitan omni Eccleſiæ ſcripſiſſet, ſed ille qui ei eſt contrarius, oblatrans non ea reciperet, ibi [Scripſiſſem forſitan, &c.] Sexto promittit quod ſi venerit ad eos, manifeſtabit opera illius Hereſiarchæ, ibi [Propter hoc ſi venero, &c.] Septimo monet ne iſte imitetur eum, ſed potius Demetrium qui bonus eſt, ibi. [Chariſſime noli imitari.] Ultimo dicit, quod plura ſcripſiſſet niſi ſe cito venturum ſperaret, ibi. [Multa habui, &c.] Dicit ergo. *a* Senior] ego ſc. Joannes ſcribo. *b* Gajo chariſſimo quem ego diligo,] non naturali affectu, ſed.

al. † de,

C

tate. *c* Chariſſime † *d* in omnibus orationem *e* facio proſpere *f* te ingredi *g* & valere, ſicut proſpere agit anima tua. *h* Gaviſus ſum valde venientibus fratribus *i* & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, *k* ſicut tu in veritate ambulas. *l* Majorem horum non *m* habeo gratiam, quam ut *n* audiam filios meos in veritate ambulare. *o* Chariſſime, fideliter facis quicquid *p* operaris in fratres, *q* & hoc in peregrinos *r* qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ in *ſ* conſpectu Eccleſiæ: *t* quos *u* benefaciens deducis *x* digne Deo. *y* Pro nomine enim ejus profecti ſunt, nihil *z* accipientes a Gentilibus.

c In veritate] charitatis veræ, non propter lucrum aliquod temporale. Charitas enim non volat ad muſcas. *Eccl.* 6. Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanebit in tempore tribulationis. Sed quæritur hic quare non dicit, Joannes vel Apoſtolus? Sol. Quia ipſe non arguit ſed admonet, & propter hoc apponit nomen modeſtiæ, & pietatis. Hac de cauſa etiam ſic incepit præcedens Epiſtola ſicut iſta. Sed cum hic dicit [Chariſſime] quæſtio eſt, quare in præcedenti Epiſtola non dicit, Chariſſimæ dominæ, &c. Solut. Quia etſi diligere mulierem non ſit malum, tamen comparatio dilectionis, aut eſt mala, aut occaſio mali: ita autem non eſt de homine. Sed adhuc quæritur, quare non determinat quid ſcribat? Sol. eſt. Quia hoc facit ut det intelligere quod ex operibus pietatis aut miſericordiæ conſequetur iſte cui ſcribit, omne bonum ſi in eis perſeveraverit. 1. *Tim.* 4. Pietas ad omnia utilis eſt, &c. & propter hoc non dicit, nec pax tibi, nec ſalutem, nec hujuſmodi, *d* Chariſſime &c.] Secunda pars in qua monet eum ut ſicut bene incepit, bene perficiat. Sed quia eum hortatur de operibus miſericordiæ, propter hoc primo exhibet ei opus miſericordiæ quod eſt oratio: dicens: [Chariſſime in omnibus] horis debitis. *e* Orationem facio.] Hanc expoſitionem videtur *Interl.* velle quæ dicit, Hoc a Domino crebris precibus exopto, ut quod bene agis, bene perficias. *Rom.* 1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. Et hoc oro. *f* Proſpere te ingredi,] in melius ſemper. Sed nonne jam ingreſſus erat in melius, cum poſt gratiam in Baptiſmo ſuſceptam ipſe operibus miſericordiæ inſiſtebat? Conſtat quod ſic: ergo quid orat? Sic intelligendum eſt, proſpere te ingredi, ut ſemper in ingreſſu, & inceptione te eſſe credas. *Pſal.* 76. Dixi, nunc cœpi. *Eccl.* 18. Cum conſummaverit homo, tunc incipiet. *Greg.* Neſcit mens per torporem veteraſcere, quæ ſemper ſtudet per deſiderium boni operis inchoare. *g* Et valere] corpore. (Sicut proſpere agit anima tua) quaſi diceret, Hoc oro ut ſicut bonam voluntatem habes in mente, ſic ſalutem habeas corporis, ut eam poſſis explere. Et hoc dicit, quia inſiſtebat in operibus miſericordiæ, ubi neceſſaria eſt ſalus, & fortitudo corporis. Vel poteſt ſic conſtrui, [Orationem facio proſpere te ingredi, & valere in omnibus] i. ut bene te habes in omnibus mente, & corpore. Tamen primam lectionem vult *Gloſſ. magiſ.* *h* Gaviſus ſum.] Tertia pars in qua oſtendit ſe gaudere de bono teſtimonio quod exhibent ei fratres. Dicit ergo, [Gaviſus ſum valde venientibus fratribus,] peregrinis ſc. ablativi caſus. *i* Et teſtimonium perhibentibus veritati tuæ,] i. veræ charitati, quod eſt quando exit in opera. Tunc enim vera eſt quando operatur, alioquin non eſt veritas, ſed purus habitus. *k* Sicut tu in veritate ambulas,] i. tam ſtudioſe reddunt teſtimonium quam ſtudioſus tu es ad bene operandum, ut dicit *Gl.* De hoc Gajo. 1. *Cor.* 1. Gratias ago Deo meo, quod neminem veſtrum baptizavi niſi Criſpum, & Gajum. Iſte diſcipulus Domini erat, qui in veritate ambulabat. *Jo.* 8. Si vos manſeritis in ſermone meo, vero diſcipuli mei eritis, & vos cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et bene dico quod gaviſus ſum, quia. *l* Majorem horum] fratrum a te venientium ad me. *m* Non habeo gratiam,] i. de aliquo quod mihi dicunt fratres, vel poſſunt afferre a te, non magis gauderem. *n* Quam, ut audiam filios meos in veritate ambulare,] i. proficere in bonis operibus & virtute. Multi e converſo hodie plus gaudent de profectu temporali quam ſpirituali, adhærentes furfuri, & adipem frumenti reſpuentes: cupiunt enim ſaturari de ſiliquis porcorum, i. divitiis ſicut filius prodigus. *Luc.* 15. Unde *Iſa.* 1. Omnes diligunt munera ſequuntur retributiones. [Filios.] Ibi dicit *Gloſſ.* Quos prædicando, vel baptizando genui; ſed Paulus genuit iſtum baptizando. 1. *Cor.* 1. Neminem veſtrum baptizavi niſi Criſpum, & Gajum. Solut. Iſtum Paulus genuit baptizando, ſed Joannes prius ipſum genuit prædicando. Vel *Gloſſ.* loquitur communiter de omnibus qui ejus prædicatione fidem receperunt. *o* Chariſſime, fideliter facis.] Quarta pars, in qua monet eum, ut ſemper inſiſtat operibus miſericordiæ. Et hoc propter tria. Primo, quia ipſe fideliter facit, quia habet in hoc ſanctam intentionem, & piam. Secundo quia illi quibus providet, digni ſunt, ibi. [Pro nomine ejus, &c.] Tertio, quia hoc faciendo cooperator eſt veritatis, & particeps regni, & in hoc notatur utilitas, ibi. [Nos ergo debemus.] Dicit ergo, [Chariſſime,] tu ideo non debes deficere ab operibus miſericordiæ, quia [fideliter facis,] ideſt, pura intentione, non pro vana gloria.

D

p Quicquid operaris in fratres] ſubveniendo eis, quia hoc facis Deo cui fide adhæres. *Matth.* 10. Qui vos recipit, me recipit. Et *Matth.* 25. Quamdiu feciſtis uni ex fratribus meis minimis mihi feciſtis. Et in hoc fidem tuam operibus oſtendis. *Jacob* 2. Oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Et quod fideliter facit, probat dicens. *q* Et hoc in peregrinos] quos cognoſcis a quibus nec aliquid expectas nec expetis; ſed a ſolo Deo remunerari vis in retributione juſtorum. *Luc.* 14. Scis ſiquidem quod Dominus amat peregrinum. *Deut.* 10. Amat peregrinum & dat ei victum atque veſtitum; & vos ergo amate peregrinos.

r Qui teſtimonium reddiderunt charitati tuæ,] quam eis exhibuiſti: & hoc non abſcondite, ſed.

ſ In conſpectu Eccleſiæ,] ut tuo exemplo ad idem alios incitares, Unde *Matth.* 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Sed contra; *Exod.* 6. Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Sol. Ubi eſt bonum in genere, illud neſciat ſiniſtra, ideſt, intentio prava, vel vana gloria, ideſt, non depravetur per ſiniſtram intentionem, vel per vanam gloriam. Vel hoc ultimum intelligitur de imperfectis, qui timent ſibi de vana gloria. *t* Quos deducis,] de loco ad locum quo volunt ire. *x* Digne Deo,] i. ad honorem Dei. Tu dico. *u* Benefaciens] eis dudum apud te ſunt; & hoc erat tunc temporis periculoſum. Multi enim inſidiabantur fidelibus, ſed iſte deducebat eos, quia erat alicujus auctoritatis, ſecundum illud. 1. *Petr.* 2. Hæc eſt voluntas Dei, ut benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam:

y Pro nomine enim ejus.] Secunda ratio quare perſeverare debes, quia illi quibus facis, digni ſunt. [Pro nomine enim ejus profecti ſunt,] quia omnia reliquerunt vendentes, & dantes, ſecundum illud. *Matth.* 19. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Vel alia littera pro nomine Chriſti ampliando, dilatando, magnificando, honorificando, exaltando, non pro ſceleribus ſuis [profecti ſunt] ſponte ſe offerentes diſcrimini, *Judic.* 5. Qui ſponte obtuliſtis animas veſtras ad periculum, benedicite Domino. Profecti ſunt dico.

z Nihil accipientes a Gentilibus] quia nihil volebant eis dare Gentiles, ut ſic per anxietatem famis cogerent eos fidem Chriſti negare. Quia ergo & tam digni ſunt, & indigentes, libenter debes eis ſubvenire: Neque enim prohibitum erat diſcipulis a Gentibus accipere, ſi ipſi eis vellent dare. 1. *Corinth.* 5. Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, ideſt, Gentilibus, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis ſervientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Et 1. *Corinth.* 10. Si quis infidelis vocat vos ad cœnam, & vultis ire: omne quod vobis apponitur, manducate. Quia qui ſic faciunt coopera-

tores

a Nos ergo *b* debemus ſuſcipere hujuſmodi, *c* ut cooperatores ſimus veritati. *d* Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ, *e* ſed is qui amat primatum gerere in eis. *f* Diotrepes non recipit nos. *g* Propter hoc ſi *h* venero, commoneam *i* ejus *k* opera quæ facit, verbis malignis garriens in nos. *l* Et quaſi non ei iſta ſufficiant: *m* neque ipſe ſuſcipit fratres, *n* & eos qui ſuſcipiunt, *o* prohibet *p* & de Eccleſia ejicit. *q* Chariſſime, noli imitari malum, ſed quod bonum eſt. *r* Qui bene facit, ex Deo eſt: *ſ* qui male facit, non videt Deum. *t* Demetrio teſtimonium *u* redditur ab omnibus & ab ipſa veritate: *x* ſed & nos teſtimonium perhibemus, *y* & noſti, quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt. *z* Multa *a* habui tibi ſcribere, ſed nolui per atramentum, & calamum ſcribere tibi. *b* Spero autem protinus te videre, *c* & os ad os loquemur.

tores veritatis ſunt, & comparticipes regni æterni. Et connumerat ſe eis, licet omnia dimiſerit, & pauper ſit, ut ſic divites invitet ad eleemoſynas, & promptos reddat dicens. *a* Nos ergo] qui poſſumus. *b* Debemus, &c.] 2. *Cor.* 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat. *Rom.* 15. Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere. Et quare hoc? *c* Ut cooperatores, &c.] ſubveniendo infirmis, & indigentibus, eleemoſyna corporali; ſi non poſſumus prædicando, eleemoſyna ſpirituali. Et ſi ſumus cooperatores, Chriſti membra ſuſtinendo in terris, erimus participes ſui in cœlis. Et hæc eſt utilitas. Sed quid eſt quod dicit *Gl.* Joannes omnia dimiſerat, & tamen eum dantibus ſe connumerat; quid ergo ipſe poterat dare? Sol. Multa per admonitionem, quia omnia bona Eccleſiæ quaſi in ejus manu erant. Ipſe enim erat pater, & patronus totius Aſiæ in qua erant ſeptem Eccleſiæ Epiſcopales, & ipſe erat eorum Archiepiſcopus. Unde fideles ad ejus admonitionem parati erant dare; divites vero poterant de proprio. Item de illa *Gloſſ.* ſuper illud. [Cooperatores.] Quando non ſufficimus prædicare, intendamus operibus miſericordiæ: ſed videtur ex hoc quod Joannes non ſufficeret prædicare, quia dantibus ſe connumerat; hoc etiam implicat ly [quando] Si dicat, verum eſſe; ſed ſi ſua ſufficientia ex Deo eſt, ſicut dicit *Apoſt.* 2. *Cor.* 3. Contra: Ibi implicabit quod aliquis ſufficit quando non ſufficimus. Sol. Ly [quando] non eſt implicativum, ſed conditionale; ſicut cum dicitur, quando currit, movetur; & hoc verum eſt, ſi omnes dormiant. Unde ſenſus, quando non ſufficimus, i. ſi aliquando non ſufficimus; & per hoc non implicatur nec ipſum ſufficere; nec non ſufficere. Item quæritur de hoc quod dicit. [Cooperatores] quia ſi hoc, ergo & comparticipes; ergo eamdem mercedem habet ſocius prædicatoris quam ipſe prædicator, vel qui recipit præcipit prædicatorem quam ipſe prædicator; vel qui recipit martyrem quam ipſe martyr. Et hoc videtur, quia. *Matth.* 10. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: Et qui recipit juſtum in nomine juſti, mercedem juſti accipiet. Et 1. *Reg.* 30. Æqua enim erit pars deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter dividentur. Sol. Poteſt dici quod qui recipit prophetam mercedem prophetæ recipit, i. pro propheta. Quod dicit de prædicatore, dicendum quod ſi ex eadem charitate recipit quis prædicatorem, qua prædicator prædicat, eamdem recipiet uterque mercedem. Et hoc verum eſt de præmio ſubſtantiali, & hoc fuit ſignificatum in præmiſſa auctoritate *libri Reg.* Sic etiam dicimus de ſocio prædicatoris: ille enim qui prædicat, pro labore prædicantis aliquod particulare gaudium acquirit, quod non habent alii, nec ſocius, nec qui recipit, quod eſt vel aureola, vel aliud. *d* Scripſiſſem forſitan.] Quinta pars ubi dicit quod toti Eccleſiæ ſcripſiſſet, niſi Diotrepes eſſet contra eum, & epiſtolam ſuam non reciperet; & per hoc etiam monet eum ad perſeverantiam in operibus miſericordiæ, in quibus tantam ſentit utilitatem, complens quod toti Eccleſiæ de his ſcripſiſſet, niſi eſſet propter Diotrepem. Dicit ergo. [Scripſiſſem forſitan Eccleſiæ] i. illi Eccleſiæ, quæ dubitative eſt Eccleſia, ut ly [forſitan] determinet hoc nomen [Eccleſiæ] vel ſi determinat verbum [ſcilicet ſcripſiſſem,] tunc dicit eventum, non dubitationem, & eſt temperamentum verbi, ſic enim ſua verba temperare ſolent ſancti. Scripſiſſem dico. *e* Sed is qui amat, &c.] i. primus eſſet inter eos: eſt enim de illis qui amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis. *Matth.* 23. *f* Diotrepes] ſc. [non recipit,] nos i. non reputat auctoritatem noſtram. Ex hoc ergo videtur quod debemus prædicare eis, de quibus credimus quod non proficient. Unde *Matth.* 7. Nolite dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos. Et *Matth.* 10. Quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo vel civitate, excutite pulverem de pedibus veſtris. Sol. Verum eſt quod præciſis, & obſtinatis non debemus prædicare: tamen ſi ſint aliqui boni cum malis, de quibus ſit ſpes ut proficiant, non debemus ceſſare propter malos a prædicatione, ſicut nec Dominus ceſſabat propter Phariſæos, & Scribas, quin doceret turbas. Sed ſi hoc, & in illa Eccleſia eſſent aliqui boni, ergo & illi toti Eccleſiæ debuiſſet ſcripſiſſe Joannes. Sol. Non: quia aliud eſt de ſcripto, & aliud de verbo, quia ſi prædicat homo, & ſi ſurgat hæreticus contradicens, hoc quod poteſt prædicator probare, dicit, & reſiſtit contradicenti: ſed ſcriptum ſine rebellione, & repugnantia laceratur, unde non debuit ſcribere. *g* Propter hoc ſi venero.] Sexta pars in qua dicit, quod ſi ad eos venerit, manifeſtabit opera illius hæreſiarchæ: unde dicit, (Propter hoc) ſc. quia nos non recipit: *h* Si venero] ad vos. *i* Commoneam,] i. manifeſtabo. *k* Ejus opera quæ facit verbis, &c.] *Prov.* 16. Vir inſipiens fodit malum, & in labiis ejus ignis ardeſcit. Verba maligna vocat mundanos errores, detractiones, & hujuſmodi, quæ ſunt quaſi carbones deſolatorii ex lingua inflammata a gehenna procedentes. *Jacob* 3. Et lingua ignis eſt. *Gloſſ.* Sicut linguas detrahentium noſtro vitio non debemus excitare ne pereant; ita per ſuam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, ut meritum nobis creſcat: aliquando etiam compeſcere, ne dum de nobis diſſeminant mala, eorum qui poterant audire, corda corrumpant. *l* Et quaſi non ei iſta ſufficiant,] prædicta ſc. quod nobis detrahit, & falſis rationibus, & vanis nos confutare, & a fide retrahere conatus: & hoc eſt quod dicit (garriens.) (Sufficiant,) ad ſuam ipſius damnationem. *m* Neque ipſe ſuſcipit fratres,] quaſi, ſicut prædicat quod non ſunt recipiendi fratres, ſic & agit nec ſolum hoc, imo. *n* Et eos qui ſuſcipiunt,] i. qui ſuſcipere conſueti ſunt. *o* Prohibet] ne ſuſceptis exhibeant curam humanitatis. *p* Et] quod majus eſt, utroſque & ſuſcipientes, & ſuſceptos (de Eccleſia ejicit.) Et hoc dicit non, quia ipſe ſit in Eccleſia, i. in congregatione fidelium, ſed de loco loquitur in quo ſolebat eſſe Eccleſia, ſequens Judæorum doctrinam, & inſtitutionem injuſtiſſimam: de qua. *Joan.* 9. Jam enim conſpiraverant Judæi, ut ſi quis eum confiteretur Chriſtum, extra Synagogam fieret. *q* Chariſſime noli.] Septima pars in qua monet Gajum, ut ipſe non imitetur illum, ſed magis Demetrium qui teſtimonium habet bonum. Unde dicit, (Chariſſime,) quicquid ille dicit, (Noli imitari malum, ſed quod bonum eſt.) 1. *Theſ.* 5. Omnia probate, quod bonum eſt, tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Et oſtendit duplici argumento quod debet ſic facere. Primum eſt, quia. *r* Qui bene facit, ex Deo eſt,] Qui omnia opera noſtra operatur in nobis. *Iſ.* 26. Secundum eſt, quia e converſo. *ſ* Qui male facit, Deum non videt,] oculo affectus, qui per dilectionem, ut per lumen vides Deum; ſicut oculus corporis mediante lumine exteriori videt rem exteriorem. Oſtenſo quid non debet imitari, oſtendit ad cujus regulam, & exemplum debet conformari, dicens. *t* Demetrio teſtimonium redditur] quod ſuſcipiat, fratres ſcilicet. *u* Ab omnibus] qui ad eum veniunt. Vel (Ab hominibus & ab ipſa veritate) ideſt, a Deo, qui bonis dat teſtimonium per approbationem eorum, & proventum bonorum operum. *x* Et nos teſtimonium perhibemus] illis quibus bene credendum eſt, & præcipue debes credere, quia. *y* Et noſti quoniam teſtimonium noſtrum verum eſt.] Hoc inquam noſti per alia quæ a me audiſti. *z* Multa habui, &c.] Ultima pars epiſtolæ in qua ei ſignificat quod plura ſcripſiſſet ei niſi cito ſe ad eum venturum ſperaret: & ad ultimum, & ſuam, & aliorum ſalutationem ſubjungit. Dicit ergo, (Multa,) de hoſpitalitate, & eleemoſynis, & de aliis. *a* Habui tibi ſcribere, ſed nolui per atramentum & calamum, & cetera.] Volo enim quod tu ſis epiſtola mea, in cauſto charitatis, & diligo Dei ſcripta, ſicut dicebat *Apoſtolus* 2. *Cor.* 3. Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus: manifeſtati, quia epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata a nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi. Cauſam autem quare non vult eis ſcribere oſtendit dicens. *b* Spero autem protinus te videre.] Simile dixit *Paulus Philemon.* Nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis. Et *Rom.* 1. Deſidero enim vos videre. *c* Et os ad os loquemur,] ego ſcil. & Diotrepes, ut ejus opera manifeſtem. Sic *Paulus* 1. *Cor.* 4. Veniam ad vos cito ſi Deus voluerit, & cognoſcam non ſermonem eorum, qui inflati ſunt, ſed virtutem. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Vel [Os ad os loquemur,] ego & tu, ut quæ diſpenſanda ſunt, & ordinanda, & diſponamus, & ordinemus. Sic

In ep. ad Philemon.

Paulus

Paulus 1.*Cor.* 11. Cetera autem cum venero diſponam. *a* Pax tibi] & a Diotrepe, & aliis malis, ne ab illis pervertaris. *Iſ.* 2 Quieſcite ab homine cujus ſpiritus in naribus ejus eſt, quia excellus reputatus eſt. Pax inquam tibi ſit illa quæ exuperat omnem ſenſum. *Phil.* 4. *Iſa.* 57. Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe eſt, & qui prope eſt, dicit Dominus & ſanavi eum. *b* Salutant te amici] a qua ſalute extranei ſunt veritatis inimici, & perſecutores fidei. Duo dicit, pacem, & ſalutem. Pax in fugiendis malis, & ſalus in obtinendis bonis: pax in alios, ſalus ad nos ipſos. 1.*Petr.* 1. De qua ſalute exquiſierunt Prophetæ atque ſcrutati ſunt, qui de futura in vobis gloria, vel gratia prophetaverunt. *c* Saluta, &c.] quaſi diceret, doce alios, ſicut doceo te. Et ſicut tu a me, & ceteris amicis ſalutaris, ſic & tu eos qui apud te ſunt, ſaluta ut ſic omnes in una participemus ſalute, i. in Chriſto qui conſummatos factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, ſicut dicit *Apoſt. ad Heb.* 5.

a Pax tibi *b* Salutant te amici. *c* Saluta tu amicos nominatim.

Explicit Epiſtola Beati Joannis Apoſtoli tertia.

Prologus in Epiſtolam Canonicam Judæ.

JUdas frater Jacobi de ſeptē Catholicis unam parvam Epiſtolam reliquit. Et quia de libro Enoch qui apocryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium repudiatum, a quibuſdam rejicitur & tamen auctoritate & vetuſtate & uſu meruit inter ſanctas Scripturas computari.

Incipit argumentum in Epiſtolam Beati Judæ Apoſtoli.

JUdas Apoſtolus fratres de corruptoribus viæ veritatis ita informat, ut illicitum eſſe diſſertet de ſub jugo ſemel erutos ſervitutis, denuo operam ſuam officiis novare ſervilibus.

Explicit Argumentum.

Incipit Epiſtola Beati Judæ Apoſtoli.

JUdas *d* Jeſu *e* Chriſti ſervus, *f* frater autem Jacobi, his qui ſunt *g* in Deo *h* Patre dilectis, & *i* Chriſto Jeſu conſervatis *k* & vocatis. *l* Miſericordia vobis, & pax *m* & charitas *n* adimpleatur. Chariſſimi, omnem *o* ſolicitudinem faciens ſcribendi vobis de communi *p* veſtra ſalute, *q* neceſſe habui ſcribere *r* vobis *ſ* deprecans *t* ſupercertari *u* ſemel traditæ *x* ſanctæ fidei. Sub-

Explicit Poſtilla D. Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Canonicam Joannis tertiam.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & D. DOMINI HUGONIS Cardinalis, &c.

Poſtilla ſuper Epiſtolam Canonicam Judæ incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

JUdas *d* Jeſu, &c.] Hæc eſt ultima Epiſtolarum quæ Canonicæ vocantur, vel forte quia ultimo eſt edita; vel quia iſte minor eſt inter alios, vel forte propter ſignificationem interpretationis nominum. Quia principium vitæ ſpiritualis eſt lucta: unde prius poſita eſt Epiſtola Jacobi. Sed quia ex lucta ſequitur cognitio. Vexatio enim dabit intellectum. *Iſ.* 28. Propterea poſt illam ſequuntur Epiſtolæ Petri. Quia vero luctam, & cognitionem ſequitur illuminatio gratiæ, vel augmentum, & confirmatio, propter hoc tertio loco ponuntur poſt prædictas Epiſtolæ Joannis. Sed quia ex his omnibus ſequitur plena, & perfecta confeſſio nominis Chriſti, propter hoc ultimo, & poſt Joannis Epiſtolas ponitur Epiſtola Judæ. In qua eſt intentio agere de confeſſione nominis Chriſti, & monere fideles ne ipſi conſentiant hæreticis; ut & opus & intentio reſpondeat nomini; Judas enim interpretatur confitens. Generaliter autem Judas ſcribit omnibus fidelibus nullam gentem diſcernens, ſicut fecerunt tres prædicti Apoſtoli. Jacobus enim ſcribit fidelibus de Judaiſmo immediate ad fidem Chriſti converſis. Petrus vero proſelytis qui de Gentibus ad Judaiſmum, & de Judæis ad Chriſtum venerunt. Joannes autem his qui a Gentibus immediate fidem Chriſti ſuſceperunt. Patet itaque jam & materia, & intentio & finis operis. Hæc autem Epiſtola poteſt dividi in ſex partes. In prima ponit ſalutationem; In ſecunda dicit quare ſcribat, *ibi*. (Chariſſimi omnem.) Tertio oſtendit Chriſti potentiam, per quam probat quod Chriſtus non eſt negandus, *ibi*. (Commonere autem vos volo.) Quarto oſtendit, quod nullus fidelis debet illos prædictos hæreticos imitari, *ibi*. (Sicut, &c.) Quinto moralem inſtructionem ponit. (Vos autem, &c.) Sexto monet eos ut in omnibus gratias agant, & quærant gloriam Dei, *ibi*. (Ei autem, &c.) Dicit ergo. *d* Judas] confitens tam verbo quam facto, ſecundum illud. *Rom.* 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Jeſum Chriſtum, & in corde tuo credideris quod Deus illum ſuſcitavit a mortuis, ſalvus eris. Sed quare non dicit, Thadæus: cum idem fuerit Judas qui & Thadæus, ſicut dicit *Gloſſ.* & *Matth.* 10. Duodecim diſcipulorum nomina ſunt hæc, primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus: Philippus, & Barnabas, Jacobus Zebedæi, & Joannes fratres ejus, Thomas, & Matthæus Publicanus: Jacobus Alphæi, & Thadæus, Simon Chananæus, & Judas Iſcariotes. Sol. Quia principale nomen ejus eſt Judas, Thadæus ei impoſitum ex Religione, quia Thadæus interpretatur corculus, quod eſt idem quod cordis cultor. Ut ergo vitaret arrogantiam ponit nomen proprium, & ut notetur differentia ipſius ad Judam Iſcarioten, propter hoc ſubjungit. *e* Jeſu, &c.] non proditor. Et in hoc etiam ejus Epiſtola accepit auctoritatem, & confirmationem. *f* Frater, &c.] minoris, qui fuit Epiſcopus Jeroſolymitanus qui dictus eſt frater Domini, quia fuit ei ſimilis, & ſtatura, & ſanctitate. (Frater) non tantum natura ſed gratia ſimul & vita ſpirituali, & doctrina. Sed quare nominat ille Jacobum fratrē ſuum cum nullus prædictorum aliquem nominaverit de cognatione ſua? Sol. Hoc facit ut notetur differētia inter ipſum, & Judā proditorem. Vel potius hoc facit, ut ejus Epiſtola habeat auctoritatem, quia ipſe inter alios tres, erat minimus, & quaſi ſimplex Apoſtolus. Alii vero tres auctoritatem habebant. Petrus generalem? Jacobus in Aſia: Joannes in Judæa Judas inquam ſcribit. *g* His qui, &c.] i. qui ſunt membra Dei, qui habent Deum patrem, & patronum dicit *Gloſſ.* Ergo nos ſumus membra Dei patris: Et hoc eſt verum, quia Deus pater, & tota Trinitas Pater noſter eſt, & nos ejus membra per infuſionem gratiæ, & ſpiritualis vitæ, & hoc effective; Chriſtus vero caput noſtrum eſt, & ejus ſumus membra per conformitatem; vel quia & motum, & vitam nobis infundit effective inquantum Deus, ſed inquantum homo, meritorie. *h* Dilectis] per fidem & opera, ut dicit *Gl.* *i* Et Chriſto Jeſu conſervatis] a turbine perſecutionum, & a pluma errorum. *k* Et vocatis] per Jeſum Chriſtum ad patrem: in Chriſto, i. per Chriſtum Jeſum, quia nemo venit ad patrem niſi per ipſum. Vel (vocatis) ad hanc dignitatem, quod ſc. ſunt a Deo dilecti, & conſervati. *Gl.* Vocat, conſervat, diligit. Et ſic videtur ordo *Gl.* eſſe contrarius ordini textus. Reſp. Secundum quod textus dicit (Vocatis) accipitur pro vocatione ad gloriam, & hoc eſt ultimum in conſecutione. *Gloſ.* vero loquitur de eadem vocatione ſecundum quod eſt primum in intentione: primo enim intenditur finis. Vel *Gl.* loquitur de vocatione ad gratiam quam ſequitur, & conſervatio, & dilectio. *l* Vobis] qui tales eſtis ut prædixi. *m* Adimpleatur, &c.] Mutat autem perſonam ut ſuum affectum oſtendat quem ad eos habet. Miſericordia per dimiſſionem peccatorum inchoatur in præſenti, ſed impletur quando gratia ſuperadditur. Adimplebitur autem continuando gratiam vel perſeverando in bono, & ſic ducendo ad vitam. Similiter pax inchoatur in præſenti per declinationem mali in qua homo reconciliatur Deo: Impletur autē quando homo reconciliatur inimicis, & eos diligit: Sed adimplebitur in fine quando Deus pacem æternam dabit amicis. Similiter charitas inchoatur in præſenti quando Deum & nos diligimus. Impletur quādo proximus amatur: Sed adimplebitur in futuro quando modus quidem imperfectionis ejus tolletur ut ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente diligatur Deus, i. intellectu ſine errore, voluntate ſine contradictione, memoria ſine oblivione. Tertio vero loco ponitur charitas, quia alia duo non valent ſine ipſa. *n* Chariſſimi, &c.] Secunda pars Epiſtolæ in qua oſtendit cauſam quare ſcribit eis, ut ſc. ibi permaneant, ut fide accepta ab Apoſtolis caveant ab hereticis,] qui ſub ſpecie ſanctitatis ſubintrojerunt. Unde dicit ſolicitudinem, & affectum oſtendendo. [Chariſſimi] ego qui ſalutem veſtram deſidero. *o* Faciens, &c.] i. quicquid ad ſolicitum pertinet, propter quod debeo ſcribere vobis. *q* Neceſſe, &c.] admonitiones. *p* De communi veſtra ſalute] i. de fide generali quæ facit nobis ſalutem, quæ ita veſtra eſt, quod omnium fidelium, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Heb.* 11. Habui neceſſe, & tamen. *r* Deprecans.] Et in hoc ſignificat quod generalem non habebat legationem. Unde verbum deprecatorium dixit & non imprecatorium. Deprecans (vos) Supercertari, i. ſupercertemini. *ſ* Fidei,] i. ſuper fidem veſtram certemini, addendo bona opera, argentum ſc. aurum, & lapides pretioſos. 1 *Cor.* 3. q.d. nolo fidem quam accepiſtis mutare, vel aliam addere, ut Pſeudo. Fidei dico. *t* Semel] i. perfecte. *u* Traditæ] ab Apoſtolis. Fidei dico. *x* Sanctæ,] & hoc

quia

a introjerunt enim *b* quidam homines (*c* qui olim *d* præſcripti ſunt *e* in hoc *f* judicium) impii, *g* Dei noſtri *h* gratiam transferentes in *i* luxuriam: & ſolum dominatorem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negantes, *k* Commonere *l* autem vos volo ſcientes *m* ſemel *n* omnia *o* quoniam Jeſus *p* populum *q* de terra Ægypti ſalvans, *r* ſecundo *ſ* eos qui non crediderunt, perdidit. *t* Angelos *u* vero qui non *x* ſervaverunt ſuum principatum, *y* ſed dereliquerunt ſuum domiciliũ

quia de Sancto, i. Chriſto, & a ſanctis, i. ab Apoſtolis prædicata, & manifeſtata. Item quia ſanctificat. *Act.* 15. Fide purificans corda. Vel Supercertari,] i. ſuper fidem, & opera, certamen paſſionum per patientiam addatis, Sicut illi quos commendat *Apoſt. Heb.* 10. Rememoramini autem priſtinos dies quibus illuminati magnum certamen paſſionis ſuſtinuiſtis. De hoc. 2. *Tim.* 4. Bonum certamen certavi.
E [Fidei ſemel traditæ ſanctæ,] i. immutabiliter. *Job* 33. Semel loquitur Deus, & ſecundo idipſum non repetit. *Pſ.* 61. Semel locutus eſt Deus: quia cœlum, & terra tranſibunt, verba autẽ Domini non tranſibunt *Matth* 24. Unde *Iſ.* 46. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. Vel (Supercertari,] i. pro ſupernis non temporalibus certari: *Luc.* 13. *Eccl.* 4. Pro juſtitia agonizare pro anima tua, uſque ad mortem certa pro juſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Deinde oſtendit quare ſupercertandum eſt, quia. *a* Subintrojerunt,] i. ſub ſpecie ſanctitatis, & Religionis introjerunt. *b* Quidam] indigni nomine. Unde *Gloſſ.* Ignoti Deo, & ſanctis. Unde nec nominandi, ſicut nec ille dives Epulo. *Luc.* 16. Nominatus eſt. Et de his, *Gal.* 2. Quia ſubintrojerunt explorare libertatem noſtram quam habemus in Chriſto Jeſu, ut nos in ſervitutem redigat, carnales homines ſcilicet & terreni non divina ſapientes. Sic accipitur. 1. *Cor.* 3. Cum enim ſit inter vos zelus, & contentio; nonne adhuc carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis. Impii quia cultu Dei detrahant, pervertendo Scripturas. *c* Qui olim,] i. ab æterno. *Iſ.* 45. Quis audivit hoc ab initio? Ex tunc prædixi illud. *d* Præſcripti ſunt,] i. præviſi a Domino. *e* In hoc judicium,] i. condemnationem venturi ſc. quia antequam illi eſſent, Deus eos prævidit tales futuros, qui & mali eſſent, & alios corrumperent, & ad ultimum damnarentur. Deus ergo ab æterno prævidit qualis unuſquiſque futurus eſt, ſua tamen præviſio nihil ponit. Unde prævidit ſalva poteſtate liberi arbitrii. Unde ſicut cum ego video te ſedentem, hoc eſt liberi arbitrii, tamen neceſſe eſt quod ſedeas dum video te ſedere. Sic eſt de præviſione Dei qui videt futura, & inquantum ſunt ſub ejus viſione, ſunt neceſſaria, non quod ſua viſio ponat neceſſitatem, ſed ex libero arbitrio accidunt. Et exponit quod dixerat. *f* Impii] ipſi dico. *g* Transferentes in luxuriam,] i. duritiam, & diſtrictionem legis. *h* Gratiam Dei noſtri] ſc. Jeſu Chriſti per incarnationem, paſſionem, & redemptionem, quæ fecit nobis Deus ex gratia. Et quare hoc faciunt dicit Salomon *Eccl.* 8. Quia non proferitur cito contra malos ſententia, filii hominum abſque timore ullo perpetrant mala. Lex Moyſi dura fuit, lex Evangelii, quæ eſt lex gratiæ, ſuavis, & mitis: Ille cum ſævitia impellebat peccantes, hæc obſtetricante manu colobrum tortuoſum educit. Hanc legem in luxuriam tranſferunt, quod nunc tanto licentius peccant, quanto minus vident ſe aſperitate legis de facinoribus examinari, ut dicit *Gloſſ.* Sed videtur quod lex nova ſit durior ad minus quoad quædam, quia pro furto non puniebat lex vetus morte. *Prov.* 6. Si deprehenſus fuerit, reddet ſeptuplum. Modo autem interficiuntur fures, & latrones ſuſpenduntur. Sol. Quod homo interficitur pro furto, hoc non eſt ex lege Evangelii, ſed ex lege civili. Et in hac interfectione poteſt judex mereri, ſi ſcilic. hoc faciat amore juſtitiæ. Unde non eſt contraria legi gratiæ ſuſpenſio vel interfectio. Et quod objicitur, quod pro furto non occidebatur in veteri lege, dicere poſſumus quod nec modo; ſed ut pax fidelium hominum ſervetur, & ſic communis utilitas recompenſat mortem unius. Expedit enim ut unus moriatur homo pro populo. *Joan.* 11. Et ſolum dominatorem,] i. patrem, vel filium, vel Spiritum Sanctum, quorum quilibet eſt ſolus dominator. Dictio enim excluſiva adjuncta termino eſſentiali non excludit perſonam, & hoc nomen dominator eſt nomen eſſentiale. Unde poſſum dicere: Solus pater eſt dominator, & ſolus filius eſt dominator. Unde in hymno Angelico. Quoniam tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſſimus Jeſu Chriſte. Dicit ergo. [Et ſolum] quaſi, & propter hoc impii, quia [& ſolum, &c.] q. d. de divinis perſonis male ſentiunt, & Jeſum Chriſtum filium Dei eſſe negant, etiam ejus verba perverſe exponunt, & mandata ejus non cuſtodiunt: unde impii ſunt, & infideliter agunt. *Iſa.* 21. Qui incredulus eſt, infideliter agit.

k Commonere autem, &c.] Tertia pars in qua oſtendit Chriſtum non eſſe negandum, propter quod impii potentiam oſtendit quam habet in ſalvando bonos & damnando malos. Et per duo oſtendit, primo quia populum de Ægypto potentia eduxit, & rebelles in deſerto punivit: ſecundo exemplo Angelorum peccantium quos potenter Jeſus de Paradiſo ejecit, *ibi*. [Angelos, &c.] Dicit ergo Commonere [quaſi diceret, quia illi Deum negant, ego e converſo *l* Vos volo] commonere. *m* Semel,] id eſt, perfecte. *n* Omnia] *Gloſſ.* arcana fidei. Verumtamen ſic intelligendum omnia quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, ut ſit commoda diſtributio. Unde omnia, quaſi de omnibus iſta, quæ ſequuntur ſc. *o* Quoniam Jeſus] non filius Nave, ſc. Joſue, ſed Dominus noſter qui non a partu Virginis initium habuit, ſed erat Deus æternus, qui natus de virgine, nomen Jeſus accepit *Luc.* 1. Et vocatum eſt nomen ejus Jeſus: Hic inquam Jeſus per Joſue ſignificatus, vel a quo Joſue animatus fuit & roboratus. *Joſ.* 1. Confortare & eſto robuſtus. *p* Eduxit populum.] Iſraeliticum. *q* De terra, &c.] ſalvans ipſum, ut nec ab Ægyptiis tangeretur, nec infirmitatibus, vel defectibus gravaretur. *Pſ.* 104. Et non erat in tribubus eorum infirmus: quaſi diceret, quando humiles fuerunt Judæi, ſalvavit eos; & quoniam murmuraverunt, damnavit. Et hoc eſt quod ſequitur. *r* Secundo,] i. poſtea. *ſ* Eos qui, &c.] quando per quadraginta annos fecit eos errare in deſerto, & circuire montem Sinai, donec conſumpti ſunt omnes qui murmuraverunt, ſicut eis promiſit Dominus *Num.* 14. Filii veſtri erunt vagi in deſerto annis quadraginta, & portabunt fornicationem veſtram donec conſumantur cadavera Patrum in deſerto. Et ſic [ſecundo] non dicit ordinem numeri, ſed temporis. Vel [ſecundo] ut notetur numerus pœnarum, quia primo punivit pœna temporali: ſecundo pœna æterna illos qui non pœnituerunt inter flagella. Vel dicit [Secundo,] quia primo murmuraverunt pro labore itineris. *Num.* 11. Interea ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore contra Dominum: quia iter fuit trium dierum: *Num.* 10. Secundo murmoraverunt pro timore habitatorum terræ promiſſionis, quos viderunt exploratores. *Num.* 14. Igitur vociferans omnis turba flevit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filii Iſrael dicentes: Utinam mortui eſſemus in Ægypto, & non in hac vaſta ſolitudine. In primo murmure perdidit non credentes per incendium: in ſecundo per pœnam quadraginta annorum, quia quadraginta annis offenſus fuit generationi illi, ut dicit *Pſ.* 49. In quo ſignificatum eſt nobis quod primum peccatum non eſt ita longiturna pœnitentia puniendum; ſed ſecundum, i. idem iteratum vehementius & diuturnius eſt feriendum. Et *Gloſſ.* adaptat ſic: Sicut illi diffidentes de potentia Dei in heremo puniti ſunt, ſic illi magiſtri immunditiæ & eorum ſequaces, qui per aquas baptiſmi de tenebris ignorantiæ credentes exierunt, ſi ad priores vitæ concupiſcentias mente redeunt, damnantur: ſicut primo per fidem & bona opera merentur ſalvari, ſic ſecundo per murmurationem & invidiam mereantur damnari. Et hoc dicit, quia malorum quorundam pœna hic incipit ut in æternum duret, ſicut patet de Herode *Act.* 12. & de Antiocho. 2. *Mach.* 9.

t Angelos vero, &c.] Hic oſtendit idem quod ſupra per exemplum Angelorum ſuperbientium, quos Deus potenter de Paradiſo ejecit, dicens [Angelos] Et hoc exemplum adducit ne aliquis remurmurans diceret. Non eſt magnum, ſi homines fragiles ſuperantur in pœna: quaſi diceret, non ſolum homines. *u* Vero,] i. ſed etiam Angelos.

x Qui non, &c.] Principatum habebat Lucifer in excellentia naturalium bonorum. *Gloſſ. Interl.* Quo per gratiam Dei aliis principabantur ſubjectis ſpiritibus: & conſtat quod loquitur de Angelis qui ceciderunt, ergo illi habuerunt gratiam: & facit pro illis qui dicunt quod Angeli fuerunt creati in gratuitis. Verumtamen ſecundum alios qui dicunt quod in naturalibus, poteſt exponi, per gratiam Dei, gratis ſc. datam, non facientem gratum; & ſic bona temporalia dicuntur gratia Dei, Vel [principatum] dicit, quia de omnibus Ordinibus aliqui ceciderunt. Unde non ſervaverunt principatum in quo erant, quia in quolibet Ordine erat unus aliquis princeps aliorum. *y* Sed dereliquerunt, &c.] ſc. habitationem cœlorum: vel potius Dei viſionem, qui eſt pater, & locus ſpirituum. *Heb.* 12. Multo magis obtemperabimus patri ſpirituum, & vivemus. In hoc ergo erant ſuo modo per modum naturæ: vel ſecundum alios per modum gratiæ nondum confirmatæ. Vel erant in eo finaliter, quia ad hoc finaliter fuerant creati, ut in Dei viſione quaſi in domicilio permanerent in æternum ſi ſteti[illegible]. Hos inquam

Angelos,

Angelos. *c* Reſervavit vinculis æternis] ideſt pœnis & doloribus inferni. *Matt.* 25. *d* Item in ignem æternum qui paratus eſt diabolo, & Angelis ejus. Reſervavit dico, modo. *b* Sub caligine] exiſtentes, ideſt in pœna poſitos in hoc caliginoſo aere, ſed tandem venturos.

in *a* judicium magni Dei vinculis æternis *b* ſub caligine *c* reſervavit. Sicut *d* Sodoma & Gomorrha & finitimæ civitates ſimili modo exfornicatæ, & *e* abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam *f* ſuſtinentes. *g* Similiter & hi qui *b* carnem quidem maculant, *i* dominationem autem ſpernunt majeſtatem autem blaſphemant.

a In judicium magni Dei,] quem nihil latere poterit, cui nihil obviare, quia immenſum magnitudinis ejus quis poterit intueri, ſicut dicit *Job* 26. *Dan.* 7. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: veſtimentum ejus candidum ſicut nix, & capilli capitis ejus quaſi lana munda; thronus ejus flammæ ignis, rotæ ejus ignis accenſus: fluvius igneus [ecce pœnæ acerbitas, quæ conſumptura eſt adverſarios] rapiduſque [ecce quod nullus poterit obviare] egrediebatur a facie illius. Ignis lucem habet, & arſionem: ratione arſionis notatur, quod ſententia erit crudelis. Cum dicit (rapidus,) notatur, quod nullus obviare poterit. Si igitur ſic punivit Dominus Angelos & populum Iſraeliticum: Angelos dico qui nondum gratiam ſecundum quoſdam acceperant, tamen bona excellentia habebant, per quæ poſſent illam ſcilicet & populum Iſraeliticum qui de fructibus terræ jam præguſtaverat, de botro ſcilicet quem detulerant exploratores; quanto magis puniet illos, hæreticos ſcilicet vel alios peccatores qui abjecta Dei gratia gratum faciente quam in baptiſmo receperant, vel per quam principari & carni, & mundo & diabolo poterant. [Non ſervaverunt domicilium,] ideſt; unitatem Eccleſiæ, in qua erant a ventis, & procellis abſconditi. *Iſa.* 32. Erit vir quaſi qui abſconditur a vento, & celat ſe a tempeſtate. [Dereliquerunt,] ventis expoſiti inſtabilitatis. *Job* 24. Levis eſt ſuper faciem aquæ, pluviis diverſorum peccatorum. *Matth.* 7. Flaverunt venti levitatum, & irruerunt in domum illam & cecidit. Item procellis errorum. *Luc.* 8. deſcendit procella venti in ſtagnum ideſt errores diverſi in cor hæretici. Et quia ab errore & hæreſi non moventur, ſed inter omnia peccata hæreſis difficilius a corde eradicantur, ideo comparatur cancro ab *Apoſtolo* 2. *Tim.* 2. Sermo eorum ut cancer ſerpit. His omnibus expoſiti ſunt quia domicilium Eccleſiæ reliquerunt, quod eſt in umbraculum diei ab æſtu, & abſconſionem a turbine & a pluvia, ſicut dicit *Iſa.* 4. Et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas quæ non valent continere aquas. *Hier.* 2. Ex his igitur omnibus patet, quod tales non ſunt imitandi, quia ipſi Deum negant; & omnes tales Deus puniet in æternum, qui potens eſt & nomen ſanctum ejus, ut bonos remuneret & catullas.

d Sicut Sodoma.] Quarta pars Epiſtolæ in qua oſtendit quod non debent imitari eos qui Chriſtum negant propter pœnam, quæ inde ſequitur, *ibi*. [Sicut Sodoma.] Secundo propter multiplices eorum abominationes & peccata quæ enumerat, *ibi*. [Væ illis qui in via.] Tertio quia Apoſtoli hoc prohibuerunt, *ibi*. [Vos autem, &c.] Vel poſſet dici quod, *ibi*. [Commonere, &c.] oſtendit quod non debent imitari eos in negando Chriſtum; hic vero. [Sicut Sodoma, &c.] monet eos ne imitentur eos transferendo gratiam Dei in luxuriam. Et ſecundum hoc pars iſta adhuc eſt de tertia parte, & ſic non eſſent in Epiſtola niſi quinque partes: & ſic vult illa *Gl.* Dederat exemplum damnationis eorum qui ſolum dominatorem negant, commemorato interitu infidelis populi vel Angelorum erigentium ſe contra Deum; exemplum etiam dat pœnæ illorum qui Domini gratiam transferunt in luxuriam, commemorans incendium Sodomorum. Sed quocumque modo dividatur, idem ſenſus eſt litteræ & expoſitio, ſed non eadem probatio vel concluſio. Agit ergo hic de pœna talium per ſimilitudinem Sodomorum dicens: (Sicut Sodoma) quaſi diceret: Non ſunt imitandi, quia ex eorum imitatione ſequitur mors æterna. Unde dicit: [Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ civitates ſimili modo,] ideſt, ſicut duæ prædictæ, & [exfornicatæ,] ideſt, extra naturam fornicatæ. Et determinant modum: *e* Et abeuntes poſt carnem alteram,] ideſt maſculinam, non debitam tali opere maſculi in maſculos turpitudinem operantes *Rom.* 1. [Facti ſunt exemplum ignis æterni] ipſi dico. *f* Suſtinentes,] pœnam, temporalem ſcilicet, per quam non ſunt purgati, ſed illa pœna fuit eis initium ignis Inferni. Iſti autem puniti ſunt igne temporali, quia exarſerunt igne libidinis: nec aliquod peccatum tantum habet ardorem ſicut illud, ſicut dicitur: Unde *Rom.* 1. Similiter & maſculi relicto naturali uſu feminæ exarſerunt in deſideriis ſuis invicem. Item non ſolum igne ſed ſulphure ſimul ſunt puniti, quia in illo peccato eſt vehementiſſimus fœtor, ſicut dicitur in *Pſal.* 82. Diſperierunt in Endor: facti ſunt, ut ſtercus terræ, ideſt, viles & abjecti & fœtidi. Endor interpretatur fons generationis quem ipſi omnino reliquerunt, & ſic diſperierunt. Unde ipſi poſſunt dicere illud *Cant.* 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Botrus, quia viliter conculcati ſicut mulier fornicaria, quæ quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur, ut dicitur *Eccleſ.* 9. Cypri, quia ipſi ſunt in mœrore & triſtitia cordis. Vehementia enim peccati non ſinit eos gaudere: Cyprus interpretatur mœror vel triſtitia: ſed in vineis Engaddi, ideſt, in fœtore vehementi: Engaddi interpretatur fons hœdi, & hœdus animal eſt fœtidum. Et hoc eſt mirum de illis miſeris qui credunt ſe eſſe in vineis propter miſeram delectationem peccati. *Job* 30. Eſſe ſub ſentibus delicias computabant, & tamen ſunt in fonte fœtoris. Et propter hæc duo quæ ſunt in illo peccato; ardor ſcilicet & fœtor, dicitur illud peccatum eſſe exemplum ignis æterni. Ille enim ignis ardebit igne & ſulphure, ſicut dicitur *Apocal.* 21. Pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure. Hiſtoriam de Sodoma, & Gomorrha habemus *Gen.* 19. Pluit Dominus ignem, & ſulphur. Sicut inquam factum eſt de illis.

g Similiter & hi] ſcilicet hæretici Chriſtum negantes, ſunt damnandi.

h Qui quidem carnem maculant,] ſuam, & aliorum, ut dicit *Gloſſ.* Et eſt hic argumentum, quod omnis hæreſis fundata eſt ſuper luxuriam. De talibus. *Petr.* 2. Hi velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & perniciem, in his quæ ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt, percipientibus mercedem injuſtitiæ, voluptatem exiſtimantes diei delicias coinquinationis & maculas. De his dixit quidam, Tartara vilia luce carentia vos habitatis, qui puerilia quæritis, illaque maculatis.

i Dominationem autem, & cetera] minoribus peccatis.

k Majeſtatem, &c.] criminalibus quæ nolunt humiliter confiteri, nullum habentes timorem, nec fidem venturi judicii. Unde *Job* 20. Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abſcondit illud ſub lingua ſua, parcet illi & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo. Vel [Dominationem,] hoc refertur ad populum incredulum, qui murmurando quaſi ſpernebat Dominum non credendo promiſſionibus ejus: quaſi diceret. Iſti Deum ſpernunt murmurando contra ipſum, ſicut illi fecerunt: propter hoc puniendi ſunt ſicut illi, unde non ſunt imitandi. Et quod ſequitur [Majeſtatem &c.] refertur ad Angelos peccantes: ſicut apoſtatæ Angeli Deum blaſphemant; ſic iſti ſuperbiendo contra ipſum: & propter hoc pœna ſimili puniendi ſunt. Imitandi & imitatores punientur pœna conſimili, quia *Roman.* 1. Qui talia agunt digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. (Majeſtatem.) *Gloſſ.* 1. Angelos ſanctos. Et videtur difficilis, ſed ſic poteſt exponi: Iſti aliqua Scripturæ myſteria ignorant & contemnunt, & ſic blaſphemant quodammodo Angelos qui permiſſione & voluntate Dei occulta & incerta Scripturæ frequenter hominibus aperiunt. Vel (Majeſtatem,) ideſt, Deum quem in Scriptura ſibi ignota non venerantur, ſed potius a Deo non eſſe datam dicunt, quia myſteria quæ latent, non intelligunt nec attingunt: quia *Job* 30. Mandebant herbas & arborum cortices: quia myſteriorum ſecretas medullas non intrant hæretici, ſed exterius rodunt litteram, & quam non intelligunt, blaſphemant, contra illud *Exod.* 12. Si quid reſiduum fuit, igne comburatur.

Reſiduum dicitur illud de ſacra Scriptura quod non poſſumus mandere, ut in ventrem cognitionis & intelligentiæ mittatur comminutum dente ſtudii vel expoſitionis: hoc debet igne comburi, ideſt, Spiritui ſancto relinqui & igne charitatis amplecti; vel majeſtas occulta in illo venerari.

Sic igitur patet quod dixit eos eſſe blaſphemas & in Deum & in ſanctos: propter quod ab omnia blaſphemia monet eſſe ca-

vendum, dicens: *a* Cum Michael.] Et probat hoc per locum a majori: quia Michael noluit nec auſus eſt blaſphemare diabolum; ergo multo minus ipſi debent blaſphemare ſanctos & Deum. Et hoc eſt. (Cum Michael) Hoc exponitur quatuor modis. Uno modo de corpore Moyſi materiali, de quo poteſt intelligi fuiſſe controverſiam inter bonum & malum Angelum. Malus enim volebat, ut corpus Moyſi manifeſtaretur & ſciretur a filiis Iſrael ut ipſi tanquam Deum adorarent ipſum: Sed Michael, qui tunc erat princeps Synagogæ, permiſſione Dei illud abſcondit. Unde *Deut.* 34. Non cognovit homo ſepulchrum ejus uſque in præſentem diem.

Cum Michael *a* Archangelus, *b* cum diabolo *c* diſputans, *d* altercaretur de Moyſi *e* corpore, *f* non eſt auſus judicium inferre blaſphemiæ, ſed *g* dixit: Imperet *h* tibi Deus. Hi *i* autem quæcumque k quidem *l* ignorant, blaſphemant; *m* quæcumque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his *n* corrumpuntur. *o* Væ illis qui in via *p* Cain abierunt: & *q* errore *r* Balaam *ſ* mercede effuſi ſunt: & *t* in contradictione *u* Core perierunt.

Et tunc ſic exponitur littera. [Cum Michael] qui erat princeps Synagogæ. Unde *Dan.* 10. Nemo eſt adjutor meus, niſi Michael princeps: vel hoc dictum eſt Danieli qui erat de Synagoga.

c Cum diabolo, &c.] quod diabolus volebat poni in publica coram Judæis, & Angelus bonus prohibuit ex voluntate Dei. *f* Non eſt, &c.] ut malediceret ei qui eſt bona creatura Dei in natura, etſi voluntate ſit malus. Unde *Eccl.* 21. Cum maledicit impius diabolum, maledicit animam ſuam. *g* Sed dixit] cum modeſtia ſcilicet & manſuetudine. *h* Imperet tibi Deus.] Hoc eſt contra multos Prælatos qui cum auſteritate imperant & cum potentia, unde & diſperguntur oves gregis eorum. *Ezech.* 34. Non ſolum in malos vel diſſolutos manus mittentes reſtrictionis, imo & in bonos quibus non eſt lex poſita, ſicut dicit *Apoſt.* 1. *Tim.* 1. Cum dicat *Gregor.* quod ubi non delinquimus, pares ſumus. Et propter hoc bonum eſt & cautum quod omnes attendant quod dicitur hic, quod non eſt auſus Michael qui tantus erat, imperare diabolo: ut & ipſi pauca imperent vel nulla, & ſi oportuerit, hoc faciant cum timore & manſuetudine. *Pſ.* 99. Quoniam ſuperveniet manſuetudo, & corripiemur. Vel *Eccl.* 4. Noli eſſe ſicut leo in domo tua evertens domeſticos tuos, & opprimens ſubjectos tibi. Duobus modis exponitur hoc de populo Iſrael qui dicitur corpus Moyſi myſtice, quia Moyſes ductor fuit eorum; vel potius liberatio ejus dicitur corpus Moyſi. Primo modo de liberatione de Ægypto. (Cum Michael,) ideſt, Moyſes. Et hæc adaptatio fit propter interpretationes nominum: quia Moyſes ſecundum unam interpretationem. Quis ut Deus Pharaonis: & Michael. Quis ut Deus, interpretatur. Archangelus dicitur Moyſes quia fuit princeps ſuper omnes qui de populo Iſrael fuerunt, & verba Domini populo nunciavit. Cum inquam ille. *d* Altercaretur, &c.] ideſt, de populo Dei. [Cum diabolo,] ideſt cum Pharaone, qui erat membrum diaboli. [Non eſt auſus, &c.] quia non legitur intuliſſe ei aliquam blaſphemiam. Tertio modo ſimiliter exponitur de populo captivato in Babylone, cujus liberationi obviabat diabolus volens impedire cultum Dei, qui fiebat in Jeruſalem. Unde dicit: *a* Cum Michael Archangelus cum diabolo altercaretur,] ideſt, Jeſus ſacerdos rogaret, ut populus liberaretur, & diabolus impediret. (Non eſt auſus, &c.) hoc legitur *Zach.* 3. Oſtendit mihi Dominus ſacerdotem magnum Jeſum ſtantem coram Angelo Domini, & ſtabat Satan a dextris ejus, ut adverſaretur ei: Et dixit Dominus ad Satan. Increpet in te Dominus o Satan, & increpet Dominus in te qui elegit Jeruſalem. Legitur in *Dan.* 10. Angelos ſibi reſtitiſſe, ſed bonos. Hoc autem non fuit niſi quod unus alii oſtendit quod merita populi nondum permittebant populum liberari. Quarto modo exponitur de Chriſto cujus corpus eſt Eccleſia, ſic. *a* Cum Michael Archangelus,] ideſt, Chriſtus cui nullus ſimilis, nec homo, nec Angelus: Quis enim in nubibus æquabitur Domino? *b* Archangelus] quia princeps paſtorum, quia eſt Eccleſiæ caput. *d* Altercaretur] diſputaret. *c* Cum diabolo,] ideſt, Pilato qui diaboli erat membrum. *e* De corpore Moyſi,] ideſt, Eccleſia quam in ſua paſſione judicatus a Pilato, & expoſitus Judæis liberavit, & lavit ſanguine ſuo.

f Non eſt auſus, &c.] Cum ille vellet ſalutem humani generis impedire, ſed factus eſt ſicut homo non audiens & non habens in ore ſuo redargutiones: ductus tanquam ovis ad occiſionem, & coram tondente ſe non aperuit os: *Pſal.* 53. Hoc non legitur alicubi in Scriptura niſi hic: ſed tamen Apoſtolo credendum eſt, qui tantus erat: nec fas eſt credere ipſum aliquid falſum dixiſſe. Ipſe enim plenus erat Spiritu ſancto, a quo nulla falſitas, ſed omnis veritas propinatur. *Matth.* 10. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. *i* Hi autem] quaſi. Ille non eſt auſus blaſphemare. k Autem,] ideſt, ſed. [Hi blaſphemant.] Ex ſuperbia cordis & elatione.

l Quæcumque quidem ignorant] reſpectu quorum ſcilicet fit blaſphemia, quæ poteſt eſſe vel in creaturam rationalem vel in Deum creatorem. Et de talibus dixit quidam, colantes culicem, camelum glutiunt quæ neſciunt, vel quæ non capiunt, blaſphemant vel tranſiliunt.

m Quæcumque, &c.] ideſt, ea ad quæ monet naturalis appetitus. *n* In his corrumpuntur] quia ſicut in animalibus brutis, in eis voluntas appetitum ſtatim ſequitur, ut adimpleant quod optaverunt, ſuas concupiſcentias ſequentes. Hoc non fecit Job qui dixit *Job* 31. Si ſecutus eſt oculus meus cor meum, [ideſt, voluntas, vel conſenſus voluntatis ad hoc ſe convertit] ut adimplerem in opere cordis mei appetitum: quaſi diceret, non feci hoc. *o* Væ illis, &c.] Secunda pars quartæ partis ubi eos diverſis peccatoribus comparando, ennumerat diverſa eorum peccata, propter quæ ipſos fugiendos eſſe admonet, & non imitandos. Primo igitur oſtendit eos armari gladio malæ & perverſæ doctrinæ, cum dicit: [Cain.] Secundo, malo conſilio alios ſeducere, unde comparat eos, [Balaam] Tertio contra Prælatos inſurgere, unde comparat eos [Core.] Sic ſignificantur tria genera hæreticorum. Quorum quidam propter invidiam manent in hæreſi; iſti comparantur Cain: Alii propter lucrum, & tamen contra conſcientiam; hi comparantur Balaam: Tertii propter honorem quem eis impendunt ſubditi majorem quam noſtris Epiſcopis ſui qui ſunt Catholici: de his dicit:] Væ illis] ideſt, æterna damnatio expectat eos, & dabitur illis.

p Qui in via Cain abierunt,] ideſt, quia propter invidiam permanſerunt in hæreſi. Vel, (In via Cain) ambulant, qui invident profectibus aliorum. Eſt autem invidia proprie triſtitia de felicitate aliena: quam vellet ei deeſſe: hoc eſt peccatum graviſſimum, quia & proprium ſubjectum lædit & deſtruit: verſus, invidus alterius rebus marceſcit opimis. *(Horatius in Epiſtolis.)* Fratrem ſpiritualiter occidit, & nonnumquam etiam corporaliter. Item Deus præcipue oſtendit, qui donorum & gratiarum dator, & diſtributor eſt, ſicut vult & hominibus expedit. 1. *Cor.* 12. Hæc omnia operatur unus atque idem ſpiritus, dividens ſingulis prout vult: quicquid boni videt invidus alium habere, raptum ſibi reputat & ſublatum: e converſo quicquid videt charitas, ſuum facit commune. Unde *Greg.* Penſent invidi quam bona ſit charitas quæ omnia noſtra bona facit: e converſo invidia. Eſt enim invidia, ut dicit *Bern.* animi tinea, ſenſum comedit, pectum urit, mentem afficit, cor hominis quaſi quædam peſtis depaſcit, & cuncta bona ardore peſtifero devorat. Invidus alienum bonum ſuum facit damnum, & invidendo peccat. Propter invidiam Joſeph a fratribus ſuis venditus eſt: *Gen.* 37. Propter invidiam Dominus Jeſus traditus eſt in manus impiorum. *Marc.* 15. Sciebat enim quod per invidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. De via Cain *Gen.* 4. Abiit enim vagus & profugus, & habitavit in terra ad Orientalem plagam Eden. *q* Et] ſcilicet væ illis.

r Qui errore Balaam,] ideſt, qui ejus errorem ſecuti. *ſ* Mercede effuſi ſunt.] Iſti ſunt qui munera amantes, & avaritiam ſectantes pervertunt judicia, mala dant conſilia, ſicut Balaam qui volens maledicere populo Dei cum non potuit, malum conſilium dedit ut ſcilicet mitterent mulieres de Madian formoſas, cum quibus fornicati filii Iſrael incurrerent iram Dei. De qua fornicatione legitur *Numer.* 25. Tales ſunt qui propter munera leges condunt iniquas, perverſa dant conſilia. De quibus *Iſa.* 10. Væ qui condunt leges iniquas ſcribentes injuſtitias ſcripſerunt ut opprimerent in judicio pauperem, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, ut eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. *t* Et] ſcilicet væ illis qui.

u In contradictione Core perierunt,] De hoc *Num.* 16. Per quos ſignificantur inobedientes qui contra Prælatos ſe erigunt. Et quia magnum ſit periculum, patet: Duo

enim

Digitized by Google

enim magi, qui Moyſi reſtiterunt, ulceribus veſicarum turgentium ſunt percuſſi: itaque nec poterant ſtare coram Moyſe. *Exod.* 9. Chore incendio periit: Dathan &
Num. 16. & 26. Abiron terra vivos abſorbuit. *Num.* 16. Mariam lepra
2. Petr. 2. invaſit: *Num.* 12. Jonathas filius Saul morti adjudicatus
Deut. 11. eſt, 1. *Reg.* 14. Et Abſalom ſuſpenſus per capillos, & lanceis ſuffoſſus. 2. *Reg.* 18. Propheta a leone occiſus. 3. *Reg.* 13. Elymas magus excæcatus eſt, quia Paulo reſiſtebat. *Act.* 13. Propter hæc omnia dicit *B. Bernard.* Magnum eſt inobedientiæ vitium, qua Angelus cœlum, homo paradiſum, Saul regnum perdiderunt. Et tamen ſunt multi inobedientes, vaniloqui & ſeductores maxime qui de circumciſione ſunt: ad *Titum* 1. Et hoc multum dolendum eſt, quod Religioſi quidam qui deberent eſſe circumciſi in omnibus, ſunt rumorum inventores, & narratores. Notandum eſt autem, quod væ multipliciter poteſt accipi in Scriptura. Cantus exequiarum. *Jer.* 22. Non plangent eum, væ frater, væ ſoror: non concrepabunt ei, væ Domine, & væ inclyte: ſepultura aſini ſepelietur. Temporalis pœnæ prædictio. *Jer.* 15. Væ mihi mater mea, quare genuiſti me virum rixæ, & diſcordiæ in univerſa terra. Pœnæ recordatio. *Jerem.* 55. Væ miſero quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi cum gemitu meo, & requiem non inveni. Pœna præſens. 1. *Regum* 4. Væ nobis, quis nos ſervabit de manu Deorum iſtorum ſublimium. *Iſa.* 6. Væ mihi
Væ multipliciter accipitur in ſcriptura. quia tacui. Pœna futura. *Ezech.* 30. Væ, væ, dicet quia juxta eſt dies, & appropinquabit dies Domini, dies nubis, tempus gentium erit. Tranſgreſſio mandatorum. 1. *Corinth.* 9. Væ enim mihi eſt ſi non evangelizavero. Perſecutio. *Apoc.* 9. Væ unum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ.

Hi *a* ſunt in epulis ſuis maculæ, convivantes, ſine *b* timore, ſemetipſos *c* paſcentes, nubes *d* ſine aqua quæ a ventis circumferuntur, *e* arbores autumnales, infructuoſæ, *f* bis *g* mortuæ, *h* eradicatæ, fluctus *i* feri maris, *k* deſpumantes ſuas confuſiones, ſidera *l* errantia, quibus *m* procella tenebrarum conſervata eſt in æternum. Prophetavit *n* autem de his ſeptimus *o* ab Adam, Enoch

a Hi ſunt] Oſtenſo quales ſunt iſti reſpectu aliorum tam majorum, quam minorum: nunc oſtendit quales ſunt in ſeipſis. Sunt enim guloſi, ut dicit. (Hi ſunt in epulis ſuis maculæ convivantes,) ideſt, gulæ, unde macula provenit: ultra modum ſtudentes comedendo, cum debeant magis utilitati & honeſtati vacare. 2. *Petr.* 2. Voluptatem exiſtimantes diei delicias coinquinationis & maculæ, deliciis ſuis affluentes, in conviviis ſuis luxuriantes. *Oſee* 4. Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum: ſeparatum eſt convivium eorum: fornicatione fornicati ſunt.

b Sine timore,] perpetrantes mala: & hoc quia cito non profertur contra eos ſententia. *Eccleſ.* 8. Et tangit hic aliud eorum peccatum, quod eſt temeraria ſecuritas: contra illud *Prov.* 28. Beatus homo qui ſemper eſt pavidus; qui vero mentis eſt duræ, corruet in malum.

c Semetipſos paſcentes,] contra illud *Job* 31. Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea. Et tangitur hic aliud peccatum, ſcilicet immiſericordia. Unde *Job* 20. Non remanſit de cibo ejus, propterea nihil remanebit de bonis ejus. *Ezech.* 34. Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos.

d Nubes ſine aqua] Ecce impetuoſitas: quia tales nubes ſunt generativæ fulguris, & tempeſtatis: [quæ a ventis circumferuntur.) Ecce inſtabilitas, & impatientia. 2. *Petr.* 2. Hi ſunt fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus exagitatæ. Neque enim ſunt aqua ſapientiæ ſalutaris, & de qua Dominus potat ſuos, ſicut dicit *Eccl.* 15.

e Arbores autumnales,) Ecce pigritia ad bonum. Illæ enim arbores, quæ tunc plantantur cum folia cadunt, fructus non faciunt, quia in hyeme ſubſequente moriuntur; vel ſi faciunt, adulterini ſunt, quia non perveniunt ad maturitatem, & tales vocat arbores autumnales. Sic hæretici quandiu ſunt in proſperitate, bene plantati & radicati videntur, ſed in hyeme adverſitatis moriuntur, nec afferunt fructum in patientia. Sed ut dicit *Pſalmus* 88. Deſtruxiſti eum ab emundatione, ideſt, ab adverſitate quæ eos deberet mundare. Vel ſi faciunt aliquem fructum, tamen in Autumno incipiunt, nec perveniunt ad maturitatem, & ſic colliguntur fructus eorum inutiles & acerbi. Et propter hoc ſequitur.

f Infructuoſæ,]ſibi & aliis. Vel arbores autumnales vocat, quarum fructus uſque poſt autumnum non colliguntur, quaſi tardi, & hyemales: non primitivi, ſed æſtivi. Sic iſti pigri ad bonum in æſtate vitæ præſentis non faciunt fructum, unde & ſervantur ad hyemem gehennalis pœnæ. *Job* 21. In diem perditionis ſervabitur malus, & ad diem furoris ducetur.

g Bis mortuæ,] quia primo hic in culpa, tandem in futuro in pœna. Vel primo moritur, qui non facit bonum; ſecundo vel bis qui facit malum. Vel ſemel mortui, quia nati filii iræ; ſed bis quia decedentes E
in peccato per amiſſionem gratiæ. Unde & ſequitur.

h Eradicatæ,] a gratia, a terra charitatis, quæ fructus facit optimos, & in centuplum multiplicatos. *Geneſ.* 26. Seminavit autem Iſaac in terra illa, & invenit in ipſo anno centuplum. *Lucæ octavo* Et *Matth.* 13. Semen cecidit in terram bonam, & attulit fructum; aliud centeſimum, aliud ſexageſimum & aliud trigeſimum. Ad litteram patet hoc de arboribus, quæ in Autumno eradicatæ de terra, ſemel mortuæ dicuntur, & ſi plantatæ ad tempus vegetantur, tandem ingraveſcente hyeme omnino moriuntur, & ideo dicuntur bis mortuæ. Tales ſunt multi qui poſtquam multos fructus collegerunt, & multas divitias congregaverunt, ſi eradicentur per aliquam infirmitatem, etſi videantur florere per eleemoſynarum diſtributionem, mortui tamen ſunt, quia non bona intentione hoc faciunt, ſed timore mortis, ſic ſolum ſperantes ſalutem corporis: Et hoc patet quod poſtea ad eadem quæ prius relevabuntur, ſed ingraveſcente hyeme mortis bis moriuntur, quia & in anima & in corpore.

i Fluctus feri maris,] ideſt, maris turbidi: quaſi diceret. Sicut mare turbidos fluctus habet, & commotiones quæ naves concutiunt; ſic & iſti multas habent conſcientiæ punctiones, & amaritudines quæ ſuam animam circumferunt. Vel (Fluctus, &c.) vocat impugnationes, violentias, & cædes quibus illi impugnant Eccleſiam, fideles corrumpendo. Et hoc eſt quod ſequitur.

k Deſpumantes ſuas confuſiones,] ideſt, diverſimode contra Eccleſiam garrientes, indebite & inhoneſte Scripturas exponentes. Sicut enim ex concurſu undarum ſpuma generatur; ſic iſti ex conjunctione auctoritatum male expoſitarum & intellectarum ſuperbiam generant & vanam gloriam, quæ eſt illorum confuſio. Et bene, quia duo contraria habent in ſeipſis. Natura enim eos deprimit, ſed ſuperbia erigit, & ita in confuſione ſunt. Et adhuc magis confundentur, quia bonos modo nituntur confundere. Unde *Iſa.* 19. Confundentur qui operabantur linum, pectentes & texentes ſubtilia: & erunt irrigua ejus flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces: tangitur aliud peccatum, ſcilicet impugnatio Eccleſiæ. Sequitur.

l Sidera errantia,] Unde non debetis eos ſequi, ſicut nautæ non ſequuntur ſtellas erraticas, ſed fixas; ecce aliud peccatum, error ſcilicet in doctrina quæ debet illuminare intellectum, & inducit errorem. Et ſicut planetæ ſunt cauſa efficiens procellæ in inferioribus, quia ibi habent dominium & aſpectum, licet in inferioribus ſit cauſa materialis: ſic iſti in Eccleſia ſunt cauſa diſcordiæ & tribulationis. Et quia ſic eſt, in procella inferni punientur, ut per quæ peccant, per ea & puniantur. *Sap.* 11. Unde ſequitur.

m Quibus procella tenebrarum ſervata eſt in æternum.] non ad tempus, ut aliqui dixerunt, æſtimantes abyſſum ſeneſcentem, ideſt, inferni pœnam putantes aliquando deficere, ſicut dicitur de Behemot *Job* 40. Propter hoc dicit *Pſalm.* 148. Ignis, ſulphur & ſpiritus procellarum, &c. Et non dicit tantum (procella,) ſed addit, (tenebrarum,) ne ſi viderent venientem procellam, fugere eam poſſent. In quo notatur quod illam procellam nunquam evadent. Et hoc eſt quia excæcati alios per errores excæcaverunt.

n Prophetavit] Probat hic quod procella pœnarum ſervatur eis, quia ſcriptum eſt quod Dominus veniet ad judicium, & reddet eis mercedem ſecundum opera ſuæ impietatis, dicens: (Prophetavit autem & de his,) ideſt, malis & eorum pœnis.

o Septimus ad Adam Enoch] & hoc eſt verum Adam computato *Geneſ. quinto* Et *primo Paralipomenon primo* Adam, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Jared, Enoch.

dicens: *a* Ecce *b* venit Dominus in ſanctis millibus ſuis *c* facere judicium contra omnes, & *d* arguere *e* omnes impios de *f* omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt: & de *g* omnibus duris quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impii. Hi *h* ſunt murmuratores, *i* queruloſi, ſecundum deſideria k ſua ambulantes, & *l* os eorum loquitur ſuperbiam, mirantes *m* perſonas *n* quæſtus *o* cauſa. *p* Vos autem chariſſimi, memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti,

a Dicens. *a* Ecce, &c.] exiſtens ſcilicet: *b* Venit] patenter & terribiliter quoad malos, ſanctos ſecum adducens qui cum eo judicabunt. *Sap.* 3. Judicabunt ſancti nationes. Unde *Matth.* 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, ideſt, exercitibus ſanctorum & Angelorum, & majeſtate; Sic ſumitur virtus in *Pſal.* 59. Et non egredieris Deus in virtutibus noſtris, ideſt, exercitibus: venit nuquam.
c Facere judicium contra omnes,) Ergo contra bonos: ſic intellige. (Contra omnes) malos. Sed unde habetur hæc coarctatio diſtributionis? Sol. Ex littera, quia in ſanctis venit exiſtens in illis, & facit judicium malis cum quibus non exiſtet; qui erunt judicandi non judicatori. *Zach.* 14. Et venit Dominus meus, omneſque ſancti ejus cum illo. *Gloſſ.* judicaturi. Unde vis eſt facienda in littera quæ dicit, quod venit (in ſanctis) & non cum ſanctis. *d* Et arguere] ideſt, convincere & manifeſtare. *e* Omnes impios] quorum opera impia prius latebant. Unde dicit. *f* De omnibus, &c.] Tunc enim ſerutabitur Jeruſalem in lucernis: *Soph.* 1. Ut videantur abſcondita tenebrarum, & manifeſtentur abſcondita cordium, quæ modo occulte arguuntur a Spiritu, nec ei credunt: *Joan.* 16. Ille arguet mundum de peccato & de juſtitia & de judicio. Nec ſolum arguet de ſanctis, imo. *g* Et de omnibus, &c.] Quia ſi de verbo otioſo quod locuti fuerunt homines, reddituri ſunt rationem in die judicii, ſicut dicit Dominus *Marc.* 3. Multo magis de blaſphemiis quæ ſunt dura verba. Vel [de omnibus duris] de operibus contra fidem, non ſolum de his quæ ſunt contra mores. Et hoc eſt quod dicit *Joel* 3. Conſurgant & aſcendant in vallem Joſaphat, quia ibi ſedebo ut judicem omnes gentes in circuitu. Sed quomodo erunt ibi omnes gentes? Erunt boni in aere pro qualitate meritorum; mali vero in terra erunt in preſſura; *Luc.* 21. Et in terris præſſura gentium, Sed quomodo venient ibi ad ſonum tubæ, cum ipſi habituri ſint corpora ponderoſa? Sol. Adducentur miniſterio Angelorum vel etiam Dæmonum. Sed cum dicitur *Matth.* 20. Multi vocati, pauci vero electi, quomodo omnes mali poterunt eſſe in terra quidem modica, quia in valle Joſaphat? Sol. Sicut miniſterio Angelorum ibi adducentur, ſic & tenebuntur: nec tamen ſine pœna, damnatorum dico non Angelorum. Hic dicit *Gloſſ.* quod vera eſt ſententia contra malos, quam dicit Apoſtolus: liber tamen unde ſumit teſtimonium, aſt apocryphus a quodam alio ſub nomine Enoch compoſitus, in quo multa incredibilia continentur. Ibi enim dicitur, quod gigantes nati ſunt non ab hominibus, ſed a dæmonibus incubis. Propter hoc quæritur, quare non ſumpſit Apoſtolus teſtimonium de Scripturis authenticis, ſed de apocryphis, quia propter hoc a multis antiquitus non recipiebatur liber iſte. Solvit hoc *Beda* in *Gloſſa*, quia etſi de apocrypho ſumpſit teſtimonium, tale tamen aſt quod nulli eſt dubium, ſed clara luce perſpicuum. Sed quare non ſumpſit teſtimonium de lege, vel prophetis ſicut alii præcedentes in ſuis Canonicis? Solut. Quia dat teſtimonium de his quæ prædicta fuerunt ante legem, ſcilicet de pœna malorum, & propter hoc teſtimonium fuit de eo qui fuit ante legem; & bene de Enoch, qui fuit ſeptimus ab Adam genere, ſicut ipſe fuit ſeptimus in editione Epiſtolarum. Item quid eſt quod dicit quod prophetavit, ergo vere fuit Propheta, ergo liber ejus vera fuit prophetia, ergo non apocryphus, quod tamen dicit *Gloſſ.* ergo textus videtur ſibi contradicere. Item ſi prophetavit, ergo fuit propheta. Similiter Adam multa dixit prophetice: ergo ante legem fuerunt prophetæ, de quibus tamen non legitur. Solut. Quantum ad hoc quod dicit hic Apoſtolus, fuit prophetia & veritas fuit in illo: quantum vero ad alia fuit apocryphus. Et hoc patet, quia iſtud idem colligitur & expreſſe legitur in multis prophetis. *Iſa.* 2. Judicabit gentes, & arguet populos multos. Et *Iſa.* 3. Dominus ad judicium veniet cum ſenioribus populi ſui, & principibus ejus. Ad aliud dicendum, quod ante legem aliqui multa dixerunt prophetice, nec tamen dicendi ſunt prophetæ. Non enim habuerunt dona prophetiæ. Adam enim multa prophetice prædixit, non tamen propheta dictus eſt, quia donum prophetiæ non habuit, quod etſi ſit actus quodammodo, tamen magis ſonat ad habitum: ſic & Enoch aiſi prophetice dixit aliqua, non tamen dicendus eſt propheta. Unde ſicut non ſequitur. Iſte currit, ergo eſt curſor: ſic non ſequitur, Iſte prophetavit, ergo aſt propheta. Tempus enim figurarum quod fuit ſub lege, reſpicit prophetia.
h Hi ſunt murmuratores,] Ecce aliud peccatum, ſcilicet murmuratio. Unde. (Hi ſunt murmuratores) de bonis aliorum quibus invident quod ſua felicitas in illorum proſperitate minuatur. Sed quare murmuraverunt? Quia carnis deſideria in ſeipſis nondum extinxerunt deſiderio cœleſtium. E converſo autem quanto ſancti obnixius ſuperna deſiderant, tanto magis deſpiciunt tranſitoria, & cuncta quæ videntur adverſa, ſicut dicit *Gloſſ.* Unde *Sap.* 1. Dicitur talibus; Cuſtodite vos a murmuratione, quæ nihil prodeſt, & a detractione parcite linguæ. *Num.* 11. Quis dabit nobis carnes ad veſcendum: recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis; in mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porri & cœpæ & alia. Anima noſtra arida eſt, nihil reſpiciunt oculi noſtri niſi manna.
i Queruloſi,] a queror quereris: Conqueruntur etenim de laboribus præſentis ſæculi non attendentes illud *Pſal.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis. Et qui non ſunt in labore & certamine, hi non coronabuntur in futuro. 2. *Timoth.* 2. Qui certat in agone, non coronabitur niſi legitime certaverit. Vel. (Queruloſi) a quæro quæris, quia iſti quæſtum æſtimant pietatem. 1. *Timoth. ſexto* Cauſas autem ſubjungit, quare ipſi ſunt tales, quia.
k Secundum deſideria ſua ambulantes,] quia a carnis voluptatibus & concupiſcentiis non abſtinent, nec ſeipſos reſervant. *Philip.* 3. Multi enim ambulant de vitio in vitium, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum qui terrena ſapiunt. Hæc eſt ergo prima cauſa quare murmurantes, & queruli, ſcilicet concupiſcentia carnis, quam ſequebantur. *Jacob. quarto* Unde bella & lites in vobis: Nonne ex concupiſcentiis veſtris quæ militant in membris veſtris. Deinde ſubdit aliam cauſam, ſuperbiam ſcilicet.
l Et os eorum loquitur ſuperbiam,] quia ſe ſolos dicunt Deum cognoſcere, & neminem ſalvari poſſe niſi in ſua ſecta. Et quid mirum? Membra ſunt enim illius ſuperbi, de quo prædixit *Daniel.* 11. Elevabitur & magnificabitur adverſus omnem Deum, & adverſus Deum Deorum loquetur magnifica. Deinde ſubdit tertiam cauſam, quæ eſt adulatio hominum quæ oritur ex avaritia. Unde dicit. *m* Mirantes] ideſt, cum quadam admiratione honorantes. *n* Perſonas] majorum principum ſcilicet, & baronum.
o Quæſtus cauſa.] ut ab eis aliquid recipiant: Sicut faciunt hæretici in Lombardia, qui blandiuntur divitibus, ut defendantur ab eis & ſuſtententur, non quod eos diligant: Sic etiam multi faciunt qui intendunt divitibus, & eis blande loquuntur, dimittentes quod juſtum eſt, vel diſſimulantes, ut ab eis aliquid accipiant, plus ad pecuniam habentes oculum, quam ad animam: Et hac etiam de cauſa multi divites eliguntur in Epiſcopos. Unde *Iſa.* 3. Veſtimentum tibi eſt, eſto princeps noſter: Sed utinam ipſi reſponderent quod ſequitur. Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, ideſt, nihil dabo vobis.
p Vos autem chariſſimi, &c.] Tertia pars quartæ partis in qua oſtendit, quod non debent imitari illos, quia Apoſtoli a quibus inſtructi ſunt, hoc prohibuerunt eis. Unde dicit: (Vos autem chariſſimi:) quaſi, quicquid dicant illi, vel faciant: [Vos autem chariſſimi memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt] vobis (ab Apoſtolis Domini noſtri Jeſu Chriſti) ut corde cognoſcentes, opere ea compleatis, *ſecundo Petr. primo* Dabo autem operam, & frequenter habere vos poſt obitum meum, ut horum memoriam faciatis. Duo autem implicat argumenta propter quæ credendum eſt Apoſtolis qui prohibuerunt eos imitari: & quia futura prædixerunt: unde dicit: (Quæ prædicta ſunt,) & quia a Domino qui eſt veritas, miſſi ſunt: unde non niſi veritatem dicunt: unde dicit: (Ab Apoſtolis Domini, &c.)

▲ *a* Qui dicebant vobis quoniam in noviſſimis temporibus venient] a ſeipſis non a Domino miſſi. *Joan.* 20. Quotquot venerunt fures ſunt & latrones. *b* Illuſores] veritatis fidei & fidelibus illudentes, ſicut Judæi Chriſto. Unde & recte Antichriſti dicti ſunt. 1. *Joann.* 12. Nunc autem Antichriſti multi facti ſunt.

Qui *a* dicebant vobis, quoniam in noviſſimis temporibus venient illuſores *b* ſecundum ſua *c* deſideria ambulantes, non *d* in pietate. Hi ſunt qui *e* ſegregant ſemetipſos animales *f* Spiritum *g* non habentes. *h* Vos *i* autem chariſſimi ſuper ædificantes *k* voſmetipſos *l* ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu Sancto orantes *m* voſmetipſos in dilectione Dei ſervate, expectantes *n* miſericordiam *o* Domini noſtri Jeſu Chriſti in vitam æternam: Et hos *p* quidem arguite *q* judicatos: illos *r* vero ſalute *ſ* de *t* igne rapientes: *u* aliis *x* autem miſeremini *y* in timore, *z* odientes *a* eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.

1. Tim. 4. 2. Tim. 3. 2. Petr. 24. qu 3. 4. de aliis. *c* Secundum ſua deſideria ambulantes.] quia guloſi, avari, & hujuſmodi.

d Non in pietate.] cultus divini. Et hoc ſigno poterunt cognoſci 2. *Tim.* 2. Hoc autem ſcito, quod in noviſſimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores pluſquam Dei.

e Hi ſunt, &c.] ideſt, a facie hominum ſe ſeparant, ut habitantes in abditis conventicula faciant de ſanguinibus. Et propter hoc promittit eis Dominus per *Pſalm.* 15. Quod nec memor erit nominum eorum per labia ſua. Vel (ſegregant) ideſt, ſeorſum a grege Domini ſe agunt, ideſt, conſortio bonorum, & communione ſanctorum, quia non ſunt in ſancta Eccleſia Catholica. Unde nec habent remiſſionem peccatorum: ſimiles Diabolo qui ſe a ſanctorum grege Angelorum ſegregavit. Et onde hoc? Quia ſunt. *f* Animales Spiritum] Spiritum ſcilicet (non habentes) 1. *Cor.* 2 Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. Animales ergo non ſunt ab anima, ſed ab animalitate; quia ut bruta animalia ſuas concupiſcentias conſequuntur. Vel *g* Spiritum creatum] ideſt, uſum rationis bonum. *h* Non habentes.] quo diſcernant inter eligenda & fugienda: quia ſi ſpiritu vivimus, ſpiritu & ambulemus, *Gal.* 5. *i* Vos autem, &c.] Quinta pars epiſtolæ in qua ponit moralem inſtructionem monens ſuper fidei fundamentum bona opera ædificare & hoc vel præceptorum, vel conſiliorum: ut præcepta ſint in loco ſuo ſuper ipſum fundamentum: conſilia ſunt in alio quaſi in loco ſuo: ut & muri ſolent arctare, ita & conſilia nos arctant, a via communi, cum implemus ea: ecce fundamentum, & parietes cœleſtis ædificii. [Vos autem:] quaſi tales ſunt, [Vos chariſſimi,] diſſentiatis eis. *k* Superædificantes fidei veſtræ] ideſt, ſuper fidem ædificantes. *l* Voſmetipſos] tanquam lapides vivos per opera mandatorum & conſiliorum vivificatos, 1. *Petr.* 2. Et ipſi tanquam lapides vivi ſuperædificamini domos ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Jeſum Chriſtum.

m Orantes in Spiritu Sancto] merito orationis, quam a gratia Spiritus Sancti didiciſtis: *Rom.* 8. Quid oremus, neſcimus ſicut oportet, ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis, ideſt, poſtulare nos docet: quaſi, confidatis de Spiritu Sancto, & non de veſtris viribus vel meritis præſumatis. Et eſt hic argumentum quod qui non eſt in gratia, nihil meretur. Verum eſt merito condigno, etſi merito congruo mereatur. Et cum dicit, (Orantes,) quaſi apponit tectum in ædificio ſpirituali, cujus fundamentum & parietes præoſtendit. Qualiter ergo ſit orandum determinat *Ezech.* 41. dicens. Et oſtium lateris ad orationem: oſtium unum ad viam Aquilonis, & oſtium unum ad viam Auſtralem: & latitudinem loci ad orationem quinque cubitorum in circuitu. Oſtium viæ Aquilonis eſt timor Domini: oſtium viæ Auſtralis eſt ſpes. Per hæc duo intramus ad locum orationis, quod eſt cor, ſecundum quod dicit Dominus *Matth.* 6. Cum oraveris intra in cubiculum tuum, ideſt, in cor tuum revertere, & clauſo oſtio ora patrem tuum. Hujus latitudo eſt charitas, quæ cor hominis dilatat: & hæc menſura eſt, quia ex charitate orandum eſt, non ſolum pro amicis ſed etiam pro inimicis. *Matth.* 5. Orate pro calumniantibus, & perſequentibus vos. Hæc autem menſura habet quinque cubitos in circuitu, quia nobis & proximis debemus petere quinque. Primum eſt radicatio fidei & confirmatio: unde illud *Luc.* 17. Adauge nobis fidem. Secundum eſt multiplicatio boni. *Pſalm.* 24. Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Vias mandatorum, ſemitas conſiliorum. Tertium eſt amotio mali, vel remiſſio peccati. *Pſalm.* 50. Et omnes iniquitates meas dele. *Pſalm.* 52. Quartum eſt declinatio Inferni, & etiam Purgatorii. *Pſalm.* 6. Domine ne in furore tuo arguas me (ideſt in Inferno) neque in ira tua corripias me (id eſt, in Purgatorio.) Quintum eſt adoptio hæreditatis noſtræ, ſcilicet gloriæ. *Pſalm.* 37. Domine ante te omne deſiderium meum. *Exod.* 33. Oſtende mihi gloriam tuam: & reſpondit Dominus: Ego oſtendam tibi omne bonum. Item longitudo orationis eſt perſeverantia in continuando orationem: hæc non menſuratur, quia debet durare uſque in finem *Jac. ult.* Multum valet oratio juſti aſſidua. Item profunditas orationis eſt humilitas: hæc ſimiliter non menſuratur, quia ſemper eſt habenda, maxime cum humilitas ſit ejus cauſa: unde *Mich.* 6. In medio tui humiliatio tua: *Jer.* 16. Congrega de terra confuſionem tuam, quæ habitas in obſidione. Sic ergo patet qualiter orandum, quia nempe timor, vel ſpes debent nos impellere: & quinque ſunt petenda. Item quæ eſt latitudo orationis, ſcilicet charitas; quæ longitudo, quæ eſt aſſiduitas; quæ eſt profunditas; quæ eſt humilitas: & ſic orans poſtulet in fide nihil hæſitans: *Jacob* 1. Quia non confundetur ab expectatione ſua. Unde ſequitur. *n* Expectantes] cum ſecuritate. *o* Miſericordiam Domini noſtri Jeſu Chriſti] & hoc (in vitam æternam,) quaſi dicat: Hæc eſt miſericordia, quam debetis expectare, vita, ſcilicet æterna. Sed nunquid vita æterna eſt miſericordia, vel ea miſericordia: imo ea merito ut videtur; & ſic ex juſtitia? Sol. Vita æterna eſt miſericordia quo ad radicem merendi, quæ eſt gratia: vel quoad menſuram remunerandi, quæ erit ſupra condignum & hoc ex miſericordia: ſed quoad eſſentiam vita æterna eſt juſtitia: vel quoad merita ipſa, vel opera facta ex conventione facta cum operariis ex denario diurno. *Matth.* 20. *p* Et hos quidem] quaſi dicat: Tales ut dixi, ſitis in vobis: & non ſolum bene in vobis vos habete, ſed & ad alios. Unde dicit: (Et nos quidem) ideſt, obſtinatos. *q* Arguite judicatos;] ideſt, quia judicati ſunt: *Joann.* 3. Sed contra: *Prov.* 9. Qui arguit impium, ſibi maculam generat: noli arguere deriſorem ne oderit te: & obſtinati deriſores ſunt fidei, unde ex argutione pejores efficiuntur. Sol. Si ſoli ſunt, non ſunt arguendi: ſed ſi ſunt cum aliis qui poſſunt inſtrui, debent argui, non propter ſe, ſed propter alios, ſicut Dominus turbas docebat præſentibus Scribis & Phariſæis, qui obſtinati erant. *r* Illos vero] ideſt, non obſtinatos, tamen peccatores. *ſ* Salvat] veſtris admonitionibus & documentis. *t* De igne] vitiorum. *u* Rapientes:] eos *Prov.* 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum, liberare ne ceſſes. Si dixeris vires non ſuppetunt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit: reddetque homini juxta opera ſua. *x* Aliis autem miſeremini] ideſt, illis qui non ſunt obſtinati: cum adhuc nolunt peccata dimittere, debetis compati, & condolere, quod non poteſtis eos corrigere. Vel [Aliis] ideſt, pœnitentibus. *y* Miſeremini] leniter inſtruendo, & eorum onera ſimul cum ipſis per compaſſionem portando: *Gal. ult.* Alter alterius onera portate. Et hæc omnia facite. *z* In timore,] Unde *Gloſſ.* Nam & apoſtatas cum quiſque arguit, & damnabiles oſtendit, in timore debet arguere, ne forte ſibi ſuiſque aliquid tale contingat: & qui de incendio vitiorum alium caſtigans eripit, timeat ne & ipſe tentetur: & qui pœnitenti proximo miſeretur, circumſpiciat ne forte plus juſto vel ſeverus ſit, vel pius. Unde *Gal.* 2. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite hujuſmodi in ſpiritu lenitatis; conſiderans teipſum ne & tu tenteris. Modum autem corripiendi oſtendit dicens.

a Odientes eam quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.] quaſi dicat: Corripite eos, vitium odientes non naturam *Gloſſ.* ideſt carnem. Sed contra *Epheſ.* 5. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eam. Solutio: ad *Eph.* loquitur *Apoſt.* non de carnis amore, ſed de uxore: & accipitur ſic caro *Gen. cap.* 2. Et erunt duo in carne una. Hic vero eſt ſermo de carnis corruptione, & libidine. Vel poteſt dici quod ad *Epheſ.* loquitur de carne, ideſt natura, ideſt, creatura Dei; hic vero *Judas* intelligit de vitio, & improba voluntate carnis, vel concupiſcentia. Unde dicit (Maculatam.) unde *Gloſſ.*

a Non corpus, ſed maculatum eſſe odiſſe debemus, & arguere, ut immaculatum reddamus. Hęc eſt illa tunica quam fratres Joſeph maculatam ſanguine miſerunt ad Jacob, *Geneſ.* 37. Tulerunt autem tunicam ejus, & in ſanguine hœdi quem occiderant, tinxerunt. Per ſanguinem peccatum abominabile, & fœtidum Deo patri. Sed quia hoc facere non poſſumus, niſi Dei gratia auxiliante, propter hoc ſubjungit.

a Ei autem qui potens eſt vos conſervare ſine peccato, & conſtituere *b* ante *c* conſpectum gloriæ ſuæ *d* immaculatos in exultatione *e* in adventu *f* Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſoli *g* Deo *h* Salvatori noſtro per *i* Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, *k* gloria, *l* magnificentia, *m* imperium *n* & poteſtas *o* ante omnia ſæcula, & *p* nunc & in *q* omnia ſæcula *r* ſæculorum. Amen.

Explicit Epiſtola beati Judæ Apoſtoli.

a Ei autem, &c.] Et eſt ſexta pars in qua monet eos ut in omnibus agant gratias, & quęrant gloriam Dei. Unde dicit, (Ei autem qui potens eſt vos conſervare) in omni bono ſine peccato dando gratiam in pręſenti qua poteſtis vobis cavere a peccato, 1. *Cor.* 15. Gratia Dei ſum id quod ſum, ſcilicet liberatus a peccatis. *b* Et cooſtituere] in futuro in anima ſimul & corpore ſtatuere ſicut immortales. *c* Ante conſpectum glorię ſuę] quando ſc. gloriam ejus videbimus, & conſpiciemus 2. *Cor.* 3. Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu. Conſervare dico. *d* Immaculatos] ab omni macula non corporis tantum, ſed & mentis. Beati enim immaculati in via, &c. Et conſtituere. *e* In exultatione] quando venientes venient cum exultatione dicentes illud *Cant. cap.* 1. Exultabimus, & lętabimur in te. *f* In adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti,] ideſt, in die judicii ubi Domious cum majeſtate magna veniet, & virtute. *Matth.* 24. Unde & neceſſarium erit bonos ibi ſtabiliri, & conſolidari. Et inquam. *g* Soli Deo] 1. *Tim.* 1. Regi ſęculorum, immortali, invisibili, ſoli Deo. *h* Salvatori noſtro] filium ſuum mittendo. *Iſa.* 43. Ego ſum Dominus, & non eſt abſque me Salvator. *i* Per Jeſum Chriſtum] per quem omnia operatur pater, ut artifex per ſuam ſapientiam 1. *Cor.* 1. Dei virtus, & Dei ſapientia. *k* Gloria,] ipſi inquam eſt gloria in ſe. *l* Magnificentia,] in operatione. *m* Imperium] in regimine omnium, ut omnis voluntas ejus fiat: *Iſa.* 45. Mihi curvabitur omne genu. *n* Et poteſtas] cui nihil reſiſtit. *Dan.* 7. Poteſtas ejus, poteſtas æterna quæ non auferetur. *Iſa.* 45. Confondentur omnes qui repugnant ei. *o* Ante omnia ſæcula,] ideſt, ante mundi conſtitutionem. *p* Et nunc] ideſt, toto mundi hujus tempore. *q* Et in omnia ſæcula ſæculorum.] quæ futura ſunt poſt mundi finem in æternitatem: quaſi dicat, Glorioſus eſt Deus ab æterno uſque in æternum. Unde *Apoc.* 4. Qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt; quaſi dicat. Si gloriam puræ & defæcatæ conſcientiæ habetis, ſi magnifica opera facitis, ſi motibus carnis, vel dæmonibus imperatis, ſi vitiis potenter reſiſtitis, vel flagella patienter ſuſtinetis, totum Deo attribuite, a quo totum accepiſtis, gratias agentes, ut jam nunc vitam æternam inchoetis, in qua ſine fine laudabimus Deum, cum ipſo regnantes in ſæcula ſæculorum. *r* Amen. Confirmatio eſt omnium prædictorum: quaſi dicat: Nihil cadet, vel deficiet ab eis quæ prædiximus. Amen enim dicitur ab a, quod eſt ſine, & men, quod eſt defectus, & in illa cœleſti patria nullus erit deficiens, nullus fatigatus, nullus dormitans, nullus tardus. *Iſa.* 5. Non eſt deficiens, neque laborans in eo, non dormitabit, neque dormiet, neque ſolvetur cingulum renum ejus. Sed erit ibi omnium bonorum abundantia. *Prov.* 1. Et abundantia perfruetur, terrore malorum ſublato *Iſa.* 32. Et erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum, & ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Epiſtolam Canonicam Judæ.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS, & Domini, D. Hugonis Cardinalis, &c.

In Poſtillam ſuper Apocalypſim.

P R O L O G U S.

ASer, pinguis panis ejus, & præbebit delicias Regibus *Gen.* 49. Per hoc bene ſignificatur beatus Joannes. Aſer enim interpretatur atrium, ſive divitiæ, ſive beatitudo. Et hæc tria beato Joanni conveniunt ſecundum ejus tria opera. Atrium enim fuit in doctrina Evangelii, per quod multi ingrediuntur in domum Domini in aulam ſcilicet Paradiſi. Unde ipſe præ ceteris Evangeliſtis docet Chriſtum eſſe viam: *Joan.* 14. Et oſtium: *Joan.* 10 deſcribit. Et atrium via eſt ingrediendi in domum: ipſe ſolus præ ceteris Dominum Jeſum Chriſtum ſic loquentem oſtendit, *Joan.* 10. Per me, ſicut per atrium, viam & oſtium, ſi quis introjerit, ſalvabitur: ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. Item alia interpretatio ei bene competit. Plenus enim fuit ſpiritualibus divitiis, & maxime charitate, ſine qua virtutes ceteræ ſunt quaſi carbones extincti. Et hoc patet plane, & lucide in omnibus ejus epiſtolis ubi quaſi per totum agit de charitate. Et bene hoc competit ei, quem privilegio amoris dilexit Dominus Jeſus Chriſtus. Quia etiam familiarius inter ceteros dilectus magis ei adhæſit. Hic enim eſt diſcipulus quem diligebat Jeſus *Joan. ult.* Item tertia interpretatio convenit ei ſecundum hoc opus quod præ manibus habemus, ubi ejus beatitudo aliquantiſper innotuit, per hoc quod cœleſtia ſecreta rimatus, futurum ſtatum Eccleſiæ & prævidit ut propheta, & ut Apoſtolus prædicavit. Unde de eo cantat Eccleſia, Beatus Apoſtolus cui revelata ſunt ſecreta cœleſtia. De hoc Aſer dicitur *Deuter.* 33. Benedictus in filiis Aſer, ſit placens fratribus ſuis & tingat in oleo pedem ſuum, ferrum & æs calceamentum ejus, ſicut dies juventutis tuæ ſic & ſenectus tua. Hic fuit benedictus in filiis, quia inter Apoſtolos familiarius a Domino dilectus eſt. Unde & virgini Virgo mater Domini fuit commendata: *Joan.* 19 Cum vidiſſet Jeſus matrem, & diſcipulum ſtantem quem diligebat, dixit matri ſuæ. *Mulier,* ecce filius tuus deinde diſcipulo: Ecce mater tua. Et quia ſic dilectus, ideo etiam placens fratribus, Apoſtolis, ſcilicet, & ceteris omnibus. Quod patuit per hoc quod occurrit B. Joanni de exilio revertenti omnis populus virorum ac mulierum clamantium, & dicentium benedictus qui venit in nomine Domioi. Et quid mirum ſi gaudebant in ejus reditu, cum ipſe arderet totus in eorum profectu? Unde *in tertia Canonica ſua* dicit, Majorem autem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos chariſſimos in veritate ambulare. In hoc etiam patet ejus affectus, quia eos vocabat ſemper diminutivo nomine dicens, filioli, & per hoc etiam placebat eis. Et quod Apoſtolis, ideſt, fratribus placuerit patet per hoc quod ei poſt deceſſum omnium aliorum Apoſtolorum diutius viventi in terra apparuit Dominus Jeſus Chriſtus cum diſcipulis ſuis, & ait illi. Veni dilecte mi ad me, tempus eſt ut epuleris in convivio meo cum fratribus tuis, ſcilicet Apoſtolis jam in regno meo mecum receptis. Tingat in oleo pedem ſuum. Hoc fuit, quando in ferventis olei dolium miſſus, exivit illæſus ab olei fervore, ſolo tinctus liquore. Ferrum, ideſt patientia invincibilis, qua dura perſecutorum corda ſuperavit. Et æs, ideſt, fidei profeſſio inſuperabilis, qua hæreticorum verſutias, & deceptiones, & inſidias devicit, & retudit. Hæc inquam fuerunt calceamentum ejus: ut calceatus eſſet pes in præparatione Evangelii pacis. *Eph.* 6. Et ut ſic pedem ſuum a nuditate prohiberet, ſecundum conſilium *Jer.* 2. Prohibe pedem tuum a nuditate. Et confidenter calcare poſſet ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil ei noceret ſicut dixit illi, & aliis Apoſtolis Dominus *Luc.* 10. Hujus ergo Aſer, ideſt, beati Joannis panis pinguis fuit, id eſt, doctrina Evangelii, quæ fuit ejus, ut ſcriptoris. Vel panis ejus, ut ſcriptoris ſimul, & auctoris doctrina, ſcilicet epiſtolarum, quæ utique panis dicitur, quia ſuſtentat, reficit animam, & confortat. Item pinguis, quia ſupernatans; altius enim, quam alii ſancti de divinitate intonuit cum dixit: Verbum caro factum eſt *Joan.* 10. Et idem per alia verba in principio Epiſtolarum ſuarum dicens: Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de Verbo vitæ, &c. Dicitur etiam panis ejus doctrina, propter communitatem. Sicut enim panis communior cibus eſt, ſic Evangelicum omnibus eſt prædicatum, & ſi non ab omnibus ſit receptum, hoc eſt propter eorum

4 malitiam

Digitized by Google

malitiam, & defectum. Omnes enim tenentur Evangelium recipere, etſi non omnes omnia quæ in eo ſcripta ſunt, tenentur facere, & non omnes tenentur ad conſilia, ſed tamen omnes tenentur venerari omnia quæ ibi ſunt ſcripta. In hoc libro præbet delicias Regibus qui ſe bene regnnt regnantes per temporalium ſubjectionem, & abjectionem, & ſui macerationem. Et bene dicit delicias, quia illæ paucorum ſunt, quia ſolummodo eorum, qui ſunt

Incipit Prologus Gilberti in Apocalypſim beati Joannis Apoſtoli.

OMnes *a* qui pie volunt vivere in *b* Chriſto, ſicut ait Apoſtolus, perſecutionem patientur *c* juxta illud, Fili *d* accedens ad ſervitutem Dei, *e* ſta in juſtitia, *f* & timo-

2. Tim. 3. Eccl. 2. Reges. Deliciæ autem ſunt revelationes B. Joanni factæ quæ ſolis ſpiritualibus apponuntur.

Unde & pauci iſtum librum ſciunt, quia pauci Reges ſpirituales ſunt. Pauci enim adhærentes ſoli Spiritui, carnem & ea quæ carnis ſunt, ſubjiciunt. Spiritus autem eſt qui revelat myſteria, 1. *Cor.* 14. ideſt, qui has delicias Regibus adminiſtrat. Et 1. *Cor.* 2. Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei. In hoc igitur, quod dicit delicias, notatur utilitas hujus libri in ipſo nomine deliciarum.

Item notatur difficultas in eo quod deliciæ ſunt paucorum.

Unde *Hier. in prologo Bibliæ* 8 Apocalypſis Joannis tot habet ſacramenta quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.

Unde inter ceteros ſacræ Scripturæ obſcurior eſt liber iſte plus etiam, quam Prophetæ, quia eorum ſcripturæ pro magna parte jam impletæ ſunt. Iſtius vero quaſi tota, vel pars maxima futura eſt. Unde *Iſa.* 42. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt, ideſt, dicta Prophetarum jam impleta ſunt Chriſto adveniente, de quo cecinerunt. Unde *Matth.* 11. Omnes enim Prophetæ, & lex uſque ad Joannem Nova quoque ego annuncio, ideſt, futura dicit Joannes Evangeliſta, & tanto obſcuriora quanto minus impleta. Quis autem ſit auctor jam patet, quia Joannes Apoſtolus, non ſolum Apoſtolus, imo & Propheta. Multi autem in Novo Teſtamento Prophetæ fuerunt, ſicut & in Vetere. Unde *Act.* 13. Erant autem in Eccleſia, quæ eſt Antiochiæ prophetæ, & doctores, &c. Et *Act.* 21. dicitur de Philippo, quod habebat quatuor filias prophetantes, & in eodem etiam legitur de Agabo. Totus ergo liber iſte prophetia eſt, conſolans bonos, & deterrens malos. Et ſic etiam patet modus agendi qui eſt quod modo conſolatur bonos, modo deterret malos. Quis tamen fuerit auctor hujus libri, multi dubitaverunt. Quidam enim dixerunt hunc librum non eſſe Joannis Apoſtoli, ſed Cherinti, ipſius æmuli. Unde *Dionyſ.* Nonnulli ex prædeceſſoribus noſtris librum hunc a Divinis ſcripturis alienum eſſe judicaverunt, omnia arguentes capitula hujus libri. Unde dicunt, neque Joannis hunc eſſe librum, neque revelationem: quia hic ponit ſuum nomen, & non in aliis, neque Apocalypſis eſt, quia plenus eſt obſcuritatibus multis. Item dicunt, Joannes opera ſcripſit utilia, hic nihil dignum eſt Apoſtolica gravitate. Unde & dicunt quod Cherintus qui erat Adverſarius Joannis, hunc librum fecit. Et hoc probant per illud, quod dicitur *infr.* 20. Et regnaverunt cum Chriſto mille annis. Fuit enim opinio Cherinti, quod regnum futurum eſſet terrenum & per mille annos duraturum. Alii etiam dixerunt quod fuit Joannis, non Apoſtoli, ſed alterius ſancti ſic dicti, & hoc volunt probare dicentes, quod ſtilus ejus non ſapit ſtilum Joannis Apoſtoli. Sed *Dionyſ.* diffiniens dicit quod cenſet hunc librum eſſe inter Divinas ſcripturas reponendum, quem etſi non intelligit, tamen veneratur. Unde dicit: Non reprobo, quæ non intelligo. Hoc eſt etiam contra illos, quia ipſum recipit, & Hieronym. & Eccleſia, ut Joannis Apoſtoli. Quæ etiam ſit materia, patet, nempe tribulationes, quæ venturæ ſunt Eccleſiæ, quæ prius dictæ ſunt deliciæ, quia quicquid in præſenti ſuſtinet Eccleſia pro Chriſto, parum eſt comparatione futuræ gloriæ, quam expectat. Unde *Cant.* 1. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Verum eſt in præſenti vita. Et quare. Quia inter ubera mea commorabitur, in futura, quæ ubera erunt cognitio, & dilectio. Materia enim ſunt pœnæ malorum quas in eodem libro prævidet & prædicit, & gaudia bonorum, quæ in fine prophetat & deſcribit. Eſt etiam intentio monere ad patientiam.

Finis invitare ad gloriam. (Titulus. Incipit liber Apocalypſis Joannis Apoſtoli) Sed ly (Apocalypſis) idem eſt, ac revelatio, quomodo ergo obſcuratur.

Sol. Joanni quidem omnia revelata ſunt manifeſta, nobis vero occulta, niſi Spiritus ſanctus nobis voluerit ea revelare. Rogandus eſt igitur, ut ipſe nobis ſecreta revelet, quia aperit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas. Cauſa movens ad ſcribendum fuit hæreticorum nequitia, quæ ipſo manente in exilio, in Eccleſiis quibus ipſe præerat, inolevit. Si quæris, cui parti Philoſophiæ ſupponatur, male quæris, quia non Philoſophiæ, ſed vitæ ſupponitur. Sap. 10.

Sed triplex eſt vita. Phylargyrica, quæ eſt eorum qui diligunt mundum, & dicitur a phylos quod eſt amor & argentum.

Item practica, eorum ſcilicet qui in agro Domini, vel in vinea operantur: praxis enim eſt operatio.

Item contemplativa, hæc eſt eorum, qui liberati ab omnibus exterioribus curis liberam mentem in ſapientiæ ſpectacula figunt, & huic ſupponitur liber iſte. Sic igitur, quæ utilitas quanta etiam difficultas; in quibus duobus excitatur attentio: omnis enim ars, & ſcientia eſt de bono, & difficili.

Item quis auctor quia Joannes. Item quæ materia, quia Eccleſia, & ejus tribulationes. Item quæ intentio, quia monet nos ad patientiam: ſpicula enim prævisa minus lædunt. Item qui finis, quia gloriæ æternæ acquiſitio.

Item quæ cauſa movens, quia hæreticorum nequitia quæ intra ſuam diœceſim pullulabat. Item cui vitæ ſupponitur, quia Contemplativæ. Item hic notandum eſt, quod Deus Trinitas providens tribulationes Eccleſiæ futuras nunciavit Chriſto homini: Chriſtus vero homo Joanni, ſed Joannes ſeptem Eccleſiis Aſiæ minoris, quibus ipſe præerat, cujus Aſiæ metropolis eſt Epheſus, ſicut dicitus in prologo, non Aſiæ majoris quæ eſt tertia pars Mundi.

Explicit Prologus Auctoris.

Reverendiſſ. in Chriſto Patris, & D.

DOMINI HUGONIS

Cardinalis, &c.

Prologi Gilberti in Apocalypſim Sancti Joannis.

PROLOGUS.

OMnes, qui pie volunt vivere, &c.] Huic igitur operi præmiſit Prologum Gilbertus, qui hunc librum expoſuit, ubi omnia prænotantur, quæ ſolent in librorum initiis inquiri. Dicit ergo.

a Omnes qui pie volunt vivere, &c.] Dividitur iſte Prologus in octo partes: in prima brevem fidelium admonitionem præmittens, oſtendit quare tribulationes quas Deus prævidebat futuras, Eccleſiæ revelare voluit. In ſecunda rationem nominis aſſignat, quare, ſcilicet liber iſte dicatur Apocalypſis, ibi [Revelavit autem tota, &c.] In tertia oſtendit quare inter ſcripturas Novi teſtamenti ſolus liber iſte dicatur prophetia & ſit ibi [Ideo liber iſte, &c.] In quarta quæ ſit hujus libri auctoritas, oſtendit, ibi [Ad cujus confirmandam, &c.] In quinta cum multiplex ſit viſio, & hæc in viſione Joannes viderit, oſtendit cujuſmodi fuit hæc viſio, ibi [Cum autem Joanni, &c.] In ſexta oſtendit ubi hæc viſio facta fuit ei, ibi [Vidit autem Joannes, &c.] In ſeptima quare ſcripſit ibi [Hac eum ad ſcribendum, &c.] In octava & ultima oſtendit breviter ea, quæ ſolent in principiis librorum inquiri, ſcilicet quibus ſcribat, quæ materia, quæ intentio, quis modus tractandi, & hujuſmodi, ibi. [Scribit autem Joannes &c.] Dicit ergo [Omnes qui pie volunt vivere, &c.] Dei ſcilicet cultum tenentes & proximis ſubvenientes. Eſt enim pietas idem quod religioſitas, ſive cultus Dei: quia ſic definitur a Tullio: Religio eſt, quæ cujuſdam ſuperioris naturæ, quam divinam vocant, curam cæremoniamque affert, ſic eſt cultus Dei. Item Tullius: Pietas eſt affectus erga proximum quo ei ſubvenitur, vel ſaltem condoletur. *b* In Chriſto.] Hoc eſt quod dicit pie, ſicut ait Apoſtolus 2. *Tim.* 3. Perſecutionem patientur. *c* Juxta illud] *Eccl.* 2. *d* Fili accedens ad ſervitutem Dei,] cui ſervire regnare eſt. Unde *Iſa.* 49. Parum eſt, ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas, &c.

e Sta in juſtitia,] ideſt, in firmitate propoſiti, non motus per diverſa Dæmonum tentamenta.

f Et timore Dei,] ut nihil quod faciendum ſit, negligas, *Eccl.* 7. Qui timet Deum, nihil negligit. *Pr.* 28. Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus, qui vero mentis eſt duræ, corruet in mala.

▲ a Et præpara animam tuam] ideſt, voluntatem. b Ad tentationem] ſuſtinendam, ut ſc. ſis paratus voluntarie, & ſponte ſuſtinere. *Jac.* 1. Beatus vir, qui ſuffert tentationem. Et quare ſic faciendum eſt, ſubjungit dicens. c Tentatio namque eſt vita hominis ſuper terram.] *Job* 7. Ubi alia littera habet, Militia eſt vita hominis, &c. quaſi diceret. Ad hoc homo eſt poſitus ſuper terram, ut tanquam miles ſtrenuus ſit fortis in tentationibus.

Matt. 28. *Luc.* 12.

d Ne autem fideles] in his deficiant fatigati.

e Conſolatur eos Dominus, &c.] ut hilares reddat & alacres.

f Confirmat] ut fortes efficiat, & ſtabiles.

g Dicens.] *Matt. ult.* (Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi] ad tuendum, & eruendum.

h Et] *Luc.* 12. [Nolite timere pusillus grex.] Poſita brevi admonitione imo animatione fidelium, cauſam ſubjungit, dicens: quare Deus

re. a Et præpara animam tuam ad tentationem. b Tentatio c namque eſt vita hominis ſuper terram. d Ne a. fideles in his deficiant, e conſolatur eos Dominus atque f confirmat dicens: Vobiſcum ſum g uſque ad conſummationem ſæculi, h & nolite timere puſillus grex. i Propterea k videns Deus pater tribulationes quas paſſura erat Eccleſia ab Apoſtolis fundata ſuper petram Chriſtum, ut minus l timeantur m diſpoſuit una cum filio, & Spiritu S. eas revelare. n Revelavit o autem tota Trinitas Chriſto ſecundum humanitatem, Chriſtus p vero Joanni per Angelum, q Joannes Eccleſiæ, r de qua revelatione hunc librum compoſuit. Unde ſ & liber iſte Apocalypſis dicitur, ideſt, revelatio, quia hic continentur, quæ Deus revelavit Joanni, & Joannes Eccleſiæ, quanta ſcilicet Eccleſia paſſa ſit in tempore primitivo, t & nunc patiatur, u & noviſſimis temporibus Antichriſti paſſura ſit, quando x tanta erit tribulatio, ut ſi fieri poteſt etiam moveantur electi. Et quę pro y his z & nunc, & a in futuro prędia ſit b ſuſceptura, c ut quos denunciata ſupplicia terrent promiſſa prędia lętificent. Ideo d iſte e liber inter reliquas ſcripturas Novi teſtamenti, prophetię nomine cenſetur quę aliis eſt excellentior prophetiis. Sicut enim f novum Teſtamentum prędiat Veteri, g Evangelium legi, ita hęc h prophetia prophetiis Veteris i Teſtamenti: quia de Chriſto & Eccleſia magna ex parte jam adimpleta ſacramenta denunciat. k Vel etiam ideo, quia cum aliis l unifaria m iſti trifaria n data eſt prophetia, ſimul ſcilicet de pręterito, & pręſenti, & futuro. Ad o cujus p confirmandam auctoritatem concurrit etiam auctoritas mittentis, deferentis, & accipientis, q Mittentis ſcilicet Trinitatis & deferentis, ſcilicet Angeli & accipientis, ſcilicet Joannis.

hic prænunciantur, & pœnæ malorum. e Liber inter reliquas ſcripturas Novi teſtamenti, &c. Prophetiis) Veteris, ſcilicet Teſtamenti. Et hoc probat triplici ratione, Primo per hoc, quod Novum Teſtamentum præſtantius eſt quam Vetus. Secundo, quia multa de myſteriis Chriſti jam impleta prophetant, ibi; (Quia de Chriſto, &c.) Tertio, quia trifaria eſt ei data prophetia, ceteris una ibi (Vel etiam ideo, &c.) Dicit ergo. B

f Sicut enim Novum Teſtamentum præſtat Veteri.] Contra *Ezec.* 1. Rota erat in rota, ideſt, Teſtamentum Vetus in novo, & e converſo ergo unum non præſtat alii. Solut, Vetus eſt in Novo per explicationem, ſed Novum in Veteri per implicationem. Item Vetus eſt in Novo materialiter, Novum in Veteri formaliter. Et propter hoc Novum præſtantius eſt, quam Vetus, ſicut forma elegantior eſt, quam materia. g Evangelium legi] ſcilicet præſtat,

tribulationes Eccleſiæ voluerit revelare, ut ſcilicet prævisæ a fidelibus minus timeantur. Unde dicit.

i Propterea] quia ſcilicet ſemper conſolatur, & confirmat fideles.

k Videns Deus pater, &c.] *Matth.* 7. Deſcendit pluvia & venerunt flumina: flaverunt venti, & irruerunt ſuper domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra firmam petram. Et *Matth.* 16. Super hanc petram, ideſt, me Chriſtum, ædificabo Eccleſiam meam, *Cor.* 10. Petra autem erat Chriſtus. Et petram dico, ſcilicet Chriſtum, intranſitiva conſtructio.

l Ut minus timeantur,] tribulationes.

m Diſpoſuit,] Deus pater, una cum filio, & Sp. S. eas revelare. Jacula enim quæ prævidentur, minus feriunt.

n Revelavit autem.] Ubi rationem aſſignat quare liber iſte nominatus ſit Apocalypſis, propter revelationes ſcilicet de quibus hic agitur. Unde oſtenditur quis, cui revelaverit: quia ita diſpoſuit Deus pater revelare.

o Autem] ideſt, ſed:

n Revelavit tota Trinitas Chriſto ſecundum humanitatem] ideſt, Chriſto in quantum eſt homo, quia in quantum Deus ipſe etiam ſibi homini revelavit.

p Chriſtus vero Joanni per Angelum] ſcilicet revelavit.

q Joannes Eccleſiæ,] Aſianæ ſpecialiter, ſed generaliter univerſæ.

u De qua revelatione hunc librum compoſuit] Joannes.

ſ Unde liber iſte Apocalypſis dicitur, ideſt, revelatio, quia hic continentur] in eo ſcilicet quæ Deus revelavit Joanni, & Joannes Eccleſiæ, quanta ſcilicet Eccleſia paſſa ſit in tempora primitivo, ideſt, in principio fundationis ſuæ, & plantationis novellæ.

t Et] quanta etiam, (nunc) ideſt moderno tempore (patiatur.) u Et,] ſupple quanta paſſura ſit noviſſimis temporibus,) ſcilicet (Antichriſti) tempora.

x Quando tanta erit tribulatio, ut ſi fieri poteſt, etiam moveantur electi.] Sumptum eſt de *Matth.* 24. Et de hac materia *inf.* 13. & 14. Nec ſolum tribulationes, imo:

y Et] ſcilicet continentur in hoc libro, (quæ præmia pro his,) ſcilicet tribulationibus. b Suſceptura] eſt Eccleſia, ſcilicet. z Et nunc,] in præſenti ſæculo. a Et in futuro) *inf.* 21. & 22. & quare de præmiis ſubjungat poſt tribulationes oſtendit dicens. c Ut quos denunciata ſupplicia terrent, promiſſa præmia lætificent) quia ut dicit *B. Greg.* Conſideratio præmii minuit vim flagelli.

d Ideo liber) Tertia pars, in qua oſtendit quare liber iſte dicatur prophetia, dicens (Ideo) ſc. quia præmia bonorum

h Ita hæc, &c.] ſcilicet præſtat. Ergo Joannes fuit præſtantior aliis Prophetis. Contra. In principio Pſalterii in *Gloſ.* dicitur, quod David fuit eximius Prophetarum. Item *ſup. Luc.* 2. Prophetavit autem & Zacharias, dicit *Gloſ.* Patet quod Zacharias fuit in Prophetis eximius. Item *Matth.* 17. Apparuerunt cum illo Moyſes, & Elias *Gl.* Prophetarum eximius. Item *Num.* 12. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum, & ait: At non talis ſervus meus Moyſes, quaſi dicat: Non eſt talis, ſicut Moyſes. Item *Deut. cap.* 34. Non ſurrexit Propheta ultra in Iſrael, ſicut Moyſes, *Gl.* Quia Moyſes fuit præſtantior omnibus Prophetis Veteris Teſtamenti. Sol. Hæc ultima *Gl.* ſolvit totum: quia Joannes fuit propheta Novi Teſtamenti, & ideo præſtantior aliis omnibus prædictis & pro dictorum profunditate, & pro revelantis magnitudine, & pro ipſius dicentis auctoritate. Fuit enim Apoſtolus, & omnes Apoſtoli erant auctoritate priores, quam Prophetæ. Unde Hieronymus in ſecundo Prologo Bibliæ, Confidenter cunctis illis Apoſtolis præferor per iſtorum os Chriſtus mihi ſonat, quos ante Prophetas inter ſpiritualia chariſmata poſitos lego: *Eph.* 4. Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam vero Prophetas, &c. Tamen notandum, quod omnium prædictorum quilibet fuit eximius, ſed diverſimode. Elias dicitur eximius quoad carnis integritatem, ſignorum operationem, vitæ auſteritatem, liberam increpationem: David propter ſermonis facilitatem, prophetiæ apertionem, regiam dignitatem, manſuetudinem, pœnitentiæ acerbitatem. Item Moyſes propter præceptorum Dei apertam promulgationem. Item Zacharias propter ſtrenuam invitationem ad opus Domini: valde enim fuit ſtrenuus invitator populi ad cultum Dei.

i Quia de Chriſto.] Alia ratio quare præſtantior. [Quia de Chriſto, &c.] Deinde ſubjungit tertiam rationem dicens. k Vel etiam ideo,] ſcilicet præſtantior.

l Quia cum aliis] Prophetis.

m Unifaria] tantum.

n Iſti trifaria data eſt prophetia] ſcilicet Joanni [ſimul] ſcilicet de præterito, de præſenti, & futuro.

e Ad cujus confirmandam.] Quarta pars in qua oſtendit hujus libri auctoritatem. Ad cujus libri

p Confirmandam auctoritatem concurrit etiam auctoritas mittentis, & deferentis, & accipientis.] Et exponit dicens. q Mittentis, ſcilicet Trinitatis, & deferentis,

▲ ſcilicet

Cum autem *a* Joanni hæc in viſione fuerint revelata, & ſint *b* tria genera viſionum, ſub quo genere contineatur, videndum eſt, Viſio enim alia corporalis, quando videlicet corporalibus oculis aliquid videmus. Alia *c* ſpiritualis ſeu imaginaria, cum videlicet dormientes, vel etiam vigilantes, imagines rerum cernimus, quibus aliquid aliud ſignificatur: ſicut *d* vidit Pharao ſpicas, & Moyſes *e* rubum ardere, ille *f* dormiens, iſte *g* vigilans. Alia intellectualis, *h* quando videlicet Spiritu ſancto revelante intellectui mentis, veritatem *i* myſteriorum ſicut eſt, *k* capimus; *l* quo modo vidit Joannes *m* quæ in hoc libro referuntur. Non *n* enim figuras vidit tantum ſpiritu, ſed & earum ſignificata mente intellexit. Vidit autem *o* Joannes & ſcripſit in Patmos *p* inſula, relegatus a Domitiano in exilium principe *q* impiiſſimo. Hac *r* eum ad ſcribendum compellente cauſa: quia dum exul teneretur a Domitiano in Patmos inſula, in Eccleſiis quibus præerat, multa *ſ* pullulaverunt atque inoleverunt vitia *t* atque *u* diverſæ hereſes. Erant enim quidam *x* hæretici ibi dicentes *y* Chriſtum non fuiſſe ante Mariam, quia temporaliter *z* de ea natus erat. Quos *a* Joannes in principio Evangelii ſui redarguit *b* dicens: In principio erat *c* Verbum: & in hoc *d* libro cum dicit *e* Alpha & omega i. principium, & finis. Dicebant etiam quidam Eccleſiam pondere tribulationum ante finem ſeculi deſituram: & pro labore *f* non premium æternum ſuſcepturam. Horum ergo *g* errores volens deſtruere Joannes oſtendit Chriſtum principium eſſe, & finem. Unde Iſaias; Ante *h* me non eſt formatus *i* Deus, & poſt *k* me non erit. Et Eccleſiam *l* per exercitium *m* tribulationum non deſinere, ſed proficere,

▲ ſcilicet Angeli & accipientis, ſc. Joannis] quaſi diceret. Ex his habet auctoritatem liber iſte, quia & Trinitas ea quæ ibi dicuntur, revelavit; & revelationes Angelus apportavit, & Joannes qui fuit Apoſtolus Eccleſiis nunciavit. His tribus teſtibus bene credendum eſt, quia in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum. *Matth.* 18.

a Cum autem,] Quinta pars in qua oſtendit quo genere Viſionis hæc viderit Joannes, dicens [Cum autem Joanni hæc in viſione fuerint revelata] 1. *Cor.* 2. Nobis autem revelavit Deus,

b Et ſint tria genera viſionum, ſub quo genere, &c.] ſic, quod ab aliquo alio videri non poteſt: ſicut Balthaſſar vidit manum ſcribentis. *Dan.* 5. Et Eliſæus currum igneum, in quo Elias raptus eſt, 4. *Reg.* 2. & Moyſes rubum ardentem. *Exod.* 3. Et puer Eliſæi currus igneos, & exercitus in monte Samariæ 4. *Reg.* 6. Nec dicitur viſio, niſi contineat quid myſticum, quod a revelante ſciatur. *c* Alia ſpiritualis ſeu imaginaria, cum videlicet dormientes, vel vigilantes, imagines rerum cernimus, quibus aliquid aliud ſignificatur] quam quod ſcilicet videmus. *d* Sicut vidit Pharao ſpicas] ideſt, ſpicarum imagines: *Gen.* 4. a Et Moyſes rubum ardere.] Salva pace Gilberti, hæc viſio magis eſt corporalis, quia & oculis corporalibus videbat Moyſes, & corporale erat, quod videbatur, ſcilicet domus vel rubus: pro tanto tamen poteſt dici imaginaria, quia videbatur ignis, qui forſitan non erat. Imaginaria fuit viſio Petri. *Act.* 10. quando poſitus in extaſi vidit quadrupedia, & ſerpentia, & dictum eſt ei: Macta, & manduca.

f Ille dormiens] ſcilicet Pharao. *g* Iſte vigilans] ſcilicet Moyſes. *h* Alia intellectualis, quando videlicet Spiritu ſancto revelante intellectui mentis] quæ eſt vis animæ ſuperior, quia illuſtrata intelligit veritatem, ut dicit *Auguſtin. ſuper illud* 1. *Corinthior.* 14. Qui loquitur lingua.

i Veritatem myſteriorum] ideſt, ſecretorum.

k Sicut eſt, capimus.] Hoc eſt, quando res intellectuales quæ ſine imagine ſunt, videmus. Unde dicit *Gloſſ. ſuper* 1. *Cor.* 12. Hac viſione cernuntur quæ non ſunt corporea, nec ullas gerunt formas corporum ſimiles: velut ipſa mens, & omnis animæ affectio. Quo enim alio modo ipſe intellectus, niſi intelligendo conſpicitur? Nullo: ita charitas, gaudium, pax, fides, & hujuſmodi, quibus appropinquatur Deo, & ipſe Deus ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. *l* Quo modo,] ultimo, ſcilicet viſione intellectuali. *m* Vidit Joannes, quæ in hoc libro referuntur.] Sed videtur *Gloſſ.* eſſe contraria huic verbo Prologi, quæ dicit in principio hujus libri, Joannes vero imagines vidit, & in eis veritatem intellexit; ergo ejus viſio imaginaria fuit. Solut. Secundum diverſos reſpectus, & imaginaria, & intellectualis poteſt dici: Imaginaria, quia imagines vidit: Intellectualis quia mentis intellectu illuminato a Spiritu ſancto veritatem cognovit. Et per hoc patet, quod ipſe veriſſime fuit Propheta, quia ſicut dicit *Gloſſ. ſuper illud* 1. *Cor.* 14. Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo. Minus Propheta eſt, qui ſolum rerum imagines videt, ſicut Pharao: *Gen.* 14. Magis autem, qui intelligit veritatem ſicut Joſeph, qui veritatem intellexit, quando Pharao imagines quas viderat enarravit. Sed utrumque præcellit, qui & imagines videt, & intelligit veritatem, ſicut Daniel, qui de ſomnio Regis & imagines vidit, & veritatem intellexit. *Danielis* 2. Unde & ſequitur hic.

n Non enim figuras tantum vidit ſpiritu, &c.] Sicut Iſaias, Jeremias, Ezechiel, &c. Tamen notandum, quod ſine omni imagine, ſolo Spiritus ſancti inſtinctu res viderunt aliqui prophetarum, ut David, quid tamen viſa transformavit in imagines ſub quibus veritatem intellexit: ut quando dixerat: Beatus vir, qui non abiit, &c. poſtea dixit, Et erit tanquam lignum, &c. loquens de eodem. Alii viderunt imagines ſub quibus veritatem intellexerunt, *Jo.* 1.
quam exprimendo, & docendo prius imagines poſuerunt, & tandem expoſuerunt, ſicut Iſaias & ceteri. Quod patet *Ier cap.* 1 ubi ollam vidit ſuccenſam, quod exponit *Iſa* 43.
dicens: Ab Aquilone pandetur omne malum, &c. Item Joannes & imagines vidit, & veritatem intellexit, ſed annunciando quod viderat, imagine oſtendit, nec eas expoſuit: & propter hoc etiam eſt major difficultas in libro hoc, quam in ceteris prophetiis. Sicut in ultima viſione Ezechielis major eſt difficultas, quam in prima, quia cetera, quæ ſequuntur primam viſionem uſque ad ultimam, exponunt primam, ſed ultima ambigua eſt, & inexpoſita.

o Vidit autem, &c.] hunc librum.

p In Patmos inſula relegatur] ab Imperatore [Domitiano in exilium.] Domitiano inquam *q* Principe impiiſſimo,] *inf.* 1. Fui in inſula, quæ appellatur Patmos propter verbum Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti.

r Hac eum.] Septima pars in qua oſtendit quare ſcripſit dicens, [Hac eum ad ſcribendum compellente cauſa, &c. in Eccleſiis quibus præerat,] Aſiæ minoris.

ſ Multa pullulaverunt atque inoleverunt] ideſt, increverunt.

t Vitia,] quæ mores corrumpunt.

u Atque diverſæ hæreſes,] quæ fidem violant. Et hoc probat manifeſtans cujuſmodi hæreſes ibi pullulant, dicens:

x Erant enim] ideſt, in Aſia minori.

y Dicentes Chriſtum, &c.] & hoc dicebant.

z Qui temporaliter, &c.] non attendentes illud *Apoſtoli Gal* 4. Ubi venit plenitudo temporis miſit filium ſuum, factum ex muliere, &c. Etſi ergo temporaliter natus eſt de Maria Virgine, æternaliter tamen genitus eſt de patre, *Pſal.* 109. Ante luciferum genui te.

a Quos Joannes, &c.] ut ſcriptoris non ut auctoris.

b Redarguit dicens. [In principio,] ideſt, in Patre qui eſt principium ſine principio.

c Erat Verbum] *Joan.* 14. Ego in patre & pater in me eſt. Et ſi ergo pater æternus, & filius æternus, quia *Joan.* 10. Ego & pater unum ſumus. *d* Et in hoc libro] ſcilicet redarguit eos: *e* Cum dicit: Ego ſum alpha & omega, ideſt principium & finis. [Dicebant etiam quidam, &c.] non credentes Domino dicenti *Matth. ult.* Ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.

f Et pro labore non præmium æternum ſuſcepturam] cum tamen dicatur *Sap* 12. Reddidit Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum.

g Horum ergo errores volens deſtruere Joannes oſtendit Chriſtum principium eſſe, & finem] Unde *Iſaiæ* 43.

h Ante me dicit Chriſtus. *i* Non eſſe formatus Deus] vel formatur.

k Et poſt me non erit:] quaſi dicat: Ego ſum ſine principio & ſine fine. *l* Et Eccleſiam,] oſtendit ſcilicet. *m* Per exercitium tribulationum non deficere, ſed proficere.] Hoc facit *infra capitulo duodecimo*

▲ ubi

▲ ubi dicit, quod mulleri datæ ſunt alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in deſertum locum ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium temporis, a facie ſerpentis. Sicut aurum in igne non deficit, ſed proficit, quia depuratur, & purgatur. *a* Et] oſtendit *infr.* 21. & 22.

quod & nobis ſunt obſcuræ & ignotæ, niſi a Spiritu ſancto revelentur.

x Quibus terminatis, &c. Apocalypſis Jeſu Chriſti] ſubaudi, hæc eſt.] quaſi diceret, ſic eſt ſupplendum.

y Sicut] ſuppletur,

& *a* pro *b* his bravium *c* æternum recipere, Scribit autem *d* Joannes ſeptem Eccleſiis Aſiæ, & earum ſeptem Epiſcopis, de prædictis inſtruens, *e* & *f* in eis per eam totam *g* generalem Eccleſiam docens. Eſt itaque *h* materia Joannis in hoc opere, ſtatus ſpecialiter Aſianæ Eccleſiæ necnon totius Eccleſiæ, videlicet *i* quæ in præſenti patiatur, & in futuro *k* receptura ſit. Intentio *l* vero ejus eſt monere ad patientiam, quæ ſervanda *m* eſt, tum quia brevis *n* labor, tum quia præmium *o* magnum. Modus *p* tractandi talis, primo præmittit prologum, *q* & ſalutationem ubi *r* reddit auditores benignos, & attentos: *ſ* quo præmiſſo, accedit ad narrationem. Ante narrationem *t* vero oſtendit Chriſtum eſſe ab æterno ſine principio, & fine, inducens ipſum loquentem: Ego ſum alpha & Omega, ideſt principium, & finis. Poſtea *u* accedens ad narrationem, diſtinguit ſeptem viſiones, quibus terminatis *x* iſte liber conſummatur. Præmittit autem prologum dicens: Apocalypſis Jeſu Chriſti, ſubaudi, hæc eſt: ſicut *y* in aliis, *z* Viſio Iſaiæ hæc eſt: & Parabolæ Salomonis, hæ ſunt.

Explicit Prologus Gilberti.

Item alius Prologus in Apocalypſim.

JOannes Apoſtolus, & Evangeliſta a Chriſto electus atque dilectus, in tanto amore dilectionis uberior habitus eſt, ut in cœna ſuper pectus ejus recumberet: & ad crucem aſtanti ſoli matrem propriam commendaret, ut quem nubere volentem ad amplexum virginitatis aſciverat, ipſi Virginem ad cuſtodiendam traheret. Hic itaque cum propter verbum Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti in Patmos inſulam ſortiretur exilium: illi ab eodem Apocalypſis præoſtenſa deſcribitur: ut ſicut in principio Canonis, ideſt, libri Geneſeos, incorruptibile principium prænotatur, ita etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypſi redderetur dicentis: Ego ſum alpha & omega, initium & finis. Hic eſt Joannes, qui ſciens ſuperveniſſe ſibi diem egreſſionis de corpore, convocatis in Epheſo diſcipulis, deſcendit in defoſſum ſepulturæ ſuæ locum, orationeque completa reddidit ſpiritum, tam a dolore mortis factus extraneus, quam a corruptione carnis noſcitur alienus. Cujus tamen ſcripturæ diſpoſitio, vel libri ordinatio, ideo a nobis per ſingula non exponitur, ut neſcientibus inquirendi deſiderium collocetur; & quærentibus laboris fructus, & Deo magiſterii doctrina ſervetur.

Explicit Prologus.

Incipit argumentum in Apocalypſim Beati Joannis Apoſtoli.

APocalypſis Joannis tot habet ſacramenta quot verba. Parum dixi: & pro merito voluminis laus omnis inferior eſt. In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ.

Explicit argumentum.

Incipit liber Apocalypſis Beati Joannis Apoſtoli.

C A P. I.

APOCALYPSIS *a* Jeſu *b* Chri-

b Pro] his ſcilicet tribulationibus modicis. Bravium æternum recipere,] Eccleſiam ſcil. quando introducta in thalamum ſponſi dotabitur dote bona dicens cum Lia. *Gen.* 30. Dotavit me Dominus dote bona, etiam hac vice mecum erit.

d Scribit autem] Ultima pars in qua oſtendit ea, quæ in librorum initiis ſolent quæri, dicens [Scribit autem Joannes ſeptem Eccleſiis Aſiæ, & earum ſeptem Epiſcopis de prædictis] hæreticorum ſcilicet fallaciis:

e Inſtruens] eos ad cavendum.

f Et in eis per eam] ideſt, Eccleſiam Aſianam,

g Totam Eccleſiam generalem docens. Et ſic tangitur materia duplex hujus libri, litteralis, & ſpiritualis; vel generalis & ſpecialis. Unde & ſequitur:

h Eſt itaque materia Joannis in hoc opere, &c.] ſc. Eccleſiæ generaliter. *i* Videlicet, quæ in præſenti,] ſæculo patiatur. *k* Et quæ in futuro receptura ſit,] quia pro modica & levi tentatione gaudia æterna. *l* Intentio vero ejus eſt monere ad patientiam, quæ] ſcilicet patientia.

m Servanda eſt] propter dum ſcilicet. *n* Tum quia brevi labor,] *Iſa.* Abſcondere modicum ad monumentum, donec pertranſeat indignatio mea.

o Tum quia præmium magnum.] *Iſa.* 54. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper a te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui. Propter hoc dicit *Eccl.* Uſque ad tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis.

p Modus tractandi talis] eſt, [primo præmittit,] Joannes ſcilicet *q* Prologum, & ſalutationem.] Prologum cum dicit, [Joannes ſeptem Eccleſiis.]

r Ubi] ſcilicet in Prologo [reddit auditores, &c.]

ſ Quo præmiſſo accedit ad narrationem,] ibi [Ego Joannes frater veſter.] *inf.* 1.

t Ante narrationem vero, &c. inducens ipſum loquentem] *infra* 1. (Ego ſum alpha & omega, ideſt, principium & finis.)

u Poſtea accedens ad narrationem diſtinguit ſeptem viſiones.] ſecundum ſeptem Eccleſias quibus ſcribit, vel ſecundum ſeptem ſtatus Eccleſiæ generalis, quæ etiam revelationes dicuntur. Ita enim Joanni ſunt revelatæ,

z In aliis,] libris, vel prophetiis. *a* Ut viſio Iſaiæ] ſubaudi, hæc eſt *Iſa.* 1. cap. Et Parabolæ Salomonis, ſubaudi, hæ ſunt.

REVERENDISS. in Chriſto Patris & D. D. Hugonis Cardin. &c. Poſtilla ſuper Apocalypſim B. Joannis Apoſtoli incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

APocalypſis Jeſu Chriſti.] Liber iſte in duas partes dividitur. In prima quædam communia toti operi, & generalia præmittit, & quidem in hoc primo c. In ſecunda ſpecialiter ad viſiones & revelationes accedit. Et hæc pars incipit *inf.* 2. ibi (& Angelo Epheſi Eccleſiæ) & durat uſque in finem libri. Prima pars, ſive primum cap. dividitur in tres partes. In prima opus ſuum commendat. In ſecunda ſalutationem ponit determinans quos ſalutet, & quam ſalutem eis optet, & a quo. Ubi etiam Chriſtum commendat primo ab his, quæ fecit in primo adventu: ſecundo ab his, quæ faciet in ſecundo: Et hæc pars incipit, ibi [Joannes ſeptem Eccleſiis, &c.] In tertia ponit quaſi ſubjectum commune totius libri, ſcilicet, tribulationem Eccleſiarum quam ſignificant ſeptem candelabra: & earum conſolationem, quam ſignificat hoc, quod inter candelabra vidit ſimilem filio hominis ibi. Ego (Joannes frater veſter, &c.) *Apoc.* 1. & 12.

Opus igitur ſuum commendat primo a profunditate cum dicit (Apocalypſis.) Secundo ab auctoritate quadruplici. Primo mittentis, cum dicit (Jeſu Chriſti.) Secundo dantis, ſcilicet Dei patris, cum dicit, (Quam dedit, &c.) Tertio deferentis, quia Angeli, unde dicit, [Per Angelum.] Quarto recipientis, quia Joannis Apoſtoli, unde dicit (Servo ſuo Joanni.) Quinto commendat opus a neceſſitate cum dicit, [Oportet fieri.] Sexto ab utilitate cum dicit: Beatus qui legit, &c.] Dicit ergo:

b Apocalypſis,] ideſt, revelatio.

c Jeſu Chriſti] quæ, ſc. a Trinitate revelatur Jeſu Chriſto

▲ homini:

(Apocal.) interpretatur revelatio, hæc eſt ſacræ Scripturæ *Alleg.*

▲ intel-

Digitized by Google

▲ homini. Vel quam ipſe Chriſtus revelavit Joanni, ſupple hæc eſt. Et in hoc verbo reddit auditores benevolos, & attentos Apocalypſis dico.

a Quam Deus] pater dicit *Gloſſ.*

b Dedit illi] Chriſto. Ergo hoc habuit Chriſtus a patre, & non a filio, nec a Spiritu ſancto. Contraria videtur alia *Gloſs.* dicens: Secundum hominem accepit a Patre, & a Verbo ſibi counito, & Spirito ſancto. Solutio: Etſi pater dedit, ſicut dicit prima. *Gloſſ.* tamen non excluditur nec Filius, nec Spiritus ſanctus: hoc vero dicitur, ut notetur reſidere auctoritas penes patrem.

ſti *a* quam *b* dedit illi Deus palam *c* facere *d* ſervis ſuis, quæ *e* oportet fieri *f* cito, & *g* ſignificavit *h* mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo *i* Joanni. Qui *k* teſtimonium perhibuit *l* Verbo Dei, *m* & teſtimonium Jeſu Chriſti, *n* quæcumque vidit

Sed quæritur, cui facta eſt revelatio, ſive ſecundum quam naturam facta eſt Chriſto, quia non ſecundum naturam Dei, quia revelationem præcedit ignorantia, quæ nulla fuit in Chriſto Deo: ſi ſecundum naturam hominis, adhuc non videtur, quia Chriſtus in quantum homo ſcit omnia, quæ pater, quæ Deus, & a primo inſtanti ſuæ creationis, anima ejus ſcivit omnia, ergo in ipſa nunquam fuit obſcuritas, ergo nec revelatio, quia nec velamen. Solut. Chriſto homini facta eſt, & verum eſt, quia omnia ſcivit, quæ pater, ſed non ita limpide. Unde fuit in Chriſto homine ignorantia ſecundum naturam, nulla tamen ſecundum gratiam. Dedit dico. Et ad quid.

c Palam facere] ideſt, ut palam faceret. Contra. Hæc revelatio adhuc occulta eſt latens ſub figuris. Solut. Palam fecit Deus, etſi non omnibus, tamen ſervis ſuis, quia dicit *Eccl.* 41. Scientia inviſa, & theſaurus abſconditus, quæ utilitas in utriſque? Nulla. Quod patet per ſervum pigrum, qui talentum abſcondit. *Matth.* 25.

d Servis ſuis] In ſervo duo notantur, opus ſcilicet, & humilitas. [Servis] ergo operariis, ideſt humilibus. *Matth.* 1. Confitebor tibi pater Domine cœli, & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus, & revelaſti ea parvulis. *Gloſs.* non Judæis, non Philoſophis. Sed contra. *Matth.* 15. Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael. Solut. Omnibus prædicavit, ſed non omnibus palam fecit. Vel ut fiat vis in littera, ut notentur oves illi omnes, qui ex ignorantia, vel infirmitate peccaverunt, & non illi, qui ex malitia.

e Quæ oportet fieri.] Hic commendat opus a neceſſitate. *Gloſs.* Quaſi inevitabile quin fiat, quia *Act.* 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Hoc eſt verum, quia non eſt purgatio, niſi per ignem tribulationis, & nos omnes naſcimur filii iræ. *Eph.* 2. & ideo omnes indigemus purgatione. *Eccl.* 22. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis.

f Cito] Quia breve eſt quicquid fine clauditur, ut dicit *Greg. Dear.* 23. Juxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. Et hoc dicit, ne ſit grave pati: cito enim finiendi ſunt labores, & præmia danda. 1. *Petr.* 1. In quo exultabitis modicum nunc ſi oportet contriſtari in variis tentationibus.

g Et ſignificavit,] ideſt per ſigna præcepit oſtendi. Vel [ſignificavit] Deus pater filio, & filius Joanni ſub ſigillo, ideſt ſub ſcripto, ut dicit *Gloſſ.* Sed videtur contrarium ei quod dixit, [palam facere, &c.] Solut. Sub ſignis poſuit, ut malis clauderetur, & ut fideles per exercitium conſequantur, ſic dicit, & ſolvit eadem *Gloſs.*

h Mittens per Angelum ſuum] ideſt Chriſtum, qui eſt magni conſilii Angelus. *Iſa.* 9. ſecundum *Septuag.* Vel [Per Angelum ſuum,] ideſt, qui aliquando in perſona Chriſti, aliquando in perſona ſua loquitur. Unde [per Angelum,] per naturam, [ſuum] quia ſui aſſumit perſonam. *i* Servo ſuo Joanni] humili ſcilicet, & gratioſo. Quia *Luc.* 18. Qui ſe humiliat, exaltabitur.

k Qui teſtimonium perhibuit Verbo Dei] ideſt filio teſtans de ejus divinitate, & humanitate. *Joan.* In principio erat Verbum, &c. Et in *eodem* Et Verbum caro factum eſt. Et *Joan.* 21. Hic eſt diſcipulus, qui teſtimonium perhibet de his, &c. Et hic patet, quod Joannes Apoſtolus librum hunc ſcripſit. Sed hoc quod dicitur hic videtur eſſe falſum, quia hoc opus prius ſcriptum eſt, quam Evangelium. Solut. Verbo Dei perhibuit teſtimonium prædicando, & ſicut prædicaverat, ita ſcripſit.

l Verbo Dei] Ecce divinitas filii, qui dicitur Verbum, quia Pater per eum manifeſtatus eſt nobis. *Joan.* 1. Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe nobis enarravit illum.

m Et teſtimonium, &c.] Ecce humanitas, quaſi diceret: Non ſolum teſtificatus eſt de divinitate filii, ſed & teſtimonium perhibuit de humanitate Jeſu Chriſti. 1. *Joan.* 5. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, ideſt de divinitate Chriſti celata in carne, & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ideſt de Chriſti humanitate, cujus corpus formatum eſt de terra, ideſt de Virgine, & in Virgine Maria, de qua terra *Pſal.* 48. dicit: Et terra noſtra dedit fructum ſuum, ideſt B. Maria Chriſtum. Perhibuit dico teſtimonium in his.

n Quæcumque vidit] vel oculis corporis, ut paſſum, & hujuſmodi, vel oculis mentis, ut Deum æternum.

a Beatus qui legit *Alleg.*

▲ Intelligentia, & cognitio, quæ a Deo patre debet peti fideliter, & in nomine Jeſu Chriſti, non confidendo in propriis meritis, vel in ſubtilitate ingenii, ſed in gratuita bonitate Dei. Hæc quatuor tanguntur breviter cum dicit: [Apocalypſis] Ecce duo nempe quod fideliter, & in nomine Jeſu Chriſti. De primo *Jac.* 1. Si quis indiget ſapientia poſtulet in fide nihil hæſitans de ſecundo. *Joan.* 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. *a* Quam dedit illi Deus] pater, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendens a patre luminum. *Jac.* 1. *b* Dedit] gratis non pro meritis, non per ſubtilitatem ingenii ſine Deo accepit. *Matth.* 10. Gratis accepiſtis gratis date. 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti quid gloriaris, quaſi non acceperis. Item notatur ad quid datur, quia ut aliis aperiatur per doctrinam, unde dicit. *c* Palam facere ſervis ſuis] non ut abſcondatur per invidiam. *Sap.* 7. Sine fictione didici, & ſine invidia communico. Item ut non abſcondatur per intentionem terrenam, ſicut fecit ſervus piger, qui talentum receptum abſcondit in terra. *Matth.* 25. Item notatur quid debeat prædicari, quia præmia bonorum, & ſupplicia malorum, prima ut appetantur, ſecunda ut fugiantur. Unde dicit: *e* Quæ oportet] fieri cito per quem? Per miniſtrum, per prædicatorem, & expoſitorem Scripturæ, vel magiſtrum, qui dicitur Angelus. *Mal.* 2. Angelus enim Domini exercituum eſt. Item notatur, cui datur, quia, ideſt Joanni ei, ſc. in quo eſt gratia, qui per pœnitentiam jam mundus eſt a colpa, & ſervus eſt Dei, ſervando ejus mandata, qui etiam teſtimonium perhibet Verbo Dei, ideſt filio corde credendo in eum, & ore confitendo eum; quia dicitur *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Item, qui teſtimonium perhibet Jeſu Chriſti opera imitando. [Hæc Apocalypſis] eſt multis ignota, qui tamen literati æſtimantur, & putantur ſcire multa. Unde *Hier. in Prologo Biblæ* 5. *cap.* Quanti putant hodie ſe ſcire literas tenent librum ſignatum, nec aperire poſſunt, niſi ille reſeraverit, qui habet clavem David, qui claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit. Illi ſunt, qui habent clauſos, & excæcatos oculos mentis, propter quod non fit ei revelatio, vel Apocalypſis: unde neceſſe haberent dicere cum *Pſal.* 118. Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Notandum eſt autem, quod multa ſunt, quæ oculos mentis excæcant, vel claudunt ne *Multa claudunt oculos.* intelligatur lex divina. Unum eſt perverſa expoſitio Scripturarum. Unde in *Gen.* 4. Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentem in livorem meum ſeptuplum ultio dabitur de Cain, de Lamec vero ſeptuagies ſepties. Lamec interpretatur percutiens, & ſignificat hæreticos Scripturam prave exponentes, qui dum alios occidunt, & percutiunt, ſeipſos excæcant. Unde dicunt Judæi, quod Lamec tunc erat cæcus. Item carnalis affectio. Unde *Jud.* 16. Philiſtæi apprehendentes Samſonem deceptum a Dalila, ei oculos eruerunt. Samſon interpretatur ſol eorum, vel oculos eorum, & ſignificat illum, qui debet alios illuminare. Dalila interpretatur ſitula, & ſignificat carnem, vel affectionem carnalem, quæ ſemper eſt in ſiti continua. Philiſtæi interpretantur accipientes, & recentes, & ſignificant nepotes, & cognatos, qui totum prælatum accipiendo exhauriunt, & ad accipiendum ſemper ſunt recentes, unde cæcum reddunt, quia oculos mentis ei eruunt. Tertium eſt ſuperbia. 1. *Reg.* 3. Heli erat octoginta annorum, & oculi ejus caligaverant, & videre non poterat. Heli interpretatur aſcendens, hic eſt ſuperbus, qui ſuper ſe, & ſuper alios vult aſcendere contra illud *Pſ.* 130. Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me. Hujus excæcationis cauſa fuit, quia Deum abjecit. 1. *Reg.* 2. Quare calce abjeciſtis victimam meam, & munera mea. Item quartum eſt multiplex cura, & ſolicitudo temporalium. Unde Sedechias excæcatus eſt in Reblatha, quæ interpretatur multa hic, & ſignificat divitias. Item quintum eſt torpor, & ignavia, *infra* 3. Ne-

que

Google

que frigidus es, neque calidus, poſtea ſequitur: Tu dicis: quia dives ſum, & nullius egeo, & neſcis, quia tu miſer es per naturæ fragilitatem, & miſerabilis per ejuſdem naturæ vulnerationem, & pauper per operum carentiam, & cæcus per ignorantiam, & nudus per virtutum abſentiam. Item ſextum eſt acceptio munerum. *Gen.* 20. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum tuorum. Item ſeptimum eſt carnalis ſenſus. 1. *Cor.* 2. Animalis.

B

a Beatus qui legit, *b* & audit verba *c* prophetiæ hujus, & ſervat *d* ea, quæ in ea ſcripta ſunt. Tempus *e* enim prope eſt. Joannes *f* ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, *g* Gratia vobis, *h* & pax

▲ *a* Beatus qui legit] Hic commendat opus ab utilitate, quia quod dicitur hic, utile eſt, & audientibus, & legentibus, ſi tamen ſervent. Continuatio. Hæc eſt revelatio Jeſu Chriſti, ideſt, quam Chriſtus dedit. [Beatus] ergo qui eam acceperit. Vel ſic, quia hoc oportet fieri cito. [Beatus qui legit] aliis narrando, eoſque docendo, ut ſapientes. Unde *Eccleſ.* 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Inf. 22. *inf.* 22 *c.* 19. *v.* 18. *c. ne-* *ceſſar.* *b* Et qui audit] addiſcendo, ut ſimplices. *Eccl.* 5. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas, & cum ſapientia proferas reſponſum verum. Et *ibidem* 6. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, ſapiens eris, in multitudine presbyterorum prudentium ſta, & ſapientiæ eorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei poſſis audire, & proverbia laudis non effugiant a te.

c Verba prophetiæ hujus] Vere beatus, dicit *Gloſ.* quia nec longa laboris mora, & præmia vicina. 2. *Corinth.* 4. Id quod momentaneum eſt, & leve tribulationis noſtræ, ſuper modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Et non ſolum beatus eſt, qui legit, vel audit, imo *d* Et ſervat ea, quæ in ea ſcripta ſunt] quia *Roman.* 2. Non auditores verbi, ſed factores juſti ſunt apud Deum. *Jac.* 1. Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Unde *Gloſs.* Beati illi, qui audiunt ut mente recondant, ut opere compleant, ut vitam æternam poſſideant. *Luc.* 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Quare autem hæc ſervanda ſunt, ſubdit cauſam.

e Tempus enim prope eſt] Retributionis bonorum hoc obſervantium. *Luc.* 12. Scitote quoniam prope eſt regnum Dei. Item tempus punitionis malorum negligentium, & contemnentium. Unde *Ezech.* 30. Appropinquat dies Domini, dies nubis tempus gentium erit. *Jerem.* 48. Prope eſt interitus Moab, ut veniat, & malum ejus velociter accurret nimis. *Joel.* 3. Cito velociter reddam viciſſitudinem vobis ſuper caput veſtrum. Unde *Phil.* 4. Dominus prope eſt.

Allegorice. ▲ Animalis homo non percipit ea, quæ Spiritus Dei ſunt. *Job* 15. Operuit faciem ejus craſſitudo, ideſt carnalis ſenſus eum excæcavit, ſicut equus habens caput pingue excæcatur. Signum autem eſt vehementiſſimum, quod non habet revelationem divinam, vel ſacræ Scripturæ veram ſcientiam, qui ſeipſum non circumcidit, & in corde cogitationibus ſuperfluis, & noxiis, & in ore a locutionibus inutilibus otioſis, & in manu ab operibus perverſis. Legitur enim, quod Joſue generalem circumciſionem fecit in Galgalis, quod interpretatur revelatio. Qui enim divinam revelationem haberet, ſeipſum generaliter ex omni parte circumcideret. Hoc maxime exigitur a Clericis, in cujus ſignum ipſi ſunt in capillis ex omni parte circumciſi, & ſuperius raſi. *c* Verba prophetiæ hujus, & ſervat ea] in corde abſcondendo. Nota, quod verbum Dei debet in corde abſcondi. Primo, ut homo non peccet.

Quare debeat verba Dei in corde abſcondi. *Pſal.* 118. In corde meo abſcondi eloquia tua, &c. quia dicit *Gloſſ.* ſuper illud verbum *Pſal.* 13. Lex Dei ejus in corde ipſius. Lex Dei cuſtodit a laqueis. Secundo, ut Diabolus a corde moveatur, & excludatur. *Joan.* 3. Qui male agit, odit lucem. Unde Diabolus non accedit libenter ad cor, ubi eſt verbum Domini, quod eſt lux. *Pſal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et Samaritani recepta lege Moyſi, ſcilicet Pentateucho, liberati ſunt a morſibus leonum, qui eos prius devorabant. 4. *Reg.* 17. Item tertio, ut fructum faciat, ſicut frumentum non fructificat niſi prius abſconſum ſit in terra. *Joan.* 12. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Quarto, ut poſtea effundatur, ſicut frumentum primo abſconditur in horreis, ut tandem indigentibus effundatur, ſicut fecit Joſeph. *Gen.* 41. Aperuitque Joſeph univerſa horrea, vendebatque Ægyptiis.

f Joannes ſeptem Eccleſiis.] Secunda pars hujus capituli, quæ dividitur in duas partes. Primo enim ponit ſalutationem, & determinat, quibus ſcribat. Secundo commendat Chriſtum, ibi: [Qui eſt teſtis, &c.] Dicit ergo: [Joannes ſeptem Eccleſiis, &c.] Sed hic quæritur, quare nomen ſuum poſuit in principio hujus libri, & non Evangelii. Solut. Propter tria. Primo, ut daret auctoritatem huic operi, qua non indigebat Evangelium, quia & jam prædicatum erat, & a Domino auctoritatem habebat, & propter hoc in Evangelio non appoſuit nomen ſuum. Secundo, quia hujus operis & auctor fuit, & ſcriptor: Evangelii vero ſolummodo ſcriptor: hac etiam ratione alii Evangeliſtæ ſua nomina non appoſuerunt ſuis libris. Tertio, ne alterius opus eſſe crederetur, quia hunc librum ſcripſit in exilio, & propter hoc de facili poſſet credi fuiſſe alterius: Evangelium autem ſcripſit inter fratres jam ab exilio revocatus. Dicit ergo: [Joannes] Apoſtolus, *f* Septem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia] ſpecialiter. Vel generaliter [ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia,] ideſt, univerſis, quæ ſunt in toto mundo, qui per Aſiam deſignatur. Hujus Aſiæ metropolis eſt Epheſus, cui Joannes præſedit, ſcribit ſcilicet, & quid?

g Gratia vobis] ſit in præſenti patiendi tribulationes. *h* Et pax] æterna in futuro. *Iſa.* 26. Domine dabis pacem. Vel [Gratia] remiſſio peccatorum: [Pax] reconciliatio ad Deum. Vel [gratia] in multiplicando bona: [Pax] in declinando mala ▲

Moraliter. *f* Joannes ſeptem Eccleſiis, &c.] Moraliter. Quilibet juſtus Eccleſia poteſt dici. 1. *Cor.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Non una tantum, ſed ſeptem, propter ſeptem virtutes, quibus debet pollere, tribus Theologicis, & quatuor Cardinalibus. Hæ ſunt ſeptem lucernæ, quas vidit Zacharias ſuper candelabrum aureum. *Zach.* 4. Ubi etiam erant ſeptem dona Spiritus ſancti. Hæc Eccleſia debet eſſe in (Aſia) quæ interpretatur gradiens: ſic juſtus debet ſemper procedere, numquam ſtare vel tepere, ut eat de virtute in virtutem. *Amos* 7. Qui vides, gradere, fuge in terram Juda. Hoc eſt contra tepidos, & otioſos. *Prov.* 24. Per agrum hominis pigri, & per vineam viri ſtulti tranſivi, & ecce totum repleverant urticæ. Item interpretatur elevans, & ſignificat juſtum, qui debet ſe erigere ad ſuperna, & oblviſci infima. *Phil.* 3. Quæ quidem retro ſunt obliviſcens ad anteriora me extendo: contra mundi amatores, qui non elevantur, ſed deorſum deſcendunt. *Job* 21. In puncto ad inferna deſcendunt. Et quare. Quia poſuerunt oculos ſuos declinare in terram. Item interpretatur auferens, in quo ſignificatur fervor juſtorum, qui per inſtantiam ardentium orationum debent quaſi vi auferre regnum cœlorum. *Math.* 11. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Hoc eſt contra tepeſcentes, & acidioſos, quibus dicitur *infr.* 3. Suadeo tibi emere aurum ignitum, ut locuples fias. Item interpretatur ſuſtollens Dominum, ſic juſtus debet magnificare Dominum, & laudando ore, & imitando opere, & ad idem alio exemplo provocare, ut dicat cum *Pſal.* 33. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum. Hoc eſt contra eos, qui Dominum ſunt obliti. *Jer.* 2. Populus autem meus oblitus eſt mei diebus innumeris. Quibus dicit *Iſai.* 46. Redite prævaricatores ad cor. Debet igitur juſtus ſemper eſſe in [Aſia] ut ſemper gradiatur, & procedat per profectum virtutum. Item, ut magis ac magis elevetur per deſiderium ſupernorum. Item, ut ſe mundo auferat, & Diabolo, & carni; & ſic regnum cœlorum rapiat per fervorem, & inſtantiam orationum. Item, ut ſuſtollat Dominum ſemper per gratiarum actionem. Et his ſeptem Eccleſiis ſcribit Joannes, ideſt gratia Dei, quæ perficit, & multiplicat, & conſummat virtutes. Multi tamen e converſo faciunt, & relictis quatuor prædictis interpretationibus hujus nominis [Aſia] tantum unam ſibi aſſumunt, quæ interpretatur elatio. Elati enim ſunt, & cupidi, voluptatum magis amatores, quam Dei. 2. *Tim.* 3. *Job* 11. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & quaſi pullum onagri ſe liberum natum putat. Unde & pereunt tales in afflictione maxima, quia *Iſa.* 2. Dies Domini ſuper omnem ſuperbum, & arrogantem, & humiliabitur. Dicitur ergo. *f* Joannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, gratia vobis] quam non habent ingrati. *Sap.* 16. Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſupervacua. *h* Et pax] quam non habent litigatores, ſciſmatici, & diſcordes, & invidi. Non enim eſt pax impiis, dicit Dominus. *Iſa.* 48. & 47. *Moraliter.*

▲ *a* Ab eo

Digitized by Google

a mala. *a* Ab eo, qui eſt] æternaliter, quamvis natus eſt corporaliter de Maria. *Hebr.* 13. Jeſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe eſt & in ſæcula. Vel (qui eſt) vere, & ex ſe. *Exod.* 3. Qui eſt miſit me ad vos.

a ab eo, Qui eſt, & *b* Qui erat, & Qui *c* venturus eſt, & a *d* ſeptem Spiritibus, qui in *e* conſpectu throni ejus ſunt, *f* & a Jeſu Chriſto, qui eſt *g* teſtis fidelis, *h* primogenitus mortuorum, *i* & princeps Regum terræ. *k* Qui dilexit nos, *l* & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine *m* ſuo, *n* & fecit nos regnum, & ſacerdotes *o* Deo, & patri *p* ſuo. *q* Ipſi gloria, *r* & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen. *ſ* Ecce venit cum *t* nubibus, & *u* videbit eum omnis oculus, & *x* qui eum pupugerunt. Et plangent *y* ſe ſuper eum omnes *z* tribus terræ. *a* Etiam. Amen,

b Et qui erat] olim mutabilis ſecundum humanitatem, modo jam immutabilis. *Inf.* 2. Qui fuit mortuus, & vivit. Vel [Et qui erat] ab æterno. *Prov.* 8. Ab æterno ordinata ſum.

c Et qui venturus eſt] ad judicium, etſi modo non apparet. *Hab.* 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. *Hebr.* 9. 1. *Joan.* 1. Aliter. *a* Qui eſt] contra Judæos, qui dicunt eum mortuum.

b Qui erat] contra Arrianos, qui dicunt ipſum fuiſſe puram creaturam.

c Qui venturus eſt] contra eos, qui dicunt judicium jam factum: De quibus 2. *Petr.* 3. Ubi eſt promiſſio aut adventus ejus? Ex quo Patres dormierunt, omnia ſic perſeverant ab initio creaturæ.

d Et a ſeptem Spiritibus] ideſt Angelis, de quibus *Tob.* 12. Ego ſum Raphael Angelus unus de ſeptem, qui aſtamus ante Deum. Contra. *Dan.* 7 Et decies centena millia aſſiſtebant ei: non igitur ſeptem. Solut. A ſeptem, ideſt ab univerſis Angelis.

e Qui in conſpectu throni ejus ſunt] ideſt, qui aſtant ante ſedem Dei. Simile *Luc.* 1. Sum Gabriel, qui aſto ante Deum. Vel *d* A ſeptem Spiritibus] ideſt a Spiritu ſancto unico in natura multiplici in effectibus. *Sap.* 8. Spiritus intelligentiæ multiplex, unicus: [Qui ſunt in conſpectu throni ejus] ideſt in Chriſto, cujus humanitas divinitatis eſt quaſi ſedes, & thronus. *Heb.* 1. Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi. *Zach.* 3. Super lapidem unum, ideſt Chriſtum, ſeptem oculi ſunt, ideſt dona ſeptem Spiritus ſancti. Vel thronus ejus dicitur Eccleſia, vel viri ſancti, in quibus ſedet Dominus eos judicando in præſenti, ne judicet in futuro. [In conſpectu throni ejus ſunt ſeptem Spiritus] quia ſeptem donorum diviſionem Eccleſia recipit in ſuis diverſis fidelibus, Unde *inf.* 5. Ecce agnum tanquam occiſum habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi in omnem terram. *Gloſſ.* Perſonam patris prætermittit, quia nemo hæreticorum de Deo creatore male intellexit: ponit perſonam Spiritus, & Filii, de quibus omnes hæreſes naſcuntur in Eccleſiis. Sed hoc videtur falſum, quia quidam dicunt patrem paſſum, & Arrius dixit patrem majorem filio. Solut. Sic dicit *Gloſſ.* De Deo creatore nullus male intellexit ſecundum illam notionem, quæ eſt innaſcibilitas: unde nullus negavit ipſum creatorem, etſi de eo multi aliter mali intellexerunt, & ſic intelligitur *Gloſſ.*

f Et a Jeſu Chriſto] quia multa dicturus eſt de Chriſto ſecundum humanitatem, propterea reperit hic.

g Qui eſt teſtis fidelis] ideſt Martyr. *Pſalm* 88. Et teſtis in cœlo fidelis. Vel (teſtis) ſui ipſius, & patris, & noſtrorum operum in die judicii: *Jerem.* 29. Ego ſum Judex, & teſtis.

h Primogenitus mortuorum] Contra illos, qui deſperabant de reſurrectione. 1. *Corinth.* 15. Si Chriſtus reſurrexit, & nos reſurgemus. *Eccl.* 24. Primogenita ante omnem creaturam.

i Et princeps regum terræ] Contra illos, qui dicunt, quod inferiora non curat. *Job* 22. Circa cardines cœli perambulat nubes latibulum ejus, nec noſtra conſiderat, *inf.* 17. & 19. Rex regum, & Dominus dominantium.

k Qui dilexit nos] Hic commendat Chriſtum ab his, quæ fecit nobis in primo adventu, dicens: [Qui dilexit nos] *Eph.* 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea. *Jer.* 31. Charitate perpetua dilexi te.

l Et lavit nos a peccatis noſtris] ideſt ſola dilectione nos lavit a peccatis originalibus, & actualibus. Et hoc, *m* In ſanguine ſuo] quem pro nobis effudit, ut nos lavaret crimine, manavit unda & ſanguine. Secundum quod fuerat prædictum a Jacob. *Gen.* 49. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & pallium ſuum in ſanguine uvæ. Sed quomodo in ſanguine nos lavit. Solut. [In ſanguine] ideſt fide ſanguinis ejus, & paſſionis. Unde *inf.* 7. Laverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni, ideſt in fide paſſionis Chriſti.

n Et fecit nos regnum, & ſacerdotes] ideſt regale ſacerdotium. 1. *Petr.* 2. Vos eſtis genus electum regale ſacerdotium: Ibi ſatis dictum eſt de hoc. Unde *Luc.* 17. Regnum Dei intra vos eſt. De ſacerdotibus, *Iſa.* 61. Vos autem ſacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis. Et propter hoc ſequitur hic.

o Deo] non idolo, non mundo, non Diabolo, ſed [Deo] excelſo, qui eſt colendus, timendus, & honorandus.

p Et patri] qui eſt diligendus, & ideo.

q Ipſi gloria] ut a nobis laudetur, & glorioſus annuncietur, & magnificetur.

r Et imperium] ut ei obediamus, & ei obtemperemus, ut ſic cum eo in æternum vivamus. *Hebr.* 12. Quanto magis obtemperabimus patri ſpirituum, & vivemus in ſæcula ſæculorum, ideſt in æternum. Amen.

Moraliter. *a* Ab eo, qui erat] ante omnia, omnium tam viſibilium, quam inviſibilium creator.

b Qui eſt] omnium tam ſecretorum, quam publicorum limpidiſſimus proſpector.

c Qui venturus eſt] omnium hominum, & diſtrictiſſimus, & juſtiſſimus judicator. Quia ergo creator eſt, ipſi debemus totis viribus adhærere. Item, quia videt omnia, debemus peccata erubeſcere, & ab eis declinare. Item, quia judicabit, debemus hic opera noſtra examinare. *Job* 9. Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. Et nos ipſos dijudicare, ne ab ipſo judicemur. 1. *Cor.* 11. Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur.

Ad litter. *ſ* Ecce venit] Hic commendat Chriſtum ab his, quæ faciet in ſecundo adventu, dicens: [Ecce venit] quia jam paratus eſt venire. *Iſa.* 3. Stat ad judicandum Dominus, & ſtat ad judicandos populos.

t Cum nubibus] ad litteram, quia *Act.* 1. Quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum, ita veniet, quaſi dicat, Glorioſus apparebit in judicio, quia in cruce fuit ignominioſus. Et ſumptum eſt de *Dan.* 7. Aſpiciebam in viſu noctis, & ecce cum nubibus cœli, quaſi filius hominis veniebat. *Matth.* 20. Amodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Vel [Cum nubibus,] ideſt cum ſanctis. In *Canonica Judæ*: Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis. *Deuter.* 33. Apparuit de monte Pharan, & cum eo ſanctorum millia.

u Et videbit eum omnis oculus] & bonorum, & malorum. De bonis patet *Iſa.* 33. Regem in decore ſuo videbunt. Sed de malis non videtur, quia *Iſa.* 26. Tollatur impius ne videat Gloriam Dei. *Job* 13. Non veniet in conſpectu ejus omnis hypocrita. Solut. Omnes videbunt eum in humanitate, ſed boni benignum, & mitem; mali vero ferum, & terribilem. *Gregor.* Idem terribilis apparebit malis, blandus juſtis. Præterea boni videbunt eum in divinitate, & gaudebit cor eorum, & gaudium eorum nemo tollet ab eis. *Joan.* 16.

x Et qui eum pupugerunt] *Joan.* 19. Videbunt in quem transfixerunt. Et ſumptum eſt de *Zach.* 12. Et aſpicient ad me, quem confixerunt. Et hoc erit eis magna pœna. Unde dicit *Gloſſ.* Ut magis crucientur. Unde *Prov.* 22. Configet eos, qui confixerunt animam ejus.

y Et planget ſe ſuper eum] Non dicit eum, ſed ſuper eum, ideſt propter eum, ideſt, quia eum crucifixerunt.

z Omnes tribus terræ] *Matth.* 24. Tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ. Et ſumptum eſt de *Zach.* 12. Et planget terra, familiæ & familiæ ſeorſum. Quis autem erit hic planctus, dicit liber *Sapient.* 5. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, &c. Vel [plangent ſe ſuper eum] ut dicit *Gloſſ.* ideſt dolebunt reſpiciendo eos, qui fundati ſunt ſuper eum, quia non tam dolebunt de ipſo tormento, quam quod repellentur a tali conſortio.

a Etiam, Amen] idem eſt, quod Amen Amen, quaſi dicat, ita fiet. Hanc confirmationem prædictorum format in duplici lingua, Latina, & Hebræa, ut ad judicium omnes venire oſtendat. 2. *Cor.* 5. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti.

a Ego ſum

Digitized by Google

a Ego ſum alpha & omega, *b* principium & finis, *c* dicit Dominus Deus, *d* Qui eſt, & Qui erat, & Qui venturus eſt omnipotens. *e* Ego Joannes *f* frater veſter, *g* & particeps in tribulatione, *h* & regno, & patientia in Chriſto *i* Jeſu, *k* fui in inſula, quæ appellatur Patmos *l* propter verbum Dei, *m* teſtimonium Jeſu. *n* Fui in ſpiritu in Dominica *o* die, & audivi *p* poſt me

Inf. 22. Iſa. 41. & 44. & 48. *a* Ego ſum] Hic Joannes Chriſtum loquentem introducit, ut firmiorem auctoritatem habeant ea, quæ præmiſit. Unde dicit: [Ego ſum alpha & omega] Simile *inf.* 22. *b* Principium & finis] *Iſa.* 41. Ego primus, & noviſſimus. Quod vero dicit [Alpha & omega] tangit cognitionem, quaſi dicat: Omnia cognoſco; omnium ſcientiam habeo. Quod dicit [Principium & finis] tangit eſſe. *Inf. 4.* Sed quæritur quare ſe comparat litteris, & quare illis. Item & tunc quæritur, quare tantum vocalibus quare Græcis, & non Hebræis. Solut. Litteris ſe comparat, quia ipſe eſt ſapientia, quæ litteratos facit. 1. *Cor.* 1. Dei virtus, & ſapientia. Item [alpha] interpretatur petere. Unde & huic ſe litteræ comparat, ut ſic doceat, quod ab ipſo eſt petenda ſapientia. *Jac.* 1. Qui indiget ſapientia poſtulet in fide nihil hæſitans. Item vocalibus, quia ipſe venit vocare nos ad regnum. Item ipſe, quia eſt Verbum, in cujus libro non decet eſſe mutas, vel liquidas litteras. Per duo autem maxime nos vocat, ſcilicet per conſiderationem principii vitæ noſtræ, & per memoriam finis, & propter hoc etiam comparat ſe illis duabus litteris, quæ ſunt extremæ, & finales ſecundum Græcos. Item Græcis, & non Hebræis, quia ad litteram ſapientia incepit in Græcis, & a Græcis. Item ut ſciremus, quia non ſolum ſcientia divinarum ſcripturarum eſt a Deo, ſed etiam ſcientia Philoſophorum. *Eccl.* 1. Omnis ſapientia a Domino Deo eſt.

C

c Dicit Dominus Deus omnipotens] cui nihil reſiſtere poteſt.

d Qui eſt, & Qui erat, & Qui venturus eſt] ut prius.

e Ego Joannes] Tertia pars capituli, in qua ponit quaſi commune ſubjectum totius libri, ſcilicet tribulationum Eccleſiarum, & earundem conſolationem. Et dividitur in tres partes. Primo enim præcipitur ei, ut ſcribat, quæ vidit, ibi: [Quod tu vides, &c.] Secundo oſtenduntur ei ſeptem candelabra, inter quæ erat quaſi filius hominis conſolans Eccleſias, & protegens, quarum tribulatio per candelabra deſignatur, & hoc ſubjectum eſt totius viſionis ſequentis, ibi: [Et converſus ſum] Et quantum ad hoc eſt illud quaſi commune ſubjectum totius, quod ſequitur. Tertio oſtendit quomodo ſe habuit in hac viſione, quia cum vidit, cecidit ad pedes oſtendentis, ibi: [Et cum vidiſſem eum] Sed ante hæc omnia commendat ſe, ut opus ſuum auctoritatem habeat, & primo a perſona, & nomine. [Ego Joannes] qui interpretatur, in quo eſt gratia, quaſi diceret: Ego a Spiritu ſancto loquor, cujus gratia ſum repletus. Simile dixit Paulus 1. *Cor.* 7. Puto autem, quod ego Spiritum Dei habeam. Sed ne videretur hoc facere ad laudem humanam, ſubdit quod eſt humilitatis, dicens:

f Frater veſter] ſecundum illud, *Matth.* 23. Omnes enim vos fratres eſtis: [Frater] in fidei unitate, propter quam etiam tribulatus. Unde ſequitur.

g Et particeps] vel ſocius [in tribulatione,] Unde commendat ſe a patientia, quæ eſt negotiatio bonorum, proper quam invenitur theſaurus in agro abſconditus, *Matth.* 13. Unde ſequitur.

h Et regno] Et hoc juſtum eſt, ut qui eſt particeps in negotiatione, participet in lucro. Hæc negotiatio eſt tolerantia tribulationum, de qua Dominus *Luc.* 19. Negotiamini dum venio. Lucrum vero eſt regnum cœlorum. Unde 2. *Cor.* 1. Sicut ſocii eſtis tribulationum; ſic eritis & conſolationum. Et 2. *Tim.* 2. Si compatimur, & conregnabimus. Et ſcilicet particeps in patientia, quæ opus perfectum habet, ut dicit *Jac.* 1. & ſic commendatur a perfectione. *Prov.* 19. Doctrina viri per patientiam cognoſcitur, patientia, dico, quam habui, non ſicut fur patiens pro peccatis, ſed

i In Chriſto Jeſu] ideſt ad ejus honorem. 1. *Petr.* 4. Nemo veſtrum patiatur tanquam homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, ſed ut Chriſtianus non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine. Ego inquam Joannes.

k Fui in inſula, quæ appellatur Patmos] ad litteram, in exilium deportatus. *l* Propter verbum Dei, quod prædicaveram.

m Et teſtimonium Jeſu Chriſti] quod de humanitate, & divinitate ejus ei perhibueram. Ego inquam.

n Fui in ſpiritu] ideſt in mentis exceſſu.

o In Dominica die] 2. *Cor.* 5. Sive enim mente excedimus Deo, ſive ſobrii ſumus vobis. [In Dominica die] Hoc dicit ideo, quia tunc eſt tempus contemplationi congruum, quando ſcilicet fit memoria Dominicæ reſurrectionis, qua credita firmiter ſperamus nos reſurrecturos. Quatuor tangit hic, ſicut dicit *Gloſſ.* Perſonam, cum dicit: [Ego Joannes] Locum, cum dicit [in Patmos] Cauſam, cum dicit: [Propter verbum Dei] Tempus, cum dicit: [In Dominica die] Quæ omnia valent ad confirmationem ipſius revelationis. Et notandum, quod dicit *Gloſſ.* Solet rerum qualitas ex tempore notari, ut Abraham in fervore fidei, Angelum in meridie vidit *Gen.* 18. Per hoc ſignabatur fervor ſuæ fidei, & charitatis Lot in ſubverſione Sodomæ, in veſpere. *Geneſ.* 19. Adam poſt meridiem audivit vocem Domini. *Gen.* 3. ideſt, poſtquam verum meridiem reliquerat per peccatum. Salomon non ſervaturus ſapientiam nocte ſuſcepit. 3. *Reg.* 3.

p Et audivi] ideſt cognovi poſt me. Simile *Iſa.* 30. Aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. Sed contra, *Zach.* 3. dicitur, quod Angelus egrediebatur, & alius Angelus egrediebatur in occurſum ejus. Unde ergo hæc diverſitas? Sol. Propter duo dicitur

Allegorice. *k* Fui in inſula, &c.] Eccleſia dicitur inſula, Mundus mare. *Iſa.* 42. Laudem ejus in inſulis nunciabunt. *Alleg.*

Moraliter. *k* Fui in inſula] Anima juſti dicitur inſula, quæ poſita eſt in hac vita in ſalo amaritudinum, in conflictu tentationum. Unde *Job* 39. Tabernaculum ejus in terra ſalſuginis, quia juſtus in amaritudine poſitus, dulcem aquam fontis vitæ deſiderat, & ſitit. *Pſal* 41. Sicut cervus deſiderat ad fontes aquarum, &c. Item hæc inſula dicitur [Patmos] propter fremitum, & fervorem exteriorum perſecutionum, & anguſtiarum, per quas in juſtis terrenitas abſorbetur. *Job* 29. dicitur de æquo, ideſt juſtus in inſidiis, & perſecutionibus malorum poſito, fremens, & fervens ſorbet terram. Et hoc in Patmos, quod interpretatur fretum. Item debet juſtus eſſe ſeparatus a ſocietate adverſantium; unde & [Patmos] ſecundum Remigium interpretatur ſeparatio palpantium de onagro. Et hoc eſt quod dicitur *Job* 31. Cui dedi in ſolitudine domum, &c. Et poſt: Contemnit multitudinem civitatis, ideſt malorum conſortia, qui ſunt multi. *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus, & in ſolitudinem cordis ſe recipit, ut familiariter ibi cum Deo loquatur. *Oſee* 2. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. *Eccl.* 38. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, inveniet ſapientiam. Item debet eſſe ſeparatus a timore hoſtium, ne eos timeat, qui occidunt corpus. *Matth.* 10. Unde & [Patmos] ſecundum eundem Remigium interpretatur ſeparatio hoſtium. Et talis eſt juſtus. Unde *Job* 39. Contemnit pavorem, nec cedit gladio. Qui ergo poſitus eſt in amaritudine, & conflictu tentationum interiorum, & in fervore, & fremitu perſecutionum exteriorum, & eſt ſeparatus a conſortio malorum; non timet minas, vel terrores adverſantium. Et hæc omnia. *l* Propter verbum Dei] ideſt & propter filium Dei, ut ei teſtimonium perhibeat doctrinæ, & operis, vacans in ſeipſo ab operibus terrenis. Et hoc eſt eſſe [in ſpiritu in Dominica die.] Hic meretur audire [vocem magnam,] ideſt inopinatam, & inenarrabilem dulcedinem divinæ conſolationis. Et hoc eſt quod dicitur *Luc.* 6. Beati eritis, cum vos oderint homines, &c. Et hoc prætereundum non eſt, quod vox iſta magna dici non præcipitur, ſed ſcribi, & hoc ideo, quia affectio divinæ dulcedinis, & conſolationis ſentiri poteſt in mente, & quodammodo retineri, quæ nullatenus poteſt effari. 2. *Cor.* 12. Audivi arcana verba, quæ non licet homini loqui. Poteſt etiam exponi aliter, & Moraliter: ut per [verbum] intelligatur non Verbum increatum, ſcilicet filius Dei, ſed verbum creatum, ſcilicet ſacra Scriptura. Et propter hoc verbum intelligendum, & cognoſcendum, multi hodie ſcholares ſunt in fremitu, & labore, ſtudii ſolicitudine, qui tamen ſine fructu laborant, quia deficiunt ab eo, quod ſequitur [Et propter teſtimonium Jeſu Chriſti.] Neque enim addiſcunt, ut teſtimonium perhibeant Chriſto in paupertate, & utilitate, ſed potius, ut ditentur, honorentur, & exaltentur, & cornua aſſumant in fortitudine ſua. Et de talibus dicitur *Moraliter.*

* *Job* 39.

Digitized by Google

a dicitur hoc, tum quia ab arce contemplationis ad curam ſubditorum revocatur, ut dicit *Gloſ.* & ſic quaſi retrahitur, tum quia ea quæ dicturus eſt hic, a lege, & a Prophetis prædicta eſſe intelligit. Hæc eadem a Domino prædicta audivit. *Matth.* 18. Neceſſe eſt, ut veniant ſcandala.

a vocem magnam tanquam tubæ b dicentis. c Quod vides, ſcribe in d libero, & mitte e ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.

a Vocem magnam,] quia de futuris, & de magnis rebus, & occultis nobis, etſi ei, & manifeſtatis, & revelatis.

B b Tanquam tubæ] Hoc dicit, quia ſicut tuba invitabat antiquitus ad bella: ſic vox illa invitat ad ſuſtinenda tribulationum certamina. Tubæ dico:

c Dicentis, quod vides, &c.] vel viſurus es, dicit *Gloſ.* ſub dubio relinquens.

d Scribe in libro,] cordis reconde *Prov.* 3. Deſcribe in tabulis cordis tui. Vel ad litteram, [Scribe] & hoc dicit, quia voce tranſeunte ſcriptum manet. In quo intelligitur retinendum, & non ſolum dicendum.

e Et mitte ſeptem Eccleſiis] ad litteram, [quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.] Quidam libri habent hæc omnia nomina Eccleſiarum in accuſativo caſu ſic, Epheſum, & Smyrnam, &c.

Alleg. a ſunt, ideſt, in particularibus Eccleſiis. De mundo *Pſalm.* 103. Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, &c. Sicut ergo inſula fluctibus maris tunditur, ſic Eccleſia mundanorum perſecutionibus laceſſitur, ſed in his omnibus ſtabilis, & firma permanens, ut pote quia ſupra firmam petram ideſt, Chriſtum fundata. *Matth.* 7. In hac inſula ſcilicet Eccleſia fidelis in qua eſt gratia dum tribulatur, eruditur per ſanctam Apocalypſim, ideſt, multas Dei conſolationes, & dulcedines occultas, & internas recipere meretur. Unde *Jer.* 6. Secundum aliam litteram. Per omne flagellum erudieris Jeruſalem. Et *Iſa.* 28. Sola vexatio tantummodo dabit intellectum auditui.

* *Job* 39. Fruſtra laboravit nullo timore, Dei ſcilicet cogente, ſed potius cupiditate, vel vanitate. Et quid ſequitur? Privavit eam Deus ſapientia, & non dedit ei intelligentiam. Et quare? Quia cum fuerit tempus, in altum alas erigit. Tales ergo vocem magnam non audiunt: ſed qui propter Deum, S. Scripturam legeret ille audiret magnam vocem, & non ſolum ibi audiret, ſed poſt ſe cum magno impetu venientem videret mente converſus. Hæc vox magna eſt mors, quæ de prope poſt tergum non inſequitur: Unde *Jerem.* 6. Vox ejus quaſi mare ſonabit. Et *Iſa.* 17. Sonabunt populi, ſicut ſonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & procul fugiet, ideſt, fugere appetet homo mortem. Sed quid ſequitur? Et rapietur ſicut pluvia montium a facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate in tempore veſperi, ideſt, in die mortis. Et multo forte propinquior eſt nobis mors, quam credamus. Unde 1. *Reg.* 20. Clamavit Jonathas poſt tergum pueri, ecce ibi non eſt ſagitta, porro ultra eſt: q.d. Tua mors quæ eſt ſicut ſagitta vulnerans propinquior eſt quam tu æſtimes. Unde & ſequitur: Clamavitque iterum Jonathas poſt tergum pueri dicens: Feſtina velociter, ne ſteteris. Ad litteram, mors poſt nos feſtinat velociter, nec nos ceſſat perſequi. Unde *Sen.* Quidquid vitæ noſtræ tranſactum eſt, mors tenet. Unde *Sap.* 5. Nos nati continuo deſinimus eſſe. Quid enim aliud eſt vivere, quam de vita tranſire, ut dicit *Greg.* Multum ſurdus eſt, qui hanc vocem non vult audire. Unde talis eſſet exorcizandus, ſicut puer parvulus nondum baptizatus, ut ei diceretur, Ephphetha, quod eſt, adaperire, ſicut quidam ſurdo dixit Dominus. *Marc.* 7. Sed ſcitis, qui ſint iſti ſurdi; Illi maxime, qui hanc vocem deberent aliis clamare. Unde *Eccl.* 12. Obſurdeſcent omnes filiæ carminis. Et talibus dicit Dominus *Iſa.* 42. Surdi audite. Et poſt pauca: Qui apertas habes aures ad audiendum, ſc. vana, nonne audies, utilia ſcilicet cogitabis de morte tua? Hæc vox ſcribenda eſt, non ſolum dicenda, ut ſemper habeatur in memoria. *Eccl.* 7. Fili memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis. Et quare non peccabis? Quia terrenis quæ ſeparant a Deo non adhærebis. Unde *Hieronym.* Facile contemnit omnia, quia ſe ſemper cogitat eſſe moriturum.

Et quod amor terrenorum ſeparet a Deo, dicit *Jeremias* 17. Recedentes a te in terra ſcribentur. Allegorice.

e Mitte ſeptem Eccleſiis, &c.] ideſt, univerſali Eccleſiæ quæ per ſeptenarium deſignatur, propter ſeptem dona Spiritus Sancti quæ in ea dantur.

Item propter ſeptem virtutes, tres Theologicas, & quatuor Cardinales quæ in ea exhibeatur.

Item propter ſeptem Sacramenta quæ in ea conferuntur.

Item propter membra ejus, ad quæ pertinet ſeptenarius: quaternarius ad corpus propter quatuor elementa, & quatuor humores; ternarius ad rationalem creaturam, ideſt, ad animam propter tres vires, rationabilem, concupiſcibilem, & iraſcibilem.

Item propter ſeptem ſtatus Eccleſiæ univerſalis, vel primitivæ ſcilicet vel etiam ſuccedentis, quos habitura eſt uſque in finem ſæculi qui per ſeptem nomina Eccleſiarum Aſiæ deſignantur. Per Epheſum quæ interpretatur conſilium meum aut voluntas mea in ea, ſignificatur ſtatus Eccleſiæ primitivæ ante Spiritus ſancti miſſionem, quæ fuit in Apoſtolis ante paſſionem, quando omnes ei obediebant: ſed in paſſione fuit lapſus profundus: hæc eſt alia interpretatio, quando omnes eum dereliquerunt: ſed poſt reſurrectionem fuit conſilium meum, quando in unum collecti ſunt propter metum Judæorum. Item per [Smyrnam] quæ interpretatur canticum ſtatus Eccleſiæ poſt Spiritus Sancti receptionem, quando cantabant cantica Domini, proponentes cum lætitia, & audacia verbum Dei, *Act.* 4. Non poſſumus quæ vidimus, & audivimus non loqui.

Et pro hac lætitia quam habebant, reputabantur ebrii: *Act.* 2. Alii deridebant eos, dicentes, quia muſto pleni ſunt. Per [Pergamum,] quæ interpretatur diviſio cornuum, ſtatus Eccleſiæ, quando per univerſum Orbem ad prædicandum verbum Dei Apoſtoli miſſi ſunt, & diviſi. Per [Thyatiram,] ſtatus Eccleſiæ ſignificatur poſtquam jam fuerunt inter Gentes recepti, & per gratiam Dei, & prædicationem eorum fuerunt Gentiles illuminati. Thyatira enim interpretatur illuminata.

Per [Sardis,] ſtatus ille quo cœpit dilatari amplius fides Dei, & gratia. Tunc enim apparuit Eccleſiæ pulchritudo, quia Sardis interpretatur princeps vel principatus pulchritudinis.

Per [Philadelphiam,] ſtatus ille quo etſi omnes non erant præſentes Apoſtoli, tamen per Epiſtolas Eccleſiam conſervabant: Philadelphia enim interpretatur ſervans adhæſionem Domini, & ipſi Apoſtoli per epiſtolas, & monita ſancta ſervabant illos, qui per fidem Domino adhærebant, ne per hæreticos corrumperentur. Sed tandem fuit [Laodicea] quæ interpretatur tribus amata a Domino, vel tribus amabilis Domini. Hoc fuit in illo ſtatu, quando jam receptis ceteris Apoſtolis in cœlum, Evangelio per univerſum Orbem prædicato, ſolus adhuc Joannes vivebat in mundo. Poſſunt, & univerſaliter ſeptem ſtatus Eccleſiæ, quos habitura eſt uſque in finem mundi, per has ſeptem Eccleſias deſignari.

Per [Epheſum] ſtatus primitivæ Eccleſiæ in tempore Apoſtolorum.

Per [Smyrnam,] ſtatus ipſius tempore Martyrum qui in paſſionibus cantabant cantica lætitiæ, quando læti, & gaudentes ad Martyrium veniebant. Per [Pergamum] ſtatus ipſius tempore hæreticorum, ubi fuerunt diviſa cornua timore hæreticorum, ideſt, Prælati, & Prædicatores latentes per hæreticos, vel etiam in errore eorum ſeducti, & ſic a Deo diviſi.

Per [Thyatiram,] ſtatus ipſius tempore Confeſſorum, & Expoſitorum S. Scripturæ, qui eam illuminaverunt, & meritis, & exemplis, & documentis veritatis.

Per [Sardis,] ſtatus ipſius tempore ſimplicium ſanctorum qui poſt illos venerunt, & tunc dignitates, & temporales divitiæ in appetitu fuerunt. Unde interpretatur principatus pulchritudinis, & tunc fuerunt exemptiones Eccleſiarum impetratæ.

Per [Philadelphiam,] ſtatus modernorum, qui ſeipſos diligunt carnaliter magis, quam ſpiritualiter Deum. Unde jam ſunt tempora pericoloſa.

Per [Laodiceam,] ſtatus ipſius tempore Antichriſti, ubi illi qui ſtabunt erunt vere tribus amabilis Domini. Ipſi enim erunt viri robuſtiſſimi, & perfectiſſimi, forſitan tantum quantum Martyres fuerunt, vel Apoſtoli. Dicit ergo Joanni, [Mitte ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, &c.] Omnem enim Eccleſiam, & in omni ſtatu ſuo, in hoc opuſculo Joannes inſtruxit, & docuit.

a Et conver-

a Et converſus ſum, &c.] Secunda pars tertiæ partis capituli ubi oſtenduntur ei ſeptem candelabra, & in medio filius hominis. Unde dicit [Et converſus ſum, &c.] voce ſcilicet audita ad curæ paſtoralis memoriam, ideſt, ad cogitandum de ſubditis me converti.

a Et converſus ſum, *b* ut viderem vocem quæ *c* loquebatur mecum. *d* Et converſus *e* vidi *f* ſeptem candelabra aurea, *g* & in *h* medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis *i* veſtitum podere, *k* & præcinctum,

b Ut viderem vocem] ideſt, intelligerem. Simile *Exod.* 20. alia littera. Cunctus populus videbat voces. Sed quomodo videtur, cum vox audiatur proprie, & non videatur; Quia cum oculus habeat in cognoſcendo principatum, propter hoc viſus pro omni ſenſu ponitur.

Moraliter. Moraliter. Vox prædicatoris talis debet eſſe quæ videatur, quod fit quando quod dicit ore, oſtendit opere. Et tunc talis vox multum eſt efficax, nec vacua revertetur. *Sen.* Longum iter eſt per verba, breve, & efficax per exempla. Vocem dico:

c Quæ loquebatur mecum.] Bene dicit [mecum.] Vox enim Dei loquitur cordi, etſi homo loquatur auri.

d Et converſus, &c. Et] ideſt, quia.

e Converſus vidi, &c.] Bene dicit converſus, averſus enim videre non poteſt. Unde *Joann.* 20. Maria non videbat Dominum, niſi quando vocavit eam dicens, Maria. Sequitur ſtatim: Converſa illa dicit ei. Rabboni, quod dicitur magiſter. Unde *Exod.* 14. conqueritur Dominus de quibuſdam dicens: Columna nubis priora dimittens poſt tergum ſtetit, *Soph.* 1, Avertuntur de poſt tergum Domini. Unde & talibus Dominus dicit *Joel.* 2. Convertimini ad me in jejunio, & fletu, &c. *Iſa.* 46. Redite prævaricatores, ad cor.

f Vidi ſeptem candelabra aurea,] Ergo viſio ejus fuit imaginaria. Solut. Non, ſed aliter vidit ad ſciendum, aliter ad ſcribendum. Unde 1. *Cor.* 3. Et ego fratres non potui loqui vobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Per candelabra aurea ſignificatur ſtatus Eccleſiæ, quæ illuminat & accendit. In candelabro igitur lux, in auro fervor charitatis, & ſapientiæ deſignatur. Et hoc ponitur quaſi ſubjectum totius libri: unde & hoc eſt de antecedentibus ad librum.

g Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis] Angelum ſcilicet. Et propter hoc dicit. [Similem filio, & non filium hominis.] Revera enim erat Angelus. Vel ſi dicatur, [ſimilem filio hominis,] ideſt, Chriſtum: tunc dicitur ſimilis filio hominis, quia poſt reſurrectionem jam erat immortalis; ante vero mortalis, quo cognoſcitur ab homine, cujus filius erat.

h In medio] quia omnibus ſe offert, omnibus præſto eſt. Ecce quantum Dominus diligit medium. Ipſe enim qui erat ab æterno media perſona in Trinitate, in medio temporum incarnatus eſt. *Sap.* 18. Dum quietum ſilentium tenerent omnia,] ubi nos habemus quietum] & nox in ſuo curſu medium iter haberet, omnipotens Sermo tuus Domine exiliens de cœlo a regalibus ſedibus venit. Item media nocte natus eſt, & hoc ei bene competit, quia venerat, ut noctem peccati illuminaret. Unde in ejus nativitate legitur prophetia. *Iſa.* 9. Populus Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Item in medio mundi paſſus eſt, ſcilicet in Jeruſalem, oſtendens quod omnibus moreretur, & quod etiam de omnibus mundi partibus ſanctos ad ſe vocaret. *Matt.* 8. Dico autem vobis quod multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Iſaac, & Jacob in regno cœlorum. Item in medio duorum latronum ſuſpenſus, ſignificans quod omnibus, & bonis, & malis ſua bona largitur. *Matth.* 5. Qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Item in medio elemento paſſus, ſc. in aere inter cœlum, & terram, in hoc ſignificans quod & homines ſalvare venerat qui vivunt in terra, & Angelorum ruinam reſtaurare, qui ſunt in cœlo. Item in medio Diſcipulorum ſtetit poſt reſurrectionem, ut ſic omnes Diſcipulos & ſingulos in fide confirmaret. *Joan.* 20. Stetit Jeſus in medio Diſcipulorum ſuorum & dixit eis, Pax vobis. Item in medio candelabrorum aureorum poſt aſcenſionem viſus eſt a Joanne, in hoc ſignificans ſe paratum eſſe omnibus in ſuis tribulationibus ſubvenire. *Pſalm.* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione. Propter hoc dicitur *Matth.* 18. Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum ſum. *i* Veſtitum podere,] ideſt veſte, vel tunica hyacinthina de qua *Exod.* 39. fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hiacynthinam. Adeo autem deſpicit eum. Primo a veſtimento dicens [Veſtitum podere, &c.] quæ his verſibus continentur.

Veſtis, zona, caput, pili, ex oculis, pede, voce.
Stella manus, gladius oris, facieſque velut ſol.

Et hæc palma ſunt ſecundum litteram, quia hujuſmodi ſtaturæ, & diſpoſitionis videbatur eſſe Angelus qui ei apparuit in perſona filii Dei.

Allegorice. *i* Veſtitum podere,] ideſt, carne, quam pro nobis obtulit in cruce. Hæc fuit veſtis hiacynthina ex triplici filo contexta, quia Chriſtus paupertatis habuit omnes virtutes. In hac fuit deſcriptus totus Orbis, quia ipſe eſt magiſter Vilitatis, & humilitatis, ad cujus exemplar vivunt omnes juſti. *Joan.* 1. De plenitudine ejus nos omnes accipimus. *Sap.* 18. In veſte enim poderis quam habebat Aaron deſcriptus erat totus orbis terrarum. Et ſicut legitur *Exod.* 28. In illa tunica deorſum dependebant mala punica parum a terra, & tintinnabula. Per mala punica exemplum bonæ converſationis. per tintinnabula ſonus prædicationis exprimitur. *k* Et præcinctum ad mamillas Alleg.

Moraliter. Moraliter. *f* Septem candelabra,] ſunt ſeptem opera quibus debet pollere Prælatus amplius præ ceteris ovibus gregis ſui. Lumen fidei, ut ſemper ſit paratus ſatiſfacere omni poſcenti rationem de ea, quæ in eo eſt, fide & ſpe. 1. *Petr.* 3. Hoc eſt lumen, quod debet habere reſpectu Dei. Sed tria alia debet habere reſpectu proximi, lumen verbi & doctrinæ in lingua, ut lucide doceat & aperte, quia 1. *Cor.* 14. Si incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum ſcilicet contra vitia; ſic & vos per linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis, quomodo ſcietur id quod dicitur? Item lumen boni operis debet habere in vita, ut in quo alios docet, ipſe irreprehenſibilis appareat: quia Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum. Ne dicatur ei illud. *Rom.* 2. Qui prædicas non furandum, furaris. Item lumen exterioris ornatus, ſenſuum, ut non tangat quod non decet, non reſpiciat quod non licet. Quia ut dicit *Greg.* Non licet intueri, quod non licet concupiſci. Non audiat vana, non loquatur perverſa, & ſic de aliis ſenſibus, ut ſic verum ſit in eo illud *Aug. in regula*. In omnibus motibus veſtris nihil fiat, quod cujuſquam offendat aſpectum. Item debet habere triplex lumen. Primum eſt quotidianæ circumſpectionis in conſcientia, ne in eam aliquod reptile immundum ſubrepat. Item lumen beneficiorum Dei, quod debet portare in memoria, ut ſemper Deo gratias referat. Item lumen cœleſtis patriæ, quod debet habere in deſiderio, ne per otium torpeſcat, ut dicat cum *Pſalm.* 37. Domine ante te omne deſiderium meum. Et poſt; Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Hæc candelabra debent eſſe aurea, ut ex radice charitatis procedat, quæ comparatur auro propter fulgorem, & pretioſitatem. [In medio candelabrorum] debet eſſe Prælatus, qui debet eſſe [ſimilis filio hominis,] i. Chriſto, ut ſicut in poteſtate eſt culminis, ſic ſit in miniſterio humilitatis. *Joan.* 13. Vos vocatis me Magiſter, & Domine. Sic enim debet præeſſe, vel dominari vitiis, ut fratribus ſit æqualis. *Eccl.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, ſed eſto in illis quaſi unus ex illis. Quia ut dicit *Greg.* Summus locus tunc bene regitur, cum is qui præeſt, non perſonis, ſed vitiis dominatur. Vel quilibet bonus debet eſſe ſimilis filio hominis in amore paupertatis, in ſuſtinentia tribulationis, in extollentia ſuæ crucis, ut ſit tandem ſimilis in gloria immortalitatis. *Rom.* 6. Si complantati fuerimus ſimilitudini mortis ejus, ſimul & reſurrectionis erimus. Et 1. *Joan.* 2. Chariſſimi, nunc filii Dei ſumus, ſed nondum apparet quid erimus: ſcimus autem, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus. Hic debet eſſe [in medio ſeptem candelabrorum aureorum.] ideſt, ſeptem virtutum, quibus beatitudo præmittitur. *Matth.* 5. Beati pauperes: beati mites; beati qui lugent; beati miſericordes; beati mundo corde; beati qui eſuriunt, & ſitiunt; beati pacifici.

i Veſtitum podere,] In hoc perſeverantia deſignatur, quæ ſola coronabitur, ut dicit *Beatus Bernard.* Poderis autem eſt veſtis uſque ad pedes deſcendens: unde ſic dicitur a ποὺς quod eſt pes. *Matth.* 10. & 24. Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. Finis enim, non pugna coronat.

k Præcinctum ad mamillas zona aurea] Hæc eſt caſtitas mentis, quam

Digitized by Google

a mamillas zona aurea.] Hæc fuit juſtitia qua ipſe Chriſtus indutus eſt, ſicut lorica. *Iſ.*59. *Job* 39. & *Iſ.*11. Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus. *Eccl.*45. Circumcinxit eum zona juſtitiæ. *a* Caput autem ejus] ideſt, ipſe Chriſtus, qui eſt caput Eccleſiæ. *Eph.*1. Ut ſit conſtructio intranſitiva. *b* Et capilli] ſcilic. Sancti firmiter adhærentes ei.

ad mamillas zona aurea. *a* Caput autem ejus, *b* & capilli *c* erant candidi velut lana alba *d* & tanquam nix. *e* Et oculi ejus velut flamma ignis: *f* & pedes ejus *g* ſimiles aurichalco *h* ſicut in camino ardenti. *i* Et vox illius, tanquam *k* vox aquarum multarum *

c Erant candidi velut lana alba] quæ eſt ad calefaciendam. *d* Et tanquam

D nix.] quæ eſt ad refrigerium. Converſatio enim Chriſti, & Sanctorum a nobis aufert frigus deſperationis, & æſtum refrigerat præſumptionis. Unde & Dominus ſeptem verba dixit in cruce, quorum tria ſunt contra deſperationem; hæc ſc. Pater dimitte illis quia neſciunt quid faciunt. *Luc.* 23. Item, hodie mecum eris in Paradiſo. *Ibid.* Item: Mulier ecce filius tuus, & ecce mater tua. *Jo.*19. Alia tria ſunt contra præſumptionem: hæc, ſc. Eli, lammaſabacthani. *Matt.*27. Item: Sitio. *Jo.*19. Item: in manus tuas commendo ſpiritum meum. *Luc.* 23. Septimum verbum ſecutum eſt omnia, ſc. Conſummatum eſt. *Jo.*19. Et hoc fuit ſignum quod quicumque a prædictis duobus peccatis cavent, & abſtinent, perfecte jam conſummati ſunt in gratia, & virtute, ſed tandem conſummabuntur in gloria duplicis ſtolæ. Et tunc Dominus reddidit ſpiritum. *Matth.*27. & *Luc.*23. Quia qui talis eſt per obedientiam offert ſe totum Domino, ut dicat illud *Matth.* 26. Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Vel per lanam ſignificatur charitas Chriſti quam habuit in vita præſenti. Per nivem candor vitæ immortalis, quia jam fulget in patria cœleſti. *e* Et oculi ejus velut flamma ignis:] i. dona Sp. Sancti, quibus ipſe Chriſtus repletus non ad menſuram, flamma charitatis ardebat; & quibus Eccleſiam & accendit, & illuminavit. *Zach.* Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt, i. univerſitas donorum & virtutum ſuper Chriſtum. *f* Et pedes ejus] i. humanitas Chriſti, de qua *Pſ.*109. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. *g* Similes aurichalco] χαλκὸς Græce, æs Latine: q. d. ipſe Jeſus fuit aureus per patientiam, quia non murmuravit in flagellis, ſicut aurum non crepat ſub malleis: Item fuit æneus per elatum ſonitum prædicationis aperte. *h* Sicut in camino ardenti.] quia totam fecit Dominus Jeſus ex ardenti fervore charitatis. Tamen ſicut dicit *Gl.* per pedes, fideles minores ſignificantur, ſicut per capillos, majores. *Infra* 2. Et pedes ejus ſimiles aurichalco. Illi ergo dicuntur ſimiles aurichalco, quia ipſum perfecte imitari non poſſunt, ſicut majores, qui jam ſunt perfecti, & ſignificantur per aurum. Proficientes vero ſignificantur per aurichalcum: & illi qui ſunt incipientes, dicuntur ſimiles illis: & dicuntur eſſe in camino ardenti, quia etſi minores, tribulationes quaſi proficientes vel perfecti ferre poſſunt, magis tamen gravantur, quia minorem vel minus radicatam habent charitatem. Vel per capillos Sancti deſignantur qui in primitiva Eccleſia Chriſto firmiter adhæſerunt: per pedes, fideles qui erunt tempore Antichriſti: qui comparantur æri, propter abjectionem, & tamen erunt ſimiles auro, quia fortes in patientia, & tribulationibus erunt ſimiles primis Patribus & æquales. Vel aurichalco comparantur Apoſtoli, quia fuerunt lucidi per miracula, ecce aurum; ſed ſonori per prædicationis verba, ecce æs: Iſti vero erunt ſimiles aurichalco, quia licet non facient mirabilia, nec eorum prædicatio erit audita, maxime tempore Antichriſti, tamen ſimiles erunt primis in virtute & patientia.

i Et vox illius,] i. Chriſti.

k Tanquam vox aquarum multarum.] In hoc notatur duplex effectus prædicationis Chriſti. Primus, quia ad ejus prædicationis vocem multi populi converſi ſunt, vel per ſe, vel per Apoſtoles, qui comparantur aquis. *Infra* 17. Secundus, quia in ejus prædicatione a flamina

Moral. * tis, quam neceſſe eſt ab omnibus tam Prælatis quam ſubditis obſervari. 1.*Petr.*1. Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ ſperate in eam quæ vobis offertur, gratiam. Et in *ead.* Caſtificantes animas veſtras. Et *Iſ.*32. Accingite lumbos veſtros ſuper abera. Et quare? quia fortitudo ejus in lumbis ejus, ſicut dicitur de Behemoth. *Job* 40. *Dan.* 10. Vidit præcinctum ad renes. Et hoc eſt, quia ſicut indicitur caſtitas mentis, ſic & caſtitas corporis aut omnimoda, aut ſaltem conjugalis. Sed hunc cingulum projecerunt hodie multi de quibus conqueritur Dominus *Jer.* 2. Nunquid obliviſcitur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus autem meus oblitus eſt mei. Vel [Præcinctum] dicit modo [ad mamillas] ut ſic excludatur multitudo inutilium cogitationum. *Dan.* Ad renes, dixit quia lex prohibet manum & non animum. *a* Caput ejus,] Hæc eſt intentio pura, quæ debet eſſe principium in omnibus operibus noſtris. Intentio enim nomen imponit operi, ut dicit *Hier.* Et de talibus dicitur *Cant.* 5. Caput ejus aurum optimum. Sed e converſo dicitur de malis, qui bona etiam faciunt mala intentione. *Iſa.* 19. Non erit opus Ægypto quod faciat caput. *b* Capilli] ſunt cogitationes, quæ adhærent menti, i. bonæ intentioni: qui, i. quæ cogitationes tunc ſunt candidæ [tanquam lana] *Inf.* 2. & 10. quando homo ſe præparat ad omnis tribulationis patientiam. Lana enim alba apta eſt ad ſuſcipiandos omnes colores, ut dicit cum Apoſt. *Phil.* 4. Ubique & in omnibus inſtitutus ſum, ſcio etiam abundare & ſatiari & eſurire, omnia poſſum in eo, qui me confortat. Et hæc omnia facit, ut fugiat algorem gehennæ, quæ per nivem ſignificatur. Unde *Job* 16. Qui timet pruinam, irruet ſuper eum nix. Vel [capilli] ſunt Sancti adhærentes Chriſto, qui eſt caput Eccleſiæ. *Cant.* 4. Capilli tui ſicut grex caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad: hi ſunt martyres, quia Galaad interpretatur teſtes, qui ſicut lana alba ſunt, quia laverunt ſtolas ſuas & dealbaverunt eas in ſanguine Agni. *Inf.*7. Venerunt enim ex magna tribulatione, uſque ad nivem ſc. æternæ gloriæ, quæ ſequitur tribulationes præſentis vitæ. *Pſ.* 50. Et ſuper nivem dealbabor: verum eſt per tribulationes. *Iſ.* 1. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. De hac nive, ſc. gloria æterna dicitur *Job* 38. Nunquid ingreſſus es theſauros nivis? *e* Et oculi ejus velut flamma ignis.] Oculi Eccleſiæ ſunt Prælati & Clerici: de quibus *Cant.*7. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Quatuor dicit quæ exiguntur in Prælatis, ut ſcil. ſint oculi per diſcretionem; piſcinæ per compaſſionem: in Heſebon, per charitatis fervorem, quia Heſebon interpretatur ignis in eis, & hoc eſt quod dicitur hic: [Oculi ejus velut flamma ignis.] Item debent eſſe in porta filiæ multitudinis, ut omnibus ſint communes, & ad omnes parati. Sed hodie iſti oculi aut excæcati ſunt pulvere terrenorum, aut deſſluunt ſanie deliciarum, ſicut de Lia legitur *Gen.* 29. Lia lippis erat oculis. Unde per *Pſ.* 37. Conqueritur Dominus dicens: Et lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Adhuc enim Heli cæcus eſt, de quo legitur 1.*Reg.*3. Oculi ejus caligaverant, & videre non poterat lucernam Dei, antequam extingueretur. *f* Pedes ejus ſimiles aurichalco,] i. æri. Pedes ſunt moderni DD. Eccleſiæ, qui ſunt æri ſimiles: ſed Apoſtoli primi rectores Eccleſiæ qui quaſi caput fuerunt, auro comparantur. Æs minus ponderoſum eſt quam aurum, minus valens, minus fulgens, minus pretioſum, minus ductile: ſed e converſo magis ſonorum, magis rigidum, magis durum, magis corroſivum, magis copioſum: & plura vaſa facta ſunt in templo de ære quam de auro. 3.*Reg.*7. Horum multi ſunt in camino ardenti. Et bene dicit [Sicut] quia videntur eſſe inflammati, & accenſi charitate, qui tamen ſunt frigidi, de quibus 1.*Cor.*13. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Multi tamen adhuc per Dei gratiam ſunt in camino ardenti, ut legatur [ſicut] expreſſivum veritatis: unde puriores exibunt, ſicut tres pueri de camino ignis. *Dan.* 3. Hi ſunt de quibus dicit *Iſ.*48. Imo per eum Dominus. Elegi te in camino paupertatis. *i* Et vox illius] i. Chriſti, i. prædicatoris.

Oculi Eccleſiæ ſunt Prælati propter quatuor.

k Tanquam vox aquarum multarum] i. talis. Hæc vox fuit Jo. Baptiſtæ. *Jo.*1. Ego vox clamantis in deſerto qui ad litteram baptizavit in aqua. *Jo.* 3. Erat autem Joannes baptizans in Ænnon juxta Salim, quia aquæ multæ erant illic: *Pſ.*28. Vox Domini ſuper aquas. Item vox Eccleſiæ eſt oratio, quæ in terris unanimiter facta, ad Deum aſcendit. Unde *Dan.*10. Vox ſermonum illius ſicut ſonus multitudinis Et hoc dicit, quia hoc ſonitu & Dæmones terrentur, & boni animantur. De primo 1. *Reg.* 4. Audierunt Philiſtæi vocem clamoris dixeruntque: Quænam eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et *poſt pauca*: Timueruntque Phili-

a flumina gratiarum effudit, quæ ſimiliter aquis comparantur *Iſ.*41. Aperiam in ſupremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Hoc dicit illa *Gloſſ.* Quam vocem recipiunt, &c.

Inf. 19. *Matth.* 17. a Et habebat in dextera ſua ſeptem ſtellas] i. ſeptem Eccleſias, quas etſi tribulationibus exponit in præſenti, tamen protegit eas, & cuſtodit, ut eas collocet in dextera ſua in die judicii, quando ſtatuet oves quidem a dextris, hœdos autem a ſiniſtris, ut dicit ipſe: *Matth.*25. Et in hoc ſignificatur protectio Eccleſiarum.

al. † non habet. † ex. a & habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. b Et de ore ejus c gladius † ex d utraque parte acutus exibat: & e facies ejus f ſicut Sol lucet in virtute ſua. Et cum g vidiſſem eum, h cecidi ad pedes ejus i tanquam mor-

b Et de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat:] Hic gladius eſt ſententia judicis contra malos, qui Eccleſiam hic opprimunt, quæ ſcindet eos in corpore, & in anima. Et in hoc nihilominus exprimitur infrænatio perſecutorum, ut tantum non poſſunt nocere in Eccleſiis quantum velint.

c Et facies ejus] ideſt, Chriſti,

d Sicut Sol lucet in virtute ſua] ideſt, in meridie, ubi non obtenebratur nubium caligine. Et in hoc ſignificatur, quod in tribulatione purgatur Eccleſia, ita quod inde exibit lucens, & clara. Et ſic per faciem Chriſti ſignificantur electi, qui tunc lucebunt ſicut Sol, quando erunt in virtute, ideſt, in æterna beatitudine. Et per hoc ſignificantur quatuor dotes. Tunc enim Sol in virtute quando eſt in meridie, ubi habet & plenitudinem lucis, & flammam caloris; per quæ deſignantur agilitas, & claritas. Item tunc eſt in virtute, quando nubes penetrat & diſſolvit: & in hoc ſubtilitas deſignatur. Per hoc quod dicit *Gl.* quod ſtatus erit in æternum, ſignificatur impaſſibilitas. Vel aliter: [Sol] fuit Chriſtus in nativitate, quando ſine peccato natus eſt, quando illuminavit paſtores. *Luc.*2. Et claritas Dei circumfulſit illos. Quando etiam ſtella prævia adduxit Magos *Matt.* 2. Sed lucens fuit in progreſſu vitæ, quando miracula fecit. Sed lucens in virtute ſua fuit in paſſione, ubi & Diabolum vicit, & Judæos excæcari permiſit. Unde *Eccl.*43. Tripliciter Sol exurens montes radios igneos exſufflans [in ſua nativitate, ut dictum eſt] & refulgens radiis ſuis [in miraculorum operatione] excæcat oculos [Judæorum ſc. in ſua paſſione, vel etiam Apoſtolorum, qui tunc eum reliquerunt.] Sic ergo patet quomodo commendavit Chriſtum & deſcripſit. Primo a veſtimentis cum dixit: [Veſtitum, &c.] Secundo a forma, & ſpecie corporis cum dixit [Caput autem ejus, &c.] Tertio a poteſtate cum dixit [Et vox illius, &c.] Et in hoc poſita eſt conſolatio Eccleſiarum. Quæ poteſtas Chriſti in quatuor conſiſtit. In efficaci prædicatione, & larga donorum Sp. Sancti effuſione: unde dixit [Et vox illius, &c.] Secundo in ſuorum fidelium conſolatione: unde dixit [Et habebat in dextera, &c.] Tertio in adverſariorum depreſſione: unde dixit [Et gladius, &c.] Quarto in ſuorum electorum glorificatione; unde dixit [Et facies ejus, &c.]

Moral. a ſtæt dicentes. Væ vobis: *Inſult.* Qui audit, dicat: Veni.

a Et habebat in dextera ſua ſeptem ſtellas, &c.] Stellæ ſunt Epiſcopi, & alii Prælati qui debent eſſe minimi omnium, humilitate & ſui reputatione ut ſtellæ quantitate. *Eccl.*4. Quanto magnus es, humilia te. Et maxime poteſtate in vitiorum eradicatione. *Jer.* 1. Conſtitui te ſuper gentes, & regna, ut evellas & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, peccata ſc. non res, non poſſeſſiones. Item debent eſſe ſtellæ, ut ſint ignei per charitatis fervorem, in alto poſiti per contemplationis ſuſpenſionem, coruſcantes, & rutilantes per excellentis vitæ converſationem, fixi per boni operis continuationem, effectum habentes vel aſpectum in terra per pauperum ſupportationem. Hi debent eſſe in dextera Domini, ut omnia faciant pro bonis dextræ non ſiniſtræ, ideſt, pro æternis, non pro terrenis divitiis. *Prov.* 3. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ & gloria. Item Religioſi ſunt ſtellæ propter continuum motum ſtellarum. Ipſi enim debent moveri de virtute in virtutem, de opere in opus, de lecto in Eccleſiam, de Eccleſia ad Capitulum, de Capitulo ad lectionem vel ad ſtudium, & tandem ad orationem, & ad ſui circumſpectionem, ad confeſſionem, ad contemplationis otium, & tandem ad refectorium. Charitas enim aut proficit aut deficit, ut dicit *Aug.* Et *Bern.* In via Dei non progredi eſt retrogredi. Idem propter modicam apparitionem, magnam tamen exiſtentiam ſecundum veritatem. Unde *Job* 11. Quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam; & cum te conſumptum putaveris, orieris ut lucifer. Item propter ordinis diſpoſitionem. *Jud.*5. Stellæ manentes in ordine ſuo adverſus Siſaram pugnaverunt. Item propter obedientiæ promptitudinem. *Bar.*3. Stellæ dederunt lumen in cuſtodiis ſuis & lætatæ ſunt: vocatæ ſunt & dixerunt, adſumus: & luxerunt ei cum jucunditate qui fecit illas. Iſtæ tamen ſtellæ licet ſint in dextera Dei, debent tamen timere: quia ſicut dicit *Pſ.*90. Cadent a latere tuo mille, & decem millia, &c. b Et de ore ejus] i. Prædicatoris.

c Gladius exibat] ideſt, verbum Dei.

d Ex utraque parte acutus] ut & carnalia & ſpiritualia comprehendat, & vitia abſcidat: quia ad *Epheſ.*6. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem tantum ſc. ſed adverſus Principes & Poteſtates, adverſus mundi Rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et bene dicit: [exibat,] quia prædicator ſemper debet eſſe in motu. 2. *Theſſ.* 3. De cetero fratres orate pro nobis, ut ſermo Dei currat. Vel dicit: [exibat,] ideſt, uſque ad manum; non remanebat in ore. Multi enim multa prædicant & pauca faciunt. Unde & dicit *Pſalm.*58. Et gladius in labiis eorum, quoniam quis audivit. E converſo legitur, quod Abraham vadens ad immolandum filium, portabat in manibus ignem & gladium. *Gen.* 22. Vel [Gladius] dicitur ſententia Judicis. [Acutus ex utraque parte,] quia modo ſcindit bonos, qui ſe hic puniunt timore judicii, ne ibi puniantur; ſecundum conſilium *Eccleſ.*18. Ante judicium para juſtitiam. Et *paulo poſt*. Ante languorem adhibe medicinam: & ante judicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei invenies propitiationem. Sed ex altera parte ſcindit malos in futuro, a bonis tranſiens, ſed permanens in malis. *Iſ.* 30. Et erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum: tranſibit enim a bonis & requieſcet in malis. Unde *Iſ.*28. Flagellum inundans cum tranſierit [bonos ſcilicet] eritis ei in conculcationem [vos mali:] quandocumque pertranſierit [a bonis,] tollet vos.

e Et] tunc [facies ejus,] ideſt, boni qui hic fuerunt in mœrore, erunt.

f Sicut Sol lucens in virtute ſua.] *Matth.* 13. Fulgebunt juſti ſicut Sol. Et tunc erit Sol in virtute ſua, quando redibit ad primum ſtatum creationis ſuæ. *Iſ.* 30. Erit lux Lunæ ſicut lux Solis: & lux Solis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum: & hoc erit in die, qua alligaverit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ ejus ſanaverit, ſicut *ibid.* ſequitur: Quando auferet Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie, ſicut dicitur *Iſaia* 25. Et *infra* 21. Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis ſanctorum, ſicut mater facit filio. De quo verbo dicit *B. Bern.* Felices lacrymæ quas manus conditoris abſterget. Propter hoc dicebat *Jerem.* 9. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, ut ſcil. a manu Domini mei abſtergantur?

g Et cum vidiſſem eum.] Tertia pars tertiæ partis capituli, in qua oſtendit quomodo ſe habuit Joannes in hac viſione, in qua ſc. cum vidit, cecidit ad pedes oſtendentis ſibi. Dicit ergo: [Et cum vidiſſem eum] i. ſimilem filio hominis, vel potius filio Dei.

h Cecidi ad pedes ejus.] Quid ergo ſi filium Dei vidiſſet imo quid ſi Deum ipſum? per hoc quod dicitur [cecidi] intelligitur mana humanæ naturæ declinatio, quia iſte qui tantus erat, imo qui etiam virgo, ſtare non potuit.

In hoc etiam intelligitur humilitas Joannis, & certitudo revelationis, ut in qua Sp. Sanctus loqueretur: quia iſte humiliatus non ſuperbit, & ita Jeſum non ſolvit: quia 1. *Jo.* 4. Omnis ſpiritus qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt. i. Tanquam mortuus.] Simile *Dan.* 10. Vidi viſionem grandem hanc, & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquam virium.

Vel moraliter. [Mortuus] mundo, omnia temporalia abjiciendo, vivens Deo ipſi firmiter adhærendo, nudus nudum ſequendo. *Job* 24.

Non habentes velamen [temporalium ſcilicet] amplexantur lapides, Chriſtum ſcilic. & alios ſanctos imi-

tan-

tantur. Vel [Tanquam mortuus.] ſaltem abjiciendo quæ ſuperfluitatis ſunt, & retinendo quæ neceſſitatis. Talem oportet eſſe illum qui vult habere viſionem Dei.
a Et poſuit dexteram ſuam ſuper me] Ecce conſolatio. Per hoc patet quod bonus ſuit ſpiritus, quia malus non conſolatur, ſed terret. Simile *Dan.* 10. Jacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ; & ecce manus tetigit me, & erexit me. Poſuit dico.

tuus. *a* Et poſuit dexteram ſuam ſuper me *b* dicens: Noli timere. *c* Ego ſum primus, & d noviſſimus, & *e* vivus, & *f* fui mortuus, & *g* ecce *h* ſum vivens in ſæcula ſæculorum, & i habeo claves mortis; & k inferni. *l* Scribe ergo quę vidiſti, & *m* quę ſunt: & quæ *n* oportet fieri † cito. † *o* Sacramentum ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea, *p* & ſeptem candelabra aurea, ſeptem *q* ſtellæ Angeli ſunt ſeptem *r* Eccleſiarum: & candelabra ſeptem, ſeptem Eccleſiæ ſunt.

Iſ. 44. Infr. 22. Iſ. 22. *b* Dicens: Noli timere. *Gloſſ.* Pati pro me tribulationes. Duo itaque reſpondent duobus:
al. † poſt hæc. al. † Myſterium. Quia enim ceciderat, poſuit dexteram; & quia præ timore tanquam mortuus factus fuerat, propter hoc ei dixit: [Noli timere.] Duas autem cauſas aſſignat, quare non debet timere pro Chriſto pati. Una eſt quia ſi Chriſtus qui tantus eſt, cum non indiguerit, mortuus eſt & vivit: ergo ipſe qui reſpectu ejus minimus eſt, non debet timere pro Chriſto pati. Secunda cauſa eſt quia potens eſt & benignus, nec patietur ultra vires tentari, ibi [Et habeo claves.] Dicit ergo:

2. Cor. 10. *c* Ego ſum primus] per naturam, a quo omnia.
d Et noviſſimus] ad quem omnia. Vel [Primus] omnium excellentiſſimus. [Et] tamen [noviſſimus] ideſt, omnium deſpectiſſimus. Unde *Iſ.* 53. Deſideravimus eum deſpectum & noviſſimum virorum.
e Et vivus]. ſcil. eſſentialiter ex me qui ſum vita, & alios vivifico.
f Et fui mortuus,] propter vos ſecundum carnem, ut meo ſanguine peccata veſtra lavarem.
g Et ecce ſum vivens] q. d. Reſurrexi non ultra moriturus. *Rom.* 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur. Hoc eſt quod *ibid.* 4. dicitur: Mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtificationem noſtram. Et cum *ſup.* dixerit, [Sum vivus;] & modo dicit: [Ecce ſum vivens] non ſuperfluit, quia ſupra loquitur de vita quam habuit, & habet ab æterno in quantum Deus, modo de vita corporali, per quam aſſumpſit mortem ex tempore, ſed jam habet immortalem ex reſurrectione. Et quia adhuc aliquis poſſet dicere: Si fuiſti mortuus; & ſimiliter Lazarus fuit mortuus qui poſtea vixit? Verum eſt: ſed ille reſuſcitatus eſt moriturus: ego autem non ultra moriturus. Unde dicit:
h Sum vivens in ſæcula ſæculorum,] qui vitam habeo immortalem, & talem dabo patientibus pro me.
i Et habeo] Secunda ratio quare non debet homo timere pati pro Domino, quia non patietur tentari ultra id quod poſſit. Unde quia poſſet aliquis dicere, Fragiles ſumus, & ideo te ſequi non poſſumus. Reſp. Verum eſt, ex vobis, ſed me auxiliante poteſtis ſequi, quia [habeo claves mortis] i. Diaboli, a quo occaſionaliter mors. *Sap.* 2. Invidia diaboli mors intravit in Orbem terrarum: q. d. Poteſtatem habeo refrænandi Diabolum ne ſæviat quantum velit.
k Et inferni] q. d. Si me non vis ſequi, poſſum te punire in pœnis inferni. *Phil.* 2. In nomine Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum. Nec ſolum claves mortis & inferni habet Dominus, ſed claves regni cœlorum: *inf.* 3. Qui habet clavem David, qui claudit & nemo aperit; aperit, & nemo claudit.
l Scribe ergo] q. d. Quia ingratis infernum aperio, bonis cœlum [Ergo ſcribe quæ vidiſti,] paſſionem ſc. meam, & reſurrectionem, & cetera Eccleſiæ myſteria, quæ jam ſunt in me completa.
m Et quæ ſunt] tribulationes ſc. præſentes, & conſolationes, quas modo do Eccleſiæ.
n Et quæ oportet fieri cito] in noviſſimo tempore Antichriſto regnante. Vel [cito] poſt hoc tempus in bonorum & malorum retributione. Per hæc verba notatur diviſio hujus libri a ſecundo cap. uſque ad finem, q. d. Propter hoc volo te ſcribere iſta, ut viſa perſecutione fidelium, qui erunt tempore Antichriſti, & eorum patientia animentur ipſi ad tribulationes præſentes ſuſtinendas. Et quia poſſet dicere Joannes quid ſcribam? Propter hoc reſpondet oſtendens quid ſcripturus ſit, videlicet.
o Sacramentum] [vel myſterium] quod eſt, ubi aliud dicitur, & aliud intelligitur. Hoc inquam ſcribe [ſacramentum ſeptem ſtellarum quas vidiſti in dextera mea] q. d. Senſum latentem ſub his figuris expone.
p Et Septem candelabra aurea] ſcribe vel expone, vel quid ſignificent, vide. Et quia poſſet ipſe dicere, quomodo poſſum quæ non intelligo, exponere vel ſcribere: propterea exponit myſterium hoc dicens:
q Septem ſtellæ] ſeptem [Angeli ſunt] i. Epiſcopi.
r Septem Eccleſiarum:] Aſiæ: vel univerſi Prælati totius Eccleſiæ. [Et candelabra ſeptem Eccleſiæ ſunt] Per hoc ergo quod hic exponit myſtice ipſe Angelus innuit quod omnia quæ ſequuntur, non ad litteram debent exponi ſed myſtice. Unde *Gloſſ.* Allegoriam in parte aperit, ut doceat ubique debere requiri.

Moraliter. *c* Primus & noviſſimus] debet eſſe Prælatus: [Primus] ad Capitulum [noviſſimus] ad refectorium, i. primus ad laborem; noviſſimus ad refectionem. In Capitulo enim eſt labor & diſciplina. Moral.
e Et vivus ſum, &c.] Hoc poteſt eſſe verbum alicujus pœnitentis [Vivus ſum] modo per gratiam, qui prius fui mortuus, per culpam.
g Et ecce ſum vivens] per iſtam vitam gratiæ vel per firmam ſpem quod obtinebo æternam [in ſæcula ſæculorum] gloriam. Et hoc eſt quod dicebat Apoſt. 1. *Tim.* 1. Qui prius fui blaſphemus, & perſecutor & contumelioſus, ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum. Ecce duo prima. De tertio: 2. *Cor.* 5. Scimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habeamus domum non manu factam, ſed æternam in cœlis.
i Et habeo claves mortis & inferni.] Hoc ſimiliter eſt verbum pœnitentis, qui non ſolum habet clavem qua clauditur infernus, ſed etiam habet illam qua aperitur Paradiſus. Hæc eſt pœnitentia. *Matt.* 3. Agite pœnitentiam: appropinquabit enim regnum cœlorum. Propter hoc dicit Dominus de pœnitente. *Iſ.* 22. Dabo clavem David ſuper humerum ejus. Vel hoc verbum eſt cujuslibet hominis, & boni & mali, qui habet clavem mortis & inferni, quæ eadem eſt clavis mortis & Paradiſi, ſc. liberum arbitrium, ſive libertas peccandi, vel bene agendi. Unde *Eccl.* 15. Ante hominem vita & mors, bonum, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Scribe ergo quæ vidiſti] vel quæ videre potuiſti, ſc. præcedentium exempla ut æmuleris bonos. *Heb.* 13. Mementote Præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem. Et fugias malos: quia, Felix quem faciunt aliena pericula cautum. *Prov.* 19. Mulctato peſtilente ſapientior erit parvulus. Quæ ſunt præſentia ſimul, & blandientia; quæ omnia timenda ſunt. *Sen.* Etſi omnis fortuna timenda eſt; magis tamen proſpera quam adverſa; quia illa blandiendo ſeducit; hæc ſæviendo erudit.
n Et quæ oportet fieri cito] ſc. tui corporis diſſolutionem, & ſecundum merita retributionem, ſive in gloria, ſive in pœna. Vel [Quæ oportet fieri cito] ideſt, quæ cito erunt.
l Scribe] ideſt, diligenter recogita, & in mente revolve, ſc. mortis imminentis acerbitatem, judicii ſeveritatem: judicantis æquitatem, juſtam meritorum retributionem. Propter hoc dicit Petrus. 1. *Pet.* 4. Eſtote prudentes. Eſt enim prudentia, ut dicit *Philoſoph.* ad rationis normam quæ cogitat, quæque agit homo, omnia dirigere; & nihil præter rectum velle facere, humaniſque actibus tanquam divinis arbitris providere. Habet autem ſex ſpecies; quarum duæ reſpiciunt præterita; ſc. ratio quæ bona præterita diſcutit, & ad imitandum eligit; & intellectus qui mala præterita intelligit, & videt ad fugiendum. Item duæ ad præſentia, docilitas ad faciendum bona, & circumſpectio ad declinandum mala. Item duæ ad futura, providentia in bonis, & cautela in malis. Hæc ſunt quæ hic dicuntur. Quæ vidiſti ſcribe.

EXPOSITIO CAP. II.

ET Angelo Epheſi, &c.] Poſitis & oſtenſis quibuſdam præcedentibus, & quaſi communibus ad libr. totum: Hic incipit agere de revelationibus, & viſionibus ſibi factis quæ ſunt in univerſu ſeptem. Quarum prima continet correctionem Eccleſiarum, quæ habet duo capitula, ſecundum ſc. & tertium. Secunda eſt de revelatione myſteriorum Eccleſiæ: quæ continet quatuor cap. ſc. quartum, & quintum, & ſextum, & ſeptimum. Tertia eſt de prædicatione ſeptem Angelorum tubis clangentium, & in quolibet ſtatu Eccleſiam conſolantium; & hæc ſimiliter continet quatuor cap. octavum, nonum, decimum, & undecimum: Quarta eſt de profectu Eccleſiæ, ſc. de muliere contra draconem armata, i. Eccleſia contra Diabolum; & hæc continet tria cap. ſc. duodecimum, decimumtertium, & decimumquartum, Quinta eſt de ſeptem Angelis tenentibus phialas, in quibus continentur ſeptem plagæ, i. deſtructiones malorum exiſtentium in præſenti, vel tempore Antichriſti; & hæc continet tria cap. ſc. decimumquintum, decimumſextum, & decimumſeptimum. Sexta eſt de pœnis malorum in inferno, & deſtructione Babylonis, & de damnatione Diaboli; & hæc continet tria cap. ſc. decimumoctavum, decimumnonum, & vigeſimum. Septima eſt de innovatione electorum, & glorificatione eorum, & beatitudine; & hæc continet duo capitula ultima, vigeſimumprimum & vigeſimumſecundum. Vel poſſunt dividi & forte melius in tres partes, ſecundum illa tria, quæ præcepit Joanni ſcribere [Quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ, oportet fieri cito *ſup. proximo in fine*. Ut in prima parte agatur de his, quæ jam acciderant tempore Apoſtoli; quæ tamen nondum erant manifeſta vel revelata ſc. de myſteriis Eccleſiæ, quæ Chriſtus impleverat in ſua nativitate, paſſione, reſurrectione, & aſcenſione, quæ tamen necdum erant cognita; & de hoc dicitur in prima viſione, quæ continet hoc ſecundum, ſc. & tertium cap. In ſecunda parte de his quæ ſunt præſentis Eccleſiæ a tempore Joannis uſque ad finem mundi, quæ tamen erant tempore Apoſtoli futura, & ei ſunt revelata, & dico tam bonorum quam malorum; & hæc pars incipit quarto capit. ibi [Poſt hæc vidi & ecce oſtium apertum in cœlo,] & durat uſque ad principium decimioctavi cap. ibi] Et poſt hæc audivi alium Angelum, &c. ibid. incipit alia pars, in qua agitur de his, quæ cito oportet fieri, i. de his quæ poſt finem mundi in judicio, & poſt diem judicii tam bonis, quam malis ſunt futura; & hoc a principio decimioctavi cap. uſque ad finem libri. Hæc autem prima viſio dividitur in ſeptem partes, ſecundum quod ſcribit ſeptem Epiſcopis Eccleſiarum, quatuor in hoc cap. & tribus in tertio. Et ſecundum hoc patet jam, quod hoc cap. ſecundum, quatuor habet partes. Primo igitur ſcribit Epiſcopo Epheſi: & hæc pars in qua ſcribit ei dividitur ſic; Primo inſinuat ſpecialem intentionem, ſecundo generalem, ibi: [qui habet aures, &c.] Item in prima parte, in qua ponit ſpecialem intentionem ſic procedit. Quia primo commendat illum Epiſcopum, ibi [Scio opera tua.] Secundo increpat, ibi [Sed habeo adverſum te pauca, &c.] Tertio admonet ut redeat ad prima opera, ibi [Memor eſto, &c.] Quarto comminatur, ibi [Sin autem venio tibi, &c.] Quinto ne ille deſperet, oſtendit quod de facili redire poteſt & converti & quod Deus cito erit placabilis illi, ibi [Sed hoc habes bonum.] Dicit ergo:

CAP. II.

A ET *a* Angelo Epheſi Eccleſiæ *b* ſcribe: Hæc dicit, *c* qui tenet ſeptem ſtellas

Prælatus debet eſſe Angelus.

a Et Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe] i. Prælato qui debet eſſe Angelus per innocentiam ſanctimoniæ cordis & caſtitatis corporis, ſicut ſunt Angeli, de quibus *Matth.* 22. Qui nec nubunt neque nubuntur; & in hoc erunt eis ſimiles electi, qui cum eis glorificabuntur. Unde Sacerdos magnus in lege baltheo cingebatur ſupra pectus, per quod deſignatur ſanctimonia vel caſtitas cordis, quam facit vera fides. Item femoralibus utebatur, quæ turpitudinem carnis ejus velabant a renibus uſque ad femora; per quod ſignificatur caſtitas corporis. De utroque ſc. & de Baltheo & de femoralibus. *Exod.* 28. Sic & Sacerdos Evangelicus duobus cingulis cingitur. Uno quidem, qui ab amictu deſcendens per collum in pectore cancellatur, & ante reducitur, ut ibi ligetur; per quod ſignificatur quod ipſe habet ſanctimoniam cordis, quæ eſt ſincera fides crucis Chriſti. Per amictum enim ſignificatur fides, quæ videt in velamine, ſicut amictus velat caput. Per ligulas deſcendentes quibus cingitur deſignatur ſinceritas & integritas, quæ eſt de duobus, ſc. de humanitate Chriſti, & divinitate, ſicut ſunt ibi, duæ ligulæ. Q. d. Sacerdos quando induit ſe amictu; Ego habeo ſinceram fidem, & de humanitate Chriſti, & de divinitate quam prædico ore, & hoc eſt quod ligulæ deſcendunt per collum ſub mento; & quam firmiter teneo illibatam in corde, & hoc eſt quod ſupra pectus cancellantur. Item quam facio opere, & hoc eſt quod ducuntur ligulæ illæ ſupra dorſum retro. Item quam aliis oſtendo per exemplum converſationis bonæ, & hoc eſt quod reducuntur ligulæ ante ſuper umbiliculum & ibi ligantur; quia anteriora magis utuntur ab homine quam poſteriora. Item alio cingulo cingitur ſuper renes, quo colligitur alba, & reſtringitur & ſuccingitur ne defluat; per hoc ſignificatur caſtitas corporis, quæ debet reſtringi cingulo pœnitentiæ, ne defluat per delicias, & ineptas voluptates. Item debet eſſe Angelus per ſuſpendium, & elevationem contemplationis, ut legat in Jeruſalem cœleſti & inſpiciat quod docturus eſt in militanti Eccleſia, ſicut illi Prælato primo Eccleſiæ, Moyſi, ſc. dict. eſt. *Ex.* 25. Inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte. Unde & Sacerdos legalis induebatur tunica hyacintina, quæ colorem cœli repræſentat: hyacintus enim ut dicit *Iſid.* flos quidam eſt cæruleus. Et ob hoc Sacerdos Evangelicus induitur caſula, quæ modicum habens foramen in medio per quod caput egreditur cum amictu, ex omni tamen parte eſt rotunda, & ſignificat æternorum contemplationem propter rotunditatem, ubi ingredietur mens contemplantis per foramen ſpei fidem illuc dirigentis. Unde & amictus per illud foramen caſulæ replicatur ſuper collum & ſuper caſulam ut aliquantulum videatur. Et quod ſpes ſit foramen per quod erigimur in ſuperna contemplanda, dicit Apoſt. *Heb.* 6. Fortiſſimum habeamus ſolatium, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem uſque ad interiora velaminis. Item tertio comparatur Angelo propter ſedulam, & ſolicitam cuſtodiam gregis. Unde de Angelis legitur in *Pſ.* 90. Angelis ſuis mandavit de te, &c. Unde & Epiſcopo datur baculus paſtoralis quo debet negligentes pungere per exhortationem vel increpationem: peccatores attrahere per blandam prædicationem; ſed omnes retinere per boni exempli in omnibus quæ agit, exhibitionem. Inde eſt etiam quod Sacerdos quilibet induitur alba, quæ eſt veſtis alba uſque ad pedes deſcendens; & ſignificat candorem vitæ innocentia, quæ a Sacerdote vel Prælato debet incipere, [ſicut alba induitur prius a parte capitis] & uſque ad ſubditos derivare [ſicut alba uſque ad pedes deſcendit] & ſubditi ſunt quaſi pedes Eccleſiæ: ut exhibeat ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid humani: ut dicat de *Epheſ. 5.* omnibus ſuis ſubditis: cum Apoſt. 2. *Cor.* 11. Deſpondi vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Propter hoc etiam datur ei manipulos ad ſignificandum quod ipſe & a ſe, & ab aliis debet abſtergere ſordes peccatorum. Sed & ſi ipſe immundus eſt, quomodo alios mundare poteſt? *Greg.* Manus ſordes diluere non valent quæ lutum tenent. *Eccl.* 34. Ab immundo quid mundabitur? Item quarto comparatur Angelo, quia ſicut Angeli nuncii ſunt Dei, ſic ille debet populo nunciare futura gaudia. Unde Sacerdoti datur ſtola quæ a collo deſcendit ad dexteram & ad lævam, tamen in pectore cancellatur; in qua ſignificatur quod Sacerdos debet prædicare crucem pœnitentiæ, per quam venitur ad utramque ſtolam vitæ immortalis in æternum durantem. Propter hoc dicitur *Mal.* 2. Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt.

b Hæc dicit qui tenet ſeptem ſtellas] Iterum laudaturus in aliquibus Epiſcopum, & in quibuſdam increpaturus & comminaturus, ut ille libentius, & patientius hæc recipiat, oſtendit primo quia intentione Dominus hoc faciat, dicens [Hæc dicit Dominus qui tenet ſeptem ſtellas] i. ſeptem Epiſcopos, qui debent illuminati eſſe a Sole juſtitiæ, & alios illuminare de hoc ſatis *ſup.* 1.

c Qui tenet] ne cadant, vel ſi ceciderint, ne in pejus ruant. Unde *Gloſſ.* Licet peccaverint, adhuc non dimittit eos. Vel ſi boni ſunt, ut eos promoveat, & ipſi in melius proficiant. Vel [Septem ſtellas] i. ſeptem dona Sp. Sancti, quæ Chriſtus tenet: Immobiliter enim in eo quieverunt. Unde *Iſ.* 11. Et requieſcet ſuper eum Spir. Domini. Et ideo dicit in præſenti [tenet] non tenuit, nec tenebit, ut per hoc notetur perpetuitas tentionis.

Semper

Digitized by Google

a in dextera ſua, *b* qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum aureorum, *c* Scio *d* opera tua *e* & laborem tuum, *f* & patientiam tuam, *g* & quia non potes ſuſtinere malos: *h* & tentaſti eos, qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt, *i* & inveniſti eos mendaces. *k* Et patientiam habes, *l* & ſuſtinuiſti propter nomen meum, *m* & non defeciſti. *n* Sed habeo

Semper enim verum eſt dicere. Tenet *a* In dextera ſua] poſitos vel ponendos. Argumentum eſt hic, quod Prælati debent eſſe boni, qui ponuntur in dextera Dei. *Pſ.* 117. Dextera Domini fecit virtutem, &c. *b* Qui ambulat] q.d. Non ſolum tenet, ſed de omnibus curam habet ſine perſonarum acceptione. Unde dicit [Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorũ aureorum] Ipſe quantum in ſe exiſtens ubique in medio ambulat quantum ad nos: quia quantum nos ſperamus, tantam gratiam nobis dat. Unde *Jo.*1. Medius autem veſtrum ſterit, quem vos neſcitis. Sic Prælatus moraliter debet eſſe in medio fratrum, ſicut lignum vitæ in medio Paradiſi. *Gen.* 2. [Multi tamen ſunt potius ſicut lignum mortis in medio fratrum, qui dant eis exempla perditionis, nec eos corrigunt ab exceſſibus ſuis. Item in medio ſicut firmamentum in medio aquarum. *Gen.* 1. Hoc eſt quod debet conſolari infirmos, qui vallati ſunt turbine tentationum. Unde *Aug.* Conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat infirmos. 1. *Theſ.* 5. *Rom.* 15. Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere. Item ſicut centrum in circulo. Sicut enim linea procedens vel ducta ad circumferentiam non deſerit punctum illius centri: ſic Prælatus etſi exeat ad aliorum ſublevationem, & ſubſidium, non debet ſui ipſius deſerere circumſpectionem. Unde *Bern.* ad Eugenium Papam in *lib. de conſideratione*. A te tua conſideratio inchoet: ne fruſtra extendaris in alia te neglecto. Quid tibi prodeſt ſi univerſum mundum lucreris, te unum perdens? Et ſi ſapiens ſis, deeſt tibi ad ſapientiam, ſi tibi
Marc. 8. non fueris. Quantum vero? ut quidem ego ſenſerim totum. Noveris licet myſteria omnia: noveris lata terræ, alta cœli, profunda maris: ſi te neſcieris, eris ſimilis ædificanti ſine fundamento. *Matth.*7. Ruinam non ſtructuram facies. Et *poſt pauca*: Conſideratio tua ſic procedat ut non recedat: ſic ingrediatur, ut non egrediatur: ſic exeat, ut non deſerat. In acquiſitione ſalutis, nemo tibi germanior unico matris tuæ.

c Scio opera tua] Hic commendat Epiſcopum ab octo: quorum tria pertinent ad amorem boni: tria ad odium mali: duo cetera ſunt communia. Dicit ergo: [Scio] i. approbo. *d* Opera tua] ſpiritualia.

e Et laborem tuum] corporalem, ſc. tribulationem.

f Et patientiam tuam] i. longanimitatem, qua dilatum præmium ſine murmoratione expectas: ecce tria quæ pertinent ad bonum.

g Et quia non potes ſuſtinere malos] *Exod.* 22. Maleficos non patieris vivere. Contra *Aug.* Bonus non fuit qui malos ſuſtinere non novit. Item *Matt.*13. Sinite utraque creſcere uſque ad meſſem. Sol. Suſtinere malos in quantum malos hoc nunquam eſt bonum, quia ſuſtineretur malitia, ſed ſuſtinere malos, ideſt, injurias a malis illatas, hoc eſt bonum, & ſic loquitur *Aug.* Item ſunt quidam mali qui intendunt, & laborant alios facere quales ipſi ſunt, ſicut hæretici, & de his loquitur. *Exod.* Sunt, & alii mali qui non intendunt ſuam malitiam multiplicare, & de his loquitur. *Matt.* 13.

h Et tentaſti eos qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt] ideſt, per ſpiritum diſcretionis quem habes, cognoviſti qui ſunt veri, & qui non veri Apoſtoli, ſecundum illud. 1.*Jo.*4. Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate, ſi ſpiritus ex Deo ſint.

i Et inveniſti eos mendaces] in prædicatione, & in vita, quia dicunt ſe bonos: ſecundum illud. 1.*Jo.*1. Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, & verbum ejus non eſt in nobis.

k Et patientiam habes] i. mala tibi ab eis illata ſuſtines patienter. Et ſic differt hoc verbum a præmiſſo: quia prius dicitur patientia, longanimitas in expectando præmium; modo dicitur patientia, ipſa voluntaria ſuſtentatio tribulationis. Ecce tria quæ pertinent ad odium mali. Sed quia parum eſſet ſi non propter Dominum ſuſtineret: Hæc eſt enim ſalſa cum qua comeditur cibus tribulationis, vel tentationis, & tunc mirabiliter impinguat animam, & dilatat. *Pſ.* 4. In tribulatione dilataſti mihi. Unde ſequitur hic: *l* Et ſuſtinuiſti propter nomen meum,] ut invocaretur ſuper te. *Jer.* 14. & nomen tuum invocatum eſt ſuper nos. Item ut in te confirmaretur. *Matt.*6. Sanctificetur nomen tuum. *Luc.* 6. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum ſeparaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen veſtrum tanquam malum propter filium hominis. Ecce finis boni operis, & laboris. *m* Et non defeciſtis] fractus in tribulationibus, ſed uſque ad finem perſeveraſti, ſicut ille in cujus perſona loquitur *Jer.*20. Defeci ferre non ſuſtinens. Ecce perſeverantia: & hæc duo ſunt communia. *n* Sed habeo] Poſtquam

▲ commendavit

Moraliter. *c* Scio opera tua] ideſt approbo opera tua laborioſa. De bonis hoc dicitur qui ſcientes illud *Job* 5 Homo naſcitur ad laborem; volunt continue operari. Et eſt contra otioſos. Unde *Eccl.* 7. Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab Altiſſimo, quia 2. *Theſ.* 3. Qui non laborat, non manducet. 2. *Tim.* 2. Laborantem agricolam oportet primum percipere de fructibus. Vel [Scio] ideſt, video. Et eſt contra male operantes, quorum opera videt, & non approbat, etſi ipſi Deum latere credant multa. Unde *Eccl.* 23. Omnis homo, qui tranſgreditur lectum ſuum, contemnens in animam ſuam, & dicens: Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altiſſimus: Et non intelligit: quoniam omnia videt oculus illius. Moral.

f Et patientiam] Contra multos qui ſi ſtatim quod petunt, non impetrant, murmurant, & impatientes ſunt. In quorum perſona loquens *B.Bern.* dicit: Quotidie oro & nullum fructum orationis meæ percipio: ſed ſicut accedo ad illum, ſi recedo. Nemo mihi reſpondet, nemo mihi loquitur, nemo quippiam donat, & ſic incaſſum laborare videor. Sic loquitur humana ſtultitia, non attendens quid veritas dicat *Jo.* 14. Amen amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis. *Eccl.*2. In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe. Et in *eod.* Væ his qui perdiderunt ſuſtinentiam.

g Et quia non potes ſuſtinere malos] Hic commendatur zelus: quia ſicut dixit *Beda*. lupos inter oves non bene Marc. 10.
converſatur. *Eccl.*13. Sicut communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator juſto. Et hoc eſt contra multos qui Eccl. 2.
ſubditos malos non corrigunt, ſed diſſimulando prætereunt ne eos offendant: non attendentes quod Heli bonus ſacerdos fuit, & tamen damnatur propter filios ſuos quos corripere noluit, ſicut dicit *Gl. ſuper illud inf. eod.* [Sed hoc habes bonum, &c.] Hoc eſt etiam contra multos, qui mala quæ vident, & ſciunt in ſociis ſuis vel famulis, prætereunt, & diſſimulant, ut eorum favorem acquirant: vel quia proximi ſunt & eos diligunt carnaliter, non attendentes quod Angelus voluit Moyſen interficere, quia Sephoram uxorem ſuam cum filiis incircumciſis ducebat ſecum, miſſus a Domino in diverſorio. *Exod.*4. Item hoc eſt contra illos. Qui præ verecundia non audent ſe ab excommunicatis ſegregare, vel non audent dimittere, qui ſalutent eos. Unde *Eccl.*20. Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam. *h* Et tentaſti eos qui ſe dicunt, &c.] i. bonos nunciatores cum adulando per exquiſitos rumores, bonos decipiunt. Hoc eſt contra multos, qui ſtatim quicquid eis dicitur, ſine examinatione, & diſcuſſione rationis credunt. De quibus *Eccl.* 19. Qui cito credit, levis eſt corde. Tales qui de abſentibus retrorſum loquuntur, tentandi ſunt, i. probandi, ſi vera ſunt quæ dicunt & maxime hoc debet facere Prælatus: cito enim non debet credere mala de ſubditis. Unde *Jer.* 6. Probatorem dedi te in populo meo. Hoc eſt contra illos qui in S. Scriptura adducunt ſophiſmata, & ſecundum ea procedunt neſcientes textum. Hi ſunt tentandi, i. per veritatem reatus retundendi, ſicut per lapidem tentatur aurum ſi ſit bonum. Unde *Eccl* 6. & quaſi lapidis virtus, probatio erit in illis. *l* Et ſuſtinuiſti propter nomen meum] Hoc eſt contra martyres mundi, qui multa, & infinita ſupplicia ſuſtinent propter mundum. Unde *Sap.* 5. Ambulavimus vias difficiles. Et *Eccl.* 21. Via peccantium complantata eſt lapidibus. *m* Et non defeciſti] quia *Luc.* 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. Et hoc feciſti, ſc. perſeveraſti, ne tibi diceretur illud *Luc.*14. ſcil. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare. *n* Sed habeo adverſum te pauca, &c.] Hoc dicitur contra illos, qui in principio converſionis ſuæ ferventes fuerunt, ſed tandem ſucceſſo temporis tepuerunt, & frigidi facti,

Digitized by Google

a commendavit in eo bona, convertit ſe ad increpandum mala, quæ in eo novit dicens: [Sed habeo] quaſi, ita ut dixi, es commendabilis. [Sed tamen] habeo adverſum te pauca. Et quæ?

adverſum te pauca, a quod charitatem tuam b primam dereliquiſti. c Memor eſto itaque; d unde excideris: e & age pœnitentiam, f & prima opera fac. g Sin autem venio tibi, h & movebo candelabrum tuum de loco ſuo, i niſi pœnitentiam egeris. k Sed l hoc habes, quia odiſti m facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. n Qui habet aures o audiendi, p audiat q quid r Spiritus dicat Eccleſiis, ſ Vincenti t dabo u edere de li-

a Quod charitatem tuam primam dereliquiſti.] Charitatem dico tuam, ideſt [in tuis reliquiſti.] quaſi diceret; quia tui ſubditi non ſunt ita ferventes in charitatis vi, ſicut prius fuerunt. Nec ſine cauſa peccata vel negligentia populi imputantur Prælato, quia eos debet animare, & vivificare in bono, ſicut gallina pullos. Vel [charitatem tuam primam] quam prius in prædicando habuiſti; dereliquiſti, videns quod non proficeres. c Memor eſto] Tertia pars in qua monet illum, ut per pœnitentiam revertatur. Et quia bona vita præterita, a qua declinavit homo, aliquando cauſa eſt compunctionis, propter hoc recordantur ei bona quæ prius fecit dicens: Memor eſto itaque quia ſic feciſti, ut diximus, ideo memor eſto. d Unde excideris] unde *Eccl.* 11. In die malorum ne immemor ſis bonorum, i. in ſtatu peccati memor ſis gratiæ & miſericordiæ Dei, ne deſperes, ſed ſpem habeas revertendi. Simile *Iſ.* 51. Attendite ad petram unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis. e Et age pœnitentiam,] de negligentia. *Matth* 3. Sumptum eſt. f Et prima opera fac.] Unde *Eccl.* 11. Confide in Deo & mane in loco tuo. Et eſt hic argumentum quod pœnitentia reſtituit ablata, & in tanta gratia reſurgit homo. g Sin autem] Quarta pars ubi comminatur, niſi redierit dicens: [Sin autem] i. ſi non redieris. h Movebo candelabrum tuum de loco ſuo,] i. Eccleſiam tuam a te auferam, qui es loco Eccleſiæ in quo ipſa debet conſervari; & ſic intelligitur de motu locali, ideſt, de uno in alterum. Vel [movebo candelabrum] i. gratiam a te auferam, & tunc intelligitur de motu alterativo, i. de bono in malum. Et hoc faciam, niſi pœnitentiam egeris: ecce ſpes, nullus enim deſperare debet qui voluerit pœnitere.

k Sed hoc habes] Quinta pars, ubi oſtendit, quod de facili poteſt ſi vult, converti. Unde dicit: Niſi pœnitentiam egeris, movebo candelabrum, ſed ad facile pœnitendum. l Hoc habes,] bonum [quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi] Iſte fuit unus de ſeptem primis diaconibus, ſicut legitur *Act.* 6. qui redibat ad uxorem ab Apoſtolis reprobatus, quia communitatem mulierum, & comeſtionem idolothytarum prædicavit, & multa alia mala ſicut dicit hic *Gloſſ.*

* ſunt. Iſti ſunt qui poſſunt dicere illud *Job* 29. Qui mihi tribuat ut ſim juxta menſes priſtinos ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me; quando ſplendeſcebat lucerna ejus ſuper caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris? Hos revocat Dominus ad ſtatum priorem per bonorum operum quæ prius fecerunt, recordationem, ut ſic qui ab illis receſſerunt, erubeſcant, unde dicit: [Memor eſto, &c.] Item per comminationem, ut ſic ſaltem pœnam timeant, unde dicit: [Sin autem veniam.] Sed ne ipſi deſperent de reditu, conſolatur eos Dominus reducendo ad memoriam bona opera, quæ ipſi adhuc habent, unde dicit: k Sed hoc habes, &c.] Hæc altercatio eſt in corde hominis, quando Dominus facit illud quod dicit. *Pſ.* 46. Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. m Facta Nicolaitarum] Multi Clericorum hodie adhuc ſunt de ſecta Nicolaitarum, qui turpiter in luxuriis ſe effundunt omnes feminas communicantes, & corrumpentes, & ſi actu non poſſunt, tamen voluntate, & deſiderio. Unde *Jerem.* 2. Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui: nullus avertet eam. Et *Jer.* 5. Equi amatores in feminas, & quod plus eſt, emiſſarii facti ſunt. Sicut enim equus unus magnus aliquando eſt in una villa, & ſervatur ad impregnandas multas equas, & dicitur emiſſarius: Sic aliquando contingit quod unus Clericus qui eſt in una villa, vult non impregnare, ſed abuti omnibus mulieribus quæ ſunt in illa Parochia: quid eſt aliud iſte quam emiſſarius? Et bene competit ei interpretatio nominis Nicolai, quod interpretatur populus ſtultus, & talis fatuiſſimus eſt, etſi modo non advertat, ſed tunc advertet & dolebit, quando veniet illud tempus, de quo dicit *Iſa.* 32. Non vocabitur ultra is qui inſipiens eſt, princeps, neque fraudulentus appellabitur major. Modo forſitan eſt aliquis princeps, & major in aliqua Eccleſia, quia Prælatus; vel Curatus, ſed aliquando cum dolore auferetur. Et ex hoc accidit quod nolunt, ut ſuorum ſubditorum confeſſiones, ab aliis qui poſſent eis conſulere, vel retrahere a malis, audiantur, ne eorum opera ſceleratiſſima aliquatenus cognoſcantur. De talibus dicitur *Eccl.* 50. Stultus populus qui habitat in Sichimis. Et bene convenit talibus alia interpretatio quæ eſt effluens, vel effluxio. Ipſi enim ſicut effluunt in omne flagitium & peccatum & de his dicit *Bern.* Erat eis proculdubio melius in humili gradu fidelis populi ſalvari, quam in tali ſublimitate, & deterius vivere, & diſtrictius judicari. Nunc autem libertatem in qua vocati ſunt, in occaſionem videntur dediſſe carnis, abſtinentes quidem a remedio nuptiali, in omne deinceps flagitium confluentes, Unde *Gen.* 49. Ruben effuſus es ſicut aqua, ne creſcas. n Qui habet aures, &c.] Secunda pars hujus partis, ubi poſita intentione ſpeciali, in qua ſpecialiter locutus eſt illi Epiſcopo Epheſiorum, ponit generalem intentionem, in qua ad omnes Eccleſias loquitur dicens. [Qui habet aures] exteriores, o Audiendi] interius. p Audiat] per effectum, & obedientiam. Et notantur hic tria, quia auris exterior debet accommodari verbo, ex cujus ſono paſcitur, etſi non ſatiatur. *Eccl.* 1. Non ſatiatur oculus viſu, nec auris auditu. Item auris interior debet dari verbo, ut ex verbi intellectu illuſtretur. Unde *Job* 12. Nonne auris [interior ſc. intellectus] verba dijudicat? Et tertio dicit [Audiat] quia debet uterque auditus in opus transformari.

q Quid Spiritus] i. tota Trinitas. *Jo.* 4. Spiritus eſt Deus. r Dicat Eccleſiis] Per hoc quod dicit pluraliter: [Eccleſiis] patet quod non ſolum illi Epiſcopo loquitur, ſed omnibus Eccleſiarum Prælatis, ſecundum illud *Marc.* 13. Quod uni dico, omnibus dico: Hæc pars dividitur in duas partes. In prima generaliter invitat omnes Eccleſias, ibi [Qui habet aures, &c.] In ſecunda promittit generalem remunerationem, & æternam refectionem, ibi [Vincenti] Notandum eſt, quia qui vincit, pugnat: pugnans vero eſurit & ſitit victoriam, quæ eſt juſtitia. Unde bene promittitur tali ſaturitas, cum dicitur [Dabo edere, &c.] *Matt.* 5. Beati qui eſuriunt juſtitiam, quoniam ipſi ſatiabuntur. ſ Vincenti] univerſaliter, quoad tempus, & numerum vincendorum. Quoad tempus, ut ſemper vincat, & perſeveranter. Item quoad numerum vincendorum, ut vincat omnia quæ ſunt vincenda, mundum ſc. carnem, & Diabolum. Hæc ſunt regna quæ per fidem vicerunt ſancti. *Heb.* 11.

t Dabo] gratis. Et hoc dicitur habito reſpectu ad radicem meriti, & non ad merita. Radix enim meriti quæ eſt gratia, gratis eſt nobis a Deo collata. Unde *Pſ.* 58. Miſericordia ejus præveniet me. Vel [Dabo] in hoc notatur quod ſupra merita remunerabit. *Luc.* 6. Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. De hoc habes ſatis in 2. *Canonica Joannis ſupra illud verbum.* Sed ut mercedem plenam recipiatis. [Vincenti] ergo [Dabo] Et quid? u Edere de ligno vitæ] ideſt, ſatiabo de jucunda Dei. & hominis viſione, qui ſe fecit lignum, ut eſſet materia illius ignis, de quo legitur *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur? Hoc eſt lignum quod præciſum fuit, & combuſtum in morte ejus, ut citius in nobis accenderet ignem charitatis. *Pſ.* 18. In Sole poſuit tabernaculum ſuum. Sed iterum fronduit in reſurrectione. Unde *Job* 14. Lignum habet ſpeciem, ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami ejus pullulant: ſi ſenuerit in terra radix ejus, & in pulvere emortuus fuerit truncus illius ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam velut cum primum plantatum eſt. Hoc eſt lignum de quo Jeruſalem, ideſt Eccleſia ædificatur ut civitas, quia eſt fundamentum Eccleſiæ, prout nobis datus eſt in exemplum paupertatis, abjectionis, & vilitatis. Item eſt paries per collationem donorum. *Pſ.* 67. Dedit dona hominibus. Item eſt rectum in quantum conſervat nos in bono, & perficit. 1. *Pet. ult.* Ipſe perficiet, confirmabit ſolidabitque. Hoc maxime faciet Dominus in futuro: vel in præſenti, quando jam fideles ſuos paſcit, & potat corpore, & ſanguine ſuo in Sacramento altaris.

30. d. c. quia ſanctitas qua e. Domino. De pœn. d. 3. qui arbitrantur c. miror. Inf. 3.

Luc. 13. 24. q. 1. ac quidam.

Ad ibi

a. Jo 5.

a a Quod

▵ *a* Quod eſt in Paradiſo Dei mei.] ideſt, in Eccleſia militante: quia per præſentiam corporalem eſt in conſecratione altaris: & per præſentiam ſpiritualem, qua Deus ubique eſt, & per conſervationem. Unde *Matth. ult.* dicit: Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Et hæc dicitur Paradiſus, quia eſt hortus deliciarum. Unde *Prov.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Vel [in Paradiſo Dei mei.] hoc eſt in Eccleſia triumphante, ubi ipſe eſt per manifeſtationem, & apertam viſionem, & revelatam faciem. Et notandum eſt hic ut communiter ſciatur, quod in omnibus partibus in quibus loquitur ad Epiſcopos, ſemper præmittit titulum ejus qui loquitur, qui convenit, & reſpondet admonitioni ſequenti. Unde hoc quod dixit: [Qui tenet ſeptem ſtellas,] per quinque quæ ibi poſita fuerunt, reſpondent quinque quæ dicta ſunt illi Epiſcopo. [Qui tenet,] ut promoveat: hoc pertinet ad commendationem de qua dixit, ibi: [Scio opera tua] quod dicit [Septem ſtellas] hoc reſpondet increpationi de qua ibi: [Sed habeo] Item quod dicit: [In dextera ſua] hoc reſpondet admonitioni, de qua ibi: [Memor eſto] Item quod dicit: [Qui ambulat.] Hoc reſpondet comminationi, de qua dixit ibi: [Sin autem] Et quod dicit: [In medio ſeptem] hoc reſpondet facilitati converſionis, ibi: [Sed hoc habes bonum, &c.] Et ſic quando incipiet loqui ad quemlibet Epiſcopum poterit perpendi in titulo loquentis quicquid Epiſcopo eſt dicturus. Seq.

C gno vitæ quod eſt *a* in Paradiſo Dei mei, *b* Et Angelo Smyrnę Eccleſiæ *c* ſcribe: Hęc dicit primus, & noviſſimus, *d* qui fuit mortuus, *e* & vivit, *f* Scio *g* tribulationem tuam, *h* & paupertatem tuam:

b Et Angelo Smyrnæ] Hæc ſecunda pars capituli, ſicut prima dividitur in duas: quia primo inſinuat ſpecialem intentionem: ſecundo generalem, ibi: [Qui habet aures, &c.] In prima parte in qua loquitur ſpecialiter ad Angelum hujus Eccleſiæ, ſic procedit: quia primo ponit titulum loquentis; ſecundo ſubdit correctionem illius Epiſcopi, in qua quatuor continentur, primo enim commendat ipſum, ibi [Scio tribulationem tuam.] Secundo prænunciat ei tribulationes futuras, ibi: [Nihil horum, &c.] Tertio ad perſeverantiam, & patientiam eum invitat, ibi: [Eſto fidelis.] Quarto promittit coronam ſi ſic feceriſ, ibi: [Et dabo tibi, &c.] His autem omnibus præmittit titulum loquentis, in quo ponit quatuor correſpondentia illis quatuor quæ ſunt in correctione. Unde [Hæc dicit primus,] Hoc dicit ne hic Epiſcopus commendatus ab ipſo, ſuperbiret, quod ita eum commendat, quod in nullo arguit. Unde dicit ſe primum, ut ipſo conſiderato, non ſuperbiat iſte de bonis ſuis. Unde hoc reſpondet commendationi, quæ hic ponitur, [Scio tribulationem.] Item dicit ſecundo, [Noviſſimus] ne ille de tribulationibus ſuis miretur, quia majores ſuſtinuit Dominus. Unde hoc reſpondet et parti in qua tribulationes futuras prænunciat, ibi [Nihil horum, &c.] Tertio dicit: [qui fuit mortuus] ubi patientiſſimus fuit tanquam ovis ad occiſionem ductus. Et hoc reſpondet ei parti in qua ad patientiam, & perſeverantiam invitat, ibi: [Eſto fidelis.] Quarto dicit in titulo, [Et vivit] unde poteſt retribuere ſecundum opera. Et hoc reſpondet illi parti, in qua promittit coronam, ibi; [Et dabo] Dicit ergo: [Et Angelo Smyrnæ Eccleſiæ ſcribe:] Sicut per præcedentem ſtatus Eccleſiæ in tempore Apoſtolorum deſignatur, ut ſupra dictum eſt, ſic per hunc Angelum ſtatus ipſius Eccleſiæ in tempore Martyrum, ubi multas tribulationes paſſi fuerunt ſancti. Unde Smyrna interpretatur quaſi Myrra vel canticum. Hoc autem bene fuit in Martyribus, qui in cordibus ſuis cantabant Domino canticum lætitiæ ſpiritualis, & tamen erant in myrrha, ideſt, in amaritudine pœnæ corporalis. Et bene Smyrna quaſi myrrha vel canticum, quia per lætitiam mentis ſuperabant afflictionem corporis. Et ad litteram in civitate illa Smyrna facta fuit ſtrages magna diſcipulorum Joannis. Fuit ergo hoc canticum confeſſio fidei in tormentis. *Iſ.* 27. Vinea meri cantabit ei: Ego Dominus qui ſervo eam. Et *Iſ.* 5. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ ſuæ.

c Scribe,] dixi, & quid? Hoc ſcilicet: [Hæc dicit primus, a quo ſcilicet omnia; & noviſſimus] ad quem & in quem omnia. Per hoc excludit hęreſis Arriana, quæ Chriſtum dicebat puram eſſe creaturam, & ex tempore in mundo habitaſſe. *d* Qui fuit mortuus, & vivit,] q. d. Ne deficiatis vos in tribulationibus, quia ego qui tantus ſum, mortuus ſum pro vobis, & reſurrexi quod, & vos ſperare debetis, ut dicit *Gloſſ.* Et hic excluditur hæreſis Manichæi, qui dicebat Chriſtum nec vere fuiſſe natum, nec vere fuiſſe mortuum, nec vere reſurrexiſſe. Tria dixit, per quæ oſtendit tria, quæ in martyrio exiguntur. Cauſa ut propter Deum patiatur: pœna, & conſcientia. Idcirco ponens cauſam dicit: [Primus] Ecce cauſa efficiens. [Noviſſimus] Ecce cauſa finalis, quia *Eccl.* 43. Conſummatio ſermonum ipſe eſt. Item pœna cum dicit: [Qui fuit mortuus,] Non miremini ergo ſi adhuc mortales cum ſitis, oportet vos proximo mori. Item conſcientia: unde dicit: [Et vivit] ſic & vos vita gratiæ vivere oportet in mente ad hoc quod vobis proficiat tribulatio corporalis. Vel cum dicit: [qui fuit mortuus,] Ecce cauſa formalis, vel exemplaris. 1. *Petr.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut ſequamini veſtigia ejus: [Et vivit,] Ecce conſolatio. *Jo.* 14. Quia ego vivo, & vos vivetis. *Jo.* 6. Sicut miſit me vivens pater, & ego vivo propter patrem; & qui manducat me, ipſe vivet propter me.

e Scio] Hic commendat eum a tribulatione, primo exteriori, ſecundo interiori; ſcilicet a ſpirituali paupertate, ibi: [Et paupertatem] Tertio a ſpiritualibus divitiis, ibi: [Sed dives es:] ſcilicet virtutibus. Quarto a patientia opprobriorum, quod eſt majus quam pati tribulationes, ibi: [Et blaſphemaris] Dicit ergo: [Scio] tamen quia ſentio quaſi pondus ſublevando; aliter enim tu non poſſes ſuſtinere. *Pſalmus* 90. Cum ipſo ſum in tribulatione. *Iſaia* 43. Cum tranſieris per aquam, tecum ero, & flumina non operient te; cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſrael.

f Tribulationem] occiſionem ſc. meorum Martyrum, qui ſunt in tua Eccleſia.

g Tuam:] per compaſſionem, vel [Tuam:] quæ tibi competit ex natura corrupta. *Job* 14. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Vel [Tuam:] quæ tibi competit ex gratia, quia quem diligit Dominus, corrigit, & quaſi pater in filio complacet ſibi. *Prov.* 3. De hac Martyrum tribulatione fuit prophetatum. *Hier.* 25. Et erunt interfecti Domini in die illa a ſummo terræ uſque ad ſummum ejus; non plangentur, neque colligentur, neque ſepelientur; in ſterquilinio ſupra faciem terræ jacebunt.

h Et paupertatem tuam,] ſpiritualem qua aſſimilaris Deo. Utique autem, & ei ſcilicet qui hic tribulatur corporaliter propter juſtitiam, & qui pauper eſt ſpiritu propter Chriſtum, i. non amanti divitias promittitur regnum cœlorum. Et *ibid.* Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, &c. Vel Tribulationem dicit quoad injurias corporis. In corpore enim tribulantur juſti, & non in anima. Unde *Job* 2. Verumtamen animam ejus ſerva. Unde *Hier.* 30. Tempus tribulationis Jacob, & ex ipſo ſalvabitur. [Et paupertatem] quoad injurias poſſeſſionum vel rerum. *Heb.* 10. Et rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis.

▵ *h* Blaſphemaris

b Angelo Smyrnæ] Moraliter. Angelus Smyrnæ debet eſſe quilibet juſtus poſitus in tribulatione, ut inter preſſuras amaritudinum cantet cantica lætitiæ pro ſpe remunerationis æternæ. *Jac.* 1. Omne gaudium exiſtimate fratres cum in varias tentationes incideritis. [Ego ſum primus, & noviſſimus, qui fui mortuus.] Verba ſunt Domini ad ingratos, & laſcivos, & voluptuoſos, q. d. Dominus; Ego pro te mortuus fui, & tu laſcivus, & ingratus es, & voluptates ſequeris, & amplecteris. Propter quod dicit Apoſt. *Col.* 3. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & avaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſervitus. Moral.

e Scio tribulationem tuam] Sed multis poteſt dicere Dominus: Non ſcio, quia nullam pateris. Sicut illi de quibus dicitur *Job* 21. Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum, domus eorum ſecuræ ſunt, & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper eos, bos eorum concepit, & non abortivit; vacca peperit, & non eſt privata fœtu ſuo. Unde quia hi nullam tribulationem ſuſtinent, in futuro audient, *Lucæ* 6. Væ vobis divitibus qui habetis hic con-

a b Blaſphemaris] quoad injurias animæ. 2. *Petr.* 2. His qui ignorant blaſphemantes, in corruptione ſua peribunt. Sed dicet aliquis: Si hoc ſcis, quare ergo non ſuccurris nobis? *Hab.* 1. Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio juſtiorem ſe? Reſp. Dominus.

a ſed dives es; *b* & blaſphemaris *c* ab his qui *d* ſe dicunt Judæos eſſe, & non ſunt, *e* ſed ſunt ſynagoga Satanæ. *f* Nihil horum timeas quæ paſſurus es. *g* Ecce miſſurus *h* eſt diabolus aliquos ex *i* vobis in carcerem, *k* ut tentemini, *l* & habebitis tribulationem

Quia inde tibi provenit magna utilitas, plenitudo ſcil. divitiarum ſpiritualium. Unde dicit; *a* Sed dives es] q. d. Dixi te tribulari, & hominem pauperem, [ſed dives es:] ſpiritualibus divitiis, etſi non habeas ſtercora temporalium. 1. *Cor.* 1. In omnibus divites facti eſtis in illo in omni verbo, & in omni ſcientia. 1. *Cor.* 4. Omnia veſtra ſunt. 1. *Cor.* 6. Tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. *Pſ.* 48. Simul in unum dives, & pauper. Talis eſt Religio Chriſtiana. Et licet ſis tantus, tamen cum his omnibus opprobriis patientiam habes. Unde ſeq. [Et blaſphemaris] Non dicit blaſphemas, quia 1. *Cor.* 4. Blaſphemamur, & obſecramus.

c Ab his qui ſe dicunt eſſe Judæos] i. filios Abrahæ ad litteram, Iſti incitabant Gentes ad perſecutionem Chriſtianorum. Sicut patet *Act.* 17. Quod Judæi concitaverunt civitatem Theſſalonicam, ſc. contra Paulum, & in Boare ſimiliter fecerunt idem, ſicut legitur in *eod.* Et in Epheſo, ſicut legitur *Act.* 19. Facta eſt autem in die illa turbatio non minima de via Domini.

d Dicunt] inquam, [ſed non ſunt] quia opera Abrahæ non faciunt. *Jo.* 8. Si filii Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite. *Rom.* 2. Non enim qui in manifeſto Judæus eſt, neque in carne eſt circumciſio: ſed qui in abſcondito Judæus eſt, & circumciſio cordis, non littera, ſed ſpiritu.

e Sed ſunt ſynagoga Satanæ] i. brutorum, & irrationabilium congregatio. *Inf.* 3. De ſynagoga Satanæ, qui ſe dicunt Judæos, & non ſunt, ſed mentiuntur.

f Nihil horum timeas, &c.] Secunda pars, ubi ei tribulationes futuras prænunciat. Dicit ergo: [Nihil horum timeas, quæ paſſurus es:] Ecce tribulationum prædictio, & refertur ad illud quod dixit [noviſſimus:] q. d. Ad me totum refer, & compara, & leviter ſuſtinebis, nec eos timebis. *Iſ.* 5. Quis tu ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcet. 1. *Mach.* 2. Et a verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus ſtercus, & vermis eſt, Hodie extollitur & cras non invenietur. *Act.* 20.

f Nihil horum vereor, non enim facio animam meam pretioſiorem quam me. Quærere poſſet ille: nunquid ergo patiar? Huic propoſitioni reſpondet Dominus dicens:

g Ecce] quaſi: In brevi erit hoc, quod

h Diabolus permiſſurus eſt] per membra ſua.

i Aliquos ex vobis in carcerem] i. quamcumque tribulationem. Et quia poſſet dicere, Deus tu ſcis hoc, quare ergo permittis? Reſpondet Dominus: Hoc facio.

k Ut tentemini] i. purgemini, ut ablata a vobis rubigine, puriſſimi exeatis de fornace tribulationis. Unde *Prov.* 25. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Vel aliter: Poſſet aliquis dicere. Si Diabolus in carcerem nos poteſt mittere: ergo poteſt conterere nos. Propter hoc reſpondet Dominus, quod non poteſt, niſi quantum illi permittitur. Hoc autem permittit Dominus, ut illi probentur, & probati accipiant coronam vitæ quam repromiſit Deus diligentibus ſe. *Jac.* 1. Unde dicit: [Miſſurus eſt,] permiſſive, & hoc non ut ipſe prævaleat, ſed ut vos tentemini. Unde *Deuter.* 13. Tentat vos Dominus Deus veſter, ut palam fiat utrum diligatis eum, annon in toto corde, & in tota anima veſtra. *l* Et habebitis tribulationem] *Pſalm.* 114. Tribulationem, & dolorem inveni.

a Jugis enim hære-

Moral. * ſolationem veſtram. *a* Sed dives es, &c.] etſi non habeas aggerem ſtercorum ſicut ille, de quo dicitur *Luc.* 12. Sic eſt omnis qui theſaurizat ſibi, & non eſt in Deo dives. Sed quomodo eſt dives, qui eſt in frigore, & nuditate, & fame, & ſiti, ſicut Apoſt. 1. *Cor.* 11. Sol. Quia non eſt in patria, ſed peregrinus eſt: unde ſuas divitias hic non habet. Secundum *Aug.* Ibi divitias colloca ubi patriam habes. Sicut aliquis mercator, etſi in terra hoſtili vadat ut pauper, nihilominus dives eſt in terra propria. *Rom.* 8. Spe divites facti ſumus in illo.

b Blaſphemaris ab his qui ſe dicunt Judæos eſſe, [Iſti ſunt Decretiſtæ, qui dicunt ſe eſſe confitentes Deo, quia dicunt ſe legem, & Evangelium, & evangelicas, & eccleſiaſticas inſtitutiones docere. Verum quidem dicunt, ſed nolunt eas tenere. Unde *ſup. eod.* Dictum eſt. Qui tenet [opere] ſeptem ſtellas in dextera, i. diverſas inſtitutiones ſanctorum Patrum, quæ ſunt illuminatio Eccleſiæ, & hoc in dextera, ideſt, pro ſpe retributionis ſupernæ. Unde bene ſeq.

d Et non ſunt,] Judæi, i. vere confitentes, ſed ſunt Sparciatæ qui ſe dicunt fratres Judæorum. 1. *Mach.* 12. Sparciatæ interpretantur expedite illuminati, & ſignificant Decretiſtas, qui ad hoc illuminati ſunt ſcientia litterarum domini Papæ, & conſtitutionem Eccleſiæ, ut alios expediant, & ipſi aliquando magis impediunt per dilationes falſas, & exceptiones, & falſas allegationes. Et notandum quidem quod legitur in epiſtola quam miſit Jonathas ſummus ſacerdos, & ceteri Judæi Spartiatis fratribus ſuis, poſt multas conventiones eorum, & pactiones ad invicem; Nos autem cum nullo horum indigeremus, habentes ſolatio libros ſanctos qui ſunt in manibus noſtris; maluimus mittere ad vos renovare fraternitatem, & amicitiam, ne forte alieni efficeremur a vobis. Theologi enim ſi bene libros ſanctos tenerent in manibus, i. in operibus, & eos bene intelligerent; proculdubio Decretiſtis non indigerent in ullo horum quæ pertinent ad conſilia animarum. Unde & Decreta ex ſacris libris Theologiæ ſunt extracta. Sed hodie fit e converſo, quoniam non ſolum Decretiſtæ, ſed etiam Legiſtæ [quod eſt abominabilius] dicunt ſe non indigere conſilio Theologorum, imo [quod deterius eſt] præferunt ſe illis in conſiliis animarum, & non attendentes, imo negligentes interiora quæ magis curat Deus, ſecundum ſua ſtatuta exteriora volunt judicare de occultis, & ſic totum pervertunt, quia ancillam dominari facientes, dominam ejiciunt: cum e converſo Abraham de mandato Domini. *Gen.* 21. *Gal.* 4. Ejice ancillam, & filium ejus: & procul dubio evidens ſignum eſt hoc, quia quod ipſi modo ancillam non ejiciunt, & oportet impleri præceptum Domini de ea ejicienda, quod ſaltem in futuro ejicietur ancilla cum filio ſuo. Quare autem non ſunt ipſi Judæi, ſubjungit cauſam.

e Sed ſunt ſynagoga] quia congregantur, ut bruchus, vel locuſta in litibus, & cauſis Eccleſiarum. Et ad quidẽ ut ibi ſint adverſarii. Et propter hoc bene ſeq.

e Satanæ] qui interpretatur adverſarius. Et ſi Satan tollatur, nunquam unum denarium lucrabuntur. Et de quibuſdam eorum valde mirabile eſt, quia etſi ſibi invicem adverſentur in publico, tamen conſentiunt in occulto, ut perficiant ſimulationem, & ex utraque parte litigantium aliquid habeant. Sunt enim in lucro ſocii aliquando, qui in cauſa ſunt oppoſiti, & ſic ſæpiſſime declinant a vero, male interpretantes illud *Matth.* 5. Eſto conſentiens adverſario tuo. Et de talibus dicit *Job* 24. Perfodiunt in tenebris domos, ſcilic. pauperum, ideſt, in occulto ſibi invicem conſentiunt, declinando a vero, & ſic ad litem pauperes quos ipſi debuerunt tueri, amittunt domos ſuas, ſicut in die condixerant ſibi faciendum, quia condicunt ſibi antequam ad diem veniant, quod ſic facient in die. Et de illis dicit Apoſtol. 1 *Cor.* 9. Quare non magis injuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis, & fraudatis.

g Ecce miſſurus eſt de vobis in carcerem,] Hoc fuit prædictum de quibuſdam Monachorum Eccleſiis, quod jam pro magna parte impletum eſt, quæ ſunt in carcere obligationis debitorum *Luc.* 13. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas decem, & octo annis, nonne oportuit abſolvi a vinculo iſto? 4. *Reg.* 25. Rex Babylonis locutus judicium cum Sedecia exoſculavit eum, & vinxit catenis. Sedecias interpretatur juſtificans Dominum, & ſignificat Monachos, qui juſtificationes Domini ſemper debent ſervare, & requirere. Quandoque autem Rex Babylonis, i. cupiditas mundi loquitur judicia cum iſtis: ideſt, propter cupiditatem mundi trahunt, & trahuntur ad cauſas, & judicia, ut multa habeant, Unde dicit, quod hoc factum fuit in Reblatha, quæ interpretatur multa hæc: quia tunc eruuntur eis interiores oculi, quibus deberent ſpiritualia videre, & vinciuntur catenis argenteis, quia cum alios volunt deprædari, frequenter, & ipſi ab aliis deprædantur. Et quod ſequitur ex hoc, oſtendit dicens: *k* Ut tentemini] i. deſpectui habea-

* mini,

b Jugis enim hæreditas Eccleſiæ eſt tribulatio. *Jo.* 17. In mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem.

a Diebus decem] i. ſub decem Principibus Romanis, qui ſignificantur per beſtiam habentem cornua decem. *Dan.*7. Item tempore decem Paparum poſt Clementem. Vel decem, i. multis. Simile *Gen.* 31. Mutavit mercedē meam jam decem vicibus. Et *Job* 19. En decies confunditis me. Vel [decem diebus,] i. propter decem dies, i. propter completionem decem mandatorum; & ſic ablativus eſt cauſalis.

D

a diebus decem. *b* Eſto fidelis uſque *c* ad mortem; *d* & dabo tibi coronam vitæ. *e* Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis. *f* Qui vicerit, *g* non lędetur a morte ſecunda. *h* Et Angelo Pergami Eccleſiæ ſcribe. Hęc dicit *i* qui habet romphæam ex *k* utraq; parte acutam,

[Vel decem diebus,] i. quamdius erit im pletio decem dierum, i. decem mandatorum, & hoc erit uſque in finem ſæculi, & ſic ablativus notat concomitantiam. [Vel decem diebus,] i. propter decem tribulationes Eccleſiæ. Una ſub Judæis: ſecunda ſub Gentibus: tertia ſub apertis hæreticis: quarta ſub occultis & latentibus: quinta ſub falſis Chriſtianis, apparentibus tamen bonis: ſexta ſub aperte malis Chriſtianis: ſeptima ſub Antichriſto; tres aliæ ſunt ſub Mundo, Carne & Diabolo. Vel [decem diebus] i. toto tempore hujus vitæ, in quo per ſeptem dies Eccleſia pugnat contra tria vitia, avaritiam ſcil. divitiarum; vanam gloriam dignitatum, cupiditatem voluptatum: ultimo modo exponit *Gloſ.* [Eſto fidelis.] Tertia pars in qua ad patientiam invitat Eccleſiam, dicens [Eſto fidelis] in fide, ut eam non deſeras. Vel fidelis a fidelitate quam Deo promiſiſti, quando fœdus iniſti cum eo in baptiſmo ut pro eo pugnes fideliter.

c Uſque ad mortem] *Eccl.* 4. uſque ad mortem certa pro juſtitia. Unde *Lev.* 3. Dominus præcepit ſibi caudam offerri. 1. *Cor.* 16. State in fide, viriliter agite & confortamini: omnia veſtra in charitate fiant.

d Et dabo.] Quarta pars in qua agit de præmio, & remuneratione. Et ſi recte te habueris [Dabo tibi coronam vitæ] i. vitam interminabilem, vel vitam regalem, quia modo non habemus niſi vitam ſervilem: quia ipſe Dominus erit nobis corona, quia ipſum videre eſt vita æterna. *Iſa.* 28. In die illa erit Dominus corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui.

e Qui habet.] Hic ponit generalem intentionem, in qua monet Eccleſias dicens. [Qui habet, &c.] Hoc expoſitum eſt ſupra eodem. Simile *Ezech.* 3. Qui audit audiat, & qui quieſcit quieſcat.

f Qui vicerit.] Hic ſicut prius poſt exhortationem generalem ſubjungit præmium generale, dicens.

Qui vicerit mundum & ejus preſſuram, & tribulationum inſtantiam, & perſecutorum impetum 1. *Joann.* 5. Quis eſt autem, qui vincit mundum, niſi qui credit, quoniam Jeſus eſt filius Dei?

g Non lædetur, &c.] i. a morte gehennæ, quæ ſecunda dicitur, quia eam præcedit mors culpæ: & ad neutram illarum ordinatur de neceſſitate mors naturæ: verum eſt tanquam cauſa, ſed tanquam effectus ad culpam. Vel non lædetur, &c.] i. non ponetur inter Biathanatos ſicut legitur in Legenda B. Andreæ In Canon Judæ 9. Arbores autumnales, bis mortuæ: ergo eſt duplex mors. Contra *Hebr.*9. Statutum eſt hominibus ſemel mori. Sol. *Apoſtolus* loquitur de vita & morte naturæ: præter hanc eſt duplex vita, vel mors, corporis, ſcil. & animæ, ut dicit *Gl.* Unde *inf.* 20. Beatus qui habet partem in reſurrectione prima, &c.

Moraliter. * mini ut dicit *Gl.* Et ſic *ly* [ut] eſt conſecutivum, & non cauſale. Unde hoc deplorat Jeremias. *Thr.* 4. Filii Sion inclyti & amicti auro primo [antiquitus ſcil. ab omnibus honorati Monachi, & præcipua charitate, & patientia pleni] quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? i. quomodo ſic ſunt modo deſpecti? cauſa ſubjungitur hic:

l Et habebitis, &c.] i. pro decem mandatis: q. d. Hoc de vobis accidit, quia non ſolum conſilia neglexiſtis, non ſolum regulares obſervantias abjeciſtis; ſed etiam mandata ad quæ omnes tenentur, non obſervaſtis. Unde jam non ſolum redarguuntur de abjectione regularium obſervationum, vel de neglectu conſiliorum, ſed de contemptu mandatorum, ſine quibus nulli vetulæ vel quantumcumque ſimplici eſt ſalus. Quando enim Monachus incipit eſſe malus, nullus pejor; quando bonus, nullus melior. Unde *Jer.* 24. Dixit Dominus ad me, quid tu vides Jeremia? Et dixit, ficus, ſicut bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ comedi non poſſunt eo, quod ſint malæ. Et in *eod.* 29. Et ponam eos quaſi ficus malas, quæ comedi non poſſunt, eo quod peſſimæ ſint. Sed de bonis quid dicatur audiamus.

b Eſto fidelis, &c.] ut conſerves pactum quod iniſti mecum in tua converſione promittens te vivere in obedientia uſque ad mortem ſecundum Regulam B. Benedicti vel Auguſtini. *d* Et dabo, &c.] Hoc eſt quod dicitur *Jer.* 24. Sicut ficus hæ bonæ: ſic cognoſcam tranſmigrationem Juda, i. bonos Religioſos a mundo tranſmigrantes, & in continua confeſſione tam peccatorum, quam laudis Dei perdurantes. Et ſequitur poſt pauca. Et ponam oculos meos ſuper eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc [de qua modo propter debita ſunt ejecti & diſperſi.] Et reædificabo eos, & non deſtruam, & plantabo eos & non evellam, & dabo eis cor ut ſciant me. Hæc ad litteram facit Dominus aliquando bonis, ſed ſemper facit ſpiritualiter illis qui ſunt digni: quia & hic coronat eos virtutibus & donis Sp. S. & in futuro vita perpetua & immortali *Pſ.* 8. Gloria & honore coronaſti eum. Sed quoniam multi in hac vita accipiunt coronam indignationis divinæ, qui ſcil. pontificantur injuſte, vel qui juſte ut ſuperbiant inde. *Oſee* 8. Ipſi regnaverunt & non ex me. Et de talibus dicitur *Iſ.* 28. Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim. Et propter hoc in futuro recipient coronam mortis. Unde *Iſa.* 28. Coronans coronabit te tribulatione: hoc dicit, quia in anima & corpore pleni erunt tribulatione. *Rom.* 2. Tribulatio & anguſtia in omnem animam operantis malum.

h Et Angelo, &c.] Per hunc Epiſcopum & per hanc Eccleſiam deſignatur ſtatus Eccleſiæ in tempore hæreticorum. [Pergamus] enim interpretatur diviſio cornuum; & ipſi hæretici in diviſione ſunt per amorem cornuum, i. ſæculi dignitatum. Multi enim manent in hæreſi propter honorem a ſuis ſubditis ſibi exhibitum. Huic etiam competit illud quod ponit in principio hujus partis, ſcil. romphæam: quaſi, locuturus de diviſione ponit inſtrumentum dividendi. Dividitur autem pars iſta ſicut aliæ in duas: quia primo ponit ſpecialem intentionem: Secundo generalem ibi. [Qui habet aures,] prius autem quam ponat ſpecialem intentionem, in qua loquitur ſpecialiter ad Epiſcopum illius Eccleſiæ, permittit ſicut in aliis titulum loquentis, qui reſpondet fere ad omnia quæ illi Epiſcopo eſt dicturus, dicens.

i Hæc dicit qui habet romphæam, &c.] i. in poteſtate ſui judicii ſententiam.

Et hic loquitur de romphæa; quia in hac Eccleſia quidam erant mali, & quidam boni: unde inter eos erat pugna propter quod in bonorum electione, & malorum reprobatione, & repreſſione neceſſarius erat gladius, ut dicit *Gloſ.* Et propter hoc etiam ſequitur.

k Ex utraque,] propter bonos, ſcil. & malos, quia ab invicem neceſſe erat dividi, ſaltem vita, & converſatione, etſi non habitatione. Vel [Ex utraque parte] temporis ſcil. ante gratiam, & poſt, ſcil. in tempore gratiæ: puniet enim, & illius temporis peccatores, & iſtius. *Hebr.* 10. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur: quanto magis creditis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit. Vel [ex utraque parte] peccati, ſcil. propter peccatum commiſſionis, & omiſſionis, de quibus *Jer.* 2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ vivæ [ecce commiſſio] & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas [ecce omiſſio] *Eccl.* 21. Romphæa, quaſi bis acuta omnis iniquitas.

Vel [ex utraque parte] humani generis; quia bonis dicetur, Venite benedicti, &c. malis. Ite maledicti in ignem æternum, *Matth.* 25. Vel [ex utraque parte] hominis, ſcil. quia homo damnatus in corpore, & in anima punietur. *Iſa.* 40. Recepit de manu Domini duplicia i. recipiet. *Pſalm.* 108. Induantur ſicut diploide confuſione ſua, *ſup.* 1. Et de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat. Hic gladius modo limatus eſt ut ſplendeat, & ſic terrorem incutiat, ſed tunc erit acutus, ut percutiat, & cædat. *Ezech.* 21. Gladius exacutus eſt, ut ſplendeat, limatus eſt, &c. In *eod.* Dedi conturbationem gladii acuti, & limati ad fulgendum amicti ad cædem.

A a Scio

Moraliter. *b* Et Angelo Pergami, &c.] Pergamus interpretatur dividens cornua, & ſignificat iſtam Eccleſiam Moraliter.

* cujus

▲ *a* Scio ubi habitas, &c.] Poſito titulo loquentis, qui Epiſcopo convenit, quia in ejus diœceſi erant, & boni, & mali: ponit conſequenter intentionem ſpecialem, in qua ſpecialiter Epiſcopum hunc alloquitur dicens: [Scio ubi habitas:] & ita divinæ ſcientiæ convenit ſcire ea quæ dicenda ſunt. [Et dividitur hæc pars in quatuor.] Primo enim commendat Epiſcopum. Secundo arguit ibi. Sed habeo adverſum te.] Tertio monet, ut pœnitentiam agat, ibi. [Similiter pœnitentiam age.] Quarto comminatur, ibi. [Si quo minus veniam tibi.] Dicit ergo: Scio per approbationem.

a Scio *b* ubi habitas, *c* ubi ſedes eſt Satanæ: *d* & tenes nomen meum *e* & non negaſti fidem meam, *f* Et in diebus *g* illis Antipas teſtis meus fidelis *h* qui occiſus eſt apud vos, ubi Satanas habitat. *i* Sed habeo adverſum te pauca: *k* quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balac mittere ſcandalum coram *l* filiis Iſrael, *m* edere & fornicari. *n* Ita habes

b Ubi habitas] adhuc manens ibi tanquam luminare in medio nationis pravæ, & perverſæ. *Phil.* 2. Et in hoc commendat illum Epiſcopum: quia fidem non negavit licet Antipas fidelis eſſet in illa civitate occiſus. Et exponit quod dixerat. [Ubi habitas] ibi ſcil.

c Ubi ſedes eſt Satanæ] i. manſio non tranſitus. In illis enim manſionem facit Diabolus, qui peccata nolunt confiteri, ſed celant ea in gutture ſuo. *Job* 40. Sub umbra dormit in ſecreto thalami, & in locis humentibus. Sed in illis tranſit, qui etſi peccant aliquando ex fragilitate, tamen ſtatim confitentur, ſecundum conſilium Salomonis. *Eccl.* 2. Fili peccaſti, non adjicias iterum, ſed & de præteritis deprecare, ut tibi dimittantur. Vel in illis ſedet Satanas, qui ad antiquam conſuetudinem ſuam malam quam aliquando dimiſerunt, iterum peccando revertuntur. *Jud.* 9. Reverſi ſunt in ſedes ſuas. *d* Et tenes nomen meum] diſputantibus hæreticis: [Et tenes nomen meum] blaſphemantibus reſiſtendo. *e* Et non, &c.] etiam tribulationibus oppreſſus, & inſidiis. *Jer.* 5. Negaverunt Dominum, & dixerunt, non eſt ipſe. *Pſal.* 52. Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus.

f Et] hoc feciſti in diebus illis.

g Quibus ſcil. fuit [Antipas] qui eſt, [teſtis meus fidelis] i. martyr effectus pro fide mea, quam firmiter tenuit, & ſervavit. Unde ſequitur.

h Qui] quia ſcilicet fidelis [occiſus eſt apud vos,] cujus exemplo debetis, & vos laborare: Apud vos dico, [ubi Satanas habitat:] q. d. Quia illic occiſus eſt ſervus meus, teſtis & prædicator, patet quod Satanas habitat inter vos. *Act.* 1. Et eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. *Iſa.* 43. Vos teſtes mei, dicit Dominus. Huic competit illud quod dixit. Qui tenet romphæam: q. d. Etſi multi ſunt mali inter quos habitas, noli timere: quia ego habeo romphæam contra malos, ut puniam. *i* Sed habeo] Secunda pars in qua arguit poſt commendationem. [Licet ita conſtans ſis,] ſed tamen [habeo adverſum te pauca] in quibus volo te corrigi. Et notandum quod dicit [pauca] & non parva vel nulla: Erat enim aliquid corrigendum non modicum, ſicut jam videbitur.

k Quia habes, &c. doctrinam Balaam] qui interpretatur populus vanus.

Sed quomodo iſte redarguitur de hoc quod ſint in ſuo Epiſcopatu aliqui mali, cum Dominus hoc videatur permiſiſſe. *Matt.* 13. Vis imus, & colligimus ea? Et reſpondet, non: ne forte eradicetis & triticum, ſinite utraque creſcere uſque ad meſſem.

Solutio. Dum adhuc non poteſt haberi recta diſcretio bonorum a malis, tunc non debent eradicari, ne ſimul triticum eradicetur cum zizaniis: ſed quando jam apparet, & poteſt diſcerni quod eſt lolium jam habens folliculos, tunc eſt meſſis, & debet eradicari.

Unde *Exod.* 9. Linum ergo, & hordeum læſum eſt eo quod hordeum eſſet virens, & linum jam folliculos germinaret.

Doctrina Balaam fuit quod populus fornicatus eſt cum filiabus Moab, ſicut legitur *Num.* 25. Fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, tamen expreſſe non legitur quando: ſed ut in duabus auctoritatibus perpenditur: Quarum una eſt *Num.* 24. Veruntamen pergens ad populum meum dabo tibi concilium quid populus tuus huic populo faciat. Alia *Num.* 31. Cur feminas reſervaſtis? nonne illæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam, & prævaricari fecerunt vos in Domino ſuper peccato Phagor? Balaam dico: [qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſrael.] Et hoc quid eſt ſcil. *l* Edere,] de ſacrificiis idolorum? i. de his quæ ſunt idolis immolata: & hic arguit peccatum gulæ. *m* Et fornicari,] cum filiabus Moab: & hic ſigillatur peccatum luxuriæ vel corporalis, vel ſpiritualis, ut dicit *Gl.* *n* Ita] i. ſimiliter.

▲ Et ta

* cujus Angelus, l. Prælatus alis Eccleſiis dividit coronam. Iſti Angelo Dominus loquitur, ſed non ſine gladio. *b* Scio ubi habitas, ubi ſedes eſt Satanæ, i. forſitan in multis ſuam ſedem Satanas poſuit. Sedet enim Diabolus in avaris; ſedet in ſuperbis. Moraliter.

Unde *Iſa.* 10 Tranſierunt curſim, Gaba ſedes noſtra. Gaba interpretatur vallis ejus: Cujus niſi avari? qui eſt vallis ſylveſtris, plena ſpinis, & tribulis, quæ aqua pecuniæ non poteſt impleri. *Eccl.* 5. Avarus non implebitur pecunia.

Item interpretatur proclivum ejus: Cujus niſi ſuperbi? qui quanto plus ſe erigit, & plus credit aſcendere; tanto plus deſcendit. *Job* 20. Si aſcenderit uſque ad cœlum ſuperbia ejus, & caput ejus nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur.

Verum eſt hoc, qui ibi eſt ſedes Satanæ, *vel quantum* ad exiſtentes quorum aliqui mali ſunt; vel quantum ad advenientes, eo enim confluunt fere omnes mali, ſicut dicit *B. Bern.* ad Eugenium Papam *in lib. de conſider.* Vel ſaltem ſecundum interpretationem: Satan enim interpretatus adverſarius, & ibi non ceſſant homines per cauſas, & lites, & per appellationum aſſiduas importunitates ſibi invicem adverſari.

d Et tenes nomen meum.] Hoc eſt magnum ſi inter ſtrepitus cauſarum, & tumultus appellationum, & fremitus negotiorum exteriorum nomen Domini, quod eſt Jeſus, firmiter tenetur, i. ſi a ſalute non deviatur. Unde *Job* 30. Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum; & in hoc commendatur.

Sed multi nomen magnum Domini, ſcil. Adonai, quod idem eſt quod Dominus libentiſſime volunt tenere, deſerentes nomen magiſtri.

Suum enim magiſterium fuit in humilitate, & ipſi volunt dominari in ſuperbia, & virtute.

Unde *Jo.* 13. Vos vocatis me, magiſter, i. dicitis quod ego ſum magiſter, & vos non eſtis; & Domine. Et *ſtatim* ſequitur, Sum etenim; q. d. Magiſtrum me vocatis: ſed de Domino dicitis, Sum etenim: Contra illud 1. *Pet.* 5. Neque dominantes in Clero, &c.

Et hoc eſt mirum, quia neque hoc nomen fuit indicatum antiquis Patribus ante legem etiam ſanctis. *Ex* 6. Et nomen meum Adonai non indicavi ei.

Unde iſti meliores ſe reputant Abraham ſancto patre meo, de quo dicitur *Gen.* 18. Num potero quicquam celare Abraham? & tamen hoc celavit ei.

Item hoc nomen Domini bene tenent multi: de quo *Iſa.* 8. Voca nomen ejus, accelera, feſtina velociter, ſpolia detrahe, cito prædare.

g Antipas teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt.] Antipas interpretatur donans tranſitum, & ſignificat martyres, qui mortem ſuam ſuis occiſoribus condonaverunt.

Vel [Moraliter.] Illi qui in dando, & miniſtrando aliis tranſitum hujus vitæ, deberent omnes alios tranſcendere, ſcil. Epiſcopi, & ceteri Prælati, hodie in diviſione cornuum, ideſt, in acceptione dignitatum, vel collatione earum occiduntur in anima, quia temporalia amplectentes, nec ipſi intrant in regnum cœlorum, nec alios intrare permittunt, opponentes mali exempli ſui obicem. *Matth.* 23. & *Numer.* 20. Non tranſibitis per me. Moraliter.

Et mors iſtorum deſignata eſt *Levit. decimo.* Ubi duo filii Aaron, Nadab, & Abju ipſa die promotionis ſuæ occiſi ſunt. *i* Sed habeo adverſum te pauca, quia habes illic doctrinam tenentes Balaam.] Balaam hic interpretatur effluens, & ſignificat multos Clericorum, qui viliter effluunt in gula, & luxuria, & propter hoc malo exemplo ponunt ſcandalum, in quo ſimplices offenduntur. Unde *Jerem.* 50. Exultaris, & magna loquimini diripientes hæreditatem meam: [ecce ſcandalum] quoniam effuſi eſtis, ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ut tauri. Et quoniam ſine magnis expenſis gulam, & luxuriam ſequi non poſſunt, propterea

* raptores

Digitized by Google

a & tu tenentes *b* doctrinam Nicolaitarum. *c* Similiter pœnitentiam *d* age: *e* ſi quo minus; *f* veniam tibi cito *g* & pugnabo cum illis *h* in gladio *i* oris mei. k Qui habet aures audiat *l* quid Spiritus *m* dicat Eccleſiis, *n* Vincenti *o* dabo *p* manna *q* abſconditum:

a Et tu] habes [tenentes doctrinam Nicolaitarum] qui ſcil. docebant vulgatam venerem: ſecundum illud Jupiter eſſe pium ſtatuit, quodcumque juvaret. Sed quod hæc ſententia ſit falſa, patet per hoc quo *ſup. eod.* ponitur. Quæ ſcil. facta Nicolaitarum, & ego odi, qui omne bonum diligo & deteſtor malum. Et per hoc quod dicit [tenentes,] notatur pertinacia eorum. Tenent enim ad reſiſtendũ impugnantibus. Per hoc quod dicit hic, arguens de fornicatione quam illi docēt patet quod prius cum dicit Fornicari; intellexit de fornicatione corporali; de qua dicit *Orig. ſuper Num.* 25. Execrabilis corporalis fornicatio, quæ violat templum Chriſti, & facit membra meretricis. 1. *Cor.* 6. Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? abſit. Et huic parti competit illud quod dixit in titulo loquentis [Ex utraque parte] propter duplicem malam doctrinam quæ erat de communi uſu mulierum, & de comeſtione idolothytarum. Sed quare peccatum gulæ & luxuriæ dicuntur ſcandalum magis quam alia peccata? Sol. Quia hæc duo inter alia maxime ſunt nota: unde & ad malum exemplum maxime efficacia. [Similiter.] Tertia pars in qua monet ad penitentiam dicens [Similiter] dico tibi ſicut ad præcedentem Epiſcopum Epheſi dixi; *d* Et tu pœnitentiam age.] Vel [Similiter] i. a ſimili per contrarium: ſicut peccaſti, [pœnitentiam age.] Simile *Luc.* 16. Et Lazarus ſimiliter mala. Vel [Similiter,] i. ſimul cum illis. Vel [Similiter] ut pœna ſit ſimilis culpæ. Vel [Similiter] ut tu de negligentia agas pœnitentiam, ſicut illi de culpa ſua. Et huic parti competit etiam illud quod dictum eſt in titulo [Ex utraque, &c.] ſcil. quantum ad te pro negligentia, & quantum ad illos pro peccato. *e* Si quo minus.] Quarta pars in qua comminatur dicens [Si quo] i. in aliquo [minus] feceris, ſcil. Simile. *Jo.* 14. Si quo minus dixiſſem vobis, i. ſi in aliquo deberem facere minus, vel eſſet minus quam dixi vobis, dixiſſem vobis in quo eſſet minus. *f* Veniam] *Joel.* 3. Cito velociter reddam viciſſitudinem vobis. Et *Iſa.* 16. Velociter reddens quod juſtum eſt. *Eccl.* 5. Altiſſimus enim patiens eſt redditor. Vel [Cito] dicit propter brevitatem hujus vitæ.

g Et pugnabo cum illis] i. puniam eos ſi tu non punis; & parcam ſi tu non parcis. Unde *Num.* 25. Phinees filius Eleazari filii Aaron ſacerdotis avertit iram meam a filiis Iſrael, quia zelo meo commotus eſt contra eos. Sed quare loquendo de Epiſcopo locutus eſt acquiſitive dicens, Veniam tibi non tecum: & loquens de ſubditis aſſociative dicens, Cum illis. Sol. Per hoc notatur quod major eſt pena Prælatorum malorum quam ſubditorum: ſicut e contrario bonorum Prælatorum major gloria. *h* In gladio,] i. in ſententia.

i Oris mei] non manus. Modo enim gladius eſt in ore ad comminandum, ſed in die judicii erit in manu ad feriendum. Unde modo poſſumus evadere hunc gladium ſi volumus, tunc non poterimus. Propter hoc dicit *Job.* 19. Fugite a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum eſt gladius. Huic etiam competit illud. [Ex utraque parte acutam.] Ibi enim, ſcil. in præſenti percutit quoſdam, & hoc ad purgandum: in futuro percutiet quoſdam, ſed ad condemnandum.

Moraliter. * raptores fiunt. *Iſ.* 3. Populum meum exactores ſui ſpoliaverunt. Vel ſi hoc publice non faciunt, tamen in occulto munera accipiunt. Unde, Væ illis qui errore Balaam mercede effuſi ſunt, ſicut dicitur in *Epiſt. Judæ.* Et quare, væ? Quia *Job* 15. Ignis devoravit tabernacula eorum qui libenter munera accipiunt.

b Doctrinam vero Nicolaitarum] adhuc tenent in Eccleſia Dei, quotquot dicunt vel credunt plures præbendas ſine peccato poſſe haberi ab uno; ſicut illi, qui vulgatam venerem prædicabant. Omnibus iſtis adhuc dicit Dominus. *c* Similiter] tu qui dicis licitum eſſe habere plures, ſicut illi qui comparantur Balaam, guloſi ſcil. & luxurioſi, & munerum acceptores; *d* Pœnitentiam age;] q. d. Dominus; Et tu ſicut illi pœnitentiam debes agere. Videant ergo quibus peccatis iſtud conjungitur, quia ſimiliter agi pœnitentia jubetur. Sed dicet aliquis, proba quod non licet habere. *Reſp.* non oportet, quia Dominus hoc prohibet dicens. *e* Si quo minus] i. alioquin, i. ſi pœnitentiam non egeris, dimittendo quæ male tenuiſti: aliter non valet pœnitentia, niſi reſtituantur ablata. *f* Veniam tibi cito] ad mortem ſcil. te vocabo: q. d. Dominus, Saltem quando viſitabo per mortem, coactus eris dimittere quæ male & contra conſcientiam percipies te tenuiſſe. Hoc eſt enim ſignum veriſſimum, quod peccatum eſt, quia nullus quantumcumque fuerit contrariæ opinionis, ſapiens dico in articulo mortis audet plures retinere, ſed omnes dimittit. *g* Et pugnabo cum illis] i. per illas tribulationes te affligam & puniam: q. d. Dominus, Diſputabo tecum per illas, non verbis ſed flagris. Hanc diſputationem timebat *Job* dicens 23. Nolo multa fortitudine contendat mecum, ne magnitudinis ſuæ mole me premat.

k Qui habet aures] Secunda pars, ubi punit generalem intentionem dicens, [Qui habet aures audiendi audiat.] Auris pertinet ad naturam; audire ad uſum. *Iſ.* 42. Qui apertas habes aures; nonne audies? Hoc impleverat *Job* 42. dicens, Auditu auris audivi te. *Ad litteram*

l Quid Spiritus] i. tota Trinitas.

m Dicat Eccleſiis.] Aliquando enim Spiritus accipitur pro tota Trinitate, ut hic: & cum dicitur *Jo.* 4. Spiritus eſt Deus: 1. *Tim.* 4. Spiritus quidem manifeſte dicit: & *Act.* 20. Niſi quod Spiritus ſanctus per omnes civitates teſtatur mihi dicens, quoniam vincula & carceres Jeroſolymis me manent: & tunc Spiritus ſanctus accipitur orationaliter. Aliquando accipitur pro tertia perſona in Trinitate, & tunc accipitur dictionaliter, ut *Matt.* 10. Non enim vos eſtis qui loquimini, Sed ſpiritus patris veſtri.

n Vincenti] has tribulationes, & non tantum pugnanti; quia 2. *Tim.* 2. Non coronabitur, niſi qui legitime certaverit. Legaliter certat qui bonum facere inchoat; legalius qui proficit in virtutibus; ſed legitime qui perſeverat uſque in finem, ut dicat cum *Pſal.* 118. Omnis conſummationis vidi finem. *o* Dabo] gratis.

p Manna] i. ſuavitatem dulcedinis internæ & æternæ. Manhu interpretatur quid eſt hoc? & ſancti in æterna beatitudine recepti præ dulcedine domus Dei inebriari quam plurimum mirabuntur. *Pſal.* 25. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, &c. ita quod quaſi ſtupefacti non remanebit in eis ſpiritus. Quod fuit ſignificatum. 3. *Reg.* 10. per Reginam Saba, quæ viſa ſapientia Salomonis quaſi ſine ſpiritu præ admiratione remanſit.

q Abſconditum] *Iſa.* 45. Vere tu es Deus abſconditus.

De hoc manna *Exod.* 16. & de ejus abſconſione. Sed ubi erat abſconditum? In arca, ita quod nec ſacerdos ingrediens in Sancta poterat videre illud.

In quo ſignificatur quod etſi homo per contemplationem erigat ſe ad ſuperna, non videt tamen Deum, ſicut eſt in ſua gloria.

Vel hoc [manna abſconditum,] eſt dulcedo Spiritus ſancti, quam ſuper Apoſtolos & alios fideles ſuos, centum viginti ſcil. viros qui erant in cœnaculo Sion in die Pentecoſtes, abundanter effudit Dominus, ſicut per *Joel.* 2. prædixerat: Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem.

Et ipſe Dominus promiſerat *Jo.* 14. 15. & 16. Hoc enim eſt manna, quod paravit in dulcedine ſua pauperi Deus, ut dicit, *Pſ.* 30. Et *alibi*. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te; ſicut mater abſcondit filio pomum, quod alias ei daret, abcondiſti, i. reſervaſti.

Hæc eſt illa dulcedo, cujus fructus ſunt ſuaviſſimi, quam ficus non poteſt dimittere, ut promoveatur inter ligna: *Judic. nono*. Ficus eſt Religioſus, qui guſtata dulcedine Spiritus ſancti, nullatenus vult eam dimittere præ prælationibus, vel officiis, vel dignitatibus terrenis.

Hanc ſentiebat Dominus qui ne fieret Rex, fugit in montem: *Jo.* 6. Hanc prægustaverat Marcus qui pollicem ſibi amputavit, ne fieret Epiſcopus, ſicut dicit *Hieronym.* Quid ergo fiet de illis qui volunt, imo quod deterius eſt, procurant vel per ſe, vel per alios quod ipſi habeant adminiſtrationes.

Similes ſunt rhamno, qui non recuſavit hunc honorem. Et bene rhamno, quia ipſi quamvis ſint humiles, i. de humili plebe venerint ad prælationes vel officium, tamen non permittunt ſe tangi increpationibus, prætendentes aculeos excuſationum, acute pungentes per duritiam ſermonum.

Rhamnus enim arbor parva eſt & aculeis plena valde acutis, & parvos fructus, tamen acerbos facit.

Sic

Digitized by Google

Sic iſti etſi aliqua opera pauca faciant, videntur ſibi magna valde. Unde & alios omnes volunt corde etſi non dicant ore, ſibi ſubjici: quaſi non poſſet aliquis alius ad illud quod ipſi faciunt, ita utilis & idoneus inveniri. Unde credunt ſe protegere omnes alios ſub umbra ſua. Etſi aliquando ſubtrahuntur ab officio, tunc egreditur ignis de rhamno. Ignis dico indignationis, invidiæ, odii, vel ſaltem rancoris, & ſuſpicionis, quo ejuſmodi homo vult omnes cedros devorare imponens maculam in electis. *Eccl.* 11. dicens, Iſte fecit, &c. hic vel ille fecit me deponi de mea adminiſtratione & ſimilibus: & multis imponi quantum fecerint, qui numquam inde locuti ſunt, nec forte cogitaverint. Hoc totum dicitur *Jud.* 9. Dixit rhamnus, Si me regem conſtituiſtis vobis, venite & ſub umbra mea requieſcite: q. d. Alius non poſſet facere tam bene ſicut ego, qui proviſione vos omnes protego. Si autem non vultis, i. ſi me deponitis, egrediatur ignis de rhamno & devoret cedros Libani. Quod fit, quando depoſitus multa mala de aliis & cogitat & dicit quod per eos ſit ablatus. Item hanc dulcedinem præguſtaverat Petrus, & in tantum inebriatus inde erat, & factus temulentus, quod de loco ubi eam ſenſerat, nec etiam removere ſe volebat dicens, *Matt.* 17. Domine bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula. Sic qui poſt ſex dies, i. poſt perfectionem boni operis: per ſenarium enim ſignificatur perfectio, ipſe enim eſt numerus perfectus: per diem vero bonum opus: aſcenderet cum Domino in montem contemplationis: unde venit illuminatio mentis: unde & mons iſte fuit Thabor, qui interpretatur veniet lux, ſegregatus a ſæcularibus per deſiderium collium æternorum; & receptus in cubiculo cordis per devotionem puræ intentionis & orationis: procul dubio potaretur ille frequenter vino dulci & optimo, digno dilecto. *Cant.* 7. & inebriaretur ab ubertate domus Dei, i. dulcedine Spiritus ſancti, & inebriatus libenter reſideret in Eccleſia vel in cella, donec indueretur virtute ex alto: *Luc. ult.* Non quæreret curioſe medias plateas, vel domos alienas circuire, nec collocutiones inutiles facere, ſicut illi de quibus dicit *Apoſt.* 1. *Tim.* 5. Otioſi, diſcunt circuire domos. Et ſignanter dicit [diſcunt] quia etſi hoc ſemper cavendum eſt a Religioſis, tamen magis a novis converſis qui debent non malos uſus & conſuetudines, ſed bonos addiſcere. Et ſequitur. Non ſolum autem otioſe ſed & verboſe, & curioſe, loquentes quæ non oportet. Propter hoc noluit viris vinum ſuum quod lætificat, & inebriat, deſerere, ſicut legitur *Jud.* 9. Hic eſt ille favus, qui de comedente exivit, ideſt, a Chriſto proceſſit, qui dicitur comedens. *Matth.* 11. Venit filius hominis manducans, & bibens. Hæc eſt etiam illa dulcedo, quæ de forti egreſſa eſt, ideſt, de patre, de quo *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt, Spiritus enim ſanctus ab utroque procedit, ſcil. a patre, & filio. Bonus autem dicitur favus, quando a filio dicitur exire, quia certam dilectionem carnalem quam Apoſtoli habebant ad filium, Spiritus ſanctus in ſuo adventu liquefecit; unde in igne miſſus eſt: & infudit dulcedinem, quia in ſpirituali dilectione eos accendit, & conſummavit. 2. *Corinth.* 5. Et ſi cognovimus Chriſtum ſecundum carnem: ſed nunc jam novimus. Et *paulo ante*. Itaque ex hoc neminem novimus ſecundum carnem. Dulcedo autem dicitur, cum eſt ſermo de patre forti quia Spiritus ſanctos eos ad ſuſtinenda omnia fortes, & robuſtos fecit.

Unde unus ex illis dicebat *Phil.* 4. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe: ſcio, & humiliari; ſcio, & abundare [ubique & in omnibus inſtitutus ſum] & ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati: omnia poſſum in eo qui me confortat. *Rom.* 8. & 9. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an perſecutio, an periculum, an gladius? Et *poſt pauca*; Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Chriſti. Surgamus igitur fratres cum labiis exultationis quæ ſunt duo, ſcil. contemptus gaudiorum præſentium, & certa ſpes futurorum: & cum lingua ſancti deſiderii, mel de petra; & favum mellis de Leonis cadavere ſumentes in manibus, comedamus in via ſicut legitur. *Jud.* 14. Quem cum ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via: ut amota dilectione carnali, ſpiritualiter nos invicem diligamus. Non enim carnalis, ſed ſpiritualis debet eſſe inter nos dilectio, ſicut docet *Aug.* Item Spiritus ſanctus non ſolum vinum dicitur [vel dulcedo mellis] imo pinguedo, qua impinguati, & incraſſati fuerunt omnes ſancti, i. virtutibus, imo bonis operibus, & donis. Hac pinguedine impinguatus erat ille vitulus ſaginatus, qui pro filio revertente eſt occiſus; *Luc.* 15. Hac lardati fuerunt Apoſtoli in die Pentecoſtes, ut aſſati igne tribulationis non arderent, ſed cum ſuavitate, & ſanitate ſpiritus decocti, cibum delectabilem Deo ſeipſos offerrent in odorem ſuavitatis quo cibo libenter veſcitur Iſaac. Hanc impinguationem prædixerat. *Jer.* 31. Inebriabo animas ſacerdotum [i. Apoſtolorum] pinguedine. Quod

a Et dabo ei calculum candidum.

Pſ. 62. diu ante popoſcerat dicens, Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Et adimplendum non in ſe, ſed in Apoſtolis prædixit dicens. Qui poſuit fines tuos [i. Apoſtolos] pacem, i. ut reformarent pacem. Et quare? Quia ex adipe frumenti ſatiat te. Unde non unus eorum, imo quilibet poterat dicere: Impinguaſti in oleo caput meum. Propter hoc Dominus frequenter legitur veniſſe Capharnaum, quæ interpretatur ager pinguedinis, & tam frequenter ſuos diſcipulos duxiſſe in vallem Gethſemani [ubi erat hortus] quæ interpretatur villa pinguis, vel villa pinguedinum. Hanc non poteſt deſerere oliva. *Jud.* 9. Et quare? quia *Jer.* 11. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocavit Dominus nomen tuum. Scit enim quod ſi fructum non faceret, eam ſuccidi oporteret. Ideo enim ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. *Matt.* 3. & *Luc.* 3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Oliva eſt quilibet juſtus qui etſi ſit in amurca amaritudinis pœnæ temporalis, habet tamen intus dulcedinem divinæ conſolationis. *Prov.* 14. Cor quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſcebitur extraneus. Hanc pinguedinem deſerit qui in temporibus impinguari quærit. ſicut ille de quo *Deut.* 32. conqueritur Dominus, Impinguatus eſt dilectus & recalcitravit, &c. Et ille cujus faciem operuit craſſitudo, i. ſuperbia, & de lateribus ejus arvina dependet, *Job* 15. Si igitur nos volumus habere, & ſentire ſaporem dulcedinis Spiritus ſancti, fugiamus † objecta mundanæ dignitatis, vel adminiſtrationis temporalis: ſicut Jacob fugiens Laban *Gen.* 31. Ab Angelo meruit conſolari, *Gen.* 32. Propter hoc dicit *Jeremias*, Fugite de medio Babylonis. Item ſi volumus inebriari vino divinæ ſuavitatis, fugiamus vinum in quo eſt luxuria. *Eph.* 5. ideſt, blanditias carnis: ſicut Joſeph male ſuadentis dominæ nefarium fugiens conſortium, poſtmodum viſitatus a Domino, factus eſt interpres ſomniorum, & propheta futurorum: *Gen.* 40. & 41. Item ſi volumus impinguari pinguedine bonorum operum, & donorum; fugiamus arvinam malorum ſociorum, & ſuſpicioſarum ſocietatum. 1. *Cor.* 5. Scripſi vobis in epiſtola, ne commiſceamini fornicariis: & ſic verificabitur quod dicitur hic, [Vincenti] ergo tria peccata fugiendo. [Dabo manna abſconditum] i. Spiritum ſanctum, qui & dulcedinæ divinæ conſolationis ſuæ nos implebit, & vino jucunditatis inebriabit, & pinguedine bonorum operum nos impinguabit.

al. † oblectamentū.

Talis eſt enim poteſtas hujus mannæ, quod unicuique diverſa offert oblectamenta convenientia ſibi, ſicut manna unicuique de populo Iſrael ſapiebat quicquid ipſe deſiderabat. *Sap.* 16. Paratum de cœlo panem præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem, & omnem ſaporem ſuavitatis. *a* Et dabo ei calculum candidum] i. æternitatem contemplationis. Vel [lucidum] quia *infra* 14. Lumen ejus erit agnus.

Alia littera habet Margaritam. Unde *Eccl.* 32. Gemmula carbunculi in ornamento auri. Vel per manna, vel [calculum] intelligitur verbum Dei.

Et dicitur manna propter utilitatem refectionis; & calculus propter ſubtilitatem veritatis; ſed lucidus propter candorem eruditionis. Hic eſt calculus, quo ablato de altari Seraphin purgavit labia Iſaiæ. *Iſa.* 6. Vel per manna intelligitur Chriſtus qui primo fuit abſconditus in ſacrificiis Abel, Noe, Abrahæ, agni Paſchalis in Ægypto, per ſignificationem.

Secundo in figuris legis, ſicut in ſummo ſacerdote.

Tertio in carne. Quarto in ſacramento altaris. Vel per manna, gloria animæ; per calculum, gloria corporis quæ conſiſtit in dotibus: & diminutive dicitur calculus non calculos, quia æterna gloria modo a filiis hujus ſæculi contemnitur, & deſpectui habetur. Unde & calculo æternæ damnationis os eorum aliquando implebitur, ſicut dicitur *Prov.* 20. cap. Per duritiam calculi impaſſibilitas, per lucidum claritas.

a Et in

Digitized by Google

o Et in calculo nomen novum ſcriptum.] Hæc eſt plena obedientia corporis ad animam, quæ modo non eſt: Adhuc enim caro concupiſcit adverſus ſpiritum: *Gal.* 5. Et corpus quod corrumpitur, aggravat animam: *Sap.* 9. Et in hoc notantur duæ dotes, quia ad voluntatem animæ corpus movebitur: ecce agilitas. Item quo volet anima, eo corpus ducetur: ecce ſubtilitas. Et dicit [Scriptum] quia per comparationem animæ ad corpus erit hæc gloria in corpore: Vel [Nomen novum] erit omnibus, in illa gloria immutatum, quia qui modo in peregrinatione vocantur Chriſtiani. *Act.* 11. Antiochiæ primo vocati ſunt diſcipuli Chriſtiani: neque enim eſt aliud nomen datum ſub cœlo hominibus in quo oporteat nos ſalvos fieri: *Act.* 4. ſed in patria a Jeſu vocabuntur Jeſuanni, i. ſalvati. Unde *Iſa.* 26. Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit: quia ſervos ſuos vocabit Dominus nomine alio. Quod autem erit illud, hoc vult dicere, *Iſa.* 62. Et vocaberis voluntas mea in ea.

a & in calculo nomen novum ſcriptum, b quod nemo ſcit niſi qui accipit. c Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe. d Hæc dicit filius Dei e qui habet oculos tanquam flammam ignis, & f pedes ejus g ſimiles aurichalco: h Novi opera i tua k & fidem l & charitatem m & miniſterium n & patientiam tuam o & opera tua noviſſima plura prioribus,

b Quod nemo ſcit niſi, qui accipit. 1. *Pet.* 2. Si tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus. Aliter enim ſciri non poteſt. Vel [Nemo ſcit, &c.] quia nemo eſt, qui ipſum aliis exprimere poſſit ad modum alterius ſcientiæ. 2. *Cor.* 12. Audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Hoc eſt nomen illud. *Sap.* 14. Incommunicabile nomen homines lapidibus & lignis impoſuerunt. Vel per manna intelligitur æterna gloria, quæ dabitur in futuro, & tamen modo nobis eſt abſcondita. Per calculum corpus quod in ſacramento altaris datur in præſenti in viaticum peregrinationis, ne deficiamus in via: & dicitur diminutive, quia ſub illa formula non extenſa continetur totus Chriſtus, tantus quantus eſt in cœlo, formam tamen modicam non excedens: vel dicitur diminutive, quia a multis parvum & modicum æſtimatur hoc ſacramentum. Vel per calculum baptiſmus intelligitur, qui purgat univerſaliter a culpa & pœna, ſi homo ſtatim evolaret, ſed dicitur diminutive, quia fomitem omnino non aufert.

c Et Angelo Thyatiræ.] Hæc eſt quarta pars capituli, in qua ſcribit ad quartum Epiſcopum: & per hanc Eccleſiam deſignatur ſtatus Eccleſiæ univerſalis tempore Confeſſorum & Expoſitorum Scripturæ, qui eam illuminaverunt meritis, exemplis & doctrinis. Unde Thyatira interpretatur illuminata. Hæc pars ſicut aliæ dividitur in duas partes. Primo enim ponitur ſpecialis intentio: Secundo generalis, *ibi*. [Et qui vicerit.] Item prima pars dividitur in quatuor. Primo enim commendat Epiſcopum, *ibi*. [Novi opera tua.] Secundo arguit, *ibi*. [Sed habeo.] Tertio increpat, & comminatur Jezabel & ſequacibus ejus, *ibi*. [Ecce mitto.] Quarto promittit remunerationem non ſequentibus eam, *ibi*. [Vobis autem, &c.] Præmittit autem his omnibus titulum loquentis, qui & Epiſcopo congruit & materiæ; dicens. *d* Hæc dicit filius Dei.] Epiſcopo congruit, qui erat vivens hoſtia per charitatem, ſed illuminatus per fidem: & ipſe filius Dei eſt, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Jo.* 1. Unde & ſequitur.

e Qui habet oculos tanquam flammam ignis.] Hoc dicit, quia ipſe oculos interiores illuminat, quoad intellectum: ecce flamma. Et accedit quoad affectum: ecce ignis. Item materiæ competit in hoc quod omnis prophetia de filio Dei eſt; & ipſe permittebat ibi falſam propheti ſſam prophetare falſa, ſcil. Jezabel. Tanquam flammam ignis:] q. d. Tu deberes eſſe flamma comburens peccatores, & tu permittis Jezabel docere. *Abdiæ in fine*: Erit domus Jacob flamma; & domus Eſau ſtipula. Per Jacob Prælati; per Eſau peccatores. Item ignis dicitur in propria natura; flamma in aerea; carbo in terrena: & communiter ignis.

Per hoc ergo innuit quod oculi Eccleſiæ, i. Prælati vel Expoſitores debent inhiare ad cœleſtia, & bene diſponere terrena. Unde ſecundum hanc expoſitionem: [Qui habet oculos,] i. Prælatos, vel ſpecialiter Expoſitores, *Auguſt.* ſcil. *Hieron.* & alios qui fuerunt in illo ſtatu Eccleſiæ, qui deſignatur per hanc Eccleſiam, ſcil. per Thyatiram. *Zach.* 12. Ponam duces Juda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut faciem ignis in fœno: & devorabunt ad dexteram, & ad ſiniſtram omnes populos, ſcil. hæreticos in circuitu.

f Et pedes ejus,] i. Monachi qui fuerunt tunc, per humilitatem terram tangentes, & per rectitudinem operandi perficientes, vel egredientes. *Ezech.* 1. Pedes eorum, pedes recti. *g* Similes aurichalco,] i. lucidi per famam, & fortes per reſiſtentiam contra hæreticos. *Deut.* 8. Pes tuus non eſt ſubtritus: Vel [pedes] ultimi ſancti *ſup.* 1. Et pedes ejus ſimiles aurichalco.

Moraliter. Iſti pedes ſunt moderni Religioſi, qui non jam ſimiles ſunt aurichalco, ſed jam ſunt de luto aut de ferro. *Deut.* 2. Pars pedum ferrea, pars fictilis. Et hoc patet, quia *ſup.* 1. Dicti ſunt pedes eſſe in camino ardenti, modo non loquitur de camino. Et *Matth.* 24. Refrigeſcet charitas multorum. *Ezech.* 24. Omnes iſti æs & ferrum, & ſtannum & plumbum. *Moraliter.*

h Novi opera tua.] Hic incipit commendare iſtum Epiſcopum: & in ſex commendat eum, contra ſex tribulationes de quibus *Job* 5. In ſex tribulationibus liberabit te. [Novi,] ideſt, recepi.

i Opera tua.] *Gl.* Primo fides: ex fide charitas: ex charitate bona opera: Textus autem procedit e contrario. Sol. Duplex eſt ordo: unus eſt ordo naturæ, ſecundum quem procedit *Gloſ.* alius cognitionis, ſecundum quem procedit Textus. Unde, quia opera prius ſunt in cognitione, propter hoc prius agit de operibus. *Matt.* 7. A fructibus eorum cognoſceris eos. Sæpe etiam per opera venitur ad fidem: ſicut patet de Cornelio, *Act.* 10. Itemque liberum arbitrium oportet nos præparare; & poſt Deus infundit gratiam, fidem & ceteras virtutes, quæ ſunt Dei opera, non noſtra; & ex quibus meritorie operamur, Sed quia nullus operatur in nocte ſine beneficio lucis: propter hoc neceſſaria eſt fides, quæ eſt lux. Unde ſequitur.

k Et fidem] quæ ſine operibus mortua eſt. *Jac.* 2. Item, quia operari non poteſt qui frigidus eſt, & membra movere non poteſt: propter hoc neceſſaria eſt charitas, quæ accendit & mobilem reddit. Unde ſeq.

l Et charitatem.] 1. *Cor.* 13. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas.

m Et miniſterium] prædicationis. 2. *Tim.* 4. Miniſterium tuum imple. Vel in libris faciendis, quod eſt opus pietatis, ut in illis doceantur Poſteri, ſicut fecit *Auguſtin. Hier.* & ceteri. Unde in Perſona eorum poteſt dici illud *Apoſtoli Eph.* 3. Poteſtis legentes intelligere prudentiam meam in miniſterio Chriſti. Vel [miniſterium] in eleemoſynis faciendis.

n Et patientiam] in adverſis. *Luc.* 21. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Et eſt ordo bonus, quia ex fide & charitate elicitur opus, per miniſterium probatur homo in proſperis, per patientiam in adverſis.

o Et opera, &c.] Ecce profectus; quaſi, non tepeſcis. *Phil.* 3. Ad anteriora me extendo. Et dicit [Plura] tamen non meliora, quia permittebat ibi Jezabel docere.

h Novi opera tua:]

Moraliter, Contra otioſos. *Eccl.* 33. Multam malitiam docuit otioſitas. *Moraliter.*

k Et fidem] contra proditores, i. fidelitatem. *Jer.* 5. Circuite vias Jeruſalem & aſpicite & conſiderate, & quærite in plateis ejus an inveneritis virum facientem judicium & quærentem fidem.

l Et charitatem.] Contra avaros. 1. *Jo.* 3. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem patientem, & clauſerit viſcera ſua ab eo; quomodo charitas Dei manet in eo?

m Et miniſterium.] Contra dominantes in Clerum. *Matth. ſecundo*. Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.

n Et patientiam tuam.] Contra iracundos. *Prov.* 14. Qui impatiens eſt, operabitur ſtultitiam: & vir verſutus odioſus erit. Et in *eod.* Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia: qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam.

o Et opera tua noviſſima plura prioribus.] Contra pigreſcentes. *Prov.* 19. Pigredo immittit ſoporem; & anima diſſoluta eſuriet. *Hebr.* 10. Conſideremus invicem in provocationem charitatis & bonorum operum, non deſerentes collectionem noſtram, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam, ſed conſolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem, ſcil. mortis.

a Sed

a Sed habeo.] Secunda pars in qua arguit: quaſi diceret. Ita es commendabilis. [Sed habeo adverſum te pauca] hæc ſcilicet.

b Quia permittis] non excommunicans, dicit *Gl.* Argumentum quod excommunicandi ſunt mali, & maxime hæretici, & publice fornicantes.

> *a* Sed habeo adverſus te pauca: *b* quia permittis *c* mulierem Jezabel quæ ſe dicit Prophetam, *d* docere *e* & ſeducere *f* ſervos meos; *g* fornicari *h* & manducare de idolothytis. *i* Et dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, & non vult *k* pœnitere a fornicatione ſua. Ecce *l* ego mitto eam in lectum: & *m* qui mœchantur cum ea, *n* in tribulatione maxima erunt, *o* niſi pœnitentiam egerint ab operibus ſuis: *p* & filios ejus *q* interficiam in mortem; *r* & ſcient omnes Eccleſiæ, *ſ* quia ego ſum ſcrutans renes & corda: *t* & dabo unicuique veſtrum ſecundum opera ſua. *u* Vobis

c Mulierem Jezabel, &c.] & revera non eſt. *d* Docere.] contra illud. 1. *Timoth.* 2. Docere autem mulieri non per-
B mitto. Sed quia [docere,] propter hoc. *e* Et ſeducere.] i. ſeorſum a via ſuet & morum ducere.

f Servos meos.] Hæc Jezabel ut dicunt quidam, erat uxor illius Epiſcopi, ſic nominata proprio nomine. Vel ſic dicta, quia ſimilis erat illi Jezabel, quæ fuit uxor Achab. 4. *Reg.* 16. Et hæc dicebat ſe eſſe prophetam, quia erat uxor Epiſcopi. Per hanc introducta eſt ſecta Mahometi, vel incepta, vel ſignificata; ſicut Jezabel uxor Achab introduxit cultum Baal in Iſrael. Et ſicut illa præcepit interfici prophetas Domini; ſic lex Mahometi habet hoc, quod interficiatur, qui prædicat contra eam. Et ſicut illa fecit interfici Naboth, qui interpretatur prophetia; ſic illi propter hunc librum habent nos odio, & vocant omnes Chriſtianos, Joannes, Super *Num.* 25. dicit *Origenes*. Qui prophetas interficit & perſequitur ſicut Jezabel, tenet doctrinam illius. Et quid docet?

g Fornicari] cum mulieribus, vel cum dæmonibus ſpiritualiter per idololatriam & cetera peccata mortalia.

h Et manducare de idolothytis.] Et hoc intelligendum eſt cum veneratione idoli, vel cum ſcandalo fratris infirmi. Aliter enim non prohiberetur peritis, qui ſciunt quod idolum nihil eſt. 1. *Cor.* 8. Per hanc ſecundum *Gl.* deſignantur hæretici, qui ſe fingunt bonus, ſed ad mollitiem & luxuriam inducunt imitatores ſuos. Per hanc moraliter ſignificantur pravi & diſſoluti Clerici, quibus hodie datur officium prædicandi, quando cura animarum eis datur. Unde *Num.* 3. Ecce populus tuus ut mulieres: quia jam fere omnes clerici facti ſunt ut mulieres, quia volunt & balneari & mollibus uti, & qui tales ducere permittit, remiſſus eſt. *Prov.* 18. Qui mollis eſt, & diſſolutus in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis, Et hoc eſt contra præceptum *Apoſt.* 1. *Cor.* 14. Mulieres in Eccleſia taceant. Sed hoc eſt peſſimum quod ſunt Jezabel. Suſtineri enim aliquantulum poſſent, ſi ſolum cultum femineum & non Jezabel, i. opera ſibi aſſumerent: ſed ſunt Jezabel, i. fluxus ſanguinis per luxuriam. Unde de talibus conqueritur Eccleſia. *Exod.* 4. Vir ſanguinum tu mihi es. Item ſunt luxus ſterquilinii, per temporalem gloriam, quæ hodie multos interficit; ſicut Jezabel interfecit prophetas Domini. 1. *Machab.* 2. Gloria ejus ſtercus & vermis eſt. *Eccl.* 9. Omnis mulier adultera, quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Sed qui vult credere conſilio *Abdiæ*, abſcondat ſe in antro, ut fugiat dominium Jezabel. Quia Abdias centum prophetas pavit in ſpeluncis. Et hoc eſt quod ſervus Dei conſulit, ut homines abſcondant ſe ſub obſervantiis Regularibus, ubi non regnat Jezabel, ſcil. in clauſtris. Unde & Helias fugit eam, & latuit in antro. 3. *Reg.* 19. *i* Et dedi illi, &c.] Argumentum quod tempus datur nobis ad pœnitentiam. Tempus enim eſt mora motus, & nos ſemper debemus eſſe in motu pœnitentiæ. *k* Et non vult, &c.] *Job* 24. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ipſe abutitur eo in ſuperbia. *Eccl.* 15. Nemini dedit Deus ſpatium peccandi. *l* Ecce ego mitto.] Tertia pars ubi increpat & comminatur Jezabel & ejus ſequacibus dicens. [Ecce ego mitto eam in lectum] infirmitatis. *Job* 33. Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa ejus marceſcere facit. Vel [in lectum] inferni, de quo *Job* 17. In tenebris ſtravi lectulum meum. Vel [in lectum] impudicitiæ & hoc permiſſive, de quo *Rom.* 13. Non in cubilibus & impudicitiis. Et *Amos* 6. Qui dormitis in lectis eburneis & laſcivitis in ſtratis veſtris. *Inf. ult.* Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc. Vel [in lectum,] i. in conſuetudinem, & ſecuritatem peccandi. 1. *Reg.* 19. Afferte eum ad me in lecto. *Amos* 3. Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura aut extremum auriculæ; ſic eruentur filii Iſrael, qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damaſci grabato.

m Et qui mœchantur cum ea,] i. conformes ſunt ei per opera.

n In tribulatione maxima erunt.] Magna eſt tribulatio in diſſolutione corporis & animæ, major in anima in inferno poſita; ſed maxima erit quando punientur reprobi in utroque, corpore ſcilic. & anima. Unde *Rom.* 2. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.

o Niſi pœnitentiam egerint ab operibus] mala, [ſuis] recedentes ab eis. *Eccl.* 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum. *Moraliter.*

p Et filios ejus, i. imitatores.

q Interficiam in mortem,] ideſt, quando morientur: & hoc dicit, quia ſancti in morte incipient vivere. Unde *Pſalm.* 115. Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Et de malis: Mors peccatorum peſſima. Vel [morte æterna,] ad quam modo ducuntur per ſua opera mala. *Oſee* 9. Ephraim deducit ad interfectionem filios ſuos.

r Et ſcient omnes Eccleſiæ,] i. omnes ſancti per pœnam inflictam malis.

ſ Quia ego ſum ſcrutans renes & corda,] ideſt, operationes & cogitationes: [ſcrutans ſum,] ideſt, ſubtiliter examinans, & reſpiciens, vel ſubtiliter remunerans: unde prædixit ſe habere oculos tanquam flammam ignis.

t Et dabo unicuique ſecundum opera ſua,] & bonis, & malis. *Rom.* 2. Qui reddet unicuique ſecundum opera ſua.

His quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam.

His autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati; ira & indignatio, tribulatio & anguſtia. *Jer.* 17. Ego Dominus ſcrutans corda & probans renes: qui do unicuique ſecundum vias ſuas. 1. *Par. ult.* Scio Deus meus, quod probes corda. Vel [dabo,] in die judicii, [unicuique veſtrum ſecundum opera ſua] menſuram in genere, ut ſi multum, multum: vel in ſimilitudine, ut ſi bene, bene. *Soph.* 1. Scrutabor Jeruſalem in lucernis.

u Vobis autem, &c.] Quarta pars, ubi promittit remunerationem dimittentibus doctrinam Jezabel: q. d. Sic faciam malis, ſed bonis dabo remunerationem magnam. Sic conſtrue litteram:

▲ quaſi dicat, *Moraliter.*

u Vobis autem, &c.] Moraliter hoc dicitur Theologis multis qui ſunt [Thyatiræ,] i. in illuminatione Sacræ Scripturæ: quia tota die audent ſuos radios per expoſitiones ſpargere, & tamen nondum teneot doctrinam ejus: ſimiles renonculo qui ſedet in loco pinguedinis, nunquam tameo pingueſcit.

Non mittam ſuper vos aliud pondus.] Utinam ſic dicerent omnes Epiſcopi habentibus plures præbendas. Pondus enim eſt una præbenda, ſi bene attenderent, ſed aliud pondus eſt alia præbenda. Sed dicunt multi: Non cureris Domine, dare mihi multa pondera, fortis ſum, bene poſſum portare illa. Verum dicis, fortis es, ut aſinus in poſterioribus, i. in terrenis, ſed in anterioribus, i. ſpiritualibus debilis: *Matth.* 23. Alligant onera gravia; digito autem ſuo nolunt ea movere.

Unde aſini ſunt, i. ſine ſenſu. Non ſic facit *Apoſtolus Philipp.* 3. Poſteriorum oblitus, ad anteriora me extendo. Tales etiam pejores ſunt lupo, de quo dicitur quod in poſterioribus ſit debilis, ſed fortis in anterioribus. Vel forte ideo te fortem dicis, quia gigas es, i. gea gea, ideſt, terra terra; & quanto plus ſimul eſt de terra, tanto plus de onere, & plus deſcendit ad infima. *Job* 21. Et in puncto ad inferna deſcendunt. Et quid mirum? Quia nimis ſe oneraverunt. Unde *Num.* 13. Dicitur.

Vidimus, ibi, i. in Eccleſia, monſtra quædam filiorum Enach de genere giganteo: Sunt enim iſti qui plurima retinent diverſorum corporum membra: unde aut monſtra

*Sunt,

a quaſi dicat, ſic faciam malis. a Autem,] i. ſed [vobis ceteris] malis [dico qui eſtis Thyatiræ.] Et quid? hoc ſcil. quod. e Non mittam, &c. aliud pondus] quam tribulationes quas hic ſuſtineris, ſed per illas vos purgabo. Dico quod non mittam. [Quemadmodum,] i. ſicut [Dicunt] illi. b Quicumque non, &c.] quam vos habetis. c Et qui cognoverunt] approbando [Altitudinem, i. ſuperbiam] [Satanæ.] Vel alio modo ut totum legatur de bonis ſic. [Vobis autem ceteris,] bonis ſcilic. [qui eſtis Thyatiræ, dico quod non mittam ſuper vos aliud pondus]

G quam quod ſuſtinetis; quaſi diceret, non puniam vos in futuro. Et non dico hoc omnibus, ſed illis. [Quicumque non habent, &c.] quam tenent Pſeudo-prophetæ. Unde expoſitio eſt hujus quod dixit, [ceteris,] & eſt metaplaſmus, i. mutatio perſonarum. Et illis, ſcil. [qui non cognoverunt,] per approbationem.

a autem dico ceteris qui Thyatiræ eſtis. b Quicumque non habent doctrinam hanc, c & qui non cognoverunt d altitudinem Satanæ: e quemadmodũ dicunt, non mittã f ſuper vos aliud pondus, g tamen id quod habetis, tenete b donec veniam, i Et qui vicerit k & cuſtodierit uſq; in finem l opera mea, m dabo illi poteſtatem ſuper Gentes, n & reget illas in virga ferrea, o & tãquam vas figuli confringẽtur: ſicut

d Altitudinem,] i. ſuperbiam, [Satanæ,] i. qui ſuperbis operibus Satanæ non conſentiunt. e Quemadmodum dicunt] quidam hæretici, ſcilic. qui dicunt Chriſtianos & hic & in futuro debere affligi. [Vel qui cognoverunt] quoad bonos: vel qui non ſic: [Vobis autem dico, &c.] non tantum qui [Thyatiræ] ſed ubicumque ſint: & hoc omnibus. [Quicumque non habent doctrinam hanc] quam ſcil. Jezabel prædicat. [Qui cognoverunt] illuminati per donum gratiæ [Altitudinem,] i. aſtutias [Satanæ] quâ legalia cum evangelicis per ſuos miniſtros ſervare docebat. [Quemadmodum dicunt,] eſſe faciendam, ſcil. quidam egreſſi de Judæa, & mentiuntur. f Super vos] inquam, & ſuper omnes illos, qui tales ſunt: [Non mittam aliud pondus] quam Evangelium. *Act.* 15. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis nihil imponere vobis ultra oneris, quam hæc vobis neceſſaria, ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguina, & ſuffocato, & fornicatione. *Heb.* 12. Deponentes omne pondus. Quia pondus Evangelii, pondus quidem eſt, ſed leve eſt habentibus charitatem; ſicut pluma non eſt pondus avibus. *Jer.* 23. Miſi ad vos dicens, Nolite dicere onus Domini. Item. [Qui cognoverunt altitudinem,] i. aſtutias [Satanæ.] Sed quis revelabit faciem indumenti ejus. *Job* 41. Solutio. Paulus, & alii ſancti. 2. *Cor.* 2. Non enim ignoramus cogitationes ejus. [Quicumque non habent doctrinam hanc.] Simile. 2. *Jo.* Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non habet, nolite eum recipere in domum, nec Ave dixeritis ei. Dico, non ponam aliud pondus.

g Tamen id quod habetis, tenete] quaſi diceret, hoc faciam vobis ſi perſeveraveritis, aliter non: quia *Eccleſ.* 27. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter; cito ſubvertetur domus tua. Vel aliter conſtruitur ſic: Quamvis illi dicant ſic: [Tamen tenete] vos, [id quod habetis,] i. doctrinam traditam vobis. *Inf.* 3. Tene quod habes. Et hoc facite. b Donec veniam,] vos remuneraturus in judicio, & illos puniturus.

Moraliter. * Sunt, aut dilacerati ſunt: & iſti ſunt. c Qui non cognoverunt,] i. cognoſcere noluerunt, vel ſe cognoſcere non oſtenderunt: d Altitudinem Satanæ:] i. quia volunt hic exaltari ſicut Satanas. *Iſa.* 14. Aſcendam, ſed ſtatim dicitur ei. Verumtamen ad infernum detraheris, ad profundum laci: ubi eris quaſi cadaver putridum, non habens ſolatium. *Prov.* 21. Vir qui erraverit a via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. Ubi eſt cœtus iſte? In inferno. *Ezech.* 31. O inclyte atque ſublimis inter ligna voluptatis: ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam, in medio incircumciſorum dormies, cum eis qui interfecti ſunt gladio. g Tamen id quod habetis, tenete.] Quicquid dicunt vobis: verba ſunt conſulentium ſibi invicem de habendo plures præbendas. Neſciunt quidem iſti dicere quid ſit peccatum [Tenete quod habetis:] certum non dimittatis pro incerto. Vel [Tenete.] Hoc eſt contra abſentes, qui volunt percipere fructus, & non deſerviunt. Sed dicunt ipſi, bene poſſumus tenere, quia longas habemus manus; ſumus enim filii nobilium; illam doctrinam *Ovidii* adducentes in Eccleſiam Dei, An neſcis longas Regibus eſſe manus. Sed aliquando dicent ipſi illud *Cant.* 1. Poſuerunt me cuſtodem in vineis; vineam meam non cuſtodivi. b Et qui vicerit.] Ad litter.

Secunda pars ubi ponit generalem intentionem. Sed notandum quod ibi mutatur ordo aliarum partium. In aliis capitulis primo ponebat generalem admonitionem, & poſt præmium generale: hic autem facit a converſo, & hoc eſt propter generalem inſtructionem quam omnibus facit: quia Confeſſores ad quos pertinet pars iſta, erant hoſtia vivendo; ſicut martyres moriendo: & tota Eccleſia fuit per illos illuminata. Sed quomodo dicitur hic. Quia permittis mulierem Jezabel, cum ipſi hæreticis repugnarent contra eos diſputando? Sol. Hoc dicitur, quia tunc hæretici non comburebantur, ſuper quo arguuntur ſancti illius temporis. Unde ex hoc eſt argumentum, quod hæretici ſunt comburendi, ſicut fit hodie. Propter hoc igitur, quia jam erat illuminata, & inſtructa Eccleſia, præponitur generale præmium, & ſequitur admonitio generalis. In primitiva autem Eccleſia erat plantatio fidei, & propter hoc prius erat admonitio, deinde ſequebatur præmium. Modo vero ſupponitur fides ut argumentum: Unde non oportet prædicare niſi ut ſervetur: ſervatur autem per conſiderationem præmii, unde permittitur præmium inſtructioni vel admonitioni generali. Dicit ergo. i Et qui vicerit.] Et quem? Diabolum. 1. *Reg.* 17. Virum qui percuſſerit eum, ditabit rex divitiis magnis. k Et cuſtodierit uſque in finem] vitæ ſuæ. l Opera mea,] ſcil. mandata [Dabo illi poteſtatem ſuper Gentes.] Ad litteram verum fuit, quia tempora Confeſſorum crevit Eccleſia in poſſeſſionibus & divitiis, in caſtris & villis. Et hoc eſt quod dicit *Interl.* In hoc ſeculo. Et eſt hic argumentum, quod non debet eligi in dignitatem Eccleſiaſticam, vel ſæcularem, vel canonicum, vel plebanum, niſi qui mandata cuſtodierit. *Gl.* uſque ad perfectionem. Si ergo recipit regimen aliquis, qui non vicit, nec mandata ſervavit; patet quod non eligitur a Domino, ſed magis forſitan a Dæmonio. Vel myſtice. m Dabo ei poteſtatem ſuper Gentes,] i. ſuper motus carnales. Sic enim facit Dominus ut poſt longa carnis tentamenta ſubjiciat eam ſpiritui. *Tbr.* 1. Domina gentium [caro ſcil.] & Princeps Provinciarum facta eſt ſub tributo. Unde *Prov.* 16. Cum placuerit Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem. n Et reget illas in virga ferrea.] Ad litteram bene tenent hoc hodie Prælati Eccleſiarum, quorum multi durius vexant ſubditos quam laici. [Virga ferrea,] juſtitia ſcil. inflexibili; cum aliquando oporteat juſtitiam per miſericordiam flecti. *Jac.* 2. Judicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam. Et *ibi*. Miſericordia ſuperexaltat judicium. a Et tanquam, &c.] Hoc ad litteram fuit ad diſputationes Confeſſorum contra hæreticos, ubi quidam confracti ſunt ſicut vas figuli, ita quod in lutum infidelitatis ſunt redacti; nec ex eis formatum eſt ulterius vas in honorem Dei, ſed magis ad opus diaboli. Unde *Iſ.* 54. Ecce ego creans fabrum ſufflantem in igne prunas, & producentem vas in opus ſuum. Alii confracti ſunt bona confractione ad pœnitentiam, & facta ſunt ex eis vaſa in honorem Dei. Et de his fragmentis dixit Dominus Apoſtolis & eorum ſequacibus. *Ja:* 9. Colligite quæ ſuperaverunt fragmenta ne pereant.

A Sicut & ego

s Et tanquam vas figuli confringentur.] Hoc exponitur moraliter de malis Prælatis, qui confringunt ſubditos exactionibus indebitis. *Mich.* 3. Oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ. Unde poſſunt dicere ſubditi talium illud *Ezech.* 11. Hic eſt lebes, ſcil. Prælati, nos autem carnes. Hoc eſt quod dicitur. *Ezech.* 34. Lateribus & humeris impingebatis, & cornibus veſtris ventilabatis omnia infirma pecora, donec diſpergerentur foras. Hoc etiam exponitur de morte & reſurrectione ubi quidam ſic confringuntur ut omnino pereant; quidam ut in melius mutentur, ut dicit *Gl.* Sicut vas figuli in manu ejus confractum, aliquando in vas melius reformatur, aliquando in lutum projicitur: ſic erit in reſurrectione generali, ut dicit Apoſt. 1. *Cor.* 15. Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Alii enim reſurgent ut pereant, alii ut gaudeant.

* *Dan.* 12.

Moral. k Et cuſtodierit opera mea,] Chriſtiani: quæ ſunt paupertas, utilitas, patientia, humilitas. m Dabo illi poteſtatem] judiciariam, quæ bene pauperibus datur, ut ſint cum Domino aſſeſſores: quia omnia pro Chriſto reliquerunt. *Matt.* 19. Sedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim judicantes duodecim tribus Iſrael. *Luc.* 12. Moraliter.

* Super

a Sicut & ego accepi,] inquantum homo, poteſtatem, ſcil. miniſterii. c A patre meo, i. a tota Trinitate quæ & noſter pater eſt, & Chriſti, inquantum eſt. Vel [Accepi] per unitatem, ut dicit *Gl.* poteſtatem ſcil. auctoritatis inquantum Deus. [A patre meo] penes quem reſidet auctoritas, quia etſi idē poſſit filius quod pater; tamen quidquid habet filius, habet a patre: & tamen æqualis pater, æqualis filius, æqualis Spiritus ſanctus.

a & ego b accepi c a patre meo, d & dabo illi e ſtellam matutinam. f Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

CAP. III.

ET g Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe. b Hæc dicit qui habet ſeptē Spiritus Dei & ſeptē ſtellas, i Scio opera tua, k quia nomen habes l quod vivas, m & mortuus

Moraliter. * *Dan.* 12. Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, i. omnes, ut dicit *Gloſ.* evigilabunt, alii in vitam æternam, alii in opprobrium, ut videant ſemper Unde *Jer.* 18. Deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat opus & ſuper rotam: & diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat de luto in manibus ſuis; converſuſque fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in oculis ejus ut faceret. Et eſt hæc auctoritas expreſſiſſima de reſurrectione corporum. Figulus enim Deus eſt: opus quod ipſe facit ſuper rotam, eſt homo quilibet, quem ipſe adducit de terra in hanc vitam: ſed diſſipatur opus, quando homo moritur; ſed fiet vas alterum quando reſurget. Unde quicumque diffidit de reſurrectione Domini, Deum dicit minus eſſe potentem quam figulum. Unde *Jer.* 18. Numquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere, domus Iſrael, ait Dominus? Unde hic exponi poteſt de die judicii, ubi mali confringentur, ſicut lagena figuli, i. ſine reparatione aliqua. Unde *Iſa.* 30. Et comminuetur ſicut conteritur lagena figuli, contritione pervalida, & non invenietur de fragmentis ejus teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fovea. Et *Iſa.* 54. Omne vas quod fictum eſt contra te, non dirigetur; & omnem linguam reſiſtentem tibi, in judicio judicabis. Hoc dicitur filio Dei. Unde ſeq. a Sicut & ego] dicit filius Dei. b Accepi] poteſtatem judicandi. c A patre meo.] *Jo.* 5. Pater non judicat quemquam, ſed omne judicium dedit filio. Et *Matth. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas. d Et dabo illi] qui ſcil. vicerit. e Stellam matutinam.] Stella matutina fuit *Greg.* ad litteram, qui in fine illius ſtatus ortus eſt: hunc dedit Dominus Eccleſiæ ad illuminationem ejus. Unde *Eccl.* 50. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ; & quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet. Item ſtella matutina dicitur *Jeſus Chriſtus*: hic datus eſt Eccleſiæ lumen ad revelationem Gentium. *Luc.* 2. *Num.* 24. Orietur ſtella ex Jacob & virga ex Iſrael; & conſtringet duces Moab. Item *Jo: Baptiſta*, qui datus eſt Judæis, ut lucerna præcedens adventum Domini. *Jo.* 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Unde *Job* 38. Numquid producis luciferum in tempore ſuo, ſcil. Joannem. Item quilibet ſanctus qui omnibus datus eſt lumen exempli. *Dan.* 12. Qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Unde *Job* 11. Cum te conſumptum putaveris, orieris ut lucifer. Item ſtella matutina dicitur veritas agnita. 2. *Pet.* 1. Donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Ille inquam lucifer qui neſcit occaſum, ut dicit *Ambr.* Sed ille qui occidit, e converſo oritur in cordibus multorum, ſcil. præſumptio & ſuperbia. *Iſa.* 14. Quomodo cecidiſti, &c. Dat ergo Dominus Eccleſiæ ſtellam matutinam, quando magnum & vigilem doctorem excitat & ſuſcitat, qualis fuit *Greg.* Sic enim accipitur hic ad litteram. 2. *Par.* 9. Quia enim Deus diligit Iſrael, & vult ſalvare eum in æternum, idcirco poſuit te ſuper eum Regem.

Moraliter. * Super omnia bona ſua conſtituet eum. Item [Dabo ei ſtellam matutinam,] i. vitam & gloriam æternam, quæ numquam tendet ad occaſum, ſed ſemper erit in mane oriendi & ſemper vivendi. *Luc.* 22. Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Vel per [ſtellam matutinam] bonum Prælatum intellige, qui comparatur ſtellæ matutinæ propter multa quæ in ipſo debent inveniri. Primo quia ſicut ſtella debet eſſe grandis in opere, parvus tamen & humilis ſua reputatione. *Eccl.* 50. Ecce ſacerdos magnus. &c. De humilitate. 1. *Reg.* 15. Cum eſſes parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Item quia ad modum ſtellæ debet eſſe lætus & hilaris. *Iſa.* 42. Non erit triſtis neque turbulentus. Item quia vigil debet eſſe ut ſtella, *Luc.* 12. Beatus ille ſervus quem cum venerit Dominus, invenerit vigilantem. *Marc.* 13. Janitori præcepit ut vigilet. Item pulcher debet eſſe ut ſtella per famam. *Cant.* 5. Species ejus ut libani. *Pſ.* 49. Ex Sion ſpecies decoris ejus. Quia ex ſollicita cuſtodia & ſpecula gregis ſui provenit fama & creſcit corona. Item quia prævius debet eſſe ante ſolem & nunciare adventum judicis venientis ad judicium. *Prov.* 25. Sicut frigus nivis in die meſſis; ita legatus fidelis ei qui miſit eum, animam illius requieſcere facit. Unde verſus de ſtella. Grandis, læta, vigil, ſpecioſa, præambula Soli. f Qui habet aures, audiat quid, Spiritus dicat Eccleſiis.] Hoc expoſitum eſt ſupra.

EXPOSITIO CAP. III.

ET g Angelo Sardis Eccleſiæ ſcribe.] Per hanc Eccleſiam deſignatur ſtatus ſimplicium ſanctorum, qui fuerunt poſt Expoſitores, qui nec ſciebant quæſtiones multas, nec etiam ſciebant dictare aliquas litteras. Sed ſicut in ſtatu & tempore Confeſſorum & Expoſitorum, Eccleſia abundabat temporalibus, ſed ſpernebantur; ſic in iſto placuerunt & quærebantur. Unde [Sardis] interpretatur principatus pulchritudo, & tunc fuerunt exemptiones impetratæ, & in hoc ſtatu prævaluit hypocriſis.

Hoc capitulum dividitur in tres partes, ſecundum quod loquitur trium Eccleſiarum Angelis; & primo ad Epiſcopum Sardis: & dividitur hæc pars ſicut ceteræ præmiſſæ in duas. Primo enim ponit ſpecialem intentionem, ſecundo generalem, *ibi.* Qui vicerit, &c.] In prima parte ſic procedit. Primo arguit, *ibi.* [Scio opera.] Secundo monet ad pœnitentiam, *ibi.* [Eſto vigilans.] Tertio comminatur, *ibi.* [Si ergo non vigilaveris.] Quarto proponit ei exemplum pœnitendi, ſcil. alios bonos quos habet, & eos poteſt imitari, *ibi.* [Sed habes.] Ante omnia autem titulum loquentis præmittit, qui convenit ſequentibus, dicens. b Hæc dicit qui habet ſeptem Spiritus Dei,] i. qui dat omnem vitam ſpiritualem & internam, quod eſt contra hypocritas, qui ſunt intus mortui. Unde *Sap.* 1. Spir. S. diſciplinæ effugiet fictum. Et hoc competit materiæ de qua loquitur, quia hunc Epiſcopum arguit de hypocriſi. [Et ſeptem ſtellas, i. a quo eſt omnis illuminatio, ſive fama bona.

Et recte prius loquitur de ſpiritu, quia prius eſt vivere quam lucere. Hypocrita eſt corpus ſine ſpiritu, quia habet opera ſine charitate, quæ eſt forma operum. Per hoc tamen quod dicit [ſtellas] notatur, quod etiam tunc erant ibi aliqui boni. *Rom.* 11. Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. Et ſumptum eſt de. 4. *Reg.* 19. Vel [Septem Spiritus,] i. Spiritum ſeptiformem, qui vivificat mortuos. *Jo.* 6. Spiritus eſt, qui vivificat. 2. *Cor.* 3. Spiritus autem vivificat. [Habet] dico, ad dandum cui voluerit: *Jo.* 3. Spiritus ubi vult ſpirat. 1. *Cor.* 12. Dividens ſingulis prout vult. Item [Septem ſtellas,] i. omnem modum exponendi Sacram Scripturam, quam ipſe aperit agno innocenti, qui occiſus eſt, i. paratus occidi pro Chriſto ab origine mundi, i. ex qua ſe rem mundi cognoſcit: *Luf.* 13. Vel [Septem ſtellas,] i. omnem Prædicatorum ordinem, qui rutilant exemplo bonæ converſationis, & illuminant verbo diſcretæ eruditionis. Hos habet Dominus, quia quo vult & quando, eos mittit. *Job* 37. Lumen ſuum nubes ſpargunt, quæ luſtrant cuncta per circuitum, quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis ſuper faciem Orbis terrarum; ſive in una tribu, ſive in terra ſua, ſive in quocumque loco miſericordiæ ſuæ eas juſſerit inveniri. i Scio opera tua] ſimplici notitia, non ſcil. approbando ea. *Iſa. ult.* Cogitationes eorum & opera eorum venio ut congregem. k Quia nomen habes quod vivas.] Tales ſunt hypocritæ. Unde *Chryſ.* Quid prodeſt meretrici ſi nomen habeat caſtæ? In perſona hypocritæ dicit *Job* 9. Abominabuntur me veſtimenta mea, ideſt, opera quæ mala intentione, vel ſine charitate ſunt facta. Ita poteſt dici malo ſacerdoti, vel malo Monacho: [Nomen habes,] ſcilicet, magnam famam. 1. *Mach.* 5. Faciamus & ipſi nobis nomen. Sed ſub eis ceciderunt multi de populo.

l Quod vivas] fide: *Hab.* 2. Juſtus meus ex fide vivit. Item charitate. 1. *Jo:* 3. Nos ſcimus quia tranſlati ſumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. m Et mortuus es.] Quia ſi viveres, ſtellas † cerneres, quibus in nocte al. † tenere-re.

adverſitatis

Digitized by Google

a adverſitatis luceres. [Mortuus,] quia vivis in deliciis. 1. *Tim.* 5. Vidua vivens in deliciis, mortua eſt; Deo ſcilicet. Item quia a vita, Chriſto ſcilicet ſeparatus es per peccata. *Joan.* 11. Ego ſum reſurrectio, & vita. *Ambroſ.* de obſervatoria Epiſcoporum dicit ſic. Ne ſit nomen inane, & crimen immane: ne ſit honor ſublimis, & vita circumvallata periculis, vel peccatis: ne ſit deifica profeſſio, & diabolica actio: ne ſit religioſus amictus, & irreligioſus profectus: ne ſit gradus excelſus, & deformis exceſſus: ne habeatur in Eccleſia cathedra ſublimior, & conſcientia ſacerdotis reperiatur humilior, vel vilior: ne locutionem ſimulemus columbinam, & mentem habeamus corvinam: ne profeſſionem monſtremus ovinam, & ferocitatem habeamus lupinam: ne digne nobis per Prophetam reſpondeat Dominus, Populus hic labiis me honorat, cor autem ejus longe eſt a me. *Iſa.* 19. Quicumque talis eſt, (nomen habet, &c.) Talis erat ille cui dictum eſt. *Iſa.* 22. Quid tu hic, aut quaſi quis hic?

al. † reliqua. al. † mortua.

es. *a* Eſto vigilans, *b* & confirma † cetera, quæ † moritura *c* erant. *d* Non enim invenio opera tua *e* plena coram Deo meo. *f* In mente ergo habe *g* qualiter acceperis, *h* & audieris; *i* & ſerva, & *k* pęnitentiam age. *l* Si ergo non vigilaveris, veniam ad te *m* tanquam fur, & neſcies qua hora veniam *n* ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis,

a Eſto vigilans.] Hæc eſt ſecunda pars in qua monet nos ad pœnitentiam. Dormit omnis hypocrita: quia ſomnus eſt quies animalium virtutum cum intenſione naturalium. Naturales autem virtutes ſunt politicæ, quas habent hypocritæ: ſed ſpirituales, vel gratuitæ virtutes ſunt quaſi animales, quas ipſi non habent: Unde eis dicitur. (Eſto vigilans.) Hoc etiam dicitur Prælatis, qui circa gregis ſui cuſtodiam aliquando dormiunt, cum tamen dicat *Pſal.* 120. Non dormitabit; neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael. 2. *Tim.* 4. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ: quod autem ſit hoc opus, dicit *Luc.* 9. Egreſſi autem circumibant per caſtella evangelizantes, & curantes ubique.

b Et confirma.] *Luc.* 22. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos.

c Quæ moritura erant.] Bene dicit (moritura;) quia moritura poteſt ſanare, ſed mortua non poteſt ſuſcitare. *Joan.* 4. Domine deſcende priuſquam moriatur filius meus. Ægrotat autem anima, & quaſi moritura eſt cum tentatur, ſed quando conſentit, tunc moritur. *Luc.* 7. Centurionis cujuſdam ſervus erat moriturus. Quare autem monet eum ad pœnitentiam, ſubjungit dicens.

d Non enim invenio,] numero, charitate, tempore, ſive perſeverantia, vel conſummatione. *Luc.* 14. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.

e Coram Deo,] qui videt intus: quia bene videntur plena coram hominibus qui vident exterius. Opera autem hypocritæ plena non ſunt, quia materiam tantum habent, & non formam, ſcil. charitatem. Notandum tamen, quod eſt plenitudo, quam facit inane, & replet vanitas, ſicut dicitur, quod nihil eſt vacuum. Hanc bene vult diabolus, & exigit. *Exod.* 5. Quare non impleſtis numerum laterum ſicut prius, nec heri, nec hodie. Hanc habent hypocritæ. *Job* 32. Plenus ſum ſermonibus. Item eſt plenitudo, quam facit ſolidum, ſcil. charitas. *Joan.* 1. De plenitudine ejus nos omnes accipimus. *Rom.* 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Propter hoc dicitur. 2. *Tim.* 4. Miniſterium tuum imple. *f* In mente.] Hic reducit ei ad memoriam, quam ſedulus fuit in principio, ut ſic facilius ad pœnitentiam convertatur dicens: [in mente ergo habe,] ut ſc. citius convertaris. *g* Qualiter acceperis] pœnitentiam, quam incepiſti operari. Vel, [Qualiter acceperis,] i. a quo, vel cujus exemplo converſus fueris. *Hebr.* 13. Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui loquuti ſunt vobis verbum Dei, quorum intuentes exitum converſationis, imitamini fidem. Vel. [Qualiter acceperis] gratiam, quia non meritis tuis, ſed ſola gratia Dei. 1. *Cor.* 15. Gratia Dei ſum, id quod ſum.

h Et audieris,] doctrinam a ſanctis Patribus. 2. *Tim.* 3. Tu vero permane in his, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens a quo didiceris.

i Et ſerva,] utrumque, ſcil. & gratiam, & doctrinam. Et eſt hic argumentum, quod ex gratia eſt, quod homo audit verbum Dei. Vel [Serva] mandata. *Matt.* 19. Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Quia *Luc.* 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.

k Et pœnitentiam age,] etſi non de tuo peccato, tamen de alieno. Et ſecundum hoc reprehenditur hic de negligentia in ſubditis. Simile *ſup.* 2. Age pœnitentiam. Etſi enim Heli non legitur peccaſſe, tamen legitur negligens in corripiendo filios fuiſſe. 1. *Reg.* 2. Unde cadens de ſella, fractis cervicibus expiravit. 1. *Reg.* 4. Hoc debent illi timere, qui habent malas familias, & hoc ſciunt, 1. *Theſſ.* 3.
nec tamen corripiunt, ſed diſſimulando prætereunt: & 1. *Pet.* 5. & de
licet in ſe boni ſint, tamen bene poterunt damnari pro- *Vanit. diſt.*
pter malitiam familiæ. Et hoc etiam eſt unum quod exi- 1. *c. ſi enim*
gitur ad hoc, quod aliquis ſit prælatione dignus. 1. *Tim.* *ver. Joan.*
3. Domui ſuæ bene præpoſitum. Unde & tali, qui etſi in ſe laudabiliter vivit, ceteros tamen excitare, & corripere negligit, dicitur illud præmiſſum. (Nomen habes, quod vivas) in te, ſcilicet (& mortuus es,) quia aliis non ſubvenis.

l Si ergo non vigilaveris.] Tertia pars ubi comminatur illi, niſi pœnituerit: dicens. (Si ergo:) quaſi diceret. Opera tua non ſunt plena: (Si ergo non vigilaveris,) excitatus a ſomno peccati, & ignorantiæ ad vigiliam cogitationis & gratiæ. 1. *Cor.* 15. Evigilate juſti, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent. *Eph.* 5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Item a ſomno torporis, & ignaviæ ad vigiliam ſolicitudinis, & diligentiæ circa teipſum, & gregem tuum, ſecundæ ad *Tim.* 2. Solicite autem cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis. *Act.* 20. Ego ſcio quoniam poſt diſceſſionem meam intrabunt ad vos lupi rapaces, non parcentes gregi: & ex vobis ipſis exurgent viri loquentes perverſa, ut abducant diſcipulos poſt ſe, propter quod vigilate.

Sæpe autem de ſomno negligentiæ venitur ad ſoporem culpæ. Unde *Prov.* 24. Uſquequo piger dormis, uſquequo de ſomno non ſurges: parum inquam dormies, modicum dormitabis: pauxillum manus conſeres, ut quieſcas; & veniet tibi quaſi curſor, egeſtas tua; & mendicitas, quaſi vir armatus. Unde *Jud.* 4. Legitur quod Siſara dormiens, clavo per tempora infixo a Jahel, & defixo in cerebrum uſque ad terram, mortuus eſt. Jahel interpretatur carnale conjugium incipiens, & ſignificat concupiſcentiam oculorum, vel avaritiam, vel etiam concupiſcentiam carnis, quæ dum Siſara, ideſt, homo bibens lac temporalium, & caput, ideſt, mentem terræ deponit, tunc per amorem eorum configit clavo peccati.

Per Siſaram vero, qui interpretatur excluſio gaudii, bene ſignificatur pravus Prælatus, qui nec intrat in gaudium Paradiſi, nec alios intrare permittit. *Matth.* 23. Et hoc notandum quod iſte exercitum Barach fugerat, & tamen in domo unius mulieris dormiens mortuus eſt. Sic multi Prælatorum etſi caveant ab exercitu majorum peccatorum: tamen propter negligentiam, & ſui, & gregis ſui frequenter moriuntur. (Si ergo non vigilaveris veniam ad te tanquam fur.) *infra* 16. Ecce venio ſicut fur. Contra *Joan.* 10. Fur non venit, niſi ut furetur, & mactet, & perdat.

Solutio. (Tanquam fur,) ideſt, ex improviſo. Unde 1. *Theſſ.* 5. Dies Domini, ſicut fur in nocte, ita veniet *Matth.* 25. Media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit. Et *Job* 34. Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi.

m Et neſcies,] unde non poteris præcavere. (Qua hora veniam ad te,] excæcandum, ut non prævideas vindictam.

Ille fur timendus eſt, quia non dormit, ſi dormientes inveniat. *Oſee* 7. Fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris. Iſte fur eſt etiam mors carnis quæ totum aufert, quia poſt mortem non eſt tempus acquirendi: Vel fur eſt peccatum. Propter hunc furem diligenter eſſet vigilandum. *Matth.* 24. Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non ſineret perfodi domum ſuam. Item clamandum eſſet frequentius per confeſſionem contra hunc furem. *Iſa.* 23. Bene cane, frequenta canticum. *Abdiæ* Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomodo conticuiſſes? *Eccleſ.* 36. Exiliens quaſi ſuccinctus latro de civitate in civitatem. *Lucæ* 12. Veniet Dominus ejus hora, qua neſcit, &c.

n Sed habes.] Quarta pars ubi proponit ei exemplum pęnitendi: q. d. Vigila: & hoc potes facere, quia in tua Eccleſia ſunt aliqui boni quos tu potes imitari. Unde dicit: (Sed habes pauca nomina in Sardis,) ideſt, homines nominabiles, quia bonos. *Prov.* 10. Memoria juſti cum laudibus: nomen autem impiorum putreſcet, fętendo; & deficiendo. *Eccl.* 6. Pergit ad tenebras, & oblivione delebitur nomen ejus. Sed e converſo nomen bonorum permanet. *Eccl.* 44. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum vivet in

a generatione, & generationem. Et *Eccl.* 15. Nomine æterno hæreditabit illum. Non ſolum permanet, ſed etiam bene olet. Unde *Eccl.* 7. Melius eſt nomen bonum, quam unguenta pretioſa. Propter hoc monet *Eccl.* 41. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille theſauri magni, & pretioſi. Propter hoc dicit Dominus. *Lucæ* 10. Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. E converſo, malorum nomina ſcripta ſunt in terris. *Jer.* 17. Recedentes a te in terra ſcribentur. *Pſal.* 48. Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis. Unde dives epulo non eſt nominatus *Lucæ* 16. Et notandum, quod dicit (pauca) eſſe nomina in (Sardis,) quæ interpretatur princeps pulchritudinis, vel principatus pulchritudinis: quia pauci in principatibus conſtituti ſunt in ſtatu ſalutis.

Sup. 1. 3.

a qui non inquinaverunt veſtimenta ſua, *b* & ambulabunt mecum in albis, *c* quia digni ſunt. *d* Qui vicerit, *e* ſic veſtietur veſtimentis albis *f* & non delebo nomen ejus de Libro vitæ, *g* & confitebor nomen ejus coram Patre meo, *h* & coram Angelis ejus. *i* Qui habet aurem audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis, k Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe. l Hæc dicit ſanctus, & *m* verus, qui *n* habet clavem David, qui

a Qui non inquinaverunt veſtimenta ſua,] id eſt, per inquinationem peccati non amiſerunt veſtimenta ſua, quæ ſunt innocentia, charitas, humilitas, & ceteræ virtutes. *Eccl.* 9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida, *Inf.* 16. Beatus, qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, (non inquinaverunt.) *Cant.* 5. Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? Sol. dicunt Sancti, peccata exprobrando. Unde *inf.* 14. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. *b* Et ambulabunt mecum in albis,] *infr.* 14. Hi ſequuntur Agnum quocumque ierit. (In albis,) quia ſtolas ſuas laverunt in ſanguine Agni, *inf.* 7. Vel (in albis,) id eſt in veſte immortalitatis, vel innocentiæ baptiſmalis, *infr.* 19. Sequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo, & mundo. Hæc eſt veſtis nuptialis, de qua legitur *Matth.* 22. Charitas ſcil. quam habemus in præſenti, quæ nos introducet tandem ad nuptias Agni, & expelli non permittet. Vel veſtis eſt converſatio juſti, quæ debet eſſe talaris per perſeverantiam. *Gen.* 37. Fecit ei tunicam polymitam, & illa etiam erat talaris. Item candida ſine admiſtione maculæ gravis. *Iſa.* 9. Veſtimentum miſtum ſanguine erit in combuſtionem, & cibus ignis. *Eccl.* 9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. Item diverſi coloris per virtutum varietatem. *Pſal.* 44. Circumamicta varietatibus. Et *Ibid.* Aſtitit regina a dextris tuis, *Ezech.* 16. Veſtivi te diſcoloribus. Et *Zach.* 3. Indui te mutatoriis. Item inconſutilis per integritatem, ut converſatio exterioris operis concordet intentioni mentis, ne ſit diſſoluta per ſimulationem. *Jo.* 19. Erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum. *Lev.* 10. Non inciſctis carnes veſtras, neque figuras, aut ſtigmata facietis vobis. Item fulgida per bonum exemplum. Unde Angeli apparuerunt in albis. *Joan.* 20. *Matth.* 5. Luceat lux veſtra coram hominibus. Item odorifera per bonam famam. *Gen.* 27. Statimque, ut ſenſit veſtimentorum fragrantiam ejus benedicens ait. Ecce odor filii mei, &c. *Cant.* 4. Odor veſtimentorum, &c. Item debet eſſe ſubtilis per diſcretionem, & ſui ipſius diſcuſſionem. *Ezech.* 16. Indui te ſubtilibus. Item calida per charitatis fervorem. *Job* 37. Nonne veſtimenta tua calida ſunt cum perflata fuerit terra Auſtro? *Prov.* 6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta ejus non ardeant? Item gemina per geminam charitatem Dei ſc. & proximi, quæ eſt duplex ſpiritus Heliæ, qui relictus eſt Heliſæo, id eſt, Eccleſiæ a Chriſto, ſc. purgatio peccati, & gratiæ innovatio. Chriſtus habuit ſimplicem ſpiritum, & non duplicem, quia etſi fuit virtutibus plenus, non tamen fuit purgatus, quia nihil in eo erat purgandum. Vel duplicem propter cordis, & corporis honeſtatem. Propter quod dabitur duplex ſtola. *Prover. ult.* Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus. *Iſa.* 61. In terra ſua duplicia poſſidebunt. Hæc eſt igitur veſtis nova, quam ut induamus, debemus prius veterem exuere veſtem. *Col.* 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, induentes novum hominem qui renovatur in agnitionem Dei. *Zach.* 3. Auferte ab eo veſtimenta ſordida. Quia vero tunicam habemus aliam, quam omnino nunc deponere non poſſumus, ſcil. carnem, de qua *Judæ* Odientes eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam: ſaltem eam frequentius lavemus. *Iſa.* 1. Lavamini, mundi eſtote. Et dicit, (Mecum,) ſcilicet ubi ſum. *Jo.* 12. Volo pater, ut ubi ego ſum, illic ſit & miniſter meus: Item (Mecum) in ſimilitudine, quia ego candidus, *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus.

Moraliter veſtis.

c Quia digni ſunt,] me ſcil. habendo. Et quare? Quia ipſis dignus non erat mundus. *Hebr.* 11.

d Qui vicerit, &c.] Secunda pars ubi ponitur generalis intentio. Et primo ponitur præmium, deinde admonitio generalis. Quare autem hoc ordine, ratio dicta eſt in præcedenti Angelo. Dicit ergo: [Qui vicerit,] ſimiliter ſicut illi: & loquitur de imitatoribus bonorum.

e Sic veſtietur veſtimentis albis,] id eſt, virtutibus, & operibus bonis in præſenti, vel in futuro gloria corporis & animæ. Sic enim Dominus non ſolum pro Apoſtolis orabat, ſed & pro imitatoribus eorum. *Joan.* 17. Non pro eis autem rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me. Sup. 1. Iſa. 11. Job 12.

f Et non delebo, &c.] Liber vitæ eſt Chriſtus. *Eccl.* 24. Hæc omnia liber vitæ. In quo duæ ſunt paginæ. Una prædeſtinationis, a qua nullus deletur, qui in ea ſcriptus eſt. Item præſentis juſtificationis in qua ſcripti ſunt reprobi: & cum deficit in eis juſtitia, deletur, & ſcriptura. Unde *Pſ.* 68. Deleantur de libro viventium, &c. vel non ſcribantur. *Philipp.* 4. Quorum nomina ſunt in libro vitæ. *Iſa.* 4. Sanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſalem.

g Et confitebor nomen ejus,] id eſt, in beneplacito Patris.

h Et coram Angelis ejus,] id eſt, in gaudio Angelorum. Hæc eſt laus magna, quia a tota cœleſti curia approbabitur, & a Patre, & Angelis *Matth.* 16. Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt; qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt. *Luc.* 9. Nam qui me erubuerit & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum. *i* Qui habet, &c.] Generalis admonitio. [Qui habet aures audiendi, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.] Hoc expoſitum eſt.

k Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe,] ſecunda pars hujus capituli. Per hanc deſignatur ſtatus Eccleſiæ quoad modernos, qui ſeipſos carnaliter diligunt magis, quam ſpiritualiter Deum.

Unde Philadelphia idem eſt quod amor fratris. Phylos enim amor, adelphe frater. Tunc autem incepit hoc miſerum tempus, quando ceſſavit libertas electionum, quæ fuit olim quando totus populus eligebat ſibi Epiſcopum, ſicut fuit de beato Martino: quando verum erat illud. *Rom.* 10. Non eſt diſtinctio Judæi, & Græci.

Dividitur autem hæc pars, ſicut aliæ in duas, quia prima ponit ſpecialem intentionem; ſecunda generalem, *ibi*. [Et qui vicerit.] Notandum autem eſt, quod iſte Epiſcopus in nullo arguitur, ſed omnino commendatur, & hoc primo. Eph. 5.

Secundo promittitur ei gratia prædicationis, *ibi*. [Ecce dedi.] Tertio converſionem adverſariorum promittit ei Dominus, *ibi*. [Ecce dabo.] Quarto promittit quod conſervabit eum in tribulatione, *ibi*. [Et ego te ſervabo.] Quinto invitat ad perſeverantiam, *ibi*. [Tene, quod habes, &c.] Ante omnia autem hic titulum præmittit dicens.

l Hæc dicit ſanctus.] Sanctus ſe nominat, vel quia ipſe Epiſcopus ſanctus erat, vel quia ſecundum allegoriam in hoc ſtatu Eccleſiæ generalis ſanctitas contemnitur, & amatur vanitas.

m Et Verus.] Hoc dicit, quia erat promiſſus.

n Qui habet clavem David,] id eſt, poteſtatem aperiendi corda fidelium ad fidem, & intelligentiam Scripturarum.

Hæc clavis poteſt eſſe crux, per quam aperta ſunt ſacramenta Eccleſiæ, quod fuit ſignificatum in ſciſſione veli. [Sanctus, & Verus.] Hoc dicit contra illos, qui per hypocriſim, & falſitatem promoventur. [Sanctus,] hoc pertinet ad patrem. *Lev.* 11. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. [Verus] quoad filium. *Jo.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Veritas, quia verus eſt, in ſolvendo promiſſa. 2. *Cor.* 1. Quotquot enim promiſſiones ſunt, in illo eſt.

o [Qui habet

l Hæc dicit Sanctus, &c.] Moraliter Prælatus debet eſſe ſanctus in vita. verus in ſcientia: & ſic habet claves David. Qui vero talis non eſt, habet potius claves abyſſi, *infra vigeſimo* Et ſi eſſet verus, & ſanctus, haberet poteſtatem per orationis ſuæ merita claudere cœlum nubibus. Moraliter.

* & aperire

Digitized by Google

▲ (Qui habet clavem David,) quoad Spiritum Sanctum ex cujus benignitate, & dono aperiuntur Scripturæ, & habetur uſus clavium. *Joan.* 20. Accipite Spiritum Sanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. Hanc clavem fabulantur Judæi fuiſſe quandam clavem auream, quæ erat in templo, quam portabat pontifex ſuper humerum in feſtis. Et ſic exponunt illud: *Iſa.* 22. Et dabo clavem domus David ſuper humerum ejus: & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat. Sed quæritur, cur dixerit *ſupr.* 1. Habeo claves mortis, & inferni: hic vero dicit, (clavem David:) quæ

a aperit, *b* & nemo *c* claudit: *d* claudit, & nemo aperit. *e* Scio opera tua. *f* Ecce dedi coram te oſtium apertum, *g* quod nemo poteſt claudere: *h* quia modicam habes virtutem, *i* & ſervaſti verbum meum *k* & non negaſti nomen meum. *l* Ecce dabo *m* de ſynago-

eſt hæc diverſitas? Item quare non dicit, potius clavem Aaron, qui fuit Prælatus, ad quem pertinet uſus clavium, quod non fuit David? Item quare dicit clavem in ſingulari, cum Dominus dixerit Petro. *Matt.* 26. Et tibi dabo claves regni cœlorum? Sol. Clavis aliquando dicitur poteſtas refrænandi Dæmones: ſic ſumpta eſt. *Sup.* 1. Et *infr.* 20. Habentem clavem abyſſi. Aliquando poteſtas ligandi, & ſolvendi peccata: & ſic accipitur *Matth.* 16. Et tibi dabo claves. Aliquando poteſtas nocendi: ſic accipitur *inf.* 9. Data eſt ei clavis putei abyſſi. Aliquando poteſtas & ſcientia aperiendi Scripturas, & ſic accipitur hic. Unde ſic exponitur. (Clavem David,) id eſt, poteſtatem, qua aperitur Scriptura, quæ intelligitur per David, qui fuit vir propheta, ut genitivus conſtruatur non ex vi poſſeſſionis, ſed opificis, vel auctoris. Et ſic patet ſolutio ad primum per diſtinctionem præmiſſam. Et ad ſecundum per conſtructionem diverſam. Non enim dicit clavem Aaron, quia ille non fuit auctor alicujus Scripturæ, vel ſcriptor. Item in ſingulari dicit clavem: quia quidam ponunt unicam eſſe clavem. Vel dicendum, quod loquitur hic non de uſu, vel poteſtate Prælatorum, quæ dicitur clavis, ſingulariter vel pluraliter; ſed de illa clavi, qua ipſe aperuit Paradiſum. Hæc fuit crux, de qua. *Iſa.* 22. Dabo clavem domus David ſuper humerum ejus. Et hæc dicitur eſſe David, & non Aaron: quia de cruce pœnitentiæ, quam portavit David, bene legitur, & non Aaron. Crux igitur eſt illa clavis, quæ adaptata oſtio regnum cœlorum aperuit. Oſtium eſt Chriſtus: *Joan.* 10. Ego ſum oſtium. Si ergo ſine clave pœnitentiæ vis intrare in cœlum, fur es, & latro, quia non per oſtium, ſed aliunde aſcendis.

a Qui aperit,] intellectum ad credendum, & affectum ad diligendum: vel intellectum ad cognoſcendum; affectum ad zelum animarum. Vel (aperit.) Scripturam prædicatori ad intelligendum, & cor auditori ad ſuſcipiendum. *Jac.* 1. In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum. *b* Et nemo claudit:] gratiam ſubtrahendo. Contra *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Solut. Duplex eſt apertio, cordium ſcilicet, & Scripturæ. Niſi aperiat Dominus oſtium Scripturæ, non procedit exhortatio: & niſi aperiet oſtium cordium, non intrat prædicatio. Quocumque iſtorum modorum Dominus aperiat, nemo poteſt claudere, niſi ipſe. Sed mali Prælati dicuntur claudere, quia non aperiunt in ſe per exhibitionem bonæ converſationis: nec in aliis per oſtenſionem boni exempli, nec per exhortationem verbi. Item per ſcandalum claudunt, quantum in ſe eſt.

c Claudit:] infidelibus, & porcis.

d Et nemo aperit,] *Job* 9. Et ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Et *Job* 12. Si incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat. Et hic titulus convenit ei qui dictutus huic Epiſcopo, cui prædicatio eſt promiſſa.

Moraliter. * & aperite portas ejus. *Jac.* 1. Multum enim valet deprecatio juſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex; & rurſum oravit, & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum ſuum. *e* Scio opera tua,] id eſt, approbo: vel ſcio, ut judex. *Jer.* 29. Ego ſum teſtis & judex. (Opera tua,) non verba. 1. *Cor.* 4. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute. Et hoc dicit, quia multi habent blanda verba, & mala opera. *Geneſ.* 27. Vox quidem, vox Jacob eſt, ſed manus, manus ſunt Eſau. *f* Ecce dedi] Hic promittit huic Epiſcopo gratiam prædicationis dicens: (Ecce dedi coram te oſtium apertum) oſtium (Ad litteram.)

ſcilicet Sacræ Scripturæ, ut eam intelligas. *Ezech.* 8. Et cum perfodiſſem parietem, id eſt, ultra ſenſum hiſtoricum proceſſiſſem, apparuit oſtium unum, id eſt, intellectus Scripturæ ſpiritualis. Item ex hoc venitur ad alium oſtium, ſcilicet prædicationis, 1. *Cor.* 16. Oſtium mihi apertum eſt magnum, & evidens; & adverſarii multi: Item ex hoc oſtio tranſitur uſque ad oſtium fidei, de quo *Actor.* 14. Retulerunt quanta feciſſet Deus cum illis. Et quia aperuiſſet Gentibus oſtium fidei. *Rom.* 10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Item ex oſtio prædicationis tranſitur ad oſtium cordis, de quo. 2. *Cor.* 2. Cum autem veniſſem Troadem, & oſtium mihi apertum eſſet in Domino, id eſt, corda præparata ad recipiendum verbum Dei. Ex his omnibus tandem venitur ad oſtium Paradiſi, ut revoluto lapide mortalitatis, facie revelata contempletur gloriam Dei. Unde *Matth.* 16. Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti, id eſt, quis a nobis auferet duritiam vitæ hujus mortalis, ut veniamus ad introitum Paradiſi. Hoc eſt quod dicebat Apoſtolus. *Rom.* 7. Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Item ex hoc tandem tranſitur ad illud jucundum oſtium, quod introducit nos in cubiculum, & thalamum Trinitatis, ſcilicet Chriſtum, qui dicit *Joan.* 10. Ego ſum oſtium. Hoc oſtium non ſolum apertum eſt, imo & quaſi totum confractum, ut nulli negetur introitus in regnum. Hoc eſt oſtium Loth, quod Sodomitæ, id eſt, muti a divina laude, percuſſi avaritia, id eſt, auri cupiditate non potuerunt invenire. *Gen.* 19. Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem, dum ſcilicet oſtium eſt apertum, ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplum. *Hebr.* 4. *Bern.* Feſtinemus in illam ingredi beatitudinis amplitudinem, ubi nemo aliam coanguſtat, ut poſſimus comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum. Neque id deſperemus, quoniam ille quidem cœleſtis habitator patriæ, & creator, noſtri hujus caſtelluli anguſtias non refugit. (1. Cor. 3.)

g Quod nemo poteſt claudere:] Hoc verum fuit in Apoſtolis, quos Judæi nullatenus claudere potuerunt. Sicut rogaverat. *Eſth.* 13. Ne claudas Domine ora canentium te: quaſi diceret: Nemo poterit tibi claudere. *h* Quia modicam virtutem habes] id eſt, humilitatem, quæ nullam habet reſiſtentiam, & omnibus ſe ſubjicit. Vel ſic. (Dedi coram te oſtium apertum, &c. quia modicam habes virtutem,) id eſt. tua virtus non ſufficit ad hoc faciendum, ſed ego ſolus corda aperio. Omnis autem virtus magna eſt; etſi hominibus aliquando videatur vel parva, vel magna. *Lucæ* 16. Quod altum eſt hominibus, abominatio eſt apud Deum. (Epheſ. 13.)

Moraliter. Modicam virtutem habent hodie multi, & propter hoc ſuſtinere non poſſunt magnam tentationem. Et quare habent modicam virtutem? Quia habent multam auri quantitatem, & copioſam peccatorum multitudinem. *i* Et ſervaſti verbum meum] in arca cordis tui per meditationem, & in manu per operationem. Multi e converſo bene ſervant in arca, & in libris, & in quaternionibus, quos nolunt aliis communicare, qui inde poſſent proficere, cum ipſi de eis nihil faciant. *k* Et non negaſti] in anguſtiis poſitus (nomen meum,) quod eſt JESUS, quod tunc erat erubeſcibile multis. 1. *Cor.* 1. Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum; Gentibus vero ſtultitiam. Tunc erat hoc magnum, ſed modo parum eſt, quia nullus modo impugnat. Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant: unde e converſo ſaltem miſerabilius ei eſſet illud negare. *l* Ecce dabo] Tertia pars ubi nunc promittit Dominus converſionem adverſariorum ejus: quaſi dicat: Tu talis es ideo (Ecce dabo,) tibi aliquos. *m* De ſynagoga Satanæ,] Secundum *Gloſſ.* loquitur hic de noviſſima perſecutione, quæ fiet tempore Antichriſti, quando aliqui Judæorum decipientur, & aliqui monitis Heliæ convertentur ad fidem. Sed ſpiritualiter ſynagoga Satanæ vocantur hic quidam Judæi pſeudoprophetæ, qui in Eccleſia illius monebant legalia debere ſervari cum Evangelicis. Hos promittit Dominus eſſe convertendos ad ejus prædicatio- (Moraliter.) (Ad Tit 1.) (Ad litteram.)

▲ nem, &

Vel allegorice. (Synagogæ Satanæ,) poſſunt dici principes, & Comites mali, etſi nomine Catholici: qui etſi ſint membra Eccleſiæ. Ipſi tamen adverſantur, ejus bona, & poſſeſſiones diripiendo. Item hæretici, qui conventicula faciunt in ſanguinibus, id eſt, in peccatis, & Eccleſiæ adverſantur. (Allegorice.)

▲ Item

Moraliter.

m Synagoga Satanæ,] ſunt advocati: de quibus *Prover.* 9. Mulier ſtulta, & clamoſa, plenaque illecebris, & nihil omnino ſciens (de veritate ſcientiæ] ſedit in foribus do- (Moraliter.)

▲ nemo, & non omnes, ſed aliquos. Vel fuit hæc prophetia de futura ſubjectione Judæorum Eccleſiis & Principibus Catholicis, ſicut modo videmus eos ſubjici Chriſtianis a tempore Titi & Veſpaſiani Imperatorum Romanorum. Et illi ſunt ſynagoga Satanæ, quia irrationabiles, & peccatis quibus ratio adverſatur, pleni. Unde ſequitur. *a* Qui dicunt] Verum dicunt, genere. *c* Et non ſunt,] fide. *d* Sed mentiuntur,] ſe fidem Abrahæ habere, & legem Moyſi tenere.

Allegorice. ▲ Item omnes qui male vivunt ſub nomine Chriſtianorum. Hi ſunt etiam tres hoſtes Eccleſiæ generales, tyranni, hæretici, falſi fratres. Primi tres Eccleſiæ diripiunt, ſecundi fidem deſtruunt; tertii mores corrumpunt. Hi ſignificati ſunt per tres hoſtes Salomonis. 3. *Regum* 11.

tanæ, *a* qui dicunt *b* ſe Judæos eſſe, *c* & non ſunt, *d* ſed mentiuntur. *e* Ecce faciam illos, ut veniant *f* & adorent *g* ante pedes tuos: *h* & ſcient quia ego dilexi te. *i* Quoniam ſervaſti verbum patientiæ meæ: k & ego ſervabo te *l* ab hora tentationis, *m* quæ ventura eſt in Orbem univerſum *n* tentare *o* habitantes *p* in terra. *q* Ecce venio cito: *r* tene, *ſ* quod habes, *t* ut nemo accipiat coronam tuam. *u* Qui vicerit, *x* faciam illum columnam in templo.

* mns ſuæ (ut ab omnibus videatur) ſuper ſellam in excelſo urbis loco. Et bene clamoſa: quia ſignificati ſunt per ranas, quæ uſque ad menſam Pharaonis, i. Epiſcoporum & Regum, & ad lectum, & ad omnia agenda corum, hodie aſcendunt. De his *ſup.* 2. Hi ſcil. ſunt ſynagoga Satanæ. Sed dicitur de ranis, quod collectæ ſunt in aggeres, & computruerunt. *Exod.* 8. Sic & iſti colligentur in faſciculum myrrhæ, i. amaritudinem inferni, & ibi computreſcent in doloribus multis. Unde de iſtis legitur in quodam libello qui intitulatur de ludo Senum, quod cum quidam inſpiceret infernum, vidit Neronem balneantem multoſque circumſtantes, qui infundebant aurum calidum in balneum ejus. Ipſe vero videns turbam Advocatorum ad ſe venientem: Huc inquit, venale genus hominum, o Advocati, o amici mei accedite, ut mecum in hoc vaſe balneetis, adhuc enim ſupereſt locus in eo, quem vobis reſervavi. Hoc attendentes aliqui ad admonitionem manlucti, & blandi Prælati de ſynagoga Satanæ fiunt Eccleſia Chriſti. Unde *Job* 5. Dicitur ad Prælatum, qui tales convertit: Cum lapidibus regionum erit pactum tuum, & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi. *a* Qui dicunt] omnes ſc. prædicti: *b* Se Judæos eſſe,] ideſt, confitentes Chriſto, *c* Et non ſunt] *Rom.* 9. Non enim omnes qui ex Iſrael ſunt, hi ſunt Iſraelitæ. *d* Sed mentiuntur,] mundo, & non Deo. *Pſal.* 26. Mentita eſt iniquitas ſibi, ideſt, iniquus iniquo. *Gal.* 6. Deus non irridetur. *e* Ecce faciant illos, ut veniant,] ad fidem. *f* Et adorent] Chriſtum. *g* Ante pedes tuos:] o Eccleſia, i. ante Apoſtolos. Unde prophetavit hic exaltationem Eccleſiæ. *Iſa.* 60. Venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te. *Item* 49. Et erunt Reges nutritii tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terra demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent, i. oſſa Martyrum tuorum venerabuntur. *h* Et ſcient, quia ego dilexi te.] *Jer.* 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans. Sciens poſtquam convertentur, quia ante non ſciunt. *i* Quoniam ſervaſti verbum patientiæ meæ:] quia ſcilicet pro perſecutoribus ſicut ego oraſti. Verbum enim in quo maxima oſtenſa eſt patientia Domini fuit, quod pro crucifixoribus oravit Verbum autem patientiæ debemus habere in pace; ſed opera in bello. Hoc quod dictum eſt in hac tertia parte, reſpondet ei quod dixit in titulo, ibi [Qui aperit, &c.] Sequitur. k Et ego ſervabo] Quarta pars ubi ei promittit protectionem in perſecutione, dicens [Et ego ſervabo te,] ſcil. quia ſervaſti verbum meum. Simile *Luc.* 6. Dimittite, & dimittetur vobis. *l* Ab hora] quæ fuit vel tempore Neronis, vel erit tempore Antichriſti. Unde ſequitur. *m* Quæ ventura eſt] Unde in nullo loco erit ſecuritas. *n* Tentare habitantes] ideſt, ut tententur, & deficiant:

o Habitantes] ideſt, fixi in terris, ideſt, in terrenis. *Infr.* 8. Væ, væ, væ habitantibus in terra. Vel (Tentare,) ideſt, ut tententur, & proficiant [Habitantes] ſolo corpore. *p* In terra,] ſed in cœlo converſatione. *Job* 7. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram. *q* Ecce venio] Conſolatio eſt bonis, & terror malis. 1. *Reg.* 11. Cras erit vobis ſalus cum incaluerit. Sol. Multum enim lætificantur obſeſſi per adventum Domini liberandi. Et reſpondet huic illud quod dixit in titulo, [Et nemo claudit.] Nemo enim poteſt reſiſtere Domino protegenti. *r* Tene, quod habes,] Quinta pars ubi monet ad perſeverantiam quaſi dicat. Tenere debes, quia cito venio ad remunerandum. Unde [Tene quod habes,] 2. *Theſſ.* 2. Qui tenet, teneat donec de medio fiat, ideſt, donec moriatur, *ſupr.* 3. Eſto fidelis uſque ad mortem. [Tene] ergo: quaſi, fugitivum eſt. *ſ* Quod habes,] ideſt, virtutem. *Job* 17. Tenebit juſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem. *Job* 27. Juſtificationem quam cœpi tenere, non deſeram. Hoc putant ſibi dictum eſſe illi, qui habent multas præbendas, ſed hæ teneri non poſſunt, quia & ipſæ præbendæ tranſeunt cum tempore, ſicut anguilla quæ per caudam tenetur. Sed præbendam Paradiſi tenent boni per bonam vitam. Unde cum boni exaltabuntur [qui unam tenent, de qua dicit *Pſal.* 26. Unam petii a Domino] mali deprimentur, qui in multitudine ſunt, & ita in diviſione erunt. *Ezech.* 26 Cum dedero gloriam in terra viventium, in nihilum redigam te. Adam tamen ſuam præbendam, quam habebat in Paradiſo, male tenuit, quia dedit eam pro Pomo. [Quod habes:] contra apoſtatas. *Eccl.* 10. Locum tuum ne dimiſeris. Item contra negligentes, qui tempus inutiliter abire permittunt. *Eccl.* 4. Fili conſerva tempus. Item contra eos qui pœnitentias ſibi injunctas deſerunt. *Hebr.* 12. In diſciplina perſeverare. Hoc etiam dicitur Theologis, qui multa verba, & multas prædicationes audiunt, utinam tenerent pauca de multis. *Iſa.* 42. Qui vides multa, nonne cuſtodies? *t* Ut nemo] ideſt, nullus alius homo accipiat coronam tuam. Si tu enim cadis, alius ſubintrabit pro te. *Rom.* 11. Aliqui ex ramis fracti ſunt, tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in illis. Et ibi dicitur *infr.* Cæcitas ex parte contigit in Iſrael donec plenitudo Gentium intraret. Et hoc ſignificatum eſt. *Exod.* 25. Per panes propoſitionis, qui ponebantur calidi frigidis prius ſublatis. Et notandum quod dicit (Nemo,] ideſt, nullus homo, & non Diabolus, quia hæc eſt magna Diaboli invidia, quod homo coronam accipit, quam haberet Diabolus ſi ſtetiſſet. De his coronis dicitur *Zach.* 6. Et facies coronas & pones in capite Jeſu filii Joſedech ſacerdotis magni. Et in *eod. infr.* Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Helem filio Sophoniæ; memoriale in templo Domini. Helem interpretatur poſtes, aut ſuperliminare, & ſignificat Prædicatores, qui Eccleſiam ſuſtentant, & oſtium faciunt introeuntibus in illam. Per Tobiam ſignificantur Activi, quia interpretatur converſus ad univerſa; & iſti turbantur erga plurima. Per Idaiam qui interpretatur dilectus Domini, vel amabilis Domino, ſignificantur contemplativi. Per Hem, qui interpretatur, ecce fontem, vel ecce oculum, ſignificantur Pœnitentes, qui emittunt ex oculis fontem lacrymarum. Iſti ſunt quatuor genera hominum, ſcilicet Prædicatores, Activi, Contemplativi, & Pœnitentes, quibus dabitur corona in regno cœlorum. Moraliter totum quod prædictum eſt, poteſt exponi de tempore moderno, ubi eſt multiplicatio prædicationis, & Prædicatores modicam habent virtutem, quia modici ſunt qui per paupertatem ſervant nomen Dei, per ſtudium, & Scripturarum cognitionem, & apertionem. Et ſicut iſti ſervant: ſic illi negant, qui propter temporalia prædicant. *a* Qui dicunt] hi ſunt mali Theologi, qui magis quam alii perſequuntur Prædicatores veritatis, & tamen promittitur hic eorum converſio, cum dicit. [Ecce dabo tibi, &c.] Et ut illi deſiſtant a ſua importunitate, promittitur Prædicatoribus protectio in tribulatione, & quæ modo particulariter, & quæ in tempore Antichriſti univerſaliter inundabit, ibi [Et ſervabo.] *u* Qui vicerit,] Generalis intentio ubi ad omnes Eccleſias ſermonem dirigit. Et primo ponit generale præmium. Secundo generalem admonitionem, ibi [Qui habet aures, &c.] Dicit ergo: [Qui vicerit,] univerſaliter quoad tempus, & numerum vincendorum ut prius dictum eſt.

x Faciam illum] i firmum in ſe, & alios confirmantem, vel ſuſtentantem. *Jer.* 1. Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream in domo perfecta. Nemo facit columnas, niſi domus minetur ruinam, vel niſi primæ fractæ ſint. Quia ergo columnæ Eccleſiæ pro magna parte aut fractæ erant, aut minabantur ruinam; propter hoc Dominus columnas erexit, pauperes ſcil. Prædicatores, qui ut domum Eccleſiæ fulciant, diſcurrunt per mundum. *Iſa.* 9. Sycomoros ſucciderunt, ſed cedros immutabimus. Sed hoc tamen dicendum eſt his columnis, quod dicitur *Jer.* 52. Scilicet quod Chaldæi columnas æreas, ſpatioſas, & magnæ altitudinis confregerunt. Quilibet autem juſtus ut in ſpirituali ponatur ædificio, debet eſſe columna, ut ſit firmus per fidem, rectus per æquitatem, erectus per bonam intentionem, ſublimis per contemplationem; & alios ſuſtentare debet verbo conſolationis, ſuffragio orationis, & exemplo actionis. In hoc autem ædificio ſcilicet Eccleſiæ alii ſunt columnæ lapideæ per fidei firmita- *Ad litteram.*

▲ tem

Digitized by Google

tem; alii argenteæ per eloquii venuſtatem; alii aureæ per ſapientiæ profunditatem; alii æreæ per prædicationis ſonum. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus 1. *Cor.* 3. Alii ſuperædificant aurum, & argentum, & lapides pretioſos.

a Et foras non egredietur] a juſtitia ad peccatum criminale.

Dei mei: *a* & foras non egredietur *b* amplius. *c* Et ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, *d* & nomen civitatis Dei mei novę Jeruſalem, *e* quę deſcendit de cœlo *f* a Deo meo, & *g* nomen meum novum. *h* Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis. *i* Et AngeloLaodiceę Eccleſię ſcribe. *k* Hęc dicit Amen, *l* teſtis *m* fidelis, *n* & verus, qui eſt principium *o* creaturæ Dei. *p* Scio opera tua, *q* quia neque frigidus es, *r* neque calidus: *ſ* utinam frigidus eſſes, *t* aut calidus: *u* quia tepidus es, *x* & nec frigidus, nec calidus, *y* incipiam te evomere *z* de ore meo: *a* quia dicis, *b* quod *c* dives ſum, *d* & locupletatus, *e* & nullius egeo:

b Amplius,] quia uſque ad mortem perſeverabit in bonitate. *Eccl.* 4. Pro juſtitia agonizare pro anima tua; & uſque ad mortem certa pro juſtitia.

c Et ſcribam ſuper eum nomen Dei mei] ideſt, patris. Hoc nomen portabat ſacerdos in lamina ſuper frontem. *Exod.* 28. Facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cęlatoris Sanctum Domino, ideſt, ſanctum nomen Domini. *Apoc.* 14. Nomen ejus, & nomen patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis. Vel (Scribam) ut permaneat in æternum. (Super eum) quia bonum deſiderium deſuper in nos non meritis noſtris venit, ſed gratuito dono Dei.

d Et nomen civitatis Dei mei novæ Jeruſalem,] ideſt, Eccleſiæ, quæ eſt civitas Dei. Et dicitur nova ſecundum primum ſtatum ſui. Item vetus fuit Eccleſia tempore legis Moſaycæ; tunc enim Judæi vetuſtatibus, ideſt, temporalibus vacabant: ſed nova eſt tempore gratiæ, quia temporalia ſpernit, & abjicit. Nomen civitatis novæ Jeruſalem ſcribitur in paupere Clerico, quando ei præbenda confertur alicujus Eccleſiæ particularis in militanti Eccleſia, a qua denominatur, ut dicatur Canonicus Pariſienſis Eccleſiæ. Sed novæ Jeruſalem, ideſt, Eccleſiæ triumphantis Dominus præbendam dat ſuis, ut dicantur Canonici, & cives Paradiſi, ubi eſt plena viſio pacis, quia omnino elevata eſt a terrenis. *Galat.* 4. Quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.

e Quæ deſcendit de cœlo] ideſt, ad litteram, per Angelos nos docentes.

f A Deo meo,] a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum. *Jac.* 1. & *Geneſ.* 28. Vidit Jacob ſcalam, & Angelos deſcendentes, *inf.* 21. Vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam deſcendentem de cœlo, tanquam ſponſam ornatam viro ſuo.

g Nomen meum novum] quod eſt pauper, vilis, & abjectus: quia antiquum nomen ejus fuit, quod ſcilicet ab æterno fuit dives, & glorioſus Chriſtus. Hoc ergo nomen fuit innovatum in Eccleſia militante, ſed iterum nomen abjectionis innovabitur in Eccleſia triumphante, quando ſcribetur in homine nomen novum, ſcil. Chriſtus rex coronatus, & unctus. Et notandum, quod tria nomina poſuit, nomen Dei Patris, nomen Eccleſiæ triumphantis, & nomen Chriſti: quia tria habebit nomina quilibet in patria, ſacerdotium ſcilicet, principatum, & regnum; & hæc multum ſolent deſiderari in terra. Dę hoc novo nomine dicit *Iſa.* 6. 5. Servos ſuos vocabit alio nomine. *h* Qui habet aures,] Hæc eſt generalis admonitio. (Qui habet aures, audiat, &c.) Hoc toties repetit, quia *Philippenſ.* 3. Eadem ſcribere mihi quidem non pigrum, vobis autem neceſſarium quaſi, dormiunt enim multi. Sequitur:

i Et Angelo Laodiceæ, &c.] Hæc pars tertia hujus capituli dividitur ſicut aliæ: quia primo ponitur ſpecialis intentio; Secundo generalis, ibi: Qui vicerit] Item prima pars dividitur in tres partes. Primo enim arguit hunc Epiſcopum. Secundo monet ad pœnitentiam, ibi: Suadeo tibi.] Tertio promittit ei auxilium, ſi pœnituerit, ibi: Ecce ego ſto.] De tribus autem arguit eum. Primo de negligentia & torpore, cum dicit: Scio opera tua, &c.] Secundo de jactantia, cum dicit: Quia dicis, dives ſum, &c.] Tertio de omnium bonorum penuria, ibi: Et neſcis, quia tu es miſer, &c.] Ante omnia autem titulum loquentis præmittit, ubi ſe fidelem & verum, & principium omnis creaturæ competenter deſcribit, ut dictis loquentis iſte fidem citius adhibeat ex conſideratione dicentis; & ſic quid ſit vera ſcientia cognoſcat, & jactantiam ſuam deponat. Unde dicit:

k Hæc dicit Amen:] quia in hoc Epiſcopo ſeptimo conſummatur correctio; & Amen eſt omnium confirmatio, propter hoc ponitur hic ultimo (Amen;) quaſi diceret: Ego ſum veritas, unde non arguam niſi de veris. Sed quare non dixit, Hæc dicit Veritas? Solutio. Plus dicit, quam ſi diceret (Veritas,) quia nullus auſus eſt hoc nomen interpretari, vel mutare. Unde in hoc ſignificatur incommutabilitas: quaſi diceret, In principio attende quis & quantus tibi loquatur, ut a veritate reprehenſus te veræ bonitatis inopem eſſe cognoſcas, & ſine illo te non poſſe ditari intelligas. *l* Teſtis] operum qui & judex. *Jer.* 29. Et hoc dicit propter torporem illius, qui bene operando torpeſcebat. *m* Fidelis] in teſtimonio, ut nulla quæ dicenda ſunt, taceat. Et hoc dicit contra illum, qui de eo quod non habebat, ſe jactabat. *Prover.* 27. Laudet te alienus, & non os tuum. *Sap.* 1. Qui eſt teſtis fidelis, &c. *n* Verus] In judicando ut falſa, & quæ non ſunt dicenda, nunquam pronunciet.

o Qui eſt principium] Unde ſicut ſine eo non potes habere originem eſſentiæ, ſic nec principium juſtitiæ: principium, a quo omnia creatura habet eſſe. *Jo.* 1. Omnia per ipſum facta ſunt. Et ideo vult omnes homines ſalvos fieri. 1. *Tim.* 2. Quia ergo fidelis eſt, in ipſo eſt confidendum. 1. *Petr.* 5. Omnem ſolicitudinem veſtram in ipſum projicientes. 1. *Cor.* 10. Fidelis eſt Deus, &c. Quia (verus,) ipſi eſt credendum, quia nullum decipit. Item, quia principium omnis boni, ut boni fiamus, ab ipſo eſt petendum. *Thr.* 3. Levemus corda noſtra cum manibus ad Dominum. Per hoc autem, quod verum ſe dixit, promittit auxilium, ſi ille reſipuerit.

p Scio opera tua] ſimplici notitia, non approbando, ſed reprobando.

q Quia nec frigidus es] ut in fidem omnino negando abjicias. *r* Neque calidus:] ut eam acceptam omnino teneas. Putabat enim iſte ſolam ſacramentorum perceptionem cum fide ſine operibus fidei ſufficere ad ſalutem, cum tamen dicat *Jac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt: & quod mortuum non vivit, nec vivificat. *Greg.* Frigidus eſt qui conſummando non inchoat; calidus qui inchoat bona opera, & non conſummat: ergo non eſt frigidus qui inchoat, non calidus qui non conſummat.

ſ Utinam frigidus eſſes] per torporem, vel per infidelitatem. *t* Aut calidus] per charitatem. Et hoc quod dicit *Gloſſ.* Major eſt ſpes de frigidis, quia propter ignorantiam & minus habent peccatum, & accepta converſionis gratia, citius ad veram juſtitiam pertingunt. 2. *Petr.* 3. Melius erat eis non cognoſcere viam juſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum converti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.

u Sed quia tepidus es.] Notandum quod tepor, ſecundum quem procedit quis a frigiditate in caliditatem, bonus eſt: & de tali eſt ſpes; & de hoc non loquitur hic. Item tepor, qui a caliditate procedit in frigiditatem; ille malus eſt, & de tali loquitur hic.

x Et nec frigidus, &c.] quorum utrumque valet ad nutrimentum. Fames enim eſt appetitus calidi, & ſitis appetitus frigidi. Tepor autem provocat nauſeam.

y Incipiam] paulatim gratiam ſubtrahendo.

z Evomere te de ore meo] i. de Sanctorum collegio, qui os meum dicuntur. *Hier.* 15. Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. *Iſa.* 30. Et os meum non interrogaſtis. Et in hoc quod dicit [Incipiam] & non [evomam] notatur Dei miſericordia, qui non ſtatim hominem quamvis tepidum deſerit, ſed paulatim, ut ſic ille percipiens reſipiſcat. *Sap.* 12. Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, ut illos paulatim exterminarent, non quia impotens eras in bello ſubjicere impios juſtis, aut beſtiis ſævis, aut per verba dura ſimul exterminare, ſed partibus indicans dabas locum pœnitentiæ. Congrua autem eſt ſimilitudo cibi, quia ſicut cibus in ſtomacho decoctus per calorem naturalem, in nutrimentum membrorum tranſit; ſic per veram charitatem decocti, membra ſiunt Chriſti per ipſius imitationem, ſpiritu adhærentes ei. 1. *Cor.* 6. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt: ſed tepidi a dilectione] quaſi ex ore evomuntur per reprobationem.

a Quia dicis] Hic reprehendit eum de jactantia: quaſi, non ſolum quia tepidus es, incipiam te evomere; ſed *b* Quia dicis] Jactanter, & ſuperbe.

c Quod dives ſum] purgatus in baptiſmo. *d* Et locupletatus ſum;] divitiis & ſcientia; *e* Et nullius egeo,] quia hoc ſibi credebat ſufficere, & ideo etiam zelum prædicandi amiſerat. Vel [Dives ſum] virtutibus: [Locupletatus] bonis operibus, ut credebat: [Et nullius egeo] ad perfectionem. Vel, Dives, & locupletatus [ut pro eodem accipiatur] erat iſte, ſc. per ſcientiæ cognitionem, Scripturæ prædica-

tionem, per ſæcularis eloquentiæ nitorem, per ſacramentorum adminiſtrationem, vel per Pontificalis apicis dignitatem, ſive per vulgi laudem inanem; quæ omnia non ſufficiunt ad ſalutem. Et de his in tantum extollebatur, quod ad cumulum ſuæ damnationis, nullius ſe indigere dicebat.

a & neſcis *b* quia tu es miſer *c* & miſerabilis, *d* & pauper, *e* & cœcus, *f* & nudus. *g* Suadeo tibi emere a me *h* aurum *i* ignitum, *k* probatum, *l* ut locuples fias: *m* & veſtimentis albis induaris, *n* ut non appareat *o* confuſio nuditatis tuæ: *p* & collyrio inunge oculos tuos, ut videas.

Sed contra iſtum *Eccl.* 10. dicitur: Melior eſt qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. Unde *Hier.* 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua; & non glorietur fortis in fortitudine ſua; & non glorietur dives in divitiis ſuis. *a* Et neſcis, &c.] Hic tertio arguit a defectu bonorum, ideſt, ſcire non vis, *b* Quia tu miſer] in te, *c* Et miſerabilis] aliis. (Miſer) ergo es (& miſerabilis) appares. In tribus autem eſt iſta miſeria, de quibus ſequitur: *d* Et pauper] per amiſſionem charitatis. Quiſquis enim charitate caret, pauper eſt, etſi multa alia bona poſſideat; de habentibus enim charitatem dicit *Apoſt.* 1. *Cor.* 3. Omnia veſtra ſunt. Et *Deut.* 11. Omnis locus, quem calcaverit pes veſter, veſter erit. *e* Et cœcus] per amiſſionem cognitionis, quam qui non habet, nec ſe, nec ſibi utilia cognoſcit, & propter hoc facile labitur in peccatum. *Iſa.* 5. Propterea captivus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam. Et *Oſee* 4. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam & ego te, ne ſacerdotio fungaris mihi. *f* Et nudus] per amiſſionem boni operis: quia quem Diabolus bono opere denudat, non habet unde ſe coram Deo operiat. Unde *infr.* 2. Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet. Et nuditas paupertatis. *Job* 31. Si deſpexi prætereuntem eo quod non haberet indumentum, & abſque

Multiplex nuditas. operimento pauperem? Imbecillitatis, *Job* 1. Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ. Culpæ, *Iſa.* 20. Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias nudus & diſcalceatus, ſignum erit & portentum ſuper Ægyptum. Pœnæ, *Iſa.* 20. Minabit Rex Aſſyriorum captivitatem Ægypti, & tranſmigrationem Æthiopiæ juvenum & ſenum, nudam & diſcalceatam diſcoopertis natibus ad ignominiam Ægypti. Item nuditas gratiæ, de qua loquitur hic (Neſcis, quia miſer es, &c.) Et *infr.* 16. Beatus qui cuſtodit, &c. Vel ſic (Neſcis a ſuperbia excœcatus. *Roman.* 1. Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. (Quia miſer es) in exiſtentia, (Et miſerabilis) in apparentia: (Miſer) contra illud quod dicis te divitem, (Miſerabilis) contra hoc quod dicis te eſſe locupletatum: quaſi, Intus vacuus es virtute, & extra bona operatione. *d* Pauper] non indifferenti vel bona paupertate, ſed mala, de qua *Eccl.* 13. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia; & nequiſſima paupertas in ore impii. Eſt autem multiplex paupertas. Voluntaris, *Matth.* 5. Beati pauperes ſpiritu. *Hier.* Jejunium auſterius, cultus abje-

Multiplex paupertas. ctior, &c. Chriſtianæ religionis inſtituta non faciunt verum Chriſtianum; hunc ſcito verum Chriſtianum, qui nec habet, nec concupiſcit. Subjectionis, ſicut illi, de quibus 1. *Cor.* 7. Qui utuntur hoc Mundo, tanquam non utantur. Neceſſitatis, *Joan.* 12. Pauperes enim vobiſcum ſemper habebitis. Simulationis, *Matth.* 6. Exterminant facies ſuas, ut appareant hominibus jejunantes.

Defectus gratiæ, ut hic: Æternæ calamitatis, *Eccl.* 18. Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & neceſſitatem paupertatis in die divitiarum. Et bene dicit, neceſſitatem, quia illa non poterit relevari. (Et cœcus) ad videnda æterna, ſed non temporalia, de quibus te jactas. *Num.* 24. Dixit homo cujus obturatus eſt oculus (ad videnda cœleſtia:) qui cadit (in terram) & aperiuntur oculi ejus (ad ea, in quæ cadit) *Iſa.* 42. Quis cœcus, niſi ſervus meus?

f Et nudus] a veſte nuptiali. *Thren.* 4. Inebriaberis atque nudaberis. Et quia talis es, ideo.

g Suadeo tibi] Secunda pars, ubi monet iſtum ad pœnitentiam, & ponit hic tria contra tria prædicta. Contra paupertatem monet emere aurum; contra cœcitatem monet oculis apponere collyrium; contra nuditatem acquirere veſtimentum; contra miſeriam nihil ponit, quia illa contemporanea nobis eſt, quamdiu vivimus & ſumus in hac vita. Dicit ergo: Suadeo tibi emere per conſenſum liberi arbitrii. *Iſa.* 55. Qui non habetis argentum, properate, & emite vobis.

h Aurum] ideſt, charitatem fulgidam luce ſplendoris intimæ. *i* Ignitum] fervore dilectionis.

k Probatum] in electis per fornacem tribulationis. *Sap.* 3. Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus. Sine enim hac pauper eris. *Bern.* O mira Dei pietas! mira clementia! mira manſuetudo! Mira, inquam, clementia: peccatores non contemnit, ſed blande recipit: vocat fugitivos. *Prov.* 1. Vocavi, & renuiſtis. *Hier.* 3. Revertere ad me, & ego ſuſcipiam te. *Hier.* 15. Laboravi rogans. *Iſa.* 30. Et aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis. *Ezech.* 16. Et dixi tibi, cum eſſes in ſanguine tuo, vive. Vel

h Aurum ignitum] dicit verbum Dei. *Prov.* 30. Omnis ſermo Dei clypeus ignitus eſt omnibus ſperantibus in ſe. *Cant.* 8. Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum. *k* Probatum] per veritatis ſimplicitatem, non fuſcatum per mundanæ ſapientiæ venuſtatem. *Eccl.* 4. Ne abſcondas ſapientiam in decore ejus.

l Ut] ſic [locuples fiat] operibus virtutum. [Probatum] dicit, non phantaſticum, quale eſt ſapientia Mundi, ſed verum. *Bar.* 3. Attulit eam ſuper aurum electum. Hoc aurum emitur per ſtudium vehemens, & aſſiduam meditationem Scripturarum. *Pſalm.* 1. Beatus qui in lege ejus meditabitur die ac nocte. Et *Prov.* 23. Veritatem eme, & noli vendere ſapientiam & doctrinam. Vel [Aurum ignitum] ideſt, meipſum, dicit Chriſtus. *Cant.* 5. Caput ejus, ideſt, Eccleſiæ, aurum optimum. Vel [Aurum] i. regnum cœlorum eme. Sed quomodo? *Auguſt.* Paupertate emitur regnum. Et dicitur [eme] contra illos qui pro nihilo volunt habere, cum dicat Apoſtolus *Roman.* 8. Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, &c. Quod *B. Bern.* exponens ait: Non ſunt condignæ ad præteritam culpam quæ remittitur, ſed ad præſentis conſolationis gratiam quæ immittitur, & ad futuram gloriam quæ promittitur. Eme ergo hic aurum per pœnitentiam. *Matth.* 3. Agite pœnitentiam: appropinquabit enim regnum cœlorum.

m Et veſtimentis albis induaris] ideſt, virtutibus.

n Ut non appareat] modo Angelis, & aliquibus hominibus, ſed in die judicii omnibus.

o Confuſio nuditatis tuæ:] quia nudatus es gratia ſcilicet, quæ eſt veſtis candida, & veſtitus culpa quæ eſt veſtis ſordida. *Zach.* 3. Jeſus erat indutus veſtibus ſordidis, & Satan ſtabat a dextris ejus, quaſi diceret: Etſi ſis Jeſus ſacerdos magnus, niſi habeas munditiam, Satan ſtat contra te, ut opera tua etiam meliora evacuet, & reputet vana. Vel [Veſtimentis] ideſt converſatione ſancta, & honeſta, & munda. Et dicitur pluraliter, quia converſatio ſancta in multis virtutibus eſt quaſi ex multis filis contexta. *Supra eodem.* Ambulabunt mecum in albis. *Matth.* 22. Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Quia ſicut legitur *Eſther* 4. Nemo indutus ſacco intrabat aulam regis Aſſueri. Aula regis, ideſt, Chriſti, eſt Eccleſia militans: In hanc etiam multi ſacco induti, ideſt, peccatis involuti intrant, ſed tantum numero, & non merito. Item aula regis Aſſueri, ideſt Chriſti, eſt Eccleſia triumphans, ubi nullus omnino intrat, qui habet ſaccum vel mortalitatis, vel peccati.

p Et collyrio inunge oculos tuos, ut videas.] Collyrium poteſt dici verbum Dei, quod illuminat & purgat ſpirituales oculos mentis, ſicut collyrium oculos carnis. *Pſal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, ideſt, affectionibus meis. Et *Pſal.* 11. Eloquium Domini examinatum, probatum terræ, ideſt, a terra purgatum ſeptuplum. Hoc dicit, quia perfecte purgat a culpa. *Sap.* 16. Non herba, neque malagma ſanavit eos, ſed ſermo tuus Domine, qui ſanat omnia. Item collyrium poſſunt dici præcepta, quæ ſenſus ſpirituales illuminant. *Pſal.* 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Item collyrium poteſt dici memoria paſſionis Domini. De felle quodam fit bonum collyrium. Per fel autem ſignificatur paſſio Chriſti. *Tob.* 6. Tolle tecum ex felle piſcis. Piſcis aſſus, Chriſtus paſſus, vel Chriſti paſſio. Item per collyrium poteſt ſignificari quælibet tribulatio, quæ per amaritudinem ſenſus ſpirituales purgat ad videndum lucide ſpiritualia. *Thr.* 1. De excelſo miſit ignem tribulationis, & erudivit me, maculam auferendo a ſpiritualibus oculis. Pœna enim oculos aperuit, quos proſperitas claudit, ut dicit *Greg.* Item collyrium eſt pœnitentia, quæ per compunctionem clarificat ſenſus cordis, ſicut collyrium per lacrymarum effuſionem oculos carnis. *Hier.* 4. Lava a malitia cor tuum, ut ſalva fias. Item collyrium ſunt dona Spir. S. quæ recepta in corde hominis, expellunt omnem amorem terrenitatis. *Soph.* 3. In igne zeli mei, i. Spiritus S. quem ex zelo, ideſt, amore hominum miſi, devorabitur omnis terra. Hoc collyrium ſuave eſt, nihil habens mordacitatis; cetera mordacia ſunt. Sed quia poſſet dicere aliquis: non poſſum ſuſtinere

col-

Digitized by Google

collytium, vel amaritudinem tribulationum, propter hoc electos ei proponit in exemplum, quos omnes per tribulationes oportet intrare ad regnum; *Act.* 14. Unde dicit. *a* Ego quos amo, arguo,] i. argutos reddo per cautelam futurorum: *b* Et caſtigo,] i. caſtos facio, vel ago

a Ego quos amo, arguo *b* & caſtigo. *c* Æmulare ergo, & pœnitentiam age. *d* Ego ſto *e* ad oſtium *f* & pulſo: *g* ſi quis audierit vocem meam, *h* & aperuerit mihi januam; *i* introibo ad illum, k & cenabo *l* cum illo, *m* & ipſe mecum. *n* Qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo; *o* ſicut & ego *p* vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus: *q* Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Eccleſiis.

C A P. IV.

POſt *r* hæc vidi: & ecce *ſ* oſtium *t* apertum in cęlo;

per diſciplinam, quæ eſt emendatio, & medicina præteritorum. *Prover.* 3. Quem enim diligit Deus, corripit & quaſi pater in filio complacet ſibi. *Pr.* 29. Virga atq; correctio tribuit ſapientiam. *Pſ.* 22. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Quia *Hebr.* 12. Omnis quidem diſciplina in preſenti non videtur eſſe gaudii, ſed mœroris: poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet juſtitiæ. *c* Æmulare ergo] bonos bona faciendo, & mala patienter ſuſtinendo. Et illud (ergo) ſumptum eſt, & concludit ex duobus præmiſſis, ſc. ex eo, quod dixit. (Ego quos amo, &c.) quaſi diceret Dominus, Si tibi non ſufficit ad hoc quod a corpore exciteris, verbum exhortationis & ſuaſionis, tamen ab electis meis quos hic arguo, ſume etiam hic exemplum imitationis; & age pœnitentiam de bonis quæ omiſiſti, & de malis quæ perpetraſti; de negligentia circa gregem tuum quem ſolicite non ſervaſti, de jactantia in quam ſuperbe prorupiſti. Sequitur: *d* Ego ſto.] Tertia pars, ubi poſt admonitionem pœnitentiæ promittit ei fiduciam indulgentiæ, & protectionis ſuæ ſi voluerit pœnitere dicens: (Ego ſto,) paratus juvare, & ideo non debes diffidere. *Act.* 7. Ecce video cœlos apertos, & Jeſum ſtantem. Item (ſto paratus intrare,) & Deo debes aperire. *Cant.* 5. Aperi mihi ſoror mea, &c. *e* Ad oſtium,] cordis: *f* Et pulſo,] per verbum prædicationis. *Cant.* 5. Vox dilecti mei pulſantis. *g* Si quis audierit vocem meam, ideſt, receperit prædicationem meam: *h* Et aperuerit mihi januam,] per veram fidem: *i* Introibo,] i. intus ibo ad illum per gratiæ infuſionem. Vel (Si quis audierit vocem meam,) intelligendum propter quod increpo. (Et aperuerit januam,) præparando ſe. (Introibo ad illum) auxilium præſtando, & proventum gratiæ faciendo. Sed in corde in quo eſt tumultus malarum cogitationum, non intrat Dominus. Unde *Amos* 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum; & cantica lyræ tuæ non exaudiam. Unde Dominus non ſanavit filiam Archiſynagogi, donec fuerunt omnes cives ejecti. *Matth.* 9. Quia *Sap.* 1. Auferet ſe a cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu. k Et cęnabo,] ideſt delectabor. *l* Cum illo,] ideſt, per ejus juſtificationem. *Prov.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. *m* Et ipſe mecum] per conſcientiæ mundæ jucunditatem, & ſecuritatem. *Pr.* 15. Secura mens quaſi juge convivium. Et dicit. (Si quis:) quia pauci ſunt, qui obediant ei. *Iſa.* 53. Domine quis credidit auditui noſtro? Nec dicit, prandebo iterum receſſurus, ſed cœnabo permanſurus. Unde in hoc innuit, quod bonum quod in mundo incipit per charitatem, & in cœlum perficitur per beatitudinem, ſemper perſeverat per æternitatem, nec ei aliud ſuccedit per temporis mutabilitatem. Vel ſic: *d* Sto,] expectans ad pœnitentiam. *Luc.* 18. Stans autem Jeſus juſſit illum, ſc. cœcum adduci ad ſe. *Jer.* 8. Attendi, & auſcultavi, nemo quod bonum eſt, loquitur: nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens. Quid feci? *Iſa.* 5. Expectavi ut faceret uvas, & fecit labruſcas.

e Ad oſtium,] ſc. quinque ſenſuum, de quibus. *Iſa.* 26. Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te, abſcondere modicum ad momentum, donec pertranſeat indignatio mea. Ad hoc oſtium pulſat mundus, & frequenter Diabolus. Item eſt oſtium interius, ſcil. mentis aditus, ubi pulſat Chriſtus. *Job* 31. Oſtium meum viatori patuit, ideſt, Chriſto. *f* Et pulſo,] ideſt, revelationibus, compunctionibus, devotionibus inviſo. *g* Si quis audierit me,] intellectu mentis. *Job* 42. Auditu auris audivi te. *Habac.* 3. Domine audivi auditum tuum. *h* Et aperuerit januam,] conſenſus vel voluntatis. *i* Introibo ad illum.] 4. *Reg.* 4. Ingreſſuſque clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum, & oravit ad Dominum. (Et cœnabo cum illo,) ideſt, ſua refectione ſpirituali reficiar. 4. *Reg.* 4. Cumque frequenter inde tranſiret, divertebat ad eam, ut comederet panem.

m Et ipſe mecum,] reficietur, ſcil. mea cœleſti refectione. *Luc.* 12. Præcinget ſe, & faciet illos diſcumbere, & pertranſiens miniſtrabit illis.

n Qui vicerit.] Secunda pars, in qua loquens Eccleſiis generaliter ponit communem intentionem. Per hanc ergo Eccleſiam deſignatur ſtatus Univerſalis Eccleſiæ tempore Anti-Chriſti, ubi illi qui ſtabunt, erunt tribus amabilis Domini: ſic enim interpretatur Laodicea. Et poſſunt omnia quæ dicta ſunt, ad illum ſtatum referri.

Loquitur enim ad Epiſcopos illius temporis, qui nec erunt calidi, quia non audebunt confiteri aperte nomen Domini: nec frigidi, quia aliquantulam habebunt fidem, & notitiam Dei, & dicent ſe eſſe divites, quia credunt hoc ſibi ſufficere, quod abſcondentes ſe non negabunt nomen Domini: ſed hoc non ſufficit, quia Prælatus tempore perſecutionis debet eſſe primus in profeſſione fidei: unde qui hoc non facient, erunt miſeri, quia gratiam amittent. Dicit itaque: (Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo.) In hoc ſignificatur quod qui tunc erunt boni, erunt ſimiles Apoſtolis, qui cum Domino ut judices ſedebunt in die judicii. *Matth.* 19. In regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos. *o* Sicut, & ego vici.] *Joan.* 16. Confidite, quia ego vici mundum.

p Et ſedi cum Patre meo in throno ejus.] *Marc. ult.* Et Dominus quidem Jeſus poſt quam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet a dextris Dei. Et hoc dicit, quia victoria Chriſti, & ſeſſio eſt cauſa victoriæ, & ſeſſionis ſanctorum.

q Qui habet aurem, &c.] Poſt generale præmium generalem ponit admonitionem. Hoc totum expoſitum eſt, *ſup.* in correctione primi Epiſcopi.

E X P O S I T I O C A P. IV.

POſt hæc vidi, & ecce oſtium, &c.] Poſt primam viſionem, quæ fuit de correctione ſeptem Eccleſiarum, ſubjungit ſecundam, quæ eſt de revelatione myſteriorum. Et recto ordine, quia correcti merentur habere cognitionem ſecretorum. Sicut ergo prima viſio ad ſeptem Eccleſiarum Aſiæ Epiſcoporum ſpecialem correctionem; ſic ſecunda ad univerſalis Eccleſiæ pertinet generalem eruditionem. Unde & obſcuriora, & ſublimiora hic continentur myſteria; quod ſignificatur in hoc quod Joanni in principio viſionis dicitur: (Accede huc, &c.] Hæc itaque viſio continet quatuor capitula, quartum, quintum, ſextum, & ſeptimum. Et dividitur in tres partes. Primo enim oſtenditur Joanni per quem revelata ſunt myſteria Eccleſiæ, quia per Chriſtum, ibi: [Poſt hæc vidi, &c.] in hoc quarto capite. Secundo oſtenditur Joanni quomodo etiam Eccleſiæ myſteria ſunt in Chriſto manifeſtata, ibi: [Et vidi in dextera ſedentis, &c.] *infr.* 5. Tertio oſtenduntur Joanni illa myſteria, quæ per Chriſtum fuerunt revelata, ibi: (Et vidi, quod aperuiſſet Agnus, &c.) *infra* 6. & 7. Ubi aperiuntur multæ tribulationes Eccleſiæ, ad quas ſuſtinendas animantur. Hoc igitur caput quartum dividitur in duas partes. In prima oſtenduntur Joanni myſteria Eccleſiæ eſſe in Chriſto, & per Chriſtum revelata. Sed quia hæc bene non cognoſcuntur niſi prius Eccleſiæ ordinatio videatur, propter hoc in ſecunda parte eidem oſtenditur ordinatio Eccleſiæ. Dicit ergo: *r* Poſt hæc vidi.] In hoc quod dicit (poſt) notatur quod hæc viſio alia eſt a præmiſſa. Et notatur hic ordo videndi, non mutatio diei, vel temporis. *ſ* Vidi oſtium] i. videre potui, ſc. Chriſtum, qui eſt oſtium. *Joan.* 10. *t* Apertum in cœlo;] i. pro cœlo ſalvando, liberando, redimendo, i. pro Eccleſia, quæ cœlum dicitur, quia per cœleſtem converſationem elevata. *Phil.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt. Item per fidei firmitatem, & conſtantiam ſolidata. *Job* 37. Qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt. Item quia circumquaque per amicorum, & inimicorum dilectionem diffuſa. *Matth.* 5. Diligite inimicos veſtros. Item quia ſole juſtitiæ illuminata. *Malach.* 4. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol juſtitiæ, i. Chriſtus, qui Eccleſiam ſua præſentia illuminat. *Matth. ultim.* Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Item quia Lunam habet, ideſt, Scripturæ intelligentiam, in qua quaſi prænunciantur, & ſignantur futura, ſicut per Lunam tempora. *Eccl.* 43. Luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis,

& ſignum ævi; a Luna ſignum diei feſti. Item, quia habet Stellas multas diverſorum ſanctorum, *Dan.* 12. Fulgebunt qui docti fuerint, ſicut ſplendor firmamenti: & qui ad juſtitiam erudiunt plurimos, ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates. Et pro hoc cœlo exaltando fuit oſtium in cruce apertum: *Jo.* 19. Unus militum lancea latus ejus aperuit. Unde & ipſe vicem ſibi epoſcens, dicit *Cant.* 5. Aperi mihi ſoror mea oſtium, ſcil. cordis tui, quia & ego per te apertus ſui. *Supra* 3. Ego ſto ad oſtium & pulſo. Item non ſolum pro cœlo, ideſt, pro Eccleſia; ſed Cœlo, i. in Eccleſia fuit apertum hoc oſtium, i. Chriſtus, i. ſecreta cordis Chriſti per revelationem myſteriorum, & ſecretorum, quæ ipſe aperuit ſanctis. *Jo.* 15. Omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. *Matth.* 13. Sine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur, quod dictum eſt per Prophetam dicentem, Aperiam in parabolis os meum; eructabo abſcondita a conſtitutione mundi. Vel oſtium aperitur in cœlo Scripturæ, quando intellectus ad capienda ſecreta ejus illuminatur. *Luc.* 24. Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas. Vel oſtium aperitur in cœlo, quando mens noſtra ſive ſynderesis noſtra ad contemplanda & inveſtiganda bona æterna colligitur in ſeipſa. Homo enim eſt minor mundus, in quo corpus, ideſt, caro, & oſſa pro terra ponitur; humores pro aqua; imaginatio pro aere: ſynderesis pro cœlo Empyreo; ſed ratio pro cœlo ſidereo.

Al. † cum ſup. 1.

a Et vox prima *b* quam audivi, *c* tanquam tubæ *d* loquentis mecum, *e* dicens, Aſcende huc, *f* & oſtendam tibi quæ oportet fieri † poſt *g* hæc. Statim *h* fui in *i* ſpiritu; *k* Et ecce ſedes *l* poſita erat in cœlo, *m* & ſupra ſedem *n* ſedes. *o* Et qui ſedebat, *p* ſimilis erat aſpectui *q* lapidis *r* jaſpidis & † ſardii *s* *ſ* & iris *t* erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni *u* ſmaragdinæ.

Al. † ſardinis.

a Et vox prima, &c.] Secunda pars cap. in qua oſtenditur Joanni ordinatio Eccleſiæ. Et dividitur in 3. partes. In 1. oſtenditur ordinatio in perſonis, ibi [Et ecce ſedes.] In 2. ordinatio in bonis, ibi [Et de throno procedebant, &c.] In 3. ordinatio in officiis, ibi [Et in conſpectu ſedis tanquam mare, &c.] Ante hæc omnia qualiter ſe habuit, oſtenditur, ibi [Et vox prima:] in qua & auctoritatem viſionis oſtendit, & profunditatem, & utilitatem, vel bonitatem. Auctoritatem cum dicit [Et vox prima] doctrina, ſc. Prophetica:

b Quam audivi] i. intellecti, fuit. *c* Tanquam vox] ſc. [Tubæ.] Hoc dicit, quia ad bellum exhortatur *infr.* 12. Item ad cœleſtem ſolemnitatem, quam prædicit *inf.* 19. *Num.* 10. Fac tibi duas tubas. *d* Loquentis mecum:] non mecum diſſentientis, ſed concordantis, quia rationi meæ loquenti rationabiliter conſentiebat vox, ſc. Prophetarum. Et in hoc datur auctoritas viſioni, quia confirmatur a prophetis. Doctrina autem Prophetarum prima dicitur, quia primo in lege temporalia eſſe contemnenda, & cœleſtia amplectenda nunciavit. Verum de bonis æternis & internis primo ſonuit & Evangelica ſecundo. Non autem prima eſt dignitate, ſed ordine; quia vox Evangelica, & Apoſtolica tanto eam dignitate præcedunt, quanto ſupernæ plenitudinis bonum evidentius oſtendunt. Unde *Eph.* 4. Apoſtoli ponuntur ante Prophetas, ubi ſic dicitur: Ipſe quidem dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas. Vel vox iſta fuit inſpiratio ſecreta. Vox dico, *e* Dicens, Aſcende huc,] per intellectualem ſenſum, ſc. ſpiritus per correctionem amplificati. Et in aſcenſu notatur profunditas dicendorum. *f* Et oſtendam] i. in ſtatu præſentis Eccleſiæ: [Vel poſt hæc] i. in ultimis fidelibus qui erunt tempore Antichriſti *ſupra* 1. quæ oportet fieri cito. *g* Statim] poſtquam locutus eſt mihi, *h* Fui in ſpiritu,] plus quam ante, quia jam in ſpiritu erat, ſicut dictum eſt *ſup.* 1. Fui in ſpiritu in Dominica die. Et in hoc notatur bonitas, vel utilitas viſionis, quam vidit. [In ſpiritu.] Hoc dicit, quia terrenis non vacabat, expeditus ab eis, & in ſolo mentis habitaculo receptus. *k* Et ecce ſedes.] Hic incipit agere de ordinatione ejus in perſonis, dicens: (Et ecce ſedes,) Angeli, ſc. Prælati, & doctores in quibus Dominus principaliter reſidendo regnat, & alios regit, & judicat. *l* Poſita erat in cœlo,] i. in Eccleſia. Hi etenim divina providentia poſiti ſunt, & ordinati in ea. *Jo.* 15. Poſui vos, ut eatis. *Act.* 20. Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei. *m* Et ſupra ſedem,] erat ſc. *n* Sedens] i. Chriſtus, qui omnes ſanctos excedit dignitate & gratia, unde bene ſupra eos dicitur ſedere. Chriſtus autem ſecundum utramque naturam præſidet Eccleſiæ, ſecundum divinitatem auctoritate, ſecundum humanitatem dignitate. *Jo.* 3. Qui de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Qualiter autem Chriſtus apparuerit Joanni, oſtenditur cum ſubdit. *o* Et qui ſedebat] Chriſtus ſcilicet. *p* Similis erat aſpectui lapidis.] Et comparatur Chriſtus lapidi, quia in ſe firmus eſt per naturam immutabilitatis. *Jac.* 1. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Item ſoliditatem habet immortalitatis. 1. *Tim.* 1. Regi ſæculorum immortali, ſoli Deo. Et 1. *Timth.* 6. Qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem. Item quia firmum eſt fundamentum juſtificationis. Eſt enim lapis quem reprobaverunt ædificantes. *Iſa.* 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem, probatum, pretioſum: in fundamento fundatum. Item quia duritiam humani cordis confringit, *Matth.* 21. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem autem ceciderit, conteret eum. *Jer.* 23. Nonne verba mea quaſi ignis, & ſicut malleus conterens petras? Item quia veritatem ſervat ſuæ locutionis, tam erga bonos quam malos, ſicut lapidis imaginem ſibi tenet inſculptam. *Pſ.* 88. Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. *Rom.* 8. Deus autem verax; omnis autem homo mendax. Item lapidibus pretioſis comparatur, quia omnia regit per potentiam propriæ virtutis, ſicut lapis pretioſus ſua virtute operatur. 1. *Tim.* 6. Qui ſolus potens eſt, &c. *Eccl.* 6. Lapidis virtus, probatio eſt in illis, ideſt, in hominibus juſtis, maxime in Chriſto. Item quia ſicut lapis pretioſus virtutem ipſius ignorantibus nihil apparet, nec ab eis reputatur; ſic Chriſtus in humanitate vilis apparuit quia ſuam virtutem ibi celavit. *Habach.* 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus. Et *Pſ.* 21. Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis: *q* Lapidis,] dico, non cujuſcumque, ſed. *r* Jaſpidis, & ſardii.] His comparatur propter duos eorum affectus, ſive magis colores. Jaſpis enim viret in quo ſignificatur immarceſcibilitas æternæ beatitudinis, quam promittit bonis: Et ſardius rubet, in quo ſignificatur ignis, & caliditas æternæ damnationis, quam minatur malis. Vel comparatur jaſpidi Chriſtus propter virorem deitatis; & ſardio propter ruborem paſſionis. *Luc.* 23. Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Oſtenſo qualis eſt in ſe, oſtendit qualis eſt in ſua operatione, dicens: (Et iris,) i. juſta, & debita meritorum retributio, quam in die judicii faciet bonis, & malis. *t* Erat in circuitu ſedis] ſc. Hoc dicit, quia ex omni parte mundi coram eo apparebunt, & venient homines judicandi. *u* Similis viſioni Smaragdinæ.] in hoc exprimitur expreſſius retributio utrorumque, ſcil. malorum, & bonorum. Smaragdus enim rubet: Ecce ignis damnationis malorum, & paſcua malorum. *Matth.* 25. Ite maledicti, &c. Item viret: Ecce vita delectabilis bonorum, & paſcua virentia, ubi ſuas oves paſcet Dominus. *Ezec.* 24. In paſcuis uberrimis paſcam eos: in montibus excelſis Iſrael erunt paſcua eorum: ibi requieſcent in herbis virentibus, & in paſcuis pinguibus. Et de utriſque. *Rom.* 2. Reddet unicuique ſecundum opera ejus; his quidem qui ſecundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam; his autem qui ſunt ex contentione, qui non acquieſcunt veritati: credunt autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. Et bene hic meritorum retributio deſignatur ſecundum Irim, qui eſt arcus apparens in nubibus, & fit ex repercuſſione ſolis in nube aquoſa: ſic comparatione converſationis Chriſti, & ſanctorum quæ eſt ſol illuminans ad vitam, & malorum quæ eſt nubes aquoſa, tenebroſa, & fluida damnabuntur fortius, & juſtius mali: *Sap.* 5. Ibunt directe emiſſiones fulgurum, & tanquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur. Vel deſcribit ſic ſedentem a ſocietate. Unde beata Virgo dicitur iris, quæ circuit Chriſtum, ſicut mater filium.

Chriſtus comparatur lapidi multis de cauſis.

Et hæc in cœlo poſita eſt in ſignum fœderis, & pacis inter Deum, & homines. *Geneſ.* 9. Ponam arcum meum, ideſt, Irim, ideſt, beatam Virginem, in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me, & terram. Iris enim fit, quando radius ſolis nubem aquoſam accendit, unde oritur color rubeus: & ex nube ſic accenſa exit fumus, unde oritur color cæruleus. Et beata Virgo nubes erat, ideſt, guttis noctium, ideſt, tribulationibus plena, quando radius ſolis, ideſt, Gabriel miſſus a Deo, qui eſt ſol verus, eam accendit cum dixit, Ave gratia plena. *Luc.* 1. Ex qua aſcendit fumus humilitatis, quæ Dei filium extraxit de ſinu Patris, quando dixit *Luc.* 1. Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. *Cant.* 1. Cum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea, i. humilitas mea calore charitatis accenſa

dedit

a dedit odorem ſuum qui de ſinu patris extraxit Dei filium. Unde B. Virgo virginitate placuit, ſed humilitate concepit. *Bern.* Quæ eſt hæc virgo tam ſublimis, ut ſalutetur ab Angelo? tam humilis, ut deſponſetur fabro. Et hæc fuit ſmaragdus, quia viridis per fidem, & rubens per charitatem. Vel poſſumus dicere quod per ſedentem deitas Chriſti, per lapidem ejus humanitas per jaſpidem, & ſardium exercitus Angelorum, per iridem B. Virgo ſignificatur, ut dictum eſt. Vel per viſionem ſmaragdi ſignificantur generaliter omnes innocentes, & Virgines, qui viriditatem baptiſmalis innocentiæ, & ruborem donorum Sp. Sancti quem receperunt in baptiſmo, ſine amiſſione ſervaverunt.

a Et in circuitu ſedis, ſedilia viginti quatuor: *b* & ſuper thronos, *c* viginti quatuor ſeniores ſedentes *d* circumamicti ſtolis albis: *e* & in *f* capitibus *g* eorum coronas aureas. *h* Et de *i* throno procedebant fulgura, *k* & voces, & tonitrua: *l* & ſeptem *m* lampades ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem Spiritus Dei. *n* Et in conſpectu ſedis tanquam *o* mare vitreum ſimile cryſtallo: & in

a Et in circuitu ſedis, ſedilia viginti quatuor:] ideſt ſancti minores, qui fidem, & charitatem tenent quam utramque docent quatuor Evangelia. Tenent dico cum operibus pietatis, quæ per ſenarium deſignantur: & viginti quatuor ex quater ſex. Tenent itaque doctrinam quatuor Evangeliorum cum operationibus ſex; vel ea ſexies quatuor componuntur. *b* Et ſuper thronos,] i. ſedilia, vel ſedes. *c* Viginti quatuor ſeniores ſedentes] majores ſcil. in Eccleſia: quos prius appellavit ſedes, modo vero ſedentes: quia ſedes reſpectu Dei ſedentis in ipſis; ſedentes vero reſpectu inferiorum quos debent informare in operibus bonis. *Job* 12. In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. Et iſti dicuntur vigintiquatuor, propter duodecim Prophetas in lege, vel omnes Prophetas, qui fuerunt in univerſo ſexdecim, qui Scripturas ſcripſerunt, qui per duodecim deſignantur. Et hoc patet ſic, quia duodenarius numerus eſt abundans, & partes ejus creſcunt in ſexdecim. Et propter Patres novi Teſtamenti, qui dicuntur duodecim, quia a veteribus abundavit juſtitia eorum. Unde: Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus, quam Scribarum, &c. Eadem etiam de cauſa non ſolum ſexdecim qui fecerunt libros; imo omnes quotquot fuerunt, dicuntur duodecim, quia a lege abundaverunt, quia ipſam ſpiritualiter intellexerunt. Vel viginti quatuor dicuntur univerſaliter omnes ſancti propter ſex opera miſericordiæ, quibus patres Veteris Teſtamenti inſiſtebant; & propter ſupererogationem conſiliorum quæ docent quatuor Evangelia, quam Patres Novi Teſtamenti ſuperaddiderunt. Et viginti quatuor ex quater ſex, vel ſexies quatuor componuntur; & ideo dicuntur altius ſedere, quam alii propter prærogativam doctrinæ qua alios erudierunt. *Dan.* 12. Et qui ad juſtitiam erudiunt plurimos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Et *Matth.* 5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Et deſcribit quales erant iſti aſſaſſores, & ſocii Domini, quia:

Matt. 5.

d Circumamicti ſtolis albis,] Ecce gloria corporis.

e Et] vidi ſcilicet: *f* In capitibus eorum] i. in animabus. *g* Coronas aureas,] i. remunerationes, & gaudia pro victoriis quas in ſeculo per charitatem, & ſapientiam, & patientiam obtinuerunt de peccatis, & tyrannis: Ecce gloria animæ, quæ per aurum ſignificatur, quia in auro fulgor, ecce cognitio. Item robor, ecce dilectio. Item pretioſitas, ecce poſſeſſio, vel comprehenſio, ſive fruitio. Hæ ſunt tres dotes animæ.

Moraliter. Moraliter oſtenditur in hoc quales debemus eſſe in præſenti, & maxime Prælati, quia providi, & cauti in converſatione. Unde (Circumamicti ſtolis albis) i. munda, & pura converſatione, quæ per ſtolas pluraliter exprimitur; quia bona converſatio ex multis, & in multis conſiſtit virtutibus. Unde, & ſancta animalia leguntur habere oculos ante, & retro. *Ezech.* 1. Item debemus eſſe pii in intentione. Unde dicit: (Coronas in capitibus eorum aureas,) *Prov.* 21. Theſaurus deſiderabilis, virtutum ſcil. & oleum pietatis in habitaculo juſti, i. in mente, ubi debet habitare abſconditus a ventis, & procellis tentationum. De utroque *Eccl.* 9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida, ecce bona converſatio exterior; & oleum pietatis, & gratiæ de capite tuo non deficiat, i. de mente, ecce puritas interior. *h* Et de throno] Secunda pars ſecundæ partis in qua agit de ordinatione donorum. Et quia ſunt dona ſine quibus eſt ſalus, & ſunt dona ſine quibus non eſt ſalus. Propterea agens de utriſque primo agit de his ſine quibus eſt ſalus dicens: (Et de throno) i. de majoribus perſonis, quæ ſunt in Eccleſia, ſcil. de prædicatoribus, & Prælatis. Procedebant fulgura,) miraculorum.

k Et voces,] ſimplicium prædicationum, vel conſolationum. *l* Et tonitrua:] comminationum. Primum quoad infideles: ſecundum quoad fideles bonos: tertium quoad fideles malos. Petrus dabat ſulgura, quando in lectulis ponebantur infirmi, ut veniente ipſo, ſaltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus ſuis. *Act.* 5. Paulus dabat voces, quando dicebat. *Rom.* 12. Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, &c. Sed dabat tonitrua, quando fornicatorem excommunicavit. 1. *Cor.* 5. Et quando peccatoribus comminans dicebat. 1. *Cor.* 6. Neque fornicarii, neque idolis ſervientes; neque adulteri, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei poſſidebunt. Et dicit (Procedebant) & non exibant, quia a Deo exeunt, & a miniſtris Eccleſiæ hæc dona procedunt. Dicit ergo immediatum principium a quo procedunt, ſcilicet Prælatos, ut ſic tangat mediatum, & primum, ad quod referuntur. Deinde agit de donis, ſine quibus non eſt ſalus, dicens: *De elect. & ſcriptum in primo.*

m Et ſeptem lampades ardentes ante thronum, quæ ſunt ſeptem Spiritus Dei.] ideſt, ſeptiformis gratia Sp. Sancti quæ & hominem illuminat, & accendit: primum in intellectu; ſecundum in affectu. *Joan.* 5. Erat Joannes lucerna ardens, & lucens. Et bene dicit (Ante thronum) & non in throno, quia Prælati debent alios inſtruere in moribus, & donis ſpiritualibus, & ſic habent ante ſe: tunc vero habent in ſe lampades, quando ſibi ſolis bene vivunt. Sed hoc non ſufficit in Prælato: unde *Hieron.* Sancta ruſticitas ſoli ſibi prodeſt, & quantum ædificat ea vitæ merito Eccleſiam Dei, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Vel dona gratum facientia omnes debemus habere ante, & non retro, ut ea ſemper videamus, & viſa deſideremus *Phil.* 3. Quæ autem retro ſunt obliviſcens, ad ea quæ ante ſunt, me extendens, ad deſtinatum proſequor ad bravium ſupernæ vocationis. *In Prolog. Biblia.*

n Et in conſpectu ſedis] Tertia pars ſecundæ partis ubi agit de ordinatione Eccleſiæ in officiis, quæ conſiſtit in quatuor. Primo in collatione ſacramentorum. Item in exhibitione prædicationis, ibi (Et in medio, &c.) Item in decantatione divinæ laudis, ibi: (Et requiem non habebant.) In humiliatione miniſtrorum Eccleſiæ, quæ eſt in attribuendo Deo quicquid habent boni, & hoc eſt viginti quatuor ſeniores procidere ante thronum ibi: (Et cum darent, &c.) Dicit ergo: (Et in conſpectu ſedis,) ideſt, Prælatorum, in quibus Deus ſedens inferiores judicat.

a Tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo.] Per mare baptiſmus, qui purgat amaritudinem peccatorum. *Hab.* 3. Viam feciſti in mari equis tuis. Per baptiſmum enim fit homo idoneus ad hoc, ut ſit equus Dei. Vitreum dicitur propter virtutum pulchritudinem, quæ conferuntur in baptiſmo. Hoc ſignificatum eſt. *Exod.* 14. Ubi aſcenderunt de eo. Et dicitur vitreum: quia ſicut vitrum ſine macula Soli eſt pervium; ſic anima mundata per aquam baptiſmi fit pervia gratiæ Dei; quod prius non erat; quia maculata, & non purgata erat, vel deterſa. *Eph.* 2. Naſcimur filii iræ. Per chryſtallum ſignificantur alia ſacramenta in quibus confertur gratia, quæ effectum baptiſmi confirmat; ſicut ex aqua congelata; & quaſi confirmata fit chryſtallus. *Eccl.* 44. Et gelavit cryſtallus ab aqua. Vel per mare militans Eccleſia ſignificatur, quæ tribulationibus adhuc expoſita eſt. *Job* 7. Nunquid mare ſum ego, aut cetus, quia circumdediſti me carcere? Vitreum propter puritatem & munditiam conſcientiæ, quam habent multi. 2. *Cor.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Similis cryſtallo dicitur Eccleſia: quia ſicut cryſtallus ex aqua, ſic Eccleſia ex debilibus, & infirmis hominibus eſt contexta. 1. *Cor.* 1. Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia.

Et bene dicit, quod hoc eſt in conſpectu ſedis, quia de hac debent eſſe ſoliciti Prælati: ſicut mater quæ de puero ſolicita eſt, quem diligit, ſemper vult eum videre in oculis ſuis.

Vel (Per mare,) anima penitens, & compuncta pro peccatis ſignificatur, quia Mara. *Ruth.* 1. Nolite me vocare Noemi, (ideſt pulchram) ſed vocate me Maram, hoc eſt amaram, quia amaritudinibus replevit me Omnipotens.

Thren.

Thren. 2. Magna velut mare contritio tua. (Vitreum) propter fragilitatem. Sicut enim vitrum cito frangitur, & non reparatur, ſic homo cito cadit in peccatum, & per ſe reſurgere non poteſt. Eſt enim Spiritus vadens, & non rediens. Vel (Vitreum) propter mortis recordationem. Vitrum enim fit ex cineribus: & omnis homo eſt in cinerem reverſurus. *Gen.* 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. Et dicitur: (Similis cryſtallo:) quia ſicut cryſtallus duratur ex aqua; ſic anima pœnitentis per tribulationes confirmatur, ſicut quidam lapides durantur in aqua:

medio *a* ſedis, *b* & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante, & retro. Et *c* animal primum ſimile leoni; *d* & ſecundum ſimile vitulo; *e* & tertium animal habens faciem quaſi hominis: *f* & quartum animal ſimile aquilæ volanti. *g* Et quatuor animalia *h* ſingula eorum *i* habebant *k* alas ſenas:

a Et in medio ſedis] ideſt, perfectorum.

b Et in circuitu quatuor animalia] ideſt, ſancti Evangeliſtæ. Hic oſtenditur ordo quoad exhibitionem prædicationis: vel omnes Prædicatores S. Scripturæ, qui in medio ſunt totius fabricæ Eccleſiæ ſuſtentatores, ſicut columnæ ſuſtinent domum. Hæ enim ſunt quatuor columnæ, quæ ſuſtinent velum, ideſt, Eccleſiam, *Exod.* 26. Item in circuitu dicuntur, eſſe quia ſunt Eccleſiæ defenſores, & protectores. Unde ſignificati ſunt per quatuor circulos aureos, qui ponuntur in quatuor angulis menſæ, ideſt, Scripturæ, vel Eccleſiæ. *Exod.* 25. Item ſunt quatuor fabri, qui arma fabricant Eccleſiæ quibus ſe defendat. *Zach.* 1. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros. Vel (In medio ſunt) quando Prælati, vel Prædicatores, doctrinæ Evangelicæ per meditationem, vel ſtudium vacant: Beati enim, qui ſcrutantur teſtimonia ejus: (Et in circuitu,) quando quæ in Scripturis didicerunt, aliis prædicant. *Prov.* 5. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide. Animalia dico: (Plena oculis ante & retro.) Hoc dicitur; quia in doctrina Evangelica, & eorum quæ jam præceſſerunt, legitur memoria & exemplum cavendi ſi mala ſunt, vel imitandi ſi bona: & eorum quæ futura ſunt, datur notitia præmii ſcilicet æterni ad deſiderandum, & ſupplicii æterni ad fugiendum. Et hic exprimitur quod circumſpecti debent eſſe, qui officium habent prædicandi, ne in aliqua parte morſu ſerpentis venenoſi feriantur: quia dicitur *Eccl.* 12. Quis medetur incantatori a ſerpente percuſſo? Unde eis dicitur 2. *Tim.* 4. Tu vero vigila per circumſpectionem tui, in omnibus, (ideſt, ad omnes convertendos) labora, opus fac Evangeliſtæ: Et bene univerſus Ordo Prædicatorum dicitur quatuor, quia de quatuor Evangeliis debet prædicatio extrahi. Item quatuor debent prædicari, aut ſcil. credenda, aut operanda, aut purganda, aut aſſequenda. Quæ credi debent ſunt tria, aut ea quæ ſunt de jure naturali, aut articulos quatuordecim, aut etiam ſacramenta. Item quæ operari, ſunt mandata, ad quæ omnes tenentur: & conſilia ad quæ perfecti; & opera miſericordiæ, quæ ſunt indifferentia. Item quæ purgari debent, ſunt peccata quæ lavat pœnitentia. Item quæ aſſequi oportet, ſunt vel gaudia æterna, vel ſupplicia. Vel quia prædicatio debet malis terrorem incutere, ecce rugitus leonis. Item debet ad pœnitentiam peccatores provocare, ubi vitulus, ideſt, caro immolatur Deo. Item debet puſillanimes blande confortare, ecce vox hominis. Item debet omnes ad dilectionem mutuam, & deſiderium cœleſtium animare. Et propter hoc ſequuntur hic quatuor, in quibus hæc quatuor prædicta intelliguntur.

c Et animal primum, &c.] ecce terror malorum, qui ſunt beſtiæ.

d Et ſecundum naimal, &c.] per pœnitentiam.

e Et tertium animal habens faciem quaſi hominis] ecce blanda conſolatio.

f Et quartum animal ſimile aquilæ volanti.] Ecce amor, & contemplatio. Dicitur enim, quod aquila plus ceteris & avibus, & animantibus terræ pullos ſuos diligit, altius volat, & clarius ſolem inſpicit. Vel ad litteram per quatuor animalia quatuor Evangeliſtæ deſignantur. Per leonem Marcus, qui apertius quam ceteri agens de reſurrectione, leonem de tribu Juda vincentem nunciavit. *Inf. cap.* 5. Vicit leo de tribu Juda, radix David. Per vitulum qui eſt animal ſacrificio aptum, Lucas qui plenius, & apertius refert de paſſione Domini, in qua ut agnus manſuetiſſimus immolatus eſt pro nobis, vitulus ſaginatus, occiſus pro filio, ideſt, pro genere humano revertenti de regione longinqua. *Luc.* 15. Per hominem Matthæus, qui naſcentem Dominum plenius deſcripſit, & ipſius humanitatis inſignia apertius declaravit. *Matth.* 1. Liber generationis Jeſu Chriſti. *Matth.* 2. Cum natus eſſet Jeſus in Bethleem Judæ. Per aquilam Joannes qui præ ceteris altius volans, de ejus deitate apertius, & profundius tractavit. *Joan.* 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.

Hæc eadem quatuor animalia vidit *Ezech.* 1. *cap.* ut quatuor Evangeliſtarum ſacratus numerus, & in Veteri, & in Novo Teſtamento probaretur.

Sed quæritur hic non incongrue, quare Ezechiel primum deſcribit, & ponit animal illud: quod faciem habebat hominis: iſte vero primo ponit illud, quod erat ſimile leoni?

Sol. Quia fundamentum Chriſtianæ fidei maxime innititur reſurrectioni Chriſti, & hæc omnia jam completa viderat Joannes, propter hoc primo ponit illud animal, ſc. leonem, ſecundum quod ſignificatur reſurrectio. Ezechiel adhuc futurum, & longe poſt expectabat, unde quod prius expectabat venturum, ſc. incarnationem filii, prius deſcripſit: unde animal habens faciem quaſi hominis ante cetera vidit, & oſtendit.

Homo ſex modis accipitur.

Sed adhuc quæritur: cum verus homo fuerit Chriſtus, quare loquens de ejus humanitate dixit, (Et Tertium animal habens faciem quaſi hominis,] & non dixit, hominis ſine quaſi?

Sol. Ad hoc notandum quod homo ſex modis accipitur. Aliquando ſecundum etymologiam nominis, ut cum dicitur ab humo. 1. *Cor.* 15. Primus homo de terra terrenus. Aliquando ſecundum dignitatem conditionis. *Gen.* 1. Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Aliquando ſecundum affectum, vel effectum iniquitatis. 1. *Cor.* 3. Cum enim inter vos ſit zelus, & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis: quaſi diceret, mali eſtis & iniqui? Aliquando ſecundum typum ſignificationis. *Matth* 13. Inimicus homo hoc fecit.

Quid enim ſignificantius per hunc hominem niſi Diabolus ſignificatur, qui ſuper bona ſemina fidei, & virtutum ſuperſeminavit zizania vitiorum, & hæreſum. Aliquando ſecundum defectum fragilitatis. *Jerem.* 17. Maledictus homo qui confidit in homine, qui & fragilis eſt, & cito deficit.

Aliquando ſecundum rectitudinem æquitatis. *Eccl. ult.* Deum time, & mandata ejus obſerva; hoc eſt omnis homo. Quia igitur in malo homo accipitur, quantum ad hoc ſanctus Joannes non faciem hominis, ſed quaſi faciem hominis Dominum deſcripſit habere.

Ipſe enim etſi in carne ſimili peccatrici apparuit: nihil tamen mali vel peccati habuit.

Sic igitur patet quod per quatuor animalia ſignificatur Chriſtus, & quatuor Evangeliſtæ.

Unde verſus, Virgo Joannes avis, Vitulus Lucas; Leo Marcus: Eſt homo Matthæus: quatuor iſta Deus. Eſt homo dum vivit; bos dum moritur; leo vero, quando reſurgit; avis quando paterna petit.

Moraliter.

Moraliter. Quilibet bonus debet eſſe quatuor animalia. Homo per diſcretionem rationis. *Prov.* 4. Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ, (ideſt, diſcretio rationis) præcedant greſſus tuos. Item *Eccl.* 17. Poſuit oculum ipſorum ſuper corda iſtorum. Hic oculus eſt ratio diſcretionis. Item vitulus per macerationem carnis. *Num.* 3. Intra in lutum, & calca, ſubigens tene laterem: quia *Eccl.* 25. Mulier, (ideſt, ſenſualitas vel caro) ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo, (ideſt, rationi.) Item leo per dominationem pravorum motuum, & cuſtodiam cordis. *Prov.* 4. Omni cuſtodia ſerva cor tuum. *Prov.* 16. Melior eſt patiens viro forti; & qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium. Item aquila per cœleſtium deſiderium, & contemplationem. *Phil.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt. Unde verſus: Sis ratione vigens homo; bos carnalia mactans: Sis leo prava domans: ſis avis alta petens: Poſtquam figuram animalium deſcripſit, eorum animalium ſc. prædicatorum, & Evangeliſtarum plenam, & perfectam ſcientiam deſcribit dicens:

g Et quatuor animalia,] ſic erant ſcilic. perfecta, quod

h Singula eorum;] ideſt, ſingulum.

i Habebant,] ideſt, quodlibet habebat.

k Alas ſenas.] Hæ ſunt ſcientiæ Scriptorarum. Prima in lege naturæ; ſecunda in lege ſcripta, tertia in lectione Prophetiæ; quarta in doctrina Evangelicæ ſapientiæ; quinta in inſtitutione, & Apoſtolicæ doctrinæ cognitione; ſexta in cognitione, & lectione quorumlibet doctorum.

a vel expo-

a vel Expoſitorum, ut *Aug. Hier.* & cæterorum, ſicut dicit *Gloſſ.* His alis volant Prædicatores per mundum. *Iſ.* 60. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant? Vel (ſex alæ) ſunt cognitio operum Dei, quæ ſex diebus ſunt facta. Secundum allegoriam Chriſtus dicitur ſex alas habere, quia de ſex tribulationibus liberat, quas in hac vita ſuſtinemus, de quibus *Job* 5. In ſex tribulationibus liberabit te. Item (ſex alæ) ſunt ſex opera miſericordiæ, quibus quilibet homo Chriſtianus impennatus volabit tandem ſuper pennas ventorum, aſque in cœlum elevatus.

Iſai. 4.

D

a & in circuitu, *b* & intus *c* plena ſunt oculis. *d* Et requiem non habebant *e* die ac nocte, *f* dicentia: Sanctus, ſanctus, *g* ſanctus, *h* Dominus *i* Deus *k* omnipotens, *l* qui erat, *m* & qui eſt, *n* & qui venturus eſt. *o* Et cum darent illa animalia *p* gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum & viventi *q* in ſæcula ſæculorum; *r* procidebant viginti quatuor Seniores *ſ* ante ſedentem in throno, *t* & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum: *u* & mittebant coronas ſuas ante thronum, *x* dicentes: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, *y* & honorem, & virtutem: quia

a Et in circuitu.] Hoc expoſitum eſt *ſup.* ſed tamen hic repetit, ut addat dicens: (Et in circuitu) per morum circumſpectionem. *b* Et intus] per conſcientiæ, & intentionis puritatem: Hoc eſt, quod addit:

c Plena ſunt oculis,] ut prævideant, & caveant inſidias inimici. *Prov.* 1. Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum. *d* Et requiem non habebant.] Hic agit de exhibitione divinæ laudis; quæ in tribus conſiſtit, ſcil. in eis quæ Dei ſunt, in ſe, & in Trinitatis, & in unitatis profeſſione, cum dicit: (Sanctus, &c.] Item in eis quæ Dei ſunt generaliter quoad omnes creaturas, unde dicit: (Dominus, &c.) Tertio in eis quæ Dei ſunt ſpecialiter quoad homines; unde dicit: (Qui erat, &c.) Dicit ergo: (Et requiem non habebant,] idest, non ceſſabant: Nec labor hic exprimitur, ſed continuatio laudis monſtratur. Hoc eſt ſumme quieſcere, a Dei laude nunquam ceſſare.

e Die ac nocte,] idest, continue.

f Dicentia: Sanctus, ſanctus, ſanctus.] In hoc, quod ter dicit, notatur Trinitas perſonarum. Et ſequitur: *h* Dominus Deus omnipotens] hic unitas eſſentiæ exprimitur.

l Qui erat, &c.] ecce æternitas, & perpetuitas majeſtatis divinæ. (Sanctus) idem eſt quod agios, i. ſine terra. Eſt autem terra inferior omni elemento, per quod deſignatur invaletudo & infirmitas. Quod enim omni ſubjectum eſt, non eſt ſupra omne. Dicit ergo primo, (Sanctus) pater, i. ſine terra, i. ſine ſubjectione. Ipſe enim præeſt omnibus creaturis æternitate, & Filio, & Spiritui ſancto auctoritate. Vel ſine terra, i. ſine invalitudine potentiæ. Patri enim potentia appropriatur. Item terra obſcura eſt. Dicit ergo:

g Sanctus,] ſecundo, i. ſine obſcuritate ignorantiæ quoad filium, qui eſt virtus & ſapientia Dei patris, 1. *Cor.* 1. In quo abſconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ. *Col.* 2. Item terra frigida eſt & arida. Dicit ergo tertio: *i* Sanctus,] ideſt ſine terra, i. ſine frigiditate iniquitatis, & duritia malitiæ. *Jer.* 6. Sicut frigidam fecit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam: Et hoc quoad Spiritum ſanctum, cui benignitas appropriatur & bonitas. *Sap.* 1. Benignus eſt enim Spiritus ſapientiæ, & non liberabit maledicum a labiis ſuis.

k Domine Deus omnipotens.] Ecce unitas eſſentiæ, quia ſingulariter loquitur: & in hoc conſiſtit laus Dei quoad omnes creaturas, quarum ipſe eſt (Dominus) poteſtate, (Deus) creatione. (Omnipotens) conſervatione. Vel (Dominus) gloriæ (Deus) in natura, (Omnipotens) in virtute. *Judic.* 9. Tu ipſe es Deus noſter, qui conteris bella ab initio, & allide virtutem illorum: in virtute tua cadat virtus eorum. *l* Et qui erat.] Hoc expoſitum eſt *ſup.* 1. Tamen ſic poſſumus dicere (Qui erat) ſine principio. *Joan.* 8. Antequam Abraham fieret, ego ſum:

m Et qui eſt,] Sine omni mutatione. *Jac.* 1. Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

n Et qui venturus eſt] ſine fine permanens in ſæcula ſæculorum. *Pſal.* 89. A ſæculo & in ſæculum tu es Deus. Et in hoc verbo tangitur laus ipſius, quæ ſpecialiter conſiſtit in his, quæ Dei ſunt quoad homines, ad quos remunerandos adhuc expectatur venturus. *Agg.* 2. Adhuc unum modicum eſt, & ego movebo Cœlum & terram, & mare, & aridam, & movebo omnes Gentes, & veniet deſideratus cunctis Gentibus. *Habac.* 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. *o* Et cum darent, &c.] Hic agit de humilitate miniſtrorum Eccleſiæ, & oſtendit ad cujus excitationem ſe humiliant, quia ad cognitionem Scripturarum, & maxime quatuor Evangeliorum, quæ quicquid boni habuerunt, Deo prædicant eſſe tribuendum: cum dicit (Et cum darent.) Secundo oſtendit, qui ſunt qui ſe humiliant, quia univerſi Patres, Prædicatores, & Prælati, Judices & Rectores Novi & Veteris Teſtamenti, quorum quidam ſicut Veteres Spiritu S. revelante, cognitionem habuerunt Evangelicæ doctrinæ. Alii ſc. Patres Novi Teſtamenti per lectionem quaſi hiſtoriæ jam factam hoc faciunt, ibi (Procidebant viginti quatuor, &c.) Ibidem tertio oſtendit in quo & qualiter ſe humiliant; & quarto oſtendit cauſam ibi: Quia tu creaſti, &c.] Dicit ergo: (Et cum darent illa quatuor animalia,) i. quatuor Evangeliſtæ, & ceteri omnes Prædicatores & Doctores in ſuis prædicationibus dandam eſſe oſtenderent.

p Gloriam, & honorem, &c.] i. Deo qui in ſanctis quieſcit, & eis quietem, & pacem tribuit hic pectoris, & temporis, tandem æternitatis. *Joan.* 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. *q* Et viventi in ſæcula ſæculorum.] i. æternaliter: quaſi ipſum ſolum qui in ſanctis quieſcit, & in ſe æternaliter vivit, glorificandum, honorandum & benedicendum prædicarent, & ipſum ſolum eſſe, a quo gloria, & honor, & benedictio datur ſanctis. *r* Procidebant viginti quatuor ſeniores,] i. univerſi Patres Novi & Veteris Teſtamenti, Prædicatores, Judices, & Rectores Eccleſiæ, qui ſe humiliant. Et unde ſeſe humiliare ſciunt? Ex hoc quod Evangelia & prædicatores ſic faciendum eſſe prædicant, & oſtendunt. Hi inquam viginti quatuor Seniores procidebant. *ſ* Ante ſedentem in throno,] ſeipſos comparatione Dei nihil reputando. Ecce timor reverentiæ, quæ eſt quando homo conſiderata Dei magnitudine, in propriam reſilit parvitatem: quia ut dicit *Pſ.* 18. Timor Domini ſanctus permanet in ſæcula ſæculorum. *t* Et adorabant viventem, &c.] ideſt, Deum ex corde, ſcil. divinum honorem exhibendo ei, ſecundum quod monet. *Pſal.* 49. Venite, adoremus, & procidamus ante Deum. *u* Et mittebant coronas ſuas, &c.] victorias ſc. quas de Diabolo & peccatis per ipſum obtinuerant, ipſi attribuendo, & quicquid boni habent, ad ipſum retorquendo. Utrumque enim ſignificatur per coronam, ſc. & victoria; quia corona non datur, niſi victori; & omnium bonorum poſſeſſio, quia illum cui datur, lætificat, & jucundum reddit: ſic jucundum faciunt hominem virtutes, & bona merita, quibus datur gloria æterna. Et dicit (Ante thronum) quia opera Majorum debent fieri in publico, ut inde Minores capiant exemplum. *Matth.* 5. Luceat lux veſtra coram hominibus, &c. & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt, vos imitando in bonis.

Sed quia non ſolum corde humiliare ſe debet homo ad laudandum Dominum, ad quod pertinent tria prædicta, ſcil. procidere, adorare, coronas mittere; ſed etiam debet ſe humiliare, ſcil. ore laudando. Propter hoc ſubjungit: *x* Dicentes, Dignus es Domine Deus noſter accipere] a tua creatura per gratiarum actionem.

y Gloriam & honorem, &c.] quod ſupra dixit (benedictionem) quaſi diceret: Tu es qui dignos nos facis digne tibi impendere laudem: quod facimus quando ipſum ſolum glorioſum, honorabilem, & virtuoſum, & inſuperabilem prædicamus: ipſe vero a nobis hoc accipit, quando laudantibus benigne annuit. Unde *Eſth.* 5. Cumque vidiſſet Eſther reginam ſtantem, placuit oculis ejus, & extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Tunc Eſther ſtat coram Aſſuero, quando fidelis anima decantat laudes Domino, & Dominus virgam auream extendit ad eam, quando ejus laudes benigne recipit.

Et notandum, quod loquens de laude Scripturæ dixit (benedictionem) cum dixit (Et cum darent illa quatuor &c.) Loquens de noſtra laude pro benedictione dixit, (virtutem:) in quo, & Scripturæ ſignificat firmitatem, & ſtabilitatem, de qua unum jota, aut unus apex non præteribit. *Matth.* 5. Et noſtram exprimit fragilitatem: qui ut aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. 2. *Reg.* 14. Et nota modum humiliandi, qui in quatuor conſiſtit. Primo, ut ante Deum procidamus reverendo, & adoremus ipſi ſerviendo, & mittamus coronas, bona omnia quæ in nobis ſunt, ipſi reputando, & tandem gratiam referamus laudantes, noſtram fragilitatem cognoſcendo. Et hæc expreſſa ſunt per quatuor quæ hic dicta ſunt, ſcilicet (Procidebant & adorabant, mittebant, dicentes, dignus es, &c.) Cauſam autem omnium prædictorum ſubjungit dicens:

a Quia

a Quia tu creaſti omnia] dignus es ſcilicet ab omnibus laudari. *Jud.* 9. Dominus totius creaturæ.

b Et propter voluntatem tuam,] ideſt, juxta, vel ſecundum voluntatem tuam erant, antequam eſſent in eſſentia ſua. Unde illud, Domino Deo antequam crearentur, omnia ſunt cognita.

[illegible]

c Et creata ſunt.] Qui enim prius ab æterno fuerunt in mente divina, tandem prodierunt ad eſſe, quando fecit Deus omnia. *Joan.* 1. Quod factum eſt, ideſt, quicquid, ſcilicet omnis creatura, antequam ſcilicet fieret, in ipſo vita, ideſt, qui eſt vita, erat tanquam in exemplari omnium, vel idea.

a tu creaſti omnia, b & propter voluntatem tuam erant, c & creata ſunt.

CAP. V.

A

ET d vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, librum e ſcriptum intus f & foris g ſignatum ſigillis ſeptem.

EXPOSITIO CAP. V.

ET. d vidi in dextera ſedentis, &c.] Hæc eſt ſecunda pars hujus viſionis ſecundæ, in qua oſtenditur Joanni quomodo ſacramenta Eccleſiæ, & myſteria ſunt in Chriſto manifeſtata. Et hoc eſt per hoc, quia datus eſt Chriſto liber, qui erat in manu ſedentis. Dividitur itaque hoc caput in octo partes.

In prima oſtenditur Joanni diſpoſitio diuina de redemptione humani generis, quæ per librum ſignificatur. In ſecunda deſiderium Antiquorum de impletione illius diſpoſitionis, ibi [Et vidi Angelum.) In tertia afflictio de dilatione impletionis, ibi: (Et ego flebam,) in quarta ponitur flentium conſolatio, ibi: (Et unus de Senioribus,) In quinta ponitur adimpletio prædictæ diſpoſitionis, ibi; (Et vidi, & ecce in medio, &c.) In ſexta oſtenditur quid Sancti reddant Deo pro apertione libri, ideſt, adimpletione promiſſionis, quæ erat de redimendo humano genere, ibi: (Et cum aperuiſſet.) In ſeptima oſtenditur Joanni congratulatio Angelorum de redemptione hominum & liberatione, ibi (Et vidi, & audivi.) In octava oſtenditur ei quomodo Sancti conſentiunt congratulationi Angelorum, ibi (Et quatuor animalia, &c.) Dicit ergo.

d Et vidi) Hic notandum, quod in præcedenti capite dixit: (Poſt hæc vidi, &c.) in quo oſtenditur, quod viſio quæ incipiebat, erat alia a præcedente, quæ incepta a ſecundo capite ibidem terminabatur: hic vero non apponit aliquam dictionem ſignificantem ordinem, ſed per copulativam conjunctionem incipit oſtendens in hoc, quod non incipit hic alia viſio, ſed hæc eſt pars una præcedentis viſionis, quæ in proximo capite incepit. Dicit ergo (Et vidi in deatera Dei ſedentis ſuper thronum librum.) Hic liber eſt ſacra Scriptura, quæ in dextera Dei, quia ducit ad dexteram, in qua agni ponentur. *Matth.* 25. Statuet oves quidem a dextris. Vel (In dextera,) i. in filio, qui & dextera Dei eſt. *Pſal.* 97. Salvabit ſibi dextera ejus. Et illud *Pſal.* 117. Dextera Domini fecit virtutem, &c. Et ad dexteram Dei Patris ſedet. Et in Deo dicitur eſſe Scriptura, quia ipſe eam in ſe implevit. *Matth.* 5. Non veni ſolvere legem, ſed implere. Unde *Deut.* 33. In dextera ejus ignea lex. Scriptura dicitur lex ignea, quia nos inflammat ad amorem creatoris.

e Scriptum intus,] quoad Vetus Teſtamentum, in quo abſcondita erat noſtra redemptio: unde in ſignum hujus agnus præcipiebatur ad veſperam immolari. *Exod.* 12.

f Et foris,] quoad Novum Teſtamentum, in quo manifeſtata eſt noſtra redemptio. Vel (ſcriptum intus) per ſenſum myſticum quoad profundiora myſteria, (Et foris) per hiſtoriam. Vel (Scriptum intus) ad ſpiritualium exercitium quoad perfectos, (Et foris) ad Minorum documentum. Vel (Scriptum intus) ne ſecreta ſapientiæ immundis canibus aperiantur; (Et foris,) ut mundis cordibus veritas manifeſtetur.

g Signatum ſigillis ſeptem,] ideſt, toto tempore Veteris Teſtamenti, quod per ſeptenarium deſignatur, quia ante tempus gratiæ nullus ad octonarium æternæ beatitudinis pervenit. (Vel Signatum ſeptem ſigillis,) ideſt, ſeptem obſcuritatibus clauſum. Quarum prima eſt profunditas ſententiarum; *Eccl.* 1. Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi, ideſt, Scripturæ, quis dimenſus eſt? Solus Deus. Secunda, multiplicitas intelligentiarum. *Hier.* In verbis ſingulis multiplices latent intelligentiæ. Tertia, velamen figurarum, quod adhuc eſt ſupra corda Judæorum. 2. *Cor.* 3. Hodie cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper corda eorum. Quarta, incomprehenſibilitas tectorum. *Rom.* 11. Quam incomprehenſibilia ſunt judicia ejus. Quinta, obſcuritas myſteriorum. *Iſa.* 24. Secretum meum mihi. Sexta, dulcedo tropologiarum. *Pſal.* 10. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine! Septima, infallibilis veritas omnium eorum quæ in Scripturis dicuntur. *Matt.* 24. Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Propter hoc dicit *Hier.* Quanti hodie putant ſe ſcire litteras, tenent librum ſignatum, nec aperire poſſunt niſi ille reſeraverit, qui habet clavem David: qui aperit & nemo claudit; claudit & nemo aperit. *ſup.* 3. *Iſai.* 29. Erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti litteras, dicent: Lege illum, & reſpondebit, Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti litteras, diceturque ei, Lege; & reſpondebit: Neſcio litteras. Vel liber eſt Chriſtus (ut diximus) cujus ſignacula ſunt ſeptem opera noſtræ redemptionis. *Hier. in Pro-logo Bibliæ c. 5.*

Incarnatio quæ fuit ſignificata, *Iſa.* 8. Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit & peperit filium. Nativitas ex utero, quæ fuit ſignificata in nativitate Iſaac. *Gen.* 22. Paſſio quæ fuit præfigurata in immolatione agni. *Exod.* 12. Et hirci: *Num.* 7. Reſurrectio quæ fuit ſignificata in Samſone, qui portas Gazæ confregit; *Judic.* 16. Aſcenſio quæ fuit ſignificata in hoc, quod paſſer unus vivus relinquebatur. *Levit.* 14. Et in raptu Heliæ. 4. *Reg.* 2. Spiritus ſancti miſſio. Unde in figuram hujus ignis deſcendit de cœlo. 3. *Reg.* 18. 1. Et 4. *Reg.* 1. Adventus ad judicium: *Dan.* 7. Et libri aperti ſunt. Item corpus Chriſti quod in ſacramento altaris quotidie ſumimus, liber poteſt dici *Eccleſ.* 24. Hæc omnia liber vitæ. Et *Joan.* 6. Panis verus eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. Hic ſcriptus eſt intus conſolationibus & ſuavitatibus plenus: Et ſcriptus foris, quia latens ſub ſpeciebus non eſt nobis viſibilis.

Hic etiam ſignatus eſt ſigillis ſeptem, ideſt, ſeptem mirabilibus quæ accidunt ibi; conficitur enim corpus Chriſti non augmentatum, ſicut hydria plena cineribus tantundem aquæ recipit ac ſi eſſet vacua. In os hominis intrat non diminutum ea potentia, qua clauſo matris exivit utero, & de ſepulchro; & januis clauſis ad diſcipulos intravit. De pane fit non materiatum, nec mutatum idem manens, quod prius, ſicut mea cognitio quodammodo tua fit mediante voce, & tamen anima tua eſt, nec alia eſt, nec aliud quam prius fuit. Comeditur non conſumptum, ſicut viror herbæ viſum perficiens non conſumitur.

Ab immundis ſumitur, nec contaminatur, ſicut Solis radius licet immunda loca illuminet, non fit tamen immundus. Videt nos non viſus a nobis, ſicut aliquis lapis pretioſus facit non videri aliquem, qui tamen alios videt. A pluribus totum ſumitur non diviſum, ſic lumen candelæ non minuitur, etſi multæ candelæ inde accendantur. Vel Eccleſia dicitur liber, cujus ſeptem ſunt ſigilla, ſicut *Joachim* diſtinxit qui hunc librum expoſuit.

Primum eſt mundatio baptiſmi primitivorum fidelium. Secundum, manifeſta perſecutio in fideles ſæviens, & eorum ſanguinem fundens. Tertium, occulta perſecutio cum Dei protectione, vel potius novellæ Eccleſiæ humiliatio. Quartum eſt perſecutio hæreticorum, quæ in tempore Apoſtolorum incepit, & uſque ad tempora Anti-Chriſti durabit. Quintum, glorificatio Martyrum & pro fide glorificatorum in prima ſtola, qui jam ſunt ſecuri de ſecunda. Sextum, perſecutio Anti-Chriſti. Septimum, modica Eccleſiæ requies poſt Anti-Chriſtum extinctum, quando libere prædicabunt fideles, annunciantes tam præterita, quam futura de reprobis, & electis. Hic tamen notandum, quod liber multis modis accipitur in Scriptura.

Eſt enim liber
- Preſcientię. *Exod.* 32. Aut dele me de libro tuo.
- Chriſti. *Pſal.* 130. Et in libro tuo omnes ſcribentur.
- Vitę. *Philipp.* 4. Quorum nomina ſunt in libro vitę.
- Naturę *Roman.* 1. Inviſibilia Dei a creatura mundi per ea quę facta ſunt, &c.
- Pœnę. *Num.* 1. Onus Ninive: liber viſionis.
- Picturę. *Iſai.* 34. Complicabuntur ſicut liber cœli.
- Scripturę. *Zach.* 5. Vidi, & ecce volumen volans.
- Euchariſtię. *Iſa.* 29. Cum dederint ſcienti litteras, &c. ut ſupra.

A a Et

a Et vidi Angelum fortem] Secunda pars, in qua oſtenditur deſiderium Antiquorum de impletione divinæ diſpoſitionis, quæ in libro ſignata eſt, ſcilicet redemptionis humani generis. Unde dicit: (Et ecce vidi Angelum,) Patres ſcilicet Veteris Teſtamenti, qui ſingulariter dicuntur: Angelus propter unitatem fidei. (Forte (propter longanimitatem expectationis. Sciebant enim quod erant ad inferos deſcenſuri. Unde *Job* 14. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, &c.

a Et vidi Angelum b fortem c prædicantem d voce magna: e Quis eſt dignus aperire librum, f & ſolvere ſignacula ejus? g Et nemo h poterat in cœlo, i neque in terra, k neque ſubtus terram aperire librum, l neque reſpicere illum. m Et ego flebam multum, n quoniam nemo dignus inventus eſt aperire librum, o nec videre † illum. p Et unus de Senioribus dixit mihi: q Ne fleveris: r Ecce vicit ſ Leo de t Tribu Juda,

b Prædicantem] ideſt inquirentem. 1. *Petr.* 1. De qua ſalute exquiſierunt, atque ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt, ſcrutantes in quod, vel quale tempus ſignificaret in eis Spiritus Chriſti, &c. *Al. tem.*

c Voce magna,] Ecce deſiderium. Unde *Luc.* 10. Beati oculi qui vident quæ vos videtis; dico enim vobis, quod multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt. Hoc autem deſiderabant Patres Veteris Teſtamenti propter multa. Primo, ut ipſi a limbo liberarentur, *Job* 17. In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea: quos ipſe inde liberavit. *Zach.* 9. Tu vero in ſanguine tuo, &c. Item ut Deo reconciliarentur. *Job* 9. Non eſt, qui utrumque poſſit arguere, & ponere manum in ambobus. *Greg.* Manum Chriſtus Jeſus in ambobus poſuit, quia homini exemplum operandi tribuit, & Deo in ſe opera, quibus placaretur oſtendit, quod nunquam nullus alius facere potuit. Item ut Dei hominis blandam familiaritatem aſſequerentur. *Cant.* 8. Quis mihi det te fratrem, ut videam te foris, ideſt hominem, & deoſculer te, per familiaritatem? *B. Bernard.* Jam promiſſiones, & viſiones non recipio, figuras, & ænigmata nolo. Ipſas quoque Angelicas ſpecies faſtidio, omnes quippe ſuperat ſpecie, & pulchritudine Jeſus meus. Item ut onus, & auſteritas legis eis mitigaretur. *Job* 9. Auferat a me virgam ſuam. *Iſai.* 10. Computreſcet jugum a facie olei. Item ut Scripturæ ei aperirentur. *Job* 38. Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti auroræ locum ſuum? Aurora eſt Scripturæ intelligentia, quæ poſt nativitatem Chriſti eſt aperta. *Bernardus*: Jam Moyſen non audio impeditioris linguæ. *Exod.* 3. Iſaiæ labia immunda ſunt. *Iſa.* 6. Jeremias neſcit loqui, quia puer eſt. *Jerem.* 1. Prophetæ omnes elingues ſunt, ipſe loquatur, ſcilicet Chriſtus, qui eſt Verbum patris: Vox illa magna erat hæc.

d Quis eſt dignus aperire librum,] quaſi diceret nullus niſi filius Dei. Librum aperire, ideſt divinam diſpoſitionem implere, vel veteris legis præcepta manifeſtare.

e Et ſolvere ſignacula ejus?] Videtur eſſe ordo præpoſterus, quia prius eſt ſolvere, deinde aperire. Solut. Hoc dicitur, quia librum Scripturæ primo implevit Chriſtus, & poſtea ſolvit. *Act.* 1. Cœpit Jeſus facere, & docere. Vel hoc dicitur, quia Chriſtus, quod diſpoſitum erat a patre, in ſe implevit, quod eſt librum aperire; tamen poſtea per prædicationem Angelorum, ideſt Prædicatorum adimpletionem factam manifeſtavit.

f Et nemo,] ideſt nihil utens ratione.

g Poterat neque in cœlo,] ut Angeli.

h Neque in terra,] ut homo.

i Neque ſubtus terram] ut ſpiritus humanus corpore jam exutus.

k Aperire librum.] ideſt redimere genus humanum, Quicquid enim habebat boni pura creatura, totum Deo debebat. Unde *Aug.* Niſi unigenitus Dei filius moreretur, genus humanum non redimeretur, & non redemptum periret.

l Neque reſpicere illum.] ideſt perfecte intelligere generationem Redemptoris. *Iſa.* 53. Generationem ejus quis enarrabit? Et *Luc.* 3. dicebat Joannes: Non ſum dignus corrigiam calceamentorum ejus ſolvere, ideſt non poſſum digne, ſive perfecte generationem ejus ſenſu intelligere, vel verbis explicare. Unde etſi ſciebant futuram eſſe incarnationem, tamen de modo dubitabant. Unde etiam beata Virgo dubitavit de modo, dicens. *Luc.* 1. Quomodo fiet iſtud, &c.

m Et ego flebam] Tertia pars, in qua oſtenditur afflictio de dilatione. Sed quæritur hic: Aut intelligebat Joannes, aut non? Si non; ergo non debuit flere, quia neſciebat quid erat. Si ſic; ergo ſimiliter non debuit, quia ſciebat hoc eſſe impletum. Solutio: *Gloſſ.* dicit, quod hoc in perſona priorum Patrum dicit, non in ſua; qui propter hoc flebant, quia dilatam reparationem dolebant, & non intelligebant. *Proverb.* 13. Spes quæ differtur affligit animam. Dicit ergo: (Et ego) in perſona patrum antiquorum dicit Joannes: (flebam.)

n Quoniam nemo, &c.] quia omnes inquinati. *Epheſ.* 2. Eramus natura filii iræ, ſicut & ceteri.

o Nec videre illum.] Sed adhuc quæritur hic, quare non dixit quod Angelus fortis, quem in perſona Patrum prædicantem dixerat, flebat, ſed ipſe Joannes? Solutio: Ad innuendum, quod eadem eſt unitas Eccleſiæ in Novo, & Veteri Teſtamento. Ipſe enim qui erat perſona Novi Teſtamenti, in perſona Antiquorum flere ſe dicebat. *Cant.* 6. Una eſt columba mea.

p Et unus de Senioribus, &c.] Quarta pars, in qua flentibus conſolatio datur. Unde dicit: (Et unus de Senioribus dixit mihi ne fleveris) non dicit: Ne fleas, quia naturale eſt homini flere pro dilatione amati, ſed non debet fletum continuare. Unde ſenſus eſt: Ne fletum continues; ſed intercipe conſolationem, quia veniens veniet quem tu æmularis. Seniores ſunt Prophetæ omnes, qui onus dicuntur propter fidei unitatem, & quia concorditer de adventu Domini prædixerunt. *Job* 38. Nunquid conjungere poteris micantes ſtellas Pleiadas, ideſt Prophetas in unum facies concordare, ut unum quid certum ſentiant, & nuncient de Chriſti incarnatione? quaſi dicatur: Etſi multi Patres Chriſti adventum deſiderabant, & de ejus dilatione dolebant; tamen in hoc conſolationem recipiebant, quod omnes Prophetæ ipſum concorditer prædicabant, & ad majus conſolationis augmentum, non ſolum venturum, ſed de qua tribu nunciabant. Unde ſequitur.

q Ecce vicit] Hoc dictum eſt de Patribus. (Ecce) adverbium demonſtrandi: quaſi dicitur: Apparebit. *Iſai.* 25. Ecce Deus noſter iſte.

r Vicit] ideſt vincet, Hoc dicit præ certitudine. De hac victoria 1. *Reg.* 2. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. *Exod.* 15. Dominus quaſi vir pugnator currus Pharaonis, & exercitum ejus dejecit in mare. *Luc.* 11. Si autem fortior ſuperveneit, univerſa vaſa ejus diripiet.

ſ Leo] ideſt Chriſtus,

t De tribu Juda] procedens tanquam ſponſus de thalamo ſuo. *Matth.* 2. Et tu Bethlehem terra Juda nequaquam minima es, &c. *Gen.* 49. Catulus Leonis Juda, ad prædam aſcendiſti fili mi, requieſcens accubuiſti ut leo. *Oſee* 13. Conſummam eas ibi quaſi leo. Fuit autem Chriſtus leo in incarnatione, ubi cauda humanitatis abſcondita veſtigia divinitatis ne diabolus ea inveniat; ſicut leo cauda ſua veſtigia delet. *Iſai.* 11. Leo quaſi bos paleas comedet. Item leo fuit in progreſſu vitæ, quia audacter arguebat peccatores. *Prov.* 30. Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pavebit occurſum. *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ. Unde *Oſee* 11. Quaſi leo rugit, & formidabunt filii maris. Item leo in paſſione ubi diabolum proprie vicit, & prædam de manu ejus, ideſt de inferis captivos tulit. *Num.* 23. Non accubabit, ut leo donec devoret prædam. Et *Num.* 24. Accubans dormivit ut leo, & ſicut leæna quam ſuſcitare nemo audebit. *Deut.* 33. Dan catulus leonis fluet largiter ex Baſan. Dan interpretatur judicium, & Baſan confuſio; & in paſſione diabolum Dominus adjudicavit confuſioni. *Jud.* 14. Dilaceravit leonem quaſi hædum in fruſta. Item leo fuit in reſurrectione ut hic, quia excitatus die tertio. *Iſa.* 31. Quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam, cum occurrerit ei multitudo paſtorum, a voce eorum non formidabit. Hoc fuit poſt reſurrectionem, quando fortes fecit Apoſtolos, ne forte formidarent multitudinem Sacerdotum, Phariſæorum, & Scribarum. Item leo erit in judicio. *Amos* 3. Leo rugiet, quis non timebit? Secundum *Gl.* Leo Chriſtus dicitur, quia ſicut leo

a dormit

Moraliter. q Ecce vicit leo. Prælatus debet eſſe leo per juſtitiam, ſed agnus per manſuetudinem, & miſericordiam. *Iſai.* 65. Lupus, & agnus ſimul paſcentur, leo, & bos comedent paleas. Hoc fit quando ſic fit temperamentum ex miſericordia, & juſtitia in Prælato, quod nec juſtitia miſericordiam expellit, nec miſericordia juſtitiam emollit. Sed in multis hodie leo vicit ad litteram, quia Prælati per violentiam ſubditos opprimunt. *Eccleſ.* 13. Venatio leonis onager in eremo; ſic paſcua divitum ſunt pauperes. Cum tamen dicat *Eccleſ.* 4. Noli eſſe *Moraliter.*

* in domo

a dormit apertis oculis, ſic Chriſtus vivente divinitate in carne expiravit.

a Radix David] *Gloſſ.* procedens a David. Sed ſi radix, quomodo procedens a David? Solut. A David proceſſit Chriſtus, quia ab eo corpulentam ſubſtantiam habuit, non per viam ſeminis, ſed ſicut radix a terra procedit, & hoc quoad humanitatem. Item radix David, quia ſecundum divinitatem David ab ipſo eſt, & per ipſum.

a radix David *b* aperire librum, *c* & ſolvere ſeptem ſignacula ejus. *d* Et vidi, *e* & ecce in medio throni, *f* & quatuor animalium, *g* & in medio Seniorum *h* Agnum *i* ſtantem *k* tanquam occiſum, *l* habentem cornua ſeptem, *m* & oculos ſeptem: *n* qui ſunt ſeptem Spiritus Dei miſſi *o* in omnem terram. *p* Et venit *q* & accepit *r* de dextera ſedentis in throno *ſ* librum. *t* Et cum aperuiſſet librum, *u* quatuor animalia *x* & viginti quatuor ſeniores *y* ceciderunt *z* coram Agno, *a* habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt

b Aperire librum,] id eſt, ut aperiat librum in ſe.

c Et ſolvere] aliis (Septem ſignacula,] id eſt, manifeſtare.

d Et vidi,] Quinta pars, in qua oſtenditur impletio diſpoſitionis, poſt promiſſionem ſubjungit promiſſionis exhibitionem, dicens: (Et vidi) ſic ſcilicet impleri, ſicut prædixerat unus de Senioribus.

e Et ecce in medio throni,] id eſt Eccleſiæ.

f Et quatuor animalium,] id eſt Evangeliſtarum, & Doctorum eorum: *g* Et in medio Seniorum] id eſt Prælatorum, vel Prophetarum:

h Agnum] id eſt Chriſtum, id eſt, (Stantem) ad adjuvandum. (In medio) Eccleſiæ per naturæ participationem, per protectionem, per amoris oſtenſionem. Item (in medio quatuor animalium) per concordiam eorum, quia unanimiter concordant Evangelia in ipſum. Item (in medio) Prophetarum, quia nihil locuti ſunt Prophetæ niſi per ipſum. Item (in medio) Prælatorum, quia ipſis ſpecialiter datus in exemplum. *Joan.* 10. Ego ſum paſtor bonus. Item (in medio) omnium, quia pro omnibus eſt oblatus. 2. *Cor.* 5. Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus. De hoc Agno prædixerat deſiderandum. *Iſai.* 16. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti, (id eſt de Beata Virgine) ad montem filiæ Sion. Sed quid eſt quod unus de Senioribus flentes conſolando, leonem ipſum vocavit, & in exhibitione Joannes agnum? Solut. In hoc duplex Chriſti natura notatur. Leo enim fuit fortis, & potens, & magnus per divinitatem, ſed Agnus manſuetus, & humilis per humanitatem. *Jerem.* 11. Ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam. Item leo malos puniendo; agnus bonos redimendo. Item leo in promiſſione, ut ſpes infirma ſe roboraret; agnus in exhibitione, ne pavida conſcientia formidaret.

k Tanquam occiſum,] Hic inſurgunt Manichæi, qui dicunt eum habuiſſe phantaſticam carnem. Sed ly (tanquam) expreſſivum eſt veritatis. Sicut *Joan.* 1. Quaſi unigeniti a patre. Sed ſi ſtans quomodo occiſus? Solut. Stans in deitate, occiſus in humanitate. Unde & dicitur (Tanquam occiſum) quia in alterutra tantum. Vel vere occiſum in ſe quantum homo, quia vere mortuus eſt, ſed (Tanquam occiſum) in membris. *Matth.* 25. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Vel (Tanquam occiſum,] id eſt, adhuc habentem cicatrices in ſignum occiſionis contra reprobos in teſtimonium. Unde *Zach.* 13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum. Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum qui diligebant me. Vel (Tanquam occiſum) Hoc dicit, quia etſi vere mortuus, tamen tanquam occiſus dicitur, quia cito cum gloria reſurrexit. 2. *Cor.* 13. Etſi crucifixus eſt ea infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei.

* in domo tua ut Leo, ſubvertens domeſticos tuos. Et ſic agnus dicitur, quia nec pietas, nec manſuetudo ſervatur, ut de tali poſſit dici illud, *inf.* 13. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi: quia cum oritur talis Prælatus mundo per amorem rerum, & cupiditatem occiditur in ipſo agnus, miſericordia ſcilicet, & manſuetudo. Agnum dico

l Habentem cornua ſeptem,] id eſt regni, & poteſtatis perpetuitatem. *Dan.* 7. Poteſtas ejus, poteſtas æterna. *Luc.* 1. Et regni ejus non erit finis. Per cornua enim regia poteſtas deſignatur. *Luc.* 1. Et erexit cornu ſalutis nobis, ſed per ſeptem perpetuitas, quia omne tempus hoc numero agitur.

m Et oculos ſeptem:] id eſt univerſalem nominis ſui, & potentiæ manifeſtationem. Oculus enim eſt lux corporis vel lucerna; ſic fama & notitia eſt quaſi oculus bonæ converſationis. Unde *Cant.* 1. Oleum effuſum nomen tuum. De utroque *Philip.* 2. Et Deus exaltavit illum (ecce poteſtas regni) & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen (ecce dilatatio nominis, & fama bonæ ejus converſationis.) Vel per ſeptem cornua contemplativi: quæ & capiti adhærent, & a carne ſeparantur; ſic Contemplativi Chriſto adhærent per continuam meditationem, & a carnalibus ſeparantur per eorum ſubjectionem. Per oculos ſeptem Activi, videntes aliorum miſerias, ſubveniunt eis compatiendo, ne membra Chriſti, & Eccleſiæ in præcipitium cadant; ſicut oculus videt, & prævidet toti corpori: quaſi diceret: Chriſtum imitantur, & Contemplativi, & Activi. Vel per cornua univerſitas potentiæ ipſius Chriſti: per oculos diſcretio, vel plenitudo gratiæ. *Joan.* 1. De cujus plenitudine nos omnes accepimus. Præmittit autem cornua, & poſt de oculis ſubjungit: quia prius debent, qui præſunt, & utuntur cornibus, & oculis, ventilaſſe mundum, carnem, & diabolum, quam inſtituantur ad prævidendum. Unde *Eccl.* 7. Noli quærere fieri judex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates. *Inf.* 6.

n Qui ſunt ſeptem Spiritus Dei] Hoc dicit, quia ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti, quam habet Chriſtus, & ſui regni ſpiritualis ſublimitatem oſtendit, & ſuæ veritatis agnitionem. *o* Miſſi in omnem terram.] *Hebr.* 1. Omnes ſunt adminiſtratorii Spiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Quomodo autem ſe habuit Chriſtus, oſtendit dicens

p Et venit] Agnus ſcilicet in carnem:

q Et accepit] in quantum homo. *r* De dextera ſedentis in throno] id eſt a ſeipſo Deo, & Dei filio.

ſ Librum.] ſcilicet Scripturæ ad ſciendum, & aliis aperiendum. Et notandum, quod ſpecialius dicitur accepiſſe gratiam cognoſcendi Scripturas a filio quam patre, vel Spiritu ſancto, quia filius unitus eſt illi homini, ſcilicet Chriſto, licet hoc acceperit a tota Trinitate.

t Et cum aperuiſſet librum,] Sexta pars capituli, in qua oſtendit quid ſancti reddunt Deo pro redemptione humani generis. Et habet pars iſta duas; quia primo reddunt Deo imitationem, quia ipſe dedit formam vivendi. Secundo laudem, ibi. [Et cantabant, &c.] In imitatione autem quatuor attenduntur. Primum eſt humiliatio, quia Chriſtus ſeipſum humiliavit exinaniendo, quod notatur ibi: [Ceciderunt.] Secundum eſt mortificatio carnis, quia Chriſtus mortuus fuit quod notatur ibi: [Habentes ſinguli citharas:] Tertium eſt dilectionis latitudo, quia Chriſtus dilectione magna, & zelo tradidit, quod notatur ibi. [Et phialas.] Quartum eſt oratio pro invicem, ut Chriſtus pro inimicis oravit, quod notatur ibi [Plenas odoramentorum] Dicit ergo: [Et cum aperuiſſet librum] ut Angelis, & hominibus aliqua, quæ prius non intelligebant innoteſcant. *Eph.* 3. Ut innoteſcat Principibus, & Poteſtatibus cœleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei. *Iſa.* 63. Quare rubrum eſt indumentum tuum? ſic dicebant Angeli Chriſto aſcendenti. *Ad ſitum.*

u Quatuor animalia] i. univerſi Prædicatores, & Evangeliſtæ verbi Dei. *x* Et viginti quatuor Seniores,] id eſt omnes Judices Eccleſiæ, & alii boni. Vel per animalia, & Seniores univerſitas ſanctorum deſignatur: ut per animalia illi, quorum eſt diſſeminare verbum; & per viginti quatuor Seniores illi, qui ſe debent in ſex operibus miſericordiæ exercere ſecundum regulam quatuor Evangeliorum.

y Ceciderunt coram Agno,] de ſe humilia ſentientes, Deum magnificantes, & ab ipſo juſtificari humiliter poſcentes: [Ceciderunt] dicit non deſcenderunt, quia humilitas neſcit deſcenſum. Ponit enim ſe in imo, ita quod deſcendere non poteſt: ſcit enim, quod noviſſimi erunt primi. *Matth.* 2. Et tenet præceptum Domini. *Luc.* 14. Si invitatus fueris, vade, & recumbe in noviſſimo loco, ut cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Aſcende ſuperius: tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. *z* Coram Agno] hoc eſt ad differentiam caſus peccati, qui eſt retro. Unde [coram agno] id eſt ad honorem Agni, vel ad beneplacitum Agni. Qui coram agno cadit, videt agnum, unde & recta, & pura intentio notatur. *a* Habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.] Per citharam mortificatio carnis ſignificatur. Hujus citharæ lignum eſt crux, cujus non una tantum chorda eſt, ſed plures. Hæ ſunt caro ſecundum membra ſui diverſa, quæ prona ſunt ad diverſa peccata: unde & omnia debent tendi, ut conſonam faciant melodiam. *Roman.* 6. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. *Iſa.* 23.

Sume

Digitized by Google

Sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita. Et dicit [ſinguli] quia unuſquiſque congruam ſibi pœnitentiam debet accipere, non omnes unam. *Lucæ 9.* Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Per phialas, quæ latæ ſunt, & lucidæ, ſignificantur corda Sanctorum per ſapientiam lucida, & per charita- *Infr. 7.* tem dilatata. Quæ etiam aureæ ſunt per ſapien- *al. † Deo,* tiam cęleſtem, vel ſcientiam ſupereminentem. *Eph.3.* Scire etiam ſupereminentem ſcientię charitatem Chriſti, ut impleamini in omnem ple- D nitudinem Dei. Unde & hic dicitur. [Plenas odoramentorum.] Hæc enim plenitudo eſt communicatio orationum: quia ſicut odor ſe circumquaq; diffundit in aere; ſic orationes Sanctorum ſe ad omnes extendunt. Sciunt enim quod oratio quanto communior, tanto eſt fructuoſior. Unde 1. *Tim.* 2. Volebat Apoſtolus pro omnibus hominibus orari, dicens: Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt. Item odoribus comparantur orationes; quia ſicut odor aſcendit, ſic oratio. *Eccl.* 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit: & donec propinquet, non conſolabitur; & non diſcedet, donec Altiſſimus aſpiciat. Unde *Cant.* 3. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii? Vel quilibet cœleſtis animus, & ſpiritualis eſt Deo; & ſibi cithara per exultationem, ſed phiala odorum per latam capacitatem devotarum orationum.

orationes Sanctorum; *a* & cantabant *b* canticum novum, *c* dicentes: Dignus es Domine *d* Deus accipere librum, & ſolvere ſignacula ejus: *e* quoniam occiſus es, *f* & redemiſti nos † Deus *g* in ſanguine tuo *h* ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione; *i* & feciſti nos Deo noſtro regnum *k* & ſacerdotes; *l* & regnabimus ſuper terram. *m* Et vidi, *n* & audivi vocem Angelorum multorum in *o* circuitu throni, & animalium, & Seniorum; *p* & erat numerus eorum *q* millia millium,

a Et cantabant] Oſtenſo quomodo & in quo Sancti reddunt imitationem Dei; oſtendit de laude Sanctorum dicens; [Et cantabant] elevando deſiderium in contemplatione, & ſeipſos deprimendo per conſiderationem fragilitatis ſuæ. *b* Canticum novum] de humani generis innovatione, vel de nova re: vel etiam quod dignus inventus eſt, quod librum aperiret, quod novum fuit. *Iſa.* 42. Nova quoque ego annuncio. Vel [Novum] quia de Novo Teſtamento. *Lev.* 26. Et novis ſupervenientibus, vetera projicietis. *c* Dicentes, Dignus es Domine Deus] quia a peccato immunis. *d* Accipere librum, &c.] Hoc totum expoſitum eſt. Et quare dignus?

e Quoniam occiſus es,] pro nobis. *Roman.* 4. Mortuus eſt propter peccata noſtra. *f* Et] per hoc [redemiſti nos] qui ſub peccatis detinebamur concluſi. *Rom.* 11. Concluſit enim Deus omnia ſub peccato, ut omnium miſereatur. [Nos] non te qui ſine omni peccato fuiſti. 1 *Petr.* 2. Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus. [Redemiſti nos, Deus] ſc. exiſtens auctoritate, & homo redemiſti nos merito. Vel verior littera [Deo] ut eſſemus Dei, qui prius eramus diaboli, per iniquitates noſtras ei venditi: ſicut prædixerat Dominus *Iſa.* 50. Ecce enim iniquitatibus veſtris venditi eſtis. Et dicit [Redemiſti] quia prius nos fecit Dominus: & ne parum hoc videretur homini, tandem hominem emit, quando omnes creaturas quaſi pro eo habendo homini ſubjecit. Sed tandem magno pretio valde redemit, quia ſanguine ſuo. 1. *Petr.* 1. Non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontaminati, & immaculati Jeſu Chriſti. Unde: *g* In ſanguine ſuo] Sed quare non dicit per ſanguinem? Sol. Per ſanguinem totum genus humanum redemit per ſufficientiam: ſed [in ſanguine,] i. in ſanguinis, ideſt, paſſionis imitatione ſolum bonos; & ſic tangit efficientiam paſſionis. *h* Ex omni tribu, &c.] ideſt, ex trina generatione trium filiorum Noe derivatum eſt totum genus humanum, per ſeptuaginta linguas diſtinctum; & in ſingulis linguis plurimi ſunt populi, & in populis plurimæ nationes: q. d. ex omni populi natione quæ ſub cœlo eſt, electos congregaſti. *Pſ.* 14. Diſperſiones Iſrael congregabit. *Matth.* 8. Multi ab Oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in regno cœlorum. Vel per tribum & linguam Judæi majores, & minores. Vel per tribum communiter omnes: per linguam majores. Item per nationes, & populum, Gentiles: per primum majores quorum nationes notæ ſunt magis, & diſtinctæ; per ſecundum minores de plebe. De primo *Act.* 10. Et in nationes, ideſt, in Paganos gratia Dei diffuſa eſt. De ſecundo *Deut.* 33. Dilexit populos. *i* Et feciſti nos Deo noſtro regnum] i. tales in quibus Deus regnat per gratiam, in quibus Diabolus prius regnabat per culpam. *k* Et ſacerdotes,] ut noſmetipſos offeramus Deo ſecundum quod monet Apoſtolus. *Rom.* 12. Obſecro per miſericordiam Dei, ut exhibeatis, ideſt, offeratis corpora veſtra hoſtiam viventem, &c.

l Et regnabimus ſuper terram,] ideſt, terrenitatem abjicientes, latrones ſuſpendemus, ideſt, peccata quæ animam nobis furantur, rebelles, ſubjiciemus: ideſt, motus carnales ſpiritu domabimus, ut tandem ſuper terram viventium regnantes dicamus cum *Pſal.* 83. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Sed quare non dicit Reges ſicut dicit regnum: & e converſo quare non dicit ſacerdotium ſicut ſacerdotes? Solut. Quia quod nos regimus, hoc a Deo eſt. Unde reges non ſumus niſi, quia regnum Dei ſumus. Sed quod ſumus ſacerdotes Deo nos offerendo, hoc magis habemus a nobis, quia a libero arbitrio, & præparante, & cooperante. Sed cum in *Exod.* 19. dictum ſit: Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Item 1. *Petr.* 2. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium. Et hic [Feciſti nos *Dan. 7.* Deo noſtro regnum, & ſacerdotes,] quæritur unde ſit iſta diverſitas? Sol. In *Exod.* ſacerdotium adjective poſitum eſt, quia in lege ſacerdotium innitebatur regno, quia figurativum erat ſacerdotium, & non verum, ſed regnum erat verum, & propter hoc regnum ponitur ſubſtantive. Item in Novo Teſtamento, ſcil. in *Canonica Petri*, ſacerdotium ponitur ſubſtantive, & regnum adjective, quia ibi regnum innititur ſacerdotio, ſed hic utrumque ponitur ſubſtantive, quia hic liber pertinet ad ſtatum patriæ, ubi nullus alii innititur; quia: 1. *Cor.* 15. Ceſſabit omnis prælatio. *m* Et vidi, & audivi.] Septima pars ubi oſtenſum eſt Joanni, quomodo congratulantur Angeli de redemptione generis humani, & Deum inde laudant. Sed quæritur: cum in præcedenti parte ubi agit de congratulatione hominum, oſtendit quod & homines imitantur Chriſtum, & laudant ipſum; hic vero agens de congratulatione Angelorum, non dicit, niſi quod Angeli laudant Deum: unde hoc? Sol. Quia Angeli ipſum non imitantur; nec poſſunt, cum dicatur. *Hebr.* 2. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Sed quæritur hic utrum loquatur de viſione corporali, an ſpirituali. Si primo modo, ſed ſit vox non videtur. Si ſecundo modo, tunc eſt ordo præpoſterus. Ibi enim prius eſt audire, & poſtea videre, i. intelligere. *Gloſ.* ſolvit quæ dicit: [Vidi] quæ prædicta ſunt: [Et audivi] quæ ſequuntur [vocem.] Vel poteſt ſic dici: [Vidi] Angelos per inſpirationem factam mihi a Deo. [Et audivi] poſtea. *n* Vocem Angelorum multorum exiſtentium] ſc. *o* In circuitu, &c.] Hoc dicit, quia, & majores, & minores, & medias perſonas Eccleſiæ Angeli protegunt, & cuſtodiunt; & defendunt quia ut dicit *Pſal.* 126. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Unde ſuper illud verbum *Geneſ.* 30. Experimento didici, quod benedixerit mihi Dominus propter te, dicit *Bern.* Et non videamus obſequium quorum experimur auxilium; ex hoc ipſo monemur inviſibilia viſibilibus præponenda. Quod ergo Angeli ſint in circuitu noſtro, hoc quotidie diſcimus experimento: & poteſt probari; quia, ſi mali Angeli circumeunt ad devorandum 1. *Petr.* 5. Circuit quærens quem devoret. Et *Job* 1. Et 2. Circuivi terram: ſatis probabile, imo veriſſimum eſt, quod boni circumeunt, & circundant nos defendendo. *Iſa.* 62. Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes; tota die, & tota nocte perpetuo non tacebunt. *p* Et erat numerus eorum millia] de numero.

q Millium,] i. multa millia. In his verbis duo ſignificata ſunt, in multitudine major atteſtatio, & congratulatio, & ita majus gaudium. Item in ipſis nominibus, vel numeris, vel modo loquendi ſignificatum eſt, ut dicit *Gl.* quod numerus Angelorum quoad nos infinitus eſt, ſed quoad Deum finitus: quia mille eſt finitus numerus, ſed infinitus quoad ſignificatum, ſc. propter pluralem numerum. Unde Deo, qui eſt principium, & principalis cauſa omnium, finitus eſt numerus Angelorum; nobis vero qui ſumus ſecundarii, & quaſi in numero plurali, infinitus. Unde *Job* 25. Nunquid eſt numerus militum ejus. *Daniel.* 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.

a Voce

a Voce magna dicentium, *b* Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, *c* accipere *d* virtutem, *e* & divinitatem, *f* & ſapientiam, *g* & fortitudinem, *h* & honorem, *i* & gloriam, k & benedictionem, *l* & omnem creaturam *m* quæ in cœlo eſt, & quæ † ſuper terram, *n* & ſubtus terram, *o* quæ ſunt in mari, *p* & quæ in eo, *q* omnes *r* audivi dicentes, *ſ* Sedenti in throno, *t* & Agno *u* benedictio, *x* & honor, *y* & gloria, *z* & poteſtas in ſæcula ſæculorum. *a* Et quatuor animalia dicebant. Amen *b* Et viginti quatuor Seniores ceciderunt in facies ſuas; *c* & adoraverunt viventem *d* in ſæcula ſæculorum.

a Voce magna dicentium, Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere virtutem,] *Gloſſ.* immunitatem a peccato. Sed nonne in incarnatione immunitatem a peccato accepit: quomodo ergo dicit, quod dignus eſt accipere, quia occiſus eſt? Sol. Licet acceperit in incarnatione, dicit tamen in præſenti accipere, & non accepiſſe, ut ſic notetur immutabilitas in Deo eſſe, quia poſt primum inſtans ſuæ conceptionis non fuit aliquando magis, vel minus immunis a peccato, & ſic ly (accipere) eſt præſens confuſum. Magna autem dicitur vox Angelorum, quia ſi gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. *Luc.* 15. Quanto magis eis eſt gaudium de totius generis humani redemptione, & omnium Electorum ſalvatione?

d Virtutem, & divinitatem,] in ſecundo adventu. *Matth.* 24. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute magna, & majeſtate. *f* Et ſapientiam & fortitudinem,] quoad primum adventum ubi ſapienter debellavit tanquam fortis athleta diabolum, quando accederat tentator, tria vitia in medium ducens.

h Honorem] in reſurrectione.

i Et gloriam] in aſcenſione.

k Et benedictionem] in fidelium multiplicatione. Vel

d Virtutem] contra vitium, & debilitatem noſtram.

e Et divinitatem] contra corruptionem noſtram. *Pſal.* 15. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Hoc fuit virtute deitatis, unitæ corporis.

f Sapientiam] plenam omnium cognitionum. contra ignorantiam. *g* Fortitudinem] qua fortiter aereas poteſtates devicit *Iſai.* 51. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem? *Hab.* 3. Percuſſiſti caput de domo impii. *h* Honorem] quia fuit inhonoratus a Judæis, cum vocaretur filius fabri. *Marc.* 6. Nonne hic eſt faber, filius Mariæ, frater Jacobi, & Joſeph, & Judæ, & Simonis? *Matth.* 13. Nonne hic eſt fabri filius?

i Et gloriam] reſurrectionis propter vilitatem paſſionis.

k Et benedictionem] in exaltatione nominis. *Phil.* 2. Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

l Et omnem creaturam, &c.] *Matth. ult.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Hoc eſt quod dicitur *Phil.* 2. Ut in nomine Jeſu omne genuflectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.

o Et quæ ſunt in mari, & quæ in eo:] quaſi diceret. Omnis creatura ejus ſubjicitur ditioni, ut de ea faciat quicquid voluerit. *Matth.* 11. Omnia mihi tradita ſunt a patre meo. Vel ſic:

b Dignus eſt] non dignitate meriti, ſed congrui.

c Accipere virtutem, & divinitatem,] ideſt, divinam virtutem.

f Et ſapientiam,] ideſt, uniri Verbo, quod eſt Dei virtus, & ſapientia. 1. *Cor.* 1. (Et fortitudinem) expugnandi fortem. *Luc.* 11. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet (ſic quaſi in pace diabolus poſſidebat genus humanum ante adventum Chriſti:) ſi autem fortior illo ſuperveniens vicerit illum, univerſa arma ejus auferet, in quibus confidebat, ſic Chriſtus fortior diabolo ipſum devicit. *Iſai.* 49. Nunquid tolletur a forti præda? aut quod captum fuerit a robuſto, ſalvum eſſe poterit, quia hæc dicit Dominus. Equidem & captivitas a forti tolletur: & quod ablatum fuerit a robuſto, ſalvabitur, (Et honorem,) cœli & mundi ſubjectionem, & adorationem: *Pſalm.* 96. Adorate Deum omnes Angeli ejus. Item *Pſalm.* 95. Tollite hoſtias (vos homines) & introite in atria ejus: adorate Dominum in atrio ſancto ejus. *i* Et gloriam] Immortalitatis, & utriuſque ſtolæ in reſurrectione. *Iſa.* 63. Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine virtutis ſuæ. *Pſal.* 8. Gloria, & honore coronaſti eum Domine. k Et benedictionem] in nativitate. *Luc.* 1. Benedictus fructus ventris tui. *l* Et omnem creaturam in via] *Pſal.* 18. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. *Joan.* 17. Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt. *m* Quæ in cœlo eſt, & quæ ſuper terram] *Eph.* 1. Conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro: & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus; & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam. *n* Et quæ ſubtus terram] *ſup.* 1. Et habeo claves mortis, & inferni. *Cor.* 2. Expolians principatus, & poteſtates. *o* Et quæ ſunt in mari, & quæ in eo] omnia, ideſt totum mundum. *Pſ.* 76. In mari via tua. *p* Omnes] Angelos, ſc. vel creaturas.

q Audivi] intellexi de rerum ordinatione laudare creatorem. *r* Dicentes ſedenti] Deo Patri.

ſ Et Agno,] *i.* Domino Jeſu Chriſto. Vel (Sedenti in throno, & Agno] Chriſto ſecundum deitatem ſedenti, ſecundum humanitatem Agno, i. ad laudem ſedentis in throno, & Agni. Et quid? Hoc ſcilicet. *t* Benedictio, &c.] quatuor quæ a Deo acceperunt Angeli, attribuunt ei: (Benedictio) quia in gratia confirmati ſunt. Et hæc fuit benedictio de rore cœli deſuper, i. de miſericordia, & benignitate Dei. *Gen.* 27.

u Et honor,] quem adhuc habuerunt a Domino, vel quem exhibent ei homines. *x* Et gloria] de conſortio, & viſione Dei. *y* Et poteſtas] quia reſtiterunt malis, ſc. Lucifero cadenti. *z* In ſæcula ſæculorum,] quaſi diceret. Continue, & ſemper laudant Deum, & prædicta ei attribuunt. Sed cum hoc habuerint a Deo a principio mundi priuſquam incarnaretur filius Dei, qui ſecundum humanitatem dicitur Agnus; quomodo hoc attribuunt Agno? Sol. Agno attribuunt inquantum Agnus Deus eſt; vel, quia per ipſum ruina reparata eſt Angelorum. Hæc tamen quatuor ſecundum unam *Gloſſ.* exponuntur de Chriſto ſic:

t Benedictio,] i. exaltatio. *u* Et honor] impaſſibilitas. *x* Et gloria] in reſurrectione immortalitas. *y* Et poteſtas,] quoad omnium ſubjectionem, ſit ſupple Agno.

z In ſæcula ſæculorum.] i. in æternum. Item ſecundum aliam *Gloſſ.* exponuntur de hominibus qui quatuor, quæ habent, attribuunt Deo. Unde *Gloſſ.* *t* Benedictio,] quam habemus in bonis operibus. *u* Et honor,] qui inde ſeq. *x* Et gloria,] gloria de virtutibus quas in baptiſmo accepimus. *y* Et poteſtas] qua concupiſcentiis reſiſtimus non nobis, ſed ſibi attribuantur. Unde *Pſ.* 113. Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. *a* Et quatuor animalia] Octava pars in qua oſtenditur quomodo ſancti conſentiunt congratulationi Angelorum de redemptione hominum. Unde dicit: (Et quatuor animalia dicebant. Amen,] congratulationi, & teſtimonio Angelorum præbentes aſſenſum. (Amen) autem dicunt ut dicit *Gloſſ.* quia prædicatoribus ex officio ſuo convenit alios confirmare. Unde Petro dictum eſt. *Luc.* 22. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos. *ſupr.* 3. Et confirma cetera, quæ moritura erant. Amen eſt reſponſio Minorum, & finis orationis. 1. *Cor.* 14. Qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet. Amen ſuper tuam benedictionem. Et in hoc quod homines dicunt. Amen, & non Angeli, notatur quod homines in præſenti minores ſunt Angelis. Nec obſtat illud quod dicitur *Matth* 11. De Joanne. Qui minor eſt in regno cœlorum, major eſt illo: quia illud intelligitur de futuro ubi homines æquabuntur Angelis; & aliqui erunt majores quam aliqui Angeli. Vel ſic intelligitur: Qui minor eſt in cœlo, major eſt omnibus hominibus qui ſunt in mundo in ſecuritate, & puritate, & extenſione charitatis. Multi tamen homines etiam in mundo majores ſunt aliquibus Angelis in eſſentia, & in extenſione charitatis. Vel ſignificatur in hoc, quod homines dicunt: Amen, quod in futuro terminabitur congratulatio Sanctorum, quæ eſt ſecundum ſtatum viæ, quia. Amen, idem eſt quod fiat, quod pro futuro ſonat, quia in via non poteſt eſſe laus pura, quin aliquid admixtum habeat de contrario, ſed in patria erit puriſſima. Unde *Pſ.* 29. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia, ſc. incipiet. *b* Et viginti quatuor Seniores ceciderunt in facies ſuas,] ideſt, ad corda ſua ſe convertentes humiliaverunt ſe non alios judicantes, ſecundum illud *Luc.* 6. Nolite judicare, & non judicabimini; ſed ſeipſos arguentes. *Gal.* 6. Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. *c* Et adoraverunt] corde, ore, & opere.

d Viventem in ſæcula ſæculorum.] ideſt, ab æterno in æternum viventem in ſe, & aliis vitam præſtantem. *Joan.* 14. Quia ego vivo, & vos vivetis.

EXPO-

Digitized by Google

EXPOSITIO CAP. VI.

ET vidi quod aperuiſſet Agnus] Hoc eſt ſextum capitulum, & tertia pars hujus viſionis ſecundæ, in qua oſtenduntur Joanni myſteria Eccleſiæ quæ per Chriſtum fuerunt revelata: & continet duo capitula, ſextum ſcilicet, & ſeptimum. Di-
A viditur autem hæc pars tota in ſeptem partes, ſecundum quod oſtenduntur hic ſeptem ſtatus Eccleſiæ per ſeptem ſigillorum apertionem, quorum apertio eſt ſtatus Eccleſiæ revelatio. In hoc autem capitulo continetur quinque ſigillorum apertio, & in parte apertio ſexti: & ſecundum hoc illud capit. ſex habet partes. Prima pars eſt ſecundum primum ſtatum Eccleſiæ, qui fuit tempore Apoſtolorum qui deſignantur per equum album, cujus ſeſſor eſt Chriſtus, qui primum ſigillum aperuit in primitivis Patribus primæ Eccleſiæ, ſc. reſurrectionem quæ prius in Scriptura latebat, quæ Scriptura per arcum ſignificatur. Et hoc fuit neceſſe ut primo prædicaretur reſurrectio, quia primi Patres Chriſtum mortuum viderant, unde poterant credere ipſum eſſe purum hominem, per reſurrectionem vero Deum eſſe apparuit. Unde & tunc fuit reſurrectio prædicanda, ne inanis eſſet fides, & vacua. Dicit ergo. *a* Et vidi quod aperuiſſet Agnus] qui potuit hoc facere, quia eſt Dei virtus, & ſapientia. 1. *Cor.* 1. *Sap.* 9. Ipſe enim ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emendator. Et *Sap.* 8. Doctrix eſt enim diſciplinæ Dei, & electrix operum illius.

CAP. VI.

ET vidi *a* quod aperuiſſet Agnus unum *b* de ſeptem ſigillis, *c* & audivi unum de quatuor animalibus *d* dicens tanquam vocem tonitrui, *e* Veni *f* & *g* vide: *h* Et vidi, *i* & ecce equus *k* albus, & qui ſedebat ſuper illum *l* habebat arcum, *m* & data eſt ei corona, *n* & exivit *o* vincens *p* ut vinceret. *q* Et cum aperuiſſet ſigillum ſecundum, audivi ſecundum animal dicens: Veni, & vide.

b Unum de ſeptem ſigillis,] Hoc fecit Chriſtus, dum Spiritum Sanctum primitivis Patribus Eccleſiæ infundendo, promiſſionem Patris prius latentem, & ſignatam, in ſe, & per ſe adimplevit.

c Et audivi unum de quatuor animalibus] i. primum quod fuit Marcus, qui de reſurrectione Domini ſpecialius ait. Contra. *Gloſſ.* dicit Joannem. Sol. Hoc dicit *Gloſſ.* quia Joannes altius quam ceteri de divinitate intonuit, cum dicit *Joan.* 1. In principio erat Verbum: & virtute ſuæ divinitatis Chriſtus reſurrexit, de cujus reſurrectione Marcus apertius ſcripſit. Et per hunc primus Ordo Prædicatorum Eccleſiæ deſignatur, qui corporalem Chriſti reſurrectionem, & Eccleſiæ ſpiritualem prædicavit. *e* Tanquam vocem tonitrui,] i. evidentem, & valde audibilem. Vel hoc dicit, quia magna, & mirabilia pronunciaverunt Apoſtoli, ſimul cum fragore prædicationis miraculis coruſcantes, unde & homines quaſi ſtupidi reddebantur. Unde *Act.* Stupebant autem omnes, & mirabantur dicentes: Nonne omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt, & quomodo nos audivimus unuſquiſque linguam ſuam, in qua nati ſumus.

d Dicens] animal ſcilicet.

f Veni] per majorem attentionem.

g Et vide:] per intelligentiam ſpiritualem. Vel [Veni] a figuris, eas relinquendo. [Et vide] veritatem, umbras abjiciendo. *Heb.* 10. Umbram enim habet lex futurorum bonorum. In hoc etiam invitantur convertendi tunc, ut veniant ad Eccleſiam per celerem converſionem, & videant gratiam collatam per fidem.

h Et vidi:] ſicut mihi promiſerat.

i Ecce equus albus] primorum ſcilicet Electorum numerus, qui bene per equum album deſignatur propter baptiſmum, in quo fuerunt dealbati ſuper nivem, depoſita omni nigredine & macula peccati, ſicut promiſerat Dominus per *Iſa.* 1. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur; & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt. k Et qui ſedebat ſuper illum] Chriſtus ſcilicet. *l* Habebat arcum,] ideſt, Sacram Scripturam; quæ arcus dicitur, quia & bonos defendit, & hoſtes occidit. Lignum hujus arcus eſt duritia Veteris Teſtamenti: chorda, gratia & benignitas Novi. Vel lignum, juſtitia in futuro judicio. Unde *Pſal.* 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant a facie arcus. *Job* 20. Fugit arma ferrea, & incidit in arcum æreum. Corda, miſericordia. *Gen.* 6. Ponam arcum meum in nubibus cœli, ideſt, in his qui elevati ſunt per cœleſtium contemplationem, aquoſi per compunctionem, lucidi per bonam converſationem, pluentes & terram fœcundantes per prædicationem. Qui ergo non eſt vel non laborat eſſe talis, timeat ne ipſe Sacræ Scripturæ intelligentiam non recipiat. Ex hoc arcu emittuntur ſagittæ, quæ quoſdam vulnerant ad mortem. *Joann.* 7. In peccato veſtro moriemini. *Deut.* 32. Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas complebo in eis. Et *ibid.* Inebriabo ſagittas meas in ſanguine: & gladius meus devorabit carnes. Item quoſdam vulneravit ad medelam. 4. *Reg.* 13. Sagitta ſalutis Domini contra Syriam. *Job* 5. Ipſe vulnerat, & medetur. *m* Et data eſt ei corona,] quia poſt arcum prædicationis ſequitur corona æternæ retributionis. Et ſecundum hanc expoſitionem ly [ei] refertur ad animal, ideſt, ad cœtum Prædicatorum illius temporis qui jam coronati ſunt, & in una ſtola decorati, ſecuri de reliqua *Infr. eod.* Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ. Vel [Ei,] ideſt, equo, ideſt, numero Electorum pro dealbatione baptiſmatis data eſt hic corona virtutum, & in futuro corona gaudiorum. *Pſalm.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Vel [Ei] refertur ad ſeſſorem, ſcilicet Chriſtum, qui habet arcum divinitatis, ſed ei datur corona ſecundum naturam humanitatis. *Pſalm.* 8. Gloria & honore coronaſti eum Domine. Vel Chriſto data eſt corona, ideſt, fideles, qui ipſi adhærebunt, & eum ſtipabunt ut corona caput. *Pſalm.* 7. Synagoga populorum circumdabit te. Vel corona data eſt Chriſto in ſua incarnatione, quando circumdatus eſt carne, *Cant.* 3. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem, ideſt, Chriſtum in diademate, quo coronavit eum mater ſua, ideſt, in carne quam accepit a Beata Virgine, in die deſponſationis illius, quando ſc. ſibi naturam humanam deſponſavit.

n Et exivit] de Judæis reprobis.

a Vincens] in paucis fidelibus, & Apoſtolis, quos de Judæis elegit.

p Ut vinceret.] in Gentibus convertendo eas per prædicationem Apoſtolorum. *Actuum* 13.

g Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis vitæ æternæ, ecce convertimur ad Gentes. Et ſic exponitur de animali loquente, ideſt, de cœtu Prædicatorum, & Apoſtolorum. Vel de Chriſto qui exivit a Patre. *Joan. decimoſexto*.

f Exivi a Patre, & veni in mundum. *Hieron* 12. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam.

o Vincens] blaſphemias Judæorum, & perſecutiones æquanimiter tolerando.

p Ut vinceret.] per hoc duorum cordium rebelliones. Durior eſt enim quam adamas, qui ſanguine Chriſti pro nobis effuſo non frangitur ad humilitatem. Sic enim dicitur, quod adamas non poteſt frangi niſi ſanguine hircino: & Chriſtus ſignificatur per hircum emiſſarium ſupra quem ſacerdos imponens manus imprecabatur univerſas iniquitates filiorum Iſrael, & univerſa delicta, atque peccata eorum, & mittebatur in deſertum: *Luc.* 26. Sic Chriſtus peccata noſtra, ideſt, pœnam pro peccatis noſtris portavit in corpore ſuo ſuper lignum. 1. *Petr* 2.

q Et cum aperuiſſet ſigillum ſecundum,] Secunda pars capituli, in qua agit de ſecundo ſtatu Eccleſiæ, qui fuit tempore Martyrum. Apertio vero hujus ſigilli eſt prædicatio paſſionis Chriſti. Et recte ſequitur hoc ad præcedens, quia prædicata reſurrectione Chriſti, per quam innotuit eſſe Deus, multi de Judæis crediderunt. Quibus invidens diabolus ex eo quod in locum, unde ceciderat, eos inſtitui videbat, contra fideles incitavit perſecutiones Judæorum quæ ſub Stephano inceperunt, ſicut legitur *Actuum* 7. Unde & diſpergi oportuit fideles inter Gentes, ubi fuerunt diverſis pœnis, & tribulationibus afflicti. Unde neceſſe fuit, ut prædicaretur illis paſſio Chriſti, ut ad ipſius exemplum non timerent pati. 1. *Petri cap.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum. Ille igitur equus rufus, ideſt, tyranni, qui fideles occidebant; & propter hoc rufus ſeſſor diabolus. Magnus ejus gladius, magna poteſtas nocendi, & interficiendi Sanctos. Dicit ergo: [Et cum aperuiſſet ſigillum ſecundum, audivi ſecundum animal, dicens: Veni, & vide.] Totum ut prius. Secundum animal ſimile vitulo *ſupra* 4. Per hoc ergo deſignatur Lucas qui de Paſſione Domini ſpecialius agit; & per hunc intelligitur totus Ordo Prædicatorum, qui temporibus Martyrum paſſionem Domini prædicaverunt.

a Et exivit alius equus ruſus:] Sed unde? De occulta mali machinatione in opus exterius. *Pſal.* 7. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.

b Alius] a primo, non tantum alter; quia primus bonus, hic vero malus *Zach. c.* 1. Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum ruſum. *Supr. 5.*

a Et exivit *b* alius equus ruſus: *c* & qui ſedebat ſuper illum, *d* datum eſt ei, *e* ut ſumeret pacem de terra: *f* & ut invicem ſe interficiant; *g* & datus eſt illi gladius magnus. *h* Et cum aperuiſſet ſigillum tertium, *i* audivi tertium animal dicens. Veni, & vide. *k* Et ecce equus niger, *l* & qui ſedebat ſuper eum, *m* habebat ſtateram in manu ſua. *n* Et audivi tanquam vocem in *o* medio quatuor animalium *p* dicentium, *q* Bilibris tritici denario uno, *r* & tres bilibres

c Et qui ſedebat ſuper eum] idest, diabolus.

d Datum eſt ei,] id eſt, permiſſum a Deo.

e Ut ſumeret pacem de terra:] illata ſcilicet perſecutione bonos ab amore terrenorum amovere: & hoc fuit eis bonum: unde iſte neſciens fideles adjuvabat. *Luc.* 12. Putatis, quia pacem veni mittere in terram; non dico vobis, ſed ſeparationem.

f Et ut invicem ſe interficiant;] homines ſcilicet, vel gladio materiali. *Matth.* 10. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & exurgent filii in parentes, & morte afficient eos: Putabant enim ſe obſequium præſtare Deo, ſicut Dominus *Joann.* 16. Vel gladio pravæ perſuaſionis, quo mutuo ſe occidunt multi. *Joſue* 8. Vociferantes pariter, & ſe mutuo cohortantes perſecuti ſunt eos, ideſt, mali bonos. *Jud.* 7. Mutua ſe cæde truncabunt.

g Et datus eſt ei gladius magnus.] Et hic exprimitur quantitas perſecutionis. Magnus utique pro occiſorum multitudine; item magnus pro occiſorum qualitate, quia non ſolum Minores, ſed Majores, ſcilicet Apoſtolos interfecit. *Threnorum capit. ſecundo.* Jacuerunt in terra foris puer, & ſenex: virgines meæ, & juvenes mei ceciderunt in gladio in die furoris tui, ideſt, quando tyrannos contra eos ſurere permiſiſti, dicit *Eccleſia*, ad Deum. *Ezechiel capit. vigeſimoprimo.* Gladius exacutus eſt, & limatus. Primus equus ſignificatus eſt in innocentia Abel, Iſaac, ac Jacob & David: ſed ſecundus in crudelitate Cain, Iſmael, Eſau, & Saul. Sed audiamus quid dicit Moyſes *Exod.* 15. Equum, & aſcenſorem projecit in mare. Sicut patet in Valeriano, qui plus quam Laurentius anxiabatur, & de multis aliis. Simile legitur de Daciano, & Vincentio.

h Et cum aperuiſſet ſigillum tertium,] Tertia pars. Quia vidit Diabolus ſe nihil proficere interficiendo Martyres, ſed magis eorum patientia, & virtute Eccleſiam roborari, ſuſcitavit hæreticos qui perverſe exponentes Scripturas, hæreſes induxerunt. Et quia ſere omnis hæreſis circa nativitatem Domini eſt, neceſſarius fuit tertius Ordo Prædicatorum, qui incarnationem prædicarent. Et hoc ſupponitur per tertium animal, quod eſt Matthæus qui ſpecialiter ſcribit de nativitate, & incarnatione Domini. Et dicuntur hic quinque.

Primo quis ſit equus, quia hæretici.

Secundo quis ſeſſor, quia diabolus.

Tertio quid teneat, quia ſtateram quæ eſt perverſa expoſitio Scripturæ.

Quarto ponitur conſolatio fidelium, *ibi*: [Bilibris:]

Quinto cohibitio hoſtium, *ibi*: [Ne læſeris.] Dicit ergo. [Et cum aperuiſſet ſigillum tertium,] ideſt, ea quæ in tertio ſtatu Eccleſiæ, ſcilicet tempore hæreticorum ſacta ſunt, oſtenderet.

i Audivi tertium animal dicens. Veni & vide.] Hoc expoſitum eſt.

k Et ecce equus niger,] ideſt, hæretici ſua vitia ſimulatis virtutibus celantes. Unde bene dicitur niger: nigredo enim provenit ex mortificatione caloris naturalis; & iſti modis omnibus nitebantur extinguere fidem, quæ eſt ſpiritualiter calor naturalis vivificans animam hominis. *Habacuc capit. ſecundo.* Juſtus ex fide vivit. *Zachar. capit. ſexto.* Equi nigri egrediebantur in terram Aquilonis. Item bene dicitur niger, quia recte contrarius primo qui fuit albus. *Ezechiel. trigeſimoſecundo.* Operiam cum extinctus fueris, cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas ejus. *Infr. decimoſextas.* Quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem Beſtiæ, & factum eſt regnum ejus tenebroſum, & commanducaverunt linguas ſuas præ dolore.

l Et qui ſedebat ſuper eum,] ſc. diabolus, cui attribuitur quod ejus membra per ipſum faciunt.

m Habebat ſtateram in manu ſua.] Hæc ſtatera eſt perverſa expoſitio Scripturæ: quæ ſtateræ comparatur: quia ſicut ſtatera ſine pondere de facili movetur huc, & illuc; ſic Scriptura ſi pondus non habeat expoſitionis Catholicorum, & Sanctorum fluctuat huc & illuc; & vane exponitur & perverſe. Unde *Geneſ.* 49. Iſachar aſinus fortis, accubans inter terminos. Iſachar interpretatur vir mercedis vel Dominum memorans. Hic eſt Catholicus expoſitor qui accubat inter terminos quos Patres poſuerunt; ideſt, ſequitur expoſitiones Sanctorum: quia ſicut *Job c.* 14. Poſuiſti terminos ejus, ideſt, Scripturæ, qui præteriri non poterunt, ſine peccato ſupple. Unde *Prov. cap.* 22. Ne transgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt Patres. Et dicit [Habebat,] quia ipſi Scripturam habent, non habentur ab ipſa, quia ſuperbe ei dominantes, eam ſuo ſenſui coaptant. Sed e converſo illi habentur a Scriptura qui ſe ei humiliter ſubjiciunt, captivantes omnem intellectum in obſequium fidei ſicut docet Apoſtolus in Epiſtola ſecunda *ad Corinthios capit. decimo.* Item dicit. [In manu,] ideſt, in opere, quia ſeipſos macerando, & aliqua opera de genere bonorum faciendo, affligunt ſe vehementer ut eis credatur.

Unde de talibus *Oſee cap.* 12. Chanaan in manu ejus ſtatera doloſa. Et hoc multum diſplicet Deo.

Unde *Proverbiorum* 20. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum; & pondus æquum voluntas ejus. Vel ſtatera quam diabolus habet in manu, eſt tribulatio qua permiſſione Dei, & bonos, & malos affligendo ponderat, ubi videt & cognoſcit qui levioris ſint ponderis in tribulatione, & qui gravioris.

n Et audivi tanquam vocem] Angeli exiſtentis.

o In medio quatuor animalium] ideſt, in communi teſtimonio quatuor Evangeliorum. Animalium dico.

p Dicentium,] vel dicentis, ſcilicet Angelis: vel dicentem, ſcilicet vocem. Et promittitur hic auxilium, ſicut dicit *Gloſſ.* quia in pugna hæreticorum ubi eſt majus periculum, prætenditur auxilium. Hæc autem vox eſt concors prædicatio quatuor Evangeliorum, vel omnium bonorum Prædicatorum. Et quid dicebat illa vox? Hoc ſcilicet.

q Bilibris tritici, &c.] Bilibris ad litteram eſt vas capiens duos ſextarios, vel duas libras, vel quaslibet duas menſuras; & ſignificat duplicem intelligentiam utriuſque Teſtamenti, hiſtoricam ſcilicet & ſpiritualem, & hoc propter dualitatem.

Sed quia in ſingulari numero dicitur bilibris, quod eſt nominativi caſus, & ſingularis numeri, intelligitur doctrina Evangelica propter unitatem Evangelici Sacramenti. Omne enim Sacramentum Evangelicum ab uno habet effectum, ſcilicet a paſſione Chriſti. Unde & dicitur dari.

r Denario uno,] vel emi, quia cum ſanguine Chriſti.

r Et tres bilibres] Vetus Teſtamentum ſignificant ratione pluralis numeri, propter tres ordines qui ſunt in Veteri Teſtamento lex ſcilicet, & Prophetæ & Pſalmi. Sed ratione dualis menſuræ duplicem, ſenſum Hiſtoricum, ſcilicet, & myſticum ſignificant. Per denarium ſignificatur perfectio fidei, a quia ſecun-

Vel de Confeſſoribus exponitur totum ſic in bono. [Equus] cœtus Confeſſorum. [Niger,] quia afflicti angariis tribulationibus. *Cantic. capit. primo.* Nigra ſum exterius: ſed formoſa interius: nolite me conſiderare quod fuſca ſim, quia decoloravit me Sol. *Threnorum capit. quarto.* Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum; adhæſit cutis oſſibus eorum. [Et qui ſedebat ſuper eum] Chriſtus eis præeminens, regens eos, & in eis quieſcens. [Habebat ſtateram] æquam ſcilicet lancem judicii ad ponderanda tam peccata perſequentium quam tormenta patientium, ut ſingulis reddat ſecundum merita. *Daniel quinto.* Appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens. *Job ſexto.* Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior, in ſtatera. *Proverbior. capit. decimonono.* Pondus & ſtatera judicia Domini ſunt. Vel ſtatera dicitur ponderatio tribulationum ſecundum gratiam & facultatem tribulatorum. Unde dicit *Apoſtolus primo Corinth. decimo.* *De Confeſſoribus.*

A Fidelis

a quia ſecundum computationem; numeri perfectionem ſignificat, quia in eo porrectio computationis finem facit. Unde ſicut perfectioni nihil deeſt, nec ultra procedit; ſic denarius ultra non porrigitur, quaſi nihil deſit ei. Item ſecundum formam diſpoſitionis ſignificat rectitudinem fidei, quia ſcilicet extenditur in longum: ſecundum hoc ergo per denarium ſignificatur perfectio noſtræ fidei. Item per triticum ſimiliter deſignatur Sacra Scriptura, quia paſcit Electos: ſed & vinum dicitur, quia ſanctos inebriat dilectione, quos & virgines facit, quia ſeparat penitus a terrenis. *Zach.* 9. Quid bonum ejus, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum Electorum, & vinum germinans virgines? Dicit ergo: (Bilibris:) q.d. Vos fideles nolite timere ſi male, & perverſe exponunt Scripturam hæretici: quia (bilibris tritici,) ideſt, ſana intelligentia totius novi Teſtamenti, & ſecundum litteralem & myſticum ſenſum, empta eſt.

hordei a denario uno: b & vinum, c & oleum d ne læſeris. e Et cum aperuiſſet ſigillum quartum, audivi vocem quarti animalis dicentis. Veni, & vide. f Et ecce equus g pallidus, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illis mors, h & infernus ſequebatur eum,

a Denario uno] ſc. ſanguine Chriſti, cujus effuſio dedit effectum omnibus ſacramentis Eccleſiæ: & dabitur illa, ſcilicet intelligentia recte habentibus denarium, ideſt, perfectionem fidei rectæ. (Et tres bilibres hordei,) i. ſana intelligentia veteris Teſtamenti ſecundum ſenſum utrumque, & hiſtoricum, & ſpiritualem, quod ſignificat duplicitas menſuræ: quod etiam in tribus, ſc. Lege, & Prophetis, & Pſalmis continetur, vel Lege, Prophetis, & Agiographis, & hoc ſignificat numerus pluralis cum hac dictione (tres.) Hæc, inquam ſana intelligentia empta eſt.

a Denario uno,] i. per ſanguinem quem de latere aperto emiſit Chriſtus: & dabitur habenti denarium, ideſt, perfectionem rectæ fidei. Per hordeum ſignificatur vetus Teſtamentum, quia ſicut ſub palea latet hordei granum, ſic ſub veteri Teſtamento latebat novum. Vel ut ſenſus non mutetur, ſic: [Bilibris] eſt Evangelica doctrina propter duo, quæ continet, præcepta ſc. & conſilia: Unde illi qui dixerat Domino ſe ſervaſſe mandata, reſpondet Dominus. Unum tibi deeſt: Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Per bilibres vetus Teſtamentum: quia in eo erant libræ exteriores ſub quibus latebant duæ interiores, ſc. prohibitio manus ſub qua latebat prohibitio animi: item cæremoniæ, ſub quibus veritas latebat. Et dicitur [hordeum] vetus Teſtamentum, quia habet paleam tenaciſſimam. Et hoc eſt quod dicitur. 2. *Cor.* 3. Quod uſque hodie, cum Moyſes legitur, velamen poſitum eſt ſuper corda Judæorum: quia ipſi adhærent paleæ, & medullam ſenſus ſpiritualis non advertunt. *Job* 30. Mandebant herbas & arborum cortices. b Et vinum, i. Prædicatores, & Doctores qui male viventes mordaciter increpant, & acriter.

c Et oleum,] i. Prædicatores, & Doctores qui ſuaviter, & benigne puſillanimes conſolantur.

d Ne læſeris] ut quiſquis hujus equi ſeſſor es. Vel per vinum, Prædicatores qui & pungunt per comminationes, & demulcent per promiſſiones. Per oleum idem clari luce exempli, & reficientes pabulo verbi: de quo dicit *Greg.* Plus eſt animam in æternum victuram ſpirituali pabulo verbi Dei reficere, quam corpus moriturum pane materiali ſaturare. Tales ergo tu qui ſeſſor es equi nigri [ne læſeris] in anima, etſi in corpore tangere permiſeris. *Job* Verumtamen animam illius ſerva. Vel per vinum, & oleum. Novum, & vetus Teſtamentum ſignificatur. Hæc Dominus præcipit non lædi: q.d. perverſe exponuntur Scripturæ per hæreticos, non tamen læduntur. A Fidelis eſt Dominus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione proventum ut poſſitis ſuſtinere. [Bilibris tritici.] Nomina tritici intelliguntur perfectiores: nomine hordei imperfecti fideles, qui pro tenacitate paleæ, ideſt, amoris temporalium, majori indigent contritione. Utrique redempti ſunt.

De Confeſſoribus.

a Denario uno,] i. ſanguine Chriſti, cujus pretio, & a malis temporalibus, & a malis æternis liberantur, & vitæ æternæ reſervantur, & ideo tribulationibus non læduntur, ſed proteguntur, purgantur, & probantur. [Bilibris] itaque eſt quilibet perfectus; qui capax eſt perfectæ charitatis, & ſapientiæ cœleſtis, ut ſit lucerna ardens, & lucens: *Joan.* 5. [Tres bilibres] ſunt imperfecti, in quibus ſupplet fides Trinitatis quicquid minus habent de ſapientia & charitate Dei. Hi ſunt hydriæ capientes ſingulæ metretas binas, vel ternas. *Joan.* 2. Sed notandum quod imperfecti in vigore, hoc eſt, in principio operis de facili læduntur grandine inanis gloriæ, vel adulationis: Unde *Exod. c.* 9. Hordeum læſum eſt, eo quod virens eſſet. Perfecti vero non, quia in maturitate ſe cuſtodiunt bonæ operationis. Unde ſequitur *ibid.* Triticum autem, & far non ſunt læſa, quia ſerotina erant: & propter hoc imperfectis dicitur, ut ſua opera abſcondant. *Matth. c.* 6. Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua, quid facit dextera tua: ecce de opere exteriori. Et in *ead.* 6. Cum oraveris intra in cubiculum tuum & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito: ecce de opere interiori. Utrumque enim debent abſcondere imperfecti, & infirmi. *Iſa. c.* 31. Et erit vir quaſi qui abſconditur a vento, & celat ſe a tempeſtate. Sed perfectis e converſo dicitur *Matth. c.* 5. Vos eſtis lux mundi; non poteſt civitas abſcondi ſuper montem poſita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt: ſic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

b Et vinum] ſc. contemplationis.

c Et oleum] ſcilicet actionis [ne læſeris.] Iſtos enim lædi Dominus non permittit, etſi tangantur, *ſupr.* 2. Qui vicerit, non lædetur a morte ſecunda, etſi tangatur tribulationibus quæ videntur mors prima. Quia qui mortem gehennæ vult evadere, neceſſe eſt ipſum prius mori in tribulatione. *Actorum cap. decimoquarto.* Per multas tribulationes oportet intrare in regnum cœlorum. Sequitur:

e Et cum aperuiſſet ſigillum quartum, audivi vocem, &c.] Quarta pars hujus capituli ubi agitur de quarto ſtatu Eccleſiæ, ſcilicet de perſecutione falſorum fratrum, ſcilicet hypocritarum, quos tandem diabolus in Eccleſiam introducit, & per eos domeſticos ejus ſecretius, & familiarius turbare tentavit, unde & periculoſius.

Quando enim vidit diabolus quod nec per apertas tribulationes, nec per apertas hæreſes proficere potuit, ſed per has ſanctam Eccleſiam robuſtiorem, & cautiorem reddidit; fratres in hypocriſi ambulantes ſubintroduxit, vulpes ſcilicet ſubdolas, quæ latenter demoliuntur vineam Domini. Unde *Cant. c.* 2. Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas.

Dicit ergo: [Et cum aperuiſſet] Agnus ſcilicet [ſigillum quartum, audivi vocem quarti animalis, dicentis: Veni & vide.] Quartum animal fuit aquila, per quam ipſe Joannes Evangeliſta deſignatur, qui de ſummæ deitatis immortalitate lucidius ceteris intellexit; & deſignat Ordinem Prædicatorum illam divinitatem prædicantium. Et recte iſti contra equum pallidum, id eſt, hypocritas adducuntur, ut per ipſos quorum eſt Ordo dignior & officium majus, & oculus cordis lucidior, & purior, eo quod de ſecreta deitate loquuntur magis occulta, & ſecreta hypocritarum malitia manifeſtetur.

f Et ecce equus pallidus.] Congregatio hypocritarum, qui hodie multum abundant in Eccleſia Dei: qui recte per equum pallidum deſignantur, quia ut de Religione laudentur, jejuniis, & afflictionibus multis ſeipſos opprimunt coram hominibus, ut viribus ſubtractis, & ſanguine minorato, quaſi jam moribundi palleſcant; & ideo mercedem ſuam receperunt: *Matth. cap. ſexto.* Neque enim opera quæ congregant hypocritæ, aliam remunerationem, quam laudem quam hic requirunt, habebunt. Unde *Job* 15. Congregatio hypocritarum ſterilis.

g Et qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors,] ideſt, diabolus a quo mors: & ponitur effectus pro cauſa. *Sapient.* 2. Invidia diaboli, mors intravit in Orbem terrarum.

h Et infernus ſequebatur eum.] Hoc dicit quia diabolus ubicumque eſt, ſuam gehennam ſecum habet.

Unde & hominibus pœna ſua commotus, per quæ eos ad ſe trahat, opera ſuggerit. Unde dicit *Gloſſ.* ſuper illud *Jacob* 3. Lingua inflammat rotam nativitatis noſtræ, inflammata a gehenna. *Gloſſ.* Gehenna diabolus eſt, propter quem facta eſt gehenna. Sicut gehenna ſemper ardet, ſic diabolus ubicumque ſit, vel in aere, vel ſub terra, ſecum fert tormenta ſuarum pœnarum: & hac pœna commotus flammam vitiorum ſuggerit hominibus. Vel [Infernus] ſequitur diabolum paratus recipere, quos mori fecerit diabolus per peccatum,

Iſa. 5. Dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino.

Vel (Infernus) dicuntur hic inferiores hæretici, nomine infernalium miniſtrorum vocati, quia magis eis ſimiles ſunt, ideſt, diabolis, quam ceteri peccatores; quia

a Et data eſt illis poteſtas b ſuper quatuor partes terræ, c interficere gladio, d fame, & morte, e & beſtiis f terræ. g Et cum aperuiſſet ſigillum quintum; h vidi ſubtus altare i animas interfectorum propter k verbum Dei, & propter teſtimonium l quod habebant. m Et clamabant n voce magna, o dicentes: Uſquequo Domine ſanctus, p & verus, uſquequo q non vindicas ſanguinem noſtrum r de his qui habitant in terra, ſ Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ; & t dictum eſt illis, u ut requieſcerent tempus adhuc modicum, x donec compleatur numerus conſervorum eorum & y fratrum eorum qui z interficiendi ſunt

ex certa ſcientia peccant, & homines ad perditionem tota intentione trahant; & ideo ipſi cum dæmonibus projicientur in infernum. *Infr.* 20. Infernus, & mors miſſi ſunt
B in ſtagnum ignis. Vel etiam hypocritam ſequitur, ideſt, remorſus, & vermis conſcientiæ, qui non moritur. *Iſa. ult.* Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur: Et eſt in eo prælibatio pœnæ æternæ.

a Et data eſt illi poteſtas] permiſſione Dei.

b Super quatuor partes terræ,] i. ſuper homines qui ſunt in quatuor partibus mundi, ſc. Oriente, & Occidente; Meridie, & Septentrione. Vel ſuper quatuor genera hominum, quos laqueo peccatorum: & errorum involvit, & contra Eccleſiam armat & inducit, ſcilicet Judæos, Gentiles, & Hæreticos, & falſos fratres. Vel (Super quatuor partes terræ,) ideſt, ſuper omnes homines, qui quatuor cordis affectiones, ſcilicet amorem, gaudium, ſpem, & timorem in terrenis figunt. *Job* 9. Terra data eſt in manus impii, ideſt, terreni, in poteſtatem diaboli. Vel ad litteram hoc eſt verum, quando materiali gladio dantur ſancti, qui ſunt in quatuor partibus mundi: & qui ſunt virtutibus quadrati, occiduntur, vel flagellantur: quod diabolo in malum, bonis vero cedit in bonum. *Rom. cap.* 8. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.

c Interficere gladio] peccati.

d Fame] verbi Dei.

e Et morte,] ideſt, languore corporis.

f Et beſtiis terræ,] ideſt, beſtialibus miniſtris. Vel (Gladio) mundanæ Philoſophiæ. (Fame,) ideſt, ſubtractione veræ doctrinæ. *Amos cap.* 8. Mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.

e Et morte,] ideſt, doctrina mortifera. *Pſal.* 13. Venenum aſpidum ſub labiis eorum.

f Et beſtiis terræ,] ideſt, beſtialibus hominibus, & crudelibus mundi principibus. *Baruch cap.* 3. Ubi ſunt principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram?

g Et cum aperuiſſet quintum ſigillum.] Quinta pars capituli: quia graves, & magnas præmiſit tribulationes, ne terrerentur boni qui in hujuſmodi perſecutionibus affligendi ſunt, & occidendi, propterea conſolatur eos hic per tria: tum quia animas interfectorum pro Chriſto vidit eſſe ſub altari, ideſt, protectione Chriſti; tum quia ſingulos eorum ſtolis ſingulis remunerari; tum quia promiſſionem adimplendi deſiderii eorum audivit. Notandum quod hoc ſigillum eſt conſolatio occulta animarum jam in ætate ſeptima quieſcentium: quæ conſolatio prius occulta erat Eccleſiæ, ſed fuit declarata Joanni, & per ipſum Eccleſiæ revelata. Dicit ergo.

h Vidi ſubtus altare Dei,] ideſt, ſub protectione, & conſortio Chriſti.

i Animas interfectorum] martyrum ſcilicet non mundi, ſed.

k Propter verbum Dei,] ideſt, propter Dei filium.

l Et propter teſtimonium quod habebant] in ſe, & aliis atteſtabantur.

Hoc eſt quod dicitur *Act.* 4. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri.

Et hoc eſt etiam quod dicitur *Sap.* 4. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & [propter hoc, ſcilicet] non tanget illos tormentum mortis. Altare autem dicitur Chriſtus, quia ſuper illum noſtras oblationes, & ſacrificia Deo Patri offerimus. Unde omnes orationes Eccleſiæ fere per ipſum Chriſtum terminantur. *Infr.* 8. Et alius Angelus venit, & ſtetit ante Altare habens thuribulum aureum. Vel (propter verbum) prædicationis. (Et teſtimonium) bonæ converſationis: quia martyres effecti ſic teſtificabantur Domino. *Iſa. cap.* 43. Vos eſtis teſtes mei, dicit Dominus. Vel (propter verbum Dei, & teſtimonium quod habebant,) ideſt, præceptum: quia fidem Chriſti quam in ſe ſervabant, aliis prædicabant *Rom. cap.* 10. Hoc eſt verbum fidei quod prædicamus: quia ſi confitearis in ore tuo Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & in corde tuo credideris, ſcilicet, quod Deus excitavit illum a mortuis ſalvus eris.

m Et clamabant] cum deſiderio.

n Voce magna,] quia magna petebant. *Pſal.* 76. Voce mea ad Dominum clamavi; voce mea ad Deum, & intendit mihi.

o Dicentes: Uſquequo Domine ſanctus] in teipſo, & amans, & faciens ſanctitatem in alio *Levit.* 11. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.

p Et verus] in promiſſo, quia reddit fidelibus plus condigno. *Jac.* 1. Qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

Non ſicut ille de quo dicitur *Prov.* 12. Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientiæ. *Prov.* 25. Nubes, & ventus, & pluviæ non ſequentes, vir glorioſus, & promiſſa non complens.

q Uſquequo non vindicas ſanguinem noſtrum] pœnas perſecutoribus inferendo, ſicut eis debentur. Et hoc dicunt non quod Sancti pœnam peccatorum deſiderent, vel in ea gaudeant: ſed vindictam appetunt, & Dei juſtitiæ applaudunt. *Pſalm.* 57. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam. Et uſquequo, ſcilicet. Non vindicas nos.

r De his qui habitant in terra] non ſolum per manſionem; ſed per cupiditatem. Hi ſunt viri Jericho, qui ad Eliſæum dixerunt. 4. *Reg.* 4. Ecce habitatio civitatis hujus, [ideſt, mundi] optima eſt. Repetitio verbi (vindicandi) expreſſio eſt deſiderii. Vel (Uſquequo non vindicas) ſeparando bonos a malis, ut boni ad locum ſuum vadant quem paraſti eis. *Joan.* 14. Vado vobis parare locum.

Et mali ſimiliter in ſuum locum abeant: de quo *Act.* 1. De quo prævaricatus eſt Judas, ut abiret in locum ſuum, ſcilicet in infernum. Similis quæſtio fit. *Habac. c.* 1. Uſquequo Domine clamabo, & non exaudies? Et *paulo poſt*. Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio juſtiorem ſe.

ſ Et datæ ſunt.] Poſt clamorem, & deſiderium ſanctarum animarum, ſequitur conſolatio triplex.

Prima eſt de collatione præmii, *ibi*: (Et data ſunt.) Item de confirmatione ſpei, quæ eſt de duobus, ſcilicet, & de adimplendo deſiderio circa pœnam malorum eis infligendam, *ibi* (Et dictum;) & de bonorum ſalvatione poſt completam malorum tyrannidem, & malitiam, *ibi*: (Donec compleatur.) Et patet hic admirabilis miſericordia, & largitas Dei, qui petentibus unum, ſcilicet liberari a conſortio malorum, dat tria.

Dicit ergo: (Et datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ,] id eſt, beatitudo animæ.

t Et dictum eſt illis,] ideſt, a Deo inſpiratum.

u Ut requieſcerent tempus adhuc modicum] patienter expectando. Et dicit (Modicum,) quia brevis eſt curſus hujus temporis uſque ad ſtatum æternitatis *Joan.* 16. Modicum, & jam non videbitis me; & iterum modicum, & videbitis me. Et hic promittitur eis adimpletio ſui deſiderii de capienda vindicta de ſuis inimicis; quia quod differtur non aufertur. *Deuteron.* 32. Sanguinem ſervorum ſuorum ulciſcentur; & vindictam retribuet in hoſtes eorum, & propitius erit terræ populi ſui.

x Donec compleatur numerus conſervorum eorum,] qui ſicut ipſi Domino in terra ſerviunt. *Pſal.* 99. Servite Domino in lætitia.

y Et fratrum eorum,] qui ſc. ad eamdem hæreditatem vocati ſunt. z Qui interficiendi ſunt] a malis.

a Sicut & illi] interfecti fuerunt, qui jam requieſcunt in cœlis. Et in hoc confirmatur ſpes eorum de ſalvatione fratrum ſuorum, & corporum etiam ſuorum receptione in reſurrectione generali. *Iſa.* 26. Vivent mortui tui, interfecti mei reſurgent. Et *paulo poſt*. Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo, ut viſitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, & revelabit terra ſanguinem ſuum, & non operiet ultra interfectos ſuos.

a Et vidi

Digitized by Google

a Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum:] Sexta pars capituli in qua agitur de apertione ſexti ſigilli, quæ nihil aliud eſt, quam præoſtenſio perſecutionis futuræ tempore Antichriſti. Hæc autem erit duplex. Materialis ſcilicet, quia intantum deſæviet in Sanctos, quod moveretur ſi fieri poſſet, etiam Electi: & de hac hic dicitur. [Et ecce terræ motus, &c.] Item ſpiritualis, quæ erit impedimentũ prædicationis verbi Dei: & de hac dicitur in principio ſeptimi capituli, ibi: [Poſt hæc vidi quatuor Angelos, &c.] Dicit ergo. [Et ecce terræ motus,] ideſt, terrenorum commotio contra bonos.

b Factus eſt magnus.] Et hoc dicit, quia etſi mali ſemper deſæviant contra bonos, tunc tamen apertius, & crudelius inſurgent in eos.

ſicut & illi. *a* Et vidi cum aperuiſſet ſigillum ſextum: & ecce terræ motus, *b* factus eſt magnus. *c* Et ſol, *d* factus eſt niger, *e* tanquam ſaccus cilicinus, *f* & luna *g* tota *h* facta eſt ſicut *i* ſanguis; *k* & ſtellæ *l* cœli *m* ceciderunt ſuper *n* terram, *o* ſicut ficus emittit groſſos ſuos, *p* cum a vento magno movetur. *q* Et cœlum *r* receſſit *ſ* ſicut liber involutus: *t* & omnis mons, *u* & inſulæ *x* de locis ſuis *y* motæ ſunt,

c Et Sol,] ideſt, Chriſtus: *Sup.* 1. Sicut Sol in virtute ſua lucet.

d Factus eſt niger, &c.] Niger, quia miraculis non lucebit, malis e converſo facientibus miracula. *Matth.* 24. Surgent enim Pſeudochriſti, & Pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna magna & prodigia.

e Tanquam ſaccus cilicinus,] quia Chriſtus ab Antichriſto & ſuis, ſolo mortalitatis ſacco reputabitur fuiſſe indutus, & peccati cilicio obvolutus. Sed verum eſt, quod Chriſtus ſaccum habuit mortalis carnis, qui conſciſſus fuit in paſſione, & diruptus. *Pſal.* 29. Conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia: quia in reſurrectione fuit iſte ſaccus omnino ab eo ablatus: neque enim erat fas ſacco indutum in palatium regis intrare. *Eſth.* 4. Sed indutus eſt nova veſte glorificationis, *Zach.* 3. Indui te mutatoriis. Hoc ad litteram dictum eſt Jeſu ſacerdoti magno. Et propter hoc.

f Et luna] ideſt, Eccleſia ſuper Chriſtum fundata. *Matth.* 26. Et ſuper hanc petram, ideſt, me, ædificabo Eccleſiam meam.

g Facta eſt] reputatione malorum,

h Tota] ideſt, totaliter.

i Sicut ſanguis;] ideſt, ut ſanguinea, & peccatrix, Deſtructo enim fundamento ſequitur deſtructio ædificiorum. (Sanguis) peccatum ſignificat, quia graviſſimum videtur peccatum, & apud omnes ex omni tempore judicatur puniendum, & ex lege naturali, & ſcripta, *Oſee* 4. Sanguis ſanguinem tetigit.

k Et] auditis, & perſuaſis ab Antichriſto, & ſuis.

l Stellæ cœli] ideſt, multi qui prius illuminabant Eccleſiam. *m* Ceciderunt] ideſt, cadent.

n Super terram,] innitentes terrenis promiſſionibus Antichriſti, & ſuorum. *o* Sicut ficus emittit groſſos ſuos,] ideſt, fructus inanes, ut dicit *Gloſſ.*

p Cum a vento magno movetur.] q. d. levi, & modico tentationis impulſu cadent illi, qui inanes erunt & reprobi. Nullum enim Deus permittit cadere, qui ei ſervit vero amore. Hoc eſt quod dicitur *Joel.* 2. Sol & Luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum. Ita erit de Reprobis. Sed quid de Electis, audiamus.

q Et cœlum] i. boni virtutibus, & ſcientia ſtellati, & illuminati. *r* Receſſit] ideſt recedet fide, & moribus ab impiorum conſortio, & converſatione. *ſ* Sicut liber involutus:] ideſt, ſignatus & clauſus. Et hoc dicit, quia tunc eorum prædicatio non recipietur. *Iſa.* 29. Et erit viſio omnium, ſicut viſio libri ſignati, in quo non poteſt legi. Vel ad litteram. Recedent tunc boni, & abſcondent ſe latentes in antris, & ſpeluncis, ſicut in primitiva Eccleſia. *Hebr.* 11. In ſolitudinibus errantes, & in montibus, in ſpeluncis, & in cavernis terræ. Unde *Iſa.* 26. Vade popule meus, intra in cubicula tua, & claude oſtia ſuper te: abſcondere modicum donec pertranſeat indignatio mea. *t* Et omnis mons,] i. majores de Eccleſia virtute eminentes. *u* Et inſulæ] i. tribulationibus preſſi.

x De locis ſuis motæ ſunt,] ad litteram; quia fide & opere ſe a malis ſeparabunt, & a ſuis dignitatibus & poſſeſſionibus: vel ab impiis auferentur, vel ipſi recedent, ne ab ipſis malis ibi capiantur: q. d. Multi Electorum quamvis ſint magni virtute, tamen erunt inſulæ preſſi tribulatione, & ita de locis ſuis movebuntur ſeparati a malis fide & opere; & nomen Dei firmiter tenebunt *Iſa.* 24. Et in inſulis maris nomen Domini Dei Iſrael.

⊙ *a* Et reges

⊙ Vel aliter totum. *c* Sol,] quilibet juſtus, quia ſuos radios bonis exempli tranſmittit.

Aliter. *d* Factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus,] Reputatione malorum, & falſa eorum opinione peccator exiſtimabitur. *Iſa.* 5. Ponentes tenebras lucem & lucem tenebras. Vel (Sol factus eſt niger, &c.) quia tribulationibus quilibet fidelis opprimetur. *Cant.* 1. Nigra ſum, &c.

f Et luna tota, &c.] ideſt, univerſaliter Eccleſia uſque ad ſanguinis effuſionem cruciabitur.

k Et] tunc [ſtellæ cœli,] ideſt, Religioſi.

m Ceciderunt] ideſt, cadent de cœlis.

n Super terram,] i. de altitudine vitæ Religioſæ, & contemplationis; & deſcendent & ruent, & adhærebunt terrenis promiſſionibus Antichriſti. *Luc. c.* 10. Videbam Satanam ſicut fulgur cadentem de cœlo. Et hoc eſt quia illi, qui prius fuerant decor, & fulcimentum Eccleſiæ, in perſecutione illa in caſu erunt primi. *Iſa.* 49. Venerunt ſtructores tui, deſtruentes te. Et quare hoc? Quia carnales erunt, & temporalium cupidi. Unde ſequitur.

o Sicut ficus emittit, &c.] Groſſi dicuntur primi fructus ficus, qui in ſunt groſſiores quam ſecundi, ſed non durant ut ſecundi. Groſſitudo ergo ſignificat carnalitatem, & mundanæ concupiſcentiæ gibboſitatem. Et quod groſſi durant, ſignificat quod qui tales erunt, ſc. carnales & cupidi, in illius tentationis impulſus non perſeverabunt.

q Et cœlum receſſit ſicut liber involutus: i. multi Clericorum a fide & moribus Eccleſiæ recedent, ita quod nullum bonæ converſationis exemplum poterit legi in eis, ſicut in libro involuto, & ſignato non poteſt legi. Vel (Cœlum receſſit,) i. vera Scripturæ intelligentia, quæ continet & celat cœleſtia myſteria, merito peccatorum cadet a memoria hominum.

t Et omnis mons,] Prælati, & ſuperbi.

u Et inſulæ] ſc. negotiis ſæcularibus agitati, i. avari.

x De locis ſuis] i. de fide Eccleſiæ.

y Motæ ſunt,] adhærentes Antichriſto, timentes ne ſuas dignitates, vel divitias amittant. Et ſubdividit montes prædictos & inſulas ſecundum dignitates hominum, & diverſas conditiones, qui omnes timentes amittere honores ſæculi, ab Eccleſia recedunt. Unde dicit,

⊙ *a* Et Reges

Allegorice. Item allegorice, *c* Sol,] ideſt, Chriſtus in paſſione ſua. *d* Factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus,] Ibi enim ille, qui fuerat ſpecioſus præ filiis hominum, non habuit ſpeciem, neque decorem. *Iſa.* 53. Et non eſt ſpecies ei, neque decor. Vel (Sol) materialis, quaſi non valens ſuſtinere injuriam Domini ſui in paſſione Chriſti. *d* Factus eſt niger, ſicut ſaccus cilicinus,] Tam graviter enim, & crudeliter Domino omnium creaturarum injuriato in cruce, Sol eclypſim paſſus eſt per tres horas. *Luc.* 23. Erat autem fere hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in univerſa terra uſque ad horam nonam, & obſcuratus eſt Sol. Vel Moraliter, *c* Sol,] ideſt, Prælatus. *d* Factus eſt niger] per obſcuritatem peccati. (Tanquam ſaccus,) ideſt vilis per iterationem, vel oſtenſionem mali exempli. *Jer.* 2. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas! Et *Iſa.* 3. Peccatum ſuum prædicaverunt, ut Sodoma, nec abſconderunt. (Cilicinus.) Cilicium eſt veſtis aſpera diſſolubilis & fœtida. In aſperitate patientia, in diſſolutione puſillanimitas, in fœtore peccatum, & infamia. *Iſa.* 3. Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Quando igitur talis eſt Sol, neceſſe eſt ut Luna, ideſt Eccleſia ſibi ſubjecta, quæ ab illo illuminari debuit, amiſſo ſuo lumine fiat (Tota ſanguis,) ideſt peccatrix. *Jer.* 2. In menſtruis invenient eam. Vel (Sanguis,) ideſt carnalis, & procedens ſucceſſione ſanguinis. Unde ipſa clamat. *Exod.* 4. Sponſus ſanguinum tu mihi es. Et hoc eſt quod dicitur *Joel.* 3. Sol convertetur in tenebras, & luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Nota quod eſt ſaccus vilitatis, & anguſtiæ, de quo dicitur hic. [Factum eſt Sol ſicut ſaccus,] ideſt Chriſtus in vilitate fuit, & anguſtia in ſua paſſione. Unde *Iſai.* 53. Deſideravimus eum deſpectum, virum dolorum. Item mortalitatis. *Pſal.* 29. Conciſdiſti ſaccum meum & circumdediſti me lætitia. Et eſt thema in feſto unius martyris. Item peccati, *Eſth.* 4. Neque enim erat licitum indutum ſacco aulam regis intrare. Sic erat indutus ille cui dictum eſt. *Matth.* 22. Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Item pœnitentiæ. *Iſa.* 20. Solve ſaccum de lombis tuis. Et *Joel.* 1. Accingite vos, & cubate in ſacco miniſtri Domini. Cetera exponi poſſunt, ut prius. *Moraliter*

Digitized by Google

A *a* Et Reges terræ,] ideſt, qui ſe ſciunt regere, carni reſiſtentes, & terrena contemnentes.
b Et Principes,] qui ſciunt vitiis & moribus malis principari.
c Et Tribuni,] ideſt, illi, qui tres animæ vires bene ſciunt ordinare in actionibus ſuis.
d Et divites,] operibus bonis, & virtutibus.
e Et fortes,] contra tentationes diaboli.
f Et omnis ſervus,] Dei.
g Et liber] a ſervitute peccati.
h Abſconderunt ſe] i. abſcondent.

a & Reges terræ. *b* & principes, *c* & Tribuni, *d* & divites, *e* & fortes, *f* & omnis ſervus, *g* & liber *h* abſconderunt ſe *i* in ſpeluncis, & in petris montium; *k* & dicent *l* montibus, *m* & petris, *n* Cadite ſuper nos, *o* & abſcondite nos *p* a facie *q* Sedentis ſuper thronum, *r* & ab ira Agni: quoniam *ſ* venit dies magnus iræ ipſorum, *t* Et quis poterit ſtare?

i In ſpeluncis, & petris montium;] ad litteram: vel verius, meritis Sanctorum, & auxilio Angelorum ſe commendabunt, ut per eos miſericordiam judicis implorent. Unde *Iſa.* 24. Quomodo ſi paucæ olivæ, quæ remanſerunt, excutiuntur ex olea: & racemi cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem ſuam, atque laudabunt.
k Et dicent] fideliter orando.
l Montibus,] ideſt, Sanctis. *Pſalm.* 120. Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.
m Et petris,] i. Angelis confirmatis. *Job* 39. In petris manet, ideſt, in conventibus & ordinibus Angelorum quos per contemplationem frequentius videt. Et loquitur de aquila per quam vir juſtus ſignificatur.
n Cadite ſuper nos,] pia ſuper afflictos geſtantes viſcera.
o Et abſcondite nos] per veſtram orationem.
p A facie] ideſt, ab animadverſione.
q Sedentis ſuper thronum,] ideſt, Chriſti ſecundum humanitatem, ne ſc. nos permittat cadere in tribulationibus veſtris nobis orationibus impetrate. Hanc neceſſitatem quam aliquando habebunt homines de ſanctis, videns *Eliphaz*, dicebat ad Job in perſona hominum illius temporis. *Job* 5. Voca ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sanctorum convertere. Et cauſam ſubjungit, quare ſic rogabunt homines Sanctos, & Angelos, ne ſi ipſi cadant in tribulatione præſenti, puniantur a Deo in die judicii proxime venturo poſt tempus Antichriſti. Unde ſequitur. *ſ* Quoniam venit dies magnus iræ ipſorum.] quaſi, Neceſſe eſt, ut nobis ſubveniatis: [Quoniam venit dies magnus iræ ipſorum,] ideſt, Sedentis ſuper thronum, ſcilicet Dei patris, & Agni, ideſt, Chriſti. Hic eſt dies judicii, ubi pater judicabit auctoritate. *Dan. c.* 7. Throni poſiti ſunt & ecce Antiquus dierum ſedit. Et Chriſtus ſententiæ prolatione. *Matth. cap.* 25. Ite maledicti in ignem æternum, &c. Venite benedicti patris mei, &c.
t Et quis poterit ſtare?] niſi veſtris precibus adjuvetur, in die, ſcilicet judicii; vel in tempore illius perſecutionis extremæ. *Matth.* 24. Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi uſque modo, neque fiet: & niſi abbreviati fuiſſent dies illi non fieret ſalva omnis caro, &c. *a* Et Reges terræ, & Principes, & Tribuni] ecce dignitas.
Aliter *e* Et fortes,] corporaliter: ecce natura.
d Et divites,] temporaliter: ecce fortuna.
f Et ſervus,] peccati.
g Et liber] in juſtitia: ecce conditio. Omnes iſti ſicut dicit *Gloſ.* deſperantes a Sanctis, auxilia Dæmonum quærunt, ut ſe illi liberent in quibus confidebant, & hoc tempore perſecutionis. Vel potius in die judicii libenter ſe abſconderent ſi poſſent; & a montibus, & a petris deſiderabunt operiri omnes prædicti mali, magis quam videre judicem iratum, & terribilem ſententiam audire. Et hoc eſt quod dicitur hic. Et.
h Abſconderunt ſe in ſpeluncis, & petris,] ideſt, libenter ſe abſconderent ſi poſſet. Sed latere erit impoſſibile, & apparere intolerabile, ut dicit *Greg.*
k Et dicent] deſiderando.
l Montibus, & petris: Cadite ſuper nos, & abſcondite nos a facie Sedentis ſuper thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipſorum,] ideſt, Reproborum, ideſt, animadverſionis Dei contra ipſos. Illius ergo perſecutionis immanitatem, & diei judicii terrorem videns Apoſtolus Joannes exclamat dicens.
t Et quis poterit ſtare?] *Mal.* 3. Et quis poterit cogitare diem adventus ejus? & quis ſtabit ad videndum eum?

EXPOSITIO CAP. VII.

Poſt hæc vidi quatuor Angelos, &c.] Quod dicitur in hoc capitulo uſque prope finem, adhuc eſt de apertione ſexti ſigilli, in quo agitur de perſecutione futura tempore Antichriſti: quæ eſt duplex, ut dictum eſt, materialis ſcilicet de qua jam præmiſſum eſt, & ſpiritualis, de qua hic agitur: & hæc nihil aliud eſt, quam impedimentum verbi Dei. Et per hoc quod dicit, [Poſt hæc] non eſt intelligenda diverſitas in ſpecie, vel in genere viſionum, ſed ſolum in materia. Dividitur autem hoc capitulum in octo partes. In prima oſtenditur conatus diaboli ad impediendum verbum Dei. In ſecunda Angelus refrænans ejus conatum, ibi: [Et vidi alterum.] in tertia ponitur numerus ſignatorum in quos non habet diabolus poteſtatem, ibi: [Et audivi numerum.] In quarta oſtenduntur ſignati agere gratias, ibi: [Et clamabant.] In quinta oſtenditur quomodo Angeli congratulabantur hominibus ſignatis, gentibus gratias, ibi: [Et omnes Angeli.] In ſexta quæritur a Joanne ſi ſciat, qui ſunt illi, ut & ipſe ſciat congratulari eis, & ut doceat alios ad eorum gloriam properare, ibi: [Et reſpondit unus.] In ſeptima oſtenditur Joanni qui ſunt illi, & unde venerunt, ibi: [Hi ſunt qui venerunt.] In octava oſtenditur apertio ſeptimi ſigilli, ibi: [Et cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, &c.] Dicit ergo. A

C A P. VII.

Poſt *u* hæc *x* vidi quatuor *y* Angelos *z* ſtantes ſuper *a* quatuor angulos terræ, *b* tenentes quatuor ventos terræ ne fla-

u Poſt hæc] prædicta.
x Vidi] per ſpiritum.
y Quatuor Angelos] ideſt, Dæmones univerſos, qui dicuntur quatuor propter naturam numeri; quia hic numerus eſt maxime diviſibilis; & ipſi non intendunt niſi diviſionem facere.

Item hic numerus non eſt ſolidus, ſed ſuperficialis: ita ſuggeſtio Dæmonum ſuperficialis eſt, & ſoliditatem non habet. Et dicuntur quatuor, quia nituntur verbum Dei ſubvertere, & quatuor Evangelia in nihilum reducere. Vel quia etiam conantur fidelibus nocere per quatuor partes mundi. Unde ſequitur:
z Stantes] immorantes, & ſolicite conſiderantes quos poſſunt impugnare de habitantibus.
a Super quatuor angulos terræ,] ideſt, etiam in locis remotiſſimis. Vel hoc dicitur, quia ipſi laborant ad hoc ut ponant aliquos in angulo, ideſt, in arctitudine dilectionis terrenæ. Angulus autem eſt in quo duæ lineæ uni puncto continuantur. Quando igitur cupiditas, & vanitas continuatæ ſunt libidini, & voluptati, fit Angulus terræ, cui diabolus dominatur: quia *Job* 40. Sub umbra dormit: ecce cupiditas divitiarum, quæ non ſunt verum bonum, ſed tantum umbra. In ſecreto calami, ecce vanitas, quia calamus intus vacuus eſt, etſi extra plenus; & debilis ad ſuſtinendum hominem innitentem ei. In locis humentibus: ecce voluptas, & libido, quæ in humidis & pinguibus delectatur. Sed e converſo eſt angulus cœli cui non dominatur diabolus, cujus lineæ duæ ſunt, paupertas & humilitas, punctus vero eſt charitas. Continuatæ ergo charitati paupertas & humilitas faciunt angulum cœli. In hoc angulo ſe poſuit Chriſtus pro nobis. *Lucæ ſecundo*. Invenietis infantem poſitum in præſepio. Invenietis, inquam, ſine labore, & in hoc notatur charitas Dei erga nos, quia talem ſe exhibet nobis, ut inveniri poſſit. Infantem, in hoc notatur humilitas: Poſitum in præſepio: ecce paupertas.
b Tenentes quatuor ventos terræ] ideſt, omnes Prædicatores, qui dicuntur quatuor, quia debent habere quadraturam virtutum. Et quia de fontibus Salvatoris, ſcilicet de quatuor Evangeliis debent quod aliis prædicant, haurire. *Gen. ſecundo*. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis, ideſt, Sacra Scriptura de Chriſto, qui inde dividitur in quatuor capita, ideſt, in quatuor Evangelia. His dicitur ut hauriant aquam, Scripturæ ſcilicet intelligentiam. *Naum.* 3. Aquam propter obſidionem hauri tibi. Hi ventis comparantur, quia ſiccant malos mores ſicut humores; ſicut ad litteram dicitur, quod venti deſiccant. Hi ſunt quatuor venti, qui pugnant in medio mari. *Dan.* 7. Nec obſtat quod dici-

dicitur hic, quod ſunt venti terræ, utrumque enim competit. Sunt enim venti cœli, qui aſpirant ad cœleſtia: ſed venti terræ, quia flantes ſuper terram, nubes, i. obſcuritates Scripturæ diſſolvunt exponendo & prædicando, ut compluant terram liberi arbitrii, ut germinet herbam opportunam. *Hebr. 6.* Illi ſunt venti, qui nubes, ideſt, peccatores excitant, donec eos in pluvias lachrymarum diſſolvant. De his ventis dicitur *Job cap.* 28. Qui fecit ventis pondus: Ipſi enim debent habere pondus amoris inchoando, & pondus timoris in terminando. Hos ventos Dæmones impedire conantur, & homines qui eos impediunt, ſunt membra diaboli.

De quibus dicitur *Am.* 7. Qui vides, gradere, fuge in terram Juda.

rent *a* ſuper terram, *b* neque ſuper mare, *c* neque in ullam arborem. *d* Et vidi alterum Angelum *e* aſcendentem ab ortu ſolis, *f* habentem ſignum Dei vivi: *g* & clamavit voce magna quatuor Angelis, *h* quibus datum eſt nocere terræ, *i* & mari, *k* dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus *l* quoadusque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum. *m* Et audivi numerum ſignatorum: *n* centum quadraginta quatuor millia ſignati

Vade dicunt ipſi, & prædica in clauſtro tuo; & in Bethel, ideſt, in Parochia mea non adjicies ultra, ut prophetes, ideſt, ut prædices: quia ſanctificatio Regis eſt, & domus regni eſt: quaſi, Ego ſum rex, & Dominus, ibi. Vel quia Eccleſia Cathedralis eſt, ecce domus regni; & non eſt conſuetudo quod pauperes prædicent, ibi. Ita dixit unus malus ſacerdos ad Amos, ſc. Amaſias. Sed audiant, & timeant iſti illud quod *Amos* reſpondit ei dicens: Propter hoc, quia tu me prohibes prædicare in tua parochia, hæc dicit Dominus. Uxor tua in civitate fornicabitur, & filii tui & filiæ tuæ in gladio cadent; & humus tua in funiculo metietur; & tu in terra polluta morieris: & Iſrael captivus migrabit de terra ſua. Et hoc eſt mirabile, quod iſti prohibent quos Dominus vocat, & vocati præcipit a Propheta. *Ezech.* 38. A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſufla ſuper interfectos iſtos. (Tenentes) dicit, ne flarent: cum tamen dicatur *Cant.* 4. Veni Auſter, & perfla hortum meum. *a* Super terram,] Ad litteram; ne prædicarent. Vel (Super terram,) ideſt, ſubditos terrenis.

b Neque ſuper mare,] ideſt, ſuper ſubditos peccatis.

c Neque ſuper ullam arborem.] ideſt, ſuper bono: q.d. Conatur diabulus impedire, ne ſit prædicatio nec de bonis, nec de malis, nec ad exhortationem bonorum, nec ad revocationem malorum. Arbores enim dicuntur boni, & quia terrenitatem excedunt, & quia ad fructificandum parati ſunt.

d Et vidi alterum] Secunda pars in qua oſtenditur Joanni Angelus refrænans conatum diaboli: & hic Angelus Chriſtus eſt. *Iſa.* 9. Magni conſilii Angelus, ſecundum *Septuaginta*. Qui eſt lapis exciſus ſine manibus, qui ſtatuam ex quatuor metallis conſtantem confregit. *Dan.* 2. Sic Chriſtus quater Angelos malos devicit. Dicit ergo: (Et vidi alterum Angelum,) ideſt, Chriſtum valde a præmiſſis diverſum.

e Aſcendentem ab ortu ſolis,] ideſt, a patre, vel a ſeipſo, qui eſt ortus ſolis, quia per ipſum illuminata eſt Eccleſia. *Luc.* 1. Viſitavit nos oriens ex alto. *Zach.* 6. Ecce vir Oriens, nomen ejus.

Sed quomodo Chriſtus aſcendit, cum ipſe nunquam ad ima deſcenderit? Solutio: Aſcendit a ſe homine ad ſe Deum: vel a reſurrectione quæ facta eſt mane temporis, aſcendit in nominis exaltatione; quia prius ſe exinanivit in paſſione, & nativitate. Neque enim haberet quo aſcenderet, niſi in humanitate deſcendiſſet. *Epheſ.* 4. Qui aſcendit, ipſe eſt & qui deſcendit in inferiores partes terræ. Multi hodie volunt aſſimilari Chriſto in aſcenſu, ſed pauci in deſcenſu.

Et ſi fiat ortus ſolis, ideſt, proſperitas alicui pauperi, qui prius fuit in nocte paupertatis: ut ſi detur ei una præbenda, ſtatim vult ad alias aſcendere, cum tamen unus ſit, & una ſuffeciſſet ei ante; & tantum aſcendit, quod confuſus eſt corde; habet enim plures, quam poſſit habere. Voluntate enim habet multa, quæ actu non poteſt; & ſic eſt in tali contrarietas, & ita confuſio: jam ſimilis inferno, ubi ſicut dicitur, erunt contrarietates, frigiditas cum calore, & hujuſmodi: ſic in tali contraria ſunt, ſcilicet habere, & non habere.

f Habentem ſignum Dei vivi:] Hæc eſt immunitas a peccato, vel miraculorum operatio: quod erat ſignum quod æqualem habebat potentiam cum patre. Item ſignum fuit crux. *Iſa* 9. Cujus imperium ſuper humerum ejus. Ibi enim ſe oſtendit vivum Deum, quando cum clamore valido emiſit ſpiritum; quod eſt contra naturam humanam: quia in morte coarctatur ſpiritus, & debilitatur homo in tantum, quod vix poteſt loqui.

Item hoc ſignum habet Chriſtus in ſuis, ſcilicet crucem. *Ezech.* 9. Signa Tau in frontibus virorum dolentium, & gementium. Et *Luc.* 9. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me.

g Et clamavit voce magna quatuor Angelis,] ideſt, magnæ auctoritatis imperio quatuor Angelos refrænavit. Et habetur ſimile. *Zach. cap.* 1. Ubi poſt quatuor Angelos mittuntur fabri ad refrænandum eorum malitiam.

h Quibus datum eſt nocere terræ,] ideſt, avaris.

i Et mari,] ideſt, luxurioſis, & ſuperbis. Mare enim ſpumat, ecce luxuria: Et tumet, ecce ſuperbia. Vel per mare & terram ſignificantur omnes peccatores generaliter: quia ſicut Spiritus Sanctus non permittit ſuos declinare ad terrena, ſed elevat eos ad cœleſtia: unde *Sapient. cap. ſeptimo.* dicitur, Stabilis & mobilis: ſic Spiritus malignus peccatores ſtabilit in malo, & ſic facit eos mare, quia mare non fluit, ſed ſtat in eodem loco plenum ſemper amaritudine. Item movet eos ad amorem terrenorum, & ſi facit eos terram. Dæmones igitur terræ, & mari nocent, quia de peccato faciunt ruere in peccatum.

k Dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus] Sed cum datum ſit eis nocere, quare ergo prohibentur? Solutio: Quia Dæmones plus nituntur nocere, quam poſſint. Et hoc patet per hoc quod additur hic (neque arboribus) quod non fuit poſitum quando de poteſtate nocendi eis data agebatur. Ipſi enim ſemper volunt nocere bonis, qui ſunt arbores fructiferæ per bonas operationes; habentes folia in medicinam per diſcretas prædicationes; radicati in terra viventium per humilitatem; umbram faciunt per bonam opinionem, & bonum exemplum; dilatantur in ramis per charitatem.

l Quoadusque ſignemus, &c.] ideſt, demus eis audaciam, & conſtantiam confitendi nomen Domini. Hæc audacia datur in confirmatione, quando Epiſcopus confirmat in fronte, ubi eſt locus erubeſcentiæ; quaſi dicat: Noli de cetero nomen Domini erubeſcere. *Romanorum primo.* Non enim erubeſco Evangelium Dei: ſed coram Regibus, & Principibus porto illud. *Actorum nono.* Et dicit (Quoadusque,) ideſt; nec ante, nec poſt. Simile. *Matthæi primo.* Donec peperit filium primogenitum; ideſt, ante & poſt. Et dicit, (Signemus) ego, ſcilicet & ipſi. Et notatur hic potentia liberi arbitrii: quaſi dicat: Ego ſignabo auctoritate: Miniſtri mei miniſterio, Vel (Signemus,) ipſi præparando, & ego adjuvando, corroboratione Spiritus Sancti: & ſic Sanctis corroboratis, Diabolus poteſtatem habebit in ſolis malis. Unde *Exod.* 12. Angelus exterminator omnes illos occidit, qui non fuerunt ſignati in poſtibus domus ſanguine agni. Poſtes ſunt memoria, & cogitatio paſſionis Chriſti in intellectu, & dilectio in affectu. Unde *Cant.* 8. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum.

m Et audivi] Tertia pars in qua oſtenditur Joanni numerus Electorum. Et procedit ſic in hac parte. Primo ponit numerum ſignatorum de Judæis. Secundo numerum ſignatorum de Gentibus, ibi (Poſt hæc vidi, &c.) Et quia pauciores fuerunt electi de Judæis, propter hoc ponitur numerus certus, & finitus, cum dicit.

n Centum quadraginta quatuor millia] De Gentibus vero infinitus, quia plures fuerunt electi de eis: tamen per hæc nomina intelligitur numerus Electorum omnium, qui primo ponitur ſub certo numero, & finito, quia Deo finitus eſt, & certus; ſecundo ſub incerto, quia nobis infinitus, & incertus eſt. *Job vigeſimoquinta.* Nunquid eſt numerus militum ejus? Eſt quidem, ſed nobis incertus, quamdiu erimus in incertu viæ, & Angelis etiam uſque ad diem judicii, Deo ſoli cognitus. Dicit ergo: (Et audivi numerum ſignatorum,) ideſt, intellexi, qui erant ſignandi. Et quis fuerit ille numerus, oſtendit dicens: (Centum quadraginta quatuor millia.) Et illi. (Signati erant ex omni, &c.) ad litteram: & ſecundum hoc intelligitur ſpecialiter de Judæis. Vel (Filiorum,) ideſt imitatorum fidei: & ſecundum hoc intelligitur generaliter de omnibus fidelibus

cujuſcumque actionis fuerint. (Centum quadraginta quatuor millia.) Bene per hunc numerum Patres electi de veteri lege ſignificantur: quia per centenarium qui de læva tranſit ad dexteram, beatitudo ſignatur. Per quadragenarium qui ex quatuor decem conſiſtit, obſervatio Decalogi cum ſpirituali intelligentia Evangelii. Per quaternarium exercitatio & uſus quatuor virtutum. Per millenarium totius juſtitiæ perfectio. Antiqui ergo ſigno crucis, etſi non ſic, tamen fide ſignati dicuntur. Centum propter promiſſam ſibi beatitudinem, quadraginta propter Decalogi obſervantiam, & Evangelici ſacramenti ſignificationem.

B

Item quatuor propter quatuor virtutes Cardinales, quarum uſum habuerunt. Et millia propter perfectionem juſtitiæ quam ſervaverunt. Vel generaliter per hunc numerum ſignificantur omnes ſalvandi. Per centum, illis quibus debetur fructus centeſimus, ſicut virgines. Per quadraginta qui eſt numerus pœnitentiæ, illi quibus debetur fructus ſexageſimus, ſicut viduæ. Per quatuor, quibus debetur fructus trigeſimus, ſicut conjugati qui diviſi ſunt. 1. *Cor.* 7. Qui autem cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, & quomodo placeat uxori, & diviſus eſt. Et quatuor eſt numerus diviſibilis. Primus, & omnes iſti dicuntur millia, quia iſte numerus eſt cubicus ſive ſolidus. Habet enim trinam dimenſionem, decies decem decies; & omnes iſti Decalogum obſervant ad honorem Dei, & meritum ſuum, & commodum proximi. Vel dicuntur millia propter triplicem menſuram virtutum, ſcilicet fidem, ſpem & charitatem. *Gloſſ.* Ponit aliam rationem, quare per hunc numerum ſignantur generaliter omnes Electi: quia hic numerus centum quadraginta quatuor multiplicatur ex duodenario & quaternario & ternario. Quater enim duodecim faciunt quadraginta octo, & ter quadraginta octo faciunt centum quadragintaquatuor: & ſignificat omnes qui in quatuor mundi partibus ſervant fidem Trinitatis cum perfectione operum ſignificata per mille.

a Ex omni tribu filiorum Iſrael.] i. omnes: per duodecim millia in unaquaque tribu idem ſignificatur, ſc. omnes Electi qui per quatuor partes mundi fidem ſervant Trinitatis cum perfectione operis. Sed ſi hoc, quare ergo non ſufficit dicere in generali.

De omni tribu filiorum Iſrael, vel de qualibet duodecim millia ſignati, ut non exprimeret tribus & filios nominatim? Solutio. Propter duo, ſc. & ut oſtenderetur quod Electi illas virtutes debent habere quæ per nomina filiorum Iſrael ſignificantur, & ut ſic alios filios Iſrael & tribus computando, ab hoc numero tribu Dan excluderetur & tribus Ephraim.

Sed tunc quæritur quare iſti duo hic non numerantur, cum ipſi benedicantur *Deut.* 33. Item e converſo quæritur, quare Simeon hic numeratur & in benedictionibus *Deut.* 33. tacetur? Solutio: Dan hic non ponitur, ut oſtendatur quod ex numero ſignatorum excludetur Antichriſtus, qui ex illa tribu eſt naſciturus. Item Ephraim non ponitur, quia de eo natus eſt Jeroboam, qui populum Iſrael induxit ad idololatriam. Ad aliud: Simeon non ponitur in benedictionibus Deuteronomii, quod eſt nova lex: quia Simeon interpretatur nomen habitaculi; & qui nomen ſuum vocant & ſtatuunt in habitaculo mundi, non merentur recipere benedictionem gratiæ Dei quæ innovat, ſicut Deuteronomium dicitur nova lex. Vel ſecundum aliam interpretationem, quia Simeon interpretatur audiens mœrorem, & illi qui modo ſunt in mœrore & triſtitia propter Deum, non reputant ſe habere benedictionem: ſed eam in futuro habebunt, quando ad manum numerantis tranſibunt, & ponentur cum ſignatis & dicetur eis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c. *Matth.* 25. Sed adhuc quæritur hic; quare nec generationis iſtorum, nec dignitatis ſervat ordinem? Sol. Quia hic agit de fidelium ſignatione quæ per gratiam fit, libero tamen arbitrio cooperante: gratia autem nec genus nec dignitatem eligit; propterea loquendo de lectione bonorum, nec ordinem ſervat nativitatis, nec dignitatis.

b Ex tribu Juda duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben, duodecim millia ſignati.] In his duobus intelligitur ſignatio quæ eſt per fidem. Quia *Rom. c.* 10. Corde creditur ad juſtitiam; ecce Ruben, qui interpretatur filius viſionis: Ore autem confeſſio fit ad ſalutem; ecce Judas, qui interpretatur confitens. Sed quare non præmiſit de Ruben prius quam de Juda; ſicut prius eſt confeſſio cordis quam oris neceſſaria? Sol. Quia in primitiva Eccleſia, ſumme erat neceſſaria confeſſio oris modo vero eſt e converſo, quia tempus eſt pacis. Unde ad ſignificandum hoc præpoſuit Judam.

a ex omni tribu filiorum Iſrael. *b* Ex tribu Juda duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben duodecim millia ſignati. *c* Ex tribu Gad duodecim millia ſignati. Ex tribus Aſer duodecim millia ſignati. *d* Ex tribu Nephthali duodecim millia ſignati. *e* Ex tribu Manaſſe, duodecim millia ſignati. *f* Ex tribu Simeon duodecim millia ſignati. *g* Ex tribu Levi duodecim millia ſignati. *h* Ex tribu Iſachar duodecim millia ſignati. *i* Ex tribu Zabulon duodecim millia ſignati. *k* Ex tribu Joſeph duodecim millia ſignati. *l* Ex tribu Benjamin duodecim millia ſignati. *m* Poſt hæc vidi turbam magnam *n* quam dinumerare nemo poterat,

c Ex tribu Gad duodecim millia ſignati. Ex tribu Aſer duodecim millia ſignati.] Per hos duos intelligitur ſpes; quæ facit duo in nobis. Quia expeditos facit ad currendum in via Dei, & ad operandum in vinea & in agro Domini; Ecce Gad, qui interpretatur accinctus. Item facit ſalvos, & beatos jam in præſenti; Ecce Aſer qui interpretatur beatus. *Rom.* 8. Spe ſalvi facti ſumus.

d Ex tribu Nephthali duodecim millia ſignati.] Per hunc deſignatur charitas, quia Nephthali interpretatur latitudo; & charitas animam dilatat.

Sed quia charitas duplicem habet numerum, Deum ſcilicet & proximum: propter hoc ſequitur de charitate Dei.

e Ex tribu Manaſſe duodecim millia ſignati.] Manaſſe enim interpretatur oblitus; hæc eſt charitas ordinans ad Deum, quæ omnia terrena facit oblivisci; & de charitate proximi ſubdit:

f Ex tribu Simeon duodecim millia ſignati.] Simeon interpretatur audiens mœrorem; & qui proximum diligit ipſius mœrorem ex compaſſione audit, & ei ſubvenit. Sed quia charitas ordinem habet, ut homo primo ſe diligat, quia ſi ſibi nequam eſt, cui bonus? *Eccleſ.* 14. Propter hoc ſequitur.

g Ex tribu Levi duodecim millia ſignati.] Per hunc ſignificatur ordo dilectionis ad proprium objectum; quia recte ſe amat, qui ſe Deo lætificat; & de Levi fuerunt ſacerdotes. Vel quia habentibus tres prædictas virtutes, ſcilicet fidem, ſpem & charitatem, & hanc ad Deum & proximum, ut dictum eſt, additur gratia ut fiant perfecti, & de virtute currant in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion. Propter hoc bene ſeptimo loco ponitur. [Levi] qui interpretatur additus. Sed quia cum tribus prædictis virtutibus quæ Theologicæ dicuntur, & quaſi cœleſtes, neceſſariæ ſunt & aliæ quæ Politicæ vel Cardinales dicuntur, & in his inferioribus verſantur & uſum ſuum habent: propter hoc ſequitur.

h Ex tribu Iſachar duodecim millia ſignati.] Iſachar interpretatur merces, per quem ſignificatur juſtitia operum, cui merces æterna dabitur. *Sap.* 10. Reddet Deus juſtis mercedem laborum ſuorum.

i Ex tribu Zabulon duodecim millia ſignati.] Per hunc qui interpretatur habitaculum fortitudinis, ecce notatur fortitudo.

k Ex tribu Joſeph duodecim millia ſignati.] Per hunc qui fuit ſapiens diſpenſator Pharaonis in tota Ægypto, ſignificatur prudentia.

l Ex tribu Benjamin duodecim millia ſignati.] Per hunc ſignificatur temperantia. Iſte enim primo dictus eſt Bennoni, i. filius doloris; hæc eſt concupiſcentia quæ temperantiam non habet; ſed ratio bene diſpoſita quæ eſt quaſi pater, vocat eum Benjamin, ideſt, temperatum. Benjamin enim interpretatur filius virtutis; & temperantia magna eſt virtus.

m Poſt hæc vidi turbam magnam] Secunda pars tertiæ partis, in qua ponit numerum ſignatorum de Gentibus, i. qui tempore gratiæ ſignum fidei receperunt, dicens. (Poſt hæc vidi turbam.) Hoc dicit non quod alia ſit viſio, ſed pro diverſitate temporis, ſub lege ſc. & poſt legem. (Vidi turbam.) Hæc eſt turba quæ Dominum comprimebat. *Luc.* 8. Hæc eſt multitudo magna quæ Dominum ſequebatur. *Joan.* 6. De qua dicit Chriſtus *Marc.* 8. Miſereor ſuper turbam, quia ecce jam triduo ſuſtinent me.

n Quam nemo dinumerare poterat,] ideſt, nullus homo purus. Non dicit quæ dinumerari non poterat, quia ille ejus cognovit numerum, qui numerat multitudinem ſtellarum,

a ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis, *b* ſtantes ante thronum, *c* & in conſpectu Agni, *d* amicti ſtolis albis, *e* & palmæ in manibus eorum, *f* & clamabant voce *g* magna dicentes: *h* Salus Deo *i* noſtro, *k* qui ſedet ſuper thronum, & Agno. *l* Et omnes Angeli ſtabant in circuitu *m* throni *n* & Seniorum, *o* & quatuor animalium: *p* & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, *q* & adoraverunt Deum *r* dicentes: Amen. *ſ* Benedictio *t* & claritas *u* & ſapientia, *x* & gratiarum actio, *y* honor *z* & virtus, *a* & fortitudo Deo noſtro *b* in ſæcula ſæculorum. Amen. Et reſpondit unus de Senioribus

larum. *Eccl.* 1. Arenam maris, & pluviæ guttas, & dies ſæculi quis denumerat? Deus ſolus, & non homo. Hoc fuit ſignatum *Geneſ.* 15. Ubi Abrahæ dixit Dominus: Suſpice cœlum & numera ſtellas ſi potes. Et dixit ei: ſic erit ſemen tuum. Unde *Geneſ.* 22. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris.

B *a* Ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis,] Hoc eſt expoſitum *ſupra* 5. Ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Quod hic dicit (gentibus) hoc illic dixit (natione) Hoc fuerat a Domino prædictum. *Matth.* 13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. Turbam dico.

b Stantes] eſt enim nomen collectivum, unde æquipollet plurali. Vel: Qui omnes erant [ſtantes ante thronum] ideſt ante regiam dignitatem erecti, & extenti, non ad infima curvi. Et dicit [ſtantes] quia in judicio non cadent, ſed pro eis dabitur ſententia, *Sapient.* 5. Stabunt juſti in magna conſtantia. E converſo mali cadent in judicio. *Pſalm.* 1. Quoniam non reſurgent impii in judicio, &c. Ergo ceciderunt. Verum eſt, quia contra eos dabitur irretractabilis ſententia. *Amos* 8. Cadent, & non reſurgent ultra.

c Et in conſpectu Agni] Hoc dicit, quia Sancti, qui ſignati fuerunt, Chriſtum agnum videbunt, manſuetum ſcilicet & benignum, unde & ſtabunt; ſed impii leonem, ideſt crudelem, & ferrum; & ideo cadent, quia non poterunt ſuſtinere, *ſupra* 6. Et quis, de malis, ſcilic. poterit ſtare?

d Amicti ſtolis albis] In præſenti enim Sancti duas habent ſtolas. Prima quidem alba eſt, quam recipiunt in Baptiſmo. *Pſ.* 50. Lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Secunda eſt quaſi rubea, quam acquirunt per laborioſa corporis opera. *Iſ.* 65. Quare rubeum eſt indumentum tuum? Propter hoc dicitur de quolibet ſancto. *Cant.* 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus: ideſt, ſignatus inter millia prius dicta. Propter hoc duas ſtolas habebant: unam animæ quæ reſpondet dealbationi, quæ fit in Baptiſmo; alteram corporis, quia in corporibus fuerunt vexati. *Prov. ult.* Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus.

e Et palmæ in manibus eorum] victoriæ ſcil. quas de hoſtibus obtinuerunt in mundo ibi manifeſtabunt. Hoc eſt, quod dicit *Pſalm.* 125. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos. Sed qui? Illi qui prius euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua. Vel palmæ in manibus] ideſt pro manibus, ideſt pro operibus. Quantum enim quiſque habebit de operibus, tantum habebit de palma, ideſt de remuneratione, ideſt tantum erit glorificatus. *Infr.* 14. Opera illorum ſequuntur illos.

f Et clamabant] Quarta pars in qua Sancti agunt gratias Deo omnipotenti [Et clamabant] devote.

g Voce magna] affectuoſe.

h Dicentes: Salus] quam nos habemus.

i Deo noſtro] non nobis attribuatur.

k Qui ſedet ſuper thronum, & Agno] quaſi dicat: Non per nos, ſed per Deum Patrem, & Filium incarnatum habemus quicquid in nobis boni eſt. Unde *Exod.* 15. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem [Qui ſedet ſuper thronum] ideſt regnat in nobis, & nos per ipſum. *Supra* 5. Feciſti nos Deo noſtro regnum.

l Et omnes Angeli ſtabant] ad obediendum parati, ad protegendum ſtrenui, ad recipiendum ſignatos voluntarii, & læti, ad inducendum ad nuptias feſtini. *Matt.* 22. Ite ad exitus viarum, & quoſque inveneritis, vocate ad nuptias. *m* In circuitu throni] ad exequendum ejus præceptum. Et quod? Si vis ſcire, audi quid dicatur. *Iſa.* 18. Ite Angeli veloces ad gentem convulſam, mente ſcilicet & corpore ab amore terrenorum ſeparatam, & dilaceratam per multitudinem tribulationum; ad populum terribilem, dæmonibus propter armaturam virtutum; ad gentem expectantem gaudia cœlorum, & conculcatam ſub pedibus malorum. *n* Et] in circuitu ſupple (Seniorum) ideſt, Prælatorum ad cuſtodiendum. *Iſ.* 62. Super muros tuos, ideſt Prælatos, conſtitui cuſtodes. Et quare? Quia totum pondus belli vertitur in ipſos, ſicut legitur 1. *Reg. ult.* De Saul. *o* Et quatuor animalium] ideſt Prædicatorum ad revelandum Scripturæ myſteria, & docendum utilia, & mundandum labia. *Iſ.* 6. Volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Vel per circuitum throni intelliguntur homines, qui ſunt in Eccleſia in Ordine Minorum: per Seniores illi, qui ſunt Medii: per quatuor animalia illi, qui ſunt in Ordines Majorum: ut ſint tres hominum Hierarchiæ reſpondentes tribus Hierarchiis Angelorum. Unde per hoc paret, quod Ordines Angelorum implebuntur de Minoribus, & Mediocribus, & de Majoribus, & de Prælatis, & de Prædicatoribus. Unde *Pſ.* 33. Immittet Angelos Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Et *Pſ.* 124. Montes in circuitu ejus, ideſt Eccleſiæ.

p Et ceciderunt &c. in facies ſuas] humiliando ſe, & pro ſignatione fidelium, gratias agendo. Et dicit [In facies] ut hoc videant & cognoſcant fideles, & ſic gaudeant, & per hoc mutua pax & dilectio conſervetur.

q Et adoraverunt Deum] ipſum exaltando. Et in hoc notatur comparatio ipſorum ad Deum.

r Dicentes. Amen] quaſi dicat: verum eſt, quod dicitis, o Electi Deum laudando, & nobis congratulantes, quia bonum, quod habemus, attribuimus Deo. Hoc enim juſtum eſt, quia omne bonum eſt a Deo. Quod dixerunt (Amen) refertur ad confirmationem eorum, quæ dixerunt homines: quod ſequitur ad laudem Angelorum dicentium:

ſ Benedictio] exaltatio noſtra.

t Et claritas] impaſſibilitas vel illuminatio noſtra per gratiæ collationem.

u Et ſapientia] quam dedit nobis, ut ſciremus reſiſtere malis.

x Gratiarum actio] pro naturalibus bonis, quæ prius contulerat nobis Dominus.

y Honor] in prælectione Dei, cui ſervire, & aſtare maluimus cadentibus ceteris.

z Virtus] potentia reſiſtendi in actu.

a Et fortitudo] ideſt confirmatio in gratia. Hæc omnia nos Angeli attribuimus [Deo noſtro] & hoc non ad tempus & horam, ſed

b In ſæcula ſæculorum] ideſt in æternum. Et in hoc notatur continuatio laudis, quam exhibent Deo Angeli. *Iſ.* 61. Tota die, & tota nocte non tacebunt. Et Eccleſia addit: Laudate nomen Domini. *Supr.* 4. Et requiem non habebant dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Vel poteſt dici, quod agunt gratias Angelis de bonis collatis concivibus ſuis, ideſt hominibus. Et tunc exponitur ſic:

ſ Benedictio] ideſt dilectio, quæ proprie filiorum eſt, & patres filiis ſolent benedicere ex dilectione, ſicut de Iſaac legitur *Geneſ.* 27. Et de Jacob *Gen.* 49. [Claritas] cognitio [Sapientia] a ſapore, hæc eſt fruitio Dei. Hæ ſunt tres dotes animæ.

x Gratiarum actio] agilitas, quia ex hoc quod in inſtanti poterunt eſſe ubicumque volent, maxime poſſunt Deo gratias agere.

y Honor] claritas [Virtus] impaſſibilitas [Et fortitudo] in ſui regimine, hæc eſt ſubtilitas. Hæc omnia [Deo noſtro attribuimus nos Angeli, quaſi diceret, Deum noſtrum adoramus, & laudamus, quia noſtros concives, ſcil. homines ſic dotavit [Amen] quaſi diceret: Bene modo apparet quod Deus verax eſt in promiſſis. *c* Et reſpondit Unus] Sexta pars in qua oſtenditur Joanni unde iſti venerunt ad tantam gloriam, ut ſic poſſit ipſe illuc aſcendere, & ad idem alios docere. Unde dicit [Et reſpondit unus de Senioribus] ideſt univerſitas Prophetarum, & Apoſtolorum, & Doctorum meo deſiderio ſatisfecit. Simile habetur *Zach.* 1. Reſpondit vir qui ſtabat inter myr-

teta

Digitized by Google

tera. Sed poteſt quæri hic, quare modo loquatur unus de Senioribus, cum ſup.6. In appetitione ſigillorum, quatuor animalia loquerentur. Sol. Per animalia intelliguntur Sancti ſecundum ſtatum præſentem, ubi adhuc ſunt in paſcuis Scripturarum, & indigent alimoniis, quod animali congruit; per Seniores vero Sancti ſecundum ſtatum futurum, ubi omnino erit vita immaculata. *Sap.* 4. Ætas ſenectutis, vita immaculata. Ubi ergo loquitur de ſtatu Eccleſiæ præſentis, loquebatur unū de animalibus; ubi vero loquitur de ſtatu Eccleſiæ futuræ, loquitur unus de Senioribus. *a* Et dixit mihi] i. expoſuit. *b* Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt, & unde venerunt] quaſi dicat: Vide in quo ſtatu ſunt, quia in gloria magna; & de quo, & per quid venerunt, quia de miſeria & per tribulationes & flagella. Ab iſto quærit, ut poſtea doceatur. Simile *Joan.* 20. Mulier quem quæris?

Sap. 5. al. † habitabit.

a & dixit mihi: *b* Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt, & unde venerunt? *c* Et dixi illi: Domine mi, tu ſcis. Et dixit mihi: *d* Hi ſunt, qui venerunt de tribulatione magna, *e* & laverunt *f* ſtolas ſuas, & *g* dealbaverunt eas *h* in ſanguine Agni. *i* Ideo ſunt ante thronum Dei, *k* & ſerviunt ei *l* die ac nocte *m* in templo ejus: *n* & qui ſedet in throno † habitat *o* ſuper illos, *p* Non eſurient neque ſitient amplius; *q* neque cadet ſuper illos *r* ſol *ſ* neque ullus æſtus: *t* quoniam Agnus qui in medio throni eſt, *u* reget illos, *x* & deducet eos ad vitæ fontes aquarum:

c Et dixi illi: Domine mi tu ſcis] quia ego neſcio, doce me.

d Et dixit mihi, hi ſunt] vere (qui venerunt de magna tribulatione) quia qui non ſunt in tribulatione, non ſunt vere, ſed ſunt ſocii ejus, qui non eſt. *Job* 18. Et per hoc patet, quod dicit Dominus per *Pſ.* 9. Cum ipſo ſum in tribulatione; ergo qui non eſt in tribulatione, Dominus non eſt cum eo. Ecce hic oſtendit unde venerunt, quia de Mundo, ubi magna eſt tribulatio; ſed tamen major erit in Purgatorio, & maxima in Inferno. Magna autem eſt tribulatio bonorum, quia triplicem habet dimenſionem, longum, latum, & ſpiſſum. Longum eſt in abrenuntiatione ſui; & hoc habet ſurſum, & deorſum: ſurſum quoad humiliationem ſpiritus; deorſum quoad curam carnis. *Rom.* 13. Et curam carnis ne feceritis in deſideriis. Item latum eſt in abrenuntiatione Mundi, & hoc habet dexteram proſperitatis, & ſiniſtram adverſitatis, ut per utrumque homo æquanimiter procedat. Item ſpiſſum eſt in abrenuntiationem amicorum, & hoc habet, ante, parentes ſcilicet; & retro filios, & nepotes.

e Et laverunt] in Baptiſmo vel in pœnitentia.

f Stolas ſuas] corpora ſcil. & animas. Hoc dicit quoad eos qui ſine martyrio gloriam adepti ſunt. *g* Et dealbaverunt] Contra: imo rubeas fecerunt. Solut. Hoc dicit, quia ſanguis maxime decoctus fit lac in mamilla matris; ſic ſanguis Chriſti, quia maxime ſuit decoctus igne paſſionis, lac poteſt dici. *Cant.* 5. Comedi favum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo. Vel [Dealbaverunt] per bonam operationem, dicit *Gloſſ.*

h In ſanguine Agni] ideſt in fide ſanguinis Chriſti; & hoc vel acta quoad adultos; vel habito quoad parvulos. *Gen.* 49. Lavabit in vino ſtolam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum. Vel hoc quod dicit [Laverunt ſtolas ſuas] intelligitur quoad omnes; ſed quod dicit [Et dealbaverunt, &c.] ſcil. martyres. Uva autem eſt Chriſtus. *Deut.* 32. Et ſanguinem uvæ biberent meracissimum. *Cant.* 5. Botrus Cypri, dilectus meus mihi.

i Ideo ſunt ante thronum Dei] ideſt cum Angelis, quibus parificabuntur pro diverſis meritis. Multi enim Sanctorum æquales erunt meriti cum multis Angelorum.

k Et ſerviunt ei] ideſt continue ſicut Angeli. *Sup.* 4. Die ac nocte dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et hoc eſt verum, quia *Matth.* 22. Non nubent neque nubentur, ſed ſunt ſicut Angeli Dei.

m In templo ejus] primum materiali, vel Eccleſia militanti, vel ſpirituali, ideſt in conſcientia. 1. *Cor.* 3. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Vel cœleſti, ſcil. in Paradiſo, vel in Eccleſia triumphanti. Vel [Die ac nocte] Hoc dicit, quia in cœlo ſive in paradiſo ita erit dies, quod non erit ibi nox. *Inf.* 21. Nox enim non erit illic. Item in inferno ita erit nox quod non dies. 1. *Reg.* 2. Et impii in tenebris conticeſcent: quaſi diceret quamdiu erunt boni in gloria in cœlo, tamdiu erunt mali in pœna in inferno. Et hoc dicit, quia major erit gloria bonorum ex eo quod videbunt pœnas malorum.

n Et qui ſedet in throno] Deus.

o Habitat ſuper illo] & protegit, & gubernat, & bonum quod ipſe eſt, multipliciter eis participat.

p Non eſurient] Hic excludit a Sanctis omnem miſeriam & interiorem, & exteriorem. Interiorem cum dicit (Non eſurient) Exteriorem cum dicit: (Nec cadet, &c.) Continuatio: quaſi diceret: Quia ex magna tribulatione venerunt (Non eſurient neque ſitient amplius) vivo pane ſatiati. *Joan.* 6. Ego ſum panis vivus. Et fonte vitæ potati. *Joan.* 4. Aqua, quam ego dabo, fiet fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Eccl.* 15. Cibavit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potavit illum. *Pſalm.* 80. Cibavit illos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturavit eos. Iſti igitur ſaturabuntur, qui eſurierunt hic, & ſitierunt juſtitiam. *Matt.* 5. Sed ſi non eſurient neque ſitient; ergo nec cibo nec potu indigebunt; ad quid ergo dicitur *Iſ.* 65. Servi mei comedent, & vos, mali ſcilicet eſurietis; ſervi mei bibent, & vos ſitietis? Item contra: *Eccl.* 24. Qui edunt me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient. Sol. Verum eſt, quod nec cibo indigebunt nec potu, unde ablata ab eis indigentia, remanebit potentia. Unde *Aug.* Egeſtas non poteſtas comedendi illis corporibus auferetur. Nec intelligitur in *Iſaia* defectione corporali ciborum, ſed de ſpirituali, ſcilicet de viſione Dei qua pleniſſime reficientur ſancti, ut ſemper deſiderent, reficit. Et in hoc non defectus notatur, ſed faſtidium tollitur; & ſic intelligitur illud verbum *Eccl.* Qui edunt me, &c. quod dicit hic: Non eſurient, &c. verum eſt corporaliter, vel etiam ſpiritualiter; ſed tunc intelligendum eſt de delectu, & non de deſiderio reficiendi. In fame enim ſunt duo; defectus qui omnino excludetur ibi; & deſiderium quod remanebit, quia ſemper reficientur Sancti, & ſemper deſiderabunt refici. Unde illud: Fruuntur nec faſtidiunt quo frui magis ſitiunt. 1. *Pet.* 1. In quem Angeli deſiderant proſpicere.

q Neque cadet] Hic excludit omnem miſeriam exteriorem [Neque cadet] in quo excluditur læſio.

r Sol] ideſt major tribulatio. *Cant.* Decoloravit me ſol, ideſt tribulatio.

ſ Neque ullus æſtus] ideſt minor tribulatio. Et bene per æſtum minor tribulatio; quia æſtus effectus eſt ſolis, & cauſa major eſt effectu. *Iſ.* 4. Tabernaculum erit in umbraculum diei ab æſtu, & in abſconſionem a turbine, & a pluvia [Ullus] dicit, nec temporalis, nec æternus. Verum eſt tunc. Et quare hoc [Quoniam Agnus, &c.] In hoc quod dixit ſupra [Non eſurient, &c.] notatur, quod non habebimus tunc corpus animale, ſed ſpirituale. Unde per naturam ſpiritualitatis intelliguntur dotes corporis. Per hoc vero quod dicitur [Quoniam Agnus] intelliguntur dotes animæ.

t Quoniam Agnus qui in medio throni eſt,] ideſt Eccleſiæ vel Angelorum.

u Reget illos,] illuminans rationem plenitudine cognitionis, ut ſic omnes ſint Reges & Sacerdotes, ecce dos rationabilis.

x Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum:] Loquitur per metaphoram ovium, & paſtoris, quaſi: Potabit eos in fontibus Salvatoris cum gaudio; ubi plus deſiderabant potari; ecce dos concupiſcibilis, quia fons qui ſcitur eſſe bonus ad potandum, magis excitat deſiderium. *Pſalm.* 35. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos. Vel [Reget illos] in via, & ſic tandem [deducet eos ad fontes aquarum] vitæ in patria. *Ezech.* 47. Ecce aquæ redundantes a latere dextero. Latus dextrum eſt cœleſtis patria, ſicut latus ſiniſtrum, præſens vita. *Cant.* 2. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me in futuro. *Ezech.* 47. Menſus eſt mille cubitos, & traduxit me per aquam uſque ad talos: ruſumque menſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſque ad genua: rurſumque menſus eſt mille, & traduxit me uſque ad renes: & menſus eſt mille torrentem, quem non potui pertranſire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſvadari. Tres millenarii primi ſignificant tria gaudia bonorum, quæ menſurata ſunt, & finita, & a Sanctis poterunt aliquatenus æſtimari: gaudium ſcilicet de ſtola corporis, gaudium de ſtola animæ, & gaudium de Angelica ſocietate: ſed quartus millenarius ubi menſuratur torrens, qui non poteſt tranſvadari, eſt gaudium de jucundiſſima viſione Dei, quod etſi quantum ad nos menſurandum erit, tamen omnem ſenſum humanum excedet, ut comprehenſum quaſi non poſſit comprehendi. Unde etiam in jubilum prorumpet & laudem vocalem, ut ait Caſſiod. ſuper Pſalm.

Et

Et propter hoc dicitur *Matth.* 15. Intra in gaudium. Non dicitur: Gaudium intret in te. Dixi autem, quod menſuratum erit illud gaudium, quia ſecundum capacitatem noſtram participabimus ipſum. Tanta autem erit capacitas, quanta & charitas: quia *Prov.* 18. Donum hominis dilatat viam ejus. Hæc eſt charitas, quæ ducit in cœlum. 1. *Cor.* 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro: & ſtatim ſubdit de charitate. Vel tres in ſlenarii, qui mēſurantur, & poſſunt trāſiri, ſunt tres ſenſus Scripturæ, hiſloricus, allegoricus, & tropologicus, vel moralis; A quartus vero, qui non poteſt tranſvadari, eſt ſenſus anagogicus, qui eſt de cœleſtibus ſecretis, quæ non poſſunt in hac vita ſciri. Hoc totum [non eſurient] ſumptum eſt de *Iſa.* 49. Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus, & ſol, quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

a & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. *b* Et cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, *c* factum eſt ſilentium in cœlo, *d* quaſi media hora.

C A P. VIII.

ET vidi ſeptem *e* Angelos ſtantes *f* in conſpectu *g* Dei: *h* & datæ ſunt illis ſeptem tubæ.

a Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum] quaſi diceret: Omnis doloris cauſam amovebit ab eis. *Iſ.* 65. Non audietur ultra in eo vox fletus, & vox clamoris. Et *ibid.* 25. Auferet Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & in hoc notatur dos iraſcibilis, cui dabitur pallium laudis pro ſpiritu mœroris, ſicut dicitur *Iſ.* 61.

b Et cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum] Octava pars hujus capituli, & ſeptima pars viſionis ſecundæ, vel oſtenditur ſeptimi ſigilli apertio. In fine igitur hujus viſionis agit de his, quæ contingent in fine temporis. Hic ergo determinatur ſtatus futurus poſt mortem Anti-Chriſti, ubi dabitur pax Eccleſiæ, quæ tamen parum durabit. Apertio itaque hujus ſigilli eſt manifeſtatio eorum, quæ de illo tempore in Scriptura clauſa ſunt, & ſignata. Dicit ergo:

b Et cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum] ideſt Scripturam loquentem de tempore quod erit poſt tempus Anti-Chriſti, qui eſt ultimus ſtatus Eccleſiæ, manifeſtaſſet.

c Factum eſt ſilentium in cœlo] ideſt in Eccleſia pax, & tranquillitas. Tunc enim libere, & ſine obſtaculo Sancti prædicabunt veritatem, & fidem, nec aliquis eos impugnabit, vel affliget.

d Quaſi media hora] Hoc dicit, quia parum durabit illa pax, ſed ſtatim veniet judicium. Et notandum, quod non ſolum eripit pax bonis, qui libere prædicabunt verbum Dei; imo etiam malis, ſcil. miniſtris Anti-Chriſti, qui diu credent ſe in proſperitate temporali victuros; & obſtinati in malitia non convertentur multi. *Jerem.* 44. Requievit Moab in fecibus ſuis: non eſt transfuſus de vaſe malitiæ in vas gloriæ, quia poſt mortem Anti-Chriſti dabuntur quadragintaduo dies illis, qui titubaverunt in perſecutione Anti-Chriſti, ut pœniteant. Sed miniſtri Anti-chriſti dicent: Licet princeps noſter ſit mortuus, tamen pacem, & ſecuritatem habemus: & ducent uxores, celebrantes convivia. Sed cum dixerint: Pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperveniet interitus, ſicut dolor in utero habentis, & non effugient, ſicut dicit *Apoſt.* 1. *Theſ.* 5. Quantum vero ſpatium ſit inter illos quadraginta duos dies, & finem mundi, nemo ſcit, ſecundum illud *Matt.* 24 Diem illam nemo ſcit niſi ſolus pater.

EXPOSITIO CAP. VIII.

ET vidi ſeptem Angelos, &c.] Tertia viſio eſt hæc in qua agit de ſeptem Angelis, ideſt de Prædicatoribus univerſis, qui tubis canunt, ideſt in ſuis prædicationibus, & turbines perſecutionum, & retributiones annunciant præmiorum. Incipit autem ab exordio renaſcentis Eccleſiæ, & uſque ad finem perducit. Hic itaque oſtenditur, quomodo iſti Angeli in quolibet ſtatu Eccleſiæ ipſam conſolabuntur. Et ſic patet, quam recte ſequatur hæc viſio ad præcedentem, quia poſt revelationem myſteriorum, ubi ſtatus Eccleſiæ aperiuntur, in præcedenti ſcilicet viſione, recte ſequitur conſolatio omnium fidelium in quolibet ſtatu Eccleſiæ poſitorum, & hoc fit in hac viſione. Hæc viſio continet quatuor capitula, ſcilicet octavum, nonum, decimum, & undecimum. Dividitur autem hæc viſio in duas partes. In prima agit generaliter de his ſeptem Angelis, ponens quædam communia toti viſioni. In ſecunda agit ſpecialiter, & ſingulariter de unoquoque Angelo, ibi: [Et primus Angelus tuba cecinit] *inf. eod.* Et ſecundum hoc habet etiam hoc capitulum duas partes. In prima autem ſic procedit. Primo oſtenditur Joanni revelatio generaliter de ſeptem Angelis, & de ſchemate eorum, vel ornatu. Secundo declaratur eiſdem materia prædicationis, ibi: [Et alius Angelus venit, &c. Tertio oſtenditur et generalis præparatio ſeptem Angelorum, ibi [Et ſeptem Angeli] Dicit ergo:

e Et vidi ſeptem Angelos] ideſt univerſos prædicatores Eccleſiæ, qui dicuntur ſeptem, quia ſeptem vitia eradicant, & ſeptem virtutes plantant, & ſeptem opera miſericordiæ, quæ ad mores pertinent, ædificant. *Jer.* 1. Ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes. Hæc quoad vitia ſeptem, quorum quodlibet quatuor modis committitur, ſcilicet delectatione, conſenſu, opere, conſuetudine, propter quod dixit quatuor verba. Et ſequitur: & ædifices in muribus, ad quos pertinent maxime ſeptem opera miſericordię. Et plantes ſeptem virtutes, tres ſcilicet Theologicas, quæ ſunt fides, ſpes, charitas, de quibus 1. *Corinth.* 13. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas. Item *Matth.* 1. Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem, &c. *Gloſſ.* ideſt fides ſpem, ſpes charitatem. Et quatuor Cardinales, quæ ſunt prudentia, temperantia, fortitudo, juſtitia: de quibus *Sap.* 8. Sobrietatem enim, & prudentiam docet, ſcilicet Sapientiam, & juſtitiam, & virtutem: quibus nihil utilius eſt in vita hominibus. Vel ſeptem, quia ſeptem donis Spiritus ſancti ſunt fundati. Vel quia fidem Trinitatis prędicant per quatuor partes mundi. Vel quia in omni ſtatu Eccleſiæ erunt Prædicatores Eccleſiam conſolantes, oſtendendo præmia bonorum, & damnationem malorum. Vocat autem eos Angelos, quia ipſi miſſi ſunt, ut ſerviant, non ut eis ſerviatur, quia ab illo mittuntur, qui venit miniſtrare, & non miniſtrari. *Matth.* 20. Quicumque voluerit inter vos major eſſe, erit veſter ſervus; ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare; & dare animam ſuam redemptionem pro multis. Item miſſi ſunt, ut ſerviant, quia de rege Syriæ, ideſt de ſuperbia non habetur victoria niſi per humilitatem. Unde 3. Reg. 20. Certe vidiſti omnem multitudinem hanc nimiam; ecce ego tradam eam in manum tuam hodie, ut ſcias, quia ego ſum Dominus. Et ait Achab; Per quem? Dixitque ei: Per pediſſequos principum provinciarum. Pediſſequi ſunt, qui Dominum pedites ſequuntur.

f Stantes] ideſt laborantes, non ſedentes, vel otioſos. *Joan.* 15. Poſui vos ut eatis, & fructum afferatis mihi, ſcilicet de laboribus veſtris, & fructus veſter maneat apud me in depoſito, donec reddam ipſum vobis cum fœnore. 2. *Tim.* 1. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem. *Act.* 3. Separate mihi Barnabam; & Paulum in opus, non dicit quietem. Vel [Stantes] ad litteram, quando prædicant turbis laicorum. Unde Dominus prędicans turbis ſtabat *Luc.* 6. Deſcendens Jeſus de monte, ſtetit in loco campeſtri. Religioſis vero ſedendo poteſt, & debet prædicari. Unde prædicans diſcipulis ſive turbis Dominus ſedit. *Matt.* 5. Videns Jeſus turbas aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus; nec fuerunt ibi niſi diſcipuli. Quod per hoc dicit *Luc.* 6. *Vocavit* ad ſe quos voluit; & ſtatim non nominat ibi niſi duodecim Apoſtolos.

g In conſpectu Dei] active, ſcilicet ut Dominum conſpiciant, & alios conſpicere faciant. In primo pura intentio Prædicatoris; in ſecundo finis prædicationis notatur. Intentio enim Prædicatoris debet eſſe pure ad Deum, non ad aliquod lucrum, vel emolumentum. Item finis, ut homines in ſua prædicatione converſi poſſint videre Deum. *Luc.* 1. Convertet corda patrum in filios, & parare Domino plebem perfectam. Vel [in conſpectu Dei] paſſive, quia ſcil. quicquid dicunt, vel quacumque intentione Prędicatores ipſi conſpiciuntur & a Deo, & ab Angelis. *Pſ.* Holocauſta autem tua, ideſt prędicatio tua tota Deo incenſa, in conſpectu meo ſunt ſemper. Et hoc nunquam debent oblivioni tradere Prædicatores, quia quando ipſi ſtant ad prædicandum, & a Deo ſedulo conſpiciuntur, & ab Angelis diligenter auſcultantur. *Cant.* 7. Qui habitas in hortis, amici auſcultant te: fac me audire vocem tuam. Verba ſunt Domini ad Prædicatorem. Tunc autem Dominus vocem audit corporis, cum ad ipſum clamat interius devotio cordis.

h Et datæ ſunt illis ſeptem tubæ] i. officium prædicationis. Et bene dicit [datæ] quia *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Hæ ſunt ſeptem tubæ, quarum uſus eſt in Jubilęo, ſicut legitur *Joſ.* 6. 1. In quibus impetratur

pec-

Digitized by Google

peccatorum remiſſio. Hæ ſunt tubæ, quibus clangentibus corruunt muri Jericho, ideſt omnis mundi munitio. Et officium prædicationis ſeptem tubis deſignatur eadem ratione, quia Prædicatores ſeptem vocantur, ut prius dictum eſt. Vel quia ſeptem munitiones mundi, quæ per Jericho ſignificantur, per prædicationem deſtruuntur, & corruunt. Quæ ſunt, amor proprius ſuæ pellis: amor mundanus, abundantiæ ſcil. temporalis: tertia eſt amor ambitioſus honoris: quarta, ignorantia: quinta, conſuetudo prava: ſexta, incertitudo, utrum ſcil. melius ſit ei eſſe in ſæculo, quam in Religione; & quærit, & vellet revelationem habere, nec dabitur ei niſi ſignum Jonæ. Jonas

a Et alius Angelus b venit, c & ſtetit, d ante altare, e habens thuribulum aureum, f in manu ſua;

Luc. 11. Joann. 2. fuit in ventre ceti, & hoc diſpoſitione Domini. Venter ceti eſt Religio: & Dominus, cujus figura erat Jonas, in ſepulchro jacuit; ſepulchrum autem eſt Religio: ſeptima, eſt præſumptio. Dicit enim ei Diabolus: Melius eſt tibi aliquid boni facere, quam nihil: tu nihil faceres in Religione, & mentitur ei. Hi ſunt ſeptem funes, quos Samſon dirupit, ac ſi ſolverentur ad ardorem ignis. *Jud.* 16. Ex his igitur colligite, quod Prædicator nihil debet habere in ſe, quod ſit munitio mundi; alioquin poſſet ei dici illud *Luc.* 4. Medice cura teipſum, quia qui Jericho ædificat in ſe, quomodo in aliis poteſt deſtruere? *Joſue* 6. In tempore illo imprecatus eſt Joſue, dicens: Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitaverit, & ædificaverit civitatem Jericho. In primogenito ſuo fundamenta illius jaciat, & in noviſſimo liberorum portas ejus ponat. Sequitur.

a Et alius Angelus] Secunda pars primæ partis, ubi determinatur generalis materia prædicationis: tamen quidam dicunt, quod hic agitur de oratione, quæ eſt neceſſaria Prædicatori. Unde dicitur de quibuſdam in *Pſalm.* 88. Avertiſti adjutorium gladii ejus. Gladius eſt prædicatio, cujus adjutorium eſt oratio. Sed *Gloſſæ* totum hoc legunt de Chriſto, qui eſt materia prædicationis. Sed ex hoc videtur, quod hæc pars debetet præcedere primam. Ipſe enim eſt, ſcil. Chriſtus, qui Prædicatores elegit. Sol. Chriſtus præcedit in quantum cauſa, ſed ſequitur in quantum materia; & ſic agitur hic. Dividitur autem hæc pars, quia octo dicuntur hic de Chriſto. Primo ejus incarnatio, ibi [Venit, &c.] Secundo prompta obedientia, ibi [Et ſtetit] Tertio immunitas ab omni peccato, ibi [Habens thuribulum] Quarto oſtenditur, quod hæc omnia fuerunt in lege præfigurata, ibi [Et data ſunt] Quinto oſtenditur, quod ipſe Chriſtus implevit legem, ibi [Et aſcendit fumus, &c.] Sexto præparatio ejus ad paſſionem, ibi [Et accepit] Septimo ipſa paſſio, ibi [Et implevit illud] Octavo oſtenduntur Joanni ſigna, per quæ probatur Deus eſſe, ibi (Et facta ſunt tonitrua, &c.) Dicit ergo (Et alius Angelus) Chriſtus ſcil. *Iſ.* 9. Magni conſilii Angelus. *Prov.* 15. Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. Hic eſt Chriſtus, qui dicitur nuntius, ſive Angelus, quia patrem nuntiavit mundo. *Joann.* 1. Unigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe nobis enarravit illum. Item, quia ad Judæos ſalvandos miſſus eſt. *Matth.* 15. Non ſum miſſus niſi ad oves, quæ perierunt domus Iſrael. Et bene dicitur Chriſtus, alius, & non alter: quia in effectu juſtitiæ quodammodo univocatur Deus & homo; ſed in natura ſunt diverſi, quia iſte creator, ille creatura. Et etiam bene dicitur alius, quia a cunctis aliis Prædicatoribus & gratia ſanctitatis, & potentia virtutis, & excellentia dignitatis remotus eſt.

b Venit] quando carnem ſibi univit. *Pſ.* 39 Tunc dixi, ecce venio.

c Et ſtetit] paratus immolari; ecce obedientiæ promptitudo.

d Ante altare] ideſt ante crucem, deſiderans implere myſterium redemptionis noſtræ. *Luc.* 22. Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum. Item Chriſtus ſecundum *Gloſſ.* hic dicitur altare: de quo *Iſ.* 19. In die iſta erit altare Domini in medio terræ Ægypti, ideſt in medio duorum latronum ſuſpenſus, & titulus Domini juxta terminum ejus. Quia ſuper caput ejus impoſuerunt cauſam ipſius ſcriptam: Hic eſt Jeſus Nazarenus Rex Judæorum. *Matt.* 27. Vel hoc dicitur, quia titulus ſuæ paſſionis non tam ſcriptus, quam ſculptus fuit in pelle proprii corporis. Unde adhuc habet cicatrices vulnerum, quas Deo oſtendit ad noſtrum auxilium. *Zach.* 13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me. Secundum hoc ſic exponitur litera.

e Stetit ante altare] ideſt, fuit in divinitate verus Deus, ideſt Dei filius, priuſquam eſſet altare, ideſt humanatus. Item fides dicitur altare. *Pſ.* 50. Imponent ſuper altare tuum vitulos. Et fides dicitur altare, quia nulla operatio valet niſi in fide Eccleſiæ. Unde *ſuper illud Job* 28. Auro locus eſt, in quo conflatur. *Gregor.* dicit de hæreticis: paſſiones ſuſtinere poſſunt, ſed martyres non fiunt, & hoc, quia in fide Eccleſiæ non ſunt. *Deuter.* 12. Præcepit Dominus ut ſolum in loco quem eligeret ipſe, offerrent Judæi. Item cor juſti dicitur altare holocauſtorum, quando in eo ſecuri timoris beſtiales motus a carne procedentes immolat, & procedere non permittit. De hoc *Exod.* 27. Facies & altare, ſcilic. holocauſtorum. Item cor juſti dicitur altare thymiamatis, quando in eo ſancta meditatio, & ſanctum deſiderium igne charitatis accenditur. De hoc *Exod.* 30. Facies quoque altare ad adolendum thymiama. Item altare poteſt dici Eccleſia, ante quam Chriſtus ſtat ipſam protegendo. *Matth. ult.* Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. *Geneſ.* 15. Noli timere, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. De hoc altari *Iſa.* 60. Offerentur omnes, ſcilicet Chriſtiani poſt Baptiſmum, ſuper placabili altari meo, & domum majeſtatis meæ glorificabo. Deinde oſtenditur, quod ſicut paratus erat immolari pro nobis, ſic & potens, quia homo ſicut nos habens corpus ſubjectum infirmitatibus. Unde dicit:

e Habens thuribulum aureum] quod fuit corpus ejus proprium. Et bene thuribulum, quia apertum ſuperius, inferius clauſum; hoc eſt quod corpus ejus non opere inferiori, humano ſcilicet, vel terreno fuit formatum, ſed ſuperiori & divino, quia opere Spiritus ſancti. *Luc.* 1. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, &c. Et bene Chriſtus dicit thuribulum, in quo thus, ideſt orationes Sanctorum concremantur, & efficaciam habent, ut fumus aſcendat in conſpectu Dei Patris. Sancti enim ante adventum Chriſti thus habebant, quia orationes; ſed non thuribulum in quo cremarentur, ideſt fierent efficaces, quia generis humani redemptionem nullatenus poterant mereri, vel ſe eripere de lymbo inferni; & ideo thus eorum remanebat integrum non combuſtum, & ſic fumus non veniebat, nec aſcendebat ante Deum. Hoc fuit aureum propter immunitatem peccati, unde habuit fulgorem innocentiæ univerſalis. *Eccl.* 50. Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo, ideſt plenum omni virtute, & ideo pretioſum, imo pretioſiſſimum, quia nihil habuit omnino de vilitate peccati. Hoc eſt thuribulum, quod fecit Salomon ex auro puriſſimo. 3. *Reg.* 7. Aurum enim fuit purum in natura primi hominis bene inſtituta: ſed hanc puritatem amiſit, quod deplorat. *Jer. Thren.* 4. Filii Sion inclyti; ideſt Eva, & Adam amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea? Sed aurum purius fuit in natura Angelica, & tamen obſcuratum eſt in multis, qui ceciderunt a fulgore ſuo: deplorat hoc. *Jer. Thren.* 4. dicens: Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii, ideſt Angeli peccantes a cœlo expulſi? Sed puriſſimum fuit aurum in Chriſto. *Proverb.* 45. Aufer rubiginem de argento, ideſt de B. M. omnem & fomitis, & originalis peccati contaminationem, ſaltem quantum ad illam portionem carnis Virginis unde formatum fuit corpus Chriſti, quæ prius fuit omnino depurata opere Spiritus ſancti. Et quid ſequitur in *Proverbiis*? Hoc, Egredietur vas puriſſimum, ideſt Chriſtus. Homines itaque & peccaverunt, & peccant, & peccare poſſunt: Angeli confirmati, nec peccaverunt, nec peccant, nec peccare poſſunt ex natura ſua: mali & peccaverunt, & peccant, & peccare poſſunt: ſed Chriſtus nec peccat, nec peccare potuit, nec peccavit; & ideo puriſſimus fuit. Hoc vero a gratia habuit, & non a natura, quam aſſumpſit: unde quoad naturam pauloминus ab Angelis minoratus eſt; ſed quoad gratiam *Hebr.* 2. major omnibus eſt.

f In manu ſua] Hoc dicitur, quia quando voluit, natus eſt, & quando voluit paſſus eſt, & mortuus. Hoc etiam dicitur, quia anima ejus beata non habuit rebellionem, vel pugnam ad corpus. Non enim habuit fomitem, qui in nobis eſt cauſa hujus rebellionis; de qua *Galat.* 5. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, &c. *Pſalm.* 118. Anima mea in manibus meis ſemper. Hoc fuit ſignificatum in arca Noe, in qua omnia animalia fuerunt pacata, ideſt omnes motus in Chriſto. Vel ſecundum *Gloſſ.* [Habentes thuribulum] ideſt Apoſtolos, qui ſunt vas ignis, ideſt Spiritus ſancti. *Thren.* 1. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, ideſt in Apoſtolis, dicit Eccleſia,

& per

Digitized by Google

a & data ſunt ei *b* incenſa multa ut *c* daret *d* de orationibus *e* Sanctorum omnium *f* ſuper altare *g* aureum quod *h* eſt ante thronum Dei. *i* Et aſcendit *k* fumus incenſorum *l* de *m* orationibus Sanctorum *n* de *o* manu Angeli *p* coram Deo. *q* Et accepit Angelus thuribulum aureum, *r* & implevit illud *ſ* de igne altaris, *t* & miſit in terram: *u* Et

& per illos erudivit me. *a* Et data ſunt ei] Quarta pars ſive quartum quod hic dicitur de Chriſto, ubi oſtenditur quod hæc omnia fuerunt de Chriſto in lege præfigurata, unde dicit: [Et data ſunt ei] ideſt, a ſanctis Patribus Veteris legis oblata. *b* Incenſa multa] ideſt, ſacrificia legis in quibus ipſe præfigurabatur. Et dicit [Multa] quia in illis quæ comedebant coram Domino filii Iſrael, non figurabatur Dominus Chriſtus; ſed in illis quæ rite offerebantur, & maxime in holocauſtis; quæ tota cremabantur, & nihil credebat in uſum ſacerdotis vel offerentis. *c* Ut daret] ſeipſum [qui eſt veritas ſub legalibus hoſtiis celata] hoſtiam per quam omnis hoſtia legis, & ſacrificium haberet efficaciam. Et dicit [daret] quia *Iſ.* 53. Oblatus eſt, quia ipſe voluit. Daret inquam:

d De orationibus] ideſt, pro orationibus non cogentibus ipſum, ſed implendis, ut ſic præpoſitio notet cauſam finalem non efficientem. Et melius dixit [de] quam ſi dixiſſet [pro orationibus] quia in hoc innuit quod multa obtinuerunt ab ipſo Patres Veteris Teſtamenti antequam ipſe incarnaretur; unde non omnes orationes eorum implevit in ſua incarnatione vel paſſione; quia multas jam impleverat, ſed illas ſolum de generis humani redemptione. Et de hoc dicit hæc præpoſitio [de] quæ eſt partitiva.

e Sanctorum omnium] Hoc dicit, quia hæc fuit communis petitio omnium Sanctorum ut genus humanum redimeret, etſi non omnis oratio omnium.

f Super altare] ideſt ſupra crucem in qua oblatus eſt. *g* Aureum] quia ex charitate paſſus eſt. *Jer.* 31. Charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te miſerans. In cruce ſua Dominus non attraxit, quia omnem vim naturalem attrahendi ibi habuit. Tria enim naturaliter attrahunt: Vacuum quod eſt cauſa attractionis: ut in quo: & ipſe fuit vacuus per humilitatem. *Phil.* 2. Humiliavit ſemetipſum factus obediens, &c. Item calidum eſt cauſa attractionis efficiens, & ipſe calidus fuit per charitatem quam erga nos habuit. *Joan.* 15. Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Item ſimile attrahit per cauſam finalem; & ipſe ideo paſſus eſt ut ſuæ imaginis conformes nos faceret, & gaudii participes. *Rom.* 8. Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri imaginis filii ſui. Propter hoc dicit: *Jo:* 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum. Qui ergo non trahitur, non eſt:

h Quod eſt ante thronum Dei] quia ita Deus pater diſpoſuerat. Vel [Ante thronum Dei, vel in conſpectu Dei] ideſt in beneplacito Dei. Et ex hoc eſt quod crux erigitur in Eccleſia ut ibi legant homines, & ſanentur a morſibus peccati in ejus conſpectu, ſicut filii Iſrael ſanabantur ad aſpectum ſerpentis ænei in palo erecti. *Num.* 21. Eſt ergo ſenſus hujus totius litteræ.

a Et data ſunt ei, &c.] ideſt ipſe factus homo ab omni peccato immunis ſacrificia legis implevit: hoc eſt [Data ſunt ei incenſa] Et Sanctorum orationes de redemptione generis humani efficaces fecit: hoc eſt. [Ut daret, &c.] Et hoc quando ſuper crucem ſe obtulit Deo patri: Et hoc eſt [Super altare, &c.] Vel alio modo ſecundum *Gloſſ.* ut per thuribulum intelligantur Sancti quos Chriſtus habet in manu ſua, a quibus exeunt orationes quas vocat *Gloſſ.* incenſa, & offeruntur Chriſto [Ut daret] ideſt, ut repræſentet eas ipſe ſecundum quod homo, Trinitati quæ eſt ſuper ipſum hominem, ratione cujus ſcilicet humanitatis, ipſe dicitur altare quod eſt in beneplacito Dei. *Matth.* 3. Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et dicit [De orationibus] & non orationes, quia non omnes repræſentat filius patri, quia non ſemper petunt utile ſibi, ſicut Paulus ſtimulum petit a ſe amoveri. 2. *Cor.* 12. Sed illas ſolas repræſentat quas ipſe exaudit.

i Et aſcendit] Hoc eſt quintum quod dicitur hic de Chriſto, & eſt prædicandum de eo, quia ſcil. ipſe legem implevit. Fumus iſte eſt adimpletio legalium ſacrificiorum in Chriſto, qui fuit verum ſacrificium. Unde dicit [Et aſcendit] quaſi diceret. Et quia data ſunt illi incenſa, ideſt legis ſacrificia:

k Fumus] dico procedens [de orationibus Sanctorum] ideſt Sanctis deſiderantibus, & legem impleri, & genus humanum redimi, propter quod orabant: Hic inquam fumus aſcendit per manifeſtationem, *o* De manu Angeli]

ideſt de operatione, & converſatione Chriſti exiſtentis ſemper. *p* Coram Deo] i. ſemper divinitatem contemplantis facie ad faciem. Ipſe enim etſi viator erat, ſimul nihilominus erat & verus comprehenſor. Eſt ergo ſenſus Chriſtus Deus, & homo ſatisfecit deſiderio antiquorum Patrum, quia ipſe & genus humanum redemit, & legem implevit. *Matt.* 5. Nolite putare quoniam veni ſolvere legem: non veni ſolvere ſed adimplere. Vel ſecundum *Gl.* quæ exponit ea ſuperfluo, vel ex abundanti, ſic: *k* Fumus] i. compunctio vel devotio. *l* Incenſorum] i. eorum quæ ſunt ſuperius incenſa.

p Coram Deo] i. meditationum, ſecundum quod dicit *Pſ.* 18. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Item *Pſ.* 38. In meditatione mea exardeſcet ignis. Incenſorum dico:

m De orationibus] i. per orationes. *n* Sanctorum] qui ſunt quaſi flatus incidens meditationem cordis. Hic inquam, fumus (Aſcendit) coram Deo patre, i. repræſentatus eſt Deo patri. Sed unde aſcendit? *o* De manu Angeli] i. de Chriſto jam exiſtente [coram Deo] Ipſe enim Chriſtus quaſi in manu ſua Sanctorum orationes recipit, & eas offert Deo patri, oſtendens ei quotidie redemptionem humani generis per cicatricem vulnerum quas ipſe retinuit. Unde *Iſ.* 49. Ecce in manibus meis deſcripſi te. Et hoc eſt quod dicitur 1. *Joann.* 2. Si quis peccaverit, advocatum habemus apud patrem Jeſum Chriſtum juſtum; & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. Et ſic hæc determinatio [coram Deo] conſtruitur cum tribus ſcil. & cum hac dictione (aſcendit) & cum hac dictione (incenſorum) & cum hac (de manu Angeli) Eſt ergo ſenſus: Per orationes Sanctorum incenditur mens interius, ex qua incenſione aſcendit fumus devotionis, qui a Chriſto homine repræſentatur Deo patri: & hæc incenſio provenit ex inſpiratione Dei quaſi in corde ſufflantis per ſolles orationis. Et hæc inſpiratio Dei eſt illa vox quæ commovet ſuperliminaria domus, i. rationem, ut ſic domus impleatur fumo devotionis. *Iſ.* 6. Et commota ſuperliminaria cardinum a voce clamantis, & domus impleta eſt fumo.

q Et accepit Angelus] Hoc eſt ſextum quod de Chriſto dicitur, quia ſe ad paſſionem præparavit, quia lege impleta voluit imponere finem legi. Unde dicit: (Et accepit Angelus thuribulum) i. Chriſtus ſe expoſuit & paravit paſſioni, quando ſcil. ivit in Jeruſalem ſciens quod ibi traderent eum morti. *Matth.* 20. Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte. Sed cum prius haberet thuribulum in manu, quomodo hic dicitur quod ipſum accepit? Sol. Prius habebat per immunitatem peccati, ſed accepit quando ſe expoſuit ad hoc veniens in Jeruſalem ut traderetur Judæis; & tandem ad uſum perduxit quando in manus ſatellitum ſe dedit. *Joan.* 18. Jeſus autem ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit ad eos; Quem quæritis? Reſponderunt ei, Jeſum Nazarenum. Dicit eis; Ego ſum:

r Et implevit illud de igne altaris] Hoc eſt ſeptimum, quod de Chriſto dicitur hic. Ipſa ſcilicet paſſio cui pro nobis ſe dedit, ubi in omnibus membris paſſus eſt, & doloribus repletus. *Job* 10. Saturatus, i. plenus afflictione, & miſeria, & hoc totum fecit ex vehementi ardore charitatis quæ per ignem altaris notatur, quam erga nos habuit. *t* Et miſit in terram] corpus ſcilicet proprium mitti, & deponi voluit in ſepulchro. *Iſa.* 11. In die illa, ſcil. Paraſceve, radix Jeſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum Gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum. Aliter totum ſecundum *Gl.*

q Et accepit] Apoſtolos ad explendum officium. *t* Miſit] quos prius ſcil. in manu habebat, ad illuminandum, & docendum. *r* Et implevit] eos, ideſt, Apoſtolos.

ſ De igne altaris] i. de Spiritu Sancto qui a filio ſicut a patre procedit: unde ignis altaris dicitur, ideſt, Chriſti. *Jo:* 1. De plenitudine ejus omnes nos accepimus.

t Et miſit eos in terram] ideſt, in Eccleſiam prædicate, & teſtificari. *Act. cap.* 1. Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. *u* Et facta ſunt tonitrua] Hoc eſt octavum quod dicitur de Chriſto: Ibi enim oſtenduntur ſigna per quæ probatur eſſe Deus, ſcilicet miracula quæ ipſe fecit, vel quæ in ejus nomine fecerunt Apoſtoli. Dicit

ergo

ergo [Et facta ſunt tonitrua] in ejus paſſione: & tunc ignis verus extinctus eſt in nube, ideſt, Chriſtus mortuus eſt in cruce. Et tunc igne extincto, & factæ ſunt tenebræ ab hora ſexta uſque ad horam nonam ſuper univerſam terram generaliter. Et hoc patet per hoc, quod
Matth. 27. *Dionyſius* vidit illas tenebras in Græcia.

facta ſunt tonitrua *a* & voces *b* & fulgura, *c* & terræ motus magnus. *d* Et Septem Angeli *e* qui habebant ſeptem tubas, *f* præparaverunt ſe ut tuba canerent. *g* Et primus *h* Angelus tuba cecinit, *i* & facta *k* eſt grando *l* & ignis, miſta in ſanguine: *m* & miſſum eſt in terram, *n* & tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum concremata eſt, &

a Et voces] quando Angelus apparuit confortans eum: *Lucæ* 22. Vel quando vox de cœlo dixit: Et clarificavi, & iterum clarificabo. *Joan.* 12.

b Et fulgura,] in die Pentecoſtes. *Act. cap.* 2. Factus eſt repente de cœlo ſonus advenientis ſpiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant ſedentes [Vel voces] quas audierunt Judæi in aere poſt aſcenſionem Domini, quando dicebant Angeli, Recedamus ab his ſedibus, ut dicit *Joſephus*.

b Et fulgura] quia viderunt equites pugnare in aere multis diebus, in quo ſignificabatur quod ipſi deberent quam citius captivari.

c Et terræ motus] factus eſt [magnus] Hoc fuit quando prædicabat Dominus Jeſus, vel hoc fuit quando orabant fideles de Judæa. *Act.* 4. Et cum oraſſent, motus eſt locus in quo erant congregati. Vel hoc fuit quando commota fuit multitudo Gentium ad prædicationem Apoſtolorum. Vel myſtice.

Myſtice. *a* Facta ſunt tonitrua] comminationum.

a Et voces] conſolationum vel perſuaſionum.

b Et fulgura] miraculorum.

c Et terræ motus magnus] aliis in bonum quia ad pœnitentiam; aliis ad perſecutionem, & ad eorum pœnam. *Pſalm.* 96. Vidit miracula Apoſtolorum, & commota eſt terra Judæorum. Et in *Pſalm.* 17. Commota eſt, & contremuit terra, & fundamenta montium conturbata ſunt, &c. *ſup.* 4. De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.

d Et ſeptem Angeli] Hæc eſt tertia pars primæ partis in qua oſtenditur Joanni generalis præparatio ſeptem Angelorum. Dicit ergo (Et ſeptem Angeli) ideſt univerſi Prædicatores.

e Qui habebant ſeptem tubas præparaverunt ſe] prius quod prædicatori ſunt faciendo, & per bonum exemplum aliis lucendo. *Joann.* 5. Erat Joannes lucerna ardens, & lucens. Item præmeditando quid & qualiter, quando & ubi dici aliquid oporteat. 1. *Tim.* 4. Prædica verbum, inſta opportune, importune. 1. *Eſdr.* 7. Eſdras autem paravit cor ſuum ut inveſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Iſrael præceptum & judicium. *Jud.* 4. Congregaverunt frumenta in præparationem pugnæ.

f Ut tuba canerent] Hoc dicit, quia etſi tuba ſonum reddit terribilem, tamen debet eſſe cantus: quia prædicatio non ſolum debet terrorem incutere, ſed etiam amorem inducere. Item cum lætitia, & hilaritate debent officium exercere, ut exultent ſive dum a bonis recipitur verbum, ſive dum ipſi a malis propter verbum perſecutionem patiuntur. *Act.* 5. Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu Concilii, &c. *Job* 39. Exultat audacter, in occurſum pergit armatis; contemnit pavorem nec cedit gladio. *g* Et primus Angelus] Hæc eſt ſecunda pars viſionis, & ſecunda pars hujus capituli. Quæ dividitur in ſeptem partes ſecundum ſeptem Angelos qui ibi ſunt tubis canituri. In hac autem parte capituli agitur tantum de quatuor Angelis; & in fine oſtenditur differentia ipſorum quatuor, & trium ſequentium, ibi (Et vidi, & audivi, &c.) Et ſecundum hoc hæc pars continet quinque partes. Per hos itaque ſeptem Angelos ſignificantur ſeptem conſolationes Eccleſiæ, vel ſeptem Ordines Prædicatorum conſolantium Eccleſiam ſecundum ſeptem ſtatus ipſius. Et notandum quod quilibet Angelus tuba canere dicitur: nunquam autem in Veteri Teſtamento dictus eſt cantus tubæ, ſed clangor; quia Vetus Teſtamentum erat timoris, ſed Novum eſt amoris: vel quia Novum dicit ad amorem finaliter. Et ſi Vetus Teſtamentum ducat ad amorem, hoc eſt ſolum annuntiative, vel figurative. Item Novum inducit ad amorem, & materialiter, & formaliter. Materialiter; quia prædicat promiſſiones vitæ æternæ: Formaliter, quia Prædicatores faciunt quod prædicant. Dicit ergo: [Primus Angelus] ordine narrationis, ſic enim intelligendus eſt Ordo Angelorum ſecundum ordinem perſecutionum. Oſtenditur enim hic Joanni quæ, & qualia prædicaverunt diverſi diverſis temporibus, & prædicabunt: & quæ inde provenerunt, & provenient. Sciendum eſt enim quod prædicatio Evangelica perſeverat a principio Eccleſiæ primitivæ, cui hoſtis antiquus ſucceſſive objicit obſtacula ſemper graviora. Primo Judæorum: ſecundo Principum Romanorum, vel Gentilium: tertio hæreticorum: quarto fidelium ſchiſmaticorum vel falſorum fratrum: quinto Anti-Chriſti & ſuorum: ſexto ſaxatam ſævitiam, & doloſitatem Dæmonum quibus omnibus divina virtute devictis in voce ſeptimi Angeli nullum eſt obſtaculum. Dicit ergo (Primus Angelus) primus Ordo Prædicatorum.

h Tuba cecinit] Hi fuerunt Apoſtoli qui prius prædicaverunt in Judæa: & dicuntur tuba canere, quia eorum prædicatio etſi fuit cantus dulcis & ſuavis, tamen fuit ut clangor tubæ Judæis: quia eis fuit terribilis. Quid autem ſecutum eſt ad hanc tubam, ſubjungit:

i Et facta eſt grando, & ignis, miſta in ſanguine] Sic conſtrue: Quia ergo terribilis fuit Judæis prædicatio, propter hoc:

k Grando] terroris.

l Et ex hoc ignis] invidiæ exortus eſt in ejuſdem Judæis cum nollent converti. Vel [Grando] diſputatio eſt a ſimplicibus Diſcipulis, & Apoſtolis cum Judæis doctis, & peritis in lege quibus hi reſiſtere non valebant. *Act.* 6. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui qui loquebatur [Et ex hoc ignis] indignationis & perſecutionis Apoſtolorum, quia tunc ſubmiſerunt falſos teſtes qui dicerent eum, ſcil. Stephanum, dixiſſe blaſphemiam in Deum, & in Moyſen. *Act.* 6. Vel (Grando) exterior perſecutio eſt facta in Apoſtolos a Judæis.

l Et ignis] interior æmulatio, & doloſitas eorumdem; Vel (Grando) interioris, & exterioris malitiæ Judæorum (Et ignis) amoris, & devotionis, & conſtantiæ in cordibus, fidelium, converſorum. Hæc ex tibicinio primi Angeli, ſcil. Ordinis ejuſdem ſunt ſecuta. Et quid propter hoc?

m Miſta ſanguine] quia propter prædicta ſurrexerunt Judæi in ſanguinis effuſionem, unde Stephanum lapidaverunt. *Act.* 7. Et inter ceteros debacchantes in Apoſtolos, eos per mundum diſpergi coegerunt. Sed ex hac diſperſione amplius & fides Chriſti & nomen fuit dilatatum, quia pluribus & in pluribus nuntiatum. *Act.* 8. Igitur qui diſperſi erant, pertranſibant evangelizantes verbum Dei. Hæc miſtio ſignificata fuit. *Exod.* 9. Grando, & ignis miſta pariter ferebantur.

m Et miſſum eſt in terram] ideſt, in Judæos, ſcil. incultos & terrenos. Ipſi enim Judæi, & grandinem perſecutionis & ignem æmulationis, & effuſionem ſanguinis exercuerunt in Apoſtolos. Et dicit (miſſum eſt) imperſonaliter, quia per hoc privati ſunt Judæi omni perſonata, ſacerdotio, ſcil. & regno, ſicut impræſentiarum cernimus. *Oſee* 3. Dies multos ſedebunt filii Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, & ſine Sacrificio, & ſine Altari, & ſine ephod, & ſine teraphin. Vel ſic poteſt diſtingui: *k* Grando] prædicationis. *i* Facta eſt] a Deo, auctoritate; & ab Apoſtolis, miniſterio. *l* Et ignis] invidiæ & indignationis a Diaboli ſuggeſtione; & tandem ſanguinis perſecutio a liberi arbitrii perverſione.

n Et tertia pars terræ combuſta eſt] Prima pars reſpectu terræ combuſtæ, de Judæis fuerunt illi qui ante prædicationem Apoſtolorum crediderunt; ſecunda illi qui poſt; tertia illi qui nec ante nec poſt, & hæc comburetur igne inextinguibili. Et dicuntur terra Judæi quia per legem & Pro-

Moraliter. *g* Primus Angelus] eſt timor Domini. *Pſ.* 110. Initium ſapientiæ, timor Domini. Hic autem Angelus fecit tria. Primum eſt contritio, ecce grando. Secundum eſt illuminatio ſpei, vel revelatio peccati in confeſſione, ecce ignis. Et hæc duo commiſcentur ſanguine, ideſt, cum ſanguinis diminutione quod fit per laborem ſatisfactionis. Sed quia hæc tria a libero arbitrio procedunt propter hoc dicitur quod tuba cecinit, quaſi, ex libero voluntatis arbitrio hæc tria producit, tamen cum adjutorio gratiæ. Et quid ſequitur ex hoc? [Tertia pars terræ, ideſt, temporalium comburitur in iſtis. Tres partes ſunt neceſſarium, utile, & ſuperfluum, hoc tertium omnino debet comburi. Vel tres partes terræ ſunt potentia rerum, & decor, vel ordo; ſed tertia malus uſus creaturarum, & hæc debet comburi. Vel tres partes ſunt bonorum conferens, utile, & delectabile, hoc Moraliter.

* tertium

a gem, Prophetas exculti. Arbores dicuntur majores Judæorum, qui legem, & Prophetas ſpiritualiter intelligentes, Chriſtum tamen recipere noluerunt, quia venit in humilitate, licet ſcirent ipſum eſſe Chriſtum. Fœnum fuerunt aliqui C Judæorum, qui luxuriæ vacabant, unde & Chriſtum recipere noluerunt. Tria ergo erant genera Judæorum, quorum quidã inter eos erant avari, ut Phariſæi, & hi dicuntur terra: quidam erant elati, & ſuperbi, ut Scribæ, & hi dicuntur fœnum. Vel Myſtice, myſtice exponitur ſecũdum Gl. Duæ partes ſunt juſtorum, perfecti ſcil. & minus perfecti; in tertia parte intelliguntur omnes reprobi. Vel duæ partes dicuntur Contemplativi, & Activi, minores, & majores ſancti: has duas conſervat Dominus, tertiam, ſcil. peccatores comburi permittit. *Pſ.* 113. Benedixit omnibus, qui timent Dominum puſillis cum majoribus. Has etiam remunerabit. Unde *infr.* 11. Reddere mercedem ſervis ſuis Prophetis, & Sanctis, & timentibus nomen ſuum puſillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corrupetunt terram. Unde *inf.* 19. Laudem dicite Deo noſtro omnes Sancti ejus, & qui timetis Deum puſilli, & magni. Per terram autem ſignificantur omnes ſive boni, ſive mali, quia culti vomere prædicationis, & ſarcello pœnitentiæ veriati, & ſemine verbi Dei ſeminati, debent fructificare virtutibus, & operibus bonis, & ſic ſiunt duæ partes terræ, ſcil. boni. *Hebr.* 6. Terra venientem ſæpe ſuper ſe bibens imbrem, & germinans herbam optimam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo. Sequitur de tertia parte, ſcil. de malis; proferens autem ſpinas, & tribulos reproba eſt, & maledictioni proxima, cujus conſummatio in combuſtionem. Per arbores homines, qui debeat per deſiderium ſurſum elevari. *Thren.* 3. Levavit ſe ſuper ſe. *Pſ.* 120. Levavi oculos meos in montes. Horum etiam tertia pars comburitur, ideſt multi. Vel ſic diſtingue, ut per terram ſignificentur Activi, inter quos quidam ſunt perfecti, quidam imperfecti, & tamen boni; reliqui omnes reprobi, & mali. Item ſimiliter per arbores Contemplativi, & hi vel perfecti, vel minus perfecti, & reliqui mali. Vel in utriſque, ſcil. in Activis, & Contemplativis duæ partes dicuntur omnes illis, qui duo habent, fidem ſcil. veram, & operationem, vel converſationem bonam; omnes vero alii ſunt tertia pars.

&& a omne fœnum viride combuſtum *b* eſt. Et ſecundus *c* Angelus tuba *d* cecinit: & *e* tanquam mons magnus *f* igne *g* ardens miſſus *h* eſt in *i* mare

a Et omne fœnum viride] ideſt omnes, qui requieſcunt in mundi hujus virore.

b Combuſtum eſt] ideſt cito comburetur. Hoc eſt enim fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur. *Matth.* 9. Fœnum autem deberent eſſe homines per virorem fidei, & perſeverantiæ; ſed quia virorem hunc amittuat, comburuntur. *Pſ.* 89. Mane floreat, & tranſeat, veſpere decidat, induret, & areſcat. Tales ſunt omnes illi, qui in mane proſperitatis videntur florere, & eſſe boni, ſed in veſpere deſiccantur, ideſt in adverſitate franguntur. De primis *Pſ.* 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. De ſecundis. *Iſ.* 8. Cum eſurierit, iraſcetur, & maledicet Regi ſuo, & Deo ſuo. Et notandum, quod dicit, totum fœnum comburi, & non tertiam partem, ſicut de terra, & arboribus, quia ſolus fidei viror ſine operibus bonis non ſufficit ad ſalutem. *Jac.* 2. Fides, quæ non habet opera, mortua eſt in ſemetipſa.

Moraliter. * tertium non debet amplecti. Item per arbores Contemplativi, quorum tertia pars debet comburi: quia in Contemplativis eſt ſtipes, ſuavitas, & dulcedo internæ, & æternæ ſuavitatis. Item rami devotæ orationis ex omni parte ſe diffundentes. Item folia ſuperfluæ locutionis. Hoc ultimum debet comburi, ne ſi quid vidit vel ſenſit in contemplatione, ſtatim velit illud aliis enarrare. Paulus enim de ſuo raptu non legitur mentionem feciſſe uſque poſt quartum decimum annum. 2. *Corinth.* 12. Scio hominem ante annos quatuordecim, &c. Vel tertium, quod comburendum in contemplatione, eſt multitudo vocalium orationum, quæ debet inde removeri, ſecundum quod dicit Dominus *Matth.* 6. Nolite orantes multa loqui. Duo vero alia, quæ remanet illæſa ſunt extaſis mentis, vel ſpaſmatio, & defectus ab exercitio, & uſu naturalium corporis. Mens enim in ſeipſa interius recepta debet in Dei ſuavitate tota liqueſcere, ſicut cera, quæ fluit a facie ignis, & ſicut manna liqueſiebat a calore Solis, & ab uſu exteriorum ſenſuum vacare: quia *Exod.* 33. Non videbit me homo, & vivet, ideſt homo, utens ſenſibus corporis, ex quorum uſu vita corporis percipitur. Per fœnum viride ſignificantur illi, qui temporalia diligunt ſupra Deum, & dicuntur fœnum, quia habent radicem debilem, etſi habuerunt aliquantum decorem, unde cito deficiunt. *Pſalm.* 128. Sicut fœnum tectorum, quod priuſquam evellatur, exaruit. *Sap.* 4. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt, etſi in ramis in tempore germinaverint, infirmiter poſitæ a vento commovebuntur.

c Et ſecundus Angelus] Secunda pars ſecundæ partis capituli, & etiam viſionis totius. Poſt Judæorum perſecutionem, intrantibus Apoſtolis in diſperſionem Gentium, & prædicantibus fidem Chriſti, Diabolus perſecutionem, & tyrannidem principum Romanorum, & Gentilium contra eos excitavit. Unde iſte ſecundus Angelus non eſt alius, quam primus in natura, vel officio; ſed dicitur alius, quia aliis, ſcilicet Gentibus prædicavit. Per hunc ergo ſignificatur Ordo Apoſtolorum, qui ſecundo reſpectu Judææ Gentibus prædicavit. Dicit ergo: [Et ſecundus Angelus] ideſt Apoſtoli.

d Tuba cecinit] ideſt Gentibus prædicavit.

e Et] ecce [tanquam mons] ſcil. Diabolus, qui dicitur mons propter tumorem elationis, & propter gravitatem oppreſſionis.

f Magnus] quia habet altitudinem per ſuperbiam, qua ſe ſemper erigit contra Deum, ſed ſemper amplius cadit deorſum. *Pſalm.* 73. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Et quod cadat, legitur in *Pſal.* 35. ibi: Ceciderunt qui operantur iniquitatem, ideſt in ſuperbia. Item latitudinem habet per invidiam ad proximum tam hominem, quam Angelum. *Sapient.* 2. Invidia Diaboli mors intravit in Orbem terrarum. Item profunditatem per iracundiam in ſeipſum. Profunditas eſt ante ab ante, & retro, & ipſe iraſcitur propter illos, qui jam ſunt ante, ſcilicet in patria, & propter illos, qui adhuc ſunt quaſi retro reſpectu patriæ, qui ſcilicet ſunt in profectu in via. *Infra* 12. Deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam. *Zach.* 4. Quis tu mons magne contra Zorobabel, ideſt contra genus humanum plenum miſeriis, & afflictionibus, & pœnis? Et reſpondet ſtatim Dominus *ibidem*: In planum, ſcilicet ducam te ut ruas. Et quomodo hoc faciet Dominus ſubjungit *ibidem*: Et educet lapidem primarium, ideſt, Chriſtum, & exæquabit gratiam gratiæ ejus, gratiam ſcilicet promiſſionis adæquabit gratiæ impletionis.

g Igne ardens] gehennæ propter quod & concitatur ut homines ardere faciat igne peccati, & culpæ. *Pſ.* 105. Ignis exarſit in ſynagoga eorum, ut tandem eos habeat participes ſuæ pœnæ.

h Miſſus eſt in mare] Gentium, ut eas contra Apoſtolos, & veritatis prædicatores incitaret (Miſſus) A quo? A permiſſione Dei, vel a propria libidine nocendi. Et dicit perſonaliter [miſſus,] quia ab uno, ſcilicet a Diabolo principe tenebrarum eſt iſte conatus. Mare autem dicuntur Gentiles, quia tumidi per ſuperbiam, ſpumantes, & fluidi per luxuriam, inquieti per avaritiam, ſalſi per iracundiam. Sed nonne prius Diabolus poſſidebat hoc mare? Quare ergo dicitur hic, vel quomodo miſſus? Solut. Miſſus dicitur hic, ut illos amplius poſſideret. Vel per montem poſſunt intelligi principes, qui miſſi ſunt a Diabolo inſtigante.

i In mare] ideſt in cordis proprii amaritudinem, turbiditatem, & inquietudinem, unde ipſi cœperunt Sanctos perſequi. Vel (in mare) ideſt in perſecutionem totius mundi, ubi per Romanorum Principum edicta perſecutionem patiebantur Sancti.

&& a Et facta

Moraliter. *e* Secundus Angelus] eſt ſpes, quæ tuba canit. Moraliter.

f Mons magnus] ideſt ſecuritatis ſtatus.

g Igne ardens] amoris.

i In mare] mittitur, ideſt in amaritudinem, quam timor induxit cordi. Et in hac ſunt tres partes: prima timor pœnæ pro peccato preterito: ſecunda, timor cautelæ de futuro: tertia, timor deficiendi. Hanc tertiam partem ſpes excludit, quæ tunc etiam fit ſanguis, cum per ſpei ſecuritatem convertitur in aſperitatem carnis, & ſic moritur, & deficit timor ille, qui prius erat, ne poſſet perſeverare. Item ex timore creantur tria in homine, ideſt timor pœnæ damni, & timor pœnæ ſenſus; & ex his duobus frequenter inducitur deſperatio, quam ſpes omnino tollit, & vertit in ſanguinem, quia dando ſecuritatem inducit in pœnitentiæ aſperitatem.

* Hæc

Digitized by Google

a facta eſt tertia pars maris ſanguis : *b* & mortua eſt *c* tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, *d* & tertia pars navium *e* interiit. *f* Et tertius Angelus *g* tuba cecinit : *h* Et cecidit de cœlo *i* ſtella *k* magna *l* ardens *m* tanquam facula, *n* & cecidit in *o* tertiam partem fluminum, *p* & in fontes aquarum : *q* & nomen ſtellæ *r* dicitur abſinthium : *ſ* & facta eſt tertia pars aquarum *t* in abſinthium : *u* & multi homines mortui ſunt de aquis, *x* quia amaræ factæ ſunt. *y* Et quartus Angelus tuba cecinit, *z* & percuſſa eſt tertia pars Solis, *a* & tertia pars lunæ, *b* & tertia pars ſtellarum,

a Et facta eſt tertia pars maris ſanguis] Secundum *Gl.* tertia pars maris ſunt peccatores nondum converſi. Vel poteſt dici, quod prima pars ſunt illi, qui fidem approbaverunt, & receperunt, ſecunda pars illi, qui approbaverunt, & non receperunt in aperto, timentes humane: tertia illi, qui nec approbaverunt, nec receperunt, & hi concitaverunt perſecutionem in Apoſtolos uſque ad ſanguinis eorū effuſionem. *b* Et mortua eſt] in peccatis, ſcil. excæcata.
D *c* Tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari] Hi ſunt Philoſophi, qui propter ſuam diſcretionem dicuntur habuiſſe animas in mundo, qui dicitur hic mare. Unde & ipſi dicuntur creatura mundi. Unde *Rom.* 1. Inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt a creatura mundi, ideſt a Prophetis per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Horum tres ſunt partes. Quia eorum quidam per bona naturalia præparati fuerunt, ut reciperent gratiam fidei, ſicut Dionyſius, & multi alii Philoſophi. Alii per auditum honeſtæ doctrinæ Apoſtolorum: tertii vero, nec ſic, nec ſic, qui doctrinam recipere noluerunt, & hi facti ſunt ſanguis, quia in ſanguinem Apoſtolorum deſævierunt, vel quia in ſanguine, ideſt errore permanſerunt, quia in eo mortui ſunt. *d* Et tertia pars navium] ideſt Principum. *e* Interiit] ideſt inter utrumque ivit, ſcilicet inter ſanguinem perſecutionis, & ignem invidiæ vel æmulationis: quia quidam, etſi non receperunt doctrinam Apoſtolorum, tamen approbaverunt, unde non fuerunt ignis per invidiam, nec perſecutionem ſuſcitaverunt, unde non fuerunt ſanguis in oppreſſionem eorum, & violentiam.

Moraliter. * Hæc eſt ergo tertia pars creaturæ, quæ fit ſanguis, & mortua eſt. Item per naves poſſunt intelligi bona opera, quæ ſpes inducit, quæ debent habere tria, ſcil. genus operis, finem bonum, & modum, qui debet eſſe ex charitate. Hunc modum tollit timor, qui timor non eſt in charitate. 1. *Jo.* 4. Et *ibid.* Qui timet, non eſt perfectus in charitate. Sed ſpes ſe ponit inter utrumque, ſcil. inter finem bonum, & genus operis, & ſic fit opus meritorium, alter non. Et hoc eſt quod dicitur, quod tertia pars navium interiit. *f* Et tertius Angelus] ideſt tertius Ordo Prædicatorum. *g* Tuba cecinit] ideſt prædicavit contra importunitatem hæreticorum, quos adverſus Eccleſiam poſt ſævitiam Martyricidarum ſuſcitavit Diabolus. *h* Et cecidit de cœlo] i. de Eccleſia. *i* Stella magna] ſcil. cuneus hæreticorum nocte lucens, ideſt illos, qui non erant dies, ſed nox, docens, *Jo.* 3. Qui male agit, odit lucem. Vel ad litteram, nocte docens, & non audens de die. *Prov.* 9. Aquæ furtivæ dulciores ſunt. Vel ſi de die in latibulis. Unde *Job* 37. Ingredietur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo morabitur. Vel (Stella) dicitur Hæreſiarcha, quæ (cecidit) lapſu erroris non humilitatis. *h* De cœlo] i. de fide Eccleſiaſtica, vel de fidelium ſocietate. 1. *Tim.* 6. Devitans probans vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt (Stella) igitur, quia docet in occulto. *Job* 24. Oculus adulteri obſervat caliginem. *k* Magna] propter multitudinem. *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus. Item (magna) propter potentiam, & ſuperbiam. *Jer.* 48. Audivimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde, ſublimitatem ejus, & arrogantiam, & ſuperbiam, & altitudinem cordis ejus ego ſcio, ait Dominus. *l* Ardent] igne invidiæ contra Eccleſiam. Et non ſicut vera ſtella, ſed *m* Tanquam facula] quæ illuminando alios ſeipſam conſumit; & quicquid incendit in carbonem deformem redigit, ideſt in peccati nigredinem. *Nahum* 3. Facies omnium ſicut nigredo ollæ.

n Et cecidit] propria, & ſingulari ductus voluntate.

o In tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.] Flumina ſunt ſacræ Scripturæ documenta. Quæ tres habent partes. Prima eſt textus librorum tam Novi, quam Veteris Teſtamenti: ſecunda ſunt dicta, & inſtitutiones Apoſtolorum. Tertia eſt expoſitiones ſanctorum Expoſitorum. Hæc ergo ſtella (cecidit in tertiam partem fluminum) ideſt Scripturarum, quia ipſi non recipiunt expoſitiones Sanctorum. Item tres partes ſunt. Prima eſt doctrina Veteris Teſtamenti: ſecunda, doctrina Novi: & tertia, neutrius, & in hanc ipſi cadunt. Iſtæ tres partes ſunt expoſitiones tres. Prima litteralis: ſecunda, ſpiritualis: tertia, perverſa, & in hanc ipſi cadunt. Vel tres partes ſunt, Prima, doctrina Evangeliorum: ſecunda, doctrina Apoſtolorum, vel Epiſtolarum: tertia perverſa expoſitio amborum, & in hanc cadunt hæretici. *p* Fontes aquarum] proprie ſunt quatuor Evangelia, in quibus origo fidei comprehenditur, quæ indocti, & inſtabiles depravant, ſicut & ceteras Scripturas ad ſuam ipſorum damnationem. 2. *Petr.* 3. *Pſ.* 10. Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt. *q* Et nomen ſtellæ] Et bene dicit, quod nomen habet ſtellæ ſine re, *ſup.* 3. Nomen habes quod vivas, & mortuus es. *r* Dicitur Abſinthium] quia amaritudinem perturbationis inducit in Scripturas; & quiſquis ab eis ſeducitur, in amaritudinem pravæ intelligentiæ, & mortis ſpiritualis perducitur. Vel dicuntur hæretici Abſinthium, quia cibum ſapidum Scripturæ reddunt abominabilem, & amarum, quia 1. *Cor.* 5. Modicum fermenti totam maſſam corrumpit.

ſ Et facta eſt tertia pars aquarum] ideſt hominum, qui neutram duarum expoſitionum ſequuntur. *t* In abſinthium], quia ipſi intoxicati ſunt, & Deo abominabiles, ſicut ea quæ ipſi dilexerunt, ſcil. ſicut prava expoſitio quam ipſi ſequuntur. *u* Et] Ex hoc ſequitur, quod *multi homines* mortui ſunt de aquis, ideſt de uſu aquarum infectarum, ideſt de acceptione malarum doctrinarum. *x* Quia amaræ factæ ſunt] nunc per lignum crucis, ideſt per veram fidem paſſionis Jeſu Chriſti dulcoratæ, ſicut filii Iſrael dulcoraverunt aquas Marath per appoſitionem ligni a Domino ſibi oſtenſi. *Exod.* 15. Unde illi ſatis pejores ſunt, quam Judæi: quia 2. *Pet.* 1. Melius erat illis non cognoſcere viam veritatis, quam poſt agnitionem retrorſum converti ab illo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato, in Scripturis ſcilicet. De his aquis dicitur 4. *Reg.* 2. Ecce habitatio civitatis hujus optima eſt, ideſt converſari in recta Scripturæ expoſitione optimum eſt, & delectabile; ſed aquæ peſſimæ ſunt, ideſt expoſitiones hæreticorum perverſæ. In ſe enim Scriptura non eſt perverſa, & amara, ſed quia ibi admiſcetur expoſitio perverſa. Hi igitur pejores ſunt viris Jericho, ideſt Paganis, qui lunam colunt, & ſtellas cœli: Jericho enim interpretatur luna. Viri enim Jericho petierunt, ut aquæ ſuæ ſanarentur ab Eliſæo. Unde & ſequitur 4. *Reg.* 2. poſt illud, quod dixerunt: Aquæ peſſimæ ſunt, & terra ſterilis, ideſt hæretici, qui terreni ſunt, & terrena diligunt, ab omni fructu boni operis ſunt alieni. *Sap.* 4. Fructus eorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Propter hæc omnia dicit *Pſ.* 24. Amara erit potio bibentibus illam.

y Et quartus Angelus tuba cecinit] ideſt quartus Prædicator prædicavit. Et hoc contra falſos fratres per mores corruptos. *z* Et percuſſa eſt tertia pars Solis] Per ſolem Majores de Eccleſia intelliguntur, quorum tertia pars percutitur, non moritur, quia fidem tenent, ſed in moribus læduntur. Horum tres partes, Sol enim corpus habet magnum, in quo notatur poteſtas Majorum Eccleſiæ, quæ eſt prima pars. Item Sol corpus habet fulgidum, & clarum, in quo notatur ſcientia legum, & decretorum, ecce ſecunda pars. Item fervidum, ſaltem effectu, in quo notatur charitas, ecce tertia pars, in qua fere omnes columnæ ſunt percuſſæ, quia etſi fidem ſaltem informem habeant, tamen fervorem charitatis perdiderunt. Vel [Tertia pars ſolis] ſunt omnes reprobi inter Prælatos, & Doctores Eccleſiæ. Sunt enim quidam Doctorum, & Prælatorum, qui lucent, & ardent, ecce prima pars; quidam qui ardent, & non lucent, ecce ſecunda; quidam qui lucent, & non ardent, ecce tertia pars; & hæc eſt percuſſa a ſerpente ignito, ut in tumorem vertatur, quia ſcientia inflat. 1. *Cor* 8. Verum eſt, cum ſine charitate eſt. Vel ut unum de duobus. Quidam lucent verbo, & exemplo ardens; quidam lucent, & non ardent: quidam nec lucent, nec ardent, quia obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum. *a* Et tertia pars lunæ] Per lunam medii Prælati Eccleſiæ intelliguntur, quorum ſunt tres partes. Prima cura temporalium: ſecunda, adminiſtratio Sacramentorum: tertia adminiſtratio poteſtas, vel temporalis, vel ſpiritualis. Sed hæc tertia pars percutitur, quia ipſi ſunt & avari, & inſcii. *b* Et tertia pars ſtellarum] Per ſtellas Religioſi, quorum tres partes ſunt, ſcilicet tria vota, continentiæ, obedientiæ, &

Digitized by Google

paupertatis. Prima & ſecunda adhuc ita aperte non eſt percuſſa; ſed tertia, ſcil. paupertas eſt apette percuſſa. Omnes enim jam divites volunt fieri, & propter hoc incidunt in tentationes, & in laqueos Diaboli, & deſideria multa inutilia, & vana. 1. *Tim.* 6. Dico percuſſa ſunt prædicta.

ita ut *a* obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non *b* luceret pars tertia, & noctis *c* ſimiliter. Et vidi, *d* & audivi *e* vocem *f* unius aquilę volantis *g* per medium cœli, dicentis *b* voce magna: Væ, væ, *i* væ habitantibus in terra, *k* de ceteris vocibus trium Angelorum qui erant tuba canituri.

C A P. IX.

A ET quintus *l* Angelus tuba *m* cecinit: & vidi *n* ſtellam *o* de cęlo *p* cecidiſſe in terram, & data *q* eſt ei clavis putei abyſſi. Et aperuit *r* puteum abyſſi; & aſcendit *ſ* fumus putei

a Ita ut obſcuraretur tertia pars eorum.] Et ex hoc ſecutum eſt, [ut tertia pars diei,] i. ſæcularium contemplativorum. *b* Non luceret] quorū ſunt duæ partes, perfecti & minus perfecti; tertia ſunt reprobi. *c* Et noctis ſimiliter,] tertia pars non luceret, i. activorum ſæcularium, quorum duæ ſunt partes, & perfecti, & minus perfecti; tertia pars ſunt qui apparent, & non ſunt boni. *d* Et vidi,] Quinta pars ſecundæ partis capituli, in qua oſtenditur differentia inter quatuor præcedentes Angelos, & tres ſubſequentes: in quo poteſt intelligi, quod tres ſtatus ſequentes graviores ſunt quam quatuor primi. Dicit ergo: [& vidi,] i. intellexi.

e Et audivi] auditu interiori.

f Vocem unius aliquæ] ideſt, concordiam totius doctrinæ Propheticæ; vel totius Scripturæ; vel Prædicatorum, qui dicuntur aquila, quia & ceteris altius volantes, altiora ſcil. & profundiora Scripturæ myſteria videntes, ea inferioribus clauſa revalant, & tunc per medium cœli volant. Unde ſeq.

g Volantis per medium cœli,] i. Scripturæ myſteria capientis; & aliis prædicantis. Unde ſequitur:

b Dicentis voce magna:] Propter hoc forſitan ipſa Scriptura volumen volans appellatur. *Zach.* 5. Vidi, & ecce volumen volans. Et hoc quod hic dicitur, ponitur ad cautelam ſequentium, & conſolationem præteritorum.

i Væ, væ, væ,] triplex miſeria, & anguſtia nunciatur, & accipitur.

k De ceteris vocibus trium Angelorum, &c.] Et hoc non quibuſcumque, ſed [Habitantibus in terra,] i. diligentibus terrena, & poſtponentibus cęleſtia. Talibus enim tribulationes vertuntur in diſpendium, quæ bonis cooperantur in bonum, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. *Rom. cap.* 7. Unde bene dicit [in terra,] non ſuper terram per ſubjectionem, ſed quaſi inclusis, & obvolutis intra terram. Sed hic quæritur quomodo de tribus Angelis ſequentibus ſumitur triplex væ, & maxime de tertio, quia de duobus patet. Ille enim, ſcil. tertius, qui inter omnes numero eſt ultimus, proſpera nuntiat. Sol. Hoc dicitur, quia ipſa gloria Electorum quam ille nunciat, erat occaſio augens pœnam Reproborum, dum in eis vident quantam gloriam peccando amiſerunt: ſicut e converſo pęna Reproborum erit Electis occaſio gaudii, quando videbunt in eis quid ipſi evaſerunt. Litteraliter ergo triplex væ propter tres ſtatus ſequentes.

Moraliter. Moraliter. Triplex væ erit malis, quia væ animæ, væ corpori, væ conjuncto. Vel triplex væ propter pęnarum multitudinem, quæ erit in inferno, & inſeparabilitatem & univerſalitatem: vel propter pœnam damni, & pœnam ſenſus, & pęnam mali conſortii. Vel propter triplex peccatum triplex pęna materialis erit in inferno: ignis contra avaritiam: ſulphur contra luxuriam; ſpiritus procellarum contra ſuperbiam. Quidam volunt ibi facere punctum, [Habitantibus in terra,] & poſtea [De ceteris, &c.] dicentes, quod hic eſt titulus eorum, quæ ſequuntur. Unde quaſi principium eſt ſequentis partis: Sed melius exponitur, ut prius expoſitum eſt.

E X P O S I T I O C A P. IX.

ET quintus Angelus, &c.] In hoc capitulo agitur de duobus penultimis Angelis tuba canentibus, & de perſecutionibus ad eorum tubicinium contra Eccleſiam ſobortis. Et ſecundum hoc patet, quod hoc capitulum duas habet partes ſecundum quod ibi duo ſtatus Eccleſiæ, & duo Angeli eam conſolantes deſcribuntur ibi: & prima pars quæ durat uſque ad illud [& ſextus Angelus, &c.] agit de perſecutione Eccleſiæ ſub Antichriſto futura. Et dividitur in duas partes, ſecundum quod primo oſtenditur Angelus per prædicationem Eccleſiam conſolans. Secundo oſtenditur quando Diabolus inde iratus debacchatur contra Eccleſiam, eam graviter flagellans, ibi [& vidi ſtellam, &c.] Dicit ergo:

l Et quintus Angelus] Poſtquam ſingulariter per Judæorum æmulationem, per perſecutorum crudelitatem, per hæreticorum pravitatem, per falſorum fratrum ſimulationem, & hypocriſim Diabolus impedire non potuit prædicationem; multa mala ſimul inducere Eccleſiæ oſtenditur, ut quod per ſingula non potuit, per multa conetur facere ſi poſſit, ſicut in ſequentibus patebit; & tamen omnino prædicationem auferre non potuit. Unde ſequitur [& quintus Angelus] i. quintus Ordo Prædicatorum, quintus, & ordine narrationis, & ordine temporis.

m Tuba cecinit,] i. prædicare incepit.

n Et vidi ſtellam, &c.] Secunda pars in qua oſtenditur ſævitia, & debacchatio Diaboli contra Eccleſiam. Et dividitur hæc pars in tres: quia primo agitur de poteſtate Diaboli in ſe quam habebit, & exercebit: ſecundo in membris, ibi [Et data eſt ei poteſtas, &c.] tertio oſtenditur Joanni quales erunt prædicatores Diaboli, vel Antichriſti, ibi: [& ſimilitudines, &c.] Dicit ergo: [& vidi ſtellam] Hic agitur de poteſtate Diaboli quam in ſe habebit. Et dicuntur hic quatuor. Primo quis erit ille, qui poteſtatem hanc habebit. Secundo, quod non habet hanc poteſtatem a ſe, ſed ab alio accepit, ibi [& data eſt ei clavis.] Tertio determinatur uſus poteſtatis acceptæ, ibi [& aperuit puteum,] Quarto effectus, ibi [& aſcendit fumus.] Dicit ergo. [&] poſt tubicinium quinti Angeli [vidi] intellectuali oculo mentis.

o Stellam] i. Diabolum luciferum, qui prius, ut ſtella ſplendidiſſima lucebat.

p De cęlo cecidiſſe in terram,] ideſt, in terrenos terrena amantes dominationem accepiſſe. *Iſa. cap.* 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? *Luc. cap.* 10. Videbam Satanam quaſi fulgur de cęlo cadentem.

q Et data eſt ei clavis putei abyſſi] ideſt, poteſtas nocendi, vel dominandi ſuper eos, qui ſunt puteus per profunditatem peccati. *Prov. capit.* 18. Peccator cum venerit in profundum peccatorum, contemnit. Item qui ſunt abyſſus per tenebroſitatem peccati *Eph. c.* 4. Tenebris obſcuritatem habentes intellectum. Vel per puteum ſignificatur Antichriſtus, qui erit profundus per aſtutiam, tenebroſus per malitiam. *Dan. cap.* 8. Cum creverint iniquitates, conſurget rex impudens facie, & intelligens propoſitiones, & roborabitur fortitudo ejus, ſed non in viribus ſuis; & ſupra quam credi poteſt, univerſa vaſtabit, & proſperabitur. Secundum hoc ſic exponitur. [Data eſt ei clavis putei abyſſi,] ideſt, revelatio Antichriſti.

r Et aperuit puteum abyſſi.] Ecce uſus poteſtatis. Hoc facit Diabolus dum occultam, & profundam malitiam de cordibus malorum, Antichriſti ſcilic. & ſuorum ſatellitum propalat, & educit ad nocendum bonis. *Job* 39. Super ipſum ſonabit pharetra, ideſt, ſuper Prædicatorem vel quemlibet bonum, ideſt, decipiet eum ſi poteſt machinatione occulta; ſed ſi non poteſt, vibrabit haſta, & clypeus, ideſt, aperta pœna deſæviet. Ubi dicit *Gregorius*. Contra Prædicatorem Dei poſt ſonitum pharetræ haſta vibratur, quando poſt terrores exhibitos, e vicino jam feriens aperta pœna producitur.

ſ Et aſcendit fumus.] Hic oſtenditur effectus acceptæ poteſtatis ſequens ad uſum, qui eſt triplex. Primus eſt manifeſtatio pravæ doctrinæ verbo, & exemplo, ibi: [& aſcendit.] Secundus obſcuratio veræ doctrinæ, ibi [& obſcuratus eſt.] Tertius eſt multiplicatio malorum Prædicatorum; ibi [& exierunt.] Dicit ergo: [& aſcendit.] Primus effectus poteſtatis, pravæ doctrinæ ſcil. manifeſtatio: q. d. Aperto puteo ſtatim [fumus] i. prava doctrina, obſcura, & volans appropinquatio ex Eccleſiis. [Aſcendit] per præſumptionem in montem ſuperbiæ, quæ prius quaſi in valle profunda latebat in corde. *Daniel. cap.* 11. Adverſus Deum Deorum loquetur magnifica. Et quæ illa? De quibus

dicit Apoſt. 2. *Theſſ.* 2. Oſtendens, i. probans ſe tanquam ipſe ſit Deus. Vel [Fumus] eſt cogitatio mala exiens de corde in opus, & mala operatio ſignum eſt ignis mali ſuccenſi in corde. Vel [Fumus tunc accendit,] quando malum opus prius occultum publicatur,

a ſicut fumus fornacis magnæ, *b* obſcuratus eſt ſol, & aer *c* de fumo putei. *d* Et de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, *e* & data eſt illis poteſtas *f* ſicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ. *g* Et præceptum eſt *h* illis ne læderent fœnum terræ, *i* neque omne viride, *k* neque omnem arborem: niſi tantum *l* homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis. Et dictum *m* eſt illis

& mala fama inde procedit, quæ audientes, & ſcientes interficit. *Iſa.* 14. De radice colubri, ideſt de mala cogitatione egredietur regulus, i. malum opus, quod viſu ſuo, i. apparentia, & ſama interficit. Unde ſequitur: Et ſemen ejus abſorbens volucrem. *a* Sicut fumus fornacis magnæ,] *Gen.* 89. Viditque aſcendentem ſavillam de terra tanquam fumum fornacis. Antichriſtus autem, & perſecutio quæ fiet ſub eo, fornaci comparatur propter abundantiam ignis malitiæ, & pro nocendi cupiditate. *Oſee* 7. Quaſi clibanum applicuerunt cor ſuum cum inſidiaretur eis. Tota nocte, i. dum latebat malitia in corde, dormivit Diabolus, i. dormire videbatur coquens eos. Sed mane, i. quando de occulto prodit in publicum, quaſi de nocte ad diem, ipſe ſuccenſus eſt, quaſi ignis flammæ, & omnes calefacti ſunt. In hoc clibano coquitur panis mendacii. *Job* 20. Panis ejus in utero ejus vertetur in fel aſpidis intrinſecus. Et tamen dicitur *Prov.* 9. quod panis abſconditus ſuavior eſt. Item comparatur fornaci, quia bonos purgabit. *Mal.* 3. Ipſe enim quaſi ignis conflans & emundans argentum. *Ezech.* 22. Congregabo vos in medio fornacis, ſic eritis in medio ejus, & ſcietis quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam ſuper vos. Hæc eſt fornax Nabuchodonoſor, quæ tres pueros non læſit, ſed circumquaque diffundens ignem malos, ſc. Chaldæos, conſumpſit *Dan.* 3.

b Et obſcuratus eſt ſol,] Secundus effectus poteſtatis. Per ſolem intelliguntur illi qui alios illuminant, per aera illi qui illuminantur: q. d. illuminantes, & illuminati vera doctrina obſcurabuntur, quia vera doctrina nihil reputabitur *Job* 61. Sub ipſo erunt radii ſolis. Vel per ſolem doctrina evangelica, per aerem doctrina Expoſitorum, quæ utraque nihil reputabitur, *ſup.* 6. Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus. Vel per ſolem Majores boni, per aerem Minores, qui utrique obſcurati ſunt.

c De fumo putei,] i. de mala doctrina Antichriſti per contemptum. *Job* 12. Deridetur juſti ſimplicitas: lampas contempta apud cogitationes divitum. Vel hoc dicit, quia ex his & ex illis multi ſuggeſtione Dæmonum, & prava doctrina decipientur. Dicit autem obſcuratus, & non excæcatus, quia lumen dextri oculi ſubtrahet, ideſt, veram ſapientiam Dei, ſed lumen ſiniſtri, ideſt, calliditatem, & aſtutiam mundi relinquet eis, ſicut Naas volebat facere viris Jabes Galaad. 1. *Reg.* 11. Naas interpretatur ſerpens vel coluber, & ſignificat Antichriſtum, de quo *Gen.* 49. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, ideſt, Antichriſtus de Dan naſciturus.

d Et de fumo,] Tertius effectus, ſc. multiplicatio Pſeudo prædicatorum: [De fumo] ergo [putei exierunt locuſtæ in terram,] i. tempore Antichriſti Pſeudo-prædicatores prava ejus doctrina imbuti, & ab eo miſſi. *Matt.* 24. Surgent Pſeudo-chriſti, & Pſeudo-prophetæ & dabunt ſigna magna, & prodigia multa. Iſti comparantur locuſtis, quia ſaliunt per ſuperbiam, cadunt in terram per avaritiam, nec habent fixum gradum in terra per luxuriam, quæ totum expendit *Joel.* 1. Reſiduum erucæ comedet locuſta: per erucam corruptio humana, & ſignificat pravos mores, qui modo ſunt in Eccleſia, & qui non corrumpitur malis moribus, decipietur ab illis falſis Prædicatoribus. Iſti etiam velociter ſaltabunt, ſicut locuſta, ſed cito cadent, quia per prædicationem Enoch & Eliæ prava eorum doctrina deſtruetur, de quibus *ſuſ.* 11. Et in ſignificationem hujus Joannes Baptiſta per quem Elias ſignificatus eſt ſecundum verbum Domini. *Matt.* 12. Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt, i. ſignificat Eliam venturum, comedebat locuſtas. *Matt.* 3. Et hoc eſt etiam, quod virga Aaron virgas Magorum devoravit. *Exod.* 7.

e Et data eſt illis.] Hic agit de poteſtate quam habebit Diabolus in membris ſuis, ideſt, in principibus terrenis. Et dicuntur hic quatuor: primo oſtenditur qualem poteſtatem habebunt mali Principes cum dicit [Sicut ſcorpiones.] Secundo oſtenditur refrænatio poteſtatis, ibi [Et præceptum eſt illis.] Tertio oſtenditur in quibus ipſi nocebunt, ibi [Et dictum eſt.] Quarto oſtenditur quod etſi refrænabitur eorum poteſtas, tamen tanta erit perſecutio, quod homines deſiderabunt mortem, ibi [Et cruciatus eorum.] Dicit ergo: [Et data eſt illis poteſtas] i. Prædicatoribus & membris Diaboli, i. Principibus. Simile *Jo.* 19. Non haberes in me poteſtatem niſi eſſet tibi datum deſuper. Data eſt ergo permiſſione divina: quia ſi nec caput poteſt aliquid niſi permiſſione Dei, ergo nec membra. Simile *Dan.* 7. Et poteſtas data ei.

f Sicut habent poteſtatem ſcorpiones terræ] qui blandientes facie, cauda pungunt occulte: ſic hæretici blandientes mollibus verbis. *Prov.* 7. Irretivit eum multis ſermonibus. Vel per temporalia decipiunt, quæ deberent eſſe poſteriora *Phil.* 3. Ea quidem quæ retro ſunt obliviſcens. Et ſicut non ſentitur quando ſcorpio pungit, ſed poſtea paulatim venenum diffunditur: ſic decepti ab hæreticis non ſentiunt, ſed tandem perimuntur. *Pſ.* 54. Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula. *Prov.* 24. Ingrediens blande, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & tanquam regulus venena diffundet. *g* Et præceptum eſt] Hic agit de refrænatione poteſtatis membrorum Antichriſti. Per fœnum ergo intelliguntur incipientes qui adhuc ſunt debiles & fragiles, per viride autem perfectiores, ſcil. proficientes: per arborem perfecti, qui jam fructum faciunt. Vel per iſta tria ſignificantur tres Ordines ſalvandorum in Eccleſia, Noe, Daniel, & Job. *Ezech.* 14. Per fœnum quod præciſum ultra non pullulat, Daniel qui non generat, i. Ordo continentium. Per viride, Job qui prolem procreat; ecce Ordo conjugatorum. Per arborem, Noe qui rector fuit arcæ; ecce Ordo Prælatorum qui ſunt rectores Eccleſiæ: q. d. Quia propter peccata hominum data eſt illis poteſtas nocendi. *Dan.* 8. Robur autem datum eſt ei contra juga ſacrificium propter peccata, ſed miſericordia Dei iterum ligata eſt *Eccl.* 35. Specioſa miſericordia Dei in tempore tribulationis, quaſi nubes in tempore ſiccitatis. Unde dicit: [Et præceptum eſt illis,] i. divina cohibitione reſtænati ſunt, ſed tamen occulta. Unde dicit *Gl.* Licet non intelligant.

h Ne læderent] Non dicit, ne percuterent: Electi enim etſi percutiantur & verberentur, non reputant læſionem, nec propter hoc verebuntur confiteri nomen Chriſti, facta fidei perſecutione. Sed quæritur, quare hic non apponit [omne] ſicut in aliis duobus. Sol. Quia facilius & citius læduntur, & cadunt incipientes: non enim omnes qui incipiunt perſeverant. Major eſt enim eorum numerus, quam aliorum. Unde *Cant.* 6. Sexaginta ſunt Reginæ, ecce proficientes, & octoginta concubinæ, ecce perfecti quia jam cubant cum Domino in meridie, & adoleſcentularum non eſt numerus, i. incipientium.

i Neque omne viride] proficientes, vel conjugatos.

k Neque omnem arborem:] ſcilicet perfectos, vel Prælatos.

l Niſi tantum homines, qui non habent, &c.] Hoc ſignum eſt Tau, i. pœnitentia, quæ confirmat hominem in bono. Tau enim interpretatur confirmatio. *Ezech.* c. 9. Signa Tau in frontibus virorum gementium, & dolentium. Hoc ſignum etiam eſt paupertas. *Luc.* 2. Et hoc vobis ſignum, invenietis infantem pannis involutum poſitum in præſepio. Hæc ſigna non ſolum corde ſufficit portare, ſed in fronte, ubi eſt locus erubeſcentiæ, ne homo erubeſcat confiteri nomen Chriſti. *Luc.* 9. Qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet cum venerit in majeſtate ſua, & patris, & ſanctorum angelorum, q. d. illi qui nomen Chriſti erubeſcent confiteri lædentur. Sed quare permittit eos lædi Dominus. Ut ſic ſaltem per flagella corrigantur. Et hoc eſt quod ſequitur:

m Et dictum eſt illis.] Hic oſtenditur Joanni quantum & in quibus nocebunt: quaſi diceret: Ita lædentur, qui ſignum Dei aperte non habebunt, tamen ita ut non occidantur, ſicut *Job* 2. Verumtamen animam illius ſerva, Unde dicit:

n Et dictum eſt illis] occulta providentia Dei mandatum, vel diſpoſitum.

o Ne

a ne occiderent eos, *b* ſed ut cruciarent menſibus quinque: *c* & cruciatus eorum ut cruciatus *d* ſcorpii cum percutit hominem. *e* Et in diebus illis *f* quærent homines mortem, & non *g* invenient eam, & deſiderabunt *h* mori, *i* & fugiet mors ab illis. *k* Et ſimilitudines locuſtarum *l* ſimiles *m* equis paratis in prælium, *n* & ſuper capita earum *o* tanquam coronæ *p* ſimiles auro, *q* & facies earum ſicut facies hominum, & *r* habebant capillos *ſ* ſicut capillos mulierum, *t* & dentes earum ſicut dentes leonū erant. *u* Et habebant loricas ſicut loricas ferreas,

a Ne occiderent eos,] *Pſ.* 58. Ne occidas eos. *b* Sed ut cruciarent menſibus quinque,] i. in corpore quod ſubjacet quinque ſenſibus. Et hoc, quia quinque ſenſibus corporis tranſitoriis adhæſerunt. Vel ſecundum aliam litteram. Sex menſibus, i. ſex ætatibus ſæculi in quibus tribulantur etiam Electi, ut in ſeptima ſint ſecuri *Job* 5. In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum.

c Et cruciatus:] hic oſtendit, quam gravis erit illa perſecutio. Quia poſſunt aliqui dicere: Ex quo refrænatur poteſtas iſtorum non poſſumus timere: reſpondet quod imo, quia graviſſima erit tribulatio. Unde dicit [Et cruciatus eorum] gravis erit. *d* Ut cruciatus ſcorpii cum percutit hominem.] Blandiuntur enim primo vel admonendo, vel promittendo, vel vera prædicando, poſtea ſubjungunt aculeum, i. venenum.

Vel hoc dicit, quia non propriis manibus ſævient in Electos, ſed occulte Principibus ſuggerent, ut torqueant eos: ecce cauda ſcorpii.

e Et in diebus illis,] quando alii lædent per hæreſim, alii per hypocriſim, alii multimodis vitiis conſurgent ad nocendum, alii ad perſequendum, totum puteum iniquitatis Diabolo aperiente. Quidam etiam de Electis timentes lapſum.

f Quærent mortem] corporaliter 3. *Reg.* 19. Petiit animæ ſuæ, ut moreretur *Elias*, ſcil. conſtitutus in perſecutione Jezabel. Unde *Tob. c.* 3. Et nunc Domine Deus ſecundum voluntatem tuam fac mecum miſericordiam tuam, & præcipe in pace recipere ſpiritum meum: Expedit enim mihi mori magis quam vivere.

g Et non invenient eam:] quia ſic Dominus volet eos magis purgari. Vel Majores [quærent mortem, & non invenient] propter Minores, ne de morte eorum ſcandalizati deſperent abſque conſolatoribus derelicti.

Et non quocumque modo quærent mortem, ſed cum magno deſiderio. Unde ſeq.

h Et deſiderabunt mori] propter ſeipſos Prælati timentes caſum. *i* Et fugiet mors ab illis] propter ſubditos, *Phil.* 1. Coarctor ex duobus, deſiderium habens diſſolvi & eſſe cum Chriſto; magis autem permanere in carne neceſſarium propter vos.

k Et ſimilitudines locuſtarum, &c.] Hæc eſt tertia pars hujus partis ſecundæ ubi determinatur qualitas Prædicatorum Antichriſti, quæ in undecim conditionibus comprehenditur. Quarum quinque pertinent ad completionem mali, ibi [Et ſimilitudines.] Quatuor ad declinationem boni, ibi [Et habebant loricas.] In decima oſtenditur in quo habebunt potentiam nocendi, ibi [Et poteſtas eorum.] In undecima quo inſtigante, ibi. [Et habebant ſuper ſe.] Quinque igitur conditiones quæ complent malitiam, ſunt hæ. Prima eſt deſiderium nocendi. Unde dicit, [Et ſimilitudinem.] Argumentum, quod viſio fuit imaginaria.

l Locuſtarum,] i. Prædicatorum Antichriſti, viſi ſub imagine locuſtarum, erant.

m Similes equis paratis in prælium] velociter & improvide in perſecutionem Electorum currentes *Thr. c.* 4. Velociores fuerunt perſecutores tui aquilis cœli. Equi æque irruunt & in hoſtes & in cives, ſic illi non attendent quos lædent ſive bonos, ſive malos, dummodo voluntatem domini ſui faciant. *Iſ. c.* 5. Ungulæ equorum ejus ut ſilex. Erunt ergo [ſimiles equis] propter velocitatem, atrocitatem, & impetuoſitatem, & ſic notatur deſiderium; deſiderabunt enim vehementer, & nomen Antichriſti, & ejus ſermonem. Unde & ſeq.

n Et ſuper capita earum tanquam coronæ.] Hæc eſt ſecunda conditio, vel ſecunda cauſa, ſcil. nocendi, q. d. Tota eorum intentio erit exaltare ſuos Hæreſiarchas qui quaſi capita, & capitanei eorum ſunt: ſicut nos modo commendamus, & exaltamus Apoſtolos, & eis attribuimus victorias, i. coronas, quas de Eccleſia dicent ſe habere, ſed revera illi non habebunt victorias, nec præmia. Unde dicit.

o Tanquam coronæ] quaſi non vere, ſed ſua falſa opinione.

p Similes auro.] Per aurum Apoſtoli, quibus ſuos majores dicent æquiparari.

Et bene dicit ſimiles] quia revera nec victorias habebunt de Eccleſia, nec præmia æternæ gloriæ obtinebunt, 2. *Pet.* 2. Hi ſunt fontes ſine aqua veræ doctrinæ, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſervatur.

q Et facies earum.] Tertia conditio, quæ eſt modus nocendi. Et hæc dividitur in tria. Primum eſt apertum bonum aliquod quod prætendunt, & hæc tertia conditio complens malum.

Unde dicit. [Et facies eorum quaſi facies hominum:] ecce hypocryſis, quia exterius boni ſe oſtendent, & tamen non erunt.

Vel per tria, quæ ſunt in facie, ſcil. oculi, nares, & os, notantur tria, ſcil. ſcientia, diſcretio, & eloquentia quibus videntur pollere & rationabiliter procedere, & aliqua vera, & bona de Scripturis prætendent, *Joan. c.* 2. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint homines, tunc id quod deterius eſt.

Secunda conditio eſt latens malum. Et hæc eſt quarta conditio complens malum. Unde dicit:

r Et habebant capillos] i. mores effeminatos.

ſ Sicut capillos mulierum.] Molles enim erunt, & effeminati. *Iſ. c.* 3. Et effeminati dominabuntur eis. Dependentes, quia alios ad ſe trahent, & conjungentes, ſicut capilli capiti conjunguntur, & adhærent.

Item colli turpitudinem tegentes, ſic illi ſuorum Majorum pravitatem abſcondent.

Unde *Pſ.* 55. Inhabitabunt & abſcondent, ipſi calcaneum meum obſervabunt. Calcaneum Domini ſunt ultimi Sancti, qui Eccleſiam portabunt.

Tertium quod eſt de domo nocendi eſt apertum malum. Unde dicit:

t Et dentes earum.] Et eſt quinta conditio, quæ pertinet ad completionem mali. Unde dicit: [Et dentes earum ſicut dentes leonum erant,] q. d. Cum per oſtenſionem falſi boni, & aperti lædere non poterunt, tunc per latens malum aperte ſævient.

[Dentes] dicuntur hic Expoſitores, & Doctores eorum qui præparant panem mendacii in corpus Antichriſti trajiciendum, *Job* 24. Præparant panem liberis. Sed hic panis intoxicatus eſt, quia *Job* 20. Panis ejus in utero ejus vertetur in fel aſpidum. Vel ipſi miniſtri Antichriſti dicuntur dentes, propter crudelitatem, quia crudeliter devorabunt Sanctos, *Eccl. c.* 21. Dentes leonis, dentes ejus interficientes animas hominum. Iſti dentes laniantes erant, & fœtidi: laniabunt enim ſeparando homines a Deo; ſed fœtorem facient ad malum trahendo. Bene ergo tria dicuntur habere. Faciem, quia omnia ad rationis normam ſe agere fingunt. Item capillos, quia ad mollitiem vitiorum fraudulenter pertrahunt. Item dentes, quia per pravæ ſuggeſtionis actionem crudeliter laniant, vel in bonos aperte deſæviunt. Per primum ſimulatum bonum; per ſecundum latens malum; per tertium apertum malum ſignificatur. De his *Job* 41. Quis revelabit faciem indumenti ejus, ſcil. Diaboli, vel hæretici, ideſt, quis deteget ſpeciem boni quam prætendit, & in medium oris ejus quis ſubintrabit, i. latens malum quod cogitat, quis manifeſtabit? Ecce de principio & medio, ſed de fine nihil dicit Job, quia apertum nulli eſt ignotum. Quinque igitur dixit, quæ faciunt ad completionem, mali, ſcil. deſiderium nocendi, & cauſam, & modum, qui conſiſtit in tribus prædictis.

u Et habebant loricas.] Hic oſtendit quatuor, quæ pertinent ad declinationem boni. Primum eſt obſtinatio. Secundum excuſatio, ibi [Et vox alarum.] Tertium conatus, & niſus ad multiplicationem mali, ibi. [Et habebant caudas.] Quartum eſt defenſio mali, ibi. [Et aculei,] Dicit ergo. [Et habebant loricas] i. corda obſtinata, & ſententiis deceptoriis munita, *Eccl.* 47. Sicut lorica induet ſe aquis, ſcil. peccatis involvet ſicut loricas ferreas per ſuæ duritiæ pertinacitatem. Et hoc, quia ſagitta verbi Dei penetrari non poſſunt. *Job* 41. Non fugabit eum vir ſagittarius, &c.

a & vox alarum earum ſicut vox *b* curruum equorum multorum currentium in bellum. *c* Et habebant caudas *d* ſimiles ſcorpionum, *e* & aculei erant in caudis earum, *f* & poteſtas earum nocere *g* hominibus menſibus quinque, *h* Et habebant ſuper ſe regem *i* Angelum abyſſi cui *k* nomen Hebraice † Abadon, Græce *l* autem Apollyon, *m* & Latine habens nomen, Exterminans. Væ *n* unum abiit, *o* & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc. Et ſexto *p* Angelus tuba cecinit *q* & audivi vocem unam ex *r* quatuor cornibus altaris *ſ* aurei, *t* quod eſt ante oculos Dei, *u* dicentem ſexto Angelo qui habebat tubam, *x* Solve *y* quatuor Angelos

† Abaddon.

a Et vox alarum,] i. excuſatio. Habebunt enim ſententias paratas, & aliquas operationes bonas quibus quaſi aeris alis elevabuntur excuſando ſe ut boni putentur.
b Sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum] quaſi dicat: Diverſis modis & cauſis ſe ſeddeſe excuſabiles oſtendent. [Vox alarum earum, &c.] ſunt perverſæ eorum ſententiæ: quæ etſi invicem ſint diviſæ, ſunt tamen unitæ contra Eccleſiam. Hæ ſunt vulpes Samſonis, caudas habentes ligatas ad caudas, ſed facies diviſas. *Jud.* 15. Unde ſeq. *c* Et habebant:] ecce niſus ad multiplicationem mali. [Et habebunt caudas,] i. Principes quibus bonos & terrent & conſtringunt. Et hæ caudæ. *d* Similes ſcorpionum,] quaſi ipſi Principes ad ſe vocabunt multos per promiſſiones, & largitiones munerum, & ſic eos ſeducet blande.
e Et aculei erant in caudis earum,] ecce quartum, ſcil. defenſio mali.

Hi aculei ſunt Principum potentia & violentia, quibus ſe defendent a bonis: cum enim eos per blandimenta ſeducere non poterunt, opprimenr per tormenta.
f Et poteſtas earum.] Hæc eſt decima conditio, in qua oſtenditur in quo vel quantam habebunt potentiam nocendi.

Unde dicit. [Et poteſtas earum] ſcil. locuſtarum, i. Prædicatorum Antichriſti, erit;
g Nocere hominibus menſibus quinque.] Hoc expoſitum eſt,
h Et habebant ſuper ſe.] Hæc eſt undecima conditio, in qua oſtenditur quo inſtigante hoc facient, quia Angelo abyſſi, i. Diabolo.

Dicit ergo. [Et] omnes prædicti, ſive locuſtæ, i. prædicatores: ſive capita, i. Hæreſiarchæ eorum, & Majores: ſive dentes, ſcil. miniſtri, & lictores: ſive caudæ, i. Principes [habebant ſuper ſe Regem.] Poſt exercitum enim deſignat ducem, *Job* 41. Ipſe eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.
i Angelum abyſſi,] i. Diabolum qui eſt de abyſſo inferni, i. ſine byſſo & candore omnis boni, etſi aliquando ſe transfiguret in Angelum lucis. 2. *Cor.* 11. Vel:
h Regem, ſcil. Antichriſtum. *k* Cui nomen Hebraice Abadon.] *Hier.* dicit quod Laabadon Hebraicum eſt, & interpretatur pater judicans. Unde cum poſtea in Latino ponatur idem nomen, ſcil. exterminans, patet quod debet ibi eſſe Laabadon. Unde corrupta eſt hæc littera per vitium ſcriptorum.
l Græce autem Apollyon,] quod interpretatur exterminans.
m Et Latine habens nomen, Exterminans.] Tres linguas ſolemnes ponit, ut in omni lingua fideles Diaboli verſutias intelligant & caveant. Et hoc præcipue, quia in illa triplici lingua Evangelium ſcriptum eſt. Mattheus enim in Hebræo: Lucas & Joannes in Græco; ſed Marcus ſcripſit in Latino. In omni itaque lingua nomen ejus ſonat Exterminans: tum quia multos in præſenti exterminabit a gratia, tum quia multos etiam Catholicos a propriis ſedibus expellet quaſi exules & profugos. Unde *Pſ.* 79. Exterminavit eam aper de ſilva, ideſt, Antichriſtus qui erit aper per ferocitatem, ſed de ſilva vel ſilveſtris per inhumanitatem.

Item multos exterminabit a gloria, & ſecum trahet ad pœnam gehennæ, *Job* 21. Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit glareis Cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahet, & ante ſe innumerabiles. *Sap. c.* 3. Et ab itinere juſto abierunt in exterminium.
n Væ unum abiit] i. completum eſt.
o Et ecce adhuc veniunt duo væ poſt hæc,] i. complenda ſunt. Primum enim væ, tribulatio quæ ſub tuba quinti Angeli continetur: duo reliqua ſua tubis ſexti & ſeptimi ſequuntur.
p Et ſextus Angelus tuba cecinit.] Poſt ſingularem deſcriptionem quinque Angelorum conſolantium Eccleſiam in perſecutionibus ſuis, ſubjungit de ſexto. Et hæc eſt ſecunda pars hujus noni capituli, durat autem uſque ad illud. Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, *inf.* 11. Dividitur autem in duas partes. In prima oſtenditur acerbitas perſecutionis ſub Antichriſto futuræ. In ſecunda ponitur conſolatio tribulatorum ſub eodem, ibi [Et vidi alium Angelum fortem] *inf.* 10. Hæc igitur pars uſque ad decimum capitulum dividitur in octo partes. Primo enim oſtenditur ſub teſtimonio Sanctorum quod tunc debet relaxari poteſtas Dæmonum. Secundo oſtenditur conatus eorũ & quamdiu durabit, ibi. [Qui parati erant.] Tertio oſtenditur malus eorum profectus, ibi [Ut occiderent.] Quarto numerus Dæmonum, ibi. [Et numerus equeſtris, &c.] Quinto agit de numero equorum Diaboli, ibi [Et ita vidi equos.] Sexto de armatura equitum, ibi [Et qui ſedebant.] Septimo de poteſtate equorum, ibi [Et capita equorum.] Octavo oſtenditur mors eorum contra quos non conabuntur Dæmones, hi ſunt infideles ibi [Et ceteri homines.] Dicit ergo.] Et ſextus Angelus tuba cecinit,] Hic eſt ordo Prædicatorum qui erunt tempore Antichriſti.
q Et audivi vocem unam [procedentem] ex quatuor cornibus altaris] i. Chriſti ſuper quem & per quem omnis oblatio eſt accepta *Pſ.* 50. Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta, &c. Et loquitur de tempore gratiæ.

Hoc eſt altare quod duæ tribus & dimidia ædificaverunt ad tumulos Jordanis in terra Chanaan miræ magnitudinis, ut eſſet teſtimonium & memoria in dies craſtinos quod ipſi & filii Iſrael qui habitabant trans Jordanem, non erant niſi unus populus, *Joſ.* 22. Sic Chriſtus memoriale eſt & teſtimonium quod nos & Angeli ſumus unus populus per Chriſtum reconciliati.
ſ Aurei,] quia plenus eſt gratia & ſapientia Chriſtus, de cujus plenitudine nos omnes accipimus. Hoc ex altare quod præcepit Dominus veſtiri auro puriſſimo, *Exod.* 30. ſcil. humanitate quæ eſt puriſſima in Chriſto: quia pura fuit cognitio in homine ante peccatum, purior in Angelo, puriſſima in Chriſto. Item cornua altaris ſunt Prædicatores per quos debet Chriſtus elevari. Hæc debent intingi ſanguine, i. memoria paſſionis, & quatuor debent eſſe, quia quatuor prædicant de Chriſto: duo quæ ſunt infirmitatis, nativitas & paſſio: & duo quæ ſunt poteſtatis, reſurrectio, & aſcenſio: & ad hæc quatuor omnia alia reducuntur. Vox illa eſt concordia omnium Prædicatorum, qui idem prædicant de Chriſto. Vel altare aureum eſt Eccleſia; quia immolatio extra Eccleſiam facta non eſt Deo accepta. Cornua ſunt defenſores Eccleſiæ, qui ſunt aurea, i. per divinam ſapientiam clara, & per charitatem rubea, poſſunt ventilare Syriam, ſed ſi ferrea, non poſſunt. Unde Sedechias fecit ſibi cornua ferrea & dixit Regi Iſrael: His ventilabis Syriam donec deleas eam. 3. *Reg. cap.* 22. & tamen mentitus eſt. Vel per quatuor cornua quorum duo ſunt a ſiniſtris, & duo a dextris poſſunt accipi duo de Veteri Teſtamento, ſcil. *Dan. c.* 7. 8. & 12. Et *David* 9. *Pſ.* Ut quid Domine receſſiſti longe, uſque in finem. Item duo de Novo. Paulus 2. *Theſſ.* 2. & 2. *Tim. c.* 3. Item Petrus 2. *Pet.* 3. Illi quatuor ſpecialiter de illo Chriſto ſcripſerunt. Vel quatuor Evangelia [Audivi ergo vocem unam,] i. concordem Evangeliſtarum doctrinam. *r* Ex quatuor cornibus altaris] procedentem, i. de univerſis prædicatoribus Evangelii.
ſ Altaris aurei,] i. Chriſtus. *t* Quod eſt ante oculos Dei] ut filius ante patrem, i. in beneplacito patris, *Matth. c.* 3. Hic eſt filius meus dilectus in quo complacui mihi. Vocem, dico. *u* Dicentem ſexto Angelo qui habebat tubam,] i. Ordini Prædicatorum, qui tunc futurus eſt, dicentem; *x* Solve,] i. annuntia populo ſolvendos ut cautiores fiant.
y Quatuor Angelos] i. univerſos Dæmones quia a Deo mittuntur ad probationem bonorum, & a Diabolo eorum principe in damnationem malorum. De his *ſup.* 7. Poſt hæc vidi quatuor Angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, &c. Illi in tempore ſextæ tubæ accipient poteſtatem magis nocendi, quia minus refrænabuntur.

a Qui

quia *a* alligati ſunt in flumine magno Euphrate, *b* Et ſoluti ſunt quatuor Angeli qui *c* parati erant in horam & diem & menſem & annum, ut *d* occiderent *e* tertiam partem hominum. *f* Et numerus equeſtris exercitus, *g* vicies millies *h* dena millia. *i* Et audivi numerum eorum. Et *k* ita vidi equos in viſione, *l* & qui ſedebant ſuper eos,

a Quia alligati ſunt in flumine magno Euphrate,] i. in baptiſmo eorum poteſtas debilitatur. *Exod. c.* 15. Equum & aſcenſorem ejus dejecit in mare. Vel in cruce Domini. Item Euphrates interpretatur humus, vel pulverulentus, vel frugifer, aut creſcens, & ſignificat amatores ſæculi, qui in humo, & pulvere, i. carnis deliciis & poſſeſſionibus terrenis creſcentes ſunt & frugiferi, vel eſſe deſiderant: in quorum cordibus omnia Dęmonum genera per pravas concupiſcentias habitabant, adhuc tamen ligantur in eis, quia malis nondum permittitur aperte deſævire in bonos, quod tamen fiet illo tempore, & ſic ſolvantur Dęmones. Mali autem dicuntur flumen, quia multi ſunt, quia fluidi, quia impetuoſi, quia tandem decurrent in mare æternæ amaritudinis, *Eccl. c.* 1. Omnia flumina intrant mare. *b* Et ſoluti ſunt quatuor Angeli,] i. ſolventur tempore ſtatuto, & præfinito a Deo.

[Moraliter.] Quatuor Angeli ligantur, quando homines præcepta cuſtodiunt, & ad ſacramenta accedunt; ſed ſolvuntur quando homines excommunicantur. *Iſa. c.* 6. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne forte videant oculis ſuis, & auribus audiant.

c Qui parati erant.] Hic oſtenditur conatus Dęmonum, & quamdiu durabit.

Et notatur hic diligentia eorum ad malum; quia ſtatim, ut ſoluti, dicitur, qui parati erant. Similiter *ſup. eod.* quia ut data eſt clavis putei abyſſi, ſtella quæ de cœlo cecidit ſtatim aperuit ipſum. Dicit ergo: [Qui parati erant in horam, & diem, & menſem, & annum,] i. in omni parte diei, & menſis, & anni ſine interpolatione, ſine termino: q. d. Non eſt inter partes horæ, diei, menſis, & anni in quo non ſint parati.

Vel in his nominibus exprimitur tempus perſecutionis, ut per horam dimidius annus ſignificetur, per alia tria tres anni præcedentes, creſcendo ſicut & creſcet perſecutio; q. d. Tribus annis & dimidio durabit poteſtas ſolutionis eorum. Vel ſecundum *Gloſ.* Proceſſus & qualitas perſecutionis in his verbis notatur, per horam initium perſecutionis, per diem proceſſus, per menſem profectus, per annum multiplicatio. Creſcet enim ſemper perſecutio: ſæviet enim magis. Diabolus ſciens quod modicum tempus habebit.

d Ut occiderent.] Hic oſtenditur profectus. Profecti dico. *e* Ut occiderent tertiam partem hominum,] prius morte culpæ, & tandem gehennæ.

[Tertiam partem] vocat hic fideles, quos ſummopere laborabunt ſeducere, ſed non prævalebunt.

Vel [Tertiam partem] vocat malos æternæ damnationi deſtinatos, in his poteſtatem habebunt, *ſup.* 8. Tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborum concremata eſt.

f Et numerus equeſtris.] Hic determinat numerum equitum tam Diaboli, quam Dei ſecundum unam expoſitionem, vel ſecundum aliam tantum Dei. Per [vicies millies] ſignificantur illi, qui quinque ſenſus ſuos convertunt in res illas materiales, quæ ſunt ea quatuor elementis, vel in quatuor partibus mundi. Et dicuntur mille, quia iſte numerus eſt cubicus, & habet tres dimenſiones, decies decem decies, faciunt mille, & iſti peccant in Deum, in ſe, & proximum. Per dena millia ſignificantur Sancti, qui ſervant Decalogum, & habent in ſe triplicem dimenſionem charitatis, ad ſe ſcil. ad proximum, & ad Deum.

Sed quæritur hic quare malos ſignificet per adverbia, & bonos per nomina? Sol. In hoc ſignificat, quod malum per ſe non ſtat, ſed coaleſcit in bono, ut malum culpæ in actione, malum reatus in anima. Et notandum quod ponitur numerus ſignificans, & non numerus numerans: quia finitus numerus ponitur hic pro infinito.

Unde iſte numerus [vicies millies] non numerat exercitus vel Angelorum, vel Dæmonum, ſed ſignificat tantum: plures enim ſunt, quam per hunc numerum exprimantur. Et hæc eſt cauſa hujus, quia cum iſte liber ſit de revelatione facta ad ædificationem Eccleſiæ, & numerus numerans non eſt ad ædificationem, ſed numerus ſignificans: propter hoc ponitur hic numerus ſignificans non numerans.

Sed adhuc quæritur hic: quare duplicatur numerus malorum reſpectu numeri bonorum? De malis enim dicitur [vicies millies:] de bonis tantum [dena millia.] Sol. quia malum eſt multifariam, ſcil. ſecundum ſuperfluitatem, & diminutionem; bonum vero uno modo, unde virtus in medio. Hæc expoſitio eſt ſecundum *Gl.* quæ tamen modica eſt, & ideo obſcura. Quidam tamen dicunt, quod per [vicies millies] Sancti Veteris Teſtamenti intelliguntur: [per dena millia] Sancti Novi Teſtamenti, qui legem implent ſpiritualiter abſoluti a timore. Sancti enim Veteris Teſtamenti implebant legalia, & tamen intelligebant ſpiritualiter, quæ pertinebant ad Novum Teſtamentum. Et hi dicunt, quod per numerum bonorum numeratum hic numeratur numerus malorum.

Et hoc eſt, quia malum non habet eſſe niſi in bono, & per adverbia deſignari dicunt Sanctos Veteris Teſtamenti, quia ipſi nihil habebant veritatis niſi ſub figuris, Alii dicunt, quod per utrumque numerum deſignantur boni. Per [vicies millies] Sancti Novi Teſtamenti: quia aliqua præcepta legis, & ſecundum litteram, & ſecundum ſpiritualem intelligentiam ſervat, quia in vicenario duplex obſervantia, & in millenario perfecta ſignificatur juſtitia.

Per [dena millia] Sancti Novi Teſtamenti, qui legem ad litteram, utpote futurorum umbram obſervabant, ſignificantur.

Et quia contra utroſque bellum habuit Diabolus, propter hoc per hos terminos intelliguntur numerati exercitus Dæmonum, & etiam equitum, & equorum: ſunt enim equites Diaboli, & qui homines pravi.

Dicit ergo. [Et numerus equeſtris exercitus] Dæmonum, & ſuorum equorum erat.

g Vicies millies] i. ſignificatus per hos numeros, & non præciſe per hos numeros numeratus: unde infinitum pro finito ponitur, & e converſo.

f Numerus equeſtris exercitus] Dei tam hominum ſcil. quam Angelorum.

h Dena millia,] i. ſignificatus, & numeratus per numeros. Hæc autem expoſitio de utriſque ſcil. & de bonis, & de malis exercitibus ſumitur ex hoc quod dicit [Numerus equeſtris] non addit, nec Dei, nec Diaboli. Sed adhuc quæritur: quare poſt numerum malorum ponit hic numerum bonorum, maxime cum hic agat de malis per totam alteram partem præcedentem, & ſequentem Scripturæ? Sol. Propter tria.

Primo, ne viſa multitudine malorum deſperarent Sancti, ſicut Eliſæus puero ſuo timenti, & quaſi deſperanti cum videret a multitudine Syrorum obſeſſam Samariam dixit: Noli timere, quia plures nobiſcum ſunt, quam cum illis. Et per orationem Eliſæi Dominus aperuit oculos pueri, & vidit quod mons erat plenus equorum, & currum igneorum in circuitu Eliſæi, 4. *Reg.* 6.

Item ſecundo, ut conſolentur boni, quia etſi ſolventur Dæmones tunc, non tamen omnino permittentur facere quod volent; ſed per bonos Angelos Electorum animæ ſervabuntur, & mali refrænabuntur, & ſicut dicetur infra proximo. Et propter hoc poſt malos fit mentio de bonis.

Item tertio, ne quis bonus, qui tunc ſtabit in fide firmus & ſtabilis, poſſit præſumere ſe ſolum inter preſſuras bonum eſſe: propter hoc poſt malorum multitudinem oſtenditur & multitudo bonorum, etſi non tanta quanta malorum. Sicut dictum eſt Eliæ dicenti Domino: Derelictus ſum ego ſolus: Adhuc derelinquam mihi in Iſrael ſeptem millia virorum quorum genua ſunt curvata ante Baal, 3. *Reg.* 18. & 19. Quod Apoſt. *Rom.* 11. Per præteritum recitat dicens: Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curvaverunt genua ſua ante Baal.

i Et audivi numerum eorum,] i. intellexi quid ille eorum numerus ſignificaret. *k* Et ita vidi equos in viſione eſſe, ſicut equites, i. ſecundum numerum equitum, vidi numerum equorum, vel bonorum, ſcil. vel malorum. *l* Et qui ſedebant.] Hic agit de armatura iſtorum equitum. Sed cum duplex ſit armatura; una quidem ad impugnandum & alia ad muniendum: quæritur hic quare de illa, quæ eſt ad vulnerandum non tangit hic, ſed tantum de altera? Sol. Quia diabolus vulnerare non poteſt hominem niſi volentem, ut dicit *Greg.* [Et qui ſedebant ſuper eos] equos, ſcil. i. homines pravos.

a Habebant loricas] obſtinationis, & perplexitatis verborum. Et quia triplex erit tunc perſecutio bonorum. Una quidem fervor iræ in perſecutoribus, & ſimulatio ſanctitatis in prædicatoribus, & fœtens doctrina. Propter hoc ſubjungit, b Igneas,] ecce iracundia.

c Hyacinthinas,] ecce ſanctitatis ſimulatio. Hyacinthus enim colorem habet cœli.

d Et ſulphureas:] ecce fœtens doctrina, *Pſal.* 5. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, &c. Vel ſecundum *Gl.* per loricas munitio Diaboli, & ſuorum, ſententiæ ſc. perverſæ, & perplexæ, de quibus ſequitur pœna æterna quæ eſt ignis, & ſulphur, *Pſ.* 10. Ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. *Inf.* 21. Pars illorum erit in ſtagno igne ardenti, & ſulphure.

a habebant loricas igneas b & hyacinthinas, c & ſulphureas. d Et capita e equorum f erant tanquam capita leonum: g & de ore eorum h procedit ignis, i & fumus, k & ſulphur. l Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum m de igne, & de n fumo, & ſulphure, quæ procedebant ex ore ipſorum. o Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt, & in caudis p eorum: q nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus r habentes capita, ſ & in his t nocent. Et ceteri u homines, x qui non ſunt occiſi in his plagis, y neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, z ut non adorarent Dæmonia, & ſimulacra a aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ b neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare, c & non d egerunt pœnitentiam ab homicidiis ſuis neque a veneficiis ſuis, neque e a fornicatione ſua, neque a furtis ſuis.

e Et capita] Hic agit de poteſtate equorum poſtquam egit de armatura equitum.

Unde dicit [Et capita equorum,] i. Hæreſiarchæ & ceteri inter eos majores.

f Erant tanquam capita leonum,] in quo & ſuperbia, & crudelitas, & aperta malitia deſignatur. Armabuntur enim contra Sanctos, & ſuperbia, & aperta malitia, & crudelitate. *Jer. cap.* 6. Crudelis eſt, & non miſerebitur.

Quod autem hic dicitur de capite, convenit & membris. In quo autem conſiſtat eorum poteſtas, oſtendit quia in duobus, ſcil. in ore, hoc eſt, in Prædicatoribus ſuis, & in caudis, hoc eſt in Miniſtris perſequentibus, & occidentibus Sanctos Chriſti. De primo dicitur:

g Et de ore eorum,] i. de prædicatione Hæreſiarcharum, vel communiter omnium Prædicatorum Antichriſti, qui os ejus ſunt, qui eum commendant in ſuis prædicationibus, & ei conſentiunt.

h Procedit ignis,] i. fervor iræ perſequentis.

i Et fumus,] i. ſimulatio fraternitatis, ſcilicet falſi fratres. k Et ſulphur] fœtentis eruditionis, & doctrinæ perverſæ.

Vel [Ignis] in ſuggeſtione: [Fumus] in conſenſu] Sulphur] in operatione. Vel [ignis] avaritiæ: [Fumus] ſuperbiæ: [Sulphur] luxuriæ.

l Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum,] i. malorum.

Bonis enim nocebunt: quia *Rom. c.* 8. Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti: q. d. eorum prædicatio eſt cauſa pœnæ æternæ, ubi erunt hæc tria. Una autem pars ſunt illi, qui inceperunt pœnitentiam, & compleverunt, quibus debetur Paradiſus. Item ſecunda pars illi, qui inceperunt, & non compleverunt, decedentes tamen in gratia, & his debetur Purgatorium. Tertia pars ſunt illi qui nec inceperunt, nec compleverunt, quibus debetur infernus. Vel una pars ſunt illi, qui actu confitebuntur Chriſtum; alia qui habitu, & tertia qui aperte negabunt Chriſtum. Ab his, inquam, plagis, & exponit ſe amplius dicens:

n Et,] id eſt.

m De igne, & fumo, & ſulphure, quæ procedebant de ore ipſorum,] ut ſic magis exprimatur efficacia malitiæ prædicationis eorum. Deinde agit de ſecunda, in qua eſt poteſtas iſtorum dicens.

o Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt] ut prædictum eſt.

p Et in caudis,] i. in Miniſtris occiſoribus Sanctorum. Vel [In caudis] i. in confidentia temporalium, quæ caudæ dicuntur, quia ad hoc data ſunt, ut ſuppleant hominis vilitatem, q. d. Quos per tria prædicta non ſeducent, per largitionem munerum excæcabunt & ſubvertent, quæ deſignantur per caudas.

Moraliter. [Moraliter.] Equi Diaboli ſunt detractores. De ore eorum locutio mala procedit. Vel per equos deſignatur gula, & per caudas luxuria. Sed quæritur hic: quare modo cum loquitur de equis, oſtendit poteſtatem equitum, & non quando loquebatur de equitibus. Sol. Quia quidquid facient tunc Dæmones contra Sanctos, hoc facient per homines per quos ſuam poteſtatem, & malitiam exercebunt.

q Nam caudæ,] quaſi, bene dixi, quod in caudis eſt poteſtas eorum, quæ poſſunt nocere [Nam caudæ eorum] ſunt [ſimiles ſerpentibus] qui blandiuntur in facie, ſed pungunt in fine, ſcil. temporalia. Unde *Na. c.* 3. Omnis qui viderit te, interius ſcil. reſiliet a te. Item têporalia pungunt in fine, quia deſeruntur cum magno dolore. Caudæ, dico. r Habentes capita] quæ ſunt varii modi acquirendi temporalia. Vel ut prius tetigimus, [Caudæ] dicuntur tortores, qui ſunt ſimiles ſerpentibus, quia non quærunt niſi pulverem terrenorum, *Mich. ult.* Lingent pulverem ſicut ſerpentes, *Iſ. c.* 65. Serpenti pulvis panis ejus. *Pſ.* 71. Et inimici ejus terram lingent, *Gen. c.* 3. Pectore & ventre repes.

[Habentes capita.] Hi ſunt principes tortorum, & carnificum. Sicut *Exod. c.* 1. legitur, quod erant præfecti de Ægyptiis magiſtris operum qui oneribus affligerent Judæos. ſ Et in his] ſcil. capitibus.

t Nocent,] vel quia acquirendo divitias faciunt fraudes, & ita nocent aliis, vel quia præfecti incitabunt tortores, & carnifices ad nocendum ſanctis.

u Et ceteri homines.] Hic oſtenditur mors eorum contra quos Dæmones non conabuntur, ſcil. infidelium, vel eorum, qui in mortalibus peccatis erunt, dicens: [Et ceteri,] quaſi: Ita flagellabuntur boni, nec devincentur, vel ſuperabuntur. [Et ceteri homines,] i. infideles, vel qui ſunt in peccato mortali.

x Qui non ſunt occiſi in his plagis] prædictis, ſcilicet quaſi, Contra quos non eſt conatus Diaboli in perſecutione Antichriſti, quia ſcil. erunt ei ſubjecti. Contra bonos enim tantum eſt niſus Diaboli. Unde 3. *Reg.* 26. Rex Syriæ præcepit ſervis ſuis, ut non pugnarent contra majores, vel minores niſi contra Regem Iſrael tantum. y Neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum] malis. Et hic tangitur cauſa quare perituri ſunt multi. Et oſtendit, quæ ſint illa mala opera, de quibus non egerunt pœnitentiam.

z Ut non adorarent Dæmonia,] q. d. Ut agentes pœnitentiam de hoc, quod adoraverunt Dæmonia, & de cetero non adorarent.

a Et ſimulacra aurea, & argentea, & lapidea, & lignea, quæ] ſcil. ſimulacra.

b Neque videre, neque audire poſſunt, neque ambulare,] illi inquam, omnes peribunt morte æterna: quia etſi non conetur contra eos Diabolus, jam tamen mortui ſunt morte prima, peccati ſcil. & per hoc tangit paganos idolis ſervientes. *Bar. c.* 6. Mortuo projecto in tenebris ſimiles ſunt filii illorum lignei, & inaurati, & inargentati. Nec ſolum Infideles qui fidem recipere noluerunt, punientur, imo etiam qui fidem habentes, mortaliter peccaverunt finaliter. Unde ſeq. c Et] illi ſcil. peribunt morte æterna, qui d Non egerunt pœnitentiam ab homicidiis, i. a ſe commiſſis.

e Neque a fornicatione ſua, neque a furtis ſuis.] Sed quare ponit fornicationem in ſingulari, cum cetera ponantur in plurali? Sol. Quia voluit per hoc ſignificare, quod plures per fornicationem pereunt quam per cetera peccata. Plus enim dicit in ſingulari, quam ſi diceret in plurali: quia ſic dicit nomen ſpecie, quod omnibus convenit. [Moraliter.] Dæmonium interpretatur ſciens. *Moraliter.* Dæmonium ergo aureum eſt Sacra Scriptura, quia ſicut aurum in valore, & colore, & pondere, & ſonoritate, & ſoliditate omnia alia metalla ſuperat, ſic Scriptura Sacra, ſcil. Theologia omnes alias præcellit ſcientias. Aliæ enim ſunt ancillæ, hæc eſt Domina, *Prov c.* 9. Miſit ancillas ſuas, ut vocarent ad arcem. Item Dæmonium argenteum eſt ſcientia legum, & decretorum: quia decreta tument, lex lucra miniſtrat.

Item

Item Dęmonium æreum eſt ſermocinalis ſcientia, quæ eſt in trivio contenta. Item Dęmonium lapideum eſt naturalis ſcientia, quæ ſicut dicit Agazel, non ſubjacet nobis & propter hoc dicitur lapidea. Item Dęmonium ligneum eſt moralis ſcientia. Qui igitur has omnes ſcientias, ut ſciant addiſcunt; & non ponunt in ſtudiis ſuis
A finem alium: procul dubio corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: & propter hoc in confuſione ſua peribunt. *Bar.* 3. Ubi ſunt Principes Gentium,

C A P. X.

ET vidi *a* alium *b* Angelum fortem *c* deſcendentem *d* de *e* cœlo, amictum *f* nube, & iris *g* in capite *h* ejus: & facies *i* ejus erat, ut ſol *k*, & pedes *l* ejus tanquam *m* columna ignis. *n* Et *o* ha-

& qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram: qui in avibus cœli ludunt; qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum qui argentum fabricant, & ſolliciti ſunt facti, nec eſt inventio operum ſuorum? Et reſpondet exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt. Item Dœmonium aureum adorant illi, qui ſerviunt Epiſcopis, ut ab eis præbendas accipiant. Et hi habent os ad tria, ſcil. ad terrendum minores, ut terrore Domino ſuo aliquid emungant ab eis. Item ad devorandum multas ferculorum appoſitiones, ut ſic ſuo ventri ſerviant. Hi ſunt ſpiritus immundi exeuntes de ore Beſtiæ. *Inf.* 16. Et vidi de ore Draconis, & de ore Beſtiæ & de ore pſeudo-prophetæ exire Spiritus tres immundos in modum ranarum.

E X P O S I T I O C A P. X.

ET vidi alium Angelum] Secunda pars illius partis, in qua agitur de ſexti Angeli tuba canente in qua agitur de conſolatione fidelium tempore Antichriſti. Et hæc pars uſque ad illud ubi loquitur de ſeptimo Angelo. *Inf.* 11. Et ſeptimus Angelus, &c. Dividitur autem hæc pars in quatuor ſecundum quatuor conſolationes, quæ fiunt Eccleſiæ. Primo enim conſolatur fideles ex affirmatione pœnæ malorum. Secundo ex promiſſione vitæ æternæ, & immutabilis, ibi [Et Angelus quem vidi, &c.] Tertio ex eo, quod præcipitur Joanni, ut prænunciet, quæ vidit ut prævisa melius caveantur. Quarta conſolatio eſt in hoc, quod Enoch, & Elias promittuntur fidelibus, qui bonos conſolabuntur perhibendo Chriſto teſtimonium eoſque conſtantia ſuæ paſſionis confirmabunt. *Inf.* 11. ibi [Et datus eſt mihi calamus, &c.] Secundum hoc jam patet, quod hoc capitulum habet tres partes ſecundum tres conſolationes, ibi factas fidelibus; Quarum prima eſt de aſſumptione pœnæ malorum. In qua ſic procedit. Primo commendat Chriſtum, & a novem conditionibus ipſum deſcribit. Secundo ipſius Chriſti teſtimonio pœnam malorum futuram oſtendit, ibi [Et clamavit.] Tertio hoc idem probat per teſtimonium prædicatorum idem prædicantium, ibi [Et ego ſcripturus, &c.] Dicit ergo: *a* Et vidi alium Angelum,] ſcil. Chriſtum, qui eſt Angelus magni conſilii *Iſa.* 9. Et Deus totius conſolationis. 2. *Cor.* 1. *b* Alium] imo contrarium Angelo abyſſi quoad effectum. Item [Alium] in natura, quia hic creator, ille creatura. *c* Fortem] quia Dei virtus 1. *Cor.* 1. *Pſ.* 23. Dominus fortis, & potens; Dominus potens in prælio, ſcil. crucis. Sed contra *Hab.* 3. Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus. Sol. Abſcondita eſt in hoc quod mortuus eſt; ſed manifeſtata in hoc, quod mortem moriendo deſtruxit. Unde *Job* 9. Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt: Ergo poteſt recipere comparationem, verum eſt quoad manifeſtationem; ſed non quantum ad ſubſtantiam. Unde fortis fuit reſiſtendo tentationibus in deſerto: Dœmones ejiciendo fortior; ſed fortiſſimus in cruce dœmones devincendo. *d* Deſcendentem de cœlo,] i. de cognitione Angelorum venientem ad cognitionem hominum. Panis enim hominum factus eſt, qui prius erat panis Angelorum *Pſ.* 77. Panem Angelorum manducavit homo. Vel [Deſcendentem] i. per incarnationem humiliatum exeuntem. *e* De cœlo] i. de patre. *Pſ.* 18. A ſummo cœlo egreſſio ejus. *Jo:* 16. Exivi a patre. *Jo:* 16. Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. *f* Amictum nube] i. veſtitum carne. *Iſa.* 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem levem. 3. *Reg.* 8. Dixit Dominus ut habitaret in nebula. Nubes ergo fuit in incarnatione quando veritas de terra orta eſt, ut nubes de aqua. 3. *Reg.* 18. Ecce nubes parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari: i. Chriſtus puer parvulus de virgine naſcebatur. Item nubes fuit in paſſione ubi toti humano generi refrigerium dedit. *Pſalm.* 17. Dominus firmamentum meum, & refugium, &c. Item nubes levis eſt; & talis fuit ipſe in reſurrectione, liquidem omni mortalitate depoſita reſurrexit. *Eccleſ.* 24. Thronus meus in columna nubis. *g* Et iris] i. vis, & potentia reconciliandi, & propitiandi.

h In capite ejus] in divinitate; quia non eſſet pretium ſufficiens niſi eſſet Deus: quia 2. *Cor.* 5. Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians.

i Et facies ejus erat ut ſol,] i. omnia noſtræ redemptionis myſteria quæ pro nobis fecit, lucide & clare ſunt in ipſo completa. Unde *Eccl. c.* 1. Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum revertitur. Vel [Facies ejus ut ſol,] i. ea, quæ præſentialiter nobiſcum converſatus in mundo fecit Chriſtus, ſine omni tenebra erroris fuerunt: quia *Marc.* 7. Bene omnia fecit. Vel [facies ejus] i. ſuperior natura.

k Ut ſol,] clara: Lucem enim habitat inacceſſibilem 1. *Tim.* 6. *ſup.* 1. Et facies ejus ſicut ſol in virtute ſua lucet. Vel, i. [Facies ejus ut ſol,] quia quiſquis in eum vera fide credit, non ſolum eum hominem, ſed Deum eſſe cognoſcit. *l* Et pedes ejus] i. Apoſtoli.

m Tanquam columna ignis.] Hoc fuit, quando Sp. S. fuerunt accenſi. *Iſ. c.* 52. Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem. Pedes ergo fuerunt Apoſtoli nomen Domini portantes per mundum. *Act. c.* 9. Vas electionis mihi eſt ille, ut portet nomen meum coram Regibus, & Principibus, & filiis Iſrael. Sed columnæ, imbecillia membra Chriſti ſuſtentando. *Rom. c.* 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere. *Gal.* 2. Jacobus, & Cephas, & Joannes qui videbantur columnæ eſſe.

n Ignis] ardentes fervore charitatis, & lucem habentes divinæ cogitationis. *Joann. quinto*. Ille erat lucerna ardens & lucens. *o* Et habebat in manu ſua libellum apertum] Hoc dicit, quia ipſe in ſeipſo Scripturam implevit, ea quæ de ipſo per Prophetas prædicta fuerant aperiendo, & ſolvendo ſcilic. nativitatem in mundo, converſationem, eruditionem, miraculorum ope- ✱ rationem

Moral. *l* Et pedes ejus, &c.] Pes eſt charitas Chriſti, *Moraliter.* quæ nos debet accendere ad amorem, ut ſic nos faciat columnas ignis illius, de quo *Luc.* 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur? Per dexter eſt amor Dei, qui debet omnem adverſitatem conculcare, & ſic erit [ſupra mare,] ut ſicut Chriſtus pro nobis patienter, & æquanimiter ſuſtinuit, ſic & nos pro ipſo. Unde *Bern.* Audi luctam: ſuſtinuit te dilectus; ſuſtine tu dilectum: non illum vicerunt peccata tua; te quoque illius flagella non ſuperent. Hic eſt pes optimus, quo quidquid tangimus *Deut.* 11. Omnis locus quem calcaverit pes veſter, veſter erit: Pes ſiniſter eſt amor proximi, pro quo omnia terrena debemus conculcare: hoc enim juſtum eſt. Unde *Prov.* 2. Qui negligit damnum propter amicum, juſtus eſt: iter autem impiorum decipiet eos. In hac ſerie litteræ commendavit Chriſtum in novem conditionibus, quæ ibi poſitæ ſunt, quarum tres pertinent ad mittentem eum, ſex ad miſſum. Per hoc enim quod dicit: [Vidi Angelum] qui interpretatur nuncius, intelligitur a quo miſſus. Item per hoc quod dicit: [Fortem,] intelligitur ad quid miſſus, quia ut contra fortem pugnaret. Item per hoc quod dicit: [Deſcendentem] intelligitur modus mittendi; quia tunc ſe fecit viſibilem. Ecce tres conditiones ex parte mittentis. Aliæ ſex attenduntur ex parte miſſi: duæ ex parte ipſius in ſe; aliæ quatuor ſunt effectus ipſius. Per hoc quod dicit, [Amictus] intelligitur natura humana. Per hoc quod dicit: [Iris] Intelligitur natura divina. Has duas Chriſtus in ſe habuit. Item quatuor, quæ ſequuntur ſunt effectus ejus. Aut ſc. ipſius in ſe, unde dicit: [Et facies] per quam intelliguntur opera noſtræ redemptionis, quæ ipſe ſolus fecit; & in ſeipſo clare, & lucide manifeſtavit. Aut ipſe in Apoſtolis, unde dicit: [Et pedes ejus, &c.] Per hoc intelligitur confirmatio Apoſtolorum per Spir. S. miſſum eis de cœlo in ſpecie ignis. *Actor.* 2. Aut ipſius, & in ſe, & per Apoſtolos; unde, & hæc duo ſunt, ſcil. Scripturæ apertio, quam ipſe Apoſtolis aperuit & Apoſtoli aliis. Unde dicit: [Et habebat in manu,] ad dandum cui vellet. Item Gentium converſio, quam ipſe per Apoſtolos fecit, & occulte ✱ inſpirans

Digitized by Google

nem, patientiam, tribulationem, paſſionem, reſurrectionem, aſcenſionem. Hæc omnia quæ in Scripturis de ipſo prædicta latebant, in ſe aperuit, & per Apoſtolos manifeſtavit. Sed quare hic dicit libellum, & non librum. Sol. Quia ſtatus præſentis Eccleſiæ libellus eſt diminutive; ſtatus vero futuræ liber magnus. *Matt.* 11. Qui minor eſt in regno cęlorum, major eſt Joanne.

a Et poſuit pedem ſuum dextrum] i. firmiores Prædicatores, ut dicit *Gloſ.*

B *b* Supra mare,] i. ſuper maximos peccatores, quia ad eos miſit Prædicatores maximos; ſicut Petrus & Paulus miſſi ſunt Romam, ubi maxime vigebat ritus Gentilium & cultus idolorum. *c* Siniſtrum autem ſuper terram,] i. minores Prædicatores. Vel: *a* Pedem dextrum poſuit ſupra mare,] i. firmiores contra magis rebelles miſit Prædicatores. Et *c* Siniſtrum] i. imperfectiores Prædicatores. *d* Super terram, [i. jam correctores, & per bona opera fructificantes. Vel:

habebat in manu ſua libellum apertum, & *a* poſuit pedem ſuum dextrum *b* ſupra mare, ſiniſtrum *c* autem *d* ſuper terram; & *e* clamavit *f* voce magna *g* quemadmodum cum leo rugit. Et cum *h* clamaſſet, locuta ſunt ſeptem *i* tonitrua voces ſuas. *k* Et cum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, & ego ſcripturus eram. *l* Et audivi *m* vocem de cœlo *n* dicentem mihi: Signa quę locuta ſunt ſeptem tonitrua, *o* & noli ea ſcribere. *p* Et Angelus quem vidi ſtantem ſupra mare, & ſupra terram, levavit manum ſuam ad cęlum *q* & juravit per Viventem in ſæcula ſæculorum, *r* qui creavit cœlum *ſ* & ea quæ in illo ſunt, *t* & terram *u* & ea quæ in ea ſunt, *x* & mare *y* & ea quæ in eo ſunt. *z* Quia tempus *a* amplius non erit,

b Supra mare,] i. Reprobos, ut eorum damnationem eis annuncient.

d Et ſuper terram,] i. Electos, ut eos ad meliora provocent. Vel: *b* Supra mare poſuit pedem dextrum] quia Gentilitatem illuminans ad beatitudinem convertit, & ad unius Dei cultum. *Iſ.* 9. Populus Gentium qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: ſecundum quod prophetatum fuerat a Jacob *Gen.* 49. Et ipſe erit expectatio Gentium. Et *Luc.* 2. Lumen ad revelationem Gentium. *c* Siniſtrum autem ſuper terram,] quia Judæos qui fuerant terra culta per legem, & Prophetas, propter ſua ſcelera excæcari permiſit. *Rom.* 11. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo Gentium intraret. Et de omnibus his dicit *ſup.* quia omnia ſunt ſubjecta Chriſto etſi nondum appareat eorum omnium ſubjectio. *Pſalm.* 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.

Moraliter. * inſpirans cordibus eorum, quod Apoſtoli aperte, & manifeſte prædicabant. Unde dicit:

a Et poſuit, &c.] Bene autem hic numerus convenit Chriſto, qui non habet aliquotas niſi unitatem, & ternarium; & plenaria Chriſti poſſeſſio eſt fruitio Unitatis, & Trinitatis. Et propter hoc forte non ſunt niſi novem Ordines Angelorum, quia ipſi ſemper contemplantur & vident Deum Trinum & Unum. Vel per novem conditiones deſcribitur hic Chriſtus, ut per hoc ſignificetur, quod ipſe eſt ſuper novem Ordines Angelorum. Quia ut dicit *Pſal.* 8. Elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos Deus. Unde *Chryſ.* Revera magnum eſt, & mirabile, & ſtupore plenum eſt carnem noſtram ſurſum ſedere & adorari ab Angelis. Hoc ſæpius ego verſans in mente, exceſſum patior, magna de genere humano imaginans.

e Et clamavit] Hic probat aperto teſtimonio Chriſti, & ſuorum Prædicatorum pœnam malorum eſſe futuram dicens: [Et clamavit] Chriſtus, i. intelligibiliter locutus eſt vocando homines ad pœnitentiam. *Jo.* 7. Clamabat ergo Jeſus in templo docens. Sed:

f Voce magna] comminando. *Iſa.* 52. Vociferabitur, & clamabit, ſuper inimicos ſuos confortabitur *Matt.* 11. Dico vobis, Tyro, & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quam vobis.

g Quemadmodum cum leo rugit.] *Oſee* 11. Quaſi leo rugiet; quia ipſe rugiet, & formidabunt filii maris *Prov.* 10. Sicut rugitus leonis, ita & terror Regis; qui provocat eum, peccat in animam ſuam. *h* Et cum clamaſſet.] Hic teſtimonio Prædicatorum aperto oſtendit pœnam malorum dicens [Et cum clamaſſet] i. pœnam malorum futuram inſinuaſſet, *i* Locuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas] i. univerſi Prædicatores Evangelii ſeptiformis Spiritus gratia repleti prædicaverunt hæc eadem, quæ ab ipſo audierunt. *Matt.* 10. Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Sed quare Chriſtum dicit, clamare, & prædicatores loqui.

Sol. Quia ejus eſt comminari, cujus eſt punire, unde Chriſtus clamat comminando, ſed Prædicatorum non eſt comminari, ſed rationabiliter, & cum modeſtia nunciare. Item cum *ſup.* 8. dixerit eos eſſe Angelos habentes tubas: quare hic appellat tonitrua? Sol. Quia hic loquitur de pœna malorum; quam rationabiliter prædicatores teſtantur, & annunciant, propter quod tonitrua vocantur. *Sup.* Hortabantur ad bellum, quia de conſolatione Eccleſiæ poſitæ in tribulationibus loquebantur: unde vocavit eos tubas.

k Et cum locuta fuiſſent ſeptem tonitrua voces ſuas, & ego ſcripturus eram] Hic adhuc tertio teſtimonio, ſed occulto pœnam malorum oſtendit: Et loquitur hic Joannes in perſona Prædicatorum Chriſti occultorum, qui erunt tempore Antichriſti, qui pœnam malorum intelligent, ſed eis inhibebitur, ne eam manifeſtent malis, quia non eſt fas ſanctum dare canibus, ſed ut quidam prædicent occulte, quæ communiter ſigillabunt. C

l Et audivi,] i. illi quorum perſonam ego gero, ſcil. Prædicatores Chriſti, occulti in tempore Antichriſti audierunt, i. audient.

m Vocem de cœlo,] ideſt, inſpirationem miſſam ſibi a Deo.

n Dicentem mihi ſigna,] i. claude ea quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, ut amicis pateant, & clauſa ſint inimicis. *Iſa.* 8. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis.

o Et noli ea ſcribere,] i. manifeſtare, quia tunc erit tempus cum ſanam doctrinam non accipient, ſed coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. 2. *Tim.* 4.

p Et angelus quem vidi, &c.] Hæc eſt ſecunda pars hujus capituli, in qua conſolatio datur alia, quæ eſt in hoc, quod eis promittitur vita immarceſcibilis, & æterna à Chriſto, qui hoc & per ſe, & per patrem confirmat: unde dicit [Et Angelus quem vidi ſtantem, &c.] i. modum jurantis aſſumpſit.

q Et juravit per viventem in ſæcula ſæculorum,] i. per patrem, vel per ſe Deum, non per carnem, quæ aliquando fuit mortua, immobiliter ſtatuit, fideliter, & veraciter affirmavit. Hoc eſt contra hæreticos qui dicunt, quod non licet jurare. *r* Qui creavit] quaſi: Ita promiſi & potens eſt promiſſa complere, quia majora fecit, [Qui] i. quia ipſe [creavit cœlum] & terram. Argumentum contra Manichæos, qui dicunt quod Diabolus viſibilia creavit *Gen.* 1. In principio creavit Deus cœlum, & terram. [Qui creavit cęlum] empyreum. *ſ* Et ea quæ in illo ſunt] ſcil. Angelos. Vel [Cœlum] ſidereum. [Et ea quæ in illo ſunt] ſcilic. ſtellas. Vel [Cœlum] aereum, [Et ea quæ in illo ſunt] ſcil. volucres. *Matt.* 13. Volucres cœli. Vel [Cœlum] morale, i. animam hominis: [Et ea quæ in illo ſunt] i. tres vires, quibus eam ornavit. Vel ingenium, memoriam, intelligentiam, &c. bona naturalia, quæ ei tribuit. Vel virtutes, & bona opera, quæ ſunt bona gratuita, i. gratum facientia, quæ Spiritum Sanctum dando in cor hominis emiſit. *Pſ.* 103. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur. *t* Et terram] ad litteram. *u* Et ea quæ in ea ſunt, ſcil. animalia greſſibilia, & reptilia, tam mitia, quam immitia. Vel: *t* Terram] i. Eccleſiam. *u* Et ea quæ in ea ſunt] ſcil. bona temporalia data ei ad ſuſtentationem. Item dona gratiarum, diſtinctiones perſonarum, diſtributiones officiorum, de quibus *ſup.* 4. *x* Et mare] ad litteram.

y Et ea quæ in eo ſunt] ſcil. piſces. Vel: *x* Mare] i. tribulationes. *y* Et ea quæ in eo ſunt] i. tentationum utilitates. Hoc eſt quod dicit *Pſ.* 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi; volucres cœli & piſces maris, &c. Hoc inquam juravit. *z* Quia tempus] i. mutabilitas vitæ.

a Non erit amplius] Contra *Pſal.* 80. Et erit tempus eorum in ſæcula. Sol. Tempus prout eſt menſura motus primi mobilis, i. firmamenti, non erit, quia Sol, & Luna ſtabunt in habitaculo ſuo, i. in loco in quo creata ſunt a principio. Sed ſecundum quod tempus eſt mora motus rerum mutabilium, ſic erit tempus, & hoc ſolum quoad malos. Unde verbum præmiſſum Pſalmi intelligitur de malis.

Et hoc

Digitized by Google

Et hoc quod hic dicitur, intelligendum eſt de glorificatione juſtorum, ubi omnia erunt nova, *Rom.* 8. Omnis creatura vanitati ſubjecta eſt, i. mutabilitati, ſed liberabitur in libertatem filiorum Dei.

Unde & expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei capectat. Omnis creatura vocatur ab Apoſtolo, rerum vilibilium materialium, irrationabilium vita, quæ liberabitur a mutabilitate, quando filii Dei glorificabuntur & in novitate permanebunt. Triplex eſt autem vanitas ſive mutabilitas. Prima mortalitatis, & hæc eſt in homine. Secunda mutabilitatis, quæ eſt in his quę facta ſunt propter hominem. Tertia curioſitatis, quæ eſt in his quæ fiunt ab homine. Et quia homo omnium cauſa eſt, propter hoc bene dicit, *Pſ.*38. Univerſa vanitas, omnis homo vivens. Et *Eccl. c.*1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

a ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli cum cœperit tuba canere, *b* conſummabitur myſterium Dei, ſicut *c* evangelizavit *d* per ſervos ſuos Prophetas. *e* Et audivi vocem de cœlo iterum loquentem mecum & dicentem, *f* Vade, & accipe librum apertum de *g* manu Angeli *h* ſtantis ſupra mare & ſupra terram. *i* Et abii ad *k* Angelum dicens ei, ut daret mihi librum. Et dixit mihi, *l* Accipe librum, *m* & devora illum, *n* & faciet ama-

D

Eccl. 1.

a Sed in diebus vocis ſeptimi Angeli cum cœperit tuba canere] i. in diebus ultimorum Prædicatorum, poſt tempus Antichriſti, cum cœperint prædicare, ideſt, in ipſo initio prædicationis eorum.

b Conſummabitur myſterium Dei] i. ſecretæ promiſſionis factæ ſanctis de remuneratione æterna, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit *c* quam præparavit Deus diligentibus ſe 1.*Cor. c.*2.

c Sicut evangelizavit,] i. nunciavit, Deus ſc.

d Per ſervos ſuos Prophetas] erit, ſc. conſummandum in noviſſimo tempore *Jer.* 21. In noviſſimis diebus intelligetis conſilium ejus, *Jer. c.*30. In noviſſimo dierum intelligetis ea.

e Et audivi vocem de cœlo, &c.] Tertia pars capituli in qua datur fidelibus conſolatio ex eo, quod Joanni dicitur, ut ea quæ vidit, annunciet, ut mala præviſa minus lædant, & ut ex promiſſione habeant conſolationem in tribulatione futura. Hæc pars dividitur in quatuor.

Primo enim dicitur ei ut accipiat librum: Secundo accipit librum, ibi. [Et accepi librum.] Tertio dicitur ei quod oportet eum prædicare Gentibus, & populis, ibi. [Oportet iterum.] Quarto oſtenditur ei modus prędicandi, ibi. [Et datus eſt mihi] *infr.* 11. Dicit ergo. [Et vocem quam audivi.] Sic conſtrue: & [vox ſcilicet quam] audivi vocem iterum de cœlo loquentem mecum & dicentem, Vade & accipe librum apertum de manu Angeli, &c.] Fuit hæc [Vade, &c.] Sed quæritur: quid eſt quod dicit [Iterum ?] Contra, dictum non poteſt amplius ſumi: ergo vocem iterum non poteſt audire. Item quid eſt quod dicit [loquentem,] quia non vox ſed homo loquitur.

Sol. Vocem vocat hic Angelum qui ei oſtendat myſteria, quia & vox dicitur & Angelus. Vox cordi imprimendo, Angelus denunciando: ſed in ſpiritu dixit vocem & non Angelum. Et gloſſatur ſic: Quam audivi, i. qualem, ſc. ſimilem & Angelus ſicut eſt imprimens cordi, & ſic ſuo modo loquens. Ad aliud dicimus quod vox ſive ſpiritus denunciando quodammodo loquitur, ſecundum quod ſuum ſignificatum oſtendit.

f Vade & accipe librum apertum.] Liber eſt firmitas promiſſionum, cujus apertio eſt adimpletio promiſſorum. [Librum igitur apertum] i. adimpletionem omnium myſteriorum. Sed quomodo dicitur ei quod accipiat illud, quod jam acceperat? Sol. Hoc dicitur in perſona futurorum Prædicatorum qui nondum acceperant, ſed accepturi erant. Vel [Accipe] ex præcepto, ad aliorum utilitatem & liberam denunciationem, qui jam accepiſti in te per cognitionem.

Vel [accipe] ideſt, accipies & libere in terra tua & diœceſi prædicabis.

Unde hic prædicitur ei reditus de exilio, & libera poteſtas prædicandi promiſſiones impletas.

g De manu Angeli ſtantis] ad adjuvandum ſupra mare & ſuper terram.

Moral. *e* Et audivi vocem.] Moraliter. Sæpe nobis vox de cœlo proponitur, nec tamen audimus, *Iſ.* 43. Quis ſurdus niſi ad quem nuncios meos miſi. Hi ſunt Clerici, quorum omnia de cœlo deberent eſſe, ſed e contrario fere omnia cadunt in terram *Iſ. c.* 29. De terra loqueris, & de humo muſſitabit eloquium tuum.

Hæc vox fit [iterum] ergo primo & ſecundo. Verum eſt quia primo fit in præſenti, *Matth. c.* 3. Agite pœnitentiam, &c.

Sed ſecundo fiet in die judicii. *Matth.* 25. Venite benedicti patris mei, &c.

Vel prima vox eſt invitatio ad fidem: ſecunda ad operationem.

[Accipe librum.] Hoc dicitur cuilibet Chriſtiano. Liber enim eſt vita Chriſti, *Job* 31. Librum ſcribat ipſe, qui judicat. Scriptus eſt autem hic liber groſſis & legibilibus litteris. Ejus enim vita vel humilitas, una magna eſt littera, ſicut etiam ejus patientia, ejus paupertas, ejus utilitas, ejus ignominia, ejus innocentia & benignitas, *Habac.* Scribe librum & explana illum ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit, *Iſ.*8. Sume tibi librum grandem & ſcribe in eo ſtylo hominis, i. intelligibiliter. Vel ad litteram ſtylo hominis fuit ſcriptum in eo, quando fuit ipſe clavis affixus cruci, & quando unus militum lancea latus ejus aperuit. *Jo.* 19. Secundum autem quod ipſe ſcripſit in ſeipſo, judicabuntur alii niſi eaſdem litteras vel ſimiles ipſi ſcripſerint in ſeipſis. Vel vocem audiunt Clerici, quando in ſortem Domini eliguntur & fiunt eis coronæ: & poſtmodum debent accipere librum, i. Sacram Scripturam legere & audire, & hoc [De manu Angeli] i. boni Theologi, quem vident facere ea quæ dicit: quia etiam nuncius eſt Dei ſervum inutilem ſe reputando & non Dominum.

h Stantis ſupra mare] i. qui ſc. non timeat adverſa, & amet proſpera, quia qui talis eſt, non emolliet Scripturam, ſed veritatem dicet, unde talis eſſet quærendus magiſter, & tali credendum eſt. Sed multi de ore volunt accipere librum, qui ſcil. volunt audire placentia. Et Propheta reſpondet ſtatim. Imo loquimini nobis errores, q. d. In hoc quod quæritis vobis placentia, idem eſt ac ſi dicatis, inducite nos in errores.

Item multi accipiunt a pede ſicut illi, qui propter hoc audiunt Theologiam, ut propter hoc procedant ulterius, ideſt, in dignitatibus terrenis pedem ponant. Alii accipiunt a dorſo ſive a poſteriori, illi ſcilic. qui lucrativas ſcientias audiunt, quia hæ non poſſunt eſſe niſi propter poſteriora quæ diligunt & quærunt.

Hi ſunt de genere Agar Ægyptiacæ ancillæ Sarai, quæ dicit *Gen.* 16. Profecto hic vidi poſteriora videntis me: propterea appellavit puteum illum, Viventis & Videntis me. Sic faciunt iſti qui cum inveniunt locum notabilem, qui ad cauſas & lucra valet, bene ſignant, ac ſi dicant. Hic vidi poſteriora, & tunc appellant ſcientiam ſuam, puteum Videntis, & Viventis, & quaſi per hanc habeant vitam, ſic diligunt eam. Et quid valet tantum reſpicere poſteriora, i. Juſtiniani inſtituta quæ poſt ſe curioſis hominibus legenda reliquit? Procul dubio parum, quia ſine his poſſet cœna duci.

i Et abit ad Angelum.] Poſt præceptum ſtatim obedire paratus, ad Angelum accedit, in hoc nobis relinquens exemplum obedientiæ, & oſtendens & docens quod ſapientiam debemus a Deo poſtulare, *Jac.*1. Si quis indiget ſapientia; poſtulet a Deo nihil hæſitans. Dicit ergo, [Et abii, ideſt] a carne & mundo receſſi, *Pſ.* 54. Ecce elongavi fugiens, & ſic veni. Ad lit.

k Ad Angelum dicens ei, ut daret mihi librum] ideſt, gratiam intelligendi. Et loquitur hic Joannes in perſona Prædicatorum in poſtremo tempore futurorum, qui forſitan Doctores veritatis non habebunt niſi Angelum, & Spiritum Sanctum. *l* Et dixit mihi, Accipe librum] ideſt, intellige quid debeas facere in tribulatione poſitus, & hoc Spiritu revelante, *Matt.*10. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. *m* Et devora illum.] Non dicit, Maſtica exponendo vel prædicando ſed devora includendo in corde, & memoriter retinendo: quia myſteria Eccleſiæ tunc malis non erunt prædicanda, ſed tamen erunt a bonis ne pereant, colligenda. *n* Et faciet ama-

A ricari ven-

Aliter. Vel de Joanne litteraliter totum poteſt exponi. *l* Accipe librum] i. liberum prædicandi uſum, qui prius jam habebas in te affectum & intellectum. *m* Et devora illum]

A In hoc

Moral. *i* Et abii, &c.] Moral. Clericus de manu Angeli debet li-

* brum

a ricari ventrem tuum.] Hoc dicit, quia in corde ſuo & memoria quæ eſt venter animæ, ſacramenta & myſteria Eccleſiæ tunc eos oportebit celare, quod facient ægre, libenter enim ea prædicarent, ſi audiri ab aliquibus poſſent.

a Sed in ore tuo erit dulce tanquam mel] Dulciſſimum enim videbitur eſſe, ſi veritatem quam habebunt in corde, poſſent exprimere ſermone. Sed ſignabitur liber: ſicut *ſupra eodem* dictum eſt, Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua. *Dan. c.12.* Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus ſtatutum.

Hoc erit poſt mortem Antichriſti, ubi libere poſtea prædicabunt: ſed tempore Antichriſti non audientur, unde nec tunc prædicabunt, *Eccl.32.* Ubi auditus non eſt non effundas ſermonem.

ricari ventrem tuum, a ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel. b Et accepi librum c de manu Angeli, d & devoravi eum, e & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum devoraſſem cum amaricatus eſt venter meus f & dixit mihi, Oportet te iterum prophetare populis, & gentibus, & linguis, & Regibus multis.

C A P. XI.

ET datus g eſt mihi calamus ſimilis h virgæ, & di-

Aliter. a In hoc notatur exitus Joannis ab hac vita: qui etſi avide per deſiderium myſteria Eccleſiæ incorporavit ſibi non tamen per exteriorem effectum, quia per paſſionem de corpore non migravit, etſi eam in deſiderio habuit.

Et hoc eſt quod dicitur: [Devora illum] per deſiderium: [Et faciet amaricari ventrem tuum.] In hoc exprimitur compaſſio quam habuit de Chriſti paſſione, & tamen dulce erat ei paſſionem prædicare. Unde dicit: [Sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.] Vel os eſt ratio, quia in eo diſcernimus ſapores, venter vero ſenſualitas ſecundum quam erat Joanni amarum prædicare adverſitates futuras, ſed tamen dulce ſecundum rationem.

Moral. * brum accipere, non de manu Dæmonis quod facit qui Scripturam legit ut perverſe exponat eam, & talis debet abire, id eſt, a priſtina converſatione mala longe recedere. Unde dicitur hic: [Et abii ad Angelum.] Primo per deteſtationem peccati, ſecundo per contritionem, tertio per confeſſionem & propoſitionem non peccandi. Unde *Ezech.* 3. Spiritus quoque levavit me in contritione, & aſſumpſit in confeſſione, & abii amarus in indignatione ſpiritus mei, id eſt, priſtinam meam converſationem deteſtatus ſum & abhorrui. Et tunc poteſt qui talis eſt, ab Angelo librum petere, id eſt, internam conſolationem Scripturæ vel occultorum Scripturæ intelligentiam & cognitionem.

Hic eſt enim liquor optimus, qui non debet infundi niſi in vas mundum. Unde David, cum ſecreta & occulta ſapientiæ ſibi dixiſſet eſſe manifeſtata, *Pſ.* 50. Incerta & occulta [inquit] ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Subjungit poſt pauca ibidem, Cor mundum crea in me Deus. Talis erat idem cum dicebat *Pſ.*118. Da mihi intellectum ut diſcam mandata tua. Et illud ibidem, Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me. Et *Sapient. cap.9.* Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem Sapientiam & noli me reprobare a pueris tuis: quoniam ſervus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ homo infirmus & exigui temporis, & minor ad intellectum judicii & legum. Nam & ſi quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi abſuerit ab illo ſapientia tua, in nihilum computabitur. Tali qui ſic petit, dicitur ab Angelo: [Accipe librum] per intellectum: [Et devora illum] per affectum.

Deus enim ſi quem paratum invenit, quod neceſſarium eſt, ſponte offert, ut dicit *Gloſſ. ſup.3.* Si quis mihi aperuerit, cœnabo cum illo, & ipſe mecum. Sed in devoratione venter amaricatur, quia abſtinentia vel pœnitentia ſenſualitati vel corpori dura videtur. Unde *Jer.* 45. Hæc dicit Dominus ad te, o Baruch: Dixiſti væ miſero mihi, quoniam addidit Dominus dolori meo laborem cum gemitu meo, & requiem non inveni. Sed tamen dulce eſt in ore, i. in cogitatione rationis vel intelligentia cordis. Unde *Eccl.* 24. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & favum.

Vel hoc dicitur de quibuſdam Prædicatoribus, quibus valde dulce eſt prædicare, ſed amariſſimum facere, *Matt.c.23.* Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, nolite facere. Hoc etiam dicitur guloſis, quibus nimis delectabiliter ſapiunt in ore cibaria, & propter hoc nimis ſe ingurgitant. Unde venter ad litteram gravatur præ crapula & ebrietate, & aliquando totum corpus oportet deficere, *Eccl.37.* In multis eſcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit uſque ad choleram.

Propter crapulam multi obierunt. Unde *Eccl.31.* Amaritudo animæ, vinum multum potatum. Hoc etiam dicitur de illis qui temporalia bibunt quaſi lac cum dulcedine ſicut Siſara, *Jud.* 5. Et obdormiunt ſomniantque ſe eſſe in vera delectatione, ſed cum evigilaverint in morte invenient ſe vacuos bonis, ſed plenos amaritudine. Unde *Iſ. c.* 29. Sicut ſomniat eſuriens & comedit: cum autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima ejus, & ſicut ſomniat ſitiens & bibit: & poſtquam fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit: ſic erit multitudo omnium Gentium. Propter hoc dicitur *Iſ.* 14. Ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Ceſſavit gaudium tympanorum, quievit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cum gaudio non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. Item hoc dicitur de illis, quibus peccatum dulce eſt, & illud abſcondunt, & celant quia, in fide amaritudine & dolore implebuntur, *Job* 20. Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abſcondet illud ſub lingua ſua, parcet illi & non derelinquet illud & celabit in gutture ſuo. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aſpidum, *Jer.*23. Ecce ego cibabo eos abſinthio, & potabo eos felle. b Et accepi librum.] Secunda pars ubi oſtendit Joannes quod ad mandatum Angeli ſtatim librum accepit. Unde dicit: [Et accepi:] q. d. Quia ad Angelum gratias agendo veni, propter hoc accepi librum. c De manu Angeli] i. ſubſecutus ſum doctrinam & operationem Chriſti. d Et devoravi eum] ut prius erat mihi imperatum. e Et erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum devoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus.] Totum expoſitum eſt. Quomodo amaricatus? Quia dicit *Eccl.*1. Qui apponit ſcientiam, addit & dolorem. Sed illud eſt verum de ſcientia non faciente gratum, quia illa acquiritur cum dolore. Item de dono ſcientiæ etiam verum eſt, quia illa oſtendit quomodo dolendum ſit pro bonis omiſſis & malis commiſſis. Unde *Jer.* 4. dicitur bis, Ventrem meum, ventrem meum doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt in me. *Ad litt.*

f Et dixit mihi.] Tertia pars, ubi dicitur ei quod ad hoc liber ei datus eſt ut gentibus & populis prædicet. [Et dixit mihi, Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & Regibus multis.] Hoc exponitur de Joanne ad litteram, qui poſtquam de exilio rediit, libere prædicavit. Sed quid eſt hoc quod dicit quod Regibus prædicavit cum poſtea non exivit de Aſia? Sol Scripto prædicavit Regibus multis, & verbo gentibus & populis. Poſt reditum enim de exilio quia Aſiam corruptam invenit, & multis hæreſibus & erroribus vitiatam, Evangelium ſcripſit ubi fere contra omnes hæreſes diſputavit. Vel hoc ſecundum myſterium dicitur Prædicatoribus extremi temporis, qui iterum, id eſt, Antichriſto occiſo libere prædicabunt.

E X P O S I T I O C A P. X I.

ET datus eſt mihi calamus, &c.] Quia Joanni in fine præcedentis capituli promiſſa fuit libera poteſtas prædicandi, & de exilio revertendi. Propterea in prima parte hujus capituli undecimi oſtenditur ei modus prædicandi. Deinde in ſecunda promittuntur Eccleſiæ Enoch & Helias. Et hæc eſt quarta conſolatio promiſſa Eccleſiæ, ſicut diximus in principio præcedentis cap. Hæc pars incipit ibi. [Et dabo duobus teſtibus meis.] In tertia agitur de ſeptimo Angelo, in quo terminatur tertia viſio, ibi. [Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, &c.] Ubi etiam incipit ſeptima pars ſecundæ partis totius viſionis in qua ſpecialiter agitur de ſingulis Angelis ſtantibus Eccleſiæ in quibus eam conſolatur. Dicturus de modo prædicandi, prius oſtendit libertatem ſibi datam eſſe dicens.

g Et datus eſt mihi calamus,] id eſt, libertas prædicandi Scripturam, & ſimul auctoritas. Unde & ſeq. h Similis virgæ.] Per virgam auctoritas regia deſignatur: quaſi dicat. Ex auctoritate jubentis recipi libertatem prædicationis: Prædicatio autem dicitur calamus, quia ſicut ſcriptura calamo ſcribitur, ſic amor Dei

& vir-

& virtutes miniſterio prædicationis, cordibus hominum inferuntur. *Rom.*10. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Unde *Pſ.*44. Lingua mea calamus ſcribæ. *Jer. c.*31. Dabo legem meam, ſc. charitatem, in viſceribus eorum; & in cordibus eorum ſcribam eam; & erunt eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.

ctum eſt mihi: Surge *a* & *b* metire templum Dei, & altare, *c* & adorantes *d* in eo. Atrium *e* autem quod eſt *f* foris templum, ejice *g* foras, & ne *h* metiaris illud: quoniam datum eſt Gentibus & civitatem *k* ſanctam calcabunt *l* menſibus *m* quadraginta duobus. Et dabo *n* duobus *o* teſtibus *p*

Item prædicatio Scripturæ comparatur virgæ, quia docet tegere oves, i. homines *Pſ.* 2. Reges eos in virga ferrea.

Et *Pſ.* 44. Virga directionis virga regni tui. *Iſ.* 21. Super ſpeculam Domini ego ſum ſtans jugiter per diem, & ſuper cuſtodiam ego ſum ſtans totis noctibus.

Item virga flagellantur pueri ut erudiantur; ſic & nos per Scripturam erudimur. *Eccl. c.*30. Qui diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella ut lætetur in noviſſimo ſuo; & non palpet proximorum oſtia.

Et ſtatim ſeq. Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo. Item ſicut virga flexibilis eſt in omnem partem; ita Sac. Scriptura omnis ſententiæ Catholicæ recipit expoſitionem. 2.*Tim.c.*4. Omnis doctrina, vel Scriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, vel arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei.

Item flecti docet ad compaſſionem. 2.*Cor.*11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Iſ.*61. Ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis apertionem.

Quia *Jac. c.* 1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt, Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.

Item rectos facit ſuos ſequaces, ſicut virga recta eſt. *Prov.*8. Omnes ſermones mei recti, non eſt in eis pravum quid neque perverſum: recti ſunt intelligentibus & æqui invenientibus ſcientiam. *Cant.*1. Recti diligunt te. Data Joanni libertate prædicandi, oſtenditur ei modus. Unde ſequitur.

a Surge,] ideſt, teipſum virtutibus & bonis operibus ſurſum erige.

b Et tunc metire templum Dei,] i. Eccleſiam. Metiri Eccleſiam eſt a norma ipſius non recedere.

Unde *Ezec. cap.*40. Ecce vir cujus erat ſpecies quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu ejus, & calamus menſuræ in manu ejus.

Vir iſte Prædicator eſt qui debet vitere virtutibus. Per æs quod ſonorum eſt & durabile, ſignificatur perpetuitas prædicationis & ſonoritas laudis, & confeſſionis, quæ debet eſſe in Prædicatore. Funiculus lineus eſt caſtitas, quam non ſolum in ore debet habere Prædicator, ſed in manu, i. in opere. Calamus etiam menſuræ debet in manu ejus eſſe, i. in opere, per quem intelligitur debita menſuratio rerum mundi: res enim mundi debet habere ſub debita menſura & rationabili.

Et hoc in manu quia multi de paupertate loquuntur, eam in ore habentes, qui eam fugiunt nolente manu tenere vel tangere.

c Et altare] i.Chriſtum, q.d. Hæc prædica & ſcribe quæ congrua ſunt Eccleſiæ, & quæ de Chriſto dicenda. Vel [Templum & altare metire] tu Prædicator, i. majores & minores fideles Eccleſiæ diligenti ſolicitudine circumſpice, ut unumquemque doceas pro ſua capacitate. Sic faciebat Apoſtolus qui ſimplicibus ſimplicia prædicabat. 1.*Cor.*3. Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: tanquam parvulis in Chriſto lac potum dedi vobis non eſcam. 1. *Cor. cap.* 2. Non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum & hunc crucifixum.

Item majoribus majora. 1. *Cor. c.*2. Sapientiam autem loquitur in ter perfectos: ſapientiam vero non hujus ſæculi, neque principium hujus ſæculi qui deſtruuntur, ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio quæ abſcondita eſt. *d* Et adorantes in eo] Metire ſc. ideſt, oſtende qualiter fideles debeant adorare: Sed quæritur hic, quare Eccleſia fidelium hic jubetur menſurari, cum e contrario Eccleſia Diaboli quæ eſt Eccleſia malignantium, numerata ſit & non menſurata? *Sup.* 9. Et numerus equeſtris exercitus, &c. Sol. Quia una eſt columba mea, ideſt, Eccleſia. *Cant. c.*6. Una dico, quia uni continuata, ſc. Chriſto, per unum mandatum, ſc. charitatis. Continuum autem indiviſibile eſt actu, etſi non potentia. Propter hoc Eccleſia menſuratur, quia continui eſt menſura: quia vero regnum Diaboli diviſum eſt, diviſorum autem & diſcretorum eſt numerus, propter hoc regnum Diaboli numeratur *ſupra*. Et *Dan. c.* 1. Mane, Thecel, Phares, ideſt, Regnum tuum numeratum eſt, appenſum & diviſum. *e* Atrium autem] i. peccatores qui non ſunt de Eccleſia, etſi numero, non tamen merito. Unde

f Quod eſt foris templum] ideſt, peccatores qui non ſunt de numero fidelium, *inf.*22. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſervientes & omnis qui amat, & facit mendacium.

g Ejice foras] ideſt, prædica eſſe ejiciendos & damnandos. Hoc fuit ſignificatum in ejectione Adam de Paradiſo: *Gen. c.*3. Item in ejectione ancillæ Saræ. *Gen.* 21. & *Gal.* 4. Ejice ancillam & filium ejus. Atrium etiam dicuntur peccatores, quia etſi per baptiſmum ſint ſanctificati, tamen intus ſunt peccatis pleni: ſicut atrium terra ſancta eſt, & tamen ibi reponuntur cadavera mortuorum, & conſervantur.

h Et ne metiaris illud] ſed eis prædicationem ſubtrahe: nec enim merentur metiri calamo verbi, qui noluut ſubeſſe Dei præcepto. Et quare?

i Quoniam datum eſt Gentibus,] ideſt, mores Gentium ſequitur, & eis in vitiis conformatur.

k Et civitatem ſanctam,] ideſt, Eccleſiam.

l Calcabunt] Gentes ſcilicet.

m Menſibus quadraginta duobus] i. tribus annis, & dimidio. Vel falſi Chriſtiani ſimiles in converſatione Gentibus concalcabunt Eccleſiam tempore Antichriſti, & plus nocebunt quam Gentes. Unde in ſignificationem hujus legitur 1.*Mach. c.*7. quod Alcimus qui erat de Judæis, multo plus nocuit eis, quam Gentes. Quadraginta duo menſes ſunt tres anni & dimidius.

Vel per hunc numerum qui fit ex ſenario ductum in ſeptenarium, vel e converſo, intelligitur ſecundum quoſdam tota præſens vita, ubi ſemper mali perſequuntur bonos. Quod ſignificatum fuit in hoc quod Iſmael perſequebatur Iſaac *Gen.*21. Et Eſau Jacob, *Gen.*27. Oderat autem Eſau Jacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. Hoc etiam ſignificatum fuit in hoc quod filii Iſrael quadraginta duas manſiones fecerunt in deſerto ſicut legitur *Num. c.* 33. Ibi enim numerantur. *n* Et dabo duobus teſtibus meis] Secunda pars cap. in qua fidelibus promittuntur Henoch & Elias. Et hæc conſolatio quarta Eccleſiæ promiſſa. Et dicuntur in hac parte novem. Primo oſtenditur quamdiu prædicabunt iſti duo.

Secundo de habitu corporis eorum, ibi [Amicti ſaccis.] Tertio de habitu mentis, ibi [Et ſi quis voluerit.] Quinto de potentia eorum, ibi [Hi habent poteſtatem.] Sexto de morte eorum, ibi [Et cum finierit.] Septimo de reſurrectione eorum, ibi [Et poſt dies tres.] Octavo de eorum aſcenſione in cœlum, ibi [Et audierunt vocem magnam.] Nono de plaga futura mundo in aſcenſione eorum, ibi [Et in illa hora factus eſt terræmotus.] Dicit ergo: [Et dabo:] non dicit quid, ad ſignificandum quod ineſtimabile erit, quod dabit eis.

Simile in *Pſ.* 11. Ponam in ſalutari: non dicit quid, quia omne ponit in eo.

o Duobus teſtibus] ecce ſufficientia teſtium, quia in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. *Matt.* 18. Vel [Duobus] dicit, quia de duobus prædicabunt, ſcil. de Divinitate Chriſti & humanitate.

Vel de [duobus] ſc. de Chriſto ipſum commendando & magnificando, & de Antichriſto ipſum reprobando & damnabilem oſtendendo.

Vel [duobus,] quia de utroque Teſtamento accipient quod ipſi prædicabunt. Vel [duobus] quia præmia bonorum & pœnas malorum nunciabunt.

p Teſtibus meis,] Primo prædicando. *Act. c.*1. Et eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ.

Secundo moriendo. *Supra c.* 2. Et in diebus illis Antipas teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud vos, quaſi dicat: In hoc & per hoc eſt teſtis meus, quia occiſus eſt pro me.

Et in hoc quod dicit [dabo] notatur quod maximam gratiam facit Dominus homini, cui dat ut pro eo ſit martyr: ſicut dicit *Interl.* Per hoc etiam quod dicit [duobus] intelliguntur alii Prædicatores, qui duo dicuntur propter

geminam

Digitized by Google

geminam charitatem, Dei ſc. & proximi. Unde & Dominus miſit eos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem & locum quo erat ipſe venturus. *Luc.* 10.

a Et prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta] i. tribus annis & dimidio, ut dicit *Gloſſ.* Sed contrarium videtur dicere *alia Gloſſ.* dicens: Nota quod hi dies non perficiunt tres annos & dimidium.

Et hoc eſt verum, quia ad hoc quod tres annos & dimidium perficerent, oporteret adhuc addi triginta unum dies.

Sed non eſt contrarietas, quia iſti prædicabunt ſolummodo tanto tempore, quanto Chriſtus prædicavit.

Chriſtus enim poſtquam fuit baptizatus, ſupervixit tribus annis & dimidio non tamen integro, quia pro dimidio anno computatur tantum temporis, quantum eſt ab Epiphania Domini uſque ad Paſcha.

Unde ſicut Chriſtus in prædicatione ſua omnino & præciſe non perfecit tres annos & dimidium: ſic iſti non perficient. Et hoc ſignificatur in hoc quod numerus qui hic ponitur non perficit præciſe tres annos & dimidium, ſicut dicit *Gl.* Et hæc ſolutio habetur de *Inter.* quæ dicit. Sicut ipſe Chriſtus prædicavit. Et eſt hic etiam notandum, quod de illis tribus annis & dimidio, i. eo tempore, quod fuit ab Epiphania uſque ad Paſcha, quo Joannes fuit incarceratus, Chriſtus nec aperte prædicavit, nec aperte fecit miracula; ſed tantum occulte, deferens Joanni, quia adhuc Joannes Baptiſta non erat incarceratus, ſed libere prædicabat, qui in Paſcha, quod fuit poſt annum & dimidium a baptiſmo Chriſti, fuit incarceratus, & tunc Dominus publice cœpit prædicare & docere, & in fine duorum annorum fuit crucifixus.

Joannes autem Bapt. ante Dominum fuit occiſus uno anno, poſtquam uno anno fuit in carcere detentus.

Nos igitur ad exemplum Domini nobis indoctioribus deferre deberemus in doctrina & prædicationibus ſi vere exemplum ipſius Domini & imitationem ſequeremur. Alia ſolutio poſſet dari ſc. quod Scriptura non facit vim in minutiis numerorum, & propter hoc per prædict. numerum intelliguntur tres anni & dimidius, etſi numerus ille non perficiat totum, quia poſito majori numero, non fit vis in minori. Sed prima ſolutio verior & melior.

b Amicti ſaccis.] Hic agit de habitu corporis. Ecce quomodo ad dies juventutis ſuæ revertetur Eccleſia in ſua ſenectute.

Fere enim idem legitur de præcone primi adventus, ſc. de Jo: Baptiſta, *Marc.* 1. Et erat Joannes veſtitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos ſuos.

Hoc etiam de Iſaia legitur, qui non tantum Propheta, ſed Evangelicus pronunciator fuit Dominicæ incarnationis, *Iſ.* 20. Solve ſaccum de lumbis tuis, Et *ib.* 50. Induam cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum: q. d. Sancti præcones ultimi adventus, licet ſint cœli ſplendentes virtutibus, tamen reputabuntur viles & miſeri.

Qui ergo pretioſis & mollibus indumentis induuntur, non videntur eſſe nuncii vel præcones adventus Chriſti, ſed magis receſſus.

c Hi ſunt.] Hic notatur habitus mentis. Dicit ergo: [Hi ſunt duæ olivæ & duo candelabra.] Olivæ propter opera bona quæ in ſe habebunt, vel propter opera miſericordiæ quæ exercebunt, de ſe conſolando deſolatos. *Zach. c.* 4. Iſti ſunt duo filii olei. Sed candelabra propter lumen doctrinæ, quod exhibebunt aliis, ſc. exhortando bonos & arguendo malos.

d In conſpectu Domini terræ,] id eſt, Dei.

e Stantes] etſi ſint caſuri corporaliter in conſpectu Antichriſti. [Stantes] dicit, quia in nullo inclinabunt ſe Antichriſto.

f Et ſi quis.] Hic oſtendit fiduciam eorum & conſtantiam, dicens: Et ſi quis voluerit eos nocere] ſicut Antichriſtus, qui blandimentis & comminationibus conabitur eos attrahere, non prævalebit, ut a propoſito prædicationis eos cohibeat, quia

g Ignis,] id eſt, ſententia ſpiritualis.

meis, & prophetabunt a diebus mille ducentis ſexaginta, amicti *b* ſaccis. Hi ſunt *c* duæ olivę & duo candelabra *d* in conſpectu *e* Domini terrę ſtantes. *f* Et ſi quis voluerit eos nocere, ignis *g* exiet *h* de ore eorum & devorabit *i* inimicos eorum. Et ſi quis *k* voluerit eos *l* lędere, ſic oportet *m* eum occidi. Hi habent *n* poteſtatem claudendi *o* cęlum, ne *p* pluat diebus prophetię ipſorum: & poteſtatem *q* habent ſuper aquas convertendi eas in ſanguinem, & percutere *r* terram omni plaga quotieſcumq; voluerint. Et cum *ſ* finierint teſtimonium ſuum: Beſtia *t* quę aſcendit *u* de abyſſo, *x* faciet *y* adverſus illos bellum, & vincet *z* illos, & occidet eos. Et corpora *a* eorum jacebunt in plateis civitatis *b* ma-

h Exiet de ore eorum] cui non poterunt reſiſtere omnes adverſarii. *Luc. c.* 21.

i Et devorabit inimicos eorum,] id eſt, devorandos eſſe oſtendet, & damnandos. Quod fuit ſignificatum 4. *Reg.* 1. In duobus Quinquagenariis, qui conſumpti ſunt ab igne, qui ad preces Eliæ deſcendit de cœlo. Quando autem videbit eos inflexibiles eſſe, tentabit eos occidere. Unde ſeq.

k Et ſi quis voluerit eos lædere,] i. occidere morte corporali ſicut faciet Antichriſtus.

l Sic] i. ſimili ſententia ſicut premiſi.

m Oportet eum occidi,] id eſt, condemnari. Antichriſtum enim & ſuos oſtendent, & prædicabunt eſſe damnandos.

n Hi habent.] Hic quinto agit de poteſtate eorum, dicens: [Hi habent,] i. habebunt poteſtatem.

o Claudendi cœlum] ad litteram.

p Ne pluat diebus prophetiæ ipſorum] quæ durabit per tres annos & dimidium. Et hoc fuit ſignificatum 3. *Regum* 10. Ubi ad preces illius clauſum fuit cœlum, ne daret rorem, vel pluviam annis tribus, & ſex menſibus. *Jac. c.* 5. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione oravit, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex.

Vel cœlum appellatur hic Scriptura, quæ celat nobis arcana Dei, quam illi quando volent, aperient.

Neque enim ſemper prædicabunt, ſed tempore opportuno; quia ut dicit *Eccl. cap.* 8. Omni negotio tempus eſt, & opportunitas.

q Et poteſtatem habent ſuper aquas convertendi eas in ſanguinem] ad litteram, ſicut factum in Ægypto per manum Moyſi, *Exod. c.* 7.

r Et percutere terram omni plaga quotieſcumque voluerint.] ſicut fuit Ægyptus plagis percuſſa.

Sed hac poteſtate non utentur ipſi: quia actus miraculorum eſt ad utilitatem, tunc vero non erunt utilia propter hominum incredulitatem, & quia etiam Antichriſtus faciet miracula.

Vel [aquas] vocat ſuas doctrinas, quas ipſi convertent in ſanguinem, id eſt, in peccatum, id eſt, contra peccata eorum quos viderint eſſe reprobatos, quos etiam damnandos prædicabunt.

[Moraliter] Cœlum clauditur quando ſuperbia, quæ natione eſt cœleſtis, reprimitur. *Moral.*

Sed terra percutitur, quando avaritia reprobatur, quæ ſignificatur per terram. Quia *Eccl. c.* 10. Avaro nihil eſt ſceleſtius; projecit in terram intima ſua.

ſ Et cum finierit.] Hic ſexto agit de morte eorum, & de læſione quam facient eis mali. Dicit ergo: [Et cum finierint teſtimonium ſuum,] id eſt prædicationem ſuam, poſt tres annos ſc. & dimidium. *t* Beſtia] i. Antichriſtus: de quo *inf.* 16. latius. *u* Quæ aſcendit] apicem regni. *x* De abyſſo] i. de vilitate tribus & generis. Et per hoc notatur etiam, quod de fornicatione naſcetur, quia [de abyſſo] i. de peccato, vel ſaltem de Judæis excœcatis, quia de Dan. Vel [De abyſſo] i. de profunda, & obſcura tenebroſitate malitiæ, qua erit plenus, etſi in principio antequam ſublimetur, videatur bonus; & tyranni, & hypocritæ ponent eum in regno *Dan. c.* 7. Ecce beſtia quarta, regnum ſcil. Romanorum, terribilis ante fidem, atque mirabilis poſt fidei ſuſceptionem, & fortis nimis in utroque ſtatu, dentes ferreos habebat magnos. Hoc dicit, quia omnes domuit, & ſibi ſubjugavit. Et paulo poſt: Et ecce cornu parvulum, i. Antichriſtus, ortum eſt de medio eorum, qui tempore regni Romani naſcetur; & quando fiet diſceſſio a Romano imperio, revelabitur. 2. *Theſſ.* 2. Hæc beſtia

y Faciat adverſus illos] id eſt Henoch, & Eliam [bellum] multis diverſiſque diſputationibus, & miraculorum operationibus.

z Et vincet illos, & occidet eos] corporaliter.

a Et corpora eorum jacebunt in plateis] diverſis: vel quia ſimul occiſi de una platea portabunt in diverſas plateas, ut videant eos homines, & timeant imitari eos, vel conformari eis.

Vel forſitan occidentur in diverſis locis. *b* Civitatis magnæ] id eſt,

Digitized by Google

Ideſt, Jeruſalem, quæ dicitur magna, quia ſemper pro magna eſt habita. *Hier.c.6.* Hæc eſt civitas viſitationis, omnis calumnia in medio ejus. Vel [magna] in vitus ſicut olim in virtutibus. Unde ſequitur.

a Quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma,] i. muta a laude Dei. *Iſ. c.1.* Audite verbum Domini principes Sodomorum, & percipite auribus legem Dei veſtri populus Gomorrhæus. Hoc dixit *Iſ.* pro tempore Antichriſti. *Thr.c.4* Major effecta eſt iniquitas filiæ populi mei, peccato Sodomorum.

b Et Ægyptus] i. tenebroſa ſine cognitione, & flebilis, ibi enim in tenebras exteriores, ubi erit fletus & ſtridor dentium: *Matt.* 22.

gnæ, quæ *a* vocatur ſpiritualiter Sodoma & *b* Ægyptus, ubi & *c* Dominus eorum crucifixus *d* eſt. Et videbunt *e* de populis & tribubus & linguis & Gentibus corpora *f* eorum per tres dies & dimidium; & corpora *g* eorum non ſinent poni in monumentis, Et inhabitantes *h* terram gaudebunt *i* ſuper illos & jucundabuntur, *k* & munera mittent *l* invicem, quoniam *m* hi duo Prophetæ cruciaverunt *n* eos qui † habitant ſuper terram. Et poſt *o* dies tres & dimidium ſpiritus vitæ a Deo *p* intravit *q* in eos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos; *r* & timor magnus *ſ* cecidit *t* ſuper eos qui viderunt eos. Et audierunt *u* vocem *x* magnam de cœlo *y* dicentem illis: *z* Aſcendite huc. Et aſcenderunt *a* in cœlum in nube, *b* & *c* viderunt illos inimici eorum. Et in illa *d* hora factus *e* eſt terræmotus *f* magnus, & decima *g* pars civitatis cecidit. Et occiſa *h* ſunt in terræmotu nomina hominum *i* ſeptem

al. † habitabant.

c Ubi & Dominus eorum] i. Chriſtus, cui ipſi ſervient.

d Crucifixus eſt,] ideſt, fuit ad litteram corporali paſſione; vel ſpiritualiter crucifigetur in ſuis ſecundum quod ipſe Dominus dixit Petro: Vado Romam iterum crucifigi. Quia. *Matt. c.*14. Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Unde *Act.* 9. Paulo perſequenti Sanctos dixit: Saule Saule, quid me perſequeris.

e Et videbunt multi de populis, & tribubus, & linguis, & Gentibus,] quidam oculis, quidam fama.

f Corpora eorum per tres dies & dimidium] jacere ſc. ſuper terram.

Et hoc fiet ut magis terreantur homines, ne eis acquieſcant. Sed quare hoc permittet Dominus, ut ſic tam crudeliter tractentur & tam inhumane? Sol. In hoc notatur mirabilis Dei diſpenſatio, quia per hoc magis erit evidens eorum reſurrectio.

g Et corpora eorum non ſinent poni in monumentis,] ne eorum memoria habeatur.

Ecce magna illuſio. Sed cum terra illa ſit calida, nunquid non putreſcent corpora eorum, quæ per tantum tempus erunt inhumata? Et ſi hoc, quomodo poterunt ſuſtineri? Sol. Non putreſcent, quia ſolidata erunt propter eſum vel uſum ligni vitæ, quo ipſi modo veſcunt & vivunt in Paradiſo terreſtri: tamen tandiu poſſent ſic eſſe quod putreſcerent.

Vel poteſt dici quod hoc quod non putreſient, erit a virtute Divina ut eorum bonitas magis appareat, & cognoſcatur quando reſurrexerint.

h Et inhabitantes terram] i. mali terrena amantes.

i Gaudebunt ſuper illos,] quia occiſi ſunt.

k Et jucundabuntur, & munera mittent invicem] præ gaudio, putantes ſe eſſe liberos & ſecuros illis occiſis, qui eorum vitæ derogabant, & contradicebant, *Sap.* 2. Contrarius eſt operibus noſtris. Unde ſeq.

m Quoniam hi duo Prophetæ] Henoch & Elias.

n Cruciaverunt eos qui habitant ſuper terram,] i. malos, quorum damnationem prædixerunt, & ita cruciandos annunciaverunt. Vel cruciaverunt eos] contradicendo iniquitati eorum. Tunc enim mali cruciantur cum boni exaltantur, vel quando eis contradicunt. Sed cum deberet dicere [inhabitantes] Jeruſalem, quare dicit [terram?] Sol. Per hoc ſpiritualiter intelligitur quod omnes Sancti qui terram viventium inhabitant.

i Gaudebunt] ſpiritu.

k Et jucundabuntur] corpore.

l Et mittent invicem munera] congratulationem de hoc,

m Quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt, &c.] ideſt, audacter reſtiterunt malitiæ malorum. Quia *Prov. c.*28. Juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit.

o Et poſt dies tres.] Hic ſeptimo agit de eorum reſurrectione dicens ſic. [Et poſt dies tres & dimidium ſpiritus vitæ] ideſt, anima quæ dat vitam.

p A Deo] ſc. miſſa [intravit in eos.] Cum dicit [a Deo,] notatur quod reſurgent corpora, & quod non naturaliter, ſed miraculoſe. Sed quæritur de iſtis quomodo reſurgent, aut ſicut Lazarus, aut ſicut Chriſtus? Si primo modo, ergo fiet eis injuria iterum morituris. Si ſecundo modo, ergo in corporibus glorificatis, ſicut Chriſtus: ergo ante alios, quod eſt contra *Apoſtolum* *Hebr. cap.*11. Deo nobis melius providente, ut non ſine nobis conſummarentur. Solut. Non reſurgent morituri iterum. Quod quæritur, utrum in corporibus glorificatis, dici poteſt quod ſic, ſed hoc erit eis ſpeciale privilegium ſpecialiter datum propter ſpeciale teſtimonium propter quod occidentur. Sed ſi in corporibus glorificatis, quo modo ergo videbuntur ab hominibus?

Solut. Quia corpus glorificatum quando vult, & cui vult, ſe oſtendit, quia quando vult, poteſt uti palpabilitate, & ſic etiam ſe poteſt viſibile exhibere: & hoc habet corpus glorificatum a natura glorificationis. Dicunt tamen aliqui, quod quando ſe oſtendit corpus glorificatum, hoc eſt per miraculum.

Vel poteſt dici quod anima intrabit corpora eorum non ut in organa, ſed ut in materiam.

Sed tamen magis videtur, quod comparabitur anima ad corpora ut ad organa, per hoc quod dicitur quod ſpiritus vitæ intravit in eos. Sequitur.

q Et ſteterunt ſuper pedes ſuos] vivi, ideſt, ſtabunt poſtquam reſurrexerint. Sed ut ſuperius dictum eſt, quia tunc aluntur fructibus Paradiſi qui corrupti non ſunt, corpora eorum non fœtebunt, & ex hoc videtur quod difficilius morientur quam alii homines.

Et hoc eſt verum, quia graviſſima erit eis mors, quia maxime vigebunt in eis ſenſus, & ſic maxime ſentient.

r Et timor magnus] ex tam ſubita eorum reſurrectione.

ſ Cecidit] ſicut pondus opprimens, vel pro Dei reverentia, vel pro inferni pœna.

t Super eos qui viderunt eos] tam glorioſe reſurrexiſſe. *Job* 31. Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus Deum timui, & pondus ejus ferre non potui.

u Et audierunt] Henoch & Elias. Et agit hic octavo loco de admirabili eorum aſcenſione.

x Vocem magnam.] ideſt, magnæ poteſtatis.

y De cœlo dicentem: Aſcendite huc] ad conſortium Sanctorum de medio hominum impiorum.

z Aſcendite] quia prius deſcendiſtis humiliati, & ſaccis induti. *Luc.*14. Qui ſe humiliat, exaltabitur.

a Et aſcenderunt in cœlum in nube] ſicut Chriſtus *Act. c.* 1. Quia ſicut ipſum maxime imitati ſunt in ſuſtinenda pro eo tribulatione, ſic & ei conformes erunt in aſcenſione. Vel [In nube] ideſt, in corporibus ſubtilibus & levibus factis.

Vel [in nube] ideſt, Chriſto duce. *Mich.*2. Aſcendet enim pandens iter ante eos, &c.

c Et viderunt illos inimici eorum] cum gloria aſcendentes & cum honore deductos, ut poſſint dicere illud. *Sapient. c.* 5. Nos autem inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam & finem ſine honore: ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt.

d Et in illa hora.] Hic nono agit de plaga futura in mundo poſt aſcenſionem eorum. [Et in illa hora] mortis ſc. vel glorificationis eorum.

e Factus eſt terræmotus magnus] ad litteram. Vel. *f* Terræ] i. terrenorum qui in mortem eorum audacius movebuntur ad deſtructionem Eccleſiæ, vel ad ſuam damnationem & punitionem in inferno, vel aliqui ad pœnitentiam.

g Et decima pars civitatis cecidit] i. Sancti omnes qui debent decimum ordinem Angelorum reſtituere, ſe humiliaverunt coram Deo, reddentes gratias. Vel [Ceciderunt] ad litteram gladio Antichriſti mulctati.

h Et occiſa ſunt nomina hominum] i. homines digni nomine uſque ad. *i* Septem millia] Hæc ſunt illa ſeptem millia, de quibus dicitur 3. *Reg.* 19. Derelinquam mihi ſeptem millia hominum, qui non curaverunt genua ante Baal, i. ante Antichriſtum. Hi ad litteram occidentur ab Antichriſto, quia eum nolent adorare. Vel hoc dicit, quia mortui ſunt mundo. Vel. *g* Decima pars civitatis,] i. turba omnium malorum, quæ per denarium ſigni-

ſignificatur, quia eſt numeri diminutivi, & quia decem præcepta non ſervat, & quia Decalogum præceptorum ſervantes in Eccleſia condemnat. Vel omnes reprobi dicuntur decima pars, quia qui nulli Ordini Angelorum modo in Eccleſia deputantur, damnabuntur. Eccleſia enim militans fit ad ſimilitudinē triumphantis. Quod enim dicitur, quod decimus Ordo Angelorum cecidit, qui debet ex hominibus reſtaurari, ſic intelligendum eſt quod tot de novem Ordinibus ceciderunt, quod inde poſſet decimus Ordo fieri.

al. † regnabit.

Qui ergo de nullo novem Ordinum erit, de decima parte erit, & ita de damnatis. Hic cecidit, ideſt, cadet in infernum. [Et occiſa ſunt nomina hominum ſeptem millia.]

millia, & reliqui *a* in timorem *b* ſunt miſſi, & dederunt *c* gloriam Deo cœli. Væ ſecundum *d* abiit; & ecce væ tertium *e* veniet *f* cito. Et ſeptimus *g* Angelus tuba cecinit; & *b* factæ ſunt voces *i* magnę in cęlo dicentes: *k* Factum eſt regnum *l* hujus mundi Domini noſtri *m* & *n* Chriſti ejus, & † regnabunt *o* in ſęcula *p* ſęculorum. Amen. *q* Et viginti quatuor *r* Seniores qui *ſ* in conſpectu Dei ſedent in ſedibus *t* ſuis, ceciderunt *u* in facies ſuas, & adoraverunt *x* Deum *y* dicen-

Septem,] quia univerſi. [Millia,] quia in malitia perfecti, ut dicit *Gl.* Et dicuntur [nomina] mali, quia tantum habent nomina & non rem nominum. Unde *Num.* 16. dicitur de Dathan & Abiron quod per nomina vocabantur, & tamen terra abſorbuit eos. *Iſ.* 14. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen.

a Et reliqui,] qui ſcilic. non ſunt in peccatis indurati.

b In timorem ſunt miſſi] timentes ne cadant eum præmiſſis. 1. *Cor.* 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Vel [In timorem] reverentiæ Dei.

c Et dederunt gloriam Deo cœli.] Boni enim amplius gratias agent, quando malos videbunt damnati. *Proverb.* 19. & 21. Mulctato peſtilente parvulus ſapientior erit.

d Væ ſecundum abiit,] ideſt, tribulatio tempore Antichriſti Electis inferenda pertranſiit.

e Et ecce væ tertium,] ideſt, pavor qui erit in judicio adhuc venturus.

f Cito veniet,] quia prope eſt.

g Et ſeptimus Angelus, &c.] Hæc viſio tertia, quæ incipit *octavo cap. ſupra*, in qua agitur de Angelis ſeptem conſolantibus Eccleſiam, dividebatur in duas partes: quia primo dicuntur quędam generalia illis ſeptem Angelis in principio octavi cap. ſecundo agitur ſingulariter de tubicinio ſingulorum Angelorum. Et hæc ſecunda pars incipit, ibi [Et primus Angelus tuba cecinit] & hæc diviſa eſt in ſeptem, ſecundum quod ſunt ſeptem Angeli. Jam de ſex illorum dictum eſt: hic dicitur de ſeptimo. Unde hæc eſt ſeptima pars ſecundæ partis hujus viſionis, & tertia pars hujus cap. undecimi.

Per hunc etiam Angelum deſignatur Ordo Prædicatorum, qui erunt poſt mortem Antichriſti. Hæc autem pars dividitur in tres partes. Primo enim agitur de exaltatione juſtorum & quiete eorum in comparatione ad pœnam malorum, de qua immediate dictum eſt. Secundo oſtendit quomodo ſancti tunc agent gratias Deo, ibi [& viginti quatuor Seniores.] Tertio ponitur cauſa quare ſic gratias agent, quia ſcil. Deus & malos judicabit, & bonos exaltabit. Et de hoc gaudentes Deum commendabunt, ibi [Quia accepiſti virtutem, &c.] Dicit ergo: Et ſeptimus Angelus tuba cecinit,] ideſt, ſeptimus Ordo Prædicatorum prædicavit, ideſt, prædicabit. Quæcumque autem in præcedenti Angelo & in iſto dicuntur per præteritum, prophetali certitudine intelliguntur de futuro.

h Et factæ ſunt voces magnæ in cœlo,] ideſt, in ſancta Eccleſia cœleſti converſatione ſublimata.

i Voces] exultationes, ſc. bonorum laudantium Deum de vita & pace collata eis, & de damnatione impiorum juſte ſibi reddita. *Iſ.* 51. Conſolabitur Dominus Sion, i. Eccleſiam, & conſolabitur omnes ruinas ejus. Bis dicit conſolabitur,] quia Eccleſia tempora Antichriſti duplicem deſolationem ſuſtinebit: unam quidem, quia erit a multis perſecutoribus vexata: & aliam, qui non faciet tunc miracula. Et propter hoc poſt mortem Antichriſti in tempore ſeptimi Angeli, duplex erit conſolatio, ſcil. pax & multiplicatio fidei. Tunc enim omnes Judæi convertentur ad fidem Chriſti. Voces, dico: *k* Dicentes: factum eſt] per oſtenſionem quod prius erat ſecundum veritatem. *Pſ.* 9. Cognoſcetur Dominus judicia faciens.

l Regnum hujus mundi,] ideſt, univerſitas fidelium.

m Domini noſtri,] ideſt, Dei Patris.

n Et Chriſti ejus,] ſc. filii, ut dicit *Interl.* Hujus regni tranquillitas etiam tunc in mundo incipiet, quando Chriſtus ſpiritu oris ſui Antichriſtum interficiet, & ſancta Eccleſia quaſi dimidiæ horæ ſilentio, ſcil. tempore quod ſequitur uſque ad finem mundi, pacificata quieſcet. 2. *Theſ.* 2.

Et hoc eſt quod dictum eſt *ſupra* 8. Factum eſt ſilentium in cœlo, ideſt, in Eccleſia quaſi dimidia hora. Et propter hoc etiam dicitur hic: [Factum eſt, &c.] & non fiet [regnum, &c.] Quia ex tunc fraudulentia, & ſævitia Diaboli penitus deficiet; & in ſuis fidelibus univerſis Deus perpetua pace, & tranquillitate regnabit. Unde ſequitur:

o Et regnabunt] ipſi fideles in Deo, & Deus in eis.

p In ſæcula ſæculorum,] ideſt, in æternum. *Dan. c.* 7. Suſcipient autem regnum Sancti Dei Altiſſimi; & obtinebunt regnum uſque in ſæculum, & in ſæcula ſæculorum. Et in *eodem paulo ante* de Chriſto, Poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus quod non corrumpetur.

q Amen,] qu. dic. Vere fiet quod dictum eſt: ſemper enim Deus regnabit in Sanctis.

Notandum autem eſt, quod mundus tribus modis accipitur. Eſt enim mundus cujus Deus creator eſt, ſcilicet univerſalis fabrica mundi: de quo *Jo. c.* 1. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Item eſt mundus, cujus Deus redemptor, & ſalvator eſt, ſcilicet univerſalis Eccleſia fidelium: de quo *Joann. cap.* 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. Item eſt mundus, cujus diabolus eſt princeps, ſcilicet univerſalis malitia, & concupiſcentia ſæculi: de quo 1. *Jo.* 2 Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo ſunt.

Primus ſemper eſt Dei, nunquam Diaboli. Tertius eſt Diaboli quantum ad pravam actionem, ſed Dei eſt, quoad pravæ actionis ordinationem. Miro enim modo fit, ut Deus malum quod a ſe non habet ortum, minime relinquat ſub ſe inordinatum. Secundus mundus eſt Dei, ita quod non Diaboli, quia etſi modo Divina permittente providentia a Diabolo concutitur atrociter flagellis, & perſecutionibus callide calumniatur, acriter impugnatur, crudeliter laniatur; tamen firmum habet firmamentum, quia omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, ut dicitur *Roman. c.* 8. [Hujus mundi regnum] perfecte fiet Dei, quando univerſalis Eccleſia penitus liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. *Romanorum cap.* 8.

r Et viginti quatuor Seniores.] Hic agit de gratiarum actione quas Sancti reddent Deo.

Poſt generalem igitur omnium SS. laudationem, ſubjungit ſpecialem perfectorum, & majorum gratiarum actionem dicens [& viginti quatuor Seniores] i. univerſi Prædicatores, & Doctores, & Eccleſiaſtici judices, & Rectores. Per hunc numerum ſignificantur Patres & Novi, & Veteris Teſtamenti, ſicut *ſup.* 4. dictum eſt. Duodenarius enim eſt numerus abundans, propter quod per ipſum ſignificantur boni, qui ſemper in virtutibus creſcunt, & abundant, ſicut per denarium, qui eſt numerus diminutus, ſignificantur mali, ut dict. eſt *ſupra eod.* & decima pars civitatis cecidit, &c. per numerum autem perfectum ſignificatur Chriſtus, qui nec diminuitur ſecundum virtutes, nec augetur, quia tantum habuit ab initio, quantum habet modo, ſicut numerus perfectus eſt, qui nec augetur, nec minuitur ſecundum ſuas partes. *ſ* Qui in conſpectu Dei ſedent,] active, quia finis, & intentio eorum ſemper eſt ad Deum; vel paſſive, quia ipſi a Deo approbantur, vel quia judicant, quæ Divino conſpectui placent.

t In ſedibus ſuis.] Hoc dicit, quia ſedentes ſuper thronos duodecim cum Deo judicabunt. *Matt.* 19. Vel [in ſedibus,] ideſt, in præmiis.

u Ceciderunt in facies ſuas] i. in cordibus ſe humiliaverunt. Vel ſecundum *Gloſſ.* In faciem cadit, qui in hac vita culpam agnoſcit, eamque pœnitendo diluit: retro vero cadit, qui non agnoſcit, ſicut Heli. 1. *Reg.* 4.

x Et adoraverunt Deum] ei fideliter confitendo. *Matt.* 4. Dominum Deum tuum adorabis.

y Dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens. 1. *Theſ.* 5.

Digitized by Google

1. *Theſ*.5. In omnibus gratias agite. *a* Tibi] cui ſoli pro tot & tantis beneficiis debemus.
b Domine] cui ſervimus. *c* Deus] quem colimus.
d Omnipotens] quem timemus. Vel [Deus] creando, [Dominus] redimendo.] [Omnipotens] judicando.
e Qui es] immutabiliter.

tes, Gratias agimus *a* tibi *b* Domine *c* Deus *d* omnipotens, *e* qui es, *f* & qui eras, *g* & qui venturus es: *h* quia accepiſti virtutem tuam magnam, *i* & regnaſti. k Et iratę ſunt Gentes, *l* advenit ira tua *m* & tempus mortuorum, judicari, *n* & reddere *o* mercedem ſervis *p* tuis Prophetis, & Sanctis, *q* & timentibus nomen tuum puſillis *r* & magnis, *ſ* & exterminandi *t* eos qui corruperunt terram.

C A P. XII.

u ET apertum eſt templum Dei in cœlo, *x* & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus

f Et qui eras] ſemper contra Manichęos. *Jo*.8. Antequam Abraham fieret, ego ſum.
h Et qui venturus es] ad judicandum, vel poſt judicium regnaturus in Sanctis in perpetuum. *Exod*. 15. Dominus regnabit in æternum & ultra. Hic oſtendit quare gratiæ ſunt agendæ Deo, quia ſc. bonos liberavit & malos damnavit, q. d. Talis ac tantus es, & propter hoc laudandus. [Quia accepiſti virtutem tuam magnam] reſurgendo, non alienam, ut Antichriſtus *inf*. 13. & dedit illi Draco virtutem ſuam & poteſtatem magnam. [Virtutem] Contra corporis infirmitatem. Vel [Virtutem] accepit quando Sp. Sanctum mittens dedit Apoſtolis fortitudinem *Lucæ ult*. Sedete in civitate donec induamini virtute ex alto. Hoc etiam dicit, quia ſicut virtute propria reſurrexit, ſic virtute propria in cœlum aſcendit.
i Et regnaſti] tuos a Diabolo defendendo, & eos virtutibus & bonis operibus muniendo.
k Et iratæ ſunt Gentes] ideſt, mali gentiliter & carnaliter viventes regnum ſibi contrarium videntes ſurgere. *Sap*.2. Contrarius eſt operibus noſtris.
Hoc eſt quod dicitur *Pſ*. 89. Dominus regnavit, iraſcantur populi.
l Et advenit ira tua] i. juſta vindicta quæ eſt ſignum iræ.
m Et tempus mortuorum judicari,] i. ſeparari bonos a malis: q.d. Tempus venit & opportunitas, quando mortui judicentur, i. boni a malis ſeparentur. *Matth*.24. & ſeparabit agnos ab hœdis.
n Et] ſupple, advenit tempus.
o Reddere mercedem,] i. ut reddatur merces.
p Servis tuis Prophetis,] i. majoribus Sanctis qui prævident aliis, & prænunciant quæ accident eis.
q Et Sanctis & timentibus nomen tuum,] ideſt, minoribus. *Sap. c*.10. Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum ſuorum.
r Puſillis & magnis] idem eſt quod Sanctis timentibus & Prophetis.
ſ Et ſcilicet] advenit tempus.
t Exterminandi eos qui corruperunt terram, i. ſeipſos per terrena opera quæ fecerunt, & alios quibus male vivendi exempla dederunt. Hoc eſt igitur væ ſeptimi Angeli, ſc. exterminatio malorum in fine mundi, de quo dicit *ſup. eod*. & ecce tertium væ veniet cito.

EXPOSITIO CAP. XII.

ET apertum eſt templum, &c.] Hæc eſt quarta viſio quæ recte ſequitur ad præcedentes. Quia in ſecunda viſione actum eſt de revelatione myſteriorum quæ fuit ſignificata per apertionem libri: in tertia actum eſt de manifeſtatione eorum per prædicationem. In hac vero agitur de profectu Eccleſiæ qui poſt revelationem ſecretorum, & prædicationem eorum debet ſequi. Hæc autem viſio continet tria cap. Dividitur autem in duas partes.

Primo enim oſtenditur profectus Eccleſiæ in perſecutione.

Secundo agitur de judicio ubi pro ſua patientia remunerabuntur boni ſuſtinentes, & pro ſua malitia punientur mali perſequentes, ibi, [& vidi & ecce nubem candidam, &c.] *inf*.14. Item quia profectus Eccleſiæ eſt in perſecutione. Duplex autem eſt ipſius perſecutio, a Diabolo ſc. & ab Antichriſto, quibus Eccleſia ſine Divino auxilio non poſſet reſiſtere. Propter hoc etiam pars prima dividitur in tres. Quia in prima agitur de profectu Eccleſiæ ſub perſecutione Diaboli quæ incepit a principio Eccleſiæ, in hoc *c*.12. [& apertum eſt templum.] In ſecunda de profectu ejuſdem ſub perſecutione Antichriſti, quæ erit circa finem mundi, & hoc in 13. *cap. inf*. ibi [& vidi de mari Beſtiam aſcendentem, &c.] In tertia vero agitur de auxilio Divino impenſo Eccleſiæ contra tyrannidem Antichriſti in 14. *c. inf*. ibi [vidi & ecce Agnus ſtabat ſupra montem, &c.] Dicit ergo [& apertum eſt templum.] Hoc duodecimum capitulum habet duas partes.

In prima agit de profectu Eccleſiæ ſub occulta perſecutione Dæmonis: in ſecunda de profectu ejuſdem ſub aperta tribulatione, ibi [& poſtquam vidit Draco quod projectus eſſet in terram, &c.] Pars etiam prima hujus cap. ſic dividitur: quia primo oſtenditur ordinatio hujus viſionis ad procedentes: ſecundo profectus Eccleſiæ deſcribitur, & e converſo inſidiæ Diaboli contra ipſam, ibi [& ſignum magnum apparuit in cœlo, &c.] Tertio adjutorium Eccleſiæ oſtenditur per quod Diabolus, ne opprimat Mulierem, i. Eccleſiam dejicitur, ibi [& peperit filium maſculum, &c.] Quarto oſtenditur quomodo congratulantur Sancti de utroque, ſc. & de adjutorio Eccleſiæ & de Diaboli dejectione, ibi [& audivi vocem magnam, &c.] Dicit ergo.
u Et apertum eſt.] Hic oſtendit quod hæc viſio quarta dependet a duabus præced. Unde duo ponit hic, quorum unum pertinet ad ſecundam viſionem, ſc. quod dicit [Apertum eſt templum, &c.] aliud quod pertinet ad tertiam, ibi [& facta ſunt fulgura, &c.] Sed ex hoc videtur quod hæc viſio quarta non incipit hic [& apertum eſt templum, ſed potius ibi [& ſignum magnum apparuit, &c.] Sol. Imo quæ hic oſtenduntur Joanni pertinentia ad ſecundam, & tertiam viſionem, non oſtenduntur niſi in quantum ſecunda & tertia ſcil. viſio ſit cauſa profectus Eccleſiæ qui determinatur in hac quarta viſione, & ſic non oſtenditur quod prius oſtenſum eſt [& apertum eſt templum Dei in cœlo] *i*. manifeſtata ſunt & revelata myſteria Dei in Eccleſia, quæ dicitur cœlum habens luminaria doctrinæ. Luminare majus, doctrinam Apoſtolorum; luminare minus doctrinam Expoſitorum: ſingulæ ſtellæ ſunt ſingulæ animæ. Vel Scriptura dicitur cœlum, in qua templum fuit clauſum, quamdiu liber fuit ſignatus ſub figuris & obſcuritatibus: ſed apertum eſt, quando veritate veniente umbra receſſit, ſicut tenebræ aurora aſcendente. Singulæ ſententiæ ſunt luminaria hujus cœli, vel quatuor modi exponendi, ſenſus ſc. allegoricus, anagogicus, tropologicus, & hiſtoricus. Et dicitur Scriptura cœlum: quia per multiplicem expoſitionem eſt extenſa. *Pſ*. 103. extendens cœlum ſicut pellem. *Dan*. 12. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. [Templum] igitur eſt veritas Scripturarum, cujus apertio eſt manifeſtatio earum, quæ a Chriſto & ab Apoſtolis fuit facta. Vel [Templum] corpus Chriſti [apertum eſt in cœlo] i. in Eccleſia ad litteram in cruce, unde exierunt Eccleſiæ Sacramenta. Item apertum eſt in Eccleſia per ſuam bonam converſationem & Apoſtolorum ipſum imitantium, & prædicationem quæ tota eſt de Chriſto, qui eſt mihi materia prædicationis, ſicut habitum eſt *ſup*.8. In principio. De utroque templo & Chriſto & Scriptura dicitur. *Ezechiel*. 43. Fili hominis oſtende templum domui Iſrael, & confundantur ab iniquitatibus ſuis. *Hebr. cor*. 12. Aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Jeſum. Aperto templo, ideſt, veritate Scripturæ manifeſtata, ſtatim ſequitur.
x Et viſa eſt arca teſtamenti ejus, ideſt, Chriſtus qui primo inviſibilis in deitate, factus eſt & viſibilis in humanitate. *Bar*. 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Qui dicitur arca, quia tria veraciter habet in ſe, quæ erant litteraliter in arca legis. Ibi enim erant tabulæ teſtamenti & virga Aaron & urna plena manna. Et ipſe Chriſtus verus eſt teſtis operum noſtrorum. *Sup*.1. Qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum. Hoc ſciebat ille qui dicebat *Job* 16. ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Item virga noſtræ diſciplinæ ſuper eum ſolt. *Iſ. c*.53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.

Item manna habuit deitatis. Unde dicit Apoſtolus ad *Col*. 2. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Et in *eodem paulo poſt*. In ipſo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Vel in ipſo ſunt

tabu-

ſignificatur, quia eſt numeri diminutivi, & quia decem præcepta non ſervat, & quia Decalogum præceptorum ſervantes in Eccleſia condemnat. Vel omnes reprobi dicuntur decima pars, quia qui nulli Ordini Angelorum modo in Eccleſia deputantur, damnabuntur. Eccleſia enim militans fit ad ſimilitudinē triumphantis. Quod enim dicitur, quod decimus Ordo Angelorum cecidit, qui debet ex hominibus reſtaurari, ſic intelligendum eſt quod tot de novem Ordinibus ceciderunt, quod inde poſſet decimus Ordo fieri.

Qui ergo de nullo novem Ordinum erit, de decima parte erit, & ita de damnatis. Hic cecidit, ideſt, cadet in infernum. [Et occiſa ſunt nomina hominum ſeptem millia.]

millia, & reliqui *a* in timorem *b* ſunt miſſi, & dederunt *c* gloriam Deo cœli. Væ ſecundum *d* abiit; & ecce væ tertium *e* veniet *f* cito. Et ſeptimus *g* Angelus tuba cecinit; & *h* factæ ſunt voces *i* magnę in cęlo dicentes: *k* Factum eſt regnum *l* hujus mundi Domini noſtri *m* & *n* Chriſti ejus, & † regnabunt *o* in ſęcula *p* ſęculorum. Amen. *q* Et viginti quatuor *r* Seniores qui *ſ* in conſpectu Dei ſedent in ſedibus *t* ſuis, ceciderunt *u* in facies ſuas, & adoraverunt *x* Deum *y* dicen-

al. † regnabis.

Septem,] quia univerſi, [Millia,] quia in malitia perfecti, ut dicit *Gl.* Et dicuntur [nomina] mali, quia tantum habent nomina & non rem nominum. Unde *Num.16.* dicitur de Dathan & Abiron quod per nomina vocabantur, & tamen terra abſorbuit eos. *Iſ.14.* Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen.

a Et reliqui,] qui ſcilic. non ſunt in peccatis indurati.

b In timorem ſunt miſſi] timentes ne cadant cum præmiſſis. 1. *Cor.* 10. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Vel [In timorem] reverentiæ Dei.

c Et dederunt gloriam Deo cœli.] Boni enim amplius gratias agent, quando malos videbunt damnari. *Proverb.* 19. & 21. Mulctato peſtilente parvulus ſapientior erit.

d Væ ſecundum abiit,] ideſt, tribulatio tempore Antichriſti Electis inferenda pertranſiit.

e Et ecce væ tertium,] ideſt, pavor qui erit in judicio adhuc venturus.

f Cito veniet,] quia prope eſt.

g Et ſeptimus Angelus, &c.] Hæc viſio tertia, quæ incipit *octavo cap. ſupra*, in qua agitur de Angelis ſeptem conſolantibus Eccleſiam, dividebatur in duas partes: quia primo dicuntur quædam generalia illis ſeptem Angelis in principio octavi cap. ſecundo agitur ſingulariter de tubicinio ſingulorum Angelorum. Et hæc ſecunda pars incipit, ibi [Et primus Angelus tuba cecinit] & hæc diviſa eſt in ſeptem, ſecundum quod ſunt ſeptem Angeli. Jam de ſex illorum dictum eſt: hic dicitur de ſeptimo. Unde hæc eſt ſeptima pars ſecundæ partis hujus viſionis, & tertia pars hujus cap. undecimi.

Per hunc etiam Angelum deſignatur Ordo Prædicatorum, qui erunt poſt mortem Antichriſti. Hæc autem pars dividitur in tres partes. Primo enim agitur de exaltatione juſtorum & quiete eorum in comparatione ad pœnam malorum, de qua immediate dictum eſt. Secundo oſtendit quomodo ſancti tunc agent gratias Deo, ibi [& viginti quatuor Seniores.] Tertio ponitur cauſa quare ſic gratias agent, quia ſcil. Deus & malos judicabit, & bonos exaltabit. Et de hoc gaudentes Deum commendabunt, ibi [Quia accepiſti virtutem, &c.] Dicit ergo: Et ſeptimus Angelus tuba cecinit,] ideſt, ſeptimus Ordo Prædicatorum prædicavit, ideſt, prædicabit. Quæcumque autem in præcedenti Angelo & in iſto dicuntur per præteritum, prophetiali certitudine intelliguntur de futuro.

h Et factæ ſunt voces magnæ in cœlo,] ideſt, in ſancta Eccleſia cœleſti converſatione ſublimata.

i Voces] exultationes, ſc. bonorum laudantium Deum de vita & pace collata eis, & de damnatione impiorum juſte ſibi reddita. *Iſ.51.* Conſolabitur Dominus Sion, i. Eccleſiam, & conſolabitur omnes ruinas ejus. Bis dicit conſolabitur,] quia Eccleſia tempore Antichriſti duplicem deſolationem ſuſtinebit: unam quidem, quia erit a multis perſecutoribus vexata: & aliam, qui non faciet tunc miracula. Et propter hoc poſt mortem Antichriſti in tempore ſeptimi Angeli, duplex erit conſolatio, ſcil. pax & multiplicatio fidei. Tunc enim omnes Judæi convertentur ad fidem Chriſti. Voces, dico: *k* Dicentes: factum eſt] per oſtenſionem quod prius erat ſecundum veritatem. *Pſ.9.* Cognoſcetur Dominus judicia faciens.

l Regnum hujus mundi,] ideſt, univerſitas fidelium.

m Domini noſtri,] ideſt, Dei Patris.

n Et Chriſti ejus,] ſc. filii, ut dicit *Interl.* Hujus regni tranquillitas etiam tunc in mundo incipiet, quando Chriſtus ſpiritu oris ſui Antichriſtum interficiet, & ſancta Eccleſia quaſi dimidiæ horæ ſilentio, ſcil. tempore quod ſequitur uſque ad finem mundi, pacificata quieſcet. 1. Theſ. 4.

Et hoc eſt quod dictum eſt *ſupra* 8. Factum eſt ſilentium in cœlo, ideſt, in Eccleſia quaſi dimidia hora. Et propter hoc etiam dicitur hic: [Factum eſt, &c.] & non fiet [regnum, &c.] Quia ex tunc fraudulentia, & ſævitia Diaboli penitus deficiet; & in ſuis fidelibus univerſis Deus perpetua pace, & tranquillitate regnabit. Unde ſequitur:

o Et regnabunt] ipſi fideles in Deo, & Deus in eis.

p In ſæcula ſæculorum,] ideſt, in æternum. *Dan. c.7.* Suſcipient autem regnum Sancti Dei Altiſſimi; & obtinebunt regnum uſque in ſæculum, & in ſæcula ſæculorum. Et in *eodem paulo ante* de Chriſto, Poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus quod non corrumpetur.

q Amen,] qu. dic. Vere fiet quod dictum eſt: ſemper enim Deus regnabit in Sanctis.

Notandum autem eſt, quod mundus tribus modis accipitur. Eſt enim mundus cujus Deus creator eſt, ſcilicet univerſalis fabrica mundi: de quo *Jo. c.1.* In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Item eſt mundus, cujus Deus redemptor, & ſalvator eſt, ſcilicet univerſalis Eccleſia fidelium: de quo *Joann. cap. 3.* Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. Item eſt mundus, cujus diabolus eſt princeps, ſcilicet univerſalis malitia, & concupiſcentia ſæcali: de quo 1. *Jo.* 2. Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo ſunt.

Primus ſemper eſt Dei, nunquam Diaboli. Tertius eſt Diaboli quantum ad pravam actionem, ſed Dei eſt, quoad pravæ actionis ordinationem. Miro enim modo fit, ut Deus malum quod a ſe non habet ortum, minime relinquat ſub ſe inordinatum. Secundus mundus eſt Dei, ita quod non Diaboli, quia etſi modo Divina permittente providentia a Diabolo concutitur atrociter flagellis, & perſecutionibus callide calumniatur, acriter impugnatur, crudeliter laniatur; tamen firmum habet firmamentum, quia omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti, ut dicitur *Roman. c.* 8. [Hujus mundi regnum] perfecte fiet Dei, quando univerſalis Eccleſia penitus liberabitur a ſervitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. *Romanorum cap.* 8.

r Et viginti quatuor Seniores.] Hic agit de gratiarum actione quas Sancti reddent Deo.

Poſt generalem igitur omnium SS. laudationem, ſubjungit ſpecialem perfectorum, & majorum gratiarum actionem dicens [& viginti quatuor Seniores] i. univerſi Prædicatores, & Doctores, & Eccleſiaſtici judices, & Rectores. Per hunc numerum ſignificantur Patres & Novi, & Veteris Teſtamenti, ſicut *ſup.* 4. dictum eſt. Duodenarius enim eſt numerus abundans, propter quod per ipſum ſignificantur boni, qui ſemper in virtutibus creſcunt, & abundant, ſicut per denarium, qui eſt numerus diminutus, ſignificantur mali, ut dict. eſt *ſupra eod.* & decima pars civitatis cecidit, &c. per numerum autem perfectum ſignificatur Chriſtus, qui nec diminuitur ſecundum virtutes, nec augetur, quia tantum habuit ab initio, quantum habet modo, ſicut numerus perfectus eſt, qui nec augetur, nec minuitur ſecundum ſuas partes. *ſ* Qui in conſpectu Dei ſedent,] active, quia finis, & intentio eorum ſemper eſt ad Deum; vel paſſive, quia ipſi a Deo approbantur, vel quia judicant, quæ Divino conſpectui placent.

t In ſedibus ſuis.] Hoc dicit, quia ſedentes ſuper thronos duodecim cum Deo judicabunt. *Matt.* 19. Vel [in ſedibus,] ideſt, in præmiis.

u Ceciderunt in facies ſuas] i. in cordibus ſe humiliaverunt. Vel ſecundum *Gloſſ.* In faciem cadit, qui in hac vita culpam agnoſcit, eamque pœnitendo diluit: retro vero cadit, qui non agnoſcit, ſicut Heli. 1. Reg. 4.

x Et adoraverunt Deum] ei fideliter confitendo. *Matt.* 4. Dominum Deum tuum adorabis.

y Dicentes: Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens. 1. *Theſ.* 5.

1. *Theſ.* 5. In omnibus gratias agite. *a* Tibi] cui ſoli pro tot & tantis beneficiis debemus.
b Domine] cui ſervimus. *c* Deus] quem colimus.
d Omnipotens.] quem timemus. Vel [Deus] creando, [Dominus] redimendo.] [Omnipotens] judicando.

tes, Gratias agimus *a* tibi *b* Domine *c* Deus *d* omnipotens, *e* qui es, *f* & qui eras, *g* & qui venturus es: *h* quia accepiſti virtutem tuam magnam, *i* & regnaſti. *k* Et iratæ ſunt Gentes, *l* advenit ira tua *m* & tempus mortuorum, judicari, *n* & reddere *o* mercedem ſervis *p* tuis Prophetis, & Sanctis,

e Qui es] immutabiliter.
f Et qui eras] ſemper contra Manichæos. *Jo.* 8. Antequam Abraham fieret, ego ſum.
h Et qui venturus es] ad judicandum, vel poſt judicium regnaturus in Sanctis in perpetuum. *Exod.* 15. Dominus regnabit in æternum & ultra. Hic oſtendit quare gratiæ ſunt agendæ Deo, quia ſc. bonos liberavit & malos damnavit, q. d. Talis ac tantus es, & propter hoc laudandus. [Quia accepiſti virtutem tuam magnam] reſurgendo, non alienam, ut Antichriſtus *inf.* 13. & dedit illi Draco virtutem ſuam & poteſtatem magnam. [Virtutem] Contra corporis infirmitatem. Vel [Virtutem] accepit quando Sp. Sanctum mittens dedit Apoſtolis fortitudinem *Lucæ ult.* Sedete in civitate donec induamini virtute ex alto. Hoc etiam dicit, quia ſicut virtute propria reſurrexit, ſic virtute propria in cælum aſcendit.
i Et regnaſti] tuos a Diabolo defendendo, & eos virtutibus & bonis operibus muniendo.
k Et iratæ ſunt Gentes] ideſt, mali gentiliter & carnaliter viventes regnum ſibi contrarium videntes ſurgere, *Sap.* 2. Contrarius eſt operibus noſtris.
Hoc eſt quod dicitur *Pſ.* 89. Dominus regnavit, iraſcantur populi.
l Et advenit ira tua] i. juſta vindicta quæ eſt ſignum iræ.
m Et tempus mortuorum judicari,] i. ſeparari bonos a malis: q. d. Tempus venit & opportunitas, quando mortui judicentur, i. boni a malis ſeparentur, *Matth.* 24. & ſeparabit agnos ab hœdis.
n Et] ſupple, advenit tempus.
o Reddere mercedem,] i. ut reddatur merces.
p Servis tuis Prophetis,] i. majoribus Sanctis qui prævident aliis, & prænunciant quæ accident eis.
q Et Sanctis & timentibus nomen tuum,] ideſt, minoribus. *Sap. c.* 10. Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum ſuorum.
r Puſillis & magnis] idem eſt quod Sanctis timentibus & Prophetis.
ſ Et ſcilicet] advenit tempus.
t Exterminandi eos qui corruperunt terram, i. ſeipſos per terrena opera quæ fecerunt, & alios quibus male vivendi exempla dederunt. Hoc eſt igitur væ ſeptimi Angeli, ſc. exterminatio malorum in fine mundi, de quo dicit *ſup. eod.* & ecce tertium væ veniet cito.

EXPOSITIO CAP. XII.

ET apertum eſt templum, &c.] Hæc eſt quarta viſio quæ recte ſequitur ad præcedentes. Quia in ſecunda viſione actum eſt de revelatione myſteriorum quæ fuit ſignificata per apertionem libri: in tertia actum eſt de manifeſtatione eorum per prædicationem. In hac vero agitur de profectu Eccleſiæ qui poſt revelationem ſecretorum, & prædicationem eorum debet ſequi. Hæc autem viſio continet tria cap. Dividitur autem in duas partes.

Primo enim oſtenditur profectus Eccleſiæ in perſecutione.

Secundo agitur de judicio ubi pro ſua patientia remunerabuntur boni ſuſtinentes, & pro ſua malitia punientur mali perſequentes, ibi, [& vidi & ecce nubem candidam, &c.] *inf.* 14. Item quia profectus Eccleſiæ eſt in perſecutione. Duplex autem eſt ipſius perſecutio, a Diabolo ſc. & ab Antichriſto, quibus Eccleſia ſine Divino auxilio non poſſet reſiſtere. Propter hoc etiam pars prima dividitur in tres. Quia in prima agitur de profectu Eccleſiæ ſub perſecutione Diaboli quæ incepit a principio Eccleſiæ, in hoc c. 12. [& apertum eſt templum.] In ſecunda de profectu ejuſdem ſub perſecutione Antichriſti, quæ erit circa finem mundi, & hoc in 13. *cap. inf.* ibi [& vidi de mari Beſtiam aſcendentem, &c.] In tertia vero agitur de auxilio Divino impenſo Eccleſiæ contra tyrannidem Antichriſti in 14. *c. inf.* ibi [vidi & ecce Agnus ſtabat ſupra montem, &c.] Dicit ergo [& apertum eſt templum.] Hoc duodecimum capitulum habet duas partes.

q & timentibus nomen tuum puſillis *r* & magnis, *ſ* & exterminandi *t* eos qui corruperunt terram.

CAP. XII.

u ET apertum eſt templum Dei in cœlo, *x* & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus

In prima agit de profectu Eccleſiæ ſub occulta perſecutione Dæmonis: in ſecunda de profectu ejuſdem ſub aperta tribulatione, ibi [& poſtquam vidit Draco quod projectus eſſet in terram, &c.] Pars etiam prima hujus cap. ſic dividitur; quia primo oſtenditur ordinatio hujus viſionis ad procedentes: ſecundo profectus Eccleſiæ deſcribitur, & e converſo inſidiæ Diaboli contra ipſam, ibi [& ſignum magnum apparuit in cœlo, &c.] Tertio adjutorium Eccleſiæ oſtenditur per quod Diabolus, ne opprimat Mulierem, i. Eccleſiam dejicitur, ibi [& peperit filium maſculum, &c.] Quarto oſtenditur quomodo congratulantur Sancti de utroque, ſc. & de adjutorio Eccleſiæ & de Diaboli dejectione, ibi [& audivi vocem magnam, &c.] Dicit ergo.

u Et apertum eſt.] Hic oſtendit quod hæc viſio quarta dependet a duabus præced. Unde duo ponit hic, quorum unum pertinet ad ſecundam viſionem, ſc. quod dicit [Apertum eſt templum, &c.] aliud quod pertinet ad tertiam, ibi [& facta ſunt fulgura, &c.] Sed ex hoc videtur quod hæc viſio quarta non incipit hic [& apertum eſt templum, ſed potius ibi [& ſignum magnum apparuit, &c.] Sol. Imo quæ hic oſtenduntur Joanni pertinentia ad ſecundam, & tertiam viſionem, non oſtenduntur niſi in quantum ſecunda & tertia ſcil. viſio ſit cauſa profectus Eccleſiæ qui determinatur in hac quarta viſione, & ſic non oſtenduntur quod prius oſtenſum eſt [& apertum eſt templum Dei in cœlo] i. manifeſtata ſunt & revelata myſteria Dei in Eccleſia, quæ dicitur cœlum habens luminaria doctrinæ. Luminare majus, doctrinam Apoſtolorum; luminare minus doctrinam Expoſitorum: ſingulæ ſtellæ ſunt ſingulæ animæ. Vel Scriptura dicitur cœlum, in qua templum fuit clauſum, quamdiu liber fuit ſignatus ſub figuris & obſcuritatibus: ſed apertum eſt, quando veritate veniente umbra receſſit, ſicut tenebræ aurora aſcendente. Singulæ ſententiæ ſunt luminaria hujus cœli, vel quatuor modi exponendi, ſenſus ſc. allegoricus, anagogicus, tropologicus, & hiſtoricus. Et dicitur Scriptura cœlum: quia per multiplicem expoſitionem eſt extenſa. *Pſ.* 103. extendens cœlum ſicut pellem. *Dan.* 12. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. [Templum] igitur eſt veritas Scripturarum, cujus apertio eſt manifeſtatio earum, quæ a Chriſto & ab Apoſtolis fuit facta. Vel [Templum] corpus Chriſti [apertum eſt in cœlo] i. in Eccleſia ad litteram in cruce, unde exierunt Eccleſiæ Sacramenta. Item apertum eſt in Eccleſia per ſuam bonam converſationem & Apoſtolorum ipſum imitantium, & prædicationem quæ tota eſt de Chriſto, qui eſt mihi materia prædicationis, ſicut habitum eſt *ſup.* 8. In principio. De utroque templo & Chriſto & Scriptura dicitur. *Ezechiel.* 43. Fili hominis oſtende templum domui Iſrael, & confundantur ab iniquitatibus ſuis. *Hebræor.* 12. Aſpicientes in auctorem fidei & conſummatorem Jeſum. Aperto templo, ideſt, veritate Scripturæ manifeſtata, ſtatim ſequitur.

x Et viſa eſt arca teſtamenti ejus, ideſt, Chriſtus qui primo inviſibilis in deitate, factus eſt & viſibilis in humanitate. *Bar.* 3. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt. Qui dicitur arca, quia tria veraciter habet in ſe, quæ erant litteraliter in arca legis. Ibi enim erant tabulæ teſtamenti & virga Aaron & urna plena manna. Et ipſe Chriſtus verus eſt teſtis operum noſtrorum. *Sup.* 1. Qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum. Hoc ſciebat ille qui dicebat *Job* 16. ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Item virga noſtræ diſciplinæ ſuper eum fuit. *Iſ. c.* 53. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.

Item manna habuit deitatis. Unde dicit Apoſtolus ad *Col.* 2. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Et in *eodem paulo poſt.* In ipſo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Vel in ipſo ſunt

tabu-

tabulæ teſtamenti, quia ipſe eſt nobis eruditio & forma vivendi. Item virga quoad peccatorum paternam correctionem. Item manna quoad filiorum blandam conſolationem. De primo, *Sap.*7. Candor enim eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, in quo debemus & imitari & inſpicere, ut ſi qua macula eſt in nobis, ad aſpectum hujus ſpeculi eam detergamus. De ſecundo, *Heb.*12. Quis enim filius quem non corripit pater? Propter quod dicit *Pſ.*22. Virga tua & baculus tuus, &c. & 2. *Mach.* 6. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficii eſt indicium. De tertio 2. *Cor.*1. Deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. Et de ejus conſolatione ſatis dict. eſt, *ſup.*10. & *inf.*14. dicetur.

a & facta ſunt *b* fulgura, *c* & voces & *d* terræmotus, *e* & grando magna. *f* Et ſignum *g* magnum *h* apparuit in cœlo. *i* Mulier *k* amicta Sole, *l* & Luna ſub *m* pedibus ejus & in *n* capite *o* ejus corona ſtellarum,

a Et facta ſunt.] Hoc pertinet ad tertiam viſionem. Unde hæc quæ prius erant in ſeipſis revelata, etiam hic dicuntur revelari Joanni prout ſunt cauſa quartæ viſionis [& facta ſunt] prædicantibus ſeptem Angelis.

b Fulgura,] ideſt, miracula. Et hoc fuit neceſſarium in primitiva Eccleſia, ubi opus erat lacte & non ſolido cibo. Erant enim miracula ſicut potus qui cibum prædicationis deducebat per membra, ideſt, in fidelium corda, ut ſic eis eſſet matrimonium fidei. Miracula autem dicuntur fulgura, quia illuminabant videntes per fidem ſaltem informem, & ſic poſtmodum findebant corda per contritionem; ſed tandem fœtere faciebant peccata per confeſſionem, & ad ultimum urebant per ſatisfactionem quæ ex charitate fiebat, quæ ignis dicitur *Luc.*12. Ignem veni mittere in terram.

c Et voces] leves ſc. & rationabiles admonitiones.

d Et terræmotus] corda quorumdam ad bonum, quorumdam ad malum.

e Et grando] i. perſecutio magna, quia ſicut grando confringit ſegetes & quæque virentia, & tamen liquefacta terram facit fertilem, ſic perſecutio primo frangebat fideles, ſed perſecutores poſtea converſi Eccleſiam fœcundabant, vel etiam virtutes fidelium ea tribulatione creſcebant *Pſ.*4. In tribulatione dilataſti mihi.

Et etiam numerus augebatur, *Exod.* 1. Quanto magis affligebantur, tanto magis multiplicabantur, *Sup.* 8. & facta ſunt tonitrua & voces, & fulgura & terræmotus magnus.

f Et ſignum.] Secunda pars primæ partis cap. in qua agitur de profectu Eccleſiæ poſitæ in tribulatione, & e converſo de inſidiis Diaboli contra eam. Dicit ergo, [& ſignum,] ideſt, profectus Eccleſiæ in amore paupertatis, abjectionis, vilitatis & humilitatis *Luc.*2. & hoc vobis ſignum, invenietis infantem poſitum in præſepio: ecce abjectio & vilitas.

Hæc omnia ſignum ſunt futuræ beatitudinis, & vita Sanctorum eſt ſignum vitæ æternæ. *Ezech.* 24. eriſque eis in portentum. Signum enim aliud offert ſenſui, & aliud repræſentat intellectui: ſic vita Sanctorum oculis corporis non oſtendit niſi miſeriam, ſed oculis mentis repræſentat æternam gloriam. Item per ſignum ducimur ad rem. *g* Magnum:] quia de magnis *Eccl* 43. Luna in omnibus in tempore ſuo, oſtenſio temporis & ſignum ævi, quaſi Luna ſunt Sancti, quia quicquid habent attribuunt vero Soli; quia ſicut Luna minuuntur in ſua conſummatione, ut impleant illud. *Eccl.*3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus.

Et oſtenſio temporis ſunt, quia conculcando terrena, oſtendunt qualia ſunt ipſa, & etiam qualia ſunt cœleſtia, pro quibus habendis relinquunt temporalia ſecundum illud verbum Domini, *Luc.*16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

h Apparuit in cœlo,] ideſt, in Eccleſia militante ubi ſignum apparet, ſed veritas erit in triumphante. Hoc autem fuit ſignum: Mulier ſc. Eccleſia, quæ ſic appellatur propter fœcunditatem & debitam Chriſto ſubjectionem. Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, *Epheſ.* 5.

k Amicta Sole] i. Chriſto qui eſt Sol verus illuminans omnem hominem, conformata per imitationem quam induit in baptiſmo per fidem, *Gal.*3. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Indumentum tegit, ornat & calefacit. Et baptiſmus tegit peccata, *Pſ.* 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

Item ornat conferendo gratiam, ſed poſtea calefacit per opera, *Mal.*4. Vobis timentibus nomen meum, orietur Sol juſtitiæ. Hoc dicit *Eccl.* 1. Quia timor eſt initium ſapientiæ. Timentibus igitur orietur Sol, ſed diligentibus conſummatur, *Eccl. c.*43. In meridiano exurit terram: quia diligentibus qui ardent charitate, ſicut Sol in meridie, exuritur terra liberi arbitrii, ut deſiccetur ab omni humore peccati.

Et quomodo hoc facit? Per tria quæ poſtea pariter dicuntur de Sole. Tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exſufflans & refulgens radiis ſuis obcæcat oculos. Montes ſunt Sancti, radii ignei ſunt motus concupiſcentiæ carnalis qui exſufflantur a Sanctis per votum continentiæ quod fit in Clericis omnibus, quando ad ſacros Ordines promoventur.

Item radii ſui ſunt paupertas, humilitas, & vilitas. Iſti refulgent in Clericis, quando contemnentes terrenas divitias, paupertati & vilitati & humilitati adhærent. Et hoc per votum obedientiæ. Obediens enim nec ſenſum nec motum debet habere niſi ad alterius voluntatem. Chriſtus igitur verus Sol primo ornat & induit Sanctos veſte nuptiali, & ipſi poſtea ipſum, omnia convertendo ad honorem & gloriam Dei, *Iſ. c.* 49. Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris.

l Et luna] per quam intelliguntur temporalia quæ creſcunt & decreſcunt nihil habentia ſtabile.

m Sub pedibus ejus.] eſt ergo inter Solem & Lunam, quia ſub Sole debet eſſe per obedientiam & ſuper Lunam, ideſt, ſuper temporalia per contemptum.

Unde *Cant. c.*2. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Hoc dicit ut nihil ſit de anima, quod dextera ejus non comprehendat, rationalem ſc. & concupiſcibilem & iraſcibilem; ſed temporalia non debent amplecti niſi ab inferiori, ſcil. quoad neceſſitatem.

n Et in capite ejus corona ſtellarum duodecim.] Hæ ſunt duodecim Apoſtoli, qui dicuntur.

o Corona,] quia quodammodo Chriſtus per ipſos devicit mundum.

*Habac.c.*3. & ſuper excelſa mea deducet me victor in pſalmis canentem. Excelſa Eccleſiæ ſunt Apoſtoli, qui ſuas victorias non ſibi, ſed Deo attribuunt.

Unde *Job c.*38. Nunquid mittes fulgura, ideſt, Apoſtolos coruſcantes per miracula, & revertentia ad ſeipſos dicent tibi, adſumus: quaſi dicat, totum quod fecimus tibi attribuimus.

Item dicuntur ſtellæ, quia fixi ſunt in firmamento quod eſt Chriſtus, qui aquas diviſit ab aquis, i. ſpiritualem Scripturæ intelligentiam a litterali.

Et eſt in medio, quia omnes Scripturæ concorditer loquuntur in ipſo.

Item dicuntur ſtellæ, quia luxerunt in nocte adverſitatis tanquam luminaria in medio pravæ & perverſæ nationis, ut dicit Apoſt. ad *Phil.c.*2. & *Pſ.*138. & nox illuminatio mea in deliciis meis, *Bar. c.*3. Stellæ dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, ſc. Thomas in India majori, Bartholomæus in India minori, Simon & Judas in Perſia, Philippus in Samaria, Matthæus in Æthiopia, Marcus in Alexandria, Joannes in Aſia, Andreas in Achaja, Petrus in Cappadocia: Paulus in Græcia, & tandem Petrus & Paulus in Italia.

Stellæ ergo dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt; vocatæ ſunt, & dixerunt, adſumus, & luxerunt ei cum jucunditate qui fecit illas.

Vel [Corona duodecim ſtellarum] eſt ornatus & habitus duodecim fructuum Spiritus, de quibus dicit Apoſt. *Gal.* 5. Fructus autem Spiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. Vel duodecim ſtellæ, ſunt

▲ tres dotes

Moraliter.] Hæc. *Moral.

i Mulier] beata Virgo eſt.

k Amicta Sole] quia fuit ſine omnis peccati obſcuritate. *l* Luna ſub pedibus ejus] quia fuit amatrix paupertatis etiam in lege ubi promittebantur terrena.

Et propter hoc dicitur mater pulchræ dilectionis, *Eccl. c.*24. Quia in nulla parte fuit in ea amor terrenitatis, ſed Deum amavit ante omnia & nihil cum ipſo.

o Corona duodecim ſtellarum.] Hæ ſunt duodecim prærogativæ quas ipſa habuit, quatuor de cœlo, quæ ſu-

*pra ipſam

a tres dotes animæ, & quatuor corporis, filiatio Dei, fraternitas Chriſti. *Rom.* 8. Hæredes quidem Dei, ecce filii; cohæredes autem Chriſti, ecce fratres Chriſti; decima, ſocietas Angelica; undecima pax, & tranquillitas perpetua; duodecima, omnium bonorum poſſeſſio ſecura.

duodecim. *a* Et in utero habens, *b* & clamabat parturiens, *c* & cruciatur *d* ut pariat. *e* Et viſum *f* eſt aliud ſignum in cœlo, *g* & ecce *h* Draco magnus *i* rufus *k* habens capita *l* ſeptem, *m* & cornua decem, *n* & in capitibus ſuis ſeptem diademata, *o* & cauda ejus *p* trahebat *q* tertiam partem ſtellarum.

a Et in utero habens] Chriſtum, ſcil. quem concepit per fidem, & quotidie parit per prædicationem, vel operis imitationem, & ejus bonitatis manifeſtationem.

c Et parturiens] per deſiderium manifeſtandi Chriſtum aliis. Vel (parturiens) per bonam voluntatem. Parturitio autem eſt partus præparatio: quamdiu enim fructus in utero matris augmentatur, vivificatur, ac formatur, parturitio dicitur; partus vero cum naſcitur.

b Et clamabat] per devotam orationem. *d* Et cruciatur] per pœnitentiam, & afflictionem. *e* Ut pariat] ideſt, ut gratiam habeat pariendi Chriſtum aliis per boni operis manifeſtationem. Prædicando enim Eccleſia adverſa patitur ab inimicis detrahentibus, & obviantibus, vel a ſeipſa carnem macerando, ut prædicatio ſit idonea. 1. *Cor.* 9. Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. Quinque enim tangit hic, quæ ſunt neceſſaria Prædicatori, vel Prælato. Primum eſt concipere per fidem, & ſcientiam. Secundum parturire per zelum. Tertium clamare per devotam orationem. Quartum cruciari per carnis afflictionem. Quintum parere per exempli boni, vel operis oſtenſionem. Aliter enim non eſt partus, ſed abortus. Hæc ſunt quinque verba Apoſtoli. 1. *Cor.* 14. In Eccleſia volo quinq; verba ſenſu meo loqui, ut alios inſtruam, quam decem millia verborum in lingua. Sic ergo determinatæ ſunt conditiones Eccleſię in octo. Quarum prima eſt obedientia ad Deum, ibi (Amicta Sole) Secunda, contemptus temporalium, qui ordinat ad inferiora, ibi [Et luna ſub pedibus ejus] ideſt ſub affectibus. Tertia, fructus in ſe, ibi [Et in capite ejus corona ſtellarum duodecim] Quarta, fructus in aliis, ibi [Et in utero habens, &c.] Ubi quinque determinantur, ut dictum eſt: In his octo conditionibus deſcribitur Eccleſia, quæ ambulat in novitate ſpiritus, & octonarius pertinet ad Novum Teſtamentum.

Moraliter. * pra ipſam fuerunt, ſcil. ſanctificatio in utero, ubi fuit electa, & prælecta a Deo. Unde illud: Elegit eam Deus, & prælegit eam. Aliter enim quam Joannes, & quam Jeremia. Secunda, ſalutatio Angeli: Tertia, adventus Spiritus ſancti: Quarta, conceptio filii Dei. Propter hæc quatuor dicitur ei: Ave gratia plena. Item quatuor habuit ea parte animæ. Prima devotio humilitatis; Secunda magnanimitas fidei: Tertia, diſcretio ſermonis, quia in ſecreto inventa eſt ab Angelo, diſcrete reſpondit, dicens; Quomodo fiet iſtud, &c. Et poſt: Ecce ancilla Domini, &c. Quarta, perfectio operis. Propter hæc quatuor dicitur ei: Dominus tecum. Item quatuor habuit ea parte corporis. Prima, privilegium virginitatis, quia contra opprobrium legis propoſuit vivere in virginitate: Secunda, fœcunditas ſine corruptione: item Tertia, quod fit gravida ſine gravamine: item Quarta, puerpera ſine dolore. Et propter hæc quatuor dicitur: Benedicta tu in mulieribus.

a In utero habens] per fidem, quia ſimul ut credidit, & conſenſit, concepit.

b Et clamabat] deſiderio devotionis.

c Parturiens] ex ſolo affectu cogitationis, quia non plus doloris partus ei intulit, quam infert alieni cogitatio pariendi. Vel [Habens in utero] filium quem ſine dolore peperit in nativitate.

b Et clamabat] interius in corde martyr effecta in paſſione filii, ſicut ei prædictum fuerat a Simeone. *Luc.* 2. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ſcil. martyrii.

c Parturiens] quando ipſum vidit pendentem in cruce. Et hoc fuit in ipſa mirabile, quia prius peperit, quam parturiret. Unde *Iſ.* 66. Antequam parturiret, peperit, antequam veniret partus ejus, peperit maſculum: quis audivit unquam tale, aut quis vidit huic ſimile.

d Et cruciatur] abſtinentiis, jejuniis, orationibus, & vigiliis caſtigatur.

e Ut pariat] ideſt tanto partu ſe dignam faciat, & tamen ante eam ſtetit Diabolus volens filium ejus devorare, quia etiam per Herodem voluit Chriſtum interficere. *Matth.* 2.

f Et viſum eſt aliud ſignum] Oſtenſo profectu Eccleſiæ ſtatim agitur de Diaboli impugnatione. Et recte, quia 2. *Tim.* 2. Non coronabitur, niſi qui legitime certaverit. Dicit ergo: (Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo) ideſt in Eccleſia. Et bene (aliud) quia primum fuit bonitas Eccleſiæ in merito, & bonitas Dei in præmio. Et hoc eſt ſignum malitiæ Diaboli, cujus multæ ſunt inſidiæ, & invidia magna. *Eccleſ.* 12. Multæ ſunt inſidiæ doloſi. Item (aliud) quia primum fuit proficiendi; ſecundum profectum impugnandi, & impediendi. Specificat autem illud ſignum, dicens: *g* Et ecce] adverbium demonſtrandi, quia ſemper præſto eſt Diabolus nocere. *h* Draco] primo latens inſidiis. *Pſ.* 9. Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis. Vel (Draco) per calliditatem.

i Magnus] per fortitudinem, vel elationem.

k Rufus] per Sanctorum ſanguinis effuſionem. *Jo.* 8. ſcil. Ille homicida fuit ab initio. Vel

h Draco] propter modum inſidiandi, & cautelam tentandi. *Gen.* 3. Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ.

i Magnus] propter potentiam naturalem, & ſcientiam, & uſum.

k Rufus] quia fudit ſanguinem, ideſt peccatum. Hæc tria habet in ſe. Poſtmodum determinant ea, quæ habet in aliis, dicens:

l Habens capita ſeptem] ideſt univerſitatem malorum.

m Et cornua decem] Hujus cornua ſunt divitiæ, & potentiæ ſæculares. Et dicuntur cornua, quia per illa elevantur homines. Item dicuntur decem, quia per illa Decalogus impugnatur: vel potius propter illa ab hominibus deſpicitur. Unde *Habac.* 1. Comportabit aggerem, & capiet eam. Agger ſunt dignitates, & honores ſæculi, quibus capit Diabolus non ſolum ſæculares perſonas, imo etiam Religioſas. Vel [ſeptem capita] ſunt ſeptem capitalia vitia, quibus impugnat interius [Decem cornua] univerſitas malorum Principum, quibus impugnat exterius.

n Et in capitibus ſuis ſeptem diademata] ideſt victoriæ in vitiis, quia de hominibus non habet Diabolus victoriam niſi per vitia.

o Et cauda ejus] ideſt excellentia naturalium, in qua creatus eſt, unde ſuperbivit, & perverſus factus eſt.

p Trahebat] poſt ſe.

q Tertiam partem ſtellarum] ideſt omnes Angelos, qui ei conſenſerunt, traxit ipſe ſecum de cœlo in terram, imo in infernum. Prima pars Angelorum ſunt illi omnes, qui miniſtrant, & ſerviunt Deo ad honorem, & utilitatem ſui, & generis humani. Secunda pars ſunt omnes illi, qui aſſiſtunt primæ bonitati fruentes ejus viſione. De utriſque dicitur *Dan.* 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Sed tertia pars ſunt illi, qui nec ſtare voluerunt, nec miniſtrare, & illi cum Lucifero ceciderunt. Et [dicit trahebat, quaſi cum violentia, quia omne peccatum eſt violentia, quia corruptio eſt naturæ, & trahere motus eſt violentus. Magis autem erat naturale Angelis converti in ſuam cauſam, quam Lucifero conſentire. Vel cauda Diaboli ſunt latentes ſuggeſtiones ſub ſpecie aliqua boni, quibus ſuam tegit deceptionem, ſicut cauda tegit animalis turpitudinem. Delectationem enim ſuggerit, ſed latet anguis in herba, & ſic tertiam partem hominum trahit, ideſt Reprobos, qui ſcilicet, nec activi ſunt, nec contemplativi. Iſtæ enim ſunt duæ partes, quas Diabolus non trahit. Vel prima innocentes; ſecunda, pœnitentes; tertia, neutri. Vel prima pars ſunt illi, qui incipiunt pœnitentiam, & perficiunt; ſecunda pars illi, qui incipiunt, & non perficiunt hic, ſed in Purgatorio; tertia pars ſunt illi, qui nec incipiunt, nec perficiunt, & illi trahunt, ſunt enim reprobi.

Moraliter. Quidam volunt & trahere, & trahi, illi ſcil. qui volunt aliis ſervire, & pro loco, & tempore permittunt ſibi ſerviri. Item alii ſemper volunt trahere, & nunquam trahi, ſcil. qui ſemper volunt aliis ſervire, nec ſuſtinent præ humilitate, quod ſerviatur ſibi. Hi ſunt duæ partes bonorum, qui a Diabolo non trahuntur. Sed tertia pars ſunt quidam, qui neſciunt trahere, ſed ſemper volunt trahi. Hi ſunt, qui nulli volunt ſervire, ſed ſemper ſibi volunt *Moraliter.*

ſervire. *Job* 11. Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & quaſi pullum onagri ſe liberum natum putat, ut ſcil. nulli ſerviat. Et *ibid.* 39. Nunquid volet rhinoceros ſervire tibi. Et hi trahuntur a Diabolo. Vel ſic poteſt diſtingui: Quidam volunt ſemper trahi, & neſciunt trahere, ut ſimplices ſancti. Item quidam ſemper volunt & trahere, & trahi, ut diſcreti, quia in eis viget & ratio, & dilectio. Unde volunt trahere ubi eſt trahendum, rigidi ſcilicet, & fortes contra malum. Item volunt trahi ubi oportet, quia flexibiles ſunt ad bonum. Item quidam ſemper volunt trahere, ſed nunquam trahi, illi ſcil. qui in ſuo ſenſo ſunt ſingulares, & iſti trahuntur a Diabolo. Iſti enim ſunt tertia pars.

a & miſit *b* eas in terram. Et *c* Draco *d* ſtetit ante Mulierem, *e* quæ *f* erat paritura, ut cum *g* peperiſſet, filium ejus devoraret, *h* Et peperit filium maſculum, *i* qui recturus erat omnes Gentes *k* in virga ferrea, *l* Et raptus eſt filius ejus ad Deum, *m* & ad thronum ejus, *n* & Mulier fugit in ſolitudinem,

a Et miſit eas in terram] ideſt terrenorum delectationibus accendit, & illexit. Vel [in terram] ideſt contra Eccleſiam, quæ dicitur terra propter ſtabilitatem ſuam. *Eccleſ.* 1. Terra autem in æternum ſtat. *c* Et Draco ſtetit ante mulierem, &c.] Huculque determinata ſunt arma Diaboli, quæ habet vel in ſe, vel in aliis, & modus armandi, & finis. Arma autem ſunt quandoque cautela nocendi, unde dictus eſt (Draco) Item potentia unde dictus eſt (magnus,) & hæc duo habet a natura. Item deſiderium nocendi, unde dictus eſt (rufus) & hoc ideo, quia generale eſt ei ex conſuetudine mala. Item tria habet in ſe. Item in aliis ſeptem vitia principalia, per quæ tentat. Unde dictum eſt (habens ſeptem capita) Item univerſi mali Principes, per quos Decalogum legis impugnat. Unde dictum eſt (Et cornua decem) Item conſuetudo vincendi, vel multiplicatio victoriarum, unde magis eſt timendus. Unde dictum eſt (Et in capitibus ejus ſeptem diademata) Item modus armandi eſt apparentia aliqua boni, vel utilitatis, quam ſemper prætendit quando tentat, vel malum ſuggerit. Unde dictum eſt (Et cauda ejus trahebat tertiam partem ſtellarum) Et ad ultimum ponitur finis quare ſic armatur, ut relicto ſic amore Dei, omnes ad terrenorum amorem alliciat. Unde dictum eſt (Et miſit) ideſt mittere intendit.

b Eas] ſcilicet ſtellas (in terram)

c Et Draco] igitur ſic armatus.

d Stetit] quia non dormitabit, neque dormiet, qui impugnat Iſrael; ſicut nec qui conſervat, vel cuſtodit Iſrael, ideſt bonos. *Iſ.* 5. Non eſt deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet, nec ſolvetur cingulum renum ejus, nec rumpetur corrigia calceamenti ejus.

e Ante mulierem] non ad vorandum eam, ſed ut impediat. Mulierem dico.

f Quæ erat paritura] Illos enim maxime circuit, & circundat Diabolus, quos bonum propoſitum videt habere, ne ex ipſo procedant ad bona opera. Unde *Iſ.* 37. Filii venerunt uſque ad partum, & non erat virtus pariendi. Stetit, dico.

g Ut cum peperiſſet, filium ejus devoraret] Ad litteram voluit devorare Chriſtum per Herodem. Si enim non poteſt Diabolus omnino impedire, ne homo pariat in bona operatione, tamen nititur partum per corruptionem vanæ gloriæ devorare. *Zach.* 3. Satan ſtabat a dextris Jeſus, ut adverſaretur ei. Propter hoc legitur *Exod.* 2. Quia parentes Moyſi videntes filium puerum elegantem, abſconderunt ipſum tribus menſibus, qui ſunt tres defectus, qui debent attendi in noſtris operibus, ne propter illa ſuperbiamus. Primus eſt, quia opera noſtra non ſunt pura ſi bene diſcutiantur. Unde *Job* 9. Si lotus fuero quaſi aquis nivis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamen ſordibus intingens me. Item ſecundus eſt, quia etſi ſint pura, non tamen magna, *ſup.* 3. Modicam habes virtutem. Item ſi ſint pura, & magna, adhuc tamen pauca, quod petebat. *Pſalm.* 101. oſtendi ſibi, dicens: Paucitatem dierum meorum nuntia mihi, ideſt quam pauca habeo bona opera, oſtende mihi. Propter hæc tria dicitur *ſupr.* 3. Non invenio opera tua plena coram Deo meo. Hoc timens *Job* dicebat 9. Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti.

h Et peperit filium maſculum, &c.] Hæc eſt tertia pars primæ partis, in qua oſtenditur adjutorium Eccleſiæ, per quod dejicitur Diabolus ne Eccleſiam opprimat. Duplex autem ponitur hic auxilium mulieris. Unum a filio, quem parit, alterum a miniſtris filii, ibi (Et factum eſt prælium) Ante Mulierem ergo ſtetit Draco, & Diabolus ante Eccleſiam, qui ante tempus gratiæ omnes ducebat in infernum, ſcilicet ad limbum ad minus. Etſi tunc poterant homines reſiſtere Diabolo, non tamen de facili, Item non poterant eum expugnare, nec vindictam expetere. Contra hæc tria parit filium, qui poteſt reſiſtere, & Diabolum expugnare, & vindictam expetere. Mulier pariens, ad litteram fuit Beata Virgo, quæ quia fuit membrum Eccleſiæ, attribuitur partus ejus toti Eccleſiæ. De hoc partu *Mich.* 5. Dabit eos uſque ad tempus, in quo parturiens pariet. *Proverb. ultim.* Mulierem fortem quis inveniet? Et reſpondet: Procul: Et quare? Quia de ultimis finibus pretium ejus. Ultimi fines ſunt homo, & Angelus. Integritas eſt pretium, ideſt pretioſitas Angeli; fœcunditas vero eſt pretium hominis. Utrumque habuit Beata Virgo, & integritatem Angelicam, & fœcunditatem humanam. Dicit ergo. (Et peperit filium) non quemque, ſed (maſculum.) Et hoc dicitur, quia ex omni parte fuit virilis, & nihil habuit infirmitatis oppoſitæ virtuti.

i Qui recturus erat omnes Gentes] Hoc dicit contra illud, quod Patres Diabolo non poterant reſiſtere de facili.

k In virga ferrea] ideſt inflexibili juſtitia. Vel (In virga) ideſt miſericordia, ſed (ferrea) quia per juſtitiam moderata. Et quia modo miſericordia ſuperexaltat judicium, propter hoc virga ponitur ſubſtantive, & ferrea adjective. Sed in futuro confringet malos in virga ferrea, quia etſi puniet eos cum miſericordia, quia citra condignum, tamen punientur ſine miſericordia liberante. *Job* 5. Ipſe vulnerat, & medetur, percutit, & manus ejus ſanabunt.

l Et raptus eſt filius ejus ad Deum] ideſt ad unionem deitatis, & ſic ſupponitur Chriſtus, in quantum homo. Vel (Ad Deum) *Gloſſ.* Ad æqualitatem Dei, & loquitur de perſona. Sed quomodo raptus ad Deum: Reſpondeo ſecundum manifeſtationem, quia *Rom* 1. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei non ex ſe, ſed ex manifeſtatione raptus, Sic ergo poteſt Diabolum expugnare, & jugum ejus. *Iſa.* 9. Jugum oneris ejus, & ſceptrum exactoris ejus ſuperaſti.

m Et ad thronum ejus] ideſt raptus, quia ſecundum humanitatem aſcendit in cœlum; vel ſedet cum Patre regens, & judicans mundum. Ex hoc patet, quod poteſt de Diabolo vindictam expetere.

Moraliter: Filius maſculus eſt fides, vel bonum opus. *Moraliter.* *Malach. cap.* 1. Maledictus, qui habet maſculum in grege, & offert debile. Grex eſt virtutum congeries, vel vires naturales per charitatem notitæ. Qui igitur vires naturales parientes habet ad obſequium charitatis, ſi ex eis opus producit. Parit quidem maſculum: qui vero facit opus, & non ex charitate, offert quidem, ſed debile.

Talis igitur, qui parit maſculum, poteſt Gentes regere, ideſt motus illicitos domare, & refrænare. *Thren.* 1. Facta eſt quaſi vidua domina Gentium. Et hoc in virga, ſcilicet diſciplina, ferrea, durabili ſcilicet, & perſeverante. Hæc eſt virga, de qua *Exod.* 4. Virgam hanc ſume in manu tua. Hoc dicit, quia ſanies corporis non poteſt radi ſine ea. Unde *Job* 2. Qui teſta radebat ſaniem. Hac virga fiunt ſigna, quia qui hic patitur moleſtias, ſignum eſt, quod habebit æternas delicias.

n Et raptus eſt, &c.] ecce præmium. Duas partes juſtitiæ tetigit, quæ ſunt facere bonum, & declinare malum, & earum præmium. Qui enim potentias naturales vel vires motas ex charitate exercet ad opera, hoc eſt facere bonum. Et hoc eſt quod dicit (Et peperit filium maſculum) Item qui motus illicitos domat per diſciplinam, hoc eſt declinare a malo. Iſte rapitur ad Deum: ecce præmium.

o Et Mulier fugit, &c.] ideſt in ſecretum mentis, ubi Diabolus locum non habet, qui non amat niſi turbationem: Ubi etiam Dominus in anima familiariter, & blande loquitur. *Oſee* 2. Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor ejus. Vel (in ſolitudinem) ideſt, in contemptum mundi: *Pſalm.* 54. Ecce elongavi fugientes, & manſi in ſolitudine. Fugiens mundum per contemptum, quia a carne poſſumus elongari, mundum autem fugere.

a Ubi

Digitized by Google

ubi *a* habet locum paratum a Deo, *b* ut ibi paſcat *c* diebus mille ducentis ſexaginta. *d* Et factum eſt prælium magnum in cœlo: *e* Michael, & *f* Angeli ejus *g* præliabantur cum Dracone, & *h* Draco pugnabat, & Angeli ejus, & *i* non valuerunt, *k* neque locus inventus eſt eorum amplius in cœlo. *l* Et projectus eſt Draco, *m* ille magnus, *n* ſerpens *o* antiquus, *p* qui *q* vocatur diabolus, *r* & Satanas, *ſ* qui ſeducit *t* univerſum Orbem, & *u* projectus eſt in terram, *x* & Angeli ejus cum illo miſſi ſunt. *y* Et audivi vocem magnam,

a Ubi habet locum paratum a Deo] *Job* 39. Cui dedi in ſolitudine domum. Hoc dicit, quia Eccleſia debet continue manere in conſcientia, & mundum contemnere, & carnis deſideria reprimere. Et ſequitur in Job: Tabernaculum ejus in terra ſalſuginis, ideſt in mundo, quia ibi debet habere tabernacula non domum, vel manſionem. Vel in ſolitudine cœli. *Luc.* 15. Nonne relinquit nonaginta novem in deſerto, &c. Per contemplationem fugit vir juſtus, qui eſt membrum Eccleſiæ, ubi ei locus paratus eſt a Deo, ut tandem recipiatur ibi per apertam Dei viſionem. *Jo.* 14. Si quo minus dixiſſem vobis, quia vado vobis parare locū.

b Ut ibi paſcat] illam Deus ſcilicet, qui paſcua uberrima dat Deus in ſolitudine, ideſt in clauſtro, ubi mundus debet contemni. *Pſalm.* 22. In loco paſcuæ ibi me collocavit. Sed dicant multi illud, quod dixerunt Judęi in *Pſalm.* 77. Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto. Sic dicunt illi, qui timent intrare Religionem, ne deficiat victus. Contra quos *Iſ.* 51. Et ponet Dominus deſertum, quaſi delicias, & ſolitudinem ejus quaſi hortum Domini; gaudium, & lætitia invenietur in ea; gratiarum actio, & vox laudis. Homo ſcil. in ingreſſu Religionis, affectu præcedit intellectum, experientia intelligentiam. Hoc eſt enim nomen etiam in terra, quod nemo ſcit niſi qui accipit. Similiter enim *Habac.* 1. Opus factum eſt in diebus noſtris, quod nemo credet cum narrabitur, donec ſcilicet ſentiat, & percipiat dulcedinem clauſtri. Paſcat dico. *c* Diebus mille ducentis ſexaginta] ideſt toto tempore hujus vitæ, quia tamdiu durabit doctrina Chriſti. *Matth. ult.* Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi. Vel [Mulier] ideſt Eccleſia latens in ſolitudine toto tempore Antichriſti, paſcitur ibi doctrina Chriſti tribus annis, & dimidio, quibus regnabit Antichriſtus, quot etiam annis prædicavit Chriſtus. Et hoc tempus numero prædictorum dierum ſignificatur, & completur, vel prope completur.

d Et factum eſt prælium in cœlo] Hoc eſt ſecundum auxilium, quod confertur Eccleſiæ a membris, & miniſtris ſilii. Hi ſunt Angeli boni, qui contra malos præliari dicuntur, quia conatibus malorum reſiſtunt cuſtodientes Eccleſiam monitionibus, & perſuaſionibus bonis, quam illi ſemper oppugnare, & deſtruere nituntur. Dicit ergo (Et factum eſt prælium in cœlo] ideſt inter eos, qui Eccleſiam ſervant, & eos qui eam impugnant. Unde ſequitur. *e* Michael] qui eſt Princeps Eccleſiæ. *Dan.* 10. Nemo adjutor meus in omnibus his niſi Michael Princeps veſter.

f Et Angeli ejus] minores, ſcilicet, quia orationibus juvant Eccleſiam. *Heb.* 1. Omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.

g Præliabantur cum Dracone] ideſt Lucifero, & Angelis ejus, aliis ſcilicet Dęmonibus. *Eph.* 6. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem, & ſanguinem, ſed adverſus Principes, & Poteſtates, adverſus mundi Rectores tenebrarum harum; contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Vel tunc factum eſt prælium in cœlo, quando boni, & mali Angeli diverſos affectus, & conſenſus habuerunt, quando dixit Lucifer: Aſcendam in cœlum, & ſimilis ero Altiſſimo. *Iſ.* 14. Ecce affectus, & conſenſus ſuperbiæ. E converſo boni Angeli humilem habuerunt affectum. Unde Michael dicitur pugnaſſe cum Dracone, quia Michael interpretatur quis, ut Deus? Ecce humilitas, & reverentia. *Pſ.* 82. Deus quis ſimilis erit tibi?

Moraliter. Moraliter. Per Michaelem, & Angelos ejus deſignantur Prælati, in quorum factis, & doctrina debet Deus apparere mirabilis, ut vere de eis dicatur illud *Pſ.* 67. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Sed ipſi hodie magis dicunt: Quis ut mundus, quam quis ut Deus? Quærunt enim, quæ ſunt mundi, & non quæ ſunt Dei. Unde non pugnant cum Dracone, ſed pacem inierunt cum eo. *Luc.* 23. Facti ſunt amici Herodes, & Pilatus, ideſt gloriantes in mundo, & diabolus. Modus autem fęderis quod fecerunt cum eo, dicitur *Gen.* 14. Da mihi animas, cętera tolle tibi. Et ipſi libenter hoc faciunt, quia de animabus non curant dummodo habeant ſpolia.

h Et Draco pugnabat, & Angeli ejus] noxia conſulendo, perverſa, & iniqua ſuggerendo, bonorum exercitium oppugnando.

i Et non valuerunt] Draco, & Angeli ejus ſanctorum Spirituum ſuffragia removere.

k Neque locus inventus eſt, &c.] ideſt in Eccleſia, ideſt in Sanctis, quia etſi per Sanctos tranſeant cruciando eos, non tamen habent in eis manſionem. Non enim poſſunt vel auferre bonorum juſtitiam, vel eos protrahere ad culpam. Verum eſt niſi ex propria hominis voluntate. Unde *Hier.* Debilis eſt hoſtis, qui non poteſt vincere niſi volentem. Etſi autem divina diſpoſitione permittente aliquando peccent boni, non tamen locum habet in eis diabolus, quia nec eos detinere poteſt quantum vult, & eis cecidit in bonum, quia fortiores reſurgunt. Unde etiam in fabulis poetarum legitur, quod Anteus gigas fuit quidam, qui quoties cadebat in terram, fortior reſurgebat. Unde & de Petro legitur, quod poſt caſum fortior reſurrexit. *Luc.* 22. Et egreſſus foras flevit amare. Nec poteſt diabolus quantum vult detinere: quia 1. *Pet.* 2. Novit Dominus pios de tentatione eripere. Bene dicit, quod (non eſt inventus locus ejus in cœlo) ideſt cœleſtibus, ſed bene invenitur in terrenis. Unde ſequitur:

l Et projectus eſt] Primo adjutorium duplex collatum Eccleſiæ oſtenditur: & quid ex eo ſequitur, quia dejectio diaboli. Unde dicit (Et projectus eſt Draco ille) ſcilicet diabolus, qui eſt

m Draco] propter invidiam.

n Magnus] propter ſuperbiam, vel propter præſumptionem, quam ea ſuperbia habet. *Job* 40. Abſorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Jordanis in os ejus.

o Serpens] propter aſtutiæ calliditatem. *Gen* 3. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.

p Antiquus] propter peccati conſuetudinem. *Iſ.* 27. Serpentem vectem.

q Qui vocatur diabolus] ideſt deorſum fluens a bonis in malos, quos facit fluere in peccata. Vel hoc dicitur, quia ipſe fluere non ceſſat, quia ſemper peccat. *Pſ.* Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.

r Et Satanas] ideſt adverſarius, quia humano generi adverſari non deſinit.

ſ Qui ſeducit] ideſt ſeorſum a via veritatis ducit, ideſt ducere intendit: voluntatem enim habet, etſi actu non poſſit. *t* Univerſum Orbem] ideſt omnes Sanctos, qui in ſe reflectuntur per amorem, Vel *m* Draco] dicitur per avaritiam. Draco enim eſt animal ſitibundum.

n Magnus] per ſuperbiam. *o* Serpens] per invidiam.

p Antiquus] per gulam, quia hoc eſt antiquum peccatum, ſcilicet primi hominis. *q* Diabolus] per luxuriam, quia diabolus interpretatur defluens. *r* Satanas] quando tentat per iram, quia ita maxime nobis adverſatur, quia perturbat animam in toto, ita quod impedit & a ſuperiori, & ab inferiori. Alia peccata, etſi excludant ordinem ſuperiorum, & in parte ordinem inferiorum; ira tamen utrumque ordinem perturbat.

ſ Qui ſeducit univerſum Orbem] quando tentat per acidiam. Hic itaque toties deſcribitur, ut melius cavere ſciamus ejus inſidias. *u* Et] quamvis tantus erat iſte, tamen (projectus eſt in terram) auxilio filii, & ſuorum. *Ezech.* 31. Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam: in medio incircumciſorum dormies, cum eis qui interfecti ſunt gladio. Vel [in terram] ideſt in malos, in quos magis deſævit repulſus a Sanctis.

x Et Angeli ejus cum eo miſſi ſunt] in terram, ſcil. ad deceptionem malorum, & tandem mittentur omnes ipſi ſimul ad damnationem in infernum. *y* Et audivi vocem magnam, &c.] Quarta pars primæ partis capituli, in qua oſtenditur quantum congratulantur Angeli, & de adjutorio Eccleſiæ, & de diaboli dejectione. Et in hac parte ſic procedit. Primo oſtenditur congratulatio Angelorum, ſecundo provocatio eorum in invicem ad exultandum, ibi [Propterea lætamini cœli, &c.] Tertio invectio eorum contra malos, ibi [Væ terræ, & mari, &c.] Dicit ergo: [Et audivi vocem magnam] quia magnam lætitiam ſignificat.

a in cœlo dicentem : Nunc *b* facta *c* eſt ſalus, *d* & virtus, *e* & regnum *f* Dei noſtri ; *g* & poteſtas Chriſti *h* ejus, *i* quia *k* projectus eſt *l* accuſator fratrum noſtrorum, *m* qui accuſabat illos *n* ante conſpectum Dei noſtri *o* die ac nocte. Et ipſi *p* vicerunt illum *q* propter ſanguinem Agni, *r* & propter verbum teſtimonii ſui, *ſ* & non dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem. *t* Propterea *u* lætamini cœli, *x* & qui habitatis in eis. *y* Væ terræ, & mari, *z* quia deſcendit diabolus ad *a* vos *b* habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet. *c* Et poſtquam vidit Draco, quod projectus eſt in terram, perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum. *d* Et datæ ſunt mulieri alæ duæ *e* aquilæ magnæ, *f* ut volaret in deſertum *g* in locum ſuum ubi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis a facie *h* Serpentis,

a In cœlo] idest in Angelis, vel animabus ſanctis.

b Dicentem: Nunc facta eſt ſalus, &c.] Hæc autem exultatio eſt de duobus. Primo de gratia collata Eccleſiæ, ibi: (Nunc facta eſt) Secundo de poteſtate Chriſti, ibi: [Et poteſtas Chriſti ejus] Gratia autem collata Eccleſiæ triplex eſt, ſcilicet gratia operans. Unde dicit:

c Nunc facta eſt ſalus] Eccleſiæ per gratiam operantem.

d Et virtus] per gratiam cooperantem.

e Et regnum Dei noſtri] factum eſt, idest collatum Eccleſiæ per gratiam confirmantem. Vel ſic,

c Nunc facta eſt ſalus] idest remiſſio peccatorum.

d Et virtus] idest robur bene operandi.

e Et regnum] auxilium divinum, ſcilicet vitia calcandi, Quod tunc fit,

f Dei noſtri] quando excluduntur aereæ Poteſtates. Hæc tria per triplicem gratiam, quam præmiſimus, conferuntur. Bene autem dicit de his, facta eſt, & non fit, vel fiet, qui ante adventum Chriſti erat ſalus, & cetera in fieri, & non in termino, modo vero eſt e converſo. Sequitur ſecunda exultatio, cum dicit;

g Et poteſtas] quam prius habebat diabolus ſuper genus humanum permiſſione Dei, nunc facta eſt,

h Chriſti] ſcilicet filii.

i Ejus] idest Dei patris, quia Chriſtus omnia trahit ad ſeipſum. *Jo.* 12. Ego ſi exaltatus fuero a terra, &c. Qui ergo non trahuntur, non ſunt, quia mali homines non ſunt, ut dicit Boetius, ſed ſunt ſocii ejus, qui non eſt, *Job* 18. Hæc autem poteſtas in duobus conſiſtit, ſcilicet in dejectione diaboli, & in victoria Eccleſiæ, de qua dicit, ibi (Et ipſi vicerunt, &c.) De primo autem dicit (Quia projectus eſt) quaſi: Bene dico, quod ſalus facta eſt, & poteſtas Chriſti,

k Quia projectus eſt] idest refrænatus. *l* Accuſator fratrum noſtrorum] Hoc dicunt Angeli; ergo ſumus fratres eorum, quia de hominibus ipſi loquuntur. Verum eſt quoad gratiam, non quantum ad naturam, & quia ad eamdem hæreditatem vocati ſumus. Sed quare dicit ſingulariter, accuſator? Sol. Hoc refert ad principem eorum, a quo alii mittuntur, ut accuſent. Vel hoc dicit, ut ſignificet uniformem intentionem Dæmonum.

m Qui accuſabat] idest accuſabiles reddebat, ad mala opera eos per ſuas ſuggeſtiones inſtigando, & inducendo.

n Ante conſpectum] Dei noſtri, quem nullum latet ſecretum. *Hebr.* 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis ejus,

o Die ac nocte] idest continue, vel per proſpera, & adverſa, & hoc maxime nobis timendum eſt, quia continue inſidiatur nobis, ut reprehenſibiles reddat. 1. *Petr.* 5. Adverſarius veſter diabolus circuit, quærens quem devoret.

p Et ipſi vicerunt illum] ſcilicet diabolum Angeli, vel potius homines juſti auxilio Angelorum fulti. Et hoc eſt ſecundum, in quo notatur poteſtas Chriſti, quia ſcilicet per ipſum Eccleſia vicit (Vicerunt) In hoc notatur libertas arbitrii, nec omnino per ſe, ſed

q Propter ſanguinem Agni] idest fidem paſſionis Chriſti. *Exod.* 12. Præcipiuntur poſtes hoc ſanguine intingi, idest intellectus, & affectus, & ſic poterimus liberari ab exterminatore Angelo. Unde *Cant. ultim.* Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ſignaculum ſuper brachium tuum.

r Et propter verbum teſtimonii ſui] idest propter apertam confeſſionem fidei Chriſti, quia non tacent ubi loqui neceſſe eſt, ut dicit *Gl.* Vel (Propter verbum teſtimonii ſui) quod fuit de reſurrectione Chriſti. *Act.* 4. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri.

ſ Et non dilexerunt animas ſuas uſque ad mortem] exclusive, idest, tantum quod illa dilectio excluderet mortem. Vel

q Propter ſanguinem] quoad conjugatos, qui etſi ſunt diviſi, tamen ſunt ſanguine paſſionis inſigniti;

r Et propter verbum teſtimonii] quantum ad Prælatos, qui debent Chriſto perhibere teſtimonium, & vita, & doctrina.

ſ Et non dilexerunt animas ſuas uſq; ad mortem] martyres. *Act.* 20. Nec facio animam meam pretioſiorem me, dummodo conſummem curſum meum. Quia *Joan.* 15. Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

t Propterea] Hic mutuo invitant ſe Angeli ad exultandum. Dicit ergo (Propterea) quia ſcilicet projectus eſt hoſtis, quia ſalus reſtituta eſt humano generi.

u Lætamini cœli] i. majores Angeli, quibus Dominus immediate revelat ſua ſecreta.

x Et qui habitatis in eis] ſcilicet vos minores. Et in majoribus dicuntur habere minores, quia ab illis recipiunt illuminationes. Vel (Cœli) dicuntur Angeli, & qui habitant in eis dicuntur Sancti.

y Væ terræ, & mari] Hic invehitur contra malos ex nimia lætitia. Per terram ſtabiles in uno peccato deſignantur, per mare illi, qui de uno fluunt in aliud. Vel per hæc duo omnes peccatores intelliguntur, quia ſicut mare ſunt fluentes deorſum, ſed terra, quia ſtabilis, & ponderoſi quoad motum ſurſum. E converſo dicitur, quod Spiritus ſanctus ſtabilis eſt, ne fluat deorſum, ſed mobilis ut aſcendere faciat ſurſum. *Sap.* 8. (Væ) ergo (terræ, & mari) Et quare væ.

z Quia deſcendit diabolus ad vos] Deſcendit, inquam, de Sanctis, in quibus erat per ſuggeſtionem.

a Ad vos] ut ſcilicet in vobis faceret manſionem.

b Habens iram magnam] ſciens quod modicum tempus habet, unde ardentibus ad debellandum graſſatur, & eos, qui recte vellent vivere, expugnare conatur. 1. *Joan.* 2. Filioli, noviſſima hora eſt,

c Et poſtquam vidit Draco, quod projectus eſt, &c.] Secunda pars capituli, in qua agit de profectu Eccleſiæ ſub aperta perſecutione Dæmonum, & oſtenditur hic conatus diaboli aperte Eccleſiam perſequentis. Unde dicit: [Et poſtquam vidit Draco, quod projectus eſſet in terram, perſecutus eſt Mulierem, quæ peperit maſculum] antequam tamen perſequeretur.

d Datæ ſunt Mulieri duæ alæ] tanquam arma, quibus ſe poſſet elongare. Hæ alæ ſunt vita activa, & contemplativa, quæ ſignificatæ ſunt per Martham, & Mariam. *Luc.* 10. Vel [Duæ alæ] ſunt amor Dei, & proximi. De quibus *Matth.* 22. Diliges Dominum Deum tuum. Et poſt pauca: Et proximum tuum ſicut teipſum. Alæ, dico, non quæcumque, ſed

e Aquilæ magnæ] Et hoc dicitur, quia in cœlum faciunt volare. *Philip.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt. Vel [Duæ alæ] ſunt contemptus mundi, & fruitio Dei, quas Chriſtus continue habuit etiam hic in via. Et quare datæ ſunt illi?

f Ut volaret in deſertum] Per hoc intelligitur profectus, quia ut ſupra dictum eſt: Mulier prius fugit quaſi pede, & quaſi adhuc amans terrena, ſed ſub Deo modo volat, quia jam pedibus non tangit terram. Et prius dixit ſolitudinem, hic dicit deſertum, quia ſolitudo excludit tumultum mundi, & non res; deſertum vero utrumque, ſcilicet & res mundi, & tumultum.

g In locum ſuum] Ergo locus proprius Eccleſiæ eſt deſertum, ubi nec res mundi ſunt, nec tumultus. *g* Ubi alitur per tempus, &c.] idest doctrina Chriſti paſcitur tribus annis, & dimidio, idest toto tempore vitæ præſentis, ut *ſupra cap. proximo* expoſitum eſt, mille ducentis ſexaginta.

h A facie ſerpentis] idest ab impugnatione Diaboli perſequentis. Vel ſi refertur hoc ad tempus Antichriſti, verum eſt, quia tunc per tres annos, & dimidium latebit Eccleſia ad proprium locum, ſcilicet ad paupertatem redacta.

a Et miſit]

a Et miſit.] Superius oſtendit, quod diabolus perſecutus eſt mulierem, modo oſtendit modum, dicens [Et miſit Serpens] Cum Serpens alas non haberet, quibus poſt Mulierem poſſet volare, fecit quod potuit, quia
b Ex ore ſuo,] ideſt, per ſuos ſatellites tribulationem contra eam miſit.

c Poſt Mulierem] bene dicit, quia eam non attigit, nec prævaluit. Miſit, inquam.
d Aquam tanquam flumen] ideſt, abundantem vitiorum multitudinem. Vel (Aquam) ideſt, tribulationem.
e Tanquã flumen] inundantem, *Cant. c.* 8. Aquæ multæ, ideſt, tribulationes, non potuerunt extinguere charitatem, *Iſ. c.* 8. Ibi ſuper Judam mundans, ideſt, tribulationes multiplicans; & tamen tranſiens uſque ad collum veniet: quia etſi premitur Eccleſia tribulationibus, non tamen opprimitur.

a Et miſit Serpens *b* ex ore ſuo poſt *c* mulierem *d* aquam *e* tanquam flumen, *f* ut eam faceret trahi a flumine. *g* Et adjuvit terra Mulierem, *h* & aperuit terra os ſuum & abſorbuit flumen quod miſit Draco *i* de ore ſuo. *k* Et iratus eſt Draco in Mulierem, *l* & abiit *m* facere prælium cum reliquis de ſemine ejus, qui cuſtodiunt *n* mandara Dei, & habent teſtimonium Jeſu Chriſti. Et a ſtetit ſuper arenam maris.

f Ut eam faceret trahi a flumine] ideſt, ut per tribulationes eam induceret ad peccandum.
g Et adjuvit terra Mulierem] ideſt, cœleſtis Eccleſia, quæ eſt terra viventium, ideſt, Sancti, qui jam ſunt in patria: vel omnes Electi, qui in fide ſtabiles, & perfecti adhuc vivunt in pugna, orationibus ſuis a tribulationibus Eccleſiam liberaverunt. Unde ſequitur.
h Et aperuit terra os ſuum] ad deprecandum Dominum.
i Et abſorbuit flumen quod miſit Draco de ore ſuo] Hoc fecit dum per orationem ſuam abſorbuit Diabolicam tentationem, & mitigavit tribulationem.

Vel (Terra) ideſt, Chriſtus, in quo ut terra fundata eſt Eccleſia, 1. *Cor.* 3. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus. *Pſ.* 84. Benedixiſti Domine terram tuam, avertiſti captivitatem Jacob.

Hic adjuvi Mulierem] ideſt, Eccleſiam, quia noſtras tribulationes ipſe portavit, & exemplum ſuſtinendi dedit, & virtutem, *Iſ.* 53. Vere languores noſtros ipſe portavit, & ipſe apertus eſt, ut flumen abſorberetur, *Iſ.* 2. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo. Ibi enim abſorbetur flumen, ideſt, tribulatio mitigatur. Quia ut dicit *B. Bernard.* Devotus miles ſua non reputabit, cum benigni ducis vulnera intuebitur.

Unde *Apoſt. Hebr.* 12. Aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta, atque in dextera Dei ſedet. Recogitate eum, qui talem ſuſtinuit a peccatoribus adverſum ſemetipſum contradictionem, ut non fatigemini animis veſtris deficientes, nondum enim uſque ad ſanguinem reſtitiſtis.

Vel flumen appellantur hic bona temporalia, quæ fluida ſunt, & impermanentia. Hæc.
i De ore] Serpentis, ideſt, ex inſtigatione Serpentis, & perſuaſione diaboli Deo permittente miſſa ſunt in Eccleſiam Dei, quando a Conſtantino regnum Occidentale datum eſt Eccleſiæ. Et bene (ex ore) Serpentis, a quo niſi venenum non exiit: Unde tunc audita fuit vox Angelorum dicentium: Hodie diffuſum eſt venenum in Eccleſia. Per hoc ergo flumen, ideſt, per abundantiam temporalium frangitur una ala, ſcil. contemptus mundi, & per conſequens alia, ſcilicet amor Dei. Et propter hoc clamat Eccleſia per *Pſ.* 68. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam. Et ſcitote, quod male eſſet Eccleſiæ niſi terra, ideſt, diligentes terrena abſorberent ea. Os enim gratanter eis aperiunt, & cum deſiderio ea ſuſcipiant, & ſic ea occupant, quod Sanctis nihil relinquunt. Unde & ſic adjuvant eos, quia ipſi remanent in paupertate. Et hoc eſt, quod dicit *Pſ.* 31. In diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt, ideſt, ad quemlibet Sanctum.
k Et iratus eſt Draco in Mulierem] ideſt, contra Mulierem videns eam habere auxilium, & quod eam non poteſt vincere, & tamen non deſinit impugnare. Unde dicit. *l* Et abiit] a majoribus recedens, quos oppugnare non potuit.
m Facere prælium cum reliquis de ſemine ejus] ideſt, cum minoribus Sanctis.
n Qui cuſtodiunt mandata Dei, &c.] Hoc eſt quod dicitur *Gen. c.* 3. Et tu inſidiaberis calcaneo ejus. Hoc dictum eſt Serpenti, qui cum non poteſt majores vincere, calcaneo, ideſt, minoribus inſidiatur. *Pſ.* 9. Inſidiatur, ut rapiat pauperem, ideſt, illum, qui parum habet adhuc de virtutibus, & bonis operibus.
o Et ſedit ſuper æternam] vel (ſtetit) ideſt, ſuper infructuoſos, & incompactos moram fecit, ex inde inſidians bonos, *Pſ.* 9. Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.

C A P. XIII.

ET vidi *p* de mari Beſtiam *q* aſcendentem,

E X P O S I T I O

C A P. XIII.

ET vidi de mari Beſtiam, &c.] Tertiumdecimũ capitulum in quo agitur de perſecutione Eccleſiæ futura ſub Antichriſto in fine mundi, ſicut in præcedenti egit de perſecutione ipſius excitata a diabolo per ſe ei, & hoc a principio ipſius Eccleſiæ. Dividitur autem hoc capitulum in duas partes. In prima ponitur perſecutio quam facient Pſeudo Apoſtoli Antichriſti, quos ipſe mittet in univerſum mundum ibi (Et vidi aliam Beſtiam, &c.) In prima parte dicuntur ſeptem. Primo deſcribuntur mores Antichriſti generaliter, & genus ejus. Secundo agitur de poteſtate ejus, ibi (Habentem capita) Tertio de ſimulatione ejus, ibi (Et vidi unum de capitibus) Quarto de uſu potentiæ, ibi (Et datum eſt illi bellum facere cum Sanctis) Quinto de ambitu potentiæ ejus, ibi (Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum) Sexto de pœna ejus, & ſuorum, ibi (Si quis habet aures audiendi, audiat) Septimo de profectu Eccleſiæ, qui ex præmiſſis ejicitur, ibi (Hic eſt patientia, &c.) Dicit ergo.
p Et vidi] quaſi, quia per ſe Draco non poteſt Eccleſiam penitus devincere, malam ſibi familiam copulabit per quam eam opprimet, & deſtruere laborabit, inter quos peſſimus erit Antichriſtus, & efficacior ad nocendum.

Unde & Beſtiam vocat eum dicens (Et vidi Beſtiam) ideſt, Antichriſtum nihil omnino ſecundum rationem gerentem, ſed omnia per crudelitatem, *Gen. c.* 37. Fera peſſima devoravit filium meum Joſeph.
q Aſcendentem de mari] ideſt, de Judæis naſcentem. Judæi autem dicuntur mare, quia etſi prius fuerint terra culta per legem, & Prophetas, fertilis & amœna: quia tamen peccatum maximum fecerunt, Chriſtum crucifigentes, propterea inſtabiles, & vagi facti ſunt ſuper terram, illam maledictionem Cain incurrentes, *Gen.* 4. Eris profugus, & vagus ſuper terram. Et ſic ſunt mare quod fluidum eſt, & amarum. Unde *Thren.* 1. Peccatum peccavit Jeruſalem, crucifigendo Chriſtum, propterea inſtabilis facta eſt. Et hoc fuit ſignificatum *Gen.* 13. Quia dicitur ibi, quod Pentapolis erat, ſicut Paradiſus Domini: ſed poſtea ſubverſa, fœtida facta eſt, & abominabilis, & dicitur mare mortuum. Sic Judæi prius populus peculiaris Domini, qui erat Pentapoli propter Pentateuchum Moyſi, propter peccatum ſuum ſubverſi, facti ſunt abominabiles, & fœtidi, & quaſi in mare mortuum redacti. De mari ergo, ideſt, de Judæis, & de tribu Dan, quæ fuit in Iſrael viliſſima. Et propter hoc dicit, aſcendentem, quia de vili tribu venit ad magnam poteſtatem, *Gen. c.* 49. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita. Et hoc dicitur de Antichriſto, quia ipſe inſidiabitur, & nocebit obſervantibus præcepta, & conſilia. Cum ergo dicit de mari, oſtendit unde motus, cum dicit (aſcendentem) oſtendit ad quantam poteſtatem, & ad quid veniet. Unde hoc? Sol. Quia mali in principio aſcendunt, ſed ut magis, & de altiori ruant. Tolluntur in altum, ut lapſu graviori ruant. Et propter hoc dicit de ejus principio, ſed in fine dejiciunt. Unde *Prov.* 29. Superbum ſequitur humilitas, ideſt, dejectio. E converſo eſt de bonis, qui in principio deprimuntur, ſed exaltantur in fine.

Unde de Chriſto dicitur: Aſcendit ad cœlos, & tamen non dicitur, unde aſcendit.

Item per hoc, quod dicit, quod (aſcendit de mari) ſignificatur, quod cito erit caſurus, quia de inſtabili, & fluxibili fundamento, ſuper quod diu non poteſt ædificium ſtare.

Unde in fine *præced. capituli* dictum eſt. Et ſtetit ſuper arenam, *Matth.* 7. Similis eſt viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam,

Digitized by Google

a habentem *b* capita ſeptem, *c* & cornua decem & ſuper cornua ejus decem diademata, *d* & ſuper capita ejus nomina blaſphemiæ. Et Beſtia *e* quam vidi, ſimilis erat pardo, *f* & pedes ejus ſicut pedes urſi, *g* & os ejus ſicut os leonis. *h* Et dedit illi Draco virtutem ſuam, *i* & poteſtatem magnam. Et vidi *k* unum de capitibus ſuis *l* quaſi occiſum in *m* mortem, *n* & plaga mortis ejus curata eſt. Et *o* admirata *p* eſt *q* univerſa terra *r* poſt Beſtiam. *ſ* Et adoraverunt Draconem, *t* qui dedit poteſtatem Beſtiæ, *u* & adoraverunt *x* Beſtiam dicentes: *y* Quis *z* ſimilis Beſtiæ, & quis *a* poterit pugnare cum ea?

& cecidit, fuitque ruina ejus magna. *a* Habentem capita.] Hoc eſt ſecundum quod dicitur in hac prima parte, ſcil. de poteſtate Antichriſti, quæ erit triplex. Primo enim agitur de poteſtate quam habet a Principibus ſibi collatam: ſecundo de ea quam habebit ea malitia inſtigante; tertio de ea quam habet a diabolo inflamante. De prima dicit, ibi [Habentem.] Beſtiam dico habentem. *b* Capita ſeptem.] Hi ſunt omnes illi qui volunt præeſſe omnibus, & nulli ſubeſſe: *Amos cap. 6.* Væ vobis, qui opulenti eſtis in Sion. Optimates, capita populorum. Et quare *væ*? Quia ipſi ſunt de familia Antichriſti. Chriſtus enim & ſui famuli miniſtrare venerunt, & non miniſtrari. Vel [Capita ſeptem] ideſt, ſeptem Principes iniquitatis. Princeps primus Cain, qui Eccleſiam malignantium incepit, eique præfuit. Et recte incepit a poſſeſſione, quia Cain interpretatur poſſeſſio, & terminatur in apertam Chriſti adverſitatem, & contradictionem, ſcilicet in Antichriſtum, qui erit ultimum caput. Secundum caput fuit Nembrot, de quo *Gen.* 10. Alia quatuor ſunt quatuor regna, quæ ſignificantur per quatuor cornua, *Zach.* 1.

Item per quatuor beſtias, *Dan.* 7. Item per quatuor animalia, *Ezech.* 1.

c Et cornua decem] ideſt, potentiam, ſapientiam, divitias, & ſimulationem.

Ipſe enim ſimulabit ſe moriturum, & poſtea reſurrecturum.

Hæc quatuor quibus maxime utitur, dicuntur decem, quia per hæc impugnabit Decalogum.

Vel ſeptem capita, ſeptem vitia capitalia, quibus decem præcepta impugnabit. Unde & ſequitur [Cornua decem, & ſuper cornua ejus decem diademata] quia per hæc habebit victoriam de obſervatoribus Decalogi, vel ſe habere reputabit. Vel (decem cornua) erunt univerſi Principes mali, qui adhærebunt ei, & obſervantes Decalogum impugnabunt, & de multis habebunt victoriam ſpiritualem, quia ipſi in animabus ſubvertentur, de aliis, ſcil. de Sanctis corporaliter tantum, quia eos occident, & flagellabunt.

d Et ſuper capita ejus nomina blaſphemiæ] quia dicunt Chriſtum non Deum fuiſſe, ſed magum: *Dan.* 11. Adverſus Deum Deorum loquetur magnifica.

e Et Beſtia quam vidi, &c.] Hic deſcribit Beſtiam a potentia quam habet ea nequitia inſtigante, dicens [Et Beſtia quam vidi, ſimilis erat pardo] propter varios modos decipiendi. Pardus erit Antichriſtus, quia valde erit perverſus. *Jer.* 12. Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, & pardus varietates ſuas, &c.

f Et pedes ejus, ſicut pedes urſi] Hoc refertur ad deceptionem actualem, pedum enim eſt terram conculcare. In pardo igitur ars decipiendi: ſed in pede ipſe actus decipiendi deſignatur, quaſi dicat: illos quos decipiet, tales faciet, ut digni ſint in igne gehennæ ſub pedibus Dæmonum conculcari.

g Et os ejus ſicut os leonis] quod devorat, & fœtet: ſic ille fœtens per malitiam devorabit crudeliter omnes Sanctos & perſequetur Eccleſiam.

Item pardo comparatur propter variam Philoſophorum aſſertionem quam tenebit.

Item pedibus urſi propter pravæ perpetrationis velocitatem, & Sanctorum conculcationem.

Item os leonis dicitur propter Sanctorum mortem, & occiſionem crudelem, & devorationem.

Vel (pardo) comparatur propter concupiſcentiam oculorum.

Item urſo propter concupiſcentiam carnis. *Dan.* 11. Et erit in concupiſcentiis feminarum.

Item ori leonis propter ſuperbiam. *Jerem. cap.* 4. Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo Gentium ſe levavit; egreſſus eſt de loco ſuo, ut ponat terram tuam in ſolitudinem, o Eccleſia.

h Et dedit illi Draco.] Hic tangit de poteſtate Antichriſti data ſibi a diabolo, dicens. [Et dedit Draco virtutem] faciendi miracula, ut dicit *Gloſſ.* Sed miracula fiunt ad manifeſtationem Dei; ergo cum Deus non manifeſtetur per illa patet quod non erunt miracula. Item diabolus non habet poteſtatem, niſi in naturalibus, & non in libero arbitrio, vel in eis quæ ſubſunt libero arbitrio. Solut. Verum eſt, quod non erunt miracula, ſed magis mirabilia. Mirum autem, & mirabile idem: ſed mirum in cognoſcente, mirabile in ipſo cognito: miraculum proprie ad cognoſcendam Dei virtutem.

i Et poteſtatem magnam] ſeducendi multo. Hic ponuntur undecim conditiones in deſcriptione Beſtiæ, quæ patent per ordinem. Per has itaque intelligitur totum corpus Antichriſti, quia undenarius eſt numerus tranſgreſſionis. Hoc ſignificatum eſt per hoc quod dicitur in *Pſ.* 82. Tabernacula Idumæorum, & Iſmaelitæ, ubi enumerantur undecim populi, per quos intelligitur univerſitas malorum, quibus debetur pœna ſignificata per undecim genitivos. *Soph.* 1. Dies illa, dies iræ, &c. Et per undecim onera Gentium: de quibus dicitur, *Iſaiæ* 13. *capit.* uſque ad 24. D

k Et vidi unum] Tertia pars primæ partis, in qua primo agit de ejus ſimulatione: ſecundo de efficacia ejus in ſimulatione, ibi (*Et admirata eſt univerſa terra.*) Dicit ergo (*Et vidi unum de capitibus*) ſeptem ſcilicet præmiſſis, ideſt, Antichriſtum: qui bene dicitur eſſe unum de ſuis capitibus, ſive caput ſuum, quia dicet ſe eſſe principium ſui ipſius, 2. *Theſſ.* 2. Oſtendens ſe tanquam ipſe ſit Deus, *Dan. cap.* 9. Elevabitur, & magnificabitur adverſus omnem Deum.

l Quaſi occiſum] quia ad litteram per artem magicam ſimulabit ſe eſſe mortuum.

m In mortem] Hoc dicit, ne credatur loqui ſecundum communem uſum, & modum loquendi, quo aliquis quaſi occiſus, vel quaſi mortuus dicitur, qui proximus eſt morti. *n* Et plaga] Poſt ſimulationem mortis ſequitur ſimulatio reſurrectionis. Unde dicit (*Et plaga mortis ejus curata eſt*) Arte enim magica feretur a Dæmonibus in aera quaſi aſcendat in cœlum, & ſic putabitur ab omnibus reſurrexiſſe, qui prius mortuus putabatur ab omnibus. Per triduum enim latens mortuus portabitur. Nec ipſe mortem occidet, ſicut Chriſtus, ſed potius mors ipſum. *Oſee* 13. De Chriſto. Ero mors tua o mors.

o Et admirata eſt univerſa terra] Hic oſtendit efficaciam ſimulationis, Hæc autem efficacia ſimulationis erit in duobus, quia habebit efficaciam in aliis, & in ſeipſo. De ſecundo dicitur, *inf.* ibi: (Et datum eſt ei *os loquens* magna, &c.) De primo dicitur hic (Et admirata eſt) Hoc conſiſtit in quatuor, Primo, quia admirabuntur Gentes, & populi, & confirmabunt ſe illi, & adorabunt, & laudabunt. Dicit ergo. *p* Et] quia credent eum reſurrexiſſe (*admirata eſt*) ideſt, admirabitur.

q Univerſa terra] ideſt, homines habitantes in terra, Dei permiſſione, & peccatorum ſuorum meritis per magicas artes illius decepti.

r Poſt Beſtiam] vadens ſcil. ecce conformatio.

ſ Et adoraverunt Draconem] ideſt, Diabolum in Antichriſto quem putabant reſuſcitatum, ſicut illi qui videbant Chriſtum facientem miracula, glorificabant Deum, & adorabant.

t Qui dedit poteſtatem] reſurgendi ſcilicet.

u Beſtiæ] ideſt, Antichriſto.

x Et adoraverunt Beſtiam] ideſt, Antichriſtum, ſe illi humiliando; ſicut diſcipuli adoraverunt Chriſtum poſt reſurrectionem ſuam. *Matth. ult.* Undecim diſcipuli abierunt in Galilæam in montem, ubi conſtituerat illis Jeſus, & videntes eum adoraverunt.

y Dicentes] admirando.

z Quis ſimilis Beſtiæ?] ideſt, qui poteſt tanta facere?

a Et quis poterit pugnare cum ea] ideſt, voluntati ejus reſiſtere? Ecce laus quam ei exhibebunt. Hæc quatuor deberent exhibere Deo. Debemus enim nos admirari Dei ſapientiam, & majeſtatem. *Rom. cap.* 11. O altitudo divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, &c. Hæc eſt admirabilis in creatione majoris mundi, ſed magis admirabilis in creatione minoris mundi, ideſt, hominis: quia verbum extrinſecum univerſale non eſt abbreviatum, quia in homine incluſit quodammodo omnem creaturam: unde & homo dicitur omnis creatura.

Et in hoc

Et in hoc fuit ſignificatum, quod Verbum internum univerſale erat abbreviatum. Item debemus admirari Dei patientiam, & humilitatem. Item adorare divinitatem. *Mat.* 4. Dominum Deum tuum adorabis. *Inf. proximo*. Adorare eum, qui fecit cœlum, & terram, &c. Sed laudare bonitatem. Unde illud: Lauda mater Eccleſia, lauda Dei clementiam. *Pſalm.* 117. Confitemini Domino, ideſt laudate, quoniam bonus. *Inf.* 10. Laudem dicite Deo omnes Sancti ejus, & qui timetis eum puſilli, & magni.

a Et datum eſt ei *b* os loquens magna, *c* & blaſphemias, *d* & data eſt illi poteſtas facere menſes quadraginta duos. Et aperuit os ſuum in blaſphemias *f* ad Deum, *g* blaſphemare nomen ejus, & *h* tabernaculum ejus, *i* & eos, qui in cœlo habitant. *k* Et datum eſt illi *l* bellum facere cum Sanctis, *m* & vincere eos. *n* Et data eſt illis poteſtas in omnem tribum, & populum, *o* & linguam *p* & gentem, *q* & adoraverunt eum *r* omnes, qui inhabitant terram, *ſ* quorum *t* non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni, *u* qui occiſus eſt *x* ab origine mundi. *y* Si quis habet aures audiendi, audiat, *z* Qui in captivitatem duxerit, *a* in captivitatem vadet: qui in *b* gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.

B *a* Et datum eſt ei os, &c.] Hic agitur de efficacia ſimulationis, quā habebit Antichriſtus in ſerpſo: quia ex eo, quod videbit, quod credetur reſurrexiſſe, orietur in eo magna præſumptio, & ex præſumptione aperta blaſphemia. Unde dicit (Et datum eſt ei) permiſſione divina.

b Os loquens magna] dicendo ſe eſſe Deum. *Daniel* 11. Adverſus Deum Deorum loquetur magnifica. *Pſal.* 11. Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.

c Et blaſphemias] negando Chriſtum eſſe Deum. Ad hunc pertinent omnes illi, de quibus dicitur in *Pſ.* 72. Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum tranſivit in terra. Quia erit in concupiſcentia feminarum. *Dan.* 11.

d Et data eſt] Hic oſtenditur quantum durabit illa perſecutio, quia per tres annos & dimidium, & hoc toties repetitur, ne oblivione tradatur. Etſi enim magna ſit tribulatio, propter brevitatem temporis minus timebitur. Unde dicit: [Et data eſt illi poteſtas facere] mala prædicta, per [menſes quadraginta duos] Sequitur:

e Et aperuit os ſuum, &c.] Secundum *Gl.* prius cum dictum eſt [loquens blaſphemias, &c.] intelligebatur de præſumptione, ex qua occulte blaſphemabit, modo vero de aperta blaſphemia. Unde dicit: [Et aperuit os ſuum in blaſphemia] actuales.

f Ad Deum] non tantum contra, ſed uſque ad Deum, a ſanctis ſcilicet incipiens blaſphemare, & uſque ad Deum procedens.

g Blaſphemare nomen ejus] ideſt fidem, & doctrinam, & miracula Chriſti, quibus nobis nominabilis eſt Deus. *Joan.* 1. Unigenitus, qui eſt in ſinu patris, nobis enarravit illum.

h Et tabernaculum ejus] ideſt humanam naturam, in qua latuit divinitas Chriſto, quæ in ipſo habitavit corporaliter, ideſt ſolide, quia ſecundum triplicem quaſi dimenſionem, quia per eſſentiam, & gratiam, & unionem. In ſanctis vero habitat quaſi ſuperficialiter, quia per eſſentiam, & gratiam: in omnibus creaturis linealiter, quia ſolum per eſſentiam. Vel (Tabernaculum) ſecundum *Gl.* eos, qui Chriſto militant, hoſtes ejus, ideſt peccata, & Dæmones expugnando. De quibus *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram.

i Et eos, qui in cœlo habitant] blaſphemabit, ſanctos ſcil. qui jam ſunt in cœlo, & dicet eſſe damnatos in inferno. Sicut jam faciunt quidam hæretici, qui dicunt Beatum Nicolaum, & ceteros omnes Confeſſores, qui fuerunt in Eccleſia a tempore Silveſtri Papæ damnatos eſſe, & in inferno. De quibus *Pſ.* 16. Adipem ſuum concluſerunt; os eorum locutum eſſe ſuperbiam.

k Et datum eſt illi, &c.] Quarta pars primæ partis, ubi agitur de uſu poteſtatis Antichriſti, qui procedit ex æmulatione, & poteſtate. Unde [Et datum eſt illi] ideſt permiſſum a Deo, quia nihil habebit niſi permiſſum, & ex ſeipſum nihil.

l Bellum facere cum Sanctis] per blandimenta, & promiſſiones, & comminationes, & exhortationes.

m Et vincere eos] corporaliter tantum ſi ſunt prædeſtinati, vel ſpiritualiter aliquos, qui non ſunt prædeſtinati: Quos enim per fraudulentiam non poterit frangere, aperte debellabit per violentiam. *Dan.* 11. Ingredietur terra, ſcil. per ſe, vel per nuntios, & pertranſiet, quia non inveniet reſiſtentem, & introibit in terram glorioſam, & multi corruent.

n Et data eſt illi poteſtas] Quinta pars, ubi determinatur ambitus poteſtati ſuæ [Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum] quoad Judæos majores, & populum quoad Judæos minores.

o Et linguam] quoad malos Chriſtianos.

p Et gentem] quoad Paganos.

q Et adoraverunt eam] ideſt Beſtiam, ſe illi humiliando.

r Omnes, qui inhabitant terram] per amorem fixi in ea.

ſ Quorum] quia ſunt Reprobi.

t Non ſunt ſcripta, &c.] ideſt, quam dat Agnus. Hic liber eſt ipſe Agnus, in quo omnia antequam fierent, erant. *Jo.* 1. Quod factū eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominū. Ipſe enim eſt mens Dei. Unde ſicut domus eſt in mente artificis, prius quam fiat in actu, ſic omnia fuerunt in ipſo, qui omnium erat exemplar, & idea. Sic ergo eſt liber vitæ in quantum Deus. Item inquantum homo eſt liber vitæ, qui dedit nobis exemplum vivendi. *Eccleſ.* 24. Hæc omnia liber vitæ. Agni dico,

u Qui occiſus eſt] in Abel, & in ceteris membris ſuis, vel ſignificatus eſt occidi in morte Abel, & aliorum, vel in Agno, quem immolavit Abel. Et hoc,

x Ab origine mundi] ideſt ſtatim poſt originem. Vel [Occiſus eſt] ideſt præviſus, & præordinatus ab æterno occidi in tempore. Unde [Ab origine] ideſt ante originem [mundi] Unde *Eccl.* 24. Ab initio, & ante ſæcula creata ſum, ideſt præviſa creari quoad humanitatem, cujus pars fuit anima a Deo creata.

y Si quis, &c.] Sexta pars, in qua agitur de pœna Antichriſti, & ſuorum, quaſi dicat: Talis erit, tam elatus, tam ſuperbus, ſed tamen miſer erit, quia graviſſime, & ignominioſe deponetur, & punietur. Unde dicit [Si quis habet, &c.] quod ſequitur. Aures audiendi habent, qui bene utuntur auribus, quia audire eſt uſus aurium. Tales ergo poſſunt percipere admonitionem. Præmittit autem hic admonitionem, ut reddat ad audiendum attentos, ut caveant, qui audierint, a magnitudine pœnarum, quas dicturus eſt.

z Qui in captivitatem duxerit] alios, ſicut Antichriſtus, & ſui, vel materialiter flagellando Sanctos, vel ſpiritualiter ad peccandum trahendo multos, *a* In captivitatem vadet] ideſt in pœnas inferni: Ecce quod jam dicta eſt ſententia de malis. *Jo:* 16. Princeps hujus mundi, cum ſuo corpore ſcil. jam judicatus eſt. *Ezech.* 12. In tranſmigrationem, & in captivitatem ibunt omnes increduli, ſcil. famuli Antichriſti, & dux, qui in medio eſt eorum, ſcil. Antichriſtus, in humeris Dæmonum, ſcil. portabitur in infernum. In hanc autem tranſmigrationem ibunt, qui prius vadunt in tranſmigrationem culpæ de peccato fluentes in peccatum. *Am.* 1. Super tribus ſceleribus, & ſuper quatuor non convertam eum eo, quod non concluſerit captivitatem perfectam in Idumæa. *Iſ.* 33. Væ qui prædicaveris, nonne & ipſe prædaberis.

b Qui in gladio] perſuaſionis iniquæ, vel (gladio) materiali fideles (occiderit, oportet eum gladio occidi) quia ſpiritu oris Chriſti interficietur Antichriſtus. *Iſa.* 11. Et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Vel (gladio) æterni judicii occidetur Antichriſtus, & ſui: *Job* 19. Fugite a facie gladii, quia ultor iniquitatis eſt gladius. Sic poteſt intelligi illud verbum Domini. *Matth* 26. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt. Vel (gladio) ſpiritus, quod eſt verbum Dei. *Epheſ.* 6. Hic quidam occiduntur morte bona, alii morte mala, qui peccata non dimittunt ad admonitionem verbi Dei, & iſti occidendi, ideſt damnandi prædicuntur. Vel [Qui in gladio occiderit, &c.) ideſt, qui vindictam exercuerit, ipſa vindicta erit ei cauſa damnationis. Unde *Rom.* 12. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. Vel ſic (Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi) ideſt juxta menſuram culpæ menſurabitur menſura pœnæ. *Luc.* 6. Eadem quippe menſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis. *Ezech.* 21. Mucro, mucro evagina te ad occidendum. Hoc dicitur, quia tempore Antichriſti latebit ſententiam Chriſti, ſed poſtea apparebit. Unde ſequitur: Et lima te, ut interficias, & fulgeas.

a Hic eſt patientia] Septima pars, in qua agitur de profectu Eccleſiæ, quia Sancti magis volunt hic affligi, quam æternaliter puniri. Unde dicit [Hic] quaſi, in præſenti, vel in Sanctis, vel in pœnis Sanctorum. Et ſicut hic exponitur: In conſideratione malorum augetur iſtis patientia, quia libenter ſuſtinent iſtas ne oporteat illas. Conſiderant autem, quod hic prædicatur eorum pœnæ, ideſt in reſpectu pœnarum Antichriſti, & ſuorum, & e converſo remunerationis bonorum.

a Hic eſt *b* patientia, & *c* fides Sanctorum. *d* Et vidi aliam *e* beſtiam aſcendentem *f* de *g* terra, *h* & habebat cornua duo *i* ſimilia Agni. *k* Et loquebatur ſicut Draco, *l* & poteſtatem prioris Beſtiæ *m* omnem faciebat *n* in conſpectu ejus, *o* & fecit terram, *p* & inhabitantes in ea *q* adorare Beſtiam primam, cujus *r* curata eſt plaga mortis. *ſ* Et fecit ſigna magna, *t* ut etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram in *u* conſpectu hominum. *x* Et ſeduxit ha-

b Eſt patientia Sanctorum] Patienter enim Sancti ſuſtinent præſentia incommoda, ut ſic effugiant æterna. Unde *Gregor.* Sancti temporalem pœnam lucrum putant, quia ſe per hanc æternam evadere non ignorant. Unde *Dan.*13. dicebat Suſanna: Anguſtiæ mihi ſunt undique. Per Suſannã ſignificantur Sancti, & interpretatur enim ſilentium, vel gratia, vel obtinuit gratiam, & Sancti ſimile eligunt, quia exeunt ab amore mundi, ut hic obtineant gratiam Domini. *Iſ.*30. In ſilentio, & ſpe erit fortitudo veſtra. Unde dicunt illud *Hebr.* 12. Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta. De quo verbo dicit *Auguſt. in lib: de cathechizandis rudibus*: Omnia bona terrena contempſit Chriſtus homo, ut contemnenda monſtraret, & omnia terrena mala ſuſtinuit, quæ ſuſtinenda præcepit, ut nec in illis quæreretur felicitas, nec iſtis timeretur infelicitas.

c Et fides Sanctorum] eſt ſcilicet [Hic] ideſt in reſpectu pœnarum, & remunerationis, quia illo in pœnam projecto, quia hic audiunt projiciendum Sancti, qui fidem in perſecutionibus tenuerunt, ſe remunerandos credunt. Vel [Hic] ideſt in ſuſtinentia paſſionum [Eſt fides Sanctorum] illæſa, & incontaminata. Unde & occiſi, & flagellati vicerunt per patientiam, & fidem. *Hebr.*11. Qui per fidem vicerunt regna. 1. *Joan.* 5. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra. Unde & in die judicii exultabunt Sancti in gloria, ſicut exultant victores capta præda, quando dividunt ſpolia. *Iſ.* 9.

d Et vidi aliam Beſtiam] Secunda pars capituli, in qua agitur de perſecutione Eccleſiæ, quam per falſos Apoſtolos, ſcilicet nuntios Antichriſti ſuſtinebit, quos vocat Beſtiam. Hæc pars dividitur in duas. Primo enim deſcribit Beſtiam: ſecundo docet, quomodo cavendum ſit ab ea, ibi [Hic ſapientia eſt] in fine capituli. Et poſſunt per hanc Beſtiam intelligi falſi Chriſtiani, qui convertentur ad Antichriſtum, Unde poteſt dici, quod præcedens perſecutio erit ab Antichriſto, & a Gentibus cohærentibus ſibi; hæc vero ab Antichriſto, & a falſis chriſtianis. Beſtiam igitur deſcribit a duobus. Primo a malitia: ſecundo a poteſtate, ibi: [Et fecit ſigna] Primo igitur deſcribit eam a malitia occulta cum dicit: [Beſtiam] Et a profectu malitiæ, cum dicit: [Aſcendentem] Et ab occaſione, vel cauſa tam malitiæ, quam profectus ejus, cum dicit: [Et habebat cornua] Deinde deſcribit eam a malitia aperta, cum dicit: [Et poteſtatem prioris, &c.] Tandem a fine poteſtatis, vel malitiæ tam occultæ, quam apertæ, cum dicit: [In conſpectu ejus] Ultimo oſtendit effectum malitiæ, cum dicit: [Et fecit terram, &c.] Sex igitur dicit hic de Beſtia. [Et vidi beſtiam] ideſt Pſeudoapoſtolos ejus: ecce malitia, quæ in crudelitate conſiſtit: quæ crudelitas tangitur cum dicit:

e Beſtiam] quaſi vaſtiam, quia nihil habentes, vel intelligentes rationis, crudeliter ſævient in Sanctos. Unde *Deut.* 32 Dentes beſtiarum immittam in eos cum furore trahentium ſuper terram, ideſt falſos Apoſtolos Antichriſti, qui mala doctrina corrodent fideles. Vel dentes, ideſt malos Chriſtianos, qui deterius Eccleſiam perſequentur, quam Gentes. *Pſ.* 56. Dentes eorum arma, ad defendendum ſuum principem, & ſuum errorem, & ſagittæ ad Eccleſiæ impugnationem, & lingua eorum gladius acutus, corda fidelium ſeducens per perverſæ doctrinæ eruditionem. Beſtiam dico,

f Aſcendentem] Ecce profectus malitiæ proveniens ex ſuperbia, quæ notatur in aſcenſu, ſicut patet in illo, qui dixit: Aſcendam in cœlum. *Iſ.* 14. *Pſ.* 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.

g De terra] ideſt de amatoribus terrenorum, qui Pſeudoapoſtolos Antichriſti fovebunt, & nutrient. Et dicit, unde aſcendet, & non quo, quia malorum finis deſcenſus. *Pſ.* 72. Dejeciſti eos dum allevarentur. Sed e converſo dicitur de bonis quo aſcendunt, & tacetur. Unde *Sap* 11. Aſcendite huc, ideſt in cœlum. Sicut dictum eſt Enoch, & Eliæ reſurgentibus.

h Et habebat, &c.] Hic agit de cauſa, vel occaſione profectus Beſtiæ in ſua malitia, quæ eſt ſimulatio ſanctitatis, quæ ſeducet Principes. Unde dicit [Et habebat cornua duo] falſi ſcilicet Chriſtiani duo Teſtamenta per ſcientiæ cognitionem, non per vitæ ſanctitatem, ſed

i Similia Agni] ideſt cornibus, ideſt Chriſtum prædicantia; unum quidem per ſignificationem, aliud vero per rei exhibitionem; hæc ſimulabunt ſe habere, & ſervare. Vel [Duo cornua] ſunt ſimulata dilectio Dei, & proximi. Vel ſecundum *Gloſſ.* innocentia, & pura vita. Vel [Duo cornua] ſignificant doctrinam, & gratiam faciendi miracula, ſicut habuit Chriſtus, & ſui. Et propter hoc dicit: [Similia Agni] Et quod bene dixerit [ſimilia] & non vere [Agni] oſtendit, ſubdens:

k Et loquebatur ſicut Draco] locutus erat in Antichriſto ſcilicet per impiam perſuaſionem concordans Draconi, ideſt diabolo, quaſi dicat, Doctrinam habebat ſimilem doctrinæ Agni, & miraculorum Agni ſimilitudinem, ſed veritatem cornuum diaboli, ſcil. doctrinam fœtentem, & phantaſticam, & non miraculorum veritatem. Et in hoc aperitur falſitas ejus, ideſt Beſtiæ, quia bonos ſe ſimulabunt Apoſtoli Antichriſti, & tamen mala ſuadebunt.

l Et poteſtatem prioris] Hic deſcribit Beſtiam, ideſt Apoſtolos Antichriſti a malitia aperta, dicens: [Et poteſtatem prioris Beſtiæ] ideſt Antichriſti.

m Omnem faciebat] ideſt exercebat, & operabatur ex ea, ſecundum quod legitur *Dan.*11. Dabit eis poteſtatem in multis, & dividet terram gratuito, mittendo eos ſcil. per univerſum mundum. Vel [Faciebat omnem poteſtatem prioris Beſtiæ] ideſt omnibus modis decipiendi utentur, quibus Antichriſtus. Et hoc

n In conſpectu ejus] ideſt Antichriſti active, ut ſcil. ipſe nominabilis, & magnus reddatur. Vel paſſive, ut ipſi ſcil. ab eo videantur, & commendentur. Ecce finis malitiæ eorum, quaſi ſcilicet laus, & commendatio Antichriſti, quem tanquam caput ſuum præponent in omnibus, & extollent, ſicut nos præponimus, & extollimus Chriſtum.

o Et fecit terram] Hic ultimo oſtendit effectum malitiæ, & poteſtatis Pſeudoapoſtolorum, dicens: [Et fecit terram] ideſt terrenos in amore terrenorum perſeverantes. Et exponit ſe, dicens:

p Et] ideſt [inhabitantes in ea] per amorem, & non tranſeuntes ex ea per contemptum, & ſubjectionem.

q Adorare Beſtiam primam] ſcilicet Antichriſtum.

r Cujus curata eſt plaga mortis] ideſt, quem reſurrexiſſe a mortuis prædicabunt. Sicut enim prius dictum eſt, ſimulabit ſe mortuum, & divina virtute reſuſcitatum. & hoc prædicabunt ejus Apoſtoli, quos mittet ipſe per mundum, ſicut dictum eſt *ſup.*9. De fumo putei, ideſt de malitia Antichriſti exierunt locuſtæ in terram, ideſt prædicatores mittentur ab eo in terram.

ſ Et fecit ſigna] Hic ſecundo deſcribit Beſtiam a poteſtate duplici, inducente ſcil. & compellente. Inducens eſt operatio miraculorum, compellens vero eſt violentia. De prima dicitur ibi: *(* Et fecit ſigna) De ſecunda ibi: *(* Et faciet, ut quicumque, &c.*)* Dicit ergo: *Et fecit ſigna magna. Gloſſ.* ad confirmationem prædicationis ſuæ.

t Ut etiam ignem faceret, &c.] Ad litteram, per Dæmonum operationem. Nec eſt hoc incredibile, cum hoc alia vice fecerit diabolus. *Job* 1. Ignis venit de cœlo, & tactas oves, puerosque conſumpſit. Et hujus eſt cauſa, quia in his, quæ ſunt naturæ, habet diabolus poteſtatem permiſſione Dei. Vel [Ignem] quia ſpiritus malignus deſcendet in eos, ſicut Spiritus ſanctus deſcendit in Chriſti Apoſtolos. Et hoc [In conſpectu hominum] Unde ſe jactabunt meliores eſſe, quam fuerunt Apoſtoli Chriſti, qui ſpiritum receperunt in conclavi. *Act.*2.

x Et] per hoc (ſeduxit habitantes in terra) ſimiliter amantes terrena, & divina poſtponentes. 1. *Machab.* 1. Et reliquerunt unuſquiſque legem ſuam, & conſenſerunt omnes Gentes ſecundum verbum [illegible] Antiochi.

Digitized by Google

Antiochi. *a* Propter ſigna quæ data ſunt illi] permiſſione Dei.
b Facere in conſpectu Beſtiæ,] ideſt, Antichriſti, in cujus invocatione mirabilia facient ejus Apoſtoli.
c Dicens] ideſt, præcipiens.

bitantes in terra propter *a* ſigna, quæ data ſunt illi facere *b* in conſpectu Beſtiæ, dicens *c* habitantibus *d* in terra, ut facerent imaginem Beſtiæ, quæ habet *e* plagam gladii, & vixit. *f* Et datum *g* eſt illi ut daret ſpiritum *h* imagini Beſtiæ, & ut loquatur *i* imago Beſtiæ; & faciet *k* ut quicumque *l* non adoravit imaginem Beſtiæ, occidatur. Et faciet omnes *m* puſillos & magnos, & divites *n* & pauperes, & liberos & ſervos *o* habere characterem in *p* dextera manu, aut *q* in frontibus ſuis: & *r* ne *ſ* quis poſſit emere aut *t* vendere niſi habeat *u* characterem, aut *x* nomen Beſtiæ, aut *y* nu-

d Habitantibus in terra, ut facerent imaginem Beſtiæ,] conformando ſe illius malitiæ: Beſtiæ dico.
D *e* Quæ habet plagam gladii, per ſimulationem mortis.
f Et dixit.] per ſimulationem reſurrectionis, Heu quot ſunt hodie qui portant ſecum imaginem Beſtiæ impreſſam ſuis cordibus ſigillo operationis malæ; quibus dicitur illud. *Matth.*22. Cujus eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Propter hoc ſanum eſſet conſilium ut Apoſtolo crederent dicenti 1. *Corinth.* 15. Sicut portavimus imaginem terreni, portemus, & imaginem cœleſtis.
g Et datum eſt illi ut daret ſpiritum imagini Beſtiæ,] Hoc eſt aliud ſignum, quia imaginem faciet loqui. Ex hoc videtur quod habebit ſpiritum. Solut. Verum eſt, inhabitantem, & præſidentem non unitum.
i Et ut loquatur imago Beſtiæ;] Ad litteram, per ſpiritum præſidentem, ſicut antiquitus in idolis Dæmones dabant reſponſa. Vel ad litteram, jubebit quamlibet provinciam facere imaginem in honorem & venerationem Antichriſti, ſicut olim idola fecerunt. Vel.
h Imagini Beſtiæ,] ideſt, illis qui conformabuntur Beſtiæ imitando ipſam, dabit [ſpiritum,] ideſt, ut variis linguis poſſint loqui. Sed quomodo hoc dabit diabolus qui etiam non poteſt dare ſcientiam? Solutio: Poteſt diabolus revelare futura & ſcire: quia in inſtanti cognoſcit ea & ſine ſucceſſione temporis, ſed ad habendam ſcientiam indiget tempore. Neque enim ipſe eſt ſupra tempus vel naturam. Unde cum Deus ſit ſupra tempus & naturam, ſolus in inſtanti poteſt ſcientiam infundere & dare. *Pſalm.* 93. Qui docet hominem ſcientiam. Diabolus autem faciet eos loqui ſecundum viſionem hominum, quia ipſe in eis loquetur.
k Et faciet, &c.] Hic agit de poteſtate diaboli violenta, dicens: [Et faciet] per Principes ſæculi, qui homines cogent ut Beſtiam adorent. Unde.
l Ut quicumque non adoraverit imaginem Beſtiæ, occidatur.] Hoc fuit ſignificatum *Dan.* 3. Ubi datum eſt edictum, ut omnes interficerentur, qui non adorarent ſtatuam auream, quam fecerat Nabuchodonoſor rex.
m Et faciet omnes puſillos & magnos,] Diſtributio eſt pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum; quia & de puſillis & de magnis habebit aliquos.
n Et divites & pauperes, & liberos & ſervos] quaſi diceret, communiter recipiet omnes. Unde dicent meliorem eſſe doctrinam ejus quam doctrinam Chriſti, qui ſolum venit ad pauperes, & ipſe pauper. Hos, inquam, faciet.
o Habere characterem] ideſt, ſignum & imitationem Beſtiæ.
p In dextera manu,] ideſt, potioribus operibus ſuis, ad hoc ut manifeſte videantur miniſtri Antichriſti.
q Aut in frontibus ſuis.] ubi maxime eſt locus apparentiæ, ut ſic & verbo & opere confiteantur Antichriſtum.
r Et] hoc ſimiliter faciet.
ſ Ne quis poſſit emere] veritatem ſpiritualis ſcientiæ per meditationem & ſtudium. *Prov.*23. Veritatem emere. *t* Aut vendere] ideſt, temporalia pro ſpiritualibus theſauris diſtribuere. *Matth.*19. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cœlo. Vel [vendere aut emere] non poterunt, ideſt, ſervos Dei acquirere, ut dicit *Gloſſ.* Vel ſic: [Ne qui poſſit emere] gladium prædicationis divinæ, qui emitur ſtudendo & audiendo ab aliis. Hoc Apoſtoli Antichriſti impedient, ne ſc. Scriptura ſecundum veritatem exponatur a Catholicis doctoribus, & a fidelibus audiatur: quia tunc verum erit illud *Apoſt.* 2.*Tim* 4. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros. [Aut vendere] tunicam converſationis mundanæ per caſtigationem carnis in operibus pœnitentiæ. Ipſi enim dicent non eſſe pœnitendum, ſed vacandum deliciis & divitiis. *Luc.* 17. Sicut factum eſt in diebus Loth, edebant, & bibebant, & emebant & vendebant, plantabant & ædificabant. Hæc omnia pertinent ad delicias aut ad divitias. Qua die autem exivit Loth a Sodomis, pluit ignem & ſulphur de cœlo, & omnes perdidit: ſecundum hæc erit qua die filius hominis revelabitur. Sic prohibebunt vendere aut emere, cum Dominus tamen præceperit ſic *Luc.*22. Qui habet ſacculum pœnitentiæ, tollat ſimiliter & peram intellectus Scripturæ, & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Vel ad litteram, quaſi excommunicati habebuntur boni, ut nec eis vendatur ab aliis, nec ematur ab eis: vel e converſo. Ecce quanta erit anxietas, & dolor bonorum.
u Niſi habeat characterem,] in fide cordis.
x Aut nomen Beſtiæ,] ideſt, confeſſionem oris.
y Aut numerum nominis ejus.] ideſt, multiplicationem operum, ut ſic per opera probentur & fides cordis & confeſſio oris. Vel,
u Characterem,] ſignum aliquod ad litteram, ut ſui cognoſcantur & alii interficiantur, dicentes ſe implere Scripturam. *Exod.*12. & *Ezech.*9. Et *ſupr.*7. Ubi ſignati non interficiuntur ſed alii.
x Aut nomen Beſtiæ,] non abbreviatum ſcilicet.
y Sed numerum nominis ejus.] oportebit habere, ut omnes litteræ nominis ſcribantur legibiliter & aperte. Numerus autem nominis ille eſt qui continetur vel ſignificatur in litteris, quibus nomen ejus ſcribitur. Et quia liber iſte in Græco fuit editus; propter hoc ſecundum Græcos numerus eſt quærendus. Græca igitur lingua tripliciter vocatur. Primo *ἀντεμος* Antemos, ab an, quod eſt contra, & theos quod eſt Deus; quaſi contrarius Deo, ſcilicet Chriſto. Hujus nominis omnes litteræ ſignificant: α enim ſignificat unum; ν quinquaginta; τ trecenta; ε quinque; μ quadraginta; ο ſeptuaginta; ς ducenta. Et omnes hi numeri ſimul juncti faciunt ſexcenta ſexaginta ſex. Unde poſtea exponit quid ipſe appellet numerum nominis Beſtiæ. Item vocatur *ἀρνοῦμε* Arnoyme, ideſt, nego, & ipſe Deum negabit, & Chriſtum purum fuiſſe hominem affirmabit. Idem autem numerus ſignificatur per litteras hujus nominis; α enim ſignificat unum; ρ centum; ν quinquaginta, ο ſeptuaginta; υ quadraginta; μ quadraginta; ε quinque. Item tertio notatur *τειταν* Teitan, ideſt, ſol vel gigas, quod bene convenit Chriſto, ſed uſurpabit ſibi Antichriſtus hoc nomen. Et per litteras hujus nominis ſignificatur idem numerus; quia τ ſignificat trecenta; ε quinque; ι decem. Iterum τ trecenta; α unum; ν quinquaginta. Item latinis litteris vocabitur Diclux; quia ipſe ſe lucem dicit: & idem numerus habetur, quia *d* quinquaginta; *i* unum; *c* centum; *l* quinquaginta; *u* quinque; *x* decem ſignificat; & hic numerus ſimul junctus facit ſexcenta ſexaginta ſex. Unde quod hic dicitur. [Numerum nominis] exponetur per illud, ſexcenta ſexaginta ſex.

Moraliter. Per characterem, poteſt intelligi concupiſcentia carnis; per nomen, ſuperbia vitæ; per numerum nominis, avaritia; vel concupiſcentia oculorum: de quibus tribus. 1. *Joan.* 2. Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt: & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Qui hæc tria habent, in foro Mundi, Carnis, vel diaboli & vendere poſſunt, & emere, ideſt, ab adulatoribus numerum inanis gloriæ recipere. Vendunt enim mali ſua opera adulatoribus, quando ab eis † numerum vanæ gloriæ pro eis accipiunt; quæ & ipſi adulatores emunt quando eis placentia dicunt. De his dicitur. *Matth. capit.*25. Ite potius ad vendentes & emite vobis. *Gloſſ.* Venamini more veſtro laudes. Et hoc dicitur eis, increpando. De pœna utrorumque. *Iſaiæ nono.* Et erunt, qui beatificant populum iſtum, ſeducentes: & qui beatificantur, præcipitati. Item luxurioſi vendunt in foro carnis, dantes merces illas, pro quibus Chriſtus ſuum ſanguinem fundit, uni meretrici pro modico pane delectationis. Pretium enim ſcorti vix unius eſt panis; mulier autem pretioſiſſimam viri animam capit. *Proverbior.* 6. Propter hoc præcipit Dominus *Deuteronomii* 23. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filiis Iſrael. Sed hodie hoc præceptum non ſervatur a multis, imo etiam in Eccleſiis faciunt luxurioſa mercata. Unde 2. *Machab. cap.*6.

Moraliter.

al. † nummum.

Peſſima

Digitized by Google

Peſſima autem, & univerſis gravis erat malorum incurſio. Nam templum luxuria, & comeſſationibus erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus; ſacratiſque ædibus mulieres ſe ultro ingerebant, introferentes ea, quæ non licebat. Item avari vendunt, & emunt in mercato Mundi, qui ſe totus eviſcerant, ſicut aranea pro capienda muſca, ideſt, pro aliqua terrenitate habenda, quæ nec replet, nec ſatiat. *Geneſ.* 1. Terra autem erat inanis, & vacua. *Habac.* 2. Væ ei qui multiplicat non ſua.

A Uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum? Et *infr. eodem*. Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ, ut ſit in excelſo nidus ejus, & liberari ſe putat de manu mali. Sequitur.

merum nominis ejus. Hic *a* ſapientia *b* eſt. Qui *c* habet intellectum, computet *d* numerum Beſtiæ. Numerus *e* enim hominis eſt; & numerus *f* ejus ſexcenti ſexaginta ſex.

C A P. XIV.

ET vidi, *g* & ecce *h* Agnus ſtabat ſupra *i* montem Sion, k & *l* cum illo centum quadraginta quatuor

a Hic ſapientia eſt.] Secunda pars ſecundæ partis ubi docet quomodo eſt cavenda Beſtia deſcripta, dicens. [Hic,] ideſt, in tempore illo, quando erit tanta perſecutio.

b Sapientia eſt.] neceſſaria, qua a prædicta Beſtia ſciamus cavere. Et quia res obſcura eſt, attentos facit. Sed quomodo ſapientiam habebimus, oſtendit computando numerum nominis Beſtiæ, per quem poteſt intelligi quod ipſe Antichriſtus erit homo purus. Unde dicit.

c Qui habet intellectum,] ideſt, ſenſum intelligendi myſteria, & obſcura.

d Computet numerum] nominis (Beſtiæ) & ſignificationem cognoſcat.

e Numerus enim hominis eſt;] & non Dei, ideſt, per hunc numerum poteſt aperte cognoſci, quod ipſe Antichriſtus purus homo erit, & non Deus. Et hoc probat dicens.

f Et numerus ejus eſt ſexcenti ſexaginta ſex.] *Gloſſ.* Licet per hunc, ſcilicet numerum Deus videatur; ſapienti purus homo apparebit. Sed quæruntur duo: quomodo Deus videbitur per hunc numerum? Et iterum, quomodo per hunc eumdem numerum apparebit homo purus? Solutio: Per ſenarium, cujus partes aliquotæ (quæ ſunt tria, duo, unum) totum perficiunt, nec citra remanent, nec ultra procedunt, ſignificatur perfectio fidei, cui nihil eſt addendum, nihil detrahendum, ſed ſic ſimpliciter tenendum, ſicut determinant Scripturæ. Et ſicut ſenarii non ſunt niſi tres aliquoti numeri; ſic non eſt fides niſi de tribus aut ſcilicet de Trinitate perſonarum; aut de dualitate naturarum, quæ ſunt in Chriſto; aut de unitate eſſentiæ trium perſonarum. Hæc eſt prima perfectio, & magna. Item per ſexaginta ſignificatur duplex perfectio; fidei propter ſenarium; & operationis, quæ eſt in cuſtodia decem mandatorum; & ſexagenarius componitur ex ſenario ducto in denarium: hæc eſt ſecunda perfectio, & major quam prima. Item per ſexcentenarium ſignificatur perfectio triplex; fidei propter ſenarium; operationis propter denarium; & adimpletionis conſiliorum quam inducit charitas, quæ ſignificatur per centenarium: hæc eſt perfectio tertia, & maxima. Poſſet enim fides in nullo errare, & tamen adhuc erit informis; & etiam hic poſſent ſervari omnia mandata, ſed cauſa timoris: ſed ubi cum duobus primis adduntur conſilia, vix aut nunquam eſt, quin totum perficiat, regula charitatis. Quia igitur Antichriſtus hanc triplicem perfectionem promittet ſuis, vel potius præmium quod debetur his tribus perfectionibus, propterea ab eis reputabitur Deus. Et ſic patet ſolutio ad primam partem *Gloſſ.* ejuſdemque expoſitio. Ad aliud, dicendum quod licet per prædictos numeros, ut dictum eſt, diverſæ perfectiones ſignificentur, tamen, quia numeri reliqui omnes per ſenarium deſcribuntur, ſenarius vero eſt numerus operationis, quia ſex diebus omnes creaturæ factæ ſunt, & ideo per ipſum creatura tantum, & non creator ſignificatur; propterea Antichriſtus, qui per prædictos numeros ſub ſenario poſitos deſcribitur, ſapientibus purus homo apparebit, & non Deus. Senarius igitur bene competit Antichriſto: ſed ſeptenarius, qui ſecundum modum porrectionis ſenario addit unitatem, & requiem ſignificat poſt operationem, bene competit Chriſto, qui die ſeptima requievit ab omni opere quod patrarat. *Gen.* 2. Et ſic patet, quod Chriſtus non Antichriſtus, Deus eſt, & homo. Vel ſic: Quia duplex eſt perfectio, bonorum ſcilicet & malorum. Quarum utraque triplex; parva, mediocris, & maxima, quæ per tres numeros prædictos ſignificantur: & Antichriſtus in omni perfectione malorum erit peſſimus, ſive perfectiſſimus, & omni perfectioni bonorum contrarius ſecundum nomen ſuum; per hoc ſapientibus apparebit purus homo, non Deus.

EXPOSITIO CAP. XIV.

ET vidi, & ecce, &c.] In præcedentibus duobus cap. actum eſt de perſecutione Eccleſiæ tam a diabolo, quam ab Antichriſto illata ei. Et quia difficile, imo impoſſibile eſt ſuſtinere ſine auxilio Dei, propter hoc ne deſperarent Sancti, promittitur eis auxilium a Deo; & hoc in prima parte hujus capituli. In ſecunda vero agitur de judicio ubi omnes remunerabuntur tam boni, quam mali, *ibi*: (Et vidi, &c.) Item prima pars dividitur in quatuor partes. Primo oſtenditur Agnus, & ſocietas ejus ſtare in auxilium Eccleſiæ. Secundo monetur Eccleſia ad talem auxiliatorem accedere, *ibi*. (Et vidi alterum Angelum.) In tertia parte monetur Eccleſia ad contemptum mundi, & ut ſe retrahat ab aliis impedimentis accedendi ad Deum, *ibi*: (Et alius Angelus, &c.) In quarta proponitur præmium, & beatitudo Sanctorum, & hoc ut ipſi ſecurius ad auxiliatorem accedant, & ut expeditius impedimenta accedendi fugiant, *ibi*: (Et audivi vocem, &c.) In prima etiam parte dicuntur tria. Primo oſtenditur Agnus, & ejus ſocietas ſtantes in auxilium Eccleſiæ. Secundo oſtenditur deſiderium Sanctorum quod habent de adjuvando Eccleſiam, *ibi*: (Et audivi vocem, &c.) Tertio dignitas eorum, quia ſcilicet digni ſunt exaudiri, *ibi*: (Et vocem quam audivi.) Dicit ergo.

g Et vidi;] i. intellexi Spiritu revelante.

h Et ecce Agnus] Hic deſcribit Chriſtum dupliciter, in ſe, & in comparatione. In ſe dupliciter: In humana natura: unde dicit: Agnus) Item in divina: unde dicit, (Stabat) ut adjuvans Eccleſiam. Item in comparatione aliorum: unde dicit: (Supra montem, &c.) Agnus igitur dicitur Chriſtus, propter innocentiam. Item quia immolatus pro nobis, ut nos redimeret. 1. *Petr.* 1. Quaſi agni incontaminati, & immaculati Jeſu Chriſti, Incontaminati, quia non habuit originale: Immaculati, quia non habuit actuale. *Unde Exod.* 12. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, ſed aſſum tantum igni. *Auguſt.* Crede, & manducaſti. Crudum quid, dicit; quia non habuit originale, unde non fuit natus crudus, ſicut nos qui in naſcendo, nec ſcintillam gratiæ habemus, quæ aliquantum nos decoquat.

Item. Nec coctum, aqua concupiſcentiæ: hoc dicit, quia Chriſtus non habuit peccatum actuale; nos autem per concupiſcentiam quaſi per aquam decoquimur in peccato. Sed aſſum tantum igni: hoc dicit, quia plenus fuit omni virtute, quæ eſt ignis illuminans non comburens; lucens non conſumens, niſi forte vitia. Unde *Deut.* c. 4. Deus noſter ignis conſumens eſt. Vel aſſum igne paſſionis. Unde ſignificatus eſt per piſcem aſſum appoſitum ſibi poſt reſurrectionem. *Luc. ult.* Obtulerunt ei partem piſcis aſſi. Et *Joan. ult.* Viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem. Caput & pedes cum inteſtinis vorabitis: Caput eſt divinitas, quæ debet per fidem incorporari. Pedes, humanitas in qua noſtræ redemptionis myſteria implevit, quæ ſimiliter debent credi. Inteſtina ſunt ejus infirmitas quoad carnem, & miſeriam, ſine peccato tamen, quam debemus nos pro noſtro modulo imitari, ſecundum quod ipſe dicit unicuique noſtrum. *Joan. ult.* Sequere me. [Agnus] ergo [ſtabat] per divinitatem: nam ſi cecidit ſecundum humanitatem, ſtetit tamen ſemper ſecundum divinitatem. *Joan.* 1. Medius autem veſtrum ſtetit, per divinitatem, quem vos neſcitis, occidentes eum ſecundum carnem. *i* Supra montem Sion,] i. ſuper omnium Sanctorum univerſitatem qua omnem Sanctorum excellentiam, & bonitatem præcellit. *Iſa.* 2. Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles.

k Sion,] autem dicitur Eccleſia, quæ eſt & mons in ſe proficiendo, & ſpeculum aliis bonum exemplum dando. Vel mons bene operando, & ſpeculum inſidias præcavendo,

l Et cum illo centum quadragita quatuor millia.] Hic agit de ſocietate Agni, cum quo non ſunt latera Aquilonis, ſed centum quadraginta quatuor. Hic numerus fit ex duodenario ducta in ſe, & eſt ſignum juſtitiæ abundantis, quia primus eſt numerus abundans, & ſic intelligitur per eum majores Sancti. Vel ſecundum *Gloſſ.* per hunc numerum

numerum intelliguntur etiam virgines in fide Trinitatis perfecti, ex quatuor mundi partibus collecti, [Millia] ad ſignificandum perfectionem. (Cum illo,) ideſt, ei conformes & ſimiles. Sed ex hoc ſequitur, quod erant ſupra Eccleſiam, quia Chriſtus eſt ſupra eam. Solutio. Chriſtus eſt ſupra & poſitione & dignitate; Sancti majores ſunt ſupra dignitate, etſi non poſitione.

Quod autem dictum eſt quod virgines per hunc numerum ſignificantur, hoc eſt, quia virginitas eſt perfectiſſima, & abundans juſtitia, quoad ſeipſam, vel in reſpectu ad proprium ſubjectum; ſicut martyrium perfecta eſt juſtitia quoad Deum; & prædicatio quoad proximum.

millia habentes *a* nomen ejus, & nomen *b* patris ejus ſcriptum in frontibus *c* ſuis. Et audivi *d* vocem de cœlo tanquam *e* vocem aquarum multarum, & *f* tanquam vocem tonitrui magni. Et vocem *g* quam audivi, ſicut citharœdorum *h* citharizantium in citharis ſuis: & *i* cantabant quaſi *k* canticum novum ante *l* ſedem, & ante *m* quatuor animalia, & Seniores *n* & *o* nemo poterat dicere canticum niſi illa *p* centum quadraginta quatuor millia, qui empti *q* ſunt de terra. Hi ſunt *r* qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines *ſ* enim ſunt.

a Habentes nomen ejus,] ideſt, Chriſti, a quo dicuntur Chriſtiani.

b Et nomen patris ejus,] ideſt, Dii a Deo Patre dicti. *Pſalm.* 81. Ego dixi: Dii eſtis, & filii Excelſi omnes.

Et primo dicit nomen Chriſti, quia ad patrem non poſſumus venire niſi per ipſum.

Unde ipſe dicit *Joan. c.* 10. Ego ſum oſtium. (Nomen ejus) non proprium nomen, ſicut multi qui vocaverunt nomina ſua in terris ſuis. Et hi ſignificantur per Abſalon. 2. *Reg.* 10. *c.* 8. De quo legitur, quod erexit ſibi titulum dum adhuc viveret. *Gen. c.* 11. Venite faciamus nobis civitatem & turrim, cujus culmen pertingat uſque ad cœlum; & celebremus nomen noſtrum.

c Scriptum in frontibus ſuis,] non tinctum ut poſſit ad impetum aquarum deleri, i. tribulationem. *Jerem.* 12. Nunquid avis diſcolor hæreditas mea mihi? Nunquid avis juncta per totum? Diſcolores autem ſunt hæretici vel hypocritæ, qui aliud habent in corde, ſc. malitiam, & aliud in facie, ſc. boni apparentiam. *Ezech. c.* 14. Ante frontes pictura palmarum.

Hoc dicitur propter malos qui picti ſunt exterius. Sed ad differentiam malorum dicitur in *eodem Ezech.* 40. Quod ante frontes, bonorum ſcilicet, erat cœlatura palmarum.

d Et audivi.] Secunda pars primæ partis, ubi ponitur deſiderium Sanctorum, quod habent de adjuvando Eccleſiam. Dicit ergo: (Et audivi vocem de cœlo,) i. admonitionem a viris cœleſtibus & perfectis ad imperfectos, & minores procedentem.

e Tanquam vocem aquarum multarum.] Sicut aquæ non faciunt tumultum, niſi quando eis aliquid opponitur; ſic Sancti non expetunt vindictam de iniquis, niſi propter hoc quod illi Chriſto ſe opponunt: propter hoc dicitur, (Tanquam vocem aquarum multarum,] ideſt, Admonitionem & prædicationem Sanctorum.

Vel [aquarum multarum,] ideſt, multorum populorum, de quibus Sancti collecti ſunt & congregati. Per aquam enim ſignificantur populi; quia continue deficimus, nos omnes particulariter, & eſt ſignum univerſalis diſſolutionis.

Et hic particularis defectus eſt quædam mors, unde per ipſum debemus eſſe memores mortis univerſalis. Quod quia non facimus, conqueritur. *Pſal.* 6. Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui. 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. *Eccl. c.* 1. Generatio præterit, & generatio advenit.

f Et tanquam vocem tonitrui magni:] quia magnum eſt & terribile deſiderium ſanctorum, cum non poſſit non impleri. *Pſalm.* 9. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus. *Sapient. cap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili.

g Et vocem quam audivi, & cetera.] Tertia pars ubi oſtenditur dignitas Sanctorum, propter quam debent a Deo exaudiri.

Hæc autem eſt triplex: ex operibus, & ex gratitudine, *ibi.* [Et cantabant] & ex prærogativa meritorum, *ibi.* [Et nemo poterat, & cetera.] Dicit ergo: [Et vocem quam audivi] illa, inquam, vox erat ſicut vox.

h Citharœdorum citharizantium in citharis ſuis,] Cithara lignum habet cum cordis. Per lignum crux, id eſt, pœnitentia deſignatur.

Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & cetera. *Luc. c.* 9. Chordæ ſunt ſingula membra hominis, quæ omnia ſuam debent habere mortificationem, & ſic in ligno extenduntur.

Ut dicit Apoſtolus ad *Romanos c.* 6. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſervire juſtitiæ in ſanctificationem. *Iſa. cap.* 23. Sume citharam, voluntarie ſc. non coactus ſicut Simon Cyrenæus quem angariaverunt ut portaret crucem Domini. *Matth. c.* 27. Circui civitatem circumſpiciendo opera tua. *Job* 9. Verebar omnia opera mea.

Bene cane per confeſſionem: frequenta canticum, quia frequentes & continui ſunt defectus tui. Et dicit. [In citharis ſuis] non ſicut illi qui prædicant & non faciunt; qui ſe nutriunt, & alios mortificant. *Matth.* 23. Imponunt aliis onera gravia; digito autem ſuo nolunt ea movere. Item (in citharis ſuis,) non in alienis: Contra illos Abbates, qui jejunante Conventu ſuo, & male procurato, comedunt pinguia in ſuis cameris. Iſti cantant in citharis alienis, quia tenent ſuum ordinem in ſubditis. Talibus dicit *Eccleſ.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli; ſed eſto in illis, quaſi unus ex illis, ſc. in refectorio & in Eccleſia & in dormitorio.

i Et cantabant.] Hic oſtenditur gratitudo Sanctorum Dicit ergo: [Et cantabant, gratias agendo de acceptis beneficiis, & de integritate animæ & corporis.

k Quaſi canticum novum:] quia nunquam veteraſcet, ſed erit in perpetua novitate continuum.

Vel [quaſi novum] dicitur, ut ſic imperfectio quædam uſque ad glorificationem corporum in animabus ſanctis intelligatur; quia tunc plene erit novum, quando erit glorificatio corporum.

l Ante ſedem,] ideſt, in præſentia Angelorum, in quibus Deus ſedet. *Pſalm.* 117. In conſpectu Angelorum pſallam tibi.

Et dicit [Ante] non poſt; quia æquiparabitur eis, in quibus Deus jam ſedet & quieſcit.

Poteſt enim homo ad meritum Patriarcharum & Apoſtolorum aſcendere; quia tantam gratiam dat Dominus, ad quantam ſe præparat homo.

m Et ante quatuor animalia,] Evangeliſtas ſcilic. vel univerſos Evangelii Prædicatores.

n Et Seniores,] ideſt, Judices Eccleſiæ, vel Veteris Teſtamenti Patres.

o Et nemo.] Ecce tertium, propter quod debent a Domino exaudiri, ſc. prærogativa meriti, quia illud gaudium non habebunt, niſi virgines.

Unde dicit: [Et nemo poterat dicere canticum,] i. de integritate carnis, & animæ gaudere.

p Niſi illa centum quadraginta quatuor millia,] ideſt, niſi virgines.

q Qui empti ſunt de terra,] i. de terrenis operibus, i. a peccatis liberati per virtutem baptiſmi, cujus innocentiam integre ſervaverunt.

Et bene dicit, [Qui empti ſunt,] illi ſc. qui per baptiſmum mundati, per ſanguinem Chriſti ſunt elevati [de terra,] ita quod poſt baptiſmum non peccaverunt. Illi vero redempti, qui per pœnitentiam a peccatis redierunt. Vel [de terra empti] dicuntur, quia per virtutem ſanguinis Chriſti de infirmitate corporis ſunt ſurſum elevati, ut in carne viverent præter carnem. Unde *Ambroſius*, Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturæ, per quam homines Angelis aſſimilantur, major enim victoria hominum quam Angelorum.

Angeli enim ſine carne vivunt; virgines vero in carne triumphant: quia qui in carne virginitatis puritatem ſervant, ſuper cœleſtibus aſſimilantur. Quorum virtutem evidentius diſtinguit dicens.

r Hi ſunt qui cum mulieribus,] ad litteram; vel cum aliquibus mundi ſordibus [non ſunt coinquinati.] Et quare?

ſ Virgines enim ſunt,] mente ſcilicet, & corpore integri. Quia ergo tanta eſt prærogativa virginitatis, dicebat Apoſtolus *in epiſtol.* 1. *ad Corinth. capit.* 1. De virginibus autem Domini præceptum non habeo; conſilium autem do.

Et nunquid hoc conſilium erat a Dæmonio meridiano? Non: ſed a Spiritu Sancto: quia poſt pauca ſubjungit *idem Apoſtol.* Puto autem quod Spiritum Dei habeam. Non præcipiebat ergo Apoſtolus: quia non omnes capiunt verbum hoc: ſed fœlices ſunt, qui ad hoc attingunt, ſed conſulebat; & quia ſic fecerat Dominus

Jeſus

Digitized by Google

Jeſus Chriſtus, plus magiſtet. *Matth. cap.* 19. Qui poteſt capere, capiat. Altior autem eſt ſtatus ille in quo cum præceptis adimplentur conſilia, quam ille in quo tantum adimplentur mandata.

Unde dicit *Apoſtolus primæ Corinth.* 7. Qui jungit matrimonio virginē ſuam, bene facit: & qui non jungit, melius facit.

Hi ſequuntur *a* Agnum quocumque ierit. Hi empti *b* ſunt ex omnibus primitiæ Deo *c* & Agno: *d* & in ore † *e* eorum non eſt inventum mendacium: ſine *f* macula enim ſunt ante thronum Dei. Et vidi alterum *g* Angelum volantem *h* per *i* medium cœli habentem *k* Evan-

a Hi ſequuntur Agnum quocumque ierit.] Ideo ſequuntur ad redemptionem ſicut omnes: quia ipſe pro omnibus mortuus eſt: ſequuntur ad præcepta ſicut plures, quia non omnes ſervant ea. ſequuntur conſilia ſicut pauci.

al. † ipſorum.

Unde *Auguſt. in lib. de doct. Chriſtian.* & eſt verbum *Cypriani*: Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quanto ſublimior gloria eſt, major eſt cura.

Verum eſt, in cuſtodiendo, quia virginitas ſi non cuſtodiatur, cito amittitur, & amiſſa nunquam recuperatur; unde comparatur vitro. *Am.* 5. Cecidit, & non adjiciet ut reſurgat virgo Iſrael. Sequitur de *verbo Auguſt.* Flos iſte eſt Eccleſiaſtici germinis, decus & ornamentum gratiæ ſpiritualis, læta indoles laudis, & honoris, opus integrum atque incorruptum, imago Dei, illuſtrior portio gregis Chriſti. Quia (hi ſequuntur Agnum quocumque ierit.) Sed cum Chriſtus & prædicator & martyr fuerit, ſicut & virgo: quare potius dicitur de virginibus quod ſequuntur ipſum quam de prædicatoribus vel de martyribus? Solut.

Quia nec martyrium nec prædicatio ſignum eſt generalis innocentiæ generaliter; ſed integritas virginitatis ſignum eſt generale innocentiæ generalis; quia probabile eſt quod qui ſeipſum propter Deum contempſit, contempſit mundum, & ea quæ in eo ſunt. Unde ſignanter dicitur quod ſequuntur non Chriſtum, ſed Agnum, in quo innocentia exprimitur & ſignatur.

b Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ.] Sed quare magis quam martyres vel prædicatores? Solut. Quia non eſt homo idoneus ad martyrium vel ad prædicationem niſi in adulta ætate, unde martyres vel prædicatores ſunt magis decimæ; ſed ad virginitatem idoneus eſt in principio vitæ, unde virgines primitiæ dicuntur.

c Deo,] ideſt, ad honorem Dei patris.

d Et Agno,] ideſt, ad honorem & imitationem Chriſti, ut virgines virginem ſequantur, magis delectabiles & jucundi Deo quam ceteri Sancti, ſicut primitiæ fructuum delectabiliores ſunt & gratantius recipiuntur quam ſequentes fructus.

e Et in ore eorum non eſt inventum mendacium:] quia quod in baptiſmo promiſerunt, hoc opere compleverunt & fide. Non ſic illi de quibus conqueritur Dominus *Iſaiæ* 33. Irritum factum eſt pactum. *Gloſſ.* baptiſmale.

f Sine macula ſunt ante thronum Dei,] ideſt, ſine operatione prava. Hoc autem dicitur, quia tempore legis erat maledicta ſterilis: unde virgines tunc non erant laudabiles ante homines: ſed in nova lege melior & laudabilior eſt ſtatus virginitatis quam matrimonium.

Unde *Apoſtol.* 1. *Corint. c.* 7. Volo omnes homines eſſe ſicut meipſum, i. virgines: talis enim erat ipſe. Vel per (centum quadraginta quatuor millia) univerſaliter intelliguntur omnes Sancti, qui dicuntur (centum) propter fructum centeſimum qui debetur majoribus.

Item per [quadraginta] Sancti mediocres, qui legem, ideſt, legis præcepta ſervant & Evangelium. Item per (quatuor) minores Sancti qui in quatuor virtutibus ſunt exercitati. Per (millia) perfectio quæ debet eſſe in omnibus tam majoribus, quam mediocribus, quam minoribus. (Canticum novum) eſt exultatio de generis humani redemptione & adoptione gratiæ. (Hi empti ſunt de terra,) ideſt, terrena converſatione electi. Item [cum mulieribus non ſunt coinquinati,] id eſt, muliebri molitie finaliter non ſunt detenti. [Virgines enim ſunt] per puram fidem. De infidelibus enim dicitur *Jerem.* 2. Filii Mempheos & Taphnes conſtupraverunt te uſque ad verticem. [Hi ſequuntur Agnum,] quia ſuam voluntatem divinæ conformant, vel operibus bonis ei concordant.

Quia ut dicit *Gregor.* A me fide diſcrepat, qui operibus non concordat [Hi empti ſunt ex omnibus, vel ex hominibus primitiæ.] Hoc dicitur per comparationem ad Sanctos qui erunt tempore Antichriſti, reſpectu quorum ipſi ſunt primitiæ, & illi erunt decimæ.

Unde per hoc datur conſolatio illis qui erunt tempore Antichriſti.

Et in ore eorum non eſt inventum mendacium:] quia etſi aliquando fuit, non tamen abſconderunt, ſed ſe purgaverunt; nec invenitur niſi quod erat abſconditum.

g Et vidi alterum Angelum, & cetera.] Secunda pars primæ partis capituli, in qua monetur Eccleſia, ut ad talem & tantum auxiliatorem feſtinanter accedat, ut dicit *Gloſſ.* Hæc autem habet duas partes: quia in prima oſtenditur dignitas admonentis; in ſecunda dignitas admonitionis, *ibi.* [Timete Dominum.] Dignitas admonentis conſiſtit in quinque quæ ſunt neceſſaria cuilibet Prædicatori.

Primum eſt auctoritas; ſecundum eſt humilitas, & hæc tanguntur cum dicit [Angelum.] Tertium eſt vita, unde dicit. [Volantem.] Quartum doctrina, *ibi.* [Habentem Evangelium.] Quintum finis bonus, *ibi.* [Ut evangelizaret, &c.] Hi ſunt quinque lapides limpidiſſimi, quos David, ideſt, Chriſtus poſuit in pera paſtorali, quæ pera ſunt Prædicatores & Prælati a quibus Goliat, ideſt, diabolus interficitur, ideſt, expellitur a corde hominis. 1. *Reg. c.* 17. Dicit ergo: [Et vidi alterum Angelum] qui interpretatur miſſus: ecce humilitas. Item cum dicitur miſſus, intelligitur ab aliquo: ecce auctoritas. Et hæc duo recte ſimul concurrunt, quia auctoritas elevat humilitatem ne ſit puſillanimis; humilitas auctoritatem refrænat ne fiat præſumptuoſa. Hic Angelus eſt Ordo Prædicatorum: unde & propter hoc dicitur alter, a Chriſto ſcilicet.

h Volantem] per vitam contemplativam.

i Per medium cœli] quoad vitam activam. *Iſa. c.* 62. Qui ſunt iſti qui ut nubes volant? Debent enim volare ſicut quatuor animalia. *Ezechiel.* 1. Quatuor pennæ uni.

Hæ ſunt alæ quas ipſi debent habere, ſcilicet dolor de præteritis peccatis; timor de futuris ſuppliciis; amor virtutis & ſpes gaudii; venia de commiſſis. His alis debent volare ſaltem illi qui peccaverunt.

Item debent eſſe Seraphin. *Iſa.* 6. Sex alæ uni & ſex alæ alteri, ideſt, ſex opera miſericordiæ. Vel ſex: duo quoad Deum, ſcilicet contemplatio & oratio: per contemplationem in Deo quieſcimus; per orationem impedimenta boni a nobis removeri impetramus. Item duo quoad nosipſos, quæ ſunt lectio & meditatio: primum illuminat; ſecundum accendit & inflammat.

Vel duo quoad noſmetipſos innocentia ſive cuſtodia bonæ conſcientiæ; & temperantia ſive mortificatio carnis. *Pſalm.* 36. Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, & cetera. Item duo ad proximum, exemplum bonæ vitæ, & exhibitio doctrinæ. Per duas primas alas volamus ad Deum; per duas medias volat homo ad ſeipſum; per duas ultimas ad proximum. Et ſi quis eſſet talis Seraphin charitate ardens poſſet purgare labia Prophetæ, ſicut dicitur. *Iſaiæ ſexto.* Hoc purgavit labia tua.

Sed multi hodie ſunt magis Cherubin quam Seraphin, magis intendentes ſcientiæ quam charitati: aut quod initium dolorum, imo incrementum malorum eſt, nec Cherubin, nec Seraphin, quia nec ſtudio vacant, nec orationi. Dominationes forſitan vellent eſſe non reverentes Majores nec obedientes Prælatis], & tamen aliis dominantes: vel Throni alios & non ſe judicantes: vel Poteſtates nunquam volentes in ſua ſententia qualicumque reprehendi vel frangi. Hæc eſt magna ſuperbia.

i Per medium cœli,] ideſt, per mediam Scripturam, ut ſemper ad docendum & prædicandum ſint parati. Primum cœli ſive prima pars eſt Vetus Teſtamentum: per hoc volant Judæi.

Ultimum cœli eſt Novum Teſtamentum, per hoc volant Manichæi, qui non recipiunt Vetus Teſtamentum. Sed medium eſt concordia utriuſque; in hoc medio volant Expoſitores & Doctores Catholici. [Habentem.] Ecce quartum ſcil. doctrina vel ſcientia. [Habentem.] Non diſſipantem. *Iſaiæ capit.* 24. Tranſgreſſi ſunt leges, quæ ſcilicet ſunt ad honeſtatem, ut de veſtitu Clericorum & hujuſmodi: mutaverunt jus, quod poſuit Dominus ut nemo intraret niſi per oſtium.

Joannis 10. Ego ſum oſtium: diſſipaverunt fœdus ſempiternum, ideſt, Evangelium; cujus ſepes fuerunt paupertas ſcilicet & humilitas.

k Evangelium] non litteras Uriæ, 2. *Reg. vigeſimoprimo.* Litteras Uriæ portant, qui bene docent, & male vivunt;

& ſi pro

Digitized by Google

& hi pro nuncium portant mortis, non vitæ. Sed cum Evangelium idem ſit quod bonum nuncium: quare ſic nominatur ab uno extremo, cum in ipſo nuncietur & pœna malorum, ſicut gloria bonorum; Solutio: A principali ſumit denominationem: Propter hoc enim dicitur Evangelium, quia principaliter annunciat redemptionem humani generis. Vel ſic vocatur, quia finaliter eſt ad bonum: quia etſi de peccatis vel de pœnis peccatorum loquitur, hoc eſt ut caveantur.

a Æternum,] quia ei aliud non ſuccedet; vel quia æterna promittit non tranſitoria. Et hoc dicitur ad differentiam legis Moyſi, quæ promittebat temporalia: *Iſa.* 5. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Habentem ergo Evangelium æternum, & ad quid?

In prologo Bibliæ c.4. *b* Ut Evangelizaret] Ecce quintum, ſcilicet finis doctrinæ: non ut in arca reponeret, non ut in corde ſolum revolveret ſibi ſoli proficiens: quia ut dicit *Hieron.* Sancta ruſticitas ſibi ſoli prodeſt; & quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Dei, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat.

Item non ut in terra cum ſervo pigro per terrenam intentionem abſconderet; ſed (ut Evangelizaret.) 2. *Tim.* 4. Opus fac Evangeliſtæ. Quia *Iſa.* 52. Quam pulchri ſupra montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem. Et ne hoc facere nimis expaveſcas: vide quid per *Pſal.* 67. Tibi promittitur, Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Ubi autem & quibus ſit prædicandum oſtendit dicens.

c Sedentibus ſuper terram,] ideſt illis qui ſunt ſuper terram, ideſt, ſuper terrena per contemptum eorum, i. ſanctis. Et quia parum eſſet prædicare bonis, propter hoc ſequitur.

d Et ſuper omnem gentem,] ut deſuper annuncietur venire bonus nuncius Gentibus, ideſt, prædicatio Evangelii; quæ legem non receperunt. *Abdiæ* 1. Legatum ad gentes miſit. Et ad quid? Ad eorum ſalutem. Unde *Prov. c.*53. Legatus fidelis, ſanitas.

e Et] ſcilicet ſuper omnem (tribum,) ideſt, Judæos, qui dicuntur tribus, quia per tribus fuerunt diſtincti, & hi habuerunt legem.

f Et linguam,] hoc quantum ad Judæos, qui fuerunt captivati, & tunc multas linguas didicerunt in captivitate. Vel hoc dicit propter nobiles inter utroſque & Judæos & Gentes, qui filios ſuos doceri faciunt diverſis linguis. Vel hoc dicit propter diverſa idiomata, quæ ſub eadem lingua continentur.

g Et populum] ideſt, minores in utriſque, ſcilicet Judæis & Gentibus: quaſi dicat, Sine acceptione perſonarum & majoribus & minoribus, & nobilibus & plebeis hominibus debet Evangelium prædicari & diverſarum linguarum hominibus,: contra multos qui nolunt prædicare niſi in Latino, & hoc ante Clericos. Et dicit(ſuper:) quia prædicator debet omnes excedere per vitam. *Iſa.* 40. Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion.

h Dicens] ideſt, perſuadens.

i Voce magna,] in quo ſignificatur deſiderium, & zelus animarum. *Iſa.* 10. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem. Exalta contra timorem humanum & mundanum.

k Timete Dominum,] Hic oſtenſa dignitate admonentis, quæ eſt in quinque, ut præmiſſum eſt oſtendit dignitatem admonitionis. Hæc duo autem maxime erunt neceſſaria Eccleſiæ in perſecutione, ut ſcilicet ad cultum Dei admoneatur qui tunc maxime erit neceſſarius, & ut Eccleſia acquieſcat admonenti. Hic igitur admonet Angelus ad cultum Dei, qui eſt duplex: interior, ſcilicet motus mentis, honor ſcilicet & timor; Item exterior motus corporis, ſcilicet adoratio; de quo dicit, *ibi*: (Et adorate, &c.] Dicit ergo: (Timete Dominum) caſto & filiali timore: quia *Eccl. cap.* 5. Initium ſapientiæ, timor Domini. Timor autem Domini initiatur in homine per conſiderationem judicii. Unde *Jerem. c.*4. Vox annunciantis ad Dan, quod interpretatur judicium quod incutit timorem.

l Et date] gratis, & ex bona voluntate. *Pſalm.* 53. Voluntarie ſacrificabo tibi.

m Illi] ideſt, Deo non Antichriſto.

gelium æternum, *a* ut Evangelizaret *b* ſedentibus *c* ſuper terram, & ſuper *d* omnem gentem, & *e* tribum, *f* linguam, & populum *g* dicens *h* magna voce, *i* Timete *k* Dominum, & date *l* illi *m* honorem, *n* quia venit *o* hora judicii ejus: & adorate *p* eum qui fecit *q* cœlum & terram, & mare, *r* & omnia quæ in eis ſunt, & fontes aquarum. Et alius *s* Angelus ſecutus eſt dicens, Cecidit, *t* cecidit Ba-

n Honorem,] ideſt; cultum latriæ, qui conſiſtit in fide, ſpe, & charitate. (Honorem.) *Exod.* 20. Honora patrem tuum, Deum ſcilicet, & matrem tuam, ideſt Eccleſiam. *Malach. c.*5. Filius honorat patrem; & ſervus Dominum ſuum timebit.

o Quia venit hora judicii ejus:] Et hæc eſt cauſa, quare & timendus eſt, & honorandus. Per hoc quod dicit: [Hora] ſignificatur quod cito terminabitur judicium. Unde dicit *Apoſtol.* 1. *Cor.* 55. In momento, in ictu oculi, in noviſſima tuba. Canet enim tuba, & mortui reſurgent, &c. *Malach. cap.*4. Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus; & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula; & inflammabit eos dies veniens. Modo enim ſunt ſtipula ante faciem venti, ideſt, tentationis & peccati, cui etſi reſiſtere poſſunt, nolunt; ſed tunc erunt ſtipula ante faciem ignis, cui libenter vellent reſiſtere, ſed non poterunt. *Pſalm.* 24. *Act.* 1. *Iſa.* 21. *Infr.* 18.

p Et adorate eum] Hic eſt motus exterior corporis *Matth. cap.* 4. Dominum Deum tuum adorabis. *Exod.* 20. Non habebis Deos alienos.

q Qui fecit cœlum, & terram,] Hoc dicit ut ſpem elevet fidelium adorantium: quaſi dicat. Adorate fideliter, & ſi timetis caſum vel defectum, petite ab eo auxilium, quia potens eſt. *Jacobi cap.* 1. Si quis indiget ſapientia, poſtulet a Deo in fide nihil hæſitans: quia ipſe eſt (qui fecit cœlum, & terram.) *Gen.* 1. In principio fecit Deus cœlum, & terram.

r Et mare, & omnia quæ in eis ſunt, & fontes aquarum.] Ad litteram ſi bona eſt diviſio, mare non eſt principium omnium fontium, quod eſt contra illud *Geneſ. capit. primo*. Congregentur aquæ omnes, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum. *Eccleſiaſt. capit. primo*. Ad locum unum exeunt flumina, & revertuntur, ut iterum fluant. Solutio: Etſi per meatus ſubterraneos aquæ diffundantur per terram, hoc tamen fecit Deus, ſed mediante natura. Etſi ergo Deus mare fecerit, unde exeunt omnes aquæ, & ad quod redeunt omnes; quia tamen hoc fit per meatus & vias ſubterraneas, ubi aquæ quæ a mari ſalſo exeunt depurantur ut fiant dulces, propter hoc fit copulatio inter mare & fontes. Hæc littera plana eſt contra Manichæos; quia ſi Princeps hujus mundi non eſt adorandus, ille autem adorandus, qui fecit cœlum & terram: ergo princeps hujus mundi, ſcilicet diabolus, non fecit ea quæ videmus, quod tamen dicunt ipſi.

s Et alius Angelus] Tertia pars primæ partis capituli, in qua monetur Eccleſia, ut ſe retrahat ab impedimentis accedendi ad Deum. Duo autem ſunt impedimenta, amor mundi de quo dicit. (Et alius,) & timor mundanus vel humanus, de quo dicit, *ibi*: [Et tertius Angelus.] Poſtquam ergo monuit ut ad Chriſtum accedamus, ruinam Babylonis, ideſt, mundanæ confuſionis oſtendit, ne in mundo confidamus: q.d. In promptu eſt ut cadat mundus, & ideo nullum debet retrahere ab acceſſu ad Chriſtum, imo debet contemni ne impediat hunc acceſſum. Unde dicit. [Et alius Angelus ſecutus eſt,] ideſt, Ordo Prædicatorum. [Alius] & ordine docendi, & officio prædicandi. [Secutus] dicit: quia Prædicatores ſibi invicem ſuccedunt, ut dicit *Apoſtolus primo Corinth. cap.* 54. Quia ſi aliquid revelatum fuerit ſedenti, prior taceat; poteſtis enim per ſingulos prophetare.

t Dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa] ſcilicet civitas malorum, ſcilicet univerſitas, & hujus ſæculi malitia & iniquitas. *Iſaiæ capit.* 13. Et erit Babylon civitas glorioſa in regnis, inclyta in ſuperbia Chaldæorum, ſubverſa ſicut ſubvertit Dominus Sodomam, & Gomorrham. Hæc eſt civitas quam ædificavit Cain: *Geneſ. quarto*. Hæc eſt turris quam ædificaverunt venientes in terram Sennar, ab Oriente recedentes, ideſt, illi qui luæ nativitatis vilitatem non cognoſcunt. *Geneſ. undecimo*. Venite faciamus nobis civitatem & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum. Bis dicit, [Cecidit:] quia primo cadunt mali per conſenſum peccati; ſecundo per opus. Item primo cadunt per culpam; ſecundo per pœnam. Item, quia primo cadunt in anima, quando ſcilicet moriuntur; ſecundo cadent in corpore & anima, quando poſt judicium in utroque damnabuntur.

a Magna

a Magna,] propter multitudinem damnatorum, vel propter ſuperbiam.
b Quæ a vino iræ fornicationis ſuæ] ideſt, idololatria vel quocumque peccatu mortali, quod dicitur fornicatio, quia animam ſeparat a vero ſponſo, ſicut fornicatio litteralis ſeparat uxorem a viro. *Matth.* 19. Quicumque dimiſerit uxorem ſuam niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.
c Potavit omnes gentes,] ideſt gentiliter viventes, in calice vanitatis, propinans vinum delectationis pravæ, vel malæ doctrinę. *Jer.* 51. Calix aureus, Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino ejus biberunt omnes gentes. Calix eſt peccatum: quia ſecundum menſuram culpæ menſura erit pœnæ. Hic eſt in manu Domini permiſſive. Vinum hujus calicis eſt delectatio peccati: de quo *Joel.* 1. Expergiſcimini ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine. *Epheſ.* 5. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Primo ergo: [Cecidit Babylon] pro fornicatione ſua; & ſecundo, quia potavit Gentes. Et quod præteritum dicitur, de futuro intelligitur prophetica certitudine; vel quia cito veniet. Mundus igitur quia ruit, contemnendus eſt, & Deus ſequendus. *d* Et tertius Angelus] Hic removet ſecundum impedimentum accedendi ad Deum, quod eſt timor humanus & mundanus perſecutorum. Per tria autem oſtendit, quod ipſi non ſunt timendi. Primo, quia ipſi cadent ſicut & mundus. Secundo, oſtenditur pœna eorum ſpecialis, propter quod ipſi etiam non ſunt timendi, *ibi*: [Et cruciabitur.] Tertio, quia ſancti proficiunt in pœna, & perſecutione malorum, *ibi*: [Hic patientia Sanctorum.] Dicit ergo: [Et tertius Angelus ſecutus eſt illos dicens.] Tertius dicitur pro fide Trinitatis quam prædicant iſti. Unde [tertius] dicitur ordine temporis, non mutatione credulitatis.
e Voce magna,] quia timidus, non formidoloſus, talium enim eſt loqui voce ſubmiſſa; coarctantur enim ſpiritus vocales præ timore.
f Si quis adoraverit Beſtiam,] ideſt, Antichriſtum: Hoc dicit quantum ad illos qui videntes eum præſentialiter adorabunt.
g Et imaginem ejus,] Hoc dicit quoad divites, qui non adorabunt eum præſentialiter, ſed ejus imaginem habebunt, quam in ejus veneratione adorabunt.
h Et acceperit characterem in fronte ſua,] per apertam ejus confeſſionem. Et hoc dicit quoad pauperes, qui imaginem habere non potuerunt; ſignum tamen aliquod in ejus venerationem portabunt in aperto; vel publice confitebuntur ſe ejus eſſe diſcipulos.
i Aut in manu ſua;] ideſt, in prava operatione.
k Hic bibet de vino iræ Dei] ſicut Babylon, ideſt, de æterna damnatione. *Jerem.* 49. Non eris innocens, ſed bibens bibes.
l Quod miſtum eſt mero] i. paro [in calice iræ ipſius] quem ſcilicet, quia iratus, propinat. Hic calix eſt vindicta divina quæ eſt in menſura. *Iſa.* 27. In menſura contra menſuram cum abjecta fuerit judicabo eam. Abjectus eſt homo in morte, quando moritur in peccato: quia quamdiu vivit, non eſt abjectus; quia adhuc liberum habet arbitrium, & poteſt, ſi vult, quantuſcumque ſit peccator, redire ad Dominum. In hoc calice eſt merum ſuperius, & fæx inferius. Per merum pœna inflicta ad correctionem, per fæcem pœna æterna quam potabunt in inferno illi, qui modo nolunt bibere merum. Miſtus autem dicitur hic calix, quia utrumque adhuc eſt in eo, & fæx, ſcil. & merum: ideſt, tribulatio quæ modo infligitur poteſt ad utrumque converti, vel ad commodum ſcilicet, vel ad damnum. *Pſal.* 74. Calix in manu Domini vini meri plenus miſto. Vinum merum vel purum bibitur in patria: unde dicit Dominus illud *Pſalm.* 22. Calix meus inebrians quam præclarus eſt. In inferno autem erit ſola fæx. *Iſaiæ* 51. Bibiſti de manu Domini calicem iræ ejus: uſque ad fundum ſoporis calicis bibiſti, & epotaſti uſque ad fæces. *Ezech.* 23. Dolore repleberis, calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ: & bibes illum & potabis uſque ad fæces. De his fæcibus gloriantur ſe ejectos & erectos Sancti. *Pſal.* 39. Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. Sed miſtum eſt in vita præſenti, ubi conſolationes miſtæ ſunt cum tribulationibus; & e converſo: unde *Auguſtinus*: Omnes delectationes meas Domine, amaritudinibus reſperſiſti. *Job cap.* 17. Et in amaritudinibus moratur oculus meus: & tamen præmiſerat non peccavi: in quo notatur gaudium conſcientiæ. 2. *Corinth. cap.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. G

bylon illa magna, *a* quæ a vino *b* iræ fornicationis ſuæ potavit *c* omnes gentes. Et tertius *d* Angelus ſecutus eſt illos dicens voce *e* magna. Si quis *f* adoraverit beſtiam, & *g* imaginem ejus, & acceperit *h* characterem in fronte ſua, aut *i* in manu ſua; hic bibet k de vino iræ Dei quod miſtum *l* eſt mero in calice iræ ipſius: & cruciabitur *m* igne & ſulphure in conſpectu *n* Angelorum ſanctorum, & ante *o* conſpectum Agni: & fumus *p* tormentorum eorum aſcendet in ſæcula *q* ſæculorum: nec *r* habent requiem die ac nocte qui adoraverunt Beſtiam & imaginem ejus, & *ſ* ſi quis acceperit *t* characterem nominis ejus. Hic *u*

m Et cruciabitur] Hic ſpecialiter determinatur pœna eorum: quæ notatur in quinque. Primum eſt gravitas, quæ notatur cum dicit. (Igne.) Secundum, manifeſtatio, *ibi*. (In conſpectu.) Tertium, univerſalitas, *ibi*: (Et fumus tormentorum.) Quartum, æternitas, *ibi*: (In ſæcula.) Quintum, continuatio, *ibi*: (Nec habent requiem.) Dicit ergo. (Et cruciabitur igne & ſulphure,) ideſt, ardenti fœtore, ſive fœtenti igne. *Infr.* 21. Pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure. Et dicit. (Igne,) quia in omni peccato eſt fervor libidinis vel voluntatis improbæ. *Supr.* 9. *Infr.* 19.

Item dicit, (ſulphure) quia omne peccatum ſuum habet fœtorem, quia ſtatim poſt peccatum anima ſentit remorſum. Vel per [ſulphur,] quod cito eſt convertibile in ignem, intelligitur æternitas pœnæ. *Gen.* 19. Pluit ſuper Sodomam ignem & ſulphur, ideſt, ſuper peccatores mutos a confeſſione & a divina laude.
n In conſpectu Angelorum ſanctorum,] ideſt, videntibus Angelis ſanctis.
o Et ante conſpectum Agni:] quem eorum ſcelera non latebunt, nec abſcondentur ab eo pœnæ. Et ponitur hoc ſecundum, quod erit in pœna malorum. Dicitur enim quod Sancti poſt judicium etiam videbunt malos in pœnis, & non mali bonos in gaudiis. Etenim hoc erit malis generativum doloris maximi, quod ſcient ſuam pœnam manifeſtam eſſe & apertam omnibus Sanctis. Ex hoc etiam augmentabitur eorum dolor, & pœna, quod ſcient Chriſtum ſufficienter paſſum pro omnibus, & ſe privatos per abuſum liberi arbitrii gratia redemptionis. Et hic erit vermis conſcientiæ, de quo *Iſai. ultim.* Vermis eorum non morietur.
p Et fumus tormentorum eorum aſcendet] Ecce tertium, ſcilicet univerſalitas pœnæ. Ita enim ex omni parte involventur in pœna, quod erit ſuper capita eorum: Unde. *Pſalm.* 10. Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis & ſulphur & ſpiritus, &c. Pluet, ecce abundantia. Super peccatores, ecce univerſalitas. Laqueos, ecce inſeparabilitas. Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum, tres pœnæ contra tria prædicta per ordinem, avaritiæ, luxuriæ, & ſuperbiæ. Pars calicis eorum, hoc dicit, quia totum calicem determinare non potuit; ſicut nec totum gaudium Sanctorum poteſt dici. *Iſai.* 64. Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.
q In ſæcula ſæculorum:] Ecce perpetuitas.
r Nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverunt Beſtiam & imaginem ejus,] Ecce continuitas. Poſſet enim pœna eſſe æterna, & tamen non continua; ſicut tertionarius dicitur ſemper febricitans, quia ſemper habet cauſam, febris, non tamen continue dolens; ſic non erit in eis qui erunt in inferno, quia illi in æternum & continue, ideſt, ſine interpolatione dolebunt. Unde exponitur [die ac nocte,] ideſt, continue, non quod ſit dies in inferno, ſed ſola nox, ſicut dies ſola in cœlo. *Pſalm.* 83. Melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia. Quia autem iſti in tanta pœna erunt, non ſunt ipſi timendi. Nec ſolum ipſi punientur ſic, ſed.
ſ Et] ideſt, etiam:
t Si quis acceperit characterem nominis ejus,] ſupple, ſimiliter punietur ſi quis in ſigno aliquo ſe conformaverit ei. Propterea bonum conſilium eſt, ut ſi qui ſignum portant diaboli, ſcilicet peccatum per quod conformantur ei, & fiunt ſocii ejus qui non eſt. *Job cap.* 18. Ab ejus ſocietate recedant, ne ſimili cum eo pœna involvantur. Unde 1. *Reg.* 15. Dixitque Saul Cynæo. Abite, recedite, atque diſcedite ab Amalech, ne forte involvam te cum eo.
u Hic patientia] Hic tertio oſtenditur non eſſe timendos per

Digitized by Google

ſtos perſecutores, quia Sancti in perſecutione eorum proficiunt: unde & patientia habenda eſt in eorum perſecutione. Unde dicit: [Hic,] ideſt, in vita præſenti.

a Patientia Sanctorum eſt,] in tribulatione poſitorum, ſic pœna æterna fugiatur. Et eorum,

a patientia ſanctorum eſt, qui cuſtodiunt *b* mandata *c* Dei, & fidem *d* Jeſis. Et *e* audivi vocem de cœlo dicentem mihi, *f* Scribe, *g* Beati mortui, qui in *h* Domino moriuntur. *i* Amodo jam dicit Spiritus, ut *k* requieſcant a *l* laboribus *m* ſuis: opera *n* enim illorum *o* ſequuntur illos. Et *p* vidi, & ecce *q* nubem candidam, & *r* ſupra nubem

b Qui cuſtodiunt] opere adimplentes.

c Mandata Dei,] Deū, & proximum diligendo. *Joan.* 15. Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos.

d Et fidem Jeſu Chriſti.] ipſum confitentes Deum verum eſſe, & corde & ore. *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam; ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

e Et audivi vocem, &c.] Quarta pars primæ partis, ubi præmium Sanctorum proponitur, beatitudo eorum. Et hoc fit, ut ipſi ſecurius ad auxiliatorem accedant, & ut expeditius impedimenta accedendi fugiant. Continuatio: Sic perſequuntur mali Sanctos, & Sancti patiuntur; ſed quid ad eorum patientiam ſequitur? Præmium cæleſte, & beatitudo æterna.

Unde dicit, [Et audivi vocem, &c.] ideſt de cæleſti, viſionem mihi loquentem.

f Scribe,] non ſolum in corde tuo, ſed etiam in libro, ut diutius duret, quod ad conſolationem Electorum uſque in finem perſeverare debet. *Habac.* 2. Scribe, & explana eum ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit eum quia adhuc viſus procul & apparebit in finem, & non mentietur. Argumentum eſt hic quod ſcribenda ſunt bona maxime quæ ſunt, vel poſſunt eſſe conſolationem multorum. Et quid debeat ſcribere, ſubjungit dicens.

g Beati mortui,] prius mundo, qui in diſſolutione animæ, & corporis.

h Moriuntur in Domino] ideſt, in vera confeſſione Domini. Iſti inquam beati propter gloriam primæ ſtolæ quam recipiunt poſt mortem corporalem; ſed amplius per ſtolam glorificandi corporis quam recepturi ſunt poſt generalem reſurrectionem. *Proverbior. ultim.* Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus. Et bene dicit [in Domino,] ideſt, in confeſſione fidei Domini filii Dei. Horum autem quidam ſunt perfecti, qui ſtatim evolant in cœlum ſine igne Purgatorii. Et hi ſunt, qui moriuntur in terra promiſſionis, cum Sara in civitate Arbeæ ſepulti in ſpelunca duplici, *Geneſ.* 23. Arbee interpretatur quatuor, & ſignificat Eccleſiam, quæ quatuor Evangeliorum fidelibus documentis eſt munita.

In hac ergo civitate moriuntur Sancti, quatuor virtutibus cardinalibus quadrati, prudentia, temperantia, fortitudine & juſtitia.

Hæc ſunt enim quatuor latera civitatis, de qua dicitur *infr.* 21. Quod Civitas in quadro poſita eſt. Hæc civitas nihilominus triplici muro eſt vallata, fide ſcilicet Trinitatis, vel tribus Virtutibus Theologicis, pro quibus anima recipiet in gloria ſeptem dotes, ut dicatur ter ſancta quaterque beata.

Item quidam imperfecti, qui decedunt pœnitentiis non peractis in hoc mundo; & hi purgantur igne Purgatorii ſecundum plus, & minus, ſecundum quod magis, vel minus de ſuis pœnitentiis perfecerunt, vel ſecundum quod majora, vel minora venialia perpetraverunt. Et hi moriuntur in Ægypto, ideſt, in mœrore contritionis pro tenebris peccatorum, in quibus fuerunt. De quibus dicitur 1. *Cor.* 3. Alii ſuperædificant lignum, fœnum, & ſtipulam. 2. *Machab.* 1. Fratribus, qui ſunt per Ægyptum Judæis ſalutem dicunt fratres, qui ſunt Jeroſolymis Judæi, & qui in regione Judæa, & pacem bonam, Fratres, qui ſunt Jeroſolymis ſunt Sancti jam cæleſtis pacis viſione recepti. Fratres, qui in regione Judæa, ſunt Sancti in mundo adhuc viventes in confeſſione vera. Fratres per Ægyptum ſunt Electi, qui ſunt in Purgatorio. His & Sancti qui ſunt in mundo, & qui ſunt in cœlo dicunt ſalutem, & pacem, quia pro eis orare non deſiſtunt, donec illis impetrent ſalutem æternam, & pacem, ideſt, ſuarum pœnarum abſolutionem.

Item ſunt tertii mali, qui moriuntur in ſolitudine deſerti. Hi ſunt qui deſerti a gratia Dei moriuntur in peccato mortali. Pro iſtis nullus orat, quia non valeret eis. *Joel ſecundo.* Poſt eum ſolitudo deſerti, neque eſt, qui effugiat eum. Unde & nullius eorum, qui mortui fuerunt in deſerto de populo Iſrael, oſſa fuerunt portata in terram promiſſionis in ſignum quod nullus redit de inferno. Sed illorum, qui mortui ſunt in Ægypto, ſicut oſſa Joſeph & duodecim Patriarcharum fuerunt apportata, & in terra promiſſionis ſepulta, ſicut *in hiſtoriis* legitur, & *in fine Gen.* in ſignum, quod illi qui ſunt in Purgatorio, peracta pœnitentia reponentur in Paradiſo. Et quod beati ſunt, qui in Domino moriuntur, hoc probat dicens.

i Amodo] enim (jam dicit Spiritus,) ideſt, Trinitas hoc promittit.

k Ut requieſcant a laboribus] poſt mortem uſque in æternum quieſcant, primo in animabus; ſed randem ut requieſcant ſimul in utriſque, ſcilicet, & in corporibus, & in animabus. *Gloſſ.* Amplius non patiantur quæ uſque modo paſſi ſunt.

l A laboribus] ideſt, poſt labores, quia non eſt quies niſi poſt laborem. Vel [a laboribus,] ideſt, propter labores, ut ſic præpoſitio ſit cauſalis.

m Suis:] non alienis. Parum eſt enim in aliena cithara citharizare, ideſt, in aliorum bonis confidere, niſi homo faciat ſe dignum. Ubi autem promittit hoc Spiritus Sanctus? *Iſaiæ* 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Propter hoc dicitur *Sap.* 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Sed quare ſunt beati? Quia.

n Opera illorum ſequuntur illos.] ſicut familia dominum, vel dominam: & hoc ſignificatum fuit per ſeptem puellas datas Eſther in ſervitium. *Eſther.* 2.

o Sequuntur] dicit, non præcedunt, ſicut eſt in illis, qui ante ſe portant ſua opera, ut ſcilicet ab illis laudentur. Contra quos dicit *Job* 31. Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clare: quaſi, ante me non habui bonum opus. Ille videt opera, qui ante ſe ea habet. Vel ut dicit *Gloſſ.*

p Opera] ideſt, merces operum, quæ reddetur in futuro: quaſi dum in mundo erant, majores tribulationes ad majorem coronam ingruebant, unde a Deo abjecti reputabuntur, ſed jam nihil patientur. *Pſalm.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Hæc ſequentur tunc, etſi modo videtur multis, quod Sancti amittant ſua opera; ſed in futuro invenient ea. *Eccleſ.* 11. Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas, quia poſt multa tempora invenies eum.

p Et vidi, & Ecce nubem candidam, &c.] Secunda pars capituli, & ultima hujus viſionis, ubi agitur de judicio: & dividitur in ſex partes.

Primo, deſcribitur judex idoneus ad judicium.

Secundo, deſiderium Sanctorum de judicio faciendo, ibi: [Et alius Angelus exivit, &c.] Tertio, oſtenditur quod Sancti exaudientur, ibi: [Et miſit qui, &c.] Quarto, quod Sancti cum Chriſto judicabunt, ibi: [Et alius Angelus exivit de templo.] Quinto, oſtenditur, quod etſi Sancti judicabunt cum Chriſto, tamen auctoritas penes judicem eſt, ibi: [Et alius Angelus exivit de altari.] Sexto, agitur de obedientia Sanctorum, ibi: [Et miſit Angelus falcem, &c.] Dicit ergo: [Et vidi.] Hic deſcribit judicem a tribus, quæ ſunt judici neceſſaria, a juſtitia, ſcientia, & potentia. Juſtitia ponitur, ibi, [Nubem.] Scientia, ibi: [Habentem in capite.] Potentia, vel auctoritas, ibi: [Et in manu ſua, &c.] Deſcribit autem eum a triplici juſtitia. Primo, ab ea quam exhibuit Patri, cum dicit: [Nubem] Secundo, a juſtitia quam exhibuit Chriſtus propriæ carni, cum dicit: [Sedentem.] Tertio, a juſtitia quam exhibuit ſibi Chriſtus in quantum Deus, ibi: [Similem] Dicit ergo: [Et vidi,] ideſt, intellexi.

q Et Ecce nubem candidam,] Per nubem ſignificatur paſſio Chriſti, quia tunc ſol latuit ſub nube, ſed eclypſis neſcius. *Exod. cap.* 14. Eratque nubes tenebroſa, & illuminans noctem, quia ibi operabatur redemptionem humani generis.

Unde per hoc intelligitur juſtitia, quam exhibuit Patri, quia tunc ei obediens ſatisfecit Patri.

r Et ſupra nubem ſedentem] Hoc eſt quod dicitur *Iſa. cap.* 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem levem. Super hanc nubem ſedit Dominus maxime in reſurrectione, quando plenam habuit quietem carnis, quando tam glorioſe reſurrexit. Unde hic tangitur juſtitia: quam exhibuit ſuæ carni, quæ fuit in paſſione caſtigata, & ſic de ea juſtitia facta.

a Similem

a Similem filio hominis,] ideſt, ſibi Deo. Hanc juſtitiam habuit in aſcenſione, quia etſi homo aſcendit, non tamen, ut homo, ſed ut Deus. Et fuit hæc juſtitia ad perſonam, ideſt, ad ſeipſum, quia per aſcenſionem manifeſtata fuit ſua divinitas.

ſedentem *a* ſimilem filio hominis, *b* habentem in capite ſuo coronam auream, *c* & in manu ſua falcem acutam, *d* Et alius Angelus exivit *e* de templo clamans voce *f* magna ad ſedentem ſuper nubem. *g* Mitte falcem tuam *h* & mete, *i* quia venit hora ut metatur, *k* quoniam aruit meſſis terræ. Et miſit *l* qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in terram, *m* & meſſuit eam. *n* Et alius Angelus exivit de templo quod eſt *o* in cœlo, habens & ipſe falcem acutam, *p* Et alius *q* Angelus exivit de altari, *r* qui habebat poteſtatem *ſ* ſupra ignem,

b Habentem in capite] Hic deſcribit judicem a ſcientia, dicens: (Habentem in capite ſuo coronam auream.) Per coronam, æternitas; per aurum ſapientia deſignatur: unde corona aurea ſapientia æterna. *Exod.* 25. Facieſque ſupra, coronam auream ſuper circuitum: & loquitur de arca per quam ſignificatur Chriſtus. In qua fuit virga, quia jus regni pertinebat ad ipſũ. Item tabulæ ubi erat lex, quia ipſe fuit ſacerdos, cujus eſt legem dicere. Item manna, id eſt, dulcedo fruitionis æternæ. Hæc autem corona ſuper arcam dicitur fuiſſe, ad ſignificandum, quod divina natura erat unienda humanæ.

c Et in manu ſua falcem acutam.] Per hoc quod dicit, quod habet (in manu ſua,) intelligitur potentia; per (falcem) vero auctoritas, quaſi dicat & auctoritatem habet judicandi, & potentiam, *ſupr. primo.* Et de ore ejus gladius: ex utraque parte acutus exibat. Idem eſt gladius ibi quod falx hic. Tamen poteſt dici quod gladius pertinet ad prolationem ſententiæ; falx vero ad executionem. Vel (Coronam) dicitur habere, quia ibi remunerabit bonos. *Eſther.* 2. Fuit hoc ſignificatum, ubi dicitur quod in capite Eſther poſuit Aſſuerus diadema regni.

Item (falcem) ut puniat malos *Dan.* 7. Fluvius igneus rapiduſque egrediebatur a facie ejus. Hic fluvius idem eſt quod falx prædicta.

d Et alius Angelus exivit de templo] Secunda pars, ubi oſtenditur deſiderium Sanctorum de adventu judicii. Deſiderant autem pro duobus, & pro ſecunda ſtola quam tunc recepturi ſunt, & pro conſortio fratrum quos tunc viſuri ſunt. Dicit ergo: (Et alius Angelus exivit de templo,) ideſt, univerſitas Sanctorum, qui in templo conſcientiæ latent modo, ſed tunc exibunt, ideſt, tunc apparebunt. Quod fuit ſignificatum in illis, qui cum Domino ſurrexerunt, de quibus dicitur *Matth.* 27. Quod apparuerunt multis. Omnes autem Sancti ſingulariter dicuntur (Angelus) propter uniformitatem fidei, quam tenuerunt.

e Clamans voce magna] Ecce deſiderium.

f Ad ſedentem ſuper nubem.] ideſt, Chriſtum.

g Mitte falcem tuam] ideſt, in totum agrum quem ſeminaſti, ideſt, in mundum: *Matth.* 13. Simile eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo.

h Et mete,] ideſt, collige genus humanum tanquam ſegetem in horreum, ut excuſſa ſegete granum reponatur, & paleæ igni tradantur: *Matth.* 3. Cujus ventilabrum, ideſt, judicium, in manu ejus, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum ſuum in horreum ſuum: paleas autem comburet igni inextinguibili, *ſupr.* 11. Advenit tempus mortuorum judicari. Notandum eſt, quod Deus primo ſeminavit genus humanum in Paradiſo, ſed pinguedinem terræ homo non ſuſtinuit, ſed peccavit, & de Paradiſo ejectus, diſſeminatus eſt ſuper terram: *Geneſ.* 9. Tres iſti ſunt filii Noe, & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper univerſam terram.

i Quia venit hora] completo, ſcilicet, fidelium numero tempus eſt, ut metatur, Conſummata eſt enim malorum malitia, nec jam habet locum. Et quare.

k Quoniam aruit meſſis terræ.] vel maturuit, alia littera. Dicitur autem (meſſis) malitia, quia eſt ad utilitatem bonorum: nullum enim malum permittit Deus fieri niſi inde eliciat bonum. Aliquid ergo viriditatis habet malitia quoad uſque numerus Electorum impleatur, quod erit in die judicii, quia adhuc cedit bonis in utilitatem. Moraliter. Dominus multum ſeminat, & per ſe, & per Prædicatores ſuos, ſed parum metit *Aggæi* 1. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum. Et hoc eſt quod ipſe dicit *Matth.* 20. Multi ſunt vocati, pauci vero electi *Joann.* 4. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menſes ſunt & meſſis venit? Quatuor menſes ſunt quatuor defectus Eccleſiæ univerſalis uſque ad meſſem generalem, quæ fiet in die judicii, ſcilicet perſecutio ſub Judæis, ſub tyrannis, ſub falſis fratribus, ſub Antichriſto. Et bene dicit. Quia venit hora, quia multi jam ſe credunt profectos eſſe, qui necdum primum gradum perfectionis attigerunt: unde in primo flore læditur botrus eorum: *Job* 15. Unde *Iſaiæ* 18. Ante meſſem totus effloruit *Jerem.* 48. Date florem Moab, quia florens egredietur. Et propter hoc tales non intelliguntur, ut in horreum Domini reponantur. Et quare? Cauſam ſubjungit: *Iſaiæ capit. decimooctavo.* Quia immatura perfectio germinavit, ideſt, priuſquam ſciret quid eſſet maturitas, vel perfectio, maturum ſe eſſe, vel perfectum in corde ſuo æſtimavit. Et hoc frequenter accidit in Novitiis, qui propter fervorem Novitiatus quem experti ſunt, credunt ſe eſſe ſupra id quod ſunt.

Unde monet eos Petrus, 1. *Petr.* 4. Nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi aliquid novi vobis contingat.

l Et miſit] Tertia pars, ubi ponitur exauditio Sanctorum. Unde dicit. Et miſit) ille, (qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in terram,) ideſt, deſiderium Sanctorum, eorum orationem exaudiendo *Pſalmus nono.* Deſiderium pauperum exaudivit Dominus, &c. Et omnes homines ad judicium vocando *Joel. tertio.* Conſurgant, & aſcendant Gentes in vallem Joſaphat; quia ibi ſedebo, ut judicem omnes Gentes in circuitu.

m Et meſſuit eam.] ideſt, collegit in unum locum ad diſceptandum cum eis, & dividendum malos a bonis. Ipſe eſt enim firmamentum in medio aquarum poſitum, ideſt, inter bonos & malos, quos ab invicem ſeparabit, ſanctos ponens ſuper malos: ita ut congregentur inferiora, ideſt, mali in locum unum, ſcilicet in infernum, congregationeſque aquarum appellentur maria *Geneſ. primo.* Quia ibi erit amaritudo maxima. De hac meſſione dicitur: *Amos quinto.* Per aperturas exibitis altera contra alteram, quia anima exibit de inferno, & corpus de ſepulchro, & intrabit anima in corpus, & tunc de utroque fiet quod ſequitur in *Amos*: Et projiciemini in Armon dicit Dominus, ideſt, in infernum.

n Et alius Angelus, &c.] Quarta pars, ubi oſtenditur, quod Sancti judicabunt cum Chriſto.

Unde dicit: (Et alius Angelus exivit de templo.) Hic eſt cœtus Apoſtolorum, & Apoſtolicorum virorum, qui de templo exeunt, quia merita aliorum in Eccleſia cœleſti contemplatione tranſcendunt.

Unde dicuntur exire, [de templo quod eſt in cœlo.] Unde *Neem. octavo.* Aperuit Eſdras librum coram omni populo, ſuper univerſum quippe Iſrael eminebat.

o Habens & ipſe falcem acutam.] ſicut Chriſtus, ideſt, poteſtatem judiciariam. Sancti enim cum Chriſto judicabunt nationes: *Sap.* 3. Et *Iſa.* 3. Dominus ad judicium veniet cum ſenioribus populi, & cum principibus ejus. Sed quomodo judicabunt? Quia nec conſilio, nec auctoritate. Solut. Dicuntur judicare, quia in altiori loco apparebunt, quam ceteri Sancti minores: ipſi enim propius aſſiſtent judici.

p Et alius Angelus] Quinta pars, ubi oſtendit quod auctoritas judicii pertinet ad ipſum judicem. Dicitur autem in hac particula Chriſtus præcipere ſuis Sanctis, ut judicium faciant ſecundum quod patet, quod penes ipſum eſt & auctoritas, & poteſtas.

Unde dicit (Et alius Angelus) ſcilicet Chriſtus, qui eſt alius ab Apoſtolis.

q Exivit de altari,] & talia qualis eſt, apparuit, ut dicit *Gloſſ.* Et bene dicitur de altari exire, quia etſi alii Sancti ſint in templo, tamen Chriſtus eſt in altari, quaſi in potioribus bonis patris.

r Qui habebat poteſtatem] unde præcipere poterat.

ſ Supra ignem, & aquam.] ideſt, infligendi omnem pœnam. Et per hæc duo intelligitur univerſitas pœnarum, quæ omnes tunc exercebuntur in damnatos. Et horum duorum elementorum qualitates ſunt activæ, magis tamen ignis. Vel [ſuper ignem,] ideſt ſuper potentiores igne invidiæ, & ſuperbiæ gehennæ ardentes. Et ſuper aquam, ideſt, ſuper omnes homines fluidos, ut aqua, & inſtabiles pro conditione humana: *Infra* 17.

Aquæ

Aquæ quas vidiſti, ſuper quas meretrix ſedet, populi, ſunt & gentes, & linguæ.

a Et clamavit voce magna] quaſi imperans.

b Ad eum,] ideſt, ad Sanctos.

c Qui habebat] ideſt, qui habebant.

a & clamavit voce magna *b* ad eum, *c* qui habebat *d* falcem acutam, *e* dicens, Mitte falcem tuam acutam, *f* & vindemia botros vineæ terræ, *g* quoniam maturæ ſunt uvæ ejus. *h* Et miſit Angelus *i* falcem ſuam acutam in terram, *k* & vindemiavit vineam terræ, &

d Falcem acutam,] ideſt, poteſtatem judiciariam.

e Dicens: Mitte falcem tuam acutam] *Matth.* 23. Tempore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum. C

f Et vindemia botros vineæ terræ:] quia meſſis cœli ſunt illi, qui faciunt fructum cœleſtem; meſſis terræ illi, qui faciunt fructum terrenum, ſimiliter de botris. Vel botri vineæ terræ ſunt majores mali; meſſis autem terræ, minores mali. Item per botros cœli, majores Sancti; per meſſem cœli minores Sancti. Hi jubentur vindemiari ab Angelis, ideſt, ab invicem ſeparari. *Matth.* 13. Exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio juſtorum, & mittent eos in caminum ignis; ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Et quare.

g Quoniam maturæ ſunt uvæ ejus,] ideſt, eorum malitia completa, ſcilicet malorum.

h Et miſit Angelus] Sexta pars ubi agitur de obedientia Sanctorum. In hac parte dicuntur quinque.

Primo oſtenditur quomodo miniſterio Sanctorum punientur mali, cum dicit. (Et miſit.)

Secundo ubi punientur, ibi. (In lacum.)

Tertio modus puniendi, ibi. (Et calcatus eſt lacus.)

Quarto qui ſunt puniendi, ibi. (Et exivit ſanguis.)

Quinto diverſitas punitionis, ibi. (Per ſtadia.) Dicit ergo: *h* Et miſit Angelus] ſtatim poſt imperium.

i Falcem ſuam acutam in terram,] ideſt, ad indicandum terrenos, & terrena amantes eſſe puniendos. Unde ſequitur.

k Et vindemiavit vineam terræ,] ideſt, omnes qui delectationes ſuas finaliter habuerunt in terra. *Luc.* 6. Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram. Hoc quod dicitur ibi, facient Sancti: ergo Sancti exequuntur ſententiam, ſed plus eſt exequi, quam proferre, ergo magis facient Sancti, quam Chriſtus, quod non eſt verum. Solutio. Quidquid ibi de Sanctis dicitur, non de executione ſententiæ, vel de prolatione intelligitur, ſed de approbatione. Vel potius, quia comparatione eorum judicabuntur mali. Vel judicare dicuntur Sancti malos, & eos punire, qui aſſiſtent Chriſto judicanti, & eos punienti pro meritis. Pœna enim juſta eſt, & a Deo. Vel dicuntur eos punire, qui gaudent non de malorum pœna, ſed de juſta Dei animadverſione, & vindicta.

l Et miſit in lacum iræ Dei] i. in infernum, in lacum miſeriæ, & in lutum fæcis. Sicut enim materialiter in adventu alicujus magni Regis plateæ mundantur, & fæces in lacum vel in aquas mittuntur, ſic inadventu Domini mundus purgabitur de malis, & ipſi in lacum inferni projicientur, *Pſal.* 17. Ut lutum platearum delebo eos.

m Et calcatus eſt] Hic determinat modum punitionis malorum dicens, (Et calcatus eſt lacus:) in hoc ſignificatur utilitas, & oppreſſio. *Malac. ult.* Calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum.

n Extra civitatem,] ideſt extra Eccleſiam, & conſortium bonorum. Habet enim Dominus duplex, torcular, Purgatorii, ſcilicet, & inferni. De quo primo emittitur, purum vinum, & hoc non eſt extra civitatem, quia meritis, & ſuffragiis Eccleſiæ vinum iſtud citius depuratur. Sed aliud extra civitatem eſt, quia nunquam inde exibunt, ſed in preſſura perpetua remanebunt.

o Exivit] Hic oſtenditur, quia ſunt puniendi, quia non ſolum homines pravi, imo etiam Dæmones, qui ſignificantur per frænos equorum qui ſunt homines mali. Vel non ſolum minores homines, ſed & majores, ſcilicet Rectores, & Prælati: primi ſignificantur per equos; ſecundi per frænos. Dicit ergo: *o* Et exivit] quaſi diceret, ſic calcabuntur: & pro vino (exivit ſanguis,] ideſt, pœnæ infernalis crudelitas exuberavit. *p* De lacu] a minoribus, ſcilicet. *q* Uſque ad frænos] ideſt, uſque ad majores Prælatos, ſcil. Reges, & Epiſcopos. Omnes enim ſine differentia dignitatum ibi punientur ſecundum merita culparum, & majores amplius, & vilius conculcabuntur: quam minores. *Sap.* 6. Duriſſimum judicium his, qui præſunt fiet. Durum fiet minoribus, qui non præſunt; durius illis qui præſunt ſed paucis, duriſſimum illis qui præſunt ſed multis. Vel per frænos. Dæmones qui modo infrænant homines, ut ad libitum ſuum per peccata ſua ducant eos: uſque ad eos pœna perveniet, quia ipſi ſicut homines in eadem pœna cruciabuntur. *Matth.* 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus. A

l miſit in lacum iræ Dei magnum: *m* & calcatus eſt *n* lacus extra civitatem, *o* & exivit *p* ſanguis de lacu *q* uſque ad frænos equorum *r* per ſtadia mille ſexcenta.

C A P. XV.

ET vidi *ſ* aliud ſignum in cœlo *t* magnú, *u* & *x* mirabile

r Per ſtadia mille ſexcenta.] ideſt, per diverſas pœnas anguſtiati ſecundum quod fecerunt diverſa peccata. Unde hic notatur quintum quod dicitur hic, ſcilicet diverſitas pœnarum. Stadium enim ſpatium eſt ubi currebant; per quod intelliguntur illi, qui ſubjecti ſunt ludis, & vanitatibus ſæculi, qui quærunt coronam, & gloriam in præſenti, & non in futuro, ſicut qui bene currebant ſtatim recipiebant in ſtadio coronam. Horum tria ſunt genera. Quidam minus perfecti in hujuſmodi; qui per ſex ſignificantur: alii magis perfecti, qui per centum: alii perfectiſſimi, qui per mille ſignificantur. His itaque ſecundum diverſitatem ſtatuum reddetur diverſitas pœnarum. De his dicit Apoſt. 1. *Cor.* 9. Hi qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus accipit bravium; & hi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos vero incorruptam. Sed videtur cum in his tribus viſionibus, ſcilicet ſecunda, & tertia, & quarta agatur de perſecutionibus Eccleſiæ, & quod aliqua illarum ſit ſuperflua, & ſi non, quæritur quomodo diſtinguantur. Solut. Nulla ſuperfluit: ſic enim diverſificantur quod in ſecunda agitur de perſecutionibus Eccleſiæ in quantum per illam ſtatus Eccleſiæ diſtinguitur, in tertia vero ut ſic Apoſtoli Anti-Chriſti caveri doceantur, in quarta vero in quantum perſecutiones ſunt materia profectus Eccleſiæ. Et ſic patet, quod nulla ſuperfluit.

EXPOSITIO CAP. XV.

ET vidi aliud ſignum in cœlo, &c.] Hic incipit quinta viſio hujus libri, in qua deſcribuntur ſeptem Angeli tenentes ſeptem phialas plenas iræ Dei, per quas intelligitur pœna malorum quam habituri ſunt in præſenti. Sicut ergo in viſione ſequenti, ſcilicet in ſexta, determinabitur pœna malorum quam habebunt in inferno; ſimiliter in hac quinta determinatur pœna eorumdem in præſenti. Hæc autem viſio continet tria capitula 15. 16. & 17. Dividitur autem in tres partes ſecundum quod ſunt ibi tria capitula. In prima determinatur pœna eorum per ſeptem plagas contentas in ſeptem phialis ſeptem Angelorum, *in hoc* 15. *capitulo*. In ſecunda oſtendit qualiter præcipitur Angelis, ut pœnam determinatam infligant malis, ibi. (Et audivi vocem magnam, &c.) *infr.* 16. In tertia de cauſa utriuſque ſubjungit, & pœnæ: & inflictionis. ibi. (Et venit unus de ſeptem Angelis.) *infr.* 17. Dicit ergo.

ſ Et vidi aliud ſignum, &c.] Hoc capitulum quintum decimum habet ſex partes.

In prima oſtenditur Joanni univerſitas Angelorum habentium ſeptem plagas. In ſecunda, cauſa liberans a plagis iſtis, ibi (Et vidi tanquam mare, &c.) In tertia, cauſa involvens in plagis, ibi. (Et poſthæc vidi, &c.) In quarta de prædicatione ſeptem Angelorum annunciantium ſeptem plagas, ibi. (Et exierunt ſeptem Angeli, &c.) In quinta oſtenditur, quod ad hoc ſunt idonei prædicti Angeli, ibi. (Veſtiti lapide mundo.) In ſexta de obſtinatione malorum, ibi.

(Et repletum eſt templum, &c.) dicit ergo.

ſ Et vidi aliud ſignum] figuram aliud ſignificantem. Per hoc patet quod hæc viſio imaginaria fuit. Et bene dicit (aliud) quia ſignificat pœnam malorum; ſed præcedens ſignificabat Eccleſiæ profectum.

t In cœlo,] ideſt, myſterio ſacræ viſionis reprobis celato. Vel [in cœlo] ideſt, in Eccleſia virtutibus ſtellata, bonæ vitæ converſatione ſublimata.

u Magnum] in ſe, ſignificatione.

x Et] propter hoc (mirabile) nobis, ideſt, admiratione dignum. Quod autem fuit hoc ſignum, deſcribit dicens:

a Angelos ſeptem] ideſt, univerſos Prædicatores ſeptiformis ſpiritus gratia renatos, habentes ex officio prædicationis.
b Septem plagas] per modum denunciationis. *Gloſſ.* dicit hic, quod mirum eſt hominem habere tantam poteſtatem ut poſſit alios damnare.

Sed ſic intelligendum eſt quod homines alios damnant, quia comparatione eorum damnabuntur mali. Unde *Gen.* 28. De bonis dicitur. Quam terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud niſi domus Dei & porta cœli Juſtus enim quilibet eſt domus in qua Deus libenter habitat, & quieſcit. Sed & porta cœli eſt, quia ejus converſationis exemplo multi intrant in cœlum; & ejus comparatione mali damnabuntur, & detrudentur in infernum.

a Angelos ſeptem habentes, plagas *b* ſeptem *c* noviſſimas, *d* quoniam in illis conſummata eſt ira Dei. *e* Et vidi *f* tanquam mare vitreum *g* mixtum igne; *h* & eos qui vicerunt beſtiam, *i* & imaginem illius, *k* & numerum nominis ejus, *l* ſtantes ſupra mare vitreum, *m* habentes *n* citharas Dei, *o* & cantantes *p* canticum Moyſi ſervi Dei, *q* & canticum Agni *r* dicentes, *ſ* Magna, *t* & mirabilia ſunt

c Noviſſimas,] Hoc dicit quia poſt iſtas non inferentur aliæ. (Vel noviſſimas) quoad tempus. Vel (noviſſimas) quoad gravamen, quia iſtis nullæ erunt, vel fuere graviores. Unde bene ſequitur.
d Quoniam in illis conſummata eſt ira Dei.] quia poſt illas, malis de mundo ablatis Deus non differt amplius ſententiam extremi judicii: ſed hac conſummata incipiet furor, ideſt, pœna æterna. (Moraliter.) Hoc magnum ſignum eſt, & mirabile, quod Prælati, qui deberent habere vinum, & oleum ad ſanandum vulnera ſauciati, *Luc.* 10. habent tantum ſalarium, quia reditus Eccleſiæ: & tamen infundunt venenum, oſtendentes malæ vitæ exemplum. De talibus dicit *Iſa.* 32. Fraudulenti vaſa peſſima. Prælati ſcilicet mali, qui ſunt vaſa Diaboli, qui eſt faber fraudulentus. *Iſai.* 54. Ego creavi fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum; & ego creavi interfectorem diſperdendum. Hi ſunt vaſa peſſima. Mala quidem, quando vacui ſcientia: pejora, quando vacui vita, ſed peſſima quando pleni ſpurcitia. Fraudulenti etiam poſſunt dici, quia non reddunt debitum uxori ſuæ, ſcilicet Eccleſiæ: vel ſi reddunt ſemen fundunt in terram ſicut Onam. *Geneſ.* 38. De bonis dicitur e converſo. *Iſa.* 22. Suſpendam ſuper eum omnem gloriam domus patris ejus, vaſorum diverſa genera, omne vas parvulum, a vaſis craterarum uſque ad omne vas muſicorum. Prælatus enim debet talem vitam gerere, a qua dependeat omnis vita inferiorum. Per Crateras intelliguntur Activi, per vaſa muſicorum Contemplativi.
e Et vidi tanquam mare.] Secunda pars capituli, ubi ad doctrinam, & conſolationem bonorum agit de cauſa liberante ab his plagis. Quæ eſt triplex ſecundum triplicem ſtatum bonorum. In ſtatu incipientium, cauſa liberans eſt baptiſmus: unde dicit. (Et vidi, &c.) In ſtatu proficientium, cauſa liberans eſt conſervatio, & firmitas fidei, ibi. (Et eos, qui vicerunt.) In ſtatu perfectorum eſt cauſa liberans prærogativa operum, de hac dicit, ibi. (Habentes citharas, &c.) Dicit ergo. (Et vidi.) Sed quæritur hic, quare de cauſa liberante agit hic, ubi loquitur de plagis? Solut. Jam tactum eſt hoc, quia hoc facit ad bonorum conſolationem: vel hoc facit ſimpliciter, quia plagæ illæ non erunt univerſales, quia bonos non tangent, ſed tantum malos involvent. (Et vidi per ſpiritualem intellectum.
f Tanquam mare vitreum] Ad litteram, poruit videre vas factum ad abluendum facies, ut ſunt ſpecula ad videndum ſi aliqua macula ſit in facie. Vel vas totum vitreum, id eſt, totum de vitro, per quod ſignificatur baptiſmus. Per mare remiſſio peccatorum quæ fit in baptiſmo; per vitrum character qui imprimitur:
g Mixtum igne;] Per hoc intelligitur collatio gratiæ, quæ fit in Baptiſmo. Et quod in Baptiſmo remittantur peccata, patet quia in mari rubro, per quod ſignificatus eſt Baptiſmus, Ægyptii mortui ſunt, & ſubmerſi, *Exod.* 14. Eſt autem character quædam ſpiritualis impreſſio mediante qua anima pervia eſt gratiæ.
h Et eos qui vicerunt.] Secunda cauſa liberans ſecundum ſtatum proficientium. Dicit ergo; (Et eos qui vicerunt Beſtiam,) ideſt, Anti-Chriſtum, non credentes ejus miraculis, non abſtracti divitiis, non illecti blanditiis, non ſeducti promiſſionibus, non fracti perſecutionibus.
i Et imaginem illius,] ideſt, vitæ illius conformitatem, & hoc quoad minores, qui cedent Anti-Chriſto.
k Et numerum nominis ejus] Ponet enim ſibi nomen, quod ſit Deus, & hoc quoad majores. *Sap.* 13. Et ne quis poſſit vendere aut emere, niſi habeat characterem Beſtiæ, aut nomen aut numerum nominis ejus.
l Stantes ſupra mare] per veram fidem, & rectam intentionem. Vel (Stantes) Baptiſmi ſcilicet gratiam ſervantes, vel parati defendere fidem *ſupr.* 4. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: Hoc mare eſt Baptiſmus, qui in conſpectu ſedis eſt, ideſt, in voluntate accipientis. Nullus enim cogitur ad Baptiſmum. Simile cryſtallo, qui congelatur ex aquis; ſic baptizati confirmantur in aquis baptiſmi; quia etſi non ex toto extinguitur in eis ignis fomitis, tamen debilitatur; & lucidi fiunt & pervii ad recipiendam gratiam Dei.
m Habentes citharas] Tertia cauſa liberans, ſcilicet prærogativa operis quoad perfectos. Hæc eſt duplex, ſcil. prærogativa operis, de qua dicit, ibi. (Habentes, &c.) Item prærogativa contemplationis, de qua dicit, ibi: (Et cantantes) Dicit ergo: (Habentes citharas) ideſt, mortificationem carnis. *ſupr.* 14. Et vocem quam audivi; ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.
n Dei,] tanquam cauſæ exemplaris, ſcilicet Chriſti, qui ſeipſum mortificavit quoad carnem. Vel (Dei) præcipientis. *Luc.* 21. Attendite, ne graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate. Vel (Dei) ideſt, propter Deum finaliter, Et dicit (citharas) pluraliter, quia Chriſtus exemplar eſt multiplex citharæ. Citharam enim habuit in utero matris, cujus ſonitum mater ejus audivit, cum in tantum lætificata eſt, ut in prophetiam prorumperet, dicens *Luc.* 1. Magnificat anima mea Dominum. Item ſonitum hujus citharæ Joannes Baptiſta audivit, quando in utero matris exultavit, & matrem ſuam propheriſſam effecit. *Luc.* 1. Et repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Item Chriſtus habuit citharam in monte; cujus chordæ fuerunt octo beatitudines. *Matth.* 5. Item citharam habuit in Cruce, ad cujus ſonitum Diabolus fugatus eſt, Maria martyr effecta eſt, ſol obſcuratus eſt, & luna paſſa eſt defectum. Prima fuit humilitatis in ingreſſu hujus vitæ; ſecunda fuit prædicationis in progreſſu; tertia patientiæ, & obedientiæ in egreſſu. Qui has citharas ad ipſius imitationem haberet, proculdubio ab omnibus audiretur; tam malis, quam bonis. Unde 1. *Reg* 16. Dicitur, quod David accipiente citharam, melius ſe habebat Saul. Sic per has citharas, qui eas haberet, poſſet reſuſcitare peccatores. Item & bonos confortare; quia Hæliſæus cum pſaltes caneret, confortatus eſt, ut ſpiritum prophetandi acciperet. 4. *Reg.* 3. Cumque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini.
o Et cantantes] Hic agit de prærogativa contemplationis, quæ duplex eſt. Quædam, qua Deus laudatur pro beneficiis: de qua dicit: [Cantantes, &c.] Item quædam, qua Deus laudatur jam non propter beneficia, ſed quia bonus, de qua dicit ibi. [Magna, & mirabilia ſunt, &c.] Dicit ergo: [Et cantantes:] hæc eſt prærogativa contemplationis, qua Deum laudamus pro beneficiis, & ſic conſideramus ipſum prout nobis bonus eſt, & hæc laus eſt minus pura. Dicit igitur: [Et cantantes,] ideſt, cum exultatione, & lætitia adimplentes.
p Canticum Moyſi] ideſt, Vetus Teſtamentum. *Exod.* 15. Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt, &c. Hoc cantare eſt de remiſſione peccati exultare.
q Et canticum Agni] ideſt, Chriſti, ſcilicet Novum Teſtamentum cuſtodire, & venerari. Hoc cantare eſt de collatione gratiæ gaudere, & gratias agere. Propter hoc dicit ſponſa *Cant.* 7. Omnia poma nova, & vetera ſervavi tibi, dilecte mi.
r Dicentes, Magna, &c.] Hic agit de prærogativa contemplationis, qua Deum laudamus non jam pro beneficiis, ſed quia bonus, & ſic conſideramus ipſum in ſeipſo, & hæc eſt in pura laude Dei. In duobus autem conſiſtit laus iſta: primo laudando ipſum in operibus ſuis, ibi. [Magna, &c.] ſecundo in ſeipſo, unde dicit, [Quis non timebit, &c.] Dicit ergo.
ſ Magna, & mirabilia ſunt, &c.] Magna, in ſe. *Sap.* 13. A magnitudine ſpeciei & creaturæ, poterit cognoſcibiliter creator eorum videri. Magna ſunt opera in ſpeciebus ſuis. Magna, in numero. *Job* 5. Qui fecit magna, &c. Item magna, in univerſo, magna in ſuis partibus. Item magna in creatione. *t* Et mirabilia] in recreatione, ubi Chriſtus

ſimul

Digitized by Google

ſimul factus eſt Deus & homo; pauper & dives; potens & infirmus; mortalis & immortalis; verbum infans. Hoc ſignificatum eſt · *Gen.* 32. Quid quæris nomen meum quod eſt mirabile? Ita dixit Angelus ad Jacob. Priuſquam veniret tempus incarnationis, non erat quies Sanctis, ſed erant cum Jacob in lucta continua, deſiderantes adventum Redemptoris, & quærentes ut faceret mirabilia opera Redemptionis. *Eccl.* 36. Innova ſigna; immuta mirabilia. Sed Angelus magni conſilii luctatus eſt cum Jacob, i. cum genere humano per incarnationem, & conformitatem naturæ; & tunc nomen ejus, & humani generis vocatum eſt Iſrael; quia de lucta duxit ad quietem, de continuis miſeriis ad Dei viſionem.

al. † Sæculorum.

ſunt opera tua *a* Domine Deus omnipotens: *b* juſtæ, & veræ ſunt viæ tuæ Domine Rex † Sanctorum. *c* Quis non timebit te Domine, *d* & magnificabit nomen tuum? Quia ſolus pius es, quoniam *f* omnes gentes *g* venient, *h* & adorabunt *i* in conſpectu tuo k quoniam judicia tua manifeſta ſunt. *l* Et poſt hæc *m* vidi, & ecce *n* apertum eſt templum *o* tabernaculi *p* teſtimonii in cœlo: *q* & exierunt ſeptem Angeli *r* habentes ſeptem plagas *ſ* de templo, *t* veſtiti *u* lapide *x* mundo, *y* & candido, *z* & præcincti circa pectora zonis aureis. *a* Et unum ex quatuor animalibus *b* dedit ſeptem Angelis *c* ſeptem phialas *d* aureas *e* plenas iracundiæ Dei *f* viventis in ſæcula ſæculorum. *g* Et impletum eſt templum *h* fumo *i* a majeſtate Dei, & de virtute ejus: k & nemo, *l* poterat introire in templum

a Domine Deus omnipotens (Omnipotens) opera implendo. (Deus) per figuras prænunciando. (Domine) promittendo.

b Juſtæ & veræ ſunt, &c.] Viæ quibus venit ad nos; ſunt promiſſio, præfiguratio promiſſorum, & adimpletio eorum. Vel (Viæ) ſunt creatio, diſpoſitio, & ornatus, de quibus. *Gen.* 1. *c* Quis non timebit te?] Hic laudatur Deus, in ſeipſo, unde dicit, (Quis non timebit te? &c.) Ut ſic a malo ceſſet, quia dicitur *Prov.* 15. Per timorem Domini declinat omnis a malo. (Timebit) ex amore, ſerviendo. (Timebit) ex timore filiali, & caſto, *Pſal.* 18. Timor Domini ſanctus permanet in ſæculum ſæculi. *d* Et quis,] ſc. non (Magnificabit nomen tuum?) prædicando te & propter te bene operando. Vel [Timebit] judicem futurum in majeſtate. [Et magnificabit nomen tuum?] quia veniſti in primo adventu Agnus manſuetus in humilitate? [Quis non timebit?] q. d. Qui non timet nullus eſt. *Job* 18. Socii ejus, qui non eſt. Sed mali non ſunt, ut dicit *Boet.* quia nec ordinem retinent, nec ſervant naturam. [Magnificabit] laudando, & extollendo. *Pſal.* 33. Magnificate Dominum mecum, &c. *Eccl.* 43. Benedicentes Dominum exaltate illum quantum poteſtis: major eſt enim omni laude, & vere magnificabit, & timebit. *e* Quia ſolus pius es] Contra, Severus magis timetur, quam pius. Solutio. Hic loquitur de timore caſto reſpectu pii: timor vero ſervilis magis eſt reſpectu ſeveri. Bene dico, quia pius es, & in hoc apparet pietas tua. *f* Quoniam omnes gentes,] ideſt, aliqui de omnibus. *g* Venient,] ecce motus latriæ interior. *h* Et adorabunt:] ecce motus latriæ exterior.

In conſpectu tuo] ut te videant, & a te videantur in remuneratione. k Quoniam judicia tua, &c.] quibus bonos eligis, & malos reprobas. [Manifeſta ſunt] manifeſtatione ſigni, & non veritatis, quia ſolum per opera exteriora aliquatenus cognoſcitur, qui ſint boni, vel mali. *Matth.* 7. A fructibus eorum cognoſcetis eos. *l* Et poſt hæc] Tertia pars hujus capituli, ubi oſtenditur cauſa involvens ia plagis, quæ eſt, quia myſteria Eccleſiæ ſunt aperta, & tamen mali nolunt intrare. Dicit ergo: [Et poſt hæc] prædicta. *m* Vidi & ecce, &c.] i. Eccleſia, & dicit: *n* Apertum] ut pateat pœnitentibus ingreſſus & malis egreſſus. Vel [Templum,] ideſt, Scriptura, quæ Prædicatoribus eſt aperta, ut intrent per ſtudium, & meditationem, & exeant per actionem. *o* Tabernaculi,] i. Eccleſiæ, quæ modo militat Deo. *Job* 7. Militia eſt vita hominis ſuper terram: ſed in futuro triumphabit: modo adhuc vagabunda eſt in deſerto in terra promiſſionis; ſed in futuro recepta celebrabit ſcenopegiam quinta decima die menſis ſeptimi, ideſt, quando impleta fuerint myſteria Veteris, & Novi Teſtamenti. *p* Teſtimonii] Bene dicitur Eccleſia tabernaculum teſtimonii, quia Chriſto perhibet teſtimonium; vel quia utriuſque Teſtamenti teſtimonium fideliter ſervat in cœlo, ideſt, in ſecreto hujus viſionis, vel in cœlo, ideſt, in cordibus fidelium, qui ea intelligunt, & intellecta perficiunt. *q* Et exierunt] Quarta pars in quo agit de prædicatione Angelorum annunciantium ſeptem plagas: & poſtquam illos qui ſunt in Eccleſia, confirmavit Prædicator, debet exire ut malos reprehendat. Dicit ergo: [Et exierunt, &c.] i. univerſi Prædicatores. *ſ* De templo] i. de contemplationis ſecreto, vel de conſcientiæ cubiculo ad actionem venerunt. *r* Habentes ſeptem plagas, ideſt, univerſam Dei ultionem prædicentes; ut ſi noluerint homines promiſſionibus

Deum diligere, ſaltem ſciant eum præ comminationibus timere. Egredi debet Prædicator, Unde *Ezech.* 3. Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Per hoc patet, quod Dominus in actione loquitur ſicut in contemplatione; etſi ita non audiatur. *Matth.* 13. Exiit qui ſeminat, ſeminare, &c. Propter hoc dicit ſponſa. *Cant.* 7. Egrediamur in agrum, moremur in villis. *t* Veſtiti lapide] Quinta pars ubi oſtenditur idoneitas eorum, primo in vita, ibi (Veſtiti,] ſecundo in doctrina, *ibi*. (Et unum ex quatuor animalibus.] (Veſtiti) bona converſatione. *Iſa.* 3. Veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter, i. quia bonus es, te elegimus nobis in Paſtorem. Sed hoc veſtimentum hodie in electionibus non curatur. *u* Lapide,] ideſt, patientia, & manſuetudine. *Ezech.* 3. Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam. Debet enim eſſe Prælatus, vel Prædicator adamas per manſuetudinem, ut ſic attrahat peccatores ad gratiam: item ſilex per patientiam, ne remurmuret contra flagella. Vel [Lapide,] ideſt, humilitate, quæ lapis dicitur, quia ipſa eſt fundamentum ædificii ſpiritualis; ponit enim ſe in imo, ſicut lapis poſitus in fundamento, ponitur in infimo. Vel (Lapide,] ideſt, firmitate fidei.

x Mundo] propter fugam, & declinationem peccati.

y Et candido] per operationem boni. Determinavit jam qualis eſt vita Prædicatoris ad alterum, quia lapis; item qualis ad ſeipſum exterius, per hoc quod dictum eſt. [Mundo, & candido:] modo determinat qualis debet eſſe interius, dicens.

z Et præcincti, &c.] i. cogitationibus ſanctis, & mundis. Nec dicit cincti, ſed præcincti, quia duas debent habere cinctiones caſtitatis, ſcil. corporis, & ſanctimoniæ mentis: Zonæ autem aureæ ſunt deſiderium æternorum, ſed pauci habent has zonas aureas, ſed multi luteas. *Iſa.* 3. Et erit pro ſuavi odore fœtor. Odor eſt ſpes æternorum pro quo eſt hodie in multis fœtor, ideſt, ambitio terrenorum. Unde ſequitur. Et pro zona funiculus, ideſt, pro deſiderio æternorum avaritia terrenorum; & pro criſpanti crine calvitium, ideſt, avagatio mentis ad acquirendum. *a* Et unum ex quatuor] Hic oſtenditur idoneitas Prædicatorum, quæ eſt in doctrina. [Et unum ex quatuor animalibus,] ideſt, concordia, & unitas quatuor Evangeliorum. *b* Dedit ſeptem Angelis,] ideſt, univerſis Prædicatoribus. *c* Septem phialas,] ideſt, univerſitatem & ſermonum, & auctoritatum Scripturæ. *d* Aureas] quia ſunt vaſa plena ſapientiæ divinæ. *e* Plenas iracundiæ Dei] quia iram Dei perfecte denunciant. *f* Dei] dico [Viventis in ſæcula ſæculorum,] ideſt, in æternum in quo notatur potentia punientis, qui poteſt punire ſecundum omne tempus, quaſi dicat, Quidquid prædicant Prædicatores de pœnis, quæ infligendæ ſunt malis, accipiunt a doctrina Evangelii: & per hoc patet, quod ipſi ſunt idonei prædicare, quibus datum eſt Evangelium intelligere. Sed cum dixerit phialas eſſe aureas, ideſt, auctoritates Scripturæ eſſe plenas divinæ ſapientiæ, quomodo poſtea dicit eſſe plenas iracundia Dei? Solutio. Eſſentialiter ſunt aureæ, ſed accidentaliter plenæ iracundia. Unde iram habent, ut contentum, ſed aurum, ut eſſentiale; quia ex accidenti habent nunciare pœnas, ſed eſſentiale eſt eis nunciare gaudia. Unde *Iſai.* 28. Alienum eſt opus ejus ab eo. *Thren.* 3. Non enim ex corde ſuo humiliavit, & abjecit filios hominum.

g Et impletum eſt templum] Sexta pars ubi oſtenditur obſtinatio malorum: quaſi diceret, Licet ſint aperta fidelibus divina judicia, & Scripturæ ſecreta, vel Eccleſia myſteria; malis tamen clauſa ſunt, fumo ignorantiæ ſuæ & obſtinationis excæcatis. Unde dicit: [Et impletum eſt templum Dei, ideſt, Eccleſia, vel Scriptura. *h* Fumo,] ideſt, obſcuritate quoad Reprobos, qui non vident myſteria Dei, quæ ſunt aperta bonis: & in hoc apparet majeſtas, & virtus Dei, qui claudit indignis, & reſerat dignis. Unde dicit. *i* A majeſtate Dei, &c.] qui habet clavem David; claudit & nemo aperit: aperit & nemo claudit; *Sap.* 3. k Et nemo] malorum ſc. *l* Poterat in &c.] ideſt, Scripturæ myſteria videre & penetrare. Excæcavit enim eos malitias eorum. *Sap.* 2.

Digitized by Google

Sup. 2. *a* Donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum,] ideſt, donec implerentur comminationes Prædicatorum de ipſis malis reponendis in infernum. Tunc enim experientia, & ſenſus pœnarum faciet eos intelligere quod modo nolunt audire. Quia ut dicit *Greg.* Pœna oculos aperit, quos proſperitas claudit. Unde ipſi cogētur dicere illud. *Sap.* 5. Eravimus a via veritatis. Et illud. *Prov.* 5. Cor deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquievit cor meum: nec audivi vocem docentium me, & magiſtris non inclinavi aurem meam? Pene fui in omni malo in medio Eccleſiæ & Synagogæ. Vel (templum) Cęleſtis Eccleſię non intrabunt mali, donec conſummentur plagæ, incluſive, quia nec tunc intrabunt Simile 1. Reg 3. De Heli qui non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur, nec tunc etiam poterat. Vel (Nemo) generaliter, nec bonus, nec malus poteſt (Introire in templum Dei,) ideſt, in cęlum ut ſecreta ejus plenarie cognoſcat, donec conſummetur in ipſo malitia, ideſt, terminetur ſimul & vita temporalis. Unde dicit *Pſal.* 72. Exiſtimabam, ut cognoſcerem hoc, ſcilicet ſecreta Dei, de quibus locutus eſt prius; ſcilicet quare unus reprobatur, & alius eligitur: ſed labor eſt ante me, ſine fructu ſcilicet donec intrem in ſanctuarium Dei, & tunc ſcilicet intelligam in noviſſimis eorum.

a donec conſummarentur ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

CAP. XVI.

ET *b* audivi vocem magnam *c* de templo dicentem ſeptem Angelis, *d* Ite & effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram. *e* Et abiit primus Angelus, *f* & effudit phialam ſuam in terram; *g* & factum eſt vulnus ſævum, ac peſſimum in homines, *h* qui habent characterem Beſtiæ: & in eos qui adoraverunt imaginem ejus. *i* Et ſecundus *k* effudit phialam ſuam in mare, *l* & factus eſt ſanguis tanquam mortui; *m* & omnis anima vivens *n* mortua eſt in mari. *o* Et tertius Angelus *p* effudit phialam ſuam ſuper flumina, *q* & ſuper fontes aquarum; *r* & factus eſt ſan-

EXPOSITIO CAP. XVI.

ET audivi vocem magnam, &c.] Hæc eſt ſecunda pars viſionis, in qua agitur de inflictione pœnarum & hæc dividitur in duas. Primo enim præcipitur Angelis, ut pœnas infligant. Secundo peragunt quod eis præceptum eſt, ibi (Et abiit primus, &c.) Dicit ergo.

b Et audivi vocem magnam,] ſcilicet inſpirationem divinam, vel admonitionem.

c De templo] Vel (de Cœlo dicentem ſeptem Angelis, (Ite) in quo docemur ne officium prædicationis ſibi aliquis uſurpet, nec prædicet niſi miſſus. Quia. *Rom.* 10. Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? *Iſai.* 18. Ite Angeli veloces.

d Et effundite ſeptem phialas iræ Dei in terram] ideſt, in terrenos, ideſt in peccatores eis denunciando pęnas ſibi debitas, *Gloſ.* tamen dicit, In malis damnationem exercere. Et hoc verum eſt comparatione, & quia dicent, quod prædicaverunt eis, & noluerunt recipere.

e Et abiit primus.] Secunda pars capituli in qua agitur de inflictione pœnarum: & dividitur in ſeptem partes ſecundum numerum ſeptem Angelorum infligentium plagas. Dicit ergo. (Et primus Angelus abiit,) ideſt præcipienti obedivit.

f Et effudit phialam ſuam in terram,] ideſt, primus Ordo Prædicatorum iracundiam Dei terrenis imminentem nunciavit.

Vel (terra) accipitur hic Judæa, cui primi Prædicatores prædicaverunt, ſcilicet Apoſtoli: quos quia illi repulerunt pœnas ſibi futuras prædixerunt propter culpas ſuas.

Et ſicut prima comminatio litteralis in Judæos; ſic prima ſpiritualis eſt in terrenos, quia adhærere terrenis non eſt neceſſitatis, etſi fovere carnem poteſt eſſe neceſſitatis.

g Et factum eſt vulnus ſævum, ac peſſimum in homines qui habent characterem Beſtiæ.] Vulnus fuit ſævum in Judæis, quando per Romanos fuerunt deſtructi, & per univerſum mundum diſperſi; ſed peſſimum, quia a Deo reprobati.

h Habent characterem Beſtiæ:] quia conformantur Anti-Chriſto, fidei Chriſti reſiſtendo.

Vel de terrenis ſic exponitur: (Vulnus) eſt diviſio continui, & qui amant terrena, adhærent eis, unde fit eis vulnus, quando ſeparantur ab amatis. Et dicitur (ſævum,) non tamen ſæviſſimum; quia omnes viæ Domini miſericordia, & veritas; & omnes quos punit cum miſericordia punit. Propter miſericordiam ergo non dicitur ſæviſſimum, ſed propter juſtitiam ſævum. Sævum ergo dicitur vulnus, quoad inferentem, ſed tamen peſſimum, quoad recipientes, & vulneratos; quia ipſi volunt habere res temporales, quas diligunt, ad tria, ſcilicet ad neceſſitatem, ad conſolationem, ad ſuperfluitatem.

Vulnus ergo erit malum, quando auferetur eis neceſſitas: ſed pejus, quando conſolatio; peſſimum, quando ſuperfluitas. Et hoc ſignificatum eſt *Gen.* 33. Ubi dicitur, quod in tertia die fuit graviſſimus dolor vulnerum.

Et qui adoraverunt imaginem ejus] illi inquam, vulnerabuntur, primo in præſenti, deinde in inferno. *Job* 16. Concidit me vulnere ſuper vulnus.

i Et ſecundus effudit phialam,] Secunda pars de ſecundo Angelo, & ſecunda plaga. Secundus Angelus eſt ſecundus Ordo Prædicatorum.

Mare vero Gentilitas, ſub qua fuit ſecunda perſecutio Eccleſiæ, tempore ſcilicet Martyrum. Effuſio phialæ eſt prædicatio divinæ ultionis futuræ in perſecutores. Dicit ergo. (Secundus Angelus,) ideſt, ſecundus Ordo Prædicatorum: hi fuerunt Apoſtoli, repulſi a Judæis, & Gentilitatem ingreſſi.

k Effudit phialam ſuam in mare,] ideſt, in amaros perſecutores Apoſtolorum, & Martyrum, Dei ultionem cito venturam nunciavit. Mare dicuntur Gentiles. *Sup.* 8. Secundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens miſſus eſt in mare.

l Et factus eſt ſanguis tanquam mortui,] niger ſcilicet. Et hoc dicit, quia etiam in præſenti inceperunt puniri, ut ſic eſſent quaſi mortui, & tandem mortui vere morte æterna. Unde *Actuum* 12. De Herode legitur, quod percuſſus ab Angelo Domini vermibus expiravit. Et de Antiocho 2. *Mach.* 9. Et *Geneſ.* 40. Piſtor exiens de carcere ductus eſt ad patibulum. Vel (Quaſi mortui) Hoc dicit, quia ſicut a morte non eſt regreſſus ad vitam, ſic illa ultio irrevocabilis eſt. *Job* 15. Non credat fruſtra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus ſit.

m Et omnis anima vivens] mundo, vel opinione perſecutorum, vel apparens vivere, quia aperte non perſequitur, etſi forte tacite conſentit.

n Mortua eſt in mari,] ſcilicet exiſtens. Vel (in mari) ideſt propter mare, ideſt propter perſecutionem, cui conſentit. *Rom.* 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. *Sup.* 8. Et mortua eſt tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, &c.

o Et tertius Angelus.] Tertia pars capituli, & tertia plaga. Per hunc deſignatur tertius Ordo Prædicatorum pœnam annunciantium hæreticorum, qui tertiam perſecutionem Eccleſiæ fecerunt. Et hæc pars dividitur in duas: quia primo oſtenditur effuſio phialæ; ſecundo congratulatio bonorum, ibi (Et audivi Angelum.) Sed quæritur: quare in prima, & ſecunda plaga non ponitur congratulatio? Sol Ad innuendum, quod illæ non tantum nocent, quantum iſta, quæ fit ſub hæreticis. Dicit ergo: (Et tertius Angelus,) ideſt tertius Ordo Prædicatorum.

p Effudit phialam ſuper flumina,] pœnam ſcilicet & ultionem divinam futuram eſſe ſuper Pſeudo-Apoſtolos Anti-Chriſti, & in hæreticos depravantes Scripturas annunciavit.

q Et ſuper fontes aquarum,] ideſt, ſuper Principes hæreticorum, a quibus exit prava doctrina. 2. *Petr.* 2. Hi ſunt fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſervatur. *Sup.* 8. Stella magna ardens tanquam facula cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.

r Et factus eſt ſanguis:] per quem intelligitur pęna eorum deteſtabilis: ſanguis enim maxime in re candida abominabiles maculas facit. Plaga ergo eorum erit deteſtabilis, & abominabilis; quia eorum prædicatio fuit talis. Hoc ſignificatum eſt. *Exod.* 7. Ubi Moyſes vertit aquas in ſanguinem, quia boni, eorum prædicationem malam & maculatam eſſe oſtendent. Ipſi etiam mali ſuo fine malo oſtendent, quod mala fuit ſua prædicatio. [*Moraliter.*] Phiala, ideſt, indignatio, cadit ſuper flumina, ideſt, ſuper Clericos mala intentione ſtudentes in ſacra Scriptura: quibus dicitur *Mich.* 3. Qui ædificatis Sion in ſan-

guis-

goinibus, & Jeruſalem io iniquitate, quia propter hoc adiſcunt multi, ut carnem ſuam promovere poſſint, & propter hoc accidit Eccleſiæ quod ſequitur *in fine ejuſdem cap.* Sion, ideſt, Eccleſia, ut ager arabitur, ideſt propter temporalia ſicut ager colitur propter fructus, & Jeruſalem in acervum lapidum erit, ubi ſunt lapides incompacti, & ex hoc oriuntur diſſenſiones in Eccleſia.

B guis. *a* Et audivi *b* Angelum aquarum *c* dicentem: *d* Juſtus es *e* Domine, *f* qui es, *g* & qui eras *h* ſanctus, *i* qui hæc judicaſti, *k* quia ſanguinem ſanctorum, & prophetarum *l* effuderunt, *m* & ſanguinem eis dediſti bibere: *n* Digni enim ſunt. *o* Et audivi alterum Angelum dicentem: *p* etiam *q* Domine *r* Deus *ſ* omnipotens *t* vera, & *u* juſta judicia tua. *x* Et quartus Angelus *y* effudit phialam ſuam in ſolem, *z* & datum eſt illi æſtu affligere

a Et audivi.] Secunda pars, ubi oſtenditur congratulatio bonorum de deſtructione malorum hæreticorum, & primo majorum. Dicit ergo.

a Et audivi,] ideſt, per ipſos prædicatores intellexi.

b Angelum aquarum,] ideſt, chorum doctorum qui exponuot, & nunciant ſecreta Scripturarum. *c* Dicentem] collaudando divinam juſtitiam.

d Juſtus es,] æquitatem tenendo.

e Domine,] omnibus præſidendo.

f Qui es] immutabiliter.

g Et qui eras,] ſemper.

h Sanctus,] ab omni culpa liber, & alienus.

i Qui hæc judicaſti,] quæ nos annunciavimus vera eſſe firmiter ſtatuiſti, & malos ſicut prædiximus condemnaſti. Sed quare non dicit, qui venturus es? Solut. Venturum non ponit, qui in proximo eſſe intellexit, & per hoc patet, quod hic loquitur de pœna futura malis in tempore Anti Chriſti, quæ cito erit.

k Quia ſanguinem ſanctorum,] Martyrum, ſcilicet, & Apoſtolorum.

l Effuderunt,] non reputantes. *Pſalm.* 78. Effuderunt ſanguinem ipſorum, ſicut aquam.

m Et ſanguinem dediſti eis bibere,] ideſt pœnam æternam pro effuſione ſanguinis. *Deut.* 32. Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus devorabit carnes. *Thr.* 4. Filia Edom ad te quoque perveniet calix, inebriaberis atque nudaberis. Et hoc merito.

n Digni enim ſunt,] ideſt juſtum eſt, ut qui ſanguinem effuderunt, ſanguine puniantur. *Sap.* 12. Per quæ peccat quis per hæc & torquetur.

Sicut legitur in hiſtoriis Romanorum, quod Carthaginenſes in dolo multum aurum promittentes Craſſo obſidenti civitatem, receperunt eum in civitatem cum paucis, ut aurum ſolverent ei, & aurum liquidum infundentes in os ejus, dixerunt ei: Craſſe, aurum ſitiſti, aurum bibe. a Et audivi.] Poſt congratulationem malorum, ſequitur confirmatio minorum, ſcilicet diſcipulorum. (Et audivi alterum Angelum dicentem,) ideſt, minores ſanctos majorum ſanctorum & magiſtrorum ſententiam confirmantes.

p Etiam,] ideſt, verum eſt quod dicitur.

q Domine,] per excellentiam.

r Deus,] per naturam.

ſ Omnipotens] per potentiam.

t Vera ſunt judicia tua.] Hoc dicit, quia reddunt quod promittunt. *u* Et juſta,] quia ſecundum merita retribuunt. *Pſal.* 118. Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum. *x* Et quartus Angelus.] Quarta pars capituli, & quarta plaga. *Iſte* quartus Angelus, eſt quartus ordo prædicatorum.

y Effudit phialam ſuam in ſolem,] ideſt annuncians pœnam ab Anti-Chriſto illatam hominibus. Unde effundere phialam, hoc non eſt aliud, quam voluntatem, & potentiam nocendi quam habebit Anti-Chriſtus prænunciare, & propter hoc etiam damnabitur ipſe. Unde ly (in) notat hic cauſam efficientem, cum dicit. (In ſolem) in præcedentibus autem plagis notat cauſam materialem. Vel poteſt ſimpliciter dici, quod hic prædicitur pœna, & damnatio Anti-Chriſti, quam ex hoc merebitur, quod ipſe affliget homines, & eis nocebit. Hæc pars ſimiliter dividitur in tres, quia primo oſtenditur in quem phiala effunditur. Secundo, quid ſit effundere phialam, ibi [Et datum eſt, &c.] Tertio, effectus effuſionis, ibi [Et æſtuaverunt] Dicit ergo. [Et quartus Angelus, &c.] ideſt, in Anti-Chriſtum, qui ſe ſolem æſtimabit, & dicet ſe mundum illuminantem. Ipſe enim uſurpabit ſibi veri ſolis nomen. *z* Et datum eſt illi,] ideſt permiſſione Dei conceſſum eſt Anti-Chriſto. *a* Affligere homines æſtu, & igni,] ideſt igne, ideſt, minori, & majori tribulatione. Et notatur hoc ſecundum quod dicitur hic, quid ſit effundere phialam. *b* Et æſtuaverunt.] Hic ponitur effectus effuſionis, qui eſt triplex. Primus eſt labor in tribulatione. Unde dicit.

a homines, & igni. *b* Et æſtuaverunt homines *c* æſtu magno, *d* & blaſphemaverunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas, *e* neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam. *f* Et quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, *g* & factum eſt regnum ejus *h* tenebroſum, *i* & commanducaverunt linguas ſuas, *k* præ dolore, *l* & blaſphemaverunt Deum cœli *m* præ doloribus

b Æſtuaverunt homines,] ſcilicet fideles.

c Æſtu magno] laborantes & afflicti graviter in tribulationis ardore, propter quod io impatientiam ſunt verſi, & defecerunt in tribulatione multi. *Joan.* 4. Percuſſit ſol ſuper caput Jonæ, & æſtuabat; & petiit animæ ſuæ ut moreretur. Secundus effectus eſt blaſphemia. Unde dicit.

d Et blaſphemaverunt nomen, &c.] ut cui vult, eas amoveat, & cui vult admoveat, ipſe enim eſt, qui habet claves mortis, & inferni, *ad Rom. cap.* 9. Cujus vult miſeretur, & quem vult indurat. Tertius effectus eſt finalis impœnitentia. Unde dicit.

e Neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam] quia etſi aliqui pœnitentes interius dolebunt, exterius tamen confiteri non audebunt, unde eis non ſufficiet. *Rom.* 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Jeſum Chriſtum, & in corde tuo credideris quod Deus excitavit illum a mortuis, ſalvus eris.

Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Nahum.* 3. Parvuli tui, o Eccleſia, ideſt infirmi, qui cadent in illa perſecutione, ſicut locuſtæ locuſtarum, quæ conſident in ſepibus in die frigoris, ideſt tenent fidem in tempore pacis, & proſperitatis.

Sed quid ſequitur? Sol ortus eſt Anti-Chriſtus a quo tribulatio excitata eſt, & avolaverunt a fide, ſcilicet recedentes quam infirmiter tenuerunt. *Sap.* 4. Et ſi in ramis in tempore pacis, ſcilicet germinaverunt infirmiter poſita, a vento commovebuntur.

Sed e converſo boni, & æſtum ſuſtinebunt, & ignem. *Gen.* 31. Die noctuque æſtu urebar, & gelu. Secundum *Gloſs.* alia littera habet. (Æſtuaverunt homines affligere æſtu.) Et exponit ſic, quod afflicti fideles ſuos tortores æſtu iracundiæ afficient, quia erunt inſuperabiles, & propter hoc etiam blaſphemabunt, & impœnitentes morientur ipſi tortores.

f Et quintus Angelus effudit, &c.] Quinta pars capituli, & quinta plaga, & ſicut præcedens phiala effuſa eſt in rebelles Anti-Chriſto, ſic iſta effunditur in conſentientes, de gentibus, ſcilicet. Hæc autem effuſio erit eorum excæcatio. Hæc pars habet duas. Primo, oſtenditur effuſio phialæ. Secundo, effectus effuſionis, ibi. (Et factum eſt.) Dicit ergo. (Et quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ,) ideſt ſuper gentes conſentientes Anti-Chriſto, in quibus ſicut in ſede conquieſcet. Horum excæcationem ordo quintus prædicatorum nunciabit. *g* Et factum eſt.] Hic notantur effectus effuſionis: Qui ſunt quinque. Primus eſt excæcatio, unde dicit. (Et factum eſt regnum ejus ei) quod idem eſt quod ſedes. *h* Tenebroſum] amplius ſcilicet, quam plus fuerat excæcatum. *Iſa. c.* 6 Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava. Hoc dicitur, quia tunc non poterunt audire veritatem fidei. Secundus effectus eſt detractio veritatis, unde dicit.

i Et commanducaverunt linguas ſuas] veritati detrahendo, & mutuis ſermonibus malis ſe invicem reficiendo: ſunt enim de illis quibus dicitur *Prov. c.* 23. Qui conferunt carnes ad veſcendum, vacantes potibus, & dantes ſymbola, & propter hoc conſumentur. Tertius effectus eſt invidia, unde dicit.

k Præ dolore,] ideſt invidia quam erga ſanctos habent pro eorum conſtantia dolentes. Quartus effectus eſt blaſphemia, unde dicit.

l Et blaſphemaverunt Deum cœli,] dicentes Chriſtum fuiſſe magum. *m* Præ doloribus ſuis] excæcati, ſcilicet, & vulneribus ex manducatione linguarum ſibi factis: Et hoc enim vehementiſſime dolebunt, quod non poterunt omnes copulare Anti-Chriſto, & attrahere, ſicut gemunt juſti quando vident aliquos diſcedere a regno Chriſti. *Pſalm.* 37. Et gemitus meus a te non eſt abſconditus,

Unde dicit Apoſtolus *ad Galat. cap.* 4. Filioli mei quos iterum parturio. *Job cap.* 3. Antequam comedam, ideſt, aliquem peccatorem in corpus Eccleſiæ trajiciam, ſuſpiro, & quaſi inundantis aquæ ſic rugitus meus. Quintus effectus eſt quod in finali impœnitentia decedunt: Et hoc

& vulneribus ſuis, *a* & non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis. *b* Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphratem, *c* & ſiccavit aquam ejus, *d* ut præpararetur, *e* via regibus *f* ab ortu ſolis. *g* Et vidi de ore draconis, *h* & de ore beſtiæ, *i* & de ore pſeudo-prophetæ *k* exire ſpiritus tres immundos *l* in modum ranarum. *m* Sunt enim ſpiritus Dæmoniorum *n* facientes ſigna, *o* & procedent *p* ad reges totius terræ, *q* congregare illos in prælium *r* ad diem magnum

eſt gravius, quia grave eſt peccare, gravius non pœnitere, ſed graviſſimum æternam pœnam pro peccatis ſubire. Unde dicit. *a* Et non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis] malis, nec fecerunt gaudium Angelorum cum eis, quia gaudium eſt Angelis Dei, ſuper uno peccatore pœnitentiam agente quam ſuper nonagintanovem juſtis, qui non indigent pœnitentia. *Luc.* 15.

b Et ſextus Angelus effudit.] Sexta pars capituli, & ſexta plaga ſuper falſos Chriſtianos adhærentes Anti-Chriſto inferenda. Et dicuntur octo in hac parte. Primo ponitur effuſio phialæ, & in quid. Secundu, effectus ponitur, *ibi*: (Et ſiccavit.) Tertio finis ibi: (Ut præpararetur.) Quarto, præparatio ad conſequendum finem, ibi: (Et vidi de ore.) Quinto, punitio eorum, ibi. (Ad diem magnum, & cetera.) Sexto, confirmatio pœnæ, ibi: (Ecce venio.) Septimo, admonitio bonorum, ibi: (Beatus qui vigilat.) Octavo, conſenſus malorum in Anti-Chriſtum, ibi: (Et congregabit:) Dicit ergo. [Et ſeatus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphtatem,] ideſt, in eos qui divitiis affluentes, propter quas a fide Chriſti & Baptiſmo apoſtataverunt, & Anti-Chriſto adhæſerunt, pœnam venturam denunciavit ordo prædicatorum.

Et hoc dicit, quia apoſtatæ Chriſtiani veritati reſiſtentes prohibebunt fieri Baptiſmum. Et hæc eſt effuſio phialæ ſextæ.

Baptiſmus autem bene per Euphratem ſignificetur, qui interpretatur frugifer, & per Baptiſmum omnis anima ad portandum frugem bonorum operum diſponitur, & non ſine illo.

Hoc eſt unum de quatuor capitibus fluvii paradiſi: *Gen.* 2. Fluvius eſt gratia, quatuor capita, quatuor inundationes per gratiam factæ ſecundum quatuor ſtatus.

Primus fuit ſacrificiorum, ſecundus, circumciſionis ſub Abraham, tertius, legis ſub Moyſe, quartus, baptiſmi tempore gratiæ. Euphrates dicitur magnus, quia per totum mundum Baptiſmus eſt diffuſus. Hæc prohibitio ſignificata fuit. 1. *Macb.* 1. Ubi legitur quod Antiochus prohibuit circumciſionem fieri.

c Et ſiccavi aquam ejus:] Ecce effectus, ideſt, baptiſmum fieri impedivit. *Iſa. cap.* 37. Bibi aquam, & ſiccavi veſtigio pedis.

d Ut præpararetur] Dæmonibus.

e Via regibus,] ideſt, Chriſtianis, qui in baptiſmo fuerant ut reges uncti.

f Ab ortu ſolis,] recedentibus, ſcilicet a Baptiſmo, in quo ſol, ideſt, gratiæ illuminatio datur. Hi ſignificati ſunt per illos qui ab Oriente venerunt in terram Sennaar, quod interpretatur fœtor dentium, & ibi in campo ædificantes turrim confuſi ſunt, quia labium eorum muratum eſt. Per hos fit via dæmonibus, ſicut dicit *Job* 20. Vadent & venient ſuper eos horribiles. *Job* 19. Simul venerunt latrones ejus & fecerunt ſibi viam per me, obſiderunt in gyro tabernaculum meum.

Vel ſub eodem ſenſu, [Via præpararetur regibus,] ideſt, Dæmonibus. *Job* 41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

f Ab ortu ſolis] recedentibus, ideſt, Chriſtianis apoſtatis, & Anti-Chriſto adhærentibus, & baptiſmum impedientibus.

g Et vidi.] Ecce præparatio ad conſequendum finem. Et hæc pars dividitur in tres. Primo enim oſtenditur a quo mittuntur iſti per quos fit præparatio ad conſequendum finem, cum dicit. [De ore draconis, &c.] Secundo, per quid, quia per efficaciam ſignorum ibi: [Sunt enim ſpiritus Dæmoniorum.] Tertio, ad quid veniunt, ibi, [Ad reges, &c.] Dicit ergo. [Et vidi de ore draconis,] ideſt, de inſpiratione Diaboli.

h Et de ore beſtiæ,] ideſt, Anti-Chriſti.

i Et de ore pſeudoprophetarum,] ideſt Apoſtolorum, qui ab Anti-Chriſto ſunt miſſi in orbem terrarum.

k Exire tres ſpiritus immundos,] ideſt, omnes malos qui dicuntur ſpiritus, pro ſubtilitate & aſtutia & malitia decipiendi. Sed immundi, pro ſordidis operibus nequitiæ & iniquitatis. Exire dico, non quocumque modo, ſed.

l In modum ranarum] exeuntium de luto, ſic illi lutoſi ſunt per luxuriam, vel per operationem malam, ſed loquaces per verboſitatem, & fidei quietem auferunt per ſetentis doctrinæ Anti-Chriſti diſſeminationem. Hi ſunt enim inimicus homo qui in agro Domini ſuperſeminavit zizania. *Matt.* 13. Propter quod de quibuſdam malis dicebat. *Job cap.* 16. Verboſi amici mei. Tres autem dicuntur propter infelicem ternarium mundi quem ſequuntur. 1. *Joan.* 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

Vel [tres ſpiritus] ſunt omnes Dæmones, qui ſacramentum Trinitatis oppugnant, vel tres virtutes diſſipant, fidem, ſpem, & charitatem.

Moraliter. Per draconem ſignificatur avaritia, quia eſt animal ſitibundum. *Moraliter.*

De ore ejus tres ſpiritus immundi exeunt, ſcilicet ſagacitas male acquirendi. Item cautela, male vel bene acquiſita, male detinendi. Item improvidentia male diſtribuendi. Hæ ſunt tres dietæ quibus deambulatur Ninive. *Jona* 3. Et Ninive erat civitas magna itinere dierum trium. Per beſtiam ſignificatur ſuperbia, quæ omnia vaſtat.

Unde *Aug.* Omnis quippe iniquitas in malis operibus exercetur ut fiant, ſuperbia vero etiam bonis operibus inſidiatur ut pereant.

De ore beſtiæ exeunt tres ſpiritus immundi. Irreverentia majorum, contemptus inferiorum, dominium & ſubjectio æqualium. Hæ ſunt tres lanceæ quibus transfoditur Abſalum qui interpretatur pax patris. 2. *Reg. c.* 18. Superbi enim ſunt qui pacem auferunt & perturbant, quia. *Prov. cap.* 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt jurgia. Hæc eſt lingua tertia quæ multos commovit. *Eccl.* 28. Item per pſeudo-prophetas, caro, vel carnis petulantia ſignificatur, cujus doctrina falſa eſt & mala. *Roman.* 8. Prudentia carnis mors eſt.

De ore ejus tres ſpiritus immundi exeunt, ſcilicet exquiſiti ſapores ciborum, pretioſa mollities veſtimentorum, delectatio lumborum. Hæc ſunt illa tria de quibus dicit Salomon. *Prov.* 30. Tria ſunt inſaturabilia.

Hæc ſunt tria caniſtra, quæ portabat piſtor Pharaonis unde aves rapiebant panes qui ibi erant. *Geneſ.* 40. Vel tres ſpiritus immundi ſunt tria genera advocatorum, qui ut ranæ quietem & pacem perturbant hominum, viventes in luto delicatum.

Quidam qui falſas leges fingunt & allegant. Alii qui veras male exponendo depravant. Tertii qui per deceptiones frivolas & inutiles cauſas ampliant & dilatant. Et hi exeunt de ore draconis quando fovent cauſas injuſtas ſcienter, cauſa cupiditatis. Item de ore beſtiæ, quando cauſa ſuperbiæ & vanitatis, ne ſcilicet videantur ab adverſariis vinci vel frangi. Item de ore pſeudo, quando fovent cauſas cauſa laudis, ut ſcil. per hoc poſſine magni æſtimari & ab hominibus honorari & laudari. Et omnium iſtorum efficacia a quo ſit oſtendit dicens.

m Sunt enim ſpiritus dæmoniorum,] ideſt, a dæmonibus docti.

n Facientes ſigna,] ideſt mirabilia per quæ habebunt efficaciam eorum verba & doctrina.

o Et procedent] Dæmones.

p Ad reges totius terræ,] ideſt mundi, ideſt, ad eos, qui vel ſe, vel alios in terrenarum rerum cupiditate ſecundum ſapientiam mundi regunt. Et ad quid?

q Congregate illos in prælium,] contra ſanctos. Et quia contra ſanctos modo congregantur, propterea congregabuntur in congregatione unius faſcis in lacum. *Iſa. cap.* 24. & *Hier.* 12. Congrega eos ſicut gregem ad victimam. Unde & ſequitur hic.

r Ad diem magnum, &c.] quia licet contra ſanctos prælientur, tamen ex hoc eis male accidet, quia [Ad diem magnum Dei omnipotentis] ducentur, i. ad diem Judicii. *Job* c.2. In diem perditionis ſervatur malus; & ad diem furoris ducetur. *Johel* 3. Populi in valle conciſionis, quia juxta eſt dies Domini in valle conciſionis. Judicium autem dicitur dies, quia ibi manifeſtabuntur omnia ſecreta cordium. 1. *Cor.* 4.

Item

Item magnus dicitur, quia magna fient ibi: Magnificus in ſanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia. Magnus bonis pro magnitudine gaudiorum, & magnus malis pro magnitudine ſuppliciorum. Hæc dies dicitur eſſe (Dei) quem nihil latere poterit. *Hebr. cap.* 4. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis ejus, ad quem nobis ſermo. (Omnipotentis) quem nullus poterit effugere. *Exod.* 15. Omnipotens nomen ejus. *Job* 10. Et non eſt qui de manu mea poſſit eruere. *Pſal.* 138. Quo ibo a ſpiritu tuo, &c. Et in hoc verbo notatur punitio eorum qui contra Eccleſiam congregabuntur.

a 1. Theſ. 5. 2. Pet. 3. Apoc. 3. Matth. 24. Luc. 12.

D

Dei omnipotentis. *a* Ecce venio ſicut fur. *b* Beatus qui vigilat, *c* & cuſtodit veſtimenta ſua, *d* ne nudus ambulet, *e* & videant turpitudinem ejus, *f* Et congregabit illos *g* in locum qui vocatur hebraice Hermagedon. *h* Et ſeptimus Angelus effudit phialam ſuam in aerem, & *i* exivit *k* vox magna de templo *l* a throno *m* dicens: Factum eſt. *n* Et facta ſunt *o* fulgura & voces, *p* & tonitrua, *q* & terræmotus *r* factus eſt magnus, *ſ* qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram talis terræmotus ſic magnus. *t* Et facta eſt civitas magna

a Ecce venio.] Hic oſtenditur confirmatio pœnæ eorum, quaſi dicat, vere dico quod ad diem Judicii ducentur: cito enim veniet dies illa, quia Chriſtus hoc teſtatur, dicens: (Ecce venio ſicut fur,) ideſt, ex improviſo. *Infr.* 22. Ecce venio cito. 1. *Theſ. cap.* 5. Dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet.

b Beatus qui vigilat.] Hic ponitur admonitio bonorum & eorumdem inſtructio. Continuatio, quia ſic mali punientur; ideo beatus qui vigilat in cuſtodia ſui, ne in laqueos cadat Diaboli, *Matth. c.* 25. Vigilate, quia neſcitis diem neque horam.

c Et cuſtodit veſtimenta ſua,] ideſt, innocentiam baptiſmi.

d Ne nudus ambulet,] a virtutibus, & operibus bonis.

e Et videant turpitudinem ejus,] omnes, ſcilicet, illi qui erunt in judicio, tam boni quam mali. *Nahum cap.* 3. Revelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.

Et dicit: (Cuſtodit) non diſſipat, ſicut filius prodigus vivendo luxurioſe diſſipavit totam ſubſtantiam ſuam: *Luc.* 15. (Veſtimenta) virtutum a macula peccati: *Eccleſiaſt. cap.* 9. Omni tempore veſtimenta tua ſint candida. Cum dicit. (Nudus) tangit malum in ſeipſo. *Supr.* 3. Quia tu miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus: Cum dicit: (Videant) tangit malum in comparatione aliorum.

De his duobus. *Oſee* 2. Auferat fornicationes ſuas a facie ſua, ecce malum in comparatione ad alios, quia quod in facie eſt, manifeſtum eſt. Sequitur: Et adulteria ſua de medio uberum ſuorum, ideſt, de corde occulto, ecce malum in ſe, ne forte expoliem eam nudam, & ſtatuam eam nudam.

Et in eodem poſt pauca. Nunc revelabo ſtultitiam ejus in oculis amatorum ejus.

f Et congregabit.] Hic octavo exprimitur conſenſus malorum in Anti-Chriſtum. Et revertitur hic ad illud quod *ſupr.* dixerat quod reges terræ congregabunt tres ſpiritus immundi contra ſanctos, & non ſolum contra ſanctos erunt unanimes, imo & Anti-Chriſto concordes.

Unde dicit: (Et congregabit illos) Diabolus, ſcilicet qui eſt omnium malorum princeps, & caput. Vel (congregabunt) tres ſpiritus immundi. Vel etiam (congregabit,) & loquitur de tribus ſpiritibus ſingulariter propter uniformem intentionem in malo. Vel (congregabit illos) Deus, qui juſte, & peccatis eorum exigentibus eos a ſe ſeparari, & Anti-Chriſto conjungi judicabit. Et ubi congregabit.

g In locum qui vocabitur Hebraice Hermagedon,] ideſt, in Antichriſtum. Hermagedon interpretatur mons furum, vel mons globoſus, quia Anti-Chriſtus eſt mons per ſuperbiam, & elationem, fur per fraudulentiam, globoſus per verſutiam. In hunc locum adducentur omnes mali, conſentiendo, ſcilicet ei & favendo. Quod fuit ſignificatum. *Gen.* 1. Ubi dicitur: Congregentur aquæ omnes quæ ſub cœlo ſunt in locum unum, ideſt, omnes mali per peccata fluidi, in Anti-Chriſtum, conſentientes ei, tanquam in alveum limo totius iniquitatis plenum.

h Et ſeptimus Angelus.] Septima pars capituli, & ſeptima plaga, quæ ſuper Dæmones futura prædicitur dividitur autem in octo partes. Primo, oſtenditur ſuper quem effunditur phiala, quia in aerem. Secundo, denunciatur finis mundi, ibi: (Et exivit.) Tertio ſigna finis, ibi: (Et facta ſunt fulgura.) Quarto, diverſitas malorum, ibi: [Et facta eſt civitas:] Quinto, agitur de pœna eorum, ibi: [Et civitates gentium, &c.] Sexto, oſtenditur, quod a pœnis malorum liberabuntur boni, ibi: (Et omnis inſula.) Septimo, deſcenſus malorum in infernum, ibi: (Et grando magna.) Octavo, & ultimo, murmur eorum de pœnis quas ſuſtinebunt, ibi: (Et blaſphemaverunt, &c.) Dicit ergo. Et ſeptimus Angelus effudit phialam ſuam in aerem, ideſt, in Dæmones, quorum pœnam prænunciant & prædicant prædicatores. Et dæmones comparantur aeri, quia locus eorum eſt aer, ut dicit *Gloſſ.* Vel quia ipſi mobiles ſunt, & inſtabiles, propter malam ipſorum voluntatem. In hos igitur effunditur phiala, quia ipſi imminente judicio maxime timebunt, propter periculum quod ſibi imminebit, quia ibi a Sanctis judicabuntur, quos ipſi modo infeſtant: *Sap. cap.* 5. Scindens ſanctorum congregatio, per vim itineris, ideſt, per virtutem bonæ operationis, aerem, ideſt, Dæmones. Scindentur enim & cruciabuntur magis Dæmones, quia homines fragiles bene operando eos devincent. Iſte ergo ſeptimus Angelus ſunt prædicatores ultimi poſt mortem Anti-Chriſti ſecure prædicantes, in quorum tempore certiſſime ſcient Dæmones inſtare diem Judicii.

i Et exivit.] Secunda pars, in qua agitur de denunciatione finis mundi. Unde dicit [Et exivit] veniens in publicum.

k Vox magna de templo,] ideſt, de Eccleſia, ideſt, de prædicatoribus ejus.

l A throno,] ideſt, de majoribus, ut certius credatur teſtimonium finiendi mundi.

m Dicens, factum eſt,] Hoc dicit, quia cito futurum eſt, quaſi dicat, ita prope eſt & certum ac ſi ſit factum. *Ezec.* 7. Finis venit, venit finis. Bis idem dicit, verbis tamen variatis. Et primo præponit finem, ſecundo, poſtponit ad innuendum quod quidam cogitant prius de fine quam veniat, ſicut boni. Aliis prius venit finis quam de eo cogitent, ſicut mali. *Gen. cap.* 6. Finis univerſæ carnis venit coram me.

n Et facta ſunt fulgura.] Tertia pars in qua ponit ſigna adventus judicii dicens: Facta ſunt,] ideſt, fient, ad litteram forte.

o Fulgura & voces] admonitiones, ſcilicet ut revocentur peccatores. *p* Et tonitrua,] ideſt, comminationes, ut damnandis futura tormenta nuncientur.

q Et terræmotus factus eſt magnus qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram talis terræmotus ſic magnus.] Et terræmotus dicit ad litteram forte, vel quia alii ad meliora movebuntur, & alii ad pejora. Bis autem dicit terræmotus, ut ejus quantitas oſtendatur; excedet enim omnes qui ante eum fuerunt. Unde *Matth.* 24. Et erunt terræmotus per loca & peſtilentia & fames, & tamen initia dolorum hæc erunt, ſicut in *eod. cap.* legitur. Et hoc probabile eſt quod in illa conſummatione malorum erit terræmotus univerſalis: Erit enim a cauſa voluntaria non naturali: Secundum naturam enim impoſſibile eſt quod motus terræ ſit univerſalis. Eſt autem naturalis a fumo groſſo incluſo in terra, qui cum exire cogitur, non habens reſpiraculum facit terræmotum, ſicut patet in caſtanea. Vel ſecundum *Gloſſam*.

n Facta ſunt fulgura,] ideſt, miracula.

o Et voces,] ideſt, blandimenta.

p Et tonitrua,] ideſt, violentiæ.

q Et terræmotus,] ideſt, malorum impetus qui movebuntur contra ſanctos. Verum eſt invidia: Et quia prævalere non potuerunt, amplius dolebunt, & hoc eſt quod dicitur.

ſ Qualis nunquam fuit, &c.] Etiam hoc legitur per recapitulationem de opere Anti Chriſti. Vel poteſt legi de tempore noviſſimo poſt mortem Anti-Chriſti, in quo ſancti facient miracula, & multi movebuntur ad pœnitentiam. Vel poteſt dici quod hic [terræmotus] erit terror dæmonum, qui per terram deſignantur. Tunc enim maxime timebunt, quando videbunt judicium imminere, & propter hoc dicitur.

ſ Qualis numquam fuit, &c.] Et ſumptum eſt hoc de *Daniele capitulo decimo ſecundo* Veniet tempus quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt uſque ad illud tempus. Sequitur. *t* Et facta eſt civitas magna,] ideſt,

congregatio malorum, quæ magna dicitur propter multitudinem damnandorum, ſecundum illud *Matth.* 20. Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Hæc inquam (Fracta eſt,) ideſt, diviſa eſt.

a In tres partes] ideſt, in tria genera vitiorum, ſuperbiæ, concupiſcentiæ, & luxoriæ, de quibus 1. *Joan.* 2. Vel (In tres partes) dicitur, propter tria genera malorum: Judæorum, ſcilicet, Paganorum, & falſorum Chriſtianorum. Vel (in tres partes) propter tres modos peccandi, ſcilicet, per fragilitatem, per ignorantiam, & per certam malitiam. Vel (tres partes) ſunt relicti in mola, in lecto, in agro. *Matth.* 24. Duo erunt, &c. Vel mali dicuntur partes tres, quia peccant in ſe, & in Deum, & in proximum. Vel quia peccant locutione, cogitatione, & opere. Vel propter contemptum Trinitatis. *Zach. cap.* 13. Et erunt in omni terra, dicit Dominus partes duæ in eam diſpergentur, & deficient, & tertia pars relinquetur in ea, & ducam tertiam partem per ignem, & uram eos. Hoc dicit, quia mali qui in præſenti fracti ſunt per culpam, in futuro frangentur per pœnam. *Pſal.* 17. Confringam illos, nec poterunt ſtare, cadent ſubtus pedes meos. Et hoc eſt quod ſequitur hic.

a in tres partes, b & civitates gentium ceciderunt. c Et Babylon magna veniat in memoriam ante Deum d dare ei e calicem vini indignationis iræ ejus. f Et omnis inſula g fugit, h & montes i non ſunt inventi. k Et grando magna ſicut talentum deſcendit de cœlo in homines. Et blaſphemaverunt l Deum m homines propter plagam grandinis, n quoniam magna facta eſt vehementer.

b Et civitates gentium ceciderunt,] ideſt, congregatio malorum. Ideo enim nunc dicit pluraliter quod prius ſingulariter, quia mali multi ſunt, & hoc in diverſitate peccandi, ſed unum ſunt in averſione a gratia Dei. *Pſ.* 138. Et civitates eorum deſtruxiſti. Et alibi.

Accipient in vanitate civitates ſuas. Unde *Iſai.* 14. Ulula porta, clama civitas.

Per portam intelliguntur majores in peccatis, per civitatem minores. Et prius dicitur ulula, quia qui plus peccaverunt, plus punientur. Et ſequitur. Proſtrata eſt Philiſthæa omnis, ideſt, ceciderunt amatores mundi. Unde & tangitur hic quintum quod dicitur in hac parte, pœna, ſcilicet, malorum.

c Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum] ut ab eo puniatur: quaſi enim obliviſcuntur peccatores cum non punit *Pſal.* 136. Memor eſto Domine filiorum Edom. Et in *Pſalm.* 108. In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conſpectu Domini.

Hæ autem paſſiones dicuntur de Deo, non quod ſint in eo, ſed ut poſſimus capere: ſic enim fit Verbum caro: propter hoc dicit: *Iſa.* 21. Babylon, ideſt, congregatio malorum dilecta mea prius, ſcilicet, per creationem, poſita eſt mihi in miraculum, ideſt, in adminiſtrationem pœnarum, Ad quid autem in memoriam venerit ſubjungit dicens.

d Dare] ut daret.

e Ei calicem vini indignationis iræ ejus] ideſt, pœnam ad menſuram culpæ effuſam, ex ira Domini, & indignatione, *Iſa.* 51. Bibiſti de manu Domini calicem iræ ejus, uſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & epotabis, uſque ad fæces, ideſt, uſque ad pœnam æternam. Et *Nahum cap.* 1. Ante faciem indignationis ejus quis ſtabit, & quis reſiſtet in ira furoris ejus indignatio ejus effuſa eſt ut ignis. Et notandum quod in hoc libro loquens de pœna malorum ſemper dicit Calicem vini, & nunquam aquæ, ad ſignificandum quod plaga eorum erit irrevocabilis, & deſperata, ſicut ſignum eſt quod infirmitas ſit deſperabilis, quando vinum propinatur infirmo laboranti in acuta. Sequitur.

f Et omnis inſula fugit.] Sexta pars, ubi oſtenditur quod boni liberabuntur a pœnis malorum. Inſulæ ergo dicuntur ſancti, qui fluctibus perſecutionum licet agitati, non tamen moventur a ſtabilitate fidei. *Iſa.* 42. Legem ejus inſulæ expectabunt. E contrario mali dicuntur inſulæ, propter inſtabilitatem peccandi. *Iſai.* 20. Et dicit habitator inſulæ hujus in die illa, hæccine erat ſpes noſtra?

g Fugit,] malum, ſcilicet, culpæ, ne incurrat malum pœnæ, *Iſa.* 52. Exite de medio ejus, mundamini qui fertis vaſa Domini, quoniam non in tumultu exibitis: nec in fuga properabitis.

h Et montes] ideſt, majores ſancti virtutibus eminentes, qui montes dicuntur in *Pſal* 75. Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis.

i Non ſunt inventi,] in culpa. *Pſal.* 193. Super montes ſtabunt aquæ, ideſt, tribulationes quæ mundant, & lavant maculam culpæ.

Vel ad litteram. (Montes) non invenientur in die Judicii, quia *Iſa. cap.* 40. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur.

CAP. XVII.

ET o venit unus de ſeptem Angelis qui habebant ſeptem phialas, p & locutus eſt mecum dicens: Veni oſtendam tibi damnationem meretri-

k Et grando magna.] Septima pars ubi oſtendit deſcenſum malorum ad Infernum dicens. (Grando magna ſicut talentum deſcendit de cœlo in homines,) ideſt, humana ſapientes, & diligentes. Pœna æterna dicitur grando, quia mittentur a Deo ſicut grando deſcendit de cœlo, & ſicut talentum, quia pœna commenſurabitur peccato ſaltem in genere. Unde *inf. cap.* 18. Quantum glorificavit ſe & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum.

l Et blaſphemaverunt.] Octava pars, ubi oſtenditur murmur damnatorum contra Deum dicens. (Et blaſphemaverunt homines Deum) dicentes eum eſſe injuſtum.

m Propter plagam grandinis] quia tantam pœnam infligit eis. De cujus quantitate ſequitur.

n Quoniam magna facta eſt vehementer] crucians eos intolerabiliter. Super hoc verbo (blaſphemaverunt) dicit *Gloſſ.* In Inferno poſiti, quamvis ſciant ſe pro merito puniri, dolebunt, tamen quod Deus tantam potentiam habeat quod plagas eis inferat.

Ad idem *Ezechiel cap.* 32. Deſcenderunt ad Infernum cum armis ſuis, ideſt animis contra Deum rebellantibus. Contra *Threnor. cap.* 4. Completa eſt iniquitas tua filia Sion. *Gloſſ.* Cum iniquitas facto judicio ceſſaverit, & requies affuerit, nulla amplius mutatio erit.

Ex hoc videtur quod non peccabunt in Inferno: ergo non erit ibi invidia vel rancor contra Deum.

Solut. Erit quidem ibi odium, invidia, rancor, & blaſphemia &c. & tamen non peccabunt habentes ea, quia erunt ibi per modum affligendi vel blaſphemandi, & non per modum merendi, vel demerendi.

Et hoc eſt quod dicit *Gloſ. Galat cap.* 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, Zelus iſte modum non habet, permanens ſine fine, cum alia ſcelera finiantur. Sic etiam exponitur illud *Pſal.* 53. Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.

EXPOSITIO CAP. XVII.

ET venit unus de ſeptem Angelis.] Hæc eſt tertia pars hujus viſionis, ubi agitur de cauſa damnationis malorum, quæ eſt tam inanis gloria, quam elatio, quam ſanctorum impia perſecutio.

Et hæc contenta in hoc capitulo dividitur in quatuor partes.

In prima promittit Angelus Joanni quod oſtendet ei damnationem mulieris, ibi: (Et venit unus, &c.) In ſecunda ſolvit promiſſum, ibi: (Et abſtulit me in ſpiritu, &c.) In tertia oſtendit ſe miratum eſſe pro damnatione mulieris ſibi oſtenſa, ibi: (Et miratus ſum cum vidiſſem illam, &c.) In quarta exponitur ei tota viſio præcedens, ibi: (Et dixit mihi Angelus, &c.) Mulierem autem per quam ſignificatur malorum congregatio deſcribit ab efficacia ſeducendi, cum vocat eam meretricem, ibi, (Veni, oſtendam tibi damnationem meretricis.) Secundo, ab actu vel effectu ſeducendi, cum dicit: (Quæ ſedet ſuper aquas.) Tertio, oſtendit conditionem deceptorum, ibi, (Cum qua fornicati ſunt, &c.) Et hæc tria dicuntur in prima parte. Dicit ergo.

o Et venit unus de ſeptem Angelis, qui habebant ſeptem phialas) ideſt, univerſitas prædicatorum, quorum eſt denunciare plagas malorum, in hoc concordavit, ut cauſam damnationis nunciaret mihi.

Vel (Unus) dicitur Chriſtus: cujus inſpiratione hæc cognovi.

p Et locutus eſt mecum dicens: Veni, oſtendam tibi damnationem] ideſt cauſam damnationis. q Meretricis magnæ] ideſt, mundi vel congregationis malorum, ſeu etiam animæ peccatricis. *Jerem. cap.* 2. Quam vilis facta es

Digitized by Google

ƈa es nimis iterans vias tuas. Dicitur autem, (Magnæ,) propter efficaciam decipiendi. De hac damnatione. *Ezechiel.* 16. Poſt omnem malitiam tuam væ væ tibi, ait Dominus Deus. Væ dicit primo, propter pœnas quas habebis ex malorum conſortiu. Secundo, ex propria malitia. Et quare hoc ſubjungit Ezechiel dicens: Ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ, id eſt, in omni creatura quæſiſti delectationem luxuriæ tuæ. Meretrix autem dicitur anima peccatrix, quæ relicto vero ſponſo, adulteratur per peccatum cum Diabolo. Quod admirans Dominus ait. *Iſa.* 1. Quomodo facta es meretrix civitas fidelis? Proprie autem dicitur meretrix, quando Diabolum prævenit Chriſtianus, dando ſe mercedem Diabolo. Unde *Ezech.* 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes, tu autem dediſti mercedes amatoribus tuis, & dona donabas eis ut intrarent ad te. Sed quæritur hic, nunquid Joannes, qui tantus erat, cauſam damnationis ignorabat?

Solutio. Poteſt dici quod non, & quod dicitur hic, oſtendi ei, non pro ſe dicitur, ſed pro Eccleſia cui ab eo annunciatur, vel dicitur ei oſtendi ad intelligentiam ampliorem. Sequitur.

a Quæ ſedet ſuper aquas multas,] ideſt, ſuper multos populos regnat.

Et in hoc exprimitur effectus poteſtatis, ſive efficaciæ mulieris, aquæ autem dicuntur hic populi, quia ſicut aquæ curſim defluunt, ſic populi per mortem tranſeunt. 2. *Reg.* 14. Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertentur.

Unde *Bernardus*. O nequam nequam, ubi eſt illa ſententia: Nequaquam moriemini: *Gen.* 3. Et omnes morimur. Et quod aquæ ſint populi, dicit *Pſal.* 17. Aſſumpſit me de aquis multis. Super has aquas jam ſedet Antichriſtus, qui malorum eſt caput 1. *Theſ.* 2. Myſterium jam operatur iniquitatis.

b Cum qua fornicati ſunt, &c.] Ecce tertium, ſcilicet conditio deceptorum.

Primo majorum, cum dicit. (Cum qua) meretrice ſcilicet, ideſt, cujus exemplo fornicati ſunt, Deum deſerendo, dæmonia adorando, indebita exercendo, pro mundanis animam dando. *Eccl.* 10. Nihil iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam ſuam venalem habet: projecit enim in terram intima ſua.

c Reges terræ.] Ad litteram, majores qui quanto ſunt poteſtate fortiores, tanto ſunt malitia deteriores. *Pſalm.* 2. Aſtiterunt reges terræ, &c. Vel (reges terræ) dicuntur omnes illi qui prudenter ſe regere in terrena civitate ſcient. Unde de Tyro per quam ſignificatur hæc mulier, dicitur. *Iſa.* 23. Fornicabitur cum univerſis regnis terræ. *d* Et inebriati ſunt qui inhabitant terram,] ideſt, qui terrena magis quam cœleſtia amant, ut in verbo habitandi mora notetur, non tranſitus, ad differentiam ſanctorum qui tranſeunt terram. *Iſa.* 23. Tranſi terram tuam quaſi flumen filia maris. Et *Luc.* 2. Tranſeamus uſque Bethleem.

e De vino proſtitutionis ejus,] ideſt, de delectatione mundi, & bene (inebriati) dicuntur. Sicut enim ebrii nihil timent, ita qui terrenis immoderate adhærent excæcantur, ut nec pœnas timeant, nec Deum diligant, nec homines revereantur. *Luc. caput.* 18. Judex quidam erat in quadam civitate qui nec Deum timebat, nec homines reverebatur. Unde *Iſa.* 28. Neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt a vino, erraverunt in ebrietate; neſcierunt videntem, & ignoraverunt judicium. Vel (proſtitutionis,) ideſt, manifeſtæ fornicationis, ut dicit *Gl.* in quo tangitur malum exemplum majorum, per quos minores decipiuntur.

f Et abſtulit me in ſpiritu, &c.] Secunda pars capituli cauſam damnationis malorum oſtendens. Et hoc multipliciter. Primo, ex comparatione ad ſuum caput Anti-Chriſtum, ſcilicet cum dicit. (Et vidi mulierem.] Secundo, ex comparatione, ad res temporales, cum dicit. (Et mulier erat, &c.) Tertio, per comparationem ad ipſam mulierem, cum dicit, (Et in fronte ejus, &c.) Quarto, per comparationem ad ſanctos, cum dicit. [Et vidi mulierem ebriam.] Dicit ergo. (Et abſtulit me in ſpiritu) ſcilicet ſancto, & abſtraxit.

g In deſertum,] ideſt, cognitionem pœnæ malorum, vel ad videnda corda malorum a Deo deſerta, meum ſpiritum prædicatione illuminavit. In verbo autem oblationis violentia denotatur, unde dicit abſtulit, quia quando homo de bono cogitat, & aſcendit in cogitatione boni, non dicitur de loco auferri: Sed quando de bono tranſit ad cogitandum de malo, quaſi movetur de loco. Quando de præmiis bonorum transfertur ad cogitandum de præmiis malorum, eſt quaſi quædam imitatio.

cis magnæ, *a* quæ ſedet ſuper aquas multas, *b* cum qua fornicati ſunt *c* reges terræ, *d* & inebriati ſunt qui inhabitant terram *e* de vino proſtitutionis ejus. *f* Et abſtulit me in ſpiritu *g* in deſertum. *h* Et vidi mulierem ſedentem *i* ſuper beſtiam k coccineam, *l* plenam nominibus blaſphemiæ, *m* habentem capita ſeptem, *n* & cornua decem. *o* Et mulier erat circundata purpura, *p* & coccino, *q* & inaurata auro, *r* & lapide pretioſo, *ſ* & margaritis *t* habens poculum aureum in manu *u* ſua plenum abominatione,

h Et vidi mulierem ſedentem,] ideſt, malorum univerſitatem quieſcentem.

i Super beſtiam,] ideſt, ſuper Diabolum, ſua impetuoſitate omnes ad mortem trahentem. Beſtiam dico.

k Coccineam] propter crudelitatem. *Nahum cap.* 2. Viri exercitus in coccineis. Anti-Chriſtus etiam dicitur beſtia, propter malitiam, ſed coccinea, propter ſanguinis Sanctorum effuſionem nimiam. Unde *Ezech. cap.* 7. Fac concluſionem, quia terra plena eſt judicio ſanguinum, & civitas plena iniquitate.

l Plenam nominibus blaſphemiæ,] hoc eſt, quia in omni ejus opere invenietur blaſphemia, vel in toto ſuo tempore erit blaſphemus. Vel corde, ore, opere, & propter hoc dicit, (plena.) Item (Nominibus) dicit, quia famoſa erit ejus blaſphemia. Mala enim quæ faciet, dicet non diſplicere Deo, vel quia totum erit in nomine, ideſt falſum, & nihil reale quod dicet contra Sanctos. *m* Habentem capita ſeptem,] ſcilicet ſeptem capitalia vitia.

n Et cornua decem,] ſcilicet univerſa malorum regna decalogum impugnantia. Sequitur.

o Et mulier erat circundata purpura, &c.] Hic ſecundo oſtenditur cauſa damnationis in comparatione ad res temporales.

Primo, ſecundum abuſionem ſenſuum, cum dicit: [Et mulier erat circundata purpura,] ideſt, mundi gloria decorata. Mulier autem dicuntur omnes mali, propter mollitiem, & deceptionem, *Nahum ult.* Ecce populus tuus ſicut mulieres.

Item propter peccatorum multiplicationem, quæ maxime fit per luxuriam. *Job cap.* 40. Fortitudo ejus in lumbis ejus. Et quod peccatum luxuriæ magis ſit multiplicativum mali, hoc ſignificatum eſt per hoc quod Aſſyrii non deſtruxerunt Jeruſalem, ideſt, ſuperbi, etſi eam tributariam fecerunt, nec Ægyptii, ideſt, avari, etſi ei multas moleſtias intulerunt: ſed Nabuzardan, ideſt carnalis voluptas, & muros ejus deſtruxit, & domos ſuccendit. 4. *Reg. ult.*

p Et coccino,] propter ruborem ſanguinis ſanctorum effuſi.

q Et inaurata auro,] quia finget ſe habere ſapientiam divinam, & charitatem fraternam.

r Et lapide pretioſo,] quia fidei conſtantiam ſe ſimulabit habere.

ſ Et margaritis,] ideſt, virtutibus corporis. Vel [Circundata purpura] dicitur, propter ſimulatam ſanctitatem quam oſtendet exterius cum ſit interius lupus rapax. E contrario de Sanctis. *Pſalm.* 44. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, &c. 2. *Cor. cap.* 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.

Vel [purpura] qua utuntur reges, circundari dicitur, quia mali tunc reges ſe dicent ut alios decipiant. Per coccinum, ſimulata compaſſio proximorum, per aurum, facundia ſæcularis. Per lapidem pretioſum, & margaritas, ſapientia mundialis, & affluentia temporalis deſignantur, quæ omnia ſe ſimulabunt habere. Unde *Jer. cap.* 2. Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam, ideſt, quare ita delectationes ſequeris quæ ſunt aqua turbida? Sequitur.

t Habens poculum aureum,] ideſt, ſcientiam ſcripturarum claram quidem in ſe, & propter hoc auream.

u In manu ſua,] ideſt, in operatione perverſa: eam enim exponit ſecundam ſuam opera. *Eccleſ.* 32. Secundum voluntatem ſuam ſic inveniet comparationem. Et propter hoc ſequitur. *x* Plenum abominatione,] ideſt, errore pravæ expoſitionis.

a Et immun-

a Et immunditia fornicationis ejus.] Docebunt enim immunditiam carnis. Sic & de eorum capite dicitur *Daniel* 11. Et erit in concupiſcentia feminarum. Et tangitur cauſa damnationis malorum ex comparatione ad abuſionem intellectus. Sequitur,

a & immunditia fornicationis ejus. *b* Et in fronte ejus nomen ſcriptum, *c* myſterium *d* Babylon *e* magna *f* mater fornicationum *g* & abominationum terræ. *h* Et vidi mulierem *i* ebriam de ſanguine Sanctorum, & de ſanguine Martyrum Jeſu. *k* Et miratus ſum cum † viderem illam *l* admiratione magna. *m* Et dixit mihi Angelus. Quare miraris? *n* Ego dicam tibi ſacramentum mulieris, & beſtiæ, *o* quæ portat eam, quæ *p* habet capita ſeptem & cornua decem. *q* Beſtia quam vidiſti *r* fuit *ſ* & non eſt, & *t* aſcenſura eſt de abyſſo, *u* & in inte-

al. † vidiſſem

b Et in fronte ejus.] Hoc eſt tertium in quo deſcribitur cauſa damnationis ejus in comparatione ad ſeipſam. Cauſa autem in ſeipſa eſt ejus aperta malitia. Unde dicit. [Et in fronte ejus nomen ſcriptum myſterium.] Per hoc quod dicit: [In fronte) tangit manifeſtationem malitiæ malorum, unde & boni poſſunt eam cognoſcere. Per hoc quod dicit: (Scriptum) notatur obſtinatio eorum. Unde *Jerem.* 17. Peccatum Juda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in ungue adamantino. Sed quia nunc, & in præſenti malis ſua peccata non apparebunt, ut ab eis reſipiſcant, ſecundum illud. *Iſa.* 6. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude, ne forte videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur & ſanem eum. Propter hoc dicit.

c Myſterium] quoad malos: ſcilicet, quibus ſua pœna claudetur merito peccatorum. Unde *ſupr.* 10. Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ea ſcribere, propter hoc ſequitur.

d Babylon magna mater fornicationum & abominationum terræ] ſupple erit, quæ ſuſtinebit prædicta, quia talia perpetravit. [Babylon] dicitur malorum congregatio, vel mundus propter confuſionem.

e Magna] propter multitudinem.

f Mater fornicationum,] propter diverſitatem peccatorum.

g Et abominationum terræ,] propter fœtorem peccatorum exquiſitorum. De primo dicitur *Iſa.* 19. Confundentur qui operabantur linum. De ſecundo *Eccl.* 1. Stultorum infinitus eſt numerus. De tertio *Ezech.* 16. Multiplicaſti omnem fornicationem tuam ad irritandum me. De quarto. *Pſal.* 80. Ibunt in adinventionibus ſuis. Et *Iſa.* 3. Adinventiones eorum contra Dominum ut provocarent oculos majeſtatis ejus.

h Et vidi mulierem ebriam.] Hic quarto tangitur cauſa condemnationis malorum in comparatione ad Sanctos, ex quorum ſanguine mulier inebriata deſcribitur.

Unde dicitur: (Et vidi mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum) plenam videlicet, etſi non ſatiatam. Velut enim ebria exultavit, quando ſanctos occidendo ſe viciſſe æſtimavit.

i Et de ſanguine martyrum Jeſu.] Per Sanctos intelliguntur illi qui ante adventum Chriſti fuerunt occiſi. 4. *Regum* 12. Sanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis, donec impleretur Jeruſalem uſque ad os. Per martyres qui interpretantur teſtes ſignificantur Sancti, qui poſt adventum Chriſti propter ejus fidem, & teſtimonium fuerunt occiſi.

Unde & dicitur ibi: [Jeſu.] *Hebr.* 11. Lapidati ſunt, ſecti ſunt, in occiſione gladii mortui ſunt de utriſque *Matth* 23. Mitto ad vos ſapientes, & ſcribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis in ſynagogis veſtris, &c. Bene autem dicitur: [Ebria] Sicut enim ebrius etſi non habeat neceſſe bibere, tamen appetitum non amittit, ſic mali etſi multis bonis noceant, ſitis tamen nocendi non extinguitur, ſed creſcit potius appetitus.

k Et miratus ſum, &c.] Tertia pars hujus capituli, ubi viſa damnatione mulieris miratur Joannes. Sed quæritur quare miratur: Nonne cauſam damnationis ſciebat?

Reſpondeo, etſi ſciret vehementes pœnas damnatorum eſſe, non tamen tantas quantæ ſunt: nec enim poſſunt exprimi, ſicut nec gaudia bonorum. Unde *Iſa. cap.* 64. Oculus non vidit, Deus, abſque te quæ præparaſti expectantibus te. Vel dicendum quod hic loquitur Joannes in perſona illorum qui admirantur, quod hic Deus permittit malos florere & bonos deprimi. In quorum perſona loquitur *Habac.* 1. Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio juſtiorem ſe? Et *Jerem.* 12. Quare via impiorum proſperatur, bene eſt omnibus qui prævaricantur, & inique agunt. Dicit ergo: [Et miratus ſum cum viderem illam] mulierem, ſcilicet.

l Admiratione magna.] Sic mirantur infirmi qui malorum futuram ruinam non videntes, præſentium bonorum fallacem gloriam contemplantur. *Pſal.* 72. Mei autem pene, &c. quia zelavi, &c.

m Et dixit mihi, &c.] Quarta pars capituli ubi exponitur Joanni viſio. Et dicuntur ſeptem in hac parte.

Primo enim redarguitur Joannes, quia de pœna miratur.

Secundo, promittitur ei expoſitio viſionis, ibi: [Ego dicam tibi.]

Tertio, ſolvitur promiſſio, cum exponitur ei quid ſit beſtia, ibi. [Beſtia quam vidiſti.]

Quarto, oſtendit cautelam eſſe habendam circa beſtiam, ibi: [Et hic eſt ſenſus.] Quinto exponitur Joanni quæ ſunt ſeptem capita beſtiæ: [Septem capita, &c.]

Sexto, exponitur ei quæ ſint decem cornua, ibi. [Et decem cornua.]

Septimo oſtenditur Joanni quæ ſunt aquæ ſuper quas ſedet mulier, & de pœna damnationis ejus, ibi. [Aquæ quas vidiſti, &c.] Dicit ergo.

m Et dixit mihi Angelus, quare miraris,] quaſi dicat ſi attentius inveſtigares, ſine admiratione cognoſceres quod juſto Dei judicio in futuro punientur impii, qui hic permittuntur proſperari.

Sed quid eſt quod dicit: Nonne pœna malorum admiranda eſt, cum tanta ſit? Solutio.

Pœna non eſt admiranda, quia juſta eſt, & quaſi ex debito reddita, ſed culpa admiranda eſt, cum ſit voluntaria. Unde *Iſa. cap.* 14. Quomodo cecidiſti de cœlo Lucifer? Non admiratur pœnam, ſed cauſam vel culpam.

Et *Gen. capit.* 3. Adam ubi es? *Threnor.* 4. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea. Sequitur.

n Ego dicam.] Hic exponit viſionem, quaſi dicat, noli mirari, ſed intellige, quia [ego dicam tibi ſacramentum mulieris, & beſtiæ quæ portat eam,] ideſt, quid utraque ſignificet tibi oſtendam. Beſtiæ dico.

o Quæ portat eam,] ideſt, mulierem.

p Quæ habet capita ſeptem, & cornua decem.] Hæc mulier eſt malorum collectio, propter fallaciam, & deceptionem. *Prov. cap.* 5. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fallax quidem dicitur hæc mulier, quia primo ſe fallit abutendo creaturis, poſtea alios malo exemplo.

q Beſtia] eſt Diabolus, quæ de peccato portat eos in peccatum, *Nahum cap.* 2. Igneæ habenæ currus ejus a die præparationis. Habenæ ſunt delectationes peccati, quæ dicuntur igneæ, quia hominem accendunt ad peccandum. Dies præparationis eſt ſuggeſtio Diaboli. De hoc dicitur *Amos cap.* 2. Aſcenſor equi non ſalvabit animam ſuam. Sequitur,

q Beſtia quam vidiſti.] Hic exponit ſacramentum beſtiæ, ideſt, myſterium. Et dicuntur hic quaſi duo. Deſcribit enim beſtiam a conditione ſtatus præteriti, & futuri. Deinde a conſecutione ſtatus futuri, ibi. (Et mirabuntur.) Dicit ergo. (Beſtiam quam vidiſti,] ideſt, Diabolus. *r* Fuit] in poteſtate ſcilicet, magna ante adventum Chriſti. *ſ* Et non eſt,] quia ejus poteſtas diminuta eſt tempore gratiæ. *t* Et aſcenſura eſt de abyſſo] ideſt, de profundo & obſcuro malo in apertam ſævitiam exitura in tempore Anti-Chriſti. Unde *infr. c.* 22. Cum conſummati fuerint mille anni, ſolvetur Sathanas de carcere ſuo. *u* Et in interitum ibit,] ideſt, in damnationem æternam in die judicii. [Beſtia] autem dicitur Diabolus fuiſſe ante tempora Chriſti, quia fere omnes beſtialiter vivere faciebat. Unde dicit in *Pſal.* 103. In ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſilvæ. Per tria verba quæ dicuntur: [Fuit, & non eſt, & aſcenſura eſt,] notatur conditio ex parte temporis. Non eſſe autem dicitur in tempore Chriſti quia ejus poteſtas ligata eſt in paſſione ejus. Unde *Ezech. c.* 28. In terram projeci te, ante faciem regum dedi te, ut cernerent te. Et *Job capit.* 40. Nunquid illudes ei quaſi avi? Sicut enim caro vel eſca avi ſubtrahitur ne nimis ſe ingurgitet, ſic per Chriſtum genus humanum ſublatum eſt Diabolo, & ſic per Filium Deus pater illuſit ei quaſi avi. Anti-Chriſtus etiam dicitur beſtia, quæ non eſſe, ſed fuiſſe dicitur, propter brevitatem, ſcilicet, potentiæ.

Unde dicit *Oſee capitulo decimotertio* De manu mortis liberabo eos, ideſt, de Anti-Chriſto, qui dicitur manus

propter

Digitized by Google

propter tenacitatem perſecutionis. Unde *Ezech.* 30. Brachium Pharaonis regis Ægypti confregi, ideſt conſtringam. (Et aſcenſura eſt) antichriſtus.

(De abyſſo,) ideſt, de malorum cordibus per quos habebit poteſtatem. *Eccleſ.* 1. Profundum abyſſi quis dimenſus eſt? *Jerem.* 16. Secundum aliam litteram: Abyſſus eſt cor hominis. Et illud *Geneſ.* 1. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Sic etiam poteſt exponi de diabolo, ut dicatur fuiſſe propter conditionem naturæ. Unde *Ezech.* 28. Tu ſignaculum ſimilitudinis plenus ſapientia, perfectus decore in deliciis Paradiſi Dei fuiſti. (Et non eſt) Bene ponitur: (Non eſt.) *Job* 18. Habitant in tabernaculo ejus ſocii ejus, qui non eſt. Et *Ezech.* 28. Nihil factus es & non eris in perpetuum, ſed aſcenſurus in fine ſæculorum habens iram magnam, ſciens quod modicum tempus habet, ſicut *ſupr.* dictum eſt 12. Sed tandem damnabitur projectus in Infernum. *Supr.* 12. Projectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos ante conſpectum Dei noſtri. Sequitur.

a Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non ſunt nomina ſcripta in libro vitæ,] ſed potius in terra, ſecundum illud. *Jerem.* 17. Recedentes a te in terra ſcribentur. Et *Pſalm.* 48. Vocaverunt nomina ſua in terris ſuis. A conſtitutione mundi; hoc dicit, quia quorumdam nomina ſcripta ſunt in pagina præſentis juſtificationis, qui non ſunt in pagina prædeſtinationis: multi enim habent gratiam, qui in peccato morientur.

Hi inquam, ſcilicet mali: (Mirabuntur videntes beſtiam, quæ erat) prius habens poteſtatem magnam. (Et non eſt,) quia in Infernum projecta eſt.

Et hoc eſt verum de diabolo & Antichriſto, quem Dominus Jeſus interficiet ſpiritu oris ſui, 2. *Theſ.* 2. Et hoc eſt quod dicitur. *Ezech.* 28. Omnes qui viderint te in gentibus obſtupeſcent ſuper te.

b Et hic eſt ſenſus.] Hic quarto oſtendit quod cautela habenda ſit contra beſtiam, dicens. (Hic eſt,) ideſt, in conſpectu pœnæ illius.

c Et eſt ſenſus] habendus, ſcilicet, vel neceſſarius in actu illi.

d Qui habet ſapientiam] in habitu, quaſi dicat ad conſiderationem damnationis beſtiæ cavendum eſt ſapienter nobis, ne incidamus in ſimilem damnationem. 2. *Petr.* 2. Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, &c. Et illud.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

e Septem capita.] Hic quinto revelatur Jnanni myſterium ſeptem capitum, quæ ſunt univerſitas malorum, ſecundum ſeptem ſtatus Eccleſiæ, ideſt ipſam impugnantes per ſuggeſtionem Dæmonis.

Qui ſeptem ſtatus ſunt. Primus ab Adam uſque ad Noe. Secundus a Noe uſque ad Abraham. Tertius ab Abraham uſque ad Moyſen. Quartus a Moyſe uſque ad tranſmigrationem Babylonis. Quintus a tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum. Sextus a Chriſto uſque ad Antichriſtum. Septimus ſub Antichriſto.

Dicit ergo: [Septem capita, ſeptem montes ſunt ſuper quos mulier ſedet.] Quid autem appellavit montes, aperit dicens.

f Et,] ideſt, montes prædicti, ſcilicet.

g Reges ſeptem ſunt] ſcilicet univerſi mali, in ſeptem ſtatibus Eccleſiæ ſub malis regibus viventes. Univerſitas autem malorum dicuntur reges, quia per eos populi in malitiam convertuntur frequenter, ſicut patet de regibus Iſrael, a 13. *cap.* 3 *Reg.* Fere uſque ad finem.

Unde *Oſee* 7. Ipſe ſuccenſus eſt quaſi ignis flammæ, omnes calefacti ſunt quaſi Clibanus.

Dicuntur ergo [capita] propter temporalem ſui eminentiam. Item [reges] propter malorum collegium quod in malo gubernant. [Montes] propter ſuperbiam. Super omnes hos ſedet mulier, quia per carnalem mundi prudentiam omnes mali ſuſtentantur. *Pſal.* 45. Transferentur montes in cor maris.

h Quinque ceciderunt,] ideſt quinque ſtatus tranſierunt.

i Unus eſt] ſcilicet ſtatus gratiæ ſub Chriſto.

k Et alius nondum venit] ſcil. ſtatus futurus in fine ſæculi ſub Antichriſto. Vel quinque ſenſus qui per peccatum damnantur in hominibus in primitiva ætate, intelliguntur per quinque montes, & propter hoc dicitur mulier ſedere ſuper illos. Sextus eſt error rationis in adulta ætate. Septimus eſt error, & malitia ſub Antichriſto. Et hoc eſt quod dicitur. *Joan.* 4. Quinque enim viros habuiſti, ideſt quinque ſenſus in primitiva ætate tua pro peccato expoluiſti, & nunc quem habes non eſt vir tuus ſcilicet error rationis, qui modo in adulta ætate ducit ſenſus. [Et alius nondum eſt,] ſcilicet Antichriſtus, cujus voluntate in errore regentur mali.

ritum ibit. *a* Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ a conſtitutione mundi, videntes beſtiam, quæ erat, & non eſt. *b* Et hic *c* eſt ſenſus, *d* qui habet ſapientiam. *e* Septem capita, ſeptem montes ſunt, ſuper quos mulier ſedet, *f* & *g* reges ſeptem ſunt, *h* Quinque ceciderunt, *i* unus eſt, *k* & alius nondum venit. *l* Et cum venerit, oportet illum breve tempus manere. *n* Et beſtia quæ erat, *o* & non eſt, *p* & ipſa octava eſt, *q* & de ſeptem eſt, *r* & in interitum vadit. *ſ* Et decem cornua, quæ vidiſti, decem reges ſunt, *t* qui regnum nondum acceperunt, *u* ſed poteſtatem tanquam reges una hora accipient, *x* poſt beſtiam. Hi unum conſilium *y* habent, *z* & virtutem, & poteſtatem ſuam, *a* beſtiæ tra-

l Et cum venerit] Antichriſtus, ſcilicet.

m Oportet illum breve tempus manere;] tribus annis, ſcilicet & dimidio regnare. Breve dicit. Unde dicit Dominus, *Matth.* 24. Niſi breviati fuiſſent dies illi, non fieret ſalva omnis caro. Et ſumptum eſt De. *Dan.* 12. Ubi ſic dicitur: Et cum ablatum fuerit juge ſacrificium, hoc erit in tempore Antichriſti, in quo non reputabitur doctrina Chriſti. Et ſequitur *ibid.* Et poſita fuerit abominatio in deſolationem, ideſt, antichriſtus, dies mille ducenti nonaginta.

n Et beſtia quæ erat] in poteſtate magna ante adventum Chriſti, ſcilicet Diabolus, per quem crudeliter impugnatur electorum populus.

o Et non eſt] tantæ poteſtatis, ſcilicet tempore gratiæ.

p Et ipſa eſt octava,] quia omnes tranſcendit in nequitia, & pœna.

q Et de ſeptem eſt,] quia ſimiliter peccat, & ſimiliter punietur. Unde *Matth.* 25. De malis dicitur, ut ſimul cum Diabolo deſcendant, cum dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, &c. Hoc etiam exponitur de Antichriſto, qui [ſeptem eſt] propter pœnam, & culpam ſimilem in genere, quia ipſe malus non ſicut alii mali, ſed [octava eſt] propter excellentiam malitiæ & pœnæ. Major enim erit peccator, unde & amplius punietur. *Job* 21. Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.

r Et in interitum vadet] uterque, ſcilicet Antichriſtus, & Diabolus, quia uterque in æternum peribit. *Job* 18. Evellatur de tabernaculo fiducia ejus, & calcet ſuper eum quaſi rex interitus.

ſ Et decem cornua, &c.] Hic ſexto exponit Angelus quæ ſunt decem cornua. Et in hac parte ſic procedit. Primo, exponit decem cornua. Poſt expoſitionem cornuum per quæ ſignificantur decem reges, qui erunt in tempore Antichriſti oſtendit ſecundo, quod parum regnabunt, & hoc dicit ad conſolationem fidelium, ibi. [Una hora.] Deinde tertio manifeſtat malitiam eorum, ibi. [Poſt beſtiam.] Quarto, oſtendit, quod agnus vincet illos, ibi. [Hi cum agno pugnabunt.] Quinto, quod vincere poterit, ibi. [Quoniam Dominus dominorum eſt.] Ultimo, quod non ſolum agnus, imo & ſancti miniſtri agni ejus auctoritate vincent illos, ibi. [Et qui cum illo, &c.] Dicit ergo Et decem cornua quæ vidiſti, decem reges ſunt,] quia regnum Romanorum tempore Antichriſti dividitur in decem regna, ſecundum quod prophetavit. *Dan.* 7.

ſ Porro cornua decem ipſius regni decem reges erunt, & alius conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus. Reges dico.

t Qui regnum nondum acceperunt,] quia nondum venerunt, ſed adhuc venturi ſunt.

u Sed poteſtatem tanquam regca ona hora accipient,] ideſt accipient, cum venerint. Et dicit. [Tanquam reges,] quia non vere reges, ſed tyranni erunt. Et dicit. [Una hora,] quia modico tempore durabunt, vel quia non ſucceſſive, ſed ſimul accipient hoc dimidium. Et hoc dicit.

x Poſt beſtiam] ideſt, poſtquam Antichriſtus regnare inceperit, ipſi a Diabolo ſicut Antichriſtus hanc accipient poteſtatem, & non ante. Vel [poſt beſtiam] eantes per imitationem, & concordiam. Unde hic deſcribit Antichriſtum, & ſuos a concordia in malo. Unde & ſequitur.

y Hi unum conſilium habent] Chriſtum negandi, & Antichriſtum credendi. *Pſalm.* 32. Dominus diſſipat conſilia gentium, reprobat autem conſilia principum. *Iſa.* 8. Inito conſilium, & diſſipabitur, loquimini verbum, & non fiet,

z Et virtutem] quam in ſe habebunt, & poteſtatem quam in alios exercebunt. *a* Beſtiæ tradent,] quia Diabolo totum

tum

Digitized by Google

tum attribuent quidquid malitiæ perpetrabunt. Quia igitur ſic erunt conformes Antichriſto, propter hoc erunt contrarii Chriſto: unde ſequitur.

a Hi] ſcilicet mali.

b Cum agno pugnabunt] verbo & opere Chriſto tentantes auferre electos ſuos.

dent. *a* Hi *b* cum agno pugnabunt, *c* & agnus vincet illos, *d* quoniam Dominus dominorum eſt, & rex regum, *e* & *f* qui cum illo ſunt *g* vocati *h* & electi: & fideles. *k* Et dixit mihi: *l* Aquæ quas vidiſti ubi meretrix *m* ſedet, *n* populi ſunt, *o* & gentes, *p* & linguæ. Et decem cornua *q* quæ vidiſti in beſtia, *r* hi odient fornicariam *ſ* & deſolatam facient illam *t* & nudam, *u* & carnes ejus *x* manducabunt, *y* & ipſam igni concremabunt. *z* Deus enim dedit *a* in corda eorum, *b* ut faciant quod placitum eſt illi, *c* ut dent regnum ſuum beſtiæ *d* donec conſummentur verba Dei. *e* Et *f* mulier quam vidiſti eſt *g* civitas *h* magna, *i* quæ habet regnum *k* ſuper reges terræ.

D *Dan.* 11. Contra excelſum loquetur, & ſanctos Altiſſimi conteret.

c Et agnus vincet illos] eorum audaciam refrenando, & potentiam, ne tantum poſſunt nocere quantum vellent. Hæc pugna incæpta eſt a principio mundi in figura Cain & Abel. *Apoc.* 14. Agnus qui occiſus eſt ab origine mundi. Sed quare dicit quod agnus vincet eos, & non leo? Solut. Propter modum vincendi. Suis enim dabit patientiam, ut quaſi agni coram tondente ſe non aperiant os ſuum, ſicut de ipſo legitur. *Iſa.* 53. Vel quia utetur eorum malitia ad utilitatem bonorum. Et quod poſſit eos vincere, oſtendit dicens,

d Quoniam Dominus dominorum eſt & rex regum.] *Job* 40. Nunquid accipies eum ſervum ſempiternum, quaſi dicat non: ſed ego. Nec ſolum Chriſtus vincet illos, ſed etiam electi ejus per ipſum, unde dicit.

e Et qui,] ideſt, illi·

f Qui ſunt cum illo,] ideſt Chriſto per Chriſtianiſmi profeſſionem.

g Vocari] per prædicationem.

h Et electi] per prædeſtinationem.

i Et fideles.] Per fidei integritatem. Quæ eſt in tribus: in credulitate cordis, in profeſſione oris, & exercitio operis. De duobus primis. *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. De tertio *Jac.* 2. Fides ſine operibus mortua eſt.

k Et dixit mihi.] Hæc eſt ſeptima pars hujus partis, ubi Angelus oſtendit Joanni quid ſignificent aquæ ſuper quas mulier ſedet.

Ubi tria dicuntur. Primum, quid ſignificatur per aquas, *ibi.* (Aquas quas vidiſti.) Secundum, quia oſtendit quare non debemus conformari mulieri, *ibi.* (Et decem cornua.) Tertium, quia oſtendit quæ eſt mulier, *ibi.* (Et mulier, &c.) Dicit ergo. [Et dicit mihi] Angelus, ſcilicet.

l Aquas quas vidiſti ubi meretrix,] ideſt, Antichriſtus,

m Sedet] quiete.

n Populi ſunt,] quoad illos qui legem habuerunt.

o Et gentes] quoad alios qui ſine lege ſunt.

p Et linguæ] quoad utroſque, quaſi dicat ex omni gentium diverſitate mali ſubjecti Antichriſto colligentur, ſicut ex omni gentium diverſitate colligentur filii Dei. *Matth.* 8. Ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in regno cœlorum.

p Et decem cornua.] Secunda pars ubi oſtendit quare non debemus conformari mulieri, quia etiam ejus amatores perſequentur eam pro malitia ejus, quando eis apparebit. Unde dicit: [Et decem cornua,] ideſt, univerſi mali.

q Quæ vidiſti in beſtia,] ideſt, qui beſtiam imitantur.

r Hi odient fornicariam,] ideſt, ſeipſos, videntes Antichriſtum damnari. Sed quomodo ſe odient? Sol. Non affectu, ſed effectu, ideſt, facient opera per quæ punientur ipſi ac ſi odirent ſe. Unde *Pſal.* 10. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Hic autem effectus in tribus deſcribitur. Primo, quia auferent mulieri omne utile. Unde dicit.

ſ Et deſolatam facient illam] fraudulenter ſeducendo, ut poſtea gemat in inferno privata omni ſibi neceſſario. *Thr.* 1. Quomodo ſedet ſola civitas plena populo. Et *in eod.* Poſuit me deſolatam, mœrore confectam tota die. Secundo, quia auferent ei bonum honeſtum. Unde dicit.

t Et nudam] veſtimento gratiæ & Sacramentorum gaudio ſcilicet temporali amiſſo. *Ezech.* 23. Tollent omnes labores tuos & dimittent te nudam & ignominia plenam. Tertio, quia auferent ei bonum delectabile, quia tormenta patiuntur pro delectationibus quas habuerunt prius. Unde dicit.

u Et carnes ejus,] ideſt carnalitates, ideſt ſeipſos pro carnalibus voluptatibus quas ſecuti ſunt.

x Manducabunt] per remorſum conſcientiæ, qui eſt vermis qui nunquam morietur. *Iſa. ult.* Vel [carnes ejus] nominative, ideſt, carnis delectationes, quia carnes quas habuit (manducabunt eam) ſcilicet occaſionaliter. Unde *Jac.* 5. Et manducabit carnes veſtras ſicut ignis. *Gloſ.* Corpora vel carnales concupiſcentias, quia luxurioſas animas, & exterius ſæviens flamma puniet, & interius pungens dolor ſuæ tenaciæ accuſabit. Et ſicut dicit alia *Gloſ.* In memoriam veniet malis quod potuiſſent pœnas quas ſuſtinebunt evitaſſe, & per eleemoſynas redemiſſe.

Et hoc erit eis maxima pœna, quia remorſus conſcientiæ.

y Et ipſam igni concremabunt] † occaſionaliter, ideſt, facient propter quæ igne concremabitur. Secundum quod dicitur eis. *Iſa.* 50. Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis quas ſuccendiſtis vobis. Vel ſecundum *Gloſſam*, Dæmones (manducabunt carnes ejus,) quia de cruciatu carnium ejus exultabunt, non quod hujuſmodi gaudium diabolo vertatur in commodum conſolationis, ſed in argumentum majoris doloris. (Et ipſam igne concremabunt,) quia malis in æternum incendium miniſtrabunt. *Iſa.* 54. Ego creavi fabrum ſufflantem in igne prunas. Vel aliter. — al. † eſſentialiter.

Hi odient fornicariam,] unus ſcilicet alium, affectu, ſcilicet, etſi non effectu. Unus enim eorum qui in Inferno erunt vellet ſi poſſet alium devorare. Unde affectu ſe invicem odient, etſi effectu non poterunt nocere, niſi ex hoc quod unus videbit alium, cui ſocius fuit in culpa, & ex hoc quodammodo cruciabit eum. *Prover. cap.* 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt jurgia. Et quia juſto Dei judicio hæc malis evenient, propter hoc ſubjungit.

z Deus enim dedit] permittendo.

a In corda eorum,] ideſt, in voluntates.

b Ut faciant quod placitum eſt illi,] ideſt beſtiæ. Vel potius (illi,) ideſt Deo, liberum enim arbitrium dedit hominibus quo liceat eis uti ad libitum. Et in hoc creatura rationalis excellentem habet dignitatem, quod Creatori non coactam, ſed liberam exhibet ſervitutem. Placet ergo Deo hoc, quod ſub ipſo data ab ipſo utimur arbitrii libertate, ſed diſplicet quod in nobis orta illi repugnamus pravitate voluntatis. Hoc inquam placitum eſt Deo. *c* Ut dent regnum ſuum beſtiæ,] ideſt ut ſe a diabolo regi permittant, & ſuam poteſtatem diabolo attribuant, vel Antichriſto. Simile dicit Apoſtolus *ad Rom.* 1. Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Sed hoc eſt malum, ergo Deo placet malum. Sol. Placet Deo, non propter ſe, ſed propter conſequens, ſcilicet utilitatem bonorum quam elicit ex illorum malitia. Unde & ſequitur.

d Donec conſummentur verba Dei, dicta a prophetis, ideſt, perficiantur, & compleantur quæ ſunt de pœna malorum & gaudiis bonorum, quæ in fine mundi complebuntur. Vel (Verba) Dei vocat occultam ipſius ordinationem de adimpletione numeri electorum. Uſque ad illud enim tempus mali permittuntur cum bonis regnare, & in bonos ad ipſorum utilitatem deſævire.

e Et mulier.] Hic tertio oſtendit quæ ſit hæc mulier dicens. (Et mulier quam vidiſti eſt civitas magna, quæ habet regnum ſuper omnes reges terræ.) Ipſa malorum univerſitas.

f Mulier] dicitur propter mollitiem & fœcunditatem in malo.

g Civitas,] quia multos comprehendit.

h Magna,] quia ſuperbos, cum tamen ſit terra & cinis.

i Quæ habet regnum,] ideſt, poteſtatem & dominium.

k Super reges terræ,] quia omnes ſerviunt ei, & ejus rempublicam, ideſt, malum augent quantum poſſunt. Item dicta eſt (meretrix,) quia diabolo corruptori ſe ſubjicit. *Iſa. cap.* 57. Juxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterium. Item (Babylon,) quia confuſa eſt & confundit, & propter hoc in æterna confuſione erit, quia in terra vixit confuſione peccati. *Jerem.* 10. Congrega de terra confuſionem tuam quæ habitas in obſidione.

EXPO-

EXPOSITIO CAP. XVIII.

ET poſt hæc vidi alium Angelum, &c.] Sexta, viſio hujus libri in qua agitur de pœna malorum in Inferno.

CAP. XVIII.

ET *a* poſt hæc vidi alium Angelum *b* deſcendentem de cœlo, *c* habentem poteſtatem magnam, *d* & terra *e* illuminata eſt a gloria ejus. *f* Et exclamavit *g* in fortitudine, *h* dicens: Cecidit cecidit Babylon magna, *i* & facta eſt habitatio *k* Dæmoniorum, *l* & cuſtodia omnis ſpiritus immundi, *m* & cuſtodia omnis volucris immundæ, & odibilis, *n* quia de vino iræ fornicationis ejus *o* biberunt omnes gentes. *p* Et reges terræ *q* cum illa fornicati ſunt, *r* & mercatores terræ *ſ* de virtute deliciarum ejus divites facti ſunt.

A

A principio itaque libri uſque huc egit de his, quæ facta ſunt, vel fiunt, vel futura ſunt in Eccleſia a primitivo ſtatu ejus uſque in finem mundi: In duabus vero viſionibus, quæ adhuc ſequuntur, aget de his, quæ fient circa membra Eccleſiæ, tam ſana, quam putrida poſt diem Judicii, quia ſcilicet membra putrida abſcindentur & projicientur in lutum Inferni, ſana vero in melius conſolidabuntur, & decorabuntur gloria Paradiſi. De membris ergo putridis agit in hac viſione, in qua pœnam eorum quam habebunt in Inferno deſcribit.

Continet autem hæc viſio tria capitula, ſcilicet decimo octavo, & decimo nono, & vigeſimo. Dividitur autem in tres partes.

. In prima agit de caſu Babylonis in Inferno uſque ad illud. [Et vidi beſtiam, & reges terræ, &c.] *Infr.* 19. Ubi incipit ſecunda pars, in qua agit ſpecialiter de ſpeciali pœna Antichriſti. In tertia vero agit de pœna Dæmonum in vigeſimo capitulo. *ibi.* [Et vidi Angelum deſcendentem.] Item prima pars dividitur in tres, quia primo ponit caſum Babylonis, Secundo, oſtendit qualiter exultant Sancti de vindicta aſſumpta de malis, *ibi.* [Exultate ſuper eam cœli.] Tertio, oſtendit in quantam gratiarum actionem prorumpunt ſancti de ſeparatione ſua a malis, *ibi.* [Poſt hæc audivi quaſi vocem, &c.] in principio deciminoni capituli. Et ſic patet quod hoc capitulum decimumoctavum habet duas partes.

Quarum prima incipit, *ibi.* [Et poſt hæc vidi.] Secunde, *ibi.* [Exaltate eam cœli, &c.] In prima ſic procedit.

· Primo, deſcribit caſum Babylonis, ideſt congregationis malorum. Deinde docet cavendum eſſe ab illis, *ibi.* [Et audivi aliam vocem de cœlo.] Tertio, deſcribit fletum, & planctum malorum, *ibi.* [Et flebunt & plangent.] Dicit ergo.

a Et poſt hæc vidi alium Angelum.] Chriſtum, ſcilicet, qui diſtet ab aliis Angelis, ſicut Dominus a ſervis. *Iſa.* 9. Magni conſilii Angelus. *Malach. capit.* 3. Ecce mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem tuam. Locutus autem de caſu Babylonis, Chriſtum cujus auctoritate Babylon cadet, deſcribit tripliciter. Primo, ab humilitate, eum dicit.

b Deſcendentem de cœlo,] quod fecit cum carnem noſtram induens, genus humanum eiſitavit. *Pſal.* 143. Domine inclina cœlos tuos, & deſcende. Et quia de cœlo deſcendit, ei credendem eſt, qui propter utilitatem noſtram ſeipſum exinanivit. Secundo, deſcribit eum a plenitudine poteſtetia dicens.

c Habentem poteſtatem magnam,] quia non ſolum hominibus præſidet, ſed etiam Angelos regit. *Dan.* 7. Poteſtas ejus poteſtas æterna. Tertio, commendat eum ab efficacia ſermonis, & prædicationis, dicens.

d Et terra,] ideſt, Eccleſia.

e Illuminata eſt a gloria ejus,] ideſt a Prædicatione ejus facta glorioſa per miracula. *Iſa.* 9. Habitantibus in regione umbræ mortis lux orta eſt eis.

Vel [terra,] ideſt humana natura, per ipſum facta eſt glorioſa, cum eam ſibi univit. *Joan.* 1. Vidimus gloriam ejus gloriam quaſi unigeniti a patre. Et *Iſa.* 60. Surge, illuminare Jeruſalem.

Vel [terra,] ideſt terreni, qui illuminati ſunt fide expulſis tenebris ignorantiæ. *Joan.* 3. Quia lux venit in mundum, & cetera.

f Et exclamavit] ideſt, extra, propter alios, ſcilicet propter nos clamavit: non enim habet Chriſtus ex ſe quare ſe oporteat clamare, ſed nos qui continue deficimus, continue clamare debemus. *Iſa.* 58. Clama, ne ceſſes, exalte in fortitudine vocem tuam.

Clama quoad te, propter defectus tuos. Exalta vocem tuam propter alios. Et exclamavit, dico.

g In fortitudine] Ecce efficacia prædicationis. Noſtra autem prædicatio debilis eſt, ejus autem fortis, quia fortes adverſarios debellavit. *Lucæ* 11. Si autem fortior eo ſuperveniens vicerit eum, univerſa vaſa ejus diripiet.

Et *Matth.* 12. Quomodo poteſt quiſquam intrare domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi prius alligaverit fortem?

Nos vero, quia debilis eſt prædicatio noſtra. Unde. *Eccleſiaſticor.* 43. Multa dicimus, & deficimus in verbis, conſummatio autem ſermonum ipſe eſt.

h Dicens, cecidit, cecidit Babylon magna.] Geminato verbo geminat ruinam, ut duplicem deſignet vindictam, quia damnandi ardentibus flammis foris punientur in corpore, & urgentibus doloribus intus punientur in mente. Vel bis dicit (cecidit cecidit) propter peccata carnalia, & ſpiritualia. Vel propter peccatum omiſſionis, & tranſgreſſionis. *Jerem.* 17. Duplici contritione contere eos.

i Et facta eſt habitatio. Commendato Chriſto, cujus auctoritate caſura eſt Babylon, caſu etiam Babylonis poſito, cauſam caſus determinat hic, ſicut patet per *Gloſ.* quæ dicit: Et ideo caſura, quia facta eſt, &c. Hæc autem cauſa eſt duplex in ſe: Et hoc dupliciter, Male operando. Unde dicit.

k Dæmoniorum,] ideſt, locus, & ſedes Dæmoniorum. Secundo non pœnitendo. Unde dicit.

l Et cuſtodia omnis ſpiritus immundi,] qui per contemptum confeſſionis cuſtoditur in corde hominis. *Oſee* 13. Colligata eſt iniquitas Ephraim. Ecce cuſtodia ſpiritus immundi, ſcilicet peccati, abſconditum eſt peccatum ejus, dolores parturientis venient ei, ideſt, pœna æterna.

Et quare, ſequitur ibidem, quia ipſe filius non ſapiens eum contemnit confeſſionem: nunc enim, ideſt, in vita præſenti, non ſtabit in contritione filiorum, ideſt non pœnitebit.

(Cuſtodia) dicit, vel quia ipſi ſe cuſtodiunt diabolo, vel quia diabolus cuſtodit eos ſibi, vel quia in corde ſuo ipſi cuſtodiunt opera diaboli, ideſt, peccata. *Iſaiæ capitul. trigeſimi quarto* Erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum, & occurrent dæmonia. *Jerem. capit.* 50. Habitabunt dracones cum fatuis ficariis.

m Et cuſtodia omnis volucris immundæ, & odibilis.] Hic ſubdividitur (ſpiritus,) ideſt peccata in tria: In ſuperbiam, cum dicit. (Volucris.) In carnis concupiſcentiam, cum dicit. [Immundæ.] Et in concupiſcentiam oculorum, cum dicit. [Odibilis.]

n Quia de vino iræ fornicationis ejus] ideſt de amore illicito, pro quo homines frequenter iraſcuntur.

o Biberunt omnes gentes] communiter, ſcilicet.

p Et reges terræ,] ideſt, majores.

q Cum illa fornicati ſunt] exemplo illius a Deo recedentes, & mundum diligentes, maliſque operibus alios corrumpentes: De quibus *Pſal.* 72. Perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.

Et tangitur hic ſecunda cauſa caſus malorum quoad alios, exemplum, ſcilicet malum.

r Et mercatores terræ] illi qui ſpiritualia dant pro terrenis ſupple fornicati ſunt cum illa. *Supr.* 14. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ a vino iræ fornicationis ſuæ potavit omnes gentes.

ſ De virtute deliciarum ejus divites facti ſunt,] ſua æſtimatione, quia plus in ea, quam in cœleſtibus delectantur.

Vel ſecundam aliam litteram. [De virtute divitiarum ejus,] ideſt, de peccatis, per quæ acquiruntur divitiæ, quia omnis dives iniquus, vel hæres iniqui, ſicut dicit ibi *Gloſ.* Per prædicta tangit fere omnes, qui mundum ſequuntur. Per hoc quod dicit. [Omnes gentes] intelligit minores. Per [reges] majores. Per [mercatores] mediocres. Vel per illa tangit ea, quæ mali in mundo amplectuntur. Per [gentes] enim quæ manent in immunditia in qua ſunt genitæ, unde dicuntur gentes quaſi geniti tales, ſignificantur luxurioſi. Per [reges] ſuperbi. Per [mercatores] avari.

a Et

Digitized by Google

a Et audivi *b* aliam vocem de cœlo *c* dicentem: Exite *d* de illa populus meus, *e* & ne participes ſitis delictorum ejus, *f* & de plagis ejus non accipiatis: *g* Quoniam pervenerunt peccata ejus uſque ad cœlum, *h* & recordatus eſt Dominus iniquitatum ejus. *i* Reddite illi *k* ſicut & ipſa reddidit vobis, *l* & duplicate duplicia *m* ſecundum opera ejus. *n* In poculo quo miſcuit vobis, *o* miſcete illi duplum, *p* Quantum glorificavit ſe, *q* & in deliciis fuit, *r* tantum date illi tormentum, & *ſ* luctum, *t* quia in corde ſuo dicit: *u* Sedeo, ut regina, *x* & vidua non ſum, *y* & luctum non *z* videbo. *a* Ideo in *b* una die *c* venient plagæ *d* ejus mors, *e* luctus & fames, *f* & igne *g* comburetur, *h* quia fortis eſt Deus qui judicabit illam. *i* Et flebunt, & plangent ſuper illam

a Et audivi aliam vocem.] Poſtquam deſcripſit caſum Babylonis, admonet cavendum eſſe a malis. Unde hæc eſt ſecunda pars primæ partis, in qua ſic procedit. Primo, monet ut Babylon, idest mundus fugiatur.

Sed quia fuga mundi facit homines judices ejus propter hoc ſecundo præcepit ſanctis ut Babylonem condemnent, *ibi*. [Reddite illi.] Tertio, cauſam oſtendit quare eſt condemnanda, *ibi*. [Sedeo ut regina.] Dicit ergo. [Et audivi,] ideſt intellexi.

b Aliam vocem de cœlo,] ideſt, divinam inſpirationem quæ bene alia vox dicitur, quia de electorum loquitur admonitione, ſicut prima de reproborum condemnatione. [De cœlo] etiam dicitur venire, ideſt de ſancta Eccleſia, quæ myſteria Chriſti celat infidelibus, & indignis. Vocem dico.

c Dicentem: Exite] non conſentiendo.

d De illa,] ſcilicet de mundi malitia, (populus meus.)

e Et ne participes ſitis delictorum ejus] mali ejus operibus conſentiendo, vel agendo. *Jerem.* 51. Egredimini de medio ejus populus meus, ut ſalvet unuſquiſque animam ſuam. Unde ſequitur hic.

f Et de plagis ejus non accipiatis,] quaſi diceret ſi non fueritis participes in culpa, non eritis ſimiles in pœna, Monet igitur propter duo fugiendum eſſe a Babylone, i. a mundo, ne ſcilicet ſimus participes in culpa, hoc eſt primum. Et ne tandem participes ſimus in pena, hoc eſt ſecundum, cauſam autem hujus admonitionis, quare ſcilicet fugienda ſit Babylon, ſubdit, quia ſcilicet cito poſſemus infici. Unde dicit.

g Quoniam pervenerunt,] quaſi diceret propter hoc fugite. (Quoniam pervenerunt peccata ejus uſque ad Cœlum,) ideſt, uſque ad Dei contemptum. *Jerem.* 51. Pervenit uſque ad Cœlus judicium ejus, hoc eſt quando homo contumeliam infert Domino blaſphemando, vel cultum ejus dimittendo, ſacramenta ejus indigne tractando.

h Et recordatus eſt Dominus iniquitatum ejus] ad puniendum, ſcilicet qui modo pie diſſimulat, ut homines pœniteant & relinquant peccatum. *Sap.* 11. Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam.

i Reddite illi.] Poſtquam monuit Babylonem fugere, agit de ejus damnatione, quæ pro duobus erit. Pro his, ſcilicet, quæ commiſit in ſanctos, *ibi*. [Reddite.] Et pro his, quæ in ſe, *ibi*.

p Quantum glorificavit.] Tria igitur debentur malis ex eis, quæ faciunt in ſanctos. Primum eſt pœna penæ reſpondens. Unde dicit. [Reddite illi] vos ſancti mei dicit Dominus.

k Sicut & ipſa reddidit vobis,] ideſt, pœnam æqualem ei correſpondentem quam in vos intulerunt mali eis menſurate. *Gloſs.* Sicut vindictam meam exercuit in vobis, qui purgamini ad ſalutem, ſic vos injuriam meam vindicate in illis ad damnationem. *Iſa. capit.* 10. Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eorum indignatio mea.

Secundum eſt, ut pro pœna excedente reddant eis pœnam excedentem, unde dicit.

l Et duplicate duplicia,] ideſt, punite in corpore, & in anima, vel pœnam excedentem pro excedenti eis reddite, quia æternam pro temporali.

m Secundum opera ejus,] ideſt, ſicut exceſſerunt in vos puniendo. *Jerem. capit.* 50. Reddite ei ſecundum opus ſuum, juxta omnia, quæ fecit, facite illi. Vel in hoc, quod dicit.

[Duplicia] notatur intranquillitas pœnæ æternæ reſpectu delectationis terrenæ.

Prima enim ſpecies intranquillitatis eſt dupla proportio. *Pſal.* 71. Ex uſuris, & iniquitate, &c. *Gloſſa*. Plus recipiet in pœnis, quam commiſſum eſt in peccatis. Tertium eſt, ut ſicut malam habuerunt intentionem in perſequendo ſanctos, ſic & eis inhibebitur intus impatientia, & extra pœna. Unde dicit.

n In poculo quo miſcuit vobis] temporale, ſcilicet tormentum cum intentione mala.

o Miſcete illi duplum,] ideſt, æternum ſupplicium reddite cum impatientia, quaſi dicat, duplum, ideſt, majorem pœnam.

p Quantum glorificavit ſe.] Hic oſtendit, quod punientur pro eis, quæ commiſerunt in ſeipſis; quia enim gloriam, & delicias ſunt ſecuti, propterea tormentum habebunt contra gloriam, & luctum, contra delicias. Unde dicit. (Quantum glorificavit ſe) per ſuperbiam, & vanam gloriam.

q Et in deliciis fuit] per nimiam & affluentiam, & carnis petulantiam.

r Tantum date ei tormentum] in corpore. Et.

ſ Luctum] in mente, de quibus *Iſa.* 27. In menſura contra menſuram cum abjecta fuerit judicabo eam, [Tantum] autem & [quantum] non æqualitatem, ſed proportionem dicunt in genere, ideſt, ſi multum peccavit multum punietur. Et hoc juſtum eſt, ut in luctu æterno ſit qui ad luctum ſe præparavit. *Job* 21. Dulcis fuit glaries Cocyti, qui eſt luctus infernalis.

t Quia in corde ſuo, &c.] Poſtquam monuit nos ad fugam Babylonis, ejuſque fugam oſtendit, cauſam tandem quare damnanda ſit ſubjungit, dicens.

t Quia] dicit [in corde ſuo] ſuperbiendo.

u Sedeo ut regina] in tranquillitate, & pace magna, vel de honore, & dignitate moveri non timeo.

x Et vidua non ſum,] quia multas conſolationes habeo in mundo.

y Et luctum,] ideſt damnationem quam mihi minantur futuram diſcipuli Chriſti.

z Non videbo,] ideſt non ſuſtinebo. Meritis enim ſuis exigentibus ſic excæcantur aliquando mali, ut nec ſe formident ſpoliari proſperis, nec cruciari adverſis. Vel ſic.

u Sedeo ut regina] immobiliter, quoad bonum honeſtum quia honor debetur regibus.

x Vidua non ſum,] quoad bonum delectabile, quia delectabili non privabor.

y Luctum non videbo] quoad utile, ut ſic notetur fornicatio trium virium. *z* Ideo,] quia ſe jactat ſic:

b In una die,] ideſt, ſimul.

c Venient plagæ ejus,) ideſt ultiones debitæ iniquitatibus ejus. Et tria ſubjungit contra tria prædicta, ſcilicet mors & luctus, & fames. Hæ ſunt plagæ prædictæ.

d Mors) contra hoc quod dixit ſe reginam.

e Luctus) contra hoc, quod dixit, & luctum non videbo.

f Fames) contra illud, quod dixit. Et vidua non ſum. Vel (Mors) eſt carentia viſionis Dei. (Luctus) propter avaritiam (Fames) propter voluptates quas in mundo habuit. Vel (mors) in pœnis. (Luctus) de omiſſis. (Fames) de recuperandis. *Luc.* 6. Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis, & flebitis. Et *ibid.* Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis.

g Et igne comburetur) æterno. *Iſa. ult.* Ignis non extinguetur. Nec poterit evadere.

h Quia fortis eſt, &c.) unde precibus non flectetur. *Prov.* 6. Zelus, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet precibus cujuſquam, nec accipiet pro redemptione dona plurima. Hoc totum ſumptum eſt de *Iſa.* 47. Dicis in corde tuo, ego ſum, & non eſt præter me amplius, non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. Et paulo poſt ſubdit: Venient tibi hæc duo ſubito in die una, ſterilitas, & viduitas.

i Et flebunt, & plangent, &c.) Tertia pars primæ partis capituli. Hæc pars dividitur in tres partes. Primo, agit de fletu regum terræ. Secundo, de fletu negotiatorum, *ibi*. (Et negotiatores.) Tertio de fletu nautarum, *ibi*. (Et omnis gubernator,) per hæc tria genera hominum intelliguntur omnes mali. Per reges, mali qui non laborant, per negotiatores, qui laborant in terra, & per nautas, mali qui laborant in mari pro neceſſariis vitæ. Vel per reges, qui præſunt in regimine temporali, per nautas, qui præſunt in regimine ſpirituali. Per negotiatores utrorumque ſubditi. De primis dicuntur tria, ſcilicet quod flebunt, & plangent, & longe ſtare vellent, & vocaliter lamentabuntur. Et hæc poſſunt ad tria referri, cordis, oris, & operis. Dicit ergo. (Et flebunt, & plangent ſe ſuper illam reges terræ.) Duplex dolor hic deſcribitur, & interior, ſc. & ex-

Digitized by Google

exterior: dolebunt enim de hoc, quod divitias amiſerunt, *vel* quas in mundo relictas non fideliter diſpenſaverunt. *Matth.* 24. Tunc plangent omnes tribus terræ. Propterea nunc ad fletum movemur, ut fletum æternum fugiamus. *Johel* 1. Flete, & ululate qui bibitis vinum in dulcedine.

Cauſam fletus ſubjungit dicens:

reges terræ, *a* qui *b* cum illa fornicati ſunt, & in deliciis vixerunt, *c* cum viderit fumum incendii ejus, *d* longe ſtantes propter timorem tormentorum ejus dicentes: *e* Væ væ civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis, *f* quoniam una hora venit judicium tuum. *g* Et negotiatores terræ *h* flebunt, & lugebunt ſuper illam, *i* quoniam merces eorum nemo emet amplius, *k* mercem auri, & argenti, & lapidis pretioſi, *l* & margaritæ, & byſſi, *m* & purpuræ, & ſerici, & cocci, & omne lignum tinum, *n* & omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide pretioſo, & æramento, & ferro, & marmore. *o* Et cinnamomum, & amomum, *p* & odoramentorum, *q* & unguenti, *r* & thuris, & vini, & olei, & ſimilæ, & tritici,

a Qui] ideſt, quia illi.

b Cum illa fornicati ſunt, & in deliciis] non in neceſſariis [vixerunt:] *Amos* 5. Vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui ſciunt plangere. *Ezechiel.* 19. Planctus eſt, & in planctum erit, ideſt, continuus erit planctus. Et hoc.

c Cum viderint fumum incendii ejus,] ideſt, incendium ejus fumoſum. *Iſaiæ* 34. Aſcendit fumus in generationem, & generationem.

d Longe ſtantes propter timorem tormentorum ejus] Sed quomodo longe ſtabunt cum ſit de cadentibus? Solut. *Gloſs.* dicens: quia voluntate, non actu. Sed multi dicunt modo illud *Job* 14. Manum tuam longe fac a me, & formido tua non me terreat, quos tamen ducent longe pedes ſui ad peregrinandum, ſicut dicitur de Tyro *Iſa.* 23. Sed quid eſt, quod dicit, (Propter terrorem) deberet enim dicere propter ſenſum, Solutio. Hoc dicit, quia plus cruciabit eos interius cogitatio de continuatione doloris, quam exterius ſenſus tormenti, Unde *Iſaiæ* 19. In die illa erit Ægyptus quaſi mulieres imbecilles: Sed quia tormenta repellere non poterunt, & ſtupebunt, & timebunt a facie commotionis Domini.

e Dicentes væ væ civitas illa magna Babylon, & civitas illa fortis,] Nullum verbum ponit, ut intelligatur, omne poſſe addi. Dolor enim ille inexcogitabilis eſt, & inenarrabilis. *Ezech.* 16. Et accidit poſt omnem malitiam tuam: væ væ tibi ait Dominus Deus.

f Quoniam una hora venit judicium tuum,] ut mundum perderes, & intrares infernum *Johel* 3. Reddam viciſſitudinem vobis cito velociter. *Job* 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.

g Et negotiatores] Secunda pars, ubi tria dicuntur. Primo, agitur de fletu eorum. Secundo, oſtenditur quod mercatores longe vellent ſtare, ſed non poterunt, *ibi*.

(Mercatores.) Tertio, vocalis querela eorum ponitur, *ibi*. (Væ væ civitas, &c.) Dicit ergo.

(Et negotiatores terræ.) *Interl.* Vel ad litteram, vel pro terrenis animam dantes.

h Flebunt, & lugebunt ſuper illam,] de amiſſa rerum abundantia, & de acquiſitione amara, *Ezech.* 27. Negotiatores populorum ſibilabunt ſuper te.

i Quoniam merces eorum nemo emet amplius,] Et hæc eſt cauſa una luctus. *Zachar. ult.* Non erit ultra mercator in domo Dei in die illa. Hoc verum eſt ad litteram, vel hoc dicit, quia non erit amplius emendi tempus, ideſt, merendi, vel demerendi.

Et hoc dicit, quod (merces eorum nemo emet,) non quia merces habeant tunc ad vendendum, ſed quia deficientibus terrenis in quibus in hoc mundo delectati ſunt, ſe videbunt expoſitos doloribus, unde & dolebunt in quibus ſuam reponebant proſperitatem.

Quia *Proverb.* 11. Non proderunt divitiæ in die ultionis. Et *Ezech.* 7. Argentum eorum, & aurum non valebunt liberare eos. Et enumerat merces in quibus delectati ſunt.

Primo, eas in quibus abuſi ſunt, ſecundum ſenſus, *ibi*. (Mercem auri, &c.)

Secundo, eas quibus abuſi ſunt, ſecundum totum corpus, *ibi*.

(Et jumentorum, &c.) Dicitur autem de his quæ pertinent ad viſum.

k Mercem auri, & argenti,] ſcilicet nemo emet, (& lapidis pretioſi,) ideſt, carbunculi.

l Et margaritæ, & byſſi,] quod eſt linum Ægypti candidiſſimum.

m Et purpuræ, & ſerici, & cocci, & omne lignum tinum,] ideſt, cedrinum, nemo emet.

n Et omnia vaſa eboris, & omnia vaſa de lapide pretioſo, & æramento, & ferro, & marmore.] Hæc omnia ad viſum. Deinde ſubjungit, quæ pertinent ad olfactum dicens:

o Et cinnammomum, & amomum,] nemo ſcilicet, emet.

p Et] ſupple mercem.

q Odoramentorum, & unguenti, & thuris,] nemo emet amplius. Hæc omnia pertinent ad olfactum. Quia in thure ſignificatur prævaricatio cultus Dei, humanis uſibus aptari non debet, ſed ſolum pertinet ad cultum Dei. Deinde ſubdit quæ pertinent ad guſtum dicens.

r Et] ſupple mercem vini, & olei, & ſimilæ, & tritici] nemo emet. Poſitis mercibus in quibus particulariter ſolent fornicari ſenſus, enumerat eas, quæ pertinent ad totum corpus. Et horum quædam ſerviunt toti corpori cibum miniſtrando, vel ex ſeipſis, vel ex operibus ſuis, ut jumenta, quædam veſtimenta, ut oves quæ-

a dam

Moraliter. De hypocritis.

[Mercem auri, &c.] Hoc totum ſecundum *Gloſſam*, exponitur dupliciter. Uno modo moraliter de hypocritis, qui quaſi venales deferunt merces pretioſas, ſcilicet virtutes, quas ſimulant ſe habere, & vendunt aliis pro vana gloria, vel favore humano. Sed tunc non erit qui emat, quia omnibus apparebit ignominia nuditatis ſuæ. Prætendunt igitur ipſi ſe habere. (Aurum) ſapientiæ divinæ. (Argentum) eloquentiæ ſpiritualis. [Lapidem pretioſum,] ideſt, carbunculum, ideſt, eminentiam Chriſtianæ converſationis. [Margaritam,] ideſt, vitæ apoſtolicæ candorem, & munditiam. [Byſſum] juſtificationis ſanctorum. [Purpuram] martyrii. [Sericum] virginitatis. [Coccum] vel [coccinum] charitatis [Lignum tinum] conſtantiæ indeficientis, quia hoc lignum eſt imputribile. [Ebur] caſtimoniæ, [Æs] longanimitatis. [Ferrum] patientiæ. [Marmor] fortiſſimæ humilitatis. [Cinnamomum] paſtoris, propter curſum tribulationum, & macerationem carnis. Hæc vero ſpecies habet colorem ſubnigrum, & virgulas tenuiſſimas: quod enim in ea groſſum eſt deſpicitur, & gracile commendatur. [Amomum] bonæ famæ, virtutis, & opinionis. [Et odoramenta] orationum. [Unguenta] unctionis donorum Spiritus ſancti. [Thus] honoris divini. [Vinum] zeli animarum, & fervoris Spiritus ſancti. Vinum enim inebriat, ſic & zelus [Oleum] pietatis. [Similam] puritatis. [Triticum] firmitatis. Ju-

* menta]

Aliter. De hæreticis.

[Mercem auri, &c.] Secundo exponit Gloſſa, hoc de hæreticis, quorum [merces] jam in hoc tempore, & cognoſci poſſunt, & vitantur a multis, ſed in fine ſæculi a nullo penitus ementur. Ipſi igitur habent merces ſuas, ſcilicet [Aurum] mundanæ ſapientiæ. [Argentum] ſæcularis facundiæ. [Lapides pretioſos,] ſcilicet prædicatores falſitatis. [Et margaritas,] ſcilicet doctores erroris. [Byſſum,] ideſt, illos, qui inter eos apparent juſti. [Purpuram, ideſt, Martyres ſuos, Sericum,] ideſt, exteriorem carnis integritatem qua palliant mentis corruptionem. [Coccum] ſimulatam charitatem qua operiunt crudelitatem. [Lignum tinum] obſtinationem in malo, qua apparet exterius conſtantia in bono. [Ebur] ſimulatam virtutum pulchritudinem, qua tegunt ſpurcitiam vitiorum. [Æs] perfidiam prædicationis, qua ſimulant ſe habere fidei firmæ rectitudinem. [Ferrum] ſimulatam patientiam qua palliant deceptionis acumen. [Marmor] ſimulatam obedientiam, qua ſuam palliant rebellionem. [Cinnamomum & amomum, & odoramenta] exteriorem ſedulitatem orationum, quibus & ſimplices decipiunt, & viduarum domos comedunt [Unguentum] honoris, quem Chriſto homini ſe exhibere dicunt. [Thus] honoris, & reverentiæ, quam deitati impendere ſe oſtendunt. [Vinum] intelligentiam novi teſtamenti qua ſe inebriatos, & plenos jactant. [Oleum] ſpiritualis ſanitatis pro qua infundunt

a Vene-

Digitized by Google

dam relevando viarum labores, ut equi, & thedæ, ideſt, currus, quædam in cuſtodiendo, ſicut mancipia, & animæ hominum.

Et cum is duobus ultimis fornicatur magis anima, quam corpus ſuperbiendo, ſcilicet de dominio hominum ſuo ſervitio ſubjectorum. Dicit ergo.

& *a* jumentorum, & ovium, & equorum, & rhedarum, & *b* mancipiorum, & animarum hominum. Et *c* poma deſiderii animæ tuæ diſceſſerunt a te, & *d* omnia pinguia, & præclara *e* perierunt *f* a te, & *g* amplius illa jam non venient, Mercatores *h* horum, qui *i* divites facti ſunt k ab ea, *l* longe ſtabunt propter timorem tormentorum ejus, *m* flentes, & *n* lugentes, ac *o* dicentes. *p* Vę vę *q* civitas illa magna, quę amicta *r* erat byſſo, & *ſ* purpura, & cocco, & deaurata eſt auro, & lapide pretioſo, & margaritis, *t* quoniam una hora deſtitutę ſunt tantę divitię.

a Et) ſupple mercem (jumentorum, & ovium, & equorum, & rhedarum,) ideſt, curruum.

b Et mancipiorum, & animarum hominum) nemo emet.

Sunt autem mancipia ſervi, qui tantum corpore ſerviunt, & non mente, ſicut Pharaoni Joſeph ſerviebat corpore, mente autem Deo cœli.

Animæ vero hominum, qui ſerviunt, & corpore, & mente. Vel mancipia ſunt ſervi, qui ad tempus venduntur; animæ hominum, illi qui ſimpliciter, ideſt, per totam vitam ſuam.

c Et poma.) Hæc eſt alia cauſa fletus, ſcilicet, ablatio omnis gaudii, & delectationis eorum, unde dicit. (Et poma deſiderii animæ tuæ,) ideſt, delectationes tuæ, & gaudia, quæ fuerunt deſideria animæ tuæ, ideſt, quæ tota anima, i. voluntate deſiderabas, ſecundum illud *Eccleſiaſt. ſecundo* Nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur & oblectaret ſe in his, quæ paraveram.

Hæc inquam diſceſſerunt a te. *Eccleſiaſt. ſecundo* Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole. Vel [poma] ſecundum *Gloſſam*, quæcumque minima, pro quibus etiamſi eis immoderate inhærent, damnabuntur.

d Et omnia pinguia) quoad delectationem in proprio ſubjecto.

e Et præclara] quoad oſtentationem.

f Perierunt a te,] *Sapient.* 4. Tranſierunt hæc omnia tamquam umbra. Et ſi ergo præteribit ipſa rerum delectabilium præſentia, tamen in mente malorum remanebit pravæ delectationis pungens memoria, quam potuiſſent evaſiſſe. Unde dicit *Gloſſa*, ſuper illud *Jacob* 5. Et ærugo eorum erit vobis in teſtimonium. *Gloſſ.* Quia intelligent male ſe congregaſſe ex quibus non indigebant ad uſum vitæ, propterea gravius punientur.

g Et amplius illa jam non venient,] ideſt, non vendentur, quia pro his vilibus jam amplius non dabunt animas ſuas exponendo ſe peccatis, neque enim tunc erit locus peccandi, ſed pro peccatis pœnas luendi.

Moraliter. De hypocritis. * menta] laboris ſpiritualis, quia dicunt ſe laborare in agro Domini. [Oves] ſimplicitatis [Equos] fortitudinis: fortes enim ſe dicunt ad portandum onera Eccleſiæ.

[Rhedas] ſupportationis infirmorum: Dicunt enim ſe tranſportare infirmos per mare hujus mundi.

(Mancipia) mutui ſervitii, & adminiſtrationis. (Animas hominum,) ideſt, compaſſionem cordis.

(Poma) conſolationis parvulorum, quam deſiderare ſe dicunt.

(Et omnia) pinguia devotionis intrinſecæ. (Et præclara) bona converſationis extrinſecæ. Hæc omnia amplius poſt diem Judicii non vendentur, quia omni hypocritarum malitia in conſpectu omnium revelata, omnia quæ egerunt ſimulata fuiſſe oſtendentur, nec in eis amplius homines decipientur.

De hæreticis. Venenum mortis. (Similam, & triticum,) doctrinam Arii & ceterorum auctorum ſuorum, qui tamen paleæ, & zizania fuerunt: Quos & jumenta dicunt, quaſi electos a Deo, ut in ſua Eccleſia laborarent. (Et oves) illas eos fuiſſe dicunt, de quibus dicit Dominus. *Matth. decimo* Ecce ego mitto vos ſicut oves, & cetera. Ipſos enim dicunt eſſe [equos, & rhedas,] ideſt, prædicatores, qui ſermonem Domini per orbem portantes, velociter currere faciunt. [Mancipia, & animas hominum] dicunt illos eſſe, qui inter ipſos, ſcilicet ſuam doctrinam, & corpore, & mente Deo ſervire ſe credunt, [Poma] ſimulata converſatio, & virtutes ſanctorum quos ſe imitari dicunt. Sed hæc omnia hæretici pro magna parte jam lugent ſe amiſiſſe, & jam paucos ab ipſis emere, ſed in die judicii vehementius lugebunt, cum in pœna poſiti hæc veraciter cognoſcent, & ſentient erronea, & falſa fuiſſe. Sequitur.

h Mercatores horum.) Secundum quod dicitur in hac parte, ſcilicet, quod illi, qui in turpibus mercimoniis civitatis Babyloniæ fuerunt, libenter ſe elongarent ab illa, vel a pœna, quæ dabitur ipſis pro illis, ſed tamen non potuerunt, quia tunc non erit tempus, ſicut ſupra eodem dictum eſt de regibus, qui cum ea fornicati ſunt. Unde dicit.

[Mercatores horum] prædictarum ſcilicet mercium, qui ſcilicet vel, ad litteram prędicta congregaverunt per prævaricationem animæ, & corporis, & ſuorum ſenſuum. Vel moraliter ab hypocritis, & hæreticis mercando talia, per imitationem, ſcilicet, eorum, vel qui in prædictis hæreticis crediderunt propter quæ ſe putabant eſſe divites. Unde & ſequitur.

i Qui divites facti ſunt] ſua reputatione, cum revera eſſent pauperes.

k Ab ea, ideſt, a negotiationibus, & mercimoniis factis in ea. Hi inquam.

l Longe ſtabunt] ad litteram, quia talia amplius non exercebunt. Vel [longe ſtabunt,] ideſt, ſi poſſent libenter ſtarent longe a pœna quam pro eis meruerunt, ſed revera non poterunt.

Vel [longe ſtabunt] voluntate, ideſt, dolebunt, quod non ſteterunt longe a commiſſione peccatorum, quando ſcilicet potuerunt.

Et quare hoc? Propter timorem tormentorum ejus. Et hoc dicit, quia plus timebunt continuationem pœnarum, quam etiam ſenſum earum.

Ergo amatores mundi a Deo in præſenti longa ſtabunt, quia timent ab eo flagellari. Audiunt enim illud, *ſecundæ Timoth.* 4. Omnes qui pie volunt vivere in Chriſto Jeſu perſecutionem patientur. *Pſalmus* 118. Longe a peccatoribus ſalus, quia juſtificationes tuas non exquiſierunt.

Sed effugere non potuerunt, quia *Job* 6. Qui timet pruinam irruet ſuper eum nix. Et *idem vigeſimo* Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.

Vel amator mundi audiens damnationem mulieris, longe ſtabit a peccato, ne ipſe in eamdem damnationem mortis incurrat. *Iſaiæ cap.* 23. Ducent eam pedes ſui longe ad peregrinandum.

Dico quod longe ſtabunt. Ipſos dico.

m Flentes] pro commiſſis.

n Et lugentes pro omiſſis.

o Ac dicentes] expreſſio vocalis querelæ ipſorum. Et dicunt.

p Væ væ] bis pro pœna corporis, & animæ, & pro pœna ſenſus, & damni. *Ezechiel. capit.* 30. Ululate væ væ diei, quia juxta eſt dies, quaſi dicat, duplici miſeria percuſſa eſt.

q Civitas illa magna,] Hoc expoſitum eſt *ſupra*.

r Quæ amicta erat byſſo] ad litteram.

ſ Et purpura, & cocco, & deaurata eſt auro, & lapide pretioſo, & margaritis.] Sed ſi hoc, ergo aliquod bonum eſt in Inferno. Sol. Nullum bonum eſt ibi ſaltem delectabile. Et quod dicit.

Deaurata,] ideſt, ſigna habens deaurationis, & non res. Mali enim retinebunt in Inferno ſigna felicitatis æternæ quam habuerunt in mundo, & hoc erit eis in augmentum, & cumulum pœnæ.

Hæc enim ſigna, vel notæ, nihil aliud erunt quam maculæ quas ex abuſione terrenarum rerum contraxerunt.

Unde ſignanter poſtquam locutus eſt de miſeria eorum, & pœna, ponit eorum felicitatem, ut ſic major oſtendatur eorum pœna, quia ut dicit *Gregorius*: Non eſt tanti honoris excelſa tenuiſſe, quanti doloris eſt de excelſis excidiſſe. Hujus myſterium docet Dominus *Lucæ c.* 16. Per divitem epulonem, quia in hac vita indutus purpura, & byſſo, tandem ſepultus eſt in Inferno: Propter quod *Lucæ cap.* 6. Dicitur: Væ vobis divitibus, qui habetis hic conſolationem. Bene dicit væ.

t Quoniam una hora] ideſt, cito [deſtitutæ ſunt tantæ divitiæ.] In duobus ergo pœnam illius aggravavit, & quia priſtinam felicitatem ad memoriam reduxit, & quia illam velociter, & cito defeciſſe oſtendit.

a Et omnis

Digitized by Google

a Et omnis gubernator, & *b* omnes, qui in lacum navigant, *c* & nautæ, *d* & qui in mari operantur, *e* longe ſteterunt, *f* & clamaverunt *g* videntes locum incendii ejus, *h* dicentes: Quę ſimilis civitati huic magnę? *i* Et miſerunt pulverem *k* ſuper *l* capita ſua, *m* & clamaverunt *n* flentes, & lugentes, *o* dicentes: Vę, vę, civitas illa magna, in qua divites facti ſunt omnes, qui habebant naves in mari, de pretiis ejus, quoniam una *p* hora deſolata eſt. † Exultate *q* ſuper eam † cœli, *r* & ſancti *ſ* Apoſtoli, & Prophetæ, *t* quoniam judicavit *u* Deus judicium veſtrum de illa.

a Et omnis gubernator] Hæc eſt tertia pars tertiæ partis illius, quæ eſt tertia primæ partis cap. in qua agit de fletu nautarum. Hos autem nautas Prælatos Eccleſiæ, qui male eam rexerunt poſſumus appellare. Et dicit hic tria. Primo, oſtendit ſimpliciter eorum pœnam. Secundo, cauſam pœnæ, ſc. concupiſcentias terrenorum, ibi [& miſerunt, &c.] Tertio, vehementiam, & exceſſum pœnæ per hoc, quod vocalem querimoniam eorum exprimit, ibi [& clamaverunt videntes locum, &c.] Iſti autem rectores Eccleſiæ ſunt, aut Prælati, aut Prædicatores. Si Prælati, aut majores, ſicut Epiſcopi, de quibus dicit [& omnis gubernator] id eſt Epiſcopus, vel Prælatus major, qui per mare hujus mundi regere debet navem Eccleſiæ: Petrus enim navem habuit, in qua frequenter Dominus ſedit. *Luc.* 5. Aſcendens autem in unam navim, quæ erat Simonis rogavit eum a terra reducere puſillum, & ſedens in navicula docebat turbas. Sic Prælati debent facere, ut a terra ſemoti terrena non quærant, & ſic turbas de via Dei doceant. Aut ſunt medii, ut Archidiaconi, & Decani, & hujuſmodi, qui ad Epiſcopatus aſpirantes nunquam pervenerunt, ſed quaſi in lacu, ideſt in ſtatu inferiori ſteterunt, & ſic a morte præventi ſunt, & de his dicit:

b Et omnes, qui in lacum navigant] fluctuando ſcilic. & aſpirando ſemper ad majora, & tamen ſemper ſtant: Aut ſunt minores, ſicut Plebani, & rurales Decani, de quibus dicit:

c Et nautæ] & de prædicatoribus dicit:

d Et qui operantur in mari] ideſt prædicatores, qui deſcendunt in mare, ideſt mundum in navibus ſacri eloquii, facientes operationes in aquis multis, ideſt negotiationes de talento Domini in populis multis. *Luc.* 19. Negotiamini dum venio. Hi omnes male implentes ſua officia.

e Longe ſteterunt] ideſt longe ſtabunt a ſuis prælationibus depoſiti ab eis, & in Infernum detruſi. *Ezech.* 17. A ſonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur claſſes, & deſcendent de navibus ſuis omnes, qui tenebant remum.

f Et clamaverunt] præ timore.

g Videntes locum incendii ejus] ſuccenſum igne, & ſulphure, *inf.* 21.

h Dicentes: Quæ ſimilis civitati huic magnæ?] quaſi dicat, cujus pœna tanta eſt quanta hujus? Simile *Ezech.* 27. Quæ eſt ut Tyrus, quæ obmutuit in medio maris.

i Et miſerunt pulverem] Hoc eſt ſecundum, ubi determinat cauſam pœnæ, ſcil. concupiſcentias terrenorum, quæ terrena ſignificantur per pulverem, qui

l Super capita] ideſt mentes mittuntur, quando terrena cœleſtibus præponuntur. Vel [*Miſerunt,] ideſt, mittent.

k Pulverem] deſperationis, quæ maxime facit abjectum, & vilem.

l Super capita ſua] ideſt ſuper mentes. Vel miſerunt pulverem ſuper capita ſua, &c.] ad ſimilitudinem pœnitentis, ut dicit *Interlinear.* ſed tamen inutiliter, quia tunc locus pœnitentis non erit. *Ezech. cap.* 17. Superjacent pulverem in capitibus ſuis, & cinere conſpergentur.

m Et clamaverunt] Hoc eſt tertium, ubi oſtendit vehementiam doloris, & exceſſum [& clamaverunt] ideſt clamabunt. *Ezech.* 27. Nautæ, & univerſi gubernatores maris in terra ſtabunt, & ejulabunt ſuper te voce magna, & clamabunt amare.

n Flentes, & lugentes] *Ezech.* 27. Plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amariſſimo, & aſſument ſuper te carmen lugubre, & plangent te.

o Dicentes: væ, væ, civitas illa magna, in qua divites facti ſunt] quondam [omnes qui habebant naves in mari] & hoc [de pretiis ejus] ideſt de mercibus, quæ in ea pretio emebantur. Tunc quidem fuerunt divites, ſed modo pauperes. Nota: habentes naves in mari, ſunt rectores Eccleſiæ, qui ad litteram, modo ditantur de pretiis, ideſt de divitiis hujus mundi. *Ezech.* 27. In multitudine divitiarum tuarum, & populorum tuorum ditaſti reges terræ, ideſt Principes Eccleſiæ. Unde ipſi dicunt illud *Zach.* 11. Benedictus Dominus, divites facti ſumus. Sed revera pauperes ſunt; & miſeri, quia illæ divitiæ cito deficient, & peribunt, in afflictione peſſima. *Eccl.* 5.

p Quoniam una hora deſolata eſt] *Job* 20. Hoc ſcio a principio, ex quo homo poſitus eſt ſuper terram, quod laus impiorum brevis eſt, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Et idem 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt.

al. † exultate. al. ſcelum.

Moraliter poteſt exponi ab illo loco. Moral.

a Et omnis gubernator, & omnes, qui in lacum navigant, & nautæ, &c.] De præſenti, & in bono ſic. Tunc Prædicatores, & Prælati.

e Longe ſtant] cum per vitæ ſanctitatem omnem populum ſuperant. Unde 1. *Reg.* 9. Legitur, quod Saul ab humero, & ſupra ſupereminebat toti populo. Quia, ut dicit *Greg.* Talis debet eſſe Prælatus, cujus comparatione populus grex dicatur.

m Et clamaverunt] quod ipſi faciunt, cum ea zelo prædicant. Sicut ille, qui dicebat *Joann.* 1. Ego vox clamantis. *Iſaiæ* 18. Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum.

g Videntes locum incendii] Hoc eſt, quod maxime zelum prædicationis excitat conſideratio incendii gehennalis. *Iſaiæ* 44. Vah, calefactus ſum, ecce zelus, vidi focum, ideſt, ignem Inferni, ecce excitatio zeli. Et dicunt:

h Quæ ſimilis huic civitati magnæ] Hoc faciunt, quando omni pœnæ temporali incomparabilem, & importabilem eſſe oſtendunt minimam etiam pœnam Inferni, Quia *Iſ.* 5. Dilatavit Infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino.

i Et miſerunt] Hic effectus eſt totalis prædicationis, quod audientes mittant pulverem pœnitentiæ, vilitatis, & abjectionis.

k Super capita ſua, & clamaverunt ad Dominum flentes, & lugentes] peccata. *Actor.* 2. His auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum, & reliquos Apoſtolos: Quid faciemus viri fratres. Petrus vero dixit ad illos: Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti. Et paulo poſt dicitur, quod appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria millia.

q Exultate ſuper eam cœli] Secunda pars cap. in qua agit de exultatione bonorum pro ſeparatione eorum a malis. Et dicuntur hic tria. Primo provocat ſanctos ad exultationem. Secundo, ut magis, & plenius exultent, oſtendit eis modum punitionis malorum, & ſeparationis ab eis, ibi [& ſuſtulit unus.] Tertio, ut ad hoc abundantius gaudeant de evaſione pœnæ, & ſocietatis malorum, oſtendit eis, quod omnis conſolatio ſubtrahetur a malis, ibi [& vox citharœdorum, &c.] Dicit ergo: [Exultate ſuper eam cœli] ideſt ſancti ſecretorum Dei conſcii. [Exultate] concordantes divino judicio, vel, quia his damnatis ſequitur noſtra remuneratio, ut dicit *Gl. Pſ.* 57. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam. Et ſubdividit quod dixerat [Cœli] ut per partes oſtendat.

r Et] ideſt

ſ Sancti] Apoſtoli majores ſancti.

t Et Prophetæ] ideſt minores. Omnes illi Prophetæ poſſunt dici, qui mala prævident per circumſpectionem, & cautelam, & prævisa cavent. Sed heu hodie jam non eſt Propheta, ſicut dicit *Pſ.* 37. Fere enim omnes curant, & quærunt præterita, ideſt temporalia, quæ in præteritione ſunt. 1. *Cor.* 7. Præterit figura hujus mundi. Et pauci, vel nulli futura quærunt in ſtabilitate. Dico exultate.

u Quoniam Deus judicavit judicium veſtrum de illa,] hoc dicit: quia enim illa ſanctos oppreſſit injuſte, propter hoc juſte erit a Deo condemnanda, *ſup. eod.* Reddite illi ſicut & ipſa reddidit vobis.

a Et ſuſtulit unus Angelus *b* fortis *c* lapidem quaſi molarem magnum, *d* & miſit in mare, *e* dicens: Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, *f* & ultra jam non *g* invenietur. *h* Et vox citharœdorum, & muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in ea amplius; *i* & omnis artifex, omniſque ars non *k* invenietur in ea amplius, *l* & vox molę *m* non audietur in te amplius: *n* & lux lucernæ non lucebit in te amplius: *o* & vox ſponſi, & ſponſæ non audietur adhuc in te, *p* quia mercatores tui erant *q* principes terrę, *r* quia in veneficiis tuis erraverunt *ſ* omnes *t* gentes. *u* Et in ea ſanguis prophetarum, & ſanctorum inventus eſt, *x* & omnium qui interfecti ſunt in terra.

C A P. XIX.

y POST hæc audivi *z* quaſi vocem magnam A

a Et ſuſtulit unus Angelus, &c.] ideſt Chriſtus. Hoc eſt ſecundum, ut ſc. magis exultent ſancti, & certiores ſint de prædictis, & oſtenditur modus damnationis malorum. Dicit ergo: [Et unus Angelus] i. Chriſtus, qui eſt magni conſilii Angelus. *Iſ.9.*

b Fortis] quia aereas poteſtates devicit. *Job 9.* Si fortitudo quæritur robuſtiſſimus eſt] Suſtulit, i. ſuſtolli, ideſt elevari in altum permiſit.

c Lapidem quaſi molarem magnum] i. malos, qui ſunt magni propter multitudinem, lapis propter duritiam obſtinationis, molaris, quia ut mola volvuntur circa temporalia. *Pſ.* 11. In circuitu impii ambulant. Item magni dicuntur propter ſuperbiam. *Zach.* 12. Ponam Jeruſalem lapidem oneris,

d Et miſit in mare] ideſt in amaritudinem inferni.

e Dicens, hoc impetu mittetur] in infernum ſc. [Babylon civitas illa magna] ideſt, ſicut vides lapidem in mare projici, ſic mali erunt in Inferno projecti. Vel hoc impetu,] i. ſicut lapis elevatus cum majore impetu deſcendit, ſic mali permittuntur modo elevari, ut dejiciantur citius, & gravius puniantur; *Pſ.72.* Dejeciſti eos dum allevarentur.

Et quidam tolluntur in altum,
Ut lapſu graviore ruant.

f Et ultra] ſc. poſtquam ceciderunt in Infernum,

g Non invenietur] de omnibus aliquis, qui redeat ad pœnitentiam. Contra quoſdam hæreticos, qui ſic exponunt hoc verbum.

f Et ultra] ſcil. mille annos, non invenientur, ſcil. in Inferno: pœnitebunt enim tunc, & liberabuntur, ſicut ipſi dicunt, & mentiuntur. Et hoc eſt, quod dicit *Interl.* Sicut quidam hæretici putant. quod debeant, ſcil. pœnitere, & liberari. Sed decipiuntur, quia *Job* 4. De mane uſque ad veſperam ſuccidentur, & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. Et *Matth.*25. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum.

h Et vox citharœdorum, &c.] Hoc eſt tertium, ubi oſtenditur, quod omnis conſolatio ſubtrahetur a malis, Et hoc facit primo. Secundo, oſtendit cauſam hujus excluſionis, ibi [Quia mercatores tui, &c.] Quia vera conſolatio eſt ſolum in delectabili, propter hoc omne delectabile ab ea excludit. Primo delectabile, vel conſolatorium, auditus, cum dicit: [Et vox citharœdorum, & muſicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in ea amplius.] Deinde removet delectabile animæ interius, quod eſt duplex, aut virtus, quæ perficit practicum intellectum, aut ſcientia, quæ perficit ſpeculativum. De primo dicit. [Et omnis artifex,] ſc. virtutis. De ſecundo [omniſque ars] i. ſcientia:. [Non invenietur in ea amplius] Argumentum, quod Philoſophi non habent ſcientiam in Inferno. Et hoc eſt ſatis probabile, quia ſi adhuc vivente homine aliqua infirmitas facit eum amittere ſcientiam, multo ergo fortius pœna Inferni, quæ omnem corporalem infirmitatem excedit. *Eccl.9.* Nec ſcientia, nec ſapientia erunt apud inferos. Tamen hoc non aſſerimus. Unde ſi habent ſcientiam, ibi, tunc exponitur ſic.

i Omnis ars] ideſt ſcientia.

k Non invenietur in ea,] Verum eſt ad conſolationem, ſed potius ad dolorem. *Eccl.* 1. Qui addit ſcientiam, addit & dolorem. Deinde excludit delectationem guſtus, dicens:

l Et vox molæ, quæ eſt ad victualia præparanda.

m Non audietur in te amplius] & divertit modo ſermonem ſuum ad illam, vel ad majorem ipſius confuſionem demonſtrandam ipſius miſeriæ condolens, & modo ad audientes, ut fideles exhortetur. Deinde excludit conſolationem viſus, dicens:

n Et lux lucernæ non lucebit in te amplius] ne oculi tui in aliquo delectentur, quia *Eccl.* 11. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. Deinde excludit delectationem in tactu, dicens:

o Et vox ſponſi, & ſponſæ non audietur adhuc in te] ſicut prius audiebatur amplius. *p* Quia mercatores tui, &c.] Hic oſtendit, quare prædicta ſubtrahentur ab ea. Et ponit ad hoc triplicem cauſam. Prima eſt, quia ipſa non elegit principes, niſi qui terrena amabant, & quærebant, vel qui mala ſuadebant, dicens: [Quia mercatores tui] q. d. ideo pateris prædicta, quia mercatores tui terrena, ad litteram, multiplicantes, quærentes, & amantes, erant principes terræ. Vel [Mercatores] veneficis perſuaſionibus multa mala concinnantes.

q Erant principes terræ] tuæ ſcilic. q. d. tales in principes eligebas, unde accidit tibi illud *Eccl.* 10. Væ tibi terra, &c. Tales ſunt amatores terrenorum. *Ezech.* 10. Leo factus eſt, & didicit capere prædam, hominéſque comedere. Secunda cauſa eſt, quia per malum exemplum corrumpit alios. Unde dicit:

r Quia in veneficiis tuis] ideſt ad exemplum tui, qui multa mala perpetraſti.

ſ Erraverunt] te per invia ſequentes.

t Omnes gentes] ideſt de omnibus quidam, ut ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum. Tertia cauſa eſt effuſio ſanguinis, & bonorum, & malorum ſine cauſa. Unde dicit:

x Et in ea ſanguis Prophetarum, & Sanctorum] aliorum, ſcil. [inventus eſt] ab ea effuſus, cujus vindicta a Domino requiritur, & ideo puniendi ſunt: effuſio enim ſanguinis injuſta clamat ad Dominum, & petit vindictam, ſicut legitur *Gen.*4. Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Et non ſolum ſanctorum, & bonorum ſanguis in te inventus eſt, imo

a Et omnium] eorum, [qui interfecti ſunt in terra] q. d. etiam malorum ſanguis a te requiritur, quos injuſte occidiſti, etiamſi ipſi digni erant occidi, quia, ut dicit *Gloſſ.* ſi malus malum occidit, occiſorem non excuſat nequitia occiſi,

E X P O S I T I O C A P. XIX.

y POſt hæc audivi, &c.] In prima parte hujus viſionis, quæ inquam prima pars incepit in princ.18. cap. & durat uſque ad illud [Et vidi beſtiam, &c.] in fine hujus 19. cap. agitur de caſu Babylonis principaliter. Et diviſa fuit in tres partes. In quarum prima actum eſt de caſu ipſius. In ſecunda de exultatione ſanctorum congratulantium Deo de vindicta aſſumpta de malis, & hæ duæ terminatæ ſunt in præced. capit. In tertia agitur de gratiarum actione, in quam prorumpunt ſancti, pro eo, quod ſeparati ſunt a malis, & hoc in iſto cap. Et ſecundum hoc jam patet, quod hoc capit. habet duas partes, in quarum prima ponitur gratiarum actio ſanctorum. In ſecunda agitur de pœna Antichriſti, *ibi* [Et vidi beſtiam, &c.] Item prima pars habet tres, quia primo agitur de gratiarum actione pro vindicta aſſumpta de malis. Secundo, gratias agunt Sancti pro ſua beatitudine, *ibi* [Gaudeamus] Ut autem oſtendatur quantus eſt ille, cui debent gratias agere, propter hoc tertio agit de Judicio, ubi maxime ſua magnitudo, & poteſtas apparebit, *ibi* [Et vidi cœlum apertum, &c.] Item in prima parte harum trium ſic procedit, quia primo ponitur laus minorum. *ibi* [Poſt hæc audivi quaſi vocem, &c.] Secundo laus majorum, *ibi* [Et ceciderunt viginti quatuor ſeniores.] Tertio, agit de mutua eorum provocatione ad laudandum, *ibi* [Et vox.] Quarto ponitur ipſa laudatio, *ibi* [Et audivi quaſi vocem tubæ.] Agens ergo de laude minorum dicit: [Poſt hæc audivi, &c.] Et dicuntur hic quatuor, Laus primo, *ibi* [Poſt hæc.] Secundo, cauſa laudis, *ibi* [Quia vera, & juſta.] Tertio, oſtendit judicia Dei eſſe vera, *ibi* [Qui judicavit.] Quarto, oſtendit judicium factum de meretrice, *ibi* [Et fumus ejus, &c.] Dicit ergo: [Poſt hæc] ideſt poſt completam damnationem malorum.

z Audivi quaſi vocem magnam] Hoc dicit, quia & vox confeſ-

Digitized by Google

confeſſionis peccati parva eſt, ideſt occulta, & vox orationis parva eſt, ſed vox laudis ipſa eſt magna, ideſt, manifeſta. *Zach.*2. Lauda, & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, dicit Dominus. *Iſ.*12. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus, &c.

a Tubarum] ideſt, ſanctorum, qui dicuntur tubæ, quia in præſenti nos invitant ad ſpirituale bellum, & in futuro ad ſolemnitatem epularum. *Mich.* 4. Venite aſcendamus ad montem Domini, ſc. ad pœnitentiam, ecce primum, & ad domum Dei Jacob, ideſt cœleſtem patriam, ecce ſecundum.

a tubarum *b* multarum in cœlo dicentium *c* alleluja: *d* Laus *e* & gloria, *f* & virtus, *g* Deo noſtro eſt, *h* quia vera, *i* & juſta judicia *k* ejus ſunt, *l* qui judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua, *m* & vindicavit ſanguinem ſervorum ſuorum de manibus ejus. *n* Et iterum dixerunt alleluja. *o* Et fumus ejus *p* aſcendit in ſæcula ſæculorum. *q* Et ceciderunt ſeniores *r* vigintiquatuor, & quatuor *ſ* animalia, *t* & adoraverunt Deum ſedentem ſuper thronum, dicentes: *u* Amen: alleluja: *x* Et vox de throno exivit, *y* dicens: *z* Laudem *a* dicite *b* Deo noſtro *c*

b Multarum] per hoc notatur, quod hæc vox eſt minorum ſanctorum, qui ſunt in multitudine. [Audivi ergo in cœlo] ideſt in Eccleſia: [Quaſi vocem magnam tubarum multarum dicentium, alleluja] Laus eſt, quæ humanis verbis explicari non poteſt, ut dicit *Gloſſ.* & eſt verbum Græcum, ut dicit *Beda*, quod idem eſt quod laus. Interpretatur enim laudate Deum, quare ergo hic ponitur laus, cum idem ſit, [Alleluja] quod prius poſitum eſt? Solut. Ad ſignificandum, quod duplex lingua Græca, videlicet, & Latina Deum erat laudatura, tacente tertia, ſcilicet Hebræa.

d Laus] pro operibus creationis.

e Et gloria] pro operibus recreationis. *Luc.*2. Gloria in altiſſimis Deo.

f Et virtus] in Judicio, quia tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & majeſtate,

g Deo noſtro eſt] Vel:

d Laus eſt Deo noſtro] pro operibus propriis.

e Gloria] pro operibus, quæ per nos facit.

f Et virtus] pro utriſque. *Iſai.* 51. Gaudium, & lætitia invenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Vel ſic: Deus noſter Chriſtus eſt. *Iſ.* 9. Et filius datus eſt nobis.

c Alleluja] igitur ipſius eſt propria, inquantum eſt Deus, tria quæ ſequuntur, inquantum eſt homo.

d Laus] in Aſcenſione, & Spir. Sancti miſſione, qui corpora noſtra ſolidavit ad patienter ſuſtinendum omnia pro Chriſto, corda implevit devotione ad eructandum verbum bonum, & ora aperuit ad laudandum. *Sap.* 10. Sapientia aperuit os mutorum.

e Et gloria [immortalitatis, & impaſſibilitatis in Reſurrectione, quando depoſita vetuſtate, caro ejus refloruit.

f Et virtus in Paſſione] quando diabolum devicit.

h Quia vera] Hic oſtendit cauſam laudis: [Quia vera] in reddendo promiſſa.

i Et juſta ſunt judicia ejus] retribuendo unicuique ſecundum merita. Primum facit in præſenti, ſecundum faciet in futuro. Unde *Iſa.*29. In loquela labii quod facit in præſenti, & lingua altera loquetur ad populum iſtum; hoc erit in futuro, ubi loquetur lingua altera, quia lingua facti.

k Qui judicavit] Hic oſtendit quomodo judicia Dei ſunt vera, per hoc, quod dicit [qui judicavit] ideſt judicavit judicio condemnationis.

l De meretrice magna] ideſt Babylone. *Jer.* 51. Vaſtavit Dominus Babylonem, & perdidit ea ex ea vocem magnam. Deinde oſtendit, quod juſta ſunt judicia Dei de ea, propter tria. Primo, quia malo exemplo alios perdidit. Unde dicit [Quæ corrupit terram.] Secundo, quia in ſeipſa vilis, & mala fuit. Unde dicit: [In proſtitutione ſua] vel quæ ſcil. fuit cuilibet in ſeipſo, vel quam alius in alio exercuit, dicit *Gloſſ.* Tertio, quia perſequebatur ſanctos. Unde dicit: [Et vindicavit] ideſt vindicabit.

m Sanguinem ſervorum ſuorum de manibus ejus] requirens eum, dicit *Gloſſ. Interl.* Unde *Ezech.*3. Sanguinem autem ejus de manu tua requiram. *Deut.*32. Sanguinem ſervorum ſuorum ulciſcetur. *Ezech.* 18. Ubi loquitur de filio latrone, & effundente ſanguinem, dicit: Sanguis ejus in ipſo erit.

n Et iterum dixerunt, alleluja] Per hanc iterationem debemus intelligere laudem eſſe æternam, ut dicit *Gloſſ. Interl.* Vel primo dictum eſt pro vindicta peccatorum illorum, quæ fecit, vel ſe proſtituendo, vel malo exemplo alios corrompendo. Secundum dicitur pro vindicta eorum, quæ fecit ſanctos perſequendo, quia ſicut dicit *Eccl.*12. Impiis, & peccatoribus reddet vindictam, cuſtodiens eos in diem vindictæ.

o Et fumus] Hic oſtenditur modus pœnæ, cum dicit; [Et fumus,] quaſi dicit, vindicavit; [Et fumus ejus, ideſt pœna.

p Aſcendit] hoc dicit, quia nunquam remittetur ſaltem poſt diem Judicii.

p In ſæcula ſæculorum] ideſt in æternum. Unde *Interl.* Æternaliter puniti ſunt. Per fumum autem deſignatur pœna, quia ſicut fumus relinquitur ex applicatione ignis ad ligna, ſic pœna relinquitur ex applicatione ignis Inferni ad peccata. Per hoc igitur, quod fumus ſemper eſt continuus igni, deſignatur, quod pœna malorum ſemper eſt æterna. *Sup.* 9. Aſcendit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ. Et *ſup.*14. Et fumus tormentorum ſuorum in ſæcula ſæculorum aſcendet.

r Et vigintiquatuor ſeniores] Hic ſecundo agit de laude majorum. Per [ſeniores] ergo intelliguntur præſules, quorum eſt judicare: per animalia prædicatores, quorum eſt alios docere: dicit ergo: [Et vigintiquatuor ſeniores] i. omnes Eccleſiæ judices [ceciderunt.]

ſ Et quatuor animalia] i. univerſi prædicatores. *Sup.* 5. Et cum aperuiſſet librum, quatuor animalia, & vigintiquatuor ſeniores ceciderunt coram Agno habentes ſinguli citharas, & phialas aureas.

t Et adoraverunt Deum ſedentem ſuper thronum] *Sup.* 4. Et cum darent illa quatuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum viventi in ſæcula ſæculorum, procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum.

u Dicentes, amen alleluja] Confirmatio pertinet ad minores: unde dicit, [Amen] Laus ad majores, unde dicit: [Alleluja] Majores enim, & ſeniores laudare debent, & non proprie confirmare. Unde in Eccleſia Carnotenſi Canonici in choro non reſpondent, amen, ne videantur minores, vel idiotæ. 1. *Corinth.* 14. Qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet, amen ſuper tuam benedictionem? Vel ſecundum *Gloſſam*: [Amen alleluja] totum refertur ad minores, quaſi dicat: Verum eſt, quod Deus ita glorioſus eſt, & ſic vere laudandus eſt, quia ita punit inimicos noſtros, ut dicit *Gloſſ.* Notandum, quod etſi utrumque, ſcilicet, & cadere, & adorare utriſque dicatur, ſcilicet & de ſenioribus, & animalibus, tamen cadere proprium eſt ſeniorum, ideſt judicum, & adorare animalium, propter duo: cadere enim eſt humiliari, & hoc convenit præſulis, quia etſi judicent, tamen debent eſſe inter alios humiles, ſecundum illud *Eccleſiaſtic. cap.* 32. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi unus ex illis. Prædicatorum vero eſt orare, & ante prædicationem, & poſt. Ante quidem, ut gratia conferatur & ſibi, & auditoribus: poſt vero, ut in audientibus verbum capiat, & firmetur, etſi quid venialiter deliquit in verbo, per orationem purgetur.

Item, quia judicium ſine novo dono poteſt recte exerceri, propter hoc Judici non ita competit orare, ſed prædicatori, quia prædicationis effectus ſine gratia non poteſt fieri, nec haberi.

x Et vox de throno] Hic tertio agit de mutua provocatione eorum ad laudem, dicens: [Et vox] ideſt admonitio.

y Exivit de throno] ideſt de Eccleſiaſticis viris, qui ſunt thronus, & ſedes Dei.

z Dicens] ad audientiam omnium.

a Laudem dicite] quia ad hoc, ſc. ad laudandum facti eſtis. *Deut.* 26. Quos creavit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam.

b Deo] qui creavit. *c* Noſtro] qui redemit. *Eccleſ.* 43. Exaltate illum quantum poteſtis, major eſt enim omni laude, exaltate eum, & replebimini virtute.

Iſa 42. Cantate Domino canticum novum, labor ejus ab extremis terræ. Et qui debent laudare Deum?
a Omnes ſancti ejus] vel [ſervi] *Eccl.*15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Pſ.*49. Peccatori autem dixit Deus, &c.
b Sancti] jam confirmati, in quibus non eſt timor ſeparationis. *Rom.* 8.

a omnes *b* ſancti ejus, *c* qui timetis Deum *d* puſilli, & magni. *e* Et audivi quaſi vocem *f* tubæ magnę, *g* & ſicut vocem aquarum multarum, *h* & ſicut vocem tonitruorum magnorum, *i* dicentium alleluja, *k* quoniam regnavit Dominus *l* Deus *m* noſter *n* omnipotens. *o* Gaudeamus, *p* & exultemus, *q* & demus *r* gloriam ei, *ſ* quia venerunt nuptię Agni, *t* & uxor ejus ſe præparavit ſe, *x* Et datum eſt illi, *y* ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti, & candido. *z* Byſſinum enim juſtificationes ſunt ſanctorum. *a* Et dixit mihi: *b* Scribe: *c* Beati qui ad cęnam nuptiarum Agni vocati ſunt.

Quis nos ſeparabit a charitate Dei?
c Et qui timetis Deum] caſto amore, nondum tamen eſtis ita perfecti.
d Puſilli, & magni] ex hoc patet, quod hic eſt mutua provocatio, & admonitio majorum, & minorum. *Iſai.* 42. Laus ejus ab extremis terræ. Hæc extrema ſunt magni, & parvi ſancti Eccleſiæ. *Eccl.*24. In multitudine electorum habebit laudem. Multitudo ſimilis eſt magnorum, & parvorum.
e Et audivi] Hic quarto ſubjungitur communis, & mutua laus, quæ recte ſequitur ad provocationem; laus autem iſta tripliciter nominatur, & dicitur quaſi vox tubæ, quia vocat ad ſocietatem ſpiritualem. Unde dicit: [& audivi quaſi vocem tubæ] ideſt eorum, qui ut tuba exaltaverunt vocem ſuam, prædicantes in mundo, & nunc jam exaltant in cœlo, ut dicit *Gloſſ.* [Tubæ] ſingulariter non tubarum, ad innuendum, quod omnes communiter laudant. Hic expreſſius ponit laudem majorum, ſicut in principio poſuerat expreſſe minorum ſanctorum. *Supra eod.* cum laudabant omnes, non dixit: [tubæ] ſed tubarum, ibi: Poſt hæc audivi quaſi vocem tubarum multarum: tubæ dico.
f Magnæ] quia Dei potentiam, vel benignitatem reſpicit. *Iſai.* 43. Populum iſtam formavi mihi laudem meam narrabit. Item ſecundo vocatur vox fluviorum ad ſignificandum, quod ex multis populis ſunt collecti. Unde dicit:
g Et ſicut vocem aquarum multarum] *Matth.* 8. Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob. Item tertio vocatur vox tonitrui, ad ſignificandum, quod ipſa eſt terribilis malis. Unde dicit:
h Et ſicut vocem tonitruorum magnorum] 1. *Regum* 4. Timuerunt Philiſthæi, dicentes: Venit Deus in caſtra, & ingemuerunt, dicentes: Væ nobis. *Sap.* 5. Videntes turbabuntur timore horribili. *Geneſ.* 28. Quam terribilis eſt locus iſte.
i Dicentium, alleluja] ideſt laudare debemus.
k Quoniam regnavit] nunc aperte, licet ante occulte, & videbantur impii regnare, [Dominus Deus noſter omnipotens.] Quater autem ponitur [Alleluja] in hoc capitulo, & hoc ſecundum triplicem laudem ſanctorum minorum ſcilicet, & majorum, & communis laudis ſimul omnium. Primo autem duplicavit: [Alleluja] ad ſignificandum, quod omnes laudes eorum durabunt in æternum, ſic quadrupliciter eſt poſitum. Vel poſuit quater, propter laudem Trinitatis, & unitatis. Vel quatuor effectus ejus circa nos, qui reſpondent quatuor nominibus, quæ ſubjungit, dicens:
k Quoniam regnavit Dominus] qui creavit.
l Deus] qui gubernare non deſiſtit.
m Noſter] qui nos redemit.
n Omnipotens] qui judicabit omnes: tunc enim apparebit ſua potentia, & propter hoc dies Judicii dicitur dies Domini. Sequitur.
o Gaudeamus] Secunda pars primæ partis capit. in qua agunt gratias ſancti, & laudant pro ſua beatitudine, ſicut in præcedenti laudabant pro malorum ultione. Dicuntur autem hic quinque. Primo ponitur laus de particulari ſingulorum beatitudine. Secundo, de communi omnium glorificatione, ibi: [Quia venerunt] Tertio, præcipitur Joanni, ut ad illam beatitudinem invitet, & invitationem ſcribat, ibi. [Et dixit mihi, ſcribe] Quarto, pro tanto officio revelationis Domini Joannes obnoxius revelanti cadit, ut eum adoret, ibi: [& cecidit] Quinto, prohibetur hoc facere, eique oſtendatur quem debeat adorare, & quare, ibi: [& dixit mihi: Vide ne feceris] Dicit ergo [Gaudeamus] propter dotes animæ.
p Et exultemus] propter dotes corporis.
q Et demus] propter prædicta.
r Gloriam ei] quod facimus, ſi totum bonum, quod habemus ei attribuimus, ut auctori. *Iſ.* 26. Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine. *Gloſſ.* Nos habere omnia a Deo reputemus. 1. *Cor.* 4. Quid habes, quod non accepiſti? Hic ergo ponitur laus de particulari ſingulorum beatitudine.
ſ Quia venerunt] ſecundum quod dicitur hic, eſt laus de communi omnium beatitudine. Et habet tres particulas. Primo enim dicitur de communi gaudio communis beatitudinis. Secundo, oſtenditur unde iſta communis beatitudo, quia ex præparatione uxoris, ibi: [& uxor, &c.] Tertio, oſtenditur unde præparatio uxori, quia non a ſe, ſed hæc etiam data eſt, ibi [& datum eſt illi, &c.] Dicit ergo [Quia venerunt] q.d. etſi pro particulari beatitudine noſtra eſt gaudendum, magis adhuc tamen, & pro communi [Quia venerunt nuptiæ Agni] ideſt conjuncta eſt Eccleſia Chriſto. Harum nuptiarum ſponſalia ſunt contracta in Incarnatione Filii, ſolemnitas celebrata eſt in Paſſione per cauſam, & in Aſcenſione per effectum, modo vero colligitur ſponſa in thalamum ſponſi particulariter, ſed in fine ſæculi univerſaliter. Hæ nuptiæ ſignificatæ ſunt. *Eſth.* 2. Quando Rex Aſſuerus conjuncta ſibi Eſther, requiem dedit univerſalibus Provinciis, ac dona largitus eſt juxta magnificentiam principalem. Sed modo celebrantur nuptiæ in Cana Galilææ. *Jo.* 2. Cana, zelus, vel poſſeſſio interpretatur, Galilæa volubilis, vel rota. Modo enim homines maritali affectu diligunt temporalia. Unde viri divitiarum dicuntur *Pſ.*75. Sed ibi deficit vinum, nec habetur niſi per Mariam, i. per vexationem, & pœnitentiam. Vertat Jeſus aquam tribulationis in vinum contritionis. *Iſ.* 28. Sola vexatio tantummodo intellectum dabit. Alioquin vertentur nuptiæ in luctum. 1. *Mach.* 9.
t Et uxor] Hic eſt ſecundum, ubi oſtendit, unde iſta communis beatitudo, quia ex *præparatione uxoris*. Unde dicit: [Et uxor ejus] ideſt Eccleſia.
u Præparavit ſe] i. ſe fecit idoneam, ut ab eo reciperetur. *Amos* 4. Præparare in occurſum Dei tui. Hæc præparatio eſt per libertatem arbitrii. *Matt.*25. Quæ paratæ erant intraverunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt janua. Et hoc, ut ſit continuum gaudium in cœlo, quia boni inde non exibunt, nec mali intrabunt. *Inf.*21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, nec abominationem faciens. Sed quia liberum arbitrium non ſufficit ad hoc, propter hoc ſequitur.
x Et datum eſt illi] Et eſt hic tertium, ubi oſtendit unde præparatio fiat illi, quia a Deo. Unde dicit: [Et datum eſt illi] a Deo, a quo omne datum optimum, &c. *Jacob* 1. Quia 1. *Cor.* 4. Quid habes quod non accepiſti.
y Ut cooperiat ſe byſſino ſplendenti] *Deut.*10. Amat peregrinum, & dat ei victum, & veſtitum. In ſignum hujus Rebecca tollens pallium cooperuit ſe. *Gen* 24. Byſſinum autem eſt veſtis de byſſo lino Ægypti candidiſſimo. Eſt ergo operimentum uxoris agni in ſe candidum, ſed ad alios ſplendidum. *Iſ.* 35. Gloria Libani data eſt ei, i. juſtificatio animæ, & decor Carmeli, hæc eſt bona converſatio exterior. In primo notatur candor in ſe, in ſecundo ſplendor ad alterum. Exponit autem quid ſit byſſinum, dicens:
z Byſſinum enim, &c.] quaſi bene dixit, quod cooperta eſt ſponſa byſſino ſplendenti: [Byſſinum enim juſtificationes ſanctorum ſunt. Nullis enim maculis fuſcatur ſanctorum conſcientia. Seq.
a Et dixit mihi, &c.] Hic tertio præcipitur Joanni, ut invitet ad nuptias, & invitationem ſcribat, dicens:
b Scribe] Et quid? Hoc
c Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt] vocatione, ſcilicet prædeſtinationis. *Luc.* 14. Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. Et ſignanter dicit. [Ad cœnam] quia de cœna nullus excluditur, ſed de prandio expelluntur multi. *Matth.* 22. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Prandium eſt gratia Eccleſiæ, ſed cœna erit gloria cœleſtis patriæ. Et dicit [Agni] non Herodis, ubi decollatus eſt Joannes. *Marc.* 6. & *Matt.* 13.

e Et dicit

Digitized by Google

a Et dixit mihi] Quia ſcribere præceperat, & quid eſſet ſcribendum dixerat, propter hoc adhuc oſtendit, quare ſcribendum, quia

b Hæc verba Dei vera ſunt] Quia igitur [vera] ſcribenda, & quia [Dei] ſunt vera. *Matth.*11. Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

a Et dixit mihi: Hęc verba *b* Dei vera ſunt. *c* Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum. *d* Et dixit mihi. *e* Vide ne feceris: conſervus *f* tuus ſum, & fratrum tuorum habentium *g* teſtimonium Jeſu. *h* Deum *i* adora. Teſtimonium enim Jeſu eſt ſpiritus prophetię. Et vidi cœlum apertum, k & ecce *l* equus albus, *m* & qui ſedebat *n* ſuper eum, *o* vocabatur fidelis, & verax, *p* & cum *q* juſtitia judicat, *r* & pugnat. *ſ* Oculi autem ejus ſicut *t* flamma ignis, *u* & in capite

c Et occidi] Hic quarto *Jo.* vult reddere gratiam pro gratia, dicens [& cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum,] q.d. ei, quem me majorem intellexi, obedire volui, ſecundum illud: Majori cede. *Lev.* 19. Coram cano capite conſurge, & revereatis perſonam ſenis, & time Dominum Deum tuum. Hoc exemplo monuit nos obedire majoribus noſtris, ſicut & Dominus *Luc.*2. Et erat ſubditus illis. *Eccl.*4. Melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

Infr. 21.

C

d Et dixit mihi: Vide] Hic quinto prohibetur Joannes adorare Angelum, qui hoc ei oſtendebat. Unde dicit:

e Vide ne feceris] quod propoſuiſti, i. ne me adoraveris. Et quare hoc prohibet oſtendit, dicens:

f Conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum] quaſi ego, & tu, & fratres & unius Dei ſervi ſumus. Sed quia ſunt fratres natura, & fratres gratia, ſubjungit, de quibus intelligit, ſc. de illis, qui per gratiam ſunt fratres, dicens: *g* Habentium] ſc. fratrum [teſtimonium Jeſu] i. gratiam, quæ teſtificatur ipſos eſſe ſervos Jeſu. Et notandum, quod in veteri Teſtamento Angeli permiſerunt ſe adorare, ſicut legitur *Joſ.* 5. Quod Joſue adoravit Angelum, & dixit ei: Noſter es, an adverſariorum? Sed in novo non, ſicut patet hic. Et quæritur quare hoc? Sol. Quia jam vident noſtram naturam ſuper ſe in Chriſto homine exaltatam, unde & timent ab homine adorari. Quia vero ſe adorari prohibuit Angelus, ſtatim oſtendit quis ſit adorandus, quia Deus & in hoc quodammodo cauſam exprimit, quare ſe non permiſit ab homine adorari, dicens: *h* Deum adora] quem omnipotentem, & Dæmones adorant. *Matt.*4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies, & ſubdit cauſam quare Deus ſit adorandus. *i* Teſtimonium enim Jeſu eſt ſpiritus Prophetiæ] i. quicquid dixerunt Prophetæ teſtimonium perhibet de Chriſto. Unde 2.*Pet.*1. Firmiorem habemus propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes. Et paulo poſt: Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Sp. ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Et Sp. ſanctus de Jeſu teſtimonium perhibet. *Jo.* 15. Cum autem venerit Spiritus veritatis, ille teſtimonium perhibebit de me.

k Et vidi cœlum apertum, &c.] Tertia pars primæ partis cap. in qua agit de Judicio, ut oſtendat quantus eſt ille, cui gratiæ ſunt agendæ, ſc. Chriſtus, cujus poteſtas tunc maxime apparebit. Ut autem quantus ſit, & verius appareat, agit primo de poteſtate, quam habuit in primo adventu. Secundo de poteſtate, quam habebit in ſecundo adventu, hoc eſt, in Judicio, ibi [& de ore ejus procedebat gladius, &c.] Tertio monentur fideles, ut Chriſto adhæreant, ut ſic poſſint vitare pœnas malorum, & adipiſci gaudia ſanctorum, ibi [& vidi unum Angelum ſtantem in Sole, &c.] In prima parte dicuntur quatuor. In primo ponitur effectus adventus Chriſti in carne. Secundo commendatur Chriſtus, qui conſecutus eſt hunc effectum, ibi [& ecce equus albus, &c.] Tertio oſtendit, per quid conſecutus eſt, quia per meritum Paſſionis, ibi [& veſtitus erat] Quarto, qui ſunt participes illius effectus, ibi [& exercitus, qui ſunt in cęlo, &c.] Dicit ergo [& vidi] Continuatur pars iſta ad præcedentia, quia hic agit de potentia Chriſti, ut ſic oſtendat quantus, & qualis eſt, cui debent gratiæ agi, vel qui debent laudari, & ſic magis excitentur ad laudem. Vel ſecundum *Gl.* continuatur ad ſequentia ſic. Quia dicturus eſt de damnatione Antichriſti, & ſuarum, poſſet aliquis quærere, quare damnabuntur. Reſpondet *Gl.* Quia pugnaverunt contra Chriſtum, qui tam potens eſt, quod eos devicit, & propter hoc ipſius potentiam hic deſcribit: [& vidi cœlum apertum, &c.] Ad litteram januam cœli apertam, quæ prius fuerat clauſa. *Gen.* 3. Et collocavit ante Paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem. Per hoc, quod Cherubin, qui interpretatur plenitudo ſcientiæ, ponebatur ante Paradiſum, ſignificatum eſt, quod janua non aperiretur, niſi per filium Dei, qui eſt Patris ſapientia. Item, quia gladius flammeus, ſignificabatur, quod nonniſi per charitatem aperiretur. Vel [cœlum] ſanctos, in quibus ſunt Dei myſteria, quaſi in cęlo cęlata. *Ezech.* 1. Cum eſſem juxta fluvium Chobar, aperti ſunt cœli. *Gl.* Myſteria revelata, quod homo poſſit aſcendere cœlum, & cognoſcere Deum. Et concordat primæ expoſitioni. Sed quis aperuit? Chriſtus. Unde ſeq. *Sup.* 1 & 2.

l Et ecce equus albus] Hic dicuntur quatuor. Primo deſcribitur Chriſtus a conditione utriuſque naturæ, humanæ ſcilicet, & divinæ. Secundo a potentia, quam habet ſecundum utramque naturam, ibi [& cum juſtitia judicat.] Tertio oſtenditur, unde habet hanc potentiam, ibi [& in capite ejus diademata multa, &c.] Quarto, quod ipſe ſingulariter habet hanc potentiam, ibi: [Habens nomen ſcriptum, &c.] Dicit ergo: [& ecce equus,] ideſt caro Chriſti portans ad bellum contra Diabolum verbum Dei, quia *Iſa.* 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem levem, ideſt, ſuper carnem, ſicut ſuper equum.

m Albus] quia ſine fuſcatione peccati. *Cantic.* 5. Dilectus meus candidus, &c. De hoc equo *Prov.* 21. Equus paratur ad diem belli, Dominus autem ſalutem tribuet, ideſt, divinitas.

n Et qui ſedebat ſuper eum] ſc. divinitas ſuper carnem. Et in hoc oſtenditur, quod ipſe ſecundum divinitatem major eſt ſeipſo ſecundum carnem.

o Vocabitur fidelis] in primo adventu.

p Et verax] Hoc magis in ſecundo, quia tunc plene facient retributiones meritorum, tam bonis ſcilic. quam malis. Tamen utrumque referri poteſt ad utrumque adventum. *Deut.*32. Deus fidelis, & abſque ulla iniquitate juſtus, & rectus. *Jo* 3. Qui autem acceperit ejus teſtimonium, ſignavit, quia Deus verax eſt. [Fidelis] *Gloſſ.* Quia promiſſa implet. [Et verax] quia ipſe veritas, & veraces facit.

q Et cum juſtitia] Hic deſcribit, vel commendat Chriſtum a potentia quam habet ſecundum utramque naturam. Et primo determinat, quid poſſit ſecundum divinam naturam, dicens: [& cum juſtitia judicat.] *Gloſſa.* Unicuique reddit juxta opera ſua. Ex vi aſſociativæ præpoſitionis poteſt concludi, quod in Judicio ejus juſtitia non erit ſola. Et hoc eſt verum, quia etiam in Inferno erit miſericordia relaxans, etſi non liberans. Sed quia magis apparebit juſtitia, quam miſericordia, propter hoc ponitur in aſſociatione, & cum juſtitia nominatur. *Roman.*2. In die iræ, & revelationis juſti Judicii Dei.

r Et pugnat] modo pro membris ſuis. *Exod.* 14. Fugiamus Iſraelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et in *eod.* Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, ideſt, diabolo loquenti vobis non reſpondebitis: loquitur enim diabolus homini, ſuggerendo malum, ſed homo reſpondet ei, quando conſentit. Vel [pugnat] ideſt, pugnabit in die Judicii contra malos, condemnando ipſos. *Sap.* 1. Et de ore ejus gladius ex utraque parte acutus exibat. *Sap.*5. Pugnabit pro eo orbis terræ contra inſenſatos.

ſ Oculi autem ejus] Hic determinatur ejus potentia ſecundum humanam naturam, quæ potentia eſt plenitudo gratiæ. Unde dicit: [Et oculi ejus,] ideſt, dona Spiritus ſancti, vel gratia ſunt.

t Sicut flamma ignis] comburens vitia, accendens affectum, & illuminans intellectum. *Zachar.* 3. Super lapidem unum ſeptem oculi ſunt. De hoc *ſupra primo.* Oculi ejus tanquam flamma ignis. Vel [oculi] ſunt prælati, qui debent aliis prævidere, ſicut oculus prævidet toti corpori. *Cant.*5. Oculi ejus ſicut columbæ ſuper rivos aquarum: ibi enim eſt columba, ut bibat, & a rapacibus avibus ſibi prævideat, & rivi aquarum ſunt flumina ſcripturarum. *u* Et in capite ejus] Hic tertio oſtendit unde principaliter habet hanc poteſtatem, quia a divinitate, quæ eſt caput Chriſti. 1.*Cor.*11. Caput Chriſti Deus. Et quicumque aliquid poſſunt ab ea, habent quod poſſunt. *Sap.*5. Accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini. *Sap.* 18. Magnificentia tua in diademate capitis illius ſcripta erat. Dicit ergo: [Et in

a capite ejus, i. in divinitate. *a* Diademata multa] quia venit pugnare contra beſtiam, quæ habebat capita ſeptem, & decem diademata. *Sup.* 12. & 13. Super cornua ejus decem diademata. Hanc beſtiam Chriſtus in ſua Paſſione devicit, ſecundum quod ſignificatum eſt. 1.*Par.* 20. Tulit David coronam de capite
Is. 62. Melchon, qui interpretatur rex eorum, & ſignificat
B diabolum, quem humiliavit Chriſtus, & invenit in ea auri pondo talentum & pretioſiſſimas gemmas, & fecit inde ſibi diadema. Quaſi coronam ſibi fecerat diabolus de his, quos ſub ſervitute tenebat, quam tolit ab eo Dominus, quando ſua Paſſione genus humanum liberavit, & multos inveniт ferventes auro charitatis, & fulgentes pretioſitate ceterarum virtutum, quos omnes in filios adoptavit; & ſic quaſi diadema ſibi fecit. *Prov.* 17. Corona ſenum filii filiorum. Et dicit pluraliter [Diademata multa,] propter ſanctos diabolum devincentes per auxilium, & virtutem Dei, quorum ſinguli ſunt ei diademata, & coronæ. *Cant* 4. Coronaberis de capite Amana, qui interpretatur iniquus, de vertice Sanir, qui interpretatur Deus luminis, vel novitatem extollens, & Hermon, qui interpretatur anathema mœroris, vel triſtitiæ, & ſignificant hæc omnia diabolum, de cujus capite coronantur ſancti, quando caput ejus conterunt, & peccatores ei auferunt.

ejus diademata *a* multa, *b* habens nomen ſcriptum *c* quod *d* nemo *e* novit *f* niſi ipſe. *g* Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur *h* nomen ejus, Verbum Dei. *i* Et exercitus, qui k ſunt in cœlo ſequebantur *l* eum in equis *m* albis, n veſtiti byſſino *o* albo, & mundo, *p* & de ore *q* ipſius *r* procedit *ſ* gladius ex utraque parte acutus, ut in ipſo *t* percutiat Gentes, Et *u* ipſe reget eas in virga ferrea, *x* & ipſe calcat *y* torcular vini furoris iræ *z* Dei omnipotentis,

b Habens nomen] Hic oſtendit, quod Chriſtus ſingulariter prædictam habet poteſtatem, nec a Chriſto ejus membra excluduntur. Unde dicit [Habens nomen] quod eſt Deus homo Emanuel. *Iſai.* 7. Et vocabitur nomen ejus Emanuel, ideſt nobiſcum Deus.

c Scriptum] Nomen enim Dei ſcriptum fuit in carne, quando Verbum caro factum eſt. *Jo.*1. Quod ſcripſit beata Virgo, cum dixit: Ecce ancilla Domini, &c. *Luc.*1 Statim enim ad hoc verbum formatus eſt verus homo Chriſtus in ſuo utero, & Deus unitus humanitati. Unde ipſa proprie poteſt dicere illud *Pſ.* 44. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Hanc velocitatem ſcribendi non habent aliæ mulieres in conceptu ſuo, quia virtus informativa figuram conferens pueri ante quintam ſeptimanam poſt receptionem ſeminis in matrice non agit in ipſum ſemen ad informationem. Et hoc verum eſt ſi puer debeat naſci in ſeptimo menſe, quia ſi in nono vel decimo debet naſci, non incipit informativa agere uſque in ſeptima ſeptimana, ſicut dicit Macrobius. Nomen dico, *d* Quod nemo] Infidelis.

e Novit] vere deguſtando ejus ſaporis dulcedinem.

f Niſi ipſe] & ſui per eum. Vel [nemo novit] plene, [niſi ipſe] *Gen.*32. Cum quæris nomen meum, quod eſt mirabile. *Iſ.*53. Generationem ejus quis enarrabit?

g Et veſtitus] Tertia particula tertiæ partis hujus totius [Et vidi cœlum, &c.] ubi oſtenditur, per quid Chriſtus hunc effectum eſt conſecutus, quia merito Paſſionis. Unde dicit [Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine.] Ad litteram paſſa carne. *Iſ.*63. Quare rubrum eſt indumentum tuum. Et reſpondetur, *Iſ.* 59. Indutus eſt veſtimentis ultionis, & hoc fuit in Incarnatione, & opertus eſt quaſi pallio cœli, hoc fuit in Paſſione. Vel veſtem aſperſam ſanguine, vocat Martyres, qui ſuum ſanguinem fuderunt pro Domino. *Pſ.*78. Effuderunt ſanguinem ipſorum, &c. & *Gen.* 49. Lavabit in vino ſtolam ſuam, & pallium ſuum in ſanguine uvæ.

h Et vocabatur nomen ejus Verbum Dei] quo Deus Pater omnia fecit. Hoc eſt verbum, per quod facta ſunt omnia, ſc. per ipſum, *Jo.*1. Item hoc eſt Verbum, quod Patrem occultum nobis nunciavit. *Jo.* 1. Unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris nobis enarravit illum. Et *Jo.* 17. Pater manifeſtavi nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi de mundo.

i Et exercitus] Quarta particula, ubi oſtendit, qui ſunt participes illius effectus, dicens: [Et exercitus] Martyrum, vel omnium fidelium,

k Qui ſunt in cœlo,] ideſt, in Eccleſia & numero, & merito. Vel.

l Exercitus] non qui ſunt in pace, & requie, & otio, ſed ſunt in militari exercitio, pugnantes contra mundum, carnem, & diabolum, & hoc non pro terrenis, vel vanis, ſed

k Qui ſunt in cœlo] ideſt pro cœleſtibus habendis, quia regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Matth.* 11. Hi inquam.

l Sequebantur eum] per viam paupertatis, humilitatis, & manſuetudinis, ſedentes, ſupple.

m In equis albis] i. ſervantes ſummopere munditiam carnis, *ſup.* 14. Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt, & ſequuntur Agnum quocumque ierit. Vel [in equis albis] i. ad exemplum equorum, ſanctorum videlicet Apoſtolorum, qui fuerunt equi Domini fræneti per obedientiam, ſed albi per innocentiam, & munditiam. *Zach.*10. Viſitavit Dominus exercituum gregem ſuum, domum Juda, & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Sup. 1. De pro. 1. et inc. Sup. 1. Pſ. 1.

n Veſtiti byſſino] ideſt corporibus ad juſtitiam præparatis.

o Albo] ideſt albatis per munditiam. [Et mundo] ideſt mundis per intentionem rectam. Sequitur.

p Et de ore ejus] Hæc ſecunda pars illius totius [& vidi cœlum, &c.] In qua agit de poteſtate quam habiturus eſt Chriſtus in ſecundo adventu, ſc. in judicio. Et dicuntur hic duo. Primo deſcribit quam potentiam habebit tunc Chriſtus. Secundo oſtendit, quod non ſolum in divinitate, ſed in humanitate habebit eam, ibi [Et ipſe calcat, &c.] Dicit ergo.

r Et gladius ex utraque parte acutus] i. ſententia divina incidens animas, & corpora.

ſ Procedit] i. procedet in die Judicii [de ore ipſius] Chriſti, ſc. *Ezech.* 5. Sume tibi gladium acutum radentem pilos. Et *Ezech.* 21. Gladius exacutus eſt. Bis dicit gladius, quia in malis punientur & malæ cogitationes mentis, & pravi motus corporis, ut dicit *Gloſſ.* Vel hic gladius, ſecundum *Gloſſ.* eſt ſcientia utriuſque teſtamenti.

t Ut in ipſo percutiat gentes] in præſenti, quoſdam quidem ad mortem, quoſdam ad vitam, ut dicit *Gloſſ.* Et hoc competit utrique expoſitioni præmiſſæ, quia & gladius Scripturæ, & gladius extremæ ſententiæ, quoſdam percutit, & facit timere, & propter hoc corriguntur; quoſdam percutit, ſed percuſſi non timent, ſed negligunt, & hi occiduntur.

u Et ipſe reget eos in virga ferrea] i. inflexibili juſtitia. Hoc refertur ad futurum. *Eccl.*11. Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Modo quidem virga Chriſti lignea eſt, vel viminea, ſed tunc erit ferrea. Vel poteſt exponi de præſenti moral. ubi ſancti ducuntur de virtute in virtutem per divinam correctionem, mali vero de vitio in vitium; unde flagellum Domini, quo hic regit, ſanctis virga correctionis, ſed malis ferrum obſtinationis. Moral.

x Et ipſe calcat, &c.] Hic oſtendit, quod hanc potentiam habebit Chriſtus, etiam in humanitate, oſtendens primo cauſam hujus, quæ eſt, quia moriens in carne mortem deſtruxit, & reſurgens vitam reparavit. Per [torcular] autem [vini furoris, & iræ] intelligitur pœnalitas opprimens, quam contrahimus a peccato primi hominis, & hæc eſt duplex, ſc. mors æterna, & mors temporalis. Prima eſt, vinum furoris, ſed ſecunda vinum iræ. Primam deſtruxit re, quia modo ſancti evolant in cœlum. Secundam deſtruxit dupliciter, jam re in ſeipſo, ſed ſpe in nobis. Dicit ergo. *x* Et ipſe calcat] Poteſt continuari ad præcedens ſic: Merito puniet tunc malos, qui in præſenti potuiſſent evaſiſſe mortem, ſi voluiſſent. [Et] ideſt, quia [ipſe calcavit] deſtruxit, ſc. aut re, aut ſpe. *y* Torcular vini furoris iræ] ideſt mortem æternam, quæ dicitur furor, & mortem temporalem, quæ dicitur ira. *z* Dei omnipotentis] Hoc dicit, quia juſto judicio ex peccato primi hominis veniente judicavit. Vel [torcular] poteſt dici fomes peccati, & hoc, quia animam deprimit, unde dicitur lex membrorum. Et dicitur [vini] quia per aliquam delectationem trahit, & decipit, per cujus dominium continua fuit ira Dei in totum genus humanum. Et furor ſecundum *Gl.* continuatio eſt iræ, donec ipſum calcavit Dominus debilitando per virtutem Paſſionis ſuæ. Unde *Iſ.* 63. Torcular calcavi ſolus. Moral. autem [Torcular] ſecundum *Gl.* dicitur tribulatio, in qua Dominus dum poſitos Moral. ſanctos calcat, in gratia eos ampliat, ut de vino furoris,

& iræ

& iræ fiant vinum reponendum in cellatio Dei.

a Et habet in veſtimento ejus] Hic ponit effectum cauſæ, quam præmiſit, & quaſi concludit, quod quia ſic torcular calcavit, meruit in humanitate habere potentiam judicandi. Unde dicit [Et] ideo [in veſtimento] ideſt, in humanitate.

a habet in veſtimento *b* & in *c* femore ſuo *d* ſcriptum : *e* Rex regum, & Dominus dominantium. Et vidi unum *f* Angelum *g* ſtantem in Sole, & *h* clamavit voce *i* magna, dicens k omnibus *l* avibus, quæ volabant per *m* medium cœli : *n* Venite, & congregamini *o* ad cœnam *p* magnam Dei, *q* ut manducetis *r* carnes regum *ſ* carnes tribunorum, *t* & carnes fortium, *u* & carnes equorum, *x* & ſedentium in ipſis, *y* & carnes omnium liberorum, *z* ac ſervorum, *a* & puſillorum, *b* ac magnorum. *c* Et vidi beſtiam, *d* & reges terræ, *e* & exercitus *f* eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, *g* qui ſedebat in equo, *h* & cum exer-

Apoc. 17. & 1. Tim. 6. *b* Et] ideſt.

c In femore ſuo] i. in carne, vel humanitate, quam habuit propagatam ex Patrum progenie, quæ per femur ſignificatur habebat.

D *d* Scriptum] indelebiliter hoc, quod ſequitur.

e Rex regum, & Dominus dominantium] quaſi ſecundum humanitatem Rex, Dominus eſt omnium dominorum. Unde *Pſ.* 50. Deus deorum Dominus locutus eſt. *Phil.* 2. Quia humiliavit ſe, factus obediens uſque ad mortem, dedit illi Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, & conſtat, quod in humanitate mortuus eſt, & exaltatus, non in divinitate. Vel poteſt legi copulative ſic [& habebat ſcriptum in veſtimento] i. in humanitate, [& in femore] i. in patribus, a quibus deſcendit, ſcriptum per promiſſiones, quod ipſe eſſet [Rex regum, & Dominus dominantium] *Gl.* Moralit. appellat

Moral. veſtimenta, corda fidelium, in quibus ſcriptum eſt calamo fidei, quod ipſe Chriſtus eſt [Rex regum] ideſt, ſanctorum, qui ſe, & alios bene regunt, quorum tamen ipſe eſt rex, quia omnes ſancti ei comparati quaſi nihil ſunt. *Iſ.* 40. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum, & inane ſic reputatæ ſunt.

f Et vidi unum Angelum, &c.] Hæc eſt tertia pars illius totius: [Et vidi cœlum apertum, &c.] In qua poſtquam de judicio locutus eſt, monentur fideles, ut Chriſto adhæreant, & ſic poſſint vitare pœnas malorum, & aſſequi gaudia bonorum. Dicit ergo: [Et vidi unum Angelum,] ideſt univerſitatem prædicatorum.

g Stantem in Sole,] ideſt, prædicantes publice. Vel [ſtantem in Sole] ideſt plenitudine cognitionis Dei, & amoris, vel in lumine intelligentiæ Scripturarum, & in calore zeli animarum, ſicut Sol, & calorem reddit, & lumen. Et ei, qui talis adhuc non eſt, non debet aperiri porta prædicationis, etiamſi lumen ſcientiæ habeat ſine calore zeli. Unde *Neem.* 7. Non aperiantur portæ Jeruſalem uſque ad calorem Solis.

h Et clamavit] In hoc exprimitur actus.

i Voce magna] per Scripturas confirmata : illa enim vox prædicatoris parva eſt, quæ non fulcitur Scripturis.

k Dicens omnibus avibus] ideſt ſanctis, qui leves ſunt, & agiles in promotione boni. *Baruch.* 3. Qui in avibus cœli ludunt.

l Quæ volant] pennis virtutum.

m Per medium cœli] ideſt, communitatem Catholicæ fidei, quæ eſt in cœlo Eccleſiæ militantis. Vel [quæ volant] alis contemplationis. Quæ ſunt ſex. Vacatio, tuitio, admiratio, dilectio, delectatio, anhelatio. [Per medium cœli] ad litteram, diſcurrendo per ordines Angelorum, & rimando quantus ardor ſit in Seraphin, quanta lux in Cherubin, quanta diſcretio in Thronis, & de aliis. Contemplando etiam cuneos Prophetarum, chorum Apoſtolorum, ſcriptoria Evangeliſtarum, cunas Innocentium, turmas Sanctorum, exercitus Martyrum, collegia Confeſſorum, choreas Virginum, contubernia Matronarum, thoros Conjugatorum, Conventus Prædicatorum, cœnobia Monachorum, inde tranſire ad mare, quod receptivum eſt omnium fluminum, ideſt ad Beatam Virginem, in qua intrant flumina omnium gratiarum, quo tranſito venitur ad terram promiſſionis, Dominum ſcilicet Jeſum Chriſtum, qui revera fluit lacte humanitatis, & melle divinitatis. Ibi colligendi ſunt fructus, qui deferantur ad filios Iſrael habitantes in tabernaculis, palmites ſcil. cum vite unde elicіatur vinum dilectionis Dei, quo potati, & inebriati obliviſcamur terrena. Item ficum ſpiritualis dulcedinis, qua guſtata toto animi voto deſiderantes anhelent ad æterna. Item malogranatum ordinatæ, & fervidæ converſationis, qua feſtinent ingredi in illam requiem, aſpirantes ad martyrium, ut ſic per multas tribulationes ſequantur Domi-

num, & tandem introducantur in regnum. Hæc tria detulerunt exploratores de terra promiſſionis ad populum, qui erat in Pharan, ſicut legitur *Num.* 13. Vel qui volant ſpirituali intelligentia [per medium cœli] ideſt per concordiam novi, & veteris Teſtamenti, ſicut faciunt ſancti Prædicatores, quia hæretici ſunt in extremis. Unum tamen extremum tenent Judæi, qui non recipiunt novum Teſtamentum. Aliud extremum tenent hæretici, qui non recipiunt vetus. Unde quia ſunt in extremis, cum virtus ſit in medio extrema eorum luctus occupabit. *Prov.* 14. Et quid dicunt prædicatores, vel quid dicit Angelus. Hoc ſcilicet.

n Venite] per fidem.

o Congregamini] per bonam operationem. Vel:

n Venite] bene operando *Jac.* 4. Appropinquate Deo.

o Congregamini] per fidei, & ſpei, & charitatis unitatem.

p Ad cœnam magnam † Dei] intranſitive, ideſt ad ipſum † Deum, qui erit cœna, & refectio magna vobis : ipſe enim eſt panis vivus, qui de cœlo deſcendit. *Joann.* 6. al. † agni al. † agni Dei.

q Ut manducetis] delectando, non in pœna, ſed in Dei vindicta.

r Carnes regum] ideſt majorum in dignitatibus ſæculi.

ſ Et carnes tribunorum] inferiorum in poteſtate, & nobilitate.

t Et carnes fortium] in corpore, vel mediocrium in poteſtate.

u Et carnes equorum] ideſt ſubditorum aliis.

x Et ſedentium in ipſis] ſcilicet Prælatorum Eccleſiaſticorum.

y Et carnes liberorum] i. eorum, qui a juſtitia ſunt liberi, quales ſunt multi clericorum, qui faciunt ſuam libertatem velamen malitiæ.

z Ac ſervorum] peccati ſcilicet.

a Et puſillorum] ideſt accidioſorum, quales ſunt multi Religioſi.

b Ac magnorum] per elationem ſuperbiæ, aut ſua reputatione. Et hoc totum ſumptum eſt de *Ezech.* 39. Dic omni volucri cœli, & univerſis avibus, cunctiſque beſtiis agri. Convenite, concurrite, properate undique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem ſuper montes Iſrael, ut comedatis carnes, & bibatis ſanguinem, carnes fortium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis, arietum, agnorum, taurorum, & altilium, & pinguium omnium, & comedetis adipem in ſaturitate, & bibetis ſanguinem in ebrietate de victima, quam ego immolabo vobis, & ſaturabimini ſuper menſam meam de equo, & de equite forti, & de univerſis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.

c Et vidi beſtiam, &c.] Hæc eſt ſecunda pars hujus c. & etiam ſecunda pars hujus viſionis, quæ incepit 38. *cap.* Et agitur in hac parte ſpecialiter de pœna Antichriſti, & ſuorum. Et dicuntur hic quatuor. Primo cauſa pœnæ Antichriſti, & ſuorum, quæ eſt pugna eorum contra Dominum. Secundo pœna, quæ eſt mors æterna, ibi: [Et apprehenſa eſt beſtia, &c.] Tertio modus pœnæ, qui eſt quod vivi ſunt cruciati: ibi [Vivi miſſi ſunt hi duo in ſtagnum,] Quarto gaudio ſanctorum de eorum damnatione, ibi [Et omnes aves ſaturatæ ſunt carnibus eorum.] Dicit ergo: [Et vidi beſtiam] ideſt, Antichriſtum crudelem, & effrænatum.

d Et reges terræ] i. Apoſt. ejus ſola terrena quærentes.

e Et exercitus eorum] ideſt omnes ei ſervientes.

f Congregatos ad faciendum prælium cum illo] i. contra illum.

g Qui ſedebat in equo] ideſt contra Chriſtum.

h Et cum exercitu ejus] i. contra exercitum ejus, ſcil. contra ſanctos. *Dan.* 11. Magnificabitur adverſus omnem Deum, i. adverſus ſanctos, & adverſus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia. Hoc autem prælium erit per tria, ſc. blaſphemias, perſecutiones, & miracula. *Matth.* 24. Surgent enim pſeudo-Chriſti, & pſeudo-Prophetæ, & dabunt ſigna magna, & prodigia.

citu ejus. *a* Et apprehenſa eſt *b* beſtia, & cum ea pſeudo-prophetę, *c* & qui fecit ſigna coram ipſo, *d* quibus ſeduxit eos, qui acceperunt characterem beſtię, *e* & qui adoraverunt imaginem *f* ejus. Vivi miſſi ſunt hi duo *g* in *h* ſtagno ignis ardentis, & *i* ſulphuris, *k* & ceteri *l* occiſi ſunt *m* in gladio *n* ſedentis ſuper equum, qui procedit de ore ipſius, & omnes *o* aves *p* ſaturatæ ſunt carnibus eorum.

C A P. X X.

ET vidi *q* Angelum *r* deſcendentem de cęlo *ſ* habentem clavem abyſſi, *t* & catenam magnã in *u* manu ſua. *x* Et apprehen-

a Et apprehenſa eſt] Secunda pars, ubi dicitur pœna. [& apprehenſa eſt beſtia] idéſt æternaliter punita.
b Et cum illa pſeudo-prophetæ] qui bona futura promittebant credentibus in beſtiam.
c Et qui fecit ſigna coram ipſo] i. quicumque. Et dicit ſingulariter propter uniformitatem intentionis pravæ, quam habebant omnes illi. Unde & ſequitur.
d Quibus] ſignis ſc. [ſeduxit] ideſt, ſeorſum a via vitæ duxit [eos qui acceperunt characterem beſtiæ] credentes in eam.
e Et qui adoraverunt imaginem ejus] ſicut Judæi, qui eum recipient, & dicent eſſe Meſſiam ſuum, ſecundum quod prædixit eis Dominus. *Jo.* 5. Si alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis. De hujus pœna dicitur *Jerem.* 51. In perſona Domini: Ecce ego ad te mons peſtifer, ait Dominus, qui corrumpis univerſam terram, extendam manum meam ſuper te, & evolvam te de petris, & dabo te in montem combuſtionis, & non tollam de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamento, ſed perditus eris in æternum, ait Dominus.
f Vivi miſſi ſunt] Tertia pars, ubi oſtenditur modus pœnæ, quæ major erit, quam aliorum ad ſimilitudinem illius, qui vivus comburitur. Dicit ergo: [Vivi miſſi ſunt hi duo] ſcilicet beſtia, & pſeudo-prophetæ, vel illi, qui prævidebant futura, & illi, qui facient mirabilia. [Miſſi ſunt vivi] ecce modus pœnæ, & immenſitas.
g In ſtagnum] ecce pœnæ immobilitas.
h Ignis] ecce ardor inextinguibilis.
i Et ſulphuris] ecce fœtor intolerabilis. Et per hæc duo, ignem ſcilicet, & ſulphur, notatur pœnæ æternitas, quia ſulphur habet potentiam proximam igni. Et unde igni conjunctum ſulphur quaſi ſemper ardet. Vivi itaque dicuntur eſſe miſſi, quia ex certa malitia illi majores peccabunt.
k Et ceteri, &c.] Deinde ſubjungit de pœna minorum, quæ quidem minor erit, quia minus peccaverunt. Et recto ordine ligat fortem, i. Antichriſtum, & deinde diripit vaſa ejus. *Matt.* 12. Quomodo poteſt quiſquam intrare in domum fortis, & vaſa ejus diripere, niſi prius alligaverit fortem, & tunc vaſa diripiet? Dicis ergo: [& ceteri] ſcilicet ſequaces ejus.
l Occiſi ſunt,] ideſt, occidentur in gladio, ideſt, in ictu gladii.
n Sedentis ſuper equum, qui] gladius, ſc. [procedit de ore ipſius,] ideſt ſententia, quam in die Judicii proferet Chriſtus. Vel ſecundum *Gloſſ.*
k Ceteri] ſcilicet, qui non adhærebunt ei.
l Occiſi ſunt] bona occiſione, quia mundo moriuntur, & vivunt Deo.
m In gladio] ideſt, pro timore gladii, ideſt, ſententia Judicii, ne cadat ſuper eos, *Job* 19. Fugite a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum eſt gladius.
o Et omnes aves] Hoc eſt quartum, ubi oſtendit gaudium ſanctorum de vindicta malorum, dicens: [& omnes aves,] ideſt ſancti omnes.
p Saturatæ ſunt de carnibus eorum] ideſt delectati ſunt videndo pœnas eorum, non inquantum pœna, ſed inquantum Dei vindicta. *Pſ.* 57. Lætabitur juſtus cum viderit vindictam, &c.

E X P O S I T I O C A P. X X.

ET vidi Angelum deſcendentem de cœlo, &c.] Tertia pars hujus viſionis ſextæ, in qua agitur ſpecialiter de damnatione Diaboli. Et dividitur hoc capit. in quatuor partes. In prima oſtendit, a quo damnabitur Diabolus, quia a Chriſto, quia qui in humili adventu potuit illum ligare quantum voluit, glorificatus eundem omnino deſtruere poterit, ſicut dicit *Gloſſ.* In ſecunda parte oſtendit cauſam damnationis ejus, quæ eſt abuſus poteſtatis, ibi: [& cum conſummati fuerint, &c.] In tertia oſtendit ſpecialiter damnationem, & pœnam, quam ex hoc ſibi acquiret, quod & Antichriſtum, & ejus ſatellites, & exercitum ad perſequendum Eccleſiam, & congregabit, & armabit, ſibi: [& deſcendit ignis a Deo, &c.] In quarta, generaliter oſtendit ejus damnationem, & totius corporis ſui pœnam, quam ex hoc conſequetur, quia communiter omnes decipit, ibi: [& vidi thronum magnum, &c.] & modo conjungitur in pœna cum beſtia, & pſeudoprophetis, modo cum omnibus aliis, quia magis luet, & ſuſtinebit cunctis, quia ipſe omnes decepit. In prima parte ſic procedit. Primo agit de ligatione diaboli facta a Chriſto in primo adventu, quando ſcil. venit humilis, oſtendens per quid, & quanto tempore eum ligavit. Secundo, oſtendit quanta libertas bonorum ſecuta ſit hanc alligationem Diaboli, ibi: [& vidi ſedes, &c.] Prima pars habet duas. Primo enim oſtendit Chriſtum in humilitate adventus primi habuiſſe potentiam aſſignandi fortem. Secundo, uſum, vel effectum illius potentiæ ſubjungit, & hic uſus fuit alligatio diaboli, ibi: [& apprehendit draconem ſerpentem antiquum, &c.] Dicit ergo. *Sup.* 1. A *De pœn. d.* 2. *c. ſi enim ante ſ. ibi. de cœlo cecidit Lucifer.*

q Et vidi Angelum] ideſt Chriſtum.
r Deſcendentem de cœlo] ideſt, in tantum ſe humiliantem, ut de ſolio majeſtatis ſuæ veniret induere ſaccum mortalitatis noſtræ. Hic eſt ros in vellus Gedeonis deſcendens area ſicca manente. *Jud. ſexto.* Hoc vellus fuit Virgo, quæ plena fuit humore gratiæ, & ſicca ab humore culpæ. Hic deſcenſus ſignificatus eſt *Daniel. tertio.* Per Angelum deſcendentem in caminum ignis, qui tres pueros illæſos conſervavit ab euſtione ignis, faciens medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Fornax erat infirmitas noſtra, & pœnalitas, quam Chriſtus aſſumens omnes fideles, qui ſignificantur per tres pueros, a tentatione peccati ſufficienter cogente liberavit.

Primum autem fornacis, ideſt, tribulationis fuit aſperitas, ultimum continuitas, ſed medium ſpes, quæ aſperitatem conjungit continuitati, quia propter ſpem futuræ retributionis libenter patimur continue. Hic ros, ideſt, ſpes futuri obvians homini in tribulatione laſſato, confortat eum, & humilem reddit. *Eccleſiaſt.* 40. Obvians ros ab ardore venienti, humilem efficiet eum. Sequitur:
ſ Habentem] quaſi dicat, ſic vidi Chriſtum humilem, & tamen [Habentem clavem] ideſt poteſtatem [abyſſi] ideſt ſuper abyſſum, ideſt, ſuper diabolum. Et hæc poteſtas eſt, quia non poteſt ſævire diabolus, niſi quantum Deus permittit, *ſup.* 1. Et dabo claves mortis, & inferni. [Habentem] per ſe, quia naturaliter, ſed non a ſe, quia quicquid habet Filius, habet a Patre. Diabolus autem poteſtatem habet, ſed nec per ſe, nec a ſe. Unde *ſup.* 9. Vidi ſtellam de cœlo cecidiſſe, ideſt, diabolum, & data eſt ei clavis putei abyſſi. Crux etiam clavis dicitur. *Iſa.* 22. Dabo clavem David ſuper humerum ejus, & hoc quia aperuit Paradiſum, & clauſit infernum, *ſupra* 3. Qui aperit, & nemo claudit, &c. Nec ſolum ſuper diabolum habuit Chriſtus poteſtatem, imo & ſuper omnia. Unde ſequitur. Et habentem, ſcilicet
t Catenam magnam] ideſt inevitabilem potentiam, qua conſtringit omnia, ſicut dicit *Gloſſ.*
u In manu ſua] ideſt, in operatione Paſſionis, ubi abſcondebatur fortitudo ſua, & potentia, qua tamen Diabolus latenter ligabatur. Unde *Habacuc tertio*, ibi, ideſt in Cruce abſcondita eſt fortitudo ejus, & ante faciem ejus ibit mors, ideſt Diabolus, quem non latuit virtus paſſionis, quia per eam religatus fuit, ſicut ſtatim dicitur hic.
x Et apprehendit, &c.] Notandum, quod eſt triplex catena. Prima inevitabilis Dei potentia, ut hic: [Habentem clavem abyſſi, & catenam magnam.] Item per catenas ſignificantur peccata. *Levitic.* 26. Confregi catenas cervicum veſtrarum, ut incederetis erecti.

Item pœnitentia, *Jer.* 28. Catenas ligneas contriviſti, i. pœnitentiam levem facere noluiſti, & facies pro eis catenas ferreas, ideſt, incurres pœnam duram, & indiſſolubilem inferni. [Et apprehendit, &c.] Oſtenſa

Chriſti

Chriſti potentia, quam tam ſupra Diabolum, quam ſupra omnia, ponit uſum illius potentiæ, ſcil. alligationem Diaboli, quam fecit in primo adventu dicens. [Et apprehendit,] Chriſtus ſcil. ideſt, peccaſſe oſtendit, dum ſe invicem a peccato Diabolus occidit, ut dicit *Gl.* *a* Draconem,] propter violentiā nocendi quam prius habuit.

B *b* Serpentem] propter fallaciam, qua modo utitur.

c Antiquum,] quia a principio nocere incepit, *Joann.* 8. Ille homicida fuit ab initio.

d Qui eſt Diabolus] fluens in eos qui ſunt deorſum, non quærentes quæ ſurſum ſunt, ſed quæ ſuper terram.

e Et Sathanas,] ſemper homini adverſans. Unde quinque nominibus hic nominatus eſt, propter quinque ſenſus quos ipſe corrupit: *Jer. nono.* Mors intravit per feneſtras.

f Et ligavit eum] ideſt, priorem poteſtatem diminuit.

g Per annos mille,] ideſt, donec numerus electorum ſit completus: totum enim tempus electorum ſignificatur per mille: componitur enim ex denario triplici. Eſt enim mille decies decem decies, & ſignificat electos, qui in ſtatu triplici impleverunt Decalogum, ſcil. vel in lege naturæ, vel in lege ſcripta, vel in Evangelio. Sed contra hanc expoſitionem videtur eſſe illud, quod dicetur jam ſtatim, quod oportet illum ſolvi modico tempore, ſcilic. tempore Antichriſti, & tunc nondum erit impletus numerus electorum. Sol. Tempus quo ſolvetur erit modicum reſpectu totius temporis, quo numerus electorum completur, propter hoc poteſt dici, quod pars illa modica non facit compoſitionem cum toto: ſic enim ſolet facere Scriptura, ut per ſynecdochen a majori parte denominet totum, & aliquando a minori. Hoc ſignificatum fuit. *Tob.* 8. Ubi Raphael alligavit Dæmonium in ſuperioribus partibus deſerti. Raphael Chriſtus, qui eſt omnium medicina: *Eccl.* 38. Altiſſimus de terra creavit medicinam, i. de Beata Virgine Chriſtum, quæ fuit terra dans fructum ſuum, ſicut dicit *Pſ.* 66. Dedit quidem, non reddidit, quia terra quæ ſemen recipit, non dat fructum, ſed reddit, ipſa vero ſine virili ſemine & concepit & peperit: *Eccl.* 43. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ.

h Et miſit eum in abyſſum,] Hoc eſt quod ejectus a fidelibus cœpit atrocius dominari in malis, ut dicit *Gloſ.* Unde *Matth.* 8. Si ejicis nos hinc, mitte nos in porcos.

i Et clauſit] ideſt, licentiam egrediendi ei prohibuit, niſi occulto judicio viam egrediendi concedat: *Job* 38. Quis concluſit quaſi oſtiis mare, ideſt, Diabolum? Chriſtus, cujus primum oſtium fuit Incarnatio, ſecundum Aſcenſio.

k Et ſignavit,] ideſt, ſignum Crucis poſuit quo a fidelibus repellitur: *Gen.* 32. In baculo meo, ſcil. crucis, tranſivi Jordanem iſtum, ſcil. impetum paſſionis, & nunc cum duabus turmis regredior, una ſcil. Angelorum, & alia hominum quam abſtulit Diabolo. Vel [ſignavit] quoad ſcientiam, quia ante Paſſionem Chriſti ſciebat de omnibus, quod deſcenderent ad Infernum modo autem neſcit, quia etſi multos videat eſſe in peccatis, tamen ignorat utrum eos habebit, Signavit dico, & hoc.

l Super illum] hoc dicit, ut oſtendat illum nihil omnino poſſe, niſi ex Dei permiſſione.

m Ut non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni,] i. uſque ad illud tempus, quo veniet Antichriſtus. Sed nonne modo ſeducit multos?

Sol. Sed occaſionaliter tantum, & non cauſaliter: non enim poteſt ſuper homines aliquid niſi ipſi velint. Sed ante adventum Chriſti ſic ſeducebat omnes, quod nullus erat qui non deſcenderet ad infernum propter peccatum primi hominis.

n Et poſt hoc oportet] quia ſic Deus conſtituit & voluit illum ſolvi, ideſt ejus poteſtatem ſicut prius habuit ſibi relaxari, ſed tamen modico tempore: non eſt ergo timendus dicit *Gloſ.*

dit *a* draconem, *b* ſerpentem *c* antiquum, *d* qui eſt Diabolus *e* & Sathanas, *f* & ligavit eum per *g* annos mille, *h* & miſit eum in abyſſum, *i* & clauſit k & ſignavit *l* ſuper illum *m* ut non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni. *n* Et poſt hoc oportet illum ſolvi modico tempore. *o* Et vidi *p* ſedes *q* & ſederunt ſuper eas, *r* & judicium *ſ* datum eſt illis. *t* Et animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu, *u* & propter verbum Dei, & qui *x* non adoraverunt beſtiam, *y* neque imaginem ejus, nec *z* acceperunt characterem ejus in frontibus, *a* aut in manibus ſuis *b* & vixerunt *c* & regnave-

o Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas & judicium datum eſt illis.] Secunda pars primæ partis capituli, in qua oſtendit quanta libertas data eſt Eccleſiæ poſt alligationem Sathanæ: ipſo enim ligato ſoluta eſt noſtra ligatura. Quæ erat duplex. Prima quia non poteramus bene operari ſicut poſt. Secunda quia omnes deſcendebant ad Infernum. Et C ſecundum hoc hæc pars habet duas partes. Primo enim oſtendit quod Eccleſiæ reddita eſt libertas bene operandi. Secundo quod eidem eſt reddita libertas in Paradiſum intrandi, ibi: [& animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu.] Libertas autem bene operandi conſiſtit in bona ordinatione Prælatorum ad ſubditos, & e converſo, quæ ſcil. ordinatio eſt quando bene judicant & regunt Prælati & e converſo prompte & humiliter obediunt ſubditi. Unde dicit. [Et vidi] ligato, ſcil. dracone.

p Sedes] i. fideles ſubditos, paratos portare majores per obedientiam.

q Et ſederunt ſuper eas,] majores, ſcil. & Prælati bene regendo.

r Et judicium] i. auctoritas judicandi.

ſ Datum eſt] i. data Prælatis, ſcilicet a Deo: *Romanor. decimo tertio.* Non eſt enim poteſtas niſi a Deo. Vel [judicium datum eſt,] i. diſcretio & executio judicii juſti. Si ſic ordinata eſſet noſtra Eccleſia, ipſa terribilis eſſet ut caſtrorum acies. *Cant.* 6. Sic fuit tempore Moyſi pro magna parte. Sic etiam fuit in primitivo ſtatu gratiæ.

Unde *Cantic. primo.* Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te. Si ſic ſe haberent ad invicem Prælati & ſubditi, poſſet dici Eccleſia equitatus Domini, armata & ordinata contra curſus Pharaonis,] i. Diaboli. Sed quia prædicta in multis deficiunt, propter hoc frequenter aut non pugnant, aut in pugna deficiunt.

t Et animas] Hic oſtendit ſecundam libertatem, quæ eſt, quod animæ ſanctorum modo poſſunt intrare cœlum, quod non erat prius. Unde dicit: Et vidi, [animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu,] i. quod perhibuerunt humanitati Chriſti, contra Arrium.

u Et propter verbum Dei,] i. propter teſtimonium quod perhibuerunt verbo Dei, i. divinitati Chriſti, contra Sabellium. Hi ſunt majores ſancti, ſcil. Apoſtoli, & Martyres, qui ante Reges & Præſides ducti ſunt in teſtimonium Jeſu Chriſti, ſcil. & hoc illis, i. contra illos qui ducebant eos, vel contra Reges ante quos ducebantur, & gentibus ſcil. aliis. Et licet ſic teſtificati ſunt, tamen non ſunt recepti. Unde in perſona eorum dicit Dominus: *Jo.* 3. Quod ſcimus, experimento fidei loquimur, & quod vidimus teſtamur, & teſtimonium noſtrum non accipitis, 1. *Jo.* 1. Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus & teſtamur & annunciamus vobis vitam æternam.

x Et qui non adoraverunt beſtiam,] i. Antichriſtum in ſe, eorum ſupple [vidi animas.]

y Neque imaginem ejus,] i. ipſius Apoſtolos.

z Nec acceperunt characterem ejus,] i. ſignum [in frontibus,] vel litteras ejus quibus quaſi inducti aperte recognoſcerent ſe ejus fideles eſſe.

a Aut in manibus ſuis] i. qui operatione non ſe geſſerunt ſervos ejus, & fideles beſtiæ. Hi ſunt ſancti qui non tranſierunt per martyrium. Horum ſcil. & majorum ſanctorum & minorum [vidi animas.] Et quid vidiſti de eis. Hoc ſcil. vidi, quia.

b Et vixerunt] vita gloriæ.

c Et regnaverunt] in regno quod eſt ſine fine, & hoc. [Mille annis,] i. in æternum: per hoc enim non excludit majorem numerum: de hoc enim objiciunt Judæi, quod ſi verum dicit Joannes: ergo poſt mille annos terminabitur regnum Chriſti. Sol. Expone ſicut jam dictum eſt. Vel poteſt dici, & melius, quod loquitur hic de gloria animarum tantum, quam habent ante receptionem

ſuorum

D runt *a* cum Chriſto mille annis: *b* Ceteri vero mortuorum *c* non *d* vixerunt donec conſummentur mille anni. Hæc eſt *e* reſurrectio prima. *f* Beatus & ſanctus qui *g* habet partem in reſurrectione prima. *h* Et in *i* his ſecunda mors non habet poteſtatem, *k* ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti ejus, *l* & regnabunt cum illo *m* mille annis. Et cum conſummati *n* fuerint mille anni, *o* ſolvetur Sathanas de carcere ſuo, *p* & exibit, *q* & ſeducet *r* gentes quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ, *ſ* Gog & Ma- E

ſuorum corporum, quæ recipient quando erit impletus numerus electorum. Totum autem tempus quo debet impleri numerus electorum, ſignificatur per mille, ſicut ſupra diximus.

a Cum Chriſto] non dicit ſub Chriſto, ut majorem gloriam ſanctorum exprimat: revera enim ſub Chriſto, & hæc erit maxima gloria ais ſubjici, cui debent, & ſicut debebunt ſine pugna & repugnantia animarum & corporum. Tunc vere poterunt dicere illud *Pſalm.* 83. Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Vel [cum Chriſto] ideſt, quamdiu Chriſtus, & ſic ſignificatur perpetuitas regnandi. Et notandum quod non dixit. Vivent & regnabunt in futuro, ſed [vixerunt & regnaverunt,] ut dicit *Gloſ.* qui jam præſentialiter cum Chriſto regnant & vivunt in animabus, ex eo tempore quo pro Chriſto interfecti fuerunt. Et hoc contra quoſdam hæreticos, qui dicunt quod nullus intraturus eſt, nec in Paradiſum, nec in Infernum ante diem Judicii. Vel [vixerunt & regnaverunt,] referuntur ad præſens ſæculum, ubi cum Chriſto vixerunt vita fidei & gratiæ: *Jo:* 11. Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, opinione malorum, qui reputabant fidem ſtultitiam, in primitiva Eccleſia, 1.*Cor.* 1. Gentibus autem ſtultitiam, ſicut modo multi bonam operationem reputant ſtultitiam, tamen etſi aliter reputetur a malis, vivent vita gratiæ in præſenti, & vita gloriæ in futuro. [Et regnaverunt.] Diabolum mundum & carnem devincendo: *Heb.* 11. Sancti per fidem vicerunt regna.

Unde quod dicit *Gloſ.* Ex quo interfecti ſunt, &c. exponendum eſt non ex quo tempore, ut prius diximus, ſed ſic. Ex quo interfecti ſunt, i. hoc apparet ex hoc quod pro Chriſto interfecti ſunt. Et. u.

b Ceteri mortuorum] i. illi inter mortuos, qui non fuerunt de prædictis.

c Non vixerunt] Minus dicit & plus intelligit, ideſt, pœna æterna puniri ſunt in animabus tantum.

d Donec conſummentur mille anni,] i. tempus totum quo debet numerus electorum impleri, & tunc reſument corpora, ut puniantur in æternum, cum illis, ſecundum quod dicit *Amos* 4. Per aperturas exibitis altera contra alteram, i. anima contra corpus, & projiciemini in Arnon, i. in pœnam æternam. Et ſecundum hoc ly [donec] ponitur excluſive. Vel poteſt poni incluſive ſic. [Ceteri mortuorum,] i. qui modo ſunt mortui in anima per peccatum. [Non vixerunt,] i. punientur, [Donec conſummentur mille anni,] i. & tunc, & poſt pœnæ eorum non ceſſabunt. Simile 1. *Reg.* 3. Heli non poterat videre lucernam Domini ante, quam extinguerentur, i. nec tunc, nec poſt. Et *Matt.* 1. Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum, i. nec ante illud tempus, nec tunc, nec poſt illud. Hic autem oſtendit, qui ſunt qui carebunt illa libertate, illi videlicet, qui nec morientur martyrio, nec in fide, ſed contrarii erunt utrique.

e Hæc eſt reſurrectio prima,] i. talis, ut dictum eſt, ſcil. ligato Diabolo homines poſſunt a peccato reſurgere per pœnitentiam, & qui bene vivunt per gratiam, in fine evolant ad cœleſtem patriam, & tunc in anima ſtatim fruuntur beatitudine æterna, ſicut dicit *Gloſ.* In prima ergo reſurrectione quaſi tria ſunt. Exitus a peccato per pœnitentiam, vel per incipientem gratiam. Item profectus in bono vel exitus a difficultate peccati ad facultatem bene operandi per proficientem gratiam, vel exitus a mundo vel a carcere corporis per conſummantem gratiam, quando ſcil. anima recipitur in cælo. Quoad duo, primo, eſt liberatio non in toto, ſed ſolum in anima nec a toto, quia a culpa, ſed non a pœna. Quoad tertium eſt liberatio a toto, quia & a pœna & a culpa, ſed non in toto, quia nondum in corpore, ſed ſolum in anima. Secunda reſurrectio erit in die judicii, & tunc erit plena liberatio, quia & in toto, ſcil. anima & corpore, & a toto, quia ab omni & culpa & pœna. *f* Beatus & ſanctus] Hic determinat dignitatem reſurrectionis dicens. [Beatus,] propter gloriam beatitudinis æternæ, quam jam conſecutus eſt, [& ſanctus] propter ſecuritatem non amittendi quod habet. Beatus inquam & ſanctus eſt ille.

g Qui habet partem in reſurrectione prima,] ipſe enim jam ſecurus eſt de ſecunda. Et bene dicit [partem] quia illa reſurrectio, ſcil. prima, eſt ſecundum partem, quia ſecundum animam tantum. Secunda autem fiet ſecundum totum, quia ſecundum corpus & animam. Quare autem beatus & ſanctus, oſtendit dicens.

h Et in his] q. d. vere beatus eſt, quia in his qui tales ſunt, qui habent ibi partem. *i* Secunda mors non habet poteſtatem,] i. mors gehennæ quæ ſequitur ad mortem culpæ, ſicut ex cauſa effectus. Prima igitur mors eſt culpa, in qua homo obligatur pœnæ, & ſecunda eſt gehenna, in qua cruciabitur ſine fine, & hæc mors non naturæ erit defectus, ſed gloriæ: pœna enim continue contra naturam pugnabit in tantum, quod deſiderabit natura mori & deficere, ſed non poterit. Unde *ſup.* 9. Et datum eſt illis ne occiderent eos, ſed ut cruciarent menſibus quinque, & cruciatus eorum, ut cruciatus ſcorpii cum percutit hominem.

k Sed erunt] Ecce alia cauſa quare beatus & ſanctus, ſit laus Dei continua pro adeptione gloriæ æternæ, ſicut prima fuit fuga mortis æternæ continua. Quaſi non nocebit eis mors æterna. [Sed] e converſo [erunt ſacerdotes Dei & Chriſti ejus] i. Deo laudes offerent tanquam ſalutis æternæ auctori, & Chriſto homini tanquam miniſtro noſtræ redemptionis: Nec ſolum laudabunt, vel ad tempus laudabunt imo.

l Et regnabunt cum illo mille annis,] i. in æternum quia per mille poteſt intelligi æternitas ad quam pervenitur per conſummationem juſtitiæ. Vel ſecundum *Gloſ.* quæ hoc exponit de præſenti. [Regnabunt cum illo,] i cum Deo homine ſeipſos bene regentes, & alios. *m* Mille annis,] i. toto tempore a Paſſione Chriſti uſque ad finem ſæculi, uſque ad adventum Antichriſti. Vel hoc intelligitur de regno & felicitate animarum, quæ uſque in finem ſæculi tantum erit in gloria ſine ſuis corporibus; & poſtmodum cum corporibus in æternum.

n Et cum conſummati fuerint, &c.] Secunda pars hujus capituli, in qua oſtendit cauſam damnationis Diaboli, quæ eſt abuſio collatæ ſibi poteſtatis. Et dicuntur hic tria. Primo de relaxatione poteſtatis Diaboli, cum dicit. [Solvetur.] Secundo de abuſione relaxatæ poteſtatis, ibi: [& exibit.] Tertio, quod in ſanctos non permittetur prævalere, nec dominari, ſicut ipſe deſiderabit, ibi: [& circumierunt caſtra, &c.] Dicit ergo: [Et cum conſummati fuerint mille anni,] i. tempus præſentis ſæculi. *o* Solvetur Sathanas de carcere ſuo,] i. relaxabitur ejus poteſtas, quæ modo ligata eſt in cordibus reproborum, qui ejus ſunt carcer; ligatus eſt, ne tantum noceat quantum vellet. Sed quid eſt quod dictum eſt. Nonne ipſe ſolvetur in tempore Antichriſti. Conſtat quod ſic. Ergo ſaltem tribus annis, & dimidio ante finem ſæculi. Quomodo ergo expoſitum eſt poſt mille annos, i. poſt finem ſæculi. Sol. Verum eſt quod ſolvetur tempore Antichriſti ſaltem tribus annis & dimidio ante finem mundi, ſed quia illud tempus eſt parva pars temporis totius ſæculi, propter hoc non excipit illud Joannes, ſecundum morem Scripturæ, quæ ſic conſuevit facere, ſcil. non excipere ubi eſt parvus numerus reſpectu majoris. Ita videtur *Auguſt.* dicere, in 20. *lib. de civit. Dei c.* 13. *p* Exibit,] Hoc eſt ſecundum, ubi oſtendit abuſum poteſtatis Diaboli relaxatæ. Primo in occulto. Secundo in publico, ibi: [& aſcenderunt, &c.] Dicit ergo: & ſolutus [exibit,] in [illegible] poteſtatis exercendo populos: *Jer.* 4. Aſcendit [illegible] cubili ſuo, & prædo gentium ſe levavit, [illegible] eſt de loco ſuo, ut ponat terram tuam in ſolit[illegible]em. *q* Et ſeducet] i. a Chriſto ad ſe ducet. *r* Gentes, quæ ſunt ſuper quatuor angulos terræ,] i. aliquos [illegible] gentibus, ſicut cum dicitur omnes, i. de omnibus aliquos. *ſ* Gog & Magog,] de his. *Ezech.* 38. E[illegible]unt diverſæ opiniones de iſtis. Dicunt enim quidam Judæorum quod ſunt duæ gentes quæ habitant in oriente, quæ in fine ſæculi venient

Ezech. 38.

G gog, *a* & congregabit eos in prælium *b* quorum numerus *c* eſt ſicut arena maris. *d* Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, *e* & circumierunt caſtra *f* ſanctorum & civitatem *g* dilectam. *h* Et deſcendit *i* ignis a *k* Deo de cœlo & devoravit *l* eos, *m* & diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris, ubi *n* & beſtia *o* & pſeudoprophetę cruciabuntur *p* die ac nocte in ſæcula ſæculorum. *q* Et vidi *r* thro-

nient contra Jeruſalem, ut expugnent eam, ſed a ſuo Meſſia devincentur, & tunc reædificabit Jeruſalem civitatem auream. Alii dicunt, quod ſunt decem tribus ultra montes Caſpios incluſæ, non ita tamen, quin bene poſſent exire ſi permitterentur, ſed non permittuntur a regina Amazonum, ſub cujus regno, & ditione vivunt. Has dicunt Judæi in fine ſæculi exituras, & venturas in Jeruſalem, & cum ſuo Meſſia Eccleſiam deſtructuras. Et bene decem tribus per Gog, & Magog deſignantur, quæ primo fuerunt de tecto duarum tribuum, quando adhuc eis erant unitæ, ſed diviſæ ab eis exierunt de tecto earum, & fecerunt ſibi tectum. Dicunt & tecti quod per has intelligitur exercitus Antichriſti, qui in fine ſæculi veniet expugnare Eccleſiam. Per Gog, illi qui habitant in tabernaculis, per Magog, illi qui in civitatibus. Secundum *Gloſ.* per Gog, illi per quos latenter diabolus perſequitur fideles. Per Magog, illi per quos aperte, vel iidem qui tempore Antichriſti prius occulte, & poſtmodum aperte Eccleſiam perſequentur. Secundum *Auguſt.* Gog, refertur ad gentes, & Magog ad diabolum: Gog enim interpretatur tectum, & Magog, de tecto. Tectum autem & domus diaboli ſunt gentes malæ, & ipſe diabolus quodammodo erit exiens & ſeſe efferens de domo, ut gentes ſint tectum & ipſe diabolus de tecto. Ait enim *Auguſtin. lib.* 20. *de civit. cap.* 12. Gentes iſtæ quas appellat Gog, & Magog, non ſunt ſic accipiendæ tanquam ſint aliqui in aliqua parte terrarum barbari conſtituti, ſive quos quidam ſuſpicantur Getas & Maſſagetas propter litteras horum nominum primas, ſive aliquos alios alienigenas, ſed per interpretationes nominum, Gog tectum, Magog de tecto, intelligimus gentes toto orbe terrarum diffuſas. Et hoc patet per hoc, quod dicitur: [Super quatuor Angulos terræ. [Gog] enim tectum dicitur [& Magog] de tecto tanquam domus, & ipſe, qui procedit de domo. Duobus igitur modis ultimis poteſt hoc exponi, ſcil. vel ſecundum *Auguſt.* vel de exercitu Antichriſti. Et hoc verius ſecundum *Auguſt.* ſic conſtrue litteram [Seducet omnes gentes, &c.] i. de omnibus aliquos, quos faciet [Gog,] i. in quibus prius latitabat occulte per eos perſequendo bonos, & tandem [Magog] de eis aperte procedens & exiens, quando per eos aperte perſequetur bonos. Vel de exercitu Antichriſti ſic, & redit ad idem fere: Antichriſtus de toto mundo fere ſibi acquiret aliquos, vel per ſuam præſentiam, qui dicti ſunt *ſup.* adorare beſtiam vel per Apoſtolos ſuos ſeductos, qui dicti ſunt *ſup.* adorare imaginem beſtiæ, vel per litteras, & illi dicti ſunt habere ſignum ejus, vel in frontibus, vel in manibus *ſup. eod.* & *ſup.* 14. Hos ergo quos ſibi acquiret faciet Gog, & Magog, quia per quosdam eorum occulte, per quoſdam vero publice perſequetur ſanctos, vel per eoſdem, primo occulte & poſtea publice. Et hoc eſt quod ſeq.

a Et congregabit eos in prælium] contra Eccleſiam, primo occulte odiendo ipſam, & detrahendo. Et hoc eſt quod dicit *Gloſ.* non localiter, ſed mente.

b Quorum] ſcil. Gog, & Magog.

c Numerus eſt, ſicut arena maris.] Hoc dicit propter multitudinem, & ſterilitatem: *Ezech.* 38. Aſcendens autem quaſi tempeſtas veniens, ecce ſterilitas, & quaſi nubes ut operias terram, tu & agmina tua, & populi multi tecum, ecce multitudo. Et loquitur Propheta ad Antichriſtum.

d Et aſcenderunt] Hic ponitur apertus & manifeſtus abuſus poteſtatis ejus. [Et aſcenderunt] ſuperbientes, & aperte debacchantes, i. aſcendentes ſuper latitudinem terræ, ideſt, in omni orbe impugnabunt fidem & charitatem Eccleſiæ: *Joel. primo.* Gens aſcendet ſuper terram meam fortis & innumerabilis, dentes ejus, ut dentes leonis, & molares ejus, ut catuli leonis & poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meum decorticavit.

e Et circumierunt] Hic oſtendit tertio quod ſecundum deſiderium ſuum non permittetur dominari in ſanctos dicens. [Et circumierunt] quaſi invadentes, ſed intrare non potuerunt, ut dicit *Gloſ.*

f Caſtra ſanctorum] ideſt, paratus ad bellum. Ecce cauſa quare intrare non potuerunt ad eos, quia ſunt diſpoſiti & virtutum armis muniti. *Proverbiorum* 24. Cum diſpoſitione initur bellum.

Unde *Gen.* 32. Caſtra Dei ſunt hæc. *Num.* 24. Quam pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Iſrael.

g Et civitatem dilectam,] a Deo, ſcilicet. Hic tanguntur duæ aliæ cauſæ, quare mali non poſſunt ad eos intrare, vel eis prævalere. Una eſt unanimitas voluntatum, cum dicit. [Civitatem.] Alia eſt divinum ſubſidium, cum dicit. [Dilectam.] Dicit ergo: [Civitatem] i. eoſdem ſanctos in hoc bello unanimes, ut dicit *Gloſ.* Sciunt enim quod, ſicut dicit *Greg.* omnis pugna unanimiter aggreſſa victoriam parit. Hæc eſt civitas Dei, de qua glorioſa dicta ſunt, ut dicit *Pſal.* 86. Et quæ glorioſa. Omnia ſcil. quæ dicuntur in Canticis canticorum.

h Dilectam.] Hoc ſequitur ex duabus præmiſſis, quia enim caſtra, & quia civitas, propter hoc a Deo dilecta: *Jer.* 31. In charitate perpetua dilexi te. *Oſee* 11. In funiculis Adam traham te, ideſt, pęnalitates, quas tu, o Eccleſia, contraxiſti ab Adam, aſſumam pro te, & ſic traham te in vinculis charitatis, ideſt, Paſſionis meæ quam ex maxima tui charitate ſuſtinui. *Joann. tertio.* Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret. *Roman. octavo.* Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.

i Et deſcendit] Hæc eſt tertia pars capituli, in qua oſtendit damnationem quam habebit diabolus ex hoc, quod Antichriſtum & ſuos ſatellites contra Eccleſiam & congregabit & armabit. Unde dicit: [Et deſcendit,] quaſi ſubito.

Et eſt hæc conſolatio bonorum, qui in illa perſecutione erunt, quaſi dicat, non debetis eos timere vos boni, quia cito deficient & peribunt, ut dicit *Gl.* Unde dicit. [Et deſcendit,] ignis, ideſt, gravis pœna, quæ ſignificatur per ignem, quia ſicut igni nihil reſiſtit ſic nec illi pœnæ.

k A Deo de cœlo] *Pſalm.* 96. Ignis ante ipſum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos ejus. Unde ſequitur.

l Et devoravit eos,] ideſt, totos undique occupabit. *Matth. vigeſimo quinto.* Ite maledicti in ignem æternum. Et quaſi repentinus erit, 1. *Theſſal.* 5. Cum dixerint pax & ſecuritas, repentinus eis ſuperveniet interitus.

m Et diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt] i. mittetur [in ſtagnum ignis & ſulphuris.] Fraus enim ſua & dolus non patrocinabitur ei, quin etiam gravius puniatur quam alii; *Ezech.* 38. Ignem & ſulphur pluam ſuper eum & ſuper exercitum ejus, & ſuper populos multos qui ſunt cum eo.

n Ubi & beſtia] i. Antichriſtus.

o Et pſeudo-prophetæ] i. complices ejus & Apoſtoli. Diabolum autem & ſuos conjungit in pęna, ut omnem hominem deterreat, & a ſervitute diaboli retrahat, &.

p Cruciabuntur die ac nocte, i. continue, ſcil. ſine interpolatione. Et hoc.

q In ſæcula ſæculorum,] i. in perpetuum & ſine fine. *Sup.* 14. Et fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula.

r Et vidi thronum magnum, &c.] Quarta part capituli, in qua generaliter oſtendit damnationem diaboli, & totius corporis ſui, vel potius pœnam quam ex hoc conſequetur diabolus, quia omnes decepit. Et dicuntur tria in hac parte.

Primo ea quæ pertinent ad diaboli confuſionem.

Secundo reſurrectio omnium qui ad judicium venient & judicabuntur ſecundum ſuam operationem, ibi: [Et dedit mare mortuos ſuos.

Tertio ſubjungitur damnatio diaboli cum toto corpore ſuo, ibi: [Et infernus & mors.] Tria igitur ſunt quæ multum facient ad confuſionem diaboli, ſcilicet deſtructio mundi, in quo ipſe principatum habuit,

Digitized by Google

Item manifeſtstio cordium, in quibus dormivit, & latuit, item aperta Chriſti poteſtas ſuper ipſum, & ejus membra quem ipſe impugoavit. Et de his tribus dicitur in hac prima parte hujus quartæ partis. De primo hic [& vidi thronum magnum candidum, &c.] De ſecundo, ibi: [& vidi mortuos magnos, &c.] De tertio, ibi: [& alius liber] Mundi igitur dicturus deſtructionem præmittit a quo hoc fieri poterit, quia a ſedente ſuper thronum, i. a Chriſto Eccleſiam gubernãte & regente. Unde dicit: [& vidi thronum] i. Eccleſiam.

num *a* magnum *b* candidum *c* & ſedentem ſuper eum, *d* a cujus *e* conſpectu *f* fugit terra *g* & cœlum *h* & locus non eſt *i* inventus ab eis. *k* Et vidi mortuos *l* magnos & puſillos *m* ſtantes *n* in conſpectu throni, *o* & libri aperti ſunt & *p* alius liber apertus eſt, qui eſt vitę, & *q* judicati ſunt mortui ex *r* his quæ ſcripta erant in libris *ſ* ſecundum opera ipſorum. Et *t* dedit mare *u* mortuos ſuos, qui *x* in eo erant *y* & mors *z* & infernus *a* dederunt mortuos ſuos *b* qui in ipſis erant;

a Magoum] propter multitudinem ſalvandorum, qui revera multi eruot, etſi pauci dicantur comparatione damnatorum. Vel [magnum,] quia per deſiderium aſcendit a terra uſque ad cœlum. *Philip.* 3. Noſtra converſatio in cœlis eſt.

b Candidum] in præſenti, quia ſine macula immunditiæ. *Cant.* 4. Veni de Libano propter mentis immunditiam. Veni de Libano propter corporis puritatem. *Dan.* 7. Veſtimenta ejus candida, ſicut nia. Vel [candidum] jam per immortalitatem & impaſſibilitatem ut dicit *Gl.* Et immortalitas infertur ad dotes corporis, & impaſſibilitas ad dotes animæ. [Vidi] dicit *Auguſt.* Non tune, ſcil. quando Diabolus miſſus eſt in ſtagnum, ſed poſt i peracto enim judicio tunc eſſe deſinet hoc cęlum, & hæc terrã, & mundi hujus præterit figura, non natura.

c Et ſedeotem ſuper eum,] vidi, i. Chriſtum Eccleſiam regentem a quo fiet mundi deſtructio. *Cant.* 3. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libaoi: Ecce Virgines in Eccleſia, Columnas fecit argenteas: Ecce prædicatores & prælati prout ſunt in actione. Reclinatorium aureom: hi ſunt viri contemplativi ſicut clauſtrales: Aſceuſum purpureum: Ecce martyres: Media charitate conſtravit, quia omnes iſtos ſibi ex amore vehementi conjunxit, propter quod medium & communem ſe fecit. 3. *Reg.* 10. Fecit Salomon thronum de ebore grandem.

d A cujus] ſcil. Chriſti.

e Conſpectu] i. præſentia.

f Fugit terra] a ſpecie quam nunc habet.

g Et cœlum] i. aer, quia cœlum empyreum ſtabit, & non deficiet *Job* 37. Qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt. Et ſuper illud. *Matt.* 24. Cęlum & terra tranſibunt. *Gl.* Cœlum aereum.

h Et locus] i. circumſcriptio, & non ſicut locus dicitur ſuperficies corporis ambientis.

i Non eſt iuventus ab eis,] i. a cęlo, & a terra. Verum eſt ſecundum priorem ſtatum. Per hoc autem quod dicit [fugit] notatur, quod omnino non peribunt, ſed in melius mutabuntur, ſicut qui fugit aliquem, non propter hoc perit, ſed a viſu ejus quem fugit, ſubtrahitur. Item per hoc idem notatur facilitas. Et per hoc quod dicit [a conſpectu] notatur diſcretio judicantis:

k Et vidi mortuos] Hoc eſt ſecundum quod facit ad confuſionem Diaboli, ſcilicet, manifeſtatio & apertio cordium, in quibus ipſe dormivit & latuit, cui tunc plane revelabitur ſua iniquitas. [Et vidi mortuos] ſcilicet, malos.

l Puſillos & magnos] tam majores ſcil. quam minores.

m Stantes] in corporibus reſumptis.

n In conſpecto throni,] ideſt, ſanctorum qui merita eorum, & videbunt & judicabunt. *Sap.* 3. Judicabunt ſancti nationes.

o Et libri aperti ſunt] quaſi diceret ſic videbunt ſancti malorum demerita, quia libri conſcientiarum, vel cordium aperti ſuot; ut in eis poſſint legere ſancti. *Dan.* 7. Judiciom ſedit, & libri aperti ſunt. Vel libri ſont præcepta Dei quæ modo clauſa ſunt multis, quia non attendunt quid ſequitur ad impletionem eorum, vel tranſgreſſionem, ſed tunc aperti erunt libri, quando videbunt ſe puniri, quia præcepta Dei dimiſerunt.

p Et alius liber apertus eſt,] Hoc eſt tertium quod pertinet ad confuſionem Diaboli, ſcil. aperta & evidens Chriſti poteſtas ſuper Diabolum & ejus membra. Unde [& alius liber] i. Chriſtus apertus eſt, qoia tunc omnibus apparebit patens, quod modo adhuc occultum eſt. Liber dico qui eſt vitæ collativus: *Eccl.* 24. Hæc omnia liber vitæ. *Joan.* 5. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio vitam habere in ſemetipſo. Vel. Liber vitæ, eſt Dei præſentia, quæ modo nos latet, ſed tunc erit omnibus aperta, quia videbunt omnes, qui ſalvandi, & qui damnandi: Secundum *Gloſ.* ſic exponitur ut dictum eſt. Secundum *Auguſtin. de civit. Dei lib.* 20. *cap.* 14. Libri intelligendi ſunt ſancti, & veteres & novi, ut in illis oſtenderetur eui Dominus ſua præcepta fieri juſſiſſet, ſed quædam vis divina eſt intelligenda, qua fiet, ot cuique opera ſua, vel bona, vel mala cuncta io memoriam revocentur. Quæ nimirum vis divina, libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur quicquid ea faciente recolitur. Sic ergo patet quod *Auguſt.* libros appellat ſanctos, & librum alium, vim divinam qua recolimus facta noſtra.

q Et judicati ſunt mortoi] i. mali a ſanctis, ſcil. ſententiam latam de ipſis approbantibus.

r Ex his quæ ſcripta erant in libris] conſcientiarum, vel præceptorum, vel ſanctorum, quia mali comparatione eorum damnabuntor: legent enim in ſanctis, quæ ipſi facere noluerunt, ut dicit *Gloſ.* Sed numquid æqualis erit eorum pœna? Non, ſed.

ſ Secundum opera ipſorum,] ut majoribus major & minoribus minor inſligatur pœna *ſup.* 18. Quantum glorificavit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. *Sap.* 6. Fortioribus fortior inſtat cruciatio. Si pro deliciis dabitur turmentum, & luctus, quid dabitur pro malitiis & nequitiis?

t Et dedit mare] Hæc eſt ſecunda particula, quartæ partis capituli in qua agit de reſurrectione corporum & de judicio omnium. Et licet jam de hoc dixerit, ibi.

u Et vidi mortuos, &c.] adhuc tamen & hic repetit, ut lucidius oſtendat corpora mortuorum quantumcumque fuerint dejecta in illo judicio vivificari, & hoc quia quidam negant hoc, ut dicit *Gloſ. Matth.* 22. Acceſſerunt ad Jeſum Sadducæi, qui dicunt reſurrectionem non eſſe. Dicit ergo: [& mare] ad litteram [dedit mortuos ſuos] i. corpora mortuorum, i. illi qui in mari mortui ſont reſurgent, de quibus tamen minus videtur; & ſic per locum a minori probat, quod omnes reſurgent.

x Qui in eo erant] ſubmerſi, ſcil. & projecti: Tamen ſecundum *Auguſtin. de civitate Dei lib.* 20. *cap.* 15. ſic exponitur.

t Et dedit mare] i. hoc ſæculum.

u Mortuos ſuos,] & bonos & malos, qui tunc vivent. Boni autem dicuntor mortui, ideſt, peccato. Unde *Coloſ.* 3. Mortui eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.

Item mali dicuntur mortui, qui ſeparati ſunt a Deo qui vera vita eſt. *Matth.* 8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos tuos. Vel tunc viventes dicuntur mortui, qoia adhuc gerunt corpora mortalia. Secundum hanc expoſitionem poteſt diſtingui hoc, quod hic dicitur ab eo, quod prius dictum eſt, ſcilicet [& vidi mortuos,] quia hic loquitur de his quos Judicium inveniet in mundo adhuc vivos vita naturæ, ſive bonos, ſive malos, ut dictum eſt *ſup.* ibi: [& vidi mortuos] agitur de his, qui jam erunt mortui quando judiciom veniet. Sequitur.

y Et mors] ideſt, Diabolus.

z Et Infernus] i. locus tenebrarum.

a Dederunt mortuos ſuos] ideſt, animas mortuorum.

b Qui in ipſis erant:] ideſt, qoas tenebant, ut ad ſua corpora redirent, & judicarentur in ipſis. Vel ſecundum expoſitionem *Auguſtini* [Mors & Infernus dederunt mortuos ſuos] quia ſicut inventi ſunt affuerunt, ideſt, aderunt ad Judicium. Hoc eſt ſi digni morte corporali tantum, & non æterna, vel ſi digni inferno.

Sic primo morientes inſtante judicio ſecundum ignem, qui præcedet faciem judicis, apparebunt poſtea in judicio, ſicut ioventi fuerunt. Unde mors dicitur propter bonos, qui tantum poterunt perpeti mortem, & non Infernum, [Infernus] vero propter malos, qui etiam apud Inferos pœnas ſentient.

q Et judi-

a Et judicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum.] *Sap.* 6. Non enim ſubtrahet perſonam cujuſque Domi-nus, qui eſt omnium dominator, nec verebitur magni-tudinem cujuſquam.

b Et infernus, & mors miſſi ſunt in ſtagnum ignis:] Tertia particula quartæ partis capituli ubi oſtendit da-mnationem Diaboli cum toto corpore ſuo vel pœnam quam habebit ex hoc quod omnes decepit. Di-cit ergo: [& In-fernus, & mors] i. Diabolus qui u-troque nomine cen-ſetur, ſecundum
Sup. 13. *Auguſt. lib. de ci-vit. Dei c.* 11. Di-citur enim Infer-nus, quia principa-
A liter, & proprie pœna Inferni debe-betur, qui *Iſ.* 30. Præparata eſt ab heri Tophet, ideſt, pœna Inferni erea-ta a prima die quæ habuit heri, hæc fuit ſecunda dies, in qua dicitur An-gelus peccaſſe.

a & judicatum eſt de ſingulis ſecundum opera ipſorum. *b* Et Infernus *c* & mors *d* miſſi ſunt *e* in ſtagnum *f* ignis: Hæc eſt mors ſecunda. *g* Et qui non eſt inventus in libro vitæ ſcri-ptus: *h* miſſus eſt in ſtagnum ignis.

C A P. XXI.

ET vidi *i* cœlum novum, & terram *k* novam. *l* Primum enim *m* cœ-lum, & prima terra abiit, *n* & mare jam non eſt.

Item dicitur mors, quaſi mortis auctor. *Sap.* 2. Invi-dia Diaboli mors intravit in orbem terrarum. Vel In-fernus] i. omnes impii, qui fecerunt de cordibus ſuis
b. Petr. 2. loca tenebrarum, in quibus Diabolus dormit. *Job* 40. Sub umbra dormit.

c Et mors] ideſt Diabolus eorum caput. *d* Miſſi ſunt] ſimul utrique, ſcil. & membra, & caput.

e In ſtagnum ignis:] Per ſtagnum ſtabilitas, & perpe-tuitas pœnæ ſignificatur, per ignem acerbitas. *Iſa.* 33 Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? ec-ce acerbitas. Aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? ecce diuturnitas, & perpetuitas. *f* Hæc eſt mors ſecunda:] quaſi diceret; Cavete vobis a morte pri-ma, quia ex illa, ſequitur ſecunda. Mors prima eſt pec-catum, mors ſecunda æternum ſupplicium *ſup.* 2. Eſto fi-delis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et paulo poſt. Qui vicerit, non lædetur a morte ſecunda. Nec ſolum Diabolus miſſus eſt ibi, imo. *g* Et qui non eſt, &c.] ſcil. in pagina prædeſtinationis. *h* Miſſus eſt in ſtagnum ignis,] ſicut & Diabolus, & ſui Angeli: Qui be-ne poſſunt intelligi per Infernum: ut ſic fiat diſtinctio, quod per mortem ſignificetur Diabolus, per Infernum mali Angeli per eos qui non ſunt inventi in libro vi-tæ, omnes mali, qui omnes ſimul damnabuntur in pœna Inferni. *Matth.* 25. Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis ejus.

E X P O S I T I O CAP. XXI.

ET vidi cœlum novum, &c.] In hac ſeptima, & ultima viſione agit de innovatione elementorum, & glorificatione ſanctorum, deſcribens merita per quæ ſancti ita glorificandi ſunt, ut dicit *Gl.* In præcedenti enim viſione egit de his, quæ circa judicium, & in ju-dicio, & poſt judicium ſunt futura circa malos, in hac notatur de his, quæ poſt judicium ſunt futura circa bo-nos. Continet autem hæc viſio duo capitula: Et dividi-tur in quinque partes. In quarum prima agit de gloria ſanctorum. In ſecunda de dignitate cœleſtis Jeruſalem: ibi: [& venit ad me unus de ſeptem Angelis, &c.] In tertia parte, de refectione cœleſtis patriæ, ibi: [Et oſtendit mihi flumen] *inf.* 22. *cap. in princ.* In quarta ad majorem operis auctoritatem commendatur opus, & viſio tota a fidelitate & veritate, ibi: [& dixit mihi, hæc verba fideliſſima ſunt.] In quinta, ut opus ſollici-tius amplexetur & purius, & ſincerius ſine diminutione, vel augmento cuſtodiatur, ſubjungit excommunicationem aliquid immutanti, ibi [Conteſtor enim, &c.] Et ſe-cundum hoc jam patet, quod hoc *c.* 21. habet duas par-tes. In quarum prima agit de gloria ſanctorum. Et di-cuntur octo in ipſa. Primo, oſtenditur gloria exterior ſanctorum, quam, ſcil. habebunt de innovatione mun-di, quia eo bene uſi ſunt. Secundo, deſcribitur gloria ſanctorum, quam in ſeipſis habebunt ibi: [& ego Joan-nes, &c.] Tertio, ne hoc incredibile videretur, con-firmatur auctoritate ſanctorum Patrum, qui hoc prædi-xerunt, ibi: [& audivi vocem, &c.] Quarto, ut hu-jus rei teſtimonium firmius, & certius habeatur, con-firmatur hoc idem auctoritate Dei, ibi: [& dixit, qui ſedebat in throno.] Quinto, præcipitur Joanni, ut hæc ſcribat ad utilitatem ſequentium qui ea ſunt viſuri, ibi: [& dixit mihi ſcribe, &c.] Sexto ne contemnatur, & poſtponatur, quod ſcripſerit, oſtenditur ei quod ei in complebuntur hæc omnia, ibi: [& dixit mihi, factum eſt.] Septimo, ut omnis dubitatio amoveatur, probat hoc idem per locum a minori ſumptum a potentia Dei, quia qui creare potuit, poterit & innovare, ibi: [ego ſum Alpha, & Omega.] Octavo, ſubjungit exhorta-tionem per comparationem pœnæ, & præmii, ut omnes ad hanc innovationem laborent, ibi: [ego ſitienti da-bo, &c.] Dicit ergo. *i* Et vidi cœlum novum,] quaſi aerem innovatum. *k* Et terram novam.] i. innovatam. Hæc autem innovatio fiet per illum maximum ignem, qui præcedet faciem judicis ſecundum quod dicit *Gloſ. ſuper* 2 *Pet.* 3. Elementa quatuor quibus mundus conſi-ſtit ille maximus ignis abſumet. Quid autem ſit ille maximus ignis dicit *Aug. lib.* 20. *de civitate Dei c.* 16. quod ille ignis erit conflagratio mundanorum ignium, i. mundani ignes conflagrati, i. ſimul ardentes, ſicut diluvium fuit inundatio mundanarum aquarum. Omnes enim materiæ ignibiles tunc incendentur, & comburen-tur. Ex hoc videtur quod aqua omnino peribit, quia cum aqua non ſit combuſtibilis, ſed potius per ignem evaporabilis videtur, quod tunc non erit. Præterea *Au-guſt. lib.* 20. *de civitate Dei cap.* 16. dicit: Cœlum quip-pe novum, & terram novam futuram legimus, de mari autem novo aliquid me uſpiam legiſſe non recolo. Item hoc idem videtur de igne, quia ſubtractis, & conſum-ptis materiebus ignibilibus deficiet ignis ſecundum illud. Subtrahe ligna a foco protinus ignis abeſt. Sed hoc fiet in illa conflagratione ignium, quia aliter ſemper arderet ille ignis, niſi conſumeretur materia ignibilis. Sic ergo videtur quod duo elementa, ſcil. ignis, & aqua omni-no conſumentur. Et hoc videtur expreſſe dicere *Gloſ. ſuper* 2. *Petr.* 3. Quæ talis eſt. Nec cuncta in tantum abſumet ille maximus ignis, ut non ſint, ſed duo in totum conſumet, duo vero in meliorem reſtituet fa-ciem. Sol. Omnia elementa innovabuntur, & manebunt innovata ſecundum ſubſtantiam ſuam, etſi præteribit, & deficiet eorum figura. Qualitates etiam eorum ma-nebunt in quantum ſunt, ſcil. & non in quantum ſunt agentes, vel patientes. Hoc enim, ſcil. agere eorum & pati competit hominibus exiſtentibus in ſtatu vitæ hu-jus mortalis quamdiu indigent elementis, & qualitatibus ſuis, ſed tunc non indigebunt eis. Et hoc eſt quod di-cit *Aug. lib.* 20. *de civit. Dei c.* 16. Elementorum cor-ruptibilium qualitates, quæ corporibus noſtris corrupti-bilibus congruebant, ardendo penitus interibunt, atque illa ſubſtantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniant, ut mun-dus in melius innovatus, apte accommodetur hominibus etiam carne in melius innovatis: De hac materia ſatis habes ſuper 2. *Pet.* 3. *l* Primum enim] quaſi bene dixi quod innovata ſunt cœlum, & terra.

m Enim] i. [Primum cœlum, & prima terra abiit] a priori ſtatu, quia jam ille neceſſarius non erit. Sed quare nihil dicit de ignea? Sol. Quia igneus minus habet cor-ruptionis. *n* Et mare, &c.] Verum eſt ſecundum prio-rem ſtatum, quia amaritudo aquæ, & groſſitudo auferre-tur & remanebit in primo ſtatu ſuo, meliorato tamen, innovato. Sed per quid innovabitur ignis, cum plus non aſcendat ille maximus ignis quam aſcendit aqua dilu-vii, & illa non aſcendit uſque ad ignem elementum, quia uſque ad illum non aſcenderant opera hominum. Item per quid purgabitur aqua cum ipſa non ſit ignibi-lis, ſed potius evaporabilis per ignem? Sol. Forte ignis elementum ſeipſo purgabitur, & innovabitur: ignis enim virtutem habet purgativam. De aqua vero dicit *Gl.* hic quod eſt dubium dicens. Immutatio aeris & terræ dubi-tabilis non eſt quod per ignem fiet, ſed de aqua dubita-tur: nam purgationem in ſeipſa habere creditur. De hac Innovatione tamen loquens Petrus, 2. *Can.* 3. dicit. Ele-menta calore ſolventur. Per hoc videtur quod omnia per ignem debeant innovari, & aqua, & alia ſecun-dum *Aug.* moraliter [per mare] ſignificatur mundus, qui ſicut dicit, 20. *de Civit. Dei c.* 16. Nomine maris ſignificavit hoc ſæculum turbulentum & proceloſum. *Pſ.* 103. Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, il-lic reptilia quorum non eſt numerus.

o Et ego

Digitized by Google

a Et ego Joannes b vidi civitatem c ſanctam Jeruſalem d novam e deſcendentem de cęlo f a Deo paratam, g ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. h Et audivi vocem i magnam k de throno l dicentem. m Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, n & habitabit cum eis: o Et ipſi populus ejus erunt p & ipſe Deus q cum eis r erit eorum Deus.

a Et ego Joannes] Oſtenſa gloria exteriori ſanctorum, quam, ſcilic. habebunt de innovatione mundi, oſtendit gloriam quam ſancti habebunt in ſeipſis. Dicit ergo: [& ego, &c.] i. Eccleſiam in omni quiete, & pace poſitam, & Deum, qui eſt pax vera videntem Jeruſalem, dico. b Civitatem] ſub una civium ſuorum lege viventem, in uno libro vitæ legentem. *Joan.* 6. Et erunt omnes docibiles Dei. Tunc enim Dominus diſperſiones Iſrael congregabit, ut ſit Jeruſalem quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipſum.

c Sanctam] tunc vere, quia modo nullus eſt ſecurus, ſed tunc erit ſancta, i. firma, & ſecura, quia non poterit ſeparari a ſponſo, nec in univerſali, nec in ſingulis perſonis. Unde *Iſa.* 35. Non erit ibi leo & mala beſtia non aſcendet per eam, nec invenietur ibi.

d Novam] quia tunc plenarie auferetur omnis vetuſtas tam pœnæ quam culpæ. *Iſa.* 35. Et ambulabunt ſecure, ſcil. qui liberati, & redempti fuerint a Domino, convertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum.

e Deſcendentem de cœlo] per timorem reverentiæ, qui permanet in ſæcula ſæculorum, ut dicit *Pſ.* 18. Quæ in ſuam parvitatem deſcendet Eccleſia a Dei magnitudine, ut ſic altius laudet Deum de ſua exultatione. *Eccl.* 1. Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum. Et hoc intelligitur de timore reverentiæ: Modo enim timor initialis eſt principium ſapientiæ, ut dicit *Pſ.* 110. Initium ſapientiæ timor Domini, ſcil. initialis, ſed timor reverentiæ tunc erit plenitudo. [Vel deſcendentem de cœlo] i. a Deo, non ſibi ſuam gloriam attribuentem *ſupra* 4. Procidebant vigintiquatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum. *Auguſt. lib.* 20. *de civit. Dei c.* 17. ſic exponit: De cœlo deſcendere illa civitas dicitur, quoniam cœleſtis eſt gratia, qua Deus eam fecit. Et de cœlo quidem ab initio ſui deſcendit, quando per hujus ſæculi tempus gratia Dei deſuper veniente per lavacrum regenerationis in Spir. S. miſſo de cœlo ſubinde cives accreſcunt.

Unde [Deſcendentem de cœlo] non modo cum jam eſt in gloria, ſed prius per infuſionem gratiæ in baptiſmo.

f A Deo paratam,] fide, & ceteris virtutibus, & bonis operibus.

g Sicut ſponſam ornatam viro ſuo,] i. ad honorem ſui, vel ſecundum quod decet virum ſuum. Hujus autem ornamentum oſtendit Petrus 1. *Petr.* 3. dicens: Non ſit extrinſecus capillatura aut circumdatio auri, & indumenti veſtimentorum cultus, ſed qui eſt abſconditus homo cordis in incorruptibilitate quieti, & modeſti, ſpiritus qui eſt in conſpectu Dei locuples, *Pſ.* 44. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate, interiori, ſcil. pulchritudine. Hoc ſignificatum eſt. *Eſther* 5. ubi Eſther induta gloria ſua, volens ad Aſſuerum ingredi duas aſſumpſit ancillas, quarum una defluentia in humum veſtimenta ſuſtentabat, altera eam ſuper ſe quaſi præ deliciis innixam ſupportabat. Eſther Eccleſia, una ejus famula quæ eam ſuſtentat, eſt operatio bona, altera eſt confeſſio, quæ opera minus pura per pœnitentiam a terra relevat.

Sed quæritur hic, quare loquens de gloria ſanctorum inſeipſis Joannes nomen ſuum apponit quod non fecit quando alia vidit? Sol. Ad innuendum, quod ad illam civitatem ſanctam non veniet aliquis, qui hic prius non habuit gratiam.

Unde *Pſalm.* 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus. Et quare? Quia ſtantes erant pedes noſtri in atriis tuis Jeruſalem. Atria hæc ſunt gratia, quæ in præſenti habetur, quæ introducit in aulam: ſicut enim non intratur in domum niſi per atrium, vel per porticum, ſic non intratur in patriam cœleſtem, niſi per gratiam præſentem, non enim licitum eſt ibi intrare aliquem indutum ſacco, i. peccato mortali. *Eſther* 4. Notandum eſt quod ſeptem dicuntur hic de Eccleſia ad ipſius gloriam pertinentia, quatuor quæ habebit in futuro permanentia, & tria quæ in præſenti habet per quæ venit ad futura, ut vere de ipſa dicatur. O terque quaterque beata. Quatuor quæ habebit in cœlo ſunt, unanimitas, & conformitas in deſideriis, & appetitibus: unde dicit.

b Civitatem] Item ſecuritas ab incurſu hoſtium, quoad ea, quæ poſſidebit, unde dicit [ſanctam,] ideſt, ſecuram.

Item pax a perturbationibus, quoad convictum ſanctorum, unde dicit.

d Jeruſalem] Item gloria dotium quoad ſui ipſius in ſe ornamentum: unde dicit, e Novam] ideſt, innovatam, quia immortalem, impaſſibilem, ut dicit *Gloſ.* Et primum refertur ad dotes corporis, ſecundum ad dotes animæ. In his quatuor conſiſtit plena gloria, quæ ſunt uniformitas in appetendis, ſecuritas in poſſidendis, pax quoad regni conſortes, & novitas in ſe quoad dotes. Deinde ſequuntur tria, quæ in præſenti habita, ducunt ad quatuor prædicta.

Primum eſt gratiæ infuſio, quæ etiam in eam quotidie in baptiſmo deſcendit, unde dicit.

e Deſcendentem de cęlo] Secundum eſt multiplicatio bonorum operum, qua ſe in progreſſu vitæ præparavit, unde dicit.

f A Deo paratam] Tertium eſt omnium virtutum decor, & compoſitio omnium virtutum quibus in exitu vitæ obviatura ſponſo ſe ornavit, unde dicit: [Sicut ſponſam ornatam viro ſuo.

g Et audivi vocem, &c.] Tertia pars primæ partis capituli, ubi beatitudo ſanctorum confirmatur auctoritate ſanctorum Patrum, ſicut dicit *Gloſ.* Dicit ergo:

h Et audivi vocem] ideſt, propheticam annunciationem.

i Magnam] quia de ſecretis cœleſtibus.

k De throno] i. de Eccleſia procedentem.

l Dicentem: Ecce, &c.] quaſi quod audivi a patribus ſanctis prædictum eſſe ſcivi. Quid autem illud fuerit ſubjungit dicens; [Ecce tabernaculum, &c.] Perhibet igitur iſte teſtimonium & de viſu, & de auditu. Scimus ergo quod verum eſt teſtimonium ejus. *Joan. ult.* Duo igitur audivit a ſanctis patribus, in quibus conſiſtit totaliter beatitudo ſanctorum, quæ ſunt affluentia omnis boni, unde dicit.

m Ecce tabernaculum] Et defectus omnis mali, unde dicit: [& abſterget Deus.] Dicit ergo: [Ecce tabernaculum Dei cum hominibus] quaſi dicat, in evidenti eſt, & apparenti quod Chriſti humanitas ſecum ditabit eadem gloria quam ipſe habet, homines qui eum fuerint imitati.

n Et] Spiritus Sanctus [habitabit cum eis,] Immobiliter enim gloria poſſidebunt ſancti, quaſi diceret, ſicut Chriſtus in humanitate militavit in mundo, & jam eſt in gloria, ſic etiam patet quod homines qui eum imitantur per militiam ſpiritualem, eadem qua ipſe fruentur cum eo, & Spiritu Sancto, & ſequuntur eum in cęlo *Ezech. ultim.* Nomen civitatis ex illa die Dominus ibidem, amen.

Dicit autem [tabernaculum] non quia ibi ſit tempus militandi, ſed ad ſignificandum familiaritatem, quæ erit inter Deum, & homines, ſicut ſolet eſſe inter contubernales quamdiu ſimul in tabernaculis, & expeditionibus vivunt. *Iſa. trigeſimo tertio.* Oculi tui videbunt Jeruſalem civitatem opulentam, tabernaculum quod transferri nequaquam poterit, nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur, quia ſolummodo ibi magnificus Dominus Deus noſter.

o Et ipſi populus ejus erunt] in nullo eum offendentes, quod hic omnino eſſe non poteſt.

p Et ipſe Deus] ſecundum divinitatem, & exiſtens.

q Cum eis] præſentialiter.

r Erit eorum Deus,] ideſt, maxime tunc apparebit; quia nunquam ab eis de cetero repelletur, nec ipſi peccabunt amplius, propter quod Deus ab eis debeat elongari.

Hoc totum ſumptum eſt de *Levit. vigeſimo ſecundo*, ubi ſic dicitur.

Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abjiciet vos anima mea, ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis mihi populus.

a Et abſterget

h Et abſterget Deus] poſita omnis boni affluentia, quæ erit in gloria, & in quatuor conſiſtit. Primo, quia ſancti ibi habebunt jucundam Chriſti hominis ſocietatem. Quanta autem erit gloria videre hominem hominis conditorem, ut dicit *B. Bern.* ibi : [ecce tabernaculum .]

a Et abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, *b* & mors ultra non erit, *c* neque luctus, *d* neque clamor, *e* neque dolor erit ultra, *f* quia prima abjerunt. *g* Et dixit *h* qui ſedebat in throno: *i* Ecce nova facio omnia. *k* Et dixit mihi. *l* Scribe, quia hęc verba fideliſſima ſunt, & vera. *m* Et dixit mihi: *n* Factum eſt, *o* Ego ſum Alpha & Omega *p* initium, & finis. *q* Ego ſitienti *r* dabo de *ſ* fonte aquæ vitæ *t* gratis . *u* Qui vicerit *x* poſſidebit hęc. *y* Et ero illi Deus, *z* & ille erit

Secundo, quia ipſi habebunt ejuſdem gloriæ quam ipſe habet communitatem firmam, & ſtabilem. Unde dixit. [Et habitabit cum eis .] Tertio, quia non habebunt peccandi poteſtatem . Unde . Et ipſi populus ejus erunt . Quarto, quia facie revelata intuebuntur divinitatem . *Sup. 7. Iſa. 25.* Unde [& ipſe, &c.] Poſt hoc oſtendit omnis mali defectum ibi eſſe dicens: [& abſterget, &c.] q. d. ibi erit tanta gloria, quanta prædicta eſt, & cum hoc nulla miſeria, quia abſterget Deus omnem lacrymam, quæ ſcil. poteſt eſſe quacumque de cauſa. *Bern.* Felices lacrymæ, quas manus conditoris abſtergent. Et quia dixerat: [omnem] ſubdividit oſtendens, quod ſolum quatuor modis poſſunt eſſe lacrymæ, quas omnes abſterget, quia aut pro neceſſitate moriendi quod removet, cum dicit: [& mors] i. diſſolutio corporis, & animæ.

b Ultra non erit,] quia 1. *Cor.* 15. Abſorpta eſt mors in victoria ſanctorum, ſcilicet, qui recepti in aula regia omnes incurſus peccatorum, & Dæmonus vicerunt. Aut pro peccatis propriis, vel alienis: quod removet, cum dicit.

c Neque luctus,] Aut pro incolatu hujus miſeriæ, quod removet, cum dicit:

d Neque clamor,] aliqua, ſcil. inquietatio. Aut pro deſiderio cœleſtis patriæ, quod removet, dicens:

e Neque dolor] *Iſa.* 65. Non audietur in eo ultra vox fletus, & vox clamoris: Sed ſedebit populus meus, vivens, ſcil. quod eſt contra mortem, in multitudine pacis, contra clamorem, in tabernaculis fiduciæ contra luctum, in requie opulenta, contra dolorem. *Iſa.* 32.

f Quæ prima] ſcil. quatuor.

g Abierunt,] recedentes ab aula. Et eſt hic argumentum, quod non venitur ad gloriam, niſi per iſta. Venientibus enim prima ſont, *Eccl.* 3. Tempus flendi prius in hac vita, & tempus ridendi poſt fletum, ſcil. in futura. Vel ſecundum *Gloſ.* [Quæ prima abierunt] quia cauſa horum, ſcil. peccatum non erit ibi, unde nec iſta erunt ibi: & tunc ſic conjungitur littera, quaſi diceret: illa quatuor receſſerunt.

f Quia prima] i. antecedentia, & etiam eorum cauſa.

g Abierunt,] ſcil. peccata. Ibi enim jam homines peccare non poterunt, & ita nec mori, nec clamare, nec lugere, nec dolere. Vel hoc dicit, quia tanta erit ibi affluentia bonorum, quod miſeriæ præſentis ſæculi, & moleſtiæ quas ſuſtinuerunt ſancti oblivioni tradentur. Unde *Iſa.* 65. Non erunt in memoria priora, & non aſcendent ſuper cor, ſed gaudebitis, & exultabitis uſque in æternum. Et ibidem paulo ante: Oblivioni datæ ſunt anguſtiæ priores, & quia abſconditæ ſunt ab oculis veſtris. Hoc totum quod ibi dicitur: [& abſterget, &c.] ſumptum eſt de *Iſa.* 25. ubi ſic dicitur: Præcipitabit mortem in ſempiternum, & auferet omnem lacrymam Dominus Deus ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferetur de univerſa terra, quia Dominus locutus eſt. Per hoc quod dicit hic: [Abſterget Deus omnem lacrymam, &c.] & poſt [Neque luctus, &c.] dicit *Auguſt. lib.* 20. *de civit. Dei cap.* 17. quod hæc non poſſunt intelligi de Eccleſia militante, ſic inquiens: Quis enim ita veſanus, qui audeat affirmare in hujus mortalitatis ærumnis, non dico populum ſanctum, ſed unumquemque ſanctorum qui hanc, vel ducat, vel ducturus ſit vel duxerit vitam, nullas habentem lacrymas, vel dolores, cum potius quanto eſt quiſquam ſanctior, & deſiderii ſancti plenior, tanto ſit ejus in orando fletus uberior. Vel ſic poſſunt diſtingui quatuor prædicta moraliter . *a* Abſterget Deus, &c.] Hic ſupponitur amotio omnis laboris mali. *Sup.* 14. Amodo jam dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis . *b* Et mors ultra non erit,] i. particularis vitæ diſſolutio quæ fit per quotidianam, & continuam deperditionem & fluxum naturæ, ſed ibi erit vita indeficiens permanens & æterna.

c Neque luctus,] pro conſcientia peccati.

d Neque clamor,] pro injuria illata ab aliis.

e Neque dolor,] pro pœna . *Iſa.* 13. In die illa cum requiem dederit tibi Dominus a labore tuo, & concuſſione tua, & a ſervitute dura qua ante ſerviſti, ſumes parabolam iſtam contra regem Babylonis, & dices quomodo ceſſavit exactor, &c. *h* Et dixit, &c.] Quartum ubi confirmatur beatitudo ſanctorum auctoritate Chriſti. Dicit ergo: [& dixit qui ſedebat in throno] ſcil. Chriſtus, i. [ecce nova facio omnia] prædicta, ſcil. *Iſ.* 65. Ecce ego creo novos cœlos, & terram novam, quoad ſtatum priorem. Et paulo poſt : Ecce ego creo Jeruſalem exultationem, & populum ejus gaudium . Et *Iſa. ult.* Sicut cęli novi, & terra nova, quæ ego facio ſtare coram me, dicit Dominus, ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum. *k* Et dixit mihi, ſcribe,] hæc quæ vidiſti, & audiſti ad aliorum profectum, & utilitatem. Et eſt hoc quintum, quod dicitur in hac parte. Et quare ſcribenda ſunt hæc, oſtendit dicens . *l* Quia hæc verba fideliſſima ſunt & vera] i. ad hoc habilia, ut fides habeatur, Sed quare non dixit veriſſima, ſicut [fideliſſima ?] Sol. Quia fideliſſima comparationem habent ad nos, reſpectu quorum poteſt fieri comparatio, ſed [vera] refertur ad Deum in quem nulla cadit comparatio. Notandum quod verba, quæ ſunt de contemptu mundi, ſunt fidelia. Item quæ ſunt de declinatione mali, & admonitione boni, ſunt fideliora. Sed quæ ſunt de innovatione mundi ſunt fideliſſima, quia ſunt de æternitate. *m* Et dixit mihi:] Sextum eſt, ubi oſtenditur cito eſſe hæc verba complenda: Unde dicit.

n Factum eſt,] i. cito fiet quicquid prædictum eſt, & complebitur, quia adhuc unum modicum, & ego movebo cœlum, & terram, & veniet ad judicium, ſcilic. deſideratus cunctis gentibus, ſcil. Chriſtus ad complendum omnia. *Aggæi* 2. quia *Matth.* 5. Jota unum, aut apex unus non præteribit de lege donec omnia fiant.

o Ego ſum Alpha,] Septimum, ubi probat prædicta omnia vera eſſe per locum a minori, ſumptum a potentia Dei, quia qui potuit creare, multo fortius poterit & recreare. Unde dicit. *o* Ego ſum Alpha, & Omega,] quaſi diceret, qui potui creare, potero innovare, quia in me omnia conſummabuntur. Ponit autem litteras Græcas, primam & ultimam, ad innuendum, quod ipſe eſt finis & principium omnis cognitionis, a Græcis enim derivatur ad nos cognitio, & ſapientia.

p Initium, & finis.] Hoc dicit ad innuendum, quod ipſe eſt finis, & principium omnis operationis. De hoc require *ſup.* 1. *q* Ego ſitienti] Octavum ubi ſubjungit exhortationem quæ invitat ad hanc innovationem per comparationem præmii & pęnæ. Primo ergo de præmio dicit. *r* Ego dabo ſitienti] Qui hic non vult impleri, ſed ſuſtinet defectus, ut ad illam veniat innovationem, & tunc impleatur. *Matth.* 5. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur. *Iſa.* 65. Servi mei bibent, & vos ſitietis. Vel [ſitienti] i. deſideranti. *ſ* De fonte aquæ vivæ] i. quæ facit vivere, ſcil. meipſum, qui do vitam mundo. *Jo.* 6. & 4. Qui biberit ex aqua quam ego do ei, non ſitiet in æternum.

t Gratis,] quoad radicem meriti, ſcil. charitatem quam gratis, infundit, ut ceſſet objectio, Vel [gratis] quia ſuper merita remunerabit. *Luc.* 6. Menſuram bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Sed quia non ſufficit ſervire ad horam, niſi perſeveretur in deſiderio, propter hoc ſubjungit.

u Qui vicerit] omnia vincenda, & univerſaliter quoad numerum, & tempus vincendorum.

x Poſſidebit hæc,] i. firmiter, & immobiliter Deum immortalem in præmio tenebit, *Sup.* 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod eſt in Paradiſo Dei mei . Et *ſup.* 2. Qui vicerit & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes.

y Et ero illi Deus,] ſpecialiter me illi oſtendens in gloria mea, & ſatians meipſo in menſa mea . *Luc.* 22. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, &c.

z Et ille erit mihi filius,] caſto timore me timens, & filialiter amplectens . *Joann. primo* . Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Item idem eſt hic filius, quod ſupra dixit populus.

a Timi-

a Timidis autem, &c.] Hic ſubjungit pœnam non daſideratium, nec laborantium ad hoc ut hanc innovationem habeant. Et ponit octo, quæ ſunt contra octo beatitudines, de quibus *Matt.* 5. dicens: [Timidis autem] i. his qui propter timorem malum, vel humanum ſcil. vel mundanum, fidem non recipiunt, quod eſt contra paupertatem.

b Et incredulis] i. deſperantibus de hac innovatione, qui ſc. fidem non recipiunt, quod eſt contra mititatem: mites enim humiliant intellectũ in obſequium fidei.

c Et execratis] i. excommunicatis, vel aperte peccantibus

mihi filius, *a* Timidis autem *b* & incredulis *c* & execratis *d* & homicidis *e* & fornicatoribus, *f* & veneficis *g* & idololatris *h* & omnibus mendacibus pars *i* illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure quod eſt mors ſecunda. *k* Et venit *l* unus de ſeptem Angelis habentibus phialas plenas ſeptem plagis noviſſimis, *m* & locutus eſt mecum dicens: veni *n* & oſtendam tibi ſponſam, *o* Uxorem agni. *p* Et ſuſtulit me in ſpiritu in *q* montem magnum & altum, *r* & oſtendit mihi *ſ* civitatem ſanctam Jeruſalem *t* deſcendentem *u* de cœlo, *x* habentem claritatem Dei. *y* Et lumen ajus *z* ſimile lapidi pretioſo *a* tanquam lapidi jaſpidis, *b* ſicut cry-

contra illud. Beati qui lugent. Illi enim lugere contemnunt. *Eccl.* 1. Execratio peccantibus ſapientia.

d Et homicidis] qui ſcil. peccant contra jus naturale, & etiam contra juſtitiam poſitivam, unde non eſuriunt, neque ſitiunt juſtitiam.

e Et fornicatoribus,] qui ſcil. propter amorem temporalium Deum relinquunt. Et hi ſunt immiſericordes, quia vel male acquirunt, vel male expendunt, vel utrumque. Et ſecundum hoc accipitur fornicatio large.

f Et veneficis] qui verbo, vel exemplo venenum corruptionis immittunt, quod eſt contra illud, beati mundo corde.

g Et idololatris] Hi ſunt qui in Eccleſiis movent diſſenſiones, & eſt contra illud, Beati pacifici.

h Et omnibus mendacibus] qui ne aliquid patiantur mali, parati ſunt affirmare, & jurare & negare, & eſt contra illud: Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam. His omnibus ſic fiet, quod.

i Pars illorum, &c.] Et dixit [pars,] quia unuſquiſque participabit ibi ſecundum quantitatem culpæ plus, vel minus recipiens ſecundum quod innuit *Ps.* 10. Ignis ſulphur ſpiritus procellarum, &c. Seq.

k Et venit unus de ſeptem Angelis, &c.] Secunda pars capituli, & totius viſionis, ubi dignitatem oſtendit Jeruſalem cœleſtis ſponſæ agni. Hæc autem digni as ad ſimilitudinem civitatis materialis in duodecim conditionibus conſiſtit, a quibus hic per ordinem deſcribitur & commendatur. Et ſecundum hoc pars iſta habet duodecim. Primo enim deſcribitur dignitas civitatis a ſitu, ibi: [& ſuſtulit me.] Secundo ab artifice, ibi: [& oſtendit mihi civitatem.] Tertio a firmitatis clauſura, & munimine, ibi: [& habebat murum.] Quartu a fundamentorum poſitione, ibi: [& murus civitatis, &c.] Quinto a diſpoſitionis qualitate, ibi: [& loquebatur.] Sexto a menſurationis quantitate, ibi: [& menſus eſt civitatem.] Septimo a pretioſitate materiæ, ibi: [& erat ſtructura ejus, &c.] Octavo a munditia platearum, ibi: [& plateæ civitatis.] Nono a regis bonitate & potentia, ibi: [& templi non vidi, &c.] Decimo a ſervientium ei ſollicitudine & induſtria, ibi: [& ambulabunt gentes, &c.] Undecimo, ab omnimoda & plena ſecuritate, ibi: [& portæ ejus non claudentur.] Duodecimo a civium munditia & puritate, ibi: [& afferent gloriam, &c.] Hæc omnia myſtice ſunt intelligenda, quia impoſſibile eſt, ut ad literam eſſent vera. Situs igitur loci mons magnus eſt, hic eſt fides Chriſti. Item artifex Deus, murus Chriſtus & ſancti ejus, fundamenta Patriarchæ & Apoſtoli. Item qualitas, & diſpoſitio quadratura virtutum principalium. Item deſiderium ſanctorum, & per bona opera currentium ad bravium, vel potius fructus bonorum laborum. Item materia, ceteræ virtutes minores, quæ per duodecim lapides pretioſos ſignificantur. Item plateæ, conjugati boni. Item rex Chriſtus. Item ſervientes ſancti vel homines, vel Angeli, qui modo ſollicite ſerviunt illi civitati, vel regi, ut de ſuo ſervitio tandem coronentur ad plenum. Item ſecuritas, quia nullus amittere poterit bonum quod ibi habebit. Item civium puritas, quia nullus ibi cum peccato intrabit, imo nec quis ibi peccare poterit. Hanc igitur civitatem deſcripturus Joannes, oſtendit primo quo monſtrante & auxiliante hoc facere poterit, ne ſcil. fictum a ſeipſo, vel inventum putaretur. Dicit ergo: [& venit ad me] docendum ſcil. ſe coaptavit. Vel venit miſſus a patre luminum de celo.

l Unus de ſeptem Angelis, &c.] De his *ſup.* 15. & 16. in quinta ſcil. viſione, qui ſunt prædicatores boni, qui pœnas malorum ſuperius nunciaverunt infligendas, iidem modo dignitatem cœleſtis Jeruſalem Joanni nunciant. Unde eſt ſenſus, univerſitas prædicatorum in hoc concordat, ut talis ſit dignitas Jeruſalem cœleſtis quam nunc deſcribo vobis. Vel [unus de ſeptem] Chriſtus eſt, cujus inſpiratione hæc, quæ dicturus ſum, cognovi.

m Et locutus eſt mecum dicens. veni] i. attende, audi. *Eccl.* 4. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domũ Dei, & appropinqua, ut audias.

n Et oſtendam tibi ſponſam,] prius ſcil. Eccleſiam, quæ ſponſa eſt, quamdiu eſt in peregrinatione hujus vitæ mortalis.

o Uxorem agni,] eamdem Eccleſiam quæ in futuro erit uxor quando erit traducta in amplexus ſponſi. De primo *Jo:* 3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt: De ſecundo *Eph.* 5. Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam.

p Et ſuſtulit me] Hic incipit deſcribere civitatem. Et primo deſcribit eam a ſitu quia, ſcil. eſt in monte poſita. Unde dicit: [Et ſuſtulit] i. ſurſum tulit [me in ſpiritu] i. in mentis exceſſu. Simile *ſup.* 1. Et fuit in ſpiritu in dominica die.

q In montem magnum & altum,] Mons iſte Chriſtus eſt, qui eſt magnus humanitate & altus divinitate. *Jo:* 4. Puteus altus eſt, qui, ſcil. foſſus eſt in hoc monte. Item mons, eminentia vitæ. Magnus, qui replet omnia in divinitate. Altus, quia inſuperabilis poteſtate ſicut dicit *Gloſ.* De hoc monte *Iſa.* 2. Erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, Bene mons domus Domini, i. Eccleſia dicitur, quæ fundata eſt ſuper ipſum. *Matt.* 16. Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

r Et oſtendit] Hic ſecundo deſcribit ab artifice, a quo Eccleſia recepit tria, ſcil. deſcenſum infuſionis gratiæ, claritatem cognitionis divinæ, & lumen operationis bonæ, ſicut artifex domus, ad literam, primo deſcendit fundamenta jaciendo, deinde opus in lucem producit fundamenta de terra educendo, & tertio perficit ſuis locis lapides commode coaptando. De primo dicit: [& oſtendit mihi] ſuper iſtum montem fundatum.

ſ Civitatem ſanctam Jeruſalem] Hoc expoſitum eſt, *ſup.*

t Deſcendentem de Cœlo,] i. recipientem infuſionem gratiæ in baptiſmo. Gratiæ dico miſſæ ibi.

u De cœlo,] & hoc a Deo: ecce artifex. De ſecundo dicit.

x Habentem claritatem Dei,] i. cognitionem de Deo *Bar.* 4. Beati ſumus Iſrael, quia quæ Deo placent, nobis manifeſta ſunt. De tertio dicit.

y Et lumen ejus] i. opera luminoſa. *Matth.* 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

z Simile lapidi pretioſo] i. Chriſto, quem pro modulo ſuo Eccleſia in operibus imitatur, qui fuit lapis pretioſus firmus in propoſito & lucens in virtutibus.

a Tanquam lapidi jaſpidis,] in quo ſignificatur firmitas & vigor fidei, in qua debent fieri opera. Sed quia non omnino pura ſunt opera & clara, propter hoc purgatorium eſt neceſſarium, quod eſt confeſſio pura, quæ ſignificatur per cryſtallum, quod tranſparens, & lucens eſt, ſic pura confeſſio nihil celat, ut dicit *Gloſ.* Unde dicit: Et ſcil. lumen ejus eſt.

b Sicut cryſtallum,] *Pſalm.* 95. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus. Tria ergo dicit de operibus, quod ſcil. debent fieri quantum poſſumus ad imitationem Chriſti, & in ſimilitudine, & in firmitate fidei, & quod in eis impurum eſt clarificari in ſolionia confeſſionis, *ſup.* 4. Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardi. Et in *eod. inf.* Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo. Et hæc ſunt duo lavacra Eccleſiæ, baptiſmus, ſcil. qui per mare vitreum, & pœnitentia ſive confeſſio quæ per cryſtallum ſignificatur.

b De hac

k De hac civitate dicitur pro omnibus juſtis in perſona Abraham. *Hebr.* 11. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex & conditor Deus.

a Et habebat murum] Hic tertio deſcribit civitatem a clauſura, & munimine & dicuntur hic tria. Primo qualis & quantus eſt murus. Secundo muri deſcribitur ornatus, qui eſt in portis, ibi: [Habentem portas] Tertio diſpoſitio portarum, ibi [Ab oriente, &c.] Per murum, Chriſtus: per portas & portarum angulos, Patriarchæ, & Apoſtoli; per diſpoſitionem portarum terrenarum in quatuor partibus civitatis ſignificatur quod in regnum cœleſte intrant homines per fidem Trinitatis de quatuor partibus mundi. Dicit ergo.

ſtallum, *a* Et habebat murum *b* magnum, *c* & altum *d* habentem portas duodecim, *e* & in portis *f* angulos duodecim, *g* & nomina inſcripta, *h* quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael. *i* Ab Oriente portæ tres, & ab Aquilone portæ tres, & ab Auſtro portæ tres, & ab Occaſu portæ tres. *k* Et murus civitatis *l* habens fundamenta duodecim, *m* & in ipſis duodecim nomina duodecim Apoſtolorum, *n* & Agni. *o* Et qui *p* loquebatur mecum, *q* habebat menſuram arundineam auream ut metiretur civitatem, *r* & portas ejus, *ſ* & murum. *t* Et civitas in quadro poſita eſt, *u* & longitudo ejus *x* tanta eſt, quanta & latitudo.

a Et habebat murum] Chriſtum, ſc. Eccleſiæ defenſorem, *b* Magnum] apud homines ſecundum humanitatem. *c* Et altum] apud Patrem ſecundum divinitatem. *Iſa.*26. Salvator ponetur in ea murus.

Moraliter. Moraliter. Murus ſunt Prælati, & defenſores Eccleſiæ. *Ezech.*13. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael ut ſtaretis in prælio in die Domini. Hic murus plus Eccleſiam hoſtibus, & beſtiis exponit hodie quam cuſtodiat. Per avaritiam enim totus eſt deſtructus, & diſſipatus. *Jer.* 6. Omnes avaritiæ ſtudent, a Propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. Unde *Thren.*2. Murus pariter diſſipatus eſt.

d Habentem portas] Hic deſcribit ornatum muri, dicens: Habentem portas duodecim,] ſc. Patriarchas duodecim per quorum exemplum ad fidem introierunt multi, quorum etiam fidem prædicaverunt, & tenuerunt Apoſtoli, & tenemus nos moderni. Unde ſequitur:

e Et in portis,] i. in fide & operibus Prophetarum habentem, ſcilicet.

f Angulos duodecim] i. Apoſtolos qui dicuntur Anguli, quia ſicut angulus duos parietes conjungit, ſic poſt Chriſtum duos populos vocaverunt ad unitatem fidei. Item quia duo prædicaverunt, ſc. mores, & fidem. Item quia duo præcepta charitatis ſervaverunt, propter hoc miſſi ſunt diſcipuli a Domino bini, & bini ante faciem ſuam in omnem civitatem, & locum, quo erat ipſe venturus: *Luc.*10. Vel portæ ſunt Apoſtoli, Anguli vero ſunt ſubditi, quos ipſi inſtruxerunt & loco angulorum inſtituerunt, ſicut Paulus, Timotheum, & Titum, & multos alios. Et Petrus Marcum, & multos alios Epiſcopos ordinavit, qui regerent populum Dei.

Moraliter. Moraliter. Portæ ſunt Prælati Eccleſiæ, quorum officium eſt, aperiendo ſe, bonos introducere in Eccleſiam, & claudendo, malos ejicere. Sed hæ portæ hodie in terram ſic defixæ ſunt, quod nec claudi poſſunt, nec aperiri, nimis enim amant terrena. Unde *Thren.*2. Defixæ ſunt in terra portæ ejus, & *Ezech.*41. Terra erat uſque ad feneſtras.

g Et nomina inſcripta] ſc. in portis. *h* Quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael] Hæc nomina ſunt memoriam Patrum veteris Teſtamenti, & eorum auctoritas, & exemplum quæ tenent Apoſtoli & Apoſtolici viri dum implent & prædicant, quod illi prædixerunt futurum. *Hebr.* 10. Umbram habens lex futurorum, non ipſam imaginem rerum, ſed Chriſtus & Apoſtoli veritatem ſub umbra latentem aperuerunt. Unde *Joan.* 1. Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. Propter hoc Dominus dicit Apoſtol. *Joan.*4. Alii laboraverunt, & vos in labores eorum introiſtis. Sequuntur enim Apoſtoli fidem, & ſcripturas Patrum antiquorum: dedit enim eis Dominus ciſternas quas non effoderunt vineta & oliveta quæ non plantaverunt. *Deut.*6. *i* Ab oriente] Hic deſcribit diſpoſitionem portarum, dicens: [Ab oriente portæ tres, & ab aquilone portæ tres, ab auſtro portæ tres, & ab occaſu portæ tres.] Hoc eſt, quod per fidem Trinitatis quam tenuerunt Patres veteris Teſtamenti, & quam prædicaverunt Apoſtoli ex omnibus partibus mundi intrabunt homines in regnum Dei. Unde *Matth.*8. Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham Iſaac & Jacob in regno cœlorum, & *Iſa.*43. Dicam Aquiloni, da: & Auſtro noli prohibere, *Gloſſ.* tamen una ſic diſtinguit. Ut per orientem, Judæi, a quibus Sol juſtitiæ natus eſt, quibus fides Trinitatis primo prædicata eſt ab Apoſtolis, ecce portæ tres ab oriente. Per Aquilonem, gentes frigidæ in peccatis, quæ fidem Trinitatis receperunt.

Item per Auſtrum, tempora primitivæ Eccleſiæ, quando Apoſtoli fuerunt igne Spiritus ſancti accenſi.

Vel totum tempus adventus Chriſti uſque ad Antichriſtum, ubi ab Eccleſia tenetur fides Trinitatis. Per occaſum tempus poſt Antichriſtum, vel ſub Antichriſto, ubi prædicabitur eadem fides ab Helia, & Enoch *ſupr.* 11.

Moraliter. Moraliter. Oriens eſt nativitas hominis, quæ eſt cum fœditate & dolore & cum imbecillitate, ecce portæ tres, ab occaſu. Inter hos duos terminos eſt vita hominis, quæ ante eſt in proſperitate, & ſic Auſter, cujus ſunt portæ tres, quia omnis proſperitas, terrena, vana & brevis, & timore plena, aut in adverſitate, & ſic Aquilo a quo ſunt portæ tres, quia adverſitas, & purgat animam a peccatis, & premit corpus ne defluat in deſideriis, & pungit totum hominem ut currat, & accelerat in via mandatorum Dei.

k Et murus civitatis.] Hic quarto deſcribit civitatem a parte fundamenti dicens: [Et murus civitatis] qui eſt fides Chriſti, quæ Eccleſiam munit & tuetur.

l Habens fundamenta duodecim] ſc. Patriarchas, ſecundum quos facta eſt primo confeſſio fidei.

m Et in ipſis] i. ſuper [duodecim nomina Apoſtolorum,] quia Apoſtoli eamdem fidem quam tenuerant Prophetæ prædicaverunt.

n Et agni] ſc. nomen erat in eis, ideſt, Chriſti, quia quem ipſi crediderunt venturum, & Apoſtoli veniſſe nunciaverunt.

o Et qui loquebatur.] Hic quia de Patribus veteris Teſtamenti, & de Patribus novi communiter locutus fuerat, ne aliquis crederet omnes eſſe æquales inter ſe, oſtendit, quod nec æquales ſunt omnes in meritis, nec pares in præmiis dicens: [Et qui loquebatur] ſc. Angelus in perſona Chriſti.

p Mecum] ad beneplacitum meum.

q Habebat menſuram arundineam auream ut metiretur civitatem] ideſt, minores qui in civitate erant, & oſtenderet eis ſecundum capacitatem ſuam dari in præſenti Scripturarum intelligentiam, & in futuro cognitionem divinam.

r Et portas] i. illos qui ſunt majores, & ad fidem introducunt minores, hi ſunt Prælati.

ſ Et murum.] Hi ſunt defenſores Eccleſiæ, quales ſunt prædicatores qui eam ſpiritualiter defendunt, & domini terreni, ſicut milites qui temporaliter. Horum omnium & in præſenti menſurata eſt gratia: non enim menſura gratiæ eſt æqualis, nec menſura eſt quanta, & ſecundum menſuram gratiæ dabitur & gloria, nec omnium vita una, ſed ſecundum capacitatem valorum, alii minor, alii major data: *Rom.*12. Unicuique ſicut Deus diviſit menſuram fidei. Simile *Ezech.*40. Ecce vir, cujus erat ſpecies quaſi ſpecies æris & funiculus lineus in manu ejus, & calamus menſuræ in manu ejus. Non dicit tamen quod calamus ejus ſit aureus, qui loquebatur de Eccleſia militanti ubi multi ſunt ſicut calamus ſc. exterius formoſi & plani, ſed interius vacui. Hic autem eſt ſermo de Eccleſia triumphante, ubi omnes erunt ſolidi: *Eccl.*50. Quaſi vas auri ſolidum. Et propter hoc dicit, quod habebat menſuram arundineam auream.

t Et civitas.] Hic quinto deſcribit civitatem a diſpoſitione vel a qualitate dicens: [Et civitas in quadro poſita eſt] cujus quadratura ſunt fides, ſpes, & charitas, & bona opera, quia ut dicit *Gloſſ.* Ipſa eſt robuſta fide, longanimis ſpe, ampla charitate, efficax operatione. Et exponit *Gloſſ.* quod dixit, dicens,

u Longitudo ejus] ſcilicet fides.

x Tanta eſt quanta & latitudo,] ideſt, charitas, quia quantum credit, tantum amat: *Gloſſ.* Quantum credit quis, tantum ſperat, quantum ſperat, tantum diligit, quantum diligit, tantum operatur. Vel hanc quadraturam faciunt quatuor virtutes cardinales, quibus nihil utilius eſt in vita hominibus: *Sap.* 8. Quarum una non debet aliam excedere in homine, ut dicit *Gloſſ.* Prudentia appetendi boni, & vitandi mali, quam ſequitur temperantia, ut a voluptatibus homo ſe retrahat, poſt hanc fortitudo ut quod intelligit operetur, dehinc juſtitia, ut ſic ſuos actus tempe-

temperet ne nimis juſtus, vel ſapiens ſibi videatur *Eccl. c. 7.* Noli eſſe juſtus multum, nec plus ſapias, quam neceſſe eſt ne obſtupeſcas. Hæc autem quadratura virtutum cardinalium in patria remanebit, ſed non ſecundum uſus ſuos omnes, ſed ſecundum aliquos principales, ſcilicet & non ſecundarios;

a Et menſus eſt civitatem b de arundine aurea c per ſtadia duodecim millia, d & longitudo, e & latitudo, f & altitudo, g ejus h æqualia ſunt. i Et menſus eſt muros ejus k centum quadraginta quatuor cubitorum, l menſura m hominis, quæ eſt Angeli. n Et erat ſtructura o muri ejus p ex lapide Jaſpide,

Prudentiæ enim duplex eſt uſus præcavere inſidias, & hic uſus eſt ſecundarius qui evacuabitur nullæ inſidiæ erunt, ibi.

Item alius, nullum Deo præponere, vel æquare, & hic uſus eſt principalis & in patria erit.

Item temperantiæ duplex ſcil. delectationes pravas cohibere, hic ſecundarius eſt, & evacuabitur, alius nullo motu noxio delectari, ideſt, in hoc delectari, quod nullum noxiom appetit, & fere, idem quod omnem motum carnis illicitum deteſtari.

Sed tunc notandum, quod deteſtari tripliciter ſumitur a ſanctis.

Uno modo idem eſt quod judicare illicitum eſſe, & ſic eſt uſus temperantiæ proprius, & principalis, qui in patria remanebit; judicabit enim omnem motum carnis illicitum.

Secundo modo idem eſt quod inſurgere contra motus noxios, & ſic eſt iraſcibilis, & eſt motus zeli vel iræ per zelum; & ſic non erit in patria.

Tertio modo, idem eſt quod fugere motus noxios, & ſic eſt cujuslibet virtutis, & contrahitur ſecundum diverſitatem materiæ.

Unde fugere propriam excellentiam, humilitatis eſt, & fugere delectationes carnis temperantiæ, & ſic de aliis.

Item fortitudinis duplex eſt uſus. Unus perferre moleſtias, hic eſt ſecundarius & non erit in futuro, quia nulla erit moleſtia: Alius Deo firmiter adhærere, & hic remanebit.

Sed tunc notandum quod eſt duplex adhæſio. Una per modum amplexantis, ſic adhæret charitas ſummo Bono, & fides ſummo vero. Alia per modum detinentis, ſic adhæret fortitudo quaſi detinens Deum ne ei auferatur, vel proſperis, vel adverſis, & hæc adhæſio, nihil aliud eſt quam quædam fiducia mentis, cui oppoſita eſt acidia, qua homo diffidit poſſe habere quod vellet, cui triſtitia annexa eſt. Item uſus juſtitiæ eſt duplex. Unus ſubvenire miſeris, & hic eſt ſecundarius, & evacuabitur, quia nulla erit ibi miſeria, nec ullus miſer. Alius principalis, ſc. Deo regenti ſubditum eſſe, & hic etſi ſit in via, tamen remanebit in patria, & ſubditum eſſe Deo infallibiliter, tam in ſe, quam in aliis ſuis, & ex hoc volo ei reddere quod ſuum eſt, & in ſe, & in ſuis.

Unde patet quod reddere unicuique quod ſuum eſt, non eſt primus uſus juſtitiæ; ſed ſequitur ad aliud, ſubditum eſſe Deo. Et ex hoc etiam patet quod non teneor proximo in quantum eſt hoc, vel illud, ſed in quantum eſt creatura Dei, & ita creaturæ teneor reddere quod ſuum eſt. Suum dico in quantum creatura, non in quantum homo iſte, vel ille. Sicut Prælato non teneor ſubjici in quantum eſt homo ille vel ille, ſed in quantum miniſter Dei conſtitutus a Deo.

a Et menſus eſt civitatem.] Hic ſexto deſcribit civitatem a quantitate debita. Et dicuntur hic duo, Primo de quantitate civitatis.

Secundo, de quantitate & altitudine muri, ibi. [Et menſus eſt muros, &c.] Dicit ergo: [Et menſus eſt.] Hæc quantitas civitatis, ac murorum nihil aliud eſt quam profectus virtutum, & minorum, & majorum, quia per civitatem minores, & per muros majores deſignantur, Et utrinque menſurantur.

b De arundine aurea,] quia utriſque promittitur beatitudo æterna.

c Per ſtadia] ergo [duodecim millia] ſignificati ſunt minores, qui de quatuor partibus mundi ſtant firmi in fide Trinitatis & ſervant decalogum mandatorum ad honorem Dei, & meritum ſui, & ad commodum proximi, quod ſignificatur [per duodecim millia, & ſic currunt ad bravium æternæ beatitudinis perſeverando in firmitate fidei, etſi nondum ſint in fortitudine operandi, vel aggrediendi ardua, ſcilic. conſilia. Duodenarius enim componitur ex quatuor, & tribus, & ſignificat quatuor partes mundi cum fide Trinitatis. Per mille perfectio ſignificatur cum obſervatione decalogi: eſt enim numerus cubicus habens tres dimenſiones, quia decies decem decies, faciunt mille. Dicit ergo: [Et menſus eſt civitatem de arundine aurea,] i. minoribus in Eccleſia beatitudinem, & vitam æternam pro miſeria oſtendit dandam, vel jam datam. Et hoc [per ſtadia duodecim millia,] i. quia ipſi in quatuor partibus mundi collecti ſervaverunt fidem Trinitatis cum obſervatione decalogi integra, & perfecta: Quia *Jac. c. 2.* Qui totam legem ſervaverit, offendat autem in uno, factus eſt omnium reus. Et quia fides ſine ſpe, & charitate non eſt ſufficiens, nec plena propter hoc ſubjungit. [Longitudo, &c.] Quia aliquis quæreret: menſuravit, & quid ibi invenit? Reſpondet, hoc ſcilicet, quod. *d* Longitudo,] i. fides, vel perſeverantia. *e* Et latitudo,] i. charitas.

f Et altitudo,] ideſt, ſpes, vel contemplatio.

g Ejus,] ideſt, civitatis.

h Æqua ſunt,] quia tantum ſperat, & diligit, quantum credit.

Vel Æqualia dicuntur propter perſeverantiam uſque in finem, quia non valet fides inventa in homine, in morte, niſi & coæquata ſit ei charitas, & ſpes uſque in finem vitæ *Jac. 2.* Fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa]. [Et quod mortuum eſt non vivificat. *Unde* pro tali fide nullus habebit vitam æternam.

i Et menſus eſt muros ejus, &c.] per muros ſignificantur majores, qui ſe habent opponere pro Eccleſia, ut dictum eſt *ſupr. eod.* Et debent eſſe perfectiores, quam alii, quia ſemper debent habere oculum cordis, & intentionis in æterna beatitudine, quæ ſignificatur per centum, quia ſecundum Bedam, *de læva* tranſit in dexteram.

Item debent obſervare mandata decem, ſicut minores & præter hæc, quæ docent quatuor Evangelia, quorum utrumque ſignificatur per quadraginta, quia quadraginta conſtat ex quatuor, & decem, ſe invicem multiplicantes.

Item cum his omnibus debent eſſe perfecti in operibus ut uſum habeant, & exercitium quatuor virtutum cardinalium prædictarum, quod ſignificatur per quatuor. Dicit ergo: [Et menſus eſt muros ejus,] ideſt, majoribus ſimiliter beatitudinem æternam promiſit, & dedit, pro hoc, quod menſura eorum inventa eſt fuiſſe.

k Centum quadraginta quatuor cubitorum,] ideſt, quia oculum habentes, in cœleſtibus obſervaverunt Decalogum, & prædicaverunt Evangelium perfecti in exercitio, & uſu virtutum, & operatione, quæ operationes ſignificantur per cubitum. Et hoc ſupple fuit.

l Menſura hominis] qui mihi apparuit.

m Quæ] dico [menſura eſt Angeli,] quaſi ille, qui ſic menſurabat in ſpecie hominis mihi apparebat ſed erat Angelus. In hoc igitur oſtendit, quod ille, qui per illum Angelum ſignificatur ſc. Chriſtus verus eſt Deus & verus homo.

n Et erat ſtructura.] Hic ſeptimo deſcribit, & commendat civitatem a pretioſitate materiæ. Primo oſtendit, qualis fuit materia muri. Secundo qualis fuit materia civitatis, ibi. [*Ipſa vero civitas, &c.*] Tertio, qualitas fundamenti, ibi. [Et fundamenta muri, &c.] Quarto, qualitas portarum, ibi. [Et duodecim portæ:] *Gloſſ.* [Et erat.] Dixerat in hac civitate eſſe muros, & portas, & fundamenta, & ipſos inter ſe alios majores, & alios minores: hic exequitur murus ipſe qualis ſit, & qualis ipſa civitas & fundamenta, & portæ, dicens.

n Et erat ſtructura,] ideſt, materia.

o Muri ejus] ideſt, civitatis.

p Ex lapide Jaſpide,] ideſt, quicumque eſt defenſor Eccleſiæ, hoc habet ex fide quam prædicat, & tenet firmiter. Sicut dicit *Gloſſa*, per Jaſpidem ſignificatur fides propter ejus viriorem. Siccus enim eſt, qui non habet fidem, & ideo nulli alii, quam igni congruus.

Et loquitur hic de defenſione prædicationis, vel diſputationis, quæ merito fidei datur, & augetur homini. Fidei dico, aut ejus, qui prædicat, vel diſputat aut eorum, qui audiunt.

Unde ſuper iſtud *Rom.* 12. Sive prophetiam ſecundum rationem fidei dicit *Gloſſ.* ideſt, ſecundum exigentiam quia ut exigit fides eorum, i. prædicatorum, vel auditorum datur prophetia, ſcilicet diſputatio, vel prædicatio: *Cant. ult.* Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea, ideſt, ſi aliquis talis inventus eſt, qui defendere poſſit Eccleſiam, obtundendo militiam

tiam impiorum, vel naturalis ingenii induſtria, vel edoctus ſcientia philoſophica armetur prius informari eloquio Dei, ubi ſemper debet fides eſſe indemnis & illæſa, & ſupponi debent omnes articuli quaſi artis principia. Structura igitur muri debent eſſe articuli fidei, a quibus habet ut ſit murus vel de- 1. Petr. 3. fenſor paratus ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti ſe rationem de ea, quæ in ipſa eſt fide, & ſpe: aliter enim nec murus eſt, nec defenſor, ſed potius hæreticus, & deſtructor.

a Ipſa vero civitas *b* aurum mundum *c* ſimile vitro mundo, *d* & fundamenta muri *e* civitatis omni lapide pretioſo *f* ornata. *g* Et fundamentum primum jaſpis, *h* ſecundum *i* ſapphyrus, *k* tertium chalcedonius, *l* quartum ſmaragdus, *m* quintum ſardonyx, *n* ſextum ſardius, *o* ſeptimum chryſo-

a Ipſa vero civitas.] Hic oſtendit qualis eſt materia civitatis, ideſt, minorum, quia fides cordis cum profeſſione oris.

Unde dicit: (Ipſa vero civitas) ideſt, minores in Eccleſia.

b Aurum mundum] erat per ſapientiam Dei qua corde credunt quicquid eſt credendum, & fides mundificat eos: *Act. c.*15. Fide purificans corda.

Sed quia non ſufficit in eſſu fides cordi, niſi & adſit profeſſio oris, propter hoc ſequitur.

c Simile vitro mundo,] quod non celat, nec retinet colorem ejus liquoris quem continet.

Unde per hoc ſignificatur confeſſio fidei, quæ eſt in corde, quia *Rom.* 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Vel per aurum fulgor charitatis, per vitrum mundum innocentia baptiſmalis, & charitatis cum innocentia baptiſmali, ut frequentius invenitur in minoribus, & ſimplicibus & idiotis, quam in prudentibus ſæculi. Unde *Prov.*3. Cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.

d Et fundamenta muri.] Hic oſtenditur quam pretioſa ſit materia fundamenti dicens. [Fundamenta muri] id eſt, Prophetæ, dicit *Gloſſ.*

e Civitatis] erant ſubaudi.

f Ornata omni lapide pretioſo] ideſt, omni genere virtutum & bonorum operum. Nec ſolum Prophetæ fundamenta ſunt Eccleſiæ, ſed etiam imitatores eorum qui vitæ exemplo Eccleſiam decoraverunt. *Pſ.* 86. Fundamenta ejus in montibus ſanctis, &c.

Item quia vero Patriarchæ & Prophetæ & imitatores eorum non gratia perſonarum, ſed per operationem virtutum Eccleſiam fundaverunt, propter hoc oſtendit quibus virtutibus ipſi in Eccleſia luxerunt, reponens eos ſub duodenario numero lapidum pretioſorum, ut ſic oſtendat eos in omnibus ſplenduiſſe virtutibus: ipſe enim eſt numerus univerſitatis, quia ex partibus ſeptenarii conſtituitur. Unde dicit.

g Et fundamentum primum jaſpis.] Hæc eſt fides quæ nunquam in Sanctis marceſcit, ſed ſemper permanet in vigore boni operis. In illis quidem marcida eſt, imo mortua: qui fidem habent & non fidei opera.

Unde *Gregor.* in perſona Domini. A me fide diſcrepat qui operibus non concordat. Hæc eſt prima in ædificio ſpirituali, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: *Heb.* 11. Et nihil retinet qui fidem perdidit, ut dicit Seneca. Et illud *Prudentii*.

Prima petit campum dubia ſub ſorte duelli,
Pugnatura fides,

Dicitur autem prima fides, quia ex ipſa ceteræ generantur virtutes, ſecundum quod dicit *Gloſſ. ſuper illud Matth. primo.* Abraham genuit Iſaac, Iſaac genuit Jacob *Gloſſ.* ideſt fides ſpem, ſpes charitatem. Et hoc intelligendum eſt non de habitibus qui ſimul omnes infunduntur a Deo, ſed de moribus, quorum unus generatur ab alio.

h Secundum] fundamentum, ſcilicet erat.

i Sapphyrus.] Hæc eſt ſpes ſanctorum, qui per cæliſcam converſationem cœlo ſereno ſunt ſimiles, ſicut ſapphyrus, & veris ſolis radiis percuſſi ſunt, qui radii ſunt amoris inſignia, quæ in ſua converſatione, & in ſua Paſſione, Reſurrectione, & Aſcenſione oſtendit Dominus in ſe. Sancti ergo contemplativi omnem terrenitatem reprimunt & fulgorem æternitatis emittunt, dicentes cum Apoſtolo ad *Phil. c.*3. Noſtra converſatio in cœlis eſt. Et ad idem alios trahunt dicentes illud *Iſa. c.* 2. Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. Unde *Eccl. c.*43. Tripliciter ſol exurens montes radios igneos exſufflans & refulgens, & radiis ſuis obcæcat oculos. Montes Eccleſiæ, ideſt, Prædicatores tripliciter exurit ſol juſtitiæ, dum ad tria facit idoneos, ſcilic. ad fidem & operationem, & ad prædicationem utrinſque, & exſufflat ab eis ignem concupiſcentiæ, & refulgent in eis radii amoris, qui excæcant oculos noctuæ, ideſt, malorum.

k Tertium Chalcedonius.] Ut dicit Iſidorus, ejuſdem virtutis eſt, cujus ſigurius, ſed tamen vilior, & eſt ex lapidibus ardentibus ſimilis pallenti lucernæ, ut dicit hic *Gloſſ.* Calefactus a ſole, vel digitorum attritu paleas & chartarum folia ad ſe rapere dicitur, & cælaturis reſiſtit.

Hæc eſt charitas Sanctorum, quæ ab ipſis cælata quaſi pallet in lucerna: ſed cum ad aliorum utilitatem exire cogitur, lux ejus emicat, quæ non ſculpitur, quia adverſis non ſecatur.

Unde dicit Apoſtolus 1. *Cor. c.* 13. Omnia ſuffert, & vanam gloriam nec recipit, nec retinet.

Hæc amore Chriſti accenſa & digito, ideſt, Spiritus ſancti igne inflammata peccatores ſibi conjungit: *Matth.* 13. Paleas autem, ideſt, peccatores comburet igni inextinguibili.

l Quartum ſmaragdus.] A nimia viriditate dictus ſmaragdus, ſcil. quia omne ſatis viride ſmaragdum dicitur, ut dicit Iſidorus. Omnes herbas & frondes viriditate ſuperat, aerem etiam vicinum ex repercuſſione vireſcere facit. Nulla gemma gratior oculis: Cujus corpus extenſum ſicut ſpeculum imagines reddit. Quippe Nero Cæſar gladiatorum pugnas in ſmaragdis ſpectabat ut dicit Iſidorus. Hunc gryphes, qui corpus, & pedes & caput habent leonum, currentes ſuper terram ut leones, & alas habent aquilæ, quibus volant in aere, auferunt hominibus, ſed Arimaſpus populus, ſcil. unum habens oculum, pugnans contra eos, eis aufert.

Hæc eſt caſtitas, vel virginitas quæ virorem carnis integre ſervat, & in amaritudine pœnitentiæ motus malos caſtigat.

Hæc eſt gratior Angelis & oculis Chriſti, hi enim ſequuntur agnum quocumque ierit, *ſupr.* 14. Et in ſe portant imaginem Angelorum & Chriſti.

Hanc Dæmones multum nituntur auferre, ſed mens & intentio indiviſa a Deo reſiſtit, & eam cuſtodit illæſam: qui enim tales ſunt, indiviſi ſunt, ſicut dicitur 1. *Cor.* 7. Non enim habent duos oculos, unum in terrenis, & alium ad Deum, ſed unum tantum, & illum figunt in Deum, ut dicant illud *Pſ.* 122. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, &c.

Et hic lapis bene quartus dicitur, quia virginitas in quatuor Evangeliis primo commendata legitur.

m Quintum ſardonyx.] Hic ex duorum nominum ſocietate eſt vocatus, ut dicit Iſidorus. Habet enim candorem ſicut onyx, & ruborem ſicut ſardius, & eſt tricolor ſubterius niger, in medio candidus, ſuperius minius, ideſt, rubeus. Hic ſolus in ſignando nihil ceræ avellit. Per hunc patientia ſanctorum ſignificatur per quam ab inferioribus, ideſt, a mundanis hominibus ſunt in deſpectu, candore tamen conſcientiæ ſunt in corde ſuo lucidi, ſed ardore martyrii, quo citius ad ſuperna perveniunt, rubei. Hæc etiam nihil avellit, quia ſuis perſecutoribus plene, & ex toto corde remittit, ſciens quod dicit Dominus *Luc.*6. Dimittite & dimittemini: *Eccl.*28. Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur. Hæc bene quinta dicitur, quia moleſtiæ circa quam eſt virtus patientiæ, corpus exponit quod quinque ſenſibus agitur.

n Sextum ſardius] ſic dictus eo quod repertus ſit primo a Sardis. Rubrum habet colorem & marmoribus præſtat, ſed inter gemmas viliſſima eſt, ut dicit Iſidorus.

Et ſignificat Martyrum conſtantiam, qui rubri fluido ſanguine laureis ditantur bene fulgidis: laverunt enim ſtolas ſuas in ſanguine Agni, *ſup.* 7. Et bene ſexta hæc gemma ponitur, quia Chriſtus ſexta ætate & ſexta die martyrium ſua Paſſione conſecravit.

Vel ſicut dicit *Gl. ſuper illud Exod.* 28. In primo verſu erit lapis ſardius, qui ut ajunt terræ rubeæ eſt ſimilis.

Et ſecundum hoc ſignificat ſollicitudinem ſanctorum de cuſtodia ſui, qui exemplum Adæ qui terra rubea dicitur ſemper habentes in mente, ardent ante Deum charitate pro ſuæ Paſſionis rubore, & terram proprii corporis laboribus & diſciplinis non ceſſant excolere, ut dicere poſſint illud *Zach. c.* 13. Homo agricola ego ſum; quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea.

Et bene ſexta dicitur, quia Adam factus eſt ſexto die & peccavit eodem die & ejectus fuit. *o* Septimum chryſolithus.] Hic auro ſimilis eſt cum marini coloris ſimilitudine ut dicit Iſidorus. Et ſicut hic *Gl.* videtur ſcintillas arden-

tes emittere, dictus a chryſis quod eſt aurum. Per hunc poteſt intelligi innocentia baptiſmalis: mare enim ſignificat baptiſmum, *Apoc.4.* In conſpectu ejus tanquam mare vitreum.

Ibi ſiquidem dicti ſumus de cupro vel de plumbo aurum probatum, quia de filiis iræ filii gratiæ *Eph.* 2. Quam multi Sanctorum illæſas ſervantes ſcintillas boni exempli aliis per exhortationes bonas emittunt quibus eos ad amorem Dei & proximi accendunt. Qui bene ponitus ſeptimo loco propter dona Spiritus ſancti, quæ collata

B

litibus, *a* octavum beryllus, *b* nonum topazius, *c* decimum chryſopaſſus, *d* undecimum hiacynthus, *e* duodecimum amethiſtus. *f* Et duodecim portæ, *g* duodecim margaritæ ſunt per ſingulas. *h* Et ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis:

ſunt in baptiſmo *Gloſſ.* tamen dicit quod per auri fulgorem cum ſcintillis ſignificatur prædicatio ſanctorum cum miraculis: *Sap.*3. Fulgebunt juſti, per candorem baptiſmalis innocentiæ, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.

a Octavum beryllus.] Hic gignitur in India, nomen habens e lingua gentis ſuæ, ſimili ſmaragdo in viriditate, ſed tamen cum pallore.

Politur ab Indis in ſex angulares formas ut hebetudo coloris repercuſſu angulorum excitetur: aliter poſitus non habet fulgorem & ſignificat ſanctos vitæ activæ deſervientes, in qua ſervatur viror gratiæ, ſed tamen cum pallore, quia hoc exerceri non poteſt ſine aliquorum venialium offuſcatione, ſed per ſex opera miſericordiæ quibus inſudant, ex charitate colorem recipiunt, quia in fructu recompenſatur lippitudo Liæ; *Gen.* 29. Et bene ponitur octavo loco, quia iſti mercedem hic non recipiunt, ſed expectant in octava reſurrectione, ſecundum conſilium Domini; *Luc.* 14. Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent unde retribuant tibi. Retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum vel retributione.

b Nonum topazius.] Hic ſecundum Iſidorum ex virenti genere eſt, omnique colore reſplendens, inventus primo a Troglodytis prædonibus in inſula Arabiæ, ubi fame & tempeſtate feſſi effodiebant radices herbarum.

Unde ex cauſa nomen accepit: Nam topazion lingua Troglodytarum ſignificationem habet quærentis.

Et eſt gemmarum ampliſſima quæ ſola nobilium limam ſentit *Gloſſ.* ſuper *Exod.* 28. dicit quod quamvis ſit omnium colorum, maxime tamen eſt aurei & aerei.

Et dicitur Topazion quaſi topandion, ideſt, omnium colorum, a pan quod eſt totum, Secundum *Gloſſ.* Hic, invenitur in inſula Ægypti quæ dicitur Topazon. Secundum *Gloſſ.* Hic duo maxime habet colores, aureum & æthereum: cum ſplendore ſolis tangitur, omnium gemmarum claritates ſuperat: in aſpectum ſuum ſingulariter provocat aſpicientes: quem ſi plus polis, obſcuras, ſi naturæ relinquis, clarior eſt, & nihil clarius regibus inter divitias, qui quo rarior eſt eo pretioſior.

Per hunc ſignificatur vita contemplativa, quæ ex charitate eſt aurea, ex dulcedine æcherea, ubi Deus limpidius videtur ad quam homo ſingularius trahitur.

Et qui tales ſunt, ſi honoribus ſæculi poliuntur vel ornantur, obſcurantur, quia turbantur erga plurima ſicut Martha; nam unum jam tenent quod eſt neceſſarium, ſicut Maria: *Luc.* 10. Quod hic lapis omni colore reſplendet hoc eſt quod qui tales ſunt, omnium virtutum lucem gerunt ad exemplum tabernaculi quod eis monſtratum eſt in monte; *Exod.* 25. Omnia fac ſecundum exemplar quod tibi monſtratum eſt in monte.

Hæc eſt gemmarum latiſſima, quia charitas maxime cor dilatat; bene autem nono loco ponitur, quia qui tales ſunt, Angelis quorum ſunt novem ordines, pro ſuo modulo in Dei contemplatione aſſimilantur, de quibus *Matth.* 18. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris.

c Decimum chryſopaſſus.] Hic ſecundum Iſidorum, indicus eſt, colore porri ſuccum referens, aureis intervenientibus guttis: unde & nomen accepit, quaſi paſſim habens aurum.

Per hunc in auro ſignificatur deſiderium cœleſtis patriæ, per colorem vero perpeſſio tribulationum, quia quanto plus Sancti patiuntur propter Dominum, tanto plus accenditur, & inflammatur eorum deſiderium, quia, ut dicit *Gregor.* quod flatus carboni, hoc tribulatio charitati. Et bene decimo loco ponitur propter obſervantiam decalogi, vel quia iſti feſtinant venire ad decimum ordinem Angelorum; qui ex omnibus reparandus eſt.

Et dicitur decimus ordo cecidiſſe, non quia unquam fuerint decem ordines, ſed quia tot de diverſis ordinibus ceciderunt qui poſſent facere unum ordinem.

d Undecimum hiacynthus.] Ut dicit Iſidorus, ex nominis ſui flore vocatus.

Hic in Æthyopia invenitur, cæruleum habens colorem, optimus, qui nec rarus eſt, nec denſitate obtuſus, ſed ex utroque temperamento lucet, purpuraque refulgens, ſereno perſpicuus atque gratus, nubilo coram oculis evaneſcit atque marceſſit. In os miſſus, frigidus eſt, in ſculptoris duriſſimus; nec tamen invictus. Per hunc ſignificatur diſcretio ſanctorum & compaſſio, qua ſecundum Deum omnibus & in omnibus ſe conformant, ut omnes lucrifaciat; 1. *Cor.* 9. Omnibus omnia factus ſum, ut omnes lucrifacerem, vel compatiuntur omnibus, ut *Rom.*12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: Significat etiam circumſpectionem doctorum & prædicatorum qui attendunt quid, & quibus eſt prædicandum, ut majoribus majora & parvulos lacte potent minorum.

e Duodecimum amethiſtus.] Iſidorus: Inter gemmas purpureas principatum amethiſtus indicus tenet. Purpureus eſt permixto violaceo colore, & qua roſæ nitore & leniter quaidam flammulas fundens. Cauſam ejus nominis afferunt, quia ſic quiddam in purpura illius non ex toto igneum, ſed † vini colorem habens. Eſt autem ſculptaris facilis. al. † mi- nii.

Per hunc deſignatur humilitas & contemptus mundi, cum deſiderio tamen martyrii; ſicut fuit in confeſſoribus, quorum multi non defuerunt martyrio, ſed martyrium defuit eis. Sicut legitur de Beato Martino, qui etſi Martyr non fuit, palmam tamen Martyrii non amiſit.

Unde ſancti infundunt flammulas conſolationis & viſitationis infirmorum, viduarum, & pupillorum largitionis eleemoſynarum, quibus inflammant alios ad amorem Chriſti. De primo *Iſaiæ* 61. Ut conſolarer omnes lugentes, & ponerem fortitudinem lugentibus Sion. De ſecundo *Jacob primo*. Regio munda & immaculata hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribolatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire in hoc ſæculo. *De tertio Lucæ undecimo*. Date eleemoſynam & omnia munda ſunt vobis.

Vel ſecundum *Gloſſ.* Flammulæ ſignificant virtutem illam qua pro inimicis oratur, quæ eſt virtus virtutum. Colorum varietas, virtutum multiplicitas: *Matth. quinto*. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: Et bene ultimo loco ponitur, quia cuſtodia virtutum eſt humilitas, quia ut dicit Gregorius qui ceteras virtutes ſine humilitate congregat, quaſi pulverem in ventum portat. Unde & Paulus qui interpretatur modicus vel humilis, thronum duodecimum meruit obtinere. Sequitur.

f Et duodecim portæ, &c.] Hic oſtendit qualis eſt materia portarum, dicens. (Et duodecim portæ) cum ſint in civitate, ſicut dictum eſt.

g Duodecim margaritæ ſunt per ſingulas,] ideſt, multi qui inſtructiones, & fidem Patriarcharum duodecim ſunt imitati, candidi ſunt & lucidi: *Thren.*4. Candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, &c.

Et dicit Iſidorus, quod margarita prima eſt candidarum gemmarum, quam inde margaritam ajunt vocatam, quod in conchulis maris hoc genus lapidis invenitur: ineſt enim in carne cochleæ calculus natus, ſicut in carne oſtreæ pretioſiſſima margarita reperiri dicitur, vel ſicut in cerebro piſcis lapillus: ex quibus margaritis quædam uniones vocantur, quia tantum una, nunquam duæ vel tres ſimul inveniuntur: meliores enim ſunt candidæ quam quæ flaveſcunt.

Illa enim aut juventus, aut matutini roris conceptio reddit candidas, has vero ſenectus aut veſpertinus aer gignit obſcuras. Gignitur autem margarita de cœleſti rore quem certo anni tempore cochleæ hauſiunt.

h Et ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis] quaſi ipſi prophetæ ſimiliter virtutibus erant ſplendidi.

Hoc enim a Prælato exigitur & prædicatore, ut ſit ſplendidior vita, & ſcientia quam alii qui ab eo docentur. Talis enim debet eſſe prælatus cujus comparatione ſubditi grex dicantur, ut dicit Beatus Gregorius.

i Et plateæ

a Et plateæ civitatis] Hic octavo deſcribit civitatem a munditia platearum, qui eſt ornatus interior. Hæ plateæ ſunt conjugati, qui quaſi in majori vitæ latitudine ſunt quam alii, & latius hoc mundo utuntur, veruntamen tanquam non utentes, ſic dicitur 1. *Cor.* 7. Dicit ergo :

a & plateæ civitatis *b* aurum mundum *c* tanquam vitrum perlucidum. *d* Et templum non vidi in ea : *e* Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt, *f* & Agnus. *g* Et civitas non eget ſole, neque luna, *h* ut luceant in ea : *i* nam charitas Dei *k* illuminabit eam, *l* & lucerna ejus eſt Agnus. *m* Et ambulabunt gentes *n* in lumine ejus, *o* & reges terræ *p* afferent gloriam ſuam, *q* & honorem in illam. *r* Et *ſ* portæ ejus *t* non claudentur per noctem. *u* Nox enim non erit illic. *x* Et afferent

[Et plateæ civitatis] ideſt, conjugati ſunt, *b* Aurum mundum] Aurum quidem per ſapientiam Dei [mun-
G dum] a peccato mortali. *c* Tanquam vitrum perlucidum.] Hoc dicit, quia frequentius confitentes nihil celant quod eos debeat, vel poſſit aggravare : Sicut ille de quo dicit *Job* 20. Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abſcondet illud ſub lingua ſua, parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo. Vel dicit eos eſſe vitrum, quia in ipſis tanquam in ſpeculo poſſunt mali cognoſcere maculas ſuorum criminum. *d* Et templum] Hic nono deſcribit civitatem a bonitate regis, & a potentia : hanc Dei bonitatem in duobus oſtendit, quia & bonis omnibus replebit affectum & plena cognitione, & veritate illuminabit intellectum. Item nec ibi deerit beatitudo corporum ; nec etiam lumen, & claritas eorum, quia quod dicit : [Dominus enim Deus omnipotens, &c.] pertinet ad felicitatem animarum, quod vero dicit [Agnus] quodammodo dat intelligere felicitatem corporum, dicit ergo : [Et templum non vidi in ea :] Hic agit de repletione affectus plenitudine omnium bonorum : templum enim locus orationis eſt, & oblationis in præſenti : oratio autem eſt pro duobus tantum, ſc. aut pro bonis adipiſcendis, aut pro malis amovendis. Ibi nullum malum erit amovendum, quia nullum ibi eſſe poterit ; item nullum bonum erit adipiſcendum, quia omne eſt adeptum ; & ſic non habebit locum oratio. Item oblatio tantum pro duobus fit, aut in ſignum oblationis cordium, aut in neceſſitatem ſuſtentationis miniſtrorum ; ibi nulla erit neceſſitas, nulla penuria. Item ibi nulla erit obſcuritas, ſed immediata conjunctio animarum noſtrarum ad Deum, & omnium invicem manifeſta revelatio cordium, quia, ut dicit *Gregor.* Uniuſcujuſque mentem ab alterius oculis corpulentia corporis non abſcondet, & ſic patet quod nec ad ſignum, nec ad neceſſitatem erit ibi aliquid offerendum. Dicit ergo : [Et templum non vidi in ea :] Quare ? Quia non erat neceſſarium.

e Dominus enim Deus omnipotens templum illius eſt,] i. omnimoda requies, & perfecta plenitudo omnium bonorum, & hoc in animabus quoad affectum, quia ut dicit *Pſalm.* 103. Tunc omnia replebuntur bonitate. Et ne deſit felicitas corporum, & propter hoc ſubjungit :

f Et Agnus.] ſimiliter, templum ejus eſt, i. omnimoda requies a laboribus corporum, *ſupr.* 14. Amodo jam dicit ſpiritus, ut requieſcant a laboribus ſuis. Et hoc dicitur hic quoad ſimilitudinem corporum ſibi intrinſecam. *g* Et civitas non eget ſole, &c.] Hic agit de illuminatione animæ quoad intellectum, cum dicit : [Et civitas non eget ſole, neque luna, ideſt, majori, vel minori doctrina. *h* Ut luceant in ea :] i. ut illuminentur interius ab ea, ſc. a majoribus, vel minoribus Doctoribus miniſtrata, quia omnes erunt docibiles Dei. *Joan.*6. Unde ſequitur :

i Nam claritas Dei] i. totius Trinitatis.

k Illuminabit eam,] dando intellectibus noſtris pleniſſimam cognitionem, & ab omni nubilo phantaſmatum ſemotam : Quia 1. *Cor.* 13. Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate ; tunc autem facie ad faciem. Vel ad litteram non egebunt ibi ſancti, nec ſole, nec luna ad ſervitium Dei, ſicut faciunt in præſenti vita, quia Deus eos pleniſſime illuminabit, non ſolum in mente, ſed etiam quoad corpora. Unde & ſequitur :

l Et lucerna ejus eſt Agnus.] ideſt ; Chriſti humanitas continens divinitatem erit lumen omnium, etiam quoad corporum illuminationem : unde dicit *Pſalm.* 35. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & alibi. In lumine tuo videbimus lumen.

m Et ambulabunt gentes] Hic decimo deſcribit civitatem a ſervientium Deo induſtria, & ſollicitudine, quæ eſt, quia pro ſpe tantæ claritatis habendæ, & tantæ beatitudinis, convertentur multi ad Dominum, & proficient in operibus bonis ; unde dicit : [Et ambulabunt gentes] ad fidem Chriſti, de virtute in virtutem proficient. Et hoc ;

n In lumine] ideſt, pro ſpe, vel in ſpe habendi lumen ejus. Vel [in lumine ejus,] ideſt, ad lumen cognitionis ejus, quod eis deſuper infunditur, *ſupr. eod.* Vidi civitatem ſanctam Jeruſalem novam deſcendentem de cœlo : & *Jac.* 1. Deſcendens a patre luminum. Item majores erunt ſolliciti, de acquiſitione aliorum pro quibus coronabuntur, ut dicit *Gloſſ.* unde dicit :

o Et reges] qui, & in ſe, & in aliis intuitu circumſpectionis, & ſollicitudinis diſſipant omne malum peccati. *Prov.* 20. Et faciunt juſtitiam in terra ſua, ut cadant habitatores ejus mali, ſc. motus carnis, de quibus *Iſa.* 26. Hi inquam reges terræ.

p Afferent gloriam ſuam,] ideſt, ſubditos quos converterunt, & in bonis operibus nutrierunt, & pro quibus gloriabuntur. 1. *Theſſ.* 2. Quæ eſt enim ſpes noſtra, aut gaudium, aut corona gloriæ, nonne vos ante Dominum Jeſum Chriſtum eſtis in adventu ejus ? Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium. Et quia non ſufficeret aliis proficere, niſi homo ſe ſervaret ſine macula conſcientiæ, propter hoc ſubjungit :

q Et honorem] ideſt, propriæ conſcientiæ puritatem afferent, ſcilicet :

r In illam.] civitatem, vel prædicti reges, vel ſimul omnes, quia ut dicit *Pſ.* 125. Venientes venient cum exultatione portantes manipulos ſuos, ſicut victores ſpolia deferunt in ſuas urbes. *Iſa.* 9. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando dividunt ſpolia. Tria igitur dicta ſunt hic : Quam induſtrii, ſc. ſunt minores in operando, cum dixit : [Et ambulabunt.] Item quam ſolliciti majores in docendo, & cuſtodiendo acquiſitos, cum dixit : [Et reges, &c.

Item quid utrique portabunt coram Deo, quia ferent ſerenitatem conſcientiæ, ut dicant cum Apoſtolo ſimul omnes : Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. 2. *Cor.* 1. Et hoc dicitur, ibi : [Et honorem, &c.] Sequitur :

ſ Et portæ ejus] Hoc eſt undecimum, ubi civitatem illam deſcribit ab omnimoda, & plena ſecuritate. Dicit ergo : [Et portæ ejus non claudentur] amplius etiam [per noctem] quaſi diceret tanta erit ibi ſecuritas, quod in nocte quando ſolent fures, & malæ beſtiæ incedere, portæ non claudentur, quia nullus omnino hoſtis ibi timebitur, nec aliquid nocivum æſtimabitur, nec ſentietur. In Eccleſia militanti bene aliquando oportet claudi portas prædicationis. *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare canibus, &c. Ne inimicus homo per noctem introeat, & ſuperſeminet zizania erroris. *Matth.* 13. Et bene dixit, per noctem.

u Non enim] ad litteram [non erit illic.] ſed dies una quæ nota eſt Domino. *Zarb.* c. 14. & *Pſal.* 83. Quia melior dies una in atriis tuis, &c. [Per noctem.] Hæc eſt vera littera, cum quidam libri habeant [per diem] q. d. non claudentur portæ per diem, quia ſi deberent per noctem claudi, non poſſet. [Nox enim non erit ibi :] Vel myſtice.

ſ Portæ] affectus, & intellectus quibus intratur ad amorem boni, & cognitionem veri.

t Non claudentur] ibi [per noctem] alicujus obſcuritatis, vel ignorantiæ, ſcilicet, vel peccati, quia nox ignorantiæ vel peccati non erit ibi, quia, ut dicit Gregorius : Quid eſt, quod non vident, qui videntem omnia vident : Sed quid eſt, quod dicit ? [Portæ non claudentur ?] Contra *Matth.* 25. Et clauſa eſt janua. Solutio, quod dicitur hic non claudi, idem eſt cum eo, quod dicit Matthæus januam claudi, quia hoc eſt malos non poſſe habere acceſſum, ut introeant ibi. Vel alio modo. [Claudentur] in die judicii ne introeant mali, ſed ipſis clauſis in carcere Inferni, non oportebit portas cœli claudi : neque enim erit regreſſus ab inferis.

x Et afferent gloriam.] Hæc eſt duodecima dignitas civitatis cœleſtis, civium, ſcilicet, puritas, & munditia. Quæ in duobus conſiſtit, ſcilicet, quia omnes cives ejus erunt, & mundi corpore, & puri mente. Item quia nulli immundi, vel impuri poterunt ibi intrare, &c.

Dicit ergo: Et afferent miniſtri ejus qui pro ea habenda ſervierunt. a Gloriam,] gentium, i. gentes gloriſicatas. Et honorem gentium] i. munditiam conſcientiarum [in illam.] Primum pertinet ad corporum gloriam, ſecundum ad beatitudinem animarum. c Non intrabit, &c.]

a gloriam, b & honorem gentium in illam. c Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, d aut abominationem faciens, e & mendacium, f niſi qui ſcripti ſunt g in libro h vitæ Agni.

C A P. XXII.

ET i oſtendit mihi † fluvium aquæ † vivæ k ſplendidum l tanquam cryſtallum procedentem de ſede Dei & Agni, m in medio plateæ ejus. n Et ex utraque parte fluminis lignum o vitæ p afferens fructus duodecim q per menſes ſingulos red-

Hoc eſt ſecundum, ſc. quod nullus immundus ibi intrabit. [Non intrabit, &c.] *Gloſſ.* ſic continuat, quod poſt honeſtatem civitatis determinat qui non ſunt intraturi, quia ſic contraria juxta ſe poſita magis elucеſcent, & tenebræ magis commendabilem faciunt lucem, propter hoc primo oſtendit, qui non intrabunt, dicens: [non intrabit] Deinde qui intrabunt, ibi: [Niſi qui ſcripti ſunt, &c.] Dicit ergo. [Non intrabit] quaſi non ſolummodo erit tanta gloria civium, & munditia, imo. [Non intrabit in eam aliquid coinquinatum,] i. cum aliis in quantum conſenſum peccati. d Aut aliquid faciens abominationem] i. aliquid criminabile, ut dicit *Gloſſ.* e Et mendacium,] quod facit qui in mendaciis inveniendis delectatur, ſicut dicit *Gloſſ.* Et talis filius ejus eſt, de quo dicitur *Joan.* 8. Ipſe mendax eſt pater ejus. Vel (coinquinatum,) in ſe per peccatum. (Faciens abominationem) contra Deum, & (mendacium,) contra proximum. In primo, corruptio ſui. In ſecundo, contemptus Dei. In tertio, deceptio proximi.

Ezech. 47. al. † flumen. al. † vitæ.

f Niſi qui ſcripti] q.d. per ſingula, nullus intrabit ibi, niſi illi tantum qui ſcripti ſunt per gratiam prædeſtinationis. g In libro vitæ] ideſt, in præſcientia Dei. Qui liber eſt:

h Agni.] i. Chriſti humanitatis. Ipſe enim non ſolum homo eſt, ſed Deus, qui eſt vita vera. Unde *Joan.* 14. Ego ſum via, veritas, & vita. Vel (In libro vitæ Agni.] i. in fide humanitatis Chriſti per quam datur vita. *Jo:* 11. Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet. Vel (in libro vitæ agni.) i. in imitatione vitæ Chriſti, qui ſe nobis poſuit in exemplum vivendi. 1. *Petr.* 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia ejus. *Joann.* 13. Exemplum dedi vobis, ut & vos ſimiliter faciatis.

EXPOSITIO CAP. XXII.

ET i oſtendit mihi fluvium aquæ. &c.] In hoc capite ſunt tres partes, quæ adhuc reſtant de hac viſione. In quarum prima agit de reſurrectione cœleſtis patriæ, & hæc eſt tertia pars totius viſionis, ibi: (Et oſtendit, &c.] In ſecunda parte de operis commendatione, & etiam viſionis hujus extremæ, & hæc eſt etiam pars quarta totius, ibi: [Et dixit mihi, hæc verba, &c.] In tertia parte hujus capituli, quæ eſt quinta hujus viſionis excommunicat omnes illos qui pro fovendis erroribus aliquid addent vel diminuent huic totali operi, ibi: (Conteſtor enim audienti, &c.) Et hoc facit quia ſciebat quoſdam eſſe in Aſia ſic facturos. In prima autem parte duo dicit, quia primo deſcribit ea quæ pertinent ad refectionem. Secundo, ea quæ ad refectionis gaudium & exultationem, ibi: (Et ſedes Dei, &c.) Sed quia in menſis, & refectionibus magnatum, primo ſolent apponi reficientia corpus, & nutrientia: deinde medicinalia: ſanitatis conſervativa, & nocivi repulſiva, ſicut ſunt ſpecies aromaticæ quæ in fine dantur. Item quia nutritiva duo ſunt, aut potus, aut cibus, propter hoc in prima parte primæ partis dicuntur tria. Primo enim deſcribit potum illius refectionis. Secundo, cibum, cum dicit: (Et ex utraque parte, &c.) Tertio, de medicinalibus agit, cum dicit: (Et folia ejus, &c.) Dicit ergo: i Et oſtendit mihi Angelus, ſc. fluvium aquæ vivæ] i. æternam beatitudinem, in qua ſemper vivitur ſine morte, quæ per fluvium deſignatur quia per baptiſmi ablutionem ad eam venitur. *Joann.* 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei. De hac aqua. *Joan.* 4. Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui tibi loquitur tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam. k Splendidum] quia æternaliter fulgebunt juſti ſicut Sol. *Matth.* 13.

l Tanquam cryſtallum] In hoc notatur perſpicuitas, & tranſparentia; quia tunc cogitationes noſtræ aliis apparebunt. 1. *Cor.* 4. Nolite ante tempus judicare quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, quoad malos, & revelabit conſilia cordium quoad bonos, & tunc laus erit unicuique a Deo. (Fluvium dico procedentem de ſede Dei, & Agni.) Et ubi?

m In medio plateæ ejus.] i. de majoribus, qui ſunt ſedes Dei, in minores, qui dicuntur plateæ, quia latiori via, & communiori inceſſerunt. Unde *Cant.* 3. Per vicos & plateas quæram quem diligit anima, q.d. tunc manifeſte apparebit quod per inſtructionem majorem minores qui eis crediderunt coronabuntur: Quia *Rom.* 10. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Dei. Vel [procedentem de ſede Dei, & Agni.] i. de benigna tranquillitate Dei, quia in Agno benignitas, in ſede quies, & tranquillitas deſignantur, q.d. tunc lucide, & aperte videbunt, & majores, qui per ſedem ſignificantur, & minores, qui per plateam, quod de fonte ſempiterni luminis fluxerunt in dona, & procedunt omnia bona, quæ habebunt ſancti tanquam flumina aquæ vivæ. Et notantur hic ſeptem gaudia quæ habebunt ſancti in gloria, quando lætabuntur in cubilibus ſuis, & exaltationes Dei in faucibus eorum. Primum eſt copioſa, & magna ſocietas ſalvatorum, cum dicit: [Flumen aquæ.] Qui bene per flumen deſignantur, quia in omni mundo fluxerunt per naturam de ætate in ætatem uſquequo venirent ad finem vitæ. Item de virtute in virtutem per gratiam. Item de tribulatione in tribulationem per patientiam, ut ſic dici poſſent aquæ vel dulces, vel amaræ, quia *Gen.* 1. Congregationes aquarum, i. ſanctorum appellavit maria. Sed jam non ſunt aquæ mortuæ, ſed vivæ, & in hoc notatur ſecundum quod eſt immortalitas. Tertium eſt æternitas, quæ notatur cum dicit: [Splendidum] quia ſicut ſplendor non ſeparatur ab igne quamdiu eſt ignis, ſed cum igne ſemper eſt, ſic nec ab homine æternitas glorificata: ſic ergo per ſplendorem notatur æternitas immortalitatis. Quartum eſt ſoliditas æternitatis, cum dicit: [Tanquam cryſtallum] quod ſolidum eſt. Quintum eſt pax, & tranquillitas ſoliditatis, cum dicit: [Procedentem de ſede Dei & Agni.] Sextum eſt tranquillitatis ſecuritas. Unde dicit: [In medio] Septimum eſt ſecuritatis communitas. Unde dicit, [Plateæ] *Hi ſunt ſeptem rivi* procedentes de flumine beatitudinis æternæ, ſecundum quod dicit *Iſ.* 11. Levabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet eum in ſeptem *rivis*, ita ut per eum tranſeant calceati. n Ex utraq;] Hic agit de cibo refectionis æternæ dicens: [Ex utraque parte fluminis lignum vitæ] i. Chriſtus qui dat vitam mundo. *Prov.* 3. Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Duæ partes fluminis ſunt vita præſens ante Judicium, & vita futura ſanctorum poſt Judicium quarum una citra flumen eſt, altera ultra quia ibi Dominus cum ſanctis ſuis regnabit in æternum, & ultra. In hac igitur vita quæ eſt citra flumen, eſt o Lignum vitæ] i. Chriſtus per proprii corporis, & ſanguinis exhibitionem in ſacramento altaris.

Nota ſeptem gaudia quæ habebunt Sancti. Pſalm. 149.

p Afferens fructus duodecim] quos ponit Apoſt. *Gal.* 5. dicens: Fructus autem ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. q Per menſes ſingulos reddens fructum ſuum.] Hoc eſt quia per ſingulas ætates reficit, & ſanat prædictis fructibus ſibi ſervientes. Vel [per ſingulos menſes] quia cum peccator convertitur ad Dominum, ſingulis defectibus peccatorum reddit Dominus ſingulas perfectiones virtutum. Unde dicit *Pſal.* 17. Deus meus illumina tenebras meas, i. peccata expelle, & ſingulis peccatis virtutes oppoſitas redde. In altera vero parte quæ eſt ultra flumen, habebimus. o Lignum vitæ] Chriſtum præſentem, jam non ſub velamine, ſed ſine figura, & ænigmate.

p Afferens fructus duodecim] qui ſunt duodecim fercula, quæ ipſe tranſiens miniſtrabit nobis in menſa reſurrectionis æternæ in regno Patris ſui. *Luc.* 11. Quæ ſunt ſanitas ſine ægritudine. *Pſal.* 146. Qui ſanat contritos. *Iſ.* 25. Præcipitabit mortem in ſempiternum. Plenitudo ſine defectione. *Iſa.* 49. Non eſurient neque ſitient, neque percutiet eos æſtus, & ſol. Refectio ſine ſtadio. *Eccl.* 24 Qui edunt me, adhuc eſurient. Scientia ſine ignorantia, & dubitatione. 1. *Cor.* 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, &c. Gaudium ſine triſtitia. *Pſal.* 35. Et torrente voluptatis tuæ potabis eos. Et fugiet dolor, & gemitus. *Iſa.* 35. Pax ſine perturbatione. *Iſa.* 48. Utinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. Securitas ſine timore. *Pſ.* 90. Non timebis a timore

Duodecim fercula.

nocturno

noctutno. Adimpletio omnium deſideriorum. *Pſalm.* 102. Qui seplet in bonis deſiderium tuum de hac impletione habes ſuper illud. 2. *Joann.* Ut mercedem plenam accipiatis gaudium de omni electurum congregatione, quia tunc Juſeph omnes fratres ſuos invitabat. *Geneſ. cap.* 43. Gaudium de juſtitia Dei. *Iſa. ult.* Egredientur, & videbunt cadavera virorũ, qui prævaricati ſunt in me. Gaudium de memoria boni quod fecerunt, ut *ſupra* 14. Opera illurum ſequuntur illos. *Pſalm.* 127. Filii tui ſicut novellæ olivarum. Gaudium de viſiune Dei. *Joann. cap.* 17. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſulum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *Iſa.* 60. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. [Per ſingulos menſes reddens fructum ſuum,] quia pro ſingulis defectibus quos hic pro Chriſto ſuſtinuerunt, reddet eis Dominus glorioſum fructum. *Sap.* 10. Reddet Deus, mercedem laborum ſanctorum ſuorum. Et *Sap. cap.* 3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. *Iſa. ultim.* Et erit menſis, plenitudinis, ſcilicet, retributiunis ex menſe ideſt, pro menſe, ideſt pro defectu quolibet, qui pro Chriſtu ſuſtinetur hic. Vel ſecundum *Gloſſ.* Utraque pars fluminis ſignificat omnes illos, qui ſub utroque Teſtamento novu ſcilicet, & veteri ſunt ſalvati. In cujus ſignum Moyſes filios Iſrael uſque ad fluvium Jordanis adduxit, ſed Joſue in terram promiſſiunis eos introduxit. Vel in utraque parte Scripturæ, ſcilicet, & in veteri, & in nova lege eſt (lignum vitæ) ideſt, Chriſtus, ſed ibi in figura, hic vero in re.

dens fructum ſuum, *a* & folia *b* ligni ad ſanitatem gentium. *c* Et omne maledictum non erit amplius, *d* ſed & ſedes Dei, & Agni in illa erunt, *e* & ſervi *f* ejus ſervient illi. *g* Et videbunt faciem ejus,

Qui affert duodecim fructus, & hoc ex utraque parte; quia & in veteri Teſtamento duodecim Prophetas, vel duodecim Patriarchas, & in novu duodecim Apoſtulos, [qui per ſingulos menſes] reddunt fructus, quia per quatuor mundi partes fides Trinitatis ab eis, & plantata eſt, & rigata. 1. *Cor* 3. Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. Vel ſicut dicit *Gl.* Alia littera lignum vitæ reddens fructum ſuum per duodecim menſes: Et exponit, ideſt, per duodecim Apoſtulos in mundu fructificantes. Sicut enim Apoſtoli a Domino dicuntur horæ, & Chriſtus dies. *Joan. cap.* 11. Nonne duodecim horæ ſunt diei. Et iidem dicuntur dies, in *Pſal.* 138. Dies formabuntur, & nemo in eis, ſic poſſunt dici menſes, & Chriſtus annus.

a Et folia ligni.] Hic agit de medicinalibus, quæ poſt cibum ſolent apponi, quæ ad duo faciunt; ſcil. ad ſanitatis conſervationem, & ad nocivi expulſionem. Unde duo dicuntur hic.

De primo cum dicit: (Et folia.) De ſecundu cum dicit:

c Et omne maledictum.] Hæc igitur folia, ſecundum Gloſſam, ſunt præcepta Chriſti, quæ fructum tegunt, & ornant: Vel verba Chriſti, & doctrina, quæ ſanant, & nociva repellant. Unde dicit [& folia ejus] ideſt, præcepta, vel verba Chriſti, & doctrina.

b Ad ſanitatem Gentium] ſunt in præſenti ſi implentur, & ſiunt. *Sap. cap.* 16. Non herba, neque malagma ſanavit eos, ſed omnipotens ſermo tuus Domine qui ſanat omnia. Et *Pſalm.* 106. Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos.

c Et omne maledictum non erit amplius.] Hoc verum eſt, maxime de futuro, ubi non poterit ſubtrahi gratia, ſicut modo; vel etiam in præſenti; quia per virtutem foliorum, ideſt, præceptorum, vel verborum Chriſti conſervatur homo a laqueis Diaboli. Unde *Pſalm.* 36. Lex Dei ejus in corde ipſius *Gloſſ.* Lex in corde cuſtodit a laqueis. *Sap.* 16. Sermo tuus, qui in te crediderunt conſervat. Item per virtutem verbi Dei, maledictum expellitur, ut non ſit in corde, ideſt, peccatum, vel Dęmonium. *Marc. ultim.* In nomine meo Dęmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent. *Sap.* 16. In memoria ſermonum tuorum exterminabantur, & velociter ſanabantur. Et ſumptum eſt hoc totum de *Ezech* 47. In ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus, per ſingulos menſes afferet primitiva, quia aquæ ejus de ſanctuario egredientur, & erunt fructus ejus in cibum, & folia ejus in medicinam.

d Sed & ſedes Dei] Hæc eſt ſecunda pars primæ partis, ubi deſcribit ea: quæ pertinent ad gaudium, & exultationem cibatorum, ſex enim ſunt, quæ faciunt ad exultationem pariter conviventium.

Unum eſt, quandu mutuo ſe diligunt dominus, & familia.

Secundum eſt, quando ex utraque parte nullus inquietat alium, nec dominus familiam, nec familia dominum, nec famulus famulum. Tertium eſt, quando Dominus blandum, & hilarem facie ſe exhibet. Quartum, quandu de fidelitate familiam laudat. Quintum quando eis ſua ſecreta revelat. Sextum quando non debent ab invicem ſeparari. Ita ſex per ordinem dicuntur hic de domo Dei.

h & nomen ejus in frontibus eorum. *i* Et nox ultra non erit, *k* & non egębunt lumine lucernę, *l* neque lumine ſolis. *m* quoniam Dominus Deus illuminabit illos, *n* & regnabunt *o* in ſęcula ſęculorum.

Primum eſt mutua dilectiu Dei, & ſuæ familiæ.

Unde dicit [Sed & ſedes] quaſi non ſolum reficientur ibi [ſed etiam ſedes Dei, & Agni illa erunt] ideſt, Deus Trinitas per amurem, & gratiam requieſcet in illis & ſimiliter Chriſtus.

e Et ſervi ejus] ideſt, familia: ſervi, non timuris, ſed dilectionis (erunt in illa) Vel e converſo requieſcent in Deo per amorem ex totu corde, & ex tota anima, & ex tuta mente.

Tunc enim implebitur hoc mandatum plene. Hoc eſt, quod dicit Sponſa in *Cant.* 2. Dilectus meus mihi, & egu illi *ibidem* 7. Ego dilecto meo, & ad me converſiu ejus.

Item ſecundum eſt nulla familiæ inquietatio. Unde dicit, &

f Servient illi] *Gloſſ.* nullo modo inquietati, quia tunc a ſervitiu Dei nec deſideriis carnis, nec ſtrepitibus mundi, nec rugitibus Diaboli inquietabuntur, ſed omnes ſervient ei humeru uno. *Sophon.* 3. Propter hoc dicitur ter in *Cant.* 2. 3. & 8. Adjuro vos filiæ Jeruſalem per capreas cervuſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit: quaſi dicat, nunquam. Tertium eſt jucunda, & aperta, & hilaris oſtenſio ſuæ faciei. Unde dicit:

g Et videbunt faciem ejus] aperte ſicut eſt, non in ænigmate, quod non poterit eſſe ſine magna jucunditate. *Eſther* 15. Valde admirabilis es Domine, & facies tua plena gratiarum. *Job* 33. Et videbis faciem ejus in jubilu. Quartum erit laus, & commendatio aperta de fidelitate familiæ. Unde dicit:

h Et nomen ejus in frontibus eorum] ideſt, aperte, & coram omnibus nominabuntur, & famoſi erunt, & laudabiles, quia ei fideliter ſervierunt. Unde dicit *Gl.* Sicut in aperto confeſſi ſunt, ſic in aperto Dei vocabuntur, & Agni. *Iſa.* 95. Servos ſuos vocabit nomine alio. *Iſa.* 56. Hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fędus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus, & nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Quintum eſt occultorum revelatiu, unde dicit.

i Et nox,] ideſt, aliqua ignorantia [ultra non erit] Nihil enim ignurabunt ſancti quod ſcire eis valeat ad ſalutem: aliter enim non eſſet plena, & perfecta ſalus. *Iſa.* 35. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt.

k Et] ſupple; quia nulla erit ignorantia, ideo (non egebunt lumine lucernæ] ideſt, doctrina legis veteris, vel alicujus mediocris prædicatoris.

l Neque lumine ſolis] ideſt, doctrina novæ legis, vel majoris prædicatoris. Et quare hoc totum? *m* Quoniam Dominus Deus illuminabit illos] Hoc totum ſumptum eſt de *Iſ.* 60. Nun erit ibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam non occidet ultra Sol tuus, & luna tua non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem ſempiternam. Sextum eſt nulla ab invicem ſeparatio, ſed perpetuo ſimul erunt. Unde dicit: *n* Et regnabunt] cum eo ſcil. quod repugnat, ſicut dicit *Gl.* egere lumine aliorum, quia ipſe lucem habitat inacceſſibilem. 1. *Tim.* 6. *o* In ſæcula ſæculorum] Hoc eſt in æternum. Unde illud: O quam pretioſa eſt mors ſanctorum ejus, qui aſſidue aſſiſtunt ante Dominum, & ab invicem non ſunt ſeparati, *ſupra* 20. Erunt Sacerdotes Dei, & Chriſti, & regnabunt cum eo mille annis, ideſt, ſemper: Numerus finitus pro infinito.

a Et dixit

Et *a* dixit mihi. Hæc *b* verba *c* fideliſſima ſunt, & *d* vera. *e* Et *f* Dominus Deus ſpirituum Prophetarum miſit *g* Angelum ſuum oſtendere *h* ſervis ſuis, quæ *i* oportet fieri cito. Et *k* ecce venio velociter. Beatus *l* qui cuſtodit verba prophetiæ libri hujus. Et ego *m* Joannes, qui *n* audivi, & vidi hæc. Et *o* poſtquam audiſſem, & vidiſſem, cecidi, ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc oſtendebat. *p* Et dixit mihi: Vide ne feceris; *q* Conſervus tuus ſum, *r* & fratrum tuorum Prophetarum, *ſ* & eorum qui ſervant verba libri hujus. *t* Deum adora. *u* Et dixit mihi; Ne ſignaveris verba prophetiæ libri hujus. Tempus enim prope eſt. *x* Qui *y* nocet *z* nocet adhuc, & qui in ſordibus eſt, *a* ſordeſcat adhuc

a Et dixit mihi hæc verba, &c.] Secunda pars hujus capituli, & quarta totius viſionis, ubi opus commendat, ſicut in principio fecit. Et procedit ſic in hac parte. Primo, commendat opus ab auctoritate Angeli, qui ſibi hæc oſtenderat. Secundo, ab auctoritate ſui, ibi [Et ego Joannes, &c.] Et ne ea, quæ dicta ſunt negligantur, oſtendit tertio, quod hæc debent cito impleri, ibi (Ne ſignaveris, &c.] Quarto ut nullus ab hujus libri receptione excuſetur, commendat ipſum ab auctoritate Chriſti, ibi. (Ego Jeſus, miſi Angelum meum, &c.) Dicit ergo.

a Et dixit mihi] Angelus, qui cetera oſtendit. *b* Hæc verba] quæ vel figuris, vel in ſono vocis oſtendi tibi. *c* Fideliſſima ſunt,] quia ſine omni ambiguitate implebuntur. *Matth.* 5. Jota unum, aut unus apex non præteribit de lege, donec omnia fiant.

d Et vera] ideſt, talia quibus fides debet adhiberi. Et quod ita ſit, hoc probat ita dicens: *e* Et] ideſt, quia.

f Dominus Deum ſpirituum Prophetarum] qui in poteſtate habet dona Spiritus ſancti, per quem locuti ſunt Prophetæ. 2. *Petr.* 1. Non enim voluntate humana allata aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Ille, inquam, Dominus.

g Miſit Angelum ſuum oſtendere,] ideſt, ut oſtenderet.

h Servis ſuis] non ex timore, ſed amore, *Rom.* 8. Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Servi humilibus non inani Philoſophia tumidis, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Jacobi* 4. Item ſervis, non regibus, vel dominis, quia *Matth.* 20. Quicumque voluerit inter vos primus eſſe erit veſter ſervus.

i Quæ oportet fieri cito] Simile *ſup.* 1. Et vere cito fient, quia ipſe a quo debent hæc impleri, dicit:

k Et ecce venio velociter.] *Act.* 1. Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum. Et quia cito veniet. (Beatus, &c.) Vel ſic ſecundum *Gl.* hoc dicit.

l Beatus qui cuſtodit, &c.] opere implendo, vel cuſtodit in arca cordis memoriter tenendo ne peccet, Domini. De primo. *Luc.* 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. De ſecundo. *Pſ.* 118. In corde meo abſcondi, &c. *ſup.* 1. Beatus qui legit, &c.

m Et ego Joannes.] Hic commendat opus ab auctoritate ſui, qui hæc audivit, & vidit, cui credendum eſt, quia eſt teſtis omni exceptione major.

Unde dicit [Et ego Joannes] in quo ſcilicet eſt gratia Dei, & ſpiritus Patris veſtri qui loquitur. *Matt.* 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Unde ſolus non ſum in hoc teſtimonio:

n Audivi, & vidi hæc] Unde debetis credere: nihil enim falſum, vel frivolum ſoleo vobis ſcribere.

o Et poſtquam audiſſem & vidiſſem cecidi] humiliando me [ut adorarem ante pedes Angeli; qui] ideſt, quia ipſe (mihi hæc oſtendebat,] Ecce cauſa humiliationis ſuæ. Et in hoc nos inſtruit, ut ipſum qui nobis hæc tradidit haberemus in reverentia, & veneratione. Nec ſolum ipſum imitari debemus hac de cauſa, ſed omnes qui nos inſtruunt in Sacræ lectionis eruditione.

p Et dixit mihi, vide ne feceris] ideſt, ne me adoraveris. Sic Petrus levat Cornelium ipſum adorare volentem. *Act.* 10. Factum eſt, cum introiſſet Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit eum, Petrus vero levavit eum dicens: Surge, & ego ipſe homo ſum ſicut & tu. Unde & hic dicit Angelus.

q Conſervus tuus ſum.] Juſſa unius Dei ſervans.

r Et fratrum tuorum Prophetarum] ideſt, Prædicantium. *Gloſſ.* Non ſunt a munere prophetiæ alieni putandi, qui habent gratiam interpretandi, ut Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, & Gregorius.

ſ Et eorum qui ſervant verba libri hujus] ideſt, qui obediunt prædicantibus. Et eſt hic argumentum, quod per obſervantiam verborum hujus libri, vel Scripturæ poſſumos ad purificationem Angelorum pervenire. *t* Deum adora] non me *Matt.* 4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies. Et in hoc oſtendit, quod etſi magiſtri ſunt reverendi, & Angeli venerandi, non tamen adorandi (Conſervus tuus ſum) Symmacus. In ſcripturis neſcio utrum vel poſſit vel facile poſſit inveniri aperte Angelos Deos dictos. Si omnino nuſquam in divinis eloquiis invenitur, ea mihi potiſſimum cauſa occurrit, ne ab hominibus putarentur colendi *Auguſt.* Angeli nos nolunt ſibi ſacrificare, ſed ei potius cujus, & ipſi nobiſcum ſacrificium eſſe novemus, ſcil. Dei, cujus æternitate firmi ſunt, hoc ad patrem refertur, & veritate certi, hoc ad Filium, & munere ſancti, hoc ad Spiritum ſanctum: Item *Auguſt.* Mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Jeſus cum in forma Dei ſacrificium cum Patre ſumat, cum quo & unus eſt Deus, tamen in forma ſervi ſacrificium maluit eſſe, quam ſumere, ne hac occaſione quiſquam exiſtimaret cuilibet ſacrificandum eſſe. *u* Et dixit mihi] Angelus, ſcilicet (ne ſignificaveris) Commendato opere ab auctoritate Angeli, & alia ab auctoritate ſui, oſtendit, quod prædicta cito complebuntur. In hac igitur parte ſic procedit. Primo, præcipitur Joanni ne claudat librum, ſed magis omnibus aperiat, & expondat, & cauſa ſubjungitur, cum dicit (Tempus enim) Secundo, quia poſſit ei dici, etſi liber aperiatur, tamen mali non corriguntur, unde eis non eſt aperiendus, dicit: quod propter hoc non dimittat, quia juſtum eſt, ut mali ſordeant, tamen ſic bonos exerceant, ut meliores fiant, ibi; (Qui nocet, noceat adhuc, &c.] Tertio, oſtendit quod boni in melius proficiunt, & emendantur, cum verba libri audiunt, ibi (Et qui juſtus eſt) Quarto, Probat auctoritate Chriſti, quod tempus prope eſt, in quo ea, quæ in libro dicta ſunt, implebuntur, ibi (Et ecce venio) Quinto, oſtendit quod ipſe Chriſtus poteſt prædicta facere, ibi (Ego ſum Alpha) Sexto, quia dixerat (Qui in ſordibus eſt, &c.) ne diceret aliquis malus, ego ſi pœniterem quid proficerem, ex quo malos juſtum eſt pejores fieri, oſtendit, quod non ſolum qui juſti ſunt, beati erunt, imo etiam illi, qui a peccatis reſipiſcentes, poſt Baptiſmum commiſerunt, lavant ſe per pœnitentiam, & confeſſionem, ibi (Beati qui lavant, &c.) Septimo, oſtendit, quod e converſo illi erunt miſeri, qui non reſipiſcunt, quia ejicientur, ut canes immundi de aula, & thalamo Dei, non quia ibi fiat aliquando, ſed quia illic non permittentur intrare, ibi (Foris autem canes, &c.) Dicit ergo (Ne ſignificaveris) ideſt, ne clauſeris, ſed palam oſtende (verba prophetiæ libri hujus) Simile *Habac* 2. Scribe viſum, & explana illum ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit eum. Et cauſam ſubjungit, dicens: (Tempus enim) quo debent hæc impleri (prope eſt) Unde 1. *Joan.* 2. Filioli jam noviſſima hora eſt. Vel (Tempus prope eſt) & ita ſolliciti debemus eſſe, acquirere fratres, ut dicit *Gloſſ.* (Tempus enim prope eſt) quo ingruente tribulatione, & perſecutione non poterunt acquiri. *Eccl.* 9. Quæcumque poteſt manus tua, &c. *Gal.* 6. Dum tempus habemus operemur bonum, &c. Vel ſi univerſaliter tempus mundi, ideſt, finis ita prope non eſt, tuum tamen tempus valde prope eſt. *Jac.* 5. Ecce judex, in januis aſſiſtit. Bonum eſſet ergo nobis, ut poſſemus dicere cum Domino illud, *Matt.* 26. Tempus meum prope eſt, apud te o Deus, facio Paſcha cum diſcipulis meis, ideſt, cum operibus ſuis. *x* Qui nocet, noceat, &c.] Hic ſecundo oſtendit, quod non eſt dimittenda apertio libri propter hoc, quod mali non corriguntur, quia juſtum eſt, ut. *y* Qui nocet] Mala inferendo bonis.

z Noceat adhuc] ideſt, inferat dum tempus eſt purgationis. Vel (adhuc) ideſt, poſt apertionem, & oſtenſionem libri (Et qui in ſordibus eſt) propriæ malitiæ. *a* Sordeſcat adhuc] Ut juſtus judicetur. Et hoc dicit, non optando, ſed prædicendo, q. d. etſi mali propter Scripturæ apertionem non dimittant ſanctos perſequi, nec deſerant, vel expellant a ſe ſordes peccati, quia debet nihilominus fieri prædicatio verbi Dei. Et quare ex hoc emendantur, & proficiunt boni; unde ſequitur:

a Et qui

a Et qui juſtus eſt] Et hoc eſt tertium ubi oſtendit quare liber hic aperiendus eſt, ſcil. propter profectum bonorum (Et qui juſtus eſt) bona aliis inferens, dicit *Gloſſ.*
b Juſtificetur adhuc] ideſt, impenſius inferat.
c Et] qui (ſanctus) eſt in ſe.

a Et qui juſtus eſt, *b* juſtificetur adhuc, *c* & ſanctus *d* ſanctificetur adhuc: *e* Ecce *f* venio *g* cito, *h* & merces mea mecum eſt *i* reddere unicuique ſecundum opera ſua. *k* Ego ſum alpha & omega, *l* primus, *m* & noviſſimus, *n* principium, *o* & finis. *p* Beati qui lavant ſtolas *q* ſuas in ſanguine *r* Agni, ut ſit poteſtas *ſ* eorum in ligno *t* vitæ, & per portas intrent in civitatem. *u* Foris *x* autem *y* canes, *z* & venefici, *a* & impudici, *b* & homicidæ, *c* & idolis ſervientes *d* & omnis qui amat, *e* & facit *f* mendacium. *g* Ego Jeſus miſi Angelum meum teſtificari vobis hæc *h* in Eccleſiis. *i* Ego ſum radix, *k* & genus David, *l* ſtella ſplendida, *m* & matutina, *n* Et ſpiritus, & ſponſa *p* dicunt. *q* Veni. *r* Et *ſ* qui audit *t* dicat veni. *x* Et qui ſitit veniat *y* & qui vult *z* accipiat *a* aquam vitæ *b* gratis. *c* Conte-

d Sanctificetur adhuc] amplius, ideſt, ad hoc laboret, ut ſemper ſanctior fiat. Juſtus ergo dicitur ad alios, ſanctos in ſe.
e Ecce venio] Hoc eſt quartum ubi probat auctoritate Chriſti quod tempus breve eſt, & ideo non eſt ſignandus liber introducens Chriſtum loquentem & dicentem (Ecce venio) quaſi diceret, ne applaudatis vobis, q. d. hæc non cito ſunt complenda, quia (Ecce) ideſt, in promptu.
f Venio] quaſi in præſenti. *g* Cito] ſine mora, cum dicat *Hab.* 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet.
h Et merces mea mecum eſt] *Eccl.* 11. Benedictio in mercedem juſti feſtinat, ſcilicet:
i Reddere unicuique ſecundum opera ſua] Hoc dicit, quia uni plus, & alii minus eſt reddendum, ſive de premio, ſive de pœna, juxta qualitatem, & quantitatem meritorum *Pſ.* 61. Duo hæc audivi, quia poteſtas, &c.
k Ego ſum alpha & omega] Hic oſtendit quinto, quia ipſe Chriſtus poterit hæc implere, cum ipſe ſit omnium Dominus, & finis, & principium dicens (Ego ſum) ne dubiteris de impotentia hoc implendi, quia (Ego ſum alpha, & omega) *ſupr.* 1. expoſitum eſt.
l Primus] omnium rerum, dicit *Gloſſ.*
m Et noviſſimus] omnium creaturarum. Item (Primus) dignitate coram Angelis (Noviſſimus) vilitate coram Judæis. *Iſ.* 53. Et deſideravimus eum virum deſpectum, & noviſſimum virorum.
n Principium, & finis] *ſup.* 1. Expoſitum eſt.
o Beati qui lavant] Sextum ubi oſtendit, quod beati erunt peccatores, qui per pœnitentiam ſe laverint, a peccatis, dicens [Beati] ſunt ſcilicet.
p Qui lavant ſtolas ſuas] ideſt, ſeipſos mundificant.
q In ſanguine agni] ideſt, in fide Paſſionis Chriſti. Fide dico per dilectionem operante. *Gal.* 5. Vel [In ſanguine] ideſt in pœnitentia, quæ effectum habuit a Chriſti paſſione ſicut & cetera Sacramenta. De hoc, *ſup.* 7. Lavant, dico ita. *r* Ut ſit poteſtas eorum in ligno vitæ] ideſt, ut poſſint edere.
ſ In ligno vitæ] *ſup.* 2. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in paradiſo Dei mei. Ibi require:
t Et per portas] ideſt fidem doctorum [intrent in civitatem] Et de portis, & de civitate, ſupra proximo.
u Foris canes, &c.] Hoc eſt ſeptimum ubi oſtendit, quod illi qui non reſipiſcunt non intrabunt ibi, dicens: [Foris autem] quaſi pœnitentes intrabunt.
x Autem] ideſt, ſed [Foris] manebunt in procellis ventorum, & turbine pluviarum.
y Canes] qui ſcil. poſt Baptiſmum, vel pœnitentiam reverſi ſunt ad peccatum. 2. *Petr.* 2. Contingit enim eis illud veri proverbii: Canis reverſus ad vomitum ſuum. Vel [Canes] dicuntur invidi, & detractores. *Philip.* 3. Videte conciſionem, videte canes, videte malos operarios. *z* Et venefici,] qui ad litteram venena propinant aliis: *Hab.* 2. Væ qui potum dat amico ſuo miſcens fel ſuum, & inebrians. Vel [Venefici] qui alios malos exemplo ſuo corrumpunt, *ſupr.* 18. Quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes.
a Et impudici] ad litteram per peccatum carnis *Rom.* 13. Non in cubilibus, & impudicitiis.
b Et homicidæ] ad litteram, vel manu, vel conſilio, vel auxilio, vel conſenſu, aut ſpiritualiter per odium. 1. *Jo.* 2. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.
c Et idolis ſervientes] ad litteram, ut pagani, vel ſpiritualiter, ut avari: *Eph.* 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut avarus quod eſt idolorum ſervitus non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.
d Et omnis qui amat] libenter audiendo.
e Et facit] Inveniendo. *f* Mendacium] ſicut illi hiſtriones, qui fingunt falſa, & faciunt cantilenas, & dicta luxurioſa. De primo *Prov.* 29. Princeps qui libenter audit verba mendacii omnes miniſtros habet impios. De ſecundo *Bar.* 3. Confabulatores, & exquiſitores prudentiæ, & intelligentiæ, viam autem ſapientiæ neſcierunt, nec exquiſierunt ſemitas ejus.
g Ego Jeſus, &c.] Quarta pars ſecundæ partis capituli ubi opus commendat ab auctoritate Chriſti, dicens: [Ego] Jeſus a quo ſolo noſtra ſalus: *Act.* 4. Neque enim eſt aliud nomen ſub cœlo in quo oporteat ſalvos fieri. Et propter hoc debetis credere mihi [Ego] inquam [Jeſus miſi Angelum meum teſtificari vobis hæc] ideſt ad teſtificandum. *h* In Eccleſiis] ſeptem de quibus *ſup.* 1. Quod vides ſcribe in libro & mitte ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia, Epheſo, Smyrnæ, & Pergamo, & Thiatyræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. De hac miſſione Angeli ſimiliter, *ſupr.* 1. Apocalypſis Jeſu Chriſti quam dedit illi Deus palam facere ſervis ſuis quæ oportet fieri cito, & ſignificavit mittens per Angelum ſuum ſervo ſuo Joanni. Et ut firmius credatur ei, commendat ſeipſum a tribus, ſcil. a divinitate, cum dicit:
i Ego ſum radix] i. ſuſtentamentum [David] per divinitatem. Item ab humanitate, cum dicit:
k Et genus David] ſcil. ſum, ideſt, ab eo genitus ſecundum humanitatem. *Matth.* 22. Quid vobis videtur de Chriſto cujus filius eſt, dicunt ei David filii Abraham. Item a præcipuo, & jucundiori opere, quod fecit in humanitate, ſcil. in reſurrectione. Unde dicit:
l Stella ſplendida] illuminans noctem.
m Et matutina] Hoc dicit, quia in mane reſurrexit, prius tamen illuminata nocte inferni unde ſanctos patres eduxit: *Pſ.* 106. Eduxit eos de tenebris, & umbra mortis. *Iſ.* 9. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, *ſap.* 2. Dabo illi ſtellam matutinam,
n Et ſpiritus, & ſponſa] Quinta pars ſecundæ partis ubi opus adhuc commendat *n* teſtimonio Trinitatis ſimul, & Eccleſiæ ſponſæ, dicens [Et ſpiritus] i. Trinitas, quæ pro puritatis excellentia dicitur ſpiritus: *Joan.* 4. Spiritus eſt Deus. Vel ſecundum aliam litteram [Sponſus] *Joan.* 3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Et idem ſenſus eſt, ideſt, Deus.
o Et ſponſa] ideſt Eccleſia. *p* Dicunt] cuilibet.
q Veni] ad notitiam libri. *r* Et] ſupple, quia tot ſunt invitatores. *ſ* Qui audit] ideſt, intelligit, ſcilicet.
t Dicat] alii. *u* Veni] ut & tu intelligas, ſicut ego, non abſcondat quod novit, ſed cum ſapiente dicat illud. *Sap.* 7. Sine fictione didici, & ſine invidia communicabo. Vel: [Qui audit dicat veni] i. illectus dulcedine ſenſus ſpiritualis, ſicut omnes prædicti commendant opus, ſicut Saul videns cuneum Prophetarum prophetantem, i. laudantem Deum, quaſi coactus eſt, & ipſe cum eis prophetare. 1. *Reg.* 19. Etſi ergo multi ſunt invitatores, non tamen quilibet, ſed ille. *x* Qui ſitit veniat] ideſt, qui credere deſiderat. Non enim datur revelatio viſionum niſi deſideranti, ſicut patet *Dan.* 9. Quod Angelus dixit ei, quod quia vir deſideriorum erat, propter hoc venerat ei revelare viſionem. Sed ne aliquis crederet, quod labor magnus eſſet in habendo, ſubjungit.
y Et qui vult] q. d. ſola voluntas ſufficit ad hoc, ut quilibet. *z* Accipiat] a Deo.
a Aquam vitæ] de qua *ſup. eod.* Et oſtendit mihi fluvium aquæ vivæ.
b Gratis] ſine pretio meritorum dicit *Gloſſ.* Ergo vita æterna non cadit ſub merito: ergo nullus meretur eam. Sol. Verum eſt quoad principium, vel radicem meriti, quæ eſt gratia, vel charitas. Vita autem æterna aliter cadit ſub merito, ſed hoc eſt ea conventione facta ex denario diurno. Unde homo vitam æternam meretur ex condigno. *Iſ.* 55. Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite, venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum, & lac.
c Conteſtor enim, &c.] Tertia pars capituli ubi poſt commenda-

commendationem operis, excommunicationem ſupponit, & hoc quia ſciebat quoſdam eſſe in Aſia, qui pro ſuis erroribus fovendis aliquid adderent vel demerent, ut dicit *Gloſſ.* (Conteſtor) Continuatio, q. d. Angelus Chriſtus Trinitas, teſtes fideles conteſtati ſunt mihi hoc opus commendando.

a Enim] ideſt, ſed, ego ſimiliter. Conteſtor, ideſt, ſub atteſtatione, & excommunicatione tardo.

b Omni audienti verba prophetiæ libri hujus] ut ſcil. nullus aliquid, vel apponat, vel ſubtrahat. Unde ſeqq.

c Si quis appoſuerit ad hæc] ideſt, aliud, vel contrarii poſuerit cum his, ut errorem foveat ſic, vel ſeminet.

ſtor *a* enim *b* omni audienti verba prophetiæ libri hujus. *c* Si quis appoſuerit ad hæc, *d* apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto, *e* & ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, *f* auferet Deus partem ejus de libro vitæ, *g* & de civitate ſancta, *h* & de his, quę ſcripta ſunt in libro iſto. *i* Dicit *k* in teſtimonium perhibet iſtorum. *l* Etiam venio cito. *m* Amen. *n* Veni Domine Jeſu. Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, cum omnibus vobis. *p* Amen.

Explicit Apocalypſis,

d Apponet Deus ſuper illum plagas ſcriptas] quæ ſunt. *e* In libro iſto] *ſupr.* 15. & 16. de ſeptem Angelis habentibus ſeptem plagas. Et 17. de damnatione Antichriſti. Et 18. de damnatione Babylonis. Et *in fin.* 19. de damnatione Diaboli. Propter hoc dicit: *Eccleſ.* 3. Non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus, ut timeatur. Et *Eccl.* 18. Non eſt minuere neque adjicere, nec eſt invenire magnalia Dei. Et *Job* 29. Verbis meis nihil addere audiebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum.

e Et ſi quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus.

f Auferet Deus partem ejus de libro] vel (de ligno vitæ) quod eſt in paradiſo Dei, ut de illo non edat.

g Et de civitate ſancta] quæ *ſupr.* 21. deſcripta eſt, ut in illam non introeat.

h Et de his, quæ ſcripta ſunt in libro iſto] ſcil. de gloria, & beatitudine ſanctorum, de qua *ſup.* 21. Tunc enim tolletur impius ne videat gloriam Dei. *Iſ.* 26. Quia hic partem ſuam, & portionem ante tempus vivendo luxurioſe perdidit, & conſumpſit ſicut filius prodigus. *Luc.* 15. Nec ſolum Joannes metropolitanus Aſiæ excommunicat in ſua diœceſi, ſed ut ubique hæc excommunicatio teneat, auctoritate ſuperioris, ſcil. Dei eam confirmat cum ſubjungit.

i Dicit] hoc, ſcilicet, ego dico:

k Qui teſtimonium perhibet iſtorum,] ſcilic. Chriſtus, cujus vera ſunt teſtimonia. Unde *Pſ.* 92. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. Ut autem citius, & diligentius adimpleatur quod prædictum eſt, adhuc introducit Dominum dicentem ſe cito venturum dicens:

l Etiam venio cito] & propter hoc magis cavete vobis ne vel addatis aliquid, vel diminuatis, q. d. Vigilate ergo, quia neſcitis diem, neque horam, quando Dominus veſter veniet,

m Amen] verbum eſt Apoſtoli confirmantis verba Chriſti, & ipſius adventum deſiderantis. Unde ſeq.

n Veni Domine Jeſu] nunc per gratiam, & tempore deffinito apud eum per vindictam. De die enim illa quando Dominus ad judicium veniet cum ſenioribus populi ſui, ideſt, cum Apoſtolis, & majoribus ſanctis. *Iſ.* 3. Nemo ſcit niſi ſolus Deus, *Matth.* 24. Conſummato ergo libro refert Joannes gratias de ſua promiſſione, & de ſua revelatione & quaſi loco ſigilli ſalutationem ſubjungit, dicens: *o* Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti; cum omnibus vobis] ſit, vel maneat, qui nos gratos faciat, ut ſibi gratioſi ſemper gratias de collatis beneficiis referamus.

p Amen] Hæc eſt concluſio libri; q. d. vera ſunt omnia, ſicut prædicta ſunt.

p Amen] enim idem eſt quod veritas, & dicitur ab *a* quod eſt ſine, & *mene* quod eſt defectus, veritas enim nunquam deficit, ſed ſuper omnes eſt, ut dicitur *in apocrypho Eſdr. lib.* 3. *cap.* 4. Iniquus eſt rex, iniquæ mulieres & iniqui omnes filii hominum, & iniqua omnia illorum opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua iniquitate peribunt, & veritas manet, & invaleſcit in æternum, & vivit, & obtinet in ſæcula ſæculorum. Non eſt apud eum accipere perſonas, nec differentias, ſed quæ ſunt juſta facit omnibus, injuſtis, ac malignis, & omnes benignantur in operibus ejus, & non eſt in judicio ejus iniquum, ſed fortitudo, & poteſtas, & majeſtas omnium ævorum: Benedictus Deus veritatis. Et nos ipſi gratias referamus, qui nos de curſu tanti pelagis perduxit ad portum, orantes communiter, ut ſi minus bene diximus, Jeſus benigniſſimus indulgeat delinquenti, & veniam poſtulanti, & lector non malitiæ, ſed ignorantiæ adſcribat, & corrigat, quicquid viderit corrigendum.

Explicit Poſtilla Domini Hugonis Cardinalis ſuper Apocalypſim.

EMANUELE ... BIBLIOTECA ... VITTORIO

Google

CLARISSIMO, AC PRUDENTISSIMO VIRO,

ANTONIO COBURGER, CIVI NURIMBERG:

JOAN: AMERBACH BASILIEN. CIVIS S. P. D.

ET ſi compluribus impulſus anfractibus periculoſum tranſverim mare, excuſſiſque ſcopuloſis verticibus, Herculeum circumegerim ſinum: ope tamen divina, & opera mea qua lucubrando tempore multo defatigatus, jam nunc operis finem, Præſtantiſſime Vir, adeptus, gratiæ mihi referendæ ſunt Deo noſtro inexhauſtæ, qui non modo quod nobis, ſed quod toti Eccleſiæ noſcitur profuturum, conſummare dedit feliciſſime, utpote, quia tanti, tamque profundi excellentiſſimique Doctoris per univerſum diſperſi minuſque emendatis codicibus ad hanc tam claram, prout fide conſpicitur occulata, formam redigere. Verum ad hujus venerabilis Viri operis caſtigationem meum duntaxat (quod ſentio, quam ſit exiguum) vix ſuffeciſſet ingenium, ſi non acceſſiſſet peritorum conſultatio, & ferula diſcretæ directionis, quorum ſuffragio nixus in compluribus confragoſis locis, cooperatores habuiſſe profuit, ad enavigandum hoc mare magnum, ſyrtes, Scylleamque vitando rabiem ad portum deſcenderem optatum. Cum igitur exactæ petitioni deſiderioque tuo morem geſſerim, imo Eccleſiæ Catholicæ haud parum profuerim, obſecro te, & quoſcumque hoc Opus lecturos, quatenus non levi occaſione, ſi quid perſpexerint eorum judicio minus emendatum, vulnere me feriant arcuali, ſed ſenſum cum littera rationis norma trutinent, & non quæ falſa, ſeu placita, ſed vera ſunt, invenient. Tuquoque, optime Antoni, qui me ob ſtudiorum tuorum diligentiam, hoc opus Domini Hugonis elaborare, & in palam (quod ſub modio latebat) ducere feciſti, accipe nunc lætus expoſtulatum, & me tibi ſemper facito commendatiſſimum. Habes opus plane clariſſimum alias inviſum, politione diligentiſſima limatum, quo & Eccleſia veniet erudienda, ſalus proficiet animarum, tibique laus accreſcet immortalis perpetim duratura. Vale Virorum præſtantiſſime. Ex Baſilea 7. Idus Novemb. 1502.

J O A N N E S   A M E R B A C H,

A D   L E C T O R E M.

ADverte quiſquis es, diligens, Lector, frequentius hunc noſtrum Hugonem Doctorem eximium, qui eruditioni quorumlibet intendens omnibus prodeſſe ſtuduit, non modo in ſua explanatione textum S. Scriptúræ, ſed & Gloſſam magiſtralem in ſuis difficultatibus expoſuiſſe, ut & ſtudio ſuo quod frequens erat, efficax præſtaret adminiculum, & ſtudioſ S. Scripturæ profunda altius inveſtigandi daret occaſionem: Quapropter nonnunquam tibi viſa fuerit expoſitio aliena, & præter litteræ proceſſ, noli exiſtimare corruptum quod a textu devium putatur, ſed diligen ſcrutamine conſiderare feſtina, quæ difficilia in Gloſſa magiſtrali minu erudito videntur, & ſcopuloſa, invenies hic ea ipſa candide lucidiſſime pertractata, & complanata. Vale:;

F I N I S.

Digitized by Google